LEXICON
TOTIUS LATINITATIS

AB

AEGIDIO FORCELLINI

SEMINARII PATAVINI ALUMNO

LUCUBRATUM

DEINDE

A

IOSEPHO FURLANETTO

EIUSDEM SEMINARII ALUMNO

EMENDATUM ET AUCTUM

NUNC VERO CURANTIBUS

FRANCISCO CORRADINI ET IOSEPHO PERIN

SEMINARII PATAVINI ITEM ALUMNIS

EMENDATIUS ET AUCTIUS

MELIOREMQUE IN FORMAM REDACTUM

Secunda impressio anastatice confecta quartae editionis aa. 1864-1926 Patavii typis mandatae cum appendicibus quibus aucta est prima anastatica impressio a. 1940 edita.

LEXICON TOTIUS LATINITATIS

AB

AEGIDIO FORCELLINI

SEMINARII PATAVINI ALUMNO

LUCUBRATUM

DEINDE

A

IOSEPHO FURLANETTO

EIUSDEM SEMINARII ALUMNO

EMENDATUM ET AUCTUM

NUNC VERO CURANTIBUS

FRANCISCO CORRADINI ET IOSEPHO PERIN

SEMINARII PATAVINI ITEM ALUMNIS

EMENDATIUS ET AUCTIUS

MELIOREMQUE IN FORMAM REDACTUM

TOM. III

CURANTE FRANCISCO CORRADINI

CUM APPENDICE

IOSEPHI PERIN

MCMLXV

ARNALDUS FORNI EXCUDEBAT BONONIAE

GREGORIANA EDENTE PATAVII

De littera L

L, l, est alphabeti littera; tum nota numeralis; demum abbreviationis nota. ¶ 1. L, l, undecima littera Latinorum est, Græcorum λάμβδα sono et potestate respondens. — *a*) Est una ex iis, quæ a Græcis ἀμεταβόλα, hoc est immutabiles, a Latinis *liquidæ* et *semivocales* appellantur. Quo fit, ut mutam immediate subsequens in eadem syllaba, præcedentem syllabam, si brevis fuerit, reddat indifferentem. — *b*) De ejusdem sono hæc *Priscian.* tradit 1. p. 555. *Putsch.* L triplicem, ut Plinio videtur, sonum habet: exilem, quando geminatur secundo loco posita, ut *ille, Metellus* (hinc *illico* et *ilico*); plenum, quando finit nomina vel syllabas, et quando habet ante se in eadem syllaba aliquam consonantem, ut *sol, silva, flavus, clarus;* medium in aliis, ut *lectus, a, um.* Hæc *Priscian.*; quocum cf. *Diomed.* 2. p. 418. *Putsch.*; *Consent. de barb. et metaplasm. c.* 12. p. 20. *ad fin.* ibique *Buttmanni* adnotationem; et *Isid.* 1. *Orig.* 32. 8. — Quicumque in hanc pronunciandi rationem peccabat, labdacismi vitio laborare dicebatur: *V.* LABDACISMUS 2. — *c*) Apud antiquos communio exstitit inter *l* et *d*, ita ut altera in alteram transiret: hinc *medica* et *melica*, teste *Varron.* 3. *R. R.* 3. 19. et 7. *L. L.* 87. *Müll.*, quocum cf. *Colum.* 8. *R. R.* 2. 4., et *Paul. Diac.* p. 124. 10. *Müll.*; item *Ulixes* ab Ὀδυσσεύς, V. *Quintil.* 1. 4. 6.; *dacrima* et *lacrima, dautia* et *lautia*, teste *Paul. Diac. p.* 68. 10. *Müll.*; *dingua* et *lingua, Capitodium* et *Capitolium, odor* et *olere*, teste *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2470. *Putsch.*; *odefacit* et *olfacit*, teste *Festo p.* 178. 13. *Müll.*, quocum cf. *Paul. Diac. p.* 179. 12.; *cœlum cœlare* et *cædere incidere incile, μιλετᾶν* et *meditari, delicare* et *dedicare, impelimenta* et *impedimenta, calamitas* et *cadamitas*, testibus *Mar. Victorin. loc. cit.*; *Servio* ad *Virg.* 1. *Ecl.* 2.; *Paul. Diac. p.* 48. 3., *p.* 73. 6. et *p.* 108. 12. *Müll.*; *Non. p.* 98. 4. et *p.* 277. 23. *Merc.*; et *Placidi Gloss.* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 452. edente *A. Maio.* — *d*) Græcorum more, apud quos λύμφη et νύμφη, πνεύμων et πλεύμων (unde longiori sono *pulmo*) usu venerunt, apud Latinos *l* interdum transiit in *n*, et vice versa: hinc *lympha* et *nympha*, teste *Paul. Diac. p.* 120. 11. et *Priscian.* 1. *p.* 561.; *luscitio* et *nuscitiosus*, teste *Festo p.* 173. 21. *Müll.* — *e*) Ex consueto pronunciandi vitio *l* et *r* inter se mutantur: sic in vocabulis a Græca lingua mutuatis λείριον *lilium* (*V. Varron.* 5. *L. L.* 103. *Müll.*), *χανθήλιος cantherius, βαλιός varius, γλάμη gramia* et *glama* (*V. Paul. Diac. p.* 96. 14. *Müll.*), *σίλφιον silphium* et *sirpe* (*V. Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 96. (155).): item in germanis Latinis *Parilia* et *Palilia* (*V. Charis.* 1. *p.* 43. *Putsch.*, *Probum* ad *Virg.* 3. *G.* 1. et *Mar. Victorin.* 1. p. 2470. *Putsch.*), *Lemuria* et *Remuria* (*V. Ovid.* 5. *Fast.* 421. et 479.), *cœruleus* et *cæluleus* a *cœlum, Latialis* et *Latiaris* etc. — *f*) Ut in pronunciatione, sic in compositis et derivatis *l* modo exilem, modo plenum habet sonum: hinc *alligo* frequentius occurrit quam *adligo* (unde factum est etiam *adalligo*), *colligo* vero et *conligo* eâdem frequentiâ scribuntur, at derivata *collega, collegium* etc. fere semper duobus *l* efferuntur; præterea *vinulum* contrahitur in *villum, unulus* in *ullus, liberulus* in *libellus, tenerulus* in *tenellus, coronula* in *corolla, salinulum* in *salillum, nitedula* in *nitella* (*V. Lachmann.* ad *Lucret. vol.* 2. p. 204.), *stiria* in *stilla* (*V. Paul. Diac. p.* 160. 4. *Müll.*); item ex *pediluvie* fit *pelluviæ, malluviæ* ex *manuluviæ* (*V. Festum p.* 161. 17. et *Paul. Diac. p.* 160. 4. *Müll.*); item habentur *perlego* et *pelligo* (*V. Plaut. Asin.* 4. 1. 2.), *interlego* et *intelligo, perlicio* et *pellicio*; demum *velere* (pro *velre*) et *velle*, sed *l* propter soni exilitatem expuncta est e *velis*, unde factum est *veis* seu *vis*. ¶ 2. In notis numeralibus quinquaginta significat: idque ex antiquo Latinorum more pro Græco N scribentium L. Græci autem per N quinquaginta significant, ut *Priscian.* 1. *p.* 561. *Putsch.* docet. ¶ 3. L abbreviationis nota plura significat. — Propriis nominibus præfixa, *Lucius*, ut *L. Cornelius Sulla.* — L. L., *h. e.* Lucii duo: *Inscript.* apud *Orell.* 1683. — Propriis nominibus postposita, *libertus* vel *liberta*. Sic CLAVDII L., *h. e.* Claudii libertus vel liberta, passim in *Inscript.* — Item L. est *latum*, ut in *Inscript.* apud *Orell.* 4500.; aut *longum*, ut in *Inscript.* apud *eund.* 4500., 4562. etc. — L. est etiam *libens* (*Inscript.* apud *Orell.* 1411.); L. A., *h. e.* libens animo (*ibid.* 1508. 5758. etc.); L. S., *h. e.* libentes solverunt (*ibid.* 2705.); L. M., *h. e.* libens merito (*ibid.* passim). — L. P., *h. e.* loco publico (*ibid.* 3953.); L. D. D. D., *h. e.* loco dato decurionum decreto (*ibid.* passim); L. M., *h. e.* locus monumenti (*ibid.* 4501.); L. S. P. D. D., *h. e.* locus sepulturæ permissus decreto decurionum (*ibid.* 4504.). — L. SPR., *h. e.* librarius subpræfecti; et L. TR., *h. e.* librarius tribuni (*Inscript.* apud *Henzen.* 6791.).

LA

LĂBANS, antis, particip. *V.* LABO.

LĂBĂRUM, i, n. 2. λαβαρόν, vexillum militare auro intextum, gemmisque intermicantibus splendidissimum, quod imperatori præferri, atque a militibus pæne adorari solebat, a λάφυρον, υ in α abeunte, ut *calix* a κύλιξ, et φ in β, ut *ambo* ab ἄμφω, quia primitus labarum fuerit λάφυρον, *h. e.* exuviæ, seu spolia hosti vivo detracta, v. gr. paludamentum imperatorium, quod vexilli loco gestabatur. Sunt qui a λάβω *capio*, unde λάβρος pro λάβερος *vorax, præceps, fluens*, atque hinc λαβαρόν deducunt, quia sit vexillum fluens. Quidam a labore deducunt, quod *laborum* vulgo diceretur. Et sane *Sozomenus l.* 1. *c.* 4. λαβωρον per ω scribit. Sed *Prudentius* mediam syllabam corripit 1. *in Symmach.* 487. Christus purpureum gemmanti textus in auro Signabat labarum. Erat autem labarum hasta longa cum ligno in apice transverso; a quo pendebat pretiosus pannus cum imperatoris icone. Huic Constantinus M. coronam imposuit cum cruce et litteris initialibus nominis IESU CHRISTI, quod contra Maxentium pugnaturus crucem in aere vidisset cum verbis ἐν τούτῳ νίκα. Ceterum quum eadem labari forma appareat in nummis familiarum, stante adhuc Rom. republica, et priorum imperatorum, atque in iis præsertim, qui victorias de Germanis, Sarmatis et Armenis relatas repræsentant, existimandum videtur, eam non Romanorum, sed illarum gentium devictarum fuisse propriam; ac propterea etiam *labari* vel *labori* nomen, quod demum Constantino M. imperante primitus usurpari cœpit, barbaricum esse, minimeque ejus etymon in Græca lingua requirendum. Plura de hoc habes apud *Ducangium* in *Glossar. med. et infim. Latin.*, ubi et illud docet, posteriori ævo labarum pro cruce, seu crucis vexillo usurpari. *Ignat.* vero *Rossius* in *Etimol. Ægypt.* p. 351. putat *labarum* seu *laburo* esse vocem Ægyptiacam, nempe a *labo* velum seu siparum, et *uro* rex.; *h. e.* velum seu vexillum regis vel imperatoris. Hinc *Tertull. Apolog.* 16. *a med.* habet *sipara vexillorum.* — In *Cod. Justin.* 12. *tit.* 18. et *Cod. Theod.* 6. *tit.* 25., ubi legitur *de præpositis laborum*, quidam leg. *laborum* vel *labarorum*, et sermonem haberi ajunt de iis, qui ejus vexilli custodiæ addicebantur, quod verisimile videtur *Gothofredo* multa ibidem hac super re docte disputanti.

LĂBASCO, is, ere, *n.* 3. *et raro admodum*

LĂBASCOR, sceris, sci, dep. 3. *inchoat. a* labo, ut docet *Diomed.* 1. p. 334. *Putsch.* — Producitur prima in illo *Virg. Cir.* 450. Marmorea adductis labascunt brachia nodis. *Scalig.* tamen vult legi *adductisque labascunt*; alii leg. *tabescunt*. — Ceterum labasco est casum minor, ruinæ vicinus sum, καταφέρομαι (It. *star per cadere*; Fr. *chanceler, menacer ruine*; Hisp. *vacilar, amenazar ruina*; Germ. *zu fallen beginnen, zu stürzen drohen, zum Fallen neigen, wanken*; Augl. *to fail, faint, be ready to fall, waver, totter*).

I.) Proprie. *Lucret.* 4. 1280. Nam leviter quamvis, quod crebro tunditur ictu, Vincitur in longo spatio tamen atque labascit. Cf. *Sulpic. Lup.* edente *Wernsdorf. T.* 3. p. 408. Omne quod natura parens creavit, Quamlibet firmum videas, labascit Tempore ac longo fragile ac caducum Solvitur usu.

II.) Translate accipitur pro animo concidere, frangi et de pristina constantia excidere, *perdere l'animo, vacillare, cedere.* — *a*) Activa forma. *Plaut. Rud.* 5. 3. 38. Salvus sum, leno labascit, libertas portenditur. *Ter. Eun.* 1. 2. 98. Labascit victus uno verbo quam cito! *Id. Adelph.* 2. 2. 31. Labascit, unum hoc habeo etc. Ubi *Donatus*: Proprie dixit *labascit*, ut cunctationem tarde incipientis consentire monstraret. Et est metaphora ab arbore facta, quæ multis succisa ictibus ferri, tandem incipit in casum pendere ruinamque minitari. — *b*) Deponent. forma. *Accius* apud *Non.* p. 473. 9. *Merc.* Nullum est ingenium tantum, neque cor tam ferum, Quod non labascatur lingua, mitescat malo. *Codex Bamb.* habet *labascat*; *V. Ribbeck., Fragm. tragic. Lat. p.* 191. *Varro* apud *eund. ibid.* Postquam vidit, misericordia labasci mentem infirmam populi.

LABDA, æ, m. 1. *vel* lambda, n. indecl. λάμβδα, λάβδα,

I.) Proprie est nomen Græcæ litteræ Λ, λ, quæ Latinæ L, l respondet. *Labda supinum* (mirum ita collocatum ⋖) est nota musica apud *Capell.* 9. p. 419., ubi videsis adnotata a *Koppio.*

II.) Translate *labda* dictus est flagitiosus homo, qui id agit, quod *Varro* in *Marcipore* apud *Non.* p. 358. 27. *Merc.* dixit buccam offendere, *Sueton. Tib.* 44. ore morigerari. *Varro* in *Margopoli* apud *Non. p.* 70. 11. *Merc.* Depsistis, dicite labdæ? *Auson. epigr.* 126. Cui ipse linguam quum dedit suam, labda est: *vel, ut alii scribunt*, Λ est. Hæc ita congerit et interpretatur *Voss.* in *Etymol.* et *Scalig.* in *Priap.*, quæ in eo præcipue nituntur, quod λάβδα pro λάμβδα (*V. Aristoph. de eccles.* 920.) sæpe dicunt Græci εὐφωνίας ἕνεκα: hæc autem littera prima est in λείχειν vel λαικάζειν vel λεαβιάζειν, quibus flagitium illud significatur. Ceterum in allatis auctorum locis non ubique certa est lectio.

LABDĂCISMUS, i, m. 2. λαβδακισμός. ¶ 1. Est vitium sermonis, quum *l* littera nimium sæpe repetitur (a λάβδα pro λάμβδα), ut si dicas, *Sol et luna luce lucebant alba, levi, lactea.* Ita *Capell.* 5. *p.* 167. ¶ 2. *Isidoro* 1. *Orig.* 32. est quum pro uno *l* duo pronunciantur, ut *colloquium* pro *conloquium*: vel quum unum *l* exilius, duo largius proferimus: quod contra est; nam unum largius, duo exilius proferre debemus. — Hæc eadem clarius docet *Consentius* (edente *A. G. Cramero*) *de barbar.* 12. Labdacismus vitium in eo est, quod eadem littera vel subtilius quibusdam, vel pinguius effertur. Nam Græci subtiliter hunc sonum efferunt; ut enim dicunt, *ille mihi dixit*, sic sonant duo *ll* primæ syllabæ, quasi per unum *l* sermo ipse consistat. Contra alii sic pronunciant, ut aliquid illic soni etiam consonanti admiscere videantur, quod pinguissimæ prolationis est. Romani linguæ emendationem habent in hac quoque distinctione; nam pinguius proferri debet, quum alia consona sequitur, ut in *albo, alga* etc., exilius ubicumque ab ea verbum incipit, ut in *lana, lepore*, vel ubi in eodem verbo et prior syllaba in hac finitur, et sequens ab ea incipit, ut *ille, allia*. Ita *Consentius*. Ex his patet, tum Gallos, tum Italos duplex *ll* eodem nunc proferre sono, quo utebatur olim Romanum vulgus, quemque improbat hic auctor et pinguissimum appellat: Galli enim ita pronunciant *ll* in voce *bataille*, in qua *mouiller la double ll* dicunt; Itali vero vocem *egli*, quæ ab *ille* derivatur, per *g* loco prioris *l* scribunt, ut hujus litteræ sonum, quem ipsi *schiacciato* appellant, legentium oculis repræsentent.

LĂBĔA, æ, f. et

LĂBĔÆ, ārum, f. plur. 1. *V.* LABIA, æ.

LĂBĔCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* labes, parva labes, *macchietta*, κηλίς. *Cic. Vatin.* 17. 41. Et clarissimo viro nonnullam tua laudatione labeculam aspergas. *V.* LABES.

LĂBĔFĂCĬO, făcis, fēci, factum, făcere, a. 3. *et pass.* Lăbĕfĭo, fis, factus sum, fieri, (labi *et* facio). Part. *Labefactus* in omnibus paragr. — Labefacio est idem ac moveo ut evertam vel eruam, dimoveo, percello, concutio, ἀποσφάλλω, μεταχτιόω (It. *smuovere, far vacillare, crollare*; Fr. *faire tomber, renverser*; Hisp. *derribar, derrocar, abatir, echar por tierra*; Germ. *zum Wan-*

cken oder Wackeln bringen, wankend oder wackelnd machen, erschüttern; Angl. to loosen, make to totter, shake, make ready to fall, undermine).

I.) Proprie. *Ter. Adelph.* 2. 2. 36. Omnes dentes labefecit mihi: præterea colaphis tuber est totum caput. *Cæs.* 2. *B. C.* 22. Dejecta turris, labefacta magna pars muri. *Tac.* 1. *Ann.* 75. Mole publicæ viæ ductuque aquarum labefactæ ædes. *Ovid.* 8. *Met.* 774. labefactaque tandem Ictibus innumeris, adductaque funibus arbor Corruit. *et* 12. *ibid.* 329. Et quatit hoc illuc, labefactaque robora jactat. *Id.* 3. *ibid.* 69. fixumque hastile momordit: Idque ubi vi multa partem labefecit in omnem, etc. *Val. Flacc.* 8. 357. fluctu puppis labefacta reverso Solvitur, effunditque viros. *urtata, scossa, battuta. Ovid.* 3. *Pont.* 8. 5. Nostra quid apportet, jam nostis, epistola, quamvis Charta sit a vinclis non labefacta suis. — Passive. *Seneca Constant. Sap.* 6. Munimenta incussu arietis labefieri. — Notanda sunt sequentia. *Lucret.* 5. 652. ignes labefacti aere multo. *urtati, scossi.* Paullo aliter *Virg.* 2. *G.* 264. Et labefacta movens robustus jugera fossor. Ubi *Servius:* hypallage: movens et labefaciens. *Seren. Sammon.* 32. *extr.* Obruit hic morbum, labefactaque soxa remittit. *h. e.* calculos in vesica liquefactos, mollitos, diffractos. Sic apud *Senec.* 4. *Quæst. nat.* 5. nix tenera et labefacta *opponitur* fixæ et duræ.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est infirmare, debilitare, atque adeo res in eum statum adducere, ut a ruina haud procul absint. — *a*) De rebus physicis. *Lucret.* 4. 1107. Membra voluptatis dum vi labefacta liquescunt. *Virg.* 8. *Æn.* 389. notusque medullas Intravit calor, et labefacta per ossa cucurrit. *h. e.* commota, concussa impetu amoris. Sunt qui exponunt, liquefacta. — Similiter, quum de valetudine sermo est, ponitur pro corrumpere, vitiare, *guastare, corrompere:* quasi de statu bonæ valetudinis deturbare et evertere. Sunt qui exponunt, quasi labem facio. *Colum.* 6. *R. R.* 5. 1. Segregandi a sanis morbidi, ne quis contagione ceteros labefaciat. *Tac.* 2. *Hist.* 93. Obnoxia morbis corpora fluminis aviditas et æstus impatientia labefecit. — *b*) De aliis et de abstractis. *Cic. Harusp. resp.* 27. 60. Etenim vix hæc, si undique fulciamus, jam labefacta, vix, inquam, innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt. *Cf. eumd. ibid.* 4. 6. Urbem a multis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactam, pæne captam aliquando, solus evertit. *Al. leg.* labefactatam. *Sall. orat. Lepidi* § 24. Quia secundæ res mire sunt vitiis obtentui: quibus labefactis, quam formidatus est (*Sulla*), tam contemnetur. *h. e.* afflictis, eversis. Alii *labefactatis* leg. *Liv.* 3. 64. Quo (*consensu*) per contumeliam consulum jura plebis labefacta essent. *Tac.* 6. *Ann.* 29. Nihil hunc amicitia Sejani, sed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium. *lo fe' cadere. Id.* 4. *ibid.* 60. Drusum traxit in partes, spe objecta principis loci, si priorem ætate et jam labefactum demovisset. — *Labefacere fidem suam* dicitur debitor, quum tardius solvendo efficit, ne quis ei in posterum quippiam credat. *Sueton. Vesp.* 4. Ut qui, prope labefacta jam fide, omnia prædia fratri obligarit. *Al. leg.* labefactata. *Cf. Cic. pro leg. Manil.* 7. 19. Ruere illa non possunt, ut hæc non eodem labefacta motu concidant. *Al leg.* labefactata. ¶ 2. Specialim de animi sententia dicitur, et est aliquem de sententia deducere, de constantiæ statu depellere. *Laberius* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 7. Quem nulla ambitio, nulla unquam largitio Movere potuit in juventa de statu; Ecce, in senecta ut facile labefecit loco Viri excellentis blandiloquens oratio! *Cic. Sext.* 47. 101. Quem nulla unquam vis, nullæ minæ, nulla invidia labefecit. *Ovid.* 10. *Met.* 375. Sic animus vario labefactus vulnere nutat. *Virg.* 4. *Æn.* 395. Multa gemens, magnoque – animum labefactus amore. *h. e.* agitatus, perculsus, turbatus. *Sil. It.* 3. 557. ancipiti mentem labefacta timore. *Seneca Troad.* 950. Labefacta mens succubuit. *h. e.* de constantiæ statu depulsa. Eodem sensu *Val. Flacc.* 7. 715. mota loco labefactaque cessit. — Similiter de fide alicui data pro subornare. *Tac.* 15. *Ann.* 51. Primores classiariorum labefacere et conscientia illigare conixa est. *h. e.* ad conjurandum impellere.

LĂBEFACTĀTĬO, ōnis, f. 3. (labefacto) actus labefactandi, concussio, *vacillamento.*

I.) Proprie. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 27. (58). Acetum tussim veterem inhibet, orthopnœam, dentium labefactationem. *Harduin.* et *Sillig.* ita legunt; al. *labefactionem.* Sic *Ter.* Omnes dentes labefecit mihi. *V.* LABEFACIO I.

II.) Translate. *Quintil.* 8. 4. 14. Mediocris labefactatio cædi et incendiis et vastationi comparatur. *Cod. Theod.* 4. 8. 5. § 5. Libertatis labefactatio atque impugnatio.

LĂBEFACTĀTUS, a, um. *V.* LABEFACTO.

LĂBEFACTĬO, ōnis, f. 3. (labefacio). *V.* LABEFACTATIO I.

LĂBEFACTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *frequentat.* a labefacio. — *Labefactarier* per paragogen pro *labefactari* legitur apud *Ter. Eun.* 3. 3. 3. — Part. *Labefactatus* in omnib. paragr.; *Labefactandus* II. 1. — Labefactare est frequentat. a *labefacio*, ejusdemque fere vis atque usus, παραχινέω (It. *crollare, smuovere, far vacillare, o cadere;* Fr. *ébranler, renverser, bouleverser;* Hisp. *mover, derribar, derrocar, abatir;* Germ. *mit aller Gewalt und Absicht zum Wancken zu bringen suchen;* Angl. *to weaken, loosen, undermine, cause to totter or fall*).

I.) Proprie. *Cic.* 6. *Verr.* 43. 94. Demoliri signum ac vectibus labefactare conantur. *Sueton. Ner.* 38. Horrea bellicis machinis labefactata atque inflammata. *Cod. Theod.* 10. 19. 14. Alienarum ædium fundamenta labefactare. *Inscript.* apud *Henzen.* 6510. TEMPLVM DEI SOLIS MIT. AVREL. IVSTINIANVS V. P. DVX LABEFACTATVM RESTITVIT. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 27. (86). Phalangii morsus genua labefactat. *indebolisce e snerva.*

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est infirmare, debilitare atque adeo res vel homines in eum statum adducere, ut a ruina haud procul absint. — *a*) De rebus physicis pro lædere, perstringere, corrumpere, *offendere, guastare. Lucret.* 6. 793. Multaque præterea languentia membra per artus Solvunt atque animam labefactant sedibus intus. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 22. In opere boves arete junctos habere convenit, quo minus colla eorum labefactentur. *Ovid.* 2. *Amor.* 13. 1. labefactat onus gravidi temeraria ventris. *Lucret.* 1. 594. Labefactare sensus. — *b*) De aliis et de abstractis, et est de statu depellere, evertere, dissolvere: ad rem *Cic. Dom.* 11. 27. Desinant iisdem machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. Sic *Id.* 12. *Fam.* 25. Nec vero postea destiti labefactare eum, qui summa cum tua injuria provinciam absens obtinebat. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 14. 44. Numquam ingenio me suo labefactare atque infirmare conabitur. *Id.* 1. *ad Brut.* 10. *sub fin.* Hoc præsidium adhuc firmum esse confido: sed ita multi labefactant, ut, ne moveatur, interdum extimescam. *h. e.* vexant, urgent, impellunt. *Id.* 5. *Verr.* 18. 47. Labefactarat vehementer aratores superior annus: proximus vero funditus everterat. *Id.* 1. *Fin.* 23. 43. Cupiditates – universas familias evertunt: totam etiam labefactant sæpe rempublicam. Sic *Id. Senect.* 6. 20. Maximas respublicas ab adolescentibus labefactatas, a senibus sustentatas et restitutas reperietis. *Al. leg.* labefactas. *Id.* 2. *de republ.* 4. Nec vero ulla res magis labefactatam diu et Carthaginem et Corinthum, pervertit aliquando, quam hic error et dissipatio civium. *Id.* 5. *Fam.* 2. Labefactata societas. Sic *Flor.* 3. 23. Labefactare compositam civitatem. Rursus *Cic.* 3. *Fin.* 21. 70. Amicitiam, aut justitiam labefactare atque pervertere. *Id. Cæcin.* 25. 70. Labefactare leges ac jura. *Id.* 5. *Verr.* 78. 182. commoda alicujus. *Id. Mil.* 13. 34. consulatum alicujus. *Id. Rabir. Post.* 16. 44. alicujus dignitatem. *h. e.* imminuere, affligere. *Id. Rosc. com.* 4. 13. Quum causam ad judicem labefactari animadvertunt. *h. e.* vacillare, laborare. *Id.* 4. *Cat.* 10. 22. Conspirationem bonorum perfringere et labefactare. *Id.* 1. *Invent.* 2. 3. Ingenio freta malitia pervertere urbes, et vitas hominum labefactare assuevit. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 9. 33. Aristoteles primus species labefactavit, quas mirifice Plato erat amplexatus. *Id.* 1. *Fin.* 13. 43. Ne invidiâ verbi labefactetur oratio mea. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 11. 36. Si quis enim ea, quæ dicta sunt, labefactare volet, facile – veritas se ipsa defendet. *Id. Cluent.* 2. 6. Si quam opinionem jam vetustis mentibus comprehendistis, si eam ratio convellet, si oratio labefactabit –: ne repugnetis etc. *Quintil.* 2. 13. 14. Præcepta labefactari aliqua parte, aut subrui. *Cic.* 2. *Fam.* 13. Quæ cogitatio quum mihi non omnino excidisset: etenim penitus insederat; vi tamen tempestatum erat aliquantum labefactata atque convulsa. ¶ 2. Specialim est de constantia demovere, a recto proposito avertere. *Plaut. Merc.* 2. 3. 68. Labefacto paullatim. *Ter. Eun.* 3. 3. 3. Ita me video ab ea astute labefactarier. — Hinc etiam labefactare fidem, labefactare donis quempiam, *corrompere, corrompere con donativi. Liv.* 24. 20. Spe labefactandæ fidei. *Tac.* 13. *Ann.* 21. Cohortes in urbe tentatæ, provinciarum fides labefactata. *h. e.* tentata, corrupta. *Cic. Cluent.* 68. 194. Quorum fidem pretio labefactare conata sit. *Catull.* 69. 3. Non illam raræ labefactes munere vestis.

LĂBĔFACTUS, a, um, *et*

LĂBĔFĬO, fis, etc. *V.* LABEFACIO.

LĂBELLUM, i, n. 2. *deminut. a* labrum, (primo loco), quod est a *lambo*, parvum labrum, *labbricino, labbruccio*, χειλάριον. *Cic.* 1. *Divinat.* 36. 78. Quum Platoni in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent. *Juvenal.* 14. 325. Hæc quoque si rugam trahit extenditque labellum. *fa il mal viso.* — Adhibetur sæpe blandimenti causa. *Plaut. Asin.* 4. 1. 52. Tu labellum abstergeas potius, quam cuiquam savium faciat palam. *Id. Pseud.* 1. 1. 65. Teneris labellis molles morsiunculæ. *Catull.* 8. 18. Quem basiabis? cui labella mordebis? *Lucret.* 4. 1080. dentes illidunt sæpe labellis. *Ovid.* 1. *Art. am.* 575. Fac, primus repias illius tacta labellis Pocula. *Propert.* 2. 10. 29. Osculaque in gelidis ponas suprema labellis. *Virg.* 2. *Ecl.* 34. Ne te pœniteat calamo trivisse labellum. Sic *Catull.* 61. 316. labella aridula. *Id.* 80. 1. rosea. *Ovid.* 3. *Amor.* 3. 23. purpurea. *Id.* 1. *Art. am.* 667. tenera. *Martial.* 10. 72. attrita. *Plaut. Asin.* 3. 3. 78. Prehende auriculis, compara labella cum labellis. *baciami in bocca*, quod osculi genus Itali *alla Franciosa*, nostrates vulgo *alla Fiorentina* dicunt. — Locum habet etiam in blanditiis. *Plaut. Pœn.* 2. 1. 153. Meus ocellus, meum labellum, mea salus. Adde *eumd. ibid. v.* 170. et 172. et 175.

LĂBELLUM, i, n. 2. *deminut. a* labrum (secundo loco), quod est a *lavo*, parvum vas aquarium, ad similitudinem labri, quo in balneis utebantur, *picciola conca o catino*, nostrates nunc vulgo *lavello* dicunt. *Cato R. R.* 88. Eam muriam in labella, vel in patinas in sole ponito. Adde *eumd. ibid.* 10. et 13. Sic *Colum.* 12. *R. R.* 43. 1. Labellum fictile novum impleto paleis quam siccissimis, tum labello altero operito. *et ibid.* 28. 3. Gypsum et medicamentum in labello permisceto. *Cic.* 2. *Legg.* 26. 66. Super tumulum noluit quid statui, nisi columellam, aut mensam, aut labellum. *Labellum* in sepulcris quid esset, *V.* Interppr. — Poetice *Catull.* 55. 3. Te quæsivimus in minore campo, Te in circo, te in omnibus labellis. *h. e.* balneis: synecdoche. Al. leg. *libellis*, h. e. tabernis librariis.

LĂBENS, entis, particip. *V.* LABOR, eris.

LĂBĔO *vel* labio, ōnis, m. 3. χειλών, idem ac chilo, qui labia habet justo majora, ut *Charis.* 1. p. 79. *Putsch.* et *Verr. Flacc.* docet. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 60. (159). Labra, a quibus Brocchi Labeones dicti. *Arnob.* 3. 14. Esse quosdam capitones, situnculos, frontones, labeones. — *NB.* Cognomen id fuit familiarum Romanarum Atiniæ, Fabiæ, Antistiæ; de quo *V.* in ONOM.

LĂBES, is, f. 3. *Labi* pro *labe*, ut *colli* pro *colle*, dixit *Lucret.* 5. 928. Nec novitate cibi, nec labi corporis ulla. — Labes, si vocis etymon spectare velimus, est lapsus, casus, ruina; est enim a *labor, eris*, ut *cædes* a *cædo*, et *nubes* a *nubo*, inquit *Voss.* Hanc originem *Servius* quoque ad *Virg.* 2. *Æn.* 97. ei tribuit. Hinc est vitium quodlibet, quo res de suo statu labitur, deformaturque et corrumpitur. Itaque duo præcipue significat: scilicet *A*) Abstracte est lapsus, casus, ruina; et *B*) Concreto, uti ajunt, sensu est macula, sordes, illuvies.

A) Ratione habita etymi, labes est lapsus, casus, ruina, πτῶμα (It. *caduta, ruina;* Fr. *chute, écroulement;* Hisp. *caida, el acto de resvalarse un edi-*

ficio; Germ. d. Fall, Sturz, Einsturz; Angl. a great downfal or sinking of the ground as in earthquakes).

I.) Propria. *Lucret.* 2. 1143. magni moenia mundi Espugnata dabunt labem putresque ruinas. *Cic. 1. Divinat.* 43. 97. Delata ad senatum labes agri Privernatis, quum ad infinitam altitudinem terra desedisset. *et ibid.* 35. 78. Tantos terræ motus in Italia factos esse, ut multa oppida corruerint, multis locis labes facta sint, terræque desederint. Sic *Liv.* 42. 15. Labes terræ. *Inscript.* apud *Fabretti.* p. 400. n. 292., quæ est apud *Mommsen. Inscr. Neap.* 6261. et apud *Henzen.* 6020., et pertinet ad ann. post Chr. n. 111. IMP. CAES. TRAIANVS SVBSTRVCTIONEM CONTRA LABEM MONTIS FECIT. *Justin.* 30. 4. Motus terræ multas civitates ruinarum labe concussit, quasdam solidas absorbuit. *Labeo Dig.* 19. 2. 52. Si rivum labes corrupit. *Ulp. ibid.* 15. Si labes facta sit, omnemque fructum tulerit. *h. e.* e cælo calamitas. *Arnob.* 5. 40. Labes imbris e cælo.

II.) Translate. ¶ 1. Abstracte est damnum, exitium, pernicies, corruptio, vitium, malum, *danno, guasto, distruzione, corruzione, vizio:* ad rem *Virg.* 2. *Æn.* 97. Hinc prima mali labes. *Il primo rovescio di fortuna. Cf. Justin.* 17. 1. Hæc illi prima mali labes, hoc initium impendentis ruinæ fuit. — *a)* Universim. *Ennius* apud *Diomed.* 1. p. 378. *Putsch.* Certare abnueo: metuo legionibu' labem. *Vet. poeta* apud *Charis.* 4. p. 251. *Putsch.* Naufragia, labes generis ignoras, senex? *Plaut. Capt.* 4. 2. 3. Quanta pernis pestis veniet! quanta labes lardo! *Cic. Flacc.* 10. 21. Utrum hic disceptationem et cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis? — Hinc pro *pernicie* ponitur. *Cic. Amic.* 12. 41. Serpit deinde res, quæ proclivius ad perniciem, quum semel cœpit, labitur. Videtis in tabella jam ante quanta facta sit labes, primo Gabinia lege etc. *Id. Dom.* 20. 53. Labes atque eluvies civitatis. *Id.* 34. 89. Labes imperii sui stragesque provinciæ. *Val. Flacc.* 5. 237. Tunc tibi regnorum labes luctusque supersunt. *Quintil. Declam.* 12. 4. Labes frumenti. — *b)* Specialim est morbus, pestis, lues, ut in *Cod. Theod.* 8. 4. 16. Sic pro tabe *Grat. Cyneg.* 468. præcipitem, qua spes est proxima, labem Aggredere. *Seren. Sammon. de morbo comit.* 57. 1018. Concilium populi labes horrenda diremit. ¶ 2. Per metonymiam de rive pernicioso. *Plaut. Pers.* 3. 3. 4. Labes popli. *Cic.* 9. *Verr.* 1. 2. Labes atque pernicies provinciæ Siciliæ. *Id. Dom.* 1. 2. Illa labes ac flamma reipublicæ. *Id. Harusp. resp.* 22. 46. Non sinit eadem ista labes: eas habet contiones, ut etc.

B) Concreto, uti ajunt, sensu labes est quidquid in rem aliquam quum ceciderit ac lapsum sit, eamdem deformat et corrumpit; vel, ut *Forcellino* placet, quia quæ lapsa sunt, deformia fiunt et sordida, labes est macula, sordes, illuvies, *macchia, sozzura.*

1.) Proprie. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 235. tractata notam labemque relinquunt Atramenta. *Pers.* 3. 25. purum et sine labe salinum. *Ovid.* 4. *Art. am.* 514. Sit bene conveniens et sine labe toga. *et ibid.* 291. *de tauro.* Signatus tenui media inter cornua nigro: Una fuit labes, cetera lactis erant. *Virg.* 6. *Æn.* 746. Concretam exemit labem, purumque reliquit Ætherium sensum. *Sueton. Aug.* 38. Senio vel aliqua corporis labe insignes. *difetto, deformità. Ovid.* 15. *Met.* 130. Victima labe carens et præstantissima forma. *Lactant.* 7. 27. Homo subtractus his labibus terræ.

II.) Translate. ¶ 1. De animo dicitur et est turpitudo, infamia, ignominia, dedecus, *bruttezza, disonore, infamia, vizio:* ad rem *Cic.* 2. *Legg.* 10. 24. Illud (*corporis vitium*) vel aspersione aquæ, vel dierum numero tollitur: animi labes nec diuturnitate evanescere, nec omnibus ullis elui potest. *et Paul. Diac.* p. 121. 10. *Müll.* Labes macula in vestimento dicitur: et deinde μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos. *Cic. Balb.* 6. 15. Est hujus sæculi labes quædam et macula, virtuti invidere. *Id. Vatin.* 6. 15. Ne qua ex tua indignitate labes illius dignitati adspersa videatur. *Id. Cæl.* 18. 42. Probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferre. *Id. Dom.* 38. 102. Labem turpitudinis et inconstantiæ sustinere. *Curt.* 7. 7. 30. imponere felicitati alicujus. *Tac.* 2. *Hist.* 24. abolere prioris ignominiæ. *Cic. Sull.* 31. 88. Labem sceleris relinquere in familia. *Cf. Sil. It.* 8. 255. fastis labem suffragia cæca Addiderant. *h. e.* dedecus. Cæterum *Seneca Hippol.* 839. Eluet pudoris labem cruor. *Propert.* 4. 8. 20. famæ non sine labe meæ. *Ovid.* 3. *Amor.* 5. 44. Pectus adulterii labe carere negant. *Id.* 4. *Pont.* 8. 20. Mores labe carent. *et* 2. *ibid.* 2. 49. vita sine labe peracta. *Cic.* 3. *Off.* 21. 85. Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnera? *rotta e rimorsi.* et *Lactant.* 4. 26. et *Ira D.* 19. Peccatorum labibus ac vitiorum maculis inquinati. ¶ 2. Per metonymiam dicitur de cive vitiis infami. *Cic. Sext.* 8. 20. Habeo quem opponam labi illi atque cœno. Sic *ibid.* 11. 26. Cœnum illud ac labes.

LĂBĬA *vel* labes, æ, *et sæpius*

LĂBĬÆ *vel* labeæ, ārum, f. 1. labrum, labra, *labbra,* χείλη: vox antiqua et usus exigui.

I.) Proprie. — *a)* Antiquâ formâ *labeæ* usurpavit *Plaut. Stich.* 5. 4. 51. Age tibicen: refer ad labeas (*Forcellinus* leg. *labias*) tibias. *Lucilius* apud *Non.* p. 210. 29. *Merc.* Zopyrion labeas cædit utrimque secus. *Pomponius* apud *eumd.* p. 456. 3. Rictum et labeas quum considero. Adde *Novium* apud *eumd.* p. 210. 23. et 27. Sic *Gell.* 18. 4. Ille ricta oris labearumque ductu contemni a se ostendens hominem ipsum etc. — *b)* Alterâ formâ *labiæ* usurpavit *Nigidius* apud *Gell.* 10. 4. Vos quum dicimus, motu quodam oris — utimur et labias sensim primores emovemus. *Apul.* 3. *Met.* Nares hiantes et labiæ pendulæ. Adde *eumd.* 2. et 10. *ibid. Posta quidam Gelbi æqualis* apud *eumd.* 19. 11. Animula ægra et saucia Cucurrit ad labias mihi. — In sing. numero. *Apul.* 3. *Met.* Postrema desecta (*Forcellinus* dejecta) labia.

II.) Translate, de ore trapeti, in sing. numero, *Cato R. R.* 20. Labeam bifariam facito. — Cæterum *V.* LABIUM et LABRUM.

LĂBĬDUS, a, um, adject. (labo) in quo labi quis facile potest, lubricus, *sdrucciolosо, sdrucciolo,* ὀλισθηρός. *Vitruv. procem.* l. 6. Labidis itineribus vadens.

LĂBILIS, e, adject. (labi) qui facile labitur, *sdrucciolevole,* ὀλισθηρός.

I.) Proprie. *Arnob.* 2. 69. Dicite, quibus modis fiant et rationibus pluviæ? ut in superis partibus atque in aeris hoc medio suspensa aqua teneatur, natura res labilis et ad fluorem semper decursionemque tam prona? *Ammian.* 27. 10. *a med.* Per labilem limum incitato jumento digressus. *h. e.* lubricum.

II.) Translate. *Terentian. de syllab. v.* 307. p. 2390. *Putsch.* Labilis versus. — Et morali ratione *Arnob.* 2. 45. Animæ in vitia labiles, in peccatorum genera universa declives. *Id.* 7. 4. Et quisquam est, qui deos sibi persuadeat dulcedinis labilis voluerit titillatione muleeri? *h. e.* quæ cito perit, evanescit; *manchevole, labile, momentanea, che tosto passa.*

LĂBILLISCO. *V.* LAPILLISCO.

LĂBĪNA, æ, f. 1. (labi) moles saxorum, ac præcipue nivium conglobatarum, et e monte descendentium, *frana. Isid.* 10. *Orig.* 1. Labina, eo quod ambulantibus lapsum inferat, dicta per derivationem a labe. *Hinc nostrates vulgo nunc lavina aut slavina dicunt.* Similiter *Gloss. Isid.* Labina, labrum inferius. *lege* lapsum inferens.

LĂBIO, ōnis, m. 3. labiosus. *Verr. Flacc.* apud *Charis.* 1. p. 79. *Putsch. V.* LABEO.

LĂBIŌSUS, a, um, adject. (labium) qui magna labra habet, labeo, labrosus, *di grandi labbra,* μακρόχειλος, παχύχειλος. *Lucret.* 4. 1162. Simula, Silena ac Satura est: labiosa, Philema. *Lachmann.* leg. *labeosa* eodem sensu. Plerique, præter vocabula *simula* et *labiosa,* cetera Græcis litteris, rectius quidem, scribunt.

LĂBĪUM, ii, n. 2. extremitas oris, seu membrum, quo supra infraque os aperitur et clauditur: a λαβεῖν *capio* (sed *V.* LABRUM init.), quia labiis cibum apprehendimus. Dicitur etiam *labrum* eadem origine: sed discrimen aliqui commenti sunt, ut *labium* inferius sit, *labrum* superius: quod *Donatus* refert ad *Ter. Eun.* 2. 3. 44. Alii, contra rem se habere, putant. Ipse autem hoc statuere videtur, ut *labia* immodica sint, unde *labeones*; modica vero *labra*: quod idem ex *Verr. Flacc.* tradit *Charis.* 1. p. 79. *Putsch.*, qui tamen recte docet, *labia* et *labra* indistincte dici. Insanissimum vero est, quod alii *labia* mulierum, *labra* virorum putarunt, quos et *Servius* ad *Virg.* 2. *Ecl.* 34. reprehendit. Illud certe statui potest, *labium* minoris esse usus, et in prosa oratione vix usurpandum, Gr. χεῖλος, It. *labbro.* — *a)* In sing. num. *Serenus* apud *Non.* p. 210. 21. *Merc.* labiumque insigne revellit. — *b)* In plur. num. *Ter. loc. cit.* Incurvus, tremulus, labiis demissis. *Sil. It.* 8. 114. volvens vix murmur anhelum Inter singultus labiisque trementibus Anna. *Quintil.* 11. 3. 160. Crebro labiorum motu. *Al. leg.* labrorum. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 3. 11. (46). Labiorum fissuris mederi. *Apul. de Mag.* Salivosa labia. — *Ductare aliquem labiis* est irridere distorquendo os, sannis illudere, *berteggiare. Plaut. Mil. glor.* 2. 1. 14. Itaque hic meretrices, labiis dum ductant eum, majorem partem videas valgis savia. *h. e.* pars major meretricum, quia illum labiorum obtortione solent insectari, habet ora prave distorta *V.* LABIÆ I.

LĂBO *pro* labores. *V.* LABOR, oris init.

LĂBO, as, āvi, āre, n. 1. In præteritis, legitur tantum apud *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (145)., *V.* infra sub I. — Part. *Lasans* in omnibus paragr. — Labare, quod ratione habita etymi conjungitur cum *labi,* ut *appellare* cum *appellare,* est labefactari, nutare, vacillare, ruinam minari: unde discrimen patet inter *labentem* et *labantem:* ille enim cadit, ruit; hic labefit, putat, instabilis est ac dubius, non tamen labitur, ἀστασία, παραπταίω, σφάλλομαι (It. *vacillare, traballare;* Fr. *chanceler, vaciller, menacer ruine;* Hisp. *vacilar, amenazar ruina, caida;* Germ. *zum Fallen oder Sinken neigen, fallen oder sinken wollen, wanken, schwanken, wackeln;* Angl. *to totter, be ready to fall, give way, be loosened*).

I.) Proprie. *Ennius* apud *Non.* p. 196. 30. Labet, labuntur saxa, cæmenta ruunt. *Cic.* 6. *Verr.* 43. 95. Signum illud nulla lababat ex parte, quum alii vectibus subjectis conarentur commovere etc. *Virg.* 2. *Æn.* 492. labat ariete crebro Janua. *Val. Flacc.* 3. 163. magna juvenum quum densa securi Silva labat. *Ovid.* 2. *Art. am.* 85. *de Icaro.* Vincla labant, et cera deo propiore liquescit. *Virg.* 2. *Æn.* 463. qua summa labantes Junctoras tabulata dabant. *h. e.* non apte cohærentes, *mal connesse. Cels.* 7. 1. *n.* 1. Si ex ictu, vel alio casu labant dentes. Sic *Plin.* 24. *Hist. nat.* 13. 73. (119). Caulículi decocti in vino labentes dentes firmant. *Virg.* 5. *Æn.* 432. tarda trementi Genva labant. *et* 10. *ibid.* 383. egressique labant vestigia prima. et *Ovid.* 6. *Fast.* 678. dubii stantque, labantque pedes. *Id.* 2. *Met.* 162. Utique labant curvæ justo sine pondere naves, Perque mare instabiles nimia levitate ferantur; Sic etc. *Id. Heroid.* 10. 140. Litteraque articulo pressa tremente labat. *h. e.* tremente manu scripta, ipsa quoque, inæqualibus lineis exarata, tremere videtur. *Val. Flacc.* 3. 150. taboque labantia terga. *h. e.* lubrica. Alii aliter leg. — Huc referri possunt et illa, quæ figurate efferuntur, *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (145). *de insigni potore vini.* Torquato rara gloria, non labasse sermone, non levatum vomitione etc. *non balbettò, non ebbe la lingua impacciata.* et *Tac. Germ.* 6. Aciem inclinatam jam et labantem restituere. *h. e.* jam jam fugam spectantem. *Lucan.* 6. 93. Labant populi. *h. e.* in eo sunt ut pereant. Cf. *Lucret.* 6. 1152. Omnia tum vero vitai claustra lababant. *Apul.* 8. *Met.* p. 203. Labanti spiritu totam se super corpus effudit. *h. e.* deficiente. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 237. labat incerto limite cursus.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim usurpatur de statu rei, quæ est in ancipiti et proxima casui, *essere in pericolo. Plaut. Stich.* 4. 1. 17. Si res firmast, itidem firmi amici sunt: si res labat, itidem amici conlabascunt. *Cic.* 3. *Fin.* 22. 74. Quid in philosophia non sic aliud ex alio nectitur, ut non, si ullam litteram moveris, labent omnia? *h. e.* dissolvuntur, turbantur, miscentur, confunduntur. Sic *Id.* 4. *ibid.* 19. 53. Et sis, si una littera commota sit, fore, tota ut labet disciplina. *Liv.* 36. 6. Publice privatimque labante egregia quondam disciplina gentis, et multorum eo statu, qui diuturnus esse sine mutatione rerum non posset. *Curt.* 3. 8. 30. Quis, ubi partes labant, summa turbatur. Rursus *Liv.* 8. 60. Labante causa decem virorum. *Ovid.* 2. *Trist.* 232. pars nulla est, quæ labet, imperii. *Id.* 15. *Met.* 435. quum res Trojana laberet. *Tac.* 2. *Hist.* 86. Labau-

tibus Vitellii rebus, Vespasianum secutus. *vicine alla decadenza.* et 14. *ibid.* 22. *extr.* Labante jam Agrippina. *h. e.* deficiente ejus potentia. Similiter *Cic. Mil.* 25. 68. Omnes reipublicæ partes ægras et labantes sanare et confirmare. *Liv.* 26. 41. Sustinere labantem populi Romani fortunam. *Sueton. Tib.* 33. *extr.* Si qua in publicis moribus desidia - labarent, corrigenda suscepit. *Colum.* 6. *R. R.* 36. 1. Quorum (*feminæ et maris*) si alter alteri non est idoneus, labat etiam quod ex duobus fingitur. *h. e.* infirmum, parum idoneum est. ¶ 2. Speciatim de animi sententia dicitur, et est dubitare, incertum esse, a constantia decedere, *dubitare, vacillare, titubare. Cic.* 1. *Tusc.* 32. 78. Labamus mutamusque sententiam clarioribus etiam in rebus. *Id.* 6. *Phil.* 4. 10. Quum ei labare M. Antonius videretur. *Liv.* 22. 61. Qui sociorum ad eum diem firmi steterant, tum labare cœperunt. *Horat.* 3. *Od.* 5. 45. Donec labantes consilio patres Firmaret auctor numquam alias dato. *Ovid.* 6. *Met.* 629. Sed simul ex nimia matrem pietate labare Sensit. *Lucan.* 2. 244. tu mente labantem Dirige me: dubium certo tu robore firma. — Similiter *Cic.* 8. *Att.* 14. Scito, labare meum consilium, illud, quod satis jam fixum videbatur. *Liv.* 36. 9. Dein labare animi cœpere. Adde *Curt.* 3. 5. 10. Sic *Virg.* 4. *Æn.* 22. Solus hic inflexit sensus, animumque labantem Impulit. *Id.* 12. *ibid.* 223. vulgi variare labantia corda. *Val. Flacc.* 3. 75. ægra virorum Corda labant. *non sanno qual partito prendere.* et *Ovid. Heroid.* 17. 178. in dubio pectora nostra labant. *Liv.* 32. 30. Suberat suspicio animis, labare fidem sociorum. Cf. *Sil. It.* 2. 392. populis, quis ægra lababat Ambiguo sub Marte fides. *Ovid.* 4. *Trist.* 3. 12. Cur labat ambiguo spes mihi mixta metu? *Arnob.* 3. 40. Ita enim labant sententiæ alteraque opinio ab altera convellitur, ut etc. Cf. *eumd. ibid.* 39. Si novenarius numerus cognomen Novensilium ducit, Cornificius labare convincitur, qui novitati præsidentibus divis alienæ potentiæ vim donat. ¶ 3. Item speciatim, sed raro admodum, de animi facultatibus pro deficere, *mancare. Liv.* 5. 18. Memoria labat, vigor animi obtusus. *Cels.* 3. 19. Mens in illis (*phreneticis*) labat, in hoc (*cardiaco*) constat.

LĂBOR, beris, psus sum, bi, dep. 3. Pro *lapsus sunt* qui scribunt *labsus*, quod in aliquib. MSS. videsse se testatur *Pier.* ad *Virg.* 2. *G.* 305. et 3. *ibid.* 448., sed improbant *Dausq.* et vulgatior usus. — Part. *Labens* et *Lapsus* in omnibus fere paragr.; *Lapsurus* I. 3. et 4. — Labi (quod ratione habita etymi cum *labare* conjungendum) est lubrico ac facili motu ferri, deorsum ferri, defluere, cadere, ἀποῤῥέω, ὀλισθαίνω (It. *scorrere, passare, scorrere giù, andare a basso, discendere, cadere*; Fr. *glisser, se glisser, descendre rapidement, tomber*; Hisp. *deslizar, resbalar, escurrirse, descender rapidamente*; Germ. *gleiten, dahin gleiten, schlüpfen, in leichter Bewegung sich naturwüchsig wohin bewegen*; Angl. *to fall gently, glide, descend*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est decurrere, serpere, lubrico ac facili motu ferri, quamvis non deorsum, *scorrere, passare*, unde proprie de anguibus dici, notat *Servius* ad illud *Virg.* 2 *Æn.* 225. At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt. — Universim. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 8. 31. Res subjectæ sensibus essent ita mobiles et concitatæ, ut nihil unquam unum esset constans, quia continenter laberentur et fluerent omnia. — De stellis et sideribus. *Cic. Tim.* 10. Sidera, quæ vaga et mutabili ratione labuntur. *Lucret.* 4. 445. splendida signa videntur Labier adversum nimbos. *παραγωγή. Virg.* 3. *Æn.* 515. Sidera cuncta notat tacito labentia cælo. *et* 2. *ibid.* 695. Stella labens per culmina tecti. — De fluviis, et de iis quæ natant. *Virg.* 4. *G.* 360. Omnia sub magna labentia flumina terra Spectabat diversa locis. Sic *Id.* 3. *Æn.* 281. Exercent patrias oleo labente palæstras. *Id.* 8. *ibid.* 91. Labitur uncta vadis abies. (Prævit *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. Labitur uncta carina: volat super impetus undas.). *Propert.* 1. 20. 19. Labens ratis. *Martial.* 4. 64. Lapsæ per Tiberim volant carinæ. *Ovid. Heroid.* 10. 65. Ut rate felici pacata per æquora labor. *et ibid.* 21. 83. *de insula Delo.* quid me fugis, insula? dixi: Laberis in magno numquid, ut ante, mari? *et* 11. *Met.* 51. medio dum labitur amne, Flebile nescio quid queritur lyra. — De ave et angue. *Virg.* 4. *Æn.* 273. Vade age -, voca Zephyros et labere pennis. *Ovid.* 2. *Amor.* 13. 13. Pigraque labatur circa donaria serpens. *vada strisciando.* ¶ 2. Speciatim (quam significationem *Forcellinus* primo loco posuit) est deorsum ferri, cum aliqua velocitate descendere, a loco superiore in inferiorem lubrico motu ferri, delabi, defluere, *scorrere giù, discendere sdrucciolando.* Ad rem, quamvis figurate, *Cic.* 4. *Tusc.* 18. 42. Sunt in lubrico, incitataque semel proclive labuntur, sustinerique nullo modo possunt. *Virg.* 11. *Æn.* 588. Labere, Nympha, polo, finesque invise Latinos. *Val. Flacc.* 7. 259. Quum levis a superis ad te modo laberer auris. *Virg.* 1. *G.* 366. stellas præcipites cælo labi. *Id.* 2. *Æn.* 693. stella de cælo lapsa. *Id. ibid.* 262. Demissum lapsi per funem. *celatisi. Horat.* 2. *Sat.* 1. 15. labens equo Perthus. *Val. Flacc.* 5. 254. lapsus montibus anguis. *et* 1. 399. anguis lapsus ab arbore. *Horat. Epod.* 2. 25. Labuntur altis interim ripis aquæ. *Ovid.* 13. *Met.* 594. lapsi de fontibus amnes. *Horat.* 1. *Od.* 13. 7. Humor in genas furtim labitur. *Ovid. Heroid.* 7. 185. Perque genas lacrimæ strictum labuntur in ensem. *Id.* 1. *Trist.* 3. 4. Labitur ex oculis gutta. *Id.* 3. *Met.* 410. lapsus ab arbore ramus. *Horat.* 2. *Od.* 19. 11. mella lapsa cavis truncis. *Ovid.* 3. *Met.* 699. Catenæ lapsæ lacertis, sponte sua, nullo solvente. *Liv.* 2. 20. Labentibus super corpus armis. *Val. Flacc.* 6. 366. Galea lapsa solo insonuit. *Seneca Thyest.* 701. regium capiti decus bis terque lapsum est. *Val. Flacc.* 4. 503. *de Harpyiis.* Hoste novo turbata lues, lapsæque rapinæ Faucibus. *Propert.* 1. 3. 23. lapsos formare capillos. *trecce cadute. Cic. Fat.* 3. 5. Naufragum illum in rivo esse lapsum. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 72. si patinam pede lapsus frangat agaso. *Ovid.* 13. *Met.* 477. super terram defecto poplite labens. *cadendo.* ¶ 3. Item speciatim de iis usurpatur, quæ alicui loco vel rei firmiter apta conjunctaque distrahuntur ac decidunt: quo sensu *labi* per pleonasmum interdum addi videtur. *Virg.* 6. *Æn.* 310. Quam multa in silvis auctumni frigore primo Lapsa cadunt folia. Confer *Cic.* 1. *Off.* 22. 77. Ita consiliis diligentiaque nostra celeriter de manibus audacissimorum civium dela psa arma ipsa ceciderunt. *Ovid.* 3. *Fast.* 29. quum lapsa capillis Decidit ante sacros lanea vitta focos. *Propert.* 4. 4. 64. Ipsaque in Ocennum sidera lapsa cadunt. Ceterum *Virg.* 2. *G.* 133. folia haud ullis labentia ventis. — Hinc ponitor etiam pro elabi, effugere. *Curt.* 3. 13. 4. E manibus custodientium lapsus. *scappato.* et *Tac.* 5. *Ann.* 10. Lapsus custodia. Cf. *eumd.* 11. *ibid.* 31. *extr.* Seu forte lapsa vox in præsagium vertit. *scappata di bocca.* ¶ 4. Item est ruere, præcipitem agi, decidere. *Virg.* 6. *Æn.* 602. Quos super atra silex jam jam lapsura cadentique Imminet adsimilis. Sic *Ovid.* 16. *Met.* 513. Lapsuram domum subire. et *Horat.* 3. *Od.* 6. 2. Ædes labentes deorum reficere. Similiter *Ovid.* 2. *Met.* 628. labi in cineres. *andare in cenere*, sensim devenire, paullatim abire. *Virg.* 11. *Æn.* 818. Labitur exsanguis: labuntur frigida leto Lumina. — Hinc poetice pro interire *Val. Flacc.* 5. 2. morbis fatisque rapacibus Idmon Labitur, *muore.* et *Id.* 3. 218. trepidi singultibus agri Labentum. *h. e.* morientium. — *Labentes oculi* dicuntur in morte, aut somno, h. e. languentes et visum jam jam amissuri. *Ovid.* 3. *Trist.* 3. 44. Labentes oculos condet amica manus. (*Id.* dixit 3. *Amor.* 9. 49. oculos fugientis. *h. e.* morientis. et *Stat.* 3. *Silv.* 5. 39. oculi jam morte cadentes. et *Claudian. B. Gild.* 21. Vox tenuis tardique gradus, oculique jacentes, Interius fugere genæ.). *Propert.* 1. 10. 7. Quamvis labentes premeret mihi somnus ocellos. *et* 2. 12. 5. somno lapsi ocelli. — *Labentes malæ* sunt morbo absumptæ et barba obsitæ. De Augusto ægrotante *Sueton. Aug.* 99. Petito speculo capillum sibi componi, ac malas labentes corrigi præcepit. *scadute e scomposte.* Fiebat hoc barbam tondendo, aut radendo, aut etiam componendo pectendoque. Ceterum *Seneca Hippol.* 364. Lapsæ genæ.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est ferri motu lubrico ac facili, deorsum ferri, fluere, defluere, sed translate usurpata. — Universim. *Plaut. Trin.* 2. 1. 17. Illico res foras labitur. *trapela, si divulga. Cic. Orat.* 57. 191. Brevitate et celeritate syllabarum labi putat verba proclivius. Sic *ibid.* 56. 187. Circuitus ille incitatior numero ipso fertur et labitur, quoad perveniat ad finem et insistit. — Sic de sermone, in quem quis incidit, aut de sententia, cui quis accedit. *Cic.* 1. *Legg.* 19. 52. Videtis ne, ut ex alio alia nectantur. Quin labebar longius, nisi me retinuissem. *h. e.* sensim ac paullatim digrediebar et declinabam dicendo. *mi dilungava vie più.* Sic *Id.* 2. *Divinat.* 37. 79. Sed labor longius: ad propositum revertar. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 45. 138. Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem et aliquid adsciscam etc. *et ibid.* § 139. Labor eo, ut assentiar Epicuro, aut Aristippo. Similiter *Id.* 4. *Att.* 5. Ne qua mihi liceret labi ad illos, qui etiam tum, quum misereri mei debent, non desinunt invidere. *h. e.* deflectere, accedere, adjungi. — Et pro degenerare. *Cic.* 1. *Legg.* 15. 39. Quarum (*civitatum*) mores lapsi ad mollitias pariter sunt immutati cum cantibus. *Curt.* 6. 2. 2. Intempestiva convivia -: omnia in externum lapsa morem. *degenerate.* — Et pro excidere. *Virg.* 1. *Ecl.* 64. Quam nostro illius labatur pectore vultus. Huc referri potest et illud *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 144. *de auditu.* Extra autem eminent - aures, et tegendi causa factæ tutandique sensus et ne adjectæ voces laberentur atque errarent, priusquam sensus ab his pulsus esset. ¶ 2. Speciatim usurpatur de tempore pro decurrere, fluere, volvi: ad rem *Ovid.* 15. *Met.* 179. Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu, Non secus ac flumen. Cf. *eumd.* 6. *Fast.* 771. Sic *Ulp. Dig.* 3. 2. 6. Lapsa tempora. Rursus *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 49. Labitur occulte, fallitque volubilis ætas. *et* 4. *Trist.* 6. 17. cuncta potest tacito pede lapsa vetustas. *Virg.* 2. *Æn.* 14. tot jam labentibus annis. *essendo già scorsi.* et 1. *ibid.* 287. veniet lustris labentibus ætas, Quum etc. *col corso degli anni. Id.* 4. *ibid.* 77. Nunc eadem, labente die, convivia poscit. *sul cadere del giorno.* ¶ 3. Item speciatim pro sensim irrepere, se demittere, ferri, decidere, prolabi. *a*) Cum Accusativo (rei præcipue pravæ, in quam quis labitur) et præpos. *in. Ovid.* 11. *Met.* 631. labique somnum ut sensit in artus, Effugit. *h. e.* sensim irrepere. Sic *Petron. Satyr.* 21. et 22. Labi in somnum. et *Tac.* 4. *Hist.* 22. Lapsus in somnum. *Virg.* 3. *G.* 457. ima dolor balantum lapsus ad ossa. *penetrato.* et 7. *Æn.* 374. penitusque in viscera lapsum Serpentis furiale malum. *Tac.* 3. *Hist.* 71. *sub fin.* Ignis lapsus in porticus. — Similiter *Val. Flacc.* 6. 662. Labi in gaudia. *abbandonarsi, lasciarsi trasportare*, ferri. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 93. Labi in vitium. *h. e.* decidere, prolabi. *Justin.* 1. 7. in luxuriam. *et* 20. 4. Populum in luxuriam lapsum, auctoritate sua ad usum frugalitatis revocavit. *Id.* 21. 2. In segnitiem lapsus. *Tac.* 4. *Ann.* 6. Labi in adulationem. *h. e.* se demittere. — *b*) Cum Ablativo rei bonæ, qua quis excidit. *Lucret.* 2. 176. Lapsus a vera ratione. *Cæs.* 5. *B. G.* 53. Lapsus spe. *caduto di speranza.* et *Sueton. Cæs.* 48. Lapsus mente. *fuor di cervello, pazzo.* (Hinc *Val. Max.* 5. 3. *n.* 2. Lapsæ mentis error.). *Ulp. Dig.* 27. 8. 1. *a med.* Lapsus facultatibus. *caduto in povertà.* (Sic absolute *Paul. ibid.* 26. 7. 13. Si idoneus contutor subito lapsus sit. ¶ 4. Hinc absolute labi est a superiore, bono, vel recto statu seu conditione in inferiorem, malum, vel perversum sensim declinare ac devenire. *Ovid.* 2. *Pont.* 9. 11. Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis. *h. e.* qui statu exciderunt, afflictis, miseris. Cf. *Propert.* 1. 1. 25. Et vos, qui sero lapsum revocatis, amici, Quærite non sani pectoris auxilium. *h. e.* qui in morbum amoris incidit. Ceterum *Cic. Rabir. Post.* 16. 43. Veterem amicum suum labentem excepit, corruere non sivit, fulsit et sustinuit re, fortuna, fide. *h. e.* excidentem de statu fortunarum suarum. *Id.* 2. *Phil.* 21. 51. Quum labentem et prope cadentem rempublicam fulcire cuperetis. *Orellius* rectius leg. *labantem. Id.* 1. *ad Brut.* 18. Ferre præsidium labenti et inclinatæ reipublicæ. *Virg.* 4. *Æn.* 318. miserere domus labentis. *che è prossima ad estinguersi.* Sic *Id.* 4. *G.* 249. generis lapsi sarcire ruinam. *razza mezzo estinta. Val. Max.* 3. 2. *n.* 19. Labentem belli fortunam restituit. *che piegava alla rotta.* Cf. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 19. 44. Pol mihi fortuna magis nunc defit, quam genus. Namque regnum suppetebat mi, ut scias, quanto e loco, Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna accidat. Rursus *Val. Max.* 4. 8. *extern. n.* 2. Labentis annonæ subsidio. *che scarseggia e va mancando. Tac.* 6. *Ann.* 52. Labi spiritum, nec ultra

biduum duraturum. *h. e.* deficere. *Liv. præfat.* § 9. Labente deinde paullatim disciplina, velut desidentes primo mores sequatur animo: deinde ut magis magisque lapsi sint. Sic *Plin. Paneg.* 18. Disciplinam castrorum lapsam exstinctamque refovisti. *Ovid. Heroid.* 2. 102. Lapsa fides. *mancanza di parola. Liv.* 3. 33. Eo citius lapsa res est. *et* 4. 38. Labente jam re. Sic *Virg.* 4. *G.* 449.; *Ovid.* 1. *Trist.* 5. 35.; et *Seneca Herc. Fur.* 646. Lapsæ res. *h. e.* afflictæ, accisæ, adversæ. ¶ 5. Et sæpissime ponitur pro errare, peccare, falli, decipi, *fallare, errare*: hinc *Cic.* 1. *Off.* 6. 18. Labi, errare, nescire, decipi, et malum et turpe ducimus. Ceterum *Id. Brut.* 49. 185. In aliqua re labi et cadere. Sic *Id.* 2. *Off.* 3. 9. In quo lapsa consuetudo deflexit de via. *Al. leg.* In quo verbo. *Id.* 2. *Tusc.* 4. 12. Philosophus in ratione vitæ peccans, in officio, cujus magister esse vult, labitur. *Ovid.* 2. *Amor.* 8. 7. verbo lapsus in uno. *h. e.* cui imprudenti verbum unum excidit: vel qui in verbo peccavit. *Plin.* 2. *Ep.* 3. Ne verbo quidem labi. *h. e.* ne verbum quidem omittere eorum, quæ dicenda sunt. *non fallare nè pur d'una parola.* Rursus *Cic.* 2. *leg. Agr.* 3. 6. *et* 7. *Phil.* 6. 18. Labi consilio. ἀτυχεῖν. *h. e.* consilium quidem adhibere, et rem pensitare, sed errare tamen: cui opponitur apud *eumd. cit.* 2. *leg. Agr.* labi casu. *Id.* 13. *Phil.* 4. 8. opinione. *Cels.* 5. 26. *n.* 13. mente. *delirare. Sueton. Cæs.* 56. memoria. *Cæs.* 5. *B. G.* 3. Ne plebs propter imprudentiam laberetur. *facesse qualche sproposito. Cic.* 3. *ad Q. fr.* 9. Lapsus est per errorem. *Arr. Men. Dig.* 49. 16. 6. *ad fin.* per vinum, aut lasciviam. *Ulp. ibid.* 2. 13. 1. *extr.* ob ætatem, vel rusticitatem, vel sexum. *Cic. Marcell.* 6. 20. Boni viri non cupiditate, aut pravitate aliqua lapsi, sed opinione officii et specie quadam reipublicæ. *che hanno fallato.* et *Dejot.* 3. 10. Errore communi lapsus. Sic *Modestin. Dig.* 33. 2. 19. Labi errore. *Phædr.* 5. 5. Pravo favore labi mortales solent. *Cic. Brut.* 69. 244. Labi ambitione. *Id.* 10. *Phil.* 2. 5. inopia verbi. *Id. Rabir. perduell.* 9. 25. imprudentia. *Popinian. Dig.* 3. 5. 31. imperitia. *Paul. ibid.* 24. 3. 17. ignorantia juris.

LĂBOR (*antique etiam* labos), ōris, m. 3. *Labos* legitur apud *Plaut. Merc. prol.* 72., *Trin.* 2. 1. 35. et *Truc.* 2. 6. 40.; *Ter. Hecyr.* 3. 1. 6.; *Pacuv.* apud *Non.* p. 292. 4. *Merc.*; *Varron.* apud *eumd.* p. 487. 13.; *Catull.* 55. 13.; *Sall. Jug.* 105. et in *orat. Macri trib. pleb.*; *Virg.* 6. *Æn.* 277.; *Val. Flacc.* 7. 361. etc., tametsi in his aliquando libri variant. Hac de re ita *Quintil.* 1. 4. 13. Nam ut *Valesii* et *Fusii* in *Valerios Furiosque* venerunt; ita *arbos, labos, vapos* etiam et *clamos* ac *lases* ætatis fuerunt. *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 257. observat, *Sallustium* pæne ubique *labos* dixisse. — Etiam *labo*, decurtata nempe voce pro *labores*, utebantur veteres, ut *cœl, do, gau* pro *cœlum, donum, gaudium. Fronto de fer. Als.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 3. Qua malum! volup? Immo, si dimidiatis verbis verum dicendum est, ubi tu animo faceres vigil, vigilias dico: aut ut faceres labo, aut ut faceres mole, labores et molestias dico. — Labor (a *lavo*, ut videtur) est operis functio, ex qua vires labuntur, opera, defatigatio, contentio, afflictatio: ad rem *Cic.* 2. *Tusc.* 13. 35. Interest aliquid inter laborem et dolorem: sunt finitima omnino, sed tamen differt aliquid. Labor est functio quædam vel animi, vel corporis, gravioris operis et muneris: dolor autem motus asper in corpore, alienus a sensibus. Hæc duo Græci uno nomine appellant (πόνον). Itaque industrios homines illi studiosos, vel potius amantes doloris (φιλοπόνους) appellant, nos commodius laboriosos. Gr. πόνος (It. *fatica*; Fr. *travail, labeur, peine qu'on se donne, efforts*; Hisp. *trabajo, labor*; Germ. *die Arbeit, Bemühung, Mühe, Anstrengung, der Kräfte*; Angl. *labour, toil, fatigue*). Ceterum labor potest esse opera, defatigatio, contentio *A*) Vel ad aliquid perficiendum; *B*) Vel ad impedimentum aliquod superandum.

A) Labor est opera, defatigatio, contentio ad aliquid perficiendum. ¶ 1. Generatim. *Cato* apud *Gell.* 16. 1. Cogitate cum animis vestris, si quid vos per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito recedet; bene factum a vobis, dum vivitis, non abscedet. Sed si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit; nequiter fact m illud apud vos semper manebit. Cf. *Cic. Senect.* 19. 69. Ceterum *Plaut. Merc. prol.* 73. Tibi denique iste pariet lætitiam labos. *Ter. Heaut. prol.* 37. Ne semper servus currens, iratus senex, – avarus leno assidue agendi sint (*in scœna*) mihi clamore summo cum labore maximo. *Cic. Cœl.* 17. 39. Omnem vitæ cursum in labore corporis atque in animi contentione transigere. *Id.* 2. *Tusc.* 26. 62. Eosdem labores non æque graves esse imperatori et militi, quod ipse honos laborem leviorem faceret imperatorium. *Id. Mur.* 13. 29. Magnus dicendi labor, magna res. *Id.* 3. *Off.* 2. 6. Si discendi labor est potius quam voluptas. *Cæs.* 5. *B. G.* 11. Ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis. *Ennius* apud *Philargyr.* ad *Virg.* 4. *G.* 188. Exspectans si mussaret quæ denique pausa Pugnandi fieret, aut duri fini' labori. *Id.* apud *Servium* ad *Virg.* 12. *Æn.* 657. Militiæ labor. Sic *Cic.* 7. *Fam.* 8. Labor militiæ. *Id. Fontej.* 15. 33. Ad labores belli impiger. — Hinc labores dicuntur res gestæ bellicæ, *imprese militari*, quæ maxime laborem postulant. *Virg.* 11. *Æn* 126.; et *Val. Flacc.* 5. 133. Belli labores. *Claudian.* 1. *Laud. Stilich.* 21. Decertati labores. Hinc etiam *Herculis labores*, de quibus *V.* in HERCULES. — Item est conatus, vis, violentia. *Virg.* 9. *Æn.* 404. Tu, dea, tu præsens nostro succurre labori. *attentato.* Et poetice de rebus physicis et abstractis. *Val. Flacc.* 2. 285. Visa ratis sævæ defecta laboribus undæ. *assalti, sforzi, impeti.* et *Id. ibid.* 617. Has etiam terras consertaque gentibus arva Sic, pelago pulsante, reor Neptunia quondam Cuspis et adversi longus labor abscidit ævi. — Item opus rusticum. *Virg.* 2. *G.* 514.; et *Horat.* 3. *Od.* 24. 15. — Ceterum generatim *Cic. Cœl.* 17. 41. Directum iter ad laudem cum labore. *Id.* 2. *Nat. D.* 23. 59. Cum labore operoso moliri aliquid. *Id. Fontej.* 1. 2. Multo sudore ac labore quippiam facere. *Plin.* 2. *Ep.* 19. Quæ scripsimus cum labore, etiam cum labore audiri putamus. *Ter. Adelph.* 5. 4. 17. Sine labore potiri aliquid. *Cic.* 2. *Invent.* 56. 169. Facere aliquid sine ullo labore. *Id. Senect.* 23. 82. Otiosam ætatem et quietam sine ullo labore et contentione transigere. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 63. 63. (156). Veneni haustu exstinguimus, nullo labore. *Cic.* 1. *Orat.* 33. 150. Res est enim magni laboris, quem plerique fugimus. Sic *Cæs.* 5. *B. G.* 11. Etsi res erat multæ operæ ac laboris. *Plaut. Rud.* 1. 3. 7. Hoc est mihi labori. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 11. 72. (118). Lethargicos excitare, labor est. *è cosa di fatica, è difficile.* Sic *labore*, adverbii ritu, pro studiose, diligenter, dixit *Pallad. de Insit.* 35. Incipiam, quidquid veteres scripsere coloni, Sacraque priscorum verba labore sequar. — Multis jungitur Verbis, quorum præcipua, servato litterarum ordine, exhibemus. *Virg.* 1. *Æn.* 14. Adire labores. *Liv.* 36. 24. Affecta labore ac vigiliis corpora. *Cic. Rosc. com.* 16. 49. Capere laborem. *h. e.* subire, sentire. *Id.* 3. *Orat.* 4. 14. Compensati magnâ gloriâ summi labores mitigantur. *Id.* 1. *ibid.* 55. 231. Consumere multum operæ laborisque in re aliqua. *Plin.* 3. *Ep.* 1. *ad fin.* Conteri laboribus. *Cic.* 14. *Fam.* 1. Non defatigari laboribus animi, neque corporis. *Id.* 3. *ibid.* 6. *a med.* Detrahere laborem alicui. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 17. 17. (53). Esse in labore. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 34. 108. Exanclare laborem. *Id. Brut.* 69. 242. Excipere magnos labores. *Id. Arch.* 11. 18. Exercere se in magnis laboribus. *Quintil.* 4. 5. 23. et 5. 10. 22. Exhaurire laborem. (Sic *Liv.* 21. 21. *ad fin.* Inter labores aut jam exhaustos, aut mox exhauriendos.). *Nepos Eumen.* 18. *in fin.* Ferre laborem. *Cic. Arch.* 11. 28. Frangere se multis laboribus. (Alio sensu *Id. Planc.* 4. 9. Tu labores tuos, quod ædilis non sis factus, fractos esse et abjectos et repudiatos putas?). *Pseudo Sall. orat.* 2. *ad Cæs. a med.* Habere corpus in laboribus. *tenere sotto le fatiche. Cic.* 5. *Verr.* 98. 227. Impendere laborem et sumptum ad incertum casum. et *Virg.* 2. *G.* 61. Impendere laborem alicui rei. *Cic. Mur.* 4. 8. Impertire laborem suum hominum periculis sublevandis. *Id. ibid.* 18. 38. Imponere laborem alicui. *Sil. It.* 4. 820. Incumbere labori. *Liv.* 5. 4.; et *Quintil.* 1. *procem.* 2. Injungere laborem alicui. *Cic.* 2. *Invent.* 39. 113. Insumere sumptum et laborem in rem aliquam. *Ovid.* 3. *Met.* 154. Intermittere laborem. *Cic. Divin. in Q. Cœcil.* 19. 63. Interponere operam, studium, laborem pro aliquo. *Ovid.* 10. *Met.* 554. Lassat insolitus labor aliquem. *Cic. Orat.* 34. 120. Levare laborem alicui. Sic *Id.* 2. *Orat.* 6. 23. Levandi laboris sui causa. Cf. *Virg.* 1. *Æn.* 334. Rursus *Cic.* 1. *Tusc.* 1. 1. Liberari laboribus defensionum senatoriisque muneribus. *Ovid.* 7. *Met.* 208. Minuere laborem alicui. *Lucret.* 2. 12. Niti labore. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 3.; et *Cic.* 2. *Att.* 14. *extr.* Parcere labori alicujus. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 29. Haud parcens labori. (Sic *Cato* apud *Festum* p. 242. 4. *Müll.* Quod uti prohibitum irem, quod in me esset, meo labori non parsi.) *Cic.* 1. *Fam.* 8. *circa med.* Perfunctus laboribus maximis. *Cæs.* 3. *B. G.* 5. Reficere se ex labore. *Curt.* 5. 13. Relaxare laborem. *Virg.* 1. *G.* 293. Solari cantu longum laborem. *Cic.* 2. *Att.* 15. *sub fin.* Subire labores. *Id. Mur.* 18. 38. Sumere sibi laborem. *Id.* 4. *Fam.* 2. Supersedere labore. *Id. Opt. gen. orat.* 5. 13. Suscipere laborem. *Id.* 1. *Att.* 17. *circa med.* Sustinere laborem. *Sall. Cat.* 10. Tolerare labores. ¶ 2. Speciatim et latiori sensu est qualitas sive alacritas animi actuosi, *attività, voglia di lavorare. Cic.* 4. *Verr.* 3. 7. Nihil ceterorum simile Græcorum, nulla desidia, nulla luxuries: contra summus labor in publicis privatisque rebus, summa parsimonia, summa diligentia. *Id. pro leg. Manil.* 11. 29. Neque illæ sunt solæ virtutes imperatoriæ –, labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo etc. *Id.* 1. *Orat.* 61. 260. In quo (*Demosthene*) tantum studium fuisse, tantusque labor dicitur, ut etc. ¶ 3. Per metonymiam labor dicitur quidquid labore perficitur, h. e. ipsius laboris effectus: sic et nos dicimus *il lavoro di tanti anni, il lavoro d'un artista.* Hinc de segete *Virg.* 1. *G.* 325. Et pluvia ingenti sata læta boumque labores Diluit. Cf. *eumd.* 2. *Æn.* 306. et *Ovid.* 1. *Met.* 273. Sternuntur segetes –, longique perit labor irritus anni. Item de ingenti ædificii mole *Virg.* 2. *G.* 155. Adde tot egregias urbes operumque laborem, Tot congesta manu præruptis oppida saxis. Sic *Id.* 1. *Æn.* 459. Artificumque manus inter se operumque laborem Miratur. *et* 6. *ibid.* 27. Hic labor ille domus et inextricabilis error. *h. e.* ingeniosum opus labyrinthi. *Val. Flacc.* 1. 143. Poculaque, insignis veterum labor. *h. e.* artificium. Sic *Id.* 5. 453. nondum noscentibus, ille Quis labor. *et* 2. 409. Dona duci promit, chlamydem textosque labores. *tele intessute e istoriate.* — Hinc *labores uteri* sunt filii apud *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 193. tibi gaudia nostri Sanguinis et caros uteri commendo labores. ¶ 4. Inter ceteras Pestes, quas in vestibulo Ditis habitare fingunt Poetæ, Laborem (It. *la Fatica*) recenset *Virg.* 6. *Æn.* 277. Terribiles visu formæ, Letumque Labosque etc. Et *Cic.* 3. *Nat. D.* 17. 44. Quod si ita est, Cæli quoque parentes dii habendi sunt, Æther et Dies eorumque fratres et sorores, qui a genealogis antiquis sic nominantur, Amor, Dolus, Metus, Labor, Invidentia *etc*; quos omnes Erebo et Nocte natos ferunt. — Apud *Capell.* 2. p. 37. Labor est alumnus Philologiæ præ ceteris dilectus, qui ejusdem lecticam una cum puero Amore subvehit.

B) Labor est etiam contentio, conatus, afflictatio ad impedimentum aliquod superandum: et ¶ 1. Raro admodum de rebus physicis dicitur et est pondus, *peso*; quæ fortasse fuit prima hujus vocabuli significatio. *Vitruv.* 2. 7. Saxa si sint in locis tectis, sustinent laborem; sin autem in apertis, friantur et dissolvuntur. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 48. (167). Hi lapides tractabiles in opere, laborem quoque tolerant. ¶ 2. Interdum et pro morbo usurpatur, *malattia. Plaut. Curc.* 2. 1. 4. Valetudo decrescit, accrescit labor. *Id. Cas.* 2. 6. 63. Cor lienosum, opinor, habeo; jamdudum salit: de labore pectus tundit. *Vitruv.* 8. 3. Sulphurosi fontes nervorum labores reficiunt. — Et pro dolore, *dolore. Scribon. Compos.* 227. *ad fin.* Hoc medicamentum sine magno labore cadere cogit hæmorrhoidas. Huc referri potest et illud *Virg.* 4. *G.* 340. primos Lucinæ experta labores. *h. e.* nisus ac dolores parlendi. ¶ 3. Hinc sæpius generatim vel metonymice — *a*) Est molestia, calamitas, incommodum, *calamità, disgrazia, travaglio, disagio. Plaut. Capt.* 5. 1. 26. Væ misero mihi, propter meum caput labores hominī evenisse optimo!

Ter. Andr. 5. 2. *in fin.* Tantum laborem capere ob talem filium! *tanto travaglio. Cic.* 15. *Fam.* 8. Cujus erga me singularem benevolentiam vel in labore meo, vel in honore perspexi. *Id.* 1. *Tusc.* 49. 118. Nec id (*natura*) gigneret —, quod quum exanclavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum. *Liv.* 1. 54. Apud milites vero obeundo pericula ac labores — tanta caritate esse, ut etc. *Nepos Hann.* 13. Multis variisque perfunctus laboribus anno acquievit septuagesimo. *Virg.* 2. *Æn.* 11. Quod si tantus amor casus cognoscere nostros Et breviter Trojæ supremum audire laborem etc. et 4. *ibid.* 78. Iliacos iterum demens audire labores Exposcit. *Id.* 2. *ibid.* 362. quis possit lacrimis æquare labores? *Id.* 5. *ibid.* 617. tædet pelagi perferre laborem. *i disagi della navigazione. Id.* 1. *G.* 150. Mox et frumentis labor additus, ut mala culmos Esset rubigo etc. *h. e.* malum. — *b*) Item discrimen, periculum, *pericolo. Colum.* 9. *R. R.* 13. 2. *de apibus.* Maximus autem earum labor est initio veris, quo tithymali floret frutex, etc. tali nocente cibo: quo quum se affatim repleverint, profluvio alvi intereunt. — *c*) Item cura, sollicitudo, *cura, pensiero. Virg.* 4. *Æn.* 379. Scilicet is Superis labor est: ea cura quietos Sollicitat. *et* 1. *ibid.* 80. tuus, o regina, quid optes, Explorare labor. ¶ 4. Specialim *labores hunc* Italice sunt *l'ecclissi*, tunc enim *laborare* creditur. *Virg.* 2. *G.* 474. cælique vias et sidera monstrent, Defectus solis varios lunæque labores. Sic *Ovid.* 7. *Met.* 208. Lunæ labores. — Alio sensu seu metaphorice *Virg.* 1. *Æn.* 746. Hic canit errantem lunam solisque labores, Unde hominum genus et pecudes etc. *h. e.* errores, seu vagos lunæ cursus, et celerem statumque solis circuitum, ex quo laborare videtur. *V.* LABORO. sub II. 3. *b.*

LĂBŌRĀTĬO, ōnis, f. 3. (laboro) labor, *fatica. Fronto Hist.* (edente iterum *A. Maio*) *ab init.* Tantas res a te gestas, quantas et Achilles gessisse cuperet, et Homerus scripsisse: laborationibus his vereor, ne quando etc.

LĂBŌRĀTUS, a, um. *V.* LABORO.

LĂBŌRĀTUS, us, m. 4. (laboro) labor, laboratio. *Venant. Vit. S. Radeg.* 13. Non minore laborato.

LĂBŌRĬFER, fĕra, fĕrum, adject. (labor et fero). — *a*) Est ferens laborem, laboris patiens, laboriosus, *faticoso*, ἐπίπονος. *Ovid.* 9. *Met.* 285. laboriferi quum jam natalis adesset Herculis. *Id.* 15. *ibid.* 129. Laboriferi juvenci cædes. *Auson. Edyll.* 4. 6. Grajo schola nomine dicta est, Justa laboriferis tribuantur ut otia Musis. — *b*) Item laborem afferens, ad laborem vocans. *Stat.* 6. *Theb.* 25. Clara laboriferos cælo Titania currus Extulerat.

LĂBŌRĬŌSĒ, adverb. (laboriosus). Comp. *Laboriosius* et Sup. *Laboriosissime.* — Laboriose est cum labore, *con fatica, faticosamente.* Plaut. *Merc.* 3. 1. 9. Laboriose (*al.* Laboriosi) nihil tibi quidquam operis imperabo. *Catull.* 38. 1. Male est, Cornifici, tuo Catullo; Male, mehercule, et laboriose. *con del travaglio e della molestia.* Et *Cels.* 5. 17. n. 2. Laboriose cooperuntur ea, ex quibus emplastra pastillique fiunt. *con fatica e diligenza. Cic. Rosc. com.* 11. 31. Quo quisque est ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosius. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 17. 49. (164). Laboriosius eruitur plumbum. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 21. 71. Itaque semper hi diligentissime laboriosissimeque accusarunt. *Sueton. Cæs.* 43. Jus laboriosissime ac severissime dicere. Adde *eumd. Claud.* 14.

LĂBŌRĬŌSUS, a, um, adject. (labor). Comp. *Laboriosior* I. et II. 2.; Sup. *Laboriosissimus* I. et II. 1. — Laboriosus est qui multo cum labore fit, difficilis, molestus, ἐπίπονος (It. *faticoso, laborioso, penoso*; Fr. *fatigant, pénible, difficile*; Hisp. *cansado, fatigoso, penoso*; Germ. *voller Mühe und Arbeit, mühsam, beschwerlich, Mühe und Anstrengung erfordernd*; Angl. *laborious, toilsome, fatiguing, operose, irksome, troublesome*).

I.) Proprie de rebus. *Ter. Heaut.* 4. 6. 2. Vel me hæc deambulatio, quam non laboriosa, ad languorem dedit. *Id. ibid. prol.* 44. Laboriosa fabula. *Cic.* 3. *Legg.* 8. 19. Nihil erit his domo sua dulcius, nec laboriosius molestiusque provincia. *Id.* 2. *Tusc.* 15. 36. Laboriosæ exercitationes. *Liv.* 5. 19. *ad fin.* Operum longe maximum ac laboriosissimum. *Quintil.* 12. 3. 8. Qua (*lectione*) nihil est in studiis minus laboriosum. *Catull.* 1. 6. Omne ævum tribus explicare chartis, Doctis, Jupiter! et laboriosis. *Nepos Att.* 12. *extr.* Quod utrum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit judicare. *C. Calvus* apud *Non.* p. 133. 23. *Merc.* et emendatius apud *Gell.* 9. 12. Durum rus fugis et laboriosum. *Martial.* 11. 7. Versus non laboriosus.

II.) Improprie de hominibus et brutis. ¶ 1. Est qui in labore libenter versatur, qui multum laboris subit et sustinet, *fatichevole, industrioso*, φιλόπονος. *Cic.* 2. *Tusc.* 15. 35. Industrios homines Græci studiosos, vel potius amantes doloris appellant: nos commodius laboriosos. *Id.* 5. *Verr.* 38. 86. Aratores laboriosissimi. *Nepos Timoth.* 1. Fuit enim diligentius, impiger, laboriosus. *Cod. Theod.* 1. 9. 3. et 6. 24. 6. Servus laboriosus. *Colum.* 6. *R. R. procem.* 7. Bos laboriosissimus hominis socius in agricultura. ¶ 2. Item laboris plenus, h. e. multis laboribus exercitus, *affaticato, travagliato. Cic. Cæl.* 1. 1. Vos laboriosos existimet, quibus otiosis ne in communi quidem otio liceat esse. *Id. Mil.* 2. 5. Quid enim nobis duobus laboriosius? quid magis sollicitum, magis exercitum dici potest? *Horat. Epod.* 17. 16. Laboriosi remiges Ulixei. *Id. ibid.* 16. 60. Laboriosa cohors Ulixei. *Ritterus* postremo hoc loco aliter omnino hanc vocem interpretatur. Cf. *Auct. Priap.* 62. Sed quod carmina pessimi poetæ Ramis sustineo laboriosis. — Huc referri potest et illud, in quo laboriosus est qui multos dolores perfert, quodque *Forcellinus* singulari paragrapho distinxit, *Cic.* 11. *Phil.* 4. 8. Dolores Trebonius pertulit magnos: multi ex morbi gravitate majores: quos tamen non miseros, sed laboriosos dicere solemus. Similiter *Id.* 2. *Fin.* 28. 93. Nec tamen miser esse, quia summum id malum non erat, tantummodo laboriosus videbatur.

LĂBŌRO, as, āvi, ātum, are, n. et a. 1. (labor). Part. *Laborans* I. *A.* 1., II. 1. et 2.; *Laboratus* I. *B.* 1. et 2. et in fin.; *Laboraturus* II. 1.; *Laborandus* I. *B.* — Laborare occurrit I.) Generatim; et II.) Specialim.

I.) Generatim usurpatur *A*) Neutrorum more; et *B*) Active.

A) Neutrorum vi ac significatione laboro est idem ac laborem sentio, cum labore ago, fatigor, πονέω (It. *faticare, durar fatica*; Fr. *travailler, prendre de la peine, tâcher, s'efforcer de*; Hisp. *trabajar, aplicarse con desvelo y cuidado*; Germ. *arbeiten, sich Mühe geben, sich abmühen, bemüth sein, sich um etwas kümmern, auf etwas bedacht sein*; Angl. *to labour, be oppressed with toil or fatigue*). ¶ 1. Stricto sensu refertur ad corpus, ut patet ex *Cic.* 2. *Tusc.* 15. 35. Aliud est dolere, aliud laborare. Quum varices secabantur C. Mario, dolebat: quum æstu magno ducebat agmen, laborabat. Est inter hæc tamen quædam similitudo. Cf. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 3. Semper obundantes hastas frangitque quatitque: Totum sudor habet corpus multumque laborat, Nec respirandi fit copia. Sic de ægrorum cultura *Plaut. Merc. prol.* 71. Ibi multo plurimum sese familiarium laboravisse, quum hæc pater sibi diceret: Tibi aras, tibi occas, — tibi denique iste pariet lætitiam labos. *Ter. Heaut.* 1. 1. 37. At istos rastros interea tamen appone: ne labora. *Cic.* 5. *Verr.* 52. 121. Quamdiu intelligebant, sese sibi et populo Romano, non Verri et Apronio, serere, impendere, laborare. Ceterum *Id.* 5. *Phil.* 6. 18. Non quo ille scuta occulta esse vellet, sed ne familiares, si scuta ipsi ferrent, laborarent. *Ovid.* 15. *Met.* 367. quæ (*apes*) more parentum Rura colunt, operique favent, in spemque laborant. *Quintil.* 11. 3. 55. Sunt qui — imitentur jumenta onere et jugo laborantia. — Sic pro militare, stipendia merere. *Inscript.* apud *Mommsen. Inscr. Neap.* 318. et apud *Henzen.* 6840. AVR. ASDVLA MIL. COH. V. PRETORIE (*sic*) FRATRI BENMERER (*sic*) QVI MECV. LABORAIT (*sic*) AN. XII. — Cum Dativo, *laborare alicui* est laborando inservire, apud *Sil. It.* 8. 116. Nigro forte Jovi, cui tertia regna laborant. ¶ 2. Latiori sensu et sæpissime refertur ad animum, et significat laborem ac studium impendere, contendere, curare, niti, conari, *affaticarsi, studiarsi, procurare, far di tutto per ottener qualche cosa*: et occurrit — *a*) Absolute. *Cic.* 2. *Purad.* § 17. Quid enim ego laboravi, aut quid egi, aut in quo evigilaverunt curæ et cogitationes meæ? *Id.* 13. *Fam.* 67. Hæc propterea scripsi, ut et me non sine causa laborare intelligerer, etc. *Horat. Art. P.* 241. sudet multum, frustraque laboret Ausus idem. *Quintil.* 8. *procem.* 29. Qui non satis laborarunt. — *b*) Cum Ablat. et præpos. *de*, ut apud *Cic.* 13. *Fam.* 26. *sub fin.* Sic enim velim existimes, non minus me de illius re laborare, quam ipsum de sua. *Id. ibid.* 50. Quo est honestius de amicorum pecunia laborare, quam de sua. *Id. ibid.* 56. His de rebus eo magis laboro, quod agitur res Cn. Pompeji —, et quod is magis etiam mihi laborare videtur, quam ipse Cluvius. Adde *eumd. Cæcin.* 1. 3. — Passive impersonaliter *Cic.* 2. *Tusc.* 19. 29. Quasi de verbo, non de re laboretur. — Et cum Accus. *nihil, Cic.* 8. *Phil.* 9. 26. Tironi prospicit: de se nihil laborat. *h. e.* non curat, non est anxius. Cf. *eumd.* 1. *Tusc.* 43. 103. — *c*) Cum Ablat. et præpos. *pro*, ut apud *Cic.* 13. *Fam.* 8. Ut intelligeres, non solum me pro P. Tertio laborare debere, sed Sestium etiam pro Albinio. *Id. Dom.* 11. 30. Cn. Pompejum studio et auctoritate — præcipue pro salute mea laborasse. — *d*) Cum præpos. *in* et Ablat. *Cic.* 3. *Nat. D.* 24. 62. In eaodandis autem nominibus, quod miserandum sit, laboratis. *Id.* 5. *Fam.* 12. Nec minus est Spartiates Agesilaus ille perhibendus —, quam qui in eo genere laborarunt. *veteres editiones habent* elaborarunt. Adde *eumd. Brut.* 8. 34. — *e*) Cum præpos. *in* et Accusat. *Liv.* 7. 25. Adeo in quæ laboramus sola crevimus, divitiis luxuriamque. *Seneca* 3. *Ira* 41. Nil in famam laboremus, sequatur vel mala, dum bene merentes. *h. e.* de fama. *Quintil.* 8. 2. 18. In hoc etiam malum a quibusdam laboratur. *h. e.* labor ac studium impenditur, ut hoc malum adsciscant. — *f*) Cum Accusat. et præpos. *circa*, ut apud *Quintil.* 6. 4. 1. Laborare circa memoriam et pronunciationem. Adde *eumd.* 3. 11. 21. — *g*) Cum Conjunctivo et part. *ut. Cic. Prov. cons.* 11. 28. Non decrevi solum, sed etiam ut vos decerneretis, laboravi. *Cæs.* 7. *B. G.* 31. Animo laborabat, ut reliquas civitates adjungeret. *Quintil. procem.* 15. Virtute ac studiis, ut haberentur philosophi, laborabant. — Et addito Accusat. neutr. *Cic.* 13. *Fam.* 26. Tum illud laboro, ut etc. *Quintil.* 4. 5. 17. Id laborandum est, ut etc. *Cic.* 16. *Fam.* 4. Nihil laboro, nisi ut salvus sis. *h. e.* nihil curo nisi etc. *non d'altro mi curo, non d'altro mi travaglio* ec. — *h*) Cum Conjunctivo et part. *ne. Cic.* 5. *Verr.* 57. 132. Sponsio illa ne fieret, laborasti. *Lentulus* apud *Cic.* 12. *Fam.* 11. Quæ ego ne frustra subierim, neve prius, quam reliquias meæ diligentiæ consequar, decedere cogar, valde laboro. — Et addito Accus. neutr. *Cæs.* 1. *B. G.* 31. Non minus se id contendere et laborare, ne ea enunciarentur, quam uti ea, quæ vellent, impetrarent. — *i*) Cum Infinito, præcipue apud Poetas *Nepos Pelop.* 3. Ut ne quærere quidem de tanta re laborarint. *Plin.* 1. *Ep.* 10. Amarique ab eo laboravi. *Justin.* 21. 5. *ad fin.* Laborabat invidiam demere. *Horat.* 2. *Od.* 3. 11. obliquo laborat Lympha fugax trepidare rivo. *Id.* 1. *Sat.* 1. 111. hunc atque hunc superare laboret. Adde *eumd. ibid.* 4. 20. et 10. 73., et 2. *ibid.* 3. 269. Sic *Id. Art. P.* 434. Reges dicuntur multis urgere culullis Et torquere mero, quem perspexisse laborant, An sit amicitia dignus. *h. e.* nosse curant. *Ovid. Heroid.* 15. 77. cui placuisse laborem? *Id.* 13. *Met.* 285. Et simul arma tuli: quæ nunc quoque ferre laboro. Adde *Stat.* 1. *Theb.* 489. — *l*) Quum *laboro* est idem ac curo, anxius sum (quo sensu occurrit etiam *non laboro*, ut supra vidimus, *nihil laboro*, et est non curo, non sum anxius, *non mi curo, non mi travaglio, non ci penso*) usurpatur — Cum Relativo. *Cic.* 3. *Fam.* 12. Vides me jamdudum sudare laborantem, quo modo ea tuear, quæ mihi tuenda sunt. *Id. Rosc. com.* 15. 43. Quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. *Id. Rosc. Am.* 34. 97. Cujus consilio occisus sit, invenio; cujus manu sit percussus, non laboro. — Cum Accusat. neutr. *Cic.* 13. *Att.* 9. Quo etiam magis laboro idem, quod tu. — Cum Accusat. et Infinito. *Varro* 3. *R. R.* 17. 1. Non laboro, inquit, hoc loco discessisse Merulam.

B) Active, seu quum Accusativum regit ¶ 1. Significat elaborare, facere, *lavorare, fare. Horat. Epod.* 5. 60. quale non perfectius Meæ laborarint manus. *Propert.* 4. 3. 33. Noctibus hibernis castrensia pensa laboro. *Tac. Germ.* 45. Frumenta

reterosque fructus patientius, quam pro solita Germanorum inertia, laborant. *Plin.* 23. *Hist. nat. proœm.* 2. (2). Ex me parata omnia, nec cura laboranda, sed se porrigentia ultro. *h. e.* cum labore colligenda. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 10. Sed mortalis bonos, agilis quem dextra laborat. *Sil. It.* 16. 411. Et nobis et equis letum commune laboras. *h. e.* paras, struis. — Sæpius occurrit Part. præter. pass. *Laboratus*, et est labore ac studio factus, elaboratus, *lavorato, fatto con istudio e fatica*, διαπεπονημένος. *Virg.* 1. *Æn.* 643. Arte laboratæ vestes. *Id.* 8. *ibid.* 180. oneratque canistris Dona laboratæ Cereris. *formento fatto in pane. Ovid.* 3. *Met.* 158. antrum Arte laboratum nulla. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (7). Laborata Herculi et Perseo. *Cic. Cæl.* 22. 54. Sed hæc, quæ sunt oratoris propria, quæ mihi fructum aliquem ferre potuissent, quum a me ipso laborata proferri viderentur etc. *Quintil.* 12. 6. 5. Actio laborata dierum ac noctium studio. *Martial.* 4. 33. Laborati libri. *Id.* 9. 19. Curva laboratas antlia tollit aquas. *h. e.* magno labore haustas. *Capell.* 2. *p.* 35. Tunc vero illa nausea ac vomitio laborata. *procurata a bello studio e con fatica. V.* et *Laboratus* in fin. ¶ 2. Hinc Part. *Laboratus* poetice cum abstractis est etiam per labores et ærumnas actus, laboriosus, exercitus, *laborioso, calamitoso. Val. Flacc.* 5. 225. Fata laborati Phryxus compleverat ævi. *Stat.* 1. *Theb.* 341. Grata laboratæ referens oblivia vitæ. *Capell.* 1. *p.* 13. Philologiæ pervigilia laborata. *h. e.* a pervigili Philologiâ laborata.

II.) Speciatim laborare ¶ 1. Sæpe est morbo, aut dolore aliquo male habere; et occurrit — *a*) Absolute. *Cic.* 7. *Att.* 2. Invaletudo tua me valde conturbat: significant enim tuæ litteræ, te prorsus laborare. *che tu se' formalmente ammalato. Id.* 5. *ibid.* 8. Quum sine febri laborassem. *Id.* 2. *Tusc.* 25. 61. Eum graviter esse ægrum, quod vehementer ejus artus laborarent. — Et de plantis *Colum.* 11. *R. R.* 2. 29. Oleis laborantibus circum radices amurcam conveniet infundere. *ammalate.* Sic *Pallad.* 5. *R. R.* 8. Oleis laborantibus circum radices insulsa amurca fundetur. — *b*) Cum Ablat. et præpos. *ex. Ter. Andr.* 1. 5. 34. Laborare e dolore. *sentire i dolori del parto. Cic.* 7. *Fam.* 26. Quum decimum jam diem graviter ex intestinis laborarem. *essendo travagliato da diarrea.* et *Id.* 9. *ibid.* 23. Laborare ex pedibus. *aver la podagra.* et 2. *Tusc.* 25. 60. ex renibus. — *c*) Cum Ablat. sine præpos. *Horat.* 3. *Od.* 22. 2. laborantes utero puellæ. *che hanno le doglie del parto.* et *Sueton. Claud.* 44. Laborare abundantia. *di replezione. Plin.* 21. *Hist. nat.* 10. 47. (78). torminibus. *Id.* 17. *ibid.* 24. 37. (219). fame et eruditate. *Martial.* 1. 99. podagra. *Marcell. Empir.* 38. Constat, eum non laboraturum podagræ dolore. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 6. frigore. — *d*) Cum Ablat. et præpos. *ab* eodem sensu dixit *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 46. (133). a frigore. *essere intirizzito.* ¶ 2. Hinc ad alia quoque mala refertur sive corporis, sive animi, quibus urgemur ac premimur. — *a*) Cum Ablat. et præpos. *ex. Cic. Rosc. Am.* 51. 154. Ex quibus rebus maxime res publica laborat, iis maxime mederi convenit. *Id. ibid.* 51. 149. Quod si omnes qui eodem loco nati sunt facerent, et res publica ex illis et ipsi ex invidia minus laborarent. Sic *Id. Cluent.* 71. 202. Laborare ex invidia. *essere odiato. Id.* 16. *Fam.* 11. ex desiderio. *Id.* 2. *Invent.* 2. 5. ex inscientia. *essere ignorante. Cæs.* 3. *B. C.* 22. ex ære alieno. *essere oppresso da debiti.* — *b*) Cum Ablat. sine præpos. *Cic. Rosc. Am.* 53. 154. Populus Romanus laborat domestica crudelitate. *Id.* 4. *Fam.* 3. Laboraro alienis malis. *Id.* 1. *ad Brut.* 10. non externis hostibus magis, quam domesticis. *Liv.* 3. 31. annona. *Id.* 6. 2. odio apud hostes, contemptu inter socios. *Id.* 31. 4. Diversis duobus vitiis, avaritia et luxuria, civitas laborat. *Sueton. Aug.* 47. Laborare ære alieno. *Id. Ner.* 2. obsidione. *essere stretto d'assedio. Justin.* 16. 3. 3. pestilentia. *Id.* 4. 3. 1. discordia. *Quintil.* 12. 9. 14. crimine temeritatis. *essere tenuto per temerario.* Sic *Id.* 4. 1. 33. opinione arrogantiæ. *Id.* 12. 9. 7. fastidio. *essere fastidioso e disprezzante. Martial.* 5. 78. Si tristi domicœnio laboras. *se sei costretto cenare a casa tua.* — Et passive impersonaliter *Liv.* 1. 31. Pestilentia laboratum est. Sic *Plin.* 2. *Hist. nat.* 96. 98. (211). Terræ motu laboratum est. — *c*) Cum Ablat. et præpos. *ab. Cæs.* 3. *B. C.* 9. Laborare a re frumentaria. *penuriare di grano. Horat.* 1. *Sat.* 4. 26. ab avaritia, aut ambitione. *Est qui legit* ob avaritiam. *Liv.* 22. 39. Laborare a veritate. *h. e.* deficere, abesse. Al. aliter leg. — *d*) Cum Ablat. personæ et præpos. *in. Horat.* 1. *Od.* 17. 19. laborantes in uno Penelopen vitreamque Circen. *h. e.* flagrantes amore unius Ulyssis. Cf. *eumd. ibid.* 27. 19. ab miser, quanta laborabas Charybdi! ¶ 3. Absolute — *a*) Dicitur de iis, qui aliqua re inferiores sunt, et a validiore premuntur. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 51. Laborat, crebro commutat status. *Quintil.* 4. 1. 9. Est enim naturalis favor pro laborantibus. *per chi è al di sotto*: qui causa laborant, ut *Id. ibid.* loquitur. — Hinc sæpe adhibetur in re militari. *Cæs.* 4. *B. G.* 26. Quos laborantes conspexerat, iis subsidia submittebat. *durare fatica a mantenersi a fronte del nemico.* et 7. *ibid.* 67. Si qua in parte nostri laborare, aut gravius premi videbantur. *Id.* 2. *B. C.* 6. Suis laborantibus succurrere. Cf. *Sall. Cat.* 59. et *Jug.* 53. — Passive impersonaliter *Cæs.* 7. *B. G.* 85. Maxime ad superiores munitiones laboratur. — *b*) Tribuitur et rebus inanimis. *Cæs.* 2. *B. C.* 6. Triremes adeo graviter inter se incitatæ conflixerunt, ut vehementissime utræque ex concursu laborarent. *restarono danneggiate.* Similiter *Ovid.* 2. *Pont.* 6. 22. laborantem ratem deserere. *pericolante. Horat.* 2. *Od.* 9. 6. Aquilonibus laborant querceta Gargani. *Id.* 1. *ibid.* 9. 1. Vides, ut alta stet nive candidum Soracte, nec jam sustineant onus Silvæ laborantes. *Id.* 1. *Sat.* 4. 19. conclusas bircinis follibus auras, Usque laborantes, dum ferrum molliat ignis. *Petron. Satyr.* 23. Detectus paries nimbo laborat. *patisce.* — Speciatim de sole et luna dicitur, quum deficiunt, *ecclissarsi*: *V.* LABOR. *Cic.* 1. *Tusc.* 38. 92. Num igitur eum (*Endymionem*) curare censes, quum luna laboret? Sic *Propert.* 2. 25. 52. Nec cur fraterni luna laboret equis. *h. e.* defectum patiatur ob lumen solis terræ interventu interceptum. *Ovid.* 2. *Amor.* 5. 37. Aut ubi cantatis luna laboret equis. Adde *Plin.* 2. *Hist. nat.* 9. 6. (12). — *c*) De abstractis. *Cic.* 2. *Nat. D.* 60. 150. Digitorum contractio facilis facilisque porrectio propter molles commissuras et artus nullo in motu laborat. *Petron. Satyr.* 115. Sinite, me sententiam explere: laborat carmen in fine. *Liv.* 32. 39. *extr.* Veritatem laborare nimis sæpe ajunt, exstingui numquam. Cf. *Flor.* 1. 12. 11. Laborat annalium fides, ut Vejos fuisse credamus. *h. e.* annales vix fidem faciunt, ut credamus etc. *penano a farci credere. Quintil.* 9. 4. 33. Vocalium concursu hiat et intersistit et quasi laborat oratio. *Cels.* 2. 7. *a med.* Quibus causa doloris, neque sensus ejus est, his mens laborat. *delira.* Hic *Targa* reposuit *labat*, quod aliis *Celsi* locis citatis confirmat: *V.* LABO. — Hinc Part. præter. pass., cujus multa exempla sub L. *B.* retulimus,

Laboratus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Laboratior* apud *Tertull. Virg. veland.* 10. Continentia laboratior. *h. e.* majore labore ac difficultate custodita.

LĂBOS. *V.* LABOR, ŏris init.

LĂBŌSUS, a, um, adject. *faticoso*, idem quod laboriosus: a *labos*. Ita *Non.*, apud quem *Lucilius p.* 489. 11. *Merc.* Præterea omne iter hoc est labosum atque lutosum. *Id.* apud *eumd. ibid.* labosas Tantalu' qui pœnas ob facta nefanda luvit.

LĂBRĀTUS, a, um, adject. qui magnis labris præditus est. *Charis.* 1. *p.* 78. *Putsch.* Chilones cum aspiratione ex Græco a labris improbioribus, quos illi χείλη, unde chilones improbius labrati.

LĂBRŌ *vel* labrus, i, m. 2. dictus est piscis marini genus, cauda placens, apud *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 54. (152). — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

LĂBRŌSUS, a, um, adject. (labrum) proprie est qui labra habet prominentia, *chi ha grandi labbra. Gloss. Cyrill.* Πρόχειλος, labrosus. — Hinc translate est extremitates habens prominentes veluti quædam labra. *Cels.* 7. 26. *n.* 2. *sub fin.* Ferramentum fecit in summa parte labrosum.

LĂBRUM, i, n. 2. Prima syllaba hujus vocis aliquando corripitur, saltem a Comicis. *Ter. Adelph.* 4. 2. 19. Usque occidit: hem quid narras? hem vide ut discidit labrum! — Ceterum *labrum* duo diversa significat, prout est *A*) a *lambo*; aut *B*) a *lavo*.

A) *Labrum*, i, a *lambo* (qua de notatione *V.* in LABIUM init.) est extrema oris pars in animali; *V. Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 60. (159). χεῖλος (It. *labbro*; Fr. *lèvre*; Hisp. *labio*; Germ. *d. Lippe oder Lefze*; Angl. *a lip*).

I.) Proprie. — *a*) Raro in sing. num. *Ter. Adelph.* 4. 2. 19., quem locum *V.* supra init. *Lucret.* 5. 1403. Et supera calamos unco percurrere labro. *Cæs.* 5. *B. G.* 14. Britanni capillo sunt promisso, atque omni corporis parte rasa, præter caput et labrum superius. Sic *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (162). Arabes mitrati degunt, aut intonso crine; barba abraditur, præterquam in superiore labro. *ne' mostacchi. Petron. fragm. Tragur.* 52. *Burmann.* Demisso labro orare. — *b*) Fere adhibetur in plurali numero. Urbane *Plaut. Trin.* 4. 2. 63. et 65. Devoravi nomen imprudens modo: atqui etiam modo versabatur mihi in labris primoribus. *l'avea sulla punta della lingua. V.* INERRO. Ceterum *Cic.* 2. *Divinat.* 31. 66. Apes, quas dixisti in labris Platonis consedisse pueri. *Ovid.* 8. *Met.* 802. labra incana situ. *Cels.* 7. 9. curta. *Pers.* 3. 102. laxa. *Juvenal.* 10. 229. pallida. *Id.* 6. 622. longa manantia labra saliva. *bavose. Virg.* 11. *Æn.* 572. teneris immulgens ubera labris. *Id.* 3. *Ecl.* 43. poculo labra admovere. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 60. Labra movet metuens audiri. *Id.* 1. *Sat.* 4. 137. hæc ego mecum Compressis agito labris. *h. e.* tacitus considero. *Petron. Satyr.* 26. Labra valgiter commovere. *Quintil.* 1. 11. 9. Observandum ut recta sit facies dicentis, ne labra distorqueantur. *Id.* 11. 3. 81. Labra male porrigere, scindere, adstringere, diducere, replicare, in latus trahere. *Seneca* 2. *Benef.* 24. Vix labra diduxit. *appena aprì la bocca. Nigidius* apud *Gell.* 10. 4. Projectis labris pronunciare. *Cic. Pis.* 33. 82. Requirere aliquid ab aliquo tremantibus labris. *Valer. Ædituus* apud *Gell.* 19. 9. Quid mi abs te quæram? verba labris abeunt. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 14. Labra ad labella adjungere. *h. e.* osculari, quod dixit *Id. Mil. glor.* 4. 8. 25. Labra labellis ferruminare. *Cn. Matius* apud *Gell.* 20. 9. Labra labris conserere. *Petron. Satyr.* 132. Osculis collisa labra crepitabant. Contra *Martial.* 2. 10. Dare basia dimidio labro. *Horat.* 1. *Od.* 13. 13. Imprimere memorem dente labris notam. — *c*) *Primis aut primoribus labris gustare*, aut *attingere* est leviter quid attingere, addiscere, cognoscere, *leggermente, superficialmente. Cic.* 1. *Nat. D.* 8. 20. Hunc censes primis, ut ajunt, labris gustasse physiologiam, qui quidquam, quod ortum sit, putet æternum esse posse? *pensi, che ne sappia straccio?* et *Id.* 1. *Orat.* 19. 87. Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. *Id. Cæl.* 12. 28. Qui primoribus labris gustassent hoc vitæ genus, et extremis, ut dicitur, digitis attigissent. — Simile est illud *Senec. Ep.* 10. Non a summis labris ista venerunt: habent hæ voces fundamentum. *h. e.* dicta sunt hæc ex intimo animi sensu, et non ore solum prolata. — *d*) *Linere alicui labra* proverbiali locutione apud *Martial.* 3. 42. est decipere, verba dare: quod *os sublinere* dixit *Plaut. Merc.* 2. 4. 17. — *e*) *Similem habent labra lactucam* proverb. apud *Hieronym. Ep.* 7. *n.* 5. dictum a M. Crasso, quum vidisset asinum carduos comedentem: quod illi risum elicuit, qui neque antea, neque post ridens visus est unquam, teste *Lucilio* apud *Cic.* 5. *Fin.* 30. 92. et 3. *Tusc.* 15. 31. Proverbium habet locum, ubi similia similibus contingunt, ut perforatæ navi debilis gubernator, et cæcus cæco dux viæ, et talis sit rector, quales illi, qui reguntur: quo sensu Itali dicimus: *a mopolo pazzo prete spiritato.*

II.) Translate. ¶ 1. Per similitudinem *labrum* est extrema ora cujusque rei, *estremità, orlo, margine. Cato R. R.* 107. Labra doliorum circumlinere. Cf. *Cæs.* 6. *B. G.* 27. Cornua ab labris argento circumcludunt, atque pro poculis utuntur. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 5. 11. (23). Lilium resupinis per ambitum labris. *Id.* 22. *ibid.* 22. 46. (92). Boleti rancido aspectu, livido colore, pallido per ambitum labro. *Petron. Satyr.* 102. Vos in duas pelles conjiciam, apertis aliquatenus labris, quibus spiritum recipere possitis. *Sisenna* apud *Non. p.* 449. 19. *Merc.* Innorios trementibus artubus repente extrahit, sistitque in labro summo fluminis. *Cæs.* 7. *B. G.* 72. Ut ejus fossæ solum tantummodo pateret, quantum summa labra distabant. Adde *Liv.* 37. 37. *extr.*

Sic *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (168). Scrobes pulvinatis a devexitate labris. *Id.* 31. *ibid.* 2. 19. (28). Herba in labris fontis virens. ¶ 2. *Labrum* pro fossa cum aggere positum est in illo *Auson. de clar. Urbib.* 5. 9. Mœniaque in valli formam circumdata labro. ¶ 3. *Labrum Venerium* herba est in fluminibus nascens, de qua *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 108. (171)., quamque *labrum Veneris* dixit *Seren. Samnon.* 103S. *V.* DIPSACOS.

B) Labrum, i, n. a *lavo* (hinc *Mar. Victorin. Art. gramm.* 1. p. 2457. *Putsch.* Et pro *lavabro, labrum.*) est vas grande latique oris, diductas habens oras, et in exteriorem partem, in modum labrorum, repandas, *vaso d'ampia bocca, conca, vasca.* (*Inscript.* apud *Orell.* 4517., quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 16. MENSAM QVADRATAM IN TRICHIL. (*sic*), ABACVM CVM BASI, HOROLOGIVM, LABRVM CVM FVLMENTIS MARMOR..... POSVERVNT.). Hinc labrum lupinarium, et aquarium est apud *Caton. R. R.* 10. *et* 11. elnacrum, *ibid.* 11., olearium, *ibid.* 13. et apud *Colum.* 12. *R. R.* 52. 10. fictile, aut lapideum condendis ficis, apud *eumd. ibid.* 15. 2. De vinario labro est illud *Virg.* 2. *G.* 6. spumat pienis vindemia labris. *a piene tina.* De aquario 12. *Æn.* 417. hoc fusum labris splendentibus amnem Inficit. et *Plin.* 5. *Ep.* 6. *ante med.* Marmoreo labro aqua exundat. De balneario *Cic.* 14. *Fam.* 20. Labrum si in balineo non est, etc. *V.* etiam *Vitruv.* 5. 10. 4. *Schneid.* Hinc poetice pro ipso balneo *Ovid.* 4. *Fast.* 761. Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianæ.

LĂBRUS, i. *V.* LABROS.

LĂBRUSCA, æ, proprie est adjectiva vox, quacum jungitur *vitis* vel *uva*; et est vitis agrestis, *sorte di vite salvatica, lambrusca,* ἀγριάμπελος; ita dicta, inquit *Servius* ad *Virg.* 5. *Ecl.* 7. et *Non.* p. 449. 15. *Merc.*, quod in labris, h. e. extremitatibus agrorum, seu in sæpibus nascatur: quod et *Isid.* 17. *Orig.* 5. exscripsit. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 13. 28. (48). Labrusca vitis. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 23. Uva labrusca, de vepribus immature lecta. — Hinc etiam absolute. *Virg. loc. cit.* antrum Silvestris raris sparsit labrusca racemis. Adde *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 14. (19).; et *Vulgat. interpr. Isai.* 17. 11.

LĂBRUSCUM, i, n. 2. *uva salvatica,* fructus labruscæ vitis. *Virg. Cul.* 52. Densaque virgultis avide labrusca petuntur.

LĂBUNDUS, a, um, adject. seu potius Part. præter. pass. a *labor, eris,* labens, *cadente, scorrente.* Habet *Accius* apud *Non.* p. 504. 32. *Merc.* Hac ubi curvo litore latratu unda sub undis labunda sonit.

LABURNUM, i, n. 2. *avornio, majo,* arbor Alpina, dura candidaque materia, aquas refugiens, cujus florem cubitali longitudine non attingunt apes, ut *Plin.* 16. *Hist. nat.* 18. 31. (76). tradit. *Id.* 17. *ibid.* 22. 35. (174). optimos ex ea palos pedandis vitibus fieri docet: nunc vero plurimus est ejus ligni usus apud nostros tornatores.

LĂBŸRINTHĒUS, a, um, adject. ad labyrinthum pertinens, λαβυρίνθειος. *Catull.* 64. 114. Ne labyrintheis e flexibus egredientem Tecti frustraretur inobservabilis error. — Est etiam epitheton illius, qui labyrinthum fabricavit. *Capell.* 6. *p.* 190. Ita quippe memoratur (*Geometria*) posse omnia effigiare, ut labyrintheus Dædalus eam credendus sit genuisse.

LĂBŸRINTHĬCUS, a, um, adject. labyrintheus. *Sidon.* 9. *Ep.* 13. *in carm.* Iter asperum, viasque Labyrinthicas cucurrit. *Id.* 11. *Ep.* 4. Quæstionum insolubilitas labyrinthica.

LĂBŸRINTHUS, i, m. 2. λαβύρινθος, *laberinto,* locus multis viarum ambagibus inflexus, ex parietibus, vel ex arboribus: a λάβυρος *forea,* vel a λαβεῖν et ῥινᾶν, quod prehendendo decipiat, vel a λαβεῖν δῦρας, quasi λαβύνδυρος, quod varia ab ingressu aperiuntur et quasi prehenduntur ostia, nec tamen exitus invenitur. Ceterum *J. G. The Water* ad *Jablonskii Opusc. T.* 1. *p.* 122. omnes has aliasque ex Græca lingua derivationes merito improbat, quum nomen istiusmodi ex Ægyptio potius sermone deducendum sit; de recto tamen ejusdem etymo una cum *Jablonskio* addubitare videtur. *Seneca Ep.* 44. *extr.* Quod evenit in labyrintho properantibus, ipsa illos velocitas implicat. — Quatuor præcipue labyrinthi celebrantur a *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (84). Primus fuit Ægyptius, in urbe Heliopoli, omnium maximus, portentosissimum humani ingenii opus, lapideis e Paro columnis in introitu, reliquis Syeniticis. Secundus Creticus, apud Gortynam urb. perplexis parietibus, factus a Dædalo (qui exemplar ab Ægyptio sumpsit) jussu Minois, in quo Minotaurus monstrum inclusum est. Centesimam tantum portionem ejus, qui in Ægypto erat, continebat; itinerum tamen ambagibus, occursibus et recursibus multo admirabilior fuit. Tertius fuit Lemnius columnarum nitore insignis: centum enim et quinquaginta columnas habebat. Quartus fuit Italicus, quem Porsena Etruscorum rex sepulcri causa sibi exstruxit. V. *Plin. loc. cit.* De Ægyptio multa habet et *Mela* 1. 9. 5. De Cretico *Ovid.* 8. *Met.* 159. Dædalus, ingenio fabræ celeberrimus artis, Ponit opus: turbatque notas, et lumina flexum Ducit in errorem variarum ambage viarum etc. *Virg.* 5. *Æn.* 588. Ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta, Parietibus tantum cæcis iter, ancipitemque Mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi Falleret indeprensus et irremeabilis error.

LAC, lactis, n. 3. Olim declinabant *lacte, is. Plaut. Merc.* 5. 9. 30. Neque aqua aquæ, neque lacte est lacti usquam similius. Adde *eumd. Mil. glor.* 2. 2. 85.; *Ennium, Cæcilium, Cassium Heminam,* et *Varron.* apud *Non.* p. 483. 2. *Merc.*; *Caton. R. R.* 86. et apud *Charis.* 1. *p.* 79. *Putsch.*; *Valgium, Verrium* et *Trogum* apud *Charis. loc. cit.* Sic *Apul.* 8. *Met.* Eum rogavit, haberet ne venui lacte liquidum. Apud *Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 16. (53). dicitur *lacte* succus pirorum, quæ Falerna cognominantur et magna vi succi abundant. — Quidam, inquit *Capell.* 3. *p.* 81., quum *lac* dicunt, adjiciunt *t*, propter quod facit *lactis.* Sed Virgilius (2. *Ecl.* 22.). *Lac mihi non æstate novum, non frigore defit.* Quippe quum nulla apud nos nomina in duas mutas exeunt: et ideo veteres *lacte* in nominativo dixerunt. Hæc *Capella,* quæ lucem afferunt loco illi *Auson. Technopægn. in Grammaticomast.* 12. Vox solita, et cunctis notissima, si memores, lac: Cur condemnetur, ratio magis ut faciat lact? *Val. Prob. Cathol. p.* 1445. *Putsch.* monet, *lact* apud solum *Varron. de L. L.* reperiri. — Accusativus masculini generis affertur ex *Plaut. Bacch.* 5. 2. 16. Quæ nec lactem, nec lanam habent. *Petron. fragm. Tragur.* 71. *Burmann.* Servi homines sunt, et æque unum lactem biberunt. *Apul.* 8. *Met.* Vini cadum et lactem et caseos donare. *Gell.* 12. 1. *a med.* Præsertim si ista, quam ad præbendum lactem adhibetis, aut serva, aut servilis est. Sed in *locc. citt.* potius *lacte* antiqua, ut diximus, forma legendum esse videtur, præcipue quum et *lacte* pro *lac* neutro genere apud *Plaut.* et *Apul.* alibi quoque legatur, et ex *lacte* vel *lactĕ,* quod in veteribus codicibus inerat, librariorum inscitia facile fieri potuit *lactem.* — Ceterum *lac,* quod caret plurali numero, est succus maternus, quo statim a partu animal nutritur (qua de re V. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 41. 96. (236). et seqq.): a genitivo Græcæ vocis γάλα, γά λακτος, quæ idem significat (It. *latte*; Fr. *lait*; Hisp. *leche*; Germ. *die Milch*; Angl. *milk*).

I.) Proprie. — *a)* Generatim. *Cato* apud *Charis.* 1. *p.* 79. *Putsch.* Et in Italia atras capras lacte album habere. *Varro* apud *Non.* p. 113. 12. *Merc.* Lac humanum fellare. *h. e.* exsugere. *Lucret.* 5. 811. femina quæque, Quum peperit, dulci repletur lacte. *Cic.* 3. *Tusc.* 1. 2. Ut pæne cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. *Fronto ad Antonin. imp.* 1. 2. *p.* 148. Pullo nostro tussiculam sedaverit et dies clementior et nutrix ejus, si cibis aptioribus vescatur: omnia enim remedia atque omnes medicæ fovendis infantium faucibus in lacte sunt sita. *Cæs.* 4. *B. G.* 1. Maximam partem lacte atque pecore vivunt. *Virg.* 4. *Ecl.* 21. Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ Ubera. *Id.* 7. *ibid.* 15. Agni a lacte depulsi. *slattati. Ovid.* 3. *Fast.* 444. Lac dare alicui. *allattare. Varro* 2. *R. R.* 8. 2.; et *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 33. (129). Lac asinarum. *Plin.* 11. *ibid.* 41. 96. (238). bubulum. *Id.* 28. *ibid.* 9. 33. (123). camelinum. *Id.* 11. *ibid.* 41. 96. (238). caprinum. *Varro* 2. *R. R.* 8. 2.; et *Plin.* 28. *Hist. nat.* 10. 45. (159). equinum. *Plin.* 28. *ibid.* 9. 33. (123). humanum. *Id.* 11. *ibid.* 41. 96. (237). maternum. *Cels.* 6. 6. 8. muliebre. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 33. (124). ovillum. *Id. ibid.* 9. 33. (130). suillum. *Id.* 25. *ibid.* 8. 53. (94). vaccinum. *Ovid.* 3. *Art. am.* 627. Lac recens. quod *Virg.* dixit 2. *Ecl.* 22. Lac novum. *fresco. Id.* 3. *G.* 463. concretum. *rappreso. Id.* 1. *Ecl.* 82. copia pressi lactis. *di caccio. Colum.* 5. *R. R.* 12. 2. Abundantia lactis. *Quintil.* 1. 1. 21. A lacte cunisque. *h. e.* ab infantia. — *b)* Speciatim in sacris lac, ut vinum, mel, far, sal, sæpe locum habuit. V. *Virg.* 5. *Ecl.* 67., 3. *Æn.* 66., 5. *ibid.* 78. et 1. *G.* 344.; et *Horat.* 2. *Ep.* 1. 143. Præcipue vero rustici et pauperiores lacte diis supplicabant, quod majoris pretii hostias habere non possent, ut *Plin.* adnotavit in *præf. Hist. nat.* § 11. — *c) Tam simile est, quam lac lactis,* proverb. de rebus simillimis. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 85., *Amph.* 2. 1. 54. et *Merc.* 5. 9. 30. — *d) Lac gallinaceum* item proverbio dicitur de re admodum rara et singulari, ὀρνίθων γάλα. *Petron. fragm. Tragur.* 38. *Burmann.*; et *Plin. præf. Hist. nat.* § 23.

II.) Translate. ¶ 1. Lac dicitur de re dulcissima et gratissima. *Plaut. Truc.* 1. 2. 77. In melle sunt linguæ sitæ vostræ, atque orationes, lacteque: corda felle sunt lita. *Quintil.* 2. 4. 5. Satiari velut quodam jucundioris disciplinæ lacte. ¶ 2. *Lac* etiam dicitur succus quarumdam herbarum et arborum, lacti simile, *lattificio. Ovid.* 11. *Met.* 606. Innumeræque herbæ, quarum de lacte soporem Nox legit. *Cels.* 5. 7. Lac caprifici, vel lactucæ marinæ. *Colum.* 7. *R. R.* 8. 1.; et *Pallad.* 6. *R. R.* 9. Ficulneum lac. *Plin.* 23. *Hist. nat* 7. 63. (118). ficulnum. ¶ 3. Item lacteus color. *Ovid.* 1. *Art. am.* 290. *de tauro.* Signatus tenui media inter cornua nigro: Una fuit labes, cetera lactis erant. — *Lactes* vel *Lactis* V. infra suo loco.

LACCA, æ, f. 1. ¶ 1. Est tumor morbosus in cruribus jumentorum, ad similitudinem vesicæ. *Veget.* 1. *Veterin.* 27. et 3. *ibid.* 19. ¶ 2. Item genus herbæ succum ferentis ad ictericos utilis. *Apul. Herb.* 3. *in fin.*

LACCAR, āris, n. 3. herbæ genus. *Plin. Valer.* 2. 17. *sub init.* Item herba, quæ dicitur laccar, unde vermiculatæ pelles tinguntur. *V.* REUPONTICUM.

LACCĀRĬUS, ii, m. 2. qui λάκκους, *h. e.* fossas, vel puteos fodit. Legunt nonnulli *laccarii* apud *Imp. Constantin. Cod.* 10. 64. 1., ubi alii melius *lectarii,* vel *lecticarii.* Ceterum *V.* LAQUEARIUS.

LACEBRÆ, arum, f. plur. 1. idem atque illecebræ. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 94.

LĂCER, ĕra, ĕrum, adject. Nominativus sing. num. usitatus est *lacer,* ut docet *Charis.* 1. p. 109. *Putsch.* bisce verbis: Lacer an Lacerus? ut Puer, Tener. (Sic enim est emendandum, pro vulgata *an laceris,* ut monet cl. *Quicherat.*). *Lacerus* tamen legitur apud *Venant. Vit. S. Martin.* 1. 116. Suppliciis lacerus, flagris datus, urbe repulsus. *et ibid. sub f.* Mente hebes, ore putris, lacerus pede, mente refrictus. — Ceterum lacer occurrit *A)* Sæpissime passive; et *B)* Raro admodum active.

A) Passive *lacer* stricto sensu est amputatus, truncatus, mutilatus, abscisus, mutilus; videtur esse a λακίω *cum strepitu frangor,* hinc λάκερος apud *Hesychium* est lacer, *troncato, tronco, mozzato, mozzo, tagliato,* πηρός, ἀνάπηρος. Sic *Paul. Diac. p.* 118. 1. *Müll.* Lacerare, dividere, comminuere est. Lacer, quod auribus curtatis est. Lacerum, quodcumque est in corpore imminutum. et *Pseudo-Ascon.* ad *Cic.* 1. *Verr.* 6. 17. Lacer dicitur amputatis a corpore sensuum membris, hoc est auribus oculisque. — Hinc generatim est discissus, discerptus, distractus, ῥακωδής, τρυχηρός (It. *mutilato, lacero, squarciato, stracciato*; Fr. *déchiré, mutilé, lacéré, mis en pièces*; Hisp. *desgarrado, lacerado mutilado*; Germ. *verstümmelt, zerfleischt, zerrissen, und in seinem ursprünglichen Bestand gestört*; Angl. *maimed, mangled, dismembered, disabled, shattered, cut or lopped off.*)

1.) Proprie. — *a)* De hominum et brutorum membris. — Absolute. *Lucret.* 3. 303. circum cæsis lacer undique membris Truncus. *Liv.* 1. 28. *sub fin.* In diversum iter equi concitati, lacerum in utroque curru corpus portantes. Adde *Ovid.* 6. *Met.* 562.; et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 63. 63. (156). Similiter *Ovid.* 3. *Met.* 522. Mille lacer spargere locis. *Virg.* 4. *Æn.* 491. Lacerum funus. *Martial. Spectac.* 7. Vivebant laceri membris stillantibus artus. Adde *Plin. Paneg.* 52. — Metaphorice *lacera castra* dixit *Sil. It.* 15. 9. de exercitu, qui ducem in prælio amisit. — Et poetice *Grat. Cyneg.* 408. deformis lacerum dulcedine corpus Persequitur scabies. *grassiato.* —

Cum Accusativo membrorum, quæ amputata sunt, Græcorum more. *Virg.* 6. *Æn.* 490. lauiatum corpore toto Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, Ora manusque ambas. — Cum addito Ablat. rei, qua quid lacerum fuit. *Ovid.* 9. *Met.* 97. Caput lacerum cornu. *Seneca Phœniss.* 162. Laceræ unguibus venæ. *Justin.* 21. 4. *sub fin.* Corpus verberibus lacerum. — *b*) De rebus. *Ovid.* 2. *Met.* 318. Sparsaque sunt late laceri vestigia currus. *Id. Heroid.* 2. 45. Laceras puppes reficere. *Id.* 11. *Met.* 509. Quum laceras aries ballistave concutit arces. *Tac.* 15. *Ann.* 40. *extr.* Tectorum vestigia lacera et semiusta. *Id.* 3. *Hist.* 10. Lacera vestis. *Stat.* 10. *Theb.* 8. inhonora cohors laceris insignibus. *Id.* 3. *Silv.* 3. 133. Laceri crines. — Huc referri possunt et tria illa, quæ *Forcellinus* inter translata retulit, *Senec. Thyest.* 43. Laceræ domus artus componere. *Rutil.* 1. *Itiner.* 331. Lacera urbs. *saccheggiata.* et *ejusd. ibid.* 29. laceri post longa incendia fundi. *possessioni disfatte.*

II.) Translate. *Plin. Paneg.* 39. Sparsas, atque, ut ita dicam, laceras gentilitates colligere atque connectere. *Claudian.* 2. *Laud. Stilich.* 20. Lacerum regnum.

B) Active est lacerans, *lacerante. Ovid.* 8. *Met.* 878. Ipse suos artus lacero divellere morsu Cœpit. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LĂCĔRĂBĬLIS, e, adject. (lacero) qui lacerari potest, *lacerabile. Auson. Edyll.* 15. 17. ipsa senectus Abjicit innumeris corpus lacerabile morbis.

LĂCĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. (lacero) actus lacerandi, laniatus, *lacerazione, squarciamento, stracciamento*, ἄμυξις, σπαραγμός. *Cic. Pis.* 18. 42. Si te et Gabinium cruci suffixos viderem, majore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione etc. Sic *Liv.* 7. 4. Corporum laceratio. — In plur. num. *Cic.* 3. *Tusc.* 26. 62. Muliebres lacerationes genarum.

LĂCĔRĀTOR, ōris, m. 3. qui lacerat, *laceratore*, δάπτριος. *Augustin. Mor. Ecclesiæ Cathol.* 1.

LĂCĔRĀTRIX, īcis, f. 3. quæ lacerat, *laceratrice.* Translate *Edict. Dioclet. præf. n.* 3. Laceratrices centesimæ. *h. e.* usuræ centesimæ, quas *Seneca 7. Benef.* 10. *a med.* vocat sanguinolentas.

LĂCĔRĀTUS, a, um. *V.* LACERO.

LĂCĔRĬA, æ, f. 1. (lacero) pars lacerata. *Inscript. e sched. Barber.*, apud *Fabrett. p.* 98. *n.* 220. et *Lami de erudit. Apost. p.* 1049. LACERIIS FAVSTINAE, FAVLINAE, SATVRNINAE SORORIBVS SANCTIS etc. *h. e.* reliquiis, cineribus.

LĂCERNA, æ, f. 1. vestis exterior ex panno crassiore, quæ togæ superinduebatur, vel tunicæ sine illa, *gabbano, sorta*, τρίβων φαινόλη: habebatque usum contra pluvias ac frigus, ut pallium et pænula, ac tum domi, tum militiæ adhibebatur a Romanis. De vocis origine nihil certi affertur ab etymologis. Gestabatur tum in Urbe, tum extra: sed in Urbe, sine causa frigoris aut pluviæ, lacernatum esse turpe fuit, ut ex *Cic.* 2. *Phil.* 30. 76., *Sueton. Aug.* 40. *extr.* et *Gell.* 13. 21. colligitur. Quin et honoris causa solebant, superveniente principe, eam deponere, v. gr. in spectaculis, in quibus, quod sub dio fierent, lacernis uti ad frigus arcendum, et subita cœli, fas erat: quod factum in honorem Claudii, *Sueton. Claud.* 6. narrat. De usu ejus in spectaculis est et illud *Martial.* 14. 137., cujus lemma est *Lacernæ albæ:* Amphitheatrales nos commendamur ad usus, Quum tegit algentes nostra lacerna togas. Quod frequentissima esset in militia, satis, præter cetera, ostendunt illa *Ovid.* 2. *Fast.* 745. de *Lucretia.* Mittenda est domino (nunc, nunc properate puellæ) Quamprimum nostra facta lacerna manu. et *Propert.* 4. 3. 18. Texitur hæc castris quarta lacerna tuis. Adde *Vellej.* 2. 70. 2. et 80. 3., ex quo utroque loco, quum de ducibus sermo sit, confirmari fortasse potest, quod quidam putant, lacernam militarem eamdem ac chlamydem omnino fuisse; sive, ut ait *Ruhkopf.* ad *Vellej.* loc. cit. in *Indice*, lacerna erat vestis cucullata crassior, qua in militia et itineribus ad arcendum frigus et pluviam utebantur Romani. Cf. *Cornel. Gall. eleg.* (ed. *Wernsdorf. T.* 3. *p.* 196). *v.* 49. Quin etiam argento puroque intexitur auro Altera jam castris parte lacerna meis. Quod vero etiam inter domesticas vestes enumeranda sit, indicare videtur locus *Propert.* 4. 8. 85. quem integrum *V.* — Forma lacernæ fuit chlamydi similis, scil. aperta et laxa, fibula in humero, vel ad pectus connexa, longior tamen, quam chlamys, et fluxior, ut quæ frigori et pluviæ arcendæ totique amiciendo corpori instituta fuit. Ejus usus sero apud Romanos cœpit, quum primus *Cicero* credatur ejus mentionem fecisse. Materia fuit crassior lana, ut dictum est: color fere vel nativus lanæ, vel pullus: sed procedente luxu, et frequente ejus usu in ipsa Urbe, ex pretiosiore materia et colore a ditioribus gestari cœpta est. Hinc Tyrias, auratas, coccineas, et purpureas lacernas legimus apud *Juvenal.* 1. 27. et 10. 212.; et *Martial.* 14. 131., 13. 87. et 5. 8. Ceterum adde *Horat.* 2. *Sat.* 7. 48. et 55.: et V. de his plura apud *Ferrar. de re Vestiar. P.* 2. *l.* 1. etc., et *T. VI. Antiquit. R. Græv.*, et *Pitisc. in Lex.*, et inter recentiores *W. A. Becker Gallus vol.* 3. *p.* 123.

LĂCERNĀTUS, a, um, adject. lacerna indutus, *mantellato*, χλαμυδωτός. *Petron. fragm. Tragur.* 69. *Burmann.* Lacernatus cum flagello mulionum fata egit. *Juvenal.* 1. 62. Ipse lacernatæ quum se jactaret amicæ. *h. e.* virili veste indutæ, qualis erat lacerna. Quidam recte putant, indicari hic Sporum spadonem a Nerone adamatum, et ab eo muliebri Augustarum habitu adornatum, ut est apud *Sueton. Ner.* 28., atque inde colligi, etiam feminas lacernis usas fuisse. — In re militari. *Vellej.* 2. 80. 3. Quum (*Cæsar*) inermis et lacernatus esset, ingressus castra Lepidi etc. *V.* voc. præced.

LĂCERNŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* lacerna, parva lacerna, *gabbanella*, χλαμύδιον. *Arnob.* 2. 19. Lænas, lacernulas, trabeas.

LĂCĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Lacerans* I.; *Laceratus* I., II. 1. 3. et in fin.; *Lacerandus* II. 2. — Lacerare stricto sensu est vi abscindere, amputare, dividere, *mozzare, troncare, tagliar via*, ἀποκόπτω, (*V.* LACER init.), teste *Paul. Diac.*, qui ait *p.* 118. 1. *Müll.* Lacerare dividere, comminuere est. Sed generatim est discindere, discerpere, distrahere, σπαράττω, ἀμύσσω (It. *lacerare, stracciare, squarciare*; Fr. *déchirer, mettre en pièces*; Hisp. *desgarrar, rasgar, despedazar, lacerar*; Germ. *zerreissen, zerfleischen*; Angl. *to maim, mangle, cut or lop off*).

I.) Proprie. — *a*) De hominibus atque hominum et brutorum membris. *Ter. Adelph.* 3. 2. 17. Tum autem Syrum impulsorem, vah quibus illum lacerarem modis! *Pacuvius* apud *Non. p.* 179. 14. *Merc.* Nam te in tenebrica sæpe lacerabo fame clausum et fatigans artus totos distrahan. Confer *Ovid.* 8. *Met.* 784. Lacerare aliquem fame. *Cic.* 1. *Tusc.* 44. 105. Lacerari eum et sentire, credo, putat. *Id.* 2. *ibid.* 8. 20. *Sophoclem vertens.* Quæ (*uestis*) lateri inhærens morsu lacerat viscera. *Id. ibid.* 9. 21. Corpus laceratum patris. Sic *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 2. O lux Trojæ, germane Hector! quid te ita contuo lacerato corpore miser? et *Lucret.* 3. 880. Corpus uti volucres lacerent in morte feræque. *Horat.* 3. *Od.* 27. 46. lacerare ferro, et Frangere enitar modo multum amati Cornua monstri. *Liv.* 3. 58. *a med.* Scissa veste tergum laceratum virgis ostendit. *Ovid.* 2. *Fast.* 695. mea crudeli laceravit verbere terga. *Curt.* 4. 3. 15. Natantium manus stipitibus saxisque lacerabant. *Liv.* 29. 9. Lacerare aliquem hostiliter. et *Curt.* 6. 11. 16. Per ultimos cruciatus et inimicis in gratiam regis torquentibus laceratur. *Phædr.* 2. 3. Laceratus morsu canis. Sic *Id.* 1. 12. Morsibus canum lacerari. *Ovid.* 11. *Met.* 726. Ora, comas, vestem lacerare. *Seneca Œdip.* 968. oculos unguibus. *Lucan.* 9. 133. Vidi ego magnanimi lacerantes pectora patris. *Val. Flacc.* 7. 636. exsectos lacerat Bellona comatos. *Sueton. Tib.* 60. Lacerare alicui os locusta. *Ovid.* 3. *Trist.* 3. 51. Parce tamen lacerare genas: ne scinde capillos. *graffiare.* — *b*) De rebus. *Curt.* 10. 5. et 3. 11. Lacerati crines. *Id.* 4. 10. Lacerata vestis. *Liv.* 29. 8. Naves lacerate naufragio. *Ovid.* 5. *Trist.* 7. 35.; et *Curt.* 4. 3. 19. Navis lacerata fluctibus. *maltrattata.* Rursus *Ovid.* 3. *Pont.* 6. 19. Neptunus navem laceravit Ulyssis. *ruppe, fracassò. Sueton. Aug.* 91. Lectica confossa atque lacerata. *Petron. Satyr.* 86. Lacerare obsonium. *triaciare.*

II.) Translate. ¶ 1. De verbis dicitur, et est obtrectare, detrahere, conscindere, maledicere: ad rem *Crassus* apud *Cic.* 2. *Orat.* 89. 260. Lacerat lacertum Largi mordax Memmius. *Sall.* in *orat. Macr. Licin.* § 21. Quem ipsum (*Cn. Pompejum*), ubi pertimuere subtalum in cervices suas, mox dempto metu lacerant. *h. e.* iniquis judiciis et sermonibus perstringunt, sive, ut ait *Cic. Balb.* 26. 57. More hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellicant, maledico dente carpunt. *Id. Cic. Brut.* 42. 156. Obtrectatio invidiæ, quæ solet lacerare plerosque. *Id.* 11. *Phil.* 2. 5. Verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerare. *Id.* 2. *ibid.* 34. 86. Hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. *Liv.* 31. 6. *sub fin.* Lacerare aliquem probris. *Id.* 38. 54. famam cujuspiam. *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 1. alicujus carmina. *Sueton. Domit.* 23. quempiam acclamationibus. *Id. Gramm.* 15. Acerbissima satyra lacerari. *Id. Cæs.* 75. *extr.* Lacerata existimatio alicujus carminibus maledicentissimis. *Tac.* 15. *Ann.* 73. Crebro vulgi rumore lacerabatur, tamquam insontes ob invidiam exstinxisset. ¶ 2. Dicitur item de hominibus et sæpius de rebus, et est spoliare bonis, in miseriam adducere, distrahere, dissipare, absumere. *Cato* apud *Servium* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 76. Quum Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret. *Plaut. Curc.* 4. 2. 22. Vos fenore, illi male suadendo lacerant homines. *rovinano, fanno impoverire.* Cf. *eumd. Bacch.* 5. 1. 8. *Ter. Hecyr.* 1. 1. 7. Te moneo et hortor, ne cujusquam misereat, quin spoliés, mutiles, laceres, quemque nacta sis. *che gli tolga tutto.* Sic *Cic. Quinct.* 15. 50. Bonorum emptores, ut carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas et distrahendas. *Id. Dom.* 23. 59. Uxorem meam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate laceravistis. — *Plaut. Merc. prol.* 48. Lacerare rem suam. *Sall. Cat.* 14. bona patria manu, ventre. *Cic.* 5. *Verr.* 70. 164. pecuniam. *Sall. orat. Philippi contra Lepid.* reimpublicam largitionibus. *Cic.* 1. *Off.* 17. 57. patriam omni scelere. *Vellej.* 2. 12. 6. reimpublicam continuatis honoribus. *Id.* 2. 90. 1. Reipublicæ membra longa armorum series laceraverat. *Id.* 2. 21. Quum utrumque exercitum, parum bello exhaustum, laceraret pestilentia. *h. e.* consumeret, absumeret. *Lucan.* 10. 44. *de Alexandro.* nulloque herede relicto, Totius fati lacerandas præbuit urbes. — Hinc *lacerare diem* apud *Plaut. Asin.* 2. 2. 25. et *Stich.* 3. 1. *in fin.* est male terere, male consumere, quod supra 32. *excruciare* dixerat. ¶ 3. Item de animo, et est vexare, affligere, excruciare. *Cic.* 3. *Tusc.* 13. 27. Ægritudo lacerat, exest animum, planeque conficit. *Id.* 3. *Att.* 8. Meus me mœror quotidianus lacerat et conficit. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 8. 23. Qui statuit — intolerabili dolore lacerari potius, quam ut prodat etc. Sic *Vellej.* 2. 130. Animum alicujus magnis doloribus lacerare. *Ovid. Heroid.* 15. 212. quid laceras pectora nostra mora? *Quintil.* 12. 1. 7. Nihil est tot ac tam variis affectibus concisum atque laceratum, quam mala mens. — Hinc Part. præs., cujus exempla et supra retulimus,

Lacerans, antis, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Lacerantior* apud *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. Est lacerantior atque corporis apertionibus efficax ob salsitatem maritimus aer.

LĂCERTA, æ, f. 1. *et* Lacertus, i, m. 2. ¶ 1. Est serpens quadrupes satis nota, σαύρα (It. *lucerta, lucertola*; Fr. *lézard*; Hisp. *lagarto*; Germ. *Eidechse*; Angl. *a lizard*). *Lacerta* tam de mare, quam de femina dici videtur, sed vulgaribus ac minoris formæ; *lacertus* item, sed de majoribus et coloris varii. *Plin. S. Hist. nat.* 39. 60. (141). Lacertæ, inimicissimum genus cochleis, negantur semestrem vitam excedere. Lacerti cubitales Arabiæ: in Indiæ vero Nysa monte viginti quatuor in longitudinem pedum, colore fulvi, aut punicei, aut cærulei. — *a*) Fem. gen. *Horat.* 1. *Od.* 23. 6. viridos rubum Dimovere lacertæ. *ramarri.* Adde *Ovid.* 5. *Met.* 448. et *Martial.* 14. 172. Reptans lacerta. — Γνώμη est quædam illud *Juvenal.* 3. 230. Est aliquid quocumque loco, quocumque recessu Unius sese dominum fecisse lacertæ. *h. e.* parvi cujuslibet loci, qui vel ad lacertam receptandam sufficiat. — *b*) Masc. gen. *Virg.* 4. *G.* 13. Absint et picti squalentia terga lacerti. — Lacerta est symbolum somni et mortis in monumentis: *V. Bollettin. dell'Instit. Archeol. a.* 1835. *p.* 14. — Item lacerta seu stellio est symbolum Mercurii ob calliditatem et fraudulentiam: *V. Bollettin. dell'Instit. Archeol. a.* 1841. *p.* 139. ¶ 2. Est etiam hoc nomine piscis marinus, plurium generum, terrestrem specie referens. — *a*) Fem. gen. *Ulp. Dig.* 33. 9. 3. § 3. Mella certe semper esculentæ penui cedere, lacertas quoque cum muria sua contineri nec Labeo nega-

vii. — b) Masc. gen. *Cic.* 2. *Att.* 6. Fluctus numero. Nam ad captandos lacertos tempestates non sunt idonem. *Juvenal.* 14. 131. conchem estivi cum parte lacerti. *Martial.* 10. 48. Secta coronabunt rutetos ova lacertos. Adde *eumd.* 12. 19.; *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (146).; *Colum.* 8. *R. R.* 17. 12.; et *Cels.* qui 2. 18. inter eos recenset, ex quibus salsamenta fiunt, et quorum cibus gravissimus est. — Idem et sauros, a σαῦρος *lacerta*, dicitur. *V.* SAUROS.

LĂCERTŌSUS, a, um, adject. (lacertus) magnos lacertos habens, nervosus, torosus: atque adeo robustus, validus, *musculoso, nerboruto*, μυώδης. *Cic.* 8. *Phil.* 9. 26. Centuriones pugnaces et lacertosi. *Ovid.* 11. *Met.* 33. Dura lacertosi fodiebant arva coloni. *Colum.* 1. *R. R.* 9. 4. Vinea non sic latos et lacertosos viros exigunt. *Auct. Priap.* 36. Phœbus comosus, Hercules lacertosus. *Varro* 2. *R. R.* 7. 13. Equum tum maxime crescere ac lacertosum fieri. *Id.* 3. *ibid.* 9. 5. Lacertosi galli. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 6. Lacertosis feminibus asinus. *Capell.* 1. p. 3. Corpus lacertosis in juvenalis roboris excellentiam toris. h. e. humeris. Cf. *Lactant. Opif. D.* 10. Toris insignibus extentum lacertorum ingens robur.

LĂCERTŪLUS, i, m. 2. *deminut.* a lacertus, parvus lacertus. De pistorio opere, lacerti figura, usurpat *Apul.* 10. *Met.*, ubi tamen al. leg. *latercules.*

LĂCERTUS, i, m. 2. duo diversa significat: scilicet

A) Lacertus est pars brachii musculosa, quæ est ab humero ad cubitum (*V. Ovidii* loc. in v. HUMERUS) et per synecdochen aeq. latiori sensu ipsum brachium. Hac significatione *lacertum* neutr. genere dixit *Accius* apud *Non.* p. 210. 30. *Merc.* Tribuit verubus lacerta in focos. Gr. μυών, βραχίων (It. *parte muscolosa del braccio, braccio*; Fr. *partie supérieure et nerveuse du bras depuis l'épaule jusqu'au coude, bras*; Hisp. *la parte superior del braso, brazo*; Germ. *d. Oberarm, d. Kräftige obere Theil d. Armes, d. Arm*; Angl. *that part of the arm which lies between the shoulder and the elbow, an arm*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de parte brachii musculosa, quæ est ab humero ad cubitum. *Lucret.* 4. 829. Brachia tum porro validis ex apta lacertis Esse manusque etc. *Ovid.* 14. *Met.* 303. *de sociis Ulyssis humanam formam recipientibus.* Erigimur, sumtaque cadunt, bifidosque reliquit Rima pedes, redeunt humeri, subjecta lacertis Brachia sunt. *Id.* 1. *ibid.* 500. laudat digitosque manusque Brachiaque et nudos media plus parte lacertos. Adde *eumd.* 3. *Art. am.* 307. *Curt.* 8. 9. 21. Brachia quoque et lacertos auro colunt. *Id.* 9. 1. 29. Lacerti quoque et brachia margaritis ornata erant. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 50. (139). Dens crocodili annexus brachio, vel nervi rubetæ dextro lacerto adalligati. *V.* BRACHIUM. ¶ 2. Latiori sensu de brachio, præcipue ratione habita musculorum ac virium. *Cic.* 2. *Tusc.* 16. 37. Nam scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. *Id. Senect.* 9. 27. Milo Crotoniates asperisse lacertos suos dicitur. – Neque enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex lateribus et lacertis tuis. *Id.* vertens carmen *Sophoclis* 2. *Tusc.* 9. 22. *de Hercule.* O pectora, o terga, o lacertorum tori! Cf. *Tac. Dial. de orat.* 10. Immanes lacerti et ad pugnam nati. *braccioni. Quintil.* 8. 5. 10. Athleta, cujus lacertos exercitatio expressit. *Seneca* 2. *Benef.* 6. Excusso lacerto telum torquere. *scagliando forte il braccio. Virg.* 11. *Æn.* 561. adducto contortum hastile lacerto Immittit. *Id. ibid.* 693. lævo dependet parma lacerto. Cf. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 74. et 1. *Ep.* 1. 56. Lævo suspensi loculos tabulamque lacerto. *Ovid.* 4. *Met.* 706. sudantibus acta lacertis Navis. *Propert.* 2. 18. 37. cupidis lacertis tenere et fovere aliquem. *Ovid.* 2. *Amor.* 18. 8. lacertos circum colla implicare. *cingere colle braccia il collo.* Sic *Id. Heroid.* 10. 219. collo imponere. *et* 11. *Met.* 240. lacertis colla innectere. et 10. *ibid.* 407. complecti. et 3. *Amor.* 8. 11. amplecti. et 2. *Art. am.* 457. cingere. *Id.* 3. *Amor.* 12. 27. jaculari. *Val. Flacc.* 8. 93. fusis circum projecta lacertis, Neque suumque simul flevit crudelis alumnum. *colle braccia stese.* — Lacertos suos in dolore et fletu percutere, frequens est. *Ovid.* 4. *Met.* 138. Percutit indignos claro plangore lacertos. *Id.* 9. *ibid.* 635. tum vero a pectore vestem Deripuit, planxitque suos furibunda lacertos. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 493.; et *Lucan.* 2. 37. — *Lacertus auratus* apud *Propert.* 3. 11. 57. est aurea armilla cultus, ut *Petron.* loquitur *Satyr.* 32. *Burmann.* Solebant enim non femine solum, sed viri quoque molliores, armillis lacertos ornare, ut *ibid.* et *fragm. Tragur.* 67. videre est. — Eleganter *Virg.* ad apes transtulit 4. *G.* 74. Spiculaque exacuunt rostris aptantque lacertos. et *Grat.* ad canes transtulit *Cyneg.* 257. Et subiere asta et parvis domuere lacertis. *h. e.* cruribus. Adde *eumd. ibid.* 277.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice est ictus. *Sil. It.* 16. 502. Et Glagus insignis ventos anteire lacerto. *Id.* 1. 202. et famam fetalis amare lacerti. ¶ 2. Item *lacerti* robur, vires, nervos, potentiam significant, *vigore, forza, possanza.* — *a)* In bello. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 47. Civilisque rudem belli tulit æstus in arma, Cæsaris Augusti non responsura lacertis. *Ovid. Heroid.* 1. 37. quid prodest vestris dejecta lacertis Ilios? *Flor. procem.* § 5. Imperium inertia Cæsarum quasi consensit atque decoxit, nisi quod sub Trajano principe movit lacertos. *si va rinforzando.* — *b)* De nervis orationis *Cic. Brut.* 16. 64. In Lysia sunt sæpe lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius. *V. Ellendt.* ad h. l. *Id* 1. *Orat.* 57. 242. A quo quum amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribusque torquebit. Cf. *eumd. de opt. gen. or.* 3. 8. et *Quintil.* 10. 1. 77. Æschines carnis plus habet, minus lacertorum.

B) Lacertus dicitur etiam serpens quadrupes; item piscis marinus. *V.* LACERTA 1. et 2.

LĂCESSĬO, is, etc. a. 4. *V.* LACESSO init.

LĂCESSĪTĬO, ōnis, f. 3. (lacesso) irritatio, provocatio. *Ammian.* 19. 3. Lacessitionibus crebris occupare obsidioni adhærentes.

LĂCESSĪTOR, ōris, m. 3. qui lacessit. *Isid.* 10. *Orig.* in *litt. L.* Lacessitor per translationem dictus a canibus, vel a feris, quæ solent lacerando provocare.

LĂCESSĪTUS, a, um. *V.* voc. seq.

LĂCESSO, is, īvi, *vel* ii, ītum, ĕre, a. 3. In Præteritis fere est quarta conjugationis: in Infinito passivo aliquando, ut apud *Colum.* 9. *R. R.* 8. 3. et 15. 4. — Part. *Lacessens* I.; *Lacessitus* I. et II.; *Lacessiturus* et *Lacessendus* I. — Ratione habita etymi, est a *lacero*, cujus est frequentativum, ut *Charis.* 3. p. 227. *Putsch.* et *Diomed.* 1. p. 375. docent: vel potius a *lacio*, cujus est intensiv. vel rectius inchoat., ut *Paul. Diac.* p. 117. 9. *Müll.* — Ceterum lacessere est provocare, irritare, tentare, προκαλεῖσθαι, προσπλακίζειν (It. *provocare, irritare, stuzzicare*; Fr. *provoquer, irriter, harceler, poursuivre vigoureusement, attaquer*; Hisp. *provocar, excitar, irritar*; Germ. *herausfordern, reizen, beunruhigen*; Angl. *to provoke, challenge, irritate, exasperate*).

I.) Proprie de hominibus usurpatur; et quidem — *a)* Absolute. *Cato* apud *Charis.* 2. p. 197. *Putsch.* Omnia tumultus plena, simul hostium copiæ magnæ contra me sedebant; usquequaque lacessebamur. *Ter. Eun. prol.* 16. Is ne erret moneo et desinat lacessere. *Id. Phorm. prol.* 13. Vetus si poeta non lacessisset prior. *Liv.* 21. 11. Saguntini nec lacessentes, nec lacessiti per aliquot dies. *Auct. B. G.* 8. 14. At Cæsar neque cedentes tanto collis ascensu lacessendos judicabat. — *b)* Cum Accusativo personæ tantum. *Cic.* 1. *Orat.* 8. 32. Tenere arma, quibus possis vel provocare integros, vel ulcisci lacessitus. *Id. pro leg. Manil.* 2. 4. Mithridate et Tigrane, quorum alter relictus, alter lacessitus occasionem sibi – oblatam esse arbitrantur. *Id.* 13. *Att.* 18. Quum ipse homo πολυγραφώτατος numquam me lacessisset. *V.* infra sub *e. Horat.* 2. *Od.* 18. 12. nihil supra deos lacesso. *h. e.* precibus non fatigo et ad iram provoco. *Plin.* 1. *Ep.* 5. Reminiscebatur, quam capitaliter ipsum me apud centumviros lacessisset. *h. e.* accusasset. — De brutis animantibus *Colum.* 9. *R. R.* 15. 4. Neque conrenit, æstu medio exasperatas apes lacessiri. Cf. *Horat.* 3. *Od.* 2. 10. Lacessere asperum tactu leonem. — *c) Lacessere aliquem ad aliquid* occurrit apud *Cic.* 5. *Tusc.* 41. 121. A quo non modo impulsi sumus ad philosophiæ scriptiones, verum etiam lacessiti. *V.* infra sub *e. Id.* 1. *Att.* 10. Quibus epistolis sum equidem abs te lacessitus ad scribendum. *Liv.* 2. 45. Lacessere ad pugnam primo obequitando castris provocandoque. — *d)* Sæpissime *lacessere aliquem aliqua re* usurpatur, ut apud *Cic. Mil.* 31. 84. Ut vi irritare ferroque lacessere fortissimum virum auderet. *Cæs.* 4. *B. G.* 11. *extr.* Mittit qui nunciarent, ne hostes prælio lacesserent et, si ipsi lacesserentur, sustinerent. *Liv.* 28. 28. Nec socios populi Romani ultro lacessituri bello. Sic *Cic. pro leg. Manil.* 11. 23.; et *Cæs.* 6. *B. G.* 5. Lacessere aliquem bello. *Curt.* 6. 5. hostem occultis telis. *Virg.* 7. *Æn.* 165. aut lenta lacertis Spicula contorquent, cursuque ictuque lacessunt. *Cic.* 1. *Off.* 7. 20. Lacessitus injuria. Sic *Brut. et Cass.* ad *Anton.* 11. *Fam.* 3. Nos, Antoni, te nulla lacessimus injuria. et *Cæs.* 1. *B. G.* 35. Aliquem injuria lacessere. *Sall. Cat.* 32. Postremo dissimulandi causa aut sui expurgandi, sicuti jurgio lacessitus foret, in senatum venit. Sic *Liv.* 38. 33. Et primo lacessere jurgiis, deinde altercatione orta etc. *Cic.* 2. *Phil.* 1. 1. Ultro me maledictis lacessisti. *Sueton. Tib.* 61. Lacessere aliquem probris. *Id. Aug.* 56. jocis petulantibus. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 150. dente cruento. *Sueton. Ner.* 39. dictis et carminibus. *Virg.* 3. *Ecl.* 26. voce. *Cic. Pis.* 23. 55. Sponsione me homo promptissimus lacessivit. — *e)* Ceterum accipitur et in bonam partem pro invitare, allicere. *Cic.* 12. *Fam.* 20. Me amabit et scripto aliquo lacesses; ego enim respondere facilius possum, quam provocare. *Val. Flacc.* 5. 572. Æsonidem magno cratere lacessit. *invita, provoca a bere. Fronto* 3. *ad M. Cæs.* 15. *ad fin.* Itaque non vineis aut arietibus errores adolescentium expugnabat (*Socrates*), sed cuniculis subruebat; neque unquam auditores ab eo discedere lacerati, sed nonnumquam lacessiti. Adde *Cic.* 13. *Att.* 18. et 5. *Tusc.* 41. 121. et alia, quorum nonnulla etiam supra retulimus.

II.) Translate occurrit — *a)* De rebus physicis. *Lucret.* 4. 598. Hæc loca per voces veniunt auresque lacessant. *h. e.* titillent, moveant. Sic *Id. ibid.* 693. Quæ ferunt oculorum acies visumque lacessunt. *et ibid.* 687. lacessere nares. *Virg.* 12. *Æn.* 85. Circumstant properi aurigæ, manibusque lacessunt Pectora plausa cavis. *h. e.* blande percutiunt, et equorum ardorem veluti provocant. Adde *Martial.* 11. 46. obscæno sensu. *Horat.* 1. *Od.* 35. 7. Quicumque Bithyna lacessit Carpathium pelagus carina. *h. e.* tentat. Sic *Lucan.* 3. 194. Inde lacessitum primo mare, quum rudis Argo Miscuit ignotas temerato litore gentes. *Ovid.* 5. *Trist.* 9. 29. fores nondum reserati carceris acer Nunc pede, nunc ipsa fronte lacessit equus. *h. e.* icit et reserare tentat. *Stat.* 12. *Theb.* 604. Taurus lacessit campum. *Virg.* 7. *Æn.* 526. æraque fulgent Sole lacessita. *percosse. Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 94. Et formidato clipeus Titana lacessit Lumine. *h. e.* quasi ipsum solem provocat de splendore. *Lucan.* 10. 320. Nilus spumâ astra lacessit. *Sil. It.* 17. 387. Invadunt acies pugnam, et clamore lacessunt Sidera. *Virg.* eadem ratione dixit 2. *Æn.* 488. ferit auræ sidera clamor. — Pro tentare, nocere. *Catull.* 15. 16. Insidiis lacessere caput alicujus. Cf. *Colum.* 9. *R. R.* 8. 3. Ex vicinis potius, quam ex peregrinis regionibus petantur apes, quoniam solent cæli novitate lacessiri. *Id.* 3. *ibid.* 21. 5. Vindemiæ præcox populationibus volucrum, pluviisque aut ventis lacessita dilabitur. *Id.* 10. *ibid.* 320. Exurat sata ne resoluti pulveris æstus, Parvulus aut pulex irrepens dente lacessat. — *b)* De abstractis et similibus, quæ commoventur, excitantur. *Cic.* 3. *Fam.* 8. *a med.* Hos ego sermones lacessivi numquam: sed non valde represi. *h. e.* numquam in causa fui, cur haberentur, mentionem ejus rei faciendo. Sic *Quintil.* 6. 3. 7. Non solum facto aliquo dictove, sed etiam corporis tractu risus lacessitur. *si muove, si provoca. Virg.* 11. *Æn.* 254. quæ vos fortuna quietos Sollicitat suadetque ignota lacessere bella? Sic *Id.* 10. *ibid.* 10. Aut bos arma sequi ferrumque lacessere suadet. *h. e.* pugnam, ut *Id.* dixit 5. *ibid.* 429. Inmiscentque manus manibus, pugnamque lacessunt. *incominciano la pugna, o la fanno inasprire*, ut vertit *Forcellinus.*

LĂCHĂNISSO *vel*

LĂCHĂNIZO, as, are, n. 1. λαχανίζω, languco, vacillo: a λάχανον *olus. Sueton. Aug.* 87. Ponit betissare pro languere, quod vulgo lachanissare di-

citur. *Al. scribunt* lachanizare. *V.* dicta in BADIZO init.

LĂCHĂNUM, i, n. 2. *erba da mangiare*, λάχανον, olus, generatim. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 11. 5. Ad porri et ciceris refero lachanique catinum. *Plerique al. leg.* laganique. *V.* LAGANUM.

LĂCHRĪMA *et*

LĂCHRŸMA cum derivatis. *V.* LACRIMA init.

LĂCÍDĬTAS, ātis, f. 3. natura bebes, qua quis facile laci, seu decipi potest. *Varro* 2. *R. R.* 1. 4. Oves primum assumptæ et propter utilitatem et propter laciditatem. Ita legend. putat *Pontedera* in *Op. posth. T.* 1. p. 217. pro *placiditatem*, quam vocem hic retinent omnes editiones, quamque recte ibidem se habere putat *Schneiderus*.

LĂCĪNĬA, æ, f. 1. dicitur proprie de fimbriis, seu segmentis, quæ ad oram vestis assuuntur, et alterum ab altero divisa pendent: a λαχίς, ίδος *scissura, fragmentum*; quod a λαχῶ *lancino, lacero, scindo*, vel a *lacio, is*. Quod vero apud *Paul. Diac. p.* 118. 1. *Müll.* v. *Lacerare*, inde *laciniam* dici legitur, placet aliis *laniciam* reponi: tametsi ad significationem eodem recurrunt. Gr. κρόσπεδον (It. *frangia, cerro, frastaglio, balzana*; Fr. *bout, frange, pan, queue d'un vêtement*; Hisp. *cabo, el extremo d'un vestimento. franja*; Germ. d. *Zipfel, Lappen, einzelnes Stück Zeug oder Tuch, was von einem grössern abgetrennt ist*; Angl. *the lappel, flap, or fringe, of a garment*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Merc.* 1. 2. 16. Sume lacîniam, atque absterge sudorem tibi. Hic *laciniam* quidam, et præcipue recentiores plerique omnes sudarium intelligunt: sed juxta *Forcellinum* potest commode de ima veste explicari. Idem dic de illo *Cic. fil.* 16. *Fam.* 21. *ad fin.* Videor videre ementem te rustices res, cum villico loquentem, in lacinia servantem ex mensa secunda semina. *h. e.* juxta *Forcellinum* sinu facto extrema vestis parte; at juxta recentiores in sudario vel linteolo, quod confirmat *Plin.* 19. *Hist. nat.* 7. 36. (120). Porrum et apium serunt in lacinîis colligatum. *in pezzetti di panno lino*: quin *Colum.* 11. *R. R.* 3. 33. de re simili verba faciens, linteolum nominat. Porro, uddit *Forcellinus*, ex hoc *Plinii* loco discimus, etiam particulam resectam et separatam, *laciniam* dici posse. ¶ 2. Speciatim est limbus, seu extrema ora vestis, sive in fimbrias ducta sit, sive non, *orlo, lembo*: *V. Paul. Diac. p.* 117. 18. *Müll.* Sic *Sueton. Cal.* 35. *sub fin.* Ita se proripuit, ut, calcata lacinia togæ, præceps per gradus iret. *Vellej.* 2. 3. 1. Tum P. Scipio Nasica — circumdatâ lævo brachio togæ laciniâ etc. Rursus *Sueton. Ner.* 19. Quum in æde Vestæ resedisset, consurgenti ei lacinia obhæsit. *Petron. Satyr.* 100. Eumolpi jam in soporem labentis laciniam duxi. *lo tirai per la veste.* — *Laciniam prehendere* ejus, quem abeuntem retinere quis vellet, mos fuit, *prendere per lo lembo. Sueton. Cal.* 15. Ut descendentem e tribunali non solum voce revocarent, sed et lacinia togæ retenta, interdum pede apprehenso detinerent. Cf. *Plaut. Asin.* 3. 2. 41. Lacrumantem laciniâ tenet lacrumans. — Hinc urbane ac lepide *Cic.* 3. *Orat.* 28. 110. Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis definitum, obtinent, atque id ipsum laciniâ. *h. e.* leviter ac vix, et quasi brevi tempore elapsurum. ¶ 3. Hinc per similitudinem de aliis rebus dicitur, quæ veluti segmentum a reliquo corpore dependent, aut prominent. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 39. (130). Excrescente in medio folio parvulo, veluti lacinia folii. *Id.* 8. *ibid.* 50. 76. (202). *de capris.* Feminarum generositatis insigne, laciniæ corporibus a cervice binæ dependentes. *h. e.* caruncuîæ illæ duæ, quas *Varro* 2. *R. R.* 3. 2. mammulas pensiles, *Colum.* 7. *R. R.* 6. 2. verruculas, *Paul. Diac. p.* 175. 1. *Müll.* noneolas vocant. ¶ 4. Latissimo sensu ab *Apul.* multis in locis *lacinia* sumitur pro tota veste: quæ significatio vel per synecdochen est totius pro parte, vel proprie locum habet in veste viliori et quasi variis lacinîis segmentisque consuta: tametsi *Apul.* universim de qualibet, etiam pretiosa, usurpat, ut 6. *Met.* Lacinias auro litteratas, ramis arborum postibusque suffixas. (*V.* locum *Plin.* 35. *Hist. nat.* 9. 36. (62). cit. in v. TESSERA). *et* 11. *ibid.* Sacerdos præcipit, tegendo mihi linteam dari lacîniam. *et* 1. *ibid.* Unam e duabus lacinîis meis exuo, eumque propere vestio. *et* 3. *ibid.* Omnibus lacinîis se devestit. *et* 2. *ibid.* Lacinias omnes exuunt, amicula dimovent.

II.) Translate de cujuslibet rei parte dicitur. ¶ 1. De angusta terræ parte. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 43. (148). Promontorium in quo Megarice oppidum fuit: unde Craspetides sinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia erat. *come in una lingua di terra.* — Similiter *laciniæ* dicebantur partes agri alicujus coloniæ, quæ post assignationem colonis factam remanebant indivisæ, ideoque juris adhuc publici. *Frontin. de colon. p.* 103. *Goes.* Ager ejus in lacinîis est assignatus. *Id. ibid. p.* 107. Ceterum ager ejus in lacinîis remansit. ¶ 2. De gregis parte. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 3. *de ovib. ægrotantib.* Quum grex ad locum fuerit perductus, in lacinias colonis distribuatur, nam particulatim facilius, quam universus, convalescit. *h. e.* in minores partes. Sic *ibid.* 6. 5. *de capris.* Nec in pastione separatim laciniæ diducantur.

LĂCĪNĬĀTIM, adverb. (lacinia) per lacinias, particulatim. Translate *Apul.* 8. *Met.* Ut non laciniatim disperso, sed cuneatim stipato commeatu difficultates illas transabîremus. *h. e.* agmine non diviso in particulas, sed junctim universo incedente.

LĂCĪNĬO, as, are, a. 1. (lacinia) in lacinias distinguere.

I.) Proprie, verbum est *Apul.* 10. *Met.* Ut ventus adhærens pressule, membrorum voluptatem graphice laciniaret. *h. e.* membra per lacinias distingueret et singulorum pulcritudinem exprimeret. Alii leg. *liciniaret*, alii melius *liniaret* pro *linearet*, vel *delinearet*.

II.) Translate pro in lacinias secare. *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 1. Deus blasphemîis laciniatur. *Alii leg.* lancinatur. *Seneca Ep.* 32. Vitam deducimus in particulas ac laciniamus. *Al. leg.* lancinamus.

LĂCĪNĬŌSĔ, adverb. (laciniosus) in laciniarum modum. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 43. 83. (226). Vena laciniose crispa. *Harduin.* ita legit; alii *lacunose*, alii *lacrimose*.

LĂCĪNĬŌSUS, a, um, adject. (lacinia). Sup. *Laciniosissimus* II. 2. — Laciniosus est in extrema ora dissectus in particulas, fimbriatus, *frastagliato*.

I.) Proprie. *Tertull. Cult. fem.* 9. Quid prodest faciem quidem frugi et expeditam exhibere, cetera vero corporis laciniosis pomparum et deliciarum ineptiis occupare? *Plin.* 32. *Hist. nat.* 6. 21. (60). Ostrea spondylo brevi, atque non carnoso, nec fibris laciniosо. *Id.* 25. *ibid.* 10. 77. (124). Folia erant plantaginis, nisi angustiora essent et magis laciniosa. *Id.* 5. *ibid.* 10. 11. (62). *de figura Alexandriæ.* Ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato laciniosa.

II.) Translate. ¶ 1. Est impeditus, implicatus: quasi lacinîis incessum impedientibus. *Apul. de Mag.* Namque animi, ita ut corporis, sanitas expedita, imbecillitas laciniosa est. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 29. *ante med.* Succingere debemus lumbos, id est expediti esse ab impedimentis laciniosæ vitæ et implicitæ. *et ibid.* 1. A legis laciniosis oneribus expeditus. ¶ 2. Item nimis diffusus, supervacuus, redundans, quasi lacinîis instructus. *Tertull. Virg. veland.* 4. *a med.* Compendium sermonis et gratum et necessarium est, quoniam sermo laciniosus et onerosus et vanus est. *Hieronym.* 11. in *Daniel.* 22. Hæc Porphyrius sermone laciniosissimo prosecutus est, quæ nos brevi compendio diximus. *Est qui legit* latissimo.

LACINIUM, ii, n. 2. vestis genus, quæ eadem videtur fuisse ac lacinia. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 157. Epitogum, lacinium.

LĂCĬO, is, ere, a. 3. decipere, *ingannare*, ab inusit. λάχω vel λαχίω, ex λάω *capio. Paul. Diac. p.* 117. 9. *Müll.* Lacit in fraudem inducit. Inde est allicere et lacessere; inde lactat, illectat, delectat, oblectat. *Id. p.* 116. 15. Lacit decipiendo inducit. Lax etenim fraus est. *Forcellinus* addit etiam illud *Lucret.* 4. 1200. Quæ lacere in fraudem possent vinctosque tenere. *Plerique tamen aliter leg.* — Præteritum *lixi* (*V.* ILLICIO init.) legitur tantummodo in *Not. Tir. p.* 149., quæ omni prorsus carent auctoritate.

LĂCŌNĬCUS, a, um, adject. Λακωνικός, ad Laconiam pertinens, Lacedæmonius, *Spartano*: *V.* ONOM. — Hinc

Laconicum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est balneum, *stufa*, quod Romæ primus extruxit M. Agrippa sub Augusto, teste *Dione l.* 53., et ita appellavit, quoniam Lacones nudare corpora, et oleo inungi, maxime solebant. Erat enim locus cameratus, in quo, depositis vestibus, sicco calore sudorem provocabant. Accenso enim igne sub ipso pavimento, quod eam ob rem vacuum erat et suspensum (et *hypocaustum* dicebatur), flamma et calor per tubulos in ipsum Laconicum ascendebat et ad summam cameræ curvaturam: in cujus medio erat foramen, clipeo æneo catena apto obstructum, quo clipeo remisso, patebat calori aditus, ut ad superiora conscenderet æstumque Laconici minueret: reducto, omnis calor in Laconico inclusus vim suam augebat: atque hac ratione perficiebatur temperatura sudationis, qua cruditates digeri et solvi putabant. *V. Vitruv.* 5. 10. *in fin. Assam sudationem* appellat *Cels.* 3. 27. *n.* 3. et *siccum calorem*, 2. 17. Siccus, inquit, calor est et arenæ calidæ, et Laconici, et clibani. *Colum.* 1. *R. R. præf.* § 26. Ut apti veniamus ad gaucas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, at exsucto sudore sitim quærimus. Meminit et *Cic.* 4. *Att.* 10.

LĂCŌNĬSMUS, i, m. 2. λακωνισμός, *laconismo, parlar corto*, breviloquentia, a Laconum seu Lacedæmoniorum moribus, sive quod illis prolixa loquacitate nihil esset odiosius, quippe qui factis magis, quam eloquentia præcellerent; sive quod in apophthegmatis præcipue valerent, quorum præcipua est gratia, ut paucissimis verbis plurimas sententias complectantur. Græce usurpat *Cic.* 11. *Fam.* 25. Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum: altera jam pagella procedit.

LĂCŌTŌMUS, i, f. 2. λακότομος, linea recta meridianum circulum secans: a λαχίς *frustum* et τέμνω *seco. Vitruv.* 9. 8. *ad fin.* *V. Bald.* in *Lex. Vitruv.* — Ceterum aliter definit eam lineam *Steph. Piale* in *Mem. encicl. Rom. T.* 5. *p.* 105., quem consule.

LĂCRĪMA *vel* lacruma *vel etiam* lacryma *et* lachryma, æ, f. 1. — Ad scriptionem quod attinet, ait *Forcellinus*, per *y* recte scribitur, quia a δάκρυμα (unde *dacrymas* sæpe *Liv. Andronicus* posuit, teste *Paul. Diac. p.* 68. 10. *Müll.*, quocum Cf. *Placidi Gloss.* edente *A. Maio* in *Class. auct. T.* 3. *p.* 452.): itaque placet *Manut.* et *Dausq.*, satisque illud probat, quod in multis veterum monumentis, quæ *Manut.* collegit, *lacruma* legitur, *y* in *u* converso, usitato more Latino, ut in *Sulla* pro *Sylla, sus* a σῦς, *Cumæ, inclutus* etc. *Cellar.* videtur per *i* magis probare. Sane Græcæ voces, quando longo usu sunt Latinæ factæ, Latinas quoque litteras assumere solent, ut *fama, silva*. Veteres etiam Inscriptiones plurimæ pro hac scriptione stant, et *Pier.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 1. Prisci aspirationem adhibuerunt, *lachryma* scribentes: quod eos factitasse ait *Gell.* 2. 3. firmandæ vocis causa et roborandæ, ut ejus esset sonus vividior vegetiorque. Sed hæc scribendi ratio jam obsolevit. *V. Cic. Orat.* 48. 160. Hucusque *Forcellinus*. Hinc recentiores philologi plerique omnes scribendum putant *lacrima* vel *lacruma*. — Ceterum lacrima est humor ex oculis fluens ex fletu, vel morbo: ut videtur, a Græca voce δάκρυ, δάκρυμα (It. *lagrima*; Fr. *larme, pleurs*; Hisp. *lágrima*; Germ. d. *Thräne*; Angl. *a tear*).

I). Proprie. — a) Generatim. *Nævius* apud *Servium* ad *Virg.* 3. *Æn.* 10. Flentes ambæ (*uxores*) lacrumis cum multis. *Ennius* apud *Non. p.* 115. 33. *Merc.* Vide hunc, meæ in quem lacrumæ guttatim cadunt. *Cato* apud *Gell.* 10. 3. *ad fin.* Sed quantum luctum, quantum gemitum, quid lacrimarum, quantum fletum factum audivi? *Plaut. Trin.* 2. 3. 13. Lacrumas hæc mihi, quum (*ea*) video, eliciunt. *Ter. Andr.* 1. 1. 99. Hinc illæ lacrumæ, hæc illa 'st misericordia. *Accius* apud *Non. p.* 146. 15. *Merc.* Miseret lacrimarum, luctuum, orbitudinis. Gnome est illud Apollonii rhetoris apud *Cic.* 1. *Invent.* 56. 109. Lacrima nihil citius arescit. Cf. *Cic. Partit. orat.* 17. 57. Cito arescit lacrima, præsertim in alienis malis. *Id. Mil.* 38. 105. Neque enim præ lacrimis jam loqui possum. *Cæs.* 1. *B. G.* 20. Multis cum lacrimis obsecrare. *Virg.* 1. *Æn.* 462. Sunt lacrimæ rerum, et mentem mortalia tangunt. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 60. licet illi plurima manet Lacrima. *Propert.* 1. 16. 32. Surget et invitis spiritus in lacrimis. *h. e.* inter lacrimas suspirium dabit, licet invita.

Ovid. 9. *Met.* 655. rivus lacrimarum. *Id.* 14. *ibid.* 707. rore lacrimarum madidæ coronæ. *Ter. Andr.* 3. 3. 26. Lacrimæ conflctæ dolis. *Ovid. Heroid.* 14. 127. fideles. *Id.* 6. *Met.* 534. piæ. — *b*) Jungitur mullis Verbis, quorum præcipua hæc sunt. *Plaut. loc. cit.*; et *Albinov.* 1. 466. Lacrimas alicui elicere. *Ter. Heaut.* 1. 1. 115. alicui excutere. *Virg.* 6. *Æn.* 468. ciere. *h. e.* movere, fletum excitare. *Quintil.* 11. 3. 8. alicujus concitare. *far piangere.* Eod. sensu, *Id.* 4. 2. 77. movere. et *Curt.* 5. 5. 7. commovere. *Ovid. Ib.* 208. Cogere aliquem in lacrimas. *Ter. Adelph.* 4. 1. 20. Homini illico lacrimæ cadunt, quasi puero, gaudio. *Curt.* 7. 8. 5. Manantibus præ gaudio lacrimis. *Plin.* 3. *Ep.* 16. Diu cohibitæ lacrimæ prorumpunt. *Cic.* 7. *Verr.* 67. 171. Lacrimas in morte misera navarchorum non tenebamus. *Justin.* 1. 8. *ad fin.* Dolorem in lacrimas effundere. *Cic. Planc.* 42. 104. Lacrimas effundere. Cf. *Liv.* 27. 19. Effusis lacrimis præ gaudio. *Tac.* 3. *Ann.* 23. Effundi in lacrimas. *Cic. Fontej.* 17. 37.; et *Auct. B. Alex.* 24. Lacrimas profundere. *Virg.* 3. *Æn.* 348. fundere. *Ovid.* 11. *Met.* 458. emittere. *Virg.* 6. *Æn.* 455. demittere. *Seneca Ep.* 7. *circa med.* mittere. *Virg.* 4. *Æn.* 370. dare. *h. e.* fundere. *Id.* 4. *ibid.* 413. Ire in lacrimas. *Val. Flacc.* 3. 395. fatiscere in lacrimas. *Ovid.* 9. *Met.* 142. Indulgere lacrimis. *Ter. Heaut.* 2. 3. 65. Lacrimis opplet os totum sibi. *Lucret.* 2. 975. Et lacrimis spargunt rorantibus ora genasque. *Virg.* 9. *Æn.* 251. vultum lacrimis atque ora rigabat. *Id.* 1. *ibid.* 232. lacrimis oculos suffusa nitentes. *Id.* 4. *ibid.* 30. sinum lacrimis implevit obortis. *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 57. lacrimis madidos corrumpere ocellos. *Id.* 11. *Met.* 720. Lacrimam dare ignoto. *h. e.* ignotum lugere. *Justin.* 11. 15. *extr.* Lacrimis prosequi mortem alicujus. *Virg.* 8. *Æn.* 384. quempiam flectere. *Cic.* 5. *Fam.* 14. Tradere se lacrimis et tristitiæ. *Id.* 2. *Tusc.* 21. 48. Se lamentis muliebriter lacrimisque dedere. *Id.* 14. *Fam.* 4. Lacrimis confici. *Val. Flacc.* 4. 169. 169. absumi. *Curt.* 7. 2. temperare. *Propert.* 1. 19. 23. Lacrimas siccare cadentes. *Id.* 2. 8. 8. supprimere. *Lucan.* 7. 707. lacrimas luctusque remitte. *Ovid.* 2. *Amor.* 2. 36. simulare. — Lacrimis rigabantur sepulcrorum loculi, ut est in *Inscript.* apud *Murat.* 2073. 9. et apud *Fabrett.* p. 64. *n.* 3.

II.) Translate usurpatur præcipue ad significandum humorem, qui ex nonnullis plantis emanat. *Colum.* 10. *R. R.* 103. lacrima medica panaces. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 8. 5. (14). E lacrimis arborum, quæ glutinum pariunt. *Id.* 23. *ibid. procem.* (3). Lacrima vitium, quæ veluti gummi est. *Tertull. Apolog.* 30. Grana turis unius assis, Arabicæ arboris lacrimas. *Prudent.* 5. *Cathemer.* 22. *lacrimas olentes* dixit guttas stillantes ceræ ardentis.

LĂCRĪMĂBĬLIS *vel* lacrumabilis, e, adject. Comp. *Lacrimabilior* 1. ¶ 1. Est lacrimas commovens, dignus lacrimis, miserabilis, *lagrimevole, miserabile,* δακρυτεος, πολυδακρυς. *Ovid.* 2. *Met.* 796. de *Invidia.* Vixque tenet lacrimas, quia nil lacrimabile cernit. *Virg.* 3. *Æn.* 39. gemitus lacrimabilis imo Auditur tumulo. *Id.* 7. *ibid.* 604. Getis inferre manu lacrimabile bellum. Sic *Ovid.* 8. *Met.* 44. bellum. *Id.* 5. *Trist.* 12. 1. tempus. *Ambros.* in *Psalm.* 118. *serm.* 17. In Hieremiæ threnis lacrimabilior series sub hac littera est. *Salvian.* 6. *Gubern. D.* Quid lacrimabilius hac stultitia? ¶ 2. Item lacrimæ similis. *Arnob.* 7. 27. Viscum est ex corticibus profluens, ita ut ex amygdalo, cerasо, lacrimabili destillatione coalescens.

LĂCRĪMĂBĬLĬTER *vel* lacrumabiliter, adverb. (lacrimabilis) cum lacrimis. *Hieronym. Ep.* 140. *n.* 15. Unde et Propheta lacrimabiliter deprecatur etc. Adde *eumd.* 2. *advers. Rufinian.* 7.

LĂCRĪMĂBŬNDUS *vel* lacrumabundus, a, um, adject. (lacrimo) multum lacrimans, vel potius lacrimanti similis; *lagrimoso,* δακρυοεις. *Liv.* 3. 46. *ad fin.* Atque ille lacrimabundus, gratum est, inquit. *Lactant. Mort. persecut.* 18. Diocletianus lacrimabundus, Fiat, inquit, si hoc placet.

LĂCRĪMĂNDUS, a, um, *et*

LĂCRĪMANS *vel* lacrumans, antis. *V.* LACRIMO.

LĂCRĪMĀTĬO *vel* lacrumatio, ōnis, f. 3. actus lacrimandi, *lagrimazione,* δακρυσις. Occurrit — *a*) De morbo apud *Plin.* 23. *Hist. nat. procem.* (5). Omphacium emendat oculorum lacrimationes. *Id.* 11. *ibid.* 37. 54. (147). Natura oculos composuit tunicis callosis, quas subinde purificat lacrimationum sallvis. Adde *eumd.* 23. *ibid.* 3. 34. (79). — *b*) Pro actu lacrimandi. *Vulgat. interpr. Tob.* 3. 22. Post tempestatem, tranquillum facis: et post lacrimationem et fletum, exsultationem infundis.

LĂCRĪMĀTUS *vel* lacrumatus, a, um. *V.* voc. seq.

LĂCRĪMO *vel* lacrumo, as, āvi, ātum, are, n. 1. *sæpius quam* Lacrimor *vel* lacrumor, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Ad scriptionem et ad etymon quod attinet, *V.* in LACRIMA init. — Part. *Lacrimans* I. et II.; *Lacrimatus* II.; *Lacrimandus* I. — Lacrimare est lacrimas fundere, flere, δακρυω (It. *lagrimare, piangere*; Fr. *pleurer, verser des larmes*; Hisp. *llorar, derramar lágrimas*; Germ. *thränen, Thränen vergiessen, weissen*; Angl. *to weep, shed tears, plain, lament*).

I.) Proprie. — 1.°) Absolute. — *a*) Activa forma. *Ennius* apud *Hieronym. Ep. ad Nepot.* Licet lacrumare plebi, regi honeste non licet. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 19. Ne lacruma, patrue. *Id. Amph.* 1. 3. 31. Lacrumare ex obitu alicujus. *Ter. Hecyr.* 3. 3. 25. Nequeo, quin lacrumem miser. *Id. ibid.* 3. 3. 45. Lacrumo, quæ posthac futura est vita, quum in mentem venit. *Id. ibid.* 3. 2. 20. Quid tu igitur lacrumas? *Id. Adelph.* 3. 4. 46. Lacrumo gaudio. *Cic.* 15. *Att.* 27. Te, ut a me discesseris, lacrimasse, moleste ferebam. *Id.* 1. *Tusc.* 39. 93. Quamquam non male ait Callimachus, multo sæpius lacrimasse Priamum, quam Troilum. — *b*) Depon. forma. *Cic.* 7. *Verr.* 46. 121. Equis fuit, quin lacrimaretur? *Klotz.* ex *Cod. Vatic. Lagomars.* et *Diomed.* p. 377. *Putsch.* legit *lacrimaret*; contra *Zumpt.* vulgatam lectionem tuetur. — *c*) Qua forma incertum. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 20. 40. Talia commemorat lacrimans, exterrita somno. *Id.* apud *eumd.* 4. *Herenn.* 12. 18. Flentes, plorantes, lacrumantes, obtestantes. *Ter. Eun.* 5. 1. 4. Lacrumantem obticere. *Cæs.* 7. *B. G.* 38. Convocatis militibus, lacrimans, Quo proficiscimur, inquit, milites? *Liv.* 27. 17. *ad fin.* Productæ in conspectum iis conjuges liberique lacrimantibus redduntur. *Virg.* 2. *Æn.* 790. lacrimantem et multa volentem Dicere deserult. *Plaut. Asin.* 3. 3. 29. Quia oculi tibi sunt lacrumantes, eo rogavi. *Cic. Sext.* 69. 144. Video hunc prætextatum filium oculis lacrimantibus me intuentem. *Ovid.* 13. *Met.* 132. lacrimantia lumina tersit. *Seneca Ep.* 63. Nec sicci sint oculi, amisso amico, nec fluant: lacrimandum est, non plorandum. — 2.°) Regit aliquando Accusativum, vi præpos. *ob* vel *propter,* quæ subintelligitur. *Ter. Eun.* 5. 1. 13. Num id lacrumat virgo? *Nepos Alcib.* 6. Ut nemo tam ferus fuerit, quin ejus casum lacrimarit. *Stat.* 9. *Theb.* 99. ne non mœrentibus Argos Exsequiis lacrimandus eat. *et* 5. *Silv.* 2. 93. satis hæc, lacrimandaque nobis Ultio. Cf. *Virg.* 7. *Æn.* 358. Multa super natæ lacrimans Phrygiisque hymenæis. — Singulare est illud *Rutil. Lupi de fig. sent. et eloc.* 2. 7. *Rulink.* Interea procedit simul et illud tempus et potatio; oculi vinum lacrimantes caligant, ebriosum ipsi vix ebrii cognoscunt. Cf. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 111. Quin albam raramque comam, lacrimosaque vino Lumina, rugosa distraherentque genas.

II.) Translate de plantis humorem remittentibus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 14. 24. (107). Lacrimantes calamos inseri non oportet, non hercule magis, quam aridos. *Pallad.* 5. *H. R.* 1. Vites non aquato, sed spisso humore lacrimabunt. — Et cum Accus. *Venant.* 3. *carm.* 9. 18. Caudice desecto lacrimat sua gaudia palmes. — Hinc passive *Ovid.* 1. *Fast.* 339. Nondum pertulerat lacrimatas cortice myrrhas. *h. e.* emissas per modum lacrimæ, *distillate.*

LĂCRĪMOR *vel* lacrumor. *V.* voc. præced.

LĂCRĪMŌSE *vel* lacrumose, adverb. (lacrimosus). Comp. *Lacrimosius.* — Lacrimose est cum lacrimis, *lagrimosamente. Gell.* 10. 3. Dicere quippiam lacrimose atque miseranter. *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Planc.* 34. (edente *A. Maio*). Ut pro reis multo lacrimosius peroraret.

LĂCRĪMŌSUS *vel* lacrumosus, a, um, adject. (lacrima) lacrimabilis, *lagrimoso, lagrimevole,* δακρυωδης.

I.) Proprie. ¶ 1. Et lacrimis manans, lacrimas fundens, miserabilis. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 11. lacrimosaque vino Lumina. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 6. 17. (64). Oculi lacrimosi. *h. e.* ex morbo lacrimis manantes. *Apul.* 7. *Met.* Lacrimosa mater. *Virg.* 11. *Æn.* 274. voces. *Ovid.* 5. *Trist.* 1. 35. carmen. ¶ 2. Item est ex oculis lacrimas exprimens; et occurrit — *a*) De rebus physicis. *Lucilius* apud *Non.* p. 201. 2. *Merc.* Flebile cæpe simul lacrimosæque ordine thallæ. Sic *Id.* apud *eumd. ibid. l.* 10. Cæpa lacrimosa. et *Seren. Sammon.* 32. 588. lacrimosi trita sinapis. Cf. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 6. 32. (101). Cæpis omnibus odor lacrimosus. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 80.; et *Ovid.* 10. *Met.* 6. fumus. — *b*) De abstractis. *Horat.* 1. *Od.* 8. 14. Lacrimosa Trojæ funera. *et ibid.* 21. 13. Lacrimosum bellum. *Ovid.* 2. *Fast.* 387. Jussa recusantes peragunt lacrimosa ministri. *Stat.* 6. *Theb.* 164. Lacrimosus risus.

II.) Translate de plantis humore manantibus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 28. 47. (261). Vitium radicibus aquam salsam affundi, si sint lacrimosæ.

LĂCRĪMŬLA *vel* lacrumula, æ, f. 1. *deminut. a* lacrima, parva lacrima, *lagrimetta, lagrimuccia,* δακρυδιον. *Ter. Eun.* 1. 1. 22. Hæc verba una mehercle falsa lacrimula, quam, oculos terendo misere, vix vi expresserit, restinguet. *Catull.* 66. 16. parentum Frustrantur falsis gaudia lacrimulis. *Cic. Planc.* 31. 76. Et mihi lacrimulam Cispiani judicii objectas. Sic enim dixisti: Vidi ego tuam lacrimulam. – Non modo lacrimulam, sed multas lacrimas et fletum cum singultu videre potuisti.

LĂCRŪMA *et*

LĂCRŸMA cum Derivatis. *V.* LACRIMA, LACRIMABILIS etc.

LACT. *V.* LAC init.

LACTA, æ, f. 1. barbarum nomen est, quo casiæ genus quoddam appellant, teste *Plin.* 12. *Hist. nat.* 19. 43. (97). *Sillig.* legit *lada: V.* hanc vocem. — Quod huc adduxt ex *Tertull. Pudic.* 6. *a med.* dubiæ admodum lectionis est.

LACTĀNĔUS, a, um, adject. (lac) lactans, lacteus. *Lactaneus color* apud *Theod. Priscian.* 4. 2. est idem ac lacteus. — *Nutritores lactanei* in quadam *Inscript.* incertæ ætatis apud *Maff. Mus. Ver.* p. 295. *n.* 1. et 2. et apud *Henzen.* 6210. sunt pueri lactentis educatores.

LACTANS, antis. *V.* LACTO sub *A.*

LACTĀRIS, e, adject. lac habens, lactens. *Capra lactaris* est, quæ lac habet et fetus lactat, apud *Marcell. Empir.* 23. *a med.*

LACTĀRIUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. sub *b.*

LACTĀRĬUS, a, um, adject. ad lac pertinens. — *a*) Lactarius est qui lac sugit, *lattante. Varro* 2. *R. R.* 1. 17. Dandum bubus lupinum, et lactariis medica et cytisum. — *b*) *Lactarium opus,* cibus e lacte confectus, *latticinio, latteruolo,* γαλακτινον. *Lamprid. Elagab.* 32. Ut cœnam exhiberet alia die de pomis, alia de dulciis, alia de opere lactario. — *Lactarium* absolute idem significat. *Id. ibid.* 27. Dulciarios et lactarios tales habuit, ut quæcumque coci de diversis edulibus exhibuissent, vel structores, vel pomarii illo modo de dulciis, modo de lactariis exhiberent. — Et *Lactarius,* ii, m. gen. absolute, qui cibos e lacte conficit, aut vendit. V. *Lampridii loc.* mox *cit.* Sic *Gloss. Philox.* Lactarius, γαλακτοπωλης. — *c*) *Lactarium vas* est quod lacti reponendo inservit. *Asper* (edente *A. Maio*) ad *Virg.* 7. *Ecl.* 33. Sinum est vas vinarium, ut Cicero significat, non, ut quidam, lactarium. — *d*) *Lactaria herba* Latine est, quæ titbymalus, Italice *lattajuola,* a succo lacteo, quem copiose continet, appellata. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 39. (62). — *e*) *Lactaria columna* ponitur Romæ a *P. Vict.* in regione undecima, in foro olitorio, ad quam infantes lacte alendos deferebant. Eadem habet *Paul. Diac.* p. 118. 6. *Müll.* — *f*) *Lactarius mons* vocabatur collis prope Stabias in Campania, ubi vaccæ plurimæ herbis salubribus saginatæ optimum ægris lac præbebant. *Cassiod.* 11. *Variar.* 10. Remedia Lactarii montis expetere. *V. ibid.* de eo monte mira prorsus. — Hinc

Lactarium, ii, n. et

Lactarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, *V.* supra sub *b.*

LACTĀTUM, i, n. 2. idem ac lactarium. *Isid.* 20. *Orig.* 3. 10. Lactatum est potio ex lacte.

LACTĀTUS, us, m. 4. actus lactandi, *il lattare. Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 5. (14). *de murænis.* Sibilo a piscatoribus, tamquam serpentibus, evocari et capi, pinguescere lactatu. *Harduin.* et *Sillig.* rectius leg. *jactatu* ex MSS.

LACTE. *V.* LAC init.

LACTENS, entis. *V.* voc. seq.

LACTĒO, es, ere, n. 2. (lac). Usu venit præcipue Part. *Lactens.* ¶ 1. Lactere est lac sugere, *succhiare il latte*, θηλάζω. *Cic.* 3. *Cat.* 8. 19. Romulus parvus atque lactens, uberibus lupinis inhians. *Id.* 2. *Divinat.* 41. 82. Lactens Juppiter puer. *Vet. Scholiast.* ad *Pers.* 3. 17. Aut dormi, aut lacte. *V.* LALLO. Ceterum *Cic.* 2. *Legg.* 12. 29. Lactentes hostiæ. Cf. *Liv.* loc. paullo infra cit. *Varro* 2. *R. R.* 4. 16. et 21. Porci lactentes. *Id. ibid.* 11. 5. agni. *Ovid.* 5. *Met.* 637. cervæ fetus. *Colum.* 10. *R. R.* 343. catulus. *Ovid.* 6. *Fast.* 137. Carpere dicuntur (*striges*) lactentia viscera rostris. *scil.* prerorum lactentium. — Absolute *Liv.* 37. 3. Lactentibus rem divinam facere. *h. e.* lactentibus hostiis. — Translate *lactens annus*, dicitur vernum tempus, ab *Ovid.* 15. *Met.* 201. Quum tener et lactens puerique simillimus ævo Vere novo est. ¶ 2. Lacteo est etiam lactens fio, lac habeo, *latteggiare*, γαλακτιάω. — *a*) De plantis. *Virg.* 1. *G.* 315. Frumenta in viridi stipula lactentia turgent. *Ovid.* 1. *Fast.* 351. sata vere novo teneris lactentia succis. *Id.* 2. *ibid.* 263. ficus lactens. *Nemesian. Cyneg.* 290. Inde ubi pubentes calamos duraverit Æstas Lactentesque urens herbas siccaverit omnem Messibus humorem etc. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 7. 26. (67). Lactuca amara lactensque. *Pallad.* 3. *R. R.* 26. Verno tempore, quum lactent novella virentia. *V.* similem *Colum.* locum in LACTO. — *b*) De cibis, qui ex lacte confecti sunt, *lactentia* absolute, substantivorum more, usurpat *Cels.* 2. 28. Facile intus corrumpuntur omne pistorium opus, lac, mel, itemque lactentia. *et ibid.* 29. Alvum movent mel crudum, lac, lactentia omnia, mulsum, vinum dulce.

LACTĔŎLUS, a, um, adject. *deminut. a* lacteus, candidulus, *di color di latte. Catull.* 55. 17. Num te lacteolæ tenent puellæ? *Alii leg.* lacteolæ papillæ. *Auson. epist.* 7. Viscus lacteolum. *h. e.* caro candida testæ marinæ inclusa. *Prudent.* 11. περὶ στεφ. 245. Lacteoli agni. *h. e.* lactantes, ut putat *Forcellinus*, vel candidi. *Id.* 3. *ibid.* 161. Emicat inde columba nive candidior; Spiritus hic erat Eulaliæ Lacteolus, celer, innocens.

LACTĒRIS, ĭdis, f. 3. herbæ genus. *Apul. Herb.* 111. A Græcis dicitur Iathyris; Itali citocacium, alii lacteridem nuncuparunt.

LACTES, ĭum, *f.* plur. 3. Masculino genere legitur tantum apud *Valerian.* (edit. a *Sirmond. T.* 1. p. 344. et seqq.) *Homil.* 5. *a med.* Qui libenter habeat acidos lactes et tristi herbarum sapore conditos. — Ceterum lactes sunt tenuiora intestina in animalibus, in quæ primo cibus e ventriculo illabitur, lacteo pingui obducta, mollia, esui teneriora et delicatiora: dicta vel a lacteo colore, vel quia lactis instar suavia sunt, vel quia in his cibus in lacteum humorem vertitur. *Plin.* quidem 11. *Hist. nat.* 37. 79. (200). in homine tantum ponit et in ove: sed de aliis quoque animalibus dici, mox patebit. Verba ejus sunt: Ad hoc ventriculo lactes in homine et ove, per quas labitur cibus: in ceteris billæ: a quibus capaciora intestina ad alvum etc. *Priscian.* 6. p. 686. *Putsch.* Hæ lactes partes sunt intestinorum, a Græco γαλακτίδες dictæ: et servaverunt apud nos quoque idem genus: cujus singulare *hæc lactis* est. Titinius in Ferentinati: *Cerebellum lactis agnina.* Pomponius in Lare familiari: *Oro te, Basse, per lactes tuas.* Hactenus ille: a quo *Titinii* locus haud recte affertur, ita enim legitur apud *Non.* p. 331. 27. *Merc.* Fasticula, cerebellum, lactis agninas. *h. e.* lactes; ac propterea de singulari numero valde dubitandum est. Ceterum *Plaut. Curc.* 2. 3. 40. Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus. *Pers.* 2. 30. qua tu mercede deorum Emeris auriculas? pulmone et lactibus unctis? Adde *Sueton. Vitell.* 13. — *Alligare canem fugitivum agninis lactibus*, apud *Plaut. Pseud.* 1. 3. 85. proverbium est de levi inutilique remedio ad magnum malum.

LACTESCO, is, ere, n. 3. Part. *Lactescens* 1. et 2. — Lactesco ¶ 1. Est idem ac in lac convertor, lac fio, *convertirsi in latte*, γαλακτόομαι. *Cic.* 2. *Nat. D.* 51. 128. In iis animantibus, quæ lacte aluntur, omnis fere cibus matrum lactescere incipit. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 84. (230). Aqua lacteseit. At *Sillig.* legit *glaciescit. Id.* 26. *ibid.* 8. 38. (60). Scammonium linguæ tactu lactescens. *Id.* 18. *ibid.* 29. 69. (281). et 17. *ibid.* 2. 2. (15). Sata lactescunt. ¶ 2. Item lactens fio. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 41. 96. (237). Asinæ prægnantes continuo lactescunt. *Augustin. Ep.* 150. (*al.* 179.). Pectore lactescere. Sic *Id.* 4. *Civ. D.* 8. Florentibus frumentis deam Floram, lactescentibus deum Lacturnum (*al.* deam Lacturciam) præfecerunt.

LACTĔUS, a, um, adject. ad lac pertinens, γαλακτικός (It. *di latte, latteo*; Fr. *de lait, laiteux*; Hisp. *lechero*; Germ. *aus Milch bestehend, milchen*; Angl. *of milk, milky*).

I.) Proprie. ¶ 1. Lacteus est e lacte confectus, lac habens. *Lucret.* 1. 258.; et *Ovid.* 15. *Met.* 79. candens lacteus humor Uberibus manat distentis. *Virg.* 2. *G.* 525. ubera vaccæ Lactea demittunt. *h. e.* lacte plena. — Et de plantis *Plin.* 26. *Hist. nat.* 7. 25. (40). Lacteus herbæ succus. ¶ 2. Item lactens, qui lac sugit, *lattante. Martial.* 3. 58. Cingunt serenum lactei focum vernæ. *et ibid.* 47. Nondumque victo lacteus faba porcus. ¶ 3. Item lactis colorem referens, *latteo, lattato. Virg.* 8. *Æn.* 660.; et *Sil. It.* 4. 154. lactea colla. *et* 10. *ibid.* 137. cervix. *Colum.* 10. *R. R.* 188. coma. *Martial.* 8. 45. hanc lucem lactea gemma notet. *Capell.* 6. *p.* 191. Moxque imitata pium lactea Luna diem. Sic *Id.* 7. p. 238. Fax lactei luminis. *h. c.* candidi. — *Orbis lacteus, via lactea*, est veluti fascia in cælo, in meridiem porrecta, candidior ceteris partibus: ob id ita nuncupata: de qua *Ovid.* 1. *Met.* 168. Est via sublimis, cælo manifesta sereno, Lactea nomen habet, candore notabilis ipso. Hac iter est Superis ad magni tecta Tonantis. *Cic.* 6. *de republ.* 16. Splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos, ut a Grajis accepistis, orbem lacteum nuncupatis. *V.* quæ in hunc locum adnotavit *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 15., ubi de causis ejus candoris plura disserit. *Cic. Arat.* 286. lacteus orbis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 29. 68. (280). Circulus lacteus. Græci vocant γαλαξίαν κύκλον, Itali *via lattea* et *galassia.* Hinc de hac via loquens, in qua Juppiter cum diis consederat, *Capell.* vocavit 2. *p.* 46. lactea subsellia.

II.) Translate. *Quintil.* 10. 1. 32. Livii lactea ubertas.

LACTĬCĬNA, ōrum, n. plur. 2. cibi ex lacte et ovo, *latticinii*, γαλάκτινα. *Gloss. Philox.* Lacticina, ὠόγαλα, ab ὠόν *ovum* et γάλα *lac.*

LACTĬCĬNĬUM, ii, n. 2. cibi ex lacte facti, *latticini.* V. LACTO sub *A.* 3. in fin.

LACTĬCŎLOR, ōris, adject. lactei coloris, *latteo, lattato. Auson. epist.* 7. 54. Aut cunctis pariter versibus oblinat Fulvam lacticolor spongia sepiam. *Lacticolorem* vocat, quia mos erat spongias arte candidas facere, e mollissimis recentes per æstatem salis spuma tingendo, et ad lunam ac pruinas sternendo, ut *Plin.* docet 31. *Hist. nat.* 11. 47. (123).

LACTĬCŬLĀRĬUS *et*

LACTĬCŬLŌSUS, a, um, adject. *slattato*, modo remotus ab ubere. *Gloss. Cyrill.* Ἀπογάλακτος, lacticularius, lacticulosus. et *Gloss. Philox.* Lacticulosus, ἀπογάλακτος.

LACTĬDĬĀCUS, a, um, adjert. qui calcibus percutit: a λακτίζω calce ferio. *Gloss. Philox.* Lactidiaci, λελακτισμένοι.

LACTĬFER, fĕra, fĕrum, adject. lac ferens. *Inscript.* apud *Murat.* 70. 6. SILVANO SANCTO PATRI ET CVSTODI PECVDIFERO LACTIFERO GLADIFERO etc.

LACTĬLĀGO, ĭnis, f. 3. herba eadem, quæ chamædaphne: a jucundo sapore, ceu lactis, appellata. *Apul. Herb.* 27.

LACTĬNĔUS, a, um, adject. (lac) lacticolor, lacteus. *Venant.* 8. *carm.* 1. 27. Regia lactineo commutans pallia cultu.

LACTIS, is, *V.* LACTES.

LACTĬTO, as, are, a. 1. *frequentat. a* lacto, *allattare*, lac præbere. *Martial.* 7. 102. Cur sit ager sterilis, cur uxor lactiet, edam.

LACTO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Lactans* sub *A.* 1. et 2.; *Lactatus* sub *B.*; *Lactaturus* sub *A.* — Lactare duo diversa significat, prout est *A*) a *lacte*; aut *B*) a v. *lacio.*

A) Lactare a *lacte*. ¶ 1. Est lac præbere, *dar latte, lattare*, θηλάζω. *Ovid.* 6. *Met.* 342. Uberaque ebiberant avidi lactantia nati. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 320.; et *Lucret.* 5. 885. ubi *Lachmann.* leg. *lactantia* pro *lactentia.* Observant autem eruditi passim hæc duo confundi. Sic apud *Seren. Sammon.* 20. Ubera fecundo multum lactantia succo. *Gell.* 12. 1. *a med.* Nam plerumque sine discrimine, quæcumque (*femina*) id temporis lactans est, adhiberi solet. *Al. rectius leg.* lactens. *Ambros.* 6. *Hexæm.* 3. Cassam (*tigris*) versat imaginem, et quasi lactatura fetus residet. — *Lactans deus*, qui se infundit segetibus et eas facit lactescere. *Varro* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *G.* 315., ubi *Servius* discrimen addit inter *lactantem* et *lactentem*, quod illud lac præbentem: hoc, cui præbetur, significet. V. LACTURCIA. ¶ 2. Item est lac sugere. *Liv. Andronicus* in *Tereo* apud *Non. p.* 153. 26. *Merc.* Ego puerum interea ancillæ subdam lactantem meæ. *Al. leg.* lætantem; *al.* ancillæ lactanti. *Varro* 2. *R. R.* 7. 12. Equis anniculis dandum hordeum, usque quoad erunt lactantes. *Al. rectius leg.* lactentes. *Colum.* 7. *R. R.* 9. 9. Suibus leguminum facienda est potestas: et utique vere, dum adhuc lactant. *Al. rectius leg.* lactent, *et conjungunt cum sequentibus* viridia pabula, h. e. *mentre sono peranche latticinose le verdi pasture.* V. LACTEO 2. *a. Theod. Priscian.* 1. 10. *ad fin.* Nam et lactanti suo mater, guttam ammoniaci masticando et exhalando, albores oculi – sæpius permundavit. *Auson. Epitaph.* 32. Infans lactavit, pubes et virgo adolevit. — *Lactantes anni* apud *eumd. Auson. Edyll.* 4. 67. sunt anni puritiæ; nisi forte hic quoque *lactentes* reponendum est. ¶ 3. Item lacto est lactens fio, *latteggiare.* Hinc *Lactantes metæ* apud *Martial.* sunt metæ lactis: 1. 44. Rustica lactantes nec misit fiscina metas. — Et de pomis *Ennius* apud *Charis.* 1. *p.* 102. *Putsch.* Fici dulciferæ lactantes ubere toto. — *Lactantia, ium*, cibi ex lacte facti, *latticini*, apud *Cels.* 2. 28. et 29.; et *Apic.* 7. 11. Apud *Cels.* quidam legunt *lactentia*; sed, teste *Targa*, omnes *Codd.* et primæ editt. habent *lactantia.* Apud *Apic.* recentiores leg. *lacticinia.*

B) Lactare a *lacio* ductum, ita ut illius frequentativum sit, quod trahere, allicere significat, est blanditiis trahere, spe, promissis allicere, mulcere, inducere, et frustrari, decipere, *lusingare, trattenere, tenere in isperanza, ingannare. Plaut. Cist.* 2. 1. 9. Ita me amor lassum animi ludificat, fugat, raptat, retinet, lactat. *Ter. Andr.* 5. 4. 7. Adolescentulos imperitos rerum in fraudem illicis: sollicitando et pollicitando eorum animos lactas. *et ibid.* 4. 1. 23. Nonne tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium, nisi me lactasses amentem et falsa spe produceres? *Pacuvius* apud *Non. p.* 16. 18. *Merc.* Ne porro te error, qui nunc lactat, maceret. *Accius* apud *eumd. ibid.* Dictis lenibus lactare aliquem. *Id.* apud *eumd. ibid.* Frustrando lactans. *Varro* apud *eumd. ibid.* Aviditatem speribus lactet suis. *Capell.* 1. *p.* 13. Cyllenius Cypridis lactatus illecebris. *h. e.* illectus. *Cic.* 4. *Tusc.* 7. 16. Malevolentia lactans alieno malo. Ita *Non.*, sed al. rectius aliter leg. Huc pertinet illud *Lucret.* 5. 1067. Aut uti eos lactant pedibus morsuque petentes. *Est qui leg.* jactant.

LACTŌRIS, ĭdis, f. 3. herba est oleæ folio, sed minore, et flore luteo, intus plena lactis, quod gustatum vomitiones concilat. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 18. 104. (168).

LACTŌSUS, a, um, adject. idem ac lacteus. *Gloss. Philox.* Lactosus, γαλακτώδης.

LACTŪCA, æ, f. 1. *lattuga*, θριδαξ, herba, cujus tria genera Græci fecere: unum lati caulis, adeo ut, ostiola olitoria ex his factitari, prodiderint. Folium his paullo majus herbaceo, et angustissimo, ut alibi consumpto incremento. Alterum rotundi caulis: tertium sessile, quod Laconicon vocant. Alii colore et tempore satus genera discrevere. Esse enim nigras, quarum semen mense Januario seratur: albas, quarum Martio: rubentes, quarum Aprili. Diligentiores plura genera faciunt, purpureas, crispas, Cappadocas, Græcas. In Italia olim illa solum nota erat, quæ meconis vocatur, a copia lactis soporiferi: unde et *lactuca* nomen inditum. Est autem natura omnibus refrigeratrix, et ideo æstate gratæ stomacho fastidium auferunt, cibique appetentiam faciunt. Hæc ex *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 38. (125). et seqq. ubi alia plura de his. *V.* etiam, si lubet, *Colum.* 10. *R. R.* 79. et 11. *ibid.* 3. 26.; et *Pallad.* 2. *R. R.* 14. Ceterum *Varro* 5. *L. L.* 104. *Müll.* Lactuca a lacte, quod olus id habet lac.

Cels. 2. 32. Lactuca, maximeque æstiva, cujus cauliculus jam lacte repletus est, somno apta est. *Virg. Mor.* 76. Gratæque nobilium requies lactuca cibo-rum. h. e. finis cœnæ. Cf. *Martial.* 13. 14. Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum, Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes? *Id.* 11. 53. Prima tibi debitur ventri lactuca movendo Utilis. *Id.* 10. 48. Lactuca sedens. h. e. sessilis. — *Similem habent labra lactucam*, proverb. de quo *V.* LABRUM. — Alia est quæ *lactuca marina* dicitur, Græce τιθύμαλος. *Cels.* 5. 7. Lac lactucæ marinæ, quam τιθύμαλος a Græcis nominatur, exedit. *Colum.* 6. *R. R.* 15. 2. Item si vomer crus sauciavit, marina lactuca, quam Græci τιθύμαλον vocant, admixto sale, imponitur.

LACTŪCĀRIUS, ii, m. 2. qui lactucas emit, aut vendit. Agnoscitur ut Latinum a *Diomed.* 1. p. 313. *Putsch.*

LACTŪCŌSUS, a, um, adject. lactucis abundans. Ponitur ut Latinum a *Diomed.* 1. p. 313. *Putsch.*

LACTŪCŪLA, æ, f. 1. *deminut. a* lactuca, parva lactuca, *lattughetta*, θριδακίς. *Colum.* 10. *R. R.* 111. teneris frondens lactucula fibris. *Sueton. Aug.* 77. Lactucula thyrsum pro potione sumebat. *Pallad.* 1. *R. R.* 30. Lactuculas serere. Adde *Diomed.* 1. p. 313. *Putsch.*

LACTURCIA, æ, f. 1. (lac) dea lactescentium frumentorum, apud Latinos. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 8., ubi al. leg. ex M33. *deum lacturnum*. *V.* LACTEO 2. et LACTO sub *A.* 1.

LACTURNUS. *V.* voc. præced.

LĀCŪĀTUS. *V.* LAQUEATUS.

LĀCŪLĀTUS, a, um, adject. *Isid.* 19. *Orig.* 22. 11. Laculata vestis est, quæ lacus quadratos quosdam cum pictura habet intextos, aut additos seu. h. e. clavis intexto. *V.* CLAVATUS et MAPPA.

LĀCŪNA, æ, f. 1. pro *lacuina* a *lacu*, ut docet *Paul. Diac.*, qui sit p. 117. 8. *Müll.* Lacuna aquæ collectio, a lacu derivatur. In MSS. Codicibus apud *Lucret.* 3. 1045. et 6. 538. et 551., et apud *Virg.* 3. *G.* 365. legitur *lucuna*, teste *Lachmann.* ad *Lucret. vol.* 2. p. 205. — Ceterum lacuna est collectio aquæ, et fossa, in qua aqua collecta stare consuevit, τέλμα, τέναγος (It. *laguna, fossa d'aqua morta, fogna*; Fr. *mare, bourbier, étang*; Hisp. *balsa de charco, cenagal, estanque*; Germ. *von Flüssigkeiten, Graben, Abzug, Vertiefung*; Angl. *a ditch, pool, body of stagnant water*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, collectio aquæ, fossa, in qua aqua collecta stare consuevit. *Lucret.* 6. 551. ubi in magnas aquæ vastasque lacunas Gimbe vetustate e terra provolvitur ingens. *Id. ibid.* v. 538. multosque lacus multasque lacunas In gremio gerere (*terram*) et rupes deruptaque saxa. *Virg.* 1. *G.* 117. cavæ tepido sudant humore lacunæ. *Id.* 3. *ibid.* 365. Et totas solidam in glaciem vertere lacunas. *Stat.* 4. *Silv.* 3. 54. Hi siccant bibulas manu lacunas. *Martial.* 4. 4. Quod siccem redolet palus lacunæ. *Pallad.* 1. *R. R.* 17. Lacunas cisternarum sarcire. *Id. ibid.* 30. Lacunam formare anseribus. — Poetice *salsas lacunas* dixit *Lucret.* aquas maris 3. 1045. et 5. 792.; eodemque sensu *Cic.* 4. *Herenn.* 10. 15. Neptunias lacunas. ¶ 2. Latiori sensu pro quacumque fossa. *Cic. Arat.* 431. cæcas lustravit luce lacunas, E quibus ingenti exsistit cum corpore præ se Scorpius. *Lucret.* 1. 115. Aut tenebras Orci visat vastasque lacunas. ¶ 3. Et generatim pro quacumque cavitate, *cavità. Vitruv.* 7. 1. *circa med.* Pavimenta testacea sunt diligenter exigenda, ut non habeant lacunas, nec exstantes tumulos. *Varro* 1. *R. R.* 19. 3. Qua erat rum vomere lacunam facit, sulcus vocatur. Cf. *Lucret.* 5. 1351. *Auson. de ostr.* 4. ostrea scopulorum mersa lacunis. Rursus *Varro* 2. *R. R.* 7. 3. Quum supercilia cana, et sub ea lacunæ, dicunt, eum equum habere annos sedecim. *Ovid.* 3. *Art. am.* 283. Sint modici risus (*puellæ*), sint parvæ utriusque lacunæ. *V.* GELASINUS. *Apul. Florid.* 15. Cervix succi plena, malæ uberes, genæ teretes, ac medio mentu lacuna. *Hildebrand.* leg. *lacunatura.* (Quod hic *lacuna* ab *Apul., sigillum* dicitur a *Varron.* apud *Non.* p. 135. 22. *Merc.* Sigilla in mento impressa Amoris digituli vestigio demonstrant mollitudinem. Item *divisio* ab *Apul. loc. cit.* Ita mentum inferius concisum, ut acumen ejus extremum signare videatur leviter impressa divisio.). *Lactant. Opif. D.* 10. Labrum superius sub ipsa medietate nariom lacuna quædam levi, quasi valle, signavit Deus. *Martial.* 8. 59. *de fusco.* Lippa sub aurita fronte lacuna patet.

II.) Translate. Quoniam lacuna dicitur et de loco vacuo, in quo quippiam deest; figurate *lacunam explere* est damnum sarcire, *risarcire il discapito. Cic.* 4. *Verr.* 55. 135. Illi censores fecerunt idem, quod in nostra republ. solent ii, qui per largitionem magistratus adepti sunt: dederunt operam, ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. *si risfacessero di quelle spese; riempissero quel buco.* Sic *Varro* 2. *R. R.* 1. 28. Est, qui explens duplicem istam lacunam. h. e. hæc duo, quæ desunt, et pro his alia ponens. *Gell.* 1. 3. *a med.* Minima illa labes, et quasi lacuna famæ imminentis, partarum amico utilitatum ratione solidatur. (Al. leg. *munimentis* pro *imminentis*, et tò *ratione* omittunt). h. e. quasi vacuum honestate locum: vel interruptæ bonæ existimationis intervallum, quasique fractura. *Cic.* 12. *Att.* 6. Vide, quæso, ne qua lacuna sit in auro. h. e. ne quod detrimentum, ne quid minus probum in auro sit: translatione, inquit *Manut.*, ducta a fundis, quos lacunæ deteriores faciunt. — *NB.* Pro lagena. *V.* LAGENA.

LĀCŪNAR, āris, n. 3. In Genit. plur. *lacunariorum* pro *lacunarium* habet *Vitruv.* 4. 2. et 6. 4.; et in Dativo *lacunaribus* 7. 2. *extr.* et *lacunariis* 5. 2. et 6. 5. et 10. — *Lacunar*, quod proprie est Adject. neutr. gen. a *lacunaris* vel *lacunarius* ¶ 1. Est interstitium tignorum in cælo cubiculi, seu alterius edium membri, quod cameratum non sit; ex eo dictum, quia inter tignum et tignum velut lacuna est: item ipsum cælum seu tabulatum, sive contignatione constet, sive tabulis suffixis, et inter plana intervalla cavitates seu lacus habentibus (quæ *formelle* dicuntur), sive etiam æquato opere coagmentatis. Hujusmodi lacunaria, quæ et *laquearia* dicuntur, picturis aliisque ornamentis apud ditiores, ut hodieque fit, expoliri soiebant. σανίδωμα, φάντωμα (It. *sfondo, soffitta, cielo della stanza*, nos vulgo *cassettone*; Fr. *soffite, plafond*; Hisp. *cielo raso de un quarto, sala*; Germ. *getäfelte Decke, Tafelwerkdecke, Plafond*; Angl. *a carved or fretted cieling*). *Vitruv.* 7. 2. *extr.* Camerarum dispositiones in conclavibus expediantur, nisi lacunaribus ea fuerint ornata. *Horat.* 2. *Od.* 18. 1. Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. *Cic.* 5. *Tusc.* 21. 62. Gladium e lacunari, seta equina aptum, demisiti jussit, ut impenderet illius beati cervicibus. *V.* LAQUEAR. — *Spectare lacunar* proverbiali locutione de eo dicitur, qui alias res tum maxime agit, quum sua res agitur et omni attentione opus est. *Juvenal.* 1. 56. doctus spectare lacunar, Doctus et ad calicem vigilanti stertere naso. *scil.* dum mœchus cum uxore sua concumbit. Nos quoque simili sensu dicimus *guardare i travi*, et *fare il gattone* vel *la gatta morta. V.* DORMIO. ¶ 2. Specialim in plur. num. *lacunaria* sunt eadem ac metopæ in illo *Vitruv.* 4. 3. Impedita est distributio in opere triglyphorum et lacunariorum.

LĀCŪNĀRĬUM, ii, n. 2. idem quod lacunar. *V.* Genit. plur. et Dat. Ablt. voc. præced.

LĀCŪNĀRIUS, ii, m. 2. qui lacunas fodit. *Firmic.* 8. *Mathes.* 31. Sic *Gloss. Philox.* Lacunarius, λακκοποιός.

LĀCŪNĀTŪRA, æ, f. 1. *V.* LACUNA I. 3.

LĀCŪNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

LĀCŪNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (lacuna). Part. *Lacunatus* 1. — Lacunare ¶ 1. Est ad lacunæ formam deprimere. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 10. 9. (35). Intus exiles nucleos lacunatis includit toris. ¶ 2. Item lacunaris similitudinem alicui rei inducere. *Ovid.* 8. *Met.* 561. Pumice multicavo, nec lævibus atris tophis Structa subit: molli tellus erat humida musco: Summa lacunabant alterno murice conchæ.

LĀCŪNŌSUS, a, um, adject. (lacuna). ¶ 1. Stricto sensu est lacunis plenus. *Apul.* 1. *Met.* Avia et lacunosa convallis. *Id.* 9. *ibid.* Via lacunosis incilibus voraginosa. ¶ 2. Latiori sensu lacunosum est id, in quo aliquid cavitatis inest vel vacui, inæquatis. *Cic.* 2. *Nat. D.* 18. 47. Quid pulcrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet, quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? *Vitruv.* 3. 5. 3. *Schneid.* Intervalla lacunosa.

LĀCUS, us, m. *A.* Etiam *lacus*, i, m. 2. dicitur. *Vet. Poeta* in *Anthol. Lat. T.* 2. p. 359. *Burmann.* Fundit at October vina Falerna lacis. *Alii rectius leg.* Funditat October vina Falerna lacu, *vel* lacus: *ita ut* October lacus *dicatur, quomodo* October equus apud *Paul. Diac.* p. 179. 16. *Müll.* At apud *Isid.* 13. *Orig.* 19. Est autem in Judæa omnibus locis salubrior. Et apud *Cassiod.* 11. *Variar.* 14. Est enim (*Comum urbs*), post montium devia et laci purissimi vastitatem, quasi muros quidam planæ Liguriæ. *et mox.* Bivi in aream laci descendunt. — *Lacus* in Accusat. plur. scribitur in *Inscript.* apud *Gud.* 72. 4. et *De Vita Antiq. Benev.* 11. 5. ET LACVS FECERVNT. *Alia* apud *Oreil.* 254. L. IVNIVS P. F. VOL. BROCCHVS FLAMEN IN COL. EQVESTR. VICANIS GENAVENSIBVS LACVS DAT. — *Varro* 5. *L. L.* 26. *Müll.* lacum defuit, lacunam magnam, ubi aqua contineri potest. Hinc *lacus*, a λάκος vel λάκκος *fossa* (quocum cf. Germ. *Lache*) est vas amplum ac profundum, aut locus profundus, ubi aqua vel quicumque alius liquor contineri potest (It. *bacino*; Fr. *bassin, étang*; Hisp. *estanque*; Germ. *Trog, Decken, Bassin, Wanne*; Angl. *a lake*). Hinc ¶ 1. In rerum natura, lacus est locus profundus cum aquis perpetuis ibidem natis, unde rivi et flumina oriuntur, λάγο, δεξαμένη, λίμνη. Differt a *stagno*, quod hoc temporalem habet aquam stagnantem, quæ plerumque hieme colligi solet, æstate siccari: sed *lacus* aqua perpetua et perennis est. *Cic.* 3. *leg. Agr.* 2. 7. Agri, ædificia, lacus, stagna, loca, possessiones. *Lucret.* 5. 463. Exhalantque lacus nebulam fluviique perennes. Rursus *Cic.* 7. *Verr.* 72. 188. Deæ, quæ illos Hennenses lacus lucosque colitis. *Id.* 1. *Divinat.* 44. 100.; et *Liv.* 5. 15. et 16. Lacus Albanus. *Cic.* 1. *Tusc.* 16. 37.; et *Lucret.* 6. 746. Averni lacus. *Cæs.* 1. *B. G.* 2. Lemanus. *Horat.* 2. *Od.* 15. 4. Lucrinus. — Hinc poetice de fluminis profunditate *Virg.* 8. *Æn.* 74. Quo te (*o Thybri*) cumque lacus miserantem incommoda nostra Fonte tenet, quocumque solo pulcherrimus exis etc. Et de Styge *Id.* 6. *ibid.* 134. Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartara. Adde *eumd. ibid.* 238. ¶ 2. Speciatim Romæ *lacus* fuerunt capaces alvei (Italice *vasche*), in quibus aquæ recipiebantur ex aquæductibus in usum publicum, jumentorum potui, lotionibus, exstinguendis incendiis, et fortasse etiam usibus fullonum, coriariorum, aliorumque opificum etc. *Frontin. Aquæd.* 3. Ponam quot castella publica privataque sint, et ex his quantum publicis operibus, quantum muneribus, quantum lacubus. *Liv.* de his intelligendus, 39. 44. ubi lacus lapide sternendos memorat. Sic *Horatii* illud huc pertinet 1. *Sat.* 4. 36. Et quodcumque semel chartis illeverit, omnes Gestiet a furno redeuntes scire lacuque Et pueros et anus. Adde *Varron.* 1. *R. R.* 11. 2. Cf. et *Inscript.* apud *Henzen.* 7080. T. FLAVIVS. IVSTINVS. II. VIR. Q. AED. SVPER. HS XXV QVAE. OB. HON. QVINQVENNAL. PRAESENTIA. POLLICITVS REIP. INTVLIT. LACVM. A. FVNDAMENTIS. FECVNIA. SVA. FECIT SVMPTV. SVO. AQVAM. INDVXIT. — Plurimos in Urbe fuisse hujusmodi lacus constat ex *Frontin. Aquæd.* 78., ubi summam eorum colligit ad DXCI. *Plin.* vero 36. *Hist. nat.* 15. 24. (131). DCC. enumerat ab Agrippa factos. Itaque sæpissime eorum meminit *P. Vict. de regim. Urb. R.* — Quod *Plaut. Curc.* 4. 1. 16. enumerans varia loca urbis Romæ, in quibus varia hominum genera agitare solent: confidentes ait garrulosque et malevolos *supra lacum* solere consistere; varie a variis is locus designatur, quum alii lacum Curtium intelligant, alii lacum Juturnæ, nam utrumque ponit *P. Victor* in regione Urbis octava, quæ et *Forum Romanum* appellatur. — *Siccus lacus*, proverb. de re nullius usus, aut pretii. *Propert.* 2. 11. 11. At dum demissis supplex cervicibus ibam, Dicebar sicco villor esse lacu. Hic quidam interpretantur *lacum sine aqua*, ideoque etiam *sine pisce*, ex eod. *ibid.* 12. 34. Aridus et sicco gurgite piscis erit: *Vulpius* vero vas *vinarium epotum vacuumque.* ¶ 3. In re agraria lacus dicitur — a) De vase amplo in quo mustum prelo, vel pedibus expressum recipitur, *tino*; qua significatione a *Forcellino* translate accipitur. *Cato R. R.* 25. Vinaceos conculcato in dolia picata, vel in lacum vinarium picatum. *Colum.* 12. *R. R.* 18. 3. Aptandi sunt lacus vinarii et torcula. *Ovid.* 4. *Fast.*

888. Prœmia, de lacubus proxima musta tuis. Adde *Tibull.* 2. 3. 36. — *b*) Hinc etiam de musti quantitate, quæ una pressura pedibus aut torculari exprimitur, *una folata. Plin.* 18. *Hist. nat.* 31. 74. (316). Pressura una culeos viginti implere debet. Ad totidem culeos et lacus vigiuti jugeribus unum sufficit torculum. — *c*) Hinc figurate *Cic. Brut.* 83. 287. Sic ego istis censuerim et novam istam, quasi mustum de lacu, fervidam rationem (*al.* orationem) fugiendam. Ita legit *Schützius*; at *Schneidero* placet quasi *musteam de lacu, ac* etc. At recentiores legunt *quasi de musto ac lacu fervidam orationem.* Confer *Quintil.* 2. 4. 8. — *d*) Dicitur etiam de vase, in quo amurca recipitur, in olei confectione. *Colum.* 12. *R. R.* 52. 5. ¶ 4. Usurpatur et de aliis rebus. Sic — *a*) De conceptabulo aquæ fabrorum, in quam metallum candens demergunt. *Virg.* 4. *G.* 173. alii stridentia tingunt Æra lacu. — *b*) Item de loco, ubi calx rutro subigitur maceraturque. *Vitruv.* 7. 2. — *c*) *Lacus balinearius* legitur in *Inscript.* apud *Orell.* 3892. — *d*) Item de loco, quo distinguitur granarium ad legumina separanda. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 14. Sed et lacubus distinguuntur granaria, ut separatim quæque legumina ponantur. *in ripartimenti.* — *e*) *Lacus leonum* apud *Prudent.* 4. *Cathemer.* 65. locus est depressus et sæptus, in quo custodiuntur leones, vivarium. ¶ 5. De tignorum, sive trabium interstitio, ut idem sit ac lacunar, dixit *Lucilius* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 730. resultant ædesque lacusque.

LĂCUSCŬLUS, i, m. 2. *deminut.* a lacus, parvus lacus. ¶ 1. De parvo loco aquam continente. *Colum.* 4. *R. R.* 8. 2. Hiemalis aqua, quæ ex pluviis consistit in lacusculis ablaqueationis. Adde *eumd. Arbor.* 10. 4. ¶ 2. De loculis in tabulato, ubi reponuntur olivæ. *Colum.* 12. *R. R.* 50. 3. Quia interdum immodica multitudo baccæ torculariorum vincit laborem, esse oportet pensile horreum, et habere lacusculos tam multos, quam postulabit modus olivæ, ut separetur et seorsum reponatur uniuscujusque diei coactura.

LĂCŪTURRIS, e, adject. *vel*

LĂCŪTURRIS, is, f. 3. cognomen caulis, de quo *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 41. (141). Nuper subire lacuturres (*caules*), ex convalle Aricina, ubi quondam fuit lacus turrisque, quæ remanet: capite prægrandes, folio innumeri, alii in orbem porrecti, alii in latitudinem torosi. De iisdem loquitur *Colum.* 10. *R. R.* 137. Quæ (*cymata*) duti præbent cymosa stirpe Sabelli, Et Turris lacus, et pomosi Tiburis arva. *Alii leg.* Turris, *alii* Turni.

LĂDA, æ, f. 1. λήδον, *imbrentina,* herba in Cypro ex cisti, vel cisthi generibus, longioribus foliis et nigrioribus, quæ verno tempore pingue quiddam roscidum contrahunt, quod caprarum barbis adhærescit, indeque depexum colatur cogiturque in offas, et ladanum appellatur. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 30. (47)., ubi *Harduin.* ex MSS. *ledon* pro *lada* reponit. quam lectionem *Sillig.* multis ac bonis Codicib. confirmat. — Alio sensu *V.* LACTA.

LĂDĂNUM, i, n. 2. *Lădănum* habet *Marcell. Empir. de med.* 59. — Ladanum, λήδανον, *ladano, lădano,* est pingue illud roscidum, de quo dictum est in voce præced. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 30. (47). et 12. *ibid.* 17. 37. (74).; et *Cels.* 5. 26.

LÆDO, dis, si, sum, dere, a. 3. Part. *Lædens* II. 1.; *Læsus* II. in omnibus paragr.; *Læsurus* II. 1. — Lædere volunt esse per metathesin a δηλέω, quod idem significat: est autem allidere, affligere, *sbattere.*

I.) Proprie. *Lucret.* 5. 999. turbida ponti Æquora lædebant naves ad saxa virosque. *V.* tamen cl. *Lachmann.* ad *Lucret. vol.* 2. p. 324., qui aliter sentit.

II.) Translate sæpissime occurrit, et est aliquid mali alicui inferre, violare, nocere, βλάπτω (It. *offendere, far male, nuocere;* Fr. *blesser, endommager, nuire à, faire du mal à;* Hisp. *herir, ofender, hacer daño;* Germ. *verletzen, beschädigen;* Angl. *to hurt, harm, injure, offend*). Occurrit ¶ 1. Stricto sensu de rebus physicis. *Plaut. Curc.* 4. 3. 9. Lora lædunt brachia. *Id. Bacch.* 2. 3. 47. Lembus ille mihi lædit latus. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 38. Quæ lædunt oculum, festinas demere: si quid Est animum, differs curandi tempus in annum? *Ovid. Heroid.* 4. 21. teneros lædunt juga prima juvencos. Cf. *eumd. Remed. am.* 90. Et tua læsuro subtrahe colla jugo. *et v.* 293. lædentia pectus Vincula qui rupit. *Id.* 1. *Amor.* 7. 40. Læsæ genæ. *Id.* 2. *Art. am.* 376. vipera læsa pede. *calcata, schiacciata. Phædr.* 4. 7. Lædere aliquem dente. Sic *Martial.* 3. 47. Lenoremque læsum Gallici canis dente. et *Ovid.* 13. *Met.* 926. herbas morsu lasere juvencæ. *Virg.* 2. *G.* 301. Lædere ferro retuso plantas. *Horat.* 3. *Od.* 27. 60. zonâ collum. *appendersi. Ovid. Remed. am* 159. Ætola Venus a cuspide læsa. *ferita.* et 4. *Fast.* 120. læsus cuspide. Sic *Martial.* 9. 27. Non jaculo, non ense fuit, læsusve sagitta. *ferito.* Rursus *Ovid.* 12. *Met.* 421. parvo cor vulnere læsum. *Id.* 4. *ibid.* 601. Lædere aliquem vulnere. — Et absolute *Martial.* 12. 29. Nuper quum Myrino peteretur missile læso. *h. e.* gladiatori vulnerato. *Id.* 54. lumine læsus. *loso.* Item absolute *Ovid. Remed. am.* 615. Dum spectant oculi læsos, lædunter et ipsi. *Id.* dixit 3. *Fast.* 207. læsa figura. *fattezze guaste. Plin.* 27. *Hist. nat.* 11. 71. (95). Grano laibyridis stomachum lædunt. *Virg.* 2. *G.* 220. lædere rubigine ferrum. *Id.* 7. *Æn.* 809. Illa vel intactæ segetis per summa volaret Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas. *Ovid.* 6. *Fast.* 150. Frondes lædit hiems. *Id.* 5. *ibid.* 322. grandine læsa Ceres. *Id.* 2. *Met* 408. læsæ silvæ. *h. e.* incendio corruptæ. *Paul. Dig.* 9. 2. 30. *ad fin.* Si ignis alienam segetem, vel vineam læserit. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 10. 31. (56). Thymum læditur imbribus, amittitque florem. *patisce.* et 37. *ibid.* 5. 18. (70). Smaragdi sole læduntur. *perdono.* et 13. *ibid.* 15. 30. (99). Mensæ splendescunt manu sicca fricatæ, nec a vinis læduntur. *h. e.* si vino perfundantur, nihil gratiæ amittunt. Poetice *Lucan.* 5. 456. Læsus nube dies. *offuscato. Horat.* 1. *Ep.* 17. 7. si te pulvis strepitusque rotarum, Si lædet caupona, Ferentinum ire jubebo. *ti darà fastidio. Virg.* 10. *Ecl.* 48. ah, ne te frigora lædant! et 9. *ibid.* 64. Cantantes licet usque (minus via lædet) eamus. *sarà men gravosa.* ¶ 2. Latiori sensu, seu potius metaphorâ ductâ a paragrapho proxime superiori, morali ratione usurpatur, et occurrit — *a*) Cum addito Ablativo modi, quo quis, aut quid læditur. *Plaut. Capt.* 2. 2. 53. Lædere aliquem dicto aut facto. *Cic.* 5. *Verr.* 1. 1. Nulla læsus injuria. *Metellus* apud *Cic.* 5. *Fam.* 1. Lædere aliquem ludibrio. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 21. aliquem tristi versu. *Quintil.* 7. 2. 28. aliquem infamia. *Lucan.* 7. 848. superos crimine. *Ovid.* 3. *Pont.* 9. 25. animum lento curarum frigore. *Cic. Cluent.* 5. 14. famam alicujus obscuris suspicionibus. *Sueton. Cæs.* 49. famam alicujus gravi opprobrio. — *b*) Absolute. *Tac. Agric.* 42. Proprium humani ingenii est, odisse quem læseris. Γνώμη. — Ceterum hoc sensu, quum de hominibus agitur, usurpatur pro injuriam facere. *Ter. Eun. prol.* 1. Si quisquam est qui placere se studeat bonis quam plurimis, et minime multos lædere, in his etc. *Id. Phorm. prol.* 11. Minus multo audacter, quam nunc lædit, læderet. *Nepos Att.* 10. Nullas inimicitias gessit, quod neque lædebat quemquam, neque etc. *Ovid. Remed. am.* 608. Læse vir a domina, læsa puella viro. — Et pro dictis pungere, maledicere. *Sall. Jug.* 80. Marius anteâ infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare, singulos modo, modo universos lædere. Cf. urbanum illud et elegans *Ter. Adelph.* 5. 4. 10. Clemens, placidus: nulli lædere os, arridere omnibus. *h. e.* in faciem nemini male dicere. — Speciatim *lædere* dicitur testis, qui contra reum dicit. *Cic. Cæcin.* 10. 28. Quum ita vehemens acerque venisset, ut non modo Cæcinam perjurio suo læderet, sed etiam mihi videretur irasci. *Id.* 2. *Orat.* 70. 285. Quum læsisset testis Silus Pisonem, quod se in eum audisse dixisset. Adde *eumd. ibid.* 74. 301.; et *Quintil.* 6. 3. 86. — Quum de rebus agitur, usurpatur pro violare. *Cic. Rosc. Am.* 38. 111.; *Cæs.* 2. *B. C.* 44.; et *Horat.* 1. *Od.* 33. 4. Lædere fidem. *Cic. Cluent.* 42. 118. Læsa dignitas. *Nepos Timol.* 1. pietas. *Virg.* 12. *Æn.* 496. fœdus. *Id.* 1. *ibid.* 12. numen. *Tac.* 3. *Ann.* 24. religio. *Ovid. Heroid.* 104. pudicitia. *Ulp. Dig.* 4. 6. 1. Læsum jus alicujus. *Martian. ibid.* 48. 2. 3. Lædere majestatem publicam. *Quintil.* 1. 2. 4. Læsa opinio. *perduto il buon nome.* Huc referri potest et illud *Ovid.* 5. *Trist.* 12. 21. ingenium longa rubigine læsum. — Apud JCtos *læsus* dicitur, qui tot damnum passus, deceptus, frandatus. *Paul. Dig.* 4. 6. 44. In aliqua parte læsus, non restituitur. — Veteres *lædere* res rapere dicebant, etiam si rapinæ nullum crimen exsisteret: similiter *satisfacere* res reddere. *Servius* ad *Virg.* 10. *Æn.* 14. — *Læsæ res* apud *Sil. It.* 11. 6. sunt accisæ, attritæ, adversæ.

LÆNA, æ, f. 1. χλαῖνα, genus vestis, quæ aliis superinduitur; a voce Græca allata, quam ducunt a χλιαίνω *calefacio*: tametsi sunt apud *Paul. Diac.* p. 117. 10. *Müll.* qui Tuscæ originis esse arbitrantur. Certe non est audiendus *Varro,* qui 5. *L. L.* 133. *Müll.* dictam putat, quod de *lana* multa, quia duarum togarum instar erat (It. *zimarra, guarnacca, lucco;* Fr. *vêtement de dessus, pardessus, manteau;* Hisp. *capa, capote;* Germ. *ein Oberkleid, Mantel;* Angl. *an upper robe or mantle*). Multiplex ejus fuit usus. Legimus enim, a sacerdotibus in sacrificio adhibitam fuisse, apud *Cic. Brut.* 14. 56. (*V.* LÆNAS in ONOM.); eaque usos flamines, a flaminicis suis texta (sic enim oportebat) etiam *Servius* ad *Virg.* 4. *Æn.* 262. tradit. Item a regibus et principibus viris, ut ex *Virg. ibid.* et *Sil. It.* 15. 424. colligitur. Item a ditioribus, et denique a vulgo. *Pers.* 1. 30. ecce inter pocula quærunt Romulidæ saturi, quid dia poemata narrent. Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna est, etc. *Juvenal.* 3. 283. cavet hunc, quem coccina læna Vitari jubet et comitum longissimus ordo. *et* 5. 130. plurima sunt, quæ Non audent homines pertusa dicere læna. Ex loco *Persii* colligimus, domesticam quoque et cœnatorium restem fuisse: quod confirmatur illo *Martial.* de lusco furante in convivio, 8. 59. Et tectus læuis sæpe duabus abit. — Etiam militare vestimentum fuisse, docet *Non.* p. 541. 6. *Merc.,* sed non probat. — Præcipua ejus utilitas, post quam passim adhiberi cœpta est, frigori arcendo: unde ex crassiore panno (quare et *duplex* dicitur a *Servio loc. cit.* et *Paulo Diac.*) et villosa fuit. *Martial.* 14. 136. cui titulus *Læna*: Tempore brumali non multum lævia prosunt: Calfaciunt villi pallia vestra mei. Hinc Græcum proverb. ἐν Σίρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις: de eo, qui rebus necessariis in tempore uti nescit. — Propria fuit virorum, ut ricinium mulierum, teste *Varron. loc. cit.* — Formam fuisse putant similem lacernæ, aut pallio, aut chlamydi, apertam scilicet et toga breviorem: aptam proinde, quæ superinduceretur tunicæ, et aliquando etiam togæ, fibula ad humeros aut collum adstringente. Plura *V.* apud *Ferrar.* et alia in *T. VI. Antiquitat. R. Græviі*; et *Visc. Mon. Borgh. p.* 81. *tab.* VII. *n.* 2., *p.* 219. *tab.* XXIX. et *p.* 272. *tab.* XXXVIII.

LÆSĬO, ōnis, f. 3. (lædo II.) actus lædendi, damnum, injuria, *offesa, lesione,* δηλησις. ¶ 1. Generatim de rebus physicis. *Papinian. Dig.* 10. 3. 28. *extr.* Si quid, absente socio, ad læsionem ejus fecit. Adde *ibid.* 2. 14. 7. § 14. *Lactant. Ira D.* 17. *a med.* Irritat læsio dolorem. Adde *Vulgat. interpr. Dan.* 6. 23. ¶ 2. Morali ratione. *Inscript.* apud *Gruter.* 422. 10. et 428. 10. CONIVGI RARISSIMI EXEMPLI QVAE VIXIT MECVM AN. XXIII. SINE VLLA ANIMI LAESIONE. Sic in *alia* apud *Henzen.* 7383. CONIVGI QVAE MIHI NVLLAM CONTVMELIAM NEC ANIMI LAESIONEM FECIT. ¶ 3. Speciatim in re oratoria enumerat *Cic.* 3. *Orat.* 53. 205. inter figuras sententiarum. Verba sunt: Purgatio, concilliatio, læsio, optatio, atque exsecratio. Videtur autem esse, quum reum ob alias causas, quam ob quas accusatur, dictis, obtrectatione, detractione pungit orator et lacerat, ut ei aversiores judices faciat. Cf. *Quintil.* 9. 1. 33. et 9. 2. 2.

LÆSŪRA, æ, f. 1. (lædo II.) læsio. ¶ 1. De rebus physicis. *Vulgat. interpr. Sap.* 11. 20. Quarum (*bestiarum*) læsura non solum poterat illos exterminare, sed etc. *Venant.* 8. *carm.* 6. 329. Quando suis jaculis uteri læsura timescit. *scil. gravidanza.* et *Tertull. Patient.* 7. Læsura divitiarum. *h. e.* detrimentum, jactura. ¶ 2. Morali ratione. *Inscript.* apud *Gruter.* 567. 8. VIXIT MECVM ANNIS XVII. SINE VLLA ANIMI LAESVRA. Adde *aliam* apud *eumd.* 828. 10. Similiter in *alia* apud *Henzen.* 7383. QVAE MECVM VIXIT IN MATRIMONIO ANNIS XVIII DIEBVS XX SINE VLLA LAESVRA NEC ANIMAE OFFENSIONE. *V.* et voc. præced. 2.

LÆSUS, a, um. *V.* LÆDO.

LÆTA, ōrum. *V.* LÆTUS, i, in fin.

LÆTĂBĬLIS, e, adject. (lætor). Comp. *Lætabilior.* — Lætabilis est lætitia dignus, *degno d'allegrezza, lieto. Cic.* 1. *Tusc.* 21. 48. Quid habet istu

re, aut lætabile, aut gloriosum? *Id.* 4. *ibid.* 17. 37. Is est beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis lætabile ad efferendum videri potest. *Cl. eumd.* 5. *ibid.* 15. 45. Sic *Ovid.* 9. *Met.* 255. cunctisque meum lætabile factum Dis fore confido. *Val. Flacc.* 6. 606. Sidus lætabile alicui. *Stat.* 4. *Silv.* 8. 21. jus tergeminæ lætabile prolis. *Mamertin. Genethl. Maximian.* 18. Quanto hoc lætabilius ac mellius?

LÆTĂBUNDUS, a, um, adject. lætans, valde lætus. *Gell.* 11. 15. *sub fin.* Lætabundus is dicitur, qui abunde lætus est. *Vulgat. interpr. Esai.* 35. 2. Germinans germinabit, et exsultabit lætabunda et laudans. *Capell.* 2. p. 27. Ex quo commodissimum sibi connubium lætabunda alio mentis fluctu multivida concitavit.

LÆTĂMEN, ĭnis, n. 3. fimus, qui per agros jacitur: quod facit lætas segetes, h. e. pingues ac fertiles votisque agricolæ respondentes, *letame, concime,* κόπρος. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 16. 40. (141). Secale nascitur qualicumque solo, ipsumque pro lætamine est. *Id.* 17. *ibid.* 9. 6. (52). Hæc sunt lætamina, quibus ad tellurem alendam utuntur homines. *Editiones omnes et ipse* Sillig. *habent* certamina. *Pallad.* 1. *R. R.* 23. Anserum lætamen satis omnibus inimicum est. *Id.* 3. *ibid.* 1. Prata sparso lætamine saturare.

LÆTĂMĬNO, as. *V.* LÆTO, as, II.

LÆTANS, antis. *V.* LÆTOR.

LÆTANTER, adverb. læte. *Lamprid. Commod.* 5. Quod Commodus lætanter accepit.

LÆTASTER, tri, adject. χαιρεντιζόμενος, aliquantum lætus. Prisca vox *Titinii* apud *Festum* p. 193. 18. *Müll.* Vulgati libri *lætaster* habent; *Müllerus* vero *luculentaster*.

LÆTĀTĬO, ōnis, f. 3. lætitia. *Cæs.* 5. *B. G.* 50. *extr.* Neque hostibus diutina lætatio, neque ipsis dolor longior relinquatur.

LÆTĀTUS, a, um. *V.* LÆTO.

LÆTĒ adverb. (lætus). Comp. *Lætius* I. et II.; Sup. *Lætissime* I. — Læte est jucunde, hilariter, *lietamente,* γηθοσύνως, ἱλαρῶς.

I.) Proprie de hominibus. *Cic.* 9. *Phil.* 3. 7. Læte atque insolenter tulit. *Quintil.* 8. 3. 40. Concitate dicere, aut moderate; læte, aut severe; abundanter, aut presse. *Vellej.* 2. 45. *de Cicerone.* Neque quisquam aut expulsus invidiosius, aut receptus est lætius. *Quintil.* 2. 4. 14. Aliquid ausi lætius, aut licentius. *Gell.* 3. 15. Lætissime gaudere.

II.) Translate. — In re agraria. *Colum.* 5. *R. R.* 9. 10. Truncus lætius frondet. *h. e.* uberius. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 5. 27. (89). Seges læte virens. *Id.* 16. *ibid.* 31. 56. (130). Laurus recisa lætius frutlcat. — In oratione. *Quintil.* 12. 9. 2. Oratio lætius decurret.

LÆTĬCŬLŌSUS, a, um, adject. (lætus) lætitia plus æquo gestiens, *baldanzosetto. Petron. fragm. Tragur.* 57. *Burmann.* Tu læticulosus nec mu, nec ma argutas. Alii perperam leg. *febriculosus* contra fidem codicis, qui habet *lœticulosus*: alii vero fortasse rectius leg. *lacticulosus, h. e.* modo e lacte depulsus, *slattato. V.* LACTICULARIUS.

LÆTĬCUS, a, um, adject. ad lætos servos, seu milites pertinens: *V.* LÆTUS, i. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 13. 11. 9. Quoniam ex multis gentibus, sequentes Romanam felicitatem, se ad nostrum imperium contulerunt, quibus terræ lætiæ administrandæ sunt, nullus ex his agris aliquid, nisi ex nostra adnotatione, mercatur.

LÆTĬFĬCANS, antis. *V.* LÆTIFICO sub *B.*

LÆTĬFĬCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

LÆTĬFĬCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (lætus *et* facio). Part. *Lœtificans* sub *A.* I. et II. 2. et sub *B.*; *Lœtificatus* sub *A.* II. 2.; *Lœtificandus* sub *A.* I. — Lætificare occurrit *A*) Active sæpissime; et *B*) Neutrorum more raro admodum.

A) Active lætificare est lætum facere, εὐφραίνω (It. *rallegrare;* Fr. *réjouir, rendre joyeux;* Hisp. *alegrar, hacer alegro;* Germ. *fröhlich oder freudig machen, erfreuen, erheitern;* Angl. *to gladden, exhilarate, make glad or joyful*).

I.) Proprie de hominibus. *Plaut. Aulul.* 4. 9. 15. Nunc alii eo lætificantur meo malo et damno. *Lucan.* 3. 48. non illum gloria pulsi Lætificat Magni. *Capell.* 9. p. 305. Hæc (*Harmonia*) quippe est, quæ Superûm curas præ cunctis poterit permulcere, æthera cantibus numerisque lætificans. Confer *Pallad. de insit.* 9. Nunc ideo modicum crescens fiducia carmen Obtulit, arbitrio lætificanda tuo.

II.) Translate de inanimis. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 2. *Nat. D.* 40. 102. Sol tum quasi tristitia quadam contrahit terram, tum vicissim lætificat, ut cum cælo hilarata videatur. ¶ 2. Speciatim in re agraria usurpatur, præcipue pro stercorare, *concimare: V.* LÆTAMEN. *Cic.* 2. *Nat. D.* 52. 130. Indus non aqua solum agros lætificat et mitigat, sed etiam eos conserit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 30. (120). Faba solum lætificat stercoris vice. *Id.* 17. *ibid.* 9. 6. (50). *de fimo.* Apud Homerum regius senex agrum ita suis manibus lætificans reperitur. *Sedul.* 1. 41. Lætificata seges, spinis mundatur ademptis.

B) Neutrorum more *lætificans* pro læto posuit *Plaut. Pers.* 5. 1. 8. Omnes hilaros, lubentes, lætificantes faciam ut fiant.

LÆTĬFĬCUS, a, um, adject. (lætus *et* facio) lætum faciens, lætus, *rallegrante, lieto,* χαρτός. *Ennius* apud *Auson. Technopœgn.* 144. replet te lætificum gau. *h. e.* gaudium. *Id.* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 28. 69. Cælum nitescere, arbores frondescere, Vites lætificæ pampinis pubescere. *Alii minus recte leg.* lætiscere. *Lucret.* 1. 192. uti sine certis imbribus anni Lætificos nequeat fetus submittere tellus. *Stat.* 8. *Theb.* 261. Lætifici tumultus. *Id.* 12. *ibid.* 251. plausus. *Cassiod.* 8. *Hist. Eccl.* 1. Circa consulentes hilarior apparebat, et vultu lætifico ad conversionem juvenes educabat. Absolute *Seneca Troad.* 597. Lætifica referre alicui.

LÆTISCO, is, ere, n. 3. (lætus) lætus fio, lætor, *rallegrarsi,* εὐφραίνομαι.

I.) Proprie. *Sisenna* apud *Non. p.* 133. 2. *Merc.* Utrum ne divi cultu erga se mortalium lætiscant, an superna agentes humana negligant.

II.) Translate in re agraria: *V.* locum *Ennii* allatum in voc. præced.

LÆTĬTĬES, ēi, f. 5. *V.* voc. seq. init.

LÆTĬTĬA, æ, f. 1. (lætus) Aliam formam *lætities,* nullo tamen auctore laudato, exhibet *Vet. Grammat.* edit. ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 5. *p.* 9. Immo hoc addimus, quod tres vel quatuor declinationes plerisque nominibus eveniant, sicut est *lætitia, lætities, lætamen.* — *Lætitias insperatas* pro *lætitiæ insperatæ,* Accusativus pro Nominativo, est *Pomponii* apud *Non.* p. 500. 26. *Merc.* — Ceterum lætitia est opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videtur, ut apud *Cic.* 4. *Tusc.* 7. 12. definitur: vel, ut est apud *Gell.* 2. 27., exsultatio quædam animi cum gaudio efferventiore rerum expetitarum. Differt a *gaudio,* ut in ea voce dictum est. Nam in gaudio vel nihil animus, vel certe moderate diffunditur; in lætitia effuse exsultat et gestit: tametsi hoc ab oratorie loquentibus non servatur. Gr. *χαρά, γηθοσύνη* (It. *allegrezza, letizia;* Fr. *joie, allégresse;* Hisp. *gozo, alegria;* Germ. *Freudigkeit, Fröhlichkeit;* Angl. *joy, gladness, mirth, joyfulness*).

I.) Proprie. — *a*) In sing. num. Cum *gaudio* jungitur. *Cato* apud *Gell.* 6. 3. Secundæ res lætitia transvorsum trudere solent a recte consulendo atque intelligendo. Quo majore opere dico suadeoque, uti hæc res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in potestatem nostram redeamus. dixerat etiam *paullo ante.* Mihi nunc magnæ curæ est, ne — hæc lætitia nimis luxuriose eveniat. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 103. Quum hac me lætitia tanta et tantis affecistis gaudiis. *Juventius* apud *Varron.* 6. *L. L.* 50. *Müll.* Gaudia sua si omnes homines conferant unum in locum, tamen mea exsuperet lætitia. — Cum *hilaritate* jungitur apud *Cic.* 1. *Orat.* 57. 243. Itaque hilaritatis plenum judicium ac lætitiæ fuit. — Cum *voluptate* apud *eumd. ibid.* 44. 197. Percipietis illam ex cognitione juris lætitiam et voluptatem. — Immo cum *voluptate* facile convenit. *Cic.* 2. *Fin.* 4. 13. Huic verbo (*voluptatis*) omnes, qui Latine sciunt, duas res subjiciunt, lætitiam in animo, commotionem suavem jucunditatis in corpore. *et* 1. *ibid.* 7. 25. Recta et honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiam, id est voluptatem. *Ovid.* 10. *Met.* 443. *de Myrrha cum patre concumbente.* infelix non toto corpore sentit Lætitiam virgo. — Cum *lascivia* jungitur apud *Sall. Cat.* 31. Ex summa lætitia atque lascivia repente omnis tristitia invasit. — Ceterum *Plaut. Truc.* 4. 1. 3. Di magni, ut ego lætus sum et lætitia differor! *Id. Stich.* 3. 2. 13. Præ lætitia lacrimæ præsiliunt mihi. *Ter. Heaut.* 4. 3. 2. Tanta hæc lætitia oborta est. *Id. Adelph.* 4. 1. 6. Diem perpetuum in lætitia degere. *Sall. Jug.* 109. Magna lætitia nobis est, quum te di monuere, ut aliquando pacem malles. *Lucret.* 3. 116. omnes accipit in se Lætitiæ motus et curas cordis inanes. *Virg.* 1. *Æn.* 734. Adsit lætitiæ Bacchus dator. *Horat.* 1. *Od.* 27. 1. Natis in usum lætitiæ scyphis Pugnare Thracum est. *Id. Art. P.* 428. homo plenus lætitiæ. *Justin.* 12. 13. Totus in lætitiam effusus. — Jungitur multis Verbis, quorum præcipua, servato litterarum ordine, exhibentur. *Cic. Mil.* 28. 77.; et *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 40. (134). Afferre diuturnam lætitiam. *Cic. Mil.* 28. 77. et 4. *Tusc.* 31. 66. Afficere aliquem lætitia. *Id.* 14. *Att.* 14. Capere lætitiam oculis. *Ter. Heaut.* 2. 3. 51. Conjicere aliquem in lætitiam (Ejus verba sunt: Ne me in lætitiam frustra conjicias). *Cic. Planc.* 42. 103. Dare lætitiam alicui. *h. e.* lætandi occasionem. *Id.* 4. *Tusc.* 32. 68. Efferre se lætitia. *Id. Dejot.* 9. 26. Efferri lætitia. *Id.* 2. *Fam.* 10. Effert me lætitia (Ejus verba sunt: Comitia ista præclara me lætitia extulerunt.). *Nepos Timoth.* 2. Est mihi lætitiæ aliquid (Ejus verba sunt: Victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut etc.). *Cic.* 1. *Tusc.* 48. 115. Exsequi aliquem laude et lætitia. *Id.* 14. *Att.* 6. Exsultare lætitia. *Id.* 1. *Fin.* 7. 5. Farere lætitiam. (Sic *Liv.* 4. 40. Tantam ex metu lætitiam fecere, ut etc.). *Cic.* 14. *Att.* 13. Ferre lætitiam apertissime. *Ter. Heaut.* 1. 2. 12. Objicere alicui lætitiam. *h. e.* lætandi occasionem. Sic *Id. Hecyr.* 5. 3. 18. Offerre alicui lætitiam. *Plaut. Merc. prol.* 72. Parere alicui lætitiam. *Cic.* 1. *Cat.* 10. 26. Perfrui lætitia. *Quintil.* 5. 11. 38. Prosequi lætitia defunctos. *Tac.* 13. *Hist.* 16. Repetere lætitiam convivii. *Lucret.* 3. 150. Viget lætitiâ animus. — *b*) In plur. num. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 15. Quæro cui ter trinas triplicis tribus demeritas artibus dem lætitias. *Cic.* 2. *Fin.* 4. 13. Nam et ille apud Trabeam voluptatem animi nimiam lætitiam dicit, eamdem, quam ille Cæcilianus, qui omnibus lætitiis lætum esse se narrat. *h. e.* maximopere lætus. et *Id.* 2. *Fam.* 9. Repente incessi omnibus lætitiis. *Lucret.* 3. 142. hæc loca circum Lætitiæ mulcent. *Catull.* 76. 22. torpor — Expulit ex omni pectore lætitias.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. — De corpore occurrit, et est venustas, pulcritudo, quia videndo lætos facit. *Stat.* 6. *Theb.* 571. Effulsere artus, membrorumque omnis aperta est Lætitia, insignesque humeri, nec pectora nudis Deteriora genis: latuitque in corpore vultus. — Item de ratione dicendi ornata, luminibus verborum distincta. *Tac. Dial. de orat.* 20. Lætitia et pulcritudo orationis. ¶ 2. Speciatim et sæpe de satis et plantis dicitur, quæ fertiliter et ubertim proveniunt et gignunt. *Colum.* 4. *R. R.* 24. 12. Vites ita se induunt uvis, ut nequeant maturitatem capere, si benignitas terræ atque ipsius trunci lætitia non adsit. *vigore, rigoglio.* et *Justin.* 44. 4. *med.* In hac insula tanta pabuli lætitia est, ut etc. — Similiter de solo ipso, ubi lætæ segetes plantæque proveniunt. *Colum.* 4. *R. R.* 21. 2. Loci lætitia plures palmites, exilitas pauciores desiderat.

LÆTĬTŪDO, ĭnis, f. 3. lætitia. Antiqua vox *Accii* apud *Non. p.* 132. 9. *Merc.* Me excitasti ex luctu in lætitudinem. *Id.* apud *eumd. ibid.* Quanta in venando affectus es lætitudine?

LÆTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Lætans* I.; *Lætatus* V. in voc. seq.; *Lætandus* II. — Lætare est lætum facere, lætitia afficere, *rallegrare,* εὐφραίνω.

I.) Proprie de hominibus. *Livius Andron.* apud *Non. p.* 132. 32. *Merc.* Jamne oculos specie lætavisti optabili? *Accius* apud *eumd. ibid.* Te ut tripilci lætarem bono. *Apul.* 5. *Met.* Quas infantis aurei instrumenta lætabunt. *Id.* 3. *ibid.* Frontem tuam serena venustate lætabit. Huc referri potest et illud *Lucret.* 2. 344. volucres lætantia quæ loca aquarum Concelebrant.

II.) Translate speciatim tantum occurrit in re agraria pro stercorare. *Pallad.* 1. *R. R.* 6. 13. Loca sterilia beneficio lætantur incendii. *Id. ibid.* § 18. In lætandis arboribus crates faciemus, terram prius trunco admoventes, et mox lætamen. *h. e.* stercorandis. Alii legunt *lœtaminandis;* ut interpres Italus: *Nello letaminare degli arbori.* Quæ lectio, ut ait *Schneiderus* ad h. l., forte præferenda est. Ceterum cf. voc. seq. sub II.

LÆTOR, āris, ātus sum, āri, dep. 1. Part. *Lætans* in fin.; *Lætatus, Lætaturus* et *Lætandus* I. — Lætor est lætus sum, lætitiam capio. Differt a *gaudeo*, quia *gaudere* est interno animi motu exsultare; *lætari* est extrinsecus signa gaudii proferre et effundi exsultatione liberius. Hinc *Varro* 6. *L. L.* 50. *Müll. lætari* dictum putat ab eo, quod latius gaudium propter magni boni opinionem diffusum. Cf. *Cic.* 4. *Tusc.* 31. 66. Atque ut confidere decet, timere non decet; sic gaudere decet, lætari non decet; quoniam docendi causa a gaudio lætitiam distinguimus. Quamquam promiscue sæpissime usurpantur. Gr. γηθέω, χαίρω (It. *rallegrarsi, godere, gioire;* Fr. *se réjouir, éprouver de la joie;* Hisp. *alegrarse, gozar;* Germ. *sich erfreuen oder ergötzen, Freude empfinden;* Angl. *to rejoice, be glad or joyful*).

I.) Proprie de hominibus. Occurrit — *a*) Cum Ablativo rei qua quis lætatur, sine ulla præpositione. *Ter. Heaut.* 4. 3. 9. Non tam meapte causa lætor, quam illius. *Id. Hecyr.* 5. 3. 37. Ut quisquam amator nuptiis lætatur. *Cic.* 2. *Divinat.* 9. 22. An Cn. Pompejum censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lætaturum fuisse, si scisset, se in solitudine Ægyptiorum trucidatum iri? *Id.* 2. *Fam.* 9. Lætor tum præsenti, tum sperata tua dignitate. *Id. Amic.* 13. 47. Lætari bonis rebus et dolere contrariis. *Id.* 1. *Fam.* 7. Lætari præclaris operibus. *Id.* 1. *de republ.* 42. sua re gesta. *Id.* 4. *Tusc.* 7. 16. malo alieno. *Virg.* 6. *Æn.* 718. Italiâ repertâ. *Id.* 10. *ibid.* 827. armis. *Propert.* 4. 2. 5. templo eburno. *Sueton. Ner.* 46. Asturconem, quo maxime lætabatur, etc. *h. e.* delectabatur, *si ricreava.* — *b*) Cum Ablativo rei qua quis lætatur, et præpos. *de*, vel *ex*, vel *in. Cic. Marcell.* 11. 33. Nam lætari omnes, non ut de unius solum, sed ut de communi omnium salute, sentio. *Sall. Jug.* 69. Ita Vagenses biduum modo ex perfidia lætati. *Cic.* 11. *Phil.* 4. 9. Deinde ea libidinum turpitudo, ut in hoc sit semper ipse lætatus, quod ea faceret, quæ etc. Paullo aliter *Id.* 7. *Verr.* 46. 121. Lætaris tu in omnium gemitu et triumphas. — *c*) Etiam cum Genitivo loco Ablativi more Græcorum, sed per zeugma tantum. Sic cum verbo *memini* junxit *Virg.* 11. *Æn.* 280. nec veterum memini lætorve malorum. — *d*) Cum Accusativo, ut res definite significetur. *Cic.* 7. *Fam.* 1. Utrumque lætor, et sine dolore corporis te fuisse, et animo valuisse. *Id. pro leg. Manil.* 1. 3. Illud in primis mihi lætandum jure esse video, quod etc. *Sall. Jug.* 17. Lætandum magis, quam dolendum puto casum tuum. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 63. quod toto pectore lætor. — *e*) Cum Accus. et Infinito. *Ter. Heaut.* 4. 3. 8. Istuc tibi ex sententia tua obtigisse lætor. Adde *eumd. Hecyr.* 4. 3. 35. *Cic. Rosc. Am.* 47. 136. Quæ perfecta esse gaudeo, judices, vehementerque lætor. Adde *eumd. Amic.* 4. 14. Sic *Virg.* 6. *Æn.* 392. Nec vero Alciden me sum lætatus euntem Accepisse lacu. — *f*) Absolute. *Virg.* 12. *Æn.* 841. Adnuit his Juno, et mentem lætata retorsit.

II.) Translate de inanimis pro delectari, juvari; et occurrit de plantis. *Colum.* 3. *R. R.* 9. 8. Omne vitis genus naturaliter lætatur tepore potius, quam frigore. *Pallad.* 1. *R. R.* 6. 15. Frumenta omnia maxime lætantur patenti campo et ad solem reclivi. — Hinc Part. præs.

Lætans, antis, adjective usurpatur; et quidem

I.) Proprie est lætus, *allegro. Ennius* apud *Priscian.* 5. *p.* 647. *Putsch.* Omnes mortales victores cordibu' vivis Lætantes. *Nævius* apud *Non. p.* 547. 28. *Merc.* Nam ut ludere inter se lætantes vidimus propter amnem. *Plaut. Stich.* 3. 1. 5. Olim quos abiens affeci ægrimonia, eos nunc lætantes faciam adventu meo. *Cic. Cluent.* 9. 28. Itaque nubit Oppianico continuo Sassia, lætanti jam animo, et spe optima confirmata. *Catull.* 64. 33. oppletur lætanti regia cœtu. *et ibid. v.* 221. Non ego te gaudens lætanti pectore mittam. Similiter *Virg.* 1. *Æn.* 397. lætantes agmine cycni.

II.) Translate. *Lucret.* 2. 344. volucres, lætantia quæ loca aquarum Concelebrant. *h. e.* amœna et lætitiam inducentia.

LÆTUM, adverb. *V.* voc. seq. in fin.

LÆTUS, a, um, adject. Comp. *Lætior* II. 2. 3. et 4.; Sup. *Lætissimus* II. 2. et 3. — Ratione habita etymi, *Varro* ducit a *latus*, ut in LÆTOR init. dictum est. Alii ad Græcum λαῖτος referunt, quod integrum, incolumem significat, ut apud *Hesych.* Λαῖτος. ἀκήρατος. Ceterum lætus est qui hilaritatem, quam intus habet, vultu et aliis signis ostendit, γηθόσυνος, εὐφρὴς (It. *allegro, lieto;* Fr. *joyeux, qui se réjouit de;* Hisp. *alegre, gozoso;* Germ. *freudig, fröhlich, froh;* Angl. *glad, joyful, cheerful*).

I.) Proprie occurrit — *a*) Absolute. — De hominibus. *Ter. Heaut.* 5. 1. 15. Gnatus quod se adsimulat lætum. *Id. Eun.* 2. 2. 25. Concurrunt læti mi obviam cupedinarii omnes. *Cic. Fontej.* 11. 23. Hi contra vagantur læti atque erecti passim toto foro. Sic *Id. Sext.* 1. 1. Eos alacres lætosque volitare. *et Mur.* 24. 49. Catilina alacer atque lætus. *V.* et dictum Cæcilianum in LÆTITIA sub I. *b. Id.* 1. *Tusc.* 49. 118. Nos vero, si quid tale acciderit, ut a deo denunciatum videatur ut exeamus e vita, læti et agentes gratias pareamus. Cf. *Virg.* 4. *Æn.* 295. Imperio læti parent. *Liv.* 1. 2. Neutra acies læta ex certamine abiit. — De brutis animantibus. *Lucret.* 2. 343. læta armenta feræque. *Ovid.* 2. *Art. am.* 485. læta salitur ovis. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 17. 21. (60). Læta atque gestiens panthera. — De hominum membris, quibus lætitia significatur. *Cic.* 8. *Att.* 9. Quum vos læto vultu gratulantes viderit. *Virg.* 6. *Æn.* 863. Frons læta parum. *Ovid.* 9. *Met.* 242. Læto ore quempiam alloqui. — *b*) Cum Ablativo, qui cum ipso Adjectivo in unum ferme coalescit. *Cæcilius* apud *Cic.* 2. *Fin.* 4. 13. Lætus omnibus lætitiis. *Tac. Agric.* 39. Fronte lætus, pectore anxius. — *c*) Cum Ablativo rei, qua quis lætus est, sine ulla præpositione. *Ter. Eun.* 3. 2. 1. Am'tu, læta'st? GN. Non tam ipso quidem dono, quam ibs te datum esse. *V.* infra sub II. 1. — *d*) Cum Ablativo rei, qua quis lætus est, et præpos. *de* apud *Ter. Adelph.* 2. 2. 45. Sed Ctesiphontem video: lætus est de amica. — *e*) Cum Ablativo et præpos. *in. Lucan.* 8. 128. Lætus in adversis. — *f*) Græco more Genitivo jungitur ab historicis et poetis. *Vellej.* 2. 93.; et *Tac.* 2. *Ann.* 26. Juvenis ingenuarum virtutum, lætusque animi et ingenii. *Virg.* 11. *Æn.* 73. laborum. *Sil. It.* 17. 308. iræ. *Id.* 7. 338. incepti. *Id.* 14. 279. plebs facilis impelli et læta tumultus. *Val. Flacc.* 3. 659. lætus opum pacisque meæ. *h. e.* contentus. — *g*) Cum Accusativo rei. *Ter. Andr.* 2. 2. 3. Lætus est nescio quid. — *h*) Cum Accusativo et Infinito. *Ter. Phorm.* 5. 4. 1. Lætus sum, fratri obtigisse quod vult. — *i*) Cum Infinito, æque ac *contentus*, poetice usurpatur a *Sil. It.* 9. 453. lætus uterque Spectari Superis. *et* 16. 565. lætus bellare Latinis. *et* 3. 575. Gens ferri patiens et læta domare labores.

II.) Translate. ¶ 1. De hominibus metonymice — 1.°) *Lætus* est, qui prompte et lubenti animo quidpiam facit, *pronto, volonteroso. Sall. Jug.* 86. Senatus supplementum etiam lætus decreverat. *Virg.* 9. *Æn.* 88. Has ego Dardanio juveni, quum classis egeret, Læta dedi. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 39. Inspice, si possum donata reponere lætus. *Stat.* 2. *Theb.* 396. Fortunam exuere, et lætum descendere regno. *h. e.* ultro, *spontaneamente, di buona voglia.* — 2.°) Item qui delectatur. *Horat.* 3. *Od.* 4. 33. Visam Britannos hospitibus feros, Et lætum equino sanguine Concanum. *Sil. It.* 1. 170. sævis gens læta. Et cum Infinito *Id.* 9. 223. et ferro vivere lætum Vulgus. — 3.°) Item qui contentus est, *pago, contento. Seneca Ep.* 92. *ante med.* Mutis aggregetur animal pabulo lætum. *Est qui leg.* natum. *Martial.* 4. 77. Numquam divitias deos rogavi, Contentus modicis, meoque lætus. — 4.°) Poetice pro superbo, fidenti, jactanti. *Virg.* 2. *Æn.* 417. Confligunt Zephyrusque Notusque et lætus Eois Eurus equis. ¶ 2. Generatim de rebus. — 1.°) Universim de iis, quæ animorum lætitiam produnt, aut animis lætitiam afferunt. *Virg.* 1. *Æn.* 732. Hunc lætum Tyriisque diem Trojaque profectis Esse velis. Sic *Seneca Herc. Œt.* 1675. Diem lætum ducere. Rursus *Virg.* 3. *Æn.* 534. Lætus clamor. *Stat.* 6. *Theb.* 894. plausus lætus. *Sil. It.* 11. 370. læta convivia. *Virg.* 2. *Æn.* 783.; et *Horat.* 1. *Od.* 10. 17. lætæ sedes. *Tac.* 2. *Ann.* 75. Luctum læto cultu mutare. *il duolo in gala. Quintil.* 11. 3. *bis.* Res lætæ. *cose allegre. Ovid.* 6. *Fast.* 464. miscentur tristia lætis. *Vellej.* 2. 127. Vir severitatis lætissimæ, hilaritatis priscæ. *Cic.* 7. *Att.* 26. Omnia erant facta hoc biduo lætiora. *Tac.* 2. *Ann.* 48. Ceteris haud læta memoria Quirini erat. *Liv.* 1. 13. Pax repente læta. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 8. victoria læta. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 16. (26). Lætior color. *più vivo e che più rallegra l'occhio.* — Hinc pro venusto, gratiæ pleno. *Virg.* 1. *Æn.* 595. et lætos oculis afflarat honores. Cf. *eumd.* 8. *ibid.* 631. geminas cui tempora flammas Læta vomunt. *V.* et *Lætum* in fin. — 2.°) Est etiam gratus, acceptus, *gradito, accetto, grato. Val. Flacc.* 1. 30. virtus haud læta tyranno. *Tac.* 1. *Hist.* 71. Læta primoribus civitatis Celsi salus, ne militibus quidem ingrata fuit. *Id.* 4. *ibid.* 68. Lætum militibus id nomen. *Id.* 12. *Ann.* 8. Veniam exsilii pro Seneca impetrat, lætum in publicum rata, ob claritudinem studiorum ejus. *Grat. Cyneg init.* lætæ venantibus artes. — 3.°) Item prosper, secundus, *favorevole, prospero. Val. Flacc.* 4. 31. Jam socii lætis rapuerunt vincula ventis. *Id.* 5. 69. primo lætos sic tempore rector Ingreditur cursus. *Pseudo-Sall. orat.* 1. *ad Cæs.* Qui clementiam imperio temperavere, his læta et candida omnia visa. *Sil. It.* 10. 552. Primitias pugnæ et læti libamina belli. *Id.* 17. 141. exemplum non unquam fidere lætis. *h. e.* secundis rebus. — 4.°) Item favens, propitius, *propizio. Plaut. Amph. prol.* 1. Ut vos in vostris voltis mercimoniis emundis vendundisque me lætum lucris afficere. *h. e.* ut vos vultis me propitium afficere lucris in mercimoniis vestris emendis etc. Verba sunt Mercurii. *Val. Flacc.* 4. 540. Omnis adhuc sors læta quidem. — 5.°) Item faustus, felix, *fausto. Sueton. Cæs.* 77. Eo arrogantiæ progressus est, ut haruspice tristia exta nunciante, futura diceret lætiora, quum vellet. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 77. (197). Lætum prodigium. *Tac.* 1. *Hist.* 62. augurium. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 46. 71. (185). Delubra ei gemina quæ vocant thalamos, auguria populorum. Alterum intrasse, lætum est; in altero dira portendit. ¶ 3. Speciatim et sæpe de agris pinguibus, de satis, plantisque, in quibus fertilitas et ubertas est, *fertile, rigoglioso, abbondante:* quia hujusmodi et læta sunt visu, et fructu lætos faciunt. — *a*) Stricto sensu de agris, satis etc., ut diximus. *Cato R. R.* 6.; et *Varro* 1. *R. R.* 23. 7. Ubi ager crassus et lætus est sine arboribus, eum agrum frumentarium esse oportet. Sic *Virg.* 1. *G.* 102. Lætus ager. *et Ennius* apud *Priscian.* 9. *p.* 868. *Putsch.* Deque totondit agros lætos atque oppida cepit. *et* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 3. Fert (*equus*) sese campi per cærula lætaque prata. Et cum Genitivo *Sall. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 445. Frugum pabulique lætus ager. *h. e.* fertilis, copiosus. Rursus *Virg.* 2. *G.* 221. Læta tellus. Cf. *eumd.* 6. *Æn.* 744. arva. *Id.* 2. *Æn.* 306. sata. *Cic. Senect.* 15. 53. Vitæ quid potest esse quum fructu lætius, tum aspectu pulcrius? *Virg.* 2. *G.* 262. Lætum genus vitis. *Id.* 1. *ibid.* 1. segetes. *Id. ibid.* 69. fruges. *Id. ibid.* 101. hiberno lætissima pulvere farra. *Id. ibid.* 74. lætum siliqua quassante legumen. *Id. ibid.* 339. herbæ. *Id.* 3. *ibid.* 385. pabula. *Horat.* 4. *Od.* 4. 13. pascua. *Seneca Herc. Fur.* 698. prata viridi læta facip germinant. *Colum.* 5. *R. R.* 9. 17. Ramus lætior ceteris. Et cum Genitivo *Virg.* 1. *Æn.* 445. lucus lætissimus umbræ. *Al. leg.* umbra. — *b*) Hinc figurate *Quintil.* 2. 4. 4. Læta indoles. *h. e.* quo fructum eloquentiæ spondet. — *c*) Et pro copioso, fluenti. *Virg.* 3. *G.* 310. Læta magis pressis manabunt flumina mammis. — *d*) Et pro bene habito et pingui, *bene in carne, grasso. Virg.* 3. *Æn.* 220. Læta boum passim campis armenta videmus. *Id.* 2. *G.* 520. Glande sues læti redeunt. *Plin. Paneg.* 82. Et lætum opere corpus et crescentia laboribus membra mirabor. Cf. *Nemesian. Cyneg.* 286. lætæ redeunt in pectora fortia vires. ¶ 4. Item speciatim transfertur ad orationem, et usurpatur pro ornato figuris dicendi, florido, amœno. *Cic.* 1. *Orat.* 18. 81. Nitidum quoddam genus verborum et lætum. *Quintil.* 9. 4. 17. Dicendi genus tenue lætioribus numeris corrumpere. *Id.* 8. 3. 88. Copia dicendi floribus læta. *Id.* 11. 1. 34. Non sola illa lætiora, qualia a Cicerone dicuntur, Saxa atque solitudines voci respondent; sed etiam illa, quamquam plena sanguinis etc. *Id.* 10. 1. 46. *de Homero.* Idem lætus ac pressus, jucundus et gravis. *Plin.* 3. *Ep.* 18. *ad fin.* Lætior stilus. Sic *Tac. Dial. de orat.* 20. Lætitia et pulcritudo orationis. — De cognom. Rom. *V.* ONOM. — Hinc

Lætum, adverbii modo, pro læte, occurrit apud *Stat. 1. Achill.* 323. lætumque rubet.

LÆTUS, i, m. 2. Ita appellatus fuit sequiori Latinitatis tempore ille, qui ex barbaris gentibus potioris erat conditionis, quam servus infimi ordinis, cui prædium aliquod incolendum dabatur, ut statum tributum domino suo persolveret: ita cognominatus fuisse videtur ob lætitiam animique alacritatem, qua prælia inire solebat, quum ad bellum aliquod vocatus esset; hinc apud Saxones *lassen*, apud Sicambros *lathen*, apud Frisios *liten* ildem dicti sunt a verbo Teutonico *lassen*, servare, qui *servi* apud Romanos. V. *Glossar. med. et inf. Latin. Ducangii* in V. *Litus*, qui eum *adscripticium servum glæbæ* vocat. *Eumen. Paneg. Constant.* 21. Sicut postea tuo, Maximiane Auguste, natu Nerviorum et Treverorum arva jacentia lætus postliminio restitutus, et receptus in leges Francus excoluit. *Ammian.* 20. 8. Equos præbebo curules Hispanos, et miscendos gentilibus atque scutariis adolescentes lætos quosdam, cis Rhenum editam barbarorum progeniem, vel certe ex dediticiis, qui ad nostra desciscunt. *Imppp. Valentin., Valens et Gratian. Cod. Theod.* 7. 20. 10. Si quis præpositus fuerit aut fabricæ, aut classi, aut lætis. *V.* LÆTICUS. — Sunt qui perperam huc spectare putant locum *Hesychii*. Λαίτων, τῶν δημοσίων τόπων, ita ut λαῖτα seu *lætæ* sint agri publici, a λαῖτος; *popularis*; quum certo constet, ibidem sermonem esse de archiis, sive archivis. Quidquid tamen sit de loco allato *Hesychii*, rectius *lætus* deducitur a λάϊτος Dorice pro λήϊτος; *publicus*. *V.* LITURGUS et HOMOLOGUS.

LÆVA, æ, f. 1. sinistra manus, *mano sinistra*. *V.* LÆVUS in fin.

LÆVA, adverb. *V.* LÆVUS in fin.

LÆVĀTUS, a, um. *V.* LEVO.

LÆVĒ, adverb. (lævus) occurrit translate tantum, et est male, stulte, contra ac fieri debet, *sinistramente, scioccamente*: *V.* LÆVUS II. 2. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 52. Puer hic non læve jussa Philippi Accipiebat.

LÆVĪGĀTIO *et*
LÆVĪGĀTUS et
LÆVĪGO. *V.* LEVIGATIO, LEVIGATUS, LEVIGO.

LÆVIS, e, *et*
LÆVĪTAS, *et*
LÆVĪTŪDO, *V.* LÆVIS, LEVITAS, LEVITUDO.

LÆVO, as, *et*
LÆVOR, ōris. *V.* LEVO, LEVOR.

LÆVORSUM *et*
LÆVORSUS, adverb. (lævovorsum, *a* lævus *et* versum) ad lævam, sinistrorsum, *a man sinistra, απ' ἀριστερᾶ*. *Apul. Florid.* 2. Aquila nutu clementi lævorsum, vel dextrorsum tota mole corporis labitur. *Capell.* 6. *p.* 190. Prospicio feminam amictam lævorsum peplo. Adde *Paul. Diac. p.* 117. 6. *Müll. Ammian.* 31. 10. Lævorsus flexo itinere.

LÆVUS, a, um, adject. λαιός, sinister: a Græca voce allata (It. *sinistro*; Fr. *gauche, qui est du côté gauche*; Hisp. *izquierdo*; Germ. *link*; Angl. *left, on the left side*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 4. 302. Fiet, ut ante oculos fuerit qui dexter, hic idem Nunc sit lævus, et e lævo sit mutua dexter. *et ibid. v.* 310. Quum læva data est (*imago*), fit rursum ut dextera fiat. *Pacuvius* apud *Festum p.* 375. 6. *Müll.* Lævum brachium. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 47. 145. Lævam manum admovere. *Plaut. Mil. glor.* 4. 7. 24.; et *Lucret.* 4. 324. Lævus oculus. *Ovid.* 12. *Met.* 336. auris. *Id. Heroid.* 9. 62. humerus. *Id. Ib.* 101. pes. *Accius* apud *Non. p.* 244. 16. *Merc.*; *Horat.* 3. *Od.* 26. 5. et 1. *Ep.* 16. 6.; et *Ovid.* 12. *Met.* 415. latus. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 12. habena. *Ovid. Heroid.* 12. 28. Ponti qua plaga læva jacet. *Id.* 4. *Fast.* 834. lævo fulmina missa polo. *h. e.* læva cæli parte. *Id.* 4. *Pont.* 9. 119. lævus Pontus. *h. e.* ad lævam situs. *Virg.* 3. *Æn.* 562. Contorsit lævas proram Palinurus ad undas. *Id.* 5. *ibid.* 170. radit iter lævum interior. *V. Læva, æ*, et *Lævâ*, et *Lævum, i*, et *Læva, orum* in fin. — *Lævi boves* qui sint, *V.* CAMURUS. ¶ 2. Speciatim in re augurali *læva* felicia habentur et fausta: quia Romani captaturi auguria, ad meridiem se vertebant; atque ita a læva orientem, a dextera occidentem habebant: cujus rei exemplum est apud *Liv.* 1. 18. in auguratione Numæ. Porro nobilior plaga est oriens, ex qua dies incipit, quam occidens, in qua desinit. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 54. 55. (142). Læva prospera existimantur, quoniam læva parte mundi ortus est. *Id. ibid.* (143). In sedecim partes cælum divisere Tusci: has iterum in quaternas: ex quibus octo ab ortu sinistras, totidem e contrario appellavere dextras. *Varro* apud *Festum p.* 339. 3. *Müll.* A deorum sede quum in meridiem spectes, ad sinistram sunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes: hinc factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quam dextra esse existimentur. *a deorum sede* est a septentrione: illa enim pars, quia est altior, vicinior est domicilio deorum, uti docet *Servius* ad illud *Virg.* 2. *Æn.* 693. subitoque fragore Intonuit lævum. (Cf. *Cic.* 2. *Divinat.* 39. 82. Ad nostri augurii consuetudinem dixit Ennius: *Quum tonuit lævum bene tempestate serena.*). Porro *Servius ibid.* et ad 9. *ibid.* 631. aliam affert causam, cur *læva* fausta sint: quod quæ nobis cælum intuentibus sinistra sunt, diis sunt dextera. *Phædr.* 3. 18. Læva cornici omina. *Ovid.* 4. *Fast.* 833. Ille precabatur: tonitru dedit omina lævo Jupiter, et lævo fulmina missa polo. Augurio læti jaciunt fundamina cives. *Virg.* 4. *G.* 7. si quem Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo. *Gell.* 5. 12. *extr.* hoc loco *læva* interpretatur adversa et lædentia: quod magis placet. — Nam contra interdum *lævus* infaustum, infelicem, adversum significat: idque vel more Græcorum augurum, qui se ad septentrionem convertebant: vel habita ratione deorum, a quibus auguria mittuntur, quorum sunt dextera, quæ nobis læva apparent, ut ex *Servio* modo est dictum: vel denique habita ratione lævæ manus, quæ incommoda est agentibus et impeditior. *Horat.* 3. *Od.* 27. 15. Teque nec lævus vetat ire picus. *Val. Flacc.* 6. 70. lævum omen. *Stat.* 1. *Theb.* 634. lævus ignis, *h. e.* pestilentia. Adde *Senec. Thyest.* 698.; et *Martial.* 6. 85.

II.) Translate. ¶ 1. Quia læva manus ad officia tardior est et veluti stupidior, *lævus* aliquando tardum, stupidum, fatuum significat, *stolto, sciocco*. *Virg.* 2. *Æn.* 54. si mens non læva fuisset. *Horat. Art. P.* 301. o ego lævus, Qui purgor bilem sub verni temporis horam! ¶ 2. Item inopportunus, adversus, infelix. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 4. Peccatum fateor, quum te sic tempore lævo Interpellarim. Adde omnia, quæ allata sunt sub I. 2. in fin. — Hinc

Læva, æ, f. 1. absolute, substantivorum more ¶ 1. Est læva manus, *mano manca* o *stanca, sinistra*. *Lucret.* 3. 649. Amissa læva. *Virg.* 1. *Æn.* 615. Ilionea petit dextra, lævaque Serestum. *Ovid.* 15. *Met.* 163. Cognovi clipeum lævæ gestamina nostræ. *Quintil.* 11. 3. 146. Lævam involvere togæ. ¶ 2. Item locus, pars ad lævam manum sita. *Virg.* 3. *Æn.* 563. Lævam cuncta cohors remis ventisque petivit. Sic *Ovid.* 3. *Met.* 642. dextra mihi lintea danti, Quid facis? inquit: lævam pete. — Hinc *ad lævam, in lævam, ab læva*; ut apud *Cic. Tim.* 13. Ante, et pone; ad lævam, et ad dexteram. Sic *Ennius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 9. *Müll.* et apud *Non. p.* 470. 4. *Merc.* Et templum Cereris ad lævam aspice. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 27. (93). Si in lævam detorserit. *Ennius* apud *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 28. 89. Diana facem jacit a læva. — Hinc

Lævâ, adverb., h. e. læva manu vel parte, *a manca, a sinistra*. *Liv.* 4. 32. Dextra montibus, læva Tiberi amne sæptus. *Id.* 21. 43. Dextra lævaque duo maria claudunt. *Virg.* 6. *Æn.* 486. Circumstant animæ dextra lævaque frequentes. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 6. 8. (62). Falernus ager a ponte Campano, læva petentibus coloniam Sullanam, incipit.

Lævum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est læva pars. *Ovid.* 1. *Trist.* 10. 17. Fleximus in lævum cursus. — Hinc *lævum* adverbii more, a parte sinistra. *Virg.* 2. *Æn.* 693. et 9. *ibid.* 631. Intonuit lævum.

Lævâ, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, læva loca. *Virg.* 5. *Æn.* 825. Læva tenent Thetis et Melite Panopeaque virgo. *Ovid.* 5. *Fast.* 237. Thracen et læva Propontidos intrat. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 32. 37. (202). Insulæ Fortunatæ contra læva Mauritaniæ. *Sillig.* vero ex multis Codicib. leg. *lævam*.

LĂGĂNUM, i, n. 2. λάγανον, genus placentæ conditæ ex simila et oleo in sartagine cocto, ut est apud *Hesych.*, vel cibus ex siligine quasi membrana compositus et cum piperis liquamine coctus, ut est apud *Acron.* ad illud *Horat.* 1. *Sat.* 6. 115. inde domum me Ad porri et ciceris refero laganique catinum. Al. leg. *lachani*, h. e. oleris, quod melius cum porro et cicere componi videtur. Describunt alii *lagana*, membranulas ex farina et aqua, quæ jure pingui coctæ, caseo, pipere, croco et cinnamomo condiuntur. Illud certum est, cibum esse teneriorem, et qui nullo labore mandi potest. Nam *Cels.* 8. 7. *extr.* præcipit maxillam fractam habenti humidum cibum diu assumere: atque etiam, quum tempus processit, in lagano similibusque aliis perseverare: neque quidquam edere, donec ex toto maxillam callus firmaverit. Apud *Apic.* 4. 2. laganum substernitur patinæ Apicianæ, quæ sumine cocto, pulpis piscium et pulli, ficedulis coctis, ovis, oleo, pipere, vino, passo constat. Unde colligitur, simile esse iis, quæ Itali vocant *lasagne*, quæ hodieque multis delicatioribus impensis, quas dicunt *torte, pasticci*, substerni solent, continendi gratia.

LĂGĔĀ vitis. *V.* LAGEOS.

LĂGĒNA, æ, f. 1. Quia Græce non solum λάγηνος, sed et λάγυνος per υ scribitur; hinc pro *lagena* etiam *laguna* in vett. MSS. vidisse se, testantur eruditi, ex more scilicet Latinorum Græcam υ vertendi in *u*: unde *laguncula*. Hinc in *Inscript.* apud *Gruter.* 578. 1., quæ est apud *Orell.* 794. M. VLPIO AVG. LIB. PHAEDIMO DIVI TRAIANI AVG. A POTIONE, ITEM A LAGVNA. (Adde *ibid.* 4.). *h. e.* qui lagenæ curam habebat, ex qua bibebat princeps, *bottigliere*. Quodnam sit discrimen inter servum *a potione*, et *a laguna*, *V.* in POTIO I. Quia vero interdum Græca υ in *o* Latine mutatur, ut νύξ *nox*, μύλη *mola*; hinc etiam *lagona* in probatis libris reperitur apud *Phædr.* 1. 26. Denique etiam *lagœna* alicubi scriptum fuit, ut adnotavit *Daasq.* in *Orthogr.*; item *lacuna*, propter affinitatem litterarum *C* et *G*, ut apud *Gruter.* 578. 4. — Ceterum *lagena*, Gr. λάγηνος, est vas fictile capax, collo instructum et ore angustiore, et, ut *Apul.* 2. *Met.* loquitur, cessim debiscente, in usum præsertim defundendi vina in pocula (It. *fiasco, boccale, bottiglia*; Fr. *bouteille, flacon, carafe*; Hisp. *botella, flasco, garrafa*; Germ. *Flasche, Bouteille*; Angl. *a flagon, flask, bottle*). Ejus usus antiquissimus fuit; meminit enim et *Cato R. R.* 122. et 123. Ceterum *Quintil.* 6. 3. 10. Juvenes Tarentini multa de Pyrrho rege securius inter cœnam locuti, quum rationem facti reposcerentur, et neque negari spes, neque defendi posset, risu ei opportuno joco elapsi sunt. Namque unus ex his, immo, inquit, nisi lagena defecisset, occidissemus te. *Colum.* 10. *R. R.* 385. *de cucurbita*. sobolem dabit illa capacem Narcyiæ picis *etc.* Aut babilem lymphis humulam, Bacchove lagenam. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 41. imi Convivæ lecti nihilum nocuere lagenis. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 11. 48. (174). Urina capræ calfacta, vapore per lagenæ collum subeunte (*cógoma* vulgo apud nostrates). *Petron. Satyr.* 22. Lagenam expiiare. *et ibid.* frangere. *Martial.* 11. 116. *in lemmate*. Lagena nivaria. *h. e.* in qua frigida decocta servatur vino miscenda. *Id.* 7. 61. Nulla catenatis pila est præcincta lagenis. *h. e.* quas simul colligatas in pilis cauponcs exponebant ad ostendendum ibi esse vinum venale. — Obsignandi lagenas vini plenas, fuit mos passim, ut ex *Horat.* colligitur 2. *Ep.* 2. 134. et *Martial.* 9. 88. Quin et inanes matrem suam obsignare fulsse solitam, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ, scribit ad Tironem *Q. Cicero* 16. *Fam.* 26. — Habet etiam usum condendis pomis, defruto, et hujusmodi. *Colum.* 12. *R. R.* 47. 2. Cydonea maturissima legantur, et in lagena nova, quæ sit patentissimi oris, componantur leviter et laxe, ne collidi possint. *et ibid.* 11. 1. Aquam mulsam decoctam, quum tam crassa fuerit, quam defrutum, bene picatis lagenis condere. — Fiunt et ex alia materia. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 31. 56. (128). E fici radicibus montani prætenuia filia decerpentes, spectabiles lagenas et alia vasa nectunt. *Martial.* 4. 46. Et nigri Syra defruti lagena. *h. e.* vitrea, ut quidam volunt, quia in Syria primum inventum est vitrum, teste *Plin.* 36. *Hist. nat.* 26. 65. (191).

LĂGĒNĀRIS, e, adject. ad lagenam pertinens. *V.* ORCULARIS.

LĂGĒOS, i, f. 2. *et* lăgĕa, æ, f. 1. (*subaudi* vitis)

est genus vitis: a λάγυος pro λαγῶος *leporinus*. Ejus meminit *Virg. G.* 63. Et passo Psithia utilior, tenuisque Lageos. Ubi *Servius*: Lageos est, quæ Latine leporaria dicitur. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 3. 4. (39). *Lageam vitem* appellat, et peregrinam esse dicit.

LĂGO, ōnis, f. 3. herba, quæ et scammonia tenuis dicitur, ramis bipedalibus, foliosis, non dissimilibus scammoniæ: in vineis et arvis nascens. Estur, ut olus, cum oleo ac sale. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 15. 89. (139). *V.* CLEMATIS.

LĂGŒNA. *V.* LAGENA init.

LĂGŌIS, ĭdis, f. 3. λαγωΐς, vel λαγώς, vel λαγώς θαλάσσιος, lepus marinus, genus piscis: a λαγώς *lepus*. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 22. Nec scarus, aut poterit peregrina juvare lagois. — Aliqui dicunt, *lagoidem* etiam avem esse, quæ leporinas habet carnes, et eadem videtur esse, quam Itali nunc *chiurlo*, Latini etiam *lagopodem* vocant. *V.* LAGOPUS 1.

LĂGŌNA. *V.* LAGENA init.

LĂGŌNŌPŌNOS, i, m. 2. illorum dolor, των λαγώνων πόνος. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 4. 13. (24). Semen raphani commanducatum prodest ad lagonoponon.

LĂGOPHTHALMOS, i, m. 2. λαγωφθαλμός, oculorum vitium, quum superior palpebra non descendit et oculum semiapertum relinquit: a λαγώς *lepus* et ὀφθαλμός *oculus*, quia lepores apertis oculis dormire dicuntur. *Cels.* 7. 7. n. 9. habet, sed Græcis litteris scriptum.

LĂGŌPUS, ōdis, f. 3. λαγῶπους. ¶ 1. Est avis Alpina candida, magnitudine columbæ, habens pedes villo leporino: a λαγώς *lepus* et πους *pes*, quasi leporipes, ut *Plin.* 10. *Hist. nat.* 48. 68. (133). describit. *Martial.* 7. 87. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. *Scaliger* tamen ad *Propert.* 4. 3. legendum contendit *glaucopide*, h. e. bubone, upupa, ita appellata a γλαυκός *glaucus* et ὤψ, ὠπός *oculus*, quia glaucos habet oculos: quod probandum est pro *lagopode*, quia hujus syllaba prima brevis est, nec ea avis inter monstrosas annumeranda, nec aurita est, quod hic innuit poeta. ¶ 2. Est et herba quædam a pedis leporini similitudine sic dicta. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 34. (53). Lagopus sistit alvum e vino pota, aut in febri ex aqua. Nascitur in segetibus.

LĂGŌTRŌPHĪON, ĭi, n. 2. *parco da lepri*, λαγωτροφεῖον, locus conclusus, in quo aluntur leporcs, leporarium: a λαγώς *lepus* et τρέφω *nutrio*. Item universim pecudum silvestrium, quæ nemoribus clauduntur, vivarium. Sic enim interpretatur *Colum.* 8. *R. R.* 1. 4., ubi ipsam vocem Græce usurpat.

LĂGŪNA. *V.* LAGENA. init.

LĂGUNCŪLA, æ, f. 1. *deminut. a* lagena (lagona, laguna), et est parva lagena, *fiaschetto*, λαγήνιον. *Plin.* 2. *Ep.* 6. Vinum parvulis lagunculis in tria genera descripserat. *Colum.* 12. *R. R.* 38. 7. Liquatum suctum lagunculis bene picatis condere. Adde *Vulgat. interpr. Job* 32. 19. et alibi.

LĂGUNCŪLĀRIS, e, adject. (laguncula) ad lagunculam pertinens. *Marcell. Empir.* 36. Pix lagunclaris.

LĂGUNCŪLUS, i, m. 2. genus dulciarii panis apud *Stat.* 1. *Silv.* 6. 17. Alii mellus leg. *lucunculus*.

LAĪCUS, a, um, adject. *laico*, λαϊκός, a λαός *populus*, apud *Tertull.* significat quempiam e populo, qui sacerdos non sit: in *exhort. ad castit.* 7. Vani erimus, si putaverimus, quod sacerdotibus non liceat, laicis licere. Nonne et laici sacerdotes sunt? Adde *Sulpic. Sever.* 2. *Hist. sacr.* 47. et *Dial.* 1. *in fin.* Hinc *Vulgat. interpr.* 1. *Reg.* 21. 4. Respondens sacerdos ad David, ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum.

LAINA. *V.* LAMA 2.

LĂLĪSĬO, ōnis, m. 3. Africana vox, qua significatur pullus asini silvestris. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 44. 69. (175). Onagri in Phrygia et Lycaonia præcipui. Pullis eorum, ceu præstantibus sapore, Africa gloriatur, quos lalisiones appellant. *Martial.* 13. 97. Quum tener est onager solaque lalisio matre Pascitur, hoc infans, sed breve nomen habet.

LALLĀTĬO, ōnis, f. 3. actus lallandi. *Quintil.* 1. 10. 32. Chrysippus nutricum, quæ adhibetur infantibus, allectationi suum quoddam cĕrmcm assignat. *Spaldingius* ex conjectura *Hemsterhusii* pro *allectationi* reponendum putat *lallationi*.

LALLO, as, are, n. 1. verbum est exprimens voces nutricum, quibus somnum infantibus conciliant. *Pers.* 3. 17. Et similis regum pueris, pappare minutum Poscis, et iratus mammæ, lallare recusas. h. e. fastidis et respuis cantilenam nutricis ad soporem invitantis. *Vet. Scholiast.* ad *Persii loc. cit.* Nutrices infantibus, ut dormiant, solent dicere sæpe: Lalla, lalla, lalla: aut dormi, aut lacte. *Auson.* eamdem cantilenam *lallum* vocat *Epist.* 16. 90. Nutricis inter lemmata, Lallique somniferos modos. *Pers.* autem pro ipso nomine verbum posuit: quæ figura *enallage* est, ut apud *Cic.* 13. *Att.* 28. Quam turpis est assentatio, quum vivere ipsum turpe sit nobis? pro *vita ipsa*. Imitatus *Persium* est *Hieronym. Ep.* 14. n. 3. Mater, antiquum referens mammæ lallare, congeminet. *Gloss. Philox.* Lallare, βαβαζειν. — *Turneb. l.* 18. *c.* 34. Lallum sibi videri scribit, fuisse nutricum deum; sed non probat.

LALLUM, i, n. *vel*

LALLUS, i, m. 2. *V.* voc. præced.

LĂMA, æ, f. 1. ¶ 1. Est locus humidus, palustris, voragiosus, ubi pes non consistit, *lama, pozzanghera, palude, laguna*. Sic enim docet *Paul. Diac. p.* 117. 8. *Müll.* Lacuna, aquæ collectio, quam alii lamam, alii lustrum dicunt. *Gloss. Philox.* Lamæ, πηλώδεις τοποι. h. e. loci lutosi. et *Porphyr.* ad *Horatii* loc. infra *cit.* Lama est vorago: λάμος enim est ingluvies. (Quidni a λαιμός *ingluvies, fauces*; vel potius a λήμη *gramia, sordes oculorum*? λάμος enim habet primam syllabam brevem). *Ennius* apud *vet. Scholiast. Horat. loc. cit.* Silvarum saltus, latebras lamasque lutosas. *Horat.* 1. *Ep.* 13. 10. Viribus uteris per clivos, flumina, lamas. Hinc *Dante Inf. c.* 20. *v.* 79. *Non molto ha corso, che truova una lama, Nella qual si distende e la 'mpaluda.* ¶ 2. Est etiam genus masticbes. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 17. 36. (72). At *Sillig.* pro *lama* leg. *laina*.

LAMBDA, n. indecl. *V.* LABDA.

LAMDACISMUS, i, m. 2. λαμβδακισμός, vitium pronunciationis, quo *l* littera pleniore sono effertur, quam par est. *Diomed.* 2. *p.* 448. *Putsch. V.* LABDACISMUS.

LAMBĔRO, as, are, a. 1. secundum *Paul. Diac. p.* 118. 10. *Müll.* est scindere atque laniare. Hinc figurate *Plaut. Pseud.* 2. 4. 53. Lepide, Charine, me meo ludo lamberas. h. e. me meo lacessis ludo, inquit *Scalig.* in *Conjectan. ad Varron.*

LAMBĬO, is, ire. *V.* LAMBO init.

LAMBĪTO, as, are, a. 1. *frequentat. a* lambo. *Solin.* 15. *ante med.* Ægyptii canes e Nilo numquam nisi currentes lambitant.

LAMBĪTUS, us, m. 4. actus lambendi, *leccamento*. *Aurel. Vict. Orig. gentis R.* 20. Lupam primo lambitu pueros detersisse, dein mammas præbuisse.

LAMBO, bis, bi, bĭtum, bere, a. 3. *Lambui* in præterito legitur in vulgata versione S. Scripturæ, *Judic.* 7. *v.* 5. 6. *et* 7., et in *Vet. Tit. p.* 112.; sed non est facile imitandum. — Supinum *lambitum* a vetustissimis usurpatum fuisse, scribit *Priscian.* 10. *p.* 884. *Putsch.*; appellat tamen neminem. — Pro *lambo* vero *Cassiod. de Orthogr. p.* 2309. *Putsch.* ex *Adamantio* agnoscit *lambio, is, ivi*: sed neque hoc, sine graviori auctoritate, usurpandum. — Part. *Lambens* I. — Lambere est lingua leviter tangere, lingere: videturque factum a sono, quem edunt lingentes, v. gr. canes, dum bibunt; λάπτω, λαίχω (It. *leccare, lambire*; Fr. *lécher, lapper, humer, sucer*; Hisp. *lamer, chupar, sacar*; Germ. *lecken, belecken*; Angl. *to lick, lap*).

I.) Proprie. *Lucilius* apud *Priscian. loc. cit.* Jucundasque puer qui lamberat ore placentas. *Cic.* 5. *Verr.* 11. 28. Hi canes, quos tribunal meum vides lambere. *Ovid.* 3. *Met.* 57. Tristia sanguinea lambentem vulnera lingua. *Phædr.* 1. 26. Quum vulpes lagonæ frustra collum lamberet. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 11. Pisces, quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt. *Martial.* 14. 67. Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas. *Id.* 4. 30. pisces Qui norunt dominum, manumque lambunt. *Quintil.* 11. 3. 81. Lambere labra. — Et figurate. *Plin. Paneg.* 48. Quum illa immanissima bellua (*Domitianus*) nunc propinquorum sanguinem lamberet, nunc se ad clarissimorum civium strages cædesque proferret.

II.) Translate — *a*) Dicitur de igne, qui leviter tangit, nec dum comburit. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 73. flamma summum properabat lambere tectum. *Virg.* 2. *Æn.* 684. tactuque innoxia molli Lambere flamma comas. ὑπερβολικῶς. *Id.* 3. *ibid.* 574. Attollitque globos flammarum et sidera lambit. et *Grat. Cyneg.* 457. deus (h. e. Vulcanus in igne) illam molliter aram Lambit. — *b*) Item de fluminibus, quæ leni cursu ripas alluunt, non abradunt. *Horat.* 1. *Od.* 22. 7. vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes. Similiter de Phœbo Delum accedente *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 189. tunc insula notos Lambit amica pedes. h. e. ad ejus pedes advolvitur quasi osculatura. — *c*) De plantis. *Pers. prol.* 5. quorum imagines lambunt hederæ sequaces. h. e. circumdant. — *d*) Est etiam obscæno sensu idem ac fellare. *Auson. epigr.* 120. Lambere quum vellet mediorum membra virorum Castor. Adde *Juvenal.* 2. 49.

LĂMELLA, æ, f. 1. *deminut. a* lamina, *seu potius* lamna, pro lamnella ductum. *Seneca Brevit. vit.* 12. Qui Corinthia anxia subtilitate concinnat, et majorem dierum partem in æruginosis lamellis consumit. *Id. Vit. Beat.* 21. *a med.* M. Cato quum laudaret Curium, et Coruncanium, et sæculum illud, in quo censorium crimen erat paucæ lamellæ argenti. h. e. argentum factum parvi pretii, *argenteria leggiera e di poco prezzo*. Sic *Ovid.* 1. *Fast.* 208. Jura dabat populis posito modo consul aratro: Et levis argenti lamina crimen erat.

LĂMELLŪLA, æ, f. 1. *deminut. dupl. a* lamna pro lamina, parva lamella, *laminuccia*. *Petron. fragm. Tragur.* 51. *Burmann.* Glæbulas emi, lamellulas paravi. h. e. parvas massas auri, aut argenti infecti, ad cudendam pecuniam: vel etiam factl, ut in dictione præcedenti. Alii aliter leg., sed nihil mutandum.

LĂMENTA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. init.

LĂMENTA, ōrum, n. plur. 2. Alia forma *lamenta, æ*, f. 1. apud veteres usu venisse, testis est *Pacuvius* apud *Non. p.* 128. 32. *Merc.* Lamenta, fletus facere compendi licet. — *Forcellinus* effert *lamentum, i*; sed ait usurpari fere in plurali numero. Profecto in singulari occurrit tantum in *Vulgat. interpr. Jerem.* 9. 10. et 18. et alibi. — Ceterum lamenta sunt lamentationes, querimoniæ, questus, θρῆνος (It. *lamenti*; Fr. *lamentations, plaintes, gémissements*; Hisp. *lamentaciones, quejas*; Germ. *die Wehklagen, das Jammern und Klagen, klägliches Geschrei*; Angl. *lamentation, lament*).

I.) Proprie. *Cic. Senect.* 20. 73. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum lamentisque vacare. *Id.* 2. *Tusc.* 21. 48. Si se lamentis muliebriter lacrimisque dedet. *Id. Pis.* 36. 88. Diffidens ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis luctuque jacuisti. *Id. Mil.* 32. 86. Sine exsequiis, sine lamentis, sine laudationibus. *Liv.* 6. 3. Parcere lamentis. *Virg.* 4. *Æn.* 667. Lamentis gemituque et femineo ululatu Tecta fremunt. *Tac.* 4. *Hist.* 45. Planctum et lamenta et supremorum imaginem præsenti sibi circumdata. *Id. Germ.* 27. Lamenta et lacrimas cito; dolorem et tristitiam tarde ponunt. *Id. Agric.* 28. Filium amisit: quem casum neque ambitiose, neque per lamenta ac mœrorem muliebriter tulit. *Gell.* 7. 5. Luctu atque lamentis opplere omnia. *Apul. de Mundo.* Lamentis et ploratibus ejulare.

II.) Translate. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 55. 76. (155). Lamenta gallinarum.

LĂMENTĂBĬLIS, e, adject. (lamentor). ¶ 1. Est lamentis plenus, queribundus, *lamentevole*, πολύθρηνος. *Cic.* 2. *Tusc.* 13. 32. Afflictus et jacens et lamentabili voce deplorans. *Id.* 2. *Legg.* 25. 64. Sumptuosa funera et lamentabilia. *Liv.* 3. 47. Lamentabilis comploratio. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 1. Lamentabile regnum Eruerint Danai. *Ovid.* 8. *Met.* 263. jam lamentabile Athenæ Pendere desieram, Thesea laude, tributum.

LĂMENTĂRĬUS, a, um, adject. (lamentor) qui ingerit lamentationem, θρηνώδης. *Plaut. Capt.* 1. 1. 28. Quæ ædes lamentariæ mihi sunt: quas quotiescumque conspicio, fleo.

LĂMENTĀTĬO, ōnis, f. 3. (lamentor) actus la-

mentandi, querimonia, questus, vel ut ait *Cic.* 4. *Tusc.* 8. 18. Lamentatio est ægritudo cum ejulatu. Θρῆνος (It. *lamentazione, lamento*; Fr. *lamentations, gémissements, plaintes*; Hisp. *lamentacion, queja*; Germ. *das Wehklagen, Jammern, Klagen, klägliches Geschrei*; Angl. *a weeping, wailing, mourning, bemoaning, lamentation*). *Plaut. Merc.* 5. 2. 29. Ægritudo, lacrimæ, lamentatio. *Cic.* 6. *Verr.* 21. 47. Hic quos putatis fletus, quas lamentationes fieri solitas? *Id.* 1. *Tusc.* 13. 30. Lugubris lamentatio fletusque mœrens. *Id. Orat.* 38. 131. Plangore et lamentatione complere forum. *Id. post red. in senat.* 7. 17. Lamentatio et gemitus urbis. *Id.* 2. *Invent.* 26. 78. Sponsi nomen appellans cum gemitu et lamentatione. *Id. Fontej.* 17. 37. Quotidianæ virginis lamentationes. *Liv.* 37. 7. Inutili lamentatione complorare fortunam suam. *Id.* 25. 37. Lamentationem sedare. *Justin.* 18. 6. 3. Viri nomine cum multis lacrimis et lamentatione flebili invocato. *Seneca Hippol.* 852. Mœsta lamentatio. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 7. 7. (21). Elephanti quadam se lamentatione complorantes.

LĀMENTĀTOR, ōris, m. 3. qui lamentatur, *lamentatore. Gloss. Philox.* Lamentator, Θρηνητής. *Inscript.* apud *Rénier.* 3989. QVI SACRO TVMVLO LOCAVIT MEMBRA DILECTI PIGNORIS, LAMENTATOR AETATIS ADVLTAE.

LĀMENTĀTRIX, icis, f. 3. quæ lamentatur, *lamentatrice. Vulgat. interpr. Jerem.* 9. 17. Vocate lamentatrices, et veniant. V. et *Pomponii* locum in CEREBRUM.

LĀMENTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq. et LAMENTOR.

LĀMENTO, as, ātum, are, n. 1. Part. *Lamentatus.* — Lamentare est idem ac lamentari; sed occurrit raro admodum, scil. — *a*) Passive impersonaliter. *Apul.* 4. *Met.* Mœretur, fletur, lamentatur diebus plusculis. — *b*) Part. *lamentatus* pro deploratus, defletus, *compianto. Sil. It.* 13. 711. Armipotens ductor, quam sunt tua fata per urbem Lamentata diu! *Stat.* 12. *Theb.* 224. Nocte velut Phrygia quum lamentata resultant Dindyma. *h. e.* clamoribus et ululatibus se vulnerantium completa. — *c*) Ceterum activâ formâ. *Vulgat. interpr. Matth.* 11. 17. Cecinimus vobis, et non saltastis; lamentavimus, et non planxistis. Adde *eund. Luc.* 7. 82. Sic *Venant. Vit. S. Martin. supplem.* 1. 19. Non jam sola suas lamentet Troja ruinas.

LĀMENTOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Lamentans* et *Lamentatus* sub *a*; *Lamentandus* sub *c.* — Aliam hujusce verbi formam *V.* in voc. præced. — Lamentari est voce querula tristique oratione dolorem ac damnum suum testari, Θρηνέω (It. *lamentarsi, dolersi*; Fr. *se lamenter, gémir, pleurer*; Hisp. *lamentarse, quexarse*; Germ. *wehklagen, jammern und klagen*; Angl. *to lament, bewail, bemoan, weep or mourn for*). Occurrit — *a*) Absolute. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 41. Lamentari, cruciari et lacrimantem se afflictare. *Id. Merc.* 1. 2. 105. Quid ego hic in lamentando pereo? *Gracchus* apud *Cic.* 3. *Orat.* 56. 214. Matrem ne ut miseram lamentantemq. videam et abjectam? *Cic.* 2. *Tusc.* 21. 49. Apud illum (*Sophoclem*) perquam flebiliter lamentatur Ulixes in vulnere. *Id* 1. *Orat.* 57. 245. Lapides mehercule omnes flere ac lamentari coegisset. *Sueton. Ner.* 49. et *Oth.* 8. Lamentari ac plangere. *Apul.* 8. *Met.* Diu lamentatus lacrimis inefficucibus. *Gell.* 12. 5. *a med.* Ejulans atque lamentans, ac miserum sese et infelicem appellans. — *b*) Cum Accusativo rei, cujus causa quis lamentatur, et Infinito. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 79. Quod nunc lamentare, non esse argentum tibi. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 224. Quum lamentamur, non apparere labores nostros. — *c*) Cum Accusativo tantum rei, cujus causa quis lamentatur. *Ennius* apud *Donatum* ad *Ter. Phorm.* 5. 4. 2. Sed quid ego hæc animo lamentor? *Plaut. Pers.* 4. 9. 5. Quid cesso infelix lamentarier minas sexaginta? *paragoge. Id. Pers.* 4. 9. 7. Lamentari se ipsum. *Ter. Phorm.* 1. 2. 46. matrem mortuam. *Pacuvius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 21. 50. Conqueri fortunam adversam, non lamentari decet. Id viri est officium: fletus muliebri ingenio additus. *Cic.* 5. *Tusc.* 38. 112. Lamentari cæcitatem alicujus. *Id.* 4. *Cat.* 2. 4. Ut nemo ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquatur. *Sueton. Vitell.* 3. Lamentari aliquem pro afflicto. — *Lamentari vitam* est ostendere, lamentatione dignam esse. *Cic.* 1. *Tusc.* 31. 78. Nam hæc quidem vita mors est: quam lamentari possem, si liberet. A. Satis tu quidem in Consolatione es lamentatus: quam quum lego, nihil malo, quam has res relinquere.

LĀMENTUM, i. *V.* LAMENTA, orum.

LĀMIA, æ, f. 1. ¶ 1. Lamiæ (plurali enim numero sæpissime occurrunt) sunt veneficæ mulieres, quæ strigum instar infantium sanguinem sugunt, sive ipsæ striges, λάμιαι, *streghe, lammie*. Hæ quum foris essent egregie oculatæ, domi prorsus cæcutiebant, ut scribit *Plutarch. de curiosit.* V. plura apud *Cœl. Rhodig. l.* 29. *c.* 5. Dictæ sunt a λαιμός vel λάμος *ingluvies*, ut quæ infantes et adolescentes devorarent. *Horat. Art. P.* 340. Neu pransæ Lamiæ puerum vivum extrahat alvo. *V.* DEVORATRIX. *Apul.* 1. *Met.* At ille colore spurcissimi humoris percussus, quo me Lamiæ illæ infecerant, aspernatur. Adde *eumd.* 5. *ibid.* — Lamiæ turres et pectines solis apud *Tertull. advers. Valentinian.* 3. sunt fabellæ nutricularum, quibus conciliare solebant somnum infantibus. ¶ 2. Lamia est etiam nomen piscis plani, pro spina cartilaginem habentis, quem Itali nunc *carcaria* vocant. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 24. 40. (78). — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

LĀMĪNA *et per syncop.* lamna, æ, f. 1. Non soli Poetæ, ut *Horat.* 2. *Od.* 2. 2. et 1. *Ep.* 15. 36., et *Val. Flacc.* 1. 123. etc.; sed et *Liv.* 23. 19. *extr.*, et *Vitruv.* 7. 9. bis habet *lamna* pro *lamina*. — Ratione habita etymi, videtur esse ab ἐλαύνω *traho*, cujus particip. pass. ἐλῆλαμένος, hinc λαμένος et *lamina*, sync. *lamna*, Italorum *lamina*, Græcorum ἔλασμός et ἔλασμα, unde *Plutarch.* in *Camill.* λεπτὸς ἐλήλαμένον σίδηρον: inde et λημνίσκος. Lamina est metalli, aut ligni, aut marmoris frustum in latitudinem ductum, crassius tamen, quam bractea, λεπίς, ἔλασμός (It. *lamina, lama, piastra*; Fr. *feuille, lame, plaque, planche*; Hisp. *hoja, lamina, chapa, plancha*; Germ. *Blatt, Blech, Scheibe, Bret, Furnier*; Angl. *a plate, or thin piece, of metal or wood*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 2. *Legg.* 23. 68. Ad eam (*aram*) quum lamina esset inventa, et in ea scriptum HONORIS. *Cæs.* 2. *B. C.* 10. Eo super tigna bipedalia injiciunt, eaque laminis clavisque religant. *Liv.* 23. 19. *extr.* Aenea lamna. *Ovid.* 5. *Met.* 172. extrema percussæ parte columnæ Lamina dissiluit. *la lama della spada. Virg.* 1. *G.* 143. argutæ lamina serræ. *Tac.* 1. *Hist.* 76. Cataphractorum tegmen ferreis laminis, aut præduro corio consertum. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 50. (166). Lamina plumbi pectori imposita. *Id.* 34. *ibid.* 8. 20. (94). Æs in laminas tenuare. *et* 33. *ibid.* 9. 45. (128). Ex argento laminas ducere. Cf. *Quintil.* 2. 4. 7. Tenuem nimium laminam ducere, et quam cælatura altior rumpat. *Petron. Satyr.* 32. Brachium armilla aurea cultum et eboreo circulo lamina splendente connexum. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 3. 4. (7). Ossa in laminas secare. *Id.* 11. *ibid.* 37. 45. (126). Cornua apud nos in laminas secta translucent atque etiam lumen inclusum latius fundunt. *Id.* 16. *ibid.* 43. 83. (226). Laminæ sectiles e ligno. *Id. ibid.* 43. 84. (231). Laminæ aceris. *Id.* 18. *ibid.* 26. 64. (236). Doliorum laminas scabendo purgare. *doghe. Ovid. de nuce* 93. laminam vocat teneræ adhuc nucis putamen, quod membranæ simile est. *Seneca Agam.* 855. lamnam crepitantem dixit folium aureæ arboris, quam bracteam appellat *Virg.* 6. *Æn.* 209. *Apul.* 3. *Met.* Lamina litterata. *et* 3. *ibid.* Videt dona pretiosa, et laminas auro litteratas ramis arborum postibusque suffixas, quæ nomen deæ, cui fuerant dicata, testabantur. ¶ 2. Speciatim in cruciatibus laminæ usus erat, quum ferrea, aut ærea candens corpori admovebatur. *Plaut. Asin.* 3. 2. 4. Advorsum stimulos, laminas, crucesque, compedesque. *Cic.* 7. *Verr.* 63. 162. Quum ignes arterque laminæ ceterique cruciatus admovebantur. Adde *Lucret.* 3. 1031.; *Horat.* 1. *Ep.* 15. 36.; *Pacat. Paneg. ad Theodos.* 42.; et *Quintil. Declam.* 18. 11. et 15. ¶ 3. Item speciatim dicitur de serra, *scya*: cf. locum *Virg.* 1. *G.* 143. allatum sub 1. *Seneca* 4. *Benef.* 6. Tenues crustas et ipsa, qua secantur, lamina graciliores. *Val. Flacc.* 1. 123. pinus gracili dissolvere lamna. ¶ 4. Item de vasis e tenui lamina factis. *Ovid.* 1. *Fast.* 209. Et levis argenti lamina crimen erat. *V.* LAMELLA et LAMELLULA. ¶ 5. Item de massis tenuibus auri et argenti ad faciendam pecuniam: et universim de auro et argento infecto. *Ulp. Dig.* 34. 2. 28. *extr.* Argentum factum recte quis ita definierit, quod neque in massa, neque in lamina, neque in signato *etc.* sit. *Horat.* 2. *Od.* 2. 2. inimice lamnæ, Crispe Sallusti. *Seneca* 7. *Benef.* 10. Laminæ utriusque materiæ. *h. e.* auri et argenti. *Ovid.* 11. *Met.* 124. Lamina fulva. *h. e.* auri.

II.) Translate aurium laminæ sunt imæ partes cartilaginosæ auricularum. *Arnob.* 2. 41. Gemmas, lapillos, margaritas compararent: innecterent bis colla, laminas pertunderent aurium. Adde *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. et 14.

LĀMĪNŌSUS, a, um, adject. (lamina) laminas habens. *Isid.* 16. *Orig.* 4. Batrachites similis est testæ laminosæ, scissibilis.

LĀMĪRO, ōnis, m. λαμυρός. *Gloss. Isid.* Lamiro, blandus.

LĀMĪUM, ii, n. 2. urticæ genus prorsus innoxium, quam urticam mortuam herbarii appellant: ita appellatur, quia ad lamas nascitur. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 15. 55. (93). Quæ innoxia est, morsu carens, lamium vocatur. Adde *eumd.* 22. *ibid.* 14. 16. (37).

LAMNA. *V.* LAMINA.

LAMNŪLA, æ, f. 1. *deminut. a* lamna, lamella. *Tertull. Cor. mil.* 12. Triumphi laurea lamnulis ornatur. *Alii leg.* lamnis.

LAMPĂBĪLIS, e, adject. (lampo) qui lampat, λαμπος. Translate *Cassiod.* in *Psalt. præfat.* Vere coruscus liber, sermo lampabilis, cura sauciati cordis, favus interioris hominis etc.

LAMPĂDA, æ, f. 1. *V.* LAMPAS init.

LAMPĂDĀRĬUS, ii, m. 2. δαδοῦχος, qui lampada, seu funale præfert magistratui, vel imperatori, de quo plura habet *Ducangius* in *Glossar. med. et inf. Latin.* Ejus quoque mentionem faciunt *Impp. Leo et Zeno Cod.* 12. 60. 10. *Inscript.* apud *Murat.* 888. 5. APRILIS LAMPADARIVS TI. CAESARIS SER. VIX. ANNIS XX. etc. Adde *aliam* apud *Fabrett. p.* 307. *n.* 309., quæ est apud *Orell.* 2845. *Sueton. Aug.* 29. eumdem *servum prælucentem* appellat.

LAMPĂDĬAS, æ, m. 1. λαμπαδίας, genus cometæ, ardentes faces imitantis, ut *Plin.* 2. *Hist. nat.* 25. 22. (90). docet.

LAMPADIFER, fera, ferum, adject. idem ac lampadarius, qui lampadem fert. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 165.

LAMPĂDĬON *vel*
LAMPĂDĬUM, ii, n. 2. λαμπάδιον, parva lampas, facula, *facella*. Hoc nomine amatores vocant suas puellas loquaculas, audaculas et petulantiores, ut vitii speciem imminuant. *Lucret.* 4. 1157. Balba loqui nequit; traulizi: muta; pudens est: At flagrans, odiosa, loquacula; lampadion fit. Plerique *lampadion* rectius Græcis litteris scribunt. *Varro* apud *Non. p.* 187. 11. *Merc.* Quid tristiorem video te esse? num angit hæc lampadion? Nos dicimus, è *un fuoco*. Quod *hæc lampadion* dicit, ad vocem *puella* refertur, ut apud *Ter. Eun. prol.* 32. *Eunuchum suam*, hoc est *fabulam*. At apud *Varron.* l. *c. Lampadion* videtur esse nomen, præcipue si cum *Mercero* legimus: *Quid tristiorem video te esse quam antidhac Lampadio?*

LAMPADIUS, ii, m. 2. ad lampadem pertinens, idem ac lampadarius. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 165. — *NB.* De cogn. Rom. *V.* ONOM.

LAMPAS, ădis, f. 3. λαμπάς. Ab Accusativo Græco λαμπάδα orta est et alia forma *lampăda*, æ, f. 1., ut *hebdomas* et *hebdomada*, et alia. *Plaut. Cas.* 4. 4. 16. Tene hanc lampadam. Ac ne quis putet *lampadem* legendum esset, accedit auctoritas *Prisciani* 7. *p.* 758. *Putsch.* affirmantis *lampadam* dixisse *Plautum*. Sic *Manil.* 1. 352. cui tertia lampada dispar Conspicitur etc. *Alii leg.* quod terna lampade. *Ennod. Vit. B. Epiphan. p.* 398. Quis quærit noctis lampadam, ubi solis jubar offulgurat? Adde *eumd. Vit. B. Anton. p.* 418. et 427.; *Isid.* 7. *Orig.* 8.; et *Jul. Valer. Alex. Obit.* 52. — Ceterum lampas, Græce λαμπάς a λάμπω *luceo*, est fax, ignis (It. *face, fiaccola, torcia*; Fr. *torche, flambeau, brandon*; Hisp. *antorcha, hacha*; Germ. *d. Leuchte, d. Fackel, Kerze*; Angl. *a torch*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) Gene-

ratim. *Plaut. Men.* 5. 2. 89. Ut ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus. *Accius* apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 16. 41. Ille, cui in monte Œtæo illatæ lampades fuerunt. *Virg.* 9. *Æn.* 535. Princeps ardentem conjecit lampada Turnus, Et flammam affixit lateri. *Cic.* 4. *Verr.* 47. 115. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade. et *Ovid.* 3. *Pont.* 3. 59. *ad Cupidinem.* At tu sic habeas ferientes cuncta sagittas: Sic numquam rapido lampades igne vacent. *Id.* 12. *Met.* 247. Lampadibus densum rapuit funale coruscis. *Id.* 4. *ibid.* 403. lampades pingues ardere videntur. *Val. Flacc.* 3. 124. gravem nodis pinguique bitumine quassant Lampada. *Petron. Satyr.* 124. Sumite, et in medias immittite lampadas urbes. Adde *Stat.* 8. *Theb.* 776. — *b*) Lampades, seu faces in nuptiis præferebantur. Unde *Ter. Adelph.* 5. 7. 9. Missa hæc face, hymenæum, turbas, lampadas, tibicinas. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 4. Demigrant Helicone deæ, quatluntque novena Lampade solemnem thalamis coeuntibus ignem. Et figurate *Id.* 4. *ibid.* 8. 59. Quippe et opes et origo sinunt, hunc lampade prima Patricias intrare fores. *h. e.* primis nuptiis. — *c*) *Lampada cursu tradere,* proverbialis locutio, *h. e.* partes suas, quasi successione et per manus in alium transferre: ducta a ludo juvenum Atheniensium, in quo lex erat, ut lampada, seu tædam ardentem ab uno ad alium locum, atque inexstinctam, non intermisso cursu, perferrent. si enim intermisissent, fax exstinguebatur, cursus agitatione cessante. Itaque primus aliquis cursum inibat: qui defessus alteri integro tradebat lampada: hic deinceps tertio etc., donec ad statam metam perveniretur. *Cic.* 4. *Herenn.* 46. 59. Non enim, quemadmodum in palæstra qui tædas candentes accipit, celerior est in cursu continuo, quam ille, qui tradit; ita melior imperator novus, qui accipit exercitum, quam ille, qui decedit: propterea quod defatigatus cursor integro facem, hic peritus imperator imperito exercitum tradit. *Varro* 3. *R. R.* 16. 9. Quod de fructu nihil dixi, nunc (*lege* non) cursu lampada tibi trado. *ti cedo la bacchetta.* et *Lucret.* 2. 77. Inque brevi spatio mutantur sæcla animantum, Et, quasi cursores, vitai lampada tradunt. — Hinc figurate de re præpostera. *Pers.* 6. 61. Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis? ¶ 2. Latiori sensu lampas est lychnuchus, lucerna, *lampana, lucerna. Lucret.* 2. 25. juvenum simulacra — Lampadas igniferas manibus retinentia dextris. *Ovid. Heroid.* 14. 25. Undique collucent præcinctæ lampades auro. *Juvenal.* 3. 285. aenea lampas. *Colum.* 12. *R. R.* 18. 5. Dolia, quæ demersa sunt, ferreis lampadibus ardentibus caleflunt, et quum pix in fundo destillavit, sublata lampade, etc.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim apud Poetas est splendor, et præcipue solis, lunæ, diei splendor. *Stat.* 10. *Theb.* 121. *de Somno.* ipse autem nec lampade clara, Nec sonitu, nec voce deæ perculsus, eodem More jacet. *Lucret.* 5. 401. (*Sol*) æternam suscepit lampada mundi. *Id.* 5. 609. rosea sol alte lampade lucens. *Virg.* 3. *Æn.* 637. Phœbææ lampadis instar. *Id.* 7. *ibid.* 148. Postera quum prima lustrabat lampade terras Orta dies, urbem — explorant. — Hinc per metonymiam. *Lucret.* 6. 1196. nona reddebant lampade vitam. *h. e.* nono die. *Val. Flacc.* 7. 366. decima sub lampade Phœbes. *h. e.* nocte decima Lunæ. *Nemesian. Cyneg.* 130. quum se bina formavit lampade Phœbe. *h. e.* post duos menses. Sic *Capell. de luna.* 9. *p.* 309. Sic tua noctis honos lampade menstrua Auratis crevit præmia cornibus. ¶ 2. Speciatim lampades dicuntur ignes in cælo apparentes. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 26. 25. (96). Emicant et faces, non, nisi quum decidunt, visæ. Duo genera earum: lampadas vocant plane faces, alterum bolidas. Distant, quod faces vestigia longa faciunt, priore ardente parte: bolis vero perpetua ardens, longiorem trahit limitem. *Lucan.* 1. 532. Nunc jaculum longo, nunc sparso lumine lampas Emicuit cælo. Adde *eumd.* 10. 502.; et *Senec.* 1. *Quæst. nat.* 15.

LAMPĒNA, æ, f. 1. (lampo). *Gloss. Placid.* edit. ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. p. 480. Lampenæ, stellæ sic dictæ.

LAMPĒTRA, æ, f. 1. *lampreda* (lambo *et* petra) eadem se murænа: ita appellata, quia petris plerumque adhærens, easdem lambere videtur. *Gloss. Philox.* Lampetra, μύραινα.

LAMPO, as, āvi, are, n. 1. (lampas) λάμπω, luceo quasi lampas. Translate *Cassiod. Instit. div. litt.* 21. Ejus (*Hieronymi*) quoque ab Oriente nobis lamparet eloquium. *Id. Complex. Apocal.* 26. Cujus (*Angeli*) claritas in toto orbe lampavit.

LAMPSĀNA. *V.* LAPSANA init.

LAMPŸRIS, idis, f. 3. λαμπυρίς, πυγολαμπίς, *lucciola,* genus insecti noctu lucens. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 28. 34. (98). Lucent ignium modo noctu, laterum et clunium colore (*leg.* candore, *vel* fulgore) lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc vero compressu obumbratæ, non ante matura pabula, aut post desecta conspicuæ. Adde *eumd.* 18. *ibid.* 26. 66. (250).; et *V.* CICINDELA.

LĂMŸRUS, i, m. 2. λάμυρος, piscis marinus e lacertorum genere. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (149).; et *Ovid. Halieut.* 120. Ita plerique Codices hanc vocem exhibent. At *Sillig.* scripsit *larinus* auctore *Hesychio:* λαρινός, ἰχθύς, ποιός, et *Oppian. Halieut.* 3. 399., ubi unus liber λαρινὸν servavit, ceteri λάριμον. — *NB.* De cogn. Rom. *V.* ONOM.

LĀNA, æ, f. 1. Ratione habita etymi, vox est Græca, inquit *Varro* 5. *L. L.* 33. *Müll.* ut Polibius et Callimachus scribunt. Itaque *Scalig.* ducit a λῆνος, et Dorice λᾶνος, quod idem significat. — Ceterum lana sunt pili ovium, ἔριον (It. *lana;* Fr. *laine, toison;* Hisp. *lana;* Germ. d. *Wolle;* Angl. *wool*).

I.) Proprie. *Plaut. Men.* 5. 2. 46. Inter ancillas sedere, lanam carere. *Lucret.* 4. 376. carmine trahere. *Ulp. Dig.* 7. 8. 12. *sub fin.* expediendam conducere. *h. e.* carendam et faciendam. *Ovid.* 4. *Met.* 34. Aut ducunt lanam, aut stamina pollice versant. *Varro* apud *Non. p.* 543. 11. *Merc.* Lanam trahere manibus. Sic *Juvenal.* 2. 54. lanam trahere. *Justin.* 1. 3. 3. tractare. *Ovid.* 2. *Art. am.* 220. rudem excolere. *Id.* 6. *Met.* 19. glomerare. *Id.* 3. *Fast.* 817. mollire. *Virg.* 2. *G.* 465. fucare veneno Assyrio. *Ovid.* 6. *Met.* 9. tingere murice. *Horat.* 3. *Od.* 5. 28. medicare fuco. Ceterum de lana universim *V. Varron.* 2. *R. R.* 2. 18.; *Cic.* 2. *Orat.* 68. 277.; *Colum.* 7. *R. R.* 2. 4.; et *Horat.* 3. *Od.* 15. 13. — Lanam, utpote segnissimi corporis excrementum, improbabant in rebus divinis Ægyptii. *V.* LINUM. — Laudatiores lanas recenset *Colum.* 7. *R. R.* 2. 3. Milesias, Calabras Apulasque, et inter has Tarentinas: item Gallicas, et præcipue Altinates: item Parmenses et Mutinenses. *Martial.* quoque 14. 155. Velleribus primis Apulia, Parma secundis Nobilis: Altinum tertia laudat ovis. *Id.* 12. 65. Bæticas commendat. *et Juvenal.* 8. 15. Euganeas. *et Horat.* 3. *Od.* 15. 14. Lucerinas, quæ sub Apulis comprehenduntur. *Tertull. Pall.* 3. Exinde materia; nec de ovibus dico Milesiis et Gelgicis (*lege* Gallicis) et Altinis; aut queis Tarentum vel Bætica cluit, natura colorante. *Martial.* 12. 63. Uncto Corduba lætior Venafro, Albi quæ superas oves Galesi, Nullo murice, nec cruore mendax, Sed tinctis gregibus colore vivo. *V.* MILESIUS; et præcipue *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 73. (190). — Mos erat, vulnera et affecta membra lana obligare et obtegere fovendi causa. *Martial.* 12. 90. Quod lana caput alligas, Charine, Non aures tibi, sed dolent capilli. *Sueton. Domit.* 17. Sinisteriore brachio, velut ægro, lanis fasciisque per aliquot dies, ad evertendam suspicionem, obvoluto. *Plaut. Mil. glor. a.* 5. *v.* 37. Ille qui lanam ob oculos habebat, nauta non erat. V. *ibid.* 4. 4. 42. et 4. 7. 23. Hinc *lanoculus.* V.

II.) Translate. ¶ 1. Lana ponitur pro lanæ operam dare, h. e. lanam carere, ducere, item texere etc. *lavorare.* Mulierum apud Romanos maxima laus fuit, si sua manu lanam facerent, argumento, frugi eas esse, et domesticæ rei intentas, et a nugis abhorrentes. Talis fuit Lucretia, quam scribit *Liv.* 1. 57. nocte sera deditam lanæ, inter lucubrantes ancillas inventam fuisse. Sic *Ter. Andr.* 1. 1. 47. Hæc pudice vitam parce ac duriter agebat, lana ac tela victum quæritans. *Lucret.* 5. 1353.; *Varro* apud *Non. p.* 322. 2. *Merc.*; et *Ovid.* 6. *Met.* 31. Lanam facere. *lavorare.* Sic *Inscript.* apud *Gruter.* 769. 9. DOMVM SERVAVIT, LANAM FECIT. DIXI: ABI. Adde quæ ex *Paul. Diac.* de more sedendi novas nuptas in lanata pelle referemus in LANATUS I. — Hinc *de lana sua cogitare,* h. e. rem suam curare, proverb. apud *Ovid.* 2. *Art. am.* 686. ¶ 2. Dicitur etiam *lana* de pilis aliorum animalium: Item de pluma quarumdam avium, præsertim interiore. *Ulp. Dig.* 32. 1. 70. Lana legata, etiam leporinam lanam, et anserinam, et caprinam credo contineri, et de ligno, quam Græci ἐριόξυλον appellant. *Martial.* 14. 161. Lassus Amyclæa poteris requiescere pluma, Interior cycni quam tibi lana dedit. *penna matta, peluria.* — *Rixari de lana caprina,* h. e. de re nullius pretii aut momenti: proverb. apud *Horat.* 1. *Ep.* 18. 15. ¶ 3. Item de lanugine arborum, pomorum etc. Sic — *a*) De lanugine fructis cujusdam, seu gossipio, *bambagia. Virg.* 2. *G.* 120. nemora Æthiopum molli canentia lana. V. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 10. 21. (38). *et seqq.* et 19. *ibid.* 1. 2. (14). Similiter *Capell.* 2. *p.* 28. Itaque vestem peplumque lactis instar fulgidum dedit, quod ex illa herbarum felicium lana, quas indusiari perhibent Indicæ prudentiæ vates — videbatur. Cf. *eumd.* 6. *p.* 215. — *b*) De lanugine foliorum, malorum, etc. *Martial.* 10. 42. Celantur simili ventura cydonia lana. — *c*) Sic de filis herbaceis colocasiæ. *Martial.* 15. 57. Niliacum ridebis olus lanasque sequaces. ¶ 4. Item de nubibus tenui quasi vellere expansis. *Virg.* 1. *G.* 397. Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferri. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 82. (356). Si nubes, ut vellera lanæ, spargentur multæ ab oriente, aquam in triduum præsagient. Itali vocant *pecorelle.*

LĀNAMENTUM pro *linamentum* quidam perperam leg. apud *Veget.* 2. *Veterin.* 56., h. e. penicillus laneus. *V.* LINAMENTUM.

LĀNĀRIS, e, adject. laniger, lanatus, *lanuto,* ἐριώδης. *Varro* 2. *R. R.* 9. 1. Nos qui pecus pascimus lanare.

LĀNĀRĬUS, a, um, adject. ad lanam pertinens. *Lanaria herba,* alio nomine *radicula,* Græce σαπωνάριον, Ital. *saponata,* lavandis lanis succum habet, mirum quantum conferens candori mollitiæque. Caule est ferulaceo et lanuginoso, folio oleæ. Floret æstate, grata aspectu, verum sine odore, spinosa, semine nullo, radice magna. Ovibus jejunis data, lactis abundantiam facit. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 3. 18. (48). et 24. *ibid.* 18. 104. (168). Sic *Colum.* 11. *R. R.* 2. 35. Oves Tarentinæ radice lanaria lavari debent, ut tonsuræ præparentur. — Hinc

Lanarius, ĭi, m. 2. absolute, substantivorum more, est artifex lanæ faciendæ, *lanajo, lanajuolo,* ἐριουργός. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 34. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Quidam hic interpretantur de eo, qui laneas vestes facit et vendit; non enim lana, sed veste opus erat illis nuptiis. *Arnob.* 2. 38. Fullones, lanarii, phrygiones, coci. *Firmic.* 3. *Mathes.* 9. Eorum artes sunt sordidæ et squalidæ, aut gravis odoris, quales sunt confectores coriorum, fullones, lanarii, pictores, coci. Adde *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 701. n. 233. — *Lanarius coactiliarius.* V. hanc vocem. — *Lanarius pectinarius.* V. hanc vocem suo loco. — *Lanarius carminator.* V. CARMINATOR. — *NB.* De cogn. Rom. *V.* ONOM.

Lanaria, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, subaudi *officina,* in qua lana fit. *Inscript.* apud *Gruter.* 173. 4., quæ est apud *Orell.* 3303. LANARIAS ET QVAE IN IIS SVNT SVA PECVNIA FECERVNT.

LĀNĀTA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. sub I. init.

LĀNĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *lanare.* Comp. *Lanatior* II. — Lanatus est lanam habens, ἐριώδης (It. *lanuto, lanoso;* Fr. *couvert de laine;* Hisp. *lanudo;* Germ. *mit Wolle versehen, Wolle tragend, wollig;* Angl. *having or bearing wool, woolly*).

I.) Proprie. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 2. Lanatæ oves. *h. e.* intonsæ. et *Plin.* 8. *Hist. nat.* 49. 75. (199). Lanata animalium stultissima. — Hinc *lanatas* absolute pro ovibus dixit *Juvenal.* 8. 155. lanatas torvumque juvencum More Numæ cædit Jovis ante altaria. — Ceterum *Colum.* 6. *R. R.* 2. 4.; et *Dig.* 32. 1. 70. § 8. Lanatæ pelles. *Paul. Diac. p.* 114. 17. *Müll.* In pelle lanata nova nupta considere solet, vel propter morem vetustum, quia antiquitus homines pellibus erant induti: vel quod testetur lanificii officium se præstaturam viro. *Martial.* 14. 65. *in lemmate.* Lanatæ soleæ. *foderate di lana.* et *Edict. Diocl. p.* 23. Taurinæ inauratæ, taurinæ lanatæ. *V.* TAURINUS.

II.) Translate est lanuginosus, *lanuginoso.* Co-

lum. 3. *R. R.* 2. *med.*; et *Plin.* 14. *Hist. nat.* 2. 4. (22). Lanata vitis, *h. e.* quæ lanuginem habet in foliis. *Plin.* 15. 30. *extr.* dixit non Latinum, sed Hispanicum verbum esse. *Paul. Diac. p.* 118. 8. *Müll.* ducit a Græco λόγχη *hasta*. *Isid.* 18. *Orig.* 7. Lancea est hasta habens amentum in medio: dicta quia æqua lance, id est æquali amento ponderata vibratur. Sed, ut cetera admittantur, *Isidori* notatio frigida videtur: verum potius est a Celtico *lang*, longus, unde et apud *Hesych.* Λαγγίς, δόρυ, quia nempe inter hastilia sit omnium longissima. *Sisenna* apud *Non. p.* 556. 8. *Merc.* dicit, esse Suevorum, sicut materes Gallorum. Est certe in antiquo usu Latinis, videturque fuisse longior pilo et hasta. Inventam primo fuisse scribit *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (201). ab Ætolis (It. *lancia, asta, picca*; Fr. *lance, pique*; Hisp. *lanza, pica*; Germ. *Lanze, Spiess*; Angl. *a lance, spear, javelin, pike, dart*).

I.) Proprie. Quod missile telum fuerit, patet ex illo *Virg.* 12. *Æn.* 374. hunc lata retectum Lancea consequitur, rumpitque infixa loricam. *latam* dixit, *h. e.* lato ferro. *Martial. Spectac.* 11. Nec volet excussa lancea torta manu. Unde et venatorium telum fuisse colligitur. Sic *Val. Flacc.* 3. 587. velut refugi quem contigit improba Mauri Lancea, sanguineus vasto leo murmure fertur. Cf. *Apul.* 8. *Met.* Thrasyllus (*venator*), feræ (*h. e.* apro) quidem parcens, sed equi, quo vehebatur Tlepolemus, postremos poplites, lanceâ feriens, amputat. — Ejus usum passim in militia ostendunt hæc, quæ subjicio. *Sisenna* apud *Non. loc. cit.* Galli materibus, Suevi lanceis confligunt. *Auct. B. G.* 8. 48. Lanceaque infesta femur ejus transjicit. *Flor.* 3. 3. 16. *de uxorib. Cimbror.* Objectis undique plaustris, altæ desuper, quasi e turribus, lanceis contisque pugnabant. *Tac.* 3. *Hist.* 27. Disjectam testudinem lanceis contisque scrutantur. *Id.* 1. *ibid.* 79. Romanus miles missili pilo, aut lanceis assultans. *Lucan.* 7. 479. Cujus torta manu commisit lancea bellum. *Sil. It.* 1. 318. Impulsa levi torquetur lancea nodo. *h. e.* levi amento. *Curt.* 6. 5. 27. *de Amazone.* Equo ipsa desiliit, duas lanceas dextra præferens. *Justin.* 24. 5. 6. Caput ejus amputatum, et lancea fixum, tota acie circumfertur. Adde *Val. Flacc.* 6. 124. — Fuit gestamen satellitum, seu custodum corporis. *Sueton. Claud.* 35. Spiculatores cum lanceis circumstabant. *Id. Galb.* 18. Spiculator, impulso turbæ, lancea prope vulneravit.

II.) Translate. *Apul.* 1. *Met.* Mihi quoque non parvam incussisti sollicitudinem, immo vero formidinem, conjecto non scrupulo, sed lancea, ne etc. *h. e.* gravi timore, quo animum meum quasi transadegisti.

LANCĔĀRĬUS. *V.* LANCIARIUS.

LANCĔĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

LANCĔO, as, are, *n.* 1. Part. *Lanceatus.* — Lanceare est lanceam tractare, lanceæ manum admovere; vel lancea ferire, lanceam mittere. *Tertull. advers. Jud.* 9. *ante med.* Qui ante norint lanceare, quam lancinare. Eadem verba habet 3. *advers. Marcion.* 8. Utrobique autem loquitur de Ponticis Iofantibus, qui prius norunt lanceam tractare, quam vestes et quidquid illis occurrit, ut pueri solent, lacerare. — Hinc *Vulgat. interpr.* 2. *Reg.* 23. 7. Armabitur ferro et ligno lanceato. *h. e.* lancea armato.

LANCĔŎLA, æ, *f.* 1. *deminut. a* lancea, parva lancea, *lanciuola, lancetta, αἰβύνιον. Capitolin. Maxim. jun.* 4. Lanceola sic fissa est fulmine, ut tota, etiam per ferrum, scinderetur. *Apul.* 8. *Met.* Tunicæ albæ, in modum lanceolarum quoquo versum fluente purpura, depictæ. Adde *Vulgat. interpr.* 3. *Reg.* 18. 28.

LANCĔŎLĀTUS, a, um, adject. seu potius partic. ab inusit. *lanceolare*, lanceola armatus. Figurate *Macer de plantagine* 5. Altera vero minor, quam vulgo lanceolatam Dicunt, quod foliis, ut lancea, surgat acutis.

LANCES. *V.* LANX.

LANCĬĀRĬUS, vel lancearius, ii, *m.* 2. Quod ad scriptionem attinet, *Valetius* ad *Ammian. loc.* infra *cit.* adnotavit in *Codd.* non *lanceariis*, sed *lanciariis.* — Ceterum lanciarius est lancea armatus, hastatus, *lanciere*, λογχοφόρος. *Ammian.* 21. 13. *sub fin.* Cum lanciariis et mattiariis et catervis expeditorum. Adde *eumd.* 31. 13. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver. præf.* IX. PRAEPOSITVS LANCIARIORVM. *Alia* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 630. IN PRIMA MINERVES MILITAVIT ANN. V., IN VNDecima ANN. IIII., IN LANCIARIA ANN. V., IN PRætorio ANN. V. *Cassiod.* 6. *Hist. Eccl.* 35. Valentinianus millenarius circa palantia constitutus dux lanceariorum. *Vulgat. interpr. Act.* 23. 23. Et vocatis duobus centurionibus, dixit illis: Parate milites ducentos, ut eant usque Cæsaream, et equites septuaginta, et lancearios ducentos.

LANCĬCŬLA, æ, *f.* 1. *deminut. a* lanx, parva lanx. *Arnob.* 2. 23. Trulla, lancicula, candelabrum.

LANCĬNĀTOR, ōris, *m.* 3. qui lancinat et discerpit, *laceratore. Prudent.* 10. περὶ στεφ. 1057. Lancinatores gregum.

LANCĬNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

LANCĬNO, as, āvi, ātum, are, *a.* 1. Part. *Lancinatus* I. et II. — Ratione habita etymi, lancinare a λαχίζω censet esse *Voss.*, ut a πήγω *pango*, *n* inserta. Alii a *lance*, quasi primo significet dividere, distribuere, deinde laniare. Ceterum lancinare est in frusta scindere, lacerare, laniare, ἀμύσσω, λαχίζω, καταχνίζω (It. *fare in pezzi, lacerare*; Fr. *déchirer, mettre en pièces, écorcher*; Hisp. *desgarrar, rasgar, despedazar*; Germ. *zerfleischen, zerreissen*; Angl. *to lacerate, mangle, tear in pieces*).

I.) Proprie. *Seneca* 1. *Ira* 2. Alium inter sacra mensæ ira percussit: alium inter celebris spectaculum fori lancinavit. *Seneca alter Thyest.* 778. lancinat gnatos pater, Artusque mandit ore funesto suos. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 6. 5. (12). Morsu lancinare aliquem. *Arnob.* 1. 38. Conjux membratim lancinatus. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 460. Lancinare omne.

II.) Translate. *Catull.* 29. 18. Paterna prima lancinata sunt bona. *h. e.* dissipata, distracta, absumpta. *Seneca Ep.* 32. Vitam diducimus in particulas ac lancinamus. *Al. leg.* laciniamus. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 9. (19). Tot sinus Peloponnesi oram lancinant. *Arnob.* 2. 8. Credulitatem facetis jocularibus lancinare. — Pro dividere, in partes distribuere, usurpatur a *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 13.

LANCŪLA, æ, *f.* 1. *deminut. a* lanx, parva lanx. *Vitruv.* 10. 8. *de statera.* Cum ansa propius caput, unde lancula pendet etc. — Apud *Varron.* 5. *L. L.* 120. *Müll.* legitur *langula*: quod idem cum lancula esse videtur.

LANDĪCA, æ, *f.* 1. κλειτορίς, pars pudendi muliebris, quæ ita describitur in *Epist. Sorani ad Cleopatr.* inter *op. Petronii, edit. Antonid. p.* 81. Intus quod a superiore parte descendit in medio dicta est landica, motum sæpe titillationis habens ex libidine. *Gloss. Philox.* Landica, ἐσχάρα γυναικεία: sed terminatio *aδι* est deminutiva novæ Græriæ. *Landira* legendum conjicit *Martinius*, non improbante *Vossio de vit. sermon.* Contra sunt qui vocem hanc tribuunt *Cic.* 9. *Fam.* 22. Hanc culpam majorem, an *illam dicam*? potuit obscænius? Non, inquis, non enim ita sensit. Non ergo in verbo est obscænitas. — Aliis recentis Barbariæ nomen videtur, nec id significare, quod dicimus, sed ἐσχάραν proprie dictam foculum, ferramentum nempe, cui tamquam erati, imposita ligna propter aeris ab inferiori parte accessum facilius ardeant, scribendumque *landiram*, quum sit Gallorum *landier*, Italorum *alare*, quem *subicem*, seu *subjicem focarium* interpretatur *Bodæus.* Sed poterat alicui etiam *landie* Gallorum, et Italorum *landra* in mentem venire. Hæc fere ex *Bailleyo* in *Auctario.*

LĀNĂ *seu* lānĭa *pro* laniena legitur a quibusdam apud *Liv.* 44. 16.

LĀNĔRUM, vestimenti genus ex lana succida confectum. *Paul. Diac. p.* 118. 11. *Müll.*

LĀNESTRIS, e, adject. *di lana*, laneus. *Popisc. Aurelian.* 29. Lanestre pallium.

LĀNĔUS, a, um, adject. qui est ex lana, *di lana*, εἰρίνεος.

I.) Proprie. *Plaut. Mil. glor.* 4. 4. 42. Lanea cultella. *Cic.* 3. *Nat. D.* 34. 83. Aureum ei detraxit amiculum *etc.*, eique laneum pallium injecit. *Propert.* 3. 4. 30. Lanea vitta. *Virg.* 3. *G.* 487. infula. *Sueton. Aug.* 82. Subuculæ thorax laneus. *Macrob.* 1. *Saturn.* 8. Laneum vinculum. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 183. Lanea cui Phrygii est coma flaminis, *h. e.* filum laneum in capite flaminis. — Laneæ effigies, Compitalibus, noctu dabantur in compita, quod lares, quorum is erat dies festus, animæ putabantur esse hominum, redactæ in deorum numerum. *Paul. Diac. p.* 121. 17. *Müll.* Ceterum V. *Festum p.* 237. 34. *Müll.*; *Macrob.* 1. *Saturn.* 7.; et *Varron.* apud *Non. p.* 538. 4. *Merc.* — *Dii irati laneos pedes habent* proverb. apud *Macrob. loc. cit.*, *Petron. fragm. Tragur.* 44. *extr. Burmann.*, et *Porphyr.* ad *Horat.* 3. *Od.* 2. *extr.*, quo significatur, pedes deorum esse vinculo veluti laneo constrictos, et tarde quidem venire ad punienda scelera; venire tamen, et quidem tacitos et inopinantibus. Quod *Horat. ibid.* dixit: Raro antecedentem scelestum Deseruit pede pœna claudo. et *Tibull.* 1. 10. 4. Sera tamen tacitis pœna venit pedibus. *Macrob.* ex *Apollodoro* tradit inde ortum esse proverbium, quod Saturnum mos esset alligari per annum laneo vinculo, solvi autem Saturnalibus.

II.) Translate. ¶ 1. Est lanatus, lanosus, lanuginosus, *lanuginoso. Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 16. (56). Pira corio laneo. *Siltig.* vero legit *Coriolana.* ¶ 2. Item mollis. *Catull.* 25. 10. Laneum latusculum. *Martial.* 13. 89. laneus lupus. *h. e.* piscis, de quo *Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 28. (61). Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati, a candore mollitiaque carnis. *Fronto ad Verum Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 1. *a med.* Haud multi militum vibrantes hastas, pars major sine vi et vigore, tamquam laneas, jacere.

LANGA, æ, *f.* 1. lacertæ genus: a Celtico *lang*, longus, quia longam habet caudam. *V.* LANGURIA.

LANGUĔFĂCĬO, fēcis, fēci, factum, fācere, *a.* 1. languere facio, languorem affero, *far languire. Cic.* 2. *Legg.* 15. 38. Incitare languentes, et languefacere excitatos. *Est qui legit* languere facere.

LANGUENS, entis. *V.* voc. seq. in fin.

LANGUĔO, gues, gŭi, guere, *n.* 2. Præteritum, quod recentiores ad sequens verbum referunt, trisyllabum est. *Lucan.* 7. 245. Illa quoque in ferrum rabies promptissima, paullum Languit, et casus etc. *Ovid.* 6. *Met.* 291. moribunda relanguit ore. Ceterum rarus est hujus verbi usus in præteritis. — Part. *Languens* in fin. — Langueo, quod conjungunt cum λαγγέω *cesso*: etenim *Hesych.* Λαγγάζει, ὀκνεῖ. οἱ δὲ, Λαγγεῖ, est idem ac viribus deficior, vigore careo, flaccesco, infirmus sum, ἀτονέω, ἀσθενέω (It. *languire, essere debole o languido*; Fr. *être faible, languissant, affaibli*; Hisp. *estar lánguido, extenuado, flaco*; Germ. *matt, müde sein*; Angl. *to languish, be sick, feeble, or faint, fade, become languid or weak*).

I.) Proprie ad corpus refertur. ¶ 1. Generatim. — *a*) Stricto sensu. *Cic.* 1. *Phil.* 5. 12. Quum de via languerem, et mihimet displicerem. *Ovid. Heroid.* 18. 161. Sæpe per assiduos languent mihi brachia motus. — *b*) Poetice, vel translate ut *Forcellino* placet. *Propert.* 4. 2. 46. Flos languet. *sviene, appassisce. Stat.* 12. *Theb.* 305. Lunæ languet jubar. *h. e.* lumen amittit. *Val. Flacc.* 7. 466. Languent ignes. *Sever. Ætn.* 427. lapis languet in ignes. *h. e.* in cinerem, igni ustus, dilabitur. — *Languere* dicitur mare, quum nulla aura movetur: quod valde incommodum est navigantibus. *Martial.* 10. 30. Nec languet æquor, viva sed quies Ponti Pictam phaselon adjuvante fert aura. Cf. *Lucan.* 8. 471. Flectit iter: nec Phœbus adhuc, nec carbasa languent. *h. e.* nec sol adhuc occasu lucem amittit, nec vela lentiora fiunt cessante vento. ¶ 2. Speciatim de ægrotantibus, *essere ammalato. Virg.* 4. *G.* 252. tristi languebant corpora morbo. — Et absolute. *Tibull.* 3. 5. 28. Languent ter quinos sed mea membra dies. *Sueton. Aug.* 81. Sub natale suum plerumque languebat. *Id. Ner.* 51. Ter omnino per quatuordecim annos languit. Adde *Martial.* 5. 9.

II.) Translate refertur ad animum. *Cic. Pis.* 33. 82. Languet juventus, nec, perinde atque debet, in laudis cupiditate versatur. *Id.* 1. *Nat. D.* 4. 7. Languere otio. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 2. 6. In otio hebescere et languere. Cf. *eumd.* 3. *Off.* 1. 3.

Neque solitudinem languere patior. *h. e.* neque quamvis in solitudine sim, nihil ago. Cf. et *Gell.* 19. 12. Languet animus et torpet. *Sall. Cat.* 56. Si paululum modo vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt. *h. e.* remisse ac timide agere. *Quintil.* 9. 3. 27. Hæc schemata et convertunt in se auditorem, nec languere patiuntur, subinde aliqua notabili figura excitatum. *Ovid.* 1. *Pont.* 4. 3. Jam vigor et quasso languent in corpore vires. *Lucret.* 5. 1144. genus humanum defessum vi colere ævum, Ex Inimicitiis languebat. *Ovid.* 2. *Art. am.* 436. Et, si nulla subest æmula, languet amor. *Sil. It.* 14. 182. Amor ferri languet. *Id.* 17. 361. mihi gratia languet, Et cecidit jam primus amor. — Hinc Part. præs.

Languens, entis, adjective occurrit, unde Comp. *Languentior* I. 2., et est languidus, ἄτονος, νωθρός, *languente. fiacco, languido.*

I.) Proprie ¶ 1. Generatim. — *a*) Stricto sensu. *Cic.* 2. *Legg.* 15. 38. Incitare languentes. *Id.* 2. *Orat.* 44. 186. Facilius est currentem inciture, quam commovere languentem. *Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 13. Languenti stomacho esse. *Cæs.* 2. *B. C.* 14. Nostri languentes atque animo remissi. *Sil. It.* 1. 503. membra languentia leto. *Val. Flacc.* 4. 388. languentia lumina somno. — *b*) Poetice, vel latiori sensu. *Virg.* 11. *Æn.* 69. Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi. Ubi *Servius*: aut postquam decerptus sit; aut quia non est acuti coloris; aut quando demittit caput. *Val. Flacc.* 7. 24. quum languentes levis erigit imber aristas. *Sueton. Aug.* 92. Veterrimæ ilicis demissos ad terram languentesque ramos convaluisse. — *Virg.* 10. *Æn.* 289. Languens pelagus. *h. e.* remittens se ad litus. *Sil. It.* 7. 259. languens fluctus. Et absolute, substantivorum more, *Id.* 4. 489. Dumque vada (*ad Trebiam*) et molles aditus, per devia flexo Circuitu petit, et stagni languentia quærit etc. ¶ 2. Speciatim est ægrotans. *Petron. Satyr.* 101. Languentem visere officii causa. *un ammalato. Auct. Priap.* 83. Licebit, æger, aut languentior cubes. *Alii multo rectius leg.* æger augue lentior cubes.

II.) Translate. *Cic.* 10. *Fam.* 28. Senatum jam languentem et defessum ad pristinam virtutem revocavi. *Id.* 1. *Off.* 37. 133. Vox nec languens, nec canora. *Phædr.* 4. 25. Languens ævum. *età senile e fiacca. Catull.* 64. 99. Quantos illa tulit languenti in corde timores. *Lucan.* 3. 692. Languens ictus.

LANGUESCO, is, ere, n. 3. *inchoat. a* langueo. Præteritum *langui* V. in voc. præced. — Part. *Languescens* I. 1. — Languesco est idem ac languere incipio, languidus fio, langueo, καταμαλθακίζομαι, ἐκχύομαι (It. *divenire languido*; Fr. *devenir faible, languissant, perdre sa force, s'affaiblir*; Hisp. *descaecer, perderse el vigor*; Germ. *matt, kraftlos, schwach werden*; Angl. *to languish, grow languid, faint or feeble*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Stricto sensu. *Cic.* 4. *Fin.* 24. 65. Hebes acies est cuipiam oculorum: corpore alius languescit. *Id. Senect.* 9. 28. Senectute languescere. *Catull.* 64. 188. languescunt lumina morte. — *b*) Poetice, vel latiori sensu. *Virg.* 9. *Æn.* 436. flos succisus aratro Languescit moriens. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 15. 37. (133). Vites languescunt, si vicia in arbusto seratur. *Horat.* 3. *Od.* 16. 34. Nec Læstrygonia Bacchus in amphora Languescit mihi. *h. e.* asperitatem et vim amittit, vetustate molliente. *Ovid.* 2. *Fast.* 775. Ut solet a magno fluctus languescere flatu. *h. e.* cessare, minui post flatum. *Tac.* 1. *Ann.* 28. Luna claro repente cælo visa languescere. *offuscarsi, oscurarsi. Plin.* 27. *Hist. nat.* 13. 109. (133). Color in luteum languescens. *h. e.* qui dilutior fit. ¶ 2. Speciatim pro ægrotare, *ammalarsi. Ovid.* 3. *Trist.* 3. 39. Nec mea consueto languescent corpora lecto?

II.) Translate. *Cic.* 8. *Phil.* 2. 4. Consensus populi, si nos languescimus, debilitetur necesse est. *Id.* 12. *ibid.* 3. 8. Ipsa illa Martia legio hoc nuncio languescet et mollietur. *Id. Orat.* 2. 6. Quare non est, cur eorum, qui se studio eloquentiæ dediderunt, spes infringatur, aut languescat industria. *Plin. Paneg.* 18. Militaria studia languescunt. *Id.* 8. *Ep.* 20. Omnium rerum cupido languescit, quum facilis occasio est. *h. e.* minuitur. *Id.* 3. *ibid.* 9. *circa med.* Ne, si longius extracta esset cognitio, satietate et tædio quodam justitia cognoscentium severitasque languesceret. *Quintil.* 11. 3. 2. Affectus omnes languescant necesse est, nisi voce, vultu, totius prope habitu corporis inardescant. *Id.* 1. 2. 18. Mens in hujusmodi secretis aut languescit, aut quemdam velut in opaco situm ducit, aut contra tumescit inani persuasione. *Id.* 4. 1. 67. Vis omnis languescit. *Val. Flacc.* 3. 236. Deficit: infracti languescunt frigore cursus. *Sil. It.* 13. 325. Languescunt iræ. *Aurel. Vict. Epit.* 48. concitatio.

LANGUĬDĒ, adverb. (languidus). Comp. *Languidius.* — Languide est cum languore, remisse, lente, *languidamente, lentamente,* ἀνειμένως, ῥᾳθύμως. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 17. Ne statim a prima luce familia cunctanter et languide procedat. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 10. (53). Panicum cacumine languide nutante. *Petron. Satyr.* 98. Languide agere. *Cæs.* 7. *B. G.* 27. Suosque languidius in opere versari jussit. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 7. (34). Palmæ languide dulces. *d'una dolcezza ottusa e insipida.* et *Id.* 37. *ibid.* 7. 25. (94). Carbunculi languidius ac lividius lucent. — *Cic.* 5. *Tusc.* 9. 25. Theophrastus vexatur ecbolis omnium philosopborum, quod laudavit illam sententiam: *Vitam regit fortuna, non sapientia.* Negant ab ullo philosopho quidquam dictum esse languidius. *h. e.* mollius, et magis abborrens a constantia et severitate philosophiæ.

LANGUĬDŬLUS, a, um, adject. *deminut.* languidi, *languidetto.*

I.) Proprie. *Cic. fragm.* apud *Quintil.* 8. 3. 66. Humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis, et spinis cooperta piscium. *appassite.*

II.) Translate. *Catull.* 64. 331. Languiduli somni.

LANGUĬDUS, a, um, adject. (langueo). Comp. *Languidior* in omnibus paragr. — Languidus est languens, remissus, viribus defectus, debilitatus, tardus, lentus, ἀσθενής, ἀνειμένος (It. *languido, languente, fiacco, lento*; Fr. *affaibli, languissant, paresseux, faible, débile*; Hisp. *debil, lánguido, fláco, extenuado*; Germ. *matt, schwach, unwirksam, schläfrig, langsam, träge*; Angl. *faint, languid, weak, feeble*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Stricto sensu de hominibus et brutis. *Cic.* 2. *Cat.* 5. 10. Homines accubantes in convivlis, vino languidi, confecti cibo, sertis redimiti. Sic *Id.* 5. *Verr.* 12. 31. Unguentis oblitus, vino vigiliisque languidus. *Id.* 2. *Fin.* 13. 39. Tarda et languida pecus. *Horat. Epod.* 5. 55. latent in silvis feræ Dulci sopore languidæ. *Id. ibid.* 2. 63. Videre fessos vomerem inversum boves Collo trahentes languido. — *b*) Latiori sensu, vel figurate de rebus physicis et abstractis. *Quintil.* 11. 3. 76. Oculi languidi et torpentes, aut stupentes. Sic *Id. ibid.* § 159. Vultus severus, non mœstus, nec stupens, nec languidus. *Horat.* 2. *Od.* 14. 17. ater flumine languido Cocytos errans. *Liv.* 1. 4. Languida aqua. *Ovid.* 2. *Pont.* 1. 2. et 4. *ibid.* 10. 44. Ventus languidus. *Lucan.* 5. 421. languida carbasa. *h. e.* vela non contenta, vento cessante. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 12. 26. (43). Languidus color. *Id.* 34. *ibid.* 8. 19. (79). Sufflare languidos ignes. *Horat.* 3. *Od.* 21. 8. Promere languidiora vina. *h. e.* vetustiora, atque adeo minus austera, mitiora. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 20. 24. (50). Tenuiora folia et languidiora. *Id.* 17. *ibid.* 2. 2. (12). Arbores foliorum amissione languidæ. *Id.* 11. *ibid.* 37. 88. (219). Venarum languidus ictus. *polso languido.* Alter *Plin.* 6. *Ep.* 20. *ante med.* Dubius et quasi languidus dies. *oscurato, fosco.* ¶ 2. Speciatim est ægrotus, *ammalato. Martial.* 9. 86. Languidior noster si quando est Paulus. *se si sente poco bene. Laurea Tull.* apud *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 3. (8). Languida quæ infuso lumina rore levant. *Pallad.* 3. *R. R.* 25. Si languida arbor est piri, ablaqueatæ radicem terebras. Adde *eumd.* 13. *ibid.* 714.

II.) Translate. ¶ 1. Passive. *Cic. Senect.* 8. 26. Senectus non modo languida et iners non est, verum etiam operosa et semper agens aliquid et moliens. *Cæs.* 1. *B. C.* 21. Neque vero tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte conquieverit. *Cic. Ligar.* 9. 28. Languidiore studio in causa fuistis. *Id.* 5. *Tusc.* 6. 16. Languidæ voluptates. Cf. *Ovid.* 3. *Amor.* 4. 10. Semina lætitiæ languidiora facit. *Liv.* 3. 65. Vis languidior. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 29. 36. (121). Languida auctoritas patrum. *Sall. Jug.* 53. Nihil languidi, neque remissi patiebatur. *Lucan.* 4. 699. languida segni Cernit cuncta metu. — Et de hominibus. *Cic.* 1. *Orat.* 52. 226. Philosophus mollis, languidus, enervatus, omnia ad voluptatem corporis referens. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 2. 5. § 16. Si qui antea aut alieniores fuerant, aut languidiores. *h. e.* negligentiores. Similiter *Id.* 8. *Phil.* 7. 21. Nos etiam languidiores postea facti sumus. et *Cæs.* 3. *B. G.* 5. Languidioribus nostris vallum scindere (*hostes*) cœperunt. ¶ 2. Active, seu metonymice. *Virg.* 12. *Æn.* 908. oculos ubi languida pressit Nocte quies. *Tibull.* 4. 1. 181. Languida otia.

LANGUĬFĬCUS, a, um, adject. (langueo *et* facio) languidum faciens. *Auson. Eclogar. in versib. Q. Cic.* Languificosque Leo profiat ferus ore calores.

LANGUĬTAS, ātis, *et*

LANGUĬTŪDO, ĭnis, f. 3. (langueo) idem ac languor. *Gloss. Cyrill.* Ἀσθένεια, ægritudo, ægrimonium, imbecillitas, languitudo, languitas, languor.

LANGŬLA. *V.* LANCULA.

LANGUON, ōnis, m. 3. (langueo). *Vet. Interpr.* ad *Virg.* 2. *G.* 93. (ab *A. Maio* edit. p. 11.). Languon est, juxta dialecticos, pedibus infirmus; unde et pigros vel otio deditos languonas vocarunt.

LANGUOR, ōris, m. 3. (langueo) defectio virium, remissio vigoris, lassitudo, infirmitas, ἀσθένεια ῥᾳθυμία (It. *languidezza, fievolezza, languore, fiacchezza*; Fr. *faiblesse, fatigue, abattement, langueur, débilité*; Hisp. *languideza, flaqueza, debilidad*; Germ. *die Ermattung, Ermüdung, Mattigkeit, Müdigkeit, Schwäche*; Angl. *faintness, feebleness, weakness, languor*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Stricto sensu de hominibus. *Plaut. Asin.* 3. 2. 28. Ubi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores, ulmeis affectos lentis virgis. *Ter. Heaut.* 4. 6. 3. Hæc deambulatio me ad languorem dedit. *Catull.* 55. 30. Defessus tamen omnibus medullis, Et multis languoribus peresus Essem te, mi amice, quæritando. *Id.* 63. 37. Piger his labantes languore oculos sopor operit. *Ovid.* 11. *Met.* 648. de *Somno.* et rursus molli languore solutus Deposuitque caput stratoque recondidit alto. — *b*) Latiori sensu, seu figurate refertur ad res: sic ad colores. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 46. (130). Gemmarum vitia, languor, aut alienis turbari coloribus. — Poetice de mari omnino tranquillo. *Seneca Agam.* 160. Redemit illa classis immotæ moras, Et maria pigro fixa languore impulit. *V.* LANGUEO I. 1. ¶ 2. Speciatim est morbus, *malattia. Cic.* 2. *Divinat.* 62. 128. Animus quum languore corporis nec membris uti potest, nec sensibus. *Ovid.* 9. *Met.* 766. Nunc ficto languore moram trahit. Cf. *Martial.* 9. 86. Tu languore quidem subito fictoque laboras. *Colum.* 12. *R. R.* 3. 7. Simulantes languorem sine cunctatione in valetudinarium deducat. *Sueton. Tib.* 72. In languorem incidere. *Horat.* 2. *Od.* 2. 15. Languor aquosus. *idropisia. Sueton. Ner.* 41. Excusato languore faucium, propter quem non adesset.

II.) Translate est torpor, ignavia, debilitas animi. *Cic.* 1. *Off.* 34. 123. Nihil magis cavendum est senectuti, quam ne languori se desidiæque dedat. *et* 3. *ibid.* 1. 1. Otium et solitudo languorem afferunt. *Id.* 7. *Phil.* 1. 1. Exspectatio quantum afferat languoris animis, quis non videt? *Id.* 14. *Att.* 6. Vides languorem bonorum. *timidità, poco coraggio. Cæs.* 5. *B. G.* 31. Omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneatur, et languore militum et vigiliis periculum augeatur. *Tac.* 2. *Hist.* 42. Attonitas subito terrore mentes falsum gaudium in languorem vertit. *tepidezza e trascuraggine.*

LANGŪRIA, æ, f. 1. *ramarro,* lacertæ viridis genus, quod nostrates vulgo *languro* vocant: vox composita ex Celtico *lang* longus et οὐρά *cauda,* quia longam habet caudam; ceterum quidam ex Græcis scriptoribus falso putarunt, ita eam appellatam fuisse, quia ejus urina in succinum concre-

sceret, etenim ουρον urinam significat. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 11. (34). Demostratus (*succinum*) lyncurium vocat, et fieri ex urina lyncum bestiarum, e maribus fulvum et igneum, e feminis languidius atque candidum. Alii dixere langurium, et esse in Italia bestias langorias. Zenothemis langas vocat easdem, et circa Padum iis vitam assignat. *Sillig.* leg. *bestias languros.*

LANGŪRĬUM, ĭi, n. 2. idem ac succinum, quod et lyncurium dicitur. *V.* vocem præced.

LĂNĬĀMENTUM, i, n. 2. (lanio) laniatio. *Augustin. Ep.* 2. 26. Quæris utrum nunc corpus Domini ossa et sanguinem habeat, aut reliqua carnis laniamenta. *et ibid.* Ac per hoc etiam valet membra mortalia, laniamentis manentibus, firmare.

LĂNĬĀRĬUM, ĭi, n. 2. (lanio) idem quod laniena, κρεωπώλιον. *Varro* 2. *R. R.* 4. 3. Ignavum et sumptuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab laniario, quam ex domestico fundo. Sunt qui putant hoc loco Ablativum *laniario* esse a recto *laniarius*, Italice *beccajo*: sed minus recte; nam laniena, non lanius, opponitur fundo: adde *laniarius* esse vocem nihili.

LANIARIUS, ii, m. 2. idem ac laniur. *Inscript.* apud *Gruter.* 1035. 4. C. NIGIDIVS PRIMVS LANIARIVS. *Ead.* tamen rectius legitur apud *Murat.* 967. 2. 2. NIGIDIVS PRIMVS LANARIVS. Itaque *laniarius* e Latio amandandus.

LĂNĬĀTĬO, ōnis, f. 3. (lanio) actus laniandi, *strazio*, ἄμυξις σπάραξις κρεουργία. *Seneca* 2. *Clem.* 4. In cædes hominum et laniationes pervenit.

LĂNĬĀTOR, ōris, m. 3. (lanio) idem ac lanius. *Gloss. Philox.* Laniator, μαχελλάριος.

LĂNĬĀTŌRĬUM, ii, n. 2. (lanio) idem ac laniena. *Gloss. Philox.* Laniatorium, μαχελλεῖον, κρεωπωλεῖον.

LĂNĬĀTUS, a, um. *V.* LANIO, as.

LĂNĬĀTUS, us, m. 4. (lanio) idem ac laniatio, *lacerazione, lo sbranare.*

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Tusc.* 43. 104. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti? *Justin.* 41. 3. 6. *de Parthis.* Sepultura vulgo, aut avium aut canum laniatus est. *Val. Max.* 9. 2. *in fin.* Laniatui esse animalibus, quæ corporibus innasci solent. *Apul. Florid. p.* 341. Laniatui membra offerre. *Gell.* 20. 1. Laniatu membra distrahere. *Ammian.* 14. 7. et 24. 2. discerpere. — In plurali num. *Val. Max.* 1. 6. *n.* 11. Avium ferarumque laniatibus objectus.

II.) Translate. *Tac.* 6. *Ann.* 6. Si recludantur tyrannorum mentes, posse aspici laniatus et ictus: quando ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis animus dilaceratur.

LĂNĬCĬA, æ, f. 1. *et*

LĂNĬCĬES, ēi, f. 5. lana, lanicium. *Laberius* apud *Non. p.* 212. 22. *Merc.* Nil refert, mollem ex lanicia Attica, an ex hircorum pecore vestitum geras. *Tertull. in carm.* 2. *advers. Marcion.* 24. Sed quia lanicies renovata hæc corpora vestit. — Sunt qui scribunt *lanitia* et *lanities.*

LĂNĬCĬUM *vel* lanitium, ĭi, n. 2. idem quod lana, vel lanæ proventus, ἔριον.

I.) Proprie. *Virg.* 3. *G.* 384. Si tibi lanicium curæ, primum aspera silva Lappæque tribulique absint. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 20. (54). Seres lanicio silvarum nobiles. *Id.* 8. *ibid.* 47. 72. (189). Cujus coloris arietes sub lingua habuere venas, ejus et lanicium est in fetu. *Arnob.* 7. 16. Ergone ille putor, qui ex coriis tollitur atque exspirat ardentibus, qui ex ossibus, qui ex sætis, ex agnorum lanitiis, gallinarumque de plumis etc.

II.) Translate est pecus lanatum. *Arnob.* 1. 11. Ovilibus insidiatur lupus: numquid in culpa natura est, quod lanitiis extulit importunissimam belluam? *Id. ibid.* 21. Dii lanitia curent vestra numerosis fetibus multiplicari.

LĂNĬCĬUS *vel* lanitius, a, um, adject. (lana) laniger, lanatus, *lanuto. Arnob.* 5. 25. Custos gregis lanicii Eumolpus. *Capell.* 2. *p.* 39. Ammon apparuit cum cornibus arietinis et vestimento lanitio. *Koppius* ita legit; alii *laneo*, alii minus recte *linitio.* V. ibi adnotat. a *Koppio.*

LĂNĪCUS, ūtis, adject. omn. gen. (lana *et* cutis) qui cutem lanosam habet. *Laberius* apud *Tertull. Pall.* 1. *a med.* Aries reciprocicornis, lanicus, testitrahus.

LĂNĪĒNA, æ, f. 1. (lanius) macellum, officina, in qua laniantur ac venduntur carnes, *beccheria*, κρεοπώλιον.

I.) Proprie. *Plaut. Epid.* 2. 2. 15. Per myropolia et lanienas circumque argentarias rogitando sum raucus factus. Adde *Tertull. Anim.* 33. — *Tabernæ lanienæ* adject. vel per appositionem dixit *Varro* apud *Non. p.* 532. 20. *Merc.*, ubi perperam alii legunt *lignææ*; male item nonnulli, ut *Merc.*, *lanignæ*, tamquam a *lanius.* Hinc *Liv.* 44. 16. Pone veteres (*scil.* argentarias, *T. Sempronius Gracchus censor a. U. C.* 585.) lanienasque et tabernas conjunctas in publicum emit.

II.) Figurate accipitur pro ipsa laceratione. *Ammian.* 29. 1. Omnique laniena excruciari. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 497. Num mitiores sunt manus medentium, Laniena quando sævit Hippocratica?

LĂNĪFER, fĕra, fĕrum, adject. (lana *et* fero) lanam ferens, *che produce lana*, ἐριοφόρος. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 14. 28. (90). Æthiopia Ægypto contermina insignes arbores non fere habet, præter laniferas.

LĂNĪFEX, fĭcis, m. 3. *et*

LĂNĪFĬCA, æ, f. 1. *V.* LANIFICUS.

LĂNĪFĬCĬUM, ii, n. 2. (lana *et* facio) lanæ opificium, *lanificio*, ἐριουργία. *Vitruv.* 6. 10. Œci, in quibus matres familiarum cum lanificiis habent sessiones. *Est qui rectius leg.* lanificis. *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 9. Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. *Colum.* 12. *R. R. præfat.* § 9. Ut ne lanificii quidem curam suscipere dignentur. *Id. ibid.* ex *Cic. Œcon.* 3. 2. Instrumenta, quibus (*mulieres*) ad lanificia utuntur. Adde *ibid.* § 3. *Sueton. Aug.* 64. Lanificio assuescere. *Justin.* 2. 6. 5. Athenienses primi usum lanificii docuere. Adde *eumd.* 2. 4. 11.

LĂNĪFĬCUS, a, um, adject. (lana *et* facio) qui lanæ artem exercet, *lanajuolo*, ἐριουργός. *Tibull.* 2. 1. 10. Manum lanificam imponere pensis. *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 332. lanificæ doctissimus artis. Adde *Ovidii* locum allatum in fin. *Martial.* 6. 58. Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores Stamina. *h. e.* tres Parcæ. *Fronto p.* 218. Neque mensum, neque pensum fatorum lanificum duco. *Lanificum* quidam volunt a *lanifex, ficis*: at potest esse pro *lanificorum*; vel potius *lanificum* est adjectivum cum *menso* et *penso* junctum. — Hinc

Lanifica, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est mulier, quæ lanæ operam dat. Lanificæ autem mulieres non solum lanam facere, sed texere etiam et vestem ex ea conficere solebant. *Ulp. Dig.* 33. 7. 12. *ante med.* Item lanificæ, quæ familiam rusticam vestiunt. *Ovid.* quoque 6. *Met. init.*, ubi de Arachne loquitur celebri *lanificæ laudibus artis*, non solum subigendæ ac nendæ, sed et texendæ lanæ et conficiendarum inde vestium artificio mirabilem fuisse dicit. *Albinov.* 2. 77. Lydia te tunicas jussit lasciva fluentes Inter lanificas ducere sæpe suas. Cf. *Inscript.* apud *Orell.* 4639. HIC SITA EST AMYMONE MARCO. OPTIMA ET PVLCHERRIMA LANIFICA. PIA. PVDICA. etc.

LĂNĪGER, gĕra, gĕrum, adject. (lana *et* gero) qui lanam fert, *lanuto*, ἐριοφόρος. *Ennius* apud *Paul. Diac. p.* 59. 5. *Müll.* Propter stagna, ubi lanigerum pecus piscibus pascit. *h. e.* propter paludem, in qua nascuntur pisces similes ranunculis, quos oves consectatæ edunt, ut *ibid.* ait *Paul. Diac.* Sic *Accius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 22. 44. Pecus lanigerum eximia pulcritudine. *Virg.* 3. *G.* 287. Lanigeri greges. *Id.* 7. *Æn.* 93. bidentes. *Varro* apud *Non. p.* 182. 16. *Merc.* Hæc lanigeras (*oves*) detonderi docuit tunicareque homullum. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 10. 21. (38). Ejusdem insulæ excelsiore suggestu lanigeræ arbores alio modo, quam Serum. *h. e.* quæ gossipion ferunt. Eodem sensu dixit *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 179. quod molli tondeat de stipite Seres, Frondea lanigeræ carpentes vellera silvæ. et *Sil. It.* 6. 5. Seres lanigeris repetebant vellera lucis. Rursus *Plin.* 11. *Hist. nat.* 24. 28. (80). *de araneo.* Est quædam intus lanigeris fertilitas. — Hinc

Laniger, geri, m. 2. absolute, substantivorum more. *Phædr.* 1. 1. Laniger timens. *h. e.* agnus. *Ovid.* 7. *Met.* 312. innumeris effetus laniger annis. *h. e.* aries. — *Manil.* sæpissime (ut 1. 672., 2. 279., 4. 512. et 742.) *lanigerum* de Ariete signo cælesti dixit.

LĂNĪGNUS, a, um. *V.* LANIENA I.

LĂNĪLŪTOR, ōris, m. 3. (lanam *et* lavo, luo) qui lanam lavat. *Gloss. Philox.* Lanilutor, ἐριοπλύτας. Sic *Gloss. Cyrill.* Ἐριοπλύτης, lanitor (*corrige* lanilutor).

LĂNĬO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Lanians* I.; *Laniatus* I. et II.; *Laniandus* I. — Ratione habita etymi, videtur a v. *lacerare* (teste *Paul. Diac. p.* 117. 18. *Müll.* Lacerare dividere, comminuere est; ex quo dictus est lanius, qui discindendo lacerat pecora), sive a syllaba primitiva *lac* eodem jure deduci posse videtur, quo *quini* a *quing*, *deni* a *dec*, *sumen* a *sug* et similia. Ceterum laniare est in frusta secare, scindere, lacerare, ἀμύσσω (It. *fare in pezzi, sbranare, dilaniare, straziare, lacerare*; Fr. *déchirer, mettre en pièces, écorcher*; Hisp. *desgarrar, rasgar, despedazar*; Germ. *zerfleischen, zerreissen*; Angl. *to cut like a butcher, to tear or cut in pieces, cut up, lacerate, mangle, laniate*).

I.) Proprie. *Cic.* 7. *Fam.* 1. *circa med.* Quum homo imbecillus a valentissima bestia laniatur. Sic *Liv.* 27. 37.; et *Sueton. Cal.* 27. et *Ner.* 37. Laniare aliquem. et *Ovid.* 7. *Met.* 346. laniatum mersit in undis. et *Virg.* 6. *Æn.* 494. laniatum corpore toto Deiphobum vidit. *Cic.* 1. *Divinat.* 47. 106. Se intorquentem lanians rostroque cruentans. *Liv.* 9. 1. *a med.* Nisi hauriendum sanguinem laniandaque viscera nostra præbuerimus. Adde *Ovid.* 4. *Met.* 456. *Virg.* 3. *G.* 514. Discissos nudis laniabant dentibus artus. *Ovid.* 3. *Art. am.* 678. Laniare ora digitis. *Id.* 2. *Met.* 350. crinem manibus. *Tac.* 1. *Hist.* 41. Ceteri crura brachiaque fœde laniavere. *Sueton. Domit.* 17. Laniare digitos. *Virg.* 12. *Æn.* 606. Laniata genas. Sic *Ovid.* 2. *Met.* 335. sinus. *et* 4. *ibid.* 139. comas. *Id.* 2. *Art. am.* 171. Laniare tunicam. *et* 5. *Met.* 398. vestem ab ora summa. *Tac.* 3. *Hist.* 85. Vestis laniata.

II.) Translate. *Ovid.* 1. *Met.* 60. Venti nundum laniant. *Id. Heroid.* 7. 135. laniataque classis Postulat exiguas semirefecta moras. *Id. Remed. am.* 367. Et tua sacrilegæ laniarunt carmina linguæ. *criticarono senza riguardo.*

LĂNĬO, ōnis, m. 3. *V.* LANIUS, et LANIO (n. ONOM.

LĂNĬŎLUM, i, n. 2. *deminut.* lanii, parva laniena. *Fulgent.* 1. *Mythol. præf. a med. Loquitur Calliope.* Nisi me Galeni cura exclusisset, quæ pene cunctis Alexandriæ ita est inserta angiportis, quo chirurgiæ carnificinæ laniola pluriora habitaculis numerentur.

LĂNĬŌNĬUS, a, um, adject. (lanius) ad lanium pertinens, *da beccajo*, κρεουργικός. *Sueton. Claud.* 15. Carnificem statim acciri cum machæra mensaque lanionia flagitavit. *h. e.* mensa, in qua scinditur caro.

LĂNĪPENDENS, entis, particip. ab inusit. *lanipendo*, qui lanam pendit, lanipendius. *Gloss. Philox.* Lanipendens, σταθμοῦχος, γυνὴ ἡ τὸν σταθμὸν παρεχουσα ταῖς ἄλλαις.

LĂNĪPENDĬUM, ii, n. 2. (lana *et* pendo) locus, in quo pensa distribuuntur lanificis mulieribus. *Inscript.* apud *Romanelli Topogr. Napol. T.* 2. p. 273. PHILODESPOTOS ADIVTORIS TI. CLAVDII CARSARIS AVG. SERVVS VICARIVS ZOSIMENI CONSERVAE LANIPENDI (*h. e.* lanipendii) MINISTRAE FECIT. *Orellio* vero τὸ *lanipendi* est Dativus sing. num. a *lanipens*, et illud M. EST (*bene*) *merenti* vel *merito.* Videtur tamen *lanipendi* esse pro *lanipendia*, h. e. libraria. V. *Libraria* in v. LIBRARIUS sub B.

LĂNĪPENDĬUS *et*

LĂNĪPENDUS, a, um, adject. (lana *et* pendo) qui lanam pendit et distribuit lanariis nendam aut carminandam. — *a) Lanipendius* legitur apud *Paul. Dig.* 24. 1. 38. *sub init.* In ea re uxor tamquam lanipendia fuerit, et viri negotium procuraret. Cf. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 6. 475. Sic *Gloss. Philox.* Lanipendius, σταθμοῦχος ἐριδίων. — *b) Lanipendus* legitur in *Inscript.* apud *Spon. Miscell. antiq.* p. 223. D. M. IRENES LANIPENDAE V. A. XXXVIII. OLYMPVS BENEMERENTI FECIT. *Alia* in *Mus. Acad. Mank. p.* 22., quæ est apud *Henzen.* 6322. T. FLAVIVS AVG. L. ZOSIMVS LANIPENDVS. Adde *aliam* apud *Don. ci.* 8. n. 57.

LĀNĪPES. *V.* PLANIPEDES.

LĀNISTA, æ, m. 1. (lanio)

I.) Proprie est qui ludo præest gladiatorio, et gladiatores exercet in arte pugnandi, ut publice mutuo lanientur, *maestro de' gladiatori*, μονομαχοτρόφος. Lanistæ (quorum artificium probrosum erat) familias domi habebant (V. *Sueton. Aug.* 42.), quas in gladiatura instituebant (V. *eumd. Cæs.* 26.) et mox vendere solebant munerariis. *Cic.* 1. *Att.* 16. Quum accusator, tamquam censor bonus, homines nequissimos rejiceret: reus, tamquam clemens lanista, frugalissimum quemque secerneret. *Juvenal.* 6. 215. Testandi quum sit lenonibus atque lanistis libertas. *Id.* 11. 8. Scripturus leges et regia verba lanistæ. *Sueton. Viteli.* 2. Lanista circumforaneus. *h. e.* qui circum fora vagabatur ad artem suam ostentandam. Adde *Martial.* 11. 67. Sic *Inscript.* apud *Mommsen. Inscr. Neap.* 2395. et apud *Henzen.* 6172. CN. MARTIVS FELIX LANISTA AVGVST. Adde *alias* apud *Orell.* 2551. et 2554. — Latiori sensu (quamvis de gladiatore sermo sit) in malam partem est latro vel latronum dux, *bandito, capo di banditi*, apud *Cic. Rosc. Am.* 40. 118. Num aut ille lanista omnino jam a gladiatore recessisse videtur, aut iste discipulus magistro tantulum de arte concedere? Adde *eumd. ibid.* 6. 17.

II.) Translate de eo dicitur, qui alios committit, et causa est rixæ et dimicationum. *Anton.* in *epist.* apud *Cic.* 13. *Phil.* 19. 40. Ne videret unius corporis duas acies, lanista Cicerone, dimicantes. *Liv.* 35. 33. Populum Romanum cum Antiocho, lanistis Ætolis, non sine pernicie Græciæ dimicare. — *Rixosarum avium lanistas* appellat eleganter eos *Colum.* 8. *R. R.* 2. 5., qui ferocissimum quemque alitem certaminibus et pugnæ præparabant: qua de re *Plin.* 10. *Hist. nat.* 21. 24. (48). *de gallis gallinaceis.* Jam ex his quidam ad bella tantum et prælia assidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum aut Tanagram etc.

LĀNISTĀTŪRA, æ, f. 1. (lanista) lanistæ artificium. In *vet. Tab. æn. Heracl.* apud *Mazoch. p.* 424. n. 49. QVEIVE LANISTATVRAM ARTEMVE LVDICRAM FECIT, FECERIT. Ubi *Mazoch. p.* 443. Vox Lexicis ignota, nunc primum in Latium, unde ævo optimo prodierat, ope æris hujus revocatur.

LĀNISTĪCĬUS, a, um, adject. (lanista) ad lanistam pertinens, ut Lanisticia familia, apud *Petron. fragm. Tragur.* 45. *Burmann.*, quæ a *Sueton. Aug.* 42. lanistarum familia dicitur.

LĀNĪTĬA *et*
LĀNĪTĬES *et*
LĀNĪTĬUM *et*
LĀNĪTĬUS, *V.* LANICIA, LANICIES, LANICIUM et LANICIUS.

LĀNĬUM, ii, n. (lanius) idem ac laniena, *beccheria. Phædr.* 3. 4. Pendere ad lanium quidam vidit simium. *Alii* tamen ita locum interpretantur, ut *lanium* sit Accusativus a *lanius*. V. tamen LANIOLUM.

LĀNĬUS, ii, m. 2. *et* lănĭo, ōnis, m. 3. (lanio, as) qui carnes in carnario vendit populo: a laniandis pecudibus, quod eas concidat lanietque, κρεοπώλης, κρεουργός (It. *beccajo, macellajo*; Fr. *boucher*; Hisp. *carnicero*; Germ. d. *Fleischer, Metzger*; Angl. *a butcher*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) Forma *lanius* occurrit apud *Ter. Eun.* 2. 2. 26. Cetarii, lanii, coqui, fartores. Quod laudat *Cic.* 1. *Off.* 42. 150. Cetarii, lanii, coqui, ut ait Terentius. *Varro* 2. *R. R.* 4. 8. Quoad verres perveniat ad lanium: hic enim conciliator sulliæ carnis datus populo. Adde *locum* mox *cit.* sub 2.; *Liv.* 2. 25. et 3. 48.; e: *Sueton. Claud.* 40. *Phædr.* 3. 4. Pendere ad lanium quidam vidit simium. *V.* LANIUM. — *b*) Forma *lanio* legitur apud *Petron. fragm. Tragur.* 39. *Burmann.* In Libra laniones et unguentarii nascuntur. *Paul. Dig.* 33. 7. 18. Quum de lanionis instrumento quæritur. *Pompon. ibid.* 1. 2. 2. *ante med.* Arrepto cultro de taberna lanionis. *Inscript.* apud *Henzen.* 7237. IOVI O. M. ET GENIO TI. AVGVSTI SACRVM LANIONES. Adde *aliam* apud *Orell.* 4229. *Flav. Caper de Orthogr. p.* 2245. *Putsch. Lanius* nomen est: verbum autem *lanio, as*: at dixerunt tamen et *lanio* in nomine. — De discrimine inter lanium et macellarium, *V.* MACELLĀRIUS. ¶ 2. Latiori sensu *lanius* dicitur etiam victimarius. *Varro* 2. *R. R.* 5. 11. Lanii, qui ad cultrum bovem emunt, et qui ad altaria, hostiæ sanitatem non solent stipulari.

II.) Translate *lanius* dicitur carnifex. — *a*) *Lanius* apud *Plaut. Pseud.* 1. 3. 98. Lanios inde arcessam duos cum tintinnabulis. — *b*) *Lanio* apud *Sedul. carm.* 2. 127. *ad Herodem.* Quis tibi nunc, lanio, cernenti talia sensus?

LANNA pro *lamna* (quæ syncope est pro *lamina*, *V.* LAMINA) legitur in quibusdam MSS. *Arnob.* 2. 41. teste *Heins.* ad *Petron.* 58. *Burmann.* Et *Gloss. Philox.* Lannæ, λοβοί. *Grammat. incert. p.* 105. *Eichenfeld.* Lanna. λοβός ὠτίου.

LĀNO, as, are, n. 1. lanosus fio, lanam porto. *Gloss. Philox.* Lano, as, ἐριοφορέω.

LĀNŌCŬLUS, i, m. 2. qui lana tegit oculi vitium. *Paul. Diac. p.* 118. 9. *Müll.* V. dicta in LANA I.

LĀNŌSĬTAS, ātis, f. 3. (lanosus) lanicies, lana. *Tertull. Pall.* 3. Muscosæ lanositatis conchæ.

LĀNŌSUS, a, um, adject. (lana) lana abundans, *lanoso, lanuto*, ἐριώδης. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 7. Prolixi villi, nec asperi, lanosi et ampli uteri. *Apul.* 5. *Met.* Confingit, esse juvenem quemdam et speciosum et commodum, lanoso barbitio genas inumbrantem. *Marcell. Empir.* 36. *in fin.* Quæ herba longa et lata et mollia et lanosa folia habet, et thyrsum longum lanosum facit.

LANTERNA. *V.* LATERNA init.

LANTERNĀRĬUS. *V.* LATERNARIUS.

LĀNŪGĬNĔUS, a, um, adject. (lanugo) idem ac lanuginosus. *Apul. Herb.* 62. Foliis paullo majoribus, atque floccosis, vel lanugineis adnationibus.

LĀNŪGĬNŌSUS, a, um, adject. (lanugo). Comp. *Lanuginosior*. — Lanuginosus est lanuginem habens, *lanuginoso*, λαχναίος. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 27. (85). Lanuginosus araneus. *Id.* 30. *ibid.* 15. 47. (139). vermiculus. *Id.* 25. *ibid.* 8. 45. (83). Aspera et lanuginosa folia. *Id.* 22. *ibid.* 20. 24. (50). Herba lanuginosior.

LĀNŪGO, inis, f. 3. (lana) tenera quasi lanæ tenuioris mollities, qualis in herbis, in pomis quibusdam, ut in malis cotoneis et similibus, in pullis avium pennas emittere incipientibus, et in puerorum genis, ἴουλος, λάχνη (It. *lanugine, peluria*; Fr. *substance laineuse, coton des plantes, barbe naissante*; Hisp. *substancia lanuda*; Germ. d. *Wolle, d. Wollige*; Angl. *the soft tender hair or down the soft wool*).

I.) Proprie. — De herbis et plantis. *Lucret.* 5. 814. herba cubile Præbebat, multa et molli lanugine abundans. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 12. 66. (108). Folia araneosa lanugine obducta. *Id. ibid.* 11. 50. (87). Arundinum lanugo illita auribus. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 12. Aminea vitis præcipue canescit lanugine. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 2. (14). Gossipion similem barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur. *Capell.* 6. *p.* 223. Post quos Seres, qui undis adspergunt arbores suas, ut lanugo, quæ sericum creat, possit admitti. Cf. *Ammian.* 23. 6. Abinde silvæ subtilicidæ, a quibus arborum fetus aquarum asperginibus crebris velut quædam vellera mollientes ex lanugine et liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt nentesque subtemina conficiunt sericum. Huc referri potest et illud *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 44. (126). Linea lanugo. *h. e.* quæ ex lineis pannis deraditur. — De pomis. *Virg.* 2. *Ecl.* 51. cana legam tenera lanugine mala. — De animalibus, et præcipue de pueris. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 32. 50. (117). Cervorum cornua arundineas in paniculas molli plumata lanugine. *Ovid.* 1. *Amor.* 14. 23. Comæ graciles et lanuginis instar. *Virg.* 10. *Æn.* 324. flaventem prima lanugine malas Dum sequeris Clytium. *Ovid.* 13. *Met.* 753. octonis iterum natalibus actis Signarat dubias tenera lanugine malas. Adde *eumd.* 12. *ibid.* 291. Sic *Id.* 5. *Fast.* 173. nova lanugo. *Sueton. Oth.* 12. a prima lanugine. Adde *eumd. Ner.* 34. Similiter *Tertull. Cult. fem.* 8. Primam quamque subducere totius corporis lanuginem. *Ammian.* 29. 6. Prima lanugine juvenis. (*Id.* dixit 30. 7. In flore primo genarum). *Id.* 31. 10. Dum lanugo genis inserperet. *Id.* 16. 12. Juvenis adultæ lanuginis.

II.) Figurate de scobe, *limatura, raschiatura, segatura*. *Colum.* 4. *R. R.* 29. 16. Plaga lævis relinquitur, nulla interveniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra. Adde *Pallad.* 12. *R. R.* 12. 5. et *V.* ibi a *Schneidero* adnotata.

LĀNŪLA, æ, f. 1. *deminut.* lanæ, *lanuzza. Cels.* 6. 9. *ad fin.* Alumen involutum in lanula. *Id.* 7. 27. Tenues carunculæ lanulis similes. *stracci.*

LANX, lancis, f. 3. Etiam *lances, is* declinatur ab *Isid.* 16. *Orig.* 25. 4. — Quod ad etymon attinet, videtur *Varro* 5. *L. L.* 120. *Müll.* a *latitudine* ducere: sed est ab inusit. λάνω pro λάω seu τλάω *fero*, cujus præter. perf. λέλαγγα, unde prius *lancs*, deinde *lanx*: nisi mavis esse a λάω, *n* inserto, ut sæpissime aliias apud Latinos; hinc etiam *lagena*, quod capiat. — Quidquid vero sit de etymo, lanx est vas escarium latum et cavum ex aliquo nobiliori metallo plerumque factum, in quo cibi reponuntur et mensæ inferuntur, πίναξ (It. *piatto, bacino*; Fr. *plat, écuelle*; Hisp. *plato, escudilla*; Germ. d. *Schale, Schüssel*; Angl. *a broad plate, platter, charger*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Universim. *Plaut. Curc.* 2. 3. 42. PHAE. Si scias, reliquiæ quæ sint. CVR. Scire nimis lubet. PHAE. Pernam, abdomen, sumen, suis glandium. CVR. Ain' te omnia hæc? In carnario fortasse dicis. PHAE. Immo in lancibus. *Cic.* 6. *Att.* 1. *circa med.* In filicatis lancibus, et splendidissimis canistris, olusculi, nos soles pascere: quid te in vasis fictilibus appositurum putem? *Horat.* 2. *Sat.* 4. 40. rotunda. Curvet apter lances. *et ibid.* 2. 4. inter lances mensasque nitentes. *Ovid.* 3. *Pont.* 5. 19. Et magis adducto pomum decerpere ramo, Quam de cælata sumere lance juvat. *Juvenal.* 5. 80. Aspice quam longo distendat pectore lancem, Quæ fertur domino squilla. *Martial.* 11. 31. Sic implet gabatas paropsidasque Et leves scutulas cavasque lances. *Id.* 10. 29. Quam mihi mittebas Saturni tempore lancem, Misisti dominæ, Sextiliane, tuæ. — Insignis magnitudinis lances in luxu Romanorum fuisse legimus. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 53. (145). Lances e centenis libris argenti, quas tunc super quingentas numero Romæ fuisse constat. *et mox.* Claudii principatu servus ejus Drusillanus quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat: et comites ejus octo octingentarum quinquaginta librarum. *h. e.* e quingentis libris argenti: comites vero ejus octo universæ, non singulæ ex octingentis quinquaginta. *Tertull. Apolog.* 6. In lances (parum est enim si senatorum, et non libertinorum vel adhuc flagra rumpentium) argentaria metalla producta. — Etiam quadratas lances memorat *Ulp. Dig.* 34. 2. 20.; et *Paul. ibid.* 6. 1. 6. — *b*) Lancium usus etiam in sacris frequens fuit, impositis victimæ carnibus, aut ture etc. *Virg.* 2. *G.* 194. Lancibus et pandis fumantia reddimus exta. *et ibid.* 394. Baccho lances et liba feremus. *et* 8. *Æn.* 284. cumulantque oneratis lancibus aras. *Ovid.* 4. *Pont.* 8. 39. Nec quæ de parva dis pauper libat acerra Turaminus, grandi quam data lance, valent. *Auson. Technopægn. de monosyllab. per interrogat.* 5. Turibula et pateræ: quæ tertia vasa deum? lanx. — *c*) *Per lancem et licium furta concipere* apud *Paul. Diac.* p. 117. 2. *Müll.*, et *Gell.* 11. 18. prisci Romani ex jure Attico (V. *Aristoph. Nub.* v. 497.) hoc modo solebant. Qui furti quærendi causa domum alienam, in qua illud latere suspicio erat, nudus intrabat, ne rem furtivæ similem sub veste habere videretur, sed propter matrumfamilias aut virginum præsentiam licio seu linteo virilia tectus erat, lancem vero manibus tenebat. Hac ratione si furtum inventum esset, fur perinde multabatur, ac si manifestum furtum fecisset, pœna autem manifesti furti ex lege XII. Tabularum capitalis erat. *Cajus* 3. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 192. Qui furtum quærere velit, nudus quærat, linteo cinctus, lancem habens; qui si quid invenerit, jubet id lex furtum manifestum esse. Quid sit autem linteum, quæsitum est, sed verius est, consuti genus esse, quo necessariæ partes tegerentur. *et mox.* Deinde lex lancem ideo haberi jubet, ut manibus occupantis nihil objiciatur, sive ideo, ut quod invenerit, ibi imponat. His similia habet *Scholiast. Aristoph.* ad *loc. cit.*, et *Plato de legib. l.* 12., ubi *licium* vel *linteum* χιτωνίσκον appellat, qui tamen, ut et *Aristophanes*, nullam lancis mentionem facit. — Hunc quærendi furti ritum sustulisse videtur lex Æbutia; ait enim *Gell.* 16. 10. Quum furtorum quæstiones cum lan-

ce - et licio evanuerint, omnisque illa XII. Tabularum antiquitas, lege Æbutia lata, consopita sit, etc. Sed ex eo tempore non amplius ab ipsis dominis, iisque nudis, requirebantur res furtivæ, sed a præcone et servo publico, adhibitis testibus, ut patet ex *Plaut. Merc.* 3. 4. 78. et *Petron. Satyr.* 97. ¶ 2. A similitudine *lances* sunt in libra duo illa vascula, in quorum altero pondus, in altero res ponderanda imponitur: unde *bilanx* dicta, *bilancia*. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 12. 38. Ut enim necesse est lancem in libra, ponderibus impositis, deprimi; sic animum perspicuis cedere. *Id.* 5. *Tusc.* 17. 51. Critolaus quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa; tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram et maria deprimat. Adde *eumd.* 5. *Fin.* 30. 91.; et *Sueton. Vesp.* 25.

II.) Figurate, metaphorâ sumptâ a superiori paragr. 2. *Virg.* 12. *Æn.* 725. Juppiter ipse duas æquato examine lances Sustinet, et fata imponit diversa duorum. *Pers.* 4. 10. Scis etenim justum gemina suspendere lance Ancipitis libræ. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 7. 5. (44). Is demum profecto vitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. *farà giusta stima della vita umana. Modestin. Dig.* 42. 1. 20. Quod et in persona mulieris æqua lance servari, æquitatis ratio suggerit. *h. e.* pari eodemque modo.

LĂPĂTHĬUM, ii, n. 2. *et*

LĂPĂTHUM, i, n. 2. *et*

LĂPĂTHUS, i, f. et m. 2. λάπαθον et λάπαθος (a λαπάσσειν *evacuare*), *lapazio*, herba duplicis generis, sativi et silvestris. Sativum, cujus varii sunt usus in medicina. Silvestre sapore proximum sativo, follis acutis, colore betæ candidæ, radice minima: Latina appellatione *rumex* dictus. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 85. (231)., ubi et alias ejus species recenset. — *a*) Formâ *lapathium* habet *Varro* apud *Non. p.* 550. 17. *Merc.* Eamdem voluptatem consequi lapathio et ptisana possum. Adde *eumd.* 5. *L. L.* 103. *Müll.* Et *Pomponius* apud *Non. p.* 11. 5. *Merc.* Larpathium (*lege* Lapathium) nullum utebatur (*al.* vescebatur), lardum lurcabat lubens. — *b*) Forma *lapathum* legitur apud *Plin. loc. cit.* — *c*) Forma *lapathus* f. gen. occurrit apud *Colum.* 10. *R. R.* 373. Lubrica jam lapathos, jam rhamni sponte virescunt. *lubrica* dicitur, quia ventrem ciet, *Horat.* 2. *Sat.* 4. 29. teste. *V.* TAMNUS. — *d*) Formâ *lapathus* m. gen. habet *Lucilius* apud *Cic.* 2. *Fin.* 8. 24. O lapathe, ut jactere necesse est, cognitu' cui sis. Innuit *Lucilius* fuisse inter bortensia in delicils mensarum. Unde *Horat. Epod.* 2. 54. Non attagen Ionicus Jucundior, quam lecta de pinguissimis Oliva ramis arborum, Aut herba lapathi prata amantis, et gravi Malvæ salubres corpori. — *e*) Dubia est forma apud *Horat.* 2. *Sat.* 4. 29. lapathi brevis herba. Adde *eumd. loc. cit.* sub d. Sic *Seren. Sammon.* 20. 369. calami radix lapathique legumen.

LĂPICÆDĪNA. *V.* LAPICIDINÆ.

LĂPĪCĪDA, æ, m. 1. (lapis *et* cædo) qui lapides cædit et polit, *tagliapietre, scarpellino*, λιθουργός, λιθοξόος. *Varro* 8. *L. L.* 62. *Müll.* Qui lapides cædunt, lapicidas; qui ligna, lignicidas non dici. — Scribitur *et lapidicida*, quamvis *lapicida* rectius, ut *homicida* dicitur, non *hominicida*; est autem idem ac quadratarius. *Sidon.* 3. *Ep.* 12. *de epitaphio.* Vide, ut vitium non faciat in marmore lapidicida: quod factum sive ab industria, seu per incuriam mihi magis, quam quadratario, lividus lector adscribat.

LĂPĪCĪDĪNÆ, ārum, f. plur. 1. (lapis *et* cædo). Sunt quibus placet *lapidicina*, quod etiam ex *Paul. Diac. p.* 118. 13. *Müll.* probari posse videtur, si ordinem ibi litterarum spectes, atque ita etiam scribitur in *Not. Tir. p.* 93. et in *Gloss. Philox.*, idque sic adprobat *Consentius de barbar.* (edente *Phil. Eutmanno*) 9. Simile est, ut quum dicit quis *lapidicinas* et *lapicidinas*; in utroque enim metaplasmus non est per transmutationem, quoniam utrumque certa etymologia recte et Latine dicitur. Hæc *Consentius*. Ceterum si a *lapicida* derivatur, hoc autem a *lapis* et *cædo; lapicidina* est præferendum, ut *ruina* est a *ruo, fodina* a *fodio*. Quin etiam in *Inscript.* apud *Gruter.* 1035. 2., in *alia* apud *Orell.* 1243., et in *alia* apud *Labus. Epigr. Lat. Epiz. p.* 3. *lapicædinæ* scribitur. — Lapicidinæ est locus, ubi exciduntur lapides (ut ait *Paul. Diac. loc. cit.*), *cava di pietre*, λατομία. *Plaut. Capt.* 5. 1. 24. In lapicidinas compeditum condidi, ubi rescivi mihi data esse verba. *Cic.* 1. *Divinat.* 13. 23. In Chiorum lapicidinis saxo diffisso, caput exstitisse Panisci. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 7. 11. (57). Quantislibet molibus cædendis sufficiunt lapicidinæ. *Id.* 7. *ibid.* 56. 57. (195). Lapicidinas invenit Cadmus Thebis, aut, ut Theophrastus, in Phœnice. *Javol. Dig.* 23. § 18. Si tales sunt lapicidinæ, in quibus lapis crescere possit. *Ulp. ibid.* 24. 13. 7. § 13. Nisi tale sit marmor, ut lapis ibi renascatur; quales lapicidinæ sunt in Gallia, sunt et in Asia. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 7. 11. (55). Non omnia autem (*marmora*) in lapicidinis gignuntur, sed multa et sub terra sparsa. — *Servus a lapicidinis*, fuit inter officia domus Augustæ. *Inscript.* apud *Gruter.* 593. 8. HYMENÆVS CAESARIS N. SER. THAMYRIANVS A LAPICIDINIS CARYSTIIS.

LĂPĪCĪDĪNĂRĬUS, ii, m. 2. (lapicidina) qui lapicidinis præest. *Inscript.* apud *Murat.* 751. 2., quæ est apud *Orell.* 3246. T. TREMELLIVS T. L. NESTOR LAPICIDINARIVS ET TABVLARIVS PORTVENSIS A RATIONE MARMORVM. — Etiam *lapidicinarius* scribitur in *Gloss. Philox.* Lapicidinarius, λαξευτής. *et mox.* Lapidicinarius, λιθοξόος. *V.* voc. præced. init.

LĂPĪDĀRIS, e, adject. (lapis) idem ac lapidarius. *Inscript.* apud *Orell.* 4334. TERMINI LAPIDARES.

LĂPĪDĀRĬUS, a, um, adject. (lapis). ¶ 1. Est ad lapides pertinens, *di pietra. Plaut. Capt.* 3. 5. 65. Inde ibis porro in latomias lapidarias. *Petron. Satyr.* 117. Quid vos, inquit, me jumentum putatis esse, aut lapidariam navem? *h. e.* qua vehuntur lapides. *Id. fragm. Tragur.* 58. *Burmann.* Lapidarias litteras scio. *h. e.* quæ in lapidibus quadratæ et grandiores inscribi solent. *Inscript.* apud *Spon. Miscell. antiq. p.* 223., quæ est apud *Orell.* 4208. OPIFICES LAPIDARII. — Hinc *lapidarius* absolute, subaudi *faber*, lapicida, *tagliapietre. Petron. Satyr.* 65. Habinnas sevir est, idemque lapidarius, qui videtur monumenta optime facere. *Mela* apud *Ulp. Dig.* 13. 6. 5. *ante med.* Si servus lapidario commodatus sub machina perierit. — *Lapidarius* videtur differre a *marmorario*. Etenim *Inscript.* apud *Murat.* 2045. 5., quæ est apud *Orell.* 4220. IOVI ET NEMAVSO TITVLVS (*scribe* TITVLLVS) HERMES EXACTOR OPERAE PVBLICAE MARMORARIVS ET LAPIDARIVS, *scil.* dat. ¶ 2. *Lapidarii campi*, apud *Solin.* 2., sunt lapidosi. Cf. *Capell.* 6. *p.* 206. Ex cujus (*Herculis*) laboribus in Liguria campi Lapidarii sunt appellati, quod ibi eodem dimicante saxis ferunt pluvisse cælum. *Lapidarii campi* fuerunt inter Massiliam et Rhodani ostia, *Strabone* teste 4. *p.* 182. — Sic *lapidarius Hercules* in *Inscript.* Niciensi apud *Orell.* 2012. est idem ac SAXANUS, quam vocem *V.* suo loco. *V.* et LAPIDEUS 2. — Hinc

Lapidarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, *V.* sub 1. in fin.

LĂPĪDAT. *V.* LAPIDO sub *B.*

LĂPĪDĀTĬO, ōnis, f. 3. (lapis)

I.) Proprie ¶ 1. Est jactus lapidum, *il gettar pietre, il lapidare.* — *a*) In sing. num. *Cic.* 6. *Verr.* 43. *fin.* Fit magna lapidatio. *Id.* 2. *Orat.* 47. 197. Vim, fugam, lapidationem, crudelitatem tribuniciam in Cæpionis gravi casu in judicium vocabas. Adde *eumd. Dom.* 5. 12. *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 73. Intercedentem Bæbium collegam facta per populum lapidatione submovit. — *b*) In plur. num. *Cic. Sext.* 36. 77. Lapidationes persæpe vidimus: non ita sæpe, sed nimium tamen sæpe gladios. — Lapidatio fuit etiam supplicii genus apud Hebræos, tum etiam apud Macedones. Nam *Curt.* 6. 11. *ad fin.* Omnes ergo a Niromacho nominatos, more patrio, dato signo, saxis obruerunt. Sed nullus est auctoris Latini locus, in quo ea vox hac significatione fuerit usurpata. ¶ 2. Item est lapidum imber e cælo decidens. *Flor.* 3. 8. Non diu lapidatione (*dii*) terruere Romanos.

II.) Translate de casu grandinis. *Imp. Constantin. Cod.* 9. 18. 4. Ne vindemiæ ventis grandinisque lapidatione quaterentur.

LĂPĪDĀTOR, ōris, m. 3. (lapido) lapides jaciens, *lapidatore*, λιθοβολος. *Cic. Dom.* 5. 13. Percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ.

LĂPĪDĀTUS, a, um. *V.* LAPIDO.

LĂPĪDESCO, is, ere, inchoat. n. 3. (lapis) in lapidem convertor, seu in lapideam duritiem, *divenir pietra, impietrire*, λιθάομαι. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 2. 11. (22). *de coralio.* Ajunt, tactu protinus lapidescere. *Id.* 24. *ibid.* 13. 73. (120). Spongiæ ipsæ lapidescunt. *Id.* 16. *ibid.* 6. 8. (21). Glans, cujus in balano, utrimque ex longitudine, extrema lapidescit duritia.

LĂPĪDĔUS, a, um, adject. (lapis)

I.) Proprie ¶ 1. Est ad lapidem pertinens, ex lapide constans, *di pietra*, λίθινος. *Varro* 3. *R. R.* 5. 9. Flumen marginibus lapideis. *Id. ibid.* Lapideæ columnæ. *Cic.* 2. *Legg.* 18. 45. Ligneum (*donum*), quodque voluerit, uno e ligno dedicato, itemque lapideum, in delubris communibus. *Id.* 2. *Divinat.* 28. 60. Lapideus, aut sanguineus imber. *Liv.* 1. 38. *ad fin.* Muro lapideo urbem cingere. *Curt.* 5. 2. *a med.* Pons lapideus, flumini impositus, jungit urbem. *Colum.* 9. *R. R.* 7. 1. Suggestus lapideus. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 50. (169). In lapideo mortario terere. *Id.* 27. *ibid.* 11. 74. (98). Lapidea duritia. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 423. 4. PORTICVS LAPIDEAE MARMORATAE. *h. e.* e lapide structæ et operæ tectorio marmorato ornatæ. Adde *aliam* apud *Fabrett. p.* 697. *n.* 190. *P. Syrus* apud *Petron. Satyr.* 55. Quo Carchedonios optas ignes lapideos? *h. e.* gemmas ignei coloris. ¶ 2. Est etiam lapidosus. *pieno di sassi. Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (34). et 21. *ibid.* 10. 31. (57). Lapidei campi. Priore loco designat campum saxis plenum, in quo Hercules contra Neptuni liberos pugnans, quum tela omnia consumpsisset, ab Jove imbre lapidum adjutus dicitur. Credas, pluisse, inquit *Mela* 2. 5., adeo multi passim et late jacent. Is est in Gallia Narbonensi, non longe ab ostiis Rhodani. *Solin.* 2. in Liguria locat.

II.) Translate. *Ennius* apud *Festum p.* 162. 33. *Müll.* Lapideo sunt corde multi, quos non miseret neminis. *hanno un cuore di sasso.* et *Plaut. Truc.* 4. 3. 44. Lapideus sum: commovere me miser non audeo. *son di sasso*, præ stupore et metu.

LĂPĪDĬCÆSOR, ōris, m. 3. idem ac lapicida. *Gloss. Philox.* Lapidicæsor, λατόμος.

LĂPĪDĬCĪDA. *V.* LAPICIDA.

LĂPĪDĬCĪNÆ. *V.* LAPICIDINÆ.

LĂPĪDO, as, āvi, ātum, are, 1. (lapis). Part. *Lapidatus* sub *A.* 1. 1. et II. — Lapidare occurrit *A*) Active; et *B*) Impersonaliter.

A) Active lapidare

I.) Proprie ¶ 1. Est lapides jacere, lapidibus aliquem petere, *lapidare*, λιθάζω. *Auct. B. Hisp.* 22. Ab oppidanis concursu facto, eum, qui legatos jugulasset, lapidare cœperunt. *Flor.* 1. 22. Exercitus imperatorem, facta seditione, lapidavit. *Macrob.* 2. *Saturn.* 6. Lapidatus a populo Vatinius. *Petron. Satyr.* 93. Per fidem, saltem nobis parce, qui te numquam lapidavimus. *Sueton. Cal.* 5. Quo defunctus est die, lapidata sunt templa, subversæ deûm aræ. ¶ 2. Item saxa congerere, saxis tegere. *Petron. Satyr.* 114. Si voluerit misericors ad idem litus expellere, aut præteriens aliquis tralaticia humanitate lapidabit, aut imprudens arena componet. *Al. leg.* tumulabit.

II.) Translate. *Macrob.* 2. *Saturn.* 7. Notantes impotentiam ejus hac dicacitate lapidatam.

B) Impersonaliter est lapidibus pluere. — *a*) Activâ formâ. *Liv.* 43. 13. Reate imbri lapidavit. *Id.* 27. 37. Novendiale sacrum fuit, quia Vejis de cælo lapidaverat. — *b*) Passive. *Liv.* 29. 10. Libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de cælo lapidatum, inspectis. *Id.* 29. 14. Novendiale sacrum, quod de cælo lapidatum esset, factum.

LĂPĪDŌSĪTAS, ātis, f. 3. (lapidosus) duritiei similis lapidi. *Tertull. Habit. mul.* 6. In piscium cerebris lapidositas quædam est.

LĂPĪDŌSUS, a, um, adject. (lapis). Comp. *Lapidosior* II. — Lapidosus est lapidibus abundans, *sassoso, pietroso*, λιθώδης.

I.) Proprie. *Varro* 1. *R. R.* 9. 2. Lapidosa terra. *Ovid.* 1. *Met.* 44. Fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes. *Id.* 8. *ibid.* 799. Lapidosus ager. *et* 15. *ibid.* 23 fluvius. *Id.* 3. *Fast.* 273. rivus. *Veget.* 2. *Veterin.* 23. 8. *Schneid.* De hordeo quoque

non erit sollicitudo dissimilis, ne aut pulverulentum sit, aut lapidosum, aut mucidum etc.

II.) Figurate est durus instar lapidis. *Virg.* 2. *G.* 34. Lapidosa corna. *h. e.* quæ nucleum intus habent durissimum. Sic *Colum.* 10. *R. R.* 15. lapidosa poma pruni. *Pallad.* 3. *R. R.* 25. Lapidosi generis pira. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 91. Lapidosus panis. *h. e.* qui propter immixtam terram sabulosam offendit dentes et palatum. *Seneca* 2. *Benef.* 7. Fabius Verrucosus beneficium ab homine duro aspere datum, panem lapidosum vocabat, quem esurienti accipere, necessarium sit, esse acerbum. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 12. 30. (120). Sory splendescit, ut misy, et est lapidosius. *Id.* 37. *ibid.* 10. 54. (145). Aromatites gemma lapidosa. *Claudian. B. Get.* 240. lapidosos grandinis ictus. — Podagram *lapidosam* appellat *Pers.* 5. 58., quia in articulis lapidosam duritiem creat.

LĂPILLĔUS, a, um, adject. (lapillus) qui ex lapillo est. *Inscript.* sublestæ fidei, utpote quæ ad Ligoriana pertinet, apud *Murat.* 458. 1. VIAM ANTEHAC LAPILLEAM VTILITER STRATAM ET CORRVPTAM SILICE NOVO QVO FIRMIVS COMMEANTIBVS ESSET PER MILLIAR. SVM. XXI. SVA PECVNIA FECIT.

LĂPILLISCO *vel* lapillesco, is, ere, n. 3. (lapillus) proprie lapillus fio; sed occurrit translate tantum et est turgeo in modum lapilli. *Tertull.* 2. *ad Nation.* 12. Denique simul cœpit et Cælo vox insolescere, et ubera Terræ lapillescere, faciunt nuptias inter se. *h. e.* ubi cœpit pubescentis Cæli vox immutari, et Terræ papillæ duræ stantesque, seu sororiantes et horridulæ fieri cœperunt, quales solent esse puellarum nuptias appetentium.

LĂPILLŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* lapillus, *sasselino. Solin.* 10. Grues sublatis lapilluli saburrantur.

LĂPILLUS, i, m. 2. *deminut. a* lapis, parvus lapis, λιθάριον (It. *pietruzza, sassolino*; Fr. *petite pierre, petit caillou*; Hisp. *piedrecita, piedrezuela*; Germ. *e. Steinchen*; Angl. *a little stone, pebble, pebble-stone*). ¶ 1. Generatim. *Ovid.* 11. *Met.* 604. Invitat somnos crepitantibus unda lapillis. *Quintil.* 11. 3. 21. Lapillo tenues aquæ fluduntur. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 23. 30. (59). *de gruib.* Lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno et decidens indiligentiam coarguat. — *Martial.* 9. 53. diesque nobis Signanda melioribus lapillis. *h. e.* albis. Ita enim notabant faustos dies: infaustos vero atris. Sic *Pers.* 2. 1. Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo. De hoc more verba facit et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 40. 41. (131). *V.* CALCULUS I. 1. — Mos erat antiquis (inquit *Ovid.* 15. *Met.* 41.) niveis atrisque lapillis, His damnare reos, illis absolvere culpæ. ¶ 2. Speciatim in re medica dicitur de calculo. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 9. (42). Lapillus ejectus calculosb. *calculo.* ¶ 3. Item, sæpe de gemmis dicitur, *pietra preziosa, gemma*: et fere quidem de margaritis. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 80. inter niveos viridesque lapillos. *nivei* sunt margaritæ: *virides* smaragdi. Sic *Seneca Hippol.* 391. nec niveus lapis Dedurat aures, Indici donum maris. *V.* LAPIS. Rursus *Horat.* 1. *Ep.* 10. 19. Lapilli Libyci. *h. e.* tesserulæ e marmore Numidico. *Martial.* 1. 110. Indici. *et* 5. 37. Erythræi. *Propert.* 1. 15. 7. Rol. *Ovid. de nuce* 141. peregrini. *Id.* 3. *Art. am.* 129. caris aures onerare lapillis. *Ammian.* 23. 3. Auro lapillisque ornamenta distincta. — *Servius JCtus* apud *Ulp. Dig.* 34. 2. 20. *sub fin.* Ita lapillos a gemmis distinguit, ut hæ sint pellucidæ materiæ, lapilli non item: margaritas autem nec gemmis, nec lapillis contineri, ibidem *Sabinus* ait. ¶ 4. Lapillus idem etiam est ac lapis sepulcralis. *Inscript.* mendosa apud *Murat.* 1536. 6. et 2058. 4., emendata vero in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 269. *Burmann.* PARVA SVB HOC, TITVLO FESTI, SVNT OSSA LAPILLO, QVAE MISERAS FATO CONDIDIT IPSE PATER. *Grandi Genn., Origine dei cognomi p.* 104., Inscriptionem hanc spuriam immerito putat. V. *Orell.* 2990., ubi recte FESTI pro FESTII, nam ipse puer *Festius* vocabatur Papirii Prisci delicium.

LĂPĬO, is, ire, a. 4. durum efficere et quasi in lapidem convertere, apud veteres, *impietrire*, λιθόω. *Pacuvius* apud *Non. p.* 23. 7. *Merc.* Lapit cor cura,ærumna corpus conficit. *h. e.* perstringit et velati indurat. *Voss.* in *Etymol.* verbum neutrum putat, et hæc verba ita exponit: cor lapit, h. e. lapidescit cura et mœrore. *Paulo Diac. p.* 118. 12. *Müll.* lapire est dolore afficere.

LĂPIS, ĭdis, m. 3. Olim *lapis, is*, declinatum fuit. Hinc in Ablat. *lapi* pro *lapide*, ut *Priscian.* 6. *p.* 708. *Putsch.* docet. *Ennius* apud *eumd. ibid.* Obcumbunt multo leto (*vel rectius, ut cl.* Vahlen. *leg.* multi lætum) ferroque lapique. — *Lapiderum* pro *lapidum* dixit *Cn. Gell.* apud *Charis.* 1. *p.* 40. Sed hæc jampridem obsolevere. — Reperitur et in genere feminino: ad *Homeri* similitudinem, inquit *Non. p.* 211. 18. *Merc.*, qui et ἡ λίθος dixit. *Ennius* apud *eumd. ibid.* Tanto sublatæ sunt augmine tunc lapides. — Ceterum lapis a λαΐς pro λάας, deinde λάϜις cum digamma Æolico, unde *lapis*, est petra, saxum: et differt a silice, quia silex est proprie lapis sectilis. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 18. 29. (135). Lunensem silicem serra secari. *Id. ibid.* 22. 51. (171). Græci e lapide duro, aut silice æquato struunt veluti latericios parietes. Eodem fere modo *Vitruv.* 2. 8. *ante med.* loquitur. Lapis autem est petra suæ formæ, et nulla arte elaborata. Gr. λίθος, πέτρα (It. *pietra, sasso*; Fr. *pierre*; Hisp. *piedra*; Germ. d. *Stein*; Angl. *a stone*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Universim. *Lucret.* 1. 314. Stillicidi casus lapidem cavat. *Plaut. Stich.* 4. 2. 33. Edepol te hodie lapide percussum velim. Sic *Cic.* 2. *Orat.* 47. 197. M. Æmilium lapide percussum esse constabat. *et Dom.* 5. 13. A quibus ille se lapidibus appetitum, etiam percussum esse dixit. et *Nepos Reg.* 2. Lapide ictus. *Petron. Satyr.* 90. Lapidibus aliquem prosequi. *et ibid.* Lapides in quempiam mittere. *Cic.* 2. *Verr.* 46. 119. et 3. *Off.* 11. 48.; et *Liv.* 4. 50. Lapidibus aliquem cooperire. *Cæs.* 2. *B. G.* 6. Undique lapides in murum jaci cœpti sunt. *Cic. Mil.* 15. 41. Quum ille gladios destringendos, lapides jaciendos curasset. *Sall. Jug.* 61. Pars eminus glande aut lapidibus pugnare. — Differt a marmore, quod et rarius est et solidius et pretiosius et ad subtiliora artis opera aptius. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 6. 5. (45). Fuit tamen inter lapidem atque marmor differentia jam et apud Homerum. Dicit enim marmoreo saxo percussum. *Id. ibid.* 22. 46. (163). In Cappadocia lapis repertus est duritia marmoris. *Lamprid. Elagab.* 25. Parasitis in secunda mensa sæpe ceream cœnam, nonnunquam vel marmoream, vel lapideam exhibuit. *h. e.* vel cibis e marmore sculpto, vel e naturalibus lapidibus vario colore cibos imitantibus. Præterea *lapis* genus est, *marmor* species, ita ut omne marmor lapis sit, non contra. *V. Plin.* 36. *Hist. nat. init.* — Differt etiam a saxo, quod durius est, et asperius quid significat: lapis autem nitidioris est significationis. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 49. (169). Est et viridis silex, vehementer igni resistens, sed nusquam copiosus: et ubi invenitur, lapis, non saxum est. — Hæc tamen discrimina passim negliguntur. *Sueton. Domit.* 8. Monumentum e lapidibus exstruere. *Curt.* 5. 1. *a med.* Supra pilas lapide quadrato solum stratum est. *Virg.* 2. *G.* 348. Lapis bibulus. *h. e.* arenarius, vel pumex. *Id.* 1. *ibid.* 275. incusus. *h. e.* mola cudendo asperata. *Quintil.* 2. 19. 3. molaris. *Virg.* 1. *Æn.* 593. Pariusˇ. *Sueton. Cæs.* 85. Numidicus. *Id. Ner.* 50. Thasius. *Liv.* 22. 1. ardens. *metereolite.* — *Lapis vivus* est pyrites, *pietra focaja*, apud *Grat. Cyneg.* 404. Et vivum lapidem et circa Melitensia nectunt Curatia. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 19. 30. (138). Pyritarum etiamnum aliqui genus unum faciunt. Plurimum habent ignis ii, quos vivos appellamus. Cf. *Isid.* 16. *Orig.* 4. 5. Est alius pyrites vulgaris, quem vivum lapidem appellant. — Viam sternere *lapide, lapide silice, lapide quadrato, lapide turbinato. V.* SILEX, QUADRATUS et TURBINATUS. — *Plaut. Asin.* 1. 1. 16. Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit? *h. e.* in pistrinum et molam. — *b*) Speciatim pro calculo. *Catull.* 68. 148. Quo lapide illa diem candidiore notet. *h. e.* albo calculo. *V.* CALCULUS I. 1. — *c*) *Cic.* 1. *Orat.* 57. 245. Lapides mebercule omnes flere ac lamentari coegisses. — *d*) *Lapidem ferre altera manu, altera panem ostentare*, proverb. apud *Plaut. Aulul.* 2. 2. 18. de iis, qui palam blandiuntur, ut clam deinde noceant. — *e*) *Verberare lapidem*, aliud proverb. de eo, qui ludit operam, et in eo laborat, in quo plus est damni, quam utilitatis. *Plaut. Curc.* 1. 3. 41. Noli, amabo, verberare lapidem, ne perdas manum. — *f*) *Lapides loqui*, res auditu molestas, duras et acerbas dicere. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 29. Mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta, soror: lapides loqueris. Contra *Aristoph. Nub.* v. 907. Ῥᾷδα μ' εἰρηκας. — *g*) *Jovem lapidem jurare*, apud *Cic.* 7. *Fam.* 12. et *Gell.* 1. 21., quid sit, *V.* JUPPITER in LEXICO. — *h*) *Omnem movere lapidem*, proverb. omnia experiri, nihil intentatum relinquere, *far di tutto*. Græce *Plin.* 1. *Ep.* 20. Omnia pertento, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ. ¶ 2. Speciatim lapis sæpe est limes in agro positus, *termine. Tibull.* 1. 3. 13. non fixus in agris, Qui regeret certis finibus arva, lapis. Hic etiam *sacer* dicebatur, vel quia sæpe dei alicujus; vel quia nefas erat illum violare; vel denique quia Terminus ipse deus habebatur. *Liv.* 41. 13. In Crustumino avem fangualem sacrum lapidem rostro cecidisse. *Seneca Hippol.* 528. Nullus in campo sacer Divisit agros, arbiter populis, lapis. *Lactant.* 1. 20. *ad fin.* Lapidem colunt informem atque rudem, cui nomen est Terminus. Hic dicitur ab *Ammian.* 18. 2. Lapis terminalis. ¶ 3. Item (metonymice secundum *Forcellinum*) *lapis* est spatium mille passuum in viis, *un miglio*: quia Romanis singula passuum millia viis militaribus lapide, seu columella distinguebantur, in qua inscriptum erat, quoto milliario ab Urbe distaret. *Quintil.* 4. 5. 22. Facientibus iter multum detrahunt fatigationis notata inscriptis lapidibus spatia. et *Rutil.* 2. *Itiner.* 7. Intervalla viæ fessis præstare videtur, Qui notat inscriptus millia crebra lapis. *Varro* 3. *R. R.* 2. 14. Fundus in Sabinis, qui est ad quartum et vicesimum lapidem, via Salaria, a Roma. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 12. 56. (159). Effoditur ad vigesimum ab Urbe lapidem. Sic *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 19. Ad quartum lapidem ab Urbe. *Nepos Att.* 22. Ad quintum lapidem. *Sueton. Aug.* 94. et *Tib.* 72. Ad quartum lapidem. *Tac.* 3. *Ann.* 45. Duodecimum apud lapidem. *Liv.* 5. 4. *ad fin.* Intra vicesimum lapidem. *Plin.* 10. *Ep.* 24. *in fin.* Municipium et agri sunt ultra centesimum et quinquagesimum lapidem. Sic *Sueton. Claud.* 23. Ultra lapidem tertium. *Justin.* 22. 6. 9. Castra deinde in quinto lapide a Carthagine statuit. *Al. omittunt* in. *Flor.* 2. 6. *a med.* Moventi castra a tertio lapide Hannibali deos restitisse. *et sub fin.* Jam non a tertio lapide, sed ipsas Carthaginis portas obsidione quatiebat. *Ovid.* 6. *Fast.* 682. Sacra videt fieri sextus ab Urbe lapis. — Interdum *lapis* omittitur. *Tac.* 2. *Hist.* 24. Ad duodecimum a Cremona (locus Castrorum vocatur) ferocissimos auxiliarios imminentibus viæ lucis occultos componit. *Id.* 3. *ibid.* 15. Ad octavum a Bedriaco progressus. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 39. — *Marmor* posuit *Martial.* pro *lapis. V.* MARMOR. — Hujusmodi lapidum exempla multa habes apud *Gruter. p.* 153. 154. 155. 156. et 158. ¶ 4. Fuit Romæ locus eminens, seu lapideus suggestus, ad quem venales servi prostabant et a præconibus proclamabantur. Hinc homo de lapide emptus, *scil.* abjectus, vilissimus. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 17. Nescis nunc, venire te: atque in eo ipso astas lapide, ubi preco prædicat. *Colum.* 3. *R. R.* 3. 8. Vel de lapide noxium comparare. *Cic. Pis.* 15. 35. Præter duos de lapide emptos tribunos plebis. *h. e.* pretio corruptos et quasi mercede conductos. *V.* MENSA. ¶ 5. Item lapis dicitur, qui rei alicujus memoriæ tradendæ inscribitur. *Sueton. Vitell.* 10. Lapis memoriæ Othonis inscriptus. ¶ 6. Item sepulcri tegumen. *Tibull.* 1. 3. 54. Fac, lapis his scriptus sit super ossa notis. *Propert.* 3. 1. 37. Ne mea contempto lapis indicet ossa sepulcro. *Lapidem ultimum* vocat *Id.* 1. 17. 20. ¶ 7. Item lapillus, seu gemma, *pietra preziosa. Catull.* 69. 3. Non illam raræ labefactes munere vestis, Aut pellucidulî deliciis lapidis. Adde *Tac.* 3. *Ann.* 53. Sic *Ammian.* 22. 8. Adamantis lapidis copia. *Id.* 21. 1. Diadema lapidum fulgore distinctum. — Sæpe autem margaritam significat, *perla. Ovid.* 1. *Art. am.* 432. Elapsusque cava fingitur aure lapis. *Seneca Herc. Œt.* 661. Nec gemmiferos detrahit aures Lapis Eoa lectus in unda. *et Hippol.* 391. nec niveus lapis Deducat aures Indici donum maris. Adde *Horat.* 3. *Od.* 2. 48.; *Sil. It.* 12. 231.; et *Martial.* 11. 50.; et *V.* LAPILLUS I. 3. Huc etiam plerique trahunt locum *Catulli* modo allatum.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ sumpta a superiori paragr. I. 1., dicitur de homine tardo, stulto, stupido, bardo, ignavo, ut et λίθος Græcis. *Ter. Heaut.* 4. 7. 3. I, quid stas, lapis? quin accipis? *et* 5. 1. 43. Quot res dedere, ubi possem persentiscere, ni essem lapis! *Tibull.* 1. 11. 59. Ah lapis est ferrumque, suam quicumque puellam Verberat. ¶ 2.

Per synecdochen. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 116. Cœna ministratur pueris tribus, et lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet. *h. e.* mensa, vel repositorium ex albo marmore. *Mensam vinariam* intelligit. *V.* MENSA. ¶ 3. Etiam de defuncto et sepulto usurpatur. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 635. QVI MODO IVCVNDVS GREMIO SVPERESSE SOLEBAT, HIC LAPIS IN TVMVLO NVNC IACET ECCE MISER.

LĂPISCŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* lapis, parvus lapis. *Marcell. Empir.* 8. § 2. *circa med.* Hirundinis ventriculo scisso, albi ac nigri lapisculi inveniuntur. *Alcim. Ep.* 78. *a med.* Quibus lapisculus ob hoc ipsum quæsitus, oblongus scilicet et acutis capitibus formatus indetur.

LAPPA, æ, f. 1. tribuli genus, capitula habens leviter hamata, ideoque vestibus adhærentia: a λαβεῖν *prehendere*, quod vestes prehendat, *lappola*, ξανθίον. *Virg.* 1. *G.* 152. intereunt segetes: subit aspera silva Lappæque tribulique. *Ovid.* 2. *Pont.* 1. 14. Mixta tenax segeti crescere lappa solet. Hinc *Plin.* 18. *Hist. nat.* 17. 44. (153). eam numerat inter frugum morbos. *Id.* 21. *ibid.* 17. 64. (104). Notabile et in lappa, quæ adhærescit, quoniam in ipsa flos nascitur, non evidens, sed intus occultus, et intra seminat velut animalia, quæ in se pariunt. *Id.* 24. *ibid.* 19. 116. (176). Lappa, quæ canaria appellatur. *Id.* 26. *ibid.* 11. 66. (106). boaria. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LAPPĂCĔUS, a, um, adject. (lappa) lappæ formam habens. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 17. 19. (41). *de helxine.* Semina in capitibus lappaceis adhærentia vestibus.

LAPPĂGO, ĭnis, f. 3. herbæ species: a *lappa*, quia lappæ similis est; ut *cunilago*, quia similis cuniæ. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 10. 65. (102). Et lappago simillis anagallidi, nisi esset ramosior ac pluribus foliis aspera, rugosa, asperioris succi, gravis odoris: quæ talis est, mollugo vocatur; similis, sed asperioribus foliis, asperugo.

LAPSĂBUNDUS, a, um, adject. *rovinoso*, labascens. *Seneca Ep.* 52. *a med.* Puta duo ædificia excitata esse, ambo paria, æque excelsa, æque magnifica: alterum puram aream accepit, illic protinus opus crevit; alterius fundamenta laxabunda, in mollem ac fluidam demissa humum, multumque laboris exhaustum est, dum pervenitur ad solidum. *Alii leg.* laxabunda. *Alii rectius leg.* alterum fundamenta laxa habet.

LAPSĂNA, æ, f. 1. λαψάνη et λαμψάνη. Sunt qui *lampsana* scribunt, hærendo Græcis litteris. — Alia forma, *lapsanium*, ii, n. 2. usurpatur ab *Hieronym.* in *Reg. S. Pachom.* 52. Sed reddere poterit ei, qui attulit, sive lapsania, quod genus herbarum est villorum, sive panes, sive olera præmordica. — Ceterum lapsana vel lampsana est genus oleris, seu cymæ silvestris, pedalis altitudinis, hirsutis foliis, sinapi similis, nisi candidior esset flore. Coquitur in cibo: alvum lenit et mollit. Ita *Plin.* 20. *Hist. nat.* 9. 37. (96). ubi inter silvestres brassicas recenset. *Celsus* vero refert inter ea, quæ stomacho sunt aliena, 2. 25., et quæ urinam movent *ibid.* 31. *Varro* inter ea quæ triplicem fructum præbent, 2. *R. R.* 16. 25., scilicet cibum, mel, ceram. Creat enim florem apibus amicissimum, ut est apud *Colum.* 9. *R. R.* 4. 5. Hic denique inter ea, quæ conditura servantur, 12. *ibid.* 7. 1. — Proverbium est *lapsana vivere* de victu præparco minimique sumptus: quod tangere videtur *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 41. (144)., ubi narrat exercitum Julii Cæsaris inter jocos militares alternis versibus exprobrasse ei, lapsana se vixisse apud Dyrrachium, præmiorum parcimoniam cavillantes.

LAPSĂTUS, a, um. *V.* LAPSO.

LAPSĬLIS, e, adject. (labi) idem ac lubricus. *Gloss. Philox.* Lapsilis, γλίσχρος. — *NB. Lapsilis* pro *dapsilis* legunt in pluribus MSS. *Plauti Pareus* et *Lipsius l.* 1. *antiquar. lect. c.* 15. *V.* DAPSILIS.

LAPSĬO, ōnis, f. 3. (labi) casus, lapsus, ruina, præcipitium, *caduta*, *rovina*, *errore*, ὀλίσθημα, πτῶσις. *Cic.* 4. *Tusc.* 12. 28. Hæc in bonis rebus facilitas nominetur, in malis proclivitas, ut significet lapsionem.

LAPSO, as, are, n. 1. *frequentat. a* labi. *Lapsor*, ārīs depon. forma, nullo auctore laudato, affertur hisce verbis a *Diomed.* 1. *p.* 335. *Putsch.* Item *lapsor* iterativum, inchoativum *labasco*, principale eorum *labor*. — Part. *Lapsans* 1. et II.; *Lapsatus* I. — Lapsare est sæpe labi, nutanti incertoque gradu incedere, *cadere spesso*, *sdrucciolare*, ὀλισθάνω.

I.) Proprie. *Virg.* 2. *Æn.* 551. Priamum trementem Traxit et in multo lapsantem sanguine nati. *Flor.* 2. 10. Quum subinde crapula et capitis errore lapsaret. *Tac.* 1. *Ann.* 65. Equi sanguine suo et lubrico paludum lapsantes. Cf. *Ennod.* 2. *epigr.* 67. Ebria lapsantis confessus verba Thaliæ. *Sil. It.* 3. 631. tumulis delatus iniquis, Lapsantem dubio devexa per invia, nisu Firmabat gressum. Sic *Ammian.* 14. 2. Coactique nostri pedites scandere clivos sublimes, etiamsi lapsantibus plantis, fruticeta prensando vel dumos; nec firmare nisu valido gressus etc. *Tertull. carm. ad Senat.* 13. *de Isiacis.* Lapsatosque tenent extenso poplite lumbos. — Et pro cadere. *Stat.* 5. *Theb.* 223. Gyan vidi lapsare cruentæ Vulnere Myrmidonis.

II.) Translate. *Gell.* 1. 15. Qui sunt leves et futiles et importuni locutores, quique nullo rerum pondere innixi, verbis humidis et lapsantibus diffluunt. *h. e.* vultro et facile ex ore excidentibus.

LAPSOR, ārīs. *V.* voc. præced. init.

LAPSUS, a, um. *V.* LABOR, eris.

LAPSUS, us, m. 4. (labi) lubricus ac facilis motus, lapsio, prolapsio (It. *sdrucciolamento*, *scorrimento*, *corso*, *caduta*; Fr. *action de glisser*, *chute*; Hisp. *desliz*, *deslizo*, *resbalon*, *caida*; Germ. *d. Laufen*, *Fliessen*, *Fallen*, *Gleiten*; Angl. *a sliding*, *slipping*, *falling*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est lubricus ac facilis motus, cursus, decursus, *scorrimento*, *corso*; et dicitur — *a*) De stellis. *Cic.* 1. *Divinat.* 11. 17. *in carm. de suo consul.* Sic stellæ certo lapsu spatioque feruntur. *Virg.* 4. *Æn.* 524. medio volvuntur sidera lapsu. — Huc referri potest et *lapsus rotarum* apud *Virg.* 2. *Æn.* 235., h. e. ipsæ rotæ, aut cylindri labentes, quibus subjectis facilius moles aliqua movetur et traducitur. — *b*) De aquis. *Cic.* 1. *Divinat.* 44. 100. Si lacus emissus lapsu et cursu suo ad mare profluxisset. *Horat.* 1. *Od.* 12. 10. rapidos fluminum lapsus morari. *Ovid.* 8. *Met.* 163. *de Mæandro.* ambiguo lapsu refluitque fluitque. *Colum.* 1 *R. R.* 5. 3. Aqua palustris, quæ pigro lapsu repit. Adde *Ammian.* 23. 6. — *c*) De avibus et similibus. *Cic.* 2. *Nat. D.* 39. 99. Volucrum lapsus atque cantus. *Virg.* 3. *Æn.* 225. At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt Harpyiæ et magnis quatiunt clangoribus alas. Similiter *Val. Flacc.* 1. 91. deæ celeri per æthera lapsu Diversas petiere vias. et *Cic. fragm.* apud *Lactant.* 3. 19. Castos animos, puros, integros levi quodam et facili lapsu ad deos pervolare. — *d*) De angue. *Virg.* 2. *Æn.* 225. gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt. Cf. *Id.* 7. *ibid.* 349. Ille (*anguis*) inter vestes et levia pectora lapsus. et *Cic. Senect.* 15. 52. Vitis serpens multiplici lapsu et erratico. ¶ 2. Latiori sensu est idem quod lapsio, prolapsio, *caduta*. — *a*) In sing. num. *Lucret.* 6. 324. Mobilitas autem fit fulminis et gravis ictus, Ac celeri ferme pergunt tibi fulmina lapsu. *Cic.* 1. *Divinat.* 11. 19. *in carm.* Atque ea, quæ lapsu tandem cecidere vetusto. *Virg.* 10. *Æn.* 750. infrenis equi lapsu jacens. *Liv.* 21. 35. *sub fin.* Sustinere se a lapsu. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 37. 37. (124). Lapsu scalarum exanimatus. *Id.* 9. *ibid.* 35. 57. (116). Nullo lapsu franguntur. — *b*) In plur. num. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 17. 20. (43). Contra ulcera, rupta, lapsusque. *Apul.* 9. *Met.* Assiduis lapsibus contusa crura.

II.) Translate est error, culpa per imprudentiam admissa, *errore*, *fallo*, σφάλμα. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 12. 45. Cohibere et ab omni lapsu continere temeritatem. *Id.* 2. *Orat.* 83. 339. Quum sint populares multi varique lapsus. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (12). Haud alius fidei pronior lapsus, quam ubi falsæ rei gravis auctor exsistit. *non è più facile l'ingannarsi nel credere* etc.

LĂQUĔAR, āris, n. 3. *Laquear* recti casus positio est a *Priscian.* 6. *p.* 691. *Putsch.* Alii ponunt *laqueare*, alii *laquearium*. *Virg. Cul.* 62. si nitor auri Sub laqueare domus animum non tangit avarum. In *Gloss. Philox.* Laquear, καλάθωσις: Laqueare, σανίδωμα: Laquearium, ὁρόφωσις, ὀροφή. Hanc postremam habent etiam *Isid.* 19. *Orig.* 12. et *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 730. Quamvis autem tribus diversis Græcis vocibus reddantur, eæ tamen eamdem fere significationem habent. *Laquearium* 2. declin. legitur etiam in *Inscript.* apud *Henzen.* 6581. AEDEM TRIVM CAMERARVM VETVSTATE COLLAPSAM ADDITO CVLTV MELIORI LAQVEARIORVM PECVNIA PROPRIA REFORMAVIT. — Ceterum *laquear* est idem quod *lacunar*, ejusdemque originis, per ἀντίστοιχον (It. *sfondo*, *soffitta*, *cielo della stanza*; Fr. *plafond lambrissé*, *lambris*; Hisp. *arteson*; Germ. *getälfete Decke*, *Plafond*, *Felderdecke*; Angl. *a fretted cieling*). Occurrit fere in plur. num. *Virg.* 1. *Æn.* 730. dependent lychni laquearibus altis. *et* 8. *ibid.* 25. summi laquearia tecti. *Seneca Ep.* 90. Versatilia cœnationum laquearia ita coagmentat, ut subinde alia facies atque alia succedat, et toties tecta, quoties fercula, mutentur. *V.* LAQUEO sub *B. Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 18. (57). Laquearia, quæ nunc et in privatis domibus auro teguntur, post Carthaginem eversam primo inaurata sunt in Capitolio, censura L. Mummii. *Id.* 12. *ibid.* 1. 5. (10). Lætior quam marmorum nitore, picturæ varietate, laquearium auro. *Stat.* 1. *Theb.* 144. crasso laquearia fulva metallo. *Apul.* 5. *Met. sub init.* Summa laquearia, citro et ebore curiose cavata, subeunt aureæ columnæ. *Claudian. B. Get.* 223. Laquearia auro fulta. Adde *Arnob.* 6. 3. — Ad cælum transtulit *Capell.* 9. *p.* 272. video splendescere pulsu Icta corusciferi subito laquearia cæli: Illic bis septem solitus servare Triones Pastor Hyperborea resplendet luce Bootes. *V.* LAQUEO sub *B.* in fin.

LĂQUĔĀRE, is, n. 3. *et*

LĂQUĔĀRĬUM, ii, n. 2. *V.* vocem præced. init.

LĂQUĔĀRIUS, ii, m. 2. (laquear) qui laquearia facit. *Imp. Constantin. Cod. Theod.* 13. 4. 2. Architecti, laquearii, tignarii etc. — *NB.* De alia hujus vocis significatione, quamquam dubia, *V.* voc. seq.

LĂQUĔĀTOR, ōris, m. 3. (laqueus) qui laqueum injicit. *Isid.* 18. *Orig.* 56. fuisse ait gladiatores *laqueatores* dictos, quorum pugna erat ejusmodi, ut adversarium injecto laqueo captare studerent atque irretitum confodere. Hos Latini *retiarios* dicunt. *Isid.* tamen ab his diversos laqueatores facit, quum de retiariis *ibid.* 54. verba faciat. Alii apud *Isid.* legunt *laquearii*.

LĂQUĔĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

LĂQUĔO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (laqueus). Part. *Laqueans* sub *B.*; *Laqueatus* sub *A.* I. et *B.* — Laqueare duo diversa significat, scilicet

A) Est laqueo irretire, *allacciare*, παγιδεύω.

I.) Proprie. *Manil.* 5. 659. extentis laqueare profundum Retibus, et pontum vinclis arctare furentem. *Colum.* 6. *R. R.* 16. 3. Ceterum corpus laqueatum et distentum temonibus obligatur. Sic *Ammian.* 31. 2. Membra laqueata. *Lactant.* ad *Stat.* 11. *Theb.* 644. Erigone se nimio luctus dolore laqueavit. *si appiccò. Paulin. Nolan. carm.* 20. 79. Fit laqueus laqueatus homo, et sua præda latronem Decipit. *Grat. Cyneg.* 29. cassem Per senos circum usque sinus laqueabis. *h. e.* nectes. Adde *Palæmon. p.* 1384. *Putsch.*

II.) Translate. *Juvenc.* 1. 537. Si te forte oculi dextri laqueaverit error.

B) Laqueare est etiam in modum laquearis conformare (*V.* LAQUEAR), seu laquearibus ornare: qua significatione occurrit — *a*) Part. præter. pass. apud Classicos Auctores. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 35. 85. Tectis cælatis laquatis. *h. e.* laqueatis. Sic *Horat.* 2. *Od.* 16. 11. et curas laqueata circum Tecta volantes. *Cic.* 3. *Verr.* 51. 133. Considerat templum, videt undique tectum pulcherrime laqueatum. *et* 2. *Legg.* 1. 2. Magnificas villas et pavimenta marmorea et laqueata tecta contemno. *Lucret.* 2. 28. laqueata aurataque templa. *Sueton. Ner.* 31. Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus, ut flores; fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur. *V.* LAQUEAR. *Ovid.* 2. *Fast.* 315. Antra subit tophis laqueataque pumice vivo. — *b*) Part. præs. apud *Manil.* 1. 532. Hæc igitur texunt æquali sidera tractu Ignibus in varias cælum laqueantia formas. *h. e.* in modum laquearis cælum conformantia. Similiter de cælo *Capell.* 6. *p.* 190. Laqueata sideribus palatia. *et* 2. *p.* 44. Laqueatus stellis ambitus.

LĂQUĔUS, i, m. 2. Ratione habita etymi, ducunt a *lax*, quod fraudem significat, teste *Paul. Diac. p.* 116. 15. *Müll.*; unde *lacio* in fraudem induco (*scil.* ut *capulus* a *capiendo*, ita a *lacere*, *lacer-*

sere id est capere, unde *illicere, allicere, laceus, laqueus*). Ceterum laqueus est vinculum ita nexum, ut pondere magis claudatur, πάγη, βρόχος (It. *laccio*; Fr. *corde de lacs, lacet, lacs, surt*; Hisp. *lazo, corredizo*; Germ. *Strick, Band, Schlinge*; Angl. *a noose, halter, snare, trap, gin*).

I.) Proprie. *Sall. Jug.* 94. Saxa et si quæ vetustate radices eminebant, laqueis vinciebat. *Cæs.* 7. *B. G.* 22. Laqueis falces avertebant. *Liv.* 1. 26. Duumvir inquit: I, lictor, colliga manus. Accesserat lictor, injiciebatque laqueum. *Cic.* 6. *Verr.* 17. 37. Homini jam collum in laqueum inserenti subvenisti. *Sall. Cat.* 58. Laqueo gulam alicui frangere. *strozzare*. *Seneca Hippol.* 259.; et *Aurel. Vict. epit.* 42. vitam finire. *Ammian.* 28. 6. vitam elidere. *Ovid.* 7. *Met.* 604. claudere animam. *et* 10. *ibid.* 378. innectere fauces. *et* 6. *ibid.* 132. ligare guttura. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 37. premere collum. *Id.* 2. *Sat.* 3. 131. aliquem interimere. *Seneca Hippol.* 1086. Implicare laqueo tenaci corpus. *Propert.* 2. 25. 48. in validis laqueis hærere. *Sueton. Vitell.* 17. Injicere cervicibus laqueum. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (12). Quempiam ad laqueum compellere. *ridurlo ad appiccarsi*. *Inscript.* apud *Orell.* 4404. ET QVEI SIBI LAQVEO MANVS ATTVLISSENT ET QVEI QVESTVM SPVRGVM PROFESSI ESSENT. *Virg.* 1. *G.* 139. Tum laqueis captare feras et fallere visco. *Phædr.* 4. 1. mus, Qui sæpe laqueos et muscipula effugerat.

II.) Translate. ¶ 1. Est fraus, insidiæ. *Ovid.* 2. *Art. am.* 591. Captus amator cadit in laqueos. *et* 2. *ibid.* 595. rivali laqueos disponere. ¶ 2. Et universim quidquid capere potest et constringere. *Cic. Mil.* 15. 40. Quum illam belluam, judicii laqueos declinantem, jam irretitam tenerent. *Id. Cluent.* 55. 150. Laquei legum et conditionum et judiciorum. *Plin.* 2. *Ep.* 8. Numquamne hos arctissimos laqueos, si solvere negatur, abrumpam? *h. e.* occupationes, negotia. ¶ 3. Speciatim vero speciosum argumentum, aut verbum. *Cic.* 1. *Orat.* 10. 43. Stoici disputationum suarum atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. *Id. Fat.* 4. Ad Chrysippi laqueos revertamur. *Id. Cæcin.* 29. 83. Verbi laqueo capere. *Plin.* 1. *Ep.* 5. Involvere se laqueis insidiosæ interrogationis. *Gell.* 13. 10. Enodare laqueos juris. *difficoltà, oscurità*. — Et absolute *Quintil.* 5. 10. 101. In laqueos inexplicabiles incidere. *Id.* 5. 7. 11. Testes inducuntur in laqueos.

LĂRĀLĬA, ium, n. plur. 3. dies festi in honorem Larium. In *vet. Kalendario Maffæor.* apud *Gruter.* 133. in mense Decembri legitur LAR. NP., quod perperam quidam interpretati sunt LARA*lia nefastus primo*, quum potius LARE*ntalia* legendum sit; quam vocem vide. — Ceterum *Laralia* habet *Festus* p. 253. 13. *Müll.* Popularia sacra sunt, ut ait Labeo, quæ omnes cives faciunt, nec certis familiis adtributa sunt: Fornacalia, Parilia, Laralia, porca præcidania. Ubi *Müllerus* in *Supplem. Annotat.* p. 398. hæc ait: *Laralia*, insolito vocabulo, *Festus* dixit Compitalia, nisi forte suspicari malumus, *Larentinal* scriptum fuisse a *Festo*, de quo V. *Varron.* 6. *L. L.* 23. Sed hoc me revocat, quod Larentiæ parentatio a sacerdotibus, non ab omni populo fiebat.

LĂRĀRĬUM, ii, n. 2. a *Lare* vel *Laribus*, est sacrarium domesticum, locus, in quo dii tutelares domus reponebantur et adorabantur, *cappelletta di casa*, ἐδίστιον. Scribit *Lamprid. de Alex. Sever.* 29. et 31. eum in larario suo sanctiore et majore rem divinam matutinis horis factitasse ad effigies deorum, in quibus habebat Apollonium, Orpheum, Abrahamum et Christum: in secundo larario habuisse simulacrum Virgilii et Ciceronis et aliorum. Sic L. Vitellius, Auli Vitellii Imp. pater, Narcissi et Pallantis imagines aureas inter Lares coluit, uti narrat *Sueton. Vitell.* 2. *extr.*

LARDARIUM, ii, n. 2. lardi frustum: Itali dicunt *lardelli*. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 167. Lardum, lardaria. *Cajet. Marini* in *Pap. diplom.* p. 371. *col.* 1. putat, *lardaria* significare carnem porcinam, et esse nominativum singularem: hinc *porcum lardarium* in antiquis diplomatibus esse *il porco ingrassato* Italorum, et *anniculum*, qui unius anni habet ætatem, quique integer coquebatur edebaturque simul in convivio.

LARDĂRĬUS, ii, m. 2. (lardum) qui lardum vendit. *Inscript.* apud *Gruter.* 647. 4. L. NEFFINIVS POTITI L. PRIMVS LARDARIVS.

LARDUM, i. *V.* LARIDUM.

LĂRENTĀLĬA *et*
LĂRENTĪNĀLĬA, ium, n. plur. 3. feriæ in honorem Accæ Larentiæ, vel Larentinæ, cui pontifices in Velabro X. Kal. Januar. sacrificabant: ut constat ex *Cic.* 1. *ad Brut.* 15. et *Kalendar. Maffæj.* et *Prænestin.* apud *Fogginium* in *Fast. Verrii Flacci* p. 116. *Ovid.* 3. *Trist.* 55. Non ego te tantæ nutrix Larentia gentis, Nec taceam vestras, Faustule pauper, opes. Vester honos venit, quum Larentalia dicam: Acceptus geniis illa december habet. *Varro* 6. *L. L.* 23. *Müll.* Feriæ publicæ Larentinæ: is dies, quem quidam in scribendo Larentalia appellant, ab Acca Larentina nominatur, cui sacerdotes nostri publice parentant; et hinc alii eum diem dicunt parentalia Accæ Larentinæ. Hoc sacrificium fit in Velabro, qua in novam viam exitur, ut ajunt quidam, ad sepulcrum Accæ. Ita locum emendat *Fogginius loc. cit. p.* 81. Aliter legit *Müllerus*; qui tamen et ipse *Larentalia* exhibet. Adde *Faul. Diac. p.* 119. 1. *Müll.*; et *V.* LARALIA. *Laciant.* 1. 20. Hujus (*Larentinæ*) nomini etiam dies festus dicatus est, et Larentinalia constituta. — Quidam etiam *Laurentalia* vel *Laurentinalia* perperam scribunt.

LĂRES, um *et* ium, m. plur. 3. omnium ædium ac familiarum dii erant, iisque focus peculiariter sacer erat; et præterea apud ditiores sacrarium habebant (*V.* LARARIUM), in quo eorum sigilla servabantur. *V.* alia multa in ONOM. — Hinc ¶ 1. Per metonymiam Lares ponuntur pro ædibus, atque etiam pro patria urbe, *casa, patria*. — *a*) In sing. num. *Cic.* 5. *Verr.* 11. 27. Relinquent arationes? relinquent larem familiarem suum? *Id. ibid.* 54. 125. In agros atque ad suum larem familiarem redirent? Sic *Id.* 16. *Att.* 4. Ad larem suum reverti. *Sall. Cat.* 21. Illos binos aut amplius domos continuare: nobis larem familiarem nusquam ullum esse? *Liv.* 26. 25. Recipere aliquem lare. *Id.* 1. 29. Larem relinquere. *Curt.* 5. 11. 2. sine lare. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 51. Lar paternus. *Id.* 1. *Sat.* 2. 56. patrius. *Id.* 1. *Od.* 12. 43. avitus apto Cum lare fundus. *Id.* 1. *Ep.* 7. 58. Lare certo gaudere. *Id.* 3. *Od.* 29. 14. Parvo sub lare. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 30. Capitolia cernens, Quæ nostro frustra juncta fuere lari. *Id.* 1. *Fast.* 478. Deserit Arcadium Parrhasiumque larem. *Apul.* 9. *Met.* Revenire larem suum. *Martial.* 11. 82. Lar conductus. *casa affitto*. et 1. 77. Flacce, Antenorei spes et alumne lari. *h. e.* urbis Patavii. *Seneca Med.* 20. per urbes erret ignotas egens, Exsul, pavens, invisus, incerti laris. *Ammian.* 16. 12. Laris sui defensor. — *b*) In plur. num. *Ovid. Remed. am.* 302. Sub titulum nostros misit avara lares. *Horat. Carm. sæc.* 39. Jussa pars mutare lares et urbem Sospite cursu. *Justin.* 12. 4. 3. Militibus permisit ducere uxores: existimans minorem in patriam reditus cupiditatem futuram habentibus in castris imaginem quamdam larium ac domesticæ sedis. *Ammian.* 14. 1. Acti laribus exterres. *Id.* 28. 2. *extr.* Vertere lares. *Id.* 28. 2. *med.* Abiit in lares. ¶ 2. Poetice de nido avium. *Ovid.* 3. *Fast.* 242. Nunc avis in ramo tecta laremque parat. *Val. Flacc.* 4. 44. Fluctus ab undisoni ceu forte crepidine saxi Quum rapit halcyones miseræ fetumque laremque. ¶ 3. Item poetice de foco. *Virg.* 8. *Æn.* 542. Et primum Herculeis sopitas ignibus aras Excitat hesternumque larem. *Alii aliter interpretantur.* ¶ 4. Hinc generatim pro sede. *Ammian.* 16. 10. Romam ingressus, imperii virtutumque omnium larem. *Cassiod.* 8. *Variar.* 16. Ipsa quodammodo dignitas in penatibus vestris larem posuit, et domesticum factum publicum decus.

LARGĀTUS, a, um, adject. (largus) *allargato*, ampliatus. *Cassiod.* 2. *Variar.* 39. Humores noxia infusione largati. Ita edidit *Garetius*; alii rectius legunt *laxati*.

LARGĔ, adverb. (largus). Alias formas *largiter* et *largitus*, V. loco suo. — Comp. *Largius* et Sup. *Largissime* 1. — Large ¶ 1. Stricto sensu est copiose, abunde, liberaliter, ὀαδιλῶς (It. *in abbondanza, largamente*; Fr. *richement, largement*; Hisp. *anchamente, holgadamente, abundantemente*; Germ. *in reichlichem Maasse, reichlich*; Angl. *largely, plentifully, abundantly, liberally, bountifully*). Occurrit — *a*) Posit. apud *Plaut. Aulul.* 2. 2. 19. Nemini credo, qui large blandus est dives pauperi. *Cic. Mur.* 4. 10. Quod dandum est amicitiæ, large dabitur a me. *Id. Rosc. Am.* 8. 23. Large effuseque donare. *Id.* 2. *Nat. D.* 47. 121. Pastum animantibus large et copiose natura comparavit. *Id.* 3. *ibid.* 27. 69. Tam munifice et tam large dari. *Phædr.* 2. 6. Large dapem dividere cuipiam. *Auct. B. Alex.* 1. *extr.* Aquam large præbere. *Horat.* 1. *Od.* 9. 5. ligna super foco Large reponens. *Sueton. Domit.* 21. Convivari frequenter ac large. *Colum.* 8. *R. R.* 14. 11.; et *Plin.* 10. *Hist. nat.* 34. 52. (105). Large bibere. *Curt.* 6. 6. 23. Aquæ large manant. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 32. (62). Large deos adorare. *h. e.* nulla turis parcimonia adhibita. *Cic.* 5. *Verr.* 88. 204. Large liberaliterque æstimare. *Q. Cic. Petit. cons.* 11. 44. Large atque honorifice promittere. Rursus *Cic.* 1. *de republ.* 43. Large ministrare libertatem alicui. *Tac.* 6. *Ann.* 15. Senatusconsultum large factum. *un decreto ampio*. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 10. 31. (56). Thymum large florescens. *Id.* 5. *ibid.* 17. 15. (73). Large frequentare locum aliquem. *in gran numero*. — *b*) Comp. apud *Ter. Eun.* 5. 9. 48. Principio et habet quod det, et dat nemo largius. *Sall. Cat.* 16. Plerique Sullani milites largius suo usi. *avendo speso alla grande*. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 215. ne potum largius æquo Rideat. *più del dovere*. Adde *Sueton. Cæs.* 52. *Gell.* 4. 17. *ad fin.* I litteram, quæ in vocabulo quoque gemina esse debet, paullo uberius largiusque pronunciabat. *h. e.* majore et longiore sono. — *c*) Sup. apud *Cic.* 3. *Verr.* 61. 158. Cujus mihi copiam quam largissime factam oportebat. V. *Zumpt.* ad h. l.; *Klotz.* leg. *largissimam*. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 50. 51. (167). Quibus (*vita*) largissime contigit. *a chi è toccato vivere assai*. et Alter *Plin.* 9. *Ep.* 2. Varietas rerum largissime suppetit. Adde *Sueton. Aug.* 77. et *Domit.* 9. ¶ 2. Pro facile, *facilmente*. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 19. 30. (137). Juxta oleam seri ficum jubet, non ampliore intervallo, quam ut contingi large possit ramo oleæ quam maxime sequaci atque obedituro. ¶ 3. Pro late, ut videtur. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 11. 8. (50). Sol montem Idam exoriens dextra lævaque large amplectens. *Id.* 36. *ibid.* 15. 24. (108). Amplitudinem cavis eam fecisse proditur, ut vehem fœni large onustam transmitteret. *Pallad.* 1. *R. R.* 30. Anseribus large vagandi licentia prohibetur. *Aurel. Vict. Cæsar.* 11. Large procedere.

LARGĬFĬCUS, a, um, adject. (largus *et* facio) copiosus, abundans, *abbondante*. *Lucret.* 2. 627. Stipe largifica aliquem ditare.

LARGĬFLŬUS, a, um, adject. (largus *et* fluo) large et abundanter fluens. *Pacuvius* apud *Cic.* 3. *Orat.* 39. 157. Grando mista imbri largifluo subita præcipitans cadit. *Lucret.* 5. 597. Largifluus fons.

LARGĬLŌQUUS, a, um, adject. (largus *et* loquor) large loquens, multiloquus, verbosus, *abbondante di parole, ciarliero*, πολυλόγος. *Plaut. Cist.* 1. 2. 2. Quæ ubi saburratæ sumus, largiloquæ extemplo sumus: plus loquimur, quam sat est. *Id. Mil. glor.* 2. 3. 47. Nonne tibi istam prætruncari linguam largiloquam jubes?

LARGĬMENTUM, i, n. 2. (largior) idem ac largitos. *Fulgent.* 1. *Mythol. præf.* Quæ ampliora eveniunt, non hominis, sed divinum est largimentum.

LARGĬO. *V.* voc. seq. init.

LARGĬOR, Iris, Itus sum, iri, dep. 4. (largus). Etiam *largio* dictum fuit olim, positione activa. *Accius* apud *Non.* p. 470. 26. *Merc.* Benigne et pro beneficio largito atque ampliter. *Lucilius* apud *eumd. ibid.* Quod viscus dederas tumidum, hoc in viscera largi. *h. e.* largito. Confirmat hæc *Priscian.* 8. p. 797. *Putsch.* Hinc *largitus* passiva significatione apud *Tibull.* 4. 1. 129. Quum largita tuis sunt muta silentia votis. Hinc *inlargio, is*, et *dilargitus*: quæ vide suis locis. — Ceterum *largibor* in futuro pro *largiar*: quod in verbis quartæ prisci factitarunt. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 30. Libertatem Chrysalo largibere. — Et *largibar* pro *largiebar*. *Propert.* 1. 3. 25. largibar munera somno. — *Largirier* paragoge pro *largiri* est *Plaut. Asin.* 5. 2. 82. — Pert. *Largitus* et *Largiendus* II. — Largiri est large præbere; item simpliciter donare, προίεμαι, χορηγέω (It. *dare in abbondanza, donare largamente*,

donare; Fr. *communiquer en abondance, donner libéralement, prodiguer, distribuer*; Hisp. *dar, donar liberalmente, abundantemente*; Germ. *reichlich geben, schenken, mit –, ver, austheilen*; Angl. *to give in abundance, give or grant liberally, bestow largely, lavish*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — 1.°) De hominibus; et quidem — *a*) Cum Accusativo rei. *Plaut. Amph.* 1. 1. 155. Largiri cœnam esurientibus. *Cic.* 1. *Off.* 14. 43. Qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur. *Liv.* 1. 54. Largiri prædam. *Sueton. Tib.* 48. nihil militi. *Tac.* 1. *Ann.* 28. agros emeritis. *Martial.* 5. 19. opes veteri fidoque sodali. *Tac.* 16. *Ann.* 11. pecuniam in servos. *Pallad.* 12. *R. R.* 5. Aliquantum columbini stercoris circa viticularum vestigia largiemur. — *b*) Cum Ablativo rei et præpos. *ex* vel *de*. *Plaut. Pers.* 2. 3. 13. Amico homini mea ex crumena largiar. *Cic.* 3. *Fam.* 8. *ad fin.* Quum natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior. *Auct. B. Afr.* 87. *extr.* De sua pecunia largitus est. — *c*) Absolute. *Cic. Rosc. Com.* 10. 27. Largitus est scilicet homo liberalis et dissolutus et bonitate affluens Fannius Roscio? *Sueton. Ner.* 30. Non largiendi modum tenere. — 2.°) De rebus. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 28. 69. et 3. *Orat.* 38. 154. Segetes largiri fruges. *Quintil.* 1. 2. 14. Sol universis idem lucis largitur. *Cæs.* 6. *B. G.* 23. Gallis autem propinquitas, et transmarinarum rerum notitia, multa ad copiam atque usus largitur. *somministra abbondevolmente.* ¶ 2. Speciatim non raro de iis dicitur, qui pecuniam donant corrumpendi causa et coemendorum suffragiorum: unde *largitio. Sall. Cat.* 39. Senatum criminando, plebem exagitare, dein largiundo et pollicitando magis incendere. *Id. Jug.* 13. Quemcumque possint largiundo parare, ne cunctentur. *Liv.* 3. 1. Largiendo de alieno, popularem fieri. Sic *Justin.* 36. 3. 9. Primi omnium ex Orientalibus libertatem receperunt, facile tunc Romanis de alieno largientibus.

II.) Translate. — *a*) Cum Accusativo rei. *Plaut. Mil. glor.* 4. 6. 28. Tu te vilem feceris, si te ultro largiere. *h. e.* te offeres, copiam tui facile et sæpe facies. *Id. Asin.* 5. 2. 82. Istoscine patrem æquum mores est liberis largirier? *instillare, infondere. Cic. Quinct.* 2. 8. Hortensio summam copiam facultatemque dicendi natura largita est. *Id. Harusp. resp.* 25. 54. Utrisque secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem. *Id. Balb.* 22. 50. Nimium parcus in largienda civitate. *Id.* 3. *Legg.* 17. 38. Largiri libertatem istam populo, ut etc. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 15. Largiri honores alicui. *Justin.* 6. 7. 5. Tanto patriæ et penatium conspectus præsentia, quam recordatione sui, majores spiritus largiuntur. *Cic.* 1. *Orat.* 15. 68. Duo illa relinquamus; idque largiamur inertiæ nostræ. *doniamo.* Sic *Id.* 5. *Fam.* 12. Amori nostro plusculum etiam, quam concedit veritas, largiare. *Id.* 5. *Verr.* 84. 194. Improbum facinus, judices, non ferendum, nemini lege concessum, sed fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum. Tamen ego hoc, quod ferri nego posse, Verri, judices, concedo et largior. *h. e.* condono. Sic *Tac.* 3. *Ann.* 70. Sane lentus in suo dolore esset: reipublicæ injurias ne largiretur. *h. e.* remitteret, condonaret. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 23. 21. (87). Largiri alicui occasionem impudentiæ. *h. e.* præbere. *dare.* Sic *Quintil.* 12. 8. 2. Quæ vel extra causam occasionem clamandi largiantur. *Plaut. Capt.* 4. 2. 49. Largiri lætitiam alicui. *recare. Virg.* 10. *Æn.* 493. Quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est, Largior. *lo concedo, lo permetto. Sil. It.* 15. 724. Cedentes urget, totas largitus habenas, Livius acer equo. *avendo lasciato sul collo le briglie.* quum dedisset, quum immisisset habenas. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 23. 35. (211). Si largiatur crassitudo. *ne sia capace.* Sic *Colum.* 5. *R. R.* 9. 7. Si tempus non largitur. *non permette. Scævola Dig.* 35. 2. 25. Reditus largitur annuam præstationem. *rende.* — *b*) Sequente part. *ut. Cic. Senect.* 23. 83. Si quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam. *mi conceda.*

LARGĪTAS, ātis, f. 3. (largus) ¶ 1. Est largitio, liberalitas, *liberalità, generosità*, μεγαλοδωρία. — *a*) De hominibus. *Ter. Heaut.* 3. 1. 31. Vehemens in utramque partem es nimis, aut largitate nimia, aut parcimonia. *Id. Adelph.* 5. 9. 28. Quæ istæc subita est largitas? *Cic. Brut.* 4. 16. Ut impendiis augere possimus largitatem tui muneris. *Macrob.* 7. *Saturn.* 3. *a med.* Aliquem continua largitate ditare. — *b*) De rebus. *Cic.* 2. *Nat. D.* 62. 156. Terra fruges cum maxima largitate fundit. ¶ 2. Pro amplo spatio. *Pallad.* 13. *R. R.* 7. 11. Trimam plantam cum ipsis caliculis transferunt, quibus fractis in scrobe indulgent radicibus largitatem.

LARGĪTER, adverb. (largus) large, abunde, valde, affatim, *assai, in abbondanza, largamente*, δαψιλῶς. — *a*) Absolute. *Cato* apud *Paul. Diac.* p. 378. 2. *Müll.* Repente largiter habere, repente nihil. *Plaut. Truc. a.* 5. *v.* 11. Opus nutrici, utrem ut habeat veteris vini largiter. *Id. Epid.* 3. 4. 49. Argentum stulte datum reor, atque peccatum largiter. *essersi commesso un grosso fallo. Lucret.* 6. 1110. facies hominum distare videntur Largiter. *di gran lunga. Cæs.* 1. *B. G.* 18. Dumnorigem non solum domi, sed etiam apud finitimas civitates largiter posse. *Brutus ad Att. inter ep.* 1. *ad Brut.* 17. Persuade tibi, de voluntate mea propria nihil esse remissum, de judicio largiter. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 132. fortassis et istinc Largiter abstulerit longa ætas, liber amicus, Consilium proprium. *Auct. B. Afr.* 72. *ad fin.* Ut jumenta bestiarum odorem, stridorem, speciem non reformidarent, largiter erat consecutus. *avea abbastanza ottenuto. Sueton. Aug.* 89. Largiter præstare alicui. *superare di molto. Id.* in *Vita Lucani, in fin.* Largiter opulatus. — *b*) Interdum vim habet substantivi atque cum Genitivo usurpatur. *Plaut. Rud.* 4. 4. 144. Credo, illic inesse auri et argenti largiter. *et* 5. 2. 28. Largiter mercedis indipiscar. *Apul. de Mag.* Largiter aquæ superest mihi.

LARGĪTĬO, ōnis, f. 3. (largior) actus largiendi, distributio donorum, liberalitas, δώρημα, δαψιλής, χορηγία (It. *liberalità, largizione, donativi*; Fr. *dons abondants, largesses, libéralité*; Hisp. *largueza, liberalidad*; Germ. *das reichliche Geben, Schenken, Mittheilen, d. Mittheilung, Erweisung, Gewährung, Freigebigkeit*; Angl. *a giving freely, bestowing liberally, bountifulness, liberality, largition*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim et in bonam partem. *Cic.* 2. *Off.* 15. 52. Quamquam in utroque inest gratificandi liberalis voluntas, tamen altera ex arca, altera ex virtute depromitur, largitioque, quæ fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit. *Cæs.* 1. *B. C.* 39. *extr.* Duas res consecutus est, quod pignore animos centurionum devinxit, et largitione redemit militum voluntates. *Id.* 2. *ibid.* 28. His pauca ad spem largitionis addidit, quæ ab sua liberalitate exspectare deberent. *Sueton. Cæs.* 19. Eam largitionem e republica fieri. *Id. Aug.* 10. Veteranos, quanta potuit largitione, contraxit. *Aurel. Vict. Epit.* 13. Largitionem habere. — In plur. num. *Cæs.* 3. *B. G.* 31. *extr.* Maximas largitiones facere. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 19. Festosque (*dies*) sic agat, ut fortissimum quemque et frugalissimum largitionibus prosequatur. — Cum Accus. personæ et præpos. *in. Auct. B. Alex.* 4. Largitionem in milites auget. *cresce il donativo a' soldati.* — Cum Genit. personæ. *Auct. B. Hisp.* 1. *sub fin.* Ut ex ejus pecunia latronum largitio fieret. *h. e.* in latrones. — Proverbium est illud *Cic.* 2. *Off.* 15. 55. Largitio fundum non habet. ¶ 2. Speciatim et sæpe *largitio* in malam partem accipitur pro distributione pecuniæ, quæ fit ad aucupandum favorem in petitione honorum, et ad benevolentiam conciliandam potentiæ comparandæ causa. *Cic.* 2. *Orat.* 25. 55. De ambitu raro illud datur, ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione sejungere. *Id. Planc.* 15. 37. Tribum turpi largitione corrumpere. *et ibid.* Quas (*tribus*) is largitione devinctas haberet. *Id. Mur.* 37. 80. Perniciosa largitio. *et ibid.* 11. 24. Largitioni resistere. *Cæs.* 1. *B. G.* 9. Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat. *Liv.* 4. 48. *a med.* Largitione pessimi exempli seditionem concire. *Sall. Cat.* 3. Pro pudore, abstinentia, virtute; audacia, largitio, avaritia vigebant. *Id. Jug.* 18. *extr.* Largitio famosa et impudens. *Vellej.* 2. 20. Corrupti spe largitionis milites. *Nepos Miltiad.* 6. Populus largitione magistratuum corruptus. *Id. Hamilc.* 3. Largitione vetustos pervertit mores Carthaginensium. *Sueton. Cæs.* 13. Pontificatum maximum petiit, non sine profusissima largitione. *Id. ibid.* 20. Nullum largitionis genus omisit. — In plur. num. *Nepos Att.* 6. Quod (*honores*) neque peti more majorum, neque capi possent conservatis legibus, in tam effusis ambitus largitionibus. *Justin.* 1. 9. 11. Regnum, quod fraude quæsierant, indulgentia et largitionibus confirmant. ¶ 3. Universim pro quacumque prodigentia, *profusione, scialacquamento. Seneca* 1. *Benef.* 2. Nullius rei, minime beneficiorum, honesta largitio est.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Cic. Balb.* 13. 31. Numquam est intermissa a majoribus nostris largitio et communicatio civitatis. *concessione*, concessio. *Id. Mur.* 20. 41. In jure dicundo gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam æquitatis largitio. *h. e.* administratio, *amministrazione. Rutil. Lup. de fig. sent. et eloc.* 1. 16. *Ruhnk.* Nam qui tantam cædem perfecerit, hujusmodi inceptum dumtaxat arguere, pæne maleficii largitionem est facere. *h. e.* veniam dare, condonare. *V.* LARGIOR II. ¶ 2. Speciatim, abstractum pro concreto, *largitiones* imperatorum tempore sunt fiscus, seu ærarium principis, ex quo scilicet congiaria populo distribui solebant. Hinc *Fragm. Constantin. et Constans Cod.* 7. 62. 21. Triginta auri pondo largitionibus nostris cogatur inferre. *Imppp. Valentinian., Valens et Gratian. Cod. Theod.* 9. 21. 7. Quidquid ex auro hominum privatorum in monetis publicis repereris figuratum, id omne nostris scias largitionibus vindicandum. *Impp. Honor. et Theodos. Cod.* 10. 23. 2. Sacrarum vel privatarum largitionum palatina officia. De his largitionibus *V. Zirardini* ad *Leg. Nov. p.* 484. - 487. *V.* et voc. seq.

LARGĪTĬŌNĀLIS, e, adject. ad largitiones, seu fiscum principis pertinens (*V.* voc. præced. II. 2.), ut *Largitionales officiales*, qui eum fiscum curant, *Imppp. Valentinian. et Valens Cod. Theod.* 12. 6. 13. Adde *ibid.* 8. 7. 6. etc. — Hinc

Largitionalis, is, m. 3. absolute, substantivorum more, est largitionum minister. *Vopisc. Carin.* 19. Quum ei (*Diocletiano*) quidam largitionalis suus editionem Cari laudaret etc.

LARGĪTOR, āris, ari, dep. 1. *frequentat. a* largior. *Plaut. Trin.* 3. 3. 14. Ex ea largitari te illi etc.

LARGĪTOR, ōris, m. 3. (largior). ¶ 1. Generatim et in bonam partem est qui libenter et multa donat, *donatore, liberale, splendido*, μεγαλόδωρος. *Sall. Jug.* 95. Multarum rerum ac maximæ pecuniæ largitor. *Liv.* 6. 16. *a med.* Seditionis leniendæ causa, postulante nullo, largitor voluntarius repente senatus factus. *et ibid.* 2. *sub fin.* Prædam militi dedit, quo minus speratam a minime largitore duce, eo militi gratiorem. Adde *eumd.* 9. 42. *Sil. It.* 7. 164. Bacche, sacri largitor laticis. ¶ 2. Speciatim in malam partem sumitur pro eo, qui per ambitum pecunia coemit suffragia et favorem multitudinis, ut in LARGITIO I. 2. dictum est. *Cic.* 1. *Off.* 19. 64. Exsistunt in republica plerumque largitores et factiosi, ut opes quam maximas consequantur, et sint vi potius superiores, quam justitia pares. *Id. Planc.* 15. 37. Cujuscumque tribus largitor esset. *Id.* 4. *Cat.* 5. 10. Lentulum largitorem et prodigum non putat, quum de pernicie populi Romani tam crudeliter cogitarit.

LARGĪTŪDO, ĭnis, f. 3. (largus) largitas. *Charis.* 1. p. 78. *Putsch. Largitudo* nusquam invenitur, nisi apud Nepotem.

LARGĪTUS, adverb. (largus) largiter, affatim. *Afranius* apud *Non. p.* 514. 13. *Merc.* Quid istuc est? quid fles? quid lacrimas? largitus proloquere.

LARGĪTUS, a, um. *V.* LARGIOR.

LARGĬUSCŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* largus, aliquantum copiosus, aliquantum largus. *Solin.* 7. Galactites subnexus parvulis, largiusculos haustus facit salivarum.

LARGUS, a, um, adject. Comp. *Largior* 1.; Sup. *Largissimus* 1. et 2. — Ratione habita etymi, dictum putant, quasi λάεργον, a λά valde et ἔργον res: alii a λαῦρος copiosus. Ceterum ¶ 1. Generatim est copiosus, abundans, amplus, multus, εὔπορος, δαψιλής (It. *abbondante, copioso*; Fr. *abondant, copieux, considérable*; Hisp. *abundante, copioso*; Germ. *reich, reichlich, viel, häufig*; Angl. *abundant, plentiful, copious, large*). Occurrit — *a*) Absolute. — Posit. *Lucret.* 1. 283.; et *Virg.* 1. *G.* 23. Largus imber. *Lucret.* 1. 313. Largi haustus. *Id.* 1. 1030. undæ fluminis. *Virg.* 12. *Æn.* 721. sanguine largo Colla armosque lavant. *et* 6. *ibid.* 699. largo fletu ora rigare. *Id.* 3. *G.* 308. largi

copia lactis. *Sil. It.* 1. 526. Jamque agitur largus per membra fluentia sudor. *Lucret.* 2. 806. cauda pavonis Larga quum luce repleta est. Sic *Cic.* 2. *Nat. D.* 19. 49. Quum sol terras larga luce compleverit. *Lucret.* 4. 882. Largus aer penetrat foramina. *Ovid.* 4. *Met.* 758. Largi odores. *Lucret.* 5. 867. pacemque sequutæ Sunt et larga suo sine pabula parta labore. *Virg.* 2. *G.* 390. larga pubescit vinea fetu. *Ovid.* 4. *Fast.* 517. Larga messis. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 39. 94. (229). Pili equis in juba largi, in armis leoni. *lunghi e folti. Martial.* 8. 70. Quum siccare sacrum largo Permessida posset Ore, verecundam maluit esse sitim. *h. e.* amplo et rotundo ob divitem venam carminum. *Ovid.* 3. *Art. am.* 408. Largæ opes. *Val. Flacc.* 4. 551. Largus honor. *h. e.* amplus, multa oris dignitas. *Lucret.* 5. 156. Quæ tibi posterius largo sermone probabo. *con lungo discorso.* — Comp. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 44. Largior ignis ardet. *Liv.* 40. 14. Die festo inter æquales largiore vino uti. *Petron. Satyr.* 82. Largiore cibo excitare vires. *Tac.* 1. *Ann.* 31. Largiora stipendia exposcere. Et absolute *Horat.* 2. *Od.* 18. 13. nec potentem amicum Largiora flagito. — Sup. *Sueton. Cæs.* 38. Largissima præda. *Id. Domit.* 4. Largissimum epulum. *Id. Tit.* 7. Munus edidit apparatissimum largissimumque. *splendidissimo. Plin.* 34. *Hist. nat.* 15. 43. (149). Metallorum omnium vena ferri largissima est. — *b*) Cum Genitivo apud Poetas. *Virg.* 11. *Æn.* 338. Largus opum. Ubi *Servius*: abundans, dives: non qui multa donaret. *Lucan.* 9. 608. fons largus aquæ. *Sil. It.* 7. 601. Tum Garadum, largumque comæ prosternit Adherben. — *c*) Cum Ablativo. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 102. (161). Folia carnosa, pinguia, larga succo. *Plaut. Asin.* 2. 2. 24. Homo largior linguâ. *abbondante di parole.* At *Forcellinus* retulit adject. *largior* ad *linguam*, eodem tamen sensu. ¶ 2. Est etiam liberalis, profusus, pronus ad donandum, *liberale, profuso, generoso, prodigo.* — *a*) Absolute. *Cic.* 2. *Off.* 16. 55. Duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. *Id.* 5. *Verr.* 50. 118. Si largissimus esse vellet, cumulatiore mensura uteretur. — *b*) Cum Genitivo apud Poetas. *Sil. It.* 8. 250. auctus opes largusque rapinæ. *h. e.* de alieno largiens, ut *Forcellinus* est interpretatus; aliis vero est abundans opibus rapinâ partis. *Id.* 15. *ibid.* 498. Pœnus mercandi dextras largus. *h. e.* facilis et largus in conducendis militibus. *Stat.* 3. *Theb.* 603. largusque animæ, modo suaserit ira. *h. e.* vitam facile periculis objiciens, vitæ prodigus. *Lucan.* 7. 225. et largus habenæ Ponticus ibat eques. *h. e.* qui equitando solet equo habenas laxare. Al. leg. *habenis*: al. *habena*; v. locum *Sil. It.* mox citandum. — *c*) Cum Ablativo. *Plaut. Asin.* 3. 3. 8. Audin' tu hunc, opera ut largus est? *h. e.* facile pollicens operam suam. *Tac.* 2. *Hist.* 59. Vir largus animo et par opibus. *d'animo generoso.* et 3. *ibid.* 58. Largus promissis. *Sil. It.* 7. 696. Ferrata calce atque effusa largus habena Cunctantem impellebat equum. Sic *Id.* 15. 724. totus largitus habenas Livius acer equo. Cf. *Lucan.* loc. cit. sub 2. *b.* — *d*) Cum Infinito. *Horat.* 4. *Od.* 12. 19. Spes donare novas largus. — *NB.* De cognom. Rom. *v.* ONOM.

LĂRĪDUM *et per syncop.* lardum, i, n. 2. *Macrob.* dici putat, quasi *large aridum*. Ejus verba sunt 7. *Saturn.* 12. Sæpe apposita salita carne, quam laridum vocamus, ut opinor, quasi large aridum, quærere mecum constitui, qua ratione carnem, ad diuturnitatem usus, admixtio salis servet. Hæc *Macrob.* Ceterum vox conjungenda videtur cum Gr. λαρὸς *jucundus* et λαρινὸς *incrassatus, pinguis.* — Laridum vel lardum est caro suilla cum suo pingui sale condita et siccata: item ipsum pingue (It. *carne porcina salata, lardo*; Fr. *viande de porc salé, lard*; Hisp. *tocino salado, lardo*; Germ. *der Speck*; Angl. *bacon, the fat of bacon, lard*). Occurrit — *a*) Forma *laridum* apud *Plaut. Capt.* 4. 3. 3. Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido! Adde *eund. ibid.* 4. 2. 67. et *Men.* 1. 3. 27. — *b*) Forma *lardum* apud *Horat.* 2. *Sat.* 6. 85. semesaque lardi Frusta dedit. *Ovid.* 6. *Fast.* 169. Pinguia cur illis gustentur larda calendis. *Martial.* 5. 78. Et pallens faba cum rubente lardo. *Juvenal.* 11. 84. Et natalicium cognatis ponere lardum. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 16. 65. (227). Lardum elixum atque circumligatum mira celeritate ossa fracta solidat. *Pallad.* 13. *R. R.* 6. Pernas etiam et lardum conficimus non solum mense hoc, sed omnibus, quos hiemalis algor adstringit. — Hinc

Laridus, a, um, adjective usurpatur ab *Imppp. Valentin., Theodos. et Arcad. Cod. Theod.* 8. 4. 17. Pro octoginta libris laridæ (*subaudi* carnis), pro octogenis etiam libris olei, et pro duodenis modiis salis singuli solidi proferantur.

LĂRĪFŪGA, æ, m. 2. (lar *et* fugio) qui lares suos deserit, erro, vagabundus. *Petron. fragm. Tragur.* 57. *Burmann.* Larifuga nescio quis, non valet lotium suum.

LĂRIGNUS, a, um, adject. (larix) qui est ex larice, *di larice*, πεύκινος. *Vitruv.* 2. 9. *ad fin.* Larigna materies.

LĂRIX, icis, m. et f. 3. *larice*, λάριξ, arboris genus cognatum abieti et pino: a λαρὸς *suavis*, nempe ab odoris suavitate. Resinam enim fundit, et vere flores gignit odoratos. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 19. (43). Laricis materies præstantior longe, incorrupta usu, mori contumax, rubens præterea et odore acrior. *et* (45). Excepta larice, quæ neque ardet, nec carbonem facit, nec allo modo ignis vi consumitur, quam lapides. *Id. ibid.* 18. 30. (73). Montes amant cedrus, larix, tæda et ceteræ, e quibus resina gignitur. *Id. ibid.* 39. 74. (190). Tiberius Cæsar, concremato ponte naumachiario, larices ad restituendum cædi in Rhætia præfinivit. *Vitruv.* 2. 9. *a med.* Larix, qui non est notus nisi his municipibus, qui sunt circa ripas fluminis Padi et litora maris Hadriatici, non solum ob succi vehementem amaritatem ab carie aut a tinea non nocetur, sed etiam flammam ex igne non recipit, nec ipse per se potest ardere, nisi uti saxum in fornace ad calcem coquendam aliis lignis uratur. *et mox.* Materies autem larigna per Padum Ravennam deportatur, in colonia Fanestri, Pisauri, Anconæ reliquisque, quæ sunt in ea regione, municipiis præbetur. — Quod negant *Plin., Vitruv. loc. cit.* et *Pallad.* 12. *R. R.* 15. hanc arborem igne corripi, inter fabulas rem hujusmodi amandandam esse, nunc nemo ignorat.

LĂROS. *V.* LARUS.

LĂRŪA. *V.* LARVA I. in fin.

LĂRŪĀLIS. *V.* LARVALIS.

LĂRŪĀTUS. *V.* LARVO.

LĂRUS *et* lăros, i, m. 2. λάρος, *gabbiano*, avis aquatica, eadem ac gavia, quam vulgo nunc Veneta *cocale* dicunt; et ob ejus stupiditatem eodem nomine stupidos etiam homines appellant. *Gloss. Philox.* Larus, λάρος. *et ibid.* Λάρος, larus, gavia. Hujus avis mentio est etiam apud *Vulgat. interpr. Levit.* 11. 16. et *Deuter.* 14. 15.

LARVA *et* lărŭa, æ, f. 1. genius malus ac noxius defunctorum (de vocis etymo *V.* sub I.) μορμολύκειον (It. *spettro, larva, fantasima, ombra*; Fr. *fantôme, spectre, larve*; Hisp. *fantasma, espectro*; Germ. *ein Gespeust*; Angl. *a spectre, ghost, phantom, walking spirit, hobgoblin, goblin*).

I.) Proprie. *Larvam* dictam putant a *Lare*, a quo ita differat, ut *Lar* certis ædibus curam gereret posterorum, *Larva* vagaretur incertis sedibus et perterreret homines horribili visu: atque hac pœna plecteretur ob vitam male actam. *Augustin.* 9. *Civ. D.* 11. Dicit (*Plato*) animas hominum dæmones esse, et ex hominibus fieri Lares, si boni meriti sint; Lemures, si mali, seu Larvas: Manes autem deos dici, si incertum est, bonorum eos, seu malorum esse meritorum. *Apul. de Deo Socrat. a med.* Est et secundo significatu species dæmonum, animus humanus, emeritis stipendiis vitæ, corpore suo abjurans. Hunc vetere lingua Latina reperio Lemurem dictitatum. Ex hisce ergo Lemuribus, qui posterorum suorum curam sortitus, placato et quieto numine domum possidet, Lar dicitur familiaris: qui vero ob adversa vitæ merita, nullis bonis sedibus, incerta vagatione, ceu quodam exsilio, punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum noxium malis; id genus plerique Larvas perhibent. Quum vero incertum est, quæ cuique eorum sortitio evenerit, utrum Lar sit, an Larva, nomine Manem deum nuncupant. Hucusque *Apul.* — *Plaut. Amph.* 2. 2. 145. Hæc quidem ædepol laruarum plena est. *Id. Aulul.* 4. 4. 15. Larvæ hunc atque intemperiæ agitant senem. *Id. Capt.* 3. 4. 66. Jam deliramenta loquitur: larvæ stimulant virum. *Seneca Apocoloc. circa med.* Qui contra hoc SC. deus factus erit, eum dedi larvis, et proximo munere ferulis vapulare placet. Adde *Ammian.* 14. 11. et 28. 1.; et *Arnob.* 3. 41. *Plin. Hist. nat. præfat.* § 31. Nec Plancus illepide, quum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipso, aut liberis post mortem Planci ederentur, ne respondere posset: *cum mortuis non nisi larvas luctari*. Hæc *Plin.* Eo autem dicto Plancus Asinium, ut insanientem, præstringebat. Nam est etiam convicium in hominem insanum, aut stupidum. *Plaut. Merc.* 5. 4. 20. Etiam loquere larua? tu? Adde *eund. Cas.* 3. 4. 2. Utroque autem loco trisyllabum est, ut et *Amph.* 2. 2. 145. et *Aulul.* 4. 4. 15.

II.) Translate. ¶ 1. Larva est persona, *maschera*, πρόσωπον, προσωπίς. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 64. Nil illi larva et tragicis opus esse cothurnis. — Et metaphorâ hinc ductâ, *Petron. fragm. Tragur.* 44. *Burmann.* vocat *larvas* ædiles, aut similes magistratus, qui personam quidem illam gerunt, ceterum alia omnia curant, quam res civium et utilitatem reipublicæ, privato solum lucro intenti. Alii tamen aliter leg. ¶ 2. Est etiam sigillum, imagunculæ, ita quodam occulto artificio compacta, ut moveri per se videatur, *fantoccio, figurina semovente. Petron. fragm. Tragur.* 34. *Burmann.* Larvam argenteam attulit servus sic aptatam, ut articuli ejus vertebræque laxatæ in omnem partem verterentur. Apud *Apul. de Mag.* adversarii ejus *larvam* appellabant et *sceletum* imagunculam Mercurii, quam ille religionis causa sibi fabricari jusserat, ipsi autem magicis artibus paratam calumniabantur.

LARVĀLIS, e, adject. (larva). In *Priap. carm.* 33. legitur *larvialis* epenthesi τοῦ ι. Pallorem maciemque larvialem. *Al. leg.* larualem, *quadrisyllabum. V.* voc. præced. I. in fin. — Larvalis est ad larvam pertinens, atque adeo terribilis, deformatus, pallens, emaciatus ac prorsus horrendus, *proprio delle larve, terribile, spaventevole*, μόρμος. *Ammian.* 31. *sub init.* Larvale simulacrum. *Seneca Ep.* 24. *a med.* Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat et tenebras et larvalem habitum nudis ossibus cohærentium. *Apul. de Mag.* Macilenta forma diri cadaveris, prorsus horribilis et larvalis.

LARVĀTĬO, ōnis, f. 1. (larva) pro epilepsia legitur apud *Isid.* 4. *Orig.* 7. 6. Eadem (*passio*) et larvatio, et morbus comitialis etc.

LARVĀTUS, a, um. *V.* LARVO.

LARVĔUS, a, um, adject. (larva) qui larva tectus est, *larvato, mascherato*. Habet *Venant.* 6. *carm.* 6. 12. Serpens elatus, zelator, larveus hostis. *h. e.* diabolus sub forma serpentis.

LARVĬĀLIS. *V.* LARVALIS.

LARVO, as, ātum, are, a. 1. (larva). Part. *Larvatus* in fin. — Larvare est larvis infestare, terrere, *atterrire. Firmic.* 3. *Mathes.* 14. *a med.* Fascinantes mulieres, quæ etiam ipsos artus larvari ac fascinari faciant. — Hinc Part. præter. pass.

Larvatus, a, um, est furiosus, mente motus, quasi a larvis exterritus, ut *Paul. Diac.* p. 119. 4. *Müll.*, vel in larvas incurrerit, ut *Non.* p. 44. 26. *Merc.* exponit. *Plaut. Men.* 5. 4. 1. Quid esset illi morbi, dixeras? num larvatus, aut cerritus? *Id. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 6. *Æn.* 229. Pro larvato te circumferam. *Apul. de Mag.* Hunc denique qui larvam putat, ipse est larvatus. — Priore loco al. leg. *laruatus* quadrisyllabum, quod ita ratio carminis postulet. *V.* simile exemplum in LARVALIS init. et in LARVA I. in fin.

LĂRYNGŌTŎMĬA, æ, f. 1. λαρυγγοτομία, incisio gutturis, quod est caput asperæ arteriæ. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 4. Asclepiades approbat arteriæ divisuram ob respirationem faciendam, quam laryngotomiam vocant.

LĂSĂNUM, i, n. 2. λάσανον, vas evacuando ventri accommodatum, *cantaro, pitale*; a Græca voce allata, quam *Hesychius* familiaricam sellam interpretatur. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 109. Quum Tiburte via prætorem quinque sequuntur Te pueri, lasanum portantes œnophorumque. *Petron. fragm. Tragur.* 41. *Burmann.* Ab hoc ferculo Trimalchio ad lasanum surrexit. *V.* SCAPHE 2. Hucusque *Forcellinus.* Sunt qui apud *Horat.* lasanum, vas culinarium interpretantur: at *Acro* ad *loc. cit.* Lasanum, vas in quo exoneratur venter. Sic etiam apud

Petron. Satyr. 47., et apud *Aristophanem Polluc.* 10. 47.

LASCĪVANS, antis, adject. (lascivus) idem ac lasciviens. *Poeta* in *Anthol. Lat. Burmann. T.* 2, *p.* 446. Cedat Cecropii lascivans bucula fabri.

LASCĪVĒ, adverb. (lascivus). Comp. *Lascivius.* — Lascive est petulanter, molliter, *sfacciatamente, lascivamente*, ἀσελγῶς, ἀκολάστως. *Martial.* 8. *init. in epist. ad Domitian.* Illis non permisi tam lascive loqui, quam solent. *Apul. de Mag.* Versus amatorios fecit etiam mulier Lesbia, lascive illa quidem, tantaque gratia etc. *Avien. Arat.* 514. Et si persultans aries lascivius herbas Appetit.

LASCĪVIA, æ, f. 1. (lascivus) animi incontinentia, ex saturitate fere et otio nascens, quæ vel in procacitatem, vel in libidinem erumpit, ἀσέλγεια (It. *petulanza, sfrenatezza, licenza, insolenza, troppa libertà*; Fr. *folâtrerie, licence*; Hisp. *truhaneria, libertad inmoderata*; Germ. *d. Muthwille, Ausgelassenheit, Schäckerei*; Angl. *wantonness, petulance, licentiousness*). Occurrit ¶ 1. Sæpe in bonam partem, est enim sine malitia. — *a*) De hominibus et brutis. *Cic.* 2. *Fin.* 20. 65. Non enim hilaritate, nec lascivia, nec risu, aut joco comite levitatis, sed sæpe etiam tristes firmitate et constantia sunt beati. *Lucret.* 5. 1397. *de priscis temporib.* agrestis enim tum musa vigebat: Tum caput atque humeros plexis redimire corollis, Floribus et foliis lascivia læta monebat. *Liv.* 1. 5. Ut nudi juvenes, Lyceum Pana venerantes, per lusum atque lasciviam currerent. Similiter *Tac.* 11. *Ann.* 31. Vectius Valens lasciviâ in prærupta arborem conscendit. *per capriccio, per ispasso, per vivezza.* et 3. *Hist.* 33. Faces in vacuas domos per lasciviam jaculabantur. *per bel diletto.* et 11. *Ann.* 36. Messalina paribus lasciviis ad cupidinem et fastidia. *h. e. capricciosa si nell'invogliarsi che nello svogliarsi.* V. integrum locum in ULTRO. *Seneca Consol. ad Helv.* 16. *a med. de blandissimo puero.* Cujus non lacrimas ejus hilaritas supprimat? cujus non contractum sollicitudine animum illius argutiæ solvant? quem non in jocos vocabit illa lascivia? *vivezza.* Sic *Tac. Germ.* 24. saltationem inter gladios audacem lasciviam dixit. *Pacuvius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 14. 24. Ut profectione læti piscium lasciviam intuerentur. Sic *Plin.* 9. *Ep.* 33. lasciviam vocat ludicros cursus decursusque delphini. et *Colum.* 7. *R. R.* 12. 12. Catulos sex mensibus primis, dum corroborentur, emitti non oportet, nisi ad matrem lusus ac lasciviæ causa. — *b*) De operibus naturæ. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 45. (123). *de cornib.* Nec alibi major naturæ lascivia: lusit animalium armis. Sparsit hæc in ramos, ut cervorum: aliis simplicia tribuit etc. *capriccio.* Confer *Taciti* loc. superius cit. — *c*) Possive et joculariter *Plaut. Asin.* 2. 2. 32. O catenarum colone. L. O virgarum lascivia. *h. e.* in cujus tergum virgæ lascivire solent. ¶ 2. In malam partem ponitur — *a*) Pro petulantia, procacitate. — Speciatim, nisi proprie, de oculis dicitur. *Justin.* 1. 3. 2. Quum mollitiâ corporis et oculorum lasciviâ omnes feminas anteiret. Cf. *Rutil. Lup. de fig. sent. et eloc.* 1. 18. *Ruhnk.* Oculi ad petulantem lasciviam, manus ad rapinam, venter ad aviditatem etc. Sic absolute *Seren. Sammon. v.* 663. Mobilis (*al.* nobilis) hirsutas horret lascivia sætas. (Hanc vocat *Petron. Satyr.* 126. Oculorum mobilem petulantiam. *et ibid.* 138. Petulantes oculi. Cf. *Quintil.* 11. 3. 76. Oculi lascivi et mobiles.) — Generatim. *Porcius* apud *Sueton. in Vita Ter.* 1. Dum lasciviam nobilium et laudes fucosas petit etc. *Quintil.* 9. 2. 76. Assistentes oderint hanc maledicendi lasciviam. Sic *Tac.* 11. *Ann.* 13. theatralem lasciviam vocat jocos impudentes et probra a populo in theatro jactata in consulares viros et illustres feminas. — *b*) Item pro libidine, *lascivia. Sueton. Cal.* 36. Quum maxime placitam sevocasset, paullo post, recentioribus adhuc lasciviæ notis, reversus etc. *Id. ibid.* 25. Cæsonia luxuriæ ac lasciviæ perditæ. — *c*) Est etiam lascivia in oratione, quum scilicet intemperanti stilo quis utitur. *Quintil.* 2. 6. 22. Ne recentis hujus lasciviæ flosculis capti, voluptate quadam prava delectentur, ut illud prædulce genus adament. Sic *Id.* 10. 1. 43. Alios recens hæc lascivia deliciæque et omnia ad voluptatem multitudinis imperitæ composita delectant.

LASCĪVIBUNDUS, a, um, adject. (lascivio) *petulante*, lasciviens. *Plaut. Stich.* 2. 1. 16. Quidnam dicam, Dinacium lascivibundum tam libenter currere?

LASCĪVĪO, is, īi, ītum, īre, n. 4. (lascivus). Part. *Lasciviens* I. et II. — Lascivire est petulanter agere, ut equi indomiti solent et qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrant, præter solitum, aut lusitant exsultantque, ἐξυβρίζω (It. *lussureggiare, insolentire, scherzare, far baje*; Fr. *folâtrer, se jouer, badiner, bondir, sauter, s'ébattre*; Hisp. *juguetar, retozar*; Germ. *muthwillig sein, schäckern, scherzen*; Angl. *to be wanton, play the wanton, wanton, sport, frisk, frolich*).

I.) Proprie. — *a*) De hominibus et brutis animantibus. *Ennius* apud *Festum p.* 317. 15. *Müll.* Hominem appellat. *Quid lascivis, stolide?* non intelligit. *Cic.* 1. *de republ.* 40. Est vero, inquit Scipio, in pace et otio. Licet enim lascivire, dum nihil metuas. *Liv.* 2. 29. Et lascivire magis plebem, quam sævire. Adde *Justin.* 16. 4. 3. Sic *Sueton. Cæs.* 67. Post magnam pugnam atque victoriam licentiam omnem passim lasciviendi permittebat militi. *Liv.* 27. 4. Angues miræ magnitudinis lascivientium piscium modo exsultasse. *Ovid.* 7. *Met.* 321. Fugâ lascivit agnus. *Colum.* 6. *R. R.* 24. 2. Satietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciviunt. — *b*) Poetice de rebus. *Sil. It.* 13. 329. Dextera lascivit cæsa Tegeatide capra. *h. e.* hos, illos percutiens pelle capræ. De Lupercis loquitur, qui nudi per urbem discurrebant et obvios quosque percutiebant. Et translate *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 145. Insolitisque docet galeam mitescere sertis: Ferratus lascivit apex, horrorque recessit Martius, et cristæ pacato fulgure vernant. Similiter *Apul.* 10. *Met.* Quam quidem laciniam curiosulus ventus satis amanter nunc lasciviens reflabat, nunc luxurians etc.

II.) Translate refertur ad orationem molliorem et stili delicatioris. *Quintil.* 9. 4. 142. Quotidie magis lascivimus syntonorum modis saltitantes. Cf. *eumd.* 11. 1. 56. Et *Id.* 4. 2. 39. Toto et rerum et verborum et compositionis genere lasciviunt. *Id.* 12. 10. 73. Vitiosum et corruptum dicendi genus, quod aut verborum licentia resultat, aut puerilibus sententiolis lascivit. *Id.* 9. 4. 6. Pedes in oratione simili pæne licentia lascivientes.

LASCĪVIŌSUS, a, um, adject. (lascivus) luxurians. Translate *Isid.* 6. *Orig.* 8. Panegyricum est licentiosum et lasciviosum genus dicendi in laudibus regum.

LASCĪVĪTAS, ātis, f. 3. (lascivus) *petulanza*, lascivia, petulantia. *Firmic.* 1. *Mathes.* 1. Nec Asiana lascivitas sobria Jovis moderatione corrigitur. Adde *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 8.

LASCĪVĪTER, adverb. (lascivus) lascive. *Lævius* apud *Charis.* 2. *p.* 183. *Putsch.* Lasciviterque ludunt.

LASCĪVŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* lascivus, *lascivetto*, aliquantum lascivus. *Lævius* apud *Priscian.* 10. *p.* 903. *Putsch.* Manu lascivula ac tenellula.

LASCĪVUS, a, um, adject. Comp. *Lascivior* 1. et 2.; Sup. *Lascivissimus* 2. — Quidam ducunt a *lacio*, unde *lacesso*, quasi *lacessivus*, quia sine ulla causa lacessere alios solet. Alii alias assignant origines, e Græco petitas. Rectius fortasse putes *lascivus* esse pro *laxivus* a *laxus*, unde *laxare* et *relaxare* animum. Quidquid vero sit de etymo, lascivus est petulans, procax, protervus, nimia licentia exsultans ex hilaritate quadam animi, rerum copia atque otio, ἀκόλαστος, ἀσελγής, ὑβριστικός (It. *petulante, insolente, procace, bizzarro*; Fr. *folâtre, enjoué, badin, gai*; Hisp. *jugueton, gozoso, insolente, petulante*; Germ. *muthwillig, lose, ausgelassen, schäckerhaft*; Angl. *wanton, playful, frisky, sportive, petulant, pert*). Occurrit ¶ 1. In bonam partem. — *a*) De hominibus et brutis animantibus. *Varro* 1. *R. R.* 14. 1. Naturale sæpimentum, quod habet radices, ac prætereuntis lascivi non metuit facem ardentem. *Schneider.* vocem *lascivi* omittendam censet. *Virg.* 3. *Ecl.* 64. Malo me Galatea petit, lasciva puella, Et fugit ad salices, et se cupit ante videri. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 133. vellunt tibi barbam Lascivi pueri, quos tu nisi fuste coerces etc. Cf. *eumd.* 2. *Ep.* 2. 215. ne potum largius æquo Rideat et pulset lasciva decentius ætas. *M. Cœl.* apud *Quintil.* 6. 3. 41. Siculi quidem, ut sunt lascivi et dicaces, ajebant, in delphino sedisse etc. *Ovid.* 13. *Met.* 791. tenero lascivior hœdo. *Lucret.* 1. 261. hinc nova proles Artubus infirmis teneras lasciva per herbas Ludit. *Virg.* 2. *Ecl.* 64. Florentem cytisum sequitur lasciva capella. *Ovid.* 3. *Met.* 685. *de nautis in pisces mutatis.* Inque chori ludunt speciem; lasciva que jactant Corpora; et acceptum patulis mare naribus efflant. *Rutil.* 1. *Itiner.* 379. Ludere lascivos inter vivaria pisces. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 42. 58. (117.). *de psittaco.* Imperatores salutat, et quæ accipit verba, pronunciat; in vino præcipue (*hæc avis*) lasciva. *spiritosa.* Singulare est illud *Spartian. Hadrian.* 14. *extr.* Idem severus, lætus; comis, gravis; lascivus, cunctator. *h. e.* nimis festinus et præceps, *precipitoso*, προπετής. — *b*) De abstractis et inanimis. *Horat.* 2. *Od.* 11. 7. Pellente lascivos amores Canitie. *Id. Art. P.* 105. tristia mœstum Vultum verba decent, iratum plena minarum, Ludentem lasciva, severum seria dictu. *Quintil.* 6. 3. 27. Quod dicitur, aut est lascivum et hilare, aut contumeliosum. *Tibull.* 2. 1. 87. jam Nox jungit equos, currumque sequuntur Matris lascivo sidera fulva choro. *Horat.* 1. *Od.* 36. 20. Lasciviæ hederæ. *h. e.* quæ erratico et libero cursu passim adhærescunt. *Martial.* 11. 45. Lasciva acus. *h. e.* comatoris, calamistrum. Sic *Tertull. Virg. veland.* 13. Acu lasciviore comam sibi inferunt. *Martial.* 8. 78. Nunc veniunt subitis lasciva numismata nimbis. *h. e.* huc illuc vaga super populum cadentia, et illius aviditatem ac proterviam in colligendo excitantia. *Propert.* 4. 8. 76. quum lascivum sternet arena forum. *h. e.* quum propter gladiatorium ludum convenientibus in forum puellis, licentiæ et amoribus locus erit. *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 331. lascivi confligunt æquore lembi. *h. e.* agiles, leves ludunt in undis pugnæ simulacro. ¶ 2. In malam partem — *a*) Sæpe ad res turpes refertur, *lascivo, libidinoso. Ovid.* 3. *Amor.* 7. 10. et 1. *Art. am.* 523. et alibi. Sic *Quintil.* 10. 1. 93. Ovidius utroque lascivior. *Martial.* 5. 2. Lascivi libelli. et *Sueton. Tib.* 43. Lascivissimæ picturæ. — *b*) *Lasciva oratio* est nimis compta et ornata. *Gell.* 12. 2. *a med.* Ciceronem hæc (*Enniana*) interposuisse ad effugiendam infamiam lasciviæ orationis et nitidæ.

LĂSER, ĕris, n. 3. λασάριον, ὀπός, *lasere, assefetida.* Perperam prima syllaba producitur ab *Escher.* 23. Nectareum vitient nunc lasera tetra rosetum. — Laser

I.) Proprie est succus sirpis, seu silphii. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 3. 15. (38). Auctoritate clarissimum laserpitium, quod Græci silphion vocant, in Cyrenaica provincia repertum: cujus succum vocant laser, magnificum in usu medicamentisque, et ad pondus argentei denarii repensum. (*V.* ibi plura de eo, et locum *Solini* in LASERPITIUM in fin.) *Id.* 22. *ibid.* 23. 49. (101). Laser e silphio profluens, inter eximia naturæ dona numeratum, pluribus compositionibus inseritur. (*V.* ibi plurimos ejus usus in medicina). *Colum. Arbor.* 23. Laser Cyrenaicum vino diluere. Adde *Vegel.* 5. *Veterin.* 59. et 64. *Marcell. carm. de medic.* Zingiber et calidum, mordax piper, et laser algens. *Pallad.* 3. *R. R.* 29.; et *Pelagon.* 17. 1. ὀπὸν Κυρηναϊκὸν vocant.

II.) Figurate, h. e. per metonymiam sumitur pro ipso silphio. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 43. (153). Conditur aceto, addita laseris radice. Adde *Scribon. Compos.* 192. et 196.

LĂSĔRĀTUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

LĂSĔRĀTUS, a, um, adject. (laser) lasere mixtus, seu conditus. *Plin. Valer.* 1. 21. Cinis cum aceto laserato mixtus. — Hinc

Laseratum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est condimentum ex lasere. *Apic.* 1. 30. *in lemmate.*

LĂSERPĪTIĀRĬUS, a, um, adject. (laserpitium) ad laserpitium pertinens. *Petron. fragm. Tragur.* 35. *Burmann.* Ipse etiam tæterrima voce de laserpitiario mimo canticum extorquet. *h. e.* ex mimo laserpitii laudes celebrante: vel laserpitiarius mimus est qui laser comedens frequentes inter saltandum peditus edit, V. *Aristoph. Equic.* 904. et seq.; sit enim et *Dioscor.* 3. 94. σίλφιον ἐστὶ φυσώδης, silphion inflationes facit. Alii aliter legunt et interpretantur.

LĂSERPĪTIĀTUS, a, um, adject. (laserpitium) laserpitio mixtus. *Cato R. R.* 116. Permisceto lentim aceto laserpitiato. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 30. 73. (308). Aliqui lentem aceto laserpitiato respergunt.

LĂSERPĬTĬFER, fĕra, fĕrum, adject. (laserpitium et fero) laserpitii ferax, ut Laserpitiferæ Cyrenæ, apud *Catull.* 7. 4.

LĂSERPĬTĬUM, ĭi, n. 2. Scribitur et *laserpicium.* — Laserpitium, σίλφιον, est idem quod silphium, herba radice multa crassaque, et nigri corticis, caule ferulaceo, aut simili crassitudine, foliis apio maxime similibus, semine foliaceo. Vesci pecora solita, primoque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in modum jucunda. Post folia amissa, caule ipso et homines vescebantur decocto, asso elixoque, eorum quoque corpora quadraginta primis diebus purgante a vitiis omnibus. Hæc ex *Plin.* 19. *Hist. nat.* 3. 15. (42)., ubi addit, ex inciso tubere seu radice manare succum, qui laser dicitur (*V.* LASER), qui et ipse aliquando laserpitium vocatur. *Laserpitium* videtur *Salmasio* in *Solin.* p. 249. esse ὀπὸς σιλφίου succus silphii, quasi *lac serpicium*, quod in modum lactis manat; *laser* vero est ὕλος ὁ Σύριος σὺν τῇ ῥίζῃ, totus caulis cum radice. *V.* SIRPE. *Cato* apud *Charis.* 1. p. 56. *Putsch.* Laserpitium pro pulmentario habet. *Id. R. R.* 157. Ad morbum articularium et laserpitium inrasum cum brassica ex aceto oxymelle et sale sparsa. *Plaut. Rud.* 3. 2. 16. Si speras tibi hoc anno multum futurum sirpe et laserpitium. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 13. 51. (141). Nonnulli laserpitium una illini jubent. *Colum.* 6. *R. R.* 17. 7. Facit et radix, quam Græci σίλφιον vocant, vulgus autem nostra consuetudine laserpitium appellant. Adde *Veget.* 4. *Veterin.* 22. — De hoc succo ita *Solin.* 27. § 48. Apud Cyrenenses sirpe gignitur, odoratis radicibus, virgulto herbido magis, quam arbusto: cujus e culmo exsudat stato tempore pingue roscidum, idque pascentium hircorum inhæret barbulis; ubi quum arefactum inolevit guttis stiriacis, legitur ad usum mensarum, vel medelis. Dictum est primo lac sirpicum, quoniam manat in modum lacteum: deinde usu derivante laser nominatum. Ità *Solin.*, qui tamen laserpitium cum ladano confundit, ut et *Salmas.* monet.

LASSAMEN, ĭnis, n. 3. idem ac lassitudo. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 117.

LASSĀTUS, a, um. *V.* LASSO.

LASSESCO, is, ĕre, n. inchoat. 3. (lassus). Part. *Lassescens.* — Lassesco est lassus fio, *divenire lasso, stancarsi*, ἐκκάμνω. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 40. 41. (130). Ne lassescat fortuna, metus est. *Id.* 14. *ibid.* 2. 4. (33). Vitis fertilitas absumitur, si non præpinguis soli ubertas lassescentem sustineat. *Prudent.* 2. *in Symmach.* 101. victo lassescere visu. *stancarsi nel mirare.* et *Hieronym. Ep.* 22. n. 39. Arma sumere, lassescere sub lorica.

LASSĬTŪDO, ĭnis, f. 3. (lassus) molestia, quam ex labore suscipimus, κόπος (It. *stanchezza, straccheza*; Fr. *lassitude, fatigue*; Hisp. *lasitud, cansancio, fatiga*; Germ. *Ermüdung, Abspannung der Kräfte, Müdigkeit, auch d. Müdewerden, Mattigkeit*; Angl. *weariness, fatigue, lassitude*). Occurrit — *a*) Passive. — Lassitudo minus est, quam fatigatio, ut colligitur ex illo *Cels.* 1. 2. *a med.* Exercitationis plerumque finis debet esse sudor, aut certe lassitudo, quæ citra fatigationem sit. — Ceterum *Plaut. Stich.* 2. 2. 12. Omnia membra lassitudo mihi tenet. *Id. Merc.* 1. 2. 45. Lassitudinem hercle verba tua mihi addunt, enicas. *Id. ibid.* v. 17. Numquam edepol omnes balineæ mihi hanc lassitudinem eximent. *Id. Bacch.* 1. 1. 75.; et *Nepos Eumen.* 9. Lassitudinem sedare. *Cic.* 2. *Invent.* 4. 14. Postquam illos aretius ex lassitudine dormire sensit. *Id.* 12. *Fam.* 25. *sub fin.* Admodum sumus jam defatigati. Sed nulla lassitudo impedire officium et fidem debet. *Cæs.* 2. *B. C.* 41. Nostros vires lassitudine deficiebant. *Id.* 3. *ibid.* 92. et 95. Lassitudine confici. *et* 2. *B. G.* 23. Cursu ac lassitudine exanimati. *et* 4. *ibid.* 15. Timore, lassitudine, vi fluminis oppressi. *Nepos Datam.* 11. A lassitudine acquiescere. *Curt.* 3. 7. 9. Lassitudine vinci. *Seneca* 3. *Ira* 9. Citra lassitudinem exercere aliquid. Contra *Aurel. Vict. epit.* 48. Exerceri ad lassitudinem. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 24. 51. (111). In lassitudine homines proniores sunt ad iracundiam. *Id.* 28. *ibid.* 9. 37. (137). Itinerum lassitudines et fatigationes levare. *Id.* 23. *ibid.* 1. 23. (44). Lassitudinem auferre. *et* 37. *ibid.* 5. 16. (63). mulcere. *et ibid.* 10. 54. (143). solvere. *et* 24. *ibid.* 9. 38. (60). dissolvere. *et* 31. *ibid.* 10. 46. (119). reficere. *et* 22. *ibid.* 13. 15. (32). recreare. *Ammian.* 16. 12. Lassitudine fatigari. *Colum.* 6. *R. R.* 30. 3. Plerumque jumenta morbos concipiunt lassitudine et æstu. *Id. ibid.* lassitudinis remedia enumerat. — Cum Genitivo rei, quæ lassitudinem creat. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 26. (52). Lassitudo armorum equitandive. *h. e.* quæ oritur ex armorum, aut equitandi labore. — *b*) Active. *Titinius* apud *Festum* p. 270. 19. *Müll.* Lassitudo conservûm, reduviæ flagri. *h. e.* qui conservos lassas, ab eis vapulando: et est convicium in flagritribam.

LASSO, as, āvi, ātum, are, 1. (lassus). Part. *Lassatus* sub *A.* I. et II. — Lassare verbum est poetarum magis, quam prosæ scriptorum; et usurpatur *A*) Active; et *B*) Raro admodum neutrorum more.

A) Active est lassum reddere, fatigare, defatigare, κοπόω (It. *stancare, affaticare, straccare*; Fr. *lasser, fatiguer, causer de la fatigue*; Hisp. *cansar, fatigar*; Germ. *müde machen, ermüden, ermatten, abspannen*; Angl. *to weary, tire, fatigue*).

I.) Proprie. *Cels.* 1. 3. *n.* 1. Fatigato quotidianum cubile tutissimum est, insolitum contra lassat. *Ovid.* 9. *Met.* 648. lassata sequendo. *Sil. It.* 6. 182. quantus Lernæ lassavit in undis Amphitryoniaden serpens. *Pallad.* 4. *R. R.* 12. *extr.* Bos siti ac fame lassatus. *Ovid. Heroid.* 20. 241. Longior infirmum ne lasset epistola corpus. *Propert.* 4. 8. 67. nostris lassavit brachia plagis. *Curt.* 9. 5. Jamque lævam, qua clipeum ad ictus circumferebat, lassaverat. *Ovid.* 1. *Met.* 308. In mare lassatis volucris vaga decidit alis. *Val. Flacc.* 3. 661. vacuos lassant æquora visus. *stancano la vista.* et 1. 707. visu lassatur inani. *si stanca mirando e nulla veggendo.* Cf. *eumd.* 1. 419. Assidua Tiphys vultum lassatus ab Arcto. et *Stat.* 5. *Theb.* 483. lassavit euntes Lux oculos. *Manil.* 2. 852. Lassatæ vires. — *Seneca* 1. *Benef.* 1. 6. Lassare aliquem dilatione. *Martial.* 8. 31. supplicibus dominum lassare libellis Sic *Lucan.* 5. 695. Lassare numina. *scil.* votis, aut precibus. — In re turpi. *Juvenal.* 6. 129. Et lassata viris, nec dum satiata recessit. Adde *Tibull.* 1. 10. 55.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Lucan.* 9. 452. ventus annosa robora torquens Lassatur. *Id.* 5. 703. lassatum fluctibus æquor. *h. e.* quasi tempestate fessum et ad tranquillitatem rediens. *Id.* 2. 727. lassata triumphis Descivit fortuna tuis. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 14. (34). Lassata quum siderum vi Riphæorum montium deficiunt juga. *Manil.* 4. 853. Astra lassata. *h. e.* quæ deficiunt et absconduntur. ¶ 2. Speciatim et eleganter *lassare* dicitur, qui constanter quippiam tolerat. *Martial.* 4. 3. de *Domitiano.* Sidus Hyperborei solitus lassare Bootæ, Et madidis Helicen dissimulare comis.

B) Neutrorum more, sive absolute. *Seneca Ep.* 52. *ante med.* Puta, duo ædificia excitata esse, ambo paria: alterum dura area accepit: alterius fundamenta lassarunt, in mollem ac fluidam demissa humum. *h. e.* lassarunt se et desederunt.

LASSŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* lassus, *stanchetto*, aliquantum lassus. *Catull.* 63. 35. Itaque, ut domum Cybeles tetigere, lassulæ Nimio e labore somnum capiunt sine Cerere.

LASSUS, a, um, adject. Ratione habita etymi, conjungi potest cum *laxus*; et est ex labore languens, fatigatus, fessus, defessus, corporis vel animi labore fractus, κοπωθείς (It. *stanco, stracco, lasso, affaticato*; Fr. *las, lassé, fatigué, harassé, epuisé*, Hisp. *cansado, fatigado*; Germ. *lass, müde, matt, abgespannt*; Angl. *weary, tired, fatigued, spent or worn out*).

I.) Proprie. — *a*) Cum Ablativo rei, qua quis lassatus est. *Plaut. Asin.* 5. 2. 23. Lassus opere faciundo. *Sall. Jug.* 57. Romani itinere atque opere castrorum et prælio fessi lassique erant. Sic *Quintil.* 2. 3. 9. Recto itinere lassi plerumque devertunt. *Lucret.* 6. 1246. lacrimis lassi luctuque recidant. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 1. 2. (4). Lassus assiduo gaudio. — *b*) Cum Ablativo rei, qua quis lassatur, et præpos. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 66. Ut lassus veni de via, me volo curare. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 10. Lassus ab equo indomito. *Ovid.* 2. *Art. am.* 712. ab hoste. — *c*) Poetice, cum Genitivo rei pro Ablativo, ut *fessus. Horat.* 2. *Od.* 6. 7. Sit modus lasso maris et viarum Militiæque. — Alia ratione *Plaut. Cist.* 2. 1. 8. Ita me amor lassum animi ludificat. — *d*) Cum Accusativo, Græcorum more. *Seneca Herc. Æt.* 1599. Lassus an pondus titubavit Atlas? *h. e.* ob pondus. Hinc *Ovid.* 9. *Met.* 273. Sensit Atlas pondus. — *e*) Cum Infinito. *Propert.* 2. 10. 28. Nec fueris nomen lassa vocare meum. Adde *ibid.* 12. 46. et *ibid.* 24. 26. — *f*) Absolute. *Ter. Andr.* 2. 1. 4. Animus lassus, cura confectus. *Justin.* 28. 4. Lassos milites reficere. *Colum.* 6. *R. R.* 38. 4. Lassæ et æstuanti mulæ adeps in fauces demittitur. — Et sine addito Substantivo *Ovid.* 3. *Amor.* 11. 8. Sæpe tulit lassis succus amarus opem. — Proverbium est vetus *a lasso rixam quæri*, apud *Senec.* 3. *Ira* 10. quia lassi facile irascuntur: et ægra numquam tanguntur sine querela, ut *Id. ibid.* ait. Sic *Plin.* 22. *Hist. nat.* 24. 51. (111). In lassitudine proniores esse ad iracundiam, et in siti.

II.) Translate de inanimis et abstractis. *Ovid.* 1. *Pont.* 4. 14. Fructibus assiduis lassa senescit humus. *Plin.* 6. *Ep.* 21. Lassa et effeta natura. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 8. Acres cibi pervellunt lassum stomachum. *Id.* 1. *ibid.* 10. 10. verba onerantia lassas aures. *Virg.* 9. *Æn.* 436. lassoque papavera collo. *h. e.* inclinato. *Lucan.* 2. 618. lassæ undæ. *Stat.* 1. *Theb.* 330. qua molle Cithæron Porrigitur, lassumque inclinat ad æquora montem. *h. e.* declive fit et paullatim in plana descendit. *Sil. It.* 11. 322. Si perferre nequit spectacula tanta senectus, Et tremit inceptis (*h. e.* ad incepta) lasso majoribus ævo etc. *h. e.* debili ævo, seu quam ut a senibus perfici possint. *Plaut. Stich.* 4. 1. 16. Ut cuique homini res parata est, firmi amici sunt: si res lassa labat, itidem amici collabascunt. *h. e.* si facultates dilabantur, si pecuniæ angustia laboratur.

LASTAURUS, i, m. 2. λάσταυρος, Græca vox a λα intensiva particula, et ταῦρος, qua partem corporis significat sub ipsis feminibus: vel ab eadem voce, et λάσιος *hirsutus, hispidus.* Alii est catamitus et turpiter effeminatus: aliis magni peculii et salax, atque adeo scortator: aliis denique pravus et cruce dignus. Certe convicium est in hominem infamem, libidinosum, turpem. *Sueton. Gramm.* 15. Mores ejus sigillatim expressit, nebulonem, lurconem, popinonem et lastaurum appellans. *H. Doergens.* et alii priora paullo aliter legunt; postrema vero eadem exhibent.

LĂTĂCĒ, es, f. 1. herba quædam magica, de qua *Plin.* 26. *Hist. nat.* 4. 9. (18). Latacen dari solitam a Persarum rege legatis, ut quocumque venissent, omnium rerum copia abundarent.

LĀTĒ, adverb. (latus). Comp. *Latius* et Sup. *Latissime* I. et II. — Late est magno spatio, πλατέως, εὐρύ (It. *per largo spazio, largamente*; Fr. *au large, au loin, avec étendue, longuement, au long*; Hisp. *anchamente, ampliamente, espaciosamente*; Germ. *weit, breit*; Angl. *widely, extensively, far and wide*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 26. 70. Sullanus ager latissime continuatus. *Id. Marcell.* 9. 29. Vagabitur nomen tuum longe atque late. *et* 1. *Legg.* 12. 34. Longe lateque diffusus. *Cæs.* 4. *B. G.* 35. Omnibus longe lateque ædificiis incensis. *et* 1. *ibid.* 2. Minus late vagari. *et* 6. *ibid.* 25. Rami quam late diffunduntur. *Ovid.* 5. *Met.* 130. Latius possidere agros. Sic *Horat.* 3. *Od.* 1. 9. Est ut viro vir latius ordinet Arbusta sulcis. *Virg.* 4. *G.* 515. mœstis late loca questibus implet. *Ennius* apud *Non.* p. 222. 33. *Merc.* et apud *Priscian.* 7. p. 713. *Putsch.* late specus intu' patebat. *Ovid. Heroid.* 7. 119. Mœnia late patentia. *Auct. B. G.* 8. 9. Vallis late patens. *Phædr.* 3. 1. Odorem late spargere. *Nepos Eumen.* 9. Ignes latissime facere. *Plaut. Most.* 3. 2. 156. Latius ire. *in più luoghi. Virg.* 8. *Æn.* 671. Hæc inter tumidi late maris ibat imago. *h. e.* erat, extendebatur imago lati maris. *Trajanus* ad *Plin.* 10. *Ep.* 33. Latius imperare. *Justin.* 13. 7. *sub fin.* Late regnare. *Virg.* 1. *Æn.* 25. Populus late rex. *Horat.* 3. *Od.* 17. 9. late tyrannus. *Id.* 4. *ibid.* 4. 23. Diu lateque victrix. et *Plin.* 3. *Ep.* 5. latissime victor. *Tac.* 3. *Hist.* 23. Late cladem inferre. *ampia strage. Virg.* 9. *Æn.* 517. moles stravit Rutulos late. *h. e.* multos Rutulos. *Id.* 4. *G.* 358. alta jubet discedere late Flumina. *h. e.* amplo spatio debiscere. *Id.* 5. *Æn.* 760. lucus late sacer. *h. e.* lucus amplus et totus sacer. *et* 7. *ibid.* 681. hunc legio late comitatur agrestis. *h. e.* magno militum numero. *Horat.* 4. *Od.* 6. 10.

impulsa cupressus Euro procidit late. *h. e.* amplum spatium cadendo occupavit. *Id. Art. P.* 15. late splendere. *h. e.* valde. *Tac.* 12. *Ann.* 43. Dum latius metuitur. *h. e.* a pluribus. *Ovid. Heroid.* 9. 127. Ingreditur late lato spectabilis auro. *h. e.* late conspicus, ut sit *Horat.* 3. *Od.* 16. 19., a multis spectata. Alii interpretantur superbe et cum fastu. *V.* LATUS, a, um, adject. *Ovid.* 2. *Amor.* 6. 53. Illic innocui late pascuntur olores. *liberamente. Flor.* 3. 9. Quæ res latius ærarium populi Romani, quam ullos triumphos implevit. *h. e.* majore pecunia. *et ibid.* 21. *ante med.* Ad nomen tanti viri late concurritur. *da molte parti.* — In re militari *late ire* est diducto et extenuato agmine ire, cui opponitur arctis stipatisque ordinibus incedere. *Sall. fragm.* apud *Non.* p. 310. 13. *Merc.* Illo profectus vicos castellaque incendere et fugâ cultorum deserta igni vastare, neque late aut securus ire, metu gentis ad furta belli peridoneæ. V. *Hritz.* ad h. l.

II.) Translate. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 113. Latius uti opibus. *più splendidamente. Ovid. Heroid.* 17. 57. Phrygiæ late refer primordia gentis. *h. e.* multis verbis, fuse, magnifice. *Plin.* 4. *Ep.* 20. In quo tu ingenii simul dolorisque velis latissime vectus es. *Cic.* 1. *Invent.* 46. 86. Hoc genus majorem quamdam vim continet, et latius patet, quam hic exponitur. *Id.* 1. *Orat.* 55. 235. Ars magna est, et late patet, et ad multos pertinet. *Id.* 3. *Off.* 17. 70. Fidei bonæ nomen latissime manat. *Id.* 2. *Fin.* 6. 17. Latius loquuntur rhetores, dialectici compressius. *Cæs.* 2. *B. C.* 17. Hæc ad eum latius atque inflatius Afranius perscribebat. *più amplificatamente.* Sic *Quintil.* 10. 1. 106. Ille concludit astrictius, hic latius. Cf. *eumd.* 9. 2. 16. Tum brevius, tum latius. *Cels. Dig.* 45. 1. 99. Stipulatori liberum fuit, verba late concipere. *in largo senso.*

LĂTĔBRA, æ, *f.* 1. (lateo) locus, in quo quippiam latet et absconditur, κεύθος, φωλεός (It. *nascondiglio, latebra*; Fr. *cachette, retraite, refuge*; Hisp. *escondrijo*; Germ. d. *Versteck*, d. *Schlupfwinkel, geheimer Zufluchtsort*; Angl. *a lurking-place, hiding-place, shelter, covert, den, recess, retreat*).

I.) Proprie. — *a*) In plurali numero. *Plaut. Aulul.* 4. 2. 2. Aurum non metuo ne quisquam inveniat: ita probe in latebris situm est. *Cic. pro leg. Manil.* 3. 7. Ut (*Mithridates*) se non Ponti neque Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergere ex patrio regno atque in vestris vectigalibus, hoc est in Asiæ luce versari. *Id. Rabir. perduell.* 8. 22. Quum ignaviæ ratio te in fugam atque in latebras impelleret. *Cæs.* 6. *B. G.* 43. Ut ille latebris ac silvis aut salibus se eriperet. *Virg.* 3. *G.* 544. curvis frustra defensa latebris Vipera. *Id.* 4. *Æn.* 424. At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris. *Ovid.* 1. *Met.* 216. Mœnala latebris borrenda ferarum. *Pallad.* 5. *R. R.* 10. 29. Alii bitumen et oleum aut solam calcem vivam latebris vermium illinunt. *Avien. Descript. Orb.* 1313. Pars subit abrupti sola cœspitis, aurea ut illis Terrarum in latebris exeludant caute metalla. *Lucan.* 2. 494. Non satis est muris latebras quæsisse pavori? *Justin.* 34. 4. Quum in latebris ageret, a filio interficitur. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 15. Hæ latebræ dulces, etiam, si credis, amœnæ, Incolumem tibi me præstant septembribus horis. *h. e.* hæc loca latentia, hi dulces secessus. *Virg.* 10. *Æn.* 601. Tum latebras animæ, pectus mucrone recludit. *Lucret.* 5. 750. solis defectus lunæque latebras. *h. e.* quum per eclipsin luna latet. Adde *Sueton. Cæs.* 1.; et *Ammian.* 16. 7. et 14. 11. — *b*) In sing. numero. *Cic. Cæl.* 26. 62. Cur balneas publicas potissimum constituerat? in quibus non invenio, quæ latebra togatis hominibus esse possit. *Ovid.* 5. *Met.* 460. latebram petere. *Sueton. Vitell.* 17. Extractus e latebra. *Ia. Ner.* 48. Aliquid secretioris latebræ desideravit. *Lucan.* 5. 743. Cedendum est beliis, quorum tibi tuta latebra Lesbos erit. *Sil. It.* 12. 300. dum se furata juventus (*h. e.* quæ furtim se occultaverat) Dat pœnas latebræ. *Virg.* 12. *Æn.* 389. Ense secent lato vulnus telique latebram. *h. e.* ubi telum latet infixum corpori.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. — *a*) In plur. num. *Lucret.* 1. 408. cæcasque latebras Insinuare omnes, et verum protrahere inde. *Cic. Sext.* 4. 9. Quum illa conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset, atque armata volitaret. *Id. Marcell.* 7. 22. Quum in animis hominum tantæ latebræ sint et tanti recessus. *Id. Cæl.* 22. 53. Omnes latebras suspicionum peragrare dicendo. *Quintil.* 12. 9. 3. Eruendæ veritatis latebras adire. *Sueton. Ner.* 37. Jocularia et latebras omittere. *Ammian.* 26. 9. Morum tristium latebræ. — *b*) In sing. num. *Cic.* 2. *Divinat.* 54. 111. Adhibere latebram obscuritatis, ut iidem versus alias in aliam rem posse accommodari videantur. (Cf. *Ovid.* 1. *Met.* 388. repetunt cæcis obscura latebris Verba.). Sic *latebra scribendi* apud *Gell.* 17. 9. est modus scribendi occultus, qui omnes latet, eo excepto, qui illius modi conscius est. *scrittura in cifra.* Rursus *Cic.* 3. *Fam.* 12. Mirandum est, nullam ne in tabellis quidem latebra fulsse absconditam malivolentiam, quæ te impugnare auderet. *Id. fragm. pro Tull.* (edente *A. Peyronio*) 10. Necesse putavit esse, illam latebram tollere *Damnum injuria*, quod in aliis causis debet valere. ¶ 2. Speciatim ponitur pro excusatione, refugio et quasi asylo, quo se quis tuetur, ne arguatur, *rifugio, scusa, asilo, scampo. Cic.* 2. *Fin.* 33. 107. Si tuam dicerem, latebram haberes: ad corpus diceres pertinere. *Id.* 2. *Divinat.* 20. 46. Te mirificam in latebram conjecisti. *Id.* 3. *Off.* 29. 106. Quærere latebram perjurio. *Ovid.* 3. *Art. am.* 754. latebram dare vitiis. *Sueton. Tib.* 8. Quos sacramenti metus ad hujusmodi latebras compulisset.

LĂTĔBRĬCŌLA, æ, m. 1. (latebra et colo) latebras incolens, φωλητήρ. *Plaut. Trin.* 2. 1. 14. Latebricolarum hominum corruptor.

LĂTĔBRŌSĒ, adverb. (latebrosus) occulte, clam, *occultamente, nascostamente*, κρυβδην. *Plaut. Trin.* 2. 2. 2. Neque latebrose me abs tuo conspectu occultabo.

LĂTĔBRŌSUS, a, um, adject. (latebra). Sup. *Latebrosissimus* II. — Latebrosus est latebras multas habens, ad latendum aptus, occultus, absconditus, *pieno di nascondigli, atto a nasconderti, ascoso, occulto*, φωλεώδης.

I.) Proprie. ¶ 1. Latebrosus est latebras multas habens: hinc *Latebrosa loca* dicit *Plaut. Bacch.* 3. 3. 26. tabernas, popinas, lupanaria, ubi adolescentes vitiis dediti degere solent et latere, vitantes gymnasia, palæstras, campum, ubi in omnium oculis se exerceant. *Cic. Sext.* 59. 126. Illa via latebrosa, qua spectatum ille veniebat. (*Scholia Bobiensia* edita ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 2. p. 153. ac deinde ab *Orellio* et *Baitero* p. 307. Comp. *Latebrosior* habent sic afferens verba *Cic.* Itaque illa via latebrosior, qua spectatum ille veniebat). Adde *Ammian.* 14. 2. Et *Liv.* 21. 54. Ad equites quoque tegendos satis latebrosus locus. Adde *Ammian.* 17. 1. *Virg.* 8. *Æn.* 713. Latebrosa flumina. *Sil. It.* 5. 192. Latebrosi colles. *Claudian. in II. Cons. Stilich.* 313. frondes. *Ammian.* 27. 9. montium saxa. *Lucan.* 6. 120. latebrosæ tempora noctis. Poetice *Virg.* 12. *Æn.* 587. Inclusas ut quum latebroso in pumice pastor Vestigavit apes. *h. e.* cavernulis abundanti, fistuloso. ¶ 2. Item latens, abditus. *Seneca Œdip.* 152. Perdidit pestem latebrosa serpens.

II.) Translate. *Augustin.* 1. *Retractat.* 19. *circa med.* Latebrosissima quæstio.

LĂTENS, entis, particip. *V.* LATEO.

LĂTENTER, adverb. (lateo) clam, occulte, *nascostamente, occultamente*, λαθρα. *Cic. Topic.* 17. 63. Latenter efficitur. *Ovid.* 3. *Pont.* 6. 59. Tu modo quem poteras vel aperte tutus amare, Si res est anceps ista, latenter ama. *Gell.* 2. 18. *in fin.* Epitecti versus, ex quibus latenter intelligas, non omnes diis exosos esse. *tacitamente intenderai.* Adde *Ammian.* 21. 8., 26. 6., 27. 10. et alibi.

LĂTĔO, tes, tŭi, tere, n. 2. Part. *Latens* in fin. — Latere, a themate λαθ verbi λανθάνω (vel, ut aliis placet, a λάθω, Dorice pro λήθω) quod idem significat, est clam esse, in occulto esse, delitescere. λανθανω (It. *essere o stare nascosto od occulto*; Fr. *être caché*; Hisp. *ser escondido, ocultado*; Germ. *verborgen, versteckt sein, - liegen, irgendwo stecken*; Angl. *to lurk, lie hid, be concealed, skulk*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 69. Ubi sunt, ubi latent, qui etc.? *Id. Capt.* 1. 1. 12. Cochleæ in occulto latent. Sic *Cic. Rabir. perduell.* 7. 21. Inclusus atque abditus latet in occulto. *et* 4. *Acad.* (2. pr.) 48. 135. Omnia latere censebant in occulto. *Id.* 2. *leg. Agr.* 16. 41. Latere occulte. *Id.* 4. *Verr.* 78. 181. abdite *Ovid Remed. am.* 437. clam. Rursus *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 2. Istam virtutem non latere in tenebris, neque esse abditam, sed in luce Asiæ, in oculis clarissimæ provinciæ etc. Cf. *Ennius* apud *Gell.* 7. 17. Alia res nocte in obscura latent. *Virg.* 3. *Ecl.* 98. latet anguis in herba. *Id.* 10. *Æn.* 805. tuta latet arce viator. *Id.* 6. *ibid.* 136. latet arbore opaca ramus. *Horat. Epod.* 9. 19. Naves latent portu. *Virg.* 4. *Æn.* 582. latet sub classibus æquor. Sic *Cic.* 12. *Phil.* 7. 17. Quoniam sub nomine pacis bellum lateret. *Virg.* 3. *Ecl.* 20. tu post carecta latebas. *Plaut. Trin.* 4. 2. 80. Intra labra atque dentes latuit. *Cic. Rosc. Am.* 40. 118. Ibi scelus quoque latere inter tot flagitia putatote. *Nepos Att.* 10. Latebat apud P. Volumnium. *Martial.* 5. 58. Numquid apud Parthos Armeniosque latet? *Plaut. Trin.* 3. 2. 35. Nisi me auscultas, atque hoc, ut dico, facis, tute pone te latebis facile, ne invenias te honor. *h. e.* tute tibi impedimento eris. *Nepos Datam.* 11. Telum quod latebat, protulit. *Cic.* 2. *de republ.* 21. Non latuit scintillis ingenii, quæ jam tum elucebat in puero. ¶ 2. Speciatim in jure *latere* dicuntur ii, a quibus aliquid petitur, ne præstent, solventve, quod debent. *Cic. Quinct.* 23. 74. Ubi erant creditores? quis est, qui, fraudationis causa latuisse, dicat? *V.* LATITO primo loco 2.

II.) Figurate. ¶ 1. Latere dicuntur, qui tuti sunt et minus objecti periculis. *Phædr.* 4. 5. Periclitatur magnitudo principum: Minuta plebes facili præsidio latet. *Liv.* 34. 9. Latere sub umbra Romanæ amicitiæ. Cf. *Curt.* 6. 10. 22. Ille igitur princeps conjurationis fuit. Sub illius umbra Philotas latebam, qui regnum Macedonum affecto. et *Justin.* 5. 2. 7. Vitia morum sub umbra eloquentiæ (*in Alcibiade*) latebant. ¶ 2. Item qui privatam vitam agunt, et a publico et rerum administratione abstinent. *Ovid.* 3. *Trist.* 4. 25. Crede mihi; bene qui latuit, bene vixit: et intra Fortunam debet quisque manere suam. Quo pertinet tritum illud, λάθε βιώσας. ¶ 3. Item *latere* (ut apud Græcos λανθάνειν) dicuntur, quæ ignorantur: qua significatione occurrit — *a*) Cum Accusativo personæ: hinc *me, te, illum hoc latet*, h. e. me, te fugit, a me ignoratur, non cognoscitur, non intelligitur. *Virg.* 1. *Æn.* 134. Nec latuere doli fratrem Junonis. *Ovid.* 4. *Pont.* 9. 126. Nil illum, toto quod fit in orbe, latet. *Val. Flacc.* 6. 703. Nec latuere diu sævum spolia illa Syenen. *Justin.* 13. 8. 6. Res Eumenem non latuit. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 20. 18. (82). Latet plerosque, siderum ignes esse, qui decidui etc. *molti non sanno, che* etc. — *Varro* 1. *R. R.* 40. 1. Semen duplex: unum, quod latet nostrum sensum; alterum, quod apertum. — *b*) Cum Dativo personæ pro Accusativo. *Varro* 9. *L. L.* 92. *Müll.* Vis et potestas, quæ et oculis et auribus latere solent. *Lucan.* 1. 418. at mihi semper Tu, quæcumque moves tam crebros causa mearum, Ut Superi voluere, late. *Sil. It.* 12. 614. hostique propinquo Roma latet. *Cic. post redit. in senat.* 6. 13. Ubi nobis hæc auctoritas tamdiu tanta latuit? (τὸ nobis potest etiam videri casus communis). *Id.* 1. *Cat.* 6. 15. Nihil agis, nihil assequeris, quod mihi latere valeat in tempore. *Alii leg.* quod me: *alii, inter quos et* Orellius, *omittunt.* — *c*) Absolute. *Nepos Lysandr.* 1. Id qua ratione consecutus sit, latet, *non si sa.* Sic *Id. Ages.* 6. Latere arbitrabantur, quæ cogitarant. *Virg.* 5. *Æn.* 5. quæ tantum accenderit ignem, Causa latet. *Ammian.* 15. 11. Quum hæ partes, ut barbaræ, laterent. — Hinc Part. præs.

Latens, entis, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Latentior*; et est abditus, occultus, absconditus, obscurus, *nascosto, occulto, coperto, latente*, λαθραίος, κρυφαίος. *Auct. B. Afr.* 66. Insidiatores in convallibus latentes. *Ovid. Ib.* 625. Latens tenebris. *Id.* 11. *Met.* 775. herbâ coluber. *Plaut. Cas.* 3. 5. 32. Omnes sub arcis, sub lectis latentes metu mussitant. Cf. *Horat. Art. P.* 437. Numquam te fallant animi sub vulpe latentes. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (84). Apelles post ipsam tabulam latens. *Ovid.* 13. *Met.* 106. Latentem manifestare. Sic *Sueton. Claud.* 10. Latentem miles agnovit. *Virg.* 1. *Æn.* 112. Saxa latentia. *scogli sott'acqua. Plin.* 13. *Hist. nat.* 15. 29. (93). Latens junctura, *commissura invisibile.* Sic *Curt.* 3. 1. 18. nodi. *Val. Flacc.* 1. 128. latentia lumina. *h. e.* occultæ rimæ. *Ovid.* 2. *Fast.* 701. Tarquinius mandata la-

tentia nati Accipit. *le secrete commissioni. Cic. Brut.* 41. 152. Rem latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando. *Ammian.* 14. 7. Judicium nec obscurum, nec latens. *Virg.* 3. *Æn.* 32. causas penitus tentare latentes. *Curt.* 10. 1. 29. Latens periculum. *Stat.* 10. *Theb.* 242. dolus. *Ammian.* 22. 15. notitia. *Augustin.* 42. *de Gen. ad litt.* 18. Latentior origo. — *In latenti* est clam, in abdito. *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. *a med.* In latenti jus civile retinere cogitabant: solumque consultatoribus potius, quam discere volentibus se præstabant.

LĂTER, ĕris, m. 3. Recti casus positio procul dubio est *later*, quamvis olim in dubium revocata sit, vel in usu esse negata. *Varro* apud *Charis.* 1. p. 109. *Putsch.* Later, lutum, cæmenta. *Vitruv.* 1. 5. *in fin.* Sive silex, aut coctus later, sive crudus. — Neutro genere *Varro* apud *Non.* p. 131. 10. et p. 520. 17. *Merc.* Aureum later, quod conquadravit religio. Ita *Bochart.* probante *Forcellino.* Alii rectius integrum locum ita legunt: Lydon fluens sub Sardibus flumen tulit Aurum, in lateres quod conquadravit religio. — Ceterum later (fortasse ejusdem etymi ac *lutum* et Germ. *Letten*, vel a λᾶας *petra*) est terra in quadratam formam durata, sive igni percocta sit, sive non, in usum ædificandi, πλίνθος (It. *mattone*; Fr. *brique*; Hisp. *ladrillo*; Germ. d. *Ziegelstein*; Angl. *a brick, or tile*).

I.) Proprie. *Plaut. Truc.* 2. 2. 49. Maceria illa, in horto quæ est, in noctes singulas latere fit minor. *Varro* 1. *R. R.* 14. 4. Sæpimentum, quod e lateribus coctilibus, ut in agro Gallico: quod e lateribus crudis, ut in agro Sabino. *Cic.* 2. *Divinat.* 47. 98. In latere, aut in cæmento, ex quibus urbs effecta est. Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 82. 84. (197). Et latere terreno facti parietes minore noxa quatiuntur. et *Colum.* 9. *R. R.* 1. 2. Paries crudo latere ac luto constructus. *Curt.* 7. 3. Tuguria latere strŭere. *Cæs.* 2. *B. C.* 10. Lateres, qui super musculo struantur. *Lucilius* apud *Non. p.* 445. 22. *Merc.*; et *Vitruv.* 2. 3. Lateres de terra ducere. *Vitruv.* 1. 5. Lateres coquere. *Id. loc. cit.* 2. 3.; *Plin.* 35. *Hist. nat.* 14. 49. (170).; et *Pallad.* 6. *R. R.* 12. eorum ducendorum rationem tradunt. Tria etiam eorum genera faciunt, a mensuræ discrimine petita. *V.* DIDOROS. — *Laterem lavare*, proverb. de opere vano et inutili, *perdere il tempo, gettar la fatica:* nam quo magis abluitur later, eo magis aquam conspurcat. *Ter. Phorm.* 1. 4. 9. Loquar ne? incendam: taceam? instigem: purgem me? laterem lavem.

II.) Figurate. ¶ 1. *Lateres aurei, argentei* sunt massæ auri, aut argenti in formam laterum conflatæ, ex quibus moneta cuditur, *piastre. Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 17. (56). C. Cæsar primo introitu Urbis, in civili bello, suo ex ærario protulit laterum aureorum XXV. M., argenteorum XXXV., et in numerato HS. CCCC. De loco *Varron.* apud *Non.* superius *cit.*, qui a *Forcellino* hic affertur, nihil certi statui potest. ¶ 2. Later idem est etiam ac laterculum apud *Hieronym. Ep.* 5. *n.* 2. Accito notario, raptim celeriterque dictavi: ex latere in pagina breviter adnotans, quem intrinsecus sensum singula capitula continerent.

LĂTĔRĀLĬA, ium. *V.* voc. seq. in fin.

LĂTĔRĀLIS, e, adject. (latus, eris) ad latus pertinens, *da fianco. Lucilius* apud *Maxim. Victorin.* p. 1963. *Putsch.* Tum laterali' dolor, certissimu' nuncio' mortis. *h. e.* pleuritis. Cl. *Vahlen.* hunc locum inter Enniana recensendum putavit: *V.* ibi adnotat. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 21. 89. (155). Si lateralis dolor sit. *Harduin.* ex MSS. legit *si lateris dolor;* ita et *Sillig. Calpurn.* 6. *Ecl.* 40. a dorso quæ totam circuit alvum, Alterust vitreas lateralis cingula bullas. *la cinghia.* — Hinc

Lateralia, ium, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt sacculi, seu crumenæ, ad latera ephippii pendentes, in quibus necessaria itineri recondimus, *sacchette. Scævola Dig.* 32. 1. 102. Chirographa prædiorum et pecuniam in lateralia condidit.

LĂTĔRĀLĬTER, adverb. (lateralis) *lateralmente*, per latus. *Boeth.* 2. *Geom.* p. 1221. Parallelogrammis adjiciendos rhombos et rhomboides tetragonos arbitramur: quamvis enim aut angulariter, aut lateraliter a supradictis parallelogrammis dissideant, tamen his sunt adnumerandi. Adde *eund. ibid.* p. 1530. et 1531.

LĂTĔRĀMEN, ĭnis, n. 3. (later) opus lateri cium. *Lucret.* 6. 232. Conlaxat, rareque facit laterămina vasi. *h. e.* vas ipsum latericium. Loquitur enim de doliis, quæ apud veteres latericia fuere: nisi malis *lateramina* interpretari vasis latera; quod tamen minus placet.

LĂTĔRĀRĬA. *V.* voc. seq. sub *A.* in fin.

LĂTĔRĀRĬUS, a, um, adject. duo diversa significat: scilicet

A) Laterarius a *later, eris*, est ad lateres pertinens, *di mattoni*, πλίνθινος. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 45. (156). Ruta apricis gaudet et siccis, terraque quam maxime lateraria. — Hinc

Laterarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est laterum artifex, *mattonajo*, πλινθευτής. Usurpatur a *Non.* p. 445. 22. *Merc.*

Lateraria, æ, f. 1. (*subaudi* officina) πλινθεῖον, absolute, substantivorum more, est locus, ubi fiunt lateres. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (194). Laterarias ac domum constituerunt primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis: antea specus erant pro domibus.

B) Laterarius a *latus, eris*, est ad latera pertinens. Hinc *lateraria*, subaudi *tigna*, sunt in testudine militari, quæ ad latera capreolorum in ejusdem summitate fixa, ipsos continent et firmant. *Vitruv.* 10. 20.

LĂTĔRCŬLENSIS, is, m. 3. (laterculum). *Laterculenses* dicti sunt qui laterculi dignitatum curam habebant. *Imp. Justinian. Cod.* 12. 34. 5. *in fin. V.* voc. seq.

LĂTĔRCŬLUM, i, n. 2. *deminut. a* later. De genere ne ambigas, neutrum facit *Isid.* 6. *Orig.* 17.; item *Cedren.* λατέρκουλον παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται: nam ex locis ex *Codice* et *Tertull.* infra citatis colligi non potest. — Ceterum laterculum, *registro, nota, catalogo*, πλίνθιον, est album, codex, liber, in quo memoriæ causa perscribebatur notitia omnium officiorum, dignitatum et administrationum tam civilium, quam militarium: ita dictum a figura oblonga et quadrata, qualis est in laterculo coctili. Duplex fuit, majus et minus. Illud continebat omnes dignitates, quæ a principe mandabantur ac deferebantur, sacroque memoriæ scrinio conditum asservabatur sub cura primicerii notariorum. Hoc habebat præfecturas, tribunatus et præposituras castrorum, aliasque id genus dignitates: pertinebatque ad curam quæstoris. Ejus mentio fit in *Cod.* 1. 27. 1. § 7. et *ult.* et *ibid.* 30. 1. et 2. Utitur et *Tertull. advers. Valentinian.* 29. *sub fin.* Habes præterea ejus fragmenta apud *Gruter.* p. 301. et apud *Murat.* p. 1095.

LĂTĔRCŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* later, et ejusdem sæpe significationis, *mattoncello, mattone*, πλίνθιον, πλινθίς.

I.) Proprie. *Cæs.* 2. *B. C.* 9. Hanc insuper contignationem laterculo adstruxerunt. *Colum.* 8. *R. R.* 14. 1. Sub porticibus quadratæ haræ cæmentis, vel etiam laterculis exstruuntur. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 7. 20. (63). Sacellum factum crudis laterculis, ad formam camini. *Id.* 7. *ibid.* 56. 57. (193). Observationes siderum coctilibus laterculis inscriptæ. *Id.* 34. *ibid.* 7. 41. (84). Sal, qui in laterculis affertur. *h. e.* in patinis, aut tubulis latericiis. *Harduin.*

II.) Translate. ¶ 1. Est opus pistorium quadratum et oblongum, laterculi forma. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 122. Laterculos, sesamum, papaveremque, triticum et frictas nuces. *Cato R. R.* 109. De ervo farinam facito: conspergito sapa: postea facito laterculos. *Apul.* 10. *Met.* Panes, crustula, lucunculos, laterculos et complura scitamenta mellita. *Alii leg.* lacertulos, *eodem sensu* ¶ 2. In re agraria est certa agri forma referens figuram laterculi et certum numerum jugerum continens. *Siculus Flacc. de condit. agror.* p. 2. *Goes. V.* PLINTHUS II.

LĂTĔRENSIS, e, adject. (latus, eris) ad latus pertinens. — Hinc

Laterensis, is, m. 3. absolute, substantivorum more, est honorarius comes, qui et *a latere* dicitur: *V.* LATUS, eris ad fin.: *latero* vero seu *latro* est minister, qui latera principum virorum custodit: *V.* LATRO, onis I. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 43. *de duobus Angelis Christum comitantibus.* Tut fere laterensibus uti solebat. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LĂTĔRĔSĪĀNA et

LĂTĔRĬANA. *V.* LATERITANA.

LĂTĔRĬCĬUS *vel* lateritius, a, um, adject. (later) ex lateribus factus, *di mattoni*, πλίνθινος. *Varro* apud *Non.* p. 48. 13. *Merc.* Latericii lapides. *V.* SUFFUNDATUS. *Cæs.* 2. *B. C.* 15. Latericii muri. et *ibid.* 14. Latericia turris. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 14. 49. (173). Latericius paries, latericius murus. *Colum.* 9. *R. R.* 6. 4. Latericium opus. Et absolute *Cæs.* 2. *B. C.* 9. Ne saxa ex catapultis latericium discuterent. *subaudi* opus. *Sueton. Aug.* 28. Urbem excoluit adeo, ut jure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam latericiam accepisset. *Veget.* 4. *Veterin.* 15. 27. *Schneid.* Pulvere lateritio trito bovis colla conspergi oportet.

LĂTĔRĪNA, æ, f. 1. (later) laterum fictio, latericium opus, lateraria, πλινθεία. *Tertull.* 10. *advers. Marcion.* 20. Allegantes Hebræi, mercedes restitui oportere illius operariæ servitutis pro laterinis deductis, pro civitatibus et villis ædificatis. — Sunt qui minus recte putant, hic *laterinis* esse pro *latrinis*, et cloacas interpretantur, quum e contrario constet ex *Exod. c.* 1. *v.* 14., Hebræos ab Ægyptiis oppressos fuisse *operibus duris luti et lateris*, h. e. laterum e luto, ad urbes ædificandas.

LĂTĔRĪTĀNA pira inter generosissima enumerat *Colum.* 5. *R. R.* 10. 18. et 12. *ibid.* 10. 4., ubi al. leg. *lateritiana*: videnturque esse eadem, quæ *lateriana* dicuntur a *Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 16. (54). et *laterensiana* a *Macrob.* 2. *Saturn.* 15. ex *Cloatio.* — Videntur esse pira ex fundo Laterio, ubi villam habebat Q. Cicero in agro Arpinate, cujus mentio est apud *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 7. et 4. *Att.* 7.

LĂTĔRĪTĀNA. *V.* voc. præced.

LĂTĔRĪTĬUS. *V.* LATERICIUS.

LĂTĔRNA, æ, f. 1. *Pareus* in *Lex. Crit.* testatur, se in quodam MS. legisse *lanterna*, in illo *Plauti Aulul.* 3. 6. 29. *de agno macro.* Ita is pellucet, quasi lanterna Punica. In *Veget.* quoque similem lectionem adstruit, 4. *Milit.* 18. *in fin.* In lanternis portant lucernas. Quin apud *Cic.* ex alio MS. legit *Pis.* 9. 20. Altero Catilinæ lanternario. Etiam *Gloss. Philox.* Lanterna, φανός. Nihilominus certior est prior lectio, quæ *n* exterit. — Primam syllabam longam habet, etsi prima in *lateo*, a quo deducitur, brevis est. — Ceterum laterna, a *lateo* quia in ea ignis latet, est instrumentum ex laminis corneis, vel ex alia materia, in quo candela accensa, vel ignis oleo ardens includitur, ne a vento exstinguatur, λυχνοῦχος (It. *lanterna, ferale*; Fr. *lanterne, lampe*; Hisp. *linterna*; Germ. d. *Lampe, Laterne*; Angl. *a lanthern or lantern*). *Plaut. Amph. prol.* 148. Servus Sosia a portu illic nunc cum laterna advenit. *Cic.* 4. *Att.* 3. *a med.* Pauci in vestibulo pannosi sine laterna. *Alii leg.* linea laterna. *h. e.* lineo velo obvoluta. *Val. Max.* 6. 8. *n.* 1. M. Antonius incesti reus agebatur. Cujus in judicio accusatores servum in quæstione perseverantissime postulabant, quod ab eo, quum ad stuprum iret, laternam prælatam contenderent. *V.* voc. seq. *Martial.* 14. 61. Dux laterna vias clausis ferar aurea flammis; Et tuta est gremio parva lucerna meo. *Juvenal.* 5. 87. at hic, qui Pallidus offertur misero tibi caulis, olebit Laternam. *h. e.* præ se feret odorem olei vilissimi, quale adhibetur lucernis. — *Seneca* 3. *Controv. præf. ante med.* de Albutio Silo verba faciens, Splendidissimus erat, inquit: idem res dicebat omnium sordidissimas, acetum, et pulejum, et laternas *etc.* nihil putabat esse, quod dici in declamatione non posset.

LĂTĔRNĀRĬUS *vel* lanternarius, ii, m. 2. (laterna) qui alteri laternam præfert, *chi porta la lanterna*, λυχνουχοφόρος. *Cic. Pis.* 9. 20. An cum altero, barbaro Epicureo; cum altero, Catilinæ laternario. *Al. leg.* lanternario: quæ lectio habetur in *Inscript. Neap.* apud *Mommsen.* 3740. et apud *Henzen.* 6292. M. HORDIONIVS PRIMARGYRIVS V. LABEO LANTERNARIVS V. FLAVIAI C. L. PHILUMENAI VXORI ET SVIS. *V.* locum *Val. Maximi* cit. in voce præced.

LĂTĔRNĬO, ōnis, m. 3. idem ac fur, ai fides habenda est *Veteri Scholiast. Cruq.* ad *Horat.* 1. *Ep.* 16. 60., qui de Laverna dea loquens, ait: Sic dicta fortasse a latendo; nam fures olim laterniones et laverniones dicebantur.

LĂTESCO, is, ere, n. 3. *inchoat. a* lateo, est condi, latitare, abscondi, *nascondersi. Cic. Arat.* 385. Hic equus a capite et longa cervice latescit.

LĂTESCO, is, ere, n. 3. *inchoat. a* latus, a. um.

Part. *Latescens.* — Latesco est idem ac latus fio, *allargarsi, dilatarsi,* πλατύνομαι. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 24. Napi non in ventrem latescunt, sed tenuem radicem deorsum agunt. *Manil.* 1. 680. bis sex latescit fascia partes. *Cels.* 8. 1. *a med.* Ossa paullatim latescentia.

LĂTET. *V.* LATEO II. 3.

LĂTEX, ĭcis, m. 3. In feminino genere *Attius* apud *Priscian.* 5. p. 658. *Putsch.* Non calida latice lautus. — Ratione habita etymi, *Paul. Diac. p.* 118. 14. *Müll.* Latex a lapsu, profluens aqua dicitur. *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 690. Latex proprie aqua est, ab eo, quod intra terræ venas lateat. Alii ducunt a Græco λάταξ, liquor cum sonore cadens: ita ut λά, vocula intentiva, frequentiam actionis aquæ fluentis, et ταξ sonum liquoris delabentis significet: *V.* TAX. — Ceterum latex, vox poetica, est fons, aqua decurrens, νᾶμα (It. *una corrente di acqua, un liquido;* Fr. *toute sorte de liquide, liqueur, liquide;* Hisp. *licor, liquido. cuerpo fluido;* Germ. *d. Flüssige, Nasse, d. Flüssigkeit;* Angl. *water, spring-water, running water*). Occurrit — *a*) De aqua. *Virg.* 4. *Æn.* 512. latices simulatos fontis Averni. *et* 6. *ibid.* 715. Lethæi ad flumnis undam Securos latices et longa oblivia potant. *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 17. *de tellure Pontica.* Nec tibi sunt fontes, laticis nisi pæne marini. *Id.* 4. *Met.* 353. Desilit in latices. *et* 5. *ibid.* 636. In laticem mutor. *in fonte. Apul.* 1. *Met.* lacteum fontis laticem dixit, aquam intelligens gustatus suavissimi. *aqua pura. Lucret.* 4. 1086. expletur laticum frugumque cupido. *la sete e la fame.* — *b*) Sæpe dicitur de vino. *Lucret.* 5. 15. Liquoris vitigeni latex. *Ovid.* 13. *Met.* 653. Latex meri. *Virg.* 1. *Æn.* 690. Regales inter mensas laticemque Lyæum. *et ibid.* 740. in mensam laticum libavit honorem. *Ovid.* 1. *Pont.* 10. 11. Nectar et ambrosiam, latices epulasque deorum. — *c*) De aliis liquoribus. *Lucret.* 4. 16. perpotare amarum absinthii laticem. *Ovid.* 8. *Met.* 274. Palladii latices. *h. e.* oleum. *Prudent.* 3. *Cathemer.* 67. nivei latices. *h. e.* lac.

LĂTHŸRIS, ĭdis, f. 3. λαθυρίς. Scribitur etiam *lathyr*, et prima syllaba longa. *Seren. Sammon.* 1099. Aut herbæ succus, quæ fertur nomine lathyr. *Alii leg.* lichen. — Ceterum lathyris est herba folia habens multa lactucæ similia, tenuiora germina multa, in quibus semen tuniculis continetur ut capparis; quæ quum inaruere, eximuntur grana piperis magnitudine, candida, dulcia, facilia purgatu. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 11. 71. (95). Cl. *Fée* (*Op. cit. col.* 3. p. 397.) hanc exhibet synonymiami: Λαθυρίς Dioscor. 4. 167.; et *Lathyris* Plin. loc. cit. sunt *Euphorbia Lathyris* L. Spec. plant. 655.

LĂTHŸROS, i, f. 2. λάθυρος, herba, quæ et leontopodion, leontopetalon, leontospermon etc. dicta, Latine autem flammula, teste *Apul. Herb.* 7.

LĂTIĀLĪTER, adverb. (Latialis in ONOM.) Latine, *alla Latina. Sidon. carm.* 23. 235. Et te seu Latialiter sonantem etc. *Al. leg.* Latiariter, *quod idem est.* At *Capell.* 5. *init.* Peplo circa humeros involuto Latialiter tegebatur. *Id.* 6. *p.* 192. Illi (*Archimedes et Euclides*) Helladica tantummodo facultate, nihil effantes Latialiter, atticissant.

LĂTIAR, āris, n. 3. *Macrob.* 1. *Saturn.* 16. docet ita appellatum fuisse ab Romanis solemne sacrificium, quod a Latinis populis tempore Latinarum feriarum Jovi Latiali fiebat. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 4. *ad fin.* Dies erant duo, qui post Latinas habentur religiosi; ceterum, qui confectum erat Latiar, erat exiturus. *Latiar* vocabulum ab omnibus retinetur: cetera hoc loco alii aliter leg. *V.* LATINÆ, arum.

LĂTIĀRĬTER, adverb. *V.* LATIALITER.

LĂTĬBŬLO, as, are, *et*

LĂTĬBŬLOR, āris, ari, dep. 1. (latibulum) latere, delitescere, *essere o stare nascosto:* apud veteres. *Lœvius* apud *Non. p.* 133. 9. *Merc.* Nocte ut opertus amictu latibuletur. *Accius* apud *eumd. ibid.* Progredere: et ne quis latibuletur, prospice. — Etiam *latibulo, as,* ponitur a *Non. ibid.*, et *Perott.* in *Cornucopia* affert hoc fragmentum *Varronis:* Vide, ne servus domino latibulet.

LĂTĬBŬLUM, i, n. 2. (lateo). In *Not. Tir. p.* 94., quæ tamen auctoritate carent, legitur *latibulæ.* — Latibulum est locus in quo aliquis latet, κεῦθος (It. *nascondiglio, tana, latebra;* Fr. *cachette, tanière, retraite;* Hisp. *escondidillo, escondrijo;* Germ. *d. Versteck, d. Schlupfwinkel;* Angl. *a lurking-place, hiding-place, covert, retreat, den*).

I.) Proprie. — *a*) Sæpe de ferarum cubilibus dicitur. *Cic. Rabir. Post.* 15. 42. Quum etiam feræ latibulis se tegant. *Id. Vatin.* 2. 4. Repente enim te, tamquam serpens e latibulis, intulisti. *Id.* 1. *Off.* 4. 11. Generi animantium omni est a natura tributum, ut omnia, quæ sunt ad vivendum necessaria, exquirat et paret, ut pastum, ut latibula, ut alia generis ejusdem. *Catull.* 63. 54. latibula furibunda ferarum. Adde *Phædr.* 2. 8. et 1. 30.; et *Ammian.* 24. 4. — *b*) De hominibus. *Cic. Flacc.* 13. 31. *de prædonib.* Defendendi facilis est cautio, non solum latibulis occultorum locorum, sed etiam tempestatum moderatione et conversione. *Capell.* 3. *p.* 49. Quæ se in Memphide ortam rege adhuc Osire memorabat, diuque obtectam latibulis ab ipso repertam educatamque Cyllenio. *Apul.* 8. *Met.* Exciti latibulo suo quisque familia mœsta concurrimus. *h. e.* nos omnes servi evocati singuli ex nostris latebris concurrimus.

II.) Translate ponitur pro refugio, asylo. *Cic.* 12. *Att.* 13. *extr.* Volo aliquod emere latibulum et perfugium doloris mei. *Apul. de Mag.* Quærere occœpit ex diffidentia latibulum aliquod temeritati.

LĂTĬCLĀVĬĀLIS, e, adject. (laticlavius) qui laticlavia tunica est indutus. *Inscript.* apud *Gruter.* 180. 3. TRIBVNVS LATICLAVIALIS.

LĂTĬCLĀVĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

LĂTĬCLĀVĬUS, a, um, adject. (latus clavus) qui latum clavum habet: *V.* CLAVUS. *Val. Max.* 5. 1. *n.* 7. Et tunica laticlavia donatum ad Masinissam remisit. *Sueton. Domit.* 10. Laticlavius tribunus. *Petron. Satyr.* 32. Laticlavia mappa. *V.* MAPPA. — Hinc *Petron. Satyr.* 76. Laticlavium patrimonium. *h. e.* senatorium: *V. Laticlavius* in fin. hujus voc.; et cf. *Cassiod.* 5. *Variar.* 14. Pandite curiam, suscipite candidatum: jam senatui prædestinatus est, cui nos contulimus laticlaviam dignitatem. — Hinc

Laticlavius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more. *Laticlavii* dicti sunt senatores et patricii, quorum insigne erat latus clavus in tunica: quam *tunicam potentem* dixit *Stat.* 4. *Silv.* 2. 29. *Sueton. Ner.* 26. A quodam laticlavio cæsus. *Id. Aug.* 38. Binos laticlavios præposuit singulis alis.

Laticlavium, ii, n. 2. dignitas ejus, qui lato clavo insignitus est, πλατύσημον. *Cajus Dig.* 24. 1. 42. Si uxor viro laticlavii petendi causa donet, vel ut equestris ordinis fiat, vel ludorum gratia. *Lamprid. Commod.* 4. Paternum per laticlavii honorem a præfecturæ administratione submovit. *Alii leg.* laticlavi. *Scholiast.* ad *Juvenal.* 1. 106. Purpura major, laticlavium. *Gloss. Philox.* Laticlavium, πλατύσημον. — Laticlavio insigniti sunt primitus senatorum filii ab Augusto, teste *Sueton. Aug.* 38. *V.* et interpretationem *Inscriptionis* Latinæ a cl. *Jos. Furlanetto* editam in *Memorie dell' Istituto Veneto T.* 1. *V.* LATICLAVUS.

LĂTĬCLĀVĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

LĂTĬCLĀVUS, i, m. 2. idem ac disjunctim latus clavus, *toga senatoria, V.* CLAVUS. *Inscript.* apud *Ph. Borker. Vebb. Osserv. sull' agro Troj. p.* 108. (quocum cf. *Bart. Borghesi Iscriz. di Eurbulejo p.* 15., et *Annal. dell' Institut. Archeol. a.* 1842. *p.* 152.). SEX. QVINTILIVS SEX. F. ANNIVS VALERIVS MAXIMVS LATICLAVO EXORNATVS A DIVO AVG. NERVA QVAESTOR etc. *Impp. Valentin. et Valens Cod. Theod.* 6. 4. 17. Etsi injustum enim atque dedecus videtur, mulieres ad laticlavum atque insignia procedere etc. V. *Laticlavium* in fin. voc. LATICLAVIUS, a, um.

LĂTĬFĬCO, as, are, a. 1. (latus *et* facio) late diducere. *Gloss. Philox.* Latifico, πλατύνω.

LĂTĬFŎLĬUS, a, um, adject. (latus *et* folium) lata folia habens, *di foglie larghe,* πλατύφυλλος. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 7. 7. (27). Optima laurus ad id latifolia, silvestris, nigra baccis.

LĂTĬFUNDĬUM, ii, n. 2. (latus *et* fundus) latus fundus, ampla possessio agri, *gran podere, grande possessione,* εὐρυχωρία. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 7. (35). Verum confitentibus, latifundia perdidere Italiam, jam vero et provincias. *Petron. fragm. Tragur.* 77. *Burmann.* Latifundia possidere. *Seneca Ep.* 88. Latifundia metiri me geometres docet. *Val. Max.* 8. 6. *n.* 1. Amplam pecuniam latifundiaque festinanter consumpsit. Adde *Flor.* 3. 19.

LĂTĬLŌQUENS, entis, adject. (latus *et* loquor) qui late, seu multum loquitur. *Gloss. Philox.* Latiloquens, πλατυλόγος.

LĂTĪNÆ, ārum, f. plur. 1. (subaudi *feriæ*) dicebantur, quum ex populis Latinis viri simul et mulieres in montem Albanum hostias adducebant, et quatriduano sacrificio noctu (*Lucan.* 1. 550. et 5. 402.) facto in honorem Jovis Latialis, accepta carne in suam quique civitatem digressi revertebantur. Ea dicta visceratio, quoniam ex hostiis carnes in partes cæsæ distribuerentur. Feriæ autem Latinas, maximo Romanorum Latinorumque magistratuum conventu, consules procurabant, quum interea cum populo agere non liceret, ut ob eam causam Latinæ aliquando a consulibus instaurarentur, quum tribunis pleb. obsistere vellent, populares leges et reipublicæ perniciosas ferre cupientibus. Itaque *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 6. Consul Lentulus dies comitiales exemit omnes. Nam etiam Latinæ instaurantur. Nec tamen deerant supplicationes. Sic legibus perniciosissimis obsistitur, maxime Catonis. Hæc *Cic.* Instaurabant Latinas etiam pontifices, ut *Liv.* 32. 1. tradit. Id autem fiebat, quasi jam faciendis iis aut prætermissum aliquid esset, aut, quod non oporteret, commissum. — Primus eas in unum diem Tarquinius Superbus instituit, secundus dies additus pulsis regibus, tertius post secessionem in Aventinum, quartus plebe et patribus a dictatore Camillo in concordiam reductis. Non habebant certum statumque diem, ideoque *conceptivæ* dicebantur: nam leginius apud *Liv.* 41. 16. celebratas fuisse III. Nonas Maji. *et* 44. 22. prid. Idus Aprilis. *et* 45. 3. a. d. IV. Id. Novembr. In iis quadrigæ certabant in Capitolio, victorque absinthium bibebat: credo, inquit *Plin.* 27. *Hist. nat.* 7. 28. (45)., sanitatem præmio dari honorifice arbitratis majoribus. V. *Marin. Frat. Arv. p.* 140. ubi de iis multa; et *Oderic. Syllog. p.* 231. ac seqq.; et *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Planc.* 9. edit. ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 2. p. 52. Ceterum adde *Cic.* 1. *Att.* 3., *Planc.* 9. 23. et 1. *Divinat.* 11. 18. *in carm.*; *Liv.* 5. 17., 21. 63., 25. 12. et alibi; et *Sueton. Cæs.* 79., *Ner.* 7. et *Claud.* 4.

LĂTĪNĒ, adverb. (Latinus). Comp. *Latinius* 1. — Latine ¶ 1. Generatim est more Latinorum, *Latinamente,* Λατινιστί. *Liv.* 40. 42. *in fin.* Cumanis petentibus permissum, ut publice Latine loquerentur, et præconibus Latine vendendi jus esset. *Val. Max.* 2. 2. 2. Magistratus prisci illud maxima cum perseverantia custodiebant, ne Græcis unquam nisi Latine responsa darent. — *Latine scire,* est scire Latine loqui. *Cic. Cæcin.* 19. 55. Quid enim facilius est, quam probari iis, qui Latine sciant, in uno servulo familiæ nomen non valere? Adde *eumd. Brut.* 37. 140. et 5. *Phil.* 5. 13. — *Latine reddere,* Latino sermone vertere, *tradurre in Latino. Cic.* 1. *Orat.* 34. 155. Quum ea, quæ legeram Græce, Latine redderem. — *Latine loqui,* est loqui proprie et eleganter. *Cic. Brut.* 45. 166. Eodem tempore *M.* Herennius in mediocribus oratoribus Latine et diligenter loquentibus numeratus est. *Id. Opt. gen. orat.* 2. 4. Ut pure et emendate loquentes, hoc est Latine. — Quod ait *Paul. Diac.* ex *Festo p.* 118. 15. *Müll.*: Latine loqui a Latio dictum est: quæ locutio adeo est versa, ut vix ulla pars ejus maneat in notitia: illa verba *quæ locutio* etc. ipse *Paulus* de suo protulit, sua nimirum, non *Festi* tempora respiciens, scil. sæculum Christi VIII. Hæc *Forcellinus Scaligeri* sententiam secutus: contra *Müllerus* h. l. adnotat, nihil prohibere, quominus ipsum *Verrium* de antiquæ Latinæ linguæ obscuritate dixisse putetur. — Comp. *Latinius* apud *Hieronym.* 8. in *Isaj.* 10. 26. 7. Hujus justi semita recta est, sive, ut verbum novum fingam, rectitudines, quas Græci vocant εὐθύτητα, et nos æquitates Latinius possumus appellare. ¶ 2. Speciatim est loqui aperte, clare, plane, nullo astu, nulla malitia, nulla fraude, nulla metaphora, nullo verbi ambigui prætextu. *Cic.* 6. *Verr.* 1. 2. Latine me scitote, non accusatorie loqui. *Id.* 7. *Phil.* 6. 17. Quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellant ii, qui plane et Latine loquuntur. *Quintil.* 3. *Declam.* 6. De injuria nostra Latine queri

noe possumus: parcendum verbis est. *h. e.* de stupro militi a tribuno intentato.

LĂTĪNĪGĔNA, æ, m. (Latinus *et* gigno) qui in Latio genitus est. Affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Priscian. super XII. vers. Æn. p.* 1285. *Putsch.* Latinigena, quo modo Trojugena, Grajugena.

LĂTĪNĪTAS, ātis, f. 3. (Latinus). ¶ 1. Est locutio Latina, sermo Latinus, *favella Latina. Cic.* 4. *Herenn.* 12. 17. Latinitas est, quæ sermonem purum conservat, ab omni vitio remotum. Vitia in sermone, quominus is Latinus sit, duo possunt esse: solœcismus et barbarismus. *Id* 7. *Att.* 3. *a med.* Secutusque sum, non dico Cæcilium, mane ut ex portu in Pireæum (malus enim auctor Latinitatis est), sed Terentium, cujus fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur a C. Lælio scribi. Cf. *Priscian.* 8. *p.* 836. *Putsch.* Si auctoribus timiditas obstitisset, ut nullis novis uterentur dictionibus, ipsa natura et significatione rerum exigente, perpetuis Latinitas angustiis damnata mansisset. ¶ 2. Accipitur etiam pro jure Latii. *Cic.* 14. *Att.* 12. *sub init.* Scis quam diligam Siculos. Multa illis Cæsar, neque me invito; etsi Latinitas erat non ferenda. *h. e.* jus Latii, Siculis a Cæsare concessum. *Sueton. Aug.* 47. Urbium quasdam merita erga populum Romanum allegantes, Latinitate, vel civitate donavit. *V.* LATIUS in ONOM.

LĂTĪNIZO, as, are, a. 1. (Latinus) in Latinum vertere, *latinizzare.* Occurrit tantum Part. *Latinizandus* apud *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 1. *extr.* Sorranus vero, cujus hæc sunt, quæ latinizanda suscepimus, etc.

LĂTĪNO, as, are, a. 1. (Latinus) idem quod latinizare. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 4. *a med.* Cataclysmo utendum, cujus nominis vim præscriptis libris sæpius latinavimus.

LĂTĪNUS, a, um, adject. (Latium). Comp. *Latinior* et Sup. *Latinissimus.* — Latinus est ad Latium pertinens, *Latino,* Λατῖνος. Nos hic afferenda putavimus, quæ ad linguam solummodo pertinent; hac enim significatione Comp. et Sup. gradus occurrunt: cetera videsis in ONOM. *Varro* 5. *L. L.* 1. *Müll.* Quemadmodum vocabula essent imposita rebus in lingua Latina, sex libris exponere instituí. *Cic.* 1. *Fin.* 3. 10. Sæpe disserui, Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putarent, sed locupletiorem etiam esse, quam Græcam. *Charis.* 1. *p.* 35. *Putsch.* Constat ergo Latinus sermo (*h. e.* Latina lingua) natura, analogia, consuetudine, auctoritate. *Nepos Att.* 4.; *Quintil.* 12. 10. 33.; et *Sueton. Gramm.* 7. Latinus sermo. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 3. 12. Brutus quidem noster, excellens omni genere laudis, sic philosophiam Latinis litteris persequitur, ut etc. *Colum.* 12. *R. R. præf.* 7. Hæc in Œconomico Xenophontis, et deinde Cicero, qui cum Latina consuetudini tradidit. *h. e.* vertit in Latinum sermonem. — *Vertere in Latinum,* est in linguam latinam. *Quintil.* 10. 5. 1. Vertere Græca in Latinum veteres nostri oratores optimum judicabant. — Comp. et Sup. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 2. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 6. Nihil ego unquam cultius, nihil Latinius legi. *Hieronym. Ep.* 58. *n.* 9. Nihil Latinius tuis voluminibus. *Id. Ep.* 50. *n.* 2. Homo Latinissimus. — *Casus Latinus* interdum dictus est a *Varrone* Ablativus, quia Latina lingua proprius est, ejusque vis apud Græcos per Genitivum explicatur. *Diomed.* 1. *p.* 277. *Putsch.*

LĀTIO, ōnis, f. 3. (fero) actus ferendi, *il portare.*

I.) Proprie, seu stricto sensu occurrit tantum apud *Boeth. Aristot. Topic.* 4. 2. *p.* 688. Pæne enim in iis, quæ involuntarie locum ex loco permutant, dicitur latio. *Id. p.* 709. Solis latio est super terram. *h. e.* iter, cursus.

II.) Translate, vel, ut aliis placet, latiori sensu. ¶ 1. Generatim. *Liv.* 2. 33. Concessumque in conditiones, ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus consules esset. *Nonnulli male leg.* auxillatio. ¶ 2. Speciatim. *Liv.* 38. 36. Pronunciavit, ut iis suffragii latio esset. Adde *eumd.* 9. 43. et 45. 15. Sic in *Ære Salpesan.* apud *Henzen.* 7421. *col.* 3. *lin.* 48. IACOLAE QVI CIVES R. LATINVE CIVES ERVNT SVFFRAGII FERANT EISQVE IN EA CVRIA SVFFRAGI LATIO ESTO. *Cic.* 3. *Att.* 26. Mihi in animo est legum lationem exspectare. Adde *eumd. Dom.* 20. 53. *V.* et LEGISLATIO. ¶ 3. Item speciatim. *Gell.* 14. 2. Expensi latio. *il portare a debito.*

LĂTĬPES, pĕdis, adject. (latus *et* pes) qui latos pedes habet. *Avien. prognost. Arat.* 358. Latipedemque anatem cernes excedere ponto.

LĂTĬTĂBUNDUS, a, um, adject. (lătito) qui latet. *Sidon.* 1. *Ep.* 6. *ad fin.* Nobilem latitabundum pauperis honorati sententia premet.

LĂTĬTANS, antis. *V.* LATITO primo loco.

LĂTĬTĀTĬO, ōnis, f. 3. (lătito) actus latitandi. *Quintil.* 7. 2. 46. Sonus, clamor, gemitus, latitatio, motus, similia. Adde *Ulp. Dig.* 42. 4. 7.

LĂTĬTĀTOR, ōris, m. 3. (latito) qui latet. Est *Augustin.*

LĂTĬTĬA, æ, f. 1. (latus) latitudo, *larghezza. Inscript.* apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 119., quæ est apud *Orell.* 4561. L. SEPTIMIVS SEVERINVS AVG. LIB. FECIT MUNIMENTVM A SOLO CVM AGELLO CONCLVSO SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM: HABET AVTEM AGELLVS CONCLVSVS LATITIAE P. LXXV., LONGITIAE P. CXXXVII. H. L. E. N. H. *h. e.* hic locus *exterum* non habet, scilicet non recipit, non admittit. *Auct. rei agrar. p.* 222. *Goes.* Casa fines quam maxime in longum habens, in latitia breviores. Adde *ibid. p.* 241.

LĂTĬTO, as, āvi, ātum, are, n. 1. Part. *Latitans* 1. — Latitare est frequentat., vel potius intent. a *latere,* et ejusdem fere significationis, *essere o stare nascosto,* διαλανθάνω. ¶ 1. Generatim. — *a*) Neutrorum more. — De hominibus et brutis. *Plaut. Trin.* 4. 2. 81. Ille ignavissimus mihi latitabat. *s'ascondeva da me. Cic. Dom.* 31. 83. Jube adesse: latitat omnino: sed si requiri jusseris, invenient. *Id. Cluent.* 13. 38. Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio. *Ovid.* 13. *Met.* 786. latitans ego rupe. *Id.* 4. *ibid.* 405. Fumida jamdudum latitant per tecta sorores. *Lucan.* 5. 712. Latitans in antro. *Ammian.* 22. 7. Diu latitare. *Petron. Satyr.* 116. Quisquis suos heredes habet, omnibus prohibetur commodis, inter ignominiosos latitat. *h. e.* jacet neglectus et abjectus. *Horat.* 3. *Od.* 12. 10. Celer alto latitantem Fruticeto excipere aprum. — De rebus et abstractis. *Lucret.* 1. 874. Linquitur hic quædam latitandi copia tenuis – ut omnibus omnes Res putet immixtas rebus latitare. *Id. ibid.* 888. res latitant in terris. *Al. leg.* in terram. *Ovid.* 10. *Met.* 449. tegunt nigræ latitantia sidera nubes. Rursus *Lucret.* 1. 643. Inversis quæ sub verbis latitantis (*stolidi*) cernunt. *Cæs.* 2. *B. C.* 4. Communi fit vitio naturæ, ut invisis, latitantibus atque incognitis rebus confidamus, vehementiusque exterreamur. — *b*) *Latitare aliquem,* est occultare se ab aliquo. *Pompon. Dig.* 35. 1. 8. Si ea latitans patronus de medio discesserit. ¶ 2. Speciatim de iis dicitur, qui se abscondunt vitandi judicii causa, et secum jure agendi potestatem non faciunt. *Cic. Quinct.* in verbis edicti prætor. 19. 60. Recita edictum: QVI FRAVDATIONIS CAVSA LATITABIT. Non est is Quinctius: nisi si latitant, qui ad negotium suum relicto procuratore proficiscuntur. *Id. ibid.* 17. 54. Si latitare ac diutius ludificare videatur. De allatis prætoris verbis multa *Ulp. Dig.* 42. 4. 7.

LĂTĬTO, as, are, a. 1. *frequentat. a* supino *latum,* verbi *fero,* sæpe ferre. *Paul. Diac. p.* 121. 21. *Müll.* Latitaverunt Cato posuit pro sæpe tulerunt.

LĂTĬTŪDO, ĭnis, f. 3. (latus) spatiositas, πλατύτης, πλάτος (It. *larghezza, ampiezza;* Fr. *largeur, grandeur, étendue, espace;* Hisp. *anchura, extendida;* Germ. d. *Breite;* Angl. *breadth, width, latitude, broadness, large extent*).

1.) Proprie. *Cic.* 1. *Nat. D.* 20. 54. In hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. *Cæs.* 2. *B. G.* 12. Propter latitudinem fossæ murique altitudinem. *Id. ibid.* 7. *in fin.* Castra amplius millibus passuum VIII. in latitudinem patebant. Adde *eumd. ibid.* 8. Sic *Plin.* 3. *Hist. nat. procem.* 1. (3). Fauces Ocesni quinque millia passuum in latitudinem patent. Et *Quintil.* 1. 10. 42. Jugeri mensuram ducentos et quadraginta longitudinis pedes esse dimidioque in latitudinem patere. *Ammian.* 23. 6. Maris latitudo patet etc. *Colum. Arbor.* 17. Crescere in latitudinem. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 13. 34. (129). Aut in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari. *Curt.* 4. 3. 8. Latitudinem aggeri adjicere. *Ammian.* 31. 8. Per omnes latitudines Thraciæ pandebantur. *Quintil.* 11. 3. 141. Alioqui amictus fiet angustus et dignitatem, quæ est in latitudine pectoris, perdet. *Cic.* 2. *Nat. D.* 63. 159. Vires humerorum et latitudines ad aratra extrahenda.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro amplitudine, magnitudine, copia. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 26. 67. Qui latitudinem possessionum tueri, qui invidiam Sullanorum agrorum ferre non possunt. ¶ 2. *Latitudo verborum* est eorum lato ore prolatio. *Cic.* 2. *Orat.* 22. 91. Nervos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non assequitur: oris pravitatem et verborum latitudinem imitatur. — *Plin.* 1. *Ep.* 10. Frequenter Platonicam illam sublimitatem et latitudinem effingit. *h. e.* amplitudinem, ubertatem dicendi.

LĂTŌMIÆ, ārum, f. plur. 1. *V.* LAUTUMIÆ.

LĂTŌMUS, i, m. 2. λατόμος, lapicida. *Hieronym. Ep.* 129. *n.* 5. Quid commemorem templum septuaginta millium latomorum, et octoginta millia vectorum, hoc est centum quinquaginta millium, exceptis præpositis operum? Ita *Hieronym.* ex 3. *Reg.* 5. 15. Adde *Vulgat. interpr.* 1. *Par.* 22. 2. et 15., et 1. *Esdr.* 3. 7.

LĂTŌNĪGĔNA, æ, m. et f. 1. Latona genitus. *Ovid.* 6. *Met.* 160. Et date Latonæ Latonigenisque duobus Cum prece tura pia. *h. e.* Apollini et Dianæ. Sic *Seneca Agam.* 320. Latonigenæ dii.

LĀTOR, ōris, m. 3. (fero) qui fert, *portatore.* ¶ 1. Generatim. *Seneca Tranquill.* 5. Debet plus virium esse in latore, quam in onere. *Al. rectius leg.* actore. — Accipitur et pro tabellario. *Sueton. Cal.* 44. Magnificas Romam litteras misit, monitis sæpe latoribus, ut vehiculo etc. *Optimi Codices habent* speculatoribus *pro* sæpe latoribus. ¶ 2. Speciatim *lator legis* est qui legem vel instituit, vel promulgat. *Cic.* 4. *Cat.* 5. 10. Lator legis Semproniæ. *Id.* 3. *Nat. D.* 38. 90.; et *Quintil.* 12. 10. 5. et 3. 2. 4. Lator legis. *Cic. Mur.* 2. 3. Legis ambitus lator. *Liv.* 3. 31. *sub fin.* Quum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet. *Quintil.* 3. 7. 18. Urbes conditoribus, leges latoribus afferunt laudem. *Liv.* 3. 9. Lator rogationis. *Cæs.* 1. *B. C.* 5. Decurrit ad illud extremum SC.; quo nisi pæne in ipso urbis incendio, latorum audacia numquam ante discessum est. *oï quelli che lo aveano proposto.*

LĂTRĂBĬLIS, e, adject. (latro, as) ad latratum pertinens, *latrabile. Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 11. Vox latrabilis. *h. e.* quæ latrare videtur. *Boeth.* in *Porphyr.* 1. *p.* 52. Si quis dicat nomen canis, plura significat, et hunc latrabilem quadrupedemque, et cæleste sidus, et marinam bestiam. *Id. ibid. p.* 871. Latrabile animal.

LĂTRANS, antis. *V.* LATRO, as.

LATRATIUNCULA, æ, f. 1. Est fragmentum *Afranii* apud *Non. p.* 268. 4. *Merc.*, ubi hæc vox legi videtur. Sed quum nulla subsit sententia, alii reponunt *de latiuncula.*

LĂTRĀTOR, ōris, m. 3. (latro, as) qui latrat, *abbajatore,* Σωκτήρ.

I.) Proprie. *Arnob.* 7. 17. Latratorum canum ritu. *Martial.* 12. 1. latratoresque Molossi. *V.* in VENATOR similia loca. *Virg.* 8. *Æn.* 698.; et *Ovid.* 9. *Met.* 689. et latrator Anubis.

II.) Translate est rabula molestus et maledicus. *Quintil.* 12. 9. 12. Super omnia perit illa, quæ plurimum oratori et auctoritatis et fidei affert, modestia, si a viro bono in rabulam latratoremque convertitur.

LĂTRĀTŌRĬUS, a, um, adject. qui latrat. *Isid.* 19. *Orig.* 23. Horrent et male tecti cum latratoriis linguis Scotti. Ita *Lindemann.* ex Cod. *Guelph.* 1. probante cl. *Quicherat:* vulgati libri habent *latratoribus.*

LĂTRĀTUS, a, um. *V.* LATRO, as.

LĂTRĀTUS, us, m. 4. (latro, as) vox canum, latrandi actus, *abbajamento,* ὑλαγμός, ὑλακή.

I.) Proprie. *Virg.* 3. *G.* 411. apros Latratu turbabis agens. *Id.* 12. *Æn.* 751. Venator cursu canis et latratibus instat. *Ovid.* 7. *Met.* 414. Implevit latratibus auras. *et* 7. *ibid.* 362. latratu terrere agros. *et* 4. *ibid.* 450. latratus edere. *Colum.* 7. *R. R.* 12. 3. Canis vasti latratus canorique. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 40. 61. (142). Lanatu et latratu (*canis*) coactum fateri scelus. *et ibid.* (150). Urgenti latratu in-

tonuit. Adde Justin. 4. 1. 13.; *Sil. It.* 1. 421.; et *Ammian.* 30. 4.

II.) Translate est vox incondita barbarorum hominum et similis latratui. *Coripp.* 4. *Johann.* 350. Ille inter sese, fracto sermone, furentes, Latratus varios, stridentibus horrida linguis Verba ferunt.

LĂTRĪNA, æ, f. 1. Est et alia forma *latrinum*, i, n. 2., quam exhibent *Lucilius* et *Laberius* apud *Non.* p. 212. 10. *Merc.* — Latrina a *lavando*, per syncopen pro *lavatrina* (quam formam *V.* infra sub I. 1. et 2.), ut *tonstrina* a *tondeo*; et

I.) Proprie. ¶ 1. Olim notabat balneum privatum, βαανο, λουτρον, απολουτρον. *Varro* 9. *L. L.* 68. *Müll.* Ab eadem ratione domi suæ quisque, ubi lavatur, balneum dixerunt; – quum hoc antiqui non balneum, sed lavatrinam appellare consuessent. Adde *Non. loc. cit. Lucilius* apud *Non.* p. 212. 9. *Merc.* Qui in latrina languet. ¶ 2. Aliis locum notat, in quem sæturi eunt, *cesso*, *cameretta privata*. Qua significatione fortassis a latendo dicitur, quod in eam sese homines abdant, ne conspiciantur. Item locum in ædibus, in quem sordes confluunt, et differt a cloaca, quæ publica est. *Plaut. Curc.* 4. 4. 21. Non pluris facio, quam ancillam meam, quæ latrinam lavat. Ubi *Lambinus* locum excrementorum, sed *Turneb. Advers.* 21. c. 20. privatum intelligit balneum. Adde *Laberium* apud *Non.* p. 212. 10. *Merc. Suet. Tib.* 58. Capitale esset, nummo, vel anulo effigiem (*Tiberii*) impressam latrinæ, aut lupanari intulisse. Adde *eund. Ner* 24: *Apul.* 1. *Met. de homine lotio perfuso.* Apage te, fœtorem extremæ latrinæ. *et* 9. *ibid.* Omnia prorsus ut in quamdam cœnosam latrinam, in ejus animum confluxerant vitia. *Colum.* 10. *R. R.* 85. Immundis quæcumque vomit latrina cloacis. *Varro* 5. *L. L.* 118. *Müll.* Trua, qua e cubina in lavatrinam aquam fundunt.

II.) Translate accipitur pro fornice meretricio. *Tertull. Pall.* 4. *a med.* Adspice lupas popularium libidinum mundinas: et quum latrinarum antistes sericum ventilat, et immundiorem loco cervicem monilibus consolatur etc.

LĂTRĪNUM, i, n. 2. *V.* voc. præced. init.

LĂTRO, as, āvi, ātum, are, n. 1. Prima syllaba perraro a Poetis corripitur. *Phædr.* 5. 10. cui senex contra latrans. *Avien. Arat.* 283. et cura latratûs Anubis. Hæc tamen observatio in derivatis et compositis locum non habet. — Part. *Latrans* in omnibus paragr., *Latratus* II. 1. et 4. — Latrare (a sono, ob liquidam *r*) proprium est canis, quum vorem edit, terrens et in aliquem impetum faciens, ὑλακτεω (It. *abbajare*, *latrare*; Fr. *aboyer*; Hisp. *Ladrar*; Germ. *bellen*, *anbellen*; Angl. *to bark or bay*, *bark at*).

I.) Proprie. — a) Neutrorum more. *Ennius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 32. *Müll.* Tantidem quasi feta canes sine dentibus latrat. *Cic. Nosc. Am.* 20. 56. Si luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui venerint. *Lucret.* 5. 1065. quum jam (*tricta canum Molossûm*) latrent et vocibus omnia complent. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 128. Ne latret canis. — Hinc poetice Part. *Latrans* pro cane ponitur. *Ovid.* 8. *Met.* 411. Misit et Æsonides telum, quod casus ab illo Vertit in immeriti fatum latrantis. *et ibid.* 344. *de apro.* obliquo latrantes dissipat ictu. *Phædr.* quoque eodem modo fortasse usurpat 5. 10.; et *Petron. fragm. Tragur.* 72. *Burmann.* — Passive impersonaliter. *Ovid.* 2. *Trist.* 459. Scit, cui latretur, quum solus obambulat ipse. — c) Active, seu cum Accusativo, pro allatrare. *Horat. Epod.* 5. 57. Senem adulterum Latrent Suburanæ canes. *Id.* 1. *Ep.* 2. 65. venaticus, ex quo Tempore cervinam pelle latravit in aula, Militat in silvis catulus. — *Latrare nubila*, apud *Stat.* 1. *Theb.* 551. potest habere speciem proverbii, ut apud nos *abbajare alla luna.* — Hinc passive. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 10. 78. (126). Hinc habentes negant latrari a canibus. Sic *Id.* 30. *ibid.* 10. 53. (147). Non latrari a cane membranam habentem leporis fimum etc.

II.) Translate. ¶ 1. Poetice et sæpe de mari dicitur, quod fluctus allidens ad litora et scopulos, fragorem edit. *Sil. It.* 5. 396. Ceu pater Oreanus exesa in viscera montis Contortum pelagus latrantibus ingerit undis. *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 148. Hinc latrat Gætula Thetis Lilybæoque pulsat Brachia consurgens. *Id. Epithal. Paliad. et Celer.* 61. rubris quæ fluctibus insula latrat. *Sil. It.* 3. 470. *de amne.* Alpibus ortus, Arulsas ornos et adesi fragmine montis Cum sonitu volvens, fertur latrantibus undis. In illo *Lucani* 6. 66. *rabidum nescit latrare Pelorum*, aliuditur tum ad strepitum maris, tum ad Scyllæ fabulam, quam ibi esse ajunt, Candida succinctam latrantibus inguina monstris, ut est apud *Virg.* 6. *Ecl.* 75. — Hinc et *latratus* passive apud *Stat.* 1. *Achill.* 451. juxtaque Capbareus Latratum pelago tollens caput. *h. e.* fragore et quasi latratu fluctuum pulsatum et circumsonum. ¶ 2. De hominibus pro clamare. — a) Neutrorum more. *Cic. Brut.* 15. 58. Latrant jam quidem oratores, non loquuntur. *h. e.* aspere loquuntur et suavioquentia careni. *Id.* 3. *Orat.* 34. 138. At hunc (*Periclem*) non clamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat, sed etc. *Quintil.* 11. 3. 31. Quos (*Cicero*) ait latrare magis quam agere. Cf. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 136. Rumperis et latras. — b) Cum Accusativo. *Ovid. Ib.* 232. Latrat et in toto verba canina foro. — c) Item Active, *latrare* (pro allatrare) *aliquem* est maledicere. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 64. Etiam me meæ latrant canes? *Al. leg.* in me. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 85. si quis Opprobriis dignum latraverit, integer ipse. *Al. leg.* laceraverit, *quod solum probat Bentilej.* ¶ 3. Dicitur etiam de cutis et angore animi. *Varro* 7. *L. L.* 103. *Müll.* Multa ab animalium vocibus tralata in homines, partim quæ sunt aperta, partim obscura. Perspicua, ut Ennii: Animus quum pectore latrat. *h. e.* irascitur et rociferatur. *Al. leg.* in pectore. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 13. stat pertore demens Luctus, et admoto latrant præcordia tactu. *Petron. Satyr.* 119. labes tacitis concepta medullis, Intra membra furens, curis latrantibus errat. — Et active. *Stat.* 2. *Theb.* 338. et magnas latrantia pectora curas. ¶ 4. Sumitur et pro poscere, vehementer flagitare. *Lucret.* 2. 17. nonne videre est, Nil aliud sibi naturam latrare, nisi, ut etc. *Paul. Diac.* p. 121. 11. *Müll.* notat, *Ennium* latrate pro petere usurpasse. Hinc et stomachus *latrare* dicitur, quum est jejunus et cibum poscit, veluti fame irritatus. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 17. cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet. *h. e.* cibum impatienter postulantem: est verbum antiqui sermonis et satyræ aptum: *Homer. Odyss.* Υ 13. κραδιη δε οι ενδον υλακτει. — Et passive *Martial.* 4. 53. Cui dat latratos obvia turba cibos. *h. e.* latrato petitos.

LĂTRO, ōnis, m. 3. Latrones primo fuere conducti satellites et custodes corporis, *soldati di guardia del principe*, σωματοφυλακες, qui regis latus custodiunt, ipsumque prodeuntem comitantur: quasi *lationes*, a *latus*, eris: hinc *Auct. Priap.* 5. Accedunt duo, qui latus tuentur. *h. e.* statores. et *Inscript.* apud *Orell.* 1869. AVRELIVS FAVSTVS PROTECTOR DIVINI LATERIS AVG. N. scil. Elagabali juxta *Orellium*, vel rectius Maxentii vel Magnentii juxta *Henzen.*

I.) Proprie. *Varro* 7. *L. L.* 52. *Müll.* Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellarunt; aut qui conducebantur, ea enim merces Græce dicitur λατρον. Ab eo veteres Poetæ nonnunquam milites appellant latrones (*soldati pagati*, μισθοφορους), quod item et milites cum ferro, aut quod latent ad insidias faciendas. *Ennius* apud *Non.* p. 306. 23. *Merc.* Hæc ecfatus: iti latrones dicta facessunt. *Paul. Diac.* p. 118. 16. *Müll.* Latrones eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, απο της λατρειας. *h. e.* a servitute. Al. leg. απο του λατρου. a stipe. *Servius* ad *Virg.* 12. *Æn.* 7. Græci λατρευειν dicunt obsequi et servire mercede. Unde latrones vocantur conducti milites. Moris autem erat, ut hos imperator et circa se haberet, et eos primos mitteret ad omne discrimen. *Plaut. Mil. glor.* 4. 1. 2. Ad Seleucum regem nisi parasitum meum, ut latrones, quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret, qui ejus regnum tutarentur.

II.) Translate. ¶ 1. Dicti sunt *latrones* — a) Milites, qui nullo legitimo dure, suis auspiciis injustum bellum gerebant, incursionesque et cetere hostilia faciebant, *masnade*. *Pompon. Dig.* 50. 16. 118. Hostes hi sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decrevimus: ceteri latrones, aut prædones sunt. *masnadieri*. *Ulp. ibid.* 49. 15. 24. A latronibus captus, servus latronum non est, nec postliminium est illi necessarium: ab hostibus ceptus, et servus est hostium, et postliminio statum recuperat pristinum. *Auct. B. Hisp.* 1. Ut et ejus pecunia latronum largitio fieret. *Cæs.* 3. *B. C.* 109. *extr.* Ut potius privatorum psaeorum et latronum consilio, quam regio susceptum bellum videretur. *et ibid.* 110. Collecti ex prædonibus latronibusque Syriæ. Adde *Cic.* 2. *Off.* 11. 40.; et *Horat. Epod.* 4. *extr.* — b) Nunc, inquit *Paul. Diac. sup. cit.*, viarum obsessores dicuntur, *assassini di strada*, *ladroni*, ὁδοβοκοι: quod a latere adoriantur, vel quod latenter insidiantur. Confirmat *Servius loc. cit. Cic. Mil.* 21. 55. Non semper viator a latrone: nonnunquam etiam latro a viatore occiditur. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 32. Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones: Ut te ipsum serves, non expergiscaris? *Juvenal.* 10. 22. Conjabit vacuus coram latrone viator. *Inscript.* apud *Henzen.* 7393. C. TADIO C. F. SERGIO ABDICTO A LATRONIBVS ANN. XXXV. ET PROCVLO F. ANN. VI. FABRICIA L. L. PRIMIGEN. CONIVGI ET FILIO POSIT (sic) VIVIS HVIC TITVLVM. — c) Est sicarius, *mandatario*. *Val. Max.* 5. 9. n. 4. *de filio vitæ patris insidias molienti.* Nec veneno, nec latrone ei ad perazendum homicidium opus esse affirmans. — d) Etiam venatores *latrones* dici possunt, quia quod hi cum hominibus, illi cum feris faciunt. *cacciatori*. *Virg. loc. cit. de leone.* fitumque latronis Impavidus frangit telum et fremit ore cruento. — e) *Phædr.* 1. 1. latronem vocat lupum, quia insidiatur ovilibus. — f) Latro est etiam fur nocturnus (hinc *ladro* recentiorum Italorum) apud *Venant. Vit. S. Menard.* 4. Intempesta nocte vineam latro capiendus expetiit, teneudus irrupit. ¶ 2. *Latrones* sunt iidem, qui latrunculi, seu calculi lusorii, *scacchi*: de quibus *V.* CALCULUS II. *Ovid.* 3. *Art. am.* 357. Cautaque non stulte latronum prælia ludat. *Martial.* 7. 72. Mandris, et vitreo latrone clausos. *Id.* 14. 20. Insidiosorum et ludis bella latronum. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LĂTRŌCĬNĀLIS, e, adject. (latro, onis) ad latrones pertinens, *ladronesco*. *Apul.* 2. *Met.* Id omne latrocinalis invasit manus. *et* 4. *ibid.* Capto noctis latrocinali momento, prorepit cavea, custodes gladio conficit. *Ammian.* 27. 2. Latrocinalia castra perrupit.

LĂTRŌCĬNĀLĬTER, adverb. (latrocinalis) latrocinando. *Capell.* 6. p. 206. Hercules Ionam Naulochi filiam obsidentem viam latrocinaliter interemit.

LĂTRŌCĬNĀTĬO, ōnis, f. 3. (latrocinor) idem ac latrocinium. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 19. (59). Multitudinis innumeræ sæva latrocinatio.

LĂTRŌCĬNĀTUS, a, um. *V.* LATROCINOR.

LĂTRŌCĬNIUM, ii, n. 2. militia latronum, qui corpus principis custodiunt, ut in LATRO, onis, dictum est sub I.

I.) Proprie. *Plaut.* apud *Non.* p. 134. 28. *Merc.* Qui apud regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti.

II.) Translate. ¶ 1. Eorum dicitur, qui illegitimum bellum privata auctoritate collecta manu, nullo duce publice dato, movent, et incursiones, direptiones ceteraque hostilia admittunt, ut iidem in LATRO II. 1. diximus (hinc *Augustin.* 4. *Civ. D.* 6. Inferre bella finitimis, et in cetera inde procedere, ac populos sibi non molestos sola regni cupiditate conterere et subdere, quid aliud, quam grande latrocinium nominatum est?): item eorum, qui vias obsident, palam aggrediuntur homines, spoliant, occidunt, *ladroneccio*, λῃστριον. *Cic.* 2. *Cat.* 1. 1. Quum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium conjecimus. *Id. Dejot.* 8. 22. Fines suos ab excursionibus hostium et latrociniis tueri. *Cæs.* 6. *B. G.* 34. In bello et latrociniis nati. *Tac.* 12. *Ann.* 27. Catti latrocinia agitantes. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (162). In latrociniis degere. *Sall. Jug.* 102. Pugna latrocinio magis, quam prælio similis. *Liv.* 8. 34. Infrequentia deserantur signa; neque conveniatur ad edictum, nec discernatur, interdiu nocte, æquo iniquo loco, jussu injusso imperatoris pugnent; et non signa, non ordines servent; latrocinii modo cæca et fortuita, pro solemni et sacrata militia sit. *Ammian.* 14. 2. Isauri, quibus usitatum est sæpe pacari, sæpeque inopinis excursibus cuncta miscere, ex latrocinils occultis et raris – ad bella gravia proruperunt. *Aurel. Vict. Cæsar.* 20. Latrocinio publico opprimi. *Cic.* 1. *ad*

Q. fr. 1. 8. Sublata Mysiæ latrocinia, cædes repressas. *et mox.* Oppidorum et fanorum furta et latrocinia esse depulsa. *Cæs.* 6. *B. G.* 15. In furto aut latrocinio comprehensi. — Dicitur et de piratica, *pirateria. Justin.* 43. 3. 5. Latrocinio maris vitam tolerabant. Sic *Vellej.* 2. 73. Latrociniis ac prædationibus infestatum mare. ¶ 2. Hinc per metaphoram est fraus, insidiæ, vis, violentia, *frode, violenza, prepotenza. Sall. Jug.* 4. Furtim et per latrocinia potius, quam bonis artibus, ad imperia et honores niti. *Cic. Rosc. Am.* 22. 61. Confitere, huc ea spe venisse, quod putares hic latrocinium, non judicium futurum. Sic *Ammian.* 14. 9. Eusebius, objecta ûdentius negans, suspensus, in eodem gradu constantiæ stetit, latrocinium illud esse, non judicium clamans. et *Colum.* 1. *R. R. præfat.* 9. *de causidicis et rabulis.* A nobis etiam concessum intra mœnia et in ipso foro latrocinium. ¶ 3. Abstractum pro concreto, latrocinium usurpatur de ipsis latronibus, ut *servitium* de servis. *Cic.* 1. *Cat.* 13. 31. Si ex tanto latrocinio iste unus tolletur. *Id.* 14. *Phil.* 4. 10. Quam (*urbem*) ille ad expiendas egestates latrocinii sui concupivit. Cf. *eumd. Pis.* 12. 26. et 2. *Off.* 11. 40. ¶ 4. De ludo latrunculorum. *Ovid.* 2. *Art. am.* 207. Sive latrocinii sub imagine calculus ibit, Fac, pereat vitreo miles ab hoste tuus. *h. e.* sub imagine pugnæ: nam latrunculi dicti, quia instar parvorum militum prælium ineunt.

LĂTRŌCĬNOR, āris, ātus sum, āri, dep. 1. (latro, onis). Part. *Latrocinans* II. 1. et 3.; *Latrocinatus* I. — Latrocinor est idem ac merrede conductus milito (ut ait *Non.* p. 134. 29. *Merc.* Latrocinari, militari mercede.) *V.* LATRO, onis, *militare.*

I.) Proprie. *Plaut. Trin.* 2. 4. 198. Ibit aliquo latrocinatum, aut in Asiam, aut in Ciliciam. *Id. Mil. glor.* 2. 6. 19. An quĭa latrocinamini, arbitramini, quidvis licere facere vobis, verbero? *Id. fragm.* apud *Varron.* 7. *L. L.* 52. *Müll.* Qui regi latrocinatus annos decem Demetrio. *Eutrop.* 3. 7. Istris bellum illatum est, quia latrocinati navibus Romanorum fuerant.

II.) Translate. ¶ 1. Est latrocĭnium exercere, vias obsidendo, aggrediendo aperta vi homines, spoliando, occidendo, prædas agendo, *assassinare,* λῃστεύω. *Cic.* 2. *Cat.* 7. 16. Catilina latrocinantem se interfici malit, quam exsulem vivere. *Id. Mil.* 7. 17. Nisi forte Appius viam munierit, ubi impune sui posteri latrocinarentur. *Id.* 3. *de republ.* 9. Vitæ instituta sic distant, ut Cretes et Ætoli latrocinari honestum putent. *Auct. B. G.* 8. 32. Liberam vagandi latrocinandique facultatem habere. — Et de piratica *Cic.* 2. *de republ.* 4. E barbaris ipsis nulli erant antea maritimi præter Etruscos et Pœnos: alteri mercandi causa, latrocinandi alteri. ¶ 2. Pro venari. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 42. 67. (144). Pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes (*pisces*) radio figens. ¶ 3. In re medica est corpora secare. *Cels.* 1. *præf. a med.* Itaque demum mortui præcordia et viscus omne in conspectum latrocinantis medici dari. *h. e.* vivorum corpora secantis.

LĂTRUNCŬLĀRĬUS, a, um, adject. (latrunculus) ad latrunculos, seu calculos pertinens, *da scacco. Seneca Ep.* 117. *ad fin.* Latruncularia tabula. *lo scacchiere.*

LĂTRUNCŬLĀTOR, ōris, m. 3. (latrunculus) qui ad conquirendos et persequendos latrunculos a principe mittitur, *giudice de' malefizj,* λῃστοδιώκτης. *Ulp. Dig.* 5. 1. 61. *extr.* Latrunculator de re pecuniaria judicare non potest. — Apud *vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 8. 114. videtur significare latrunculum.

LĂTRUNCŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* latro, onis, sensu translato et ejusdem fere significationis. ¶ 1. Est parvus latro, h. e. viarum obsessor, *ladroncello, assassino da strada, ladrone.* — *a)* Generatim. *Cic. Prov. cons.* 7. 15. Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a proprætore una cohorte auxiliaria gesta. *Ulp. Dig.* 49. 15. 24. Hostes sunt, quibus bellum publice populus Romanus decrevit, vel ipsi populo Romano; ceteri latrunculi, vel prædones appellantur. Confer similem locum *Dempon. Dig.* 50. 16. 118. in v. LATRO II. 1. allatum, ubi *latrones* dicuntur, qui hic *latrunculi.* Sic *Paul. ibid.* 39. 5. 35. Si quis aliquem a latrunculis, vel hostibus eripuit. *Inscript.* apud *Henzen.* 5487., quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 184. PRAESIDIS (*h. e.* præsidiis) PER LOCA OPPORTVNA AD CLANDESTINOS LATRVNCVLORVM TRANSITVS OPPOSITIS. — *b)* Speciatim de eo, qui legitimus imperator non est. *Vopisc. Firm.* 2. Quum ille diceret, Firmum latrunculum fuisse, non principem: contra ego, illum et purpura usum, et percussa moneta Augustum fuisse vociferatum. ¶ 2. Calculus lusorius, *scacco* (*V.* CALCULUS II.), dictus est latrunculus, quod est veluti parvus miles certans. *Seneca Ep.* 106. *sub fin.* Latrunculis ludimus: in supervacuis subtilitas teritur. *Vopisc. Procul.* 2. Quum in quodam convivio ad latrunculos luderetur, atque ipse decies imperator exisset etc.

LĂTŪMĬA. *V.* LAUTUMIÆ.

LĂTŪRA, æ, f. 1. (fero, latum) opera bajuli. *Augustin. Serm.* 345. 3. *in fin.* Non faciet impostura, faciet insuper et laturam. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 8. 144. Lecticarios, ait, quorum laturam locem. *Gloss. Philox.* Latura, φόρτρον.

LĂTŪRĀRĬUS, ii, m. 2. (latura) qui laturas facit humeris, bajulus, *facchino. Augustin. Serm.* 18. 4. *in fin. de divitibus.* Minimos meos egentes quando vobis in terra posui, laturarios vobis institui. Adde *eumd. Serm.* 38. 9. et 60. 8.

LĂTUS, a, um, adject. Comp. *Latior* I. et II. 1. 2. et 3.; Sup. *Latissimus* I. — Latus (quod ratione etymi conjungi potest cum Græca voce πλατύς idem significante, abjecta priore littera, ut a χλαῖνα est *læna*) est amplus, spatiosus; cui contrarium est angustus, εὐρύς, πλατύς (It. *largo, ampio, spazioso;* Fr. *large;* Hisp. *ancho, amplio, espacioso;* Germ. *weit, breit;* Angl. *broad, wide, spacious, ample, large, extensive*).

I.) Proprie. — *a)* Absolute. *Cic.* 6. *de republ.* 20. Omnis terra, quæ colitur a vobis, angusta verticibus, lateribus latior. *Id.* 5. *Tusc.* 20. 59. Lata fossa. *Id.* 6. *Verr.* 46. 103. Latum mare. *et ibid.* 53. 119. Lata via. *Cæs.* 6. *B. G.* 22. Latissimæ solitudines. *et* 2. *ibid.* 27. Latissimum flumen. *Quintil.* 11. 3. 138. Latus clavus. *V.* CLAVUS. — *Latum sarmentum. V.* in SARMENTUM. — *Virg.* 12. *Æn.* 165. bastilia lato ferro. *Id.* 2. *ibid.* 482. et ingentem lato dedit ore fenestram. *Ovid.* 2. *Met.* 481. Latus rictus oris. *Virg.* 9. *Æn.* 725. Obnixus latis humeris. *Tac.* 2. *Ann.* 21. Latos barbarorum artus fodere. Ubi *Davanzati* vertit, *quelle membrona. V.* infra sub II. 1.; et cf. *Virg.* 4. *G.* 94. latamque trabem inglorius alvum. *gran pancia.* item cf. *Colum.* 1. *R. R.* 9. 4. Vineæ non sic altos, quemadmodum latos et lacertosos viros exigunt. *membruti.* — *b)* Cum addita latitudinis mensura. *Varro* apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 12. 19. (91). Latera pedum lata tricenum. *Sillig.* vocabulum *lata* omittit. *Colum.* 2. *R. R.* 11. 3. Area latas pedum denum facito. *Cæs.* 7. *B. G.* 72. Fossæ quindecim pedes latæ. *et ibid.* 19. Palus non latior pedibus quinquaginta. *Pallad.* 2. *R. R.* 10. Scrobes latæ pedibus duobus semis. — Huc referri potest et illud *Sueton. Tib.* 68. Latus ab humeris et pectore: ceteris quoque membris usque ad imos pedes æqualis et congruens. — *c)* Neutrum absolute usurpat *Ovid.* 1. *Met.* 336. Crescere in latum. *in larghezza.*

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis ponitur pro amplo, vasto, extento, magno, crasso, multo. — *a)* Pro amplo, vasto, extento, *vasto, esteso. Virg.* 2. *G.* 468. Lati fundi. *grandi poderi,* latifundia. Sic *Cæs.* 6. *B. G.* 23. Ne latos fines parare studeant, potentioresque humiliores possessionibus expellant. *Ennius* apud *Priscian.* 9. p. 863. *Putsch.* Litora lata sonunt. *Liv.* 23. 46. Latus ager. *Virg.* 6. *Æn.* 549. Mœnia lata videt, triplici circumdata muro. *Horat.* 1. *Od.* 12. 57. Latus orbis. *Ovid.* 2. *Met.* 307. latis nubes inducere terris. *Liv.* 24. 49. Latum regnum. — Huc referri potest et illud *Quintil.* 11. 3. 82. Affixum pectori mentum minus clarem et quasi latiorem (*vocem*) presso gutture facit. Cf. *Cic.* 3. *Orat.* 12. 46. Verba lata. *pronunciate con voce larga, piena.* — *b)* Pro magno, crasso, *grande, grosso.* Poetæ frequenter summis ducibus et heroibus magna membra tribuunt et *latos humeros,* ut staturæ moles animi magnitudini virtutique bellicæ respondere videatur. Exempla habes apud *Virg.* 5. *Æn.* 376.; *Stat.* 1. *Theb.* 489.; *Val. Flacc.* 2. 490.; et *Sil. It.* 4. 417. et 2. 454. Hoc sensu *latum hostem* dixit *Id. Sil. It.* 1. 499. *de Hannibale.* lato Murrus caligat in hoste. — Ceterum *Apul.* 6. *Met.* Latissimum cachinnum extollit. *Phædr.* 1. 24. Rana bove latior. *più grossa.* et *Juvenal.* 12. 58. Confisus ligno, digitis a morte remotus Quattuor, aut septem, si sit latissima tæda. *per grossa ch'ella sia.* — *c)* Pro multo. Sic *latum aurum* apud Poetas interdum est multum aurum. *Virg.* 5. *Æn.* 312. pharetra, lato quam circumplectitur auro Balteus. *Ovid.* 6. *Met.* 567. velamina auro fulgentia lato. *Juvenal.* 6. 481. latum pictæ vestis considerat aurum. Adde *Pers.* 4. 44. ¶ 2. De hominibus morali significatione et abstractis. — *a)* De hominibus morali significatione. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 41. 127. Erigimur, latiores fieri videmur, humana despicimus. *Al. leg.* altiores; *Orell. et al. rectius* elatiores. *Seneca Ep.* 76. *ad fin. de histrionib.* Quum, præsente populo, lati incesserunt et cothurnati; simul exierunt, excalceantur, et ad staturam suam redeunt. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 183. Latus ut in circo spatiere. *Latum incedere,* his locis est subnixis alis et ansatum (ut *Plaut.* loquitur *Pers.* 2. 5. 6. et 7.), superbe et cum fastu ambulare, *camminar tronfio e colle mani in fianco.* sic enim homo latior fieri videtur. Quo spectat illud *Ovid. Heroid.* 9. 127. Ingreditur late lato spectabilis auro. Nisi malis τὸ *late* ad *spectabilis* referre. Al. tamen apud *Cic.* et *Senec.* reponunt *elatus:* apud *Horat.* vero *lætus.* — *b)* De abstractis. — *Lata gloria,* quæ ad plures notitia diffunditur et late pervagatur. *Plin.* 4. *Ep.* 13. *extr.* Nescio quo pacto magis homines juvat lata gloria, quam magna. Cf. *Ammian.* 16. 8. Latior fama. — *Lata interpretatio,* quæ plura complectitur, et ex æquo et bono fit. *Papinian. Dig.* 23. 1. 1. Circa tutelæ restitutionem pro favore pupillorum latior interpretatio facta est. — *Lata culpa* apud JCtos est magna culpa et manifesta, ex nimia negligentia, id est non intelligere, quod omnes intelligunt, ut loquitur *Ulp. Dig.* 50. 16. 213., ideoque, teste *eod. ibid.* 11. 6. 1. *ad fin.*, dolo comparatur. *Id. ibid.* 43. 15. 8. *ad fin.* In restitutionem venit dolus et culpa lata dumtaxat. Sic *Id. ibid.* 26. 7. 6. Solam latam negligentiam eos præstare debere. — *Lata fuga,* est genus exilii, interdictionem habentis omnium locorum, præter certum locum, ut docet *Martian. Dig.* 48. 22. 6. ¶ 3. Refertur aliquando ad orationem. *Cic. Brut.* 31. 120. Ut Stoicorum adstrictior est oratio aliquantoque contractior, quam aures populi requirunt: sic Academicorum liberior et latior, quam patitur consuetudo judiciorum et fori. *Quintil.* 5. 14. 33. Sermone lato orationeque argumenta dicere. *Id.* 11. 3. 50. Sequens (*genus*) latum etiam atque fusum est. *Id.* 7. 3. 16. Latiore varioque tractatu. *Id.* 2. 5. 14. Latiore quadam comprehensione. *Tac.* 1. *Hist.* 90. Genus orandi, ad implendas populi aures, latum et sonans. — Et de oratore ipso *Quintil.* 12. 10. 23. Æschines nonne his latior et audentior et excelsior? *h. e.* fusior, ornatior.

LĀTUS, a, um, particip. a *fero. V.* FERO.

LĀTUS, ĕris, n. 3. in corpore animalis est pars sinistra et dextera inter ventrem et dorsum, ab armis, vel alis ad crura posteriora, vel femina: in corpore hominis a brachiis ad genu: ducuntque a *latendo,* quia sub axillis lateat, πλευρά (It. *fianco, lato;* Fr. *côté, flanc d'un homme ou d'un animal;* Hisp. *ijar, el hueco del lado ó costado del animal;* Germ. *d. Seite am Körper der Menschen und Thiere;* Angl. *the side, flank, ribs*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. — *a)* Universim. — De brutis animantibus. *Lucret.* 5. 1323. (*Tauri*) latera ac ventres hauribant subter equorum Cornibus. *Virg.* 6. *Æn.* 53. *de tauro.* latus niveum molli fultus hyacintho. *Id.* 2. *ibid.* 51. In latus inque feri curvam compagibus alvum. Sic *Cic.* 3. *Off.* 9. 38. Cujus (*equi ænei*) in lateribus fores essent. — De hominibus. *Ennius* apud *Priscian.* 10. p. 891. *Putsch.* Ingenio forti dextrum latus pertudit hasta. *Cic. Cluent.* 62. 175. Cecidisse ex equo dicitur, et latus offendisse vehementer. *Virg.* 2. *Æn.* 393. laterique accommodat ensem. *Cic. Ligar.* 3. 9. Cujus latus ille mucro petebat? *Virg.* 12. *Æn.* 307. Excipere aliquem in latus. *colpirlo nel fianco.* et 10. *ibid.* 314. gladio latus haurit apertum. Adde *Liv.* 7. 10.; *Curt.* 7. 2. 27.; et *Sil. It.* 5. 524. *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 77. Latus mu-

crone confossum. et *Id. Epit.* 42. transfossum. *Ovid. M. Met.* 187. Adstitit in latus obliquum. *si pose in fianco. Virg. Æn.* 181. mutare latus. *voltarsi sull'altro fianco,* de jacente. *Sueton. Galb.* 21. Excreverat in dexteriore latere caro. *Quintil.* 11. 3. 118. Ut brachio exserto introspiciatur latus. *Id.* 2. 13. 12. Apelles imaginem Antigoni latere tantum altero ostendit. *Id.* 11. 3. 69. Caput manibus ac lateribus obsequatur. *Id.* 1. 11. 18. Laterum inclinatione forti ac virili. — *Latus vellere, vellicare, convellere. V.* VELLO. — *Latus fodere. V.* FODIO. — *Cic.* 3. *Orat.* 2. 6. Tum latus ei dicenti condoluisse —: dieque septimo est lateris dolore consumptus. *mal di punta, pleuritide,* πλευρῖτις. Sic *Cato R. R.* 125.; *Cels.* 2. 7. et 8.; et *Plin.* 21. *Hist. nat.* 21. 89. (155). Lateris dolor. et *Horat.* 1. *Sat.* 9. 32. laterum dolor, aut tussis. — *Vet. Scholiast.* ad illud *Horat.* 1. *Sat.* 2. 93. *Depygis, nasuta, brevi latere ac pede longo* hæc habet: Deforme est in feminis, furcam latere habere minorem. Ex quo loco apparet, *latus* sumi pro superiore corporis parte, nempe a capite ad inguen, quemadmodum furca significat utrumque femur et crus, quæ in homine furcam assimilant. Hinc apud *Petron. Satyr.* 4. 62. ea pars corporis inferior vocatur bifurcus. *V.* BIFURCUS. At apud *Horat. loc. cit. latus* significat *il fianco*; nam ea mulieris forma laudatur, quæ lato est latere, contra quæ brevi, dicitur *stretta di fianchi.* — *b*) Speciatim *artifices lateris* apud *Ovid.* 3. *Art. am.* 351. sunt qui alios saltandi arte instituunt, et movendi lateris jactandique corporis rationem docent, *maestri di ballo.* — *c*) Poetice, ratione habita concubitus. *Lucilius* apud *Non. p.* 280. 30. *Merc.* Tum latus componit lateri et cum pectore pectus. Adde *Ovid. Heroid.* 2. 58. et 19. 138.; et *Propert.* 2. 2. 12. ¶ 2. Latiori sensu in lateribus sunt vires et robur. *forza, lena:* ad rem *Quintil.* 1. 11. 8. Ut quoties exclamandum erit, lateris conatus sit ille, non capitis. *et* 11. 3. 16. Lateris pectorisve firmitas, an capitis etiam plus adjuvet. *et ibid.* § 40. Cui aderit lateris firmitas, spiritus quum spatio pertinax, tum labori non facile cessurus. *Id.* 10. 7. 2. Dum vox ac latus præparetur. *Id.* 11. 3. 13. Rasæ fauces ac latus fatigatum. *Cic. Senect.* 9. 27. Neque enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex lateribus et lacertis tuis. *et ibid.* 5. 14. Quum legem Voconiam voce magna et bonis lateribus suasissem. *Id.* 1. *Orat.* 60. 255. Multique oratores fuerunt, qui omnia sermone conficerent paullo intentiore, numquam, ut Ser. Galba, lateribus, aut clamore contenderent. Cf. *eumd.* 6. *Verr.* 30. 67. Quæ vox, quæ latera, quæ vires hujus unius criminis querimoniam possint sustinere? Cf. et *eumd.* 2. *Phil.* 25. 63. et *Fronto* 5. *ad M. Cæs.* 1. Dormi per istos noctes, ut forti colore in senatum venias et vehementi latere legas. *Quintil.* 9. 2. 29. Illa adhuc audaciora, et majorum, ut Cicero existimat, laterum. — *Plin.* 2. *Ep* 11. *circa med.* Ut sæpius admoneret, voci laterique consulerem. Hinc nos de fesso et anhelo dicimus: *e' batte il fianco. Juvenal.* 6. 36. Et lateri parcas. *h. e.* parce utaris Venere.

II.) Translate. ¶ 1. Poetice, pars pro toto, latus ponitur pro toto corpore. *Horat.* 3. *Od.* 27. 26. Europe credidit tauro latus. *Ovid.* 2. *Met.* 865. Nunc latus in fulvis niveum deponit arenis. *et* 3. *ibid.* 23. latus submisit in herba. *et* 2. *ibid.* 376. Penna latus vestit, tenet os sine acumine rostrum. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 26. forte latus. *Id.* 2. *Od.* 7. 18 longa fessum militia. *Id.* 3. *ibid.* 10. 20. Non hoc semper erit liminis aut aquæ Cælestis patiens latus. Cf. *Quintil.* 1. *procem.* 27. Latus patiens laboris. *Ovid.* 3. *Amor.* 11. 14. invalidum. *Forcellinus* aliqua ex his ad superiorem paragr. I. 2. retulit. ¶ 2. In rebus *latus* dicitur pars inter frontem et posticum, ut docet *Forcellinus;* sive universim est ea pars vel is locus, qui nostra latera quodammodo repræsentat. aut ea pars vel is locus, qui nostris lateribus dextra lævaque respondet: cui *frons* et *tergum* opponuntur. — *a*) Generatim de rebus. *Cæs.* 2. *B. G.* 8. Collis ex utraque parte lateris dejectus habebat, et frontem leniter fastigatus paullatim ad planitiem redibat. Cf. *Virg.* 1. *Æn.* 85. cuspide montem Impulit in latus. *da una banda. Plin.* 17. *Hist. nat.* 23. 35. (202). Intervallum justum arborum quadrageni pedes in terga frontemque, in latera viceni. *Cæs.* 5. *B. G.* 13. Insula, cujus unum latus est contra Galliam. *Cic.* 2. *Legg.* 3. 6. Fibrenus divisus æqualiter in duas partes latera hæc alluit. *Id.* 6. *de republ.* 20. Terra, quæ colitur a vobis, angusta verticibus, lateribus latior. *Horat.* 1. *Od.* 22. 19. latus mundi. *parte, paese.* Sic *Ammian.* 21. 15. Latus occiduum. *Id.* 15. 10. australe. *Id.* 27. 10. septentrionale. *Id.* 25. 7. Latus Armeniæ. *et* 14. 8. Ciliciæ. *et* 14. 2. Isauriæ. Et 27. 6. imperii Romani. *Cæs.* 2. *B. G.* 5. Latus unum castrorum ripis fluminis muniebat. Sic *Liv.* 26. 42. Latus castrorum. *Sall. Jug.* 93. Haud procul a latere castelli, quod aversum prœliantibus erat. *Sueton. Domit.* 5. Latus ædificii. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 6. latus dextrum domus. *Virg.* 1. *Æn.* 109. tum prora avertit et undis Dat latus. Sic *Horat.* 1. *Od.* 14. 4. et *Epod.* 10. 3.; et *Ovid.* 11. *Met.* 529. Latus navis. et *Seneca* 6. *Quæst. nat.* 6. Navigia abierunt in latus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 9. (26). Crystallus sexangulis nascitur lateribus. *con sei faccie.* — *b*) Speciatim in exercitu sæpe locum habet. — Sic pro parte dextera aut sinistra, *il fianco dell'esercito. Cæs.* 6. *B. G.* 7. Reliquos equites ad latera disponit. *Id.* 1. *ibid.* 25. Ex itinere nostros latere aperto aggressi. *dal fianco scoperto.* et 4. *ibid.* 25. Ad latus apertum hostium constitui. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 23.; et *Liv.* 27. 48. *Tac. Agric.* 35. Veritus, ne simul in frontem, simul et latera suorum pugnaretur. *Ammian.* 22. 8. Nudatis equitatus sui lateribus. — Pro exercitus cornu, *ala dell'esercito,* habet *Ammian.* 16. 12. Chnodomarius anteibat cornu sinistrum —: latus vero dextrum Serapio agebat. — Pro exercitus ordinibus *Id.* 16. 2. Barbaros in se catervatim ruentes, quum timeret ut ampliores, confertis lateribus observabat. — *c*) De hominibus. *Sueton. Ner.* 13. Perductum in theatrum, juxta se latere dextro collocavit. *V.* alia mox sub *d.* — *Tegere* aut *claudere latus alicui* vel *alicujus* dicitur, qui ad latus alicujus incedit, et quidem loco sinisteriore, aut certe exteriore et minus honorato: honoratior enim est ad parietem, aut dexter; idque ideo, quia incedentis ad parietem latus alterum tectum est quodammodo, nudum alterum. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 16. ne tamen illi Tu comes exterior, si postulet, ire recuses. Ut ne tegam spurco Damæ latus? Adde *Auct. B. Alex.* 52.; et *Sueton. Claud.* 24. et *Juvenal.* 3. 131. Divitis hic servi claudit latus ingenuorum Filius. — *Dare latus alicui,* idem fere quod *latus tegere,* apud *Senec.* 7. *Quæst. nat.* 2. — *d*) Hinc speciatim formulæ — *A* vel *ab latere, a lateribus,* quæ sæpissime occurrunt, quibusque *a fronte, a tergo* opponuntur. *Cic.* 3. *Phil.* 13. 32. A tergo, a fronte, a lateribus tenebitur, si in Galliam venerit. *Cæs.* 1. *B. C.* 25. A fronte atque ab utroque latere cratibus ac pluteis protegebat. Sic *Id.* 2. *B. G.* 25. Hostes neque a fronte ex inferiore loco subeuntes intermittere, et ab utroque latere instare. *Sall. Jug.* 50. Dejectos ab tergo aut lateribus circumveniebant. *Cæs.* 3. *B. G.* 29. Ne quis inermibus militibus ab latere impetus fieri posset. *per fianco. Sall. Jug.* 101. Sulla profligatis iis, quos adversum erat, rediens ab latere Mauris incurrit. Adde *Senec.* 6. *Quæst. nat.* 6; *Aurel. Vict. Epit.* 40.; et *Ammian.* 16. 9. — Raro *ex latere, ex lateribus* usurpatur. *Lucret.* 2. 1049. Et latere ex utroque, infraque superque, per omne Nulla est finis. *Sall. Cat.* 60. Ex lateribus aggredi aliquem. *Auct. B. Alex.* 28. Tribus ex lateribus variis genere munitionibus tegebatur: unum latus erat adjectum flumini. *da tre parti* etc. *Plin.* 2. *Ep.* 17. *ante med.* Ex alio latere est cubiculum. *dall'altra parte.* — Raro admodum *de latere* occurrit. *Lucret.* 6. 117. non tam concurrere nubes Frontibus adversis possint, quam de latere ire. ¶ 3. Hinc generatim per metaphoram late patet: scilicet — *a*) Metaphorâ ductâ a re militari (*V.* paragr. proxime superiorem sub *b.* et *d.*). *Quintil.* 9. 1. 20. Oratio, quæ astu caret, pondere modo et impulsu prælietur; simulanti variantique conatus in latera atque in terga incurrere datur. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 34. aliena negotia centum Per caput et circa saltunt latus. *mi assalgono da ogni parte.* — *b*) Pertinet et ad gladiatores. Eorum enim sunt in pugna *tegere,* aut *præbere latus,* pro vario corporis habitu, quo cum adversario utuntur. Hinc translate *Tibull.* 1. 4. 46. Sæpe dabis nudum, vincat ut illa, latus. *Seneca præf.* 4. *Quæst. nat.* Nec adulatoribus latus præbeas: artifices sunt ad captandum. *Flor.* 3. 5. Nudum imperii latus ostentabant procul Marius, Sulla, Sertorius. *Ter. Heaut.* 4. 2. 5. Triumpho, si licet me latere tecto abscedere. *h. e.* evadere infortunium. Huc pertinet et illud *Horat.* 1. *Sat.* 3. 59. hic fugit omnes Insidias nullique malo latus obdit apertum. — *c*) Metaphorâ sumptâ a paragr. proxime superiori sub *d.* — *Numquam discedere a latere alicujus,* h. e. *non partirsi mai dal suo fianco,* est *Cic. Amic.* 1. 1. Ut quoad possem et liceret, a senis latere numquam discederem. — *Adjungere aliquem lateri filii* apud *Quintil.* 1. 2. 5. est custodem apponere, qui adsiduus adhæreat. — *Adhærere lateri* apud *Liv.* 39. 25. est vicinum esse, imminere, instare, urgere. Ejus verba sunt: Procul abesse libertatis latores Romanos: lateri adhærere gravem dominum prohibentem etc. *essere al fianco.* Confer *Justin.* 29. 4. 8. Nec non et Illyriorum reges, lateri ejus (*Philippi Maced.*) hærentes precibus promissa exigebant. *et* 30. 2. 5. Agathocles regis lateri junctus, civitatem regebat. — *d*) Hinc *in latere* est in propinquo. *Sall. orat. Philippi contra Lepid.* § 8. Mithridates in latere vectigalium nostrorum, quibus adhuc sustentamur, diem bello circumspicit. Cf. *eumd. Jug.* 14. Hostes ab latere, vos amici procul, spes omnis in armis erat. — *e*) *Ulp. Dig.* 19. 1. 13. *sub fin.* Si quis a pupillo sine tutoris auctoritate emerit, ex uno latere constat contractus, nam qui emit, obligatus est pupillo, pupillum sibi non obligat. *da una parte.* Sic *Id. ibid.* 3. 5. 5. *ante med.* Nulla ex utroque latere nascitur actio. ¶ 4. Sæpe significat conjunctionem amicitiæ et consuetudinis. Hinc *a latere alicujus esse* est semper cum aliquo versari, familiarem esse, ab aliquo numquam discedere. *Liv.* 24. 5. *ad fin.* Avertit ab consciis in insontes indicium, ab latere tyranni. *degl'intrinsechi del tiranno. Curt.* 3. 5. *sub fin.* Quum ab latere pecunia sollicitaret hostis. Sic *Martial.* 6. 68. Eutychus ille tuum, Castrice, dulce latus. *tuo dolce amico, tua cara conversazione.* ¶ 5. Notat interdum stirpem, familiam, genus, *stirpe, ramo di parentela. Plin.* 8. *Ep.* 10. Neque enim ardentius tu pronepotes, quam ego liberos cupio: quibus videor a meo tuoque latere pronum ad honores iter, et non subitas imagines relicturus. — A JCtis dicitur de cognatione, quæ ex transverso procedit: ad differentiam ejus, quæ est inter ascendentes et descendentes. *Paul. Dig.* 38. 10. 10. Sunt et ex lateribus cognati, ut fratres sororesque, etc. *Id. ibid.* 23. 2. 68. Qui ex latere eam duxerit, quæ vetatur. *Stat.* 5. *Silv. præf.* Latus omne divinæ domus semper demereri connitor.

LĂTUSCŬLUM, i, n. 2. *deminut. a* latus, parvum latus, *fianchetto. Catull.* 25. 10. Ne laneum latusculum natesque mollicellas Inusta turpiter tibi flagella conscribillent. *Lucret.* 4. 311. Quin etiam quæcumque latuscula sunt speculorum, Assimili lateris flexura prædita nostri etc.

LAUDĂBĬLIS, e, adject. (laudo). Comp. *Laudabilior* I. et II. — Laudabilis est qui laudari potest, dignus laudari, laudandus, *lodevole, αἰνετός.*

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Herenn.* 4. 7. Laudabile est, quod conflcit honestam et præsentem et consequentem commemorationem. *Id.* 1. *Off.* 4. 14. Honestum etiam si a nullo laudetur, natura est laudabile. Cf. *Quintil.* 3. 6. 84. Quædam non laudabilia natura. Rursus *Cic. Amic.* 7. 23. Laudabilis vita. *Id.* 3. *de republ.* 3. Etiamsi cui videbitur illa in optimis studiis et artibus quieta vitæ ratio beatior, hæc civilis laudabilior est certe et illustrior. *Ovid.* 5. *Trist.* 14. 35. longo laudabilis ævo Penelopea fides. *Cic. Brut.* 95. 325. Quorum utriusque orationes sunt in primis, ut Asiatico in genere, laudabiles. *Horat. Art. P.* 408. laudabile carmen. *Cic. Brut.* 97. 333. Vix singulis ætatibus binos oratores laudabiles extitisse. *Id.* 1. *Parad.* 3. 15. Voluptas meliorem ne efficit, aut laudabiliorem virum? *Quintil.* 12. 1. 41. Non innocens modo, sed etiam laudabilis civis.

II.) Translate est in pretio habitus, optimus, *ottimo, prezioso, stimato. Plin.* 11. *Hist. nat.* 15. 15. (38). *de melle.* Maxime laudabile est etiam omne rutilum: in æstimatu est e thymo etc. *Id.* 17. *ibid.* 1. 3. (28). Nec hominibus aggesta terra semper laudabilis. *Id.* 14. *ibid.* 3. 4. (35). Laudabillus vinum.

LAUDĂBĬLĬTAS, ātis, f. 3. (laudabilis) id, quo quis laudabilis est, *lodabilità.* In *Cod. Theod.* est titulus, quo appellatur Comes metallorum. Sic enim ibi *Impp. Valentinian. et Valens* 10. 19. 3. Si qui

sponte confluxerint, eos laudabilitas tua cogat exsolvere etc.

LAUDĂBĬLĬTER, adverb. (laudabilis). Comp. *Laudabilius*. — Laudabiliter est cum laude, *laude, volmente, con lode, ἐπαινετῶς*. *Cic.* 5. *Tusc.* 5. 12. Ad recte, honeste, laudabiliter, postremo ad bene vivendum satis ne est præsidii in virtute? *Inscript.* apud *Gruter.* 484. 6. HONOREM AEDILITATIS LAVDABILITER ADMINISTRAVIT. *Gell.* 7. 3. *ante med.* Judices conciliandos esse ac propitiandos laudabiliter ac placabiliter et leniter existimationi salutique ejus, qui apud eos accusatus est, *h. e.* adhibitis laudibus. *Val. Max.* 5. 1. *n.* 2. *extern.* In hunc modum filiæ injuriam tulit, suam multo laudabilius.

LAUDĂBUNDUS, a, um, adject. (laudo) valde laudans. Affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Charis.* hisce verbis 2. *p.* 129. *Putsch.* Alia (*vocabula descendunt*) a participiis, ut ludibundus et laudabundus.

LAUDĀTĒ, adverb. (laudatus) laudabiliter, *con lode.* Occurrit tantum Sup. *Laudatissime* apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 6. 5. (46). Regias domos laudatissime ebore adornans. *Sillig.* vero legit *lautissime;* quod præstat. *V.* integrum locum.

LAUDATICIUS, a, um, adject. idem ac laudativus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 47., ubi *laudaticiæ* videntur esse litteræ commendaticiæ.

LAUDĀTĬO, ōnis, f. 3. (laudo). ¶ 1. Generatim est laudandi actus, laudantis oratio, commendatio, *lode, panegirico, encomio, αἴνεσις, ἐγκώμιον*. *Cic.* 15. *Fam.* 6. Quam lauream cum tua laudatione conferrem? *Id. Pis.* 29. 72. Qui modo quum res gestas consulatus mei collaudasset, (quæ quidem laudatio hominis turpissimi mihi ipsi erat pæne turpis) etc. *Nepos Ages.* 6. Simulata laudatio. *Sueton. Ner.* 20. Laudationibus Alexandrinorum captus. — Cum addito Genitivo ejus, qui laudatus est. *Cic.* 2. *Fin.* 35. 116. Lege laudationes non eorum, qui sunt ab Homero laudati, non Cyri, non Agesilai etc. *Quintil.* 7. 1. 47. Legis laudatio, et ejus, qui non adfuerit, vituperatio. ¶ 2. Speciatim usurpatur de laudatione judiciali, de qua *V.* in LAUDATOR 2. *Cic. Cæl.* 2. 5. Lectissimos viros cum legatione ad hoc judicium, et cum gravissima atque ornatissima laudatione miserunt. *Id. Flacc.* 15. 36. Idem laudationem, quam nos ab Æmoensibus Flacco datam proferebamus, falsam esse dicebat. *Id. Fontej.* 2. 4. Vos orat, ut sua religio, laudatio, auctoritas aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur. ¶ 3. Item speciatim de funebribus laudibus. *Seneca Ep.* 102. Aliud est laus, aliud laudatio. Hæc et vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed laudationem, cujus officium oratione constat. Quum dicimus aliquem laude dignum, non verba illi benigne hominum, sed judicia promittimus. Hæc *Seneca.* Nihilo tamen secius *laudes funebres* pro *laudationibus* legimus apud *Liv.* 8. 40. Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falsisque imaginum titulis, dum familia ad se quæque famam rerum gestarum honorumque, fallente mendacio, trahunt. Porro sæpe laudatio dicitur de laudatione funebri, *orazione funebre. Cic. Mil.* 13. 33. Cadaver Clodii spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, laudatione etc. *Id. Senect.* 4. 12. Est in manibus laudatio, quam quum legimus etc. Adde *Liv.* 2. 61.; et *Sueton. Cæs.* 84. Sic *Quintil.* 3. 7. 2. et 11. 3. 153. Laudationes funebres. — Cum addito Genitivo ejus, qui laudatur. *Liv.* 5. 50. Matronis honos additus, ut earum, sicut virorum, post mortem solemnis laudatio esset.

LAUDĀTĪVUS, a, um, adject. (laudo) laudans, laudationi accommodatus, *lodativo, ἐγκωμιαστικός*. *Ammian.* 16. 1. Quidquid narrabitur, ad laudativam pæne materiam pertinebit. *h. e. Tutto quello che qui sarà detto, piglierà quasi sembianza di encomio.* Sic *Quintil.* 3. 4. 16. Laudativa materia. — Unde *Laudativum genus* orationis a rhetoribus dicitur demonstrativum. *Quintil.* 3. 4. 12. Est unum genus, quo laus et vituperatio continetur: sed est appellatum a meliore parte laudativum: idem alii demonstrativum vocant: utrumque nomen ex Græco creditur fluxisse; nam et ἐγκωμιαστικὸν et ἐπιδεικτικὸν dicunt. Confer *eund.* 3. 7. 28. — Hinc *laudativa* absolute, subaudi *oratio*, apud *Quintil.* 2. 15. 20. Laudativam totam, quæ est pars rhetorices tertia.

LAUDĀTOR, ōris, m. 3. (laudo). ¶ 1. Generatim est qui laudat, *lodatore, panegirista, ἐπαινετής, ἐγκωμιαστής*. *Cic. post redit. ad Quir.* 6. 16. Qui rerum mearum gestarum laudatores fuerunt. *Id.* 6. *Att.* 2. *a med.* Laudator integritatis et elegantiæ. *Id. Sext.* 10. 23. Qui (*Epicurei*) dicuntur præter ceteros esse auctores et laudatores voluptatis. Adde *eund.* 1. *Divinat.* 41. 90. *Horat. Art. P.* 173. laudator temporis acti Se puero. *Id. ibid.* 433. Derisor vero plus laudatore movetur. *Ovid. Heroid.* 21. 33. Hæc nobis formæ, te laudatore, superbæ, Contigit merces? *Fronto* 2. *ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 2. Nec laudatoris verba, sed laudati facta laudasti. ¶ 2. Speciatim in causis judicialibus *laudatores* aderant reo (præter advocatos et patronos) testes innocentiæ et commendatores. *Cic. Balb.* 18. 41. Proferam testes, proferam legatos, excitabo laudatores, quos ad hoc judicium summos homines ac nobilissimos, deprecatores hujus periculi, missos videtis. *Id.* 7. *Verr.* 22. 57. In judiciis qui decem laudatores dare non potest, honestius est ei nullum dare. *Fronto* 1. *ad amicos* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 3. Iste in ipsis judiciis mos inveteratus erat, causa perorata, laudatores adhibere, qui id, quod de reo existimarent, pro sua opinione cum fide expromerent. Hinc *laudatio judicialis* apud *Sueton. Aug.* 56. *ad fin.*; et *Cic.* 1. *Fam.* 9., ubi de Vatinio agit. *V.* LAUDATIO 2. — Has laudationes judiciales lege vetuit Pompejus tertio consul anno ab U. C. DCCIII., auctore *Dione* 40. 52.; quamquam ipse eodem anno contra legem suam peccavit in causa Planci, cui adjuvando librum laudem et preces continentem misit ad judices, ut *Idem* narrat *ibid.* 55. et *Plutarch. Pomp.* 55. ¶ 3. Item speciatim in funeribus: *V.* LAUDATIO 3. *Liv.* 2. 47. *sub fin.* Funera deinde duo, collegæ fratrisque, ducit: idem in utroque laudator, *h. e.* funebrem laudationem utriusque habuit. *Plin.* 2. *Ep.* 1. Laudatus est a consule Cornelio Tacito. Nam hic supremus felicitatis ejus cumulus accessit, laudator eloquentissimus.

LAUDĀTŌRĬUS, a, um, adject. (laudo) laudativus. *Fulgent.* 1. *Mythol. post init.* Illa exhilarata versiculis, laudatorio palmulæ tactu meam mulsit cæsariem. Hinc *Eugraph.* ad illa verba *Ter. Heaut.* 4. 5. 13. Non possum pati, quin tibi caput demulceam: *hæc habet:* Quod solet fieri his, qui placent, ut manus per caput tractu ducta quasi quædam videatur esse laudatio. — Hinc

Laudatorium, ĭi, n. 2. absolute, substantivorum more, est idem ac laudes. *Hieronym. T.* II. *part. alt. p.* 544. *Dardano.* Græce psalterium, Latine vero laudatorium dicitur.

LAUDĀTRIX, īcis, f. 3. (laudo) quæ laudat, *lodatrice. Cic.* 3. *Tusc.* 2. 4. Vitiorum laudatrix fama popularis. *Ovid. Heroid.* 17. 126. Laudatrix Venus est invidiosa mihi.

LAUDĀTUS, a, um. *V.* LAUDO.

LAUDĔA *vel* **lūdĕa**, æ, f. 1. idem ac laus. Quidam sic leg. apud *Plaut. Cist.* 1. 3. 53. Parite laudeam et lauream. Alii leg. *laudem*, et *ludeam.* Sed incerta admodum res est. *Isid.* quidem 17. *Orig.* 7. tradit, apud antiquos *laudeam* dictum esse pro *lauream*: sed nullo exemplo confirmat.

LAUDĪCĒNUS *et rectius*

LAUDĪCŒNUS, i, m. 2. (laudo *et* cœna) qui laudat, ut ad cœnam invitetur; vox joculariter ficta. *Plin.* 2. *Ep.* 14. Sequuntur auditores actoribus similes, conducti et redempti; manceps convenitur in media basilica; tam palam sportulæ, quam in triclinio, dantur: ex judicio in judicium pari mercede transitur. Inde jam non inurbane Σοφοκλεῖς vocantur, iisdem Latinum nomen impositum est Laudiceni: et tamen crescit in dies fœditas utraque lingua notata. Hic *Plin.* ait, Σοφοκλεῖς, nempe a σοφῶς *sapienter* (*V.* SOPHOS) et καλεῖν *clamare*, eos esse per jocum appellatos, qui indisertis oratoribus, spe captandæ cœnæ acclamabant; eosdem vero non Athenienses quidem, qualis fuit celeberrimus ille Sophocles tragicus, sed Laudicenos esse, ita enim Romani appellabant eos, qui e Laodicea seu Laudicea essent, ut probat *Eckhel. D. N. V. T.* 3. *p.* 320., quemadmodum etiam *Laudica* pro *Laodica*, *Laudicianus* pro *Laodicianus*, et *lautumiæ* pro *laotomiæ* (*V.* has voces suo loco), et *Laumedonteus* pro *Laomedonteus* scribitur in vetustis Codd. apud *Virg.* 1. *G.* 502., ubi perperam *Burmannus* et *Heinius* ex vitio sæculi ita scriptum fuisse ab imperito librario affirmant. Hinc *Martial.* 6. 48. Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata; Non tu, Pomponi, cœna diserta tua est. *et Id.* 2. 27. Laudantem Seliam, cœnæ quum retia tendit, Accipe. sive legas, sive patronus agas. *V.* et CUPIDICŒNUS. Porro ex allato *Plinii* loco comprobatur, olim Romanos non *cœna* per *oe* aut *cœna* per *ae*, sed *cena* scribere solitos fuisse, ut diximus in *V.* CŒNA. Hæc *Forcellinus.* Ceterum nihil obstat, quominus Romani in ambiguo luserint, Laodiceam urbem cogitando: sed hoc minime necessarium fuit, ut mihi videtur; poterant enim vocabulum *laudicœnus* fingere, nulla prorsus ratione habita urbis Laodiceæ.

LAUDĬDIGNUS, a, um, adject. qui laudem meretur. *Gloss. Philox.* Laudidignus, *ἐπαίνου ἄξιος*.

LAUDĬFĬCO, as, are, a. 1. (laudo *et* facio) idem ac laudo. *Gloss. Philox.* Laudifico, *ὑμνῶ*.

LAUDO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (laus). Part. *Laudans* I. 1.; *Laudatus* I. 1., II. 1. et 2. et in fin.: *Laudaturus* et *Laudandus* I. 1. — Laudare est honorificis verbis exsequi, laudibus ornare, laudem tribuere, commendare, extollere, efferre, *αἰνέω* (It. *lodare*; Fr. *louer, donner des louanges*; Hisp. *alabar*; Germ. *loben, rühmen*; Angl. *to praise, commend, extol, make honourable mention of, laud*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Absolute. *Ennius* apud *Augustin.* 13. *de Trinit.* 6. Omnes mortales sese laudarier optant. *Cic.* 2. *Orat.* 9. 35. Vituperare improbos asperius, laudare bonos ornatius. *Id.* 5. *Fam.* 12. *a med.* et 4. *Tusc.* 31. 67. et 15. *Fam.* 6. Lætus sum, laudari me (inquit Hector, opinor apud Nævium) abs te, pater, laudato viro. Ea est enim profecto jucunda laus, quæ ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. *Id.* 2. *Orat.* 75. 304. Laudare et efferre aliquid. *Id. Sext.* 34. 74. Approbare et laudare sententiam alicujus. *Id.* 5. *Fam.* 20. *circa med.* Quam rationem omnes non solum probant, sed etiam laudant. *Horat.* 1. *Ep.* 9. 12. Laudare depositum pudorem. *Nepos Ages.* 6. consilium alicujus. *Id. Att.* 9. *extr.* Potius quid se facere par esset, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent. *Ovid.* 1. *Trist.* 9. 62. istos, Ut non laudandos, sic tamen esse jocos. *Cic.* 1. *Orat.* 3. 9. Laudatarum omnium artium procreatrix philosophia. *Ovid.* 4. *Pont.* 2. 35. Excitat auditor studium: laudataque virtus Crescit, et immensum gloria calcar habet. *Sueton. Aug.* 66. Laudare pietatem. *Id. Domit.* 10. vocem suam. *Id. Galb.* 20. formam. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (130). Luctator tubicenque (*in tabula picti*) inter pauca laudatus. — *Ovid.* 1. *Art. am.* 742. Quum tibi laudanti credidit, ipse subit. — *b*) Addito modo, quo quis laudat. *Plaut. Capt.* 2. 3. 62. Laudare aliquem laudibus. Sic *Cato* apud *Charis.* 2. *p.* 184. *Putsch.* Laudant me maximis laudibus. *Id.* apud *Fronton. ad Ver. imp. ep.* 1. *p.* 134. *edit. Rom.* Si quis strenue fecerat, donabam honeste – atque in contione verbis multis laudabam. et *Cic.* 3. *Legg.* 1. 2. Laudare legem ipsam veris et propriis generis sui laudibus. *Id.* 4. *Phil.* 3. 6. Exquisitissimis verbis laudare quempiam. *Id. Rosc. Am.* 12. 33. satis commode pro dignitate. *Id. Senect.* 1. 2. Numquam satis digne laudari poterit philosophia. Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 26. 24. (95). Hipparchus numquam satis laudatus. *Cato prœm. R. R.* Laudare amplissime. *Cic. Brut.* 73. 254. magnifice. Sic *Sall. Jug.* 8. Scipio donatum atque laudatum magnifice pro contione Jugurtham in prætorium adduxit. Rursus *Cic.* 1. *Off.* 18. 61. Laudare ore pleniore. *Id.* 3. *Legg.* 1. 1. nimis valde. *Petron. fragm. Tragur.* 64. *Burmann.* effuse. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 209. maligne. — *c*) Cum addito Dativo personæ, apud quam quis laudatur. *Ter. Eun.* 5. 8. 23. Mihi (*h. e.* mihi amatori) illam laudas? — *d*) Cum Ablativo rei, qua quis laudatur. *Sil. It.* 8. 460. populi fortes, Amerinus, et armis Vel rastris laudande Camers etc. — *e*) Cum Genitivo rei, qua quis laudatur. *Sil. It.* 4. 260. Laudabat leti juvenem. *h. e.* ob letum. *ἐμαχάρισε τοῦ θανάτου*. Sic *Id.* 1. 395. vitæ opacæ laudandus. *et* 5. 561. laborum. — *f*) Passive jungitur sæpe cum Dativo personæ pro Ablativo. *Cic.* 1. *Fam.* 9. 21. Numquam enim præstantibus in re publica gubernanda viris laudata est in una sententia perpetua permansio. *Tac.* 4. *Ann.* 57.

extr. Germanicus cunctis laudatus. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 43. (86). Herba laudata Eratosthen. — In illo *Virg.* 2. *G.* 412. laudato ingentia rura, Exiguum colito; *Turneb.* l. 20. *adversar.* c. 14. putat, *laudato* positum esse pro rejicito, vitoperato: quod et Græcis ἐπαινεῖν eadem interdum ratione adhibeatur. Sed non est necesse ad insolentem significationem confugere. *Servius*: Hoc etiam Cato ait in libris ad filium de Agricultura: quod ideo dictum est, quia majores agros incultos *rura* dicebant, id est silvas et pascua; *agrum* vero, qui colebatur: ut intelligamus, Laudato ingentes silvas, colito agrum minorem: vel quod melius est, quum Virgilius præcipiat alternis cessare novales (1. *G.* 71.), hoc fieri non potest, nisi fuerint spatia majora terrarum, ita ut una parte cessante, alia coli possit. ¶ 2. Speciatim pertinet ad laudationem funeris, *fare l'orazione funebre.* *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 8. *ad fin.* Serrani filii funus periuctuosum fuit. Laudavit pater scripto meo. *Id. Hur.* 36. 75. Quem quum supremo ejus die Maximus laudaret etc. *Sueton. Aug.* 8. Duodecimum annum agens aviam Juliam defunctam pro contione laudavit. Adde *eumd. Cæs.* 6.; *Aug.* 100., *Cal.* 15. et *Ner.* 9.; et *Plin.* 2. *Ep.* 1. 6. Sic *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 10. Laudatum corpus in foro positum. Adde *eumd. ibid.* 27.; et *V.* LAUDATIO 3.

II.) Translate. ¶ 1. Laudare est probare, in pretio habere, optimum putare, *stimare*: qua significatione nonnulli proprie accipiunt, sed latiori sensu. — *a*) Generatim. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 9. Agricolam laudat juris legumque peritus, *h. e.* probat, fellcem putat. Sic *ibid. v.* 3. et 109. laudet diversa sequentes. *Plin.* 39. *Hist. nat.* 3. 12. (54). Ovum anguinum ad victorias iltium mire laudatur. — *b*) Speciatim in re medica. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 10. 42. (152). Apri cerebrum contra serpentes laudatur. *V. Laudatus* in fin. ¶ 2. Est etiam appellare, citare, *nominare, citare*: præsertim quum de testibus sermo est; hos enim quum citamus, non sine laudé citare solemus. *Gell.* 2. 6. *a med.* Laudare significat prisca lingua nominare appellareque. Sic in actionibus civilibus auctor laudari dicitur, quod est nominari. Sic *Paul. Diac. p.* 118. 3. *Müll.* Laudare ponebatur apud antiquos pro nominare. *Plaut. Capt.* 2. 3. 66. Idque ut scias, Jovem supremum testem laudo. *Cic. Brut.* 11. 44. Quem rerum Romanarum auctorem laudare possum religiosissimum. *Id.* 3. *Orat.* 18. *extr.* Laudare auctores. *et* 3. *ibid.* 49. 187. Quod eo sæpius testificor, ut auctoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam. *Imp. Alexand. Cod.* 5. 44. 2. Qui laudatus per te defendi debeat. Adde *ibid.* 8. 45. 7. — Hinc Part. præter., cujus multa supra exempla retulimus,

Laudatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Laudatior* et Sup. *Laudatissimus*: et est qui in æstimatu est, optimus, eximius, pretiosus, *ottimo, pregiato, stimato*: *V.* supra sub II. 1. — *a*) Generatim. *Ovid.* 2. *Met.* 480. laudataque quondam Ora Jovi, lato fieri deformia rictu. et 5. *ibid.* 59. laudatus vultus. *et* 9. *ibid.* 715. Inter Phæstiadas quæ laudatissima formæ Dote fuit virgo. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 8. 17. (32). Saccharon et Arabia fert, sed laudatius Indis. *Id.* 11. *ibid.* 42. 97. (241). Laudatissimus caseus. — *b*) Speciatim in re medica. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 23. 96. (250). Feniculum pulmonibus et jocineribus laudatissimum. *h. e.* ad sanandos pulmonum et jecoris morbos probatissimum. *Id.* 22. *ibid.* 22. 33. (74). Olus laudatum in cibis.

LAURA, æ, f. 1. λαύρα, via, *vicus.* *Arnob.* 3. 41. Quos (*Lares*) arbitratur vulgus vicorum atque itinerum deos esse, ex eo quod Græci vicos cognominant lauras. *Ursinus* præfert Græcam vocem λαύρας.

LAURĀGO, ĭnis, f. 3. (laurus) arbor quædam lauro similis, alias chamædaphne, daphne Alexandrina, hypoglosson, Danae, mustellago terrestris, victoriola etc. nuncupata. *Apul. Herb.* 58.

LAURĔA *V.* LAUREUS in fin.

LAURĀTUS, a, um, adject., vel particip. ab inusit. *laureo*, laurea coronatus, vel ornatus, *coronato o cinto d'alloro*, δαφνοφόρος. *Cic. Mur.* 41. 88. Imaginem parentis sui, quam paucis ante diebus laureatam in sua gratulatione conspexit, etc. *Id.* 7. *Att.* 10. Laureati lictores. *Id.* 1. *Divinat.* 28. 59. fasces. *Vitruv.* 2. 8. *a med.* Naves laureatæ. *Sueton. Aug.* 58. Plebs laureata. *Id. ibid.* 94. Currus laureatus. *Seneca Consol. ad Polyb.* 35. Laureatæ foreas. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 4. (19). Gaudens terra vomere laureato et triumphali aratore. *Liv.* 5. 28. et 45. 1.; *Ammian.* 16. 2.; et *Capitolin. Maximin.* 24. Litteræ laureatæ. et *Lamprid. Alex. Sev.* 59. Laureatæ tabellæ. (Unde *Ovid.* 1. *Amor.* 11. 25. Non ego victrices lauro redimire tabellas – moror.). Hinc *Tac. Agric.* 18. *extr.* Ne laureatis quidem gesta prosecutus est. *subaudi* litteris. Adde *Plin. Paneg.* 8. et *V.* LAURUS.

LAURENTĀLIA. *V.* LARENTALIA.

LAURĔŌLA, æ, f. 1. *deminut. a* laurea, parva laurea, corolla ex lauro; atque hinc translate pro corona triumphali sumitur. *Cic.* 2. *Fam.* 10. Velles enim, tantum modo ut haberem negotii, quod esset ad laureolam satis. — *Laureolam in mustaceo quærere*, est rem frustra aggredi, vanam operam in re aliqua collocare; ducta translatione a lauri foliis, quæ, ut constat ex *Catone R. R.* 121. et *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 39. (127)., mustaceis subjiciuntur, quæque propterea quod in mustaceis coquendis corrumpi solent, frustra quis quæsiverit. *Cic.* 5. *Att.* 20. *ante med.* Venit interim Bibulus. Credo, volufl appellatione hac inani (*imperatoris*) nobis esse par. In eodem Amano cepit laureolam in mustaceo quærere. At ille cohortem primam totam perdidit etc. *h. e.* voluit victoriæ lauream sibi comparare, sed eam, veluti in mustaceo, corruptam invenit.

LAURĒTUM *et* lōretum, i, n. 2. (laurus) locus lauris consitus, *laureto*, δαφνών. *Varro* 5. *L. L.* 152. *Müll.*; et *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 40. (133). Loretum in Aventino vocatus, ubi silva lauri fuit. Cf. *Sueton. Galb.* 1. Liviæ olim post Augusti statim nuptias Vejentanum suum revisenti prætervolans aquila gallinam albam, ramulum lauri rostro tenentem, demisit in gremium: quumque nutriri alitem pangique ramulum placuisset, tanta pullorum soboles provenit, ut hodie quoque ea villa ad Gallinas vocetur; tale vero lauretum, ut triumphaturi Cæsares inde laureas decerperent. — Duplex fuit Romæ loretum, majus et minus: uterque in regione decimatertia, ut est apud *P. Victor. de region. Urb. Romæ*, et in *Inscript.* apud *Gruter.* 134. et 250. Porro *loretum* pro *lauretum* ea ratione dicitur, qua *codex, coda, plodo*, pro *caudex, cauda, plaudo* etc.

LAURĔUS, a, um, adject. (laurus) qui est e lauro, *di lauro*, δαφνινος. *Cato R. R.* 76. Laurea folia. *Id. ibid.* 31. Laurei vectes. *Ovid.* 4. *Fast.* 728. virga. *Id.* 2. *Trist.* 172. serta. *Liv.* 23. 11.; *Sueton. Cæs.* 45. et 79. et *Tib.* 69.; *Justin.* 8. 2. 3.; et *Aurel. Vict. Epit.* 1. corona. *Sueton. Cæs.* 81. ramulus. *Martial.* 10. 92. nemus. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 13. 51. (137). Laureum oleum. *h. e.* e baccis lauri, vel folio, vel folio simul et cortice baccarum, ut *Id.* 15. *ibid.* 7. 7. (26). docet. *Id. ibid.* 15. 16. (55).; et *Colum.* 12. *R. R.* 10. 4. Laurea pira. *h. e.* odorem lauri habentia, ut *Plin. ibid.* tradit. *Id.* 15. *ibid.* 25. 30. (104). cerasa. *h. e.* in lauro insita, non ingratæ amaritudinis. Putant esse, quæ apud nos *marasche.* — *Laurea rosa* est flos plantæ, quæ nerion et rhododaphne et rhododendron, Italis vero *oleandro* dicitur. Ejus autem mentio et descriptio habetur apud *Apul.* 4. *Met. p.* 239. *Oudend.*; quocum cf. *Lucian. de Asin.* 17. — Hinc

Laurea, æ, f. 1. absolute, substantivorum more,

I.) Proprie ¶ 1. De lauri foliis dicitur: sed et de ipsa arbore, ita ut *laurea* sit idem atque *arbor laurea. Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 40. (138). Unius arborum Latina lingua nomen impositor viris (ut *Laurea Tullius* Ciceronis libertus), unius folia distinguuntur appellatione: lauream enim vocamus. *Liv.* 32. 1. Laurea in puppi navis longæ enata. *Horat.* 2. *Od.* 15. 9. Tum spissa ramis laurea fervidos Excludet ictus. Adde *Ovid.* 1. *Met.* 566.; et *Phædr.* 3. 17. ¶ 2. Pro corona ex lauro (subauditur enim *corona*), *corona d'alloro.* — *a*) Hanc gestare dicitur Apollo, cui laurus sacra est (*V.* DAPHNE), et eximii poetæ. *Ovid. Remed. am.* 75. Te precor, o vates, adsit tua laurea nobis, Carminis et medicæ Phœbe repertor opis. *Id.* 2. *Pont.* 5. 67. Thyrsus enim vobis, gestata est laurea nobis. *Horat.* 4. *Od.* 2. 9. *de Pindaro.* Laurea donandus Apollinari. — Hinc solemni Græcorum more, qui Delphia oraculum petituri templum ingrediebantur, laurea coronati adibant. *Liv.* 23. 11. Jussumque ab templi (*Delphici*) antistite, sicut coronatus laurea et oraculum adisset et rem divinam fecisset; ita coronatum navim adscendere. — Laurea corona pendebat etiam in Flaminum domibus. *Ovid.* 3. *Fast.* 137. Laurea Flaminibus, quæ toto pertulit anno, Tollitur; et frondes sunt in honore novæ. — *b*) Etiam triumphantes lauream in capite gerebant, ut *Plin.* 15. *Hist. nat.* 39. 39. (127). et 40. (137). docet. *Liv.* 7. 13. Cupimus tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes urbem inire. Adde *Cic. Prov. cons.* 12. 29. — Hinc sæpe de victoria dicitur et gloria militari. *Cic.* 1. *Off.* 22. 77. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. *Id.* 15. *Fam.* 6. Quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? *Ovid.* 2. *Pont.* 7. 67. Præstat et exsulibus pacem tua laurea, Cæsar. *Tac.* 2. *Ann.* 26. Lauream deportare. et *Ammian.* 14. 6. *post init.* Populus Romanus ex omni plaga, quam orbis ambit immensus, reportavit laureæ triumphos. — *c*) Aliquando imperatores triumpho abstinentes, id solum victoriæ signum populo Romano ostendebant, quod lauream publice in Capitolium in sinum Jovis ferebant, quæ ex solido auro erat (*V. Baumgarten.* ad *Sueton. Ner.* 13.; et *Rosin. Antiq. Rom.* l. 10. c. 29. p. 795.). *Sueton. Domit.* 6. De Cattis Dacisque duplicem triumphum egit: de Sarmatis lauream modo Capitolino Jovi retulit. Adde *eumd. Ner.* 13.; et *Plin. Paneg.* 8.; et *V.* PALMA.

II.) Translate. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (117). *de Cicerone.* Salve primus in toga triumphum linguæque lauream merite. *h. e.* principatum eloquentiæ. Confer *Ammian.* 30. 4. Censorii et consulares multi et triumphales, Crassi et Antonii et cum Philippis Scævolæ aliique numerosi, post exercitus prosperrime ductos, post victorias et trophæa, civilibus stipendiorum officiis floruerunt; laureasque fori speciosis certaminibus occupantes, summis gloriæ honoribus fruebantur.

LAURĪCES, um, m. plur. 3. fetus cuniculorum a matre exserti, vel uberibus ablati, qui olim cum interaneis non repurgatis cocti gratissimi in cibis habebantur. Vox est Balearica. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 55. 81. (217).

LAURĪCŌMUS, a, um, adject. (laurus *et* coma) ornatus comas lauro. *Lucret.* 6. 151. Lauricomos ut si per montes fama vagetur.

LAURĪFER, fĕra, fĕrum, adject. (laurus *et* fero) δαφνηφόρος. — *a*) Qui laurum fert. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 40. (134). Lauriferam tellurem illam osculatus ex responso. — *b*) Item qui laurea corona ornatus est. *Lucan.* 8. 25. Laurifera juventa. *et* 5. 332. Lauriferæ nullo comitetur vulnere currus.

LAURĪGER, gĕra, gĕrum, adject. (laurus *et* gero) laurifer, laureatus. *Ovid.* 3. *Art. am.* 389. laurigero sacrata palatia Phœbo. *Propert.* 4. 6. 54. Laurigera manus. *Sil. It.* 5. 412. Laurigeri avi. *Martial.* 10. 10. fasces. *Id.* 7. 6. Laurigera cuspis. *h. e.* hasta laureata.

LAURĪNUS, a, um, adject. (laurus) laureus, *di lauro*, δαφνινος. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 8. 18. (34). Laurinum folium. *Sillig.* vero *laureum* legit. *Id.* 23. *ibid.* 4. 43. (86).; et *Theod. Priscian.* 1. 6. oleum. *V.* LAUREUS.

LAURĪO, ōnis, m. 3. Gallica vox, quæ serpyllum significabat, teste *Plin. Valerian.* 1. 33. Serpyllum item herbam, quæ Gallice laurio dicitur, jejunus diu commanducet.

LAURĪOTIS, is, f. 3. λαυριωτις, spodos in argenti fornacibus: ita dicta ἀπὸ τοῦ Λαυρίου, qui Atticæ mons est, ubi argenti metalla Atheniensibus aliquando fuerunt, ut *Pausan.* l. 1. c. 1. tradit. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 13. 34. (132).

LAURĪPŌTENS, entis, epitheton Apollinis apud *Capell.* 1. p. 10. in carm.

LAURUS, i, f. 2. In quibusdam casibus est etiam quartæ declinationis. Dixerunt enim *ab hac lauru*, et *lauruum* teste *Charis.* 1. p. 110. *Putsch.* et *Horat.* 2. *Od.* 7. 19.; *Tac.* 2. *Hist.* 55. et *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 39. (130).; et *laurus* in primo et quinto plurali legitur apud Poetas non semel, ut *Tibull.* 2. 5. 63. Sic *Plin. loc. supr. cit.* Nullum genus laurus in Corsica fuisse, ubi *laurus* rectius accipitur in secundo singulari, quemadmodum occurrit etiam apud *Martial.* 7. 5. Dixi *in quibusdam casibus*, quia *laurui*, et *laurubus* vel *lauri-*

bus, in utroque Dativo non facile usurpaverim: quod monet etiam *Servius* ad *Virg.* 10. *Æn.* 689. — Ceterum

I.) Proprie laurus est arbor perpetuo virens: cujus plura genera *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 39. (127). et *sequent.* recenset ac describit, δάφνη (It. *lauro, alloro*; Fr. *laurier*; Hisp. *laurel*; Germ. *d. Lorbeerbaum*; Angl. *a laurel-tree, laurel, cherry bay, bay-tree*). In fabulis est arbor dilecta Phœbo propter Daphnen puellam ab eo adamatam, et in eam conversam: *V.* DAPHNE. In magno honore apud Romanos fuit, quod pluribus ostendit *Plin. loc. cit.* Ipsa, inquit, pacifera, ut quam prætendi, etiam inter armatos hostes, quietis sit indicium. Romanis præcipue lætitiæ victoriarumque nuncia, additur litteris, et militum lanceis pilisque: fasces imperatorum decorat (*adde* et navium proras in victoriæ signum), ex his in gremio Jovis optimi maximique deponitur, quoties lætitiam nova victoria attulit; idque non ideo, quia perpetuo viret, nec quia pacifera est, sed quia spectatissima in monte Parnasso, ideoque etiam grata Apollini, assuetis eo dona mittere jam et regibus Romanis, teste L. Bruto: et quia manu satarum sola fulmine non icitur. Laurus (teste *Catone R. R.* 8. et 133.; et *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 39. (127).; duplicis generis: Delphica seu triumphalis, et Cypria: prior mas sine baccis ideoque sterilis, altera femina et baccarum fertilissima. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 29. 52. (120). Laurus uvas suas gignit, maximeque sterilis, quæ non gignit aliud; ob id a quibusdam mas existimatur. Hæc *Plin.* Ob quas causas equidem crediderim, honorem ei habitum in triumphis, potius quam quia suffimentum sit cædis hostium et purgatio, ut tradit Masurius (item *Paul. Diac. p.* 117. 14. *Müll.*). Tiberium principem tonante cœlo, coronari ea solitum ferunt, contra fulminum metus. *Id. ibid.* Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus, janitrix Cæsarum pontificumque: sola et domos exornat et ante limina excubat. Hæc *Plin.*, quorum exempla non una habes in LAUREATUS. Præterea lauro utebantur in ominibus caplendis, si nimirum in ignem conjecta crepitaret, boni; si taceret, mali auguril signum putantes. Hinc, opinor, præscia venturi a *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 109. appellatur. *Tibull.* 2. 5. 81. et *seqq.*; et *Propert.* 2. 21. 36. — Ea item coronabantur in certis sacris Flamines, ut est apud *Liv.* 23. 11.; et *Ovid.* 3. *Fast.* 137. Item imagines majorum domesticæ, in gratulatione solemni, quum quis honorem esset adeptus, ut ex *Cic. Mur.* 41. 88. colligitur. Poetæ quoque et vates eam gestare dicebantur, ut qui Apollinis tutelæ assignati, et ab eo vim carminis accipientes. *Horat.* 2. *Od.* 7. 19. Quin et ea vesci. *Juvenal.* 7. 19. et *Tibull.* 2. 5. 63. quod vaticinandi scientiam parere credebatur: item *Martial.* 5. 4. ad discutiendam ebrietatem. Ipse Juppiter in nummis Capuanis apud *Daniele, Num. Cap. p.* 1. cernitur laurea corona circumdatus, cujus rei causam hanc affert *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 398., quia nec aquila, aut laurus dicitur fulminari, ideo Jovis ales aquila, Jovis coronam lauream accepimus. — Ante januam domus Augusti, et deinde allorum imperatorum duæ lauri hinc inde ponebantur, supra vero corona quernea, quasi perpetuæ hostium victor et civium servator esset. Has videre est in nummo gentis Caniniæ apud *Morell. Num. Fam.* V. et *Eckhel. D. N. V. T.* 6. p. 88. Hunc morem memorat *Tertull. Apolog.* 35. Unde Cassii et Nigri et Albini? unde qui inter duas lauros obsident Cæsarem? *h. e.* Pertinacem, qui, teste *Capitolin. Pertin.* 11., in Palatio occisus est a prætorianis. — Quod ad hanc arborem attinet, secundum cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 1. p. 273.) hæc generatim statui potest synonymia: Δάφνη Homer. Odyss. 1. 183., Hesiod. Theog. 3. et Oper. et dies 430., Dioscor. 1. 106. et Athen. 2. et 4.; *Laurus* Latinor., Virg., Catull., Pallad. etc.; *Laurus et ejusdem varietates* Plin. loc. cit. sunt *Laurus nobilis* Botan. Cetera *V.* suis locis.

II.) Translate, h. e. metonymice sumitur pro victoria. *Cic.* 2. *Phil.* 16. Incurrit hæc nostra laurus non solum in oculos, sed jam etiam in voculas malevolorum. *Plin. Paneg.* 14. Laurus Parthica. *Stat.* 4. *Silv.* 1. 41. Indica. *Martial.* 7. 5. Sarmatica. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LAUS, laudis, f. 3. In Genitivo plurali *laudium* pro *laudum* dixit *Sidon. carm.* 23. 31. Hoc centesima laudium tuarum est. — Ratione habita etymi, volunt esse vel a λάω *eloquor*, vel a λαός *populus*, vel a κλύω *cluo*. Quidquid vero sit de etymo, laus est commendatio, præconium, verba, quibus alicujus virtutem testamur, ἔπαινος (It. *lode*; Fr. *louange*; Hisp. *alabranza, loor*; Germ. d. *Lob*, d. *Ruhm*; Angl. *praise, commendation, laud*).

I.) Proprie. *Cic.* 15. *Fam.* 6. Ea est profecto jucunda laus, quæ ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude viterunt. *Plin.* 8. *Ep.* 6. Alienæ laudes parum æquis auribus accipi solent. *Cic.* 9. *Fam.* 14. Summis aliquem laudibus ad cœlum efferre. *et* 2. *ibid.* 15. Divinis laudibus ornare aliquem. *et* 13. *Att.* 38. Habere laudes quotidianas et assiduas de aliquo. *Nepos Reg.* 1. habere alicujus rei. *Tac.* 1. *Ann.* 69. Laudes et grates legionibus habere. *Liv.* 7. 36. et 26. 48. Laudes et gratias agere. *Cic.* 2. *Off.* 13. 47. Laude quempiam afficere. *Id.* 1. *Orat.* 26. 118. Omni laude cumulare. *et* 5. *Fam.* 2. Summam alicui laudem tribuere. *Id. Mur.* 7. 16. Illustri laude celebrari. *et* 2. *Verr.* 17. 51. Esse in laude et in gratia cum populo Romano. *Cato* apud *Priscian.* 3. p. 601. *Putsch.* Laudem capere. Eodem sensu *Cic. Marcell.* 2. 4. consequi. *Id.* 2. *Off.* 13. 47. maximam ex re aliqua sibi parere. *Virg.* 12. *Æn.* 321. afferre cuiplam. *Cic.* 2. *Phil.* 11. 25. Ornare quempiam suis laudibus et onerare alienis. *Val. Flacc.* 5. 83. implere. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (16). et 15. *ibid.* 8. 8. (33). celebrare. *et* 25. *ibid.* 5. 18. (40). prædicare. *et* 20. *ibid.* 3. 9. (19).; et *Liv.* 9. 10.; et *Nepos Att.* 10. ferre. *Curt.* 9. 6. 15. Laudi modum facere. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 35. Principibus placuisse viris non ultima laus est. *Id.* 2. *Sat.* 3. 99.; et *Ovid.* 5. *Fast.* 290. Hoc mihi est laudi. *Seneca Herc. Œt.* 1561. Laudis est, purum tenuisse ferrum. *è cosa lodevole. Gell.* 4. 9. *ad fin.* Hæc dicuntur in laudem. *h. e.* laudandi gratia, *in lode. Cic.* 5. *Verr.* 91. 212. Neque ego hoc in tua laude pono: alia sunt tua facta summa laude digna. *Id.* 1. *Tusc.* 2. 4. Fabio laudi datum est, quod pingeret. *Id.* 1. *Orat.* 23. 106. Tibi numquam eloquentiæ majorem tribui laudem, quam humanitatis. *Id. Brut.* 13. 50. Brevitas laus est interdum in aliqua parte dicendi: in universa eloquentia laudem non habet. *Virg.* 6. *Ecl.* 6. Dicere alicujus laudes. *Cic. Planc.* 39. 93. celebrare. *et Ovid.* 4. *Pont.* 13. 23. laudes de Cæsare dixi. *Stat.* 8. *Theb.* 553.; et *Val. Flacc.* 1. 105. longa laude canere aliquem. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 43. 45. (139). Supremæ laudes. *orazione funebre.* — Occurrit etiam de gloria, præcipue in re militari. *Nepos Pelop.* 4. Itaque hæc liberandarum Thebarum propria laus est Pelopidæ: ceteræ fere omnes communes cum Epaminonda. Adde *eumd. Milliad.* 8. et *Alcib.* 11.; et *Sueton. Cæs.* 35. Hinc etiam illud *Ovid. Heroid.* 17. 17. Fama tamen clara est: et adhuc sine crimine lusi: Et laudem de me nullus adulter habet.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice de recte factis et virtute, quia his laudem meremur. *Cic.* 2. *Att.* 25. Plena manu nostras laudes in astra sustulit. *Id.* 1. *Off.* 22. 78. Vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompejus. *Id.* 2. *Phil.* 12. 28. Quum rem gessisset consimilem rebus iis, quas ipse gesseram, me potissimum testatus est, se æmulum mearum laudum exstitisse. *Virg.* 1. *Æn.* 465. sunt hic etiam sua præmia laudi. *et* 5. *ibid.* 355. primam merui qui laude coronam. *et* 9. *ibid.* 252. Quæ vobis, quæ digna, viri, pro laudibus istis Præmia posse rear solvi? *Plin. Paneg.* 70. A laude aliquem deterrere. Adde *Propert.* 3. 1. 15. — Hinc *laus dicendi*, aut *oratoria* est ipsa dicendi facultas, qua laudem adipiscimur. *Cic. Brut.* 7. 28. Pericles quum floreret omni genere virtutis, hac tamen fuit laude clarissimus. ¶ 2. Notat etiam æstimationem et pretium cujuspiam rei, quæ ad usum aliquem optima habetur, *pregio, stima. Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 46. (161). Cois amphoris laus maxima. *Id.* 22. *ibid.* 22. 38. (81). Peculiaris laus ejus, quod fatigato corpori succurrit. *Id.* 9. *ibid.* 41. 65. (141). Coccum Galatiæ in maxima laude est. *Id.* 36. *ibid.* 22. 47. (164). Creticæ cotes diu maximam laudem habuere. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

LAUSUS, us, m. 4. planctus, ejulatus, lugubris lamentatio. *Varro* apud *Non.* p. 49. 9. *Merc.* Funus exsequiali, cum lausu ad sepulcrum antiquo more sllicernium confecimus. Alii leg. *plausu*; al. *exsequiali laute*, al. *laude* vel *cum laude*; *Mercerus* mallet *avide*. Qui legunt *cum lausu*, afferunt illud *Plaut. Truc.* 4. 2. 18. Thetis quoque lamentando lausum fecit filio. Al. leg. *lessum*, quod idem significat: sed *V.* LESSUS ibique adnotata ad hunc *Plauti* locum. Qui *lausum* defendunt, ducunt a Græco κλαῦσις, h. e. *fletus*, priore littera abjecta; et pro *lausus* etiam *losus* reperiri ajunt, ut pro *plaudo plodo* etc. In vetustissima L. Cornelii Scipionis *Inscript.* apud *Viscont. Op. Var. T.* 1. *p.* 50. *tab.* 5. *edit. Mediol.* IS LAVSIS MANDATVS. *h. e.* fletibus funebribus. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LAUTĒ, adverb. (lautus). Comp. *Lautius* I. et II.; Sup. *Lautissime* II. – Laute (*V.* LAUTUS init.) est splendide, eleganter, λαμπρῶς (It. *splendidamente, lautamente, sontuosamente*; Fr. *magnifiquement, somptueusement*; Hisp. *magnificamente, suntuosamente*; Germ. *herrlich, prächtig*; Angl. *elegantly, splendidly, sumptuously, daintily, nobly, magnificently*).

I.) Proprie. *Plaut. Cas.* 4. 1. 10. Candide vestitus, laute exornatusque ambulat. *Ter. Adelph.* 5. 1. 2. Laute munus administrasti tuum. *Cic.* 1. *Tusc.* 1. 2. Mores et instituta vitæ resque domesticas melius tueri et lautius. *Id.* 2. *Legg.* 1. 3. Villa lautius ædificata. *Al. rectius leg.* latius. *Nepos Chabr.* 3. Quod vivebat laute, et indulgebat sibi liberalius. *Sueton. Cal.* 55. Quo lautius invitati acciperentur.

II.) Translate. *Vet. Poeta* apud *Cic. Amic.* 26. 99. Hodie me ante omnes comicos stultos senes Versaris atque emunxeris lautissime. *Plaut. Mil. glor.* 4. 4. 25. Militem lepide et facete et laute ludificari. *h. e.* ample, valde, insigniter. *Id. ibid.* 4. 2. 11. Loquitur laute et minime sordide. *h. e.* ornate et amplis verbis ac magnificis. *Plin.* 2. *Ep.* 5. Si quis exstiterit, qui putet, nos lautius fecisse, quam orationis severitas exigat. *h. e.* ornatiore et delicatiore dicendi stilo usos esse. *Ter. Eun.* 3. 1. 37. Facete! lepide! laute! nihil supra. *h. e.* ornate: formula plaudentium.

LAUTĬA, ōrum, n. plur. 2. ξένια. Occurrit et alia forma *dautia* apud *Paul. Diac.* p. 68. 11. *Müll.*

I.) Proprie *lautia* exponuntur a *Paul. Diac. p.* 117. 4. *Müll.* epularum magnificentia (tametsi al. et ipse *Müllerus* ibi leg. *lautitia*), a *Charis.* 1. *p.* 21. *Putsch.* supellex; rursus ab eodem *Paul. Diac. p.* 68. 11. *Müll.* ea quæ dantur legatis hospitii gratia (*V.* XENIUM); ab aliis verius esculenta et poculenta ad lautiorem victum accommodata, quæ a quæstoribus Romæ legatis exterarum nationum, quibuscum amicitia et societas esset, publice præbebantur, hospitii gratia: unde et *hospitale jus* vocantur a *Liv.* mox afferendo. Alii ducunt a lavatione (nempe a *lautus*), quia apud antiquos hæ elegantiæ, quæ nunc sunt, inquit *Paul. Diac.*, non erant, et raro aliquis lavabat. Quare et *lotia* alicubi scriptum legimus, ut *lotus* pro *lautus*. Alii derivant a Græco δώτια a δίδωμι *do*: unde et *dautia* olim dicta sunt, teste eodem *Paul. Diac.* Fortasse pænultima producenda est, quia *Plutarch.* in *Quæst. Rom. n.* 43. λαύτεια scribit. Proprius ejus usus apud unum fere *Livium* habetur, ut 28. 39. *ad fin.* Locus inde lautiaque legatis præberi jussa. *et* 30. 17. *extr.* Legatis dona in singulos ne minus quinum millium æris, et vestimenta bina. Ad hoc ædes liberæ, loca, lautia legatis decreta. In veteri SCto, quod Græce et Latine habetur apud *Gruter.* p. 503. Munusque eis ex formula, locum lautiaque quæstorem urb eis locare mittereque. Ξένιά τε αὐτοῖς κατὰ τὸ διάταγμα, τόπον, παροχήν τε τὴν ταμίαν τὴν κατὰ πόλιν τούτοις μισθῶσαι etc. Rursus *Liv.* 45. 20. Consulti a M. Junio patres, stantibus in comitio legatis, an locum, lautia senatumque darent, nullum hospitale jus in iis servandum censuerunt. Adde *eumd.* 33. 24., 35. 23., 42. 26. et 44. 16. In his *lautia præbere* est *spesare di quel del comune.*

II.) Translate. *Apul.* 9. *Met.* Mihi, ne rudimentum servitii perborrescerem, novus dominus loca ac lautia prolixe præbuit. Adde *eumd.* 3. *ibid.*

LAUTĪTAS, ātis, f. 3. (lautus) eadem ac lautitia. *Gloss. Philox.* Lautitas, πολυτέλεια.

LAUTĪTĬA, æ, f. 1. (lautus). ¶ 1. Generatim est magnificentia, elegantia et munditia in victu et

vestitu et habitatione; sed in victu præcipue: a *lautum*, quia lautitiæ initium Romanis a lavando et balneis fuisse videtur. Ut est apud *Paul. Diac. p.* 117. 4. *Müll.* πολυτέλεια (It. *lautezza, splendidezza, sontuosità, delicatezza, lusso*; Fr. *magnificence, luxe, faste*; Hisp. *magnificencia, luxo, fausto*; Germ. *die Pracht im Wonung, Hausgeräthen, Speisen*; Angl. *elegance. splendour, daintiness, gayety, luxury, magnificence*). *Sueton. Cæs.* 46. Mendicitatum lautitiarumque studiosissimus. *Id. Aug.* 71. Lautitiarum invidiam facile refutavit, quum, Alexandria capta, nihil sibi, præter unum murrhinum calicem, retinuit, et vasa aurea conflavit omnia. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 6. 5. (45). Columnis utebantur in templis, nec lautitiæ causa. — Quam late hoc verbum pateat, disce ex his *Senecæ* verbis *Ep.* 114. *ante med.* Ubi luxuriam late felicitas fundit, cultus primum corporum esse diligentior incipit: deinde supellectili laboratur: deinde in ipsas domos impenditur cura *etc.* deinde ad cœnas lautitia transfertur: et illi commendatio ex novitate et soliti ordinis commutatione captatur etc. Hæc *Seneca*. Præcipue tamen habet locum in apparatu et pretio ciborum, ut dictum est, *squisitezza de' cibi e de' conviti. Cic.* 9. *Fam.* 16. *sub fin.* Fama ad te de mea nova lautitia veniet. *Petron. Satyr.* 21. Tres lecti strati erant, et reliquus lautitiarum apparatus splendidissime expositus. *et ibid.* 34. Accuratissimæ lautitiæ. *et ibid.* 32. Esse in lautitiis. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 58. (119). Lautitiam Cleopatræ apparatumque obtrectans Antonius. *Id.* 35. *ibid.* 12. 46. (162). Tripatinium, inquit Fenestella, appellabatur summa cœnarum lautitia. *Seneca Brevit. vit.* 12. Elegantiæ lautitiæque famam captare. ¶ 2. Speciatim lautitia farina apud *Paul. Diac. p.* 118. 4. *Müll.* appellabatur ex tritico aqua consperso. ubi *lautitia* incertum, pro substantivo an adjectivo accipienda sit. Eadem fere habent *Isid. Gloss.*

LAUTĬUSCŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* lautus, aliquantum lautus. *Apul.* 7. *Met.* Vestem lautiusculam proferunt.

LAUTŬMĀRĬUS, ii, m. 2. qui lautumias incolit, sceleratus, utpote qui sæpe in carcere fuit. *Cic. Pis.* 9. 20. juxta codices antiquos, ut *Turnebus* monet *l.* 21. *Adversar. c.* 15. At in vulgatis est *laternarius*, quod præstat.

LAUTŬMĬÆ *vel* lautŏmĭæ, *vel* lautŭmĭæ, ārum, f. plur. 1. Ubique, præcipue apud *Liv.* locis infra cit. sub 3., pro *lautumiæ* alii leg. *latumiæ* aut *latomiæ* Sed prior scribendi ratio videtur Latinis usitatior, qui Siculum *latomiæ* pro *laotomiæ* in *lautumiæ* mutarunt. Inde enim est cujusdam Sabini jocus, apud *Senec. Controv.* 27. et 9. *Excerpt. controv.* n. 4. *extr.*, qui, quum reus rogaret, ut in lautumias transferretur, Non est, inquit, quod quemquam vestrum decipiat nomen lautumiæ: illa animo meo lauta res est. Apud *Paul. Diac. p.* 117. 11. *Müll.* est *latumiæ* (*Müllerus* autem habet *lautumias*), ita litterarum ordine postulante. *Latomiæ* autem est a Græco λατομίαι, et a Siculis, ut infra dicemus, et *Varro* docet 5. *L. L.* 151. *Müll.* ubi et *latomia* (*Müllerus* habet *Lautumiæ*) singulari numero legitur. *V.* sub 2. — Ceterum lautumiæ, λατομίαι et λατομίαι, a λᾶας *lapis*, genit. λάαος contr. λάος, et λάου apud *Sophocl. Œdip. Colch.* v. 196., et τέμνω *seco* ¶ 1. Lingua Siculorum locum significant, ubi cæduntur lapides, ut *Pseudo-Ascon.* docet in *Cic.* 3. *Verr.* 5. 14.: *V.* LAUDICENUS (It. *cave di pietra*; Fr. *carrière à pierres*; Hisp. *cantera, pedrera*; Germ. d. *Steinbruch*; Angl. *stone-quarries*). In eas, ut in ergastula, servi vinculi compingebantur, ad opus faciendam. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 5. Vel in lautumiis, vel in pistrino maveilm agere ætatem, quam etc. *Id. Capt.* 3. 5. 65. Inde ibis porro in latomias lapidarias. Ibi quum octonos alii lapides effodiunt; nisi quotidianus sesquiopus confeceris, sexcentoplago nomen indetur tibi. ¶ 2. Speciatim ita dictus est carcer publicus Syracusis, quia totus e vivo lapide excisus erat. De eo *Cic.* 7. *Verr.* 27. 68. Lautumias Syracusanas omnes audistis, plerique nostis; opus est ingens, magnificum, regum ac tyrannorum: totum est ex saxo in mirandam altitudinem depresso, et multorum operis penitus exciso. Nihil tam clausum ad exitus, nihil tam septum undique, nihil tam tutum ad custodias nec fieri, nec cogitari potest. *Varro* 5. *L. L.* 151. *Müll.* Carcer Syracusis, ubi delicti causa custodiuntur, vocantur latomiæ, inde Lautumia translatum, vel quod hic quoque in eo loco lapidicinæ fuerunt. *V.* de his lautumiis *Thucyd. l.* 7. *c.* 87. et *Elian. Var. hist. l.* 12. *c.* 44. ¶ 3. Inde transfertur ad carcerem, qui Romæ erat, quique *Tullianus* dicebatur; quam vocem vide. *Liv.* 32. 26. *sub fin.* Triumviri carceris lautumiarum intentiorem curam habere jussi. *Id.* 37. 3. Principes Ætolorum Romam deducti et in lautumias conjecti sunt. Adde *eund.* 26. 27. et 39. 44. *V.* et voc. seq.

LAUTŬMĬUS, a, um, adject. a voce præcedenti effictus, et est ad lautumias pertinens. *Seneca Consol. ad Marc.* 17. Tot millia captivorum ille, excisis in infinitam altitudinem saxis, lautumius carcer incluserat. *Alii minus recte* Nablius, *alii aliter leg.*

LAUTUS, a, um, adject. Comp. *Lautior* et Sup. *Lautissimus* 1. et 2. — *Lautus* proprie est participium a *lavo, is*; atque ideo est mundus, lotus, *lavato, netto.* V. LAVO, is. Quia vero initium deliciarum ab usu sæpe lavandi Romanis fuit, quem prisci illi et rustici omnino nesciebant, factum est, ut *lautus* adjective sumi cœperit pro nitido, elegante, delicato, magnifico, sumptuoso, εὐδαίμων, δαψιλής. Hucusque *Forcellinus*. Ceterum *lautus* participium haud infrequenter et *lotus* effertur; *lautus* adjectivum numquam *lotus* facit, et potius quam a *lavo*, videtur esse a λεύσσω vel λεύω, unde λευστός *visus, visibilis*, ac propterea fulgidus, splendidus (It. *lauto, sontuoso, delicato, splendido*; Fr. *charmant, magnifique, superbe, somptueux, splendide*; Hisp. *hechizo, magnifico, suntuoso, esplendido*; Germ. *herrlich, prächtig, glänzend, vortrefflich, schön, zierlich, reinlich*; Angl. *elegant, splendid, noble, sumptuous, luxurious, gay*).

I.) Proprie tum de cetero cultu, tum præcipue de victu et convivlis dicitur. *Cic. Pis.* 27. 67. Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum. *Id.* 1. *Orat.* 36. 165. Lauta supellex. *Gell.* 1. 14. Lautus paratus. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 15. 26. (67). Acer crispius ad lautiora opera. *per lavori più delicati e di spesa maggiore. Cic.* 9. *Fam.* 16. *ad fin.* Nec tamen eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ sint: quod erit, magnificum sit et lautum. *Id. fragm.* apud *Non.* p. 337. 27. *Merc.* Lautum victum et elegantem colere. *Catull.* 47. 5. Convivia lauta sumptuose facere. *Plin.* 9. *Ep.* 17.; et *Martial.* 12. 48. Lautissima cœna. *Stat.* 1. *Silv.* 6. 32. Epulæ lautiores. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 13. 15. (92). Lautissima apud priscos vina erant, myrrhæ odore condita. *Id.* 18. *ibid.* 12. 30. (122). Fabæ radix perquam lauta incolarum cibis. — *Inachis lauta* dicitur ab *Ovid.* 1. *Fast.* 454. quia in ejus sacris jecur anseris adhibebatur, qui erat lautiorum mensarum cibus, quod observat *Voss. l.* 4. *Institut. Orator. c.* 13. § 8. *V.* ANSER. — Item pro copioso, amplo, divite, *ricco, copioso. Cic. Rabir. Post.* 14. 38. Lautum et copiosum patrimonium. *Id.* 13. *Fam.* 33. Civitas Halæsina tam lauta, quam nobilis. *Ter. Hequt.* 4. 5. 50. Omnes te in lauta et bene aucta parte putant. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 45. 70. (182). Hinc victimæ opimæ et lautissima deorum placatio. *sontuosissima. Sillig.* vero pro *lautissima* legit *laudatissima.* — *Lautus* etiam dicitur, qui laute vivit, splendidus est, deliciis et sumptuoso victu cultuque utitur, *delicato, che si tratta bene. Cic.* 7. *Fam.* 14. Valde jam lautus es, qui gravere litteras ad me dare. *Nepos Att.* 13. Quum in primis lautus esset eques Romanus et liberaliter hominés invitaret. *Cic.* 13. *Att.* 52. Libertis minus lautis servisque nihil defuit: nam lautiores elegantes accepti. *Afranius* apud *Non. loc. cit.* Lautus conviva. *Martial.* 13. 7. Lautorum cœnæ. *Cic.* 3. *Verr.* 6. 17. Homines lauti et urbani. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 27. Est lepida et lauta. *di buon gusto. Inscript.* apud *Fabrett. p.* 182. *n.* 391. PER OMNIA LAVTVS INTER AMICOS. Et cum Infinito *Pers.* 6. 23. rhombos libertis ponere lautus. — *Lautæ Carinæ* dicuntur a *Virg.* 8. *Æn.* 361. propter elegantiam et lautitiam ædificiorum. V. *Servium* alias hujus appositi rationes afferentem.

II.) Translate. *Cic.* 2. *Off.* 15. 52. Beneficentiæ ac liberalitatis est ratio duplex. Nam aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. Facilior est hæc posterior, locupleti præsertim: sed illa lautior ac splendidior, et viro forti claroque dignior. *Id.* 1. *de republ.* (edente *A. Maio*) 11. Lautus sermonis auctor. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 42. (145). Omnium hortensiorum lautissima cura asparagis. *h. e.* maxime exquisita, diligens et quasi delicata. Nam lauti conquirendis cibis intentissimi sunt. *Cic.* 6. *Att.* 1. *circa med.* Lautum negotium. *h. e.* splendidum, illustre, magnificum.

LAVABRUM, i. *V.* locum *Mar. Victorin.* in v. LABRUM sub *B.*

LĂVĀCRUM, i, n. 2. (lavo). *Alcim. Avit.* 5. 712. et 6. 191.; item *Venant.* 5. *carm.* 5. 96.; et *Prosper Aquit. epigr.* 51. 11., qui pænultimam corripuere, cave imiteris. — *Alcim.* tamen 6. 33. pænultimam produxit. — *Lavacrum* a supin. *lavatum*, ut *involucrum* ab *involutum*, est balneum in quo quis lavare commode potest, *bagno, lavacro*, λουτρόν. *Gell.* 1. 2. Lucorum umbra ingentium, longis ambulacris et mollibus, ædium posticum refrigerantibus lavacris. *Claudian.* 2. *Eutrop.* 410. Assiduus ludis, avidus splendere lavacris. *Spartian. Hadrian.* 18. Lavacra pro senibus separavit. *Ammian.* 16. 10. § 14. Lavacra in modum provinciarum exstructa. Adde *Aurel. Vict. Epit.* 5. et 13.

LAVANDARIA, æ, f. 1. locus, in quo panni eluuntur, lavatio, *lavatojo*. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 184.; ubi *Kopp.* legit *lavandria*.

LĂVANDRĬA, ium, n. plur. 3. secundum *Forcellinum, vel* Lavandria, ōrum, n. plur. 2. secundum recentiores, est supellex ad lavandum. Vox est *Laberii*, quæ inter obsoletas et maculantes ex sordidiore vulgi usu, refertur a *Gell.* 16. 7.

LĂVĀTĬO, ōnis, f. 3. (lavo) lavandi actus, πλύσις (It. *lavatura, lavamento*; Fr. *action de laver, de baigner*; Hisp. *el acto de lavar, lavatorio*; Germ. *das Waschen, Baden, das Bad*; Angl. *a washing or bathing*).

I.) Proprie. *Plaut. Most.* 1. 3. 4. Quid ea messis attinet ad meam lavationem? *Cic. fragm.* apud *Colum.* 12. *R. R.* 3. 2. Post quibus ad cibum conficiendum vasis uti assolent constituebantur: inde quæ ad lavationem, quæ ad exornationem etc. *Cels.* 1. 3. *a med.* Lavatio calida et pueris et senibus apta est. *Cyprian. de Hab. virg. ad fin.* Quæ promiscuas balneas adeunt, quæ oculis ad libidinem curiosis pudori ac pudicitiæ corpora dicata prostituunt, quæ quum viros atque a viris nudæ vident turpiter ac videntur; nonne ipsæ illecebram vitiis præstant? Sordidat lavatio ista, non abluit, nec emundat membra, sed maculat. *et mox.* Celebrentur lavacra cum feminis, quarum inter vos pudica lavatio est. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 45. 70. (178). Boves lavatione calidæ aquæ traduntur pinguescere.

II.) Translate. ¶ 1. Est supellex ad lavandum, instrumentum balneare, *arnesi da lavarsi. Cic.* 9. *Fam.* 5. *extr.* Ante te certiorem faciam, ut lavatio parata sit. *Phædr.* 4. 4. Seponit mœchæ vestem, mundum muliebrem, Lavationem argenteam etc. *Ulp. Dig.* 34. 2. 26. Mundo muliebri continentur specula, matulæ, vasa unguentaria, et si qua similia dici possunt, ut lavatio, riscus. *Al. leg.* lavationis riscus. ¶ 2. Item locus ad lavandum, *bagno. Vitruv.* 5. 11. In porticu collocentur hæc membra: ephebeum in medio: sub dextro coryceum, deinde proxime conisterium: in versura porticus frigida lavatio, quam Græci λουτρὸν vocitant. *Alfen. Dig.* 19. 2. 30. Posse cum balneatore ex conducto agere, ut pro portione temporis, quo lavationem non præstitisset, pecuniæ contributio fieret. *Inscript.* apud *Gruter.* 444. 8. LAVATIONEM GRATVITAM MVNICIPIBVS INCOLIS HOSPITIBVS DEDIT. Adde *alias* apud *eund.* 473. 1. et 181. 1.; necnon apud *Mommsen. Inscript. Neap.* 6149., quæ est apud *Henzen.* 6962.

LĂVĀTOR, ōris, m. 3. (lavo) qui lavat, *lavatore. Gloss. Philox.* Lavator, πλύτης. — Alio sensu *Acron* ad *Horat.* 1. *Ep.* 16. 60. Laverna dea furum, et simulacrum ejus fures colunt. — Dicta Laverna a lavando: nam fures lavatores dicuntur.

LĂVĀTŌRĬUM, ii, n. 2. locus, in quo quis lavat, *lavatojo. Gloss. Philox.* Lavatorium, πλύσμον. *Cassiod.* 10. *Hist. Eccl.* 20. Porro milites zonas aureas, dextralia, monilia, lavatoria, annulos auferentes. *Alii melius leg.* libatoria.

LĂVĀTRĪNA, æ, f. 1. *V.* LATRINA.

LĂVĀTUS, a, um. *V.* LAVO.

LĂVER, ĕris, n. 3. *gorgoiestro, olov*, herba, alio nomine sion, in aqua nascens, latiore folio, quam apium, pinguiore et nigriore; copiosa semine, sapore nasturtii. Condita et cocta torminibus medetur. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 41. (84). et 26. *ibid.* 8. 32. (50).: ita est appellata a *lavo*, quia in locis aquaticis nascitur. — De synonym. *V.* in voc. SION.

LĂVERNA, æ, f. 1. dea, in cujus tutela fures esse putabantur; de qua *V.* in ONOM. — Hinc ponitur et pro fure ipso. *Auson. epist.* 4. *extr.* Hic est ille Theo poeta falsus, Bonorum mala carmina Laverna. *Al. leg.* taberna.

LĂVERNĬO, ōnis, m. 3. (Laverna) fur, *ladro. Paul. Diac.* p. 117. 16. *Müll.* Laverniones fures antiqui dicebant, quod sub tutela deæ Lavernæ essent, in cujus luco obscuro abditoque solitos furta prædamque inter se luere. *Vet. Scholiast. Cruq.* ad *Horat.* 1. *Ep.* 16. 60. Sic dicta (*Laverna dea*) fortasse a latendo; nam fures olim laterniones et laverniones dicebantur.

LĂVĪTO, as, are, a. 1. *frequentat.* vel *intentiv.* a lavo, frequenter aut valde lavere. *Pomponius* apud *Calpurn. Pis.* teste *Merula* in *Ennii Fragm.* p. 308. Lavitare se lacrimis falsis. *V.* locum integr. in CEREBRUM.

LĂVO, lāvas *et* lăvis, lāvāvi *et sæpius* lāvi, lāvātum *et* lautum *et* lōtum, lāvare *et* lăvere, a. et n. 1. et 3. — Part. *Lavans*, *Lavatus* et *Lotus*, *Lavaturus*, et *Lavandus* I. — *Lavatus* tribuitur *Plaut. Pœn.* 1. 2. 22. et *Colum.* 7. *R. R.* 2. 5., sed utroque in loco lectio est dubia. Certa lectione occurrit apud *Arat.* 2. 780. fonte lavatæ Ad vitam gradiuntur oves. et *Priscian.* 11. p. 920. *Putsch.* Nec mirum; quum *lautus* et *lauturus*, pro *lavatus* et *lavaturus*, in usu est; nam secundum Terentium *lavatus* et *lavaturus* debet proferri, qui supinum *lavatum* protulit in Eunucho. — Lavare vel lavere, quod conjungendum cum Græca voce λούω idem significante, est abluere, aqua purgare, λούω, νίπτω, πλύνω (It. *lavare*; Fr. *laver*, *baigner*; Hisp. *lavar*, *limpiar con agua*; Germ. *waschen*, *baden*; Angl. *to bash*, *rinse*, *bathe*).

I.) Proprie. De proprietate vocis ita *Fronto* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 3. Os colluere dicam; pavimentum autem in balneis perluere, non colluere; lacrimis vero genas lavere dicam, non perluere, neque colluere; vestimenta autem lavare, non lavere; sudorem porro et pulverem abluere, non lavare; sed maculam elegantius eluere, quam abluere. Si quid vero magis hæserit, nec sine aliquo detrimento exigi possit, Plautino verbo elavere dicam. Tum præterea mulsum diluere, fauces proluere, ungulam jumento subluere. Ceterum occurrit — *a*) Active, scil. cum Accusativo. *Pomponius* apud *Non.* p. 504. 25. *Merc.* Jampridem volo latrinam lavi. *h. e.* lavari, *che si netti*. Sic *Cato R. R.* 65. Si inquinata erit, lavito. *Ennius* apud *Non.* p. 504. 17. *Merc.* Puerumque ut laveret, locant in clipeo. *Titinius* apud *eumd. ibid.* 22. Manus lavite mulieris et capita velate. *Cic.* 2. *Orat.* 60. 246. Manus lava, et cœna. *Seneca Apoloc. init.* Manus manum lavat. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 21. lavare pedes. *Id.* 4. *Od.* 6. 26. Phœbe, qui Xantho lavis amne crines. *Ovid.* 4. *Fast.* 340. sacerdos Almonis dominam sacraque lavit aquis. *Id.* 3. *ibid.* 12. Sacra lavaturas mane petebat aquas. *Id.* 4. *ibid.* 136. tota lavanda dea est. *Inscript.* apud *Henzen.* 6985. COLONIS, INCOLIS, PEREGRINIS LAVANDIS D. D. P. P. P. *V.* LAVATIO 2. in fin. *Petron. Satyr.* 30. *extr.* Vestimenta Tyria sine dubio, sed jam semel lota. *Martial.* 10. 11. Lota toga. *Juvenal.* 6. 463. cutis. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 37. (142). Axungia vino lota. — *Forcellinus* huc refert etiam illud *C. Gracchi* apud *Gell.* 10. 3. Parum cito sibi balneas traditas esse: et parum lautas fuisse. *h. e.* parum mundas, atque ideo parum instructas supellectili balneatia. — *b*) Passiva forma, sed Mediorum apud Græcos more. *Cic.* 1. *Off.* 35. 129. Cum soceris generi non lavantur. *Cæs.* 4. *B. G.* 1. *extr.* Lavantur in fluminibus. *Val. Flacc.* 4. 229. lavitur patrios ubi victor ad amnes. *Ovid. Heroid.* 21. 177. in umbroso quum velles fonte lavari. *Justin.* 44. 2. 7. Lavari calidâ. *h. e.* aquâ. *Sueton. Cal.* 37. cellidis unguentis. *Plaut. Pers.* 1. 3. 10.; et *Ter. Phorm.* 2. 2. 25. Lautum credo a balneis jam hic affuturum. *Cic. Dejot.* 7. 20. Cur te lautum voluit, cœnatum noluit occidere? *Horat.* 2. *Sat.* 3. 281. qui circum compita siccus Lautis mane senex manibus currebat. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 11. 62. (103). Pure lotis pedibus herbam legere. *Stat.* 1. *Silv.* 5. 62. Neronea nec qui modo lotus in unda. — Quum Romanæ mulieres post Veneris usum aqua ablui solerent, ideo lauta dicebatur mulier, quæ virum jam passa esset. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 192. Lautam vis, aut quæ nondum sit lauta? *V.* AQUA. — *c*) Sæpe quum de balneis sermo est, usurpatur activa voce pro passiva, sine casu, qui tamen facile subauditur. *Plaut. Truc.* 2. 3. 1. Pisces ego credo, qui usque dum vivunt, lavant, minus diu lavere, quam hæc lavat Phronesium. *et* 1. 2. 95. Opperire ibi: jam exibit: nam lavavit. *Ter. Andr.* 3. 2. 48. Ubi nos laverimus, si voles, lavato. *Liv.* 44. 6. Lavanti regi dicitur nunciatum, hostes adesse. Sic *Sueton. Domit.* 17. Lavantem ne, an cœnantem aggrederentur. Adde *Lucilium* apud *Non. p.* 78. 8. *Merc.*; et *Sueton. Ner.* 35. et *Tit.* 8. — *Ter. Heaut.* 4. 1. 42. Ea lavatum dum it, servandum mihi dedit. Sic *Plaut. Aulul.* 3. 6. 43. et *Stich.* 4. 1. 62.; et *Horat.* 1. *Sat.* 3. 137. et 6. 125. ire lavatum. — Affert quidem *Varro* 9. *L. L.* 107. *Müll.* discrimen inter *lavamur* et *lavamus*, quod illud de toto corpore dicatur, hoc de corporis partibus; itaque illud ad balinei lavationem pertineat, hoc ad alias: sed contra sunt allata exempla. — Feminæ (*Juvenal.* 6. 447.), et pueri (*Id.* 2. 152.) gratis; viri autem quadrante lavabantur. *V.* QUADRANS.

II.) Translate. ¶ 1. Physica ratione ponitur pro madefacere, aspergere, *bagnare*. *Afranius* apud *Non. p.* 466. 29. *Merc.* Viden' tu lavere lacrimis me tuum collum, pater? Sic *Plaut. Pseud.* 1. 1. 8. Gestas tabellas tecum: eas lacrimis lavis. et *Ovid.* 9. *Met.* 680. Lavare vultum lacrimis. *Lucret.* 2. 378. Litoris incurvi bibulam lavit æquor arenam. Sic *Ovid.* 7. *Met.* 267. Et quas Oceani refluum mare lavit arenas. Rursus *Lucret.* 5. 948. proluvie larga lavere humida saxa. et *Sil. It.* 5. 621. lacus lavit adspergine silvas. *Varro* apud *Non.* p. 503. 30. *Merc.* Ægeus fluctu quam (*oram*) lavit ante aquilo, Sævus ubi posuit Neptuni filius urbem. *h. e.* alluit. Sic *Sil. It.* 8. 450. hos Æsis Sapisque (*flumina*) lavant. *h. e.* interfluunt, *scorrono per mezzo*. Similiter *Ennius* apud *Non. p.* 466. 27. *Merc.* Pergunt lavere sanguen sanguine. *Accius* apud *eumd. p.* 337. 17. Volnere tætro deformatum, suo sibi lautum sanguine tepido. *h. e.* aspersum, inquinatum. Sic *Virg.* 10. *Æn.* 727. lavit improba tæter Ora cruor. *Sil. It.* 4. 166. lavere arma cruore. *et* 2. 304. sanguine valles. *Lucan.* 6. 709. pectora lavi calido prosecta cerebro. et *Val. Flacc.* 4. 153. ut misero lavet arma cerebro. ¶ 2. Morali ratione ponitur pro purgare, abstergere. *Ter. Phorm.* 5. 7. 80. Venias nunc precibus lautum peccatum tuum. *h. e.* ad purgandum, excusandum, deprecandum. *Horat.* 3. *Od.* 12. 2. dulci mala vino lavere. *h. e.* abstergere, delere, tollere. — Huc referri potest et illud *Varron.*, in quo jocus inesse videtur, apud *Non. p.* 504. 10. *Merc.* Et Hymenæus, qui primo lavere alvum marsupio solet. *Lavere alvum marsupio*, ait *Turneb. Adversar. l.* 21. *c.* 20., est marsupium exhaurire: quæ enim eluuntur, ea mera inaniaque relinquuntur, quum alioqui eluere pro consumere solerent frequentare veteres. Hic significat sumptuosas esse nuptias maritosque earum primo statim auspicio impendiis inaniri. — In illo *Lucil.* Malis necesse est lautum (*esse eum, qui*) e mensa pure capturus cibum: *Nonius p.* 337. 10. *Merc.* pro nudo et carente accipit. Ita *Forcellinus* cum vulgatis libris, qui *nudum* habent; at *Mercerus* legit *mundum*. ¶ 3. *Lotus* Christiana significatione habet *Prudent. Apotheos.* 555. lotus procul absit et unctus. *h. e.* Christianus baptismo et chrismate tinctus.

LAX, fraus. *Paul. Diac. p.* 116. 15. *Müll.* Lacit decipiendo inducit. Lax etenim fraus est.

LAXĂBUNDUS. *V.* LAPSABUNDUS.

LAXĀMENTUM, i, n. 2. (laxo) spatium, laxitas, dilatatio, ἔνδοσις, λώφημα (It. *dilatazione*, *spazio*, *allargamento*, *sfogo*; Fr. *action d'étendre*, *espace*, *étendue*, *ampleur*, *largeur*; Hisp. *el acto de extender*, *de alargar*, *espacio*, *extendida*, *amplitud*, *anchura*; Germ. *d. Weitmachen*, *d. Erweiterung*, *d. weite Raum*; Angl. *a letting out*, *widening*, *extending*, *space*, *room*).

I.) Proprie. *Vitruv.* 4. 7. *ad fin.* Alii removentes parietes ædis efficiunt amplum laxamentum cellæ. *Id.* 5. 9. Choragia laxamentum habeant, ad chorum parandum, ubi sunt porticus Pompejanæ. *Seneca* 6. *Quæst. nat.* 18. Nec ventum tenet ulla compages: solvit enim quodcumque vinculum, infususque per minima laxamentum sibi parat. *si fa largo.* — *Laxamentum ventris*, quum laxantur intestina, et retrimenta non continent. *Macrob.* 7. *Saturn.* 11. *sub fin.* Laxamentum ventris comitatur timorem.

II.) Translate. — *a*) Est interruptio et remissio laboris, operis, curæ, qua relaxatur animus, spatiumque habet colligendi se et recreandi, *respiro*, *campo*, *spazio*. *Liv.* 9. 41. *circa med.* Legati ad consulem missi, ut si quid laxamenti a bello Samnitium esset, in Umbriam exercitum duceret. *Id.* 7. 38. Eo laxamento cogitationibus dato, quievit in præsentia seditio. *Id.* 22. 37. *a med.* Ut et hostes in terra sua bellum haberent, minusque laxamenti daretur iis ad auxilia Hannibali submittenda. Sic *Justin.* 31. 5. 1. Dato laxamento regnum Parthicum format. *Trebonius* apud *Cic.* 12. *Fam.* 16. *a med.* Nactus in navigatione pusillum laxamenti, concinnavi tibi munusculum ex instituto meo. *Gell.* 5. 1. Laxamentum atque otium prolixe laudandi non habet. *Ammian.* 31. 10. Quum neque repugnandi, neque agendi aliquid aut moliendi laxamentum possent invenire vel breve etc. — *b*) Item remissio severitatis, juris, aut hujusmodi, *rallentamento*, ἄφεσις. *Cic. Cluent.* 33. 89. Non modo causæ, sed ne legi quidem quidquam per tribunum laxamenti datum est. Sic *Liv.* 2. 3. Leges rem surdam, inexorabilem esse; nihil laxamenti, nec veniæ habere, si modum excesseris. Adde *eumd. ibid.* 24. et *Ammian.* 16. 5. *ad fin.* Quum constet ubique pauperes solvere universa sine laxamento compelli.

LAXĀTĬO, ōnis, f. 3. (laxo) actus laxandi, spatium interjectum, *spazio*, ἀναυρισμός.

I.) Proprie. *Vitruv.* 4. 7. Trabes ita sunt compactæ, ut compactura duorum digitorum habeat laxationem.

II.) Translate in re medica est lenimentum, mitigatio. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *ad fin.* Non advertens, quia plurima extenta conclusis similem exigunt laxationem atque indulgentiam tensionis, et non, ut existimant, conscriptionem.

LAXĀTĬVUS, a, um, adject. (laxo) ad solvendum et laxandum pertinens, *lassativo*, χαλαστικός. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 3. Laxativa cataplasmata. *Apul. Herb.* 66. virtus.

LAXĀTUS, a, um. *V.* LAXO.

LAXĔ, adverb. (laxus) Comp. *Laxius* I. et II.; Sup. *Laxissime* I. — Laxe est laxo spatio, late, ample, cui *anguste* opponitur, εὐρύ, ἀνέτως (It. *largamente*; Fr. *amplement*, *spacieusement*, *au large*; Hisp. *ampliamente*, *dilatadamente*, *espaciosamente*; Germ. *weit*, *in weiter Entfernung*, *geräumig*; Angl. *loosely*, *slackly*, *widely*, *openly*).

I.) Proprie. *Cic. Dom.* 44. 115. Habitare laxe et magnifice voluit. *Curt.* 3. 7. 9. Persas recentes subinde successuros, si laxius stare potuissent. — Itaque inter angustias saltus bestem opperiri statuit. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 97. 99. (217). Vis sideris laxe grassantis. *Id.* 17. *ibid.* 14. 24. (108). *de insitione*. Ne hiscat nimium rima, laxeque capiat, aut ne parum. *Id.* 13. *ibid.* 4. 7. (33). Laxe distans. *Id.* 33. *ibid.* 3. 19. (61). Aurum laxius dilatatur. *Id.* 2. *ibid.* 16. 13. (66). Mercurii stella laxissime vagatur. *Ammian.* 21. 4. Laxius debiscere. — *Lucan.* 4. 450. medio suspendit vincula ponto, Et laxe fluitare sinit. *h. e.* remisse, non adducte.

II.) Translate. *Cic.* 13. *Att.* 14. Si laxius volent proferre diem. *h. e.* longius, *portare più in* nanzi. Al. leg. *latius*. Cf. *eumd.* 15. *ibid.* 20. *ad fin* Quamquam volo laxius. scil. rem curari. *Varro* 2. *R. R.* 10. 10. De numero pastorum alii angustius, alii laxius constituere solent. *h. e.* pauciores, aut plures. *Liv.* 28. 24. In hostico laxius rapto suetis vivere, arctiores in pace res erant. *h. e.* liberius, licentius. *Sall. Jug.* 92. Romanos, remoto metu, laxius licentiusque futuros. *h. e.* late dispersos, solutis ordinibus et remissa disciplina.

LAXĬTAS, ātis, f. 3. (laxus) amplitudo, latitudo, spatium; cui *angustia* opponitur, εὐρυχωρία (It. *ampiezza, capacità, larghezza*; Fr. *étendue, espace*; Hisp. *extendida, espacio, amplitud*; Germ. d. *Geräumigkeit, weite Ausdehnung*; Angl. *looseness, laxity, expansion, largeness, capacity, wideness, amplitude*).

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Off.* 39. 139. In domo clari hominis, in quam et hospites multi recipiendi, et admittenda hominum cujusque modi multitudo, adhibenda est cura laxitatis. Sic *Sueton. Aug.* 72. et *Ner.* 31. Ædium laxitas. *Id. Cal.* 37. thermarum. *Sall. fragm.* apud *Non.* p. 132. 23. *Merc.* Laxitas loci. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 24. (76). maris. *et* 14. *ibid. procem.* 1. (5). mundi. *et* 8. *ibid.* 43. 68. (169). spatiosa. *Colum.* 4. *R. R.* 18. 2. Vindemiatoribus hæ semitæ opportunam laxitatem præbent, per quam vel fructus, vel statumina portentur. *campo e comodo. Pallad.* 1. *R. R.* 5. *ad fin.* Vallis cum quadam moderatione et aeris laxitate submisse. *d'aria aperta.*

II.) Trabslate est remissio, languor. *Arnob.* 6. 12. Liber membris cum mollibus fingitur, et liquoris feminei dissolutissimus laxitate.

LAXO, as, āvi, ātum, āre, a. 1. (laxus). Part. *Laxans* I.; *Laxatus* in omnibus pæne paragr. et in fin.; *Laxandus* I. et II. *A.* 3. — Laxare est latum facere, dilatare, εὐρύνω, χαυνόω (It. *allargare, dilatare*; Fr. *étendre, élargir*; Hisp. *extender, alargar, dilatar*; Germ. *weit machen, geräumig machen, erweitern, ausdehnen*; Angl. *to open, enlarge, widen, let out, dilate, expand*).

I.) Proprie. *Cic.* 4. *Att.* 16. *ad fin.* Ut forum laxaremus, et usque ad atrium Libertatis explicaremus. *Cæs.* 2. *B. G.* 25. Manipulos laxare jussit, quo facilius gladiis uti possent. Cf. *Liv.* 21. 32. *sub fin.* Ubi primum degressos tumulis montanos, laxatasque sensit custodias, raptim angustias evadit. et *Petron. Satyr.* 112. Ut viderunt laxatam custodiam etc. et *Tac.* 3. *Hist.* 25.; et *Sil. It.* 9. 364. Laxati ordines (*aciei*) abrumpuntur. *Pers.* 5. 110. Jam nunc adstringas, jam nunc granaria laxes. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 5. 11. (23). Lilium ab angustiis in latitudinem paullatim se laxans. *Id.* 32. *ibid.* 2. 5. (12). Laxare maculas retis. Sic *Ovid. Halieut.* 27. laxata foramina retis. et *Grat. Cyneg.* 56. Vel caligineo (*retia*) laxanda reponito fumo. *Lucan.* 6. 270. laxare effuso tentoria campo. *Sueton. Aug.* 30. Laxare alveum Tiberis. *Sil. It.* 17. 124. amnis ripas gurgite laxat. *Virg.* 6. *Æn.* 411. Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant, Deturbat, laxatque foros. *sgombra, fa largo.* Sic *Sil. It.* 9. 250. pallenti lætus in unda Laxabat sedem venturis portitor umbris. Cf. et *Lucan.* 3. 16. Præparat innumeras puppes Acherontis adusti Portitor; in multas laxantur Tartara pœnas.

II.) Translate usurpatur *A*) De rebus physicis; et *B*) De animo et de abstractis.

A) De rebus physicis. ¶ 1. Ponitur pro aperiro, *aprire. Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 5. (11). Laxare fores ictibus. *Virg.* 2. *Æn.* 259. pinea furtim Laxat claustra Sinon. *Lucan.* 6. 567. Laxare ora. *Sil. It.* 14. 239. specus ingentem laxat hiatum. *Seneca Œdip.* 582. Subito dehiscit terra et immenso sinu Laxata patuit. *Virg.* 2. *G.* 330. Zephyrique tepentibus auris Laxant arva sinus. *Ammian.* 30. 6. Laxare venam. *Virg.* 11. *Æn.* 150. Et via vix tandem voci laxata dolore est. Sic *Sil. It.* 6. 318. memorandis Regulus ausis Laxabat ferro campum. *Alii tamen aliter leg.* et *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 74. laxare Alpes. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 15. 90. (160). Hyssopum suffocationes laxat. *Id.* 8. *ibid.* 36. 54. (129). Laxare intestina. *h. e.* alvum ciere. *Id.* 19. *ibid.* 5. 26. (78). ructum. *h. e.* ciere, *promuovere.* ¶ 2. Item pro solvere, *sciorre*; quia qui solvit, aperit. *Nepos Pausan.* 4. Vincula epistolæ laxavit. *h. e.* solvit. Sic *Justin.* 14. 4. 1. Laxare vincula. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 23. 30. (59). *de gruib.* Lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno etc. *Val. Max.* 3. 3. *n.* 5. *extern.* Fidiculas laxavit, solvit equuleum. *Lucan.* 4. 632. Laxare nodos Herculeos. *Sil. It.* 11. 17. jugum. *h. e.* detrectando solvere et abjicere. De bobus indomitis loquitur. Huc et illud pertinet *Justin.* 42. 4. *ad fin.* Ubi dolor vocem laxaverat, nihil aliud, quam Pacorum vocabat. ¶ 3. Item est remittere, quod contextum erat, relaxare, *rallentare, rendere rilassato. Plin.* 23. *Hist. nat.* 8. 80. (157). Oleum ad nervos laxandos utile est. *scil.* quum vitiose intenduntur, ut in opisthotono. *Ovid.* 3. *Art. am.* 73. Quam cito (me miserum!) laxantur corpora rugis! *scil.* laxante se cute ex macie, quæ, pleno corpore in juventa, intexta erat. *Capell.* 8. *p.* 270. Silenus jam dudum laxatus in somnos. *addormentato. Virg.* 3. *Æn.* 266. excussosque jubet laxare rudentes. *Val. Flacc.* 2. 35.; et *Curt.* 4. 9. 24. et 4. 15. 3. Laxare habenas. Cf. *Sil. It.* 9. 657. sonipes laxatus habenas. *Lucan.* 7. 125. frenos. — *Laxare arcum* apud *Phædr.* 3. 14. et huc pertinere potest, quia et *tendere arcum* dicimus; et ad notionem primam (addit *Forcellinus*), quia remisso nervo, cornua arcus aperiuntur ac dilatantur. Hinc *Auct. Paneg. ad Pison.* 130. nec semper Gnosius arcu Destinat, exempto sed laxat cornua nervo. — Hinc etiam *laxare se*, vel absolute *laxatus* est dissolvi. *Curt.* 4. 3. 6. Crebrisque fluctibus compages operis verberatæ se laxavere. *Al. omittunt* se. Sic *Sueton. Aug.* 43. Evenit, ut laxatis sellæ curulis compagibus caderet supinus. Adde *Curt.* 4. 4. 12.; et *Senec.* 2. *Ira* 10. ¶ 4. *Laxare ferrum, h. e.* igne mollire et extendere, *stendere, tirare. Stat.* 1. *Achill.* 129. ferrum laxatur ad usus innumeros, quod rostra liget, quod muniat arma, Belligeros quod frenet equos etc. ¶ 5. Item est levare, *alleggerire, sgravare. Seneca Herc. Œt.* 787. Posuitque clavæ pondus et pharetra graves laxavit humeros. ¶ 6. Item deminuere, *diminuire. Stat.* 12. *Theb.* 254. Solaque nigrantes laxabant astra tenebras. *h. e.* aliquantum minuebant. *Sil. It.* 17. 422. Rarescit multo laxatus vulnere miles. *i soldati diminuiti di numero, perchè feriti.*

B) De animo et abstractis. ¶ 1. Ponitur pro aperire (*V.* supra sub *A.* 1.): ad rem *Ammian.* 30. 4. Laxare rapinarum fores. *et* 16. 12. agminis nostri compagem. Sic *Sil. It.* 15. 715. Procerum stabant, Celtarum signa, cohortes, Prima acies: hos impulsu cuneoque feroci Laxat vis subita. *Stat.* 1. *Achill.* 508. Eja irrumpe deos, et fata latentia laxa. *h. e.* aperi, *manifesta.* ¶ 2. Item pro solvere (*V.* supra sub *A.* 2.). *Cic.* 6. *Att.* 2. Dixerim, me vel plurima vincula tecum summæ conjunctionis optare: etsi sunt amoris arctissima: tantum abest, ut ego ex eo, quo adstricti sumus, laxari aliquid velim. Cf. *eund. Senect.* 3. 7. Libidinum vinculis laxati. *Id.* 6. *de republ.* 15. *fin.* Qui jam vixerunt et corpore laxati illum incolunt locum, quem vides. — Similiter *Virg.* 5. *Æn.* 857. quies laxaverat artus. Cf. *Ammian.* 16. 5. Quum vigorem nervorum sopor laxasset infusus. *Petron. Satyr.* 82. Si quid habueram virium, perdidi, totoque corpore velut laxato etc. *illanguidito, indebolito.* Sic *Pers.* 3. 58. Stertis adhuc, laxumque caput compage soluta Oscitat hesternum dissutis undique malis. *Flor.* 2. 4. Alpina corpora, ut caluere pugna, statim in sudorem eunt, et laxantur. *s'indeboliscono.* ¶ 3. Item est remittere (*V.* supra sub *A.* 3.); et occurrit — *a*) Pro remittere, intermittere, *rallentare, intralasciare*: quia curis ac labore animus intenditur: ad rem *Curt.* 4. 8. 8. Ut primum fatigatus spiritum laxavit, quem metus et periculum intenderant —, exanimatus est. *Liv.* 6. 9. Ut oppidanis pugnando fessis laxaretur labor, et ipse spatium intrandi mœnia haberet. *Id.* 21. 59. Laxata pugna. *h. e.* intermissa. *Pers.* 5. 44. Atque verecunda laxamus seria mensa. *Virg.* 9. *Æn.* 224. somno laxare curas. *Sueton. Ner.* 25. studium. *Sil. It.* 7. 318. trepidus laxabit iniquas Custos excubias. *h. e.* intermittet, atque adeo deseret. *Ammian.* 31. 7. Nihil post hæc inter partes præter indutias laxatum est breves. — *b*) Pro relaxare, indulgere. *Liv.* 9. 16. *a med.* Equites ausos ab eo petere, ut sibi pro re bene gesta laxaret aliquid laboris. *Gell.* 1. 3. *a med.* Laxare paullum et remittere subtile examen justitiæ. — *c*) *Laxare iram* est remittere et sedare. *Stat.* 8. *Theb.* 831. armiferas laxare adsueverat iras. *Petron. Satyr.* 108. Plures cruenti vulneribus referunt veluti ex prælio pedem; nec tamen quisquam ira laxatur Sic *Id. ibid.* 82. Paullatim temeritate laxata. *h. e.* deposita. ¶ 4. Aliquando est producere, *allungare* (*V.* supra *A.* 4.). *Quintil.* 10. 5. 22. Longiore dierum spatio laxabit dicendi necessitatem. *Seneca Med.* 420. Laxare tempus fugæ. ¶ 5. Item sæpissime est levare, recreare, liberare, eripere, *sollevare, ricreare, liberare, sciorre* (*V.* supra *A.* 5.). *Cic.* 3. *Orat.* 61. 230. A contentione disputationis animos curamque laxemus. *Id. Brut.* 93. 322. Laxare judicum animos atque a severitate ad hilaritatem traducere. *Liv.* 32. 5. Laxare animum ab assiduis laboribus. *Curt.* 3. 6. 11. Laxa paullisper animum, quem sollicitudine intempestiva fideles amici turbant. Adde *Sueton. Aug.* 83.; et *Apul.* 6. *Met.* Sic *Plin.* 7. *Ep.* 24. Laxare animum lusu calculorum. et *Seneca Tranquill.* 15. Cato vino laxabat animum curis publicis fatigatum. Cf. *Sil. It.* 11. 285. Donec pulsa fames et Bacchi munera duram Laxarunt mentem. Tum fronti reddita demum Lætitia, et positæ graviores pectore curæ. *Martial.* 4. 8. Et bonus ætherio laxatur nectare Cæsar. *Juvenal.* ad *Cic.* 5. *Fam.* 14. *a med.* Ut istis te molestiis laxes. *h. e.* liberes, eripias. *Cic.* 1. *Tusc.* 19. 44. Quodque nunc facimus, quum laxati curis sumus, ut spectare aliquid velimus et visere, id multo tum faciemus liberius. ¶ 6. *Laxare annonam*, ut apud *Liv.* 26. 20., est ciborum pretium minuere (*V.* supra *A.* 6.), cui contrarium est *arctare*. *V.* ANNONA. — Hinc Part. præter. pass., cujus plurima superius exempla retulimus,

Laxatus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Laxatior* apud *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 3. (17). *de lino.* Virgas maceratas indicio est membrana laxatior.

LAXUS, a, um, adject. Comp. *Laxior* I. 1. et II.; Sup. *Laxissimus* II. — Laxus, de cujus notatione nihil certi habemus, est latus, spatiosus, amplus, εὐρύς (It. *largo, ampio, spazioso*; Fr. *ample, vaste, large, étendu*; Hisp. *amplio, extendido, dilatado*; Germ. *weit, locker, offen*; Angl. *loose, large, roomy, open, spacious, wide, extensive*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, latus, spatiosus, amplus. *Sall. fragm.* ex Codice Vatican. edente denuo *Kritz. Hist. fragm.* III. § 14. Deinceps (*Spartacus*) monet in laxiores agros magisque pecuarios ut egrediantur. *Codex* habet *axioris* evanidâ primâ litterâ et falsâ terminatione: *Kreyssigius* (probante *Kritzio*) veram scripturam recte elicuit, *agros laxiores* explicans *ampliores* sive *spatiosiores*, collato *Colum.* 1. *R. R.* 3. 9. Nec dubium, quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quam angustus eximie. Rursus *Sall.* apud *Non. p.* 235. 16. *Merc.* Socordius ire milites occepere et laxiore agmine. *Virg.* 3. *G.* 166. laxos tenui de vimine circlos Cervici subnecte. *et* 4. *ibid.* 247. Laxos in foribus suspendit aranea casses. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 171. nuces ferre sinu laxo. *et* 1. *ibid.* 3. 32. male laxus in pede calceus hæret. *Tibull.* 1. 7. 46. Laxa toga. *Seneca Ep.* 88. *a med.* Laxum spatium. *Vellej.* 2. 81. Laxior domus. *Aurel. Vict. Epit.* 85. Laxi muri. *Id. Cæsar.* 35. ambitus. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 77. Laxa janua. *aperta, spalancata.* et 2. *ibid.* 15. 14. Laxus anulus. *Virg.* 1. *Æn.* 126. Laxæ compages. *Martial.* 5. 79. Laxa cutis. *h. e.* laxata ex sudore et meatus apertos habens. — *Laxa mulier* est amplo interfeminio prædita apud *Martial.* 11. 21.; et *Auct. Priap.* 18. 2. ¶ 2. Latiori sensu, vel, ut aliis placet, translate, — *a*) Est remissus, *rallentato, ἀνειμένος. Horat.* 2. *Sat.* 7. 20. Qui jam contento, jam laxo fune laborat. *Ovid.* 3. *Amor.* 4. 16. Laxa frena. *Virg.* 1. *Æn.* 67. Laxæ habenæ. Cf. locum *Cic.* infra sub II. init. — *Laxus arcus* apud *Virg.* 11. *Æn.* 874.; *Horat.* 3. *Od.* 8. 23.; et *Ovid. Remed. am.* 702. et remissus intelligi potest, et latus diductusque, ut in LAXO II. *A.* 3. diximus. — *b*) Item amplus, magnus, multus. *Martial.* 2. 30. Et cujus laxas arca flagellat opes.

II.) Translate. *Cic. Amic.* 13. 45. Commodissimum est quam laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, quum velis, vel remittas. *h. e.* non est amicitia nimis arcte jungenda. *Liv.* 24. 8. Si bellum cum eo hoste haberemus, in quo negligentiæ laxior locus esset. *maggiore campo o libertà. Sall. Jug.* 68. Milites in hibernis laxiore imperio, quam antea, habere. *più doloe, meno severo, con disciplina meno rigorosa.* — *Laxa fides* apud *Sil. It.* 8. 320. est minus firma et constans, quæ jam titubare ac fluitare incipit, quemadmodum ira, temeritas aliaque *laxari* dicuntur, quum remittunt vel

languescunt. *V.* LAXO II. *B.* 3. *c.* — *Laxum caput* apud *Pers.* 3. 58. est solutum, somni plenum et languidum. *V.* LAXO II. *B.* 2. — *Laxa vox* est, quæ laxo ore fit, ut quum *a* pronunciamus. *Gell.* 13. 20. Si dicas *Quam das finem* (apud *Virg.* 1. *Æn.* 245.) injucundum nescio quo pacto et laxiorem vocis sonum feceris. — *Laxa annona*, ut apud *Liv.* 2. 52., *viveri a buon mercato*, cui opponitur *arcta*. *V.* ANNONA. — *Laxioribus verbis dicere aliquid* apud *Gell.* 16. 1. est latius et fusius rem explicantibus. — De tempore est dilatatus, productus, longus, *lungo*. *Cic.* 6. *Att.* 1. *a med.* Diem statuo satis laxam, quam ante si solverint, dico, me centesimas ducturum. *Plin.* 4. *Ep.* 9. *c med.* Tempus sibi, et quidem laxius, postulavit. Adde *Procul. Dig.* 45. 1. 113. *V.* LAXO *B.* 4.

LE

LĔA, æ, f. 1. (leo) idem quod leæna, *lionessa*: sed non æque usitatum, et fere poeticum. *Varron. fragm.* apud *Philargyr.* ad *Virg.* 2. *Ecl.* 63. Sicut nocet panthera et lea. *Lucret.* 5. 137. Irritata leæ jaciebant corpora saltu. *Ovid.* 5. *Fast.* 176. Audet et hirsutas comminus ire leas. *Id.* 14. *Met.* 255. mixtæque lupis ursæque leæque. *Id.* 4. *Fast.* 102. Lea sæva. Adde *eumd.* 4. *Trist.* 7. 14.; et *Senec. Agam.* 740. — In aliis casibus non facile usurpaverim.

LĔÆNA, æ, f. 1. λέαινα. Veteres Grammatici apud *Philargyr.* ad *Virg.* 2. *Ecl.* 63. hanc vocem negabant Latinam esse, quia ad significandum sexum *leo femina* dicebatur, ut *Plaut.* in *Vidul.* Nam audivi feminam ego leonem semel parire. Sane *leæna* tota Græca est, potiusque *lea* dicendum esset: quod et *Isid.* adnotavit 12. *Orig.* 2. Verum contra hæc omnia stat usus. — Ceterum leæna est leo femina (It. *lionessa*; Fr. *lionne*; Hisp. *leona*; Germ. d. *Löwin*, Angl. *a lioness*). *Cic. fragm.* apud *Philargyr. loc. cit.* Statuerunt æream leænam. *Gell.* 13. 7. Leænas inter omnem vitam semel parere, eoque partu numquam edere plures, quam unum, Herodotus scriptum reliquit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 17. (45). Aristoteles tradit, leænam primo fetu parere quinque catulos, ac per annos singulos uno minus, ab uno sterilescere. *Catull.* 64. 154. *de homine crudeli et feris moribus.* Quænam te genuit sola sub rupe leæna? *Horat.* 3. *Od.* 29. 2. Getulæ catulos leænæ. *Virg.* 3. *G.* 245.; et *Val. Flacc.* 6. 148. Leæna sæva. *Virg.* 4. *G.* 408. fulva. *et* 2. *Ecl.* 63. torva. *Ovid.* 5. *Fast.* 371. Libyca. *et ibid.* 177. feta. *et* 13. *Met.* 547. Utque furit catulo lactente orbata leæna. Adde *Tibull.* 3. 4. 90. et *ibid.* 6. 15. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

LEBENS pro *libens* legitur in *Inscript.* apud *Orell.* 4635.

LEBER olim pro *liber*, *libri*, a priscis scriptum fuit, teste *Quintil.* 1. 4. 17.

LĔBES, ētis, m. 3. Græca vox λέβης (It. *bacino*, *conca*; Fr. *bassin*, *casserole*; Hisp. *fuente*, *cazuela*; Germ. *ein ehemer Kessel oder Becken*; Angl. *a cauldron*, *or kettle*) est pelvis, malluvium, vas æreum, in quod aqua, dum manus abluuntur, decidit, ut *Servius* docet ad illud *Virg.* 3. *Æn.* 466. stipatque carinis Ingens argentum Dodonæosque lebetas. *Id.* 5. *ibid.* 266. Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas. *Ovid. Heroid.* 3. 31. Vigiuti fulvos operoso ex ære lebetas Et tripodas septem. — Dictus est a λείβω *fundo*, quoniam in eum aqua funditur. Quod vero allatis locis in muneribus locum habet, facile intelligitur, non vilis ministerii vas fuisse. Hinc *Strabo* 7. *p.* 293. narrat, ad Augustum Cimbros dono misisse lebetem, qui apud ipsos sacerrimus habebatur, amicitiam et injuriarum illatarum veniam expetentes. Hinc et convivis inserviebat, quum manus ante cibum lavabant, ut colligitur ex *Ovid.* 12. *Met.*, ubi narrat, orta inter epulas rixa inter Centauros et Lapithas, *v.* 242. prima pocula pugna Missa volant fragilesque cadi curvique lebetes. — *Isid.* 20. *Orig.* 8. culinæ vas esse ait, coquendis cibis aptum: et ita adhibetur ab *Homer. Il.* φ. etc. *Servius* quoque *loc. cit.* ollam æream exponit.

LĔBĒTA, æ, f. 1. idem ac lebes. *Glass. Placid.* edit. ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 481. Lebeta, olla, generis feminini.

LĔCĂCĪTAS, ātis, f. 3. gula, helluatio. *Gloss. Isid.* Lenocinium, lecacitas. *V.* voc. seq.

LĔCĀTOR, ōris, m. 3. gulosus, helluo. *Gloss. Isid.* Lecator, gulosus.

LECTĀRĬUS, ii, m. 2. (lectus) qui lectos facit, *facitore di letti*, κλινοποιός. *Gloss. Philox.* Lectarius, κλινοποιός. *Inscript.* apud *Zaccar. Stor. lett. T.* 9. *p.* 497. RHESVS ORINI LECTARIVS. *Alia* apud *Murat.* 956. 7., quæ est apud *Orell.* 4183. L. HOSTILIVS L. L. AMPHIO FABER LECTARIVS.

LECTĔ, adverb. (lego, lectus). Comp. *Lectius* et Sup. *Lectissime*. — Lecte est eligendo, *con iscelta*, λογάδην. *Varro* 6. *L. L.* 36. *Müll.* Ab lego lecte ac lectissime. *Id.* 1. *R. R.* 54. 2. Uva lectius defertur in forum vinarium. *Al. melius* lecta *leg. Cic. Orat.* 68. 227. Optimis sententiis verbisque lectissime dicere. *Al. leg.* lectissimis.

LECTĬCA, æ, f. 1. *Varro* 5. *L. L.* 166. *Müll.* a *legendo* ducit, quod olim herbis et stramentis collectis sterneretur. Commodius tamen a *lectus*, *i*, duci videtur. Ceterum lectica est sella cum pulvinari et lectulo, qua ditiores cubantes, seu jacentes, servorum humeris vel duorum, ut tenuiores, vel quatuor, aut sex, aut octo, ut ditiores, ferebantur: primo quidem itineris causa extra Urbem, deinde paullatim etiam in ipsa Urbe, deliciarum causa, κλινίδιον, φορεῖον (It. *lettiga*; Fr. *litière*, *chaise à porteurs*; Hisp. *litera*, *silla de manos*; Germ. d. *Sänfte*, d. *Tragesessel*, d. *Tragebett*; Angl. *a litter*, *couch*, *sedan*, *chair*).

I.) Proprie. Quæ de ejus usu ac forma dici possunt, ex subjectis scriptorum locis apparent. *Cic.* 7. *Verr.* 11. 27. Nam, ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur, in qua pulvinus erat Melitensi rosa fartus. (Dicuntur Bithyni lecticæ inventores fuisse. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 1. 121.; et *Catull.* 10. 14.). *Id.* 2. *Phil.* 24. 58. Vehebatur in essedo tribunus plebis: lictores laureati antecedebant, inter quos, aperta lectica, mima portabatur. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 10. Quum ille ignarus sui comitatus, repente aperuit lecticam etc. *Juvenal.* 3. 240. turba cedente vehetur Dives, et ingenti curret super ora Liburno, Atque obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus. Namque facit somnum clausa lectica fenestra. *Sueton. Aug.* 43. Accidit votivis Circensibus, ut correptus valetudine, lectica cubans, thensas deduceret. *Augustus* ipse apud *eumd. ibid.* 82. Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinæ comedi. *Sueton. Tib.* 27. Adulationes adeo aversatus est, ut neminem senatorem, aut officii, aut negotii causa ad lecticam suam admiserit. *Id. Aug.* 35. Ipse jus dixit assidue: si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata. *Id. Cæs.* 43. Lecticarum usum, item conchyliatæ vestis et margaritarum, nisi certis personis et ætatibus, perque certos dies, ademit. *Id. Domit.* 8. Probrosis feminis lecticæ usum ademit. *Petron. Satyr.* 28. Lecticæ quempiam imponere. *Tac.* 3. *Ann.* 14. et 12. *ibid.* 69. Indere lecticæ. *Seneca Ep.* 110. *ad fin.* Lectica formosis imposita calonibus. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 244. Lectica gestare aliquem. *Tac.* 2. *Ann.* 2. Lecticæ gestamine uti. *Sulpicius* apud *Cic.* 4. *Fam.* 12. *a med.* Lectica deferri. *Catull.* 10. 15. comparare homines ad lecticam. *h. e.* lecticarios. — Cadavera lectica efferri solita, testis *Nepos*, de quo *V.* in LECTICULA I. 2.; et *Sulpicius* apud *Cic.* 4. *Fam.* 12.; et *Sueton. Cæs.* 82. — In militia quoque lecticæ usus fuit, teste *Liv.*, de quo *V.* in LECTICULA I. 1.; item *Sueton. Aug.* 91.; et *Val. Max.* 2. 8. *n.* 2. — De lectica lucubratoria *V.* LECTICULA. — A sella quid differat, vide in SELLA.

II.) Translate, a similitudine *lecticas* appellat *Plin.* 17. *Hist. nat.* 14. 22. (99). In arboribus loca, unde rami e trunco exeunt et planitiem quamdam et quasi sedem efficiunt.

LECTĬCĀLIS, e, adject. (lecticam) ad lecticam pertinens: hinc *Gloss. Isid.* Lecticalis, qui lectulos facit.

LECTĬCĀRĬŎLA, æ, f. 1. *deminut. a* lecticarius, mulier quæ lecticariorum (id erat vilissimum servorum genus) amores sectatur, ut *ancillariolus*, qui ancillarum insanit amore. *Martial.* 12. 58. Ancillariolum tua te vocat uxor, et ipsa Lecticariola est: estis, Alauda, pares.

LECTĬCĀRĬUS, a, um, adject. (lectica) ad lecticam pertinens. *V.* LECTUARIUS.

LECTĬCĀRĬUS, ii, m. 2. (lectica) qui lecticam defert, *portatore di lettiga*, κλινοφόρος, φορειοφόρος. *Cic. Rosc. Am.* 46. 134. Mitto hasce artes vulgares; coquos, pistores, lecticarios. *Sulpicius* apud *Cic.* 4. *Fam.* 12. *a med.* Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre. *Sueton. Cal.* 58. Ad primum tumultum lecticarii cum asseribus in auxilium accucurrerunt. — *Lecticariorum* fuere *corpora*, ut et ceterorum artificum, nempe hominum infimæ plebis, qui operam suam quibusvis, vel etiam certis dominis locabant. Hinc *P. Vict. de regionib. Urbis Romæ* in regione decimaquarta trans Tiberim bis ponit *castra lecticariorum*, h. e. certum locum, ubi parati multi stabant ad hujusmodi ministerium. *V.* CASTRA. *Inscript.* apud *Gruter.* 599. 11. TI. CLAVDIO AVG. LIB. TIGRANO EX CORPORE LECTICARIORVM CAESARIS. *Alia* apud *Murat.* 897. 8. FAVSTVS TI. CLAVDII GERMAN. LECTICARIVS. Adde *aliam* apud *Henzen.* 6285. Et in alia apud *eumd. Henzen.* 7203. DEAE NEMESI REGIN. CORNEL. CORNELIANVS DEFENS. LECTICAR. *h. e.* defensor collegii lecticariorum. In *alia* apud *Gruter.* 600. 1. DECVRIO LECTICARIORVM. In *alia* apud *Henzen.* 6323. ANTIOCHVS IVLIAE DRVSI CAESARIS SVPRA LECTICARIOS FECIT CLAVDIAE CERDNE CONIVGI SVAE FECIT (*sic*). — In *alia* apud *Murat.* 126. 1. LECTICARII DEI. *h. e.* thensarum sacrarum latores.

LECTICIARIUS, ii, m. 2. servus, qui analecta colligit. Ita apud *Petron. Satyr.* 34. legendum putat *Fr. Oriolius* in *Opusc. lett. Bologn. T.* 1. *p.* 60. pro *lecticarius*. Verum, quum nulla alia præsto sit Latini scriptoris auctoritas, qui vel simplex vocabulum *lecticius*, nec inde derivatum *lecticiarius* usurpaverit, commodius fortasse erit, *analectarius* ibidem legere, quam vocem vide suo loco.

LECTICOSELLIUM, ii, n. 2. lectica sedendo apta. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 158.

LECTĬCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* lectica, parva lectica, *lettighetta*, κλινίδιον. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 1. *Divinat.* 26. 55. Lecticula in curiam esse delatum. *Liv.* 24. 42. Scipio lecticula in aciem elatus. ¶ 2. Speciatim lecticulâ cadavera efferri solita, testis est *Nepos Att.* 22. Elatus est in lecticula, sine ulla pompa funeris. Sic *Gran. Licinian.* edente *Pertz. p.* 37. In lecticulam vulgariter eum (*Pompejum*) elatum sepulturæ datum. *V.* LECTICA 1. ad fin. ¶ 3. Item speciatim, lecticulæ lucubratoriæ in ædibus fixæ et stabiles, erant parvi lecti in angusta cella positi, in quibus cubantes lucubrabant. *Sueton. Aug.* 78. A cœna lucubratoriam se in lecticulam recipiebat: ibi, donec residua diurni actus conficeret, ac multam noctem permanebat. In lectum inde transgressus etc. De his intelligendum est illud *Plin.* 5. *Ep.* 5. Visus est sibi per nocturnam quietem, jacere in lectulo, compositus in habitum studentis, habere ante se scrinium etc. et *Ovid.* 1. *Trist.* 11. 37. Non hæc in nostris, ut quondam, scribimus hortis: Nec consuete meum lectule corpus habes. et *Seneca Ep.* 72. Quædam sunt, quæ possis et in cisio scribere: quædam lectum et otium et secretum desiderant. et *Pers.* 1. 52. non quidquid denique lectis Scribitur in citreis. et *Juvenal.* 7. 28. Qui facis in parva sublimia carmina cella. Simile est apud nostrates *lo studiolo* et *la poltrona*.

II.) Figurate dicitur de cubile, in quo gallinæ ova deponere solent. *Apul.* 9. *Met.* Gallina consuetæ lecticulæ spreto cubili, ante ipsos pedes domini præmaturum prodidit partum. *Paullo ante* calathum fœtui gallinaceo destinatum *vocaverat*.

LECTĬO, ōnis, f. 3. (lego) actus legendi.

I.) Proprie. ¶ 1. Est actus legendi, seu colligendi, collectio, *raccolta*, συλλογή. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 12. Saxosum solum facile est expedire lectione lapidum. *Arnob.* 5. 24. Quum illam (*Proserpinam*) per floream messem huc atque illuc lectionis cupiditas avocaret. ¶ 2. Item electio, *scelta*, αἵρεσις. *Cic.* 5. *Phil.* 6. 16. Illud os, illam impuritatem cœni fecisse, ut hos judices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeretur reipublicæ dedecus. ¶ 3. Item est actus legendi libros vel alia hujusmodi, *lezione*, *lettura*, ἀνάγνωσις. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 2. 4. Delectabatur mirifice lectione librorum. *Nepos Att.* 14. Neque unquam sine aliqua lectione

apud eum cœnatum est. *Quintil.* 1. 8. 2. Sit in primis lectio (*versuum*) virilis et cum suavitate quadam gravis, et non quidem prosæ similis —; non tamen in canticum dissoluta, nec plasmate effeminata. *Id.* 10. 1. 19. Lectio non cruda, sed multa iteratione mollita et velut confecta. Videsis hac de re *eumd. Quintil. lib.* 1. *cap.* 8. et *lib.* 10. *cap.* 1. ¶ 4. Hinc lectio senatus, (Italice *la lettura della lista dei senatori*), in qua tamen et electio quodammodo locum habebat, fiebat, stante republica, a censoribus; ea mutata, fere ab imperatoribus ipsis. In ea qui dignissimus visus esset, princeps senatus pronunciabatur: si qui indigni eo ordine essent, præteriebantur, eoque silentio ejecti e senatu censebantur. *Liv.* 27. 11. Senatus lectionem contentio inter censores de principe legendo tenuit. *Id.* 9. 29. Ob infamem atque invidiosam senatus lectionem, verecundia victus collega, magistratu se abdicaverat. *Sueton. Aug.* 25. Senatorum affluentem numerum ad modum pristinum redegit duabus lectionibus.

II.) Translate lectio est ipsum illud, quod legitur. *Macrob.* 7. *Saturn.* 7. Lectio tamen docet, eo tempore solitos etc. — Hinc *lectio juris*, ipsa lex, verba juris, *testo di legge. Impp. Leo et Anth. Cod.* 6. 61. 5. Quam mulier diversis juris lectionibus, idem intelligi maritum et sponsum, niteretur probare. Sic *Ammian.* de malis JCtis loquens 30. 4. Et si voluntate matrem tuam finxeris occidisse, multas tibi suffragari absolutionem lectiones reconditas pollicentur. *et ibid.* Ut pervulgati juris proferatur lectio vana, septem vendibiles introitus præparant. Similiter *Arnob.* 5. 36. Quia cuncta, quæ scripta sunt, inexpeditissimum vobis est traducere, invertere, derivare, eligitis nuædam vestræ convenientia voluntati, et ex ipsis obtinere contenditis nothas atque adulteras lectiones interiori esse superpositas veritati.

LECTISPHĂGITES. *V.* ITÆOMELIS.

LECTISTERNĬĀTOR, ōris, m. 3. (lectisternium) qui mensam ac lectulos discubitorios sternit. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 29. Tu esto lectisterniator; tu argentum eluito, idem exstruito.

LECTISTERNĬUM, ii, n. 2. (lectus *et* sterno) διαστρωμή.

I.) Proprie. ¶ 1. Est sacrificii genus, in quo dîis in templis pulvinaria, sive lecti sternebantur, conviviumque iis apponebatur. Idem vocatum est *daps*, aut *epulum*, quia cibi apponebantur; ut apud *Val. Max.* 2. 1. 2. Jovis epulo ipse in lectulum, Juno et Minerva in sellas ad cœnam invitantur. Appositis epulis septem sacerdotes, qui dicti sunt *Epulones*, fruebantur. *Liv.* 5. 13. Duumviri sacris faciundis, lectisternio tunc primum in urbe Romana facto, per dies octo Apollinem, Latonamque et Dianam, Herculem, Mercurium, atque Neptunum, tribus, quam amplissime tum apparari poterat, stratis lectis, placavere. Teste *Augustin.* 3. *Civ. D.* 17. 2. et *Dionys. Hal.* edente *A. Maio* 12. 9. et 10. hoc anno, qui fuit CCCLV. ab U. C., lectisternia primum instituta sunt. Rursus *Liv.* 22. 10. Curatum lectisternium, et per triduum habitum, decemviris sacrorum curantibus: sex pulvinaria in conspectu fuere, Jovi et Junoni unum, alterum Neptuno ac Minervæ, tertium Marti et Veneri, quartum Apollini ac Dianæ, quintum Vulcano ac Vestæ, sextum Mercurio ac Cereri. *Id.* 40. 59. In foris publicis, ubi lectisternium erat, deorum capita, quæ in lectis erant, averterunt se, lanaque cum integumentis, quæ Jovi opposita fuit, decidit: de mensa quoque oleas prægustasse mures, in prodigium versum est. *Id.* 22. 1. Ad ædem Saturni Romæ immolatum est, lectisterniumque imperatum (senatores straverunt) et convivium publicum etc. *Id.* 21. 62. Lectisternium Cere, ubi sortes attenuatæ erant, imperatum. Adde *eumd.* 7. 2., 42. 30. et 29. 14. ¶ 2. Est etiam locus, ubi homines in templo sedere consueverunt, si *Servio* credimus ad *Virg.* 12. *Æn.* 199.

II.) Translate, sequiori tempore apud Christianos *lectisternium* dicebatur epulum, quod tempore parentaliorum, seu charistiorum propinquis et cognatis dabatur, quin et in dedicatione ecclesiæ alicujus, seu baptisterii. *Inscript.* apud *Gruter.* 753. 4., quæ est apud *Henzen.* 7336. ITEM LECTISTERNIVM TEMPORE PARENTALIORVM EX ☧. CC. MEMORIIS EIVSDEM VALERIANAE ET APPI VALERIANÆ FILII EIVS PER OFFICIALES TESSERARIORVM QVODANNIS PONATVR ET PARENTETVR. *Sidon.* 4. *Ep.* 15. Epulum multiplex et capacissima lectisternia para: pluribus viis, pluribus turbis ad te venitur: ita bonorum contubernio sedit, quippe postquam omnibus tempus futuræ dedicationis inclaruit. Nam baptisterium, quod olim fabricabamini, scribitis, jam posse consecrari.

LECTISTĬTĬUM, ii, n. 2. (lectus *et* sto) lecti statio. *Gloss. Isid.*

LECTĬTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

LECTĬTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *frequentat. a* lego. Part. *Lectitans, Lectitatus* et *Lectitandus.* 2. — Lectitare ¶ 1. Est sæpe colligere, *raccogliere, andare raccogliendo. Val. Max.* 8. 8. *n.* 1. Conchulas et umbilicos in litore lectitasse. *Arnob.* 5. 37. In nemore Hennensi quondam flores Proserpina lectitabat. ¶ 2. Est etiam sæpe legere, assidue et studiose percurrere, *leggere spesso o assiduamente*, ἐπαναγνώσκω. *Cic.* 9. *Fam.* 25. Pyrrhi te video libros lectitasse. *Id.* 12. *Att.* 18. Habeo nonnullos ex iis, quos nunc lectito, auctores, qui etc. *Id. Brut.* 31. 121. Lectitavisse Platonem studiose, audivisse etiam Demosthenes dicitur. *Plin.* 2. *Ep.* 17. *ante med.* Parieti ejus (*cubiculi*) in bibliothecæ speciem armarium insertum est, quod non legendos libros, sed lectitandos capit. *h. e.* non assidue et attente legendos, sed identidem et cursim lectitandos. *Tac.* 14. *Ann.* 51. Libros conquisitos lectitatosque, donec cum periculo parabantur. *Capell.* 2. *p.* 38. Quidquid περὶ εὐδαιμονίας lectitans intellexeram.

LECTĬUNCŬLA, æ f. 1. *deminut. a* lectio, brevis lectio, *lezioncella, breve lettura. Cic.* 7. *Fam.* 1. Quin per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris.

LECTO, as, avi, atum, are, a. 1. *frequentat. a* lego, *inde et* lectito. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 122. Aut ego lecto, Aut scripto, quod me tacitum juvet. *Bentlej.* vult *lecto* et *scripto* esse Ablativos participiorum, absolute positos. *h. e.* postquam legi, aut scripsi. Sic *Liv.* 23. 14. Lato ad populum, ut equum ascendere liceret. Adde *Tac.* sæpe et *Justin.* Quod si verum est, exulent, oportet, in perpetuum a Latio tum *lecto, as*, tum *scripto*, et inter barbara amandentur: quod tamen utrumque, ut Latinum agnoscitur a *Charis.* 2. *p.* 142. *Putsch.*, a *Mar. Victorino* 1. *Grammat. p.* 2472. *Putsch.* et a *M. Cl. Sacerd.* 1. 23., et se ipsum quoque satis analogia defendit. *Non. p.* 170. 28. *Merc.* habet *scriptat*: sed constat inter eruditos legendum *scriptas*; *V.* ibi adnotat. a *Mercer.*

LECTOR, ōris, m. 3. (lego) qui legit, ἀναγνώστης (It. *lettore*; Fr. *lecteur*; Hisp. *lector*; Germ. d. *Leser*; Angl. *a reader*). Occurrit — *a*) Generatim. *Cic.* 5. *Fam.* 12. *ante med.* Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quam fortunæ vicissitudines. *Nepos Pelop.* 1. Mederi quum satietati, tum ignorantiæ lectorum. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 214. qui se lectori credere malunt, Quam spectatoris fastidia ferre superbi. *h. e.* scripta sua legendo edere. *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 132. Jure tibi grates, candide lector, ago. *Virg.* 3. *Ecl.* 85. Pierides, vitulam lectori pascite vestro. *Quintil.* 4. 2. 4. Otiosus lector. — *b*) Speciatim, apud Romanos erant servi litterati (*anagnostæ* Græca appellatione, item *a studiis* dicti) qui legebant dominis, quæ jubebantur. *Plin.* 9. *Ep.* 17. Quum lector, aut lyristes, aut comœdus inductus est, calceos poscunt. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 15. Sic *Quintil.* 2. 5. 6. Unum aliquem constituere lectorem. — Huc fortasse pertinet *Inscript.* apud *Orell.* 1200. GRAMMATICVS LECTORQVE FVI, SED (*h. e.* sed) LECTOR EORVM MORE, INCORRVPTO QVI PLACERE SONO. Nisi forte lector hoc loco sit accipiendus pro eo qui docet atque interpretatur; de quo *V.* LEGO secundo loco sub c. 4. — *c*) Apud Christianos lector est etiam secundus inter minores ordines Ecclesiasticos gradus. *Tertull. advers. hæretic.* 41. Itaque hodie diaconus, qui cras lector: hodie presbyter, qui cras laicus. *Inscript.* apud *Guarin. Osserv. sopra Eclano p.* 11. HIC REQVIESCIT IN SOMNO PACIS CAELIVS LAVRENTIVS LECTOR SANCTAE GLESIAE (sic) AECLANENSIS, QVI VIXIT ANNOS PLUS MINUS XLVIII. DEPOSITIO EIVS DIE VII. IDVS MAIAS, FLAVIIS ASTERIO ET PRESIDIO VV. CC. CON. nempe an. a Chr. n. CCCCXCIV., quo consules fuerunt Turcius Rufus Apronianus Asterius, cui ex hac inscriptione *Flavii* nomen addendum videtur, et Flavius Præsidius. Observandum præterea est, ex corrupto nomine *Glesia* pro *Ecclesia* Italos recentiores suum *Chiesa* effinxisse. V. *Labus, Fasti T.* 1. *p.* 280. Hæc postrema addidit cl. *Furlanetto.* At *Mommsen. Inscript. Neap.* 1299. et *Henzen. Inscript.* 6146. pro GLESIAE leg. AECLESIAE.

LECTRIX, icis, f. 3. (lector) quæ legit. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 311. *n.* 347., quæ est apud *Orell.* 2846. COLIT OSSA EIVS CNIDE LECTRIX CONIVNX EIVS. *Cledonius* in *Arte p.* 1892. *Putsch.* Dictor facit dictrix, lector facit lectrix, auctor non facit auctrix, quia est communis generis. Adde *Servium* ad *Virg.* 12. *Æn.* 159.

LECTRUM, i, n. 2. λέκτρον, pulpitum, id super quo legitur. *Gloss. Isid.* Lectrum, analogium, super quo legitur.

LECTŬĀLIS, e, adject. (lectus). *Spartian. Hadrian.* 23. In morbum incidit lectualem. *h. e.* qui diu in lecto ægrotum detinet, ut exponit *Salmas.* Al. melius leg. *letalem.* Tabem vocat *Aurel. Vict. Cæsar.* 14. *sub fin.*

LECTŬĀRĬUS, a, um, adject. (lectus) ad lectum pertinens. *Non. p.* 537. 21. *Merc.* Plagæ grande linteum tegmen, quod nunc torale, vel lectuariam sindonem dicimus, quorum deminutivum est plagulæ. *At hic* lecticariam *corrigendum esse, minime dubitaverim.*

LECTŬLUS, i, n. 2. *deminut. a* lectus, parvus lectus, *letticciuolo, letticello*, κλινίδιον; item sæpissime lectus quicumque. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 1. *Cat.* 4. 9. Qui sese illa ipsa nocte me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. *Id.* 2. *Fin.* 30. 97. Philosophi in suis lectulis plerumque moriuntur. *muojono sul loro letto*, vel *di loro buona morte*: cui opponitur mori in prælio, aut alia quapiam externa vi. *Id.* 14. *Att.* 13. *ad fin.* A ducenda uxore sic abhorret, ut quidquam libero lectulo neget esse jucundius. ¶ 2. Speciatim de lecto conjugali. *Martial.* 10. 38. O quæ prælia, quas utrimque pugnas Felix lectulus et lucerna vidit! *A. Ticidas* apud *Priscian.* 5. *p.* 673. *Putsch.* Felix lectule talibus sole amoribus. ¶ 3. Item speciatim de lectulis cœnatoriis. *Plaut. Pers.* 5. 1. 6. Hic volo ante ostium meos participes bene accipere. Statuité hic lectulos: ponite hic quæ assolent etc. *Cic. Mur.* 36. 75. Quum epulum populo Romano daret, stravit pelliculis hædinis lectulos Punicanos, et exposuit vasa Samia. ¶ 4. Item est lectulus lucubratorius, *poltrona da studiare. V.* in LECTICULA 2. exempla *Ovid.* et *Plin. jun.* ¶ 5. Item de lectulis funebribus. *Tac.* 16. *Ann.* 11. Tres modo lectulos ad suprema retineri jubet.

LECTŪRĬO, is, ire, a. 4. *desiderativ. a* lego, cupio legere, *desiderare di leggere*, ἀναγνωσείω. *Sidon.* 9. *Ep.* 7. Quum merito lecturiremus. *Id.* 2. *ibid.* 10. *a med.* Opus est, ut sine dissimulatione lectites, sine fine lecturias. *Servius* in *art.* 2. *Donat. p.* 1789. *Putsch.* Meditativa forma in *rio* desinit, ut *scripturio, lecturio.*

LECTUM, i, n. 2. *V.* LECTUS, i, init.

LECTUS, a, um. *V.* LEGO.

LECTUS, i, m. 2. *Lectus, us*, 4. declinat. *Plaut. Amph.* 1. 3. 15. Prius abis, quam lectus, ubi cubuisti, concaluit locus. *Cornificius* apud *Priscian.* 6. *p.* 711. *Putsch.* Ipsis vero, ad Cereris memoriæ renovandæ gratia, lectus sternuntur. — *Lectum* neutro gen. *Ulp. Dig.* 32. 50. *extr.* Legatum lectum continet et fulcra. Adde *ibid.* 34. 2. 20.; et *Glossas.* — Ratione habita etymi, hæc ait *Paul. Diac. p.* 115. 3. *Müll.* Lectus dictus vel a collectis foliis ad cubitandum, vel quod fatigatos ad se alliciat, vel a Græco λέκτρον. Priorem notationem confirmat ipse *Varro* qui 5. *L. L.* 166. *Müll.* lecticam dictam ait, quod legebant, unde eam facerent, stramenta atque herbas. Ceterum lectus est cubile stratum jacendi causa, κλίνη, εὐνή, λέκτρον (It. *letto*; Fr. *lit, conche*; Hisp. *cama, el lecho que sirve para dormir*; Germ. d. *Bett, Lager, d. Lagerstatt*; Angl. *a bed or couch*). Occurrit ¶ 1. Generatim et est cubile stratum jacendi et dormiendi causa. *Varro* 8. *L. L.* 32. *Müll.* Quod si esset analogia petenda supellectili (*al.* in supellectile) omnes lectos haberemus domi ad unam formam, et aut cum fulcro, aut sine eo, nec, quum (*al.* nec tum) ad tricliniarem gradum, item (*Codd.* non item) ad cubicularem. *Cic.* 2. *Divinat.* 65. 134. Somniasse se, ovum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. Sic *Id.* 5. *Tusc.* 20. 59. Quum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset. *Cato R. R.* 10. Lecti loris subtexti. *Propert.* 2. 24.

41. recipere se lecto. *mettersi a letto. Nepos Dion.* 9. Cubare in lecto. Sic *Varro* apud *Non.* p. 229. 16. *Merc.* Quum in eborato lecto ac purpureo peristromate cubare videas ægrotum. *Cic.* 9. *Fam.* 23. Dixit, te in lecto esse, quod ex pedibus laborares. *Id.* 7. *Verr.* 7. 16. Lecto teneri. *essere obbligato a letto. Horat.* 1. *Sat.* 1. 81. casus te lecto affixit. *Id. ibid.* 3. 90. Comminxit lectum potus. *Propert.* 2. 18. 31. surgere lecto. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 129. desilire. *balzare di letto. Tibull.* 1. 2. 19. descendere lecto. *Broukus.* hic notat pluribusque ostendit antiquorum lectos cubiculares altos fuisse, ad quos scabello, aut scamno ascenderetur. — In illo *Ovid.* 8. *Met.* 655. in medio torus est de mollibus ulvis Impositus lecto, sponda pedibusque salignis: *lectus* sunt ipsi asseres et tabulæ compactæ, super quibus lectus sternitur: torus autem est pulvinus spondæ impositus: ulva concisa (apud pauperiores et in castris) est tomentum etc. ¶ 2. Speciatim *lectus genialis* est qui in nuptiis parari solet, *letto nuziale. Cic. Cluent.* 5. 14. Lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ suæ nubenti straverat, in eadem domo sibi ornari et sterni jubet. Cf. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 87. lectus genialis in aula est. — Post nuptias *adversus* dicebatur, quia fere in thalamo ex adverso ante januam positus erat. In eo sedebant matresfamilias, lanæ operam dantes. Mortua conjuge, idem mutabatur, et alius novæ nuptæ sternebatur. *V.* JANITRIX. *Propert.* 4. 11. 85. Seu tamen adversum mutarit janua lectum, Sederit et nostro cauta noverca toro, etc. — Hinc *Ovid. Heroid.* 13. 107. Lectus cælebs. *vita celibe.* Sic *Propert.* 2. 2. 5. vacuo vivere lecto. — Nam sæpe refertur ad conjugium, *letto maritale. Virg.* 4. *Æn.* 496. lectumque jugalem, Quo perii. *Ovid. Heroid.* 5. 101. temerati fœdera lecti. ¶ 3. Item speciatim est etiam lectus tricliniaris, in quo mensæ accumbebant. *V.* ACCUMBO. *Cic.* 4. *Verr.* 74. 183. Non quæro, unde habueris quinquaginta triclinium lectos, unde tot candelabra. *Id.* 5. *Tusc.* 21. 61. Collocari jussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo textili stragulo, magnificis operibus picto. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 102. rubri cocco Tincta super lectos canderet vestis eburnos, Multaque de magna superessent fercula cœna. *Id.* 1. *Ep.* 5. 1. lecto recumbere. *Sueton. Aug.* 64. *extr.* In imo lecto assidere. ¶ 4. Item lucubratorius. *Seneca Ep.* 72. *V.* LECTICULA I. 2. ¶ 5. Item funebris, in quo componebantur efferenda cadavera. *Pers.* 3. 103. tandemque beatulus alto Compositus lecto, crassoque lutatus amomo, In portam rigidos calces extendit. *Tibull.* 1. 1. 75. Flebis et arsuro positum me, Delia, lecto. *Quintil.* 6. 1. 31. Corpus denique ipsum impositum lecto erat. *Petron. Satyr.* 114. Lecto funebri aptatus. *Propert.* 2. 8. 33. Omnia, crede mihi, secum uno munera lecto Auferet extremi funeris atra dies. *et* 3. 11. 17. ubi mortifero jacta est fax ultima lecto. ¶ 6. Significat etiam loculum, h. e. locum in sepulcro, in quo cadavera conduntur, *nicchia, cassa. Inscript.* apud *Henzen.* 7363. L. VECILIO VI. F. ET POLAE ABELES LECTV. I. DATV... VECILIO L. F. ET PLENESTE *lectv. Lectum* autem hic loculos designare, ipsa sepulcri forma declarat; quod more Etrusco in rupe exsculpto prope Falerios repertum est: V. *Bulletin. dell' Instit. archeol. a.* 1844. p. 162.

LECTUS, us, m. 4. (lego) electio, sive collectio, *scelta, elezione, raccolta,* συλλογή. *Tac.* 4. *Hist.* 70. Tutor Trevirorum copias recenti Vangionum, Carucatium, Triboccorum lectu auctas veterano pedite atque equite firmavit. *At cum plerisque rectius leg.* delectu. — Pro lectione, nullo auctore laudato, affertur hisce verbis a *Priscian. super XII. vers. Æn.* 1. p. 1221. *Putsch.* Nam nomina quartæ sunt, participia vero secundæ, ut *judicatus* ὁ κριθείς, *hujus judicati* secundæ, *judicatus* vero ἡ κρίσις, *hujus judicatus* quartæ; *lectus* ὁ ἀναγνωσθείς, *hujus lecti*, et *hujus lectus* ἡ ἀνάγνωσις. — Pro *cubili. V.* voc. præced. init.

LECYTHĪNUS, a, um, adject. ad lecythum pertinens, ut Lecythinum oleum, quod in lecytho servatur. *Petron. Satyr.* 21. Nos lecythino perfusos olec refecerunt. *Alii leg.* legitimo, *alii* lecythi. Est autem *lecythus*, i, f. 2. ampulla olearia, ut est in *Glass. Isid.* Græca vox λήκυθος, ἡ, *utello.* Adhibetur autem Græce atque translate a *Cic.* 1. *Att.* 14. Quid multa? totum hunc locum, quem ego varie meis orationibus soleo pingere, de flamma, de ferro (nosti illas ληκύθους), valde graviter pertexuit. h. e. nosti locos illos oratorios. *Plin.* 1. *Ep.* 2. Non tantum Marci nostri ληκύθους fugimus, quoties etc. h. e. ampullas.

LĔCȳTHUS, i, f. 2. λήκυθος ἡ, ampulla, præcipue olearia. *Vulgat. interpr.* 3. *Reg.* 17. 14. Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur. Adde *ibid. v.* 12. et 16.; et *V.* voc. præced. Ceterum *Oehler.*, ex ingeniosa *Rothii* conjectura, hoc vocabulum leg. in *Varronis fragm.* apud *Varron.* p. 550. 12. *Merc.* Oleum in lucubrationem servabimus, quam in sparagos (*sic pro* asparagos) totum lecythum evertamus. *Mercerus* leg. *legitume vertamus*: edit. noviss. *legitum evertamus.*

LĔDA. *V.* LADA.

LĔDĀNUM. *V.* LADANUM.

LĔGĀLIS, e, adject. (lex) ad leges pertinens, *legale,* νομικός. *Quintil.* 3. 5. 4. Illud legale, hoc rationale (*quæstionum*) genus Hermagoras atque eum secuti vocant, id est νομικὸν et λογικόν. Adde *eumd.* 3. 6. 85. Sic *Id.* 3. 6. 46. Legales quæstiones. *Id.* 3. 6. 45. status. *Id.* 3. 8. 4. tractatus. Adde *Capell.* 5. p. 148. et 149. — *Legalis vita* apud *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 25. *a med.* est, quæ secundum legem divinam traducitur.

LĔGĀLĪTER, adverb. (legalis) secundum leges, *legalmente,* νομικῶς. *Cassiod.* 4. *Ep.* 37. Adversarium provocare legaliter. *Id.* 2. *ibid.* 13. Legaliter convictus.

LĔGĀMĪNUM, i, n. 2. (lego) idem quod legumen. *Varro* 1. *R. R.* 32. *ad fin.* Ceteraque, quæ alii legumina, alii (ut Gallicani quidam) legaria appellant; utraque dicta a legendo.

LĔGĀTA, æ, f. 1. quæ legatione fungitur, quæ alterius mandata refert. *Cic.* 14. *Att.* 19. 4. Publilius tecum tricatus est. Huc enim Cærellia missa ab istis est legata ad me. *Al. leg.* allegata. *Sed, ut ait* Orellius *ad h. l., tum delendum erat* missa. *Consulto autem hoc veluti ridiculo usus est*: femina missa legata est. *Huc adde,* mittere aliquem legatum *frequentissime usurpari*: *V.* LEGATUS 1.

LĔGĀTĀRĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

LĔGĀTĀRĬUS, a, um, adject. (legatum) ad legatum pertinens, testamento heredi mandatus. *Tertull. Spectac.* 6. Privatorum memoriis legatariæ editiones parentant. — *NB. Legataria provincia,* quæ cuipiam legata, seu mandata est, legitur a nonnullis apud *Cic.* 15. *Att.* 9., sed alii *legatoriam* (h. e. in quam aliquis tamquam legatus mittitur), *Orellius* et alii rectius *locatoriam* legunt. — Ceterum a prima illa significatione

Legatarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est is cui ex testamento aliquid legatum est, *legatario. Sueton. Galb.* 5. Quum præcipuum inter legatarios habuisset. *Paul. Dig.* 41. 3. 14. In re legata legatarius quodammodo quasi heres est.

Legataria, æ, f. 1. absolute, est mulier, cui legatum relictum est. *Ulp. Dig.* 19. 1. 43. Quum legataria fidei commissum ad se pertinere noluisset. Adde *ibid.* 33. 4. 2. Sic *Inscript.* apud *Gruter.* 419. 3. HORATIA P. F. MAXIMA LEG. h. e. legataria; quemadmodum in *alia* apud *eumd.* 525. 5. habetur *ex causa legati.*

LĔGĀTĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

LĔGĀTĬCĬUS. *V.* LEGATIVUS in fin.

LĔGĀTĬO, ōnis, f. 3. (lego *primo loco*) duo diversa significat, scilicet

A) Est actus legandi, legatorum missio, itemque ipsum munus et officium legati, πρεσβεία (It. *ambascieria, legazione*; Fr. *ambassade, députation, légation, mission*; Hisp. *embaxada, diputacion, legacia*; Germ. d. *Absendung e. Gesandten,* d. *Aufgabe,* d. *Amt e. solchen,* d. *Gesandtschaft*; Angl. *en embassy, lieutenancy, legation*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cæs.* 1. *B. C.* 3. Is sibi legationem ad civitates suscepit. *Cic.* 4. *Att.* 2. *ad fin.* Legationem sumere. *Id.* 15. *Fam.* 7. et 4. *Acad.* (2. pr.) 2. 5. In legatione illa nobili, quam ante censuram (*Cato*) obiit. *Cæs.* 1. *B. C.* 33. Munus legationis recusare. *Cic.* 6. *Verr.* 5. 9. Qui cum potestate aut legatione in provinciam esset profectus. *Liv.* 21. 63. In legationem proficisci. *Nepos Dion.* 1. Legationem administrare. *Quintil.* 7. 4. 36. gerere. Sic *Id.* 4. 4. 5. Legatione male gesta. *Id.* 7. 1. 50. In legatione esse. *Tac.* 15. *Ann.* 22. Legatione fungi. *Cæs.* 3. *B. G.* 103. Legationis officium conficere. *Cic.* 9. *Phil.* 1. 1.; *Liv.* 9. 4., 23. 6., 35. 32. et alibi sæpe; et *Plin.* 4. *Ep.* 9. 20. Legationem renunciare. *rendere conto del successo dell'ambasciata. Tac.* 2. *Ann.* 45. Per legationes aliquid petere. *Cic. Opt. gen. orat.* 7. 21. Capitis accusatus, quod legationem mentitus esset. *Cæs.* 6. *B. G.* 2. A Treviris Germanos crebris legationibus sollicitari. *Justin.* 8. 4. 7. Legationem audire. *dare udienza. Phædr.* 4. 17. dimittere. — *Legatio gratuita. V.* in GRATUITUS. ¶ 2. Speciatim *legatio libera* erat, quæ ornamenti et commodi tantum causa ab senatu impetrabatur, quemadmodum honorarii magistratus a principibus honestamenti causa conceduntur, tituloque tenus obeuntur et geruntur. Has autem ii senatores impetrabant, quibus negotia futura erant in provinciis, ut qui hereditates persequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant, aut vota solvere. Nam legatorum persona accepta, commendationes controversias habebant atque favorabiliores. Ideo autem *liberæ* dicebantur, quia introire in Urbem et rursus exire licebat: quum ceteri magistratus, qui extra Urbem gerebantur, ingredientibus in Urbem deponendi essent. *Cic.* 12. *Fam.* 21. Negotiorum suorum causa legatus est in Africam legatione libera. *Id.* 15. *Att.* 11. *ad fin.* Habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Julia etc. h. e. quinquennium. *Ulp. Dig.* 50. 7. 14. Qui libera legatione abest, non videtur reipublicæ causa abesse: hic enim non publici causa, sed sui abest. *Cic.* 3. *Legg.* 8. 18. Jam illud apertum profecto est, nihil esse turpius, quam quemquam legari, nisi reipublicæ causa. Omitto quemadmodum isti se gerant, qui legatione hereditates, aut syngraphas suas persequuntur. In hominibus est hoc fortasse vitium: sed quæro, quid reapse sit turpius, quam sine procuratione senator, legatus sine mandatis, sine ullo reipublicæ munere. Quod quidem genus legationis ego consul, quamquam ad commodum senatus pertinere videatur, tamen approbante senatu frequentissimo, nisi mihi levissimus tribunus plebis intercessisset, sustulissem. Tamen minui tempus, et, quod erat infinitum, annuum feci. Ita turpitudo manet, diuturnitate sublata. Hæc *Cic.*, qui tamen *Flacc.* 34. 86. causæ suæ inserviens, legationes liberas excusat ac defendit. ¶ 3. Item speciatim, *legatio votiva* species est legationis liberæ voti extra Urbem solvendi causa impetratæ. *Cic.* 4. *Att.* 2. *ad fin.* et 15. *ibid.* 8.

II.) Translate *legatio* interdum sunt ipsi legati. *Cæs.* 3. *B. G.* 8. *extr.* Communem legationem ad Crassum mittunt. *Id.* 2. *ibid.* 35. Quas legationes Cæsar, inita æstate, ad se reverti jubet. et 1. *ibid.* 13. Cujus legationis Divico princeps fuit. *Liv.* 45. 13. Et ab Eumene legatio de victoria gratulatum venit.

B) Legatio est officium ejus legati, qui in bello imperatoris vicem tenebat. *Sall. Jug.* 40. Qui ab eo in legationibus, aut imperiis pecunias accepissent. *Cic. Mur.* 9. 20. Quid Murena interea? Fortissimo et sapientissimo viro, summo imperatori, legatus L. Lucullo fuit: qua in legatione duxit exercitum: signa contulit: manum conseruit; magnas copias hostium fudit: urbes partim vi, partim obsidione cepit.

LĔGĀTĪVUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

LĔGĀTĪVUS, a, um, adject. (lego *primo loco*) qui ex legato relictus alicui est. *Inscript.* apud *Don. cl.* 5. *n.* 222., et *Murat.* 614. 2., quæ est apud *Orell.* 3817. IMPENDIVM HIGAE QVAM POPVLVS EX CONLATIONE LEGATIVI EPVLI OFFERBAT REMISIT. Hæc eadem mendosa legitur apud *Gruter.* 421. 1. *V.* DONATIVUM. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM. — Hinc, quamvis alio sensu,

Legativum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, dicebatur id, quod dabatur legato nomine viatici et impensæ. *Arcad. Dig.* 50. 4. 18. § 12. Legati quoque, qui ad sacrarium principis mittuntur, quia viaticum, quod legativum dicitur, interdum solent accipere, personale munus ineunt. *et ibid.* 7. 2. His, qui non gratuitam legationem susceperunt, legativum ex forma restituitur. *Est qui legit* legaticium.

LĔGĀTŌR, ōris, m. 3. (lego *primo loco*) qui aliquid legat per testamentum, *testatore. Sueton. Tib* 31. Quin rata voluntas legatoris esset.

LEGATORIUS. *V.* LEGATARIUS.

LĔGĀTUM, i, n. 2. (lego *primo loco*) delibatio hereditatis, qua testator ex eo, quod universum heredis foret, alicui quid collatum velit, ut *Florentin*

Dig. 30. 113. definit (It. *legato, lascito*; Fr. *don par testament, legs*; Hisp. *legado, la manda que se dexa en el testamento*; Germ. *das Vermächtniss, Legat*; Angl. *a legacy, bequest*). *Cic.* 7. *Att.* 3. *a med.* Hortensii legata cognovi. *Petron. Satyr.* 141. Omnes, qui in testamento meo legata habent, hac conditione percipient, quæ dedi, si etc. *Sueton. Tib.* 76. Dare legata alicui. *lasciare.* et *Id. Domit.* 8. Jus capiendi legata hereditatesque alicui adimere. *et ibid.* 9. Legatum alicujus irritum facere. *Tac.* 1. *Ann.* 36. *extr.* petere, exsolvere, duplicare. *Scævola Dig.* 32. 103. præstare. — EX LEG. POPVLI, *h. e.* ex legatis populi, legitur in *Inscript.* honorar. in *Bollett. dell' Instit. archeol. a.* 1845. *p.* 27. et idem est atque *ex epulis* vel *e sportulis.*

LĒGĀTUS, a, um. *V.* LEGO primo loco.

LĒGĀTUS, i, m. 2. (lego *primo loco*) tria generatim significat; scilicet ¶ 1. Est qui legatione fungitur, sive qui refert mandata alterius, a *legando*, idest mittendo, quia legati a senatu vel a rege legantur seu mittuntur, πρεσβευτής (It. *legato, ambasciatore, oratore*; Fr. *ambassadeur, député, envoyé*; Hisp. *embaxador, diputado, legado*; Germ. *d. Gesandte, Abgeordnete*; Angl. *an ambassadeur, envoy, legate*). *Cic. Valin.* 15. 35. Ne hoc quidem senatui relinquebas, quod nemo unquam ademit, ut legati ex ejus ordinis auctoritate legarentur. *et ibid.* Legati nuncii pacis ac belli, curatores, interpretes, bellici consilii auctores, ministri muneris provincialis. *Id.* 2. *Orat.* 37. 115. Quum Athenienses ad senatum legatos de suis maximis rebus mitterent. Sic *Horat.* 1. *Sat.* 5. 29. Legati uterque missi magnis de rebus. *Liv.* 2. 18. *ad fin.* Itaque legatos de pace mittunt. *Cic. pro leg. Manil.* 12. 35. Legatos deprecatoresque mittere. *Liv.* 31. 8. Legatos mittere ad indicendum bellum. et in illo, quod *Ennio* tribuitur apud *Mar. Victorin. de carm. her. p.* 1959. *Putsch.* Introducuntur legati Minturnenses. Adde *Nepot. Themist.* 6., 17. et 8. et *Ovid.* 14. *Met.* 527. Hinc ubi legati rediere, negata ferentes Arma Ætola sibi etc. ¶ 2. *Legatus* item in bello dicebatur, *luogotenente, ἀντιστρατηγός, ὕπαρχος*, vicarius imperatoris, qui ejus vice fungebatur, aut ejusdem locum tenebat. Maximam imperatore absente in exercitu obtinebat auctoritatem, et ab illo cum parte copiarum in expeditionem mittebatur, aut præsidio præficiebatur. *Cæs.* 2. *B. C.* 17. Neque se ignorare, quod sit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. *fiduciariam operam* obtinere dixit, quia redeunte imperatore, aut consule, cedere eum oportebat. *Cic. Pis.* 14. 33. Quos legatos, non modo nullo senatusconsulto, sed etiam repugnante senatu, tute tibi legasti? *Id. Cluent.* 36. 99. Qui M. Æmilio clarissimo viro legati et præfecti et tribuni militares fuerunt. *Id. Pis.* 35. 86. Iliberna quum legato præfectoque tuo tradidisses. *Id.* 3. *Phil.* 10. 26. Modo ex Africa (*Calvisius*) decesserat, et quasi divinans se rediturum, duos legatos Uticæ reliquerat. *Cæs.* 2. *B. G.* 5. *in fin.* In altera parte fluminis Q. Titurium Sabinum legatum cum sex cohortibus relinquit. — *Auct. incertus de magistr. R.* editus a *F. E. Huschkte, Breslav.*, et iterum in *Antol. di Firenze T.* 37. *Gennajo p.* 117. Legati erant, qui ducibus exercitus a senatu dabantur non solum adjutores, sed custodes etiam et animadversores rerum a ducibus gestarum, ut ita, nihil ipsis ignaris, a duce gereretur, quos bodie provisores campi dicit vulgus. — Hinc *legati* dicebantur, qui decem plerumque numero a senatu legabantur ad imperatorem post gentem aliquam ab ipso domitam, qui una cum imperatore res subactæ provinciæ componerent. *V.* DECEM *ad fin.* — Præterea *legati* dicebantur, quos proconsules et prætores ituri in provincias sibi adjungebant, vel a senatu accipiebant consiliorum atque officii adjutores. *Nepos Att.* 6. Prætecturas delatas sic accepit, ut neminem in provinciam sit secutus: qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam, quum apud eum legati locum obtinere posset: non enim decere se arbitrabatur, quum præturam gerere noluisset, assectam esse prætoris. ¶ 3. Denique temporibus Augustorum *legati* vel *legati pro prætore* dicebantur, qui una cum proconsule vel prætore mittebantur ad eas provincias administrandas, quæ senatoriæ erant; *legati* vero *Augusti* vel *Cæsaris* vel *legati Augusti pro prætore* ii appellabantur, qui soli eas provincias administrabant, quæ Cæsaris erant. *Tac.* 12. *Ann.* 40. At Cæsar, cognita morte legati, ne provincia sine rectore foret, A. Didium suffecit. Adde *eumd. Agric.* 33.; *Sueton. Vesp.* 4.; et *Spartian. Hadrian.* 3. *Inscript.* apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 51. L. FABIO M. F. GAL. CILONI SEPTIMINO PROCOS. ITEMQUE LEG. PROV. NARBON. *Alia* apud *eumd. ibid. p.* 50. LEG. PR. PR. PROV. NARB. *Alia* apud *Gruter.* 1091. 5. Q. ATRIO CLONIO LEG. AVG. PR. PR. PROVINCIARVM THRACIAE ET CAPPADOCIAE etc. *Alia* apud *eumd.* 457. 4. LEGATVS PRO. PR. ITERVM EX S. C. ET EX AVCTORIT. TI. CAESARIS. V. *Marin. Frat. Arv. p.* 741. et *seqq.* — *Legatus* autem *consularis* apud *Tac.* 2. *Hist.* 86., est qui consulatum antea; *legatus prætorius* apud *Spartian. Hadrian.* 3., qui præturam antea gesserat. Sic *Inscript.* apud *Kellermann. Vig. Rom. lat. p.* 67. *n.* 248. M. SERVILIO Q. F. HOR. FABIANO MAXIMO LEG. PR. PROVIN. ASIAE.

LĒGENS, entis. *V.* LEGO secundo loco in fin.

LĒGĪBĬLIS, e, adject. (lego *secundo loco*) qui legi potest, *leggibile. Ulp. Dig.* 28. 4. 1. Sufficit, si legibilia sint inconsulto deleta.

LĒGĪCRĔPA, æ, m. 1. (lex *et* crepo) rabula, qui leges crepat, seu inculcat. *Varro Atacinus* apud *Fulgent.* Legicrepæ tundunt, latrant fora, classica turbant. Ita *Basil. Faber* in *Thes.* et *Taubmann.* ad *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 57. Sed si *Burmannum* consulas in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 322. certo certius tibi constabit, auctorem atque adeo hujus versus et vocis non esse *Varronem Atacinum*, sed *Sisebutum* Visigothorum regem, qui anno DXI. Gundemaro successit, et octo ferme annos regnavit. Hanc tamen vocem exhibent *Gloss. Philox.* Legicrepa, νομοδίφας.

LĒGĪFER, fĕra, fĕrum, adject. (lex *et* fero) qui legem fert, *legislatore*, νομοθέτης. *Ovid.* 3. *Amor.* 10. 41. Optavit Minos similes sibi legifer annos. *Virg.* 4. *Æn.* 58. Legifera Ceres. Hæc enim inventis frugibus, leges prima dicitur condidisse, et homines ad societatem collegisse. Hinc ejus sacra a Græcis Θεσμοφόρια appellata. *Apul.* 10. *Met.* Quale autem et illud judicium apud legiferos Athenienses, catos illos et omnis scientiæ magistros? *Alcim.* 2. 295. Legifer ut quondam vates. *h. e.* Moses. — Hinc

Legifer, feri, m. 2. absolute, substantivorum more. *Prudent.* 3. περὶ στεφ. 363. *de Mose.* Talem revertens legifer De monte vultum tulit.

LĒGĬO, ōnis, f. 3. (lego *secundo loco*) certa militum manus, in qua cives Romani militabant: a *legendo* dicta, quod milites in delectu leguntur, ut ait *Varro* 5. *L. L.* 87. *Müll.* Hinc *Veget.* 2. *Milit.* 1. Legio ab eligendo appellata est: quod vocabulum eorum desiderat fidem atque diligentiam, qui milites probant. Gr. τάγμα (It. *legione, reggimento*; Fr. *légion romaine*; Hisp. *legion Romaña*; Germ. *d. röm. Legion*; Angl. *a legion, body of soldiers*).

I.) Proprie. — *a*) *Legio* dividebatur in decem cohortes peditum: cohors in quinquaginta manipulos. His adjungebantur equites in tres centurias divisi, ac subinde in turmas. De singulis hisce nominibus *V.* suis locis. — *b*) Numerus militum in legionibus non semper idem fuit. Nam sub Romulo legio fuit trium millium peditum et trecentorum equitum; vel potius, ut alii volunt, tres legiones fuere ex mille peditibus et equitibus centum, ut *Varro* docet *loc. cit.* Deinde post Sabinos in civitatem receptos, scribit *Plutarch.* in *Romulo*, duplicatum eum numerum fuisse: qui tamen non semper idem deinceps stetit, sed varie aut imminutus, aut auctus est. Legimus enim apud *Liv.* 6. 22. Volsco bello quatuor legiones quaternum millium scriptas: *et* 7. 25. decem quaternum millium et ducenorum peditum equitumque trecenorum. Bello Punico secundo quatuor millia fere singulis legionibus data esse, colligitur ex *eod.* 21. 17., sed aliquando, eodem bello, ita is numerus mutatus est, ut una legio essent quinque millia peditum et equites quadringenti, teste *eod.* 23. 34. *ad fin.*; interdum, ut ex duabus legionibus una legio quinque millia peditum et trecenti equites essent, ut *Id.* tradit 26. 28. Deinde Macedonico bello, scribit *Id.* 42. 31., Id præcipue provinciæ Macedoniæ datum, ut quum alterius consulis legionibus quina millia et duceni equites, ex vetere instituto, darentur in singulas legiones, in Macedoniam sena millia peditum, equites trecenti scriberentur. Sed jam antea Scipio, in Africam trajecturus, legiones senis millibus et ducenis peditibus suppleverat et equitibus trecenis, ut est apud *eumd.* 29. 24. *extr.* Bello autem Antiochi quina millia et quadringentos legio habuit, teste *eod.* 37. 39. Præterea aliquando legio quinque millium et ducentorum peditum cum equitibus quadringentis in Hispaniam missa legitur, apud *eumd.* 40. 36. Tradit autem *Paul. Diac. p.* 336. 1. *Müll.*, primum C. Marium legionem conscripsisse sex millium et ducentorum, quum antea quatuor millium fuisset: unde etiam appellabatur quadrata. Temporibus *Vegetii* legio constabat fere sex millibus militum, interdum amplius, ut videre est 2. *Milit.* 2.; *ibid.* autem 6., ubi singillatim omnium decem cohortium numerum militum exsequitur, summam totius legionis colligit ad sex mille centum pedites, equites septingentos viginti sex. — *c*) Varius quoque legionum numerus in Romanis exercitibus fuit, pro varia reipublicæ copia et bellorum gravitate. Nam primo una tantum ab Romulo scripta fuit: deinde, crescentibus opibus, usque ad decem et amplius crevere. Tertiamdecimam legionem memorat *Liv.* 30. 18., undevicesimam et vicesimam 27. 14. et 38., majorem etiam numerum sub imperatoribus leges apud *Tac.* 1. *Ann.* 31., 45. etc. — *d*) Legiones ex solis civibus Romanis constabant: auxilia ex sociis. Quod si aliquando servi adsciti, necessitate factum est, ut post Cannensem cladem, bello Punico secundo, ut est apud *Liv.* 22. 57. — *e*) Variis nominibus Romanæ legiones vocabantur, vel ab ordine et tempore, quo scriptæ sunt, ut prima, secunda, tertia, vicesima, *Liv.* 10. 18. et 27. 14.; vel ab institutoribus, aut ducibus, ut Claudiana, Galbiana, *Tac.* 2. *Hist.* 85. et 86.; vel a locis ubi militaverant, ut Caudina, Cannensis, Actiaca, *Liv.* 9. 12. et 29. 24, et *Tac.* 1. *Ann.* 42.; vel a deorum nominibus, ut Martia, Minervia, Primigenia, *Cic.* 4. *Phil.* 2. 5. et *Inscript.* apud *Gruter.* 561. 10.; aut avium, ut Alauda, *Cic.* 16. *Att.* 8. et *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 44. (121).; vel denique ab eventu, ut Victrix, Adjutrix, Fulminatrix, Rapax, *Tac.* 2. *Hist.* 43.; et *Inscript.* apud *Gruter.* 391. 4. et 547. 6. etc. Vide *Claudian. B. Gild.* a *v.* 418., ubi alia legionum nomina poetice enumerantur. Elenchus plurium legionum habetur apud *B. Borghesi, Iscriz. del Reno p.* 14. et seq. — In carmine quoque usum habet. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 48. Quod mihi pareret legio Romana tribuno.

II.) Translate. ¶ 1. Interdum et de auxiliis et de externis quoque gentibus legio dicitur. *Liv.* 8. 24. Quum sæpe Bruttias Lucanasque legiones fudisset. *et* 37. 39. Duæ legiones Romanæ, duæ sociûm ac Latini nominis erant. Sic usurpat *Id.* 10. 17. de Samnitibus; *et* 22. 14. de Gallis; *et* 26. 6. de Carthaginiensibus. Cf. *Ennius* apud *Paul. Diac. p.* 179. 7. *Müll.* Ob Romam noctu legiones (*Hannibal*) ducere cœpit. *Plaut. Amph.* 1. 1. 62. Teleboæ ex oppido legiones educunt suas. ¶ 2. Sumitur et pro quocumque exercitu, aut ejus parte. *Plaut. Epid.* 1. 1. 56. Quotidie ipse ad me ab legione epistolas mittebat. Adde *eumd. ibid.* 2. 2. 22. et *Most.* 1. 2. 18. *Virg.* 7. *Æn.* 681. hunc legio late comitatur agrestis. *et* 9. *ibid.* 368. Cetera dum legio campis instructa moratur. *Val. Flacc.* 7. 573. Horruit Argoæ legio ratis. ¶ 3. Per metaphoram *Plaut. Cas. prol.* 50. Sibi nunc uterque contra legiones parat, Paterque filiusque. *h. e.* dolos, artes, insidias, fallacias, tamquam instructum exercitum. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LĒGIŌNĀRĬUS, a, um, adject. (legio) ad legionem pertinens. *Asinius Pollio* apud *Cic.* 10. *Fam.* 32. *ad fin.* Militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi. *Cæs.* 1. *B. G.* 42. Legionarii milites legionis decimæ. *Id.* 1. *B. C.* 73. Stationes disponunt equitum et cohortium alariarum, legionariasque interjiciunt cohortes. Adde *eumd.* 3. *B. G.* 11.; et *Sall. Jug.* 41. *Plin.* 10. *Ep.* 82. Centurio legionarius. *Liv.* 35. 5. Equites legionarii. Sic *Veget.* 2. *Milit.* 2. Legio proprios equites legionarius tenet.

LĒGĪRŬPA, æ, adject. m. et f. gen. (lex *et* rumpo) qui rumpit et violat legem. — *a*) De hominibus absolute. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 130. Perjure, legirupa, pernicies adolescentum. Adde *eumd. ibid.* 4. 2. 19. et *Rud.* 3. 2. 38. Sic *Id. Pers.* 1. 2. 16. Legirupam damnare. *V.* et voc. seq. — *b*) De abstractis, adjective. *Prudent. Hamartig.* 239. ruuntque Omnia, legirupis quassantia viribus or-

bem. *Forcellinus* effert etiam *Legirupus, a, um,* fortasse hoc *Prudentii* loco fretus.

LĔGĪRŪPIO, ōnis, m. 3. (lex *et* rumpo) idem ac legirupa. *Plaut. Rud.* 3. 4. 3. Jube modo accedat prope legirupionem hunc. Ita recte *Bothe* leg.

LĔGISCONSULTUS, i, m. 2. idem ac legis peritus, jurisconsultus. Est *Venant. Fortun.*

LĔGISDOCTOR *et rectius divisim* legis doctor, ōris, m. 3. legis interpres, νομοδιδάσκαλος. *Vulgat. interpr. Act. Apost.* 5. 34. Quidam Pharisæus, nomine Gamaliel, legisdoctor honorabilis universæ plebi, jussit foras ad breve homines fieri. Adde *ibid. Matth.* 22. 35., *Luc.* 5. 17. et alibi.

LĔGISLĀTĬO, ōnis, f. 3. latio legis, *legislazione,* νομοθεσία. *Hieronym.* 14. in *Isaj.* 53. 9. Ut in divitibus, quorum erat Testamentum, et legislatio, et prophetæ, Judaicus populus demonstretur. Hæc autem sunt ex *Vulgat. interpr. ep. ad Rom.* 9. 4. *V.* et LATIO, divisim enim rectius scribitur.

LĔGISLĀTOR *et* lēgumlator, ōris, m. 3. (lex *et* fero) qui leges fert, qui jura statuit, *legislatore,* νομοθέτης. Fere divisim adhibetur a *Cic.* præsertim. V. 4. *Cat.* 5. 10., *Mur.* 2. 3. et 3. *Nat. D.* 38. 90. Sed et conjunctim scribi potest, ut *agricultura, jurisconsultus, respublica* etc. *Liv.* 34. 31. *ad fin.* Noster legumlator non in paucorum manu rempublicam esse voluit. *Val. Max.* 6. 5. *n.* 3. *extern.* Se inter misericordem patrem et justum legislatorem partitus. Adde *Vulgat. interpr. Iob* 36. 22., *Psalm.* 9. 21. et 83. 7. et alibi.

LĔGISPĔRĪTUS *et rectius divisim* legis peritus, i, m. 2. qui leges callet. *Vulgat. interpr. Luc.* 7. 30. Pharisæi autem et legisperiti consilium Dei spreverunt in semetipsos, non baptizati ab eo. Adde *ibid.* 10. 25., 11. 45. et alibi.

LĔGĪTĪMA, ōrum, n. plur. *V.* LEGITIMUS sub I. in fin.

LĔGĪTĪMĒ, adverb. (legitimus) juste, ratione legum observata, *legittimamente,* νομίμως.

I.) Proprie. *Cic. Cœcin.* 20. 57. Is, qui legitime procurator dicitur. *Id.* 1. *Off.* 4. 13. Juste et legitime imperanti. *Id. Dom.* 29. 77. In ea adoptione legitime factum est nihil. *Juvenal.* 10. 333. Non nisi legitime vult nubere. — *Legitime natus* dicitur, qui suo tempore, scilicet decemmestris nascitur. *V.* VOPISCUS. — *Cenotaph. Pisan.* apud *Orell.* 643. VT ID LEGITVME CAVEATVR.

II.) Translate est rite, ex ordine. *Juvenal.* 12. 100. Legitime fixis vestitur tota tabellis Porticus. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 2. 31. (64). Fæx legitime cocta. *h. e.* quantum satis est, quantum res postulat. *Tac. Dial. de orat.* 32. Ut legitime studuisse, ut per omnes eloquentiæ numeros isse fateatur.

LĔGĪTĪMUM, n. absolute. *V.* voc. seq. sub II. in fin.

LĔGĪTĪMUS, a, um, adject. (lex) qui secundum leges est, legibus constitutus, justus, verus, æquus, conveniens, νομικός, νόμιμος (It. *legittimo*; Fr. *fixé par le lois, conforme aux lois, legitime*; Hisp. *legitimo, lo que es segun leyes*; Germ. d. *Gesetzen gemäss, rechtmässig, gesetzlich*; Angl. *according to law, required or appointed by law, lawful*).

I.) Proprie. *Sall. Cat.* 6. Romani imperium legitimum, nomen imperii regium habebant. *Cic.* 11. *Phil.* 10. 26. Legitimum imperium habere. *huic opponitur* extra ordinem. *Id.* 1. *Tusc.* 30. 74. Tamquam a magistratu, aut ab aliqua potestate legitima. *Id. Dom.* 13. 35. Jure Quiritium legitimo tutelarum et hereditatium relicto. *Id.* 2. *Invent.* 43. 125. Si legitimum scriptum proferetur, id est aut lex ipsa, aut ex lege aliquid. *Id. Orat.* 34. 120. Legitimæ et civiles controversiæ. *h. e.* quæ sub leges cadunt et legibus dirimuntur. Sic *Id. Arch.* 2. 3. Legitima quæstio. *Id. Opt. gen. orat.* 7. 19. Theatrum, qui locus non est contionis legitimæ. *Id.* 3. *Off.* 29. 108. Cum justo et legitimo hoste rem gerere. *h. e.* quem persequi leges permittunt. *Liv.* 25. 2. Ætas legitima ad petendam ædilitatem. *prescritta dalle leggi. Cic.* 4. *Verr.* 52. 128. Quemadmodum mense illo legitimo comitia haberentur. Sic *Id. ibid.* § 129. Dies is erat legitimus comitiis habendis. *Id.* 3. *ibid.* 9. 25. Ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam. *legitimæ horæ* sunt, quæ legibus alicui ad agendum conceduntur. *Id.* 2. *leg. Agr.* 9. 24. Legitimum impedimentum. *Frontin. Aquæd.* 112. Legitima mensura. *Quintil.* 7. 7. 10. Legitimus filius. *cui* nothus *opponitur. Ovid.* 10. *Met.* 437. Legitima conjux. *Id.* 3. *Fast.* 130. legitimo equo merere. *h. e.* publico et legibus dato. *et* 3. *ibid.* 662. *de Termino.* Legitima servas credita rura fide. *h. e.* quæ legibus præcipitur. *Sueton. Claud.* 14. Legitima pœna. *h. e.* legibus imposita. *Ulp. Dig.* 47. 20. 3. Legitimum crimen. *h. e.* legibus expressum. — Hinc *legitima, orum,* n. plur. absolute, substantivorum more, sunt solemnes ritus legum et judiciorum. *Nepos Phoc.* 4. Inde judicio, legitimis quibusdam confectis, damnatus est. Cf. *Vulgat. interpr. Lev.* 18. 3. et 26., 3. *Reg.* 9. 4. et alibi sæpe; etiam in sing. numero eodem sensu occurrit *ibid.*, ut *Exod.* 28. 43. et 30. 21.

II.) Translate. ¶ 1. Aliquando est idem quod legalis, *legale. Quintil.* 3. 6. 72. et 7. 3. 13. Legitimæ quæstiones. *Gell.* 11. 1. Ita Varro verba hæc legitima, quibus multa diceretur, concepit. *Id.* 14. 2. In comperendinationibus et aliis quibusdam legitimis ritibus. *Justinian. procem. Institut. a med.* Ut sint totius legitimæ scientiæ prima elementa. — Huc referri potest et illud *Martial.* 5. 75. Legitima uxor. *h. e.* quam metu legis Juliæ mœchus duxit. ¶ 2. Ceterum est rectus, opportunus, conveniens, justus; atque adeo latissime patet; scilicet — *a*) De iis dicitur, quæ certa quadam lege et consuetudine fiunt. *Cic.* 7. *Verr.* 22. 57. Illum quasi legitimum consuetudinis numerum non explere. *Id.* 7. *Fam.* 6. In omnibus meis epistolis, quas ad Cæsarem mitto, legitima quædam est accessio commendationis tuæ. *h. e.* quam a me amicitiæ leges postulant, debita, justa: nisi mallis ad sequentem notionem trahere. — *b*) Sæpe enim est plenus, perfectus, justus, cui nihil deest. *Sueton. Claud.* 21. Munus gladiatorium anniversarium exhibuit in castris prætorianis, sine venatione apparatuque: justum atque legitimum in sæptis. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 109. Legitimum poema facere. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 31. 105. (178). Trychnos legitimam insaniam facit. — *c*) Item necessarius. *Quintil.* 9. 2. 57. Præcisa, veluti ante legitimum finem, oratio. *Ovid.* 3. *Art. am.* 293. quum legitima fraudatur littera voce, Blæsaque fit jusso lingua coacta sono. *Cic. Brut.* 21. 82. Illa oratorum propria et quasi legitima tractavit, ut delectaret, ut moveret, ut augeret etc. — *d*) Item concessus, permissus, conveniens, *permesso. Ovid.* 2. *Trist.* 249. Nil nisi legitimum concessaque furta canemus. *et ibid.* 536. non legitimo fœdere junctus amor. *h. e.* inconcesso hymenæo. *Sueton. Aug.* 32. Collegia, præter antiqua et legitima, dissolvit. — *e*) Item certus, solemnis, certa formula, quasi lege, constans. *Ovid.* 2. *Fast.* 527. Curio legitimis nunc Fornacalia verbis Maximus indicit. — *f*) Item verus, genuinus. *Horat. Art. P.* 273. Scimus inurbanum lepido secernere dicto, Legitimumque sonum digitis callemus et arte. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 38. (81). Ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem. *Petron. Satyr.* 117. Tamquam legitimi gladiatores, domino corpora animasque religiosissime addicimus. *h. e.* veri et proprie dicti, et qui in leges et regia verba lanistæ juravimus. Simile est illud *Sueton. Aug.* 45. Spectavit studiosissime pugiles, non legitimos et ordinarios modo, sed et catervarios oppidanos inter angustias vicorum pugnantes. *h. e.* qui more, legibus atque ordine pugilatus servato pugnant. — *g*) Item consuetus, ordinarius. *Sueton. Vesp.* 8. Legitima præmia sero militibus persolvit. *Id. Aug.* 35. Legitimus senatus. *V.* INDICTUS. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 43. 68. (168). *de asinis.* Partus a tricesimo mense ocissimus, sed a trimatu legitimus. *Id.* 17. *ibid.* 22. 35. (192). Operarum in latifundiis ista computatio est, non legitima naturæ festinatio. — *h*) *Legitimus deus* est, ad quem proprie pertinet cura rei alicujus, ut ad Æsculapium valetudinis restitutio, ad Neptunum naufragorum tutela etc.; seu potius ita appellabatur, qui legibus in Urbem esset receptus (quo sensu referendus est ad I.). *Auct. Priap.* 38. 6. Dis me legitimis nimisque magnis, Ut Phœbo, puta, filioque Phœbi, Curatum dare mentulam verebar. Huic, dixi, fer opem, Priape, parti. — *i*) *Legitimum est,* æquum, justum est. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 20. (64). Æs inaurari argento vivo, aut certe hydrargyro legitimum erat: de quibus excogitata fraus est. *Id.* 34. *ibid.* 6. 30. (58). Fistulas denum pedum longitudinis esse, legitimum est. *h. e.* conveniens est: *è una lunghezza proporzionata.* et 19. *ibid.* 8. 39. (130). *de lactucis.* Seruntur lactucæ anno toto: legitimum tamen, a bruma semen jacere. *h. e.* aptum, conveniens: et sic postulat quædam veluti lex ejus herbæ serendæ. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM. — Hinc

Legitima, ōrum, n. plur. *V.* sub I. in fin.

Legitimum, n. absolute. *V.* sub I. in fin. et sub II. 2. *i.*

LĔGĪTO, as, pro *lectito,* ut *rogito* a *rogo, agito* ab *ago,* cognoscit *Priscian.* 8. p. 825. *Putsch.*, sed sine exemplis.

LĔGĬUNCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* legio, parva legio, *legioncella, piccola squadra,* ταγματιον. *Liv.* 53. 49. *a med.* Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum instar in castris regis.

LĔGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Legatus* I. 3. — Ratione habita etymi videtur esse a *lege,* qua quis aliquo mittitur vel aliquid alicui testamento relinquit: aut prima significatione est causativum a λέγειν *dicere,* h. e. aliquem eligere nunciandi, petendi etc. gratia; altera autem significatione est a causativo λελαχεῖν, h. e. aliquid testamento relinquere. Ceterum

I.) Proprie. ¶ 1. Legare in re publica est mittere aliquem ad quempiam nunciandi, petendi, indicendi gratia; et fere dicitur de legatis, qui publice mittuntur, ἀποστέλλω (It. *mandare, inviare, spedire, mandare ambasciatore*; Fr. *envoyer en ambassade, députer*; Hisp. *diputar, enviar legado*; Germ. *Jemand mit einem Auftrage wohin senden, als Gesandten abschicken*; Angl. *to send as an ambassadeur, depute, dispatch*). *Cic. Vatin.* 15. 35. Ne hoc quidem senatui relinquebas, ut legati ex ejus ordinis auctoritate legarentur. *Id.* 5. *Verr.* 48. 114. Hominem suæ civitatis in primis honestum ac nobilem legarunt ad Apronium. *Id.* 3. *Fam.* 8. Neque eram tam desipiens, ut privatæ rei causa legari putarem, qui et tibi non privato et pro re non privata sua, sed publica, non in privato, sed in publico orbis terræ consilio, id est in senatu, ut gratias agerent, mittebantur. *Sall. Jug.* 24. *extr.* Tres adolescentes in Africam legantur, qui reges adeant etc. *Gell.* 7. 14. Quos Athenienses Romam ad senatum legaverant impetratum, ut etc. — In re privata, poetice *Catull.* 66. 57. Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat. ¶ 2. In re militari et provinciali *legare alicui aliquem* est legatum ei assignare: *V.* LEGATUS, i, 2. *Cic.* 4. *Att.* 15. *ad fin.* Messius defendebatur a nobis, e legatione revocatus: nam eum Cæsari legarat Appius. *et ibid.* 2. *ad fin.* Ego me a Pompejo legari ita sum passus, ut etc. *et* 10. *ibid.* 1. *extr.* Istum legatum iri, non arbitror. *Id. pro leg. Manil.* 19. 57. Ne legaretur Gabinius Pompejo expetenti. — *Legare sibi aliquem* est legatum assumere in administratione belli, aut provinciæ. *Sall. Jug.* 30. Calpurnius, parato exercitu, legat sibi homines nobiles, factiosos, quorum auctoritate, quæ deliquisset, munita fore – sperabat. *Cic.* 15. *Att.* 11. *ad fin.* Dolabella me sibi legavit. ¶ 3. In jure est testamento relinquere, *lasciare in testamento o in legato*: quo sensu occurrit — *a*) *Legare aliquid alicui,* h. e. aliquid alicui testamento relinquere. *Lucilius* apud *Gell.* 4. 1. Legavit quidam uxori mundum omne pecumque. *Cic. Cœcin.* 4. 11. Usumfructum omnium bonorum Cæseniæ legat. *Id. Topic.* 3. 14. Fabiæ pecunia legata est a viro. *Sueton. Aug.* 101. Heredes instituit Tiberium et Liviam: legavit populo Romano quadringenties, tribubus tricies HS. *Quintil.* 5. 10. 62. Cui argentum omne legatum est. *Cels. Dig.* 32. 1. 79. § 3. Servus quoque legatus, si interim manumittatur, et postea servus factus sit, postea peti potest. *Scribon. Compos.* 120. Ut ab ejus (*M. Cassii*) servo Atimeto accepi, legato Tiberio Cæsari. Ita leg. *Lipsius* pro *Tiberii Cæsaris,* ut perperam legitur in editionibus. — *b*) *Legare, aut relinquere quippiam alicui ab aliquo,* est ita legare, ut legatarius non ipse per se possideat statim post mortem testatoris rem legatam, sed ab eo accipiat, qui heres est factus. V. gr. Pecuniam uxori legare a filio, est, filio herede facto, ei committere, ut pecuniam matri præstet. Hoc autem ideo fiebat, ut uxor, defuncto viro, majorem filii curam gere-

ret, ut quæ ab eo pecuniam acciperet. *Cic. Cluent.* 12. 33. Uxori testamento legat grandem pecuniam a filio, si qui natus esset: ab secundo herede nihil legat. *Id. Topic.* 4. 21. Si paterfamilias uxori ancillarum usumfructum legavit a filio, neque a secundo herede legavit. *Scævola Dig.* 35. 2. 25. A liberto cui fundum legaverat per fideicommissum Sejæ annua decem dedit. *Quintil.* 7. 9. 5. Si quis circa monumentum multum agri ab heredibus in tutelam cinerum leget. Simile est *ab aliquo solvere. Cic.* 7. *Att.* 18. Quintus frater laborat, ut tibi ab Egnatio solvat.

II.) Translate, metaphorâ ductâ a super. paragr. 1. *Gell.* 15. 19. *in lemmate.* Quæ verba legaverint Rhodii ad hostium ducem. *h. e.* per legatos dicenda miserint. — Hinc pro committere, mandare, *commettere, appoggiare. Plaut. Cas. a.* 1. *v.* 12. Quin potius, quod legatum est tibi negotium, id curas? — Pro imputare, adscribere, dare, *ascrivere*, afferunt nonnulli illud *Liv.* 28. 42. *a med.* Patere, nos omnia, quæ prospera tibi evenere, tuo consilio assignare, adversa casibus incertis belli et fortunæ legare. *Al. leg.* relegare, *al. rectius* delegare.

LĔGO, lĕgis, lēgi, lectum, lĕgĕre, a. 3. λέγω. Part. *Legens* sub *A.* I. 4., *C.* 1. et in fin.; *Lectus* sub *A.* I. 1., *C.* 1. et in fin.; *Lecturus* sub *A.* I. 1.; *Legendus* sub *B.* 1. — Legere est colligere: a voce Græca allata (It. *cogliere, raccogliere*; Fr. *ramasser avec les mains, recueiller, cueiller*; Hisp. *coger con la mano, recoger*; Germ. *zusammenlesen, sammeln*; Angl. *to collect, gather, cull, pick up*). Ceterum quum hoc verbum latissime pateat, ad tria præcipue capita redigi potest: est enim *A*) Stricto sensu colligere; *B*) Prægnante significatione est sibi colligere atque capere, atque adeo inter plura quærendo eligere, seligere; denique *C*) Oculis colligere, oculis scripta percurrere.

A) Stricto sensu est colligere; et occurrit

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — 1.ᵒ) Universim. *Cato R. R.* 144. Legere oleam. *Cic.* 2. *Orat.* 66. 265. nuces. *Ovid.* 14. *Met.* 650. lecturum poma putares. Sic *Tibull.* 1. 8. 32. Pomaque non notis legit ab arboribus. *Ovid.* 2. *Fast.* 254. ficus non erat apta legi. *h. e.* nondum erat matura. *Virg.* 3. *Ecl.* 92. Qui legitis flores et humi nascentia fraga. *Ovid.* 5. *Fast.* 218. Legere flores in calathos. *Id.* 14. *Met.* 347. herbas collibus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 15. 37. (138). Vicia, si lecta matura est, præfertur. Similiter *Seneca Herc. Fur.* 910. Arabesque odoris quidquid arboribus legunt. *Liv.* 5. 89. Legere cæsorum spolia. *Ovid. Heroid.* 10. 150. ossa. *h. e.* post crematum cadaver colligere et in sepulcrum inferre: *V.* OS, ossis. Sic *Quintil.* 6. 1. 30. Lecta e vulneribus ossa. *Ovid.* 11. *Met.* 606. legit de lacte soporem. *Seneca Herc. Œt.* 1341. legere ore spiritum fugientem morientis. *Tibull.* 2. 4. 27. O pereat quirumque legit viridesque smaragdos etc. *va in cerca.* — 2.ᵒ) Poetica sunt quæ sequuntur speciatim usurpata. — *a*) *Legere fila* est adducere et colligere obvolvendo: quod fecisse dicitur Theseus, qui e labyrintho Cretensi, Ariadnæ admonitu, expedivit se, filum in introitu explicando, in reditu colligendo. *Ovid.* 3. *Fast.* 462. Quæ dedit ingrato fila legenda viro. Cf. *Propert.* 4. 4. 40. Quum patuit lecto stamine torta via. — Parcæ quoque *fila legere* dicuntur, quum ea veluti ad se trahunt et vitæ nostræ finem imponunt. *Virg.* 10. *Æn.* 814. extremaque Lauso Parcæ fila legunt. — *b*) Sæpe ad navigationem pertinet, nam *legere vela* est contrahere et in volumen colligere; quod fit navigandi fine, *ammainare*: cui contrarium est *dare, explicare* etc. *Ovid. Heroid.* 15. 215. Ipse gubernabit residens in puppe Cupido: Ipse dabit tenera vela, legetque manu. *Val. Flacc.* 2. 13. Vela legunt: remis insurgitur. *Virg.* 1. *G.* 373. atque omnis navita ponto Humida vela legit. — *c*) *Legere funem* est solvere, quod fit, quum nautæ funem a ripa trahunt et colligunt. *Val. Flacc.* 1. 312. hi celso cornua malo Expediunt: alii tonsas in marmore summo Prætentant: prora funem legit Argus ab alta. Sic *ancoram legere* est tollere et in navem adducere, *salpare. Id.* 2. 428. legitur piger uncus arenis: Jam remi rapuere ratem. *Seneca Troad.* 759. ancoras classis legit. ¶ 2. Speciatim est furari, quasi clam colligere: unde *sacrilegium*, de sacro furtum. *Lucilius* apud *Non.* p. 332. 31. et 396. 4. *Merc.* Omnia viscatis manibus leget, omnia sumet: crede mihi, auferet omnia. *Cic.* 2. *Herenn.* 30. 49. Quasi quum dicimus, majus esse maleficium stuprare ingenuam, quam sacrum legere: quod propter egestatem alterum, alterum propter intemperantem superbiam fiat. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 117. Et qui nocturnus sacra divum legerit. *Virg.* 10. *Æn.* 79. soceros legere, et gremiis abducere pactas. ¶ 3. Item speciatim de loco dicitur; et — *a*) *Legere locum aliquem* est percurrere, præterire, obire, *scorrere, passare, oltrepassare, trascorrere*: ut qui poma legunt, huc illuc discurrunt colligendi studio; seu est loci singula puncta quasi colligere: et fere de navigantibus dicitur. *Virg.* 2. *Æn.* 207. pars cetera pontum Pone legit. *Ovid.* 4. *Fast.* 289. Æquoraque Afra legit, Sardoaque regna sinistris Prospicit a remis. *et ibid.* 566. Ioniumque rapax Icariumque legit. *Id.* 5. *ibid.* 578. Legere saltus. *h. e.* percurrere venando. et *Seneca Med.* 791. Luna cælum freno propiore legit. — *b*) Hinc *legere vestigia* est ejus, qui præcessit, vestigia observando, quasi in modum e terra legentis quippiam, eadem via sequi, *seguitare le orme, tenere dietro la traccia. Virg.* 9. *Æn.* 392. et vestigia retro Observata legit. *Ovid.* 3. *Met.* 17. Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu. Adde *Val. Flacc.* 1. 711. Huc pertinet et illud *Virg.* 12. *Æn.* 481. Haud minus Æneas tortos legit obvius orbes, Vestigatque virum. Ubi *Servius*: translatio a canibus, qui per vestigia feram indagant. — *c*) Hinc etiam *legere oram* est præterire oram radendo, *costeggiare. Virg.* 2. *G.* 44. primi lege litoris oram. Sic *Liv.* 21. 51. *extr.* Navibus oram Italiæ legens. et *Sueton. Tib.* 11. Oram Campaniæ legens. *Ovid.* 15. *Met.* 709. Inde legit Capreas promontoriumque Minervæ. Adde *eumd.* 14. *ibid.* 89. Sic *Sueton. Aug.* 16. Prospectis biremibus Pompejanis terram legentibus.

II.) Translate est clam aucupari, furtim excipere; et ad aures transfertur a *Plaut. Pseud.* 1. 4. 21. Huc concedam, ut horum sermonem legam.

B) Prægnante significatione est sibi colligere atque capere, atque adeo inter plura quærendo eligere, seligere, *scegliere.* — *a*) Generatim. — De rebus. *Cic.* 4. *Fin.* 15. 40. Nisi omnia, quæ leget, quæque rejiciet, unam referantur ad summam. *Virg.* 8. *Æn.* 79. geminasque legit de classe biremes. *Phædr.* 2. 2. Capillos homini legere cœpere invicem. *h. e.* canos a nigris secernere et evellere. *Cic. Cæl.* 15. 36. Legere conditiones nubendi. *scegliere partiti da maritarsi. Ovid.* 1. *Met.* 27. summaque locum sibi legit in arce. *Id.* 1. *Art. am.* 357. Illa legat tempus —, Quo facilis dominæ mens sit et apta capi. *scelga l'ora propria.* Similiter, jocans in hujusce verbi compositis, *Varro* apud *Gell.* 13. 11. Ipsum denique convivium constat ex rebus quatuor, et tum denique omnibus suis numeris absolutum est: si belli homunculi collecti sunt, si electus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglectus. — De hominibus. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 9. Non mihi servorum, comitis non cura legendi. *Id.* 13. *Met.* 242. de tot millibus unum legere. *Id.* 14. *ibid.* 251. sorte legi. Sic *Plin.* 8. *Hist. nat.* 22. 34. (81). Sorte lectus. *cavato a sorte.* — Sæpius de magistratibus, exercitu etc. *Cic.* 5. *Phil.* 6. 16. Ut hos judices legeret, quorum lectione duplex imprimeretur reipublicæ dedecus. *Gell.* 14. 2. Legere aliquem in judices. *h. e.* creare judicem. Sic *Liv.* 23. 22. cives in patres. *creare senatori.* et *ibid.* Ut bini in demortuorum locum in senatum legerentur. Cf. *Justin.* 9. 5. 2. Concilium omnium veluti unum senatum ex omnibus legit. *Cic. Cluent.* 45. 126. Ut scribam jurati legerent eum, quem etc. *h. e.* crearent. *Pompejus* ad *Coss. post ep.* 12. *l.* 8. *ad Att.* Legere milites. *far leva.* Sic *Ovid.* 7. *Met.* 669. viros ad bella. et *Justin.* 11. 6. 4. Quum ad tam periculosum bellum exercitum legeret. — Cum Infinito. *Stat.* 1. *Theb.* 530. eadem fidissima custos Lecta, sacrum justæ Veneri occultare pudorem. — *b*) Speciatim *vir virum legere* dicitur, quum unus civis alterum eligit. *Sueton. Aug.* 35. Senatum ad modum pristinum redegit duabus lectionibus: prima ipsorum arbitratu, quo vir virum legit, secunda suo et Agrippæ. Adde *eumd. ibid.* 54. Hoc autem ab antiquo pugnandi more sumptum est. *Virg.* 11. *Æn.* 632. totasque Implicuere inter se acies, legitque virum vir. *h. e.* quasi destinavit legitque hostem, quem occideret. Ita milites, quisque pro se cum hostibus conserucre manum, ut haberent singuli, quocum pugnarent. Ita *Liv.* 8. 8. *ad fin.* Nec vexilla cum vexillis tantum, universi hastati cum hastatis, principes cum principibus, sed centurio quoque cum centurione, si ordines turbati non essent, concurrendum sibi esse sciebat. *Id.* 22. 14. *ad fin.* Armari copias oportet deducendas in æquum, ut vir cum viro congrediaris. Porro ex *Tac.* 1. *Hist.* 18. colligitur, moris olim aliquando fuisse etiam in faciendo exercitu, ut aliquot primum deligerentur ab iis, quibus habendi delectus cura demandata esset: bi vero singulos quisque, vel binos, vel etiam plures nominarent, quos militari virtute præstare nossent: quo in delectu *vir virum legere* dicebatur. Verba *Taciti* sunt: Apud militum contionem, adoptari a se Pisonem, more divi Augusti, et exemplo militari, quo vir virum legeret, pronunciat. Fortasse huc pertinet illud *Plaut. Amph.* 1. 1. 160. Alia forma oportet esse, quem tu pugno legeris. *h. e.* feriendum elegeris et percusseris. — Ceterum *V. Lectus* in fin. hujus voc.

C) Legere est etiam oculis colligere; et occurrit ¶ 1. Generatim pro percurrere oculis et videre, *vedere, scorgere. Virg.* 6. *Æn.* 754. Et tumulum capit, unde omnes longo ordine possit Adversos legere, et venientum discere vultus. ¶ 2. Speciatim et sæpissime est oculis scripta percurrere, quasi verba colligendo (ut ait *Varro* 6. *L. L.* 66. *Müll.* Legere dictum quod leguntur ab oculis litteræ.), *leggere*, ἀναγινώσκω. — *a*) Cum Accusativo libri, scripti, denique rei. *Cic. Topic.* 1. 2. Ut eos libros per te ipse legeres. *Id.* 6. *Fam.* 5. Liber tuus et lectus est et legitur a me diligenter. Cf. *Flor.* 4. 2. *a med.* Lecto ad lucernam Platonis libro. et *Petron. fragm. Tragur.* 75. *Burmann.* Librum ab oculo legit. *in un colpo d'occhio.* Rursus *Cic.* 7. *Verr.* 43. 112. Defensionem causæ suæ scripsit: quam nunc nemo est in Sicilia, quin habeat, quin legat. *Quintil.* 1. 1. 6. Q. Hortensii filiæ oratio legitur non tantum in sexus honorem etc. *Ovid.* 2. *Pont.* 5. 20. versus Et legis, et lectos ore favente probas. *Gell.* 17. 9. *a med.* Epistola incorrupta et legi facilis. *Plin.* 9. *Ep.* 13. Studiose intenteque legere. *Quintil.* 12. 11. 17. Legere philosophorum consultorumque opiniones. *Cic. Senect.* 7. 21. Nec sepulcra legens, vereor quod ajunt, ne memoriam perdam: his enim ipsis legendis in memoriam redeo mortuorum. — Cum Infinito. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 45. 137. Legi apud Clitomachum, A. Albinum jocantem dixisse etc. — *b*) Cum Accusativo personæ, quæ librum scriptumve confecit. *Quintil.* 2. 5. 23. Legere antiquos et novos. *Id.* 3. 6. 62. antiquos studiosius. *Id.* 1. 4. 4. poetas. *Id.* 10. 1. 96. Horatius fere solus legi dignus. *Id. ibid.* § 116. Si cum judicio legatur Cassius Severus. *Ovid.* 5. *Trist.* 14. 5. Dumque legar, mecum pariter tua fama legetur. *Id.* 4. *ibid.* 4. 14. Ipse pater patriæ Sustinet in nostro carmine sæpe legi. *V.* et *Legens* in fin. hujus voc. ¶ 3. Item speciatim est alta et clara voce aliis legere, recitare, *leggere ad alta voce, recitare, declamare. Cic. Brut.* 51. 191. Quum, convocatis auditoribus, legeret eis magnum illud volumen suum, et eum legentem omnes, præter Platonem, reliquissent, Legam, inquit, nihilominus etc. *Id. fragm.* apud *Quintil.* 4. 4. 8. Codicem tribunus plebis ipse pro contione legit. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 105. Impune legentibus obturem aures. *Id. Art. P.* 475. Quem vero arripuit, tenet occiditque legendo. *Plin.* 5. *Ep.* 29. Libertus meus tam commode orationes et historias et carmina legit, ut etc. *Id.* 9. *ibid.* 34. Audio, me male legere dumtaxat versus: orationes enim commodius: sed tanto minus versus. ¶ 4. Item significat docere, enarrare, interpretari, *insegnare, spiegare*: quia olim omnis grammaticorum industria in eo versabatur, ut poetas alta voce discipulis legerent atque interpretarentur, ut *Sueton. Gramm.* 2. tradit. *Id. ibid.* Lucilii satyras legisse se apud Archelaum Pompejus Lenæus, apud Philicomum Valerius Cato prædicant. *Vet. poeta* apud *eumd. ibid.* 11. Cato grammaticus, Latina Siren, Qui solus legit ac facit poetas. ¶ 5. Item, *legere senatum* (et *legere aliquem in senatum*) munus censorum fuit, qui recitabant in curia nomina senatorum, qui in eum ordinem tunc primum adsumebantur, et qui jam ante eo munere functi erant: ac si quis nota dignus esset, prætereuntes, senatu movebant. Quem primum legendo nominabant, is

princeps senatus habebatur: *V.* LECTIO 4. *Liv.* 40. 51. Censores fideli concordia senatum legerunt: princeps electus est ipse censor M. Æmilius Lepidus pontifex max.: tres ejecti de senatu: retinuit quosdam Lepidus a collega præteritos. Adde *eumd.* 9. 29. et 30. et 46., et 43. 15. Sic *Cic. Dom.* 31. 82. Ubi cavisti, ne meo me loco censor in senatum legeret? *Gell.* 4. 10. et 14. 7. *a med.* Primum rogari solitum (*sententiam*) qui princeps in senatum lectus esset. Cf. *Plin.* 10. *Ep.* 113. Eos, qui in bulen a censoribus leguntur, etc. — Hinc Part. præs., cujus exempla retulimus,

Legens, entis, m. 3. absolute, substantivorum more, est idem ac lector. *Ovid.* 1. *Trist.* 7. 25. Nunc precor, ut vivant, et non ignava legentum Otia delectent admoneantque mei. *Quintil.* 3. 1. 2. Opus nescio an minimæ legentibus futurum voluptati. *Id.* 9. 4. 2. Etiam quum judicium meum ostendero, suum tamen legentibus relinquam. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 17. (45). Quæ a me collecta, quæso, ut legentes boni consulant.

Lectus, a, um, particip. præter., cujus exempla supra retulimus, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Lectior* et Sup. *Lectissimus*, qua *legere* significat seligere, *V.* sub *B.*: hinc est selectus, delectus, *scelto*, ἐκλεχθείς, atque adeo singularis, eximius, præstans, præcipuus, insignis, *distinto, esimio, singolare.* — *a*) De rebus. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 50. Illic sunt quinque argenti lectæ numerataæ minæ. *h. e.* probæ et justi ponderis: *buona moneta.* Sic *Ter. Phorm.* 1. 2. 3. Accipe, hem! lectum est (*argentum*), conveniet numerus, quantum debui. *Horat.* 3. *Od.* 21. 5. lectum Massicum servare. *Cic.* 3. *Orat.* 37. 150. Ut abjecta atque obsoleta (*verba*) fugiat (*orator*), lectis atque illustribus utatur, in quibus plenum quiddam et sonans inesse videatur. — *b*) De hominibus. *Sall. fragm.* ex *Biblioth. Vatic.* edente *Fr. Kritzio p.* 262. Ubi, priusquam refecto exercitu, adesset Varinius, augeretur numerus lectis viris. *h. e.* validis, strenuis et ad pugnandum aptis. *Cic.* 1. *Invent.* 31. 52. Tu uxorum habere lectissimam maxime vis: quare nisi hoc perfeceritis, ut neque vir melior, neque femina lectior in terris sit, profecto id semper requiretis. *Id. Rosc. Am.* 41. 120. Pueruli ex tot elegantissimis familiis lecti. *Id.* 3. *Verr.* 6. 15. Lectissimi atque ornatissimi viri. Sic *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 9. 29. Fratrem tuum, lectissimum atque ornatissimum adolescentem. *Virg.* 9. *Æn.* 48. Viginti lectis equitum comitatus. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 247. juvenum lectissime.

LĔGŬLA, æ, f. 1. pars auris concava exterior, quæ apparet, *orecchia, conca dell'orecchia*, quæ Græce in *Gloss. Philox.* μύστρον dicitur, *h. e.* cochlear, quia ejus similitudinem habet: vel potius ima pendens auriculæ pars, quæ et *lamina* dicitur; quasi *ligula. Sidon.* 1. *Ep.* 2. Aurium legulæ, sicut mos gentis est, crinium superjacentium flagellis operiuntur.

LĔGŬLEJUS, i, m. 2. (lex) qui legum studia sectatur, *leggista*, δικανικός, κύβρις: et fere in contemptu ponitur. *Cic.* 1. *Orat.* 55. 236. Ita tibi jurisconsultus ipse per se nihil nisi legulejus quidam cautus et acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum.

LĔGŬLUS, i, m. 2. (lego) qui uvas, aut oleas colligit, *raccoglitore*, συλλογεύς. *Varro* 6. *L. L.* 66. *Müll.* A legendo leguli, qui oleam, aut uvas legunt. *Calpurn.* 3. *Ecl.* 49. extremas legulus quum sustulit uvas. — Videtur tamen magis proprie dici de eo, qui oleas legit, et quidem caducas: nam qui pendentes, dicuntur strictores. *Varro* 5. *L. L.* 94. *Müll.* Vocabula aperta, ut legulus et vindemiator: alter ab oleis, alter ab uvis. *Cato R. R.* 144. *de olea legenda.* Legulos, quot opus erunt, præbeto, et strictores. *et ibid.* 64. Leguli volunt, ut oleæ caduca quam plurima sit, quo plus legatur. *V. Pontedera Antiq. Rom. et Gr. p.* 77. — In *Inscript.* apud *Henzen.* hæc habentur *n.* 7238. LEGULI AURAR (*h. e.* aurarii) leguntur in monumento quodam *Zalathnæ* in Dacia reperto, ad ætatem L. Veri pertinente, nimis tamen mutilo, quam quod restitui possit: *Bullett. dell' Instit. archeol. a.* 1848. *p.* 184.

LĔGŪMEN, ĭnis, n. 3. (lego) quidquid ex terræ satis in siliquis nascitur, ut sunt fabæ, pisum, cicer, lens et similia, quæ evelluntur e terra, non subsecantur: unde a *legendo* dicta sunt, ut *Varro* 1. *R. R.* 23. 32. et *Plin.* 18, *Hist. nat.* 17. 46. (165). docent, quia vellendo colliguntur: quum frumenta sectione metantur, ὄσπριον (It. *legume, civaja*; Fr. *légume, légumineuse*, Hisp. *legumbre*; Germ. d. *Hülsenfrucht*; Angl. *a leguminous plant, legume, legumen*). Occurrit — *a*) Generatim. Leguminum varia genera enumerat *Colum.* 2. *R. R.* 7. et 10., nempe fabam, lentem, pisum, phaselum, cicer, cannabim, milium, panicum, sesama, lupinum, linum, hordeum. *Varro* apud *Non. p.* 204. 23. *Merc.* Uti serat hæc legumina, arte parva paranda: cicer, ervillam etc. *Cic.* 2. *Nat. D.* 62. 156. Terra feta frugibus, et vario leguminum genere. *Cæs.* 3. *B. C.* 47. *extr.* Non, illis hordeum quum daretur, non legumina (*milites*) recusabant. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 10. (51). Legumina omnia singulas habent radices, præter fabam, easque surculosas: frumenta multis radicantur fibris sine ramis. — *b*) Speciatim, vel per synecdochen dicitur de faba, quæ insigniores siliquas habet, in illo *Virg.* 1. *G.* 74. lætum siliqua quassante legumen, Aut tenues fetus viciæ tristesque lupini.

LĔGŪMENTĀRĬUS, a, um. *V.* LEGUMINARIUS.

LĔGŪMENTUM, i, n. 2. idem quod legumen. *Gell.* 4. 11. Nullo sæpius legumento Pythagoram dicit usum, quam fabis.

LĔGŪMĬNĀRĬUS, a, um, adject. (legumen) ad legumina pertinens. *Inscript.* apud *Murat.* 935. 3., quæ est apud *Orell.* 3093. NEGOTIATRIX FRVMENTARIA ET LEGVMINARIA. At *Henzen.* leg. LEGVMENTARIA, quod eodem sensu accipiendum a *legumentum.* — Hinc

Leguminarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui legumina vendit. *Gloss. Philox.* Leguminarius, ὀσπριοπώλης. *V.* OSPRATURA.

LĔGŪMĬNĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced.

LĔIOSTRĔA *et* Ilostrĕa, æ, f. 1 λειόστρεον, ostrea lævi cortice: a λεῖος *lævis. Lamprid. Elagab.* 19. Primus fecit de piscibus isicia, primus de ostreis, leiostreis et aliis marinis conchis. *Salmas.* omnino vult legi *lithostreis*, h. e. Quæ testis concreta suis, ceu saxa cohærent, ut *Auson. epist.* 9. 6. loquitur: a λίθος *lapis.* Ceterum *leiostreis* retinendum videtur; *Aristoteles* enim *Hist. anim. l.* 4. *c.* 4. memorat κόγχας λειοστράκους, alias vero τραχυοστράκους, h. e. læves et asperas; et apud *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (147). memorantur *chemæ læves* et *striatæ*: ubi vulgati libri habent *chamæ*; sed Græcis ubique hæ conchæ χῆμαι audiunt; *V.* in primis *Xenocrat. Alim. aquatil.* 32.

LĒMA, æ, f. 1. λῆμη, humor in angulis oculorum concrescens et lippitudinem inducens, *cispita*: vox Græca. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 24. (49). Si cruore suffunduntur oculi, vel si lemæ in oculis erunt. *V.* GRAMLÆ. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 6. Tum oculos lemis obsitos, vel lacrimantes, spongia vaporabimus.

LEMBARIUS, ii, m. 2. miles classiarius, qui in lembis pugnet. Ita perperam legit *Salmas.* apud *Vopisc. Aurel.* 38., ubi alii recte leg. *monetarius.*

LEMBŬLUS, i, m. 2. *deminut.* a lembus, parvus lembus, cymba, *piccola fregata*, vel rectius *barchetta. Prudent.* 5. περὶ στεφ. 455. Levique vectus lembulo Amplum per æquor auferas. Adde *Paulin. Nolan. epist.* 49. (*al.* 36.) *n.* 1.

LEMBUNCULUS. *V.* LENUNCULUS.

LEMBUS, i, m. 2. λέμβος. Pro *lembus* reperias *limbus* apud *Isid.* 19. *Orig.* 1. item in *Gloss. Isid.* et in *Gloss. Arabico-Lat.* — Lembus est naviculæ exiguæ genus, sed miræ velocitatis, cujusmodi ante classem explorandi gratia solent præmitti, *brigantino, fregata, galeotta*, vel rectius *navicella, battello, cutter*; ita enim ait *Fulgent. Exposit. ant. serm. p.* 564. 6. *Merc.* Lembus genus navicellæ velocissimæ, quod et dromonis nomine appellamus. Et *Id. ibid. p.* 565. 21. Celocem dicunt genus navicellæ modicissimum, quod lembum dicimus. — *a*) Qui primi lembum invenere, fuerunt Cyrenenses, teste *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (208). Erant autem et majores lembi bello utiles. *Liv.* 45. 10. Antenor, qui cum classe lemborum ad Phanas stabat, Cassandriam inde trajecit. — *b*) Erant et minores, scapharum instar, quibus fiebat a litore ad onerarias advectio. *Plaut. Merc.* 1. 2. 81. Dum hæc aguntur, lembo advehitur pater tuus pauxillulo. *et* 2. 1. 35. Ascendi in lembum atque ad navim advehor. — *c*) Lembi etiam inter naviculas piscatorias annumerantur. *Accius* apud *Non. p.* 534. 5. *Merc.* Eo autem, nocte extrema retia ut proveherem et statuerem: forte aliquanto, quam solitus, lembo sum progressus longius. Adde *Turpilium* apud *eumd. ibid.* — *d*) Item inter naves actuarias. *Liv.* 34. 35. Neve ipse navim ullam præter duos lembos, qui non plus quam sexdecim remis agerentur, haberet. — *e*) Item inter lintres fluviatiles. *Virg.* 1. *G.* 201. Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembum Remigiis subigit.

LEMMA, ătis, n. 3. λῆμμα, occurrit tantum apud argenteæ ætatis recentioresque scriptores; apud Ciceronem enim Græce ubique scribitur: at

I.) Proprie ¶ 1. Stricto sensu est materia, seu argumentum, quod sumimus enarrandum, ornandumve epigramnate, ode, ecloga, aliove scripto: a λαμβάνω *sumo*, Ital. *tema, materia, soggetto. Plin.* 4. *Ep.* 27. Lemma sibi sumpsit, quod ego interdum versibus ludo. *s'è tolto per tema.* ¶ 2. Latiori sensu est quod solet ipsi carmini præscribi ad ostendendum, quid in eo disseratur, *il titolo. Martial.* 14. 2. Lemmata si quæris cur sint adscripta, docebo: Ut, si malueris, lemmata sola legas. Adde *eumd.* 11. 42. *Auson. præf. parental.* Aliquoties fortasse lectorem solum lemma sollicitat tituli.

II.) Translate ¶ 1. Ipsum quoque epigramma lemma dicitur. *Plin.* 4. *Ep.* 27. Si mihi ex hoc ipso lemmate secundus versus occurrerit. *Martial.* 10. 59. Consumpta est uno si lemmate pagina, transis, Et breviora tibi, non meliora placent. ¶ 2. *Nutricis lemmata* apud *Auson. epist.* 16. 90. sunt fabellæ, quibus infantes oblectari solent. ¶ 3. Apud Dialecticos est sumptio, seu assumptio in syllogismo. Græce hoc sensu habet *Cic.* 2. *Divinat.* 53. 108.; at Latine *Gell.* 9. 16. Est vitium insidiosum et sub falsa lemmatis specie latens. *V.* PRÆSUMPTIO.

LEMNISCĀTUS, a, um, adject. (lemniscus) lemnisco ornatus: *V.* vocem seq. Figurate *Cic. Rosc. Am.* 35. 100. Multas esse infames palmas, hanc primam tamen esse lemniscatam, quæ Romæ deferatur. *h. e.* ceteris ornatiorem et nobiliorem, et quæ magnam trium fundorum mercedem attulit: quum aliæ non tantum lucri contulerint. *Apul. de Orthograph. p.* 130. Lemniscata citra aspirationem dicitur serta gladiatoris palma. *Titinius*: O gladiator mi, gloria quojus lemniscatus meridionaria; nam hæc erit septima laurus. Adde *Tertull. Anim.* 1.; et *Servii* loc. cit. in voc. seq. sub 1., in quo hæc vox proprie occurrit.

LEMNISCUS, i, m. 2. λημνίσκος. ¶ 1. Lemniscus (de cujus etymo *V.* in fine hujusce paragr. 1.) est fasciola, quæ coronæ circumvolvitur, et ab ea dependet, ornatus gratia (It. *fascetta, fasciuola, nastro*; Fr. *lemniscque, ruban*; Hisp. *cinta, colonia, liston*; Germ. *e. herabhängende Band*; Angl. *a fillet or ribband, coulored ribband, silken string*): solebant enim et coronæ et palmæ ad majorem honorem lemniscis ornari. Hos designare videtur *Virg.* quum ait 5. *Æn.* 269. Puniceis ibant evincti tempora tæniis. Ubi *Servius*: Significat lemniscatas coronas, quæ sunt de frondibus et discoloribus fasciis, et, sicut *Varro* dicit, magni honoris sunt. *Paul. Diac. p.* 115. 1. *Müll.* Lemnisci, id est fasciolæ coloriæ, dependentes ex coronis, propterea dicuntur, quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 14. 25. (65). *de tilia.* Inter corticem ac lignum tenues tunicæ multiplici membrana, e quibus vincula tiliæ vocantur: tenuissimum eorum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorum honore. *et* 21. *ibid.* 3. 4. (6). Crassus Dives, primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit: accesseruntque et lemnisci, quos adjici ipsarum coronarum bonos erat, propter Etruscas (*V.* ETRUSCUS in ONOM.), quibus jungi nisi aurei non debebant. Puri diu fuere ii: cælare eos primus instituit P. Claudius Pulcher, bracteasque etiam philyræ dedit. *Capitolin. Ver.* 5. Coronas quin etiam datas, lemniscis aureis interpositis et alieni temporis floribus. — Usus lemniscorum fuit etiam separatim a coronis. Huc fortasse retrahendus locus *Plin.* 21. *Hist. nat.* 3. 4. (6). supra cit., in quo apparet, lemniscis inscriptas fuisse argutias in alicujus laudem, quin et figuras rei accommodatas. *Sueton. Ner.* 25. Incedenti passim victi-

mæ cæsæ, sparso per vias identidem croco, ingestæque aves, ac lemnisci, et bellaria. *Liv.* 33. 33. Ruente turba adire, contingere dextram cupientium, coronas lemniscosque jacientium. — Etiam palmæ, quæ dabantur ludorum victoribus, et poetis, lemniscis ornabantur. Colligitur id ex *Cic. Rosc. Am.*, cujus verba *V.* in voc. præced. et ex *Auson. epist.* 20. 5. Et quæ jam dudum tibi palma poetica pollet, Lemnisco ornata est, quo mea palma caret. — De stella crinita, quæ in funebribus ludis C. J. Cæsaris per septem continuos dies fulsisse dicitur, ait *Servius* ad *Virg.* 9. *Ecl.* 47. Stella quasi lemniscis coronata. Ex his patet, laneos primum fuisse lemniscos, postea et ex metallis in tenues laminas ductis factos. *Paulus Diac.* in allatis verbis a *lana* deducere videtur: nec defuere, qui *laniscus* inde ubique legendum arbitrarentur, inter quos sunt etiam ii, qui a λῆνος *lana* derivant: *Müllerus* autem ad *Paul. Diac. loc. cit.* ait: Videntur Græci a λῆνος sive λᾶνος dixisse λημνίσκους, ut παλαμναῖον a παλάμη et δίδυμον pro δίδυμο. Alii a *lamna* esse putant, quasi *lamniscos*. Sed verius est esse totam Græcam. *Hesychius*: Λημνίσκους. τὰς στενὰς Συρακούσιοι ταινίας. Λημνίσκος vero est deminut. ab inusit. λήμνος syncop. pro λημένος, a particip. λελημένος verbi sive etymi λαῶ (λαμβάνω) *capio*: nam lemnisci, capiendi et obstringendi causa, coronis præcipue sunt additi. Ideo autem coronæ lemniscis ornatæ ceteris honoratiores fuisse videntur, quia ipsæ ab iis, quibus donatæ fuerant, capite gestandæ erant: ita apud nos *medaglia con occhiello* dicitur, quæ honoris causa datur, ut is, qui eam acceperit, statim eamdem pectori suo appendat. ¶ 2. Lemniscus dicitur etiam linamentum, quod tinctum medicamine chirurgi in vulnera indunt, *tasta*. Græce usurpat *Cels.* 7. 28., Latine *Veget.* 2. *Veterin.* 14. et 48. ¶ 3. Item lemniscus dicitur virgula inter geminos punctus jacens, teste *Isid.* in *Gloss.* V. *Kopp. Palæogr. T.* 1. p. 279.

LĒMŌNĬUM *et* limonium, II, n. 2 λειμώνιον, apud *Plin.* 25. *Hist. nat.* 9. 61. (108). herba est succum lacteum emittens, concrescentem gummi modo. Nascitur in humidis locis, ἐν λειμῶσι, unde nomen. Apud *eumd.* 20. *ibid.* 8. 28. (72). eadem limonium, et Latine beta silvestris dicitur. *V.* LIMONION.

LĒMŪRES, um, m. plur. 3. De notatione vocis *V.* vocem seq. — Lemures sunt mortuorum animæ. An a Larvis differant, *V.* loca *Platonis* et *Apuleji* in LARVA.

I.) Proprie. *Ovid.* 5. *Fast.* 483. Lemures animas dixere silentum.

II.) Translate ponuntur pro umbris, spectris et hujusmodi nocturnis terriculamentis, *fantasme*, μορμολύκεια, quæ se in tenebris videre quis putat, et timore inani percellitur: cui averteudo, umbrisque mortuorum placandis sacra Romanis instituta fuere *Lemuria* appellata, quorum originem ac ritum *Ovidius loco* supra *cit. a v.* 421. describit. *Nonius* p. 135. 15. *Merc.* Lemures larvæ nocturnæ et terrificationes imaginum et bestiarum. Varro de vita populi Romani libro primo: Quibus temporibus in sacris fabas jactant noctu, et dicunt, se Lemures domo extra januam ejicere. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 208. Somnia, terrores magicos, miracula, sagas, Nocturnos Lemures portentaque Thessala rides. *Pers.* 5. 185. Tunc nigri Lemures ovoque pericula rupto. Confer *Capell.* 2. *p.* 40.

LĒMŪRĬA, ōrum, n. plur. 2. festa placandorum Lemurum causa instituta, et VII. V. et III. Id. Maj. per tres dies, qui ideo nefasti erant, a Romanis celebrata: ut est in veteri Calendario apud *Gruter.* p. 133., quasi *Remuria*, quia sunt primum facta a Romulo ad placandos Manes Remi fratris occisi, qui credebatur Faustulo nutricio et Accæ ejus uxori apparuisse et id sacri genus postulasse. Fiebat autem id noctu nudis pedibus, ter manus lavando, et nigras fabas post terga novies jaciendo: qua re redimere ac liberare se suosque putabant ab umbrarum, seu Lemurum terroribus. Quum hoc sacrum peragebatur, cuncta deorum templa clausa erant, et nuptiæ infaustæ habebantur. *Ovid.* 5. *Fast.* 421. Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri: Inferias tacitis Manibus illa dabunt. *V.* ibi quæ sequuntur.

LĒNA, æ, f. 1. (leno) quæ mulieres quæstuarias alit, prostituit et conciliat, quæque mediam se illicitis amoribus præbet, nuncia, quæ tabellas amatorias portat ultro citroque, πορνοβοσκός, μαστροπός (It. *ruffiana*; Fr. *entremetteuse*; Hisp. *alcahueta*; Germ. *die Kupplerin*; Angl. *a bawd, procuress*).

I.) Proprie. — *a*) Absolute, substantivorum more. *Ulp. Dig.* 23. 2. 43. § 2. Lenas eas dicimus, quæ mulieres quæstuarias prostituunt. Lenam accipiemus et eam, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet. Si qua cauponam exercens, in ea quæstuaria corpora habet, dicendum, hanc quoque lenæ appellatione coqtioneri. *Plaut. Asin.* 1. 3. 23. Ubi lena bene agat cum quoquam amante. *Tibull.* 1. 6. 11. quod adest huic dives amator, Venit in exitium callida lena meum. *Id.* 2. 6. 45. Lena necat miserum Phryne, furtimque tabellas Occulto portans, itque reditque, sinu. *Ovid.* 1. *Amor.* 15. 17. improba. *Martial.* 11. 61. obscœna. *Id.* 9. 30. Quæ sciet hos illos vendere lena toros. *Propert.* 4. 5. 1. Terra tuum spinis obducat, lena, sepulcrum etc. *et ibid.* 73. Sit tumulus lenæ curto vetus amphora collo. — *b*) Per appositionem, vel adjective. *Ovid.* 3. *Amor.* 5. 40. Ingenium dominæ lena movebit anus. — *V.* CALYBE in ONOM., ubi affertur lenæ monumentum sepulcrale, eidem factum a meretrice ejusdem domina et patrona.

II.) Translate dicitur de rebus inanimis, quæ amorem conciliare valent. — *a*) Absolute. *Cic.* 1. *Nat. D.* 27. 77. Non vides, quam blanda conciliatrix, et quasi sui sit lena natura? *Ovid.* 3. *Art. am.* 316. discant cantare puellæ: Pro facie multis vox sua lena fuit. — *b*) Adjective. *Claudian. Nupt. Honor. et Mar.* 24. ut nuncia formæ Lena per innumeros iret pictura penates.

LĒNĀTUS, a, um. *V.* LENO, as.

LĒNĒ, adverbii loco pro leniter: gradus *V.* in LENITER. Occurrit tantum apud Poetas. *Ovid.* 2. *Fast.* 704. Sectus humum rivo lene sonantis aquæ. *Avien. descript. Orb.* 857. Vel qua lene Notus spirat, qua perstrepit Auster. *Nemesian.* 4. *Ecl.* 47. lene fluens fons. *Calpurn.* 7. *Ecl.* 25. clivi lene jacentes. *h. e.* colles leniter acclives, ut loquitur *Ovid.* 5. *Fast.* 154.

LĒNĪMEN, ĭnis, n. 2. (lenio) id, quo quippiam lenitur, mitigatio, mulcedo (*V.* voc. seq.): et est vox fere poetica, ac translate tantum occurrit. *Horat.* 1. *Od.* 32. 14. Testudo laborum dulce lenimen. *Ovid.* 6. *Met.* 500. sollicitæ lenimen dulce senectæ. *Id.* 11. *ibid.* 450. addidit illis Hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem.

LĒNĪMENTUM, i, n. 2. (lenio) idem ac lenimen, id, quo quippiam lenitur, mitigatio, mulcedo, ἴαμα, μείλιγμα (It. *mitigazione, lenimento, correzione, temperamento*; Fr. *adoucissement*; Hisp. *temperamento, mitigacion*; Germ. *d. Linderungsmittel, Linderung*; Angl. *a softening, mitigation, assuagement, alleviation, charm*).

I.) Proprie. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 24. (59). Nuper invenere, dissectis raphanis inserere helleborum, rursusque comprimere raphanos, ut transeat vis, atque lenimento dare.

II.) Translate. ¶ 1. Physica ratione, medici *lenimentum* vocant morborum mitigationem seu cessationem, ut superpositionem appellant eorum exacerbationem. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. *ante med.* Curatio pro motibus temporum varianda, ut superpositionem emergentem eadem curatione curemus: in lenimento vero leves atque quietos adhibemus modos. *Id.* 2. *ibid.* 4. *ante med.* Nunc superpositionibus asperata, nunc lenimentis emollita passio. ¶ 2. Morali ratione. *Tac.* 2. *Hist.* 67. Addito honestæ missionis lenimento.

LĒNĬO, is, Ivi *vel* Ii, Itum, ire, 4. (lenis). *Lenibam* et *lenibo* pro *leniebam* et *leniam* (quod in quarta conjugatione non raro usuvenit) habes apud *Virg.* 5. *Æn.* 527. et 6. *ibid.* 468.; et *Propert.* 3. 20. 32. — Part. *Lenitus* sub *A.* I. et II.; *Leniturus* sub *A.* II.; *Leniendus* sub *A.* I. — Lenire est lenem facere, mulcere, mitigare, minuere, vires adimere, ἡμιάω, κηλέω (It. *mitigare, raddolcire, sminuire, temperare*; Fr. *adoucir, atténuer, affaiblir*; Hisp. *ablandar, moderar, mitigar, atenuar*; Germ. *lindern, mildern, sanft, gelinde machen*; Angl. *to soften, mitigate, calm, alleviate, assuage, lenify*). Occurrit autem *A*) Sæpissime active; et *B*) Raro admodum neutrorum more.

A) Active; et quidem

I.) Proprie de rebus physicis et præcipue de morbis usurpatur, et lenem facere, minuere, vires adimere significat. *Varro* 2. *R. R.* 4. 6. Post meridiem rursus, lenito fervore, pascunt. *Sueton. Vitell.* 10. Ad leniendam gravitatem odoris. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 9. 37. (96). Lapsana alvum lenit et mollit. *h. e.* leniter ciet. *Id.* 23. *ibid.* 8. 77. (147). Nuces leniunt saporem cæparum. *raddolciscono.* et 21. *ibid.* 28. 102. (174). Colocasiâ acria corporis leniri. *Id.* 33. *ibid.* 6. 35. (110). Lenire tumores. *Id* 23. *ibid.* 4. 47. (92). dyspnœas, collectiones duritiasque. *et* 22. *ibid.* 25. 58. (122). collectiones impetusque. *et* 20. *ibid.* 13. 51. (135). epiphoras. *et* 22. *ibid.* 23. 49. (101). podagras. *et* 20. *ibid.* 17. 73. (195). articulares morbos. *et ibid.* 8. 29. (73). dolores capitis. *Propert.* 3. 20. 32. Lenire vulnera. *h. e.* fovere eorumque dolorem minuere. Sic *Ovid.* 1. *Pont.* 3. 6. Lenitum vulnus. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 17. cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet. *acquieterà. Id.* 1. *Od.* 27. 7. Lenire clamorem. *h. e.* clamoris vocem demittere et minuere.

II.) Translate est lenem facere, mitigare, mulcere, placare, flectere, minuere; et occurrit — *a*) De hominibus. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 31. Aliquem lepide lenitum reddere. *Cic.* 2. *Phil.* 45. 116. Muneribus, congiariis, epulis multitudinem imperitam lenierat. *Orellius* tamen et recentiores plerique omnes leg. *delenierat.* Rursus *Cic. Mur.* 31. 65. *de Catone.* Te ipsum, nunc animi quodam impetu concitatum, usus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. *Id.* 6. *Att.* 2. Illum sæpe lenivi iratum. *Nepos Eumen.* 11. Adeo erat incensus, ut, nisi magna spe maximarum rerum, leniri non posset. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 151. precibus lenito Cæsare vestris. Sic *Id.* 4. *ibid.* 8. 3. lenire superos rogando. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 5. Lenire se multa consolatione. Cf. *Virg.* 4. *Æn.* 393. At pius Æneas, quamquam lenire dolentem Solando cupit et dictis avertere curas etc. — *b*) De animo ejusque motibus. *Cic.* 1. *Fin.* 14. 47. Temperantia animos quasi concordia quadam placat ac lenit. *Sall. Jug.* 11. *extr.* Lenire animum ferocem. *Virg.* 6. *Æn.* 467. dictis ardentem animum. *Petron. Satyr.* 107. Flectite ergo mentes satisfactione lenitas. *Liv.* 2. 45. *ante med.* Diem tempusque forsitan ipsum leniturum iras. Sic *Sall.* apud *Priscian.* 9. *p.* 871. *Putsch.* Lenita ira. Cf. *Virg.* 8. *Æn.* 86. Tibris ea fluvium, quam longa est, nocte tumentem Leniit. *Cic. Marcell.* 10. 31. Vicit is, qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. *Nepos Dion.* 6. Lenire invidiam obsequio. Sic *Tac.* 4. *Hist.* 44. Lenita invidia. *Virg.* 4. *Æn.* 528. Lenire somno curas. *Ovid.* 13. *Met.* 317. requie dolores. *Cic.* 15. *Fam.* 21. desiderium crebris et longis epistolis. Sic *Liv.* 1. 16. *extr.* Lenitum desiderium. *Virg.* 1. *Æn.* 451. nova res oblata timorem Leniit. — *c*) De abstractis. *Ter. Heaut.* 1. 1. 75. Lenire miseriam alicui. *Sall. Jug.* 96 inopiam frumenti. *rendere tollerabile. Id. ibid.* 29. atrocitatem facti. *Liv.* 6. 16. *a med.* seditionem. *Ovid. Heroid.* 19. 210. moras. *h. e.* dolorem dilationis. *Sueton. Aug.* 34. Adempta, vel lenita pars pœnarum. *Tac.* 2. *Ann.* 29. Lenire crimina, aut asperare. *Id.* 3. *Hist.* 61. dedecus. *Id.* 1. *Ann.* 71. memoriam cladis comitate.

B) Neutrorum more. *Plaut. Mil. glor.* 2. 6. 99. Occultabo me aliquot dies, dum hæ consilescunt turbæ, atque iræ leniunt.

LĒNIS, e, adject. Comp. *Lenior* I. et II. 1. 2.; Sup. *Lenissimus* I. et II. 1. — Ratione habita etymi, ducunt a mollitie lanæ, quæ λῆνος dicitur: vel a λεῖος *lævis*. — Lenis est lēvis et tactu nullam asperitatem habens; atque adeo mitis, lēvis, placidus, minime acer, non vehemens, λεῖος (It. *liscio, molle, delicato, dolce, leggero, soave*; Fr. *doux au toucher, poli, doux en général, léger, qui n'est pas âpre, qui n'est pas violent*; Hisp. *liso, pulido, dulce, suave, delicado, ligero*; Germ. *sanft, glatt, weich, gelinde, milde*; Angl. *soft, smooth, delicate, mild, gentle, sweet, easy*).

I). Proprie. — *a*) Stricto sensu est lēvis et tactu nullam asperitatem habens. *Cic.* 2. *Fin.* 12. 36. Sensus judicat dulce, amarum; lene, asperum; prope, longe; stare, movere; quadratum, rotundum. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 14. (53). Vehemens fricatio spissat, lenis mollit. — *b*) Latiori sensu de multis dicitur, et significat mitem, lēvem, placidum, minime acrem, non vehementem. *Cic.* 2. *Nat. D.* 58. 146. Vocis genera permulta, candidum (*al.* canorum), fuscum; lene, asperum; grave, acutum; flexibile, durum. *Al. leg.* lēve: sed lenem vocem asperæ

contrariam etiam *Quintil.* 11. 3. 63. appellat. *Cels.* 2. 22. Lenes sunt sorbitio, pulticula, laganum *etc.*; item lac, defrutum, passum. Acria sunt omnia nimis austera, acida, salsa etc. *facili da digerire. Ter. Heaut.* 3. 1. 48. Vinum hoc asperum est: aliud lenius, sodes, vide. *Cic.* 2. *Att.* 21. Ita lenibus uti videbantur venenis, ut posse videremur sine dolore interire. *Cæs.* 4. *B. G.* 28.; et *Cic.* 7. *Att.* 2. Belle nobis flavit ab Epiro lenissimus ventus. Sic *Cato* apud *Charis.* 2. *p.* 185. *Putsch.* Deinde postquam Massiliam præterimus, inde omnem classem ventus Auster lenis fert, mare velis florere videres. et *Varro* apud *Non. p.* 234. 6. *Merc.* Detis babenas animæ leni, dum nos ventus flamine sudo suavem ad patriam perducit. *Ovid.* 12. *Met.* 527. Lenis volatus. *Quintil.* 11. 3. 92. et 161. Lenis laterum motus. *h. e.* compositus et gravis. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 4. Quod per amœnam urbem leni fluit agmine flumen. Sic *Virg.* 2. *Æn.* 782. leni fluit agmine Tibris. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 10. (51). Lenis Nilus. *che scorre adagio.* et 21. *ibid.* 18. 73. (122). Leni igni coquere. *a fuoco lento.* Sic 21. *ibid.* 17. 68. (111). Leni sole siccare. *Horat.* 3. *Od.* 21. 13. Lene tormentum. *Id. ibid.* 1. 21. Lenis somnus. Præcesserat *Ennius* apud *Fronton.* 4. *Ep.* 12. *p.* 110. *edit. Rom.* somno leni placidoque revinctus. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 35. 63. (155). sonus. *h. e.* tenuis. *Id.* 9. *ibid.* 41. 65. (140). Color suavior et lenior. *Id.* 16. *ibid.* 36. 61. (158). *de arundine.* Gracilitas nodis distincta leni fastigio tenuatur in cacumina. *s'assottiglia a poco a poco. Cæs.* 2. *B. C.* 24. Jugum directum, utraque ex parte præruptum atque asperum, sed paullo tamen leniore fastigio ab ea parte, quæ etc. *di salita più facile.*

II.) Translate. ¶ 1. Generatim et sæpissime de hominibus eorumque actibus usurpatur, scilicet transfertur ad animum et mores, et est qui non irascitur, qui parcit, qui impetum animi cohibet, qui a severitate et crudelitate abhorret, indulgens, clemens, facilis, mitis, placidus, *chi se la lascia passare facilmente, piacevole, mite, dolce,* πρᾷος, ἤπιος. *Cic.* 5. *Fam.* 2. *a med.* Lenis a te et facilis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem. *Cæs.* ad *Opp. post ep.* 8. *l.* 9. *ad Att.* Ut quam lenissimum me præberem. Rursus *Cic. Rosc. Am.* 53. 154. Populus Romanus in hostes lenissimus. *Ovid.* 5. *Trist.* 2. 36. Sæpe suo victor lenis in hoste fuit. *Sueton. Cal.* 3. Obtrectatoribus lenis et innoxium. *Ter. Heaut.* 3. 1. 29. Si te tam leni et victo animo esse ostenderis. *et* 1. 1. 99. Leni ingenio esse in liberos. *Cic.* 5. *Fam.* 15. Lenissimis et amantissimis verbis utens, re graviter accusas. *Cæs.* 1. *B. C.* 2. Dixerat aliquis leniorem sententiam, ut etc. *et ibid.* 5. Lenissima postulata. *Horat.* 3. *Od.* 4. 41. Lene consilium dare. *Plaut. Capt.* 2. 1. 5. Servitutem lenem reddere. *leggiera e sopportabile.* — Regit etiam Infinitivum, Græcorum more. *Horat.* 1. *Od.* 24. 17. Mercurius Non lenis precibus fata recludere. ¶ 2. Sæpe etiam ad genus dicendi et orationem transfertur. Est autem lenis oratio, quæ impetu, vehementia ac nervis caret; et stilo sedato utitur et conciliandis auditorum animis accommodato, ut docet *Cic.* 2. *Orat.* 29. 129. *V.* LENITAS II. 2. Ducta est metaphora a fluminibus, quæ placido ac leni cursu feruntur. *Cic.* 1. *Herenn.* 7. 11. In exordienda causa servandum est, ut lenis sit sermo et usitata verborum consuetudo. *Id.* 2. *Orat.* 13. 54. Tractu orationis leni et æquabili perpolivit illud opus. *et ibid.* 43. 183. Non enim semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, submissa, lenis, quæ maxime commendat reos. *Quintil.* 10. 1. *med.* Quosdam elatior dicendi vis et magis concitata et plena spiritus capit: sunt et lenis et nitidi et compositi generis non pauci amatores. *Id.* 9. 4. 127. Lenis et fluens contextus orationis. *Id.* 10. 2. 23. Etiam hoc solet incommodi accedere iis, qui se uni alicui generi dediderunt, ut si asperitas his placuit alicujus, hanc etiam in leni ac remisso causarum genere non exuant. *Id.* 9. 4. 131. Lenia spatium, sublimia et ornata claritatem quoque vocalium poscunt. *h. e.* longas syllabas. *et ibid.* 139. Sublimia debent ingredi, lenia duci, acria currere, delicata fluere. *Id.* 11. 3. 161. Proœmio frequentissime lenis convenit pronunciatio: nihil est enim ad conciliandum gratius verecundia. *Id.* 9. 4. 92. Syllabæ acres sunt, quæ ex brevibus ad longas insurgunt: leniores, quæ a longis in breves descendunt. *V. Bentlej.* ad illud *Horat. Art. P.* 26. sectantem lenia (*al.* lævia) etc. — *Lenis jocus* apud *Quintil.* 6. 3. 2. est, qui risum quidem movet, sed asperitate caret. ¶ 3. Item speciatim: *lenis spiritus* apud Grammaticos quid sit, *V.* in ASPER. — Hinc

Lene, is, n. 3. absolute, substantivorum more, in re medica est id quo morbus lenitur, *un lenitivo. Inscript.* apud *Orell.* 4233. c. LVCCI ALEXANDRI LENE AD OMNEM LIPPITVDINEM.

LĒNIS, is, m. 3. a ληνός *lacus torcularis*, est genus vasis. *Afranius* et *Laberius* apud *Non. p.* 544. 31. *Merc.* — Secundum nonnullos est etiam genus navigii, a similitudine ληνοῦ, id est vasis torcularis. *Martial.* 1. 50. Tepidum natabis lene Congedi vadum. Al. ad *vadum* referunt: vel *lene* accipiunt pro leniter; quod longe est rectius. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LĒNĪTAS, ātis, f. 3. (lenis) lēvitas, mollities rerum, quæ lēvem tactum habent: cui *asperitas* opponitur, ut in LENIS init. dictum est: atque adeo usurpatur de iis, quæ non sunt acria, nec vehementia, sed mitia et placida, λειότης (It. *liscezza, morbidezza, delicatezza, placidezza*; Fr. *douceur au toucher, au goût, à la vue*; Hisp. *morbidez, delicadez*; Germ. *die Sanftmuth, Gelindigkeit, Gelassenheit, Gemächlichkeit, Milde*; Angl. *softness, smoothness, tenderness, delicateness*).

I.) Proprie usurpatur de rebus physicis; et — *a*) Stricto sensu ad tactum pertinet, ut diximus. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 26. (82). Minimum hoc modo intergerii: atque etiam lini lenitas superatur. — *b*) Latiori sensu refertur ad gustum, et dicitur de rebus, quæ acres non sunt, et gustu suaves, et esu concoctuque faciles reddunter. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 19. 24. (120). Africa gypso mitigat vini asperitatem: Græcia sale aut mari lenitatem excitat. *Id.* 27. *ibid.* 8. 40. (62). Differentia intelligitur lenitate gustus. — *c*) Item ad auditum; et *lenitas vocis* est moderata ejus remissio, acri clamore remoto: respondetque lenitati orationis, de qua *V.* infra sub II. 2. *Cic.* 2. *Orat.* 43. 182. Sed hæc adjuvant in oratore, lenitas vocis, vultus, verborum comitas. — *d*) Item ad visum, et de coloribus dicitur, qui visu sunt faciles et oculos acri splendore non percellunt. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 16. (63). Smaragdi viridi lenitate lassitudinem mulcent. *et ibid.* 3. 12. (47). *de succinis.* Sunt et in quibus decocti mellis lenitas placeat. — *e*) Denique et de fluminum cursu occurrit, et est tarditas, placiditas. *Cæs.* 1. *B. G.* 12. Arar in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim transfertur ad homines eorumque actus, scilicet ad animum et mores, et est mansuetudo, indulgentia, facilitas, moderatio et quædam quasi mollitia et suavitas naturæ, quæ iram vel nescit omnino, vel moderatur, *piacevolezza, mitezza, condiscendenza, mansuetudine,* ἠπιότης, πραότης. *Ter. Adelph.* 3. 4. 26. Inepta lenitas patris et facilitas prava. Ad *hunc l.* quidam apud *Donatum* ita inter lenitatem et facilitatem distinguunt, ut illa in permittendo, hæc in ignoscendo versetur. *Cic.* 2. *Cat.* 4. 6. Non est jam lenitati locus: severitatem res ipsa flagitat. *Id.* 1. *Orat.* 12. 53. In hominum mentibus vel ad iram, aut ad odium, aut ad dolorem incitandis; vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque revocandis. *Id. Sull.* 6. 18. Qua mollitia sum animi ac lenitate, numquam illius lacrimis ac precibus restitissem. *Id.* 13. *Fam.* 1. Dare se ad lenitatem. *Id. Mur.* 31. 64. Paullo ad lenitatem propensior. *Id. Partit. orat.* 21. 78. Lenitas animadvertendi. *Auct. B. Afr.* 86. et 92. Lenitas et clementia. *et ibid.* 54. Lenitas, modestia, patientia. *Gell.* 11. 18. Remissa nimis lenitate uti. *Cic. Rabir. perduell.* 3. 10. Qui vestram libertatem non acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate legum munitam esse voluerunt. ¶ 2. Speciatim transfertur ad genus dicendi, et significat quamdam veluti placiditatem et æquabilitatem orationis, quæ sedate, molliter, remisse et nullo impetu fertur, et nervis caret ac vehementia: pertinet autem ad stilum medium, et conciliandis animis apta est, ut *Cic.* 2. *Orat.* 29. 129. docet. *Id.* 2. *Orat.* 15. 64. *de historico stilo.* Genus orationis cum lenitate quadam æquabili profluens, sine hac judiciali asperitate. *Id. Orat.* 16. 53. Elaborant alii in lenitate et æquabilitate, et puro quasi quodam et candido genere dicendi. *Id. Brut.* 48. 177. Sunt ejus aliquot orationes, ex quibus, sicut ex ejusdem tragœdiis, lenitas ejus sine nervis perspici potest. *Quintil.* 9. 4. 136. Aspera iambis maxime concitantur, quod sunt e duabus modo syllabis, eoque frequentiorem quasi pulsum habent: quæ res lenitati contraria est.

LĒNĪTER, adverb. (lenis). Aliam formam LENE *V.* loco suo. — Comp. *Lenius* I. et II. 2. 3.; Sup. *Lenissime* II. 1. — Leniter est modice, leviter, placide, non acriter, non aspere, sine impetu aut vi, λιγδην, ἠρέμα (It. *leggiermente, soavemente, moltemente*; Fr. *doucement, faiblement, légèrement, peu à peu*; Hisp. *ligeramente, dulcemente, poco á poco*; Germ. *mild, gelinde, sanft*; Angl. *gently, softly, sweetly, mildly*).

I.) Proprie usurpatur de rebus physicis. *Cic.* 6. *de republ.* 12. *extr.* Leniter arridens. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 18. 16. (80). Nox leniter illustrans. *Id.* 17. *ibid.* 23. 35. (197). Pampinos teneros alligato leniter. Hæc *Plin.* ex *Caton.*; et *Sillig.* pro *leniter* leg. *leviter. Id.* 18. *ibid.* 34. 77. (337). Ventus leniter pluvius. *Id.* 27. *ibid.* 3. 2. (9). Folia leniter birsuta. *Id.* 26. *ibid.* 8. 54. (86). Herba odorata, suavis, leniter acuta. *Id.* 12. *ibid.* 16. 35. (70). Stacte gustu leniter amara. *Id.* 37. *ibid.* 9. 40. (122). Color aspectu leniter blandus. *Auct. B. Afr.* 70. Placide leniterque procedere. *Ovid.* 1. *Amor.* 6. 7. per excubias custodum leniter ire. *adagio, pian piano.* et 3. *Met.* 568. Torrens lenius decurrit. *Cæs.* 7. *B. G.* 19. Collis leniter acclivis. *di dolce salita.* Sic *Liv.* 2. 50. Leniter editus collis.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim transfertur ad animum pro placide, moderate, remisse, sine ira, aut severitate, æquo animo, facile, *placidamente, dolcemente, con mitezza, piacevolmente,* ἠπίως, πράως. *Plaut. Stich.* 1. 2. 20. Tentem leniter, an minaciter? *Id. Bacch.* 3. 3. 4. Leniter sævire. *Id. Amph. prol.* 25. Petere quippiam leniter ab aliquo dictis bonis. *colle buone. Cic.* 5. *Fam.* 2. *ad fin.* Sedens iis assensi, qui mihi lenissime sentire visi sunt. *Ovid. Heroid.* 5. 7. Leniter, ex merito quidquid patiare, ferendum est. *h. e.* æquo animo, *pazientemente. — Leniter traducere ævum* apud *Horat.* 1. *Ep.* 18. 97. est placide, tranquille, æquo animo. ¶ 2. Speciatim ad orationem: *V.* dicta in LENIS et LENITAS II. 2. *Cic. Brut.* 44. 164. Multa in illa oratione graviter, multa leniter, multa aspere, multa facete dicta sunt. *Id.* 1. *Orat.* 60. 255. Qui jamdiu multo dicis remissius et lenius, quam solebas. *Quintil.* 9. 4. 130. et 10. 2. 23. Alia lenius, alia concitatius, alia sublimius dicenda sunt. — *Leniter agere versum* apud *Cic.* 3. *Orat.* 26. 102. est leni gestu. Ejus verba sunt: Agit versus Roscius quam leniter! quam remisse! ¶ 3. In malam partem pro languide, remisse, segniter. *Cæs.* 1. *B. C.* 1. Pompejo esse in animo, reipublicæ non deesse, si senatus sequatur: sin cunctetur atque agat lenius, nequicquam ejus auxilium imploraturum.

LĒNĪTIES, ēi, f. 5. (lenis) idem ac lenitas. Translate *Vet. Scholiast.* ad *Cic. orat. in Clod. et Cur.* edente *A. Maio p.* 20. Mixta responsio et facetiis et asperitatis aculeis, non sine lenitie.

LĒNĪTŪDO, ĭnis, f. 3. (lenis) idem quod lenitas, id est mollitudo expers asperitatis. Occurrit translate tantum; et dicitur ¶ 1. De animo, et est mansuetudo, facilitas. *Turpilius* apud *Non. p.* 132. 3. *Merc.* Mira lenitudine ac suavitate abundat. *Cic.* 6. *Verr.* 61. 136. Virorumque, quibuscum nuptæ erant, nimia in istum non lenitudine, sed etiam liberalitate oppugnarer. Adde *eumd.* 1. *Off.* 25. 88., ubi al. recte leg. *altitudine.* — De nimia facilitate, qua quis ne quum oportet quidem, irasci solet. *Cic.* 4. *Tusc.* 19. 43. Virum videri negant, qui irasci nescit: eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lenitudinis nomine appellant. *Plerique tamen rectius leg.* lentitudinis. ¶ 2. De oratione. *Pacuvius* apud *Cic.* 5. *Tusc.* 16. 46. Lenitudo orationis, mollitudo corporis, ea (addit *Cic.*) si bona dicemus, quid erit in philosophi gravitate etc?

LĒNĪTUS, a, um. *V.* LENIO.

LĒNO, as, ātum, are, n. 1. (leno, onis). Part. *Lenatus.* — Lenare est lenocinari, conciliare. *Vet. epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 611. *Burmann.* Græcule, consueta lenandi callidus arte, Cœpisti adductor conjugis esse tuæ. Aliud *ibid. p.* 614. Nam si formosas redeas lenare puellas. Aliud *ibid. T.* 2. *p.* 587. At tu fornice turpius vacabas, Exercens alias,

quod ipse possis Lenatis melius tibi puellis Scortandi solito labore ferre. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 6. 232. Socrus filiam suam lenat, et docet mœchis suis caute rescribere.

LĒNO, ōnis, m. 3. Ratione habita etymi, hæc ait *Paul. Diac. p.* 115. 9. *Müll.* Lenones ab alliciendo adolescentulos appellati. At *Priscian.* 4. *p.* 623. *Putsch.* rectius a leniendo ducit: nempe quod mentes deliniendo seducit. Ceterum leno est qui scortorum prostitutione quæstum facit, quique illicitos amores conciliat, μάστρωπος (It. *ruffiano*; Fr. *entremetteur, prostitueur*; Hisp. *medianero*; Germ. *der Kuppler*; Angl. *a pimp, pander, procurer*).

I.) Proprie. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 1. et *seqq.* et *Pers.* 3. 3. 1. et *seqq.* lenonum mores et vitam graphice describit, quem consulesis. — *a*) Absolute. *Cato* apud *Gell.* 9. 12. Qui palam corpore pecuniam quæreret, aut se lenoni locavisset. *Plaut. Capt. prol.* 57. Hic neque perjurus leno est, nec meretrix mala. *Id. Pseud.* 1. 1. 49. Leno me peregre militi Macedonico minis viginti vendidit. *Id. Pers.* 4. 6. 4. Ne non sat esses leno, id metuebas miser. *Ter. Adelph.* 2. 1. 34. Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium, perjurus, pestis. *Cic. Rosc. com.* 7. 20. Improbissimum et perjurissimum lenonem agit. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 172. aspice, Plautus Quo pacto partes tutetur amantis ephebi, Ut patris attenti, lenonis ut insidiosi. — Cum Genitivo. *Prudent. Hamartig.* 261. ornatus solvendi leno pudoris. — Apud *Val. Max.* 7. 7. *n.* 7. leno hereditatem consequi prohibitus est.

II.) Figurate. ¶ 1. Est convicium impuri hominis et aliorum ætati insidiantis. *Cic. post redit. in senat.* 5. 12. Quum equites Romani se ad lenonis impudicissimi pedes abjecissent. ¶ 2. Item generatim dicitur de lenocinatore vel conciliatore quocumque. — *a*) Substantivorum more. *Cic.* 4. *Cat.* 8. 17. Quod auditum est, lenonem quemdam Lentuli concursare circum tabernas, pretio sperare sollicitari posse animos egentium atque imperitorum. *Ovid.* 3. *Amor.* 12. 10. Vendibilis culpa facta puella mea est: Me lenone, placet. *h. e.* me ejus formam versibus commendante. — *b*) Etiam adjective usurpatur, et cum substantivo generis feminini. *Pentad.* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 102. *Burmann.* Se Narcissus amat captus, lenonibus undis. *h. e.* lenocinantibus. ¶ 3. In bonam partem est medius alicujus rei conciliandæ, *mediatore, ambasciatore. Justin.* 2. 3. 5. Primus Scythis bellum indixit Sesostris rex Ægyptius, missis primo lenonibus, qui hostibus parendi legem dicerent. *Mox* legatos *appellat. Optimæ tamen editiones etiam primo loco* legatis *habent.*

LĒNŌCĪNĀMENTUM, i, n. 2. (lenocinor) lenocinium.

I.) Proprie. *Quintil. declam., quæ inscribitur* Tribunus Marianus, 5. *a med.* Nihil omnino, quod ad lenocinamentum spectare possit lasciviæ.

II.) Translate. *Sidon.* 7. *Ep.* 9. *in conc. a med.* Pro omni gratiarum privilegio, decoramento, lenocinamento.

LĒNŌCĪNĀTOR, ōris m. 3. (lenocinor) conciliator, leno, πορνοβοσκός. *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 22 *ad fin.* Gratiæ lenocinator.

LĒNŌCĪNĪUM, ii, n. 2. (lenocinor) lenocinandi actus, exercitium lenonis, μαστρωπεία (It. *ruffianesimo*; Fr. *métier d'entremetteur*; Hisp. *arte de medianero*; Germ. *die Kuppelei, das Gewerbe oder Geschäft des Kuppelns*; Angl. *the trade of a procurer or pimp, bawdry*).

I.) Proprie. *Plaut. Epid.* 4. 2. 71. Quid? ego lenocinium facio? *Id. Merc.* 2. 3. 76. Uxori meæ mihique objectant lenocinium facere. Sic *Ulp. Dig.* 3. 2. 4. Ait Prætor: *Qui lenocinium fecerit.* Lenocinium facit, qui quæstuaria mancipia habuerit, sed et qui in liberis hunc quæstum exercet. *Cic. post redit. in senat.* 5. 11. Qui egestatem domestico lenocinio sustentavit. *Sueton. Tib.* 35. Lenocinium profiteri. *Scævola Dig.* 24. 3. 47. Lenocinium præbere uxori. *h. e.* lenocinium de uxore facere.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro delinimento, illecebra, *carezze, allettamento. Cic. Mur.* 35. 74. Utrum lenocinium a grege delicatæ juventutis, an orbis terrarum imperium a populo Romano petebas? *Id. Sext.* 66. 138. Et se vitiorum illecebris et cupiditatum lenociniis dediderunt. ¶ 2. Item pro quovis nimis exquisito ornamento, quod alicui rei adhibetur ad conciliandam ei gratiam. *Cic.* 2. *Nat. D.* 58. 146. Perspicuum est, quo compositiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia processerint. *Manil.* 5. 516. Hinc lenocinium formæ cultusque repertus Corporis. *Sueton. Aug.* 79. Quamquam et omnis lenocinii negligens, et in capite comendo incuriosus. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (145). In lenocinio commendationis dolor est. *h. e.* ipse dolor facit ad commendationem augendam, addens operi gratiam et pretium. *Seneca* 1. *Benef.* 11. Lenocinium est muneris antecedens metus. *Arnob.* 6. 16. Jamdudum istos videretis deos, quos exterior levitas lenocinio fulgoris augustat, laminarum flatilium esse crates. ¶ 3. In oratione lenocinia dicuntur fucata ornamenta et illecebræ verborum, in malam partem. *Tac.* 1. *Hist.* 18. Nec ullum orationi aut lenocinium addit, aut pretium. *Quintil.* 8. *procem.* 26. Nos quibus sordent omnia, quæ natura dictavit: qui non ornamenta quærimus, sed lenocinia. *Id.* 12. 1. 30. Inventio, etiamsi lenocinlis destituta sit, satis tamen natura sua ornatur. *Id.* 4. 2. 118. Caret lenociniis expositio. *Sueton. Cal.* 39. Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit.

LĒNŌCĪNOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (leno, onis). Part. *Lenocinans* 2. — Lenocinari est lenocinium facere, *fare il ruffiano, ruffianare*: sed occurrit translate tantum, et ¶ 1. Est demisse blandiri, inservire, gratificari. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 15. 48. Tibi serviet, tibi lenocinabitur: minus aliquanto contendet, quam potest. *Seneca* 1. *Controv. a med.* Lenocinatur gloriæ meæ, ut videar etiam prohibitus aluisse. *h. e.* inservit. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 14. 57. (160). Lenocinari alicui captatione testamenti. *h. e.* inservire et blandiri cupiditati cujuspiam testamentum tuum captantis. Ita *Forcellinus.* At *Sillig.* legendum probat *lenocinari captationi*, h. e. captatoribus *testamenti*: Julius enim Vindex (de quo ibi sermo est) cuminum bibisse dicitur, ut pallido suo colore heredipetas alliceret; atque ita eos ludibrio habuit decepitque. *Tac. Germ.* 43. Populi truces, insitæ feritati arte ac tempore lenocinantur: nigra scuta, tincta corpora, atras ad prælia noctes legunt. *Quintil. Declam.* 12. 19. Ita ne infelicitas mea negotianti tibi lenocinata est? *h. e.* tamquam leno emptores tibi conciliavit. ¶ 2. Item gratiam conciliare, opem ferre; quo sensu occurrit tantum post ævum Augusteum. *Plin.* 2. *Ep.* 19. *a med.* Ut libro isti novitas lenocinetur. *Id.* 1. *ibid.* 8. *ante med.* Anceps hic et lubricus locus est, etiam quum illi necessitas lenocinatur. *h. e.* inevitabilem esse ostendit, atque adeo venia dignum. *Quintil.* 5. 12. 17. Quo vitio mancipiorum negotiatores formæ puerorum lenocinantur. *Symmach.* 9. *Ep.* 87. Ergo parce verbis lenocinantibus et fuco oblitis et ad gratiam comparatis.

LĒNŌNĪCE, adverb. (leno, onis) lenonum more, *da ruffiano. Lamprid. Commod.* 15. Quæ gladiatorie, quæ lenonice faceret.

LĒNŌNĪUS, a, um, adject. (leno, onis) ad lenonem pertinens, *da ruffiano*, μαστρωπικός. *Plaut. Truc.* 1. 1. 30. Lenoniæ ædes. *Id. Pers.* 3. 1. 1. Lenonia servitus. *Id. fragm.* apud *Paul. Diac. p.* 143. 5. *Müll.* lex. *Id. Rud.* 5. 3. 30. fide uti. *Id. Curc.* 4. 2. 13. Lenonium genus. *Apul. de Mag.* Lenonia illectamenta. — *Lenonii pueri* sunt, quos lenones aliorum libidini prostituebant. *Verr. Flacc. fragm. Fast. Prænest.* ad VII. Kal. Majas. Ludi cursoribus majoribus minoribusque fiunt. Festus (*dies*) est puerorum lenoniorum, quia proximus superior meretricium est. — *Lenonium lutum* apud *Plaut. Pers.* 3. 3. 2. est convicium in lenonem impurissimum et vilissimum: tamquam lenonum cœnum.

LENOSTRIS, is, m. 3. idem ac leno. *Plaut. Pœn.* in *Supposit.* 19. Aurum, argentum, colium, lenostris, te nunc debes simul. *At alii rectius leg.* leno, tria tu nunc etc.

LENS, lendis, f. 3. ejusdem etymi, ut videtur, ac sequens vocabulum, est ovum pediculorum, capillis adhærens, ex quo postea pediculi geuerantur, *lendine*, κόνις. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 35. (111). Lendes tolluntur adipe caprino, vel anguibus in cibo sumptis anguillarum modo. *Seren. Sammon.* 5. 72. Unda maris lendes capitis deducit iniquas, Et quidquid crebri defendit silva capilli.

LENS, lentis, f. 3. Olim et *lentis* dixere in recto casu, teste *Priscian.* 7. *p.* 764. *Putsch.* — In Accusativo habet *lentem*, ut apud *Colum.* 2. *R. R.* 10. 15., et *lentim*, ut apud *Caton. R. R.* 35. et 116. (*V.* infra) et *Varron.* apud *Charis.* 1. p. 101. *Putsch.* — In Ablativo habet *lente* et *lenti*. Sic *Titinius* apud *Non. p.* 210. 5. *Merc.* Lenti calido. — Masculino genere usurpat *Titinius loc. cit.* — Ceterum lens est genus leguminis folio viciæ, granis parvis, rotundis et jacentibus, ternis et quaternis in siliqua, φακός (It. *lente, lenticchia*; Fr. *lentille*; Hisp. *lenteja*; Germ. *d. Linse*; Angl. *lentiles*). Occurrit — *a*) In singulari num. *Cato R. R.* 35. Lentim serito in rudecto et rubricoso loco. *et ibid.* 116. Lentim servare. *et ibid.* oleo perfricare. *Virg.* 1. *G.* 228. Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 15. Lentem solo tenui seri convenit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 31. (123). Lens amat solum tenue magis, quam pingue. *Id. ibid.* Invenio apud auctores, æquanimitatem fieri lente vescentibus. Ex his *Plinii* verbis quidam vocis notationem eruunt, ut sit a *lenis* vel *lentus. Id.* 22. *ibid.* 25. 70. (142). persequitur ejus utilitates in medicina. — In pretio fuit lens Ægyptia, præcipue circa Pelusium: quam præter *Virg. loc. cit.* laudat *Martial.* 13. 9., memorat et *Gell.* 17. 8. — *b*) In plurali num. *Scribon. Compos.* 114. In vino rosa et lentes incoquuntur. — Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 2. *p.* 160.) hanc exhibet synonymiam: Φακος et Φακη Theophr. 8. 3., Dioscor. 2. 129. et Athen. Delpnos. 4. 51.; Φακη Græcor. recentior.; *Lens* Virg. 1. G. 228., Colum. 10. R. R. 10. et Plin. loc. cit. sunt *Lenticula* Quorumd., *Lens esculenta* Mœnch. Meth., *Ervum Lens* L. Spec. plant. 1039.

LENTĀTUS, a, um. *V.* LENTO, as.

LENTĒ, adverb. (lentus). Comp. *Lentius* I. et. II. 1. 2.; Sup. *Lentissime* I. — Lente proprie est modo flexibili, molli, tenaci; *V.* LENTUS: sed quum hoc sensu nusquam occurrat, factum est, ut translata significatio tamquam propria a Lexicographis haberetur, qua lente est cum mora, tarde, cunctanter, βραδέως (It. *lentamente, adagio, senza fretta*; Fr. *lentement, avec lenteur*; Hisp. *lentamente*; Germ. *langsam*; Angl. *slowly, gently, without haste, flackly, leisurely*).

I.) Proprie. *Cæs.* 1. *B. C.* 80. Tali dum pugnatur modo, lente ac pauliatim proceditur. *et* 2. *ibid.* 40. Ipse cum reliquis copiis lentius subsequitur. *Ovid.* 1. *Amor.* 13. 40. lente currite noctis equi. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 18. 47. (167). Nilus evagari incipit, lente primo, deinde vehementius. *Ovid. Remed. am.* 650. Lente desinere. *Colum.* 2. *R. R.* 15. 4. Asinus lentissime mandit, ideoque facilius concoquit. *Tac. Agric.* 3. Corpora lente augescunt, cito exstinguuntur. *Petron. Satyr.* 140. Ille (*Corax*) lente parebat imperio. *et mox.* Clara Eumolpus voce exhortabatur Coraca, ut spissaret officium. Alii minus recte leg. *lento*; ni fors *lento* adverbialiter positum sit, ut *manifesto, dubio* pro *manifeste, dubie*. — De proverb. *festina lente*, *V.* FESTINO.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis dicitur et est se flectendo, se facile incurvando: hinc *lente cedere* est ignaviter et nulla vi resistendo apud *Plin.* 16. *Hist. nat.* 43. 83. (227). Arida ligna lentius serræ cedunt, viridia pertinacius resistunt. *Alii tamen, inter quos et* Sillig., *aliter omnino leg.* ¶ 2. Sæpius ad animum refertur et quidem in malam partem, et est segniter, remisse, oscitanter, leniter, sine ira, aut impetu animi, *pigramente, negligentemente, pazientemente, senza risentirsi. Cic.* 2. *Orat.* 45. 190. Neque enim facile est perficere, ut irascatur, cui tu velis, judex, si tu ipse id lente ferre videare. *Id. fragm.* apud *Non. p.* 338. 9. *Merc.* Quum publicas injurias lente tulisset, non tulit suam. *Liv.* 1. 10. Lente agere iis Tatius Sabinique visi sunt. *Sueton. Ner.* 40. Neapoli de motu Galliarum cognovit die ipso, quo matrem occiderat: adeoque lente et secure tulit, ut gaudentis etiam suspicionem præberet. — *Lente dicere* aut *disputare* est sine vi et acrimonia, sedate, placide, *placidamente, freddamente. Cic.* 1. *Parad.* 3. 10. Sed hæc videri possunt obscuriora, quum lentius disputantur. *Id.* 2. *Orat.* 71. 287. Salsum est etiam, quærentibus et quasi percunctantibus, lente respondere, quod nollent. *Id. fragm.* apud *Non. loc. cit.* Lentius dicere. *Gell.* 1. 26. Tum

Plutarchus lente et leniter, Quid, inquit, verbero, nunc ego tibi irasci videor? ¶ 3. In bonam partem, pro diu, longo tempore, *a longo*, vel potius caute, *con circospezione*, occurrit apud *Cic.* 2. *Att.* 1. Quem librum non essem ausus mittere, nisi eum lente ac fastidiose probavissem.

LENTĒO, es, ere, n. 2. (lentus) lentus sum, *essere lento*, γλισχραίνομαι. *Lucilius* apud *Priscian.* 8. p. 800. *Putsch.* Lentet opus. *id est* lente procedit.

LENTESCO, is, ere, n. inchoat. 3. (lentus). Part. *Lentescens* I. — Lentescere est lentum, atque adeo tenerum et glutinosum fieri, *diventare pieghevole, flessibile.*

I.) Proprie. *Virg.* 2. *G.* 250. Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 92. Salix, si minus lenta est, in stercore obruenda, ut lentescat, *diventi tenera e pieghevole*. *Id.* 2. *ibid.* 11. 35. *de cicera.* Paullum aqua maceratur, dum lentescat. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 70. (185). Gemma, si quis terat in vino, ceræ modo lentescit. *Id.* 16. *ibid.* 11. 22. (54). Eadem resina, si cum aqua levius decoquatur coleturque, rufo colore lentescit. *Hieronym. Ep.* 24. *n.* 3. Metallum in virgulas lentescens.

II.) Translate. *Ovid.* 2. *Art. am.* 357. lentescunt tempore curæ. *h. e.* remittunt, *si rallentano, diminuiscono di forza.*

LENTĬĀNUS, a, um, adject. (lens, lentis) qui lentem distribuit. *Inscript.* apud *Murat.* 907. 8. FRONTO TI. CLAVDII CAESARIS AVG. GERMANICI DISPENSATOR LENTIANVS. V. *Mus. di Mantova T.* 2. *p.* 83.

LENTĬĀRĬUS, ii, m. 2. (lens, lentis) qui lentem vendit, ejusque est negotiator magnarius. *Inscript.* apud *Gruter.* 649. 5. D. M. T. FONTII MAIORIS NEGOTIATORIS LENTIARII ET CASTRENSIARII MARIA IVST. TACCI FIL. CONIVX etc. *V.* FABARIUS et LEGUMINARIUS.

LENTĬCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* lens, lentis, idem quod lens, *lenticchia, lente*, φακῆ.

I.) Proprie. *Cels.* 2. 8. *ante med.* Ex leguminibus valentior faba, vel lenticula, quam pisum. *Pallad.* 3. *R. R.* 4. Hoc mense lenticulam seres solo tenui. Adde *Arnob.* 2. 59.

II.) Translate. ¶ 1. Significat ipsam lentis figuram, quæ in re quapiam est. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 12. 75. (196). Figura oblonga maxime probatur in gemmis, deinde quæ vocatur lenticula, postea cycloides, et rotunda. ¶ 2. A similitudine figuræ tribuitur cuidam vasorum generi. *Cels.* 2. 17. *ad fin.* Calido oleo replentur utriculi, et in vasa fictilia (quas a similitudine lenticulas vocant) aqua conjicitur. *Isid.* 20. *Orig.* 7. inter olearia vasa recenset. *V.* voc. seq. ¶ 3. Item maculis in cute nascentibus, quæ et lentigines, *lentiggine*, φακός. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 1. 5. (7). Elephantiasis a facie sæpius incipit, in nare primum veluti lenticula. *Cels.* 6. 5. Lenticulam tollunt galbanum et nitrum. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LENTĬCŬLĀRIS, e, adject. (lenticula) ad lenticulam spectans, φακοειδής. *Apul. Florid. n.* 9. Ampullam olearian, quam gestabat, lenticulari forma etc.

LENTĪGĪNŌSUS, a, um, adject. (lentigo) lentiginem habens, *lentigginoso*, φακῶδης. *Val. Max.* 1. 7. *n.* 6. *extern.* Vir flavi coloris, lentiginosi oris.

LENTĪGO, ĭnis, f. 3. (lens, lentis) macula lentis figuram præ se ferens. ¶ 1. Generatim. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 28. (90). Stellio plenus lentigine. *Id.* 13. *ibid.* 12. 25. (81). Deprehenditur chartæ lentigo oculis. ¶ 2. Speciatim est vitium cutis, quia ad lentis similitudinem maculis subrufis ac nigris faciem fœdat, *lentiggine*, φακός. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 2. 6. (16). Lentiginem habentibus non obsequi numina. *Id.* 29. *ibid.* 4. 22. (73). Faciem lentigine obducit. *Id.* 20. *ibid.* 2. 4. (9). Lentigines e facie tollere. *Id.* 22. *ibid.* 25. 74. (156). corrigere. *et* 23. *ibid.* 1. 16. (23). emendare. *et* 24. *ibid.* 9. 38. (63). sanare.

LENTĪGRĂDUS, a, um, adject. (lentus *et* gradior) qui lente graditur. *Tertull. carm. Genes.* 1008. Sed quia lentigrado serpebant agmine fetæ.

LENTĬPES, pĕdis, adject. (lentus *et* pes) qui lentus est pedibus. *Auson. Epist.* 21. 40. Spondeus illi lentipes ibat comes.

LENTISCĬFER, fĕra, fĕrum, adject. (lentiscus *et* fero) ferens lentiscos, σχινοφόρος. *Ovid.* 15. *Met.* 713. lentisciferumque tenetur Linternum.

LENTISCĪNUS, a, um. adject. (lentiscus) ex lentisco factus. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 2. 32. (67). Tunc addito oleo lentiscino illita, una nocte rufat capillum. *Id.* 24. *ibid.* 6. 22. (36). Lentiscina resina. Adde *Pallad.* 2. *R. R.* 20.; et *Theod. Priscian.* 1. 31. et alibi sæpe.

LENTISCUM. *V.* voc. seq.

LENTISCUS, i, f. 2. Neutro gen. *lentiscum V.* infra sub II. 2. — Lentiscus

I.) Proprie est arbor magnitudine roboris, sorbi folio, terebinthi odore, acinis, dum maturescunt, rufis, ubi maturuerint, nigris, mastichen exsudans in modum gummi: quæ perpetuo viret, terque in anno fructus profert: ita dicta, quod folia ejus lentescant, vel potius quod ipsa arbor lentescat, dum resinam, id est mastichen fundit. Nascitur præcipue in Chio, item in Italia et in Gallia Narbonensi. *Cic.* 1. *Divinat.* 9. 15. *ex Prognost. suis*, quos versus affert etiam *Plin.* 18. *Hist. nat.* 25. 61. (228). Jam vero semper viridis, semperque gravata Lentiscus triplici solita est grandescere fetu; Ter fruges fundens tria tempora monstrat arandi. — Secundum cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 2. *p.* 209.) *Lentiscus* Plin. loc. cit. est *Pistacia Terebinthus.*

II.) Figurate. ¶ 1. Ipsum oleum, quod ex tali arbore exprimitur, eodem nomine appellatur. *Cato R. R.* 7.; et *Varro* 1. *R. R.* 60. 1. et *Plin.* 15. *Hist. nat.* 6. 6. (21). Condi olivas optime vel virides in muria, vel fractas in lentisco. At *Colum.* 12. *R. R.* 49. 1. Fæniculi seminibus et lentisci cum cocto sale olivam modice permixtam reconde in fidelliam et mustum quam recentissimum infunde. Ex his patet, lentisci nomine intelligendum non oleum, sed semen lentisci. ¶ 2. Ex arboris hujus ligno præstantissima fiunt dentiscalpia. Hinc *Martial.* 14. 22. Lentiscus melius, sed si tibi lignea cuspis Defuerit, dentes penna levare potest. *Al. leg.* lentiscum. Adde *eumd.* 3. 82. et 6. 74.

LENTĪTĬA, æ, f. 1. (lentus). *V.* aliam formam in voc. seq. — Lentitia est flexibilitas, *flessibilità*, γλισχρότης; atque adeo viscosa qualitas, tenacitas. — *a*) Est flexibilitas apud *Plin.* 16. *Hist. nat.* 37. 68. (174). Virgas sequacis ad vincturas lentitiæ. *et ibid.* 40. 77. (210). Est lentitia platano, sed madida. — *b*) Item viscosa qualitas, tenacitas. *Id.* 20. *ibid.* 7. 26. (64). Lactucæ lentitiam pituitæ digerunt. *V.* LENTOR.

LENTĪTĬES, ēi, f. 5. lentitia. *Sever. Ætn.* 540. Lentitiem plumbum non exuit.

LENTĪTŪDO, ĭnis, f. 3. (lentus).

I.) Proprie. ¶ 1. Pro flexibilitate, *pieghevolezza*, occurrit apud *Vitruv.* 2. 9. 11. Ulmus vero et fraxinus maximos habent humores, minimumque aeris et ignis, sed terreni temperata mixtione comparatæ sunt in operibus, quum fabricantur, lentæ, et ab pondere humoris non habent rigorem, sed celeriter pandant; in commissuris et in coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes. ¶ 2. Sæpius est tarditas, *lentezza*, βραδυτής. *Tibull.* in *Priap.* 83. 37. Quid est, iners? piget ne lentitudinis? *Tac.* 15. *Ann.* 51. Epicharis accendere et arguere conjuratos: ac postremo lentitudinis eorum pertæsa etc. *et ibid.* 64. Durante tractu et lentitudine mortis. *Vellej.* 2. 11. 2. Marius criminatus Metelli lentitudinem, trahentis jam in tertium annum bellum.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim transfertur ad animi lenitatem animi, qua quis numquam irascitur, etiam quum opus est. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 13. § 38. Omnino non irasci non solum est gravitatis, sed nonnumquam etiam lentitudinis. *Id.* 4. *Tusc.* 19. 43. Eam, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant. ἀναλγησίας, *insensibilità, stupidezza.* Al. hic leg. *lenitudinis.* Adde *eumd.* 1. *Off.* 25. 88. cum eadem lectionis varietate. ¶ 2. Speciatim ad lenitatem et languorem dicendi. *Tac. Dial. de orat.* 21. Ceterosque ejusdem lentitudinis ac teporis libros legit.

LENTO, adverb. *V.* LENTE sub I. in fin.

LENTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (lentus). Part. *Lentatus* II. 1.; *Lentandus* I. 2. — Lentare est lentum, mollem et flexibilem reddere (It. *piegare, fare pieghevole*; Fr. *ployer, plier, courber*; Hisp. *doblar, plegar, encorvar*; Germ. *biegsam oder geschmeidig machen, biegen*; Angl. *to bend, ply*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu, *lentare arcum* est intendere: tunc enim cornua inflectuntur, quum, adducto nervo, attrahuntur. *Stat.* 1. *Theb.* 703. Tela tibi, longeque feros lentandus in hostes Arcus. *et* 3. *ibid.* 587. alii Gortynia lentant Cornua. *Id.* 1. *Achill.* 436. Nec modus aut arcus lentare, aut fundere glandes, Aut torrere sudes, galeasque attollere conis. ¶ 2. Latiori sensu, *lentare remos* est remigare: impulsu enim remi flectuntur. *Virg.* 3. *Æn.* 384. Ante et Trinacria lentandus remus in unda, Et salis Ausonii lustrandum navibus æquor. *Seneca Agam.* 437. Properat juventus omnis adductos simul Lentare remos. *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 42. exsertus lentandis navita tonsis. ¶ 3. Etiam mollire significat: sic quum de luto figulorum sermo est. *Alcim. Ep.* 78. *ad fin.* Artificem figulum brevi tenendum e vestigio dirigatis, qui nobis, intra quod spatium fossilis glæbæ, scrobi sordibus sæptæ, animalium pedibus coctilis cæni glutinum lentari possit, instituat. — Huc referri potest et illud *Orient. Common.* 1. 555. lentato per lubrica fila metallo, Alternos frangit vestis onusta gradus. ¶ 4. Item lēvem reddere, *rendere liscio*. Sic de gladiatoribus, ut videtur, ad ludos paratis, *Ennius* apud *Servium* ad *Virg.* 3. *Æn.* 384. Confrictique oleo lentati et ad arma parati. Cl. *Vahlen.* ita legit: *Servius* habet *confricati* et *Annales* laudat, quos *Ennii Annales* suspicatur *C. Barthius* ad *Claudian. Cons. Mall.* 42.

II.) Translate. ¶ 1. Est retardare, lentius trahere, differre. *Claud. Mamert.* 3. *Stat. anim.* 10. *sub init.* Etsi non sistimur ab itinere, lentamur tamen. — *Sil. It.* 8. 11. *de Fabio.* lentando fervida bella Dictator, quum multa adeo, tum, miles egenus Cunctarum ut rerum Tyrius foret, arte sedendi Egerat. *Trebell. Claud.* 6. Videntur fata Romana boni principis occupatione lentata. *h. e.* dilata. ¶ 2. Hinc est etiam remittere apud *Sidon. carm.* 22. 191. lentatus vapor. *h. e.* remissus, *diminuito di forza.* Confer *Cassiod.* 8. *Variar.* 3. Quum successor amplius laudari nititur, præcedentis fama lentatur.

LENTOR, ōris, m. 3. (lentus) flexibilitas, atque adeo qualitas rei viscosæ ac tenacis, *flessibilità, lentore, viscosità*, γλισχρότης. — *a*) Pro flexibilitate occurrit apud *Plin.* 16. *Hist. nat.* 43. 84. (229). Ad rotarum axes lentore fraxinus utilis, sicut duritia ilex. — *b*) Pro qualitate rei viscosæ ac tenacis. *Colum.* 6. *R. R.* 17. 5. Cuminum conteritur, eique adjicitur exiguum picis liquidæ et axungiæ, ut lentorem malagmatis habeat. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 6. 12. (54). Lentor resinosus, qui cortice erumpit. *Id.* 16. *ibid.* 11. 22. (53). Lentor picis. *Id.* 17. *ibid.* 14. 24. (141). Argillæ arenam fimumque bubulum admisceri, atque ita usque ad lentorem subigi jubet.

LENTŬLĪTAS, ātis, f. 3. *V.* APPIETAS.

LENTULIZO, as, are, n. 1. Lentulorum more se gerere. Nullo auctore laudato, affertur a *Consent.* grammatico hisce verbis p. 2063. *Putsch.* Scire autem debemus, etiam ideri a nominibus frequentativa verba: ab appellativo, ut *græcizat, patrizat, sicilizat*; et a proprio, ut *lentulizat.*

LENTŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* lentus, *alquanto lento. Cic.* 10. *Att.* 11. An existimas illum in isto genere lentulum, aut restrictum? *Al. leg.* lentum. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LENTUS, a, um, adject. Comp. *Lentior* I. et II. 1. 2.; Sup. *Lentissimus* II. 3. 4. — Lentus (fortasse a *lenitus* per syncop., *V.* LENIO et LENIS, vel a λεπτός *tenuis*) est flexibilis (cui opponitur *rigidus, durus*), atque adeo mollis, tener, viscosus, tenax, λυγώδης (It. *pieghevole, flessibile, tenero, molle, viscoso, tenace*; Fr. *flexible, souple, tendre, tenace, visqueux, glutineux*; Hisp. *flexible, blando, tierno, tenaz, viscoso*; Germ. *biegsam, geschmeidig, zäh, klebrig*; Angl. *pliant, flexible, limber, slender, softened, soft, tender, viscous, tenacious, lentous*).

I.) Proprie. — *a*) Pro flexibili. *Virg.* 1. *Ecl.* 26. Lenta viburna. *et* 3. *ibid.* 38. vitis. *et* 2. *G.* 12. Lentæ genistæ. *et* 4. *ibid.* 558. Lenti rami. *Phædr.* 3. 6. Lentum flagellum. *Virg.* 3. *G.* 208. Verbera lenta pati et duris parere lupatis. *h. e.* lentis virgis inflicta. *et* 4. *ibid.* 34. Lentum vimen. *et* 7. *Æn.* 634. leves ocreas lento ducunt argento. *Ovid.* 13. *Met.* 800. Lentior et salicis virgis. — *b*) Pro mol-

il, tenero. *Virg.* 4. *G.* 170. lentis Cyclopes fulmina massis Quum properant. *h. e.* igne mollitis. *Horat. Epod.* 15. 6. Arctius, atque hedera procera adstringitur ilex, Lentis adhærens brachiis. *h. e.* inflexis et corpus arcte circumplectentibus. Sic *Plaut. Men.* 1. 1. 18. Lenta viocula. *h. e.* arcte constringentia. — *c*) Pro viscoso, tenaci. *Virg.* 4. *G.* 41. gluten visco et pice lentius.

II.) Translate. ¶ 1. Usurpatur de agendi ratione, et est remissus, tardus, piger, *lento, tardo, pigro.* — *a*) De rebus. *Propert.* 4. 3. 39. Tellus lenta gelu. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 26. 65. (190). Lentus amnis. *Virg.* 7. *Æn.* 28. in lento luctantur marmore tonsæ. *h. e.* mari tranquillo et nullis ventis impulso. *Tibull.* 4. 1. 90. lento perfregerit obvia pilo. *h. e.* gravi adeoque tardius eunte. Cf. *Propert.* 4. 1. 96. Pondera lenta. *h. e.* quæ lentos ac tardos faciunt ferentes. *Phædr.* 1. 15. Suadebat asino fugere, ne posset capi: At ille lentus etc. Huc referri potest et illud *Plin.* 24. *Hist. nat.* 16. 92. (143). Herba durior et in coquendo lentior. *h. e.* dura, resistens. — *b*) De hominibus. *Cic. Brut.* 48. 178. T. Juventius, nimis ille quidem lentus in dicendo, et pæne frigidus, sed et callidus etc. — Poetice cum Genitivo. *Sil. It.* 3. 176. Dum lentus cœpti terra cunctaris Ibera. — Item cum Infinito. *Id.* 5. 19. Nympha nec Idalia lenta incaluisse sagitta. ¶ 2. Hinc — *a*) De rebus est etiam remissus, lenis, moderatus, non vehemens. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 11. 22. (55). Coquere aliquid lento igne. *a fuoco lento.* et 24. *ibid.* 14. 79. (129). Lento vapore decoctus. *et* 16. *ibid.* 10. 19. (43). Liquor melleo colore atque lentiore. *men vivo.* — *b*) De hominibus vero est qui sævitiam cum lento cruciatu exercet. *Sueton. Tib.* 21. Miserum populum Romanum qui sub tam lentis maxillis (*Tiberii scil.*) erit. *et* 57. Sæva ac lenta natura ne in puero quidem latuit. ¶ 3. Refertur etiam ad tempus, et est protractus, longus, diuturnus, *lungo, che dura a lungo*; et occurrit — *a*) Generatim de abstractis. *Tibull.* 1. 3. 82. Optavit lentas et mihi militias. *et ibid.* 4. 81. lento amore torqueri. *h. e.* longo et diu macerante; ita tamen, ut vehemens et veluti furiosus non sit. Sic *Ovid.* 7. *Met.* 82. Sic jam lentus amor, jam quem languere putares. *Id. Heroid.* 2. 9. Spes lenta. *Seneca Ep.* 70. Venti segnes tranquillitatis lentissimo tædio lassant. — Huc referri potest et illud *Plin.* 8. *Hist. nat.* 27. 41. (100). Fera vivacitatis adeo lentæ, ut ejectis interaneis diu pugnet. *h. e.* tenacis, cohærentis, diu perdurantis. — Item illud *Ovid. Remed. am.* 243. Nec satis esse puta discedere: lentus abesto. *h. e.* diuturnus, diu. — *b*) Speciatim de hominibus, qui debiti solutionem in longum differunt. *Cic.* 2. *Cat.* 10. 21. Hos ego non tam milites acres, quam infitiatores lentos esse arbitror. Sic *Id.* 1. *Att.* 12. et *ibid.* 13. *extr.* Teucris illa lentum sane negotium. *h. e.* Antonius collega solutionem differens. ¶ 4. Refertur ad moralem hominis characterem; et — *a*) Est placidus, lenis, qui non facile irascitur, *mite, piacevole, non facile a risentirsi. Cic.* 2. *Orat.* 69. 279. Genus ridiculi patientis ac lenti. *et ibid.* 7. 5. 105. In quo ego nimium patiens et lentus existimor. *Propert.* 3. 6. 20. Hostibus eveniat lenta puella meis. *Ovid. Heroid.* 17. 249. tam justa lentum Menelaon in ira. *Tac.* 3. *Ann.* 70. Sane lentus in suo dolore esset: reipublicæ injurias ne largiretur. *Cic. fragm.* apud *Amnian.* 19. 12. *sub fin.* Quod judicis lenti et considerati est proprium. — *b*) Item securus, otiosus, negligens, qui parvi pendit et contemnit, *neghittoso, pigro, non curante, indifferente, insensibile. Virg.* 1. *Ecl.* 4. Nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbra etc. *Tibull.* 4. 11. 6. Nostra potes lento pectore ferre mala? *Ovid. Heroid.* 15. 169. lentissima pectora. *h. e.* frigida et tarda ad concipiendum amorem. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 64. vellere cœpi Et prensare manu lentissima brachia. *Cic.* 1. *Att.* 18. Nihil est isto homine lentius. *Liv.* 22. 14. Tendentem ad mœnia Romanæ coloniæ Hannibalem lenti spectamus. *Ovid. Heroid.* 19. 81. Certe ego tum ventos audirem lenta sonantes: Et numquam placidas esse precarer aquas. *Seneca Troad.* 896. *de Helena.* Tibi fluxit Asiæ, fluxit Europæ cruor, Quum dimicantes lenta prospiceres viros, Incerta voti. *et ibid.* 253. Minasque tumidi lentus Æacidæ tuli. *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 66. Hæc est pro miseri lenta salute viri. ¶ 5. Est etiam facilis: ducta metaphora ab iis, quæ flectuntur. *Lucilius* apud *Non. p.* 22. 33. et 338. 13. *Merc.* Magnu' fuit trico nummariu', solvere nulli Lentus.

LĒNULLUS, i, m. 2. *deminut.* lenonis, parvus leno, *ruffianello. Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 24. Ita ut occepi dicere, lenulle, de illac pugna. Apud *Priscian.* 3. p. 614. *Putsch.* est *lenŭlus.*

LĒNUNCŬLĀRĬUS, ii, m. 2. (lenunculus) qui lenunculo, quod parvi navigii genus est, utitur, *barcajuolo*: lenunculariorum etiam collegium habebatur. *Inscript.* apud *Gruter.* 398. 7. PATRONO CORPORIS LENVNCVLARIORVM AVXILIARIORVM OSTIENSIVM. *Alia* apud *Gruter. p.* 1077., quæ est apud *Orell.* 4054. M.' ACILIO GLABRIONI M. VALERIO HOMVLO COS. ORDO CORPORATORVM LENVNCVLARIOR. TABVLARIORVM AVXILIARES OSTIENS. etc. *Alia* apud *Don. cl.* 8. *n.* 47. LENVNCVLARIVS R. TIB. *h. e.* ripæ Tiberis. Adde *aliam* apud *eumd. ibid. n.* 48. — *Lenuncularii* alii erant a scapharii, nam in *Inscript. Ostiensi* apud *Fabrett. p.* 731. *n.* 450. PATRONVS CORPOR. SCAPHARIOR. ET LENVNCVLARIOR.

LĒNUNCŬLUS, i, m. 2. duo diversa significat, prout est *A*) A *leno, onis*; aut *B*) A *lembus.*

A) Lenunculus utpote *deminut.* lenonis, est parvus leno, lenullus, *ruffianello. Plaut. Pœn.* 5. 5. 7. Ære militari tetigere lenunculum. Adde *Priscian.* 3. p. 614. *Putsch.*

B) Lenunculus utpote *deminut.* lembi, quasi *lembunculus*, est genus parvi navigii, *barca, barchetta*, σκαφίδιον: quales erant cymbæ, quibus Tiberi Ostiam commeabant, ut videre est in *Inscriptt.* in voce præced. allatis *Non. p.* 531. 31. *Merc.* piscatorium navigium esse definit. *Gell.* navium appellationes enumerans 10. 25. Lembi, oriæ, lenunculi, actuariæ etc. *Sall. fragm.* apud *Non. loc. cit.* Incidit forte per noctem in lenunculo piscantis. *Cæs.* 2. *B. C.* 43. Pauci lenunculi ad officium imperiumque conveniebant. *Tac.* 14. *Ann.* 5. *extr.* Occursu lenunculorum Lucrinum in lacum vecta, villæ suæ infertur. His autem locis alii *remunculi* reponunt, al. *lembunculi*: sed constantior pro *lenunculis* criticorum sententia est. Ducunt autem etymologi a *lene*, quod item parvum navigium est: *V.* LENIS, is. Num a λήνη, quod est *lacus* præli vinarii? Rectius tamen, ut diximus, deminut. a *lembus* est molliori forma.

LĔO, es, ere, a. 2. obsoletum verbum: cujus unum præteritum *levi V.* in LINO. Volunt esse a λεῖος *lēvis, levigatus.* Ab hoc est *deleo*, ut docet *Priscian.* 9. p. 872. *Putsch.*

LĔO, ōnis, m. 3. λέων, animal quadrupes, jubatum, omnium fere generosissimum et fortissimum (It. *lione*; Fr. *lion*; Hisp. *leon*; Germ. d. *Löve*; Angl. *a lion*).

I.) Proprie. *Phædr.* 4. 2. Quum se ferarum regem fecisset leo etc. (*V.* 1. 5. 11. et 21., et 3. 1.). *Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 17. (42). Leoni præcipua generositas, tunc quum colla armosque vestiunt jubæ. *Id. ibid.* 19. (48). Leoni tantum ex feris clementia in supplices: prostratis parcit. *Id. ibid.* (49). Leonum animi index cauda, sicut et equorum aures. Immota ergo placido, clemens blandienti. Iracundiæ principio terra verberatur: incremento terga, ceu quodam incitamento, flagellantur. *V.* ibi alia plura in hanc rem. *Virg.* 12. *Æn.* 4. Pœnorum qualis in arvis, Saucius ille gravi venantum vulnere pectus, Tum demum movet arma leo, gaudetque comantes Excutiens cervice toros, fixumque latronis Impavidus frangit telum et fremit ore cruento. *Val. Flacc.* 2. 458. Qualiter, implevit gemitu quum taurus acerbo Avia, frangentem morsu super alta leonem Terga ferens. *Ovid.* 3. *Trist.* 5. 33. Corpora magnanima satis est prostrasse leoni. *Id. Heroid.* 10. 85. Fulvus leo. *et* 7. *Met.* 373. ferus. *Lucret.* 5. 983. validus. — Lepidam de leone hominis hospite fabulam habes apud *Gell.* 5. 14. *V.* et *Senec.* 2. *Benef.* 19. — Pro *leæna* olim *leo femina* dicebatur. *Plaut. fragm.* apud *Philargyr.* ad *Virg.* 2. *Ecl.* 63. Nam audivi feminam ego leonem semel parire. *Val. Flacc.* etiam absolute dixit 6. 346. ceu sæptus in arcto Dat catulos post terga leo. et *Stat.* 2. *Silv.* 1. 9. citius me tigris abactis Fetibus, orbatique velint audire leones. — Currum Cybeles leones trahere dicuntur. *V.* CYBELES in ONOM. — *Ex ungue leonem*, vetus adagium, de quo *V. Lucian. Herm. c.* 54. — Leonis porro caput ex ore aquam fundentis cernitur sæpissime in vetustis monumentis, quoc ex Ægyptiis imitati sunt Græci et Romani, quia sub Leonis signo Nilus maxime exundat. *V. Mus. Borbon. T.* 4. *tab.* 43. p. 1. — Leones etiam sæpissime insculpi solent in monumentis sepulcralibus, scilicet ad mortuorum cineres custodiendos et ad sepulcrorum violatores territandos. *V. Vermiglioli Iscriz. Perug. p.* 148.; et *Cavedoni Marm. Moden. p.* 228.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochen leo sunt leonis exuviæ. Has gestare mos fuit Herculi post devictum leonem Nemæum. *Val. Flacc.* 8. 126. aptans humeris capitique leonem. et *Stat.* 4. *Silv.* 2. 50. Sic gravis Atrides post horrida jussa reversus Gaudebat strato latus acciinare leoni. ¶ 2. Morali ratione dicitur de homine forti et audente, sicut cervus de timido et imbelli. *Tertull. Cor. mil.* 1. *a med.* Novimus pastores eorum in pace leones, in prælio cervos. *Sidon.* 5. *Ep.* 7. *a med.* In prætoriis leones, in castris lepores. — *Domi leones, foris vulpes*, proverb. apud *Petron. fragm. Tragur.* 44. *Burmann.* de loquacibus et timidis, qui extra periculum multa minantur, in periculo fugiunt. Quo pertinet lepida fabula de viatoribus et latrone apud *Phædr.* 5. 2. Similia habes in *Liv.* 1. 28., 7. 13. et 35. 49.; et in *Justin.* 2. 10. *sub fin.* ¶ 3. Est etiam *Leo* signum cæleste, ex duodecim per quæ Sol Zodiaco decurrit, in quod quum ingre, ditur, maximi calores sunt, *sollione.* In fabulis est leo silvæ Nemææ, quem ab Hercule occisum, tamquam primum ejus laboris monumentum, Juppiter in cælum transtulit. Alii dicunt, a Junone translatum, ut Herculi inviso sibi dolerent oculi, quum a se occisam feram tam honoratam videret. Constat ex stellis decem et novem secundum *Hygin.* 3. *Astron.* 23., secundum alios viginti septem. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 102. (162). Quum Sol in Leone est. *Id.* 18. *ibid.* 26. 64. (235). VIII. kalendas Februar. stella regia appellata Tuberoni, in pectore Leonis occidit. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 15. ubi gratior aura Leniat et rabiem Canis et momenta Leonis. ¶ 4. Etiam cancrorum quoddam genus leones appellantur, teste *Plin.* 9. *Hist. nat.* 31. 51. (97)., qui alio nomine astaci maximi dicuntur: brachia habentes cancris similia, reliquum corpus locustæ, ut *Id.* docet 32. 11. 53. (149). Sic *Ambros.* 5. *Hexæm.* 2. Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus. ¶ 5. In illo *Colum.* 10. *R. R.* 250. Oscitat et leo, et ingenuo confusa rubore etc., *leo* est herba, quam alii leontopodion, alii antirrhinon esse contendunt, flore in modum hiantis oris leonini hiscente. Sic *Id. ibid.* 98. Narcissique comas, et hiantis sæva leonis Ora feri. ¶ 6. Denique *Plin.* hæc tradit 13. *Hist. nat.* 22. 39. (119). Alexander Cornelius arborem leonem appellavit, ex qua facta esset Argo, similem robori viscum ferenti, quæ neque aqua neque igni possit corrumpi, sicuti nec viscum, nulli alii cognitam, quod equidem sciam. *Sillig.* et omnes vulgati libri habent *eonem*: at *Codex Palimps. Veron.* editus a *Moneo* et hoc loco et in Indice huic libro XIII. præmisso *leonem* sine dubio exhibet.

LĔŌCŎRĬON, ii, n. 2. Λεωκόριον, delubrum Athenis honoris causa exstructum, quum Leos filias puellas, quas κόρας Græci vocant, immolandas exhibuisset, ut sic ex oraculi responso annonæ caritas tolleretur. *Cic.* 3. *Nat. D.* 19. 50. Itemque Leonaticum est delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur. Hic *Cic.* vocabulum *Leonaticum* Latine finxisse videtur, ut Græco *Leocorion* opponeret; alii tamen leg. *Leo natarum*; alii et ipse *Orellius* rectius *Leoidum*, h. e. Lei filiarum a Nom. *Leoides.*

LĔŌCRŌCOTTA *vel* leucrocotta *vel etiam* leucrocutta, æ, f. 1. fera pernicissima in India, asini fere magnitudine, cruribus cervinis, collo, cauda, pectore leonis, capite meliim, bisulca ungula, ore ad aures usque rescisso, dentium locis osse perpetuo, quam humanas voces tradunt imitari. Hæc *Plin.* 8. *Hist. nat.* 21. 30. (73)., quæ exscripsit more suo *Solin.* 52. *circa med. Salmasius* putat esse belluam ex leæna et crocotta genitam; crocottam vero ex leæna et hyæna. Sunt qui scribunt *leucocrotta*, more Latinorum, qui etiam *lao* in *lau* sæpe mutant. *V.* LAUDICENUS.

LĔŌNES, um, m. plur. 3. (leo) sacerdotes Mithræ dei, apud *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 13.; cujus verba *V.* in LEONTICUS, ubi etiam patet,

unde hoc nomen derivatum sit. Ceterum *leones* initiati quarto gradu mysteriorum Mythræ dicuntur ab *Henzen.* ad *Inscript.* 5846. INVICTO PROSEDENTE SEVIO FACVNDO VMBRI RVFINVS ET ÆMILIANVS LEONES. et *alia* apud *eumd.* 6042. *b.* CVLTORES *dei solis* INVICTI MITHRAE PATRONI PROSEDENTE C. PROPERTIO PROFVTVRO COLEDIVS PROCVLVS..... SENTIN. IANVARIVS PATER LEONVM. *Pater leonum,* sit *Henzen.* ad h. l., novum in cultu Mithriaco officium est; cf. tamen *patres patrum.* Fortasse singulis initiatorum classibus singuli patres præpositi erant. Adde *Inscript.* apud *Orell.* 1944.

LĔŌNĪNUS, a, um, adject. (leo) ad leonem pertinens, *di leone,* λεοντώδης, λεοντιος.

I.) Proprie. *Varro* 2. *R. R.* 9. 3. Canis sit colore potissimum albo, quod in tenebris specie leonina. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 54. (142). Leonina pellis. *et ibid. mox.* Leoninæ jubæ. *Id.* 24. *ibid.* 17. 102. (165). Leoninus adeps.

II.) Translate. *Cassius JCtus* apud *Ulp. Dig.* 17. 2. 29. societatem leoninam appellabat, in qua alter ex duobus lucrum tantum, alter damnum sentiret. Quod lucem habet ex *Phædr.* 1. 5. — Ceterum. *V.* LEONINUS in ONOM.

LĔŌNTĪCĒ, es, f. 1. λεοντικη, herbæ genus, apud *Plin.* 25. *Hist. nat.* 11. 85. (135). *V.* CACALIA.

LĔŌNTĪCUS, a, um, adject. (leo) λεοντικός, ad leonem pertinens, ut *leontica sacra,* quæ fiebant in honorem Mithræ Persarum dei (quo nomine Sol intelligebatur), quicum Æon sive Sæculum, Croni filius, forma humana et facie leonina in spelæo colebatur. V. *Zoega, Bassiril. ant. T.* 2. *p.* 32. - 40. et *Labus.* in *Bibliot. Ital. T.* 2. *p.* 192. - 211. Hinc *Arnob.* 6. 10. Inter deos videmus vestros leonis torvissimam faciem, mero oblitam minio, et nomine Frugiferi nuncupari. et *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 13. Aridæ et ardentis naturæ sacramenta leones Mithræ philosophantur. *h. e.* mysteria seu symbola solaris naturæ. Porro hæc sacra etiam a Romanis recepta fuere, ut videre est in *Inscript.* apud *Gruter.* 303. 1., quæ est apud *Orell.* 2345. CONSTANTIO IX. ET IVLIANO II. CONS. (*h. e.* an. a Chr. n. CCCLVII.) NONIVS VICTOR OLYMPIVS ET AVREL. VICTOR AVGENTIVS TRADIDERVNT LEONTICA IIII. ID. AVG. FELICITER. Adde *aliam* apud *Gruter.* 1087. 5. *V.* LEONES in hoc LEXIC. et MITHRAS in ONOM.

LĔŌNTĬOS, ii, m. 2. λεόντιος, gemma, a leoninæ pellis similitudine nominata, quemadmodum pardalios a similitudine pellis pantheræ. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 73. (190).

LĔŌNTŌCĂRON, i, n. 2. λεοντόκαρον, plantæ genus admodum ignotum apud *Apul. Herb.* 57.

LĔŌNTŌMĂCHĬA, æ, f. 1. λεοντομαχία, a λέων *leo* et μάχομαι *pugno,* leonum pugna. Legitur in *lemmate* apud *Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 20. (53). in editione *Harduini* et *Sillig.* Quis primus leontomachiam Romæ, quis plurimos in ea leones donaverit.

LĔŌNTŌPĔTĂLON, i, n. 2. λεοντοπέταλον, herba caulem emittens dodrantalem, seu semipedalem, lenem, pluribus alis concavum, et in cacumine semina parva duo, aut tria, eaque in siliquis, ciceris modo, flores punicei coloris, anemonæ similes, folia brassicæ, sed papaveris divisura, radicibus nigris, grandibus, rapæ similibus. Vulgus pedem leonis appellat, quia folia habet similia pedi leonis. Nascitur vulgo in arvis. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 11. 72. (96). *V.* LATHYROS. Secundum cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. *p.* 457.) *Leontopetalon* vel *Leontopodion* Plin. locc. citt. est *Leontice leontopetalum* L.

LEONTOPHŎNOS, i, m. 2. λεοντοφόνος, exiguum est animal, in iis tantum regionibus nascens, in quibus leones gignuntur: a λέων *leo* et φόνος *cædes.* Leonibus enim tam præsens est venenum, ut gustato leontophono statim exspirent. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 38. 57. (136). Cf. *Solin.* 27. *ad med.*

LĔŌNTŌPŎDĬON, ii, n. 2. λεοντοποδιον, herba eadem, quæ leontopetalon. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 34. (52).; et *Apul. Herb.* 7. De synonymia *V.* in LEONTOPETALON.

LĔŌPARDĪNUS, a, um, adject. (leopardus) ad leopardum pertinens, ut Leopardina adeps, *Marcell. Empir.* 36. *sub init. V.* TAXONINUS.

LĔŌPARDUS, i, m. 2. λεοπάρδαλος, *leopardo,* animal ex pardo et leæna natum, jubis carens, nigris maculis leoninam pellem distinguentibus. *Vopisc. Prob.* 19. Editi deinde centum leopardi Libyci, centum leænæ etc. *Lamprid. Elagab.* 21. Habuit et leones et leopardos exarmatos in deliciis. *Symmach.* 7. *Ep.* 59. Sacras litteras Julius agens in rebus exhibuit leopardorum munificentiam continentes. Cl. *Cuvier* ad *Plin. T.* 6. *p.* 417. fabulosam esse arguit naturam leopardi mittam ex pardo et leæna, idemque *ibid. p.* 419. ad *c.* 23. affirmat.

LĔPAS, ădis, λεπάς. De alia forma *V.* in fin. hujus voc. — Lepas est genus conchæ marinæ, edulis, exteriore parte testa contectum, interiore carnosa, firmissime petris adhærescens. *Plaut. Rud.* 2. 1. 8. Echinos, lepadas, ostreas, balanos captamus. *Id. Cas.* 2. 8. 56. Abi, opsonia propera: sed volo molliculas ecas: emi sepiolas, lepadas etc. — Videtur eadem esse cum *lopade:* de qua *Non. p.* 551. 5. *Merc.* Lopades genus conchæ marinæ (λοπάς a λέπω *decortico*) Plaut. in Parasito: Addite lopades, echinos, ostreas. *Al. leg.* lepades. — Lepas etiam inter pisces enumeratur a *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (149). ex correctione *Silligii;* nam alii leg. *lepris,* alii aliter.

LĔPASTA. *V.* LEPISTA.

LĔPĬDĒ, adverb. (lepidus). Comp. *Lepidius* et Sup. *Lepidissime* 1. — Lepide est venuste, festive, apposite, commode, ganter, eleapte, scite, ἐπιδεξίως, κομψως, λαμυρῶς (It. *con grazia, con garbo, acconciamente*; Fr. *joliment, élégamment, avec grâce, agréablement, bien, à merveille*; Hisp. *lindamente, elegantemente, agradablemente*; Germ. *artig, fein, anmuthig, hübsch*; Angl. *with a grace, pleasantly, prettily, smartly, humorously, wittily, neatly, appositely*). Occurrit ¶ 1. Generatim. — *a*) De factis deque aliis rebus, quæ apte fiunt et gratæ sunt. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 81. Satis nunc lepide te ornatam credo. *et ibid.* 3. 3. 84. Lepide stratus lectus. *Id. Curc. a.* 3. *v.* 15. Ego hoc effectum lepide tibi tradam: tace. *Id. Cas.* 2. 8. 46. Lepide reperi. *h. e.* callide, astute et ad rem, *ingegnosamente e a proposito.* et *ibid.* 3. 2. 27. Jam hic est lepide ludificatus. *et Bacch.* 5. 2. 33. Meum pensum lepide accurabo. *Id. Most.* 1. 3. 15. Ut lepide res omnes tenet! *come sa tutto!* et *Truc.* 3. 2. 13. Lepide intellexisti. *Id. ibid.* 3. 1. 22. facis. *ottimamente.* et *Truc.* 1. 2. 15. referre gratiam. *Id. Bacch.* 1. 1. 35. memoras. *Id. Mil. glor.* 3. 3. 50. Nimis lepide fabulare: eo potuerit lepidius pol fieri. — *Lepide esse,* commode et laute tractari. *Id. Bacch.* 1. 1. 50. Ubi lepide voles esse tibi, mea rosa, mihi dicito. — Jungitur cum aliis Adverbiis. *Id. Mil. glor.* 3. 1. 21. Loquere lepide et commode. *Id. Pseud.* 2. 1. 1. Mihi omnia lepide prospereque eveniunt. *Id. Cist.* 1. 1. 12. Ita in prandio nos lepide atque nitide accepisti. *Id. Mil. glor.* 3. 3. 65. Dare operam lepidissime atque comissime. — *b*) In acclamatione et plausu. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 85. Euge, euge, lepide: laudo commentum tuum. *Ter. Eun.* 3. 1. 37. Facete, lepide, laute, nihil supra. — Similiter in responsionibus, affirmando et probando. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 1. Quid, si hoc potis est, ut taceas, ego loquar? BA. Lepide: licet. ¶ 2. Speciatim de verbis et sermone. *Cic.* 3. *Orat.* 43. 171. et *Orat.* 44. 149. In quo lepide soceri mei persona lusit is, qui elegantissime id facere potuit, Lucilius: Quam lepide lexeis compostæ etc.

LĔPĬDĬUM, ii n. 2. λεπίδιον, herba duplicis generis, sativi et silvestris, altitudine cubitali, foliis laurinis, sed mollibus. Usus ejus in cibis non sine lacte est. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 51. (166). — Adhibetur etiam ipsi lacti condiendo, et oxygalæ faciendæ. *Colum.* 12. *R. R.* 8. 3., et 11. *ibid.* 3. 16. et 46. — Habet in medicina urendi vim et cutis emendandæ. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 17. 70. (181). *V.* dicta in FUC.E. — Ab *Isid.* 4. *Orig.* 8. 11. memoratur *lepida herba;* ubi *lepidium* corrigendum videtur. — Ceterum cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 2. *p.* 424.) hanc exhibet synonymiam: Λεπίδιον Dioscor. 1. 205. et Athen. 3. 88. et 9. 34.; et *Lepidium* Colum. 12. R. R. 8. 3. et Plin. locc. citt. sunt *Lepidium latifolium* L. Spec. plant. 899.

LĔPĬDŌTĬS, is, f. 3. λεπιδωτός *squamosa,* a λεπίς *squama;* nomen est gemmæ, variis coloribus squamas piscium imitantis. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 62. (171).

LĔPĬDŬLĒ, adverb. Tribuitur a multis *Plaut. Pseud.* 1. 5. 115. Eam circumducam lepidule. *Sed plerique omnes leg.* Ea circumducam lepide lenonem.

LĔPĬDŬLUS, a, um, adject. *deminut.* lepidi, *graziosetto. Capell.* 7. *p.* 235. Ne infacetus et impar lepidulis videretur. *et* 8. *p.* 272. Satyra lepidula. Adde *eumd.* 6. *p.* 189.

LĔPĬDUS, a, um, adject. Comp. *Lepidior* et Sup. *Lepidissimus* 1. — Ratione habita etymi, *Donatus* ad *Ter. Eun.* 3. 1. 37. ducit a λεπίς *lamina,* quia lepidus homo, quasi lamina, politus est: rectius tamen duxeris a *lepos* vel *lepor,* quod cum Gr. λεπτός *tenuis, subtilis* conjungi fortasse potest. Quidquid vero sit de etymo, lepidus est is, in quo leporis est plurimum, festivus, venustus, urbanus, concinnus, commodus, aptus, χαρίεις, δεξιός, κομψός (It. *grazioso, piacevole, lepido, acconcio, proprio, bello, ben fatto*; Fr. *charmant, gracieux, joli, agréable, aimable, de bonne humeur*; Hisp. *hechizo, gracioso, lindo, agradable, amable, lleno de humor*; Germ. *artig, fein, zierlich, nett, niedlich*; Angl. *pretty, smart, humorous, witty, pleasant, gay, facetious, apposite, neat*). Occurrit ¶ 1. Generatim. — 1.°) Sæpissime in bonam partem, præcipue apud *Plaut.* et *Ter.* — *a*) De homine. *Plaut. Capt.* 5. 2. 3. Fui ego bellus, lepidus, bonus vir aumquam, neque frugi bonæ. *Id. Curc.* 4. 1. 1. Lepidus nugator. *Ter. Andr.* 5. 4. 45. O lepidum patrem! et *Hecyr.* 5. 1. 26. Lepida es. Sic *Id. Heaut.* 5. 5. 16. Lepida puella. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 65. Non invenies alterum lepidiorem ad omnes res, nec qui amicus amico sit magis. *Ter. Adelph.* 5. 7. 13. Placet, pater lepidissime. Sic *Id. Eun.* 3. 3. 25. O capitulum lepidissimum! — *b*) De rebus, quæ gratiam habent utcumque. *Plaut. Epid.* 1. 1. 41. Forma lepida et liberalis. *Id. Most.* 2. 3. 12. Lepidi mores. *Id. Stich.* 5. 5. 19. Cantio lepida et suavis. *Id. Trin.* 3. 2. 98. Eo pacto addideris nostræ lepidam famam familiæ. *Id. Pœn.* 1. 2. 95. Facinus lepidum et festivum. *Id. Bacch.* 1. 1. 51. Ubi bene sit, tibi locum lepidum dabo. *Id. Stich.* 2. 1. 2. Lepidum nuncium nunciare. *Id. Cas.* 2. 3. 10. Myropolas omnes sollicito: ubicumque est lepidum unguentum, ungor. *Id. Aulul.* 4. 8. 4. O lepidum diem! *felice, fortunato. Ter. Eun.* 5. 7. 17. Ita ne lepidum tibi visum est, scelus, nos irridere? *t'è paruta una bella cosa?* — 2.°) In malam partem. *Cic.* 2. *Cat.* 10. 23. Illi pueri tam lepidi et delicati, non solum amare et amari, neque cantare et saltare; sed etiam sicas vibrare et spargere venena didicerunt. *soverchiamente ornati, azzimati, leccati.* ¶ 2. Speciatim de sermone, qui venustate, urbanitate ac sale polleat. *Cic.* 4. *Herenn.* 23. 32. Quæ sunt ampla et pulcra, diu placere possunt: quæ lepida et concinna, cito satietate afficiunt aurium sensum fastidiosissimum. *Catull.* 6. 16. volo te ac tuos amores Ad cælum lepido vocare versu. *Horat. Art. P.* 273. Scimus inurbanum lepido seponere dicto. — De *lepida herba, V.* LEPIDIUM. — *NB.* De Romana Lepidorum familia *V.* in ONOM.

LĔPIS, idis, f. 3. λεπίς, squama. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 11. 24. (107). Ex panibus æris fit, quam vocant lepida, et sic adulteratur flos, ut squama veneat pro eo. Est autem squama æris decussa vi clavis, in quos panes ærei ferruminantur. *Veget.* 6. *Veterin.* 27. 4. *Schneid.* Opobalsami, croci, myrrhæ, salis Hispani, lepidis, ossis sepiæ singulas uncias. *et ibid.* 28. 8. Absinthium, sinopidem, lepidam, hæc tria bene commixta etc. *et ibid.* § 9. Pollinem turis, pollinem ervi, lepidam. *Utroque loco* pro lepidam *legendum* lepida *probante* Gesnero. Lepis autem est squama æris, de cujus usu medico et ad rem, qua de agit *Vegetius,* apto, V. *Dioscor.* 5. 89. Adde *Pelagon. Veter.* 30. § 9.

LĔPISTA *vel* lepasta *vel etiam* lepesta, æ, f. 1. λεπαστη, est, ut ait *Paul. Diac. p.* 115. 6. *Müll.* Lepista genus vasis aquarii. Est autem a voce Græca allata, quæ Dolopum est, et dicitur, teste *Eustachio,* διὰ τὸ λαπτὸν καὶ ἀκπέταλον εἶναι κατὰ λεπάδας, idest, quod vas illud tenue ac patulum foret ad modum conchæ: *V.* LEPAS. *Varro* apud *Priscian.* 6. *p.* 714. *Putsch.* et apud *Non. p.* 547. 22. *Merc.* Ubi erat vinum in mensa aut lepestam, aut galeolam, aut sinum dicebant: tria enim pro quibus nunc acratophoron. *Id.* 5. *L. L.*

123. *Müll.* Item dictæ lepestæ quæ etiam nunc in diebus sacris Sabinis vasa vinaria in mensa deorum sunt posita; apud antiquos scriptores Græcos inveni appellari poculi genus λεπαστάν. *Id.* apud *Non. loc. cit.* Lepistæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt, aut aeneæ. *Vet. Poeta* apud *Mar. Victorin.* 3. *p.* 2587. *Putsch.* Ferunt pulcras crateras aureasque lepistas. *V.* DEPESTA.

LĔPOR *et* lepos, ŏris, m. 3. De vocis etymo *V.* in LEPIDUS init. — *Agrœtius de Orthogr. p.* 2272. *Putsch.* hoc distare putat inter *lepor* et *lepos*, quod ille sit in jucunditate voluptatis, hoc in eloquio. — Ceterum est venustas, gratia, elegantia, amœnitas, festivitas, urbanitas (*It. venustà, eleganza, grazia, garbo, leggiadria*; Fr. *grâce, beauté, agrément, charme*; Hisp. *gracia, garbo, donayre, hermosura, chiste*; Germ. *die Artigkeit, Feinheit, Anmuth, Heiterkeit*; Angl. *grace, elegance*). Occurrit ¶ 1. Generatim de rebus pro gratia et amœnitate. *Lucret.* 2. 501. Aurea pavonum ridenti imbuta lepore Sæcla. *Id.* 5. 1258. *de metallis.* nitido capti levique lepore. *Id.* 3. 1006. annorum tempora circum Quum redeunt fetusque ferunt variosque lepores. *Id.* 4. 1126. medio de fonte leporum Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 41. (88). Omnis vitæ lepos et summa hilaritas laborumque requies etc. ¶ 2. Speciatim de hominibus. *Cic.* 7. *Verr.* 54. 142. Iste homo Venerius, affluens omni lepore ac venustate. *Id.* 5. *Tusc.* 19. 55. In quo (*C. Cæsare*) mihi videtur specimen fuisse humanitatis, salis, suavitatis, leporis. ¶ 3. Item speciatim et sæpius de oratione, et est sermo nitidus, et quasi lautitia quædam sermonis, venustas, urbanitas, ornatus, concinnitas, elegantia in loquendo. *Cic.* 1. *Orat.* 7. 27. Quum lauti accubuissent, tolereturque omnis illa superioris tristitia sermonis, eaque esset in homine jucunditas et tantus in jocando lepos, ut etc. *Id. ibid.* 34. 159. Libandus etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos. *Id. Brut.* 38. 143. Erat cum gravitate junctus facetiarum et urbanitatis oratorius, non scurrilis, lepos. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 6. 16. Quamquam floruit acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi. *Id.* 2. *Orat.* 23. 98. Quorum alter (*Cæsar*) inusitatum nostris oratoribus leporem quemdam et salem est consecutus. *Id. Orat.* 27. 96. In quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. *Quintil.* 11. 1. 53. Propositionum ac partitionum captabit leporem. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

LĔPŎRĀRĪUM, ii, n. 2. (lepus) locus ubi lepores aluntur, λαγωτροφεῖον, et generatim, secundum *Varronem*, omne sæptum villæ affixum, quod habet inclusa animalia, quæ inibi pascuntur. *Varro* 3. *R. R.* 3. 2. Leporaria te accipere volo, non ea, quæ tritavi nostri dicebant, ubi soli lepores sint, sed omnia sæpta, affixa villæ quæ sunt, et inclusa habent animalia, quæ pascantur. *Id. ibid.* § 8. In leporario apri fuere multi. *Id. ibid.* 12. 1. Nomine antiquo a parte quadam leporarium appellatum: nam neque solum lepores eo includuntur, sed etiam cervi, aut capreæ. Adde *Gell.* 2. 20.

LĔPŎRĀRĬUS, a, um, adject. (lepus). *Servius* ad *Virg.* 2. *G.* 93. Lageos (*vitis*) est, quæ Latine leporaria dicitur: nam λαγὼς lepus.

LĔPŎRĪNA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

LĔPŎRĪNUS, a, um, adject. (lepus) qui est ex lepore, *di lepre*, λαγῷος. *Varro* 2. *R. R.* 11. 4. Leporinum coagulum. Adde *Cels.* 5. 5. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 11. 46. (166). Leporinus cinis. *Ulp. Dig.* 32. 70. 9. Leporina lana. — Hinc

Leporina, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est leporina caro. *Gloss. Cyrill.* Λαγεῖον κρεας, leporina.

LĔPOS, ŏris. *V.* LEPOR.

LEPOS, otis, m. 3. filius fratris. Hujus vocis significatio apparet ex feminino *leptis*; etenim in *Gloss.* apud *Ducang.* habetur: Leptis, filius (*corrige* filia) fratris; et apud *Papiam*: Lectis (*corrige* Leptis), filia fratris. Oritur ergo ea vox, ut nepos, ex παῖς, quem vetustiores dixerunt *por*, ut Lucipor, Marcipor, et ex ignotæ significationis particula *le*, Etrusca forsan, vel Osca, cujus vestigium superest in *Levir*. Hinc noscimus, quomodo nepos, qui proprie filius est filii, sequioris Latinitatis tempore in *lepotis* locum successerit ob nimiam litterarum *n* et *l* consonantium. Hæc cl. *Furlanetto* in I.ª Appendice; qui tamen vocem affert nullo auctore laudato, præter *Not. Tir. p.* 80., quæ nihili habendæ sunt.

LĔPRÆ, ārum, f. plur. 1. λέπρα. In singulari num. usurpat *Scribon. Compos.* 250.; et *Juvenc.* 1. *sub fin.*; et sæpissime *Vulgat. interpr.* — Ceterum lepræ, *lepra, lebbra*, scabiei genus est, cutem deformi obducens crusta, corpusque vehementi pruritu infestans. Alii usurpant pro elephantiasi, quod morbi genus superiore multo est perniciosius, ut quod non solum cutem infestet, verum etiam carnem ipsam usque ad ossa depascatur. Ab aliis duplex ponitur, una, quæ potest curari, alia, quæ incurabilis est, quam malam scabiem *Horat. Art. P.* 453. nominat. Aliis eadem est atque impetigo vel depetigo, vel sane species ejus. Dicta est a λέπος vel λεπὶς *squama*, sive a λέπω *desquamo, decortico*. Lepræ enim cutem scabram et asperam reddunt, inque squamas resolvunt. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 8. 33. (48). Corticis interior tilia lepras sedat. *Id.* 20. *ibid.* 21. 86. (234). Lapathi radice lepras curant. *Id.* 22. *ibid.* 25. 74. (156). Lupini lepras emendant. *et* 32. *ibid.* 9. 31. (97). Lepras sanare. *et* 20. *ibid.* 17. 70. (181). tollere.

LEPRIS. *V.* LEPAS in fin.

LĔPRŌSUS, a, um, adject. (lepræ) qui leprarum morbo laborat, *lebbroso*, λεπρώδης.

I.) Proprie. *Sedul.* 4. 191. decem maculosa gerentes Leprosi portenta viri. Adde *Vulgat. interpr. Exod.* 4. 6., *Levit.* 13. 46. et alibi sæpe.

II.) Figurate. *Prudent.* 2. περὶ στεφ. 285. Peccante nil est tætrius, Nil tam leprosum aut putridum.

LEPTIS. *V.* LEPOS, otis.

LEPTŌLŌGĬA, æ, f. 1. λεπτολογία, a λεπτὸς *minutus* et λόγος *sermo*, est figura sententiarum, quum minimæ res enarrantur. *Aquila de fig. Sentent. et Eloc.* § 2. edente *Ruhnken.* Leptologia. Tale pro Gallio *etc.* Quod si hoc ipsum esse aliqui diatyposin – volunt, intelligant, nos non de universo loco, sed de exsecutione singularum rerum loqui; quas ita persecutus est, ut etiam minima quæque demonstraret.

LEPTŌMĔRES, is, n. 3. λεπτομερὲς a λεπτὸς *tenuis, minutus*, et μερὶς, ἴδος, *pars, portio*, remedium quod minutissimis partibus præbetur. *Theod. Priscian. de diæta* 10.

LEPTŌMĔRĬCUS, a, um, adject. λεπτομερικός, ad leptomeren pertinens: *V.* voc. præced. *Theod. Priscian. de diæta* 10. Acori radix virtutem habet leptomericam.

LEPTON Centaurium, n. λεπτὸν κενταύριον, centaurium minus, herba, quam Latini *fel terræ* vocant, propter summam amaritudinem, Galli vocant *exacum*, eo quod potum omnia medicamenta mala per alvum exigat. Dicta est a minutis foliis: nam λεπτὸς *tenuem* significat. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 6. 31. (68). Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. *p.* 333.) hanc exhibet synonymiam: Κενταυρὶς Theophr. 9. 9.; Χείρωνος ῥίζα Nicand. Ther. 500.; Κενταύριον μικρὸν ἢ λιμναῖον Dioscor. 3. 9.; Θερμόχορτον Græcor. recentior.; *Centaurion lepton* et *libadion, fel terræ* Plin. loc. cit.; et *Exacon* Gallor. teste Plin. loc. cit. sunt *Chironia Centaurium* Smith Fl. brit. 1. 257.

LEPTŌPHYLLON, i, n. 2. λεπτόφυλλον, tithymali species, in petris nascens: ita dicta a tenuitate foliorum. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 45. (71). Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. *p.* 397.) hanc exhibet synonymiam: Τιθύμαλλος ὁ ἐν ταῖς πέτραις φυόμενος Dioscor. 4. 165.; et *Tithymalus dendroides, alii cobios, alii leptophyllos* Plin. loc. cit. sunt *Euphorbia dendroides* L. Spec. plant. 662.

LEPTŌPŸREXĬA, æ, f. 1. λεπτοπυρεξία, a λεπτὸς *tenuis* et πυρετὸς *febris*, tenuis febris, febricula. *Marcell. Empir.* 20. *circa fin.* Dysentericis medetur, leptopyrexias sanat, dolori etiam faucium et synanchæ succurrit tale medicamen. *Aldus* ita legit: *Freund.* vero et *Klotz.* legunt *lexipyrexias*, h. e. *febris cessationes* (*V.* LEXIPYRETOS); quod sane improbandum, verbo enim *sanat* non modo non respondet, verum etiam repugnat.

LEPTŌRAX, ăgis, f. 3. λέπτοραξ: uva quædam, quæ dulces quidem habet acinos, sed tenues tamen et minutos, cujusmodi sunt, quas uvas Corinthiacas appellamus: a λεπτος *tenuis*, et ῥάξ, ῥαγὸς *acinus*. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (15).

LEPTOPSĒPHOS, i, m. 2. b. e. minutus lapis, seu calculus: a λεπτὸς *tenuis* et ψῆφος *calculus*: species est marmoris porphyritæ rubei, albis punctis distincti, apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 7. 11. (57)., ut quidem legit *Harduin.*, nam alii rectius *leucosticios*, quam vocem *V.* suo loco. *Sillig.* tamen *Harduini* lectionem tuetur et plurimis optimisque Codicibus confirmat.

LEPTYNTĬCUS, a, um, adject. λεπτυντικὸς, qui macrum facit, qui extenuat, a λεπτύνω *extenuo*, quod a λεπτὸς *tenuis*. *Theod. Priscian. de diæta* 10. Cæparum virtus leptyntica.

LĔPUS, ŏris, m. 3. De genere feminino *V.* infra sub I. *b.* — Lepus est a λέπορις (pro λαγώς) Æolica et Sicula voce idem significante, ut *Varro* 5. *L. L.* 101. *Müll.* et 3. *R. R.* 12. 6. docet. Est etenim a λέπω *decortico, exdorsuo*; leporem enim plures pelles habere, quæ una post aliam detrahi possint, notissima vel culinariis res est. *L. Ælius* apud *Gell.* 1. 18. dictum putavit quasi *levipes*: sed *Varro ibid.* improbat. Est autem animal notum, timidissimum, velocissimum, fecundissimum (*It. lepre*; Fr. *lièvre*; Hisp. *liebre*; Germ. d. *Hase*; Angl. *a hare*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cato* apud *Diomed.* 1. *p.* 358. *Putsch.* Lepus multum somni affert, qui illum edit. *Plaut. Pers.* 3. 3. 30. Argentarii, ubi quid crediderís, citius extemplo a foro fugiunt, quam ex porta luuis quum emissus est lepus. *Virg.* 1. *G.* 308. Auritosque sequi lepores. *Horat.* 1. *Od.* 37. 18. adurgens leporem citus venator. *Id. Epod.* 2. 35. lepus pavidus. *Varro* 3. *R. R.* 12. 6. Lepores in Gallia ad Alpes toti candidi sunt. Cf. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 55. 81. (217). Lepores in Alpibus candidi, quibus hibernis mensibus pro cibatu nivem credunt esse. *Varro loc. cit.* tria leporum genera enumerat: Italicum seu communium, Alpinum candidum, Hispanicum cuniculorum. *Hieronym.* in *Chron.* ad ann. U. C. DCCXVII. Cornificius poeta a militibus desertus interiit, quos sæpe fugientes galeatos lepores appellarat. — *b*) Usurpatur masculino genere, licet de femina sermo sit. *Varro loc. cit.* Qui lepus dicitur, quum prægnans sit, tamen concipere. *Plin. loc. cit.* Lepus solus, præter dasypoden, superfetat. — Et in feminino. *Priscian.* enim 5. *p.* 658. *Putsch.* recenset inter ea, quæ utroque genere efferuntur. Et *Bentlej.* ex duobus MSS. ita legit illud *Horat.* 1. *Sat.* 4. 44. Fecundæ leporis sapiens sectaberis armos. *Ubi plerique omnes* fecundi. — *c*) Veteres existimabant, pulcros fieri homines, qui lepore per septem continuos dies vescerentur, fortasse quia lepus lepōrem conciliare falso putaretur, ut arguit *Plin.* 28. *Hist. nat.* 19. 79. (260). Huc pertinent loca *Martial.* 5. 29.; et *Lamprid. Alex. Sev.* 38. ubi legitur: lepus comesus, Ex quo continuum capit leporem. — *d*) *Aliis leporem excitare*, proverb. apud *Petron. Satyr.* 131., b. e. bonum aliquod reperire, quo alii, non is qui reperiit, fruantur. Huc facit illud *Ovid.* 3. *Art. am.* 661. Credula si fueris, aliæ tua gaudia carpent: Et lepus hic aliis exagitatus erit. — *e*) *Lepus tute es, et pulmentarium quæris*, aliud apud *Ter. Eun.* 3. 1. 36. (et est dictum *Livii Andronici*, teste *Vopisc. Numerian.* 13.), h. e. *sei lepre, e vuoi mangiar lepre*: quum te multi insectentur, ipse vis insectari alios? nempe, quum cinædus ipse sis, scortum quæris? — *f*) Adhibetur etiam in blanditiis amantium. *Plaut. Cas.* 1. 1. 50. Meus pullus passer, mea columba, mi lepus! Hic *Plaut.* salacissima et venustissima animalia commemorat. — *g*) De symbolo leporis in epitaphiis, V. *Creuzer. Relig. T.* 3. *p.* 345.; et *Annal. dell' Institut. archeol. a.* 1833. *p.* 95., *a.* 1838. *p.* 265. et *a.* 1843. *p.* 25.

II.) Translate. ¶ 1. Est hoc nomine marinus piscis e lacertorum genere, inter venena numeratus, præsertim in Indico mari, ubi etiam tactu pestilens est, et vomitum dissolutionemque stomachi protinus creat: in nostro ossa informis, colore tantum lepori similis: in Indis et magnitudine, et pilo duriore tantum. Hæc *Plin.* 9. *Hist. nat.* 48. 72. (155). *V. eund.* et 32. *ibid.* 1. 3. (8). Cf. *Macri, di tre specie di tetidi*, p. 51. — Hac eadem significatione deminut. *lepusculus* legitur apud *Ambros.* 5. *Hexæm.* 10. Lepusculus quoque timidum animal in terris, in mari formidabile, citatu, et quæ non fa-

cile possit auferri, corruptelam invehit. ¶ 2. Item cæleste signum, sex habens stellas, secundum *Hygin.* 3. *Astron.* 22. Situs est infra sinistrum pedem Orionis, videturque fugere ante canem ipsius, ut in CANÍS dictum est. Exoritur cum Leone, occidit post exortum Sagittarii. *Hygin. ibid.*, qui 2. 33. fabulam narrat hujusmodi: in Lero insula (quæ una est inter Sporadas in Ægæo mari, teste *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (69).) nullos olim fuisse lepores: a quodam adolescente alibi captos invectos fuisse: eorum fecunditate celeriter repleta insula, cœpisse fruges ab iis absumi, ita ut fame incolæ laborarent: inito consilio, omnes tandem diligenter venando, sustulisse: ob id ãguram leporis in cælo positam, ut discerent homines, suarum ipsos fere calamitatum auctores esse. *Manil.* 5. 159. Septima pars Leporem tollit: quo sidere natis Vix alas Natura negat volucresque meatus: Tantus erit per membra vigor referentia ventos. Adde *Firmic. loc. cit.* in PRÆSTIGIATOR, et *Capell.* 8. p. 279. et p. 282.

LEPUSCLUS. *V.* voc. seq. init.

LEPUSCŬLUS, i, m. 2. Per syncopen est *lepusclus*. In quodam epigramm. apud *Lamprid. Alex. Sev.* 38. Tantum tu comedas velim lepusclos. — Lepusculus, *deminut. a* lepus, est parvus lepus, *lepratto*, λαγώδιον: sed et pro quocumque lepore ponitur.

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Nat. D.* 31. 88. In qua (*insula*) lepusculos et vulpeculas sæpe vidisses. *Colum.* 9. *R. R.* 9. *fin.* Hordeum et cicercula non nimis ab lepusculis appetuntur.

II.) Translate. ¶ 1. Pro parva venationis præda *Cic.* 6. *Verr.* 21. 47. Cibyratici canes, si minus grande vas venari potuerant, illa quidem certe pro lepusculis capiebantur, patellæ, pateræ, turibula. *h. e.* quum homines, quibus tamquam canibus venaticis Verres Siciliam expilabat, non potuerint aprum aut cervum venari, certe lepusculos afferebant. ¶ 2. Est hoc nomine etiam marinus piscis: *V.* LEPUS II. 1. in fin.

LĒRĬA, ōrum, n. plur. 2. *galanterie*, apud *Paul. Diac.* p. 115. 13. *Müll.* sunt ornamenta tunicarum aurea. Cui lucem addit illud *Hesychii*: Λῆροι τὰ περὶ τοῖς γυναικείοις χιτῶσι κεχρυσωμένα: ut præcipue de mulierum ornamentis dicantur. Cf. etiam *Kuster.* in *Suidam* v. ληρεῖς ἔχων, p. 568. edente *Bernhardy*; et *V.* NUGÆ.

LĒRĬÆ, ārum, f. plur. 1. λῆρος, λήρημα, nugæ, *ciance*. *Incert. Auct.* in *Anal. gramm. Eichenfeld.* p. 99. Hæ leriæ, φλυαρίαι. *V.* LIRÆ et voc. præced.

LĒRĬCUS, a, um, adject. ληρικός, nugatorius. *Hieronym. Ep.* 147. n. 3. Hæc tibi ridicula forte videantur, qui comœdis et lyricis (*num* lericis?) scriptoribus, mimis et Lentulis delectaris.

LESBĬAS, ădis, f. 3. gemma, apud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 62. (171.) a loco, ubi invenitur, nomen habens; invenitur tamen et in India. — Ceterum *V.* ONOM.

LESBĬUS, a, um, adject. Λέσβιος, ad Lesbum pertinens. *V.* ONOM. — Absolute, substantivorum more, *Paul. Diac.* p. 115. 14. *Müll.* Lesbium genus vasis cælati a Lesbis inventum. Πορφυρίης Λέσβιον ἐξ ὑέλου dicitur ab *Hedylo* apud *Athen.* 11. p. 486. 6. Cælabatur enim etiam vitrum ab antiquis.

LESSUS, i *vel* us, m. 2. *vel* 4., occurrit enim tantummodo Accusativus *lessum*, est fletus cum gemitu, ejulatio, *pianto, strida, guai*, θρηνῳδία, ὀλόλυγμος. *Lessum facere alicui* est ejus mortem lamentis gemituque et femineo ululatu (ut *Virg.* loquitur 4. *Æn.* 667.) prosequi. *Plaut. Truc.* 4. 2. 18. Thetis quoque etiam lamentando lessum fecit filio. *In leg. XII. Tab.* apud *Cic.* 2. *Legg.* 23. 59. MULIERES GENAS NE RADUNTO, NEVE LESSUM FUNERIS ERGO HABENTO. Hoc (subdit *Cic.*) veteres interpretes Sex. Ælius, L. Acilius, non satis se intelligere, dixerunt, sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris: L. Ælius lessum, quasi lugubrem ejulationem, ut vox ipsa significat: quod eo magis judico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat. Hæc *Cic.*, qui in eo, quod ait, ut *vox ipsa significat*, ejus notationem ostendit. Est enim per ὀνοματοποΐαν facta a sono ejulantium, qui est similis τῷ *le le*, cui Græcorum ἐ ἐ respondet, ut *Voss.* docet. Sunt tamen, qui aliunde trahunt, ut *Döderlein.* qui a λατύσσω, λάταξ deducit. In vet. script. apud *Plaut. loc. cit.* habetur *lausum* et *losum*, teste *Lips. epistolic. quæst. l.* 4. *c.* 12. *V.* LAUSUS.

LĒTĀBĬLIS *vel* lethabilis, e, adject. (letum). De scribendi ratione *V.* LETUM init. — Letabilis est idem ac letalis, *mortale*. *Ammian.* 19. 4. Lues volucri velocitate letabilis.

LĒTĀLE *vel* lethale, adverbii ritu. *V.* voc. seq. in fin.

LĒTĀLIS *vel* lethalis, e, adject. (letum). De scribendi ratione *V.* LETUM init. — Letalis est letum afferens, mortalis, θανάσιμος (It. *mortale, mortifero, letale*; Fr. *mortel, qui cause la morte*; Hisp. *mortal*; Germ. *tödtlich*; Angl. *mortal, deadly*). Occurrit — *a*) Cum Substantivo. *Virg.* 9. *Æn.* 580.; et *Sueton. Cæs.* 82. Spiramenta animæ letali vulnere rumpit. *et* 4. *Æn.* 73. hæret lateri letalis arundo. *Ovid.* 13. *Met.* 392. Letalis ensis. *et* 2. *ibid.* 827. hiems. *Stat.* 6. *Theb.* 40. serpens. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 35. 41. (118). Letale venenum. *Val. Flacc.* 2. 155. Letales dapes. — *b*) Cum Infinito. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 41. 96. (237). Lac gustasse, letale est. — Hinc

Letale, adverbii ritu pro letaliter. *Stat.* 4. *Silv.* 4. 84. nec dum letale minari Cessat apex. *Id.* 12. *Theb.* 760. Jam letale furens.

LĒTĀLĬTER *vel* lethaliter, adverb. (letalis). De scribendi ratione *V.* LETUM init. — Letaliter est mortifere, *mortalmente*, καιρίως. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 81. (206). Letaliter circum renes concreto pingui. *Paul.* in *Collat. Mos. et Rom. leg. tit.* 2. § 7. Letaliter vulneratus.

LĒTĀTUS *vel* lethatus, a, um. *V.* LETO.

LĒTHĀLIS et similis, *V.* in LETALIS etc.

LĒTHARGĬA, æ, f. 1. ληθαργία, idem ac lethargus. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 9. 38. (63). Semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargia et phrenesi. *Sillig.* vero leg. *lethargo*.

LĒTHARGĬCUS, a, um, adject. (lethargus) ληθαργικός, ad lethargum spectans, *letargico*. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 6. (10). Gravedinem enim morbumque lethargicum faciunt. *Sillig.* vero leg. *morbumque lethargum*. *Veget.* 5. *Veterin.* 47. 1. *Schneid.* Lethargici quoque jumenti ista sunt signa. *Augustin. Ep.* 48. *ad Vincent.* Lethargicus somnus. — Hinc

Lethargicus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui lethargo laborat. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 30. Ut lethargicus hic quum fit pugil et medicum urget. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 6. 16. (25). Spondylion infunditur capitibus phreneticorum et lethargicorum. *Id.* 26. *ibid.* 11. 72. (118). Lethargicos excitare labor est.

LĒTHARGĬCUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

LETHARGUS, i, m. 2. duo significat, scilicet

A) Lethargus, ληθαργος a ληθη *oblivio* et ἀργός *piger, iners*, est veternus, marcor et inexpugnabilis pæne dormiendi necessitas (ut *Cels.* 3. 20. loquitur) cum mentis alienatione et oblivione rerum (It. *letargo, sonnolenza*; Fr. *lethargie*; Hisp. *letargo*; Germ. *d. Schlafsucht*; Angl. *a lethargy*). Occurrit — *a*) In sing. num. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 145. Quondam lethargo grandi est oppressus. *Serv. Sulpicius* apud *Quintil.* 4. 2. 106. Somno ne te languidum, an gravi lethargo putem oppressum? *Al. leg.* pressum. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 11. 29. (97). Lethargus olfactoriis excitatur. *Id.* 32. *ibid.* 10. 38. (116). In lethargum vergere. — *b*) In plurali num. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 12. 48. (119). Ocimum insaniam facit et lethargos et jocinoris vitia. *Id.* 28. *ibid.* 8. 29. (116). Lethargos resolvere.

B) Lethargus est etiam idem ac lethargicus, h. e. qui lethargo laborat. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 9. Multa adhibenda lethargis, quæ phreniticis sunt ordinata. *et paullo post.* Accedere ex vino furor in phreniticis potest, in lethargis numquam. *et mox.* Miseriores igitur lethargis phrenitici. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 1. § 6.

LĒTHŪSA, æ, f. 1. (Lete) ita dicitur somnifer um papaver ab *Apul. Herb.* 35.

LĒTĬFER *vel* lethifer, fĕra, fĕrum, adject. (letum *et* fero). De scribendi ratione *V.* LETUM init. — Letifer est letum afferens, mortiferum, *mortale, mortifero*, θανατικός.

I.) Proprie. *Catull.* 64. 390. In letifero belli certamine. *Virg.* 10. *Æn.* 169. letifer arcus. *Id.* 3. *ibid.* 139. annus. *pestilenziale*. *Ovid.* 8. *Met.* 362. ictus. *et* 12. *ibid.* 606. letifera dextra. *Stat.* 5. *Theb.* 628. letifer anguis. *Colum.* 7. *R. R.* 12. 14. Rabies, letifer morbus canibus.

II.) Figurate. *Ovid.* 5. *Met.* 133. letifer locus. *pericoloso e mortale*. loquitur de membro corporis, in quo vulnus letale est.

LĒTO *vel* letho, as, āvi, ātum, are, a. 1. (letum) De scribendi ratione *V.* LETUM init. — Part. *Letatus* I. et II. — Letare est leto dare, interficere, *uccidere*, θανατόω.

I.) Proprie. *Ovid. Ib.* 505. Quique Lycurgiden letavit, et arbore natum, Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper. *Id.* 3. *Met.* 55. Ut nemus intravit letataque corpora vidit. Etiam *Virgilio* tribuunt *Cul.* 324. Rursus acerba fremunt, Paris hunc quod letat. Ita *Scalig.* Alii *lædat*.

II.) Translate. *Cic.* 3. *Legg.* 8. 19. Deinde quum esset cito letatus (*tribunatus plebis*) tamquam ex XII. tabulis insignis ad deformitatem puer, brevi tempore recreatus, multoque tætrior et fœdior natus est. *Orellius* mallet *leto datus*; *Gronov.* suspicatur *necatus*. *V. Orell.* ad *loc. cit.*

LĒTUM, i, n. 2. Sunt qui scribunt *lethum* addita aspiratione, quæ est in Græco λήθη, unde *Varro* et *Paul. Diac.* (*V.* infra) derivant: sed præterquam quod iidem illi *Varro* et *Paul. Diac.* aspiratione abstinent; et sæpe fit ut vox Latina Græcæ quidem originis sit, sed Latina consuetudine scribatur, ut *fama* a φήμη: non est absurda notatio Prisciani (quam *V.* infra), et, quod multo est gravius, in antiquis libris et lapidis monumentis nulla est aspiratio, testibus *Manut.* et *Cellar.* in *Orthogr.*, ut nec in *Cod.* palimps. *Frontonis loc. cit.* I., ubi pluries *letum* sine aspiratione scribitur. Hoc idem et *Dausquius* præfert. — Ratione habita etymi, *letum* est a λήθη *oblivio*, ut *Varro* 7. *L. L.* 42. *Müll.* et *Paul. Diac. p.* 115. 10. *Müll.* docent: vel a supino verbi *leo, es*, inusitati (unde *deleo*), ut *Priscian.* 5. p. 665. *Putsch.* et 10. p. 898., itemque *Döderlein. Latein. Synonym. vol.* 3. p. 193., quia mors aufert ac delet omnia: vel, uti *Id. Döderlein. ibid. vol.* 3. p. 173. putat, a *lĕvare*, quasi *levamentum*, h. e. liberatio, solutio a corpore, per euphemismum (*V.* infra sub I. *a.*). Ceterum *letum* est mors, nex, θάνατος (It. *morte*; Fr. *mort*; Hisp. *muerte*; Germ. *der Tod*; Angl. *death*).

I.) Proprie de hominibus. — *a*) Speciatim in funeribus indictivis formula erat *ollus leto datus est*, teste *Varron. loc. cit.* Libentius enim eam vocem adhibebant, quam mortem, ne cogerentur δυσφημεῖν et verbum mali ominis pronunciare: qua de re in ABEO et ABITIO et alibi quoque dictum est. *Cic.* 2. *Legg.* 9. 22. DEORVM MANIVM IVRA SANCTA SVNTO. SOS (*h. e.* hos) LETO DATOS DIVOS HABENTO. Cf. *Ennius* apud *Non. p.* 15. 13. *Merc.* Quorum liberi leto dati sunt in bello. et *Pacuvius* apud *eumd. p.* 356. 18. Qui te leto dabit. et *Virg.* 5. *Æn.* 806. Millia multa daret leto, gemerentque repleti Amnes. Adde *eumd.* 11. *ibid.* 173. et 12. *ibid.* 328.; *Ovid. Heroid.* 2. 147.; et *Phædr.* 2. 22. et 3. 16. — *b*) Generatim. *Ennius* apud *Gell.* 6. 16. Ego quum meæ vitæ parcam, letum inimico deprecor. *Plaut. Aulul.* 4. 5. 1. Emortuum ego me mavelim leto malo, quam etc. *Id. Mil. glor.* 4. 6. 26.; et *Lucret.* 3. 81. Letum sibi consciscere. *Lucret.* 3. 1055. Leto offerre caput. *Cic.* 1. *Divinat.* 26. 56. Eodem sibi leto, quo ipse interiisset, esse pereundum. *Id.* 10. *Att.* 10. *ad fin.* Vide, quam turpi leto pereamus: et dubita, si potes, quin ille, seu victus seu victor redierit, cædem facturus sit. Sic *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 100. (157). Insanabili leto perire. *et Val. Flacc.* 1. 633. segni occumbere. *Tibull.* 2. 6. 19. leto jam mala finissem. *Nepos Reg.* 3. Pari leto affectus est Lysimachus a Seleuco. *Catull.* 64. 187. ostentant omnia letum. *Virg.* 6. *Æn.* 434. letum sibi manu parere. *et* 11. *ibid.* 872. ferre alicui. *et* 8. *ibid.* 566. leto quempiam sternere. *Val. Flacc.* 7. 314. aliquem demittere. *Virg.* 2. *Æn.* 134. se eripere. *Horat.* 3. *Od.* 22. 3. adimere aliquem. *Fronto de fer. Alsiens.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 3. *a med.* Securitatis et voluptatis herbas de cæli nemore advectas; de Acheruntis autem pratis leti herba petita. — *c*) *Mortem* et *letum* jungit *Lucret.* 4. 767. eum mortis letique potitum

Jampridem, quem meus vivum se cernere credit. Cf. *Stat.* 9. *Theb.* 280. Mille modis leti miseros mors una fatigat.

II.) Translate ponitur pro excidio ac ruina rerum inanimatarum. *Virg.* 5. *Æn.* 689. da flammam eradere classi Nunc, pater, et tenues Teucrum res eripere leto. *Servius* hic superfluam acyrologiam agnoscit.

LEUCA *et* leuga, æ, f. 1. mensura itineraria apud Gallos (bodie Fr. *lieue*), ut parasanga apud Persas, milliarium apud Latinos: a Celtico *leak* lapis; nam hujusmodi spatia lapide distinguebantur. *Hesych.* Λεύγη μέτρον τι Γαλακτικόν. Sunt, quibus leuca videtur esse a Gr. λευκή, scil. ἡ λίθος; nam lapidibus albis veteres milliaria designabant. *Ammian.* 15. 11. *ad fin.* Qui locus (*Lugdunum*) exordium est Galliarum; exindeque non millenis passibus, sed leugis itinera metiuntur. *Id.* 16. 12. A loco, unde Romanorum promota sunt signa, ad usque vallum barbaricum, quarta leuga signabatur et decima, id est, unum et viginti milia passuum. *Hieronym.* in *Joel.* 3. 18. Nec mirum, si unaquæque gens certa viarum spatia suis appellet nominibus, quum et Latini mille passus vocent, et Galli leucas, et Persæ parasangas, et rastas universa Germania, atque in singulis nominibus diversa mensura sit. *Id.* 15. *Orig.* 16. Leuca finitur passibus mille quingentis. *Vet. Auct.* gromaticus apud *Goes.* p. 322. Milliarius et dimidius apud Gallos leugam facit habentem passus MD. Duæ leugæ, sive milliarii tres apud Germanos unam rastam efficiunt. *Inscript.* apud *Murat.* 456. 4. quæ ad tempora Septimii Severi pertinet, et *alia* apud *eumd.* 457. 2. quæ ad Caracallæ, et *alia* apud *Gruter.* 1078. 7. quæ ad Elagabali tempora (V. *Inscript.* apud *Orell.* 1018., 1019. et 5063.), habent *leugas*; earum vero prima et secunda in Gallia, tertia in Germania sunt repertæ. Adde *alias* apud *Orell.* 928. et 5003. — Nunc (subdidit cl. *Furlanetto*) ea mensura itinerum, quæ in Gallia, Hispania et Germania usurpatur, *lega* quidem dicitur, sed in singulis provinciis mirum quantum inter se differt, et major est vetere illa Gallorum propria. — *NB.* De nom. urbis V. ONOM.

LEUCĂCANTHA, æ, f. 1. *et*

LEUCĂCANTHOS, i, m. 2. λευκάκανθα. ¶ 1. Est herba, al. rhamnus, in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quæ commanducata dentium dolores sedat. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 16. 18. (40).; qui 21. *ibid.* 16. 56. (94). leucacanthon appellat. Dicta est autem a λευκὸς *albus* et ἄκανθα *spina*. Secundum cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. *p.* 109.) herba hæc definiri nequit. ¶ 2. Est hoc nomine et alia, quæ phalangites et leucanthemon dicitur. *Id.* 27. *ibid.* 12. 98. (124).

LEUCĂCHĂTES, æ, m. 1. λευκαχάτης, gemma candida ex genere achatarum, apud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 54. (139)., a λευκὸς *albus*.

LEUCANTHĔMIS, idis, f. 3. λευκάνθεμις, herba eadem quæ et anthemis dicitur. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 21. 26. (53). De synonymia V. ANTHEMIS.

LEUCANTHĔMOS, i, m. 2. λευκάνθεμος. ¶ 1. Est eadem herba, quæ leucanthemis et anthemis. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 21. 26. (53). De synonymia V. ANTHEMIS. ¶ 2. Item eadem, quæ phalangites et leucacantha. *Id.* 27. *ibid.* 12. 98. (124). ¶ 3. Item alia, abrotono similis odore. *Id.* 21. *ibid.* 10. 34. (60).

LEUCANTHES, is, m. 3. λευκανθές, herba, quæ et parthenium vocatur: a λευκὸς *albus* et ἄνθος *flos*, quia florem album edit. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 30. 104. (176).

LEUCANTHUS, i, m. 2. λεύκανθος, herba quædam apud *Apul. Herb.* 92.

LEUCARGILLOS, i, f. 2. λευκάργιλλος, genus cretæ albæ in agro Megarico: a λευκὸς *albus* et ἄργιλλος *argilla*. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 7. 4. (42).

LEUCASPIS, idis, m. et f. 3. λευκάσπις, a λευκὸς *albus* et ἀσπὶς *scutum*, albis seu splendentibus scutis armatus, h. e. scutis stanno obductis: V. *Annal. dell' Instit. T.* 6. *p.* 274. *Liv.* 44. 41. Secundam legionem L. Albinus ducere adversus leucaspidem phalangem jussus. *Ampel.* 9. *sub init.* Mars leucarpis (*corrige* leucaspis). V. *Cavedoni*, *Spicil. p.* 30. *nota* 41. Hinc *Homer. Il.* 2. 294. Δηΐφοβον δ' ἐκάλει λευκάσπιδα: quod *Virg.* 9. *Æn.* 548. parmaque inglorius alba.

LEUCĒ, es, f. 1. λεύκη. ¶ 1. Est herba Mercuriali similis, per medium folium candida linea transcurrente: unde ei nomen; λευκὸς enim *albus* est. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 11. 77. (102). Clarissimo *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. *p.* 459.) *leuce* est idem quod *lamium*. Quod vero ad lamium attinet, idem (*Op. cit. vol.* 3. *p.* 107.) postquam veteres ignorantiæ arguit, quod lamium inter urticas enumeraverint, hanc exhibet synonymiam: Λευκὸς ὀρεινή Dioscor. 3. 113.; *Lamium quod habet album in medio folio* Plin. loc. cit. in LAMIUM; et *Leuce quam vocant mesoleuron* ejusd. Plin. loc. cit. sunt *Lamium Plinii* Camer. Hort. 83., *Lamium maculatum* L. Spec. plant. 809., scil. *milzadella* Italorum. ¶ 2. Item populus alba. In fabulis est Oceani filia, a Plutone adamata, et ad Inferos ducta: post mortem in album populum ab eodem versa et in Elysiis campis collocata: ex qua postea Hercules se, revertens ab Inferis, coronavit. *Servius* ad *Virg.* 7. *Ecl.* 61. ¶ 3. Item raphani silvestris genus. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 26. (82). ¶ 4. Item species vitiliginis albidæ serpentis, quam *Cels.* 5. 28. *n.* 19. describit. *Id. ibid.* Leuce quem occupavit, non facile dimittit. — *NB.* De nom. propr. V. ONOM.

LEUCĒŌRON, i, n. 2. λευκήορον, herba eadem, ac leontopodion. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 34. (52).; et *Apul. Herb.* 7.

LEUCŌCHRŸSOS, i, m. 2. λευκόχρυσος. ¶ 1. Est gemma in crystalli morem albicans.; sive, ut *Sillig.* legit, fit e chrysolitho interalbicante. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 62. (172). ¶ 2. Item alia ex chrysolithorum genere, aureo colore candori mixto: a λευκὸς *albus* et χρυσὸς *aurum*. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 44. (128).

LEUCŌCŌMOS *vel* leucocomus, a, um, adject. λευκόκομος, cognomen mali Punici, cujus frondes albescunt: a λευκὸς *albus* et κόμη *coma*. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 19. 34. (113).

LEUCŌCŌUM, i, n. 2. λευκοκῶον, Coum vinum album: a λευκὸς *albus*. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 8. 10. (78).

LEUCŌGÆA, æ, f. 1. λευκογαῖα, gemma eadem, quæ galactitis; quasi terra alba: a λευκὸς *albus* et γαῖα *terra*. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 59. (162).

LEUCŌGÆUS, a, um, adject. λευκογαῖος a λευκὸς *albus* et γαῖα *terra*, albam terram habens. Leucogæi colles, *Alumera*, est locus Campaniæ inter Neapolim et Puteolos, ubi sulphur præstantissimum effoditur, et cretæ genus optimum, quod alicæ admixtum candorem simul affert et teneritatem. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 29. (114). et 35. *ibid.* 15. 50. (174). Ibi etiam Leucogæi fontes, qui firmitatem dentibus, oculis claritatem, et vulneribus sanitatem afferunt. *Plin.* 31. *ibid.* 2. 8. (12).

LEUCŌGRĂPHĪA, æ, f. 1. λευκογραφία, gemma eadem, quæ leucogæa. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 59. (162). At *Sillig.* ex plurimis optimisque Codicib. rectius legit *leucographitis*.

LEUCŌGRĂPHIS, idis, f. 3. λευκόγραφις, herba quædam utilis sanguinem exscreantibus. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 11. 78. (103). Est autem eadem, quæ CERINTHE, quam vocem V.

LEUCŌGRĂPHĪTIS, is, f. 3. V. LEUCOGRAPHIA.

LEUCŌĪON, ii, n. 2. λευκόϊον. *Colum. loc.* infra *cit.* trisyllabum facit *leucoja*. — Leucoion est Græca vox, quæ violam albam significat: ab ἴον *viola* et λευκὸς *albus*. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 12. 32. (124). Ex eo candidum colorem sentientem violam, leucoion appellant. *Harduin.* ex MSS. legit *lonchoton*, h. e. chalcanthi, seu atramenti genus ex stalagma factum, λογχωτόν, quasi lanceolæ, aut cuspidi similem, a λόγχη *lancea*, *cuspis*. Lectionem *Harduini* ex Codicibus plurimis iisque optimis tuetur *Silligius*, qui ex *Cod. Bambergensi* rectius legit: *Sed ex eo candidum colorem sentiente viola lonchoton appellant*. Namque, ut *Jahn.* ait, non violam ipsam lonchoton appellant, sed atramentum, si viola, id est violaceus color candidum colorem sentit. — Verum *Colum.* hanc vocem habet non semel, ut 9. *R. R.* 4. 4. In hortensi lira nitent candida lilia, nec his sordidiora leucoia, tum puniceæ rosæ etc. *et* 10. *ibid.* 97. Candida leucoja et flaventia lumina caltbæ. *candida* quod dicit, appositum perpetuum esse videtur, ut *humida vina* apud *Virg.* 3. *G.* 364.

LEUCON genus ardeolarum, a candore pennarum dictum, λευκὸς enim *albus* est, apud *Plin.* 10. *Hist. nat.* 60. 79 (164). Est Græca vox Latinis litteris scripta. — *NB.* Ceterum V. ONOM.

LEUCŌNĪCUM, i, n. 2. genus lanæ seu tomenti, quo culcitæ farciuntur, *lana da materasso*. Tribuitur *Martial.* 11. 21. Culcita leuconico quam viduata suo. Al. leg. *leuconio*, eod. sensu. *et ibid.* 56. Leuconicis, agedum, tumeat tibi culcita lanis. Al. leg. *Lingonicis*. Qui vero *Leuconicus* retinent, ducunt a Leuconibus Galliæ populis, qui iidem cum Leucis fuisse dicuntur (ubi nunc *Toul*) et Lingonibus proximi. Utcumque legas, veri est simile, quum dicat *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 73. (192). tomenta Gallicis nominibus discerni. V. LINGONICUS; et *Wernsdorf. Poet. Lat. min. T.* 3. *p.* 99. *not.* 9.

LEUCŌNŌTUS, i, m. 2. λευκόνοτος, *Sud-sud-ovest, Ponente Garbino*, ventus Africæ occidentalis, inter Notum et Favonium spirans: a λευκὸς *albus* et νότος *Notus*: de quo *Horat.* 1. *Od.* 7. 15. Albus ut obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus. *Auson. Technopægn. de deis* 12. Velivolique maris constrator Leuconotus Libs. Cf. *Vegel.* 5. *Milit.* 8. Huic Νότῳ, id est Austro, jungitur Λευκόνοτος, id est albus Notus, a sinistra Λιβόνοτος, id est Corus.

LEUCŌPHÆĀTUS, a, um, adject. (leucophæus) leucophæo colore indutus. *Martial.* 1. 97. Amator ille tristium lacernarum Et bæticatus et leucophæatus.

LEUCŌPHÆUS, a, um, adject. λευκόφαιος, *fosco, quasi nero, grigio*, color cinericius, seu ex albo et fusco mixtus: a λευκὸς *albus* et φαιὸς *fuscus*. *Vitruv.* 8. 3. *a med.* Fontes et flumina sunt, quorum potu pecora, quamvis alba sint, aliis locis procreant vellera leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 38. (114). Jecur rubetæ vel cor adalligatur in panno leucophæo et quartanis prodest.

LEUCŌPHŌRON, i, n. 2. λευκοφόρον, glutinum, quo aurum ligno inducitur. Fit ex sinopidis Ponticæ selibra, silis lucidi libris decem et melini Græciensis libris duabus, mixtis et per dies duodecim una tritis. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 6. 17. (36). et 33. *ibid.* 3. 20. (64).

LEUCŌPHRŸNA, æ, f. 1. λευκοφρύνη, candida supercilia habens: a λευκὸς *albus* et ὀφρὺς *supercilium*. Est cognomen sive epitheton Dianæ apud Magnesios. *Tac.* 4. *Ann.* 62.; et *Arnob.* 6. 6.

LEUCŌPHTHALMOS, i, m. 2. λευκόφθαλμος, Itali vocant *occhio-di-gatta*, gemma, quæ candidam nigramque oculi speciem continet, alias rutila. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 62. (171). *Gesner. de rebus fossil. fol.* 143., collato *Plin. ibid.* 11. 72. (187). legendum putat *lycophthalmos*, perquam probabiliter, ut ait *Sillig.* V. LYCOPHTHALMOS.

LEUCŌPIS, idis, f. 3. λευκῶπις, albus aspectu: a λευκὸς *albus* et ὤψ *facies*. Ita appellatur herba eadem atque artemisia apud *Apul. Herb.* 10.

LEUCŌPŒCĪLOS, i, m. 2. λευκοποίκιλος, gemma, quæ candorem lineis ex auro distinguit: a λευκὸς *albus* et ποικίλος *varius*. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 62. (171).

LEUCOS, on, adject. V. LEUCON.

LEUCOSTICTOS, i, m. 2. λευκόστικτος, albis punctis, seu maculis distinctus: a λευκὸς *albus* et στικτὸς *notis compunctus*, quod a στίζω *pungo*. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 7. 11. (57). Rubet porphyrites in eadem Ægypto: ex eo candidis intervenientibus punctis leucostictos vocatur; quantislibet molibus cædendis sufficiunt lapicidinæ. *Alii leg.* leptopsephos. *At* V. *hanc vocem ibique adnotata.*

LEUCOZŌMUS, a, um, adject. λευκόζωμος, albo jure conditus, ut Pullus leucozomus, apud *Apic.* 6. 9. *extr.*: a λευκὸς *albus* et ζωμὸς *jus esculentum*.

LEUCRĪON, ii, n. 2. herba, quæ et cynoglossa. *Apul. Herb.* 96.

LEUCRŌCOTTA. V. LEOCROCOTTA.

LEUDUS, i, m. 2. cantio, *cantilena*: a Teutonico *lied*, cantus. *Venant.* 7. *carm.* 8. 69. Nos tibi versiculos, det barbara carmina leudus. V. BOMBICO.

LEUGA. V. LEUCA.

LEUNCŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* leo, parvus leo, catulus leonis. *Vulgat. interpr. Ezech.* 19. 2. Quare mater tua leæna inter leones cubavit, in medio leunculorum enutrivit catulos suos? Et eduxit u-

num de leunculis suis, et leo factus est, et didicit capere prædam. Adde *ibid.* pluries. Hanc vocem exhibent et *Not. Tir. p.* 174.

LĔUS, a, um, adject. λεῖος, *liscio*, lævis. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 9. 33. (79). Brassica lea, latis foliis e caule exeuntibus, unde caulodem vocavere. His similia habet *Cato R. R.* 157. Brassica, lævis quæ nominatur, ea est grandis, latis foliis, caule magno. — Ex his patet apud *Plin.* fortasse *lia* vel *leia* esse legendum, quemadmodum *liostrea* vel *leiostrea*. *V.* LĔVIS init. *Silligius* vero pro *lea* legit *helia*.

LĔVĀBĪLIS, e, adject. (levo) qui levari potest, *levabile*. Translate *Cœl. Aurel.* 5. *Acut.* 7. Levabilis et passibilis motus.

LĔVĀCĬTAS, ātis, f. 3. legitur in *Codice palimps. Veron.* (edente *Moneo*) *Plin.* 11. *Hist. nat.* 4. 3. (10). *de insectis*. Divulsis (*insectis*) præcipuum levacitas et partium singularum palpitatio, quia quæcumque est ratio vitalis, illa non certis inest membris, sed toto in corpore, minime tamen capite, solumque non movetur nisi cum pectore avulsum. *levacitas* b. l. est mobilitas: sed *vivacitas*, quam vulgati libri exhibent, magis placet, quia cum sequentibus arctius cohæret.

LĔVĀMEN, ĭnis, m. 3. (levo) levamentum, *solievo*. Translate, præcipue de animo. *Cic.* 12. *Att.* 16. Quod si esset aliquod levamen, id esset in te uno, et quum primum ab aliquo poterit esse, a te erit. *Catull.* 68. 61. Dulce viatori lasso in sudore levamen. Quum gravis exustos æstus hiulcat agros. *Propert.* 4. 11. 63. Tu, Lepide, et tu, Paule, meum post fata levamen. *Virg.* 3. *Æn.* 709. omnis curæ casusque levamen, Amitto Anchisen. Adde *Ovid.*, *Tac.* et alios.

LĔVĀMENTĀRĬUS, a, um, adject. (levo) qui rei levandæ inserrit: hinc *levamentarius* speciatim dicitur, qui parvo navigio navi onerariæ majori adjungitur, ejus levandæ causa, si portum, aut flumen intrare cum toto onere non possit, ut *Callistrat. Dig.* 14. 2. 4. § 1. loquitur, quique etiam lenunculatius auxiliarius dicitur in *Inscript.* apud *Gruter.* 398. 7., quia levamentum sive auxilium præstat: hujusmodi navigium Veneti nunc vulgo dicunt *barca da libo*, Itali vero *alleggio*. *Imp. Constantius Cod. Theod.* 13. 5. 1. Si navicularius originalis levamentarius fuerit etc. *V.* AUXILIARIUS.

LĔVĀMENTUM, i, n. 2. (levo) id, quod levat: sed occurrit translate tantum, et ¶ 1. Est consolatio, aut id quod tolerabilius malum aliquod facit, κουφισμός (It. *alleggiamento, alleviamento, sollievo*; Fr. *soulagement, adoucissement, consolation*; Hisp. *alivio, temperamento, mitigacion, consolacion*; Germ. d. *Erleicherung, Linderung*, d. *Erleichterungsmittel*; Angl. *an alleviation, mitigation, ease, comfort*). Occurrit — *a*) Cum Genitivo. *Cic.* 5. *Fin.* 19. 53. Nos autem non solum beatæ vitæ istam oblectationem videmus, sed etiam levamentum miseriarum. *Plin.* 8. *Ep.* 19. Ad unicum doloris levamentum, studia confugio. — *b*) Absolute. *Cic.* 12. *Att.* 43. Hæc res est mihi levamento. ¶ 2. Item est deminutio, *scemamento*, diminuzione. *Tac.* 1. *Hist.* 8. Levamentum tributi in posterum. *Id.* 4. *Ann.* 66. Accusatorum major in dies et infestior vis sine levamento grassabatur. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 3. 8. (23). Præstare levamentum ægroto.

LĔVĀTĔ, adverb. (levo) alte, sublimiter. Occurrit tantum Comp. *Levatius* apud *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. Paullo levatius capite collocato.

LĔVĀTĬO, ōnis, f. 3. (levo) actus levandi, elatio, *innalzamento*, ἄρσις.

I.) Proprie. *Vitruv.* 10. 8. Onerum levationes facere.

II.) Translate. ¶ 1. Est levamentum, id quod levat aut tolerabilius malum aliquod facit, *alleggerimento, sollievo*. *Cic.* 1. *Tusc.* 49. 159. Ea potissimum exstimus, quæ levationem habeant ægritudinum, formidinum, cupiditatum. *Id.* 12. *Att.* 23. *a med.* Levatio quædam est, si minus doloris, at officii debiti. *Id.* 5. *Tusc.* 41. 121. Nostris acerbissimis doloribus variisque molestiis alia nulla potuit inveniri levatio. *Id.* 6. *Fam.* 4. *sub fin.* Non dubito, quin magnæ tibi levationi solitus sit esse quotidianus congressus familiarissimi hominis. ¶ 2. Item est deminutio, et *progressioni* vel *accessioni* opponitur. *Cic.* 4. *Fin.* 24. 67. Progressionem ad virtutem fieri ajunt, levationem vitiorum fieri negant. *Vellej.* 2. 130. *extr.* Cujus potentiam nemo sensit, nisi aut levatione periculi, aut accessione dignitatis.

LĔVĀTOR, ōris, m. 3. (levo) qui levat: occurrit translate tantum, et ¶ 1. Est fur, qui aliquid aufert. *Petron. Satyr.* 140. *ad fin.* Unde plani autem, unde levatores viverent, nisi aut locellos, aut sonantes ære saccellos pro hamis in turbam mitterent? *Al. aliter leg.* ¶ 2. Item qui recreat. *Pindar.* seu *Auct. Epit. Iliad.* 122. Ad quem sic loquitur curarum operumque levator. *h. e.* Somnus.

LĔVĀTUS, a, um, particip. *V.* LĔVO

LĔVĂTUS *vel* lævatus, a, um, particip. *V.* LĔVO *vel* lævo.

LĔVE, n. 3. *V.* LEVIS *secundo loco* I. 1. in fin.

LEVENNA, æ, m. 1. idem ac levis. *Laberius* in *Saturnal.* (ut ait *Gell.* 16. 7.) *hominem levennam* pro *levi* dixit. Id, ut nimis licenter dictum, improbat *Gell. loc. cit.* Jam vero *levenna* potest esse vel levium annorum, ut *Forcellino* placet, atque adeo juvenis; vel lēvis, b. e. nullius momenti, vilis, vanus, qui *frugi* opponitur.

LEVIĂNĬMUS, a, um, adject. (levis *et* animus) qui levi est animo. Affertur, nullo tamen auctore laudato, hisce verbis a *Mar. Victorin. de orthogr.* 1. *p.* 2468. *Putsch.* Nec composita interpungere, qualia sunt *levianimus, biduancula, tardigrada*; hæc enim fiunt specie et significatione unum.

LEVICOMIS, tribuitur *Fulgent.* 1. *Mythol.* 1. *ad fin.* Levicomes lateris refugo etc. *Sed legendum* lævi comes lateri etc.

LĔVĬCŬLUS, a, um, adject. *deminut.* levis. Translate tantum occurrit; et ¶ 1. Est vilis, parvi vel etiam nullius momenti. *Gell.* 13. 39. *ad fin.* Quid significet prandium caninum, rem leviculam diu et anxie quæsivimus. ¶ 2. Item vanus, *vano, che si compiace di se stesso*. *Cic.* 5. *Tusc.* 36. 103. Leviculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ insusurrantisque alteri: *Hic est ille Demosthenes.* Quid hoc levius?

LĔVĬDENSIS, e, adject. (levis *et* densus) qui est ex tela leviter densata, ἀραιός, cui *pavitensis* opponitur.

I.) Proprie. *Isid.* 19. *Orig.* 22. Levidensis vestis dicta, quod raro filo sit leviterque densata. Pavitensis contraria levidensi, dicta, quod graviter pressa atque calcata sit.

II.) Translate. *Cic.* 9. *Fam.* 12. Sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo, cujusmodi ipsius solent esse munera. *h. e.* munus vile et minimi pretii, scil. orationem parum elaboratam atque expolitam.

LĔVĬFĂCĬO, fēci, factum, facere, a. 3. (levis *et* facio) nihili facio, ἐξουδενέω. *Gloss. Philox.* Levifecit, ἐξουδένησεν.

LĔVĬFĬDUS, a, um, adject. (levis *et* fides) qui habet levem fidem, cui secretum non possis tuto committere, qui facile fidem violat. *Plaut. Pers.* 2. 2. 61. Omnes sunt lenæ levifidæ.

LĔVĬGĀTĬO *vel* lævigatio, ōnis, f. 3. (lēvigo *primo loco*). De ratione scribendi *V.* LĔVIS init. — Levigatio, *leviqazione, lisciamento*, est actus levigandi et poliendi. *Vitruv.* 7. 1. Levigationibus et polituris quum fuerint perfecta.

LĔVĬGĀTĬO, ōnis, f. 3. (lēvigo *secundo loco*) actus levigandi, hoc est tenuandi, apud Grammaticos. *Diomed.* 2. *p.* 430. *Putsch.* Ceterum daseam et psilem apud nos *h*, vocali addita vel detracta, demonstrat; id est, scripta *h* aspirationem, non scripta levigationem significat. Eodem sensu *Priscian. de accent. p.* 1287. *Putsch.* dixit: Hinc patet, dasiam lineam esse signum densæ aspirationis, psilem vero tenuis. *Pompejus gramm. p.* 433. Hoc conceditur poetis propter levigationem versuum.

LĔVĬGĀTUS *vel* lævigatus, a, um. *V.* voc. seq.

LĔVĬGO *vel* lævigo, as, āvi, ātum, are, a. 1. (lēvis *et* ago). Part. *Levigans* I.; *Levigatus* II. et in fin.; *Levigandus* II. — Levigare est lēvem facere, complanare, polire, scabritiem et asperitatem auferre, λειόω, λειαίνω (It. *lisciare, levigare, pulire*; Fr. *rendre lisse, unir, polir*; Hisp. *allanar, igualar, pulir*; Germ. *glatt machen, glätten*; Angl. *to polish, plane, smooth, levigate*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Varro* 3. *R. R.* 11. 3.; *Colum.* 9. *R. R.* 7. 1. Parietes tectorio levigantur, ne feles introire ad nocendum possit. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 6. 9. (52). Æthiopica arena nulla scabritie secat marmora: Indica non æque levigat. *Sillig.* ex multis optimisque Codicib. leg. *levat. Id.* 17. *ibid.* 14. 24. (101). Levigatur falce truncus. *Id.* 20. *ibid.* 3. 10. (20). Ad levigandam cutem in facie. *Pallad. de insit.* 81. Spiniferas prunos armataque robora sentes Levigat. *Rufin.* 1. *Invect. in Hieronym. n.* 3. Neque verberanti dexteram maxillam offert alteram, sed palpanti et leviganti maxillam morsum improvisi dentis infigit. — *b*) Speciatim, *levigare alvum* est ciere, quod fit intestinorum rugis veluti complanatis. *Gell.* 4. 11. Aristoxenus nullo sæpius legumento Pythagoram dicit usum, quam fabis, quoniam is cibus et subduceret sensim alvum et levigaret.

II.) Translate est comminuere, contundere, in pulverem redigere, macerare; ita ut tactu mollissima res sit, *polverizzare, ridurre in polvere, macerare. Colum.* 12. *R. R.* 41. 3. Quæ in colo subsiderunt, diligenter contrita levigantur. *Id.* 6. *ibid.* 17. 3. Semina trifolii collecta et levigata, cum vino dantur potanda. *Id.* 9. *ibid.* 13. 5. Omnia eadem in unum levigata, et fictili vase cum Amineo vino intervefacta. *Id.* 7. *ibid.* 5. 12. Galla cum austero vino levigata. *Pallad.* 1. *R. R.* 29. 4. Levigare offulas oleo adsperso. *h. e.* terendo minuere. Ita Gr. λειαίνειν apud *Aetium* da terendis medicamentis: ita συλλειοῦσαι *Geop.* 17. 6.; et λεῖος significat *tritum*, ut de radicibus graminis s. agrostis *Dioscor.* 4. 30. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla retulimus,

Levigatus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Leviqatior* apud *Macrob.* 1. *Saturn.* 12. *a med.* Oleum levigatius et spissius est. *h. e.* lēvius factum, *fatto più liscio, più scorrevole.*

LĔVĬGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (lēvis *et* ago) lēvem facere. *Freund.* et *Klotz.* afferunt ex *Cassiod.*, loco tamen non laudato. — Inveni tamen apud Grammaticos, quibus levigare est brevem syllabam facere. *Diomed.* 2. *p.* 430. *Putsch.* Illud etiam magna cura videndum est, quod veteres omnia vel verba, vel nomina, item adverbia, vel conjunctiones, quæ o littera finiuntur, producta extrema littera proferebant, adeo ut Virgilius quoque idem servaverit, quamvis tamen refugerit incultæ vetustatis horrorem, et carmen contra morem veterem levigaverit. Invenitur autem apud Virgilium in verbo posita brevis, ut: *Nunc scio, quid sit amor.* et *Hoc sat erit, scio me Danais e classibus unum.* Hæc eadem ipsissimis verbis leguntur apud *Charis.* 1. *p.* 5. *Putsch.*

LĔVĬPES, pĕdis, adject. (lēvis *et* pes) celer et pedibus levis, *che ha i piedi veloci*, ἀερσίπους. *Varro* 3. *R. R.* 12. 6. Dictum leporem a celeritudine, quod levipes esset. *Cic. Arat.* 120. subterque pedes, quos diximus ante, Orioni' jacet levipes Lepus.

LĔVIR, viri, m. 2. Ratione habita etymi, est a δαήρ, δ in *l* mutando, ut ex δάκρυμα *lacrima*, digamma Æolicum vocalibus interserendo et α in *e* convertendo: neque audiendus *Nonius*, a quo *p.* 557. 8. *Merc.* quasi *lævus vir* dictus creditur: unde et *lævir* quidam scripsere. *V.* et dicta in LEPOS, otis. *Priscian. de* XII. *vers. Æn. p.* 1223. *Putsch.* videtur vocem compositam existimare, nam hæc habet: Fac ab eo (*scil.* vir) compositum. Semivir, duumvir, triumvir, quinquevir, septemvir, decemvir, centumvir, levir frater mariti. — Ceterum *levir* est uxoris meæ frater, secundum *Paul. Diac. p.* 115. 12. *Müll.* (at *V.* in fin.); vel frater mariti mei, secundum *Non. loc. cit.* ἀνδράδελφος, δαήρ (It. *cognato*; Fr. *beau-frère*; Hisp. *cuñado*; Germ. *d. Mannes Bruder*, d. *Schwager*; Angl. *a man's wife's brother, or a woman's husband's brother*). Posterior interpretatio est etiam JCtorum. *Modestin. Dig.* 38. 10. 4. *a med.* Viri frater levir est, qui apud Græcos δαήρ appellatus, ut est apud Homerum relatum: sic enim Helena ad Hectorem dicit: Δαερ ἐμοῖο κυνὸς κακομηχάνου, ὀκριόεσσης. — Ceterum *Müllerus* ex bonis Codicibus recte legit apud *Paul. Diac. loc. cit.* Levir est uxori meæ frater meus. Hoc enim, ut exposuimus, est unice verum, nam frater meus ab uxore mea levir dicitur.

LĔVIS, e, adject. Comp. *Levior* in omnibus fere paragr.; Sup. *Levissimus* I. 2. et II. 2. 4. — Levis

(quam vocem vellent etymologi esse a λεπίς *cortex*) est qui pondere caret, vel, licet pondus habeat, facilis est portatu, et facilius sursum fertur, quam deorsum: cui *gravis* opponitur, κοῦφος, ἀβαρής (It. *leggiero, lieve, senza peso*; Fr. *léger, peu pesant*; Hisp. *ligero, leve*; Germ. *leicht*; Angl. *light, easy to bear or carry, of little weight*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu levis, ut diximus, est qui pondere caret, vel, licet pondus habeat, facilis est portatu, et facilius sursum fertur, quam deorsum. — *a*) Cum opposito *gravis*, ut apud *Lucret.* 2. 226. Si forte aliquis credit, graviora potesse Corpora, quo citius rectum per inane feruntur, Incidere e supero levioribus etc. — *b*) Generatim. *Plaut. Men.* 3. 2. 23. Levior, quam pluma. *Lucret.* 5. 460. primus se sustulit æther Ignifer, et multos secum levis abstulit ignes. *Id.* 3. 197. Levis aura. *Virg.* 1. *G.* 289. Leves stipulæ. *Id.* 2. *ibid.* 449. tiliæ. *et* 5. *Æn.* 558. pharetræ. — *c*) Speciatim *levis armatura* (*V.* ARMATURA); item *levis armaturæ milites* erant apud Romanos, qui hastam tantum et gæsa gerebant, ut *Liv.* 8. 8. docet, quum alii scuta, pila aliaque haberent. Hinc etiam *levis miles* apud *Liv. loc. cit.* est, qui paucioribus et levioribus armis utitur, *armato alla leggera, γυμνῆς, ἥτος, ψιλὸς στρατιώτης*. Præcesserat *Plaut.*, a quo *levis* dicitur de eo, qui pondere liber est, *Capt.* 5. 4. 22. Compedibus quæso ut tibi sit levior filius, atque hic gravior servus. — *d*) Item speciatim, *levem terram* precabantur sepultis. *Tibull.* 2. 4. 50. Terraque securæ sit super ossa levis. Hinc illæ notæ in inscriptionibus sepulcr. S. T. T. L. *h. e.* sit tibi terra levis, ut apud *Gruter.* 582. 2. Contra *Tertull. Testim. anim.* 4. Terram gravem imprecaris et cineri penes Inferos tormentum. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate ut aliis placet, usurpatur de cibis, qui parvi alimenti sunt, et facile coquuntur in stomacho, et ventrem facile exonerant. *Cels.* 1. 18. Quæ in aqua degunt, leviorem cibum præstant. Inter domesticas quadrupedes levissima suilla est, gravissima bubula. *Horat.* 1. *Od.* 31. 15. me pascunt olivæ, Me cichorea levesque malvæ. Hinc *Id. Epod.* 2. 57. et gravi Malvæ salubres corpori. ¶ 3. Item latiori sensu, vel translate ut aliis placet, est agilis, celer, velox, *agile, snello, veloce*: quia quæ pondere carent, cito feruntur. — *a*) De inanimis. *Catull.* 64. 9. Ipsa (*diva*) levi fecit volitantem flamine currum. *h. e.* Argo. Sic *Ovid.* 15. *Met.* 346. Sive leves imis venti cohibentur in antris. (Hinc *levis aura* in re nautica interdum est secundus flatus ventorum. *Sil. It.* 15. 162. levis inde secunda Asprans aura propellit corbasa flatus.). *Ovid.* 2. *Met.* 150. Occupat ille levem juvenili corpore currum. *Id.* 4. *ibid.* 36. levi deducens pollice filum. *Id.* 7. *ibid.* 767. Illa levi velox superabat retia saltu. *Phædr.* 1. 12. *de cervo.* Per campos cœpit currere, et cursu levi Canes elusit. *Sil. It.* 7. 645. levibus flexo per devia gyris Ludificatus equo. *Al. leg.* brevibus. — *b*) De hominibus et brutis. *Nepos Iphicr.* 1. Peltam pro parma fecit, ut ad motus concursusque essent leviores. *Virg.* 12. *Æn.* 489. Messapus cursu levis. *Id.* 4. *G.* 314. leves Parthi. *Val. Flacc.* 1. 389. Et levis Elis equis. Sic *Id.* 5. 240. levis equus. *Virg.* 4. *G.* 55. leves apes. — Et poetice cum Infinito. *Sil. It.* 16. 488. Omnes ire leves, atque omnes vincere digni. *Id.* 10. 605. Exsultare levis nudato corpore Maurus. — *c*) Huc referri potest etiam *levis hora*, hoc est quæ fugit atque cito præterit, apud *Ovid.* 15. *Met.* 179. Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu, Non secus ac flumen: neque enim consistere flumen, Nec levis hora potest. ¶ 4 Item *levis terra* pingui contraria, *magra. Virg.* 2. *G.* 92. — *Mustum leve*, h. e. quod vi caret, nec durare potest, *di poca forza e durata*, apud *Pallad.* 11. *R. R.* 14. — *Leviora loca* apud *Varron.* 1. *R. R.* 4. 4. et 6. 3. sunt salubriora, et opponuntur gravioribus.

II.) Translate. ¶ 1. A Poetis de rebus physicis dicitur, et est exiguus, parvus, *leggiero, picciolo, tenue.* — *a*) Stricto sensu. *Ovid.* 3. *Met.* 488. ut intabescere flavæ Igne levi ceræ solent. Sic *Val. Flacc.* 3. 257. leve lumen. *Virg.* 1. *Ecl.* 56. Sæpe levi somnos suadebit inire susurro. Sic *Ovid.* 7. *Met.* 840. Fronde levem rursus strepitum faciente caducâ. *et* 4. *ibid.* 413. peraguntque levi stridore querelas. *Al. leg.* leves. *Id. ibid.* 180. leves tactus. Similiter *Val. Flacc.* 3. 627. leve pretium. *Sil. It.* 10. 592. levior numerus. *minore.* — *b*) Prægnanti, uti ajunt, significatione est etiam placidus, lenis, gratus; sicut *gravis* ingratus. *Sall. fragm.* apud *Philargyr.* ad *Virg.* 4. *G.* 49. Amomum et alii leves odores gignuntur. *Horat. Epod.* 2. 27. Fontesque lymphis obstrepunt manantibus, Somnos quod invitet leves. ¶ 2. Sæpissime de abstractis dicitur, quæ morali ratione sunt parvi vel nullius ponderis, et est exiguus, parvus, tenuis, vanus, parvi momenti aut fidei. — *a*) Cum opposito *gravis*, ut apud *Cic.* 2. *leg. Agr.* 17 45. Grave est nomen imperii atque id etiam in levi persona pertimescitur *Id. Rosc. com.* 2. 6. Quod apud omnes leve et infirmum est, id apud judicem grave et sanctum esse ducetur? *Id. Dejot.* 2. 5 Quæ mihi ad spem obtinendæ veritatis gravissima sunt, ad motum animi et ad omnem impetum dicendi contentionemque leviora. — *b*) Generatim *Ter Hecyr* 3 1. 30. Pueri inter sese quam pro levibus noxiis iras gerunt! *Cic. Rosc. com.* 5. 15. Cui res et pecunia levissima, et existimatio sanctissima fuit semper *Plaut Capt.* 2. 1. 2. Levior labor *Cæs.* 7 *B. G* 36. Leve prælium. *Ovid.* 2. *Trist.* 339 Ad leve rursus opus, juvenilia carmina, veni. *Cic.* 1. *Fin* 12 40. Dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis solet esse *Cæs.* 3. *B. C.* 26. Levius periculum. *Id.* 2. *ibid.* 32. *a med.* Mea in vos merita sunt adhuc et mea voluntate et vestra exspectatione leviora. *Cic. Planc.* 26. 63. Inania et levia conquirere. *Cæs.* 7. *B. G* 42 Levem auditionem habere pro re comperta. *et ibid.* 4. *in fin.* Leviore de causa. *Tac.* 2. *Hist* 21. In levi habere aliquid. *h. e.* parvifacere, negligere. — *c*) Huc retrahi possunt et illa, in quibus *levis* est mitis, non asper. *Cic.* 1. *Tusc.* 40. 95. Relinquamus igitur has ineptias: quod enim levius huic levitati nomen imponam? *At hic cum* Orellio *et aliis legendum videtur* lenius. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 32. 102. Levior reprehensio. — *d*) Cum Genitivo Græca ratione. *Sil. It.* 2. 102. opum levior, venatu extendere vitam Abnuit, atque arctæ res exegere per æquor *scarso di fortune.* et 5. 363 Haud levior famæ Synhalus. *di non minore concetto* Al leg *fama* Similiter legit *Heins.* illud *Stat.* 7 *Theb* 82 vidit pater altus. et iræ Jam levior *h. e.* ira jam remissa. Alii *ira.* ¶ 3. Item frequenter de hominibus usurpatur, sive de animi sententia et habitu, et est inconstans, animo et fide mobilis, vilis, nullo honore dignus *V.* LEVITAS II. *Plaut Men.* 3. 2. 23 Quid ais, homo levior quam pluma, pessime et nequissime? *Cic. Amic.* 25. 91. Vitium levium hominum atque fallacium ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. *et ibid* 17 63 Quidam sæpe in parva pecunia cognoscuntur, quam sint leves quidam, quos parva movere non potuit, cognoscuntur in magna. Similiter *Id. ibid.* 26 100. Leves amicitiæ. *h. e.* levium hominum. *Id. Cluent.* 28. 75. Leves ac nummarii judices. *Ovid.* 12. *Met.* 53. veniunt leve vulgus euntque. *Liv.* 5. 15 *extr.* Auctorem levem, nec satis fidum super tanta re patres rati. *Ovid.* 1 *Art. am.* 159 Parva leves capiunt animos. *Ter Hecyr* 3. 1. 32 Mulieres sunt ferme, ut pueri, levi sententia. *Cæs.* 5. *B G* 28. *extr* Quid levius, aut turpius, quam auctore hoste de summis rebus capere consilium? — Huc referri potest et illud *Tibull.*, in quo levis est vaniloquus, mendax, 1. 7. 61. Et tibi nescio quas dixit, mea Delia, pœnas. Si tamen admittis, sit precor illa levis. ¶ 4. Raro sumitur pro facili. — *a*) De homine. *Plaut. Trin.* 3. 2. 58. Numquam erit alienis gravis, qui suis se concinnat levem *h. e.* lenem, comem, facilem. — *b*) De rebus. *Liv.* 5. 23. *ad fin.* Tandem eo, quod levissimum videbatur, decursum est, ut etc. *h. e.* facillimum.

LĔVIS *vel* lævis, e, adject. Ad scriptionem quod attinet, sunt quibus placet per diphthongum scribi, ad differentiam τοῦ *lēvis*, quia sæpe fit, ut amphibologia suboriatur, si aliter fiat: contra stant critici fere omnes cum *Dausquio*, et probatior consuetudo (quamquam aliquot antiquissimi Codices *lævis* exhibeant, teste *Wagner.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 91.), tum etymologi, qui a λεῖος ducunt: Græca autem diphthongus et in e simplex Latine verti solet. — Comp. *Levior* 1. 1. et II. 3.; Sup. *Levissimus* I. 1. — Levis est planus, complanatus, non scaber, non asper, politus; eique *asper* opponitur: λεῖος (It. *spianato, liscio, polito*; Fr. *lisse, plan, uni, non rude*; Hisp. *liso, plan, unido, igual*; Germ. *glatt*; Angl. *smooth, polished, furbished, sleek*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de rebus physicis. — *a*) Cum opposito *asper*, ut apud *Cic.* 1. *Nat. D.* 24. 66. Corpuscula quædam levia, alia aspera, rotunda alia. *Id. Partit. orat.* 10. 36. Loci plani, an montuosi; leves, an asperi; opaci, an aprici. — *b*) Generatim. *Cato R. R.* 157. Levis brassica. *h. e.* quæ extenta folia habet: cui opponitur crispa. *Lucret.* 4. 660. Levissima corpora. *Cic. Tim.* 6. Deus levem mundum fecit et undique æquabilem. *Virg.* 5. *Æn.* 91. levis porula. *Id.* 7. *Ecl.* 31. leve marmor. *Id.* 8. *Æn* 624. leves ocreæ. *et* 7. *ibid.* 626. clipei. *et* 5. *ibid.* 259. levibus hamis conferta lorica. *Id.* 4. *G.* 45. apum cubilia levi limo ungere Ct *Varro* 3. *R R.* 7. 3 Levissimo marmorato parietes oblinere *Ovid.* 13. *Met.* 792. Levior assiduo detritis æquore conchis *Id.* 12. *ibid.* 409. coma pectine levis. *et* 4. *ibid.* 221. levia stamina. *Martial.* 14. 136 pallia. *h. e* panno non villoso. — *c*) *Leve* absolute est res levigata *Horat.* 2 *Sat.* 7. 87. Externi ne quid valeat per leve morari. *Pers.* 1. 64. ut per leve severos Effundat junctura ungues. ¶ 2. Latiori sensu apud Poetas est imberbis, glaber *Horat.* 2. *Od.* 11. 5 fugit retro Levis juventas et decor. *Tibull.* 1. 9. 31. levia ora. *Arnob.* 6. 10. Potest enim fieri, ut barbatus in cælo sit, qui esse a vobis effingitur levis. *Juvenal.* 8. 115. levia crura. *et ibid.* 35. canes scabie vetusta leves. *Ovid.* 3. *Fast.* 745. levis senex *calvo.* ¶ 3. Item nitidus, candidus, pulcher, atque adeo juvenilis. *Virg.* 11. *Æn.* 40. levi patens in pectore vulnus. *et* 7. *ibid.* 815. leves humeri. *Id.* 6 *Ecl.* 51. levis frons. *Ovid.* 10. *Met.* 698. levia colla. ¶ 4. Item lubricus. *Virg.* 5. *Æn.* 328. levi sanguine Nisus labitur.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superparagr. I. 1., *levia* nonnunquam dicuntur, quæ bene trita sunt et macerata et mollia tactu. *Scribon. Compos.* 281. Acetum intritum consumatur ad omnia, quæ teri debeant, dum levia habuerint mollis spissitudinem. *et Compos* 228. Hæc terere oportet, donec levia passi habeant temperamentum. Adde *eumd. Compos.* 204. Huc pertinet illud *Celsi* 2. 8. *a med.* Si quod excernitur, leve est et mali odoris. ¶ 2. *Levis oratio* est delicata et æquabiliter fluens. *Cic Orat.* 5. 20. Alii (*fuerunt*) aspera, tristi, horrida oratione, neque perfecta, neque conclusa; alii levi et structa et terminata. *Id.* 3. *Orat.* 43. 171. Ut neve asper eorum (*verborum*) concursus, neve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus et levis. *Horat. Art. P.* 26. sectantem levia nervi Deficiunt. *Bentlej.* tamen *lenia* legit et copiose defendit. *Quintil.* 5. 12. 18. Dum levia sint ac nitida, quantum valeant, nihil interesse arbitramur. *Id.* 9. 4. 116. Aures fragosis offenduntur et levibus. *Al. leg.* lenibus. *Id.* 2. 5. 9. Levis et quadrata compositio. *Id.* 11. 3. 15. Levis et aspera vox. ¶ 3. Est etiam mollis, effeminatus ductum ab his, qui pilos vellunt et cutem levigant: *V.* sub I. 2. et 3. *Ovid.* 3. *Art. am* 437. Femina quid faciat, quum vir sit levior ipsa? *Pers.* 1. 82. Trossulus exsultat tibi per subsellia levis. — Hinc

Leve, absolute, substantivorum more. *V.* sub I. 1. in fin.

LĔVISOMNUS, a, um, adject. (levis *et* somnus) qui levi somno est, *che ha sonno sottile, leggero. Lucret.* 5. 862. Et levisomna canum fido cum pectore corda. ἐπιπολαίου ὕπνου.

LĔVISTĬCUM, i. *V. Ligusticum* in v. LIGUSTICUS.

LĔVĪTA. *V.* LEVITES.

LĔVĪTAS, ātis, f. 3. (levis) qualitas gravitati contraria, privatio ponderis, κουφότης (It. *leggerezza*; Fr. *légèreté, faible poids*; Hisp. *ligereza*; Germ. *die Leichtigkeit im Gewichte*; Angl. *lightness*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Lucret.* 3. 387. plumas avium papposque volantes, Qui nimia levitate cadunt plerumque gravatim. *Cæs.* 5. *B. G.* 34. Levitas armorum. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 22. 42. (123). *de ferula arbore.* Nulli fruticum levitas major. ¶ 2. Latiori sensu est agilitas, velocitas, *agilità. Lucret.* 4. 203. ubi tam volucri hæc levitate feruntur. Adde *eumd. ibid.* 746. ¶ 3. Item latiori sensu, vel translate ut aliis placet, est mobilitas apud *Ovid.* 2. *Fast.* 673. Termine, post illud levitas tibi libera non est: Qua positus fueris in statione, manes.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim transfertur ad animum, et significat mobilitatem atque inconstantiam, qua quis levi quacumque de causa quippiam aut suscipit, aut omittit: eique *gravitas* et *constantia* opponitur, *leggerezza, incostanza.* — *a)* Stricto sensu. *Cic.* 7. *Phil.* 3. 9. Quid est inconstantia, mobilitate, levitate, quum singulis hominibus, tum vero universo senatui, turpius? *Id. Brut.* 27. 103. Propter perpetuam in populari ratione levitatem. *Cæs.* 2. *B. G.* 1. Mobilitate et levitate animi novis imperiis studebant. *Phædr.* 4. *prol.* non levitas mihi, Sed certa ratio causam scribendi dedit. *et* 7. 3. Facile ad derisum stulta levitas ducitur. *Cic.* 1. *Fin.* 18. 61. Amatorils levitatibus dediti. *Liv.* 24. 6. Hanc levitatem ac jactationem animi neque mirabantur in juvene furioso, neque arguebant. *Ovid.* 5. *Trist.* 8. 18. *de Fortuna.* Et tantum constans in levitate sua est. *Quintil.* 10. 3. 7. Manet in rebus temere congestis levitas. — *b)* Prægnante significatione, est acquitas, vilitas, ut docet *Gell.* 7. 11., *h. e.* vilis abjectique hominis, nulli rei, neque frugi bonæ nulloque honore digni conditio, *viltà, dappocaggine. Cic.* 2. *Phil.* 31. 77. At videte levitatem. Quum hora diei decima etc. *Id.* 1. *Off.* 26. 90. Ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est. ¶ 2. Speciatim de oratione ejusque sententia est vanitas, *insussistenza, vanità. Cic.* 2. *Nat. D.* 17. 45. Cujus opinionis levitas, confutata a Cotta, non desiderat orationem meam.

LĔVĪTAS *vel* lævitas, ātis, f. 3. De ratione scribendi *V.* in LĔVIS init. — Levitas est æqualitas, levor: cui contraria est asperitas, scabrities, λειότης (It. *liscio, superficie piana, liscia, nitida, pulitezza*; Fr. *le poli*; Hisp. *el plano*; Germ. d. *Glätte, Schlüpferigkeit*; Angl. *smoothness, planeness, evenness, sleekness*).

I.) Proprie. — *a)* Generatim. *Cic. Tim.* 14. Speculorum levitas. *Id.* 3. *Orat.* 25. 99. In ipso tactu est modus mollitudinis et levitatis. *Id. Tim.* 6. Omni autem totam figuram mundi levitate circumdedit Deus. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 3. 3. (7). Mundi corpus levitate continua lubricum. *Id.* 9. *ibid.* 29. 46. (86). Soli mollium (*polypi*) in siccum exeunt dumtaxat asperum; levitatem odere. — *b)* Speciatim *levitas intestinorum* est, quum eorum rugæ aperiuntur, extenduntur et veluti complanantur; quo fit, ut continere nihil possint, et quidquid assumptum est, inconfectum protinus reddant, *lubricheza. Cels.* 4. 16. et 2. 8. *a med.*

II.) Translate in oratione est æquabilitas. *Quintil.* 10. 1. 52. Raro assurgit Hesiodus: tamen levitas verborum et compositionis probabilis. ὀνομάτων λειότης. *Id.* 8. 3. 6. Hic ornatus virilis et fortis et sanctus sit: nec effeminatam levitatem et fuco mentitum colorem amet, sanguine et viribus niteat.

LĔVĪTER, adverb. (levis). Comp. *Levius* et Sup. *Levissime* II. 1. et 2. — Leviter est sine pondere, exiguo pondere, κούφως (It. *leggiermente*; Fr. *légèrement*; Hisp. *ligeramente*; Germ. *leicht, ohne Gewicht*; Angl. *lightly*).

I.) Proprie. *Curt.* 4. 13. *a med.* et 8. 11. Thraces leviter armati. *V.* LĔVIS I. 1. et ARMATURA.

II.) Translate. ¶ 1. Est parum, exigue, modice, tenuiter, *poco, alquanto, leggiermente.* — *a)* Generatim. *Cæs.* 2. *B. G.* 8. Collis leviter fastigiatus. *Plerique tamen leg.* leniter. *Flor.* 3. 1. Atqui non leviter se Numidia concussit. *Sueton. Claud.* 15. *extr.* Genam non leviter perstrinxit. *Cæs.* 3. *B. C.* 92. Levius casura pila sperabat, in loco retentis militibus, quam si ipsi immissis telis occurrissent. *h. e.* leviore ictu. *Curt.* 4. 10. *a med.* Porta castrorum, quæ levius custodiebatur. *l. e.* indiligentius. *Lucret.* 6. 248. Nubes leviter densæ. *Cic.* 2. *Invent.* 51. 154. Leviter saucius facile est ex vulnere recreatus. *pelle pelle. Id.* 5. *Verr.* 76. 177. Non reperietis hominem timide, nec leviter hæc improbissima lucra ligurientem. *Id.* 1. *Divinat.* 17. 30. Lituus, id est incurvum et leviter a summo inflexum bacillum. *Id.* 2. *Nat. D.* 57. 143. Genæ leviter eminentes. *Al. leg.* leniter. *Id.* 1. *Off.* 24. 83. Qui (*medici*) leviter ægrotantes leniter curant, gravioribus autem morbis etc. *Id.* 2. *Divinat.* 10. 25. Addunt ad extremum, omnia levius casura, rebus divinis procuratis. *Id.* 3. *Orat.* 6. 24. Homines leviter eruditi. *Id.* 2. *Fin.* 11. 33. Quæ quum leviter agnovit, tum discernere incipit. *Sueton. Ner.* 41. Leviter recreata mens. *Id. Grammat.* 9. Studia non leviter attigerat. *Quintil.* 7. 3. 27. Quæ libro quinto leviter in transitu attigeram. — *b)* Urbane et per figuram μείωσιν. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 9. Quamquam bene volumus leviter lenonibus. *h. e.* odio habemus. *et* 3. 3. 35. Ego faxo hospitium hoc leviter laudabitis. *h. e.* vituperabitis, abominabimini. — *c) Levius*, minus, *meno. Horat.* 2. *Sat.* 7. 18. quanto constantior idem In vitiis, tanto levius miser. *Ovid.* 1. *Pont.* 9. 30. Levius dolere. — *Ut levissime dicam*, formula, quum mitiore vocabulo utimur, quam rei atrocitas postulat, *per dir meno che sia possibile. Cic.* 3. *Cat.* 7. 17. Si Catilina in urbe remansisset, ut levissime dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset. ¶ 2. *Leviter ferre* est facile et æquo animo ferre. *Cic. Prov. cons.* 20. 47. Sed levissime feram, si forte ils minus probaro etc. *Id.* 4. *Fam.* 3. *circa med.* Quod a tuis abes, id eo levius ferendum est, quod etc. *Liv.* 29. 9. Neglectam ab Scipione et nimis leviter latam suam injuriam ratus.

LĔVĪTES *et* levita, æ, m. 1. Forma *levita* legitur apud *Prudent. locis* infra *cit.*; et apud *Vulgat. interpr. Judic.* 17. 9. et 20. 3. — Levitæ apud Hebræos ministri erant rerum sacrarum, ex tribu Levi assumpti, *Leviti.*

I.) Proprie. *Prudent.* 5. περὶ στεφ. 30. Levita de tribu sacra. *et* 2. *ibid.* 39. Levita sublimis gradu. *Vulgat. interpr. Exod.* 4. 14. Aaron frater tuus, levites. *et Deuter.* 12. 19. Cave, ne derelinquas levitem. Adde *ibid.* sæpissime.

II.) Translate est sacer ordo ecclesiasticus dignitate sacerdoti proximus, diaconus. *Sidon.* 9. *Ep.* 2. Albiso Antistes Proculusque levites. *Arat. Act. Apost.* 553. Levitas vocitare placet, quam splendida cœpit etc.

LĔVĪTĬCUS, a, um, adject. ad tribum Levi pertinens. *Vulgat. interpr. Exod.* 6. 25. Princeps familiarum leviticarum. *Id. Deuter.* 17. 9. Sacerdotes levitici generis. *Id. Jos.* 3. 3. Stirps levitica.

LĔVĪTIS, idis, f. 3. ut *gens levitis*, ipsi Levitæ. *Prudent. Psychom.* 502. gentis levitidis una Semper fida comes.

LĔVĪTŌNĀRĬUM, ii, n. 2. Ægyptiorum monachorum vestis: a *levites*, quia similis vesti Levitarum propriæ, *tonicella. Hieronym. præf.* in *Reg. S. Pachom. n.* 4. Nihil habent (*monachi*) in cellulis præter psiathium et duo levitonaria (quod Ægyptiis monachis genus vestimenti est sine manicis) et unum jam attritum ad dormiendum, vel operandum. *Isid.* 19. *Orig.* 22. Levitonarium est colobium sine manicis, quali monachi Ægyptii utuntur.

LĔVĪTŪDO *vel* lævitudo, ĭnis, f. 3. (levis) idem quod lēvitas, lēvor. *Lactant. Ira D.* 10. Si quis milium velit in unam coagmentationem constringere, levitudo granorum in massam coire non sinat.

LĔVĬUSCŬLUS, a, um, adject. *deminut.* a lēvis. *Plin.* 1. *Ep.* 16. Inserit versus data opera molliusculos leviusculosque, duriusculos quosdam. *Al. melius leg.* mollibus levibusque duriusculos quosdam.

LĔVO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (levis). *Levasso* antique pro *levavero. Ennius* apud *Cic. Senect.* 1. 1. O Tite, si quid te adjuro curamve levasso, Quæ nunc te coquit. — *Levaris* sync. pro *levaveris. Auct. Priap.* 38. 11. Ponetur tibi picta (*mentula*), quam levaris, Compar consimilisque concolorque. — Part. *Levans* I. et II. 4. 1.°; *Levatus* I., II. 1. 3. 4. et 5.; *Levaturus* II. 4.; *Levandus* II. 2. et 5. — Levare est tollere, elevare, in altum ferre, αἴρω (It. *alzare, levare*; Fr. *élever, enlever*; Hisp. *elevar, alzar*; Germ. *in die Höhe heben, lüften, aufrichten*; Angl. *to lift up, raise, elevate*).

I.) Proprie. *Virg.* 4. *Æn.* 690. Ter sese attollens cubitoque annixa levavit. *Ovid.* 2. *Met.* 427. de cæspite virgo Se levat. *Id.* 4. *Fast.* 528. Seque levat saxo, subsequiturque senem. *Id.* 1. *Trist.* 3. 94. gelida membra levavit humo. *Id.* 14. *Met.* 302. tellure levati Erigimur. *da terra. Horat. Epod.* 16. 35. simul imis saxa renarint Vadis levata. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 5. (12). Levatus arundine extra aquam. *Liv.* 21. 58. *a med.* Aqua levata vento. *Ovid.* 2. *Met.* 159. pennisque levati Prætereunt Æuros. *et* 8. *ibid.* 693. baculisque levati, Nituntur longo vestigia ponere clivo. *co' bastoni. Quintil.* 2. 12. 9. Nam et clamant ubique, et omnia, levata, ut ipsi vocant, manu, emugiunt. *Val. Flacc.* 6. 89. densique levant vexilla Coralli. *Petron. Satyr.* 29. Levatum mento in tribunal excelsum Mercurius rapiebat. *pel mento. Colum.* 9. *R. R.* 12. 1. Apis se confestim levat sublimius. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 16. 13. (69) Ignea vi levantur in sublime. *Id.* 36. *ibid.* 15. 24. (122). *de aquæduct.* Ad eam excelsitatem, ut in omnes Urbis montes levarentur. *Sillig.* ex aliquot Codicib. legit: Ad eam excelsitatem, ut omnes Urbis montes lavarentur. *h. e.* aqua inundarentur. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 39. numquamque levantibus alte Intumuit rebus.

II.) Translate. ¶ 1. Est auferre, adimere, *levar via, togliere.* — *a)* De rebus physicis. *Virg.* 2. *Æn.* 146. Ipse vero primus manicas atque arcta levari Vincla jubet Priamus. *Pallad.* 3. *R. R.* 25. Levare terram ab radicibus. *Id.* 7. *ibid.* 5. corticem scalpro. *Id.* 11. *ibid.* 17. Mustum post viginti dies quam levatum fuerit ex lacu etc. *Ovid.* 8. *Met.* 647. furca levat ille bicorni Sordida terga suis, nigro pendentia tigno. *stacca, spicca.* Similiter *Ulp. Dig.* 50. 15. 4. Agri tributum in eam civitatem debet levari, in cujus territorio possidetur. *h. e.* capi, auferri. — *b)* De abstractis. *Cic.* 2. *Tusc.* 24. 59. His levabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis et gloria. *Virg.* 3. *Æn.* 36. Rite secundarent visus omenque levarent. *h. e.* auferrent, averterent. *Ovid.* 2. *Trist.* 186. Pars erit e pœna magna levata mea. *h. e.* ablata, sublata. *Auct. B. Afr.* 34. Annonæ levata sollicitudo. *Quintil.* 11. 3. 24. Consuetudine difficultas omnis levatur. ¶ 2. Item de rebus physicis est exonerare, relevare, *scaricare, sollevare. Virg.* 9. *Ecl.* 65. Cantantes ut eamus, ego hoc te fasce levabo. *Id.* 2. *G.* 400. omne levandum Fronde nemus. *Spartian. Caracall.* 7. Quum levandæ vesicæ gratia ex equo descendisset. *Ovid.* 8. *Met.* 793. serpentum colla levavit. *h. e.* e curru a draconibus tracto descendit. — Huc referri potest et *levare dentes*, h. e. purgare. *Martial.* 14. 22. si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna levare potest. ¶ 3. Item usurpatur pro recreare, reficere, lenire, levamen afferre, *sollevare, dare riposo, alleggerire, alleviare.* — *a)* De animi curis. *Catull.* 2. 10. Et tristes animi levare curas. *Cic.* 1. *Att.* 18. Qui sæpissime curam et angorem animi mei sermone et consilio levasti tuo. *Id.* 4. *Fam.* 3. Hæc tibi ad levandas molestias magna esse debent. *Quintil.* 8. 3. 52. Levare tædium. *Plaut. Epid.* 4. 1. 29. Levare paupertatem alicui. *Cæs.* 3. *B. C.* 48. inopiam. *Virg.* 2. *Æn.* 452. *et* 4. *ibid.* 538.; *et Justin.* 5. 2. 12. Auxilio levare aliquem. *h. e.* sublevare. *Cic.* 3. *Fam.* 8. *circa med.* Levare miseriis perditas civitates. *Id.* 5. *Att.* 2. *ante med.* Multæ civitates ære alieno liberatæ, multæ valde levatæ. *Id. Senect.* 11. 36. Et corpora quidem exercitatione ingravescunt: animi autem se exercendo levantur. *h. e.* reficiuntur, recreantur. *Id.* 12. *Att.* 50. Ut me levarat tuus adventus, sic discessus adflixit. — *b)* De corporis molestiis. *Ovid. Remed. am.* 230. Arida nec sitiens ora levabis aqua. *Id.* 4. *Trist.* 8. 26. fonte levare sitim. *Id. Heroid.* 14. 96. fronde famem. *Id.* 6. *Fast.* 328. Para jacet, et molli gramine membra levat. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (145). Levatus vomitione. *et* 17. *ibid.* 26. 39. (246). Arbores putatione levatæ onere. ¶ 4. Cum Accusativo rei sæpe ponitur pro deminuere; et quidem — 1.°) In bonam partem de morbis et aliis quæ nocent est curare, medendo relevare, minuere. *Plaut. Mil. glor.* 4. 6. 57. Levandum morbum mulieri video. *Horat. Epod.* 11. 17. Fomenta vulnus nil malum levantia. *Id. Carm. sæcul.* 63. Qui salutari levat arte fessos Corporis artus. *Curt.* 3. 6. Morbi vim levaturus. *Tac.* 2. *Ann.* 59. Levavitque, apertis horreis, pretia frugum. *h. e.* deminuit, *fece abbassare. Virg.* 8. *Æn.* 309. varioque viam sermone levabant. *h. e.* levem faciebant et tolerabilem. Sic *Varro* apud *Non. p.* 482. 19. *Merc.* Itiner longum sermone levare. *Cæs.* 1. *B. C.* 9. Levare injurias. *Cic.* 5. *Verr.* 59. 136. Levare suspicionem et a se removere. *Liv.* 4. 17. Levant quidam regis facinus. Sic *Justin.* 12. 10. 9. Ut communi facto crimen regis levaretur. — Huc referendum videtur illud *Cic.* 3. *ad. Q. fr.* 9. Illum neque ursi, neque levavi. *Forcellinus* τὸ *levavi* interpretatus est *erexi, excitavi*: at rectius fortasse hoc loco se-

mes pro ejus crimen minuere. *V.* integrum loc. — 2.°) In malam partem est elevare, detrahere, minuere, *sminuire. Accius* apud *Non. p.* 336. 29. *Merc.* Cave, lassitudo populitum cursum levet. *Id.* apud *eumd. ibid.* Tu laudes illorum levas. *Turpilius* apud *eumd. p.* 337. 4. Intercapedo amicitias levat. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 22. 69. Inconstantiâ levatur auctoritas. *h. e.* infirmatur. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 10. Multa fidem promissa levant. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 6. 26. (44). Quoties id factum est, levatur bonitas pro numero, dilutiore sanie. *Sillig.* ex Cod. Bamberg. et Isid. legit *elevatur.* ¶ 5. Cum Accusativo personæ et Ablativo rei sine præpositione est liberare, eruere, eripere. *Varro* apud *Non. p.* 336. 33. *Merc.* Qui manu corporis fervidos aperis lacus sanguinis, teque vita levas ferreo ense. *ti togli la vita, ti liberi dalle miserie della vita. Cic.* 5. *Verr.* 61. 140. Levare se gravissima infamia. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 9. aliquem cura domestica. Cf. *Ovid.* 5. *Met.* 500. Levatus curis. Rursus *Cic.* 3. *Fam.* 12. Leva me hoc onere. *Id. Amic.* 20. 72. Qui hac opinione non modo verbis, sed etiam opere levandi sunt. *h. e.* eruendi, eripiendi. *Id.* 6. *Att.* 2. *ante med.* Levare aliquem ære alieno. *Horat.* 2. *Od.* 18. 38. Levare functum pauperem laboribus. *Liv.* 21. 62. Magna ex parte levaverunt animos religione. *Id.* 2. 22. Levare aliquem metu. — Et cum Genitivo, Græcorum more. *Plaut. Rud.* 1: 4. 27. Ut me omnium jam laborum levas! Simile est illud *Virg.* 11. *Æn.* 126. Justitiæ ne prius mirer, belli ne laborum: quod Græci dicunt θαυμάζω τῶν πόνων: tametsi sunt codices, in quibus *justitia* et *labore* legitur, et in quibus *justitiam* et *laborem,* teste *Pierio.* Sic, Fastidit mei, *Plaut. Aulul.* 2. 2. 67. et, Uxor, quæ non vercatur viri, *Afranius* apud *Non. p.* 496. 30. *Merc.*

LĔVO *vel* lævo, as, āvi, ātum, are, a. 1. (lēvis). De ratione scribendi *V.* LĔVIS init. — Part. *Levatus* I. et in fin. — Levare est lēvem facere, complanare, polire, levigare, λειόω (It. *spianare, lisciare, polire, levigare;* Fr. *polir, rendre uni, unir, lisser;* Hisp. *allanar, igualar, alisar, pulir;* Germ. *glatt machen, glätten, poliren;* Angl. *to plane, polish, smooth*).

I.) Proprie. *Cels.* 5. 13. Levant id, quod exasperatum est, spodium, ebenus, gummi. *Lucret.* 5. 1266. levare et radere tigna. *Varro* 3. *R. R.* 6. 4. Cubilia tectorio levata, quo neque serpens, neque bestia accedere ulla possit. *Colum. Arbor.* 8. Vitem, quam insiturus es, resecato, plagam levato. *Virg.* 5. *Æn.* 306. Gnossia bina dabo levato lucida ferro Spicula. *Seneca Consol. ad Helv.* 11. *a med.* Magni levatique mensarum orbes. *Stat.* 1. *Theb.* 519. Pars teretes levare manu ac disponere mensas. *forbire. Cels.* 8. 3. *sub fin.* Os radere et levare satis est. *Cic. fragm. orat. in Clod.* (edente *A. Peyronio*) *p.* 115. Tu vero festivus, tu elegans, tu solus urbanus, quem decet muliebris ornatus, quem incessus psaltriæ, qui effeminare vultum, attenuare vocem, levare corpus potes. *Quintil.* 2. 5. 11. Vulsi levatique et inustas comas aeu comentes et non suo colore nitidi.

II.) Translate de oratione. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 122. Luxuriantia compescet, nimis aspera sano Levabit cultu. *h. e.* molliet, suaviora reddet. — Hinc Part. præter, pass., cujus exempla sub I. retulimus,

Levatus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Levatior* apud *Gell.* 17. 8. *sub fin.* Faciliora ad coeundum videntur, quæ levatiora levioraque sunt.

LĔVOR *vel* lævor, ōris, m. 3. (lēvis). De ratione scribendi *V.* LĔVIS init. — Levor est idem quod lēvitas, lēvitudo, *liscezza. Lucret.* 4. 452. Asperitas autem voci fit ab asperitate Principiorum, et item levor levore creatur. *Id.* 2. 423. Haud sine principiali aliquo levore (*species*) creata est. *Cic. Tim.* 13. *extr.* Multis modis concors et aptus redditus in levore consedit. Hæc *Forcellinus:* at, utrum hæc reapse Ciceroniana sint, valde dubitandum. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 24. (78). Spectatur in chartis tenuitas, densitas, candor, levor. *Id.* 30. *ibid.* 14. 43. (127). Cochleæ arefactæ tunsæque in farina candoremque et levorem corpori afferunt. *Id.* 37. *ibid.* 4. 15. (56). Adamas laterum sexangulo levore, turbinatus in mucronem.

LEX, lēgis, f. 3. νόμος, generatim est recta ratio rerum agendarum: a *legendo,* quia quum ferretur, proponebatur legenda omnibus. Ita *Varro* 6. *L. L.* 66. *Müll. Cic.* vero 1. *Legg.* 6. 19. a *legendo,* h. e. eligendo ducit. At quis fortasse rectius a λέγειν dicere duxerit; hinc etiam *dictator, edictum,* quæ vocabula jubendi et imperandi vim habent. (It. *legge;* Fr. *loi;* Hisp. *ley;* Germ. *d. Gesetz;* Angl. *a law*). *Cic. ibid.* 15. 42. Lex est recta ratio imperandi atque prohibendi: quam qui ignorat, is est injustus, sive est illa scripta uspiam, sive nusquam. *Quintil.* 7. 5. 5. Omnis lex aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut jubet, aut vetat, aut permittit. *Cic.* 3. *Legg.* 1. 2. Ut magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: vereque dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. — Ceterum

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. Apud Romanos *lex* erat, quod populus Romanus magistratu senatorio interrogante constituebat: quo pacto a plebiscito distinguebatur: tametsi et hoc aliquando *lex* dicitur. Ac primis quidem temporibus, regum, vel etiam consulum responsa et decreta pro legibus habebantur: postea vero missis Athenas legatis (decemvirum magistratu ad id constituto) descriptæ leges Solonis in XII. Tabulis, et ad rempublicam regendam adhibitæ, additis successu temporis quamplurimis aliis, quas proponente aliquo populus R. acceptabat. Porro qui legem erat laturus, eam prius domi describebat; deinde promulgabat, hoc est proponebat in publicum per trinundinum; tum populum rogabat per formulam *velitis, jubeatis* etc.; quæ si acciperetur, lata et perlata dicebatur; si displiceret, antiquata. Perlata lex in ærea tabula describebatur et publice figebatur, ut ab omnibus de plano perlegi posset. Itaque lex erat stricto sensu ipsa legis latio seu propositio, *lo schema di legge presentato o proposto al popolo. Cic.* 2. *Off.* 21. 73. Quum legem agrariam ferret: quam tamen antiquari facile passus est. *Id. post redit. in senat.* 5. 11. Legem tulit, ne auspiciis obtemperaretur. *Id. Dom.* 30. 81. Legem de injuriis publicis tulisti Anagnino nescio cui. *in favore di un non so chi di Anagni.* et *ibid.* 27. 70. De me retulisti, legem promulgasti, tulisti. *proponesti, portasti.* et *ibid.* 18. 47. Hanc tibi legem Clodius scripsit. *formulò, dettò.* et *Id.* 2. *Phil.* 29. 72. Ego leges perniciosas rogavi. *Liv.* 33. 46. Legem promulgavit pertulitque, ut etc. *Cic. Planc.* 14. 35. Legem sciscere de re aliqua. *Id.* 14. *Att.* 12. Antonius fixit legem, a dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani etc. *Id. Balb.* 17. 38. Legem populum Romanum jussisse de civitate tribuenda. *Id.* 3. *Off.* 30. 109. Legem accipere. *Id. Amic.* 12. 40. sancire. *Id. ibid.* 25. 96. Lex popularis suffragiis populi repudiata est. — Sub Augustis lex proponebatur a solis senatoribus, ut docet *Barpt. Borghesius* in *Excerpt. ex Codd. Vaticanis T.* 2. § 22. *p.* 11. *col.* 1. *in fin.* ¶ 2. Latiori sensu, vel translate ut aliis placet, lex dicitur ipsa lex lata populi suffragiis accepta ac sancita: qua significatione — *a*) Generatim occurrit. *Cic.* 5. *Phil.* 3. 7. Legem facere. Hoc tamen loco *Orellius* et alii aliter legunt. *Liv.* 3. 34. condere. *Cic. Cæcin.* 14. 40. constituere alicui civitati. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 8. 23. gravem cuipiam imponere. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 105. ponere. *Cic.* 1. *Legg.* 22. 57. Populis leges vivendi et disciplinam dare. *Ovid. Heroid.* 12. 39.; et *Virg.* 11. *Æn.* 322. dicere alicui. *intimare, proporre. Ovid.* 1. *Pont.* 1. 22. servare. *Cic.* 1. *Cat.* 7. 18. negligere, evertere, perfringere. *Id.* 1. *Legg.* 15. 42. negligere, perrumpere. *Id. Cæcin.* 25. 70. Leges ac jura labefactare. Adde *Horat.* 1. *Ep.* 16. 41. — *b*) Leges XII. Tabularum per decemviros a Græcis petitæ, quibus Romani uterentur (*V. Liv.* 3. 33. et 34. etc.), fontes omnis publici privatique juris, impense laudantur a *Cic.* 1. *Orat.* 43. et 44. Harum fragmenta hodieque exstant, ab eruditis collecta. — *c*) Item speciatim *legibus aliquem solvere* est cuipiam concedere, ut legibus parere non teneatur, *dispensare. Ascon.* in *argum. orat. Cic. pro C. Cornel.* Promulgavit legem, ne quis, nisi per populum, legibus solveretur. *Cic.* 11. *Phil.* 5. 11. Ille homo summo ingenio, summa potentia, solvatur legibus: quamquam leges eum non tenent. — *d*) Item *lege agere* dicitur lictor, qui judicis sententiam exsequitur. *Liv.* 26. 15. Fulvius præconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet. — *e*) Præterea *lege agere* dicitur, qui actionem in judicio intendit, litem movet et jus suum persequitur. *Cic.* 1. *Orat.* 36. 167. Alter plus lege agendo petebat, quam quantum lex in XII. Tabulis permiserat. *et ibid.* 38. 175. Lege egit in hereditatem paternam testamento exheres filius. Adde *Nepot. Timol.* 3., ubi et *legibus experiri* habetur, eodem sensu. Huc pertinet illud *Ovid.* 1. *Fast.* 47. Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur: Fastus erit, per quem lege licebit agi. — Hinc *lege agito* dicebatur ei, cujus intentio contemptibilis adversario videbatur, ut alt *Donatus* ad illud *Ter. Phorm.* 5. 7. 90. Una injuria est tecum. CHR. Lege agito ergo. Adde *Plaut. Mil. glor.* 2. 5. 43. — *f*) *Lege* et *legibus* est secundum leges, *in vigor della legge. Ter. Andr.* 4. 5. 4. Ejus morte ea ad me lege redierunt bona. *Id. Phorm.* 4. 3. 21. An legibus daturum pœnas dices, si illam ejecerit? *Nepos Phoc.* 3. *extr.* Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus fieret judicium. *Id. Cim.* 1. Cimon eadem custodia tenebatur, neque legibus Atheniensibus emitti poterat. — *g*) Legis pro plebiscito positæ exemplum est Manilia, quæ revera plebiscitum fuit, et lex appellatur a *Cic. pro leg. Manil.* 24. 69.

II.) Translate. ¶ 1. Lex — *a*) Generatim de hominibus est regula, norma, artis præceptum, *regola, norma, precetto. Cic.* 3. *Orat.* 49. 190. Hanc igitur ad legem quum exercitatione, tum stilo formanda vobis oratio est. *h. e.* ad hanc regulam, ad hanc normam. Sic *Id. Orat.* 58. 198. Difficilius est oratione uti, quam versibus, quod illis certa quædam et definita lex est, quam sequi sit necesse, in dicendo autem nihil est propositum. *Sueton. Ner.* 24. In certando ita legi obediebat, ut numquam exscreare ausus, sudorem quoque frontis brachio detergeret. *h. e.* artis præceptis. Sic *Gell.* 13. 20. *a med.* Secundum grammaticam legem. — *b*) De inanimis est stata ratio, status ordo; atque adeo rei conditio, natura, qualitas. *Ovid.* 15. *Met.* 71. qua sidera lege mearent. *h. e.* qua stata ratione. *Id. Halieut.* 32. *de polypo.* Et sub lege loci sumit mutatque colorem. *h. e.* ad similitudinem loci, ut *Plin.* 9. *Hist. nat.* 29. 46. (87). loquitur; scilicet secundum variam loci conditionem, naturam, qualitatem. *Id.* 3. *Amor.* 2. 20. Hæc ex lege loci commoda Circus habet. — *Lex pulveris et cibi* apud *Terentian. de metr. p.* 2383. *Putsch.* est lex athletarum, quæ jubebat, ut oleo obliti et pulvere conspersi et simplici cibo nutriti certarent. — Hinc *sine lege* est sine ratione, modo, ordine, *senz'ordine. ritegno o riguardo. Ovid. Heroid.* 15. 73. jacent collo sparsi sine lege capilli. (Contra, *dare legem rudibus capillis* dixit *Seneca Hippol.* 320). *Id.* 2. *Met.* 202. Exspatiantur equi, quaque impetus egit, Hac sine lege ruunt. *et* 11. *ibid.* 489. quæ dum sine lege geruntur, Aspera crescit hiems. Cf. *Val. Flacc.* 6. 445. Datque alias sine lege colus. *h. e.* sine certo fatorum ordine. ¶ 2. Item lex interdum est pactum, conditio, *condizione, patto.* — *a*) Locum habet in contractibus et præcipue in empto ac vendito. *Cic.* 1. *Orat.* 39. 178. Quum ædes vendidisset, neque servire quamdam earum ædium partem in mancipii lege dixisset. *Cato R. R.* 145. Oleam faciundam hac lege oportet locare: Facito recte arbitratu domini etc. *Vitruv.* 1. 1. 10. *Schneid.* Ut legibus scribendis prudentia cavere possit et locatori et conductori. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 724. *n.* 443. LEX COLLEGII ESCVLAPII ET HYGIAE. Cf. *Ter. Andr.* 1. 2. 28. In pistrinum te dedam, ea lege atque omine, ut si te inde exemerim, ego pro te molam. et *Phædr.* 3. 13. Legem duabus hanc proposuit partibus. — *b*) Item in pace danda et constituenda, et similibus. *Nepos Timoth.* 2. Pacemque his legibus constituerunt, ut etc. *Liv.* 33. 30. Pax data Philippo in has leges est. Sic *Justin.* 5. 8. 6. In has leges traditam sibi urbem. *Id.* 2. 3. 8. Missis, qui hostibus parendi legem dicerent. — *c*) Et generatim pro conditione. *Cic.* 5. *Fam.* 16. Homines nos ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra. *Justin.* 38. 6. 7. Hanc illos (*Romanos*) regibus omnibus legem odiorum dixisse, scilicet *h. e.* etc. conditionem, modum, *condizione, misura.* — *d*) Hinc *lege* adverbii ritu pro tamquam, instar. *Justin.* 33. 1. 5. Prima equitum congressio fuit, qua victor Perseus suspensam omnium exspectationem in favorem sui traxit: misit tamen legatos ad consulem, qui pacem peterent, quam patri suo Romani etiam victo dedissent, impensas belli lege victi suscepturus.

LEXĬDĬUM, ĭi, n. 2. λεξίδιον, deminut. a λέξις *dictio*, vocula, *paroletta*. *Gell.* 18. 7. Vos, philosophi, mera estis, ut M. Cato ait, mortuaria glossaria. Namque colligitis lexidia, res tætras et inanes et frivolas, tamquam mulierum voces præficarum.

LEXĬPȳRĒTOS, on *et* os, um, adject. λῃξιπύρετος, ὁ καὶ ἡ, Græca vox a λήγω *cessare facio* et πυρετὸς *febris*: dicitur de medicamentis, quæ febrem fugant. *Veget.* 3. *Veterin.* 36. 1. *Schneid.* Et ideo conveniens lexipyretos adhibenda curatio est. Adde *Plin.* 20. *Hist. nat.* 18. 76. (201).; et *Marcell. Empir.* 16. *ante med.* — Hinc

Lexipyreta, n. plur. 2. absolute, appellantur remedia, quæ febrem sistunt ac discutiunt. *Theod. Priscian.* 2. 1. Aliquando etiam lexipyreta pro cataplasmatis adhibita, quemadmodum profuerunt, quæ infundere ac nutrire magis, quam infrigidare corpora ardentia videantur. Quæ conficere hoc modo consuevimus: spumæ argenti unc. III., mellis unc. III., succi lini seminis unc. VIII., ceræ unc. III., olei rosei vel chamæmelini lib. II. conficis, ut moris est, et uteris in vicem cataplasmatis, commotiones, quæ et commotiunculæ dicuntur, competenti tempore juvaturus. *In editionibus perperam legitur* lixoperita *pro* lexopyreta.

LEXĬPYREXIA. *V.* LEPTOPYREXIA.

LEXIS, is, f. 3. λέξις, *parola*, verbum, dictio, vox: a λέγω *dico*. *Lucilius* apud *Cic.* 3. *Orat.* 43. 171., et *Quintil.* 9. 4. 113. Quam lepide lexeis compostæ! ut tesserulæ omnes Arte pavimento atque emblemate vermiculato. *Seneca præf.* 3. *Controv. ante med.* Splendor orationis, quantus nescio an in ullo fuerit. Non lexis magna, sed phrasis.

LI

LĬĂCŬLUM, i, n. 2. a λειαίνω *polio*, est instrumentum, quo levigantur tectoria. *Gloss. Philox.* Liaculum, λειαντήρ. V. *Vitruvii* loc. cit. in BACULUS.

LIBA, æ, f. 1. mensura quædam apud Hebræos. *Vulgat. interpr. Levit.* 23. 13. Et libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ similæ conspersæ oleo in incensum Domini odoremque suavissimum: liba quoque vini, quarta pars hin. — *V.* et LIBS.

LĪBĂCUNCŬLUS, i, m. 2. (libum) parvum libum. *Tertull. Spectac.* 27. *extr.* Omnia illic proinde habe, ac si stillicidia mellis de libacunculo venenato. *Al. leg.* lucunculo *rectius*.

LĪBĂDĬON, ĭi, n. 2. λιβάδιον, centaurii genus minutis foliis, circa fontes nascens, origano simile, angustioribus et longioribus foliis, anguloso caule paullulum alto, fruticante, flore lychnidis, radice tenui et supervacua. A λιβάς, ἀδος, *rivus* et *irriguus locus*. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 6. 31. (68). Ceterum libadion est idem quod Centaurion lepton: *V.* LEPTON.

LĪBĀMEN, ĭnis, n. 3. *et*

LĪBĀMENTUM, i, n. 2. id, quod diis libatur in sacrificiis; *V.* LIBO, λοιβή, σπονδή. Prior vox est fere poetica.

I.) Proprie. — *a*) Forma *libamen* occurrit apud *Virg. Æn.* 246. Et summas carpens media inter cornua setas, Ignibus imponit sacris, libamina prima, Voce vocans Hecaten etc. *Val. Flacc.* 1. 204. Sic fatus pingui cumulat libamine flammam. *et* 5. 193. Ipse gravi patera sacri libamina Bacchi Rite ferens. *Capell.* 7. p. 239. Cujus (*Hecatis*) auspicio preces tertio ac libamina repetuntur. *Apul. Florid.* n. 1. Cæspes libamine humigatus. *h. e.* ara e cæspite madefacta vino effuso. — A Libero patre, qui primus, devictis Indis, Jovi in ara obtulerit cinnama et tura, dicta esse *libamina* et *liba*, docet *Ovid.* 3. *Fast.* 733. Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen Libaque: quod sacris pars datur inde focis. — *b*) Forma *libamentum* apud *Cic.* 2. *Legg.* 12. 29. Ut sacrificiorum libamenta serventur. *h. e.* fruges et baccæ, quæ sacerdotes publice libant, ut *ibid.* 8. 19. habetur. *Justin.* 12. 10. 4. Oceano libamenta dare. *et* 18. 5. 3. Veneri solvere. *Stat.* 3. *Silv.* 1. 163. Hæc ego nascentes lætus bacchatus ad aras Libamenta tuli.

II.) Translate. ¶ 1. *Stat.* 6. *Theb.* 224. libamen dicit quidquid in rogum injicitur, cum cadavere arsurum, ex. gr. frena, cingula, jacula, cristas, in funere militari. ¶ 2. Est id, quod degustatur, *assaggio, saggio*. *Ovid. Heroid.* 4. 27. Tu nova servatæ capies libamina famæ. *Cic.* 6. *de republ.* 24. Tarquinius Superbus dona magnifica, quasi libamenta prædarum, Delphos ad Apollinem misit. *Gell. præf. a med.* Primitias quasdam et quasi libamenta ingenuarum artium dedimus. *un saggio.* et 16. 8. *ad fin.* Hoc breve ex dialectica libamentum dedisse nunc satis erit. ¶ 3. Apud Scriptores Ecclesiasticos libamen est Sacramentum Eucharisticum. *Prosp. Aquit. epigr.* 34. Magnum præsidium est sacro libamine pasci.

LĪBĀNĬOS, ĭi, f. 2. vitis genus apud Thasios, turis odore (a λίβανος *tus*), unde ex ea diis prolibant. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 18. 22. (117).

LĪBĀNĪTIS, ĭdis. f. 3. λιβανῖτις, herba eadem ac polion. *Apul. Herb.* 57.

LĪBĀNŌCHRUS, λιβανόχρους, ὁ καὶ ἡ, gemma, quæ turis similitudinem ostendit, sed succum mellis: a λίβανος *tus* et χροὰ *color*. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 62 (171).

LĪBĀNŌTIS, ĭdis, f. 3. λιβανωτίς, frutex odorem turis habens: a λίβανος *tus* et ὄζω *oleo*. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 12. 62. (187). Libanotis radicem habet olusatri, nihil a ture differentem. Usus ejus post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam alio nomine rosmarinum appellant. Adde *eumd.* 20. *ibid.* 16. 64. (172). Secundum cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 2. *p.* 419.) quum *Plinius* libanotidem vocet modo *cunilam*, modo *conyzam*, de synonymia *V.* in CUNILA et CONYZA.

LĪBĀNUS, i, m. 2. λίβανος, Græca vox, quæ significat tus. *Vulgat. interpr. Eccli.* 24. 21. Et quasi storax, et galbanus, et ungula, et gutta, et quasi libanus non incisus vaporavi habitationem meam. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

LĪBĀRĬUS, ii, m. 2. (libum) qui liba vendit, *focacciajo*. *Seneca Ep.* 56. *ante med.* Jam libarii varias exclamationes, et botularium, et crustularium, et omnes popinarum institores, mercem sua quadam et insignita modulatione vendentes. *Fuit qui* librarii *legeret, sed prius præstat.*

LĪBĀTĬO, ōnis, f. 3. (libo) actus libandi in sacris, *obblazione*, λοιβή. *Cic. Harusp. resp.* 10. 21. Tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, præcentio, lidi, libationes epulæque ludorum. *Vulgat. interpr. Eccli.* 30. 19. Quid proderit libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabit. Adde *ibid.* 50. 16., *Num.* 28. 24. et alibi.

LĪBĀTOR, ōris, m. 3. (libo) qui libat. *Fronto de fer. Als.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. Numa epulorum dictator, cœnarum libator, feriarum promulgator. *V.* PRÆGUSTATOR.

LĪBĀTŌRĬUM, ii, n. 2. (libo) vas libationibus aptum, *bacino*, σπονδεῖον. *Vulgat. interpr.* 1. *Machab.* 1. 23. Antiochus accepit et libatoria et phialas et mortariola aurea. *V.* LAVATORIUM.

LĪBĀTUS, a, um. *V.* LIBO.

LĪBELLA, æ. f. 1. *deminut. a* libra.

A) Libella ¶ 1. Est parvus nummus argenteus, decimam denarii partem valens, ut *Varro* docet 6. *L. L.* 174. *Müll.*, ita dictus, quod libram æris valebat, quod fuit pretium assis, qui primo libralis fuit: hic autem æreus erat, libella argentea. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (42). Libralis (unde etiam nunc libella dicitur) appendebatur assis. *Cato R. R.* 15. Parietes villæ, ut conductor sublinat, locare libellis in pedes quinque. — *Donatus* ad *Ter. Phorm.* 1. 1. 9. libellam dicit partem esse unciæ duodecimam. Fortasse quia sæpe pecuniæ valor et ratio mutata est. ¶ 2. Hinc generatim dicitur de minima pecuniæ summa, quia nullus erat argenteus nummus libella minor. *Plaut. Cas.* 2. 5. 7. Vobis invitis atque amborum ingratiis, Una libella liber possum fieri. *Id. Capt.* 5. 1. 27. Ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis: gratis a me abducito. *nè meno un quattrino.* et *Id. Pseud.* 2. 2. 34. Tibi libellam argenti numquam credam. *et ibid.* 1. 1. 96. Cui nec paratus nummus argenti siet; Neque cui libellæ spes sit usquam gentium. *Cic.* 4. *Verr.* 10. 20. Et quis Volcatio, si sua sponte venisset, unam libellam dedisset? — *Ad libellam* idem est quod ad assem, ad nummum. *Cic. Rosc. com.* 4. 11. Nisi planum facit, HS. ɔɔɔɔ ad libellam sibi deberi, causam perdit. *h. e.* ita ut ne libella quidem illi summæ desit. ¶ 3. Hinc etiam *ex libella* est ex asse, ut exponit *Manutius* in illo *Cic.* 7. *Att.* 2. Fecit te palam ex libella, me ex teruncio. *subaudi* heredem. *h. e.* te omnium bonorum fecit heredem, ea tamen lege, ut mihi teruncium, seu quadrantem, ex ilia summa restitueres. Aliter tamen, et rectius, *Gronov. de pec. Vet. l.* 2. *c.* 1., ubi libellam non pecuniam, sed nomen tantummodo fuisse dicit, significans decimam partem sestertii, h. e. quatuor uncias, tres sicilicos et scriptulum. *V.* ibi plura. Sunt etiam qui apud *Cicer.* aliter leg.

B) Præterea est *libella* instrumentum fabrile, quo utuntur ad examinandas planæ superficiei inclinationes, *livella, livello, archipenzolo, traguardo*: quemadmodum norma (*squadra*) angulos metiuntur; perpendiculo (*piombo*) erecti operis directam aut obliquam positionem. Constat autem libella duabus regulis ita junctis ab altera parte, ut angulum efficiant, in ima vero parte alia recta regula pro basi: in summo angulo filum habet plumbo pendente, ex quo inclinatio omnis deprehenditur: estque figura litteræ A in imo clausæ (Hinc *Veget.* 3. *Milit.* 20. *ante med.* ad similitudinem litteræ A, vel libellæ fabrilis, acies in hoc dimicandi genere constituitur.). Dicta est a *libra*, quia ad modum libræ hinc illinc pendet æqualiter, et quæ inclinata sunt fili inclinatione detegit. *Lucret.* 4. 514. ut in fabrica si prava est regula prima, Normaque si fallax rectis regionibus exit, Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum, Omnia mendoso fieri atque obstipa necessum est. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (198). Dædalus serrani, asciam, perpendiculum invenit; normam autem et libellam et tornum Theodorus Samius. *Vitruv.* 1. 6. *ante med.* Collocare et expolire aliquid ad regulam et libellam. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 51. (172). Structuram (*parietis*) ad normam et libellam fieri, et ad perpendiculum respondere oportet. *et ibid.* 25. 63. (188). Materia (*in parimentis*) ad regulam et libellam exigitur. *Varro* 1. *R. R.* 6. 6. Campester locus is melior, qui totus æquabiliter in unam partem vergit, quam is, qui est ad libellam æquus. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

LĪBELLĀRIS, e, adject. (libellus) ad librum, seu libellum pertinens. *Sidon.* 9. *Ep.* 11. *a med.* Libellare opus conficere

LĪBELLĀRĬUM, ii, n. 2. (libellus) loculus, seu cista, in qua libri asservantur. *Cic. Mil.* 12. 33. Exhibe, quæso, Sexte Clodi, libellarium illud legum vestrarum, quod te ajunt eripuisse e domo, tamquam Palladium etc. *Al. leg.* librarium *rectius*. V. *Asquini, Lapida scoperta in Giulio Carnico p.* 11.

LĪBELLĀRĬUS, a, um, adject. (libellus) qui per libelli seu petitionis traditionem a domino fundi factam fieri solet, emphyteuticus, *livellario*. *Cassiod.* 5. *Variar.* 7. Tua suggestione comperimus, patrimonii nostri prædia in Apulia provincia constituta honesto viro Thomati libellario titulo commisisse. h. e. *a titolo di livello*. V. *Ducang. Gloss. med. et inf. Latinit.* in V. *Libellarius*; et *Marini Pap. diplom. p.* 362. *col.* 2. et *Pap. n.* 132. *not.* 1., ex quibus constat, ad emphyteusin obtinendam duo necessaria fuisse, scilicet petitionem vel *libellum* ejus, qui obtinere cupiebat quique proptera *petitor* dicebatur, et rescriptum vel *præceptum* a domino vel ab eo qui domini vices gerebat, per epistolam datum. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LIBELLĀTĬCUS, i, m. 2. (libellus) ita appellatus est in veteri Ecclesia, imperante Decio Aug., qui libellum a magistratibus pecunia impetrabat, quo in libello perscriptum erat, illum diis sacrificasse, quamquam revera a tanto scelere abstinuerat. *Cyprian. Ep.* 55. Quum ergo inter ipsos, qui sacrificant (*idolis*), multa sit diversitas, quæ inclementia est et quam acerba duritia, libellaticos cum ils, qui sacrificarint, jungere? quando is, cui libellus acceptus est, dicat etc.

LĪBELLENSES, ium, m. plur. 3. (libellus) in *Cod.* 7. 62. 32. *a med.* et 12. 19. 14. et 3. 24. 3. sunt qui in scrinio Palatino libellis ad principem datis excipiendis et in acta referendis inserviunt: quibus qui præest *libellorum magister* appellatur.

LIBELLĬO, ōnis, m. 3. (libellus). ¶ 1. A veteribus dictus putatur, quem nos tabellionem vocamus, *portalettere*: ita *Forcellinus* ex *Nonii* verbis

p. 133. 27. *Merc.* Libellionem, ut tabellionem. Recentiores vero, et fortasse rectius, libellionem putant eumdem ac notarium. *Varro* apud *Non. loc. cit.* Tum ad me fuerunt, qui libellionem esse sciebant. ¶ 2. Accipitur interdum pro paupere librario, qui libros scribit et vendit, βιβλιογράφος, βιβλιοπώλης. *Stat. Silv.* 9. 21. Sed Bruti senis oscitationes, De capsa miseri libellionis, Emptum plus minus asse Cajano, Donas.

LĪBELLŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* libellus, parvus libellus, *libricciuolo. Capell.* 3. p. 74. *in carm.* Quantumque solo inditum libellulo Potest probare serium fastidium.

LĪBELLUS, i, m. 2. *deminut. a* liber, bri, parvus liber, sive interior corticis pars, quæ ligno adhæret.

I.) Proprie. *Cinna* vetus poeta apud *Isid.* 6. *Orig.* 12. carmina Lævis in aridulo malvæ descripta libello.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est parvus liber, in quo aliquid scribitur, *libretto*, γραμμάτιον, βιβλίον. *Cic.* 1. *Orat.* 21. 94. Scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente et invito excidit. *Catull.* 1. 1. Cui dono lepidum novum libellum, Arida modo pumice expolitum? *Id.* 1. 8. Quidquid hoc libelli est. *Propert.* 2. 17. (*al.* 24.) 39. Ista (*amica*) meis fiat notissima forma libellis. *Quintil.* 8. 6. 73. Cicero in joculari quodam libello. *Id.* 2. 13. 15. Si quem ex his, qui breves plerumque circumferuntur, artis libellum edidicerint. — Apud *Liv.* 29. 9. *sub fin.* crimini dabant nonnulli P. Scipioni, quod quum in Sicilia esset, jam jam in Africam trajecturus, cum pallio et crepidis in gymnasio inambularet, *libellis etiam palæstræque operam daret:* ubi *libelli* sunt Græcorum litterulæ, quæ tunc temporis ab Romanis contemnebantur. — Hinc a Poetis *libelli* plur. num. pro taberna libraria: res enim venales ex Attico loquendi genere, teste *Polluce Onom. l.* 9. *c.* 5., pro ipsis locis, ubi prostant, ponuntur. *Martial.* 5. 20. Sed gestatio, fabulæ, libelli, Campus, porticus, umbra, virgo, thermæ: Hæc essent loca semper, hi labores. Adde *Catulli loc. cit.* in LABELLUM. ¶ 2. Speciatim aliquando ponitur pro commentario, pro scripto memoriæ causa facto, *memoriale. Cic.* 1. *Phil.* 8. 19. Nisi forte, si quid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis. Sic *Id. ibid.* 7. 16. An in commentariolis et chirographis et libellis acta Cæsaris firma erunt? *Id.* 6. *Att.* 1. *ante med.* Quin etiam libellum ipsius habeo, in quo est, Salaminii pecuniam debent M. Scaptio et P. Mantinio familiaribus meis. Quamquam hic *Ciceronis* locus ad inferiorem paragr. 5. potius referendus videtur. *Quintil.* 12. 8. 5. Pessimæ vero consuetudinis, libellis esse contentum, quos componit aut litigator —, aut aliquis ex eo genere advocatorum, qui se non posse agere confitentur. *Id.* 6. 2. 5. Ubi animis judicum vis afferenda est, ibi proprium oratoris opus est. Hoc non docet litigator: hoc libellis non continetur. *carte, informazioni, scritture.* Adde *eumd.* 10. 7. 31. et 11. 3. 142. ¶ 3. Item speciatim pro scripto, quod continet supplicationem, vel accusationem, vel aliud simile, *supplica, memoriale.* Tales principibus dari solent ad negotia explicanda, in quibus petitiones continentur. — *a*) Stricto sensu pro memoriali. *Cic. Cluent.* 69. 197. Non illi in libellis laudationum decreta miserunt. Hac significatione, pro libello simpliciter, etiam *libellum memorialem* dixit *Sueton. Cæs.* 56. *a med.* Epistolæ quoque ejus ad senatum exstant, quas primum videtur ad paginas et formam memorialis libelli convertisse. — *b*) Universim pro supplicatione, vel similibus. *Cic.* ad *Planc.* 16. *Att.* 16. a. Ut primum Buthrotium agrum proscriptum vidimus, commotus Atticus libellum composuit. Eum mihi dedit, ut darem Cæsari. Eram enim cœnaturus apud eam illo die. Quum libellum Cæsari dedi, probavit causam, rescripsit Attico, æqua eum postulare. *Sueton. Cæs.* 81. Libellumque indicem insidiarum ab obvio quodam porrectum libellis ceteris, quos sinistra tenebat, quasi mox lecturus, commiscuit. *Id. Aug.* 53. Quod sic sibi libellum porrigere dubitaret. *Cenotaph. Pisan.* apud *Orell. n.* 643. VTI T. STATVLENVS IVNCVS CVM LEGATIS, EXCVSATA PRAESENTI COLONIAE NECESSITATE, HOC OFFICIVM PVBLICVM ET VOLVNTATEM VNIVERSORVM LIBELLO REDDITO IMP. CAESARI AVGVSTO INDICET. — Hic etiam *supplex libellus* nominatur. *Martial.* 8. 31. supplicibus dominum lassare libellis. — Hinc *libellos signare,* sive *subnotare* dicuntur, qui libellis supplicibus principum nomine respondent. *Sueton. Aug.* 50. In diplomatibus libellisque et epistolis signandis initio sphinge usus est, mox imagine Magni Alexandri. *Plin.* 1. *Ep.* 10. Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas. — Hinc *libellos agere,* quod est libellis præfectum esse. *Tryphonin. Dig.* 20. 5. 12. Rescriptum est ab imperatore, libellos agente Papiniano. — *A libellis* ministri illi esse dicuntur, qui principi in hoc negotio subserviunt, ut supplices libellos accipiant, evolvant, illisque respondeant: *V.* LIBELLENSES; et *Annal. dell' Instit. archeol. a.* 1846. *p.* 323. *Sueton. Domit.* 14. Epaphroditum a libellis capitali pœna condemnavit. *Inscript.* apud *Gruter.* 587. 9. HERMEROS AVG. LIB. A LIBELLIS. *Alia* apud *eumd. ibid.* 7. M. AVRELIVS AVG. LIB. A LIBELLIS ADIVTOR. — Munus *a libellis Augusti* ab initio libertorum imperatoris erat: Hadrianus vero *ab epistolis et libellis primus equites Romanos habuit,* ut ait *Spartian. Hadrian.* 22. Id confirmant inscriptiones antiquæ. Nullum certe *a libellis* sese reperisse ait *Borghesius* (*Annal. dell' Instit. archeol. ann.* 1846. *p.* 323), de quo verba Spartiani non valeant. ¶ 4. Item accipitur pro scripti genere, quo invitantur gladiatorum munus spectaturi, aut recitantem audituri, *cartello d'invito. Cic.* 2. *Phil.* 38. 97. Quorum (*chirographorum*) etiam imitatores sunt, qui ea, tamquam gladiatorum libellos, palam venditent. *Trebell. Claud.* 5. At ego scio, sæpius inter gladiatores bonis pugnatoribus hoc nomen (*Aureoli*) appositum. Habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen in indice ludorum. *Tac. Dial. de Orat.* 9. *circa med.* Domum mutuatur, et auditorium exstruit: et subsellia conducit et libellos dispergit. ¶ 5. Item pro quacumque tabella, quæ publice affigebatur vel recitabatur ad aliquid vulgandum, et præcipue pro tabella proscriptionis. *Sueton. Cæs.* 41. Edebat per libellos circum tribus missos scriptura brevi etc. *Cic. Quinct.* 6. 27. Libellos Alphenus, procurator Quinctii, dejicit. *Seneca* 4. *Benef.* 12. Suspensum amici bonis libellum dejicio. — Et pro scripti genere, quo aliquis in judicium vocatur, *citazione. Plaut. Curc.* 1. 3. 6. Ubi tu es, qui me libello Venereo citavisti? ecce me: sisto ego tibi me. Hunc *Plauti* locum huc retulimus, quia etiam edicto publice affixo latitantes citabantur. ¶ 6. Item pro delatione scripto proposita cum subscriptione accusatoris. *Juvenal.* 6. 243. Componunt ipsæ per se formantque libellos. *Paul. Dig.* 48. 2. 3. rationem tradit, qua hujusmodi libelli formandi sunt. ¶ 7. *Libellus ad infamiam,* vel *libellus famosus,* h. e. *cartello d'infamia, libello,* est *Sueton. Aug.* 55. Censuit, cognoscendum posthac de iis, qui libellos aut carmina ad infamiam cujuspiam sub alieno nomine edant. Adde *eumd. Cæs.* 80. et *Vitell.* 14. Et *Aug.* 55. Sparsos de se in Curia famosos libellos. ¶ 8. Item aliquando sumitur pro tabella, sive epistola, *lettera. Brutus* apud *Cic.* 11. *Fam.* 11. Ne de Planco quidem spem adhuc abjecit, ut ex libellis ejus animadverti, qui in me inciderunt. Huc pertinere videtur et locus *Cic.* 6. *Att.* 1. *ante med.* supra sub 2. allatus. ¶ 9. Item aliquando pro epistola assertoria, quam vulgo *certificato* vocamus, *fede, mandato. Paul. Dig.* 39. 4. 4. Significent id libello manu sua subscripto, eumque ad publicanum mittant.

LĪBENS *vel* lĭbens, entis. *V.* LIBET.

LĪBENTER *vel* lubenter, adverb. (libet). Comp. *Libentius* et Sup. *Libentissime.* — Libenter est libenti, æquo animo, studiose, sponte, cupide, ἀσμένως, προθύμως, ἀσπαστῶς (It. *con genio, di buona voglia, volentieri;* Fr. *volontiers, avec plaisir, de bon gré, de bon cœur;* Hisp. *de buena gana, de buen grado;* Germ. *gern, willig, mit Freuden, mit Vergnügen;* Angl. *willingly, cheerfully, gladly*). *Ennius* apud *Gell.* 12. 4. quocum bene sæpe libenter Mensam sermonesque suos rerumque suarum Congeriem partit. *Cato R. R.* 156. Si voles in convivio inultum bibere, cœnareque libenter. *con appetito.* Sic *Cic.* 9. *Fam.* 19. Adjurans, nusquam se unquam libentius. *sitbaudi* cœnasse. *con maggior gusto.* et *Ter. Eun.* 5. 9. 44. Cum illa libenter vivis: etiam bene libenter victitas. *h. e.* bonorum ciborum edax es, ut *Donatus* exponit. Ceterum *Plaut. Most.* 1. 3. 1. Jampridem ecastor frigida non lavi magis lubenter. *con maggior piacere. Ter. Phorm.* 3. 2. 3. Nunc dicam, quod lubenter audias. Sic *Cic.* 1. *de republ.* 18. Multum illum audiebam et libenter. et *Quintil.* 7. 1. 63. Nihil libentius audiunt. Rursus *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 12. 39. Ut homines te non solum audiant, verum etiam libenter studioseque audiant. *Id. fragm.* apud *Non. p.* 275. 18. *Merc.* Cui ego, quibuscumque rebus potero, libentissime commodabo. *Id. Amic.* 19. 68. Nemo est, quin eo (*equo*), quo consuevit, libentius utatur. et 2. *de republ.* 1. Repetet oratio populi origines; libenter enim etiam verbo utor Catonis. *Id. ibid.* 38. Sane, inquit Scipio, et libenter quidem. *Cæs.* 3. *B. G.* 18. Libenter homines id, quod volunt, credunt. *Nepos Agesil.* 7. Eoque libentius, quod latere arbitrabantur. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 63. jubeas miserum esse libenter. *allegramente. Quintil.* 8. 2. 11. Libentius emphasim retulerim ad ornatum orationis.

LĪBENTĬA *vel* lubentia, æ, f. 1. (libet). ¶ 1. Est voluptas, gratia. *Plaut. Stich.* 2. 1. 3. Onustum pectus porto lætitia lubentiaque. *Gell.* 15. 2. *ad fin.* Cui libentiæ gratiæque omnes conviviorum incognitæ sint. ¶ 2. Fuit lætitiæ et voluptatis dea. *Plaut. Asin.* 2. 2. 2. Illos lubentiores faciam, quam Lubentia 'st. *V.* voc. seq.

LĪBENTĪNA *vel* Lubentina, æ, f. 1. (libet) dea libidinis. — *a*) Est epitheton Veneris. *Varro* 6. *L. L.* 47. *Müll.* A lubendo libido, libidinosus, ac Venus Libentina et Libitina. *Id.* apud *Non. p.* 64. 14. *Merc.* Lucus Veneris Lubentinæ. *Cic.* 2. *Nat. D.* 23. 61. Quo ex genere Cupidinis et Voluptatis et Lubentinæ Veneris vocabula consecrata sunt. — *b*) Absolute. *Arnob.* 4. 9. Quis (*credat*) Lubentinam, quis Liburnum libidinum superessa actelis, quas jubet sapientia fugere? Sic *Augustin.* 4. *Civ. D.* 8. Audent aliquas partes deæ Cloacinæ tribuere, aut Volupiæ, quæ a voluptate appellata est, aut Libentinæ, cui nomen a libidine. — *Di Libentini* legunt quidam apud *Arnob.* 1. 29.; at ibi *Limentini* legendum est.

LĪBER, a, um, adject. Quod ad scriptionem attinet, hæc docet *Paul. Diac. p.* 121. 1. *Müll.* Loebesum et loebertatem antiqui dicebant liberum et libertatem. Ita Græci λοιβήν et λειβειν. — Comp. *Liberior* 1. et 4.; Sup. *Liberrimus* 1. — Ratione habita etymi, ducunt quidam a *libet,* quia liberi, quod libet, facere possunt (*V. Voss.*). Hinc *Pers.* 5. 83. An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam Cui licet, ut voluit? licet, ut volo, vivere: non sim Liberior Bruto? Ceterum conjungi potest etiam cum Græcis ἐλυθ quod est etymon voc. ἐλεύθερος et λυαῖος *liber,* et λύω *solvo.* ¶ 1. Generatim *liber* est qui nullius habito respectu, quod sentit, dicit et facit; item expeditus, solutus, nulla re impeditus, ἐλεύθερος (It. *libero, franco, sciolto, indipendente;* Fr. *libre, non entravé, sans contrainte, indépendant;* Hisp. *libre, el que tiene libertad, independiente;* Germ. *frei, ungebunden, unbeschränkt, unbehindert, ungezwungen, zwanglos, offen;* Angl. *free, unrestrained, uncontrolled*). Occurrit — *a*) Absolute. — De hominibus. *Cic.* 5. *Parad.* 1. 33. Dictum est ab eruditissimis viris, nisi sapientem liberum esse neminem. Quid est enim libertas? Potestas vivendi ut velis. *Id. ibid.* 2. 36. An ille mihi liber, cui mulier imperat, cui leges imponit, præscribit, jubet, vetat etc.? *Id.* 1. *Nat. D.* 44. 123. Ludimur ab homine non tam faceto, quam ad scribendi licentiam libero. Sic Comp. apud *eumd.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 3. 8. Hoc liberiores et solutiores sumus, quod integra nobis est judicandi potestas. *Id.* 1. *Orat.* 16. 70. Est finitimus oratori poeta, numeris adstrictior paullo, verborum licentia liberior. Et Sup. apud *Horat.* 1. *Ep.* 18. 1. metues, liberrime Lolli, Scurrantis speciem præbere, professus amicum. Sic *Quintil.* 12. 2. 22. Quum historici, tum etiam liberrimum hominum genus, comici veteres tradunt etc. Confer et *Martial.* 1. 68. Liber homo es nimium, dicis mihi, Chœrile, semper: In te qui dicit, Chœrile, liber homo est. — De animo, ejus motibus et humanis actibus. *Cic. Sull.* 31. 86. Vos, dii patrii ac penates, testor, integro me animo ac libero P. Sullæ causam defendere. *h. e.* qui nullo ducitur partium studio. *Plaut. Epid.* 1. 2. 43. Facile tu istuc sine periculo et cura, corde libero fabulare. *Id. Cist.* 1.

2. 9. Libera uti lingua collibitum est mihi. *Liv.* 35. 32. Qui vocem liberam mittere adversus regis legatum auderent. *Cic.* 2. *Divinat.* 72. 150. Nulla adhibita sua auctoritate judicium audientium relinquere integrum ac liberum. *Id. Dom.* 4. 10. Liberum senatus judicium, propter metum, non fuit. *Id. Brut.* 67. 236. Hominum ineptias iracundius respuebat ingenuo liberoque fastidio. *Id.* 1. *Cat.* 7. 18. Tibi uni vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera. Et Comp. apud *eumd.* 1. *Att.* 13. Hominibus Epiroticis paullo liberiores litteras committere non audeo. *Id. Amic.* 18. 66. Amicitia remissior esse debet et liberior et dulcior et ad omnem comitatem facilitatemque proclivior. *Quintil.* 4. 2. 121. Paullo liberior sententia. *Id.* 6. 1. 9. Officia liberiora plenioraque. Et Sup. apud *Horat. Epod.* 4. 10. Liberrima indignatio. — De aliis abstractis. *Cic.* 1. *Fin.* 10. 33. Libero tempore, quum soluta nobis est eligendi optio, quumque nihil impedit, quominus id, quod maxime placet, facere possimus. *Liv.* 22. 60. Quum noctem ad erumpendum liberam habuissent. *Cic.* 2. *Orat.* 16. 67. Si illam quoque partem quæstionum oratori volumus adjungere vagam et liberam et late patentem. *Quintil.* 7. 2. 14. Liberior in utramque partem disputatio. *Id.* 9. 4. 130. Fusiores liberioresque numeri. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 36. nec Otia divitis Arabum liberrima muto. — *Liberum arbitrium* est animi voluntas ac sententia libera. *Liv.* 31. 11. Liberum arbitrium alicui cujuspiam rei permittere. et *Id.* 37. 1. Senatui liberum arbitrium de se permitterent. — *Libera mandata,* quæ liberam ac plenam rei agendæ facultatem permittunt, *plenipotenza, pien potere. Liv.* 38. 8. Legati ab Ætolis cum liberis mandatis ad consules venerunt. Adde *eumd.* 37. 56. — De *libera custodia, V.* CUSTODIA. — De *legatione libera, V.* LEGATIO. — *Liberum fenus,* h. e. nullis limitibus circumscriptum, apud *Liv.* 35. 7. — De rebus physicis. *Cic.* 4. *Verr.* 69. 166. Agri immunes liberique. *h. e.* non obnoxii, *esenti, franchi. Liv.* 23. 47. Liberum spatium. *h. e.* a nemine occupatum. Sic *Id.* 3. 22. Inde effuse fugientes eques –, quum ad id spectator pugnæ adstitisset, libero campo adeptus, parte victoriæ fruitur, territos cædendo. Adde *eumd.* 31. 39. et *Ovid.* 2. *Met.* 41. campoque recepta (*flumina*) Liberioris aquæ, pro ripis litora pulsant. *Id.* 4. *Fast.* 292. Ostia contigerat, quæ se Tiberinus in altum Dividit, et campo liberiore natat. *più aperto, più spazioso. Id.* 15. *Met.* 301. Vis fera ventorum, cæcis inclusa cavernis –, luctataque frustra Liberiore frui cælo. — *Liberæ ædes* apud *Liv.* 30. 17. et 35. 23. et 42. 6. Romæ assignari solebant hospitii gratia legatis eorum, quibuscum societas aut amicitia erat. Dicebantur liberæ, *Turnebo* interprete *l.* 30. *adversar. c.* 32., quia nulli alii vel inquilino, vel habitatori serviebant, ut eis libere legati, nullo impediente, uterentur. — Sic liber locus, *fuori di soggezione,* ubi scilicet, remotis interpellatoribus et arbitris, aliquis, quidquid libet, facere potest. *Plaut. Cas.* 3. 2. 4. Ne qua ignavissimis liberi loci potestas sit. *Id. Pœn.* 1. 1. 49. Dicat, locum sibi velle liberum præberier, Ubi nequam faciat clam, ne quis sit arbiter. Adde *eumd. ibid.* 3. 2. 25. — *Liber lectulus* est ejus, qui nondum uxorem duxit. *Cic.* 14. *Att.* 13. 5. Ut libero lectulo neget esse quicquam jucundius. — *Libera toga* est virilis, quæ pueris dabatur post XVI. annum ætatis, quia ex eo tempore liberioris vitæ genus ingrediebantur: et quia liberi hominis gestamen est. *Ovid.* 3. *Fast.* 771. Eodem sensu *Id. ibid.* 777. libera vestis. — *Libera omnia sibi servare,* integra. *Plin.* 1. *Ep.* 5. 15. Neque enim volui progredi longius, ut mihi omnia libera servarem. *per avere sempre le mani pienamente libere.* Contra *Liv.* 31. 7. Neque enim liberum id vobis permittit. — *b*) Cum Ablativo et præpos. *ab. Cic.* 6. *Verr.* 10. 23. Mamertini soli vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestia, munere. *h. e.* immunes, non obnoxii. *Id.* 1. *leg. Agr.* 9. 27. Soluti a cupiditatibus, liberi a delictis. *Id.* 1. *Att.* 13. Sum et ab observando homine perverso liber, et ad dignitatem retinendam solutus. *Id.* 1. *Off.* 20. 67. Si ab omni animi perturbatione liber sis. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 39. 123. Liber a tali irrisione Socrates, liber Aristo Chius. *h. e.* extra periculum. *Liv.* 30. 4. *a med.* Itaque tollit inducias, ut liber a fide incepta exsequeretur. *sciolto dall' impegno della tregua.* Al. rectius leg. *libera fide. Sall. Cat.* 4. Animus liber a partibus reipubl. *Id.* in *oration. M. Licin.* § 15. Libera ab auctoribus patriciis suffragia majores vestri pararevere. *Plaut. Trin.* 4. 3. 26. Ambitio jam more sancta est: libera est a legibus. *h. e* immunis. *Cic.* 2. *Nat. D.* 21. 55. Habent suam sphæram stellæ inerrantes, ab ætherea conjunctione secretam et liberam. *Id.* 15. *Att.* 16. Loca abdita et ab arbitris libera. *Ovid.* 1. *Pont.* 6. 32. Libera a ferro crura. — *c*) Cum Ablativo sine præpositione. *Liv.* 7. 34. Omni liber metu. *Quintil.* 12. 11. 7. Liber invidia. *Cic.* 1. *Fin.* 15. 49. Robustus animus et excelsus omni est liber cura et angore. *Liv.* 2. 36. Liber religione animus. *Quintil.* 11. 2. 35. Liber animus cogitationibus aliis. *Id.* 12. 1. 4. Mens vitiis omnibus libera. *Id.* 5. 11. 37. Liberis odio et gratia mentibus. *Ovid.* 2. *Amor.* 9. 20. liber carcere equus. *Val. Flacc.* 3. 470. liber amictu. *spogliato. Lucan.* 3. 522. liber nubibus æther. *sgombro. Cic. Harusp. resp.* 6. 11. Quamquam vestræ domus multo maxima ex parte liberæ sunt religione. — *d*) Cum Genitivo apud Poetas. *Virg.* 10. *Æn.* 154. tum libera fati Classem conscendit jussis gens Lydia divum. *Al. leg.* fatis. *Horat. Art. P.* 212. indoctus liberque laborum. *Lucan.* 4. 384. curarum. *Seneca Hippol.* 492. spei metusque. *Ovid. Heroid.* 1. 80. revertendi. *Stat.* 4. *Silv.* 2. 24. liberior campi. *h. e.* majus campi spatium habens. — *e*) *Liberum est mihi,* licet, possum, *sta in mia mano,* integrum est. *Quintil.* 6. 3. 112. Quam (*opinionem*) sequi magis probantibus liberum est. *Plin.* 1. *Ep.* 8. Erit enim et post emendationem liberum nobis publicare, vel continere. *Plin. alter* 30. *Hist. nat.* 2. 6. (16). Dies eligere certos liberum erat. — Et sequente part. *ut. Quintil.* 4. 1. 46. In schola liberum est, in foro rarum, ut etc. — Singulare est illud *Tac.* 3. *Ann.* 60. *extr.* Magnaque ejus diei species fuit, quo senatus majorum beneficia, sociorum pacta – ipsorumque numinum religiones introspexit, libero, ut quondam, quid firmaret mutaretve. *h. e.* libero jure, cum libertate. ¶ 2. Speciatim, civili ratione *liber* a Romanis habebatur et erat, qui sui juris erat. qui aut ingenuus natus erat, aut a domino libertatem assecutus, cui contrarius est *servus. Cic.* 3. *Nat. D.* 18. 45. In jure civili, qui est matre libera, liber est. *Id. Cæcin.* 36. 96. Qui potest jure Quiritium liber esse is, qui in numero Quiritium non est? *Id. Topic.* 2. 10. Si (*servus*) neque censu, neque vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber. *Id. Amic.* 24. 89. Quæ (*assentatio*) non modo amico, sed ne libero quidem digna est. *Quintil.* 11. 1. 43. Nec eadem apud principem privatum, tantum liberum ratio est. *Cato* apud *Gell.* 13. 25. (*al.* 24.). Decem capita libera interficis, decem hominibus vitam eripis. ¶ 3. Item speciatim, politica ratione liber populus dicebatur, qui sui juris erat, quique propterea neque uni regi, neque aliis populis parebat; item qui erat hujusmodi libertatis amans; demum qui vectigalibus aliave re præstanda immunis erat. *Cic.* 1. *de republ.* 32. Et a regum et a patrum dominatione solere in libertatem rem populi vindicari, non ex liberis populis reges requiri. *et ibid.* 44. Ut ex nimia potentia principum oritur interitus principum, sic hunc nimis liberum populum libertas ipsa servitute afficit. *Id.* 3. *ibid.* 34. Vel regnum malo, quam liberum populum. *Id.* 2. *ibid.* 19. Demaratus quum audiret, dominationem Cypseli confirmari, defugit patriam vir liber ac fortis. *perchè democratico, republicano, amante della libertà. Liv.* 37. 55. *ad fin.* Ut civitates, quæ vectigales Antiochi fuissent, eæ liberæ atque immunes essent. *h. e.* a vectigalibus. *Sueton. Vesp.* 8. Provinciæ civitatesque liberæ. *Id. Cal.* 3. Libera ac fœderata oppida. ¶ 4. Item, morali ratione, in malam partem, refertur ad licentiam morum. *Plaut. Amph. prol.* 104. *de Jove.* Vos novisse credo jam, ut sit pater meus: quam liber harum rerum multarum siet: quantumque amator siet, quod complacitum est semel. *h. e.* intemperans, immoderatus, licentior. *Ter. Eun.* 3. 1. 40. Dolet dictum adolescenti imprudenti et libero. *Cic. Cæl.* 18. 42. Sit adolescentia liberior: non omnia voluptatibus denegentur. *Id.* 4. *de republ.* 4. Amores soluti et liberi. *Id.* 7. *Verr.* 76. 177. Consuetudo peccandi libera. — Hinc

Liberi, ōrum, m. plur. 2., quam vocem *V.* loco suo.

LĪBER, ĕri, m. 2. Bacchus, vini inventor et præses: de quo *V.* multa in ONOM. — Hinc, ut *Bacchus,* ita et *Liber* pro vino ponitur per metonymiam, de qua hæc *Cic.* 2. *Nat. D.* 23. 60. Quidquid magnam utilitatem generi afferret humano, id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Itaque tum illud, quod erat a deo donatum, nomine ipsius dei nuncupabant, ut quum fruges *Cererem* appellamus, vinum autem *Liberum*: ex quo illud Terentii (*Eun.* 4. 5. 6.): Sine Cerere et Libero friget Venus. et *Quintil.* 8. 6. 24. Liberum et Cererem pro vino et pane licentius dicimus, quam ut fori severitas ferat. *Plaut. Curc.* 1. 2. 4. Flos veteris vini meis naribus objectus est. – Salve anime mi. Liberi lepos. *Horat.* 4. *Od.* 12. 14. Adduxere sitim tempora, Virgili: Sed pressum Calibus ducere Liberum Si gestis etc. *Id.* 1. *Sat.* 4. 89. Condita quum verax aperit præcordia Liber. — Joculariter *Liberum* cum *libero* junxit *Plaut. Cist.* 1. 2. 8. Quique adeo me complevi flore Liberi, Magis libera uti lingua collibitum est.

LĪBER, ĕri, m. 2. filius. *V.* LIBERI, orum, init.

LĪBER, bri, m. 2. Ratione habita etymi, dictus est quasi *leper,* ab Æolico λέπορ pro λέπος *cortex,* π converso in b et e in i veteri more, quo dicebant *magester* pro *magister*; conjungi potest et cum λεβηρίς, quod, *Hesychio* teste, significat etiam fabæ corticem. Ceterum, ut docet *Servius* ad *Virg.* 10. *Ecl.* 67. et *Isid.* 17. *Orig.* 6., *liber* est pars interior corticis, quæ ligno adhæret, medium illud inter lignum et corticem, quod in plures philyras dividi potest: *V.* CORTEX, βίβλος, φλοιός, λέπος (It. *scorza d' albero*; Fr. *liber, pellicule qui se trouve sous l'écorce d'un arbre*; Hisp. *corteza de arbol*; Germ. *der Bast unter der Rinde eines Baumes*; Angl. *the inward bark or rind of a tree*).

I.) Proprie. — *a*) Stricto sensu. *Cic.* 2. *Nat. D.* 47. 120. Obducunturque libro, aut cortice trunci, quo sint a frigoribus et a caloribus tutiores. — *b*) Indifferenter tamen pro quovis cortice positum invenitur. *Varro* 1. *R. R.* 8. 4. Inde aliquot colligatas libris (*arundines*) demittunt in tubulos fictiles. *Virg.* 2. *G.* 76. huc aliena ex arbore germen Includunt, udoque docent inolescere libro. *Id.* 11. *Æn.* 554. libro et silvestri subere clausam. *V.* ENDIADYS.

II.) Translate. ¶ 1. Quoniam primo in palmarum foliis scriptitatum est, deinde in quarumdam arborum libris, teste *Plin.* 13. *Hist. nat.* 11. 21. (68). et *Cassiod.* (*Inst. lib. litt. præf.* Liber dictus est a libro, id est arboris cortice dempto atque liberato, ubi ante copiam chartarum antiqui carmina scribebant.), et præcipuæ in libris, quæ papyris in Ægypto detrahebantur; hinc factum est per metonymiam materiæ, ut et *folium* et *liber* poneretur pro charta scripta; obtinuitque usus, ut, quamvis mutata re, aliisque jam inventis chartarum generibus, priscum tamen manserit nomen, liberque dicatur, qui ex pluribus concinnatus est chartis, ex quaecumque materia præparatæ fuerint. (Hinc *Capell.* 2. *p.* 35. Cernere erat, qui libri, quantaque volumina – defluebant. Alia ex papyro quæ cedro perlita fuerat videbantur; alii carbasinis voluminibus complicati libri (*h. e.* lintea volumina); ex ovillis multi quoque tergoribus, rari vero in philyræ cortice subnotati.). Sic universa Virgilii opera simul compacta unum dicimus librum, βίβλος, βιβλίον (It. *libro*; Fr. *livre*; Hisp. *libro*; Germ. *d. Buch, d. Schrift, Abhandlung*; Angl. *a book*). *Cic.* 8. *Att.* 12. *extr.* Demetrii librum de concordia velim mihi mittas. *Id. Amic.* 1. 3. Ejus disputationis sententias memoriæ mandavi, quas hoc libro exposui. *Id. Senect.* 15. 54. Dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi. *et ibid.* 1. 2. Mihi quidem ita jucunda hujus libri confectio fuit, ut etc. *Plin.* 1. *Ep.* 20. *ante med.* Postea recisa ac purgata, in unum librum, grandem quidem, unum tamen coarctasse. Rursus *Cic.* 1. *de republ.* 9. Mihi vero omne tempus est ad meos libros vacuum. *et ibid.* 10. Cujus (*Platonis*) in libris multis locis ita loquitur Socrates. *Id.* 2. *ibid.* 11. Videmus te quidem ingressum ratione ad disputandum nova, quæ nusquam est in Græcorum libris. *Propert.* 2. 23. (*al.* 34.) 27. Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris Proderit? *Cic.* 5. *Att.* 12. Libros pervolutare. *Id.* 1. *Tusc.* 11. 24.

evolvere. *Id. Brut.* 87. 298. volvere. *Id.* 6. *Fam.* 5. legere. *Id. Fat.* 1. 1. edere. *Quintil. in epist. ad Tryphon.* emittere. *Id. ibid.* componere. *Cic. Senect.* 1. 2.; et *Nepos Att.* 18. *extr.* conficere. *Nepos Lysand.* 4. conscribere. *Phædr.* 3. *prol.* exarare. *Seneca Tranquill.* 9. § 5. Plerisque, ignaris etiam servitium, libri non studiorum instrumenta, sed cœnationum ornamenta sunt. Paretur itaque librorum quantum satis sit, nihil in apparatum. — Hinc liber ponitur et pro oratione. *Cic.* 2. *Att.* 1. Iisdem ex libris perspicies, quæ gesserim. *V.* integrum locum. *Plin.* 5. *Ep.* 20. Egi pro Vareno, non sine eventu: nam bene, an male, liber indicabit. *Id. ibid. in fin.* hunc eumdem librum *oratiunculam* appellat. *Id.* 3. *Ep.* 18. *librum* et *volumen* vocat panegyricum suum ad Trajanum. ¶ 2. Speciatim, quandoque libros vocamus operis alicujus partes certaque segmenta, in quæ totum opus distinguitur, quæ et volumina dicuntur, ut quum dicimus, Virgilii Æneidem in duodecim libros distinctam esse. *Cic.* 2. *Divinat.* 1. 3. Quibus rebus editis tres libri perfecti sunt de natura deorum. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 5. 1.ª Sermo in novem et dies et libros distributus est. *Id.* 2. *Off.* 13. 43. Ea quæ essent, dictum est in libro superiore. *Quintil.* 6. 3. 86. Versus de libro Ennii annali sexto. — Interdum *liber* omittitur, quia facile subaudiitur. *Cic.* 5. *Tusc.* 11. 32. Legi tuum nuper quartum de Finibus. *Quintil.* 9. 2. 37. In T. Livii primo. *Id.* 9. 1. 25. In tertio de Oratore. ¶ 3. Item speciatim, per antonomasiam *libri* dicuntur de Sibyllinis, qui apud Romanos in summa religione erant: item de aliis ad sacra populi pertinentibus. *Liv.* 3. 1. Libri per duumviros sacrorum aditi. *Id.* 21. 62. Ob cetera prodigia libros adire decemviri jussi. *Cic.* 2. *Nat. D.* 4. 11. Litteras ad collegium misit, se, quum legeret libros, recordatum esse etc. *Id.* 9. *Att.* 9. *a med.* Nos autem in libris habemus, non modo consules a prætore, sed ne prætores quidem creari jus esse, idque factum esse numquam. Hic *augurales* videtur intelligere. ¶ 4. Liber præterea dicitur, qui publicanorum et mercatorum litteras tum missas, tum allatas continet, *copialettere* Itali vulgo appellant. *Cic.* 5. *Verr.* 71. 187. Misit litteras ad Carpinatium, quum esset magister scripturæ et ejus societatis publicanorum, quas ego Syracusis apud Carpinatium in litterarum allatarum libris, Romæ in litterarum missarum apud Tullium magistrum, familiarem tuum, invenl. *Id.* 4. *ibid.* 71. 182. et 75. 184. et 185. *libellum* appellat. *V.* LITTERA. ¶ 5. Item commentarius recte, aut prave factorum alicujus, testimonii causa confectus. *Nepos Lysand.* 4. Librum gravem multis verbis conscripsit, in quo summis eum effert laudibus. ¶ 6. Item ponitur pro rescripto, decreto. *Plin.* 5. *Ep.* 14. *a med.* Liber principis severus, et tamen moderatus.

LĪBĔRĀLĬA, ium *vel* ōrum, n. plur. Διονύσια, Liberi, seu Bacchi sacra. Celebrabantur XVI. Kal. Aprilis, ut *Ovid.* 3. *Fast.* 713. docet. *Varro* 6. *L. L.* 14. *Müll.* Liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes Liberi, anus hedera coronatæ, cum libis et foculo pro emptore sacrificantes. In libris Sallorum, quorum cognomen Agonensium, forsitan hic dies ideo appelletur potius Agonia. Ita legit *Müllerus* et cum aliqua variante etiam *Fogginius* ad *Verrii Flacci Fast.* p. 118. *Macrob.* 1. *Saturn.* 4. Liberalium dies a pontificibus Agonium Martiale appellatur. *Cic.* 12. *Fam.* 25. Liberalibus litteras accepi tuas. *Id.* 14. *Att.* 10. Liberalia tu accusas? — Pro *Liberalia* dicimus etiam ludos Liberales. *Nævius* apud *Paul. Diac.* p. 116. 6. *Müll.* Libera lingua loquemur ludis Liberalibus. *Augustin.* 7. *Civ. D.* 21. narrat, quanta turpitudinis licentia agerentur hujusmodi ludi. — Hoc die togam virilem et liberam pueris, qui jam ad decimum sextum ætatis annum pervenissent, dare solebant: cujus rei causam non unam affert *Ovid. loc. cit.* 771.

LĪBĔRĀLIS, e, adject. (liber). Comp. *Liberalior* et Sup. *Liberalissimus* II. 1. et 2. — Liberalis est ad libertatem, vel ad liberi hominis conditionem pertinens, ἐλευθέριος.

I.) Proprie. *Liberali causa manu asserere*, est asserere in libertatem judicio, seu causa, seu actione de libertate. *Ter. Adelph.* 2. 1. 40. Nam ego illam liberali causa assero manu. Ubi *Donatus*: Ordo est, Ego liberali causa assero illam manu: et sunt juris verba, a quibus etiam *assertores* dicuntur vindices alienæ libertatis: quia et causa ipsa liberalis dicitur, quæ actionem in se continet libertatis. — Hinc *liberale judicium* et *liberalis causa*, ἐλευθερία δίκη, dicitur, in qua de alicujus agitur libertate. *Quintil.* 6. 3. 32. Contra quem judicio liberali aderat. *Capitolin. M. Aurel.* 9. Liberales causas ita munivit, ut primus juberet apud præfectos ærarii Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri intra tricesimum diem, nomine imposito. *V.* NOMINALIS. — *Liberale conjugium* est, quod libere et inter liberos fit. *Ter. Andr.* 3. 3. 28. Spero consuetudine et conjugio liberali devinctum, Chreme, dehinc facile ex illis seso emersurum malis. — *Liberalia nomina*, h. e. liberorum hominum. *Varro* 8. *L. L.* 36. *Müll.* Codices exhibent *liberalia*; sed hoc vocabulum cum sequentibus pugnat (*V.* integrum locum), quapropter *Scaliger.* conjecit *virilia*, quam vocem *Müllerus* in textum recepit.

II.) Translate, vel, ut aliis placet, latiori sensu, liberale dicitur quidquid dignum est homine libero, quidquid liberum hominem decet: propterea latissime patet. ¶ 1. Generatim. — *a) Liberales artes*, ἐλευθέριοι παιδεῖαι, ἐλευθέρα μαθήματα, *arti liberali*, quæ solius ingenii, non manuum ministerio exercentur, ut grammatica, rhetorica, dialectica, geometria, ut *Ulp. Dig.* 50. 13. 1. docet, ceteræque id genus, ita dictæ, quod dignæ sint liberis hominibus, seu quod liberum hominem potissimum deceant. Aliter dicuntur liberales doctrinæ, liberalis eruditio, liberalia studia, ingenuæ artes etc. *Cic.* 1. *Invent.* 25. 35. Quos habuerit artium liberalium magistros, quos vivendi præceptores. *Id.* 3. *Orat.* 32. 127. Hæ artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, geometria, musica, litterarum cognitio et poetarum etc. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 1. 1. Omnis liberalis et digna homine nobili doctrina. *Id. Arch.* 3. 4. Urbe eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluenti. Cf. *Inscript.* apud *Gruter.* 436. 1. LIBERALIBVS STVDIIS ERVDITVS. et *Augustin.* 6. *Civ. D.* 2. Liberalis eruditio. Rufus *Cic.* 1. *Off.* 42. 150. Jam de artificiis et quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint, hæc fere accepimus. — *b) Liberalis fortuna* est libero homine digna, a servili ministerio et turpi quæstu abhorrens. *Liv.* 22. 26. Is juvenis, ubi ex eo genere quæstus pecunia a patre relicta animos ad spem liberalioris fortunæ fecit *etc.*: togaque et forum placuere. — *c)* Similiter pro ingenuo, nobili, non servili. *Cic. Cœl.* 21. 52. Huic facinori tua mens liberalis conscia esse non debuit. *Id.* 1. *de republ.* 5. Quam ob rem neque sapientis esse, accipere habenas, quum insanos atque indomitos impetus vulgi cohibere non possit, neque liberalis, cum impuris atque immanibus adversariis decertantem, vel contumeliarum verbera subire, vel etc. — *d) Liberale responsum* est ingenuum, humanum, benignum. *Cic.* 3. *Att.* 15. *circa med.* Qui me Pompeji minus liberali responso perterritum a turpissimo consilio revocaret. Sic *Sall. fragm.* apud *Priscian.* 9. p. 871. *Putsch.* Dein lenita jam ira, postero die liberalibus verbis permulcti sunt. *con parole piene di civiltà.* — *e) Liberali ingenio* dicitur esse, qui est, ut vulgus loquitur, bonæ naturæ, *di buona natura. Ter. Adelph.* 4. 5. 50. Nam ingenium novi tuum liberale. ¶ 2. Speciatim accipitur pro benigno, largo, munifico, eo, qui virtute liberalitatis præditus est: cui opponuntur parcus, tenax, sordidus, *liberale*, ἐλευθέριος, δαψιλής. Virtus enim hæc est hominis non servili vel conditione, vel animo, sed vere liberi. (In quo differat a prodigo, *V.* in PRODIGUS). Occurrit autem — 1.°) Stricto sensu de hominibus, et quidem — *a)* Absolute. *Cic.* 2. *Off.* 16. 56. Liberales sunt, qui suis facultatibus aut captos a prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adjuvant, aut opitulantur vel in re quærenda, vel augenda. *Id. Amic.* 9. 31. Ut benefici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam etc. *et ibid.* 14. 51. Ut liberalissimi sint et beneficentissimi. *Id. Rosc. com.* 8. 22. Immo etiam, antequam locuples, liberalissimus munificentissimusque fuit. *Id. Dejot.* 9. 26. Magnanimum, largum, beneficum, liberalem (*hominem dici*); hæ sunt regiæ laudes. Similiter *Id.* 2. *Off.* 15. 52. Gratificandi liberalis voluntas. *et* 3. *de republ.* 8. Quæ (*virtus*) est una, si modo est, maxime munifica et liberalis. — *b)* Cum Genitivo. *Sall. Cat.* 7. Laudis avidi, pecuniæ liberales erant. — *c)* Et cum Ablat. et præpos. *ex. Sall. Cat.* 55. Sint sane, quoniam ita se mores habent, liberales ex sociorum fortunis. — *d)* Cum Accusativo et præpos. *in. Sueton. Vesp.* 17. In omne genus hominum liberalissimus. — 2.°) Latiori sensu et de rebus ponitur pro copioso, largo, abundanti, *copioso, abbondante. Cic. Flacc.* 6. 14. Largum et liberale viaticum. *Cels.* 8. 10. *n.* 7. Primis diebus fames, deinde liberalius alimentum: fomentum aquæ calidæ, dum inflammatio est, liberale. *Id.* 3. 6. *ad fin.* Potio liberalis. ¶ 3. Item speciatim accipitur pro pulcro et eleganti, uti docet *Paul. Diac. p.* 121. 13. *Müll.* Nam egregia forma hominis liberi propria vulgo existimatur. *Pauli* verba sunt: Liberales dicuntur non solum benigni, sed etiam ingenuæ formæ homines. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 64. Pulcher et liberalis visus. *Ter. Eun.* 3. 2. 20. Quam liberali facie, quam ætate integra!

LĪBĔRĀLĬTAS, ātis, f. 3. (liber) ratio cogitandi et agendi libero homine digna, liberi hominis propria atque adeo propria hominis bono genere nati bonisque moribus artibusque imbuti, ingenuitas, humanitas, bonitas, ἐλευθεριότης, *ingenuità, civiltà, bontà.*

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Ter. Adelph.* 1. 1. 32. Pudore et liberalitate liberos retinere satius est, credo, quam metu. *Cic. Amic.* 5. 19. Qui ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas, nec sit in eis nulla cupiditas, libido, audacia. *h. e.* benevolentia. *Id. Brut.* 25. 97. L. Cassius homo, non liberalitate, ut alii, sed ipsa tristitia et severitate popularis. ¶ 2. Speciatim accipitur pro munificentia, benignitate, *liberalità.* Est autem liberalitas virtus nobilissima in pecuniis ceterisque rebus donandis decorum servans. Huic opponitur avaritia, quum minus datur, quam oporteat; et prodigalitas, quum magis datur, quam oporteat. Virtutem porro in recte dando consistentem, liberalitatem vocant, quod virtus hæc sit hominis non servili vel conditione, vel animo, sed vere liberi. *Cic.* 1. *Off.* 7. 12. Justitiæ est conjuncta beneficentia, quam eamdem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet. *Id.* 2. *Orat.* 25. 105. De ambitu raro illud datur, ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione sejungere. *Id. Rosc. com.* 8. 21. Qui tantas et tam infinitas pecunias non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiavit. *Id.* 1. *Off.* 14. 43. Videndum est igitur, ut ea liberalitate utamur, quæ prosit amicis, noceat neminl. *Id. Amic.* 3. 11. Quid dicam de pietate in matrem, liberalitate in sorores, bonitate in suos, justitia in omnes?

II.) Translate, abstractum pro concreto, uti ajunt, dona, h. e. ipsa ea, quæ per liberalitatem in alios conferuntur, *liberalitates* vocantur. — *a)* In sing. num. *Tac.* 1. *Hist.* 20. Appellari singulos jussit, decima liberalitatis parte apud quemque relicta. *Sueton. Tib.* 46. Una modo liberalitate comites prosecutus. *Id.* in *Vit. Horat.* Unaquo et altera liberalitate locupletavit. — In nummis quoties *liberalitas Aug.* legitur, fere congiarium intelligitur. — *b)* In plur. num. *Sueton. Claud.* 29. Ne sigillatim enumerem revocatas liberalitates. Sic *Id. Galb.* 15. Liberalitates Neronis revocandas curavit.

LĪBĔRĀLĬTER, adverb. (liberalis). Comp. *Liberalius* et Sup. *Liberalissime* 2. — Liberaliter est ingenue, ut libero homine dignum est, ἐλευθερίως (It. *ingenuamente, civilmente, nobilmente*; Fr. *convenablement, noblement*; Hisp. *convenible-mente, noblemente*; Germ. *des Freigeborenen würdig, edel, anständig, wohlgesinnt*; Angl. *ingenuously, as befits a freeman, or as we say a gentleman, liberally, honourably, genteely*). Occurrit ¶ 1. Generatim. *Cic.* 3. *Fin.* 17. 57. Esseque hominis ingenui et liberaliter educati velle bene audire a parentibus. *Id. Amic.* 23. 86. Sine amicitia vitam esse nullam, si modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere. — *Liberaliter eruditus*

vel *instructus* is dicitur, qui optimis artibus institutus est. *Cic.* 2. *Tusc.* 2. 6. Qui liberaliter eruditi, adhibita etiam disserendi elegantia, ratione et via philosophantur. — *Liberaliter servire*, est bono animo et libero, libenter obsequendo. *Ter. Andr.* 1. 1. 11. Propterea quod servibas liberaliter. — Et pro comiter, benigne, civiliter. *Cæs.* 2. *B. G.* 5. Cæsar Rhemos cohortatus liberaliterque oratione prosecutus. *et* 4. *ibid.* 18. Legatis pacem petentibus liberaliter respondit. ¶ 2. Speciatim et frequenter accipitur pro large, munifice, *liberalmente, splendidamente, generosamente*, δωρηματικῶς. *Varro* 1. *R. R.* 17. 7. Liberalius tractare aliquem. *Cic.* 16. *Att.* 6. Fui libenter apud Talnam nostrum, nec potui accipi liberalius. *Id.* 5. *Verr.* 85. 196. Benigne ac liberaliter. *et ibid.* 88. 204. Large et liberaliter. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 6. *ante med.* Vivo paullo liberalius, quam solebam. *Cæs.* 3. *B. C.* 61. Quod erant honesto loco nati et instructi liberaliter. *provveduti alla grande. Apul.* 10. *Met.* Dotem largiri liberalissime. — Et pro ample, prolixe. *Cic.* 5. *Att.* 13. Liberalissime erat pollicitus tuis omnibus. *Nepos Lysand.* 4. Petiit a Pharnabazo, ut ad Ephoros sibi testimonium daret, deque ea re accurate scriberet. Huic ille liberaliter pollicetur. *Plin. Paneg.* 68. Odium amorque hoc perquam simile habent, quod ibi intemperantius amamus bonos principes, ubi liberalius malos odimus. *h. e.* vehementius, acrius. — Sic pro copiose, de rebus physicis. *Quintil.* 6. 3. 19. Ille (*sal*) in cibis paullo liberalius adspersus.

LĪBĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. (libero). ¶ 1. Stricto sensu est actus liberandi, *h. e.* libertatem dandi, manumittendi, ex servo liberum faciendi. *Cic. Pis.* 36. 87. Quid ego rerum capitalium quæstiones, reorum pactiones, redemptiones, acerbissimas damnationes, libidinosissimas liberationes proferam? *h. e.* manumissiones pro tribunali factas. — Huc referri potest et illud *Justin.* 5. 8. 12. Ne iterum rempublicam sub obtentu liberationis invaderet. *sotto pretesto di rimetterla in libertà.* ¶ 2. Latiori sensu, vel translate ut aliis placet, et generatim est actus liberandi, remissio, absolutio. *Cic.* 1. *Fin.* 11. 37. Quum privamur dolore, ipsa liberatione et vacuitate omnis molestiæ gaudemus. *Quintil.* 5. 10. 33. Liberatio malorum. *Cic. Ligar.* 1. 1. Quum a te non solum liberationem culpæ, sed etiam errati veniam impetravissent. ¶ 3. Item latiori sensu, sed speciatim in re judiciaria, liberationis verbum, inquit *Paul. Dig.* 50. 16. 47., eamdem vim habet, quam solutionis. Hinc *liberatio* dicitur a *Paulo ibid.* 46. 3. 62. quum debitor, soluta pecunia, ære alieno liberatur. *Ulp. ibid.* 34. 3. 3. Liberationem debitori legare. *h. e.* legato in testamento debitum ei remittere. Hinc *liberatio legata* inscribitur titulus tertius *lib.* 34. *Dig.*, h. e. remissio et condonatio debiti legato relicta.

LĪBĔRĀTOR, ōris, m. 3. (libero) vindex libertatis, *liberatore*, ἐλευθερωτής, λυτρωτής. Occurrit — *a*) Absolute, substantivorum more. *Plaut. Pers.* 3. 3. 14. Liberator scortorum. *Cic.* 1. *Phil.* 2. 6. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cujus a cervicibus jugum servile dejecerant. *Liv.* 1. 60. Liberator urbis. *Cic.* 14. *Att.* 12. Ubi (*Romæ*) nostri liberatores tuto esse non possint. *Liv.* 6. 14. Ut M. Manlio, liberatori suo, parenti plebis Romanæ, gratiam referant. *Curt.* 3. 10. Terrarum orbis liberatores. *Inscript.* apud *Gruter.* 281. 10. LIBERATORI ORBIS ROMANI, RESTITVTORI LIBERTATIS, D. N. MAGNENTIO. — *b*) Adjective, seu per appositionem. *Liv.* 35. 18. Alias civitates ad liberatorem populum defecturas. — Est etiam epitheton Jovis, ut Græcis Ζεὺς ἐλευθέριος, apud *Tac.* 15. *Ann.* 64. Libare se liquorem illum Jovi liberatori. Adde *eumd.* 16. *ibid.* 35.

LĪBĔRĀTRIX, īcis, f. 3. (libero) libertatis vindex, *liberatrice*. In nummo argenteo L. Clodii Macri, qui, quum Africam provinciam legatus pro prætore regeret, audita Vindicis adversus Neronem seditione, ipse quoque imperium arripuit, apud *Eckhel. D. N. V. T.* 6. p. 288. L. CLODI MACRI LIBERATRIX. *scil.* Africa, cujus caput in eodem nummo profertur. *Cassiod. de Anim.* 10. Ad liberatricem pœnitudinem trahit. *Prosper. epist. ad Rufin. de lib. arbitr.* Liberatrix regeneratio in ipso exhalandi spiritus fine sanctificet.

LĪBĔRĀTUS, a, um. *V.* LIBERO.

LĪBĔRE, adverb. (liber, a, um). Comp. *Liberius* 1. — Libere ¶ 1. Generatim magna cum libertate, atque adeo nullo impediente, nullo timore, nulla assentatione etc. *liberamente*, μετὰ παῤῥησίας. — *a*) De hominibus. *Cic.* 5. *Parad.* 1. 34. Qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, nisi licenter ac libere: cujus omnia consilia resque omnes, quas gerit, ab ipso proficiscuntur. *Id.* 2. *Divinat.* 48. 100. Animus somno relaxatus solute movetur et libere. *Id. Quinct.* 11. 39. Quem tu respirare libere non sinis. *Id.* 4. *Att.* 16. Constanter et libere me gessi. *Quintil.* 6. 1. 43. Omnia libere fingimus et impune. — *Libere vivere* est licenter et suo more vivere, neque subjici alicujus voluntati. *Ter. Andr.* 1. 1. 24. Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia, liberius vivendi fuit potestas. *secondo la propria inclinazione.* — *Libere loqui* vel *dicere* est confidenter, ut nihil gratiæ tribuas, aut potentiæ alicujus. *Cic.* 4. *Verr.* 72. 176. Ne quis hoc me magis accusatorie, quam libere dixisse arbitretur. *Id. Planc.* 13. 33. Asperius, inquit, locutus est, immo fortasse liberius. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 103. Liberius si dixero quid. *Id.* 2. *ibid.* 8. 37. Liberius maledicere. *Quintil.* 12. 1. 21. Fortius liberiusque defendere. Similiter *Cic. Amic.* 25. 91. Et monere et moneri proprium est veræ amicitiæ, et alterum libere facere, non aspere; alterum patienter accipere, non repugnanter. *Id. ibid.* 13. 44. Libere consilium dare. — *b*) De abstractis. *Cic. Orat.* 23. 77. Ut ingredi libere oratio, non errare licenter videatur. — *c*) De rebus physicis. *Quintil.* 11. 3. 92. Longius et liberius exseritur digitus. *et ibid.* 97. Aliquatenus liberius deorsum spectantibus digitis. — Pro liberaliter, large, copiose. *Virg.* 1. *G.* 127. ipsaque tellus Omnia liberius, nullo poscente ferebat. At possis etiam interpretari, ultro, sponte, quia terra, sine labore hominum, ultro fruges fundebat. ¶ 2. Speciatim est liberaliter, ingenue, quemadmodum liberum hominem decet. *Ter. Andr.* 5. 4. 7. Tu ne hic homines adolescentulos, imperitos rerum, educatos libere, in fraudem illicis?

LĪBĔRI, ōrum, m. plur. 2. (liber, a, um). In singulari numero perrarum est. *Quintil. Declam.* 2. 8. Liberi ac parentis non alius mihi videtur affectus, quam quo rerum natura, quo mundus ipse constrictus est. *Imp. Justinian. Cod.* 3. 28. 33. Si quis maximam portionem libero relinquat. Adde *ibid.* 5. 9. 8. *ad fin. V.* infra sub I. c. — In Genit. pluralis numeri *liberum* pro *liberorum* habent *Accius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 9. 20.; *Turpilius* apud *Non. p.* 495. 26. *Merc.*; *Cic.* 3. *Verr.* 15. 40.; *Tac.* 2. *Ann.* 38., 3. *ibid.* 25. et 35. et alii: immo fuit usitatius, ut ex *Cic. Orat.* 46. 155. colligitur. — Liberi sunt filii, vel filiæ. Romani filios dixere liberos, non simpliciter, sed ad discrimen servorum vernarumque, τὰ τέκνα, οἱ παῖδες (It. *figlinoli, figli*: Fr. *enfants*; Hisp. *hijos, infants*; Germ. *die Kinder des Hauses*; Angl. *children*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Ennius* apud *Cic. Orat.* 46. 155. Neque tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus. *Cic.* 8. *Att.* 2. Vagamur egentes cum conjugibus et liberis. *Id.* 10. *ibid.* 11. Ut sciant eum, ex C. Fadii filia liberos habuisse. *Id.* 5. *Verr.* 69. 161. Susceperas enim liberos non solum tibi, sed etiam patriæ. *Id.* 5. *Tusc.* 37. 109. Liberos procreare. *Tac.* 4. *Ann.* 3. gignere ex aliqua. *Sueton. Aug.* 48. educare et instituere. *Horat. Epod.* 5. 5. Per liberos te precor. *et ibid.* 2. 40. dulces liberi. *Quintil.* 2. 15. 8. parvuli. *Id.* 11. 1. 82. Quod omnium sit votum parentum, ut honestiores, quam sint ipsi, liberos habeant. Similiter apud *eumd.* 3. 7. 18. et 26., 6. 1. 18. et alibi *liberi parentibus* opponuntur. — *Dare operam liberis* est procreandorum liberorum causa cum uxore rem habere. *Cic.* 1. *Off.* 35. 128. Liberis dare operam, re honestum est, nomine obscœnum. Conferatur *Ennius* apud *Gell.* 6. 16. Duxit me uxorem liberorum sibi quærendum (*h. e.* quærendorum) gratia. Adde *eumd.* apud *Festum p.* 258. 18. *Müll.* — *b*) Speciatim, *jus trium liberorum* Romæ, et *quatuor* in Italia, et *quinque* in provinciis, privilegium quoddam ejus erat, qui totidem liberos ex legitima uxore procreasset, et incolumes haberet: si vero tres, sive unum duosve bello amisisset, pro superstitibus cedebant, ut ait *Auct. fragm. juris antejustin.* (edente *A. Maio*) *p.* 49. Itaque si quis in hac conditione esset, in magistratu petendo aliis præferebatur, in ipso magistratu priorem locum tenebat, et ante annum ætatis vigesimum quintum poterat ad honores admitti; gaudebat insuper munerum personalium vacatione, quæ *Arcadius Charis. Dig.* 50. 4. 18. § 2. – § 20. fuse persequitur; in agri publici divisione portionem habebat, teste *Sueton. Cæs.* 20.; si vero damnatus esset, pluribus ejus liberis bona paterna concedebantur, ut affirmat *Paul. Dig.* 48. 20. 7. § 3. *Impp. Sever. et Antonin. Cod.* 5. 66. 1. Qui ad tutelam, vel curam vocantur, Romæ quidem trium liberorum incolumium numero, de quorum etiam statu non ambigitur; in Italia vero quatuor; in provinciis autem quinque habent excusationem. *Fragm. juris antejustin. p.* 47. Numerus quoque liberorum a tutela excusationem tribuit: civibus quidem Romanis earum tutelarum, quæ Romæ sunt injunctæ, a trium filiorum; earum vero, quæ in municipiis Italicis injunguntur, a quattuor numero liberorum; sed et si in provincia delata fuerit tutela, licet Romæ excusatio allegetur, a quinque liberis debet recipi. Adde *ibid. p.* 59. — Qui hujusmodi liberorum numero carebant, idem jus a principe impetrabant. *Plin.* 2. *Ep.* 13. Nuper ab optimo principe (*Trajano Aug.*) trium liberorum ei (*Voconio Romano*) jus impetravi. *Sueton. Galb.* 14. Jura trium liberorum vix uni atque alteri, ac ne his quidem, nisi ad certum præfinitumque tempus, dedit. *Martial.* 3. 95. Præmia laudato tribuit mihi Cæsar uterque, Natorumque dedit jura paterna trium. Hinc jocatur *Id.* 10. 60. Jura trium petiit a Cæsare discipulorum, Assuetus semper Munna docere duos. *Inscript.* apud *Donat.* 456. 13. L. APVLEIO BRASIDAE HABENTI IIII. LIBERORVM IVS DATVM AB IMP. etc. — Feminæ etiam *jus trium*, vel *quatuor liberorum*, vel *jus commune liberorum*, vel *jus liberorum* habentes, vel quæ impetravissent, a tutela excusabantur, maritorum et filiorum hereditatem consequi, et testamentum pro lubito facere poterant. *Paul.* 4. *Sentent.* 9. § 9. Libertina ut jus liberorum consequi possit, quatuor eam peperisse sufficit. Latina ingenua jus Quiritium consecuta, si ter peperit, ad legitimam filii hereditatem admittitur. Jus liberorum mater habet, quæ tres filios aut nabet, aut habuit, aut neque habet, neque habuit. Habet, cui supersunt; habuit, quæ amisit; neque habet, neque habuit, quæ beneficio principis jus liberorum consecuta est. *Ulp. Regular.* 26. § 8. Intestati filii hereditas ad matrem ex lege XII. Tabularum non pertinet: sed si jus liberorum habeat ingenua trium, libertina quatuor, legitima heres fit ex SCto Tertulliano; si tamen ei filio neque suus heres sit, quive inter suos heredes ad bonorum possessionem a prætore vocetur; neque pater, ad quem lege hereditas, bonorum possessio cum re pertinet; neque frater consanguineus. Quod si soror consanguinea sit, ad utrasque pertinere jubetur hereditas. Cf. *Justinian. Instit.* 3. 3. § 2. *Inscript.* apud *Gruter.* 631. 2. CORNELIAE ZOSIMAE HABENTI IVS QVATTVOR LIBERORVM BENEFICIO CAESARIS etc. *Alia* apud *Fabrett. p.* 597. *n.* 1. ABEIENAE C. F. BALBINAE CVI IMP..... IVS COMMVNE LIBERORVM CONCESSIT etc. *Alia* apud *Gruter.* 1081. 1. STATIA IRENE IVS LIBERORVM HABENS. *et mox.* STATIA IRENE L. L. H. *V.* plura huc pertinentia apud *Olivier. Marm. Pisaur. p.* 63. – 91. (ubi recte probatur, scribendum fuisse *jus communium liberorum* pro *jus commune liberorum*); *Interpprr.* ad *Tac.* 3. *Ann.* 25.; et *Rein's Römische Privatrecht p.* 213. et seqq. — *c*) Hoc nomine etiam utimur, quum de uno tantum filio, aut filia loquimur. *Cajus Dig.* 50. 16. 148. Non est sine liberis, cui vel unus filius, unave filia sit. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 5. Quid ego emerui, adolescens, mali quamobrem ita faceres, meque meosque perditum ires liberos? *Ter. Andr.* 5. 3. 20. Liberi inventi invito patre. *Cic.* 1. *Phil.* 1. 2. Pax per eum et per ejus liberos confirmata est. Sic *Sulpicius* apud *Cic.* 4. *Fam.* 5. *ante med.* Malum est liberos amittere. De Tulliola loquitur. — *d*) Liberorum appellatione etiam nepotes et pronepotes ceterique ex iis descendentes continentur. *Paul. Dig.* 38. 10. 10. Liberi vocantur usque ad trinepotem. *Callistrat. ibid.* 50. 16. 220. Liberorum appellatione nepotes et pronepotes ceterique, qui ex his descendunt, continentur. Hos enim omnes liberorum appellatione lex XII. Tabul. comprehendit.

Cic. 3. *Verr.* 15. 40. Habitus sis in liberum loco, sicut mos majorum ferebat. — *e) Liberi*, oppositis *filiabus*, pro masculis tantum. *Hygin. fab.* 9. Procreavit liberos septem totidemque filias.

II.) Translate de pecudum fetu. *Plaut. Capt.* 4. 2. 38. Lanii, qui concinnant liberis orbas oves. *h. e.* oves pluries jam fetas occidunt, deinde eisdem decoriatis vervecum testiculos dolose ita aptant, ut verveces esse videantur, eoque pluris veneant: quod etiam apud nos non raro usuvenit.

LĪBĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (liber, a, um). *Liberasso* antique pro *liberavero* est *Plaut. Most.* 1. 3. 66. — Part. *Liberatus* I. et II. 4. et 6.; *Liberaturus* II. 1. 1.° d. *Liberandus* II. 1. 1.° b. d. — Liberare est ex servo liberum facere, libertatem dare, manumittere: et proprium est domini servum de sua potestate emittentis, ἐλευθερόω (It. *liberare, far libero, mettere in libertà*: Fr. *mettre en liberté, donner la liberté à, affranchir, délivrer*; Hisp. *libertar, franquear, hacer libre y franco*; Germ. *frei machen, befreien*; Angl. *to set at liberty, free, make free*).

I.) Proprie. *Plaut. Most.* 1. 1. 23. Amicas emite, liberate; pascite parasitos. *Id. Capt.* 5. 5. 4. Neque ubi amans adolescens scortum liberet clam patrem suum. *Cæs.* 3. *B. C.* 9. Servos omnes puberes liberaverunt. *Cic.* 14. *Fam.* 4. *a med.* De familia liberata nihil est, quod te moveat. *Plin.* 7. *Ep.* 16. Si voles vindicta liberare, quos proxime inter amicos manumisisti. *Cic.* 1. *Orat.* 40. 182. Si quis apud nos servisset, seseque liberasset.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est extricare, solvere, ex impedimento, damno, molestia eripere: et occurrit — 1.°) Cum Accusativo personæ et — *a*) Cum Ablativo rei et præpos. *ab* vel *ex. Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 3. § 9. Teque item ab eo vindico ac libero. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 17. 55. Eorum, qui a Venere se liberaverunt. *dagli obblighi verso Venere.* Sic *Id.* 10. *Att.* 15. *sub fin.* Liberatus a quartana. *et Marcell.* 5. 13. a scelere. *Auct. B. Afr.* 48. Liberari a terrore. *Cic.* 7. *Verr.* 9. 23. Multos ex his incommodis pecunia se liberasse. — *b*) Cum Ablativo rei sine præpos. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 24. 38. Sin est improbus: Divortio te liberabo incommodis. *Cic.* 1. *Tusc.* 1. 1. Quem defensionum laboribus senatorii usque muneribus aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 50. 51. (166). Liberari febri quartana. *Cæs.* 4. *B. G.* 19. et 5. *ibid.* 47. Liberare aliquem obsidione. *Auct. B. Hisp.* 42. provinciam vectigalibus. *Curt.* 8. 4. militem damno et fame. *Cic.* 4. *Tusc.* 1. 1. Liberatus dominatu regio. *Id.* 13. *Att.* 22. et *Rosc. Am.* 49. 143. Liberare aliquem culpa. *Id.* 1. *Nat. D.* 6. 13. invidia. *Id.* 1. *Fam.* 2. suspicione crudelitatis. *Id.* 6. *Att.* 1. *circa med.* magna sollicitudine. *Ter. Andr.* 2. 2. 14.; *Cic.* 1. *de republ.* 16.; *Cæs.* 1. *B. C.* 9.; et *Justin.* 5. 9. 1. *metu. Cic.* 1. *de republ.* 17. Liberatus omni perturbatione animi. *Cæs.* 3. *B. C.* 83.; et *Sueton. Aug.* 29. Liberare aliquem periculo. *Justin.* 11. 11. 6. matrem infamia. — *Liberare se ære alieno* est se expedire æs alienum persolvendo. *Cic.* 6. *Att.* 2. Iis ego duobus generibus (*civitatum*) facultatem ad se ære alieno liberandas aut levandas dedi. Adde *Sall. Cat.* 41.; et *V.* mox sub *d.* Similiter de brutis. *Cic.* 2. *Nat. D.* 3. 7. Quum cavea liberati pulli non pascerentur. et *Phædr.* 3. 2. Panthera saltu fovea sese liberat. — *c*) Cum Genitivo, subintellecto Ablativo *crimine*, aut ejusmodi. *Liv.* 41. 19. Senatus nec liberavit ejus culpæ regem, neque arguit. *Id.* 5. 28. Quin sine mora voti liberarentur. — *d*) Cum Accusativo personæ tantum. *Cic. Prov. cons.* 5. 10. Pactiones sine ulla injuria factas rescidit, custodias sustulit; vectigales multos ac stipendiarios liberavit. *Id.* 5. *Fam.* 20. 4. Volusii liberandi meum fuit consilium. *Id.* 16. *Att.* 16. c. 11. Buthrotios quum Cæsar decreto suo liberavisset. Sic *Liv.* 32. 10. Respondit, quas (*urbes*) ipse cepisset, eas liberaturum. *Cic.* 3. *Fam.* 7. Ut eos quamprimum, ne in hiemem incideret, ad facultatem ædificandi liberarem. *h. e.* libere dimitterem, permitterem, ut ædificarent. — *Liberari* dicitur *debitor*, quum quod debebat, solutum est. *Ulp. Dig.* 46. 3. 58. Et universim *liberari* dicuntur, qui obligationis cujusquemodi vinculo solvuntur, quo adstringebantur. *Paul. ibid.* 44. 7. 46. et 16. 4. 11. — 2.°) De rebus physicis et abstractis usurpatur et late patet. — *a*) Universim. *Cic. Tim.* 6. Eum (*mundum*) ab omni errationc liberavit. *Ovid.* 6. *Met.* 551. vagina liberat ensem. Rursus *Cic.* 2. *Divinat.* 46. 96. Quorum linguæ sic inhærerent, ut loqui non possent, cæ scalpello resectæ, liberarentur. *si sciogliessero.* — *b*) Speciatim *liberare agros* est a vectigalibus et similibus solvere. *Cic.* 1. *leg. Agr.* 4. 10. Jubet eosdem decemviros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere, ut iidem possint et liberare agros quos commodum sit, et quos ipsis libeat publicare. *Id.* 2. *ibid.* 21. 57. Privata publicare, publica liberare. Sic *Liv.* 32. 33. Liberari omnis Asiæ emporia portusque. et simili significatione *Id.* 41. 28. Liberare vectigalia. — Huc referri possunt et illa *Julian. Dig.* 18. 1. 41. Fundum alii obligatum liberare. et *Cafi ibid.* 33. 4. 15. Pignoratas res, vel in publicum obligatas liberare. — *c*) *Liberare fidem* est præstare promissum. *Cic. Flacc.* 20. 47. Fusiis satisfacit absentibus et fidem suam liberat. *Sueton. Claud.* 9. Quum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædiatoria venalis pependit. — *d*) *Liberare promissa* est abrogare, irrita reddere. *Cic.* 1. *Off.* 10. 33. Quæ promissa pleraque jure prætorio liberantur, nonnulla legibus. — *e*) *Liberare nomina* est impedita extricare et æquare, *mettere in chiaro le partite. Liv.* 7. 21. — *f*) *Liberare impensam* est *sollevar dalla spesa, rifare la spesa. Colum.* 3. *R. R.* 3. 11. Ea res omnem impensam terreni pretio suo liberat. ¶ 2. Speciatim pertinet ad judicia et ponitur pro absolvere, *assolvere*: cui contrarium est condemnare. *Cic. Cluent.* 22. 60. Qui ceteros ex ipsa causa condemnassent, hunc, quem bis condemnatum jam acceperant, liberarent. *Id.* 4. *Verr.* 29. 71. Qui antea Sopatrum eodem illo crimine liberarant. *Id. Mil.* 18. 47. Videte, judices, quantæ res his testimoniis sint confectæ. Primum certe liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, ut insidiaretur. ¶ 3. Item speciatim de locis dicitur apud serioris ævi scriptores et est transire. Sic *liberare flumen* est superare ac transire, *passare. Frontin.* 1. *Strateg.* 5. *n.* 3. Quum unam spem salutis haberet, si flumen liberasset. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 7. *n.* 28. Sic *Hygin. fab.* 257. Vix tandem Mœrus, liberato flumine, consequitur carnificem. *Scheffer.* hic male putat legendum *librato.* Rursus *Frontin.* 1. *Strateg.* 4. *n.* 13. Liberare angustias freti. *Petron. Satyr.* 136. Collectoque cultu meo, ire extra castra cœpi: necdum liberaveram cellulæ limen, quum animadverto etc. *avea sgombrato, era uscito dal limitare.* Sunt quidem, qui lectionem sollicitant, sed vano conatu. ¶ 5. Item in sacris de ædificiis occurrit. Liberata, inquit *Paul. Diac. p.* 121. 14. *Müll.*, ponebant pro effata. *Cic.* 2. *Legg.* 8. 21. Sacerdotes urbem et agros et templa liberata et effata habento. *h. e.* certis verbis, quibus eorum termini statuebantur ab auguribus, definita et consecrata. *V.* EFFOR.

LĪBERTA, æ, f. 1. (libertus) mulier, quæ ex justa servitute in libertatem manumissa est. *Plaut. Pers.* 4. 3. 15. Jam libertâ auctus es? Adde *eumd. ibid.* 4. 8. 7. et *Epid.* 3. 4. 29. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 99. At hunc liberta securi Divisit medium fortissima Tyndaridarum. *Sueton. Claud.* 40. Matris meæ liberta fuit. *Id. Vesp.* 3. Cænidem, Antoniæ libertam et a manu. *Cajus* 3. *Instit.* § 51. Si neque ipsa patrona, neque liberta capite deminuta sit. *Modestin. Dig.* 50. 16. 105. His verbis, *libertis libertabusque meis*, libertum libertæ testatoris non contineri. *Libertabus* dixit ad distinctionem, qua si non sit opus, habet in Dat. plur. *libertis*, ut in ANIMA et ASINA adscripsimus. Hinc *Plin.* 10. *Ep.* 4. Rogo, des jus Quiritium libertis Antoniæ Maximillæ, ornatissimæ feminæ, Heliæ et Antoniæ Harmeridi. Adde *eumd. Ep.* 22. Ceterum *libertis libertabusque* sæpissime in sepulcrorum antiquis epitaphiis legitur, ut in *Inscript.* apud *Orell.* 3006, 3026. et aliis. *V.* et LIBERTUS.

LĪBERTAS, ātis, f. 3. (liber). Antiqui *loebertas* usurparunt pro *libertas*, ut in LIBER, a, um, init. dictum est. — In nummis duobus Cassiæ gentis apud *Patin. de Fam. Rom. p.* 69. *leibertas* scriptum est. Item *liberitas* pro *libertas* legitur in nummis Gallieni, Claudii Gothici et Quintilli. V. *Rasche Lexic. rei num. T.* 2. *P.* 2. *p.* 1701. — Libertas ¶ 1. Generatim est libera facultas in ciendi quidlibet, ἐλευθερία (It. *libertà*; Fr. *liberté*; Hisp. *libertad*; Germ. *die Freiheit, Ungebundenheit, Unbeschränkheit*; Angl. *liberty, freedom*). Occurrit — *a*) Absolute. *Cic.* 5. *Parad.* 1. 34. Quid est enim libertas? Potestas vivendi, ut velis. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 10. 30. Ne majorem largiar ei, qui contra dicturus est, libertatem et licentiam. *Id. Planc.* 6. 16. Datque eam libertatem, ut quod velint, faciant. *Id.* 3. *Legg.* 17. 38. Libertatem alicui largiri. *Id. Dom.* 9. 22. alicui adimere. *Id.* 1. *Off.* 20. 70. Libertate uti. *Id. pro leg. Manil.* 5. 11. et *Cæcin.* 12. 35. Libertatem immiuere. *h. e.* injuriam quamlibet alicui inferre. Nam qui injuriam accipit, in ea re libertatem amittit, quum libertatis proprium sit lædi in vita a nemine, aut impediri quo minus possit se ipso et rebus suis uti, ut libuerit. — *b*) Cum Ablativo et præpos. *in. Cic. Planc.* 14. 33. Quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti lædi in plorando non est concessa libertas. — *c*) Sæpius cum Genitivo. *Cic.* 5. *Verr.* 1. 3. Præcidere sibi licentiam libertatemque vivendi. *Virg.* 11. *Æn.* 345. Dare libertatem fandi. *Quintil.* 10. 3. 24. Late circumspiciendi libertas. *Cic.* 1. *Orat.* 52. 226. Suum jus atque omnium rerum impunitam libertatem tenere. *Quintil.* 3. 6. 84. Libertas testamentorum. *h. e.* libera potestas. *Id.* 8. 6. 20. numerorum. *Id.* 10. 5. 15. dialogorum. *Id.* 10. 1. 28. Nec libertate verborum, nec licentia figurarum. — Cum Genitivo agrorum, domuum et hujusmodi, est eorum immunitas, qua liberantur servitute. *Paul. Dig.* 8. 6. 18. Non potest vicinus usucepisse libertatem ædium suarum. Adde *Pompon. ibid.* 2. 6. — *d*) Poetice cum Infinito. *Propert.* 1. 1. 28. Sit modo libertas, quæ volet ira, loqui. *Val. Flacc.* 1. 601. Nec mihi libertas imis freta tollere arenis. — *e*) Interdum a licentia ita distinguitur, ut in bonam partem accipiatur, licentia in malam. *Liv.* 34. 2. *extr.* Feminæ omnium rerum libertatem, immo licentiam, si vera dicere volumus, desiderant. *V.* et infra sub 5. in fin. ¶ 2. Speciatim in re civili est status et conditio liberi hominis, quæ *servituti* opponitur. — *a*) In sing. numero. *Cic. Habit. perduell.* 11. 31. Scævæ, servo Q. Crotonis, libertas data est. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Off.* 12. 38. Quorum virtuti belli fortuna pepercit, Eorumdem me libertâti parcere certum 'st. *Cæs.* 3. *B. G.* 10. *in fin.* Omnes homines natura libertati studere et conditionem servitutis odisse. *Plaut. Capt.* 2. 2. 50. Quando patriam et libertatem perdidi. *Sueton. Vitell.* 10. Quoscumque libuisset, in libertatem asserebant. *Id. Ner.* 24. Libertate aliquem donare. *Id. Rhet.* 1. Petitur puer, quod domini voluntate fuerit liber, in libertatem. *Papinian. Dig.* 38. 2. 41. *extr.*; et *Julian. ibid.* 40. 2. 4.; et *Ulp. ibid.* 4. 4. 11. Libertatem alicui imponere. *h. e.* dare: durtum a virga, quæ capiti manumissi a prætore imponebatur. *Tac.* 14. *Ann.* 42. Pedanium Secundum servus ipsius interfecit: seu negata libertate, cui pretium pepigerat; sive amore etc. Cf. *Sueton. Vesp.* 18. — *Libertas* Latina inferioris conditionis erat, quam Romana. *Salvian.* 3. *advers. avar.* 7. In usu siquidem quotidiano est, ut servi, etsi non optimæ, certe non improbæ servitutis, Romana a dominis libertate donentur; in qua scilicet et proprietatem peculii capiunt, et jus testamentarium consequuntur; ita ut viventes, cui volunt, res suas tradant, et morientes donatione transcribant. Nec solum hoc, sed et illa, quæ in servitute positi conquisierant, ex dominorum domo tollere non vetantur. *et mox.* More ergo illorum uteris, qui servos suos non bene de se meritos, quia civitate Romana indignos judicant, jugo Latinæ libertatis addicunt; quos scilicet jubent quidem sub libertorum titulo agere viventes, sed nolunt quidquam habere morientes. Negato enim bis ultimæ voluntatis arbitrio, etiam quæ superstites habent, morientes donare non possunt. — Quid discriminis sit inter libertatem justam et libertatem dediticiorum et Latinam, V. *Baumgarten.* ad *Sueton. Aug.* 40. *p.* 276. — *b*) In plur. numero. *Plaut. Cas.* 2. 8. 70. Tribus non conduci possim libertatibus, quin ego illis hodie comparem magnum malum. *Paul. Dig.* 49. 14. 45. Libertates in fraudem datas retrahere. *Cajus* 2. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 228. In libertatibus quoque dandis nimiam licentiam compescuit lex Furia Caninia.

Ulp. Dig. 38. 1. 13. Libertatium conservandarum causa. *V.* CIVITAS init. — *Libertatum vicesima. V.* VICESIMUS. Cf. et *Quintil. Declam.* 340. in qua agitur de puero, cui prætexta imposita fuerat, ne servus crederetur, ideoque ne vicesimam publicanis solveret. — c) Hinc ductâ metaphorâ *Cic.* 2. *Orat.* 33. 145. Me tamen ista oscitans sapientia, simul atque ad eam confugero, in libertatem vindicabit. et 1. *Nat. D.* 20. 56. His terroribus ab Epicuro soluti et in libertatem vindicati, nec metuimus eos etc. ¶ 3. Item speciatim in re politica libertas propria est ejus populi, qui neque uni regi, neque ulli alii nationi subjectus est, atque adeo est status liberæ reipublicæ, democratia; cui *servitus* et *dominatus* opponitur: sic apud *Cic.* 6. *Phil.* 7. 19. Aliæ nationes servitutem pati possunt: populi Romani est propria libertas. *et* 3. *ibid.* 11. 29. Aliquando, Patres conscripti, patrium animum virtutemque capiamus, ut aut libertatem propriam Romani et generis et nominis recuperemus, aut mortem servituti anteponamus. Multa, quæ in libera civitate ferenda non essent, tulimus et perpessi sumus: alii spe recuperandæ libertatis, alii *etc.* —: etiamne hujus impuri latronis feremus teterrimum crudelissimumque dominatum? *Id.* 1. *de republ.* 27. In optimatium dominatum vix particeps libertatis potest esse multitudo. *et ibid.* 32. Et a regum et a patrum dominatione solere in libertatem rem populi vindicari. *Id.* 3. *Legg.* 10. 25. Aut exigendi reges non fuerunt: aut plebi re non verbo danda libertas. *Tac.* 1. *Ann.* 1. Urbem Romam a principio reges habuere: libertatem et consulatum *L.* Brutus instituit. *Cic.* 2. *Off.* 7. 24 Acriores morsus sunt intermissæ libertatis, quam retentæ. Sic *Id.* 15. *Att.* 13. Libertatem retinere. *Quintil.* 6. 5. 8. Asserere libertatem reipublicæ. *Lucan.* 2. 282. pro legibus arma Ferre juvat patriis libertatemque tueri. *Cic. Rabir. Post.* 9. 24. Libertatem perdidit, quod in regnum venerit, quod regi se commiserit. *Id.* 1. *de republ.* 17. Dionysius quum omnia moliendo eripuerit civibus suis libertatem. *Cæs.* 3. *B. G.* 8. Reliquas civitates sollicitant, ut in ea libertate, quam a majoribus acceperant, permanere, quam Romanorum servitutem perferre mallent. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 1. *extr.* et 37. ¶ 4. Item est libere loquendi et libere sentiendi facultas. *Ovid. Heroid.* 15. 67. Me quoque, quod monui multa fideliter, odit. Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit. *Justin.* 15. 3. 3. Non culpæ, sed libertatis pœnas pendens. *Vellej.* 2. 71. Varro ad ludibrium moriturus Antonii, signa illo ac vera de exitu ejus magna cum libertate ominatus est. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 5. (*antiqui comici*) multa cum libertate notabant. et *Quintil.* 10. 1. 65. Antiqua comœdia facundissimæ libertatis. *et* 10. 1. 94. In eo (*Lucilio*) libertas, atque inde acerbitas et abunde salis. *Id.* 3. 8. 48. Quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. *Id.* 6. 2. 16. Affectatores libertatis. *Id.* 11. 1. 37. Vox honestissimæ libertatis. Huc pertinet et illud *Sall. Jug.* 30. C. Memmius, cujus de libertate ingenii et odio potentiæ nobilitatis supra diximus. ¶ 5. Dea fuit Romanis hoc nomine, cui templum in Aventino a quodam Graccho (*scil.* a patre Tiberii Gracchi, secundo bello Punico) ex multaticia pecunia constructum fuit, ut *Liv.* 24. 16. *in fin.* narrat. *Cic.* 2. *Nat. D.* 23. 61. Quid Opis? quid Salutis? quid Concordiæ, Libertatis, Victoriæ? quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut sine deo regi non posset, ipsa res deorum nomen obtinuit. — Ejus templi atrium peramplum fuit, et multis etiam membris ac cellis instructum; in eoque census tabulæ servabantur. *Liv.* 25. 7. Obsides Tarentini custodiebantur in atrio Libertatis. *Cic. Mil.* 22. 59. Quæstiones urgent Milonem, quæ sunt habitæ nunc in atrio Libertatis. *Tac.* 1. *Hist.* 31. Præceptum, ut Germanicos milites e Libertatis atrio arcesserent. *Liv.* 45. 15. Ex quatuor urbanis tribubus unam palam in atrio Libertatis sortirentur, in quam etc. Adde *eumd.* 34. 44.; *Cic.* 4. *Att.* 16. 14.; *Ovid.* 4. *Fast.* 624.; et *Sueton. Aug.* 29. et *Ner.* 57. — Hinc eleganter et invidiose templum Licentiæ vocat *Cicero*, quod in ejus domo P. Clodius exædificaverat, Libertatis templum, *Dom.* 51. 131. Tu simulacrum non Libertatis publicæ, sed Licentiæ collocasti. *et* 2. *Legg.* 17. 42 Verati nostri Lares familiares: in eorum sedibus exædificatum templum Licentiæ. Cf. *eumd.* 4. *Att.* 2. 3.

LĪBERTĪNA, æ, f. 1. *V.* LIBERTINUS, a, um, in fin.

LĪBERTĪNĪTAS, ātis, f. 3. (libertinus) conditio libertinorum. *Ulp. Dig.* 22. 3. 14. Qui se ex libertinitate ingenuum dicit. *Paul. ibid.* 4. 8. 32. Sive de ingenuitate, sive de libertinitate quæstio sit. Adde *Macr. ibid.* 49. 4. 2. *a med.*

LĪBERTĪNĬUM, ĭi, n. 2. bona, quæ libertus consequitur in morte patroni. *Calpurn. Declam.* 14. *sub fin.* Ego postulo tenue libertinium, quod etc. *Alii melius leg.* tenue, libertinum.

LĪBERTĪNUS, a, um, adject. (libertus) ad libertum pertinens, sive ad statum ejus vel ad eum, qui antea servus, nunc liber est: et opponitur *ingenuo*, ut patet ex locis infra cit. *Tac.* 15. *Ann.* 57., *Caji* 1. *Institut.* § 10. et 11., et *Liv.* 10. 21. Occurrit — a) De conditione seu statu ejus, qui antea servus, nunc liber est. *Modestin. Dig.* 1. 3. 21. Homo liber, qui se vendidit, manumissus non ad suum statum revertitur, quo se abdicavit, sed efficitur libertinæ conditionis. *Liv.* 43. 12. In classem mille socii navales, cives Romani libertini ordinis scribi jussi. Sic *Id.* 42. 27. Socii navales libertini ordinis. (Hi ab *eod.* d cuntur 40. 18. socii navales cives Romani, qui servitutem servissent.) et *Sueton. Gramm.* 18. L. Crassitius, genere Tarentinus, ordinis libertini. *Id. Aug.* 44. Quum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset. Adde *Tac.* 2. *Ann.* 85. et 4. *ibid.* 62. — b) De homine, muliere, etc. qui in eo statu versatur. *Cic. Balb.* 11. 28. De Cn. Publicio Menandro, libertino homine. Sic *Id.* 3. *Cat.* 6. 14. In P. Umbrenum, libertinum hominem. *Liv.* 39. 13. Ne mulieris libertinæ cum amatore sermonem in rem capitalem verti vellet. Sic *Tac.* 15. *Ann.* 57. Clariore exemplo libertina mulier —, quam ingenui et viri et equites Romani etc. Adde *Sueton. Cal.* 16. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 6. me libertino patre natum. Adde *eumd. ibid. v.* 45. et 46., et 1. *Ep.* 20. 20. *Cic. Sext.* 45. 97. Sunt etiam libertini optimates. *Sueton. Aug.* 25. Libertino milite bis usus est. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 5. (48). Sthenelus e plebe libertina. — c) Raro admodum de aliis. *Martial.* 5. 13. Et libertinas arca flagellat opes. — Hinc

Libertinus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Stricto sensu est qui aliquo pacto se ex servitute in libertatem vindicavit, idem ac libertus, *V.* infra in hac ipsa paragr. sub b., *libertino*, ἀπελεύθερικός. — a) Generatim. *Quintil.* 5. 10. 60. Qui servus est, si manumittatur, fit libertinus. Sic *Id.* 7. 3. 27. Servus quum manumittitur, libertinus: addictus recepta libertate ingenuus. *Cajus* 1. *Institut.* § 10. et 11. Liberorum hominum alii ingenui sunt, alii libertini. Ingenui sunt, qui liberi nati sunt: libertini sunt, qui ex justa servitute manumissi sunt. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 10. Quodvis genus ibi hominum videas, quasi Acherontem veneris, equitem, peditem, libertinum, furem, fugitivum etc. *Cic.* 1. *Orat.* 9. 38. Ti. Gracchus libertinos in urbanas tribus transtulit. *Id.* 3. *Phil.* 6. 17. Ipse ex libertini filia suscepit filios. *Liv.* 10. 11. Nec ingenui modo, aut juniores sacramento adacti sunt, sed seniorum etiam cohortes factæ, libertinique centuriati. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 281. Libertinus erat qui circum compita siccus — currebat. *Id.* 2. *ibid.* 7. 12. unde Mundior exiret vix libertinus honeste. *Sueton. Aug.* 74. Neminem unquam libertinorum adhibitum ab eo cœnæ. *Id. Rhet.* 3. Primus omnium libertinorum scribere historiam orsus. *Tac.* 3. *Hist.* 58. Etiam libertinis id munus ultro flagitantibus. — b) *Libertinus* et *libertus* significatione idem sunt, differunt usu loquendi. Nam *libertus* ad patronum refertur, h. e. ponitur, quum patroni mentio est, ut *libertus Ciceronis, Cæsaris, meus, tuus* etc. *Libertinus* ad conditionem refertur, et designat statum ejus, qui antea servus, nunc liber est, sine respectu ad eum, qui liberavit, ut *libertinus homo, libertina mulier* etc. *Cic.* 3. *Verr.* 47. 124. P. Trebonius viros bonos et honestos fecit heredes: in his libertum suum. *et paullo post, de eodem loquens.* Equiti Romano libertinus homo sit heres? *Cæs.* 1. *B. C.* 34. Naves actuariæ, quas Domitius servis, libertis, colonis suis compleverat. Similiter *Cajus* 3. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 51. Quod autem ad libertinarum bona pertinet, siquidem intestatæ decesserint, nihil novi patrona liberis lex Papia præstat. Itaque si neque ipsa patrona, neque liberta capite deminuta sit, ex lege xii. Tab. ad eam hereditas pertinet, et excluduntur libertæ liberi. — Discrimen modo traditum servasse non videtur *Plaut.* ubi ait *Pers.* 5. 2. 56. Ita pars libertinorum est: nisi patrono quis adversatus est, nec satis liber sibi videtur, nec satis frugi. *libertorum* enim dicere debuit. Sic *Florentin. Dig.* 38. 2. 28. Si in libertinum animadversum erit, patronis ejus eripiendum non est. — c) Libertini non plus quam in urbanis tribubus suffragium ferebant. P. autem Clodius legem ferre proposuerat, qua possent in rusticis quoque, quæ propriæ ingenuorum sunt, ferre. *Pseudo-Ascon.* ad *Cic. Mil.* 32.; et *Schol. Bob.* ad *Cic. de ære alieno Mil. p.* 346. *Baiter.* ¶ 2. Latiori sensu, vel translate ut aliis placet, App. Claudii ætate et aliquamdiu post *libertini* dicebantur non iidem ac liberti, sed libertorum filii: qui tamen inter ingenuos postea habiti sunt. *Sueton. Claud.* 24. Etiam App. Cæcum censorem (*anno scil. U. C.* ccccxiii.) libertinorum filios in senatum allegisse docuit: ignarus temporibus Appii et deinceps aliquamdiu libertinos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. *Isid.* 9. *Orig.* 4. 47. Libertorum filii apud antiquos libertini appellabantur, quasi de libertis nati. — Hæc tamen significatio, a *Sueton.* et *Isid.* tantum tradita, nullo prorsus auctore confirmatur: *Suetonius* vero fortasse deceptus est verbis *Livii* 9. 46. App. Claudius in censura senatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat. Quamquam *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 34. App. Claudius Cæcus in censura libertinos quoque in senatum legit. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

Libertina, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est quæ aliquo pacto se ex servitute in libertatem vindicavit, *libertina*, ἀπελευθερικά. *Plaut. Mil. glor.* 2. 1. 189. Ingenuamne, an libertinam? *Id. ibid.* 4. 1. 16. Ut ad te ab libertina esse auderem internuncius? *Horat.* 1. *Sat.* 2. 48. Merx tutior libertinarum. *Sueton. Vitell.* 2. Amore libertinarum perinfamis. — Interdum cum nomine proprio jungitur *Horat.* 1. *Od.* 33. 14. Grata detinuit (*me*) compede Myrtale Libertina. *et Epod.* 14. 15. me libertina — Phryne macerat.

Homonym. In quo *libertinus* et *libertina* a *liberto* et *liberta* differant, *V.* supra *Libertinus* sub *b.*

LĪBERTĪNUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

LĪBERTUS, i, m. 2. (liber). Fem. **LIBERTA** *V.* loco suo. — Libertus

I.) Proprie est e servitute in libertatem vindicatus; et refertur ad patronum, ut in voce præced. sub *Libertinus b.* dictum est, *servo facto libero*, ἀπελεύθερος. — a) Sæpissime et proprie refertur ad patronum. *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 47. Tibi servire mavelim multo, quam alii libertus esse. *Id. Curc.* 4. 3. 15. Nec mihi quidem libertus ullus est. *Ter. Andr.* 1. 1. 10. Fedi, e servo ut esses libertus mihi. *Cic.* 13. *Fam.* 23. Tota Cossinii domus me diligit, in primisque libertus ejus *L.* Cossinius Anchialus, homo et patrono et patroni necessariis, quo in numero ego sum, probatissimus. *Quintil.* 10. 7. 31. Ciceronis libertus Tiro. *Id.* 6. 3. 81. Claudii Cæsaris libertus. *Cic. Mil.* 33. 90. Servos nostros libertos suos fecit. *Cic.* 13. *Fam.* 21. Commendo tibi — G. Avianum Hammonium libertum ejus. *Id. Sext.* 35. 76. In comitio jacuit, sequc servorum et libertorum corporibus obtexit. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 122. Filius, aut etiam hæc libertus ut ebibat heres. *Quintil.* 7. 7. 9. Patrono in libertum manus injectio sit: liberti heredem sequantur. *Id.* 11. 1. 66. Eadem pro libertis adversus patronos observantia. *Ulp. Dig.* 1. 12. 1. § 10. Quum patronus contemni se a liberto dixerit, vel contumeliosum sibi libertum queratur, vel convicium se ab eo passum, liberosque suos vel uxorem, vel quid huic simile objicit, præfectus Urbi adiri solet, et pro modo querelæ corrigere eum, aut comminari, aut fustibus castigare, aut ulterius procedere in pœna ejus solet: nam et puniendi plerumque sunt liberti. Certe si se delatum a liberto, vel conspirasse eum contra se cum inimicis doceat, etiam metalli pœna in eum statui debet. *Id. ibid.* 47. 10. 7. Meminisse oportebit, liberto adversus patronum non quidem sem-

per, verum interdum injuriarum dari judicium, si atrox sit injuria, quam passus sit, si sæva, puta, si servilis: ceterum levem coercitionem utique patrono adversus libertum dabimus; nec patietur eum prætor querentem, quasi injuriam passus sit, nisi atrocitas eum moverit; nec enim ferre prætor debet, heri servum, hodie liberum, conquerentem, quod dominus ei convicium dixerit. — Quænam fuerint liberti propria, colligitur ex *Tertull. Resurr. carn.* 57. Oro te, si famulum tuum libertate mutaveris; quia eadem caro atque anima permanebunt, quæ flagellis et compedibus et stigmatibus obnoxiæ retro fuerant, idcircone illa eadem pati oportebit? non opinor. Atqui et vestis albæ nitore, et aurei annuli honore, et patroni nomine, ac tribu mensaque honoratur. Cf. *Inscript.* apud *Orell.* 3750. — In vet. lapidibus *liberti libertorum* sæpe nominantur, qui nempe ab aliquo libertatem consecuto a servitute liberati fuissent; vel in iisdem bis *L* h. e. *libertus* dicitur, ut nempe primi domini libertus a secundario, ut ita dicam, liberto distingueretur, cujus rei exempla plura suppeditant *Fabrett.* ad *Inscript.* p. 7. *n.* XLIV. et *Marin. Frat. Arv.* p. 565. et seq. *Inscript.* apud *Gruter.* 378. 1. VOLO, VT LIBERTI MEI, ITEM LIBERTORVM MEORVM LIBERTARVMQVE LIBERTI, QVOS HONOR SEVIRATVS CONTIGERIT etc. *Alia* paucis ab hinc annis Patavii reperta, quæque ibidem exstat in *Mus. lapid.* C. PETILLIVS C. L. ANTEROS SIBI ET PETILLIAE C. L. STAPHI L. TESTAMENTO FIERI IVSSIT. Hic *Petillia Staphis* dicitur primo *caji liberta*, deinde iterum *Liberta*; quia nempe non Caji Petillii, cujus Anteros libertus fuerat, sed ipsius Anterotis liberta erat. *Alia* apud *Marin. Frat. Arv.* p. 631. M. ANTONIVS PANEROTIS AVGVSTI *Liberti Libertus* AMETHYSTVS. — Liberti mulierum prænomen usurparunt non ab ipsis, quia rarissime eo usas novimus, sed ab earum patre, si ingenuæ, vel ab earumdem patrono, si libertæ erant. Hinc *Inscript.* Patavina apud *Fabrett.* p. 436. *n.* 28. T. LIVIVS LIVIAE T. F. QVARTAE L. HALYS. *Alia* apud *eumd. ibid. n.* 30. APVLEIA ZOSIME SEX. LIB. SEX. APVLEIO LIB. MEO THEMISTOCLETI. — Liberti municipiorum, coloniarum et collegiorum plerumque nomen gentilicium ex ipsis municipiis, coloniis, et collegiis sibi adsciscebant. Hinc *Inscript.* Amiternensis apud *Marin. Frat. Arv.* p. 214. M. AMITERNIVS MVNICIPVM L. IVCVNDVS. *Alia* Pisaurensis apud *Fabrett.* p. 435. *n.* 17. P. PISAVRIVS COL. LIB. ACHILLAS. *Alia* apud *eumd.* p. 434. *n.* 13. FABRICIVS CENTONIVS COLLEGIORVM LIB. CHRESIMVS. *h. e.* libertus collegiorum fabrum et centonariorum. — Aliquando tamen hujusmodi liberti *Publicii* vel *Publicii* nominabantur. Unde *Inscript.* Vicetina, quæ mendosa apud *Gruter.* 455. 3. et *Murat.* 734. 3., ita vero legitur adhuc Vicetiæ exstans: P. PUBLICIO M. V. L. VALENTI etc. *h. e.* municipii Vicetini liberto. *Alia* Virunensis apud *Murat.* 2052. 2. C. PVBLICIVS VIRVNENSIVM LIB. ASIATICVS. — *b*) Interdum *libertus* pro *libertinus* ponitur, nulla ratione habita patroni. *Cod. Just.* 6. 7. De libertis et eorum liberis. Quod idem caput in *Justin. Institut.* 1. 5. et *Cod. Justin.* 10. 56. De libertinis inscribitur.

II.) Translate libertus alicujus is dicitur, qui eidem nulla cogente necessitate indigne obsecundat. *Vellej.* 2. 73. 1. Sex. Pompejus Magni filius, libertorum suorum libertus servorumque servus.

LIBESCIT, ebat, impers. idem ac libet. *Libescit* etiam usurpatum olim fuisse videtur, etenim legitur *qualibescit* in *Not. Tir. p.* 35. Hæc cl. *Furlanetto.* At *Not. Tir.* quacumque carent auctoritate.

LĪBET *vel* lĭbet, lĭbebat, lĭbĭt *vel* lĭbĭtum est (quæ una præteriti forma apud *Cicer.* occurrit), lĭbere, impers. 2. — *Lubet* pro *libet*, et *lubido, lubentia* etc. priscorum sunt, ut et *Priscian.* monet 1. *p.* 553. *Putsch.* et apud Comicos præcipue frequentia. — *Libiens* pro *libens* legitur in *Inscript.* apud *Biag. Misc. Gr. Lat. p.* 161., ut *doliens* pro *dolens*. — *Caper* apud *Priscian.* 11. *p.* 922. testatur, in usu veterum *libeo, es*, personale fuisse; sic *pigeo, tædeo, pudeo* et alia id genus. Vestigium, ut ita dicam, verbi *libeo* reliquum est in pronomine *quilibet*, h. e. quicumque amat vel cupit. Confer et Germanicum *lieben*, h. e. amare. — Part. *Libens* et *Libitus* in fin. — Libet (quod ratione habita etymi conjungi potest cum nom. λίψ, λιβός et cum verbo λίπτω) est idem ac placet, δοκεῖ, ἀρέσκει, φίλον ἐστί (It. *piace, aggrada, talenta*; Fr. *il plaît, il fait plaisir, on trouve bon*; Hisp. *plegue, nos gusta*; Germ. *es beliebt, gefällt, ist gefällig*; Angl. *it pleases, it is agreable*). Occurrit — *a*) Cum Nominativo communi id (*quod*) et — Dativo personæ. *Plaut. Most.* 1. 3. 138. PHIL. Mea Philematium, potare tecum collibitum est mihi. PH. Lubet et edepol mihi tecum: nam quod tibi lubet, idem mihi lubet. *Id. Amph.* 1. 1. 17. Quodcumque homini accidit libere, posse retur. *venirgli in capriccio. Ter. Adelph.* 5. 9. 34. Facite, quod vobis lubet. *Id. Phorm.* 5. 7. 77. Ubi peregre, tibi quod lubitum fuit, feceris. *Cic.* 2. *Orat.* 4. 16. Sin tibi id minus libebit, non te urgebo. *Id.* 14. *Att.* 19. *a med.* Cui facile persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non libere. *Id. Quinct.* 30. 94. Sin et poterit Nævius id quod libet et ei libebit quod non licet, quid agendum est? — In plurali num. occurrit tantum apud *Sueton. Cæs.* 20. Cetera item, quæ cuique libuissent, dilargitus est. — Omisso Dativo personæ, qui facile subintelligitur. *Plaut. Epid.* 5. 2. 31. Age nunc jam ex me exquire: rogita quod lubet. *Ter Heaut.* 4. 1. 30. Nihil vident, nisi quod lubet. Adde *eumd. ibid.* 3. 1. 55. et *Phorm.* 5. 7. 88. Sic *Cic. Senect.* 12. 42. Quæ (*senectus*) efficeret, et id non liberet, quod non oporteret. — *b*) Cum Infinito et — Dativo personæ. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 158. Concedere aliquantisper mihi intro hinc lubet. Adde *eumd. ibid.* 4. 5. 3. Sic *Ter. Andr.* 5. 5. 2. At mihi nunc sic esse hoc verum lubet. *Cic. Senect.* 23. 84. Non libet mihi deplorare vitam, quod multi fecerunt. *Id.* 2. *Att.* 7. Quarum (*orationum*) alteram non libebat mihi scribere. *Id.* 2. *Orat.* 85. 348. De quo genere libitum est mihi paullo plura, quam ostenderam, dicere. *Id.* 2. *Legg.* 27. 69. Quoniam libitum est vobis me ad hæc impellere. — Similiter *Ter. Andr.* 1. 5. 28. Quæ meo cumque animo lubitum est facere. — Omisso Dativo personæ. *Ennius* apud *Gell.* 19. 10. Quum illuc ventum est, ire illuc lubet. *Plaut. Merc.* 1. 2. 19. Lubet scire ex hoc me, ut sim certior. *Ter. Andr.* 4. 5. 21. Ipsam despoliare non lubet. Similiter *Id. Adelph.* 5. 1. 4. Prodeambulare huc libitum est. *Cic. Amic.* 12. 41. De C. Gracchi tribunatu, quid exspectem, non libet augurari. *Id.* 2. *Att.* 18. Sed de republica non libet plura scribere. *Id.* 1. *de republ.* 17. Qui in foro, quicum colloqui libeat, non habeant. *Quintil.* 1. 12. 12. Inchoare hæc studia vel non vacabit, vel non libebit. — *c*) Absolute — Cum Dativo personæ. *Plaut. Most.* 5. 2. 10. Ego ibo pro te, si tibi non libet. Similiter *Id. Asin.* 1. 1. 97. Ubicumque libitum erit animo meo. — Omisso Dativo. *Plaut. Pers.* 5. 2. 13. Adi, si libet. *Ter. Andr.* 1. 3. 8. Aut, si libitum fuerit, causam ceperit. *Cic.* 5. *Tusc.* 15. 45. Adde etiam, si libet, pernicitatem et velocitatem. — *Ut lubet*, formula est assentientis, permittentis, concedentis. *Ter. Heaut.* 4. 4. 16. Atqui jam dabitur. BA. Ut lubet: num ego insto? *come ti piace.* Adde *eumd. ibid.* 4. 5. 32. et alibi. — *Plaut. Cas.* 1. 11. Quid in urbe reptas, villice? OL. Lubet. *Id. Bacch.* 5. 2. 79. PH. Rogitas etiam? NI. Libet, et metuo. *Id. Pseud.* 1. 3. 114. CA. Cur id ausus facere? BA. Lubuit, mea fuit. Adde *eumd. Epid.* 5. 2. 33. — Hinc Part. præs.

Libens vel *lubens, entis*, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Libentior* II. et Sup. *Libentissimus* I. *b.*: est autem volens, alacris, animo libenti; cui *invitus* opponitur, ἑκών, *chi fa con piacere, con voglia, di buon cuore.*

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Plaut. Epid.* 1. 5. 108. Studeo hercle audire, nam ted ausculto lubens. *Id. Asin.* 3. 3. 25. PH. Complectere. AR. Facio lubens. *Ter. Adelph.* 5. 6. 7. Tibi ob eam rem, si quid usus venerit, lubens bene faxim. *Id. Eun.* 3. 5. 43. Ego vero illud feci, ac lubens. Sic *Id. Andr.* 2. 1. *in fin.* Fugin' hinc? BYR. Ego vero ac lubens. *si che fuggo e di buona voglia.* Adde *eumd. Heaut.* 4. 5. 15. *Cic. Mil.* 14. 38. Quum totius Italiæ concursus facti illius gloriam libens agnovisset. *Tac.* 4. *Ann.* 12. Populus habitum dolentum, simulationis magis, quam libens induebat. — *b*) Speciatim et sæpius occurrit Ablativus abs. *me, te* etc., *animo libente* vel *libenti*, ut apud *Plaut. Men.* 2. 1. *extr.* Cape atque serva: me lubente feceris. Adde *eumd. Amph.* 2. 2. 218. Sic *Cic.* 10. *Att.* 4. *a med.* Si vera sunt, ignosces: si falsa, me libente eripies hunc errorem. *Id.* 2. *Orat.* 73. 295. Me vero libente, inquit Antonius, dixerit. *et* 1. *de republ.* 2. Libente me vero, ut etc. *Id.* 1. *Att.* 14. Res nostræ, quæ tam libenti senatu laudabantur. *Id. Harusp. resp.* 5. 11. Non modo patienti, sed etiam libenti animo parebo. *Id.* 2. *Att.* 4. Cum Musis nos delectabimus animo æquo, immo vero etiam gaudenti ac libenti. *Id.* 4. *ibid.* 2. 5. Illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus. *Id.* 13. *Fam.* 65. Consecutus es, ut libentissimis Græcis, nutu, quod velis, consequare. Sic *Plaut. Pseud.* 5. 2. 22. Lubentissimo corde atque animo. et *Cic.* 2. *Verr.* 9. 25. Fecit animo libentissimo populus Romanus, ut etc. — *c*) Item speciatim, *libens* vel *lubens merito*, formula solventis vota et gratias diis agentis. *Plaut. Pers.* 2. 3. 1. Jovi opulento, inclito *etc.* lubens meritoque vitulor. Hinc notæ illæ in vet. *Inscriptt.* votivis, passim apud *Gruter., Reines., Gud.* et *Murat.* monum. diis dedicator. V. S. L. M., h. e. *votum solvit libens merito*: quæ expressæ habentur apud *Gruter.* 19. 3. et apud *Gud. p.* 51. *n.* 3. et 6. et *p.* 61. *n.* 2. *V. Damnatus* in fin. v. DAMNO. — To *libens* vel *lubens* aliquando refertur ad votum, et cum eo concordat. Sic enim expresse habetur apud *Gruter.* 36. 1. SOLI SANCTISSIMO SACRVM. TI. CLAVDIVS FELIX ET CLAVDIA HELPIS VOTVM SOLVERVNT LIBENS MERITO. *et* 41. 7. P. CORNELIVS TROPHIMVS ET LANIA CONIVX EIVS VOTVM LIBENS SOLVERVNT. Sic 63. 2. CN. CORNELIVS CHARITO, A. TIMINIVS IANVARIVS SILVANO LIBENS ANIMO DON. DEDER. — Contra ad solventem refertur in aliis quamplurimis: v. gr. in his apud *eumd.* 46. 10. QVOD PROFICISCENTES EXPEDITIONIBVS SACRIS VOVERANT, REGRESSI CVM COMMANIPVLIS LIBENTES VOTVM SOLVERVNT. *et* 49. 1. L. CORNELIVS L. F. PAL. TERENTIANVS ET LEMNIVS LIBERTVS MERITO LIBENTES FECERVNT. — Reperiuntur etiam alio ordine inscriptæ: ut apud *eumd.* 88. 5. A. L. V. S. *h. e.* animo libenti (*vel* libens) votum solvit. *et* 93. 2. V. L. A. S., *h. e.* votum libens (*vel* libenti) animo solvit. *et* 94. 8. V. L. S., *h. e.* votum libens solvit. *et* 97. 6. V. S. A. L. P., *h. e.* voto suscepto (*vel* votum susceptum) animo libens (*vel* libenti) posuit. et apud *Fabrett. p.* 690. *n.* 111. VOTVM SOLVIT LAETVS LIBENS. Sic *Plaut. Trin.* 4. 1. 1. Jovis fratri lætus lubens gratias ago. Apud *Gruter.* 87. 6. 7. 8. V. S. L. L. M., *h. e.* votum solvit lætus libens merito. — In *alia* apud *eumd.* habetur expressis verbis 1066. 3. VOTO SOLENNI LIBERO MVNERE.

II.) Translate ponitur pro hilaro, læto, *allegro, lieto, di buona voglia. Plaut. Asin.* 2. 1. 1. Ubi ego nunc Libanum requiram, aut familiarem filium, uti ego illos lubentiores faciam, quam Lubentia est? Maximam prædam et triumphum eis affero adventu meo. *Id. Pers.* 5. 1. 8. Ego omnes hilaros, lubentes, lætificantes faciam. *Ter. Adelph.* 4. 7. 37. Hilarum ac lubentem fac te in gnati nuptiis. *mostrati allegro e di buona voglia.* — Hinc etiam

Lĭbĭtus, a, um, particip. præter. qui placuit, cujus libido et cupido fuit, *venuto in piacere, in capriccio. Tertull. Idolol.* 4. *a med.* Omnes vani, qui faciunt (*numina*) libita sibi, quæ illis non proderunt. — Unde

Lĭbĭta, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt quæ lubent, quæ placuerunt, quorum libido et cupido fuit, *voglia, capriccio, piacere. Tac.* 6. *Ann.* 1. Vim, raptus suaque ipsi libita, velut in captos, exercebant. *Id.* 12. *ibid.* 6. Vidisse ipsos, arripi conjuges ad libita Cæsarum. Sic *Id.* 14. *ibid.* 2. Ad libita Pallantis.

LĪBĬDĬNĪTAS *vel* lubidinitas, ātis, f. 3. (libet) libido. *Laberius* apud *Non. p.* 491. 5. *Merc.* Lubidinitate labitur.

LĪBĬDĬNOR *vel* lubidinor, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (libet). Part. *Libidinantes.* — Libidinari est libidini indulgere, libidine agi. *Martial.* 7. 67. Quum libidinantur. *Sueton. Ner.* 28. Neronem libidinatum inceste — affirmant. *Tertull. advers. Gnost.* 3. Abeunt libidinatum ad filias Moab. *Vet. Poeta* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 628. *Burmann.*

Expellas animo nimis, rogamus, *Mores* illicite libidinantes.

LĪBĪDĬNŌSĒ *vel* lubidinose, adverb. (libidinosus). Comp. *Libidinosius.* — Libidinose est secundum animi libidinem, cupide, intemperanter, nimis appetenter, licenter, *appassionatamente, intemperantemente, sfrenatamente,* ἀκολάστως, ἀσελγῶς. *Sall. Cat.* 51. Ubi paullatim licentia crevit, juxta bonos et malos lubidinose interfriunt. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 12. 38. Quæ ille libidinose, quæ nefarie, quæ crudeliter fecerit. *Id.* 1. *Off.* 4. 14. Cavetque in omnibus et opinionibus et factis, ne quid libidinose aut faciat, aut cogitet. *Id.* 2. *de republ.* 37. Libidinose omni imperio et acerbe et avare populo præfuerunt. *Liv.* 3. 36. *ad fin.* Abstinebatur a patribus: in humiliores libidinose crudeliterque consulebatur. *Tertull. Monog.* 16. *in fin.* Libidinosius sævire.

LĪBĪDĬNŌSUS *vel* lubidinosus, a, um, adject. (libido). Comp. *Libidinosior* et Sup. *Libidinosissimus* 1. — Libidinosus ¶ 1. Apud Classicos Auctores in malam partem occurrit, et est intemperans, cupidus, secundum animi libidinem, voluptatis causa factus: sive illa Venerea sit, sive alterius generis, ἀσελγὴς ἀκόλαστος (It. *appassionato, sfrenato, fatto a capriccio della passione, per impeto o voglia del piacere*; Fr. *capricieux, voluptueux, licencieux, incontinent, libidineux*; Hisp. *caprichoso, licencioso, disoluto*; Germ. *leidenschaftlich, ausschweifend, unzüchtig, zügellos, voll Begierde, Gelüste*; Angl. *wilful, wanton, lustful, libidinous, sensual*). Occurrit — *a*) De hominibus. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 491. 16. *Merc.* sive 2. *de republ.* 41. Cupido autem expetenti et libidinoso et volutabundo in voluptatibus. *Id.* 4. *Verr.* 78. 192. Homo flagitiosissimus, libidinosissimus nequissimusque. *Id. Cœl.* 6. 13. Cum libidinosis luxuriose vivere. *Id. Pis.* 27. 66. Scitote, nihil isto esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius. *luxuriosus* nimis est in effundendo, *libidinosus* in appetendo. *Nepos Alcib.* 1. Luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans repericbatur. *Quintil.* 6. 3. 64. Libidinosior es, quam ullus spado. — Et de brutis animantibus. *Horat. Epod.* 10. 23. Libidinosus caper. — *b*) De rebus physicis et de abstractis. *Colum.* 10. *R. R. præfat.* § 2. Quum nostra ætas dapibus libidinosis pretia constituerit, cœnæque non naturalibus desideriis, sed censibus æstimentur. *delicate, squisite, di lusso.* At *Schneider.* legit *libidinosa pretia,* quod præstat. *Cic. Pis.* 38. 87. Quid ego rerum capitalium quæstiones, rerum pactiones, acerbissimas damnationes, libidinosissimas liberationes proferam? *Id. Dom.* 2. 4. Quos ab inconstantia gravitas, a libidinosa sententia certum et definitum jus religionum, vetustas exemplorum deterret. *Seneca Consol. ad Marc.* 10. *sub fin.* Fortuna, ut varia et libidinosa, mancipiorumque suorum negligens domina, et pœnis et muneribus errabit. *Arnob.* 4. 18. Libidinosa fictio. *finzione capricciosa.* Rursus *Cic.* 1. *Fin.* 18. 59. Animi morbi sunt cupiditates immensæ et inanes divitiarum, gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum. *Id. Senect.* 9. 29. Libidinosa et intemperans adolescentia effetum corpus tradit senectuti. — *c*) De oratione est tantum illud, quod *Forcellinus* translate accepit, *Quintil.* 5. 12. 20. Quapropter eloquentiam, licet hanc (ut sentio enim, dicam) libidinosam resupina voluptate auditoria probent, nullam esse existimabo, quæ ne minimum quidem in se indicium masculini et incorrupti ostendet. *effeminata.* ¶ 2. In bonam partem est vehementer cupidus, qua significatione occurrit tantum apud *Tertull. Apolog.* 48. et *Virg. veland.* 13. Libidinosus eloquentiæ et gloriæ.

LĪBĪDO *vel* lubido, Inis, f. 3. (a *libet*: unde *Fulgent.* 2. *Mythol.* 4. Libido libet momentaliter, fugit perenniter.) cupiditas, voluntas, impetus animi quippiam appetentis; et fere sine ratione, ἐπιθυμία (It. *cupidigia, desiderio ardente, voglia, prurito*; Fr. *envie, désir, penchant, inclination*; Hisp. *antojo, appetencia, deseo, inclinacion*; Germ. *die Lust, Begierde, das Verlangen*; Angl. *will, inclination, fancy, humour, caprice, desire, passion, lust, cupidity*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cato R. R.* 156. Ubi lubido veniet nauseæ. Sic *Gell.* 19. 4. Libido urinæ lacessit. *voglia di pisciare.* Et pro pruritu *Seren. Sammon.* 6. 87. Pruritus autem salsos levat humor aceti, Sive maris rapidi sudor, cochleæque mixtæ, Quarum contactu perimetur acerba libido. Ceterum *Plin.* 30. *Hist. nat.* 2. 5. (14). *de Nerone.* Quippe non citharæ tragicique cantus libido illi major fuit. *non ebbe desiderio più ardente e perciò maggior diletto.* Similiter *Plaut. Pers.* 5. 2. 26. Hunc irridere lenonem lubido est. *Sall. Jug.* 84. Tanta libido cum Mario eundi plerosque invaserat. *et ibid.* 86. Ipse interea milites scribere, non more majorum, neque ex classibus, sed uti cujusque libido erat. Ceterum *Lucret.* 4. 780. Quæritur in primis, quare, quod cuique libido Venerit, extemplo mens cogitet ejus id ipsum. *Cic.* 4. *Tusc.* 6. 11. Ex bonis libidinem et lætitiam, ut sit lætitia præsentium, libido futurorum: ex malis metum et ægritudinem nasci censent, metum futuris, ægritudinem præsentibus. *et* 3. *ibid.* 5. 11. Iracundia libidinis est pars; sic enim definitur iracundia, ulciscendi libido. *Id.* 3. *Fin.* 9. 32. Timere, mœrere, in libidine esse, peccatum est, etiam sine effectu. — Hinc et in bonam partem. *Sall. Cat.* 7. Juventus magis in decoris armis et militaribus equis, quam in scortis atque conviviis, lubidinem habebat. *mettea il suo studio.* Sic *Pseudo-Sall. in fin. orat.* 2. *ad Cæs.* Si tibi bona lubido fuerit patriæ, parentibus gratificandi. ¶ 2. Speciatim est impetus animi quod libet vehementer appetentis, arbitrium, petulantia, atque adeo effrenata dominandi tyrannorum more cupiditas, *capriccio, talento, arbitrio, agire dispotico e puramente arbitrario. Cic.* 9. *Fam.* 16. *ante med.* Nec præstari quidquam potest, quale futurum sit, quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. *Id.* 2. *Invent.* 45. 132. Ex ea ratione, quæ in mentem, aut in libidinem venerit, rem administrare. *Sall. Cat.* 8. Fortuna res cunctas ex lubidine magis, quam ex vero celebrat obscuratque. *Tac.* 4. *Ann.* 46. Ne regibus quidem parere, nisi ex libidine, soliti. *se non quando ne fosse loro venuto voglia.* et *Liv.* 25. 21. Instruitur acies ad libidinem militum forte procurrentium: deinde per libidinem, aut metum deserentium locum. *Cic.* 1. *Fin.* 6. 19. Fingere aliquid ad libidinem. *Id. Fontej.* 12. 26. Equites populi Romani minis commotos rem ad illorum libidinem judicasse. *a piacer loro.* et *Rosc. Am.* 49. 141. Idcircone experrecta nobilitas armis atque ferro rempublicam recuperavit, ut ad libidinem suam liberti servulique nobilium bona vexare possent? *a loro capriccio, a loro voglia.* et 3. *Legg.* 15. 34. Suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus. *Crassus* apud *Cic.* 3. *Orat.* 1. 4. Spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit. ¶ 3. Item speciatim, sæpe ad voluptates corporis Venereas refertur, *libidine, lussuria*; et usurpatur de hominibus et de brutis animantibus. *Cic.* 1. *Off.* 17. 58. et 2. *Nat. D.* 51. 128.; *Sall. Cat.* 28.; *Colum.* 8. *R. R.* 11. 6.; *Sueton. Aug.* 69. et *Galb.* 22.; necnon *Horat., Plin. Petron., Tac.* etc. tum in singulari num., tum in plurali.

II.) Translate, abstractum pro concreto, uti sunt, *libidines* absolute dicuntur lascivæ imagines, quæ in tabulis, vel in poculis pingebantur, aut sculpebantur, quales fuisse dicuntur, quæ Philænidis, aut Elephantidis schemata obscœna repræsentabant. *Plin.* 33. *Hist. nat. præfat.* (5). In poculis libidines cælare juvit, et per obscœnitates bibere. *V.* DRILOPOTA. *Id.* 35. *ibid.* 10. 36. (72). Parrhasius pinxit et minoribus tabellis libidines, eo genere petulantis joci se reficiens. Huc etiam spectare videtur locus *Cic.* 3. *Legg.* 13. 31. Quis enim ferret istos, quum videret eorum villas signis et tabulis refertas, partim publicis, partim etiam sacris et religiosis? Quis non frangeret eorum libidines, nisi illi ipsi, qui eas frangere deberent, cupiditatis ejusdem tenerentur?

LĪBĪTĪNA, æ, f. 1. dea, in cujus templo vendebantur et locabantur ea, quæ ad sepulturam pertinebant. *V.* plura in ONOM. Hinc translate ¶ 1. Metonymice ponitur pro morte. *Horat.* 3. *Od.* 30. 6. multaque pars mei Vitabit Libitinam. *Id.* 2. *Sat.* 6. 19. Auctumnusque gravis, Libitinæ quæstus acerbæ. *Phædr.* 4. 19. *in fin.* Libitina ne quid de tuo faciat lucri. *Juvenal.* 12. 122. si Libitinam evaserit æger. ¶ 2. Significat et feretrum, seu pyram, in qua mortui collocantur. *Ascon.* in *argum. Milonianæ.* Fasces ex lecto libitinæ raptos attulit ad domum Scipionis. *Martial.* 10. 97. Dum levis arsura struitur libitina papyro. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 3. 11. (45). Arma vero et libitina totusque unius diei apparatus erat e succino. *h. e.* fectus, quo in arena mortui gladiatores statim efferebantur. ¶ 3. Denique pro sepeliendi arte, seu vendendi ea, quæ ad sepulturam pertinent. *Val. Max.* 5. 2. *n.* 10. Qui tunc libitinam exercebant, tum rerum suarum usum, tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt. In *Tab. æn.* apud *Mazoch.* p. 415. et 420. Præconium, dissignationem, libitinam facere.

LĪBĪTĪNĀRĬUS, ii, m. 2. κτεριστής, ἐνταφιαστής, qui locat, aut vendit ea, quæ ad pompam funebrem sunt necessaria, vel qui curam habet sepeliendorum hominum: a Libitina dea, in cujus æde asservabantur ea, quæ ad instructionem funebris pompæ erant necessaria. Honestior erat libitinarii conditio, quam pollinctoris. Nam pollinctor servus erat libitinarii; hic pollinctoribus præerat. Igitur cum libitinario transigi solebat de sumptibus, quos funeri impendi oporteret. Hic deinde pollinctorum, præficarum, vespillonum opera administrabat, quæcumque ad justa ac parentationem pertinerent. *Seneca* 6. *Benef.* 38. An tu Arruntium et Aterium et ceteros, qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quæ designatores et libitinarios, vota? *Ulp. Dig.* 14. 3. 5. § 8. Si libitinarius, quos Græce νεκροδαπτας vocant, servum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliaverit, danda in eum quasi institoria actio.

LĪBĬTA, ōrum, n. plur. 2. *et*

LĪBĪTUS, a, um, particip. *V.* LIBET in fin.

LĪBĪTUS, us, m. 4. (libet) quod libet, *voglia, capriccio. Alcim.* 3. 142. Et curvata caput libitus assuescc viriles.

LĪBO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Libans* I. 2. 1.°; *Libatus* in omnibus paragr.; *Libandus* I. 2. 1.° et II. — Libare, quod ratione etymi conjungendum cum λείβω ejusdem significationis, item cum λάφυρα, λαφύσσω et ἀπολαύω, est rei alcujus particulam carpere, decerpere, excerpere, atque adeo degustare, lambere, *toglier via da una cosa una particella, gustare, assaggiare.*

I.) Proprie. ¶ 1. Ratione habita ejus tantum qui libat, — 1.°) Quum sibi libat, est carpere ad degustandum. *Calpurn.* 6. *Ecl.* 51. pullus equi, qui gramina, matre relicta, Nunc primum teneris libavit dentibus. — 2.°) Hinc est etiam gustare, degustare, *gustare, assaggiare. Liv.* 25. 16. Ad exta, sacrificio perpetrato, angues duo ex occulto allapsi, edère jecur, conspectique repente ex oculis abierunt. — Quum sacrificium instauraretur —, iterum ac tertium venisse tradunt, libatoque jocinore intactos angues ablisse. *Ovid.* 1. *Amor.* 4. 33. Si tibi forte dabit, quos delibaverit ipse, Rejice libatos illius ore cibos. *Virg.* 3. *Æn.* 354. Aulai in medio libabant pocula Bacchi. *Id.* 4. *G.* 54. *de apib.* et flumina libant Summa leves. *Id.* 5. *Ecl.* 26. nulla neque amnem Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam. — 3.°) Hinc Poetice est leviter attingere, *toccare leggermente. Ovid.* 1. *Art. am.* 577. Libare cibos digitis. *Id.* 10. *Met.* 653. summam celeri pede libat arenam. *Petron. Satyr.* 136. Necdum libaverat cellulæ limen. *Virg.* 1. *Æn.* 256. Oscula libavit natæ. *h. e.* summis labris sumpsit. *Seneca Phœniss.* 174. timida (*dextra*) tum parvo caput Libavit haustu. ¶ 2. Quum quis libat aliis, est spargere, fundere. — 1.°) Habet autem locum præcipue in sacris, in quibus *libare* est partem vini alteriusve liquoris, in aram, vel in aerem, vel in mare fundere, ut significetur, totum illud deo sacrum esse, cujus prima portio in ejus honorem funditur. *Virg.* 5. *Æn.* 77. duo rite mero libans carchesia Baccho. *et* 1. *ibid.* 740. In mensam laticum libavit honorem, Primaque libato summo tenus attigit ore. *et* 12. *ibid.* 174. Dant fruges manibus salsas, et tempora ferro Summa notant pecudum, paterisque altaria libant. *h. e.* pateras altaribus, hypallage. *Val. Flacc.* 1. 666. Hac (*patera*) libat latices, et talibus infit. *Ovid.* 3. *Met.* 27. jubet ire ministros, Et petere e vivis libandas fontibus undas. — 2.°) Hinc poetice pro fundere, simpliciter. *Val. Flacc.* 4. 15. arcano redolentem nectare rorem Detulit, ieque vagi libavit tempora nati. — 3.°) Et sæpius pro sacrificare. *Cic.* 2. *Legg.* 8. 19. Certasque fruges certasque baccas sacerdotes publice libanto. *Liv.* 39. 43. Libare dijs dapes. *Tibull.* 1. 11. 21. libare uvam. *Id.* 1. 1.

17. Et quodcumque mihi pomum novus educat annus, Libatum agricolæ ponitur ante deo. *Ovid.* 8. *Met.* 274. libare frugem Cereri. *Id.* 4. *Pont.* 8. 39. tura dlis de acerra. *Id.* 1. *Fast.* 389. exta canum Triviæ. *et ibid.* 588. ovis viscera flammis. *Id.* 5. *ibid.* 637. Falcifero libata seni duo corpora, gentes Mittite. *Gell.* 12. 8. Quum solemni die Jovi libaretur. *Capell.* 9. *p.* 313. Ni per illas (*puellas*) nefas in terris sanctis libare numinibus, certe litare penitus abnegatum. V. *Plauti loc. cit.* in LITO. — Et translate. *Propert.* 4. 6. 8. libare carmina aris. *Ovid.* 1. *Pont.* 9. 41. Jure igitur Celso lacrimas libamus adempto. ¶ 3. Quoniam qui libat sive sibi, sive aliis, decerpendo rem imminuit, *libare* occurrit etiam pro imminuere, atque adeo absumere. *Lucret.* 5. 261. Ergo terra tibi libatur, et aucta recrescit. *et ibid.* 569. Illa ipsa intervalla nihil de corpore libant. *Alii leg.* limant. *Propert.* 4. 5. 57. ne quid cras libet ab ore dies. *h. e.* ætas de forma detrahat. Alii tamen aliter leg. *Ovid. Heroid.* 2. 115. et 16. 159. Libata virginitas. *Liv.* 21. 29. *ad fin.* Libatæ vires.

II.) Translate est decerpere, excerpere, *torre, prendere,* ad rem *Varro* apud *Non. p.* 27. 24. *Merc.* Quam (*ceram*) apes Milesiæ coegerint ex omnibus floribus libantes. *Cic.* 2. *Invent.* 2. 4. Ex variis ingeniis excellentissima quæque libavimus. *Id.* 5. *Tusc.* 29. 82. Libasque ex omnibus quodcumque te maxime specie veritatis movet. *Id.* 4. *Herenn.* 3. 5. Vide, ne impudenter facias, qui nomini tuo velis ex aliorum laboribus libare laudem. *Id.* 1. *Orat.* 34. 159. Libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos. *Id.* 2. *Divinat.* 11. 26. Ex divinitate animos omnes haustos, aut acceptos, aut libatos habemus. *Id.* 1. *Orat.* 50. 218. Est boni oratoris multa legendo percurrisse, neque ea, ut sua possedisse, sed, ut aliena, libasse.

LĪBŎNŌTUS *vel* Libonotos, i, m. 2. *V.* AUSTROAFRICUS.

LĪBRA, æ, *f.* 1. λίτρα, σταζμός, ζυγός (It. *libra*; Fr. *livre*; Hisp. *libra, peso*; Germ. *d. Pfund*; Angl. *a pound, twelve ounces*).

I.) Proprie. ¶ 1. Libra est pondus duodecim unciarum. Est a Siculis, qui obolum dixere λίτραν. Æquivalet assi, et inter minora pondera maximum est, inter majora minimum. Fuit autem libra Romana aliquanto major, quam mina Attica. *Varro* 5. *L. L.* 169. *Müll.* As erat libra (*al.* libræ) pondus. *Liv.* 4. 20. Coronam auream libræ pondo Jovi donum posuit. *Al. leg.* libram pondo. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 56. (88). Libra radicis in vini congio decocta. *Id.* 9. *ibid.* 17. 30. (64). Mulli binas libras ponderis raro exsuperant. *et ibid.* 15. 17. (44). Thynnus pinguescens ad mille aliquando libras. — Libræ partes eædem sunt atque assis. *V.* AS I. ¶ 2. Erat etiam libra mensuræ genus constans duodecim partibus æquallbus, quas similiter uncias vocabant: quo sensu a nonnullis translate accipitur, scilicet metaphorâ ductâ a paragr. proxime superiori. *Sueton. Cæs.* 38. Frumenti denos modios, et totidem olei libras. — Erat autem libra hæc, teste *Gal. l.* 1. *de composit. med. per gen. c.* 17. et *l.* 6. *c.* 8., mensura cornea, qua oleum admetiebatur, intersecta lineis quibusdam dividentibus ipsam in duodecim partes. Corneis autem mensuris oleum apud Romanos vendi consuevisse, ostendit etiam *Horat.* 2. *Sat.* 2. 61. ¶ 3. Est item instrumentum, quo res ponderantur, habens duas lances, ex quarum depressione, vel elevatione justum rei pondus deprehenditur. Unde etiam bilancem vocant, *bilancia.* Statera vero instrumentum est, quo res sine lancibus, vel unica lance ponderantur, *stadera. Cic.* 5. *Tusc.* 17. 51. Quo in loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai: qui, quum in alteram libræ lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa; tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram et maria deprimat. Cf. *eund.* 5. *Fin.* 30. 91. Virtutis amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. et *Pers.* 4. 10. Scis etenim justum gemina suspendere lance Ancipitis libræ. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 50. (98). Surculo super bina ova imposito, ac ferruminato alvi glutino, subdita cervice medio, æqua utrimque libra deportant alio. — *Facere aliquid per æs et libram, V.* MANCIPIUM.

II.) Translate, metaphorâ ductâ a superiori paragr. 3. ¶ 1. Poetice ponitur pro examine, disquisitione. *Claudian.* 1. *Laud. Stilich.* 75. animi cunctantis libra. *Cf.* locum *Persii* allatum sub I. 3. ¶ 2. Ponitur et pro instrumento fabrili, seu potius geometrica machina, qua exploramus altitudinem maris, fontium, lacuum, vel fluviorum, num scilicet altiora sint eo loco, quo ea ducere constituimus, quæ et *libella* appellatur. Quamquam etiam non raro libræ vocabulum usurpamus pro ipsa altitudine, quam machina hujusmodi deprehendimus. Unde lacum dicimus esse pari libra cum mari, id est æquali altitudine, *a livello.* Item fontem dicimus esse infra libram montis, cujus scaturigo monte est inferior. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 4. Sin autem locus, ubi vivarium constituere censemus, pari libra cum æquore maris est, in pedes novem defodiatur piscina. *et mox.* Modus aquæ jacentis infra libram maris. *Cæs.* 3. *B. C.* 40. Alteram navem pluribus aggressus navibus, in quibus ad libram fecerat turres. *h. e.* pari libra hinc et hinc, ne navis inclinet. *Al. exponunt* æqualis altitudinis. *Inscript.* apud *Henzen.* 6428. SIVE QVOD ALIVT OPVS EIVS AQVAE DVCENDAE REFICIVNDAE CAVSA SVPRA INFRAVE LIBRAM FACTVM EST etc. ¶ 3. Ponitur quoque pro libramento. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 36. 65. (161). Contra flatus quoque pervicax libra Bononiensibus calamis. *h. e.* pondus æquilibratum. ¶ 4. Est et *Libra* cæleste signum, constans ex octo stellis, quod Cæsaris ætate octavo, hodie decimo tertio Cal. Octobris, sole ipsum ingrediente, æquinoctium facit auctumnale. *Virg.* 1. *G.* 208. Libra die somnique pares ubi fecerit horas. Aliqui dicunt, Libram esse imaginem Astrææ filiæ Astræi et Auroræ, vel Jovis et Themidos, ut alii malunt, quæ a gentibus dea justitiæ antistita habita est. *V.* ASTRÆA in ONOM. Porro veterum nonnulli hoc signum non agnovere; ejus enim spatium a Scorpii chelis occupari faciebant: et Cæsaris demum ætate, qui vetus Kalendarium reformavit, videtur *Libra* locum occupasse chelarum Scorpionis, quæ et jugum appellatur (*V.* JUGUM) ob similitudinem. Hanc ita describit *Manil.* 4. 545. Sed quum auctumnales cœperunt surgere Chelæ, Felix æquato genitus sub pondere Libræ Judex extremæ sistet vitæque necisque, Imponetque jugum terris, legesque rogabit. *Virg.* 1. *G.* 33. Qua locus Erigonen inter Chelasque sequentes. *et Ovid.* 2. *Met.* 195. Est locus, in geminos ubi brachia contrahit ardens Scorpios, et cauda flexisque utrimque lacertis Porrigit in spatium signorum membra duorum. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 18. *a med.* Libram, id est Scorpii chelas, oriri videmus. *Servius* ad *loc. Virg. cit.* Ægyptii duodecim esse asserunt signa: Chaldæi vero undecim; nam Scorpium et Libram unum signum accipiunt. Chelæ enim Scorpii Libram faciunt. ¶ 5. Est etiam vocabulum, quo significabatur mensura, seu pars quædam agri, in Gallia Narbonensi. *Hygin. de limit.* p. 210. *Goes.* In provincia Narbonensi varia sunt vocabula (*agrorum*): alii appellant libram, alii parallelam, in Hispania centurias.

LĪBRĀLIS, e, adject. (libra) qui est unius libræ, *d'una libra,* λιτραῖος. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 7.; et *Pallad.* 4. *R. R.* 12. *a med.* Libralesque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas in gulam demittito. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 2. 11. (34). Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. *Veget.* 2. *Milit.* 23. Libralia saxa. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 315. *in fin.* edente *Ald.* Massa libralis.

LĪBRĀMEN, ĭnis, n. 3. (libro) libramentum, vis librandi et ejaculandi.

I.) Proprie. *Liv.* 42. 65. Huic spiculo ad libramen pinnæ tres, veluti sagittis solent, circumdabantur.

II.) Translate. *Claud. Mamert.* 3. *Stat. anim.* 13. *init.* Adhibito judicii libramine.

LĪBRĀMENTUM, i, n. 2. (libro) quidquid grave pondus alicui rei addit, pondus.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim, in bellicis tormentis libramenta sunt pondera, quæ ballistis illigantur, ut majore impetu ac facilius missilia jacere possint. *Tac.* 3. *Hist.* 23. Nisi vincla ac libramenta tormentorum abscidissent. *contrappesi.* Hinc simpliciter pro pondere, seu magno pondere usurpavit *Liv.* 38. 5. In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut saxorum, stipitesque robustos incutiebant. Ubi tamen advertc, ideo pondera illa dici *libramenta,* quia tollenonibus dejiciebantur. Sic *Id.* 42. 63. Arietem admotum, libramento plumbi gravatum, ad terram urgebant. ¶ 2. Speciatim in aquæductibus libramentum aquæ est collatio altitudinis loci, unde deducitur, cum altitudine loci, quo ducitur, ut aqua commode vel ascendere, ubi opus sit, vel descendere possit. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 31. (57). Libramentum aquæ in centenos pedes sicilici minimum erit. *h. e.* descensus, seu declivitas aquæ, quæ deducenda est. *il livello dell' acqua. Vitruv.* 8. 7. Si canalibus (*fiat deductio*), structura fiat quam solidissima, solumque rivi libramenta habeat fastigiata. *h. e.* positiones, non quidem æquas, sed initio quidem sublimes, in fine declives. *Plin.* 4. *Ep.* 30. *sub fin.* de aqua in parvo quodam fonte crescente et decrescente: An nescio quod (*inquit*) libramentum abditum et cæcum, quod quum exinanitum est, suscitat et elicit fontem, quum repletum, moratur et strangulat? *h. e.* cavea quædam naturalis ad librandam ipsius fontis aquam, ita ut hæc per ipsam facile defluere et emergere possit. Alter *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 65. (173). *de ranis coaxantib.* Inferiore labro demisso ad libramentum modicæ aquæ receptæ in fauces, palpitante ibi lingua, ululatus elicitur. *h. e.* ad libram modicæ aquæ demerso labro.

II.) Translate. ¶ 1. Libramentum dicitur superficies omnino æqualis, *superficie orizzontale. Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 36. 116. Punctum esse, quod magnitudinem nullam habeat: extremitatem et quasi libramentum, in quo nulla omnino crassitudo sit: lineamentum longitudinem latitudine carentem. *h. l.* extremitas mathematica, h. e. superficies, *quasi libramentum* dicitur ob summam æqualitatem. ¶ 2. Ponitur etiam pro æquamento, *uguagliamento, equilibrio,* ἰσορροπία. *Colum.* 1. *R. R.* 5. 8. Temperatum libramentum ventorum hiemalium et æstivorum. *Seneca* 3. *Benef.* 6. *a med. de eclipsi solari.* Modo excludit (*luna*) totius solis aspectum, si recto libramento inter solem terrasque media successit. *a perpendicolo.*

LĪBRĀRĬA, æ, *f.* 1. a *liber, bri, V. Librarius* primo loco in fin.

LĪBRĀRĬA, æ, *f.* 1. a *libra, V.* LIBRARIUS secundo loco.

LĪBRĀRĬŎLUM, i, n. 2. *deminut. a* librarium, parrum librarium, *piccolo archivio, piccola libreria. Cic.* 4. *Legg.* 2. 7. Habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis. *Ita recentiores*: qui tamen omnes fatentur, posse hanc vocem ad sequentem commode referri, ut sine ulla dubitatione *Forcellinus* retulerat.

LĪBRĀRĬŎLUS, i, m. 2. *deminut. a* librarius, *copista, amanuense. Cic.* 4. *Att.* 4. 6. Etiam velim, mihi mittas de tuis librariolis duos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus. *Id. Balb.* 6. 14. Quod librarioli denique scire profiteantur. *V.* et voc. præced.

LĪBRĀRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

LĪBRĀRĬUS, a, um, adject. (liber, bri) ad libros pertinens, *da libri, γραφικός. Varro* 3. *R. R.* 2. 14. Scriba librarius, libertus ejus qui apparuit Varroni. Cf. *Inscript.* apud *Gruter.* 594. 3. SEXTIA XANTHA SCRIB. LIBRARIA. *Horat. Art. P.* 354. Ut scriptor si peccat idem librarius usque. *Cic.* 5. *Phil.* 9. 21. Libraria taberna. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 7. 28. (52). Atramentum librarium ex diluto ejus temperatum litteras a musculis tuetur. — Hinc

Librarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est qui libros manu sua describit, pretio ad id conductus. Nam qui eos vendit, Græco potius nomine *bibliopola,* βιβλιοπώλης dicitur (*V.* tamen infra § 2.), *copista, scrivano,* βιβλιογράφος. *Hieronym. Ep.* 8. Rudes illi Italiæ homines, quos cascos Ennius appellat, qui sibi ritu ferino victum quærebant, ante chartæ et membranarum usum aut in dedolatis e ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuo epistolarum alloquia missitabant; unde et portitores earum tabellarios, et scriptores a libris arborum librarios vocavere. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 5. 13. Concurrunt jussu meo plures uno tempore librarii: descriptam legem ad me afferunt. *Cic. fil. ad Tiron.* 16. *Fam.* 21. *sub fin.* Peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Græcus. Multum enim mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis. *Liv.* 38. 55. Malim librarii mendum, quam mendacium scriptoris esse. *Cic.* 2. *Phil.* 4. 8. Litteræ sunt librarii manu. *In-*

script. apud *Gruter.* 563. 1. LIBRARIVS LEGIONIS. *h. e.* qui ejus milites et rationes perscribit. *Veget.* 2. *Milit.* 7. Librarii ab eo, quod in libros referant actiones ad milites pertinentes. Sic in *Inscript.* apud *Reines. cl.* 8. *n.* 44. LIBRARIVS MANIPVLARIS. *h. e.* qui sui manipuli rationes scribit et conficit. *Aurel. Arcad. Dig.* 50. 6. 6. Librarii quoque, qui docere possunt (*maestri di scrivere*) et horreorum librarii et librarii depositorum et librarii caducorum. *quadernieri.* — Legitur et *scriba librarius* apud *Varron. loc. cit.* init. et in *Inscript.* apud *Gruter.* 585. 2., 3., 4., 5., et videtur idem esse ac *librarius* simpliciter. Sic *scriptor librarius* habetur apud *Horat. loc. cit.* init. *Festus* quoque p. 333. 19. *Müll.* scribas cum librariis confundit. Est tamen ubi distinguuntur. In senatusconsulto apud *Frontin. Aquæd.* 100. Curatores aquarum lictores binos, et servos publicos ternos, architectos singulos et scribas et librarios habere. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 13. 32. Decemviros ornat apparitoribus, scribis, librariis, præconibus, architectis. His locis *librarii* sunt scribis subjecti, iisque in publicis rebus conscribendis operam suam præbent: ita ut *scriba* sit, quem Itali nunc *cancelliere*; *librarius* vero, quem iidem *scrivano* vel *scritturale* appellant. — De librariorum ignorantia, V. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 5. et præcipue *Senec. Ep.* 90. — De librariis vero generatim, V. *Jahn.* in *Annal. dell' Instit. archeol. an.* 10. *p.* 243. et *B. Borgheri Dipl. mil. di Decio* p. 64. ¶ 2. Interdum *librarius* est etiam qui libris negotiatur, *librajo*, βιβλιοπώλης (*V.* paragr. præced. init.). *Seneca* 7. *Benef.* 6. Libros dicimus esse Ciceronis: eosdem Dorus librarius suos vocat: et utrumque verum est. Alter illos, tamquam auctor, sibi; alter, tamquam emptor, asserit. Adde *Gell.* 5. 4. et 18. 4. — De loco *Juvenal.* 9. 109. *V.* vocem seq. in fin.

Libraria, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est mulier, quæ libros scribit, versat et custodit. *Capell.* 1. *p.* 17. Clotho vero, Lachesis Atroposque, quoniam sententias Jovis orthographiæ studio veritatis excipiunt, utpote librariæ Superum archivique custodes. V. *A. Maium* ad *Class. Auct. T.* 1. *p.* LVIII. ¶ 2. Est etiam taberna, in qua libri prostant, *libreria*, βιβλιοπωλεῖον. *Gell.* 5. 4. Apud Sigillaria forte, in libraria ego et Julius Paulus poeta, vir memoria nostra doctissimus, consederamus. Adde *eumd.* 13. 30.

Librarium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est locus seu cista, ubi domi asservantur scripta privata, *luogo dove si tengono le scritture, archivio*, βιβλιοθήκη. *Cic. Mil.* 12. 33. Exhibe, quæso, S. Clodi, librarium illud legum vestrarum. *Alii minus recte leg.* libellarium. *Ammian.* 29. 2. Libraria omnia exurerent.

LIBRĀRĬUS, a, um, adject. (libra) ad libram pertinens, d'*una libbra*, libralis. *Cato R. R.* 21. *a med.* Insuper foramen librarium ferreum (*lege* ferrum) digitos sex latum indito, pertusum utrumque (*lege* utrimque) serus, qua clavus eat. *sul foro porrai un ferro del peso d'una libra, largo sei oita. Vitruv.* 8. 7. *sub fin.* Cæmentum de silice frangatur, ne gravius, quam librarium. *Colum.* 12. *R. R.* 53. 4. Caro in libraria frusta conciditur. *Gell.* 20. 1. *a med.* Librariis assibus in ea tempestate populus usus est. — Hinc

Libraria, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est ancilla, quæ præficitur partiendis pensis, eadem ac lanipendia, ut habet *Vet. Scholiast.* ad illud *Juvenal.* 6. 475. si nocte maritus Aversus jacuit. periit libraria, ponunt Cosmetæ tunicas. Hoc eodem sensu librariam intelligit in aliquot *Inscriptionib. Fabrettus p.* 214. *n.* 542., 544., 545. etc.

Librarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, in illo *Juvenal.* 9. 109. Et quæ finxerunt librarius, archimagiri etc., ut quidam putant, ponitur pro eo, qui præficitur partiendis pensis: cujusmodi officium in *Libraria* paullo supra posuimus.

LIBRĀTĒ, adverb. (libro) translate tantum occurrit, et est re ponderata et perspecta, *pesatamente. Servius* ad *Virg.* 2. *Æn.* 713. Et librate Æneas et Cereris templum et vetustum elegit.

LIBRĀTIO, ōnis, f. 3. (libro) ¶ 1. Est actus librandi, seu ad libellam exigendi, *il mettere a livello*. ὁ τῆς ἴσης, ταλάντωσις. *Vitruv.* 8. 6. *a med.* Qui Archimedis libros legit, dicet, non posse fieri veram ex aqua librationem, quod ei placet, aquam non esse libratam, sed sphæroides habere schema. *Minut. Fel. Octav.* 17. *circa med.* Cælum ipsum vide, quam late tenditur, quam rapide volvitur: jam scies, quam sit in eo sumni moderatoris mira et divina libratio. ¶ 2. Item est æquamentum, *uguagliamento. Vitruv.* 6. 1. Terminatio orientis et occidentis circa terræ librationem, qua dividitur pars superior et inferior mundi, habere videtur libratam naturali modo circuitionem, quam etiam mathematici horizonta dicunt. ¶ 3. Est etiam eadem ac jaculatio. *Diomed.* 3. *p.* 473. *Putsch.* Idcirco ex brevi et longa pedem hunc (*iambum*) esse compositum, quod ii qui jaculentur, ex brevi accessu in extensum passum proferuntur, ut promptiore nisu telis (*forte legend.* teli) ictum confirment. Auctor hujus librationis Arctinus Græcus his versibus perhibetur etc.

LIBRĀTOR, ōris, m. 3. (libro) qui librat, et ¶ 1. Præcipue qui in deducendis aquis expendit altitudinem fontium, quanto scilicet altiores sint eo loco, quo eas ducere constituimus. *Plin.* 10. *Ep.* 50. Superest, ut tu libratorem, vel architectum mittas, qui diligenter exploret, sit ne lacus altior mari. — *Libratores* erant inter ministros curatoris aquarum, et in aquæductuum curatione iis inserviebant, v. gr. in metiendis calicibus, ut est apud *Frontin. Aquæd.* 105. Procurator calicem ejus moduli, qui fuerit impetratus, adhibitis libratoribus, signari cogitet *etc.*; ne sit in arbitrio libratorum, interdum majoris luminis, interdum minoris, pro gratia personarum, calicem probare. — Legitur hæc vox etiam apud *Caton. R. R.* 22. Trapetum hoc modo accommodare oportet: librator uti statuatur pariter. Gallus interpretatur: *que le bassin soit bien de niveau.* Itaque *librator* est, qui trapeti partes recte concinnat et librat. ¶ 2. Item qui tormentis torquet et jacit, *lanciatore. Tac.* 2. *Ann.* 20. Funditores libratoresque fundere tela et proturbare hostem jubet. Adde *eumd.* 13. *ibid.* 39. Utroque autem loco al. leg. *libritores*, ut *librilis* dicitur pro *libralis.* et *Inscript.* Lambæsitana apud *Henzen.* 7420. a ββ D. M. S. LOLLIVS VICTOR LIBRATOR LEG. III. AVG. STIPENDIOR. XI. ANN. XXXIII. MIAT. F. F. CAR. Cf. *Inscript.* apud *Orell.* 3493. ubi pro *libratoris* male legitur *liberatoris*; et V. *Kellermann. Vig. Rom. laterc.* p. 55. *n.* 127.

LIBRĀTŪRA, æ, f. 1. (libro) æquatio superficiei. *Veget.* 3. *Veterin.* 22. Catastaltico medicamento librabitur cutis consumis.

LĪBRĀTUS, a, um. *V.* LIBRO.

LĪBRĪGER, gĕri, m. 2. qui librum gerit. *Paulin. Nolan. ep.* 28. (*al.* 9.) *n.* 4. Postulasti per eumdem librigerum, ut etc.

LĪBRĪLE, is, n. 3. *V.* LIBRILIS.

LĪBRĪLIA. *V.* LIBRILLA.

LĪBRĪLIS, e, adject. (libra) libralis. *Cæs.* 7. *B. G.* 81. Nostri fundis librilibus subibusque ac glandibus Gallos perterrent. *h. e.* quæ libralia saxa jaciebant. *V.* voc. seq. — Hinc

Librile, is, n. 3. absolute, substantivorum more, est scapus libræ, ut docet *Paul. Diac. p.* 116. 4. *Müll.*, hoc est transversa illa linea, ex qua lances dependent; et accipitur etiam pro ipsa libra. *Gell.* 1. 1. *a med.* Ut talionem in eo vel ad amussim æquipararent, vel in librili perpenderent.

LĪBRILLA appellantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem in modum flagellorum loris revincta. Hæc *Paul. Diac. p.* 116. 5. *Müll.* Non *librilla*, sed *librilia* legendum monent critici, *Forcellino* et *Müllero* probantibus.

LĪBRĪPENS, pendis, m. 3. (libra *et* pendo)

1.) Proprie. ¶ 1. Generatim libripens erat, qui ante argentum signatum, quum Romani adhuc ære gravi uterentur, pecuniam pendebant, ζυγοστάτης. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (42. et 43.). Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. Libralis (unde etiam nunc libella dicitur et dupondius) appendebatur assis. Quare æris gravis pœna dicta, et adhuc expensa in rationibus dicuntur, item impendia et dependere; quin et militum stipendia hoc est stipis pondera, dispensatores, libripendes. qua consuetudine in iis emptionibus, quæ mancipi sunt, etiamnum libra interponitur. Hæc *Plinius.* ¶ 2. Speciatim in mancipationibus et in testamentis utebantur opera libripendis, hoc est ejus qui libram æneam tenebat. V. *Caji* locum *Dig.* 1. 119. in v. MANCIPIUM; et cf. *Plinii* verba allata in paragr. præced. ¶ 3. Libripendes etiam magistratus quidam fuisse videntur in municipiis et colonis, quorum munus esset monetam ad trutinam revocare, vel ponderibus publicis præesse. *V.* PONDERARIUM. *Inscript.* Notæ reperta apud *Gruter.* 1115. 1. T. VEDIVS T. F. T. VITORIVS CN. F. II. VIRI LIBRIPENDES EX Decreto Decurionum.

II.) Translate. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 6. *circa med.* Ut fieret proprietas jam boni in homine, de institutione adscripta est illi, quasi libripens emancipati a Deo boni, libertas et potestas arbitrii.

LIBRĪTOR. *V.* LIBRATOR 2.

LĪBRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (libra). Part. *Librans* I. 3. et 4.; *Libratus* I. 1., 2., 3., 4. et in fin. — Librare est ad libram exigere.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est ad libram exigere, *livellare, mettere a livello*: unde *librare aquam* est ejus altitudinem explorare, et deducere ad libram ejus loci, quo ducenda est. *Vitruv.* 8. 6. Libratur autem aqua dioptris, aut libris aquariis, aut chorobate. *et ibid. non multo post.* Aquam non esse libratam, sed sphæroides habere schema. *V.* ibi librandi rationem. ¶ 2. Hinc, a librandi scil. effectu, ponitur etiam pro complanare, æquare, *uguagliare. Cato R. R.* 18. *a med.* Pavimenta ad hunc modum facito: ubi libraveris, de glarea et calce arenato primum corium facito. *Cic.* 5. *Tusc.* 24. 69. Quibus terra librata ponderibus, quibus cavernis maria sustineat. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (90). Columnarum turbines in officina lita librati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur. *Inscript.* apud *Henzen.* 7366. *C. Titius* hoc MONVMENTVM *sibei et* LEIBRIS SOVEIS (*h. e.* liberis suis) *extruxit* ET LEIBRAVIT *et expolivit.* Hunc lapidem exscripsit et restituit *Mommsen. Inscr. Neap.* 299. *Lucan.* 9. 528. cum cardine summo Stat librata dies, truncum vix protegit arbor. *h. e.* quum meridie sol rectis radiis terram ferit: quod fit sub tropicis et æquinoctiali circulo. Eo igitur tempore lux solis, quasi ad libram, recta delabitur. ¶ 3. Hinc etiam est sustinere, suspendere, *sospendere, equilibrare, contrappesare*; quemadmodum in libra suspenduntur, quæ ponderantur; aut quoniam ponderibus æquanda sunt ea, quæ suspendere vel sustinere volumus. *Ovid.* 3. *Fast.* 585. Vela cadunt primo, et dubia librantur ab aura. *h. e.* non intenduntur, sed suspensa antennis laxe agitantur. *Sil. It.* 17. 274. *de navi naufraga.* Et fluctus supra, vento librante, pependit. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 5. 4. (10). Aeris vi suspensam librari medio spatio tellurem. *Id.* 19. *ibid.* 5. 24. (70). *de cucurbitis.* Mire tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. *Gell.* 5. 3. Acervum illum et quasi orbem cudicum, brevi vinculo comprehensum, ratione quadam quasi geometrica librari continerique animadvertit. Rursus *Plin.* 2. *Hist. nat.* 5. 4. (11). Terram universi cardine stare pendentem, librantem per quæ pendeat. *h. e.* sustinentem circum se fusa corpora, per quæ ipsa vicissim sustinetur, hoc est aquam et aerem. ¶ 4. Vi causativi, significat etiam vibrare, jaculari, et quasi libra, id est directo jaciendo emittere: vel quia quæ jaculari volumus, prius ad nos adducimus et retranimus et in æquilibrio quodammodo constituimus, ut emissa citius ferantur, *tirare, lanciare, vibrare.* — *a)* Generatim. *Virg.* 9. *Æn.* 417. summa telum librabat ab aure. *et* 10. *ibid.* 479. ferro præfixum robur acuto In Patlanta diu librans jacit. *et* 5. *ibid.* 478. durosque reducta Libravit dextra media inter cornua cæstus. *Ovid.* 7. *Met.* 787. Ad jaculi vertebar opem, quod dextera librat Dum mea, dum digitos amentis indere tento, Lumina defleti etc. *Lucan.* 3. 433. raptam librare bipennem Ausus, et aeriam ferro proscindere quercum. *Seneca Agam.* 900. Sic huc et illuc impiam librat manum. Cf. *Quintil. declam.* 1. 10. Sic ergo libravit manum cæcus, ut ipsam protinus feriret animam. Poetice *Stat.* 2. *Achill.* 419. librare vulnera. — *b)* Speciatim *librata* dicuntur, quæ, dum moventur jaciunturque, certo et æquabili cursu, atque adeo multa vi et impetu feruntur. *Liv.* 38. 29. Librata (*glans*)

quum sederit. *Tac.* 2. *Hist.* 22. Ingerunt desuper Othoniani pila, librato magis et certo ictu, adversus temere subeuntes. *V.* et *Libratus* in fin. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 2. 2. (5). *de elephantis.* Plenis homine triclinüis accubitum iere per lectos, ita libratis vestigiis, ne quis potantium attingeretur. *Id.* 37. *ibid.* 6. 22. (83). Opalis falsis contra radios libratis, unus atque idem translucet colos. *h. e.* certa ratione motis et versatis. *Sil. It.* 15. 429. per nubes aquila librata volatu. — *c) Librare se* dicuntur volucres, quum expansis utrimque alis, quasi libra, tolluntur ad volandum. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 3. 3. (9). Haliætos librans ex alto sese. Sic *Ovid.* 8. *Met.* 201. *de Dædalo.* geminas opifex libravit in alas Ipse suum corpus. *et* 2. *Art. am.* 68. *de eod.* Inque novum timide corpora librat iter. *et* 2. *Amor.* 6. 11. quæ liquido libratis in aere cursus. *Virg.* 4. *G.* 196. *de apib.* sæpe lapillos Tollunt, his sese per inania nubila librant. *si vanno contrappesando nel volare.* Sic *Plin.* 11. *Hist. nat.* 10. 10. (24). *de iisd.* Si cooriatur procella, apprehensi ponduseulo lapilli se librant. — *d) Librare corpus in herba* apud *Ovid.* 1. *Fast.* 429. est paullatim et æquali descensu quasique ad libram demittendo se, decumbere, *coricarsi pian piano.* Simile est illud *Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (115). Incidentis manus libratur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet. *h. e.* temperato ictu leviter demittitur. — *e) Librare iter* est dirigere apud *Senec.* Œdip. 899. Callidus medium senex Dædalus librans iter, Nube sub media stetit.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiore paragr. 2., poetice ponitur pro æquare translate sumpto. *Colum.* 10. *R. R.* 42. Et paribus Titan orbem libraverit horis. *h. e.* æquaverit nocti diem. *Pers.* 1. 85. crimina rasis Librat in antithetis. *h. e.* respondet ille quidem criminibus, sed affectata verborum cura, antitheta congerens paribus incisis, et quasi libra appensis aliisque verborum figuris nimia arte elaboratis. ¶ 2. Apud serioris ævi scriptores ponitur etiam pro mente perpendere, examinare, *pesare, esaminare.* *Stat.* 9. *Theb.* 165. paullum stetit anxius heros, Librabatque metus. *Nazar. Paneg. ad Constantin.* 7. Illa majestas, fandi ac nefandi discriminatrix, quæ omnia meritorum momenta perpendit, librat, examinat. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod.* 8. 4. 26. Si quas cælestes præscriptiones super reddenda militia elicuerit provincialis apparitor, quas non ante præcelsa sedes tua libravit. — Hinc Part. præter. pass., cujus multa sub I. exempla retulimus,

Libratus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Libratior,* quo sensu posuimus (sub I. 4. *b.*) librata dici, quæ, dum moventur jaciunturque, certo et æquabili cursu, atque adeo multa vi et impetu feruntur. *Liv.* 30. 10. *a med.* Pœni vana pleraque tela in superiorem locum mittebant: gravior ac pondere ipso libratior superne ex onerariis ictus erat.

LIBS, Libis, adject. Λίψ, ad Lybiam pertinens, Africus: *V.* ONOM. — Hinc Libs dicitur etiam ventus Africus, *Ponente-Garbino.* *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 46. (119). A meridie Auster, et ab occasu brumali Africus: Notos et Liba nominant. *Auson. Technopægn. de deis* 12. Velivolique maris constrator leuconotus Libs. Cf. *Gell.* 2. 22. *a med.* Africus, qui Græce vocatur Λίψ.

LĪBUM, i, n. 2. (libo). Mascul. genere *libus, i,* usurpatur a *Nigidio* apud *Non. p.* 211. 31. *Merc.* Deinde surgat, faciat libos quatuor, et intra libos duos ad dextra et duos devexos. — Ceterum — *a*) Generatim *libum,* πέλανος, Σῦκον (It. *focaccia;* Fr. *gâteau;* Hisp. *torta hojaldre;* Germ. *d. Kuchen, Fladen;* Angl. *a kind of sweet cake*) est genus cibi, cujus conficiendi rationem sic tradit *Cato R. R.* 75. Libum hoc modo facito. Casei p. n. bene disteras in mortario: ubi bene distriveris, farinæ siliginеæ libram, aut, si voles tenerius esse, selibram similaginis solum eodem indito, permisceto cum caseo bene: ovum unum addito, et una permisceto bene. Inde panem facito: folia (*laurea*) subdito: in foco caldo sub testu coquito leniter. *Ovid.* 3. *Fast.* 670. Fingebat tremula rustica liba manu: Atque ita per populum fumantia mane solebat Dividere. *Martial.* 3. 77. Nec te liba juvant, nec sectæ quadra placentæ. — Etiam ex aliis rebus liba fiebant. *Virg.* 7. *Æn.* 109. Institumtque dapes et adorea liba per herbam Subjiciunt epulis. *Ovid.* 3. *Fast.* 761. liboque infusa calenti Jure repertori candida mella damus. — *b*) Speciatim, liba dicta sunt a *libando,* quia præcipuus eorum usus erat in sacris. *Ennius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 44. *Müll.* Libaque, fictores, Argeos et tutulatos. *Ennii* versum servavit et *Festus* p. 355. 1. *Müll.* Ceterum *Varro loc. cit.* addit. Liba, quod libandi causa fiunt. *Varro* 2. *R. R.* 8. 1. Dum hæc loqueremur, venit libertus, qui dicat, liba absoluta esse et rem divinam paratam: venirent illuc, et ipsi pro se sacrificarentur. *Varro* 5. *L. L.* 106. *Müll.* Libum, quod libaretur, priusquam essent (*h. e.* comederent) coctum. *Al. leg.* priusquam esset coctum. In aliis enim sacris crudum libabatur, in aliis coctum, ut in Matrallibus. *Müllerus* vero legit: Libum, quod ut libaretur, priusquam essetur (*h. e.* ederetur), erat coctum. Adde *Ovid. loc. cit.* 735.; *Virg.* 7. *Ecl.* 33. et 3. *G.* 394.; *Horat.* 1. *Ep.* 10. 10.; *Tibull.* 1. 8. 54. etc. Sic *Ovid.* 3. *Trist.* 14. 17. Libaque dem proprie genitale notantia tempus. et *Juvenal.* 16. 38. Aut sacrum effodit medio de limite saxum. Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo. Hinc *quinquagesima liba* dixit *Martial.* 10. 24. quæ quinquagesimo suæ ætatis anno, natali die, sacra faciens obtulerat. — *Ovid. loc. cit.* 733. a Libero Patre liba et libamina dicta esse putat, quia illi primum fieri et offerri cœpta. *V.* LIBAMEN.

LĪBURNA *et*

LIBURNĪCA, æ, f. 1. subaudi *navis* (a Liburnus, a, um, et Liburnicus, a, um, adject. ad Liburnos et Liburniam pertinens, quæ *V.* in ONOM.) est genus navigii velocioris, variæ magnitudinis. Nam minima unum habebat remorum ordinem: paullo major binos: idoneæ mensuræ ternos, vel quaternos, interdum quinos, ut *Veget.* 5. *Milit.* 7. docet, de suis loquens temporibus. Nam primo biremis fuit, ut ex *Lucano* colligitur mox asserendo: porro ex *Lucian. Amor.* 6. et e *Scholiast. Gr.* ad *eumd. loc. cit.* apparet, Liburnas Græce δίκροτα fuisse appellatas; quod quidem cum loc. cit. *Lucani* apprime convenit. *V.* et Liburnæ formam in *Bullettin. archeol. an.* 1841. *p.* 189. Dicta est a Liburnis populis Illyrici: quorum auxiliis quum usus fuisset Augustus bello Actiaco contra Antonium et Cleopatram; et experimento didicisset, eorum naves ceteris aptiores esse, classem Romanam ad illarum exemplum restituit et ipse et ceteri deinceps imperatores. *Veget. ibid.* Sunt tamen qui et ante Augustum Liburnarum usum fuisse Romanis putant (It. *galéa, galeotta, brigantino;* Fr. *navire léger;* Hisp. *galeota, brigantin;* Germ. *e. schnell segelndes Fahrzeng, e. Brigantine;* Angl. *galley, pinnace, brigantine*). Occurrit — *a*) Forma *liburna* apud *Horat. Epod.* 1. 1. Ibis liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula. *Id.* 1. *Od.* 37. 30. Sævis liburnis scilicet invidens etc. Adde *Cæs.* 3. *B. C.* 9. Sic *Tac. Germ.* 9. Signum ipsum in modum liburnæ figuratum, docet, advectam religionem. *Lucan.* 3. 534. Ordine contentæ gemino crevisse liburnæ. *Sil. It.* 13. 240. Quanta est vis agili per cærula summa liburnæ. — *b*) Forma *liburnica* apud *Sueton. Aug.* 17. Tempestate conflictatus, parte liburnicarum demersa. *Id. Cal.* 37. Fabricavit et de cedris (*alii rectius leg.* deceres, h. e. δεκήρεις) liburnicas, gemmatis puppibus, versicoloribus velis. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 23. 32. (63). Olores, liburnicarum more, rostrato impetu feruntur, facilius ita findentes aera, quam si recta fronte impellerent.

LIBUS, i, m. 2. *V.* LIBUM init.

LIBYSTĪCUM, i, *V. Ligusticum* in v. LIGUSTICUS.

LĪCENS, entis, particip. *V.* LICET.

LĪCENTER, adverb. (licet). Comp. *Licentius.* — Licenter est cum licentia, et sæpissime in malam partem usurpatur pro nimis libere, immoderate, ἀδεῶς, ἀνειμένως (It. *con libertà, licenziosamente;* Fr. *librement, d'une manière déréglée, sans frein;* Hisp. *libremente, licenciosamente;* Germ. *willkürlich, nach Belieben, ungebunden, zügellos, frech;* Angl. *licentiously, with too much liberty, too freely, without due restraint*). Occurrit — *a*) Posit. apud *Cic.* 1. *Nat. D.* 39. 109. Vos non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis: tanta est impunitas garriendi. At quam licenter! *Id. Orat.* 23. 77. Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, ut ingredi libere, non licenter videatur errare. *Horat. Art. P.* 265. id circone vager scribamque licenter? et *Quintil.* 1. 8. 6. Græci licenter multa. *Liv.* 26. 10. Id eum tam licenter et otiose facere. — *b*) Comp. apud *Cic. Cæl.* 23. 57. Servos intelligebat non communi conditione servitutis uti, sed licentius, liberius, familiarius cum domino vivere. *Sall. Jug.* 87. Romanos sicuti plerosque, remoto metu, laxius licentiusque futuros. *Id. ibid.* 108. Res communes licentius gerere. *Quintil.* 1. 2. 7. Si quid licentius dixerint. *Id.* 8. 6. 24. Licentius, aut lætius ausi aliquid. *Id.* 12. 10. 50. Petitas vel paullo licentius voluptates. *Tac.* 6. *Ann.* 13. Gravitate annonæ juxta seditionem ventum: multaque in theatro licentius efflagitata, quam solitum, adversum imperatorem. *con maggiore sfacciataggine. Val. Max.* 5. 4. *n.* 3. Excedere omnes jussit cubiculo, quo licentius, remotis arbitris, judicium perageret. *con più libertà.*

LICENTĪA, æ, f. 1. a *licet* formula affirmantis, ut apud *Plaut. Rud.* 4. 6. 21. videre est (*V.* infra sub 1.), est facultas, venia, libertas, qua licet nobis quippiam facere, nullo impediente, ἄνεσις (It. *licenza, permissione, facoltà, libertà;* Fr. *liberté, permission, faculté de faire ce que l'on veut;* Hisp. *libertad, licencia de hacer una cosa, permision;* Germ. d. *Freiheit,* d. *Erlaubniss nach seinem Belieben zu handeln,* d. *Ungebundenheit;* Angl. *licence, liberty, permission, leave*). ¶ 1. Generatim de agendi facultate, venia, libertate, quæ datur vel permittitur. *Plaut. Rud.* 4. 6. 21. HAC. Licet —, licet —, licet. TR. Hercules istum infelicet cum sua licentia. *Cic.* 3. *Off.* 5. 20. Nobis nostra Academia magnam licentiam dat, ut, quodcumque maxime probabile occurrat, id nostro jure liceat defendere. *Id. Senect.* 13. 44. Tantum licentiæ dabat gloria. *Id.* 5. *Verr.* 12. 29. Hac licentia permissa, ut etc. *et* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 10. 30. Libertatem et licentiam alicui largiri. *Id. Mur.* 9. 20. Licentiam concedere. *Phædr.* 3. 7. Si quo abire est animus, est licentia? Non plane est, inquit. Rursus *Cic.* 1. *Off.* 29. 103. Pueris non omnem licentiam ludendi damus. *Tac.* 14. *Ann.* 49. Licentia absolvendi. *et* 1. *ibid.* 26. bene faciendi. *di beneficare.* et *Sueton. Cæs.* 67. Licentiam omnem passim lasciviendi permittebat militibus. *Julian. Dig.* 24. 3. 6. Licentium habet mulier ad alias migrare nuptias. ¶ 2. Speciatim est facultas seu libertas, quam quis sibi sumit, cogitandi vel agendi, arbitrium. — *a*) Universim. *Cic.* 1. *Nat. D.* 38. 107. Ludimur ab Epicuro, homine non tam faceto, quam ad scribendi licentiam libero. *Id. ibid.* 44. 123. Quæ autem istæ imagines vestræ, aut unde? A Democrito omnino hæc licentia. *Sueton. Cæs.* 40. Per intercalandi licentiam. — *b*) Sæpe et eleganter refertur ad orationem, quum sibi indulget orator aut scriptor, et leges aut consuetudinem loquendi excedit. *Cic. Brut.* 91. 316. Dedit operam, ut nimis redundantes nos et superfluentes, juvenili quadam dicendi impunitate et licentia, reprimeret. *Id.* 3. *Orat.* 38. 153. Verba prisca ac vetusta, quæ sunt poetarum licentiæ liberiora, quam nostræ. *Quintil.* 10. 1. 28. Non per omnia poetas esse oratori sequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarum. ¶ 3. Item speciatim, apud Rhetores est figura sententiarum, παρρησία, quum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen aliquid pro jure nostro dicimus, quod eos minime offendat, aut quos hi diligunt, quum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur. *Cic.* 4. *Herenn.* 36. 48. Orationem liberam appellat *Quintil.* 9. 2. 27. ¶ 4. Sæpissime in malam partem sumitur, estque intemperans et immoderata libertas, quam sibi quis arrogat faciendi quidquid libuerit, sine verecundia, aut metu aut legum, aut hominum, *troppa libertà, sfrenatezza.* — *a*) De hominibus. *Phædr.* 1. 2. Athenæ quum florerent æquis legibus, Procax libertas civitatem miscuit, Frenumque solvit pristinum licentia. Cf. *Tac.* 2. *Hist.* 10. Civitas discors et ob crebras principum mutationes inter libertatem ac licentiam incerta. *Ter. Heaut.* 3. 1. 74. Deteriores omnes sumus licentia. *Cic.* 1. *leg. Agr.* 5. 15. Nunc prospicite omnium rerum infinitam atque intolerandam

licentiam. *Id.* 10. *Att.* 4. Qui nisi me civitate expulissent, obtinere se non posse putaverunt licentiam cupiditatum suarum. *Id.* 5. *Verr.* 94. 220. Dare alicui infinitam licentiam pecuniarum eripiendarum. *Id.* 2. *Off.* 8. 28. Nisi multorum impunita scelera tulissemus, numquam ad unum tanta pervenisset licentia. *tanto assoluta podestà.* et 5. *Verr.* 33. 77. Eamdem istius, qui se regem Siculorum esse ducebat, licentiam libidinemque esse cognoscite. *Id. Fontej.* 14. 30. Habere magnam licentiam ad maledicendum. *Id. Amic.* 22. 83. In iis perniciosus est error, qui existimant, libidinum peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. *Id. Mil.* 31. 84. Quem si vicisset, habiturus erat impunitatem et licentiam sempiternam. *Id. Cæl.* 20. 48. Hujus sæculi licentia. *il libertinaggio d'oggidì.* quam *Plin.* 3. *Ep.* 3. vocat licentiam temporum. Sic *Sueton. Gramm.* 11. Licentia Sullani temporis. *Nepos Eumen.* 8. militum. *indisciplinatezza. Tac.* 4. *Hist.* 72. Licentia sævitiaque imbuere militem. *Cic.* 2. *Divinat.* 72. 150. Licentiæ cujusplam resistere. *Id.* 5. *Verr.* 1. 3. Licentiam præcidere. *Horat.* 3. *Od.* 24. 29. indomitam refrenare. *Tac.* 1. *Hist.* 35. coercere. *et* 2. *ibid.* 84. *extr.* habere in aliqua re facienda. *et* 3. *ibid.* 66. in aliquem. *sopra qualcheduno. Petron. Satyr.* 17. Licentia juvenili impulsus. *Capell.* 8. *p.* 271. Licentia nuptialis. *Tac.* 4. *Hist.* 22. Paucis diebus per licentiam absumpta sunt, quæ adversus necessitates in longum suffecissent. — *b*) Raro admodum, figurate tribuitur et rebus inanimis. *Cic.* 4. *Fam.* 9. *in fin.* Magna gladiorum est licentia: sed in externis locis minor etiam ad facinus verecundia. *L'omicidio liberamente domina. Ovid.* 1. *Met.* 309. *de diluvio.* Obruerat tumulos immensa licentia ponti. ¶ 5. Tamquam deam *Licentiam* nominat *Cic.* 2. *Legg.* 17. 42. Omnia tum perditorum civium scelere, discessu meo, religionum jura polluta sunt: vexati nostri Lares familiares: in eorum sedibus exædificatum templum Licentiæ. *Licentia* hic ponitur pro *Libertate*: *V.* LIBERTAS II. 5. in fin. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LICENTĬĀTUS, us, m. 4. (licentia) idem ac licentia. *Laberius* apud *Non. p.* 212. 6. *Merc.* Meo licentiatu.

LICENTĬŌSĒ, adverb. licenter, *licenziosamente. Petron. Satyr.* 140. *ad fin.* Unde plani, unde licentiose viverent? *Alii rectius leg.* levatores. *V.* LEVATOR.

LICENTĬŌSUS, a, um, adject. (licentia). Comp. *Licentiosior* et Sup. *Licentiosissimus.* — Licentiosus est qui nimia utitur licentia, *licenzioso, παρ-ρησιαστής. Quintil.* 1. 6. 23. Nam *ebor* dicere non minus est licentiosum, quam si *sulphuri* et *gutturi* subjicerent o mediam in genitivo. *Arnob.* 4. 32. Aut Ipsos (*poetas*) sibi tantum licentiosi voluisse juris adsciscere, ut confingerent per stultitiam res eas, quæ nec ab insania procul essent remotæ etc. *Apul.* 4. *Met.* Lamentationes licentiosæ. *et* 5. *ibid.* Licentiosa temeritas. *et* 9. *ibid.* fortuna. *Seneca* 6. *Excerpt. controv.* 8. Conversatio cum viris licentiosior. *Augustin.* 2. *contra Pelag.* 7. Libidini licentiosissimum spatium præbere.

LĪCĔO, ces, cŭi, citum, cere, n. 2. est in auctione æstimari: a *licet*, quia licet emere et vendere quæ in auctione æstimata sunt, πλειστηριάζομαι (It. *essere stimato o prezzato nell'incanto, essere in vendita all'incanto*; Fr. *être mis à prix, être à vendre*; Hisp. *estar apreciado, estar en venta*; Germ. *feil sein, zum Verkauf stehen*; Angl. *to be put up or exposed to sale, have a price put upon it, be prized or valued*). A Grammaticis in neutris passivis numeratur. Construitur vel absolute, vel cum communibus casibus. Si Ablativus personæ agentis exprimendus sit, ad verbum *liceor* confugiendum est.

I.) Proprie. *Plaut. Men.* 5. 9. 94. Omnia venibunt, quiqui licebunt, præsenti pecunia. *Cic.* 12. *Att.* 23. *a med.* De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis etc. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 12. Contra, Lævinum, Valeri genus, unde Superbus Tarquinius regno pulsus fuit, unius assis Non umquam pretio pluris licuisse.

II.) Translate est rem venalem æstimare, pretium indicare: et ad venditorem pertinet. *Martial.* 6. 66. Parvo quum pratio diu (*puellam*) liceret. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (88). Percontanti quanti liceret opera effecta, parvum nescio quid dixerat. *quanto stimasse o dimandasse.* Ita *Harduin.* ex MSS. Alii *licitaretur.*

LĪCĔOR, lĭcĕris, lĭcĭtus sum, lĭcēri, dep. 2. Part. *Licens* I. — Liceri (quod videtur esse causativum verbi *liceo*, ita ut liceri sit reddere aliquid sibi venale) est pretium offerre in auctione alicujus rei, *aἰτωνέομαι* (It. *offerire il prezzo nell'incanto*; Fr. *offrir un prix pour, miser*; Hisp. *ofrecer, proponer de dar un precio*; Germ. *auf eine Waare als Käufer bieten*; Angl. *to bid money for, offer a price for*).

I.) Proprie. — *a*) Absolute. *Cic.* 5. *Verr.* 33. 77. Liciti sunt usque eo, quoad efficere posse arbitrabantur. *Id. Cæcin.* 6. 16. Adest ad tabulam; licetur Æbutius; deterrentur emptores multi; fundus addicitur Æbutio. *Id.* 3. *Off.* 15. 61. Non licitatorem venditor, nec qui contra asse liceatur, emptor apponet. *Cæs.* 1. *B. G.* 18. Omnia vectigalia parvo pretio redempta habebat, propterea quod, illo licente, contra liceri audebat nemo. Τὸ *licente* ad hoc verbum pertinet, non ad *liceo. Sueton. Cæs.* 20. Publicanos, ne in locatione novorum vectigalium immoderatius licerentur, propalam monuit. *Id. Cal.* 38. Nec licendi finem factum. *Plin. Paneg.* 29. *in fin.* Annona, de qua inter licentem vendentemque conveniat. *Paul. Dig.* 10. 2. 29. Nisi si objiciatur creditori, quod animose licitus sit. *Curt.* 5. 12. Hominem mercede conductum ad nutum licentium circumferri. *di chi più offerisse.* — Mos erat, ut in auctionibus, qui liceretur in turba et pretium augeret, digitum tolleret. *Cic.* 5. *Verr.* 11. 27. Utrum est æquius, eum qui manu quæsierit, an eum qui digito licitus sit, possidere? Adde *eumd.* 3. *ibid.* 54. 141. — *b*) Cum Accusativo. *Cic.* 12. *Att.* 38. Heredes Scapulæ istos hortos liceri cogitant. *Plin. Paneg.* 50. Illos hortos, illud suburbanum licemur, emimus, implemus. *Pers.* 5. 191. Et centum Græcos curto centusse licetur. Sic *Curt.* 4. 2. 12. Impia enim bella suscipitis, et, quum habeatis arma, licemini hostium capita. V. *Mützell.* ad *h. l.*

II.) Translate. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (41). Tunc avidi matronam oculi licentur. *h. e.* in ebrietate oculi veluti destinant, quo pretio, aut ratione, matronæ amoribus potiantur.

LĪCESSIT. *V.* LICET, cebat, isit.

LĪCET, conjunctio adversativa. *V.* voc. seq. sub II.

LĪCET, lĭcebat, lĭcŭit *vel* lĭcĭtum est, lĭcere, impers. 2. *Licessit* pro *licuerit* est apud *Plaut. Asin.* 3. 3. 13. — Part. *Licens* et *Licitus* in fin.; *Liciturum* I. 2.° *a.* — Ratione habita etymi, *Forcellinus* deducit a δίκη *jus*, δ in *l* abeunte, ut δάκρυμα *lacrima*, Ὀδυσσεύς *Ulysses.* Alii vero putant, *licet* esse a λείπω seu λειπω *linquo* (ut ab ἕπομαι est *sequor*, unde et *sequutus* et *secutus*), ex quo Latinorum prius *lico* activum, deinde intransitivum *liceo* (ut a *pendo* est *pendeo*); ita ut impersonale *licet* idem sit ac linquitur, permittitur: *licet* autem idem fere est ac *liquet*, quemadmodum tum *colliciæ*, tum *deliciæ* scribitur æque ac *colliquiæ* et *deliquiæ*. Ceterum *licet* idem valet ac fas est, honestum est, rectum est, possibile est, conceditur, potestas datur, Θέμις ἐστί, ἔξεστι, ἔνεστι (It. *essere lecito o permesso, potersi*; Fr. *il est permis, il est donné de, on est libre, on a le droit, on peut*; Hisp. *está en poder, está en facultad de*; Germ. *es ist erlaubt, verstattet, zugestanden, steht frei*; Angl. *it is lawful, it is permitted or allowed, one many*).

I.) Proprie occurrit — 1.°) Cum Nominativo rei, quæ per pronomen demonstrativum vel relativum significatur et — *a*) Dativo personæ. *Cic.* 13. *Phil.* 6. 14. Licet autem nemini contra patriam ducere exercitum: si quidem licere id dicimus, quod legibus, quod more majorum institutisque conceditur. Neque enim quod quisque potest, id ei licet, nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur. *Id.* 14. *Att.* 19. Cui facile persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non libere. *Id. Rabir. Post.* 5. 11. Quid deceat vos, non quantum liceat vobis, spectare debetis. Si enim, quid liceat, quæritis; potestis tollere e civitate quem vultis etc. *Id.* 13. *Phil.* 7. 15. Si hominibus tantum licere judicas, quantum possunt: vide, ne etc. — *b*) Omisso Dativo personæ. *Ter. Eun.* 4. 2. 12. Si illud non licet, saltem hoc licebit. *Cic. Quinct.* 30. 94. Sin et poterit Nævius id quod libet, et ei libebit, quod non licet, quid agendum est? *Id. Mil.* 16. 43. Ut eum (*Clodium*) nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret. *Quintil.* 5. 10. 40. Neque idem ubique aut licet, aut decorum est. *Id.* 9. 2. 67. Quod in foro non expedit, illic nec liceat. — *c*) In plurali numero occurrit tantum apud *Senec.* 1. *Clem.* 18. Quum in servum omnia liceant, est aliquid, quod in hominem licere commune jus animantium vetet. — 2.°) Cum Infinito, qui Nominativi vicem gerit, et — *a*) Dativo personæ. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 2. Neque terram injicere, neque cruenta Convestire mihi corpora licuit, Neque etc. *Cic.* 1. *de republ.* 6. Ut tibi id facere liceat. *Id. ibid.* M. Catoni licuit Tusculi se in otio delectare. *Id. Ligar.* 6. 18. Sceleris crimine liceat Cn. Pompejo mortuo, liceat multis aliis carere. *Sulpicius* apud *Cic.* 4. *Fam.* 5. Quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare. *Cic.* 2. *Att.* 1. *ante med.* Nihilo magis ei liciturum esset plebejo rempublicam perdere, quam similibus ejus, me consule, patriciis esset licitum. *Inscript.* apud *Gruter.* 629. VIATORIBVS, PRAECONIBVS, QVI EX HAC LEGE LECTI ERVNT, VICARIVM DARE, SVBDERE IVS ESTO LICETQVE. — *NB.* Aliquando ponitur cum præpos. *per* et Accusativum ejus, a quo licentiam petimus tum hac forma, scilicet cum Infinito, tum aliis, quas subjecimus: ut *Si per te licebit*: id est si permiseris, vel si potero, a te non impeditus. *Non licet mihi per te hinc abire*: id est, tu non vis, seu pateris, me hinc abire. *Licet hoc mihi per leges facere*, vel *non licet per leges facere*: id est, legibus approbantibus, vel improbantibus. *Cic. Flacc.* 29. 71. Cur his per te frui libertate sua, cur denique esse liberis non licet? *Id. Rosc. Am.* 44. 127. Id quod postea, si per vos, judices, licitum erit, aperietur. Similiter *Ter. Adelph.* 1. 2. 28. Dum per ætatem licet. *V.* infra sub 5.° et *Cic.* 1. *Fam.* 8. Si mihi per ejusdem amicitiam licebit. *V.* ibid. et *Plin.* 11. *Hist. nat.* 6. 5. (14). Nullus, quum per cælum licuit, otio perit dies. — *b*) Omisso Dativo personæ. *Plaut. Amph.* 2. 1. 70. Introire in ædes numquam licitum est. *Ter. Hecyr.* 3. 5. 14. Impune optare istuc licet. *Id. Heaut.* 5. 2. 28. Modo liceat vivere. *Id. Hecyr.* 5. 4. 33. Licetne scire ex te? *Cic.* 1. *Off.* 29. 102. Licet ora ipsa cernere iratorum. *Id.* 1. *Divinat.* 41. 91. Licet videre et genera quædam et nationes huic scientiæ deditas. *Id. ibid.* 7. 13. Mirari licet, quæ sint animadversa a medicis herbarum genera. *è degno d'ammirazione.* — *Licet rogare?* formula interrogandi testes in judicio, apud *Cic.* 2. *Orat.* 60. 245. *Licet consulere?* petendi consilium domi a jurisconsultis, apud *eumd. Mur.* 13. 28. *Licet antestari?* citandi quempiam, ut apud judicem testis sit. *V.* ANTESTOR. — Servit et ironiæ. *Ovid.* 2. *Art. am.* 31. Dixerat hæc: sed et hæc et multo plura licebat Dicere: regressus non dabat ille viro. *ma potea ben egli dir questo e molto di più, che non perciò colui gli permettea il ritorno.* — *Licet*, necesse est, oportet, cogor. *Propert.* 2. 13. 71. Nunc licet in triviis sicca requiescere luna. Sic *Id. ibid.* 8. 3. Quam mihi si liceat media pugnare puella. *et ibid.* 31. Scribant de te alii, vel sis ignota, licebit. *V.* infra sub 4.° *b.* — *c*) Cum verbo *licet* Infinitivus usurpari potest etiam passive. *Cic.* 1. *Tusc.* 12. 27. Idque quum multis aliis rebus, tum e pontificio jure et cæremoniis sepulcrorum intelligi licet. Sic *Id.* 1. *de republ.* 38. Intelligi jam licet, nullum fore imperium. et *Cæs.* 3. *B. C.* 28. Hinc (*al.* his) cognosci licuit, quantum etc. *Cic.* 1. *Off.* 7. 20. Quam eamdem benignitatem appellari licet. *Id.* 5. *Att.* 21. 6. Evocari ex insula Cyprios non licet. *Id.* 3. *ibid.* 12. In senatu dici nihil liceat; itaque silemus. *Id.* 3. *Fam.* 10. 9. In quo (*sacerdotii collegio*) non modo amicitiam violari apud majores nostros fas non erat, sed ne cooptari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. Sic *Id.* 4. *Verr.* 49. 120. Ne genera quidem spectata esse, ex quibus in eum ordinem cooptari liceret. — *d*) Si conjungatur cum verbo *esse*, vel alio ex neutris primi ordinis, ut *vivere, redire* etc., item cum aliis, quæ hic subjicimus, post illum Infinitivum modum de more habet Accusativum. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 14. Licet me id scire, quid sit? Cf. *Manil.* 1. 25. Quem primum infernis licuit cognoscere terris Munera cælestum. *Ter. Heaut.* 4. 1. 53. Non licet

bominem esse sæpe ita ut vult, si res non sinit. *Id. ibid.* 4. 2. 5. Triumpho, si licet me latere tecto abscedere. *Id. ibid.* 2. 1. 21. Hoccine me miserum non licere meo modo ingenium frui! Sic *Cic.* 7. *Verr.* 32. 89. Non licet me isto tanto bono, judices, uti: non licet. *et* 4. *ibid.* 41. 100. Quum eorum edicto non liceret quemquam Romæ esse, qui rei capitalis condemnatus esset. *Id. Ligar.* 6. 18. Licest esse miseros, quamquam hoc victore esse non possumus. *Id.* 10. *Att.* 8. Medios esse jam non licebit. *Id.* 5. *Tusc.* 15. 44. Non sunt igitur ea bona dicenda, nec habenda, quibus abundantem licet esse miserrimum. *Id.* 3. *Herenn.* 2. 2. Ut eum liceat ante tempus consulem fieri. *Id.* 1. *Off.* 26. 92. Hæc præscripta servantem licet magnifice, graviter animoseque vivere. Sed hic locus *Javobo Facciolato* magistro meo valde suspectus est νοθείας. *Id.* 2. *ibid.* 19. 67. Licet opera prodesse multis, beneficia petentem, commendantem judicibus, vigilantem etc. Sed non videntur τὰ *petentem, commendantem* a *licet* pendere. — Immo si conjungatur cum Infinitivo *esse* vel *fieri*, post illum Infinitivum modum habet prædicatum in Accusativo quamvis adsit Dativus personæ. *Cic. Balb.* 12. 19. Quod si civi Romano licet esse Gaditanum sive exsilio, sive rejectione hujus civitatis: *Quintil.* 7. 1. 19. Potest incidere quæstio: An huic esse procuratorem liceat? Sic *Id.* 4. 4. 6. Male petis: procuratorem enim tibi esse non licuit. *Ovid. Heroid.* 14. 64. Quo mihi commisso non licet esse piam. *Cæs.* 3. *B. C.* 1. Is erat annus, quo per leges ei consulem fieri liceret. *V.* et numerum proxime sequentem. — 3.°) Si conjungatur cum Infinitivo *esse*, vel alio ex neutris primi ordinis, ut *vivere, redire* etc. et adsit Dativus personæ, prædicatum quoque per attractionem, ut Grammatici ajunt, in Dativo ponitur. — *a*) Cum Verbo *esse*. *Cic.* 1. *Tusc.* 15. 33. Licuit enim esse otioso Themistocli, licuit Epaminondæ. Sic *Id.* 9. *Att.* 2. A. *init.* Impetrabis a Cæsare, ut tibi abesse liceat et esse otioso. *Id. Itabir. Post.* 7. 17. Quare judici mihi esse non liceat. *Id.* 2. *Off.* 18. 63. Ut iis ingratis esse non liceat. Adde *eumd.* 1. *Att.* 17. 6. et *Cæl.* 1. 1. Sic *Cæs.* 6. *B. G.* 35. Quid vos hanc miseram ac tenuem sectamini prædam, quibus licet jam esse fortunatissimis? *Liv.* 21. 44. Illis timidis et ignavis licet esse –: vobis necesse est fortibus viris esse. — *b*) Cum aliis Verbis. *Cic. Rosc. Am.* 49. 144. Ut sibi per te liceat innocenti vitam in egestate degere. *Liv.* 38. 44. *extr.* Ut sibi triumphanti urbem invehi liceret. — *c*) Interdum, eadem prorsus constructione, Dativus personæ omittitur, quia facile subintelligitur. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 19. Atqui licet esse beatis. *scil.* iis. *Ovid.* 8. *Met.* 405. licet eminus esse Fortibus. *Liv.* 26. 41. *ad fin.* Hannibal nihil jam majus precatur deos, quam ut incolumi cedere atque abire ex hostium terra liceat. *Id.* 3. 50. Sibi vitam filiæ suæ cariorem fuisse, si liberæ ac pudicæ vivere licitum fuisset. — 4.°) Regit etiam Conjunctivum cum part. *ut*, et sæpius sine part. *ut*, quemadmodum *oportet*. — *a*) Cum part. *ut*. *Cic. Mur.* 4. 8. Neque enim jam mihi licet, neque est integrum, ut meum laborem hominum periculis sublevandis non impertiam. — *b*) Sine part. *ut*. *Plaut. Capt.* 2. 2. 53. Memini, quum dicto haud audebat: facto nunc lædat licet. *Ter. Phorm.* 2. 2. 33. Postilla jam, ut lubet, ludas licet. *Cic.* 1. *Orat.* 44. 195. Fremant omnes, licet: dicam quod sentio. *idest* fremere – possunt. *Id.* 14. *Att.* 4. Sed omnia licet concurrant: Idus Martiæ consolantur. *Id.* 1. *ibid.* 16. Ex qua (*oratione*) licet pauca degustes. *et* 5. *ibid.* 1. Vel ipsi hoc dicas licet, humanitatem ei meo judicio illo die defuisse. *V.* et infra sub II. 1.° Similiter *Cic.* 1. *Invent.* 51. 97. Sequatur Hermagoram licebit. *Id. Rosc. Am.* 17. 49. Et artificium obliviscatur et studium deponat licebit. *Horat. Epod.* 15. 19. Sis pecore et multa dives tellure licebit. *Ovid.* 5. *Trist.* 14. 3. Detrahat auctori multum fortuna licebit. — Habet locum et in precationibus. *Horat.* 3. *Od.* 27. 13. Sis licet felix, ubicumque mavis, Et memor nostri, Galatea, vivas. *che possa tu essere felice* etc. *Ovid.* 3. *Met.* 404. manus aliquis despectus ad æthera tollens, Sic amet iste licet, sic non potiatur amato, Dixerat. — 5.°) Absolute impersonaliter, cum vel sine Dativo personæ. — *a*) Generatim. *Ter. Heaut.* 4. 15. 49. Immo, allis si licet, tibi non licet. *Id. Andr.* 2. 6. 13. Quum licitum est ei, dumque ætas tulit, amavit. *Cic.* 1. *Fam.* 8. Quod profecto faciam, si mihi per ejusdem amicitiam licebit. — Et omisso Dativo personæ. *Ter. Andr.* 4. 5. 10. Quando, ut volumus, non licet. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 7. 19. Ut id, quod posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret. — *b*) Dum licet, *sinchè si può*, ut apud *Ter. Heaut.* 2. 3. 104. Fruare, dum licet. *Id. Phorm.* 3. 3. 16. Dum licet, loquimini mecum. Adde *Horat.* 2. *Od.* 11. 16. et 2. *Sat.* 6. 96. Similiter *Ter. Adelph.* 1. 2. 28. Dum per ætatem licet. — *c*) *Licet ne?* formula petendi cum verecundia. *Ter. Heaut.* 5. 2. 20. Here, licet ne? CHR. Loquere. *mi dai tu licenza ch'io dica?* — *d*) In responsionibus *licet* est affirmantis, assentientis. *si. Plaut. Cas.* 3. 3. 30. Propera ergo. CLE. Licet. *Id. Rud.* 4. 6. 8. DOR. Eum rogato, ut huc veniat. TRA. Licet. DOR. Dicito, daturum illi meam filiam uxorem. TRA. Licet. DOR. Sed propera. TRA. Licet. Lege integram scænam.

II.) Figurate, *licet* usurpatur tamquam conjunctio adversativa vel concessiva, et significat *etsi, etiamsi, quamquam, quamvis*, κἄν, καίτοι, εἰ καί, *benchè, sebbene*; et occurrit — 1.°) Cum Conjunctivo apud optimos Auctores, et quidem — *a*) Absolute, hoc est sine ulla conjunctione, quæ ipsi respondeat. *Cic. Rosc. Am.* 11. 31. Quoniam quidem semel suscepi, licet hercules undique omnes in me terrores periculaque impendeant omnia, succurram atque subibo. *Virg.* 6. *Æn.* 400. Nec vim tela ferunt: licet ingens janitor antro Æternum latrans exsangues terreat umbras. *Quintil.* 6. 4. 15. Nam improbitas, licet adversario molesta sit, judici invisa est. *Id.* 10. 1. 99. In comœdia maxime claudicamus: licet Varro Musas Plautino dicat sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent: licet Cæcilium veteres laudibus ferant; licet Terentii scripta ad Scipionem Africanum referantur. *Seneca Brevit. vit.* 6. Vita brevis est, licet supra mille annos exeat. — Cum *quamvis* conjungitur nonnullis in locis, quæ ad superiorem paragr. I. 4.° *b.* ab aliis referuntur. *Lucret.* 6. 601. licet quamvis cælum terramque reantur Incorrupta fore. *Cic.* 3. *Legg.* 10. 24. Et præter eos quamvis enumeres multos licet, nullos reperies etc. *Id.* 3. *Nat. D.* 36. 88. Quamvis licet Menti delubra et Virtuti et Fidei consecremus. *Id. Amic.* 20. 73. Non enim tu possis, quamvis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere. *Orellius* ita legit; *Forcellinus* vero *quantumvis licet* etc. — Simili modo usurpatur *licebit*: *V.* supra sub I. 4.° *b.* — *b*) Quamquam hujusmodi, quæ conjunctiones a Grammaticis appellantur, nihil aliud quam verba sunt, post quæ particula *ut* subauditur: est tamen, ubi vim propriam habent adversantis particulæ, sequente *tamen*, ut apud *Plaut. Asin.* 3. 3. 28. Licet laudem Fortunam, tamen, ut ne Salutem culpem. *Cic.* 13. *Fam.* 27. Licet eodem exemplo sæpius tibi hujus generis litteras mittam, quam gratias agam –: sed tamen non parcam operæ etc. *Id.* 3. *Att.* 12. Licet tibi significarim, ut ad me venires Dodonam: tamen intelligo, te re istic prodesse, hic ne verbo quidem levare me posse. *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 17. *a med.* Licet ergo patrem appellet, tamen illud apparebit etc. *Quintil.* 2. 2. 8. Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen viva illa vox alit plenius. *Plin.* 2. *Ep.* 16. Licet ergo non sint confirmati testamento, a me tamen, ut confirmati, observabuntur. — Nota et illud *Quintil.* 7. *præfat.* 2. Si quam in corporibus nostris aliorumve animalium partem permutes et transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen. Item illud *Senec. Tranquill. anim.* 7. Constet illi licet fides et benevolentia, tranquillitatis tamen inimicus est comes perturbatus et omnia gemens. — *c*) Sequente *certe* apud *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 32. 102. Licet enim hæc quivis arbitratu suo reprehendat, quod negemus rem ullam percipi posse; certe levior reprehensio est. — *b*) Cum Indicativo apud sequioris ævi Scriptores. *Ulp. Dig.* 2. 15. 8. § 25. Valet transactio, quia fructus habitationis præstatur, licet ruinæ, vel incendio subjecta transactio est. *Apul.* 2. *Met.* Itaque, licet salutare non erit, Fotis illa tentetur. Adde *Macrob.* 1. *Saturn.* 11.; *Ammian.* 22. 8.; et *Coripp.* 1. *Laud. Justin.* 3. — *Cujus Dig.* 50. 16. 58. Licet inter gesta et facta videtur quædam esse subtilis differentia, attamen κατα-χρηστικῶς nihil inter factum et gestum interest. *Julian. ibid.* 29. 7. 2. Licet directæ libertates deficiunt, attamen etc. *Ulp. ibid.* 30. 73. Licet imperator rescripsit *etc.*, tamen etc. — Hinc Part. præs.

Licens, entis, adjective occurrit, unde Comp. *Licentior*; et est qui licet, aut liber est, licentiosus, ἀνειμένος, παρρησιαστικός, *licenzioso, libero.* — *a*) De hominibus. *Propert.* 4. 1. 26. Unde licens Fabius sacra Lupercus habet. *Gell.* 15. 9. Audacem et licentem esse. *Seneca Hippol.* 780. Turba licens Naides improbæ. — *b*) De rebus et abstractis. *Cic.* 3. *Orat.* 48. 185. Inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambus. *Ovid.* 1. *Art. am.* 539. Hic tibi multa licet sermone licentia teeto Dicere. *Stat.* 1. *Silv.* 6. 93. Joci licentes. *Martial.* 4. 8. egressu timet ire licenti Ad matutinum nostra Thalia Jovem. *Plin. Hist. nat. procem.* § 1. Libros natos apud me proxima fetura licentiore epistola narrare constituit tibi. *Val. Max.* 9. 1. *n.* 3. Licentior vita. *h. e.* dissoluta. *Id.* 6. 4. *n.* 2. Mala licentis imperii magistra inopia atque avaritia. *d'un comando libero e assoluto.*

Licitus, a, um, particip. præter. qui licet, legi consentaneus, *lecito, permesso, concesso*, θεμιτός. *Virg.* 8. *Æn.* 467. Congressi jungunt dextras, mediisque residunt Ædibus, et licito tandem sermone fruuntur. *Petron. fragm. Tragur.* 683. *Burmann.* Licitus torus. *Stat.* 11. *Theb.* 123. Licitæ acies. *Ulp. Dig.* 37. 14. 2. Licita negotiatio. *Id. ibid.* 50. 14. 3. Liciti contractus. *Tac.* 3. *Ann.* 24. Idque jure licitum. — Et neutr. plur. absolute usurpatur a *Tac.* 15. *Ann.* 37. Per licita atque illicita fœdatus.

LICHĀNOS, i, m. 2. duo diversa significat, scilicet

A) Est Græcum λίχανος, unus ex phthongis musicis mobilibus, qui inter stantes et immotos sunt in tetrachordo dispositi. Est autem duplex, alter a recentioribus musicis vocatur *G sol re*, alter *D sol re*. Primus est mediarum chordarum, secundus summarum. *Vitruv.* 5. 4. *V.* ibi *Bald. in Lexico.*

B) Est etiam hoc nomine digitus, qui Latine index ab indicando, Græce λιχανὸς a lingendo, h. e. ἀπὸ τοῦ λείχειν, est dictus. *V.* HIPATE. *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 1. § 21. Demonstrativus digitus, quem Græci lichanon, sive dicticon appellant.

LICHEN, ēnis, m. 3. λειχήν

I.) Proprie est herba in saxosis locis nascens, folio uno ad radicem lato, caule uno parvo, longis foliis dependentibus, quæque inter alia etiam ad lichenas morbos prodest, *fegatella. Plin.* 26. *Hist. nat.* 4. 10. (22). Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. *p.* 382.) hanc exhibet synonymiam: 1. Mas. *Lichen primus* Plin. loc. cit. est *Marchantia polymorpha* L. Spec. plant. 1603. — II. Femina. *Lichen alter* Plin. loc. cit.; et Λειχὴν Dioscor. 4. 53. sunt *Marchantia polymorpha femina* L. Spec. plant. loc. cit., *Marchantia stellata* Scopol. Carn. 2. p. 353.

II.) Translate est morbus cutis, præcipue in facie serpens, atque asperitate et pustulis fœdans: Latine mentagra et impetigo, *serpigine, impetigine, volatica, fuoco volante*, λειχήν. *Martial.* 11. 98. Non triste mentum sordidique lichenes. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 7. 63. (118). Foliorum fici usus est in fricando lichene, aloperiis etc. Adde *eumd.* 26. *ibid.* 1. 2. (2). — Etiam equi, asini, mulæ eo laborant in facie et super pedum ungulas. *Id.* 28. *ibid.* 11. 49. (180). Equi lichene vexati. Adde *eumd.* 28. *ibid.* 17. 67. (230). et 30. *ibid.* 10. 27. (88).

LĪCIA, ōrum. *V.* LICIUM.

LICIAMENTUM, i, *n.* 2. nexus plurium liciorum. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 160.

LĪCIĀTŌRĬUM, ii, n. 2. (licium) insubulum, lignum, in quo telæ licia involvuntur, ἄντιον. *Vulgat. interpr.* 1. *Reg.* 17. 7. Hastile autem hastæ ejus erat quasi liciatorium texentium. Adde 2. *ibid.* 21. 19., 1. *Par.* 11. 23. et 20. 5.; et *V.* INSILIA et INSUBULUM.

LICIĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *licio. Augustin.* 22. *Civ. D.* 14. Ipsa jam membra omnia sunt latenter in semine, in qua ratione jam quodam modo, ut ita dicam, liciatum esse videtur, quod nondum est, immo quod latet, sed accessu temporis erit. *h. e.* inchoatum, ut tela inchoata dicitur, quum

licils adjuncta sunt stamina, necdum tamen texta subtemine. *Id.* 3. *Gen. ad litt.* 14. Quasi præseminata et quodam modo licista primordia futurorum animalium. *Al. leg.* initiata.

LICĪNIO. *V.* LACINIO.

LICĪNIUM, ii, n. 2. linamentum, licium medicamine illitum plagis sanandis, *tasta. Veget.* 2. *Veterin.* 22. et 48. *Sunt qui rectius legendum putant* licium.

LICĪNUS, a, um, adject. qui cornua habet sursum versum reflexa, ut ait *Servius* et *Philargyr.* ad *Virg.* 3. *G.* 55. Hinc *licini boves* apud *Virg. loc. cit. V.* CAMURUS. *Hesych.* Λίξ, πλάγιος, καμπτήρ. Videtur esse ab ἕλιξ *intortus.* Hinc ad homines translatum, quibus crines retro reflexi per se surgunt, unde et *relicinus,* quam vocem vide suo loco. *Gloss. Philox.* Licinus, ἀνάδριξ.

LICIO, cis, xi. *V.* LICTOR init.

LICĪTĀTĬO, ōnis, f. 3. (licitor) oblatio pretii in auctione, *l'offerire all'incanto,* ἀντώνησις, vel in quacumque emptione. Habet enim locum etiam in hereditatibus dividendis, ubi quum partes omnes æquabiliter secari non possunt, pecuniæ oblatione æquantur, quæ minoris pretii sunt. *Cic.* 4. *Verr.* 53. 133. Etquisitis palam pretiis et licitationibus factis, describebat censores binos in singulas civitates. *Id.* 11. *Att.* 15. *in fin.* Quum ea pars, quæ videtur esse minor, licitatione expleri posset. *Sueton. Ner.* 26. Prædam ad licitationem dividere. *a chi più offerisce. Id. Cal.* 22. Ambitione et licitatione maxima comparare magisteria sacerdotii. *a gran prezzo. Ulp. Dig.* 10. 2. 6. Ad licitationem rem deducere, ut qui licitatione vicerit, hic habeat instrumenta hereditaria, non placet. *Martian. ibid.* 4. 7. 12. Ut potentior emptor per licitationem rem accipiat. *Paul. ibid.* 10. 3. 19. Penes quem licitatio remansit. *h. e.* qui plus licitatus superavit.

LICĪTĀTOR, ōris, m. 3. (licitor) *chi offre prezzo dell'incanto,* ἀντωνούμενος, qui licitatur, et pro re emenda conducendave pretium alio majus offert. *Licitatorem apponere* est subornare aliquem, qui coram emptore majus pretium proponat, ut res pluris vendatur. *Cic.* 3. *Off.* 15. 61. Tollendum est ex rebus contrahendis omne mendacium: non licitatorem venditor; nec qui contra asse liceatur, emptor apponet. Ita leg. *Muretus, Grævius* et *Heumannus*: alii *contra se,* sed delendum videtur *Heusingero* pronomen et *contra liceatur* legendum. *Id.* 7. *Fam.* 2. Nam quum tuum pretium novi, licitatorem potius apponam, quam illud minoris veneat. Hucusque *Forcellinus.* At *Orellius* et recentiores critici plerique omnes, paucissimorum quidem, sed insignium Codicum auctoritate freti, utroque in loco legunt *illicitatorem.* V. hanc vocem loco suo.

LICĪTĒ, *et*

LICĪTŌ, adverb. (licet) per leges, per jus, eo modo quo licet, *lecitamente,* δεμιτῶς. *Martian. Dig.* 30. 111. *ante med.* Si quid alicui licite fuerit relictum. *Solin.* 11. Ædem numinis, præterquam nudes, nullus licito ingreditur.

LICĪTOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. *frequentat.* a liceor. — Part. *Licitans* I. — Licitari est ejusdem fere ac *liceor* significationis atque usus, rarioris tamen, ἀντωνίομαι, *offerire all'incanto.*

I.) Proprie. *Plaut. Merc.* 2. 3. 104. Potin' ut ne licitere adversum animi mei sententiam? *Paul. Dig.* 39. 4. 9. Locatio vectigalium, quæ calor licitantis ultra modum solitæ conductionis inflavit etc. Hinc referri potest et illud *Curt.* 4. 1. 12. Impia bella suscipitis, et, quum habeatis arma, licitamini hostium capita. *h. e.* pretium offertis hostium capita afferentibus. Alii tamen leg. *licemini.*

II.) Translate est contendere, pugnare, *contendere, contrastare,* ut docet *Paul. Diac. p.* 116. 20. *Müll.* Licitati, in mercando, sive pugnando contendentes. *Ennius* apud *Non. p.* 124. 14. *Merc.* puri ludicre saxa jactant, inter se licitantur. *Cæcilius* apud *eumd. ibid.* Machæra licitari adversum cum carpisti sciens.

LICĪTUS, a, um. *V.* LICET in fin.

LICĬUM, ii, n. 2. De etymo res est valde incerta. *Festus* tamen putat, esse a λίξ, de quo V. *Hesychii loc. cit.* in LICINUS: prima autem in *licium* longa est, licet brevis sit in *licinus,* ut etiam a *rĕgo* est *rēgula.* V. LICTOR. Confer etiam ἕλιξ *intortus* et ἑλίσσω *intorqueo,* unde ἑλίξαι, et Germ. *Zwillich,* quod Italice est *tralicco.* Ceterum *licium* est filum lanæ contortum. Sunt autem *licia,* quibus textores induunt atque implicant stamina, et jugo adnectunt: eaque, quum tela pertexta est, recidunt. Itaque vel unico filo, vel etiam pluribus constare possunt, μίτος (It. *liccio*; Fr. *bout, les extrémités de la chaine d'une étoffe*; Hisp. *cadillos*; Germ. d. *Trumm, der Weberfaden*; Angl. *thread or yarn, the threads or thrums*).

I.) Proprie. *Virg.* 1. *G.* 285. licia telæ addere. *h. e.* texturam incipere. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 24. 28. (82). *de araneo.* Derelicta lasso prætendi summa parte arbitrere licia. *Id.* 8. *ibid.* 48. 74. (196). Plurimis vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit. *h. e.* in plures ordines, quam duos, diviso stamine: qui ordines plura licia postulant, quibus jugo adnectantur — Et figurate *Hieronym. pref.* in *Jerem.* Stamina tibi atque subtegmina et licia præparabo; tu pulcherrimam vestem ipse conficito, ut non solum nos audire, sed et alios docere possis.

II.) Translate. ¶ 1. Licia dicuntur ipsa stamina, quibus tela texitur. *Auson. epigr.* 38. Licia qui texunt et carmina, carmina Musis, Licia contribuunt, casta Minerva, tibi. *Id. epist.* 23. 14. per licia texta querelas Edidit, et tacitis mandavit crimina telis. De Philomela loquitur. ¶ 2. Licium etiam appellatur quodcumque filum, seu stamen, *filo, cordicella, spago.* — *a*) Generatim. *Ovid.* 3. *Fast.* 267. Licia dependent longas velantia sæpes: Et posita est meritæ multa tabella deæ. *h. e.* funiculi, quibus vota pendent. Sic *Plin.* 23. *Hist. nat.* 7. 63. (125). Cinerem fici cum aluta illigatum licio e collo suspendere. *Auson. Edyll.* 6. 31. Licia fert glomerata manu deserta Ariadne. *un gomitolo di filo. Petron. Satyr.* 135. Ut solvit licio pannum, partem leguminis super mensam effudit. *Tiro* apud *Gell.* 12. 3. Licio enim transverso, quod limum appellatur, qui magistratibus præministrabant, cincti erant. *V.* LIMOCINCTUS. — *b*) Speciatim habet sæpe usum in incantamentis. *Virg.* 8. *Ecl.* 73. Terna tibi hæc primum triplici diversa colore Licia circumdo. Ubi *Servius*: Bene utitur liciis, quæ ita stamen implicant, ut hæc adolescentis mentem implicare contendit. *Petron. Satyr.* 131. De sinu licium protulit, varii coloris filis intortum, cervicemque vinxit meam. *Ovid.* 2. *Fast.* 575. Tum cantata ligat cum fusco licia rhombo. *Id.* 1. *Amor.* 8. 8. Scit bene, quid gramen, quid torto concita rhombo Licia, quid valeat virus amantis equæ. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 12. (48). Licium telæ detractum alligantes novenis septenisve nodis: ad singulos nominantes viduam aliquam. *V.* RHOMBUS et STAMINEUS. — *c*) Item speciatim erant *licia* ornamenta capitis feminarum. *Prudent.* 2. *advers. Symmach.* 1104. *de Vestalib.* Perfunduntque quia colla comis bene, vel bene cingunt Tempora tæniolis, et licia crinibus addunt. ¶ 3. *Per lancem et licium furta concipere,* quid sit. *V.* in LANX.

LICTOR, ōris, m. 3. *littore, sergente,* ῥαβδοῦχος. *Paul. Diac. p.* 115. 17. *Müll.*, quod fasces virgarum ligatos fert: at *Valgius Rufus* apud *Gell.* 12. 3. et *Nonius p.* 51. 30. *Merc.*, quod, quum magistratus populi R. virgis quempiam verberari jussissent, crura ejus et manus ligari a viatore solita sint: isque, qui, ex collegio viatorum, officium ligandi haberet, lictorem appellatum fuisse putant. *Tiro* autem apud *eumd. Gell. ibid.* lictorem vel a limo, vel a licio dictum scripsit: *V.* locum in LICIUM II. 2. *a.* At quum in *Not. Tir. p.* 149. habeatur *lixit, illixit, prolixit*; præteritum *lixi* a *licio,* non a *lacio,* derivatum videtur, indeque etiam fortasse *licium* et *lictor,* præcipue quum *Gell. loc. cit.* affirmet, primam syllabam in *lictore,* sicut in *licio,* productam esse: quamquam, quum *Not. Tir.* omni prorsus careant auctoritate, rectius cum *Paulo Diac., Gellio* et *Nonio* quispiam existimet, *lictor* esse per syncopen pro *ligator,* ut *frictor* est a *fricator*; littera vero *g* in *c* mutata est, ut in *lector* a *lego,* nam *g* ante *t* numquam a Latinis usurpatur: unde *Cic. Rabir. perduell.* 4. 13.; et *Liv.* 1. 26. I. lictor, colliga manus. et *Liv.* 8. 7. I, lictor, deliga ad palum.

I.) Proprie. — *a*) Lictorum origo repetenda est ex Vetulonia, Etruriæ urbe primaria. *Sil. It.* 8. 484. Mæoniæque decus quondam Vetulonia gentis; Bissenos hæc prima dedit præcedere fasces, Et junxit totidem tacito terrore secures. Hinc in nummis Vetuloniæ apud *Lanzi, Sagg. di ling. Etr. T.* 2. *p.* 110. *tab.* 7. *n.* 7. et 8. securis insculpta est. *Liv.* 1. 8. Romulus quum cetero habitu se augustiorem, tum maxime lictoribus duodecim sumptis (*a finitima Etruria*) fecit. At *Macrob.* 1. *Saturn.* idipsum Tullo Hostilio tribuit. — *b*) Lictores antiquitus ingenui e plebe Romana fuere, teste *Liv.* 2. 55., temporibus vero *Taciti* etiam e libertinorum genere, ut est apud *eumd.* 13. *Ann.* 27.; post autem bellum Punicum secundum e Bruttiis, qui in provincia magistratibus apparerent, sumptos fuisse, quidam ex loco *Gellii,* quem vide in BRUTTIANUS in ONOM., falso putant, quum Bruttianos alios fuisse a lictoribus constet: nam bi e libertino saltem genere, ut diximus, erant, et virgis reos verberabant; illi servorum vice, ut ait *Id. loc. cit.,* et flagro, ut lorarii servos in scænis publicis, eosdem cædebant. Adde, ex *Dione l.* 48. *c.* 43., ann. U. C. DCCXVI. edicto vetitum fuisse, ne quis servus lictor esset, quod fortasse factum videtur, quia paullatim e servili conditione homines in lictorum numerum contra leges intrusi essent. — *c*) Reges Romani, ut diximus sub *a,* deinde etiam singuli consules, XII. lictores habuerunt, sed tamen L. Junius Brutus prior, ut ait *Liv.* 2. 1., vel P. Valerius Publicola, ut affirmat *Cic.* 3. *de republ.* (edente *A. Maio*) 31., instituit primus, ut uni tantum ex consulibus alternis mensibus lictores præirent, ne, si ambo consules fasces haberent, duplicatus terror videretur: quæ tamen consuetudo deinceps aliquantulum est immutata, nam *Liv.* 22. 41. narrat, secundo bello Punico alternis diebus idem factitatum, quod fortasse locum habuit in bello tantummodo, quoties nempe uterque consul in acie simul esset: antiquum vero morem retulisse C. Julium Cæsarem, memorat *Sueton. Cæs.* 20. Idem lictorum numerus præiverat decemviris consulari potestate, quibus tamen singulis, teste *Liv.* 3. 33., alternis tantum diebus XII. lictores, collegis vero novem singuli accensi apparebant; altero autem decemviratus anno singuli decemviri per summam injuriam cum XII. lictoribus secures fascibus illigatas præferentibus prodiere, ut narrat *Id. ibid.* 36. Idem quoque numerus tribunis militum consulari potestate, ex *Liv.* 4. 7., fuit: idemque etiam interregi, ex *eod.* 1. 17.; dictator autem XXIV. habuit, ut patet ex *Dione l.* 54. *c.* 1., *Polyb. l.* 3. *c.* 87. et *Plutarch.* in *Fabio c.* 4. Cæsari vero ann. U. C. DCCIX., quum dictator III. esset, concessum a senatu est, ut triumphum Gallicum, Alexandrinum, Ponticum, et Africanum quatuor diversis eodem mense diebus ageret cum LXXII. lictoribus, ut refert *Dio l.* 43. *c.* 14. et 19. Magister equitum VI. tantum lictores habebat, ex *eod. l.* 42. *c.* 27. At II. prætor urbanus priscis quidem temporibus, ut constat ex plebiscito apud *Censorin. de die natal.* 24. Prætor urbanus duos lictores apud se habeto. *Plaut. Epid.* 1. 1. 25. THE. At unum a prætura tua, Epidice, abest. EP. Quidnam? THE. Scies: lictores duo, duo fasces virgarum. *et* ex nummo gentis Livinejæ apud *Morell. Fam. R. tab.* 1. *n.* 3., in cujus parte antica est caput virile imberbe, circa autem hæc est inscriptio: L. LEVINEIVS PRÆTOR; in postica vero sella curulis intra duos fasces sine securibus (quas a prætorum urbanorum fascibus abfuisse docet *Spanhem. Dissert. T.* 2. *p.* 106.) cum hac inscriptione: REGVLVS FILIVS PRÆFECTVS VRBIS. Transacto vero tempore prætores tum urbani, tum provinciales lictoribus VI. usi sunt, ut constat ex *Polyb. l.* 3. *c.* 40., ubi prætor dicitur ἑξαπέλεκυς ὑπάρχων, et *l.* 2. *c.* 24. ἑξαπέλεκυς ἡγεμών. *et* ex nummo ejusd. gentis Livinejæ apud *Morell. ibid. n.* 5., in quo eadem est pars antica sine inscriptione, postica vero sellam curulem intra sex fasces, et hanc inscriptionem habet: L. LIVINEIVS REGVLVS. Ex quo patet, ia altero hoc nummo præturam provincialem L. Livineji Regili, in priore urbanam significari. Etiam proconsules, si prius prætores tantum fuissent, VI. lictores habebant; si vero consulatum gessissent, XII. utebantur, ut patet ex *Ulp. Dig.* 1. 16. 14. et ex *Dione l.* 55. *c.* 13. Hinc *Cyprian. ep. ad Mosem et Maxim.* Eant nunc magistratus et consules, sive proconsules, annuæ dignitatis insignibus et duodecim fascibus glorientur. At tribuni plebis, ædiles, quæstores

urbani nullis lictoribus utebantur, quia sine imperio erant; quæstores tamen provinciales, stante republ. R., si eorum proconsules, vel prætores mortui essent, vel aliqua de causa abessent, dicebantur *quæstores pro prætore*, et VI. fasces præferebant, qualis fuit ex *Inscript.* apud *Gruter.* 383. 5. CN. CALPVRNIVS CN. F. PISO QVÆSTOR PRO PR. EX S. C. PROVINCIAM HISPANIAM CITERIOREM OPTINVIT. idem confirmat *Sall. Cat.* 19. *Cicero* vero *Planc.* 41. 98. *de quæstore Macedoniæ.* Statim ad me, lictoribus dimissis, insignibus abjectis, veste mutata, profectus est. et in nummo apud *Eckhel. D. N. V. T.* 4. *p.* 127. A. Pupius quæstor pro prætore Cyrenaicæ sellam curulem cum fascibus ostentat. Sub Augustis vero, ut ait *Cajus* 1. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 6., in provincias Cæsaris omnino quæstores non mittuntur. Quæstoris autem loco erat procurator Cæsaris, qui fascibus abstinebat, quippe qui nullum imperium exercebat, sed fiscum tantum Cæsaris procurabat: qualis fuit Lucilius Capito Asiæ procurator sub Tiberio, de quo *Tac.* 4. *Ann.* 15.; aliquoties tamen procurator auctoritate præsidis pollebat, ut in Judæa Pontius Pilatus sub eod. Tiberio, cujus meminit *Id.* 15. *ibid.* 44. Contra in provinciis populi R. seu senatus, non quæstores, sed legati vicem proconsulis gerebant, si ipse absens, vel mortuus esset, ut constat ex *Inscript.* apud *Gruter.* 381. 3. L. CÆSONIUS C. F. LUCILLUS LEGATVS PROV. AFRICÆ EODEM TEMPORE VICE PROCONSULIS. Hi porro legati, stante republica, in provinciis fasces habebant, quoties proconsul, vel proprætor eos ipsis præferendos permittebat. Hinc *Cic.* 12. *Fam.* 30. Illud non nimium probo, quod scribis, quo illi animo æquiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse. Sub Augustis vero in provinciis Cæsaris his legatis summum jus erat, ideoque VI. etiam lictores aderant, ut affirmat *Dio l.* 53. *c.* 13. At in provinciis populi R. seu senatus, proconsules erant, sub iisque legati pro prætore, qui eadem, qua prius, auctoritate pollebant. — *d)* Augusto tandem a senatu concessum fuisse, ut consularis potestas perpetuo esset, et XII. lictores semper et ubique, dum viveret, eidem præirent, narrat *Dio l.* 54. *c.* 10.; Domitiano vero, ut XXIV. lictoribus, et veste triumphali, quoties in senatum veniret, uteretur, *Id. l.* 67. *c.* 4. Eidem etiam a senatu concessum est, ex *Sueton. Domit.* 14., ut quoties gereret consulatum, equites R., quibus sors obtigisset, trabeati et cum hastis militaribus præcederent eum inter lictores apparitoresque; quod ille tamen recusavit. — *e)* Ex his patet, lictoribus usos eos magistratus, qui potestatem et imperium simul habebant, caruisse, qui sola potestate præditi erant. Quamquam et aliis aliquando tributi sunt honoris aut præsidii causa, ut unus flamini Diali, teste *Ovid.* 2. *Fast.* 23., aliis vero flaminibus, et pontificibus, et sacerdotibus colatores aderant; item unus designatoribus (V. DESIGNATOR); item unus Liviæ Aug., teste *Tac.* 1. *Ann.* 14.; item duo Agrippinæ Claudii, teste *eod.* 13. *ibid.* 2.; item unus Vestalibus in publicum prodeuntibus concessus est a Numa, si *Plutarch.* in *Numa* fides habenda, vel, si *Dioni l.* 43. *c.* 19., a III. viris Augusto, Antonio et Lepido; item duo senatoribus legationem liberam obeuntibus, ut docet *Manut.* ad *Cic. Quint.* 2. et publicanis exigendorum vectigalium causa, ut scribit *Hotomann.* ad *Cic. Prov. cons.* 5.; item magistris vicorum duo permissi sunt ab Augusto, quotiescumque publice sacra facerent, teste *Sueton. Aug.* 30.; item duo curatoribus aquarum, quum ejus rei causa extra Urbem essent, teste *Frontin. Aquæd.* 100. In municipibus vero et coloniis duos lictores habebant duumviri juri dicundo tempore Ciceronis, ut de Capuanis ille affirmat 2. *Agr.* 34., 93., deinde vero VI., ut patet ex *Martial.* 8. 72. et *Impp. Honor.* et *Theodos. Cod. Theod.* 12. 1. 174.; item duumviri quinquennales ex *Apul.* 10. *Met.*; item quatuorviri juri dicundo ex *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 116. 2.; item ædiles ex *Apul.* 1. *Met.*, ubi lictores *lixas* vocat; item seviri Augustales, ut patet ex *Petron. Satyr.* 30. Scriptorum vero auctoritatem confirmant vetusta monumenta sepulcralia quamplurima, ex quibus præcipue duo lapides seviris Augustalibus inscripti L. Safinio Rufo, et C. Cornelio Hannoni, in quibus sex fasces laureati cum sella curuli sunt insculpti, apud *Maff. Mus. Ver.* 117. 2. et 3. — *f)* Itaque quum pluribus magistratibus lictores apparerent, in unum quasi corpus contributi sunt, et unam ex tribus decuriis apparitorum constituebant, quarum alteram viatores, tertiam scribæ occupabant. Qui vero lictores in eam decuriam adscripti erant, *lictores decuriales* dicebantur. Hinc etiam factum est, ut quoties quis *lictor*, vel *viator*, vel *scriba trium decuriarum* absolute appellatur, in eas decurias contributus esse significetur, ex quibus Cæsares, et consules, et prætores, et quæstores, et tribuni unum vel plures, prout cujusque jus erat, sibi adsciscendum curabant. *Inscript.* apud *Gruter.* 391. 1. et *Murat.* 318. 1. et 760. 6. LICTOR DECVRIALIS. *Alia* apud *Fea, Framm. de' Fast. cons. p.* 35. LICTOR IMP. *Alia* apud *Murat.* 886. 10. LICTOR AVGVSTI CAESARIS. *et* apud *Gruter.* 630. 5. LICTOR AVG. III. DECVRIAR. *et* apud *Murat.* 669. 7. DECVRIALIS DECVRIAE LICTORIBA CASTRIVM (*lege* COS. TRIVM) DECVRIARVM. *et* apud *Gruter.* 630. 10. LICTOR III. DECVR. *et* 631. 2. EXERCVIT DECVRIAS DVAS VIATORIAM ET LICTORIAM CONSVLARES. *et* apud *Don. cl.* 8. *n.* 35. VIATOR QVI CAES., ET COS., ET PR. APPARVIT. *et* apud *Gruter.* 627. 2. VIATOR CONSVLARIS ET PRAETORIVS. *et* 1116. 1. VIATOR TRIBVNICIVS DECVRIAE MAIORIS. *et* 626. 7 SCRIB. LIBR. Q. III. DEC. *et* 627. 7. SCRIBA LIBRARIVS QVAESTORIVS TRIVM DECVRIARVM. *et* 627. 8. SCRIBA LIBR. TRIBVNICIVS. — *g)* Quum vero post Trajani tempora consules non amplius pedibus, sed quadrigis vel sejugibus vectos in Capitolium Kal. Jan. processisse constet (V. PROCESSUS), etiam viatores, qui consuli tunc apparebant, equo vectos fuisse probat *Inscript.* apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 56. DECVRIALIS DECVRIAE VIATORIAE EQVESTRIS CONSVLARIS. Hinc corrige, quod in DECURIA dictum est. — *h)* Lictorum munus fuit præire publice magistratui cum fascibus, inclamando: *date viam, de via discedite*, submovere turbam (V. SUBMOVEO: hinc *Tac.* 3. *Hist.* 80. Occiditur proximus lictor, dimovere turbam ausus.), monere occurrentes, ut animadverterent (V. ANIMADVERTO), ut nempe pedites semita cederent, equites equo desilirent, utrique autem caput adaperirent, ut ait *Senec. Ep.* 64., ac tandem prehendere homines, quoties id jussi essent, eosque virgis aut securi cædere. Præibant vero non bini, sed singuli: unde *primus lictor*, qui omnibus antecedebat primusque obvios submovebat, (*Cic.* 1. *ad Q. Fr.* 1. 7. Apud quem primus lictor quievit, tacuit accensus. *Alii tamen rectius leg.* primum.) et *proximus lictor*, ἀρχιραβδοῦχος, qui postremus præibat magistratui, atque adeo prior inter lictores et ceteris honoratior erat. *Liv.* 24. 44. Pater filio (*consuli*) legatus in castra venit. Quum obviam filius progrederetur, lictoresque verecundia majestatis ejus taciti anteirent, præter undecim fasces equo prævectus senex, ut consul, animadvertere proximum lictorem jussit, et is, ut descenderet ex equo, inclamavit, tum demum desiliens, etc. Eadem ferme habent *Val. Max.* 2. 2. *n.* 4. et *Gell.* 2. 2. *Val. Max. loc. cit.* Maxima diligentia hunc honorem retinuerunt, ne quis se inter consulem et proximum lictorem, quamvis officii causa una progrederetur, interponeret. Filio dumtaxat, et ei puero, ante patrem consulem ambulandi jus erat. *Inscript.* apud *Gruter.* 578. 1. L. ULPIO AUG. LIB. PHAEDIMO DIVI TRAIANI AUG. LICTORI PROXIMO, etc. Adde *aliam* 630. 6. — *i)* Lictoria insignia fuere sagum extra Urbem, et idem purpureum in pompa triumphali; in Urbe, et in municipiis coloniisque toga; fasces præterea in humero sinistro, qui interdum laureati, interdum coronati erant (V. FASCIS), et virga in dextera ad submovendum, et pulsandas fores. *Cic. Pis.* 23. 55. Togulæ lictoribus ad portam præsto fuerunt: quibus illi acceptis, sagula rejecerunt, et catervam imperatori suo novam præbuerunt. *Appian. de reb. Punicis c.* 66. Αὐτοῦ δ' ἡγοῦνται τοῦ στρατηγοῦ ῥαβδοῦχοι φοινικοῦς χιτῶνας ἐνδεδυκότες. Togis vero lictores usos fuisse, præter *Ciceronis loc.* nuper *cit.*, probant vetustum marmor apud *Visc. Mus. Pio-Clem. T.* 5. *tab.* 32.; tum et virga in dextera manu alia marmora apud *Maff. Mus. Ver.* 117. 1. et 139. 5. et 8. Videre etiam est lictores togatos cum fascibus et securibus in nummis gentis Junlæ apud *Morell. Fam. Rom. tab.* 1. *n.* 2. et A. E. F. — *l)* Lictores, qui flamini Diali, Vestalibus, magistris vicorum aliisque apparebant honoris tantum causa, de quibus supra sub *e.* dictum est, videntur fuisse sine fascibus, quod idem dicendum de lictoribus curiatis numero triginta, quorum mentio est apud *Cic.* 2. *leg. Agr.*, *Gell.* 15. 27. et in *Inscript.* apud *Gruter.* 33. 4. et 630. 9. — Hæc fere ex *Morcell. Dissert. de' littori con annotaz. del D. Gio. Labus. Milano* 1828. 8.°

II.) Translate. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 56. (113). Uniones digitis suspendere, et binos ac ternos auribus, feminarum gloria est: siquidem quum id fecere, crotalia appellant, ceu sono quoque gaudeant et collisu ipso margaritarum: cupiuntque jam et pauperes, lictorem feminæ in publico unionem esse dictitantes. *h. e.* propter unionem decedi, assurgi feminis, et reverentiam conciliari.

LICTŌRĬUS, a, um, adject. (lictor) ad lictorem pertinens, ῥαβδουχικός. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (112). Fasces lictorios januæ suministi is, cui se oriens occidensque summiserat. *Harduin.* ex MSS. et *Sillig.* ex optimis Codicibus leg. *fasces litterarum* et quidem rectius. *Lictorius* tamen habetur apud *Flor.* 1. 26. Virga lictoria. et in *Inscript.* apud *Gruter.* 631. 1., emendatiore apud *Fea, Fast. cons. p.* 33. D. M. L. ROSCII EVCOLPII DECVRIALI DECVRIAE LICTORIÆ.

LĪDO, is, ere, a. 3. idem ac lædo, ex quo composita *adlido, collido* etc., legitur tantum in *Labb. Gloss. Latino-Gr.* Lido, χρούω. *Atilius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 90. *Müll.* Cape, cæde, lide, come, conde. Ita legit *Müllerus*, qui hæc adnotat: *Lide* habent Codices, idque retinui, quamquam unicum hujus verbi non compositi exemplum. *Lido* factum est ex verbo *lædo*, eadem permutatione vocalium, quæ est in v. *fligo*, orto ex *flago* (unde *flăgrum* et *flăgitium*). Itaque hæc vocalium violatio, quam vocant antiqui Grammatici, quæ in componendis vocabulis observari solet, interdum etiam in simplicibus reperitur. Hæc *Müllerus*. Verum hanc lectionem jure ac merito in dubium revocat *Lachmannus* ad *Lucret.* 5. 1001. *vol.* 2. *p.* 324.

LĪEN, ēnis *et* līēnis, is, m. 3. Primam syllabam producit *Alcim.* 1. 10. Lienis lævam sortitur regula partem. — *Servius* ad *Virg.* 6. *Æn.* 647. male docet, *lien* esse neutrius generis. — Lien est viscus in humano corpore, Græco nomine *splen*, quod vide, σπλήν, σπλάγχα (It. *milza*; Fr. *la rate*; Hisp. *bazo, melza*; Gr. *die Milz*; Angl. *the milt or spleen*).

I.) Propric. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 80. (204). Ventriculo adnectitur lien in sinistra parte adversus jecori, cum quo locum aliquando permutat, sed prodigiose. *Cato R. R.* 157. Lienes turgent. *Cels.* 4. 9. At lienis, ubi affectus est, intumescit. *et ibid. a med.* Lienis bubulus utiliter esui datur. Adde *eumd.* 5. 25. *n.* 3. — Cursu lien intumescere solet et dolorem afferre. *Plaut. Merc.* 1. 2. 14. Genua hunc cursorem deserunt: seditionem facit lien, occupat præcordia. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 13. 83. (132). Equisætum lienes cursorum extinguit. *Seren. Sammon.* 23. 406. Quando lien tumido circumligat ilia vinclo, Et plenum splenis demonstrant membra rigorem. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 48. (76). Argemonia lienem consumere dicitur. *Id.* 23. *ibid.* 1. 17. (27). Asparagos (*bryoniæ*) Diocles prætulit veris asparagis in cibo, urinæ ciendæ lienique minuendo. *Cels.* 4. 9. Aqua a ferrario fabro lienem coercet. *et ibid.* Eruca et nasturtium lienem extenuant.

II.) Translate fiscum *lienem* appellabat Trajanus, apud *Aurel. Vict. Epit.* 42. *extr.*, quia sicut, crescente liene, reliqui artus tabescunt, sic, aucto fisco improbis exactionibus, civium paupertas augetur.

LIĒNĪCUS, a, um, adject. (lien) lienosus. *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 4. Alii phlebotomiam recusarunt in lienicis. *Id. mox.* Alii perutenda probaverunt, atque altius in lienicis cauteres infigendos. *et paullo post.* Hinc denique quædam lienica vocaverunt. *et mox.* Lienicos vero phlebotomat. — A nonnullis tribuitur et *Plinio* 29. *Hist. nat.* 3. 11. (44)., sed *Harduin.*, probante *Silligio*, correxit *lientericus*, h. e. levitate intestinorum laborans. *V.* LIENTERIA et LIENTERICUS.

LIĒNŌSUS, a, um, adject. (lien) ad lienem pertinens, lienis similis, σπληνώδης. *Plaut. Cas.* 2. 6. 62. Cor lienosum, opinor, habeo; jamdudum salit, de labore pectus tundit. *h. e.* ad instar lienis intumescit ac laborat. — Hinc

Lienosus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui liene turgente laborat, σπληνικός. *Cels.*

2. 8. Lienosis bono tormina sunt. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (20). Sicut Pyrrho regi pollex in dextro pede, cujus tactu lienosis medebatur. *Arnob.* 7. 34. Non dubitarent eos lienosos, lippulos atque enterocelicos dicere.

LIENTĔRĬA, æ, f. 1. λειεντερία, levitas intestinorum, *lubrichezza*, de qua *V.* in LEVITAS: a λεῖος *levis* et ἔντερα *intestina*. Græce usurpat *Cels.* 2. 1. Latine vero *Theod. Priscian. l.* 2. *part.* 2. 18. *a med.* Lienteria si obvenerit, quæ veluti quemdam limum intestinis obducit, transitu rheumatismi, ex quo nulla penitus ciborum solemnis valeat digestio celebrari etc. Adde *Isid.* 4. *Orig.* 7. 37.

LIENTĔRĬCUS, a, um, adject. (lienteria) levitate intestinorum laborans, λειεντερικὸς. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 3. 11. (41). Dantur cœliacis —; sic et lientericis. *V.* LIENICUS in fin. *Theod. Priscian. l.* 2. *part.* 2. 18. *ad fin.* Ex dysentericis lienteriic facti.

LĪGĀMEN, ĭnis, n. 3. *et*

LĪGĀMENTUM, i, n. 2. (ligo) ligatura, vinculum, *legame, legamento, legaccio*, δεσμός.

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Propert.* 2. 22. 15. quum Sidoniæ nocturna ligamina mitræ Solverit. *Ovid.* 14. *Met.* 230. dempsisse ligamina ventis. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 92. Possit etiam salix decisa expurgari, et ad vitium ligamina præparari. *Id.* 12. *ibid.* 8. 1. Eoque adjicito viridium condimentorum fasciculos, origani, mentæ, cæpæ, coriandri. Has herbas ita in lacte demittito, ut ligamina earum exstent. — *b*) Speciatim de fasciis, quibus obligantur vulnera. *Colum.* 6. *R. R.* 6. 4. Sanguis inhibetur papyri ligamine. *Tac.* 15. *Ann.* 54. Vulneribus ligamenta, quibusque sistitur sanguis, parare. — Similiter *Quintil.* 11. 3. 144. Fasciæ et focalia et aurium ligamenta sola excusare potest valetudo. — De musculis armorum. *Gr. at. Cyneg.* 470. Stringendæ nares, scindenda ligamina ferro Armorum.

LĪGĀTĬO, ōnis, f. 3. (ligo) actus ligandi, ligamentum, *legamento*, δέσις.

I.) Proprie. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 9. Ligationibus utimur, sed prætectis lana aut veste locis, quos vinculis nectimus.

II.) Translate. ¶ 1. In re medica. *Scribon. Compos.* 255. Malagma facit ad omnem tensionem et contractionem nervorum et ligationem. ¶ 2. Apud Rhetores est figura eadem ac ζεῦγμα. *V.* ZEUGMA. *Aquila de Schem. lex. sub init.* Latine hæc figura (*zeugma*) dicitur ligatio, vel adnexio.

LĪGĀTŪRA, æ, f. 1. (ligo) ligamen, *legatura*, περίαμμα.

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Pallad.* 1. *R. R.* 6. *a med.* Ligatura in vitibus locum debet mutare, ne unum semper assiduitas conterat vinculorum. *Theod. Priscian.* 1. 26. Superaddita ligatura, quæ contineat medicamentum. *Vulgat. interpr. Num.* 19. 15. Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit. Adde *ibid. Eccli.* 45. 13. — *b*) Speciatim pro re, quæ est colligata. *Vulgat. interpr.* 1. *Reg.* 30. 11. Dederuntque ei panem ut comederet, et biberet aquam, sed et fragmen massæ caricarum et duas ligaturas uvæ passæ. — *c*) Item speciatim de amuleto ad collum suspenso, aliive cui membro corporis alligato ad depellendum morbum. *Augustin. Tractat.* 7. *in Joann. ante med.* Qui seducunt per ligaturas, per præcantationes etc. Adde *Isid.* 8. *Orig.* 9.

II.) Translate de nexibus athletarum. *Ambros. Enarrat. in Psalm.* 36. Alii sunt, qui simplici quodam et legitimo genere luctantur, et ligaturis tantum corporis certant, verberare non norunt, qui palæstræ (*lege* palæstritæ) vocantur.

LĪGĀTUS, a, um. *V.* LIGO.

LIGELLUM, i, n. 2. breve domicilium, tugurium, *casetta*, καλύβη, οἰκίδιον. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 22. Divum atque hominum clamat continuo fidem, De suo ligello fumus si qua exit foras. Ita *Non. p.* 134. 11. *Merc.*; sed alii multo rectius legunt *tigillo*. Al. *ligillo*, h. e. parvo ligno.

LIGNĀRĬUM, ĭi, n. 2. *V.* voc. seq. in fin

LIGNĀRĬUS, a, um, adject. (lignum) ad lignum pertinens, ξυλικός. *Capitolin. Pertin.* 1. Lignaria negotiatio. *mercanzia di legname. Scribon. Compos.* 141. Cornu cervinum limatum lima lignaria. *Vulgat. interpr. Isai.* 44. 13. Artifex lignarius extendit normam, formavit illud in runcina. — Hinc

Lignarius, ĭi, m. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est faber, qui in ligneis operibus conficiendis versatur, *fabbro legnajo. Pallad.* 1. *R. H.* 6. Ferrarii, lignarii doliorum cuparumque factores necessario habendi sunt. — Hinc locus Romæ extra portam Trigeminam apud *Liv.* 35. 41. *in fin. inter lignarios* dictus. *la via de' fabbri legnai, oppure il mercato del legname.* ¶ 2. Item *lignarii* absolute dicuntur, quos ligna in usum sacrificiorum cædere vel potius portare coegit Josue, ut liquet ex *Jos.* c. 9. *v.* 27. *Hieronym. Ep.* 108. *n.* 8. Josue Gabaonitas ob dolos et insidias fœderis impetrati in aquarios lignariosque damnavit. — De iis, qui ligna cædunt in quemlibet usum. *Gloss. Latin. Gr.* Lignarius, ξυλοκόπος, ὁ κοπτων ξύλα. *Inscript.* Pomperius, ξυλοκόπος, ὁ κοπτων ξύλα. *Inscript.* Pomperiana apud *Orell.* 4265. MARCELLINVM AEDILEM LIGNARII ET PLOSTRARII ROG. VT F. *h. e.* rogant, ut faveat. Adde *aliam* apud *Henzen.* 7241.

Lignarium, ĭi, n. 2. absolute, substantivorum more. est locus, ubi ligna asservantur. *Gloss. Cyrill.* Ξυλεβολον, ἤγουν ξυλοθήκη, lignaria cella, lignarium. Agnoscitur hæc vox etiam a *Capro p.* 2247. *Putsch. V.* in ATRAMENTARIUM.

LIGNĀRĬUS, ĭi, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

LIGNĀTĬO, ōnis, f. 3. (lignor) lignorum desectio, vel deportatio, ξυλοφορία.

I.) Proprie. *Cæs.* 5. *B. G.* 38. Qui lignationis munitionisque causa in silvas discessissent. *Vitruv.* 5. 9. *ad fin.* Lignatio maxime necessaria est ad cibum exequendum.

II.) Translate, abstractum pro concreto, uti ajunt, sumitur pro loco, unde ligna accipi possunt, silva cædua. *Colum.* 1. *R. R.* 5. 1. Sit autem vel intra villam, vel extrinsecus inductus fons perennis, lignatio pabulumque vicinum.

LIGNĀTOR, ōris, m. 3. (lignor) miles, qui lignatum vadit, *soldato che va a far legna*, ξυλεύς, ξυλευτής. *Cæs.* 5. *B. G.* 26. Oppressis lignatoribus. *Liv.* 10. 25. Paucis citra millibus lignatores ei cum præsidio occurrunt.

LIGNATULUS. *V.* LINGUATULUS.

LIGNĔŌLUS, a, um, adject. *deminut. a* ligneus, *di legno, Lucilius* apud *Priscian.* 3. *p.* 618. *Putsch.* Scutam ligneolam cerebro infixit. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 7. Hanc scripsi ante lucem ad lychnuchum ligneolum. *Apul. de Mundo.* Qui in ligneolis hominum figuris gestus movent. *burattini, fantocci. V. Lupi Dissert. T.* 2. *p.* 17. *et seqq.*

LIGNĔUS, a, um, adject. (lignum) qui est ex ligno, *di legno*, ξύλινος.

I.) Proprie. *Cic.* 5. *Tusc.* 20. 59. Ligneus ponticulus. *Cæs.* 3. *B. C.* 9. Lignææ turres. *Sall. Jug.* 78. Lignea vasa. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 12. 32. (123). Ligneæ piscinæ. *Ovid.* 10. *Met.* 694. lignea simulacra. et *Tibull.* 1. 11. 20. Stabat in exigua ligneus æde deus. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 8. 8. (34). Lignea supellex. *Cic.* 2. *Invent.* 57. 170. Lignea materia. *h. e.* lignum. *Plaut. Pœn.* 5. 6. 28. custodia. *h. e.* lignei compedes. *V.* CODEX. Joculariter *Id. Pseud.* 1. 1. 45. salus. *h. e.* quæ per tabellas alicui dicitur.

II.) Translate. ¶ 1. Est lignosus. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 22. 24. (86). Ligneum putamen. *Id.* 16. *ibid.* 26. 46. (110). semen. ¶ 2. Eleganter dicitur de membris corporis exsuccis, duris, aridis. *Lucret.* 4. 1154. nervosa et lignea (*appellatur*) Δορκας. *Catull.* 23. 6. Lignea conjux. *V.* JUNCEUS II.

LIGNICIDA, æ, qui ligna cædit. Affertur a *Varron.* 8. *L. L.* 62. *Müll.* et simul damnatur. Qui lapides (inquit) cædunt, lapicidas: qui ligna, lignicidas non dici.

LIGNĪFER, fĕri, m. 2. (lignum *et* fero) qui lignum seu arborem fert: *V.* DENDROPHORUS. *Inscript.* apud *Murat.* 2016. 2., quæ est apud *Orell.* 4138. *n.* 10. DEO MERCVRIO ILIVS CERTVS CENSOR SIGILLORVM COLLEGII LIGNIFERORVM CVLTORVM EIVS DE SVO DEDIT.

LIGNOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (lignum) verbum est castreuse, sicut *aquor, pabulor, frumentor* et similia, et significat ad capienda ligna ire, ligna colligere et congerere, *far legna*, ξυλευομαι. *Cato* apud *Non. p.* 208. 4. *Merc.* Qui aquatum ut lignatum ire videntur, securim atque lorum ferunt etc. *Cæs.* 3. *B. C.* 15. Neque lignandi, neque aquandi potestas fiebat. *et ibid.* 76. Alii lignandi pabulandique causa longius progrediebantur. *Liv.* 10. 25. Responderuntque, lignatum se ire. *Auct. B. Hisp.* 27. Dum lignantur, interfecti sunt.

LIGNŌSUS, a, um, adject. (lignum). Comp. *Lignosior.* — Lignosus est ligni similis, ligneam duritiem habens, *legnoso*, ξυλώδης. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 9. 42. (69). Lignosus fructus. *Id.* 25. *ibid.* 6. 29. (65). caules. *Id.* 13. *ibid.* 19. 34. (112). nucleus. *Id.* 28. *ibid.* 17. 71. (236). Lignosum glutinum. *Id.* 19. *ibid.* 5. 27. (88). Lignosiora sunt reliqua.

LIGNUM, i, n. 2. *Varro* 6. *L. L.* 66. *Müll.* ducit a *legendo*, quod ligna caduca, inquit, legebantur in agro, quibus in foco uterentur. Alii a *ligando*, alii a λιγνός *fumus*. Ceterum *lignum* est pars et veluti caro arboris sub cortice: item tota arborum materia, operi, aut igni apta, ξύλον (It. *legno*; Fr. *bois*; Hisp. *leño*; Germ. d. *Holz*; Angl. *wood, timber*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 130. Ligna neque fumosa erunt, et ardebunt bene. *Cic.* 3. *Verr.* 17. 45. Ignem ex lignis viridibus atque humidis in loco angusto fieri jussit. *et ibid.* 27. 69. Ligna et sarmenta circumdare, ignem subjicere. *Horat.* 1. *Od.* 9. 5. Ligna super foco large reponere. — Aliquando ligni nomine intelligitur quidquid comburendi causa paratum est: et sic distinguitur a *materia*, quæ significat ligna ad ædificandum et fulciendum apta. Ita *Ulp. Dig.* 32. 53. Unde *Labeo* apud *eumd.* 7. 1. 12. Nec materia eum pro ligno usurum, si habet unde utatur ligno. (Ubi notandus usus singularis numeri: nam hoc sensu fere in plurali effertur. Sic *Cato* apud *Charis.* 1. *p.* 55. *Putsch.* Vehes ligni. *un carro di legna*). *Plin.* 10. *Ep.* 50. Per lacum ligna, materiæ modico labore devehuntur. — *In silvam ligna ferre* proverb. apud *Horat.* 1. *Sat.* 10. 34. est quod Itali dicunt *portar legna al bosco*, et similiter *portar acqua al mare*, Græci γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας. *V.* NOCTUA.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochen ponitur pro tabella, in qua scribitur. *Juvenal.* 16. 41. Vana supervacui dicens chirographa ligni. ¶ 2. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 3. 3. (10). vocat *lignum* olivæ nucleum. *et* 13. *ibid.* 4. 9. (40). semen in pomo palmæ. *et* 15. *ibid.* 28. 34. (111). nucleum in olivis, cerasis, persicis, prunis. *et ibid.* (112). corticem, seu putamen nucum: item corticem siliquarum prædulcium, quas Itali appellant *carrube*. Denique 17. *ibid.* 21. 35. (162). vinacea uvarum. ¶ 3. Inter vitia mensarum *lignum* dicitur materia surda et indigesta simplicitas, aut platani foliorum modo digesta. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 15. 30. (98).

LIGNYZON, ontis, adject. a λιγνύς et λιγνύσις, fumosus, atque adeo languidius lucens. *Lignyzontem* ex *Cod. Bamb.* legendum putat *Silligius* apud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 7. 25. (94)., ubi vulgati libri habent *lithizontem*. *V.* LITHIZON.

LĪGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Ligans* II.; *Ligatus* I. 1. et 2.; *Ligandus* II. — Ratione habita etymi, volunt esse a λυγόω, quod idem significat; alii vero conjungunt cum v. *legere, colligere*. Occurrit autem apud Poetas tantum et apud prosæ auctores, qui post Augustum floruerunt; et significat vincire, colligare, δέω (It. *legare*; Fr. *lier, attacher*; Hisp. *ligar, atar, enlazar*; Germ. *binden, verbinden, zusammenbinden, anbinden, umbinden*; Angl. *to bind, tie, tie up or fast*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, vincire, colligare. *Ovid.* 3. *Met.* 575. manus post terga ligatæ. *Gell.* 12. 3. Ligare et vincire crura et manus. *Phædr.* 5. 7. Fascia ligare crus. *Ovid.* 6. *Met.* 134. laqueo ligare guttura. *stringere.* et 7. *ibid.* 849. vulnera veste. *fasciare. Seneca Thyest.* 686. caput vitta. *et Hippol.* 1003. equorum ora frenis. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 13. dum mula ligatur. *Tac. Germ.* 39. Nemo nisi vinculo ligatus ingreditur. *Tibull.* 1. 7. 73. vitta ligatos Impediat crines. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 16. Vineæ palatæ et ligatæ. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 15. 25. (115). Ligatum insitum intritaque illitum operire terra. *Catull.* 2. 13. Quod zonam soluit diu ligatam. *Seneca Hippol.* 1087. Ligare nodos sequaces. *Phædr.* 4. 5. capitibus cornua suis ligarant. *Lucan.* 8. 61. 'uncta litoribus. *Sueton. Ner.* 51. Ligato circum collum sudario. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 65. (261) Cornu, propter oleum, ad crus ligato fœnisex incedebat. *Ovid.* 3. *Trist.* 10. 49. Vidimus in glacie pisces hærere ligatos. *Petron. Satyr.* 123. turmæ nimbos fregere ligatos. *h. e.* glaciem. ¶ 2. Latiori sensu, vel, ut aliis placet, translate est cingere, circumcingere,

jungere, conjungere. *Val. Flacc.* 4. 94. Balteus loricam ligat. *cinge. Seneca Œdip.* 455. Vivaces hederas remus tenet: Summa ligat vitis carchesia. *Ovid.* 2. *Met.* 375. digitosque ligat junctura. *Sil. It.* 7. 589. ligat Pœnorum terga corona. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 33. 52. (103). Brevi nodo ligatus. *h. e.* junctus. *Id.* 36. *ibid.* 27. 68. (200). Igne cremato lapide, cæmenta in tectis ligantur. *Seren. Sammon.* 63. Aut cineres alni tardo cum melle ligentur. *s'incorporino.*

II.) Translate. *Ovid.* 1. *Met.* 25. Dissociata locis concordi pace ligavit. *et* 9. *ibid.* 548. quæ quum tibi sit junctissima, junctior esse Expetit et vinclo tecum propiore ligari. *Id.* 1. *Pont.* 6. 39. Hæc dea (*Spes*) quam multos laqueo sua colla ligantes Non est proposita passa perire nece! *Propert.* 4. 4. 80. Ligare pacta. *Seneca Herc. Œt.* 452. artibus magicis fere Conjugia nuptæ precibus admixtis ligant. *h. e.* conjugum amorem jungunt firmantque. *Stat.* 4. *Silv.* 3. 74. *de flumine.* Et ripas habitare nescientem Recti legibus alvei ligasti. *Quintil.* 5. 14. 32. Quæ (*argumenta*) apprehensa Græci magis in catenas ligant et inexplicabili serie connectunt. *h. e.* ita jungunt, ut quasi catenam faciant. et *Isid.* 8. *Orig.* 9. In rebus suspendendis atque ligandis.

LĪGO, ōnis, m. 3. instrumentum rusticum lato ferro, herbis ac radicibus evellendis, purgandoque agro et terræ fodiendæ aptum, δίκελλα, μάκελλα (It. *marra, marrone, zappa*; Fr. *hoyau*; Hisp. *azada, azadon*; Germ. *d. Hacke*; Angl. *a spade, mattock, shovel*).

I.) Proprie. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 59. longis purgare ligonibus arva. *Horat. Epod.* 5. 30. Ligonibus duris humum exhaurire. *Id.* 3. *Od.* 6. 38. ligonibus versare glæbas. *Ovid.* 3. *Amor.* 10. 31. Quum bene jactati pulsarant arva ligones. *Martial.* 4. 64. Centeno ligone domare arva. *Stat.* 3. *Theb.* 589. incurvi ligones. *Colum.* 10. *R. R.* 88. cum glæbis vivacem cæspitis herbam Contundat marræ, vel fracti dente ligonis. *Fractum* dicit, quia inflexum et curvum ferrum habet, præsertim qua parte in dentes deducitur. Sic *infractus remus, infracti radii*, apud *Cic.* et *Plin.*

II.) Translate. *Juvenal.* 7. 33. ætas Et pelagi patiens et cassidis atque ligonis. *h. e.* agriculturæ. metonymia.

LĪGŌNĀTUS, a, um, adject. (ligo, onis) ligone excavatus. *Anonym. de limit. p.* 148. *Goes.* Lacus et ligonati et fabricis constructi.

LĪGŪLA *seu* lingŭla, æ, *f.* 1. *deminut. a* lingua, parva lingua, γλωσσάριον, γλωσσίς (It. *linguetta*; Fr. *petite langue, languette*; Hisp. *lengueta*; Germ. *ein Zünglein, eine kleine Zunge*; Angl. *a little tongue*).

I.) Proprie. In veteribus libris promiscue reperitur *ligula* et *lingula*. Sed *Martial.* 14. 120. (cujus verba paullo infra citantur) *lingula* indoctorum grammaticorum appellationem facit. Nempe ad originem vocis respexere, non cogitantes, uti ab *offa* est *ofella*, a *mamma mamilla*, a *curru curulis*, prima correpta, sic a *lingua* dici potuisse *ligula*, prout senatores et equites loquebantur. Doctam sane, quamvis longiusculam, *Ulr. Frid. Koppii* adnotationem, quam ille posuit in *Palæographia critica T.* 2. *p.* 545. ann. 1817. edita Mannheimi, ad *Notas Tironianas p.* 161., hic inserendam putavi, quæ talis est: Ne mireris, me pro eo, quod apud *Gruter. p.* 161. est *licola* legere *ligula*, quamvis alia adsit nota, cui *lingula* adscribitur *ibid.* Diverso enim sensu hæc vocabula a collectionis auctoribus accepta esse videntur. *Ligulam* eis fuisse lorum, quo calcei ligantur, series verborum docet: *lingulam* vero a *lingit* ductum esse ex utriusque notæ comparatione perspicuum est, ideoque forsitan cochleare significare hoc vocabulo voluere. Haud equidem doctorum virorum sententiæ subscribere ausim, qui *Martialem* grammaticos perstrinxisse arbitrantur disticho illo 14. 120. Quamvis me ligulam dicant equitesque patresque, Dicor ab indoctis lingula grammaticis. Poeta enim ipse alibi (2. 29. et 8. 59.) utroque utitur nomine; unde patet, eum nullum diversæ scribendi rationis respectum habuisse. *Charisius* vero ex grammaticis fuit, qui *lingulam* a *ligula* distinguerent: cujus ego locum apud *Gothofred. p.* 1361. et apud *Putsch. p.* 80. male sanum ita restituendum esse, nullus dubito. «Lingula quum (*dele* non) a linguendo dicta est, in »argento: in calceis vero ligula (*dele* n) a ligando. »Sed usus ligulam sine n frequentat» videlicet ut eodem hoc vocabulo utramque rem et cochleare et lorum appellare liceat. Omnino necessariam esse hanc emendationem eo magis mihi persuasum est, quod *Charisius* non id agebat, ut unum idemque verbum plures habere significationes doceret, sed ut sono similia tantum distingueret. Quod quia in ceteris exemplis apud eumdem auctorem animadvertimus, certum est, eum primo loco *lingula* et inferius *ligula* scripsisse, nequaquam bis *lingula*.

II.) Translate. ¶ 1. Ita dicitur promontorium, vel terrarum prominentia in mare excurrens, *una lingua di terra. Cæs.* 3. *B. G.* 12. Erant ejusmodi fere situs oppidorum, ut posita in extremis lingulis promontoriisque etc. *Forcellinus* et alii leg. *linguis.* ¶ 2. Item pars in calceis linguæ exsertæ instar fastigiata, ut docet *Paul. Diac. p.* 116. 12. *Müll.* Lingula per deminutionem linguæ dicta; alias a similitudine linguæ exsertæ, ut in calceis; alias insertæ, id est intra dentes coercitæ, ut in tibiis. Sed *Juvenalis* vetus interpres ligulas in calceis ait esse ansas calceorum, neque hanc notionem a *linguæ* similitudine fluxisse, ut diximus ex *Paul. Diac.*, sed a *ligando*: at fortasse ligula est corium in soleis ita positum, ut sonitum faciant. *V.* FOLLEO et FOLLEATUS. *Juvenal.* 5. 20. propter quod rumpere somnum Debeat, et ligulas dimittere etc. *Martial.* 2. 29. Non extrema sedet lunata lingula planta. Ubi *lingula* scripsit, etsi in grammaticis id alibi damnat. *V.* LINGULATUS. — Hinc est etiam convicium in hominem nullius pretii: ductum a ligulis calceorum, ut ait *Forcellinus*; nisi forte ductum fuerit a significatione proxime sequenti. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 30. Ligula, i in malam crucem. ¶ 3. Præterea instrumentum est cavum et oblongum, — *a*) Quo utebantur ad purgandam e vase spumam. *Colum.* 9. *R. R.* 15. 13. Isque sæpius ligula est purgandus. — *b*) Item instrumentum cavum et oblongum, quale est, quo aromatarii educunt unguentum e vasis: quia habet figuram linguæ ad palatum retractæ, atque ita cavæ, *spatoletta. Plin.* 21. *Hist. nat.* 14. 49. (84). Inde ligulis bauriunt florem. — *c*) Idem creditur, ac cochleare. Sed tamen ab eo distinguitur saltem ut pars a parte. Hinc *Cato R. R.* 84. postquam savilli conficiendi rationem docuisset, monet ponendum convivis cum catillo et lingulis. *h. e. coi cucchiai. Martial.* 8. 33. ligulam quum mittere possis, Mittere quum possis vel cochleare mihi. *V.* COCHLEAR. Ceterum, secundum *Johannem Paganum* ligula erat hastula ex ære vel argento, quarum altera extrema pars in cochlearis formam desinebat, qua liquida caperentur; altera vero acutissima erat, qua solidiores cibi arriperentur: hæc in *Bollettin. di corrispond. archeol. ann.* 1830. p. 223.; quocum confer *eumd. Bullettin. ann.* 1836. p. 161., *Mus. Borbon. T.* 10. *n.* 46., et *Pitture di Ercolano T.* 1. *tav.* 14. ubi ejusmodi hastula in mensa exhibetur. — *d*) Denique est genus mensuræ, quarta pars cyathi, *un cucchiajo. Plin.* 20. *Hist. nat.* 5. 18. (36). Item opisthotonicis et jecinorum vitiis et torminibus et stranguriæ, duarum aut trium lingularum mensura. ¶ 4. Ad hæc, ligula est gladiolus oblongus in speciem linguæ factus. *Varro* 7. *L. L.* 107. *Müll.*; et *Gell.* 10. 25., ubi *Nœvius* in *Hesion.* Sine (*Müllerus* ne) mihi morem gerere videar, haud lingua, verum lingula. ¶ 5. Præterea ita in tibiis vocabant, a similitudine linguæ infra dentes coercitæ, quod γλωττὶς a Græcis, simili metaphora, dicitur. *Paul. Diac. loc. cit.* sub 2.; et *Plin.* 16. *Hist. nat.* 36. 66. (171). ¶ 6. Similitudo quoque linguæ nomen dedit extremitatibus paxillorum, quæ transversis foratis perticis inducuntur. *Colum.* 8. *R. R.* 11. 4. In solo figuntur breves paxilli, eorumque partes summæ lingulas edolatas habent, quæ transversis foratis perticis inducantur. ¶ 7. Item nomen in architectura dedit lingulis vectium, quæ et *linguæ* dicuntur. *Vitruv.* 10. 8. Si sub onus vectis lingula subjecta fuerit. Sic *Cato R. R.* 18. de lingula prælli. ¶ 8. Item extremitatibus tubulorum, quibus aqua ducitur, in modum linguæ conformatis, ut aliter in alterum convenire possit: quos *lingulatos* idcirco appellat *Vitruv.* 8. 7. ¶ 9. Item examini in libra. *Vet. Scholiast.* ad *Pers.* 1. 6. Examen est ligula, vel lignum, quod mediam bastam ad pondera adæquanda tenet. ¶ 10. Item ossiculis loliginum instar cultelli, aut scalpelli. *Apul. de Mag.* Cancrorum furcas, echinorum calliculos, loliginum ligulas.

LĪGURĬO *vel* ligurrio, is, īvi *vel* ii, ītum, īre, 4. Fere simplici *r* scribitur. *Manutius* tamen et *P. Victor* duplicem præferunt ex veterib. libris. Utraque scriptio proba. — Ratione habita etymi est a themate *lig* verbi *lingo*. — Part. *Liguriens* sub *B.* II. 3. — Occurrit autem *A*) Neutrorum more; et *B*) Active.

A) Neutrorum more est lingere, scil. leviter degustare, libare, *leccare, mangiare delicatamente, morsecchiare*, λιχνεύω. *Ter. Eun.* 5. 4. 12. Meretrices dum foris sunt, nihil videtur mundius: quæ cum amatore quum cœnant, liguriunt *etc.* Quam inhonestæ solæ sint domi atque avidæ cibi etc. Ubi *Donatus*: Ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ, quod secundum Græcos suave intelligitur, *ligurire* dicitur, qui eleganter et more senum multo fastidio suaviora quæque degustat.

B) Active ligurire

I.) Proprie est lingere, *leccare. Varro* 3. *R. R.* 16. 3. *de apib.* Itaque bis unctus qui accessit, pungunt, non, ut muscæ, liguriunt. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 80. Si quis eum servum, patinam qui tollere jussus, Semesos pisces tepidumque ligurierit jus, In cruce suffigat. *V* infra sub II. 1.

II.) Translate. ¶ 1. Ligurire est per aviditatem libare, degustare, *assaggiare per golosità o ghiottornia. Plaut. Capt.* 1. 1. 14. Parasiti, rebus prolatis, latent, dum ruri rurent homines, quos liguriant. *h. e.* quorum cibos lingant, quorum invitatu cœnent. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 79. puer unctis Tractavit manibus calicem, dum furta ligurit. Sunt qui in utroque *Horatii* loco (*V.* supra sub I.) *ligurire* exponunt devorare, avide intemperanterque comedere: quasi quis ita vescatur, ut et reliquias lingat in patina. *V.* LIGURITIO et LIGURITOR 1. ¶ 2. Habet interim obscœnum sensum, ut apud *Cic. Dom.* 18. 17. et *Sueton. Tib.* 45. *extr.*, et λείχειν et λειχάζειν apud Græcos, et *Martial.* 11. 58., in quibus locis mulierum pudenda lingere significat, quod exprimit vox cunnilingus. ¶ 3. Per metaphoram est avide appetere, inhiare. *Cic.* 5. *Verr.* 76. 177. Non reperietis hominem timide, nec leviter hæc improbissima lucra ligurientem: devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit. *Id.* 11. *Fam.* 21. *sub fin.* Quum quidam de collegis nostris agrariam curationem ligurirent, disturbavi rem. *h. e.* appeterent, inhiarent, velut si quis cibi cupidus patinas lambat.

LĪGURĪTĬO *vel* ligurritio, ōnis, *f.* 3. (ligurio) actus ligoriendi, *il mangiare con golosità o voracità*, λιχνεία. *Cic.* 4. *Tusc.* 11. 26. Ægrotationi talia quædam subjecta sunt, avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, liguritio, vinolentia, cupedia.

LĪGURĪTOR *vel* ligurritor, ōris, m. 3. (ligurio) delicationis cibi avidus, cupide comedens, *vorax, goloso, avido, vorace*, λίχνος.

I.) Proprie. *Macrob.* 2. *Saturn.* 12. *sub fin. de lupo pisce.* Lucilius ostendit, scire se hunc piscem egregii saporis, qui inter duos pontes captus esset: eumque, quasi liguritorem, catillonem appellat.

II.) Translate, obscœnum sensum habet apud *Auson. epigr.* 128. *in lemmate. V.* LIGURIO II. 2.

LĪGŪRĬUS, ii, m. 2. lapis, qui idem esse videtur ac lyncurium. *Vulgat. interpr. Exod.* 28. 19. In tertio ligurius, achates et amethystus. *Hieronym. Ep. ad Fabiol. de vestitu sacerd.* Satisque miror, cur hyacinthus, pretiosissimus lapis, horum numero non ponatur; nisi forte ipse est alio nomine ligurius. Adde *Isid.* 12. *Orig.* 2. 20. ubi a lynce deducit, et 14. *ibid.* 4. 19. et 16. *ibid.* 8. 8. *V.* LYNCURION *vel* LYNCURIUM.

LĪGUSTĬCUS, a, um, adject. ad Liguriam pertinens: *V.* ONOM. — Hinc

Ligusticum, i, n. 2. herba est (alio nomine siler montanum) in Liguriæ montibus frequens: seritur ubique: suavius sativum, sed sine viribus. Panacem aliqui vocant: Cratevas apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat: ceteri vero conyzam, id est cunilaginem. Stomacho utile est: item convulsionibus et inflationibus. Hæc *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 50. (165). et 20. *ibid.* 15. 60. (168). Meminit et *Colum.* 12. *R. R.* 57. 5. — Habet in condimentis usum piperis, memoraturque ab *Apic.* 1. 29. et 4.

5. — Apud *Veget.* 5. *Veterin.* 51. 2. *Schneid.* appellatur *Libysticum* vel *Levisticum.* — De Synonymia *V.* in SILER.

LĪGUSTRUM, i, n. 2. ¶ 1. Est frutex, alio nomine *oleastellus*, quia folio est oleæ simili, et ab Italis *levistico* et *libistico*, a nostratibus vulgo *conestrella*, a botanicis *ligustrum vulgare* dicitur, adeo passim nascens, ut *dare ligustra colono* apud *Martial.* 9. 27. eo sensu dicatur, quo *noctuas mittere Athenas.* Florem gignit album. *Virg.* 2. *Ecl.* 18. Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Ubi *Servius*: Ligustrum flos est candidus, sed vilissimus. Sic *Ovid.* 13. *Met.* 789. Candidior nivei folio Galatea ligustri. *Martial.* 1. 116. Toto candidior puella cygno, Argento, nive, lilio, ligustro. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 130. Hæc graditur comitata rosis, hæc alba ligustris. *Colum.* tamen 10. *R. R.* 300. Ter calathis violam et nigro permixta ligustro Balsama cum casia nectens croceosque corymbos. Sed *Parrhas.* quia plures album dicunt, *niveo* hic legendum censet. Recentiorum conjecturas *V.* apud botanicos. Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 1. *p.* 342.) hanc exhibet synonymiam: Κύπρος Dioscor. 1. 134.; *Ligustrum album* Virg. 2. Ecl. 18. et Plin. lib. 16. loc. cit.; et *Ligustrum nigrum* Colum. 10. R. R. 300. sunt *Ligustrum vulgare* L. Spec. plant. 10. — Porro idem cl. vir docet, *ligustrum*, de quo *Plin.* lib. 12. (*V.* paragr. seq.), differre omnino a *cypro*, qui est *Lacosonia inermis* L. Docet etiam *ligustrum* Virg. loc. cit. non esse *Convolvulum sæpium*, ut nonnulli putarunt; sed unum idemque esse cum *ligustro* Plin.: quapropter ea minime sunt distinguenda. Denum ligustrum modo *album*, modo *nigrum* dicitur, quia flores albi sunt, fructus vero nigri. ¶ 2. Alius est hoc nomine frutex, seu arbor, de qua ne sibi quidem *Plin.* constare ait, quæ sit. Scribit enim tum 12. *Hist. nat.* 24. 51. (109)., tum 24. *ibid.* 10. 45. (74). credi a quibusdam eamdem esse ac cyprum, quæ Orientis planta est. Ipse tamen nihil affirmat. Sōlum 16. *ibid.* 18. 31. (77). inter eas recenset, quæ non nisi in aquosis locis proveniunt: addit que, esse tesseris utilissimam. V. clarissimi *Fée* sententiam in fin. paragr. præced.

LĪLIĀCĔUS, a, um, adject. (lilium) e liliis factus, di *giglio*, λειρινος. *Pallad.* 6. *R. R.* 14. in *lemmate.* De oleo liliaceo. *Theod. Priscian.* 4. p. 311. edente *Ald.* Bulbum liliaceum coques ex aqua.

LĪLIĒTUM, i, n. 2. (lilium) locus liliis consitus, *giglieto. Pallad.* 3. *R. R.* 21. Qui (*bulbuli*) nova lilieta formabunt.

LĪLĬUM, ii, n. 2. λείριον (unde Latini mutata littera ρ in *l* lilium nominarunt. *V.* CRININON et LIRINON), *giglio*, flos est rosæ nobilitate proximus, ceterorum excelsissimus, interdum cubitorum trium, languido semper collo et non sufficiente capitis oneri. Candor ejus eximius, foris striati, et ab angustiis in latitudinem paullatim sese laxantis, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique pilo et staminum stantibus in medio crocis. Ita odor colorque duplex, et alius calycis, alius staminis, differentia angusta. Hæc ex *Plin.* 21. *Hist. nat.* 5. 11. (22)., qui *ibid.* 19. 74. (126). varios ejus usus in medicina describit. Cf. et *Varron.* 1. *R. R.* 35. 1.; et *Pallad.* 3. *R. R.* 21.

I.) Proprie. *Virg.* 10. *Ecl.* 25. grandia lilia. *Id.* 6. *Æn.* 709. candida. *Propert.* 3. 11. 30. lucida. *et* 4. 4. 23. argentea. *Ovid.* 12. *Met.* 411. candentia. *Id.* 2. *Art. am.* 115. hiantia. *Horat.* 1. *Od.* 36. 16. breve lilium. *di poca durata.* Sic *Val. Flacc.* 6. 492. Lilia per vernos lucent velut alba colores Præcipue, queis vita brevis totusque parumper Floret honor. *Tibull.* 3. 4. 33. Ut quum contexunt amaranthis alba puellæ Lilia. *Propert.* 1. 20. 37. lilia Candida purpureis mixta papaveribus. *Virg.* 12. *Æn.* 67. Indum sanguineo veluti violaverit ostro Si quis ebur, aut mixta rubent ubi lilia multa Alba rosa. *Martial.* 5. 37. Cui nec lapillos præferas Erythræos Nivesque primas liliumque non tactum. Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 2. *p.* 8.) hanc exhibet synonymiam: Κρίνον Theophr. 6. 6.; Κρίνον βασιλικον Dioscor. 3. 116.; *Laleh* Persar.; *Lilium* Latinor., Virg. 12. Æn. 68. et Plin. loc. cit.; et *Rosa Junonis* Apul. Met. sunt *Lilium candidum* L. Spec. plant. 433. — Sunt et rubentia lilia, quæ Græci crina vocant: item purpurea, aliquando geminо caule, carnosiore tantum radice, majorisque bulbi, sed unius: narcissum vocant. *Plin. cit.* 21. *Hist. nat.* 5. 11. (24). et 12. (25).

II.) Translate, a similitudine *lilium* est militaris machina ad impediendum hostem: de quo *Cæs.* 7. *B. G.* 73. Obliquis ordinibus, in quincuncem dispositis, scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paullatim angustiore ad summum fastigio. Huc teretes stipites feminis crassitudine, ab summo præacuti et præusti demittebantur, ita ut non amplius quatuor digitis ex terra eminerent *etc.* Id ex similitudine floris lilium appellabant.

LĪMA, æ, f. 1. instrumentum fabrile, densis minutisque dentibus, quo ferrum, aliudve quid terendo expolitur, ῥίνη (It. *lima*; Fr. *lime*; Hisp. *lima*; Germ. d. *Feile*; Angl. *a file*).

I.) Proprie. *Plaut. Men.* 1. 1. 9. Lima aliquid proterere. *Id. fragm.* apud *Varron.* 7. *L. L.* 68. *Müll.* adradere. *Turnebus* ita legit, quod multis placuit: alii aliter. *Phædr.* 4. 7. Vipera limam momordit. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 49. (140). Interradimus alia, ut quamplurimum lima perdiderit. *Id.* 37. *ibid.* 8. 32. (109). Topazius limam sentit. *Id.* 9. *ibid.* 35. 54. (109). Lima aliquid avellere. *et* 28. *ibid.* 9. 41. (148). polire. *Quintil.* 2. 12. 8. Confitendum est etiam, detrahere doctrinam aliquid, ut limam rudibus et cotes hebetibus et vino vetustatem. *Marcell. Empir.* 28. *ab init.* Cornus cervini limati lima ligneria scobis quantum quatuor vel quinque cochlearia sint.

II.) Translate dicitur de censura, emendatione, expolitione scripti alicujus. *Horat. Art. P.* 291. poetarum limæ labor et mora. *Ovid.* 1. *Pont.* 5. 19. incipiam lima mordacius uti, Et sub judicium singula verba vocem. *et* 2. *ibid.* 4. 17. meus lima rasus liber esset amici. *et* 1. *Trist.* 7. 30. Defuit et scriptis ultima lima meis. *Martial.* 5. 80. Quem (*libellum*) censoria cum meo Severo Docti lima momorderit Secundi. *Id.* 10. 2. Carmina rasa lima recenti. *Vellej.* 2. 9. Clara fuere ingenia Afranii, Pacuvii atque Accii *etc.*, ut in illis limæ, in hoc pæne plus videatur fuisse sanguinis. *Stat. Ep. l.* 1. *præmiss.* Ne quis asperiore lima carmen examinet. *Auson. Sapient.* 299. Et correxi magis, quam condemnata vocabo, Apponet docti quæ mihi lima viri. Hinc *Capell.* 3. p. 50. limam Grammaticæ tradit. *Apul.* 8. *Met.* Sed Charite ad limam consilii desiderium petitoris distulit. *h. e.* ut desiderium petitoris perpenderet ac librare.. — *NB.* Fuit et *Lima* dea apud Romanos, quæ una cum Limentino gerebat custodiam liminum. *Arnob.* 4. 9.; ubi alii *Limentina*, alii *Jana*, alii aliter leg. Et sane quid isti sit *Limæ* cum *limine*, non satis video.

LĪMĀCĔUS, a, um, adject. (limus) e luto factus, di *fango. Tertull. Resurr. carn.* 49. Primus homo de terra choicus, id est limaceus.

LĪMĀRĬUS, a, um, adject. (limus) ad limum pertinens, *da fango. Frontin. Aquæd.* 15. Interposita est limaria piscina. *h. e.* in quam aqua defluens, et cursum remittens, limum deponit.

LĪMĀTĒ, adverb. (limatus). Occurrit translate tantum pro polite, ornate, perfecte, Comp. *Limatius* apud *Cic.* 5. *Fin.* 5. 12. Duo genera librorum, unum populariter scriptum, alterum limatius. et *Ammian.* 15. 13. Quum limatius supersititionum quæreret sectas. *h. e.* accuratius. Eodem sensu *Ambros.* 6. *Hexem.* 8. Sed tractemus limatius quid sit ad imaginem Dei. *Al. leg.* elimatius.

LĪMĀTĬO, ōnis, f. 3. imminutio, quæ lima fieri solet: *V.* LIMO, as. Translate *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 11. Videmus ob has causas etiam studentium corpora fieri tenuiora limatione quadam, jugi cogitatione atque disputatione.

LĪMĀTOR, ōris, m. 3. (limo, as) qui limat, *limatore. Gloss. Philox.* Limator, ῥινητής.

LĪMĀTŪLUS, a, um, adject. deminut. a limatus, ὑπερξεσμένος. Translate *Cic.* 7. *Fam.* 33. Opus est hic limatulo et polito tuo judicio. *h. e.* terso et subtili.

LĪMĀTŪRA, æ, f. 1. (limo) particulæ a re aliqua limando abrasæ, *limatura. Gloss. Lat. Gr.* Limatura, ῥίνημα.

LĪMĀTUS, a, um. *V.* LIMO.

LĪMAX, acis, m. *et sæpius* f. 3. a *limo*, in quo vivit, ut *Varro* 7. *L. L.* 64. *Müll.* et *Paul. Diac.* p. 116. 8. *Müll.* docent, est cochlea terrestris, tum quæ testa operitur, tum quæ nuda est: hinc *Gloss. Philox.* Limax, γυμνοκοχλίας, κοχλίας (It. *lumaca, lumacone*; Fr. *limace, limaçon*; Hisp. *limaza, babaza*; Germ. d. *Wegeschnecke*; Angl. *a snail, dew-snail, slug*).

I.) Proprie. *Colum.* 10. *R. R.* 323. teneras audent erodere frondes Implicitus conchæ limax hirsutaque campe. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 1. 1. (5). Eum limaci magnæ similem esse dicunt. *Id.* 29. *ibid.* 6. 36. (113). Limacis inter duas orbitas inventæ ossiculum. *Id.* 30. *ibid.* 11. 30. (101). Quatuor limacum capita. *Id.* 19. *ibid.* 10. 57. (177). Lactucis innascuntur limaces et cochleæ. *Id.* 18. *ibid.* 17. 44. (156). Limaces nascuntur in vicia, et aliquando e terra cochleæ minutæ, mirum in modum erodentes eam.

II.) Translate. *Plaut. fragm.* apud *Varron. loc. cit.* meretrices appellare videtur *limaces lividas*, quia amatorum bona corrodunt. Quo fortasse pertinet aliud ejusdem fragmentum apud *Non.* p. 334. 2. *Merc. limaces viri.* Utrumque autem vel a *limacibus*, qui lactucas et vicias erodunt, vel a *limando* duci potest.

LĪMAX, ācis, adject. omn. gen. (limus) qui multum limus est, qui limis oculis aspicit. *Fulgent.* 2. *Mythol.* 1. Pastor (*Paris*) brutum quiddam desipuit, et (ut ferarum ac pecudum mos est) ad libidinem limaces oculos intorsit (*potius*), quam virtutem et divitias inquisivit. *h. e.* Veneris potius pulcritudinem, quam Minervæ virtutem et Junonis divitias respexit. *V. Terentii* et *Quintiliani locc. citt.* in LIMUS, a, um, sub I. *b.*

LIMBĀTUS, a, um, adject. (limbus) limbo prætextus et ornatus, *orlato. Gallien. in epist.* apud *Trebell. Claud.* 17. Misi ad eum chlamydes veri luminis limbatas duas.

LIMBŌLĀRĬUS, ii, m. 2. (limbus) qui vestium limbos consuit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 45. Textores, limbolarii, arcularii. *Pareus* legit *limborarii*, ut sit a *limbus* et *ora.* Sed hoc frigidum est. *Inscript.* apud *Don. cl.* 7. *n.* 27., quæ est apud *Orell.* 4213. M. ANTONIO M. LIB. APOLLONIO LIMBOLARIO M. ANTONIVS M. L. PATROCLVS SOLEARIVS AMIC. OPTIM. F. *Orellius* hanc *Inscript.* spuriam putat: sed perperam, ait cl. *Furlanetto* in suis MSS.; et cl. *Henzen.* hæc verba adnotavit: De falsitate mihi certe non constat. *Gloss. Philox.* Limbolarius, Ῥυσανοπράκτης.

LIMBUS, i, m. 2. quidquid extremæ alicujus rei oræ, ornamenti causa, prætexitur, fascia, vitta, cingulum, χρυσος (It. *lembo, orlo, guarnitura*; Fr. *bande dont on garnit quelque chose, liseré, bordure d'un vêtement*; Hisp. *ribete, tira de paño, orillo*; Germ. *der Streifen, Besatz, Bordure, Saum, Binde, Gürtel*; Angl. *the hem, welt, border, guard, or selvage, a ribband or fillet*).

I.) Proprie. — *a*) Pro fascia, qua extremæ vestis ora prætexitur: quæ et *insita* vocatur. *Virg.* 4. *Æn.* 137. Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. *Ovid.* 5. *Met.* 51. Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat Aureus. *et* 6. *ibid.* 127. Ultima pars telæ, tenui circumdata limbo, Nexilibus flores hederis habet intertextos. *Stat.* 1. *Achill.* 330. Et picturato cohibet vestigia limbo. — A *Non.* p. 541. 28. *Merc.* dicitur limbus muliebre vestimentum, quod purpuram in imo habet, allato *Plauti* loco, quem *V.* in voce præced. — *b*) Pro fascia seu vitta. *Claudian. cons. Mall. Theod.* 181. frontem limbo velata pudicam. *Arnob.* 2. 41. Lapillis innecterent colla, laminas pertunderent auri, imminuerent frontes limbis. *V.* NIMBUS. — *c*) Pro zona. *Stat.* 6. *Theb.* 367. picto discingit pectora limbo.

II.) Translate. ¶ 1. *Varro* 2. *R. R.* 3. 7. Limbus XII. Signorum. *h. e.* Zodiacus. *V.* STELLIMICANS. ¶ 2. Limbus dicitur etiam linea seu funiculus ex lini filis quadruplicibus ad capiendas feras: Græci περίδρομον vocant. *Grat. Cyneg.* 25. Prima jubent tenui nascentem jungere filo Limbum, et quadruplici tormento adstringere limbos. Illa operum patiens, illa usus linea longi. ¶ 3. Item extrema pars terræ, litus. *Jornand. Get.* 20. Mox Gothi adeunt urbem, quam dudum Sardanapalus rex Parthorum inter limbum maris et Hæmi radices locasset. *Itali quoque nunc* lembo *eadem significatione dicunt.*

LĪMĒ, adverb. (limus) oblique. *Gloss. Cyrill.* Λοξῶς, lime.

LĪMEN, ĭnis, n. 3. quod a *limus*, h. e. transversus, *Paul. Diac. p.* 116. 1. *Müll.* ducit, est lignum, aut lapis transversus in janua, aut porta, tum superius, tum inferius, βηλός, οὐδός (It. *limitare, soglia*; Fr. *pas ou seuil d'une porte*; Hisp. *el umbral de la puerta*; Germ. d. *Schwelle, der Querbalken an der Thüre, und zwar oben und unten*; Angl. *the threshold of a door, also the lintel*).

I.) Proprie. *Plaut. Merc.* 5. 1. 1. Limen superum inferumque salve. *Novius* apud *Non.* p. 336. 14. *Merc.* Limen superum, quod mihi misero sæpe confregit caput: Inferum autem, ubi ego omnes digitos defregi meos. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 14. 21. (96). Imponere limen foribus. Cf. *Inscript.* apud *Gruter.* 207. *col.* 1. INSVPER OSTIVM LIMEN ROBVSTVM LONGVM P. VIII. IMPONITO. *Juvenal.* 6. 226. pendentia linquit Vela domus et adhuc virides in limine lauros. *et ibid.* 52. densos per limina tende corymbos. (*Vitruv.* quoque 6. 9. et 11. de superiori usurpat). *Plaut. Cas.* 4. 4. 1. Sensim superattolle limen pedes, nova nupta. *Virg.* 3. *G.* 317. gravido superat.t vix ubere limen. *Cic. Dom.* 23. 60. Non existimo, illos tam cupidos liminum meorum et columnarum et valvarum fuisse. — Religiosum erat limen ædium, quod propterea abeuntes redeuntesque salutare solebant, ut est apud *Plaut. Merc. loc. cit.* Cautio quoque erat, ut dextro semper pede prolato transiretur, ut ex *Petron.* colligitur *Satyr.* 30. — *Salutare a limine* est a longe, et translate leviter attingere. *Seneca Ep.* 49. *circa med.* Nec ego nego prospicienda ista, sed prospicienda tantum et a limine salutanda.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochen limen est ipsa janua, ingressus, aditus, *porta, ingresso, entrata*. *Plaut. Cist. a.* 3. *v.* 19. Occludite ædes pessulis, ubi hanc ego tetulerim intra limen. *Id. Men.* 2. 3. 63. Intrare intra limen. et *Mil. glor.* 3. 1. 11. Cohibere se intra limen. *Cic.* 2. *Nat. D.* 27. 67. Fores in liminibus profanarum ædium januæ nominantur. *Cæs.* 3. *B. C.* 105. Simulacrum Victoriæ ad valvas se templi limenque convertisse. *Juvenal.* 2. 88. Limen intrare. *et* 14. 220. subire. *et* 3. 124. submoveri limine. *Virg.* 5. *Ecl.* 56. insuetum miratur limen Olympi. *Id.* 2. *G.* 504. penetrare aulas et limina regum. *Id.* 9. *Æn.* 647. hic Dardanio Anchisæ Armiger ante fuit fidusque ad limina custos. *h. e.* strictus. *Sil. It.* 1. 66. Famuli ad limina. *Martial.* 7. 60. Abstulerat totam temerarius institor urbem, Inque suo nullum limine limen erat. — Hinc *limen interni maris* multi appellavere ipsa ostia freti Gaditani, per quæ ab Oceano in mare Mediterraneum patet aditus. *Plin.* 3. *Hist. nat. proœm.* (4). ¶ 2. Item ædes ipsæ et tecta, *casa*. *Liv.* 43. 1. Matronæ nulla nec auctoritate, nec verecundia, nec imperio virorum contineri limine poterant. *Id.* 2. 48. Jussi armati postero die ad limen consulis adesse. *Virg.* 2. *G.* 511. Exsilioque domos et dulcia limina mutant. *Id.* 7. *Æn.* 579. Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli. *Juvenal.* 15. 153. laribus conjungere nostris Tectum aliud, tutos vicino limine somnos Ut collata daret fiducia. *Seneca Med.* 22. limen alienum expetere. ¶ 3. Item poetice carceres, h. e. initium cursus, quia limen domus viæ initium est. *Virg.* 5. *Æn.* 316. signoque repente Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt. ¶ 4. Metaphorice est principium, *principio, ingresso*. *Lucret.* 2. 258. leti limine ab ipso ad vitam reverti. *Catull.* 68. 4. a mortis limine restituam. Cf. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 44. 45. (143). A limine ipso mortis revocatus. Similiter *Lucret.* 6. 1157. leti jam limine in ipso. et *Sil. It.* 5. 423. in limine mortis. *in faccia alla morte*. *Seneca Herc. fur.* 1132. quas in primo Limine vitæ scelus oppressit. Sic *Lucan.* 2. 106. primo in limine vitæ. *Tac.* 3. *Ann.* 74 In limine belli. *Curt.* 6. 9. 17. In limine victoriæ. *Id.* 9. 10. 26. Non in limine operum laborumque nostrorum, sed in exitu stamus. *Quintil.* 2. 11. 1. Video quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi. ¶ 5. Item finis, quia limen domus viæ finis est, *fine*. *Apul.* 11. *Met.* Transactis vitæ temporibus, jam in ipso finitæ lucis limine constituti. Huc pertinet illud *Justin.* 1. *Institut.* 12. § 5. Limina sicut in domo finem quemdam faciunt, sic et imperii finem esse limen, veteres voluerunt. Ab eo postliminium dictum est.

LĪMĒNARCHA, æ, m. 1. a λιμήν *portus* et ἀρχός, est qui portui præest, et inspicit solventes et appellentes, *presidente o capo di guardia del porto*, λιμενάρχης. *Arcad. Dig.* 50. 4. 18. *ante med.* Logographi, vel tabularii, vel xenoparochi, vel limenarchæ, vel curatores ad exstruenda ædificia publica, muneribus personalibus adstringuntur. *Paul. ibid.* 11. 4. 4. Limenarchæ et stationarii fugitivos deprehensos recte in custodiam retinent.

LĪMES, ĭtis, m. 3. semita transversa, militari via angustior (V. *Goes.* ad *Auct. rei agrar. p.* 73.), tum in agris, tum in urbibus, sed stricto sensu in agris: a *limus* obliquus, docet *Paul. Diac. p.* 116. 2. *Müll.*, ut ait *Forcellinus*, qui *Pauli* locum aliter legit ac *Müllerus*. Aliqui derivant a *limen* (*V.* locum *Justin.* 1. *Institut.* 12. § 5. allatum in LIMEN II. 5.). Quemadmodum enim limen introitum exitumque loco præstat, ita per limitem ingressus in agrum et ex eo egressus patet. Nam agrorum divisores in singulis centuriis singulos limites constituebant, ut agri et mensuræ et itineris causa pervii essent, ἀτραπός (It. *sentiero, via per traverso*; Fr. *chemin de traverse, lisière*; Hisp. *camino de traves*; Germ. d. *Querweg, Rain zwischen den Feldern*; Angl. *a cross-road, cross-path, by-road*).

I.) Proprie. *Varro* 2. *R. R.* 4. 8. *de suib.* Prodigunt in lutosos limites ac lustra, ut volutentur in luto. *Inscript.*, quæ exhibet edictum imperatoris Cæsaris Augusti de aquæ ductu coloniæ Venafranæ ab ipso, ut videtur, donato, apud *Henzen.* 6428. NEVE EAE FISTVLAE AVT RIVOS (*h. e.* rivus) NISI SVB TERRA, QVAE TERRA ITINERIS VIAE PVBLICAE LIMITISVE ERIT, PONANTVR CONLOCENTVR. Adde aliam apud *eumd.* 6634. *Colum.* 1. *R. R.* 8. 7. Semitas novosque limites in agro fieri non patiatur. — Antiqui Latini quatuor genera limitum in agris habebant, duo latiorum, duo angustiorum. Ex latioribus unus ab oriente in occidentem spectabat, qui *Decumanus* est appellatus; alter a meridie in septentrionem, qui *Cardo*. Angustiorum unus ab occidente in orientem intuebatur, qui *Prorsus*; alter a septentrione in meridiem, qui *Transversus* nuncupabatur. Progressu temporis alia limitum nomina invenere, vel ex natura loci, ut *Maritimum, Montanum*, vel ex limitum ordine, ut *Actuarium*, vel ex modo latitudinis, ut *Linearium*. *Hygin. de limit. constit.* et *Plin.* 18. *Hist. nat. c.* 33. et 34. Sed de his et aliis limitum generibus consule Auctores de limitibus, quos uno libro edidit *Goesius*.

II.) Translate. ¶ 1. Limites item in agris dicuntur etiam ipsi termini, teste *Paul. Diac. loc. supra cit.*, quibus agrorum fines distinguuntur, *termini*. *Virg.* 1. *G.* 126. Nec signare quidem, aut partiri limite campum Fas erat. *Id.* 12. *Æn.* 897. Saxum antiquum ingens, campo quod forte jacebat, Limes agro positus, litem ut discerneret arvis. ¶ 2. Item quibus imperii et ditionis fines notantur. Quia vero interdum hujusmodi limites aggere excitato signantur, pro aggere nonnumquam ponuntur. *Tac.* 1. *Ann.* 50. Romanus limitem a Tiberio cœptum scindit. *Id.* 2. *ibid.* 7. Cuncta inter castellum Alisonem ac Rhenum novis limitibus aggeribusque permunita. *Id. Germ.* 29. Limite acto promotisque præsidiis. — Hinc *limites Romani* sunt aggeres munitionesque Romanæ ad Rhenum et ad Danubium. *Vellej.* 2. 120. 2. Penetrat interius, aperit limites. *Ammian.* 23. 3. Equestres hostium turmas vicino limite quodam perrupto avertisse subito prædas. Adde *eumd.* 26. 5. et 29. 6. — Et generatim. *Stat.* 4. *Silv.* 3. 40. Inchoare sulcos et rescindere limites. ¶ 3. Sumitur et pro quavis via, *strada*. — *a*) De via, qua homines et jumenta gradiuntur. *Liv.* 31. 34. Intra eam portam extraque sunt latæ viæ *etc.*, et extra limes in gymnasium ferens. Eo limite Athenienses signa extulerunt. *Id.* 31. 39. Profectus inde transversis limitibus, terrorem præbuit subitum hosti. *Virg.* 9. *Æn.* 323. et lato te limite ducam. *Sil. It.* 9. 379. Limitem agere. *Ovid.* 5. *Trist.* 6. 39. gracili terrena sub horrea ferre Limite formicæ grana reperta solent. *strada stretta, angusto calle*. et 2. *Met.* 19. Limes acclivis. *strada erta*. et 7. *ibid.* 782. limite recto fugere. *per diritta strada, a dirittura*. — Huc referri potest et illud *ejusd. Heroïd.* 18. 133. Jam patet attritus solitarum limes aquarum. ὑπερβολή. — *b*) De alveo, quam ext fluminum via. *Ovid.* 8. *Met.* 548. solito dum flumina currant Limite. *Propert.* 1. 9. 60. hæc lympha puellis Avia secreti limitis una fluit. — *c*) Item pro vestigio in longum tracto, et veluti orbita, aut sulco, quem faces decurrentes aliaque post se relinquunt, *striscia, segno, solco*. *Ovid.* 15. *Met.* 849. Flammiferumque trahens spatioso limite crinem, Stella micat. *Virg.* 2. *Æn.* 697. tum longo limite sulcus Dat lucem. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 26. 25. (96). Bolis perpetua ardens, longiorem trahit limitem. — *d*) De zona, seu fascia in cælo. *Ovid.* 2. *Met.* 130. Sectus in obliquum est lato curvamine limes. *h. e.* Zodiacus. — *e*) *Limites circi* apud *Tertull. Spectac.* 20. sunt viæ recta serie inter sedilium ordines relictæ. *Salmas.* in *Solin.* 45. *p.* 918. ¶ 4. Ponitur et pro linea. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 69. (184). *de gemma Vejentana*. Nigram materiam distinguente limite albo. ¶ 5. Metaphorice pro fine, *confine*. *Stat.* 1. *Theb.* 16. limes mihi carminis esto Œuipodæ confusa domus. ¶ 6. Interdum est differentia, discrimen, intervallum. *Ovid. Remed. am.* 325. Quam potes in pejus dotes deflecte puellæ, Judiciumque brevi limite falle tuum. ¶ 7. Pro via metaphorice sumpta. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 18. Si benedicetis, vostra ripa vos sequar: si maledicetis, vostro gradiar limite. Cf. *Cic.* 6. *de republ.* 24. Bene meritis de patria quasi limes ad cæli aditum patet. *Seneca* 1. *Benef.* 14. Benignitatis fines introrsus referre, et illi minus laxum limitem aperire. *Ovid.* 3. *Art. am.* 558. Eumdem limitem agere. *andare per la medesima strada, usare i mezzi medesimi*.

LĪMĔUM, i, n. 2. herba, de qua *V.* in CERVARIUS.

LĪMĬCŎLA, æ, m. vel potius comm. gen. 1. (limus *et* colo) qui in limo habitat. *Auson. Epist.* 7. 36. Junctus limicolis musculus ostreis.

LĪMĬGĔNUS, a, um, *vel* limigena, æ, m. et f. 1. (limus *et* gigno) in limo genitus. *Auson. Edyll.* 10. 4. Tu neque limigenis ripam prætexeris ulvis.

LĪMĬNĀRIS, e, adject. (limen) ad limen pertinens, ut *liminaris lapis*, qui in domus aditu transversus jacet.

I.) Proprie. *Vitruv.* 6. 3. 4. *Schneid.* Liminares trabes. *h. e.* quæ in domus aditu transversæ jacent.

II.) Translate. *Augustin. ad Hieronym.* inter *epist. ejusd. Ep.* 67. *n.* 2. Non enim hoc codex ipse, ut assolet, in liminari pagina prætendebat.

LĪMIS, e, adject. *V.* LIMUS, a, um, init.

LĪMĪTĀNĔUS, a, um, adject. (limes) ad limites spectans, ut *Agri limitanei*, qui in limitibus alicujus provinciæ proxime hostes sunt siti: *Limitanei milites*, qui sunt in limitibus, idest in finibus imperii, in præsidio constituti, ad incursus vicinorum arcendos. *Impp. Theodos. et Valent. Cod.* 11. 59. 3. Agros limitaneos universos cum paludibus omnique jure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio atque arare consueverunt. *Spartian. Nigr.* 7. Quum apud Ægyptum ab eo militanei milites vinum peterent. *Lamprid. Alex. Sev.* 58. Sola, quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus et militibus donavit, dicens, attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent.

LĪMĪTĀNUS, a, um, adject. (limes) idem ac limitaneus. Affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Priscian.* 2. *p.* 593. *Putsch.* Vetus veteris veteranus, limes limitis limitanus.

LĪMĪTĀRIS, e, adject. (limes) ad limitem pertinens. *Varro* 5. *L. L.* 21. *Müll.* Limitare iter. *h. e.* limes, qui inter agrorum confinia relinquitur. *Hygin. de limit. constit. p.* 198. *Goes.* Omnium rigorum latitudines, velut limitem, servabimus, interstitioni limitari. Adde *Servii* locum cit. in LIMITATOR.

LĪMĪTĀTĬO, ōnis, f. 3. (limes, limito) limitum descriptio, *limitazione*, ὁριασμός: sed occurrit translate tantum et est definitio, determinatio. *Colum.* 3. *R. R.* 12. 1. Commemorabimus Julii Græcini conscriptam veluti formulam, ad quam posita est limitatio terræ vinealis. *h. e.* qua præscribitur, qualis terra vinealis esse debeat. *Vitruv.* 10. 22. *a med.* Ex eo intellectum est, qua regione adversarii specus agentes intra penetrare cogitabant. Sic limitatione cognita etc. *conosciuto il luogo preciso*. et

Sicul. Flacc. de condit. agr. p. 25. *Goes.* Limitationes Gracchanæ et Sullanæ.

LIMĪTĀTOR, ōris, m. 3. (limes) qui limitat, seu limites assignat, *limitatore*. *Servius* ad *Virg.* 9. *Ecl.* 7. Usque ad eum locum perticam limitarem Octavius Musa porrexerat, limitator ab Augusto datus, id est per quindecim millia passuum agri Mantuani, quum Cremonensis non sufficeret, offensus a Mantuanis, quod pecora ejus in agro publico aliquando clausissent.

LĪMĪTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

LĪMĪTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (limes). Part. *Limitatus* I. et II.; *Limitandus* II. — Limitare est limitibus, seu semitis distinguere, ut *Colum.* 3. *R. R.* 20. 4. et 4. *ibid.* 18. 1. loquitur, limites assignare, *assegnare le strade fra' campi, ἀφορίζω.*

I.) Proprie. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (169). Vineas limitari decumano XVIII. pedum latitudinis, ad contrarios vehiculorum transitus, aliisque transversis limitibus X. pedum distingui per media jugera: aut si major modus sit, totidem pedum cardine, quot decumano, limitari. Cf. *Paul. Diac. p.* 116. 3. *Müll.* Limitatus ager est in centurias dimensus. Adde *Ulp. Dig.* 43. 12. 1.; et *V.* CENTURIA. Cf. *Savigny Hist. du droit Rom. T.* 2. p. 29.

II.) Translate est limites, seu fines assignare, circumscribere. *Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 49. Limitandæ humo ferunt pulverem defuisse. — Hinc ductâ metaphorâ *limitare quæstionem* est quæstioni finem imponere eamque absolvere. *Varro* 2. *R. R.* 2. 1. Nos nostrum pensum absolvimus, et limitata est pecuaria quæstio. *h. e.* infra limites constituta, *definita* e *divisa.*

LĪMĪTŌTRŌPHUS *vel* limĭtrŏphus, a, um, adject. vox hybrida, ex *limes* et τροφέω *nutrio*. Hinc *limitotrophus*, vel per syncopen *limitrophus fundus* dicebatur, ex quo convehebatur annona ad limites imperii, ut miles limitaneus, qui ejusdem imperii fines tuebatur contra barbarorum incursus, opportuna haberet vectigalia in horreis congregata: quare non *limitrophus*, sed *limitotrophus* scribendum, ab alendis nempe militibus militaneis; quandoque enim ejusmodi fundi a limitibus imperii distabant aliquot dierum itinere. Quamquam, si novam *Peyronii* conjecturam in *Fragm. Cod. Theod.* mox citand. proponere licet, fundi alii erant limitotrophi, de quibus modo dictum est, alii limitrophi, quos militibus limitaneis colendos permiserant principes; de his lege *Perezium* ad *lib.* 11. *tit.* 59. *Cod. Justin.* — Porro *limitrophi* fundi omni erant munere et canone vacui (*V. Impp. Theodos. et Valentin. Cod.* 11. 59. 3.): *limitotrophi* vero canonem utique pendebant atque erant huic præstationis oneri obnoxii. *Impp. Honor. et Theodos.* in *Fragm. Cod. Theod.* (edente *A. Peyronio*) 5. 13. 38. Nulli penitus liceat salvo canone privato jure, sive cum imminutione canonis patrimoniali jure limitotrophos sive saltuenses per orientem fundos patrimoniales postulare. *V.* LIMITANEUS.

LIMMA, ātis, n. 3. λεῖμμα, a λείπω *linquo*, est reliquium, defectus. *Macrob.* 2. *Somn. Scip.* 1. *ad fin.* Plato semitonium limma vocitavit. *h. e.* cui aliquid deest, scilicet pars dimidia. Hæc *Forcellinus.* At minus accurate: a Platone ejusmodi intervallum jam hemitonium appellatum fuisse observat quidem *Macrobius loc. cit.*, sed monente *Censorino* (*de die nat.* 10. 7.) abusive, quum duo hemitonia tonum complere non possint: quapropter *Macrobius* etiam semitonium rectius definit *sonum tono minorem*, quæ definitio cum *limmate* omnino convenit. *Capell.* 1. p. 6. Media sesquioctavis etiam sine discretione juncturis, licet intervenirent limmata, concinebant. — *Id. ibid. p.* 14. Tectum mundi circulorumque volumina vel orbiculata parallela, vel obliqua decussata polose, et limmata axiumque vertigines, cum ipsorum siderum multitudine numerare. *h. e.* spatia inter circulos vel orbes cælestes, siquidem *Id. Capell.* et tonos et hemitonios pro spatiis usurpat 2. *p.* 41. et *p.* 42. et *p.* 44.

LIMNĒ, es, f. 1. λίμνη, *stagno, lago*, vox Græca stagnum lacumque significans. *Vitruv.* 8. 3. *ante med.* Lacus, qui limne asphaltitis appellatur.

LIMNESTIS *vel*

LIMNĒTIS, idis, f. 3. λιμνῆστις vel λιμνῆτις, herba eadem ac centaurea major; ita appellata a λίμνη *palus*. Ejus mentio est apud *Apul. Herb.* 34.

LIMNĬCĒ, es, f. 3. (λιμνική?) herba eadem ac gladiolus apud *Apul. Herb.* 78.

LĪMŌ, adverb. *V.* LIMUS, a, um, in fin.

LĪMO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (lima). Part. *Limans* II. 2.; *Limatus* I., II. 1. et 2., et in fin.; *Limandus* I. — Limare est lima terere, lima abradere, ῥινάω (It. *limare*; Fr. *limer*; Hisp. *limar, alisar*; Germ. *feilen, abfeilen*; Angl. *to file, polish*).

I.) Proprie. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 7. 10. (54). Signis e marmore poliendis, gemmisque etiam scalpendis atque limandis Naxium diu placuit ante alia. *Id.* 34. *ibid.* 18. 50. (168). Limatum plumbum. *h. e.* lima detractum, abrasum. Sic *Id. ibid.* (170). Limata scobs. *Sillig.* vero ex Cod. Bamberg. legit *elimata.*

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro frictare, acuere, *fregare, aguzzare, arrotare. Plin.* 8. *Hist. nat.* 20. 29. (71). Cornu ad saxa limato, præparat se pugnæ. Sic *Id.* 18. *ibid.* 1. 1. (2). Arbore exacuunt limantque cornua uri. — Hinc joculariter *limare caput cum aliquo* dixit *Plaut. Merc.* 3. 1. 40. (quocum confer *eumd. Pœn.* 1. 2. 79. et *V.* voc. seq.) ad eos referens, qui amplectuntur invicem et osculantur. Adde *fragm.* apud *Non. p.* 334. 5. *Merc.*; et *Cæcilium, Turpilium* et *Livium* in *Tereo* apud *eumd. ibid.*, ubi et *limassis* pro *limaveris* legitur. ¶ 2. Per metaphoram, generatim est expolire atque redundantia detrahere. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 1. 2. Quædam institui, quæ limantur a me politius. *Id.* 1. *Orat.* 25. 115. Neque hæc ita dico, ut ars aliquid limare non possit: neque enim ignoro, quæ bona sunt, fieri meliora doctrina. *Id.* 3. *ibid.* 49. 190. Stilus et alia et hoc maxime ornat ac limat. *Ovid.* 4. *Pont.* 6. 36. Tenui cura limare aliquid. Rursus *Cic.* 2. *Nat. D.* 29. 74. Nec vero hoc in te unum convenit moribus domesticis ac nostrorum hominum urbanitate limatum. *V. Limatus* in fin. *Martial.* 6. 64. Sed tibi plus mentis, tibi cor limante Minerva Acrius, et tenues fixerunt pectus Athenæ. ¶ 3. Specialim *limare se ad aliquid* est studio ac diligentia idoneum se reddere. *Cic. Opt. gen. orat.* 3. 9. Videtur esse jejunior, quoniam se ipse consulto ad minutarum genera causarum limaverat. ¶ 4. Item specialim est auferre, detrahere, imminuere; quoniam limando aliquid semper abradimus, *torre via, levare. Cic.* 3. *Orat.* 9. 36. Tantum alteri affinxit, de altero limavit. *Id.* 3. *Fam.* 8. *ad fin.* Etsi de tua prolixa beneficaque natura limavit aliquid posterior annus, propter quamdam tristitiam temporum. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 37. Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat. *h. e.* deterit invidendo. *Prudent.* 7. *Cathemer.* 205. *de jejunio.* Quod limat ægram pectoris rubiginem. ¶ 5. Item detegere, scrutari, eruere, examinare, *scoprire, esaminare*: quia lima superficiem aufert, et quod subter latebat, detegit. *Cic.* 2. *Off.* 10. 35. Veritas ipsa limatur in disputatione. *Phædr.* 3. 10. si mendacium Subtiliter limasset, a radicibus Non evertisset scelere funesto domum. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod.* 13. 5. 32. Quæ tuæ cognitionis limavit examen. — Hinc Part. præter. pass., cujus multa exempla supra retulimus,

Limatus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Limatior*; et translate (*V.* supra sub II. 2.) est perfectus, politus, elaboratus. *Cic.* 1. *Orat.* 39. 180. Vir oratione maxime limatus atque subtilis. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 56. de *Lucilio*. Comis et urbanus, fuerit limatior idem. *Cic. Brut.* 24. 93. Qui limatius dicendi consectantur genus. *Plin.* 1. *Ep.* 20. *ad fin.* Etsi non limatioris, majoris tamen ingenii vitium est. *Martial.* 7. 51. variæque togæ limatus in usu. *h. e.* exercitatione perfectus, peritus.

LĪMO, as, are, a. 1. (limus) limo aspergere et conspurcare. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 79. MI. Curram aliquo ad piscinam, aut ad lacum: limum petam. AG. Quid eo opust? MI. Ut tibi et illi limem caput. Sed *Plautus* hæc joci causa ibi dicit; et, ni fallor, ludit etiam in ambiguo, *limare* enim *caput* est amplecti et osculari, ut diximus in voce præced. sub II. 1.

LIMŌCINCTUS, i, m. 2. (limus et cingo) minister magistratus, ut viator, lictor, licio cum transversa seu obliqua purpura, ceu insigni, cinctus. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 116. 2., quæ est apud *Orell.* 3219. HONORII M. GAVII M. F. POB. SQVILLIANI EQ. PVB. IIII. VIR. I. D. IIII. VIR. A. P. V. S. (*h. e. ædilicia potestate Veronæ bis*) CVRATORI VICETINORVM APPARITORES ET LIMOCINCTI TRIBVNALIS EIVS. At *Morisan. Inscript. Reg. p.* 106. putat, hic non lictores, sed victimarios intelligendos esse, qui limo ab umbilico usque ad pedes tegebantur. *V.* LIMUS, i, secundo loco. Porro *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 450. n. XIII. COLLEGIUM VICTIMARIORVM QVI IPSI (*Hadriano*) ET SACERDOTIBVS ET MAGISTRATIBVS ET SENATVI APPARENT.

LĪMŌDŌRON, i, n. 2 λιμόδωρον, herba statim ab radice cumino adnascens, unicaulis, radice bulbo simili, non nisi in solo gracili proveniens. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 10. 57. (176)., ut quidem legit *Harduin.*, nam alii aliter. *Sillig.* legit *hæmodorum*, et in nota hæc addit: Ita nos scripsimus ex *Theophr.* 8. *Hist. plant.* 8. 5. secundum codicem Urbinatem. Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 2. *p.* 355.) hæc ait: «Sur le nom moderne de λιμόδωρον des Grecs, on ne peut hasarder que des conjectures. Pline assure, d'après Théophraste, que, si l'on ne sarcle pas bien le cumin, le *limodoron* le tuera: cette circonstance peut faire penser qu'il s'agit, soit d'une cuscute, soit d'une orobanche, soit enfin du *Polygonum Convolvulus* L.»

LĪMŌNĬA, æ, f. 1. λειμωνεία, *prateria*, a λειμών, ῶνος, *pratum*. ¶ 1. Frutex est, alio nomine scolymos, numquam cubitali altior, cristisque foliorum, ac radice nigra, sed dulci: quam in cibos recepit Oriens. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 43. (86)., ubi alii leg. *limonion*. Sed priorem lectionem confirmat *Sillig.* multorum optimorumque Codicum auctoritate. De synonymia *V.* SCOLYMOS. ¶ 2. Item genus anemones hortensis et coronariæ. *Id.* 21. *ibid.* 11. 38. (65). Secundum cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. *p.* 42.) hæc planta recte definiri nequit.

LĪMŌNĬĀTES, æ, f. 1. *vel*

LĪMŌNĬĀTIS, idis, f. 3. λειμωνιάτης λίθος vel λειμωνιᾶτις, lapis nomen habens a virore pratorum, quæ λειμῶνες dicuntur. *Plinio* 37. *Hist. nat.* 10. 62. (172). videtur eadem esse, quæ smaragdos. *Forcellinus* primam, *Sillig.* cum recentioribus alteram lectionem præfert.

LĪMŌNĬON, ii, n. 2. λειμώνιον, beta silvestris, minoribus tenuioribusque ac densioribus foliis, quam sativa, undecim sæpe, caule lilii: a λειμών *pratum*, quia in pratis nascitur. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 8. 28. (72). Secundum cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 2. *p.* 387.) *limonion* fortasse est *Statice Limonium* L.

LĪMŌSUS, a, um, adject. (limus *primo loco*). Comp. *Limosior.* — Limosus est limo abundans, *limoso, pieno di mota*, ἰλυώδης.

I.) Proprie. *Virg.* 1. *Ecl.* 49. Limosoque palus obducit pascua junco. *Id.* 2. *Æn.* 135. Limosus lacus. *Frontin. Aquæd.* 15. Flumen limosum et turbulentum. *Cels.* 2. 21. *extr.* Limosi rivi. *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 1. Limosæ ripæ. *Id.* 4. *Trist.* 1. 7. Limosa arena. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 5. 17. (34). radix. *Id.* 16. *ibid.* 36. 64. (158). Ubi limosiore callo induruit. *Sillig.* et alii leg. *lignosiore*, quod præstat. — Hinc *Limosa, ōrum*, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt loca limo abundantia. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 42. 66. (142). Piona nascitur in limosis.

II.) Translate. *Cassiod.* 10. *Variar.* 29. Limosa podagra. — Hinc

Limosa, ōrum, n. plur. 2. *V.* sub I. in fin.

LIMPĪDĒ, adverb. (limpidus). Comp. *Limpidius* II. — Limpide est clare, *chiaramente.*

I.) Proprie. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *ante med.* Sicut injecta sunt (*medicamina*), limpide revocentur. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 311. *retro in fin.* edente *Ald.* Sisymbrium ex aqua coque et tere limpide et da.

II.) Translate. *Commodian.* 76. 16. Limpide respondens. *Augustin. Princip. rhet. p.* 328. *Capperon.* Sed ut limpidius hoc genus principiandi deprehendatur, dabo exemplum.

LIMPĪDĬTAS, ātis, f. 3. (limpidus) perspicuitas, *limpidezza. Jornand. B. Get.* 16. Flumen, quod nimiæ limpiditatis saporisque in media urbe oritur. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 312. edente *Ald.* Ladanum in vino vetere infusum - simul conteris usque ad limpiditatem. *et ibid.* Et teris usque ad summam limpiditatem.

LIMPĪDO, as, are, a. 1. (limpidus). Part. *Limpidandus.* — Limpidare est limpidum reddere, *chiarire. Veget.* 2. *Veterin.* 18. Est et aliud vitium ejusmodi, ut interdum oculo album inducat, interdum

limpidet. *Id.* 4. *ibid.* 28. Chlora medicamentum, quod facit ad omnia vulnera complete limpidanda, vel sine difficultate claudenda. *Macer* 2. *carm.* 5. appositum humores limpidat omnes.

LIMPĬDUS, a, um, adject. Comp. *Limpidior* et Sup. *Limpidissimus*. — Ratione habita etymi, alii deducunt a λάμπω *luceo*; vel a *lympha*, unde *lympidus* quidam scribunt: recentioribus vero est alia forma vocabuli *liquidus*, quod *V.* — Ceterum limpidus est lucidus, splendidus, nitidus, purus, perspicuus, διειδής (It. *limpido, chiaro, tralucente*; Fr. *limpide, clair, pur, transparent*; Hisp. *limpio, claro*; Germ. *hell, klar, rein*; Angl. *limpid, clear, pure, transparent, translucent*). *Catull.* 4. 24. Limpidus lacus. *Vitruv.* 8. 7. Limus quum habuerit quo subsidat, limpidior aqua fiet. *Colum.* 12. *R. R.* 28. 3. Vinum defæcatum quam limpidissimum. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 42. (126). Limpidæ chrysolithi. *Id.* 35. *ibid.* 15. 52. (184). Limpidum alumen. *Id.* 34. *ibid.* 19. 55. (177). Sandaracha fauces purgat cum melle sumpta vocemque limpidam et canoram facit. *Harduin.* in nullo suorum MSS. verba *vocemque* etc. extare testatur. *Sillig.* tamen ea in textum recepit ex Bambergensi ac duobus aliis Codicibus, et collato *Dioscor.* 5. 121. *de sandaracha*: φωτὴν τε ἀποκαθαίρει ἐκλειχομένη σὺν μέλιτι.

LIMPĬTŪDO, ĭnis, f. 3. (limpidus) puritas, perspicuitas, nitor, *limpidezza*, λαμπρία. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 54. (154). Limpitudo maris. *Ita nonnulli Codd. et vulgati libri: at* Sillig. *ex Cod. Bamberg. leg.* latitudo.

LĪMŪLA, æ, f. 1. *deminut. a* lima, parva lima. Translate *Terentian. de syllab. p.* 2390. *Putsch.* Perpolite, quam potestis, crebriore limula.

LĪMŪLUS, a, um, adject. *deminut. a* limus primo loco, h. e. transversus, obliquus. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 12. Viden' limulis, obsecro, ut intuentur! *sub audi* oculis. *V.* locum *Ovidii* in voce seq. sub I. *a.*

I. LĪMUS, a, um, *et interdum* limis, e (de quo *V.* infra sub I.), adject. obliquus, transversus, πλάγιος (It. *obbliquo, torto, traverso*; Fr. *oblique, qui est de travers*; Hisp. *obliquo, travesero*; Germ. *schief, schräg, schielend*; Angl. *oblique, crooked, askance, awry, askew*).

I.) Proprie. — *a) Limis oculis aspicere*, ὑποβλέπειν, παραβλέπειν, est non recta et conversa ad ipsam rem facie, sed conversis tantummodo oculis, et, ut ait *Virg.* 3. *Ecl.* 8., transversa tueri, obliquis oculis aspicere, *guardar sott'occhio, o con la coda dell'occhio, o in cagnesco*: quod strabones naturaliter faciunt. *Plaut. Mil. glor.* 4. 6. 2. Aspicito limis oculis, ne ille, nos se videre, sentiat. *Ovid.* 3. *Amor.* 1. 33. limis subrisit ocellis. V. *Quintil.* mox citand. sub. *b. Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 19. (52). Leones dolis carent et suspicione, nec limis intuentur oculis, aspicique simili modo nolunt. *Ammian.* 20. 9. Limibusque oculis eos adusque metum contuens mortis, egredi jussit. *Al. leg.* limisque: *V.* mox *Donati* locum. — *b) Limis* eodem sensu absolute usurpant; subaudi *oculis*. *Ter. Eun.* 3. 5. 53. Ego limis aspicio sic per flabellum clanculum. Ubi *Donatus*: *Limis* si nominativus singularis est, transversus significat: si sextus pluralis, deest *oculis*. Quum igitur dissimulant homines se videre, quod vident, et non recta facie, sed transversa intuentur, *limis* dicuntur *aspicere*. Hæc *Donatus*, ubi al leg. *limes dicuntur*. — Distinguit *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 54. (145). *limos* a *transversis* oculis: fortasse quia *limi* voluntate, *transversi* natura sunt; vel quia *limi* turpe quid aut subdolum notant, *transversi* non item. *Quintil.* 11. 3. 76. Limi, et, ut sic dicam, venerei. — Hinc *limo*, adverbii ritu, est limo oculo. *Solin.* 27. *ante med.* Leones numquam limo vident, minimeque sic volunt aspici. Confer *Plinii* locum allatum sub *a.* — *c)* De aliis, præter oculos, occurrit apud *Ammian.* 17. 7. Climatiæ (*genus terræ motus*), limes ruentes et obliqui, urbes, ædificia montesque complanant. Adde *Servium cit.* in LIMUS, i, secundo loco.

II.) Translate. — *a) Limus* dici videtur is ipse, qui limis oculis aspicit. *Varro* apud *Non. p.* 133. 31. et *p.* 442. 33. *Merc.* Neque post respiciens, neque ante prospiciens, sed limus intra limites culinæ. Adde *Donati* locum, quem supra citavimus sub I. *b.* — *b) Limi dii* apud *Arnob.* 4. 9. sunt obliquitatum custodes. Alii leg. *Limones*. — *c) Limum sidus*, h. e. obliquum et sinistrum quidam intelligunt in illo *Pedon.* apud *Senec. Suasor.* 1. jam sidere limo Navigia et rapido desertam flamine classem. Alii τὸ *sidere* pro subsidere accipiunt: alii τὸ *limo* ea ratione usurpari volunt, qua *Solin.* I. *b.* allatus, scilicet in obliquum subsidere atque adeo mergi. — Hinc

Limo, adverbii ritu. *V.* sub I. *b.*

LĪMUS, i, m. 2. Ducunt vel a λειμών *locus irriguus*, vel a λήμη *sordes*, vel a λίμνη *palus*. Est autem cœnum illud mollius, quod ab aquis deferri solet et ex liquoribus subsidit. Differt a luto, quod e terra aqua macerata fit ac tenacius est: limus autem madentis arenæ similior est. ἰλύς. (It. *limo, mota*; Fr. *boue, bourbe, limon, vase, fange*; Hisp. *lodo, cieno*; Germ. d. *Schlamm*; Angl. *mud, slime*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 5. 498. omnis mundi quasi limus in imum Confluxit gravis et subsedit funditus ut fæx. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 212. 61. *Merc.* Luta et limum aggerebant. *Liv.* 2. 5. In vadis hæsitantis frumenti acervos sedisse illitos limo. *Id.* 31. 27. Profundo limo cum ipsis equis hausti sunt. *Virg.* 1. *G.* 115. amnis abundans Exit, et obducto late tenet omnia limo. *Id.* 2. *ibid.* 188. amnes limum felicem trahunt. *h. e.* arva fecundantem. *Id.* 4. *ibid.* 45. Tu tamen e levi rimosa cubilia limo Unge, fovens circum. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 59. Haurire aquam limo turbatam. *Id.* 2. *ibid.* 4. 80. gravis veteri crateræ limus adhæsit. ¶ 2. Speciatim in aquæductibus limus videtur esse piscina, in quam aqua defluens, et cursum remittens, limum deponit. *Inscript.* apud *Henzen.* 7420. a β. IMPP. CAESS. C. VALERIVS DIOCLETIANVS P. F. INVICTVS AVG. ET M. AVRELIVS VALERIVS MAXIMIANVS P. F. INVICTVS AVG. AQVAEDVCTVM TITVLENSEM AB ORIGINEM (*sic*) VSQVE AD CIVITATEM LONGA VETVSTATE CORRVPTVM PER AVRELIVM MAXIMIANVM VPPFN (*h. e.* virum perfectissimum præsidem provinciæ Numidiæ) AD MELIOREM STATVM ADDITIS LIMIS RESTITVERVNT. CVRANTIBVS AEMILIO LVCINO AVGVRE CVR. REI P. ET IVLO AVRELIO ✓. *V.* voc. LIMARIUS.

II.) Translate. ¶ 1. Pro luto. *Ovid.* 3. *Fast.* 769. Ridet et ipse deus, limumque inducere monstrat: Hic paret monitis, et linit ora luto. ¶ 2. De intestinorum fæcibus. *Pallad.* 3. *R. R.* 31. Quod vinum solet fluorem ventris adstringere, limum dysentericæ passionis medicabiliter asperare. ¶ 3. Metaphorâ ductâ a superiore num I. *Ovid.* 4. *Pont.* 2. 17. Scilicet ut limus venas excæcat in undis, *etc.* Pectora sunt mea sic limo vitiata malorum; Et carmen vena pauperiore fluit.

LĪMUS, i, m. 2. species cinguli: a *limus, a, um*, obliquus, quod purpuram transversam haberet. *Aggen. de limit. constit. p.* 151. *Goes.* Limum cinctum, ideo, quod purpuram transversam habeat. *Servius* ad *Virg.* 12. *Æn.* 120. Limus autem est vestis, qua ab umbilico usque ad pedes teguntur pudenda poparum. Hæc autem vestis in extremo sui purpuram limam, idest flexuosam habet. Unde et nomen accepit. Nam limum obliquum dicimus. *Virg. loc. cit.* Velati limo, et verbena tempora vincti. *Alii leg.* lino. At *Heynius limo* legendum multis ibidem probat. *Tiro* apud *Gell.* 12. 3. Licio transverso, quod limum appellatur, qui magistratibus præministrabant, cincti erant. Hinc *limocinctus*.

LINABRUM, i, n. 2. locus, in quo linum elaboratur; *et*

LINAMEN, ĭnis, n. 3. idem ac linamentum: sunt voces a Lexico expungendæ; occurrunt enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 178.

LĪNĀMENTUM, i, n. 2. (linum) quidquid e lino constat. ¶ 1. Generatim. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 46. (129). Delphini adipe linamenta accensa excitant vulvæ strangulatu oppressas. ¶ 2. Speciatim est penicillus ex lino, lana, aut spongia, qui medicamento illitus imponitur vulneri. *Colum.* 6. *R. R.* 11. Suppurationis sinus linamentis oleo imbutis colligatur. *et ibid.* 12. 4. Suppurationem linamentis curare. *Cels.* 8. 9. Linamentum demittere. *et* 5. 26. *n.* 23. indere. *et n.* 30. imponere. *et n.* 21. Siccis linamentis vulnus implere. *Veget.* 2. *Veterin.* 56. Ubicumque pulmunculus fuerit, radis ad vivum, et adjicies linamentum ex oleo et aceto et sale et stercore ipsius. *Alii male leg.* lanamentum.

LĪNĀRĬA, æ, f. 1. (linum) quæ lini artem exercet. *V.* voc. seq. — *Linaria* pro officina, seu taberna, in qua linum carminatur, seu venditur, occurrit tantum in *Not. Tir. p.* 178.

LĪNĀRĬUS, ii, m. 2. (linum) qui lini artem exercet, λινοπλόκος. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 34., *ubi alii leg.* lanarius. *Inscript.* apud *Gruter.* 649. 3., quæ est apud *Orell.* 4214. CASSIVS SOPATER LINARIVS SIBI ET CASSIAE C. L. DOMESTICAE LINARIAE PATRONAE etc.

LINCTOR, ōris, m. 3. qui lingit, *leccatore*. *Gloss. Philox.* Linctor, λίκτης.

LINCTUS, a, um. *V.* LINGO.

LINCTUS, us, m. 4. (lingo) lingendi actus, *lambimento*. In sexto sing. num. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 9. 45. (104). Multi tussim veterem linctu salis discussere. *Id.* 36. *ibid.* 17. 28. (133). Prodest et phthisicis linctu.

LĪNĔA, æ, f. 1. (linum). In vetustis monumentis et codicibus *linia* pro *linea* scriptum fuisse affirmat *Marin. Frat. Arv. p.* 281. et 302. — Linea est filum, funiculus stricto sensu ex lino, latiori autem sensu ex cannabe, aliave simili materia, λίνον, λινάριον (It. *filo di lino, spago*; Fr. *fil de lin, cordon, ficelle, menue corde*; Hisp. *hilo de lino, cordon, hilo bramante*; Germ. *ein leinener Faden, eine Leine-Schnur*; Angl. *a line, cord, string*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Varro* 1. *R. R.* 23. 6. Nectere lineas, restes, funes. *Colum.* 8. *R. R.* 11. 15. Ligato pede longa linea gallina custoditur. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 26. (59). Mugilem linea longinqua per os ad branchias religata emissum in mare. *Scævola Dig.* 35. 2. 26. Lineam margaritarum triginta quinque legavit. *un filo di perle.* Sic *ibid.* 34. 2. 40. Lineæ duæ ex margaritis. *et Ulp. ibid.* 9. 2. 27. *ad fin.* Si, quum maritus uxori margaritas extricatas dedisset in usum, ea invito viro perforasset, ut pertusis in linea uteretur. *Tertull. Habit. mul.* 9. Uno lino decies sestertium inseritur. Quidam huc trahunt illud *Martial.* 8. 78. Omnis habet sua dona dies, nec linea dives Cessat, et in populum multa rapina cadit. Loquitur enim de muneribus, quæ in populum per ludos spargebantur; inter quæ et margaritas spargi aliquando consuevisse, testis est *Sueton. Ner.* 11. ¶ 2. Speciatim in plagis, seu retibus *lineæ* sunt funiculi crassiores, quibus maculæ continentur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 24. 28. (82). *de tela aranei.* Licia difficile cernuntur; atque ut in plagis lineæ offensæ, præcipitant in sinum. — Hinc per metonymiam ponitur pro reti. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 43. 67. (145). Vulpes marinæ simili in periculo glutiunt amplius usque ad infirma lineæ, quæ facile prærodant. *Seneca Clem.* 12. Sic feras lineis et plana clausas contineas. *Forcellinus* hunc *Senecæ* locum aliter interpretatur; ait enim: Linea est etiam funiculus varii coloris pinnis intextus, ad terrendas aves et feras: *V.* FORMIDO II. Et hic affert cit. *Senecæ* loc.; cui addit illud *Senec. Hippol.* 46. Picta rubenti linea penna, Vano cludat terrore feras. ¶ 3. Item speciatim est filum ex quo hamus pendet. *Martial.* 3. 58. Tremulave captum linea trahit piscem. Adde *eumd.* 10. 30. — Hinc *mittere lineam* est *gettare l'amo*, h. e. struere insidias, apud *Plaut. Most.* 5. 1. 22. Mittam lineam. *h. e.* dolo captabo. ¶ 4. Item funiculus, quo fabri materiam dirigunt, *filo, spago. Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 1. *extr.* Columnas neque rectas, neque e regione Diphilus collocarat: eas scilicet demolietur: aliquando perpendiculo et linea discet uti. *Vitruv.* 5. 3. Uti linea, quum ad imum gradum et ad summum extenta fuerit, omnia cacumina graduum angulosque tangat. *Id.* 7. 3. *ante med.* Ut longitudines ad regulam et lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. *a filo, a dirittura. Pallad.* 3. *R. R.* 9. *a med.* Lineam candidis signis notabimus; tunc tensa per tabulam linea, in eis locis surculos figemus. — *Ad lineam* et *recta linea* est *a filo, per diritto. Cic.* 1. *Fin.* 6. 18. Solida corpora ferri suo deorsum pondere ad lineam. *a piombo. Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 42. (147). Ad lineam grana bina aut terna paxillo demitti. *Cic.* 1. *Tusc.* 17. 40. Ignis rectis lineis in cælestem locum subvolat. *Lucan.* 10. 306. Linea tam rectum mundi ferit illa Leonem. *h. e.* adeo regio illa recta linea Leoni subjicitur. Adde *Caton. R. R.* 161. — De *alba linea*, *V.* ALBUS.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim linea dicitur ductus longus ac tenuis calamo, aut penicillo, aut scal-

pre *signatus*, *linea*, γραμμή. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (84). Apelli fuit perpetua consuetudo, numquam tam occupatam diem agendi, ut non, lineam ducendo, exerceret artem: quod ab eo in proverbium venit. (*Proverb. est*, nulla dies sine linea, *de iis, quæ nullam diem præterire sinunt, quin agant aliquid.*). *Id. ibid.* (81). Arrepto penicillo, lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. *h. e.* vultus lineamentum. *Pers.* 3. 4. quinta dum linea tangitur umbra. *h. e.* in horologio solari picta. Sic *Plin.* 7. *Hist. nat.* 60. 60. (214). Nec congruebant ad horas ejus lineæ. *Id.* 2. *ibid.* 81. 83. (196). Tenuis linea nubis in longum porrectæ. *Id.* 18. *ibid.* 33. 76. (327). Lineam cinere ducere. *tirare una striscia di cenere.* et 27. *ibid.* 11. 77. (102). Linea candida per medium folium transcurrens. *Id.* 36. *ibid.* 6. 9. (51). *de sectione marmorum.* Serra in prætenui linea premente arenas. *taglio, fessura, solco. Stat.* 3. *Silv.* 3. 200. te lucida saxa, Te similem doctæ referet mihi linea ceræ: Nunc ebur et fulvum vultus imitabitur aurum. *h. e.* imago e cera referens lineamentis effigiem tui. *ti farò ritrarre in sasso, in cera, in avorio, in oro.* — Hinc apud sequioris ævi scriptores lineæ sunt lineamenta faciei. *Arnob.* 5. 31. Sciculi pusiones atque adulti venustissimis lineis. *fattezze.* ¶ 2. Speciatim Geometræ *lineam* accipiunt longitudinem sine latitudine et altitudine, ut *Varro* apud *Gell.* 1. 20. definit; brevius alii, magnitudinem tantum longam. *Gell. loc. cit.* Linea a nostris dicitur, quam γραμμὴν Græci nominant. Eam M. Varro ita definit etc. *Quintil.* 1. 10. 39. Quorum locorum extremæ lineæ eamdem mensuram colligunt, eorum spatium quoque, quod his lineis continetur, par esse. *et mox* § 41. Circumcurrens linea si efficiat orbem. *et mox.* Areæ quatuor lineis divisæ. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 35. 65. (165). Lineæ, quæ emittuntur ex centro. *et ibid.* 16. 13. (64). Lineas deductas ab summa abside coarctari ad centrum necesse est. *Id.* 18. *ibid.* 34. 77. (332). Omnes lineæ currunt per eumdem umbilicum. *Id.* 33. *ibid.* 3. 19. (60). et 6. 31. (98). Lineas producere. *Id.* 35. *ibid.* 10. 36. (82). secare. ¶ 3. Item speciatim, sunt *lineæ* in agris limites angustiores, qui tamquam lineæ in longum producti, mensuræ determinandæ causa sunt constituti, et aliquando itineris, aut asportandorum fructuum: qui et *limites linearii*, seu *lineales* appellantur, teste *Hygin. de limit.* p. 151. et 152. *Goes.* — Ad harum similitudinem *linea* dici potest quicumque trames et via. *Prudent.* 7. *Cathemer.* 48. Curvos viarum qui retorsit tramites, Et flexuosa corrigens dispendia, Dedit sequendam calle recto lineam. ¶ 4. Item *linea* fuit sulcus, qui aute carceres et in extrema meta transversus ducebatur, et calce cretaque replebatur. *Cassiod.* 3. *Variar.* 50. Alba linea in utrumque podium quasi regula directa producitur. V. *Schmid.* ad *Horat.* 1. *Ep.* 16. 79. ¶ 5. Item, in circo, theatro et amphitheatro *Forcellinus* aliique tum lexicographi, tum Latinorum scriptorum interpretes *lineam* fuisse putarunt repagulum quoddam, seu loricæ genus a tergo imminens gradibus marmoreis, quod humeros sedentium spectatorum ita coerceret, ut ab uno in alterum sedilium ordinem ultro citrove transitus impediretur. At omnium primus *J. B. Cartius* in *Antich. Ital. P.* 2. *p.* 196. et 243. et *P.* 3. *p.* VII. suspicatus est, hujusmodi lineas fuisse quosdam in superiorum graduum parte transversim cavatos sulcos, qui cujuslibet sessoris spatium certe definirent. Ejus autem opinionem confirmavit *Petr. Stancovichius* in *Saggio dell'anfiteat. di Pola p.* 33. et *seqq.*, ubi plurium Polensis amphitheatri graduum ibidem recens repertorum figuras ære cælato expressas exhibuit, et insuper docuit, harum linearum intervallum esse unciarum XIII. pedis Veneti, *h. e.* partium 1669. $\frac{3}{10}$ pedis Parisiaci, qui, ut notum est, constat ex partibus 1440. Illius inventum infirmare conatus est anno insequente *Ang. Uggerius* in *Effem. letter. di Roma T.* 12. *p.* 144. — 153. Verum quum ipse (inquit cl. *Furlanetto*, qui hæc omnia scripsit) mense decembri ann. MDCCCXXV. Neapolim profectus essem, et amphitheatrum, quod Pompejis fere incorruptum adhuc exstat, attente perlustrassem, deprehendi non in superiore quidem, sed in anteriore graduum parte, id est in crassitie, minime vero in eorumdem latitudine, easdem illas lineas maxime conspicuas, quarum omnium intervallum est partium 1620 pedis Parisiaci. Ex his porro interpretanda sunt verba, quibus amicam suam juxtim in circo sedentem ita alloquitur *Ovid.* 3. *Amor.* 2. 19. Quid frustra refugis? cogit nos linea jungi: Hæc in lege loci commoda circus habet. Tu tamen a dextra, quicumque es, parce puellæ; Contactu lateris læditur ista tui. Tu quoque, qui spectas post nos, tua contrahe crura, Si pudor est, rigido nec preme terga genu. *Id.* 1. *Art. am.* 136. Multa capax populi commoda circus habet. *et mox* 139. Proximus a domina, nullo prohibente, sedeto: Junge tuum lateri, quam potes, usque latus. Et bene, quod cogit, si nolit, linea jungi, Quod tibi tangenda est lege puella loci. *Quintil.* 11. 3. 133. Transire in aliena subsellia, parum verecundum est. Nam et Cassius Severus urbane, adversus hoc facientem lineas poposcit. — Spatium autem unciarum XIII. semis, de quo paullo supra, videtur quidem æquo angustius, sed in theatris olim Romanos anguste sedisse constat tum ex joco *Ciceronis* in *Laberium* poetam apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 3. (*V.* SELLA), tum ex locis sequentibus. *Apul. Florid. n.* 16. Locum sessui impertiunt: extimus quisque excuneati queruntur: farto toto theatro ingens stipatio: occipiunt inter se queri. *Seneca Ep.* 76. Theatrum quidem fartum est. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 60. Hos ediscit, et hos arto stipata theatro Spectat Roma potens. ¶ 6. Per metaphoram a superiori num. I. 1. ductam, linea dicitur de serie cognationis, quæ Græce σειρά. *Paul. Dig.* 38. 10. 9. Στέμματα cognationum directo limite in duas lineas separantur, quarum altera est superior, altera inferior: ex superiore autem et secundo gradu transversæ lineæ pendent. *Imp. Justinian. Cod.* 5. 9. 10. Ex paterna, vel materna linea venientes. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 43. Non tibi clara quidem, senior placidissime, gentis Linea, nec proavis demissum stemma. ¶ 7. Solent pictores, priusquam colores adhibeant, figuram totam solis lineis unicoloribus describere, quod nos dicimus *disegnare, abbozzare.* Hinc per metaphoram sunt illa *Quintil.* 2. 6. 2. Quidam materias latius dicendo prosequebantur: alii quum primas modo lineas duxissent etc. *et* 4. 2. 120. Aliquid velut primis lineis designare. *Gell.* 7. 20. *ad fin.* Ea, quæ in Platonis oratione demiramur, non æmulari quidem, sed lineas umbrasque facere quæsivimus. ¶ 8. Linea significat etiam fines, *i confini.* Hinc *transilire lineas* est ulterius progredi, quam licet aut decet. *Cic.* 3. *Parad.* 1. 20. Peccare est tamquam transilire lineas: quod quum feceris, culpa commissa est: quam longe progrediare, quum semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet. *trapassare i confini.* Sic *Varro* 9. *L. L.* 5. *Müll.* Orator non debet in omnibus uti *etc.*, quum poetæ transilire lineas impune possint. *uscir dalle regole.* — *Extrema linea amare* est e longinquo amicam diligere, non adire, aut tangere. *Ter. Eun.* 4. 2. 10. Si non tangendi copia est, eho, ne videndi quidem erit? si illud non licet, saltem hoc licebit: certe extrema linea amare haud nihil est. *Donatus* ad *Ter. loc. cit.* quinque esse statuit lineas ad amoris perennitudinem: visum nempe, colloquium, tactum, osculum, coitum: harum prima hic a *Terentio* dicitur extrema. Huc nonnulli retrahunt illud *Horat.* 1. *Od.* 13. 15. oscula, quæ Venus Quinta parte sui nectaris imbuit. Alii illud ad lineas in circo aut stadio respicere putant: alii ad lineamenta pictorum: alii mathematicorum, qui extremam lineam ultimas oras figurarum appellant: alii ad lineas in lusoria tabula, quarum ultima, ἱερὰ γραμμὴ dicta, ludo finem imponebat, calculis eo promotis: alii ad lineas horologii solaris, quarum ultima finem diei significat. Ad unum horum aliquod referenda sunt et quæ subjicio. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 79. mors ultima linea rerum est. *Seneca Ep.* 49. Non solebat mihi tam velox tempus videri: nunc incredibilis cursus apparet, sive quia admoveri lineas sentio, sive quia etc.

LĪNĔĀLIS, e, adject. (linea) linearis, *lineare. Ammian.* 22. 16. Alexandriæ omnes ambitus lineales farina respersit Dinocrates architectus.

LĪNĔĀLĪTER, adverb. (linealis) in modum lineæ. *Capell.* 8. *p.* 280. Quorum (*circulorum*) unus Signifer, non ut ceteri, quos linealiter feci, sed latissimus omnium comprobatur. *scil.* ceteros circulos unica linea descripsi, Signiferi vero, sive Zodiaci latitudini duodecimam illius longitudinis partem adscripsi. *Boeth.* 3. *de Music.* 9. *p.* 1424. Id autem linealiter fiat. *In contextu ita legitur; in margine autem* linealiter, *cui postremæ scripturæ favet adjectivum* linearis *a* Boeth. *usurpatum, ut recte animadvertit cl.* Quicherat. Ceterum *linealiter* habet etiam *Cassiod. Arithmet.*

LĪNĔĀMENTUM, i, n. 2. (linea) linearum descriptio, productio, conformatio, γραμμή (It. *lineamento, tratto di linee*; Fr. *traite de plume, ligne*; Hisp. *raya, línea, rasgo*; Germ. *die Linie, der Federstrich, die Federzeichnung*; Angl. *a line, lineament*).

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Orat.* 42. 187. In geometria lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 36. 116. Lineamentum, longitudinem latitudine carentem.

II.) Translate fere in plurali num. adhibetur, et ¶ 1. Sæpe de figuris formisque hominum dicitur: a pictura ductum, in qua per solas lineas effigies hominum dignoscitur, *lineamenti, fattezze,* ὑπογραφή, διατύπωσις. *Cic.* 4. *Verr.* 36. 89. Contemnere etiam signum illud Himeræ jam videbatur, quod eum multo magis figura et lineamenta hospitæ delectabant. *Id.* 1. *Nat. D.* 18. 47. Quæ compositio membrorum, quæ conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ species humanâ potest esse pulcrior? *Id.* 1. *Divinat.* 13. 23. Adspersa temere pigmenta in tabula lineamenta oris effingere possunt. *Liv.* 21. 4. Habitum oris lineamentaque intueri. *Id.* 26. 41. Similitudo oris vultusque et lineamenta corporis. *Justin.* 1. 2. 2. Lineamentorum qualitas matri ac filio similis. ¶ 2. Item in artibus ingenuis est repræsentatio, adumbratio, *disegno, abbozzo. Cic.* 1. *Nat. D.* 27. 75. Cedo mihi istorum adumbratorum deorum lineamenta atque formas. *Id.* 6. *Verr.* 44. 98. Operum lineamenta solertissime perspicere. *il disegno, la fattura, il lavoro.* ¶ 3. Hinc per metaphoram lineamenta sunt etiam, quæ nos dicimus *tratti, contorni, linee fondamentali*, ut apud *Cic.* 3. *Fin.* 22. 75. Animi lineamenta sunt pulcriora, quam corporis. *Id. Orat.* 56. 186. Numerus quasi quamdam palæstram et extrema lineamenta orationi attulit. *il contorno, il compimento. Id. Brut.* 87. 298. *de styto.* Volvendi sunt libri quum aliorum, tum in primis Catonis. Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quæ inventa nondum erant, florem et colorem defuisse.

LĪNĔĀRIS, e, adject. (linea) ad lineam pertinens, linealis, ex lineis constans, *lineare*, γραμμικός. *Linearis pictura*, μονόγραμμος, dicta est initio ejus artis, quum nullis adhibitis coloribus, per solas lineas rerum figuram exprimebant: quæ nunc est *il disegno.* Huic successit, quæ singulis coloribus res expressit, monochromatos dicta, *chiaroscuro. Plin.* 35. *Hist. nat.* 3. 5. (15). Inventam linearem dicunt a Philocle Ægyptio. — *Scalptor linearis ære cælando* dici nunc posset, καλκογράφος, *lavoratore di bulino, che incide in rame*, qui nempe vericulo post varios linearum ductus, sive punctorum ordines aliquid in ære repræsentat, ut ex æreis tabulis prelo suppositis in chartis postea referatur imago. Sed quum ars hæc proavorum nostrorum inventum sit, ut vulgo creditur, non occurrit hæc formula, aut alia huic similis apud veteres scriptores. Quamvis autem artis hujus nomen ignoremus, eam tamen a veteribus non ignoratam, et a *M. Varrone* primum repertam suspicatus est *Jo. Lud. Bianconius* in *epist. ad Th. Puccinum inter ejusd. opera T.* 4. *p.* 91., et deinde etiam auctor allatæ formulæ *Morcell. Inscript. comm. subject. p.* 109. *edit. Patav.* ex quodam *Plinii* loco 35. *Hist. nat.* 2. 2. (11). Imaginum amore flagrasse quondam testes sunt et Atticus ille Ciceronis edito de iis volumine, et M. Varro benignissimo invento, insertis voluminum suorum fecunditati non nominibus tantum septingentorum illustrium, sed et aliquo modo imaginibus: non passus intercidere figuras, aut vetustatem ævi contra homines valere, inventor muneris etiam diis invidiosi; quando immortalitatem non solum dedit, verum etiam in omnes terras misit, ut præsentes esse ubique et claudi possent. *Sillig.* legit: insectis voluminum suorum fecunditati septingentorum illustrium aliquo modo imaginibus *etc.* Insuper *Plinius* ipsi *septingentorum nominum illustrium* scripsisse videtur, quum talé substantivum vix abesse possit. — *Linearis ratio* apud *Quintil.* 1. 10. 36. est scientia

ac disciplina geometriæ. Et *linearis probatio, γραμμικὴ ἀπόδειξις*, quæ per lineas a geometris fit. *Id. ibid.* § 49. Similiter *Capell.* 6. *p.* 190. Abacus, res depingendis designandisque opportuna formis; quippe ibi vel lineares ductus, vel circulares flexus, vel triangulares arraduntur anfractus.

LĪNĒĀRĪTER, adverb. *V.* LINEALITER.

LĪNĒĀRĬUS, a, um, adject. (linea) linearis. De *linearii limitibus V.* in ACTUARIUS.

LĪNĒĀTIM, adverb. (linea) per lineas, *linealmente. Boeth. Comment. min. in Aristot. de interpr. p.* 299. Pictores solent designare lineatim corpus, atque substernere in corpore, ubi coloribus cujuslibet exprimant vultum.

LĪNĒĀTĬO, ōnis, f. 3. (lineo). ¶ 1. Est lineæ ductio, seu productio, concreto tamen, uti ajunt, sensu, *lineazione, tratto di linea. Vitruv.* 9. 4. *circa med.* Solis radii paribus lateribus, forma, lineationibus extenduntur. ¶ 2. Item lineamenta. *Firmic.* 1. *Mathes.* 4. Unde sese singuli propria corporis lineatione cognoscunt.

LĪNĒĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

LĪNĔO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (linea). Part. *Lineans* II. 1.; *Lineatus* I. et II. 2. — Lineare est ad lineam dirigere, *tirare a filo*, εὐθύνω.

I.) Proprie. *Cato R. R.* 14. Succidet, dolabit, lineabit, secabitque materiam dumtaxat conductor. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 40. Ubi probus est architectus, bene lineatam si semel carinam collocavit, facile est navem facere. *Vitruv.* 9. 4. *circa med.* Si radii per omnem mundum fusi circinationibus vagarentur, neque extentionibus porrecti ad trigoni formam linearentur.

II.) Translate. ¶ 1. Est ductis lineis coloratis, vel aliis aliquid repræsentare. *Capell.* 4. *p.* 97. Geometria formarum diversa radio ac pulvere lineans. *Solin.* 13. *ad fin.* Quæ (*Ponticæ gemmæ*) ostentationi potius, quam usui deliguntur, non guttis aspersæ sunt, sed longis colorum ductibus lineantur. *V.* PONTICUS in ONOM. Sic *Isid.* 16. *Orig.* 12. Aliæ (*gemmæ*) longis colorum ductibus lineatæ. *et* 12. *ibid.* 4. Basiliscus albis maculis lineatus. *Apul.* 10. *Met.* Ut lacinia (*vestis*) adhærens pressule membrorum voluptatem graphice linearet. ¶ 2. Per metaphoram *Hieronym. Ep.* 117. *n.* 6. Inter lascivas puellas et comatos lineatosque juvenes furvarum vestium puella gradieris? *attillati.*

LĪNĔŎLA, æ, f. 1. *deminut. a* linea, parva linea. *Gell.* 10. 1. *ad fin.* Numerus tertii consulatus non primoribus litteris (*h. e.* tert.), sed tribus tantum lineolis (*h. e.* III.) incisis significatus est.

LĪNĔUS, a, um, adject. (linum) qui est ex lino, *di lino*, λίνεος. *Virg.* 5. *Æn.* 510. Linea vincula. *Id.* 10. *ibid.* 784. linea terga. *h. e.* tergora scutum obducentia, quæ, ut ait *Servius*, lineo panno tegebantur, ut posset inhærere pictura. *Cels.* 8. 10. *n.* 1. Pannis lineis involvere. *Tac. Germ.* 17. Lineis amictibus velari. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 6. 13. (25). Lineæ vestes. *Id.* 32. *ibid.* 10. 44. (126). Linea lanugo. — Hinc

Linea, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt vestimenta linea. *Vulgat. interpr. Dan.* 10. 5. Et ecce vir unus vestitus lineis, et renes ejus accincti auro obrizo. *et ibid.* 12. 7. Et audivi virum, qui indutus erat lineis, qui stabat etc.

LINGO, lingis, linxi, linctum, lingere, a. 3. Part. *Linctus* et *Lingendus*. — Lingere est lingua molliter tangere et delibare: a verbo Græco λείχω (ut *Varro* docet 6. *L. L.* 96. *Müll.*) inserto *n*, quomodo a Σίγω est *tango* (It. *leccare*; Fr. *lécher, sucer*; Hisp. *lamer*; Germ. *lecken*; Angl. *to lick, lap*). *Plaut. Cas.* 2. 8. 21. Mel mihi videor lingere *Catull.* 98. 5. crepidas lingere carbatinas. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 9. 45. (105). Sal pecoribus datur lingendus. *Id.* 35. *ibid.* 15. 50. (177). Sulphur prodest et suspiriosis linctum. *Inscript.* Pompejana in pariete domus, apud *Henzen.* 7288. QVOI PERNA COCTA EST SI CONVIVAE ADPONITVR, NON GVSTAT PERNAM, LINGIT OLLAM AVT CACCABVM. *Vulgat. interpr.* 3. *Reg.* 21. 19. In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. Adde *Martial.*, qui 12. 35. et alibi obsceno sensu usurpat pro λειχάζειν.

LINGŌNĬCUS, a, um, adject. ad Lingones spectans: *V.* ONOM. — Hinc *Lingonicum tomentum*, quod erat e lanæ rasæ floccis. Differebat a Leuconico, quod nomen habuit a Leuconibus, qui iidem erant ac Leuci, quos *Ptolemæus* Lingonibus vicinos facit. *Plin.* enim 8. *Hist. nat.* 48. 73. (192). dicit, suo tempore tomenta Gallicis discerni nominibus. *Martial.* 14. 159. Accipe Lingonicis vellera rasa sagis. *Al. leg.* Leuconicis. — *Bardocucullus Lingonicus* erat vestimenti villissimi genus, quod Lingonibus præcipue fuit in usu, seu populis circa Padi ostia habitantibus, h. e. Hadriensibus. *Martial.* 1. 54. Sic interpositus villo contaminat uncto Urbica Lingonicus Tyriantina bardocuculus. h. e. *cappotto col cappuccio velloso ed unto.*

LINGUA, æ, f. 1. *Linguai* pro *linguæ* more suo *Lucret.* 4. 628. — Antiquis in usu fuit *dingua* pro *lingua*, ut *dacrima* pro *lacrima*, teste *Mar. Victorin. p.* 2457. et 2470. *Putsch.* V. quæ diximus de littera *D.* — Lingua est pars corporis in ore sita voci formandæ dignoscendisque saporibus destinata: a *lingo*, quia unicum est linctus instrumentum, γλῶσσα, γλῶττα (It. *lingua*; Fr. *la langue*; Hisp. *lengua*; Germ. *die Zunge*; Angl. *the tongue*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Plaut. Asin.* 3. 3. 105. Fac proserpentem me bestiam, duplicem ut habeam linguam. *scil.* hic illud osculi genus innuitur, de quo ait *Ovid.* 3. *Amor.* 14. 23. Illic purpureis condatur lingua labellis. Hoc Græci vocant μαχδαλωτόν. *Ter. Eun.* 5. 5. 7. Perii; lingua hæret metu. *Cic.* 2. *Nat. D.* 59. 149. Deinde in ore lingua sita est, finita dentibus. Ea vocem immoderate profusam fingit et terminat, quæ sonos vocis distinctos et pressos efficit, quum et ad dentes et ad alias partes pellit oris. Itaque plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes, nares cornibus iis, quæ ad nervos resonant in cantibus. *Crassus* apud *eumd.* 3. *Orat.* 1. 4. Hæc tibi est excidenda lingua: qua vel evulsa, spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit. *Cic.* 1. *Orat.* 25. 115. Sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni etc. *et ibid.* 18. 83. Quidam operarii lingua celeri et exercitata. *presti, o pronti di lingua.* et *ibid.* 25. 114. Linguæ solutio. *speditezza.* et *Ovid.* 3. *Met.* 261. linguam solvere ad jurgia. *sciorre.* et 3. *Pont.* 5. 9. lingua properanti legere. et 3. *Trist.* 1. 21. titubante loqui. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 65. (174). Linguæ inexplanatæ esse. *Id.* 10. *ibid.* 33. 51. (102). Lingua exserta. *et Cic.* 2. *Orat.* 66. 266. ejecta. *lingua fuori. Lucan.* 4. 755. projecta. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 47. 107. (256). Linguam porrigere. *sporgere. Phædr.* 5. 2. condere. *Catull.* 55. 18. tenere in ore clauso. *dentro dei denti.* Et eod. sensu *Ovid.* 2. *Fast.* 602. sæpe illi dixerat Almo, Nata, tene linguam, nec tamen illa tenet. *et ibid.* 608. alicui eripere. *strappare, cavare. Fronto de eloquent.* (edente iterum *A. Maio*) *p.* 229. Si linguam quis uni homini exsecet, immanis habeatur; eloquentiam humano generi exsecari mediocre facinus putas? — *b*) *Linguam exserere* ludibrii causa in aliquem mos fuit antiquis Latinis, qui etiamnum apud nostrates viget, quo quidem obscæni aliquid adversus alium, quicum contendis, significatur; nam lingua ita exserta similitudinem quamdam penis exhibet, quæ tum viris, tum feminis, tum pueris stupri contumeliam minitari videtur. *Liv.* 7. 10. Armatum adornatumque adversus Gallum stolide lætum, et linguam etiam ab irrisu exserentem, producunt. Idem vero Gallus in tabula pictus pro signo positus deinde fuerat sub tabernis argentariis in foro Romano, ut narrant *Cic.* 2. *Orat.* 66. 266., *Plin.* 35. *Hist. nat.* 4. 8. (25). et *Quintil.* 6. 3. 38. Hanc subsannandi consuetudinem moremque etiam *Pers.* 1. 60. et *Hieronym. Ep.* 125. *n.* 18. (quem locum vide in CICONIA) et *Vulgat. interpr.* in *Isaj.* 57. 4. — *c*) *Homo malæ linguæ* obsceno et ambiguo sensu dicitur fellator. *Martial.* 3. 80. Rumor ait, linguæ te tamen esse malæ. *Minuc. Fel. Octav.* 28. Qui scortorum licentiæ invident, qui medios viros lambunt, libidinoso ore inguinibus inhærescunt, homines malæ linguæ, etiam si tacerent.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice lingua, tamquam instrumentum loquendi, — *a*) Est sermo, locutio, oratio, *parlare, discorso, parole. Ovid.* 3. *Trist.* 11. 9. Nulla mihi cum gente fera commercia linguæ. *Cic. Pis.* 13. 30. Mens oppressa præmio, lingua adstricta mercede. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 6. 21. (62). Dicemus et de nationibus, sed dicemus aliena lingua. *con le parole d'altri.* — *b*) Item facultas dicendi, eloquentia. *Virg.* 11. *Æn.* 338. Largus opum, lingua melior. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 120. vehemens et liquidus puroque simillimus amni Fundet opes, Latiumque beabit divite lingua. — *c*) Item licentia loquendi, obtrectatio. *Cic. Flacc.* 23. 54. Lingua, quasi flabello seditionis, contionem ventilare. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 13. Linguam diligentissime continere. *Sall. Jug.* 84. moderari. *Cic.* 9. *Fam.* 2. Ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possumus. *Liv.* 33. 3. Si Ætolorum linguas retundere vellent. *ridurli al silenzio, chiuder loro la bocca. Ovid. Heroid.* 21. 205. Si mihi lingua foret. *Virg.* 7. *Ecl.* 28. ne vati noceat mala lingua futuro. *Tertull. Apolog.* 35. Ipsos Quirites ipsamque vernaculam septem collium plebem convenio, an alicui Cæsari suo parcat illa lingua Romana? ¶ 2. Lingua est etiam differentia sermonum, *linguaggio, lingua. Cic.* 1. *Fin.* 3. 10. Latinam linguam non modo non inopem, sed locupletiorem etiam esse, quam Græcam. *Cæs.* 1. *B. G.* 1. Qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur. *et ibid.* 47. Gallicæ linguæ scientiam habere. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 23. et 3. *ibid.* 8. 5. Utraque lingua. *h. e.* Græca et Latina. *Sall. Cat.* 6. Dispari genere, dissimili lingua. *Virg.* 8. *Æn.* 723. gentes Quam variæ linguis, habitu tam vestis et armis. *Ovid.* 2. *Art. am.* 122. ediscere linguas. *Quintil.* 11. 2. 50. Mithridates, cui duas et viginti linguas, quot nationibus imperabat, notas fuisse. — Item in una lingua diversitas sermonis, *dialetto. Quintil.* 12. 10. 34. Illis (*Græcis*) non verborum modo, sed etiam linguarum inter se differentium, copia est. *Cic. Flacc.* 26. 63. *de Massilia.* Quæ tam procul a Græcorum regionibus, disciplinis linguaque divisa etc. ¶ 3. Poetice de brutis animalibus usurpatur pro voce, sono, *voce, suono. Virg.* 3. *Æn.* 361. et 10. *ibid.* 177. Volucrum linguæ. *h. e.* cantus, garritus. *Phædr.* 1. 23. si, canis inquit, linguam vis meam præcludere, Ne latrem pro re domini, multum falleris. ¶ 4. Item signum vocis, ut littera. *Lucan.* 3. 224. Sculptaque servabant magicas animalia linguas. *V.* HIEROGLYPHICUS. ¶ 5. A similitudine dicitur de herba, quæ alio nomine lingulaca. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 19. 108. (170). ¶ 6. Sic *lingua bubula* est buglossa, lata folia linguæ bovis similia gerens. *Cato R. R.* 40.; et *Plin.* 17. *Hist. nat.* 14. 24. (112). ¶ 7. *Lingua canis* apud *Apul. Herb.* 96., et *lingua canina* apud *Cels.* 3. 27. *n.* 13. est herba eadem ac cynoglossa. ¶ 8. Item de promontoriis, aut terrarum prominentiis in mare excurrentibus, *promontorio, capo, lingua di terra*, ut docet *Paul. Diac. p.* 121. 5. *Müll.* Lingua dicitur promontorii quoque genus non excellentis, sed molliter in planum devexi. *Pacuvius* apud *Gell.* 4. 17. *in fin.* Id promontorium, Cujus lingua in altum projicit. *Liv.* 44. 11. Eminet in altum lingua, in qua urbs sita est. Adde *eumd.* 37. 31. *sub fin. Cæs.* 3. *B. G.* 12. Oppida posita in extremis linguis promontorilsque. *At hic plerique leg.* lingulis. *Ovid.* 13. *Met.* 724. intrant Sicaniam: tribus hæc excurrit in æquora linguis. Sic *Lucan.* 2. 613. tenuem producit in æquora linguam. ¶ 9. Sumitur et pro lingula seu ligula, qua mensuram significat, *un cucchiajo. Plin.* 26. *Hist. nat.* 11. 73. (119). Semen lonchitidis duabus linguis ex aqua potum. *Silligius* vero hoc loco pro *linguis* legit *ligulis.* ¶ 10. Item pro tenui lamina in tibiis, qua diviso spiritu sonus efficitur, *linguetta. Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 43. (84). Qui sonum tusciniarum, addita in transversas arundines aqua, foramen inspirantes, linguæque parva aliqua opposita mora, indiscreta redderent similitudine. ¶ 11. *Lingua vectis* est pars extrema, quæ oneri subjicitur. *Vitruv.* 10. 8. Vectis lingua sub onus subdita, caput ejus unius hominis viribus pressum, onus extollit. ¶ 12. Est etiam ferrea virgula, quæ in tintinnabuli cavitate pendens commota ex eodem sonum excitat; Italice *battocchio* et *battaglio* dicitur. *Paulin. Nolan. carm.* 18. 337. Ut vidit nullos dare tintinnabula pulsus, Excussa ut cervice boum crepitare solebant, Mollius aut lentis cava linguis æra ferire, Armentum reduces dum gutture ruminat escas.

LINGUĀRĬUM, ĭi, n. 2. (lingua) pretium vel tributum pro temeraria locutione. *Seneca* 4. *Benef.* 36. Ecce ut doleat, ut postea consideratius loquaris: quod dicere solemus, linguerium dabo. *h. e.* pen-

dam aliquid ob linguam temere locutam: ut columnarium pro columnis, quam vocem *V.*

LINGUĀTŪLUS, a, um, adject. *deminut. a* linguatus, aliquantulum linguatus, loquatulus. *Tertull. 1. ad Nation.* 8. Id fors tunc infantes, quia unicum, facilius commentati, paullo modulatius, utque linguatuli inventum alicujus interpretationis impegerint. *In editionibus perperam* lignatuli *legitur.*

LINGUĀTUS, a, um, adject. (lingua) linguam habens, *fornito di lingua.*

I.) Proprie. *Auct.* incert. in *Anthol. Lat. T. 1. p.* 625. *Burmann. de citharœdo.* Quam (*chelyn*) mox linguato decurrens pollice cogit, Humanum ut possit chorda canora loqui.

II.) Translate. ¶ 1. Est facundus, *facondo. Tertull. Anim.* 3. Apostolus Athenis expertus linguatam civitatem. ¶ 2. Item linguosus, garrulus, rixosus. *Vulgat. interpr. Eccli.* 8. 4. Non litiges cum homine linguato, et non strues in ignem illius ligna. et *ibid.* 25. 27. Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto.

LINGUAX, ācis, adject. omn. gen. (lingua) verbosus, multum loquens, qui nimis et stulte loquitur, *cianciatore, linguacciuto,* λάλος. *Gell.* 1. 15. *in fin.* Hoc genus homines in verba provectos, loculosos et blaterones et linguaces dixerunt. *Plerique tamen alii legunt* lingulacas, *quam vocem V.* sub 1.

LINGŬLA, æ, f. 1. *V.* LIGULA.

LINGŬLĀCA, æ, f. 1. (lingua). ¶ 1. Lingulaca communis gen. est locutulejus, loquax, garrulus. *Paul. Diac. p.* 117. 1. *Müll.* Lingulaca, mulier argutatrix. (Ita enim ibi legi volunt, non *auguratrix.*). *Plaut. Cas.* 2. 8. 61. Vin' lingulacas? STA. Quid opus est, quando uxor domi est? Ea lingulaca est nobis: numquam tacet. *Varro* apud *Non. p.* 26. 18. Lingulacæ obtrectatores. Adde *Gell. loc. cit.* in LINGUAX. ¶ 2. Est etiam genus piscis, a linguæ similitudine. *Varro* 5. *L. L.* 77. *Müll.*; et *Paul. Diac. p.* 117. 1. *Müll.* Hujusmodi piscis idem esse credebatur cum solea. Atqui diversus fuisse videtur, nam apud *Plaut. loc. cit.* sub 1. ante lingulacæ mentionem memoratur ilidem solea. ¶ 3. Est etiam herba circa fontes nascens, capillo confirmando apta. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 11. 84. (133). Secundum cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. *p.* 301.) *lingulaca* est *Scolopendrium officinarum* Willd., *Lingua cervina* Quorumd.

LINGŬLĀTUS, a, um, adject. (lingula) ad modum lingulæ factus, ut Lingulati tubi, quorum alius ad modum lingulæ acuminatus in alium intrat, apud *Vitruv.* 8. 7. Lingulati calcei, apud *Isid.* 19. *Orig.* 34., qui et folleati dicuntur. *V.* LIGULA.

LINGŬLUS, i, m. 2. (lingua) idem ac lingulaca, garrulus, rixosus. *Vet.* carmen, cui titulus *Vespæ judicium* apud *Wernsdorf. Poet. Lat. min. T.* 2. *p.* 237. Cervinam Actæon tollit, Meleager aprunam, Aginam Pelias, taurinam lingulus Ajax.

LINGUŌSUS, a, um, adject. (lingua) lingua, seu verbis abundans, *garrulo, rissoso.*

I.) Proprie. *Petron. fragm. Tragur.* 43. *Burmann.* Duræ buccæ fuit, linguosus, discordia, non homo. Adde *eumd. ibid.* 63. *Hieronym. Ep.* 108. *n.* 20. Linguosam (*adolescentulam*), garrulam et protracem ad fores triclinii orare faciebat. *Vulgat. interpr. Eccli.* 9. 25. Terribilis est in civitate sua homo linguosus: et temerarius in verbo suo oditus erit. Adde *Psalm.* 139. 12.

II.) Translate. *Cassiod.* 4. *Variar.* 51. Orchestarum linguosi digiti. *V.* ORCHESTA. Adde *Augustin.* 1. *Confess.* 9.

LINIĀTŪRA, æ, f. 1. (linio) eadem ac linimentum. *Gloss. Philox.* Liniatura, χρίσις.

LĪNĪFER, fera, fĕrum, adject. (linum *et* fero). Ejus thetum est Silvani in *Inscript.* apud *Murat.* 70. 6. *V.* CANNABIFER.

LĪNĪFĬCIUM, ii, n. 2. (linum *et* facio) locus, in quo linum tunditur, pectitur etc. *Varro* apud *Non.* 1. 180. 11. *Merc.* Levis tippula linifici frigidos transit lacus. *Alii* lymphōs *legunt. Notit. Imper. Occ.* 3. Procurator linificii Viennensis Galliarum, procurator linificii Ravennatium. *Ead. Imper. Orient.* Procuratores linificiorum. Consule *Ant. Zirardini, Esame di Ravenna p.* 20. *V.* et LINYPHUS et TIPPULA.

LĪNĪFĬCUS, i m. 2. (linum *et* facio) qui pannos ex lino texit. *Cod. Theod.* 8. 16.

LĪNĪGER, gĕra, gĕrum, adject. (linum *et* gero) lineam vestem gerens, *vestito di lino.* De Iside ejusque sacerdotibus maxime dicitur: quia Isis Ægyptiis lini usum monstrasse credita est. *Ovid.* 1. *Pont.* 1. 51. Vidi ego linigeræ numen violasse fatentem Isidis. *Id.* 1. *Art. am.* 77. Neu fuge linigeræ Memphitica templa juvencæ. *Id.* 1. *Met.* 747. Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. *Juvenal.* 6. 532. grege linigero circumdatus. *V.* LINUM.

LĪNĪMEN, ĭnis, n. 3. (lino) id quod illinitur. *Theod. Priscian.* 1. 18. Pro linimine adhibere.

LĪNĪMENTUM, i, n. 2. (lino) actus liniendi, et res ipsa, quæ illinitur. *Pallad.* 11. *R. R.* 14. *ad fin.* Linimentum quoque dolii non gypso, sed sarmentorum cinere debebis inducere. Adde *Petron. Satyr.* 79., ubi al. leg. *liniamenta*, eod. sensu. *Theod. Priscian.* 1. 16. Post etiam saponato lavare linimenta conveniet. Adde *eumd. ibid.* et 1. 28. et alibi.

LĪNĪO, is etc. *V.* LINO

LĪNĪPHĬĀRIUS *et*

LĪNĪPHĬO *et*

LĪNĪPHUS. *V.* LINYPHIARIUS, LINYPHIO, *et* LINYPHUS.

LĪNĪTĔUS, a, um. *V.* LINTEUS.

LĪNĪTĬO, ōnis, f. 3. (linio) actus liniendi, unctio, vulgo *invetriatura,* χρίσμα. *Vulgat. interpr. Eccli.* 38. 34. *de figulo.* Cor suum dabit, ut consummet linitionem.

LĪNĪTĬUS, a, um, adject. lineus. *Ammon cum cornibus arietinis et vestimento linitio* legunt nonnulli apud *Capell.* 2. p. 39.: sed perperam; ibi enim legendum *lanitio* multis probavit *Kopp.*, quem videsis ad *Capell. loc. cit.*

LĪNĪTUS, a, um. *V.* LINO.

LĪNĪTUS, us, m. 4. (linio) illitus, *unzione.* In Ablat. sing. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 12. 47. (118). Prævalere (*buselinum*) contra serpentes potu et linitu.

LĪNO, līnis, lĭvi *vel* lĭni *vel* lēvi, lĭtum, lĭnere, a. 3. *et* līnio, is, īvi, ītum, ire, a. 4. — *Lisse* pro *livisse* quidam leg. apud *Spartian. Hadrian.* 4. — *Lini* in præterito, inquit *Priscian.* 10. *p.* 898. *Putsch.* pro *livi* vetustissimi protulisse inveniuntur, unde *Varro* rerum rusticarum: *Quum oblinerunt vasa.* Etiam *Voss.* 1. 5. *de Grammat. c.* 29. affert illud ex *Quintil. Declam.* 1. 15. *Mariti tui cruore parietem linisti.* Sed alii leg. *Mariti tui* (vel tu) *cruore lusisti,* omisso *parietem*: alii etiam aliter. — Ex tribus præteritis *lēvi* est ab obsoleto *leo,* quod *V.* suo loco. — Quod attinet ad formam *linio,* confirmant hujus verbi usum composita *allinio, circumlinio, illinio, oblinio* etc. Quare non audiendi, qui ex albo Latinorum verborum expungere conati sunt. — *Linio* in futuro facit et *ibo, ibis*: quod in verbis quartæ sæpe usuvenit. *Pallad.* 3. *R. R.* 31. Vas cooperies ac linibis. — Part. *Linitus, Litus, Linendus* et *Liniendus* I. 1. — Ceterum *linere* et *linire* est ungere, illinere, rem aliquam liquidam aut mollem alteri superinducere, ungendi, aut obturandi causa, ἀλείφω, χρίω (It. *ungere, tingere, impiastrare, stuccare*; Fr. *oindre, enduire, appliquer un enduit sur, frotter sur*; Hisp. *untar, enyesar*; Germ. *beschmieren, bestreichen, überstreichen, verpechen*; Angl. *to anoint, besmear, daub, paint, grease*).

I.) Proprie. ¶ 1. Sæpissime habet Accusativum rei, quæ ungitur, et Ablativum rei, qua ipsa ungitur. — *a*) Forma *lino* apud *Virg.* 4. *G.* 39. certatim tenuia cerâ Spiramenta linunt. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 18. Omnia vipereo spicula felle linunt. Sic *Id.* 4. *ibid.* 9. 83. litæ serpentis felle sagittæ. *tinte. Horat. Art. P.* 331. speramus carmina fingi Posse linenda cedro. *Id.* 1. *Od.* 20. 1. Vile potabis modicis Sabinum Cantharis, Græca quod ego ipse testa Conditum levi. *Liv.* 21. 8. *ad fin.* Ferrum stuppa circum ligabant, linebantque pice. *Alii leg.* liniebantque; *V. Drakenborg.* ad h. l. *Juvenal.* 9. 58. Nam quis plura livit victuro dolia musto? Ita *Priscian.* 10. *p.* 898. *Putsch.* Al. leg. *linit. Colum.* 12. *R. R.* 16. 5. Picata opercula diligenter gypso linunt, ne possit spiritus introire. *Id. ibid.* 50. 17. Quum nova dolia crassa gummi liverunt. *Inscript.* optimæ notæ apud *Gruter.* 207. *col.* 2. *ad fin.* EOSQVE PARIETES MARGINESQVE OMNES, QVAE LITA NON ERVNT CALCE ARENATO (*intonacate*), LITA POLITAQVE ET CALCE VDA DEALBATA RECTE FACITO. *Sueton. Ner.* 31. In ceteris partibus (*domus Neronis*) cuncta auro lita, distincta gemmis etc. *messe a oro, indorate. Virg.* 4. *G.* 99. elucent aliæ, et fulgore coruscant Ardentes auro, et paribus lita corpora guttis. *Fronto* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. Faciem medicamento litam, cœno corpus oblitum, calicem melle delitum, mucronem veneno, radium visco illitum dixerim. *Juvenal.* 6. 480. Linere faciem. *imbellettare.* Sic *Martial.* 10. 68. Deque coloratis numquam lita mater Etruscis. *imbellettata. Id.* 7. 39. Linere et obligare plantas. *ungere e medicare i piedi. Seneca Med.* 711. succis linere sagittas. *avvelenare. Quintil. Declam.* 13. 5. Livit flores maleficis succis. — *b*) Forma *linio* apud *Vitruv.* 7. 3. *sub fin.* Tectoria luto quum liniuntur. *Colum.* 12. *R. R.* 46. 7. Si qua rimam creta facit, luto liniunt. *Al. leg.* linunt. *et ibid.* 47. 1. Creta liniunt mala. *Al. leg.* linunt. *Id.* 6. *ibid.* 17. 6. Liquida pice cum oleo linire. *Id. ibid.* 26. 4. Oleo ulcera linire. *Al. leg.* linere. *Id.* 4. *ibid.* 24. 6. Allevatas plagas terra, quam prius amurca madefeceris, linire. *Al. leg.* linere. *Id.* 6. *ibid.* 30. 3. Caput et spina tepenti adipe liniuntur. *Id.* 7. *ibid.* 13. 1. Aures canum contritis nucibus liniendæ sunt. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 28. 47. (265). Falces sanguine ursino liniri volunt. *Al. leg.* lini. *Propert.* 3. 10. 11. Neve tua Medæ liniantur cæde sagittæ. *Plerique alii rectius leg.* lætentur. ¶ 2. Interdum habet Accusativum rei, qua quid ungitur. *Ovid. Medic. fac.* 81. linere medicamenta per corpora. *Pallad.* 4. *R. R.* 10. *a med.* Bitumen et oleum, aut calcem latebris vermium liniunt.

II.) Translate. ¶ 1. Est obducere, obtegere, *coprire, incrostare. Ovid. Medic. fac.* 7. auro sublimia tecta linuntur. *Martial.* 9. 62. Et linit Hesperium bractea viva pecus. ¶ 2. Item delere, inducere, *cancellare. Ovid.* 1. *Pont.* 5. 15. Quum relego, scripsisse pudet, qui plurima cerno, Me quoque, qui feci, judice digna lini. ¶ 3. Item fœdare, conspurcare, *imbrattare,* collinere, oblinere. *Ovid.* 3. *Fast.* 760. linit ora luto. *Martial.* 9. 23. Ut lutulenta linat Tyrias mihi mula lucernas. — Et hinc ductâ metaphorâ *Horat.* 2. *Ep.* 1. 136. scriptores carmine fœdo Splendida facta linunt. ¶ 4. *Linere alicui labra.* V. LABRUM.

LĪNOSTĒMA, ātis, n. 3. (λίνον *linum* et στῆμα *stamen*) *mezzalana, accellana,* vestis nomen, de qua *Isid.* 19. *Orig.* 22. 17. Linostema est vestis ex lana linoque contexta: et dicta linostema, quia in stamine linum, in trama lanam habet.

LĪNOSTRŎPHON, i, n. 2. λινόστροφον, Græca appellatio marrubii herbæ. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 22. 89. (241).

LĪNOZOSTIS, is *vel* ĭdis, f. 3. λινόζωστις, herba eadem, quæ Mercurialis. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 18. (38). et 26. *ibid.* 12. 76. (124). *et ibid.* 14. 89. (150). Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. *p.* 327.) hanc exhibet synonymiam: Λινόζωστις (*olus vescum*) Hippocr. Morb. mulier. 455., 461., 465. et alibi et Theophr. Hist. plant. 9. 19.; Λινόζωστις, παρθένιον, Ἑρμοῦ βοτάνιον Dioscor. 4. 191.; *Linozostis, sive parthenium, sive mercurialis* Plin. loc. cit., Apul. Herb. 83. et Marcell. Empir. c. 30.; et Σκαρολάχανον ἢ σκαρόχορτον Græcor. recentior. sunt *Mercurialis annua mas et femina* L. Spec. plant. 1465.

LINQUO, linquis, līqui, (lictum), linquere, a. 3. Part. *Linquens* et *Linquendus* I. — *Lictus* particip. quidam putant legi apud *Capitolin. M. Aurel.* 7. Tunc primum Romanum imperium duos Augustos habere cœpit, lictum cum alio participasset. At *Salmas.* legendum putat, *id quum cum alio* etc. — Ratione habita etymi, est a λείπω seu λίπω *linquo,* inserta littera *n*, ut in *pango* a πήγω, et mutata π in *qu* ut in *quotus* a πότος et aliis multis. Linquere autem est deserere, relinquere, destituere, omittere (It. *lasciare, abbandonare*; Fr. *laisser, abandonner, délaisser, quitter*; Hisp. *dexar, soltar, abandonar*; Germ. *verlassen, zurücklassen, hinterlassen, bleiben oder stecken lassen*; Angl. *to leave, forsake, quit, abandon*). ¶ 1. Generatim. *Plaut. Most.* 3. 1. 60. Urbem exsul linquat factus hic causa tui? Cf. *Cic. Planc.* 10. 26. Eum linquentem terram eam, quam servaverat, lacrimis prosecuti sunt. *Propert.* 4. 9. 54. Cede agedum, et tuta limina linque fuga. *Horat.*

2. *Od.* 14. 21. Linquenda tellus. *Plaut. Cist. a.* 3. *v.* 12. Linque lumen. *muori.* Sic *Lucret.* 3. 542. Lumina qui linquunt moribundi particulatim. et *Virg.* 3. *Æn.* 140. Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant Corpora. *Plaut. Asin.* 2. 2. 14. Herum in obsidione linquet. *Id. Pseud.* 1. 2. 8. Malo lupos apud oves linquere, quam hos domi custodes. *Horat.* 1. *Od.* 28. 33. precibus non linquar inultis. *Sil. It.* 5. 38. Nec Pœnum liquere doli. *Val. Flacc.* 5. 229. at vellera Martis in umbra Ipse sui Phryxus monumentum insigne pericli Liquerat. *avea deposto e lasciato. Horat. Art. P.* 285. Nil intentatum nostri liquere poetæ. *Lucan.* 9. 162. has mihi pœnas Terra dabit: linquam vacuos cultoribus agros. *h. e.* vastabo et vastatos relinquam. *Catull.* 64. 59. Irrita ventosæ linquens promissa procellæ. *Seneca Med.* 618. Tiphys Liquit indocto regimen magistro. *lasciò in mano. Sil. It.* 11. 327. me linque meæ menti. *lasciami in libertà co' miei disegni.* — *Linqui animo* et absolute *linqui* dicitur is, quem vires et spiritus deficiunt, *andare in deliquio, mancare di forze. Sueton. Cæs.* 45. Fuisse traditur valetudine prospera: nisi quod tempore extremo repente linqui animo, atque etiam per summum exterreri solebat. Et active *Seneca Troad.* 623. Me liquit animus: membra quatiuntur, labant, Torpetque vinctus frigido sanguis gelu. et *Curt.* 7. 14. Jamque linquente animo suis præcepit etc. Similiter *Id.* 6. 1. Linquente spiritu, moribundus procubuit. et *Tac.* 3. *Ann.* 46. Jacentesque, nullo ad resurgendum nisu, quasi exanimes linquebantur. Et absolute *Ovid. Heroid.* 2. 130. Linquor, et ancillis excipienda cado. *Id.* 8. *Met.* 363. trepidantem et terga parantem Vertere, succiso liquerunt poplite nervi. ¶ 2. Speciatim est finem imponere, omittere, *lasciar là, tralasciare, omettere passando ad altro, rinunziare. Cic.* 3. *Orat.* 10. 38. Neque enim conamur docere etc. Linquamus igitur hæc, quæ cognitionem habent facilem. *Horat.* 3. *Od.* 8. 28. Dona præsentis cape lætus horæ et Linque severa. *Seneca Œdip.* 78. lacrimas. *Val. Flacc.* 1. 560. habenas. *et ibid.* 631. spem. ¶ 3. Item speciatim, impersonaliter *linquitur* est idem ac restat, superest. *Lucret.* 2. 914. Linquitur, ut totis animalibus adsimilentur. Sic *Id.* 5. 798. Linquitur, ut merito maternum nomen adepta Terra sit, e terra quoniam sunt cuncta creata. Cf. *Sil. It.* 4. 626. vix cernere linquitur undas.

LINTĔĀMEN, ĭnis, n. 3. idem quod linteum. *Lamprid. Elagab.* 26. Linteamen lotum numquam attigit. *Apul.* 11. *Met.* Candido linteamine cinctum pectorale. Adde *Vulgat. interpr. Luc.* 24. 12., *Johann.* 20. 5. et alibi. — Videtur *linteamen* esse Italorum *lenzuolo.* Nam *Hieronym. Ep.* 108. *n.* 15. *de Paula.* Mollia, etiam in gravissima febri, lectuli strata non habuit, sed super durissimam humum stratis ciliciolis quiescebat. *et mox.* Mollia linteamina et serica pretiosissima asperitate cilicii commutanda. *V.* LODIX.

LINTEAMENTUM, i, n. 2. Idem ac linteamen. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 158.

LINTĔĀRĬUS, a, um, adject. (linteum). Scribitur et *lintiarius* in *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 346. et in *Effemer. Letter. di Roma T.* 10. *p.* 67. — Lintearius est ad lintea pertineus. *Ulp. Dig.* 14. 4. 5. *a med.* Duas negotiationes exercebat, puta sagariam et lintleariam. *Inscript.* apud *Gruter.* 646. 4. LINTEARIA ARS. — Hinc

Lintearius, ĭi, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui lintea vendit. *Ulp. loc. cit.* 4. 5. Institores, quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam et distrahendam. *Imp. Theodos. et Valentinian. Cod. Theod.* 10. 20. 16. Linteariorum corpus. *Inscript.* apud *Orell.* 4215. MANIBVS REBVRRI VIRILIS LINTEARI.

LINTĔĀRĬUS, ĭi, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

LINTĔĀTUS, a, um, adject. (linteum) lineis vestibus indutus, *vestito di panno lino. Seneca Vit. beat.* 27. Linteatus senex. *Sidon.* 8. *Ep.* 3. *ad fin.* Lege virum - inter epulas abstemium, inter purpuratos linteatum. — *Linteatus* quoque dictus, qui sub consæpto linteis contecto jusjurandum militare dedit. *Liv.* 10. 38. *ad fin.* Ea (*Samnitium*) legio linteata, ab integumento consæpti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est. V. *Drakenborg.* et *Wunckelmann.* (edit. *Prato*) ad h. l. *Paul. Diac. p.* 115. 7. *Müll.* Legio Samnitum linteata appellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram velis linteis circumdatam non cessuros se Romano militi juraverant.

LINTĔO, ōnis, m. 3. (linteum). Etiam *lintio* scribitur, ut in postrema *Inscript.* infra allata. — Linteo est qui lintea texit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 38. Propolæ, linteones, calceolarii. *Servius* ad *Virg.* 7. *Æn.* 14. Apud majores, stantes texebant, ut hodie linteones videmus. *Inscript.* apud *Gruter.* 38. 15. L. POSTHVMIVS FACILIS T. KARRIVS VALENS LINTEONES APOLL. D. P. S. D. *Alia* Aquilejensis, nunc Vindobonæ exstans, in *Bullett. dell' Instit. archeol. T.* 5. *p.* 43. OSSA P. POSTVMI FELICIS LINTIONIS.

LINTĔŎLUM, i, n. 2. *deminut. a* linteum, parvum linteum, *picciolo panno lino, fazzoletto, pezzetta,* σῶνη. *Plaut. Epid* 2. 2. 46. Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium. *Colum.* 6. *R. R.* 16. 2. Præfractis cornibus linteola sale atque aceto imbuta superponuntur. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 16. 19. (106). Rosæ folia tunsa in linteolo. *Id.* 31. *ibid.* 8. 14. (96). In linteolis concerptis imponitur. *et ibid.* 9. 45. (100). Sal in linteolo involutus. *Apul. de Mag.* Habuit quæpiam linteolo involuta. *Id. paullo prius.* Ais enim, me habuisse quædam sudariolo involuta. *L'inc patet* linteolum *idem esse ac* sudariolum.

LINTĔŎLUS, a, um, adject. *deminut. a* linteus, *di lino. Prudent.* 3. περὶ στεφ. 180. Palliolum linteolum.

LINTER, tris, f. 3. Est qui scribit *lynter.* — In gen. mascul. *Tibull.* 2. 5. 34. ire solebat Exiguus pulsa per vada linter aqua. — *Lintris* in recto singulari. *Sidon. carm.* 5. 283. Hercynii nemoris si stipite lintris Texta Nabathæum pro Rheno sulcat Hydaspem. Legitur etiam in *Not. Tir. p.* 178. — Linter, Græce λιντήρ, ut docet *Priscian.* 5. *p.* 647. *Putsch.* (quamquam *Voss. l.* 3. *de Gramm. c.* 26. minime id ei credendum putat) est cymba parva ex cavatu arbore, vel etiam ex pluribus asseribus compactis, in usum trajiciendi fluminis (It. *canotto, barchetta*; Fr. *petite barque, nacelle, canot*; Hisp. *barquilla, barqueta, canoa*; Germ. *d. Kahn, Nachen*; Angl. *a bark, boat, wherry, canoe*).

I.) Proprie. *Liv.* 21. 26. *sub fin.* Novas lintres inchoantes cavabant ex singulis arboribus. *Id. ibid.* 27. *a med.* Paratas aptatasque habebat lintres. *Cæs.* 1. *B. G.* 12. Flumen ratibus ac lintribus junctis transire. *Id.* 7. *ibid.* 60. Conquirit etiam lintres: has magno sonitu remorum incitatas etc. *Cic. Mil.* 27. 74. Repente lintribus in eam insulam materiem, calcem, cæmenta, arma convexit. *Ovid.* 6. *Fast.* 779. Ferte coronatæ juvenum convivia lintres. *Boeth. p.* 161. Sunt quædam naves, quæ remis penitus non utuntur, ut lintres, quas solo subigunt conto. — Festivus est jocus, quo notavit C. Julius Curionem, in dicendo in utramque partem toto corpore vacillantem, quærens per risum, *quis loqueretur e lintre.* Refert *Cic. Brut.* 60. 216. — Allegorice. *Tibull.* 1. 7. 37. Nescio quid furtivus amor parat: utere quæso, Dum licet: in liquida nat tibi linter aqua. *tu se' in buone acque.* et *Ovid.* 2. *Fast.* 864. Venimus in portum, libro cum mense peracto. Naviget hinc alia jam mihi linter aqua.

II.) Translate est genus vasis vinarii, convehendis calcandisque uvis apti: a similitudine fluviatilis cymbæ, *tino. Cato R. R.* 11. *extr.* enumerat inter instrumenta vineæ. *Tibull.* 1. 5. 23. Aut mihi servabit plenas in lintribus uvas. *Virg.* 1. *G.* 262. durum procudit arator Vomeris obtusi dentem: cavat arbore lintres.

LINTĔUM, i, n. 2. (linum) pannus lineus, σῶνη (It. *panno lino, fazzoletto, sciugatojo*; Fr. *toile de lin*; Hisp. *tela, lienzo*; Germ. *leinenes Tuch*; Angl. *linen cloth*).

I.) Proprie. *Plaut. Most.* 1. 3. 109. Linteum cape, atque exterge tibi manus. Confer *Sidon.* 5. *Ep.* 17. *a med.* Linteum villis onustum. h. e. *sciugatojo con frangie. Catull.* 12. 3. Tollis lintea negligentiorum. *h. e.* sudaria, vel mappas. Ipse mox *sudaria* appellat. *Cic. Rabir. Post.* 14. 40. Merces fallaces et furosæ, chartis et linteis et vitro delatæ. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 18. 73. (122). Folia trita per linteum spissum in æreum vas. *Id.* 25. *ibid.* 13. 103. (164). Succus linteo colatus. *Id.* 34. *ibid.* 18. 52. (172). Spodium lavatur in linteis raris aqua cœlesti. *Id.* 28. *ibid.* 16. 62. (223). Fel suum linteo calefacto impositum. *Sueton. Cal.* 26. Quosdam summis honoribus functos sibi cœnanti ad pedes stare succinctos linteo, passus est. *h. e.* lintea tunica succinctos, epheborum more, quos delicatiores Romani libidinis causa sibi cœnantibus adsistere jubebant sola tunica tenuissima ita alticinctos, ut per eamdem totum eorum corpus pelluceret. *Martial.* 2. 57. Recensque sella linteisque lorisque. *h. e.* velis, seu plagulis lineis, quibus fenestræ ejus claudebantur. *cortine, bandinelle.*

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro panno lineo, *tela o pezza di lino. Liv.* 28. 45. *a med.* Populienses polliciti sunt ferrum, Tarquinienses lintea in vela. *tele da vela.* ¶ 2. Hinc pro ipsis velis navium. *Virg.* 3. *Æn.* 686. certum est dare lintea retro. *Ovid.* 2. *Amor.* 11. 41. Zephyri veniant in lintea pleni. *Val. Flacc.* 4. 83. Fluctibus intulerant placido cava lintea cursu. *Sever. Ætn.* 243. Quo rapiant nautæ, quo sidere lintea tendant. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 7. 33. (51). Nero jusserat se pingi in linteo. *V.* PINGO. ¶ 3. Significat etiam cingulum, quo veteres nudi pudenda protegebant, *il grembiule.* Hinc *Cajus* 3. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 192. Nudus quærat linteo cinctus, lancem habens; linteum autem est consuti genus, quo necessariæ partes tegerentur. ¶ 4. Dicitur et de tela ex alia materia. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 11. 22. (39). Circa fruticem lanugines esse tradit, linteaque ea Indicis præstantiora.

LINTĔUS, a, um, adject. (linum) lineus (It. *di lino*; Fr. *de lin*; Hisp. *de lino*; Germ. *leinen*; Angl. *made of lint or flax, linen, flaxen*). *Cic.* 7. *Verr.* 56. 146. Lintea vestis. *Liv.* 9. 4. tunica. — *Lintei libri,* quos 4. 7. *extr.* et *ibid.* 20. et 10. 38. et alibi *Livius* memorat, pro charta spisso linteo, et fortasse etiam leviter cerato aut gypsato, confecti erant. Hos annalibus magistratuum conscriptos, et in æde Monetæ repositos, idem affirmat. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 11. 21. (68). In palmarum foliis primum scriptitatum, deinde quarumdam arborum libris. Postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox et privata linteis confici cœpta, aut ceris. *Symmach.* 4. *Ep.* 34. Sibyllina etiam carmina linteis textis scripta fuisse significat. Adde *Vopisc. Aurel.* 1. et 8. Non tamen crediderim, fuisse hos libros ex multis lineis paginis compactos, sed ex linteo oblongo, quod in volumen complicaretur. *Mappæ* enim aliquando dicti sunt, ut videre est in *Cod. Theod.* 11. 27. 1. et apud *Var. Auctor. de limit. p.* 145., 263. et 266. *Goes.* Horum meminit et *M. Aurel.* apud *Fronton.* 4. *ad Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 4., ubi *linitei libri* legitur. — *Liv.* 4. 20. Linteus thorax. et *Nepos Iphicr.* 1. Genus loricarum mutavit, et pro ferreis atque æneis linteas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit: nam pondere detracto, quod æque corpus tegeret et leve esset, curavit. *Linteæ loricæ,* de quibus hic *Nepos,* non solum a militibus, sed etiam a venatoribus gestari solebant, adversus ungues ac morsus ferarum. Quidam putant factas fuisse ex funiculis, seu toris multiplici filo lineo contortis et in telam contextis. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 2. (12). narrat, in thorace Amasis Ægypti regis fila singula tercentis sexaginta quinque filis constitisse. Alii ex lino coacto, et aceto, aut vino austero macerato, ut soliditatem et crassitiem acquireret ad ictus repellendos. Alii denique ex tela linea multis plicaturis octies aut decies complicata. *Sil. It.* 3. 272. Tempora multiplici mos est defendere lino, Et lino munire latus. *Id.* 4. 292. fugit hasta per oras Multiplicis lini subtextaque tegmina nervis. *et* 9. 587. lævum qua tegmine thorax Multiplicis lini claudit latus. De his *Casaub.* ad *Sueton. Galb.* 10., *Scalig.*, et *Ferrar. de re vestiar. l.* 4. *part.* 2. *c.* 11.

LINTIĀRĬUS. *V.* LINTEARIUS.

LINTĬO. *V.* LINTEO.

LINTRĀRĬUS, ĭi, m. 2. (linter) qui lintre commeat, *barcajuolo. Ulp. Dig.* 4. 9. 1.; et *Inscript.* apud *Gruter.* 345. 4. et *Murat.* 1096. 2., quæ est apud *Orell.* 4245.

LINTRĬCŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* linter, parva linter, *barchetta, schifo. Cic.* 10. *Att.* 10. *sub fin.* Ego vero vel lintriculo, si navis non erit, eripiam me ex istorum parricidio.

LĪNUM, i, n. 2. λῖνον. Primam syllabam Græci corripiunt, Latini vero producunt. — Linum est herba, quæ macerata, et in lanæ mollitiem contusa, netur in usum vestium, candore maxime commendabilis, si diligenter purgetur (It. *lino*; Fr. *lin*; Hisp. *lino*; Germ. d. *Flachs*, *Lein*; Angl. *flax*, *line*, *lint*).

I.) Proprie. Multa de lino *Plin.* 19. *procem.* et *ibid.* 1. 2. et 3. ubi habentur hæc etiam: lini tenuitas, splendor, candor, firmitas: linum tundere, pectere, depectere, digerere, carminare, nere, texere etc. De lino vivo *V.* ASBESTINUM. *Cic.* 7. *Verr.* 11. 27. Reticulum ad nares sibi admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis. di *lino finissimo. Virg.* 1. *G.* 77. Urit enim lini campum seges, urit avenæ. *Grat. Cyneg.* 57. linorum messes. *Ulp. Dig.* 32. 68. Linum tam factum, quam infectum, quodque netum, quodque in tela est. — Cl. *Fée* (*Op. cit.* vol. 2. *p.* 261.) de lino hanc exhibet synonymiam: Λῖνον Homer. Iliad. 5. 487., Theophr. 4. etc., Thucyd. 4. 26. et plur. Græcor.; et *Linum* Virg. loc. cit., Colum. 2. R. R. 10., Pallad. 3. R. R. 22., Plaut., Cels. et Plin. locc. citt. sunt *Linum usitatissimum* L. Spec. plant. 397.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochen dicitur de lineo filo, vel funiculo, *filo*. — *a*) Generatim. *Cels.* 7. 14. *a med.* Ad imum acu trajectatur, duo lina ducente. — *b*) Speciatim. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 64. Effer cito stilum, ceram et tabellas et linum. *et ibid.* 96. Cedo tu ceram ac linum actutum: age, obliga, obsigna cito. *Linum* intelligit, quo epistolæ obsignabantur, tabellis ita circumvoluto, ut incidere necesse esset aperire volenti. Quatuor enim erant epistolæ scribendæ instrumenta, tabellæ ceratæ, in quibus scribebatur; stilus, quo scribebatur; linum ad obligandum et claudendum; cera ad obsignandum, qua linum nodo colligabatur. Rursus *Plaut. Pseud.* 1. 1. 40. Per ceram et linum litterasque interpretes salutem mittit. et *Cic.* 3. *Cat.* 5. 10. Tabellas proferri jussimus: ostendimus Cethego signum: cognovit. nos linum incidimus: legimus. Hinc illud *Nepot. Pausan.* 4. Vincula epistolæ laxavit, signoque detracto cognovit etc. — Idem fiebat in tabulis testamentorum et hujusmodi, quas arcanas et legitimas esse volebant. *Sueton. Ner.* 17. Adversus falsarios tunc primum repertum, ne tabulæ nisi pertusæ, ac ter lino per foramina trajecto, obsignarentur. *Paul.* 5. *Recept. sentent. tit.* 25. Amplissimus ordo decrevit, eas tabulas, quæ publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summa marginis ad mediam partem perforatæ, et triplici lino constringantur, atque impositum supra linum ceræ signa imprimantur. ¶ 2. De linea piscatoria, ex qua hamus pendet. *Ovid.* 13. *Met.* 923. Nunc in mole sedens moderabar arundine linum. ¶ 3. Item sæpe de lineo panno, aut veste, *panno lino. Horat.* 2. *Sat.* 4. 54. Massica Integrum perdunt, lino vitiata, saporem. *h. e.* sacco lineo colata. *Ovid.* 5. *Fast.* 519. flumineam lino celantibus ulvam Incubuere toris. *materasso. Virg.* 12. *Æn.* 120. Velati lino et verbena tempora cincti. — Lineæ vestis usus præcipue fuit apud sacerdotes Isidis. *Apul. de Mag.* Lineum textum purissimum est rebus divinis velamentum. Quippe lana, segnissimi corporis excrementum, pecori detracta, jam inde Orphei et Pythagoræ scitis, profanus vestitus est. Sed enim mundissima lini seges inter opimas fruges terra exorta, non modo indutui et amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque in rebus sacris usurpatur. *V* LINIGER. ¶ 4. Item de velis, quæ et *lintea* dicuntur. *Seneca Med.* 320. nunc lina sinu Tendere toto: nunc prolato Pede transversos captare Notos. ¶ 5. Item de fune, quamvis e lino non sit, *corda*, *funis*. *Ovid.* 3. *Fast.* 587. parant torto subducere carbasa lino. ¶ 6. Item de retibus venatoriis, aut piscatoriis. De illis *Ovid.* 7. *Met.* 768. et 807. et 3. *ibid.* 153. De his *Virg.* 1. *G.* 142.; *Ovid* 14. *Met.* 931.; et *Juvenal.* 4. 45. (ubi *lini magister* est piscator) et 5. 102.; item *Sil. It.* 7. 503., ubi *sinuatum linum* est rete contractum in modum sinus: quod fit, quum ejus cornua contrahuntur et ducuntur ad litus. ¶ 7. De lino in thoracibus militaribus, *V.* LINTEUS.

LĪNŸPHIĀRĪUS, ii, m. 2. *et*

LĪNŸPHIO, ōnis, m. 3. *et*

LĪNŸPHUS, i, m. 2. Sunt qui scribunt *liniphiarius*, *liniphio* et *liniphus*, sed perperam. — Linyphiarius, λινύφιος vel λινοῦφος vel λίνυφος, *a* λίνον *linum* et ὑφαίνω *texo*, est lini textor, linteo. *Hadrian.* in *epist.* apud *Vopisc. Firm. Saturn. etc.* Alexandria civitas opulenta, dives, fecunda: in qua nemo vivat otiosus; alii vitrum conflant, ab aliis charta conficitur, alii linyphiones sunt. *Imppp. Valentin., Valens et Gratian. Cod. Theod.* 10. 20. 8. Non minore circa eos etiam muletæ comminatione proposita, qui obnoxios Scythopolitanos linyphos publico canoni in posterum suscipere conabuntur. *Impp. Theodos. et Valentin. ibid.* 16. Si quis ex corpore gynæciariorum, vel linteariorum sive linypharіorum, monetariorum, ac murilegulorum, vel aliorum similium ad divinas largitiones nexu sanguinis pertinentium voluerint posthac de suo collegio liberari etc. In *Cod. Justinian.* 11. 7. 13. eadem hæc lex legitur, ubi male *lympharіorum* pro *linypharіorum* vel *linyphiariorum* est.

LĪO, as, are, a. 1. λειαίνω a λειῶ, polire, levigare. *Tertull. Idolol.* 5. Scit albarius tectoria inducere et cisternam liare. *h. e.* tectorio polire. *V.* LEUS et LIACULUM.

LĪOSTRĒA. *V.* LEIOSTREA.

LĪŌTHĀSĬUS *vel* Leiothasius (ut *liostrea* et *leiostrea* scribitur), a, um, adject. a λεῖος *levis*, *glaber*, et Θάσιος *Thasius*, epitheton napi, qui fortasse a Thaso provenit, ceteris lævior. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 25. (75). Idem naporum quinque genera fecere: Corinthium, Cleonæum, Liothasium, Bœticum, et quod per se viride dixerunt. *et mox* (76). Liothasium quidam Thracium appellant, frigorum patientissimum. Hæc eadem fere leguntur apud *Theophrast. Hist. plant. l.* 7. *c.* 3. et *Athenæum l.* 2. *c.* 48., unde *Plinius* sumpsisse videtur.

LĬPĀRA, æ, f. 1. a Græco λιπαρός, ά, όν, *pinguis*, *unctus*. ¶ 1. Dicitur de emplastro leni, quod constet adipis, pinguedinis oleive mixtura quadam. Græce usurpat *Cels.* 5. 19. *n.* 25. Latine *Plin.* 23. *Hist. nat.* 9. 81. (162)., 33. *ibid.* 6. 36. (105). et 34. *ibid.* 18. 53. (174).; et *Scribon. Compos.* 220. et 222. — Liparæ compositionem habes apud *Pelagon. Veterin.* 16. 13. ¶ 2. Est etiam nomen gemmæ, qua suffita omnes bestias evocari tradunt. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 62. (172). *Sillig.* ex optimis Codicib., et collatis Codicib. *Isid.* 16. *Orig.* 15. 22. apud *Jan.*, legit *liparea*. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

LĬPĀRĒA. *V.* voc. præced. sub 2.

LĬPĀRĬS, idis, f. 3. λιπαρίς, nomen piscis, a pinguitudine dicti: nam λιπαρός *pinguis* est. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (149). *Sillig.* hoc nomen omisit. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

LĬPĬO, is, ire, a. 4. verbum est milvii vocem exprimens. *Auct. carm. Philom.* 24. Accipiter pipat, milvus hiansque lipit. *V.* JUGO, is.

LĬPPIŌ, is, īvi, ītum, īre, n. 4. (lippus). Part. *Lippiens* et *Lippiturus* I. — Lippio est idem ac lippus sum, h. e. oculos lacrimantes aut pituita offusos et sordentes habeo, λημάω (It. *essere cisposo o lippo*; Fr. *être chassieux*; Hisp. *ser lagañoso*; Germ. *triefäugig sein*, *schlimme Augen haben*; Angl. *to be purblind or blear-eyed*).

I.) Proprie. *Cic.* 7. *Att.* 14. Quum fluenter lippirem, has litteras dedi. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 38. (128). Ciconiæ pullum qui ederit, negatur annis continuis lippiturus. *Id.* 28. *ibid.* 8. 27. (94). Ne omnino lippiatur. *Cels.* 1. 9. Calor adjuvat lippientes, si nec dolor, nec lacrimæ sunt. De arida lippitudine loquitur, de qua *V.* in voce sequenti. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 18. *ante med.* Lippientes manuum contactum affectare frequentant, quam Græci χειραφίαν vocaverunt. *V.* MANUTIGIUM.

II.) Translate et joculariter *Plaut. Curc.* 2. 3. 37. Os amarum habeo, dentes blennos: lippiunt fauces fame. *h. e.* crassiore saliva et concretiore veluti obductæ sunt, ad instar lippientium oculorum.

LĬPPĪTŪDO, ĭnis, f. 3. (lippus) vitium oculorum lippientium, *cispositâ*, λήμη. *Cic.* 4. *Tusc.* 37. 81. Citius repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur. *Id.* 8. *Att.* 12. Mihi molestior lippitudo erat, quam ante fuerat: dictare tamen hanc epistolam malui. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 9. (42). Lippitudines arcere. et 31. *ibid.* 11. 47. (125). abstergere. *Id.* 28. *ibid.* 11. 47. (169). Sicca lippitudo lumbulis suum exustis tollitur. *Cels.* 6. 6. *n.* 29. Est etiam genus aridæ lippitudinis, quod ξηροφθαλμίαν Græci appellant. Sub hoc neque tument, neque fluunt oculi, sed rubent tantum, et cum dolore quodam fere levi ac prurigine graves sunt, et palpebræ citra duritiem ullam noctu prægravi pituita inhærescunt.

LIPPŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* lippus, aliquantum lippus, *cisposetto*. *Arnob.* 7. 34. *extr.* Quod si possent adscribere diis morbos, non dubitarent eos lienosos, lippulos atque enterocelicos dicere.

LIPPUS, a, um, adject. oculos habens lacrimantes, aut crassa pituita et adhærescenti offusos: unde visus acies obfuscatur, λημῶν (It. *cisposo*; Fr. *chassieux*; Hisp. *lagañoso*; Germ. *triefäugig*; Angl. *blear-eyed*, *purblind*, *thicksighted*, *mope-eyed*).

I.) Proprie. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 72. Lippus oculus. *Id. Mil. glor.* 4. 3. 15. Lippa mulier atque oculis turgidis. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 28. Non possis oculis quantum contendere Linceus; Non tamen idcirco contemnas lippus inungi. *Id.* 1. *Sat.* 5. 30. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere. — *Id. Horat.* 1. *ibid.* 7. 3. opinor Omnibus et lippis notum et tonsoribus esse. In proverb. abiit hic versus, quum de re loquimur, quam nemo non videt, aut ignorat: lippi enim, quo minus vident, quoque magis domi continere se coguntur, eo sunt diligentiores in quærendo, quid novi in urbe eveniat. Tonsores vero in suis officinis, quo confluunt omne genus homines, facile norunt quæcumque aguntur in urbe. Ceterum ipsum quoque *Horatium* lippum fuisse, ex 1. *Sat.* 5. 30. et 49. satis colligitur: et se ipsum quoque his verbis notare voluisse, vero est non absimile. — Proverbium non inelegans est hominis, qui ea re carere non potest, quæ tamen damnosa illi est, apud *Plaut. Bacch.* 4. 8. 73. Lippi illic oculi servus est simillimus: Si non est, nolis esse, neque desideres: Si est, abstinere quin attingas, non queas. et *Id. Pers.* 1. 1. 11. Sed quasi lippo oculo me herus meus manum abstinere haud quit tamen, Quin mihi imperet, quin me suis negotiis præfuiciat. *h. e.* licet oculus lippus attingendus non esset, nihilominus, eo quod sæpe prurit, illuc manus recurrit.

II.) Translate. ¶ 1. Interdum *lippus* dicitur qui oculorum et visus vitio aliquo laborat, *che vede male*, *mezzo cieco*. *Juvenal.* 10. 130. ardentis massæ fuligine lippus. *mezzo cieco. Pers.* 1. 79. Hos pueris monitus patres infundere lippos. ¶ 2. Transfertur ad ea, quæ assidue lacrimant *Martial.* 8. 59. Lippa sub attrita fronte lacuna patet. *h. e.* cavum oculi amissi assidue lacrimans. — *Lippa ficus* apud *eumd.* 7. 20. est valde matura et dulci humore fluens instar oculi lippientis. ¶ 3. Transfertur et ad animum, ut *cæcus. Pers.* 5. 76. hic Dama est non tressis agaso, Vappa et lippus. *Horat.* quoque hac ratione fortasse usurpat 1. *Sat.* 1. 120. Crispini scrinia lippi Compilare. *Bentley.* tamen aliter legit.

LIPTŌTES. *V.* LITOTES.

LĪQUĀBĬLIS, e, adject. (liquo) qui liquari potest, *che si può liquefare*, τηκτός. *Apul. de Mag.* Laurus fragilis, limus durabilis, cera liquabilis. *Prudent. Hamartig.* 744. saxum liquabile vocat statuam salis, in quam uxor Lot conversa est, *Genes.* 19. 26.

LĪQUĀMEN, ĭnis, n. 3. (liquo) materia liquefacta, χύλισμα. ¶ 1. Generatim. *Colum.* 7. *R. R.* 4. 7. Succus exocti lupini, veteris vini fæx et amurca pari mensura miscentur, eoque liquamine tonsa ovis imbuitur. ¶ 2. Speciatim dicitur de pinguitudine animalis ad ignem liquefacta, et adhuc magis speciatim de garo, quod est genus condimenti liquidi ex putrefactis piscium intestinis, allave ratione confectum, et in usum coquinarium servatum ad condiendos cibos, *conditura*, *concia*. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 7. Libralesque offas, in prælulæ adipis liquamine tinctas, in gulam demittito. *Pallad.* 3. *R. R.* 5. *ante med.* Liquamen de piris facere. Habet etiam sæpe *Apicius*. Et *Impp. Valens et Gratian. Cod.* 4. 41. 1. Ad Odoricum ferendi vini, olei et liquaminis quisquam habeat facultatem.

LĪQUĀMENTUM, i, n. 2. (liquo) idem ac liquamen, apud *Veget.* 3. *Veterin.* 66. Legitur etiam in *Not. Tir. p.* 183.

LĪQUĀMĬNĀRĬUS, ii, m. 2. (liquamen) qui liquamina vendit. *Gloss. Philox.* Liquaminarius, γαροπώλης. Et *Gloss. Placid.* apud *A. Maium* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 444. Liquaminarii, qui ex corporibus piscium humorem liquant.

LĪQUĀMĬNĀTUS, a, um, adject. (liquamen), ut Liquaminatus porcellus, apud *Apic.* 8. 7., est liquamine conditus.

LĪQUĀMĬNŌSUS, a, um, adject. (liquamen) liquamine abundans. *Marcell. Empir.* 5. *ad fin.* Res salsæ et liquaminosæ.

LĪQUĀRĬUS, a, um, adject. (liquo), ut *Liquariæ mensuræ* in *Inscript.* apud *Gruter.* 1020. 10., quæ est apud *Orell.* 4344., sunt mensuræ liquidorum.

LĪQUĀTĬO, ōnis, f. 3. (liquo) actus liquandi, *liquefazione*, τῆξις. *Vopisc. Aurelian.* 46. Aurum per varios bracteārum, filorum et liquationum usus perit.

LĪQUĀTŌRĬUM, ii, n. 2. (liquo) vas ad liquandum aptum. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 39. *a med.* Si vinum sine fæce per liquatoria fundatur. *h. e.* per colum.

LĪQUĀTUS, a, um. *V.* LIQUO.

LĪQUĔFĂCĬO, făcis, fēci, factum, făcere, a. 3. *et passive* Liquĕfĭo, fis, factus sum, fieri, anom. 3. (liqueo *et* facio). — In v. *liquefacio* secunda syllaba brevis est, sed necessitate produci potest, quoties brevis est item, quæ sequitur: quod fecit *Catullus loc.* infra *cit.* sub I., et sæpissime in aliis verbis *Lucret. V.* TEPEFACIO. Similiter secundam syllabam in part. *liquefactus* produxit *Sil. It.* 1. 178. Ossa liquefactis fumarunt fervida membris. — Part. *Liquefaciens* I.; *Liquefactus* I. et II. — Liquefacere est liquidum facere, fluidum reddere, solvere, mollire ignis aut solis calore, τήκω, ἀνίημι (It. *struggere, liquefare, sciogliere*; Fr. *fondre, rendre liquide, liquéfier, dissoudre*; Hisp. *fundir, derretir, liquidar*; Germ. *flüssig machen, schmelzen*; Angl. *to melt, dissolve, make fluid, liquefy*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat. D.* 10. 26. Nisi eadem (*glacies*) se admixto calore liquefacta et dilapsa diffunderet. *Id.* 3. *Cat.* 8. 19. Legum æra liquefacta. *Virg.* 9. *Æn.* 588. Liquefactum plumbum. *Id.* 1. *G.* 473. Vidimus – Ætnam Flammarumque globos liquefactaque volvere saxa. *Gell.* 17. 10. *in fin.* Saxa et scopulos liquefieri. *Catull.* 88. 6. Omentum in flamma pingue liquefaciens. *Virg.* 4. *G.* 36. mella color liquefacta remittit. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 14. 49. (84). Sol ceram ne liquefaciat, protegunt tenui linteo. *Ovid.* 7. *Met.* 160. congestaque flamma Tura liquefiunt. *Al. leg.* liquefaciunt. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 38. (144). Sevum liquefieri prius jubent. *Ovid.* 13. *Met.* 829. Lac mihi semper adest niveum; pars inde bibenda Servatur; partem liquefacta coagula durant. *Quintil.* 10. 1. 19. Cibos mansos et prope liquefactos demittimus, quo facilius digerantur. — Hinc liquefactus est etiam corruptus; corruptio enim res in tenuissimas partes dissolvit et prope fluidas reddit. *Virg.* 4. *G.* 555. liquefacta boum per viscera toto Stridere apes utero. *infradiciate.* Sic *Ovid.* 9. *Met.* 175. cæca liquefactæ tabe medullæ. *h. e.* corruptæ.

II.) Translate est mollire, enervare, effeminatum reddere. *Cic.* 5. *Tusc.* 6. 16. Illi beati, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullæ futiles lætitiæ exsultantes languidis liquefaciunt voluptatibus. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 57. Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis, Ignibus admotis ut nova cera solet. *si struggono, si consumano.* Al. leg. *liquescunt*: sed hoc est a *liqueo* et primam corripit. Sunt etiam qui pro *solet* reponunt *liquet. Sil. It.* 11. 416. Bacchi dona volunt epulasque et carmina rursus Picria liquefacta lyra. *h. e.* mollita, fracta, fluentia et liquida.

LĪQUĔFACTUS, a, um, *et*

LĪQUĔFĬO, fis, factus sum, fieri. *V.* LIQUEFACIO.

LĪQUENS, entis. *V.* LIQUEO.

LĪQUENS, entis. *V.* LIQUOR, eris.

LĪQUĔO, lĭques, lĭqui *vel* lĭcŭi (*vel* lĭquŭi), lĭquere, n. 2. De forma præteriti *V.* infra sub II. 1. — Hujus verbi occurrit tantum Part. præs. *Liquens* sub I. et II. 1.; ceterum *liquet, liquebat* etc. impersonaliter usurpatur sub II. — Liquere, a Græco λείβω ejusdem significationis, est idem ac liquidum esse, fluidum esse (It. *essere liquido, essere fluido*; Fr. *être liquide*; Hisp. *ser liquido*; Germ. *flüssig sein, fliessen*; Angl. *be liquid*).

I.) Proprie occurrit tantum Part. præs. *Varro* 2. *R. R.* 11. 1. Lac est omnium rerum, quas cibi causa capimus, liquentium maxime alibile. *Virg.* 5. *Æn.* 238. et vina liquentia fundam. *Id.* 9. *ibid.* 679. Quales aeriæ liquentia flumina circum Consurgunt geminæ quercus. *et* 4. *G.* 442. fluviumque liquentem. *et* 6. *Æn.* 724. cælum ac terras camposque liquentes. *h. e.* mare. *et* 1. *ibid.* 436. aut quum liquentia mella Stipant.

II.) Translate *liquet, liquebat* etc. impersonaliter occurrit: et quoniam *liquere* proprie dicuntur, quæ fluida sunt et clara, atque adeo perlucida quodammodo, ut videre est in metallis liquefactis et in aqua glacie soluta; vel quæ percolata et defæcata sunt, atque adeo pura et minime turbida (*V.* infra primum *Plauti* locum sub 1.): factum est ut *liquet* idem sit ac liquidum, manifestum, exploratum est, clare patet, constat, compertum est, σαφές, δῆλον ἐστί, φαίνεται (It. *essere chiaro, manifesto, apparire, sapersi*; Fr. *être clair, évident, précis, sauter aux yeux*; Hisp. *ser claro, evidiente, manifesto*; Germ. *klar, deutlich, einleuchtend sein*; Angl. *to be clear or manifest, appear clearly, be apparent or evident, be sure or certain*). ¶ 1. Generatim. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 69. Quidquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit, nunc liquet, nunc defæcatum est: cor mihi nunc pervium est. *Id. Most.* 2. 1. 69. Ego efficiam, quæ facta hic turbabimus, profecto ut liqueant omnia et tranquilla sint. *Id. Trin.* 2. 1. 3. Hoc non liquet, nec satis cogitatum est, utrum potius etc. *et ibid.* 7. De hac re mihi satis haud liquet. *Ter. Eun.* 2. 3. 39. Illum liquet mihi dejerare, his mensibus sex non vidisse. *so certo di poter giurare. Cic.* 1. *Nat. D.* 42. 117. Cui neutrum liquerit, nec esse deos, nec non esse. *Id. ibid.* 12. 29. Protagoras sese negat omnino de diis habere, quod liqueat. Cf. *eumd. Cœcin.* 11. 31. Utrum his testibus non credidistis, quum, quid liqueret, non habuistis? *Ovid.* 1. *Trist.* 1. 62. Dissimulare velis: te liquet esse meum. *Quintil.* 9. 3. 97. Relationem, quid accipi velit, non mihi liquet. *Gell.* 14. 1. *ante med.* Mirabatur, id cuiquam pro percepto liquere, stellas non esse plures etc. *Id.* 1. 3. Quod recte ne, an perperam fecerim, nondum mihi plane liquet. *Ulp. Dig.* 29. 3. 2. Si liquerit eum vivere. Hoc præteritum habet et *Tertull. Car. Christ.* 17., 5. *advers. Marcion.* 13. et *advers. Gnost.* 6., quibus locis alii malunt scribi *liquvit*, ut *pluvit, fuvit*. Alii vero ubique vellent *licui*, quod in compositis *deliquesco* dicatur *delicui*, et *colliquo, quis, collicui*. Et sane *Cujac. l.* 11. *Observation. c.* 1. in libris suis legit *licuerit* apud *Ulp. loc. cit.*, tametsi *Torrent.* et *Haloander* ediderunt *liquerit*. — Part. præs. legitur apud *Gell.* 18. 5. *sub fin.* Ut non turbidæ fidei, nec ambiguæ, sed ut puræ liquentisque esset. *Alii leg.* pure liquentiusque: *tamquam sit comparativum a* liquenter: *quæ minus apte cohærent.* ¶ 2. Speciatim *non liquet*, Italice *non sono a segno*, formula erat judicialis, quum significare volebant judices, non satis sibi constare de causa, nec utrum damnandus, an absolvendus esset reus, vel qua pœna puniendus, ideoque ampliatione opus esse et de integro rem agi, in aliud tempus rejiciendo. Hæc verba inscripta erant in tabella per notas N. L., ut in AMPLIATIO dictum est: atque hoc suffragium *balla non sincera* a Venetis dictum. *Cic. Cluent.* 28. 76. Homines sapientes, qui neque absolvere hominem nocentissimum possent, neque eum, de quo esset orta suspicio, pecunia oppugnatum, re illa incognita, primo condemnare vellent, NON LIQUERE dixerunt. *Gell.* 14. 2. *ad fin.* Juravi, mihi non liquere. Similiter *Cic. Cœcin.* 10. 29. Quum causam non audisset, et potestas esset ampliandi, dixit, sibi liquere. et *Quintil.* 3. 6. 12. Quid maxime liquere judici velit.

LĪQUESCO, lĭquescis, (lĭcŭi), lĭquescere, n. 3. *inchoat. a* liqueo. — Part. *Liquescens* I. — Liquesco est liquidus fio, liquor, liquefio, τήκομαι (It. *struggersi, liquefarsi, ammollirsi*; Fr. *devenir liquide, se fondre, se liquéfier, se dissoudre*; Hisp. *hacerse liquido, liquidarse, fundirse*; Germ. *flüssig, fliessend werden, schmelzen*; Angl. *to grow liquid, melt, dissolve, liquefy*).

I.) Proprie. *Liv.* 21. 36. Tabes nivis liquescentis. *Virg.* 8. *Ecl.* 80. Limus ut hic durescit, et hæc ut cera liquescit. *Id.* 8. *Æn.* 446. Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 59. (162). Galaxia in ore liquescit. *si disfà in bocca.* Sic *Id.* 31. *ibid.* 9. 45. (101). Si quis quotidie mane jejunus salem contineat sub lingua, donec liquescat.

II.) Translate. ¶ 1. Significat liquidum ac purum fieri, ut ea, quæ liquantur et percolantur. *Auct. B. Alex.* 5. Alexandria specus habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in privatas domos inducitur, quæ paullatim spatio temporis liquescit ac subsidit. Nam quæ flumine Nilo fertur, adeo est limosa atque turbida, ut etc. ¶ 2. A Grammaticis liquescere dicuntur consonantes *l, m, n, r*, quando aliis consonantibus postpositæ, ab iis quodammodo molliuntur et tenuantur. *Val. Prob.* 1. *p.* 1389. *Putsch.* ¶ 3. Metaphorice est molliri, relaxari, *divenire molle, rilassato. Cic.* 2. *Tusc.* 22. 52. Quum voluptate liquescimus fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. ¶ 4. Item est evanescere, consumi, perire. *Ovid. Ib.* 425. Sic tua nescio quo semper fortuna liquescat, Lapsaque per medias effluat usque manus. *Id.* 1. *Pont.* 1. 67. Nil igitur murum, si mens mihi tabida facta, De nive manantis more liquescit aquæ. *si strugge, si consuma.* nam quæ liquescunt, semper aliquid perdunt, et paullatim imminuuntur et evanescunt. *Id.* 7. *Met.* 550. *de cadaveribus. luc defunctorum.* dilapsa liquescunt, Afflatuque nocent, et agunt contagia late. *Seneca Ep.* 26. Incommodum summum est minui et deperire et, ut proprie dicam, liquescere. *Prudent.* 6. *Cathemer.* 146. *ad diabolum.* Hic Christus est: liquesce, *vieni meno, struggiti.*

LĪQUET, lĭquebat etc. *V.* LIQUEO.

LĪQUĬDĔ. *V.* LIQUIDO.

LĪQUĬDĬTAS, ātis, f. 3. (liquidus) abstracta qualitas, qua quid liquidum est, *fluidezza, chiarezza. Apul. de Mundo.* Aeris liquiditas ad modum tegminis.

LĪQUĬDĬUSCŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* liquidus, lenis, mollis. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 70. Leniorem dices, quam mutum est mare: liquidiusculusque ero, quam ventus est Favonius.

LĪQUĬDO *et* liquide, adverb. (liquidus). Comp. *Liquidius* I. et II.; Sup. *Liquidissime* II. — Liquido est pure, limpide, clare, *puramente, chiaramente. limpidamente.*

I.) Proprie. *Gell.* 2. 21. Cælum liquide serenum. — Comp. apud *Plin.* 10. *Hist. nat.* 69. 88. (191). Aquilæ clarius cernunt, liquidius audiunt talpæ.

II.) Translate est clare, manifeste, aperte, certe, *liquidamente, chiaramente, per certo*, φανερῶς, σαφῶς. — a) Posit. — Forma *liquide* raro occurrit tantum apud *Gell.* 14. 1. Siderum observatio haudquaquam liquide constitit. — Forma *liquido* frequenter usurpatur. *Cic.* 5. *Verr.* 59. 136. Manifesta res est, quum nemo esset, quin hoc se audisse liquido diceret. *Id.* 6. *ibid.* 56. 124. Confirmare hoc liquido, judices, possum. *Id.* 11. *Fam.* 27. 7. Alia sunt, quæ liquido negare soleam. *a chiare note, francamente. Ter. Andr.* 4. 3. 14.; *Seneca* 7. *Benef.* 9.; et *Ovid.* 3. *Pont.* 3. 49. liquido jurare. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 33. 38. (210). Liquido patet. *Ulp. Dig.* 44. 5. 1. *circa med.* Si liquido appareat. *Id. ibid.* 29. 4. 4. Si liquido constiterit. *Pompon. ibid.* 22. 2. 42. Si liquido approbari non potest. — b) Comp. *Cic.* 10. *Fam.* 10. Tuis litteris lectis, liquidius de sensu tuo judicavi. *Id.* 2. *Fin.* 12. 38. Quod eo liquidius faciet, si perspexerit etc. *con tanto maggiore certezza. Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 20. Obscuritatem definitionis liquidius absolvens. — c) Sup. *Augustin. Ep.* 28. *ad fin.* Liquidissime atque invictissime defendere.

LĪQUĬDUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. sub I. in fin. et sub II. 6.

LĪQUĬDUM, adverb. *V.* voc. seq. in fin.

LĪQUĬDUS, a, um, adject. (liqueo). Si ducas a *liqueo*, primam corripit (quod est frequentius); si a *liquor*, producit. Utrumque simul fecit *Lucret.* 4. 1252. Crassaque conveniant liquidis et liquida crassis. *Id. Lucret.* produxit etiam 1. 350., 3. 428. et 2. 452. — Comp. *Liquidior* II. 1. et 4.; Sup. *Liquidissimus* II. 1. — Liquidus est fluidus, liquens, mollis: cui opponitur durus, crassus, spissus,

cohærens. Unde *Ovid.* 1. *Met.* 23. Et liquidum spisso secrevit ab aere cælum. Item purus, clarus, sine sordibus: talia enim sunt fere, quæ fluunt. Hinc *Cato R. R.* 73. Aquam bonam et liquidam bibant boves, semper curato. Gr. ὑγρός (It. *fluido, liquido*; Fr. *liquide, fluide, coulant*; Hisp. *liquido, fluido*; Germ. *flüchtig, fliessend*; Angl. *liquid, fluid, moist, soft*).

I.) Proprie. *Lucret.* 2. 452. fluido quæ corpore liquida constant. *Id.* 6. 404. liquida moles. *h. e.* mare. *et* 5. 273. humor liquido pede detulit undas. *h. e.* fluenti. *Ovid.* 1. *Met.* 704. Liquidæ Nymphæ. *h. e.* fontium. *Plin. Paneg.* 82. Flumina nunc rigentia gelu, nunc liquida et deferentia. *Lucret.* 6. 266. Ignis item liquidum facit æs, aurumque resolvit. *Horat.* 1. *Od.* 35. 20. liquidum plumbum. *et ibid.* 5. 2. liquidi odores. *unguenti. Cels.* 2. 6. *a med.* Liquida alvus. *et ibid.* 8. *circa med.* Venter liquidus. *scorrenza. V.* LIQUO. I. — *Liquidum iter* apud *Propert.* 3. 20. 14. est, quod mari habetur. — *Liquida palæstra* dicitur a *Lucan.* 9. 661., quia oleo perungebantur. — Hinc *Liquidum*, i, n. 2. absolute, est aqua, humor. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 54. tibi si sit opus liquidi non amplius urna. *Ovid.* 5. *Met.* 453. neque adhuc epota parte loquentem Cum liquido mistâ perfudit diva potentâ.

II.) Translate. ¶ 1. Liquidus est fluidus simul et purus, clarus, limpidus, defæcatus, serenus, *chiaro, puro, limpido, sereno. Lucret.* 5. 282. Liquidum tamen *chiaro, puro.* Sic *Curt.* 7. 11. Liquidior lux. et *Virg.* 6. *Ecl.* 33. Liquidus ignis. *Id.* 1. *G.* 404. aer. *Id.* 7. *Æn.* 65. æther. *Horat.* 4. *Od.* 8. 7. color. Similiter *Virg.* 2. *Ecl.* 59. liquidis immisi fontibus apros. *h. e.* puris. et *Ovid.* 1. *Met.* 370. adeunt Cephisidas undas, Ut nondum liquidas, sic jam vada nota secantes. *h. e.* nondum puras, sed limo turbatas. Sic *Horat.* 1. *Ep.* 14. 34. Liquidum Falernum. et *Martial.* 12. 60. merum. et *Colum.* 12. *R. R.* 38. 4. vinum et sine fæce. *Virg.* 4. *G.* 101. Dulcia mella premes; nec tantum dulcia, quantum Et liquida. — *Lucret.* 4. 168. modo quum fuerit liquidissima cæli Tempestas, perquam subito fit turbida. *serenissima.* Sic *Virg.* 10. *Æn.* 272. liquida si quando nocte cometæ Sanguinei lugubre rubent. *et* 4. *G.* 59. *de apib.* Nare per æstatem liquidam suspeteris agmen. Similiter *liquidum iter* apud *eumd.* 5. *Æn.* 217. est, quod per aera serenum habetur. — *Liquida vox* apud *Lucret.* 2. 145.; *Virg.* 1. *G.* 410.; et *Horat.* 1. *Od.* 24. 3. est pura, clara, mollis, et apte suaviterque fluens. Sic *Varro* apud *Non. p.* 233. 12. et *p.* 334. 14. *Merc.* Phrygios per ossa cantus liquida canit anima. *con voce e suono chiaro.* Similiter *liquidum citharæ carmen* apud *Lucret.* 4. 978. *V* et *Liquidum*, adverb. in fin. ¶ 2. *Liquidæ consonantes* a Grammaticis dicuntur, quæ sunt quodammodo molliores, et ab aliis consonantibus comprimi et frangi possunt, ut *l* et *r* apud Latinos, et hæ ipsæ atque *m* et *n* apud Græcos. *Diomed. l.* 2.; *Priscian. l.* 2., *Val. Prob. l.* 1. *Putsch.* etc. ¶ 3. Per metaphoram ponitur pro fluente, non interrupto, *scorrevole, continuato. Cic.* 2. *Orat.* 38. 159. Genus sermonis affert non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum ac minutum. ¶ 4. Item pro puro. *Cic. Cœcin.* 27. 78. Cujus tantum est ingenium, ita prompta fides, ut quidquid inde haurias, purum liquidumque te haurire sentias. — Sic *liquida voluptas* est pura, sincera, nullo dolore admixto. *Lucret.* 3. 40. neque ullam Esse voluptatem liquidam puramque relinquit. et *Cic.* 1. *Fin.* 18. 58. Animus a se dissidens gustare partem ullam liquidæ voluptatis et liberæ non potest. — Item *liquida oratio* est pura. *Cic. Brut.* 79. 274. Oratio ita pura erat, ut nihil liquidius, ita libere fluebat, ut nusquam adhæresceret. — Similiter *liquida fides* est pura, sincera, nullis permixta dolis. *Ovid.* 1. *Pont.* 9. 10. Seria rum liquida sæpe peracta fide. *Val. Max.* 6. 5. *n.* 1. Quia parum liquida fide id gestum ab imperatore videbatur. ¶ 5. Item pro placido, tranquillo, sereno. Sic *liquidus homo* est placidus et minime turbatus ira. *Plaut. Most.* 3. 2. 64. Numquid iracundit filium? TRA. Tam liquidus est, quam liquida esse tempestas solet. Sic *liquidus animus*, tranquillus, serenus. *Id. Epid.* 5. 1. 36. Animo liquido et tranquillo es: tace. *Catull.* 63. 46. Liquida mens. *mente tranquilla e perciò chiara.* — *Liquidus somnus* apud *Val. Flacc.* 4. 16. est tranquillus, placidus, atque adeo altus, profundus. Vel ea ratione dicitur, qua *irriguus somnus* apud *Pers.* 5. 56. et, sopor irrigat artus, *Virg.* 3. *Æn.* 511. alludendo ad cornu, quo Somnus deus perfundere membra fingitur: de quo *Stat.* 2. *Theb.* 144. et *Val. Flacc.* 8. 72. ¶ 6. Demum pro manifesto, certo. Sic *liquidum auspicium* est manifestum, certum: vel quod sereno cælo accidit, atque adeo propitium est. *Plaut. Pszud.* 2. 4. 72. Avi sinistra, auspicio liquido atque ex sententia. — Hinc *ad liquidum*, usque ad rem exploratam et manifestam, *in chiaro. Liv.* 35. 8. *ad fin.* Si quid vani afferret, argui posset, donec ad liquidum veritas explorata esset. *Seneca Ep.* 71. *ad fin.* Quid erit hæc virtus? judicium verum et immotum: ab hoc omnis species, quæ impetum movet, redigetur ad liquidum. *Quintil.* 5. 14. 28. Ad liquidum confessumque perducere aliquid. *Curt.* 9. 2. *ante med.* Numquam ad liquidum fama perducitur: omnia, illa tradente, majora sunt vero. — Hinc

Liquidum, i, n. 2. absolute, substantivorum more. *V.* sub I. in fin. et sub II. 6. ad fin.

Liquidum, adverbii ritu, occurrit de sono ea significatione, de qua dictum est sub II. 1. in fin., et est pure, clare, molliter, modo suaviter fluente. *Ovid.* 1. *Amor.* 13. 8. Et liquidum tenui gutture cantat avis. *Calpurn.* 4. *Ecl.* 150. Tam liquidum, tam dulce canunt.

LĪQUIRĪTĬA, æ, f. 1. γλυκυρρίζα, glycyrrhiza. Ita corrupte scribitur hæc vox, unde nunc suum *liquirizia* habent Itali, apud *Theod. Priscian. de diæta* 9. Liquiritia frigida est et dulcis. Adde *Veget.* 4. *Veterin.* 9.

LĪQUIS, e, adject. idem atque *obliquus*, quod inde factum videtur. Hinc *Hesych.* λίξ et λιγξ, πλάγιος. *Frontin.* in *exposit. formar. p.* 32. *Goes.* Omnium summitatum in metiundo observationes sunt duæ, enormis et liquis. *V.* ibi reliqua. *Boeth.* 1. *Geometr. p.* 1209. eadem habet.

LĪQUO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Liquatus* in omnibus paragr.; *Liquandus* I. — Liquare est liquentem reddere, liquefacere, fundere, solvere, τήκω, διαλύω (It. *liquefare, struggere, sciogliere*; Fr. *rendre liquide, mettre en fusion, fondre, liquéfier*; Hisp. *liquefacer, liquidar, fundir*; Germ. *flüssig machen, schmelzen*; Angl. *to melt, dissolve, liquefy*).

I.) Proprie. *Cic.* vertens carmina *Æschyli* 2. *Tusc.* 10. 25. Liquatæ solis ardore excidunt guttæ. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 26. 66. (193). Vitrum continuis fornaribus, ut æs, liquatur. Sic *Id.* 34. *ibid.* 13. 36. (134). Liquatum æs. *Id.* 36. *ibid.* 8. 13. (63). Lapis liquatur igni ac funditur ad usum vitri. *Lucan.* 7. 158. *de fulmine.* Excussit cristas galeis, capulosque solutis Perfudit gladiis, ereptaque tela liquavit. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 20. 23. (48). Anchusa liquari non potest in aqua: oleo dissolvitur. *Ovid.* 4. *Fast.* 152. expressis mella liquata favis. — *Liquare alvum* est liquidam reddere, *lubricare. Cels.* 4. 4. *n.* 2. Liquanda alvus, interdum etiam ducenda: quibus extenuatum corpus incipit spiritum trahere commodius.

II.) Translate. ¶ 1. Est colare, defæcare, purgare, *colare, purgare*, διηθέω, διυλίζω. *Horat.* 1. *Od.* 11. 6. Sapias, vina liques. *h. e.* saccis eorum vires frangas et defæces, ut mitiora sint et suavius bibantur. Metonymice autem est, defundas et bibas. *Colum.* 9. *R. R.* 15. 12. Tenui vimine rarius contextus saccus, qualis est, quo vinum liquatur. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 29. 37. (124). Liquatum vinum. *Id.* 30. *ibid.* 13. 39. (118). oleum. *Id.* 31. *ibid.* 3. 22. (36). Liquatæ aquæ. Sic *Frontin. Aquæd.* 15. Interposita est piscina limaria, ubi consisteret et liquaretur aqua. *Colum.* 12. *R. R.* 38. 7. Succus per colum janceum liquatus. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 39. (145). Medullæ per cribrum liquatæ. *fatte passare. Manil.* 5. 534. et silicem rivo saliente liquabit. — Sic de voce *Hostius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 3. non si mihi linguæ Centum atque ora sient totidem vocesque liquatæ. *chiare, limpide.* ¶ 2. Hinc ductâ metaphorâ *Quintil.* 12. 6. 4. Quæ defervisse tempore et annis liquata jam senior idem (*Cicero*) fatetur. *h. e.* purgata.

LĪQUOR, queris, qui, depon. 3. vel secundum *Forcellinum* passiv. 3. (liqueo). Part. *Liquens* II. — Liquor est idem ac liqueflo, liquesco, dissolvor, labor, diffluo, τήκομαι (It. *scioglersi, liquefarsi, scorrere*; Fr. *se fondre, se liquéfier, couler*; Hisp. *liquidarse, fundirse*; Germ. *flüssig sein, fliessen, schmelzen*; Angl. *to be dissolved, melt, liquate, liquefy, drop, run, flow*).

I.) Proprie. *Virg.* 1. *G.* 43. Vere novo, gelidus canis quum montibus humor Liquitur. *Id.* 9. *Æn.* 813. tum toto corpore sudor Liquitur. *et* 3. *ibid.* 27. Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbos Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ. *Lucan.* 9. 772. femorum quoque musculus omnis Liquitur, et nigra destillant inguina tabe. *Stat.* 5. *Theb.* 618. cui nunc venit irritus ori Lactis, et infelix in vulnera liquitur imber. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 6. 6. (22). Oleum e cortinis in labra fundendum, ut fraces et amurca liquentur.

II.) Translate. *Plaut. Trin.* 2. 1. 17. Illico res foras labitur, liquitur. *h. e.* res familiaris dissolvitur, absumitur. *Lucret.* 2. 1139. Inde minutatim vires et robur adultum Frangit, et in partem pejorem liquitur ætas. *h. e.* labitur, defluit, deficit. *Prudent.* 1. περὶ στεφ. 88. per poli liquentis axem.

LĪQUOR, ōris, m. 3. (liqueo). De quantitate primæ syllabæ *V.* infra sub I. — Liquor est liquiditas, *liquidità, fluidezza.*

I.) Proprie. *Lucret.* 1. 453. Pondus ubi saxis, calor ignibu', liquor aquai. Prima syllaba hoc loco producitur, ut in *Liquidus*, quam vocem *V. Cic.* 2. *Nat. D.* 10. 26. Atque aquæ etiam admixtum esse calorem, primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. *Id. Tim.* 14. Causæ, quæ vim habent frigoris et caloris, concretionis et liquoris. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 32. (99). Vomica liquoris æterni argentum vivum appellatur.

II.) Translate dicitur de humore liquido, de quacumque substantia liquida, *liquore, umore, ὑγρότης, ὑδατος. Lucret.* 5. 14. liquoris vitigeni latex. Cf. *Tibull.* 2. 1. 45. Aurea tunc pressos pedibus dedit uva liquores. et *Horat.* 1. *Od.* 31. 2. de patera novum Fundens liquorem. Rursus *Lucret.* 1. 936. liquor mellis. *Id.* 2. 816. Sicut amaracini blandum stactæque liquorem. *Seneca Œdip.* 565. liquor niveus lactis. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 15. 51. (179). oleaceus. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 212. Assyrius. *h. e.* amomum. *Propert.* 2. 25. 16. teritur robigine mucro Ferreus et parvo sæpe liquore silex. *Seneca Œdip.* 955. Hactenus fundent levem oculi liquorem. *Scribon. Compos.* 8. Liquor e naribus. *Cels.* 7. 21. *n.* 2. *de hernia aquosa.* Liquoris ejus major modus prohibet. *Virg.* 3. *G.* 484. fluidus liquor. *h. e.* tabes. *Cic.* 2. *Nat. D.* 39. 98. Liquores perlucidi amnium. *Ovid. Ib.* 594. Liquor Stygius. *Id.* 1. *Pont.* 8. 38. Virgineus. *h. e.* aquæ Virginis. *Cic. Prognost.* 1. *Divinat.* 7. 13. Saxaque cana, salis niveo spumata liquore. Et de mari *Horat.* 3. *Od.* 3. 46. qua medius liquor Secernit Europen ab Afro.

LIRA, æ, f. 1. videtur esse a λειρός, ά, όν apud *Hesych.* Λειρός, ὁ ἰσχυός. Eadem est ac porca, latior tamen (It. *terra sollevata tra solco e solco, ajuola*; Fr. *éminence de terre qui se trouve entre deux sillons, ados, billon*; Hisp. *eminencia ó elevacion de tierra entre dos sulcos*; Germ. d. *Beet, Ackerbeet*; Angl. *the ground thrown up by the ploug, a balk or ridge of earth between two furrous*). *Colum.* 2. *R. R.* 4. 8. In liram jugerum satum redigitur. Liras autem rustici vocant easdem porcas, quum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat. *et ibid.* 8. 3. Cavebitur tamen, ut patentes liras crebrosque sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus. *et ibid.* 10. 5. Prius jaciemus semina, deinde proscindemus terram, proscissamque in liram revocabimus. *Id.* 11. *ibid.* 3. 20. Ulpici spicæ quum sint divisæ, liratim seri debent, ut in pulvinis positæ minus infestentur hiemis aquis. Est autem lira similis ei porcæ, quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem vitent: sed hæc in hortis minor est facienda, et per summam partem ejus, id est in dorso inter palmaria spatia spicæ ulpici disponendæ sunt: sulci lirarum inter se distent semipedali spatio. — *Nonius* tamen p. 17. 2. *Merc.* et *Isid.* 15. *Orig.* 15. ita liram a porca distinguunt, ut hanc dicant quod in arando exstat, liram quod defossum est, scilicet sulcum. Etiam *Gloss. Philox.* Lira, αὔλαξ. et *Festus p.* 218. 16. *Müll.* porcam, sulcum definit. Sed magis a *Columella* standum

est, qui liram et porcam, idem fere facit. *V.* PORCA.

LĪRĀTIM, adverb. (lira) per lires, secundum liras. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 20. Habet ulpicum plures cohærentes spicas, eæque quum sint divisæ, liratim seri debent, ut in pulvinis positæ minus infestentur hiemis aquis. *V.* LIRA.

LIRĬNON, i, n. 2. oleum, seu unguentum est, quod ex liliis conficitur, quæ λείρια Græci appellant, λείριον. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 5. 11. (22). et 23. *ibid.* 4. 49. (95). *V.* CRININUM.

LĪRĬON, i, n. 2. λείριον, lilium. *Apul. Herb.* 107.

LĪRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (lira) in liras facere, in liram satum redigere: quod fit post jacta semina, ut terra obruantur.

I.) Proprie. *Varro* 1. *R. R.* 29. 2. Terram quum primum arant, proscindere appellant: quum iterum, offringere: tertio quum arant jacto semine, lirare dicuntur; id est, quum tabellis additis ad vomerem, simul et satum frumentum operiunt in porcis, et sulcant fossas, quo pluvia aqua delabatur. Hæc *Varro. Plin.* 18. *Hist. nat.* 20. 49. (180). Aratione per transversum iterata, occatio sequitur; ubi res poscit, crate, vel rastro: et sato semine, iteratio. Hæc quoque, ubi consuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operiente semina: unde primum appellata deliratio est. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 46. Si facilis est terra, proscinditur jugerum duabus operis, iteratur una, lirantur una jugera quatuor, quum in subacta jam terra latiores porcæ sulcantur.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiore paragr., *lirare alicui labias* est lacerare, quasi sulcare. *Pomponius* apud *Non. p.* 18. 5. *Merc.* Num quis hic resistit, qui nondum labias lirarit mihi? ¶ 2. Qui *liram* sulcum interpretantur, *lirare* intelligunt sulcum facere. Metaphorice pro delirare posuit *Auson.*, hoc est a recta via declinare, aberrare a veritate: *epist.* 10. 8. Phœbus jubet verum loqui. Et si Pierias patitur lirare Sorores, Numquam ipse torquet αὐλακα.

LĪRÆ, λῆροι, Græca vox, id est deliria, gerræ, nugæ (*V.* LERIÆ et LERIA). Interdum enim nomina secundæ declinationis per diphthongum *oe* more Græcorum usurpata reperiuntur. Sic *Adelphœ* inscribitur Terentii comœdia, quæ Græce Ἀδελφοί. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 9. Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet, gerræ germanæ atque edepol lirœ, lirœ. *Sunt qui Græce legunt* λῆροι λῆροι, *vel* λῆροι λήρων.

LIS, litis, f. 3. Quidam volunt primum dictam *sistlitem* a *sistendo*; deinde *stlitem*, demum *litem*. Certe *stlis, stlitis* ab antiquis dicta est, teste *Quintil.* 1. 4. 16., quemadmodum et in veteribus Inscriptionibus legitur. Ceterum alii ducunt ab ἴλις pro ἔρις *rixa*, per aphæresin. Alii, ratione habita etymi conjungunt cum Germanico *strit*, unde *Streit* eadem significatione; item cum Germanico *lid*, unde *Leid* qua *odium* significat; et ducunt vel a τλητόν *latum*, qua res in controversiam lata, vel ab ἁλιτεῖν *peccare*, vel ab ἁλείτης *peccator, scelestus*. — Ceterum *lis* est controversia, et ipsa res, quæ est in controversia, ἔρις, δίκη (It. *lite, controversia, causa*; Fr. *dispute, querelle, contestation, différend, débat*; Hisp. *disputa, contienda, debate, querella*; Germ. d. *Streit, Streitgkeit*; Angl. *strife, a dispute, controversy*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim de quacumque controversia, certamine, contentione, jurgio, *contesa, contrasto. Cic.* 1. *Legg.* 20. 53. Philosophi ætatem in litibus conterunt. *Horat. Art. P.* 77. Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor, Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est. *Propert.* 4. 5. 39. Semper habe morsus circa tua colla recentes, Litibus alternis quos putet esse datos. *Seneca Troad.* 223. Et causa litis regibus, Chryse jacet. Similiter *Ovid.* 6. *Fast.* 89. in litem studio certaminis ire. *Horat.* 1. *Sat.* 7. 5. lites molestas habere cum aliquo. *Ter. Eun.* 4. 5. 8. Lites factæ sunt inter eos maximæ. *Id. Adelph.* 2. 2. 40. Lites sequi. *Id. Phorm.* 2. 3. 61. sectari. *et* 4. 3. 29. Litibus desistere. *Virg.* 12. *Æn.* 898. litem discernere agris. *Id.* 9. *Ecl.* 14. incidere novas lites. *Id.* 3. *ibid.* 108.; et *Horat.* 1. *Ep.* 2. 11. Lites componere inter aliquos. ¶ 2. Speciatim de controversia judiciali. — *a)* Universim. *Cic.* 3. *Orat.* 28. 109. Superius illud genus causam, aut controversiam appellant, eamque tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt. *Id.* 5. *Verr.* 13. 32. Ferre nemo posset, te *etc.* bona tua repetere, ac persequi lite atque judicio. *Id.* 1. *Orat.* 10. 42. Litem alicui intendere. *muovere.* et *Id. Rabir. Post.* 4. 10. et *Cluent.* 41. 116. inferre in aliquem. *Id.* 16. *Att.* 15. contestari. *Quintil.* 3. 11. 24. Scire, quid litem faciat. *h. e.* instituat. *Hermogenian. Dig.* 48. 10. 20. Litem instruere advocatione, aut testibus. *Tryphonin. ibid.* 5. 2. 22. instituere de re quapiam. *piantare. Papinian. ibid.* 3. 5. 30. in judicium deducere. *Quintil.* 4. 2. 66. Litem suscipere. *Id.* 6. 1. 36. agere adversus aliquem. *trattare. Cic.* 3. *Off.* 10. 43. orare. *Id. Rosc. com.* 4. 10. obtinere, aut amittere. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 37. perdere. *Paul. Diac. p.* 116. 18. *Müll.* Liti cecidisse dicitur, qui ejus rei, de qua agebat, causam amisit. Ubi nota *liti* pro *lite*, ut *igni* pro *igne*, et alia: *Müllerus* tamen *litis* legit, quod Græcorum more usurpatum esset. *Papinian. Dig.* 3. 5. 30. Sumptus in lite facere. *Paul. ibid.* 3. 30. Facere impensas in litem. — Litis nomen, inquit *Ulp. Dig.* 50. 16. 36., omnem actionem significat, sive in rem, sive in personam sit. Quare etiam de capitali judicio dicitur. *Cic. Cluent.* 41. 116. Judices, quod sibi eum, quem semel condemnarunt, inimicum putant esse, si qua in eum lis capitis illata est, non admittunt. — *b)* Speciatim *litem suam facere* dicitur orator, quum, relicta causa, se ipsum defendit, et oblitus rei, pro se dicit. *Cic.* 2. *Orat.* 75. 305. Quid, si quum pro altero dicas, litem tuam facias, aut læsus efferare iracundia, causam relinquas; nihil ne noceas? — Item judex, in quem litis damnum transfertur, quia vel dolo malo, vel pecunia corruptus, vel gratia, vel ex ignorantia male judicavit, ut est apud *Ulp. Dig.* 5. 1. 15. Adde *Cajum ibid.* 44. 7. 4. *a med.* Hinc translate *Gell.* 10. 1. Nam et Varro satis aperte, quid dici oporteret, edocuit; et ego adversus eum, qui doctus esse dicebatur, litem meam facere absens nolui. — Item qui ad constitutum tempus ad causam dicendam in foro non adfuit, quum judex esset datus, aut sumptus. *C. Titius* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 12. Inde ad comitium vadunt, ne litem suam faciant. ¶ 3. De re, quæ est in controversia. *Varro* 7. *L. L.* 93. *Müll.* Quibus res erat in controversia, vocabatur *lis*: ideo in actionibus videmus dici: *Quam rem, sive mi litem dicere oportet.* Ad hanc formulam alludit *Cic. Mur.* 12. 27. *de JCtis.* Illud mihi mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, utrum *rem*, an *litem* dici oporteret. *Id. ibid* 20. 42. Lites severe æstimatæ. *V.* ÆSTIMO. *Id. Rosc. com.* 1. 3. Quo minus secundum eas tabulas lis detur, non recusamus. *et ibid.* 14. 40. De tota lite pactionem facere. *Liv.* 3. 72. Judices in suam rem litem vertunt. — Proverbii species est illud *Horat.* 2. *Sat.* 3. 103. Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiore paragr. 1. dicitur de discrepantia et contrarietate rerum inanimatarum. *Ovid.* 1. *Fast.* 108. Ut semel hæc rerum secessit lite suarum, Inque novas abiit massa soluta domos. *Id. Heroid.* 16. 288. Lis est cum forma magna pudicitiæ. ¶ 2. *V.* loc. *Gellii* 10. 1. cit. sub I. 2. *b.*

LĪTĀBĬLIS, e, adject. (lito). Comp. *Litabilior.* — Litabilis est qui litari potest. *Lactant.* 1. 21. Priapo litabilis victima est asellus. *h. e.* justa et grata, qua illud numen placari potest. *Minuc. Fel. Octav.* 32. Litabilis hostia. Rursus *Lactant. Epit.* 7. Litabilior victima. Priore *Lactantii* loco alii leg. *litalis.*

LĪTĀMEN, ĭnis, n. 3. (lito) sacrificium, quo litatur. *Stat.* 10. *Theb.* 610. Audite, o sontes, extrema litamina divum. *h. e.* ut ait *Lactant.* Sacrificiorum signa, post quæ sacrificare iterum non licet. *Prudent. præf. Hamartig.* 50. *de Cain immolante.* Cujus litamen sordet et terram sapit.

LĪTĀNĬA, æ, f. 1. λιτανεία, supplicatio, preces, a λιτή, unde λιτανεύω *supplico*, It. *preghiera, supplica.* Vox Græca est, quam tamen usurpat *Sidon.* 5. *Ep.* 7. et *Impp. Arcad. et Honor. Cod.* 1. 5. 3., ubi *litanias facere* est preces simul cum aliis habere. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 11. *ante med.* Deum nocte dieque colens, orationibus et litaniis placat indubitanter.

LĪTĀTĬO, ōnis, f. 3. (lito) actus litandi, sacrificii peractio rite facta, voti per cæsam victimam impetratio, καλλιέρησις, καλλιέρημα.

I.) Proprie. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 99. Ut hodie ad litationem huic suppetat satias Jovi. *Liv.* 27. 23. Per dies aliquot hostiæ majores sine litatione cæsæ, diuque non impetrata pax deorum. *Id.* 41. 15. Quum relatum esset, jecur hostiæ defluxisse; senatus majoribus hostiis usque ad litationem sacrificari jussit. *h. e.* plurimas deinde hostias cædi jussit, donec bona exta reperirentur. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 587., quæ est apud *Orell.* 2271. AGNAM OPIMAM IMMOLARVNT ET HOSTIÆ LITATIONEM INSPEXERVNT. *h. e.* observarunt, num cæsæ hostiæ exta recte se haberent, ex haruspicinæ præscripto: nam nisi id ita esse reperissent, aliis iisque majoribus hostiis deorum iram placare studebant. *V.* LITO I.

II.) Figurate pro iterata supplicatione usurpat *Capell.* 2. *p.* 36. Philologia ex aromate præparato acerraque propria Athanasiæ primitus supplicavit, matrique ejus (*Apotheosi*) gratiam multa litatione persolvit, quod etc.

LĪTĀTŌ *et*

LĪTĀTUS, a, um. *V.* LITO I. *b.*

LĪTĔRA, æ, f. 1. *et*

LĪTĔRĀLIS, LĪTĔRĀRĬUS *et similia. V.* LITTERA, LITTERALIS, LITTERARIUS etc.

LĪTHĀNĬCUS, i, m. 2. qui calculo laborat, a λιθιάω *calculo laboro. Plin.* 20. *Hist. nat.* 22. 87. (239). Utuntur (*sinapi*) ad alopecias cum rubrica, psoras, lepras, phthiriases, lithanicos, opisthotonicos. *Harduinus* adnotat: Ita libri omnes; alii *tetanicos*, ego *lichenas* malim. *Sillig.* vero *tetanicos* in textum recepit ex *Cornar.* ad *Dioscor.* 2. 140.

LĪTHARGŸRĪNUS, a, um, adject. (lithargyrus) λιθαργύρινος, qui ex lithargyro constat. *Boeth. Aristot. Elench. Sophist.* 1. 1. *p.* 733. Illorum hæc quidem argentum, ista vero aurum revera sunt; illa non sunt quidem, apparent autem secundum sensum, ut lithargyrina et stannea, argentea, et felle tincta, aurea.

LĪTHARGŸRUM, i, n. 2. *secundum* Forcellinum, *vel*

LĪTHARGŸRUS *et Græca terminatione* lithargyros, i, m. 2. secundum recentiores, λιθάργυρος, *litargirio*, a λίθος *lapis* et ἄργυρον *argentum*, scoria est argenti in lapidis duritiem compacta, usum habens in medicina. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 10. 64. (101).

LĪTHIZON, ontis, m. 3. λιθίζων. Lithizontes dicuntur gemmæ quædam ex genere carbunculorum languidius lucentes: a λυθίζω *lapidesco*, quod ad lapidum potius, quam gemmarum naturam accedant. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 7. 25. (94). Ob id plerique hunc carbunculum (*de quo supra Callistratus*) candidum vocavere, eum, qui languidius Indicis lucet, lithizontem. *Sillig.* legit *lignyzontem* ex *Cod. Bamberg.* atque hæc adnotat: Quum λιγνός et λιγνύειν de fuligine dicatur, gemmam languidius lucentem lignyzusam recte appellari posse opinor.

LĪTHOSPERMON, i, n. 2. λιθόσπερμον, a λίθος *lapis* et σπέρμα *semen*: herba est quincuncialis fere, foliis duplo majoribus, quam rutæ, ramulis surculosis, crassitudine junci. Gerit juxta folia singulas veluti barbulas, et in earum cacuminibus lapillos candore et rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia vero lapidea. Ipsi qua pediculis adhæreant, cavernulas habent, et intus semen. Nascitur et in Italia: sed laudatissimum in Creta. Nec quicquam inter herbas majore miraculo aspexi: tantus est decor, velut aurificum arte inter folia candicantibus margaritis: tam exquisita difficultas lapidis ex herba nascentis. Hæc *Plin.* 27. *Hist. nat.* 11. 74. (98). Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. *p.* 458.) hanc exhibet synonymiam: Λιθόσπερμον, οἱ δὲ ἀξωνυχον, οἱ δὲ αἰγωνυχον, οἱ δὲ ἡρακλειαν Dioscor. 3. 158., et *Lithospermum, sive ægonychon, sive diospyron* Plin. loc. cit. sunt *Lithospermum officinale* L. Sp. plant. 189.

LĪTHOSTRĂCOS *vel* lithostracus, i, m. 2. a λίθος *petra* et ὄστρακον *ostreum*, ostrea petris adhærens vel saxatilis. *Ambros.* 5. *Hexæm.* 2. Numera, si potes, omnium piscium genera; sepias, polypos, lithostracos, carabos, caucros. *Sunt tamen qui aliter legant.*

LĪTHOSTRŌTUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

LĪTHOSTRŌTUS, a, um, adject. λιθόστρωτος, a λίθος *lapis* et στρώννυμι *sterno*, qui parvis lapillis quadratis, seu tessellis constat: *V.* in *Lithostrotum* infra. *Varro* 3. *R. R.* 1. 10. Villa opere tectorio et intestino ac pavimentis nobilibus lithostrotis spectanda. Adde *Capitolin. Gordian.* 22. — Hinc

Lithostrotum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est pavimentum lithostrotum, *lastrico o pavimento di lastre marmoree di varii colori a compartimento.* Lithostrotum proprie differt ab opere musivo sive tessellato, quia illud e crustulis marmoreis diversi coloris, hoc parvis lapillis quadratis seu tessellis constat. *Varro* 3. *R. R.* 2. 4. Nunc ubi hic vides citrum, aut aurum? — num quod emblema, aut lithostrotum? *Plin.* 36. *Hist. nat.* 25. 60. (184). Pavimenta originem apud Græcos habent elaborata arte, picturæ ratione, donec lithostrota expulere eam. *et mox* 64. (189). Lithostrota cœpta vere jam sub Sulla, parvulis certe crustis.

LĪTHŌTŌMĬA, æ, f. 1. λιθοτομία, sectio lapidis in hominum vesica, *litotomia*; a λίθος *lapis* et τέμνω *seco*. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 4 *a med.* Et (*adhibenda*) lithotomia in iis, qui majorem generaverint lapidem.

LĪTĬCEN, ĭnis, m. 3. (lituus *et* cano) qui lituo canit, ut *tubicen*, qui tuba, *cornicen*, qui cornu, *trombetta*, σαλπιγκτής. *Varro* 5. *L. L.* 91. *Müll.* Tubicines a tuba et canendo; similiter liticines. *Cato* apud *Gell.* 20. 2. Liticines et tubicines. *Stat.* 4. *Silv.* 7. 19. liticenve notus Hectoris armis. *h. e.* Misenus. Adde *Ammian.* 14. 2. *Inscript.* apud *Don. cl.* 6. *n.* 118., quæ est apud *Orell.* 3519. M. AVRELIVS M. AVR. L. CRESTVS LITICEN LEG. III. PARTHIC. Adde *alian* apud *Murat.* 798. 1., ubi litui figuram videre est. — Fuit et collegium liticinum. *Inscript.* apud *Gud.* 205. 2., quæ est apud *Orell.* 4105. M. IVLIVS VICTOR EX COLLEGIO LITICINVM CORNICINVM.

LĪTĬGANS, antis. *V.* LITIGO.

LĪTĬGĀTĬO, ōnis, f. 3. (litigo) lis, litigium. *Lactant.* 3. 8. Omissis litigationibus furiosis ac pertinacibus, veniamus ad judicem. *Al. rectius leg.* litigatoribus. *Gloss. Philox.* Litigatio, μάχη ἡ διὰ λογων.

LĪTĬGĀTOR, ōris, m. 3. (litigo) qui litigat, *litigatore*, ἐριστής. — *a*) Generatim. *Cic. Dom.* 44. 115. Emit domum litigatoribus defatigatis. *Al. leg.* licitatoribus. Adde locum *Lactant.* cit. in voc. præced. — *b*) Speciatim de eo, qui litem apud judicem agit. *Quintil.* 2. 21. 16. Litigator rusticus illiteratusque de sua causa, melius quam orator, qui nescit quid in lite sit, dicet. *Id.* 10. 1. 34. Ne orator omnia testimonia expetat a litigatore, sed pleraque ex vetustate diligenter sibi cognita sumat. *Sueton. Aug.* 33. Appellationes urbanorum litigatorum. *Tac.* 13. *Ann.* 42. Sponte litigatoris, præmium honestæ operæ assequi.

LITIGATRIX, icis, f. 3. quæ litigat. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 34.

LĪTĬGĀTUS, us, m. 4. (litigo) lis, litigium. In sexto casu sing. *Quintil. Declam.* 6. 19. Quamquam in hoc litigatu quodammodo tibi ipsa excidisti.

LĪTĬGER, gĕra, gĕrum, adject. (lis *et* gero) qui ad lites pertinet. *Vet. Poeta* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 632. *Burmann.* Non ego litigeros cupio cognoscere fusces.

LĪTĬGĬŌSUS, a, um, adject. (litigium). Comp. *Litigiosior* et Sup. *Litigiosissimus* 1. 2. — Litigiosus est litibus plenus, *litigioso*, φιλόδικος.

I.) Proprie. ¶ 1. Passive de re dicitur plena litibus. Hinc de loco, in quo lites agitantur, *Ovid.* 4. *Fast.* 188. Fora litigiosa. Item de oratione contentiosa *Cic.* 5. *Fin.* 26. 76. Habent enim et bene longam et satis litigiosam disputationem. *Cajus* 4. *Instit.* § 117. Si fundum litigiosum sciens a non possidente emeris, eumque a possidente petas etc. *Auct. fragm. de jure fisci* § 8. Res litigiosa videtur, de qua apud suum judicem quæstio delata est. ¶ 2. Active de homine usurpatur, qui frequens in litibus versatur, vel quavis de causa litem movet. *Cic.* 4. *Verr.* 14. 37. Hominemque id ætatis minime litigiosum, quam tumultuosissime adoriantur. *Sidon.* 8. *Ep.* 3. Duæ anus, quibus nihil unquam litigiosius, bibacius, vomacius erit. *Augustin. Ep.* 68. Homines pertinacissimi et litigiosissimi.

II.) Translate idem est ac controversus, seu de quo lis est, ἐριστικός, ἀμφισβητητικός. *Cic.* 3. *Orat.* 27. 106. In parvo et eo litigioso prædiolo relicti sumus.

LĪTĬGĬUM, ĭi, n. 2. (litigo) litis actio, lis, controversia, *lite, controversia*, ἔρις. *Plaut. Cas.* 3. 2. 31. Ego quid contrahere cupio litigii inter eos. *Id. Men.* 5. 2. 15. Cum viro litigium natum. *Cassiod.* 11. *Variar.* 1. *ante med.* Paucis litigia nodosa dissolvit.

LĪTĬGO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (litem ago). Part. *Litigans* 1. et 2.; *Litigaturus* 1. — Litigare est litem agere, disceptare, contendere, ἀμφισβητέω, ἐρίζω (It. *litigare, contendere, far lite*; Fr. *disputer, être en contestation*; Hisp. *disputar, controvertir, pleytear*; Germ. *zanken, hadern, streiten*; Angl. *to strive, contend, quarrel wrangle, dispute, debate, sue at law, litigate*). Occurrit ¶ 1. Generatim. *Plaut. Rud.* 4. 4. 16. Qua de re litigatis inter vos? *Cic.* 9. *Fam.* 25. Noli pati, litigare fratres et judiciis turpibus conflictari. *Id.* 13. *Att.* 36. Hirtium cum Quinctio acerrime litigasse. *Tertull.* 2. *ad Uxor.* 5. Apud arbitrum speculatorem litigaturi. *Martial.* 11. 35. Quare non veniam vocatus a te, Miraris quererisque litigasque. Huc referri potest et illud *Petron. Satyr.* 132. Quid? non et Ulysses cum corde litigat suo? — Passive impersonaliter. *Gell.* 2. 12. Qua de re litigatur. — Part. *Litigans* absolute occurrit, substantivorum more, et est litigator, *litigante*, apud *Gell.* 2. 12. *extr.* Litigantes destituere. *et* 14. 2. *a med.* Sensus litigantium deprehendere. *V.* et infra sub 2. — Proverbii species est illud *Petron. Satyr.* 83. Litigare cum ventis. *h. e.* inani contentione certare et operam perdere, εἰς ἀέρα λαλεῖν. ¶ 2. Speciatim in re judiciali. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 6. (24). Velis forum inumbravit, ut salubrius litigantes consisterent. — Hinc

Litigans, antis, m. 3. absolute, substantivorum more. *V.* sub 1.

LĪTO, as, āvi, ātum, are, n. et a. 1. Part. *Litans, Litatus* et *Litaturus* I. — Ratione habita etymi, volunt esse frequentat. a *luo*, quod est solvo. Nam ut *optimus* pro *optumus, maximus* pro *maxumus* dixere posteriores, sic *litare* pro *lutare*. Igitur *litare* est sacra persolvere. Ideo autem sumitur pro placare, quia qui solvit, quod debet, is a creditoris se molestia liberat. *Varro* ἑκατόμβη περὶ Θυσιῶν. Habes, qui, et cujus rei causa fecerim hecatomben: in quo ego, ut puto, quoniam est luere solvere, lutavi. Hæc citat *Non.* p. 131. 18. *Merc.* Huic etymo suffragari aliquo modo videtur *Paul. Diac.*, qui ait p. 116. 9. *Müll.* Litatum alii solutum, deditum Deo, quasi luitatum; alii ex Græco, a precibus, quas illi λιτὰς dicunt. — Ceterum *litare* est sacrificio facto deos placare votumque impetrare: tunc autem litasse credebant veteres, quum exta hostiarum luculenta et notis felicibus insignita essent, καλλιερέω (It. *placare con sacrifizii, sacrificare con buoni presagi, sacrificando ottenere buoni auspicii*; Fr. *sacrifier avec de bons présages, obtenir par le sacrifice des présages favorables*; Hisp. *sacrificar con buenos presagios*; Germ. *unter günstigen Vorzeichen opfern, gute Wahrzeichen erlangen*; Angl. *to sacrifice by favourable omens*).

I.) Proprie occurrit — 1.°) Neutrorum more, et quidem — *a*) Absolute. *Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 41. Si istuc unquam factum est, tum me Juppiter faciat, ut semper sacrificem, nec unquam litem. (*Lactant.* ad *Stat.* 10. *Theb.* 610. Inter litare et sacrificare hoc interest: sacrificare est hostias immolare, litare vero post immolationem hostiarum impetrare, quod postules.). *Liv.* 8. 9. Manlium egregie litasse. *Id.* 27. 23. Non facile litare. *Sueton. Cæs.* 81. Pluribus hostiis cæsis quum litare non posset, introiit curiam spreta religione. — Et passive imperson. *Liv.* 9. 14. Litatum præterea est egregie auctoribus diis. Sic *Curt.* 7. 7. 29. Nunc prorsus egregie litatum esse. — Hinc *litato* est adverbialis vox, qua significatur hostiis litatis, *h. e.* ex more inspectis et recte se habentibus. *Liv.* 5. 38. Non deorum saltem, si non hominum, memores, nec auspicato, nec litato instruunt aciem. *senza prendere gli auspicii, senza osservare se propizie fossero le interiora delle vittime.* — *b*) Cum addito Dativo ejus dei, cui litatur. *Cic.* 2. *Divinat.* 17. 38. Quum pluribus diis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur? Sic *Plin.* 10. *Hist. nat.* 28. 40. (75). Litatum est ei deo. — *c*) Cum addito Ablativo hostiæ, qua litatur. *Cic.* 2. *Divinat.* 15. 36. Proxima hostia litatur sæpe pulcherrime. *Virg.* 2. *Æn.* 118. Sanguine quærendi reditus animâque litandum Argolica. *Sueton. Oth.* 8. Victimâ Diti patri cæsâ litavit: quum tali sacrificio exta potiora sint. *Alii minus recte leg.* victimas cæsas. *Sunt et quibus* victima cæsa *est casus rectus*: V. infra sub *d. Plin.* 8. *Hist. nat.* 45. 70. (183). Victimarum probatio in vitulo, ut articulum suffraginis cauda contingat: breviore non litant. — Illud *Plinii præf. Hist. nat.* § 11. *Mola tantum salsa litant, qui non habent tura*, proverbii speciem habere potest, de iis scilicet, qui, ut possunt, vivunt, quando, ut vellent, non licet, ut est apud *Ter. Andr.* 4. 5. 10.; vel qui quod habent, libenter largiuntur, plura daturi, si haberent. — *d*) Interdum ipsa victima litare (*h. e.* læta ostendere) dicitur. *Martial.* 10. 73. Non quacumque manu victima cæsa litat. V. locum *Sueton. Oth.* 8. cit. sub *c.*: et cf. etiam illud *ejusd. Aug.* 96. Quum, sacrificio non litante, augeri hostias imperasset. Similiter *Inscript.* apud *Gruter.* 162. 1. SACRA LITATVRO FECIT HONORE LACER. — 2.°) Active, seu cum Accusativo est mactare, sacrificare, diis offerre. *Virg.* 4. *Æn.* 50. Tu modo posce deos veniam, sacrisque litatis Indulge hospitio. Ubi *Servius*: Diis litatis debuit dicere: non enim sacra, sed deos sacris litamus, id est placamus. Ergo nove dixit. Sed distinguendum est, ut dicamus *sacris*, id est per sacra: *litatis* scilicet diis. Hoc *Servii* postremum, ut nihil dicam de reliquis, minime placet. Nam et violentum est, et in aliis hujusmodi locis locum habere non potest, ut apud *Ovid.* 14. *Met.* 156. Euboicam emergit in urbem Troius Æneas, sacrisque e more litatis Litora adit etc. Cf. *Stat.* 10. *Theb.* 338.; et *Lucan.* 1. 632. tibi enim hæc ego sacra litavi. *Ovid.* 4. *Fast.* 630. Pontifices forda sacra litate bove. *Propert.* 4. 1. 24. Pastor et ad calamos exta litabat ovis. *Justin.* 20. 2. 14. Litatis hostiis, obtentoque, ut rebantur, quod petebant. *Flor.* 3. 4. Litare diis sanguinem humanum.

II.) Translate. ¶ 1. Neutrorum more ponitur pro parentare sacrificando, atque adeo satisfacere. *Cic. Flacc.* 38. 96. Litemus Lentulo, parentemus Cethego. *Plin. Paneg.* 52. Statuæ aureæ strage et ruina publico gaudio litaverunt. *h. e.* satisfecerunt. *Seneca Agamemn.* 577. Postquam litatum est Ilio, Phœbus redit. *Apul.* 3. *Met.* De latronis hujus sanguine legibus vestris et disciplinæ publicæ litate. *h. e.* hujus morte legum vim tuemini et servate. ¶ 2. Active pro sacrare, dicare, offerre, sacrificare. *Seneca Med. sub fin.* Plura non habui, dolor, tibi quæ litarem. *Tertull. Patient.* 10. Quem autem honorem litabimus Domino Deo. *Prudent.* 7. *Cathemer.* 5. Litare victimam.

LĪTŌRĀLIS *vel* littoralis, e, adject. (litus) ad litus pertinens, litoreus, *litorale*, ἀκταῖος. *Catull.* 4. 22. Vota facta litoralibus diis. *h. e.* qui præsunt litoribus et in iis templa habere solent, quæ adeunt nautæ vota soluturi pro felici navigatione. Cf. *Virg.* 1. *G.* 436. Votaque servati solvent in litore nautæ Glauco et Panopeæ et Inoo Melicertæ. *V.* PERMARINUS. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 30. (65). Litorales pisces. *Justin.* 12. 10. 6. Indi.

LĪTŌRĀRĬUS *vel* littorarius, a, um, adject. (litus) litoreus. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 11. *ante med.* Convenit etiam arenæ litorariæ adhibendus fervor. *Id.* 3. *ibid.* 5. Litoraria moratio. *V.* TRABARIUS.

LĪTŌRĔUS *vel* littoreus, a, um, adject. (litus) ad litus pertinens, maritimus, *litorale, di lido*, ἀκταῖος. Vox est fere poetica. *Ovid.* 15. *Met.* 725. Litorea arena. *Martial.* 10. 78. Ibis litoreas, Macer, Salonas. *et* 58. Litorea domus. *Virg.* 12. *Æn.* 248. Litoreæ aves. *et* 8. *ibid.* 43. Ilices. *Ovid.* 15. *Met.* 369. et 10. *ibid.* 127. Litoreus cancer. *h. e.* qui prope litus degere amat.

LĪTŌRŌSUS *vel* littorosus, a, um, adject. (litus). Sup. *Litorosissimus*. — Litorosus est idem ac litoralis, litoreus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 56. (151). Callais sapphirum imitatur, candidior et litoroso

mari similis. *h. e.* eum aquæ marinæ colorem referens, qui est circa litus. *Fab. Max.* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 7. Ager macerrimus et litorosissimus.

LĪTŌTES, f. λιτότης, h. e. tenuitas, a λιτὸς *tenuis, exiguus*. Nomen est figuræ, qua negando contrarium, plus significamus, quam dicimus: et est species synecdoches. Exempla ejus non una *Servius* in *Virgilio* observavit, ut 2. *G.* 129. Miscuerunt que herbas et non innoxia verba. *h. e.* nocentissima. *et ibid.* 125. Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris. *h. e.* strenuissima. *et* 3. *ibid.* 56. Nec mihi displiceat maculis insignis et albo. *h. e.* valde placeat. *et* 5. *Æn.* 39. non immemor ille parentum. *ben ricordevole.* et 7. *ibid.* 261. Munera nec sperno. *accetto volentieri. Sulpicius* apud *Cic.* 12. *Fam.* 4. Etsi scio non jucundissimum nuncium me vobis allaturum. *h. e.* tristissimum. — Etiam sine negatione fit, quum res magna verbis extenuatur, ut *Virg.* 1. *Æn.* 81. mihi jussa capessere fas est. *h. e.* oportet, necesse est omnino. *V.* plura apud *Voss. l.* 4. *Institut. orator. c.* 10. *n.* 8., ubi statim monet, male a quibusdam *liptotes* dici. — Ceterum *litotes* Græca vox est, et Græcis litteris scribenda.

LITTĔRA *vel* litera, æ, f. 1. Etymologi quidam ducunt a supino *litum* verbi *lino*, unde et litura; et simplici *t* scribi volunt: quam scriptionem probat *Dausq.* et fulciunt libri non pauci. Verum gravior antiquitas stat pro duplici *tt*, quam lapides (*V. Inscript.* apud *Orell.* 39.), Pandectæ Florentinæ et libri veteres, testib. *Manut.* et *Cellar.*, confirmant. Cl. *Furlanetto* videbatur hujus vocis etymon esse a λιτὸς *tenuis*; etenim sic *Priscian.* 1. *p.* 538. *Putsch.* Litera est minima pars vocis compositæ. — Ceterum littera est elementum, minima atque individua pars orationis, ex qua syllaba constituitur, ut *a, b, c,* γράμμα (It. *lettera*; Fr. *caractère, lettre*; Hisp. *letra, figura, carácter*; Germ. *der Buchstabe, Schriftzug*; Angl. *a letter*).

I.) Proprie. — *a)* Universim. *Cic.* 1. *Divinat.* 13. 23. Sus rostro si humi a litteram impresserit. *Id.* 2. *ibid.* 41. 85. Sortes in robore insculptæ priscarum litterarum notis. *Id.* 4. *Verr.* 33. 74. Maximis litteris incisum. *a lettere majuscole.* (Sic littera quadrata apud *Petron.*). *Sueton. Cæs.* 81. Tabula conscripta litteris verbisque Græcis. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 25. (81). *de charta.* Inserta mediis glutinamentis tænia, vix, nisi littera fundente se. *h. e.* ductu litteræ per atramentum facto. *Ovid.* 1. *Met.* 649. Litteram ducere in pulvere. *Cic. Brut.* 74. 259. Lenis appellatio litterarum. — Litteras invenisse primi dicuntur Assyrii, vel Ægyptii, vel Syri. In Græciam intulit Cadmus e Phœnice, sexdecim numero: quatuor adjecit Palamedes Trojano bello Θ, Ξ, Φ, Χ: totidem postea Simonides Melicus Ζ, Η, Ψ, Ω. Hæc *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (192). *V.* PALAMEDES et STRYMONIUS in ONOM. Ita vero apud Græcos; apud Latinos autem litteræ sunt XXIII., ut habet *Priscian.* 1. p. 539. *Putsch.* — De litteris a Claudio Aug. inventis, *V. Priscian.* 1. *p.* 545. et 558. *Putsch.*; *Sueton. Claud.* 41.; *Tac.* 11. *Ann.* 14; et *Capell.* 3. *p.* 55. — Litteras primus geminasse dicitur Ennius. *Festus p.* 293. 29. *Müll.* Per unum L enunciari non est mirum, quia nulla tunc geminabatur littera in scribendo. Quam consuetudinem Ennius mutavisse fertur, utpote Græcus Græco more usus; quod illi æque scribentes ac legentes non duplicabant mutas, semivocales et liquidas. — *b)* Speciatim *litterarum ordine* est quod nos *per alfabeto* dicimus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 54. (138) Reliquas gemmas litterarum ordine explicabimus. *Sittig.* ex *Cod. Bamberg.* per littera rum ordinem *leg.* Sic *Seneca Ep.* 68. *a med.* Dirigere in litteram. *h. e.* per ordinem litterarum, ut singula sub sua littera perscribantur. — *c) Facere litteram* vel *litteras* est scribere. *Plaut. Asin.* 4. 1. 22. Ne illi sit cera, ubi facere possit litteras. Sic *Cic.* 4 *Acad.* (2. *pr.*) 2. 6. Ne litteram quidem ullam facimus, nisi forensem. — *d) Nescire litteras* est *non saper nè leggere, nè scrivere. Seneca* 2. *Clem.* 1.; et *Sueton. Ner.* 10. Quum de supplicio cujusdam ut ex more subscriberet, admoneretur: Quam velem, inquit, nescire litteras! Idem significat *nescius litterarum* apud *Colum.* 1. *R. R.* 8. 4. Et *scientia litterarum* apud *Paul. Dig.* 29. 2. 92. est peritia scribendi. — *Nescire litteras* et alio sensu dicitur. *V.* sub II. 10. *b.* in fin. — *e) Homo trium litterarum* apud *Plaut. Aulul.* 2. 4. 46. est fur. — *f) Litteram ex se longam facere* est se suspendere: quia scilicet I longam, qui laqueo pendent, referunt. *Id. ibid.* 1. 1. 37. Neque quicquam est melius mihi, ut opinor, quam ex me ut unam faciam litteram longam, meum laqueo collum quando obstrinxero. — *g) Littera salutaris* dicitur a *Cic. Mil.* 6. 15. A, *tristis* vero C: quia in tabellis judicum illa *absolvo*, hac *condemno* significatur.

II.) Translate. ¶ 1. Sumitur pro verbo, *parola. Cic.* 2. *Fam.* 17. *a med.* Ille quum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me litteram numquam misit. *nè pur una lettera, nè pur una parola.* Hunc locum *Forcellinus* ad superiorem paragr. retulit. — Hinc *ad litteram* est *a parola per parola. Quintil.* 9. 1. 15. Quem duobus ab eo libris tractatum locum, ad litteram subjeci. ¶ 2. Interdum pro ratione scribendi, quæ propria cujusque est, *mano, carattere. Cic.* 7. *Att.* 2. Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ: non amabam, quod indicabat, te non valere. ¶ 3. Sæpissime per synecdochen *litteræ, arum*, accipiuntur pro scripto, quo absentes alloquimur, *lettera, epistola*: hinc *Seneca Ep.* 40. Litteræ vera amici absentis vestigia, veras notas afferunt. *Plaut. Trin.* 3. 3. 65. Litteras resignare. *dissuggellare, aprire.* Sic *Liv.* 26. 15. Litteras resolvere. *Cic.* 1. *Att.* 13. Litteræ non sunt committendæ ejusmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint. *Id.* 3. *Cat.* 4. 9. Litteras dare alicui ad aliquem. *Id.* 5. *Att.* 21. mittere. *et ibid.* accipere. *et ibid.* reddere alicui. *et* 11. *ibid.* 16. *ad fin.* remittere. *et* 12. *ibid.* 1. exarare. *Id.* 3. *Fam.* 7. Unis litteris totius ætatis res gestas ad senatum perscribere. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 18. Binis continuis litteris, ut venirem, rogavit. *Cic.* 5. *Att.* 21. *sub fin.* Queri apud aliquem per litteras. *et* 13. *ibid.* 2. Iavitare per litteras. *Justin.* 27. 2. 5. Inde ad Antiochum fratrem litteras facit, quibus auxilium ejus implorat. *Cic.* 1. *Att.* 20. Ei nunc epistolæ litteris his respondebo. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 1. 3. Venio ad tuas litteras, quas pluribus epistolis accepi. *V.* EPISTOLA I. — *Litteræ missæ* eæ sunt, quæ tu ad aliquem scripseris; *allatæ*, quas ab aliquo tibi scriptas acceperis. Hinc *liber litterarum missarum et allatarum* fuit tabularium, quo utebantur publici magistratus et publicani, quodque nos vulgo *il copialettere* vocamus. *Cic. Fontej.* 4. 8. Quod vos ex litteris quidem nostris, quas exscripsistis, et missis et allatis, certe scire potuistis. Quas si antea non legistis, nunc ex nobis, quid de iis rebus Fontejus ad legatos suos scripserit, quid ad eum illi rescripserint, cognoscite. L. M. (*h. e.* litteræ missæ) ad C. Annium Leg., ad C. Fontejum Leg. L. A. (*h. e.* litteræ allatæ) a C. Annio Leg., a C. Fontejo Leg. *Id.* 5. *Verr.* 71. 187. Quas ego (*litteras*) Syracusis apud Carpinatium in litterarum allatarum libris; Romæ in litterarum missarum apud magistrum L. Tullium inveni. *V.* LIBER, bri, sub II. 4. — Hoc sensu in singulari num. adhibere poeticum est. *Ovid. Heroid.* 3. 1. Quam legis, a rapta Briseide littera venit. Adde *eumd. ibid.* 6. 9. et 4. *Trist.* 7. 23.; et *Martial.* 10. 73. etc. ¶ 4. Item per synecdochen accipitur universim pro scripto, seu scriptura: et fere in plur. numero, *scritto, scrittura. Cic.* 6. *Verr.* 63. 140. Mihi litteras publicas, quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt, in quibus ostendunt omnia, quæ dixi ablata esse, perscripta. *gli atti pubblici. et ibid.* 16. 35. Ab hoc abari vasa omnia abstulit. Dicat, se emisse: etenim hic propter magnitudinem furti sunt, ut opinor, litteræ factæ. ¶ 5. Et pro tabulis accepti et expensi. *Cic. Quinct.* 11. 38. Ad te ipsum venit in agrum communem: eo denique, ubi non modo res erat, sed ratio quoque omnis et omnes litteræ. Adde *eumd.* 6. *Verr.* 12. 27. ¶ 6. Et pro edicto et jussis magistratus, *editto, decreto, proclama. Cic.* 7. *Verr.* 22. 56. Cedo mihi ejusdem prætoris litteras et frumenti imperati et tritici empti. *Sueton. Vesp.* 8. Litteras revocavit. *il decreto di nomina.* ¶ 7. Et sæpe pro libris et scriptionibus doctrinam et eruditionem continentibus, *i monumenti scritti di un popolo, la sua letteratura. Cic.* 1. *Tusc.* 3. 6. Mandare litteris cogitationes suas. *et* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 1. 2. Litteris consignamus, quæ monumentis mandare volumus. *Id.* 2. *Orat.* 2. 7. Custodire aliquid litteris. *Macrob.* 5. *Saturn.* 19. *ante med.* Dare aliquid in litteras. *h. e.* mandare litteris Sic. *Spartian. Sever.* 16. Ut plerique in litteras tradunt. *et Vopisc. Aurelian.* 1. *ad fin.* Mittere aliquem in litteras. *h. e.* ejus vitam scribere. — Rursus *Cic.* 1. *Legg.* 2. 5. Abest historia litteris nostris. *Id.* 2. *Divinat.* 2. 5. Græcæ de philosophia litteræ. *la letteratura filosofica. Id. Brut.* 64. 228. Genus hoc scriptionis nondum satis Latinis litteris illustratum. *Id.* 7. *Fam.* 19. Nullam artem litteris sine interprete percipi posse. *dai libri.* et 1. *Tusc.* 16. 38. Sed quod litteris exstet, Pherecydes primum dixit, animos hominum esse sempiternos. ¶ 8. Hinc ponitur et pro historia et monumentis rerum gestarum. *Nepos præf.* Expertes litterarum Græcarum. *Id. Cat.* 3. Cupidissimus litterarum fuit. Adde *eumd. Pelop.* 1.; *Cæs.* 6. *B. G.* 13.; et *Liv.* 6. 1. Cf. *Veget.* 2. *Milit.* 3. Si Cato disciplinam militarem conferret in litteras. *h. e.* de re militari scriberet. ¶ 9. Et de arte scribendi. *Nepos Hann.* 13. Atque hic tantus vir tantisque bellis districtus nonnihil temporis tribuit litteris. ¶ 10. Et pro ipsa eruditione et doctrina, *letteratura, belle lettere, erudizione*, uno verbo *coltura letteraria e scientifica.* — *a)* Præsertim quæ ex grammatica arte hauritur; unde *litteratura* et *litterati* dicti sunt: *V.* GRAMMATICA et GRAMMATICUS. *Cic.* 2. *Orat.* 29. 85. Sit mihi orator tinctus litteris: audierit aliquid, legerit, ista ipsa præcepta acceperit. *Id. Brut.* 76. 265. Erant in eo plurimæ litteræ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam et reconditæ. *Id.* 2. *Orat.* 17. 72. Homo communium litterarum et politioris humanitatis non expers. *Id.* 6. *Verr.* 44. 98. Tu sine ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris intelligis et judicas? *Id.* 9. *Att.* 10. Mihi nihil libri, nihil litteræ, nihil doctrina prodest. *et* 4. *ibid.* 16. *a med.* Refero me ad litteras et studia nostra. *Id.* 2. *Legg.* 1. 3. In litteris ætatem agere. *et Arch.* 2. 3. Studia humanitatis et litterarum. *et Harusp. resp.* 9. 18. In studio litterarum versatus. *Id. Brut.* 42. 153. Dialecticam attulit: sed adjunxit etiam et litterarum scientiam et loquendi elegantiam. *Id.* 3. *Orat.* 22. 127. Geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poetarum. — *b)* Etiam altiores disciplinæ, philosophia, theologia et hujusmodi, litterarum nomine intelligi possunt. *Cic.* 5. *Tusc.* 36. 105. Quid est enim dulcius otio litterato? iis dico litteris, quibus infinitatem rerum atque naturæ, et in hoc ipso mundo cælum, terras, maria cognos imus. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 5. (51). Altiores litteræ. *h. e.* magica ars. — Hinc *nescire litteras* est indoctum, seu inerudituin esse. *Cic. Brut.* 74. 259 Flaminius cristimabatur bene Latine, sed litteras nesciebat.

LITTĔRĀLIS *vel* litteralis, e, adject. (littera) litterarius. *Symmach.* 4. *Ep.* 54. Litterale commercium. *h. e.* epistolarum. *Al leg.* tale. *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 5. Litteralis lectio. *h. e.* librorum *Diomed.* 2. *p.* 414. *Putsch.* Grammatica litteralis dicta, quod a litteris incipiat. *Priscian.* 2. *p.* 565. *Putsch.* Syllaba est vox litteralis.

LITTĔRĀRĬUS *vel* litterarius, a, um, adject. (littera) ad litteras pertinens. *letterario, γραμματικός. Quintil.* 1. 4. 27.; *Sueton. Cal.* 45.; *Tac.* 3. *Ann.* 66.; et *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 8. (24). Litterarius ludus. *scuola.* et *Vopisc. Tacit.* 6. magister. *maestro di scrivere.*

LITTĔRĀTĒ *vel* litterate, adverb. (litteratus). Comp. *Litteratius* II. 2. — Litterate est cum litterarum peritia.

I.) Proprie. *Cic. Pis.* 25. 61. Rationes ad ærarium retuli continuo: quas si cognoris, intelliges, nemini plus quam mihi, litteras profuisse: ita enim sunt perscriptæ scite et litterate, ut etc. *con tanta pratica di scrittura, con tale calligrafia.*

II.) Translate. ¶ 1. Est ad litteram, *parola per parola. V.* LITTERA II. 1. *Cic. Harusp. resp.* 8. 17. Litterate respondere. ¶ 2. Item erudite, docte, scite, eleganter, *eruditamente*: *V.* LITTERA II. 10. *Cic.* 2. *Orat.* 62. 253. Belle et litterate dicta laudantur. *Id. Brut.* 58. 205. Antiquitatis scriptorumque veterum litterate peritus. *et ibid.* 28. 108. Perbene Latine loqui putabatur, litteratiusque, quam ceteri.

LITTĔRĀTĬO *vel* litteratio, ōnis, f. 3. (littera) quædam velut infantia grammaticæ, scilicet ratio et scientia litterarum, ex quibus voces fiunt: quæ

pertinet ad primam partem et rudimenta litteraturæ, et ad librariorum artem et calculonum, qui pueros legere, scribere et supputare docent, *cognizione di leggere, scrivere, e far conti*. Ita enim appellata est a *Varrone*, testib. *Augustin.* 2. *de Ordine* 12. et *Isid.* 1. *Orig.* 3. Adde *Capell.* 3. p. 50.

LITTERĀTOR *vel* litterator, ōris, m. 3. (littera) qui pueros legere et scribere docet.

I.) Proprie. *Apul. Florid.* 20. Litterator ruditatem eximit, grammaticus doctrina instruit.

II.) Translate. ¶ 1. Est idem qui *litteratus*, h. e. qui litteras profitetur, et qui aliquid diligenter et acute scienterque potest aut dicere, aut scribere: proprie autem qui poetarum interpres est, *letterato, erudito, filologo*, γραμματικός. Ita ex *Nepote, Suetone. Gramm.* 4., ubi subdit: Messala Corvinus in quadam epistola, non esse sibi dicens rem cum litteratore Catone, significat haud dubie Val. Catonem poetam simul grammaticumque notissimum. Hoc sensu usurpat *Catull.* 14. 9. Munus dat tibi Sulla litterator. *h. e.* L. Cornelius Epicadus Sullæ libertus, de quo *Sueton. Gramm.* 12. *V.* LITTERATUS II. 1. ¶ 2. Sunt qui litteratum a litteratore distinguant, ut Græci grammaticum a grammatista; et illum quidem, absolute, hunc mediocriter doctum existiment (*grammaticastro*), quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Nam apud majores, ait, quum familia alicujus venalis produceretur, non temere quem litteratum, in titulo, sed litteratorem inscribi solitum esse, quasi non perfectum litteris, sed imbutum. *Sueton. ibid.* Sic *Gell.* 18. 9. Ex his, qui aderant, alter littorator fuit, alter litteras sciens. *mox ibid.* appellat *grammaticum*, grammatistam intelligens. *Id.* 16. 6. Quisplam Latinæ linguæ litterator, Romam a Brundisinis arcessitus, experiundum sese vulgo dabat. *mox* barbare inscitèque legisse dicit, et *indoctum hominem* vocat.

LITTERĀTŌRĬUS *vel* litteratorius, a, um, adject. (littera) ad litteras, h. e. ad grammaticam pertinens. *Tertull. Idolpl.* 10. Videamus necessitatem litteratoriæ eruditionis. *Priscian.* 1. p. 534. *Putsch.* Litteratoria professio. — *Litteratoria* absolute, substantivorum more, ab usu Latino excluditur illis *Quintiliani* verbis 2. 14. 3. *Grammatice litteratura* est, non *litteratrix*, quemadmodum *oratrix*: nec *litteratoria*, quemadmodum *oratoria*.

LITTERATRIX. *V.* locum *Quintil.* in voc. præced.

LITTERĀTŬLUS *vel* litteratulus, a, um, adject. *deminut.* litterati. *letteratello, letterataccio. Hieronym.* 1. *ad Rufin.* n. 31. En tu, qui videris tibi litteratulus et Rabbi, responde, cur etc.

LITTERĀTŪRA *vel* litteratura, æ, f. 1. (littera) ratio litterarum, ex quibus voces fiunt.

I.) Proprie. — a) Est litterarum formatio in tabella stilo, vel in charta atramento, *scrittura, lo scrivere*, apud *Cic. Partit. orat.* 7. 26. Litteratura constat ex notis litterarum, et ex eo, in quo imprimuntur illæ notæ. — b) Item alphabetum. *Tac.* 11. *Ann.* 13. Novas litterarum formas (*Claudius*) addidit vulgavitque; comperto, Græcam quoque litteraturam non simul cœptam absolutamque. *l'alfabeto Greco.*

II.) Translate. ¶ 1. Est scientia litterarum, quæ Græca appellatione *grammatica* dicitur, *letteratura, erudizione*, γραμματική. *Quintil.* 2. 1. 4. *Grammatice*, quam in Latinum transferentes, *litteraturam* vocaverunt. Cf. eumd. 2. 14. 3. Sic *Seneca Ep.* 88. *circa med.* Prima illa, ut antiqui vocabant, litteratura, per quam pueris elementa traduntur. ¶ 2. Item est plena litterarum cognitio et peritia, qua quis potest aliquid diligenter et acute scienterque aut dicere, aut scribere, ut in LITTERATOR II. 1. dictum est. *Cic.* 2. *Phil.* 45. 116. *de C. Cæsare.* Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, litteratura, cogitatio, diligentia. *Orellius* vero *legit* Litteræ. cura, etc.

LITTERĀTUS *vel* litteratus, a, um, adject. (littera) Comp. *Litteratior* et Sup. *Litteratissimus*

II 1. — Litteratus est litteras inscriptas habens, scriptus.

I.) Proprie. — a) Generatim. *Plaut. Rud.* 4. 4. 112. Ensiculus aureolus litteratus. *Id. ibid. v.* 115 Litterata securicula. *Id. ibid.* 2. 5. 21. urna. *Apul.* 3. *Met.* Laminæ litteratæ. *et* 6. *ibid.* Laciniæ aureo litteratæ. *h. e.* aureis litteris intextæ. *Tertull.* 1. *ad Nat.* 10. *circa med.* Exstruitis aras deis; æque mortuis aras eisdem titulis superscriptis litteras (*corrige* litteratas). — b) Speciatim *servus litteratus* est stigmate notatus, v. gr. si fugitivus esset, aut furax. Solebant enim hujusmodi inscribere frontem, inurendo litteras ferro candenti. *Plaut. Cas.* 2. 6. 49. Hoc age sis, Olympio. OL. Si hic litteratus me sinat. *Apul.* 9. *Met.* Homunculi frontes litterati et capillum semirasi et pedes annulati. In verbis *Plauti* allatis, alii intelligunt servum, qui tergus cicatricosum et virgarum notis, quasi litteris, inscriptum habeat. Unde *Id. Pseud.* 1. 5. 131. Quasi in libro quum scribuntur calamo litteræ, Stilis me totum usque ulmeis conscribito. Apud *Apul.* al. leg. *frontes liturati*: quod eodem fere recidit.

II.) Translate. ¶ 1. De hominibus litteratus est litteris præditus, eruditus, doctus, *letterato, erudito*, πεπαιδευμένος. *Cic. Brut.* 22. 87. Omnibus exclusis, commentatum in quadam testudine cum servis litteratis fuisse, *etc.* Addebat etiam, scriptores illos male mulcatos exisse cum Galba. *Forcellinus* h. l. *litteratum* speciatim accepit pro eo qui scribere scit, scriptore, amanuense, *scrittore, scrivano.* — Ceterum generatim pro erudito, docto, litteris prædito *Cic.* 3. *Off.* 14. 58. Canius nec infacetus, et satis litteratus. *Id. Brut.* 21. 81. Albinus et litteratus et disertus fuit. *Id. Mur.* 7. 16. Tua nobilitas hominibus litteratis et historicis est notior: populo vero et suffragatoribus obscurior. *Seneca* 4. *Quæst. nat.* 13. Quid istas ineptias, quibus nec litteratior fit quisquam, nec melior, operose persequeris? — *Cic.* 9. *Fam.* 16. *ante med.* Frater tuus, quem litteratissimum fuisse judico, facile diceret, hic versus Plauti non est: quod tritas haberet aures notandis generibus poetarum et consuetudine legendi. Ex hoc *Ciceronis* loco colligimus, *litteratos* proprie dictos, qui interpretes essent poetarum. *Sueton. Gramm.* 4. Appellatio grammaticorum Græca consuetudine invaluit: sed initio litterati vocabantur. Cornelius quoque Nepos, in libello, quo distinguit litteratum ab erudito, litteratos quidem vulgo appelleri ait eos, qui aliquid diligenter et acute scienterque possint aut dicere, aut scribere: ceterum proprie sic appellandos poetarum interpretes. Hæc *Sueton.* ¶ 2. De rebus litteratus est litterarius apud *Cic.* 5. *Tusc.* 36. 105. Quid est enim dulcius otio litterato? iis dico litteris, quibus infinitatem rerum atque naturæ cognoscimus. Huc pertinere videtur et illud *Arnob.* 3. 31. Aristoteles Minervam esse Lunam probabilibus argumentis explicat, et litterata auctoritate demonstrat.

LITTĒRĬO *vel* litterio, ōnis, m. 3. (littera) contemptus litterator, sciolus grammatista, *pedantucolo. Ammian.* 17. 11. Ut hirsutum, Julianum carpentes, appellantesque loquacem talpam, et purpuratum simiam, et litterionem Græcum.

LITTĒRO, as, are, a. 1. (littera) prima elementa alicui tradere. *Gloss. Cyrill.* Στοιχειῶ, littero.

LITTĒRŌSUS *vel* litterosus, a, um, adject. (littera) litteratus, antique. *Cassius Hemina* apud *Non. p.* 133. 6. *Merc.* Homo mere litterosus.

LITTĔRŬLA *vel* litterula, æ, f. 1. *deminut. a* littera, parva littera, *lettera minuta*, γραμμάτιον.

I.) Proprie. *Cic. β. Att.* 9. Admiratus sum συγχυσιν litterularum, quæ solent tuæ compositissimæ et clarissimæ esse. *Id.* 16. *Fam.* 15. Accepi tuam epistolam vacillantibus litterulis: nec mirum tam gravi morbo. *Id.* 6. *Verr.* 43. 93. Signum Apollinis, cujus in femine litterulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum.

II.) Translate occurrit ¶ 1. De epistola, *letterina, letteretta. Cic.* 12. *Att.* 1. Postquam a te discesseram, hoc litterularum exaravi. ¶ 2. De studiis levioribus litterarum vel modestiæ causa, vel per contemptum. *Cic.* 7. *Att.* 2. *ad fin.* Chrysippum vero, quem ego propter litterularum nescio quid, libenter vidi, in honore habui. *Id.* 16. *Fam.* 10. Litterulæ meæ, sive nostræ, tui desiderio oblanguerunt. *et* 5. *ibid.* 21. Utor eodem perfugio, quo tibi utendum censeo, litterulis nostris. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 7. Litterulis Græcis imbutus.

LITTUS. *V.* LITUS.

LITŪA. *V.* LITUUS init.

LĪTŪRA, æ, f. 1. a supino *litum* verbi *lino*, est litus, unctio, *untura*, ἄλειψις.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, litus, unctio. *Colum.* 4. *R. R.* 24. 6. Solem etiam et pluvias arcet ejusmodi litura. ¶ 2. Latiori sensu fere sumitur pro superinductione illa et complanatione, qua scriptura in tabula cerata deletur, *cancellazione*, ἐξάλειψις. *Cic. Arch.* 5. 9. Ut unius nominis litura se commotum esse dixerit: his igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinii videtis. *Id.* 4. *Verr.* 76. 187. Erant acceptæ pecuniæ a *C. Verrutio C. F.*, sic tamen ut usque ad alterum v litteræ constarent integræ, reliquæ omnes essent in litura. *et ibid.* 78. 191. Videtis Verrutium? videtis primas litteras integras? videtis extremam partem nominis, caudam illam Verris, tamquam in luto, demersam esse in lituram? *Cæcin.* apud *Cic.* 6. *Fam.* 7. Mendum scripturæ litura tollitur. *Horat. Art. P.* 292. carmen reprehendite, quod non Multa dies et multa litura coercuit. *Martial.* 7. 17. Hæc illis (*libellis*) pretium facit litura.

II.) Figurate. ¶ 1. Ponitur pro macula, quæ scribendo fit, *sgorbio, scorbio. Propert.* 4. 3. 4. Si qua tamen tibi lecturo pars oblita deerit, Hæc erit a lacrimis facta litura meis. *Ovid.* 3. *Trist.* 1. 15. Littera suffusas quod habet maculosa lituras etc. — Huc referri potest et illud *Martial.* 7. 18. corpus nulla litura notat. *h. e.* nulla ruga signat. ¶ 2. Per metaphoram *Seneca Vit. beat.* 8. Fiducia ejus non sine scientia sit, scientia non sine constantia: maneant illi semper placita, nec ulla in decretis ejus litura sit. *h. e.* nulla mutatio, aut pœnitentia.

LĪTŪRĀRĬUS, a, um, adject. (litura) ad lituranda, seu delenda pertinens. *Auson. præf. Edyll.* 13. Hoc quum inter liturarios meos reperissem. *h. e.* codicillos, in quibus concepta carmina perscribimus, et subinde, quæ displicent, delemus. *V.* ADVERSARIA, DELETĪCIUS et PALIMPSESTUS.

LĪTŪRĀTUS, a, um. *V.* LITURO.

LĪTURGUS, i, m. 2. λειτουργός, servus publicus, seu qui ab homologis seu dediticiis colonis publico ministerio præstandus est: a λεῖτος seu λειτὸς *publicus* et ἔργον *opus. Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod.* 11. 24. 6. Possessores pro antiquitate census functiones publicas et liturgos, quos homologi coloni præstare noscuntur, pro rata sunt absque dubio cogniturî. *h. e.* agniturî, soluturi. — Ad siderum ministros transtulit *Capell.* 2. p. 45. Quum octoginta quatuor liturgos cælo (*Philologia*) miraretur adstare. *V.* LÆTUS, I, et LÆTICUS. — Hinc apud *Varron.* 7. *L. L.* 66. *Müll.* legitur *Scytha liturgus*, titulus nempe Plautinæ comœdiæ deperditæ, in qua Scytha quidam carnificis ministerio usus inducebatur. Ita *Forcellinus* et *Bothius Plauti Com. T.* 3. p. 563. *Scaligerum* secuti, qui *Scytham liturgum* sibi effinxit, quum Codices exhibeant *sitelli tergus* vel *sitelitergus*, quapropter rectius cum *Müllero* legendum *Sitellitergus*, h. e. qui situlas seu sitellas tergit. Cf. *Festum p.* 375. 18. *Müll.*

LĪTŪRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (litura). Part. *Liturātus.* — Liturare est delere, *cancellare*, περιγράφω. *Sidon.* 9. *Ep.* 3. *extr.* Tunc enim certius te probasse reliqua gaudebo, si liturasse aliqua cognovero. *Inscript.* apud *Gruter.* 208., quæ est apud *Orell.* 4405. CVM PATER RVFINI ET POSTEA RVFINVS, QVAMQVAM NON IVRE FACTA EMTIONE, SEMPER IN POSSESSIONEM FVERINT, NVLLO IVRE BVM LOCVM VINDICARE SIBI PATVLLII POSSVNT. PLANE CVM IN RE PRÆSENTI INSPEXERIM LITVRATVM AG. ET ERASVM etc. *V. Apul. loc. cit.* LITTERATUS I. *b.*

LĪTUS, a, um. *V.* LINO.

LĪTUS *vel* littus, ŏris, n. 3. In scribendi ratione minime conveniunt eruditi, quia *tt* geminare nonnullis placet. Sed plerique alii simplici *t* scribunt ex veterib. libris et lapidibus, cum *Pierio* ad *Virg.* 7. *Æn.* 1., *Manutio, Cellar., Dausq.* et aliis. — Variant etiam etymologi in assignanda origine, nec afferre videntur quidquam probabile: a *lido* pro *lædo*, a *luo*, a *ludo*, *is*, a *lino*, *is*, a *lito*, *as*, a *lego*, *is*, a λειτὴ *preces*, a λισσὸς *glaber*: sed a λειτὸς *tenuis, attritus*, videtur potius vox derivanda, quia, ut ait *Isid.* 14. *Orig.* 8. fluctu elidítur, vel aqua alluitur. Nec obstat quantitas prioris syllabæ, quæ in λειτὸς brevis est, in *litus* longa; nam id etiam in *linum* a λῖνον usuvenire observavimus. — Ceterum litus est terra adjacens mari, quæ fluctibus alluitur, αἰγιαλὸς, ἀκτὴ (It. *lido, lito*; Fr. *bord de la mer, côte, rivage, littoral*; Hisp. *costa, la orilla del mar*; Germ. d.

Ufer, Gestade, d. Küste, d. Strand vom Meere; Angl. the shore, sea-side, strand, coast).

I.) Proprie. *Cels. Dig.* 50. 16. 96. Litus est, quousque maximus fluctus a mari pervenit: idque M. Tullium ajunt, quum arbiter esset, primum constituisse. *Cic. Topic.* 7. 32. Solebat Aquilius quærentibus, quid esset litus, ita definire, qua fluctus eluderet. *Al. leg.* alluderet. *Id. Rosc. Am.* 26. 72. Quid tam est commune, quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis? *Catull.* 71. 4. Litus tunditur unda. *Virg.* 9. *Ecl.* 43. Huc ades: insani feriant, sine, litora fluctus. *Id.* 7. *Æn.* 10. Proxima Circææ raduntur litora terræ. *Horat. Epod.* 16. 40. prætervolare litora. *et ibid.* 10. 21. curvum litus. *Val. Flacc.* 2. 451. sinuosum legere. *Ovid.* 2. *Met.* 844. petere. *et* 14. *ibid.* 104. intrare. *h. e.* portum. *et* 6. *ibid.* 520. exire in litus. *et* 1. *Trist.* 5. 36. Et date naufragio litora juta meo. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 13. 77. (201). Litus portuosum. — *Arare litus* est operam perdere. Sterilis est enim arena litorum. *Ovid.* 5. *Trist.* 4. 48. — *In litus arenas fundere* est idem quod *noctuas Athenas, ligna in silvam,* et hujusmodi, *portar acqua al mare. Id. ibid.* 6. 44. in litus arenas, In segetem spicas, in mare fundat aquas. — *Cic.* 1. *Att.* 18. Abest enim frater ἀφελεστατος et amantissimus: Metellus non homo, sed litus atque aer et solitudo mera: tu autem etc. *Schutzius* ita legend. recte conjicit: *et amantissimus mei, et illius nunc domus est litus* etc.

II.) Improprie. ¶ 1. Reperitur *litus* pro ripa, ut monet *Servius* ad illud *Virg.* 3. *Æn.* 389. et 8. *ibid.* 43. Litoreis ingens inventa sub ilicibus sus. *et ibid.* 83. viridique in litora conspicitur sus. *Cic.* 2. *Invent.* 31. 97. Redemptor hostias constituit omnes in litore, ut, qui trans flumen essent, videre possent. *Prudent.* 5. *Cathemer.* 45. rex Niliaci litoris. V. Homonym. in fin. hujus voc. ¶ 2. Occurrit et de ripa lacuum. *Catull.* 35. 4. Larium litus. *Ovid.* 6. *Fast.* 765.; et *Sil. It.* 15. 818. Trasimeni litora. ¶ 3. Late accipitur pro terra vicina litori, *il litorale. Virg.* 4. *Æn.* 212. cui litus arandum, Cuique loci leges dedimus. *Tac.* 3. *Hist.* 63. De numero servorum et electione litorum loqui. *h. e.* secessuum amœnorum in litoribus. ¶ 4. Et pro sinu, ubi navigantes appellere et descendere possunt, *luogo di sbarco. Sueton. Tib.* 40. Præcipue delectatus insula, quod uno parvoque litore adiretur.

Homonym. *Litus* est terra adjacens mari, quæ fluctibus alluitur; et differt a *ripa,* quæ de flumine dicitur. Item *litus* differt ab *ora,* quia *litus* denotat quasi lineam, quæ terram a mari sejungit; *ora* vero denotat spatium regionis mari adjacentis; paucis, ratione habita continentis terræ, *litus* est extra, *ora* intra. *Ovid.* 1. *Met.* 42. *de fluminibus.* In mare pervenlunt partim, campoque recepta Liberioris aquæ pro ripis litora pulsant. Cf. *eumd.* 11. *ibid.* 53. et 55. et *Vitruv.* 2. 9. Circa ripam fluminis Padi et litora maris Hadriatici. *Sueton. Ner.* 27. Dispositæ per litora et ripas deversoriæ tabernæ. *Curt.* 9. 9. 26. Plausus militum litoribus ripisque resonabat. — Quemadmodum vero reperitur *litus* pro *ripa* (*V.* supra sub II. 1.); ita contra *ripa* interdum pro *litore,* ut apud *Horat.* 3. *Od.* 27. 23. Æquoris nigri fremitum et trementes Verbere ripæ. — *Mela* 3. 9. Oras ad Eurum sequentibus nihil memorabile occurrit: vasta omnia vastis præcisa montibus, ripæ potius sunt, quam litora. *Cic.* 2. *Nat. D.* 39. 100. Amœnitates orarum et litorum. *Mela proœm.* Dicam deinde rursus oras omnium et litora, ut intra extraque sunt. *Plin.* 5. *Ep.* 6. Gravis et pestilens ora Tuscorum, quæ per litus extenditur. — Interdum *litus* et *ora* junguntur, ut apud *Virg.* 2. *G.* 44. ades, et primi lege litoris oram. et apud *Tac.* 2. *Ann.* 78. Piso Domitium vitare litorum oram jubet. *h. e.* oram per litus extensam. — Hinc etiam alterum pro altero ponitur, ut apud *Liv.* 24. 8. Classem paravimus, ut Africæ oram popularemur; ut tota nobis Italiæ litora essent. *et mox.* Si ora Italiæ infestior hoc anno, quam Africæ fuit etc.

LĪTUS, us, m. 4. a *litum* supino verbi *lino,* est unctio. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 35. (110). Usus ejus ad collyria, et litu ad mulierbrium cicatricum fœditates tollendas. *Cels.* 6. 6. *n.* 20. Sed ante litum, hoc ungendum est. Ita *Lindenius;* sed *Targa* ex *Codd.* ubi legitur *lenitum hoc inungendum,* acute legend. conjicit: *leni, tum hoc inungendum est,* h. e. ante leni collyrio, tum hoc acri etc.

LĪTŪUS, i, m. 2. Femin. gen. *litua* exhibent *Gloss. Placid.* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 479. edente *A. Maio* hisce verbis: Litua, virga incurva, generis feminini. *Fortasse legendum* Lituus etc. — Quod ad etymon spectat, Etrusca vox esse videtur: *V. Müller. Etrusc. rer. T.* 2. *p.* 211. — Ceterum lituus

I.) Proprie ¶ 1. Est baculus incurvus, quo augures sedentes avibus templum designabant. *Liv.* 1. 18. Dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellaverunt. *Cic.* 1. *Divinat.* 17. 30. Quid lituus iste vester, quod clarissimum est insigne auguratus, unde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit, tum quum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, idest incurvum et leviter a summo inflexum bacillum, quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit, quum situs esset in curia Saliorum, quæ est in Palatio, eaque deflagrasset, inventus est integer. Hactenus *Cicero.* Sed quis credat, Ciceronem putasse opus, ut, quid lituus esset, exponeret? Omnino interpretatio illa e glossemate in textum irrepsit, ut jam *Lips. l.* 1. *variar. lect. c.* 20. observavit. Interim tamen vera dicuntur. Nam *Gell.* 5. 8. lituum auguralem a lituo militari dictum docet, non hunc ab illo, ut quidam putabant. Similis lituo est nunc episcoporum baculus, *il pastorale.* Hæc *Forcellinus.* Recentiores tamen plerique omnes contra sentiunt, lituum scil. militarem ab augurali dictum. Ipse cl. *Furlanetto* in I. *Append.* hæc ait: Ceterum litous est pars superior baculi seu pedi pastoralis, tum et insigne augurum, unde deinceps. licet aliter statuat *Gell. loc. cit.,* ad usum rei militaris traducta vox est. Nec obstant ea, quæ *Jo. Labusius loc. cit.* in fin. sub 2. attulit ex *Sallustio, Vegetio* et quadam inscriptione, quibus in locis tubicen pro liticine usurpatur: nam ex *Gell. loc. cit.* liquido constat tubam esse vocabulum generale, quo et lituus speciali significatione comprehenditur. *Virg.* 7. *Æn.* 187. Ipse Quirinali lituo parvaque sedebat Succinctus trabea, lævaque ancile gerebat Picus. *Ovid.* 6. *Fast.* 375. lituo pulcher trabeaque Quirinus. *Servius* ad *loc. Virg. modo cit.* adscribit, posse ibi intelligi etiam regium baculum, in quo potestas esse dirimendarum litium. *et* ad 3. *G.* 183. etiam Mercurii virgam *lituum* appellari. ¶ 2. Lituus, λίτυος (a λιτος *tenuis, acutus,* nempe ob sonum, ut *Forcellino* placet: at *V.* dicta Init. et paragr. præced.) a similitudine litui auguralis, est genus tubæ minoris, incurvum, gracilem edens sonum, quo in bello utebantur: litui figuram vide apud *Murat. Inscript.* 798. 1. At secundum *Jo. Labusium* in *Mus. Mant. T.* 2. *p.* 67. hic lapis Ligorianus est, ideoque sublestæ fidei: quare potius consulendus est nummus apud *Morell. Thesaur. Fam. Rom.* in *G. Junia tab.* 3. *n. VI.,* in quo dupler cernitur decussati litui figura. *Ennius* apud *Paul. Diac. p.* 116. 18. *Müll.* Inde loci lituus sonitus effudit acutos. *Ovid.* 3. *Fast.* 216. Jam lituus pugnæ signa daturus erat. *Horat.* 1. *Od.* 1. 23. Multos castra juvant et lituo tubæ Permixtus sonitus. *Id.* 2. *ibid.* 1. 18. Jam litui strepunt. *Stat.* 6. *Theb.* 228. Et lituis aures circum pulsantur acutis. *Lucan.* 1. 237. stridor lituum clangorque tubarum. (pro *lituorum;* quod habet et *Val. Flacc.* 6. 166.). *Seneca Thyest.* 575. Jam tacet stridor litui strepentis. *et Œdip.* 734. Lituusque adunco stridulos cantus Elisit aere. *h. e.* spiritu per aduncum, seu inflexum cavum emisso. — *Lituum* a *tuba Acron* ad *Horat.* 1. *Od.* 1. 23. ita distinguit: Litui acutus est sonus, tubæ gravis: inter lituum et tubam hoc distare inveni; lituus equitum est et incurvus; tuba vero peditum est et directa.

II.) Translate. *Cic.* 11. *Att.* 12. Q. fratrem lituum meæ perfectionis fuisse. *h. e.* impulsorem. *Est qui legit* illicium.

LĪVĒDO, ĭnis, f. 3. (līveo) livor, *lividura. Apul.* 9. *Met.* Quales illic homunculi, vibicibus livedinis totam cutem depicti! *Alii rectius leg.* lividinis *pro* lividineis. *V.* LIVIDINEUS. *Lividinem* tamen exhibet *Append.* ad *Prob.* in *Analect. grammat. p.* 348. edente *Eichenfeld.* Inter *libidinem* et *lividinem* hoc interest, quod *libidinem* qualitatem animi significat, at vero *lividinem* livorem corporis esse demonstrat.

LĪVENS, entis, particip. *V.* LIVEO.

LĪVENTER, adverb. (livens) plumbeo colore. V. *Livens* I. in fin. v. LIVEO.

LĪVENTĬA, æ, f. 1. (liveo) livor. *Gloss. Placid.* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 480. edente *A. Maio.* Liventia, nomen factum ab eo quod dicitur livet.

LĪVĔO, es, ere, n. 2. Part. *Livens* in fin.— Liveo est lividus sum, hoc est plumbei coloris, πελιδνόομαι (It. *essere livido*; Fr. *être plombé, bleuâtre*; Hisp. *ser cardeno, de color de plomo*; Germ. *bleifarbig, bläulich sein*; Angl. *be black and blue, be pale and wan, be livid*).

I.) Proprie. *Propert.* 4. 7. 65. Hæc sua maternis queritur livere catenis Brachia. *Ovid.* 2. *Met.* 776. livent rubigine dentes. V. *Livens* in fin.

II.) Translate sumitur pro invidere, quia invidi aliena felicitate pallent et livescunt, (tametsi *livere* ab *invidere* distinguitur: *V.* LIVIDUS II.): et cum Dativo usurpatur. *Tac.* 13. *Ann.* 42. Livere iis, qui eloquentiam exercent. *Al. aliter leg. Martial.* 6. 86. Et potet calidam, qui mihi livet, aquam. *Al. leg.* laudat. Cf. *Id.* 9. 24. Albanæ livere potest pia quercus olivæ, Quod etc. *Id.* 8. 61. Livet Carinus, rumpitur, furit, plorat. *Stat.* 11. *Theb.* 211. Liveat infandum licet Argos et aspera Juno. *Id.* 1. *Silv.* 2. 150. rupesque nitent, queis purpura Œbalis et Tyrii moderator livet aheni. — Hinc Part. præs.

Livens, entis, adjectivorum more, est lividus, plumbei coloris, pallens, *livido, nericcio.*

I.) Proprie. *Virg.* 7. *Æn.* 687. pars maxima glandes Liventis plumbi spargit. *Propert.* 4. 2. 13. Prima mihi variat liventibus uva racemis. *Ovid.* 13. *Met.* 817. Prunaque non solum nigro liventia succo, Verum etiam generosa. *Sil. It.* 2. 707. Deformata feret liventi membra veneno. *Id.* 8. 383. Liventes cœno per squalida turbidus arva Cogit aquos Ufens. *Ovid.* 2. *Amor.* 2. 47. compedibus liventia crura. *Albinov.* 1. 273. Aspiciam regum liventia colla catenis. *Stat.* 1. *Theb.* 617. liventes in morte oculi. *Paulin. Petrocor.* 4. 192. Liventes fracto nigrescunt gutture fauces. *Al. leg.* Liventet.

II.) Translate est invidens, *invidioso. Martial.* 8. 61. Quid imprecabor, o Severe, liventi?

LĪVESCO, is, ere, n. 3. (liveo). Part. *Livescens* I. — Livesco est idem ac lividus fio, πελιδνόομαι, *divenire livido.*

I.) Proprie. *Lucret.* 2. 529. In pedibus primum digitos livescere et ungues. *Scribon. Compos.* 181. Livescentibus membris eorum. *V.* VIVESCO.

II.) Translate sumitur pro invidere. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 27. nec enim livescere fas est, Vel nocuisse deos.

LĪVĬDĒ, adverb. (lividus) subobscure. Occurrit tantum Comp. *Lividius* apud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 7. 25. (94). Qui (*carbunculi*) languidius ac lividius ex Indicis lucent, lithizontas appellari. *Ita locum exhibent nonnulli Codices; plerique tamen iique optimi* lividius *omittunt.*

LĪVĬDĬNANS, antis, particip. ab inusit. *lividinor,* translate occurrit, et est qui invidet et livore tabescit. *Petron. Satyr.* 138. Ipse Paris dearum lividinantium judex. *Alii leg.* libidinantium, *alii* litigantium.

LĪVĬDĬNĔUS, a, um, adject. lividus, ut Vibices lividinei, apud *Apul.* 9. *Met.* Ita leg. *Salmas. V.* LIVEDO.

LĪVĬDO, ĭnis, f. 3. *V.* LIVEDO.

LĪVĬDO, as, are, a. 1. (lividus) lividum reddere, πελιδνόω. *Paulin. Nolan. carm.* 21. 619. Decoctus humor sobriis laboribus Pallore vultum lividet.

LĪVĬDŪLUS, a, um, adject. *deminut. a* lividus, sublividus.

I.) Proprie. *Sever. Sanct.* 91. Albent lividulis lumina nubibus.

II.) Translate. *Juvenal.* 11. 110. Quibus invideas, si lividulus sis.

LĪVĬDUS, a, um, adject. Comp. *Lividior* II.; Sup. *Lividissimus* I. — Lividus, per metathesin, ut docet *Forcellinus,* a voce Græca πελιδνός idem significante (*V.* et LIVEO), est color idem qui plumbeus, subniger (It. *livido, nericcio*; Fr. *plombé, bleuâtre, livide*; Hisp. *cardeno, acardenalado, de color*

de plomo; Germ. *bleifarbig, bläulich*; Angl. *black and blue, livid, pale and wan*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Virg.* 6. *Æn.* 320. illæ remis vada livida verrunt. *Catull.* 17. 11. lividissima vorago paludis. *Horat.* 2. *Od.* 5. 10. jam tibi lividos Distinguet auctumnus racemos. — *b*) Specialim lividus dicitur, qui fusco colorem in cute ex ictu contraxit, exilibus venis collisis, sanguineque ad cutem diffuso. *Horat.* 1. *Od.* 8. 10. neque jam livida gestat armis Brachia. *Ovid. Heroid.* 20. 82. Oraque sint digitis livida facta tuis.

II.) Translate dicitur invidus, *invidioso. Cic.* 4. *Tusc.* 12. 28. Ergo et invidi et malevoli et lividi et timidi et misericordes, quia proclives ad eas perturbationes etc. Distinguit hic *Cic.* lividos ab invidis, ut livere ab invidere *Tac. Dial. de orat.* ubi ait 25. Nam et Calvum et Asinium et ipsum Ciceronem credo solitos et invidere et livere et ceteris humanæ infirmitatis vitiis offici. Discrimen fortasse est, quod *invidus* intra se potest invidiam continere, *lividus* manifestat aut verbis, aut signo aliquo, quemadmodum livida sunt membra, quæ suffuso sanguine ictum ostendunt. Hæc tamen differentia non est perpetua. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 93. Lividus et mordax videor tibi. Adde *eumd.* 2. *Ep.* 1. 89. *Ovid.* 1. *Fast.* 74. differ opus, livida lingua, tuum. — *Lividæ obliviones*, quibus recte facta tacentur ex invidia, ne laude merita fruantur. *Horat.* 1. *Od.* 9. 30. non ego te meis Chartis inornatum silebo, Totve tuos patiar labores Impune, Lolli, carpere lividas Obliviones. — *Livida sententia*, invida et mordax. *Seneca* 2. *Controv.* 14. *sub fin.* Agrotas longe lividiorem sententiam dixit. *Alii rectius leg.* vividiorem.

LĪVISCOR, līvisceris, līvĭtus sum, līvīsci, dep. 3. affertur tantummodo tamquam forma, ad etymon verbi *oblīviscor* declarandum, a *Cassiod. Orthogr.* 10. *Līvisci* est *oblīvisci*, et *līvitus*, quod nos hodie per elisionem *oblītus*. Quod quum manifestum fuerit, plenissime quivis intelliget, in scriptura verbi hujus divisionem *ob* et *līviscor*.

LĪVOR, ōris, m. 3. (liveo) color ex palfido nigrescens, quem et plumbeum nonnulli appellant, qualem in contusis corporis partibus videre est, quum exiles venæ contusæ sanguinem ad extremam cutem diffundunt, πέλιωμα (It. *livídore, lividezza*; Fr. *couleur plombée, livide, lividité*; Hisp. *color de plomo, color livid*; Germ. *d. bläulich-gelbe Farbe, d. blau-gelbe Fleck einer geschlagenen Stelle*; Angl. *blackness, or blueness, lividity*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Herenn.* 5. 8. Si tumore et livore decoloratum est corpus mortui. Cf. *Quintil.* 2. 21. 19. Livores et tumores in corpore cruditatis, an veneni signa sint. Adde *eumd.* 5. 9. 1. et 5. 10. 46. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 22. 87. (240). Illinitur et livoribus suggillatisque cum melle. *Tibull.* 1. 6. 13. Tum succos herbasque dedi, queis livor abiret, Quem favit impresso mutua dente Venus. *Ovid.* 3. *Amor.* 5. 26. Sed niger in vaccæ pectore livor erat. *Livídura. Colum.* 12. *R. R.* 49. 3. Quia hæc candidior est oliva, quam ea, quæ contusione livorem contrahit. *Juvenal.* 2. 81. Uvaque conspecta livorem ducit ab uva.

II.) Translate est invidia, odium, quod sæpe in obtrectationem erumpit, *livore, invidia, maldicenza. Brutus* apud *Cic.* 11. *Fam.* 10. Tu a certo sensu et vero judicas de nobis: quod isti ne faciant, malevolentia et livore impediuntur. *Sueton. Cal.* 34 Nec minore livore ac malignitate, quam superbia sævitiaque pæne adversus omnis ævi homines grassatus est. *Plin. Paneg.* 58. Non ambitio magis, quam livor et malignitas videri potest omnes animos possidere. *Tac.* 1. *Hist.* 1. Ambitionem scriptoris facile adverseris: obtrectatio et livor pronis auribus accipiuntur. *Phædr.* 2. *epil.* si livor obtrectare curam voluerit, Non tamen eripiet laudis conscientiam. *Ovid.* 1. *Amor.* 15. 36. Pascitur in vivis livor: post fata quiescit. *Id.* 3. *Pont.* 4. 73. Scripta placent a morte fere, quia lædere vivos Livor et injusto carpere dente solet. *Id.* 4. *ibid.* 16. 47. Ergo submotum patria prosciudere, livor, Desine. *Id. Remed. am.* 389. Rumpere, livor edax: jam magnum nomen habemus. *Nemesian.* 1. *Ecl.* 84. præsens tibi fama benignum Stravit iter, rumpens livoris nubila plena.

LĪUS. *V.* LEUS.

LIX, līcis, m. 3. *Varro* apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 27. 69. (202). Lix cinis est, inquit M. Varro, foci: inde enim cinis lixivus potus medetur etc. *Non. p.* 62. 11. *Merc.* Lix est cinis, vel humor cineri admixtus: nam etiamnum id genus lixivium vocatur. Hæc posterior interpretatio plenior videtur et verior, nam apud *Plin. loc. cit.* de cinere potando est sermo. Præterea *Sillig.* apud *Plin.* rectius legit: *Pyxis sil, inquit, focus* etc.; et in notis addit, verba *lix cinis est* ineptissimam esse interpolationem e codicibus deterioribus et verbis sequentibus procusam: Varro enim dicit, medicinam (h. e. pyxidem, qua medicamenta asservari solebant) petandam esse e foco. Ceterum veteribus Latinis *lix* fluidum significasse videtur, unde et *licidus* et *licor* et *licet*, quæ litteris mutatis *liquidus, liquor* et *liquet* facta sunt: unde etiam *lixivia, lixivius* vel *lixivus* et *lixa*.

LIXA, æ, m. 1. *Paul. Diac.* p. 116. 10. *Müll.* tres affert notationes, omnes ineptas: vel quod extra ordinem sit militiæ, eique liceat, quod libuerit: vel a Licha, qui Herculem secutus fuit: vel a ligurriendo quæstum. *Non. p.* 62. 9. *Merc.* rectius ducit a *lixa* (unde et *elixum*), qua voce veteres aquam appellaverint: lixarum autem proprium officium fuisse militibus aquam subvehere.; *V.* et voc. præced. — Ceterum lixa est qui quæstus gratia exercitum sequitur, et cibos, ac præcipue carnes, coquit ac vendit: *V.* CALO, onis. ἀγοραῖος (It. *vivandiere*; Fr. *vivandier*; Hisp. *vivandero*; Germ. d. *Marketender*; Angl. *a sutler, victualler in a camp.*)

I.) Proprie. *Liv.* 39. 1. Inops regio, quæ parsimonia adstringeret milites, prædæ haud multum præberet: itaque non lixa sequebatur, non jumentorum longus ordo agmen extendebat. *Id.* 21. 63. Lixæ modo sine insignibus, sine lictoribus profectum esse. — In plur. numero *lixæ* dicuntur, non modo qui cibos vendunt, verum etiam coqui, pistores et alios hujusmodi ministros, qui quæstus gratia exercitum sequuntur. *Auct. B. Afr.* 75. Lixarum mercatorumque, qui plostris merces portabant, interceptis sarcinis. *Val. Max.* 2. 7. *n.* 2. Lixas e castris submovit, cibumque coctum venalem proponere vetuit. *Quintil.* 8. 6. 42. Agmini totidem lixas habenti, quot milites. *Justin.* 38. 10. 2. Luxuriæ non minor apparatus, quam militiæ fuit. Nam LXXI. millia armatorum secuta sunt CCC. millia lixarum; ex quibus coquorum, pistorum scænicorumque major numerus fuit. Vides hic *lixarum* nomine pistores quoque scænicosque comprehendi. *Sil. It.* 5. 31. et inutile Marti Lixarum vulgus.

II.) Translate est minister, servus magistratus, lictor. *Apul.* 1. *Met.* Nam lixas et virgas et habitum prorsus magistratui congruentem in te video.

LIXĂBUNDUS, a, um, adject. (lixa) lixarum more. *Paul. Diac.* p. 116. 19. *Müll.* Lixabundus iter libere ac prolixe faciens. *Gloss. Isid.* Lixabundus ambulat, qui voluptatis causa ambulat. Fortasse utrobique legend. *luxabundus*, quasi luxu ambulans.

LIXĬO, ōnis, m. 3. idem ac lixa. *Gloss. Isid.* Lixiones aquarum portitores.

LIXĪVĬA, æ, f. 1. *et*

LIXĪVĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

LIXĪVĬUS, a, um, adject. (lix) dicitur de cinere in aqua cocto. *Plin.* 14, *Hist. nat.* 20. 25. (129). Vina concinnari cineris lixivii cum defruto cocti parte quadragesima in culeum. *di ranno.* et 15. *ibid.* 17. 18. (67). Uvas in cinere lixivio tingere. *Id.* 28. *ibid.* 18. 75. (244). Cinere lixivio abluere. *Sillig.* ubique legit *lixivus*, collatis etiam *Gesner.* et *Schneider. Ind. Script. R. R.* sub hac voce. — De musto lixivio *V.* LIXIVUS. — Hinc

Lixivia, æ, f. 1. (*aqua*, aut *cinis* subintellige) absolute, substantivorum more, est aqua in qua eluendi causa cinis incocta est. (*V.* LIX), *lisciva, ranno, χονία. Colum.* 12. *R. R.* 22. 1. Infundito cineris lixiviæ congios duos: quum requieverit, eliquato lixiviam. *et ibid.* 16. 1. Præparatam lixiviam cineris sarmentitii calefieri convenit. *et ibid.* 50. 14. Dolia et seriæ, in quibus oleum reponitur, non calidissimæ lixivia, ne vasa ceram remittant, eluantur.

Lixivium, ii, n. 2. absolute substantivorum more, est idem ac cinis lixivius. *Pallad.* 12. *R. R.* 7. *circa med.* Ossa prunorum prius lixivio sunt macerauda per biduum, ut cito germinare cogantur.

LIXĪVUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

LIXĪVUS, a, um, adject. (lix) idem ac lixivius. *Cato R. R.* 23. Defrutum de musto lixivo coctum. *h. e.* quod ante pressuram uvarum sponte defluxit, ut *Colum.* 12. *R. R.* 27. 1. interpretatur: vel quod destillaverit, antequam nimium calcetur uva, ut *Id. ibid.* 41. 1. exponit. Primum musti genus *protropum* dicitur a *Plin.* 14. *Hist. nat.* 9. 11. (85).; ab Italis quibusdam *presmone*. Cf. locum *Colum.* infra cit. Ceterum *Scribon. Compos.* 216. et 230. Cinis lixiva. *V.* et adnotata ad loc. *Plinii* in LIXIVIUS. — Hinc

Lixivum, i, n. 2. absolute, substantivorum more. *Colum.* 12. *R. R.* 50. 11. Longe melioris saporis est oleum, quod minore vi præli, quasi lixivum, defluxerit. (*Al. leg.* lixivium). *h. e.* more lixiviæ aquæ ex pannis sponte defluentis. Cf. locum *Caton.* supra cit. et *Pelagon.* 7. *Veterin.* 4. Lixivum tepidum cum oleo et modico melle faucibus infundito. *Pallad.* 2. *R. R.* 15. *a med.* Nucem lixivo per annum continuum ter rigabis in mense. *h. e.* lixivia.

LIXO, as, are, a. 1. idem atque elixo, *lessare. Gloss. Philox.* Lixo, as, ἑψέω.

LIXŬLÆ, ārum, f. plur. 1. dicebantur vocabulo Sabino circuli ex farina, caseo et aqua incondite facti: iidemque semilixulæ. *Varro* 5. *L. L.* 107. *Müll.*

LO

LŌBA, æ, f. 1. ¶ 1. Est culmus milii Indici apud *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 10. (53). ubi tamen rectius *phoba* scripseris; nam eamdem *Theophrast. Hist. plant. l.* 8. *c.* 4. φόβην vocat. Hanc lectionem eadem de causa in textum recepit *Sillig.* ¶ 2. Est hoc nomine etiam planta, eadem quæ strychnos, apud *Apul. Herb.* 74.

LŌCĀLIS, e, adject. (locus) ad locum pertinens, *locale*, τοπικός. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 34. *a med.* Esse aliquam localem determinationem, quæ sinus dicta sit Abrahæ. *Id. ad Scapul.* 3. locale universali opponit. *Id. Apolog.* 20. Locales clades. *h. e.* locorum. Sic *Ammian.* 14. 7. Principum diffusa potestas localibus subinde medetur ærumnis. *Servius* ad *Virg.* 7. *Æn.* 47. Dii locales. *V.* MUNICEPS. — *Localia adverbia* apud Grammaticos sunt, quæ locum adsignificant. *Charis.* 2. *p.* 182. *Putsch. V.* ILLOCALIS.

LŌCĀLĪTAS, ātis, f. 3. (localis) necessaria corporis affectio apud *Claud. Mamert.* 3. *Stat. anim.* 3. et 4.

LŌCĀLĪTER, adverb. (localis) ratione loci, *secondo i luoghi*, ut apud *Tertull. Pall.* 2. Mutat et nunc localiter habitus. *Ammian.* 19. 12. Besæ dei localiter appellati oraculum. *h. e.* ab incolis loci. *Cassiod.* 1. *Variar.* 35. Quum siccitas præsentis anni, quæ localiter certis solet desævire temporibus, etc. *Id.* 4. *ibid.* 50. *a med.* Alibi cacumina magna terrarum videntur ardere: hujus (*Vesuvii*) incendia pæne mundo datum esse posse cognoscere. *V.* JOCALITER.

LŌCĀRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

LŌCĀRĬUS, a, um, adject. (loco) ad locationem pertinens: unde

Locarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui loca prius occupabat in spectaculis, ut eadem aliis sero venientibus certo pretio cederet, *pigionante de' seggi*, apud *Martial.* 5. 24. Hermes divitiæ locariorum. *h. e.* qui quum esset gladiator magni nominis, ideoque ingens hominum multitudo in amphitheatrum conveniret, grande lucrum sedes ibidem locantibus procurabat.

Locarium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est pretium, quod datur in stabulo et taberna, ubi consistant, *affitto*, ἐνοίκιον. *Varro* 5. *L. L.* 15. *Müll.*

LŌCĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

LŌCĀTĀRĬUS *et* lŏcātōrius, a, um, adject, (loco) qui mercede locatur, idem ac locaticius. *Gloss. Philox.* Locatarius, ὁ μισθούμενος. Locatorius, μισθωτάριος. *Cic.* 15. *Att.* 9. Locatoria provincia. *V.* LEGATORIUS.

LŌCĀTĪCĬUS *et* lŏcātĭtĭus, a, um, adject. (loco) qui locatur, μισθώσιμος. *Sidon.* 6. *Ep.* 8. Mercenariis prosecutionibus et locaticia fatigatione. *Salvian. Ep.* 1. Mercenario opere victum quæritans uxoribus barbarorum locaticias manus subdit.

LŌCĀTIM, adverb. (locus) per loca. *Val. Max.* 5. 3. *n.* 3. *extern.* Locatim dispersos cives suos in unam urbem contraxit. *Alii rectius leg.* vicatim. Certa est lectio apud *Jornand. Get.* 7. Taurus mons locatim recisus, qua disrupto jugo vallis hiatu patescit, nunc Caspias portas, nunc Armenias, nunc Cilicas, nunc secundum locum qualis fuerit, facit.

LŌCĀTĬO, ōnis, f. 3. (loco) locandi actus: hinc

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est collocatio, dispositio, *collocazione. Quintil.* 7. 1. 1. Partitio est rerum singularum in partes discretus ordo, et recta quædam locatio, prioribus sequentia adnectens. *Alii leg.* collocatio. *Id.* 9. 4. 32. Amphibolia fieri vitiosa locatione verborum. ¶ 2. Speciatim est actus rem alteri committendi faciendam, vel utendam concedendi, pretio pacto: cui *conductio* et *redemptio* respondent. *Cic.* 4. *Att.* 3. Disturbata porticus Catuli, quæ ex S. C. consulum locatione reficiebatur. In *vet. edict. prætor.* apud *Gell.* 11. 17. Ex lege locationis. Sic in *Inscript* apud *Henzen.* 7421. QVI HVIR. I. D. P. VECTIGALIA VLTROQVE TRIBVTA SIVE QVID ALIVT COMMVNI NOMINE MVNICIPVM EIVS MVNICIPI LOCARI OPORTEBIT LOCATO QVASQVE LOCATIONES FECERIT QVASQVE LEGES DIXERIT etc. *Colum.* 1. *R. R.* 7. 3. Mea fert opinio, rem malam esse frequentem locationem fundi. *Liv.* 45. 18. Locationes prædiorum rusticorum. — *Locatio ædium* Romæ fiebat Kal. Juliis. *V.* JULIUS. Fundorum vero Kal. Martiis. V. *Brisson. de formul. pop. R. l.* 6. *c.* 70. Attamen Pompejis idem factitatum fuisse Idibus Augustis, probat *Rosin. Dissert. isagog. p.* 64. Ubique autem in quinquennium locationes tum ædium, tum fundorum factas fuisse, arguit idem *Brisson. loc. cit.* Item vectigalium et ultro tributorum. *V.* LUSTRUM.

II.) Translate locatio dicitur contractus ipse, quo mercede pacta aliquid alicui utendum concedimus, vel faciendum committimus. *Cic.* 1. *Att.* 17. 9. Ut induceretur locatio, postulaverunt.

LŌCĀTĬTĬUS, a, um. *V.* LOCATICIUS.

LŌCĀTOR, ōris, m. 3. (loco) qui pretio rem aliquam utendam, aut faciendam dat alteri: cui *conductor* et *redemptor* respondent, *chi dà a pigione o ad affitto*, ἐργοδότης. — *a*) Generatim. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 52. 53. (176). Locator funeris. *Labeo Dig.* 19. 2. 60. domus. *African. ibid* 35. insulæ et fundi. *Florentin. ibid.* 35. operis. *Firmic.* 4. *Mathes.* 6. Locatores meretricum. *Inscript.* apud *Pratill. Via App. p* 279. LOCATOR THERMARVM. — *b*) Speciatim *locator scænicorum* vel *a scœna* dicebatur, qui ludorum theatralium editoribus corpus histrionum, gregem appellatum, cum omni supellectile, mercede pacta, pro ludis faciendis locabat, *impresario. Inscript.* apud *Gor. Symbol. litter. Florent. T.* 2. *p.* 161. P. CAESENIVS GRATVS LOC. SCAENICORVM. *Alia* apud *eund. ibid. p.* 167. A MAMMIVS A. F. SEVERINVS LOCATOR SCAENICORVM. V. *ibid.* plura huc spectantia; et confer *Inscript.* apud *Orell.* 2618.

LŌCĀTUS, a, um. *V.* LOCO.

LŌCĀTŌRĬUS, a, um. *V.* LOCATARIUS.

LŌCELLUS, i, m. 2. *deminut. a* locus, parvus loculus, capsula, *posticciuolo, ripostiglio, cassettina, scrignetto*, βαλαντίδιον. *Cæsar* ad *Pison.* apud *Charis.* 1. *p.* 60. *Putsch.* Locellum tibi signatum remisi. *Martial.* 14. 13., cujus lemma est *Loculi lignei.* Si quid adhuc superest in nostri fæce locelli,. Munus erit: nihil est, ipse locellus erit. *Id.* 10. 88 Omnes persequeris prætorum, Cotta, locellos. *Petron. Satyr.* 140. Unde plani viverent, nisi aut locellos, aut sonantes ære sacellos pro hamis in turbam mitterent? *Val. Max.* 7. 8. *n.* 9. Annulos in locellum repositos heredibus reddidit.

LŌCHĬA, æ, f. 1. λοχεία, obstetrix: ita est appellata Diana, quia a parturientibus invocata, eisdem opem fert, ideoque et opifera et Ilithyia etiam dicta fuit. V. *Callimach. Hymn. in Dian.* v. 19. Hinc *Inscript.* apud *Gruter.* 1011. 3., quæ est apud *Orell.* 1450. DIANAE LOCHIÆ GINEGEIA P. F. RVFA POMPONIA.

LŌCĬTO, as, are, a. 1. *frequentat. a* loco, as, qua significat utendum, aut faciendum dare. *Ter. Adelph.* 5. 8. 26. Agelli est hic sub urbe paulum. quod locitas foras.

LŌCO, as, āvi, ātum, are, a. 1 (locus). *Locassim, is, it*, pro *locaverim* antique habetur apud *Plaut. Aulul.* 2. 2. 51. et *Cic.* 3. *Legg.* 4. 11. — Part. *Locatus* I. 1. 3. et II. 1.; *Locaturus* I. 4.; *Locandus* I. 4. et 5. — Locare est in loco ponere, constituere, collocare, καθίστημι (It. *collocare, porre*; Fr. *mettre, placer, poser, établir, disposer*; Hisp. *poner, collocar, meter*; Germ. *etwas irgend wohin stellen, legen, setzen, aufschlagen, errichten*; Angl. *to place, set, lay, collocate, dispose, arrange, station*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est, ut diximus, in loco ponere, constituere, collocare. — *a*) De rebus physicis. *Cic. Brut.* 57. 209. Membra suo quæque loco locata. Sic *Auct. B. Afr.* 36. Castellum in montis loco munito locatum vi expugnare. *Virg.* 4. *Æn.* 508. Effigiemque toro locat. *Cæs.* 3. *B. C.* 46. Crates ad extremum tumulum contra hostes proferri, et adversas locari jubet. *Cic.* 1. *de republ.* 15. Quum sol ita locatus fuisset, ut lunam suo lumine non posset attingere. Cf. *Ovid.* 4. *Pont.* 9. 129. inter convexa locatus Sidera. *Id.* 14. *Met.* 89. sterilique locatæ Colle Pithecusæ. *Cic.* 15. *Fam.* 2. Castra ad Cybistra locavit. Sic *Sall. Jug.* 14. Castra locata. *Cato R. R.* 14. Villam ædificandam si locabis novam a solo. Cf. *Virg.* 4. *Æn.* 266. Locare fundamenta urbis. *gettare.* et 1. *ibid.* 251. urbem Patavi sedesque locavit Teucrorum. *fondò.* et *Tac. Germ.* 16. Vicos locant, non in nostrum morem, connexis ædificiis: suam quisque domum spatio circumdat. *fabbricano, piantano, dispongono. Sall. Jug.* 95. Ad oppidum Laris, ubi stipendium et commeatum locaverat, ire jubet. *avea depositato.* — *b*) De hominibus. *Cic. Cœl.* 28. 67. Fortes viri in insidiis atque in præsidio balnearum locati. *Orellius* vero pro *locati* legit *collocati.* Sic *Justin.* 2. 8. 2. Juventutem in insidiis locat. *Sall. Jug* 105. Milites super vallum in monumentis locare. *Quintil.* 2. 13. 3. Locare equites pro cornibus. et *Curt.* 3. 9. *a med.* Equites ab utroque cornu locati. *Virg.* 1. *Æn.* 701. aulæis jam se regina superbis Aurea composuit sponda mediamque locavit. *et* 2. *ibid.* 525. recepit Ad sese, et sacra longævum in sede locavit. *et* 8. *ibid.* 176 gramineoque viros locat ipse sedili. *mette a sedere.* Cf. *Ovid.* 3. *Fast.* 615. dii nuper hac sede locati. — *c*) Abstractum pro concreto, uti ajunt *Plaut. Rud* 2. 5. 17. et *Curc.* 1. 1. 25. Locare insidias alicui. ¶ 2. Speciatim *locare puellam in matrimonium* vel *in matrimonio* vel tantum *locare* est nuptui dare, *collocare in matrimonio*: rationem autem hujus formulæ habes apud *Servium loc. cit.* in FARREATIO. *Ennius* apud *Cic.* 2 *Herenn.* 24. 38. Cur me huic locabas nuptiis? *Plaut. Aulul.* 2. 2. 14. Virginem habeo grandem, neque eam queo locare cuiquam. *Id. Trin.* 3. 3. 52. Locare aliquam in matrimonium. *Id. Cist.* 2. 3. 18. aliquam in luculentam familiam. *Ter. Phorm.* 5. 1. 25. nuptum virginem adolescenti. *Cic.* 2. *Phil.* 18. 44. aliquam in matrimonio stabili et certo. ¶ 3. Item speciatim est mercede pacta quippiam alicui utendum concedere, *dare a pigione, affittare*, ἐκμισθόω, ἀπομισθόω: cui respondet *conducere. Cic.* 1. *Invent.* 30. 47. Si Rhodiis turpe non est portorium locare, ne Hermacreonti quidem turpe est conducere. *Id.* 1. *leg. Agr.* 3. 7. Censoribus vectigalia locare, nisi in conspectu populi Romani, non licet. *Liv.* 27. 3. Agrum omnem locavit frumento. *affittò a frumento. Plin.* 9. *Ep.* 37. 3. Prædia locare non nummo, sed partibus. *non a danari, ma alla parte.* et *ibid.* § 1. Necessitas locandorum prædiorum. *Sueton. Ner.* 37. Locare tabernas civitatibus ad stationem. — Hinc *ex locato* est ex contractu locationis. *Paul. Dig.* 14. 2. 2. Ex locato agere cum aliquo. Adde *ibid.* 19. *tit.* 2. qui *Locati et conducti* inscribitur. ¶ 4. Item aliquid faciendum committere, pretio proposito, *dar a fare*: cui respondet *suscipere, redimere. Plaut. Aulul.* 3. 6. 30. Tu idem optimum est loces efferendum; nam jam credo, mortuus est. *h. e.* pecuniam des alicui, qui curam funeris suscipiat. Sic *Cic.* 7. *Verr.* 45. 120. Palam virorum funera locabantur. et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 52. 53. (176). Locatum funus. *Cic.* 9. *Phil.* 7. 16. Ut quæstores ærarii basim statuamque faciendam et in rostris statuendam locent: quantique locaverint, tantam pecuniam redemptori solvendam curent. Cf. *Sueton. Claud.* 9. Quod fratrum Cæsaris statuas seguius locandas ponendasque curasset. et *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 12. *sub fin.* Monumentum ei marmoreum faciendum locarunt. *Cic.* 4. *Verr.* 67. 151. Centuripinorum senatus decrevit, populusque jussit, ut eas (*statuas Verris*) quæstores demoliendas locarent. *Id.* 3. *ibid.* 59. 154. Qui majore pecunia quatuor columnas dealbandas, quam ille omnes ædificandas locaverit. *Justin.* 8. 3. 8. Philippum magna pecunia locare et muros per civitates et fana et templa faciendo. *Horat.* 2. *Od.* 18. 17. Tu secanda marmora Locas sub ipsum funus. Rursus *Cic. Rosc. Am.* 20. 56. Anseribus cibaria publice locantur. *scil.* præbenda. Sic *Liv.* 27. 10. *extr.* Vestimenta præsenti pecunia locare exercitui. *h. e.* facienda pro exercitu. *Id.* 5. 23. Locare templum Junoni. *h. e.* exstruendum. *Id.* 23. 48. Quæque alia opus essent navalibus sociis, esset locaturus. *Pers.* 6. 47. ingentesque locat Cæsonia Rhenos. *h. e.* Rhenanos, vel Rheni accolas. ¶ 5. Item *locare se* aut *operam suam* est pretio accepto alteri addicere, *obbligarsi, soggettare. Plaut. Rud.* 2. 6. 51. Quid, si aliquo ad ludos me pro manduco locem? *Id. Tyn.* 4. 2. 1. Ego operam meam tribus nummis hodie locavi ad artes nugatorias. *Gell.* 3. 3. *sub fin.* Plautus ob quærendum victum ad circumagendas molas operam pistori locavit. *Juvenal.* 9. 143. duo fortes De grege Mœsorum, qui me cervice locata Securum jubeant clamoso insistere circo. *Id.* 8. 185 Comsumptis opibus, vocem, Damasippe, locasti. *h. e.* ut præconem ageres. Cf. *Cato* apud *Gell.* 9. 12. Sed nisi qui palam corpore pecuniam quæreret, aut se lenoni locavisset etc. — Eleganter causidici et rabulæ dicuntur a *Seneca Herc. Fur.* 173. jurgia vendere, iras et verba locare. — *Locare noctes* meretricum est, pretio amatoribus se addicentium. *Ovid.* 1. *Amor.* 10. 30. Sola viro mulier spoliis exsultat ademptis: Sola locat noctes, sola locanda venit. ¶ 6. Item *locare pecuniam* est ponere, impendere, *impiegare, spendere. Plaut. Most.* 1. 3. 141. Triginta minas pro capite tuo dedi: nec quicquam argenti locavi jamdiu usquam æque bene. — Est etiam fenori dare, *dare ad usura, investire. Id. ibid.* 3. 1. 4. Locare argenti nemini nummum queo. — Hinc *se locare* est pretium vel fenus accipere, *farsi pagare l'interesse, la rendita*, apud *Cic. Rosc. com.* 10. 28. Disciplina (*histrionis*), quæ erat (*Panurgo*) ab hoc (*Roscio*) tradita, locabat se non minus HS. CCCIↃↃↃ.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 5. 11. Fluctibus e tantis vitam tantisque tenebris In tam tranquillo et tam clara luce locavit. *Cic.* 1. *Acad.* (*post*). 10. 37. Inter recte factum atque peccatum media locabat quædam. *Id. Mur.* 14. 30. Artes, quæ possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis *Id. Amic.* 12. 40. Eo loco, Fanni, locati sumus, ut nos longe prospicere oporteat futuros casus reipublicæ. *Id.* 6. *Att.* 1. *ante med.* Civitatem in Catonis et Bruti fide locatam, meisque beneficiis ornatam, funditus perdidissem. *posta sotto la protezione. Id. Amic.* 27. 104. Vos hortor, ut ita virtutem locetis, ut, ea excepta, nihil amicitia præstabilius putetis. *h. e.* eo loco habeatis, ea existimatione et pretio dignam putetis, ut etc. *Græv.* suspicatur legendum *colatis. Id.* 2. *Fam.* 6. Omnia mea studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis magistratu fixi et locavi. *Plaut. Amph.* 1. 1. 122. Operam pulcre locare. *impiegare. Ennius* apud *Cic.* 2. *Off.* 18. 62. Benefacta male locata malefacta arbitror. Cf. *Liv.* 7. 20. Locare beneficium apud gratos. Rursus *Cic.* 1. *Orat.* 31. 138. Res certis in personis ac temporibus locata. *Id.* 3. *Off.* 17. 71. Prudentia est locata in delectu bonorum et malorum. *è posta, consiste.* ¶ 2. Speciatim *locare nomen* est fidejussoris fidem suam interponentis et se pro alio obligantis, ita ut patiatur nomen suum poni pro nomine debitoris. *Phædr.* 1. 16. Fraudator nomen quum locat sponsu improbo etc. *Alii rectius leg.* Fraudatur hominem quum vocat sponsum improbum.

LŌCŬLĀMENTUM, i, n. 2. (loculus) loculus,

cellula, capsula, seu potius loculorum plurium distinctorum series, qualia in favis ad receptaculum apum, et in columbariis ubi columbæ nidificant etc., σηκός, γλωσσοκομεῖον. — *a*) Generatim. *Seneca Tranquill.* 9. *sub fin.* Apud desidiosissimos videbis quidquid orationum historiarumque est, et tecto tenus exstructa loculamenta. *scaffali, scancie da libri. Colum.* 8. *R. R.* 8. 3. Paxillis adactis tabulæ superponantur, quæ vel loculamenta, quibus nidificent aves, vel fictilia columbaria recipiant. *Id. ibid.* 9. 3. Custos novum loculamentum in hoc præparatum perliniat intrinsecus. *bugno, arnia, alveario da pecchie.* — *b*) Speciatim. *Vitruv.* 10. 14. loculamentum appellat thecam, cavum, in quo aliquid recipitur et includitur, et *Veget.* 3. *Veterin.* 32. 1. Loculamenta dentium.

LŌCŪLĀRIS, e, adject. (loculus) qui in loculis servatur, ut Locularis resina apud *Pallad.* 3. *R. R.* 25. 23. ubi eam pici liquidæ mixtam, in arborum morbis, jubet adlini truncis. Hæc eadem apud *Veget.* 2. *Veterin.* 23. dicitur *resina æronalis* (in quibusdam tamen *Codd.* et *editionib.* perperam *acronalis*), quia nempe in æronibus, et apud *eumd.* 3. *ibid.* 54. et 4. *ibid.* 14. *resina cavealis*, quia in caveis servabatur. Huc fortasse spectat locus *Plin.* 16. *Hist. nat.* 11. 22. (53)., ubi memoratur resina ferventibus coacta lapidibus, in alveis validi roboris.

LŌCŪLĀTUS, a, um, adject. (loculus) loculos habens, seu loculamenta crebra et distincta. *Varro* 3. *R. R.* 17. 4. Ut pictores loculatas magnas habent arculas, ubi discolores sint ceræ: sic hi loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habeant pisces.

LŌCŪLŌSUS, a, um, adject. (loculus) loculis, seu cellulis, alia ab alia distinctis, abundans. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 22. 24. (88). *de nucib.* Differentia generum in putamine duro fragilive, et tenui aut crasso, loculoso aut simplici.

LŌCŪLUS, i, m. 2. *deminut. a* locus. ¶ 1. Generatim est parvus locus, *luoghicciuolo*, στενοχωρία. *Plaut. Mil. glor.* 3. 2. 38. In cella est paullum nimis loculi lubrici: ibi erat bilibris aqualis etc. ¶ 2. Speciatim est loculamentum in piscinis, aviariis aliorumque animalium stabulis, in quibus unaquæque seorsum degunt et aluntur. *Varro* 3. *R. R.* 17. 5. Quum piscinas haberet magna pecunia ædificatas ac loculos. *Alii rectius leg.* ad Baulos. De loco in præsepi, ubi jumenta separatim cibum capiunt, dixit *Veget.* 1. *Veterin.* 56. Loculi vel marmore, vel ligno facti distinguendi sunt, ut singula jumenta hordeum suum ex integro, nullo præripiente, consumant. ¶ 3. Item speciatim est locus in sepulcro, ubi cadavera condiuntur, *nicchia, cassa. Plin.* 7. *Hist. nat.* 16. 16. (75). M.' Maximum et M. Tullium equites R. binum cubitorum fuisse, auctor est M. Varro: et ipsi vidimus in loculis asservatos. *et ibid.* 2. 2. (20). Pollicem cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt conditumque loculo in templo. Adde *Justin.* 39. 1. 4. ¶ 4. De feretro, seu sandapila, qua effertur ad sepulturam cadaver, usurpat *Fulgent. Planciad. initio exposit. serm. antiq.* p. 558. 15. *Merc.* ¶ 5. Item capsula, cista, *cassetta, cesta. Pallad.* 4. *R. R.* 10. *ad fin.* Pulpæ ficorum duplicatæ in cistellis serventur, aut loculis. ¶ 6. Item capsula continendæ pecuniæ et hujusmodi pretiosis rebus, quæ diligenter custodiri solent, *cassettina, scatola, scrignetto*: adhibeturque semper in plurali numero, fortasse quia hujusmodi capsulæ pluribus constabant loculamentis ad varia pecuniarum genera distinguenda. *Horat.* 2. *Ep.* 1 175. Gestit enim nummum in loculos demittere. *Juvenal.* 1. 89. neque enim loculis comitantibus itur Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca. *et* 13. 138. gemmaque princeps Sardonyches, loculis quæ custoditur eburnis. *Ovid.* 6. *Fast.* 749. Gramina continuo loculis depromit eburnis. *Martial.* 5. 39. Excussi loculosque sacculumque. Adde *eumd.* 14. 13. cujus lemma est *Loculi lignei, salvadanajo*, ἀργυροθήκη. V. *Bullett. archeol. n.* 184. 3. *p.* 16. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 13. 14. (89). Quod loculos, in quibus erant claves vinariæ celiæ, resignavisset. *Auson. Grat. act.* 5. Consul ego munere tuo, non passus sæpta, neque campum, non suffragia, non puncta, non loculos. *h. e.* largitionem pecuniæ. In illo *Horat.* 1. *Sat.* 6. 74. Lævo suspeosi loculos tabulamque lacerto: secundum *Forcellinum* et ipsum *Cruquianum* commentatorem, *loculi* sunt capsulæ calculorum plenæ, vel arculæ loculatæ, quibus ad supputandum utebantur: at secundum *C. Fr. Hermannum* et *Fr. Ritterum*, *loculi* sunt nummorum receptacula, *tabula* vero, in qua summa magistro menstruo tempore numeranda subducebatur. — Hinc joculariter et convicii gratia *stimulorum loculi* dicitur de malo servo, ita stimulis perfosso, ut hi in ejus corpore, sicut pecunia in loculis servari videantur. *Plaut. Cas.* 2. 8. 11. At candidatus cedit hic mastigia stimulorum loculi. ¶ 7. *Loculus Archimedius* quatuordecim eboreas lamellas vel crustas, quarum anguli varii erant, continebat, quæ, prout componebantur, modo galeam, modo sicam, alias columnam, alias navem, vel arbusculum et alia plura ad puerorum ingenium exercendum et in eorumdem voluptatem figurabant, ut docet *Mar. Victorin.* 3. *Art gramm.* p. 2548. *Putsch.* et *Atil. Fortunatian.* p. 2685. *Putsch.* Hujusmodi loculi nostris quoque temporibus usu venerunt.

LŌCŬPLES, ētis, adject. (locus *et* pleo: *V.* infra sub I). Duplicem habet in sexto singulari positionem, in *e* et *i*. *Cic.* 5. *Verr.* 19. 48. In provincia tam locupleti ac referta. Ita legebat *Priscian.* 7. p. 765. *Putsch.* Alii *locuplete*. — Hinc in Genitivo plur. et *um* et *ium*, sed hoc videtur esse frequentius. *Cic.* 1. *Att.* 19. *ante med.* Exercitus hominum locupletium. *et* 7. *ibid.* 7. *sub fin.* In pecuniis locupletum. *Cæs.* 3. *B. C.* 110. Bona locupletum diripere. *Cic.* 6. *Parad.* 2. 46. Proscriptiones locupletium. In *tabula ærea Lugdun.* apud *Gruter.* 502. BONORVM SCILICET VIRORVM ET LOCVPLETIVM. In non uno ex allatis locis al. leg. *locupletum*. — Comp. *Locupletior* in omnibus paragr.; Sup. *Locupletissimus* II. 1. et 3. — Locuples

I.) Proprie est is, qui multas habet agrorum possessiones; a *locus* et *pleo* pro *impleo*. Quo sensu locuples esse potest aliquis, nec tamen dives: ut si magno in ære alieno sit, majores tamen fundos habeat. *Nigidius* apud *Gell.* 10. 5. Locuples dictus ex compositis vocibus, qui pleraque loca, hoc est multas possessiones, teneret. *Cic.* 2. *de republ.* (edente *A. Maio*) 9. et apud *Non.* p. 42. 34. *Merc.* Quod tum res erat in pecore et in locorum possessionibus: ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur. *Ovid.* 5. *Fast.* 279. Cetera luxuriæ nondum instrumenta vigebant: Aut pecus, aut latam dives habebat humum. Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 3. (11). Locupletes dicebant loci, hoc est agri plenos. *Quintil.* 5. 10. 55. Locupletem a locorum copia. et *Paul. Diac.* p. 119. 2. *Müll.* Locupletes locorum multorum domini. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 10. 47. (134). Crassus negabat, locupletem esse, nisi qui reditu annuo legionem tueri posset. *Cic.* 2. *Cat.* 8. 18. Unum genus est eorum, qui magno in ære alieno, majores etiam possessiones habent: quarum amore adducti, dissolvi nullo modo possunt. Horum hominum species est honestissima; sunt enim locupletes: voluntas vero et causa impudentissima.

II.) Translate. ¶ 1. Ad corporeas divitias universim refertur, et pro divite, copioso, opulento adhibetur, tum de personis, tum de rebus ipsis: cui *egens* opponitur, ut apud *Cic. Rosc. com.* 8. 22. Egebat? immo locuples erat: debebat? immo in suis nummis versabatur. — *a*) Absolute. *Plaut. Rud.* 2. 1. 4. Omnibus modis, qui pauperes sunt homines, miseri vivunt. – Nos jam de ornatu propemodum ut locupletes simus, scitis. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 17. 35. Mulier copiosa plane et locuples. *Id.* 2. *de republ.* 22. Ut suffragia non in multitudinis, sed in locupletium potestate essent. *Id.* 3. *ibid.* 9. Lycurgus agros locupletium plebi, ut servitio, colendos dedit. *Auct. B. Alex.* 2. Locupletiores domini. *Quintil.* 1. 12. 17. Dum sit locupletior aliquis sordidæ mercis negotiator. *Cic.* 1. *de republ.* 14. Ex urbe (*Syracusis*) locupletissima atque ornatissima. Sic *Cæs.* 3. *B. C.* 31. Locupletissimæ urbes. *Cic.* 1. *Orat.* 35. 161. Locuples et referta domus. *Nepos Agesil.* 3. Ea regio multo putabatur locupletissima. *abbondantissima. Varro* apud *Non.* p. 67. 24. *Merc.* Quibus erant pecuniæ satis locupletes, assiduos; contrarios, proletarios. *Cic.* 4. *Herenn.* 33. 44. Ostentas mihi divitias, et locupletes copias jactas. *et ibid.* 47. 60. Si quis in excelso loco et in magnis ac locupletibus copiis collocatus etc. *Nepos Thrasyb.* 4. Parva munera diutina; locupletia, non propria esse consueverunt. *Pers.* 3. 73. multa fidelia putet In locuplete penu. — *b*) Cum addito Ablativo rei, qua quis est locuples. *Sall. Jug.* 86. Sese quisque præda locupletem fore sperabat. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 137. annus locuples frugibus. — *c*) Cum Genitivo. *Apul.* 8. *Met. init.* Juvenis prænobilis, equo clarus, pecuniæ simul satis locuples. — *d*) Active. *Juvenal.* 14. 197. Ut locupletem aquilam tibi sexagesimus annus Afferat. *h. e.* gradum in militia, qui te locupletem reddat: qualis fuit centurionis, qui aquilam servabat. ¶ 2. Transfertur ad divitias animi et similia. *Cic.* 1. *Nat. D.* 40. 112. Locupletior igitur hominum natura ad beate vivendum est, quam deorum, quod pluribus generibus fruitur voluptatum. *h. e.* magis instructa, atque adeo magis idonea. *Id.* 1. *Fin.* 3. 10. Latina lingua locupletior, quam Græca. *Id.* 5. *Fin.* 5. 13. Lysias oratione locuples, rebus ipsis jejunior. *Quintil.* 10. 1. 67. Atacinus Varro ad augendam facultatem dicendi parum locuples. *Id.* 12. 10. 78. Nitidus ille et sublimis et locuples orator. *Id.* 5. 14. 30. Locuples et speciosa vult esse eloquentia. ¶ 3. Locuples est etiam plenus fidei et dignissimus, cui credatur, *degno di fede, pieno di credito, autorevole*, ἀξιόπιστος: quemadmodum locupleti homini fides habetur in rebus creditis. Hinc — *a*) *Locuples reus*, qui quum se obligavit, habet unde solvat, et idoneus est implendo promisso. *Liv.* 9. 9. *ad fin.* Samnitibus sponsores nos sumus, rei satis locupletes in id quod nostrum est. — *b*) *Locuples auctor* aut *testis* est plenus fidei et dignissimus, cui credatur. *Cic.* 2. *Divinat.* 58. 119. Pythagoras et Plato locupletissimi auctores, jubent etc. *Id.* 5. *de republ.* 20. Quem enim auctorem de illo (*Socrate*) locupletiorem Platone laudare possumus? *Id. Brut.* 12. 47. Locuples auctor Thucydides. *Id.* 1. *Divinat.* 19. 37. Collegit innumerabilia oracula Chrysippus, nec ullum sine locuplete auctore atque teste. *Id.* 3. *Off.* 2. 10. Accedit eodem testis locuples Posidonius, qui etc. — *c*) *Locuples tabellarius*, cui tuto committi litteræ possunt de rebus magni momenti. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 9. 6. Habeo absolutum suave ἔπος ad Cæsarem: sed quæro locupletem tabellarium, ne accidat, quod Erigonæ tuæ.

LŌCŬPLĒTĀTIO, ōnis, f. 3. (locupleto) actus locupletandi, *locupletazione, arricchimento*. Translate est copia, abundantia. *Vulgat. interpr. Judith* 2. 16. Et prædavit omnem locupletationem eorum.

LŌCŬPLĒTĀTOR, ōris, m. 3. (locupleto) ditator, *arricchitore*. Nummus Hadriani, in quo ipse togatus sedet in suggestu, cui adstat Liberalitas, quæ ex cornucopia opes in sinum duorum civium infra stantium effundit, cum hac Inscriptione apud *Eckhel. D. N. V. T.* 6. p. 505. LOCVPLETATORI ORBIS TERRARVM. *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 417. n. 57. IMP. CAESARI DIVI NERVAE F. NERVAE TRAIANO AVG. PROPAGATORI ORBIS TERRARVM LOCVPLETATORI CIVIVM etc. *Alia* in *Novell. letter. di Firenze T.* 4. *p.* 6. HADRIANO AVGVSTO COS. III. P. P. SABINAE AVGVSTAE LOCVPLETATORIBVS MVNICIPII EX D. D. PVBLICE. *Eutrop.* 10. 15. Julianus Aug. familiarium etiam locupletator.

LŌCŬPLĒTĀTUS, a, um. *V.* LOCUPLETO.

LŌCŬPLĒTE, adverb. (locuples). Comp. *Locupletius* II.; Sup. *Locupletissime* I. — Locuplete est dite, *riccamente*.

I.) Proprie. *Spartian. Hadrian.* 3. Ob hoc se a Trajano locupletissime muneratum. *Aurel. Vict. Epit.* 9. Filia locupletissime dotata.

II.) Translate. *Fronto* 1. *ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 3. Vidi pullulos tuos tam simili facie tibi, ut nihil sit hoc simili similius: tamen vidi te non exadvorsum, sed locupletius, sive me ad dexteram, sive ad lævam convertissem.

LŌCŬPLĒTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (locuples) Part. *Locupletatus* I. — Locupletare est locupletem facere, ditare, *arricchire*, πλουτίζω.

I.) Proprie. *Accius* apud *Gell.* 14. 1. *ad fin.* Qui aures verbis divitant alienis, tuas ut auro locupletent domus. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 26. 68. Hæc lex eos homines fortunis locupletat. *Id.* 2. *de republ.* 21. Maxima auri argentique præda locuple-

tatus. Sic *Id.* 7. *Verr.* 31. 80. Hac tanta præda auctus, mancipiis, argento, veste locupletatus. et *Nepos Agesil.* 3. Magna præda milites locupletati. *Id. Hamilc.* 4. Equis, armis, viris, pecunia totam locupletavit Africam. *Colum* 6. *R. R. præf.* 4. Quam partem rei rusticæ exercendo, celeriter locupletari posset.

II.) Translate. *Cic.* 2. *Fin.* 28. 90. Sapientem locupletat ipsa natura. *Id. Brut.* 97. 331. Ipsam eloquentiam locupletavisti graviorum artium instrumento. *Id.* 2. *Invent.* 1. 1. Templum Junonis egregiis picturis locupletare voluerunt.

LŌCŬPLĒTUS, a, um, adject (locuples) idem ac locuples. *Venant. Fort.* in *Vita S. Mart.* 2. 379. Dives agris, opulens famulis, locupletus acervis.

LŌCUS, i, m. 2. *et in plur. num. etiam* loca, ōrum, n. 2. *Stlochus* pro *locus*, ut *stlis* pro *lis*, dixerunt antiqui, teste *Quintil.* 1. 4. 16. — *Locum*, i, n. etiam in num. sing. *Inscript.* apud *Gruter.* 129. 14. EX IVSSO LOC LOCVM FECERVNT. — De genere neutr. in plur. num. *V.* infra sub I. 1. — Ratione habita etymi est a λόχος *locus insidiis aptus*, quod a λέχω pro λέγω (confer λέχος, et Germ. *Lager, Lage*), unde λέγομαι *cubo*; Romani vero dempta, ut sæpissime alias, aspiratione, situm seu positionem quamlibet *locum* dixerunt; constat enim eos, utpote qui rem militarem apprime coluerint, ex militia plurimas hausisse voces, quas in communi linguæ usu postea usurparunt. Itaque locus est quidquid continet aliquid, sive, ut ait *Varro* 5. *L. L.* 15. *Müll*, ubi quidquam consistit, τόπος (It. *luogo*; Fr. *lieu, endroit, place*; Hisp. *lugar, sitio, puesto*; Germ. *der Ort, Platz, die Stelle*; Angl. *a place*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a)* Universim. — In sing. num. et in Genitivo plur. numeri. *Pompejus* ad *Cos.* apud *Cic.* 8. *Att.* 6. Omnes copias in unum locum convenire. *Sall. Cat.* 46. Postquam ad id loci legati cum Vulturcio venere. *Cæs.* 1. *B. G.* 49. Ultra eum locum, quo in loco Germani consederant. *Ovid* 2. *Art. am.* 210. Facere alicui locum in turba. *Id.* 8. *Met.* 805. *de Fame.* Ventris erat pro ventre locus. *Horat.* 2. *Od.* 6. 21. Ille te mecum locus (*h. e.* Tarentum) et beatæ Postulant arces. *Liv.* 22. 38. *ad fin.* Locorum situm, naturam regionis nosse. *Horat.* 1. *Ep.* 3. 34. ubicumque locorum. — In plur. num., excepto Genit. *Cæs.* 2. *B. G.* 4. Galli, qui ea loca incolerent. *Plaut. Trin.* 4. 2. 86. Quos locos adisti? *Sall. Jug.* 21. Proximos nostro mari locos occupavere. *et ibid.* 32. Romæ per omnes locos. *Virg.* 1. *Æn.* 310. exire, locosque Explorare novos, quas vento accesserit oras. *et ibid.* 369. Devenere locos ubi nunc ingentia cernes Mœnia. *Tac.* 1. *Ann.* 61. Incedunt mœstos locos. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 20. et 54. et alibi sæpe. Ceterum apud oratores, Ciceronem præsertim, hoc sensu frequentius est *loca*, quam *loci* et *locos*: tametsi *Cic.* in aliis casibus efferens, masculina adjectiva adjunxit, ut *Partit. orat.* 10. 36. In locis illa naturalia, maritimi, an remoti a mari; plani, an montuosi; leves, an asperi; salubres, an pestilentes; opaci, an aprici: et illa fortuita, culti, an inculti; celebres, an deserti; coædificati, an vasti; obscuri, an rerum gestarum vestigiis nobilitati; consecrati, an profani. Adde *eumd. Fat.* 4. — *b)* Speciatim, *ex loco superiore agere* dicitur orator, qui e rostris ad populum verba facit, et magistratus, qui jus dicit; *ex æquo*, qui in senatu, item qui familiariter cum aliis colloquitur; *ex inferiore loco*, qui ad judices. *Cic.* 3. *Orat.* 6. 23. Sive de cæli natura loquitur, sive de terræ; sive de divina vi, sive de humana; sive ex inferiore loco, sive ex æquo, sive ex superiore. *Id.* 1. *Tusc.* 49. 117. Magna eloquentia est utendum, atque ita velut superiore e loco contionandum. *Id.* 4. *Verr.* 42. 102. Ipse in Sicilia sæpe et palam de loco superiore dixerat, et in sermone multis demonstrarat. *Id.* 3. *Fam.* 8. Meos multos et illustres et ex superiore et ex æquo loco sermones habitos cum tua summa laude. — *c) Primus locus ædium* apud *Nepot. præf.* 6. est id, quod nos Itali dicimus *il piano terreno*. — *d) Movere loco* est expellere, depellere: tractum a gladiatoribus, vel luctatoribus, in quibus qui adversarium loco movit, in quo consistebat, facile et cito propellit ac superat. *Ter. Phorm. prol.* 32. Quum per tumultum noster grex motus loco est. Cf. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 111. Audebit, quæcumque parum splendoris habebunt, Verba movere loco, quamvis invita recedant. Adde *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 3. et 2. *Cat.* 1. 1. Sic *loco dejicere* apud *Horat. loc. cit.* 30. Præsidium regale loco dejecit. — *e) Locum dare* est cedere, *cedere, dar luogo*. Figurate *Brutus* apud *Cic.* 11. *Fam.* 1. Dandus est locus fortunæ, cedendum ex Italia. Sic *loco cedere*, eodem sensu. *Sall. Cat.* 9. Qui spem relinquere, aut pulsi loco cedere, ausi erant. ¶ 2. Speciatim dicitur de pago, seu vico. *Cic.* 7. *Att.* 3. *a med.* Magis reprehendendus sum, quod Pireæa scripserim, quam quod *in* addiderim: non enim hoc ut oppido præposui, sed ut loco. Apud *Plin.* non raro (quod adnotavit *Harduin.*) *locus* est, ubi quondam fuit oppidum, cujus vestigia tantummodo et situs manent, ut 4. *Hist. nat.* 5. 6. (13). Intus Cleonæ, Hysiæ, Patræ: locus Pheræ. *et mox.* Ultra Patras oppidum Olenum, colonia Dyme: loca Buprasium, Hyrmine. Cf. *Ovid.* 2. *Fast.* 280. Hic, ubi nunc urbs est, tunc locus urbis erat. ¶ 3. Item speciatim, quando apud *Liv.* 30. 17. *extr.* et 35. 23. *extr.*, tum etiam in locis ad *V.* LAUTIA citatis legitur, ædes liberas, loca, lautia legatis exterarum gentium a senatu decreta, *loca* sunt sedes in circo, in foro, in theatro, ubi publicis spectaculis ipsi commode interesse possent: quemadmodum tum patroni municipiorum et coloniarum clientibus suis, tum magistratuum candidati amicis et tribulibus eadem loca officii causa comparare solebant. Hinc Clodius apud *Cic.* 2. *Att.* 1. ait, se novum patronum Siculis, clientibus suis, locum gladiatoribus esse daturum, si tribunus plebis fieret. *Cic. Mur.* 34. 72. At spectacula sunt tributim data, et ad prandium vulgo invitati. Quod enim tempus fuit, quo locus et in circo et in foro non daretur amicis et tribulibus? *et* 35. 73. Num senatus crimen putat, locum ad spectandum dare, aut ad prandium invitare? *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* CXXX. LOCA ADSIGNATA IN AMPHITHEATRO FRATRIBVS ARVALIBVS. Cf. *Quintil.* 6. 3. 63. Locum perdere, *h. e.* spectandi in ludis. ¶ 4. *Locus* pro agro *V.* in LOCUPLES I. — Stricte loquendo *locus* non est fundus, inquit *Ulp. Dig.* 50. 10. 60., sed pars aliqua fundi: tametsi et pro fundo accipi potest. *Pompon. ibid.* 41. 2. 26. Locus certus ex fundo possideri potest. *Ulp. ibid.* 8. 5. 2. Per ea loca fundi, per quæ etc. ¶ 5. *Loca publica* erant, ut ait *Labeo Dig.* 43. 8. 2. § 3., areæ, insulæ, agri, viæ publicæ et itinera publica; quæ quidem ab operibus publicis distinguebantur, hoc enim nomine publica ædificia, ut templa, basilicæ, theatra, porticus etc. significantur. V. *Aggen. de limit. p.* 60. *Goes.*, ubi de locis publicis plura. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 773. CVRATOR OPERVM LOCORVMQVE PVBLICORVM. *Alia* apud *eumd. ibid. p.* 220. CVRATOR AEDIVM SACRARVVM LOCORVMQVE PVBLICORVM. *Tab. Heracl.* apud *Mazoch. p.* 375. QVAE LOCA PVBLICA PORTICVSQVE PVBLICAE IN VRBE ROMA ERVNT, QVORVM LOCORVM CVIVSQVE PORTICVS AEDILIVM EORVMVE MAGISTRATVVM, QVI VIIS LOCISQVE PVBLICIS PVRGANDIS PRAEERVNT, PROCVRATIO ERIT. — Ab hujusmodi *curatoribus locorum publicorum* distinguendi sunt *III. viri locorum publicorum persequendorum*, vel *curatores locorum publicorum judicandorum*, quorum munus erat loca publica a privatis usurpata persequi, et publico iterum restituere. *Inscript.* apud *Gruter.* 398. 6. T. IVLIVS T. F. COR. VALERIANVS III. VIR LOCORVM PUBLICORUM PERSEQVENDOR. *Alia* apud *eumd.* 200. 6. CVRATORES LOCOR. PVBLICOR. IVDICAND. EX S. C. CAVSA COGNITA EX PRIVATO IN PVBLIC. RESTITVER. *Alia* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 776. LOCA PVBLICA A PRIVATIS POSSESSA T. SVEDIVS CLEMENS TRIBVNVS CAVSIS COGNITIS ET MENSVRIS FACTIS REIPVBLICAE POMPEIANORVM RESTITVIT. ¶ 6. *Locus* pro sepulcro frequens est in vet. *Inscript.*, ut apud *Gruter.* 807. 12. P. MEMISIANAE VXORI Q. HERCVLANIVS MARITVS LOCVM CONSECRAVIT. *Alia* mendosa apud *Reines. cl.* 17. *n.* 137. quæque ita adhuc legitur in *Mus. Patav.* LOC. C. VOLVMNII C. L. PRIVATI. *et* apud *eumd. ibid.* 169. LOCVS ADSIGNATVS AB TI. CLAVDIO HILARO PATRONO IN FR. P. V. etc. Apud *Fabrett. p.* 154. *n.* 238. ANNIAE GALITTAE VXORI T. STATILIVS CALOCERVS LOCO SIBI CONCESSO A PATRONIS SVIS etc. *Augustin.* 1. *Civ. D.* 1. Martyrum loca. ¶ 7. *Loci* et *loca* speciatim dicuntur de utero, *matrice*. *Cato R. R.* 157. *a med.* Si mulier eo lotio locos fovebit, numquam ii virosi fient. *Cic.* 2. *Nat. D.* 51. 128. Quum in locis semen insederit. *Cels.* 2. 8. *ante med.* Quæ locis laborat. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 17. Indecenter enim mulieres ipsa in loca manus mittunt, prurientibus verendis. *Colum.* 8. *R. R.* 11. *med.* Sæpiusque digitis loca feminarum tentanda sunt: nam in promptu gerunt ova. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 84. (209). Vesicæ junctus utriculus, unde dictus uterus: quod alio nomine locos appellant; in aliis animalibus vulvam. *Plin.* hic innuit, *locos* in humana specie tantum dici. Tamen *Colum. loc. cit.* de pavonibus. *et* 6. *ibid.* 27. 10. de equis usurpavit. ¶ 8. Etiam de pudice usurpatur. *Seneca* 1. *Controv.* 2. *ad fin.* Novimus, inquit, istam maritorum abstinentiam, qui, etiamsi primam virginibus remisere noctem, vicinis tamen locis ludunt. Audiebat illum Scaurus; statim (*subdidit*) Ovidianum illud: Dum timet alterius vulnus inepta loci. Hinc porro patet, *Senecam* Priapejorum auctorem putasse *Ovidium*, nam hæc habentur apud *Auct. Priap.* 3. Da mihi *etc.*, Quod virgo prima cupido dat nocte marito, Dum timet alterius vulnus inepta loci. *Tertull. Pall.* 4. *a med.* Quum latrinarum antistes sericum ventilat et immundorem loco cervicem monilibus consolatur. Huic simile est illud *Martial.* 11. 78. Prædicare semel cupido dabit illa marito, Dum metuit teli vulnera prima novi. *et Tac.* 6. *Ann.* 1. Fœditas loci, *h. e.* publicis. *V.* SPINTRIA.

II.) Translate. ¶ 1. Locus dicitur in scientiis quidquid esse potest finis disputationis vel expositionis (V. *Seyffert.* ad *Cic. Amic.* 13. 46. et 47.): hinc — *a)* Generatim est quæstio, pars vel præcipua capita, κεφάλαια, alicujus doctrinæ, vel operis, *quistione, materia, trattato, punto, passo.* *Cic.* 2. *Divinat.* 1. 2. Quum fundamentum esse philosophiæ positum in finibus bonorum et malorum, perspargatus est is locus a nobis quinque libris. *et mox.* Magnus locus, philosophiæque proprius, Peripateticorum familia tractatus uberrime. *Id. Orat.* 48. 162. Est enim hic locus late patens, de natura usuque verborum. *et ibid.* 33. 118. Habeat omnes philosophiæ motos et tractatos locos, de religione, de morte, de pietate, de caritate patriæ, de virtutibus etc. *Id.* 3. *Orat.* 4. 16. Quibus Cotta tantummodo locos ac sententias hujus disputationis tradidisset. *Plin.* 1. *Ep.* 8. *ante med.* Cogimur quum de beneficentia parentum nostrorum, tum de nostra disputare. Anceps hic et lubricus locus est, quum illi necessitas lenocinatur. *Gell.* 1. 21. *in fin.* Non verba autem sola, sed versus prope totos et locos quoque Lucretii plurimos sectatum esse Virgilium videmus. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 223. Quum loca jam recitata revolvimus irrevocati. — *b)* Speciatim apud Rhetores *locus* et *loci* sunt sedes argumentorum, *i luoghi topici*, de quibus fuse *Cic.* in Topicis (nam Græce quoque τόποι), ex quibus ea, tamquam ex promptuario petuntur. *Cic. Topic.* 2. 7. Quum pervestigare argumentum aliquod volumus, locos nosse debemus. *et mox* § 8. Itaque licet definire, locum esse argumenti sedem. *Id. Orat.* 35. 122. Traditi sunt, ex quibus argumenta ducantur, duplices loci, uni e rebus ipsis, alteri assumpti. *Id. proœm. Parad.* § 3. Illa ipsa, quæ vix in gymnasiis Stoici probant, ludens conjeci in communes locos. ¶ 2. Ponitur *locus* pro tempore et spatio, *tempo*, atque adeo pro opportunitate, occasione, facultate, *opportunità, comodo, motivo. Ter. Heaut.* 2. 1. 6. Et cognoscendi et ignoscendi dabitur peccati locus. *h. e.* tempus. Ceterum hac significatione latissime patet. Hinc — *a) Locum dare* est dare causam, ansam, opportunitatem, facultatem. *Cic. Quinct.* 16. 53. Avaritia paullulum aliquid loci rationi et consilio dedisset. *Id.* 3. *Fam.* 6. *ad fin.* De tuo in me animo iniquis seeus existimandi videris nonnihil dedisse loci. *Id.* 3. *Nat. D.* 8. 19. Repente avertis orationem, nec dis respondendi locum. *Id. Cæl.* 4. 9. Dare suspicioni locum. *Id. Balb.* 6. 16. dubitationi. *Val. Flacc.* 4. 451. *Harpyiis.* Fallere quas numquam misero locus. *h. e.* numquam misero facultas et opportunitas datur. — *Locum dare* aliquando est admittere, recipere *ammettere. Cic.* 1. *Orat.* 26. 118. Hæc turba et barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. — *b) Locum habere* res dicitur, cujus vis et usus est aliquis. *Cic.* 2. *Orat.* 54. 219. In hoc altero genere dicacitatis quid habet ars loci, quum ante illud facetum dictum emissum hærere debeat, quam cogitari potuisse videatur? *Id.* 3. *Off.* 33. 117. Qui dolorem summum malum dicit, apud eum

quem habet locum fortitudo, quæ est dolorum laborumque contemptio? *Sueton. Aug.* 54. Contra dicerem tibi, si locum haberem. *Ulp. Dig.* 35. 4. 5. *circa med.* Si remissa sit satisdatio, rescriptum locum habebit. — *c*) Similiter *locus esse alicui rei* est eam rem usum ac vim habere. *Paul. Dig.* 37. 10. 6. Huic edicto locus est, etiamsi ab intestato ad bonorum possessionem liberi veniant. *Ulp. ibid.* 9. 2. 27. Legi Aquiliæ locus est adversus te, si tua voluntate fecit. — Eodem modo *locum esse alicui* est admitti, vel recipi. *Cic. Planc.* 33. 82. Si in mea familiaritate locus esset nemini, nisi litigioso, aut nocenti. *Id. Orat.* 1. 4. In poetis non Homero soli locus est, aut Archilocho, aut Pindaro, sed etc. *Id. Mur.* 5. 12. Maledicto nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupavit. — Huc demum referri potest et illud *Cic.* 9. *Att.* 7. *ad fin.* Valde gaudeo: si est nunc ullus gaudendi locus. Cf. *Inscript. a Bapt. Borghesio* Romæ lecta *n.* 19. CVSTOS SEPVLCRI PENE DESTRICTO DEVS PRIAPVS EGO SVM MORTIS ET VITAE LOCVS. — *d*) *Locum non relinquere*, non admittere, excludere. *Cic.* 1. *Fam.* 1. Nec precibus nostris, nec admonitionibus relinquit locum. *h. e.* adeo est bene animatus, ut non sit opus preces adhibere. (Alio sensu *Ter. Andr.* 3. 4. 21. Nihil est preci loci relictum: jam perturbavi omnia. *h. e.* prece nihil possum proficere). Rursus *Cic. Quinct.* 15. 49. Vita turpis ne morti quidem honestæ locum reliquit. — *e*) *Nancisci locum* est nancisci opportunitatem, occasionem, facultatem. *Cic.* 1. *Att.* 18. *ante med.* Nactus, ut mihi videbar, locum resecandæ libidinis et coercendæ juventutis. — *f*) *Loco* et *in loco* est opportune, commodum, in tempore, *opportunamente, a tempo e luogo, a suo luogo. Cic.* 9. *Fam.* 16. *circa med.* Œnomao tuo nihil utor: etsi posuisti loco versus Accianos. *Ter. Adelph.* 2. 2. 8. Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum. *Cic.* 11. *Fam.* 16. Quemadmodum coram qui ad nos intempestive adeunt, molesti sæpe sunt; sic epistolæ offendunt non in loco redditæ. *Horat.* 4. *Od.* 12. 28. Dulce est desipere in loco. — *Locis* dixit etiam *Quintil.* 12. 10. 23. Non insurgit locis? non figuris gaudet? — *Loco dicere* est senatoris, qui non nisi rogatus sententiam in senatu dicit. *Cic.* 3. *Legg.* 18. 40. Senatori jussa tria sunt: ut adsit, nam gravitatem res habet, quum frequens ordo est: ut loco dicat, id est rogatus: ut modo, ne sit infinitus. ¶ 3. Item pro conditione, statu, *condizione, stato.* Hinc *si isto loco essem*, si meum esset negotium, si mea res ageretur, scilicet si in ista essem conditione. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 16. Si ego in isto siem loco, dem potius aurum, quam etc. *s'io fossi nei tuoi piedi.* et *Cic.* 4. *Fam.* 4. Is enim, si eo loco esset, negavit se facturum. — Ceterum *Ter. Adelph.* 3. 2. 46. Pejore loco res non potis est esse, quam in quo nunc sita est. *Cic.* 11. *Att.* 23. *a med.* Meliore loco erant res nostræ. *Id. Sext.* 31. 68. Res erat et causa nostra eo jam loci, ut erigere oculos et vivere videretur. *Cæs.* 2. *B. G.* 26. Qui quum ex equitum fuga, quo in loco res esset, cognovisset. *Liv.* 2. 47. Missis nunciis, quo loco res essent. *Id.* 7. 35. In eo enim loco res sunt nostræ etc. — Hinc illa, quæ adverbii ritu occurrunt. *Sall. Jug.* 67. Tamen is ad id locorum talis vir, consulatum appetere non audebat. *fino a tal punto.* Sic *Liv.* 22. 38. *sub fin.* Temeritatem infelicem ad id locorum fuisse. *Plaut. Cas. a.* 1. v. 32. Post id locorum quando ad villam veneris, dabitur etc. *appresso, dopo ciò. Lucret.* 5. 438. inde loci. *V.* INDE. Similiter *interea loci. V.* INTEREA. *Tertull. Pall.* 1. *a med.* Si tunc locorum Diogenes de dolio latraret. ¶ 4. Refertur et ad ordinem. *Cic.* 1. *Fam.* 6. Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum. — *Priore loco causam dicere*, ante defendere, quam quis accusatus sit. *Cic. Quinct.* 2. 8. et 8. 31. ¶ 5. Sæpissime accipitur pro gradu honoris, dignitatis, auctoritatis, æstimationis, gratiæ etc., itemque pro genere. — *a*) Sic designat gradum honoris, *posto. Cic. fragm. contra C. Anton.* apud *Ascon. sub fin.* Te ex me petisse, quum præturam peteremus, ut tibi primum locum concederem. *et mox.* Te ex postremo in tertium locum esse sublectum. *Liv.* 4. 16. *a med.* Pervicerunt, ut tribunorum militum comitia haberentur: haud dubii, quin sex locis (tot enim jam creari licebat) et plebeji aliqui crearentur. *Id.* 10. 15. Ut patricii recuperarent duo consularia loca. — *b*) Pro gradu dignitatis, auctoritatis, æstimationis, gratiæ etc. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 19. 44. Pol mihi fortuna magis nunc defit, quam genus. Namque regnum suppetebat mi, ut scios, quanto e loco. Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna accidat. *Cic. Cluent.* 55. 150. Qui in summum locum civitatis non potuerunt ascendere. *Q. Cic. Petit. cons.* 1. 4. Prodest, quorum in locum ac numerum pervenire velis, ab iis ipsis illo loco ac numero dignum patari. *Cic.* 3. *Fin.* 16. 52. Secundum locum obtinere. *Id. Planc.* 15. 23. Esse ex equestri loco. *Id.* 3. *Fam.* 9. Tua dignitas suum locum obtinebit. *Id.* 2. *Phil.* 29. 71. Quem locum apud ipsum Cæsarem obtinuisti? *Id. Brut.* 36. 137. Qui hoc munere in civitate functi sunt, ut tenerent oratorum locum. *Id.* 2. *Fin.* 28. 90. Socrates voluptatem nullo loco numerat. *non la tiene in conto alcuno.* et *ibid.* 15. 50. Honestatem eo loco habet, ut sine ea jucunde negeï posse vivi. *stima, apprezza tanto.* — *Loco excidere* metaphorice est a vero discedere, errare, falli, quasi a dignitatis gradu excidere. Usurpatur ab *Hieronym. Vir. illustr. c.* 7. *de S. Luca*, quo sensu *Tertull. Baptism.* 17. dixit *loco decedere.* — *c*) Speciatim pro genere. *Cic. Flacc.* 11. 24. Si quem infimo loco natum, nullo splendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem. *Id. Planc.* 25. 60. Plancius nihilominus quæstor est factus et tribunus plebis et ædilis, quam si esset summo loco natus: sed hæc, pari loco orti, sunt innumerabiles alii consecuti. Sic *Liv.* 1. 34. Tanaquil summo loco nata. *Sall. Cat.* 24. Natus haud obscuro loco. *Cic. Amic.* 25. 94. Quum sint loco, fortunâ, famâ superiores. ¶ 6. Item pro vice. *Ter. Andr.* 1. 5. 57. Si te in germani fratris dilexi loco. *in luogo. Cic. Dom.* 14. 36. Ut vel filii tibi loco per ætatem esse potuerit. *Brutus* apud *Cic.* 1. *ad Brut.* 17. *a med.* Habere aliquem loco patris. *et ibid.* 13. Meque his in patris locum successisse existimes. *Cic.* 2. *Att.* 19. *ad fin.* Cosconio mortuo, sum in ejus locum invitatus. *ad occupare il suo posto. Justin.* 12. 12. 9. Antipatrum in locum ejus evocat. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 166. M. SOSIVS LAELIANVS FONTIVS FALCO LOCO L. ANNII RAVI EXAVGVRATI. ¶ 7. Hinc vim habet interdum pro præpositionis. *Cic.* 7. *Fam.* 3. *sub fin.* Criminis loco putant esse, quod vivam. *h. e.* pro crimine habent. *Id.* 2. *Invent.* 49. 144. Hæc fidiam suum sibi præmii loco deposcit. *Orellius* et alii leg. *sibi in præmii loco.*

LŌCUSTA, æ, f. 1. De locusta insecto terrestri loquens *Juvenc.* primam corripit, 1. in 3. *Matth.* 329. Arvis qui solitus ruralibus esse locustas. et *Alcim.* 5. 193. Exin restantem, surgit consumere fructum Bruchus, et excusso confidens crure locusta. — Locusta, ἀττέλαβος, ἀκρίς (It. *cavalletta, locusta*; Fr. *sauterelle*; Hisp. *langosta*; Germ. *d. Heuschrecke*; Angl. *a locust, kind of grasshopper*)

I.) Proprie est genus insecti pennis instructum, extremis pedibus longioribus. In India ternum pedum longitudinis esse traduntur, cruribus et feminibus serrarum usum præbere, quum inarmerint. Gregatim volant infestæ messibus, multa contactu adurentes, omnia vero morsu erodentes. Parthis et ipsæ in cibo gratæ. Hæc et alia *Plin.* 11. *Hist. nat.* 29. 33. (103). Indos quoque et Æthiopum partem quamdam locustis ali *Id.* tradit 7. *ibid.* 2. 2. (29). et 6. *ibid.* 30. 35. (195). Earum multitudine immensa agris involante integram civitatem in Africa sedibus suis pulsam narrat *Id.* 8. *ibid.* 29. 43. (104). ex M. Varrone. *Tac.* 15. *Ann.* 5. Sibi imbecillum equitem pabuli inopiâ: nam exorta vis locustarum ambederat quidquid herbidum aut frondosum. — Dicuntur carere palpebris, ideoque præduros habere oculos eminentesque, ut est apud *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 55. (152). Hinc *Plaut. Men.* 5. 5. 24. Dic mihi hoc etiam: solent tibi unquam oculi duri fieri? MEN. Quid tu me locustam censes esse. — *Prius locusta pariet Lucam bovem*, proverb. *Ennii* (vel *Nævii* secundum *Müll.*) apud *Varron.* 7. *L. L.* 39. *Müll.* de re, quæ numquam fiet.

II.) Translate locusta vocatur piscis marinus, ex genere eorum, qui carent sanguine, crusta fragili obtectus, reptantis modo fluitans, cornibus, quæ sunt propria rotunditate præpilata, porrectis. Vivit petrosis locis. Hæc et alia *Plin.* 9. *Hist. nat.* 30. 50. (95). Cf. *Petron. Satyr.* 35. — *NB.* De nom propr. *V.* ONOM.

LŌCŪTIO *vel* loquutio, ōnis, f. 3. (loquor) loquendi actus.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est ipse loquendi actus, sermo, *parlare, discorso, ragionamento. Cic.* 3. *Herenn.* 12. 23. Sermo est oratio remissa et finitima quotidianæ locutioni. *Id.* 1. *Off.* 47. 146. Ex oculorum nututu –, ex risu, ex locutione, ex retinentia, ex contentione vocis et summissione facile indicabimus, quid eorum apte fiat. *Id. Orat.* 19. 64. Quamquam enim omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. ¶ 2. Speciatim dicitur de pronunciatione. *Cic. Brut.* 74. 258. Solum quidem et quasi fundamentum orationis vides locutionem emendatam et Latinam. Sic *Quintil.* 1. 6. 20. Quid tam necessarium, quam recta locutio? *h. e.* ὀρθοέπεια.

II.) Improprie. Quidam *locutiones* dixere voces, dictiones, *parole*, ut est apud *Quintil.* 1. 5. 2. Sic *Gell.* 1. 7. *ad fin.* Multam apud veteres scriptores locutionum talium copiam offendimus. *h. e.* tales loquendi modos, *modi di dire, frasi.*

LŌCŪTOR *vel* loquutor, ōris, m. 3. (loquor). ¶ 1. Generatim est qui loquitur, *chi parla, parlatore*, λάλος. *Apul.* 1. *Met. sub init.* Si quid exotici sermonis rudis locutor offendero. ¶ 2. Speciatim est qui nimium loquitur, *ciarliero. Gell.* 1. 15. Qui sunt leves et futiles et importuni locutores.

LŌCŪTŪLEJUS *vel* loquutulejus, ii, m. 2. (loquor) homo in verba projectus, *blaterone*, ἀδολόγλωσσος. *Gell.* 1. 15. *extr.* Neque minus insigniter veteres quoque nostri hoc genus hominum in verba projectos *locutulejos* et *blaterones* et *lingulacas* dixerunt. *V.* et voc. seq.

LŌCŪTŪLEUS, a, um. adject. (loquor) blatero, lingulaca. *Alcim.* 5. 160. Atque locutuleis frendet succumbere vanis. *Alii leg.* Atque premens homines. *Non. p.* 50. 8. *Merc.* Lingulacæ, locutuleiæ, a procacitate linguæ et loquendi proprietatem trahunt. *V. Plaut. loc. cit.* in LINGULACA.

LŌCŪTUS *vel* loquutus, a, um. *V.* LOQUOR.

LOCŪTUS *vel* loquutus, us, m. 4. (loquor) loquela, locutio, sermo. *Apul. Florid.* n. 15. Passis verbis (*alii* versibus), soluto locutu, libera oratione.

LŌDĪCŪLA, æ, f. 1. *deminut. a* lodix, *coltretta. Sueton. Aug.* 83. Ita ut extremis spatiis subsultim decurreret, segestri, vel lodicula involutus. *Petron. Satyr.* 20. Lodiculam in pavimento diligenter extendit.

LŌDIX, icis, f. 3. De genere masc. *V.* in fin. — Lodix est lecti operimentum, *coltra*, στρῶμα, τύλη: videntur autem lodices geminæ esse, quas Itali *lenzuola* vocant. *Martial.* 14. 148., ubi *Lodices* legitur in *lemmate.* Nudo stragula ne toro paterent, Juniæ nos tibi venimus sorores. *V.* LINTEAMEN. Ceterum *Juvenal.* 6. 194. Ζωὴ καὶ ψυχὴ modo sub lodice relictis Uteris in turba. *Id.* 7. 66. Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda Attonitæ. *Martial.* 14. 152. Lodices mittet docti tibi terra Catulli. — Masculino genere *hos lodices* dixit Pollio, sed non est imitandus, ut *Quintil.* ait 1. 6. 42. Neque *hos lodices* quisquam ferat, quamquam id Pollioni placeat.

LŒBASĬUM Sabini dicebant Liberum patrem, ut est apud *Servium* ad *Virg.* 1. *G.* 7. Nam

LŒBERTATEM *et*

LŒBĒSUM antiqui dicebant libertatem et liberum. Ita Græci λοιβήν et λείβειν. *Paul. Diac. p.* 121. 1. *Müll.* Ceterum *Vossius* putat *Sebasium* legend.

LŒDŌRĬA, æ, f. λοιδορία, mordax convicium. Differt a scommate, quod hoc sit mordacitas quadam urbanitate et joco adumbrata; lœdoria vero apertum amarulentumque est convicium, nulla urbanitatis specie velatum. Ita *Macrob.* 7. *Saturn.* 3. Sed hæc Græca sunt, et vix Latine adhibenda.

LŒMŌDES, is, n. 3. *vel secundum* Forcellinum m. 3. λοιμώδες, species luis pestilens apud *Ammian.* 19. 4. *V.* EPIDEMUS.

LŌGĂRĬON, ii, n. 2. λογάριον, leviores minutioresque rationes, quales iis de rebus, quæ quotidie in usum familiæ erogantur, in adversariis solent conscribi. *Ulp. Dig.* 33. 9. 3. *ad fin.* Sed et chartas ad rationunculam, vel ad logarion paratas contineri appellatione penoris. Ita *Torrentin.*; at *Haloand.* Græcis litteris edidit. Est enim Græca vox, a λόγος *ratio.*

LŌGĔUM *vel* lōgium, ii, n. 2. λογεῖον, λόγιον. ¶ 1. Est pulpitum in scæna, in quo chorus tragœdiarum et comœdiarum (quod comœdiæ chorum habuerunt), ceterique personam non habentes, fabulæ subserviebant. *Vitruv.* 5. 8. semel Græce scribit, semel Latine: sed ubi Latine, dubia est lectio. ¶ 2. Pro archivio legitur apud *Cic.* 5. *Fam.* 20. 6. Sed, si quid est, quoniam de logeo parum gavisum est, quod ego in rationibus deferendis etiam nunc corrigere possim etc. *Sed dubia est lectio.*

LŌGĬCĒ, es, f. 1. λογική, disciplina rationalis, ars disserendi, quæ et dialectica dicitur, *logica. Cic.* 1. *Fin.* 7. 22. Jam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi ac disserendi, quæ λογική dicitur, iste vester plane, ut mihi quidem videtur, inermis ac nudus est. *Id. Fat.* 1. Totaque est (quæstio) logicæ, quam rationem disserendi voco. *Hoc loco adjectivum est, et Græcis litteris ab* Orellio *editum.*

LŌGĬCĒ, adverb. (logicus) λογικῶς, dialectice, *logicamente. Boeth. Posterior. analytic.* 1. 18. p. 536. Quid in illis qui logice speculantur, sic manifestum est? *Et ibid.* p. 538. Duorum terminorum infinita interius media = monstratum est logice prius, analytice vero nunc. Adde *eumd. ibid. sæpe.*

LŌGĬCUM, i, n. 2. *V.* voc. seq.

LŌGĬCUS, a, um, adject. λογικός, ad logicen pertinens, *logico. Cic.* 4. *Tusc.* 14. 33. Habes ea, quæ de perturbationibus enucleate disputant Stoici: quæ logica appellant, quia disseruntur subtilius. — *Logicum* in singulari numero absolute usurpat *Sidon. carm.* 15. 100. dum primus et unus Physica vel logico, logicum vel jungit ad ethos. — Ceterum generatim et adjective *Capell.* 9. p. 321. Item alia (spatia vocis) logica, alia aloga memorantur. Ac rationabilia illa sunt, quorum consensus possumus præstare rationem; irrationabilia, quibus non subest ratio.

LŌGĬON, ii, n. 2. λόγιον, pars vestimenti, idem ac rationale, apud *Isid.* 19. *Orig.* 21. *V.* RATIONALE.

LŌGISTA, æ, m. 1. λογιστής, qui rationes conficit, *ragioniere, computista. Imp. Gordian. Cod.* 1. 54. 3. Curator rei publicæ, qui Græco vocabulo logista nuncupatur, multandi jus non habet. Sic *logista thymelæ* in Urbe legitur in *Inscript.* apud *Henzen.* 5530. — Dicitur et de curatore publico alicujus civitatis, qui ejus vectigalia et publicos reditus colligendo impendendoque, et rationes conficiendo, curat. *Inscript.* apud *Gruter.* 389. 2., quæ est apud *Orell.* 798. LOGISTA CIVITATIS SPLENDIDISSIMAE NICOMEDENSIVM. *Logista* hoc sensu *curator urbis* dicitur ab *Ammian.* 14. 7. *ad fin. V.* ibi Interpr. Ceterum consulę *Borghesium Iscriz. di Burbulejo p.* 4. et præcipue *Bullett. archeol.* a. 1843. p. 196.

LŌGISTĬCUS, a, um, adject. λογιστικός, ad logistam pertinens. *Cassiod.* 3. *Variar.* 52. Rationem ipsius disciplinæ (*geometricæ*) et in medicinam et ad artem logisticam aptam esse (*Chaldæi*) docuerunt.

LŌGISTŌRĬCUM, i, n. 2. λογιστορικόν, *vel* logistoricus, i, m. 2. titulus est cujusdam libri M. Varronis, in quo perscripta fuisse videntur dicta et doctrinæ scitu dignæ historiæque memorabiles, per varia capita suis lemmatis distinctæ: a λόγος *sermo* et ἱστορία *historia*, vel *cognitio, peritia. Gell.* 20. 11. Sculnam scriptum esse in Logistorico M. Varronis, qui inscribitur *Cato*, idem P. Lavinius admonet. *Id.* 4. 19. *extr.* M. Varro in Logistorico scripsit, quæ inscripta est *Cato, aut de liberis educandis.* h. e. historia, vel sectio, vel doctrina ejus libri inscripta est de liberis educandis.

LŌGĬUM, ii, n. 2. λόγιον, oraculum. *Capell.* 1. p. 5. In fanis, quibus aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus, aut denudata pecudum cædæ fissiculatis extorum prosiciis viscera loquebantur, quibusque solitus (*Mercurius*) sortitus excedere, vel logia personare.

LŌGŌAŒDĬCUS, a, um, adject. λογοαοιδικός. Metrum logoœdicum vocatur, quod initio dactylos pedes, in fine trochaicam syzygiam habet: ita autem est appellatum, quod illud medium inter poeticam et prosam orationem videtur esse; a λόγος *prosa oratio* et ἀοιδή *carmen. Mar. Victorin.* p. 2560. *Putsch.* His logoœdiaci (*corrige* logoœdici) metri speciem, quæ et enoplius et Archebulius dicitur, non absurde conjunxerim, adæque dactylici metri sobolem; scilicet quum trochaica basi versus claudi-

tur duobus, vel tribus, vel quatuor dactylis, et duobus connectitur trochæis, et appellatur Alcaicum decasyllabum, ut est: Laurea Nyctelio corona. Adde *Atil. Fortunat.* p. 2697.; et *Plot. de metris* p. 2662. *Putsch.*

LŌGŌDÆDĂLĬA, æ, f. 1. λογοδαιδαλία, a λόγος *sermo* et δαίδαλος *ingeniosus*, est ingeniosa nimis et curiosa sermonis elaboratio. *Auson. Edyll.* 12. 1. E logodædalia strides modo qui nimium trux.

LŌGŌGRĂPHUS, i, m. 3. λογόγραφος, a λόγος *ratio* et γράφω *scribo*, est rationarius, qui in municipiis libros rationum scribit, quique in acta refert quæ ad rempubl. pertinent. *Arcad. Dig.* 50. 4. 18. *ante med.* Qui custodes ædium, vel logographi, vel tabularii *etc.* muneribus personalibus adstringuntur. Adde *Imp. Alex. Cod.* 10. *tit.* 60. *qui* De tabulariis, scribis, logographis *inscribitur*, 1.

LŌGOS *vel*

LŌGUS, i, m. 2. λόγος. Fere adhibetur in plur. numero. ¶ 1. Græce est verbum, vox, dictum, sermo, *parola, discorso. Plaut. Men.* 5. 2. 29. Loquere, uter meruistis culpam, paucis: non longos logos. *non molte parole.* et *Petron. Satyr.* 126. Procedentibus longius logis. *Al. leg.* jocis. ¶ 2. Accipitur et pro dicto futili, vano, contemnendo, *parole vane, chiacchiere. Plaut. Pers.* 3. 1. 66. Dabuntur dotis tibi sexcenti logi. *Ter. Phorm.* 3. 2. 7. PHOR. Non mihi credis? DO. Hariolare. PHOR. Sin fidem do? DO. Fabulæ. PHOR. Feneratum istuc beneficium tibi pulcre dices. DO. Logi. ¶ 3. Item pro dicto ridiculo, joco. *Plaut. Stich.* 1. 3. 68. Dabuntur tibi sexcenti logi. *Ter. Phorm.* 3. 2. 7. PHOR. Non mihi credis? DO. Hariolare. PHOR. Sin fidem do? DO. Fabulæ. PHOR. Feneratum istuc beneficium tibi pulcre dices. DO. Logi. ¶ 3. Item pro dicto ridiculo, joco. *Plaut. Stich.* 1. 3. 68. Logos ridiculos vendo: agite, ilicemini. *Cic. fragm.* apud *Non.* p. 63. 18. *Merc.* Ego certe scio, omnes logos, qui ludis dicti sunt, animadvertisse. ¶ 4. Item pro fabula, *favola. Seneca Consol. ad Polyb.* 27. Fabellæ et Æsopei logi, intentatum Romanis ingeniis opus. ¶ 5. *Logos* Græce est etiam ratio. Hinc *Auson. Edyll.* 11. 67. triplex quoque forma medendi, Cui logos, aut methodos, cuique experientia nomen. h. e. medicina rationalis. *V. Cels. præfat.* Sic *Marcell. carm. de medicina*, 6. Quod logos, aut methodus, simplexque empirica pangit. — *NB* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LŌLIĂCEUS, a, um, adject. (lolium) qui ex lolio est, *di loglio*, αἰρινος. *Varro* 3. *R. R.* 9. 20. Turundæ admistæ ex farina loliacea.

LŌLIĀRĬUS, a, um, adject. (lolium) ad lolium pertinens, *da loglio*, αἰρινος. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 16. Cribro viciario, vel loliario pulli superponuntur.

LŌLĪGO *vel* lolligo, inis, f. 3. piscis genus, τευθίς, τεῦθος (It. *pesce calamaro, lolligine, totano*; Fr. *seiche officinale*; Germ. *d. Tintenfisch*; Angl. *the calamary, cuttle-fish, or sleeve*) fortasse ab atro succo, quem habet. Sane ater iste succus in sepia vocatur ὀλός pro ὀλός. Itali hodie a thecæ calamariæ similitudine calamarium appellant. Habet enim cruorem nigrum atramenti similitudine. (*Plin.* 9. *Hist. nat.* 29. 45. (84). Ambo (*mas et femina*), ubi sensere se apprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine his est, infuscata aqua abscondunt. et *Ovid. Halieut.* 129. Et nigrum niveo porrigens in corpore virus Loligo). Unde succus loliginis pro livore hominis atri, id est malevoli, ponitur. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 100. hic nigræ succus loliginis, hæc est Ærugo mera. — *Varro* 5. *L. L.* 79. *Müll.* dictam putat a volando, quasi *voligo*. Volitat enim interdum, extra mare efferens se, ut *Plin.* 9. *Hist. nat.* 29. 45. (84). tradit. Instructa est octonis quasi pediculis, quibus natat ac venatur: ac præterea duobus pedibus longioribus et asperis, quibus ad os cibum admovet: caret ossibus, sed corpus habet circulis carnis vinctum, ut *Id.* docet *ibid.* 28. 41. (83). et 11. *ibid.* 37. 87. (215).; additque 9. *ibid.* 30. 48. (93). in nostro mari loligines quinum cubitorum capi, sepias binum. Aude *Cic.* 2. *Divinat.* 70. 145. *V.* voc. seq. et LOLLIUM.

LŌLĪGUNCŪLA *vel* lolliguncula *vel* loliaiuncula, æ, f. *deminut. a* loligo, parva loligo, τευθίς. *Plaut. Cas.* 2. 8. 58. Volo molliculas escas: emito sepiolas, lepadas, loliunculas, hordeias.

LŌLĬUM, ii, n. 2. herba in segetibus nascens, lisque inimica, hordeo similis, cujus etiam vitium esse putatur, quasi ὄλιον, hoc est adulterinum. Fit enim e corruptis tritici et hordei seminibus, *loglio*, αἶρα, ζιζάνιον. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 17. 44. (153). Nam lolium et tribulos et carduos lappasque, non minus quam rubos, inter frugum morbos potius, quam inter ipsius terræ pestes, numeraverim. *Virg.* 1. *G.* 153. interque nitentia culta Infelix lolium et steriles dominantur avenæ. Adde *Horat.* 2. *Sat.* 6. 80. — *Lolio victitare* dicitur, qui viso est imbecillo. Nocet enim oculis lolium, propter vapores acres, quos in cerebrum attollit. *Plaut. Mil. glor.* 2. 3. 50. SCE. Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico. PA. Quid jam? SCE. Quia luscitiosus. Cf. *Ovid.* 1. *Fast.* 691. Et careant loliis oculos vitiantibus agri. — Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 2. *p.* 174.) hanc exhibet synonymiam: Αἶρα Theophr. 8. 7.; Αἶρα καὶ Ζιζάνιον Dioscor. 2. 122.; Ζιζάνιον Quorumd.; Ἥρα Lacon.; *Lolium infelix* Virg. 5. Ecl. 37. et 1. G. 154.; *Lolium* Plin. loc. cit. et 22. Hist. nat. 25. 77. (160). et *Loliacea farina* Varron. 3. R. R. 9. 20. et Colum. 8. R. R. 4. 1. sunt *Lolium temulentum* L. Spec. plant. 112.

LOLLĬUM *vel* lolium, ii, n. 2. idem ac loligo seu lolligo, piscis genus. *Theod. Priscian.* 4. 2. *ante med.* Omitto plurima animalia sine sanguine, ut puta pulpas, sepias, lollia, ostrea, spondylos etc.

LŌMENTĀRĬUS, ii, m. 2. (lomentum) qui lomentum vendit. *Gloss. Philox.* Lomentarius, σμηγματοπώλης.

LŌMENTO, as, are, a 1. lomento abluere. *Gloss. Cyrill.* Σμήχω, lomento.

LŌMENTUM, i, n. 2. (a *lotum*, ut *fomentum* a *fotum*, vel pro *lavamentum, laumentum* a *lavo*, quod eo ad lavandum uterentur) est farina fabacea, qua ad rugas e cute tollendas usa est antiquitas, σμῆγμα (It. *farina di fava*; Fr. *farine de féve*; Hisp. *harina de haba*; Germ. *e. Bohnenmehl*; Angl. *bean-meal*).

I.) Proprie. *Veget.* 5. *Veterin.* 62. 1. *Schneid.* Tres pilulas bene contusa axungia mollissimas facies, quas in subtilissimo lomento, hoc est farina fabacea, convolves et per os digeres. *Martial.* 3. 42. Lomento rugas uteri quod condere tentas. *Pallad.* 11. *R. R.* 14. *circa med.* Ex faba lomentum factum vino adjicere. Adde *Veget.* 1. *Veterin.* 56. 19. *Schneid.*

II.) Translate. ¶ 1. Est coloris genus, quod in usum pictorum ex cæruleo confici solet, λείωμα. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 13. 57. (162). Ex cæruleo fit, quod vocatur lomentum: perficitur id lavando terendove; hoc est cæruleo candidius. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a superiore num. I. *Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 14. *ad fin.* Persuasum est el, censuram lomentum, aut nitrum esse: nam sordes eluere vult etc.

LONCHĪTIS, idis, f. 3. λογχῖτις, herba in locis sitientibus nascens, foliis porri ad radicem rubentibus, flores habens, ceu galericulos, personis comicis similes, parvam exserentes linguam, semen vero involucris clausum, triangulum et lanceæ simile, unde sibi nomen vindicavit: λόγχος enim *lancea* est. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 11. 88. 137. et 26. *ibid.* 8. 48. (76). Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. *p.* 361.) hanc exhibet synonymiam: Λογχῖτις Dioscor. 3. 161. et *Lonchitis* Plin. loc. cit. sunt *Serapias Lingua* L. Spec. plant. 1344.

LONCHŌTON. *V.* LEUCOION.

LONCHUS, i, m. 2. λόγχος, hasta, lancea. *Tertull. Cor. mil.* 11. Requiescens super loncho, quo perfossum est corpus Christi.

LONGÆVA, æ, f. 1. *V.* LONGÆVUS in fin.

LONGÆVĬTAS, ātis f. 3. (longævus) longum ævum, senectus, *vecchiaja*, πολυετία. *Macrob.* 7. *Saturn.* 5. De longævitate eorum (*cervorum*) opinio fabulatur. Adde *Vulgat. interpr. Eccli.* 30. 23. — De veterum longævitate *V. Labus., Monum. Ambros.* p. 35. et seq.

LONGÆVĪTO, as, are, a 1. *frequentat. a* longævo. *Alcim. Ep.* 56. Præsentiam vestram succedentium annorum numerositate divinitas propitiata longævitet.

LONGÆVO, as, are, a. 1. (longævus) longævum facere. *Venant. Vit. S. Menard.* 13. Deus clementissimi Theodeberti regis nostri felicitatem pro sua pietate longævet.

LONGÆVUS, a, um, adject. (longus *et* ævum) annosus, senex, longi ævi: vox poetica, πολυετής (It. *di lunga età, vecchio*; Fr. *très-vieux, tres-âgé*; Hisp. *muy viejo*; Germ. *von holem Alter, alt, bejahrt, betagt*; Angl. *long-lived, aged, ancient*). *Virg.* 3. *Æn.* 169. hæc lætus longævo dicta parenti Haud dubitanda refert. *Id.* 2. *ibid.* 525. sacra

longævum in sede locavit. *Id.* 5. *ibid* 715. longævus senex. *Id. ibid.* 620. longæva conjux. *et* 6. *ibid.* 321. sacerdos. *Propert.* 4. 152. longævum Priami caput. *Martial.* 14. 27. longævi capilli. *Id. Spectac.* 5. longæva vetustas. *Propert.* 2. 10. 47. *de Nestore.* senectus. *Stat.* 10. *Theb.* 864. Amnis ut incumbens longævi robora pontis Assiduis oppugnat aquis. *Ammian.* 28. 4. *ad fin.* Hi qui ad satietatem vixerunt, potiores auctoritate longæva, clamitant sæpe etc. *Id.* 26. 3. Longæva impunitas nutrivit immania. — In illo *Virg.* 6. *Æn.* 764. Silvius, Albanum nomen, tua postuma proles, Quem tibi longævo serum Lavinia conjux Educet silvis regem: tum *Servius*, tum *Apollinaris Sulpicius* apud *Gell.* 2. 16. *longævo* interpretantur non seni, sed in longum jam ævum perpetuo recepto immortalique ac deo facto. Sed hoc nimis subtile est, et vel ipsi *Gellio* merito displicet. — *Longæva* absolute, substantivorum more, dicitur anus. *Ovid.* 10. *Met.* 462. Cunctantem longæva manu deducit. *h. e.* nutrix longæva.

LONGĂNĬMIS, e, adject. (longus *et* animus) magnanimus, et opponitur pusillanimi, *longanimo*, μακρόθυμος. *Vulgat. interpr.* 2. *Esdr.* 9. 17. Tu autem Deus propitius, clemens et miserieors, longanimis et multæ miserationis, non dereliquisti eos. Adde *eumd. Psalm.* 102. 8. Habent et *Not. Tir. p.* 45.

LONGĂNĬMĬTAS, ātis, f. 3. (longanimis) magnanimitas, *longanimità*, μακροθυμία. *Cassiod.* 5. *Hist. Eccl.* 42. *a med.* Verumtamen nos longanimitate detenti, multo tempore sustinuimus eos. Adde *eumd.* 6. *ibid.* 32.; et *Vulgat. interpr. Rom.* 2. 4. et alibi sæpe.

LONGĂNĬMĬTER, adverb. (longanimis) animo constanti, μακροθύμως. *Cassiod.* 10. *Hist. Eccl.* 33. Illorum ferocitatem et impietatem longanimiter Deus omnium patitur. Adde *Vulgat. interpr. Hebr.* 6. 15.

LONGĂNON, i, n. 2. *et* longăno, longăbo, longăvo, ōnis, m. 3. *et* longăvus, i, m. 2. Apud *Veget. loc.* infra *cit.* legitur *longanon* in recto singulari: apud *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. et 5. *ibid.* 10. *longao* (lege *longabo*), *onis*: apud *Varron.* vero *longavo.* — Longanon

I.) Proprie est intestinum rectum, a crasso intestino, quod κῶλον appellant, ad sedem usque porrectum, spinæ e directo incumbens: quod in longum protendatur, nullis orbibus implicitum, ut cetera intestina, ἀπευθυσμένον ἔντερον. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 22. et 2. *Tard.* 1.; et *Veget.* 1. *Veterin.* 42. et alibi sæpe.

II.) Translate. Ex hujusmodi intestino farto varia fiebant farcimina, ut est apud *Apic.* 4. 2. *ante med.* Unde et ipsum pro farcimine accipitur a *Varron.* 5. *L. L.* 111. *Müll.* et *Arnob.* 7. 24., ubi *longavus.*

LONGĒ, adverb. (longus). Alias formas *Longiter* et *Longum* V. loco suo. — Comp. *Longius* I. et II. 1. 2.; Sup. *Longissime* I. et II. 1. 4. — Longe de loco usurpatur, et est longo intervallo, procul, πόρρω. τῆλε (It. *lungi, di lontano*; Fr. *longuement, en longueur*; Hisp. *lunguamente, en longitud*; Germ. *lang, weit, weit entfernt*; Angl. *far off, afar off, a great distance off, a great way from, at a distance*).

I.) Proprie de loco usurpatur. — *a*) Absolute. *Plaut. Rud.* 4. 3. 95. Ubi tu habitas? CRI. Porro illic longe usque in campis ultimis. *Ter. Eun.* 2. 3. 43. Continuo accurrit ad me, quam longe quidem. *quanto da lungi ei può. Cic.* 2. *Fam.* 7. Longe absum, audio sero. *et* 14. *ibid.* 2. *sub fin.* Longius, quam ita votis placet, non discedam. Sic *Nepos Eumen.* 8. Longe discedere. *Plin.* 7. *Ep.* 27. Strepitus vinculorum longius primo, deinde e proximo reddebatur. *Colum.* 9. *R. R.* 8. 9. Apes, quæ longius meare videbuntur. *Cic.* 4. *Verr.* 27. 65. Longe mihi obviam cum suis omnibus processerunt. *Virg.* 1. *G.* 358. resonantia longe Litora. Sic *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 25. 80.; *Ovid.* 2. *Pont.* 7. 11.; et *Ammian.* 21. 3. et 25. 6. Longe videre. *Virg.* 3. *Æn.* 556. audire. *Ovid.* 10. *Met.* 719., 4. *ibid.* 623. et 6. *ibid.* 260. agnoscere. *Ter. Eun* 4. 2. 5. abire. *Ovid. Heroid.* 15. 217. fugere. *Virg.* 10. *Æn.* 572. gradi. *Nepos Themist.* 3. progredi longius. *Ammian.* 27. 5. Longe agere. *Ovid.* 10. *Met.* 664. Metaque erat longe. *et* 11. *ibid.* 479. longeque erat utraque tellus. Adde *eumd. ibid.* 794.; et *Lucan.* 5. 576. et 8. 712. — Et figurate *Cic.* 13. *Fam.* 29. Exspectare te arbitror, hæc tam longe repetita principia quo spectent. *Id.* 5. *Tusc.* 31. 87. Honestatem sic complectitur, ut omnia quæ sine ea sint, longe et retro ponenda censeat. — *b*) Cum addito termino, a quo quis aut quid longe est. *Cic.* 4. *Verr.* 22. 53. Bidis oppidum est non longe a Syracusis. *Id.* 1. *Legg.* 1. 3. Non longe a tuis ædibus inambulans. *Cæs.* 7. *B. G.* 16. Vercingetorix locum castris delegit ab Avarico longe millia passuum XVI. Huc pertinet et illud *Martial.* 1. 87. Hic longe est mihi. *è da me lontano.* — Et cum Genitivo. *Apul.* 5. *Met.* Longe parentum velut exsulantes. *h. e.* longe a parentibus. — Et cum addito termino, quo quis aut quid fertur. *Cic. Flacc.* 29. 72. Longe omnino a Tiberi ad Caicum. *Id. Quinct.* 25. 79. Quam longe est hinc in saltum Gallicanum? *quanto v'è? Liv.* 1. 28. Quo longissime conspectum oculi ferunt. — *c*) Additur interdum Genitivus *gentium*, leporis et significantiæ gratia. *Cic.* 6. *Att.* 3. Tu autem abes longe gentium. Sic *Id.* 12. *Fam.* 22. Nostri τυραννοκτόνοι longe gentium absunt. — *d*) *Longe lateque* est in omnes partes, multis et longinquis in locis, *da per tutto, per ogni parte, d'ogni intorno. Nævius* apud *Non. p.* 503. 19. *Merc.* Late longeque trans nostros fervere. *Cic.* 2. *Nat. D.* 15. 40. Sol, qui immenso mundo tam longe lateque colluceat. Confer *eumd.* 1. *ibid.* 20. 54. Animus late longeque peregrinatur. *et* 1. *Divinat.* 36. 79. Dii vim suam longe lateque diffundunt.

II.) Translate. ¶ 1. Refertur ad tempus. *Plaut. Rud.* 4. 1. 24. Quid tu? quam dudum in portum venis huc? EP. Longissime. *è un grandissimo pezzo.* et *Men.* 5. 9. 52. Quid longissimę meministi in patria tua? *di quale cosa conservi tu più lunga memoria? Cic. Brut.* 15. 60. Varro, diligentissimus investigator antiquitatis, vitam Nævii producit longius. *più avanti.* et *ibid.* 34. 129. Longius ætate provectus. *Id.* 7. *Fam.* 3. *ad fin.* Hæc tecum coram malueram (*dicere*): sed quia longius fiebat, volvi per litteras eadem, ut haberes etc. *Id. Amic.* 12. 40. Longe prospicere futuros casus. *Cæs.* 7. *B. G.* 71. Frumentum se exigue dierum XXX. habere, sed paullo etiam longius tolerare posse parcendo. *Nepos Att.* 2. Neque longius, quam dictum esset, eos debere passus est. *più a lungo. Id. Themist.* 7. Dedit operam, ut quam longissime tempus duceret. *Horat.* 2. *Od.* 20. 4. neque in terris morabor Longius, invidiaque major Urbes relinquam. *Pedo Albinov.* 2. 4. Longius annoso vivere dignus avo. *h. e.* diutius. *Quintil.* 1. 1. 14. Non longe subsequi. *non molto dopo.* ¶ 2. Refertur etiam ad multitudinem verborum: cui contrarium est *breviter. Cic. Orat.* 48. 162. Hæc dixi brevius, quam si hac de re una disputarem: longius autem, quam instituta ratio postulabat. *più a lungo. Quintil.* 10. 2. 17. Otiosi et supini, si quid modo longius circumduxerunt, jurant ita Ciceronem locuturum fuisse. ¶ 3. *Longe esse* speciatim occurrit: scilicet — *a*) *Longe esse* vel *abesse* eleganter dicuntur, quæ nihil juvant. *Cæs.* 1. *B. G.* 36. Si id non fecissent, longe ab his fraternum nomen populi Romani abfuturum. Sic *Ovid.* 4. *Met.* 648. Huic quoque, Vade procul, ne longe gloria rerum, Quas mentiris, ait, longe tibi Juppiter absit. *Virg.* 12. *Æn.* 52. Longe illi dea mater erit, quæ nube fugacem Feminea tegat. *Ovid. Heroid.* 12. 53. Quam tibi nunc longe regnum dotale Creusæ Et socer et magni nata Creontis erant! *Sil. It.* 17. 80. Longe conjugia ac longe Tyrios hymenæos Inter Dardanias acies fore. — *b*) *Longe esse ab aliqua re* est rem ipsam ignorare. *Quintil.* 8. *proœm.* 3. Unde existimant accidisse, ut qui diligentissimi artium scriptores exstiterunt, ab eloquentia longissime fuerint. ¶ 4. Sæpissime significat valde, multum, *di molto, assai, di gran lunga.* — *a*) Universim. *Ter. Adelph.* 1. 1. 40. Erat longe, mea quidem sententia. *Cic.* 3. *Tusc.* 14. 29. Lenit eorum adventum, quæ venientia longe ante videris. *Gell.* 17. 21. *a med.* Neque ita longe post Aristoteles vita functus est. — *b*) Jungitur Comparativis. *Virg.* 9. *Æn.* 556. Longe melior. *Phædr.* 3. 7. fortior. *Petron. Satyr.* 9. major. *et ibid.* 98. blandior. *Vellej.* 2. 74. tumultuosior. *et ibid.* 51. *extr.* Prælium longe magis prosperum. *Aurel. Vict. Cæsar.* 2. Ingenium longe acrius. — *c*) Jungitur Superlativis, aut eorum vim habentibus. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 48. 107. Et simul ex alto longe pulcherruma præpes Læva volavit avis. *Plaut. Most.* 3. 3. 8. Longe omnium longissima est. *Cæs.* 1. *B. G.* 2. Longe nobilissimus et ditissimus apud Helvetios. *Cic.* 7. *Verr.* 72. 187. Cæremoniæ longe maximæ atque occultissimæ. *Id.* 1. *Orat.* 11. 47. Sed ego neque illis assentiebar, neque harum disputationum inventori et principi longe omnium in dicendo gravissimo et eloquentissimo, Platoni. *Id. Brut.* 14. 55. Longe plurimum ingenio valuisse videtur. *Id.* 13. *Fam.* 13. Longe princeps municipii Lucensis. *Id.* 4. *Verr.* 22. 53. Longe primus civitatis. — *d*) Item cum Verbis, Adverbiis et Nominibus, quæ præstantiam, vel diversitatem ac dissimilitudinem adsignificant. *Cic. Brut.* 64. 230. Inter æquales longe præstitit. *Id.* 6. *Verr.* 53. 118. Ædes duæ, quæ longe ceteris antecellunt. *Id.* 1. *Orat.* 21. 98. Longe Academiæ illi tuum hoc suburbanum gymnasium anteponam. *Id.* 4. *Verr.* 4. 10. A quo mea longissime ratio voluntasque abhorrebat. *Id. Amic.* 9. 32. Longe dissentire. *et ibid.* § 29. Quod longe secus est. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 31. 101. Longe aliter se habet, ac etc. et *Liv.* 39. 28. Id ego aliter longe judico esse. *Cato* apud *Isid. de differ. verb.* § 5. Aliud est amor, longe aliud est cupido. *Vatinius* apud *Cic.* 5. *Fam.* 10. Longe alia conditione sum, ac ceteri. *Cic.* 5 *Phil.* 18. 49. Longissime diversa ratio est. *Id. Sull.* 17. 49. Erat huic judicio longe dissimilis illa contentio. *Liv.* 1. 9. Longe ante alias specie et pulcritudine insignis. — *e*) Item cum *multum. Cic.* 1. *Orat.* 49. 215. Multum inter se distant istæ facultates, longeque sunt diversæ ac sejunctæ. *Id.* 7. *Verr.* 44. 115. Longe omnes multumque superare. *Id.* 5. *Fin.* 14. 40. Quum longe multumque ratio præstet. *Id. Mur.* 13. 29. Longe et multum antecellere. — *f*) Interdum repetitur. *Cic.* 2. *Fin.* 21. 68. Plurimum, et longe longeque plurimum tribuere honestati. *Ovid.* 4. *Met.* 325. Sed longe cunctis longeque potentior illis. *Gell.* 14. 1. *circa med.* Et supra longe atque per infinitum. Adde *Horat.* 1. *Sat.* 6. 18. ex lectione *Bentleji.* — *g*) Absolute. *Stat.* 1. *Achill.* 176. Par studiis ævique modis, sed robore longe. *h. e.* longe dispar, inferior. Loquitur de Patroclo Achillis sodali.

LONGĪLĂTĔRUS, a, um, adject. (longus *et* latus, eris) qui in lateris longitudine positus est. *Boeth. Arithmet.* 1. 27. Circum ipsos numeros qui sunt, id est circum angulares, longilateri numeri sunt. Longilateros autem voco, quo uno se supergredientes numeri multiplicant.

LONGĪLŌQUĬUM, ii, n. 2. (longus *et* loquor) longus sermo et tædii plenus. Est *Donati* ad *Ter. Eun.* 2. 2. 34.

LONGĪMĂNUS, a. um, adject. (longus *et* manus) μακροχείρ, qui alteram manum longiorem habet. Occurrit tantum, qua cognomen Artaxerxis Persarum regis: alteram enim manum habuit hujusmodi. *Hieronym.* in *Chronic. Euseb. ad Olymp.* CXXIX. — Apud *Nepot. Reg.* 1. Græca voce *macrochir* dicitur: a μακρός *longus* et χείρ *manus.*

LONGINQUA, ōrum, n. plur. 2. *V.* LONGINQUUS in fin.

LONGINQUĒ, adverb. (longinquus). Aliam formam *Longinquo V.* loco suo. — Comp. *Longinquius* I. — Longinque est idem ac longe.

I.) Proprie de loco usurpatur. *Ennius* apud *Non. p.* 402. 3. et 515. 11. *Merc.* Annos multos longinque ab domo bellum gerentes. *lungi dalla patria. Gell.* 1. 22. *a med.* Longinquius diutiusque abesse. *Fulgentius* interpretatur *per più lungo tempo*; et pro *abesse* legit *adesse.*

II.) Figurate est idem atque inusitate, scilicet ea ratione quæ apud veteres vigebat, sed jam in desuetudinem abiit. *Fronto ad Verum* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 1. Historiam quoque scripsere Sallustius structe, Pictor incondite, Claudius lepide, Antias invenuste, Sisenna longinque. De eodem *Cic. Brut.* 75. 260. Sisenna recte loqui putabat esse, inusitate loqui.

LONGINQUĬTAS, ātis, f. 3. (longinquus) est eadem ac longitudo. *lunghezza.*

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim pro longitudine. *Flor.* 4. 12. *extr.* Nihil magis quam longinquitatem viæ imputabant, quam quadriennio implerunt. *Tac.* 6. *Ann.* 44. Disjectos, et longinquitate itineris fessos. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 5. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 33. (63). Longinquitas navigandi. ¶ 2. Speciatim pro magna locorum distantia, *lontananza, di*

stanza, διάστημα. Cic. 2. *Fam.* 9. In his enim sum locis, quo propter longinquitatem tardissime omnia perferuntur. *Tac. Agric.* 19. Devortia itinerum et longinquitas regionum indicebatur, ut civitates (*frumenta*) a proximis hibernis in remota et avia referrent.

II.) Translate est distantia temporum, diuturnitas, *lunghezza di tempo, lunga durata. Ter. Hecyr.* 4. 2. 20. Longinquitas ætatis. *lunga vita. Cic.* 1. *Divinat.* 7. 12. Nihil est, quod non longinquitas temporum efficere possit. *Id.* 5. *Tusc.* 40. 117. Si dolores longinquitate producti vehementius torquent. *Liv.* 10. 31. Longinquitas bellorum. *Tac.* 1. *Ann.* 53. exsilii. *Liv.* 9. 33. Qui quinquennalem ante censuram et longinquitate potestatem dominantem intra sex mensium et anni coegisset spatium.

LONGINQUĒ, adverb. (longinquus) longe, longo tempore. *Paul. Dig.* 30. 39. Servus longinquo absens. *Ulp. ibid.* 3. 3. 44. Si longinquo sit abfuturus.

LONGINQUO, as, are, a. 1. (longinquus) distare facio, removeo, *allontanare. Claud. Mamertin.* 1. *Stat. anim.* 1. Deum a se longinquare. Adde *Augustin. in Psalm.* 34. *serm.* 2. *n.* 6.

LONGINQUUM, adverb. et

LONGINQUUM, i. *V.* voc. seq. I. 1. et 2. et II. 1.

LONGINQUUS, a, um, adject. (longus). Scribitur et *longincus.* — Comp. *Longinquior* I. 2. et II. 1.; Sup. *Longinquissimus* legitur apud *Boeth.* p. 523. — Longinquus est idem ac longus.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim pro longo, porrecto, extenso, raro admodum occurrit. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 26. (59). E vivariis mas linea longinqua per os ad branchias religata emissus in mare. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 353. Sic qui vecturam longinqua per æquora merces Molitur tellure ratem etc. — Hinc *longinqua* absolute, substantivorum more. *Virg.* 2. *G.* 197. Saltus et saturi petito longinqua Tarenti. *Alii tamen interpretantur* remota. ¶ 2. Speciatim et sæpius est longo intervallo distans, remotus, dissitus, *lontano, rimoto, distante,* ἀπώτερος. *Cic.* 15. *Fam.* 9. Non dubito, quid præsentes sentiant: nos quidem longinqui et a te ipso missi in ultimas gentes etc. *Id.* 2. *Cat.* 13. 29. Ab extero hoste atque longinquo. *Cæs.* 7. *B. G.* 77. *in fin.* Longinquæ nationes. *Id.* 1. *B. C.* 60. Longinqua civitas. *Liv.* 5. 32. gens. *Cic.* 15. *Att.* 9. Longinqua Lacedæmon. *Id. pro leg. Manil.* 16. 46. Ex loris tam longinquis tamque diversis. *Cæs.* 4. *B. G.* 27. Longinquiores loci. *Liv.* 3. 33. Longinqua legatio. *h. e.* qua quis fungitur apud dissitas nationes. Sic *Id.* 22. 23. Cura longinqua. et *Tac.* 11. *Ann.* 10. Nam Parthi, quamquam victores, longinquam militiam aspernabantur. — Hinc *longinqua* absolute, substantivorum more, sunt loca remota. *Tac.* 3. *Ann.* 34. Adire longinqua imperia. — *E* et *ex longinquo*, e loco remoto, *di lontano. Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (97). E longinquo intueri. *Id.* 10. *ibid.* 23. 31. (61). venire. Sic *Id. ibid.* 42. 59. (118). Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit (*ut psittaco*), sed expressior loquacitas generi picarum est. *Tac.* 1. *Ann.* 47. Majestate salva, cui major e longinquo reverentia. *Seneca Ep.* 22. Ex longinquo suadere aliquid. ¶ 3. Item speciatim est peregrinus, externus, h. e. qui e longinquo venit. *Cic. Dejot.* 3. 10. Homo longinquus et alienigena. *Id. Mil.* 28. 76. Clodius æqualiter in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos irruebat. *Ovid. Ib.* 150. Nostraque longinquus viscera piscis edat.

II.) Translate. ¶ 1. Refertur ad tempus et ponitur pro diuturno, *lungo. Virg.* 3. *Æn.* 415. Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas. quod *Tasso* his verbis reddidit: *Tanto mutar può lunga età vetusta. Nepos Themist.* 4. Majore cum labore et longinquiore tempore bellum confecturum. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 136. Longinquam vitam dare alicui. *Cic.* 1. *Divinat.* 49. 109. Longinqua observatio. *Id.* 2. *Fin.* 29. 94. Bene longinqui dolores. Sic *Liv.* 5. 5. *extr.* Longinquus morbus. et *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 25. (79). Longinquæ febres. *Cæs.* 3. *B. C.* 8. Se confidere munitionibus oppidi, si celeriter succurratur: longinquam oppugnationem sustinere non posse. *Id.* 1. *ibid.* 47. Longinqua consuetudo. *Propert.* 1. 6. 27. amor. *Liv.* 4. 18. Longinqua militia. — Hinc *longinquum* adverbii more apud *Plaut. Merc.* 3. 4. 23. Odiosa est oratio, quum rem agas, longinquum loqui. *a lungo.* ¶ 2. Est etiam tardus, lentus, serus. *Plaut. Merc.* 5. 2. 55. Longinquum istuc amanti est. *è cosa che va troppo per le lunghe, troppo lenta. Cic. Partit. orat.* 32. 112. Cum spe perrumpendi periculi, vel in longinquum tempus differendi. *Tac.* 13. *Ann.* 37. *extr.* Si omissa spe longinqua et sera, præsentem potioremque sequeretur. ¶ 3. Item antiquus, qui longe ante fuit. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 26. (83). Ita sunt longinqua monumenta Tiberii Cajique Gracchorum manus, quæ apud Pomponium Secundum vidi annos fere post ducentos. — Hinc

Longinqua, ōrum, et

Longinquum, i, absolute, substantivorum more. *V.* supra sub I. 1. et 2.

Longinquum, adverbii more. *V.* supra sub II. 1.

LONGĪPES, pĕdis, adject. (longus *et* pes) longos pedes, sive longa crura habens, *lungo di piedi,* μακροσκελής. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 4. 10. (30). Simillimum scarabæo longipedi. *Id.* 11. *ibid.* 47. 107. (257). Longipedes porrectis ad caudam cruribus volant.

LONGISCO, is, ere, inchoat. n. 3. (longus) longus fio, in longum cresco, *allungarsi,* ἐκτανύομαι. *Ennius* apud *Non. p.* 134. 19. *Merc.* neque corpora firma Longiscunt quicquam.

LONGĪTER, adverb. (longus) longe. *Lucret.* 3. 677. Non, ut opinor, eam ab leto longiter errat. *Id.* 5. 134. longiter esse ab aliqua re.

LONGĪTĪA, æ, f. 1. (longus) longitudo. *Auct. de limit.* edit. *Goesii p.* 271.; et *Vegel.* 4. *Veterin.* 2. 2., ubi et *longicia* scribitur, at *Schneider.* legit *longitudo. V.* LATITIA.

LONGĪTRORSUS, adverb. (longus *et* versus) in longum, in longitudinem. *Paul. Diac. p.* 120. 7. *Müll.* Longitrorsus sic dicitur, sicut dextrorsus, sinistrorsus.

LONGĪTŪDO, ĭnis, f. 3. (longus) magnitudo in longum extensa, prolixitas, μακροτης (It. *lunghezza;* Fr. *longueur, élendue en long;* Hisp. *largura, largaria, longitud;* Germ. *d. Länge;* Angl. *lenght, longitude*).

I.) Proprie de loco dicitur. *Cic.* 1. *Nat. D.* 20. 54. In hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. *Id.* 9. *Phil.* 1. 2. Longitudo itineris *Cæs.* 5. *B. G.* 33. agminis. *Ammian.* 16. 12. spatiorum. *et* 31. 11. viarum. *et* 22. 8. linealis. *Cic. Orat.* 51. 173. Longitudines et brevitates in sonis. — Hinc *in longitudinem, per longitudinem* et *longitudine* sæpe occurrunt, *per lungo. Cic. Tim.* 7. Diffindere aliquid in longitudinem. *Cæs.* 6. *B. G.* 28. Arduenna silva millibus amplius quingentis in longitudinem patet. *Id.* 7. *ibid.* 46. A medio fere colle in longitudinem murum præduxerant. *Alii leg.* in longitudine. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 34. 62. 150. Helix adolescit in longitudinem. *Id.* 3. *ibid.* 1. 2. (6). Hispania ulterior in duas per longitudinem provincias dividitur. *Auct. B. Alex.* 29. Magnis arboribus excisis, quæ longitudine utramque ripam contingerent. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (43). Italia patet longitudine ab Alpino fine usque Rhegium oppidum etc.

II.) Translate de tempore. *Cic.* 7. *Verr.* 10. 26. Diei brevitas conviviis, noctis longitudo flagitiis conterebatur. *Id. Partit. orat.* 17. 59. Longitudo orationis. *Ter. Heaut.* 5. 2. 10. Consulere in longitudinem. *h. e.* in futurum prospicere, providere quod diu prosit.

LONGĪTURNĪTAS, ātis, f. 3. (longiturnus) longævitas, μακροβίωσις. *Vulgat. interpr. Baruch* 3. 14. Disce ubi sit prudentia, ut scias simul, ubi sit longiturnitas vitæ.

LONGĪTURNUS, a, um, adject. (longus) longinquus, diuturnus. *Vulgat. interpr. Baruch* 4. 35. Ignis enim superveniet ei ab æterno in longiturnis diebus.

LONGĪUSCŬLĒ, adverb. (longiusculus) longule. *Sidon.* 8. *Ep.* 11. *sub fin.* Longiuscule me progredi amor impulit. Adde *Donat. edit.* 2. *p.* 1760. *Putsch.*

LONGĪUSCŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* longior, paullo longior, *lunghetto. Cic. Arch.* 10. 25. Quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis.

LONGĪVĪVAX, ācis, adject. omn. gen. (longus *et* vivax) longo tempore vivax. *Vet. Scholiast.* ad illud *Juvenal.* 14. 251. Cervina senectus: *hæc habet:* quos (*cervos*) usque ad nongentos annos vivere dicunt: longivivax.

LONGO, as, are, a. 1. (longus) longum facere. Translate *Venant. Fort.* 7. 12. 70. Tempora longantur, sed breviatur amor.

LONGŪLĒ, adverb. (longulus) *deminut. a* longe, aliquantum longe, *un po' lungi. Plaut. Rud.* 1. 5. 8. Haud longule ex hoc loco. *Ter. Heaut.* 2. 2. 10. Non cogitas hinc longule esse. *Apul.* 9. *Met.* Auribus grandissimis præditus cuncta longule etiam dissita facillime sentiebam.

LONGŪLUS, a, um, adject. *deminut. a* longus, *lunghetto. Cic.* 16. *Att.* 13. Longulum sane iter et via inepta. — Pro longo dixit *Terentian. v.* 2188. *de versu iambo.* Vides, ut icta verba raptet impetus, Brevemque crebra consequendo longula Citum subinde volvat arctius sonum.

LONGUM, adverb. *V.* LONGUS.

LONGŪRĬO, ōnis, m. 3. (longurius) longus homo et procerus, προμήκης: a perticæ, quam *longurium* vocant, similitudine. Usurpatur convicii loco, haud aliter ac *vacerram* et *stipitem* dicimus. *Varro* apud *Non. p.* 131. 29. *Merc.* Hic qui ante me est, nescio quis longurio. *alto come una pertica. V.* LONGUS, I. 1. *f.*

LONGŪRĬUS, ii, m. 2. (longus) pertica longior, varlis usibus inserviens, κάμαξ (It. *pertícone, pertica, stanga;* Fr. *longue perche, grande latte;* Hisp. *percha alta;* Germ. *e. lange Stange oder Latte;* Angl. *a long pole, rod, perch, or rail*). *Varro* 1. *R. R.* 14. 2. Secunda sæpes est ex agresti ligno, sed non vivit. Fit autem e palis statutis crebris, et virgultis implicatis, aut latis perforatis, et per ea foramina trajectis longuriis fere binis, aut ternis. *et* 2. *ibid.* 7. 10. Inter singulas equas a præsæpibus interjicere longurios, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. *Cæs.* 3. *B G.* 14. Falces præacutæ, insertæ affixæque longuriis. *et* 4. *ibid.* 17. Trabes directa materia injecta contexebantur, ac longuriis cratibusque consternebantur.

LONGUS, a, um, adject. Ratione habita etymi, videtur esse a λόγχη *hasta.* — Comp. *Longior* et Sup. *Longissimus* I. 1. et II. — Longus est porrectus, extensus, sive per planum exteodatur, sive in in altum erigatur, μακρός (It. *lungo;* Fr. *long;* Hisp. *largo;* Germ. *lang;* Angl. *long*).

I.) Proprie de spatio loci dicitur. ¶ 1. Generatim. — *a*) Adjective sine additis. *Cic.* 1. *Off.* 9. 30. Quæ quasi longo interjecto intervallo videmus. *Cæs.* 4. *B. G.* 9. Rhenus longo spatio citatus fertur. *Id.* 5. *ibid.* 31. Ex castris proficiscuntur longissimo agmine magnisque impedimentis. *Virg.* 3. *Æn.* 381. Italiam, quam tu jam rere propinquam, Longa procul longis via dividit invia terris. *Id.* 9. *ibid.* 229. Stant longis adnixi hastis. *Nepos Iphicr.* 1. Longiores gladii. *Id. Datam.* 3. Longus capillus. *Colum.* 1. *R. R.* 9. 3. Nunc admonuisse satis est — in illis plurimum referre vires et proceritatem. Nam longissimum quemque aratorem faciemus —, quod in re rustica nullo minus opere fatigatur prolixior, quia in arando stivæ pæne rectus innititur. *Cic.* 16. *Att.* 11. Longissima epistola. *Martial.* 2. 77. Non sunt longa (*epigrammata*), quibus nihil est quod demere possis. — *b*) Cum addita longitudinis mensura. — Per Accusativum sine vel cum præpos. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 34. 39. (212). Umbilicus septem pedes longus umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. *Liv.* 21. 8. et 26. 4. Longum tres pedes. *Colum. Arbor.* 16. Sulcum in quatuor pedes longum, in tres altum quum feceris. — Per Ablativum. *Plaut. Trin.* 4. 2. 58. Qua facie est homo? sy. Sesquipede quidem est, quam tu, longior. *Pallad.* 2. *R. R.* 10. Scrobes faciemus tribus pedibus longas. — Per Genitivum. *Colum.* 5. *R. R.* 6. 18. Scrobis latus pedum duorum, longus pedum sex. *et* 2. *ibid.* 11. 3. Areas longas pedum quinquagenum facito. — *c*) Speciatim *longa navis* a figura dicta, tum velis, tum remis agitur, *galéa*: differtque ab oneraria, quæ velis duntaxat. *Lentulus* apud *Cic.* 12. *Fam.* 15. *a med.* Navi longa profugerunt, onerariis relictis. Adde *Liv.* 21. 36. et 28. 22. et *Nepot. Themist.* 2. — *d*) *Longos versus* appellabat *Ennius* heroicos, teste *Cic.* 2. *Legg.* 27. 68. Confirmat *Diomed.* 8. *p.* 493. *Putsch.* — *e*) *Longa syllaba*, quæ longiore spatio temporis effertur. *Cic.* 3. *Orat.* 47. 183. Pæon oritur a brevibus deinceps tribus extrema producta atque longa. et *Orat.*

48. 159. Quid vero hoc elegantius, quod non fit natura, sed quodam instituto? *Inclitus* dicimus brevi prima littera, *insanus* producta; *inhumanus* brevi, *infelix* longa. *V.* BREVIS. — *f*) *Longus homo* interdum per contemptum dicitur, ut *vacerra, longurio*, scil. pro bardo ac stupido: sic *magnus*, et μέγας aliquando apud Græcos, et apud Latinos, *V.* MAGNUS. *Catull.* 67. 47. Longus homo est, magnas cui lites intulit olim Falsum mendaci ventre puerperium. — *g*) *Longa manus* variis modis explicatur apud *Propert.* 3. 5. 14. Attulimus longas in freta vestra manus. *Vulpius* interpretatur *extensas* et *porrectas*, et hanc esse ait hujus loci sententiam. Parcite dii maris, nam pelagus intravi supplicibus palmis et ad vos portentis. *Dousa* vero, *Barthius* et *Kuinoel.* id nimis longe petitum esse existimant, et interpretantur *longas manus* esse integras, non mutilatas, nam *Id.* ait *ibid.* 65. Huic fluctus vivos radicitus abstulit ungues. Putabant autem veteres, perjuros membro aliquo mutilari solitos, et perfidis mare esse valde periculosum. Hinc Pætus inducitur his verbis sortem suam deplorans suamque innocentiam declarans. — Alio sensu *longa manus* dicitur, quæ multum potest, etiamsi a longe sit. *Ovid. Heroid.* 17. 166. An nescis, longas regibus esse manus? Hinc proverbium apud Græcos: Μακραὶ τυράννων χεῖρες. — *h*) Absolute *in longum*, in longitudinem, *per longo. Plin.* 2. *Hist. nat.* 81. 83. (196). Nubes in longum porrecta. — *In longo* eodem sensu. *Id.* 17. *ibid.* 23. 35. (205). Vitis in arbusto quatuor pedes in longo constat. ¶ 2. Speciatim *longa freta* vel *æquora* dicuntur a Poetis vasta, ampla, longinqua ac diuturna navigatione peragenda. *Horat.* 3. *Od.* 3. 37. et *ibid.* 27. 43.; *Propert.* 2. 20. 29.; *Ovid. Heroid.* 7. 46. et alibi sæpe. Similiter *Virg.* 7. *Æn.* 286. sese referebat ab Argis Sæva Jovis conjux, aurasque invecta tenebat; Et lætum Æneam classemque ex æthere longo Dardaniam Siculo prospexit ab usque Pachyno. ¶ 3. Item speciatim *longus* ponitur pro longinquo, remoto, dissito, *distante, lontano. Sil. It.* 4. 374. Squalentes campos et longa mapalia complent. *h. e.* longo spatio dissita. *et* 6. 627. remeans longis Tirynthius oris. *Quintil. Declam.* 320. Ego sum ille, qui longas terras et ignotas regiones peragravi. *Justin.* 18. 1. 2. Alexander, qui tam longa a domo militia orientem subegit. — Huc referunt nonnulli *Sall. fragm.* apud. *Servium* ad *Virg.* 11. *Æn.* 544. Et Metello procul agente, longa spes auxiliorum. *h. e.* longe posita, ut et *Servius* exponit. Sed *V.* sub II. 1°. *n.*

II.) Translate ad tempus refertur, sive de spatio temporis dicitur; et latissime patet. — 1°. De rebus; et quidem — *a*) De tempore, stricto sensu. *Cic.* 12. *Att.* 5. *in fin.* Horæ, quibus exspectabam, longæ videbantur. *Id.* 4. *Verr.* 52. 120. Nonnumquam uno die longiorem mensem faciunt, aut biduo. *Virg.* 10. *Æn.* 549. Canitiemque sibi et longos promiserat annos. *h. e.* multos, et diuturnam vitam. Similiter *Ovid.* 7. *Met.* 494. et alibi sæpe. *et* 6. *Fast.* 670. Longum tempus. *Sil. It.* 3. 383. ætas longissima. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 34. 39. (214). Dies longissimus. *et ibid.* (212). Longissima spatia noctis. — *b*) De iis quæ per longinquum tempus durant vel durarunt, quæ diuturna sunt. *Cels.* 3. 1.: et *Liv.* 27. 23. Longus morbus. *V.* ACUTUS. *Cæs.* 3. *B. C.* 69. Longa interjecta mora. *Horat.* 1. *Od.* 11. 7. Spem longam resecare. *Liv.* 6. 32. Longa societas. *Id.* 29. 44. oratio *Ovid.* 12. *Met.* 5. bellum. *Justin.* 3. 7. 1. otium. *Sil. It.* 1. 89. cognomina. *h. e.* diuturna, diu usitata. — *c*) Speciatim *longum est*, res est longi temporis, laboris, multorum verborum etc. — Cum Infinito. *Ter. Andr.* 5. 6. 13. Longum est, nos illum exspectare dum exeat. *Cic.* 3. *Verr.* 60. 156. Jam vero quas iste prædas, quam aperte, quam improbe fecerit, longum est dicere. *Id. Sext.* 5. 12. Longum est ea dicere, sed hoc brevi dicam. *Tac.* 3. *Hist.* 71. Accessere tormenta longum videbatur. Adde *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 36. 117.; *Nepot. Hann.* 5.: *Sueton. Tib.* 61. et *Galb.* 3.; *Quintil.* 10. 1. 18; et *Ammian.* 29. 2. Similiter *Ovid.* 5. *Met.* 462. Quas dea per terras et quas erraverit undas, Dicere longa mora est. — Sequente *si*, ut apud *Ter. Heaut.* 2. 5. 94. Longum est, si tibi narrem etc. — Et per ellipsin omisso Infinito. *Ter. Phorm.* 3. 2. 19. Experire: non est longum. et *Cic.* 1. *Nat. D.* 8. 19. Longum est omnia, quæ talia sunt, ut optata magis, quam inventa videantur. *Alii leg.* ad omnia; *alii* iter ad omnia. — *d*) *Ne longum sit, ne longum faciam*, ut breviter dicam. *Cic.* 3. *Cat.* 5. 10. Ac, ne longum sit, Quirites, tabellas proferri jussimus. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 137. Ne longum faciam, dum tu quadrante lavatum Rex ibis etc. Similiter *Cic.* 2. *Legg.* 10. 24. At, ne longum fiat, videte. *h. e.* ne diu differatur. — *e*) *Longius facere* est trahere in longius plura dicendo. *Cic.* 5. *Fin.* 6. 16 Nihil opus est exemplis hoc facere longius. *Id.* 1. *Legg.* 7. 22. Non faciam longius. — *f*) *Nihil mihi est longius*, nihil magis cupio, nullis rei tanta exspectatione teneor, *non vedo l'ora. Cic.* 11. *Fam.* 27. Respondit, nihil, sibi longius fuisse, quam ut me videret. *Id.* 6. *Verr.* 18. 39. Nihil ei longius videbatur, quam dum illud videret argentum. Adde *eumd. Rabir. Post.* 12. 35.; et *Lucilium* apud *eumd.* 4. *Tusc.* 21. 48. — *g*) *In longum* (vel etiam *in longius*) in longum tempus, *in lungo*, et dicitur de præterito et de futuro. *Virg.* 9. *Ecl.* 56. Causando nostros in longum ducis amores. *Vellej.* 2. 83. Illis, etiam detracto capite, in longum fortissime pugnandi duravit constantia. *Tac.* 3. *Ann.* 27. Otium ejus rei haud in longum paravit. *per non molto tempo.* et 11. *ibid.* 20. Unde tenuis fructus, nec in longum fuit. *et* 4. *Hist.* 22. Paucis diebus absumpta sunt, quæ in longum sufficissent. *Id.* 1. *Ann.* 69. Odia in longum jaciens. Sic *Id.* 2. *Hist.* 95. Nec in longius consultans. et *Quintil.* 1. 10. 48. Obsidionem in longius traxit. — *h*) *Per longum*, per longum tempus, *a lungo, per lungo tempo. Sil. It.* 2. 464. exurit siccatas sanguine venas Per longum celata fames. Adde *eumd.* 12. 295. et 15. 788. — *i*) *Ex longo*, ex longo tempore. *Virg.* 9. *Æn.* 64. collecta fatigat edendi Ex longo rabies. — *l*) *Longum* absolute, adverbii more, apud Poetas es. longe, diu, *alla lunga, per lungo tempo. Virg.* 10. *Æn.* 740. non me, quicumque es, inulto, Victor, nec longum lætabere. Sic *Ovid.* 5. *Met.* 65. Nec longum pueri fato lætabere. Rursus *Virg.* 3. *Ecl.* 79. Et, longum, formose, vale, vale, inquit, Iola. *Horat. Art. P.* 459. longum clamare. *Stat.* 7. *Theb.* 300. nec longum, et pulcher Alathreus Editus. *e non molto dopo.* — *m*) Similiter *longa* neutr. plur. longum, diu, ut *acerba, torva, transversa* etc., apud *Stat.* 2. *Theb.* 240. non unquam longa tuendo Expedias, cui major honos. — *n*) *Longa spes* est sera, longinqua et longo post tempore impleuda. *Horat.* 1. *Od.* 4. 15. Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam. Sic *Stat.* 1. *Theb.* 322. spes anxia mentem Extrahit et longo consumit gaudia voto. Ceterum videsis *Sall. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 11. *Æn.* 544. quod supra retulimus sub l. 3. in fin. Et *Seneca Ep.* 22. Quid ergo? tam longas spes relinquam? ab ipsa messe recedam? *V.* et infra sub 2.° *b.* — 2.°) De personis. — *a*) *Longus* dicitur, qui multa verba facit. *Cic.* 1. *Nat. D.* 36. 101. Possum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longus. *Quintil.* 10. 1. 118. In cura verborum nimius, et compositione nonnunquam longior, et translationibus parum modicus. — *b*) *Longus spe* dicitur senex, quia tardus est et difficilis ad sperandum, propter experientiam fallacis fortunæ. *Horat. Art. P.* 172. Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri. δύσελπις. At *Ritterus* interpretatur: Qui longam vitam sperat ideoque sine fine quærit: et confert illa 2. *Od.* 18. 17. Tu secanda marmora Locas sub ipsum funus *etc.*; item 1. *Sat.* 1. 92. Denique sit finis quærendi, quumque habeas plus. Pauperiem metuas minus etc.; demum illud *Aristot.* 2. *Rhetor.* 13. *de senib.* καὶ φιλόζωοι, καὶ μαλιστα ἐπὶ τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ, καὶ τὸ τοῦ ἀπόντος εἶναι τὴν ἐπιθυμίαν. Legit ex conjectura *Bentlejus*: spe longus, iners, pavidusque futuri. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM. — Hinc

Longum, absolute, adverbii ritu. *V.* sub II. 1.° *l.*

Longă, absolute, adverb. ritu. *V.* sub II. 1.° *m.*

Longum, *i*, n. 2. absolute, substantivorum more, (sabaudi *spatium loci* vel *temporis*). *V.* sub 1. 1. *h.* et II. 1.° *c. d. g. h.* et *i.*

LŌPAS. *V.* LEPAS.

LŌQUĀCĬTAS, ātis, f. 3. (loquax) multiloquium, inanis et immodica garrulitas, *loquacità*, πολυλογία. *Cic.* 6. *Fam.* 4. *sub fin.* Facit autem non loquacitas mea, sed benevolentia longiores epistolas. *Id.* 1. *Legg.* 2. 7. Macri loquacitas habet aliquid argutiarum. *Id.* 1. *Orat.* 23. 105. Non Græci alicujus loquacitatem sine usu, neque ex scholis cantilenam requirunt. *Quintil.* 5. 10. 91. Ne in eam ipsam, quam vito, loquacitatem incidam. *Id.* 10. 5. 22. Inanem loquacitatem recidere. *Id.* 2. 17. Circumeunt omnia inani loquacitate, quæ dicere nolunt. Adde *eumd.* 10. 3. 1. *Justin.* 2. 15. 15. Quoscumque ad se nuncios misisset, interficeret; ne res loquacitate hominum proderetur. *Sidon. carm.* 14. 6. Eja, Calliope, nitente palma Da sacri laticis loquacitatem. — *Plin.* 10. *Hist. nat.* 42. 59. (118). Expressior loquacitas picarum generi. *h. e.* facilitas loquendi.

LŌQUĀCĬTER, adverb. (loquax). Comp. *Loquacius* — Loquaciter est multis et inanibus verbis, *loquacemente*, πολυλόγως. *Cic. Mur.* 12. 26. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille? *Horat.* 1. *Ep.* 16. 4. Scribetur tibi forma loquaciter et situs agri. *h. e.* satis verbose. *Paulin. Nolan. Ep.* 39. 8. Dum loquacius vos fatigo.

LŌQUĀCŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* loquax, λαλίσκος. *Lucret.* 4. 1158. At flagrans, odiosa, loquacula, λαμπάδιον fit.

LŌQUAX, ācis, adject. (loquor). Comp. *Loquacior* I. et II.; Sup. *Loquacissimus* I. — Loquax est verbosus, garrulus, multus vel nimius in loquendo (ut ait *Varro* 6. *L. L.* 57. *Müll.* Hinc, h. e. a *loquor*, dictus loquax qui nimium loqueretur; hinc eloquens, qui copiose loquitur.) λάλος, σπερμολόγος (It. *loquace, cianciatore*; Fr. *bavard, loquace, parleur, verbeux*; Hisp. *parlero, hablador, charlador*; Germ. *redselig, geschwätzig, plauderhaft, schwatzhaft*; Angl. *talkative, full of words, prating, loquacious*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Orat.* 38. 160. Quare istam artem totum dimittamus, quæ in excogitandis argumentis muta nimium est, in judicandis nimium loquax. *Id. Senect.* 16. 55. Et senectus est natura loquacior. *Id. Flacc.* 20. 48. Repente homo audacissimus pertimuit, loquacissimus obmutuit. *Ovid.* 2. *Pont.* 9. 3. Fama loquax. *Propert.* 3. 23. 22. Loquacem esse de aliquo. *h. e.* multa dicere. *Sall. fragm.* apud *Quintil.* 4. 2. 1. et *Gell.* 1. 15. *sub fin.* M. Lollius Palicanus loquax magis, quam facundus. λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν. *Cic.* 4. *Att.* 14. Numquam mihi tua epistola aut intempestiva, aut loquax visa est.

II.) Translate. *Virg.* 3. *G.* 431. Ranæ loquaces. *Plin.* 11. *Hist. nat* 51. 112. (268). Avium loquaciores, quæ minores. *h. e.* magis canoræ et garrulæ. Rursus *Virg.* 12. *Æn.* 475. Loquaces nidi. *h. e.* in quibus sunt pulli avium. Sic 11. *ibid.* 458. stagna loquacia. *h. e.* ubi cycni, ranæ et hujusmodi incolunt. *Horat.* 3. *Od.* 13. 15. Loquaces lymphæ. *mormoreggianti. Tibull.* 1. 2. 21. loquaces nutus. *et* 2. 7. 25. oculi. (Cf. *Cic.* 1. *Legg.* 9. 27. Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur.). *Ovid.* 1. *Amor.* 4. 17. loquax vultus. *Petron. fragm.* 669. *Burmann.* Manu puer loquaci. *h. e.* gesticulandi perita.

LŌQUĒLA, æ, f. 1. (loquor). Sunt qui scribunt *loquella*. *V.* QUERELA init. — Loquela est loquendi facultas, sermo, λαλία, *loquela, parlare.*

1.) Proprie. *Plaut. Cist.* 4. 2. 76. Commoda loquelam tuam. *Virg.* 5. *Æn.* 842. fuditque has ore loquelas. *Lucret.* 5. 231. Almæ nutricis blanda atque infracta loquela.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro verbo. *Varro* 6. *L. L.* 57. *Müll.* Hinc quidam loquelam dixerunt verbum, quod in loquendo efferimus. Cf. *Grammat. Vatic.* edit. ab *A. Maio T.* 5. *p.* 274. *col.* 2. *in leminate.* Præpositiones, quæ loquelis tributæ sunt. *V.* voc. seq. ¶ 2. Et pro lingua, *linguaggio, favella. Ovid.* 5. *Trist.* 2. 68. Grajaque quod Getico victa loquela sono est.

LŌQUĒLĀRIS, e, adject. (loquela). *Præpositiones loquelares* dicuntur a Grammaticis, quæ ornandi sensus, aut augendi vel minuendi gratia ceteris partibus præponuntur, ut *am, co, con, re, se, di, dis.* Ita *Val. Prob.* 1. *p.* 1427. *Putsch. Pompejus Comment. art. Donati p.* 411. has itidem septem posuit: *am, con, di, dis, o, re, se.* Hæ autem semper cohærent, nec interpositionem patiuntur: nemo enim dicit *con tibi duco*, aut *re illum cipio*, inquit *Servius* in *art.* 2. *Donati p.* 1798. Ideo autem *loquelares* appellantur, quia cum loquelis, hoc est verbis compositæ aliquid si-

gnificant, separatæ nihil valent. *Paul. Diac. p.* 4. 14. *Müll.* Am præpositio loquelaris significat circum.

LŌQUĒLĀRĬTER, advorb. volunt quidam (inter quos *Scalig.* ad *Paul. Diac. p.* 4. 14. *Müll.*) leg apud *Cic. Somn. Scip.* 7. seu 6. *de republ.* 22. Homines enim loquelariter annum tantummodo solis, id est unius astri reditu metiuntur. *h. e.* inquit *Scalig.*, contemplatione ipsius solis, non quod revera is annus dicendus sit: quemadmodum loquelares præpositiones revera non sunt, nisi contemplatione earum vocum, quibus conjunguntur. Est qui mallet *joculariter*. Vulgo habetur *popularĭter*, quod rectius atque adeo unum probandum.

LŌQUENTĬA, æ, f. 1. (loquor) loquendi facilitas, loquacitas, verbositas, *verbosità. Gell.* 1. 15. *ad fin.* Valerium Probum, grammaticum illustrem, ex familiari ejus docto viro comperi, Sallustianum illud (*Cat.* 5.) *satis eloquentiæ, sapientiæ parum,* brevi antequam vita decederet, sic legere cœpisse, et sic a Sallustio relictum affirmasse: *satis loquentiæ, sapientiæ parum:* quod *loquentia* novatori verborum Sallustio maxime congrueret; *eloquentia* cum insipientia minime conveniret. *Plin.* 5. *Ep.* 20. Julius Candidus non invenuste solet dicere, aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam. Nam eloquentia vix uni, aut alteri: hæc vero, quam Candidus loquentiam appellat, multis, etiam impudentissimo cuique maxime contigit.

LŌQUĪTOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. *frequentat. a* loquor, multum loqui, verba multa inaniter profundere, garrire, *cianciare, parlare molto,* πολυλογέω. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 5. Eho tu loquitatus ne es gnato meo male per sermonem? *Apul. Florid.* 15. *de Pythagora.* Prorsus hoc erat primum sapientiæ rudimentum, meditari condiscere, loquitari dediscere.

LŌQUO. *V.* voc. seq. init.

LŌQUOR, quĕris, quūtus *vel* cūtus sum, qui, dep. 3. Si secunda syllaba sit *u*, duplicem habet scribendi rationem, vel per *qu*, vel per *c*: utraque autem proba est: quamquam *loquturus* est fortasse frequentius, quam *loquuturus; loquuntur* vero, quam *locuntur.* — *Loquier* paragoge pro *loqui*, est in *epigr. Nævii* apud *Gell.* 1. 24. — Part. *Loquens* I. 1. et II. 2.; *Locutus* I. 1. 2.; *Locuturus* I. 1.; *Loquendus* I. 2. — Activa voce. *Petron. fragm. Tragur.* 46. *Burmann.* Tu, qui potes loquere, non loquis. *Cave imiteris.* — Ratione habita etymi, *Varro* 6. *L. L.* 56. *Müll.* ducit a *locus,* quod is loquitur, qui suo loco quodque verbum sciens ponit: pueros enim, corvos, cornices, quæ id facere nesciunt, non loqui, sed fari. Alii rectius a λόγος *sermo,* quod a λεγω *dico.* Ceterum loqui est verba facere, sermonem habere, dicere, in sermone familiari atque in communi hominum societate, λαλέω, φράζω (It. *parlare, dire, favellare, ragionare;* Fr. *parler, dire, discourir;* Hisp. *hablar, decir;* Germ. *sprechen;* Angl. *to speak, say, tell, declare, discourse, talk*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. — 1.°) Neutrorum more; et quidem — *a*) Absolute. *Cic.* 3. *Legg.* 1. 2. Magistratum legem esse loquentem; legem autem mutum magistratum. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 39. 123. Quid tu, Epicure? loquere: putas solem esse tantulum? *di', parla. Id.* 9. *Fam.* 22. *a med.* Quum loquimur *terui,* nihil flagitii dicimus. *quando diciamo* terui. *Id.* 1. *Orat.* 32. 144. Præcipitur primum, ut pure et Latine loquamur; deinde ut plane et dilucide; tum ut ornate; post ad rerum dignitatem apte et quasi decore. *Id. Rosc. Am.* 48. 140. Desinant aliquando dicere, male aliquem locutum esse, si quis vere ac libere locutus sit. *Nepos Dion.* 7. Loqui liberius. *Id. Eumen.* 11. ferocius. *Id. Thrasyb.* 2.; et *Justin.* 28. 8. 14. fortius. *Sueton. Aug.* 89. expedite. *Ammian.* 16. 7. cum motu quodam corporis. *Cic.* 2. *Orat.* 14. 61. Poetæ sunt quasi alia quadam lingua locuti. Sic *Nepos Miltiad.* 3., *Dion.* 1. et *Alcib.* 3. Græca lingua loqui. — *b*) Cum addito Ablativo personæ aut rei, de qua quis loquitur, et præpos. *de. Cic.* 5. *Att.* 1. Veni ad eas, quæ fueramus ego et ea inter nos de sorore in Tusculano locuti. Sic *Liv.* 36. 5. Loqui de aliquo. et *Sueton. Aug.* 54. male de aliquo. *V.* et mox sub *c.* — *c*) Addita persona, quacum loquimur, per Ablativ. et præpos. *cum. Cic.* 1. *Fam.* 8. *sub fin.* Litteræ tuæ, de quibus eramus jam cum Pompejo locuti. Adde *Ter. Andr.* 1. 5. 30. cit. sub *d.*; et *Liv.* 32. 35. — *d*) Addita persona, apud quam quis loquitur, per Accusat. et præpos. *adversum, apud, ad,* vel per Dativum. *Ter. Andr.* 1. 5. 30. Opus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa adversum hunc loqui. *h. e.* coram hoc. *Cic.* 2. *Fin.* 22. 74. Loqui apud aliquem. *et* 1. *Orat.* 11. 48. In jure, aut in judiciis, aut apud populum, aut in senatu copiose loqui. *Ovid.* 4. *Pont.* 6. 10. Numen ad Augustum supplice voce loqui. *Virg.* 9. *Æn.* 5. ad quem sic ore locuta est. *Stat.* 12. *Theb.* 26. pars currus deflent, viduisque loquuntur. Hoc solum quia restat, equis. *coi cavalli.* Cf. *Sil. It.* 16. 320. ore sequuntur Quisque suos currus, magnaque volantibus idem Voce loquuntur equis. Cf. et *Lucan.* 4. 491. Vento et fluctibus loqui. — *e*) Cum Ablat. et præpos. *pro. Cic.* 3. *Att.* 1. Loqui pro aliquo. *in difesa, in favore.* Aliter *Id. Marcell.* 10. 32. pro aliis. *a nome, per parte.* — *f*) *Male loqui alicui* est idem ac male loqui de aliquo, *dir male di qualcheduno,* apud *Ter. Phorm.* 2. 3. 35. et *Plaut. Truc.* 2. 2. 10. Pergin' hero absenti male loqui, impurissime? — *g*) *Non loquens* apud *Gell.* 5. 9. est mutus. — *h*) Passive impersonaliter. *Varro* 6. *L. L.* 1. *Müll.* Ut sedetur, ambulatur, loquitur. Ita *Forcellinus:* at *Müllerus* leg. *loquuntur. Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 8. 2. Magna illico fama surrexit et de damnatione ferventer loqui est cœptum. — 2.°) Active, h. e. cum Accusativo. *Plaut. Men.* 5. 9. 7. Loquere tuum mihi nomen. *Id. Aulul.* 2. 1. 15. Ut tuam rem tecum hic loquerer familiarem. *Id. Amph.* 2. 2. 64. Loqui deliramenta. *Id. Men.* 2. 2. 47. Quas tu mulieres, quos tu parasitos loquere? *h. e.* narras, nominas. *Ter. Heaut.* 4. 6. 24. Loquitur paucula. *fa poche parole.* et *Andr.* 1. 2. 31. Aperte ipsam rem modo locutus, nihil circuitione usus es. *Cic.* 14. *Att.* 4. Horribile est, quæ loquantur, quæ minitentur. *Id.* 9. *ibid.* 12. *extr.* Loqui mera scelera. *Id.* 1. *Tusc.* 7. 13. pugnantia. *Stat.* 3. *Theb.* 430. facta infecta. *Ovid.* 3. *Trist.* 3. 17. aliquem absentem. *Id. Heroid.* 14. 45. falsa. *et ibid.* 17. 251. fortia facta. *Id.* 1. *Met.* 525. Plura locuturum timido Peneia cursu Fugit. *Id. ibid.* 648. nomen suum et casus loqui. *Horat.* 4. *Od.* 15. 1. Phœbus volentem prælia me loqui, Victas et urbes, increpuit lyra. *h. e.* carmine persequi, canere. *Liv.* 5. 54. Ne singulas loquar urbes. et *Seneca Ep.* 90. *circa med.* Quid loquar marmora, quibus templa fulgent? quid lapideas moles? quid verborum notas? *che dirò de' marmi?* ¶ 2. Latiori sensu loqui est in ore habere, narrare, prædicare, efferre. — *a*) Cum Accusativo. *Cic.* 9. *Att.* 2. *ad fin.* Nil nisi classes loquens et exitus. *Id. Mil.* 23. 63. Multi etiam Catilinam atque illa portenta loquebantur: erumpet, occupabit aliquem locum, bellum patriæ faciet. *Lucan.* 4. 573. nullam majore locuta est Ore ratem, totum discurrens fama per orbem. *Martial.* 5. 25. Quem chartis famæque damus populisque loquendum. — *b*) Cum Infinito. *Cic.* 7. *Verr.* 30. 78. Quum vulgo loquerentur, suppositum in ejus locum, quem pro illo probare velles. *conciossiachè si dicesse comuneménte.* et 16. *Att.* 10. Eodem die vulgo loquebantur, Antonium mansurum esse Casilini. *Nepos Hann.* 3. Quem nonnulli turpiter diligi loquebantur. Et absolute *Virg.* 1. *Æn.* 735. Juppiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus dicitur, et est aperte indicare, ostendere. *Cic.* 1. *Legg.* 9. 27. Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur. *Virg.* 5. *Ecl.* 28. Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuisse leones Interitum, montesque feri silvæque loquuntur. *Stat.* 8. *Theb.* 181. volucres mea fata loquentur. Adde *Lucan.* 6. 617. Sic *Sil. It.* 1. 416. Heu! frustra reditum sortes tibi sæpe locutas Mentitumque Jovem increpitâns, occumbis. *Cic. Mil.* 20. 53., 15. *Fam.* 11. et 3. *Att.* 1. Res ipsa loquitur. *il fatto parla da sè. Id.* 2. *Fin.* 15. 48. Ut enim consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum, quod est populari fama gloriosum. *Id. Dom.* 32. 86. Ut annales populi Romani et monumenta vetustatis loquuntur. *Ulp. Dig.* 24. 3. 64. *ad fin.* De viro heredeque ejus lex tantum loquitur. *Id. ibid.* 2. 14. 10. Rescriptum divi Marci sic loquitur, quasi etc. *Callistrat. ibid.* 4. 6. 14. Edictum loquitur de his, qui in servitute fuerint. ¶ 2. Poetice *loquentes arbores,* sibilum edentes, aere in ramos incurrente. *Catull.* 4. 11. Cytorio in jugo Loquente sæpe sibilum edidit coma. *Virg.* 8. *Ecl.* 22. Mænalus argutumque nemus pinosque loquentes Semper habet. *Servius* vult hoc dici, quia *Virgil.* statim subdit: semper pastorum ille audit amores. Et recte sane. *Petron. Satyr.* 120. *in carm.* Mollia discordi strepitu virgulta loquuntur. — Similiter *Phœbo loquentia saxa* dixit *Sil. It.* 15. 311. de rupibus agens in monte Parnaso, ubi erat Apollinis templum oraculo ac responsis celeberrimum: simili modo vocales fingebantur quercus Dodonææ.

Homonym. Differunt *loqui* et *dicere,* quod *dicere* ad rhetoricam plerumque pertinet et ornatam arte orationem: *loqui* ad grammaticam et dialecticam, ad disputationes et familiarem sermonem. *Cic. Brut.* 58. 212. Scipio mihi sane bene et loqui videtur et dicere. *Id Orat.* 32. 114. *de rhetor. et dialect.* Hæc ratio dicendi latior est: illa loquendi contractior. — Interdum tamen promiscue adhibentur. *Ovid.* 13. *Met.* 12. Quantum acie valeo, tantum valet iste loquendo.

LŌRA, æ, f. 1. Aliam formam *lorea* V. loco suo. — Monet *Charis.* 1. *p.* 77. *Putsch.* primam syllabam esse corripiendam, quemadmodum in *lora* neutr. plur. a *lorum* producenda est. — Lora est potio ex maceratis aqua vinaceis, postquam totum mustum expressum est, δευτερίας οἶνος, τρυγυφάνιος (It. *acquerello, vinello;* Fr. *piquette;* Hisp. *torcedura;* Germ. d. *Nachwein, Treberwein;* Angl. *a small, or thin wine made of the husks of grapes*). *Varro* 1. *R. R.* 54. 3. Expressi acinorum folliculi in dolia conjiciuntur, eoque aqua additur: ea vocatur lora, quod lota acina (nam est a λούω *lavo* et ῥάξ *acinus*): ac pro vino operariis datur hieme. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 10. 12. (86). Non possunt jure dici vina, quæ Græci deuteria appellant, Cato et nos loram, maceratis aqua vinaceis: sed tamen inter vina operaria nominantur. Tria eorum genera etc. *Cato R. R.* 57. Vinum familiæ. Ubi vindemia facta erit, loram bibant menses tres. *Varro* apud *Non. p.* 551. 18. *Merc.* Antiquæ mulieres majores natu bibebant loram, aut sapam, aut defrutum, aut passum. — *NB.* De *lora* pro utre *V.* LURA.

LŌRĀMENTUM, i, n. 2. (lorum) idem ac lorum. *Justin.* 11. 7. 16. Quum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset. *Vulgat. interpr. Eccli.* 22. 19. Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificii non dissolvetur.

LŌRĀRĬUS, ii, m. 2. (lorum). ¶ 1. Videtur significare qui lora conficit. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Veron.* 295. 3. C. LIVIVS C. L. FELIX LORARIVS FECIT SIBI ET LIVIAE HILARI CONIVGI LIBERTIS LIBERTABVS POSTERISQVE EORVM. *scil.* tam vilis erat conditionis lorarius, de quo infra sub 2., ut difficile sit, hujus generis hominem libertate donatum fuisse et libertos libertasque habuisse. ¶ 2. Item qui alios loris cædit, quorum hominum generis præcipue usus erat in scænis (V. *Plaut. Capt. a.* 1. *sc.* 2.). *Gell.* 10. 3. *in fin. de Bruttianis.* Hi sequebantur magistratus, tamquam in scænicis fabulis qui dicebantur lorarii, et quos erant jussi, vinciebant, aut verberabant. — Lorarii imaginem habes apud *De-Lama, Iscriz. ant. p.* 69.

LŌRĀTUS, a, um, adject. (lorum) loris vinctus. *Virg. Mor.* 122. Sub juga parentes cogit lorata juvencos.

LŌRĔA, æ, f. 1. idem quod lora. *Cato R. R.* 25. Paullatim erit lorea familiæ, quod bibat. *Gell.* 10. 23. Mulieres bibere solitas ferunt loream, passam, murrinam. *V.* LORIOLA.

LŌRĒTUM. *V.* LAURETUM.

LŌRĔUS, a, um, adject. (lorum) qui est ex loro, *di coreggia, di cuoio.*

I.) Proprie. *Cato R. R.* 3., 12. et 63. Lorei funes.

II.) Translate. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 2. Ego vestra faciam latera lorea. *h. e.* loreis verberibus facera: vel laterum vestrorum corium ita scindam verberibus, ut lora inde fieri possint, inquit *Turneb.* 7. *Adversar. c.* 5.

LŌRĪCA, æ, f. 1. munimentum pectoris, ventris, dorsi et laterum: a Ϝωρηκα pro Ϝωρακα, accusativo Ionico Græcæ vocis Ϝωραξ idem significantis (unde et *corazza*), vel a loris, quod olim de corio crudo pectoralia faciebant: postea succuderunt Galli

e ferro, sub id vocabulum, ex anulis ferream tunicam, inquit *Varro* 5. *L. L.* 116. *Müll.* Midias Messenius dicitur a *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (200). inventor ejus faisse (It. *corazza, panciera, corsaletto, giaco;* Fr. *cuirasse;* Hisp. *coraza;* Germ. *d. lederne Panzer;* Angl. *a coat of mail, breastplate, brigandine, habergeon, cuirass, corslet*).

I.) Proprie. *Cic. Mur.* 26. 52. Descendi in campum cum illa lata insignique lorica, non quæ me tegeret, (etenim sciebam, Catilinam non latus, aut ventrem, sed caput et collum solere petere), verum etc. *Fl. Flacc.* 17. 41. Ambulat cum lorica: metuit enim etc. *Liv.* 5. 38. *sub fin.* Multos imperitos nandi, graves loricis aliisque tegminibus, hausere gurgites. *Virg.* 3. *Æn.* 467. Loricam consertam hamis auroque trilicem. *et* 7. *ibid.* 707. duplici squama lorica fidelis et auro. *et* 12. *ibid.* 87. auro squalentem alboque orichalco Circumdat loricam humeris. *et* 8. *ibid.* 621. loricam ex ære rigentem. *Val. Flacc.* 6. 233. riget his molli lorica catena. *Sil. It.* 5. 140. Loricam induitur: tortos huic textilis hamos Ferro squama rudi permixtoque asperat auro. *Curt.* 4. 6. 12. Denunciati periculi haud sane memor (*rex*), loricam tamen, quam raro induebat, amicis orantibus sumpsit et ad prima signa pervenit. — Fiebant loricæ etiam e lino multiplici. *Sueton. Galb.* 19., et *V.* LINTEUS. — Item e cornibus rasis et lævigatis, lamarum in speciem linteis indumentis innexæ. *Ammian.* 17. 12. Idem memorat etiam *Veget.* 4. *Milit.* 9.

II.) Translate. Generatim sic vocatur quævis rei protectio et munimentum: hinc ¶ 1. Speciatim habet locum in munimentis bellicis, *trinciera. Cæs.* 5. *B. G.* 39. Turres contabulantur, pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur. *Tac.* 4. *Ann.* 49. Obsidium cœpit: dein fossam loricamque contexens, quatuor millia passuum ambitu amplexus est. *Id.* 4. *Hist.* 37. Loricam vallumque per fines suos Treveri struxere. *Flor.* 2. 18. *et* 3. 10. *ad fin.* Obsessam urbem fossa atque lorica circumdare. *Curt.* 9. 4. *ad fin.* Augusta muri corona erat: non pinnæ, sicut alibi, fastigium ejus distinxerant, sed perpetua lorica objecta transitum sæpserat. *parapetto.* Sunt qui hic *loricam* structuram fastigiatam intelligunt et pluviam propellentem extra perpendiculum muri: confirmantque *Vitruvii* loco mox afferendo 2. 8. Sed attente inspicienti res aliter videbitur. Locis ex *Cæsare, Tacito* et *Floro* allatis lucem addit *Veget.* 4. *Milit.* 28. ubi ait: Obsidentes ultra jactum teli fossam faciunt, eamque non solum vallo et sudibus, sed etiam turriculis instruunt, ut erumpentibus ex civitate possint obsistere: quod opus loriculam vocant, et sæpe, quum obsidio describitur, invenitur in historiis, lorica urbem esse circumdatam. ¶ 2. Item speciatim, extra rem militarem, in sæpimentis, quibus aliquid circumdatur, *chiudenda, siepe, riparo. Ammian.* 24. 5. Erat in hac eadem regione extentum spatium et rotundum, loricæ ambitu circumclausum, destinatas regiis voluptatibus continens feras. Huc pertinere videtur *Inscript.* apud *Gruter.* 172. 13., quæ est apud *Orell.* 3303. PODIVM CVM LORICA. *Apul.* 6. *Met. sub fin.* Jam domus eorum extremam loricam perveneramus. ¶ 3. Item, in ædificiis est crusta, seu corium ex calce et arena, aliave materia parieti, vel pavimentis inductum, *intonaco, incrostatura. Vitruv.* 2. 8. *ad fin.* Non patietur lorica testacea lædi parietem. *et* 7. 1. Supra fricaturam incernatur marmor, et supra loricæ ex calce et arena inducantur. *et ibid.* 9. Ita obstans ceræ Punicæ lorica non patitur, solis radios eripere ex his politionibus colorem. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 10. 27. (89). Stellionis cubile est in loricis ostiorum fenestrarumque. *h. e.* testaceis crustis et coronis. ¶ 4. Metonymice. *Horat.* 1. *Od.* 29. 15. libros Mutare loricis Iberis. *h. e.* studia cum militia Hispaniensi.

LŌRĪCĀRĬUS, a, um, adject. (lorica) ad loricam pertinens, ut Loricaria fabrica apud *Veget.* 2. *Milit.* 11. Habebant etiam fabricas scutarias, loricarias, arcuarias, in quibus sagittæ, missilia, cassides, omniaque armorum genera formabantur. *Notit. Imp. Occid.* 32. Fabrica Mantuana loricaria. — Hinc

Loricarius, ĭi, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui loricas facit. *Gloss. Philox.* Loricarius, Θωρακοποιός.

LŌRĪCĀRĬUS, ĭi, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

LŌRĪCĀTĬO, ōnis, f. 3. (lorica) actus inducendi loricam seu tectorium in pavimentis, aut parietibus: *V.* LORICA II. 3. *Vitruv.* 7. 1. Coassatio clavis fixa duplicem præbeat contignationi loricationem. Adde *Paul. Dig.* 50. 16. 79.

LŌRĪCĀTUS, a, um. *V.* LORICO.

LŌRĪCĬFER, fĕri, m. 2. (lorica *et* fero) qui loricam portat. *Gloss. Philox.* Loricifer, Θωρακοφόρος.

LŌRĪCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (lorica). Part. *Loricatus* I.; *Loricandus* II. — Loricare est lorica induere, *vestire o armare di corazza.*

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Liv.* 23. 19. *sub fin.* Statua ejus indicio fuit Præneste in foro statuta, loricata, amicta toga, velato capite. *Id.* 37. 40. His tria millia equitum loricatorum (cataphractos ipsi appellant) adjunxit. *armati di tutte arme.* Sic *Id.* 55. 48.; et *Sueton. Cal.* 45. Equites loricati. Sic *Auct. B. Hisp.* 4. Loricati, ut supra scripsimus, ex equis descenderunt et magnum prælium fecerunt. *Id.* 20. Loricatus unus ex legione vernacula ad nos transfugit. *Auct. B. Afr.* 72. Elephantus ornatus et loricatus. *h. e.* cataphractus. — Huc pertinet et illud *Plin.* 8. *Hist. nat.* 24. 36. (88). Ichneumon mergit se limo sæpius, siccatque sole: mox ubi pluribus eodem modo se cŏriis loricavit, in dimicationem pergit. — *b*) Speciatim *ad loricata* et *a loricata* is fortasse dicebatur, qui Cæsaris statuam loricatam in foro divi Julii, cujus meminit *Plin.* 34. *Hist. nat.* 5. 10. (18). et *Plin. alter* 8. *Ep.* 6., procurabat, seu custodiebat. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 518., quæ est apud *Orell.* 2893. C. IVLIO BASSO AEMILIANO ACTORI CAESARIS AD CASTORIS ET AD LORICATA. *et p.* 522., quæ est apud *Orell.* 2894. ORTHRI AVG. L. PROC. A LORICATA *et* HECHI AVG. L. PRO. A LORICATA EX RATIONE PECVLIARI.

II.) Translate est loricam, seu tectorium inducere, *incrostare, intonacare: V.* LORICA II. 3. *Varro* 1. *R. R.* 57. 1. Granarii parietes et solum opere tectorio marmorato loricandi. *Tertull. Anim.* 38. *ad fin. de anima in fetu hominis latente.* Desiderabit toto inquilinatus sui tempore profutura domni, non ut ipse substruendus, nec ut ipse loricandus, nec ut ipse tibicinandus, sed tantummodo continendus.

LŌRĪCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* lorica, parva lorica, προβόλιον. Translate pro munimento, quod obsessores urbium construunt, quum ultra jactum teli fossam faciunt, eamque vallo et sudibus atque turriculis instruunt, ut erumpentibus ex urbe possint obsistere, *trinciera. V.* LORICA II. 1. *Auct. B. G.* 8. 9. Quorum frontes viminea loricula munirentur, ut hostis a duplici propugnatorum ordine depelleretur. Adde *Veget.* 4. *Milit.* 28.

LŌRĬŎLA, æ, f. 1. *deminut. a* lora et ejusdem fere significationis. *Varro* apud *Non. p.* 551. 30. *Merc.* Loriolam nominabant, quum ex uvis expressum erat, et ad folliculos reliquos et vinacea adjiciebant aquam. Apud *Non.* legitur *moriola*, sed male.

LŌRĪPES, pĕdis, m. et f. 3. (lorum *et* pes) ἱμαντόπους, qui pedes flaccidos, lentos, languidos et in ambulando tamquam lorum se torquentes habet, non firmos et calcatu constantes. Alii rectius intelligunt de eo, qui pedes habet et crura distorta in modum lori. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 7. Nequicquam hos procos mihi elegi loripedes, tardissimos. *h. e.* qui tarde incedunt, ut ii solent, qui distortis sunt cruribus. *Juvenal.* 2. 23. Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (25). Gentem inter Nomadas Indos, anguium modo loripedem. *et* 5. *ibid.* 8. 8. (46). Himantopodes loripedes, quibus serpendo ingredi natura est. *Petron. Satyr.* 45. Alter (*gladiator*) buttubaba, alter loripes. *Gloss. Philox.* Loripes, κυλλοποδίων.

LŌRUM, i, n. 2. *Lorus* masc. gen. *Apul.* 3. *Met.* Lorum quempiam sinu suo depromit. *et paullo post.* Nequissimus audacissimusque lorus iste. *Petron. fragm. Tragur.* 57. *Burmann.* Lorus in aqua, lentior cantherio. Adde *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 6. 480. — Ratione habita etymi hæc commentus est *Donatus* ad *Ter. Adelph.* 2. 1. 28. Lora apud veteres laura dicebantur (a lauro triumphatorum), sub (*omitte* sub) qua mos erat captivos vinciri ducique per pompam: ideo autem ut conditionis reminiscerentur, loris cæduntur mancipia. — Lorum est corrigia ex corio in usum colligandi aliquid et continendi, ἱμάς (It. *striscia di cuojo, soga, stringa, coreggia;* Fr. *courroie, lanière;* Hisp. *correa, la lonja;* Germ. d. *Niemen;* Angl. *a leathern thong, string of leather, strap*).

I.) Proprie. *Plaut. Epid.* 5. 2. 18. Vincire vis? en, ostendo manus: tu habes lora. *Liv.* 9. 10. *ad fin.* Quum apparitor Postumium laxe vinciret, quin tu, inquit, adducis lorum? *Horat.* 3. *Od.* 5. 35. Qui lora restrictis lacertis Sensit iners timuitque mortem. *h. e.* vincula, catenas. *Curt.* 4. 6. *sub fin.* Per talos spirantis lora trajecta sunt, religatumque ad currum traxere circa urbem equi. *Varro* apud *Non. p.* 105. 33. *Merc.* Navem conscendimus palustrem, quam nautici equisones per viam conducerent loro. *Propert.* 3. 12. 9. Nunc ligat ad cæstum gaudentia brachia loris. *Ovid.* 10. *Met.* 114. Bulla super frontem parvis argentea loris Vincta movebatur. *Cic. Harusp. resp.* 11. 23. Si ludius constitit, aut puer ille tensam, aut lorum omisit. *Martial.* 2. 57. Recensque sella linteisque lorisque. *Grat. Cyneg.* 213. *de cane.* celsa lorum cervice ferentem. *la lassa, il guinzaglio.* Adde *Plin.* 8. *Hist. nat.* 40. 61. (147).

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe dicitur de habenis, *briglie, redini. Liv.* 35. 34. *ad fin.* Desilire omnes ex equis jussit, et loris ducere equos. *Phædr.* 3. 6. Et lora frænis continet spumantibus. *Virg.* 1. *G.* 106. illi instant verbere torto Et proni dant lora: volat vi fervidus axis. *rallentano.* Sic 1. *Æn.* 160. Flectit equos curruque volans dat lora secundo. *et* 5. *ibid.* 156. immissis aurigæ undantia lora Concussere jugis. *Ovid.* 1. *Amor.* 13. 10. *ad Auroram.* Roscida purpurea supprime lora manu. *et* 3. *ibid.* 2. 72. *ad aurigam circens.* Tende, precor, valida lora sinistra manu. *Id.* 2. *Met.* 127. *de Phaethont.* Parce, puer, stimulis et fortius utere loris. *et ibid.* 200. mentis formidine lora remisit. ¶ 2. Item de scutica e corio, qua servi cædebantur (*V. Donati* locum allatum sub init. hujus voc.) et in scholis pueri, *staffile. Plaut. Pseud.* 1. 2. 12. Ita ego vestra lutera loris faciam, ut valide varia sint. *Ter. Adelph.* 2. 1. 28. Usque ad necem operiere loris. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 46. Loris uri. *Ulp. Dig.* 47. 10. 15. *a med.* Servum loris rumpere. *Cic.* 8. *Phil.* 8. 24. Quum eum in convivio servi publici loris cecidernnt. *Martial.* 10. 62. Scuticaque loris horridis Scythæ pellis, Ferulæque tristes, sceptra pædagogorum. ¶ 3. De bulla sortea, quæ loro suspensa gestabatur in collo a pueris libertinis, ut *Pseudo-Ascon.* docet. *Juvenal.* 5. 165. Vel nodus tantum et signum de paupere loro. *V.* BULLA. ¶ 4. De cesto, seu zona Veneris. *Martial.* 6. 21. Dixit, et arcano percussit pectora loro. ¶ 5. Lorum vomitorium apud *Scribon. Compos.* 180. est corrigia medicamento illita ad movendum vomitum. ¶ 6. Per catachresin dicitur de flagellis vitium. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (11). Villas et domos ambiri singularum palmitibus ac sequacibus loris etc. ¶ 7. Item de pene languido. *Petron. Satyr.* 13. Lorum in aqua, non inguina habet. Adde *Martial.* 7. 58. et 10. 55.

LŌTĀRĬA, æ, f. 1. (lavo, lotum) quæ pannos lavat, *lavandaia. Muratorius* Inscription. illam 908. 6. ita legit: IVNIA FAVORINA AVG. N. SERVA LOTARIA.

LŌTASTER, tri, m. 2. (lotos) lotos silvestris, ex qua hastilia fiebant: ita vero declinatur etiam oleaster et pinaster. *Grat. Cyneg.* 131. Et magis incomptus operæ lotaster agrestis Termes. Sic legit *Wernsdorfius* pro *lutoser*, ut est in quibusdam MSS.; is vero nititur auctoritate *Plinii* 16. *Hist. nat.* 30. 53. (121)., qui loton in Italia arborem similem illi, quæ Africæ propria est, sed degenerem memorat, cui tamen rami sunt longissimi, validissimi et plurimi, ut dixisse totidem arbores liceat. Itaque ex his hastilia commode fieri poterant.

LŌTĬO, ōnis, f. 3. (lavo, lotum) actus lavandi, lotura, lavatio, *lavatura, lavamento*, πλυσμός. *Vitruv.* 7. 9. Glæbæ minii quum sunt aridæ, pilis ferreis contunduntur: et lotionibus et coctoris efficitur, ut adveniant colores. — Speciatim ita dicitur clyster, quo alvus abluitur et ducitur, *lavativo*: id ipsum enim et Græca vox significat, a πλύζω *lavo. Cels.* 2. 12. *n.* 2. Plerumque vero alvus lotionibus ducenda est. At hic *Targa* ex MSS. legit *alvus potius ducenda est*, et illud *lotionibus* a *Lindenio* intrusum respuit omnino.

LŌTĬŌLENTĒ, adverb. (lotium) lutulente, im-

pure, fœde. *Titinius* apud *Non. p.* 131. 32. *Merc.* Lotiolente flocci fiet ejus culus ultro. Ita legend. *Bothe*, et mœchorum pœnam hic significari recte putat, de qua *Horat. 1. Sat.* 2. 44.

LŌTĬUM, ĭi, n. 2. urina: a *lotus*, quia intus humore eo corporis partes abluuntur, per quas meat, οὖρον (It. *urina*; Fr. *urine*; Hisp. *orina*; Germ. *d. Urin*; Angl. *urine*, *old-wash*, *stale*). *Cato R. R.* 156. Brassica alvum bonam facit lotiumque. *et ibid.* 127. Ubi voles cibum concoquere et lotium facere. *et ibid.* 156. *ad fin.* Quibus ægre lotium it, quibusque substillum est. *et ibid.* 122. Si lotium difficilius transibit. *Sueton. Vesp.* 23. Reprehendenti filio Tito, quod et urinæ vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admovit ad nares, scisc'tans, num odore offenderetur: et illo negante, Atqui, inquit, e lotio est. — *Non valet lotium suum*, proverb. de homine nihili apud *Petron. fragm. Tragur.* 57. *Burmann.* — Consuevisse Hispanos lotio fricare dentes, quo candidiores essent, indicat *Catull.* 39. et *Apul. de Mag.*

LŌTŌMĒTRA, æ, f. 1. λωτόμετρα, genus loti, ex cujus semine, milio simili, fiunt panes in Ægypto a pastoribus, maxime aqua vel lacte subacto. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 21. 28. (56). — Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. *p.* 118.) *Lotometra* et *Lotos* unum idemque videntur, et sunt *Lotos Nymphea* L. *V.* LOTOS.

LŌTOR, ōris, m. 3. (lavo, lotum) qui lavat, idem ac lutor, seu fullo. *Inscript.* apud *Spon. Miscell. antiq. p.* 64. DIANAE AVGVSTÆ COLLEGII LOTORVM SACRVM. Alia *ibid.* SACERDOS COLLEGII LOTORVM. *V.* LUTOR.

LŌTOS *vel* lotus, i, f. 2. λωτός. — Masc. genere occurrit apud *Martial. loc. cit.* sub II. — Lotos

I.) Proprie ¶ 1. Est et herba, et in Ægypto caulis e palustrium genere, similis fabæ, foliis densa congerie stipatis, brevioribus tantum et gracilioribus, fructu in capite papaveri simili incisuris, omnique alio modo, intus granis ceu milii. Incolæ capita in acervis putrefaciunt, mox separant lavando, et siccata tundunt, eoque pane utuntur. Nascitur in riguis post recessum Nili. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 17. 32. (107). ¶ 2. Est eodem nomine arbor Africæ in ea parte, quæ vergit ad nos, præcipue vero circa Syrtes atque Nasamonas, magnitudine piri, incisuris tamen foliorum crebrioribus, ita ut ilicis esse videantur: fructu magnitudine fabæ, colore croci, quum maturuerit: qui nascitur densus in ramis, myrti modo, tam dulcis in cibo, ut nomen etiam genti terræque dederit, nimis hospitali advenarum oblivione patriæ (*V.* LOTOPHAGI in ONOM.). Ligno color niger, ad tibias faciendas aptissimo. Radix cultellis capulos brevesque alios usus præbet. Nascitur et in Italia, sed mutata in multis. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 17. 32. (104). Adde *Nepot.* apud *eumd. ibid.*; *Virg.* 2. *G.* 34. et 3. *ibid.* 394.; *Propert.* 3. 10. 27.; *Tibull.* 4. 1. 55.; et *Ovid.* 15. *Met.* 159. et 4. *Pont.* 10. 8.; et *Paul. Diac. p.* 119. 5. *Müll.* ¶ 3. In Italia, quæ provenit, appellatur alio nomine faba Græca, cerasorum pæne natura. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 30. 53. (123). et 24. *ibid.* 2. 2. (6). — Quoniam plurima sunt loti genera, ex cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 1. *p.* 120.) tabulam exhibemus, in qua Græca, Latina et recentia Herbariorum nomina tantum continentur. — I. *Lotos arborescens*. — 1.) Λωτοφάγων δένδρον; *Lotus, Lotus Africanus, Lotophagorum arbor*; *Rhamnus Lotus* L., *Zyzyphus Lotus* Wild. — 2.) Λωτὸς ἄκαρπος; *Lotus sine nucleo*; *Rhamnus Lotus* L. var.....? — 3.) Λωτὸς παλίουρος; *Lotus paliurus, Paliurus Cyrenaicus*; *Rhamnus spina Christi* L. — 4.) Λωτὸς.....; *Lotus Italica Celtis*; *Celtis australis* L. — 5.) Λωτὸς.....; *Lotus, sive faba græca*; *Diospyrus Lotus? Celtis australis?* — II. *Lotos aquatica herbacea*. — 6.) Λωτὸς. Κύαμος αἰγυπτιακός. Κυβώριον; *Lotus sacra, Faba ægyptiaca*; *Nymphæa Nelumbo* L. — 7.) Λωτὸς λευκός. Κολοκάσιον; *Lotus, sive colocasium*; *Nymphæa Lotus* L. — 8.) Λωτὸς στεφανωτικός; *Lotus.....? (cyaneus)*; *Nymphæa cærulea* Sav. — 9.) Λωτὸς ἡ κολοκάσιον; *Colocasium*, *Nilicacum olus*; *Arum Colocasia* L. — III. *Lotus terrestris herbacea*. — 10.) Λωτὸς ἥμερος τετράφυλλος. Μελίλωτος; *Lotus....? (pratensis)*; *Melilotus officinalis* Q. — 11.) Λωτὸς ἄγριος Λιβύων; *Lotus....? (pratensis)*; *Melilotus cærulea* L.

II.) Translate. Per synecdochen est tibia ex loto. *Ovid.* 4. *Fast.* 190. et horrendo lotos aduncа sono. *Sil. It.* 11. 432. Ut strepit assidue Phrygiam ad Nilotica lōton Memphis. Adde *eumd.* 8. 506. Et mascul. gen. *Martial.* 8. 51. Palladius tenero lotos ab ore sonat. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 36. 66. (172). tradit sacrificas tibias e buxo fieri consuevisse, ludicras vero e loto, ossibusque asininis, et argento.

LŌTŪRA, æ, f. 1. (lavo, lotum) lotio, lavatio, *lavamento*, λύσις. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 13. 33. (128). Pompholyx lotura separatur, spodos illota est. *Martial.* 2. 52. Novit loturas Dasius numerare.

LŌTUS, a, um. *V.* LAVO.

LŌTUS, i, f. 2. *V.* LOTOS.

LOTUS, us, m. 4. (lavo, lotum) lotio, *lavamento*. *Cels.* 1. 3. *de his, quæ calef. et refrig.* Refrigerant omnia acida, aqua, oleum et lotus. At *Targa* vocem *lotus* omisit; eam enim invitis Codd. induxerat *Lindenius*.

LU

LŪĀLIS, e, adject. (luo) qui pœnam luere debet. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 1. 34. *in carm.* Tractus luales atque bella percita.

LŪBENS *et*
LŪBENTER *et*
LŪBET *et*
LŪBĪDO et similia. *V.* LIBENS, LIBENTER, LIBET, LIBIDO et similia.

LUBRĪCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

LUBRĪCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (lubricus). Part. *Lubricans* et *Lubricatus* I. — Lubricare est lubricum, seu lævem facere, *rendere lubrico*.

I.) Proprie. *Juvenal.* 11. 173. Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem. *Prudent.* 11. περὶ στεφ. 35. Nunc pretiosa ruit (*oleum*) per marmora, lubricatque clivum. *Apul.* 7. *Met.* Limo cœnoso ripæ supercilium lubricante. *Arnob.* 1. 22. Lubricatum lapidem, et ex ulivi unguine sordidatum, tamquam inesset vis præsens, adulabar. *h. e.* lævigatum.

II.) Translate. *Prudent. Psychom.* 571. letum versatile et anceps Lubricat incertos dubia sub imagine visus.

LUBRĪCUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. sub I. et II. 3.

LUBRĪCUS, a, um, adject. Ratione habita etymi videtur esse a *lābor, eris*, mutata vocali; vel conjungi potest cum voc. *lutum* et *illuvies*: et dicitur de re, in qua quis nequit pede consistere, ut est terra argillosa humecta, marmor lævigatum, glacies et hujusmodi, ὀλισθηρός, ἐπισφαλής (It. *sdrucciolevole*, *sdrucciloso*, *liscio*, *sfuggevole*, *lubrico*; Fr. *glissant*, *ou on glisse*; Hisp. *resbaladizo*, *deslizadizo*; Germ. *schlupfrig*; Angl. *slippery*, *glib*, *smooth*, *lubric*, *lubricous*).

I.) Proprie. *Plaut. Mil. glor.* 3. 2. 38. In cella est paullum loculi lubrici. *Liv.* 44. 11. Lubricum fastigium. *Id.* 21. 36. Lubrica glacies. *Martial.* 4. 18. assiduo lubricus imbre lapis. — Hinc *lubricum*, i, absolute, substantivorum more. *Cels.* 8. 3. Instillare paullulum lactis, quo magis lubrico circumagatur. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 14. 21. (95). In lubrico atque instabili fundamenta locare. *Sil. It.* 7. 610. Namque super tepido lapsantem sanguine, et ægra Lubrica nitentem nequidquam evadere planta, Impacto prosternit equo. *h. e.* ex lubrico loco emergere. — Et cum Genit. *Tac.* 1. *Ann.* 65. Equi sanguine suo et lubrico paludum lapsantes. *Apul.* 1. *Met. init.* Post ardua montium et lubrica vallium.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro attrito et lævi. *Martial.* 9. 58. Nec crus compede lubricum decenni. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 12. 17. (77). Sphinx saxo naturali elaborata et lubrica. *liscia*, *fregata*. At *Sillig.* pro *lubrica* legit *rubrica* et alia aliter. ¶ 2. Est etiam *lubricus*, qui facile movetur et elabitur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 142. Natura lubricos oculos fecit et mobiles. *Virg.* 5. *Æn.* 84. lubricus anguis. *Tibull.* 2. 5. 14. Lubrica exta. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 20. 37. (73). Lubrici pisces. *Id.* 22. *ibid.* 25. 66. (136). Hippocrates ptisanam sorbitionis gratia laudavit, quoniam lubrica ex facili hauriretur. *Id.* 2. *ibid.* 3. 3. (7). Lubricum corpus lævitate continua. *Horat. Epod.* 13. 14.; et *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 81. Lubricus amnis. *Id.* 5. *Fast.* 476. Lubrica prensantes effugit umbra manus. *Curt.* 6. 1. 11. Tandem Laconum acies languescere, lubrica arma sudore vix sustinens. Sic *Id.* 4. 6. 25. Nec tamen segnius prælium capessebat, lubricis armis suo pariter atque hostium sanguine. ¶ 3. Per metaphoram est periculosus, anceps, in quo facile labi atque errare contingit. *Cic. Flacc.* 42. 105. Quem posthac tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitæ, quam ante præcipitem et lubricam esse ducebat, huic planæ et stabili præponendam esse arbitretur? *Id.* 1. *de republ.* 28. Nullum est genus illarum rerum publicarum, quod non habeat iter ad finitimum quoddam malum præceps ac lubricum. *Id. Cœl.* 17. 41. Viæ adolescentiæ lubricæ, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix potest. *Id.* 7. *Verr.* 52. 137. Ætas puerilis maxime lubrica atque incerta. (*V.* locum *Plin.* 3. *Ep.* 3. in fine hujusce paragr.). *Id.* 5. *Phil.* 18. 50. Cupiditas dominandi præceps et lubrica. *Id. Planc.* 2. 5. Perdifficilis et lubrica defensionis ratio. *Quintil.* 1. 5. 5. Ne quem tam lubrica observatio fallat. *Plin.* 1. *Ep.* 8. Anceps et lubricus locus. *scil.* de munificentia sua verba facere. *Gell.* 14. 1. *ad fin.* Lubrica atque ambagiosa conjectatio. — Poetice cum Infinito. *Horat.* 1. *Od.* 19. 8. Et vultus nimium lubricus aspici. *h. e.* in quo aspiciendo periculum est, ne amoris igne flagres. (Sic *Martial.* 9. 57. Dum puer es, redeas, dum vultu lubricus.). *Sil. It.* 5. 18. Flore capi juvenum primævo lubrica mentem Nympha, nec Idalia lenta incaluisse sagitta. *h. e.* facilis capi, et amores sæpe mutans. — *Lubricum*, i, absolute, substantivorum more. *Cic. Orat.* 28. 98. In lubrico versari. Et cum Genit. *Plin.* 3. *Ep.* 3. et *Ulp. Dig.* 4. 4. 11. *a med.* Lubricum ætatis. *h. e.* levitas juvenilis et inexperientia rerum. *Modestin. Dig.* 48. 4. 7. Lubricum linguæ non est ad pœnam facile trahendum. *Papinian. ibid.* 22. 1. 3. Lubricum tutelæ. *Callistrat. ibid.* 5. 3. *ad fin.* consilii. *Macrob.* 7. *Saturn.* 3. Objiciens tanto viro lubricum fidei. *h. e.* fluxam fidem. ¶ 4. Item est fugax, velox. *Quintil.* 9. 4. 129. Historia non tam finitos numeros, quam orbem quemdam contextumque desiderat. Namque omnia ejus membra connexa sunt: quoniam lubrica est ac fluit. Sic *Seneca* 3. *Benef.* 5. *de quibusdam scientiarum argumentis*. Alia propter subtilitatem lubrica sunt. *sfuggono facilmente*. *Ovid.* 3. *Art. am.* 364. quot menses lubricus annus habet. ¶ 5. Item fallax. *Virg.* 11. *Æn.* 716. Nequicquam patrias tentasti lubricus artes. *V.* LIGUR in ONOM. *Val. Flacc.* 2. 555. acri lubricus astu. *Cornel. Sever.* in *fragm. de morte Cic.* apud *Senec.* 7. *Suasor.* 19. Lubrica fata.

LŪCA Bos *et* Lucana Bos, veteribus Romanis et rudibus primo dictus est elephantus. Quum enim hanc feram primum vidissent in Lucania, Pyrrhi bello, ut est apud *Plin.* 8. *Hist. nat.* 6. 6. (16)., maximam autem quadrupedem bovem nossent, et præcipuæ magnitudinis essent Lucani boves, ut colligitur ex illo *Lucilii* apud *Non. p.* 363. 6. *Merc. Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri Ducere protelo validis cervicibu' possent*; factum est, ut nullum aptius nomen significando elephanti esse ipsis videretur, quam si bovem Lucam nominarent. Hæc nominis ratio (quam scriptam reliquit, teste *Varron.* 7. *L. L.* 39. *Müll.*, Verginius, aut Virgilius ut legit *Müllerus*) multo est verisimilior, quam ea, quam tradit ipse *Varro ibid.* § 40., quod dictus sit a luce, quia Phyrrhi elephanti procul lucebant propter inauratos regios clipeos, quibus eorum turres ornatæ erant: item quam ea, qua *C. Ælius* (aut *Cornelius* ut legit *Müllerus*) *ibid.* a *Libycis* dictos *lucas* arbitratur. *Lucret.* 5. 1301. Inde boves Lucas turrito corpore tætros. *Sil. It.* 9. 573. moderantem cuspide Lucas Maurum in bella boves. Adde *Ennium* apud *Varron. loc. cit.*, cujus verba *V.* in LOCUSTA 1.; *Senec. Hippol.* 352.; et *Aulon. Epist.* 15. 12. — In recto singulari duplex est positio, ut diximus. Et quidem *Luca* habetur apud *Varron. loc. cit.* Porro *Lucas* (quod nusquam occurrit) dictum putat *Voss.* in *Etymol.* pro *Lucans*; et hoc e *Lucanus* factum esse, ut *Picens* pro *Picenus*. — *NB.* De urbis nom. *V.* ONOM.

LŪCĀNA, æ, f. 1. *et*
LŪCĀNĪCA, æ, f. 1. *et*

LŪCĀNĪCUM, i, n. 2. *V.* voc. seq.

LŪCĀNĪCUS, a, um, adject. Lucanus, ad Lucaniam pertinens: *V.* ONOM. — Hinc

Lūcānĭca, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est genus farciminis ex porcinis carnibus concisis: a Lucanis populis, a quibus Romani milites primum didicerunt, ut *Varro* 5. *L. L.* 111. *Müll.* docet, ἀλλᾶς (It. *lucanica, salsiccia*; Fr. *suacisson, suacisse*; Hisp. *salchicha, salchison*; Germ. d. *Fleischwurst*; Angl. *a sausage, roll or ball made of pork chopped small*). *Cic.* 9. *Fam.* 16. *sub fin.* Solebam antea delectari oleis et lucanicis tuis. *Martial.* 13. 35. Filia Picenæ venio lucanica porcæ. *Id.* 4. 46. Et lucanica ventre cum Falisco *Stat.* 4. *Silv.* 9. 35. Non lucanica, non graves Falisci. — Dicebatur etiam *lucanicum* et *lucanicus*, teste *Charis.* 1. p. 73. *Putsch.* Lucanicum, intelligitur pulmentum vel intestinum: hic Lucanicus, subauditur botulus, vel apparatus: et hæc Lucanica, feminino genere intelligitur hira, h. e. intestinum, aut aliud, quod unusquisque intelligere voluerit. Sumptum est enim nomen ab inventoribus Lucanis. — Demum dicta est et *Lucana*, ut ait *Varro* 5. *L. L.* 111. *Müll.* Quod fartum intestinum e crassundiis, Lucanam dicunt. — Confectio lucanicæ sic habetur apud *Apic.* 2. 4., nempe intestinum fartum ex pulpa porcina bene tunsa, admixtis pipere trito, cumino, satureja, ruta, petroselino, baccis lauri, liquamine etc. Ipsum intestinum tenuiter producitur, et ad fumum suspenditur.

LŪCAR, āris, n. 3. (lucus). Pænultimam Genitivi brevem esse docet *Charis.* 1. *p.* 65. *Putsch.*; contra longam esse docet *Priscian.* 7. *p.* 760. *Putsch.* — *Paul. Diac. p.* 119. 9. *Müll.* Lucar appellatur æs, quod ex lucis captatur. *Festus p.* 253. 18. *Müll.* Pecunia, quæ erogatur in ludos et spectacula, appellatur lucar (*Müllerus* leg. *lucari edicta*), dicta quod e lucis captetur. Rursus *Paul. Diac. p.* 119. 6. *Müll.* Lucaris pecunia, quæ in luco erat data. Cf. *Gloss. Labb.* Lucar, θεατρικὸν τέλειαν (*lege* ἀργύριον), μισθὸς ἀπὸ φίσκου, μισθὸς θεατρικός. Θεωρικὸν τὸ λυκόφως. Et *Gloss. Isid.* Lucar, vectigal, erogatio, quæ fiebat in lucis. Hujusmodi pecunia (*V. Plutarch. Quæst. Rom.* 88.) erogabatur ab iis, qui lucos possiderent. Unde in *Inscript.* apud *Gruter.* 436. 5., quæ est apud *Orell.* 3349., laudatur liberalitas P. Marii Luperciani, qui lucar redemptum a republica sua universis civibus suis in perpetuum remiserat. Cf. *alias* apud *Orell.* 3882.; et apud *Gruter.* 328., ubi bis lucaris est mentio. Videtur autem assignata fuisse mercedibus histrionum et ludionum. Unde *Tac.* 1. *Ann.* 77. De modo lucaris et adversus lasciviam fautorum multa decernuntur. *Tertull. advers. Gnost.* 8. *de Jo. Bapt.* Contumeliosa cæde truncatur in puellæ salticæ lucar. — Apud *Liv.* quoque nonnulli hanc vocem legunt, ubi refert responsum oraculi Delphici, 23. 11. Pythio Apollini, republica vestra bene gesta servataque, lucaris meriti donum mittitote. *h. e.* præmii. Sed al. *lucris meritis*: al. *libentes merito* etc.

LŪCĀRĬA, orum *vel* um, n. (lucar. 2. (lucaris) *subaudi* festa. *Paul. Diac. p.* 119. 7. *Müll.* Lucaria festa in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam et Tiberim fuit: pro eo quod victi a Gallis, fugientes e prælio, ibi se occultaverint. At *Varro* 6. *L. L.* 79. *Müll.* ex lectione *Scalig.* Lucaria a luce, quod propter lucem amissam is cultus institutus. *Müllerus* magis ex Codd. fide et sententiæ satis accommodate pro *Lucaria* legit *lugere* — Celebrabantur mense Julio, in quo XIV. Kal. Aug. legitur in *vet. Kalendar.* (apud *Gruter.* 133.). LVCAR. N. P. *h. e.* Lucaria, nefastus primo. et XII. Kal. LVCAR. LVD. *h. e.* Lucaria, ludi. *Masurius* apud *Macrob.* 1. *Saturn.* 4. Eam noctem deincepsque insequentem diem, qui est Lucarium, non dixit Lucariorum.

LŪCĀRIS, e, adject. (lucus.. ✓ *Paul. Diac. loc. cit.* in LUCAR et in voc. præced

LUCAS Bos. *V.* LUCA Bos.

LŪCELLUM, i, n. 2. *deminut. a* lucrum, parvum lucrum, quæsticulus, *guadagnuccio*, κερδύφιον. *Cic.* 5. *Verr.* 30. 72. Si Apronio, deliciis prætoris, lucelli aliquid jussi sunt dare. *Id. ibid.* 44. 106. Facere aliquid lucelli. *Catull.* 28. 6. Ecquidnam in tabulis patet lucelli? *h. e.* pecuniæ seu lucri vobis a prætore expensi et dati. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 102. tecum partita lucellum. *Seneca Ep.* 5. Hujus diei lucellum tecum communico.

LŪCENS, entis. *V.* voc. seq.

LŪCĒO, ces, xi, cere, n. 2. Etymon vide in LUX init. — Part. *Lucens* I. *b.*, II. 1. et in fin. — Lucere est lucem emittere, splendere, fulgere, λάμπω (It. *lucere, risplendere*; Fr. *luire, jeter de la lumière*; Hisp. *lucir, brillar, resplandecer y alumbrar*; Germ. *hell sein, leuchten*; Angl. *to shine, glitter, glisten*).

I.) Proprie. — *a*) Neutrorum more et finitis Modis. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Off.* 15. 51. Nihilominus (*lumen*) ipsi lucet, quum illi accenderit. *Id.* apud *Festum p.* 229. 23. *Müll.* Prodinunt famuli, tum candida lumina lucent. (*V.* infra sub *c.*). *Cic.* 6. *de republ.* 16. Stella illa, quæ ultima a cælo, citima terris, luce lucebat aliena. *Tibull.* 1. 1. 6. Dum meus assiduo luceat igne focus. *Ovid. Heroid.* 11. 104. Ut meus ex isto luceat igne rogus. *Virg.* 11. *Æn.* 143. lucet via longo Ordine flammarum. *Id.* 9. *ibid.* 383. Rara per occultos lucebat semita calles. Sic *Propert.* 2. 14. 17. Ante pedes cæcis lucebat semita nobis. *Stat.* 9. *Theb.* 641. Interior cæli qua semita lucet. *Virg.* 6. *Æn.* 603. lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. *et* 8. *ibid.* 660. virgatis lucent sagulis. *Ovid.* 3. *Amor.* 3. 6. niveo lucet in ore rubor. *Id.* 1. *Met.* 239. lucent oculi. *Val. Flacc.* 6. 492. Lilia per vernos lucent velut alba colores. *Sueton. Tib.* 74. Cinis exarsit atque in multam noctem pertinaciter luxit. — *b*) Particip. præs. *Lucret.* 5. 609. rosea sol alte lampade lucens. *Virg.* 6. *Æn.* 725. Lucens lunæ globus. *Manil.* 1. 966. Sidera per tenues cælo lucentia flammas. *Ovid.* 3. *Fast.* 270. lucentes faces. *accese.* et 2. *Met.* 24. sedebat In solio Phœbus claris lucente smaragdis. *Stat.* 9. *Theb.* 691. Lucentes auro tunicæ. *Id.* 1. *Silv.* 3. 36. An picturata lucentia marmora vena Mirer? *Martial.* 11. 98. Non ulcus acre pustulæque lucentes. *h. e.* igneæ et rubentes. — *c*) Active *lucere facem alicui*, modus loquendi rarior, *h. e.* facem præferre et præbere lumen. *Plaut. Cas. a.* 1. *v.* 30. Huic lucebis novæ nuptæ facem. *Forcellinus* huc retulit etiam locum *Ennii* apud *Festum* supra cit. sub *a.* — *d*) *Lucet*, impersonaliter, dies est, *vien dì, si fa giorno. Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 115. Prius quam lucet, adsunt: rogitant, noctu ut somnum ceperim. *Catull.* 14. 17. Nam si luxerit, ad librariorum Curram scrinia etc. *Cic. Rosc. Am.* 34. 97. Nondum lucebat, quum Ameriæ scitum est. *Id.* 16. *Att.* 13. A. Nondum legere poteramus: nam et lumina dimiseramus, nec satis lucebat. Quum autem lucret etc. *Id.* 1. *Divinat.* 23. 47. Ubi lucere cœpisset. Adde *eumd.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 30. 96. Contra *Ammian.* 21. 15. Lucente jam die cadaver hominis interfecti dextrâ jacens conspexit. Sic *dies lucet* dixit *Sil. It.* 16. 91. en unquam lucebit in orbe Ille dies, quo te armorum, Carthago, meorum Adspiciam sonitus admotaque bella trementem? — *e*) *Lucet hoc* et *luciscit hoc* dicebant ἐλαχιστικῶς, *h. e.* digito cælum indicando; et diei lucem adesse significabant. *V.* HIC pronomen; et LUCESCO I. *c.*

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro translucere, apparere: ad rem *Ovid.* 4. *Met.* 297. videt stagnum lucentis ad imum Usque solum lymphæ. *limpida e trasparente.* Hinc *Propert.* 2. 2. 25. si qua Arabio lucet bombyce puella. *Martial.* 8. 68. Femineum lucet sic per bombycina corpus. *Stat.* 8. *Theb.* 525. summæ qua margine parmæ Ima sedet galea, ut juguli vitalia lucent. *h. e.* nuda patent. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a superiori num. I., est apparere, clare videri, conspicuum, pulcrum esse. — *a*) Sæpe de abstractis et rebus. *Cic. pro leg. Manil.* 14. 41. Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet. *Id.* 3. *Att.* 15. *ante med.* Mea officia et studia, quæ parum ante luxerunt (fatendum est enim), sic esse quar, ut etc. *Id. Mil.* 23. 61. Quum res ipsa tot, tam claris argumentis signisque luceat. *Id. Sext.* 28. 60. Virtus lucet in tenebris splendetque per se semper. *Quintil.* 8. 5. 29. Quæ ne apparent quidem, ubi tota oratio lucet. *Id.* 9. 1. 19. Quarum (*figurarum*) utilitas in nullo non orationis opere vel clarissime lucet. — *b*) Raro admodum de hominibus. *Stat.* 2. *Achill.* 149. quales Siculæ sub rupibus Ætnæ Naides Ennæas inter Diana, feroxque Pallas et Elysii lucebat sponsa tyranni. — Hinc Part. præs., cujus plurima exempla retulimus,

Lucens, entis, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Lucentior* translate apud *Mall. Theod. de metr.* 9. 7. His (*pedibus*) metri hujusce lucentior et latior usus esset.

LŪCERNA, æ, f. 1. Est a *luceo*, et primam habet brevem, licet longa sit in *luceo* et *lux*: est autem instrumentum, quod uno vel pluribus ellychniis accensis instructum, et oleo nutritis, lucem præbet domesticis usibus, λύχνος (It. *lucerna*; Fr. *lampe, lumière*; Hisp. *lámpara*; Germ. d. *Lampe, Oellampe, Leuchte*: Angl. *a lamp, candle, light*).

I.) Proprie. *Varro* 5. *L. L.* 119. *Müll.* Candelabrum a candela, ex his enim funiculi ardentes figebantur. Lucerna post inventa, quæ dicta a luce, aut quod id vocant Græci λύχνον. *Cic.* 4. *Fin.* 12. 29. In sole lucernam adhibere nihil interest. *Id.* 7. *Att.* 7. Ἐμπολιτεύομαί σοι jamdudum: et facerem diutius, nisi me lucerna desereret. *Id.* 2. *Divinat.* 58. 120. Quodam obtutu oculorum duo pro uno lucernæ lumina videntur. *Horat.* 1. *Od.* 27. 5. Vino et lucernis Medus acinaces Immane quantum discrepat. *h. e.* conviviis in noctem productis. *Id.* 2. *Sat.* 1. 25. saltat Milonius, ut semel icto Accessit fervor capiti numerusque lucernis. *h. e.* ut ebrius est factus. (*Juvenal.* 5. 304. similem locum habet). *Martial.* 14. 41. cujus lemma *Lucerna polymyxos*. Illustrem quum tota meis convivia flammis, Totque geram myxos, una lucerna vocor. *Id. ibid.* 40. candelam vocat *lucernæ ancillam*, quia hæc ditiorum erat, *candela* pauperum. *Juvenal.* 10. 339. pereundum est ante lucernas. *h. e.* ante noctem. Sic *Vopisc. Tacit.* 10. Thermas ante lucernam claudi jussit. *Phædr.* 3. 19. Lucernam accendere. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 28. (49). exstinguere ardentem. *Id. ibid.* 27. (46). Lucerna ardens, *et ibid.* defectu olei restincta. *Id.* 28. *ibid.* 11. 46. (163). Fungi lucernarum, ac fuligo, quæ est in rostris earum. *Pers.* 5. 181. pinguem nebulam vomuere lucernæ. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (14). Lapidem appellavere lychniten, quoniam ad lucernas in cuniculis cædebatur. — Lucernæ antiquitus non exstinguebantur, sed sponte deficere permittebantur, licet etiam veteres nocuum illarum nidorem animadvertissent. V. *Mus. Borbon. T.* 6., ubi de lucernis multa erudite tractantur. — Lucerna fuit symbolus animæ cum corpore junctæ, ideoque sæpissime in sepulcris positæ visuntur lucernæ pleræque fictiles. V. *Henzen. de Musiv. Borghes. p.* 14.; et *Inscript.* apud *Murat.* 1743. 14., quæ est apud *Orell.* 4838.

II.) Translate. ¶ 1. Pro lucubratione. *Juvenal.* 1. 51. Hæc ego non credam Venusina digne lucerna. *h. e.* lucubrationibus, quibus *Horatius* satyras conscribebat in pravos hominum mores. *Arnob.* 4. 25. Minerva luminis ministra et lucernarum moderatrix. *Th. Canterus* sic emendavit: editio princeps habet *modulatrix*. Quam lectionem defendit *C. Barthius* ad *Stat.* 3. *Theb.* 661. putans hic alludi simul ad lucubrationem et olivum. ¶ 2. Est hoc nomine et piscis marinus, qui lingua ignea per os exsecta, tranquillis noctibus lucet. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 27. 43. (80).

LŪCERNĀLIS, e, adject. ad lucernam pertinens. *Isid.* 17. *Orig.* 9. Phlomos, quam Latini herbam lucernalem vocant.

LŪCERNĀRĬA, æ, f. 1. herba eadem, quæ alio nomine verbascum, apud *Marcell. Empir.* 20.

LŪCERNĀRĬUM, ii, n. 2. idem ac lucerna. *Cassiod.* 9. *Hist. Eccl.* 38. *ad fin.* In Cæsarea Cappadociæ et Cypro die Sabbati et Dominico circa vesperam cum lucernariis episcopi atque presbyteri scripturas interpretantur.

LŪCERNĀRĬUS, ii, m. 2. qui ad lucernam vivit, lychnobius. *Gloss. Philox.* Lucernarius, λυχνοῦχος.

LŪCERNĀTUS, a, um, adject. lucernis illustratus, *illuminato. Tertull.* 2. *ad Uxor.* 6. Janua laureata et lucernata.

LUCERNINUS, a, um, adject. ad lucernam pertinens, ut Lucerninæ calendæ in testamento M. Grunnii Corocottæ, de quo vide in BUBULARIUS. Videntur autem *lucerninæ* appellatæ fuisse calendæ Decembris, vel Januarii, quod nempe iis mensibus, quibus noctes longiores sunt, porcinæ carnes ad lucernæ lumen in frusta cædebantur ad lucanicam conficiendam. Hæc cl. *Furlanetto*. At vox est a Lexico expungenda; testamentum enim illud omni prorsus caret auctoritate.

LŪCERNŪLA, æ, f. 1. *deminut. a* lucerna, *lucernetta*, λυχνίς. *Hieronym. Ep.* 117. *n.* 12. Di-

ctatio ad lumen lucernulæ profusa. *et Ep.* 107. n. 9. Accensa lucernula.

LŪCESCO *vel* lucisco, is, ere, n. 3. *inchoat. a* luceo. Part. *Lucescens* II. — Lucesco est lucere incipio, *incominciare a rilucere.*

I.) Proprie. — *a*) Cum Nom. Substantivo. Generatim *Virg.* 6. *Ecl.* 37. Jamque novum terræ stupeant lucescere solem. Speciatim *Ovid.* 5. *Fast.* 417. jam cras lucescere Nonas Dicimus. — *b*) Sæpius impersonaliter adhibetur, et *lucescit* est idem ac fit dies, dilucescit, *si fa giorno*; cui contrarium est *advesperascit. Cic.* 15. *Fam.* 4. *ante med.* Ut a. d. III. Octobr., quum lucisceret, in Amanum ascenderem. *Liv.* 4. 28. Et jam lucescebat, omniaque sub oculis erant. — *c*) Eodem sensu occurrit *luciscit hoc*, δεικτικῶς. *Plaut. Amph.* 1. 3. 45. Eamus, Amphitruo: luciscit hoc jam. Adde *Ter. Heaut.* 3. 1. 1.; et *V.* LUCEO I. *e.*

II.) Translate pro splendescere. De re physica *Firmic.* 4. *Mathes.* 13. Quorum caput flavo capillorum crine lucescat. — De abstractis. *Fronto* 1. *ad Antonin. Aug.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 5. Tu me ad pristinam illam mensuram luciscentis amoris tui revocas.

LŪCI, adverb. *V.* LUX in fin.

LŪCIBĪLIS, e, adject. (luceo) idem ac lucidus. *Gloss. Philox.* Lucibilis, φωτεινός. *Servius* ad *Virg.* 6. *Æn.* 725. Lucens est quod aliunde illuminatur; lucibile, quod per se patet.

LŪCIDĀTĬO, ōnis, f. 3. (lucido) translate tantum occurrit pro explanatione, *dilucidazione*, apud *Cassiod. Instit. div. litt.* 28. Æmilianus (*h. e.* Palladius Rutilius Taurus Æmilianus) facundissimus explanator duodecim libris de hortis vel peroribus aliisque rebus plenissima luci-latione disseruit.

LŪCIDĒ, adverb. (lucidus). Comp. *Lucidius* et Sup. *Lucidissime.* — Lucide translate tantum occurrit et est clare, *chiaramente*, φωτεινῶς. Usurpatur præcipue de oratione. *Cic.* 2. *Orat.* 25. 108. Ut verbum illud, quod causam facit, lucide et breviter uterque definiat. *Quintil.* 8. 3. 1. Emendate ac lucide dicentium. *Id.* 4. 5. 12. Causam lucidissime ostendere. *Paul. Dig.* 44. 4. 1. Quo lucidius intelligi possit hæc exceptio. *Seneca Ep.* 71. *circa med.* Animus lucidius et tranquillius inter divina mansurus.

LŪCĪDO, as, are, a. 1. (lucidus). Part. *Lucidandus.* — Lucidare est lucidum reddere, dilucidare, *lucidare*; et translate tantum occurrit. *Cassiod.* 3. *Variar.* 31. Ut cuncta suo ordine discussa nobis relationis obsequio lucidentur. *h. e. si chiariscano.* Sic *Alcim. Ep.* 1. Sed his collationis magis, quam lucidandæ fidei exercitio reservatis etc.

LŪCĬDUM, adverb. *V.* voc. seq. II. 1.

LŪCĬDUS, a, um, adject. (luceo). Comp. *Lucidior* I. et II. 2.; Sup. *Lucidissimus* I. — Lucidus est lucem habens, splendidus, fulgens, φωτεινός (It. *lucido, risplendente, chiaro*; Fr. *lumineux, qui jette de la clarté, brillant, éclatant*; Hisp. *luminoso, brillante, claro, lo que luce*; Germ. *lichtvoll, hell, klar*; Angl. *bright, clear, resplendent, glittering, shining, sparkling, brillant, lucid*).

I.) Proprie. *Lucret.* 4. 340. Lucidus aer. *Horat.* 1. *Od.* 3. 2. Lucida sidera. *Vitruv.* 9. 6. Lucidissima stella. *Horat.* 3. *Od.* 26. 6. Lucida funalia. *Ovid. Heroid.* 15. 74. gemma. *Id.* 1. *Fast.* 94. Lucidior domus. *Id.* 2. *Met.* 365; et *Quintil.* 12. 10. 60. Lucidus amnis. *limpido.*

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis dicitur, et est pulcher, nitidus, candens. *Ovid. Heroid.* 19. 133. Lucida puella. *h. e.* candida et formosa. *Tibull.* 2. 1. 62. Molle gerit tergo lucida vellus ovis. *h. e.* candida. *Propert.* 3. 11. 30. lucida lilia. *Tibull.* 2. 4. 30. concha. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 22. saxa. *h. e.* nitida marmora. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 9. 35. (58). lucida vestis. *trasparente.* At *Sillig.* legit *translucida.* — *Lucidum* pro lucide. *Horat.* 2. *Od.* 12. 14. lucidum fulgentes oculi. ¶ 2. Per metaphoram de oratione præcipue usurpatur, et est clarus, perspicuus. *Quintil.* 4. 2. 31. Eam (*narrationem*) volunt esse lucidam. – Neque enim refert, an pro lucida perspicuam dicamus. *Id.* 4. 5. 26. Propositio debet esse aperta et lucida. *Id. ibid.* § 3. Manifesta et lucida ratio. *Horat. Art. P.* 41. lucidus ordo. Rursus *Quintil.* 7. 3. 21. Ut a notissimo exemplo, quo sit res lucidior, non recedamus. *più chiara. et* 4. 4. 4. Lucidior causa. *et* 2. 3. 8. Faciliora ad intelligendum et lucidiora multo. *et* 3. 11. 23. Brevior et vel ideo multo lucidior via. — Ad oratores quoque transtulit *Quintil.* 10. 1. 74. Philistus imitator Thucydidis: et ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. *et* 12. 10. 21. Oratores tenues et lucidi et significantes. — Hinc

Lucidum, adverbii ritu. *V.* sub II. 1.

LŪCĬFER, fĕra, fĕrum, adject. (lux *et* fero) lucem ferens, *che mena la luce*, φωσφόρος. *Cic.* 2. *Nat. D.* 27. 68. Itaque, ut apud Græcos Dianam eamque Luciferam, sic apud nos Junonem Lucinam in pariendo invocant. Cf. *Inscript.* apud *Murat.* 37. 6. DIANAE LVCIFERAE L. LICINIVS VITVLI LIB. GRATVS V. S. *Lucret.* 5. 725. Lucifera pars Lunæ. *Ovid. Heroid.* 11. 46. Denaque luciferos Luna premebat equos. *et ibid.* 20. 192. *de Lucina.* Ut tibi luciferas afferat illa manus. *Cod.* 8. 10. 12. Luciferæ fenestræ. — Hinc

Lucifer, feri, m. 2. absolute, substantivorum more, est stella Veneris, *Lucifero*, Φωσφόρος.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat. D.* 20. *fin.* Infima est quinque errantium terræque proxima stella Veneris, quæ Φωσφόρος Græce, *Lucifer* Latine dicitur quum antegreditur Solem, quum subsequitur autem Hesperios. Ea cursum anno conficit, et latitudinem lustrans signiferi orbis et longitudinem. Multa de eo *Plin.* 2. *Hist. nat.* 8. 6. (36). *Tibull.* 1. 10. 62. Dum rota Luciferi provocet orta diem. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 71. cælo nitidissimus alto Lucifer ortus erat. Adde *eumd.* 11. *Met.* 98. — In fabulis est filius Cephali et Auroræ Solis filiæ: diciturque certasse cum Venere de præstantia formæ. Ita *Hygin.* 2. *Astron.* 42. Alii Jovis filium faciunt. Immo pro stella Jovis interdum sumitur, teste *Servio* ad *Virg.* 4. *Æn.* 130. Poetæ equo vehi fingunt, ut bigis Lunam, Solem quadrigis. *Stat.* 6. *Theb.* 239.; et *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 121.

II.) Figurate, seu metonymice apud Poetas est dies. *Propert.* 2. 15. 28. memento Venturum paucis me tibi Luciferis. *Ovid.* 3. *Fast.* 877. Tres ubi Luciferos veniens præmiserit Eos. *et* 1. *ibid.* 46. Ne tamen ignores variorum jura dierum, Non habet officii Lucifer omnis idem.

LŪCĬFĬCO, as, are, a. 1. (lux *et* facio) lucidum facere. *Laberius* apud *Gell.* 10. 17. *in fin.* Sic ego fulgentis splendorem pecuniæ Volo lucificare exitum ætati meæ.

LŪCĬFĬCUS, a, um, adject. (lux *et* facio) lucem emittens, illustrans, lucidus. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 9. Vapor lucifici Solis.

LŪCĬFLŬUS, a, um, adject. (lux *et* fluo) luce fluens, lucidus.

I.) Proprie. *Juvenc.* 3. 294. Ast ubi lucifluum reddet Sol tertius ortum.

II.) Translate est divinus. *Juvenc.* 4. 120. gens omnis habebit Testem lucifluo sanctæ sermone salutis. *h. e.* hominum mentes illustrans. Adde *Prudent. Psychom.* 625., ubi tamen rectius legitur *lucifer.*

LŪCĬFŪGA, æ, comm. gen. (lux *et* fugio) lucifugus, qui lucem fugit. — *a*) Generatim, aut proprie. *Apul.* 5. *Met.* Lucifuga maritus. *h. e.* Amor, qui nocturnus tantum Psychen adibat. *Id. de Mag.* Ipse humilitate abditus et lucifuga. *Ammian.* 16. 7. *ad fin.* Quum soleant id genus homines, post partas ex iniquitate divitias, latebras captare secretas, ut lucifugæ vitantes multitudinis læsæ conspectus. — *b*) Speciatim, aut figurate, ut aliis placet. *Seneca Ep.* 122. *ad fin.* appellat *lucifugas homines*, qui contra naturam nocte utuntur pro die, qui et λυχνόβιοι dicuntur, quasi lucernarii. *Id. ibid.* Vos, inquit, illum et lychnobium dicetis.

LŪCĬFŪGAX, ācis, adject. (lux *et* fugax) lucifugus. *Auct. carm. Philomel.* 40. Noctua lucifugax tutubat in tenebris. *Minuc. Fel. Octav.* 8. Latebrosa et lucifugax natio. *scil.* Christianorum. *Al. leg.* lucifuga.

LŪCĬFŪGUS, a, um, adject. (lux *et* fugio) qui fugit lucem et gaudet tenebris, *chi fugge la luce.*

I.) Proprie. *Virg.* 4. *G.* 243. lucifugis congesta cubilia blattis. Sic *Arnob.* 6. 16. Non videtis sub istorum simulacrorum cavis stelliones, sorices blattasque lucifugas nidamenta ponere atque habitare?

II.) Translate. *Lucilius* apud *Non. p.* 19. 2. *Merc.* Lucifugus nebulo. *Cic.* 1. *Fin.* 18. 81. Ecce autem alii – invidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi: alii autem etiam amatoriis levitatibus dediti.

LŪCĪNA, æ, f. 1. dea partuum præses, de qua *V.* multa in ONOM. — Hinc metonymice est ipse partus. *Virg.* 4. *G.* 339. altera virgo, Altera tum primos Lucinæ experta labores. *et* 3. *ibid.* 60. *de vitula.* Ætas Lucinam justosque pati hymenæos etc. Adde *Ovid.* 3. *Art. am.* 785.

LŪCĪNĬUM, cicidenta. *Gloss. Veter.*

LŪCĪNUS, a, um, adject. a luce et Lucina, ut *lucinæ horæ*, quibus scil. in lucem edimur, apud *Prudent.* 2. *advers. Symmach.* 222. Et qui lucinas tribuo nascentibus horas.

LŪCĬPĂRENS, entis, adject. (lux *et* pario) lucis parens, ut *luciparens nox* apud *Avien. Phænom.* 853., quia noctem dies et lux proxime sequitur. Unde in fabulis Æther et Dies ex Nocte nasci dicuntur: ut est apud *Hesiod.* Θεογον. *v.* 124.

LŪCĬPĔTA, æ, adject. comm. gen. (lux *et* peto) qui lucem quærit. *Isid.* 12. *Orig.* 8. Nam musca lucipeta est, et blatta lucifuga est.

LŪCĬPOR. *V.* MARCIPOR.

LŪCĬSĂTOR, ōris, m. 3. (lux *et* sator) sator lucis et auctor. *Prudent.* 3. *Cathemer.* 1. O Crucifer bone, lucisator, Omnipotens pie, Verbigena.

LŪCISCO. *V.* LUCESCO.

LŪCĬUS, ii, m. 2. piscis, *luccio*, de quo *Auson. Edyll.* 10. 120. Hic etiam Latio risus prænomine, cultor Stagnorum, querulis vis infensissima ranis, Lucius obscuras ulva cœnoque lacunas Obsidet: hic nullos mensarum lectus ad usus, Fervet fumosis olido nidore popinis. — *NB.* De prænom. Rom. *V.* ONOM.

LŪCŌMĒDI *et*
LŪCUMŌNES *et*
LŪCŌMO. *V.* LUCUMO.

LŪCRĀTĬO, ōnis, f. 3. (lucror) actus lucrandi, lucrum, *guadagno. Tertull.* 2. *ad Uxor.* 7. Spem lucrationis accipere.

LŪCRĀTĪVUS, a, um, adject. (lucror) ad lucrum pertinens. — *a*) Generatim. Tribuitur *Quintil.* 10. 7. 72. Neque enim fere tam est ullus dies occupatus, ut nihil lucrativæ operæ ad scribendum, aut legendum, aut dicendum rapi aliquo momento temporis possit. Alii aliter hic lectionem frustra sollicitant, quasi vero vox hæc indigna sit hujus ævi scriptoribus: at certo certius eadem utitur *Fronto* 2. *ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 2. Næ ego post homines natos et locutos omnium facundissimus habear, quum tu, M. Aureli, mea scripta lectitas et probas, et lucrativa tua in tantis negotiis tempora meis quoque orationibus legendis occupare non inutile tibi arbitraris, nec infructuosum. — *b*) Speciatim apud JCtos *res lucrativæ* sunt, quæ ex hereditate, aut legato, aut fideicommissi jure, aut donatione mortis causa, vel cujuslibet postremæ voluntatis arbitrio: item ex donatione inter vivos simplici libertate facta cuipiam acquiruntur, ut est apud *Impp. Theodos. et Valent. Cod.* 10. 35. 1., quia in his de mero lucro est quidquid acquiritur, neque impensa ulla, aut jactura fit ab eo, cui deferuntur. Hinc *ex causa lucrativa* acquirere aliquid dicitur is, qui aliquo titulo ex enumeratis quippiam acquirit, quia nullum rerum suarum damnum patitur sic acquirendo, neque ullum propterea onus subire cogitur. *Paul. Dig.* 31. 89. Quum Sejus, viva testatrice, tesseram frumenti ex causa lucrativa habere cœperit. *h. e.* ex legato. *Ulp. ibid.* 40. 1. 4. *extr.* Si partem quis redemit, pars altera ex causa lucrativa accesserit. Adde *Tryphonin. ibid.* 49. 15. 12. *sub fin.* Sic *lucrativa possessio*, quam quis ex lucrativa causa habet, *Ulp. ibid.* 29. 4. 2.; et *lucrativa acquisitio* apud *eumd.* 44. 4. 4. *ad fin.*

LŪCRĒTĬA, æ, f. 1. Tarquinii Collatini uxor, de qua *V.* ONOM. — Translate pro pudica quavis femina et unius mariti amante accipitur. *Petron. Satyr.* 9. Quum ego proclamarem, gladium strinxit, et, si Lucretia es, inquit, Tarquinium invenisti. *Martial.* 11. 104. Si te delectat gravitas, Lucretia toto Sis licet usque die, Laida nocte volo.

LŪCRĪCĬUS, a, um, adject. ad lucrum pertinens, lucrativus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 68.

LŪCRĪFĂCIO, fācis, fēci, factum, fācere, a. 3. et LŪCRĪFĬO, fis, factus sum, fieri, pass. anom. (lucrum *et* facio). *Lucrifacio* scribitur etiam divisim: *V.* in-

fra sub I. Item *lucrifieri*, ut apud *Martial.* 11. 50. Nunc furtiva lucri fieri bombycina possunt. — *Lucrifacio* occurrit etiam interposito verbo. *Cajus Dig.* 11. 7. 29. Licet lucri dotem faciat. Ita *Torrent.* Inverso ordine, *Plaut. Pœn.* 3. 5. 26. Me esse hos trecentos philippos facturum lucri. *Id. Most.* 2. 1. 7. Qui facere argenti cupiat aliquantum lucri. Adde *eumd. Pers.* 4. 4. 117. et *Truc.* 3. 2. 22. — Part. *Lucrifactus* ? — Lucrifacere est lucrum facere, lucrari: et dicitur fere de iis, quæ nulla impensa, aut damno, aut labore acquirimus, κερδαίνω (It. *acquistare, guadagnare*; Fr. *gagner, avoir en gain, en bénéfice*; Hisp. *ganar, adquirir, lograr, conseguir*; Germ. *gewinnen, Gewinn machen*; Angl. *to gain, get, win, acquire, make profit, make gain of*).

I.) Proprie. — *a*) Active. *Petron. Satyr.* 15. Advocati, qui volebant pallium lucrifacere, flagitabant etc. *Martial.* 8. 10. Emit lacernas millibus decem Bassus, Tyrias coloris optimi: lucrifecit. Adeo bene emit? inquis. Immo non solvit. Addunt et *Cic. Flacc.* 37. 91., et *Brutum* apud *Cic.* 11. *Fam.* 20.; sed iis locis *lucri* et *facio* divisim legendum est, ut etiam alii legunt apud *Martial. loc. cit.* — *b*) Passive. *Cic.* 5. *Verr.* 46. 111. Quid, si ostendo, in hac una emptione lucrifieri tritici modios centum? *Id. ibid.* 75. 174. Jam vero ab isto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis. *Ulp. Dig.* 43. 19. 3. Aqua, quæ in rivo nascitur, lucrifit ab eo, qui ducit.

II.) Translate. *Varro* 3. *R. R.* 4. 1. De ornithone primum, quod lucrifecerunt hoc nomen turdi, *h. e.* tamquam proprium sibi vindicarunt, tametsi commune omnium avium est. *Auct. B. Hisp.* 36. Illo beneficio suum maleficium existimabant se lucrifacere, *h. e.* pœnam effugere, quam pro suo maleficio meruerant. Sic *Plin.* 7. *Hist. nat.* 39. 40. (129). Quam quidem injuriam lucrifecit ille, *h. e.* impune tulit. *Val. Max.* 4. 1. *n.* 10. Traduc equum, inquit, ac lucrifac censoriam notam, *h. e.* lucro appone, de lucro esse puta, quod a censore notatus non fueris.

LŬCRĬFACTUS, a, um. *V.* voc. præced.

LŬCRĬFĬCĂBĬLIS, e, adject. (lucrifico) lucrum afferens, *che porta guadagno*, κερδαλέος. *Plaut. Pers.* 4. 7. 2. Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis.

LŬCRĬFĬCO, as, are, a. 1. (lucrum *et* facio) idem quod lucrari, acquirere. *Tertull. Præscript.* 24. Paulum factum omnibus esse omnia, ut omnes lucrificaret.

LŬCRĬFĬCUS, a, um, adject. (lucrum *et* facio) lucrosus, lucrum afferens, *lucroso. Plaut. Pers.* 4. 3. 46. Lucrificam faculam tibi Fortuna allucere vult.

LŬCRĬFĬO, fis, factus sum, fieri. *V.* LUCRIFACIO.

LŬCRĬFŬGA, æ, comm. gen. (lucrum *et* fugio) qui lucrum fugit, *che fugge il guadagno*, μισοκερδής. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 33. Quum hos huc adigit lucrifugas.

LŬCRĬO, ōnis, f. 3. (lucrum) qui undique lucrum aucupatur, *amico del guadagno*, φιλοκερδής. *Paul. Diac. p.* 56. 14. *Müll.* Κέρδωνα, quem nos quoque lucrionem vocamus. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LŬCRĬPĔTA, æ, m. 1. (lucrum *et* peto) qui lucri est avidus, ut Lucripeta fenerator, in *argum. Most. Plauti* 6., cujus auctorem quidam *Sidonium* faciunt. *V.* VINDICATIO. — *Lucripetes* habet *Cassiod.* 12. *Variar.* 11. Quibus (*Romanis*) sola contentio est, paupertatem fugere, divitias non amare: nesciunt enim esse lucripetes.

LŬCRĬUS, a, um, adject. (lucrum) κερδῷος, qui lucris præest; ut Lucrii dii apud *Arnob.* 4. 9. Quis est enim, qui credat esse deos lucrios et lucrorum consecutionibus præsidere? *h. e.* Mercurium.

LŬCROR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (lucrum). Part. *Lucrans, Lucratus, Lucraturus* et *Lucrandus* 1. — Lucrari est lucrum facere, acquirere, consequi: et plerumque de iis dicitur, quæ nulla nostra impensa, aut labore acquirimus, κερδαίνω (It. *acquistare, guadagnare, lucrare, avanzare*; Fr. *gagner, avoir en bénéfice, en profit, bénéficier*; Hisp. *ganar, adquirir, lograr*; Germ. *gewinnen*; Angl. *to gain, get, win, acquire, earn, get advantage or profit*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cic.* 3. *Parad.* 1. 21. An virum bonum dices, qui depositum nullo teste, quum lucrari impune posset auri pondo decem, reddiderit? *Id.* 2. *Off.* 24. 84. Ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum. *Id.* 7. *Verr.* 24. 61. Pretio certo missos facere nautas, missorum omne stipendium lucrari. *Horat. Art. P.* 234. Pythias emuncto lucrata Simone talentum. *Sueton. Ner.* 45. Ex annonæ quoque caritate lucrantium accrevit invidia. *Id. Cal.* 41. Ne ex lusu quidem aleæ compendium spernens, plus mendacio atque etiam perjurio lucrabatur. *Tac. Germ.* 24. Aleam sobrii inter seria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut etc. *Ulp. Dig.* 27. 6. 11. *extr.* In casibus, in quibus dotem maritus vel in totum, vel in partem fuerat lucraturus. *Cajus ibid.* 41. 1. 9. Si quis eas res, quæ in tempestate, navis levandæ causa, ejiciuntur, fluctibus expulsas, lucrandi animo abstulerit. *per tenersele, per farsele sue.* — *b*) Specialim. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 12. (68) *de pane faciendo.* Marina aqua subigi, quod plerique maritimis locis faciunt occasione lucrandi salis, inutilissimum. *per risparmiare.*

II.) Translate. *Cic.* 3. *Verr.* 12. 33. Omne illud tempus, quod fuit, antequam iste ad magistratus accessit, habeat per me solutum ac liberum: sileatur de nocturnis ejus bacchationibus: damna, dedecora prætereantur: lucretur indicia veteris infamiæ, *h. e.* obtineat, ut taceatur. *Horat.* 4. *Od.* 8. 18. Ejus qui domita nomen ab Africa Lucratus rediit, *h. e.* Scipionis, qui ab Africa domita dictus est Africanus. *Stat.* 9. *Theb.* 779. quonam usque moram lucrabere fati, O multum miseros puer orbature parentes? *andrai guadagnando tempo. Ammian.* 19. 4. Quum decennali bello Græcia desudaret, ne peregrinus pœnas dissociati regalis matrimonii lucraretur etc. *h. e.* ne Paris raptum Helenæ impune ferret.

LŬCRŌSĒ, adverb. (lucrosus). Comp. *Lucrosius.* — Lucrose est cum lucro, *lucrosamente. Cassiod.* 12. *Variar.* 20. Ut vasa lucrose reddita celeriter impetrata videantur. *V.* VENDIBILITER. *Hieronym. Ep.* 22. *n.* 13. Ut sub virginali nomine lucrosius pereant

LŬCRŌSUS, a, um, adject. (lucrum). Comp. *Lucrosior* et Sup. *Lucrosissimus.* — Lucrosus est lucrum afferens, *lucroso*, κερδαλέος. *Ovid.* 1. *Amor.* 10. 35. Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas. *Tac. Agric.* 19. *extr.* Donec, quod omnibus in promptu erat, paucis lucrosum fieret. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 12. 75. (197). Finguntur ex crystallo smaragdi: nec est ulla fraus vitæ lucrosior. *Id.* 18. *ibid.* 31. 74. (320). Id peræque etiam lucrosissimum.

LŬCRUM, i, n. 2. Pro masculi genere affertur illud *Plaut. Pers.* 4. 3. 23. Unde pergrandem lucrum faciam. Ita et *Non.* legit p. 210. 18. *Merc.* Al. rectius *pergrande.* — Ratione habita etymi, *Varro* 5. *L. L.* 176. *Müll.* ducit a *luo* solvo: ut *lavacrum* est a *lavo.* Alii minus recte a *luco*, et proprie sic dici putant lucorum proventum. Ceterum lucrum (cui *damnum* opponitur) est quæstus, compendium, utilitas, fructus, κέρδος (It. *avanzo, acquisto, guadagno, utile*; Fr. *gain, profit, bénéfice, avantage, lucre*; Hisp. *ganancia, provecho, utilidad*; Germ. *Gewinn, Vortheil*: Angl. *gain, profit, advantage, acquisition, emolument, lucre*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Plaut. Pers.* 4. 3. 34. Ego recte valeo, et rem gero, et facio lucrum. *e fo del guadagno.* mercatoris verba sunt. Sic *Cic. Flacc.* 37. 91. Emit igitur aliquid, quod certe multo pluris esset: dat de lucro; nihil detrahit de vivo: minus igitur lucri facit. et *Id.* 5. *Verr.* 38. 86. Qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit. et *Brutus* apud *Cic.* 11. *Fam.* 20. Istam cantilenam ex eo pendere, ut quamplurimum lucri faciant. et *Phædr.* 1. 23. Ista subita me jubet benignitas Vigilare, facias ne mea culpa lucrum. *h. e.* ne quid fureris. Ceterum *Ter. Phorm.* 1. 2. 11. Quid mihi lucri est te fallere? *che guadagno ne ho io? Cic.* 3. *Phil.* 12. 30. Reliquas res ad lucrum prædamque revocavit. *Id.* 5. *Verr.* 37. 84. Ipsi accipere decumas, et numerare coguntur lucri HS. XXX. millia. *et* § 85. Frumentaria lucra exigere. *Id.* 5. *Tusc.* 3. 9. Alii emendi, alii vendendi quæstu et lucro ducerentur. *Quæstus* et *lucrum* differunt in eo, quod ille comparatur impensa, industria et labore; est enim a *quærendo*: hoc sine his, ut si quis hereditate, legato, donatione, aut etiam furto vel fraude acquirat aliquid; quod et in LUCRATIVUS et in LUCROR init. adnotavimus. Hoc tamen discrimen non est perpetuum. *Sueton. Cal.* 39. Lucro invitari. *Id. Claud.* 18. Lucrum proponere. *Id. Vesp.* 23. Deformia lucra. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 4. 5. (14). Ne servari quidem hominem fas esse lucri causa. *Id.* 2. *ibid.* 46. 45. (118). Navigare lucri, non scientiæ gratia. *Ammian.* 22. 4. Lucra ex omni odorare occasione. — *b*) Specialim *lucro est*, et raro admodum *lucri*, utile est, lucrosum est. *Plaut. Asin.* 1. 3. 40. Nobis lucro fuisti potius, quam decori tibi. *Id. Cist.* 1. 1. 52. Multis damno, et mihi lucro sine meo sæpe eris sumptu. *Id. Men.* 2. 3. 5. Amanti amœnitas malo est, nobis lucro est. *Anton.* in *epist.* apud *Cic.* 13. *Phil.* 19. 40. Quibus, utri nostrum ceciderit, lucro futurum est. In *Supposit. Amph. Plauti*, *scœna quæ incipit* Tun' me mactes, 26. Lucri est, quod miseriam deputat. — *c*) Item *ponere* vel *deputare in lucro* et *de lucro*, æstimare tamquam lucrum, *mettere in conto di guadagno*: et dicitur de bonis, quæ insperato eveniunt. *Ter. Phorm.* 2. 1. 16. et 21. Quidquid præter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro. *Id. Adelph.* 5. 3. 30. Quid hinc accesserit, id de lucro putate esse omne. *Cic.* 7. *Fam.* 25. Id ego in lucris pono, non ferre hominem pestilentiorem patria sua. Adde *eumd. Flacc.* 17. 40. Sic *Horat.* 1. *Od.* 9. 14. Quem sors dierum cumque dabit, lucro Appone. et *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 67. Dum licet amplectar: numquam fortasse licebit Amplius: in lucro, quæ datur hora, mihi est. — *d*) *De lucro vivere* dicitur, qui quum vivendi spem vix haberet, evasit tamen. *Plaut. Merc.* 3. 2. 9. Quum senex sis, id jam de lucro est, quod vivis. *Cic.* 9. *Fam.* 17. De lucro prope jam quadriennium vivimus. *per miracolo.* et *Liv.* 40. 8. De lucro tibi vivere me scito. — *e*) *Facere lucri* est adipisci, consequi, *acquistare, ottenere*: diciturque eo modo, quo *facere compendii. Nepos Thrasyb.* 1. Multa hic sine Alcibiade gessit: ille nullam rem sine hoc: quæ ille universa naturali quodam bono fecit lucri. *h. e.* obtinuit, ut sibi adscriberentur, ut a se solo gesta agnoscerentur. *V.* alia huc pertinentia in LUCRIFACIO init. Ad hanc rationem *lucri habere* dixit *Tertull. Cor. Mil.* 11. *a med.* et *lucri ducere* 5. *advers. Marcion.* 20. — *f*) *Necesse est facere sumptum, qui quærit lucrum*, proverb. est apud *Plaut. Asin.* 1. 3. 65.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro avaritia. *Lucan.* 4. 96. Pro lucri pallida tabes! Non deest prolato jejunus venditor auro. *Seneca Hippol.* 540. impios lucri furor. Confer *Horat.* 1. *Ep.* 12. 14. Quum tu inter scabiem tantam et contagia lucri Nil parvum sapias. ¶ 2. Videtur metonymice pro divitiis poni in illo *Phædri* 5. 4. Periculosum semper putavi lucrum, et *Ovid.* 3. *Amor.* 8. 35. quum regna senex cœli Saturnus haberet, Omne lucrum tenebris alta premebat humus.

LUCTA, æ, f. 1. A λέλυκται, 3. p. præter. pass. verbi λύγω pro λυγόω *vincio*, quod a λυγος *vitex, vimen*, est unum ex quinque Græcorum certaminibus, quo alter alterum prosternere nititur, palæstra, πάλη (It. *il fare alle braccia, lotta*; Fr *lutte, combat*; Hisp. *lucha*; Germ. *d. Ringen, d. Ringkampf*; Angl. *wrestling*).

I.) Proprie. *Capitolin. Maximin.* 6. Exercebat cum militibus ipse luctam, quinos, senos et septenos jam grandævus ad terram posternens. *Al. leg.* luctamina. *Auson. epigr.* 93. ne quis certamine luctæ Phegea, nec curso te, Lyce, prætereat. *Sidon.* 2. *Ep.* 2. *ante med.* Palæstritarum luctas casta gymnasiarchorum virga dissolvit. Adde *Hygin. fab.* 273. — *Lucan.* 4. 612. Herculis cum Antæo luctam describit: et *Stat.* 6. *Theb.* 847. Agyllei cum Tydeo.

II.) Figurate. *Augustin.* referens verba Pelagianorum, *Ep.* 106. *ante med.* Perseverans quodammodo lucta convincitur.

LUCTĀMEN, inis, n. 3 (luctor) luctandi actus, lucta.

I.) Proprie. *Lamprid. Alex. Sev.* 30. Post lectionem operam palæstræ, aut sphæristerio, aut cursui, aut luctaminibus mollioribus dabat. *esercizii lottatorii di minore fatica.*

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro conatu, nisu physica tamen ratione. *sforzo, contrasto. Virg* 8

Æn. 87. Tibris tacita refluens ita substitit unda *etc.* remo ut luctamen abesset. *h. e.* ut non esset opus luctari remis adverso flumine navigantibus. *Val. Flacc.* 2. 234. seque toris misero luctamine trunci Devolvunt. *Claudian. B. Get.* 138. Primus fulmineum lento luctamine Pœnum Compressit Fabius. *h. e.* lente resistendo. *Auct. epithal.* apud *Wernsdorf. Poet. Lat. min. T.* 4. *p.* 498. Exercentque toris Veneris luctamen anhelum. *V.* LUCTOR II. 2. ¶ 2. Pro admixtione plurium et diversarum rerum. *Pallad.* 3. *R. R.* 9. *ad fin.* Melius puros sapores sine luctamine alterius generis unaquæque vina servant. *h. e.* sine admixtione alterius generis vini, quocum, quia sapore et maturitate non conveniunt, veluti luctantur. ¶ 3. De nisu et conatu, sive contentione, morali ratione. *Mamertin. Grat. act. ad Julian.* 4. Sed emendatio morum judiciorumque correctio et difficile luctamen et periculi plenum negotium fuit.

LUCTANS, antis. *V.* LUCTOR.

LUCTĀTĬO, ōnis, f. 3. (luctor) actus luctandi, *lotta.*

I.) Proprie. *Cic. Fat.* 13. 30. Est enim copulatum, luctabitur, quia sine adversario nulla luctatio est. *Id.* 2. *Legg.* 15. 38. Jam ludi publici – sint corporum certatione, cursu, pugilatione, luctatione curriculisque equorum usque ad certam victoriam, circo constituti.

II.) Translate. ¶ 1. Accipitur pro conatu, nisu, *sforzo. Liv.* 21. 36. Tætra ibi luctatio erat, ut a lubrica glacie non recipiente vestigium etc. ¶ 2. Item pro pugna, sive contentione, sive concertatione, *contesa. Cic.* 2. *Fin.* 14. 43. Nam cum Academicis incerta luctatio est, qui nihil affirmant. *Seneca* 5. *Quæst. nat.* 13. Spiritus inclusi, et in exitum nitentis luctatio. *Vellej.* 2. 124. Una tamen veluti luctatio civitatis fuit, pugnantis cum Cæsare, ut stationi paternæ succederet.

LUCTĀTOR, ōris, m. 3. (luctor) qui cum altero luctatur eumque prosternere nititur, παλαιστής (It. *lottatore*; Fr. *lutteur, celui qui combat*; Hisp. *luchador*; Germ. d. *Ringer*; Angl. *a wrestler*). — *a)* Stricto sensu. *Ovid. Ib.* 395. Ut jacet Aonio luctator ab hospite fusus. *h. e.* Antæus ab Hercule luctando victus et occisus. *Id.* 4. *Trist.* 6. 31. Fortior in fulva novus est luctator arena, Quam cui sunt tarda brachia fessa mora. *Seneca* 5. *Benef.* 3. Luctator ter abjectus perdidit palmam. *et* 7. *ibid.* 1. Magnus luctator est, non qui omnes numeros nexusque perdidicit, quorum usus ab adversario rarus est, sed qui in uno se aut altero bene et diligenter exercuit. *Id. Ep.* 88. *ante med.* Æque luctatores, et totam oleo ac luto constantem scientiam expello ex his studiis liberalibus. *Quintil.* 2. 8. 7. Quo modo palæstricus ille faciet luctatorem. Adde *eumd.* 12. 2. 12. *Gell.* 3. 15. Tres filios habuit, unum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem. — *b)* Urbane et, ut aliis placet, figurate *Plaut. Pseud.* 5. 1. 5. Magnum hoc vitium vino est: pedes captat primum: luctator dolosus est.

LUCTĀTUS, a, um. *V.* LUCTOR.

LUCTĀTUS, us, m. 4. (luctor) idem quod luctatio. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 8. (26). Luctatus, ceromata, ceu valetudinis causa instituta. *Id.* 8. *ibid.* 12. 12. (33). Scit ille imparem sibi luctatum contra nexus. Adde *Tertull. Spectac.* 29.

LUCTĬFER, fĕra, fĕrum, adject. (luctus *et* fero) ferens, vel nuncians luctum, *che apporta pianto*, γοοφόρος. *Val. Flacc.* 3. 454. Luctifer annus. *Seneca Herc. Fur.* 687. Hic vultur, illic luctifer bubo gemit.

LUCTĬFĬCĂBĬLIS, e, adject. (luctus *et* facio) luctu affectus. *Pers.* 1. 78. *ex Pacuvio.* Antiopa cerumnis cor luctificabile fulta.

LUCTĬFĬCUM, adverb. *V.* voc. seq. in fin.

LUCTĬFĬCUS, a, um, adject. (luctus *et* facio) luctum inducens, *che induce pianto*, γοώδης. *Cic.* vertens carmina *Æschyli* 2. *Tusc.* 10. 25. Luctifica clades nostro infixa est corpori. *Virg.* 7. *Æn.* 324. Luctifica Alecto. *Val. Flacc.* 3. 292. At mihi luctificum venit jubar. *Stat.* 10. *Theb.* 552. At tuba luctificis pulsat clangoribus urbem. *Sil. It.* 6. 557. Luctificus pavor. *Seneca Phœniss.* 132. Luctifica verba. *et Hippol.* 995. vox. *Ammian.* 28. 2. strages. *Id.* 29. 3. calor. *Id.* 25. 10. eventus. — Hinc

Luctificum, adverbii ritu. *Val. Flacc.* 3. 348. Luctificum clangente tuba, ter inhorruit æther.

LUCTĬSŎNUS, a, um, adject. (luctus *et* sono) luctum sonitu præseferens, γοόφωνος. *Ovid.* 1. *Met.* 733. Et gemitu et lacrimis et luctisono mugitu.

LUCTĬTO, as, are, n. *et*

LUCTĬTOR, āris, ari, dep. 1. *frequentat. a* lucto et luctor, apud vet. *Priscian.* 8. *p.* 797. *Putsch.*

LUCTO, as, āvi, ātum, are, n. 1. *V.* voc. seq. init.

LUCTOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (lucta). Activa etiam forma usurparunt veteres. *Ennius* apud *Non. p.* 472. 8. *Merc.* viri validis cum viribus luctant. *Plaut. fragm.* apud *eumd. p.* 468. 32. Quid multa verba? plurimum luctavimus. *Ter. Hecyr.* 5. 3. 31. Dicitque se illi anulum, dum luctat, detraxisse. — Part. *Luctans* I., II. 1. et in fin.; *Luctatus* II. 1. et 3.; *Luctaturus* I. — Luctari est lucta contendere, quod fit, quum duo invicem complexi, alter alterum in terram dejicere conantur, παλαίω (It. *fare o giuocare alle braccia, lottare*; Fr. *lutter, chercher à renverser son adversaire*; Hisp. *luchar, lidiar dos personas á brazo perdido*; Germ. *ringen*; Angl. *to wrestle, strive, struggle*).

I.) Proprie. *Cic. Fat.* 13. Luctabitur Olympiis Milo. *Virg.* 6. *Æn.* 643. Pars in gramineis exercent membra palæstris, Contendunt ludo, et fulva luctantur arena. *Propert.* 3. 12. 4. Luctantes viri. *h. e.* luctatores. *Nepos Epam.* 2. Exercebatur plurimum currendo et luctando. *Ammian.* 30. 7. *init.* Ob validi corporis robur et peritiam, militum more, luctandi notior multis. *Cassiod.* 4. *Variar.* 25. Quis palæstricæ artis ignarus in studium luctaturus introeat? *Quintil.* 11. 3. 160. Humeris, ut luctaturi solent, ad occipitium ductis. — Per similitudinem. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 30. 48. (91). Polypus luctatur (*cum homine*) complexu, et sorbet acetabulis. et *Virg.* 2. *G.* 525. Inter se adversis luctantur cornibus hædi.

II.) Translate. ¶ 1. Universim est niti, obniti, contra resistentem intentis viribus conari, laborare, *affaticarsi, fare sforzo*, et occurrit — 1.°) De hominibus et brutis animantibus — *a)* Absolute. *Liv.* 7. 38. *a med.* An æquum esse, dediticios suos illa fertilitate perfrui, se militando fessos, in pestilenti atque arido solo luctari? *Plin.* 18. *Hist. nat.* 19. 49. (177). Securicula intercidantur radices: hoc melius, quam convelli aratro, bovesque luctari. *Sil. It.* 4. 584. Dum sibi quisque viam per inextricabile litus Præripit, et putri luctatur cæspite. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 28. Luctandum in turba et facienda injuria tardis. *Quintil.* 5. 13. 51. Est et illud vitium, nimium solliciti, et circa omnia momenta luctantis. *Ovid.* 6. *Fast.* 69. non luctor de nomine temporis hujus. *Id.* 4. *Trist.* 5. 19. remis ad opem luctare ferendam. — *b)* Poetice, cum Infinito. *Virg.* 12. *Æn.* 387. et infracta luctatur arundine telum Eripere. *Ovid.* 1. *Pont.* 5. 13. luctor deducere versum. *Id. Heroid.* 17. 161. luctor compescere risum. *Seneca Hippol.* 1083. Equi se luctantur jugo eripere. *Sil. It.* 6. 358. obsessis naribus igni Luctantur frustra rabidi mugire juvenci. *Ovid.* 15. *Met.* 300. luctataque frustra Liberiore frui cælo. — 2.°) De rebus inanimis. *Virg.* 7. *Æn.* 28. et in lento luctantur marmore tonsæ. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 74. Tristia robustis luctantur funera plaustris. *Propert.* 4. 1. 147. Nunc tua vel mediis puppis luctetur in undis. Adde *Sil. It.* 3. 54. — *V.* et *Luctans* in fine hujus vocis sub 1. ¶ 2. Speciatim usurpatur de lucta venerea. *Propert.* 2. 1. 13. Seu nuda erepto mecum luctatur amictu. *Id. ibid.* 12. 3. Nam modo nudatis mecum est luctata papillis. ¶ 3. Per metaphoram est certare, contendere, resistere, *contrastare, contendere, resistere*: et occurrit — *a)* Cum Ablativo et præpos. *cum. Cic. Sull.* 16. 47. Nondum statuo, te virium satis habere, ut ego tecum luctari et congredi debeam. *Curt.* 3. 1. 18. Ille (*Alexander*) neminem diu luctatus cum latentibus nodis etc. *Vellej.* 2. 63. Plancus diu, quarum esset partium, secum luctatus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 5. 6. (28). Malus est ager, cum quo dominus luctatur. *h. e.* imbecillior debet esse ager (ut ait *Colum.* 1. *R. R.* 3. 9.), quam agricola, quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fundus prævaleat, alliditur dominus. Malus igitur ager, qui majorem culturæ impensam postulat, quam dominus præstare possit. *V.* et *Luctans* in fine hujus vocis sub 2. — *b)* Cum Ablat. sine præpos. *Lucan.* 3. 503. Nec quamvis viridi luctetur robore, lentas Iguis agit vires, sed etc. — *c)* Cum Dativo poetice. *Stat.* 11. *Theb.* 522. Luctatæque diu tenebris hiemique sibique etc. *Sil. It.* 4. 20. Nec vero muris, quibus est luctata vetustas, Ferre morantur opem. *h. e.* muris vetustate collapsis. *Id.* 14. 453. bonus ille per artem Crudo luctari pelago atque exire procellas. *Id.* 4. 592. Luctari vado. *Id.* 10. 296. morti. *Id.* 2. 514. fatis. *Id.* 9. 553. Nec vetitis luctatus abit Gradivus in altas Cum fremitu nubes. *h. e.* non repugnans iis, quæ Juppiter vetuerat, dicto ejus audiens. — Hinc Part. præs., cujus exempla et supra retulimus,

Luctans, antis, adjective et translate occurrit; est enim ¶ 1. Qui nititur, qui obnititur, qui conatur et laborat, *che si sforza, che fa sforzo, che si affatica. V.* sub II. 1. *Virg.* 4. *Æn.* 694. Irim demisit Olympo, Quæ luctantem animam nexosque resolveret artus. *h. e.* nitentem egredi. *et* 1. *ibid.* 57. vasto rex Æolus antro Luctantes ventos – Imperio premit. *h. e.* magno conatu evolare tentantes. ¶ 2. Item qui reluctatur, qui resistit, *resistente, riluttante. V.* sub II. 3. *Ovid.* 4. *Met.* 358.; et *Martial.* 4. 22. et 5. 47. Luctantia oscula carpere. *h. e.* ab invito et reluctante. Similiter *Ovid. Heroid.* 17. 27. oscula mihi luctanti abstulit. *Sil. It.* 3. 520. Luctans glacies ferro. *h. e.* resistens. *Id.* 7. 204. composuit luctantia lumina Somnus. *h. e.* quæ claudi recusabant. *Ammian.* 16. 12. *ad fin.* Et velut luctante amnis violentia, vorari quosdam fluctibus involutos. ¶ 3. Speciatim, in contignatione, inquit *Isid.* 19. *Orig.* 19., *luctantes* dicuntur, quod erecti invicem se teneant more luctantium. Loquitur autem de canterlis, vel capreolis.

LUCTŬŌSĒ, adverb. (luctuosus). Comp. *Luctuosius.* — Luctuose est cum luctu, *luttuosamente. Varro* 5. *L. L.* 76. *Müll.* Lusciniola (*appellata*), quod luctuose canere existimatur et esse ex Attica Progne in luctu facta avis. *Liv.* 28. 39. Imperatores vestri luctuosius nobis prope, quam vobis perierunt.

LUCTŬŌSUS, a, um, adject. (luctus). Comp. *Luctuosior* et Sup. *Luctuosissimus* 1. — Luctuosus ¶ 1. Active est luctum afferens, funestus, tristis, calamitosus, θρηνώδης (It. *luttuoso, lagrimevole*; Fr. *déplorable, affligeant, douloureux, funeste*; Hisp. *deplorable, doloroso, lastimoso*; Germ. *Trauer, Traurigkeit erregend, veranlassend, traurig*; Angl. *mournful, sorrowful, lamentable, sad, doleful, baleful, calamitous*). *Cic. Sext.* 12. 27. O diem illum funestum senatui, reipublicæ luctuosum! *Id.* 5. *Fam.* 14. Misera tempora et luctuosa. *Id.* 3. *Orat.* 2. 8. Fuit hoc luctuosum suis, acerbum patriæ, grave bonis omnibus. *Id. Quinct.* 31. 95. Luctuosum est, tradi alteri cum bonis; luctuosius, inimico. *Id. Sull.* 11. 33. Crudelissimum et luctuosissimum exitium patriæ comparare. *Sall. Cat.* 61. *extr.* Cruentam et luctuosam victoriam hostibus relinquere. *Justin.* 9. 3. 3. Scythica spolia pæne luctuosa Macedonibus fuere. *Id.* 38. 8. 21. Quæ res non reginæ tantum, verum etiam universæ civitati acerba et luctuosa fuit. *Cic.* 3. *Att.* 19. Miseræ et luctuosæ preces. ¶ 2. Passive est luctu plenus, luctu et squalore obrutus. *Horat.* 3. *Od.* 6. 7. Dii multa negiecti dederunt Hesperiæ mala luctuosæ.

LUCTUS, us, m. 4. (lugeo). Olim fuit etiam *luctus*, i, m. 2. *Accius* apud *Non. p.* 485. 30. *Merc.* Rapere lucti vestem. *et ibid.* 32. Lucti pœnitet. — Luctus est ægritudo ex ejus, qui carus fuerit, interitu acerbo, ut *Cic.* 4. *Tusc.* 8. 18. definit: quo sensu, inter alios, sæpissime a *Virgil.* et *Cicer.* ipso usurpatur. Latius tamen accipitur pro dolore externo ex quacumque graviori calamitate, qui apparet ex aspectu, lacrimis, gestibus, clamore et hujusmodi, θρῆνος, πένθος (It. *lutto, pianto, tristezza profonda*; Fr. *deuil, tristesse extrême, affliction, douleur qui résulte d'un malheur*; Hisp. *dolor, tristeza grande, afliccion*; Germ. d. *Trauer, tief Trauer*; Angl. *lamentation, mourning, wailing, sorrow, heaviness, affliction, grief*).

I.) Proprie. *Cato* apud *Gell.* 10. 3. Quantum luctum, quantum gemitum, quid lacrimarum, quantum fletum factum audivi? *Cæs.* 2. *B. C.* 7. Re cognita, tantus luctus excepit, ut urbs ab hostibus capta eodem vestigio videretur. *Sall. Jug.* 16. Cum mærore et luctu morte graviorem vitam exigunt. *et ibid.* 97. Luctu atque cæde omnia complentur. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 21. Quocumque aspiceres, luctus

gemitusque sonabant. *Cic. Rosc. Am.* 8. 23. Hunc miserum, luctu perditum, nudum ejicit domo. *Id. Flacc.* 42. 106. Orat, ne suum luctum patris lacrimis, patris mœrorem suo fletu augeatis. *Id. Pis.* 36. 89. Desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis luctuque jacuisti. *et ibid.* 8. 18. Ut eos, quos luctu affecerat, lugere non sineret. *Id.* 5. *Verr.* 89. 207. Sustinere jam populus Romanus omnium nationum luctum, lacrimas, querimonias non potest. *Id.* 3. *Att.* 8. Afflictus et confectus luctu. *et ibid.* 22. Luctu premi. *Metellus* apud *Cic.* 5. *Fam.* 1. In luctu et squalore esse. *Cic.* 3. *Tusc.* 31. 75. In luctu vivere. *Id.* 14. *Fam.* 1. Luctum ex aliqua re percipere. *Id. Sext.* 29. 63. haurire. *Id.* 14. *Phil.* 13. 34. et mœrorem deponere. *Id.* 5. *Fam.* 16. *sub fin.* tollit vetustate diuturnitas. *Id.* 3. *Tusc.* 18. 43. omnem abstergere. *Ovid.* 13. *Met.* 515. levare. *et* 15. *ibid.* 639. minuere. *Val. Flacc.* 3. 319. solamine fallere. *et* 4. 169. lacrimis et luctu absumi. *et* 3. 740. manare. *Cic.* 2. *Orat.* 46. 193. Telamon iratus furere luctu filii videbatur. *Virg.* 12. *Æn.* 277. Accensus luctu. *h. e.* dolore et desiderio. *Cic.* 1. *Off.* 10. 32. In maximos luctus incidere. *Phædr.* 1. 28. Luctum alicui importare. *Ovid.* 2. *Met.* 384. Datque animum in luctus, et luctibus adjicit iram. *et* 8. *ibid.* 485. Per coacervatos pereat domus impia luctus. *per replicate perdite de suoi. Id.* 1. *ibid.* 662. præclusaque janua leti Æternum nostros luctus extendit in ævum. *Lucret.* 3. 924. æterno tabescere luctu. *Catull.* 63. 71. Ah misera, assiduis quam luctibus externavit Spinosas Erycina serens in pectore curas.

II.) Translate. ¶ 1. Ipse habitus cultusque luctum indicans, *luctus* dicitur, *lutto, duolo.* *V.* LUGEO. *Cic. Sext.* 14. 32. Erat in luctu senatus, squalebat civitas, publico consilio mutata veste. *Liv.* 22. 56. *ad fin.* Senatus consulto diebus triginta luctus est finitus. *Tac.* 2. *Ann.* 75. Magis insolescente Plancina, quæ luctum amissæ sororis tum primum læto cultu mutavit. Huc pertinent illa *Festi p.* 154. 19. *Müll.* Minuitur populo luctus ædis dedicatione; quum censores lustrum condiderunt; quum votum publice susceptum solvitur. Privatis autem, quum liberi nati sunt; quum honos in familia venit; quum parens, aut vir, aut liberi, aut frater ab hoste captus domum redit; quum desponsa est; quum propiore quis cognatione, quam is, qui lugetur, natus est; quum in casto Cereris est, omnique gratulatione. In his *minuere luctum* est ei finem imponere. ¶ 2. Poetice pro luctus causa. *Ovid.* 1. *Met.* 663. tu non inventa reperta Luctus eras levior. ¶ 3. In faucibus Orci et aditu locorum inferorum sedem habere suam Luctum, veluti deum quemdam, fabulantur *Virg.* 6. *Æn.* 274., *Stat.* 3. *Theb.* 126. et *Sil. It.* 13. 581.

LŪCU. *V.* LUX in fin.

LŪCŬBRĀTĬO, ōnis, f. 3. (lucubro) vigilia, quæ nocte fit ad lucernam, hiemis tempore, ut opus aliquod fieri possit: cujusmodi sunt litteratorum in studiis, rusticorum in rebus agrestibus conficiendis etc., quarum aliæ sunt vespertinæ, aliæ antelucanæ, ἀγρυπνία (It. *veglia*; Fr. *veillée, veille consacree au travail*; Hisp. *vela, vigilia*; Germ. d. *Arbeiten bei Nacht, bei Licht, d. Nachtarbeiten*; Angl. *a studying or working by candle-light, sitting up at night to study, nocturnal study, lucubration*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 37. Per hiemem lucubratione hæc facito: ridicas et palos dolato, faculas facito, stercus egerito. *Varro* apud *Non. p.* 550. 12. *Merc.* Oleum in lucubrationem servamus. *Cic.* 2. *Divinat.* 68. 142. Nunc, propter intermissionem forensis operæ, et lucubrationes detraxi, et meridiationes addidi. *Id.* 1. *Nat. D.* 34. 91. Ista sunt tota commenticia, vix digna lucubratione anicularum. Adde *Sueton. Cal.* 53. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 90. Longis noctibus ad diurnum tempus aliquid adjiciendum est: nam multa sunt, quæ in lucubratione recte aguntur. *et mox.* § 91. Nulla re pio non aliquid affert, quod ad lucubrationem confici possit. *Id. ibid.* § 12. Ad lucubrationem vespertinam palos decem conficere, totidem per antelucanam lucubrationem. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 9. 56. (174). Cannabis vellitur post vindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur. *Auson. epist. præfixa centoni nupt.* Opus uno die et addita lucubratione properatum. Adde *Ammian.* 17. 7.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice est ipsum opus, quod per lucubrationem fit. *Cic.* 9. *Fam.* 2. Perire lucubrationem meam nolui, et eam ipsam Caninio dedi. Sic *Bibaculus* apud *Plin. Hist. nat. præfat.* § 24. librum suum *lucubrationem* inscripsit. ¶ 2. Pro fallacia, dolo, arte. *Ammian.* 31. 15. *ad fin.* Agmina præeuntium ductorum, quos rapiendi Valentis malis lucubrationibus quæsiti cupiditas incendebat, etc.

LŪCŬBRĀTĬUNCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* lucubratio, brevis lucubratio, *breve veglia.*

I.) Proprie. *M. Aurel.* inter opera *Fronton.* 1. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. Sed cupio, paullisper somnus a me abscedat, et lucubratiunculæ aliquam tandem facultatem tribuat. *Hieronym. Ep.* 117. *n.* 12. Hæc ad brevem lucubratiunculam celeri sermone dictavi.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice est ipsum opusculum, quod per lucubrationem fit. *Gell. præf. a med.* Si cui forte voluptas erit lucubratiunculas istas cognoscere. ¶ 2. Pro tempore, quo quis lucubrando elaborat, dixit *Auson. Ep.* 21.

LŪCŬBRĀTŌRĬUS, a, um, adject. (lucubro) ad lucubrandum aptus, ut Lucubratoria lecticula, in qua a cœna lucubrare solebat Augustus, scribente *Sueton. Aug.* 78.

LŪCŬBRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

LŪCŬBRO, as, āvi, ātum, are, n. et a. 1. (lux). Part. *Lucubrans* et *Lucubratus.* — Lucubrare est vigilare et nocte ad lucernam aliquid componere, προσαγρυπνέω (It. *vegliare, comporre qualche cosa vegliando*; Fr. *veiller pour travailler, travailler pendant la nuit*; Hisp. *velar, trabajar de noche*; Germ. *bei Nacht arbeiten*; Angl. *or work or study in the night by the light of a lamp, study by night, lucubrate*). Occurrit — *a*) Neutrorum more. *Liv.* 1. 57. Inter lucubrantes ancillas sedentem invenit. *Cels.* 1. 2. Sin lucubrandum est, non post cibum id facere, sed post concoctionem. *Plin.* 3. *Ep.* 5. Lucubrare a Vulcanalibus incipiebat statim a nocte multa: hieme vero ab hora septima. Adde *Sueton. Tib.* 19. Sic *Ammian.* 25. 4. Et si nocturna lumina, inter quæ lucubrabat, potuissent voces ullæ testari etc. *Varro* apud *Non. p.* 148. 3. *Merc.* Omnis quum lucerna combusta est in lucubrando. — *b*) Active. *Cic. Parad. proœm.* 5. Accipies igitur hoc parvum opusculum, lucubratum his jam contractioribus noctibus. *h. e.* lucubrande elaboratum. *Martial.* 4. 90. Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camenis. *h. e.* lucubrando transacta: vel hæc carmina lucubrata. *Apul.* 9. *Met.* Multivii circuitus jumentorum lucubrabant pervigilem farinam instabili machinarum vertigine. *Id.* 6. *ibid.* Lucubrare viam. *h. e.* nocte iter facere.

LŪCŬBRUM vocatum, quod luceat in umbra. Est enim modicus ignis, qui solet ex tenui stuppa ceraque formari. Hæc *Isid.* 20. *Orig.* 10. 8. *V.* LUCUBRUM in *Verb. Barb.*

LŪCŬLĀRIS, e, adject. (lucus) ad lucum seu lucum pertinens. *Inscript.* quam ipse (ajebat cl. *Furlanetto* a. 1826.) Fulginiæ quatuor abhinc annis vidi, quamque refert *Gruter.* 347. 1. FLAMINI LVCVLARI LAVRENTium LAVINAtium. *h. e.* flamini in luculo Laurentium, a quibus et Apollo et Venus et dii Penates præcipue colebantur. *V.* LAURENS in ONOM. Hinc *sacerdos trium lucorum* habetur in *Inscript.* apud *eumd.* 375. 4., et *pontifex luci publici* in alia apud *Murat.* 147. 3. Hinc etiam *Diana nemoralis* seu *nemorensis* culta olim fuit. *V.* has voces. *Inscript.* mendosa apud *Fabrett. p.* 232. *n.* 610., emendatior apud *De Vita Antiq. Benev. p.* 167. et *p.* XXVIII. *n.* 10. PAGANI COMMVNES FAGI LVCVL. *De Vita* ignota de causa putat, interpretandum *Luculli*, quum potius *lucularis* sit amplectendum, ita ut significet, pagum illum sic appellatum fuisse a vicino aliquo luco.

LŪCŬLENTAS, ātis, f. 3. *V.* LUCULENTITAS.

LŪCŬLENTASTER. *V.* LÆTASTER.

LŪCŬLENTĒ, adverb. (luculentus). *V.* et aliam formam in voce seq. — Comp. *Luculentius* sub *b.* — Luculente translate tantum occurrit, et est clare, splendide, aperte, quasi cum multa luce, λαμπρῶς (It. *chiaramente, splendidamente*; Fr. *clairement, nettement*; Hisp. *claramente, de un modo claro*; Germ. *vortrefflich, gut, herrlich, schön*; Angl. *clearly*). Occurrit — *a*) Universim. *Plaut. Epid.* 1. 2. 54. Eamus huc ad te, ut hunc diem luculente habeamus. *h. e.* copiose et splendide et sumptu non parcendo, ut bene nobis sit. Hoc, opinor, illustrant luculentus caminus *Cic.* 7. *Fam.* 10, et quum ligna super foco large reponuntur, ut ait *Horat.* 1. *Od.* 9. 5., aut illud ejusd. *Plaut. Men.* 1. 2. 43. comburere diem. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 2. Eodem die Gabinium ad populum luculente calefecerat Memmius, sic ut Calidio copioso verbum facere pro eo non licuerit. *h. e.* vehementer agitaverat magnoque cum ardore dicendi. *Plaut. Merc.* 2. 3. 88. Me tibi illam posse opinor luculente vendere. *con vantaggio e reputazione*, cum lucro, et quod aperte sumptum emptionis vincat. *Gell.* 13. 30. Librum veterem spectatæ fidei, luculente scriptum. *con caratteri assai chiari e intelligibili.* — *b*) Speciatim de oratione. *Cic. Brut.* 19. 76. Et luculente scripserunt, etiam si minus, quam tu, polite. *h. e.* aptis et copiosis verbis rem in bono lumine collocando. *Id.* 3. *Off.* 28. 102. Quamquam ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur. *Id.* 14. *Att.* 21. Rescripsit ad eas litteras satis luculente. *Boeth.* in *Aristot. de interpr.* 2. *p.* 315. Græca vero oratione luculentius dictum est. et *Ennod. Dict.* 2. *p.* 471. Luculentius vero gestarum fidem rerum sermonis pendamus officio.

LŪCŬLENTER, adverb. (luculentus) idem quod luculente translata significatione. — *c*) Generatim. *Cic.* 3. *Off.* 14. 60. Quum ex eo quæreretur, quid esset dolus malus, respondebat: quum esset aliud simulatum, aliud actum. Hoc quidem sane luculenter. *h. e.* clare, aperte, lucide. *Id.* 2. *Fin.* 5. 15. Quum Græce, ut videor, luculenter sciam *h. e.* bene: ita ut clare a me Græca intelligantur. — *b*) Speciatim de oratione. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 5. 1. Sane texebatur opus luculenter: hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat. *h. e.* copiose ac splendide, illustribus verbis et sententiis. Loquitur de suis de republ. libris.

LŪCŬLENTĬA, æ, f. 1. (luculentus) splendor, nitor. Translate de oratione *Arnob.* 3. 6. Verborum luculentias a Cicerone sumere. *Oros.* 5. 15. Propter opimam scriptorum luculentiam. *Capell.* 8. *p.* 270. Cyllenius nullius magis alumnæ splendore ac luculentia gloriatus.

LŪCŬLENTĪTAS, ātis, f. 3. (luculentus) splendor atque adeo translate magnificentia. *Laberius* apud *Non. p.* 135. 2. *Merc.* Dominus noster luculentitate captus. *Cæcilius* apud *eumd. ibid.* Vide luculentitatem ejus et magnificentiam. *Capell.* 1. *p.* 3. Non dispar illum (*Mercurium*) formæ desiderabilis, grataque luculentitas in Manticen quoque succenderat. *Grotius* et *Goezius* legunt *luculentas, atis*; sed minus probabilis videtur hæc inclinatio, licet hanc eamdem nominis formam probet *Boissonade* in *Holstenii epist. p.* 145. Ita cl. *Furlanetto.* At *Koppius* barbarum *luculentas* retinendum censet.

LŪCŬLENTŌ, as, āvi, are, a. 1. (luculentus) *Gloss. Placid.* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 478. edente *A. Maio.* Luculentasset, luculentum fecisset.

LŪCŬLĒNTUS, a, um, adject. (a *luce*, ut docet *Paul. Diac. p.* 120. 3. *Müll.*). Comp. *Luculentior* et Sup. *Luculentissimus* II. 1. — Luculentus est luce abundans, illustris, clarus, λαμπρός, διαυγής (It. *lucido, illustre, splendido, chiaro*; Fr. *clair, éclairé*; Hisp. *claro, luminoso, brillante*; Germ. *lichtvoll, klar, hell*; Angl. *bright, clear, evident, luculent*).

I.) Proprie. *Plaut. Most.* 3. 2. 132. Viden' vestibulum ante ædes hoc? et ambulacrum cujusmodi? TRA. Luculentum edepol profecto. *Cic.* 7. *Fam.* 10. Valde metuo, ne frigeas in hibernis: quamobrem camino luculento utendum censeo. *h. e.* multo igne abundanti. *Luculentus* dicitur Mercurius ab *Apul.* 10. *Met.*, quia hic deus lumen suo sideri cognomini indidit.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim dicitur de iis omnibus, quæ splendida sunt, illustria, clara, magnifica: sic — *a*) Transfertur ad pulcritudinem, *bello, vistoso. Plaut. Mil. glor.* 4. 1. 12. Luculenta et festiva femina. *Ter. Heaut.* 3. 2. 12. Mulier luculenta forma. *Martial.* 2. 86. Nec dictat mihi luculentus Atys Mollem debilitate Gallambum. *Apul.* 4. *Met.* Luculenta facies. *et* 5. *ibid.* Luculentum corpus. — *b*) Item ad actiones et res insignes, illustres. *Plaut. Men.* 1. 2. 32. Vin' tu facinus luculentum inspicere? Sic *Cic.* 10. *Att.* 12. 6. Massiliensium factum quum ipsum per se lu-

culentum est, tum mihi argumento est recte esse in Hispaniis. Minus enim auderent, si aliter esset. *Id. fragm.* apud *Non. p.* 63. 14. *Merc.* Pulcrum et luculentum hodie evenit prælium. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 24. *ante med.* In castris meis legiones sunt veteranæ tres, tironum vel luculentissima ex omnibus una. *ben piantata e di buoni e begli uomini.* — Similiter *Cic.* 7. *Phil.* 6. 17. Luculentam tamen inse plagam accepit, ut declarat cicatrix. *h. e.* insignem, magnam, et quæ facile videtur. — *c)* Item ad dicendi facultatem. *Luculentus scriptor* est copiosus, eloquens, quique ea, quæ dicit, in bono lumine collocat, atque adeo clarus, illustris, facilis: *luculenta oratio,* luminibus verborum et sententiarum ornata, clara, aperta, perspicua, dilucida. *Cic.* 7. *Att.* 17. In quo accusavi mecum ipse Pompejum, qui quum scriptor luculentus esset, tantas res, atque eas, quæ in omnium manus venturæ essent, Sextio nostro scribendas dederit. (*Id. Brut.* 68. 239. *oratione satis amplum* vocat.). *Id. Brut.* 34. 129. Fimbria habitus est sane, ut ita dicam, luculentus patronus. *Orellius* tamen et alii aliter omnino legunt. *Sall. Cat.* 32. Tullius orationem habuit luculentam atque utilem reipublicæ. *Cic.* 12. *Att.* 21. Cato verbis luculentioribus et pluribus rem eamdem comprehenderat. *Id.* 4. *Phil.* 2. 5. Præclara et luculenta, Quirites, reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobastis. *h. e.* aperta, manifesta, et nihil dissimulante. Alii rectius leg. *præclare et loco, Quirites.* ¶ 2. Speciatim transfertur ad divitias, quoniam hæ splendorem et dignitatem afferunt, *ricco, abbondente. Plaut. Rud.* 5. 2. 33. Luculentæ divitiæ. *Id. Cist.* 2. 3. 17. Ego te voco ad divitias, ubi tu locere in luculentam familiam. *Id. Truc.* 2. 3. 24. Luculenta hereditas. *Id. ibid.* 5. 3. 51. et *Mil. glor.* 4. 1. 6. Luculentam conditionem ferre alicui. *vantaggiosa.* et *Capt.* 2. 7. 76. Multos lucrum luculentos homines reddidit. *Cic.* 12. *Phil.* 8. 19. Luculentum patrimonium. — *Luculentum navigium* est grande simul et bene instructum ac decens. *Cic.* 16. *Att.* 4. *ad fin.* Domitius bona plane habet dicrota suntque navigia præterea luculenta Sextii, Buciliani, ceterorum. ¶ 3. Item speciatim ponitur pro fausto, prospero, fortunato. *Plaut. Epid.* 3. 2. 5. Pro dii immortales, mihi hunc diem dedistis luculentum! *Licin. Macer* apud *Non. p.* 63. 13. *Merc.* Auspicia pulcra et luculenta commemorat. ¶ 4. Est etiam locuples et fide dignus, cujus testimonia illustria sunt, *degno di fede, autorevole. Cic.* 10. *Att.* 14. De duabus legionibus luculentos auctores esse dicebat. *Id.* 10. *ibid.* 12. 2. Concursus Siculorum ad Catonem dicitur factus; orasse, ut resisteret; omnia pollicitos; commotum illum, delectum habere cœpisse. Non credo ut est luculentus auctor: potuisse certe teneri illam provinciam scio. Huc pertinet illud 2. *ibid.* 12. *ad fin.* Dicæarchum recte amas: luculentus homo est. Nam 6. *ibid.* 2. hunc Dicæarchum ἱστορικώτατον appellat, *h. e.* historiæ peritissimum.

LŪCŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* lucus, parvus lucus, *boschetto. Sueton. Vit. Horatii ad fin.* Domus ejus ostenditur circa Tiburni lucutum. Hinc *Horat.* 1. *Od.* 7. 13. Et præceps Anio ac Tiburni lucus.

LŪCŪMO *et* lŭcŏmo *et per syncop.* lucmo, onis, m. 3. Vox Tusca.

I.) Proprie sumitur pro melancholice, vel insano: nam λυκάων apud Græcos utramque habet notionem. *Paul. Diac. p.* 120. 1. *Müll.* Lucomones (*al.* Lucumones) quidam homines ob insaniam dicti, quod loca, ad quæ venissent, infesta facerent. *Hoc in loco* nomen eorum ad λυκανθρωπίαν relatum esse apparet: ceterum plura de his *Müllerus rer. Etrusc. T.* 1. *p.* 364.

II.) Translate. ¶ 1. Apud Etruscos lucumo dictus est rex simulque sacerdos. Volunt esse ex Λυκάων *Lycaon,* quod fuit nomen regis Arcadiæ, a quo Arcadia aliquando Lycaoniæ nomen habuit, qui in lupum a Jove commutatus dicitur, ut præter poetas tradit *Pausan.* Tusci enim ex Arcadia venere. Sed alii putant Lucumonem dici a Syriacis vocibus; altera significante senem, altera significante rationem, sapientiam. Lepidum affert vocis etymon *Marcus Mundus* in *Additam.* ad *Lex. Facciol.* p. 25.; derivat enim a λύκος *lupus* et *homo, onis,* ut habet *Ennius* apud *Priscian.* 6. *p.* 683. *Putsch.,* quasi vero Tuscorum magistratus hoc nomine sint appellati, quia paullo severiores, ac veluti tyranni haberentur. Ceterum V. *Müller. loc. cit.,* et *Niebuhr. Röm. Geschicht. T.* 1. *p.* 123. *Servius* ad *Virg.* 8. *Æn.* 475. Tuscia duodecim lucumones habuit, id est reges, quibus unus præerat. *et* in illud 5. *Æn.* 560. Tres equitum numero turmæ, *Lucumones* exponit Tuscos. Hinc ille, qui cum exercitu Etruscorum Romulo cum T. Tatio et Sabinis bellum gerenti auxilium tulit, Lucumo ab *Dionys. Halic. l.* 2. quasi nomine proprio appellatur. Sic *Propert.* 4. 1. 29. Prima galeritus posuit prætoria Lucmo. *et ibi a.* 2. 51. Tempore, quo sociis venit Lucumonius armis, Atque Sabina feri contudit arma Tati. Al. leg. *Lucomedius,* quod idem est fere. *V.* LUCERENSES in ONOM. Hic intelligitur ille lucumo Tuscus, qui Romulo contra Sabinos auxilio venit, ut habet *Varro* apud *Servium* ad *Virg.* 5. *Æn.* 560., minime vero L. Tarquinius Priscus, qui quintus Romæ regnavit, quique lucumo apud Tuscos fuit, de quo *Liv.* 1. 34., *Macrob.* 1. *Saturn.* 6.; et *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 2. 11. Ceterum *Sidon.* 5. *Ep.* 7. *ad fin.* Sane quod principaliter medetur (*nobis*) afflictis, temperat lucumonem nostrum Tanaquil sua, et aures mariti virosa susurronum fæce completas etc. Hinc *Val. Max. de nom. ratione.* Lucii cœperunt appellari, qui ipso initio lucis orti; aut, ut quidam arbitrantur, a Lucumonibus Etruscis. *Dionys.* vero *Halic. l.* 3. *c.* 48. affirmat, Tarquinium Priscum mutasse nomen Lucumonis in Lucium prænomen. V. *Cic.* 2. *de republ.* 20. ibique ab *A. Maio* adnotata. ¶ 2. Pro principe, duce, pro eo qui philosophorum familiam ducit. *Auson. Epist.* 4. 68. Scitlite decies si cor purgaris arcto, Anticipesque tuo Samii lucumonis acumen. Hic *Auson.* intelligit magnum aliquem virum arcanæ scientiæ peritum, quales in sacris erant Etrusci: vel potius Pythagoram, qui Samius fuit. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LŪCUNCŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* lucuns. *Afranius* apud *Non. p.* 131. 28. *Merc.* Pistori nubat: cur non scribillario, ut mittat fratris filio lucunculos? *Stat.* 1. *Silv.* 6. 17. Molles caseoli lucunculique. *Apul.* 10. *Met.* Panes, crustula, lucunculos et plura scitamenta. *Gloss. Philox.* Lucunculus, τηγανίτης. Adde *Tertull. Spectac.* 27. *extr.* et *Petron. fragm. Tragur.* 66. *Burmann.,* quibus duobus locis al. aliter leg.

LUCUNS, untis, f. 3. edulii genus, quasi λευκοῦν vel λευκουντήρ, quia farina, quæ alba est, aspergebatur. Alii ducunt a farina milii, quod λευκὸν Græce dicitur. *Varro* apud *Non. p.* 131. 24. *Merc.* Ac nulla ambrosia ac nectar, non allia, sardæ, Panis, pemma, lucuns, cibu' qui purissimu' multo est. De hoc loquitur *Paul. Diac.*, ubi ait *p.* 119. 18. *Müll.* Lucuntere, genus operis pistorii. Ubi *Müllerus* leg. *lucuntem*: alii leg. *lucunter*; ducuntque a γλυκαντήρ, quod a γλυκὺς *dulcis,* vel a γλάξ, h. e. γάλα *lac.*

LŪCUNTER. *V* in voce præced.

LŪCUS, i, m. 2. locus arboribus consitus et religione sacer. *Servius* ad illud *Virg.* 1. *Æn.* 445. Lucus in urbe fuit media *etc.* Ubicumque, inquit, Virgilius lucum ponit, sequitur etiam consecratio, ut (9. *ibid.* 3.) luco tum forte parentis Pilumni Turnus, sacrata valle, sedebat. Unde in sexto (*ibid.* 673.) Nulli certa domus: lucis habitamus opacis. Dicuntur enim heroum animæ lucos tenere. Hæc *Servius.* Fere igitur luci aut circa deorum templa, aut circa sepulcra ponebantur. Gr. ἄλσος (It. *bosco sacro*; Fr. *bois consacré à une divinité, bois sacré*; Hisp. *bosque sagrado*; Germ. *d. heilige Hein, Wald*; Angl. *a wood, or thicket of trees, consecrated to some deity, a sacred grove*). — Ratione habita etymi, *Charis.* 4. *p.* 247. *Putsch., Diomed.* 2. *p.* 458. et *Servius loc. cit.* dictum putant per ἀντίφρασιν, quia minime luceat: quod non probat *Quintil.* 1. 6. 34. et cum eo saniores critici, quibus placet id ipsum, quod *Servius* rejicit, nempe dici a luce luminum, quæ religionis causa ex arboribus suspendebantur. Sunt qui ad Græcam originem recurrunt, et varia commiuiscuntur. Est, qui usque ad Syram, et inde repetit.

I.) Proprie. *Cic. Mil.* 31. 86. Vos enim jam, Albani tumuli atque luci, imploro etc. *Horat.* 1. *Ep.* 9. 31. virtutem verba putes et Lucum ligna? *h. e.* lucum esse meram silvam lignorum, nulla religione sacram. *Liv.* 8. 14. Lucus Junonis. *Id.* 41. 9. Martis. *Id.* 27. 4. Dianæ. *Id.* 7. 25. Ferentinæ. *Id.* 26. 11. Feroniæ. *Sueton. Aug.* 94. Liberi. *Virg.* 5. *Æn.* 761. luci sacri. *Id.* 7. *ibid.* 38.; et *Liv.* 1. 21. sacrati. *Ovid.* 15. *Met.* 793. sancti. *Id.* 8. *ibid.* 743.; et *Lucan.* 3. 399. vetusti. *Virg.* 6. *Æn.* 673. opaci. *Propert.* 3. 13. 47. deserti. Ceterum *V.* Homonym. in fine hujus vocis.

II.) Translate. ¶ 1. Poetice ponitur pro silva, sine ulla religionis ratione. *Virg.* 2. *G.* 122. Aut quos oceano propior gerit India lucos. *et* 11. *Æn.* 456. alto in luco quum forte catervæ Consedere avium. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 29. et 697. et 8. *Ecl.* 86. Similiter *Ovid.* 13. *Met.* 844. coma plurima torvos Prominet in vultus, humerosque, ut lucus, obumbrat. Confer *Juvenal.* 9. 12. horrida siccæ Silva comæ. ¶ 2. Per synecdochen poni videtur pro ligno, seu materia, in illo *Plauti fragm.* apud *Charis.* 2. *p.* 179. *Putsch.* Nihil quicquam factum nisi fabre, nec quicquam positum sine luco, auro, ebore, argento etc. *Bothe* rectius edidit *sine luxu.*

Homonym. Inter *lucum, nemus* et *silvam* hoc statuit discrimen *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 314. *Lucus* est arborum multitudo cum religione: *nemus* composita multitudo arborum: *silva,* diffusa et inculta. Hæc *Servius.* Præterea *luci* arbores sunt manu consitæ, et non cæduæ; in quo etiam a *silva* et *nemore* differt. *Propert.* 4. 3. 24. Lucus ab umbroso fecerat orbe nemus. *Tibull.* 3. 3. 15. Et nemora in domibus sacros imitantia lucos. *Seneca Herc. Œt.* 956. Claudite Elysium mihi, Quæcumque fidæ conjuges nemoris sacri Lucos tenetis. Ubi *lucos nemoris* recessus nemoris horrore et religione sacros dixisse videtur. *Liv.* 24. 3. Lucus ibi frequenti silva, et proceris abietis arboribus sæptus; læta in medio pascua habuit. Ubi *lucus* est sacrum nemus Junonis Laciniæ, *silva* ipsæ arbores. Vel potius *lucus* est illud spatium in media silva, abietibus circumdatum, in quo templum et religionis sedes erat. *Ovid.* 3. *Art. am.* 689. Silva nemus non alta facit. *et* 1. *Met.* 568. Est nemus Hæmoniæ, prærupta quod undique claudit Silva: vocant Tempe. *Tac. Germ.* 9. Lucos ac nemora deorum nominibus appellant. — Ceterum discrimen hoc non est perpetuum. En *nemus* pro *luco* apud *Tac.* 4. *Hist.* 14. Primores gentis, specie epularum, in sacrum nemus vocatos etc. *Virg.* non semel *lucum* adhibuit sine ulla religionis ratione pro *silva. V.* supra sub II. 1. — Contra *silva* pro *nemore* usurpatur a *Cic.* 3. *Verr.* 19. 51., *Nepot. Att.* 13. et *Horat.* 1. *Ep.* 10. 22., quibus locis silva non de incomposita et inculta arborum congerie, sed de composita et deliciarum causa comparata dicitur. — *Nemus* pro *silva* est apud *Ovid.* 2. *Met.* 418. Quum subit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas.

LŪDĬA, æ, f. 1. (ludus). ¶ 1. Est mulier artes ludicras exercens. *Martial.* 5. 24. Hermes, cura laborque ludiarum. ¶ 2. Item ludii uxor, vel potius quæ ludios ardentissime amat. *Juvenal.* 6. 265. quæ ludia sumpserit unquam Hos habitus? *et ibid.* 103. qua capta juventa est Hippia? quid vidit, propter quod ludia dici Sustinuit?

LŪDĬĀRĬUS, a, um, adject. (ludius, ludus) ad ludios et ludos pertinens, ut Ludiaria pecunia in *Inscript.* apud *Don. cl.* 2. *n.* 76. *et* 77. et apud *Orell.* 2607. est quæ ludis faciendis et ludis sustinendis publice destinata est. *Gloss. Isid.* Ludiaria vestis.

LŪDĬBRĬŌSĒ, adverb. (ludibriosus) cum ludibrio. *Ammian.* 26. 6. *a med.* Ludibriose sublatus. Adde *Ambros. Ep.* 37.; et *Tertull. Resurr. carn.* 61.

LŪDĬBRĬŌSUS, a, um, adject. (ludibrium) ludibrio plenus. *Gell.* 7. 11. Quum in Antonium probra quædam ludibriosa et turpia ingessisset. *Firmic.* 1. *Mathes.* 3. Ludibriosæ potestates. *Ammian.* 15. 5. Ludibriosa auspicia. Adde *eumd.* 29. 2.

LŪDĬBRIUM, ii, n. 2. (a *ludo* vel *ludus,* ut *manubrium* a *manus*) id quo ludimus, res vana et deridenda, atque adeo præstigiæ, καταγέλαστον (It. *scherno, beffa, ludibrio*; Fr. *objet de risée ou de moquerie, le jouet, la risée*; Hisp. *juguete, chanza ó burla entretenida*; Germ. *Verhöhnung, Gespötte*; Angl. *a mock, mockery, laughing stock*).

I.) Proprie. — *a*) Absolute. *Lucret.* 2. 46. Quod si ridicula hæc ludibriaque esse videmus. *Liv.* 25. 36. Quid starent? et non ludibrium illud, vix feminis puerisque morandis satis validum, distraberent diriperentque? *Curt.* 5. 12. 20. Nova ludibria subinde cogitante fortuna. *nuovi colpi, con cui farsi giuoco di lui.* — *b*) Cum Genitivo ejus, qui ludibrium infert. *Cic.* 1. *Parad.* 1. 9. Ille (*Bias*) hæc ludibria fortunæ ne sua quidem putavit, quæ nos appellamus etiam bona. *Liv.* 30. 30. Hoc quoque ludibrium casus ediderit fortuna, ut etc. *Justin.* 27. 2. 7. Sed quasi ad ludibrium tantum fortunæ (*Ptolemæus*) natus esset, nec propter aliud opes regni recepisset, quam ut amitteret etc. *Sueton. Aug.* 83. Ludibria naturæ. *Id. Vitell.* 17. Magna rerum verborumque ludibria. *c*) Cum Genitivo ejus, qui luditur. *Liv.* 22. 16. Ludibrium oculorum specie terribile ad frustrandum hostem commentus. *h. e.* præstigias, *illusione.* Sic *Id.* 24. 44. Ludibria oculorum auriumque credita pro veris. et *Curt.* 4. 15. *a med.* Ceterum sive ludibrium oculorum, sive vera species fuit, qui circa Alexandrum erant, vidisse se crediderunt paullulum supra caput regis placide volantem aquilam.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro ludo, vel pro eo, quod ludendo inservit, *gioco, trastullo.* *Liv.* 1. 56. *ad fin.* Is ab Tarquiniis ductus Delphos, ludibrium verius, quam comes. *Sall. Cat.* 13. Quibus mihi ludibrio videntur fuisse divitiæ, quippe quas honesto habere licebat, per turpitudinem abuti properabant. *Furcellinus* hoc loco *ludibrium* pro dedecore accepit. *Id. ibid.* 2. Ne in ora hominum pro ludibrio abiret. *Justin.* 9. 6. 4. Reddere aliquem ludibrium omnium inter æquales. *Lucan.* 7. 397. ludibrium soceri. *Virg.* 6. *Æn.* 74. foliis ne carmina manda, Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Cf. *Horat.* 1. *Od.* 14. 15. Debere ludibrium ventis. *V.* DEBEO. *Lucan.* 8. 710. ludibrium pelagi. Similiter *Tac.* 6. *Ann.* 2. Tiberius tamen ludibria seriis permiscere solitus etc. *Ammian.* 30. 5. *a med.* Petente per jocum quodam Nigrino, ut eum notarium faceret, exclamavit ille hominem ridens: Fac me imperatorem, si id volueris impetrare. Horque ludibrio inique interpretato, et Faustinus ipse et Nigrinus et alii sunt interfecti. ¶ 2. Item pro irrisione, contempta, *dileggio, derisione.* Hinc — *a*) Absolute, *habere ludibrio* est deridere, illudere. *Plaut. Cas.* 3. 5. 19. Ludibrio pessima adhuc me habuisti. *Ter. Hecyr.* 4. 1. 11. Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. — *Esse alicui ludibrio* idem est ac ludibrio haberi. *Cic.* 1. *ad Brut.* 2. Nec pati, sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium populi Romani. Adde *Liv.* 40. 6. Sic *Curt.* 6. 11. 4. Ludibrio ei fuisse rusticos homines. — Huc pertinent et illa *Metell.* apud *Cic.* 5. *Fam.* 1. Ludibrio aliquem ladere. *Liv.* 24. 26. Legati per ludibrium auditi dimissique. *Sueton. Cal.* 23. Claudium non nisi in ludibrium reservavit. *Tac.* 12. *Ann.* 16. Intempestiva novercæ officia in ludibria vertebat. *Gell.* 15. 2. Vini libidine ad usque ludibria ebriosus. *h. e.* ut ludibrio esset apud omnes. — *b*) Cum Genitivo ejus, qui ludibrium infert. *Vellej.* 2. 71. 2. Varro, ad ludibrium moriturus Antonii, digna illo ac vera de exitu ejus magna cum libertate ominatus est. — *c*) Cum Genitivo ejus, cui ludibrium affertur. *Liv.* 1. 7. Ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros. *Id.* 45. 3. Velut ad ludibrium stolidæ superbiæ. *Id. ibid.* 11. Ad ludibrium casuum humanorum. *Id.* 9. 11. Ludibria religionum. *Cic. Dom.* 51. 131. Libertatis signum posuisti magis ad ludibrium impudentiæ, quam ad simulationem religionis. *h. e.* ut impudenter ludibrio haberes alios. *Al. leg.* pudicitiæ *pro* impudentiæ. *Justin.* 36. 1. 4. Paris simulatione deceptus capitur: traductusque per ora civitatium populis, qui desciverant, in ludibrium favoris ostenditur. *h. e.* in contemptum et irrisionem favoris, quem ei præbuerant. ¶ 3. Speciatim in re turpi est vitiare. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 74. Sed quam decrerim me non posse diutius habere, cum ludibrio habeti, quin integram reddam, ut accepi, suis, neque honestum est mihi etc. *h. e.* eam vitiari. *Curt.* 10. 1. 3. Virgines et principes feminarum stupra perpessæ in corporum ludibria deflebant. Adde *eumd.* 4. 10. 27.; et *Prudent. in Agnet.* 29.

LŪDIBUNDUS, a, um, adject. (ludo) valde ludens et jocans, ludi jocique plenus.

I.) Proprie. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 49. Palliolatim amictus sic hac incessi ludibundus. *Liv.* 24. 16. *a med.* Milites prædam portantes agentesque, per lasciviam ac jocum ita ludibundi Beneventum rediere, ut ab epulis reverti viderentur.

II.) Translate est per ludum et risum aliquid faciens, sine labore ac periculo faciens, alacer, lætus. *Cic.* 16. *Fam.* 9. Austro lenissimo, cælo sereno, in Italiam ludibundi pervenimus. *scherzando allegramente,* ut *Furcellinus* interpretatur; aut potius facile, sine labore ullo ac periculo. Sic *Id.* 5. *Verr.* 67. 156. Si Vultejum habebis, omnia ludibundus conficies. *h. e.* sine labore et veluti ludens. Adde *Sueton. Ner.* 26. et *Gell.* 3. 5. Quum vocem ejus infractam, capillumque arte compositum, et oculos ludibundos atque illecebræ plenos videret.

LŪDĬCER *vel* lūdĭcrus, a, um, adject. (ludus). Rectus singularis masculinus incertus est. In *Gloss. Philox.* habetur *ludicrus.* Placet *Vossio* esse *ludicer.* Docet *Priscian.* 7. *p.* 769. *Putsch.* ab Ablativo *ludicri* non fieri plurale neutrum *ludicria,* sed *ludicra.* Sed illud *ludicri* nullo probat exemplo: nos *ludicro* certum habemus. — Ludicer vel ludicrus est ludi causa susceptus, jocularis, lusorius, παιγνιώδης; (It. *da giuoco, da scherzo;* Fr. *qui concerne le jeux, divertissant, amusant;* Hisp. *lo que divierte, recrea;* Germ. *zum Vergnügen, zur Kurzweil dienend, kurzweilig, ergötzend;* Angl. *pertaining to plai, sportive, jocular, ludicrous*). *Plaut. Aulul.* 4. 3. 3. Continuo cor meum cœpit artem facere ludicram, atque in pectus emicare. *h. e.* ludionum more moveri et quasi gesticulari. Est enim *ludicra ars* scænica et histrionica. Cf. *Seneca Ep.* 88. *circa med.* Ludicræ artes sunt, quæ ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt. et *Tac. Dial. de orat.* 10. Si in Græcia natus esses, ubi ludicras quoque artes exercere honestum est etc. Adde *Quintil.* 3. 6. 18. et *Sueton. Ner.* 11. Ludicras partes sustinere. *h. e.* histrionum. *Seneca* 2. *Ira* 2. Ludicra scænæ spectacula. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 36. 66. (172). Ludicræ tibiæ. *h. e.* quibus in ludis et scæna utebantur ad modos faciendos. *Cic.* 1. *Nat. D.* 37. 102. Pueri etiam quum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur. *Id.* 2. *Orat.* 20. 84. Ars ipsa ludicra armorum et gladiatori et militi prodest aliquid. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 2. 6. Quasi vero clarorum virorum esse oporteat aut ludicros sermones, aut rerum colloquia leviorum. *Liv.* 40. 7. et 42. 63.; et *Vellej.* 1. 8. Ludicrum certamen. *Virg.* 12. *Æn.* 764. neque enim levia aut ludicra petuntur Præmia, sed Turni de vita et sanguine certant. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 10. Nunc itaque et versus et cetera ludicra pono. *Tac.* 14. *Ann.* 14. Cithara ludicrum in modum canere. *et* 1. *ibid.* 50. Festa nox ac solemnibus epulis ludicra. *h. e.* per ludum et hilaritatem acta. *Gell.* 9. 7. Ludicra historia. *piacevole, giocosa. Tac. Germ.* 24. Nudi juvenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se jaciunt. — Hinc

Ludĭcrum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est idem ac ludi, res ludicra. *Liv.* 28. 7. *a med.* Olympiorum solemne ludicrum parantes Eleos aggredi statuit. *Id.* 33. 35. Isthmiorum statum ludicrum aderat. Adde *Curt.* 4. 5. 11. Sic *Tac.* 1. *Ann.* 54. Indulserat ei ludicro Augustus. *h. e.* ludis Augustalibus. *Justin.* 7. 2. 14. Ut etiam Olympiorum certamine, vario ludicrorum genere contenderit. *Liv.* 1. 35. Ludicrum fuit equi pugilesque, ex Etruria maxime acciti. Solemnes deinde annui mansere ludi, Romani Magnique varie appellati. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 7. Ludicra quid, plausus et amici dona Quiritis Quo spectanda modo, quo sensu credis et ore? *Plin.* 21. *Hist. nat.* 3. 5. (7). Coronæ ludicro quæsitæ. *h. e.* publico ludorum certamine partæ. quas *ibid.* paullo post *coronas ludicras* vocat. *Ammian.* 14. 7. *sub init.* Ludicris cruentis delectabatur, et in circo sex vel septem aliquoties vetitis certaminibus pugilum vicissim se concidentium perfusorumque sanguine specie ut lucratus ingentia lætabatur. — *Catull.* 6. 21. Floridis velut enitens Myrtus Asia ramulis, Quos Hamadryades deæ Ludicrum sibi roscido Nutriunt humore. *divertimento, diletto. Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (104). Urbes duæ, quæ in proverbii ludicrum vertere, Apina et Trica.

LŪDĬCRĒ, adverb. (ludicer, ludicrus) per ludum, *da giuoco, scherzando. Ennius* apud *Non. p.* 134. 14. *Merc.* pars ludicre. saxa jactant: inter se licitantur. *Apul.* 9. *Met.* Astu meretricio tractabat ludicre.

LŪDĬCRŌ, adverb. (ludicer) idem ac ludicre. *Inscript.* apud *Gruter.* 660. 1. NOMEN XANTHIPPE, IAIA EADEM LVDICRO.

LŪDĬCROR, āris, ari, dep. 1. (ludicrum) jocari, ludere. *Fronto* 1. *ad amic.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 15. *de puello.* Uvarum avidissimus est: primum denique hunc cibum deglutivit, nec cessavit per totos pæne dies aut lingua lambere uvam, aut labris saviari, aut gingivis lacessere ac ludicrari.

LŪDĬCRUM, i, n. 2. *V.* LUDICER in fin.

LŪDĬCRUS. *V.* LUDICER init.

LŪDĬFĂCĬO, facis, fēci, factum, făcere, a. 3. (ludus *et* facio) idem quod ludifico. *Plaut. Epid.* 5. 2. 41. Quomodo me ludfecisti de illa conducticia fidicina!

LŪDĬFĬCĂBĬLIS, e, adject. (ludifico) plenus ludo, jucunditate. *Plaut. Cas.* 4. 1. 2. Neque usquam ludos tam festivos fieri, quam hic intus fiunt ludi ludificabiles seni nostro.

LŪDĬFĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. (ludifico) deceptio, illusio, *burla, inganno. Cic. Sext.* 35. 75. Quum omni mora, ludificatione, calumnia senatus auctoritas impediretur. *Liv.* 22. 18. *sub fin.* Ne nihil actum censeret, exacta prope æstate per ludificationem hostis. *Id.* 6. 27. et 38. 14. *a med.* Enimvero ferri jam ludificatio ista non potest. *Id.* 26. 6. *sub fin.* Ea ludificatio veri et ipsa in verum vertit. *quel prendere in burla.* Adde *eumd.* 7. 39.

LŪDĬFĬCĀTOR, ōris, m. 3. (ludifico) illusor, deceptor, *burlatore, ingannatore. Plaut. Most.* 5. 1. 18. Ego illum ante ædes præstolabor ludificatorem meum.

LŪDĬFĬCĀTŌRĬUS, a, um, adject. (ludificator) qui ludificatur, *ingannevole. Augustin.* 11. *Civ. D.* 26. Phantasmatum imaginatio ludificatoria. *Consultat. vet. JCti* a *Schultingio* in *Jurispr. antejustin.* edita § 3. Sed nec illi potuerunt in causa proferre judicium, ubi fuit ludificatoria, inanis et nulla persona.

LŪDĬFĬCĀTUS, a, um. *V.* LUDIFICO et LUDIFICOR.

LŪDĬFĬCĀTUS, us, m. 4. (ludifico) ludificatio. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 1. Si ego minam non ultus fuero probe, quam lenoni dedi, tum profecto me sibi habento scurræ ludificatui. *Al. leg.* ludificis caveis, *quod commode explicari non potest.*

LŪDĬFĬCO, as, āvi, ātum, are, a. et n. 1. (ludus *et* facio). Part. *Ludificatus* sub *b.* — Ludificare est per ludum fallere, illudere, decipere, ψεύδομαι (It. *burlare, ingannare, beffare, uccellare;* Fr. *se jouer de, se moquer de, railler, tromper, duper;* Hisp. *burlar, burlarse, chasquear, zumbar, fisgar, mofar;* Germ. *Jemanden zum Besten, Gespötte haben, affen, verspotten, - höhnen;* Angl. *to mock, deceive, macke a fool of, make game of, chouse, cozen*). Occurrit — *a*) Active. *Plaut. Amph.* 2. 1. 38. Qui herum ludificas dictis delirantibus. *Sall. Jug.* 40. *extr.* Paci mora consulem ludificare. — Joculariter *Plaut. Most.* 5. 1. 18. Ante ædes præstolabor ludificatorem meum: cujus ego hic ludificabo corium, si vivo, probe. *h. e.* virgis scindam. *farò una certa burla alla sua schiena.* — *b*) Passive. *Plaut. Capt.* 3. 1. 27. Abeo ab illis postquam video me sic ludificarier. *paragoge.* et *Truc.* 1. 1. 5. Quot amans exemplis ludificetur, quot pereat modis. et *ibid.* 2. 8. 6. Quam exclusus sum! pulcre ludificor. *Id. Bacch.* 4. 4. 3. Herum meum ut ego hodie lusi lepide! ut ludificatus est! *Lucret.* 1. 938. Ut puerorum ætas improvida ludificetur. *Sall. Jug.* 54. Numidæ alii postremos cædere, pars a sinistra ac dextra tentare, omnibus locis Romanorum ordines conturbare: quorum etiam qui firmioribus animis obvii hostibus fuerant, ludificati incerto prælio etc. — In obscœnis est stuprare. *Plaut. Mil. glor.* 2. 6. 10. Meamne hic in via hospitam tractatam et ludificatam? etc. *h. e.* stupratam. — *c*) Neutrorum more, sive absolute. *Cic. Quinct.* 17. 55. Primum exspectare, deinde si latitare ac diutius ludificare videatur, amicos convenire.

LŪDĬFĬCOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (ludus *et* facio). Part. *Ludificans* I. et II.; *Ludificatus* I. — Ludificari est idem quod ludificare, sed aliquanto frequentius, ψεύδομαι, *ingannare, burlare, uccellare, prendersi giuoco.*

I.) Proprie. — *a*) Neutrorum more, sive absolute, raro admodum occurrit. *Cic. Rosc. Am.* 20. 55. Aperte ludificari et calumniari. — *b*) Active, seu cum Accusativo sæpissime. — Generatim. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 53. Lepide ludificari aliquem. Sic *Id. Most.* 5. 2. 25 Jam minoris omnia facio, præ quam quibus modis me ludificatus est. *Ter. Eun.* 4. 4. 49. Tu me hic etiam nebulo ludificabere? *Tac.* 1. *Ann.* 46. Patres et plebem cunctatione ficta ludificari. *Plin.* 6. *Ep.* 20. *sub fin.* Plerique lymphati terrificis vaticinationibus et sua et aliena mala ludificabantur. *h. e.* pejora vaticinando veluti illudebant fallebantque. — Speciatim in re militari est hostem decipere, fallere. *Liv.* 23. 39. Proximi consules, vide, quemadmodum eum ludificati sint. *Sil. It.* 7. 212. Hæc tum vasta dabat, terrisque infestus agebat Hannibal, et sicci stimulabant sanguinis enses, Ludificante ducem Fabio. *et ibid.* 644. Brutum – varie nunc lævus in orbem, Nunc dexter levibus flexo per devia gyris Ludificatur equo. Adde *Ammian.* 17. 13., 24. 1. et 31. 12. — Item speciatim in re turpi est stuprare. *Ter. Eun.* 4. 3. 3. Postquam ludificatus est virginem. *h. e.* virgini injuriam fecit.

II.) Translate est eludere, evadere. *Liv.* 39. 44. *a med.* Edicto summotis ab hasta, qui ludificati priorem locationem erant. *Id.* 24. 34. Archimedes inventor ac machinator bellicorum tormentorum, quibus ea, quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur. *Flor.* 2. 2. 8. Longe illis nauticæ artes, detorquere remos, et ludificari fugâ rostra. *Tac.* 3. *Ann.* 21. Hostis irritum fessumque Romanum impune ludificabatur. *Val. Max.* 7. 3. *n.* 8. *extern.* Fabius Hannibalis vim saluberrimis cunctationibus pugnæ ludificans.

LUDIFICUS, a, um. adject. ludificabilis, ludificans. *V.* LUDIFICATUS, us.

LŪDĬMĂGISTER, tri, m. 2. Duæ revera sunt voces, quæ et dividi et transponi possunt. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 14. 47. Magister ludi nescio qui. Ubi *Ascon.* Magistri ludi dicuntur, qui primas litteras docent. Sic *Inscript.* a *Burpt. Burghesio* Romæ descripta *n.* 12. PRIORI RETIARIO LVD. MAG. IVVENI MVRMILLO LVD. MAG. CONVICTORI B. M. F. — Ceterum ludimagister est qui ludo litterario præest, primus magister, ut eum vocat *Augustin.* 1. *Confess.* 13., pædagogus litterarius, ut *Vopisc. Bonos.* 14., magister litterarum, ut *Id. Tacit.* 6., *maestro di scuola*, γραμματοδιδασκαλος, γραμματίστης. *Cic.* 1. *Nat. D.* 26. 73. *de Epicuro.* Sami adolescens habitabat cum patre et fratribus, quod in eam pater ejus Neocles agripeta venerat, sed quum agellus eum non satis aleret, ut opinor, ludimagister fuit. Eadem narrat *Strabo l.* 14. *Justin.* 21. 5. 8. Dionysius ludimagistrum professus, pueros in trivio docebat. *Martial.* 10. 62. Ludimagister parce simplici turbæ. Adde *eumd.* 12. 57.; et *Val. Max.* 6. 9. 6.

LŪDĬMENTUM, i, n. 2. (ludo) Idem ac ludicrum. *Gloss. Philox.* Ludimentum, παίγνιον. Sic *Gloss. Cyrill.* Παίγνιον, lusorium, ludibrium, ludimentum. hic ludus, hic lusus.

LŪDĬO, ōnis, m. 3. (ludus) idem ac ludius. *Liv.* 7. 2. Ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos saltantes. *Id.* 39. 6. Convivalia ludionum oblectamenta addita epulis.

LŪDĬTOR, ōris, ari, dep. 1. (ludus) idem ac ludificor. *Gloss. Philox.* Luditor, διαπαίζω.

LŪDĬUS, ii, m. 2. (ludus) ὀρχηστής, λυδίων, qua posteriore voce utitur *Dionys. Halicarn. l.* 2. *c.* 97., ubi docet, primo *ludios* et *ludiones* dictos pueros puberes, decoris tunicis indutos, galea, ense et parma armatos, qui ordine incedebant et tamquam pompæ ductores erant, referentes quamdam Saliorum imaginem: a Lydis nomine accepto, a quibus Tusci sumpserant, et ab his Romani, *Liv.* 7. 2. teste. Postea sic dicti quicumque aliqua ratione faciebant ludos vel in circo, vel in theatris, vel per compita, oblectandi populi causa. Hinc ¶ 1. Ludius est histrio, mimus, pantomimus, orchestes, *giocolatore, commediante, ballerino. Cic. Sext.* 54. 116. Ipse ille maxime ludius, non solum spectator, sed actor et acroama. *h. e.* P. Clodius, nempe translate. *Id. Harusp. resp.* 11. 22. Servorum et ludiorum multitudo. *Ovid.* 1. *Art. am.* 112. Dumque, rudem præbente modum tibicine Tusco, Ludius æquatam ter pede pulsat humum. *Sueton. Aug.* 74. Acroamata et histriones, aut etiam triviales ex circo ludios interponebat. *Arnob.* 4. 31. Cursu in solemnibus ludis curriculisque divinis, commissum omnes statim in religiones clamatis sacras, si ludius constitit, aut tibicen repente conticuit. *danzatore.* — Solebant ludii, ut teneri delicatique apparerent, glabros se, quam maxime possent, reddere. Hinc *Plaut. Aulul.* 2. 9. 6. Tu istum gallum, si sapis, glabriorem reddes mihi, quam volsus ludius est. Cf. *Tertull. Spectac.* 23. ¶ 2. Item gladiator. *Juvenal.* 6. 82. Nupta senatori comitata est Hippia ludium Ad Pharon et Nilum. *synæresis* est in *ludium*, quæ hic disyllaba est vox. Ceterum *V. Salmas.* ad *Flor.* 3. 20. 3. et ad *Trebell. Poll. Claud.* 5.; et voc. LUDIA. — *NB.* De nomine propr *V.* ONOM.

LŪDO, dis, si, sum, dere, n. et a. 3. Part. *Ludens* I. 2. et II. 1. 5.; *Lusus* II. 1., 2., 5. et 6.; *Lusurus* I. 2.; *Ludendus* I. 1. — Ludere, fortasse a *Lydus* ut in voce præced. init. dictum est, est ludo se delectationis causa exercere, παίζω (It. *giuocare*; Fr. *jouer*; Hisp. *jugar*; Germ. *spielen, ein Spiel treiben*; Angl. *to play*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu occurrit — *a*) Cum Ablativo. *Cic.* 2. *Phil.* 23. 56. Qui non dubitaret vel in foro alea ludere. Sic *Ulp. Dig.* 11. 5. 1. Ludere alea. Rursus *Cic.* 1. *Orat.* 50. 217. Pila bene et duodecim scriptis ludere. *Ter. Adelph* 4. 7. 21. tesseris. *Horat.* 2. *Sat* 3. 248. talis. *Id.* 3. *Od.* 24. 56. trocho. *Martial* 14. 1. nucibus. *et ibid.* 47. folle. *Sueton. Ner.* 22. eburnis quadrigis quotidie in abaco. — *b*) Cum Accusativo et præpos. *ad* vel *in. Vopisc. Proc.* 13. et *Spartian. Sever.* 1. Ludere ad latrunculos, ad judices. *V.* JUDEX. *Paul. Dig.* 11. 5. 2. Senatusconsultum veluit in pecuniam ludere. — *c*) Cum Accusat. sine præpos. *Sueton. Claud.* 33. et *Ner.* 30. Quadringenis in punctum HS aleam lusit. Sic *Ulp. Dig.* 11. 5. 1. Qui aleæ ludendæ causa vim intulerit. et *Ovid.* 2. *Trist.* 471. Sunt aliis scriptæ, quibus alea luditur, artes. *Sueton. Aug.* 71. *extr.*; et *Horat.* 2. *Sat.* 3. 248. Ludere par impar. *Ovid.* 3. *Art. am.* 357. prælia latronum. *agli scacchi. Sueton. Ner.* 35. ducatus et imperia. *Id. Cæs.* 39. et *Ner.* 7. Trojam. — *d*) Absolute. *Sueton. Aug.* 71. Lusimus per omnes dies. Adde *eumd. ibid.* 94. ¶ 2. Latiori sensu est exercitatione ludicra quacumque se oblectare. *Cic.* 1. *Off.* 29. 104. Suppeditant et campus noster et studia venandi honesta exempla ludendi. *Id.* 2. *Orat.* 20. 84. Videant, an ad ludendum, an ad pugnandum sint arma sumpturi. *Ovid.* 4. *Trist.* 1. 71. Aspera militiæ juvenis certamina fugi, Nec nisi lusura movimus arma manu. *Id.* 3. *ibid.* 12. 19. levibus nunc luditur armis. *Id. Heroid.* 16. 149. ludere nitida palæstra. *Lucret.* 2. 630. Ludere catenas. *V.* CATENA. *Virg.* 6. *Ecl.* 27. in numerum Famosque ferasque videres Ludere. *danzare. Liv.* 44. 18. *in fin.* Notatum est, ludis circensibus – sexaginta tres Africanas (*h. e.* pantheras) et quadraginta ursos et elephantos lusisse. *Virg.* 8. *Æn.* 631. geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros. *Ter. Adelph.* 3. 4. 13. Congrum istum in aqua sinito ludere, *quizzare. Virg.* 1. *G.* 363. quumque marinæ In sicco ludunt fulicæ. *Id.* 11. *Æn.* 497. *de equo.* luduntque jubæ per colla, per armos. Sic *Sil. It.* 16. 363. Ludentis per colla jubæ. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 3. errantes ludunt per cærula flammæ. *Ovid.* 2. *Trist.* 329. Non ideo debet pelago se credere, si qua Audet in exiguo ludere cymba lacu. *scorrere per diporto.* et *Id.* 2. *Met.* 246. Quique recurvatis ludit Mæandros in undis. *h. e.* qui sinuosis flexibus prolapsus in fontem suum multoties referri videtur. Cf. *eumd.* 8. *ibid.* 163. Eodem sensu *errare* dixit *Lucan.* 3. 207., et *oberrare Sil. It.* 7. 140.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe refertur ad studia, præsertim poetica: sed de levioribus dicitur, et quæ animi causa jocique ineuntur. — *a*) Cum Ablativo. *Catull.* 50. 4. Scribens versiculos uterque nostrum, Ludebat numero modo hoc, modo illo, Reddens mutua per jocum atque vinum. *Virg.* 2. *G.* 368. coloni Versibus incomptis ludunt. *Id.* 6. *Ecl.* 1. Prima Syracusio dignata est ludere versu Nostra – Thalia. Adde *Ovid.* 2. *Trist.* 538. — *b*) Cum Accusativo. *Virg.* 1. *Ecl.* 10. Ludere quæ vellem, calamo permisit agresti. *Id.* 4. *G.* 565. Carmina qui lusi pastorum. *Horat.* 1. *Od.* 32. 1. si quid vacui sub umbra Lusimus (*o lyra*) tecum. *Ovid.* 5. *Trist.* 1. 7. læta et juvenilia lusi. *et* 3. *Amor.* 1. 27. Quod teneræ cantent, lusit tua Musa, puellæ. — Huc pertinet et illud *Martial.* 7. 8. Festa coronatus ludet convicia miles. *h. e.* per ludum jactabit in ducem suum die triumphi. — Et passive *Ovid.* 2. *Trist.* 491. Talia fumosi ludantur mense decembri. *et* 1. *ibid.* 9. 61. Scis, vetus hoc juveni lusum mihi carmen. *et* 3. *Art. am.* 318. Niliacis carmina lusa modis. — Huc referri potest et illud *Nemesian. Cyneg.* 91. Sit chlamys aurato multum subtemine lusa *h. e.* in qua artifex ludens auro multa depinxerit, ut ait *Servius* ad illud *Virg.* 2. *G.* 464. Illusasque auro vestes. Est qui mallet *fusa.* — *c*) Absolute. *Cic. Parad. proœm.* 3. Illa ipsa ludens conjeci in communes locos. ¶ 2. Interdum ad turpia. *Catull.* 61. 211.; *Propert.* 2. 5. 4.; *Ovid.* 2. *Art. am.* 389.; *Petron. Satyr.* 11.; *Martial.* 11. 104. etc. *V.* LOCUS I. 7. Quo pertinere videtur illud *Livii Andron.* apud *Paul. Diac. p.* 11. 15. *Müll.* Adfatim edi, bibi, lusi. Quod imitatus videtur *Horat.* 2. *Ep.* 2. 214. Lusisti satis, edisti satis atque bibisti. Adde *Tertull. Jejun.* 6. ¶ 3. *Ludere aliquem* vel *aliquid* est aliquem agere, ejus partes repræsentare. *Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 9. 1. Post repulsam risus facit: civem bonum ludit et contra Cæsarem sententias dicit. *la fa da huon cittadino.* Sic *Apul.* 11. *Met.* Alius feminam mentiebatur *etc.* Nec ille deerat, qui magistratum fascibus purpuraque luderet: nec qui pallio baculoque – philosophum fingeret. *Claudian.* IV. *Cons. Honor.* 539. Quum vectaris equo simulacraque Martia ludis, Quis molles sinuare fugas, quis tendere contum Acrior? Adde *Sueton. Aug.* 70. ¶ 4. *Ludere aliquid* est aliquid per ludum facere, *occuparsi di qualche cosa per giuoco, fare per passatempo.* Sic — *Ludere otium* est per otium ludere, quasi ludum otium facere. *Martial.* 3. 67. At vos tam placida vagi per undas Tuta ludilis otium carina. — *Ludere periculum*, in periculo ludere, periculose per ludum experiri. *Id.* 9. 39. Summa licet velox, Acathine, pericula ludas. — *Ludere de corio suo* vel *alieno. V.* CORIUM. — *Ludere operam*, quasi per ludum, atque adeo frustra insumere, *affaticarsi indarno, gettar l'opera, perdere il tempo. Plaut. Pseud.* 1. 3. 135. In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus. *Ter. Phorm.* 3. 2. 18. In illis opera luditur. Huc pertinet et illud *Fronton Laud. fumi* (edente iterum *A. Maio*) *p.* 324. Tu pro tuo excellenti ingenio profecto existimabis, lusa sit opera, an locata. *h. e.* lusoria et vana, an utilis et bene locata. ¶ 5. Sæpissime est irridere, illudere, deludere, *prendersi giuoco, burlare, schernire, beffare.* Hoc sensu occurrit — *a*) *Ludere ludum*, et *ludo*, translate. *Ter. Eun.* 3. 5. 39. Et quia consimilem luserat jam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi. *avea fatto una simile burla.* De Jove loquitur aureo imbre Danaen fallente. *Plaut. Most.* 5. 2. 36. Scis, solere illanc ætatem tali ludo ludere. Aliter *Horat.* 3. *Od.* 29. 50. *de Fortuna.* Ludum insolentem ludere pertinax, Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alii benigna. — *b*) Sæpius cum Accusativo personæ, aut rei. *Ter. Adelph.* 4. 5. 5. Cur non ludo hunc aliquantisper? *perchè non mi prendo io giuoco di costui?* et *ibid.* 63. Num ludis tu nunc me? *mi burli tu? Cic.* 5. *Fin.* 11. 31. Si quando pueris ludentes minamur, præcipitaturos alicunde. *schernendo, burlandoli. Id.* 2. *ad Q. fr.* 15. *ante med.* Domitius in senatu lusit Appium collegam, propterea isse ad Cæsarem, ut aliquem tribunatum auferret. *et ibid.* 12. Eum lusi jocose satis. *Id.* 2. *Fin.* 1. 2. Illum et ceteros sophistas lusos videmus a Socrate. *Id.* 1. *Orat.* 12. 50. Hæc oratio aut nulla sit, necesse est, aut omnium irrisione ludatur. *Id.* 7. *Fam.* 5. *ad fin.* De quo tibi homine hæc spondeo non illo vetere verbo meo, quod, quum ad te de Milone scripsissem, jure lusisti, sed etc. *Sueton. Aug.* 86. Ludere ingenium alicujus. ¶ 6. Item est fallere, decipere, *ingannare. Ter. Eun.* 2. 3. 94. Ludere aliquem dolis. *Cic.* 2. *Divinat.* 24. 53. Hoc civili bello, quam multa (*haruspicum responsa*) luserunt! *Virg.* 7. *Æn.* 442. senectus falsa vatem

formidine ludit. *Horat.* 3. *Od.* 4. 5. Auditis? an me ludit amabilis Insania? *Tibull.* 1. 6. 9. Ipse miser docui, quo posset ludere pacto Custodes. *Ovid.* 3. *Art. am.* 332. Cuive pater vafri luditur arte Getæ. *Id.* 1. *Amor.* 3. 22. Et quam fluminea lusit adulter ave. *et ibid.* 10. 4. quam plumis abditus albis Callidus in falsa lusit adulter ave. *Id. Heroid.* 17. 45. mater falsa sub imagine lusa. *Id. Ib.* 379. Ut quos obscuri lusos ambagibus oris Legimus infandæ Sphinga dedisse neci. *Id.* 2. *Fast.* 357. Veste deus lusus, fallentes lumina vestes Non amat. *Tibull.* 3. 4. 7. Somnia fallaci ludunt temeraria nocte. *Sil. It.* 3. 74. Ni præsaga meos ludunt præcordia sensus, Ingens hic terris crescit labor. *Petron. Satyr.* 123. Tum vero malefida (nix) virûm vestigia lusit.

Homonym. In quo *ludere* differat a *jocari*, et a quibus aliquando pro *jocari* usurpetur, *V.* in v. JOCOR et JOCUS.

LŬDOR, ōris, m. 3. (ludo) idem ac lusor. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 6. 105. Hippia ludia Sergiolum amavit, qui et ludor dictus est ex gladiatoris nomine, quia sit diu demoratus in ludo. *Fortasse legendum est* lusor.

LŬDUS, i, m. 2. Etiam *loidus* pro *ludus* dixerunt veteres Latini, ut patet ex *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 635. *n.* 298. et alia apud *Daniel. Numism. Capuan. p.* 78.; quæ quidem scriptio etymon vocis aliud ab illo, quod mox afferemus, indicare videtur. — Olim dixerunt *hæc ludus*, teste *Paul. Diac. p.* 60. 7. *Müll.*: ubi tamen plures et ipse *Müllerus*, ex correctione *Scalig.*, leg. *lupus*. — Ceterum ludus est exercitatio quævis animi vel corporis recreandi causa suscepta: quales sunt, quæ a pueris fiunt, et quæ lucri causa ineuntur: item quæ a ludiis publice ad populi oblectamentum. Atque de his postremis proprie dici videtur: est enim a Λυδος, quod a Lydis Tusci oriundi tradidere Romanis morem ludorum publicorum, ut in LUDIUS dictum est, παίγνιον, ἀγών (It. *giuoco*, Fr. *jeu*; Hisp. *juego*; Germ. *Zeitvertreib, Spiel, Ergötzlichkeit*; Angl. *play, sport, diversion, exercise, pastime*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est exercitatio quævis animi vel corporis recreandi causa suscepta. *Cic.* 3. *Orat.* 15. 58. Ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt, aut etiam novum sibi aliquem excogitant in otio ludum. *Id. Cæl.* 12. 28. Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus ætati. *qualche divertimento.* (Confer locum *Plauti Bacch.* 4. 10. 7. infra cit. sub II. 3.). et *ibid.* 5. 11. Ut exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur. — De ludo ad judices. *V.* JUDEX. — Huc referri potest et illud *Virg.* 7. *Ecl.* 17. Postbabui tamen illorum mea seria ludo. *h. e.* canendi certamini. ¶ 2. Speciatim, *ludi publici* sunt spectacula, quæ publice edebantur in circo, in theatro, per compita etc. in honorem deorum, et ad populum oblectandum: *giuochi, spettacoli, feste*. Alii appellabantur a loco, ubi fiebant, ut *circenses, scænici, theatrales, compitalicii* etc.: alii a deo, in cujus honorem fiebant, ut *Capitolini, Cereales, Apollinares, Florales*: alii a causa, propter quam fiebant, ut *juvenales, funebres, votivi*: alii a tempore, ut *sæculares*: alii a celebritate et apparatu et causa, ut *magni, maximi*: de quibus omnibus *V.* suis locis. — *a*) Cum Verbis. *Nepos Reg.* 2. Quum spectatum ludos iret, juxta theatrum occisus est. *Cic. Brut.* 20. 78. Hoc prætore ludos Apollini faciente, quum Thyesten fabulam docuisset, mortem obiit. *Id. Harusp. resp.* 12. 24. Hos ludos servi fecerunt, servi spectaverunt. Adde *Sueton. Aug.* 10. et *Cal.* 18. Rursus *Cic. Arch.* 6. 13. Ad festos dies ludorum celebrandos. *Virg.* 5. *Æn.* 113. Et tuba commissos medio canit aggere ludos. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 4. *ad fin.* Hæc scripsi a. d. IX. cal. Novembr., quo die ludi committebantur. Adde *Liv.* 2. 37. Rursus *Cic. ibid.* 8. *sub fin.* Ludos magnificentissimos apparare. *Id. Sext.* 54. 116. apparatissimos magnificentissimosque facere. *Liv.* 23. 30. Ludos dare. *h. e.* edere, facere. *Ovid.* 6. *Fast.* 238. aspicere. *et* 5. *ibid.* 330. persolvere alicui deo. *scil.* voto promissos. *Liv.* 5. 50., 28. 21. et alibi sæpe; *Sueton. Cæs.* 89. et *Vitell.* 2.; *Tac.* 1. *Ann.* 15.; *Capitolin. Maxim.* 2.; et *Ammian.* 14. 11. Ludos edere. *Ovid.* 1. *Met.* 446.; *Quintil.* 3. 8. 28.; et *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 6. instituere. *Sueton. Aug.* 18. et 59. constituere. *Liv.* 25. 2. instaurare. *Id.* 4. 27. et 27. 11.; et *Sueton. Aug.* 23. vovere. *Liv.* 2. 36. parare. *Aurel. Vict. Cæsar.* 33. exercere. — Poetice in sing. numero. *Horat.* 4. *Od.* 2. 41. Concines lætosque dies et urbis Publicum ludum super impetrato Fortis Augusti reditu. — *b*) Haud raro *ludi* cum Adjectivo neutr. gen. junguntur. *Liv.* 30. 22. Ludi Taurilia. *Id.* 1. 9. Ludi Consualia. *Id.* 30. 39. Ludi Cerealia. *Id.* 29. 14.; et *Ovid.* 4. *Fast.* 357. Ludi Megalesia. *Quintil.* 1. 5. 52. Ludi Floralia. — *c*) *Ludis* est ludorum tempore. *Plaut. Cas. prol.* 27. Ludis poscunt nomînem: secundum ludos reddunt autem nemini. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 63. 18. *Merc.* Omnes logos, qui ludis dicti sunt, animadvertit. *Liv.* 34. 44. Ludis Romanis ædilibus curulibus imperarunt. ut loca senatoria secernèrent a populo. Adde *Cic. Haruspic. resp.* 12. 25., *Senect.* 18. 63. et 10. *Fam.* 32.; *Liv.* 2. 36., 32. 26. et 39. 7.; et *Sueton. Cæs.* 39. Similiter *gladiatoribus*, h. e. quo tempore gladiatorii ludi edebantur, apud *Cic.* 10. *Fam.* 32.: et *Latinis*, h. e. quo tempore Latinæ celebrabantur, apud *Liv.* 32. 1. et 44. 22. — *d*) *Pro ludis* sæpe in *Inscripti.* legitur, et significat loco ludorum ædificium aliquod exstructum, aut cœnam datam, aut quidpiam simile. *V. Bullett. archeol. a.* 1846. *p.* 182.; et *Avellino, Opusc. T.* 2. *p.* 247. et seq. — *e*) Aliquando *ludi* pro scænicis fabulis usurpantur et circensibus opponuntur. *Sueton. Cæs.* 39. Edidit spectacula varii generis: munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe tota, et quidem per omnium linguarum histriones. Adde *eumd. Aug.* 43. *Id. Cal.* 18. Munera gladiatoria – edidit. – Scænicos ludos et varii generis multifariam fecit. — *f*) Apud *Ammian.* 19. 12. Qui peritus artium cruentarum, ut lanista ex commerciis libitinæ vel ludi, ipse quoque ex equuleo vel carnifice quæstum fructumque captabat. *libitinæ* nomine indicari videntur funebres ludi, quippe in optimatium funeribus moris olim fuit gladiatores dare, quos *Cicero* bustuarios appellat; *ludi* vero nomine gladiatoria familia videtur intelligi.

II.) Translate. ¶ 1. Interdum *ludus* pro joco accipitur, *giuoco, scherzo. V.* JOCUS. Hinc *per ludum et jocum* junguntur a *Cic.* 3. *Verr.* 60. 155. Aliquem per ludum et jocum fortunis omnibus evertere. Adde *Plin.* 5. *Ep.* 14. *extr.* Huc referri potest et illud *Juvenal.* 6. 323. Nil ibi per ludum simulabitur: omnia fient Ad verum. *da scherzo, fintamente. V.* et *per ludum* in fin. paragr. proxime sequentis. ¶ 2. Interdum dicitur de re, quæ facile et nullo labore fit. *Cic.* 2. *Orat.* 17. 72. Omnium ceterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium litterarum et politioris humanitatis experti: in causarum contentionibus magnum est quoddam opus, atque haud sciam, an de humanis operibus longe maximum. *Id.* 1. *Fin.* 8. 27. Quum præsertim illa perdiscere, ludus esset. *Sil. It.* 16. 573. Cui ludus, nullam cursu non tollere damam. — Hoc sensu *ludum* et *jocum* junxit *Ter. Eun.* 2. 3. 8. Hic vero est, qui si occeperit, ludum jocumque dicas fuisse illum alterum. *h. e.* hic adolescens si amare cœperit, fratrem ejus Phædriam dices ludum et jocum fuisse, hoc est non amasse; ita enim hic insaniet in amore. Similiter *Liv.* 28. 42. Næ tibi, P. Corneli, quum ex alto Africam conspexeris, ludus et jocus fuisse Hispaniæ tuæ videbuntur. — Hinc *per ludum* est ludendo, ludi causa, nullo labore, facile. *Cic.* 7. *Verr.* 70. 181. Vidimus Fimbriam, Marium, Cælium non mediocribus laboribus contendere, ut ad istos honores pervenirent, ad quos vos per ludum et per negligentiam pervenistis. Cf. *Sueton. Claud.* 8. Interdum ferula flagrove, velut per ludum, excitabatur. ¶ 3. Ludus est etiam laborum remissio, atque adeo ipsa corporis voluptas, *divertimento, piacere sensuale. Sibi ludos facere* est se per ludum recreare. *Varro* apud *Non. p.* 21. 9. *Merc.*; et *Petron. fragm. Tragur.* 73. *Burmann.* Huc referri potest, et illud *Virg.* 3. *G.* 379. Hinc ludo noctem ducunt. — *Dare ludum alicui* est dare ludendi potestatem, ut apud *Plaut. Bacch.* 4. 10. 7. Ego dare me ludum meo gnato institui, ut animo obsequium sumere possit. *concedere divertimento*. Adde *Cic. Cæl.* 12. 28. cit. sub I. 1. Hinc translate *Plaut. Cas. prol.* 25. Ludi sunt: ludus datus est argentariis: tranquillum est: alcedonia sunt circa forum. *vacanza.* et *Bacch.* 4. 10. 9. Dare ludum desidiæ. *sfogo*. Sic *Horat.* 3. *Od.* 12. 1. amori. — Hinc etiam *ludus* de venerea voluptate usurpatur: confer *ludum ludere* apud *Ter. Eun.* 4. 5. 39. cit. in LUDO II. 5. *a. Liv* 26. 50. Si frui liceret ludo ætatis, præsertim recto et legitimo amore, et non respublica animum nostrum occupasset etc. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 36. Nec lusisse piget, sed non incidere ludum. *h. e.* non piget genio indulsisse venerique operam dedisse, sed piget non abrumpere vitam intemperatam et libidinosam. ¶ 4. Ludus usurpatur etiam pro irrisione, ludibrio, *beffa, scherno, dileggio*: quo sensu peculiares quædam occurrunt dicendi rationes. — *a*) *Ludos* et *ludum facere* est ludificari, illudere, *beffare, burlare, prendersi giuoco*; et occurrit — Absolute. *Ter. Phorm.* 5. 7. 52. Ut ludos facit! — Cum Accusativo personæ. *Plaut. Capt.* 3. 4. 47. Ut scelestus, Hegio, nunc is te ludos facit! *Id. Aulul.* 2. 2. 74. Video ego te me arbitrari, Euclio, hominem idoneum, quem senecta ætate ludos facias, haud merito meo. — Et passive. *Id. Pseud.* 4. 7. 72. Donicum ipsus sese ludos fieri senserit. et *Bacch.* 5. 1. 4. Hoccine me ætatis ludum bis factum esse indigne? Adde *argum.* 2. *Most.* 7. — Cum Dativo personæ. *Id. Most.* 2. 1. 80. Ludos ego hodie vivo præsenti hic seni faciam. *Id. Merc.* 2. 1. 1. et *Rud.* 3. 1. 1. Miris modis dii ludos faciunt hominibus. *Id. Truc.* 4. 2. 46. Jam hercle ego tibi, illecebra, ludo faciam clamore in via. *h. e.* populo te differam. — Dicitur etiam *facere ludo aliquem. Id. Pseud.* 4. 7. 71. Exploratorem hunc faciamus ludo suppositicium. *Sed fortasse* ludos *legendum est.* — *b*) *Facere ludos* refertur etiam ad turpia, ut *ludificari, ludibrio habere, illudere*, etc. *Plaut. Pers.* 5. 2. 23. — *c*) *Ludos alicui reddere* est ludos alicui facere. *Ter. Andr.* 3. 1. *in fin.* Si me imparatum in veris nuptiis adortus esset, quos mihi ludos redderet! — *d*) *Ludos aliquem dimittere* est illudendo et conviciando dimittere. *Plaut. Rud.* 3. 5. 11. Numquam quisquam me lenonem direrit, si non te ludos pessimos dimisero. — *e*) *Ludos dare, præbere*, est ejus, qui causam præbet, quamobrem illudatur. *Ter. Eun.* 5. 7. 9. Non potest satis narrari, quos ludos præbueris intus. — *f*) *Ludos facere operam*, vel aliud, est operam perdere, frustra laborare. *Plaut. Rud.* 4. 1. 9. Nunc et operam ludos facit et retia, ut tempestas est nunc atque ut noctu fuit. ¶ 3. Metonymice *ludus* est locus, in quo corporis aut ingenii vires exercentur, ut palæstra et schola: quæ, ut ait *Festus p.* 347. 34. *Müll.*, ideo *litterarius ludus* dicitur, ne tristi aliquo nomine fugiant pueri suo fungi munere: vel, ut alii volunt, quia studium litterarum liberalis ingenii ludus fit. — *a*) De loco, in quo corporis vires exercentur. *Cæs.* 1. *B. G.* 14. Gladiatores, quos ibi Cæsar in ludo habebat, libertati confirmat. *Sueton. Cæs.* 31. Ludum gladiatorium ædificare. Adde *eumd. Domit.* 17.; et *Apul.* 11. *Met.* Hinc *ludus magnus* fuit schola seu convictus gladiatorum addictus spectaculis in amphitheatro Flavio dandis, ut docet *Bapt. Borghesius* in *Annal. dell' Instit. di corr. archeol. a.* 1846. *p.* 319. — Sic *ludus militaris* apud *Liv.*, cujus verba sunt 7. 33. In ludo militari, quum velocitatis viriumque inter se æquales certamina ineunt, comiter facilis vincere ac vinci vultu eodem; nec quemquam aspernari parem, qui se offerret. Adde *Capitolin. Maximin.* 2. — *b*) De ludo litterario. *Plaut. Pers.* 2. 1. 6. Cuculus si in ludum iret, potuisset jam fieri, ut probe litteras sciret. Confer *Ter. Hecyr.* 2. 1. 6. In eodemque omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam: ei ludo, si ullus est, magistram hanc esse satis certo scio. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 4. *ad fin.* Ducens mecum Ciceronem meum in ludum discendi. *Id.* 9. *Fam.* 18. Dionysius Corinthi dicitur ludum aperuisse. *Id.* 2. *Orat.* 22. 94. Isocrates magister istorum omnium, cujus e ludo, tamquam ex equo Trojano, meri principes exierunt. *Nepos Att.* 10. Cum eo, quem puerum in ludo cognorat, adeo conjuncte vixit, ut etc. *in iscuola, da giovanetto.* Sic *Quintil.* 1. 4. 27.; *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 8. (24).; *Sueton. Cal.* 45.; et *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 23. Ludus litterarius. *Liv.* 3. 44. et 6. 25. Ludus litterarum. *Aurel. Vict. Cæsar.* 14. ingenuarum artium. *Sueton. Rhet.* 4. dicendi. *Id. Gramm.* 4. E ludo transire in fo-

rum. *Id. Rhet.* 1. Confer *Plin.* loco mox cit. In ludos itare. Et *Id. ibid.* convenire. — Et pro ipso tempore, quo pueri in ludo docentur. *Petron. Satyr.* 85. Forte quum in triclinio jaceremus, quia dies solemnis ludum arctaverat. *h. e. perchè, essendo giorno festivo, non ci era scuola.* — *c)* De aliis. *Plaut. Rud. prol.* 43. Eam vidi ire e ludo fidicino in domum. — De loco, in quem conveniunt infames feminæ meretricias artes discendi causa, usurpat *Cic. fragm.* apud *Quintil.* 6. 3. 51. ¶ 4. *Ludus* etiam dicitur liber, in quo de re ludicra agitur. Itaque sic inscribitur a nonnullis apocoloryntosis *Senecæ* de morte Claudii Cæsaris. *Cicero* quoque *Senect.* 6. *fin.* et *Festus p.* 270. 22. *Müll.* ex lectione *Scalig.* afferunt fragmentum *Nævii in ludo,* quo significari videtur erotopægnion: quod tamen opus plerique alii non *Nævio*, sed *Lævio* tribuunt.

LŪĒCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* lues. *Gloss. Isid.* Luecula, parva lues.

LŪĒLA, æ, f. 1. (luo) luitio, pœna. *Lucret.* 3. 1028. scelerisque luela Carer.

LŪERVEM. *V.* voc. seq. init.

LŪES, is, f. 3. *Luis* in recto dixit *Prudent. Hamartig.* 250. si terras luis incentiva fatigat. *et Psychom.* 508. stupuit luis improba. Al. tamen *lues* utroque loco retinent, ut secundam *Prudent.* corripuerit, licentia quadam sibi familiari et frequenti. — Accusativus *luervem,* h. e. antique *luerem* pro *luem* legitur in *Carm. Frat. Arv.* apud *Orell.* 5054. NEVE LVERVEM SINS INCVRRERE IN PLEORES. — Ceteri casus præter primum, quartum et sextum, et pluralis numerus non sunt in usu, quod viderim. — Ceterum lues dicitur, quum in urbe, aut agro febris, aliudve morbi genus homines, vel pecora arboresve, aut sata corripit: a *luo* (quocum confer Gr. λύειν) quod ea corpora solvantur, ut *Priscian.* 4 *p.* 630. *Putsch., Paul. Diac. p.* 120. 4. *Müll.* et *Non. p.* 52. 8. *Merc.* docent, λοιμός (It. *malattia, influenza, pestilenza, epidemia;* Fr. *contagion, maladie contagieuse, peste, épidémie;* Hisp. *contagio, contagion, peste;* Germ. *d. Seuche, Pest;* Angl. *a plague, pestilence, contagious or epidemie, disease*).

I.) Proprie. *Lues* differt a *peste,* quod hæc aut cito perimit, quæ corripuit, aut cito abit ab eo, quem invasit: *lues* vero generalius accipitur etiam pro iis malis, quæ lente ea, quæ corripiunt, conficiunt. *Virg.* 3. *Æn.* 138. subito quum tabida membris, Corrupto cæli tractu, miserandaque venit Arboribusque satisque lues et letifer annus. — Promiscue tamen sæpe usurpantur. *Ovid.* 15. *Met.* 626. Dira lues quondam Latias vitiaverat auras, Pallidaque exsangui squalebant corpora tabo. *Inscript.* apud *Henzen.* 5489., quæ pertinet ad a. post Chr. n. 182. QVI PER LVEM VITA FVNCTI SVNT MAMERTINO ET RVFO COS. Hic agitur de pestilentia Marco et Commodo Impp. Romæ et per provincias sparsa, de qua *Dio* 72. 14. et *Capitolin. Anton. Phil.* 13. et 17. et *Ver.* 8. *Martial.* 1. 79. Indignas premeret pestis quum tabida fauces, Inque ipsos vultus serperet atra lues. *Lucan.* 2. 199. Sæpe fames pelagique furor, subitæque ruinæ, Aut terræ cælique lues, aut bellica clades. *Justin.* 20. 5. 10. Carthaginienses bellum, quod lue deseruerant, auctis viribus repetebant. *Seneca Thyest.* 88. gravem populis luem Sparsura pestis. *Id. Troad.* 583. Propone flammas, famem et sævam sitim, carceris sævi luem etc. *h. e.* tabem, quæ carcere diu detentis contrahitur. *il marcire in una prigione. Plin.* 26. *Hist. nat.* 1. 3. (3). luem vocat morbum lichenarum. — Huc referri potest et illud *Licinii Macri* apud *Non. loc. cit.* Nequaquam sui lavandi reluant arma lue. *Forcellinus* hoc loco *luem* pro aqua, humore accepit: contra, recentiores nonnulli pro tabo accipiunt.

II.) Translate. ¶ 1. Lues dicitur quidquid noxium et exitiosum est: sic — *a)* De quavis graviori calamitate, ut de bello apud *Tac.* 3. *Hist.* 15. et *Petron. Satyr.* 124., de terræ motu *Tac.* 2. *Ann.* 47., de tempestate maris *Senec. Hippol* 1117.; de incendio *Sil. It.* 17. 97., de excidio et ruina *Seneca Troad.* 853. — *b)* De hominibus. *Cic. Harusp. resp.* 12. 24. Ut eos ludos hæc lues impura pollueret. *Seneca Med.* 183. Pessimam luem abolere ferro. *h. e.* Medeam. *Sil. It.* 10. 602. in patulis illa horrida campis Sit metuenda lues. *h. e.* Hannibal. Adde *eund.* 16. 622. Similiter *Seneca Phœniss.* 131. Sæva Thebarum lues. *h. e.* Sphinx. et *Val. Flacc.* 4. 431. pellere sævam Quondam fata luem dederunt Aquilone creatis. *h. e.* Harpyias. — *c)* Huc pertinet et illud *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 8. (27). Lues morum. *corruttela.* ¶ 2. Est etiam *lues* nix aut glacies soluta et liquata, tabes, labes. *Petron. Satyr.* 123. fluctus stupuere pruina, Et paullo ante lues, nunc concidenda jacebat.

LŪGĔO, ges, xi, ctum, gere, n. et a. 2. *Luxti* pro *luxisti* est *Catulli* loc. cit. infra sub I. *c.* — Aliam formam *lugo, is,* 3. exhibet *Vulgat. ital.* (edente *A. Maio*) *Johel* 1. 13. Lugite deservientes altario. *et Matth.* 5. 5. Beati qui lugunt, quoniam ipsi consolabuntur. — Part. *Lugens* I. et II. 1.; *Luxurus* et *Lugendus* I. — Lugere (quod ducunt ab ἀλγέω *doleo*) est flere, plorare, πενθέω (It. *piangere;* Fr. *pleurer;* Hisp. *llorar, verter llanto;* Germ. *trauern;* Angl. *to mourn, lament, bewail, plain, weep for*).

I.) Proprie, *lugere* fere dicitur de fletu et dolore in morte carorum. *Servius* ad *Virg.* 11. *Æn.* 211. *Mœrere* est cum silentio dolere: *flere,* ubertim lacrimas demittere: *plorare,* cum voce flere: *plangere,* cum aliquibus dictis miserabilibus pectus aut faciem tundere: *lugere,* etiam cum habitus mutatione. *Fragm. jur. civ. antejustin.* (edente *A. Maio*) *p.* 88. Lugendi sunt parentes anno, item liberi majores decem annorum æque anno; minores liberi tot mensibus elugeantur, quot annorum decesserint usque ad trimetum: minor trimo non lugetur, sed sublugetur: minor anniculo neque lugetur, neque sublugetur. *Seneca Ep.* 63. *a med.* Annum feminis ad lugendum constituere majores, non ut tam diu lugerent, sed ne diutius. *Id. Consol. ad Helv.* 16. Ideo majores decem mensium spatium lugentibus viros dederunt. Hinc patet, olim apud Romanos longissimum lugendi tempus fuisse decem mensium, seu anni lunaris, qui quondam decimestris fuerat, quod etiam ex *Ovid.* 1. *Fast.* 35. et *Cic. Cluent.* 12. 35. constat. — Ceterum occurrit — *a)* Neutrorum more. *Cic. Mil.* 8. 20. Luget senatus, mœret equester ordo, tota civitas confecta senio est. *Id. Planc.* 42. 101. Hos pro me lugere, hos gemere videbam. *Id.* 3. *Tusc.* 26. 62. Ex hac opinione sunt illa varia et detestabilia genera lugendi: pædores; muliebres lacerationes genarum; pectoris, feminum, capitis percussiones. *Inscript.* apud *Murat.* 953. 2. T. FELICIS OMNIVM ARTIFICIORVM STVDIOSISSIMI qui *vixit* ANN. XVII. M. XI. D. VIII. PARENTES PERQVAM INFELICISSIMI LVXVRI. Fortasse in lapide est *luxturi.* — *b)* Impersonaliter. *Catull.* 39. 4. seu pii ad rogum filii Lugetur, orba quum flet unicum mater. — *c)* Active, seu cum Accusativo. *Ovid.* 11. *Met.* 272. illo qui tempore mœstus, Dissimilisque sui, fratrem lugebat ademptum. *Sueton. Tib.* 61. Lugere damnatos. *Cic.* 5. *Verr.* 18. 47. Ut ager ipse cultorem desiderare et lugere dominum videretur. *Id.* 12. *Phil.* 10. 25. Lugere mortem alicujus. *Id.* 1. *Tusc.* 34. 83. vitam hominum. *Id. Pis.* 8. 18. occasum atque interitum reipublicæ. *Catull.* 66. 21. At tu non orbum luxti deserta cubile. *syncope pro* luxisti. Hinc *Ovid.* 4. *Trist.* 3. 39. lugenda vita. Et cum Genit. Græcorum more, *Sil. It.* 3. 423. sevâ Bebrycis in aula Lugendam formæ sine virginitate reliquit Pyrenen. *h. e.* formæ causa. — *d)* Passive. *Ovid.* 10. *Met.* 141. *de Cyparisso.* lugebere nobis, Lugebisque alios, inquit. — *e)* Cum Infinito. *Cic.* 2. *Cat.* 1. 2. Retorquet oculos profecto sæpe ad hanc urbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget. *Claudian. procem.* 2. *in Eutrop.* 4. In dominos vanas luget abesse minas.

II.) Translate. ¶ 1. Lugere est luctus et doloris insignia præseferre, *portare il duolo. Liv.* 2. 7. Matronæ annum, ut parentem, eum luxerunt. *Id.* 22. 56. *a med.* et 34. 6. Sacrum anniversarium Cereris intermissum est, quia nec lugentibus id facere fas est etc. *Id.* 34. 7. Quid aliud in luctu, quam purpuram atque aurum deponunt? *Martial.* 14. 157. pullo lugentes vellere lanæ. *h. e.* nigræ et lugendis funeribus aptæ. Has *Martial.* circa Pollentiam urbem provenire dicit: unde *Sil. It.* 8. 598. fuscique ferax Pollentia villi. Ex his intelligimus, nigrum in vestibus colorem lugentibus in usu fuisse. *Paul.* 1. *Recept. Sentent. tit. ult. extr.* Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis et alba veste. Verum sub imperatoribus album etiam fuisse usurpatum, non uno testimonio probatur: qua de re *Lips. in excursu* ad *Tac.* 2. *Ann.* 75. Quæ in publico luctu servari mos esset, habes in *Cenotaph. Pisano* C. Cæsaris, et in *dissertatione* 3. *Norisii c.* 3. ¶ 2. Per metaphoram a Poetis etiam inanimis tribuitur. *Ovid.* 11. *Met.* 47 positis quoque frondibus arbos Tonsa comas luxit.

LŪGĬUM, ii, n. 2. (lugeo) idem ac luctus. *Commodian.* 29. 18. Lugia sunt semper, nec permoreris in illa.

LŪGŬBRĬA, n. plur. 3. *et*

LŪGŪBRĒ, adverb. *V.* voc. seq.

LŪGŪBRIS, e, adject. (lugeo). Comp. *Lugubrior* II. — Lugubris est ad luctum pertinens, luctum significans, funebris, πενθερός (It. *lugubre, da duolo;* Fr. *de douleur, de deuil, lugubre;* Hisp. *lugubre, triste, melancólico;* Germ. *zur Trauer gehörig;* Angl. *mournful, lamentable, dismal, doleful, sorrowful, grievous, lugubrious*).

I.) Proprie. — *a)* De rebus. *Cic.* 1. *Tusc.* 13. 30. Lugubris lamentatio fletusque mœrens. *scil.* in morte alicujus. Sic *Id.* 2. *Legg.* 23. 92. Lugubris ejulatio. et *Horat.* 1. *Od.* 24. 2. cantus. Huc pertinere videtur et *Sall. fragm.* apud *Charis.* 2. *p.* 176. *Putsch.* Nuncius confestim lugubribus. *Ter. Heaut.* 2. 3. 45.; et *Justin.* 14. 6. 7. Lugubris vestis. *h. e.* quæ in carorum morte induitur. Cf. *Tac.* 13. *Ann.* 32. Per quadraginta annos non cultu, nisi lugubri, egit. *non vesti se non da duolo.* — *b)* De personis est idem ac luctu plenus, flens, plorabundus, *pieno di pianto, piangente,* ob carorum funera. *Liv.* 3. 32. Duo simul mala ingentia exorta, fames pestilentiaque, fœda homini, fœda pecori. Vastati agri sunt: urbs assiduis exhausta funeribus; multæ et claræ lugubres domus. *Ovid.* 4. *Met.* 690. genitor lugubris, et amens Mater adest: ambo miseri. *et* 2. *ibid.* 334. Clymene lugubris et amens, Et laniata sinus. Sic *Id. Heroid.* 10. 145. Lugubria pectora. *Id.* 1. *Trist.* 8. 23.; et *Seneca Hippol.* 990. Lugubres vultus. — *c)* Hinc *lugubria,* absolute, substantivorum more, sunt vestes et insignia luctus, *duolo. Ovid.* 11. *Met.* 669. da lacrimas, lugubriaque induc. *Id.* 4. *Trist.* 2. 73. Illa dies veniet, mea qua lugubria ponam. *Seneca Consol. ad Helv.* 16. Quæ, amissis filiis, imposita lugubria numquam exuerunt. *Seneca Herc. fur.* 626. lugubribus amicta coniux. *Propert.* 4. 11. 67. numquam mater lugubria sumpsi. *h. e.* nullum filium amisi. metonymia.

II.) Translate. ¶ 1. Lugubris est luctum inducens, calamitatem doloremque afferens, calamitosus. *Horat.* 2. *Od.* 1. 33. Lugubre bellum. *et* 3. *ibid.* 3. 61. Troja renascens alite lugubri. *Val. Flacc.* 8. 58. lugubre sidus. *Sueton. Aug.* 23. Diemque cladis (*Varianæ*) quotannis mœstum habuerit ac lugubrem. *h. e.* inominalem seu atrum, utpote qui calamitosus fuerat. *Salvian.* 4. *Gubern. D. p.* 131. Illud gravius et lugubrius. ¶ 2. Item est tristis, querulus, mœstus. *Lucret.* 4. 547. *de cycnis.* Quum liquidam tollunt lugubri voce querelam. *Id.* 5. 227. lugubres vagitus. *Ovid. Ib.* 99. lugubria dicite verba. *Cic. post redit. ad Quir.* 3. 7. Fratris mei quotidianæ lacrimæ sordesque lugubres. *Seneca Œdip.* 553. Lugubris palla. *Id. Hippol.* 1262. Lugubre officium. — Hinc

Lugubria, absolute, substantivorum more. *V.* supra I. *c.*

Lugubre, adverbii more. *Plaut. Cist.* 1. 1. 47. Nam si hæc non nubat, lugubre fame familia pereat. *Virg.* 10. *Æn.* 273. si quando nocte cometæ Sanguinei lugubre rubent. *Sil. It.* 12. 140. sonitu lugubre minaci Mulciber immugit. *Ammian.* 28. 2. Lugubre clamare. *Id.* 25. 1. sibilare. *Id.* 26. 6. concrepare.

LŪGŪBRĬTER, adverb. (lugubris) cum luctu, luctuose, *luttuosamente.* Translate pro mœste, cum mœrore et tristitia. *Apul.* 3. *Met.* Lugubriter ejulare. *et* 8. *ibid.* fratrem ciere.

LŪIS. *V.* LUES init.

LŪĬTĬO, ōnis, f. 3. luendi actus: sed occurrit translate tantum et speciatim pro solutione. *Ulp. Dig.* 49. 15. 15. Si patre redempto, et ante luitionem defuncto, filius post mortem ejus redemptionis quantitatem offerat, dicendum est, suum ei posse heredem exsistere. *riscatto effettivo. Paul. Sentent.*

3. 6. 8. Luitio ad heredis sollicitudinem spectat. *il pagamento*. — Titulus 31. *libri* 8. *Cod. Justin.* inscribitur *De luitione pignoris*, h. e. liberatione, quum soluta pecunia, quæ debebatur, pignus liberatur et recipitur.

LŪMA, æ, f. 1. ¶ 1. Est genus herbæ, vel potius spinæ. Ita *Paul. Diac. p.* 120. 15. *Müll. V.* LUMECTUM. Videtur esse a λῦμα seu λύμη *sordes, purgamentum.* ¶ 2. *Luma* est etiam sagum ex λῶμα, quod idem significat. *Gloss. Isid.* Luma, sagum quadrum. Hinc *Salmasius* apud *Trebell.* xxx. *Tyrann.* 29. pro *limbo purpureo* legendum putat *luma purpurea.*

LŪMĀRĬUS, a, um, adject. (luma) ad lumam pertinens, ut Lumariæ falces, apud *Varron.* 5. *L. L.* 137. *Müll.*, quibus lumæ secantur. *V.* LUMECTUM.

LUMBĀGO, ĭnis, f. 3. (lumbus) vitium et debilitas lumborum. *Paul. Diac. p.* 120. 16. *Müll.*

LUMBĀRE, is, n. 3. (lumbus) περιζωμα. *Isid.* 19. *Orig.* 22. Lumbare vocatur, quod lumbis religetur, vel quod lumbis hæreat. Hoc in Ægypto et in Syria non tantum feminæ, sed et viri utuntur. Unde et Jeremias trans Euphratem tulit lumbare suum. Hoc a quibusdam et renale dicitur, quia renibus alligatur. *Hieronym. in Jerem.* 13. 1. Cinctorium, sive lumbare, quod renibus jungitur. *Id.* 2. in *Ep. ad Galat.* 27. Tunc maritus, priore cingulo putrescente, alium lumbis suis baltheum, aliud de Gentibus lumbare contexuit. Adde *Vulgat. interpr. Jerem.* 13. 1. 2., 4. et alibi.

LUMBELLUS, i, m. 2. deminut. a *lumbus*, lumbulus. *Apic.* 7. 1.

LUMBĬFRĂGĬUM, ii, n. 2. (lumbus *et* frango) lumborum fractura. *Plaut. Amph.* 1. 1. 298. Nam si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.

LUMBRĬCŌSUS, a, um, adject. (lumbricus) ad lumbricos pertinens. Affertur a *Freund.* ex *Cœl. Aurel.*, loco tamen non laudato.

LUMBRĪCUS, i, m. 2. vermis intestinorum (*V.* tamen infra sub II.), ἕλμινς (It. *verme, lombrico*; Fr. *ver intestinal, lombric*; Hisp. *lombris*; Germ. *der Eingeweidewurm*; Angl. *a maw-worm, stomach-worm*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 126. Si teniæ et lumbrici molesti erunt. *Colum.* 6. *R. R.* 25. 1. Solent autem vitulis nocere lumbrici, qui fere nascuntur e cruditatibus. *et ibid.* 30. 9. Solent etiam vermes quasi lumbrici nocere intestinis. Adde *Cels.* 4. 17.; et *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 8. — Lumbricos carere oculis, tradit *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 52. (140).

II.) Figurate dicitur de vermibus terrenis: quamquam alii volunt, lumbricum primo dici de iis vermibus, qui sub terra nascuntur, deinde de iis, qui in ventre animalium. *Colum.* 7. *R. R.* 9. 7. Ut paludem rimentur effodiantque lumbricos. *Seren. Sammon.* 12. Lumbricos terræ, sevumque ex ansere rauco. Adde *Plin.* 27. *Hist. nat.* 13. 120. (145).; et *Scribon. Compos.* 141. — Convicium est apud *Plaut. Aulul.* 4. 4. 1. Foras, lumbrice, qui sub terra erepsisti modo.

LUMBŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* lumbus, *lombatello*, lumbellus, pars carnosa, duplex, quæ hinc inde lumbos vestit, nostrates vulgo *nombolo* vocant. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 11. 47. (169). Sicca lippitudo lumbulis suum exustis atque contritis et impositis tollitur. *Apic.* 7. 8. Lumbuli assi sic fiunt. Habent etiam *Not. Tir. p.* 129.

LUMBUS, i, m. 2. pars corporis, quinque inferiores spinæ vertebras complectens, a cinctura ad nates, ὀσφύς (It. *lombo, lombi, reni*; Fr. *lombes, reins, échine, dos*; Hisp. *los lomos, los hijares*; Germ. *d. Lende*; Angl. *the loin, haunch, or flank*).

I.) Proprie. *Plaut. Epid. in fin.* Lumbos surgite atque extollite. *alzatevi. Cic. Arat.* 82. Cepheus conditur ante Lumborum tenus. *Quintil.* 11. 3. 131. Sinum usque ad lumbos reduxerunt. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 3. 8. (15). Lumborum dolor. *dolore di reni. Juvenal.* 8. 16. Si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum, Squalentes traducit vos. *h. e.* depilatus pumice circa lumbos. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 22. nautæque caput lumbosque saligno Fuste dolat. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 51. 78. (210). Lumbus aprugnus. *Martial.* 13. 5. Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo. — *Lumbis patris habere se putat digitos grossiores*, proverb. apud *Hieronym. Ep.* 82. n. 3. de iis dictum, qui se præstare putant majoribus suis, et facta sua eorum factis præferunt.

II.) Translate. ¶ 1. Dicuntur *lumbi* turpis libidinis sedes. *Catull.* 17. 11.; *Horat. Epod.* 11. 22.; *Pers.* 1. 20. et 4. 35.; et *Juvenal.* 9. 59. ¶ 2. Ad vites quoque refertur, et videtur significare superiorem trunci partem, ubi rami exire incipiunt. *V.* HUMEROSUS, et *Colum.* 3. *R. R.* 10. 12., ubi vitis partes humanis membris comparat, et quæ ibi *membra genitalia*, eadem *Arbor.* 3. lumbos vocat. *Plin.* quoque idem facit 17. *Hist. nat.* 23. 35. (210).

LŪMECTUM, i, n. 2. (luma) locus lumis plenus: *V.* LUMA 1. *Varro* 5. *L. L.* 137. *Müll.* Lumariæ (*falces*) sunt quibus secant lumecta, id est quum in agris serpunt spinæ, quas quod ab terra agricolæ solvunt, id est luunt, lumecta.

LŪMEN, ĭnis, n. 3. (*a* luceo *quasi* lucimen) lux, splendor, φῶς (It. *lume, luce*; Fr. *lumière, clarté qu'un objet répand*; Hisp. *luz, claridad, fulgor, resplandor*; Germ. *d. Licht*; Angl. *light, sheen*).

I.) Proprie. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Off.* 16. 51. Lumen de suo lumine accendere. *Cic. Brut.* 75. 261. Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. *Lucret.* 2. 161. lumina solis. *h. e.* radii, lux, φάος ἡελίοιο. *Cic.* 2. *Divinat.* 43. 91. Luna distat a sole, cujus lumine collustrari putatur. *Ovid.* 2. *Pont.* 1. 27. Lumine cœlesti solem fulsisse serenum. *Id.* 15. *Met.* 786. sol lurida præbebat lumina terris. *Id.* 5. *Trist.* 9. 37. lumen solare. *Id.* 4. *Fast.* 450. diurnum. *la luce del dì. Sall. fragm.* apud *Non. p.* 492. 31. *Merc.* Lumine etiam tum incerto. *non essendo ancora ben chiaro il dì. Virg.* 5. *Æn.* 584. Aurora novo spargebat lumine terras. *Sil. It.* 15. 677. Ut quum sparsa micant stellarum lumina cælo. Cf. *Virg.* 1. *G.* 251. Illic sera rubens accendit lumina Vesper. *Id.* 7. *Æn.* 8. nec candida cursum Luna negat: splendet tremulo sub lumine pontus.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice est lucerna et fax. *Cic.* 1. *Divinat.* 36. 79. Noctu, lumine apposito, nutrix animadvertit puerum etc. *Id. Senect.* 11. 36. Lumini oleum instillare. *Id.* 16. *Att.* 13. A. Quum ante lucem de Sinuessano surrexissem veuissemque diluculo ad pontem Tirenum —, obviam mihi fit tabellarius. — Nondum legere poteramus. Nam et lumina dimiseramus, nec satis lucebat. *Curt.* 8. 1. 50. Clytus sine lumine exibat. *Auct. B. Afr.* 56. et 89.; et *Sueton. Cal.* 18. Accendere lumina. Cf. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 19. 21. (65). Papilio luminibus accensis advolitans. *Lucret.* 6. 791. nocturnum extinguere lumen. *Ovid. Heroid.* 19. 151. Sternuit et lumen: posito nam scribimus illo. *Sueton. Tib.* 19. Quoties lucubrante se lumen decideret. *Id. Cæs.* 37. Ascendit Capitolium ad lumina, elephantis lychnuchos gestantibus. *Liv.* 29. 25. Lumina in navibus singula rostratæ, bina onerariæ haberent: in prætoria nave insigne nocturnum trium luminum fore. *fanali. Propert.* 2. 23. 39. Quum videt accensis devotam currere tædis In nemus, et Triviæ lumina ferre deæ. Cf. *Sueton. Cal.* 6. Passim cum luminibus et victimis in Capitolium concursum est, ac pæne revulsæ templi fores, ne etc. *Tibull.* 1. 10. 42. Ipse comes multa lumina nocte tuli. ¶ 2. Item splendor, qui ex re nitida tersaque emicat, *splendore. Val. Flacc.* 3. 100.; et *Stat.* 9. *Theb.* 802. Lumen ferri. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 94. Et formidato clipeus Titana lacessit Lumine. Sic *Sil. It.* 2. 210. Ac simul ærati radiavit luminis umbo etc. et *Ammian.* 16. 10. Ordo geminus armatorum, clipeatus atque cristatus, corusco lumine radians. ¶ 3. Item color nitidus. *Colum.* 10. *R. R.* 97. Candida leucoia et flaventia lumina calthæ. *Id.* 9. *ibid.* 4. 4. Luteolæ et Sarranæ violæ, nec minus cælestis luminis hyacinthus. Cf. *Ammian.* 23. 6. *ad fin.* Indumentis plerique eorum ita operiuntur lumine colorum fulgentibus vario, ut etc. ¶ 4. Item dies, dì. *giorno*, apud Poetas. *Ennius* apud *Cic. Rabir. Post.* 11. 29. Regum sunt illæ minæ: Si te secundo lumine hic offendero, Moriere. *Virg.* 6. *Æn.* 356. vix lumine quarto Prospexi Italiam. *Catull.* 65. 90. Placabis festis luminibus Venerem. *Virg.* 6. *Æn.* 735. supremo lumine. *h. e.* supremo die. ¶ 5. Item vita. *Plaut. Cist. a.* 3. *v.* 12. Ecquid agis? remorare? lumen linque. st. Amabo, accurrite, ne se interimat. *Lucret.* 5. 1047. Lumine adempto animam moribundo corpore fudit. Sic *Ovid.* 4. *Trist.* 4. 45. nec lumen ademptum, Nec mihi detractas possidet alter opes. Rursus *Lucret.* 5. 687. vitæ lumen adire. et *Virg.* 6. *Æn.* 828. lumina vitæ attingere. *Lucret.* 5. 987. linquere lumina vitæ. et *Virg.* 12. *Æn.* 63. simul hæc invisa relinquam Lumina, nec generum Æneam captiva videbo. *Id.* 2. *ibid.* 85. (*quem*) Demisere neci: nunc cassum lumine lugent. ¶ 6. Item visus, *la vista*, et ipsi oculi, *gli occhi*, præcipue apud Poetas. *Nepos Timol.* 3. Sine ullo morbo lumen oculorum amisit. *Ovid.* 2. *Pont.* 8. 66. Et patiar fossis lumen abire genis. *Id. Remed. am.* 801. Utilius sumas acuentes lumina rutas. *Auct. Priap.* 37. Minerva flavo lumine est, Venus pæto. *Ovid.* 3. *Trist.* 2. 19. Nil nisi flere libet: nec nostro parcior imber Lumine, de verna quam nive manat aqua. *Virg.* 3. *Æn.* 677. adstantes lumine torvo Ætnæos fratres. *Horat.* 4. *Od.* 3. 1. Quem tu, Melpomene, semel Nascentem placido lumine videris, Illum etc. *Cic.* 5. *Tusc.* 39. 114. Democritus, luminibus amissis, alba scilicet et atra discernere non poterat. *Virg.* 5. *Æn.* 847. Cui vix attollens Palinurus lumina fatur. *h. e.* vix aperiens oculos. *Val. Flacc.* 1. 300. victa gravi ceciderunt lumina somno. *et* 5. 341. lumina rumpere fletu. *et* 4. 759. volvere. *et* 7. 292. torquere vultu gravi. *Ovid.* 5. *Met.* 232. flectere. *Id. Heroid.* 21. 113. defixa tenere in aliqua re. *Id.* 1. *Art. am.* 339. Quid fodis immeritis, Phineu, sua lumina natis? *Tibull.* 1. 2. 33.; et *Ovid.* 5. *Met.* 248. parcere luminibus. *h. e.* abstinere ab aspectu, claudere, aut avertere oculos. *Propert.* eodem sensu dixit 4. 9. 53. parcere oculis. *Val. Flacc.* 3. 279. sera dextra componere. *h. e.* manu claudere alicui in morte: quod *Id.* 1. 334. premere, dixit. — Apud *Veget.* 2. *Veterin.* 16. ponitur pro pupilla oculi. ¶ 7. Item foramen, quo luci ingrediendi via patet: qua significatione late patet; ponitur enim — *a*) Pro rima, *fessura. Val. Flacc.* 1. 128. tenues subiere latentia ceræ Lumina. *h. e.* rimas navis. Male aliquis *limina* reponit. — *b*) Pro foraminis cujuspiam latitudine et capacitate. *Vitruv.* 4. 6. Lumen hypothyri constituatur sic, ut altitudo dividatur in partes tres semis, et ex iis duæ partes lumini etc. *Frontin. Aquæd.* 36. Longitudo calicis habere debet digitos non minus duodecim: lumen, id est capacitatem, quanta imperata fuerit. Adde *eumd. ibid.* 105. *Inscript.* optimæ notæ apud *Gruter.* 207. *col.* 1. IN EO PARIETE MEDIO OSTII LVMEN APERITO LATVM P. VI. ALTVM P. VII. — *c*) Pro spiramento, foramine. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 31. (57). Si aqua cuniculo veniet, in binos actus lumina esse debebunt. *spiragli.* — *d*) Pro ipsis ædium fenestris. *Cajus Dig.* 19. 2. 25. Si vicino ædificante, obscurentur lumina cœnaculi. *Pallad.* 1. *R. R.* 21. Stabula non egeant septentrionis luminibus, quæ per hiemem clausa nihil noceant, per æstatem patefacta refrigerent. *Apul.* 2. *Met.* Conclave quoddam obseratis luminibus umbrosum demonstrat. — Hinc *immittere lumina* est aperto pariete fenestram facere. *Ulp. Dig.* 7. 1. 13. *a med.* et *Paul. ibid.* 8. 2. 40. ¶ 8. Speciatim, in ædificiis *lumen* est (inquit *Paul. Dig.* 8. 2. 15.) ut cælum videatur. Differt autem a prospectu: quia hic etiam ex inferioribus locis est: lumen ex inferiore loco esse non potest, ut *Id. ibid.* ait. Inter servitutes est, *ne luminibus officiatur*, et *ne prospectus offendatur*, ut est apud *Ulp. ibid.* 14. In prospectum autem plus quis habet, ne quid scilicet objiciatur ad gratiorem prospectum et liberum: in lumine hoc tantum, ne quid altius exstruendo, aut arborem ponendo, lumina cujusquam obscuriora fiant. *Cic.* 1. *Orat.* 39. 179. Quum M. Bucculejus ædes L. Fufio venderet, in mancipio lumina, uti tum essent, ita recepit. Fufius autem, simul atque ædificari cœptum est in quadam parte urbis, quæ modo ex illis ædibus conspici posset, egit statim cum Bucculejo, quod cuicumque particulæ cæli officeretur, quamvis esset procul, mutari lumina putabat. Hæc *Cic.* Quo loco Bucculejus de lumine caverat: Fufius prospectum non mutari postulabat. — Hinc *luminibus obstruere* et *officere* est objecta re aliqua ædibus lumen adimere, ut dictum est: *V.* OBSTRUO. *Cic. Dom.* 44. 115.

Se luminibus ejus esse obstructurum, minabatur. *Id.* translate *Brut.* 17. 66. Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. *h. e.* gloriam eloquentiæ obscuravit. et *Rabir. Post.* 16. 43. Nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ et gloriæ. ¶ 9. In pictura *lumen* est clarus color, quo res conspicuæ fiunt: cui opponitur *umbra*, h. e. color obscurus. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 5. 11. (29). Tandem se ars ipsa distinxit, et invenit lumen atque umbras, differentia colorum alterna vice sese excitante. *et ibid.* 11. 40. (131). Nicias lumen et umbras custodiit, atque, ut eminerent e tabulis picturæ, maxime curavit. *Plin. alter* 3. *Ep.* 13. In pictura lumen non alia res, magis quam umbra commendat. ¶ 10. Metaphorice *lumen* est ornamentum, insignis nota. *Cic.* 2. *Orat.* 27. 119. Certis dicendi luminibus ornare orationem. *Quintil.* 9. 2. 102. Sententiarum lumina. *Cic. Brut.* 17. 66. Origines Catonis quem florem, aut quod lumen eloquentiæ non habent? *Id.* 6. *de republ.* 12. Hic tu, Africane, ostendas oportebit patriæ lumen animi, ingenii consiliique tui. *Id.* 12. *Fam.* 5. *in fin.* Opto, ut ab istis orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat. *Id. Amic.* 8. 27. In eo quasi lumen aliquod probitatis et virtutis perspicere videmur. *Id.* 3. *Cat.* 10. 24. Clarissimis viris interfectis, lumina civitatis exstincta sunt. *Id. Dejot.* 5. 15. Omnium gentium atque omnis memoriæ clarissimum lumen (*C. Cæsarem*) exstinguere. Cf. *eumd. pro leg. Manil.* 5. 11. Corinthum patres vestri, totius Græciæ lumen, exstinctum esse voluerunt. *Vellej.* 2. 52. 2. Alterum Romani imperii lumen. *h. e.* Pompejus. *Sil. It.* 6. 130. Italæ gentis lumen. *h. e.* Regulus. *Id.* 9. 532. Libyæ lumen. *h. e.* Hannibal. ¶ 11. Item metonymice lumen est claritas, *luce, chiarezza*, et obscuritati opponitur. *Cic. Sull.* 14. 40. Vos in tantis tenebris erroris et insitiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ. *Id.* 2. *Orat.* 86. 353. Ordo est maxime, qui memoriæ lumen affert. *et* 3. *ibid.* 13. 50. Oratio adhibere lumen rebus debet.

LŪMĬNAR *vel*

LŪMĬNĀRE, is, n. 3. (lumen) ipsum lumen, aut id, quod claritatem splendoremve de se diffundit, *lume, luminare*, φωστήρ. Hinc

I.) Proprie. ¶ 1. Speciatim luminaria dicuntur ædium foriculæ et fenestræ. *Cato R. R.* 14. Luminaria sex. *Al. leg.* Luminaria paululum lata. *h. e.* foriculæ: *V. Schneid.* ad h. l. *Cic.* 15. *Att.* 26. Octavam partem tolli luminarium in ædibus (*al.* ædium) ad Streniæ memineris. *h. e.* octavam partem fenestrarum obstrui. Ita enim locum, antea corruptum, edendum curavit, et interpretatus est *Schützius*. — Ceterum generatim *Vulgat. interpr. Genes.* 1. 16. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præesset diei; et luminare minus, ut præesset nocti. ¶ 2. Item speciatim usurpatur de cereis, seu lucernis, quæ in Ecclesiis in festorum solemnitate, vel in martyrum honorem perpetuo accendebantur. *Hieronym. advers. Vigilant.* 3. Quando legendum est Evangelium, accenduntur luminaria jam sole rutilante. *Cassiod.* 3. *Variar.* 7. Joannes flebili nos allegatione pulsavit, sanctitatem vestram a se sexaginta orcas olei ad implenda luminaria suscepisse, quarum pretium sibi postulat oportere restitui. Cf. *Epist. Gregor. I. P. M.* apud *Margarin. Inscript. Basil. S. Pauli n.* 243. Ne minus illic habere luminaria isdem præco fidei cerneretur, qui totum mundum lumine prædicationis implevit, utile judicavimus, eamdem massam, quæ *etc.* luminaribus deputare. *etc.* Hæc epistola data est VIII. Kal. Febr. ann. a Chr. n. DCIV. *Gloss. Philox.* Luminaria, φωταστήρια λυχνικά.

II.) Translate ponitur pro ornamento. Hinc luminaria appellamus viros eximios, in quibus singularis quidam virtutis splendor elucet, quique sui ordinis hominibus decori sint et ornamento. *Cic.* 2. *Phil.* 21. 51. In te autem, M. Antoni, id decrevit senatus, et quidem incolumis, nondum tot luminaribus exstinctis. *At ibi rectius cum plerisque legendum* luminibus: *V.* LUMEN II. 10.

LŪMĬNĀTĬO, ōnis, f. 3. (lumino) idem ac lumen, vel luminare, vel dies festus, quo in aliqua urbe lumina per vicos accenduntur, *illuminazione*, ut patet ex *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 242. *n.* 565. POPVLO VISCERATIONEM, GLADIATORES DEDIT, LVMINA, LVDOS I. S. M. R. (*h. e.* Junoni sospitæ magnæ reginæ) SOLVS FECIT. *Alia* apud *Murat.* 762. 6. SPORTVLAS POPVLO FIERI ET PVERIS NVCES SPARGI DIE *supra scripto* ET LVMINATIONE.

LŪMĬNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

LŪMĬNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (lumen). Part. *Luminatus* I., II. et in fin. — Luminare est idem atque illustrare, *illuminare*, φωτίζω.

I.) Proprie. *Apul.* 11. *Met. ad Isidem.* Tu rotas orbem, luminas solem, regis mundum. *Avien. Arat.* 1450. (*al.* 127.) aerias quarta face luminat oras. *Capell.* 1. p. 17. Quos (*amictus*) stellantibus oculis interstinctos crebri vibratus ignium luminabant. Adde *Prudent.* 5. περὶ στεφ. 127. et 3. *ibid.* 192. Sic *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 9. Locus fenestris altioribus luminatus.

II.) Translate. *Capell.* 2. p. 305. Itaque Hymnæus alacri tandem vigore luminatus etc. *Id.* 1. p. 27. Tellus floribus luminata. — Hinc Part. præter. pass.

Luminatus, a, um, adjective quoque occurrit; et *male luminati* dicuntur *Apulejo*, qui debili visu sunt, 9. *Met.*

LŪMĬNŌSUS, a, um, adject. (lumen). Comp. *Luminosior* I.; Sup. *Luminosissimus* II. — Luminosus est clarus, illustris, *luminoso, chiaro*, φωτεινός.

I.) Proprie. *Vitruv.* 6. 9. *ad fin.* Omnia ædificia luminosa ut sint, curare oportet. *Augustin.* 15. *Confess.* 128. Luminosum cælum. *Id. Ep.* 137. *in fin.* Oleum luminosius.

II.) Translate. *Cic. Orat.* 36. 125. Quum omnis pars orationis debet esse laudabilis, sunt maxime luminosæ et quasi actuosæ partes duæ. *Augustin. Ep.* 144. *ad fin.* Luminosissima caritas.

LŪNA, æ, f. 1. *Lunai* pro *lunæ* in secundo casu, more suo dixit *Lucret.* 5. 70. et 419. — Dicta est a *luceo*, per syncopen a *Lucina*: sola enim noctu lucet; *Cic.* 2. *Nat. D.* 27. 68. et *Varro* 5. *L. L.* 68. *Müll.* Est una ex septem planetis, quæ, ut ait *Cic.* 6. *de republ.* 16., ultima a cælo, citima terris, lucet luce aliena, σελήνη, μήνη (It. *luna*; Fr. *lune*; Hisp. *luna*; Germ. *d. Mond*; Angl. *the moon*).

I.) Proprie. De luna *Plin.* 2. *Hist. nat.* 9. 6. (41). Novissimum sidus, terrisque familiarissimum, et in tenebrarum remedium a natura repertum. *et mox.* Crescens semper, aut senescens: et modo curvata in cornua facie, modo æqua portione divisa, modo sinuata in orbem: maculosa, eademque subito prænitens: immensa orbe pleno, ac repente nulla: alias pernox, alias sera, et parte diei, solis lucem adjuvans: defiriens, et in defectu tamen conspicua etc. *et paullo post* (44). Proxima ergo cardini, ideoque minimo ambitu, vicenis septenisque, et tertia diei parte peragit spatia eadem, quæ Saturni sidus altissimum triginta annis. Deinde morata in coitu solis biduo etc. Etiam *Ammian.* 20. 3. lunaris cursus rationes diligenter persequitur, item *Vitruv.* 9. 4. et rursus *Plin.* 18. *Hist. nat.* 32. 75. (321). Præterea lunæ ejusdemque effectuum luculentam descriptionem habes apud *Claud. Mart. Victor. de Genesi* 1. 95. Porro varias lunæ formas ita exhibet *Capell.* 7. p. 241. Nam ex tribus et quatuor septem fiunt; qui numerus formam lunæ complectitur; nam primo est corniculata, quam μηνοειδῆ Græci vocant: deinde medilunia, quam dicunt διάτομον: dehinc dimidiato major, quæ dicitur ἀμφίκυρτος: mox plena, quæ dicitur πανσέληνος: item tres formas prædictas deficiens repetit. Similia leguntur apud *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 6. p. 35. *Bip.* — Ceterum *Plin.* 2. *Hist. nat.* 10. 7. (47). Solem interventu lunæ occultari, lunamque terræ objectu. *Cic.* 2. *Nat. D.* 19. 50. Solis annuos cursus spatiis menstruis luna consequitur. *et ibid.* 40. 103. Luna est major, quam dimidia pars terræ. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 39. 123. Habitari ait Xenophanes in luna, eamque esse terram multarum urbium et montium. *Id. fragm.* apud *Non.* p. 122. 2. *Merc.* Lunæ alias hebetiora, alias acutiora videntur cornua. *Horat. Carm. sæcul.* 35. Luna bicornis regina siderum. *Ovid. Heroid.* 18. 71. fulgens radiis argentea puris. *Id.* 10. *Met.* 488. aurea. *et* 14. *ibid.* 367. nivea. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 79. (347); et *Colum.* 2. *R. R.* 10. 15. Luna tertia, quarta, quinta, vigesima tertia etc. *h. e.* tertio, quarto etc. die, postquam e sole emersit. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 17. 15. (78). novissima et prima. *Varro* 1. *R. R.* 37. 1. extrema et prima. *Cato R. R.* 37. dimidiata. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 32. 75. (322). dimidia. *Id.* 11. *ibid.* 30. 36. (109).; plena. *Apul. de deo Socrat. sub init.* corniculata, dividua, protumida, plena. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 54. 80. (215). nova. *et ibid.* cava. *V.* CAVUS. *Cato R. R.* 29.; et *Colum.* 2. *R. R.* 10. 12. silens. *V.* SILENS. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 32. 75. (322). intermenstrua, *novilunio*. et 17. *ibid.* 9. 8. (57). sicca. *V.* SICCUS. et *ibid.* sitiens. *V.* SITIENS. *Colum.* 2. *R. R.* 14. 9. crescens. *et ibid.* 5. 1. decrescens. et *Horat.* 2. *Sat.* 8. 31. minor. *Varro* 1. *R. R.* 37. 1. senescens. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 59. (164). deficiens. *ecclissata*. et eod. sensu *Juvenal.* 6. 442. laborans. *Liv.* 26. 5. Lunæ defectus. *ecclisse. Plin.* 7. *Hist. nat.* 48. 49. (155). senium. *il finir della luna*. et 16. *ibid.* 39. 74. (190). coitus. *il novilunio. Horat.* 2. *Od.* 18. 16. Novæque pergunt interire lunæ. *et* 4. *ibid.* 7. 13. Damna tamen celeres reparant cælestia lunæ. *Virg.* 1. *G.* 427. Luna revertentes quum primum colligit ignes.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochen sumitur pro mense. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 25. 57. (217). Centesima revolvente se luna. Cf. *Ovid.* 7. *Met.* 531. quater junctis implevit cornibus orbem Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem. ¶ 2. Item pro nocte, ut soles pro diebus. *Stat.* 5. *Silv.* 4. 7. Septima jam rediens Phœbe mihi respicit ægras Stare genas. *Servius* similiter intelligit illud *Virg.* 3. *G.* 336. quum frigidus aera vesper Temperat, et saltus reficit jam roscida luna. Adde *Propert.* 4. 4. 21.; et *Stat.* 6. *Theb.* 289. ¶ 3. Et pro lunæ splendore vel lumine. *Virg.* 2. *Æn.* 339. Addunt se socios Ripheus et maximus armis Iphitus, oblati per lunam. ¶ 4. Luna adsuta calceis erat apud Romanos patriciorum insigne. Ut enim ostenderent, se ex iis centum progenitos, qui primi in senatum a Romulo allecti sunt, (de quibus *Liv.* 1. 8.), parvam lunam in modum C litteræ in calceis, teste *Isid.* 19. *Orig.* 34., gestabant. *Juvenal.* 7. 191. nobilis et generosus Appositam nigræ lunam subtexit alutæ. *Stat.* 5. *Silv.* 2. 27. Si te, clare puer, genitum sibi curia sensit, Primaque patricia clausit vestigia luna. Adde *Martial.* 2. 29. Consule *Lydum de magistrat. R. l.* 2. *c.* 13. et *de mensib. P.* 1. *c.* 7., tum etiam *Viscont. Iscriz. Triop. p.* 83. *et seqq.* ¶ 5. Ab eadem similitudine litteræ C *lunæ* dici possunt semicirculi cartilaginei, quibus constat guttur, sive aspera arteria. *Sidon. carm.* 7. 191. Jam si forte suem latratibus improbus Umber Terruit, albentes nigro sub gutture lunas Frangere ludus erat. ¶ 6. In fabulis est filia Hyperionis et Latonæ seu Æthræ (ut est apud *Hygin. præf.*), Titani neptis, eadem cum Diana et Proserpina. Tribuitur ei currus duarum rotarum, et, qui trahant, equi duo, quorum alter niger sit, albus alter, (quamquam *Ovid.* ambos *niveos* dixit 4. *Fast.* 374. et *Remed. am.* 258.), quia partim diu, partim noctu decurrit. Alii a duabus juvencis currum ejus trahi dicunt, ut *Auson. epist.* 5. 3. et *epist.* 19 3., boves dicit *Prudent.* 1. *advers. Symmach.* 361., juvencos *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 403., tauros *Fulgent.* 1. *Mythol. ante cap.* 1., ideo scilicet, quod hoc animal cornibus lunam referat: vel quia ipsa prope terram decurrit, cujus sunt tauri cultores. Sunt etiam qui a mulo currum ejus trahi finxerunt. *V.* MULUS. Auriga ejus apud *Stat.* 12. *Theb.* 307. est Sopor. Ceterum *V.* et *Cic.* 1. *Tusc.* 38. 92. — De amoribus ejus *V.* ENDYMION in ONOM. — Lunæ ædem Romæ in Aventino memorat *Liv.* 40. 2. — Hinc *dies Lunæ*, qui nempe Lunæ sacer fuit, *lunedì*. *V.* DIES. *Inscript.* apud *Murat.* 383. 4. DEPOSITUS XV. KAL. APR. D. LVN. — Jam inde ab Arsace, qui astris, ut existimant Persæ, ritus sui consecratione permixtus est omnium primus, ipsorum Persarum reges prætumidi, ait *Ammian.* 23. 6. *sub init.*, appellari se paliuntur Solis fratres et Lunæ. — *NB.* De nomine urbis, *V.* ONOM.

LŪNĀRIS, e, adject. (luna). ¶ 1. Est ad lunam pertinens, *lunare*, σεληνιακός. *Varro* 1. *R. R.* 37. 1. Lunares dies. *Cic.* 1. *de republ.* 18. Lunaris cursus. *Isid.* 5. *Orig.* 36. annus. *Ovid.* 15. *Met.* 790. currus. *Id.* 5. *Fast.* 16. equi. *Id.* 10. *Met.* 296. cornua. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.*

298. globus. *Id.* 1. *in Rufin.* 147. jubar. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 39. 74. (189). Infinitum refert lunaris ratio: nec nisi a vicesima in tricesimam robur cædi volunt. *Claudian. VI. Cons. Honor.* 499. Lunaria damna Oceani. *il flusso e riflusso del mare. Varro* 9. *L. L.* 26. *Müll.* Lunares horæ. *h. e.* æquinoctiales. ¶ 2. Item est lunæ similis, lunæ formam referens. *Ammian.* 25. 1. *ad fin.* Lunari acie sinuatisque lateribus occursuros hosti manipulos instruebat.

LŪNĀTĬCUS, a, um, adject. (luna) qui furore laborat, non illo quidem perpetuo, sed intervallis quibusdam recurrente; a *luna*, quia melancholia, qua laborat, accrescit et decrescit pro ratione lunæ, *lunático*, σεληνιακός *Paul. Dig.* 21. 1. 43. Mancipium lunaticum. *Veget.* 3. *Veterin.* 18. 1. *Schneid.* Lunaticus oculus. *h. e.* qui certis temporibus caligat et cæcutit. *Id.* 5. *ibid.* 30. 1. Quadam ratione lunatica animalia, sicut homines, repente corruunt et intermoriuntur. Ita *Schneider.*, alii *lunari* leg. *Firmic.* 4. *Mathes.* 7. Luna, a Mercurio per diem defluens ad Saturnum, facit plerumque lunaticos, aut sacrarum valetudinum vitiis oppressos, caducos quoque ac misera commotione dementes. *Isid.* 10. *Orig.* 4. 61. Caducus a cadendo dictus; idem lunaticus, eo quod certo lunæ tempore patiatur. *et ibid.* 4. 6. Hos caducos, vulgo lunaticos, vocat, quod pro lunæ cursu comitetur eos insania.

LŪNĀTĬO, ōnis, f. 3. (luna) menstruus lunæ cursus, *lunazione. Vet. Scholiast.* ad *Lucan.* 1. 218. *Tertia Cynthia* dixit, quia duæ lunationes præcedentes fuerant pluviales. *Isid.* 6. *Orig.* 17. Communis annus dicitur, qui duodecim tantum lunationes, id est dies CCCLIV. habet.

LŪNĀTUS, a, um. *V.* LUNO.

LUNCHUS. *V.* LONCHUS.

LUNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (luna). Part. *Lunatus* in fin. — Lunare est in modum lunæ, quando in cornua curvatur, flectere, *torcere a guisa di luna. Ovid.* 1. *Amor.* 1. 23. Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum. *Propert.* 4. 6. 25. Jamque acies geminos Nereus lunarat in arcus. *h. e.* instruxerat in modum cornuum lunæ. — Sæpius occurrit Part. præter. pass.

Lunatus, a, um, et est factus ad instar lunæ diductæ in cornua, *fatto a guisa di luna, lunato. Virg.* 1. *Æn.* 494. et 11. *ibid.* 663. Lunatæ peltæ Amazonidum. *et Stat.* 5. *Theb.* 145. lunatum agmen. *h. e.* exercitus Amazonum peltis armatum. Eodem sensu *Sil. It.* 2. 76. lunatis Bistones armis. *Colum.* 12. *R. R.* 56. 1. Ferramento lunato incidere. *Auct. B. Afr.* 80. Ipse lunatis castris Thapsum operibus circummunivit. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 33. 52. (102). Lunatæ conchæ. *Seneca (Edip.* 465. *de delphinis.* Lunata scindit cauda mare. *h. e.* falcata (ut ait *Ovid.* 3. *Met.* 681. de eadem re loquens, Qualia dividuæ sinuantur cornua lunæ). *Sil. It.* 4. 317. Aut illi dextros lunatis flexibus orbes, Aut illi lævos sinuant in cornua gyros. *Frontin. Exposit. form.* p. 34. *Goes.* Lunati anguli acuti dicuntur, quia exilissima tenuitate finiuntur. *Stat.* 2. *Silv.* 2. 13. placido lunata recessu Hinc atque hinc curvas perrumpunt æquora rupes. *Frontin.* 2. *Strateg.* 3. Lunata acies. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 15. (38).; et *Pallad.* 4. *R. R.* 11. Lunata cornua. *Stat.* 6. *Theb.* 265. nondum lunata fronte juvenci. *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 129. lunata frons. *h. e.* cornibus instructa. *Martial.* 1. 50. pellis. *h. e.* calceus lunula ornatus. Sic *Id.* 2. 29. Non extrema sedet lunata ligula planta. *V.* LUNA II. 4.

LŪNULA, æ, f. 1. *deminut. a* luna, parva luna, *lunetta*, σεληνίς, μηνίσκος. Lunulæ, inquit *Isid.* 19. *Orig.* 31., sunt ornamenta mulierum, in similitudinem lunæ bullæ dependentes. *Plaut. Epid.* 5. 1. 33. Non meministi, me auream ad te afferre natali die lunulam atque anellum aureolum in digitum? *Tertull. Cult. fem.* 10. Nullam de conchylio vestem increpet, nullas lunulas reprobet. Adde *Vulgat. interpr. Isai.* 3. 18.

LŪO, lŭis, lui, (luitum), lŭere, a. 3. In præteritis u dicimus longum, *lūit, plūit*: in præsenti breve, *lŭit, plŭit.* Ita *Varro* 9. *L. L.* 104. *Müll.*, quod confirmatur illo *Ennii* apud *Cic.* 3. *Orat.* 42. 168. Nos sumu' Romani, qui fuimus ante Rudini. Ubi prima in *fuimus* producitur. *et Plauti Men. prol.* 63. Nam rus ut ibat forte, ut multum pluerat. Ubi prima in *pluerat* longa est. *Lucilius* apud *Non.* p. 489. 15. *Merc.* Tantalu' qui pœnas ob facta nefantia luit. (*Mercerus* leg. *pendit*). Sed tunc et duplici u scribere solebant, *fuvit, pluvit, luvit.* — Part. *Luens* et *Luiturus* a sup. *luitum* inusit. II. 5.; *Luendus* II. 3. 4. et 5. — Luere a Græca voce λύω, quæ idem significat, est lavare, abstergere (It. *lavare*; Fr. *laver, baigner, arroser*; Hisp. *lavar, limpiar con agua*; Germ. *waschen, abwaschen*; *ab* –, *bespülen*; Angl. *to wash, lave*).

I.) Proprie. *Sil. It.* 11. 22. Argivos major qua Græcia muros Servat, et Ionio luitur curvata profundo. *Prudent.* 3. περὶ στεφ. 190. amnis pulcro gurgite mœnia luit.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro purgare. *Val. Flacc.* 3. 407. Insontes errore luit, culpamque remittens etc. ¶ 2. Hinc sæpe est solvere, delictorum supplicium ferre, *scontare, pagare il fio.* — *a*) Cum addito Ablativo rei, qua quid luitur. *Cic.* 5. *Fin.* 22. 64. Quæ per vim oblatum stuprum voluntaria morte lueret. *Id.* 3. *Verr* 30. 77. Ut ejus libidinem hominum innocentium sanguine lui velles. *Virg.* 1. *G.* 502. sanguine luere perjuria. Adde *Ovid. Ib.* 567.; et *Vellej.* 2. 1. Similiter *Cic.* 1. *ad Brut.* 12. Acerbum est, parentum scelera filiorum pœnis lui. *Id. Mil.* 36. 99. Luere aliquid capite. *et Liv.* 9. 5. Obsides sexcenti imperati, qui capite luerent, si pacto non staretur. *Id.* 1. 26. Luere eadem piaculo. *Id.* 5. 18. temeritatem morte. *Id.* 30. 15. temeritatem alia temeritate. *Id.* 38. 37. noxam pecunia. *Ovid. Heroid.* 10. 100. nec facta luisses Impia funeribus, Cecropi terra, tuis. *Lucan.* 2. 312. luere aliquid cæde. *Sil. It.* 7. 514. aliquid periculo. *Id.* 6. 286. prælia tristia damnis. — *b*) Cum Accusativo tantum. *Liv.* 38. 48. Pro dignitate imperii vestri coactis luere peccata sua. Sic *Virg.* 10. *Æn.* 32. Luere peccata. *Id.* 4. *G.* 454. commissa. *Horat.* 3. *Od.* 6. 1. delicta majorum. *Quintil.* 12. 9. 9. Certe patroni petulantiam litigator luit. ¶ 3. Pro expiare et avertere. *Liv.* 10. 28. *a med.* Datum hoc nostro generi est, ut luendis periculis publicis piacula simus. *Val. Flacc.* 2. 569. clausum ut thalamis somnoque gravatum Immolet, ereptaque luat responsa pharetra. *h. e.* diluat, solvat, evacuet, vana reddat. Alii leg. *levet.* ¶ 4. Item est solvere, persolvere, *pagare*, atque adeo liberare, pecuniam debitam solvendo. *Curt.* 10. 2. 25. Pluribus vestrum defuturum viaticum fuit, ni æs alienum luissem. *Imppp. Valentinian., Theodos. et Arcad. Cod. Theod.* 2. 4. 3. Quum quis ad luendum debitum chirographo convenitur. *Scævola Dig.* 36. 1. 78. *ante med.* Luere fundum a testatore obligatum. *h. e.* liberare. Sic *Julian. ibid.* 36. 83. 1. Luere pignus. (Hinc translate, ut videtur, *luere sacramentum* apud *Solin.* 25. est *dare il giuramento.*). — Sic de solutione, quæ multæ et pœnæ causa fit. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 1. 1. (7). Cautum est duodecim Tabulis, ut qui injuria cecidisset alienas arbores, lueret in singulas æris XXV. ¶ 5. Hinc *luere pœnas* est pœnas dare, ferre supplicium pro noxa, *pagare il fio o la pena. Cic.* 3. *Att.* 9. Itaque mei peccati luo pœnas. *Id. Sull.* 27. 76. Eos ad luendas reipublicæ pœnas Furiæ quædam incitaverunt. *Justin.* 16. 2. 5.; et *Vellej.* 2. 54. Universa Cassandri domus Alexandro Magno, seu necis ipsius, seu stirpis exstinctæ pœnas, partim cæde, partim supplicio, partim parricidio luit. *Claudian. VI. Cons. Honor.* 139. piratica puppis, Vestato tandem pœnas luitura profundo. Adde *Cic.* 14. *Phil.* 12. 32.; *Liv.* 38. 47.; *Sueton. Vesp.* 1. et alios. — Et in sing. num. *Ovid.* 3. *Met.* 624 qui Tusca pulsus ab urbe Exsilium, dira pœnam pro cæde luebat. Sic *Tac.* 6. *Ann.* 4. Latiaris, ut retuli, præcipuus olim circumveniendi Titii Sabini, et tunc luendæ pœnæ primus fuit. — *Luere supplicia* eodem sensu dixit *Justin.* 2. 5. 6. Quicumque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. *Id.* 8. 1. 11. Quasi parva supplicia cædibus et rapinis luissent. *Id.* 17. 1. 5. Parricidium principum secutæ cædes sunt luentium supplicia. — Huc pertinent et illa *Senec. Agam.* 1008. ut paria fata Troicis lueret malis *et Plin.* 7. *Hist. nat.* 8. 6. (45). Luere augurium malis. *h. e.* pati ea mala, quæ augurio portendebantur.

LŪPA, æ, f. 1. (lupus) femina in genere luporum, *lupa*, λύκαινα.

I.) Proprie. *Ovid.* 3. *Art. am.* 8. rapidæ tradis ovile lupæ. *Horat.* 3. *Od.* 27. 2. ab agro Rava decurrens lupa Lanuvino. *Propert.* 4. 4. 51. quem Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ. Adde *Liv.* 10. 23.; et *Justin.* 43. 2. 6. et 8.

II.) Translate meretrices *lupæ* dicuntur, quia luparum instar sunt rapaces. Ea vocis *lupæ* homonymia, ut *Livius* quoque testatur 1. 4., occasionem præbuit fabulæ de Romulo et Remo, quibus, quum in litore essent expositi, lupa admovisse ubera dicitur. Nam lupa ea, non quadrupes, sed meretrix fuit, quæ infantes expositos sustulit atque aluit. *V.* LUPERCA in ONOM. *Plaut. Epid.* 3. 3. 22. Divortunt mores virgini longe, ac lupæ. *Cic. Mil.* 21. 55. Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat. *Aurel. Vict. de orig. gent. Rom.* 21. Mulier corpus pretio vulgare solita, lupa dicitur, unde et ejusmodi loci, in quibus hæ consistunt, lupanaria dicta. Adde *Quintil.* 2. 4. 19. et 3. 7. 5.; *Ammian.* 28. 4.; et *Lactant.* 1. 20. — *NB.* Apud *Colum.* 7. *R. R.* 12. 14. est nomen canis.

LŪPĀNA, æ, f. 1. (lupa) translate est idem ac lupa, h. e. meretrix. *Commodian.* 59. 22. In feminas congruit cultura lupanas.

LŪPĀNAR, āris, n. 3. (lupa) locus, in quo lupæ, hoc est meretrices prostant, *bordello, lupanare*, πορνεῖον, πορνοβοσκεῖον: *V.* locum *Aurel. Vict.* in LUPA II. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 50. Qui in lupanari accubat. *Quintil.* 7. 3. 6. An deprehensus in lupanari cum aliena uxore adulter sit, quæritur. *Juvenal.* 6. 121. Intravit calidum veteri centone lupanar. — Adhibetur et in conviciis. *Catull.* 42. 13. o lutum, lupanar, Aut si perditius potest quid esse.

LŪPĀNĀRIS, e, adject. (lupanar) ad lupanar spectans, χαμαιτυπικός. *Apul.* 9. *Met.* Larem mariti lupanari maculare infamia.

LŪPĀNĀRĬUM, ii, n. 2. (lupa) idem ac lupanar, *bordello. Ulp. Dig.* 5. 3. 27. Pensiones a lupanario perceptæ. *Id. ibid.* 4. 8. 21. *ad fin.* Si in popinam, vel lupanarium adesse jusserit. Adde *ibid.* 23. 2. 43.

LUPANARIUS. *V.* voc. seq. et LUPINARIUS.

LŪPĀRĬLE, ārum, f. plur. 1., subaudi *ædes*, sunt ædes meretriciæ, seu lupanaria, in secunda Urbis regione, Subura appellata: *V.* SUBURANUS in ONOM. Harum meminere *Sex. Ruf. reg. II.* Macellum magnum, Luparias. *P. Victor.* Lupāriæ in Subura. *Notit. Imp.* Macellum magnum, Luparii. At in *Cod. Vatic. n.* 3227., teste *A. Nibbyo, Mura di Roma* p. 171., legitur *Lupanarii.*

LŪPĀRĬUS, ii, m. 2. (lupus) luporum venator. *Gloss. Philox.* Luparius, λυκοθήρας. Adde *Servium* ad *Virg.* 1. *G.* 139.

LŪPĀTA, ōrum, n. plur. *et*

LŪPĀTI, ōrum, m. plur. 2. *V.* LUPATUS in fin.

LŪPĀTRĬA, æ, f. 1. mulier quæ lupatur. Ita legitur in *Cod.* apud *Petron. fragm. Tragur.* 37. *Burmann.*; alii ex conjectura leg. *eupatria*, sed prior lectio præstat, vel legendum *luparia. V.* LUPARIÆ.

LŪPĀTUS, a, um, adject. vel particip. ab inusit. *lupare*, quod a *lupus*, lupinos habens dentes; et de frenis asperrimis dicitur: *V. Servii* locum infra cit. *Horat.* 1. *Od.* 8. 6. Gallica nec lupatis Temperat ora frenis. — Hinc

Lupata, ōrum, n. plur. 2. et

Lupati, ōrum, m. plur. 2. (subaudi *frena* vel *freni*) sunt genera freni asperioris, *freno, morso*, χαλινός. *Virg.* 3. *G.* 208. Verbera lenta pati, et duris parere lupatis. Ubi *Servius*: frenis asperrimis: dicta autem lupata a lupinis dentibus, qui inæquales sunt; unde etiam eorum morsus vehementer obest. *V.* LUPUS. II. 4. *Ovid.* 1. *Amor.* 2. 15. Asper equus duris contunditur ora lupatis. *Martial.* 1. 105. Mordent aurea quod lupata cervi. *Claudian. Cons. Prob.* 81. hic sub juga ferrea nectit Cornipedes rigidisque docet servire lupatis. *Solin.* 45. *a med.* Equus adeo sprevit lupatos, ut de industria cernuatus etc.

LŪPERCĀLĬA, ium, n. plur. 3. In Genitivo et *ium* et *iorum* habere potest, ut *Saturnalia*. — Lupercalia, λύκαια, erant solemnia quædam sacra, quæ Romæ a Lupercis fiebant in honorem Panis pastorum dei. Hæc sacra ab Euandro ex Arcadia in Latium advecta fuere: et celebrabantur XV. Cal. Martii. Fiebant lustrationis causa, in spelunca sub monte Palatino, quæ Lupercal dicta est. Ritus hic fuit. Capram Pastores, quorum Pan tunc præcipuum numen erat, immolabant, deinde variis lu-

dis, rejectis vestibus, sese exercebant. Romulus item instituisse creditur, ut canis immolaretur. Hac re lupæ nutrici suæ gratias referre videbatur. Nam canis natura adversatur lupis. Temporis denique progressu pro capra hircus immolari cœptus est. Regnante Romulo ei deinceps, sacerdotes, qui Luperci appellabantur, peracto sacrificio, faciem sibi larva tegebant, vel potius sanguine fœdabant, et nudi (verenda tamen tecti erant pellibus victimarum cæsarum, ideoque ab *Ovid.* 5. *Fast.* 101 *cinctuti* appellantur; earum vero pellium formam vide apud *Viscont. Mus. Pio-Clem. T.* 4. *tab.* 21. *p.* 159. *edit. Mediol.* Hinc etiam Salii Martis apud *Virg.* . *Æn.* 282. *pellibus in morem cincti* dicuntum discurrebant per urbem veterem, id est Palatium. Adolescentes accurrebant cum lana lacte madida, qui tabum abstergerent. Institutum etiam aliquando fuit, ut hirci pellem in lora secarent, et hæc in cursu illo manibus gestarent, et obvias quasque feminas iisdem cæderent (*Ovid.* 2. *Fast.* 445. narrat, mulieres terga dedisse Lupercis percutienda, *Juvenal.* vero 2. 142. et *Plutarch.* in *Cæs. c.* 61. manus seu palmas, ut in ludo litterario solebant pueri, præbuisse): crediti nimirum hac re illis fecunditatem afferre. V. *Ovid.* 2. *Fast.* 267. et *seqq.*, et *Servium* ad *Virg.* 8. *Æn.* 343. et 663., quibus locis et causam habes, cur nudi discurrerent. *Cic.* 2. *Phil.* 34. 87. Adscribi jussit in Fastis, ad Lupercalia. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 13. *in fin.* Hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. Adde *Liv.* 1. 5.; *Sueton. Cæs.* 79.; *Justin.* 43. 1. 13.; *Val. Max.* 2. 2. 9.; et *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 85.

LUPERCĀLIS, e, adject. ad Lupercalia pertinens, ut Lupercale sacrum, *Sueton Aug.* 31. Sic in *Inscript.* apud *Henzen.* 6009. L. LICINIO SECVNDINO L. FIL. QVIR. DECVRIONI CAESARIENSIVM EQVO PVBLICO EXORNATO SACRISQVE LVPERCALIBVS FVNCTO.

LŪPERCUS, i, m. 2. deus idem, qui Pan: ab arcendis lupis: *V.* LUPERCAL in ONOM. — Item sacerdos Panis, qui Lupercalibus sine veste discurrebat, ut in LUPERCALIA dictum est. *Virg.* 8. *Æn.* 603. exsultantes Salios nudosque Lupercos. *Juvenal.* 2. 142. agili palmas præbere Luperco. *Inscript.* apud *Henzen* 7418. D. M. — M. VLPIVS MAXIMVS EQVES ROMANVS QVI ET LVPERCVS CVCVRRIT. *h. e.* fuit; sed nota verbum currendi hujus sacerdotii proprium. — Duo fuerunt Lupercorum ordines, Fabianorum et Quintilianorum: *V.* FABIANUS in ONOM. Additus est tertius Julianorum, institutus in honorem C. Julii Cæsaris, ut est apud *Sueton. Cæs.* 76. — Hoc sacerdotium fuisse annuum colligitur ex *Inscript.* apud *Fabrett.* 7. 457. *n.* 78. (qui tamen titulus suspectus est *Orellio* ad *n.* 2256.), ubi *iterum*, et ex alia in *Opusc. letter. Bologn. T.* 2. *p.* 6., ubi *ter* legitur. — *Lupercorum collegium* memoratur in *Inscript.* apud *Henzen.* 6010., quæ ante a. 741. ab U. C. exarata fuit. A. CASTRICIVS MYRIO TALENTI F. TR. MIL. PRAEF. EQ. ET CLASSIS MAGister COLLEG. LVPERCOR. — Non modo Romæ, sed etiam alibi fuisse Lupercos, docent *Inscript.* apud *Murat.* 1. 3. quæ Veliterna, alia apud *Gruter.* 347. 6. quæ Prænestina, et alia apud *eumd.* 470. 6. quæ Nemausensis est. Videsis adnotata ab *Orellio* ad *Inscript.* 2543. — Pastores primum *Luperci* fuere: paullatim nobilissimi civitatis, adolescentes præsertim iis sacris initiari soliti sunt. Hinc M. Antonium, Lupercum fuisse scimus ex *Cic.* 2. *Phil.* 34. 85. Sed imberbes discurrere vetuit Augustus, ut narrat *Sueton. Aug.* 31. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LŪPILLUS, i, m. 2. *deminut. a* lupinus, parvus lupinus. *Plaut. Stich.* 5. 4. 9. Lupilli comminuto crustulo. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LŪPĪNĀCĔUS, a, um, adject. (lupinus) ad lupinum legumen pertinens, ut Lomentum lupinaceum, apud *Apul. Herb.* 21.

LŪPĪNĀRĬUS, a, um, adject. (lupinus) ad lupinum legumen pertinens, ut Lupinarium labrum, apud *Caton. R. R.* 10. et 11., h. e. lupinis lavandis, aut coquendis. — Hinc

Lupinarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est lupinorum, seu leguminum negotiator, apud *Lamprid. Alex. Sev.* 33., ubi *Casaubonus* mallet legi *popinarii*, alii *lupanarii*, h. e. lupanariorum exercitores.

LŪPĪNĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

LŪPĪNUM, i, n. 2. *V.* LUPINUS, i.

LŪPĪNUS, a, um, adject. (lupus) ad lupum pertinens, *lupino, di lupo*, λύκινος. *Ennius* apud *Donat.* ad *Ter. Phorm.* 2. 2. 25. Lupinus impetus. *Cic.* 3. *Cat.* 8. 19. Quem inauratum in Capitolio parvum atque lactentem uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. *Propert.* 4. 10. 20. Et galea hirsuta compta lupina juba. *h. e.* ex pelle lupi facta. (*Virg.* 1. *Æn.* 279. lupæ fulvo nutricis tegmine lætus Romulus.). *Plin.* 28. *Hist. nat.* 19. 78. (257). Lupina pellis. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LŪPĪNUS, i, m. *et* Lupinum, i, n. 2. leguminis genus est, omnium amarissimum, quod sui circumactu agricolis horas etiam nubilo die ostendit, teste *Plin.* 18. *Hist. nat.* 14. 36. (133)., *lupino*, θέρμος. Est a λύπη *dolor, ægritudo*, quia vultum gustantis amaritudine contristat.

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cato R. R.* 34. Ibi lupinum bonum fiet. *Virg.* 1. *G.* 75. tristisque lupini Sustuleris fragiles calamos. *Ovid. Medic. fac.* 69. pallentes torrere lupinos. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 1. Lupini prima ratio est, quod minimum operarum absumit. *Plin. loc. cit.* Lupino est usus proximus, quum sit et homini et quadrupedum generi communis. *Martial.* 5. 78. tepens lupinus. — Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 2. *p.* 131.) hanc exhibet sinonymiam: Θέρμος Theophr. 8. 7., Dioscor. 3. 132. et Athen. Deipnos. 2. 45.; Λυπεναίριον Suid.; Λύπουν Græcor. recentior.; et *Lupinus* Virg., Colum., Plin. locc. citt. sunt *Lupinus hirsutus et pilosus* L. Spec. plant. 1014. — *b*) Speciatim pro medicamentorum mensura, quemadmodum *faba, cicer* etc. *Scribon. Compos.* 144. Dantur (*hæc*) quantum lupinus ex mellis ligula et aquæ cyathis III. *et in fin.* Dantur quantum fabæ ægyptiæ etc. *Id. ibid.* 152. Fiunt (*ex his*) pastilli lupini magnitudinis. *et ibid.* 172. Adjuvat (*hoc medicamentum*) eos lupini magnitudine, sed cum aquæ cyathis tribus. — *c*) Item speciatim, lupinorum usus erat in comœdiis, in quibus si pecunia opus esset, lupinos pro nummis numerabant. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 20. Hinc *Horat.* 1. *Ep.* 7. 23. Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis. *h. e.* quid intersit inter veros nummos et ex lupinis factos. *V.* COMICUS.

II.) Translate *lupinum aureum* est loculus vel parva theca ex auro constans et lupini formam referens. *Marcell. Empir.* 3. 2. *a med.* Hirundini ventriculo scisso albi ac nigri lapisculi inveniuntur, qui si lupino aureo includantur et collo suspendantur, omnem dolorem oculorum perpetuo avertent. *et mox.* Lacertæ oculos - intra bullam vel lupinum aureum claudes colloque suspendes, quod remedium quamdiu tecum habueris, oculos non dolebis.

LŪPOR, āris, ari, dep. 1. (lupa II.) scortari, vel prostitui, ut *Non. p.* 133. 11. *Merc.* interpretatur. *Atta* (secundum *Forcellinum Turpilius*) apud *eumd. ibid.* Cum meretrice per vias lupantur. *Lucilius* apud *eumd. ibid.* ex lectione *Scalig.* et divos ture precemur, Consilium faxint placeat, tu impune luperis. *Mercerus* legendum putat: Consilium fassi, pacem, impune luperis. *Gloss. Philox.* Lupari, πορνεύειν.

LŪPŪLA, æ, f. 1. *deminut. a* lupa, parva lupa; sed occurrit translate tantum pro saga, *strega, incantatrice*, apud *Apul.* 5. *Met.* Perfidæ lupulæ magnis conatibus nefarias insidias tibi comparant. *Lupulæ* hoc loco de Psyches sororibus usurpatur, quæ et lamiæ subinde vocantur. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LŪPUS, i, m. 2. λύκος, animal rapax et velocissimum, ovibus maxime atque capellis infestum: a voce Græca allata (It. *lupo*; Fr. *loup*; Hisp. *lobo*; Germ. *d. Wolf*; Angl. *a wolf*).

I.) Proprie. *a*) Generatim. *Virg.* 3. *G.* 264. genus acre luporum. *Id.* 7. *Æn.* 18. et forma magnorum ululare luporum. *Id.* 2. *Ecl.* 63. Torva leæna lupum sequitur: lupus ipse capellam. *Id.* 3. *G.* 537. Non lupus insidias explorat ovilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat. (Luculentam lupi ovile populati descriptionem habes apud *Stat.* 4. *Theb.* 363.). *Plin.* 10. *Hist. nat.* 63. 83. (177). Cæcos catulos gignunt canes, lupi, pantheræ. *Id.* 8. *ibid.* 22. 34. (84). et 10. *ibid.* 73. 93. (199). Lupi in fame terra vescuntur. *Id.* 8. *ibid.* 58. 83. (227). In Olympo Macedoniæ monte non sunt lupi, nec in Creta insula. *Id.* 28. *ibid.* 10. 44. (157). Lupi vestigia calcata equis afferunt torporem. *Propert.* 4. 5. 13. Audax cantatæ leges imponere lunæ, Et sua nocturno fallere terga lupo. *h. e.* induere lupi formam. et *Virg.* 8. *Ecl.* 97. His ego sæpe lupum fieri et se condere silvis. Quibus verbis is morbus describitur a Græcis λυκανθρωπία appellatus, quo qui laborant, noctu luporum more egrediuntur, seque lupos factos esse putant. — *b*) Speciatim *Horat.* lupum *Martialem* cognominat, 1. *Od.* 17. 9., vel quia cruentus est, vel quia in tutela Martis. *Virg.* quoque *Martium* appellat 9. *Æn.* 566. Confer *Justin.* 38. 6. 8. *de Romanis.* Atque, ut ipsi ferunt, conditores suos lupæ uberibus altos: sic omnem illum populum luporum animos, inexplebiles sanguinis atque imperii, divitiarumque avidos ac jejunos habere. — Huc adde, lupum fuisse symbolum Romæ, ut docet *Cavedoni* in *Bullett. dell'Instit. archeol. a.* 1837. *p.* 282. — *c*) Ad designandum femininum genus, pro *lupa, lupum feminam* dixere veteres. *Ennius* apud *Servium* ad *Virg.* 2. *Æn.* 355. lupa femina feta repente. *Id.* apud *Non. p.* 378. 18. *Merc.* Endo tuetur, ubi lupa femina conspicit omnes. *Quintil.* 1. 6. 12. Varro in eo libro, quo initia urbis Romæ enarrat, lupum feminam dicit, Ennium Pictoremque Fabium secutus. *Festus p.* 150. 27. *Müll.* Hunc stirpem antiqui dixerunt, et rursus hanc lupum, hanc metum. Cf. *Paul. Diac. p.* 60. 8. Rursus *Festus p.* 286. 15. Quum ait Ennius a stirpe supremo, et Ilia dia nepos, et lupus feta. — *d*) In Italia creditur luporum visus esse noxius, vocemque homini, quem priores contemplentur, adimere ad præsens, ut *Plin.* tradit 8 *Hist. nat.* 22. 34. (80). Hinc illud *Virg.* 9. *Ecl.* 53. vox quoque Mœrin Jam fugit ipsa: lupi Mœrin videre priores. — *e*) Ex quo *Servius* ortum ait illud proverbium, *lupus in fabula*: quo utimur, quum supervenit subito is, de quo loquimur, et nobis sua præsentia facultatem loquendi amputat: *il lupo è nella favola. Cic.* 13. *Att.* 33. De Varrone loquebamur: lupus in fabula venit enim ad me. Adde *Ter. Adelph.* 4. 1. 21. Sic *Plaut. Stich.* 4. 1. 71. Atque eccum tibi lupum in sermone. — *f*) *Lupum auribus tenere*, aliud proverbium, *tenere il lupo per gli orecchi, o il lione pel ciuffetto*, in re ancipiti periculosaque dici solet: nam qui lupum auribus tenet, nec dimittere audet, nec retinere potest sine periculo. *Ter. Phorm.* 3. 2. 21. Immo, quod ajunt, auribus teneo lupum. Nam neque quo amittam a me, invenio, neque uti retineam, scio. Adde *Sueton. Tib.* 25. — *g*) *Hac urget lupus, hac canis*, aliud proverb. apud *Horat.* 2. *Sat.* 2. 64., ubi utrimque periculum est et discrimen anceps. *essere fra l'uscio e 'l muro.* — *h*) *Ovem lupo committere*, rem aliquam ei committere, qui ipse maxime custodis egeat, ne perdat, *dar la lattuga in guardia a' paperi. Ter. Eun.* 5. 1. 16. Scelesta, ovem lupo commisisti. Cf. *Cic.* 3. *Phil.* 11. 17. O præclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum! Adde *Ovid.* 2. *Art. am.* 363. — *i*) *Lupo agnum eripere*, de re difficili ac desperata. Stultum enim videtur sperare, futurum, ut lupus arreptum agnum salvum dimittat. Simile est apud nos, *andare alla gatta pel lardo. Plaut. Pœn.* 3. 5. 31. Lupo agnum eripere postulant: nugas agunt. — *l*) *Oves fugit lupus*, de re impossibili et contra naturam. *Virg.* 8. *Ecl.* 52. — *m*) *Lupus ovium non curat numerum*, h. e. quamvis numerati gregis oves mactat. Dicitur de iis, qui nihil curant. *Id.* 7. *Ecl.* 51. Hic tantum Boreæ curamus frigora; quantum Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas. — *m*) *Lupus est homo homini*, h. e. ne te vel tuas res homini credas, quem nondum novisti. *Plaut. Asin.* 2. 4. 87. Numquam hodie induces (*me*) ut tibi credam hoc argentum ignoto. Lupus est homo homini, non homo, quum qualis sit non novit. Simile est illud *Senec. Ep.* 103. Ab homine homini quotidianum periculum.

II.) Translate. ¶ 1. *Lupus* est piscis, ita dictus a voracitate, *spigola*. Laudatissimus, qui *lanatus* dicitur, a candore mollitiaque carnis, præcipue in fluviis captus, et Romæ in Tiberi inter duos pontes (fortasse sublicium, et Fabricium vel Cæstium), ut est apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 12., *Horat.* 2. *Sat.* 2. 32. et *Plin.* 9. *Hist. nat.* 54. 79. (169). Adde *eumd. ibid.* 17. 28. (61).; *Colum.* 8. *R. R.* 16. 4. et 9. *ibid.* 17. 8.; *Varron.* 3. *R. R.* 3. 9.; et *Martial.* 13. 89.; et *V.* PISCEUS. ¶ 2. Item genus aranei, quod Græcis phalangion est. Est autem duplex,

aliud majus, aliud minus: minus non texit. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 27. (85). et 11. *ibid.* 24. 28. (80). ¶ 3. Item instrumentum ferreum aduncum, quo aliquid extrahitur, vel attollitur, *rampicone, rampino. Liv.* 28. 3. Qui erexerant ad murum scalas, alii furcis detrudebantur, in alios lupi superne ferrei injecti, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. Adde *Isid.* 20. *Orig.* 15. ¶ 4. Item frenum asperius, quod et *lupatum* dicitur: ita dictum a luporum dentibus, quos forma imitatur. Sumitur autem et pro freno universim. *Ovid.* 4. *Trist.* 6. 3. Tempore paret equus lentis animosus habenis, Et placido duros accipit ore lupos. Adde *Stat.* 1. *Achill.* 281. ¶ 5. *Lupos* exponit *Paltud.* 1. *R. R.* 43. serrulas manubriatas majores minoresque ad mensuram cubiti, quibus facile est, quod per serram fieri non potest, resecando trunco vitis interseri. ¶ 6. *Lupus salictarius* herba est sponte nascens et cibis apta. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 15. 50. (86). — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LŪRA, æ, f. 1.

I.) Proprie est os cullei, vel utris. *Paul. Diac. p.* 120. 18. *Müll.* Lura os cullei, vel etiam utris; unde lurcones capacis gulæ homines et bonorum suorum consumptores. *V.* infra sub II. 2.

II.) Translate. ¶ 1. Est ipse uter, culleus. *Auson. perioch.* 10. *Odyss.* Opes aliquas in lura inesse existimantes. ¶ 2. Item intestinum, venter. *Lucilius* apud *Cic.* 4. *Tusc.* 21. 48. in os prius accipiam ipse, Quam gladium in stomacho, lura ac pulmonibu' sisto. Sunt qui ubique pro *lura* reponunt *lora* eodem sensu. Alii ubique aliter legunt, præterquam apud *Paul. Diac.*, ubi eodem fere sensu usurpatur, quo nunc nostrates vulgo *lora*, Itali vero *pévera* vocant vas illud ligneum, quo vinum ex lacu in dolium transfunditur.

LURCĀBUNDUS *vel* lurchabundus, *vel*

LURCHĪNĀBUNDUS *vel* lurcinabundus, a, um, adject. (lurco) valde lurcans vel lurcinans, beluo, lurco, *trangugiatore, goloso.* Vox est *Catonis*, quam, ut nimis antiquam, damnat *Quintil.* 1. 6. 42. *V.* COLLURCINATIO.

LURCO, as, are, a. *et* lurcor, āris, ari, dep. 1. Ducunt aliqui a λαῦρος *avidus, vorax: Paul. Diac.* a *lura.* Ceterum lurcare est cum aviditate cibum sumere, ut ait *Non. p.* 10. 31. *Merc., trangugiare,* λαφύσσω. *Pomponius* apud *eumd.* 11. 6. Lardum lurcabat lubens. *Lucilius* apud *eumd. ibid.* Ut lurcaretur lardum et carnaria furtim.

LURCO, ōnis, m. 3. (lurco, as). Olim *lurcho* scripserunt cum adspiratione. *Servius* ad *Virg.* 6. *Æn.* 4. et *Prob.* in *Cathol. p.* 1455. *Putsch.* — Lurco est capacis gulæ homo, gulosus, bonorum suorum consumptor, ut *Paul. Diac. p.* 120. 18. *Müll.* exponit, λίχνος, *goloso, trangugiatore.*

I.) Proprie. *Plaut. Pers.* 3. 3. 16. Lurco, edax, furax, fugax. *Lucilius* apud *Non. p.* 11. 9. *Merc.* Vivite lurcones, comedones vivite ventres. *Sueton. Gramm.* 15. Lenæus Sallustium historicum acerbissima satira laceravit, lastaurum et lurconem et nebulonem popinonemque appellans. Adde *Paul. Diac. loc. cit.* in LURA. — Hinc fuit cognomen M. Aufidii, qui primus pavonem saginare instituit, et ex eo magnum quæstum fecit. *Varro* 3. *R. R.* 6. 1. et *Plin.* 10. *Hist. nat.* 20. 23. (45).; quibuscum cf. *Cic.* 1. *Att.* 16. 13. Sic M. Perpenna Lurco apud *Gruter.* 2378.

II.) Translate est homo impudicus, cinædus, ὄμματα λίχνα habens. *Apul.* 8. *Met. de Isiaco.* Sic præco lurconem tractabat dicacule.

LURCOR, āris, *V.* LURCO, as.

LŪRĪDĀTUS, a, um, adject. idem ac luridus, a quo ductum est, vel luridus factus. Figurate *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 8. Luridati delinquentiæ maculis.

LŪRĪDUS, a, um, adject. (luror) est supra modum pallidus, ut ait *Paul. Diac. p.* 120. 20. *Müll.* (et *Gloss. Philox.* Luridus, ὠχρος, πέλιος, ἐκτερικός, ὑπώπιος.), lividus, ad nigrorem accedens, πελεδνός, ὠχρός (It. *lurido, nericcio, ruginoso, livido, pallido assai*; Fr. *pâle, blême, jaune, livide*; Hisp. *palido, descolorido, amarillo, cardeno*; Germ. *blassgelb, leichenblass, erdfahl*; Angl. *pale, ghastly, wan, grisly, dismal, black and blue, livid, lurid*).

I.) Proprie. *Plaut. Capt.* 3. 4. 63. Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Atra bilis agitat hominem. Cf. *Seneca Ep.* 95. Luridæ bilis suffusio. *itterizia. V.* LUROR. Ceterum *Varro* 1. *R. R.* 2. 26. Rana lurida. *h. e.* buto, vel calamites. *Horat.* 4. *Od.* 13. 10. refugit te, quia luridi Dentes, te quia rugæ Turpant et capitis nives. *Id. Epod.* 17. 21. verecundus color Reliquit ora pelle amicta lurida. *Id.* 3. *Od.* 4. 74. luridus Orcus. *Ovid.* 4. *Met.* 267. pallor. *Id.* 14. *ibid.* 747. lurida membra. *scil.* ejus, qui sibi laqueo fauces elisit. *Colum.* 10. *R. R.* 325. valido turgescit lurida caule Brassica. *Seneca Med.* 790. luna. *Plin.* 6. *Ep.* 20. *sub fin.* Sol etiam effulsit, luridus tamen, qualis esse, quum deficit, solet. Sic *Ovid.* 15. *Met.* 785. Phœbi quoque tristis imago Lurida solliciti præbebat lumina terris.

II.) Translate, seu active, est qui luridum facit. *Ovid.* 14. *Met.* 198. me luridus occupat horror. Sic *Id.* 1. *ibid.* 147. lurida aconita. *h. e.* quæ luridos faciunt (unde *nigros* dixit *Juvenal.* 1. 72. veneno sublatos). *et* 14. *ibid.* 791. sulphura. *scil.* quia usta luridum ignem reddunt. Sic *Calpurn.* 5. *Ecl.* 89. galbana. *Sil. It.* 13. 560. nigrum pandens mors lurida rictum. Cf. *Petron. Satyr.* 124. lurida mortis imago.

LŪROR, ōris, m. 3. Ratione habita etymi, volunt esse a *lura*, qua utrem significat: ut proprie corii colorem notet. Ceterum luror est pallor fuscus et ad nigrorem accedens, *pallidezza carica, lividezza, nerezza,* ὠχρότης. *Lucret.* 4. 332. Lurida præterea fiunt, quæcumque tuentur Arquati, quia luroris de corpore eorum Semina multa fluunt. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 238. luror permanat in herbas, Deficiunt rivi, squalent rubigine prata. *Apul.* 9. *Met.* Lurore buxeo macieque fædatus.

LŪRŪLENTUS, a, um, adject. (luror) valde luridus. *Apul.* 7. *Met.* Conceptaculum aquæ lurulentæ. *Al. rectius leg.* lutulentæ.

LUSCĪNIA, æ, f. 1. *et* luscinius, ii, m. 2. Etiam *luscĭnus* legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Luscinus, ἀηδών. — Luscinia *vel* luscinius est avis cantus suavitate præcellens, quæ et philomela, Græca appellatione, dicitur. Alii dictam volunt, quod quasi *lugens canat* (*V.* loc. *Varron.* 5. *L. L.* 76. ut in voc. seq.), respicientes ad fabulam, de qua *V.* in PHILOMELA: alii quod *sub lucem canat*, h. e. exortu diei, et recentiores hoc eodem sensu a *luscus* et *cano*: alii quod *in lucis canat.* Gr. ἀηδών (It. *usignuolo*; Fr. *rossignol*; Hisp. *ruiseñor*; Germ. *d. Nachtigall*; Angl. *a nightingale*). Insignis est *Plinii* locus 10. *Hist. nat.* 29. 43. (81). Tanta vox tam parvo in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in una perfecta musica scientia modulatus editur sonus: et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto: promittitur revocato, infuscatur ex inopinato: interdum et secum ipse murmurat: plenus, gravis, acutus, creber, extentus: ubi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breviterque omnia tam parvulis in faucibus, quæ exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitavit etc. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 245. Luscinias soliti impenso prandere coemptas. *Phædr.* 3. 18. Pavo ad Junonem venit, indigne ferens, Cantus luscinii quod sibi non tribuerit. *Seneca Ep.* 76. *ante med.* Habet vocem? sed quanto dulciorem mobilioremque luscinii! *Al. leg.* lusciniæ. *Plin. loc. cit.* Sestertiis sex candidam luscinam venisse, quæ Agrippinæ dono daretur. — *Luscinæ deest cantio*, proverb. de eo ironice dictum, qui re aliqua abundat, neque ea defici unquam potest, v. gr. mulieri verba. Legitur apud *Plaut Bacch.* 1. 1. 4 *V.* voc. seq.

LUSCĪNĬŌLA, æ, f. 1. *deminut. a* luscinia. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 3. PI. Pol agis metuo, mihi in monendo defuerit oratio. BA. Pol ego quoque metuo, lusciniolæ ne defuerit cantio. *V.* voc. præced. in fin. *Varro* 3. *R. R.* 5. 14. Intra retem aves sunt omne genus, maxime cantrices, ut lusciniolæ ac merulæ. *Id.* 5. *L. L.* 76. *Müll.* Lusciniola, quod luctuose canere existimatur atque esse ex Attica Progne in luctu facta avis. *Al. leg.* Lusciola.

LUSCĪNĬUS, a, um, adject. (luscus). *Luscinios* Commodus Aug. apud *Lamprid. Commod.* 10. appellabat eos, quibus alterum oculum eruisset. *V.* LUSCINUS.

LUSCĪNĬUS, ii, m. 2. *V.* LUSCINIA.

LUSCĪNUS, a, um, adject. (luscus) idem ac luscosus, vel luscitiosus. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 55. (150). Qui altero lumine orbi nascerentur, Coelites vocabantur: qui parvis utrisque, Ocellæ: Luscini, injuriæ cognomen habuere. Hinc apud *Liv.* 13. 14. C. Fabricius Luscinus cos. ann. U. C. DCLXXII. Cf. *Gell.* 17. 21.; *Val. Max.* 2. 9. 4.; et *Justin.* 18. 2. 6. — Ceterum *V.* ONOM.

LUSCĬŌLA, æ, f. 1. eadem quæ luscinia. Sunt qui hanc vocem legunt apud *Varron.* 5. *L. L.* 76. *Müll.*, ubi *Müllerus* leg. *luscĭniola. V.* hanc voc.

LUSCĬŌSUS. *V.* LUSCITIOSUS.

LUSCĪTĬO, ōnis, f. 3. (luscus) vitium oculorum, de quo *V.* in voc. seq.

LUSCĪTĬŌSUS *vel* lusciosus, a, um, adject. (luscus, luscitio). Quod ad quantitatem attinet, *Forcellinus* secundum corripuit: quæ tamen longa est apud *Plaut.* loco infra cit., ut recte animadvertit cl. *Quicherat.* — De forma *lusciosus V.* quæ dicta sunt in fine hujus vocis. — Ceterum luscitiosus, *di vista debole, losco*, est qui ad lucernam non videt, et μύωψ vocatur a Græcis. Ita *Non.* afferens illud *Varron. p.* 135. 13. *Merc.* Vesperi non videre, quos appellant luscitiosos. Confirmat *Ulp.*, qui *Dig.* 21. 1. 10. *ad fin.* ex edit. *Torrentini*, luscitionem, inquit, eam esse quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil videt. Sic item *Plin.* 28. *Hist. nat.* 11. 47. (170). Quoniam, inquit, dorcades noctu æque quoque cernunt, sanguine hircino sanari luscitiosos putant, nyctalopas a Græcis dictos. Hactenus *Plin.* Si enim dorcades etiam noctu vident, earum sanguis aptus erit sanandis iis, qui ad lucernam et noctu non vident. Nihilominus *Paul. Diac. p.* 126. 17. *Müll.* luscitionem esse ait vitium, quod clarius vesperi, quam meridie cernit. Confirmat *Seneca*, cujus verba sunt 3. *Benef.* 1. *ad fin.* Luscitiosi oculi sunt, qui lucem reformidant: cæci, qui non vident. *Al. tamen leg.* vitiosi. Sic *Fulgent. de priscâ serm. p.* 561. 19. *Merc.* Luscitiosos dici voluerunt interdiu parum videntes, quos Græci μύωπας vocant. Quare, quid revera his vocibus veteres intellexerint, plane non constat. Magis ex sententia *Pauli Diac.*, quam *Varronis* et *Nonii* locutus videtur *Plaut. Mil. glor.* 2. 3. 50. SCE. Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico. PA. Quid jam? SCE. Quia luscitiosus. PA. Væ verbero! edepol tu quidem cæcus, non luscitiosus. Agitur enim his *Plauti* verbis de eo, qui diu et in media luce non videat. *V.* NUSCITIOSUS. — Cl. *Quicherat.* nihili esse ducit vocem *lusciosus*, quæ sæpe reperitur, ut apud *Plin.* 23. *Hist. nat.* 7. 63. (124); 29. *ibid.* 6. 38. (123). et *loc.* supra *cit.* et apud *Non. loc. cit.*: sed quum nec diligentissimus *Sillig.* ad *Plin.*, nec *Mercerus* ad *Non.* ullam afferant variantem lectionem, non video, cur hæc vox a Lexico sit amandanda.

LUSCUS, a, um, adject. Non dicitur *luscior, luscissimus*, quia natura nemo lusco magis est luscus. *Varro* 9. *L. L.* 72. *Müll.* — Luscus est altero oculo captus, *cieco da un occhio, losco*, ἑτερόφθαλμος.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Orat.* 60. 246. Appius, *Cænabo*, inquit, *apud te*, huic lusco familiari meo C. Sertio: *uni enim locum esse video.* Est hoc scurrile, et quod sine causa lacessivit: et tamen id dixit, quod in omnes luscos conveniret. *Martial.* 4. 65. Oculo Phitænis semper altero plorat. Quo fiat istud quæritis modo? lusca est. *Juvenal.* 10. 228. ambos Perdidit ille oculos, et luscis invidet. *Id. de Hannibale*, qui in Apennino alterum frigore amiserat, *ibid.* 157. O qualis facies, et quali digna tabella, Quum Gætula ducem portaret bellua luscum! Quæ *Petrarca* vertit: *Si ch'egli era, a vederlo, strano arnese, Sopra un grande elefante un duce losco. Varro* 2. *R. R.* 2. 6. Lusca ovis.

II.) Figurate. *Juvenal.* 7. 128. Statua lusca. *che ha solamente le cavità degli occhi, che è cieca.* Cf. *Martial.* 9. 38 mentula surda est, Et sit lusca licet, te tamen illa videt. Ceterum *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal. loc. cit.*: Solet vetustas aliquid detrahere corporibus, ideoque dicit *lusca* statua, id est quibusdam membris fracta. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LŪSIO, ōnis, f. 3. (ludo) actus ludendi, ludus, lusus, *il giuocare, giuoco*, παιγνία. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 4. *sub fin.* Ducens mecum Ciceronem meum in ludum discendi, non lusionis. *Id.* 5. *Fin.* 20. 55. Pueri lusionibus vel laboriosis delectantur, ut ne verberibus quidem deterreri possint. *Id. Senect.*

16. 58. Sibi habeant arma, equos, hastas, pilam etc.; nobis scribus ex lusionibus multis talos relinquant et tesseras. *Id.* 1. *Orat.* 16. 73. Pilæ lusio. *Stat. præfat.* ad 4. *Silv.* Pilaris lusio. — Est etiam titulus poematis Neroniani apud *Sueton. Domit.* 1. In Clodium Pollionem prætorium virum est poema Neronis, quod inscribitur Lusio. *Alii leo.* Luscio, *alii* Lusco.

LŪSĬTĀTĬO, ōnis, f. 3. (lusito) actus lusitandi, lusio. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 1. 42. Pila vero admonet, quod ejus congruat cum tua ætatula lusitatio.

LŪSĬTO, as, are, n. 1. *frequentat. a* ludo, *giuocare*, *ἀρυδῶ*. *Plaut. Capt.* 5. 4. 6. Aut coturnices dantur, quibuscum lusitent. *Gell.* 18. 13. Alea festiva et honesta lusitabamus.

LŪSOR, ōris, m. 3. (ludo) qui ludit, *giuocatore*, *παίκτης*.

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Ovid.* 1. *Art. am.* 451. Sic, ne perdiderit, non cessat perdere lusor: Et revocat cupidas alea blanda manus. *Seneca* 2. *Benef.* 17. Necesse est, lusor bonus aliter pilam collusori longo, aliter brevi mittat. *Juvenal.* 9. 61. cum lusore catello. Alii rectius leg. *conlusore catello*, nam etiam *Plin.* 9. *Ep.* 33. delphinum *collusorem puerorum* vocat. *Inscript.* Patavina apud *Maff. Mus. Ver.* 127. 4., quæ est apud *Orell.* 2620. Q. MAGVRIVS Q. F. FAB. FEROX LVSOR EPIDIXIBVS. *V.* EPIDIXIS. — *b*) Speciatim est etiam gladiator. *V.* LUDOR.

II.) Translate. ¶ 1. Lusor dicitur scriptor ludicrus. *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 1. Ille ego, qui fuerim, tenerorum lusor amorum, Quem legit, ut noris, accipe, Posteritas. ¶ 2. Item qui illudit ac deridet, *schernitore. Plaut. Amph.* 2. 2. 62. Te ut deludam contra lusorem meum.

LŪSŌRĬÆ, ārum, f. plur. 1. *V.* LUSORIUS II. 1.

LŪSŌRĬĒ, adverb. (lusorius) per ludum, *per giuoco. Ulp. Dig.* 30. 50. Si judex contra heredem pronunciaverit, non agentem causam, sed lusorie agentem. *h. e.* colludentem cum adversario.

LŪSŌRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. I.

LŪSŌRĬUS, a, um, adject. (lusor) ad lusum pertinens, *da giuoco*, *παικτικός*.

I.) Proprie. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (205). Lusoria pila. *Id.* 37. *ibid.* 2. 6. (13). Lusorius alveus cum tesseris. *Inscript.* apud *Murat.* 958. 4. HIC ARTIFEX ARTIS TESSELARIAE LVSORIAE. — Hinc *Lusorium*, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est locus, ubi ludus gladiatorius, aut venatorius exhibetur. *Lamprid. Elagab.* 25. Stravit sibi triclinium in summo lusorio, et dum pranderet, noxios et venationes sibi exhibuit. *h. e.* in amphitheatro, ubi ludicra eduntur. Sic *Lactant. Mort. persecut.* 21. de *Galerio Maximiano*. Quid lusorium, vel deliciam ejus referam? Habebat ursos ferociæ seu magnitudinis suæ similllimos; his homines non plane comedendi, sed obsorbendi objectabantur. Ex his itaque patet, tam apud *Lamprid.*, quam apud *Lactant.* sermonem esse de privato amphitheatro, ubi gladiatores et venatores exhibebantur; etenim de Albano Domitiani amphitheatro mentio est apud *Juvenal* 4. 99. et *Sueton. Domit.* 4. et 19. *V.* etiam *Salviani* locum in PETAMINARIUS.

II.) Translate. ¶ 1. Speciatim *Lusoriæ naves* sunt, quas ad coercendas Barbarorum incursiones in fluviis limitaneis armatas habebant Romani: ita dictæ, quod ultro citroque luderent, seu discurrerent, speculandi causa. *Ammian.* 17. 23. Lusoriis navibus discurrere flumen ultro citroque milites ordinavit. *Veget.* 2. *Milit.* 1. Classium duo sunt genera: unum liburnarum, aliud lusoriarum. — Hinc *Lusoriæ, ārum, f.* plur. 1. absolute, substantivorum more (subaudi *naves*), eodem sensu. *Vopisc. Bonos.* 15. Quum in Rheno Romanas lusorias Germani incendissent. Adde *Cod. Theod.* 7. *tit.* 17. qui *de lusoriis Danubii* inscribitur. ¶ 2. Generatim est ludicer, jocularis. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (180). Lusoria quæstio. *Seneca Ep.* 117. *a med.* Remove ista lusoria arma: decretoriis opus est. *Id. Ep.* 80. Lusorium spectaculum. *Id.* 7. *Benef.* 20. Lusoriæ triremes. *navi da diporto.* ¶ 3. Metaphorice est inanis, irritus, sine effectu. *Paul. Dig.* 35. 3. 4. Lusorias minas alicui facere. *Id. ibid.* 43. 8. 1. *in fin.* Alioquin inane et lusorium prætoris imperium fuerit. — Sic *lusorium nomen* est fictum et inane apud *Senec.* 5. *Benef.* 8. Domi versura fit, et velut lusorium nomen, statim transit. — Hinc

Lusorium, ii, n. 2. *V.* sub I. in fin.

Lusoriæ, ārum, f. plur. 1 *V.* sub. II. 1.

LUSTRĀBĬLIS, e, adject. (lustro) qui perlustrari dignus est, spectabilis. *Gloss. Philox.* Lustrabilis, *περίβλεπτος*.

LUSTRĀGO, inis, f. 3. herba eadem atque hiera botane, verbenaca, columbina. *Apul. Herb.* 3.

LUSTRĀLIS, e, adject. (lustro) ad lustrationem et expiationem pertinens.

I.) Proprie. *Liv.* 1. 28. Lustrale sacrificium. *Ovid.* 3. *Pont.* 2. 73. Spargit aqua captos lustrali Graja sacerdos. *Pers.* 2. 33. salivis lustralibus expiare. *Apul. de Mag.* Lustrales hostiæ. *Val. Flacc.* 3. 414. Lustralia vota. *Seneca Agam.* 163. Lustrale classi Doricæ peperit caput. *h. e.* quod expiaret classem Doricam. Adde *Virg. loc. cit.* infra.

II.) Translate est ad lustrum, seu quinquennale spatium pertinens. *Ulp. Regular. tit.* 2. *de libertis.* Censu manumittebantur olim, qui lustrali censu, Romæ, jussu dominorum, inter cives Romanos censum profitebantur. *Tac.* 6. *Ann.* 4. Propinquo jam lustrali certamine. *Virg.* 8. *Æn.* 182. Vescitur Æneas, simul et Trojana juventus Perpetui tergo bovis et lustralibus extis. Ubi *Servius*: aut pinguibus; moris enim fuerat, completo lustro, pingues victimas offerre censores: aut certe de quinquennali bove, id est perfectæ ætatis: aut quia per quinquennium ipsis victimis Urbs lustrari solebat. Alii proprie *lustralia* dicunt, quæ duabus manibus accepta in aram pontifex, vel censor imponit, quæ non prosecantur. Hæc *Servius*. Ceterum simplicius et verius *lustralia exta* intelliges, quæ sunt e victima lustrationis gratia mactata. — *Lustrale incrementum*, *V.* in DECURIATUS, a, um. — *Lustrale aurum* est pecunia, quæ quinto quoque anno incipiente pendebatur a mercatoribus rerum minutarum, lenonibus, meretricibus, feneratoribus, et hujusmodi. *Inscript.* apud *Gruter.* 347. 4. P. AELIO T. F. AVRI LVSTRALIS COACTORI. Huc pertinet *lustralis collatio*, quæ est inscriptio *tituli primi l.* 13. *Cod Theod.* — Hinc

Lustralis, is, m. 3. absolute, substantivorum more, is dicitur, qui hujusmodi collationis curam gerebat. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 326. *n.* 458. PRIMIGENIO LVSTRALI AVGG. NN. ALFIA VERECVNDINA PATRI PIENTISSIMO.

LUSTRĀLIS, is, m. 3. *V.* voc. præced. in fin.

LUSTRĀMEN, inis, n. 3. (lustro) quidquid purgando, vel expiando inservit, *mezzo di purificazione od espiazione. Val. Flacc.* 3. 442. Arma simul vestesque virum, lustramina ponto Pone jacit. Adde *eumd.* 3. 409.

LUSTRĀMENTUM, i, n. 2. ¶ 1. Significat purgamenta, sordes. *Ambros.* in *Psalm.* 118. *serm.* 8. Tamquam lustramenta hujus mundi facti sumus. Sic *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Lustramentum, fœtor, putor, oletum, fœtulentia. ¶ 2. Est etiam purgatio, præsertim facta per sacrificium, aut veneficium, seu incantationem. *Martian. Dig.* 48. 8. 3. Si quis lustramenti causa dederit cantharides. Sed alii melius interpretantur *ἀσέλγειαν*, *ἀφροδισιασμόν*, id est lasciviam, libidinem, incitamentum ad Venerem, a *lustrum*, qua metaphorice dicitur de popinis et lupanaribus, vel a *lustror.*

LUSTRĀTĬO, ōnis, f. 3. (lustro) expiatio, purgatio per sacrificium, *espiazione*, *κάθαρσις*.

I.) Proprie. *Liv.* 40. 6. Lustrationis sacro peracto. *Colum.* 2. *R. R.* 21. 5. Quosdam desideraturos lustrationum ceterorumque sacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem prisciis usurpatum etc. Cf. *Inscript.* apud *Henzen.* 6112. KAL. MAIS. LVSTRATIO. AD. FLVMEN. *scil.* ad Volturnum segetes lustrantur, ut ait *Orell. vol.* 2. *p.* 380. *Justin.* 13. 4. 8. Lustrationem castrorum propter mortem regis in posterum edicit. *Inscript.* apud *Murat.* 33. 2. STATAE MATRI AVG. SACRVM..... DEDICATA EST XVII. K. SEPT. LVSTRATIONE. *h. e.* ipso lustrationis die.

II.) Translate, h. e. metaleptice sumitur pro circuitione, seu peragratione, *περιπολήσεις*. *Cic.* 2. *Phil.* 23. 57. Quæ fuit ejus peragratio itinerum? lustratio municipiorum? *giro per le città. Id.* 5. *Tusc.* 27. 79. Montivagi atque silvestres cursus lustrationesque ferarum. *Id.* 1. *Nat. D.* 31. 87. Sol duabus unius orbis ultimis partibus definiens motum cursus annuos conficit. Hujus hanc lustrationem, ejusdem incensa radiis, menstruo spatio luna complet. *Al. leg.* illustrationem.

LUSTRĀTOR, ōris, m. 3. (lustro) qui lustrat, h. e. expiat.

I.) Proprie. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 6. 540. Quum Gallus sacerdos ac lustrator accesserit.

II.) Translate est qui obambulat, qui circuit, *περιοδευτής*. *Apul. de Mag.* Hercules lustrator orbis, purgator ferarum.

LUSTRĀTUS, a, um. *V.* LUSTRO.

LUSTRĬCUS, a, um, adject. (lustrum) idem fere est, quod lustralis, *καθαρτήριος*. Unde diem illum, quo infanti nomen imponebatur (*Nominalia* appellat *Tertull.*), lustricum diem vocarunt, quia eo infans lustraretur, hoc est religione purificaretur. Erat is dies octavus puellarum, nonus puerorum, ut *Paul. Diac. p.* 120. 19. *Müll.*, *Arnob.* 3. 4. et *Macrob.* 1. *Saturn.* 16. *a med.* scribunt. *Sueton. Ner.* 6. Ejusdem futuræ infelicitatis signum evidens die lustrico exstitit. *V.* NOMINALIS. Ceterum, addit hoc loco cl. *Furlanetto* in suis MSS., quum antiquitus Romæ filius tantum primogenitus idem prænomen, nomen et cognomen patris sui haberet (*V.* PRÆNOMEN), quumque alii filii inter se solo prænomine distinguerentur, patet, his locis, in quibus dicitur, die lustrico pueris nomen fuisse impositum, per nomen intelligendum esse prænomen.

LUSTRĬFĬCŬS, a, um, adject. (lustrum. *et* facio) idem quod lustralis. *Val. Flacc.* 3. 448. Cantus lustrificus.

LUSTRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (lustrum). Part. *Lustrans* II. 2. *a.*; *Lustratus* I. et II. 3.; *Lustrandus* I. et II. 3. — Lustrare est a scelere, cæde, funere, aliove quo piaculo, sacris faciendis, precibus aliisque religiosis ritibus purgare, expiare, *καθαίρω*, *ἁγνίζω* (It. *espiare*, *purgare*; Fr. *rendre net*, *purifier par un sacrifice expiatoire*; Hisp. *purificar con un sacrificio de expiacion*; Germ. *durch e. Sühnopfer reinigen*; Angl. *to purify by offering an expiatory sacrifice*).

I.) Proprie. Ritum lustrandi agros habes apud *Caton. R. R.* 141., *Virg.* 1. *G.* 338. et *seqq.* et *Tibull.* 2. 1., quo pertinent quæ in AMBARVALIS dicta sunt. — Quo pacto lustrarentur oves Palilibus, docet *Ovid.* 4. *Fast.* 735. et *seqq.* — Quo more Macedones exercitum lustrarent, *Liv.* 40. 6. et *Curt.* 10. 9. narrant. — Ceterum *Cato R. R.* 141. Agrum lustrare sic oportet. Impera suovetaurilia circumagi etc. *Cic.* 1. *Divinat.* 45. 102. Ip lustranda colonia ab eo, qui eam deduceret; et quum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias duceret, eligebantur. *Id. ibid.* 35. 77. Exercitus lustratus. *Liv.* 1. 44. Ibi instructum exercitum omnem suovetaurilibus lustravit. *Id.* 3. 18. *in fin.* Capitolium purgatum atque lustratum. *Virg.* 6. *Æn.* 229. ter socios pura circumtulit unda, Spargens rore levi et ramo felicis olivæ, Lustravitque viros. *Tibull.* 1. 1. 25. Tunc vitula innumeros lustrabat cæsa juvencos. *et ibid.* 2. 61. lustrare aliquem tædis. *et ibid.* 5. 11. sulphure puro. *Ovid.* 7. *Met.* 261. Terque [senem flamma, ter aqua], ter sulphure lustrat. *Id.* 14. *Met.* 605. Lustratum corpus ungere. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 137. VT NON. IVN. PAGVM LVSTRENT ET SEQVENTIBVS DIEBVS EX CONSVETVDINE SVA CENENT ITEM VI. ID. IVN. EPVLENTVR. *Flor.* 1. 13. *a med.* Civitas incendio expiata et lustrata. *Petron. Satyr.* 137. Quum digitos pariter extensos porris apioque lustrasset. *Virg.* 3. *Æn.* 279. Lustramurque Jovi; votisque incendimus aras. *Ovid.* 10. *Met.* 398. Sive aliquis nocuit, magico lustrabere ritu.

II.) Translate. ¶ 1. *Lustrare exercitum* (quod fere fiebat initio expeditionis, antequam iretur in hostes) interdum exponitur recensere, recognoscere, *fare la revista*, *dar la mostra*: quia ante lustrationem inibat imperator numerum militum, ut sciret, quantis viribus rem esset gesturus. *Cic.* 5. *Att.* 20. In castra veni a. d. VII. cal. Septemb., a. d. III. exercitum lustravi apud Iconium. Adde *Auct. B. G.* 8. 52.; *Liv.* 38. 12.; *Tac.* 15. *Ann.* 26.; et *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 2. 13. Hoc sensu *Virg.* 6. *Æn.* 679. Anchises convalle virenti Inclusas animas su-

perumque ad lumen ituras Lustrabat, studio recolens. ¶ 2. Hinc translate ponitur pro observare, circumquaque aspicere, *mirare attorno o da per tutto, squadrare*: et occurrit — *a*) Physica ratione de oculis. — Cum addito *lumine, oculis* et similibus. *Virg.* 8. *Æn.* 152. ille os oculosque loquentis Jamdudum et totum lustrabat lumine corpus. *Petron. Satyr.* 11. Postquam lustravi oculis totam urbem. (Cf. *Liv.* 23. 46. Hunc Taurea quum diu perlustrans oculis obequitasset hostium turmis etc.). *Sil. It.* 5. 306. Jamque aderat, clipeumque viri atque immania membra Lustrabat visu. Huc illa pertinent *Virg.* 4. *Æn.* 6. et 7. *ibid.* 148. Postera Phœbæa lustrabat lampade terras Aurora. *et* 1. *ibid.* 607. Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras. *vedi e scopri.* — Absolute. *Virg.* 11. *Æn.* 763. Lustrare alicujus vestigia. *h. e.* observare et sequi. *Id.* 2. *ibid.* 564. Respicio, et, quæ sit me circum copia, lustro. *Sil. It.* 17. 517. Illum igitur lustrans circumfert lumina campo Rimaturque ducem. *Id.* 15. 787. rabidi ceu bellua ponti — Æstuat et lustrans nantem sub gurgite prædam etc. — *b*) Hinc metaphorice de animo. *Cic.* 2. *Fin.* 34. 115. Sed lustremus animo non has maximas artes etc. *et* 1. *Off.* 17. 57. Quum omnia ratione animoque lustraris. *h. e.* consideraveris, perpenderis. ¶ 3. Significat etiam obire, circuire, peragrare, pererrare videndi causa, *girare, circondare, scorrere,* quia in lustrandis hominibus et locis, circuire mos erat et hostias circumferre. — *a*) De hominibus et brutis. *Cic.* 5. *Fin.* 29. 87. Si Pythagoras et Ægyptum lustravit, et Persarum magos adiit. *et* 4. *Tusc.* 19. 44. Ultimas terras lustrasse Pythagoram, Democritum, Platonem accepimus. *Propert.* 2. 18. 3. Nulla meis frustra lustrantur compita plantis. *Virg.* 3. *Æn.* 385. Et salis Ausonii lustrandum navibus æquor. *Id.* 9. *ibid.* 57. huc turbidus atque huc Lustrat equo muros aditumque per avia quærit. *Horat.* 3. *Od.* 25. 11. Pede barbaro lustrata Rhodope. *Sil. It.* 13. 880. linquet Carthaginis arces, Atque una profugus lustrabit cærula puppe. *et* 15. 310. Tum lustrata Ephyre Patræque et regia Pleuron. *Virg.* 10. *Æn.* 224. Agnoscunt (*Nymphæ*) longe regem, lustrantque choreis. *gli vanno attorno danzando.* Confer *Sueton. Vitell.* 9. Aquila advolavit, lustratisque (*agminis*) signis etc. *h. e.* volatu circuitis. — Rursus *Virg.* 9. *Æn.* 96. lustrare pericula. *scorrere, passare.* — *b*) De inanimis. Sic de sideribus orbem suum conficientibus *Cic.* 2. *Nat. D.* 20. 53. Mercurii stella anno fere vertente signiferum lustrat orbem. Adde *eund. Tim.* 9. et *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (129). Tigris, lustratis montibus Gordyæorum, divisus in alveos duos, altero meridiem petit, altero etc. *oltrepassati.*

LUSTRO, ōnis, m. 3. (*lustrum*) qui in lustris bona absumit. *Catull.* 105. 7. tamen ipse est maximu' lustro. *Alii rectius leg.* maximus ultor. *Nævius* apud *Paul. Diac. p.* 29. 5. *Müll.* Pessimorum pessime audax, ganeo, lustro, aleo. *Alii leg.* lurco; Müllerus *auctore* Scalig. *retinuit* lustro.

LUSTROR, āris, ātus sum, āri, dep. 1. (*lustrum*). Part. *Lustrans* et *Lustratus.* — Lustrari est in lustris versari, scortari, *puttaneggiare,* πορνεύω. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 6. Luxuriantur, lustrantur, comedunt quod habent. *Id. Cas.* 2. 3. 29. Ubi fuisti? ubi lustratus? ubi bibisti? *Lucilius* apud *Non. p.* 335. 31. *Merc.* Quem sumptum facis in lustris circum oppida lustrans.

LUSTRUM, i, n. 2. duo diversa significat: scilicet *A*) Lustrum a *luo, lavo,* λούω, est locus lutosus, lacuna lutosa.

I.) Proprie. *Varro* 2. *R. R.* 4. 8. *de suibus.* Admissuras quum faciunt, prodigunt in lutosos limites ac lustra, ut volutentur in luto, quæ est illorum requies, ut lavatio hominis. *Paul. Diac. p.* 120. 8. *Müll.* Lustra significant lacunas lutosas, quæ sunt in silvis aprorum cubilia. *et p.* 117. 8. Lacuna, id est aquæ collectio, a lacu derivatur, quam alii lamam, alii lustrum dicunt.

II.) Translate. ¶ 1. Est cubile ferarum in silvis, et præsertim aprorum, qui in lutosis locis degere solent, ut *Paul. Diac.* primo loco supra citato docet, *covile, tana, covacciolo,* σπήλαιον. (*Forcellinus* hanc esse primam hujusce vocis significationem ait; quæ ipsi videbatur esse a λύω *solvo,* h. e. locus in quo quis relaxandi corporis, vel animi causa versatur). *Virg.* 2. *G.* 471. saltus ac lustra ferarum. *et* 3. *Æn.* 646. vitam in silvis, inter deserta ferarum Lustra domosque traho. *Val. Flacc.* 4. 370. lustra horrida monstris. *et* 1. 105. per lustra viasque Visi Fauni. ¶ 2. Hinc *luctra* sunt nemora, saltus aliave loca sola. *Virg.* 4. *Æn.* 151. Postquam altos ventum in montes atque invia lustra. *et* 11. *ibid.* 570. inter horrentia lustra. *Ovid.* 3. *Met.* 370. Ergo ubi Narcissum per devia lustra vagantem Vidit etc. Adde *eumd. ibid.* 146. Utrobique autem est qui legit *rura. Stat.* 9. *Theb.* 615. in tetricis et post connubia lustris Sic quoque venatrix animumque innupta remansi. ¶ 3. Dicitur de sordidis locis, in quibus libidini, aut ventri datur opera, *bordello, taverna, bettola.* Ab horum similitudine, inquit *Paul. Diac. p.* 120. 8. *Müll.,* ii qui in locis abditis et sordidis, ventri et desidiæ operam dant, dicuntur in lustris vitam agere. *Plaut. Cas.* 2. 3. 26. Jacere in lustra. (*pro* in lustris). *Id. Curc.* 4. 2. 22. Lenones male suadendo et lustris lacerant homines. *Cic.* 13. *Phil.* 11. 24. In lustris, popinis, alea, vino tempus ætatis omne consumere. *Id post redit. in senat.* 6. 13. In lustris et beluationibus. *Id. Sext.* 9. 20. Homo emersus subito ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum: vino, ganeis, lenociniis adulteriisque confectus. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 68. Avaritiam et sordes, aut mala lustra alicui objicere. ¶ 4. Pro ipsis turpibus exercitationibus, quæ in lustris habentur. *Plaut. Asin.* 5. 2. 17. Studere lustris. Cf. *eumd. Bacch.* 4. 4. 91. *Lucret.* 4. 1129. Desidiose ætatem agere lustrisque perire. *Cic.* 2. *Phil.* 3. 6. Vino lustrisque confectus. *Id. Cœl.* 23. 57. Domus, in qua lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia atque flagitia versantur.

B) *Lustrum* est expiatio et lustratio publica populi, quæ, censu peracto, suovetaurilibus fiebat ab altero censorum, ipso victimas feriente, pretexta indute et coronato, καθαρμός. Hoc sensu primam hujus vocabuli produci, ait *Paul. Diac. p.* 120. 9. *Müll.,* h. e. quasi per *ou, loustrum* scribatur, proferri: oritur autem secundum *Forcellinum* a λούω *lavo, eluo,* Græce λουτρὸν *expiatio*; secundum recentiores vero est a *luceo.* Certe nihili habenda notatio nominis, quam *Varronis* locus habet infra sub II. 2. afferendus. Minime enim verum est, lustri tempore vectigalia et ultro tributa solvi solere, sed potius a censoribus eadem tunc locabantur publicanis et operum redemptoribus.

I.) Proprie. — *a*) *Lustrum condere* erat fine census sacrificium lustrationis peragere populumque lustratum dimittere. *Liv.* 1. 44. Censu perfecto, edixit, ut omnes cives Romani in campo Martio prima luce adessent. Ibi exercitum omnem suovetaurilibus lustravit: idque conditum lustrum appellatum, quia is censendo finis factus est. Millia LXXX. eo lustro civium censa dicuntur. *Id.* 3. 24. *sub fin.* Census, res priore anno inchoata, perficitur: idque lustrum ab origine Urbis decimum conditum. *Cic.* 2. *Orat.* 66. 268. Qui te ex ærariis eximit, lustrum condidit et taurum immolavit. *Liv.* 35. 9. Censores erant priore anno creati Sex. Ælius Pœtus et C. Cornelius Cethegus. Cornelius lustrum condidit. Censa sunt civium capita CXLIII. millia DCCIV. *Id.* 38. 36. *in fin.* M. Claudius Marcellus, forte superato T. Quintio, lustrum condidit. *Id.* 42. 10. Eo anno lustrum conditum est. Censores erant Q. Fulvius Flaccus, L. Postumius Albinus. Postumius condidit. Adde *Sueton. Aug.* 97. et *Tib.* 21. Huc pertinet et illud *Lucan.* 1. 592. festo purgantes mœnia lustro. — *b*) Aliud est *censum agere,* aliud *lustrum condere*: illud enim censuram populi facere significat; hoc, ea perfecta, populum lustrare. Itaque aliquando factum est, ut census quidem fieret, lustrum vero, religione aliqua objecta, omitteretur, qua de re *V.* CENSUS. *Liv.* 3. 22. Census actus eo anno: lustrum propter Capitolium captum, consulem occisum, condi, religiosum erat. *Id.* 24. 43. Ne censores lustrum perficerent, mors prohibuit P. Furii. *V. Borghesi Dec.* 8. *oss.* 10. *p.* 36., et *Cardinali Mem. Rom. T.* 3. *p.* 46. — *c*) *Sub lustrum censeri* est in fine censuræ, quando prope adest, ut lustrum fiat. *Cic.* 1. *Att.* 18. *in fin.* Ne absens censeare, curabo edicendum. Sub lustrum autem censeri, germani negotiatoris est. Quare cura, ut te quamprimum videamus. Hoc dicit *Cicero,* quia negotiatores, quum plerumque Roma abessent, tardissimi omnium ad censendum adesse solebant.

II.) Translate. ¶ 1. *Lustrum* aliquando est sacrificium, quod expiandi causa fit, etiam extra censuram. *Liv.* 45. 41. Quinto die Delphis Apollini pro me exercitibusque et classibus lustra sacrificavi. *Ita etiam* Drakenborch: *al. legunt* vestris sacrificavi. — De agrorum lustratione occurrit in veteri precandi formula apud *Caton. R. R.* 141. Harumce rerum ergo fundi, terræ agrique mei lustrandi lustrique faciendi ergo, sicuti dixi, macte hisce suovetaurilibus lactentibus immolandis esto. ¶ 2. Quia censura et lustrum quinto quoque anno fieri solebat, sæpe lustrum quinquennii spatium significat, ut *Paul. Diac.* p. 120. 10. *Müll.* docet, *spazio di cinque anni, lustro. Varro* 6. *L. L.* 11. *Müll.* Lustrum nominatum tempus quinquennale a luendo, id est solvendo; quod quinto quoque anno vectigalia et ultro tributa per censores persolvebantur. (*V.* etymon vocis supra sub *B.* init.). *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 27. Troja fuit lustris obsessa duobus. *V.* BILUSTRIS. *Id.* 3. *Art. am.* 15. Est pia Penelope, lustris errante duobus, Et totidem lustris bella gerente viro. *Eumen. Grat. act. ad Constantin.* 13. Quinque annorum nobis reliqua remisisti. O lustrum omnibus lustris felicius! *Cic.* 6. *Att.* 2. *ante med.* Populi, nullo gemitu, publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil solverant, etiam superioris lustri redditerunt. *h. e.* pecuniam pro locatione vectigalium, quæ in quinquennium locari solebant: qua de re *Ovid.* 4. *Pont.* 9. 45. Nunc longi reditus hastæ supponere lustri Cernet, et exacta cuncta locaro fide. *Pseudo-Ascon.* ad *Cic.* 3. *Verr.* 41. 104. Neque census ejus in quinquennium illud esset factus, quorum annorum spatio instaurari census solet apud censores, quorum administratio per lustrum, hoc est quinquennium extenditur. Ex *Plin.* 9. *Ep.* 37. colligimus, etiam privatas locationes in singula lustra, seu quinquennia fieri consuevisse. — Hactenus quinque annorum tempus *lustri* appellatione comprehenditur: et quidem completorum, alioquin male ætatis annos explicarent, qui eos per lustra designant, ut *Martial.* 10. 38. Vixisti tribus, o Calene, lustris. *supra dixerat* quindecim annis. *et* 1. 102. Quarta tribus lustris addita messis erat. *Horat.* 2. *Od.* 4. 23. Cujus octavum trepidavit ætas Claudere lustrum. *Ovid. Ib.* 1. lustris jam bis mihi quinque peractis. Adde *ejusd.* loca de Troja et Ulysse paragr. proxime superiori allata; *Horat.* 4. *Od.* 1. 6.; *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 78. et 4. *Pont.* 6. 6.; et *Auson. Epit. Her.* 32. ¶ 3. Latiori sensu lustrum plurium annorum spatium significat. Sic de quadriennio completo et quinquennio incepto *lustrum* dicitur, quæ nempe fuit germana lustri notio, illud enim Romanis fuit usitatum ex Græcorum Olympiade, quæ quatuor tantum annis constabat; etenim *Cic.* 3. *Orat.* 32. 127. Olympiadem *quinquennalem celebritatem ludorum* appellat. *V.* plura huc pertinentia apud *Morcell. de stil. Inscript. Lat. T.* 1. *p.* 116. *edit. Patav. Ovid.* 3. *Fast.* 163. Is (*C. Cæsar*) decies senos tercentum et quinque diebus Junxit, et e pleno tempore quarta die. Hic anni modus est: in lustrum accedere debet Quæ consummatur partibus una dies. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 47. (122). Per singulas intercalationes uno die anticipantibus, rursumque lustro sequenti ordinem servantibus. *et ibid.* (130). Et est principium lustri ejus, semper intercalari anno, Caniculæ ortu. — *Ingens lustrum* apud *Martial.* est centum annorum spatium, quo peracto ludi fiebant sæculares, sicut peracto quadriennio et incipiente quinquennio fiebat certamen Capitolinum: 4. 1. *de Domitiano.* Hic colat ingenti redeuntia sæcula lustro. *Sueton.* enim *Domit.* 14. narrat, fecisse eum et ludos sæculares, computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat. ¶ 4. A Domitiani tempore, quum jampridem lustra censoria fieri desierant, *lustrum* dici cœptum est certamen solemne, quod in honorem Jovis Capitolini, quinto quoque anno incipiente faciendum, ipse Domitianus duodecimo suo consulatu instituit, ut *Sueton. Domit.* 4. et *Censorin. de die nat.* 18. *sub fin.* narrant. *Inscript.* apud *Gruter.* 332. 3. L. VALERIO L. F. PVDENTI. HIC CVM ESSET ANNORVM TREDECIM, ROMAE, CERTAMINE IOVIS CAPITOLINI, LVSTRO SEXTO, CLARITATE INGENII CORONATVS EST etc. *Stat.* 4. *Silv.* 2. 60. *ad Domitian.* sæpe annua pandas Limina, sæpe novo Janum lictore salutes, Sæpe coronatis iteres quinquennia lustris. *V.* AGON.

LŪSUS, a, um. *V.* LUDO.

LŪSUS, us, m. 4. (ludo) idem omnino quod *ludus:* solumque usu differt, quia de ludis publicis fere non usurpatur, neque *lusus facere,* sed *ludos* dicimus, *giuoco, divertimento, spasso,* παίγνιον, παίγμα.

I.) Proprie. *Ovid.* 14. *Met.* 556. Illas virgineis exercent lusibus undas Naides æquoreæ. *Id.* 2. *Trist.* 483. Quique alii lusus (neque enim nunc persequar omnes) Perdere rem caram, tempora nostra, solent. *Augustus* apud *Sueton. Aug.* 71. Ego perdidi viginti millia nummum, quum effuse in lusu liberalis fuissem. *Quintil.* 1. 3. 10. Nec me offenderit lusus in pueris. *Id.* 1. 1. 26. Eburneas litterarum formas in lusum offerre. *Id.* 1. 1. 36. Ediscere inter lusum. *Id.* 4. 2. 38. In lusu duodecim scriptorum. *Sueton. Cal.* 41. Non ex lusu quidem aleæ compendium sperneus. *Plin.* 7. *Ep.* 24. Laxare animum lusu calculorum. *Tac.* 13. *Ann.* 15. Regnum lusu sortiri. *h. e.* talis. *Sueton. Claud.* 21. Super quadrigarum certamina, Trojæ lusum exhibuit. Cf. *Seneca Troad.* 778. Solemne referens Troiei lusus sacrum.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro joco. *Liv.* 1. 5. Ut nudi juvenes, Lyceum Pana venerantes, per lusum atque lasciviam currerent. Sic *Id.* 37. 20. Pars in juveniles lusus lasciviamque versi, pars vescentes sub umbra, quidam somno etiam strati. Sic *Colum.* 7. *R. R.* 12. 12. Catulos sex mensibus primis emitti non oportet, nisi ad matrem, lusus ac lasciviæ causa. *Martial.* 4. 49. Nescis, crede mihi, quid sint epigrammata, Flacce, Qui tantum lusus illa jocosque putas. *uno scherzo, una cosa da nulla. V.* LUDUS II. 1. ¶ 2. Interdum ad turpia refertur. *Ovid.* 2. *Amor.* 3. 13. sunt apti lusibus anni. *h. e.* reb. Vener. *V.* LUDO II. 2. ¶ 3. Refertur et ad studia, præsertim poetica; sed de levioribus dicitur et quæ animi causa jocique inciuntur: *V.* LUDO II. 1. *Plin.* 7. *Ep.* 9. Fas est et carmine remitti, non dico continuo et longo, sed hoc arguto et brevi. Lusus vocantur: sed hi lusus non minorem interdum gloriam, quam seria, consequuntur. *Ovid.* 2. *Trist.* 223. Lusibus ut possis adve ere numen ineptis. *paullo ante* dixit *v.* 220. Imperibus legeres carmina facta modis. ¶ 4. Demum pro irrisione. *Quintil.* 5. 13. 46. Incidunt plerique in hoc vitium, dantque de se respondentibus venustissimos lusus. *h. e.* præbent occasionem, ut illudantur. *Gell.* 18. 13. Qui eum lusum luseramus. — *NB. Forcellinus* accepit *lusum* pro ludo litterario in fragm. *Varron.* apud *Non. p.* 133. 17. *Merc.* Pueri, qui spectant nundinas, ut magister dimittat lusum. At *Mercero* τὸ *lusum* est supinum. Idem sentit *Döderlein. Latein. Synonym. T.* 2. *p.* 28.

LŪTĀMENTUM, i, n. 2. (luto) opus ex luto confectum, lutove oblitum. *Cato R. R.* 128. Neque lutamenta scindent se. *Alii perperam legunt* delutamenta.

LŪTĀRĬUS, a, um, adject. (lūtum) ad lutum pertinens. ¶ 1. Est qui in luto degit, ut Testudines lutariæ, apud *Plin.* 32. *Hist. nat.* 4. 14. (32). ¶ 2. *Lutarius mullus,* qui ex luto sibi pabulum petit, vilissimum ex omni mullorum genere. *Plin.* 9. *Hist nat.* 17. 30. (65).

LŪTĀTUS, a, um. *V.* LUTO.

LŪTĔA. *V.* LUTUM primo loco.

LŪTENSIS, e, adject. (lūtum) ad lutum pertinens, lutarius. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 37. 61. (131). Purpuræ, nomine alio pelagiæ vocantur. Earum genera plura, pabulo et solo discreta. Lutense putri limo, et algense enutritum alga: vilissimum utrumque.

LŪTĔŎLUS, a, um, adject. *deminut. a* lūteus. *Virg.* 2. *Ecl.* 50. Mollia luteola pingit vaccinia calta. *Colum.* 9. *R. R.* 4. 4. Luteolæ violæ. *Id.* 12. *ibid.* 47. 9. Oliva quum primum ex albo decoloratur, fitque luteola. *galliccia, giallognola.*

LŪTER, ēris, m. 3. λουτήρ, labrum, in quo lavamur. *Hieronym.* 1. *in Jovinian.* n. 20. Et de speculis mullerum jejunantium luter in tabernaculo funditur. *Vulgat. interpr.* hoc nomine sæpissime utitur, ut 3. *Reg.* 7. 26. et 4. *ibid.* 16. 17.

LŪTESCO, is, ere, n. inchoat. 3. (lūtum *secundo loco*) lūteus fio et in luti morem mollesco. *Furius Antias* apud *Gell.* 18. 11. et *Non. p.* 133. 26. *Merc.* Sanguine diluitur tellus: cava terra lutescit. *Cesell. Vindex ibid.* hanc vocem reprehendit, ut minus Latinam: sed defendit probatque ipse *Gell.,* multoque magis locus *Colum.* 8. *R. R.* 17. 9. Litora, quæ limo cœnoque lutescunt, conchyliis magis et jacentibus apta sunt animalibus.

LŪTĔUM, i, n. 2. *V.* LŪTUM primo loco; et voc. seq. sub II. 1.

LŪTĔUS, a, um, adject. (lutum *primo loco*) lūto herbâ tinctus.

I.) Proprie *lutea* dicitur chrysocolla nativa, luto herba tincta et in lomentum servata, apud *Plin.* 33. *Hist. nat.* 5. 26. (87). *V.* LŪTUM primo loco.

II.) Translate. ¶ 1. Luteus est colorem habens rufo dilutiorem, qualis in ovi vitello, in malo Cydonio, in auro, in igne; flavus, croceus, *giallo, di color d'oro,* ὠχρός, μήλινος. *Gell.* 2. 26. Rubidus est rufus, atrore et nigrore multo mixtus: luteus contra rufus color est dilucidior (*al.* dilutior). Unde ejus quoque nomen factum esse videtur. — *a)* Adjective. *Plaut. Men.* 5. 5. 19. Panis luteus. *Lucret.* 4. 73. lutea vela theatri. *Varro* apud *Non. p.* 549. 22. *Merc.* Arquatis lutea quæ non sunt, æque et lutea videntur. *Horat. Epod.* 10. 16. Pallor luteus. *Pers.* 3. 95. lutea pellis. *h. e.* pallida. *Tibull.* 1. 8. 46. palla. *Ovid.* 14. *Met.* 351. sulphura. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 56. 77. (156). Gallinæ luteo rostro pedibusque. *Scribon. Compos.* 215. Luteum emplastrum. *Seren. Sammon.* 333. lutea fella. — *b)* Hinc *luteum* absolute pro colore luteo. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 15. 86. (136). Color in luteum inclinatus. *Id.* 27. *ibid.* 13. 109. (133). Color in luteum languescens. Adde *eumd.* 29. *ibid.* 3. 11. (42). et 10. *ibid.* 53. 24. (148). — *c) Luteum* absolute est etiam ovi vitellus. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 15. 44. (141). Lutea ex ovis quinque columbarum ex melle sorbere. — *d)* Lutei coloris, inquit *Id.* 21. *ibid.* 8. 22. (46). video bonorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum feminis concessum. *Lucan.* 2. 361. Lutea demissos velarunt flammea vultus. *Catull.* 61. 10. Hymæneo luteum soccum tribuit. ¶ 2. Est etiam roseum colorem habens. *Virg.* 7. *Æn.* 26. Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 4. 10. (14). Rosa in calycis medio complexa luteos apices. *Forcellinus* tamen utroque in loco croceum interpretatur. — Hinc

Luteum, ēi, n. 2. absolute, substantivorum more, *V.* sub 1. *b.* et *c.*

LŪTĔUS, a, um, adject. (lūtum *secundo loco*) e luto factus, atque adeo e creta seu argilla factus, *di fango,* πήλινος.

I.) Proprie. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 27. Defingit Rheni luteum caput. *Ovid.* 1. *Fast.* 157. prodit birundo, Et luteum celsa sub trabe fingit opus. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (194). Luteum ædificium. *Martial.* 4. 46. Et crasso figuli polita cælo Septenaria synthesis Sagunti, Hispanæ luteum rotæ toreuma. *V.* SYNTHESIS. *Prudent.* 3. *Cathemer.* 41. homo luteus. *h. e.* Adam. *Seren. Sammon.* 43. 800. Nec pudeat luteæ stercus perducere porcæ. *h. e.* luto gaudentis.

II.) Translate. ¶ 1. Luteus est luto aspersus, *infangato. Plin.* 30. *Hist. nat.* 11. 28. (93). Gallina si sit luteis pedibus. ¶ 2. Hinc universim illitus, obsitus. *Martial.* 11. 48. luteum ceromate corpus. (Sic lutatus amomis, apud *Pers.*). *Juvenal.* 10. 132. Vulcanus luteus. *h. e.* illuvie et fuligine, ceu luto, oblitus. ¶ 3. Metaphorice est vilis, nullius pretii. *Plaut. Truc.* 4. 4. 1. Blitea et lutea est meretrix, nisi quæ in vino sapit ad rem suam. *Cic.* 5. *Verr.* 14. 35. In hoc homo luteus etiam callidus et veterator esse vult. *Id.* 6. *ibid.* 14. 32. Putasse se, id quod audissent, alicujus pretii scyphos esse Pamphilii, luteum negotium esse, non dignum, quod in suo argento Verres haberet. *h. e.* duos scyphos argenteos nullius pretii.

LŪTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Lutatus* sub *A.* I. et II. — Lutare duo diversa significat, prout *A)* Est a *lūtum;* vel *B)* A *luo.*

A) Lutare a *lūtum* secundo loco est luto aspergere, oblinere, *coprire di fango,* πηλόω.

I.) Proprie. *Cato R. R.* 92. Granarium oblinito crasso luto: postea conspergito amurca omne, quod lutaveris. *Calpurn. Ecl.* 5. 17. nidosque reversa lutabit hirundo. *Lamprid. Elagab.* 14. Lutati tituli statuarum.

II.) Translate est oblinere, aspergere, commaculare. *Pers.* 3. 104. alto Compositus lecto crassisque lutatus amomis. *h. e.* delibutus. *Martial.* 14. 50. Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos.

B) Lutare frequentat. vel intens. a *luo* est solvere. *Varro* apud *Non. p.* 131. 19. *Merc.* Habes, qui et cujus rei causa fecerim hecatomben. In quo ego, ut puto, quoniam est luere solvere, lutavi. *Müllerus* ad *Paul. Diac. p.* 116. 9. veretur, ne Varro, quum *lutavi* dixerit pro *litavi,* etymologicam potius rationem, quam usum sui temporis secutus sit.

LŪTOR, ōris, m. 3. (lavo) qui lavat, idem ac lotor, seu fullo. *Gloss. Philox.* Lutor, πλυτής, ἠλιαστής. *h. e.* qui lavat, qui insolat: utrumque autem pertinet ad artem fulloniam. *Inscript.* apud *Vulp. de vet. Latio T.* 7. *p.* 97. M. COILIVS M. F. FAB. FIRMVS PATRONVS CORP. LVTORVM. *Alia* apud *Gud.* 17. 2. SACERDOS CORPORIS LVTORVM. *V.* LOTOR et LUTUS, A, UM, in ONOM.

LŪTOSER. *V.* LOTASTER.

LŪTŌSUS, a, um, adject. (lūtum *secundo loco*) luto abundans, luto aspersus, cœnosus, lutulentus, *fangoso,* πηλώδης. *Ennius* apud *Claud. Sacerd.* 1. 44. Silvarum saltus, latebras lamasque lutosas. *Cato* apud *Plin.* 18. *Hist. nat.* 19. 49. (176). Terram lutosam ne tangito. Sic *Colum.* 2. *R. R.* 4. 3. Nimius humor agros limosos lutososque reddit. et *Ammian.* 16. 12. Lutosum solum. Rursus *Colum.* 12. *R. R.* 54. 1. Rapa si sunt lutosa, detergito.

LŪTRA *et* lytra, æ. f. 1. *lontra,* ἔνυδρις, animal quadrupes, amphibium, e fibrorum genere, solaque cauda differens, quæ in fibris piscium est, in lutra similis animalium terrestrium. A quibusdam canis fluviatilis dicitur. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 30. 47. (109). et 32. *ibid.* 11. 53. (144). Ducit *Varro* 5. *L. L.* 79. *Müll.* a λύω *solvo.* Lytra, inquit, quod succidere dicitur arborum radices in ripa atque eas dissolvere, ab λύω. Apud *Plin.* habetur *lutra.*

LŪTŪLENTE, adverb. (lutulentus) *impure, impuramente. Non. p.* 131. 32. *Merc.* Lotiolente dictum velut lutulente.

LŪTŪLENTUS, a, um, adject. (lūtum *secundo loco*). Comp. *Lutulentior* II. 2. — Lutulentus est lutosus, luto aspersus, *fangoso, imbrattato di fango.*

I.) Proprie. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 75. Lutulenta sus. *Ovid.* 1. *Met.* 434. diluvio tellus lutulenta recenti. *Id.* 3. *Amor.* 6. 95. lutulentus amnis. *Colum. Arbor.* 12. Lutulenta terra. *Apul.* 7. *Met.* aqua. *Martial.* 9. 23. mula.

II.) Translate. ¶ 1. Est aspersus, oblitus. *Martial.* 7. 67. Et putri lutulenta de palæstra. *h. e.* lutulentus dicitur, qui in palæstra ceromate se oblinit. ¶ 2. Metaphorice est spurcus, immundus, impurus. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 29. Lenone istoc non lutum est lutulentius. *Cic. Pis.* 11. 27. Ne tum quidem emersisti, lutulente Cæsorine, ex miserrimis naturæ tuæ sordibus. *Id. Rosc. com.* 7. 20. Persona illa (*lenonis*) lutulenta, impura, invisa in hujus moribus, natura vitaque est expressa. *Id. Pis.* 1. 1. Pauci ista tua lutulenta vitia noveramus. ¶ 3. Speciatim refertur ad genus dicendi. Unde *Horat.* 1. *Sat.* 4. 11. et *ibid.* 10. 50. Lucilium ait fluere lutulentum, *h. e.* sordidis et nimis vulgaribus verbis ac sententiis refertum: in quo tamen ab eo dissentit *Quintil.* 10. 1. 94. *V.* LUCILIUS in ONOM.

LŪTŬLO, as, āvi, ātum, are, a. 3. (lūtum *secundo loco*) in luto versare, luto conspurcare. Translate *Plaut. Trin.* 2. 2. 15. Eosdem lutulant, quos collaudant.

LŪTUM, i, *vel* lūtĕum, ēi, n. 2. ῥοατις, al. λυσιμάχιον,

I.) Proprie est herba in palustribus et aquosis locis nascens, flore rufo vel aureo, cauliculos spargens cubitales et cubito majores, quorum e geniculis folia exeunt gracilia, salicis foliis non dissimilia. Pannorum infectoribus in maximo usu est, qui cærulei coloris pannos ei incoquentes colorem viridem efficiunt. Nam ex flavi cæruleique commixtione viridis color emergit. Olim etiam hac herba cæruleo subtrita chrysocollam adulterinam conficiebant. *Virg.* 4. *Ecl.* 44. jam croceo mutabit vellera luto. *Vitruv.* 7. 14. Herba, quæ lutum appellatur, cæruleum inficiunt. *Alii leg.* luteum.

Plin. 33. *Hist. nat.* 5. 27. (91). *de chrysocolla.* Luteam putant a luto herba dictam, quam ipsam cæruleo subtritam pro chrysocolla inducunt, vilissimo genere atque fallacissimo.

II.) Translate apud Poetas ¶ 1. Ponitur pro ipso luteo colore. *Tibull.* 1. 9. 52. non illi sontica causa est, Sed nimius luto corpora tingit amor. *I. e.* pallore, qui ad luteum colorem accedit. Al. leg. *luteo,* ut sit synæresis. — Nuptarum flammea lutei coloris esse solebant, ut in LŪTEUS sub II. 1. d. dictum est. Quo pertinet illud *Virg. Cir.* 316. mori me velle negavi, Ut tibi Coryciо glomerarem flammea luto. ¶ 2. Item pro roseo colore. *Nemesian. Cyneg.* 317. Hinc (*h. e.* a Libya) mage Puniceas (*aves*) nativo monere sumes: Namque illic sine fine greges florentibus (*h. e.* versicoloribus) alis Invenies avium, suavique rubescere luto.

LŪTUM, i, n. 2. Occurit etiam *lutus* masculin. gen. *Claudius Quadrigarius* apud *Non.* p. 212. 17. *Merc.* Imbri lutus erat multus. *Inscript.* mendosa apud *Gruter.* 903. 1., emendata vero apud *Maff. Ver. illustr. P.* 1. p. 359. n. 33. P. ATINIVS L. F. FAB. HIC SITVS EST. SI LVTVS AVT PVLVIS TARDAT TE FORTE, VIATOR, etc. Alia apud *Avellino* in *Bullett. archeol. Nap. T.* 4. p. 7. HIC EGO NVDVS, ITEM FORMOSA FORMA PVELLA LAVDATA A MVLTIS, SED LVTVS INTVS ERAT. *Num legendum est* formosæ forma puellæ? — Ratione habita etymi, videtur esse a *lutum* supino verbi *luo,* lavo: sed primam corripit. Lutum autem est terra humore soluta, quæ et *cœnum* dicitur: *V.* CŒNUM. πηλὸς (It. *fango, loto*; F. *boue, bourbe, limon, fange*; Hisp. *lodo, cieno, lama, barro*; Germ. d. *Koth*; Angl. *clay, mire, mud, dirt*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Ter. Andr.* 4. 4. 38. Pervolvere quempiam in luto. *Cic.* 6. *Verr.* 24. 53. In luto volutari. *Id.* apud *Plin.* 31. *Hist. nat.* 4. 28. (51). In Narniensi agro siccitate lutum fieri, imbre pulverem. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 26. amica luto sus. *Id. ibid.* 11. 11. Sed neque qui Capua Romam petit, imbre lutoque Aspersus etc. *Juvenal.* 14. 66. luto perfusa porticus. *Id.* 7. 180. recenti luto spargere jumenta. *Sueton. Vesp.* 5. Luto oppiere aliquem. *Cæs.* 2. *B. C.* 9. Eam contabulationem lateribus lutoque constraverunt. *et ibid.* 15. Crates luto integere. *Colum.* 12. *R. R.* 21. 2. Urceus diligenter oblinitur luto paleato. *Ammian.* 20. 11. Luti glutinosa mollities. — *b*) In plur. numero. *Cic. fragm.* apud *Non.* p. 212. 16. *Merc.* Luta et limum aggerebant. — *c*) *Esse* vel *hærere in luto* dicitur, qui aliqua est difficultate implicitus, unde se expedire non potest. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 27. Nunc homo in medio luto est: nomen nescit. *Id. Pers.* 4. 3. 66. Neque mihi haud imperito eveniet, tali ut in luto hæream. *Ter. Phorm.* 5. 2. 15. In eodem luto hæsitas. — *d*) *Pro luto esse* dicuntur, quæ vili pretio sunt, *a prezzo di fango. Petron. fragm. Tragur.* 44. *Burmann.* Illo tempore annona pro luto erat. *et ibid.* 67. Mulieres si non essent, omnia pro luto haberemus. — *e*) Est etiam *lutum* vilis impurive hominis convicium. *Plaut. Most.* 5. 2. 46. Verberibus cædere, lutum, pendens. Adde *eumd. Pers.* 3. 5. 2. et *Catull.* 42. 13. o lutum, lupanar, Aut si perditius potest quid esse. *Cic. Pis.* 26. 62. O tenebræ, o lutum, o sordes!

II.) Translate. ¶ 1. Lutum dicitur de creta, seu argilla figulari. *Tibull.* 1. 1. 31. Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis Pocula, de facili composuitque luto. *Martial.* 8. 6. Ficta Saguntino cymbia malo luto. — Hinc translate *Juvenal.* 14. 34. quibus arte benigna Et meliore luto finxit præcordia Titan. *di miglior pasta.* et *Pers.* 3. 23. Udum et molle lutum es: nunc nunc properandus, et acri Fingendus sine fine rota. *pasta tenera.* Hæc autem referuntur ad Prometheum, a quo primum hominem e luto fictum fuisse fabulantur: vel universim ad quemcumque figulum. ¶ 2. Lutum vocat *Plin.* in *Hist. nat.*, quod Angli *turf*, Germ. *Torf*, Itali *torba*, h. e. glæba fossilis igni laborique faciendo idonea (*V. Ducange* in v. *Turba*), seu cæspes niger, qui e terra palustri et bituminosa eruitur atque vicem carbonis præbet. *Plinii* verba sunt 16. *Hist. nat.* 1. 1. (4). Chauci ulva et palustri junco funes nectunt ad prætexenda piscibus retia, captumque manibus lutum ventis magis quam sole siccantes terra cibos et rigentia septentrione viscera sua urunt. ¶ 3. Item de aphe athletarum. *Seneca Ep.* 88. *ante med.* Luctatores et totam oleo ac luto constantem scientiam expello.

LŪTUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. init.

LUX, lūcis, f. 3. (luceo.) De Ablativis *luci* et *lucu*, adverbii more usurpatis, et masculino quoque genere, *V.* sub I. 2. — In Genitivo plurali *lucum* ne, an *lucium* dicendum sit, dubitari etiam nunc ait *Plinius* apud *Charis.* 1. *p.* 13. *Putsch.* — Quod ad etymon spectat, scribit *Macrob.* 1. *Saturn.* 17. *a med.* veteres Græcos λύχην vocasse primam lucem diei, quæ solis exortum præcedit: tum ipsum solem λύχον appellasse: itaque inde *lucem* dictam putari. — Lux est lumen, splendor, claritas, φῶς (It. *luce*; Fr. *lumière*; Hisp. *luz, claridad, fulgor*; Germ. *das Licht*; Angl. *light, sheen*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) De lumine cælestium corporum. *Cic.* 3. *Fin.* 14. 45. Ut enim obscuratur et offunditur luce solis lumen lucernarum etc. Adde *Lucret.* 2. 147. et *Ovid* 4. *Met.* 258. auctor lucis. *h. e.* Phœbus. *et* 2. *ibid.* 35. o lux immensi publica mundi, Phœbe pater. *Virg.* 6. *Æn.* 270. Quale per incertam lunam sub luce maligna Est iter in silvis. *Id.* 2. *ibid.* 694. Stella facem ducens multa cum luce cucurrit. *Ovid.* 4. *Met.* 169. lux siderea. *Id.* 3. *Art. am.* 807. Nec lucem in thalamos totis admitte fenestris. — *Luce clarius* esse dicitur, quod manifestissimum est. *Cic.* 1. *Divinat.* 3. 6. Quum id solis luce videatur clarius. *Id.* 1. *Cat.* 3. 6. Luce sunt clariora nobis tua consilia omnia. *et Cæl.* 9. 22. Signis omni luce clariоribus crimina refellere. — *b*) De splendore, qui e nitidis rebus effluit, *splendore, lucidezza. Lucret.* 4. 1119. grandes viridi cum luce smaragdi. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 7. 25. (94). Lucem non emittentes gemmæ. *Virg.* 2. *Æn.* 470. luce coruscus ahena. *Val. Flacc.* 1. 486. parmæ luce coruscus. *Sil. It.* 3. 371. clara thoracis luce nitebat. *Id.* 9. 107. notis fulsit lux tristis ab armis. *Stat.* 8. *Theb.* 124. Lux ferri. *Ammian.* 16. 10. aurei carpenti. *Stat.* 1. *Achill.* 305. genarum. *Manil.* 5. 258. Tyrias imitata papavera luces. *h. e.* colores. ¶ 2. Speciatim refertur ad lucem diurnam, hoc est ad diem. — *a*) Universim. *Cic.* 2. *Orat.* 64. 259. Si ad te bene ante lucem venisset. *avanti giorno.* Adde *eumd.* 16. *Att.* 13.; *Liv.* 8. 38.; et *Sueton. Claud.* 28. et *Galb.* 22. et *Sueton. Cæs.* 31. Tandem ad lucem duce reperto. *circa l'alba.* et *Id. Claud.* 44. Ajunt, excruciatum doloribus nocte tota, defecisse prope lucem. et *Id. Oth.* 11. Circa lucem demum expergefactus etc. Rursus *Cic.* 3. *Off.* 31. 112. et 4. *Att.* 3. *a med.* Metellus cum prima luce in campum currebat. *sul fare del dì.* Sic *Cæs.* 1. *B. G.* 22.; et *Liv.* 1. 44. Prima luce adesse. *Sueton. Aug.* 78. Resumebat (somnum) producebatque ultra primam sæpe lucem *Virg.* 9. *Æn.* 153.; et *Cic.* 3. *Off.* 24. 93. Luce, palam in foro saltare. *di bel giorno.* Sic *Cic. Pis.* 10. 23. Arma in templum Castoris luce et palam comportare. *Tac.* 5. *Hist.* 22. *in fin.* Multa luce revecti hostes. *essendo il giorno molto avanzato. Ter. Eun.* 2. 2. 47. Ne sursum deorsum cursites, neve usque ad lucem vigiles. *Curt.* 7. 11. 18. Stratis passim corporibus in lucem quieverunt. *sino a giorno.* Cf. *Sueton. Claud.* 52. In primam lucem convivia protrahere. *Id. Cal.* 50. *in fin.* Magna parte noctis vigiliæ cubandique tædio — invocare identidem atque exspectare lucem consueverat. *Virg.* 4. *G.* 490. luce sub ipsa. *h. e.* quum prope esset, ut ex Inferis, ubi perpetua est nox, cælum diemque videret. — *b*) Hac significatione, nonnumquam in Ablat. *luci* habet pro *luce* (præcipue adverbii more usurpatum pro interdiu, cui opponitur *noctu*): idque et masculino genere reperitur. *Plaut. Cas.* 4. 2. 7. Properate, ut veniamus luci. Cf. *Cic.* 12. *Phil.* 10. 25. Quis audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi? Rursus *Plaut. Amph.* 1. 1. 10. Me qui hoc noctis excitavit, nonne idem hoc luci me mittere potuit? *Id. Stich.* 2. 2. 40. Postquam me misisti ad portum cum luci simul. Sic *Id. Merc.* 2. 1. 31. Ad portum hinc abii mane cum luci simul. *Id. Aulul.* 4. 10. 18. Luci claro deripiamus aurum matronis palam. *Non.* p. 210. 9. *Merc.* cum plerisque aliis legit *luce claro*, quod non solum alio *Varronis* loco confirmat, sed etiam *Ciceronis* 3. *Off.* (quæ verba eo toto libro non invenio). Et quum prior ire luce claro non queo. Sed et *in luci* pro *in luce*, h. e. quum lucet, dixit *Lucret.* 4. 235. si quadratum tentamus et id nos Commovet in tenebris; in luci quæ poterit res Accidere ad speciem etc? — *c*) Etiam *lucu* pro *luci* dixere. *Ter. Adelph.* 5. 3. 55. Cum primo lucu ibo hinc. Ubi *Donatus*: Veteres dicebant *lucu* pro *luce*, pro sole ponentes.

II.) Translate. ¶ 1. *Luces* pro stellis. *Cic. Arat.* 96. Illæ, quæ fulgent luces ex ore corusco. ¶ 2. *Lux* ponitur et pro ipso die, *giorno, dì. Cic.* 4. *Herenn.* 36. 48. Luce noctem, nocte lucem exspectatis. *Ovid. Heroid.* 13. 104. Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis. *Id.* 2. *Met.* 802. anxia nocte, Anxia luce gemit. *Cic. Mil.* 35. 98. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii. *Virg.* 10. *Æn.* 244. Crastina lux. *Sueton. Aug.* 94. Infans adhuc, — repositus vespere in cunas a nutricula, postera luce non comparuit. *Gell.* 19. 9. Lux annua. *h. e.* natalis, quemadmodum ea ab *Ovid. Ib.* 219. dicitur. *Id.* 3. *Fast.* 397. His etiam conjux apicati cincta Dialis Lucibus impexas debet habere comas. *Horat.* 4. *Od.* 15. 25. Nosque et profestis lucibus et sacris Inter jocosi munera Liberi etc. *Tertull. Apolog.* 48. Lux quotidie interfecta resplendet. — Hinc poetice, *lux æstiva* apud *Virg.* 4. *G.* 52. tempus æstatis designat: *brumalis* apud *Ovid.* 1. *Trist.* 11. 39. hiemis. ¶ 3. Sæpe etiam refertur ad vitam, atque adeo pro vita ponitur. — *a*) Ad vitam refertur apud *Cic. Mil.* 3. 7. Negant intueri lucem esse fas ei, qui a se hominem occisum esse fateatur. *non essere giusto che viva colui, che* etc. Cf. *Ovid.* 9. *Met.* 778. Quod videt hæc lucem, quod non ego punior ipsa, Consilium monitumque tuum est. Rursus *Cic. Rosc. Am.* 22. 63. Ut propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissime luce privarit. *Id. Quinct.* 23. 74. Aliquem communi luce privare. *Id.* 7. *Verr.* 29. 75. Lucis usuram dare alicui. *Id. Harusp. resp.* 27. 75. Suscipi in lucem. *nascere.* — *b*) Et pro vita, *vita*: ad rem *Cic. Cluent.* 11. 31. Fratris liberos (*gravidam matrem interficiendo*) prius vita privavit, quam illi hanc ab natura propriam lucem accipere potuerunt. *nascere. Id.* 2. *Tusc.* 4. 10. Numquam me nimis vitæ cupidum fuisse: tamen — cogitanti, fore aliquando finem hujus lucis et amissionem omnium vitæ commodorum etc Cf. *Catull.* 5. 5. *Virg.* 4. *G.* 255. corpora luce carentum. *Id.* 4. *Æn.* 31. o luce magis dilecta sororі. *Id.* 9. *ibid.* 205. contemptor lucis animus. *Id.* 4. *ibid.* 452. relinquere lucem. *Sil. It.* 17. 473. Regia quum lucem posuerunt membra. *h. e.* quum rex moritur. *Id.* 16. 538. patriumque petebant Orbati solium lucis discrimine fratres. *cimentando la vita.* — Utrumque junxit *Ammian.* 30. 5. Quum vitæ jam tæderet et lucis. ¶ 4. Dicitur et de oculis, aut visu, *occhi, vista. Stat.* 11. *Theb.* 585. effossæ squalent vestigia lucis. *Ovid.* 14. *Met.* 197. damnum lucis ademptæ. *Rutil.* 1. *Itiner.* 166. Non possum sicca dicere luce, vale. *senza lagrime.* — Hinc *lux oculorum* pro ipsis oculis legitur apud *Ammian.* 21, 16. *ad fin.* Figura tali situque membrorum: subniger, luce oculorum edita, cernensque acutum, molli capillo etc. ¶ 5. Metaphorice dicitur de publico civium convictu. *Cic. Senect.* 4. 12. Neque vero ille in luce modo atque in oculis civium magnus, sed intus domique præstantior. *Id. Brut.* 8. 32. Isocrates forensi luce caruit, intraque parietes aluit gloriam. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 2. Istam virtutem non latere in tenebris, neque esse abditam, sed in luce Asiæ, in oculis clarissimæ provinciæ atque in auribus omnium gentium esse positam. *Id. Harusp. resp.* 23. 49. Lucem non aspicere, carere publico. *starsene ritirato. Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 19. 62. Res occultas aperire in lucemque proferre. *et Dejot.* 11. 30. Dejotarus vestram familiam abjectam et obscuram, e tenebris in lucem vocavit. *l'ha fatta conoscere e risplendere.* ¶ 6. Item *lucem afferre* etc. est opem, auxilium et quasi vitam afferre. *Cic. pro leg. Manil.* 12. 33. Pro dii immortales! tanta ne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre reipublicæ potuit? *Id.* 1. *Phil.* 2. 4. Lux quædam videbatur oblata, non modo regno, sed etiam regni timore sublato. Sic 10. *ibid.* 6. 12. Lux venisse quædam et spes salutis videbatur. *Id.* 1. *Orat.* 40. 184. Civibus lucem ingenii et consilii porrigere. Eodem sensu dixit *Liv.* 9. 10. Hoc facto senatusconsulto, lux quædam adfulsisse civitati visa est. ¶ 7. Item ponitur universim de omni eo, quod exornat et decorat. *Cic.* 4. *Cat.* 6. 11. Videor mihi hanc urbem videre, lucem orbis

terrarum, subito incendio concidentem. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 5. 3. (38). Cicero, lux doctrinarum altera. *scil.* post *Homerum*, quem paullo ante laudavit. *Virg.* 2. *Æn.* 281. O lux Dardaniæ, spes o fidissima Teucrum. *Sil. It.* 8. 248. Atque illi sine luce genus, surdumque parentum Nomen. *senza splendore di casato.* ¶ 8. Item pro claritate, illustratione. *Cic.* 2. *Orat.* 9. 36. Historia testis temporum, lux veritatis. *Id.* 1. *ibid.* 34. 157. Illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. Cf. *eumd.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 8. 26. Ratio, quasi quædam lux lumenque vitæ. ¶ 9. Habet locum in blandis appellationibus. *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 34. Lux, salve. *Cic.* 14. *Fam.* 21. Mea lux, meum desiderium. *Ovid.* 3. *Trist.* 3. 52. Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero. ¶ 10. *Lucem facere* dicuntur Saturno sacrificantes, id est capita detegere. Ita *Paul. Diac. p.* 119. 14. *Müll.*: qui alibi docet, ei deo morem fuisse apertis capitibus supplicare.

LUXĂBUNDUS. *V.* LIXABUNDUS.

LUXĀTĬO, ōnis, f. 3. (luxo) luxatura, *lussazione. Gloss. Philox.* Luxatio, στρέμμα.

LUXĀTŪRA, æ, f. 1. (luxo) ossis e loco motio, *slogamento*, στρέμμα. *Marcell. Empir.* 36. *in fin.* Nervis quoque placandis et luxaturis et fracturis solidandis utilissimum est.

LUXĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

LUXO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Luxans* II.; *Luxatus* I. et II. — Luxare (quod cum Gr. λοξόω *obliquum reddere* conjungi potest) est loco movere: et dicitur de ossibus, quorum capita sua sede moventur, ἐξορθέω (It. *slogare, smuovere*; Fr. *luxer, déboîter, disloquer, démettre*; Hisp. *descoyuntar, desencaxar los huesos*; Germ. *verrenken*; Angl. *to disjoint, dislocate, put out of joint, luxate, loosen*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 157. *ante med.* Luxatum si quod est, sanum faciet. *Seneca Ep.* 104. *circa med.* Fregit aliquis crus, aut extorsit articulum? advocat medicum, ut fracta pars jungatur, ut luxata in locum reponatur. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 9. 23. (79). Articulis luxatis præsentaneum est sevum. *Id.* 31. *ibid.* 6. 37. (71). Luxata corpora natando facillime in artus redeunt.

II.) Translate dicitur de rebus aliis, quæ a naturali statu seu rigore solvuntur, aut flectuntur. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (227). Quum subarator imprudens luxavit vitium radices, corpusve desquamavit. *et ibid.* 14. 24. (107). *de insitione.* Calamus ad corticem usque suum deprimatur: ne luxetur, dum deprimitur. *Id.* 8. *ibid.* 45. 70. (179). Luxata cornua. — *Luxata machina*, soluta, disjecta, *scompaginata. Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (119). Populus Romanus periturus momento aliquo luxatis machinis. *h. e.* in versatili theatro sedens: alii leg. *laxatis. Prudent.* 2. *Cathemer.* 78. Luxante claudus poplite, Femurque victus debile. *Alii melius leg.* lapsante.

LUXOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (luxus) luxuriari, in luxu agere. *Paul. Diac. p.* 120. 14. Luxantur a luxu dictum, id est luxuriantur. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 6. Luxantur, lustrantur, comedunt quod habent. *Alii leg.* luxuriantur. Cf. *Non. p.* 55. 15. *Merc.*

LUXUM, i, n. 2. *V.* LUXUS, a, um, in fin.

LUXŬRĬĀLIS, e, adject. (luxuria) luxuriæ lasciviæque deditus. *Capell.* 5. *p.* 182. Luxurialis es, meretricem amas. *Grotius* mavult legere *luxuriaris*: at *Koppius* nihil mutandum censet.

LUXURĬA, æ, f. 1. *et* luxuries, ēi, f. 5. (luxus). *Luxurii* in Genit. pro *luxuriei* dixit *C. Gracchus* apud *Gell.* 9. 14. — Luxuria est nimia germinum ubertas et redundantia, nimia rei alicujus abundantia (It. *rigoglio, il lussureggiare, esuberanza*; Fr. *exubérance, surabondance, végétation trop vigoureuse*; Hisp. *exuberancia, vegetacion demasiadamente vigorosa*; Germ. d. *Ueppigkeit, d. üppige Wachsthum, Ueberfluss*; Angl. *luxury, excess, riot, profusion, extravagance, waste*).

I.) Proprie. *Virg.* 1. *G.* 112. Luxuriem segetum tenera depascit in herba. Cf. *Cic.* 2. *Orat.* 23. 96. loc. cit. sub II. 2. Rursus *Virg.* 1. *G.* 191. si luxuria foliorum exuberat umbra. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (181). Novellus palmes proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se consumpserit. — Apud *eumd.* 9. *ibid.* 2. 1. (2). luxuria humoris est abundantia et fecunditas aquarum, ex qua fit, ut major sit aquatilium animalium, quam terrestrium copia.

II.) Translate. ¶ 1. In pecudibus est nimius ardor et exsultantia ex otio et copia cibi. *Val. Flacc.* 7. 65. *de tauris.* his rabiem nunc nostra senectus Luxuriemque dedit. ¶ 2. In oratione est nimia fecunditas et redundantia. *Cic.* 2. *Orat.* 23. 96. In oratione interdum, ut in herbis rustici solent dicere, in summa ubertate inest luxuries quædam, quæ stilo depascenda est. ¶ 3. In hominibus est nimia rerum, quæ ad victum cultumque pertinent, abundantia, profusic sumptuum in deliciis et superfluis rebus comparandis, mollis et delicata vita, unde mores corrumpuntur, *lusso, morbidezza, pompa*, ἀσωτία. A *Plin. Paneg.* 44. *in fin.* frugalitati opponitur. *Justin.* 2. 14. 7. Castra (*Mardonii*) referta regalis opulentiæ capta. Unde primum Græcos, diviso inter se auro Persico, divitiarum luxuria cepit. *Ter. Heaut.* 5. 1. 72. Animus, qui nunc luxuria et lascivia diffluit. Ubi *Donatus*: Luxuria a luxu, id est superfluitate derivatur: lascivia autem designat quamdam petulantiam et importunitatem, exsultando et delectando in sua turpitudine. Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Asiatico, domitis Antiocho et Gallis, in Urbem invecta est, *Livio* teste 39. 6., quem consule, satis eo loco, quid luxuriæ nomine veniat, edocentem. Narrant *Gell.* 4. 8. et *Val. Max.* 2. 9. *n.* 4. P. Cornelium Rufinum a C. Fabricio censore senatu motum ob luxuriæ notam, quod decem pondo libras argenti facti haberet. *Plaut. prol. Trinum.* Inopiam Luxuriæ filiam facit. *Vellej.* 2. 33. Lucullus profusæ hujus in ædificiis convictibusque et apparatibus luxuriæ primus auctor fuit. *Lucan.* 4. 373. o prodiga rerum Luxuries, numquam parvo contenta paratu! *Cic. Rosc. Am.* 27. 75. In urbe luxuries creatur: ex luxuria exsistat avaritia, necesse est; ex avaritia erumpat audacia. *Id.* 1. *leg. Agr.* 7. 20. Luxuries Hannibalem ipsum Capuæ corrupit. *Id. Mur.* 36. 76. Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas etc. *Id. Rosc. Am.* 14. 39. De luxuria, purgavit Erucius, quum dixit, hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuisse. *Cæs.* 2. *B. G.* 15. Nullum aditum esse ad eos mercatoribus: nihil pati vini, reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri. *Cic.* 1. *Off.* 30. 106. Diffluere luxuria, et delicate ac molliter vivere. *et ibid.* 34. 123. Luxuria quum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est: sin autem libidinum etiam intemperantia accesserit, duplex malum est. *Id. Cæl.* 23. 57. Domus, in qua lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia versantur. *Nepos Cat.* 2. Luxuriam, quæ incipit pullulare, reprimendam. *Id. Phoc.* 1. *extr.* Nolo meis impensis illorum ali augerique luxuriam. *Id. Dion.* 6. Aliquem a perdita luxuria ad virtutem revocare. *Curt.* 5. 1. 23. Equites deinde Babylonii, suo atque equorum cultu, ad luxuriam magis, quam ad magnificentiam exacto, ultimi ibant.

LUXŬRIES, ēi, f. 5. *V.* voc. præced.

LUXŬRĬO, as, āvi, ātum, are, n. *et*

LUXŬRĬOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (luxuria). Utramque vocabuli formam probat *Quintil.* 9. 3. 7. — Part. *Luxurians* II. 1. 4. et 5.; *Luxuriatus* II. 5. — Luxuriare vel luxuriari dicitur terra pinguis et nimis fecunda, item arbores et plantæ frondibus foliisque exuberantes (It. *lussureggiare*; Fr. *produire avec trop d'abondance, être trop fertile ou trop vigoureux, être luxuriant*; Hisp. *ser muy fertil, ser muy vigoroso*; Germ. *üppig sein*; Angl. *to be luxuriant or exuberant, be superfluously plenteous*).

I.) Proprie. *Ovid.* 4. *Fast.* 644. ager assidua luxuriabat aqua. Sic *Id. Heroid.* 1. 53. Jam seges est, ubi Troja fuit, resecandaque falce Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus. *et* 1. *Art. am.* 359. Mens erit apta capi tunc, quum lætissima rerum, Ut seges in pingui luxuriabit humo. *Colum. Arbor.* 11. Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato. *affinchè non mettano con rigoglio. Id.* 5. *R. R.* 6. 36. Validam ergo vitem in ramos diducere censeo, et — si minus luxuriabitur, solutas materias relinquere. Rursus *Ovid. de nuce* 20. Cœpimus in longas luxuriare comas. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 6. 34. (133). Caules depressi in terram obruuntur: ita cavetur, ne in frondem luxurient.

II.) Translate. ¶ 1. De pecudibus usurpatur pro lascivire et exsultare. *Virg.* 11. *Æn.* 496. *de equo.* Emicat, arrectisque fremit cervicibus alte Luxurians. Sic *Ovid.* 1. *Fast.* 156. Ludit et in pratis luxuriatque pecus. et *Val. Flacc.* 6. 613. stabulis qualis leo sævit opimis Luxurians, spargitque fumem. Rursus *Ovid.* 9. *Met.* 266. Utque novus serpens, posità cum pelle senectâ, Luxuriare solet squamaque nitere recenti, Sic etc. ¶ 2. De rebus est abundare, redundare. *Virg.* 3. *G.* 81. *de equo.* Luxuriatque toris animosum pectus. *h. e.* abundat. *Ovid. Heroid.* 16. 191. Hanc faciem largis sine fine paratibus uti, Deliciisque decet luxuriore novis. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 25. 40. (95). Arbores vere variis colorum picturis in certamen usque luxuriant. *Martial.* 3. 2. Liber umbilicis luxuriat. *Ovid.* 7. *Met.* de Esone sene in juvenem recocto, 290. abeunt pallorque situsque, Adjectoque cavæ supplentur sanguine venæ: Membraque luxuriant. *rinvigoriscono*, succo et viribus redundant. *Gell.* de homine præpingui et corpulento, 7. 22. Non omnino inculpatum neque indesidem fuisse, cujus corpus in tam immodicum modum luxuriasset exuberassetque. ¶ 3. Metaphorice refertur ad dicendi facultatem et ingenium. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 122. Luxuriantia compescet, nimis aspera sano Levabit cultu. Sic *Quintil.* 10. 4. 1. Luxuriantia (*stilo*) astringere. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 2. 2. (14). Luxuriantis ingenii fertilitas. ¶ 4. Item ad homines et abstracta refertur, et est luxuria diffluere, luxuriose agere, nimios in victum et cultum sumptus facere, unde exsistit audacia et insolentia, *darsi al lusso, al bel tempo, spendere smoderatamente, vivere in morbidezza, insolentire*, ἀσωτεύομαι. *Liv.* 1. 19. Ne luxuriarentur otio animi, quos metus hostium disciplinaque militaris continuerat, deorum metum injiciendum ratus est. Cf. *Flor.* 2. 15. Ne, metu ablato æmulæ urbis, luxuriari felicitas Urbis inciperet. *Curt.* 10. 7. *a med.* Si multitudo nova libertate luxuriat. *Ovid.* 2. *Art. am.* 437. Luxuriant animi rebus plerumque secundis: Nec facile est æqua commoda mente pati. *Justin.* 20. 4. 7. Tantumque studium ad frugalitatem multitudinis provocavit, ut aliquos ex his luxuriatos incredibile videretur. *Stat.* 2. *Theb.* 676. sanguine multo Luxuriata fames. *h. e.* per luxum satiata. Et cum Accusativo *Petron. fragm. p.* 676. *Burmann.* famuli In testa mersas luxuriantur opes. *h. e.* in compotationibus absumunt. Alii aliter leg. *Liv.* 2. 48. Quæsti quoque quidam, nimiâ gloriâ luxuriare et evanescere vividum quondam illud Cæsonis ingenium. Sic *Id.* 23. 12. *a med.* Vereor, ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis et vana evadat. *h. e.* in vanum gaudium, tamquam in folia sine ullo fructu utilitatis publicæ, desinat. Cf. *eumd.* 3. 33. Læta enim principia magistratus ejus nimis luxuriavere. Eo citius lapsa res est etc. *Ovid.* 5. *Trist.* 1. 43. Nec tamen, ut lusit, cursus mea littera ludet: Sit semel illa meo luxuriata malo. *h. e.* nimis fecunda fuerit in conscribendis amatoriis versibus.

LUXURĬOSĒ, adverb. (luxuriosus). Comp. *Luxuriosius* et Sup. *Luxuriosissime* 2. — Luxuriose translate tantum occurrit, et est ¶ 1. Nimis libere ac dissolute. *Cato* apud *Gell.* 7. 3. Ne hæc lætitia nimis luxuriose eveniat. *h. e.* luxum atque insolentiam pariat. ¶ 2. Sæpius est cum luxu, profuse, molliter, ἀσώτως. *Cic. Cæl.* 6. 13. Cum tristibus severe, cum remissis jucunde, cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriose — vivere. Adde *eumd.* 2. *Fin.* 7. 21. *Sall. Cat.* 11. Sulla exercitum, quem in Asia ductaverat, quo sibi fidum faceret, contra morem majorum, luxuriose nimisque liberaliter habuerat. *Nepos Pausan.* 3. Epulabatur more Persarum luxuriosius, quam qui aderant, perpeti possent. *Colum. R. R. procem.* § 5. Luxuriosius fercula struere. *Augustin. Mor. Eccl. Cathol.* 34. Luxuriosissime bibere.

LUXŬRĬŌSUS, a, um, adject. (luxuria). Comp. *Luxuriosior* II. 3.; Sup. *Luxuriosissimus* II. 1. et 2. — Luxuriosus de plantis et herbis dicitur, quum nimia foliorum et frondium ubertate exsuperant (It. *rigoglioso*; Fr. *qui croît, qui pousse avec vigueur*; Hisp. *muy fertil, muy vigoroso*; Germ. *fructbar, üppig*; Angl. *exuberant, rank, luxuriant*).

I.) Proprie. *Cic. Orat.* 24. 81. Lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. *Ovid.* 1. *Fast.* 689. *de segete.*

Et neque deficiat macie, neque pinguior æquo Divitiis pereat luxuriosa suis. *Colum.* 5. *R. R.* 6. 36. et 4. *ibid.* 21. 2. Vitis valida et luxuriosa. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 4. 3. (26). Nec luxuriosa pabula pinguis soli semper indicium habent.

II.) Translate. ¶ 1. Luxuriosum dicitur quidquid modum excedit, insolens. *Sall. Jug.* 100. Luxurioso otio esse. *Liv.* 2. 21. Luxuriosa lætitia. *h. e.* insolens, superba, plena audaciæ, *insolente:* nam ex luxu et delicata vita insolentia nascitur et superbia. *Trebell. Poll. XXX. Tyr.* 8. Luxuriosissima pestis. ¶ 2. Item luxuriosus est nimis liber, dissolutus, effrenis. *Ovid. Remed. am.* 746. Divitiis alitur luxuriosus amor. *Forcellino* tamen *luxuriosus* hoc loco est magnis sumptibus gaudens. *Colum.* 8. *R. R.* 16. 3. Circumfertur Philippi, velut urbanissimum, quod erat luxuriosissimum dictum atque factum. *Schneider.* legit *luxuriosissimi.* ¶ 3. Sæpius est luxui deditus, immodicus in sumptibus, deliciis nimis indulgens, excedens modum in epularum apparatu, in vestibus, in ædibus etc., atque adeo mollis, delicatus, intemperans, *dato al lusso, pieno di lusso, eccessivo nello spendere, in ben trattarsi,* ἀσωτος. *Varro* apud *Non. p.* 542. 6. *Merc.* Mulieres in adversis rebus ac luctibus omnem vestitum delicatiorem ac luxuriosum ponunt. *h. e.* magno sumptu paratum. *C. Memmius* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 165. Inque luxuriosissimis Asiæ oppidis consedisse. *h. e.* omni copia atque adeo luxu affluentibus. *Ovid.* 6. *Fast.* 171. Prisca dea est: aliturque cibis, quibus ante solebat; Nec petit adscitas luxuriosa dapes. *Justin.* 11. 10. 7. Luxuriosa convivia et magnificentiam epularum sectari. *Cic.* 2. *Fin.* 7. 22. Reprehendere luxuriosos ob eam ipsam causam, quod ita vivant, ut persequantur cujusquemodi voluptates. *Id.* 2. *Phil.* 27. 66. Multa et lauta supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. *Nepos Alcib.* 1. Idem, simul ac se remiserat, luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur. *Cic. Pis.* 27. 66. Nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius. ¶ 4. Luxuriosum videtur etiam id dici, quod magno pretio emitur. *Martial.* 9. 68. Improbius quiddam ridensque rubensque rogavi. Pollicita est (*puella*) nulla luxuriosa mora. *h. e.* quæ magno pretio mihi se morigeram futuram pollicita est. Locum tamen etiam aliter possumus interpretari.

LUXUS, a, um, adject. λοξός, loco motus, luxatus, *slogato, svolto,* ut docet *Paul. Diac. p.* 119. 17. *Müll.* Luxa membra, e suis locis mota et soluta.

I.) Proprie. *Cato R. R.* 160. Luxum si quod est, hac cautione sanum fiet. *Alii putant hic* luxum *esse substantivum. Sall. fragm.* apud *Probum* in *Catholic. p.* 1476. *Putsch.* Luxo pede. — Hinc *Luxum, i,* n. 2. absolute, substantivorum more, significat ipsum membrum luxatum. *Scribon. Compos.* 208. Emplastrum proprie facit ad nervorum musculorum punctus, contusiones, luxa. *Marcell. Empir.* 36. *ad fin.* Emplastrum utile ad luxa. vel fracta. *V.* voc. seq. sub I.

II.) Translate est luxuriosus, voluptuarius. *Capell.* 9. *p.* 310. Psallente plectre concinentur nuptiæ, Fidibusque luxa Fescennina prodient. Ita *Koppius:* male *Grotius* edidit *lux Fescennina proderit.* — Hinc

Luxum, i, n. 2. absolute. *V.* sub I. in fin.

LUXUS, us, m. 4. (luxus, a, um). *Luxu* pro *luxui* legitur apud *Sall.* et *Tac.* locis infra cit. sub II. 1. — Luxus est idem ac luxatura, *slogamento.*

I.) Proprie. *Cato R. R.* 160. Ad luxum, aut ad fracturam alliga, sanum fiet. *Scribon. Compos.* 209. Emplastrum nigrum facit ad contusum, luxum, præcipue ad ossa fracta. Adde *eumd.* 259. et 266. In locis hucusque cit. potest esse et neutrum *luxum: V.* voc. præced. in fin. *Apul. Florid. n.* 16. Articulus loco concessit, exque eo luxu adhuc fluxus est. Adde *Plin. Valerian.* 2. 49.; et *Apul. Herb.* 31.

II.) Translate. ¶ 1. In malam partem est idem quod luxuria, vitium animi soluti et immodici in comparandis quacumque impensa rebus ad victum et cultum pertinentibus, mollitiei ac deliciarum causa: item ipsa copia rerum immodico pretio coemptarum, *lusso,* ασωτια. *Ter. Adelph.* 4. 7. 42. Domus sumptuosa, adolescens luxu perditus. *Cic.* 5. *Verr.* 25. 62. Nisi forte existimatis, eum in vino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo atque exitio suo risum tenere non possit. *Sall. Cat.* 57. Luxu atque desidia corrupta civitas. *Id. Jug.* 6. Non se luxu, neque inertiæ corrumpendum dedit. (pro *luxui.* Sic *Tac.* 3. *Ann.* 34. *a med.* Serum natura invalidum deseri, et exponi suo luxu cupidinibus alienis. *et* 2. *Hist.* 71. Luxu et saginæ mancipatus.). *Sall. Jug.* 2. Per luxum et ignaviam ætatem agere. *Quintil.* 3. 8. 28. Neminem adeo solutum luxu puto, ut nihil in causa suadendi sequatur præter voluptatem. *Claudian.* 1. *in Rufin.* 35. luxus populator opum. — Apud *Sueton. Ner.* 29. de turpi voluptate dicitur, *lussuria.* Ubi tamen plerique *lusus* legunt. *Virg.* 4. *Æn.* 193. *de Ænea et Didone.* Nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fovere. *con tripudii.* Adde *Tac.* 4. *Hist.* 14. — In plur. numero. *Lucan.* 10. 109. Explicuitque suos magno Cleopatra tumultu Noodum translatos Romana in sæcula luxus. *h. e.* suas copias et apparatus. *Sil. It.* 11. 402. Combibat illapsos ductor per viscera luxus. *h. e.* delicias Campaniæ. *Grat. Cyneg.* 308. Nec (*catuli*) luxus alios avidæque impendia vitæ Noscunt. ¶ 2. Aliquando in bonam partem accipitur pro generosis sumptibus, magnificentia et copia, quæ ingenuum hominem et prædivitem decet. *Virg.* 1. *Æn.* 641. At domus interior regali splendida luxu Instruitur. *et* 6. *ibid.* 604. epulæque ante ora paratæ Regifico luxu. *Tac.* 16. *Ann.* 18. Habebaturque non ganeo et profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu

LY

LYÆUS, i, m. 2. Λύαιος, unum ex Bacchi cognominibus: a λύω *solvo,* vel quia solvit et dissipat curas; vel quia solvit et enervat corpus; vel quia concordiam dissolvit, rixas excitando: *V.* ONOM. — Hinc translate pro vino ponitur. *Propert.* 3. 3. 43. multo mentem vincire Lyæo. *Horat.* 1. *Od.* 7. 22. uda Lyæo Tempora. *Id. Epod.* 9. 37. Dulci Lyæo solvere curam. *Ovid.* 2. *Amor.* 11. 49. apposito narrabis multa Lyæo. *Sil. It.* 3. 370. Tarraco Vitifera et Latio tantum cessura Lyæo. Adde *Stat.* 1. *Silv.* 6. 95. et 2. *ibid.* 2. 100. — Adjective. *Virg.* 1. *Æn.* 690. Regales inter mensas laticemque Lyæum.

LYÄTUS, a, um. *V.* LYO.

LYCANCHE, es, f. 1. *V.* CYNANCHE.

LYCÄON, ŏnis, m. 3. apud *Melam* 3. 9. et *Solin.* 30. *a med.* nomen est feræ apud Æthiopas e luporum genere (λύκος enim est *lupus*) cervice jubata, et tot modis variæ, ut nullum illi colorem dicant abesse. Adde *Plin.* 8. *Hist. nat.* 31. 52. (123). Easdem *Id. ibid.* 21. 30. (72). *lyncas* appellat.

LYCÄŎNĪCE, adverb. Lycaonum more vel lingua. *Vulgat. interpr. Act. Ap.* 14. 10. Lycaonice dicentes.

LYCAPSOS. *V.* LYCOPSIS.

LYCE, es, f. 1. λύκη, prima lux solis. *Macrob.* 1. *Saturn.* 17. *a med.* Radiorum splendor propinquantem solem longe lateque præcedens, atque caliginem paullatim extenuans tenebrarum, parit lucem; neque minus Romani, ut pleraque alia ex Græco, ita lucem videntur a lyce figurasse. *et mox.* Ipsos quoque λυκους ἀπὸ τῆς λύκης, id est a prima luce appellatos quidam putant, quia hæ feræ maxime id tempus aptum rapiendo pecori observant. *At primo quoque loco Græcis litteris scribendum esse vocabulum, aperte patet.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LYCEUM, i, n. 2. Λύκειον. Scribitur et *Lycium,* ut apud *Gell.* 20. 5. — Lyceum

I.) Proprie significat gymnasium celebre Athenarum, extra urbem situm, templo Apollinis, aquæductu, platanis, ambulacris aliisque ornamentis instructum: dictumque a quodam Lyco Pandionis filio: exstructum autem a Pisistrato, vel a Pericle. Ibi Aristoteles philosophiam publice docuit. *Cic.* 1. *Orat.* 21. 98., *ibid.* 4. 17. et 1. *Divinat.* 13. 22.; et *Liv.* 31. 24. De Lyceo plura *Meurs. de Athen. Attic. l.* 2. *c.* 3.

II.) Translate. ¶ 1. Ad ejus similitudinem locum gymnasii in Tusculano suo Cicero Lyceum appellavit, ut est 1. *Divinat.* 5. 8. et 2. *ibid.* 3. 8.: et ¶ 2. Hadrianus Imp. in villa sua Tiburtina, ut *Spartian.* tradit *Hadrian.* 26. — *NB.* De Lyceo monte *V.* ONOM.

LYCHNĪCUS, a, um, adject. (lychnus) λυχνικός. Apud *Hygin. fab.* 223. lychnicus lapis idem est ac lychnites: atque ex eo scribit fuisse monumentum regis Mausoli.

LYCHNIS, idis, λυχνίς, occurrit *A*) Adjective; et *B*) Substantivorum more.

A) Adjective, *lychnides puellæ* apud *Fulgent.* 1. *Mythol. proœm. a med.* sunt lychnis, seu lucernis instructæ. Immo, ait cl. *Furlanetto* in I. *Append.*, sunt Hero et Psyche, quarum pior lychnum quærit, altera eumdem deflet. Nam Hero, exstincto lumine, Leandrum; Psycho, quia lumine admoto Amorem vidit, eumdem amisit.

B) Substantivorum more ¶ 1. *Lychnis* est gemma colore ardenti, ad lucernam maxime fulgens. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 7. 29. (103). Adde *Capell.* 1. *p.* 19.; et *V.* LYCHNITES 2. ¶ 2. Item est genus rosæ nec odore, nec specie probabilis, Latine *rosa Græca* dictæ, numquam excedentis quinque folia, violæ magnitudine, odore nullo. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 4. 10. (18). ¶ 3. *Lychnis agria* herba est lino similis, radice nulla, flore hyacinthi, semine vituli narium: alio nomine antirrhinon. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 10. 80. (129). — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

LYCHNĪTES, æ, m. 1. λυχνίτης. ¶ 1. Est lapis ad lychnos effossus. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (14). Omnes autem (*scalptores*) tantum candido marmore usi sunt e Paro insula, quem lapidem cœpere lychniten appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur, ut auctor est Varro. *V.* LYGDINUS. ¶ 2. Ita etiam dicitur gemma splendens, quæ alias carbunculus, Italice *rubino. Auct. incert. fragm.* inter opera *Symmachi* (edente iterum *A. Maio*) p. 73. Vos autem rubescite prasini, pallescite lychnitæ, albescite hyacinthi, fucamini margaritæ. *et mox.* Prasini tremula viriditate conludunt, lychnitæ vomunt frigidas flammas, hyacinthi quoque tætra luce vibrantes cum luminibus claris mixtas cernunt emicare nigredines. — Eamdem esse ac lychnidem, patet ex loco *Plinii* allato in LYCHNIS 1. et collato cum *Solin.* 25. § 61. Lychniten perinde fert India, cujus lucis vigorem ardor excitat lucernarum, qua ex causa lychniten Græci vocaverunt. Adde *Isid.* 16. *Orig.* 14. 4. Ceterum *Plin. loc. cit.* hæc habet: Lychnis nascitur circa Orthosiam totaque Caria ac vicinis locis, sed probatissima in Indis. Quidam remissiorem carbunculum esse dixerunt, secundam bonitate, quæ similis esset Jovis appellatis floribus. *Id.* autem 21. *ibid.* 11. 38. (66). et 39. (67). Et verni quidem flores hi sunt. Succedunt illis æstivi, lychnis et Jovis flos et alterum genus lilii, item iphyon et amaracus etc. Ubi *lychnis* et *Jovis flos* junguntur.

LYCHNITICUS, a, um, adject. qui ex lychnitide est. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 165.

LYCHNITIS, idis, f. 3. λυχνῖτις, herba ex phlomidum genere, quæ et thryallis appellatur, foliis ternis, aut, quum plurimum, quaternis, crassis pinguibusque, ad lucernarum lumina aptis. Hæc *Plin.* 25. *Hist. nat.* 10. 74. (121). Nimirum ejus foliis pro ellychniis veteres utebantur. *V.* PHLOMIS et THRYALLIS. De synonymia *V.* in PHLOMIS.

LYCHNOBIUS, ii, m. 2. λυχνόβιος, a λύχνος *lucerna* et βίος *vita,* dicitur de eo, qui lucifuga est et præpostere vivit, nocte vigilans, cœnans, ludens, lavans, munia sua obiens ad lucernam, diu vero stertens: cujusmodi fuisse quemdam Sp. Papinium, narrat *Seneca Ep.* 122. 17., ubi etiam hæc vox legitur, quam alii per i scribi mallent, a λύχνος *quitosus, liquritor. V.* LUCIFUGA.

LYCHNUCHUS, i, m. 2. λυχνοῦχος, a λύχνος *lucerna* et ἔχω *habeo,* est instrumentum ad lychnos, seu lucernas sustinendas, *lucerniere, candeliere. Cic.* 3. *ad Q. fr.* 7. Hæc scripsi ante lucem ad lychnuchum ligneolum, qui mihi erat perjucundus. *V.* XYLOLYCHNUCHUS. *Sueton. Domit.* 4. Edidit venationes gladiatoresque et noctibus ad lychnuchos. *Id. Cæs.* 37. Elephantis lychnuchos gestantibus. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 3, 8. (14). Placuere et lychnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentum, lucentes. *lampane, chioccie. In-*

script. apud *Murat.* 934. 7. VIRGILIVS P. VIRG. SER. AD LYCHN. H. S. N. Vide *Sidon.* 2. *Ep.* 10. post carmen.

LYCHNUS, i, m. 2. λύχνος, ab inusit. λύχω *luceo*, unde λύκος, λύκινος et per sync. λύχνος (*V.* LUX init.) lucerna, *lucerna, lampanino. Lucret.* 5. 296. Pendentes lychni. *Virg.* 1. *Æn.* 730. dependent lychni laquearibus aureis Incensi. *Cic. Cœl.* 28. 67. Alia fori vis est, alia triclinii: alia subsellorum ratio, alia lectorum: non idem judicum comissatorumque conspectus: lux denique alia est solis et lychnorum. *Stat.* 1. *Theb.* 520. Ast alii tenebras et opacam vincere noctem Aggressi, tendunt auratis vincula lychnis. Adde *Ennium* et *Lucilium* apud *Macrob.* 16. *Saturn.* 4., ex quo apparet, multo ante *Cicer.* apud Latinos poetas, licet vox Græca sit, in usu fuisse. *V.* voc. præced.

LYCISCA, æ, f. 1. a λύκος *lupus*, est canis ex lupo et cane genita, ut est apud *Servium* ad *Virg.* 3. *Ecl.* 18. Hinc *Vet. Poeta* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 454. *Burmann.* At lupus ex catula format coeundo lyciscam.

LYCISCUS, i, m. 2. λυκίσκος. *Isid.* 12. *Orig.* 2. Lycisci autem dicuntur canes nati ex lupis et canibus, quum inter se forte miscentur. *V.* voc. præced., et LYCISCA et LYCISCE in ONOM. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

LYCIUM, ii, n. 2. est genus spinæ, folio buxi, virgis tricubitalibus, quæ una cum radicibus tusæ succoque expresso varios habent in medicina usus. Hoc autem medicamentum *Lycium* dicitur tum a *Plin.* 24. *Hist. nat.* 14. 76. (121). et 77., ubi plura de eo; tum a *Cels.* 5. 26. *n.* 30. *extr.* et 6. 7. *n.* 2., 8. 6. et 9., quia ex Lycia optimum advehebatur. Adde *Scribon. Compos.* 113., 115. et 122. *V. Visc. Op. var. T.* 3. *p.* 323. *edit. Med.*

LYCIUM, ii, n. 2. *V.* LYCEUM.

LYCOPHON, herba eadem ac scelerata, apud *Apul. Herb.* 8.

LYCOPHORUS, i, m. 2. λυκοφόρος (a λύκη *lux* et φέρω *fero*) idem ac daduchus (quam vocem vide suo loco), qui nempe facem in sacris ferebat et quassabat. *Inscript.* apud *Gruter.* 323. 1. EX IVSSV I. O. M. HELIOPOLITANI AVR. THEODORO SACERDOTE LYCOPHORI DE SVO POSVERVNT. De iis ita *Stat.* 4. *Silv.* 8. 30. Tuque Actæa Ceres, cursu cui semper anhelo Votivam taciti quassamus lampada mystæ.

LYCOPIOS, ōtis, n. 3. λυκέφως Græci dicunt, quod nos primum tempus lucis; dictum quasi λευκὸν φῶς, id est lumen candidum. *Paul. Diac. p.* 121. 2. *Müll.*; et *Macrob.* 1. *Saturn.* 17. Alii ducunt a λύκη, de qua in LUX init. dictum est: *V.* et LYCE.

LYCOPHTHALMOS, i, m. 2. λυκόφθαλμος, gemma est quatuor colorum, ex rutilo et sanguineo; in medio nigrum candido cingente, ut luporum oculi, illis per omnia similis: a λύκος *lupus* et ὀφθαλμὸς *oculus. Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 72. (187).; et *Isid.* 16. *Orig.* 14.

LYCOPSIS, is, f. 3. λυκόψις, herba longioribus, quam lactuca, foliis crassioribusque, caule longo, hirsuto, adnatis multis cubitalibus, flore parvo, purpureo. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 11. 73. (97), ubi *Harduin.* legit *lycapsos*, quam lectionem ex optimis Codicibb. etiam *Sillig.* recepit. — Cl. *Fée* (*Op. cit. vol.* 3. *p.* 457.) hanc exhibet synonymiam: Λύκαψον Nicand. Ther. 840. et Paul. Ægynet.; Λυκόψις Dioscor. 4. 26.: et *Lycopsis* Plin. loc. cit. sunt *Echium italicum* L. Spec. plant. 200.

LYCOS, i, m. 2. λύκος, lupus, apud Græcos. Speciatim *lycos* dicitur minimum aranei genus a rapacitate. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 6. 17. (52). Araneus, te, maxime qui lycos vocatur, dolenti medetur lieni.

LYGDINUS, a, um, adject. λύγδινος, candidus, ut Lygdinus lapis apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 8. 13. (62). Paullum distare ab eo (*alabastrite*) in unguentorum fide multi existimant lygdinos in Paro repertos, amplitudine, qua lancès craterasque non excedant, antea ex Arabia tantum advehi solitos, candoris eximii. Adde *Isid.* 16. *Orig.* 5. *V.* LYCHNITES. — Memorat *Martial.* 6. 13. et 42. marmor *lygdon* candidi coloris, quod idem ac *lygdinum* fuisse videtur. *V.* voc. seq.

LYGDOS, i, f. 2. λύγδος, petra candida, eadem ac lygdina. *Martial.* 6. 13. Candida non tacita respondet imagine lygdos. *Id. ibid.* 42. Et credas vacuum nitere lygdon. *V.* voc. præced.

LYGOS, i, f. 1. λύγος, idem ac vitex; Græci autem lygon vocant, alias agnon. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 9. 38. (59). *V.* VITEX.

LYMPHA, æ, f. 1. (a *νύμφη fons*, dea præses aquæ, ν in *l* converso) aqua clara et quæ præcipue a fonte, *acqua*, ὕδωρ. Vox est poetica. — *a*) Universim. *Varro* apud *Non. p.* 145. 2. *Merc.* Quam lympha melius e lacuna fontium Adlata etc. *Lucret.* 6. 1172. Lymphæ puteales. *Catull.* 27. 5. At vos quos libet, hinc abite lymphæ, Vini pernicies. *Tibull.* 2. 1. 46. Mixtaque securo est sobria lympha mero. *Virg.* 4. *Æn.* 635. Dic, corpus properet fluviali spargere lympha. *Horat.* 3. *Od.* 13. 16. loquaces Lymphæ desiliunt. *Id. Epod.* 2. 27. manantes. *Id. ibid.* 16. 48. leves. *Id.* 2. *Od.* 3. 11. obliquo laborat Lympha fugax trepidare rivo. *Ovid.* 2. *Met.* 459. Nuda superfusis tingamus corpora lymphis. *et* 13. *ibid.* 531. vulnera lymphis abluere. *et* 4. *ibid.* 298. videt hic stagnum lucentis ad imum Usque solum lymphæ. *Seneca Œdip.* 229. Sancta fontis lympha Castalii stetit. *Val. Flacc.* 3. 422. vivaque nitentia lympha Membra novat. *Sil. It.* 11. 418. Mollitæ flammis lymphæ languentia somno Membra fovent. *h. e.* tepida post prandium aut cœnam aqua se lavant. — *b*) Speciatim. *Seren. Sammon.* 27. 501. Lympha intercus. *idropisia.* — *c*) *Varro* 1. *R. R.* 1. 6. invocans deos agricolarum reliquæ rusticæ præsides, Lympham in his precatur et Bonum Eventum, quoniam, inquit, sine aqua omnis arida ac misera agricultura est. *Lympham* igitur pro *Nympha* posuit, quia Nymphæ aquarum præsides habitæ sunt. Et videntur olim Latini veteres ita scripsisse: unde *lymphatus*, *lympho* et *lymphaticus* remansere. Hinc *Inscript.* apud *Murat.* 87. 3. NYMPHIS LYMPHISQ. AVGVSTIS OB REDITVM AQVARVM P. POMPONIVS CORNELIANVS. Adde *aliam* apud *Gruter.* 93. 1. — Fallitur *Varro* qui 5. *L. L.* 71. *Müll. lympham* a lapsu lubrico dictam putat: recte autem a Nympha ducit 7. *ibid.* 87.

LYMPHAEUM. *V.* LYMPHEUM.

LYMPHĂCĔUS *vel*

LYMPHĂSĔUS, a, um, adject. (lympha) crystallinum colorem habens, qui aquam refert. *Capell.* 6. *sub init. in carm.*, ubi Codices habent *lymphaseum.*

LYMPHĂTĬCUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

LYMPHĂTĬCUS, a, um, adject. (lympha) lymphatus, larvatus, cerritus, attonitus, mente excussus, externatus, furens, *forsennato, fanatico, furioso.*

I.) Proprie. *Liv.* 10. 28. Ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat. *πανικὸς φόβος. Seneca Ep.* 13. Nulli tam perniciosi, tam irrevocabiles, quam lymphatici metus sunt: ceteri enim sine ratione, hi sine mente sunt. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 34. (52). Lymphatica somnia. *Apul.* 4. *Met.* Repente lymphatico ritu somno recussa, longe vehementius afflictare se et pectus palmis lundere incepit. *Capell.* 8. *p.* 273. Poetarum rhetorumque cothurno inter lymphatica derelicto. *h. e.* res lymphaticas. *Seren. Sammon.* 27. 507. Helleboro quoque purgatur lymphaticus error. Al. leg. *humor*, et hydropem intelligunt, ut *lymphaticus* pro aquoso hic ponatur. — Hinc *lymphaticus*, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui hujusmodi errore vel morbo laborat. *Apul.* 8. *Met.* Cogitabam subito, velut lymphaticus, exsilire. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 24. (60). Helleborum medetur melancholicis, insanientibus, lymphaticis. Adde *Senec. Ep.* 85.; et *Isid.* 10. *Orig.* 16.

II.) Figurate et joculatiter *Plaut. Pœn.* 1. 2. 132. *lymphaticos nummos* dicit, qui in crumena consistere nequeunt et exsilire gestiunt. — Hinc

Lymphaticum, *i*, n. 2. absolutè, substantivorum more, pro lymphatico morbo usurpat *Plaut. Pœn.* 1. 2. 133.

Lymphaticus, *i*, m. 2. absolute, h. e. is qui hoc morbo laborat. *V.* sub I. in fin.

LYMPHĂTĬCUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. sub I. in fin.

LYMPHĂTĬLIS, e, adject. (lympha) idem ac lymphatus. *Venant. Fort. Vit. S. Mart.* 3. 134. Dum satiat vindicta famem lymphatilis iræ.

LYMPHĂTĬO, ōnis, f. 3. (lympho) terror tremorque, turbatio animi et consternatio, *costernazione di mente, spavento, νυμφολημία. Plin.* 31. *Hist. nat.* 15. 44. (151). Præfigere in limine e sepulcro evulsos clavos adversus nocturnas lymphationes. *Id.* 37. *ibid.* 4. 15. (61). Adamas lymphationes abigit metusque vanos expellit a mente.

LYMPHĂTUS, a, um. *V.* LYMPHO.

LYMPHĂTUS, us, m. 4. (lympho) lymphatio. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 54. (146). Gemma radians, contra lymphatum habenda.

LYMPHĔUM, i, n. 2. (lympha). Scribitur et *lymphæum. Inscript.* apud *Murat.* 60. 3. M. AVRELIVS PRISCILLIANVS CVRATOR LYMPHAEI. — Ceterum lympheum est ædificium, in quo salientes aquæ vario lusu fluunt, ornatus et deliciarum causa (*V.* NYMPHEUM). Legitur in *Inscript.* apud *Murat.* 924. 5., ex quo discimus, *servum a lympheo* fuisse inter officia domus Augustæ. Adde *aliam* apud *eumd.* 484. 4.

LYMPHIDUS, a, um, adject. idem ac lymphatus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 183.

LYMPHĬGER, gĕra, gĕrum, adject. (lympha *et* gero) qui lympham gerit. *Coripp.* 3. *Johann.* 145. Sicubi lymphigeros deducit fistula tractus Ære cavo. *Id.* 7. *ibid.* 246. Lymphiger amnis.

LYMPHO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (lympha). Patt. *Lymphans* et *Lymphatus.* — Lymphare est perturbare, exterrere, consternare, lymphatum reddere, in furorem agere: *V. Lymphatus, a, um* in fine hujus vocis, *ἐκμαίνω* (It. *costernare, far impazzire o dare nelle furie*; Fr. *frapper de terreur, jeter dans le délire, égarer la raison*; Hisp. *llenar de terror, descarriar del buen juicio*; Germ. *wahnsinnig machen*; Angl. *to frighten, make besides himself, drive out of his senses, make mad*). Occurrit — *a*) Active, sed raro. *Val. Flacc.* 3. 47. deus ancipitem lymphaverat urbem. *Stat.* 7. *Theb.* 113. horrificis lymphare incursibus urbem. *et ibid.* 662. It lymphante deo media inter millia, longum Vociferans. Adde *eumd.* 10. *ibid.* 160. — *b*) *Lymphantes animi* passive secundum *Forcellinum*, vel neutrorum more secundum alios, dicuntur a *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 83. (107). qui lymphatione laborant. — *c*) Passive. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 102. (164). Hac herba pota, lymphari homines. — Hinc Part. præter. pass.

Lymphatus, a, um, sæpissime occurrit, et ¶ 1. Est lymphaticus, *forsennato, furioso, fanatico. Paul. Diac. p.* 120. 11. *Müll.* Lymphæ dictæ a Nymphis. Vulgo autem memoriæ proditum est, quicumque speciem quamdam e fonte, id est effigiem Nymphæ, viderint, furendi non fecisse finem; quos Græci νυμφολήπτους vocant, Latini lymphaticos appellant. Sic *Varro* 7. *L. L.* 87. *Müll.* In Græcia commota mente quos nympholeptos appellant, ab eo lymphatos dixerunt nostri. Hæc *Varro*. Aliis lymphatus proprie est, qui aquam timet: et translate qui animo est attonito atque externato, larvatus, cerritus atque huc illuc discurrens commota mente. — *a*) De hominibus. *Liv.* 7. 17. Lymphati et attoniti. *Virg.* 7. *Æn.* 376. Tum vero infelix, ingentibus excita monstris, Immensam sine more furit lymphata per urbem. *Curt.* 6. 2. 16. Discurrunt lymphatis similis in tabernacula et itineri sarcinas aptant. *et* 9. 7. 8. Græci milites, incertum ob quam causam, lymphatis similes ad arma discurrunt. *Id.* 4. 12. 14. Alexandri exercitum pavor, cujus causa non suberat, invasit. Quippe lymphati trepidare cœperunt, omnium pectora occulto metu percurrente. *Tac.* 1. *Ann.* 32. Repente lymphati, destrictis gladiis, in centuriones invadunt. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 5. (9). Lymphatum aliquem agere. *Stat.* 10. *Theb.* 557. lymphatam incertis horroribus urbem Scindunt dissensu vario luctusque furorque Et pavor. — Similiter *Horat.* 1. *Od.* 37. 14. Mentemque lymphatam Mareotico Redegit in veros timores Cæsar. *Ovid.* 11. *Met.* 3. lymphata pectora. *Sil. It.* 7. 356. per altos Saxosi scopulos montis lymphata feruntur Corpora anhela boum. — *b*) De abstractis. *Sil. It.* 1. 459. ruit ocius amens Lymphato cursu. *Lucan.* 7. 186. Lymphato trepidare metu. ¶ 2. Est etiam aqua seu lympha temperatus apud *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *a med.* Malorum Punicorum corticem sumentes, admixto vino lymphato, hoc est aqua temperato, coquemus.

LYMPHOR, ōris, m. 3. (lympha) lympha, humor, aqua. *Lucilius* apud *Non. p.* 212. 4. *Merc.* Impermixtum lymphorem.

LYNCĒUS, a, um, adject. Λύγκειος, *Linceo*, ad Lynceum pertinens, qui fuit unus ex Argonautis, homo perspicacissimi visus, et de quo *V.* multa in ONOM. — Hinc translate *Lynceus* est maxime perspicax et acutissime videns, et quem haud facile quis fefellerit. *Cic.* 9. *Fām.* 2. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? *Horat.* 1. *Sat.* 2. 90. ne corporis optima Lynceis Contemplere oculis. *Bentley.* vult legi *Lyncei*, ut sit Genitivus substantivi, disyllabon per synæresin: nam adjectivi pænultimam esse diphthongum *ei*, nec posse per crasin in disyllabon coalescere. Quod tamen non videtur necessarium, quum ab adjectivo *Lynceus* abjici possit *i* subjunctiva diphthongi, deinde synæresis fieri.

LYNCŪRION *vel*

LYNCŪRĬUM, ii, n. 2. λυγκούριον, *ambra gialloressa*. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 38. 57. (137). Lyncum humor glaciatur, aresciturve in gemmas carbunculis similes et igneo colore fulgentes, lyncurium vocatas. (a λύγξ *lynx* et οὖρον *urina*). Adde *eumd.* 37. *ibid.* 2. 11. (34)., ubi inter succina recenset, et ab aliis langurium dici ait, et esse in Italia bestias *languorias*. Plura etiam de eo *ibid.* 3. 13. (52). Confirmat *Ovid.* 15. *Met.* 413.; *Solin.* 2. *a med.*; et *Hieronym. Ep.* 64. *n.* 16. Alii putant, eumdem esse atque hyacinthum. *V.* LANGURIA et LANGURIUM. Hanc gemmam esse, quæ nunc vulgo *giacinto ombrato* dicitur, multis probat argumentis *Faustin. Corsi, Delle pietre ant. p.* 288.

LYNTER. *V.* LINTER.

LYNX, lyncis, f. et m. 3. λύγξ, animal quadrupes, ferum, ex genere pantherarum, vario colore, et maculoso tergore acutissimoque visu præditum: frequentissimum in Æthiopia et India. Fabulantur, ab his Bacchi currum trahi, postquam Indos domuit: cujus ratio videtur esse, quia Bacchus vino addit animos etiam timidis et fugacibus. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 32. (122). Peregrinæ sunt et lynces, quæ clarissime omnium cernunt. *Virg.* 3. *G.* 264. Lynces Bacchi variæ. *et* 1. *Æn.* 327. maculosæ tegmine lyncis. *et* 8. *Ecl.* 3. stupefactæ carmine lynces. *Horat.* 4. *Od.* 6. 33. Deliæ tutela deæ: fugaces Lyncas et cervos cohibentis arcu. *Id.* 2. *ibid.* 13. 40. Aut timidos agitare lyncas. *Stat.* 2. *Achill.* 406. Imbelles lynces sectari. *Propert.* 3. 15. 8. *ad Bacch.* Lyncibus in cælum vecta Ariadna tuis. *Ovid.* 4. *Met.* 25. tu bijugum insignia frenis Colla premis lyncum. *et* 3. *ibid.* 668. Quem circa tigres simulacraque inania lyncum etc. *Stat.* 4. *Theb.* 272. Velatum geminæ dejectu lyncis. *h. e.* pellis e lynce.

LŸO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (a λύω *solvo*). Part. *Lyatus*. — Lyare est in humorem resolvere, liquidum reddere, *scioglière, liquefare. Apic.* 4. 4. Ptisanam lyas, et rolas in cacabo. *Id.* 5. 1. Adjicies cerebella duo cocta, et selibram pulpæ, quasi isicia, lyatæ.

LŸRA, æ, f. 1. λύρη, instrumentum musicum, in quo fides extentæ et digitis percussæ sonos edunt. Constat duobus veluti cornibus, seu brachiis, hinc inde in modum S contortis, et supra infraque connexis transverso jugo, cui chordæ ita adnectuntur, ut ex utraque parte convelli digitis et pulsari possint. De ejus a cithara differentia, *V.* dicta in CHELIS et CITHARA. Volunt esse a λύτρα *pretium solutionis*: quia a Mercurio ejus inventore data sit Apollini in compensationem pro bobus furto ablatis. Hæc fere narrat *Hygin.* 2. *Astron.* 7. (It. *lira, arpa*; Fr. *lyre, luth*; Hisp. *lira*; Germ. *d. Lyra*; Angl. *a lyre, harp*).

I.) Proprie. *Horat.* 1. *Od.* 10. 5. *ad Mercur.* Te canam magni Jovis et deorum Nuncium, curvæque lyræ parentem. *Ovid.* 5. *Fast.* 105. *ad eumd.* septena putaris, Pleiadum numerum, fila dedisse lyræ. *Id.* 3. *Amor.* 12. 40. Duraque percussam sæva secuta lyram. *Id. Heroid.* 3. 118. Threiciam digitis increpuisse lyram. *Id. Remed. am.* 705. Phœbus adest: sonuere lyræ. *Id.* 3. *Art. am.* 50. Lyra canere laudes alicujus. *Val. Flacc.* 5. 100. mixtoque sonantem Percutit ore lyram. *Cic.* 1. *Tusc.* 2. 4. Themistocles quum in epulis recusaret lyram, est habitus indoctior.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe refertur ad genus levioris carminis, quod inde *lyricum* dicitur, et qui eo utuntur poetæ, *lyrici*: quorum princeps Græcis *Pindarus*, Latinis *Horatius* habetur. Solebant enim amores, deorum et heroum laudes, et hujusmodi poemata brevioribus versibus facta, ad lyræ sonum canere. *Horat.* 1. *Od.* 6. 10. Imbellisque lyræ Musa potens. *et* 3. *ibid.* 3. 69. Non hæc jocosæ conveniunt lyræ. *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 28. Pindaricæ fidicen tu quoque, Rufe, lyræ. *Id.* 2. *Amor.* 18. 26. Æoliæ Lesbis amica lyræ. *Id.* 3. *Pont.* 4. 45. assiduam domini meditata querelam, Ad lætum carmen vis mea versa lyra est. ¶ 2. Interdum et ad quamcumque facultatem pangendi carminis. *Stat.* 10. *Theb.* 445. Quamvis mea carmina surgant Inferiore lyra. ¶ 3. Lyra est etiam sidus, decem stellis constans, quod et *Fidis* appellatur, teste *Varron.* 2. *R. R.* 5. 12. Fabulantur enim, acceptam a Mercurio lyram donasse Apollinem Orpheo, qua ille Inferos adiit, Plutonem flexit, reduxit conjugem, silvas et feras traxit. Eo tandem a Bacchis discerpto, lyram ab Apolline in cælum fuisse translatam, in regione septentrionali inter genu et sinistram manum Engonasin, ut *Hygin.* 3. *Astron.* 6. docet. *Ovid.* 1. *Fast.* 315. Institerint nonæ: missi tibi nubibus atris Signa dabunt imbres, exoriente Lyra. Adde *Colum.* 10. *R. R.* 79.

LŸRĬCA, ōrum, n. plur. 2. *V.* LYRICUS in fin.

LŸRĬCEN, cinis, m. 3. (lyra *et* cano) qui lyra canit, idem ac lyristes, *suonatore di lira. Augustin. de gramm. p.* 1977. *Putsch.* Fidicen, lyricen, cornicen, liticen. *Gloss. Philox.* Lyricen, λυρῳδός.

LŸRĬCI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq. in fin.

LŸRĬCUS, a, um, adject. (lyra) ad lyram pertinens, *lirico*, λυρικός. *V.* dicta in LYRA. *Ovid. Heroid.* 15. 26. Lyrici modi. *Id.* 2. *Fast.* 94. soni. *Horat.* 1. *Od.* 1. 35. vates. *Ovid.* 2. *Trist.* 364. Lyrici Teia musa senis. *h. e.* Anacreontis. *Stat.* 4. *Silv.* 7. 5. regnator Lyricæ cohortis. *h. e.* Pindarus. — Hinc

Lyrica, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt lyrici versus, poematia ad lyram canenda. *Plin.* 7. *Ep.* 17. Lyrica non lectorem, sed chorum et lyram poscunt. *Id.* 3. *ibid.* 1. Scribit utraque lingua lyrica doctissime.

Lyrici, ōrum, m. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt poetæ ipsi lyrica scribentes. Græce habet *Cic. Orat.* 55. 183. A modis quibusdam cantu remoto, soluta esse videtur oratio: maximeque id in optimo quoque poetarum, qui λυρικοί a Græcis nominantur: quos quum cantu spoliaveris, nuda pæne remanet oratio. *Quintil.* 9. 4. 53. Lyricorum carmina in varias mensuras cogere. Adde *eumd.* 1. 8. 6., 8. 6. 71. et 10. 1. 9. *Seneca Ep.* 49. Negat, si duplicetur sibi ætas, habiturum se tempus, quo legat lyricos.

LŸRISTES, æ, m. 1. λυριστής, lyræ peritus, lyricen, *suonatore di lira. Plin.* 1. *Ep.* 15. Audisses comœdum, vel lectorem, vel lyristen. Adde *eumd.* 9. *Ep.* 17. et 36. *Sidon.* 8. *Ep.* 11. *in carm.* Alcæo potior lyristes ipso. Hic ultima syllaba *es* licenter corripitur ex more sequiorum temporum: nam ita præcipit *Capell.* 3. *p.* 65. *Es* terminatus in Græcis nominibus brevis est, ut *Anchises.*

LŸRISTRĬA, æ, f. 1. λυριστρια, quæ lyram pulsat, ut citharistria, quæ citharam. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 11. 162. Nunc exspectas apud me pantomimas, aut lyristrias de Gadibus.

LŸRON, i, n. 2. λύρον, herba eadem atque alisma, apud *Plin.* 25. *Hist. nat.* 10. 77. (124). *V.* ALISMA.

LŸSAS, antis, f. 3. a λύσας, αντος, *solvens*, herba eadem atque artemisia. *Apul. Herb.* 10.

LŸSĬMACHIA, æ, f. λυσιμαχία, herba folio salicis, flore purpureo, fruticosa, ramulis erectis, odore acri: gignitur in aquosis. Nomen habet ab inventore Lysimacho Thraciæ rege. Vis ejus tanta est, ut jumentis discordantibus, jugo imposita, asperitatem cohibeat, ut est apud *Plin.* 25. *Hist. nat.* 7. 35. (72). a quo hæc sumpta sunt. Unde alii dictam putant ἀπὸ τοῦ λύειν μάχην, a dirimendis pugnis. Habet etiam vim sistendi sanguinem, *Id.* 26. *ibid.* 12. 82. (131).; sanandi ulcera calceamento facta, *Id. ibid.* 14. 87. (141).; tingendi capillum flavo colore, *Id. ibid.* 15. 93. (164). — *NB.* De Lysimachia urbe *V.* ONOM.

LŸSĬMĀCHUS, i, m. 2. λυσίμαχος, gemma Rhodio marmori similis, aureis venis. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 62. (172). — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

LŸSĬPŌNĬUM, ii, n. 2. a λύσις *solutio* et πόνος *labor, dolor*, est collyrium, ita appellatum, quia oculos dolore liberat. *Inscript.* apud *Tochôn, cachets des ocul. p.* 63. HYPNI LYSIPONIVM AD SVPPVRATIONEM.

LŸSIS, is, f. 3. λύσις. ¶ 1. Est Græca vox solutionem significans, a λύω *solvo. Vitruv.* 6. 11. Limina et trabes structuris quum sint oneratæ, medio spatio pandantes, frangunt sua lysi structuras. *h. e.* solutione et hiatu. ¶ 2. In architectura est membrum, quod et sima et gula inversa appellatur. Ita *Bald.* in *Lex.* ad *Vitruv.* 3. 3. et 5. 7. Fortasse ita dicta est, quia solvit, hoc est separat unum ornamentorum genus ab altero, quum in summa fere corona locum habeat. — *NB.* De nom. prop. *V.* ONOM.

LŸTAE, ārum, m. plur. 1. apud *Justinian. præf. Dig. de antecessor.* § 5. dicuntur, qui post quartum studiorum annum in Juris scientia adeo profecerunt, ut de eo interrogati respondere apte possint et quæstiones solvere: a λύω *solvo. Prolytæ* autem *ibid. paullo post* sunt, qui lytis paullo doctiores evaserunt, et a magistrorum scholis post quintum studiorum annum honestam missionem impetrarunt, *licenziati.* Utraque autem vox ibi etiam Græce scribitur.

LŸTRA. *V.* LUTRA.

LŸTRŌTES, æ, m. 1. λυτρώτης, unus ex æonibus Valentini. *Tertull. advers. Valentin.* 9.

LŸTRUM, i, n. 2. λύτρον, a λύω *solvo*, est pretium redemptionis, hoc est pecunia, quæ pro redemptione et liberatione solvitur, *prezzo del riscatto.* Apud *Festum p.* 270. 29. *Merc.* et apud *Non. p.* 111. 14., 222. 32., 355. 15. et alibi citatur *Ennius* in *Hectoris lytris*, ubi agitur de redemptione cadaveris Hectoris a Priamo factæ: quod argumentum *Lucan.* quoque tractavit, teste *Stat.* 2. *Silv.* 7. 55. *Hygin. fab.* 106. *lemma est*: Herculis lytra. Ceterum cl. viri *O. Ribbeckius* et *J. Vahlen.*, qui Ennianarum tragœdiarum *fragmenta* diligenter ac docte admodum collegerunt, pro *lytris* ubique legunt *lustris.*

LYTTA, æ, f. 1. λύττα. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 5. 32. (100). Est vermiculus in lingua canum, qui vocatur a Græcis lytta, quo exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Hæc *Plin.* Porro λύττα seu λύσσα rabiem etiam canum significat. *V.* VERMICULUS.

De littera M

M est *A*) Littera; *B*) Nota numeralis; et *C*) Nominis abbreviatio.

A) M, m. n. indecl. *vel* f. (subauditur enim *littera*) est — *a*) Duodecima Latini alphabeti littera, una ex illis, quas Græci grammatici ἡμίφωνα ἁπλᾶ καὶ ἀμεταβόλα, hoc est semivocales simplices et immutabiles, Latini liquidas appellant; quæque et figura et re Græcæ litteræ M, μ respondet. — *b*) Quod ad sonum generatim attinet, M, inquit *Priscian.* 1. *p.* 555. *Putsch.*, obscurum in extremitate dictionum sonat, ut *templum*: apertum in principio, ut *magnus*: mediocre in mediis, ut *umbra.* et *Quintil.* 9. 4. 40. docet, quoties claudit verbum, et vocalis sequitur, ita efferri debere, ut parum exprimatur, adeo ut pæne cujusdam novæ litteræ sonum reddat. Ferri vero non potest illorum vitium, qui ita proferunt, tanquam *n* sit: et cum vocali sequente conjungunt, ita ut *quum enim*, quasi *quunenim* sit, dicant. Quicumque in his pronunciandi leges peccaret, *mytacismi* vitio laborare dicebatur: *V.* MYTACISMUS, et cf. LABDACISMUS. — *c*) Quod ad sonum speciatim attinet, quod molestum in fine dictionis sonum habeat, et quemdam quasi mugitum, non nisi ægre compressis labris erumpentem, Latini (nam Græcis nulla dictio in μ desinit, ut monet *Quintil.* 12. 10. 31.) hanc litteram parum admodum exprimebant ac postremæ syllabæ sonum soni vocalis persimilem emittebant: immo Latini poetæ hanc eamdem litteram vocali subsequentem de more per ecthlipsin elidunt. V. hac de re *Quintil. loc. cit.* et 11. 3. 34.; *Donatum* ad *Ter. Adelph.* 2. 1. 53.; *Isid.* 1. *Orig.* 31. 6.; *Priscian. loc. cit.*; *Diomed.* 2. *p.* 448. *Putsch.*; *Val. Prob. p.* 1392. et 1440.; *Mar. Victorin. p.* 2510., et alios. Hinc quidam gram-

matici, ut *Verrius Flaccus*, teste *Vel. Longo* p. 2238. *Putsch.*, ea fuerunt sententia, ut ubicumque prima vox M littera finiretur, sequens a vocali inciperet, M non tota, sed pars illius prior tantum (scil. Λ) scriberetur. (In aliquot lapidibus, sequioris tamen ætatis, interdum littera M sic scribitur N. Videsis *De-Vita, Antiq. Benev.* p. XLV. nota *a*. Eodem defectu littera N interdum V evasit.). Profecto antiquissimi Latini, quoniam non erat necesse ut scriberent, quod non sonaret in verbo, M in fine dictionis omiserunt; quemadmodum testantur *Monum. Scipion.* in *Inscript.* apud *Orell.* 550. TAVRASIA CISAVNA SAMNIO CEPIT. SVBIGIT OMNE LOVCANA. *h. e.* Taurasiam, Cisaunam, Samnium cepit; subegit omnem Lucaniam. *et ibid.* 552. HONC OINO PLOIRIME COSENTINT.... DVONORO OPTVMO FVISE VIRO LVCIOM SCIPIONE. — HEC CEPIT CORSICA ALERIAQVE VRBE. DEDET TEMPESTATIBVS AIDE MERITO. *h. e.* hunc unum plurimi consentiunt.... bonorum optimum fuisse virum Lucium Scipionem. Hic cepit Corsicam Aleriamque urbem: dedit Tempestatibus ædem merito. Similiter *arpaixo*; usurpatum est *attinge* pro *attingem* vel *attingam* teste *Paul. Diac.* p. 26. 13. *Müll.*, et *recipie* pro *recipiem* vel *recipiam* teste *Festo* p. 286. 21. *Müll.*; et alia, de quibus videsis *Müllerum* ad *Paul. Diac. loc. cit.* Hinc etiam usu venit *donec* pro *donicum*, *coeo* et *coerceo* pro *comeo* (quamvis *comitium* derivatum est) et *comerceo*, *circueo* et *circuitus* sæpius quam *circumeo* et *circumitus*, *veneo* pro *venum eo*, *animadverto* pro *animum adverto* etc. — Quandoque vero, etiam vocali non subsequente, a Poetis *m* littera elidebatur, ut nempe ratio carminis constaret, ut in his hendecasyllabis apud *Melchiorri, Decad. epigr.* 2.ª p. 14. Mulum, crustulum (*lege* crustulu'), municeps, petenti te sextam tibi dividantur hora (*scribe* horam). De te tardior aut piger quærere. *V.* etiam incerti *Auct. epigr.* apud *Lamprid.* in *Alex. Sev.* 58., ubi: Pulcrum quod video esse nostru' regem. *et* Pulcrum quod putes esse nostru' regem. — *d*) Illud præterea est animadvertendum, veteres Poetas M in fine vocis retinuisse, quoties in vocem ipsam lectoris attentionem excitare voluerunt, et insequente vocali corripuisse. *Ennius* apud *Priscian.* 1. p. 556. *Putsch.* Insignita fere tum millia militum octo. *Lucilius* apud *Donatum* ad *Ter. Andr.* 2. 1. 24. Ne quem in arce bovem discerpsi magnifice, inquit. *Lucret.* 6. 276. Semina seque simul cum eo commiscuit igni. Sic et *Horat.* 2. *Sat.* 2. 28. Quem laudas pluma? coeto num adest bonos idem? Similiter ab elisione abstinuit, sed produxit, *Tibull.* 1. 5. 33. O tantum venerata virum, hunc sedula curat. et *Propert.* 3. 28. 45. Hæc eadem ante illam impune et Lesbia fecit. V. *Lachmann.* ad *Lucret. vol.* 2. p. 131. — *e*) Quamquam nullum sit Latinum vocabulum, quod *mn* incipiat, quemadmodum Græca μνᾶ, μνῆμα, μνεῖον, μνόος etc.; immo pro *mna* usus *mina* potius probaverit: tamen maximam inter litteras *m* et *n* intercedere affinitatem, testantur quamplurimæ Græcæ voces ac formæ *v* finitæ et a Latinis *m* littera enunciatæ, ut ἄντρον *antrum*, Ὅμηρον *Homerum*, Μοῦσαν *Musam*, βᾶσιν *basim*, βοῶν *boum* etc.; quo referri potest et *Melus* pro *Nilus* vel Νεῖλος ab antiquis dictus, teste *Paul. Diac.* p. 124. 12. *Müll.* Hoc idem confirmant multa Latina, in quibus *m* et *n* invicem vel pro lubitu commutantur, cujusmodi sunt *amnis* et *annus*, *solemnis* et *solennis*, *antemna* et *antenna* etc. — Et quoniam *m* littera, ut supra diximus sub *a*, in principio dictionum apertum sonat, factum est ut in compositis *n* in *m* mutaretur, ut in *immolare* pro *inmolare*, *immotus* pro *inmotus*, *immundus* pro *inmundus* etc. Contra vero, quum *m* littera in fine dictionum obscurum sonet, factum est ut in compositis vel mutaretur in *n* vel elideretur, ut in *connecto* vel *cōnecto* pro *connecto*, *conniti* vel *cōniti* pro *conniti* etc.; aut aliquando *m* et *n* in unum quasi sonum coalescerent, ut docet *Vel. Longus* p. 2237. hisce verbis. *Nam* et *nonnunquam* plenius per N quam per M enunciatur: ac tum dico *etiamnunc*, quamvis per M scribam, nescio quomodo tamen exprimere non possim. — Hinc patet, cur *n* ante *b* et *p* mutetur in *m*, ut in *imberbis* pro *inberbis*, *imbuo* pro *inbuo*, *impertio* pro *inpertio*, *impurus* pro *inpurus* etc.: contra *m* ante *d* vel *t*, *f* vel *v*, *c* vel *qu* mutetur in *n*, ut in *quendam* pro *quemdam*, *eundem* pro *eumdem*, *identidem* pro *idemtidem*, *confero* pro *comfero*, *convolvo* pro *comvolvo*, *princeps* pro *primceps*, *nuncubi* pro *numcubi*, *nunquam* pro *numquam* etc. V. *Priscian.* 1. p. 555., 12. p. 946. et 13. p. 958. *Putsch.*; *Vel. Longum* p. 2236. et seq.; *Mar. Victorin.* p. 2462.; *Cornutum* apud *Cassiod. de orthogr.* p. 2285.; et *Wagner.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 549.

B) M est etiam nota numeralis, quæ mille valet: non quod sit prima ejus vocis littera, sed quia quum olim CIↃ vel ∞ scriberetur, paullatim in M transiit.

C) Demum in notis M significat prænomen *Marcus*: addita vero ad extremum lineam virgula M'. vel NV. *Manius. Diomed.* 2. p. 419. *Putsch.* Præterea in Inscriptionibus M passim est *magister*, *monumentum*, *municipium*, *menses*, *memoria*, *miles* etc. *V.* Ind. Notarum apud *Orell.* et *Henzen.*

MA

MĀ DIS, *μὰ Δία*, per Jovem, Græca jurandi formula, tum affirmando, tum negando. *Petron. fragm. Tyagur.* 52. *Burmann.* Syrum histrionem exhibebat, concinente tota familia ma dia perite, ma dia. Hinc est nostrum *madiè si, madiè no.* Sed *ma dia* sunt Græca pura puta et Græcis litteris scribenda.

MĂCÆRINTHE, es, f. 1. a *μάκαιρα beata*, herba eadem ac rosmarinus. *Apul. Herb.* 79. Rosmarinum prophetæ macærinthe, Latini salutarem.

MĂCĂRĬŌTES, ētis, f. 3. *μακαριότης felicitas*, unus ex æonibus Valentini. *Tertull. advers. Valentin.* 8.

MACCUS, i, m. 2. qui stupidi partes agit inter mimos, *zanni*, *pulcinella*: videtur esse a *μακκοῦν* pro *μὴ κοᾶν resipere*; alii deducunt a quadam muliere stupida, quæ Μακκὼ appellatur apud *Suidam.*

I.) Proprie. *Diomed.* 3. p. 488. *Putsch.* In Atellana Oscæ personæ inducuntur, ut maccus. *V.* BUCCO et STUPIDUS. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 281. 5., quæ est apud *Orell.* 2621. et 4829. M. ANNAEVS M. F. ESQ. LONGINVS MACCVS. — Hinc *Novii* Atellanæ inscribuntur *Macci*, *Maccus caupo*, *Maccus exsul*: et *Pomponii* Atellanæ *Maccus*, *Macci gemini*, *Maccus miles*, *Maccus sequester*, *Maccus virgo.* V. *Munk de fab. Atellan.* p. 172. et 144.

II.) Translate. *Apul. de Mag.* Omnes isti, si cum hac una Rufini fallacia contendantur, macci prorsus et buccones videbuntur.

MACELLA, æ, f. 1. eadem ac macula. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 67.

MĂCELLĀRĬUS, a, um, adject. (macellum) ad macellum pertinens. *Val. Max.* 3. 4. *n.* 4. Miro gradu Varro ad consulatum ex macellaria patris taberna conscendit. *Inscript.* apud *Gruter.* 647. 5., quæ est apud *Orell.* 4302. NEGOTIATOR ARTIS MACELLARIÆ. — Hinc

Macellarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui obsonia omne genus vendit, agninam, bubulam, suillam, aves, pisces, et hujusmodi, *venditore di companatico*, ὀψοπώλης: in quo differt a lanio, qui carnes pecudum tantummodo vendit. Lanius igitur qui plebejas carnes vendebat, macellarius conciliator cupediarum. *Varro* 3. *R. R.* 2. 11. Num pluris nunc tu e villa illic natos verres lanio vendis, quam hic apros macellario Sejus? *et ibid.* 4. 2. Ornithonem fructus causa habent macellarii, et in urbe quidam, et rure maxime. *Sueton. Cæs.* 26. Ea, quæ ad epulum pertinebant, quamvis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat. *Id. Vesp.* 19. Convivabatur assidue, ac sæpius recta ac dapsili, ut macellarios adjuvaret.

MĂCELLĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

MĂCELLUM, i, n. *et* macellus, i, m. 2. — Masculino gen. *Martial.* 10. 96. Hic pretiosa fames conturbatorque macellus. Sic *Kalendar. Constant.* a *Spon.* edit. *Miscell. antiq.* p. 55. x. KAL. IVN. MACELLVS ROSAS SVMAT. — Macellum est locus, in quo obsonia venduntur. Varia Romæ fuere loca, in quibus separatim varii generis obsonia vendebantur; forum boarium, piscarium, cupedinis, olitorium etc. Hæc omnia, inquit *Varro* 5. *L. L.* 147. *Müll.*, postea quam contracta in unum locum, quæ ad victum pertinebant, et ædificatus locus, appellatum macellum, ut quidam scribunt, quod ibi fuerit hortus (nam μάκελλον *sæpimentum* vel *locum sæptum* significat: et Iones ostia hortorum et castelli vocant μακέλλους); alii quod ibi domus fuerit, cui cognomen fuit Macellus, quæ ibi publice sit diruta. Hæc *Varro.* Sic *Paul. Diac.* p. 125. 7. *Müll.* Macellum dictum a Macello quodam, qui exercebat in Urbe latrocinium; quo damnato censores Æmilius et Fulvius statuerunt, ut in domo ejus obsonia venderentur. Hoc idem confirmat *Varro* apud *Donatum* ad *Ter. Eun.* 2. 2. 25. et Romanium, vel rectius Manium vel Omanium Macellum dictum fuisse eum latronem, tradit. Alii ducunt a mactandis pecoribus, ut *Isid.* 15. *Orig.* 2. 44., qui Græca *μάχη* et *μαχαίρα* respexisse videtur. et *Plutarch. Quæst. Rom.* c. 54. Διὰ τί τὰ κρεωπώλια μάκελλα καὶ μακέλλας καλοῦσι; Πότερον ἀπὸ τῶν μαγείρων τοὔνομα διαφθαρέν, ὥσπερ ἄλλα πάλαι, τῇ συνηθείᾳ κεκράτηκε; καὶ γὰρ τὸ κ πρὸς τὸ γ συγγένειαν ἔχει παρ' αὐτοῖς. ὀφὲ γὰρ ἐχρῶντο τῷ γάμμα Καρβιλίου Σπορίου προσεξευρόντος etc. Gr. κρεωπωλεῖον, ὀψοπωλεῖον (It. *piazza*, *dove si vende ogni sorta di companatico*; Fr. *lieu où l'on vend de la viande, marché à la viande*; Hisp. *sitio destinado para vender las viandas*; Germ. *ein mit Buden zugebauter Ort, wo Fleisch, Fische, auch Gemüse verkauft wurde*; Angl. *a market-place for all kinds of provisions, the shambles*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 3. Venio ad macellum, rogito pisces, indicant caros, agninam caram, caram bubulam, vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia. *Ter. Eun.* 2. 2. 24. Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum adventamus; concurrunt læti mi obviam cuppedinarii omnes, cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores. *Varro* 3 *R. R.* 2. 16. Collegiorum cœnæ excandescebant annonam macelli. *Cic.* 2. *Divinat.* 27. 59. Si Epicuri de Voluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 31. Pernicies et tempestas barathrumque macelli, Quidquid quæsierat, ventri donabat avaro. *V.* infra sub II. *Martial.* 10. 59. Dives et ex omni posita est instructa macello Cœna tibi. *Cic.* 2. *Fin.* 15. 50. Quæ est ista laus, quæ possit e macello peti? *Id. Quinct.* 6. 25. Tum Nævius puetos circum animos dimittit: ipse suos necessarios ab atriis Liciniis et a faucibus macelli corrogat, ut ad tabulam Sextiam sibi adsint hora secunda postridie. *Liv.* 27. 11. Locaverunt inde reficienda, quæ circa forum incendio consumpta erant, septem tabernas, macellum, atrium regium. *Sueton. Cæs.* 43. Dispositis circa macellum custodibus, qui obsonia contra vetitum retinerent. *Varro* 3. *R. R.* 17. 7. Macellum piscinarium. *h. e.* in usum piscium in piscinis conclusorum. — *b*) In macello prostabant etiam coqui, conducentibus parati. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 28. (108). — *c*) Antiquis Romanis et frugi hortus pro macello fuit. Oleribus enim fere victitabant. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 19. (51). Ex horto plebi macellum, quanto innocentiore victu! *V.* infra sub II. *Varro* 5. *L. L.* 146. *Müll.* Forum olitorium: hoc erat antiquum macellum, ubi olerum copia. *Cic.* Catonem loquentem inducens *Senect.* 16. 56. Jam hortum iusi agricolæ succidium alteram appellant. — *d*) Quod in macello etiam olera venderentur, colligitur tum ex *Varron. loc. cit.* sub init., ubi contracta fuisse ait in unum macelli locum fora piscaria, olitoria etc., tum ex *Plin.*, qui 19. *Hist. nat.* 4. 19. (57). scribit, in qua domo indiligens hortus sit, e carnario, aut macello vivendum esse. *h. e.* emendam carnem et olera, quæ in horto domestico per indiligentiam non colantur.

II.) Translate, per synecdochen est ipsa macelli annona, seu cibi, qui in macello venduntur. *Manil.* 5. 370. Numidarum pascimur oris, Phasidos et damnis: arcessitur inde macellum, Unde aurata novo convecta est æquore pellis. Huc retrahenda

videntur ipsa loca *Horat.* cit. sub *a* et *Plin.* cit. sub *c*.

MĂCELLUS, a, um, adject. *deminut. a* macer, aliquantum macer, *magretto*, ὀπίσχνος, ut docet *Paul. Diac. p.* 7. 11. *Müll.* Fit diminutive a macro macellus, a vafro vafellus. et *Varro* 8. *L. L.* 76. *Müll.* In his macer, macriculus, macellus; niger, nigriculus, nigellus. *Lucilius* apud *Non. p.* 136. 32. *Merc.* Si nosti, non magnus homo est, nasutu', macellus.

MĂCELLUS, i, m. 2. *V.* MACELLUM init.

MĂCĔO, es, ere, n. 2. (macer) idem quod macreo. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 28. Qui ossa atque pelis totus est: ita cura macet.

MĂCER, cra, crum, adject. Comp. *Macrior* et Sup. *Macerrimus* 1. — Ratione habita etymi, volunt esse a μακρὸς *longus*, seu qui in longum, non in latum producitur: est autem exilis, gracilis, tenuis; cui opponitur *pinguis, plenus*, ἰσχνός, λεπτός, ἀπόμηλος (It. *magro, macilente*; Fr. *maigre*; Hisp. *magro, flaco, seco*; Germ. *mager, abgemagert, dürre*; Angl. *lean, magre, thin, poor, barren, macilent*).

I.) Proprie. — *a*) Dicitur de brutis animantibus, quæ tenui carne operiuntur. *Virg.* 3. *Ecl.* 100. Eheu quam pingui macer est mihi taurus in ervo! *Varro* 2. *R. R.* 5. 12. Existimantur facilius macræ (*boves*) concipere. Sic *Propert.* 4. 1. 22. Ducebant macræ vilia sacra boves. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 33. Macra (*mustela*) cavum repetes arctum, quem macra subisti. *Id.* 1. *Sat.* 5. 72. macri turdi. *Gell.* 20. 8. Ostreæ inuberes et macræ. — *b*) De hominibus. *Quintil.* 6. 3. 58. Similitudo non ab hominibus modo petitur, verum etiam ab animalibus: ut – P. Blessus Junium, hominem nigrum et macrum et pandum, fibulam ferream dixit. — Huc pertinet et illud *Senec. Ep.* 78. *ante med.* Maximi dolores consistunt in macerrimis corporis partibus. — *c*) Dicitur et de terra humore carente et saxis abundante. *Cato R. R.* 6.; et *Varro* 1. *R. R.* 24. 2. Ager macrior. et *Colum.* 11. *R. R.* 2. 7. Macerrimi agri. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 25. 67. Quod solum tam exile et macrum est, quod aratro perstringi non possit? *Colum.* 2. *R. R.* 9. 4. Humus macerrima. *Id.* 11. *ibid.* 2. 7. In macris aut aridis locis. *Id.* 2. *ibid.* 18. 2. Macriora loca fimo juvanda sunt. — *d*) Hinc etiam de plantis usurpavit *Colum.* 3. *R. R.* 10. 3. Macerrimæ stirpes. *h. e.* quæ humore et alimento destituuntur. et 8. *ibid.* 1. 2. Macerrimis vineis avium stercore mederi. *et* 4. *ibid.* 24. 8. Vitis macrior.

II.) Translate. *Martial.* 2. 6. Quid prodest mihi tam macer libellus, Nullo crassior ut sit umbilico? *h. e.* exiguus, brevis. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 180. valeat res ludicra, si me Palma negata macrum, donata reducit opimum. *h. e.* mœstum, tristem et veluti enectum. — *Spiritus jejunio macer* apud *Petron. Satyr.* 128. est graveolens. Sed al. leg. *marcet*; alii aliter. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MĂCĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. (macero). ¶ 1. Est actus macerandi et subigendi, *macerazione*, τῆξις, φύρασις. *Vitruv.* 7. 2. Calx in maceratione diuturna liquore defervere coacta. ¶ 2. Item corruptio, labefactio. *Arnob.* 4. 35. In ultimam tabem diffluentium viscerum maceratione consumi.

MĂCĔRĀTUS, a, um. *V.* MACERO.

MĂCĔRESCO, is, ere, n. inchoat. 3. (macero) maceror, mollis fio, *macerarsi, mollificarsi*, τήκομαι. *Cato R. R.* 92. Lutum de amurca facito, palearum paullum addito, sinito macerescat bene. *Id.* 128. dixit *fracescat*.

MĂCĔRĬA, æ, f. 1. Etiam *maceries, ei*, f. 5. usurpatur bis in *Inscript.* optimæ notæ apud *Gruter.* 611. 13.; item in *alia* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 699. Sic *Prudent. Hamartig.* 227. Quamvis macerles florentes ambiat hortos. Immo ipse *Varro* 3. *R. R.* 5. 11. Quum a summa macerie ad epistylium tecta porticus sit rete cannabina. — Macerla est paries sub dio positus, ad sæplendos hortos, villas, silvas, vineta, sepulcra et hujusmodi, ex sicco lapide constructus, φράγμα, θριγκός (It. *muro, muriccia, macia*; Fr. *mur de clôture*; Hisp. *muro, muralla, tapia*; Germ. *Mauer, Lehmwand, Gartenmauer*; Angl. *any wall enclosing grounds, a garden-wall, park-wall*). — *a*) Quod ad etymon, et macerlarum elementa spectat, alii deducunt a μάκελλον *sæpimentum* (V. MACELLUM sub init.). At *Isid.* 15. *Orig.* 9. Macerlæ sunt parietes longi, quibus vineæ aliaque clauduntur: longum enim Græci μακρὸν dicunt. Hæc *Isid.* Seu maceria dicitur, quia macra est, et nihil admixtum habet, quo partes ejus devinciantur; nostrates vulgo *masiera* vocant. *Servius* ad *Virg.* 2. *G.* 417. Macerlæ sunt de assis, id est de siccis lapidibus. *Sicul. Flacc. de condit. agr. p.* 4. *Goes.* Alii congeries lapidum pro terminis observant, aut in specie macerlarum congerunt lapides, et attinas appellant. *Frontin. de colon. p.* 146. *Goes.* Congeries macerlæ, id est ubi saxa collecta ab utrisque limites dederunt. Ejus species enumerat *Varro* 1. *R. R.* 14. 4. quatuor: e lapide, ut in agro Tusculano; e laterlbus coctilibus, ut in Gallico; e crudis, ut in Sabino; ex terra et lapillis compositis in formis, ut in Hispania. Cf. *Pallad.* 1. *R. R.* 34. 4. Debent horti esse clausi, sed munitionis multa sunt genera: alii luto inter formas clauso parietes figuratos ex laterlbus imitantur; quibus copia suppetit, macerias lapide et luto excitant; plerique sine luto congesta in ordinem saxa componunt. *V.* et *Sicul. Flacc. de condit. agr. p.* 12. *ante med. Goes. Cato R. R.* 15. Macerlam sine calce ex cæmentis et silice, ubi dominus omnia ad opus præbeat: altam pedes quinque facito. *Plaut. Truc.* 2. 2. 48. STRAT. Quid macerla illa ait, in horto quæ est, quæ in noctes singulas latere fit minor? ASTAPH. Non mirum est, vetus est maceria, lateres si veteres ruunt. *Ter. Adelph.* 5. 7. 10. Hanc in horto macerlam jube dirui. *Sisenna* apud *Non. p.* 141. 23. Post villarum macerlas et parietinas quinque cohortes in insidiis reliquit. *Varro* 3. *R. R.* 12. 3. Sæpta e macerlis ita esse oportere in leporario, ut tentorio tecta sint. *Id. ibid.* 5. 12. Silva manu sata – sæpta macerlis altis. *Cic.* 16. *Fam.* 18. 2. Nulla maceria, nulla casa. *Cæs.* 7. *B. G.* 70. Nonnulli fossam transire et macerlam transcendere conantur. *Liv.* 23. 9. *in fin.* Gladium in publicum trans macerlam horti abjecit. *Apul. Florid. n.* 23. Velut in macerla lapides temerario interjectu poni necesse est. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *ante med.* Maceria locum munire. Alter *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 19. (43). Herba in macerlis nascens. *Papinian. Dig.* 18. 1. 73. Maceria sepulcrorum. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 14. *n.* 61. MACERIAS A FVNDAMENTIS CVM AEDICVLIS ET OLLARIIS SVA IMPENSA CIRCVMCLVSIT. *Alia* apud *Orell.* 4143. FVNVS SEPVLCRVM MARMOREVM ET MACERIAM DECREVERVNT. Adde *alias* apud *eumd.* 1322. et 2516. — Singularis est illa Inscriptio, in qua maceriæ et muri mentio simul est, apud *Murat.* 470. 4. ANSIA T. ARVI L. RVFA EX DD. CIRC. LVCVM MACER. ET MVRVM ET IANV. D. S. P. F. C.

MĂCĔRĬĀTĬO ōnis, f. 3. maceriæ appositio, circumsæptio. *Gloss. Philox.* Maceriatio, Φραγκωσις.

MĂCĔRĬĀTUS, a, um, adject. maceria clausus. *Inscript.* apud *Murat.* 1644. 14. SEPVLCRVM MACERIATVM.

MĂCĔRĬES, ēi, f. 5. (macer) macies, labefactatio, *stenuazione*. *Afranius* apud *Non. p.* 138. 13. *Merc.* Quanta illius mors sit maceries tibi.

MĂCĔRĬES, ēi, f. 5. *V.* MACERIA init.

MĂCĔRĬŎLA, æ, f. 1. *deminut.* macerlæ. *Inscript.* apud *Murat.* 492. 2. ET HIC LOCVS MACERIOLA CLVSVS AD FAMILIAM MESSIANAM ET CLODIANAM PERTINET.

MĂCĔRO, as; āvi, ātum, are, a. 1. Qui putant primam hujus vocis syllabam etiam corripi, invertunt illud *Ovidii* infra cit. *Interdum maceror, quod* etc.; tum afferunt illud *Priscian. Perieg.* 1066. *de adamante.* Frangitur hircino maceratus sanguine tantum. At hic malus prosodiæ auctor habendus est. — Part. *Macerans* I.; *Maceratus* I. et II. 1. 2. — Macerare (quod fortasse est alia forma deductum a *marceo*) est affuso humore tenerum et molle reddere, subigere, emollire, τήκω, ἀποβρέχω, φύρω (It. *mettere in molle, intridere, ammollare, macerare*; Fr. *macérer, amolir, détremper, pétrir, faire infuser*; Hisp. *macerar, ablandar, remojar, empapar, infundir*; Germ. *mürbe machen, erweichen*; Angl. *to soak in liquor, soften by steeping, steep almost to solution, emacerate, macerate*).

I.) Proprie occurrit — *a*) Absolute. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 21. Macerato hoc pingues fiunt auro (*h. e.* lupinis) in Barbaria boves. *Id. ibid.* 1. 2. 39. Siet (*hæc*) muriatica ut maceret. *Ter. Adelph.* 3. 4. 17. Salsamenta hæc fac macerentur probe. *Vitruv.* 7. 2. Si glæbæ calcis optimæ ante multo tempore, quam opus fuerit, macerentur. *et ibid.* Calx quum non penitus macerata, sed recens sumitur, quum fuerit inducta, pustulas emittit. *Seneca Ep.* 71. Quemadmodum lana quosdam colores – nisi sæpius macerata, et recocta non perlibit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 27. (106). Eum (*pinem*) novem diebus macerant. — *b*) Cum addito in quo quid maceratur — Ἀρχαϊκῶς per Accus. et præpos. *in. Cato R. R.* 156. Brassicam in aquam macerare oportet: ubi macerata erit, conjicito etc. Cf. *Scribon. Compos.* 148. Macerantur (*hæc*) in sextarium unum. — Sæpius per Ablat. et præpos. *in. Colum.* 1. *R. R.* 6. 21. In qua (*piscina*) lupinum, vimina et virgas atque alia – maceremus. Cf. *Vitruv.* 8. 3. *ante med.* Flumen, in quo podagrici crura macerantes levantur dolore. Sic *Plin.* 26. *Hist. nat.* 10. 64. (101). Macerare pedes in aqua, in qua verbenaca decocta sit. *mollificare*. Ceterum *Id.* 18. *ibid.* 10. 23. (98). Sesama macerata in ralida. *et* 29. *ibid.* 3. 11. (44). Ova macerata in aceto. *et* 25. *ibid.* 11. 85. (135). Macerare grana cacaliæ in oleo. — Per Ablat. sine præpos. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 34. Nisi (*salsa muriatica*) multâ aquâ usque et diu macerentur. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 9. 40. (66). Macerare ramos genistæ aqua marina. *Id.* 14. *ibid.* 10. 12. (86). Maceratis aqua vinaceis. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 22. Macerare fimum assiduo liquore. *Id. Arbor.* 19. Ante annum scrobes fodito: ita sole pluviaque macerabuntur. Rursus *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 43. (93). Intestina piscium sale macerata. *Id.* 10. *ibid.* 22. 28. (55). Adeps anseris cum cinnamo multa nive obrutus ac rigore gelido maceratus. *Id.* 28. *ibid.* 15. 60. (212). Macerare aliquid fumo. *Al. leg.* fimo. *Id.* 11. *ibid.* 41. 96. (238). totum corpus lacte. *bagnare, lavare*, ad mollicndam cutem. Sic *Colum.* 11. *R. R.* 3. 51. semen lacte. — Interdum per Ablat. et præpos. *ex. Plin.* 33. *Hist. nat.* 5. 26. (88). Macerare pulverem herbæ ex aceto, ut omnis duritia solvatur. Sic *Scribon. Compos.* 227. Aliquid ex aqua. *et* 251. aliquid ex aceto.

II.) Translate ¶ 1. Ad corporea refertur, et est tabefacere, corrumpere, atque adeo vires adimere, fatigare, frangere, enervare, infirmare, *consumare, infiacchire, indebolire, levare le forze o la ferocia*: quia quæ macerantur, rigorem duritiamque amittunt. *Plaut. Capt.* 3. 4. 22. Multos iste morbus homines macerat. *Id. Pœn.* 5. 4. 76. Ei prædicabo, quo modo hujusce filias apud vos habeatis servas *etc.* – satis sunt macratæ. *Liv.* 26. 13. Alterum annum circumvallatos inclusosque nos fame macerant. *Curt.* 5. 13. 24. Ad quem Macedo siti maceratus accessit. *Vellej.* 2 112. 3. Pars exercitus macerata, perductaque ad exitiabilem famem. *h. e.* enervata, fracta. Sic *Flor.* 2. 6. 28. Fabius per Falernos Gauranosque saltus sic maceravit Hannibalem, ut qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 69. (182). Cor solum viscerum vitiis non maceratur. *Colum.* 4. *R. R.* 22. 6. Muscus, qui cura vitium situ ex veterno macerat, eradendus est. *Cassiod.* 9. *Variar.* 17. Longæ custodiæ pœna maceratus. *h. e.* carcere inclusus. ¶ 2. Eleganter refertur ad animum, et significat dolore consumere, tabefacere, cruciare, *affliggere, cruciare, consumare*; et occurrit — *a*) Active. *Plaut. Pœn. prol.* 98. Ita eum (*adolescentem*) leno macerat. *Id. Pseud.* 1. 1. 2. Si ex te tacente fieri possem certior, here, quæ miseriæ te tam misere macerent. *Id. Cas.* 2. 8. 9. Nam illorum me alter cruciat, alter macerat. *Id. Mil. glor.* 3. 1. 21. At hoc me facinus miserum macerat, meumque cor corpusque cruciat. *Id. Capt.* 5. 1. 8. Sat jam dolui ex animo, et cura me sat et lacrimis maceravi. *Id. Trin.* 2. 1. 2. Egomet me concoquo et macero et defatigo. *Ter. Andr.* 5. 3. 13. Sed quid ego? cur me exercrucio? cur me macero? cur meam senectutem sollicito? *Id. Eun.* 1. 2. 107. Ibi hoc me macerabo biduum. *Id. Andr.* 4. 2. 2. Anime mi, noli te macerare. *Pacuvius* apud *Non. p.* 16. 18. *Merc.* Ne porro te error, qui nunc lactat, maceret. *Lucret.* 3. 838. Advenit id, quod tam (*mentem*) de rebus sæpe futuris Macerat, inque metu male habet curisque fatigat. *et ibid.* 75. Consimili ratione ab eodem sæpe timore Macerat invidia, ante oculos illum esse potentem, Illum adspectari etc. *Liv.* 5. 54. Quæ

vos, quum reliqueritis, macerent desiderio. *Horat. Epod.* 14. 16. me Phryne macerat. *h. e.* amore: *V. alia infra sub b. Quintil.* 12. 10. 77. Neque vis summa dicendi est admiratione digna, si infelix usque ad ultimum sollicitudo persequitur atque oratorem macerat et coquit. — *b)* Passive, et sæpe etiam Mediorum apud Græcos more. *Plaut. Epid.* 3. 1. 2. Nimis diu maceror. *Id. Cist.* 1. 1. 61. Excrucior —, male mihi est, male maceror. Adde *eumd. Capt.* 1. 2. 31. *Afranius* apud *Charis.* 2. *p.* 182. *Putsch.* Ex desiderio magis magisque maceror. *C. Cæsar* apud *Sueton. in vit. Terent. sub fin.* Maceror, hoc unum, et doleo, tibi deesse, Terenti. *Horat.* 1. *Od.* 13. 6. humor et in genas Furtim labitur, arguens, Quam lentis penitus macerer ignibus. *h. e.* consumar lento amore: cf. *loc. ejusd. cit.* sub *a.*; et adde *Calpurn.* 6. *Ecl.* 9. *Ovid. Heroid.* 2. 125. Maceror interdum, quod sim tibi causa dolendi. *M. Aurelius* apud *Fronton.* 4. *ad Cæs.* 6. *ad fin.* (edente iterum *A. Maio*). Meum pensum explico, et diei rationem meo suavissimo magistro reddo, quem si possem magis desiderare, lubenter plusculum macerarer. — *c)* Specialim, *macerare exspectationem* est in longum ducendo cruciare. *Seneca præf.* 4. *Excerpt. controv.* Non tamen exspectationem vestram macerabo, singulos producendo; liberaliter hodie et plena manu faciam.

MĂCESCO, is, ere, n. 3. *inchoat. a* maceo. — De alia forma *macisco*, *V.* in fin. hujus vocis. — Part. *Macescens* sub *a.* — Macesco est macer fio, *smagrirsi*, λεπτύνομαι. — *a)* De brutis animalibus. *Varro* 2. *R. R.* 1. 17. Boves macescentes melius concipere dicuntur. *Id.* 3. *ibid.* 16. 20. *de apib.* Propter laborem asperantur et macescunt. — *b)* De hominibus. *Plaut. Capt.* 1. 2. 30. Ego tuo mœrore maceror, macesco, consenesco et tabesco miser. — De terra et plantis. *Colum.* 2. *R. R.* 9. 14. Constat, arva segetibus ejus (*hordei*) macescere. Sic *Pallad.* 11. *R. R.* 1. 2. Quia hoc semine macescunt arva. *Varro* 1. *R. R.* 55. 1. Quod ea (*olea*), quæ vapulavit, macescit. — *NB. Macisco* pro *macesco* legit *Pontedera Op. post. T.* 1. *p.* 101. apud *Varron.* 3. *R. R.* 16. 9. Ne dum hæc audit physica, maciscat, quod de fructu nihil dixi, non cursu lampada tibi trado. *Alii leg.* physica fatiscat, quod de fructu nihil dixi, nunc cursu etc. Ita etiam legendum putat apud *eumd. loc.* supra *cit. V.* LAMPAS.

MĂCHÆRA, æ, f. 1. μάχαιρα, Græca vox a μάχομαι *pugno. Isid.* 18. *Orig.* 6. 2. definit gladium longum, ab una parte acutum. *Servius* ad *Virg.* 9. *Æn.* 505. tradit esse inventum Pelei. Ceterum machæra est gladius, cuiter, ensis (It. *coltello, coltellaccio, spada, stocco*; Fr. *sabre, épée large et courte*; Hisp. *sable, alfange, machete*; Germ. *das Schwert, der Degen*; Angl. *a knife, sword, dagger*). *Ennius* apud *Festum p.* 270. 29. *Müll.* Quæ mea comminus machæra atque hasta hostibit e manu. Alium *ejusd.* loc. refert *Servius* hisce verbis ad *Virg.* 9. *Æn.* 678. Dura et cruenta cogitantes, ut (*Virgilius*) Ennium sit secutus qui ait: Succincti corda machæris. *Id.* apud *eumd. Servium* ad *Virg.* 9. *Æn.* 38. Eja, machæras. *mano alle spade. Plaut. Merc.* 5. 2. 86. Jam machæra est in manu. *Id. Curc. a.* 3. *v.* 54. Clipeatus elephantum machæra dissicit. *Id. Mil. glor.* 1. 1. 53. Ubi tu quingentos simul, ni hebes machæra foret, uno ictu occideres. *et ibid.* 2. 5. 51. Machæra obtruncare aliquem. *Id. Curc.* 4. 4. 11. Aliquem machæræ suæ objicere. *Id. Truc.* 2. 7. 65. Machæram longiorem habere. *Id. ibid.* 2. 6. 25. Machæram et clipeum poscere sibi. *Id. Pseud.* 2. 4. 45. Etiam chlamyde opust, machæra et petaso. *Seneca* 5. *Benef.* 24. *sub fin.* Nec galeam illam, si videres, agnosceres, machæra enim Hispana divisa est. *Sueton. Claud.* 15. Proclamante quodam, præcidendas esse falsario manus, carnificem statim acciri cum machæra, mensaque lanionia, flagitavit. *Apul.* 9. *Met.* Concidere aliquem machæra frustatim. — *Machæra Herculanea.* V. PALUS, i. — Obscœnum sensum habet apud *Plaut. Pseud.* 4. 7. 85. Conveniebatne in vaginam tuam machæra militis? — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MĂCHÆRĬUM, ii, n. 2. deminut., μαχαίριον, μαχαιρίδιον, parva machæra, *coltello. Plaut. Aulul.* 2. 9. 1. Tu machærio congrum, murænam exdorsua, quantum potes. *Id. Rud.* 2. 2. 9. Qui tres duceret chlamydatos cum machæriis. In primo exemplo quidam minus recte putant esse nomen servi.

MĂCHÆRŌPHŌRUS, i, m. 2. μαχαιροφόρος, gladium ferens, sicarius, *spadaccino. Cic.* 2. *ad Q. fr.* 10. Machærophoris centum sequentibus. *h. e.* militibus Græco more armatis.

MĂCHERŌPHYLLON, i, n. 2. herba eadem ac gladiolus segetalis, a μάχαιρα *gladius* et φύλλον *folium. Apul. Herb.* 78. Alii leg. *macrophyllon.*

MĂCHILLA, æ, f. 1. *deminut. a* machina, quasi per syncopen a *machinula*, parva machina. *Petron. Satyr.* 74. E machilla sustuli. *Alii tamen leg.* E machina illam sustuli.

MĂCHĪNA, æ, f. 1. μηχανή (μαχάνα) est opus, instrumentum, inventum, in quo, ut ait *Pseudo-Ascon.* ad *Cic.* 3. *Verr.* 56., non tam materiæ ratio dicitur, quam manus atque artis. Inter machinas et organa distinguit *Vitruv.* 10. 1. *V.* ORGANUM. (It. *macchina, ordigno*; Fr. *machine, ouvrage ingénieux*; Hisp. *maquina, artificio*; Germ. *d. Maschine, Vorrichtung, Vorkehrung, Rüst-oder Werkzeug, Gerüst*; Angl. *a frame, fabric, work*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Mil. glor.* 2. 1. 60. Itaque ego paravi hic intus magnas machinas, qui amantes una inter se facerem convenas. *h. e.* quibus parietem disrumperem atque aperirem. *Cic. Pis.* 19. 43. M. Regulus, quem Carthaginienses resectis palpebris, illigatum in machina, vigilando necaverunt. *h. e.* in opere, quo semper vigilare cogebatur. *Lucret.* 5. 96. Una dies dabit exitio, multosque per annos Sustentata, ruet moles et machina mundi. *Plin.* de versatili Curionis amphitheatro 36. *Hist. nat.* 15. 24. (118). Hic est ille terrarum victor (*populus Romanus*), in machina pendens, ad periculum suum plaudens. *et mox* (119). Periturus momento aliquo luxatis (*al.* laxatis) machinis. — Sic de aliquot instrumentis, quæ colendis agris inserviunt. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 11. Sed huic operi exigendo quasi quamdam machinam commenti majores nostri regulam fabricaverunt, in cujus latere etc. *h. e.* ciconiam. *Id.* 6. *ibid.* 19. 1. Sed et machina fabricanda est, qua clausa, jumenta bovesque curentur, ut *etc.* Est autem talis machinæ forma etc. *et ibid.* 37. 10. Locus est ad hos usus exstructus (machinam vocant rustici) qui duos parietes adverso clivulo inædificatos habet etc. *Ulp. Dig.* 37. 7. 12. § 10. Machina frumentaria. *h. e.* qua farinæ subiguntur, ut ait *Paul.* 3. *Sentent.* 6. § 64. ¶ 2. Speciatim dicitur instrumentum ad artifices in altum quomodocumque tollendos, ad magna pondera movenda et transferenda, ad extollendam aquam, etc. de quibus *Vitruv.* 10. 1. *et seqq.* fuse agit; et initio statim definit: Machina est continens ex materia conjunctio, maximas ad onerum motus habens virtutes. Dividit etiam in tria genera, scansorium, spiritale et tractorium. Hinc — *a)* Est scansorium instrumentum, quo artifices in altum tolluntur ad ædificandum aut sarciendum, h. e. pegma, in quo opus faciunt, *palco, impalcatura per le fabbriche, armadura. Plin.* 19. *Hist. nat.* 2. 8. (30). Complectatur animo, quanto (*spartum*) sit in usu omnibus terris, navium armamentis, machinis ædificationum aliisque desideriis vitæ. *Ulp. Dig.* 13. 6. 5. *circa med.* Si servum tibi tectorem commodavero, et de machina ceciderit. *et mox.* Si, ut de plano opus faceret, tu eum imposuisti machinæ: aut si machinæ culpa factum est, minus diligenter ligatæ, vel funium perticarumque vetustate. Adde *Vitruv.* 7. 2.; et *V.* MENSA. — Similiter de pictorum pegmate *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 37. (120). Pingebat semper togatus, quamquam in machinis. et *Id. ibid.* 10. 36. (81). Aberat ipse (*Protogenes*), sed tabulam amplæ magnitudinis in machina aptatam picturæ anus una custodiebat. *h. e.* in fulcro ligneo tripede, in quo pictores tabulas pingendas suspendunt quodque ὀχρίβας, χιλλίβας; *cavalletto* nostratibus dicitur. Sic de catasta, in qua mulieres opus factitabant. *Varro* apud *Non. p.* 141. 9. *Merc.* Homines rusticos in vindemia incondita cantare, sarcinatrices in machinis. *V.* SARCINATRIX. — Et de catasta, in qua venales servi prostabant. *Q. Cic. Petit. cons.* 2. 8. Amicam, quam palam domi haberet, de machinis emit. *V.* CATASTA. — *b)* Item instrumentum ad magna pondera movenda et transferenda. *Cic.* 3. *Verr.* 56. 147. Lapis aliquis cædendus et apportandus fuit machina sua. *Liv.* 39. 50. Eo vinctus demittitur, et saxum ingens, quo operiretur, machina superimpositum est. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 73. Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. *Cic.* 3. *Verr* 55. 145. Omnes illæ columnæ, machina apposita, nulla impensa dejectæ eisdemque lapidibus repositæ sunt. *Horat.* 1. *Od.* 4. 2. Trahuntque siccas machinæ carinas. (Eodem sensu apud *Cæs.* 2. *B. C.* 10. Machinatio navalis.). — *c)* In re militari machinæ sunt omnia instrumenta, quorum est usus in obsidionibus, in pugnis etc., turres, ballistæ, vineæ, arietes, scorpiones, catapultæ etc., de quibus *Vitruv. loc. cit. c.* 15. *et seqq., macchine militari, artiglierie. Sall. Jug.* 24. Igitur Jugurtha oppidum circumsedit, vineis turribusque et machinis omnium generum expugnare aggreditur. *Virg.* 2. *Æn.* 46. Aut hæc in nostros fabricata est machina muros. *Tac.* 4. *Hist.* 23. Machinas etiam, insolitum sibi, (*Batavi*) ausi. *Flor.* 2. 9. Machinis urbem quatere. *Vitruv.* 10. 10. Arietaria machina. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (202). Murales machinæ.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a sup. paragr. 2. *b.* et *c. Cic. Dom.* 11. 27. Iisdem machinis speraot me posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. *Id.* 2. *leg. Agr.* 18. 50. Quum intelligam totam hanc fere legem ad illius opes evertendas tamquam machinam comparari. *Id. Cluent.* 13. 16. Tamquam aliqua admota machina capere Asuvii adolescentiam. ¶ 2. Generatim machinæ dicuntur conatus, consilia, doli, quibus quippiam perficere, aut decipere aliquem aggredimur. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 54. Aliquam machinabor machinam, unde aurum efficiam herili filio. *Id. Mil. glor.* 3. 2. 1. Quanta res turbo! quantas moveo machinas! Eripiam ego hodie etc. Adde *eumd. Pseud.* 1. 5. 137. et *Pers.* 5. 2. 8. Sic *Pacuvius* apud *Festum p.* 133. 26. *Müll.* Machinam ordiris novam manticulæ. *Cæcilius* apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 29. 73. Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar, scio quidquam. et *Cic. ibid.* Quid ergo isti doli? quid machinæ? quid fallaciæ præstigiæque? *Id.* 1. *ad Brut.* 18. Ut omnem adhibeam machinam ad tenendum adolescentem. *Quintil.* 11. 1. 44. Omnes ad amplificandam orationem quasi machinæ.

MĂCHĪNĀLIS, e, adject. (machina) ad machinas spectans, *meccanico*, μηχανικός. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 37. 38. (125). Grande et Archimedi geometricæ ac machinalis scientiæ testimonium M. Marcelli contigit. *Auson. Epist.* 21. 34. Qui machinali saxa volvunt pondere.

MĂCHĪNĀMEN, inis, n. 3. (machinor) idem ac machinamentum. Occurrit translate tantum apud *Cassiod.* 6. *Hist. Eccl.* 14. *sub init.* Singulorum confiscationes et machinamina, injurias atque vincula quis numerare valebit ad singula?

MĂCHĪNĀMENTUM, i, n. 2. (machinor) idem ac machina.

I.) Proprie. *Liv.* 24. 34. Turres contabulatæ, machinamentaque alia quatiendis muris portabant. *Tac.* 4. *Hist.* 30. Præcipuum pavorem intulit suspensum et nutans machinamentum, quo repente demisso, singuli, pluresve sublime rapti, verso pondere intra castra effundebantur. *Id.* 12. *Ann.* 45. Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta et artes oppugnationum. Adde *eumd.* 15. *ibid.* 4.; et *Veget.* 4. *Milit.* 8. *Cels.* 8. 20. Tot genera machinamentorum ad extendendum femur. *Seneca Ep.* 24. *circa med.* Singulis articulis singula machinamenta, quibus extorqueantur, aptata.

II.) Translate. ¶ 1. Ad sensuum organa transtulit *Apul.* 1. *Dogm. Plat. ad fin.* Machinamenta, quibus ad sentiendas dijudicandasque quantitates et qualitates sensus instructi sunt. *gli organi de' sensi.* ¶ 2. Pro conatibus, consiliis, dolis. *Imppp. Gratian., Valentinian. et Theodos. Cod. Theod.* 6. 28. 6. Callida machinamenta commeantium.

MĂCHĪNĀRĬUS, a, um, adject. (machina) ad machinam pertinens. — *a) Machinaria mola*, quæ per machinam ab jumento versatur. *Apul.* 7. *Met.* — *b) Machinarius asinus*, qui molam machinariam versat. *Ulp. Dig.* 33. 7. 12. *ante med.* et *African.* 32. 55. 1. *extr.*, quamquam alii non jumentum, sed ipsum molam intelligunt, quæ ὄνος

Græce appellatur. Docet enim *Suid.* in Ὄνειον, ὄνον dici molæ lapidem superiorem, qui movetur. — *c*) *Machinarius mensor* is est, qui frumentum publicum machina, seu, ut dicunt *Impp. Valentin. et Valens Cod. Theod.* 11. 14. 1., modio frumenta metitur, *pubblico misuratore. Inscript.* apud *Gruter.* 99. 1. M. ÆLIVS M. F. RVSTICVS MENSORIBVS MACHINARIIS *Frumenti publici*, QVIBVS EX S. C. COIRE LICET, CASTORES DEDIT. Alia apud *Murat.* 525. 3. CORPVS MENSORVM MACHINARIORVM. — *d*) Ita etiam appellatur, qui agros decempeda metitur, agrimensor, *agrimensore. Ulp. Dig.* 11. 6. 7. Et si mensor machinarius fefellerit, hæc actio dabitur. V. *Marin. Frat. Arv. p.* 552. — *e*) *Machinarius commentator*, apud *Solin.* 5. *circa med.*, est *inventore di macchine, ingegnere.* — Hinc

Machinarius, ĭi, m. 2. absolute, substantivorum more, qui in machina opus facit, vel qui est machinarum artifex. *Paul. Dig.* 9. 2. 31. V. *Corsi, Delle pietre ant. p.* 26.

MĀCHĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. (machinor) *macchinazione, ingegno*, μηχάνεμα, occurrit

I.) Proprie; et quidem ¶ 1. Stricto sensu abstracte, et est actus et vis machinandi, artificium, solertia. *Cic.* 2. *Nat. D.* 38. 97. Quum machinatione quadam moveri aliquid videmus, ut sphæram, ut horas, non dubitamus, quin illa opera sint rationis. *et ibid.* 48. 123. Data est quibusdam bestiis etiam machinatio quædam atque solertia: ut in araneolis aliæ quasi rete texunt, ut, si quid inhæserit, conficiant etc. *Vitruv.* 10. *proœm.* 3. *Schneid.* Quæ scænicis moribus per machinationem ad spectationes populo comparantur: – quod nihil eorum perficitur sine machinatione studiorumque vario ac solerti vigore. *Id.* 10. 1. § 5. Portationes fructuum non essent, nisi plaustrorum aut sarracorum per terram, navicularum per aquam inventæ essent machinationes. ¶ 2. Latiori sensu, abstractum pro concreto, uti ajunt, machinatio est machinamentum, machina, *macchina, ordigno.* — *a*) Generatim. *Cæs.* 2. *B. C.* 10. Machinatio navalis. *h. e.* qua naves movebantur. *Id.* 4. *B. G.* 17. Tigna machinationibus demissa in flumen defigere. *Auct. B. Alex.* 6. Aquæ magnam vim ex mari rotis ac machinationibus exprimere. — *b*) Speciatim in re militari, de instrumentis, quorum est usus in obsidionibus. *Cæs.* 2. *B. G.* 30. Primum irridere ex muro –, quod tanta machinatio ab tanto spatio institueretur. *et ibid.* 31. Qui tantæ altitudinis machinationes tanta celeritate promovere possent. *Sall. Jug.* 92. Aggeribus turribusque et aliis machinationibus locus importunus. *Liv.* 24. 19. Vineæ inde omniaque alia operum machinationumque genera quum admoverentur. Adde *eumd.* 25. 11., 27. 15. et 37. 5.; *et Vitruv.* 10. 12. et 13.

II.) Translate. *Cic.* 2. *Orat.* 17. 72. Judex, tamquam machinatione aliqua, tum ad severitatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus. *Ulp. Dig.* 4. 3. 1. Dolus malus est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendum adhibita. *et ibid.* § 2. Machinatio quædam alterius decipiendi causa, quum aliud simulatur et aliud agitur. *Paul. ibid.* 14. Quæ non magnam machinationem exigunt. *artifizio, furberia. Ulp. ibid.* 45. 1. 36. Per machinationem obligatus. *h. e.* per dolum. *Cod.* 8. 37. § 1. Dolosa mens et abscondita machinatio.

MĀCHĪNĀTĪVUS, a, um, adject. (machina) qui ad machinas pertinet, *meccanico*, μηχανικός. *Boeth. Poster. analyt.* 1. 7. *p.* 528. Sed demonstratio non convenit in aliud genus geometriæ in machinativas aut perspectivas, et arithmeticæ in harmonicas. *Id. ibid.* 10. *p.* 531. Hujusmodi sunt quæcumque sic se habent ad invicem, quod alterum sub altero est, ut perspectiva ad geometriam, et machinativa ad stereometriam, et harmonica ad arithmeticam, et apparentia ad astrologiam.

MĀCHĪNĀTOR, ōris, m. 3. (machinor) machinarum inventor et opifex, mechanicus, μηχανητής, μηχανοποιός (It. *meccanico, ingegnere, architetto*; Fr. *mécanicien, constructeur de machines*; Hisp. *hombre que entiende y es hábil en las artes mécanicas, maquinista*; Germ. *der Maschinenbauer, Machinist, Mechanicus*; Angl. *an engineer, machinist, architect*).

I.) Proprie. *Liv.* 24. 34. de *Archimede.* Mirabilior inventor ac machinator bellicorum tormentorum operumque. *Seneca Ep.* 88. *circa med.* Ludicris artibus annumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, et tabulata tacite in sublime crescentia, etc. *Inscript.* apud *Gruter.* 642. 4., quæ est apud *Orell.* 4216. c. BAEBIO MVSAEO MACHINATORI. — *Machinator* etiam dicitur architectus, *ingegnere*, qui nempe ædificiorum, villarum, viarum et aliorum operum rationem disponit. *Tac.* 15. *Ann.* 42. Ceterum Nero usus est patriæ ruinis, exstruxitque domum, in qua haud perinde gemmæ et aurum miraculo essent, solita pridem et luxu vulgata, quam arva et stagna et in modum solitudinis hinc silvæ, inde aperta spatia et prospectus, magistris et machinatoribus Severo et Celere, quibus ingenium et audacia erat, etiam quæ natura denegavisset, per artem tentare, et viribus principis illudere. — Et de Deo mundi creatore atque opifice *Lactant.* 2. 11. Deus rerum omnium machinator fecit hominem. *Id.* 4. 6. Deus machinator constitutorque rerum.

II.) Translate dicitur de inventore et auctore cujuscumque rei: et fere in malam partem, *macchinatore, orditore. Cic. Rosc. Am.* 45. 132. Ex iis, quæ nunc quum maxime fiunt, nonne quivis potest intelligere omnium architectum et machinatorem unum esse Chrysogonum? *Id.* 1. *leg. Agr.* 5. 16. Tibi nos, Rulle, et istis tuis harum omnium rerum machinatoribus totam Italiam inermem tradituros existimasti? *Id.* 3. *Cat.* 3. 6. Omnium scelerum improbissimus machinator. *Liv.* 1. 28. Mettus idem hujus machinator belli. *Seneca Troad.* 750. Machinator fraudis et scelerum artifex. *Tac.* 1. *Ann.* 10. Machinator doli. *Apul. de Mag.* Auctor et machinator accusationis. *Lactant. de mort. persecut.* 7. Scelerum inventor et malorum machinator. *Cod. Theod.* 10. 24. 3. Harum prædarum machinator. Adde *ibid.* 7. 19. 1. § 2.

MĀCHĪNATRIX, icis, f. 3. (machinator) occurrit translate tantum, et est inventrix, *macchinatrice. Seneca Med.* 266. Tu malorum machinatrix facinorum.

MĀCHĪNĀTUS, a, um. *V.* MACHINOR.

MĀCHĪNĀTUS, us, m. 4. (machinor) idem ac machinatio, sed occurrit translate tantum et in sexto casu. *Apul. de Mag.* Gloriatur me suo machinatu reum postulatum. Sic *Sidon.* 5. *Ep.* 6. Fuisse insusurratum, tuo præcipue machinatu oppidum – partibus novi principis applicari.

MĀCHĪNOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (machina). Part. *Machinans* habet *Vulgat. interpr. Prov.* 6. 18. Cor machinans cogitationes. Part. *Machinatus* passive usurpatum sub I. et II. — Machinari est ingeniose excogitare et fabricari, moliri, struere, μηχάνομαι (It. *inventare ingegnosamente, fabbricare*; Fr. *imaginer, inventer quelque chose d'ingénieux*; Hisp. *maquinar, imaginar, inventar ingeniosamente*; Germ. *etwas kunstvoll ersinnen, schaffen und einrichten*; Angl. *to contrive, devise, plan, design, project, plot, frame, make, build, machinate*).

I.) Proprie. — *a*) Stricto sensu de re physica. *Cic.* 2. *Nat. D.* 59. 149. Ad usum autem orationis, incredibile est, quanta opera machinata natura sit. Sic *ibid.* 51. 128. Bestiæ aliæ mares, aliæ feminæ sunt, quod perpetuitatis causa machinata natura est. *Id. Tim.* 3. Quæ (*causa*) eum impulerit, qui hæc machinatus est, ut originem rerum et molitionem novam quæreret. *Vitruv.* 1. 6. *ante med.* Tritonem æreum collocavit, et ita est machinatus, ut vento circumageretur. — Et passive. *Sall.* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 9. et apud *Non. p.* 180. 21. *Merc.* Demissum Victoriæ simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat. *Vitruv.* 10. 1. *circa med.* Aspiciamus solis, lunæ, quinque stellarum naturam, quæ ni machinata versarentur, non babuissemus in terra lucem. — *b*) Latiori sensu de iis, quæ intellectu machinamur. *Cic.* 3. *Orat.* 44. 174. Hæc duo musici machinati ad voluptatem sunt, versum atque cantum. *Lucret.* 3. 954. Nam tibi præterea, quod machiner inveniamque, Quod placeat, nihil est. — Et passive *Apul. de Mundo p.* 328. *Oudend.* Adacta est fateri concordiam et ex ea salutem operi machinatam.

II.) Translate est ingeniose et callide aliquid excogitare et moliri ad finem aliquem obtinendum, et in malam partem sumitur, *macchinare, tramare.* Occurrit — *a*) Cum Accusat. rei, quam quis machinatur. *Plaut. Cas.* 2. 4. 22. Mihi illa nubet: machinare quodlubet quo vis modo. *Id. Bacch.* 2. 2. 54. Aliquam machinabor machinam, unde aurum efficiam herili filio. *Id. Capt.* 3. 3. 15. Nec copia 'st –, nisi si meo aliquam corde machinor astutiam. Quam, malum? Quid machiner, quid comminiscam, hæreo. *Cic. Dom.* 21. 54. Quum arma in ædem Castoris comportabas, nihil aliud, nisi ut ne quid per vim agi posset, machinabare. εἰρωνικῶς. *Id.* 2. *Verr.* 6. 15. Simulat se eorum præsidio confidere, quum interea aliud quiddam jamdiu machinetur. — Et passive *Sall. Cat.* 49. Indicium a P. Autronio machinatum. *tramato, ordito.* Sic *Id.* apud *Priscian.* 7. *p.* 792. *Putsch.* At Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat. — *b*) Cum addito Dativo personæ. *Cic.* 3. *Nat. D.* 26. 66. Sibi ipsi nefariam pestem machinari. *Id.* 4. *Herenn.* 8. 12. uno consilio universis civibus calamitatem. *Id.* 2. *ibid.* 19. 28. quavis injuria inimico exitium. Sic *Justin.* 39. 4. 5. alicui exitium occultis insidiis. *et mox.* alicui exitium per insidias. *Sall. Cat.* 18. perniciem cuipiam. *Liv.* 1. 51. necem alicui. — *c*) Cum addito Accus. personæ et præpos. *in. Cic.* 1. *Cat.* 1. 2. Machinari pestem in aliquem. — *d*) Absolute, h. e. sine Accusat. rei. *Ulp. Dig.* 4. 3. 1. § 3. Si adversus hostem latronemque quis machinetur. — *e*) Sequente part. *ut. Cod. Theod.* 12. 1. 33. Machinari, ut curialium nominationes declinent.

MĀCHĪNŌSUS, a, um, adject. (machina) machinis confectus, πολυμήχανος. *Sueton. Ner.* 34. Repetentique Baulos in locum corrupti navigii machinosum illud obtulit.

MĀCHĪNŪLA, æ, f. 1. *deminut. a* machina, parva machina, *macchinetta.* Legitur apud *Paul. Diac. p.* 96. 15., *p.* 107. 3. et *p.* 147. 2. *Müll.* Et apud *Paulin. Nolan. carm.* 26. 458. Machinulam gradibus scalas præbere paratam Gestans.

MĀCHĬO, ōnis, m. 3. qui machinas scandit, *muratore*: hinc Gallice *maçon. Isid.* 19. *Orig.* 8. 2. Machiones dicti a machinis, in quibus insistunt propter altitudinem parietum.

MACHLIS. *V.* ACHLIS.

MACĬA, æ, f. 1. herba, quam Græci anagallida appellant. Ejus meminit *Marcell. Empir.* 1. *a med.*

MĂCIES, ēi, f. 5. (maceo) corporis extenuatio, λεπτότης (It. *magrezza, macilenza*; Fr. *maigreur*; Hisp. *magrez ó magreza, magrura, flaqueza*; Germ. *die Magerkeit, der abgemagerte Zustand*; Angl. *leaness, thinness, meagerness, lankness, want of flesh, macilency*).

I.) Proprie. Generatim *Lucret.* 1. 325. Nec porro quæcumque ævo macieque senescunt. Ceterum — *a*) Stricto sensu dicitur de hominibus et brutis animantibus. *Cic.* 7. *Phil.* 4. 12. Profectus est ad bellum Hirtius consul: at qua imbecillitate! qua macie! Sed animi vires corporis infirmitas non retardavit. *quanto estenuato! Id.* 3. *Att.* 15. Qua (*epistola*) Crassi libertum ais tibi de mea sollicitudine macieque narrasse. *Id.* 2. *leg. Agr.* 34. 93. Homo vegrandi macie torridus. *macilento e ricotto. Plin.* 30. *Hist. nat.* 7. 20. (61). Hoc maciem facit. *estenua, smagrisce.* et 24. *ibid.* 8. 30. (46). Reducere ad maciem. *Cæs.* 3. *B. C.* 58. Corruptis equis macie conandum sibi aliquid Pompejus de eruptione existimavit. *Virg.* 3. *G.* 129. Ipsa autem macie tenuant armenta volentes. *Colum.* 6. *R. R.* 14. 1. *de pecorib.* Inde tussis et macies et ad ultimum phthisis invadit. *et ibid.* 38. 3. Macies et languor submovetur sæpius data potione. — Sic de corpore et corporis partibus. *Vet. poeta* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 12. 26. Refugere oculi: corpus macie exhabuit. *Ovid.* 2. *Met.* 775. Pallor in ore sedet, macies in corpore toto. *Tibull.* 4. 4. 5. macies tabentes occupat artus. *Lucan.* 6. 515. tenet ora profanæ Fœda situ macies. *Propert.* 4. 3. 27. Diceris et macie vultum tenuasse. *Virg.* 4. *G.* 255. horrida vultum Deformat macies. *Horat.* 3. *Od.* 27. 53. turpis macies decentes Deformat malas. *Ovid.* 13. *Met.* 397. Adducitque cutem macies. *Virg.* 3. *Æn.* 590. macie conferta suprema Ignoti nova forma viri. — *b*) Latiori sensu dici-

tur et de agris sterilibus et de tristi segetum proventu. *Colum.* 1. *R. R.* 4. 3. In exili terra cultoris diligentia maciem soli vincere potest. *Justin.* 43. 3. 6. Phocenses, exiguitate ac macie terræ coacti, studiosius mare quam terras exercuere. *Pallad.* 1. *R. R.* 5. 1. Ne sit in terris aurosi pulveris lapidosa macies. *Ovid.* 1. *Fast.* 689. Et neque deficiat (*seges*) macie, neque pinguior æquo Divitiis pereat luxuriosa suis. *Pallad.* 4. *R. R.* 10. 21. Corticis macies jejuna nihil nutriet. *secchezza:* quo sensu et *Plin.* utitur 17. *Hist. nat.* 27. 42. (251). — *c*) Apud *Solin.* 23. *extr.* macies aquarum est, *scarsezza d'acque.*

II.) Translate de orationis tenuitate et inopia dixit *Tac. Dial. de orat.* 21. Quique alii in eodem valetudinario hæc ossa et hanc maciem probant.

MĂCĬLENTUS, a, um, adject. (macies). Comp. *Macilentior* sub *a.* — Macilentus est macie extenuatus, plenus macie (ut ait *Paul. Diac. p.* 125. 9. *Müll.* Macilenti macie tenuati.), *macilento*, ἀπίμελος. — *a*) De hominibus et brutis animantibus. *Plaut. Capt.* 3. 4. 114. Macilento ore, naso acuto, corpore albo et oculis nigris. *Id. Asin.* 2. 3. 20. Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus. *Arnob.* 3. 14. Quosdam esse – longos, medios, macilentos, pingues. *Vulgat. interpr. Dan.* 1. 10. Si viderit vultus vestros macilentiores. *Pelagon. Veterin.* 13. Hordeo abstinendus, ut macilentior sit equus. — *b*) De terra. *Pallad.* 4. *R. R.* 10. 1. Macilentum solum. — *c*) De abstractis. *Capell.* 2. *p.* 27. Macilenta gracilitas.

MĂCĬO, as, are, a. 1. (macies) macrum facere, attenuare, imminuere, *dimagrire, estenuare*, ἀποτρύω. *Gloss. Philox.* Macio, διαχναίω. *Solin.* 15. Caspii maris fauces mirum in modum maciantur imbribus, crescunt æstibus.

MĂCIR, indecl. μάκερ, ex India advehitur, cortex rubens radicis magnæ, nomine arboris suæ: qualis sit ea, incompertum habeo. Corticis mellæ decocti usus in medicina ad dysentericos præcipuus habetur. Hæc *Plin.* 12. *Hist. nat.* 8. 16. (32).

MĂCIS, idis, f. 3. ficti aromatis nomen apud *Plaut. Pseud.* 3. 2. 43. Quidam ajunt esse corticem aromaticum cujusdam nucis Indicæ, qui Ital. *mace* dicitur.

MĂCISCO, is, ere. *V.* MACESCO.

MĂCOR, ōris, m. 3. (maceo) macies, *magrezza. Pacuvius* apud *Non. p.* 137. 2. *Merc.* Corpus meum tabe, mærore, macore senet. *Al. leg.* macrore. *Varro* apud *eumd. ibid.* Noster Atticus, rivalis homo, item lectus in curiam macore macescebat. *Fr. Oehler.* ita ex conjectura restituit, quem videsis ad *M. Ter. Varron. Sat. Menipp. relig. p.* 205. Alii leg. *cum macore accedebat.*

MĂCRESCO, crescis, crŭi, crescere, n. inchoat. 3. (macer) macer fio, *divenire magro*, λεπτύνομαι. *Varro* 3. *R. R.* 5. 3. Earum (*arborum*) aspectus ac desiderium macrescere facit volueres inclusas. *Id.* 2. *ibid.* 5. 3. Algor eas et fumis macrescere cogit. *Colum.* 6. *R. R.* 3. 1. Ne penuria cibi macrescat pecus. *Veget.* 1. *Veterin.* 7. 2. Macrescunt animalia. *Paul. Diac. p* 60. 3. *Müll.* Curionem agnum Plautus pro macro posuit, quasi cura macruisset. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 57. Invidus alterius macrescit rebus opimis.

MĂCRĬTAS, ātis, f. 3. (macer) macies, tenuitas, λεπτότης, *magrezza. Vitruv.* 2. 4. Macritas arenæ. *Pallad.* 11. *R. R.* 1. 2. Propter macritatem ager semen aliud ferre non valet.

MĂCRĬTŪDO, ĭnis, f. 3. (macer) idem ac macies. *Plaut. Capt.* 1. 2. 33. Ossa atque pellis sum, miser a macritudine. Ita legit et *Non. p.* 136. 4. *Merc.*, qui hunc unum affert locum ad vocem confirmandam: sunt tamen inter recentiores qui legunt *miser ægritudine.*

MĂCRŌCHĒRUS, a, um, adject. qui longas habet manicas: a μακρός *longus* et χείρ *manus. Lamprid. Alex. Sev.* 33. Chlamydes birtas Severi, et tunicas asemas, vel macrocheras ad usum revocavit suum. *V.* CHIRIDOTA. Recentiores Lexicographi, neque absurde, absolute, substantivorum more, hanc vocem ita efferunt: *Macrochera, æ*, f. 1. (subaudi *vestis*).

MĂCRŌCHIR. *V.* LONGIMANUS.

MĂCRŌCOLLUM *vel*

MĂCRŌCŎLUM, i, n. 2. *carta reale*, μακρόκωλον, charta regia, quæ magnitudine Augustam, Livianam, Fannianam, cæterasque chartæ species exsuperabat: a μακρός *longus*, et κῶλον *membrum. Cic.* 16. *Att.* 3. Ἀρχέτυπον translatum in macrocolum lege convivis tuis. *Id.* 13. *ibid.* 25. Impensam fecimus in macrocola. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 24. (80). Cubitalis mensura erat macrocolli. *Harduin.* ex MSS. legit *macrocollis* duplici *ll*, a κόλλα *glutinum*, ut *macrocolla* fuerint chartæ inter se junctæ, et glutino compactæ. Utcumque se res habeat, hujusmodi chartis utebantur describendis syntagmatis ex chirographo auctoris (qui ea in minoribus chartis conscripserat), ut in vulgus ederentur: quod ex allatis *Ciceronis* locis satis apparet. *V.* PROTOCOLUM.

MĂCRŌLŎGĬA, æ, f. 1. μακρολογία, est vitium orationis, quo sermo, longior quam oporteat, usurpatur. Græca vox est, et Græcis litteris scribitur a *Quintil.* 8. 3. 53., *Charis* 4. *p.* 242. et *Diomed.* 2. *p.* 444. *Putsch.*, qui omnes in exemplum afferunt illud *Livii*: Legati non impetrata pace, retro domum, unde venerant, abierunt. Latinis tamen litteris habet *Isid.* 1. *Orig.* 33. 8., et *Pompej. gramm. p.* 440. edente *Lindmann.*

MĂCRŌPHYLLON. *V.* MACHÆROPHYLLON.

MĂCROR. *V.* MACOR.

MACTĂBĬLIS, e, adject. (macto) qui mactari, vel mactare potest. *Lucret.* 6. 805. Tum fit odor vini plagæ mactabilis instar. Ita legit *Lambinus*, alii aliter.

MACTĀTĬO, ōnis, f. 3. (macto) idem ac mactatus. *Arnob.* 7. 4. Quod gaudium est, innoxiorum animantium mactatione lætari? *Isid.* 6. *Orig.* 19 Unde et mactatio post immolationem est.

MACTĀTOR, ōris, m. 3. (macto) occisor. *Seneca Troad.* 1092. Perge mactator senum.

MACTĀTUS, a, um. *V.* MACTO.

MACTĀTUS, us, m. 4. (macto) occisio. *Lucret.* 1. 98. Hostia concideret mactatu mœsta parentis.

MACTĔ *et* Macti. *V.* MACTUS.

MACTĔA, MACTĔŌLA. *V.* MATTEA, MATTEOLA.

MACTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *Mactassint* pro *mactaverint* ἀρχαικῶς dixerunt *Ennius Pomponius* et *Afranius* apud *Non. p.* 342. 12. *et seqq. Merc.* — Part. *Mactans* sub *B.* II. 2.; *Mactatus* sub *A.* II. et *B.* II. 1. 2.; *Mactandus* sub *B.* I. 2. et II. 1. 2. — Mactare est ab inusit. *mago, magere*, quod ab etymo *mag*, unde *magis* et *magnus*; hinc mactare, quasi *magis auctare* (*V.* MACTUS init.), proprie est magis augere, atque ideo totis viribus magnificare: et occurrit *A*) In re profana; et *B*) In re sacra.

A) In re profana

I.) Proprie. ¶ 1. In bonam partem usurpatur pro augere, cumulare, ditare, donare; et fere cum Ablativo rei, qua quis aut quid mactatur sive augetur. *Ennius* apud *Servium* ad *Virg.* 9. *Æn.* 641. Livius inde redit magno mactatu' triumpho. *Accius* apud *Non. p.* 341. 20. *Merc.* Sapientiæque invictæ gratia atque honoris patera Nestorem mactavit aurea. *Cic.* apud *eumd. p.* 342. 5. *Merc.*, h. e. 1. *de repubi.* 43. Eosque privatos, qui efficiant ne quid inter privatum et magistratum differat, ferunt laudibus et mactant honoribus. *Accius* apud *Non. p.* 341. 10. *Merc.* Tu, uti dixi, macte sis armis, macta virtutem patris.

II.) Translate in malam partem sæpissime apud ceteros occurrit per ironiam, et est malo, damno etc. afficere (ut apud nostrates *visitare con una calamità*); hinc — *a*) Frequenter de diis dicitur. *Ennius* apud *Non p.* 342. 15. *Merc.* Qui illum dii deæque magno mactassint malo. *Accius* apud *eumd. p.* 341. 25. Quod utinam me suis arquitenens telis mactasset dea. *Afranius* apud *eumd. p.* 342. 16. A fulica pæne peristi, dii te mactassint malo. *Cic.* 1. *Cat.* 13. 33. Tum tu, Juppiter, – homines inimicos bonorum, hostes patriæ, latrones Italiæ – æternis suppliciis vivos mortuosque mactabis. — Et sine Ablat. *Pomponius* apud *Non. p.* 342. 12. *Merc.* At te dii omnes cum consilio, calve, mactassint tuo. — *b*) Et de hominibus. *Plautus* apud *Non. p.* 352. 6. *Merc.* At ego certe cruce et cruciatu mactabo: exi o foras, mastigia. *Id. Pœn.* 3. 1. 14. Divitem audacter solemus mactare infortunio. Adde *eumd. Amph.* 4. 2. 14. et *Bacch.* 4. 8. 45. Sic *Ter. Phorm.* 5. 8. 39. Faxo, tali eum mactatum, atque hic est, infortunio. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 62. Dotatæ mactant et malo et damno viros. *Novius* apud *Non. p.* 342. 10. *Merc* Macto te hisce virgis, verbenis: macta tu illam infortunio. *Cic.* 1. *Cat.* 11. 27. Nonne hunc in vincula duci, non summo supplicio mactari imperabis? *Id.* 2. *de republ.* 35. Sp. Cassium quæstor accusavit, eumque, cedente populo, morte mactavit. Sic *Id. Harusp. resp.* 20. 42. Clodius divisores tribuum domi suæ crudelissima morte mactavit. *Sil. It.* 17. 499. mactantur comminus uno Exitio.

B) In re sacra

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est deos vel deorum felicitatem augere, atque adeo deos honorare, honorem diis adhibere. *Cic. Vatin.* 6. 14. Quum puerorum extis deos Manes mactare soleas. *Arnob.* 1. 41. Nonne Liberum et vos patrem membratim ab Titanis dissipatum fanorum consecratione mactatis? *Id.* 7. 14. Quum honorari ab homine Deus dicitur et muneris alicujus oblatione mactari. *Id. ibid.* 16. Ergone ille putor – dei munus et honor est, mactanturque hoc illis, quorum templa quum adire disponitis, ab omni vos labe puros – præstatis? ¶ 2. Hinc est sacrum aliquid magnifice peragere, *solennizzare. Cic.* poet. 1. *Divinat.* 11. 18. Tu quoque, quum tumulos Albano in monte nivales Lustrasti, et læto mactasti lacte Latinas. *Fronto de fer. Als.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. Numa inter liba et decimas profanandas et suovitauriliа mactanda ætatem egit. ¶ 3. Hinc etiam mactare dicebantur, quum ture, vino, aliove super hostiam posito, diceretur *Macte hostia.* Ita *Varro* 4. *L. L.* 23. ex lectione *Scalig.* (ubi *Müllerus* aliter omnino legit) et *Servius* ad *Virg.* 4. *Æn.* 57. Indeque apud *Caton. R. R.* 134. *Macte hocce vino inferio esto: Macte hocce fercto esto: Macte hacce dape pollucenda esto.* Ubi deo, cui sacrificatur, dicitur *Macte esto* pro *mactus*, h. e. cumulatus auctusque. Deum autem mactum esse jubebant, quia putabant, sacrificiis augeri deorum felicitatem. *Varro* apud *Non. p.* 114. 17. *Merc.* Grunnit tepido lacte satur, mola mactatus porcus, h. e. hordeo auctus. *V.* MACTUS 1.

II.) Translate. ¶ 1. Ex iis, quæ diximus in paragr. proxime superiori, *mactare* — *a*) Est in sacrificiis offerre, *offerire in sacrifizio agli dei. Cato R. R.* 134. § 2. Feretum Jovi moveto et mactato sic: Juppiter, te hoc fercto obmovendo bonas preces precor. Adde *eumd. ibid.* § 4. Sic *Varro* apud *Non. p.* 341. 28. *Merc.* Quod Kalendis Juniis et publice et privatim fabatam pultem diis mactat. — *b*) Et quoniam animalia in sacrificiis cædebantur, sæpius metaleptice sumitur pro cædere in sacrificiis, seu immolare, κατ' εὐφημισμόν, quod *cædis* voce in sacrificiis, ut mali ominis, abstinendum sit. *Virg.* 4. *Æn.* 57. mactant lectas de more bidentes. Ubi *Servius*: Mactant, verbum sacrorum, κατ' εὐφημισμόν dictum. *Lucret.* 2. 352. Nam sæpe ante deûm vitulos delubra decora Turicremas propter mactatus concidit aras. *et* 3. 52. Et nigras mactant pecudes et Manibu' divis Inferias mittunt. *Virg.* 3. *Æn.* 118. Sic fatus, meritos aris mactavit honores, Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo, Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam. *Horat.* 1. *Od.* 19. 16. Mactata veniet lenior hostia. *Ovid.* 2. *Fast.* 415. Ille capram mactat. *et* 15. *Met.* 114. Vite caper morsa Bacchi mactandus ad aras. *Id.* 4. *Trist.* 2. 35. corpora mactata deo. *Id.* 13. *Met.* 448. Placet Achilleos mactata Polyxena Manes. *Seneca Troad.* 365. Mactanda virgo est Thessali busto ducis. *Sueton. Aug.* 15. Trecenti ex dediticiis ad aram divo Julio exstructam hostiarum more mactati. V. *Servii* locum in IMMOLO. — Huc referri possunt et illa *Liv.* 9. 40. Eos se Orco mactare Junius dictitans. *et* 10. 28. Hostium legiones Telluri ac diis Manibus mactandas dabo. ¶ 2. Per translationem usurpatur pro occidere, interficere. — *a*) De hominibus aut brutis, et quidem — Ad sacrificia aliudendo. *Cic. Flacc.* 7. 16. Quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto vobis ducibus mactatus essem. *sarei stato sacrificato. Tac.* 2. *Ann.* 13. Perfidos et ruptores pacis Ultioni et Gloriæ mactandos. *Lucret.* 6. 1238. Punibat post (*hos homines*) turpi morte malaque Desertos, opis expertes, incuria, mactans Lanigeras tamquam pecudes. — Generatim. *Cic.* Sophoclem vertens 2. *Tusc.* 9. 22. Hæc dextra Lernam tetra mactata excetra pacavit. *Virg.* 10. *Æn.* 413. Hic

mactat Ladona Pheretiaque Demodocumque. *h. e. in prælio. Martial.* 1. 50. Ibi illigatas mollibus damas plagis Mactabis et vernas apros. — Huc referri potest et illud *Plaut. Rud.* 1. 2. 8. Hoc, quod me mactat, concinnem lutum. *h. e.* me fatigat vel enecat, mihi molestiam creat. — Item huc referri potest illud *Cic.*, in quo *mactare*, ut *jugulare*, figurate accipitur, *Flacc.* 22. 52. Huic illi legato patronum suum L. Flaccum mactandum civitatis testimonio tradidissent. — *b*) De abstractis et de inanimis. *Cic.* 6. *Verr.* 11. 26. Quum videant jus civitatis illo supplicio esse mactatum. *h. e.* violatum, vel deletum, de medio sublatum. *Accius* apud *Non. p.* 341. 17. *Merc.* Aut illorum opes fundam in campo, aut naves uram, aut castra mactabo in mare. *h. e.* præcipitabo, ut *Nonius ibid.* exponit, sive e medio tollam.

MACTRA, æ, f. 1. μάκτρα, vas, in quo farina subigitur, *madia*. Vox Græca. *Petron. fragm. Tragur.* 74. *Burmann.* De mactra illam sustuli. Al leg. *de mactrilla*, h. e. parva mactra. Al. *de machilla*, quam voc. *V.* Sed potius legend. *de machina illam sustuli*, h. e. de catasta, in qua servi venales prostabant, illam emi. *V.* MACHINA. sub I. *a.* in fin.

MACTRILLA. *V.* vocem præced.

MACTUS, a, um, est *A*) Adjectivum; et *B*) Participium.

A) Adjectivum *mactus*, ab inusit. *mago, maxi, mactum*, unde frequentat. *mactare* et *magnus*, vel ex *magis auctus*, ut docet *Paul. Diac. p.* 125. 6. *Müll.*, quocum cf. *Servium* ad *Virg.* 9. *Æn.* 641. et *Priscian.* 5. *p.* 668. *Putsch.*, est cumulatus, auctus (It. *accresciuto, fatto grande, onorato, glorificato*; Fr. *augmenté, agrandi, glorifié*; Hisp. *aumentado, acrecentado, honrado*; Germ. *gross gemacht, daher verhemlicht, gefeiert, gepriesen*; Angl. *augmented, increased, honoured*).

I.) Proprie habet locum in sacrificiis, in quibus, ut ait *Servius loc. supra cit.*, quoties aut tus, aut vinum super victimam fundebatur, dicebant: *mactus est taurus* vel *vino*, vel *ture*, hoc est cumulata est hostia et magis aucta. Sic quippiam deo offerentes dicebant deo: *mactus* vel *macte hoc vino inferio esto*: *mactus* vel *macte hoc porco esto* etc., ut est apud *Servium ibid.* et *Caton.* locis infra cit., quasi deus ipse ea oblatione major fieret et honoratior, ejusque beatitas augeretur. In his autem, quamquam et *mactus* antiqui dixerunt, teste *Caton.* infra cit. et *Priscian.* 5. *p.* 668. *Putsch.*, sæpius tamen *macte esto* positum est pro *mactus esto*, vocativus pro nominativo (Sic *Theocrit. Eidyll.* 17. 66. Ὄλβιε κῶρε γένοιο. *Virg.* 3. *Æn.* 382. Vicinosque ignare paras invadere portus. *Tibull.* 1. 7. 53. Sic venias hodierne, tibi dem turis honores. *Pers.* 3. 27. Stemmate quod Thusco ramum millesime ducis). — *a*) Nominat. apud *Caton.* 134. Juppiter, te – bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi liberisque meis, domo familiæque meæ, mactus hoc fercto. *Arnob.* 7. 31. Mactus hoc vino inferio esto. — *b*) Vocat. apud *Caton. R. R.* 132. 2. Macte vino inferio esto. *et ibid.* § 1. Juppiter dapalis – macte hac illace dape pollucenda esto. *Id. ibid.* 139. *extr.* Harumce rerum ergo macte hoc porco piaculo immolando esto. *et ibid.* 141. 3. Harumce rerum ergo – macte hisce suovetaurilibus lactentibus immolandis esto.

II.) Translate, extra sacra, in eleganti usu est *macte* et *macti*, quoties gratulamur alicui, plaudimus, felicem ac beatum esse jubemus, et cohortamur, ut in virtute excolenda, quam recte factis adhuc ostendit, crescat quotidie magis. — *a*) *Macte virtute*, vel *alia re, esto*, sæpe occurrit. *Pacuvius* apud *Non. p.* 342. 2. *Merc.* Macte esto virtute, operaque omen approba! *Lucilius* apud *Servium loc. cit.* et apud *Non. p.* 341. 32. Macte, inquam, virtute, simulque his versibus esto. *h. e.* honoratus, laudatus, auctus tum virtute tua, tum versibus meis. *Turpilius* apud *Non. p.* 342. 1. Macte virtute esto. *Liv.* 10. 40. Macte virtute diligentiaque esto. Adde *eumd.* 4. 14., 7. 10. et 23. 15.; et *Horat.* 8. *Sat.* 2. 31. *Seneca Ep.* 66. *ad fin.* Macte virtute esto, sanguinolentis et ex acie redeuntibus dicitur. *bravi! valorosi! Martial.* 4. 13. Claudia, Rufe, meo nubit Peregrina Pudenti: Macte esto tædis, o Hymenæe, tuis. — Hæc formula ita invaluit, ut *macte* etiam pro Accusativo usurparetur, h. e. tamquam indeclinabile, vel adverbium poneretur. *Liv.* 1. 12. *ad fin.* Juberem, macte virtute esse (*al.* Juberem, et macte etc.), si pro mea patria hæc virtus staret. Sic *Flor.* 2. 18. Macte fortissimam et meo judicio beatissimam in ipsis malis civitatem asseruit cum fide socios etc. *Al. leg.* macte esse fortissimam *etc.* asseruit: cum fide *etc.* — Porro et in plur. numero *macte* pro *macti* usurpatum videtur. *Liv.* 7. 36. Quum Decius: Macte virtute, inquit, milites Romani este: vestrum iter ac reditum omnia sæcula laudibus ferent. *Forcellinus* cum veterib. libris leg. *macti*: at *Alschefskius, Weissenbornius* et alii optimis freti Codicibus *macte* restituendum curarunt. Tamen apud *Curt.* 4. 1. 18. Vos quidem macti virtute, inquit, estote, qui primi intellexistis etc. *Zumptius* leg. *macti*, quamquam Codices habent *macta*, ex quo *macte* recte conjici potest. *Plin.* 2. *Hist.* 12. 9. (55). Macti ingenio este, cæli interpretes. — *b*) *Macte virtute*, vel *alia re*, omisso Verbo item sæpe occurrit. *Accius* apud *Non. p.* 341. 30. *Merc.* Tu, uti dixi, macte his armis, macta virtutem patris. *Cic.* 12. *Att.* 6. *a med.* et 1. *Tusc.* 17. 40. Macte virtute! ego enim ipse cum eodem ipso non invitus erraverim. *Virg.* 9. *Æn.* 640. atque his victorem affatur Iulum: Macte nova virtute, puer: sic itur ad astra. *Sil. It.* 4. 477. Macte, o macte indole sacra, Vera Jovis proles. *Stat.* 7. *Theb.* 280. Macte animo juvenis. *Id.* 1. *Silv.* 3. 101. Macte bonis animi. *Id. ibid.* 2. 201. Macte toris, Latios inter placidissime vates. *h. e.* felix connubii. *Plin. Paneg.* 46. Macte hac gravitatis gloria, Cæsar. *et ibid.* 89. Macte utereque ingenti in rempublicam merito. — *c*) *Macte* cum Genitivo interdum occurrit. *Martial.* 12. 6. Macte animi, quem rarus habet, morumque tuorum, Quos Numa, quos hilaris possit habere Cato. Sic *Stat.* 2. *Theb.* 495. Macte animi, tantis dignus qui crederis armis. — d) Absolute et sine casu. *Cic.* 15. *Att.* 29. Servuli dicunt eum et agripetas ejectos a Buthrotiis. macte! *bella cosa! molto bene.* Sic *Val. Flacc.* 6. 547. Macte, ait, o nostrum genus et jam certa propago. *Sil. It.* 12. 256. Decus, macte, o virtutis avite, Macte Antenoride.

B) Participium *mactus* videtur esse per syncopen pro *mactatus*, et est immolatus, in sacrificiis cæsus. *Lucret.* 5. 1338. Ut nunc sæpe boves Lucæ ferro male mactæ Diffugiunt.

MĂCŬLA, æ, f. 1. Ratione habita etymi, vox conjungenda videtur cum *maceo, macies, macer*; macula enim est punctum seu minimum illud spatium, in quo aliquid deficit vel evanescit: hinc

I.) Proprie ¶ 1. Macula est foramen retis, plaga; quo eodem themate Italice dicitur *maglia*, Fr. *maille*, Hisp. *malla*, Germ. *die Masche*, et Angl. *a mesh. Cic.* 7. *Verr.* 11. 27. Reticulum ad nares sibi admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. *Varro* 3. *R. R.* 11. 3. Idque sæptum totum rete grandibus maculis integitur. Sic *Colum.* 8. *R. R.* 15. 1. Locus clatris, vel grandi macula retibus contegitur. *Ovid. Heroid.* 5. 19. Retia sæpe comes maculis distincta tetendi. *Nemesian. Cyneg.* 299. Nec non et casses idem (*famuli*) venatibus aptos Atque plagas longoque meantia retia tractu Addiscant raris semper contexere nodis Et servare modum maculis linoque tenaci. — Sic de aranei tela *Plin.* 11. *Hist. nat.* 24. 28. (81). Texere a medio incipit (*araneus*), circinato orbe subtegmina adnectens, maculasque paribus semper intervallis, sed subinde crescentibus ex angusto dilatans indissolubili nodo implicat. — In loco *Varronis* allato quidam omittunt τὸ *rete*, et maculas pro ipso rete poni putant. Est qui affert et locum *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 266, sed ibi non de reti, sed de tigris maculis sermo est. Licebit tamen, si usu veniat, *maculas* pro reti usurpare per synecdochen. ¶ 2. De rerum colore dicitur in bonam partem, et est spatium in quo naturalis color deficit, evanescit, vel in alium mutatur, sive nota, signum differens colore a reliquo corpore, *segno, macchia. Virg.* 3. *G.* 56. bos maculis insignis et albo. *h. e.* albis maculis. *V.* ENDIADYS. et 4. *ibid.* 91. *de rege apum.* maculis auro squalentibus ardens. *et* 9. *Æn.* 49. Equus albis maculis. *segnato a rotelle.* Cf. *eumd.* 5. *ibid.* 566. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 56. (154). Gemma purpurea nigris interpellantibus maculis. *Id.* 36. *ibid.* 6. 5. (44). Versicolores maculæ marmoris. Adde *Stat.* 1. *Silv.* 5. 38. de marmore Synnadico. — *V.* in paragr. proxime seq. sub *c* locum *Cic.* 6. *de republ.* 19. ¶ 3. Item de colore, sed in malam partem usurpatur, et est sordes, labes, quidquid alicujus rei proprium colorem inficit et corrumpit. — *a*) De corpore humano. *Plaut. Capt.* 3. 4. 63 Maculatur corpus maculis luridis. *Cic.* 1. *Nat. D.* 28. 79. Est corporis macula nævus: illi tamen hoc lumen videbatur. *Ovid.* 5. *Met.* 455. Combibit os maculas. *Id.* 3. *Amor.* 5. 43. Livor et adverso maculæ sub pectore nigræ. *Petron. Satyr.* 102. Aquæ aspergo corpori maculam imponit. *Sueton. Aug.* 94. Et statim in corpore ejus exstitisse maculam, velut depicti draconis, nec potuisse unquam exigi. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 2. 4. (9). Lentigines ac maculas e facie tollit elaterium. *le tacche.* et *ibid.* 13. 51. (142). Ruta illita cicatrices et maculas toto corpore emendat. *Id.* 36. *ibid.* 19. 33. (140). Melitinus lapis medetur maculis corporis. — *b*) De vestibus. *Ovid.* 3. *Fast.* 821. Maculas auferre de vestibus. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 13. 50. (128). extrahere. *Id.* 12. *ibid.* 25. 54. (123). in veste facere. *Id.* 28. *ibid.* 7. 23. (85). e veste abluere. Hinc jocus Fausti, de quo ita *Macrob.* 2. *Saturn.* 2. Faustus Sullæ filius, quum soror ejus eodem tempore duos mœchos haberet, Fulvium fullonis filium, et Pompejum Maculam, Miror, inquit, sororem meam habere maculam, quum fullonem habeat. (Ejusdem fortasse Maculæ meminit *Cic.* 6. *Fam.* 19.). — *c*) Figurate *Cic.* 6. *de republ.* 19. Vides habitari in terra raris et angustis in locis: et in ipsis quasi maculis ubi habitatur, vastas solitudines interjectas, *maculas* vocat, quia loca terræ habitabili a rara sunt et intervallis dissita, sicut in veste maculæ. Ita *Forcellinus*: at hæc rectius fortasse transferenda sunt ad paragr. proxime præced.

II.) Translate, metaphorâ ductâ a super. paragr. 3., est res turpis honestatem deformans, nota, infamia, dedecus, *nota, taccia, disonore, infamia.* — *a*) Sæpissime occurrit morali ratione. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 70. Inest amoris macula huic homini in pectore, quæ elui neutiquam potest. *Id. Capt.* 4. 2. 61. Jam ego ex corpore exigam omnes maculas mærorum tibi. *Ter. Adelph.* 5. 8. 29. Vitium commune omnium est, quod nimium ad rem in senecta attenti sumus: hanc maculam nos decet effugere. *Lucilius* apud *Non. p.* 350. 13. *Merc.* Quem scis scire tuas omnes maculasque notasque. *Cic Sext.* 29. 63. Illa in republica macula regni publicati maneret, quam nemo jam posset eluere. *Id. pro leg. Manil.* 3. 7. Delenda vobis est illa macula Mithridatico bello suscepta, quæ penitus jam insedit atque inveteravit in populi Romani nomine. *Id. Planc.* 12. 30. Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis tuis? *Id. Rosc. Am.* 39. 113. Legationis cæremoniam perfidia polluere maculaque afficere. *Id. Balb.* 6. 15. Est hujus sæculi labes quædam et macula virtuti invidere. *Id. Cluent.* 5. 12. Illam non pudor, non pietas, non macula familiæ a cupiditate revocavit. *Id.* 2. *Verr.* 4. 11. Ut ejus adolescentiæ maculas ignominiasque præterearn. *Id.* 7. *ibid.* 46. 121. Errabus, Verres, quum te maculas furtorum et flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare. *Id. Dom.* 9. 23. Homo omnium scelerum libidinumque maculis notatissimus. *Seneca Herc. Œt.* 1454. Imprimere maculam laudibus. *Apul. de Mag.* Aliquid maculæ, aut dehonestamenti in se admittere. *Inscript.* apud *Henzen.* 6273. SINE VLLA MACVLA VIXIT. — *b*) Raro adhibetur intellectuali ratione. *Horat. Art. P.* 351. ubi plura nitent in carmine, non ego paucis Offendar maculis, quas haud incuria fudit, Aut humana parum cavit natura. *Quintil.* 8. 3. 18. In oratione nitida notabile humilius verbum et velut macula. *Id.* 8. 5. 28. Etiam color ipse dicendi quamlibet claris, multis tamen ac variis velut maculis conspergitur. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* supra sub I. 3 *b.*

MĂCŬLĂBĬLIS, e, adject. (maculo) qui maculari potest. *Dracont.* 1. *Hexæm.* 128. Clarus ubique Deus, numquam maculabilis auctor.

MĂCŬLĀTĬO, ōnis, f. 3. (maculo) actus maculandi, *il macchiare.*

I.) Proprie. *Apul. de Mag.* Ea tabes primorem cutem vitiligine insignit, et omnimodis maculationibus convarlat.

II.) Translate. *Firmic.* 3. *Mathes.* 15. *n.* 3. Aliqua infamiæ maculatione pollutus.

MĂCŬLĀTUS, a, um. *V.* MACULO.

MACULENTUS, a, um, adject. idem ac maculosus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 67.

MĂCŬLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (macula). Part. *Maculans* I. 2. et II.; *Maculatus* in omnibus paragr. — Maculare est macula afficere (It. *macchiare*; Fr. *marquer, tacheter, moucheter, bigarrer, barioler*; Hisp. *marcar, manchar, pintar de diversos colores*; Germ. *beflecken, mit Flecken versehen, fleckig oder gefleckt machen*; Angl. *to mark*).

I.) Proprie de colore usurpatur; et ¶ 1. In bonam partem est notis et signis varii coloris distinguere, per intervalla tingere et quasi maculas ornatus gratia aspergere. *Val. Flacc.* 4. 368. *de Argo.* Lumina non aliter toto cui vertice, quam si Lyda nurus sparso telas maculaverit ostro. *Id.* 6. 704. et multo maculatam murice tigrim. ¶ 2. In malam partem est fædare, inquinare, polluere. *Plaut. Capt.* 3. 4. 63. Maculatur corpus maculis luridis. *Ovid. de nuce* 157. dextra maculata cruore. *Catull.* 63. 7. recente terræ sola sanguine maculans. *Virg.* 3. *Æn.* 28. atro liquuntur sanguine guttæ, Et terram tabo maculant. *Ovid.* 7. *Met.* 315. maculare sanguine ferrum. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 85. maculare vestem.

II.) Translate est contaminare, polluere; et occurrit — *a*) Sæpe morali ratione. *Cic.* 2. *de republ.* 25. Rex ille optimi regis cæde maculatus. *Id. Harusp. resp.* 13. 27. Castissimos ludos omni flagitio polluere, omni dedecore maculare. *Id. Mil.* 31. 85. Jovis Latiaris lacus, nemora finesque omni nefario stupro et scelere maculare. *Id. Sext.* 28. 60. splendorem alicujus aliquo negotio. *Liv.* 1. 13. partus suos parricidio. *Nepos Pausan.* 5. belli gloriam turpi morte. *Virg.* 10. *Æn.* 851. Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen. et *Sil. It.* 11. 200. maculatæ crimine mentes. *Plin.* 6. *Ep.* 31. Nuptæ hæc — et suam et mariti dignitatem centurionis amore maculaverat. *Aurel. Vict. Cæsar.* 15. Hunc nulla vitiorum labes maculavit. *Lucret.* 5. 1150. metus maculat pœnarum præmia vitæ. *h. e.* corrumpit. — *b*) Raro admodum adhibetur intellectuali ratione. *Gell.* 16. 7. Obsoleta quoque et maculantia (*verba*) ex sordidiore vulgi usu ponit. *h. e.* quæ orationem maculant.

MĂCŬLŌSUS, a, um, adject. (macula). Comp. *Maculosior* I. 2. — Maculosus est maculis aspersus, maculis abundans, στιλπωτός (It. *macchiato, macchioso, chiazzato*; Fr. *couvert de taches, tacheté*; Hisp. *manchado*; Germ. *voll von Flecken, geflect, fleckig*; Angl. *spotted, speckled, brinded*).

I.) Proprie de colore usurpatur: et ¶ 1. In bonam partem est notis distinctus. *Virg.* 1. *Æn.* 327. maculosæ tegmine lyncis. *Id.* 3. *G.* 426. convolvens (*anguis*) sublato pectore terga Atque notis longam maculosus grandibus alvum. *Ovid.* 3. *Met.* 197. *de cervo.* velat maculoso vellere corpus. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 6. 5. (44). Maculosum marmor. *Colum.* 6. *R. R.* 37. 6. Equus coloris nigri, vel maculosi. Sic *Plin.* 35. *Hist. nat.* 6. 13. (31). *de sinope.* Glæbis suus color; extra maculosus. *Virg.* 5. *Æn.* 87. Cæruleæ cui (*angui*) terga notæ, maculosus et auro Squamam accendebat fulgor. ¶ 2. In malam partem est maculis fædatus, immundus. *Plaut. Earch.* 3. 3. 29. Si unam peccavisses syllabam, fieret corium tam maculosum, quam est nutricis pallium. *pieno di piaghe o lividure.* Cf. *Fronton. de orat.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. *a med.* Polluta et contaminata et varia et maculosa maculosioraque, quam nutricis pallium. *Lucilius* apud *Non. p.* 350. 7. *Merc.* Vestimenta maculosa. Sic *Cic.* 2. *Phil.* 29. 73. Auctionis vero miserabilis aspectus: vestis Pompeji non multa, eaque maculosa, argentea vasa collisa etc. *Ovid.* 3. *Trist.* 1. 15. Littera suffusas quod habet maculosa lituras etc. *Id.* 3. *Art. am.* 395. maculosæ sanguine arenæ. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 9. 6. (42). Maculosa luna.

II.) Translate est contaminatus, impurus, scelestus. *Cic.* 1. *Att.* 16. *ante med.* Maculosi senatores, nudi equites. *Tac.* 3. *Hist* 38. Vir omni dedecore maculosus. Sic *Id.* 1. *ibid.* 7. Capito avaritia et libidine fœdus ac maculosus. *Aurel. Vict. Cæsar.* 11. Maculosa adolescentia. *Horat.* 4. *Od.* 5. 22. Maculosum nefas. *Petron. Satyr.* 2. Maculosa oratio.

MĂDĔFĂCĬO, făcis, fēci, factum, făcere, a. 3. et *pass.* Mădĕfĭo, fis, factus sum, fieri, (madeo et facio). Part. *Madefactus* in omnibus paragr.; *Madefaciendus* 1. — Madefacere est madidum facere, bumore aspergere, tingere, βρέχω, δεύω, διαίνω (It. *bagnare*; Fr. *humecter, mouiller, arroser*; Hisp. *humedecer, mojar*; Germ. *nass machen, benetzen, einweichen, einwässern, befeuchten*; Angl. *to wet, make wet, moisten*). Occurrit ¶ 1. Generatim. — *a*) Stricto sensu. *Cic.* 1. *Divinat.* 32. 68. Vaticinatus est, madefactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine. *Id.* 14. *Phil.* 3. 6. Imbuti sanguine gladii, vel madefacti potius. hinc *madefactus* minus est, quam *imbutus*. Sic *Ovid.* 8. *Met.* 402. terra madefacta cruore. *et* 6. *ibid.* 529. plumæ sanguine. *Virg.* 5. *Æn.* 330. sanguis fusus virides madefecerat herbas. *Catull.* 64. 364. Alta Polyxenia madefient cæde sepulcra. Sic *Ovid.* 15. *Met.* 824. Emathia iterum madefient cæde Philippi. *Tibull.* 2. 7. 14. Et madefacta meis serta feram lacrimis. *et* 3. 6. 63. Syrio madefactus tempora nardo. *Sueton. Cæs.* 64. Elata læva, ne libelli, quos tenebat, madefierent. *Id. Vesp.* 16. Spongiam madefacere et exprimere. *Colum.* 2. *R. R.* 4. 5. Pluvia partem glæbarum madefecit. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 7. 22. (76). Ferventes oculorum anguli subinde madefiant. *Id.* 32. *ibid.* 7. 25. (77). Lanam aceto et nitro madefacere. *Id.* 21. *ibid.* 8. 23. (47). Amarantus madefactus aqua revivescit. *Id.* 26. *ibid.* 6. 15. (29). Radix in vino madefacta. — *b*) Latiori sensu pro macerare, *ammollire, mettere in molle. Plin.* 25. *Hist. nat.* 6. 31. (68). Caules concisos madefaciunt diebus XVIII., atque ita succum exprimunt. Huc referri potest et illud *Cels.* 3. 18. Si vero imbecillitas est, rosa caput, adjecto serpyllo alioque simili, madefaciendum est. — *c*) Poetice. *Tibull.* 4. 2. 15. cui mollia cavis Vellera det fucis bis madefacta Tyros. *h. e.* tincta, colorata, *tinti. Ovid.* 4. *Met.* 252. imbutum cælesti nectare corpus Delicuit, terramque suo madefecit odore. *h. e.* imbuit, perfudit. ¶ 2. Speciatim de vino dicitur, et est perfundere, inebriare. Joculariter *Plaut. Pseud.* 1. 2. 50. Vino modo cupidæ estis: eo vos, vestros panticesque adeo madefacitis, quum ego sim hic siccus. Apud *Non. p.* 395. 2. *Merc.* legitur *madefactatis*. Ceterum *Colum.* 10. *R. R.* 309. multo madefactus laceo. *Ammian.* 15. 3. *a med.* Poculis amplioribus madefacti. Similiter *Sil. It.* 12. 18. molli luxu madefacta meroque illecebris somni torpentia membra fluebant *Heins.* mallet *labefacta*. ¶ 3. Item speciatim madefactus est coctura mollitus. *Apic.* 6. 3. Perdicem cum pluma sua elixabis, et coctura madefactum depilabis. Sic *Id.* alibi sæpius. *V.* MADEO I. 3. ibique adnotata. et MADESCO II.

MĂDĔFACTĬO, ōnis, f. 3. (madefacio) madefaciendi actus. Speciatim *Theod. Priscian.* 1. 20. Si madefactio permanserit, his adhibitis etc. *h. e.* si morbosus e vulnere humor adhuc eruperit.

MĂDĔFACTO, as, are, a. 1. *frequentat.* a madefacio, *bagnare spesso. Venant.* 1. *carm.* 21. 26. Si tamen est fluvius, qui madefactat humum. *V.* et variantem *Plauti* lectionem apud *Non.* allatam in voc. præced. 2.

MĂDĔFACTUS, a, um, *et*

MĂDĔFĬO, fis, factus sum, fieri. *V.* MADEFACIO.

MĂDENS, entis. *V.* voc. seq.

MĂDĔO, des, dŭi, dere, n. 2. Part. *Madens* in omnibus paragr. — Madeo, ab eodem themate a quo Græcum μαδάω, est idem atque humidus, madidus sum, humore madefio, μαδάω, νοτέω (It. *essere umido, bagnato, molle, grondante*; Fr. *être humecté, mouillé, dégoutte*; Hisp. *ser humedecido, mojado*; Germ. *nass oder feucht sein, benetzt sein, triefen, zerfliessen, zergehen*; Angl. *to be or become wet or moist, be sprinkled with moisture, be soaked, drenched, or steeped*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim occurrit — *a*) Cum Nominativo rei vel personæ et Ablativo humoris, quo res ipsa vel persona madet. *Cic.* 2. *Phil.* 41. 105. Natabant pavimenta vino, madebant parietes. *Catull.* 68. 55. Mœsta neque assiduo tabescere lumina fletu (*quum*) cessarent, tristique imbre madere genæ. Sic *Ovid.* 3. *Art. am.* 378. Lacrimis madent genæ. *Virg.* 3. *G.* 429. Vere madent udo terræ ac pluvialibus austris. Sic *Martial.* 9. 36. Scis, quoties Pharo madeat Iove fusca Syene. *h. e.* pluvia perfundatur. *Id.* 1. 57. Continuis vexata madet vindemia nimbis. *h. e.* tempus vindemiæ pluvium est. Cf. *eumd. Spectac.* 3. Et Cilices nimbis hic maduere suis. *h. e.* perfusi sunt croco. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 1. 1. (2). Persæ unguento madent. *Id.* 22. *ibid.* 12. 14. (29). Radix succo madet. *Id.* 24. *ibid.* 11. 53. (90). Capræ, si aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur. *Virg.* 12. *Æn.* 690. plurima fuso Sanguine terra madet. *Ovid.* 13. *Met.* 389. quique cruore Sæpe Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit. *Val. Flacc.* 3. 391. quibus invito maduerunt sanguine dextræ. *h. e.* qui inviti cædem patrarunt. *Lucan.* 2. 149. nati maduere paterno Sanguine. *h. e.* occiderunt patres suos. metonymia. *V.* mox infra Part. præs. — Similiter Part. præs. *Madens* apud *Plin.* 31. *Hist. nat.* 9. 45. (103). Linteolum vino madens. *Quintil.* 6. 1. 31. Vestis madens sanguine. *Ovid* 3. *Trist.* 5. 12. os madens fletu. *Petron. Satyr.* 6. Madens aliquis sudore. *Stat.* 3. *Theb.* 230. Ense madens. *h. e.* ensem habens madentem sanguine. — Sic *cæde madens* est madens sanguine ob cædem factam: et metonymice cædis auctor, aut reus. *Juvenal.* 4. 154. hoc nocuit Lamiarum cæde madenti. *Seneca Herc. Œt.* 1870. populisque madens ferrum. *h. e.* sanguine cæsorum populorum. *Id. Herc. Fur.* 1195. puerili madens arundo leto. — *b*) Cum Nominatiro rei vel personæ, omisso Ablat. humoris; qui tamen facile subauditur. *Plaut. Most.* 2. 1. 48. Heu mihi! quam istæc blanda dicta quo eveniant madeo metu! *h. e.* ob metum sudore madeo. *Forcellinus* vero translate accepit et exposuit *metu sum plenus*. Et figurate *Id. ibid.* 1. 3. 6. *et seqq.* Hæc illa est tempestas mea —; quam mihi amor et Cupido in pectus perpluit meum —. Madent jam in corde parietes. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 45. 69. (149). Madentes spongiæ. *h. e.* aqua. Sic *Tac.* 5. *Hist.* 17. campi. *acquosi. Cic. post redit. in senat.* 6. 12; et *Virg.* 4. *Æn.* 216. Madens coma. *h. e.* delibuta unguentis. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 58. madens oculis. *h. e.* flens. — *c*) Interdum a Poetis humor ipse madere dicitur, h. e. manare, fluere. *Lucret.* 6. 1180. Sudorisque madens per collum splendidus humor. Cf. *Ovid. Heroid.* 13. 52. More nivis lacrimæ sole madentis eunt. *che si strugge al sole.* Sic per catachresin *Sever. Ætn.* 520. madentes flammæ. *h. e.* fluentes. Ceterum *Seneca Herc. Œt.* 71. madens Auster. *h. e.* pluvius. Sic *Martial.* 10. 5. bruma. *inverno piovoso. Stat.* 4. *Silv.* 8. 8. deus. *h. e.* Neptunus. ¶ 2. Speciatim *madere vino* et *madere* absolute est bene potum esse, ebrium. *essere pieno di vino, ubbriaco.* — *a*) Cum Ablat. *Plaut. Truc.* 4. 4. 2. Si alia membra vino madeant, cor sit saltem sobrium. *Tibull.* 2. 2. 8. Atque satur libo sit, madeatque mero. Adde *Martial.* 11. 15. et *Apul.* 3. *Met.* Madere crapula. — Sic Part. præs. apud *Senec. Ep.* 83. *circa med.* Vir moderatus et gravis, sed mersus vino et madens. — *b*) Absolute. *Plaut. Most.* 1. 4. 7. Ecquid tibi videor madere? *Id. Pseud.* 5. 2. 7. Non vides me, ut madide madeam? *Tibull.* 2. 1. 29. non festa luce madere Est rubor. et *Lucret.* 3. 476. *de ebrio.* tardescit lingua, madet mens, nant oculi. — Sic Part. præs. apud *Sueton. Claud.* 33. Nec temere unquam triclinio abscessit, nisi distentus ac madens. ¶ 3. Item speciatim, in illo *Virg.* 1. *G.* 196. Et quamvis igni exiguo properata maderent: *Servius* et alii exponunt *festinata coquerentur*: quo sensu *Plaut. Men.* 2. 2. 51. Jam ergo hæc madebunt, faxo: nihil morabitur. *h. e.* coquentur. Sic *Id. Pers.* 1. 3. 12. Collyræ facite ut madeant et colliphia: ne mihi incocta detis. — Similiter Part. præs. apud *Sever. Sammon.* 295. Madentes caules. *et* 315. siliquæ. — Non tamen hæc ita intelligas, quasi *madere* coctum esse significet, sed quia quæ cocta sunt, teneriora fiunt et jure facilius perfunduntur atque imbuuntur.

II.) Translate est abundare, plenum esse, ductum ab iis, qui vino madent. *Propert.* 4. 4. 74. Quum pagina madent fercula deliciis. *Tibull.* 3. 6. 5. madeant generoso pocula Baccho. Cf. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 4. 3. (31). Cæcubæ vites in Pomptinis paludibus madent. *Lucret.* 4. 793. arte madent simulacra. *h. e.* arte imbuta et prædita sunt. Est tamen qui *valent* legat. *Horat.* 3. *Od.* 21. 9. Socraticis madet sermonibus. *h. e.* imbutus est et abundat præceptis gravioris philosophiæ. *Martial.* 7. 69. Cujus Cecropia pectora roce madent. *h. e.* peritissima sunt linguæ Græcæ. — Sic Part. præs. apud *Martial.* 7. 51. Jure madens, varioque togæ limatus in usu. *h. e.* plenus juris scientia. *Gell.* 13. 8. *in fin.* Vitia fa-

rundissime accusant, intercutibus ipsi vitiis madentes. *Auson. Profess.* n. 15. Cui fellé nullo, melle multo mens madens.

MĂDESCO, is, ere, n. 3. *inchoat.* a madeo. Præteritum *madui V.* in voc. præced. — Madesco est idem ac madidus fio, *bagnarsi, essere molle*, διαμαι.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Virg.* 5. *Æn.* 697. semusta madescunt Robora. *Ovid.* 1. *Met.* 66. tellus Nubibus assiduis pluvioque madescit ab Austro. *Id.* 6. *Fast.* 198. multa terra madescit aqua. *Quintil.* 6. 2. 28. Nec madescimus nisi humore. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 311. largis tunc imbribus ora madescunt. *Cels.* 3. 6. *circa med.* Spectare oportet, num tempora, partesve corporis aliæ paullum madescant. *h. e.* sudore perfundantur. ¶ 2. Speciatim est idem atque ebrius fio, *ubbriacarsi. Fronto de fer. Als.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. Nec Chrisippum tuum prætereo, quem quotidie ferunt madescere solitum.

II.) Figurate per metonymiam est mollescere, tenerum fieri, macerari, *intenerirsi. Colum.* 6. *R. R.* 30. 2. *de equis.* Ut stabulentur sicco loco, ne humore madescant unguiæ. *Id.* 11. *ibid.* 3. 23. Brassica in coctura celerius madescit. *Id.* 10. *ibid.* 398. *de cucume.* riguoque madescit luteus arvo. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 17. (76). Triticum madescit dulci aqua ligneis vasis. Adde *Apic.* 8. 1.

MĂ DIĂ. *V.* MA.

MĂDĬDĀTUS, a, um. *V.* MADIDO.

MĂDĬDĔ, adverb. (madidus). *Madide madere* apud *Plaut. Pseud.* 5. 2. 7. est probe ebrium esse.

MĂDĬDO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (madidus). Part. *Madidans* 1.; *Madidatus* 1. et 2. — Madidare est madidum reddere, madefacere, *bagnare*. ¶ 1. Generatim. *Arnob.* 1. 2. Madidata ex imbribus arva. *Id.* 2. 39. Proluvie linerent et madidarent se sua. *Apul.* 8. *Met.* Madidatis spongiis tumores comprimere. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 88. ille (*Zephyrus*) novo maditatas nectare pennas Concutit, et glæbas fecundo rore maritat. *Ita leg. cum* Ruhnkenio *recentiores plerique omnes: at cl.* Furlanetto *leg.* madidantes, *h. e.* madidas, madentes: quam sententiam confirmat *Ven. Fortun.* 5. *init.* Præstolabar, ut epistolæ vestræ magna sive parva nubecula, madidanti vellere bibulus, humectarer. *h. e.* madenti, madido. ¶ 2. Speciatim madidari est bene potum esse atque ebrium. *Arnob.* 5. 11. Mero multo madidari. Et absolute *Id.* 5. 1. Injecisse madidatis vincula. *h. e.* vino madentibus, bene potis.

MĂDĬDUS, a, um, adject. (madeo). Comp. *Madidior* II. 1. — Madidus est madens, madefactus, humidus, ὑγρός, διάβροχος (It. *bagnato, molle*; Fr. *humide, mouillé, humecté*; Hisp. *húmedo, humedecido, mojado*; Germ. *feucht, nass, von Feuchtigkeit durchdrungen, eingeweicht*; Angl. *wet, moist, humid, soaked, steeped, drenched*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Madido siccus* vel *aridus* opponitur, ut apud *Plin.* 13. *Hist. nat.* 24. 47. (130). (132) et (133). Ceterum *madidus* occurrit — *a*) Cum Ablativo. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 12. *a med.* Fasciculum illum epistolarum totum sibi aqua madidum redditum esse. *Ovid.* 5. *Met.* 53. capilli madidi myrrha. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 6. 30. (66). Radix succo madida. — *b*) Cum Genitivo. *Apul.* 4. *Met.* Rosas madidas divini roris et nectaris video. — *c*) Absolute. *Virg.* 5. *Æn.* 179. madidaque fluens in veste Menœtes, Summa petit scopuli siccaque in rupe resedit. et *Ovid.* 1. *Met.* 339. ut ora dei (*Tritonis*) madidâ rorantia barbâ Contigit. *Id. ibid.* 264. madidis Notus evolat alis. Cf. *Lucan.* 1. 219. Et madidis Euri resolutæ flatibus Alpes. Sic *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 39. (79). Madidus spiritus. *aria umida. Ovid.* 1. *Art. am.* 660. Madidæ genæ. *h. e.* madentes lacrimis. *Id. Heroid.* 14. 30. et 1. *Amor.* 6. 38. comæ. *h. e.* madentes unguento. — Sæpe apud Poetas est epitheton ornans. *Ovid.* 1. *Art. am.* 551. Ut levis in madida canna palude tremit. *h. e.* quæ humore abundat, aquosa. *Id.* 5. *Trist.* 6. 37. multa madidæ celebrantur arundine fossæ. *Martial.* 4. 44. Presserat hic madidos nobilis uva lacus. *Id.* 7. 36. Madidus Juppiter. *h. e.* pluvius. *Juvenal.* 3. 11. Substitit ad veteres arcus madidamque Capenam. *cil.* Capena porta dicitur madida propter fontes et aquæductus, qui prope illam erant. Cf. *Martial.* 3. 48. ¶ 2. Speciatim est imbutus, tinctus. *tinto. Martial.* 5. 23. Vestis cocco madida, vel *ostro* tincta. ¶ 3. Item speciatim, *madidus vino*, et *madidus* absolute, est vini plenus, ebrius. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 36. Ego te hodie reddam madidum, sed vino, probe. Sic *Rutil. Lup.* 2. 7. Oculi mero madidi. et *Paul. Diac.* p. 126. 5. *Müll.* Madidus a vino. Rursus *Plaut. Amph.* 3. 4. 18. Faciam, ut sit madidus sobrius. *Martial.* 6. 89. Quum peteret matellam madidus. *Id.* 9. 23. Æstuet ut nostro madidus conviva ministro. *Plaut. Asin.* 5. 2. 9. Illum madidum, nihili, incontinentem etc. *beone, ubbriacone.* — Sic *dies madidi* apud *Martial.* 14. 1. sunt Saturnalicii, in quibus vino largius indulgebatur.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro molli, tenero, *tenero*; atque hinc dicitur de cibis coctis, conditis, maceratis. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 5. 21. (38). Semina in siliquis nigriora et madidiora lenticula. *h. e.* molliora, teneriora. — *Plaut. Men.* 1. 3. 29. Madida quæ mihi apposita in mensam etc. *h. e.* probe cocta. Sic *Pers.* 1. 3. 14. Nisi quas madidas glutiss. *Martial.* 1. 42. Madidum cicer. *Scribon. Compos.* 41. Mala granata incoquuntur —, donec madida fiant. Adde *eumd.* 111., 158., 248. et alibi. Rursus *Martial.* 10. 48. Et madidum thynni de sale sumen erit. — Huc pertinet et illud *Lucani* 1. 621. tabe jecur madidum. *h. e.* corruptum et stillans. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a super. paragr. I. 1. *Cœcilius* apud *Priscian.* 6. *p.* 699. *Putsch.* Itan' est immemoris? itan' est madida memoria? *h. e.* quæ nihil retinet, velut si in aqua scribas. ¶ 3. Item est abundans, plenus, metaphorâ ductâ a super. paragr. I. 3. *Martial.* 1. 40. Si quis Cecropiæ madidus Latiæque Minervæ Artibus. *Id.* 4. 14. Nec torva lege frontæ, sed remissa Lascivis madidos jocis libellos. Eumdem habent usum *madens* et *madeo.*

MĂDON, i, n. 2. *V.* MADOS.

MĂDOR, ōris, m. 3. (madeo) humor, *umidità, umore*, ὑγρότης. *Sall. fragm.* apud *Non.* p. 138. 6. *Merc.* Ingens terror erat, ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur: nam mœnia oppidi stagnabant redundantibus cloacis adverso æstu maris. Cf. *Ammian.* 20. 6. Lapides recens structi et madore infirmi. *Arnob.* 5. 40. Mador terræ. *Apul.* 1. *Met.* Quoad me urinæ madore perluerent.

MĂDOS, i, f. 2. Quum utroque loco infra cit. Accusativus tantum legatur, sunt qui volunt *Madon*, i, neutr. gen. ¶ 1. Mados vocatur vitis genus; a μαδὸς *glaber, depilis. Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 16. (21). Vitis alba est, quam Græci ampeloleucen, alii madon appellant. ¶ 2. Item herba, quæ et nymphæa. *Id.* 25. *ibid.* 7. 37. (75). Nymphæa laudatissima in Orchomenia et Marathone; Bœoti madon vocant et semen edunt.

MĂDULSA, æ, m. 1. ebrius: a madeo, quia vino madet. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 7. Ego nunc probe abeo madulsa. *Paul. Diac.* p. 126. 5. *Müll.* Madulsa ebrius, a Græco μαδᾶν deductum, vel quia madidus satis a vino. *Paul.* addidit *satis*, inde enim extremam vocabuli syllabam ducere volebat. In aliquot Codicibus legitur et *madusa*: sed *madulsa* est rectius.

MÆANDER. *V.* MÆANDROS.

MÆANDRĀTUS, a, um, adject. flexus, tortuosus instar Mæandri. *Varro* apud *Non.* p. 140. 5. *Merc.* Mihi facies Mæandrata, et vermiculata, atque etiam adeo cingens orbem terræ.

MÆANDRĬCUS, a, um, adject. Μαιανδρικός, tortuosus, flexuosus instar Mæandri. *Tertull. Pall.* 4. *a med.* Si quis Mæandrico fluxu delicatam vestem humi protrahat. *V.* voc. seq. 2.

MÆANDROS *vel* Mæandrus *vel* Mæander, dri, m. 2. Μαίανδρος. Primam syllabam licenter corripuit *Prudent. loc. cit.* sub 1. — Mæandros est flavius ingens Asiæ in Phrygia magna, crebris ita sinuosus flexibus, ut sæpe credatur reverti. *V.* multa in ONOM. — Hinc translate ¶ 1. Tamquam nomen appellativum usurpatur, et — *a*) *More Mæandri*, est flexuose, tortuose. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 11. Oportebit nonnullis locis moles intercidi, more Mæandri. — *b*) Hinc omnes obliquitates, quibus post varios flexus redítur, unde discessum erat: item omnes ambages, et obliqua, obscura, et vafra consilia *mœandri* dicuntur, *rigiri, andirivieni. Cic. Pis.* 22. 53. Quos tum mæandros, dum omnes solitudines perséqueris, quæ deverticula flexionesque quæsisti? *Gell.* 16. 8. *in fin.* Ne tu quoque in illis dialecticæ gyris atque mæandris, tamquam apud Sirenios scopulos, consenescas. *Ammian.* 30. 1. Hi locorum gnaritate confisi, quod ille, ut peregrinus et insuetus, mæandros faciebat et gyros etc. *Prudent.* 6. *Cathemer.* 142. O tortuose, serpens Qui mille per mæandros Fraudesque flexuosas, Agitas quieta corda. ¶ 2. Item opus penicillo, aut acu factum, ad similitudinem cursus Mæandri, flexuoso et in se remeabili gyro descriptum: qualia in oris vestium muliebrium sæpe videmus. *Paul. Diac.* p. 136. 12., *Non.* p. 140. 2. *Merc.* et *Servius* ad illud *Virg.* 5. *Æn.* 250. Victori chlamydem auratam, quam plurima circum Purpura mæandro duplici Meliboea cucurrit. Simile est Græcorum litteræ ξ. *Auson. Edyll.* 12. *de litter. monosyllab.* 12. Mæandrum flexusque vagos imitata vagor ξ. Gallice *zic zac*: et habet locum etiam in aggeribus obsidionum.

MÆLES. *V.* MELES.

MÆLIUM, ii, n. 2. *V.* MELLUM.

MÆNA *vel* mēna, æ, f. 1. μαινίς, genus piscis marini (ut est apud *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (149).) exigui pretii, ex quo salsamenta fieri solebant. Fortasse est quod Veneti vulgo nunc *ménola* vocant. *Ovid. Halieut.* 120. Fecundumque genus, mænæ. *Martial.* 11. 31. Mænæ breves. *et* 12. 32. inutiles. *Pers.* 3. 76. Mænaque quod prima nondum defecerit orca. *Cic.* 2. *Fin.* 28. 91. Qui voluptatem ipsam contemnunt, iis licet dicere, se acipenserem mænæ non anteponere. Adde *Scribon. Compos.* 71.; et *Arnob.* 3. 31. — *Deglupta mœna* apud *Plaut. Pœn.* 5. 5. 33. est convicium in sordidum et fœtidum hominem. Al. minus recte leg. *Mœnas*, ut ad Bacchas respiciatur, et dicatur in hominem effeminatum.

MÆNIĀNUM, i, *et sæpius in plur. num.*

MÆNIĀNA, ōrum, n. 2. Proprie est adjectivum a Mænio deductum et absolute, substantivorum more, usurpatum. — Ad scriptionem quod attinet, æ diphthongum omnino retinemus cum *Manut.* et *Dausq.* ex *Pandect. Florentin.* apud *Torrentin.* et ex *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv.* p. 225., quamquam et sine diphthongo in aliis antiquis lib. non contemnendis legatur. Diphthongum vero œ omnino rejicimus. — Mœnianum est tabulatum, vel lapis extra parietem projectus et ad prospiciendum aptus: dictus a quodam Mænio censore, qui primus ultra columnas, ut ait *Festus* p. 134. 22. *Müll.*, extendit tigna, quo ampliarentur superiora. Adde *Paul. Diac.* p. 135. 6. et *Non.* p. 65. 23.; et *V.* MÆNIUS in ONOM. ἐξώστρα (It. *poggiuolo, ringhiera, ballatojo*; Fr. *galerie extérieure, balcon*; Hisp. *galeria exterior, balcon*; Germ. *Vorbau oder Vorsprung, nach unserer Art Balcon, Altan*; Angl. *a building of pleasure jutting out for prospect, a gallery, balcony*). — *a*) Generatim. *Jabolen. Dig.* 50. 16. 242. Inter projectum et immissum hoc interesse ait Labeo, quod projectum esset id, quod ita proveheretur, ut nusquam requiesceret, qualia mœniana et subgrundæ essent: immissum autem, quod ita fieret, ut aliquo loco requiesceret, velut tigna et trabes, quæ immitterentur. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*). 22. 70. Mœnianorum umbram sequi. *Vitruv.* 5. 1. Circum spectacula spatiosiora intercolumnia distribuantur, circaque in porticibus argentariæ tabernæ mœnianaque superioribus coaxationibus collocentur. *Val. Max.* 9. 12. *n.* 7. In mœnianum conscendere. — *b*) *Mœnianum* etiam fuit in privatorum domibus, quod Veneti vulgo *diagò*, ab ἡλιακὸν *solarium*, vocant, Itali vero *ballatojo, pergolo. Ammian.* 27. 9. Prætextatus præfectus Urbi (sub Valentiniano I. ann. a Chr. n. CCCLXVII.) mœniana sustulit omnia, fabricari Romæ priscis quoque vetita legibus. *Impp. Honor. et Theodos. Cod.* 8. 10. 11. Mœniana sive olim constructa, sive in posterum in provinciis construenda, nisi spatium inter se per decem pedes liberi aeris habuerint, modis omnibus detruncentur. In his vero locis, in quibus ædificia privatorum horreis publicis videntur objecta, obstructione mœnianorum quindecim pedum intervalla serventur. *Isid.* 15. *Orig.* 3. 11. Post hæc alii lapide, alii materia ædificavere porticibus mœniana, et foribus, et domibus adjecerunt. — *c*) In am-

phitheatro *mœniana* dicebantur tres supra podium gradationes, quæ præcinctionibus intermediis sejunctæ et latiori semper orbe recedentes spatium omne obibant; harum duæ priores habebant marmoreos gradus, tertia vero ligneas tabulationes, de quibus consule *Morcell. de stil. Inscript. Lat. T.* 1. *p.* 326. *ed. Pat.*, ac præcipue *Marin. Frat. Arv. p.* 224. *et seqq.*, ubi illustratur ea celeberrima *Inscript.* LOCA ADSIGNATA IN AMPHITHEATRO FRATRIBVS ARVALIBVS MÆNIANO I. CVNEO X'I. GRADIB. MARM. VIII. *et mox.* ET MÆNIANO II. CVNEO VI. GRADIB. MARM. *et mox.* ET MÆNIANO SVMMO IN LIGNEIS TAB. LIII. etc. — *d*) Ceterum totam mæniani rationem paullo aliter exponit *Salmas.* ad *Spartian.* 12. Primo enim nugas esse sibi videri ait, quæ de Mænio inventore traduntur a grammaticis: deinde videtur mœniana scribere per *œ*: tertio esse ait tecta ædium plana (ut in orientalibus provinciis in usu fuerunt, et *solaria* etiam dicuntur) projecta aliquantulum extra parietes, et περιβόλω, seu podio in circuitu munita, ne facilis in præceps lapsus esset: adducitque in eam rem testimonium *Hieronymi*, quod nos in DOMA attulimus. Hæc nos partim non probamus: pluris enim *Asconii* et *Festi* auctoritatem facimus (quod opinatur etiam *Avellino* in *Bullett. archeol. Nap. T.* 1. *p.* 3. *col.* 1. Partim facile conciliari posse dicimus: quum nihil obsit, quin et tabulata projecta, et ipsa plana tecta domorum podio instructa, eodem vocabulo significentur, quæ eundem spectandi usum præbere possunt. — *e*) *Mœniana*, et *Mœnianas scholas* appellat *Eumen. Restaur. schol.* 2. ædes publicas Augustodunenses, in quibus ludi litterarii habebantur: fortasse quia projecturis instructæ erant.

MÆNŌMĒNON Mel, n. μαινόμενον μέλι, genus mellis venenati: a μαίνομαι *insanio*, quia insaniam gignit. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 13. 45. (77).

MÆRĔO, MÆSTUS, etc. *V.* MŒREO, MŒSTUS, etc.

MĂESĬUS, lingua Osca, mensis Majus. *Paul. Diac. p.* 136. 1. *Müll.*

MÆSON, onis, m. 3. Μαίων, persona comica appellatur, aut coci, aut nautæ, aut ejus generis: dici ab inventore ejus Mæsone comœdo ait Aristophanes grammaticus. Hæc *Festus p.* 134. 19. *Müll.*, quocum cf. *Paul. Diac. p.* 135. 5. *Müll.* apud quem perperam legitur *Meson.* V. *Athenæum l.* 14. *p.* 659. *Casaub.* et *Müllerum* ad *Festum* loc. cit.

MAFORS. *V.* MAVORS init.

MĂGA, æ. *V.* MAGUS.

MĂGĂLĬA, ium, n. plur. 3. καλύβαι, καλύβια, (It. *capanne*; Fr. *cabanes, huttes, cases*; Hisp. *cabañas, barracas*; Germ. *Hütten, Zelte*; Angl. *huts or cottages*) casæ, sive ædificia rustica Pœnorum et Numidarum, quæ etiam plaustris circumferebant: a *magar*, seu *mager*, quod apud Punicos villam notat, ut docet *Servius* ad illud *Virg.* 1. *Æn.* 425. Miratur molem Æneas, magalia quondam, et ad illud 4. *ibid.* 259. Ut primum altis tetigit magalia plantis. Cf. *Isid.* 15. *Orig.* 12; et *Diomed.* 1. *p.* 315. *Putsch.* Cato in *Origin.* apud *Servium ibid.* Magalia, ædificia, quasi cohortes rotundas dicunt. Adde *Cassium Heminam* et *Sall.* apud *Servium* cit. priore loco. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

MAGDĂLĬŌLUM, i, n. 2. deminut. magdalis. *Alcim. Ep.* 78. Præterea magdaliola illa, quæ promisistis, posco, ut cum observatione breviculo dirigi jubeatis. *h. e.* ut qua observatione in singulis uti oporteat, breviculo indicetis.

MAGDĂLIS, idis, f. *et*

MAGDĂLĬUM, ii, n. 2. apud medicos sequioris ævi est massa rotunda et oblonga in cylindri formam, in quam composita emplastra redigere solent: est ab Hebr. מגדל *migdàl*, Chald. מגדל *magdàl*, Arab. مجدل *migdalon*, turris, unde Itali suum habent *magdaleone* et *maddaleone*, quod rectius scripseris *maddalone*. Hinc *Scribon. Compos.* 201. Emplastrum manibus subigetur, et redactum in rotundas (*lege* turundas) ampliores, quas magdalidas dicunt, reponetur. *Marcell. Empir.* 20. Hæc omnia tunsa, cribrata, et vino optimo madefacta simul in mortario collige, ex quibus trochisci, vel magdalia fient. Apud *Plin. Valer.* 1. 6. *sub fin.* et 2. 37. *ante med.* mendose legitur *mandalia*. — Alii minus recte derivant a μάσσω *subigo*: unde μαγδαλιά, quæ vox Græce significat molliorem panis pulpam ad digitos post cœnam detergendos, Itali nunc *mollica* vocant.

MĂGĔ, adverb. idem quod *magis* apud poetas, sed parum usitatum. *Ennius* apud *Gell.* 20. 10. Non ex jure manum consertum, sed mage ferro Rem repetunt. At cl. *Vahlen.* legit *magi'* ex Cod. Med. *Lucret.* 4. 79. Et quanto circum mage sunt inclusa theatri Mœnia, tam magis hæc intus perfusa lepore etc. Adde *eumd. ibid. v.* 344. et 758. et 5. 1202. *Plaut. Men.* 2. 3. 14. Jam scibo, utrum hæc me mage amet, an marsupium. Adde *eumd. Asin.* 1. 1. 51. et 2. 3. 14., *Pœn.* 1. 2. 64. et 2. 14., *Trin.* 4. 3. 46., *Truc.* 1. 2. 75., 3. 1. 17. et 4. 4. 34.; *Propert.* 1. 11. 9., 3. 14. 2. et 4. 8. 16.; et *Phædr.* 5. 3. Sic *Virg.* 10. *Æn.* 481. Aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum. Ubi *Servius* adeo in usum venisse ait, ut etiam in prosa inveniatur. Cicero in Frumentaria: (h. e. 5. *Verr.*) *Mage condemnatum hominem in judicium adducere non posse*. Hæc *Servius*, quem penes sit adhuc fides. Habet quidem et *Solin.*, si ulla est ejus hac in re auctoritas, 22. *in fin.* Nec quicquam mage patientiæ loco nationes feræ ducunt. Ceterum *V.* MAGIS.

MĂGESTER. *V.* MAGISTER init.

MĂGĬA, æ, f. 1. μαγεία (It. *magia*; Fr. *magie*; Hisp. *magia*; Germ. *d. Zauberei, Magie*; Angl. *magic*) vox Persica, quam illi fere accipiunt pro sapientia et perfecta rerum naturalium cognitione. Duplex tamen traditur magiæ species, quarum altera est ea, quam jam diximus, naturalis philosophiæ perfecta cognitio, quam Pythagoras, Plato et Empedocles, ceterique inter philosophos præstantissimi velut sanctiorem quamdam disciplinam indefatigabili studio, longinquisque peregrinationibus conquisiverunt: altera, quam γοητείαν, vel θεουργίαν vocant, dæmonum invocatione infandisque incantationibus constat, quam et leges omnes exsecrantur, et *Plin.* 30. *Hist. nat.* 2. 6. (17). artem intestabilem vocat, irritam et inanem. *Apul.* 3. *Met.* Meis his auribus audivi, ni celerius sol cælo ruisset, noctique, ad exercendas illecebras magiæ, maturius cessisset, ipsi soli nubilam caliginem et perpetuas tenebras comminantem. Adde *eumd. de Mag.* sæpe; et *Ammian.* 23. 6. *Prudent.* 1. *advers. Symmach.* 80. Nec non Thessalicæ doctissimus ille magiæ. V. *Plin. loc. cit. c.* 1. *et* 2. — In plur. num. *Vulgat. interpr. Act.* 9. 11. Propter quod multo tempore magiis suis dementasset eos. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

MĂGĬCĔ, es, f. 1. (magia) ars magica, magia, *arte magica, magia*, μαγική. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 1. 2. (10). Pariter utrasque artes efloruisse, medicinam dico, magicenque, eadem ætate illam Hippocrate, hanc Democrito illustrantibus. *Id.* 30. *ibid.* 1. 2. (7). Si non expers Thrace magices fuisset. *et ibid.* (11). Est et alia magices factio, a Mose pendens.

MĂGĬCUS, a, um, adject. μαγικός, ad magos et magiam pertinens: et præcipue ad veneficia et incantationes, *magico, di magia*. — *a*) Generatim. *Virg.* 8. *Ecl.* 66. Conjugis ut magicis sanos avertere sacris Experiar sensus. *Id.* 4. *Æn.* 493. Magicæ artes. *Tac.* 12. *Ann.* 59. superstitiones. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 1. 1. (1) vanitates. *Id.* 24. *ibid.* 17. 99. (156). herbæ. *h. e.* quibus utuntur magi, et miras virtutes tribuunt. Sic *Propert.* 4. 1. 102. aquæ. *Colum.* 10. *R. R.* 367. magicis sopitus cantibus anguis. *Tibull.* 1. 9. 23. Quid queror, heu misero carmen nocuisse? quid herbas? Forma nihil magicis utitur auxiliis. *Ovid.* 7. *Met.* 330. magicæque potentia linguæ. *h. e.* peritæ magicorum carminum. *et* 5. *ibid.* 197. magica arma movere. *h. e.* magicas artes tentare. *Id.* 10. *ibid.* 398. magici ritus. *Id.* 2. *Art. am.* 102. soni. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 208. terrores. *Apul.* 3. *Met.* disciplina. — *b*) Specialim *magici dii* apud *Tibull.* 1. 2. 62. et *Lucan.* 6. 577. sunt, qui magicis sacris invocantur et evocantur, Pluto, Hecate, Proserpina etc., de quibus *Virg.* 4. *Æn.* 510. Tercentum tonat ore deos, Erebumque, Chaosque Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ. Plures enumerat *Ovid.* 7. *Met.* 192. — *c*) Item speciatim, *magicæ linguæ* sunt Ægyptiorum litteræ per signa res varie significantes. *Lucan.* 3. 222. Nondum flumineas Memphis contexere biblos Noverat; et sanis tantum volucresque, feræque, Sculptaque servabant magicas animalia linguas. *V.* HIEROGLYPHICUS.

MĂGĬDA, æ, f. 1. genus vasis escarii, a magnitudine sic dicti. *Varro* 5. *L. L.* 120. *Müll.* Magidam, aut lanculam (*Müllerus* leg. langulam), alterum a magnitudine, alterum ab latitudine finxerunt. *V.* MAGIS, idis.

MAGINĬUM, ii, n. 2. morbus boum, quum eorum pellis ita dorso adhæret, ut apprehensa manibus deduci non possit a costis. *Veget.* 4. *Veterin.* 12. 1. *Schneid.* Sed monstrum verbi recte appellat *Morgagnius ep.* 3. in *Veget. n.* 18., et ex *Colum.* 6. *R. R.* 13. 2. *coriaginem* reponit, *Schneidero* probante.

MĂGĪRA, æ, f. 1. idem fortasse atque ars culinaria, vel infame subactoris ministerium, de quo *V.* MAGIRUS ad fin. *Cato* apud *Fronton. de fer. Als.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 2. Cato ait, statuas positas Ochæ atque Dionysidoro effeminatis, qui magiras facerent.

MĂGĪRISCĬUM, ii, n. 2. μαγειρίσκος, parvus coquus: deminut. a μάγειρος. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 12. 55. (157). *de Pythea cœlatore*. Fecit idem et cocos, magiriscia appellatos, parvulis potoriis; e quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere: tam opportuna injuriæ subtilitas erat.

MĂGĪRUS, i, m. 2. μάγειρος, *cuoco*, cocus: est a μάσσω *pinso, subigo*, cujus aor. 2. ἔμαγον; cocus enim varias res edules, cultro prius concisas, in mortario deinde pistillo pinsit, tum demum miscet. *V.* COQUUS. Hinc in ludicra *Inscript.* apud *Gruter.* 18., de qua vide in BUBULARIUS, coco nomen est Magirus. — Obscæna vero translatione utebatur Imp. Elagabalus, qui, teste *Lamprid. Elagab.* 10., liberto et subactori suo, dum se illi stuprandum permiserat, subinde clamabat: Concide, Magire. *V.* CÆSUS. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MĂGIS, adverb. vi comparativi usurpatum, quod positivo caret (*V.* MAGNE); et cujus est Sup. MAXIME, quod *V.* infra sub *B.* — Est et alia forma, parum usitata et poetica, MAGE, quam *V.* loco suo, et infra in omnibus fere paragr. — Ratione habita etymi, quidam ab obsoleto *magior* pro *magnior* ducunt. *Paul. Diac. p.* 126. 12. *Müll.* a μᾶλλον trahit: quod nimis longe petitum videtur. Certe est ab eodem etymo *mag*, a quo inusit. *magere*, et *magnus, major, maximus*: *V.* MAGNUS init. — Magis est vocabulum magnam vel auctam rem significans, sed in rerum comparatione ita adhibetur, ut qualitas e cognitione contrarii constituatur; hinc significat plus, μᾶλλον (It. *più*; Fr. *plus*; Hisp. *mas*; Germ. *mehr*; Angl. *more*). Dicemus *A*) De Comp. *Magis*; et *B*) De Sup. *Maxime*.

A) *Magis* occurrit 1.°) Generatim; et 2.°) Speciatim.

1.°) Generatim. ¶ 1. Cum addito altero comparationis membro, sæpissime per part. *quam*, raro admodum per part. *atque*, interdum per Ablativum. — *a*) Cum Verbis. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 28. Quæ (*facinora*) istæc ætas fugere magis, quam sectari solet. *Id. Pers.* 4. 4. 108. DO. Adolescens, vin' vendere istanc? SA. Magis lubet, quam perdere. *Cic. Mil.* 7. 17. Nisi forte magis erit parricida, si qui consularem patrem, quam si quis humilem necaverit. *Id. Cluent.* 32. 89. Hic ego, magis ut consuetudinem servem, quam quod vos non vestra hoc sponte faciatis, petam a vobis, ut etc. *Cæs.* 7. *B. G.* 20. *ad fin.* Si sibi magis honorem tribuere, quam ab se salutem accipere videantur. — *Magis est, quod* vel *ut*, major ratio est, justior causa est, verius est, *c'è più motivo, è più di dovere*. *Cic.* 16. *Att.* 5. Quamobrem etsi magis est, quod gratuler tibi, quam quod te rogem; tamen etiam rogo etc. *Id. Cœl.* 6. 14. Magis est, ut ipse moleste ferat, errasse se, quam ut istius amicitiæ crimen reformidet. *V.* et infra sub 2. *a.* — *b*) Cum Substantivis. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 4. *Tusc.* 32. 69. Tu me amoris magis, quam ho-

noris servavisti gratia. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 31. Umbra es amantum magis, quam amator. *Cic.* 2. *Orat.* 4. 15. Magis adeo id facilitate, quam alia ulla culpa mea contigit. *Cæs.* 1. *B. G.* 40. Magis ratione et consilio, quam virtute vicisse. Sic *Id.* 1. *ibid.* 13. Ut magis virtute, quam dolo contenderent. *Id.* 1. *B. C.* 67. Quod perterritus miles in civili dissensione timori magis, quam religioni consulere censuerit. — *Atque* pro *quam* dixit *Ter. Andr.* 4. 2. 15. Non Apollinis magis verum, atque hoc, responsum est. — Et cum Ablativo. *Horat* 2. *Sat.* 8. 16. Albanum, Mæcenas, sive Falernum Te magis appositis delectat. — *c*) Cum Pronominibus. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 64. Quid habetis, qui mage immortales vos credam esse, quam ego siem? *Id. Mil. glor.* 3. 1. 20. Quis homo sit magis meus, quam tu es? *Id. Truc.* 4. 4. 34. Quem ego ecastor mage amo, quam me. Adde *eumd. ibid.* 3. 1. 17. — Et cum part. *utrum-an*, apud *Plaut. Men.* 3. 3. 35. Jam scibo, utrum hæc me mage amet, an marsupium. — Et cum Ablativo. *Lucret.* 3. 275. Nec magis hac infra quidquam est in corpore nostro. *Virg.* 1. *Æn.* 19. Quam Juno fertur terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 1. *init.* Gravat atque premit hæc passio (*suspirium*) magis mulieribus viros, et juvenibus senes atque pueros, et durioribus natura corporibus teneriora. — *d*) Cum Adjectivis et Adverbiis, quibus positivis quum jungitur, vicem comparativorum implet, non solum in iis, quæ gradu comparationis carent, sed etiam in iis, quæ habent, ut *magis opportunus* pro *opportunior*. *Plaut. Most.* 3. 1. 47. Numquam potuisti mihi magis opportunus advenire, quam advenis. *Id. Amph.* 2. 1. 54. Neque lac lacti magis est simile, quam ille ego similis est mei. *Cic.* 1. *Orat.* 42. 190. Perfectam artem juris civilis habebitis, magis magnam atque uberem, quam difficilem et obscuram. *h. e.* potius. Sic *Liv.* 5. 44. Gens est, cui natura corpora animosque magna magis, quam firma dederit. *Sueton. Ner.* 51. Vultu pulcro magis, quam venusto. — Cum Ablativo. *Plaut. Asin.* 3. 3. 114. Nec te equo magis est equus ullus sapiens. *Id. Pseud.* 4. 1. 27. Neque ego hoc homine quemquam vidi magis malum et maleficum. *Id. Cas.* 2. 3. 9. Postquam amo Casinam, magis initio munditiis munditiam antideo. *h. e.* magis quam antea. Sed valde dubia est lectio et corrupta. *Liv.* 5. 44. Ab secundis rebus magis etiam solito incauti. *più del solito*. et *Horat.* 1. *Sat.* 3. 142. Privatusque magis vivam te rege beatus. *Virg.* 4. *Æn.* 31. o luce magis dilecta sorori. *Ovid.* 2. *Met.* 856. parva cornua puraque magis perlucida gemma. — *e*) Reperitur et cum ipsis Comparativis. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 8. Ita fustibus sum mollior miser magis, quam ullus cinædus. (μᾶλλον φοβερώτερον, *Demosth.* μᾶλλον ὀλβιώτερος, *Aristhoph.* Affertur et illud *Virg. Cul.* 78. Quis magis optato queat esse beatior ævo, Quam qui etc. At hic *magis* cum *optato* conjunge). *Val. Max.* 3. 7. *n.* 1. *in fin.* Magis invidia, quam pecunia locupletior. *Justin.* 12. 11. 2. Nec a debitoribus magis, quam a creditoribus gratius excepta. *Arnob.* 4. 30. Ab hominibus magis nullis ignominiosius eos tractari, quam a vobis. — Et cum Ablativo. *Plaut. Capt.* 3. 4. 112. Nihil invenies magis hoc certo certius. — *f*) Aliquando *magis* (vel *potius*) deest, et subintelligitur. *Plaut. Rud.* 4. 4. 70. Tacita bona est mulier semper, quam loquens. *Id. Men.* 5. 1. 26. Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam. *Liv.* 3. 68. Malæ rei se, quam nullius, turbarum ac seditionum, duces esse volunt. Familiarem *Livio* hanc locutionem esse ajunt *Lips., Duker., Gronov., Drakenborch.* et alii. *Tac.* 4. *Ann.* 61. Asinius Agrippa claris majoribus, quam vetustis. — *g*) Affertur et singulare illud *Cic. Rosc. Am.* 14. 39. Annos natus magis quadraginta. *h. e.* magis quam quadraginta. sed ibi scribendum esse *major*, critici nunc satis demonstrarunt. — Pro *amplius*. *V.* MOLA II. ¶ 2. Omisso altero comparationis membro. — *a*) Cum Verbis. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 4. Leniter qui sæviunt, sapiunt magis. *et ibid.* 4. 10. 3. Magis curæ est, magisque aformido, ne pereat. *Ter. Heaut.* 5. 1. 16. Magis, si magis noris, putes ita rem esse. *Cic. Amic.* 7. 25. Tum magis id diceres, Fanni, si nuper in hortis Scipionis adfuisses. Sic *Id.* 1. *de republ.* 40. Tum magis assentiare, Læli, si — ad majora pervenero. *Id.* 1. *Fam.* 9. Quum Pompejus ita contendisset, ut nihil unquam magis. — Similiter et *magis velle* pro *malle* occurrit. *Ter. Eun.* 5. 7. 1. Quod magis vellem evenire. Adde *Val. Flacc.* 3. 270. — Huc pertinent et illa, in quibus *magis* pro *potius* ponitur, *Virg.* 1. *Ecl.* 11. Non equidem invideo, miror magis. et *Stat.* 1. *Achill.* 140. sed longum cuncta enumerare, vetorque. Trade magis. — *Magis est, ut, ne*, vel sequente Infinito, major ratio est, justior causa est, verius est, c'è *più motivo, è più di dovere*: *V.* supra sub 1. *a. Ulp. Dig.* 26. 4. 5. *a med.* Magis est posse dici, admittendam procurationem. *Id. ibid.* 38. 7. 2. *a med.* Magis est, ne peti possit bonorum possessio. *Marcell. ibid.* 46. 3. 72. *a med.* Magis est, deficere stipulationem. *Martian. ibid.* 7. 1. 41. Statuæ et imaginis usumfructum posse relinqui, magis est: quia et ipsæ habent utilitatem. — *b*) Cum Substantivis. *Plaut. Mil. glor.* 2. 6. 58. Numquam edepol hominem quemquam ludificarier magis facete vidi et magis miris modis. *Cic. Planc.* 24. 60. Magis ædilis fieri non potuit. *h. e.* melius sive splendidius. — *c*) Cum Pronominibus. *Plaut. Truc.* 1. 2. 75. Ecastor neminem hodie mage amat corde atque animo suo. — *d*) Sæpissime cum Adjectivis et Adverbiis (*V.* supra sub 1. *d.*). *Cic.* 5. *Verr.* 1. 2. Ut quadam magis necessaria ratione recte sit honesteque vivendum. *Ovid.* 1. *Met.* 182. Non ego pro mundi regno magis anxius illa Tempestate fui. — *Plaut. Bacch.* 5. 2. 55. Hic magis tranquillus est. *Ter. Eun.* 5. 4. 12. Nihil videtur mundius, nec magis compositum quidquam, nec magis elegans. *Id. ibid.* 2. 1. 21. Nemo fuit magis severus, nec magis continens. *Id. Andr.* 4. 2. 15. Magis verum. *Cæs.* 3. *B. G.* 13. Quod est magis verisimile. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 43. magis apta tibi tua dona relinquam. *Quintil.* 9. 4. 15. Oratio magis deformis. Sic *Id.* 8. 3. 24. Et sanctiorem et magis admirabilem faciunt orationem. *Id.* 10. 1. 77. Orator plenior et magis fusus. — Et eadem ratione cum Adverbiis. *Ter. Adelph.* 4. 5. 30. Magis aperte. *Id. ibid.* 5. 9. 36. Magis impense. Cf. *Varro* 9. *L. L.* 73. *Müll.* Magis mane significat primum mane: magis vespere novissimum vesper. — *e*) Reperitur cum ipsis Comparativis. *Plaut. Men. prol.* 55. et *Pœn. prol.* 82. Magis majores nugas egerit. Sic *Id. Amph.* 1. 1. 145. Magis modum in majorem in sese concipiet metum. *Id. Pœn.* 2. 15. Ego fato posthac, dii deæque ceteri contentiores mage erunt atque avidi minus. *Id. Stich.* 5. 4. 22. Hic magis est dulcius. ¶ 3. Jungitur etiam particulis *etiam, multo, tanto, quanto, eo, hoc, quo, tam, quam* et negativa *nihilo*, quæ amant comparativa, et vim τῷ *magis* addunt. — *a*) Cum part. *etiam* apud *Cic. Brut.* 95. 325. Qualis in historia Timæus, in dicendo autem — Hierocles Alabandeus, magis etiam Menecles, frater ejus fuit. *Id.* 1. *Off.* 21. 72. Capessentibus autem rem publicam, nihilo minus quam philosophis, haud scio an magis etiam et magnificentia et despicientia adhibenda sit rerum humanarum. — *b*) *Multo etiam* apud *Cic.* 2. *Orat.* 32. 139. Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos. *Id.* 1. *Legg.* 7. 23. Quibus autem hæc sunt communia, civitatis ejusdem habendi sunt. Si vero iisdem imperiis et potestatibus parent, multo etiam magis. — *c*) *Multo* apud *Cic.* 16. *Fam.* 19. Exspecto tuas litteras de multis rebus, te ipsum multo magis. — *d*) *Quanto tanto, quam tanto, tanto* omisso *quanto*, apud *Ter. Eun.* 5. 9. 23. Quanto minus spei est, tanto magis amo. *Cic. Mil.* 9. 25. Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis in dies convalescebat. *Lucret.* 6. 460. Fit quoque, uti montis vicina cacumina cælo Quam sint cuique magis, tanto magis edita fument. *Plaut. Most.* 3. 2. 146. Ut quidque magis contemptor, tanto magis placet. *Id. Bacch.* 3. 6. 28. MN. Nequam homo est, verum hercle amicus est tibi. PH. Tanto magis dic, quis est? — *e*) *Eo* apud *Plaut. Most.* 4. 2. 22. Sed eo magis cauto est opus, ne huc exeat, qui etc. *Cic.* 5. *Verr.* 1. 1. Legem sibi ipsi dicunt innocentiæ: atque eo magis, si id etc. *e ciò tanto più*. et *Amic.* 2. 7. Eoque magis, quod non affuisti. Sic *Cæs.* 1. *B. G.* 23. et 47., 3. *ibid.* 14., 5. *ibid.* 1. et alibi. Eo magis, quod etc. *Id.* 6. *B. G.* 40. Hinc celeriter dejecti se in signa manipulosque conjiciunt, eo magis timidos perterrent milites. — *f*) *Hoc* apud *Cic.* 2. *leg. Agr.* 35. 97. Immo vero etiam hoc magis, quam illi veteres, quod etc. *Cæs.* 2. *B. C.* 20. Hoc vero magis properare Varro, ut cum legionibus quamprimum Gades contenderet. — *g*) *Quo* apud *Plaut. Most.* 3. 2. 13. Quo magis cogito ego cum meo animo. *Nepos Thrasyb.* 2. Quo magis præceptum illud omnium in animis esse debet. *e per ciò tanto più*. — *Quo magis* interdum opponitur τῷ *quominus*, et est affirmativum, non comparativum. *Ulp. Dig.* 37. 4. 3. *ante med.* Quum rescissio quo magis, non quo minus, adhibeatur. In *Tab. Heracleensi* apud *Mazoch.* p. 423. n. 43. Neque dolo malo fecerit, quo magis reipublicæ causa abesset. — *h*) *Quam* (*quanto*) *magis - tam magis* et viceversa, *quam magis-magis, quam magis-tam*, (*tanto*) apud *Plaut. Bacch.* 5. 1. 5. Magis quam id reputo, tam magis uror. *Virg.* 7. *Æn.* 787. Tam magis illa fremens et tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ. *Lucret.* 4. 79. Et quanto circum mage sunt inclusa theatri Mœnia, tam magis hæc intus perfusa lepore Omnia conrident. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 1. Quam magis in pectore meo foveo, quas meus filius turbas turbet -, magis curæ est, ne etc. *Id. ibid.* 4. 4. 27. Pol tu quam nunc me accuses magis, si magis rem noveris! *Id. Men.* 1. 1. 19. Quam magis extendas, tanto astringunt arctius. *Id. Asin.* 1. 3. 6. Quam magis te in altum capessis, tam æstus te in portum refert. — *i*) *Nihilo* apud *Cic.* 2. *Divinat.* 50. 104. Ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatur quod velitis. *Cæs.* 6. *B. G.* 53. Quum Vercingetorix nihilo magis in æquum locum descenderet. ¶ 4. Ad vim augendam repetitur: hinc — *a*) *Magis magisque* habet *Pacuvius* apud *Non.* p. 490. 14. *Merc.* Dolet pigetque magis magisque, me constum hoc nequidquam itiner. *Afranius* apud *Charis.* 2. p. 182. *Putsch.* Ex desiderio magis magisque maceror. *Cic.* 2. *Fam.* 18. Sed mihi magis magisque quotidie de rationibus tuis cogitanti placet illud meum consilium. *ogni dì più*. *Id.* 1. *Phil.* 2. 5. Quotidie magis magisque perditi homines tectis urbis minabantur. *Al. leg.* ac magis. *Cic. fil.* 16. *Fam.* 21. Enitar, ut in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio. Sic *Sall. Cat.* 5. Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris. — Cum addito *quanto* apud *Ter. Eun.* 3. 3. 1. Profecto quanto magis magisque cogito, nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum. — *Magis magisque* pro *maxime* dicunt JCti, ut *Modestin. Dig.* 47. 3. 7. § 1. Nam qui pro pace excubant, magis magisque ad hanc accusationem admittendi sunt. — *b*) *Magis atque* vel *ac magis* apud *Virg.* 3. *G.* 185. Tum magis atque magis blandis gaudere magistri Laudibus. *et* 2. *Æn.* 299. et magis atque magis — Clarescunt sonitus. *Tac.* 6. *Ann.* 21. Magis ac magis trepidus admirationis et metus. *Sueton. Vitell.* 11. Magis deinde ac magis omni divino humanoque jure neglecto. Adde *eumd. Gramm.* 3.; et *Plin.* 7. *Ep.* 3. et 10. *ibid.* 28. Sic etiam *Sueton. Tit.* 3. In puero statim corporis animique dotes exsplenduerunt; magisque ac magis deinceps per ætatis gradus; forma egregia etc. — *c*) *Magis et magis* apud *Cic.* 14. *Att.* 18. Itaque de Græcia quotidie magis et magis cogito. *Wagner.* ad *Virg.* 3. *G.* 396. mallet ac. — *d*) Poetice *magisque magis, magis magis* apud *Catull.* 73. 4. statque magisque magis. *et* 64. 275. Post vento crescente, magis magis increbrescunt. *Sunt qui has lectiones sollicitant: at Græci quoque* μᾶλλον μᾶλλον *dicunt*; V. *Suidam* sub h. v.

2.°) Speciatim. ¶ 1. Per negandi formulam *non magis-quam* sæpe duarum rerum æqualitas ita monstratur, ut majorem vim et potestatem, quæ alteri rei tribui possit, negetur per alterius collationem. Qua in re illud etiam est animadvertendum, Latinos verborum ordinem ita plerumque instituisse, ut in affirmativa sententia res jam cognita primam partem occupet, in negativa res adhuc cognoscenda. — *a*) In affirmatione. *Cic.* 6. *Verr.* 3. 5. Domus erat non domino magis ornamento, quam civitati. *h. e.* æque civitati atque domino. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 4. 5. Omnia igitur tua consilia mihi non magis prudentiæ ple-

na, quæ summa est, videntur, quam fidelitatis. *Cic.* 14. *Fam.* 3. Conficior enim mœrore, mea Terentia: nec me meæ miseriæ magis excruciant, quam tuæ vestræque. *Liv.* 22. 27. Non Hannibale magis victo á se, quam Q. Fabio. *Curt.* 7. 9. 17. Moverat eos regis non virtus magis, quam clementia in devictos Scythas. *Liv.* 9. 22. Nec, ut fit, ad ducis casum perculsa magis, quam irritata est multitudo. — *b*) In negatione. *Cic.* 3. *Tusc.* 5. 10. Qui enim animus est in aliquo morbo, – non magis est sanus, quam id corpus, quod in morbo est. *Id.* 5. *Verr.* 39. 162. Sin aliqua in re Verris similis fuero, non magis mihi deerit inimicus, quam Verri defuit. *Id.* 5. *Fam.* 12. A qua (*gratia*) te flecti (*al.* affici) non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum a voluptate. *Seneca Ep.* 87. Non nascitur itaque ex malo bonum, non magis quam ficus ex olea. *Quintil. procem.* § 26. Quapropter ei, cui deerit ingenium, non magis hæc scripta sunt, quam de agrorum cultu sterilibus terris. *Sueton. Cal.* 19. Non magis Cajum imperaturum, quam per Bajanum sinum equis discursurum. — Et omisso altero comparationis membro, *Cic.* 3. *Legg.* 4. 11. Nec eo magis lege liberi sunto. *h. e.* non magis quam ceteri. ¶ 2. Interdum verbis *non magis-quam* duæ res componuntur, quarum altera restringitur vel supprimitur, altera effertur et præ altera valere affirmatur: quo sensu verba *non magis-quam* idem valent ac formulæ *non tam-quam, non dicam-sed, non modo-sed*, ut apud *Cic.* 13. *Fam.* 24. Deinde credas mihi affirmanti velim, me hoc non pro Lysone magis, quam pro omnibus scribere. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 17. Non magis sibi, quam reipublicæ convaluisse significans. *Nepos Dion.* 3. Philistum historicum Syracusas reduxit, hominem amicum non magis tyranno, quam tyrannidi. *Liv.* 2. 5. Miserebatque non pœnæ magis homines, quam sceleris, quo pœnam meriti essent. *Id.* 1. 28. Dimicatum est enim, non magis cum hostibus, quam, quæ dimicatio major atque periculosior est, cum proditione ac perfidia sociorum. *Calvus* apud *Quintil.* 9. 3. 56. Non ergo magis pecuniarum repetundarum quam majestatis, neque majestatis magis quam Plautiæ legis, neque Plautiæ legis magis quam ambitus, neque ambitus magis quam omnium legum judicia perierunt. — Huc referri potest et formula *neque eo magis-sed*, qua utitur *Nepos Eumen.* 4. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur: neque eo magis ex prælio excessit, sed acrius hostibus institit. *h. e.* et tamen non, *vel* et tamen non modo non-sed: qua ratione *Id.* et *Pelop.* 1. et *Pausan.* 3. *a med.* loculus est. ¶ 3. *Magis minusve, magis aut minus, magis ac minus* indicat indefinitam magnitudinem: sed ante *Plinium* a nemine, quod sciam, usurpatur; optimi enim scriptores *plus minusve* dixerunt. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (220). Verniculantur magis minusve quædam, omnes tamen fere. *Quintil.* 11. 1. 27. Sed istud magis minusve vitiosum est pro personis dicentium. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 18. (72). Ad inclinationem magis aut minus lucidi. *Id. ibid.* (67). Ergo Cyprii varie glauci, magisque ac minus in eodem smaragdo aliis partibus tenorem illum Scythicæ austeritatis non semper custodiunt. *Quintil.* 11. 1. 14. Minora vero – pierumque sunt talia, ut – pro persona, tempore, loco, causa magis ac minus vel excusata debeant videri, vel reprehendenda.

Homonym. *Forcellinus* hæc docet: *Plus* et *magis* usu differunt, tum quia *plus* nomen est et declinatur, non *magis*: tum quia *magis* refertur sæpe ad comparationem, *plus* fere ad magnitudinem: tum quia alterum pro altero non semper ponitur. Neque enim dicimus *magis virium, jucunditatis*: vix etiam *magis posse, efficere*: neque unquam *magis æquo*, sed *plus*: raro etiam cum adjectivis numeralibus *magis* conjungimus. Hæc *Forcell.* — *Magis* locum habet in rerum comparatione et denotat alterius rei præstantiam, quam aut in ipsa rei natura spectamus, si attributivo nomini opponitur; aut judicio nostro attribuimus, si cum verbo jungatur. *Potius* indicat, alteram rem præferri, alteram reponi aut excludi, atque negationi, quæ aliquid removeat, et correctioni inservit: *plus* autem non qualitatem auctam, sed quantitatem notat vel numeri, vel copiæ, vel ambitus. Hæc *Handius.* Hæc tamen discrimina non semper servantur.

B) *Maxime* et antiquo more *maxume* Superlativum per syncopen factum a *magissime* (unde *magsime* et *maxime*) summum qualitatis gradum significat, et est summe, vehementissime, plurimum, maximopere, valde, μάλιστα (It. *sommamente, grandissimamente, assaissimo*; Fr. *au plus haut degré, le plus possible, le plus, surtout*; Hisp. *grandissimamente, sobre todo*; Germ. *im grössten Maasse, am meisten, überaus, ganz besonders, am vorzuglichsten, vor Allem*; Angl. *very greatly, most of all, for the most part, very much, above all, mightily*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim, sine additis, quæ vim augeant. — *a*) Cum Verbis. *Ter. Eun.* 5. 9. 14. Quid commemorem primum, aut laudem maxime? *Id. ibid.* 3. 1. 79. Quo maxime apud te se valere sentiet. *Id. Adelph.* 3. 2. 54. Nos coluit maxime. *Plaut. Pers.* 2. 4. 30. Eccere autem, quem convenire maxime cupiebam, egreditur intus. *Id. Asin.* 3. 3. 133. Exopta id, quod vis maxime tibi evenire. Sic *Cic.* 12. *Fam.* 25. 1. De te audiebamus ea, quæ maxime vellemus. *et* 13. *Att.* 1. Nec magis, quam quemadmodum ego maxime vellem. et *Quinct.* 10. 35. Certos mihi fines terminosque constituam, extra quos egredi non possim, si maxime velim. *Id.* 1. *Off.* 11. 33. In republica maxime conservanda sunt jura belli. *Cæs.* 1. *B. G.* 40. Huic legioni Cæsar propter virtutem confidebat maxime. *Nepos Alcib.* 3. Hoc maxime convenire in Alcibiade videbatur. *Quintil.* 10. 1. 86. Quem Homero crederet maxime accedere. *h. e.* proxime. Cf. *Plaut. Amph.* 1. 1. 271. et 1. 1. 44. Maxime pugnare. *h. e.* maxima vi maximoque impetu. et *Bacch.* 4. 9. 80. Maxime jubere. *con tutta l'energia e l'enfasi.* — *Maxime* in fine quoque ponitur, ut apud *Cic.* 2. *Legg.* 27. 69. Id enim est profecto, quod constituta religione rem publicam contineat maxime. *et* 1. *Off.* 2. 4. Ab eo exordiri volui maxime. *Id.* 1. *Tusc.* 15. 35. Si, quorum aut ingenio aut virtute animus excellit, eos arbitrabimur, quia natura optima sint, cernere naturæ vim maxime. — *b*) Cum Adjectivis. *Plaut. Amph. prol.* 133. Cujus rei cupiens maxume est. *Cic. Amic.* 23. 86. Quo etiam magis vituperanda est rei maxime necessariæ tanta incuria. *Cæs.* 1. *B. G.* 3. Loca maxime frumentaria. *Quintil.* 1. 11. 13. Quod ita optime faciet, si certos ex comœdiis elegerit locos et ad hoc maxime idoneos. — Similiter *Ter. Andr.* 5. 1. 16. Quibus id maxime utile est. *Cic. post redit. in senat.* 2. 3. Vir maxime fidelis et minime timidus. *Cæs.* 1. *B. G.* 3. Maximo plebi acceptus. *Id.* 2. *ibid.* 4. Nervii, qui maxime feri inter ipsos habentur. *Quintil.* 1. 11. 13. Iidem autem non ad pronunciandum modo utilissimi, verum ad augendam quoque eloquentiam maxime accommodati erunt. *Id.* 10. 1. 93. Cujus (*elegiæ*) mihi tersus atque elegans maxime videtur auctor Tibullus. *Id.* 2. 4. 37. Maxime vero commune est quærere, an etc. *Id.* 7. 3. 3. Noto enim maxime utar exemplo. ¶ 2. Specialim cum additis *unus, unus omnium, omnium, multo, vel, tam, quam, ut qui, quum* et superlativis, augendi gratia. — *a*) *Unus* apud *Nepot. Dion.* 2. Quo fiebat, ut uni huic maxime indulgeret. *Curt.* 5. 2. 5. Qui prælium unus maxime accenderat. *V.* et mox sub *b.* — *b*) *Unus omnium* apud *Nepot. Milt.* 1. Quum unus omnium maxime floreret. Adde *eumd. Cim.* 3., ubi *omnium* omittitur. — *c*) *Omnium* apud *Liv.* 23. 49. Quæ maxime omnium belli avida, modo præda aut merces esset. *Id.* 4. 59. *ad fin.* Addito deinde omnium maxime tempestivo principum in multitudinem munere. — *d*) *Multo* apud *Ter. Hecyr.* 1. 2. 85. Atque ea res multo maxime disjunxit illum ab illa. *Sall. Cat.* 37. Imperium populi Romani multo maxime miserabile visum est. — *e*) *Vel* apud *Cic. Partit. orat.* 33. 114. Quæ quidem vel maxime suspicionem movent. *più d'ogni altra cosa.* Sic *Id.* 2. *Nat. D.* 65. 162. Illud vero mihi videtur vel maxime confirmare, deorum providentia consuli rebus humanis. *et* 1. *Orat.* 8. 32. Hoc enim uno præstamus vel maxime feris. — *f*) *Quam-tam* apud *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 186. Quam potes, tam verba confer maxime ad compendium. *Ter. Adelph.* 3. 4. 56. Quam vos facillume agilis, quam estis maxume potentes, dites, fortunati, nobiles: tam maxume vos æquo animo æqua noscere oportet, si etc. — *g*) *Quam maxime* apud *Ter. Adelph.* 5. 3. 2. Ego vero jubeo et in hac re et aliis omnibus quam maxime unam facere nos hanc familiam. *Cic.* 1. *Tusc.* 45. 108. Persæ etiam cera circumlitos condunt, et quam maxime permaneant diuturna corpora. *Id.* 1. *Orat.* 34. 154. Ut aut versibus propositis quam maxime gravibus, aut oratione aliqua lecta in eum finem –, eam rem ipsam, quam legissem, verbis aliis quam maxime possem lectis, pronunciarem. *Sall. Cat.* 1. Quo mihi rectius videtur, memoriam nostri quam maxime longam efficere. *Quintil.* 12. 6. 6. Ceterum illum juvenem incipere a quam maxime facili ac favorabili causa velim. — Et cum Adverbio *Cic.* 1. *Orat.* 33. 149. Ut dicatis quam maxime ad veritatem accommodate. — *h*) *Quam qui maxime, ut qui maxime*, ad personam refertur. *Cic.* 5. *Fam.* 2. 6. Tum sum amicus reipublicæ, quam qui maxime. *quanto altri mai.* et *Liv.* 5. 25. *a med.* Grata ea res, ut quæ maxime senatui unquam fuit. Sic *Id.* 7. 33. Prælium, ut quod maxime unquam, pari spe, utrimque æquis viribus commissum est. — Contra *ut quum maxime* ad tempus refertur *V.* infra sub II. 1. *f.* et *g.* — *i*) *Quum maxime* est idem ac quam maxime. *Cato* apud *Fronton.* 1. *ad Antonin.* 1. *p.* 109. *edit. Rom.* Perge istuc quoque uti quum maxime delere. *Ter. Heaut.* 4. 5. 40. Atque quum maxume volo te dare operam. *Seneca Ep.* 96. Si quid credis mihi, intimos affectus meos quum maxime detego. *Tac.* 1. *Hist.* 29. Ut qui adversas res expertus quum maxime discam, ne secundas quidem minus discriminis habere. — *l*) Cum Superlativis quæ afferuntur, tamquam dubia omnino et corrupta a recentioribus rejiciuntur. *Cic.* 12. *Att.* 38. Existiment – sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quæ maxime liberalissima doctoque homine dignissima, laudari me etiam oportere. *Al. leg.* liberalis; *al. legendum putant* delegerim maxime, quæ liberalissima; *aliis Cicero scripsisse videtur* laudari me etiam oportere maxime. *Gell.* 13. 16 Quas (*bonas artes*) qui sinceriter cupiunt appetuntque, hi sunt vel maxime humanissimi. *Menckerio* illud *vel maxime* idem est quod *in primis*: Cod. Lincoln. habet *hi sunt, et maxime, humanissimi*, quod considerandum. *Colum.* 9. *R. R.* 3. 3. Quanto grandior apis atque rotundior, tanto pejor: si vero sævior, maxime pessima est. *Est qui suspecta hæc verba habet.* Ceterum V. *Ruhnken.* ad *Vellej.* 2. 27., *Zumpt.* ad *Cic.* 4. *Verr.* 66. 160., *Kritz.* ad *Sall. Jug.* 7. et alios. Porro *Donatus* ait *p.* 1746. *Putsch.* Comparativo et superlativo *tam*, aut *minus*, aut *minime*, aut *magis*, aut *maxime* adjici non oportet; adjiciuntur autem positivo tantum. ¶ 3. Specialim notandæ sunt formæ comparationis *ut quisque maxime-ita maxime vel potissimum, ut quisque maxime-ita minime*, quæ aliis quoque superlativis accommodantur. *Cic.* 1. *Off.* 19. 64. Ut quisque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime vult princeps omnium esse. *Id. ibid.* 15. 49. Hoc maxime officii est, ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. Et viceversa *Id. ibid.* § 47. Colendum autem esse ita quemque maxime, ut quisque maxime virtutibus his lenioribus erit ornatus. *Id.* 1. *Legg.* 18. 49. Ut enim quisque maxime ad suum commodum refert, quæcumque agit, ita minime est vir bonus. — Interdum simplex *maxime* in utraque parte enunciationis locum habet, quando duæ res æquali ratione accrescunt, quasi dicatur *quo magis-eo magis*, ut apud *Cic. Rosc. Am.* 53. 154. Ex quibus rebus maxime respublica laborat, iis maxime mederi convenit. Adde *Plaut. Amph.* 1. 1. 44. ¶ 4. Item specialim, in rerum enumeratione, quum gradatim descenditur, *maxime* primo loco ponitur, et habet post se particulas *deinde, tum, mox, postea*, et hujusmodi. *Cic.* 8. *Phil.* 10. 31. Hujus industriam maxime quidem vellem, ut imitarentur ii, quos oportebat: secundo autem loco, ne alterius labori invideret. Sic *Id. Cæcin.* 9. 23. Maxime fuit optandum Cæcinæ, ut controversiæ nihil haberet: secundo loco, ut ne cum tam improbo homine: tertio, ut cum tam stulto. *Id. Rabir. Post.* 12. 33. Me scilicet maxime, sed proxime illum quoque fefellissem. *Varro* 2. *R. R.* 9. 1. In

quo genere sunt maxi...e oves, deinde capræ. Sic *Plin.* 9. *Hist. nat.* 16. 23. (56). Gustu olei maxime, dein modicis imbribus gaudent alunturque. *Colum. Arbor.* 16. 1. Vitem maxime populus alit, deinde ulmus, deinde fraxinus. *et* 5. *R. R.* 6. 4. Vitem maxime populus videtur alere, deinde ulmus, post etiam fraxinus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 12. 75. (196). Oblonga maxime probatur, deinde quæ vocatur lenticula, postea epipedos et rotunda. *Colum.* 6. *R. R.* 3. 6. Probaturque maxime ulmea, postea fraxinea et ab hac populnea; ultimæ sunt illignea et quernea. *Id. ibid.* 3. 3. Eæ probantur maxime ex milio, tum ex hordeo, mox etiam ex tritico. *Id.* 3. *ibid.* 12. 5. Saserna maxime probat solis ortum, mox deinde meridiem, tum occasum. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 28. 62. (134). Laudatur Hammoniaca maxime, mox Ægyptia, deln Syriaca. *Varro* 2. *R. R.* 11. 1. Quod autem maxime perpurget, est equinum, tum asininum, dein bubulum, tum caprinum.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe est præsertim, præcipue, cum primis, potissimum, *specialmente, principalmente*: et jungitur nomiuibus, aut particulis. — *a)* Nominibus additur. *Plaut. Amph.* 1. 1. 26. Id vi et virtute militum victum atque expugnatum oppidum est, imperio atque auspicio heri mei Amphitruonis maxume. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 50. Quod sane nolim, maxume heri causa mei. *Cæs.* 1. *B. G.* 28. Id ea maxime ratione fecit, quod etc. *Cic.* 1. *Off.* 11. 35. Credo aliquid sequutos, opportunitatem loci maxime. *Curt.* 9. 8. 5. Frequentes autem vicos, maxime in ripa habebant. *Liv.* 3. 45. Quum multitudo, Icilii maxime interventu, resisti posse Appio crederet. *Cic.* 3. *Fam.* 8. 18. Ut levarem miseriis perditas civitates, et perditas maxime per magistratus suos. *Id.* 2. *Nat. D.* 66. 166. Quæ ratio poetas, maximeque Homerum impulit. *Id. Orat.* 31. 109. An ego Homero, Ennio, reliquis poetis, et maxime tragicis concederem. *Id.* 2. *Nat. D.* 9. 26. Ex puteis jugibus aquam calidam trahi, et id maxime hibernis fieri temporibus. *Liv.* 10. 1. Ex eo loco obscuro multa vulnera accepta, maximeque lapidum ictu. *Curt.* 6. 9. 6. Fremitus – qualis solet esse multitudinis, et maxime militaris. *Cic Dom.* 18. 47. Intuemini paullisper animis juventutem, et eos maxime, qui imminere jam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem. *Id.* 7. *Att.* 12. Sed quæso ut scribas – si quid suspicabere, maximeque, quid nobis faciendum, aut non faciendum putes. — Cum Numeralibus pro *potissimum* dixit *Quintil.*, ut certum numerum, aliis missis, teneret. Sic 5. 14. 5. Cicero maxime quinque defendit. *h. e.* ex reliquis, sive ex toto numero quinque. *Id.* 8. 4. 3. Quatuor tamen maxime generibus video constare amplificationem. *h. e.* non pluribus. — *b) Maxime si* (et *nisi* apud *Plin.*) occurrit apud *Varron.* 1. *R. R.* 51. 1. Aream esse oportet solidam terra pavita, maxime si argilla est. *Cic.* 7. *Att.* 12. *a med.* Scribe aliquid, et maxime, si Pompejus Italia cedit. Adde *Cels.* 8. 10. *n.* 7. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 21. (50). Melampodion caput aggravans, maxime nisi præsumatur allium. — *c) Maxime quod* apud *Cic.* 12. *Att.* 19. De Coccejo et Libone quæ scribis, approbo: maxime, quod de judicatu tuo. *Id.* 5. *Fin.* 1. 1. Constituimus, ut ambulationem conficeremus in Academia, maxime quod is locus a turba vacuus esset. Adde *eumd.* 9. *Att.* 19.; et *Sall. Jug.* 31. — *d) Maxime scilicet* apud *Cic.* 13. *Att.* 1. Nec vero ullum genus possessionis est quod malim, maxime scilicet ob eam causam, quæ suscepta est. *Id. Orat.* 34. 120. Cognoscat etiam rerum gestarum et memoriæ veteris ordinem, maxime scilicet nostræ civitatis, sed et imperiosorum populorum et regum illustrium. — *e) Maxime – sed etiam* vel *et* apud *Colum.* 12. *R. R.* 55. 3. *Schneid.* Hæc salsura luna decrescente, maxime per brumam, sed etiam mense Februario commode fiet. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (230). Adurunt et fatus quidam eas maxime, sed et alios fructus. Sic *Id.* 37. *ibid.* 3. 11. (44). Agrestes feminæ monilium vice succina gestant, maxime decoris gratia, sed et medicinæ. — *f) Quum – tum maxime, tum – tum maxime, ut – tum maxime*, apud *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 56. Scio et perspexi sæpe: verum quum antehac, tum hodie maxime. *Cic.* 3. *Off.* 11. 47. Plena exemplorum est nostra respublica, quum sæpe, tum maxime bello Punico secundo. *Id.* 11. *Att.* 6. Sollicitum esse te quum de tuis communibusque fortunis, tum maxime de me et de dolore meo sentio. Adde *eumd. Flacc.* 38. 94. Sic *Nepos Iphicr.* 3. Quod quum in aliis rebus declaravit, tum maxime in Amyntæ liberis tuendis. — *Cic.* 2. *Orat.* 23. 96. Hanc igitur similitudinem, qui imitatione assequi volet, tum exercitationibus crebris atque magnis, tum scribendo maxime persequatur. — *g)* Jungitur etiam particulis *nunc, nuper, tum, quum, ut quum*, et significat id quod Itali dicunt *precisamente, appunto. Plaut. Men.* 5. 9. 58. ME. Quid? vestrum patri filii quot eratis? M. SV. Ut nunc maxime memini, duo. — *Cæs.* 3. *B. C.* 9. Cum iis, quos nuper maxime liberaverat, in proxima Octavii castra irruperunt. — *Curt.* 8. 4. 25. Quamquam ipse tum maxime admoto igne refovebat artus. *Id.* 6. 6. 10. Tum maxime vinci ipsos. — *Cic.* 7. *Verr.* 54. 142. Hæc quum maxime loqueretur, sex lictores eum circumsistunt valentissimi. *Id.* 1. *Off.* 13. 42. Totius autem injustitiæ nulla capitalior, quam eorum, qui quum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur. *Liv.* 4. 3. Quum maxime hæc in senatu agerentur, Canulejus pro legibus suis ita disseruit. Et pro tempore præsenti, in præsenti, *al presente. Cic. Harusp. resp.* 15. 32. Antiqua negligimus: etiamne ea negligemus, quæ fiunt quum maxime? *h. e.* nunc, *appunto adesso.* Sic *Seneca* 3. *Benef.* 3. Nemo nostrum novit, nisi id tempus, quod quum maxime transit: ad præterita rari animum retorquent. *che appunto adesso sen va e passa.* — *h) Nunc quum maxime, ut quum maxime* significant nunc magis quam unquam, ut numquam magis. *Ter. Andr.* 5. 1. 4. Immo enim nunc quum maxime abs te postulo atque oro, ut etc. *Cic. Cluent.* 5. 12. Quæ multos jam annos, et nunc quum maxime, filium interfectum cupit. — *Ter. Hecyr.* 1. 2. 40. Hanc Bacchidem amabat ut quum maxime tum Pamphilus. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 6. Domus celebratur ita, ut quum maxime. *tanto, quanto in altro tempo mai.* ¶ 2. In responsionibus est assentientis, concedentis, affirmantis: et cum *immo* conjunctum affirmat contrariam rem. *Plaut. Stich.* 4. 1. 32. Præsente te, huic apologum agere unum volo. EPI. Maxime. Adde *eumd. Curc.* 2. 3. 3b., *Asin.* 5. 2. 54. et *Most.* 4. 4. 17. Sic *Ter. Eun* 1. 2. 109. Tu, Parmeno, fac illi adducantur. PA. Maxime. st, *mai sì, volentieri.* et 2. 3. 42. Nonne hoc monstri simile est? quid ais? PA. Maxime. *certissimamente.* et *Hecyr.* 4. 4. 86. Puerum, Philippe, mihi cedo: ego alam. PHI. Maxime. — *Plaut. Pseud.* 1. 5. 80. CA. Numquid peccatum est, Simo? SI. Immo maxime. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 31. so. Non mea opera, neque pol culpa evenit. LA. Immo maxume. Sic *Sall. Cat.* 56. Scilicet res ipsa aspera est, sed vos non timetis eam. Immo vero maxume. ¶ 3. Pro Ut plurimum, *Gell.* 17. 8. Erat is puer genere Atticus, ad annos maxime natus octo. *al più che aver potesse.* Hac dicendi ratione *Gellius* Græcos imitatus est: V. *Hemsterhus.* ad *Lucian. T.* 1. *p.* 303. *Bip.*

MĂGIS, idis, f. 3. μαγίς. ¶ 1. Est genus lancis. *bacino, piatto. Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 52. (140). Fenestella ait tympana, se juvene, appellata, tum a stateris et lances, quas antiqui magides vocaverant. *Paul. Dig.* 12. 6. 36. Servus insciente domino magidem commodavit. — Videtur esse eadem cum *magida* Varronis, de qua Vide in ea voce. ¶ 2. Alii tamen, minus recte, interpretantur vas, in quo pinsitur subigiturque farina ad panem faciendum, *madia*, quæ et mactra dicitur, quo sensu occurrit tantum apud *Marcell. Empir.* 1. *a med.* Rasamen pastæ, quod in magide adhæret.

MĂGISTER, tri, m. 2. Antiqui *magester* scripserunt pro *magister*, quemadmodum *leber* et *Menerva* pro *liber, Minerva*, teste *Quintil.* 1. 4. 17. — Ratione habita etymi, est a *magis*, vel a μέγιστος *maximus*; h. e. ab etymo *mag*, unde *magnus* etc.: itaque magister est præfectus, præses, προστάτης, ἐπιστάτης (It. *prefetto, presidente, capo, preposto*; Fr. *celui qui commande, dirige, ordonne, conduit, chef, directeur, surveillant, inspecteur*; Hisp. *cabo, xefe, el primero, director, inspector*; Germ. *d. Obere, Vorgesetzte, Aufseher, d. Oberhaupt, d. Leiter*; Angl. *a master, ruler, president, chief, head*): ita enim docet *Paul. Dig.* 50. 16. 57. Quibus præcipua cura rerum incumbit, et qui magis, quam ceteri, diligentiam et sollicitudinem rebus, quibus præsunt, debent, hi *magistri* appellantur. Quin etiam et ipsi *magistratus* per derivationem a magistris cognominantur. Similiter *Paul. Diac. p* 126. 6. *Müll.* Magisterare moderari. Unde magistri non solum doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur, quia omnes hi magis ceteris possunt: unde et magistratus, qui per imperia potentiores sunt, quam privati.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a) Magister populi* apud antiquos appellatus est dictator, cujus erat in populum summa potestas, ut *Varro* ait 5. *L. L.* 82. *Müll.* Ita enim *Festus p.* 198. 83. *Müll.* In Magistro populi faciendo, qui vulgo Dictator appellatur –, ut fuit Mani Valerii M. F. –, qui primus Magister a populo creatus est. *Cic.* 3. *Fin.* 22. 75. Sapiens rectius appellabitur rex, quam Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit: rectius magister populi (is enim dictator est), quam Sulla, qui trium pestiferorum vitiorum, luxuriæ, avaritiæ, crudelitatis magister fuit. *Id.* 3. *Legg.* 3. 9. QVANDO DVELLIVM GRAVIS – OENVS NE AMPLIVS SEX MENSES IDEM IVRIS, QVOD DVO CONSVLES, TENETO: ISQVE POPVLI MAGISTER ESTO. *Id.* 1. *de republ.* 40. Dictator quidem ab eo appellatur, quia dicitur: sed in nostris libris (*auguralibus*) vides eum *magistrum populi* appellari. Hinc illa hausit *Seneca Ep.* 108. *med.* Præterea notat (*Cicero in libris de Republica*), eum, quem nos dictatorem dicimus et in historiis ita nominari legimus, apud antiquos magistrum populi vocatum: hodieque id exstat in auguralibus libris: et testimonium est, quod qui ab illo nominatur, magister equitum est. — Idem dictus etiam *magister consulum* apud *Liv.* ubi ait 2. 18. T. Larcium moderatorem et magistrum consulibus appositum. — *b)* Post hunc fuit *magister equitum*, qui ab ipso dictatore creabatur, eique soli parebat, summamque potestatem habebat in equites et accensos, ut *Varro loc. cit.* dicit, *generale della cavalleria*: hic successit tribuno Celerum, qui sub regibus fuit. *V.* CELERES. *Liv.* 3. 27. Dictator magistrum equitum dicit L. Tarquitium. *Id.* 7. 21. *in fin.* Dictator dictus in castris C. Julius, cui magister equitum adjectus L. Æmilius. *Id.* 23. 11. Magistrum equitum, quæ consularis potestas sit, fusum fugatumque. Cf. *Ennius* apud *Paul. Diac. p.* 369. 21. *Müll.* Vel tu dictator, vel equorum equitumque magister Esto, vel consul. — *c)* Ab hujus similitudine *magister peditum* dicitur ab *Ammian.* 21. 12. *generale della fanteria.* V. infra sub d. Sic et pro duce, *capitano*, usurpatur a *Virg.* 9. *Æn.* 370. Tercentum, scutati omnes, Volscente magistro. — *d) Magistri militum*, posterioribus R. imperatorum temporibus, successere in locum præfectorum prætorio, et legatorum tempore reipublicæ liberæ: erant enim secundo ab ipsis imperatoribus gradu dignitatis et auctoritatis, præerantque pluribus legionibus, et causas militum omnes disceptabant. Aliquando duo creati sunt, quorum alter *peditum*, alter *equitum magister* dicebatur, nunc *generale*: aliquando unus tantum toti exercitui præfuit, et *magister utriusque militiæ* dictus est, *generalissimo.* V. *Gruter. Inscript.* 1164. 5. et 1079. 14. Idem vero dicebatur *magister equitum et peditum*, ut apud *Ammian.* 22. 11. 2. et *Inscript.* apud *Gruter.* 412. 3. MAGISTER EQVITVM PEDITVMQ. — *e) Magister morum* est censor, *censore. Cic.* 3. *Fam.* 13. Quum hæc scribebam, censorem jam te esse sperabam: eo brevior est hæc epistola, et, ut adversus magistrum morum, modestior. — *f) Magister curiæ* apud *Plaut. Aulul.* 1. 2. 29. et 2. 2. 3. videtur fuisse idem ac curio. *Magister* vero *vici* apud *Sueton. Aug.* 30. et *Tib.* 76. et *vicimagister* in *Inscript.* apud *Gruter.* 481. 9. et apud *Olivieri, Marm. Pis. n.* XXXVII. et XLIV. et *vicomagister* apud *P. Vict. de region. Urb. R.* fuit minor magistratus quidam tribunis pl., ædilibus et prætoribus subjectus in quolibet Romæ vico, deinde etiam in municipiis et coloniis (V. *Cavedoni. Marm. Mod. p.* 227.), in pagis autem *magister pagi* appellatus, qui vicos aut pagos tuebatur, et publica sui vici aut pagi ædificia, si vetustate collapsa essent, reficiebat, aliaque munera ædilium propria gerebat, ut patet ex *Inscript.* apud *Gruter.* 43. 4. et 172. 9. Romæ vero et in municipiis ac coloniis Larum publicorum cultui præerat, in pagis agros lustrare solitus erat, ut ait *Sicul. Flacc. de colon. p.* 25. *Goes.* Porro quum veterum ludorum Compitaliciorum solemnitas, quæ quotannis Romæ conceptiva erat (*V.* COMPITALIS in fin.) in desuetudinem abiisset, ut

narrat *Sueton. Aug.* 31., Augustus ann. U. C. DCCXLVII., ut constat ex *Dione l.* 55. *c.* 8., instituit, ut magistri vicorum ex plebe homines ac plerumque ex libertinis bini, vel terni, vel quaterni, vel plures, pro cujusque nempe vici frequentia, prætexta induti, et duobus lictoribus stipati, in suis quique vicis, bis in anno sacra Laribus Augustis facerent, V. LARES in ONOM. Minime vero curanda est *Asconii* ad *Cic. Pis.* 4. et *Livii* 34. 7. auctoritas, qui docere videntur, magistros vicorum Augusti tempore multo esse antiquiores; nam illius locum aliter esse legendum jam ostendit *Garatonius* in *adnot.* ad *Cic. loc. cit.*, hunc vero per prolepsin locutum fuisse, dicendum est. V. plura huc pertinentia in *Marinii epist.* apud *Visc., Mus. Pio-Clem. T.* 4. p. 298. – 310. *ed. Mediol.* et apud *Olivieri, Marm. Pis. p.* 189. — *g) Magister Augustalis* in *Inscript.* apud *Gruter.* 149. 5. et apud *Morcell. T.* 1. p. 225. est magister viæ Augustæ. Sic *Inscript.* apud *Lupoli It. Venus. p.* 101..... BOVIVS N. ET M. L. HILARVM (*sic*) MAG. AVG. VIAM STRAVIT LONG. P. LVII. D. D. — *h)* Est etiam princeps, seu primus sacerdos alicujus collegii vel rectius princeps et sacri ipsius pontifex aliisque sacerdotibus major. Namque *Capitolin. Antonin.* 4. Fuit in eo sacerdotio (*Saliorum*) et præsul et vates et magister. *Præsul* vero erat primus ejus collegii sacerdos, teste *Aurel. Vict. Vir. ill.* 3. Salios Martis sacerdotes, quorum primus præsul vocatur, instituit. Ceterum *Liv.* 39. 18. *extr.* Ne qua pecunia communis, neu quis magister sacrorum, aut sacerdos esset. Hinc *magister Saliorum* apud *Val. Max.* 1. 1. 9. et in *Inscript.* apud *Gruter.* 489. 10., et *magister Arvalium* in alia apud *Marin. Frat. Arv. n.* XV. et *magister Larum* apud *eumd. ibid. p.* 543. *V.* MAGISTRA sub 1. — *i) Magister officiorum* et *operarum* a *Colum.* 1. *R. R.* 8. 17. distinguitur a villico, quem Itali *castaldo* vocant, et huic subjicitur, ut singulis rusticæ rei officiis, et operis in agro laborantibus præsit; hunc Itali dicunt *capomastro, capo d'uomini.* At sub Theodorico *magister officiorum* erat πασῶν τῶν βασιλέως βουλῶν ὁ μάγιστρος κοινωτός, ut alt rhetor Priscus, *h. e.* particeps consiliorum imperatoris. Hinc in *Pap. n.* 82. *col.* 1. *lin.* 5. Quoniam V. I. atque magnificus magister officiorum et consiliarius D. N. (*scil.* Odoacris) ex hac civitate (*Ravenna*) Romam profectus est etc. V. *Zirardini Novell. aneed. p.* 472.; et *Cassiod.* 1. *Ep.* 12. et 13. — *l) chori canentium,* apud *Colum.* 12. *R. R.* 2. 4. *maestro di cappella.* — *m) scripturæ,* et *in scriptura* apud *Cic.* 5. *Att.* 15. *extr.*, 4. *Verr.* 70. 169 et 5. *ibid.* 71. 167. est qui præest iis, qui scriptum faciunt, præsertim vero qui rationibus vectigalium et portorii conscribendis a publicanis præficitur. *Cic.* 11. *Att.* 10. P. Terentius operas in portu et scriptura Asiæ pro magistro dedit. *h. e.* vicem magistri gerens. — *n) societatis* idem est, qui scripturæ, rationes curans societatis publicanorum. *Cic.* 4. *Verr.* 74. 182. *et* 75. 184. Sic 12. *Fam.* 9. P. Rupilius, qui est magister in ea societate. *et Planc.* 13. 32. Cn. Plancius eques R. maximarum societatum auctor, plurimarum magister. V. *Gervasio, Osservaz. su due Iscrizioni Messinesi p.* 10. — *o) pecoris,* qui pastoribus præest gregem custodientibus, *capo de' pastori*: item quivis pastor, vel etiam agaso, *pastore, condottiere. Varro* 2. *R. R.* 10. 2. Qui pascunt, oportet in pastione diem totum esse: esse omnes sub uno magistro pecoris: eum esse majorem natu, et peritiorem, quam reliquos. *Virg.* 3. *G.* 445. Dulcibus ideirco fluviis pecus omne magistri Perfundunt. *et ibid.* 185. *de equo.* blandis gaudere magistri Laudibus, et plausæ sonitum cervicis amare. *Apul.* 10. *Met. sub fin.* Magister asini. *h. e.* dominus, et agaso. *Sil. It.* 4. 616. *de elephanto.* lapso dat terga magistro. *h. e.* rectore. — *p) auctionis,* qui præest bonis sub hasta vendendis. Nam si quando debitor citatus non paruisset, solebant creditores a prætore bonorum ejus possessionem impetrare, atque unum e suo numero deligebant, qui bona sub hasta venderet, et ex ea pecunia ipsis satisfaceret: unde is *magister* dictus est. A JCtis dicitur *curator,* in *tit.* 8. *lib.* 42. *Dig.* qui *De curatore bonis dando* inscribitur. *Cic. Quinct.* 15. 50. Cui magistri fiunt, et domini constituuntur, qui, qua lege et qua conditione pereat, pronuncient. Adde 1. *Att.* 1. et 6. *ibid.* 1. *a med.* Hinc dictum ejusdem *Cicer.* de Plætorii matre apud *Quintil.* 6. 3. 51. eam, dum vixit, ludum; postquam mortua est, magistros habuisse. Dicebantur enim, dum vixit, infames feminæ ad eam convenire solitæ: post mortem ejus bona venibant. Ludit itaque *Cic.* in ambiguo, ad magistrum auctionis respiciens et ad magistrum ludi: de quo *V.* in LUDIMAGISTER. — *q) convivii,* modimperator, rex, arbiter bibendi: quod munus *magisterium* a *Cicer.* dicitur. *Varro* 5. *L. L.* 122. *Müll.* Hisce (*pateris*) etiam nunc in publico convivio, quum magistri fiunt, potio circumfertur. Adde *Apul. de Mag.* — *r) navis,* nautarum præfectus: et plus est, quam gubernator. Est enim magister navis, inquit *Ulp. Dig.* 14. 1. 1., cui totius navis cura mandata est, *padrone, o capitano, o sopraccomito. Liv.* 29. 25. Ut gubernatores et magistri navium convenirent ad imperia accipienda. *Id.* 45. 42. Dedit sociis navalibus denarios septuagenos, gubernatoribus duplex, magistris navium quadruplex. — Nonnunquam tamen pro gubernatore ponitur, *piloto. Virg.* 5. *Æn.* 176. Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister. *et* 1. *ibid.* 119. excutitur, pronusque magister Volvitur in caput. *Val. Flacc.* 1. 18. Grajis Helice servanda magistris. — *s) ludi,* qui ludo, seu scholæ præest, *maestro,* qui et *ludimagister* dicitur. *V.* in ea voce. Cf. *Vopisc. Tacit.* 6. Dii avertant principes pueros, quibus ad subscribendum magistri litterarii manus teneant. — *t) gladiatorum,* h. e. lanista. *Cic.* 3. *Orat.* 23. 86. – *u)* In antiquis Inscriptionib. et alibi leguntur *magister sacrorum, fani, horreorum, collegii, memoriæ, munerum, Augustalis, admissionum, epistolarum, libellorum,* etc., quæ omnia, et his similia pari ratione, ac superiora, sunt exponenda. V. *Gruter.* indices, et *hist. August. Script.* — *v)* Præterea apud eumd. *Gruter.* non uno in loco habetur *magister a bibliotheca, ab marmoribus,* h. e. earum rerum curator et custos. ¶ 2. Speciatim et sæpe ponitur pro eo, qui docet quippiam, præcipue artes liberales. *Cic.* 2. *Phil.* 4. 8. Invideo magistro tuo, qui te, tanta mercede, nihil sapere docuit. *Id.* 1. *Orat.* 57. 245. Pueri apud magistros exercentur. *Id.* 1. *Invent.* 25. 35. Artium liberalium magistri, vivendi præceptores. *Id. Mur.* 31. 65. Vestri præceptores et virtutis magistri. *Id. Dom.* 39. 104. Auctor et magister publicæ religionis. *Id. Cæcin.* 11. 32. Te uti in hac re magistro volo. *Quintil.* 2. 2. 13. Se quoque præceptores intente ac modeste audiri velint: non enim judicio discipulorum dicere debet magister, sed discipuli magistri. *Sueton. Gramm.* 23. Numquam ita docuit, ut magistri personam sustineret. et *Bibaculus* apud *Sueton. ibid.* 11. Mirati sumus unicum magistrum, Summum grammaticum, optimum poetam Omnes solvere posse quæstiones. *V.* et sub II. 1. ¶ 3. Item speciatim pro pædagogo, *pedagogo, ajo. Ter. Phorm.* 1. 2. 21. Senes me filiis relinquunt quasi magistrum. Ubi *Donatus*: Sic Latini: quem Græci παιδαγωγὸν appellant.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 2. *Cic.* 1. *Orat.* 33. 150. Stilus, optimus dicendi effector ac magister. Cf. *Gell.* 14. 2. Mutl magistri. *scil.* libri. *Pers. prol.* 10. Magister artis ingeniique largitor venter. *Cic.* 2. *Phil.* 36. 90. Timor, non diuturnus magister officii. Cf. *Sil. It.* 4. 25. haud segnis cuncta magister Præcipitat timor, ac vastis trepidatur in arvis. ¶ 2. Pro suasore, impulsore, auctore. *Ter. Andr.* 1. 2. 21. Si quis magistrum cepit ad eam rem improbum, etc. *Cic.* 5. *Verr.* 21. 54. Qui dux isti quondam et magister ad despoliandum Dianæ templum fuit. *Seneca Thyest.* 311. Sæpe in magistrum scelera redierunt sua. — Et Adjective. *Sedul.* 1. 5. rituque magistro Plurima Niliacis tradant mendacia biblis.

MĂGISTĒRĬUM, ii, n. 2. (magister) magistri dignitas, seu officium, προεδρία, προστασία (It. *magistero, prefettura, presidenza;* Fr. *fonction de chef, de président, de directeur;* Hisp. *funcion de cabo, xefe, director, inspector;* Germ. *d. Amt e. Vorstehers, Aufsehers, Oberhauptes, Leiters;* Angl. *the office or power of a master, president or governour, mastership, magistery*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Sueton. Tib.* 3. Dictatura ac magisterio equitum honorata familia. *coll'officio di generale della cavalleria.* Sic *Ammian.* 14. 1., 15. 5. et 16. 10.; et *Aurel. Vict. Cæs.* 41. Magisterium peditum. *h. e.* præfectura peditum in militie. Et eodem sensu *Aurel. Vict. Cæsar.* 42. Magisterium pedestre. *Cic. Prov. cons.* 19. 46. Magisterium morum. *h. e.* censura. *Sueton. Aug.* 2. Municipalibus magisteriis contentus. *h. e.* magistratibus municipiorum. *Inscript.* apud *Murat.* 103. 5., quæ est apud *Orell.* 3220. MAG. VICI QVI KAL. AVG. PRIMI MAGISTER. INIERVNT. V. *Visc. Mus. Pio-Clem. T.* 1. p. 300. Rursus *Sueton. Cal.* 22. Magisterium sacerdotii. *Id. Domit.* 4. collegii. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 7. Potissimum autem est in eo (*h. e.* villici) magisterio scire et æstimare, quale officium et qualis labor sit cuique injungendus. Sic *Apul.* 10. *Met.* Magisterium pecuarium. *Cic. Senect.* 14. 46. Me vero et magisteria delectant a majoribus instituta, et is sermo, qui more majorum a summo magistro adhibetur in poculis. *h. e.* munus ejus, qui convivii est caput; quod regnum vini *Horat.* 1. *Od.* 4. 18. appellat. *Orellius* vero vocabulum *magistro* expunxit, quod e gloss. antiquiss. in textum irrepsisse affirmat. — Ad canes transtulit *Plin.* 8. *Hist. nat.* 40. 61. (148). Namque inter se exercent etiam magisteria. *h. e.* ut unus aliis præsit et ductorem se præbeat in venatu etc. ¶ 2. Speciatim de officio ejus, qui docet quippiam. *Colum. R. R. præfat.* § 20. Rem rusticam sordidum esse negotium, quod nullius egeat magisterio præceptoris. ¶ 3. Item speciatim de pædagogi officio. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 40. Jam excessit mihi ætas ex magisterio tuo. *h. e.* non amplius tibi subest tamquam magistro et custodi.

II.) Translate. *Plaut. Most.* 1. 1. 32. Virtute id factum et magisterio tuo. *h. e.* consilio, monitu. *Tibull.* 1. 4. 84. Quum mea ridebunt vana magisteria. *h. e.* amatorias institutiones et præcepta. *Cels.* 5. 27. *n.* 2. Post quæ nullo novo magisterio, sed jam supra posito vulnus erit implendum et ad sanitatem perducendum. *h. e.* nulla nova curandi ratione, quæ a medendi magistris tradita sit.

MĂGISTĒRĬUS, a, um, adject. (magister) ad magisterium pertinens, *magistrale. Impp. Honor. et Theodos. Cod.* 3. 13. 6. Magisteriæ potestati inter militares viros audiendi concedimus facultatem. *Imp. Zeno ibid.* 24. 3. Qui magisteriæ potestatis sudoribus clarus factus est. Adde *ibid.* 6. 8. 1. *Cassiod.* 1. *Variar.* 12. Sume magisteriæ insulas dignitatis. *h. e.* magistri officiorum.

MĂGISTĔRO *et per syncop.* magstro, as, āvi, ātum, are, a. 1. (magister). Part. *Magistrans.* — Magisterare est imperare, præesse, magistrum seu præfectum agere. *Festus* p. 153. 11. *Müll.* Magisterare regere et temperare est. *Paul. Diac. p.* 126. 6. *Müll.* Magisterare moderari. *Spartian. Hadrian.* 10. Inter manipulares vitam militarem magistrans. Sic *Hieronym. Ep.* 25. Te magistrante.

MĂGISTRA, æ, f. 1. (magister) præceptrix, *maestra.*

I.) Proprie. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 7. Ei ludo, si ullus est, magistram hanc esse, satis certo scio. — Ita etiam appellatur femina sacerdos. *V.* MAGISTER sub I. 1. *g. Inscript.* apud *Gruter.* 1088. 4. IULIAE FELICITATI MAGISTRAE FORTVNAE MELIoris. COLlegium CENTONARIorum. Alia apud *Murat.* 133. 3. BONAE DEAE PAGANAE RVFRIA C. F. FESTA CAESILIA Q. F. SCYLACE MAGISTRAE D. P. S. Alia *ibid.* 5., quam vide in FONIO.

II.) Translate. — *a)* Substantivorum more. *Cic. Rosc. Am.* 27. 75. Vita rustica parsimoniæ, diligentiæ, justitiæ magistra est. *Id.* 5. *Tusc.* 2. 5. Philosophia magistra morum. *Id.* 1. *Nat. D.* 15. 40. Lex quasi dux vitæ et magistra officiorum. *Quintil.* 1. 6. 2. Consuetudo certissima loquendi magistra. — *b)* Adjective. *Virg.* 8. *Æn.* 442. nunc viribus usus, Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra. *squisita, fina,* cujusmodi est magistrorum alios docentium. *Ovid. Heroid.* 15. 82. abeunt studia in mores, artesque magistræ. *Sil. It.* 3. 387. Asper frena pati, aut jussis parere magistris. *Claudian. præf. de III. cons. Honor.* 7. *de aquila.* Consulit ardentes radios, et luce magistra Naturam vires ingeniumque probat. Apud *Ovid.* et *Sil. It.* alii aliter leg.

MĂGISTRĀLIS, e, adject. (magister) ad magistrum pertinens, *da maestro. Vopisc. Saturn.* 10. Frequentaverat pergulas magistrales. V. PERGULA. *Id. Tacit.* 6. Manuum magistralium ictibus terreque subjaceat. — Item qui magisterio alicujus collegii antea est functus. *Inscript.* apud *Schiass. Guida al Mus. Bologn. p.* 24. *Libero Patri Aug.*

sacrum in MEMORIAM P. CORNELII SATVRNINI MAGISTRALIS CORNELIA PRIMA VXOR EX INDVLGENTIA COLLEG. SIGNVM LIBERI BASEM CAVLAS D. D. Ita *Schiass. ibid.* mutilam ab initio hanc inscriptionem suppleudam recte monuit, quam refert etiam *Malvas. Marm. Fels. p.* 41. et *Gruter.* 67. 5.

MĂGISTRAS, ātis, m. 3. idem ac magister, qui alicui collegio præest. *Inscript.* apud *Gruter.* 73. 4., quæ est apud *Orell.* 3798. L. SILIVS MAXIMVS VET. LEG. AD. P. F. MAGISTRAS PRIMVS IN CANaba D. D. Hujus inscriptionis initium vide in CANABENSIS. Hæc cl. *Furlanetto.* At *Orellius* illud *magistras* pro *magistratus* accepit; eumque secuti sunt *Freund.* et *Klotz.* in Lexic. Quamquam *Charis.* de nominibus agens, qui plurali numero adhibentur et singulari carent, ait 1. *p.* 20. *Putsch.* Magistratus et magistrates invenimus; optimates (sed invenimus optimas) et infimates legimus.

MĂGISTRĀTĬO, ōnis, *f.* 3. (magistro). ¶ 1. Abstracte est magisterium, præceptio, institutio. *Apul.* 2. *Dogm. Plat.* Quæ solis disciplinis traduntur, et magistratione discuntur. *Al. leg.* magistratione. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu in *Cod. Theod.* 14. 9. 3. publicæ magistrationes sunt scholæ publicæ.

MĂGISTRĀTUS, us, m. 4. (magister: *Varro* 5. *L. L.* 82. *Müll.* Magister equitum, quod summa potestas hujus in equites et accensos, ut est summa populi dictator, a quo is quoque magister populi appellatus. Reliqui quod minores quam hi magistri, dicti magistratus, ut ab albo albatus. V. et *Paul. Dig.* et *Paul. Diac. locc. citt.* in MAGISTER init.). De alia forma *magistras* pro *magistratus V.* dicta in MAGISTRAS. — Magistratus est dignitas et potestas alicujus, vel aliquorum, qui publica auctoritate curant ea, quæ ad rempublicam pertinent (It. *magistrato, maestrato*; Fr. *magistrature, charge, emploi*; Hisp. *magistrado, carga, empleo*; Germ. *e. obrigkeitliches Amt*; Angl. *the office or place of a magistrate, a magistracy, civil office*).

I.) Proprie. — *a*) Plurimis jungitur Verbis. *Cic. Amic.* 17. 63. Honores, magistratus, imperia, potestates amicitiæ anteponere. *Id. Mur.* 35. 74. Magistratus mandare. *Id.* 2. *leg. Agr.* 10. 26. dare. *Id. Planc.* 25. 61. committere. *Id.* 3. *Verr.* 12. 33. Ad magistratus remque publicam accedere. *Id.* 6. *ibid.* 61. 137. Magistratum habere. *Cæs.* 7. *B. G.* 33. obtinere. *Cic.* 1. *Off.* 21. 72. adipisci. *Id. Pis.* 1. 2. assequi. *Liv.* 5. 9. occipere. *Sall. Jug.* 47. ingredi. *Cic.* 5. *Phil.* 19. 52. petere, capere, gerere. *Id.* 2. *Verr.* 10. 30. inire. *Sueton. Tib.* 9. inchoare. *Lentulus* apud *Cic.* 12. *Fam.* 14. In magistratum venire. *Cic.* 3. *Legg.* 20. 47. Magistratu abire. *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. *ante med.* se abdicare. V. ABDĪCO. *et ibid.* Magistratum sibi prorogare. *Cic.* 4. *Verr.* 57. 140. abrogare alicui. *Pseudo-Ascon.* in 3. *ibid.* 33. imminuere. *V.* IMMINUO. *Liv.* 3. 38. abolere. *Cæs.* 7. *B. G.* 33. deponere. *Tac.* 12. *Ann.* 4. ejurare. *Liv.* 5. 11. In magistratu manere. *et ibid.* 28. esse. *Nepos Milt.* 8. versari. *Cic.* 3. *Legg.* 20. 47. gerere aliquid. *Manil.* 5. 312. Perque magistratus et publica jura feruntur. — *b*) Magistratuum genera duo Romæ fuere, *extraordinarii* et *ordinarii*: in illis dictatura et magisterium equitum præcipue numerantur: præterea duumviri perduellionis, quæstores rerum capitalium, triumviri mensarii, decemviri legibus constituendis, etc. In his duæ classes, *majorum* scilicet, ut consulum, prætorum, censorum: *minorum*, ut ædilium, quæstorum, tribunorum plebis, triumvirum, quatuorvirum, etc. curatorum alvei Tiberis, etc. præfectorum ærarii, etc. V. *Messala* apud *Gell.* 13. 15. Præterea *patricii* magistratus dicti sunt, qui primum a patriciis familiis sumebantur: *plebeji*, qui a plebe: *curules*, qui curuli sella utebantur, h. e. consules, censores, prætores, ædilesque curules. Reliqui curulis sellæ jus non habebant. In provinciis quoque magistratus fuere, proconsulum, proprætorum, proquæstorum, qui ordinarii erant: item triumvirum, quinquevirum, etc. colonlis deducendis, curatorum viarum extra Urbem, etc. — *c*) *Magistratus* nomen proprie iis tribuitur, qui urbanam ac civilem administrationem habent, nam qui militarem, horum *imperia* sunt appellata: tametsi hoc non semper. *V.* IMPERIUM. *Sall. Jug.* 3. Magistratus, et imperia minime mihi cupiunda videntur. *Sueton. Cæs.* 54. Abstinentiam neque in imperiis, neque in magistratibus præstitit. Adde *eumd. Aug.* 61. — *d*) Interdum urbani magistratus ita distinguuntur appellatione a provincialibus, ut illi quidem *magistratus*, hi *potestates* dicantur. *Sueton. Claud.* 23. Jurisdictionem in urbe delegari magistratibus solitam atque etiam per provincias potestatibus, etc. *In edicto Prætoris*, apud *Ulp. Dig.* 2. 2. 1. Qui magistratum, potestatemve habebit. Adde ipsum *Ulp. ibid.* 1. 13.

II.) Translate et sæpissime *magistratus* ipsum hominem significat, qui in magistratu est, ut docet *Paul. Diac.* his verbis *p.* 126. 7. *Müll.* Quæ vox (*magistratus*) duabus significationibus notatur. Nam aut personam ipsam demonstrat, ut quum dicimus: *magistratus jussit*; aut honorem, ut quum dicimus: *Tito magistratus datus est*. Sic *Cic.* 1. *Off.* 34. 124. Est proprium munus magistratus intelligere, se gerere personam civitatis. *Sall. Jug.* 22. Oppida per magistratus administrare. *Liv.* 5. 17. Creare magistratus. *Nepos Epam.* 4. Magistratui quempiam tradere. *scil.* puniendum. *Id. Hann.* 7. His enim magistratibus legati Romam venerunt. *h. e.* his consulibus. *Gell.* 2. 2. Tum inter filium magistratum et patrem privatum publicos honores cessare, genuinos ac naturales exoriri.

MĂGISTRĬĂNUS, a, um, adject. (magister) ad magistratum seu præceptorem pertinens. *Fulgent. Planc. de Contin. Virg. p.* 759. Elysium ingreditur campum, id est feriatam vitam post magistrianum timorem. *et ibid. p.* 762. Magistriani timoris projecta gravedine. *h. e.* timoris, quem magister seu præceptor incutit.

MĂGISTRO. *V.* MAGISTERO.

MAGMA, ătis, n. 3. *μάγμα*, fæx unguenti, ut *Plin.* 13. *Hist. nat.* 2. 3. (19). interpretatur. *Scribon. Compos.* 157. Ceræ libram et trientem, magmatis P. bessem. Hinc *crocomagma*: quod *V.*

MAGMĂTĂRĬUS, ii, m. 2. qui magmata conficit et vendit, unguentarius. *Gloss. Philox.* Magmatarius *μυρεψός*. Adde *Varron.* 5. *Müll. L. L.* 112. ut legit *Turneb. l.* 22. *Adversar. c.* 6.; nam alii aliter omnino.

MAGMENTĀTUM magis augmentatum. *Paul. Diac. p.* 126. 4. Ita correxit *Müllerus*: Codices enim et editiones vett. habent *magmentum*, quod verbis explicationi adjectis minime convenit. *Scaliger* violentius huic vitio mederi studuit, ita ut postea *majus augmentum* scriberetur.

MAGMENTĀRĬUS, a, um, adject. (magmentum) ut *Magmentarium canum*, quo scil. magmenta, vel exta sacra imposita inferebantur aræ; etenim ita vocem interpretantur *Gloss. Philox.* Magmentarium, *ἐφ' οὗ τὰ σπλάγχνα ἀνατιθέμενα τοῖς βωμοῖς προσφέρονται*. *Varro* 5. *L. L.* 112. *Müll.* Magmentum a magis; quod ad religionem magis pertinet. Itaque propter hoc magmentaria cana (*h. e.* canistra), instituta locis certis, quo id imponeretur. Ita legit *Turneb. l.* 22. *Advers. c.* 6. At *Müllerus* pro *cana* legit *fana*, et hæc adnotat: Κανᾶ, quæ *Salmasius* a Varrone significata putat, ab hac antiquitate Romanorum sacrorum aliena sunt.

MAGMENTUM, i, n. 2. vox est sacrorum propria, et pro *magis augmentum* usurpatur, ut ait *Paul. Diac.* (*V.* MACTUS), vel potius est ab etymo *mag*, unde *mactare* et inusit. *magere* et *magmentum* pro *magimentum*, ut ab *augere* est *augmentum* pro *augimentum* et similia. *Varro loc. cit.* in MAGMENTARIUS. *Arnob.* 7. 24. *extr.* Non magmenta, non augmina, non mille species vel farciminum, vel etc. *V.* integrum caput. Cf. et *Placidi Gloss.* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 485. edente *A. Maio*, quamvis ea corruptissima sint. *Inscript.* optimæ notæ apud *Gruter.* 229., quæ est apud *Orell.* 2489. SI QVIS HOSTIA SACRVM FAXIT, QVI MAGMENTVM NEC PROTOLLAT, IDCIRCO TAMEN PROBE FACTVM ESTO. *h. e.*, ut recte interpretatur *Sigon. de ant. jur. prov. l.* 2. *c.* 6. *a med.*, Si quis hostia sacrum fecerit, quod sacrum ob hostiæ vitium non crescat, sive non adolescat, ut in legitimis accidit; nec majus augmentum proferat, idcirco tamen probe factum esto, ac triste nihil sacrificium portendat. Hactenus *Sig.* Eadem verba sunt in alia *Inscript.* apud *eumd* 23. 12., quæ nunc Patavii quidem exstat, sed mutila ex parte dimidia, ut videre est apud *Morcell. de stil. Inscr. Lat. T.* 1. *p.* 62. *ed. Patav.* Alia *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 635. *n.* 301. M. OFENTIVS MATRI DEVM MAGNÆ TAVROBOLIVM ET CRIOBOLIVM MAGMENTVM FECIT. *h. e.* sacrum sine vitio, vel sacrum majore augmento, ut habet *Morcell. de stil. Inscr. Lat. T.* 1. *p.* 64. Sed *Borghesius Diplom. di Decio p.* 49. eam spuriam esse arbitratur. Ceterum *V.* et *Pignor. Symbolic. epist. n.* 30.

MAGNĂEVUS, a, um, adject. (magnus *et* ævum) qui magnæ seu provectioris ætatis est, grandævus. *Gloss. Philox.* Magnævus, *ἀρχαιογέρων*.

MAGNĀLĬA, ium, n. plur. 3. (magnus) res præclaræ et mirandæ, *grandi imprese, grandi cose*, *τὰ μεγαλεῖα*. *Tertull.* 2. *ad Uxor.* 7. Sensit magnalia *Id.* 1. *advers. Marcion.* 54. Dat dextram mancus, loquitur magnalia mutus. Hinc in *V.* et *N. Testam.* sæpe est *magnalia Dei*. — *Magnalia arma* sunt ancilia in *Inscript.* apud *Murat.* 481. 5., quæ est apud *Orell.* 2244. MANSIONES SALIORVM PALATINORVM A VETERIBVS AD ARMORVM MAGNALIVM CVSTODIAM etc. *Dempster.* ad *Rosin. Antiq. Rom. l.* 2. *c.* 12. *extr.* perperam legit in eadem *magnatium*. At apud *Gruter.* 173. rectius habetur *annalium*, *h. e.* ancilium, quæ quotannis XIV. Cal. Apr. a Saliis in comitio agitabantur. *V.* SALII; et *Guarini Comment.* XII. *p.* 40.; et *Bullett. archeol. an.* 1842. *p.* 131.

MAGNĂNĪMIS, e, adject. (magnus *et* animus) recentiori formâ est idem ac magnanimus, h. e. qui magna anima præditus est. *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 20. Nec unquam perexigui corporis hominem magnanimem vere diceremus, quum ingentis corpulentiæ pusillanimes plerumque dicamus. Sicut dicimus *magnanimus Moyses*, quum Rubri maris vias intrepidus intravit. Adde *Jornand. Get.* 40. *ad fin.*

MAGNĂNĪMĬTAS, ātis, f. 3. (magnanimus) magnitudo animi, præstantia, magnificentia: virtus animi magna spectantis, præsertim circa honores, *magnanimità, grandezza d'animo*, *μεγαλοψυχία*. *Cic.* 1. *Off.* 43. 152. Omnis honestas manat a partibus quatuor, quarum una est cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis. *Plin. Paneg.* 58. Tuam magnanimitatem, an modestiam, an benignitatem prius mirer? — Et cum addita significatione ostentationis et jactantiæ, occurrit apud *Ammian.* 19. 6. Galli milites anxii ne – exutâ urbe periculis, nihil egisse operæ pretium pro magnanimitate Gallica memorentur.

MAGNĂNĪMUS, a, um, adject. (magnus *et* animus). Aliam formam MAGNANIMIS *V.* loco suo. — Magnanimus est qui magni est animi et magna conantis, *μεγαλόψυχος* (It. *magnanimo*; Fr. *magnanime, fier, noble, généreux*; Hisp. *magnanimo, noble, generoso*; Germ. *hochherzig, tapfer, muthig*; Angl. *great of mind, of great spirit, magnanimous, brave*). Occurrit — *a*) De hominibus. *Cic.* 1. *Off.* 19. 63. Itaque viros fortes et magnanimos, eosdem bonos et simplices esse volumus. Sic *Id.* 4. *Tusc.* 28. 61. Illum esse, quem magnanimum et fortem virum dicimus. *Virg.* 6. *Æn.* 379. Magnanimi heroes. *Ovid.* 4. *Fast.* 379. Hæc, ait, illa dies, Libycis qua Cæsar in oris Perfida magnanimi contudit arma Jubæ. *Lucret.* 5. 401.; et *Ovid.* 2. *Met.* 111. Magnanimus Phaethon. *Ovid.* 13. *Met.* 298. Achilles. *Virg.* 10. *Æn.* 139. gentes. Sic *Sil. It.* 1. 29. Verum ubi magnanimis Romam caput urbibus alte Exserere – videt etc. — *b*) De brutis animantibus. *Virg.* 3. *Æn.* 704. magnanimum generator equorum. *Ovid.* 3. *Trist.* 5. 33. Magnanimus leo. — *c*) De abstractis. *Gell.* 7. 19. Liberale atque magnanimum factum.

MAGNĀRĬUS, ii, m. 2. (magnus) magnis pecuniis negotians, magnus negotiator: opponitur autem tenuiario, vel minusculario, *chi vende e compera indigrosso*, *μεγαλέμπορος*. *Apul.* 1. *Met. ab init.* Omne enim pridie Lupus negotiator magnarius coemerat. *Inscript.* apud *Gruter.* 283. 1., quæ est apud *Orell.* 4074. CORPVS COBIARIORVM MAGNARIORVM SOLAIARIORVM (pro solearium). *Alia* apud *Fea, Framm. cons. p.* 14. *n.* 49., quæ est apud *Henzen.* 6476. ATTIO INSTBIO TERTVLLO CORRECTORI *Venetiæ et Histriæ* PRÆPOSITO FABRICAE, *præfecto urbis* AEMAE CORPVS MAGNARIORVM ST[A].

TVAM ÆRE INSIGNEM LOCAVIT CVRANTIBVS FLAVIIS RESPECTO ET FLORENTIO VV. PP. *prælocatis corporis* MAGNARIORVM. Alia in *Giorn. di Fir. arn.* 1773. p. 636., quæ est apud *Orell.* 4264. DIS MANIBVS M. IVNI PVDENTIS PISTORI MAGNARIO PERSIANO. *venditore indigrosso di pane ad uso di Persia.* Alia apud *Murat.* 721. 1. 2. CORPVS PISTORVM MAGNARIORVM, ET CASTRENSIARIORVM. *et* 519. *quinquennalis* CORPOR. MAGNAR. TIGNARIORVM. *Inscript. Neap.* apud *Mommsen.* 4106., quæ est apud *Henzen.* 7243. CN. MEVIVS ANTEROS AVGVST. CN. MEVIVS CN. L. FELIX CN. MEVIVS CN. L. FELIX MAGNAR. CN. MEVIVS CN. L. AMARANTHVS.

MAGNAS, ātis, m. 3. (magnus) vir primarius, *magnate*, μεγιστάν. *Vulgat. interpr. Eccli.* 33. 19. Audite me, magnates, et omnes populi. *et* 38. 3. Disciplina medici exaltabit caput illius, et in conspectu magnatorum collaudabitur. *sic pro* magnatum. legitur etiam *ibid.* 11. 1., 23. 18, 28. 17. et alibi. Similiter *ibid.* 20. 29. Homo prudens placebit magnatis. quod legitur etiam *ibid.* 20. 30. et 8. 10. *V.* et MAGNALIA.

MAGNĒ, adverb. (magnus) valde, *grandemente*, μάλα. *Tac.* 11. *Ann.* 36. Sponte, an coactus tam magne peccavisset. Alii leg. *magna*, quod est multo rectius. Agnoscere tamen videtur etiam *Cledon. p.* 1920. *Putsch.*; et legitur apud *Ascon.* ad *Cic. pro Scaur.* Usus erat iis (*columnis*) ædilis, ut ipse quoque significat, in ornatu theatri quod ad tempus perquam ampla magnitudine magne fecerat. Hic *A. Maius* in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 318. hæc adnotat: Ita *magne fecerat* cum principe editione codex Ambrosianus: alter vero *magnifecerat*, uti manu emendatum vidi etiam in Aldina editione: reliquæ, quas vidi, editiones habent *magnum fecerat.* Ceterum *Beier.* legendum conjecit *magnifice fecerat*: id non satis placet *Baitero*, qui adverbium *magne* seclusit utpote ortum ex mendosa geminatione præcedentis vocabuli, ut et ipso *Manutio* videbatur.

MAGNES, ētis, m. 3. μάγνης, *magnete, calamita*, lapis, qui ferrum trahit, al. lapis Heraclius, et sideritis: a Magnesia urbe Lydiæ, quia circa eam provenit. *Lucret.* 6. 909. lapis, Quem magneta vocant patrio de nomine Graii, Magnetum quia sit patriis in finibus ortus. Sed *Plinius* 36. *Hist. nat.* 16. 25. (127). scribit ex Nicandri sententia, repertum fuisse in Ida, et appellatum esse ab inventore, qui quum pecus pascens pedum forte haberet ferratum, et crepidas ferreis clavis compactas, animadvertit, lapidem hunc ferro adhærescere. Ceterum ab antiquis bifariam magnes accipitur, interdum pro eo, qui ferrum trahit, interdum pro lapide argentei nitoris. Hinc quidam veterum dicunt, alium esse magnetem a lapide Heraclio. *Cic.* 1. *Divinat.* 39. 86. Ut, si magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat et attrahat; rationem cur id fiat, afferre nequeam. Adde *Lucret.* 6. 1044. et 1062.; *Augustin.* 22. *Civ. D.* 1.; et *Isid.* 17. *Orig.* 4. — *Claudian.* habet *Edyllium* de magnete. — Vox est adjectiva, et quum absolute ponitur, *lapis* subintelligitur. *Sil. It.* 3. 265. Venere Æthiopes, gens haud incognita Nilo, Qui magneta secant. — *NB.* De nom. proprio *V.* ONOM.

MAGNĒTARCHES, æ, m. 1. μαγνητάρχης, princeps Magnetum, summus magistratus apud Magnetas. *Liv.* 35. 31. et 39.

MAGNĒTĪCUS, a, um, adject. magnetem spectans. *Claudian. carm. de magnet.* 26. Venerem magnetica gemma figurat.

MAGNĪCIES. *V.* MAGNITIES.

MAGNĪDĪCUS, a, um, adject. (magnus *et* dico) qui magna dicit, *millantatore*, μεγαλορρήμων. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 48. Quin noverim magnidicum, cincinnatum, mœchum unguentatum. *Amnian.* 23. 6. Persæ magnidici et graves et tetri. — Et cum abstractis. *Plaut. Rud.* 2. 6. 31. Dum tuis ausculto magnidicis mendaciis.

MAGNĪFĂCIO, is, ere, a. 3. (magni *et* facio) magni æstimare, *stimare grandemente*, περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι, θαυμάζω. *Plaut. Asin.* 2. 4. 1. Quid hoc est negotii? neminem meum dictum magnifacere. *Id. Pseud.* 2. 1. 4. Omnes res perinde sunt, ut agas, ut eas magnifacias. Sic cum superlat. maximifacere fidem, *Id. Cas. prol.* 2. *Bentley.* leg. etiam apud *Ter. Hecyr.* 2. 2. 18. Quem intellexi illam haud minus, quam se ipsum magnifacere. *Al. leg.* magnificare. — Ceterum sæpius et rectius divisum legitur *magni facio.*

MAGNĪFĪCĀTĪO, ōnis, f. 3. (magnifico) actus magnificandi. *Macrob.* 5. *Saturn.* 13. *sub fin.* Personarum varia magnificatio.

MAGNĪFĪCĒ, adverb. (magnificus). Comp. *Magnificius* est *Catonis*, teste *Paul. Diac. p.* 152. 11. *Müll.*, quocum cf. *Festum p.* 154. 20.; Sup. *Magnificissime* est *Accii* apud *Priscian.* 3. p. 603. *Putsch.* — Aliam formam MAGNIFICENTER *V.* loco suo. — Magnifice ¶ 1. In bonam partem est magnificenter, laute, splendide, μεγαλοπρεπῶς (It. *magnificamente, con magnificenza, con isplendidezza*; Fr. *magnifiquement, avec magnificence, d'une manière grandiose*; Hisp. *magnificamente, con esplendor*; Germ. *grossartig, prächtig, herrlich, vortrefflich*; Angl. *magnificently, splendidly, nobly, generously, grandly, pompously, sumptuously*). Occurrit — *a*) Generatim. *Plaut. fragm.* apud *Charis.* 2. *p.* 187. *Putsch.* Spectavi ludos magnifice atque opulenter. *Cic. Quinct.* 30. 93. Ornare magnifice splendideque convivium. *Id.* 3. *Verr.* 26. 65. Magnifice et ornate convivium comparare. *et* 6. *ibid.* 27. 62. Exornare ample magnificeque triclinium. *Id. Dom.* 44. 115. Habitare laxe et magnifice. *Id.* 1. *Off.* 26. 92. Magnifice, graviter animoseque vivere. *Nepos Datam.* 3. Magnifice donare aliquem. *Sueton. Tib.* 7. Magnifice ludos dare. *Cic.* 2. *Cat.* 1. 1. Perdidimus hominem, magnificeque vicimus. *gloriosamente, con sommo vanto.* — *b*) Specialim refertur interdum ad orationem, et præcipue ad magniloquentiam. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 11. Magnifice compellare. *h. e.* splendidis et magnificis verbis. *Ter. Adelph.* 2. 3. 4. Numquam ita magnifice quidquam dicam, id virtus quin superet tua. *Cic. Brut.* 73. 254. Amice et magnifice laudare. *Tibull.* 2. 6. 11. Magna loquor: sed magnifice mihi magna locuto Excutiunt clausæ fortia dicta fores. — *c*) Item speciatim in re medica usurpatur pro magnopere, valde. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 11. 58. (96). Radicula ex melle prodest magnifice ad tussim. *h. e.* magnopere, valde. Sic *Id.* 30. *ibid.* 14. 47. (139). Magnifice juvat ovis cerebrum gingivis illitum. *Scribon. Compos.* 83. Oportet autem eodem die acetum non gustare, quod interdum per se magnifice solet prodesse. ¶ 2. In malam partem est cum ostentatione, superbe, affectato. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 7. Magnifice inferre se. Sic *Liv.* 2. 6. Magnifice incedere, *pomposamente, tronfio.* Rursus *Plaut. Cas.* 3. 6. 4. Magnifice patriceque amicirl. *Ter. Heaut.* 4. 3. 31. Magnifice efferre se. *h. e. con millanteria.* Sic *Cic.* 4. *Herenn.* 21. 29. se jactare atque ostentare. *Brutus* 1. ad *Cic.* 16. Magnifice loqui. *Cic. Rosc. com.* 2. 5. Usque eone te diligis, et magnifice circumspicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex adversariis petas? Huc referri potest et illud *Plaut. Pers.* 2. 5. 7. Magnifice conscreabor. *h. e.* clare, et ut solent affectato graves.

MAGNĪFĪCENTER, adverb. (magnificus). Comp. *Magnificentius* et Sup. *Magnificentissime.* — Magnificenter est idem ac magnifice, *magnificamente.* ¶ 1. In bonam partem. *Vitruv.* 1. 6. Oppidum magnificenter ædificatum et eleganter. *Cic. Orat.* 34. 119. Omnia excelsius magnificentiusque et dicet et sentiet. *Id. ibid.* 43. 147. Quæ etiamsi sunt, sicuti mihi videntur, necessaria, tamen fiunt magnificentius, quam docentur. *Id.* 4. *Fin.* 2. 4. Easque ipsas virtutes viderent nos magnificentius appetere et ardentius. *Id.* 4. *Fam.* 7. Quum consulatum magnificentissime atque optime gesseris. *Id.* 14. *Att.* 4. Gloriosissime et magnificentissime quippiam conficere. ¶ 2. In malam partem. *Cic.* 2. *Att.* 21. Qui antea solitus esset jactare se magnificentissime illo in loco, - ut ille tum humilis, ut demissus erat!

MAGNĪFĪCENTIA, æ, f. 1. (magnificus) animi qualitas, cujus definitionem *V.* infra sub I., μεγαλοπρέπεια (It. *magnificenza, grandezza nel sentire e nell'operare*; Fr. *magnificence, grandeur dans les entreprises, dans les pensées, dans le langage*; Hisp. *magnificencia, grandeza*; Germ. *hochherzige Gesinnung, Hochherzigkeit*; Angl. *magnificence, grandeur*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Invent.* 54. 163. Magnificentia est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida pecuniæ adhibendæ sit rerum humanarum. *Id.* 2. *leg. Agr.* 8. 22. Nam hoc quidem vix est liberi populi, vix vestrorum animorum ac magnificentiæ. *h. e.* magnanimitatis.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim in bonam partem dicitur de rebus physicis et aliis, pro splendore, copia et generosis sumptibus, quæ ingenuum hominem et prædivitem decent. *Cic. Orat.* 25. 83. Magnificentia epularum. Sic *Sueton. Vitell.* 2. cœnarum. *Cic.* 1. *Off.* 39. 140. villarum. *Id.* 2. *Legg.* 26. 66. funerum et sepulcrorum. *Id. Mur.* 19. 38. ludorum. *Sueton. Aug.* 43. spectaculorum. *Cic. Rosc. com.* 8. 24. liberalitatis. *Id.* 1. *Off.* 39. 140. Cavendum est, si ædifices, ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas. *Liv.* 1. 57. Exhaustus magnificentia publicorum operum. *Vellej.* 2. 1. 2. Publicamque magnificentiam secuta privata luxuria est. — *Magnificentia Aug.* legitur in nummo *Commodi Aug.* apud *Mionnet Rar. des méd. p.* 250. et 265., cujus inscriptionis interpretatio habetur hæc apud *Morcell. de stil. T.* 1. *p.* 382. Ad indicandum spectaculorum ingentem apparatum, quæ Commodus sæpissime exhibuit; quam sententiam confirmant veteres loquendi formulæ, Tullii potissimum, qui Pompeji ludos magnificentissimos *Pis.* 27. 65. dixit, item ejusdem venationes magnificas 7. *Fam.* 1., et magnificentiam cum apparatione popularium munerum conjunxit 2. *Off.* 16. 56. — In malam partem accipitur illud *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 431. 14. *Merc.* Pœni (*al.* Phœnices) primi mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam et inexplebiles cupiditates omnium rerum importaverunt (*vulgati libri* exportaverunt, *Forcell.* supportaverunt) in Græciam. ¶ 2. Speciatim in artibus. — *a*) In dicendo. *Quintil.* 4. 2. 61. His tribus narrandi virtutibus adjiciunt quidam magnificentiam, quam μεγαλοπρέπειαν vocant. *et* 3. 8. 61. Verborum magnificentia. — *b*) In pingendo pro arte mira et magna faciendi. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (19). de *Phidia.* Hæc sint obiter dicta de artifice numquam satis laudato; simul ut noscatur, illam magnificentiam æqualem fuisse et in parvis. ¶ 3. Item speciatim in malam partem est ostentatio, jactantia. *Cic. Amic.* 6. 21. Jam virtutem ex consuetudine vitæ sermonisque nostri interpretemur; nec eam, ut quidam docti, verborum magnificentia metiamur. *con parole grandiose e pompose.* Sic *Ter. Phorm.* 5. 8. 37. I hinc in malam crucem cum istac magnificentia.

MAGNĪFĪCĪUM, ii, n. 2. (magnus *et* facio) magnum factum. *Gloss. Philox.* Magnificium, μεγαλουργία.

MAGNĪFĪCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (magnus *et* facio). Part. *Magnificans* et *Magnificatus* apud *Vulgat. interpr. Luc.* 5. 25. et 17. 15., *Act.* 10. 46., *Exod.* 15. 21. et alibi sæpe. — Magnificare est magni facere, magni æstimare, θαυμάζω (It. *stimare assai, fare gran conto*; Fr. *estimer beaucoup, faire grand cas de, priser grandement*; Hisp. *estimar mucho, apreciar mucho*; Germ. *hochschätzen, hochachten*; Angl. *to value or esteem greatly*).

I.) Propric. *Plaut. Stich.* 1. 2. 44. Pudicitia est, pater, eos magnificare, qui nos socias sumpserunt sibi. *Id. Men.* 2. 3. 19. Te unam ex omnibus Venus voluit me magnificare. *Ter. Hecyr.* 2. 2. 18. Quem ego intellexi illam haud minus, quam se ipsum, magnificare. *Al. leg.* magni facere.

II.) Translate, seu metonymice est laudare, extollere, præferre: quod sane faciunt, qui magni æstimant, *magnificare, esaltare*, μεγαλύνω. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 45. (155). et 36. *ibid.* 5. 4. (11). Arcesilaum quoque magnificat Varro, cujus se marmoream habuisse lænam tradit. *et* 36. *ibid.* 12. 18. (83). Magnificatur et alia turris, a rege facta in insula Pharo. *Id.* 17. *ibid.* 9. 6. (50). Varro principatum dat turdorum fimo ex aviariis: quod etiam pabulo boum suumque magnificat.

MAGNĪFĪCUS, a, um, adject. (magnus *et* facio). Comp. *Magnificior* et Sup. *Magnificissimus* olim dicta sunt antiquis, ut est apud *Festum p.* 154.

20. *Müll.* et *Paul. Diac. p.* 151. 7. *Müll.* Sed hæc obsoleta: in usu autem sunt *Magnificentior* et *Magnificentissimus* II. 1. a *magnificens* orta, itidem obsoleto. — Magnificus proprie de homine dicitur, qui magna et sentit et facit, item qui in magnis cum dignitate sumptum facit, qui circa publicam administrationem impensas facit honorificas, veluti in ludis, in templis, in ædificiis, in epulo publico et hujusmodi, μεγαλοπρεπής (It. *magnifico, che altamente sente ed opera, splendido;* Fr. *qui fait de grandes choses, ou qui se montre sous l'aspect de la grandeur, grand, grandiose;* Hisp. *magnifico, grande;* Germ. *gross in That und Gesinnung, hochherzig, grossherzig, in Pracht sich zeigend;* Angl. *magnificent, splendid, noble*).

I.) Proprie. ¶ 1. In bonam partem. *Liv.* 1. 10. Vir factis magnificus. *Cic.* 1. *Off.* 23. 79. Animus excelsus magnificusque. — *Sall. Cat.* 9. Cives in supplicils deorum magnifici, domi parci. Cf. *Plin. Paneg.* 51. At quam magnificus in publicum! Rursus *Sall. Cat.* 50. Rhodiorum civitas magna atque magnifica. *Nepos Att.* 13. Elegans, non magnificus, splendidus, non sumptuosus; omni diligentia munditiam non affluentem affectabat. *Sueton. Ner.* 30. Sordidos ac deparcos esse (*putabat*), quibus ratio impensarum constaret; prælautos vereque magnificos, qui abuterentur ac perderent. *Vellej.* 2. 130. Quam magnifico animi temperamento Cn. quoque Pompeji munera absumpta igne restituit! ¶ 2. In malam partem est qui verbis se jactat et ostentat, gloriosus, *millantatore. Plaut. Bacch.* 4. 9. 42. Cum magnifico milite, urbes verbis qui inermus capit. *Id. Asin.* 2. 2. 84. Extemplo facio facetum me atque magnificum virum: dico, me atriensem esse. Cf. *Liv.* 7. 32. *de imperatore.* Utrum qui audiendus dumtaxat magnificus adhortator sit, verbis tantum ferox, operum militarium expers; an qui et ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnæ sciat.

II.) Translate. ¶ 1. In bonam partem. — a) De rebus et abstractis. *Res magnificæ* sunt lautæ, splendidæ, copiosæ, magno sumptu factæ et cum dignitate, *sontuose, magnifiche, ricche. Cic.* 2. *Legg.* 1. 2. Magnificæ villæ. *Ovid.* 6. *Fast.* 637. Te quoque magnifica, Concordia, dedicat æde. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 19. 22. (67). Magnificum oppidum. *Justin.* 12. 8. 16. Castra solito magnificentiora fieri jussit, quorum molitionibus et hostis terreretur, et posteris admiratio sui relinqueretur. *Cic.* 1. *Off.* 8. 25. Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia et copia. *Id.* 9. *Fam.* 16. *ad fin.* Nec tamen eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant: quod erit, magnificum sit et lautum. *Id.* 3. *Verr.* 22. 58. Forum adornatum magnifico ornatu. *Cæs.* 6. *B. G.* 18. Funera magnifica et sumptuosa. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 8. Magnifici ludi. *Sueton. Claud.* 21.; et *Vellej.* 2. 56. 1. Spectacula magnifica. *Cic.* 7. *Fam.* 1. Venationes binæ per dies quinque magnificæ. *Sall. Cat.* 21. Belli spolia magnifica. *Id. Jug.* 4. Clari et magnifici honores. *Ovid.* 1. *Amor.* 2. 28.; et *Vellej.* 2. 40. 3. Magnifici triumphi. *Cic.* 5. *Tusc.* 21. 61. Stragulum magnificis operibus pictum. *Justin.* 2. 1. 1. Res gestæ satis amplæ magnificæque. *Nepos Thrasyb.* 1. Magnificentissimum factum. *Cic.* 1. *Divinat.* 28. 59. Senatusconsultum magnificentissimum. *Id. Dom.* 56. 142. Italiæ magnificentissimus ille motus, *h. e.* perhonorificus. *Id.* 2. *Off.* 16. 57. Crassus magnificentissima ædilitate functus. — Et absolute. *Cic. Pis.* 2. 3. Magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum, quam quemadmodum ceperimus. *Id.* 2. *Fin.* 34. 113. Ad altiora quædam et magnificentiora, mihi crede, nati sumus. — b) Nonnumquam refertur ad sermonem splendidum, grandem, sublimem. *Cic.* 2. *Orat.* 21. 89. Genus dicendi magnificum atque præclarum. *Id. Brut.* 32. 123. Magnificentius dicendi genus et ornatius. *Id. opt. gen. Orat.* 4. 12. Neque eos quidquam excelsum magnificumque delectat. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 4. 9. (26).; et *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 34. Magnifica oratio. Adde *Quintil.* 8. 3. 18., 11. 3. 153, 10. 1. 63. et alibi. — c) Est etiam magni æstimabilis, dignus qui plurimi fiat, admirabilis, apud *Plin.* 19. *Hist. nat.* 3. 15. (38). Laser magnificum in usu medicamentisque. *et* 24. *ibid.* 16. 95. (152). Myriophyllon magnifici usus ad vulnera. ¶ 2. In malam partem est ostentatione et jactantia plenus. *Ter. Eun.* 4. 6. 3. Usque adeo ego illius ferre possum ineptias et magnifica verba, *millanterie.* Sic *Sueton. Cal.* 44. Nihil autem amplius quam Adminio — in deditionem recepto, quasi universa tradita insula, magnificas Romam litteras misit. *Tibull.* 1. 5. 5. libeat ne dicere quidquam Magnificum postbac, horrida verba doma.

MAGNĪLŌQUAX, ācis, adject. omn. gen. (magnus *et* loquor) idem ac magniloquus. *Gloss. Lat. Gr.* Magniloquax, μεγαλολάλος.

MAGNĪLŌQUENTĬA, æ, f. 1. (magniloquus). ¶ 1. In bonam partem est granditas verborum, stili sublimitas, *stile sollevato,* μεγαληγορία. *Cic. Orat.* 57. 191. Dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ est accommodatior. *Id.* 13. *Fam.* 15. Homeri magniloquentia. *Gell.* 3. 7. *init.* Pulcrum facinus Græcarumque facundiarum magniloquentia condignum M. Cato-scriptum reliquit. ¶ 2. Accipitur et in malam partem pro jactatione et ostentatione loquentiæ, *millanteria. Liv.* 44. 15. Qua audita re, principem legationis, cujus magniloquentiam vix curia paullo ante ceperat, corruisse. *Gell.* 1. 2. Quid de hujuscemodi magniloquentia vestra senserit dixeritque Epitectus. *Ammian.* 16. 12. *ad fin.* Magniloquentiâ elatus adulatorum.

MAGNĪLŌQUUS, a, um, adject. (magnus *et* loquor). ¶ 1. In bonam partem est qui grandibus verbis utitur, magnidicus, *chi parla sollevato,* μεγαλορρήμων. *Stat. Silv.* 3. 62. Fors et magniloquo non posthabuisset Homero. ¶ 2. In malam partem est qui se jactat, *millantatore. Tac. Agric.* 27. Atque illi modo cauti ac sapientes, prompti post eventum ac magniloqui erant. *Martial.* 2. 43. quæ tu magniloquus sonas. Similiter *Ovid.* 8. *Met.* 396. Talia magniloquo tumidus memoraverat ore. *Stat.* 3. *Theb.* 192. magniloquos luit impia flatus Tantalis. *h. e.* Niobe Tantali filia.

MAGNĪPENDO *et rectius divisim* magni pendo, is, ere, a. 3. magni facere, magnificare, magni æstimare, *stimare assai, fare gran conto,* περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι. *Plaut. Stich.* 1. 2. 78. Vosne mendicos homines magnipenditis? *Id. Pseud.* 1. 2. 85. Tu oleum haud magnipendis. *Id. Asin.* 2. 4. 54. Non magnipendo, ne duit. *non fo gran caso.* et *Ter. Adelph.* 5. 4. 25. Ego quoque a meis me amari et magnipendi postulo.

MAGNĪSŌNANS, antis, adject. magna sonans, ut Saxa magnisonantia, *Accius* apud *Non.* p. 463. 15. *Merc. V.* CACHINNO, as.

MAGNĪTAS, ātis, f. 3. (magnus) magnitudo, apud veteres. *Accius* apud *Non.* p. 136. 27. *Merc.* Namque sat fingi, neque dici potest pro magnitate.

MAGNĪTĬES, ēi, f. 5. (magnus) idem ac magnitudo, apud recentiores scriptores, ut etiam *pinguities* pro *pinguitudo* usurpatur ab *Apulejo* et *Arnobio. Auct. carm. de Phœnic.* 145. Magnitiem, terris Arabum quæ gignitur ales, Vix æquare potest, seu fera, seu sit avis. *h. e.* struthiocamelus, quæ avis in Arabia gignitur, vix phœnicis magnitudinem æquare potest. *Heinsius* pro *magnitiem* non male putat legend. *magna etiam terris* etc.

MAGNĪTŪDO, inis, f. 3. (magnus) amplitudo, moles rerum corporearum, μέγεθος (It. *grandezza, ampiezza;* Fr. *grandeur;* Hisp. *grandeza;* Germ. *d. Grösse;* Angl. *greatness, bulk, magnitude*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Varro* 3. *R. R.* 16. 20. Silvestres apes minores sunt magnitudine, *scil.* quam cicures. *Justin.* 15. 4. 19. Elephantus magnitudinis infinitæ. *Sueton. Cæs.* 32. Quidam eximia magnitudine et forma in proximo sedens repente apparuit, arundine canens. Sic *Cæs.* 1. *B. G.* 39. Ingenti magnitudine corporum Germanos esse prædicant. et *Justin.* 11. 13. 5. Macedones multitudinem hominum (*h. e.* Persarum), corporum magnitudinem armorumque pulcritudinem mirabantur. Ceterum *Cic.* 1. *Off.* 43. 154. Mundi magnitudinem metiri. *la vasta estensione. Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 10. (53). Insula magnitudinis vastæ. *Cæs.* 6. *B. G.* 9. Silva magnitudinis infinitæ. *Cic.* 3. *Fin.* 14. 45. Magnitudo maris Ægæi. *Cæs.* 3. *B. G.* 13. fluctuum et tempestatum. *et* 1. *B. C.* 49. fluminis. *Ammian.* 22. 8. undarum. *Id.* 24. 1. fluentorum. *Nepos præfat.* 8. voluminis. *Id. Lysand.* 4. Liber pari magnitudine. *Sueton. Cæs.* 44. Magnitudo theatri. *Id. Vitell.* 13. patinæ. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 60. (167). Lapillus in parva magnitudine multicolor. *Cels.* 5. 25. *n.* 4. Catapotia fiunt ad fabæ magnitudinem. *della grandezza.* Sic *Plin.* 22. *Hist. nat.* 23. 49. (101). Urinam ciet laser, ciceris magnitudine dilutum. et *Scribon. Compos.* 135. Nitri pondus — avellanæ nucis magnitudine devoratur. — In plurali num. *Cic.* 13. *Phil.* 3. 5. Magnitudines regionum. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate ut aliis placet, refertur ad copiam et numerum. *Nepos Datam.* 1. Magnitudo copiarum. Cf. *Ammian.* 21. 3. Urgente magnitudinis mole dijecti sunt nostri. *h. e.* hostium. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 35. 95. Bonitas agrorum et fructuum magnitudo. *Id. Rosc. Am.* 7. 39. pecuniæ. *Id.* 7. *Verr.* 9. 22. quæstus. *Id.* 2. *Invent.* 56. 168.; et *Sueton. Cæs.* 33. et *Oth.* 5. æris alieni.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim de incorporeis et abstractis dicitur, et refertur ad qualitatem et intensionem. *Cic.* 7. *Verr.* 10. 26. Magnitudo frigoris. Sic *Ammian.* 20. 11. hiemis. *et* 17. 7. procellarum. Rursus *Cic.* 3. *Herenn.* 11. 20. Magnitudinem vocis maxime comparat natura, nonnihil adauget, sed maxime conservat cura. *la estensione della voce.* — Ceterum *Cic.* 2. *Fam.* 7. Magnitudo et vis amoris. *Id. Dejot.* 11. 30. acerbitatis et odii. *Id.* 1. *Orat.* 4. 15. et varietas multitudoque causarum. *gravità, importanza. Nepos Iphicr.* 1. rerum gestarum. *Cic.* t *Fam.* 7. beneficii. *Id. Quinct.* 2. 6. periculi. *Nepos Epam.* 2. virium. *robustezza. Plin.* 25. *Hist. nat.* 3. 7. (74). doloris. *et ibid.* 2. 3. (7). ingenii. ¶ 2. Speciatim *magnitudo animi* est magnanimitas, excelsus animus magna spectans, vilia despiciens, et qui nullo periculo aut difficultate deterretur. De ea *Cic. Partit. orat.* 22. 77. Cujus est liberalitas in usu pecuniæ, simulque altitudo animi in capiendis incommodis et maxime injuriis. *Id. ibid.* 23. 81. Magnitudinem animi superbia in animis extollendis et despicientia in contemnendis honoribus imitatur. *Id.* 1. *Fam.* 7. *a med.* Magnitudinem animi tui ne unquam inflectas cujuquam injuria. *Cæs.* 2. *B. G.* 27. *extr.* Quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. *Auct. B. Alex.* 32. Dignum fructum virtutis et animi magnitudinis tulit. *Nepos Eumen.* 5. Sed exiles res animi magnitudinem, etsi non frangebant, tamen imminuebant. Adde *eund. Themist.* 10. et *Thrasyb.* 1.; et *Justin.* 11. 12. 12. — Absolute. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 7. (35). Non fraudando magnitudine hac quoque sua Cn. Pompejo, qui numquam agrum mercatus est conterminum. ¶ 3. Item speciatim ad tempus refertur. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 10. 15. (72). Ad deprehendendas solis umbras, dierumque ac noctium magnitudines. *la lunghezza.* ¶ 4. Apud argenteæ ætatis scriptores ponitur pro dignitate, excellentia. *Tac.* 16. *Ann.* 23. Imperatoria magnitudo. *Id.* 14. *ibid.* 54. Invidia infra tuam magnitudinem jacet. *Justin.* 14. 5. 10. Seu memoria mariti, seu magnitudine filii (*h. e.* Alexandri M.) et indignitate rei moti Macedones, ad Olympiadem transiere. *Id.* 37. 2. 1. Hujus (*Mithridatis*) futuram magnitudinem etiam cælestia ostenta prædixerant. Sic *Sueton. Aug.* 94. Non ab re fuerit subtexere, quæ ei prius quam nasceretur et ipso natali die ac deinceps evenerint, quibus futura magnitudo ejus et perpetua felicitas sperari animadvertique posset. *Justin.* 37. 4. 5. Mithridates quum se jam parem magnitudini Romanorum crederet, superbo responso etc. *alla potenza Romana.* ¶ 5. Hinc sequioris Latinitatis temporibus fuit etiam titulus honoris, quo decorabatur magister militum per Orientem. *Imp. Justinian. Cod.* 1. 27. 2. § 3. In Sardinia autem jubemus ducem ordinari habentem milites pro custodia locorum, quantos et ibi tua magnitudo providerit. *Cassiod.* 9. *Variar.* 13. *ad Comitem patrimonii.* Magnitudini tuæ præsenti auctoritate præcipimus, ut etc.

MAGNŌPĔRĔ, adverb. ex *magno opere* conflatum, quod et divisim usurpatur. — Secundam licenter producit *Paulin. Nolan. carm.* 27. 73. *V.* tamen locum in GENS. — Comp. *Majore opere* sub 2.°; Sup. *Maximopere* vel divisim *Maximo opere* sub 3.° — Magnopere fere cum verbis jungitur, et est valde, vehementer, λίαν, πάνυ (It. *sommamente, molto, assai;* Fr. *excessivement, beaucoup, grandemente;* Hisp. *mucho, grandemente, excesivamente;* Germ. *mit grösser Mühe, sehr, überaus, besonders;* Angl. *very much, much,*

greatly, exceedingly). 1.°) Positiv. *magnopere.* — *a*) Junctim legitur apud *Plaut. Pers.* 2. 2. 59. Edictum est magnopere mihi, ne cuiquam crederem. *mi è stato strettamente comandato. Lucret.* 1. 638. et 2. 176. Magnopere a vera lapsi ratione videntur. *Cic.* 15. *Fam.* 14. *circa med.* Ego tibi Romam properandum, magnopere censeo. *et* 2. *ibid.* 6. Magnopere volo. *Id. Senect.* 13. 44. desidero. *Id.* 1. *Legg.* 20. 53. L. Gellius philosophis magnopere auctor fuit, ut etc. *Id.* 7. *Verr.* 41. 107. Quid, inquam, magnopere Cleomenes facere potuit? *che grande cosa potè egli mai fare? Id.* 2. *Orat.* 86. 353. Juvenes stare ad januam duos, qui eum magnopere evocarent. *con grande istanza e premura. Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 1. Ut nunc est, nulla magnopere exspectatio est, *h. e.* nulla magna exspectatio. Sic *Liv.* 3. 26. Nulla magnopere clade accepta. *h. e.* nulla magna clade. *Cic. Rosc. Com.* 15. 43. Quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. *non ci penso troppo, poco mi curo. Plin.* 10. *Hist. nat.* 2. 2. (3). Phœnix non visus magnopere. *poco, di rado.* et 35. *ibid.* 10. 37. (120). Ideo non exstant exempla alia magnopere, *h. e.* multa exempla. — *b*) Divisim (quod a recentioribus etiam in locis huc usque allatis præfertur) legitur apud *Cic.* 13. *Fam.* 34. Magnoque opere abs te peto, cures, ut etc. *Id.* 2. *Invent.* 1. 2. Quum puerorum formas magno hic opere miraretur etc. *Id.* 13. *Att.* 28. *extr.* Dolabella magno opere arcessitus. — *c*) Et inverso ordine. *Accius* apud *Non.* p. 357. 13. *Merc.* Ite actutum, atque opere magno edicite, ut etc. Cf. *Plaut. Cas.* 2. 7. 6. Atque id non tam ægre 'st jam vicisse villicum, quam id expetivisse opere tam magno senem. — 2.°) Comp. *Cato* apud *Gell.* 7. 3. Quo majore opere dico suadeoque, uti etc. — 3.°) Sup. *Maximopere* — *a*) Junctim legitur apud *Ter. Heaut.* 4. 1. 13. Meministin' mihi te maximopere dicere etc.? *Cic.* 3. *Fam.* 2. A te maximopere, etiam atque etiam quæso et peto, ut etc. *Liv.* 42. 57. Maximopere indigne ferens. — *b*) Divisim. *Cato* apud *Festum p.* 242. 20. *Müll.* Villæ atque ædes ædificatæ atque expolitæ maximo opere citro atque ebore. *Ter. Eun.* 3. 2. 26. Thais maximo te orabat opere, ut etc. — *c*) Et inverso ordine. *Plaut. Stich.* 1. 3. 94. Rogare jussit te opere maximo, ut etc. *Ter. Phorm.* 5. 1. 33. Nos ambo opere maximo dabamus operam, ut etc.

MAGNUM, adverbii more. *V.* voc. seq. in fin.

MAGNUS, a, um, adject. *Magnai reipublicai gratia* pro *magnæ reipublicæ* est apud *Plaut. Mil. glor.* 2. 1. 25. — Ratione habita etymi, videtur esse a voce Græca μέγας, *n* inserto: certe est ab etymo *mag*, unde *mactus* et *macto*. Hinc etiam — Comp. *Major, jus* (pro *magior*) et Sup. *Maximus* vel antiquo more *Maxumus* (h. e. *magsimus* per syncopen pro *magissimus*) in omnibus fere paragr. — Sup. *Magnussimus* occurrit tantum in *Inscript.* apud *Guarini Fast. duumv. p.* 179. COSMVS NEQVITIAE 'ST MAGNISSVMAE. Similiter in *alia* apud *eund. Cipp. Osco-Abellan. p.* 51. — Magnus est grandis, amplus; cui *parvus* opponitur, μέγας (It. *grande*; Fr. *grand, vaste, spacieux, étendu, gros, élevé*; Hisp. *grand, vasto, espacioso, dilatado, grueso, alto*; Germ. *gross, hoch, weit*; Angl. *great, large, long*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de iis, quæ corpoream magnitudinem habent, et ad mensuram referuntur, h. e. ad longitudinem, altitudinem et latitudinem, *grande, lungo, elevato, vasto, spazioso, esteso. Lucilius* apud *Varron. 7. L. L.* 32. *Müll.* Nequam et magnus homo, laniorum immani' canes ut. *h. e.* longus, atque adeo stolidus, *stolido, sciocco, zoticone.* Sic *Martial.* in ambigno ludit 9. 51. tu, bis denis grandia libris Qui scribis Priami prælia, magnus homo es. *V.* LONGUS. *Lucilius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. Magna ossa lacertique Apparent homini. Sic *Virg.* 5. *Æn.* 422. Et magnos membrorum artus, magna ossa lacertosque Exuit, atque ingens media consistit arena. *Nepos Datam.* 3. Posteroque die Thyum, hominem maximi corporis terribilique facie — optima veste texit. *Spartian. Æl. Ver.* 2. Cum magnis crinibus est utero parentis effusus. *h. e.* longis. *Ennius* apud *Apul. de Mag.* Nestoris ad patriam hic (*scarus*) capitur magnusque bonusque. *Catull.* 64. 280. Magni montes. *h. e.* excelsi. Sic *Ennius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 20. *Müll.* Magnus Olympus. *Id.* apud *eumd. ibid.* 6. *Müll.* magna templa cælitum. *Id.* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 2. Percellunt magnas quercus, exciditur ilex. *Id.* apud *eumd. ibid.* 2. Indu mari magno fluctus extollere certant. Sic *Lucret.* 2. 554. Disjectare solet magnum mare transtra, cavernas. *Ovid.* 4. *Pont.* 10. 57. quos inter maximus omnes Cedere Danubius se tibi, Nile, neget. *Liv.* 24. 9. Aquæ magnæ bis eo anno fuerunt. Cf. *Cæs.* 4. *B. G.* 29. Maximi æstus maritimi. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 16. 37. Per speluncas satis structas asperis pendentibus Maximis. *Cic.* 2. *Nat. D.* 6. 17. Magna et pulcra domus. *Cæs.* 1. *B. G.* 23. Oppidum Æduorum longe maximum. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 43. calceus pede major. *Cæs.* 2. *B. G.* 4. Magnæ partis harum regionum imperium obtinent. — *Quantus maximus. V.* QUANTUS. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate ut aliis placet, ad quantitatem refertur, et dicitur de iis, quæ pondere et numero constant, pro *multus. Cic.* 4. *Verr.* 72. 176. Maximum pondus auri, magnum numerum frumenti, vim mellis maximam exportasse. *Id.* 11. *Att.* 3. *ad fin.* Cui magnam dedimus pecuniam mutuam. *Cæs.* 1. *B. G.* 16. Pabuli magna copia. *Justin.* 22. 7. 6. Magno utriusque exercitus sanguine, Carthaginienses gravi prælio superat. *Cæs.* 4. *B. G.* 34. Magna multitudo peditatus. *Nepos Dion.* 1. Magnæ divitiæ. *Plaut. Truc.* 1. 1. 55.; et *Virg.* 1. *Æn.* 152. Magnus populus. *Nepos Datam.* 3. concursus.

II.) Translate fere de incorporeis dicitur; et ¶ 1. Refertur ad vim et intensionem, h. e. de iis dicitur, quæ virtute, non mole, ampla sunt. *Cic. Cæcin.* 32. 92. Magna voce confiteri. *ad alta voce.* Sic *Sueton. Cal.* 49. Quum maxima voce, Veniam, inquit, veniam. *Nepos Timoth.* 3. Magna spes. *Cic.* 1. *Fam.* 1. infamia. *et ibid.* eloquentia, gravitas, studium, contentio. *Cæs.* 1. *B. G.* 46. Multo major alacritas, studiumque pugnandi majus. *et* 2. *ibid.* 15. Homines feri et magnæ virtutis. *Nepos Iphicr.* 3. Magno animo esse. — Hinc *magnum* etiam dicitur id, quod vim habet magnam ad aliquid faciendum. *Cic.* 4. *Fam.* 3. Hæc tibi ad levandas molestias magna esse debent. *Id.* 2. *leg. Agr.* 2. 5. Hoc ego tam insigne, tam singulare vestrum beneficium, Quirites, quum ad animi mei fructum atque lætitiam duco esse permagnum, tum ad curam sollicitudinemque multo majus. ¶ 2. Refertur ad pretium; et *magni* (*majoris* vel *maximi*) et *magno*, subaudi *pretii* et *pretio*, ellipsis est usitata cum verbis æstimandi. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 13. 34. Emere agros poterunt, quam volent magno. *Id.* 5. *Verr.* 30. 71. Magno vendere. *Id.* 1. *Att.* 17. *a med.* Conducere aliquid nimium magno. *Phædr.* 2. 5. Multo majoris alapæ mecum veneunt. *Virg.* 2. *Æn.* 104. Hoc Ithacus velit, et magno mercentur Atridæ. *Liv.* 2. 36. Magno illi ea cunctatio stetit. *gli costò cara.* — Sic morali ratione *Cic.* 1. *Nat. D.* 4. 7. Magni existimans interesse ad decus etc. Adde *eumd.* 13. *Fam.* 72. et 7. *Att.* 15.; et *Sueton. Aug.* 40. Similiter *Cic.* 15. *Fam.* 15. Magni erunt mihi litteræ tuæ. et *Antonius* ad *Cic.* post *ep.* 8. *l.* 10. *ad Att.* Mihi famam quoque, quamvis sit falsa, magni esse. et *Nepos Con.* 1. Magni fuit ejus opera. *Ter. Andr.* 1. 5. 58. Te hæc solum semper fecit maxumi. Adde *Plaut. Cas. prol.* 2. ¶ 3. Hinc ad rerum dignitatem atque existimationem refertur, et *magna* dicuntur quæ quacumque de causa et præcipue præsentia sua aliquo in numero habentur, magni ab hominibus fiunt, magni momenti sunt ac ponderis, *grande, importante, ragguardevole.* Quo sensu occurrit — *a*) De diis, et ad venerationem, auctoritatem, potentiam refertur. *Virg.* 3. *Æn.* 697. Numina magna loci. Sic *Ennius* apud *Cic.* 1. *Off.* 12. 38. volentibu' cum magnis dis. *Id.* apud *Priscian.* 17. p. 1103. *Putsch.* Optima cælicolum Saturnia magna dearum. *Cic. Dom.* 57. 144. et 6. *Verr.* 28. 64.; et *Liv.* 7. 3. Juppiter optimus maximus. — *b*) De hominibus; et *magnus vir* dicitur præcipue, qui magno animo est et magna facit, præstans ingenio, virtute, doctrina, artibus. *Cic.* 1. *Nat. D.* 43. 120. Democritus vir magnus in primis. *Virg.* 1. *Æn.* 549. quo justior alter Nec pietate fuit, nec bello major et armis. *Nepos Themist.* 6. Magnus hoc bello Themistocles fuit, nec minor in pace. *Id. Cat.* 3. Cato et agricola solers et reipublicæ peritus et jurisconsultus et magnus imperator et probabilis orator et cupidissimus litterarum fuit. *Id. Eumen.* 1. Magnos homines virtute metimur, non fortuna. *Tac. Agric.* 44. Bonum virum facile crederes (*Agricolam*), magnum libenter. *Sil. It.* 9. 430. nec Pœnum, quamquam est ereptus opimæ Cædis honor, mutasse piget majore sub hoste Prælia, *più valoroso. Ovid.* 3. *Trist.* 5. 31. Quo quisque est major, magis est placabilis iræ. Sic *Virg.* 6. *Æn.* 544. magna sacerdos. *Liv.* 3. 54., 25. 5. *et alibi.* Pontifex maximus. *Nepos Lysand.* 4. Postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum, quæ voluerat, dixerat etc. — *Major* videtur etiam esse, qui in aliquo collegio apud nos *anziano* dicitur. *Inscript.* apud *Fea, Framm. de' Fasti p.* 13. n. 46. QVOD COEPTVM STVDI (*h. e.* studium) IVVENVM CVLTORVM DEI HERCVLIS MAIORES RETVLERVNT PATRONVM COOPTANDVM etc. Hinc *magnus* non raro refertur ad ordinem et dignitatem. Nam *major herus* apud *Plaut. Truc.* 2. 2. 53. est ipse paterfamilias: ut *minor*, heritis filius. *Majores flamines* apud *Paul. Diac. p.* 151. 3. *Müll.* sunt patricii generis: *minores* plebeji. *Major consul*, qui fasces habet, vel qui prior fuit renunciatus: sic *major prætor* urbanus: *minores* ceteri. *Festus p.* 161. 30. *Müll.* Sic *majores magistratus* consul, censor, prætor; *minores*, reliqui: et *majora auspicia* priorum sunt, posteriorum *minora. Paul. Diac. p.* 136. 3. *Müll.* et *Messala* apud *Gell.* 13. 15. — Itaque refertur etiam ad divitias, potentiam, nobilitatem. *Juvenal.* 6. 312. magnos visurus amicos. — *c*) De rebus; et quidem — De iis, quæ solemnia sunt, et multo apparatu fiunt. Hinc *magni ludi*, de quibus *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 2. *Verr.* 10. 31. Romani ludi, inquit, sub regibus instituti sunt, magnique appellati, quod magnis impensis dati: tunc enim primum ludis impensa sunt ducenta millia nummum. Alii ideo magnos dictos putant, quod Conso, consiliorum secretorum deo, id est Neptuno, laticum regi et rerum conditarum, et diis magnis, id est Laribus urbis Romæ dati sunt: quibus ajunt raptas Sabinas esse: ut videatur propter hoc dicere Virgilius (8. *Æn.* 636.): magnis circensibus actis. Nam magni et circenses iidem sunt. Hactenus *Ascon.* Horum mentio fit apud *Cic. loc. cit.* (item 7. *Verr.* 14. 36., ubi Jovi, Junoni Minervæque dicatos dicit); *Liv.* 2. 36. etc. Iidem dicti sunt etiam *maximi*, ut est apud *Cic. Harusp. resp.* 6. 12. Horum alii erant stati, alii votivi, ut colligitur ex *Liv. ibid.* et 7. 22. et alibi. *Maximos* etiam esse voluit Nero ludos, quos pro æternitate imperii susceperat, ut narrat *Sueton. Ner.* 11. — *Magna vina*, optima. *Pallad.* 11. *R. R.* 14. *ante med.* — *Magnus annus* quis sit, *V.* ANNUS I. — *Magna res* est gravis et magni momenti. *Nepos Pelop.* 2. Magnæ sæpe res non ita magnis copiis sunt gestæ. Sic *Cic. Dom.* 1. 1. Magna causa. *rilevante, importante.* et *Orat.* 10. 33. Magnum opus et arduum. Et absolute *Cæcina* apud *Cic.* 6. *Fam.* 7. Quamquam id magnum et arduum est. *Cic.* 2. *Nat. D.* 66. 167. Magna dii curant, parva negligunt. *Nepos Pausan.* 1. Qua victoria elatus, plurima miscere cœpit, et majora concupiscere. *Quintil.* 2. 4. 20. Ad majora tendere. *Id.* 1. 1. 18. Majora aliqua discet puer eo ipso anno, quo minora didicisset. *Ammian.* 21. 14. Majora docere. — Hinc etiam *in majus* apud *Horat.* 3. *Od.* 4. 66. Vim temperatam di quoque provehunt In majus. *V.* paragr. seq. ad fin. — *Magnum est*, magna res est et difficilis. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 2. 7. Magnum est efficere, ut quis intelligat, quid sit illud etc. Sic *Horat.* 1. *Sat.* 10. 20. magnum fecit, quod verbis Græca Latinis Miscuit. *fece una gran cosa.* et *Cic. Amic.* 9. 29. Probitatem vel in eis, quos numquam vidimus, vel quod majus est, in hoste etiam diligimus. *quel ch'è più.* et *Quintil.* 12. 11. 11. Id quod prius, quodque majus est, ut boni viri simus. ¶ 4. In malam partem, sed eodem sensu de quo diximus in paragr. proxime superiori. *Ter. Eun.* 4. 7. 15. Sane, quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est. *Cic.* 9. *Fam.* 21. Marcus Carbo, P. Flacco accusante, condemnatus, fur magnus, ex Sicilia. — *Major morbus. V.* MORBUS I. — *Tibull.* 2. 6. 11. Magna loqui. *h. e* magnifice; *dire delle Rodomontate.* Hinc *magna lingua* apud *Horat.* 4. *Od.* 6. 1. est superba et elatius impieque locuta. Sic *Virg.* 10. *Æn.* 547. Dixerat ille aliquid magnum. — Pertinet enim aliquando *magnus* ad superbiam et jactantiam, ac propterea ad invidiam

comparatur. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 73. pueri magnis e centurionibus orti. *Sall. in orat. M. Licini* § 16. Magna illa consulum imperia et patrum decreta vos exsequendo rata efficitis, Quirites, ultroque licentiam in vos auctum atque adjutum properatis. *h. e.* magnifica, alta, superba. *Virg.* 11. *Æn.* 381. non replenda est curia verbis, Quæ frustra tibi magna volant. *Val. Flacc.* 5. 600. magna superbo Dicta volant. — *Liv.* 34. 5. Verba magna, quæ rei augendæ causa conquirantur, et hæc et alia esse scio. *parole esagerate.* Sic *Id.* 35. 2. Itaque tam adversæ, quam secundæ res per ipsum amicosque ejus magnis sermonibus celebrabantur. *h. e.* sermonibus rei augendæ comparatis. — Hinc *in majus,* h. e. augendo, amplificando. *Tac.* 15. *Ann.* 30.; et *Justin.* 2. 13. 2. et 14. 1. 2. Extollere aliquid in majus. *Liv.* 4. 34.; et *Tac.* 13. *Ann.* 8. celebrare. Sic *Claudian. B. Get.* 14. licet omnia vates In majus celebrata ferant. Rursus *Tac.* 3. *Hist.* 38. nunciare. *et* 1. *ibid.* 18. credere. *h. e.* plus quam res est. Sic *Id.* 2. *ibid.* 7.; et *Liv.* 4. 34. accipere. *Tac.* 4. *Hist.* 50. innotescere. *Seneca* 3. *Benef.* 35. *a med.* Nec medico in majus gratia referri potest. ¶ 5. Universim de omnibus, quæ præstant. *Ter. Hecyr.* 3. 3. 20. Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus. *Id. Andr.* 1. 1. 65. Magnum exemplum continentiæ. *et ibid.* 1. 2. 8. Nequeo sine tuo magno malo. *Id. Heaut.* 2. 3. 73. Non fit sine periculo facinus magnum et commemorabile. *Id. Eun.* 5. 2. 35. Magna familiaritas. *Id. Heaut.* 1. 2. 10. voluptas. *et ibid.* 4. 1. 8. conatus. *Cæs.* 2. *B. G.* 15. virtus. *grande coraggio. Cic.* 3. *Fin.* 8. 29. animus. *Id. Arch.* 10. 24.; et *Virg.* 3. *G.* 375. clamor. *Nepos Attic.* 6. exspectatio. *Id. Epam.* 2. laus. *Id. Con.* 5. festinatio. *Id. Datam.* 5. benevolentia. *Id. Dion.* 5. fides. *Virg.* 4. *G.* 354. cura. *Catull.* 82. 1. lætitia. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 110. documentum. *et ibid.* 4. 51. dedecus. *et* 3. *Od.* 24. 42. opprobrium. *Ovid.* 13. *Met.* 95. honor. *Flor.* 4. 11. 11. cultus. *Sueton. Aug.* 3. existimatio. *Tac.* 15. *Ann.* 54. cogitatio. *Id. Agric.* 34. Imponite quinquaginta annis magnum diem. ¶ 6. Refertur etiam ad tempus. — *a*) Generatim. *Petron. Satyr.* 125. Dum hæc magno tempore Crotone aguntur. *Justin.* 42. 5. 5. Itaque quum magno tempore finitimas civitates, ad postremum Scythas precibus fatigasset etc. — *b*) Hinc *magnus natu,* aut *annis,* aut *ætate,* qui diu vixit, *avanzato in età, vecchio. Cic.* 1. *Tusc.* 1. 3. Qui fuit major natu, quam Plautus. *Id.* 1. *Off.* 30. 109. Audivi ex majoribus natu, hoc idem fuisse in P. Scipione. *Virg.* 5. *Æn.* 644. Hic una e multis, quæ maxima natu, Pyrgo. — *Cic. Rosc. Am.* 14. 42. Annos natus major quadraginta. *Liv.* 44. 4. Quum imperator major sexaginta annis omnia militaria munera impigre ipse obiret. *Nepos Reg.* 2. Majorque annis sexaginta natus decessit. *Sueton. Cæs.* 42. Civis major annis viginti. *che ha più di vent'anni. et Aug.* 38. Majores annorum quinque et triginta. *Liv.* 45. 32. Quos cum liberis, majoribus quam quinderim annos natis, præcedere in Italiam placeret. *Id.* 45. 15. Filius quinquenni major. *Capitolin. Pertin.* 4. Sexagenario major imperator factus est Pertinax. — *Quintil.* 10. 1. 78. His ætate major. *et* 11. 2. 15. Qui major (*al.* majore) ætate fuerit. — *c*) *Magno natu* usi sunt *Livius* et *Nepos.* Sic *Liv* 3. 58. Magno natu quidam cum omnium majorum suorum insignibus se in forum projecit. Adde *eumd.* 2. 23., 3. 71., 10. 38. et alibi. *Nepos Pausan.* 5. Mater Pausaniæ jam magno natu. *Id. Datam.* 7. Ab hoc Scismas maximo natu filius desciit. — *d*) *Major* et *maximus* absolute, *natu* enim subintelligitur. *Ter. Phorm.* 1. 2. 13. Senis nostri frater major. *più vecchio. Cæs.* 3. *B. C.* 108. In testamento Ptolemæi patris heredes erant scripti ex duobus filiis major, et ex duabus ea, quæ ætate antecedebat. *Liv.* 6. 34. Fabii Ambusti filiæ duæ nuptæ, Ser. Sulpicio major, minor Licinio Stoloni erat. *Id.* 23. 30. Gelo maximus stirpis. — Hinc *maxima virgo* inter Vestales est quæ natu maxima. *Ovid.* 4. *Fast.* 639. Igne crematvitulos, quæ natu maxima, virgo. *Plin.* 4. *Ep.* 11. Quum Corneliam, maximam Vestalem, defodere vivam concupisset etc. *Sueton. Cæs.* 83. Testamentum demandaverat virgini Vestali maximæ. Eadem a *Tac.* 11. *Ann.* 32. Vestalium vetustissima dicitur. — *e*) Quoties *major* minori opponitur, et de pupillis sermo est, *major* eum significat, qui viginti quinque annos implevit. *Paul. Dig.* 4. 4. 24. Si minor negotiis majoris intervenerit. — *f*) Præterea, absolute, sunt *majores,* qui ætate superiore et ante nos fuerunt, *maggiori:* sive nostri generis fuerint, ut avus, abavus, tritavus etc., sive alieni. Docet quidem *Paul. Dig.* 38. 10. 10. parentes usque ad tritavum proprio vocabulo nominari: ulteriores, quia non habent speciale nomen, *majores* appellari. Nihilominus etiam qui supra patrem, aut avum sunt, quum de iis universim sermo est, *majores* dicuntur. *Cic.* 3. *Phil.* 10. 25. L. Philippus, vir patre, avo, majoribus suis dignissimus. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 21. 69. Cujus instituti patres majoresque nostros non pœnitebat. *Id.* 1. *Att.* 1. Prensat Galba sine fuco ac fallaciis, more majorum. *et* 12. *Fam.* 22. Spes est, populum Romanum majorum similem fore. — Hoc sensu additur raro τὸ *natu. Nepos Iphicr.* 1. Fuit enim talis dux, ut non solum ætatis suæ cum primis compararetur, sed ne majoribus quidem natu quisquam anteponeretur. — *g*) Huc pertinent appellationes illæ cognationum et affinitatum, in quarto gradu *patruus, avunculus magnus, amita, matertera magna* etc., in quinto *patruus, avunculus major* etc., in sexto *patruus, avunculus maximus* etc. (de quibus *V.* suis locis), ut est apud *Paul. Dig.* 38. 10. 10. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM. — Hinc

Magnum, et *maximum,* adverbii more pro valde et maxime. *Plaut. Mil. glor.* 3. 2. 10. Magnum clamat. *h. e.* magna voce. Adde *Gell.* 5. 9. *extr.*; et *Val. Flacc.* 1. 262. Sic *Virg.* 3. *G.* 28. Atque hic (*sculpam*) undantem bello magnumque fluentem Nilum. Rursus *Plaut. Most.* 2. 2. 57. Exclamat derepente maximum.

MĂGŪDĂRIS *vel* magydaris, is, f. 3. μαγύδαρις, aliis est laserpitii radix, aliis caules, aliis succus. *Plaut. Rud.* 3. 2. 16. Si speras, tibi hoc anno multum futurum sirpe et laserpitium, etc. seu tibi confidis fore multam magudarim. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 3. 15. (45). et 16. (46). Inciso tubere, profluere solitum succum, ceu lactis, superenato caule, quem magydarim vocarunt. Adde *Priscian.* 7. p. 757. *Putsch.*, ubi cum *Plinio* facit, et caulem interpretatur. Confer et adnotata a *Schneid.* ad *Colum.* 6. *R. R.* 17. 7.

MĂGŪLUS, i, m. 2. *deminut. a* magus, parvus magus. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 2. 16.

MĂGUS, a, um, adject. (magus, i) magicus. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 5. Illa magas artes, Ææaque carmina novit. *Id. Medic. fac.* 36. Quas maga terribili subsecat arte manus. *Seneca Herc. Œt.* 467. carmine in terras mago Descendat astris Luna desertis, licet.

MĂGUS, i, m. 2. *et* Maga, æ, f. 1. μάγος, dictio Persica, quæ apud eos significat sapientem. Sapientes enim Persæ magos vocant, ut Græci philosophos (It. *mago, stregone, maga, strega;* Fr. *mage, magicienne;* Hisp. *mago, mágica;* Germ. *d. Magier, Zauberer, d. Magierin, Zaubererin;* Angl. *a magician, mage, an enchantress, sorceress*). — *a*) Masc. genere. *Cic.* 1. *Divin.* 23. 46. Ei magos dixisse, quod genus sapientum et doctorum habebatur in Persis. *et infra ibid.* 41. 90. Et in Persis augurantur et divinant magi, qui congregantur in fano commentandi causa atque inter se colloquendi. - Nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non ante magorum disciplinam scientiamque perceperit. Adde *eumd.* 2. *Legg.* 10. 26. et 1. *Nat. D.* 16. 43.; *Ammian.* 23. 6.; et *Aurel. Vict. Cæsar.* 14. — Consuetudine, et sermone communi pro malefico, seu incantatore accipitur. Nam quum magi apud Persas potissimum deorum cultui vacare solerent, in tantum postea aucta est eorum vanitas, ut non solum observatione siderum futura prædicere, sed artibus quibusdam et maleficiis et scire se omnia et facere posse profiterentur. *V. Apul. de Mag.* et *Quintil. declam.* 10. *sub fin.* — *b*) Fem. genere. *Ovid.* 7. *Met.* 195. cantusque artesque magarum. *Seneca Herc. Œt.* 523. Hoc magæ dixere amorem posse defigi malo. *Augustin.* 18. *Civ. D.* 17. Circe maga famosissima.

MĂGYDĂRIS. *V.* MAGUDARIS.

MAIA, æ, f. 1. μαῖα, appellatur cancrorum genus maximum, *grancevola. Plin.* 9. *Hist. nat.* 31. 51. (97). *Sillig.* vero legit *mæa.*

MAJA, medica, obstetrix. *Gloss Isid.* Est autem a μαῖα, quæ idem significat. — *NB.* De nom. proprio *V.* ONOM.

MAJĂLIS, is, m. 3. sus castratus, *porco castrato, majale,* ἰχοῖρος, τομίας. *Isid.* in *Gloss.* dictum censet, quia Majæ deæ sacrificabatur, matri Mercurii.

I.) Proprie. *Varro* 2. *R. R.* 4. 21. Castrantur verres commodissime anniculi, quo facto nomen mutant atque e verribus dicuntur majales. Adde *eumd. ibid.* 7. 15.

II.) Translate. *Titinius* apud *Non. p.* 111. 11. *Merc.* Nunc tecum obsecro, ut mihi subvenias, ego ne majalis fuam. *h. e.* ne castratus fiam. — Est etiam convicium apud *Cic. Pis.* 9. 19. Consulem ego tum requirebam, consulem inquam, non illum quidem, quem in hoc majali invenire non possem, sed etc. Ita quidem legit *Isid.* 2. *Orig.* 30.; nam alii pro *majali* legunt *animali.*

MAJESTAS, ātis, f. 3. (majus). Dicta est a *magnitudine,* inquit *Paul. Diac. p.* 136. 2. *Müll.,* h. e. ab antiquo *majus* pro *magnus.* Est autem majestas magnitudo, amplitudo, decus, dignitas deorum, populi dominatoris, vel senatus, vel principis imperatorisve, aut etiam privati magni viri: ob quam honos illi et reverentia debetur, σεμνότης (It. *maestà, decoro;* Fr. *majesté, dignité, puissance, autorité, grandeur;* Hisp. *majestad, dignidad, autoridad, grandeza, magnificencia;* Germ. *d. Grösse, Erhabenheit, Würde;* Angl. *greatness, majesty, grandeur, dignity*). Fingunt poetæ, deam esse, natam ex Honore et Reverentia, et quæ nullo unquam tempore parva fuerit, sed statim atque in lucem edita est, magna visa sit: quod scite *Ovid.* 5. *Fast.* 23. et *seqq.* persequitur.

I.) Proprie. — *a*) Aptissime dicitur de divina vi et præsentia numinum, qua se ostendunt, et declarant adesse rebus humanis. *Cic.* 1. *Divinat.* 38. 82. Dii non censent esse suæ majestatis, præsignificare hominibus, quæ sunt futura —, neque hoc alienum ducunt majestate sua etc. *Id. Mil.* 30. 83. Nec vero quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam majestatem esse ducit numenve divinum. *Al. aliter leg. Seneca Ep.* 95. *a med.* Primus est deorum cultus deos credere: deinde reddere illis majestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla majestas est. *h. e.* credere, esse præsentes. *Justin.* 24. 6. 6. *de templo Apollinis Delphici.* Incertum est, utrum munimentum loci, an majestas dei plus hic admirationis habeat. Sic *Sil. It.* 3. 30. *de templo Herculis Gaditani.* Sed nulla effigies simulacrave nota deorum Majestate locum et sacro implevere timore. *Sueton. Cal.* 22. Divinam ex eo majestatem asserere sibi cœpit. *Id. Tib.* 63. Vicina urbi oracula disjicere conatus est, sed majestate Prænestinarum sortium territus, *desti*tit. — *b*) De hominibus. *Cic. Pis.* 11. 24. Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna majestas consulis. *Liv.* 4. 14. Majestas dictatoris. *Id.* 8. 34. Stabat cum eo senatus majestas, favor populi etc. *Cic. Rosc. Am.* 19. 54. Majestas judicum. *Phædr.* 2. 5. Tum sic jocata est tanti majestas ducis. *Cæs.* 3. *B. C.* 106. In hoc omnis multitudo majestatem regiam minui prædicabat. *Nepos Pelop.* 2. Spartanorum imperiosa majestas, ab hoc initio perculsa cecidit. — *Majestas patria* est jus patriæ potestatis et paternæ dignitatis excellentia. *Liv.* 8. 7. Neque imperium consulare, neque majestatem patriam veritus. *Justin.* 10. 2. 5. Dum patri insidias parat, deprehensus cum sociis, pœnas parricidii diis paternæ majestatis ultoribus dedit. Adde *Val. Max.* 7. 7. 5. — Sic *majestas viri* est auctoritas mariti in uxorem. *Liv.* 34. 2. Si in sua quisque nostrum matre familiæ, Quirites, jus et majestatem viri retinere instituisset, minus cum universis feminis negotii haberemus. — De majestate privatorum V. *Val. Max.* 2. 10. — *c*) Apud Romanos erat proprie populi: senatus enim *auctoritas* dicebatur. Nam populus sciscere solebat et jubere: senatus censere et auctor esse. *Cic.* 3. *Phil.* 5. 13. Ut omnes ad auctoritatem hujus ordinis majestatemque populi Romani defendendam conspirasse videantur. *Id.* apud *Quintil.* 7. 3. 35. Majestas est in imperio atque in omni populi Romani dignitate. *Sall. Jug.* 35. Majores vestri parandi juris et majestatis constituendæ gratia, bis per secessionem armati Aventinum occupavere. *Id. ibid.* 17. *ad fin.* Patres conscripti, per vos, per liberos atque pa-

rentes vestros, per majestatem populi Romani subvenite misero mihi. *Cæs.* 7. *B. G.* 17. Nulla tamen vox est ab iis audita, populi Romani majestate indigna. — Formula fuit in fœderibus concipiendis, *imperium majestatemque populi Romani conservate sine dolo malo,* quæ habetur apud *Cic. Balb.* 16. 35. et *Liv.* 38. 11., quoties ille populus, qui fœdere Romanis jungebatur, esset inferior opibus et potentia. — *d*) Postquam omnis potestas ad unum collata fuit, *majestas* de Imperatoribus Romanis dici cœpta est. *Sueton. Aug.* 37. Exegit etiam, ut, quoties consulatus sibi daretur, pro singulis collegas haberet: nec obtinuit, reclamantibus cunctis, satis majestatem ejus imminui, quod honorem eum non solus, sed cum altero gereret. Adde *eumd. ibid.* 25., *Claud.* 17., *Tib.* 15. et *Tit.* 8. — *e*) *Crimen majestatis* est, quum ea violantur, in quibus vel regis, vel magistratus, vel populi amplitudo et summa potestas versatur: et *majestatem lædere,* vel *minuere* est aliquid committere contra eorum dignitatem et amplitudinem: et *majestatis rei* dicuntur, qui de majestate læsa, seu imminuta accusantur. V. *Sueton. Tib.* 2. *a med.*, ubi de hac re exemplum. V. etiam *tit.* 4. *l.* 48. *Dig. Cic. Partit. orat.* 30. 105. Majestas est magnitudo quædam populi R. in ejus potestate ac jure retinendo, *etc.* quam minuit is, qui per vim multitudinis rem ad seditionem vocavit. *Id.* 2. *Invent.* 18. 55. Majestatem minuere est aliquid de republ., quum potestatem non habeas, administrare. *et ibid.* 17. 53. Majestatem minuere est de dignitate, aut amplitudine, aut potestate populi, aut eorum, quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare. *Id.* 6. *Verr.* 41. 88. Est crimen majestatis, quod imperii nostri gloriæ rerumque gestarum monumenta evertere atque asportare ausus est. *Id. Cluent.* 35. 97. Legionem sollicitare, res est, quæ lege majestatis tenetur. *et ibid.* Condemnatus majestatis. *Seneca* 4. *Controv.* 25. Populi R. majestatem lædere. *et ibid.* Læsæ majestatis accusari. *Quintil.* 5. 10. 39. Injuriam fecisti: sed quia magistratui, majestatis actio est. *Ulp. Dig.* 48. 24. 1. Majestatis causa damnatus. *Callistrat. ibid.* 2. 20. Majestatis judicium. — Olim in judicium majestatis veniebant facta tantummodo, ut si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta republica, eam minuisset: dicta impune erant. Primus Augustus ea quoque in judicium adduxit, quem secuti alii. *Tac.* 1. *Ann.* 72. — *e*) *Majestas tua, vestra,* titulus R. imperatorum, legitur apud *Symmach.* 10. *ep.* 16. (*al.* 23.) *ad Theodos.* et *Eumen. Paneg. ad Constantin.* 21. etc. *Inscript.* apud *Murat.* 1028. 1. AGATHVS IAM LIBERORVM IV. DIVINA MAIESTATE CONSECVTVS. *h. e.* ab imperatore. *Imp. Justinian. Cod.* 1. 17. 2. Nostra quoque majestas semper investigando ea, quæ ab his componebantur, hoc numine cælesti erecta emendabat. Non est tamen eadem ratione dictum illud *Horat.* 2. *Ep.* 1. 257. *ad Augustum,* sed neque parvum Carmen majestas recipit tua. quia *scil.* a populo Romano olim rerum arbitro ad principem Augustum et imperium et majestas imperii jam concesserat.

II.) Translate *majestas* est, quæ ab amplitudine, gravitate, specie honesta et insigni cujusque rei provenit, admirationem creans. — *a*) De hominibus et diis. *Liv.* 34. 2. Majestas et pudor matronarum. Sic *Afranius* apud *Non.* p. 174. 8. *Merc.* Tuam majestatem et nominis matronæ sanctitudinem. Adde *Caton.* apud *Cic.* 15. *Fam.* 5.; et *Justin.* 31. 7. 9. Similiter *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 80. *de Plutone.* nigraque verendus Majestate sedet. — *b*) De brutis animantibus. *Varro* 2. *R. R.* 5. 4. Novi majestatem boum, et ab his dici pleraque magna, βούσυχον, βουπαῖδα, βουλιμον etc. *Pin.* 11. *Hist. nat.* 17. 17. (52). Rex apum nullum habeat aculeum, majestate tantum armatus. — *c*) De locis et rebus physicis. *Liv.* 1. 53. Majestas loci. *Claudian. Cons. Prob.* 126. nemoris. *Plin.* 37. *Hist. nat. procem.* 1. (1). Gemmæ supersunt, et in arctum coacta rerum naturæ majestas. *Stat.* 4. *Silv.* 6. 35. *de statua Herculis.* Tantus honos operi finesque inclusa per arctos Majestas. Rursus *Plin.* 9. *Hist nat.* 36. 60. (127). prætextam *majestatem pueritiæ* appellat. *Claudian.* 1. *Laud. Stilich.* 79. Tyria majestas. *h. e.* splendor et pulcritudo purpuræ. — *d*) De abstractis. *Cic. Amic.* 25. 96. Quanta illi fuit gravitas! quanta in oratione majestas! *Seneca Ep.* 9. Majestas amicitiæ. *Martial.* in *epist. præfixa l.* 8. nominis. *Gell.* 18. 3. ætatis et dignitatis.

MAJOR DOMUS, m. *il maggiordomo,* aulæ præfectus, moderator domus regiæ. *Inscript.* apud *Murat.* 1826. 4. EGO ANASTASIVS MAIOR DOMVS. *Cassiod.* 10. *Variar.* 18. His præfecimus majorem domus nostræ Vaccensem, qui pro suarum qualitate virtutum bellatoribus esset jure reverendus. *Id.* 9. *Hist. Eccl.* 43. Mardonius major domus imperialis. *Venant. Vit. S. German.* 44. Andegisilus major domus regiæ occurrit beato viro. *Alcim. Ep.* 35. Per majorem domus Tullii, qui dominum meum Sigismundum in Viennensium civitate repererat, epistolas tuas me accepisse lætatus.

MAJOR, ōris. *V.* MAGNUS. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MAJŌRĀTUS, us, m. 4. dignitas majoris. Affertur, nullo tamen auctore laudato, ab *Incert auct.* in *Anal. gramm.* edente *Eichenfeld.* hisce verbis *p.* 437. Decurionatu'..., principatu, consulatu, majoratu, minoratu, primatu etc.

MAJŌRIĀRĬUS, a, um, adject. (major) ad majorem pertinens, ut *Majoriarius,* scilicet conductor vectigalium: videtur fuisse, qui integra alicujus provinciæ, vel civitatis, vectigalia conducit, cui opponitur *minusculariu*s, qui minusculam eorum partem. *Inscript.* apud *Gruter.* 1069. 10., quæ est apud *Orell.* 1532. HERCVLI AELIANO SACRVM QVEM CONSECRARVNT (lege *consacravit* ex *Lupuli Iter Venus. p.* 91. qui lapidem vidit) SAMMIVS TERTYLLINVS EX MAIORIARIO. *h. e.* qui fuit majorum vectigalium conductor.– Est qui interpretandum putat, *qui fuit majorinæ pecuniæ collector;* sed hoc minime probandum videtur, tum quia hæc inscriptio vel ad Hadrianum Aug. pertinet, qui obiit ann. a Chr. n. CXXXVIII., vel ad Commodum Aug., qui ann. CXCII. occisus est, quum e contrario majorinæ pecuniæ mentio primum fiat in *Cod. Theod.* 9. 21. 6., ann. scil. CCCXLIX.; tum quia illius pecuniæ usum publicum vetuerunt, minime vero ejusdem collectionem fieri jusserunt imperatores.

MAJŌRĪNUS, a, um, adject. a *major. Majorinæ olivæ* dicuntur, quæ sunt omnium maximæ, alio nomine *regiæ.* Eædem tamen minimum olei habent: unde et phauliæ dicuntur, φαυλίαι: a φαῦλος *vilis, vitiosus. Plin.* 15. *Hist. nat.* 3. 4. (15). — *Majorina pecunia* argentea erat, quæ scilicet, majori forma cusa, in *Cod. Theod.* 9. 23. 2. (a. 395. p. Chr. n.). *decargyrus* appellatur, quia decem numero ex qualibet argentei libra; quum plerumque ex eadem sexaginta, vel quatuor et octoginta cudi solerent: ea porro in usu publico versari vetita fuit, utpote quæ imperiali largitione quibusdam tantum privatis præmii, minime vero pretii vel mercedis loco distribueretur: huic opponitur *centenionalis* itidem argentea, quæ centum numero ex qualibet argenti libra erat. *Imp. Constantius Cod. Theod.* 9. 21. 6. (a. 349. p. Chr. n.). Comperimus, nonnullos flaturarios majorinam pecuniam non minus criminose, quam crebre, separato argento ab ære, purgare. *Impp. Constantin. et Julian. Cod. Theod.* 9. 23. 1. (a. 356. p. Chr. n.). Mercatores cuncta solita licentia mercabuntur, præter pecunias, quas more solito majorinas, vel centenionales communes appellant, vel ceteras, quas vetitas esse cognoscunt. *Dupuy,* in *Mémoir. des Inscr. et beli. Lettr. T.* 28. *p.* 748., *sur l'étud des monnois romaines,* veri simile esse putat, initio, h. e. anno post Chr. n. 349., et *centenionalem* et *decargyrum* tamquam generali vocabulo *moneta majorina* significari, et anno post Chr. n. 356. in usu publico versari vetitos fuisse: sed paullatim factum esse, ut *centenionalis,* quippe qui vili materia constabat, apud mercatores usu veniret. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MAJŌSĪBUS, ἀρχαϊκῶς pro majoribus. *Paul. Diac. p.* 264. 6. *Müll.* R pro S littera sæpe antiqui posuerunt, ut majosibus, meliosibus, lasibus, fesiis; pro majoribus, melioribus, laribus. feriis.

MAJŪGĒNA, æ, m. 1. (Maja *et* gigno) Maja genitus, h. e. Mercurius. *Capell.* 1. *sub fin. in carm.* Nostri Majugenam pignoris inclitî. *Id.* 2. *p.* 34. Virgo ab ipso transmissa Majugena.

MAJŪMA, æ, f. 1. (Majus) ludi genus. Scribit *Suidas,* dictum esse a Majo mense, quod cives R. certo ejus mensis die ad Ostiam secundo fiberi descenderent, ibique in marinis aquis natantes luderent. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 15. 6. 1. Placuit, ut majumæ lætitia provincialibus redderetur, ita tamen, ut servetur honestas etc. *et ibid.* 2. Majumam, fœdum atque indecorum spectaculum, vindicamus. Hunc ludum *Suidas* ita describit: Πανήγυρις ἐγένετο ἐν τῇ Ῥωμῃ κατὰ τὸν Μάϊον μῆνα. Τὴν παράλιον καταλαμβάνοντες πόλιν, τὴν λεγομένην Ὄστιαν, οἱ τὰ πρῶτα τῆς πόλεως τελοῦντες, ἡδυπαθεῖν ἠνείχοντο, ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδασιν ἀλλήλους ἐμβάλλοντες. Ὅθεν καὶ μαϊουμᾶς ὁ τῆς τοιαύτης ἑορτῆς καιρὸς ὠνομάζετο. Hujusmodi ludus facile paullatim in obscœnam exercitationem degenerare potuit. V. *Gothofredum* ad *Cod. Theod. loc. cit.* multa de hoc ludo docte disserentem. Cf. etiam *Valesii* et *Vagneri* adnotata ad *Ammian.* 19. 10. Potiora vero dedit *Wernsdorfius,* qui in *Poet. Latin. min T.* 3. *p.* 436. in *procem. de Pervigilio Veneris* post allatum Suidæ locum ait: Equidem, quisquis hic scriptor est, majumam dicit Romæ mense Majo celebratam, sed omnino eum errare arbitror, quod similitudine vocabuli majumæ inductus falso putabat id nomen a mense Majo derivandum. Etenim Floralia, quæ Maji initio agebantur, non legimus navale ludicrum, quale majuma est, cetera inter spectacula habuisse, neque Ostiæ et in portu, sed in Urbe et Campo Martio celebrata sunt. Contra quum Ostiæ acta Veneralia simul et majumæ solemnia sint, hos puto ludos fuisse, quos Veneralibus vel Pervigilio Veneris additos Calendarium vetus indicat. Et initio quidem ludos eos existimo nonnisi navigatione ludicra et certamine navali constitisse, et Veneralibus propterea additos, ut Venerem ortam mari et vere apertum navibus æquor, simul autem adventum Æneæ, Veneris filii, in ostia Tiberis, et originem gentis Romanæ, quam ipse Pervigilii auctor celebrat, significarent; postea vero crescente luxuria et impudentia populi accessisse lusus natatusque in undis lascivos, qui a Majuma civitate Syriæ maritima, unde spectaculum istud Romam translatum, appellarentur, et tandem a Christianis Imperatoribus, quod leges veteres significant (*Cod. Theod.* 16. 10. 5.), prohibendi essent.

MAJUS, a, um, adject. *grande,* apud veteres idem fuit, quod *magnus:* unde *majus deus,* Juppiter, apud Tusculanos, a magnitudine scilicet et majestate: et *dea Maja,* cui mense Majo res divina celebrabatur: quam esse terram (unde et *magna mater* dicta est) adeptam nomen itidem a magnitudine, multi affirmant, ut est apud *Macrob.* 1. *Saturn.* 12. — Ab hoc etymologi ducunt *major* et *majestas:* sed tamen rectius etiam τὸ *majus* deducas ab etymo *mag,* unde *magis, magnus, macto.*

MAJUS, ji, m. 2. *Maggio,* Μάϊος, mensis tertius a Martio, ita dictus a *majoribus,* quorum consilio gerebatur respubl., sicut sequens *Junius* a *junioribus,* qui rempubl. armis gerebant: vel a *majestate,* ut fabulatur *Ovid.* 5. *Fast. init.*: vel a Maja matre Mercurii, cui hoc mense sacrificabant: vel a majo deo, h. e. Jove. *V.* vocem præced. — *a*) Absolute. *Ovid. loc. cit.* 185. Incipis Aprili, transis in tempora Maji. — Maji descriptio et opera exhibentur a *Colum.* 11. *R. R.* 2. 39. — *b*) Sæpissime adjectiva forma effertur. *mensis Majus, Idus Majæ, Calendis Majis* etc. *Cic.* 2. *Phil.* 39. 100. O præclaram illam percursationem tuam mense Aprili atque Majo, tum quum etc. *Propert.* 4. 5. 36. Natalem Majis Idibus esse tuum. *Ovid.* 4. *Fast.* 947. Exit et in Majas sacrum Florale calendas. — *c*) Proverbium est apud *eumd.* 5. *ibid.* 490. *Mense malas Majo nubere,* quia Lemuribus eo tempore justa ferebantur, et opinio erat vulgo, non diu vivere, quæ his diebus nupsissent: quare passim abstinebant nuptiis celebrandis. Alias hujus rei causas congerit et perpendit *Alexander Tassonus Cogitationum l.* 8. *quæst.* 2., inter quas illam quoque affert, quod is mensis asinorum connubiis frequens esse videatur.

MAJUSCŪLUS, a, um, adject. *deminut. a* major, *alquanto più grande,* aliquanto major gramiusculus. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 6. 16. (30). Folia sunt majuscula, quam hederæ. *Cic.* 9. *Fam.* 10. Quum mihi sit incertum, tranquillo ne sis animo, an, ut in bello, in aliqua majuscula cura negotiove ver-

sere. — *Ter. Eun.* 3. 3. 20. Ea si vivit, annos nata est sedecim, non major: Thais, quam ego sum, majuscula est. *aliquanto più attempata.* Adde *Priscian.* 3. *p.* 604. et 611. *Putsch.*

MĂLA, æ, f. 1. vox per syncopen facta ex *maxilla*, fuga litteræ vastioris, quemadmodum a *taxillo talus, vexillo velum, paxillo palus* contracta sunt, ut *Cic.* docet *Orat.* 45. 153. Et nihil obstat, quominus *mala* deducatur a *mando* per syncopen pro *mandela*, quemadmodum a *scando* fit *scala* pro *scandela*. Significat autem os faciei superius immobile, inter oculum, nasum et buccam, in quo dentes infixi sunt: V. *Cels.* primo loco cit. sub I. σιαγών, γένυς (It. *mandibola, mascella, ganascia;* Fr. *mâchoire;* Hisp. *quixada;* Germ. *d. Kinnbacken, d. Kinnlade. bes d. Zahnknochen;* Angl. *the cheek-bone, jaw*).

I.) Proprie. — *a*) Stricto sensu. *Cels.* 8. 1. *ante med.* Maxilla est mobile os, eaque una est: cujus eadem et media, et etiam ima pars mentum est: a quo utrimque procedit ad tempora solaque ea movetur. Nam malæ cum toto osse, quod superiores dentes excipit, immobiles sunt. *et mox.* Dentium pars maxillæ, pars superiori ossi malarum hæret. Ex *Celso* itaque discrimen patet *malæ* a *maxilla*, quia illa superior est, hæc inferior. Adde *eumd. ibid.* 7. *ad fin.* — *b*) Nihilominus, latiori sensu, in plurali numero utramque significat. — De hominibus. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 3. *Orat.* 58. 215. Ut meos malis miser manderem natos. *Al. leg.* mandem. Sic *Lucret.* 2. 637. Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus. *Al. leg.* mandĕret, *ut pro dactylo tribrachyn posuerit: al.* mandĕret *pœnult. prod. tamquam a* mandeo: *sed prior lectio retinenda.* Ceterum *Virg.* 3. *Æn.* 257. Ambesas subigat malis absumere mensas. — Tribuitur et brutis animalibus. *Virg.* 12. *Æn.* 755. *de cane.* Increpuit malis, morsuque elusus inani est. *Id.* 3. *G.* 268. *de equis.* Glauci Potniades malis membra absumpsere quadrigæ. *Id.* 11. *Æn.* 680. caput ingens oris hiatus. Et malæ texere lupi, cum dentibus albis. *Horat.* 2. *Od.* 19. 23. leonis Unguibus horribilique mala. *ubi adverte sing. num.*

II.) Translate est pars eadem faciei exterior, tum quæ pudoris sedes, tum ubi barba emittitur, *guancia, gota,* παρειά: et hominum solummodo est: fereque in plurali numero adhibetur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 58. (157). Infra oculos malæ homini tantum, quas prisci genas vocabant, XII. Tabularum interdicto radi a feminis vetantes. Pudoris hæc sedes: ibi maxime ostenditur rubor. *Plaut. Mil. glor.* 2. 5. 35. Mihi crepabunt manus, malæ tibi. Sic *Id. Cas.* 2. 6. 55. CL. Feri malam tu illi rursum. OL. Perii, pugnis cædor. *Lucret.* 5. 886. pueris ævo florente juventas Occipit, et molli vestit lanugine malas. Sic *Virg.* 10. *Æn.* 324. flavens prima lanugine malas. et *Ovid.* 12. *Met.* 391. prima tectus lanugine malas. *et* 13. *ibid.* 753. octonis iterum natalibus actis, Signarat dubia teneras lanugine malas. *Virg.* 9. *Æn.* 751. Impubes malæ. *Sueton. Ner.* 1. *de Ænobarbis.* Adeo (*gemini juvenes Domitio traduntur*) permulsisse malas, ut e nigro rutilum ærique assimilem capillum redderent.

MĂLĂBĀTHRON. *V.* MALOBATHRON.

MALACHA, æ, f. 1. *V.* MALDACON.

MĂLĂCHĒ, es, f. 1. μαλάχη, species malvæ, ventrem emolliens: a voce Græca allata, quæ a μαλάσσω *mollio. Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 84. (222).; et *Colum.* 10. *R. R.* 247. Utrobique est qui legit *moloche*, a μολόχη, eod. sensu. Adde *Apul. Herb.* 40.

MĂLĂCĪA, æ, f. 1. μαλακία, tranquillitas, quum maris fluctus omnino quiescunt et languent, neque ulla aura commoventur: ita ut naves, quæ velis tantummodo aguntur, nullam in partem progredi possint: a μαλακός *mollis, languidus*; It. *bonaccia, calma.*

I.) Proprie. *Cæs.* 3. *B. G.* 15. Tanta subito malacia ac tranquillitas exstitit, ut se loco movere non possent. Adde *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 22.

II.) Translate. ¶ 1. Sumitur pro mollitie animi et languore. *Seneca Ep.* 67. In otio inconcusso jacere, non est tranquillitas, malacia est. ¶ 2. Dicitur etiam de languore stomachi cibum fastidientis, præcipue in mulieribus gravidis. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 6. 56. (105). Semen citreorum edendum præcipiunt in malacia prægnantibus. *Id. ibid.* 57. (107). Malicorium expetitur gravidarum malaciæ. *Id.* 27. *ibid.* 7. 28. (48). Absinthium discutit malaciam stomachi.

MĂLĂCISSO *vel*

MĂLĂCIZO, as, are, a. 1. μαλακίζω, mollio, subigo: a verbo Græco allato, quod a μαλακός *mollis*; It. *ammollire, domare.* Occurrit Part. *Malacissandus* apud *Plaut. Bacch.* 1. 1. 31. Ah nimium ferus es malacissandus es. *Seneca Ep.* 66. *extr.* Malacissandos articulos exoletis meis porrigam? *V.* TRACTATOR. *Cassiod. de Orthogr. p.* 2286. *Putsch. Z* in antiquis libris modo scripta est, modo non: sed pro illa duo *ss* ponebantur, ut *crotalizo crotalisso, malacizo malacisso*, et his similia.

MĂLACTĪCUS, a, um, adject. μαλακτικός, *mollificativo*, molliendi vim habens. *Theod. Priscian. de diæta* 15. Malacticam habet virtutem.

MĂLĂCUS, a, um, adject. μαλακός, mollis, tener, delicatus, lævis, *molle, morbido, fine. Ennius* apud *Varron.* 5. *L. L.* 62. *Müll.* Ibant malaci viere (*h. e.* vincire) Veneriam corollam. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 93. Eme, mi vir, lanam, unde tibi pallium malacum et calidum conficiatur, tunicæque hibernæ bonæ, ne algeas hoc hieme. *h. e.* pallium ex lana molli et pretiosa. *Id. Bacch.* 1. 1. 37. Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis, pro hasta talus, pro lorica malacum capiam pallium. — *Unctiones malacas* dicit *Id. Stich.* 1. 3. 74. quæ deliciarum causa fiunt. — *Id. Mil. glor.* 3. 1. 74. Ad saltandum non cinædus malacus æque est, atque ego. *h. e.* flexibilis, enervis. *V.* EXOSSUS. Cf. *eumd. Truc.* 2. 7. 49. Mœchus malacus, cincinnatus. *Id. Bacch.* 2. 3. 121. Hic nostra ætas augetur in malacum modum. *h. e.* jucunde et multis deliciis.

MALAGĪNUM, i, n. 2. dicitur emplastri genus quoddam sine foco factum, apud *Plin. Valer.* 3. 12.

MĂLAGMA, ătis, n. 3. *Malagma, æ*, f. 1. sæpe legitur apud *Veget. Veterin.*, ut 2. 48., 3. 20. et 21., 4. 20. 21. et 23. etc. et apud *Pelagon. Veterin.* 16. 18. *V.* SCHEMA. — Malagma, Græca vox μάλαγμα, est cataplasma, quod integræ cuti imponitur, molliendi vim habens (It. *empiastro, mollificativo*; Fr. *cataplasme émollient, malagme*; Hisp. *cataplasma emoliente*; Germ. *e. erweichender Umschlag*; Angl. *an emollient poultice, emplaster, cataplasm*). Quomodo ab emplastro et pastillo differat, docet *Cels.* 5. 17. *n.* 2. *V.* EMPLASTRUM *et* PASTILLUS. *Id. ibid.* Malagmata contusa abunde mollescunt: nam super integram cutem injiciuntur. *Colum.* 6. *R. R.* 17. 5. Cuminum conteritur, eique adjicitur exiguum picis liquidæ et axungiæ, ut lentorem malagmatis habeat. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 24. 56. (117). Non fecit ceratum, malagmata, emplastra, collyria, antidota, parens illa ac divina rerum artifex: officinarum hæc, imo verius avaritiæ commenta sunt. *Id.* 25. *ibid.* 13. 95. (153). Fit ex succo cicutæ ad refrigerandum stomachum malagma. *Id.* 31. *ibid.* 6. 33. (63). Aquam maris emplastris et malagmatis miscent. *pro* malagmatibus. *V.* EMBLEMA. Adde *Scribon. Compos.* 255. Gen. plur. num. *malagmatum* habet *Salvian.* 6. *advers. Avar.* 14.

MĂLAGMA, æ, f. 1. *V.* voc. præced. init.

MALANDRĪA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

MALANDRĪA, ōrum, n. plur. 2. *malandræ*, pustulæ elephantiasi similes, et equorum præcipue cervicem infestantes. *Veget.* 2. *Veterin.* 42. — *Malandria, æ*, f. 1. dicitur a *Marcell. Empir.* 34. *a med.*

MALANDRĪŌSUS, a, um, adject. malandriis laborans. *Marcell. Empir.* 19. *ante med.*

MĂLĂRĪUM, ii, n. 2. idem ac pomarium. *Gloss. Isid.*

MĂLAXĀTĪO, ōnis, f. 3. (malaxo) actus emolliendi. *Theod. Priscian.* 1. 28. Malaxationes adhibendæ.

MĂLAXĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

MĂLAXO, as, āvi, ātum, are, a. 1. μαλάσσω. Part. *Malaxatus* I. — Malaxare est idem ac malacissare, mollem reddere; a μαλακός *mollis*; It. *ammollire.*

I.) Proprie. *Theod. Priscian.* 4. 1. Hæc quum bene fuerint malaxata, impones. *Pelagon. Veterin.* 5. 9. Axungiam veterem cum oleo purguto et simul tunso diligenter malaxas, et inde glandulas foris aut fauces perunges. *Plin. Valer.* 1. 8. Malaxat ventrem.

II.) Figurate. *Laberius:* Malas malaxavi. *Gell.* 16. 7. refert hoc inter ea, quæ a *Laberio* prælicenter ficta sunt.

MALDĂCON, i, n. 2. gummi ex bdellio arbore. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 9. 19. (35). Vicina est Bactriana, in qua bdellium nominatissimum. Arbor nigra est *etc.*: gummi alii brochon appellant, alii malacham, alii maldacon.

MĂLĒ, adverb. (malus). Comp. anom. *Pejus* (de cujus etymo *V.* in PEJOR) et Sup. *Pessime* (vel antiquo more *pessume*) 1. et 2. — Male est perperam, prave, vitiose, improbe, κακῶς (It. *malamente, male*; Fr. *mal, méchamment*; Hisp. *mal, malamente*; Germ. *schlecht, übel, böse, unglücklich*; Angl. *badly, ill, wrongly, amiss, wickedly*). ¶ 1. Universim notio rei male actæ complectitur omnia non bona, prava, vitiosa, improba, et imprimis qualemcumque eventum malum: quod plerumque ostendit ipsa sententia aut verbum, cui additum est adverbium. — *a*) Pos. *Male* habet *Atticus* ad *Cic* 9. *Att.* 10. Si iste Italiam relinquet, faciet omnino male; et, ut ego existimo, ἀλογίστως. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 66. Dubitas, quin lubenter tuo hero meus, quod possiet facere, faciat male? *faccia tutto il male, che potrà? Cic.* 11. *Fam.* 21. Dii isti Segulio male faciant, homini nequissimo. *Id.* 15. *Att.* 1. O factum male de Alexione! Sic *Catull.* 3. 16. O factum male! o miselle passer etc. *Cæs.* 2. *B. C.* 15. Ubi tantos tuos labores male cecidisse viderunt. *aver avuto esito infelice. Plaut. Asin.* 5. 1. 13. Male velle alicui. *voler male, odiare. Cic. Senect.* 6. 18. et *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 12. Male cogitare de aliquo. *aver mal animo, macchinare. Cic. Rosc. Am.* 48. 140. loqui. *dir male:* maledicere. *Ter. Phorm.* 2. 3. 25. loqui alicui. *dir male di qualcuno.* quod et maledicere, et obtrectare dicimus: sed plerumque unitis vocibus, *maledicere.* nam divisis significat perperam dicere, contra rationem, et absurde loqui. *Id. Andr.* 4. 4. 14. Verbum si mihi unum, præterquam quod te rogo, faxis, cave. MY. Male dicis. *tu parli male. Cic. Mur.* 30. 62. Errasti in aliqua re: male dici putat Cato. *Id.* 3. *Verr.* 54. 140. Male accipere verbis aliquem. *mal trattar di parole.* et *Cæs.* 1. *B. C.* 63. Equitatum agmen adversariorum male habere. *h. e.* vexare, infestare, *molestare, travagliare.* Sic *Nepos Eumen.* 8. Cum Antigono conflixit, eumque male acceptum in Mediam coegit redire. *Sall. Jug.* 58. *a med.* Prælium male pugnatum. *con mala fortuna.* Sic *Nepos Milliad.* 3. et *Iphicr.* 1. Male rem gerere. *h. e.* infeliciter pugnare. et eodem sensu *Justin.* 4. 5. 3. Nicias pudore male actæ rei etc. Rursus *Nepos Phoc.* 2. Neque in eo solum offenderat, quod patriæ male consuluerat, sed etiam etc. *Ter. Andr.* 2. 6. 5. Præter spem evenit: scio: hoc male habet virum. *questo lo travaglia.* Sic *Eun.* 4. 2. 6. Male se habere. *esser afflitto*, molestiæ plenum esse. *Id. Adelph.* 4. 5. 21. Animo male est. *mi sento male.* et refertur ad corpus, quum scil. virium deliquio laborat. Sic *Plaut. Curc.* 2. 3. 33. Animo male est. PHÆ. Vin' aquam? *et Rud.* 2. 6. 26. Animo male fit: contine quæso caput. *de eo, qui vomitu laborat.* Ad hæc *Donatus*: Animo male fieri dicitur, quum ictu alicujus mœroris perculsus non sustinet corpus. sequiturque ruina membrorum. Rursus *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 21. Postquam abs te abit, animo male factum est huic repente miseræ. *le è venuto male.* — *Male sit*, aut *vertat*, imprecandi formulæ. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Divinat.* 50. 104. Bene bonis sit, male malis. *Cic.* 15. *Att.* 15. L. Antonio male sit, siquidem Ruthrotiis molestus est. *venga il malanno. Ter. Adelph.* 2. 1. 37. Minis viginti illam emisti: quæ res tibi vertat male. *sia la tua rovina.* — *Male esse alicui*, est aliquem laborare inopia, infamia, tristitia, rebus adversis quibuslibet, duram atque asperam vitam agere. *Seneca Ep.* 82. *init.* Male tibi esse malo, quam molliter. Hoc sic excipe, quemadmodum a populo dici solet, dure, aspere, laboriose. Sic *Horat.* 1. *Sat.* 5. 109. Male vivere. *meschinamente, stentatamente.* — *Male audire, merari, V.* AUDIO et MEREOR. — *Male credere*, est nulla ratione credere, seu peccare tum credendo

do, quum credendum non est: vel periculo suo credere. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 56. *et* 67. Male credam, et credam tamen. — *Male emere*, est nimis multo pretio. *Cic.* 2. *Att.* 4. et *Plaut. Amph.* 1. 1. 132. Similiter *male vendere* est parvo aut nullo pretio. *Cic.* 5. *Verr.* 98. 227. — Aliquando *male* ad tempus et opportunitatem spectat, et significat inopportuno tempore, intempestive factum, vel etiam improsperum eventum et perniciem. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 20. Cui male si palpere, recalcritat undique tutus. *Id.* 4. *Od.* 6. 14. male feriatos Troas et lætam Priami choreis Falleret aulam. *Tac.* 4. *Ann.* 74. Quidam male alacres, quibus infaustæ amicitiæ gravis exitus imminebat. — *b*) Comp. *Pejus* habet *Nepos Epam.* 3. Maleque eum in eo patriæ consulere (*quum Pelopidas*) diceret: Vide, inquit, ne tu pejus consulas, qui talem ex te natum relicturus sis. *Id. Con.* 1. Sed tum abfuit, eoque pejus res administrata est. — *c*) Sup. *Pessime*, h. e. omnino male, *pessimamente*, *malissimamente*, κάκιστα. *Plaut. Aulul.* 4. 9. 10. Perii male perditus, pessime ornatus eo. *Ter. Heaut.* 3. 1. 28. Pessime istud in te consulis. *Cic.* 5. *Verr.* 50. 119. Intelliget, secum actum esse pessime. *Id.* 14. *Phil.* 7. 18. Pessime de republica sentire. *Sall. Jug.* 34. *in fin.* Quam quisque pessume fecit, tam maxime tutus est. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 7. 37. (123). Apes furtivæ pessime proveniunt. ¶ 2. Speciatim *male* vim habet τοῦ *valde, vehementer*, It. *molto, assai*: auget quidem certe, quoties iis verbis et adjectivis jungitur, quæ ipsa malam vel deteriorem rerum conditionem indicant. — *a*) Pos. *Male* apud *Ter. Eun.* 4. 7. 4. Male mulcabo eam. Sic *Cic. Brut.* 22. 88. Addebat etiam, scriptores illos male mulcatos exisse cum Galba. Rursus *Ter. Hecyr.* 3. 2. 2. Male metuo, ne morbus aggravescat. *Id. Adelph.* 4. 1. 7. Illud rus nulla alia causa tam male odi. Sic *Cæs.* apud *Cic.* 14. *Att.* 1. Non dubito, quin me male oderit. *Fronto* 2. *epist.* ad *Antonin. Imp.* apud *Charis.* 2. *p.* 184. *Putsch.* Male me, Marce, præteritæ vitæ meæ pœnitet. *Charisius* hic perperam addit: Ceterum ineptum, male me pœnitet. *Horat.* 1. *Od.* 17. 24. nec metues protervum Suspecta Cyrum, ne male dispari Incontinentes injiciat manus. *h. e.* nimium dispari. Errant qui *male* cum *injiciat* conjungunt. *Id.* 1. *Sat.* 3. 31. Calceus male laxus. *et ibid.* 4. 66. Male rauci. *et ibid.* 3. 45. male parvus si cui filius est. *Sueton. Ner.* 42. Collapsus animoque male fracto diu sine voce et prope intermortuus jacuit. *Prudent. præf. Cathemer.* 14. male pertinax Vincendi studium subjacuit casibus asperis. *h. e.* nimium, vel in suam perniciem pertinax. — *b*) Comp. *Pejus* est vehementius, acrius, infestius. *Varro* apud *Non. p.* 318. 14. *Merc.* Eum pejus formidant, quam etc. *Cic.* 7. *Fam.* 2. Oderam multo pejus hunc, quam illum ipsum Clodium. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 30. Mileti texta cane pejus et angue Vitabit chlamydem. — *c*) Sup. *Pessime* apud *Plaut. Amph.* 2. 1. 9. Sum obtusus pugnis pessime. *Id. Curc.* 5. 3. 6. Pessime metui, ne mihi hodie apud prætorem solveret. — *Pessime mihi est*, maxime metuo. *Petron. fragm. Tragur.* 54. *Burmann.* Pessime mihi erat, ne etc. ¶ 3. Contra vim habet minuendi atque adeo privandi: *V.* tamen infra sub *b.* — *a*) Vim habet minuendi apud *Liv.* 35. 49. *a med.* Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum instar in castris regis. *legioncelle mal compite.* Huc pertinere videntur illa *Horat.* 1. *Od.* 9. 24. Digitus male pertinax. et *Petron. Satyr.* 87. Male repugnans. Sed *male pertinax* apud *Horat.* est ejus, qui simulat, se esse pertinacem, et vinci cupit, *h. e.* non admodum pertinax. Idem dic de *male repugnanti* apud *Petron. Satyr.* 87. (Similiter *male dormiens* apud *eumd. ibid.* 86., qui somnum fingit et expergisci vult. Ita *Burmannus* et *Forcell.* At postea narratur, ephebus numquam altiore somno obdormivisse: est igitur inopportune.). Sic *Ovid.* 3. *Fast.* 102. facundum, sed male forte genus. *h. e.* non admodum. *Id.* 4. *Met.* 285. quare male fortibus undis Salmacis enervet —, discite. *non molto forti. et Tibull.* 1. 10. 51. rusticus male sobrius. — Hinc in quibusdam poetarum locis *male* pro *vix* positum videtur. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 86. cupiens variâ fastidia cœnâ Vincere tangentis male singula dente superbo. ubi *Scholiast. Cruq.* Vis, *inquit*, ac fastidiose contingentis. *Petron. Satyr.* 119. Persarum ritu male pubescentibus annis Subripuere viros. — *b*) Sæpe etiam privativam significationem habet, ut apud *Virg.* 2. *Æn.* 23. statio male fida carinis. *h. e.* infida. *Servius* tamen, minus fidam, exponit, ut non negationem, sed minutionem habeat. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 45. male validus filius. *h. e.* invalidus, infirmus. *Cic.* 9. *Att.* 15. *ad fin.* Ego illum male sanum semper putavi, nunc etiam impurum et sceleratum puto. *h. e.* insanum. Est tamen in his, et aliis hujusmodi, aliquid minus, quam si *infidus*, *invalidus*, *insanus* etc. dictum fuisset, ut rectissime animadvertit *Forcellinus.* Quamquam interdum Poetæ et ipsi negligentiores solutæ orationis scriptores plenam negationem hoc modo expresserunt. *Virg.* 2. *Æn.* 735. male numen amicum. *h. e.* inimicum. *Ovid. Heroid.* 7. 27. Ille quidem male gratus et ad mea munera surdus. *h. e.* ingratus. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 137. habitus male tutæ mentis Orestes. *h. e.* insanæ; nam paullo ante *v.* 134. *insanisse* dicitur. *Sueton. Aug.* 21. Nationes male quietas ad obsequium redegit. *h. e.* inquietas. — Quod ad scriptionem attinet, *Handius Tursell. vol.* 3. *p.* 586. hæc docet: Alia in unam notionem coeunt unoque vocabulo constant, quemadmodum *malefidus*, *malesuadus*, ita etiam *maledicax*, quum *maledicere* sit in usu. Alia autem e verbis facta assumunt adverbium propter verbalem rationem, veluti *male oculatus* apud *Sueton. Rhet.* 5. Idem confirmare videtur *Diomed.*, qui ait 2. *p.* 428. *Putsch.* In compositis dictionibus unus accentus est, non minus quam in una parte orationis, ut *malesanus.* — Aliquando eodem sensu *male* cum substantivis componitur, quæ tamen pro adjectivis usurpantur. *Catull.* 16. 13. male me marem putastis. *h. e.* male-marem, minus valentem. *Ovid.* 1. *Art. am.* 524. Et si quis male vir quærit habere virum. *h. e.* cinædus. — *Forcellinus* hæc addit: Reperitur ita substantivo conjunctum, ut in unam quodammodo vocem coalescat. *Arnob.* 4. 23. Et tolerari forsitan male-tractatio hæc posset. *et* 32. Immunes a deorum male-tractatione nec sic estis. *V.* TRACTATIO. *Seneca Thyest.* 5. Quis male-deorum Tantalo vivas domus Ostendit iterum? *h. e.* quis malus deus, κακοδαίμων. Sed τὸ *male* etiam ad *ostendit* referri potest. Huc usque *Forcellinus.* Sed quamquam apud *Arnob.* utroque in loco *maletractatio* retinetur ab *Orellio*, rectius tamen in editione *Elmenh. p.* 84. et 88. non *male tractatio*, sed *mala* legitur. Apud *Senecam* vero *visas* pro *vivas* e Florentino libro restituit *Bothius*; itaque intellige *male visas domos*, h. e. in ejus perniciem.

MĂLĔBARBIS *et* malibarbis, σπανιοπώγων. *Gloss. Lat. Gr.* h. e. qui rara est barba, *che ha poca barba.*

MĂLĔCASTUS, a, um, adject. impudicus. *Augustin. Music.* 4. 12. Malecastum cave. *Servius Centim. p.* 1823. *Putsch.* Sappho composuit malecasta poemata.

MĂLĔDĪCAX, ācis, adject. (maledico) maledicus, *maledico. Plaut. Curc.* 4. 2. 26. Maledicax es. *Macrob.* 7. *Saturn.* 3. *circa med.* Importuna urbanitas maledicacem luce privavit. — Rectius divisim scribes *male dicax.* At *V.* quæ de verbo *maledicere* allata sunt in MALE 1. *a.* et 3. *b.*

MĂLĔDĪCĒ, adverb. (maledicus) contumeliose, *maledicamente*, κακολογῶς. *Cic.* 1. *Off.* 37. 134. Quum de absentibus, detrahendi causa, maledice contumelioseque dicitur. *Liv.* 45. 39. *ad fin.* Maledice ac maligne loqui.

MĂLĔDĪCENS, entis. *V.* MALEDICO.

MĂLĔDĪCENTĬA, æ, f. 1. (maledico) obtrectatio, convicium, *maldicenza, detrazione*, κακηγορία. *Gell.* 3. 3. *sub fin.* Ob assiduam maledicentiam, et probra in principes civitatis. *Id.* 17. 14. Cæsarem Laberii maledicentia et arrogantia offendebat.

MĂLĔDĪCO, cis, xi, ctum, cere, 3. (male *et* dico). Scribi potest etiam divisim *male dico*: *V.* MALE 1. *a.* — Part. *Maledicens* in fin.; *Maledictus* sub *d.* — Maledicere est in aliquem maledicta, idest convicia, contumelias, probra conjicere, maledictis lacessere, obtrectare, allatrare, κακολογέω (It. *dir male, sparlare, maledire*; Fr. *parler mal de, médire de, dire des injures à, injurier*; Hisp. *decir mal de otro, murmurar, injuriar*; Germ. *übel reden, schelten, schimpfen*; Angl. *to speak ill of, rail or carp at, revile, slander, asperse, abuse, reproach*). Occurrit — *a*) Absolute. *Cic. Cæl.* 3. 6. Aliud est maledicere, aliud accusare: accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet *etc.*; maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam. — *b*) Cum Dativo. *Ter. Eun.* 4. 7. 29. Cave sis: nescis cui nunc maledicas viro. *Cic. Dejot.* 10. 28. Non debebas optimo viro fugitivi ore maledicere. *Id.* 1. *Nat. D.* 33. 93. Epicurus Phædoni turpissime maledixit. *Id. Cæl.* 3. 8. Petulanter maledicere alicui. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 140. maledicit utrique, vocando Hanc Furiam, hunc aliud, jussit quod splendida bilis. — *c*) Impersonaliter cum Dativo. *Cato* apud *Charis.* 2. *p.* 179. *Putsch.* Ei rei dant operam, ut mihi falso maledicatur. *Plaut. Curc.* 4. 2. 27. Indignis si maledicitur, maledictum id esse dico. *Ter. Hecyr.* 4. 2. 14. Qui nobis, mater, maledictum velit. — *d*) Cum Accusativo apud sequioris temporis scriptores. *Petron. Satyr.* 96. Si me amas, maledic illam versibus, ut habeat pudorem. *Id. fragm. Tragur.* 58. *Burmann. extr.* Cave majorem maledicas. *et ibid.* 74. Maledicere Trimalchionem cœpit. Adde *Tertull. advers. Prax.* 29. Etiam *Priscian.* 18. *p.* 1189. *Putsch.* hanc constructionem agnoscit. Eadem ratione effertur et *benedico*, quam vocem *V.* — Hinc Part. *Maledictus*, *maledetto*, ἐπικατάρατος, apud *Spartian. Get.* 3. Maledicte parricida, fratrem occidisti. Adde *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 3.; et *Vulgat. interpr. Deuter.* 21. 15. alibi sæpe. — Hinc Part. præs.

Maledicens, *entis*, adjective usurpatur, unde Comp. *Maledicentior* et Sup. *Maledicentissimus*; et est idem ac maledicus, *maledico. Plaut. Merc.* 2. 3. 75. Ut nunc sunt maledicentes homines. *et ibid.* 1. 2. 31. Maledicentiorem, quam te, novi neminem. *Nepos Alcib.* 11. Qui quidem duo (*Theopompus et Timæus*) maledicentissimi, nescio quo modo, in illo uno laudando consenserunt. *Cic. Flacc.* 3. 7. In maledicentissima civitate, in suspiciosissimo negotio, maledictum omne, non modo crimen effugit. *Sueton. Cæs.* 23. Carminibus maledicentissimis existimationem alicujus lacerare. *Gell.* 3. 17. Maledicentissimum librum conscribere.

MĂLĔDĬCTĬO, ōnis, f. 3. (maledico) actus maledicendi, obtrectatio, *il dir male, lo sparlare*, κακηγορία. *Cic. Cæl.* 3. 6. Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam. *Arnob.* 4. 30. Quod si habere se ita ex ipsis maledictionibus promptum est *etc.* Adde *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 3.; et *Vulgat. interpr. Genes.* 24. 41. et alibi sæpe.

MALEDICTIOSUS, a, um, adject. qui maledicta jactat. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Vot. Tir. p.* 10.

MĂLĔDĬCTĬTO, as, are, a. *intens. a* maledico, sæpe vel potius vehementer maledicere, *dir male spesso o acremente. Plaut. Trin.* 1. 2. 62. Maledictitatur tibi vulgo in sermonibus. — Possis etiam divisim scribere *male dictito.*

MĂLĔDĬCTOR, ōris, m. 3. (maledico) qui maledicit. *Paul. Diac. p.* 152. 8. *Müll.* Maledictores dicebantur ab antiquis, qui nunc maledici. Cf. *Festus p.* 154. 8. *Müll.* Sic *Ennod. Dict. ante carm.* 6. Professionis et ingenii exercitiis aggregabo quidquid contra accusati meritum maledictor ingesserit. *et Ep.* 1. 2. Clericorum exercitatissimus maledictor.

MĂLĔDĬCTUM, i, n. 2. (maledico) convicium, probrum, contumelia, λοιδορία (It. *injuria, villania*; Fr. *parole injurieuse, injure, outrage, mots blessants, qui attaquent l'honneur*; Hisp. *palabra injuriosa, injuria, ultraje, afrenta*; Germ. *Schmähung, Schimpf-, Schmähwort*; Angl. *a reproach, railing accusation, opprobrious words, foul or abusive language*). Occurrit ¶ 1. Generatim. *Ennius* apud *Gell.* 20. 10. Haud doctis dictis certantes, sed maledictis, Miscent inter sese inimicitiam agitantes. *Plaut. Curc.* 4. 2. 27. Indignis si maledicitur, maledictum id esse dico. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 3. Quum omnia maledicta, versus etiam obscenissimi in Clodium et Clodiam dicerentur. *Id. Planc.* 13. 33. In homines nobilissimos maledicta aspere et ferociter dicta commemorem? *Id. ibid.* 12. 30. Hæc sunt conjecta maledicta in ejus vitam. *Id.* 1. *Nat. D.* 94. 94. Zeno non eos solum figebat maledictis etc. *Id.* 13. *Phil.* 19. 10. Quem ego inustum veris-

simis maledictorum notis tradam hominum memoriæ sempiternæ. *Id. Flacc.* 20. 48. Quempiam probris omnibus maledictisque vexare. *Id.* 11. *Att.* 8. Multa in aliquem maledicta conferre. *Id. Cluent.* 23. 82. Quippiam in criminis, aut maledicti loco objicere alicui. *Tibull.* 2. 5. 101. Ingeret hic potus juvenis maledicta puellæ. *Propert.* 3. 6. 1. Dulcis ad hesternas fuerat mihi rixa lucernas, Vocis et insanæ tot maledicta tuæ. *Ovid.* 5. *Met.* 666. Supplicium meruisse parum est, maledictaque culpæ Additis. Adde *Senec.* 3. *Benef.* 16.; *Sueton. Aug.* 53. et *Ner.* 39.; et *Apul. Florid.* 2. ¶ 2. Speciatim est imprecatio, exsecratio, qua quippiam avertimus, *maledizione. Plin.* 11. *Hist. nat.* 39. 95. (232). Esse in maledictis jam antiquis strigem, convenit: sed quæ sit avium, constare non arbitror. — Latini rustici cum maledictis ac probris serendum ocimum putabant, ut lætius proveniret, teste *Plin.* 19. *Hist. nat.* 7. 36. (120).; quod idem de ruta leges apud *Pallad.* 4. *R. R.* 9. *a med.* ¶ 3. Item de malis dictis, pravis rationibus et suasionibus. *Pseudo-Sall. orat.* 1. *ad Cæs.* 2. Maledictis iniquorum occupandæ reipublicæ in spem adducti homines.

MĂLĔDĬCTUS, a, um. *V.* MALEDICO.

MĂLĔDĪCUS, a, um, adject. (maledico). Comp. et Sup. *V.* in *Maledicens* in fin. v. MALEDICO. — Maledicus est qui proclivis est ad maledicendum, obtrectator, mordax, *maldicente, maledico*, βλασφημος. — *a*) Stricto sensu de hominibus. *Cic.* 2. *Herenn.* 8. 12. Homines natura malevoli et maledici. *Id. Mur.* 6. 13. Conviciator maledicus. Adde *eumd.* 1. *Fin.* 18. 61. Sic *Nepos Hamilc.* 3. Non enim maledici tanto viro deesse poterant. *Quintil.* 4. 1. 10. Maledicum esse in aliquem. — *b*) De abstractis et de rebus. *Cic. Flacc.* 28. 68. In tam suspiciosa ac maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. *Val. Max.* 8. 9. *n.* 2. *extern.* Maledica lingua. *et* 7. 2. *n.* 6. *extern.* Maledicus sermo.

MĂLĔFĂBER, bra, brum, adject. (male *et* faber) male fabricatus, et translate dolosus. *Prudent. Hamartig.* 176. *de Eua.* Respondit Domino, suadelis se malefabris Illectam suasisse viro.

MĂLĔFĂCĬO, făcis, fēci, factum, făcere, n. 3. (male *et* facio). Sæpe usurpatur divisim: *V.* MALE 1. *a.* — Part. *Malefactus.* — Malefacere est male agere, nocere, *far male, nuocere*, κακουργέω. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 11. Nescio quid malefactum a nostra familia est. *Id. Men.* 5. 2. 108. Sane ego illum metuo, ut minatur, ne quid malefaxit mihi. *Ter. Adelph.* 2. 1. 10. Neque tu verbis solves unquam, quod mihi re malefeceris. Adde *Vulgat. interpr.* 1. *Reg.* 26. 21., *Eccli.* 2. 14. et alibi sæpe; ubi occurrit etiam Part. *Malefaciens.*

MĂLĔFACTĬO, ōnis, f. 3. (malefacio) occurrit speciatim tantum in re medica, et est subito, qua quis corripitur, virium defectio. *Æm. Macer de Herb.* 16. 26. Si per vim febris, nimiove fluore cruoris, Aut aliquo casu subito defecerit æger (Quod solet a doctis medicis malefactio dici), Pulegium etc. Sic *Theod. Priscian.* 4. *p.* 316. *bis retro ad fin.* edente *Aldo.* Turbari mentem, et spirationem retentatos artus fieri, seu casum, seu malefactionem, vel lypsim (*lege* eclipsin) animæ, usque dum etc. Cf. *Lucret.* 3. 596. Quod genus, esse animo male factum quum perhibetur, Aut animam liquisse etc.

MĂLĔFACTOR, ōris, m. 3. (malefacio) qui male facit, *malfattore. Plaut. Bacch.* 3. 2. 11. Malefactorem amitti satius, quam relinqui beneficum. *h. e.* melius est malefactorem non ulcisci, quam beneficio gratiam non referre. Sic *Vulgat. interpr.* 1. *Petr.* 2. 12. Quod detractant de vobis, tamquam de malefactoribus. Adde *ibid.* 2. 14. et *Johann.* 18. 30.

MĂLĔFACTUM, i, n. 2. (malefacio). Scribitur et divisim *male factum*. — Malefactum est mala actio, peccatum, *cattiva azione, ribalderia*, κακούργημα. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Off.* 18. 61. Beneficia male locata, malefacta arbitror. *Cato* apud *Festum p.* 286. 25. *Müll.* Malefacta benefactis non redemptitavere. *Cic.* 2. *Invent.* 36. 108. Adversarius autem malefacta augebit; nihil imprudenter, sed omnia ex crudelitate et malitia facta esse.

MĂLĔFĔRAX, ăcis, adject. omn. gen. (male *et* ferax) qui malos fructus fert. Figurate *Ambros. in Luc.* 7. 13. Primi fructus malefericis Synagogæ.

MĂLĔFĔRĬĂTUS. Rectius duæ voces habentur, et divisim scribuntur: *V.* MALE sub 3. *b.*

MĂLĔFĪCĔ, adverb. (maleficus) malefaciendo, nocenter, κακουργως. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 113. Ego nec sycophantiose quidquam ago, nec malefice.

MĂLĔFĪCENTĬA, æ, f. 1. (maleficus) actus malefaciendi, noxa, injuria, damnum. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 9. 11. (34). Delphinorum similitudinem habent tursiones: distant tristitia aspectus. abest enim illis lascivia: maxime tamen rostris cauicularum maleficentiæ assimulati. *Lactant. Ira D.* 1. Neque ex beneficentia (*Dei*) quidquam boni perveniat ad nos, neque ex maleficentia quidquam mali.

MĂLĔFĪCĬUM, ii, n. 2. (maleficus) quidquid male admissum est, malefactum, malum facinus, κακούργημα (It. *cattiva azione, misfatto, ribalderia, scelleraggine*; Fr. *mauvaise action, méfait, forfait*; Hisp. *mala accion, mal hecho, crimen, delito*; Germ. d. *Uebelthat*, d. *Verbrechen*; Angl. *a bad action, misdeed, mischief, wickedness*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 5. *Phil.* 6. 15. Scelerum magnitudo, conscientia maleficiorum. *Id.* 2. *Off.* 11. 40. Qui maleficio et scelere pascuntur. *Id. Rosc. Am.* 22. 62. Maleficium committere. *et ibid.* admittere. *Id.* 2. *Herenn.* 5. 8. facere. *Id. Cœl.* 19. 53. perficere. *Id. Cæcin.* 34. 100. exsilio multare. *Id. Rosc. Am.* 3. 8. Supplicia pro maleficiis metuere. *Sall. Cat.* 51. Cetera maleficia tum persequare, ubi facta sunt. *Sueton. Aug.* 32. Ne quod maleficium elaberetur impunitate. *Gell.* 20. 1. *ad fin.* Acerbitas plerumque ulciscendi maleficii, bene atque caute vivendi disciplina est. ¶ 2. Speciatim est astutia, dolus, *furberia, inganno. Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (120). Adulteratur seminis succo: vixque maleficium deprehenditur. *la furberia.* Huc referunt nonnulli et illud *Quintil.* 7. 4. 36. Finguntur in scholis et inscripti maleficii controversiæ. ¶ 3. Item speciatim est incantamentum, *stregheria, malia. Tac.* 2. *Ann.* 69. Carmina et devotiones aliaque maleficia, quis creditur animas numinibus infernis sacrari. *Al. leg.* malefica. *Apul.* 9. *Met.* Devotionibus et maleficiis quidvis efficere posse credebatur. *Id. de Mag.* Magica maleficia. Adde *eumd. ibid.* sæpe. *V.* voc. seq. I. 2.

II.) Translate. ¶ 1. Abstracte est noxa, damnum, *danno, nocumento, torto. Cic. Cœl.* 31. 74. Cui misero præclari in rempublicam beneficii memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficii cogitati. *Liv.* 5. 3. Pariterque in illis beneficio et maleficio abstinere, æquum censens. *Cæs.* 2. *B. C.* 20. Legio sese Hispalim recepit, atque in foro et porticibus sine maleficio consedit. *Id.* 2. *B. G.* 28. *extr.* Ut ab injuria et maleficio se suosque prohiberent. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu maleficium est quidquid noxam, vel damnum affert. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 30. 73. (307). Urceis acetum habentibus leguminum acervos superingerunt, ita non nasci maleficia credentes. *h. e.* noxias bestiolas. Simili ratione locutus est 8. *ibid.* 59. 84. (229). et 20. *ibid.* 13. 51. (133). Sic de re inanima, *Id.* 8. *ibid.* 37. 56. (134). Non nisi in novissima spe maleficio eo (*herinaceus*) perfunditur. *h. e.* urinâ, quam in desperatione ex se reddit tabificam tergori suo spinisque noxiam, ut *Id.* ait *ibid.* paullo ante.

MĂLĔFĪCUS, a, um, adject. (malefacio). Legitur et *malificus*, ut apud *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 39. in quibusd. MSS. et *Pseud.* 1. 2. 61. Sic *malivolus, benivolus.* — Sup. *Maleficentissimus*, scil. a *maleficens* obsoleto, I. 1. — Maleficus est qui male facit, improbus, sceleratus, κακούργος (It. *ribaldo, cattivo, ribaldo*; Fr. *malfaisant, méchant, criminel, coupable*; Hisp. *lo que hace mal, malo, perverso, culpable*; Germ. *schlecht, übel handelnd, ruchlos, gottlos*; Angl. *hurtful, ill-disposed, mischievous, villainous, malicious, malefic*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Adjective. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 61. Iste videtur malificus. *Cic.* 5. *Tusc.* 20. 57. Homo natura maleficus et injustus. *Id.* 7. *Verr.* 55. 144. In hominum maleficorum sceleratorumque, in prædonum hostiumque custodias tu tantum numerum civium Romanorum includere ausus es? — *Plaut. Cas.* 4. 2. 4. Novi hominum mores maleficos. *Tac.* 4. *Ann.* 21. Homo sordidæ originis, maleficæ vitæ. — *b*) Absolute, substantivorum more. *Sueton. Galb.* 15. Maleficentissimos incolumes præstitit. ¶ 2. Speciatim est incantator, magus, *maliardo, stregone. Impp. Constant. et Julian. Cod.* 9. *tit.* 18. qui est *De maleficis et mathematicis, leg.* 6. Multi magicis artibus usi elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant, et Manibus accitis audent ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos: hos, quoniam naturæ peregrini sunt, feralis pestis absumat. *et leg.* 7. Magi, qui maleficî vulgi consuetudine nuncupantur. Adde *Tac.* 2. *Ann.* 69., ubi alii pro *maleficia* legunt *malefica*: *V.* MALEFICIUM I. 2.

II.) Translate est noxius, perniciosus, *malefico, nocevole. Sueton. Ner.* 16. Superstitio nova ac maleficа. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 49. 50. (160). Malefica sidera. *Id.* 33. *ibid.* 4. 25. (84). vis. *Id.* 12. *ibid.* 17. 37. (73). Capræ, maleficum frondibus animal. *Id.* 9. *ibid.* 15. 20. (50). Bestia piscibus malefica. Sic *Ammian.* 28. 3. *de Valentino.* Quietis impatiens malefica bestia ad res perniciosas consurgebat. — Item malignus. *Nepos Agesil.* 8. Ut naturam fautricem habuerat in tribuendis virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore: exiguus et claudus altero pede etc.

MĂLĔFĪDUS. *V.* MALE sub 3. *b.*

MĂLĔFORMIS, e, adject. (male *et* forma) qui mala est forma. *Gloss. Philox.* Maleformis, δυσμορφος.

MĂLĔFORTIS, e, adject. (male *et* fortis) non admodum fortis, infirmus, imbellis. *V.* MALE sub 3. *b.* ibique allatum locum *Ovid.* 1. *Fast.* 176. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 102. Græcia facundum, sed maleforte genus. et *Prudent.* 2. *adverс. Symmach.* 453. Adscribunt satis Lachesis malefortia fila.

MĂLĔGRĀTUS, a, um, adject. (male *et* gratus) ingratus. *V.* MALE sub 3. *b.* ibique allatum locum *Ovid. Heroid.* 7. 27. Adde *eumd.* 2. *Amor.* 18. 23. Quod Paris et Macareus et malegratus Iason.

MĂLĔLŌQUAX, ăcis, adject. omn. gen. *V.* MALILOQUAX.

MĂLĔLŌQUUS. *V.* MALILOQUUS.

MĂLĔMŌRĀTUS, a, um, adject. (male *et* moratus) qui malis est moribus. *Gloss. Lat. Gr.* Malemoratus, δυστροπος. Rectius tamen divisim scribitur: *V.* MALE sub 3. *b.*

MĂLĔNĀTUS, a, um, adject. (male *et* natus) *et*

MĂLĔŌLENS, entis, adject. (male *et* olens) rectius duæ voces habentur, et divisim scribuntur: *V.* MALE sub 3. *b.*

MĂLĔSĀNUS, a, um, adject. (male *et* sanus) non admodum sanus, insanus. *V.* MALE sub 3. *b.* ibique allata ex *Cic.* et *Horat.*; quibus adde *Horat.* 1. *Ep.* 21. 3.; *Ovid.* 4. *Met.* 520., 9. *ibid.* 599. et 3. *Art. am.* 713.; *Curt.* 6. 19.; et *Auson. Clar. Urb.* 3. 5.

MĂLĔSUĀDUS, a, um, adject. (male *et* suadeo). Hæc vox sæpius conjuncta legitur et quia ex *male* et adjectivo componitur (*V.* MALE sub 3. *b.*) et quia *suadus* adject. parum est in usu. — Malesuadus est qui ad male faciendum suadet. *Plaut. Most.* 1. 3. 56. Malesuada vitilena. *Sidon.* 7. *Ep.* 5. *sub fin.* Si precibus malesuadus obstiterit interpres. *Virg.* 6. *Æn.* 276. Et Metus et malesuada Fames et turpis Ægestas. *Paulin. Nol. carm.* 6. 69. *de vino.* evitans malesuadi pocula succi.

MĂLĔSŪTUS, a, um, adject. (male *et* sutus) rectius divisim scribitur; *V.* MALE sub 3. *b.* Est autem non bene vel firmiter consutus. *Prudent.* 11. περι στεφ. 71. Quos ubi susceptos rapidum malesuta (*cymba*) per æquor Vexerit. *h. e.* fatiscem.

MĂLĔTŪTUS, a, um, adject. (male *et* tutus) non admodum tutus, infirmus: sed rectius divisim scribitur; *V.* MALE sub 3. *b.* Ibique allatum *Horatii* locum. Adde *Ennod. carm.* 1. 4. Quodque servabat maletuta vestis.

MALETRACTATIO. *V.* MALE sub 3. *b.* in fin.

MĂLĔVŎLENS *vel* malivolens, entis, adject. (male *et* volens). Sup *Malevolentissimus.* — Malevolens est malevolus, inimicus, *malevolo. Plaut. Capt.* 3. 4. 51. Est miserorum, ut malevolentes sint, et invideant bonis. *Id. Bacch.* 4. 3. 4. Malevolento ingenio natus. *Cic.* 1. *Fam.* 7. *a med.* Malevolentissimæ obtrectationes.

MĂLĔVŎLENTĬA *vel* malivolentia, æ, f. 1. (malevolens) est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo, ut *Cic.* definit 4. *Tusc.* 9. 20., item universim odium, invidia, κακοθυμία (It. *gusto del male altrui, malevolenza, invidia*; Fr. *malveillance, mauvais vouloir, haine, jalousie, malignité*; Hisp. *malevolencia, malquerencia, aversion, odio*; Germ. d. *Uebelwollen, Abneigung,*

Neid, Hass; Angl. *ill-will, envy, spite, malice, malevolence*). *Cic.* 1. *Fam.* 9. *post med.* Animus nulla in ceteros malevolentia suffusus. *Id.* 2. *ibid.* 17. *sub fin.* Pusillus animus, et ipsa malevolentia jejunus atque inanis. *Id. Planc.* 9. 22. Vicinitas non infuscata malevolentia. *Id.* 1. *ad Q. Fr.* 1. 15. Judicium obtrectatione et malevolentia liberatum. *Sal. Cat.* 3. Plerique, quæ delicta reprehenderis, malevolentia et invidia dicta putant. *Cic.* 11. *Fam.* 11. Malevolentiæ hominum in me, si poteris, occurres; si non potueris, hoc consolabere, quod me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt.

MĂLĔVŌLUS *vel* malivolus, a, um, adject. (*male et volo*). Sup. *V.* in MALEVOLENS. — Malevolus est malevolens, invidus: vox conflata ex integro et corrupto, ut *Quintil.* 1. 5. 68. docet, κακόζυμος (It. *malevolo, invidioso*; Fr. *mal intentionné, malveillant, jaloux, envieux*; Hisp. *malquerienle, envidioso*; Germ. *übelwollend, abgeneigt, neidisch, gehässig*; Angl. *malevolent, invidious, envious, spiteful, ill-disposed, ill-natured*). Occurrit — *a*) De hominibus, et quidem — Adjective. *Cic.* 2. *Fam.* 17. *a med.* Ille si omnibus est malevolus, minus offendor in me. *Id.* 7. *Att.* 2. *a med.* Cato in me turpiter fuit malevolus. *Gell.* 4. 15. Malevoli reprehensores. — *Malevolus Mercurius* dicebatur ejus dei signum Romæ positum proxime Janum in Turdellis, quod ita situm erat, ut nullius tabernam spectaret. Mercurius enim mercimoniis præerat et lucris. Putabant autem deos iis favere, quos aspicerent. *Festus* p. 161. 12. et *Paul. Diac.* p. 160. 3. *Müll.* — Substantivorum more. *Cic. Dejot.* 12. 33. Nonne intelligis, Cæsar, ex urbanis malevolorum sermunculis hæc ab istis esse collecta? *Id. Balb.* 25. 56. Ut omnium malevolorum, iniquorum, invidorum animos frangeremus. *Id.* 1. *ad Brut.* 15. *a med.* Cognovi paullo plures in senatu malevolos esse, quam gratos. *Troqus* apud *Plin.* 11. *Hist. nat.* 52. 114. (275). Quibus supercilia in totum demissa, malevolos et invidos significant. Et fem. gen. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 181. Hujus amica, mea inimica et malevola. — *b*) De rebus. *Cic.* 3. *Fam.* 10. *a med.* Malevoli sermones.

MĂLĪCORDIS, πονηροκάρδιος. Ita *Gloss. Gr. Lat.*, h. e. qui corde malus est, scelestus.

MĂLĪCŎRĬUM, ii, n. 2. cortex mali Punici: a *malum* et *corium*, quia corio similis est ob duritiem et crassitiem, *scorza del pomo granato*, σίδιον. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 6. 57. (107). Hic cortex acerbis (*malis Punicis*) in magno usu: vulgus coria maxime perficere illo novit: ob id malicorium appellant medici. *Cels.* 2. 33. inter ea, quæ reprimunt, malicorium recenset. Apud *Petron.* vero *fragm. Tragur.* 47. *Burmann.* narrat Trimalchio, sibi malicorium profuisse, quum multis jam diebus venter non respondisset, quod quidem absurde et ridicule omnino, ut decet inficetum nebulonem loqui.

MĂLĪFER, a, um, adject. (*malum et fero*) *abbondante di mele, o pomi*, malorum ferax, μηλοφόρος. *Virg.* 7. *Æn.* 740. Et quos maliferæ despectant mœnia Abellæ.

MĂLĪFĬCUS. *V.* MALEFICUS.

MĂLĪGNĔ, adverb. (*maligno*). Comp. *Malignius* I. et II. 1. — Maligne est malitiose, cum invidia, κακοηθῶς (It. *malignamente, maliziosamente*; Fr. *méchamment, avec méchanceté, malignité, jalousie*; Hisp. *malamente, maliciosamente, con malignidad*; Germ. *boshaft, neidisch*; Angl. *malignantly, maliciously, malignly, spitefully, enviously*).

I.) Proprie. *Liv.* 45. 39. *ad fin.* Maledice ac maligne loqui. *Plin.* 1. *Ep.* 5. *a med.* Respondi, nunc me intelligere, maligne dictum, quia ipse confiteretur: ceterum potuisse honorificum existimari. *Curt.* 8. 1. 20. Quum suspicaretur, malignius habitum esse sermonem. *Gell.* 4. 15. In quibus plura inscite, aut maligne vellicant. *Plin.* 9. *Ep.* 38. Maligne legere librum aliquem. *Ovid.* 13. *Met.* 270. neque enim benefacta maligne Detrectare. meum est.

II.) Translate, vel, ut aliis placet, proprie, sed speciatim ¶ 1. Sæpe est parce, illiberaliter, avare, unius scilicet dando, quam oportet: quod invidentis est, atque inimici: *avaramente, scarsamente*: cui opponitur benigne, large. *Liv.* 8. 12. *a med.* Materiam præbebat criminibus ager maligne plebi divisus. *Justin.* 5. 2. 14. Commeatus maligne præbere. *Catull.* 10. 18. Non mihi fuit tam maligne, ut, etc. *non mi è andata così scarsa. Seneca Ep.* 18. *a med.* Maligne famem exstinguere. *Id.* 2. *Ira* 19. *in fin.* Quibus exsangue corpus est, maligneque alitur, et deficit. *Id.* 6. *Benef.* 16. *sub fin.* Nec quæ sciebat, maligne dispensavit, quo diutius esset necessarius: sed cupiit, si posset universa transfundere. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 209. quippiam laudare maligne. *Seneca Ep.* 44. Tu mihi te pusillum facis, et dicis, malignius tecum egisse naturam. *Petron. fragm. Tragur.* 42. *Burmann.* Maligne illum ploravit uxor. ¶ 2. Sumitur et universim pro parum. *Mela* 2. 2. Terra eorum, quæ seruntur, maligne admodum patiens. *Seneca* 6. *Benef.* 34. Qui per fores maligne apertas non intrat, sed illabitur. *porta socchiusa. Plin.* 34. *Hist. nat.* 11. 26. (112). Ærugo maligne virens. *d'un verde smorto, appassito.*

MĂLIGNĪTAS, ātis, f. 3 (*malignus*) abstracta qualitas, qua quid vel quis malignus est, mala natura, vitiositas.

I.) Proprie. — *a*) De rebus raro admodum usurpatur pro mala natura. *Colum.* 3. *R. R.* 10. 18. Naturali quadam malignitate desciscunt interdum, quamvis diligenter probata semina. — *b*) De hominibus morali ratione usurpatur (quo sensu a nonnullis figurate accipitur) et est prava voluntas, malus animus, malevolentia, invidia, *malignità, invidia, malevolenza*, κακοήθεια. *Tac.* 1. *Hist.* 1. Sed ambitionem scriptoris facile adverseris: obtrectatio et livor pronis auribus accipiuntur, quippe adulationi fœdum crimen servitutis, malignitati falsa species libertatis inest. *Plin.* 5. *Ep.* 7. *extr.* Sermonem vultus, gestus, vox ipsa moderatur: epistola omnibus commendationibus destituta, malignitati interpretantium exponitur. *Tac. Dial. de Orat.* 18. Vitio malignitatis humanæ vetera semper in laude, præsentia in fastidio sunt. *Id. Agric.* 41. Malignitas et livor. *Sueton. Cal.* 34. Livor ac malignitas. *Id. Ner.* 23. *extr.* Taciturnitatem pudoremque quorumdam pro tristitia ac malignitate arguens. *Seneca Vit. beat.* 18. Nec malignitas me ista, multo veneno tincta, deterrebit ab optimis. *Val. Max.* 4. 7. *sub fin.* Nulla tam modesta felicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit. — In plur. num. *Prudent.* 2. περὶ στεφ. 259. purulenta et livida malignitatum vulnera.

II.) Translate, vel, ut aliis placet, proprie sed speciatim, est illiberalitas, parcitas, tenacitas, *troppa parsimonia, scarsezza, strettezza, tenacità. Plaut. Capt.* 3. 1. 4. Huic diei, si liceat, oculos effodiam libens: ita malignitate oneravit omnes mortales mihi. *Liv.* 34. 7. In purpura, quæ teritur, aliquam causam tenacitatis video: in auro vero, in quo, præter manus pretium, nihil intertrimenti fit, quæ malignitas est? *Id. ibid.* 34. *ad fin.* Malignitas conferendi ex privato. Cf. *eumd.* 2. 42. Accensaque est ea cupiditas malignitate Patrum, qui, devictis eo anno Volscis Æquisque, militem præda fraudavere.

MĂLIGNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *et*

MĂLIGNOR, āris, ātus sum, āri, dep. 1. (*malignus*). Part. *Malignans.* — Malignare et malignari est maligne agere aut loqui, *malignare* Italice. — *a*) Active. *Ammian.* 22. 15. *a med.* Ibes occurrunt pinnatis agminibus anguium, qui ex Arabicis emergunt paludibus venena malignantes. h. e. maligne fundentes et noxie. *Vulgat. interpr. Psalm.* 82. 4. Super populum tuum (*inimici tui, Deus*) malignaverunt consilium; et cogitaverunt adversus sanctos tuos. — *b*) Depon. act. *Vulgat. interpr. Psalm.* 73. 3. Quanta malignatus est inimicus in sancto. — *c*) Depon. neutr. *Vulgat. interpr. Psalm.* 21. 17. Concilium malignantium obsedit me. *et* 1. *Paralip.* 16. 22. In prophetis meis nolite malignari. Adde *ibid.* alibi pluries. Sic *Gloss. Lat. Gr.* Malignari, κακοηθεύομαι.

MĂLIGNŌSUS, a, um, adject. (*malignus*) admodum malignus, qui mala vehementer aggreditur. *Gloss. Gr. Lat.* Κακεντρεχής, malignosus.

MĂLIGNUS, a, um, adject. (est per syncopen pro *maligenus* a *malus* et *gigno*). Comp. *Malignior* I. et II. 2; Sup. *Malignissimus* I. — Malignus est qui mala est natura, atque adeo malus, improbus, invidus, malevolens, κακόζυμος (It. *maligno, cattivo, invidioso*; Fr. *d'un mechant naturel, mauvais, méchant, malfaisant, jaloux*; Hisp. *malo, malicioso, invidioso*; Germ. *bösartig, boshaft, verderblich, schädlich, neidisch*; Angl. *bearing ill-will, ill-disposed, spiteful, envious, malignant, malicious*).

I.) Proprie. — *a*) De rebus raro admodum occurrit de iis, quæ malâ sunt naturâ. *Lucan.* 8. 565. Malignum litus. h. e. importuosum. Sic *Id.* 5. 651. oræque malignos Ambraciæ portus. *Stat.* 4. *Silv.* 3. 29. Sorbebatque rotas maligna tellus. h. e. via lutosa et voraginosa. — *b*) Sæpius morali ratione usurpatur de hominibus vel rebus ad eos pertinentibus, et est malus, improbus, invidus, malevolens. Absolute *Martial.* 4. 87. Nec rhoncos metues malignorum. Ceterum *Horat.* 1. *Sat.* 5. 4. Maligni caupones. *Id.* 2. *Od.* 16. 40. malignum Spernere vulgus. *Seneca Vit. beat.* 18. Malignissima capita et optimo cuique inimicissima. *Catull.* 68. 37. mente maligna aliquid facere. *Id.* 67. 5. votum malignum. h. e. pravum, improbum. *Ovid.* 4. *Trist.* 1. 101. Maligna studia. h. e. noxia. *Phædr.* 3. 10. Maligna suspicio. *Manil.* 4. 573. verba. *Sueton. Aug.* 27. Factum alicujus maligno sermone carpere. *Virg.* 5. *Æn.* 654. Malignis oculis spectare aliquid. h. e. invidis. *Ovid* 10. *Met.* 329. Malignæ leges. h. e. invidæ et inimicæ libertatis. *Martial.* 8. 56. Maligna paupertas. h. e. invidens magnis animis, eosque res magnas aggredientes impediens.

II.) Translate. ¶ 1. De hominibus quum agitur, est nimis parcus, illiberalis, tenax, *scarso, stretto*: cui et benignus opponitur. *Plaut. Bacch.* 3. 2. 17. Justus, injustus; malignus, largus; commodus, incommodus. — Hinc est parcus, frigidus in laudando, ut invidi solent. *Quintil.* 2. 2. 6. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus. *troppo ristretto e scarso.* Sic *Ovid. Heroid.* 16. 143. minor est tua gloria vero: Famaque de forma pœne maligna tua est. — Item frigidus in aliquo excipiendo: atque adeo difficilis, superbus, ut exponit *Donatus* illud *Ter. Hecyr.* 1. 2. 84. Maligna multo et magis procax facta illico est. ¶ 2. Quum de terra usurpatur, est sterilis, infecundus. *Virg.* 2. *G.* 179. difficiles terræ collesque maligni. *Plin.* 2. *Ep.* 17. *circa med.* Quarum arborum illa vel maxime ferax est terra, malignior ceteris. ¶ 3. Universim de rebus physicis et aliis est parvus, minutus, exilis, angustus, *scarso, povero, poco, stretto. Virg.* 11. *Æn.* 524. tenuis qua semita ducit, Angustæque ferunt fauces aditusque maligni. *stretti. Servius* interpretatur obscuros, ut *sub luce maligna* (*V.* infra). Simile est illud *Stat.* 2. *Theb.* 498. gemini procul urbe malignis Faucibus urgentur colles. *passi stretti.* et *Seneca* 3. *Quæst. nat.* 27. *a med.* Major aquarum pars maligno ostio retenta, restagnat. h. e. angusto. *Virg.* 6. *Æn.* 270. Quale per incertam lunam sub luce maligna Est iter in silvis. *scarsa, povera.* Sic *Martial.* 10. 96. tepet igne maligno Hic focus: ingenti lumine lucet ibi. *Lucan.* 9. 500. conspecta est parva maligna Undæ procul vena. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 50. 51. (167). Malignum et breve naturæ munus.

MĂLĪLŌQUAX, ācis, adject. (*male et loquor*) qui male loquitur. *P. Syrus in Mim.* Lingua est maliloquax mentis indicium malæ. Exstat hic versus in editione *Andr. Cloucqui, Lugd. Bat.* MDCXXVI., in qua Catonis Disticha primum locum tenent. In aliis quibusdam desideratur, quemadmodum et in novissima recensione *Ed. Wölfflin.* a *Teubner.* edita *Lipsiæ* 1869.

MĂLĪLŌQUĬUM, ii, n. 2. (*male et loquor*) malus sermo, et de re mala. *Tertull. Spectac.* 2. *a med.* Non sumpsimus linguam ad maliloquium, et aures ad exceptaculum maliloquii. Adde *eumd. Apolog.* 45.; *Sulpic. Sever. ep.* 2. 29.; *Fulgent.* 3. *Myth.* 2.; et *Lactant. Placid.* edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 133.

MĂLĪLŌQUUS *vel* maleloquus, a, um, adject. (*male et loquor*) idem ac maliloquax. *Valerian. Homil.* 5. *a med.* Quando potest fieri, ut homo aut magniloquus, aut maliloquus non habeatur ingratus.

MĂLĪNUS, a, um, adject. μήλινος, ex mali arbore factus. *Colum.* 7. *R. R.* 8. 7. Caseus muria perduratus, atque ita malini lini, vel culmi fumo coloratus. *Al. leg.* maligno lini-fumo: h. e. exiguo, parco, quod *Schneider.* præfert. *Plin.* 15.

Hist. nat. 13. 12. (42). *de prunis.* Nuper in Bætica malina appellari cœperunt malis insita, et alia amygdalina amygdalis.

MĂLIS, idis, f. 3. μῆλις et Dorice μᾶλις, εως, morbus jumentorum, a colore flavo (μηλίνω) ita appellatus, quasi νόσος μηλίνη *morbus flavus*; quem *Veget.* 1. *Veterin.* 2. 1. et alibi *malleum* vocat, *V.* MALLEUS sub II. *Pelagon. Veterin.* 12. 1. Periculosissimum vitium est; malim id multi vocant; Græci ita dividunt, ἀρθρικήν, ὑγρήν, ξηρήν, λευκήν, μελαίναν, quæ Latini articularem, humidam, siccam, albam, nigram appellant. In *Hippiatr.* multa habentur de μαλίδε ν. 10.-21.; ex quibus hausit et *Veget. loc. cit.*

MĂLISTUS, a, um, adject. maximus: est a μάλιστα, maxime. *Petron. fragm. Tragur.* 57. *Burmann.* Dedi tamen operam, ut domino satisfacerem, homini malisto et dignitoso. *Alii leg.* megalosto.

MĂLĬTAS, ātis, f. 3. *male*, malum, ut *bonitas* a *bonum*. *Gloss. Philox.* Κακία, malitas. *Ulp. Dig.* 4. 2. 5. Metum accipiendum Labeo dicit non quemlibet timorem, sed majoris malitatis. Ita *Torrentin.*, sed *Haloand.* et alii *majoris mali.*

MĂLĬTĬA, æ, f. 1. (malus). Etiam *malities, ei*, f. 5. habent *Gloss. Cyrill.* Κακότης, malities: plurale non habet. — Malitia est malignitas, mala natura: hinc — 1.°) De rebus inanimis. *Pallad.* 1. *R. R.* 6. *fin.* Salsæ terræ malitia hibernis imbribus eluitur. *la malignità.* et *ibid. ante med.* Viæ malitia æque et voluptati et utilitati adversa est. *Id.* 11. *ibid.* 2. Malitia lini. *et ibid.* 8. Malitia arboris. *h. e.* infecunditas. — 2.°) Sæpius et apud optimos quosque Scriptores de hominibus usurpatur morali ratione, et — *a*) In malam partem est calliditas, fraus, *malizia, furberia*, κακία, κακουργία. *Cic.* 4. *Tusc.* 15. 34. Virtutis contraria est vitiositas, sic enim malo, quam malitiam, appellare eam, quam Græci κακίαν appellant. nam malitia certi cujusdam vitii nomen est: vitiositas omnium. *Id.* 3. *Nat. D.* 30. 75. Est enim malitia, versuta et fallax nocendi ratio. *Id. Rosc. Com.* 16. 46. Perfidia et malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui. *et ibid.* 7. 20. Supercilia penitus abrasa olere malitiam, et clamitare calliditatem videntur. *Id.* 4. *Verr.* 27. 66. A quo HS. C. millia per calumniam malitiamque petita sunt. *Id. Quinct.* 18. 56. Ista causa abs te tota per summam fraudem et malitiam ficta est. *Id. Cluent.* 26. 70. Ad omnem malitiam et fraudem versare mentem suam cœpit. *Id.* 4. *Verr.* 54. 135. Hæc hujus erat ars et malitia miranda. *Id.* 4. *Fin.* 19. 52. Quia nulla sit in dolore nec fraus, nec improbitas, nec malitia, nec culpa, non esse illud malum. *Id.* 3. *Herenn.* 6. 11. Utile est, ab omnibus unicam malitiam atque nequitiam cognosci. (Discrimen inter hæc duo, *V.* in NEQUITIA.) *Id. Partit. orat.* 23. 81. et 3. *Off.* 17. 71. Malitia vult illa quidem videri, se esse prudentiam, sed abest ab ea plurimum. — De brutis animalibus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 27. 44. (255). Culices fucis apium similes ignavia malitiaque. — Interdum accipitur universim pro vitiositate, quæ scilicet est virtuti contraria. *Seneca Ep.* 31. *ante med.* Si intellexeris bona esse, quibus admixta est virtus: turpia, quibus malitia conjuncta est. *Id. Ep.* 106. *sub fin.* Quidquid facimus, aut malitiæ, aut virtutis gerimus imperio. *Sall. Jug.* 25. Virtute, non malitia, P. Scipioni placuisse. *Gell.* 2. 6. *circa med.* Inculpatus instar et absolutæ virtutis: illaudatus finis est extremæ malitiæ. et *Tac.* 13. *Ann.* 30. *extr.* Inoffensa tot imperatorum malitia. *h. e.* tot mali imperatores nihil offensi. — In plur. num. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 66. Ubi facta erit collatio nostrarum malitiarum. *h. e.* fallaciarum. *Cic.* 3. *Nat. D.* 30. 74. Everriculum malitiarum omnium, judicium de dolo malo. *di tutte le furberie. Cels. Dig.* 6. 1. 38. Neque malitiis indulgendum est. — *b*) Videtur etiam aliquando in bonam partem sumi pro solertia et calliditate, qua aliorum dolos deprehendimus, et ne decipiamur, cavemus, *accortezza, avvedimento. Cic.* 15. *Att.* 26. *a med.* Si mihi imposuisset aliquid, (quod pæne fecit, nisi tua malitia affuisset) animo iniquo tulissem. *Plaut.* quoque *malam malitiam* dixit, quasi medium sit vocabulum, ut *dolus*, et bona etiam esse aliquando possit: *Aulul.* 2. 2. 38. Equidem te civem sine mala omni malitia semper sum arbitratus. Hæc observat etiam *Non.* p. 454. 29. *Merc.* Adde *Cic.* 9. *Fam.* 7. et 19.

MĂLĬTĬĒS, ēi, f. 5. *V.* voc. præced. init.

MĂLĬTĬŌSĒ, adverb. (malitiosus). Comp. *Malitiosius.* — Malitiose est callide, dolose, fraudulenter, *maliziosamente, con furberia*, κακοτέχνως. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 14. Male atque malitiose aliquid facere. *h. e.* perperam et fraudulenter. *Cic.* 3. *Off.* 15. 61. Agere quippiam dolose, aut malitiose. *Nepos Alcib.* 7. Aut negligenter, aut malitiose facere. *Cic.* 4. *Verr.* 53. 162. Nihil sane vafre, nec malitiose facere conatus est. *Id. Cæcin.* 7. 20. Quum hoc novæ litis genus tam malitiose intenderet. *Id. Rosc. Am.* 38. 111. Rem mandatam malitiosius gerere, sui quæstus, aut commodi causa.

MĂLĬTĬŌSĬTAS, ātis, f. 3. (malitiosus) malitia, calliditas, *malizia. Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 15. *sub fin.* Aut diffidentiæ, aut malitiositatis consilium est. Adde *eumd. ibid.* 23. *extr.*

MĂLĬTĬŌSUS, a, um, adject. (malitia). Comp. *Malitiosior* et Sup. *Malitiosissimus* sub *a.* — Malitiosus est malitia plenus, versutus, dolosus, fallax, *malizioso, furbo*, κακοῦργος. — *a*) De hominibus. *Cic.* 3. *Off.* 13. 38. Hoc celandi genus non est hominis aperti, non simplicis, non ingenui, non justi, non viri boni: versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. *Fronto* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. Eos ajunt provenire malitiosissimos, qui in vestibulo artis (*philosophiæ*) obversati, prius inde averterint, quam penetraverint. Adde *Gell.* 9. 2. Huc referri potest et illud *Augustin. Mor. Manich.* c. 19. Quid vobis fallacius, quid insidiosius, quid malitiosius dici aut inveniri potest? — *b*) De abstractis. *Cic.* 3. *Off.* 18. 74. Mihi quidem etiam veræ hereditates non honestæ videntur, si sunt malitiosis blanditiis, officiorum non veritate, sed simulatione quæsitæ. *Id.* 1. *ibid.* 10. 33. Malitiosa juris interpretatio. — *c*) *Silva malitiosa*, cujus meminit *Liv.* 1. 30. *in fin.*, fuit in agro Sabino. Ὕλη κακοῦργος dicitur a *Dionys. Halic.* l. 3.

MĂLĪVŌLENS, MĂLĪVŌLENTĬA, MĂLĪVŌLUS. *V.* MALEVOLENS, MALEVOLENTIA, MALEVOLUS.

MALLĔĀTOR, ōris, m. 3. (malleus) qui malleo operatur, *martellatore*, ὁ σφύρᾳ ἐλαύνων. *Martial.* 12. 57. Illinc ballucis malleator Hispanæ. *V.* BALLUCA. *Inscript.* apud *Gruter.* 1066. 5. et 1070. 1., quæ est apud *Orell.* 3229. FELIX AVG. L. OPTIO ET EXACTOR AVRI ARG. AERIS. ITEM SIGNAT. SVPPOSTORES MALLEATORES MONETAE CAESARIS N. Sequitur infra series artificum monetæ: in qua signatorum et suppostorum maxima pars liberti sunt: malleatorum vero servi. Ex quo intelligimus horum operam viliorem fuisse. In eo lapide *malliator* sculptum est. Porro *signatores* videntur fuisse, qui formam pecuniæ cudendæ signabant; iidem nempe ac scalptores: *suppostores*, qui ipsam pecuniam cudendam præbebant, et a *malleatoribus* percutiendam. Ceterum *Vulgat. interpr. Gen.* 4. 22. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator et faber in cuncta opera æris et ferri. *et Job* 41. 15. Cor ejus indurabitur tamquam lapis, et stringetur quasi malleatoris incus.

MALLĔĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *malleo: martellato, lavorato al martello*, malleo contusus. Unde *malleati libri* dicuntur, qui malleo percussi et complanati sunt, quod fere fieri solet, antequam libri compaginentur. *Ulp. Dig.* 32. 50. *a med.* Sed et perscripti libri, nondum malleati, vel ornati continebuntur. *Colum.* 12. *R. R.* 19. 4. Cola ex crudo, id est non malleato sparto præparata habeat.

MALLĔŌLĀRIS, e, adject. μοσχευματικός, ad malleolum vitis spectans. *Colum. Arbor.* 3. Virgam malleolarem non amplius, quam sex gemmarum, esse convenit.

MALLĔŌLUS, i, m. 2. *deminut. a* malleus (*V. Paul. Diac.* et *Colum.* mox afferendos), parvus malleus, *martelletto*, σφύριον.

I.) Proprie. *Cels.* 8. 3. *a med.* Tutius scalprum malleolo subinde medicus ferit.

II.) Translate. ¶ 1. Est novus palmes vitis, aut alterius arboris, qui prioris anni flagello innatus est, et recisus, pro viviradice, terræ mandatur, ut in novam vitem succrescat, *magliuolo, margotta*: nostrates *rásolo* vulgo appellant. *Colum.* 3. *R. R.* 6. 3. Malleolus novellus est palmes, innatus prioris anni flagello, cognominatusque a similitudine rei, quod in ea parte, quæ deciditur, ex vetere sarmento prominens utrimque, malleoli speciem præbet. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (156). Solebat capitulatus utrimque e duro surculus seri, eoque argumento malleolus vocatur etiam nunc. *Colum.* 3. *R. R.* 3. 12. Malleolos pangere. *et ibid.* deponere. *et ibid.* 14. 3. conserere. *et ibid.* 18. 4. demergere. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (169). serere sulco, vel scrobe. *Id.* 12. *ibid.* 25. 54. (112). Balsami arbuscula malleolis seri didicit, nuper victa, ut vitis. Adde *Cic. Senect.* 15. 52. ¶ 2. Item teli genus missile, quo ignem in muros urbium, et tecta jaciebant. *V.* ASTYOCHUS. *Paul. Diac.* p. 135. 1. *Müll.* Malleoli vocantur non solum parvi mallei, sed etiam ii, qui ad incendium faciendum aptantur: videlicet ad similitudinem priorum dicti. *Ammian.* 23. 4. *sub fin.* Malleoli, teli genus, figurantur hac specie: sagitta est cannea, inter spiculum et arundinem multifido ferro coagmentata, quæ in muliebris coli formam, quo nentur lintea stamina, concavatur venter subtiliter, et plurifariam patens, atque in alveo ipso ignem cum aliquanto suscipit alimento. et si emissa lentius aeu invalido (ictu enim rapidiore exstinguitur) hæserit usquam, tenaciter cremat: aquisque conspersa acriores excitat æstus incendiorum: nec remedio ullo, quam superjacto pulvere, consopitur. Hæc *Ammian.* Verba de his faciunt etiam *Non.* p. 556. 11. *Merc.* (sed hoc tantum dicit, esse manipulos sparteos, pice contectos) et *Veget.* 4. *Milit.* 18. Malleoli sunt velut sagittæ, et ubi adhæserint, universa conflagrant. Quod autem *Paul. Diac.* dictos docet ad similitudinem malleolorum, id ita intelligendum, ut qua parte concavi et crassiores sunt, et ignis alimenta continent, caput mallei referre quodammodo videantur. Illustrat hæc omnia *Lips. l. 5. Poliorcet. dial.* 5., quem consule. *Cic.* 1. *Cat.* 13. 32. Malleolos et faces ad inflammandam urbem comparare. *Liv.* 42. 64. Faces tædamque et malleolos stuppæ illitos pice parari jubet. *Auct. B. Alex.* 14. Magnum scapharum numerum producunt cum malleolis ignibusque. *Sisenna* apud *Non. loc. cit.* Partim malleolos, partim fasces sarmentorum incensos supra vallum etc. *Vitruv.* 10. 22. *a med.* Naves malleolis confixæ incendio sunt conflagratæ. — *NB.* Anatomici malleolos vocant duos processus in imis ossibus cruris utrimque exstantes, imitatione Græcorum, qui σφυρὰ dicunt. Latinum scriptorem, qui hac ratione usurpaverit, vidi adhuc neminem. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MALLĔUS, i, m. 2. fabrile instrumentum ad tundendum, σφύρα (It. *martello, maglio*; Fr. *instrument pour battre, marteau, maillet*; Hisp. *martillo, mazo, mallo*; Germ. *der Hammer, Klöppel*; Angl. *a mallet, hammer, mall or maul*).

I.) Proprie. *Plaut. Men.* 2. 3. 52. Navis lignea, sæpe trita, sæpe fixa, sæpe excussa malleo. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 14. 41. (144) Ad denusandas incudes, et malleorum rostra. *Id.* 16. *ibid.* 43. 84 (230). Ex oleastro, buxo, ilice, ulmo, fraxino malleos fieri, majoresque e pinu et ilice. *Id.* 34. *ibid.* 8. 20. (94). Æs caldarium malleis fragile, quibus regulare obsequitur, ab aliis ductile appellatum. *Id.* 19. *ibid.* 1. 3. (17). Virgæ lini arefactæ in saxo tunduntur stupparioque malleo. *con la maciulla.* et 13. *ibid.* 12. 26. (83). Chartam malleo tenuare et extendere. — Et de malleo, quo victimæ feriebantur. *Ovid.* 2. *Met.* 624. Lactentis vituli dextra libratus ab aure Tempora discussit claro cava malleus ictu. *Sueton. Cal.* 32. Elato alte malleo, cultrarium mactavit. — *Malleum sapientiorem vidi excusso manubrio*, proverbium est apud *Plaut. Epid.* 3. 4. *extr.*, quod in omnib. ejusd. editionib. mancum et imperfectum, integrum vero legitur in *Plauti fragm. edit. ab A. Maio* p. 20. Confer quæ dicta sunt in v. MANUBRIUM sub fin.

II.) Translate, apud *Veget.* 1. *Veterin.* 2. malleus est generale vocabulum septem morborum, quibus jumenta vexantur: qui sunt humidus, aridus, subtercutaneus, articularis, elephantiasis, subrenalis, farciminosus: quæ deinceps persequitur sequentib. capitib. Adde 3. 2. *et* 23. Porro *Id. cit. l.* 1. ab antiquis hanc appellationem fluxisse dicit, ipsam vim cladis periculumque testantibus. Græce dicitur μαλίς. *V.* MALIS.

MALLO, ōnis, m. 3. a μαλλος *cinnus, cincinnus*. ¶ 1. Est nexus cæparum ex ipsarum foliis exsiccatis et intextis dependentium, *resta, rezza di cipolle*, ἀπόδεσμος τῶν κρομμύων. *Veget.* 1. *Veterin.* 63. Mallonem cæparum, vel ipsas cæpas, in ferventi aqua decoques, et calentes, quantum corium valet sustinere, tumori superimpones. *et* 2. *ibid.* 60. Mallonem cæparum, id est calamos siccos, unde fasces dependent, in aquam etc. Adde *Pelagon. Veterin.* 9. *ante med.* ¶ 2. Est etiam hoc nomine tuber inflatus in genibus vel articulis jumentorum, sine dolore, cujus meminit *Veget.* 3. *Veterin.* 48. 1. *Schneid. V.* MARMOR sub II. 5.

MALLUS, i, m. 2. μαλλος, villus, cirrus lanæ. *Cato R. R.* 157. *a med.* Si polypus in naso introierit (*lege* intro erit), brassicam erraticam aridam tritam in malum (*lege* mallum) conjicito, et ad nasum admoveto. Ita legend. et interpretand. monet *Pontedera Op. post. T.* 1. *p.* 292., adprobante *Schneidero. Plin.* 20. *Hist. nat.* 9. 36. (92). qui rem eamd. ex *Catone* docet, *olfactorium* pro *mallum* appellat.

MALLŬVĬA, æ, f. 1. *et* malluvium, ĭi, n. 2. *bacino da lavar le mani*, χειρόνιπτρον, vas, in quo manus lavantur: quasi *manuluvia*: et *pelluvium*, quo pedes: a *manus*, et *luo*, lavo. *Festus p.* 161. 15. *Müll.* Malluvium latum (*lege* lacum) in commentarium sacrorum significat, manus qui lavent, a quo malluviæ dicuntur, quibus manus sunt lautæ, perinde, ut quibus pedes, pelluviæ. Cf. *Paul. Diac. p.* 160. 4. *Müll.* Malluvium dicitur, quo manus lavantur. Malluviæ, quibus manus sunt lautæ. Pelluviæ, quibus pedes. Adde *eumd. p.* 207. 1. *Müll.*

MĂLO, māvis, mālui, malle, anom. Reperiuntur etiam ἀρχαϊκῶς aliæ formæ, præsertim apud *Plaut.* Sic *mavolo* pro *malo* apud *Plaut. Pœn.* 1. 2. 90. Bonam ego, quam bestam me esse, nimio dici mavolo. Adde *eumd. Asin.* 5. 1. 18., *Curc.* 2. 3. 41. et *Rud.* 5. 3. 57.; et *Ter. Hecyr.* 4. 1. 25. — *Mavolunt* pro *malunt* dixit *Nævius* apud *Festum* 317. 27. *Müll.* Ibidem perire mavolunt. — *Mavolet* pro *malet* apud *Plaut. Asin.* 1. 1. 108. Moriri se misere mavolet, quam etc. — *Mavelim* pro *malim* apud *Plaut. Truc.* 4. 2. 29. Mortuum hercle me, quam ut id patiar, mavelim. Adde *eumd. Asin.* 5. 2. 27., *Aulul.* 4. 5. 1., *Capt.* 3. 3. 1., *Bacch.* 4. 8. 18., *Men.* 5. 1. 20. et alibi sæpe. — Sic *mavelis* pro *malis* apud *Plaut. Capt.* 2. 2. 20. Servus ne esse, an liber mavelis? Adde *eumd. Pseud.* 1. 2. 8. — Et *mavelit* pro *malit* apud *eumd. Trin.* 2. 2. 35. Utrum is itane esse mavelit. — *Mavellem* pro *mallem* apud *eumd. Mil. glor.* 2. 2. 16. Haud multos homines convenire, quam te, mavellem. Adde *eumd. Amph.* 1. 3. 14., *Curc.* 4. 2. 26., *Bacch.* 2. 2. 21. et alibi sæpe. — Sic *mavoluit* pro *maluit* apud *Petron. fragm. Tragur.* 77. *Burmann.* Quum huc venit, nusquam mavoluit hospitari. *Al. leg.* mavolt. — Part. *Malens* sub 1. *b.* — *Malo* est idem atque antepono, præfero, magis volo, ut *Cic.* docet *Orat.* 45. 154., unde contracte *mavolo*, inde *malo*. Habet autem comparationis vim, quæ vel exprimitur, vel facile subintelligitur. αἱρέομαι (It. *volere piuttosto, amar meglio*; Fr. *aimer mieux, préférer*; Hisp. *querer mas, preferir, escoger*; Germ. *lieber wollen*; Angl. *to be more willing, prefer*). Occurrit ¶ 1. Generatim; et quidem — *a*) Cum Infinito. *Quintil.* 12. 1. 3. Qui diserti esse, quam boni malint. *Ennius* apud *Varron.* 6. *L. L.* 81. *Müll.* Ter sub armis malim vitam cernere, quam semel modo parere. *Cic.* 7. *Att.* 15. Cato jam servire, quam pugnare mavult. *Cæs.* 1. *B. C.* 72. Civibus salvis et incolumibus rem obtinere malebat. *Liv.* 22. 50. Capi ergo mavultis ab avarissimo et crudelissimo hoste? *Horat. Art. P.* 88. Cur nescire pudens prave, quam discere malo? *Sueton. Cæs.* 75. Ac si qua posthac aut cogitarentur gravius adversus se aut dicerentur, inhibere maluit, quam vindicare. *Quintil.* 11. 1. 60. Quæ non dicere, si utrumlibet esset liberum, maluissemus. — *b*) Cum Accusativo et Infinito. — Cum Accus. personæ, quæ mavult. *Ter. Eun.* 1. 1. 21. Mori me malim. *Cic.* 8. *Att.* 7. Malo me vinci, quam vincere. *Liv.* 22. 50. Qui se bene mori, quam turpiter vivere maluit. *Nepos Timol.* 3. Maluit se diligi, quam metui. *Justin.* 1. 3. 3. Negat se ei (*Sardanapalo*) parere posse, qui se feminam malit esse, quam virum. — Cum Accus. rei. *Cic.* 13. *Att.* 22. Scripta nostra nusquam malo esse, quam apud te. *Id.* 2. *Divinat.* 57. 118. Evanuisse mavultis id, quod *etc.*, quam etc. *Id. Quinct.* 2. 9. Judicium prius de probro, quam de re maluit fieri. *Quintil.* 2. 5. 16. Aliena vitia reprehendi quisque mavult, quam sua. *Id.* 1. 1. 12. A Græco sermone puerum incipere malo. *Hieronym. Ep.* 108. *n.* 19. Malens eis stomachum dolere, quam mentem. — *c*) Cum Conjunctivo. *Tibull.* 2. 3. 31. Fabula sit, mavult, quam sine amore deus. *Catull.* 24. 4. Mallem divitias mihi dedisses, Quam etc. *Calpurn. Ecl.* 6. 74. malim cantetis amores. *Cic.* ad *Anton.* 14. *Att.* 13. B. Quod mecum per litteras agis, unam ob causam mallem coram egisses. Non enim solum etc. *Orellius* ita legit; *Forcellinus* vero cum *Gruter.* leg. *egisse. Quintil.* 12. 7. 11. Malo tamen ille peccet. — *Quam ut* cum Conjunctivo legitur apud *Plaut. Truc.* 4. 2. 29. Mortuum hercle me, quam ut id patiar, mavelim. — *d*) Cum Accusativo personæ aut rei. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 4. Sed, ut spero, bonos et senatum malet. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 61. quin omnia malit, Quæcumque immundis fervent aliata popinis. *Tac.* 2. *Hist.* 86. Pro certis et olim partis nova, ambigua, ancipitia malebat. *Quintil.* 12. 9. 10. Ultionem malunt, quam defensionem. *Id.* 8. 5 34. Veterem illum horrorem dicendi malim, quam etc. *Sueton. Aug.* 71. Sed hoc malo. — *Quod malim* eleganter sermoni interseritur, et valet, quod utinam potius. *Ovid. Heroid.* 21. 31. Si tibi deformis, quod mallem, visa fuissem. *Id.* 2. *Trist.* 239. Aut si, quod mallem, vacuus fortasse fuisses. — *e*) Pleonasmus est, non inelegans tamen, quum *potius*, aut *magis* adjungitur. *Plaut. Stich.* 1. 2. 13. Si manere hic sese malint potius, quam alio nubere, non faciant. *Ter. Adelph.* 2. 2. 13. Verum ego nunquam adeo astutus fui, quin quidquid possem, mallem auferre potius in præsentia. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 6. 21. Ab omnibus se desertos potius, quam abs te defensos esse malunt. *Id. Ligar.* 2. 5. An ille Uticæ potius, quam Romæ, cum alienis esse, quam cum suis maluisset? *Antonius* apud *Cic.* 14. *Att.* 13. A. *sub fin.* Arbitror, malle te quietam senectutem et honorificam potius, quam sollicitam agere. *Cato* apud *eumd.* 15. *Fam.* 5. Casum potius, quam te, laudari mavis. — *Liv.* 22. 34. *extr.* Qui magis vere vincere, quam diu imperare malit. — *f*) Cum Adverbiis comparativis. *Cic.* 12. *Att.* 22. *sub fin.* Meo judicio multo stare malo, quam aliorum. *Id.* 1. *Tusc.* 42. 99. Næ ego haud paullo hunc animum malim, quam eorum fortunas. — *g*) Interdum pro part. *quam* usurpatur Ablativus. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 79. Nullos his mallem ludos spectasse. *h. e.* quam hos. *Tac.* 12. *Ann.* 46. Non dubitaret armis incruentas conditiones malle. ¶ 2. Speciatim *malle alicui* est magis velle omnia prospera alicui, magis omnia cupere alicujus causa. *Cic. Planc.* 24. 59. Quamquam illi (*filio meo*) omnia malo, quam mihi. *Id.* 2. *Att.* 16. *ad fin.* In hac re malo universæ Asiæ et negotiatoribus.

MALŌBĂTHRĂRĬUS. *V.* MURRHOBATHRARIUS.

MĂLŌBĂTHRĀTUS, a, um, adject. malobathro unctus. *Sidon.* 8. *Ep.* 13. *sub fin.* Satrapæ pumicati, malobathrati.

MĂLŌBĂTHRĪNUS, a, um, adject. μαλοβάθρινος, qui ex malobathro est. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 3. *ad fin.* Apponenda cerotaria ex oleo dulci, aut cyprino, vel gleucino, aut irino confecta, vel malobathrino. Adde *eumd.* 5. *Tard.* 1. *ante med.* Habent et *Not. Tir. p.* 160., sed mendose *molobatrinus.*

MĂLŌBĂTHRON (quod et *malabathrum* scribitur), i, n. 2. μαλόβαθρον

I.) Proprie est arbor Syriaca, de qua *Plin.* 12. *Hist. nat.* 26. 59. (129). Dat et malobathron Syria, arborem folio convoluto, colore aridi folii, ex quo premitur oleum ad unguenta: fertiliore ejusdem Ægypto. Laudatius tamen ex India venit. In paludibus ibi gigni tradunt lentis modo, odoratius croco, nigricans scabrumque, quodam salis gustu. Minus probatur candidum. Celerrime situm in vetustate sentit. Sapor ejus nardo similis debet esse sub lingua. Odor vero in vino suffervefacti antecedit alios. *Id.* 13. *ibid.* 1. 2. (14). Singuli quoque succi nobilia unguenta faciunt: in primis malobathrum. — Habet usum et in medicina. *Cels.* 5. 23.; et *Plin.* 23. *Hist. nat.* 4. 48. (93).; quibuscum cf. *Scribon. Compos.* 170.

II.) Translate est oleum vel unguentum ex malobathro expressum. *Horat.* 2. *Od.* 7. 7. coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos.

MĂLŎGRĂNĀTA, æ, f. 1. *V.* voc. seq.

MĂLŎGRĂNĀTUM, i, n. 2. malum granatum. Legitur apud *Vulgat. interpr. Numer.* 20. 5.; et *Hieronym. comment. ad Aggæum c.* 2. *n.* 20. Addunt et *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 31. (49)., sed nihil certi inde colligi potest, ut neque 16. *ibid.* 22. 34. (84)., ubi similis locus habetur. Utroque enim loco *malo granato* in Dativo et Ablativo divisim legitur. Immo *Sillig.* in postremo *Plinii* loco ita legit: Et malo granatum quod est pomum etc. *Isid.* tamen eas voces conjungit 17. *Orig.* 7. Arbor autem malogranata est generis feminini, pomum vero generis neutrius.

MALOPĒ, es, f. 1. vox, qua Græci malvam majorem appellabant, teste *Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 84. (222). E contrario in magnis laudibus malva est utraque et sativa et silvestris. Duo genera earum amplitudine folii discernuntur; majorem Græci malopen vocant in sativis, alteram ab emolliendo ventre dictam putant malachen. Ita etiam *Sillig.*, qui tamen adnotat in aliquot Codicibus legi *lopen*; *Apul.* quoque λώπην, non μαλόπην babuisse videtur: *molochen* denique legit *Salmas. de hyle p.* 46.

MALTHA, æ, f. 1. μάλθα et μαλθή: a μαλάσσω et μαλθάσσω *mollio, subigo*. Maltha, ait *Paul. Diac. p.* 135. 4. *Müll.*, dicitur a Græcis pix cum cera mixta. Et *Gloss. Labb.* Maltha, ἐλαιοκόνιον, κηρόπισσον. Ceterum

I.) Proprie. — *a*) Est primum nativa maltha, nempe limus flagrans in stagno Samosatensi Commagenes: quum quid attigit solidi, adhæret: præterea tactu exsequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnante Lucullo; flagrabat miles armis suis. Aquis accenditur. Terra tantum restingui, docuere experimenta. Hæc *Plin.* 2. *Hist. nat.* 104. 108. (235). Hæc eadem est ac naphta, quam vocem vide suo loco. — *b*) Sic etiam vocatur genus tectorii, quod parietibus, aut pavimentis inducitur, ne coria eorum findantur, et ut, si quæ sint rimæ, obducantur, *stucco, malta*. Fit autem variis modis, ex pice liquida, et axungia, vel sevo: ex pice, et cera, item testa, flore calcis: ex sanguine bubulo, flore calcis, scoria ferri: ex ficu, pice dura, et ostrei testa, ex sevo liquefacto, quod cineri cribellato admixtum sit, etc., quæ omnia habes apud *Pallad.* 1. *R. R.* 41. *et* 17. *Plin.* quoque aliam malthæ compositionem tradit 36. *Hist. nat.* 21. 58. (181). Maltha e calce fit recenti: glæba vino restinguitur: mox tunditur cum adipe suillo et ficu, duplici lenimento: quæ res omnium tenacissima, et duritiam lapidis antecedens.

II.) Translate dicitur de molli et effeminato, μαλθακός. *Lucilius* apud *Non. p.* 37. 9. *Merc.* Insanum vocant, quem maltham ac feminam dici vident.

MALTHĪNUS, a, um, adject. effeminatus, mollis: a *maltha*. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 25. Malthinus tunicis demissis ambulat. Ubi volunt nonnulli notari hic Mæcenatem. Alii nomen proprium esse ajunt; quod sane veri est similius. Leg. etiam al. *Malchinus.*

MALTHO, as, āvi, ātum, are, a. 1. maltha solido et conglutino, maltham rei alicui induco: quod præcipue fiebat in iis monumentis, quæ æterna esse volebant. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 24. 58. (181). Quod malthatur, oleo perfricatur ante. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 5. 48. Sulphure solent vitrum solidare, id est malthare.

MĂLŪGĪNŌSUS, a, um, adject. qui malum agit, malitiosus. *Gloss. Philox.* Maluginosus, κακεντρεχής. Hinc etiam *maluginensis* derivatum videtur. *V.* in ONOM.

MĂLUM, i. *V.* MALUS, a, um, in fin.

MĂLUM, i, n. 2., μῆλον, Æolice et Dorice μᾶλον.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est pomi genus, cujus varia genera, citreum, cydonium, Persicum, Medicum, Appianum, et alia plurima *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 14. (47). et 15. (49)., *Colum.* 5. *R. R.* 10. 19. et *Macrob.* 2. *Saturn.* 15. enumerant, et suis locis hoc in opere memorantur. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 15. Malis orbiculatis pasci.

Adde *Colum. loc. supra cit.*; et *Scribon. Compos.* 104. *Virg.* 3. *Ecl.* 64. Malo me Galatea petit, lasciva puella. *Id. ibid.* 71. aurea mala. *Id.* 8. *ibid.* 37. roscida. *Ovid.* 8. *Met.* 676. redolentia. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 7. ab ovo usque ad mala. *h. e.* a principio usque ad finem cœnæ, quia prima ova, mala postrema mensæ inferri mos est. — *Malum Discordiæ. V.* DISCORDIA. — Differunt *mala* a *pomis*, quia poma sunt generale nomen omnium pæne fructuum, qui ex arboribus sunt, et nuces quoque comprehendunt. Porro *nuces* sunt quæcumque poma foris duro teguntur, et intus habent, quod esui est: contra *mala* foris habent, quod esui, et durum intus includunt. *Macrob. loc. cit.* — Interdum tamen a *piris* distinguuntur. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 26. 43. (106). Messibus reddunt semen nuces et mala et pira. ¶ 2. Speciatim *malum terræ* est herba eadem atque aristolochia, cujus quatuor genera enumerat et describit *Plin.* 25 *Hist. nat.* 8. 54. (95). Adde *Scribon. Compos.* 202.; et cf. *Dioscor.* 3. *Hist. plant.* 4. — At *malum terrenum* apud *Veget.* 6. *Veterin.* 13. 3. *Schneid.* et *malum terrestre* apud *Pelagon. Veterin.* 5. 4. est mandragora (*Sarchiani* male vertit *tartuffo*): nam in loco simili *Hippiatr. p.* 251. *c.* 25. vocatur μῆλον μανδραγορου, h. e. ejus fructus.

II.) Translate *mala* sunt testiculi. *V.* BRACEUS. Homonym. *V.* supra sub I. 1. in fin.

MALUNDRUM, i, n. 2. herba nobis ignota, de qua hæc *Plin.* 26. *Hist. nat.* 7. 24. (40). Jocineri autem (*medetur*) herba malundrum nascens in segete ac pratis, flore albo odorata; ejus cauliculus conteritur ex vino vetere. *Sillig.* ita leg.; *alii vero* malandrum, *alii* melandryum.

MĂLUS, a, um, adject., quod nonnulli conjungunt cum Gr. ἁμαλός *tener, mollis*, vel μαλός *tener, exitiosus.* — Comp. *Pejor* et Sup. *Pessimus* (in omnibus paragr.), quod est vel ab etymo *per*, quæ vox malum vel in malam partem significat, ut in *pejero* pro *perjuro* et *perjurus* (unde et Fr. *pire*); vel a *pessum*, ut vult *Vossius.* — Ceterum malus est contrarius bono et probo, qui ignorantia, vel malitia laborat, qui caret bonitate quacumque vel naturali, vel morali; pravus, perversus, improbus, nocens, infestus, κακός (It. *cattivo, malvagio, malo*; Fr. *mauvais, qui n'a pas le qualités requises, misérable*; Hisp. *malo, miserable*; Germ. *schlecht, böse, unheilbringend, hässlich, verderblich, schädlich, nachtheilig, schlimm*; Angl. *bad, evil, wicked*). Malus, ut diximus, latissime patet; et ¶ 1. Generatim — *a)* Refertur ad ea, quæ sub sensus cadunt, et naturali carent bonitate. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 40. Umber et iligna nutritus glande rotundas Curvat aper lances carnem vitantis inertem: Nam Laurens malus est, ulvis et arundine pinguis. *et ibid. v.* 49. Ut si quis solum hoc, mala ne sint vina, laboret. (Contra *Colum.* 12. *R. R.* 30. 2. Si qua vina erunt duriora et minus bona —, sumito fœcem vini boni etc.). *Quintil.* 11. 3. 13. Mala vox. — Huc referri potest illud *Ter. Adelph.* 3. 2. 46. Pejore res loco non potis est esse, quam in quo nunc sita est. Cf. *eumd. ibid. prol.* 3. In pejorem partem rapere aliquid. — *b)* Similiter usurpatur de ingenio, artificibus eorumque operibus. *Sueton. Aug.* 86. Ludens (*Augustus*) malum et inconstans in eligendo genere dicendi ingenium Antonii. *Phædr.* 1. 14. Malus sutor. *Cic. Arch.* 10. 25. Malus poeta. Sic *Catull.* 49. 6. Tanto pessimus omnium poeta, Quanto tu optimus omnium patronus. Cf *eumd.* 36. 6. *Sueton. Ner.* 51. citharœdus. *Cic. Pis.* 30. 73. Notam apponere ad malum versum. Cf. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 82. mala carmina. *h. e.* non bona: *V.* ibi Interprett. — *c)* De abstractis. *Plaut. Trin.* 1. 2. 30. Malis verbis objurgare aliquem. *Ter. Phorm.* 5. 8. 19. Facinus indignum et malum. Cf. *Sall. Cat.* 18. Eo die post conditam urbem pessimum facinus patratum foret. Rursus *Ter. Andr.* 2. 1. 17. Abi in malam rem. *ra in malora. Sall. Cat.* 21. Mala res, spes multo asperior. *h. e.* res angusta domi. *Cic.* 5. *Verr.* 24. 59. Malam opinionem habere de aliquo. *Nepos Datam.* 6. Mala fide compositoque aliquid facere. *Quintil.* 12. 1. 13. Mala causa. *Virg.* 8. *Ecl.* 41. Ut vidi! ut perii! ut me malus abstulit error! *Horat.* 2. *Sat.* 6. 18. Nec mala me ambitio perdit. — *Malum pondus* est leve pondus, quum grave deberet esse. *Plaut. Amph.* 1. 1. 156. Haud malum huic est pondus pugno. Sic et nos Itali illud dicimus *un buon pugno*, cui magnum est pondus. — Sic Comp. apud *Cic.* 8. *Phil.* 10. 29. Turpis fuga mortis omni est morte pejor *Id.* 4. *Fin.* 19. 54. Si in rebus esset quidquam, quod aliud alio melius esset, aut pejus. — Et Sup. apud *Ovid.* 14. *Met.* 488. nam dum pejora timentur, Est in vota locus: sors autem pessima rerum. *Aurel. Vict. epit.* 1. 29. Pessimum inceptum. — Et *pejus* absolute, substantivorum more. *Cæs.* 1. *B. G.* 31. Pejus victoribus Sequanis, quam Æduis victis accidisse. *Nepos Epam.* 10. Quum male cum patriæ consulere diceret, vide, inquit, ne tu pejus consulas, qui etc. Sed *pejus* hoc loco adverbii more usurpatur. *Lucan.* 7. 706. Vincere pejus erat. *Ovid. Heroid.* 12. 143. Hymen clamant, Hymenæe frequentant: Quo propior vox est, hoc mihi pejus erat. *Virg.* 1. *G.* 200. sic omnia fatis In pejus ruere ac retro sublapsa referri. Sic *Horat.* 2. *Ep.* 1. 264. ac neque ficto In pejus vultu proponi cereus usquam Opto. — Et in plur. num. *Horat.* 1. *Od.* 7. 30. O fortes pejoraque passi Mecum sæpe viri, nunc vino pellite curas. Adde *Ovid.* 14. *Met.* 488. supra cit. *Quintil.* 9. 3. 1. Utinamque non pejora vincant. *Id.* 5. 12. 22. Ad pejora juvenes laude ducuntur. — *Pessimum*, absolute, substantivorum more, est res pessima, maximum malum. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 74. (192). Fel est purgamentum, pessimumque sanguinis. *la peggior parte. Sillig.* omittit *que* et legit purgamentum pessimum. et 17. *ibid.* 22. 35. (182). Quum induruit vitis, pessimum in vinea palmitem traducere. *Varro* 1. *R. R.* 13. 7. Cum Metelli et Luculli villis pessimo publico ædificatis certant. *con gravissimo pregiudizio del pubblico.* Etiam *Liv.* 2. *init.* ita locutus est. — *d)* De hominibus usurpatur — Sæpissime morali ratione, et est pravus, perversus, improbus: quo sensu et de hominum actionibus dicitur. *Juvenal.* 4. 8. Nemo malus felix. Γνώμη est etiam illud *Quintil.* 3. 8. 44. Nec enim est quisquam tam malus, ut malus videri velit. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 1. Malus et nequam homo. *et ibid.* 4. 6. 21. Malus et scelestus et perjurus. *Nepos Att.* 9. Odisse malos cives. *Cic.* 3. *Off.* 9. 39. Philosophi minime mali illi quidem, sed non satis acuti. *non disonesti. Tibull.* 2. 4. 29. hinc Coa puellis Vestis et a rubro lucida concha maris: Hæc fecere malas. *h. e.* avaras, infidas, perjuras. *Sall. orat. Lepidi contra Sull. init.* Neque se aliter tutum putet, quam si pejor atque intestabilior metu vestro fuerit. *Id. orat. Philippi contra Lepid. sub init.* M. Æmilius, omnium flagitiosorum postremus (*h. e.* vilissimus et prorsus despiciendus), qui pejor an ignavior sit deliberari non potest, exercitum habet. *Plaut. Men.* 3. 2. 22. Quid ais, homo levior quam pluma, pessime et nequissime, flagitium hominis? *Sall. orat. Philippi contra Lepid.* Pessume omnium atque impudentissume, tibi ne etc.? *Gell.* 2. 6. *circa med.* Isque omnium pessimus deterrimus est. — Hinc *mali* absolute sunt pravi ac nequæ homines *Nepos Epam.* 10. Epaminondas, quam diu facta est cædes civium, domo se tenuit: quod neque malos defendere volebat, neque impugnare. *Quintil.* 12. 9. 15. Neque solum negligentis, sed mali est, pejus agere, quam poterit. *Id.* 12. 1. 8. Num malis esse laudem curæ putamus. *et* 11. 1. 42. Malos odisse. Similiter *Sall. Cat.* 5. *extr.* Ut paullatim immutata (*respubl.*), ea pulcherruma, pessuma ac flagitiosissima facta sit. *sommamente guasta e viziata.* et *Quintil.* 12. 1. 7. Nihil tam occupatum, tot ac tam variis affectibus concisum atque laceratum, quam mala mens. *h. e.* mens male cogitans, pravus animus. Sic *Brutus* ad *Brut. et Cass.* apud *Cic.* 11. *Fam.* 1. Qua mente esset Antonius, demonstravit, pessima scilicet et infidelissima. Rursus *Quintil.* 12. 1. 3. Mala conscientia. *Sall. Cat.* 18. Mali mores. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 36. Mala consuetudo. Et poetice *Tibull.* 3. 5. 20. Et modo nata mala vellere poma manu. Sic *Virg.* 3. *Ecl.* 11. mala vites incidere falce novellas. *Virg.* 6. *Æn.* 542. Hac (*h. e.* dextera) iter Elysium nobis: at læva malorum Exercet pœnas et ad impia Tartara mittit. — Interdum ad corporis valetudinem refertur, et *pessimum esse* significat pessime se habere. *Cels.* 3. 5. *ante med.* Alii vespere tali ægro cibum dant. Sed quum eo tempore fere pessimi sint, qui ægrotant, verendum est, ne etc. Similiter *Id. ibid.* Insequitur tempus meridianum, a quo quum omnis æger pejor fiat etc. *peggiora, si sente peggio.* — Raro admodum de generis nobilitate dicitur. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 21. Ne plus frumenti dotalibus emetat agris Mutus et (indignum, quod sit pejoribus ortus) Hic tibi sit potius, quam tu mirabilis illi. Sic *Pers.* 6. 14. Etsi adeo omnes ditescant orti pejoribus. — De bellica virtute *Sil. It.* cum Dativo 10. 421. is (*Metellus*) mala bello Pectora degeneremque manum ad deformia agebat Consulta. *h. e.* homines timidos et imbelles. — *e)* Quoniam mali homines aliis noxii sunt, *mala* vocantur etiam quæ noxia sunt. *Tibull.* 1. 2. 51. Malæ herbæ. *et Virg.* 2. *Æn.* 471. mala gramina. *h. e.* noxia, venefica. Adde *Sil. It.* 8. 498. *Stat.* 6. *Theb.* 666. lux mala clipei. *h. e.* terribilis et perstringens oculos. In *Leg. XII. Tabul.* apud *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 4. (17). malum carmen. *h. e.* magicum. *Virg.* 7. *Ecl.* 28. mala lingua. *h. e.* malefica, fascinatoria, ut *Servius* loquitur. ¶ 2. Speciatim de rebus ponitur pro infelici, improspero, adverso. *Cic.* 2. *Divinat.* 25. 54. Lacedæmoniorum mala pugna in Leuctris. Sic *Sall. Jug.* 60. Oppidum post malam pugnam ab rege defecerat. Adde *Sueton. Cal.* 51. *Horat.* 1. *Od.* 15. 5. mala ducis avi domum. Sic *Id. Epod.* 10. 1. mala alite. Contra *Catull.* 61. 20. bona alite. *Calpurn.* 3. *Ecl.* 89. mala arbor. *h. e.* infelix, quæ malum affert. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 4. Malam ætatem exigere. *menare vita infelice.* Sed *mala ætas* dicitur etiam senectus. *Plaut. Men.* 5. 2. 6. Ut mala ætas mala merx est tergo! Adde *Accium, Turpilium, Pacuvium* et *Afranium* apud *Non. p.* 1. 27. et *seq. Merc.* ¶ 3. Item speciatim de forma et de hominibus est deformis, invenustus, *brutto, deforme. Plaut. Merc.* 2. 3. 78. Ancilla forma mala. *Id. Bacch.* 5. 2. 42. Haud mala est mulier. Sic *Quintil.* 6. 3. 32. Mala facies. ¶ 4. Item, de hominibus est etiam non simplex, malitiosus, astutus, vafer, *malizioso, astuto, furbo. Plaut. Bacch.* 5. 2. 20. Oves stultæ atque haud malæ videntur. *Id. Truc.* 2. 5. 4. Nimio minus perhibemur malæ, quam sumus ingenio. *Id. Rud.* 2. 5. 9. Amat hercle me: delituit mala. — Hac significatione aliquando vox est blandientis. *Catull.* 55. 10. Camerium mihi, pessimæ puellæ, etc. *et* 36. 9. Et hæc pessima se puella vidit Jocose et lepide vovere divis. *mariuola, cattivella.* — Hinc

Malum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est infortunium, calamitas, labor, incommodum, pestis, uno verbo quidquid nocet cuiquam, κακόν (It. *male, malanno, calamità*; Fr. *mal, malheur, calamité*; Hisp. *mal, desdica, desgracia, perjuicio, calamidad, infortunio, perdida*; Germ. *d. Böse, Uebel, daher Unglück, Unheil, Verderben, Leiden*; Angl. *an evil, mischief, misfortune, calamity, mishap*). Occurrit ¶ 1. Generatim. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Fin.* 13. 41. Nimium boni est, cui nil est in diem mali. *Id.* apud *Non. p.* 90. 14. *Merc.* Heu bèu, mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala! *Id.* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 44. 107. Neque sepulcrum, quo recipiat, habeat portum corporis, ubi remissa humana vita corpus requiescat malis. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 25. Orarem, ut ei, quod posses mali facere, faceres. *che gli facessi tutto il male che puoi. Cic.* 1. *Orat.* 58. 247. Ipsum quidem illud, etiam sine cognitione juris, quam sit bellum, cavere malum, scire possumus. *Id. Amic.* 3 10. Nihil enim mali accidisse Scipioni puto. *Cæs.* 2. *B. C.* 12. Hostes turris ruina commoti, inopinato malo turbati etc. *Nepos Hamilc.* 2. Diuturnitate externi mali. *h. e.* belli. *Virg.* 2. *G.* 168. Assuetumque malo Ligurem. *h. e.* laboribus et vitæ miseræ. *Id.* 6. *Æn.* 95. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 30. per mala præceps fertur. *h. e.* per incommoda, pericula. *Cic.* 2. *Phil.* 18. 46. Quo ego tempore tanta mala florentissimæ familiæ sedavi, vel potius sustuli. *et ibid.* 44. 113. Servitus est malorum omnium postremum. *Id. Planc.* 13. 33. Libertas malis oppressa civilibus. — *Malum publicum* est publica calamitas. *Liv.* 4. 44. Nec senatui tanti se civem, aut quemquam alium debere esse, ut in parcendo uni malum publicum fiat. Adde *Sall. Cat.* 37.; *Sueton. Ner.* 6.; et *Tac.* 14. *Ann.* 41. Præivit *Cato* apud *Fronton.* 1. *ad Antonin.* 1.

p. 109. ed. *Rom.* Numquam ego argentum pro vino congiario inter apparitores atque amicos meos didi, neque eos malo publico divites feci. — Similiter *Cic.* 1. *Tusc.* 32. 77. Mors non est in malis. *h. e.* inter mala non connumeratur. *Cels.* 3. 15. *in fin.* Quartana neminem jugulat, sed si ex ea facta quotidiana est, in malis æger est. *sta male.* et *ibid.* Danda opera est, ne in quotidianam id malum vertat. *h. e.* febris. *Ovid.* 1. *Pont.* 3. 18. Interdum docta plus valet arte malum. *h. e.* morbus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 17. 44. (153). Cæleste frugum vinearumque malum est rubigo. — Jungitur nonnullis Substantivis. *Horat.* 2. *Od.* 13. 28. Dura fugæ (*h. e.* exsilii) mala. *Justin.* 3. 5. 2. Mala captivitatis. *Lucret.* 6. 829. copia mali. *Id.* 3. 1069. tanta mali moles. *Virg.* 12. *Æn.* 600. Se causam clamat crimenque caputque malorum. *Id.* 2. *ibid.* 97. Hinc prima mali labes. *Grat. Cyneg.* 377. fons malorum. — Pluribus jungitur Verbis, quorum præcipua sunt hæc. *Cic. Harusp. resp.* 3. 4. Malum erumpit. *Id.* 1. *Phil.* 2. 5. serpit. *Sil. It.* 7. 353. gliscit. *Cels.* 5. 28. Malis tentari. *Nepos Hamilc.* 2. Malis perterreri. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 14. Satiari malis. *Liv.* 36. 9. Malis vinci. *Sueton. Ner.* 40. Malum minari. *Id. Cal.* 55. facere. *Tibull.* 4. 13. 20. parere. *Nepos Themist.* 9. inferre. *Virg.* 4. *Æn.* 549. Onerare aliquem malis. *Cic.* 7. *Att.* 8. Subire malum. *Sueton. Ner.* 40. Defungi fatalibus malis. *Virg.* 6. *Æn.* 365. Eripere aliquem malis. *Ter. Andr.* 3. 3. 30.; et *Nepos Att.* 11. Emergere e malis. *Propert.* 3. 17. 10. Sanare mala. *Id.* 1. 7. 13. Me legat assidue post hæc neglectus amator, Et prosint illi cognita nostra mala. *Tibull.* 1. 2. 11. Et, mala si qua tibi dixit dementia nostra, Ignoscas: capiti sint precor illa meo. — *Malo suo aliquid facere,* damno suo, in suam perniciem, *in suo damno, in sua malora. Ennius* apud *Non.* p. 474. 22. *Merc.* Malo hercle suo magno convivat sine modo. *Plaut. Amph.* 1. 1. 165. Olet homo quidem malo suo. Sic *Id. Asin.* 1. 3. 3. Male merenti bona es: at malo cum tuo. Huc pertinet et illud *Propert.* 2. 19. 28. Credat et illa suo docta puella malo. ¶ 2. Speciatim est pœna, *castigo.* — *a*) Universim. *Liv.* 2. 54. *extr.* Malo domandam tribunitiam potestatem. *Sall. Jug.* 105. Pudore magis, quam malo, exercitum coercebat. Cf. *Cic.* 5. *Verr.* 25. 62. Tu, nisi malo coactus, recte facere nescis. *h. e.* formidine pœnæ. Sic *Id.* 2. *Fin.* 22. 71. Nec vir bonus ac justus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinet se ab injuria. Adde *eumd.* 7. *Att.* 2. — *b*) Speciatim usurpatur de plagis, cane, cruce aliisque suppliciis, quæ infliguntur servis. *Liv.* 4. 49. *a med.* Malum quidem militibus meis, nisi quieverint. *et mox.* Auditis, Quirites, sicut servis, malum minitantem militibus. Cf. *Plaut. Pers.* 3. 1. 33. Herus servo suo malum si minatus est. Adde *Ter. Andr.* 2. 5. 20. et *Eun.* 4. 4. 46. Rursus *Plaut. Rud.* 4. 4. 81. Non ego te comprimere possum sine malo. *Ter. Eun.* 4. 4. 45. Non potest sine malo fateri, video. *Cic.* 5. *Verr.* 23. 56. Vi, malo, plagis adductus est, ut frumenti daret, quantum cogeretur. *h. e.* supplicio servili, *strapazzo.* ¶ 3. Item speciatim, *malo esse alicui,* damno esse, *essere di pregiudizio. Plaut. Men.* 2. 3. 5. Amanti amœnitas malo est: nobis lucro est. *Cic.* 14. *Att.* 22. Clementiam illi malo fuisse. *Nepos Alcib.* 7. Huic maxime putamus malo fuisse nimiam opinionem ingenii atque virtutis. ¶ 4. Item morali ratione est vitium, malefactum, scelus, *vizio, misfatto. Plaut. Cas.* 3. 5. 22. Malum pessimum exordiri. *un pessimo misfatto. Ovid.* 1. *Met.* 140. Effodiuntur opes, irritamenta malorum. *Apul.* 9. *Met.* Nisi nos putas æs nostrum de malo habere. ¶ 5. *Malum* sæpe interjectionis modo interseritur, ut *nefas, indignum,* et indignationem significat. *Plaut. Cas. a.* 1. *v.* 3. Quid tu, malum, me sequere? *Id. Truc. a.* 5. *v.* 38. Qui, malum, bella aut facета es, quæ ames hominem istimodi? *Ter. Phorm.* 5. 7. 55. Quid vos, malum, ergo me ludificamini? Adde *eumd. Adelph.* 4. 2. 5., *Eun.* 4. 7. 10. et *Heaut.* 2. 3. 77. Sic *Cic.* 3. *Verr.* 20. 54. Quæ, malum, est ista tanta audacia atque amentia? *che diavol è: che domin è?* et 10. *Phil.* 9. 18. Quæ, malum, est ista ratio, semper optimis causis veteranorum nomen opponere? Adde *eumd.* 2. *Off.* 15. 53. et 9. *Att.* 18. *Liv.* 5. 54. Quæ quum ita sint, quæ, malum, ratio est, expertis alia experiri? *Curt.* 8. 14. 41. Quæ, malum, amentia te coegit? — Hinc

Malum, adverbii loco pro *male. Horat.* 2. *Sat.* 4. 18. Ne gallina malum responset dura palato.

Pejus, ōris, n. 3. *et*

Pessimum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, *V.* supra sub *Malus* 1.

Homonym. *Pejor* differt a *deterior,* ut *Non.* docet p. 432. 7. *Merc.,* nam hoc dicitur respectu boni et melioris: *pejor* mali.

MĂLUS, i, f. 2. (μηλέα). Masc. gen. *V.* infra sub II. 1., 2. et 3.; neutr. gen. *V.* infra sub II. 2. — Malus est arbor, quæ mala fert (It. *melo;* Fr. *pommier;* Hisp. *manzano;* Germ. d. *Apfelbaum;* Angl. *an apple-tree*).

I.) Proprie. *Varro* 1. *R. R.* 7. 6. Malus bifera in agro Consentino. *Virg.* 2. *G.* 70. Et steriles platani malos gessere valentes. — *Ad malum Punicum* locus erat in sexta Urbis regione, ubi et domus, in qua Domitianus Aug. natus est, ut *Sueton. Domit.* 1. docet. Sic *P. Victor de region. Urb.* Malum Punicum, ad quod Domitianus dedicavit templum Minervæ Flavianæ, seu templum gentis Flaviæ, et erat domus ejus.

II.) Translate. ¶ 1. *Malus,* m. gen., est arbor navis antennas sustinens et vela, *albero della nave,* ἱστός. *Cato* apud *Isid.* 19. *Orig.* 2. 12. Malum deligatum, parastatæ junctæ. *Cic. Senect.* 6. 17. Ut si quî gubernatorem in navigando agere nihil dicant, quum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant. *Id.* 7. *Verr.* 34. 88. Malum erigi, vela fieri, præcidi ancoras imperavit. *Virg.* 5. *Æn.* 828. jubet ocius omnes Attolli malos, intendi brachia velis. *Ovid. Heroid.* 5. 53. Aura levis rigido pendentia lintea malo Suscitat. *Lucan.* 5. 418. summi carchesia mali. *Horat.* 1. *Od.* 14. 5. malus celeri saucius Africo. *Val. Flacc.* 1. 126. velifero quærentem brachia malo. *et ibid.* 312. celso cornua malo Expediunt. *et ibid.* 620. Vela super tremulum subitus volitantia malum Turbo rapit. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (209). Malum et antennam Dædalus invenit. ¶ 2. A similitudine *malus* in circo vel theatro dicitur lignum vel palus, quo, funibus alligatis, vela tensa suffulciuntur ad aeris injurias arcendas, ut commodius spectatores ludos spectare possent. *Liv.* 39. 7. *ad fin.* Ludis Romanis eo anno, malus in circo instabilis in signum Pollentiæ procidit atque id dejecit. *Lucret.* 6. 108. Carbasus ut quondam magnis intenta theatris Dat crepitum, malos inter jactata trabesque. — Hac significatione etiam *malum, i,* neutr. gen. usurpatur. *Inscript.* apud *Orell.* 2556. XII. K. MAI. MALA ET VELA ERVNT. Adde *aliam* apud *Henzen.* 6168. ¶ 3. Item a similitudine *malus* dicitur lignum in medio torcularis erectum. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 31. 74. (318). Parvis prelis et minori torculario et malo in medio decreto. *Sillig.* recte conjecit legendum *directo.*

MALVA, æ, f. 1. ¶ 1. Est herbæ species, *malva,* μαλάχη. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 84. (222). In magnis laudibus malva est utraque, et sativa et silvestris. Duo genera earum amplitudine folii discernuntur: majorem Græci malopen vocant in sativis. Alteram ab emolliendo ventre dictam putant malachen. E silvestribus, cui grande folium et radices albæ, althæa vocatur, ab excellentia effectus (ab ἀλθαίνω *medeor, sano*), a quibusdam plistolochia. Hæc *Plin. Horat.* 1. *Od.* 31. 15. me pascunt olivæ, Me cichorea levesque malvæ. *h. e.* grave corpus allevantes. Sic *Id. Epod.* 2. 58. aut gravi Malvæ salubres corpori. *Martial.* 10. 48. Exoneraturas ventrem mihi villica malvas Attulit. Adde *Cic.* 7. *Fam.* 26.; et *Ovid.* 4. *Fast.* 697. ¶ 2. Tradunt auctores in Arabia malvas septimo mense arborescere, baculorum quoque usum præbentes. Extemplo est arbor malva in Mauritania, altitudinis pedum viginti, crassitudinis, quam circumplecti nemo possit. Hæc *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 22. (62).

MALVĂCEUS, a, um, adject. (malva) qui est ex malva, vel malvæ similis. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 4. 10. (19). Rosæ genus funditur e caule malvaceo, folia oleæ habente. — Hinc

Malvaceus, i, m. 2. substantivum est deminut. *malvæ. V.* BETACEUS.

MALVATICUS, a, um, adject. idem ac malvaceus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 178.

MALVELLA, vestis, f. quæ malvacei coloris est. *Isid.* 19. *Orig.* 22. Molochina, quæ malvarum stamine conficitur: quam alii malvellam. *V.* MOLOCHINUS.

MĂMILLA *et minus recte* mammilla, æ, f. 1. deminut. mammæ, atque idem sæpe significans, papilla, *mammella,* τιτθίον.

I.) Proprie. *Vellej.* 2. 70. 5. *de Bruto.* Quum mucronem gladii sinistræ admovisset mamillæ, uno ictu transfixus exspiravit. *Juvenal.* 6. 400. Ipsa loqui recta facie strictisque mamillis. *Id.* 12. 74. Scrofa triginta clara mamillis. — *Mamilla* est etiam vox blandientis feminas præcipue. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 47. Ubi isti (*viri*) sunt, quibus vitæ, quibus deliciæ, quibus savia, mamillæ mellitæ? *scil.* estis. *Forcellinus* hoc loco habet *mammillæ.*

II.) Translate. ¶ 1. A similitudine ita dicitur tubus mammæ figura, per quem aqua emittitur. *Varro* 3. *R. R.* 14. 2. Si eduxeris fistulam, et in eam mamillas imposueris tenues, quæ eructent aquas. *Al. leg.* papillas. Sic *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 46. (159). *mammata* dixit in balineis fictilia illa, per quæ calor ex hypocausto in balineas transfunditur. Hinc etiam *Cassiod.* 7. *Variar.* 6. Claudia (*aqua*) per tot siccas montium summitates lavacris ac domibus liquores purissimos fistularum uberibus emittit. ¶ 2. In capris *mamillas pensiles* vocat *Varro* 2. *R. R.* 3. 2. verruculas duas parvæ mammæ forma, sub earum rostra pendentes. *Al. tamen leg.* mammulas.

MĂMILLĀNUS, a, um, adject. (mamilla), ut Mamillanæ ficus, apud *Plin.* 15. *Hist. nat.* 18. 19. (69)., sic appellatæ a similitudine mammarum. Eadem de causa *mammosa pira* memorantur ab *eod. ibid.* 15. 16. (54).

MĂMILLĀRE, is, n. 3. (mamilla) strophium, fascia e pelle, qua mulieres mamillarum tumorem coercebant, *giustacuore,* ἐπιμαστίδιον. Legitur in *lemmate* apud *Martial.* 14. 66. Taurino poteras pectus constringere tergo: Nam pellis mammas non capit ista tuas.

MAMMA, æ, f. 1. μάμμα, μάμμη, quod secundum *Forcellinum* est a μάω *quæro, cupio,* cujus præter. perf. pass. μέμαμαι, unde prius *mama,* deinde *mamma* factum. Hinc *Etymol. M.* Μαστός, ἐν ἐπιζητοῦσι τὰ βρέφη. Quidquid vero sit de etymo, mamma est receptaculum lactis in femina. *Gell.* 12. 1. vocat fontem sanctissimum corporis, generis humani educatorem. Gr. τιτθός, μαστός (It. *mamma, mammella, poppa;* Fr *mamelle, poitrine, sein, teton;* Hisp. *mamila, teta;* Germ. *die Brust, bes. die Mutterbrust;* Angl. *a breast, pap, teat, dug*).

I.) Proprie. — *a*) Dicitur de mulieribus. *Plaut. Truc.* 2. 5. 1. Puero isti date mammam. *Cic.* 2. *Divinat.* 41. 85. Puer in gremio matris sedens, mammam appetens. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 35. (98). Ad mammam adrepere infans. *Lucret.* 5. 883. puer Ubera mammarum in somnis lactantia quærit. *Virg.* 1. *Æn.* 496. *de Amazone.* Aurea subnectens exsertæ cingula mammæ. *Marcell. Empir. cap.* 1. *ad med. pag.* 88. *ed. Ald.* Ulcuscula in capite similia mammarum capitulis. — *b*) Dicitur etiam de viris. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 39. 95. (232). Mammas homo solus e maribus habet: cetera animalia mammarum notas tantum. *Cic.* 3. *Fin.* 5. 18. Viris ad ornatum donata sunt a natura mammæ atque barba. *Justin.* 12. 9. 12. Sagitta sub mamma trajectus. — *c*) Usurpatur etiam de bestiis. *Cic.* 2. *Nat. D.* 51. 128. Quæ multiplices fetus procreant, ut sues, ut canes, his mammarum data est multitudo: quas easdem paucas habent eæ bestiæ, quæ pauca gignunt. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 40. 95. (235). Balænæ vitulique mammis nutriunt fetus. *Virg.* 3. *G.* 309. Quam magis exhausto spumaverit ubere mulctra; Læta magis pressis manabunt flumina mammis. *Varro* 2. *R. R.* 1. 20. Mammam sugere. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 40. 95. (234). Mammas premere. *h. e.* exprimere sugendo. *Id. ibid.* (235). Mamma sterilescit. *h. e.* aresci. *Id. ibid.* (235). Descendit. *h. e.* lacte manat. *Id. ibid.* (233). Equæ anno prope toto mammas præbent. *Id.* 26. *ibid.* 15. 92. (168). Mammas uberiores reddere. *Id.* 20. *ibid.* 33. 96. (256). replere. *Id.* 23. *ibid.* 2. 32. (67). exstinguere. *h. e.*

siccare. — d) Adhibetur etiam in blanditiis. *Plaut. Most.* 1. 4. 7. Ecquid tibi videor, mamma, madere. At *Bothe* rectius edidit: Ecquid tibi videor ma-ma madere? Loquitur enim ebrius.

II.) Translate. ¶ 1. In arboribus *mamma* dicitur parva illa extuberatio in cortice, unde germen et rami erumpunt. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 16. 26. (118). Exempta scutula cortici, imprimitur ex alia cortex par, cum sui germinis mamma. ¶ 2. *Mammam* infantes matrem appellabant, ut *tatam* patrem, *papam* cibum. *Varro* apud *Non. p.* 81. 4. *Merc.* Quum cibum ac potionem buas ac papas vocent, matrem mammam, patrem tatam. *Martial.* 1. 101. Mammas atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum Dici et mammarum maxima mamma potest. *Inscript.* a *Barpt. Borghesio* Romæ descripta n. 6. D. M. P. FLAVIO CRESCENTI P. FLAVI AMARANTI FILIO VIX. AN. VII. D. I. HOR. X. FLAVIA EVPHROSINE MAMMA IDEM NVTRIX. ¶ 3. Hinc est etiam avia, *avola. Inscript.* apud *Gruter.* 663. 8., quæ est apud *Orell.* 2813. DIS M. ZETHO CORINTHVS TATA EIVS ET NICE MAMMA FECIT. V. A. I. D. XVI *Inscript.* apud *Murat.* 1134. 3. CN. ARRIO AGAPETO ARRIA AGAPETE MATER ET BOSTRYCHVS PATER ET HELPIS MAMMA ET FIXIE NVTRIX FILIO PIENTISSIMO. ¶ 4. Est quoque nutrix. *Inscript.* apud *Visc. Mus. Pio-Clem. T.* 2. *p.* 82. *ed. Mediol.* DIIS PROPITIIS. CLAVDIA TI. F. QVINTA C. IVLIO HYMETO PAEDAGOGO SVO ITEM TYTORI A PVPILLATV OB REDDITAM SIBI AB EO FIDELISSIMAM TVTELAM ET C. IVLIO EPITYNCHANO FRATRI EIVS ET IVLIAE SPORIDI MAMMAE SVAE FECIT. *Alia* apud *Mommsen. Inscr. Neap.* 3373. et apud *Henzen.* 6257. D. M. SITTIAE EVTYCHIAE LIBERTAE ET MAMANI (*sic pro* mammæ) CITTI IANVARI PATRONI B. M. F.

MAMMĀLIS, e, adject. (mamma) ad mammas pertinens. *Apul. Herb.* 26. herbam chamæpityn *mammalem* vocat, quia prodest in morbis mammarum.

MAMMĀTUS, a, um, adject. (mamma) mammis instructus. Hinc a similitudine *mammatum* dicitur quidquid mammæ figuram refert. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 46. (159). Mammata fictilia. *V.* MAMILLA II. 1. Sic pro *hamatæ* vel *animatæ*, *Schneiderus* legendum putavit apud *Vitruv.* 7. 4. 2. Mammatæ tegulæ. *h. e.* quæ mammarum similitudinem habebant a forma in summo contracta, vel quæ aquam inclusam mammarum instar fundebant. Videsis quæ de hac lectione disseruerunt *Schneider.* ad *Vitruv.* 5. 10. 5. et ad *Varron.* 3. *R. R.* 14. 2., et *Sillig.* ad *Plin. loc. cit.*

MAMMĒĀTUS, a, um, adject. (mamma) mammosus. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 181. Hujus amica mammeata. Confirmat *Non. p.* 137. 20. *Merc.*

MAMMO, as, are, a. 1. (mamma) mammam sugere, lactare. Occurrit tantum Part. *Mammans* apud *Augustin. Tractat. in Ps.* 39. Mammantes autem, id est lactantes.

MAMMON. *V.* voc. seq. in fin.

MAMMŌNA *vel* mammonas, æ, m. 1. μαμμωνᾶς, abundantia, divitiæ, et translate Plutos, scilicet divitiarum deus: est a Chaldaic. מָמוֹן *mamon*, divitiæ, pecunia. *Vulgat. interpr. Luc.* 16. 9. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Quæ verba ita interpretatur *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 32. Scilicet de nummo: injustitiæ enim auctorem et dominatorem totius sæculi nummum scimus omnes, cui famulatam videns (*Christus*) Pharisæorum cupiditatem, amentavit hanc sententiam (*Luc.* 16. 13.): Non potestis Deo servire et mammonæ. *Augustin.* 1. *Serm. Dom. in monte* 14. Mammona apud Hebræos divitiæ appellari dicuntur. Congruit et Punicum nomen: nam lucrum punice mammon dicitur. Adde *eumd.* 1. *Civ. D.* 10.; et *Vulgat. interpr. Matth.* 6. 24.

MAMMŌNĒUS, a, um, adject. ad mammonam pertinens. Est autem *mammona* Syriaca vox, qua significantur divitiæ. *Augustin.* docet 2. *de serm. Domini in monte* 14. Punice *mammon* idem esse, quod lucrum. Hinc *mammonea fides* est perfida, et quæ spe lucri et divitiarum solummodo constat, apud *Prudent. Hamartig.* 429. Mammoneamque fidem pacis sub amore sequuntur. Hic *Prudent.* licenter secundam syllabam corripit, vel *ea* per synezesin in unam syllabam contrahit.

MAMMŌSUS, a, um, adject. (mamma) magnas habens mammas, di *grandi mammelle*, μεγαλόμαστος.

I.) Proprie. — *a*) De mulieribus. *Laberius* apud *Gell.* 3. 12. Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax. Adde *Martial.* 14. 149. et *Lucret.* 4. 1162. At gemina et mammosa Ceres est ipsa ab Iaccho. Sic *Arnob.* 3. 10. Ab Iaccho Cererem, musa ut prædicat Lucretii, mammosam. *Id. Arnob.* 6. 25. Ceres mammis cum grandibus. — *b*) De bestiis. *Varro* 2. *R. R.* 9. 5. Canes feminas volunt esse mammosas, æqualibus papillis.

II.) Translate. *Mammosa pira* sunt, quæ instar mammæ turgescunt. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 16. (54). — *Mammosum panici genus*, panum habens racemosum et parvis paniculis constantem, cacumine gemino. *Id.* 18. *ibid.* 7. 10. (54). — *Mammosum tus*, quum, hærente lacrima priore, consecuta alia miscuit se. *Id.* 12. *ibid.* 14. 32. (61).

MAMMŌTHREPTUS, a, um, adject. μαμμοθρεπτος a μάμμα vel μάμμη *mamma* atque adeo *nutrix* et τρέφω *nutrio*, a nutrice altus. Est *Augustin. Tractat. in Psalm.* 20.

MAMMŪLA, æ, f. 1. *deminut. a* mamma, parva mamma, *mammella.*

I.) Proprie. *Varro* 2. *R. R.* 3. 2. Capræ sub rostra duas ut mammulas pensiles habent. *Alii leg.* mamillas. *V.* VERRUCULA. *Cels.* 7. 26. *ab init.* Femina urinæ iter mammulæ simile habet. Ita in omnib. suis editionib. et Codd. MSS. vidit *Morgagnius*, atque ita edidit *Targa*; alii tamen minus recte *carunculæ.*

II.) Translate est avia, *avola. Inscript.* apud *Gruter.* 663. 2., quæ est apud *Orell.* 4849. VALERIVS IVLIANVS ITALICO FILIO INFELICISSIMO ET HONORATAE MAMMVLAE HVIVS FECIT. HAEC NAMQVE EMERITOS BIS QVADRAGINTA PER ANNOS VIXIT, AT HIC TERNO CONSVLE NATVS ERAT. At *Marini Frat. Arv. p.* 161., ubi hanc inscriptionem attulit a se perlectam, ita habet: AT HIC TERTIO CONSVLE NATVS OBIT. *h. e.* triennis. Ita et *Orellius*, qui eam a *Marini loc. cit.* sumpsit. *Alia* apud *Orell.* 4671. D. M. MARCIAE MEROES FABIA SECVNDINA MAMMVLAE B. M. *Alia* in *Bullett. dell' Instit. di corrispond. archeol. a.* 1842. *p.* 3. SER. CORNELIAE SER. L. SABINAE SER. CORNELIVS DOLABELLA METILLIANVS NVTRICI ET MAMMVL. B. M. F. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MAMPHŪLA, æ, f. 1. placenta seu collyra ex farina triticea, quam Hebræi, et ceteri orientales populi sacerdotibus, tamquam primitias, offerebant, quotles panis massa in qualibet domo subigeretur. Eadem in usu olim etiam apud Romanos fuisse videtur; hinc apud nostrates etiamnum pueri ea placenta subcinericea donantur, quoties farina ad panem conficiendum subigitur: est ab Hebr. מַפֵּלָה *mapphala*, cadivum, casus. V. *Ezech.* 26. 18; seu מַמָּל *mapphal*, deciduum, h. e. quod ex majori massa decidit. V. *Amos* 8. 6. *Festus p.* 142. 1. *Müll.* Mamphula appellatur panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in clibano antequam percoquatur, decidit in carbones cineremque: cujus meminit Lucilius: Pistricem validam si nummi suppeditabunt, Addas empleuron, mamphulas quæ sciat omnes.

MAMPHUR, μαννοφόρον, lignum rotundum mediocris longitudinis loro circumvolutum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis. *Paul. Diac. p.* 132. 1. *Müll.* Est a voce Græca allata, quæ a μάννος *monile*, et φέρω *porto*, quia circumvolutum habet lorum, ut collum monile. *Scalig.*

MANA spongia, f. 1. falsa lectio: *V.* MANOS. — De nom. deorum *V.* ONOM.

MĀNĀBĪLIS, e, adject. (mano) facile manans, ut Manabile frigus, apud *Lucret.* 1. 534. *h. e.* penetrans, vel, ut ait *Virg.* 1. *G.* 93. penetrabile frigus.

MĀNĀCHUS *vel* Manacus, i, m. z. circulus in horologio solari seu sciotherico, cujus ope, præter horarum et dierum longitudinem ab aliis lineis præmonstratam, etiam menses seu XII. zodiaci signa ab umbra gnomonis quotidie indicantur: est autem μάναχος Dorice pro μήναχος, ἀπὸ τοῦ ἔχειν τοὺς μῆνας: vel potius ab inusit. μηνάζω *menses denoto*, ut a μονάζω est *monachus.* Hinc Itali suum habent *almanacco*, ab Arabibus nempe derivatum, qui articulum *al* ipsorum proprium voci *manacho* præfigunt. *Vitruv.* 9. 8. E centro æquinoctiali intervallo æstivo circinatio circuli menstrui agatur, qui manacus dicitur. V. *Guattani Mem. Enciclop. Rom. T.* 5. *p.* 103. et ann. 1816. *p.* 128. At *Schneiderus* (9. 7. 6.), aliquot Codicum auctoritate fretus, legit *menæus* ex Græco μηναῖος vel μηνιαῖος, h. e. menstruus: *V.* ejus adnotat. ad h. l.

MĀNĀLIS, e, adject. (mano) ex quo aliquid manat. — *a*) *Manalis fons*, ex quo perpetuo aqua fluit. Ab auguribus fons manalis puteus perennis vocabatur. *Festus p.* 157. 29. et *Paul. Diac. p.* 128. 3. *Müll.* — *b*) *Manalis lapis*, ostium Orci, per quod Manes, idest animæ Inferorum ad Superos manarent. *Paulus p.* 128. 4. qui deducere videtur a *manando.* Sed si manalis lapis erat Orci ostium, quis dubitet, quin id nomen sit a Diis *Manibus?* — *Manalem lapidem* etiam vocabant petram quamdam, quæ erat extra portam Capenam juxta ædem Martis, quam quum propter nimiam siccitatem loco moverent, et in Urbem protraherent, inde pluvia statim sequebatur: a *mano* quod aquis manaret. *Paul. Diac. p.* 128. 5. et *p.* 2. 12. *Müll.* Meminit ejus lapidis et *Varro de vita P. R.* 1. apud *Non. p.* 547. 10. *Merc. et Fulgentius Planciades de prisco sermone p.* 559. 16. *Merc.* ubi ex *Labeone* idem confirmat. V. *A. Maium* in *Script. vet. N. Collect. T.* 6. *P.* 2. *pag.* 54. nota (5). — Apud *Varron. loc. cit.* urceolum *aquæ manale* vocabant, quod eo aqua in trulleum effunderetur. Unde quidam *aquæmanale* conjunctim scribunt. V. AQUIMINARIUM. — *Labeo* modo laudatus, in libris de Etrusca disciplina hæc habet: Fibræ jocinoris sandaracei coloris dum fuerint, manales tum vertere opus est petras: h. e., ut subdit *Fulgent.*, quas antiqui solebant in modum cylindrorum per limites trahere pro pluviæ immutanda inopia. Non ergo solum extra portam Capenam, sed alibi quoque hujusmodi manales lapides habebantur.

MĀNĀMEN, inis, n. 3. (mano) manatio, fluxus. *Auson. Mosell.* 32. bivio refluus manamine pontus. *h. e.* mare fluxu et refluxu remeans.

MĀNĀTĪO, ōnis, f. 3. (mano) *gocciolamento*, *spandimento*, aqua stillans, effusio aquæ per rimas. *Frontin. Aquæd.* 65. Intercidit tamen aliquantum e ductus vitio, qui quum sit depressior, non facile manationes ostendit. *et ibid.* 110. Aquæ caducæ, quæ ex castellis effluunt, aut ex manationibus fistularum. *et ibid.* 122. Tectoria corrumpuntur, unde fiunt manationes: quibus necesse est latera rivorum et substructiones vitiari. *Marcell. Empir. cap.* 1. *circa med.* Ad ulcera, quæ in capite effervescunt cum humoris manatione, prodest aqua calida etc. *Id. cap.* 11. *ad fin.* Medicamentum quod facit ad tumores aurium et puris inde manationem.

MANCEPS, cĭpis *vel* cūpis, adject. (manus *et* capio) ad litteram est qui aliquid manu capit; hinc qui aliquid faciendum sibi sumit, et speciatim redemptor, agrorum vel ædium conductor, decumanus, portitor etc. ἐργολάβος (It. *imprenditore*, *assuntore di un'impresa*; Fr. *entrepreneur*, *fermier*; Hisp. *emprendedor*, *la persona que emprende alguna operacion ó obra*; Germ. *der Unternehmer*, *Entrepreneur*, *Vermittler*; Angl. *a purchaser of the goods of the proscribed*, *a former of the public taxe*, *an undertaker of the any public work*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Sueton. Vesp.* 1. *ad fin.* Non negaverim jactatum a quibusdam, Petronii patrem fuisse mancipem operarum, quæ ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare solent. *h. e.* conductorem mercenariorum et operariorum servorum, ut opera eorum ad quæstum uteretur. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 13. 57. (164). Non ignoramus, pretia rerum omnibus pæne annis mutari, prout quisque mercatus sit, aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet. *partitante*, *incettatore*: qui minoris coemit, ut carius vendat. Cf. *Inscript.* apud *Murat.* 311. 2. LYSIMACHO AVG. DISP. FRVMENT. MANCIP. FECIT FL. CORINTHIAS Rursus *Plin.* 10. *Hist. nat.* 43. 60. (122). Manceps sutrinæ. *h. e.* qui officinam conduxit, ut ibi periculo suo sutrinam exerceat. *padron di bottega.* Sic alter *Plin.* 3. *Ep.* 19. Sunt ergo instruendi

complures frugi mancipes, *h. e.* qui agros mercede conducunt, *affittuali*. ¶ 2. Speciatim *manceps* sumitur pro eo, qui aliquid a populo vel re publica, in auctione aut extra aliquid emit, conducit, aut redimit, *comperatore, conduttore*: fortasse quia et hic manu capit: nam manu sublata significabat, se pluris esse licitatum. Iis quippe publica locabantur, qui in licitatione majorem pecuniæ summam, sublato digito, datis prædibus spopondissent. Hæc *Paul. Diac.* p. 151. 9. *Müll.* et *Varro* 5. *L. L.* 40. *Müll.* Prædia dicta, item ut prædes, a præstando, quod ea pignore data publice mancupis fidem præstent. Hinc — *a*) In publicis venditionibus manceps dicitur, qui emit et plurium emptorum societatem rei publicæ repræsentat ac pro iis fidejussor exstitit. *Nepos Att.* 6. Ad hastam publicam numquam accessit: nullius rei neque præs, neque manceps factus est. *Cic. Rosc. Am.* 8. 21. Nomen refertur in tabulas Sex. Roscii, hominis studiosissimi nobilitatis: manceps fit Chrysogonus: tria prædia – Capitoni propria traduntur, quæ hodie possidet; in reliquas omnes fortunas iste T. Roscius nomine Chrysogoni – impetum facit. *Id. Dom.* 18. 48. Ne in prædæ quidem sectione mancipem, aut prædem – nisi furem ac sicarium reperire potuisti. — *b*) Item qui publica opera facienda conducit, redimit. *Cic.* 3. *Verr.* 54. 141. Locare incipit (*prætor*): accurrunt ad tempus tutores: digitum tollit Junius patruus. Isti color immutatus est: quid ageret, cœpit cogitare: si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo manceps, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse. *h. e.* redemptore sartorum tectorum: qui enim hic *manceps*, ab eodem *Cic. redemptor* dicitur 5. *Verr.* 7. 16. — Sic *manceps viæ* idem est ac redemptor, qui eam reficiendam quæstus sui causa redemit; ideo etiam redemptor appellatus. *Tac.* 3. *Ann.* 31. Idem plurima per Italiam itinera fraude mancipum et incuria magistratuum interrupta et impervia suscepit. *Inscript.* apud *Gruter.* 622. 2., quæ est apud *Orell.* 3221. CN. CORNELIO CN. F. SAB. MVSAEO MANCIPI VIAE APPIAE etc. — Huc pertinent et illa *Cod. Theod.* 14. 5. 1. Mancipes, qui thermarum exhibitionem Romæ curant. *Inscript.* apud *Orell.* 4217. P. CALVIVS P. F. IVSTVS MANCIPS (*sic*) OFICINARVM AERARIARVM. — *c*) Item qui publica vectigalia redimunt, publicanorum principes, *appaltatori generali delle pubbliche gravezze. Cic. Divinat. in Q. Cæcil.* 10. 33. Mancipes a civitatibus pro frumento pecuniam exegerunt. et *Pseudo-Ascon.* ad *h. Cic. loc.* Mancipes sunt publicanorum principes, Romani homines: qui quæstus sui causa, si decumas redimunt, decumani appellantur; si portum aut pascua publica, portitores aut pecuarii, quorum ratio scriptura dicitur. Hi omnes exigenda a sociis suo periculo exigunt, et reipublicæ repræsentant, providentes etiam in illa redemptione commodis suis. Adde *Cic.* 5. *Verr.* 74. 172. et *Id. Dom.* 10. 25. Tu – Sex. Clodio – omne frumentum privatum et publicum, omnes provincias frumentarias, omnes mancipes lege tua tradidisti. *Id. Planc.* 26. 64. Negotiatoribus comis, mercatoribus justus, mancipibus liberalis, sociis abstinens, omnibus eram visus in omni officio diligentissimus. *Inscript.* apud *Orell.* 3347. HOS LAPIDES CONSTITVI IVSSERVNT PROPTER CONTROVERSIAS QVAE INTER MERCATORES ET MANCIPES ORTAE ERANT VTI FINEM DEMONSTRARENT VECTIGALI – EXIGVNDO. Rursus *Cic.* 5. *Fam.* 20. Erat enim nobis curata pecunia Valerii mancipis nomine. — *d*) *Corpus omnium mancipum* legitur in *Inscript.* apud *Orell.* 3185., quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 353.

II.) Translate. ¶ 1. Pro fidejussore, *sicurtà*, occurrit apud *Plaut. Curc.* 4. 2. 29. Ego mancupem te nihil moror, nec lenonem alium quemquam. ¶ 2. *Plin.* 2. *Ep.* 14. Sequuntur auditores actoribus similes, conducti et redempti mancipes: convenitur in media basilica, ubi tam palam sportulæ, quam in triclinio dantur. *h. e.* qui a causidicis pretio conducti, alios ad hoc conducunt, ut plausu ipsos causidicos prosequantur et laudibus. Recentiores leg. *conducti et redempti: manceps convenitur. In media basilica tam palam* etc. eodem tamen sensu, *manceps* enim est qui a causidicis pretio conductus, alios conducit, ut causidicos ipsos plausu prosequantur et laudibus. ¶ 3. Item est qui proprio jure aliquid possidet: quod cl. *Furlanetto* proprie accepit ac primo loco posuit. *Tertull. Apolog.* 11. Necesse est, concedatis aliquem sublimiorem Deum et mancipem quemdam divinitatis, qui ex hominibus deos fecerit.

MANCINUS, a, um, adject. a *mancus*, affertur a *Priscian.* 2. p. 592. *Putsch.*, sed sine exemplis. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MANCÍÓLA, æ, f. 1. *deminut. a* mancia, quæ vox est vulgi propria et manum significat, sed occurrit tantum in cognominibus Romanis (*V.* MANCIA in ONOM.), parva manus, χειρίδιον. *Nævius* apud *Gell.* 19. 7. Manciolis tenellis.

MANCIPALIS, e, adject. qui ad mancipem pertinet. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir.* p. 73.

MANCÍPÁRIUS, ii, m. 2. (mancipium) qui mancipia vendit, mango. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 11. 147. Quales (*pueros*) vendunt care manciparii.

MANCÍPÁTÍO *vel* mancupatio, ōnis, f. 3. (mancipo) actus abalienandi, et veluti simulacrum venditionis in iis rebus, quæ *mancipi* dicebantur, χείρωσις, ἀνδραποδισμός. *Cajus* 1. *Instit.* (edente iterum *Goeschenio*) § 121. Qui mancipio accipit, apprehendere id ipsum, quod ei mancipio datur, necesse sit: unde etiam mancipatio dicitur, quia manu res capitur. *V.* MANCIPIUM; et adde *Ulpian.* 19. 3. et 20. 9. Sic *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 49. *n.* 282. MANCIPATIONEM FECERVNT N. I. *h. e.* nummo uno. — Sumitur et pro vera venditione. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 58. (117). Lolliam Paulinam vidi smaragdis margaritisque opertam toto capite, crinibus — digitisque; quæ summa quadringenties HS. colligebat; ipsam confestim paratam mancipationem tabulis probare. *h. e.* ostendere tabulas, in quibus earum gemmarum venditio et pretium descriptum erat. Alii leg. *nuncupationem*, quos reprehendit *Harduinus*. Vulgatam scripturam, h. e. *mancipationem*, defendit etiam *Schulting.* in *Jurispr. Antejustin.* ad *Ulp. fragm.* 29. 1. 3.; contra *Sillig.* præfert *nuncupationem*, quia de hereditate, non de emptione sermo est.

MANCÍPÁTUS *vel* mancupatus, a, um. *V.* MANCIPO.

MANCÍPÁTUS *vel* mancupatus, us, m. 4. (mancipo). ¶ 1. Est idem ac mancipatio. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 60. (124). Et hoc tamen æternæ prope possessionis est, sequitur heredem, in mancipatum venit, ut prædium aliquod. *id est* solemnitates eæ adhibentur, quæ solent in iis rebus, quæ sunt mancipi. ¶ 2. Est etiam functio, munus, et procuratio ipsa mancipis, *h. e.* ejus, qui aliquid conduxit a publico, puta vectigalia, cursum publicum, vias muniendas, etc. *Imppp. Gratian., Valentinian. et Theodos. Cod. Theod.* 8. 5. 36. Mancipibus supra lustrale tempus cura non imminent mancipatus. *Impp. Valentinian. et Valens ibid.* 7. 9. Ad ejus, quod declinare tentarunt, muneris functionem, et ad necessitates constringantur mancipatus.

MANCÍPI *vel* mancupi. *V.* voc. seq.

MANCÍPIUM *vel* mancupium, ii, n. 2. (manceps) in jure civili Romano est actio emendi, seu comparandi dominium alicujus rei, vel jus proprietatis, quæ certa ratione fiebat, ut docet *Cajus* 1. *Institut.* § 119., cujus verba *V.* infra sub I. 1.: atque adeo mancipium est cujusvis rei dominium, seu jus potestatis: a *manu* et *capio*. Antiqui enim res, quarum dominium comparare volebant, manu capiebant seu prehendebant; hinc *Varro* 6. *L. L.* 85. *Müll.* Mancipium, quod manu capitur. Cf. *Dig.* 1. 5. 4. § 3. et *Fragm. Vatic.* § 6.

I.) Proprie. ¶ 1. Abstracta, uti ajunt, significatione mancipium est solemnis ex Romano jure alicujus rei emptio, sive actus alicujus rei dominium vel jus proprietatis comparandi. Porro — *a*) *Emptio eorum quæ mancipii sunt*, ut ait *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (43). et *mancipatio* correlativa sunt. Nam respectu venditoris contractus hic dicitur *mancipatio*, seu venditio mancipii; contra respectu emptoris dicitur *emptio mancipii*. Hujusmodi vero contractus ita fieri docet *Cajus* 1. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 119. Est autem mancipatio (*h. e.* venditio eorum, quæ mancipii sunt) imaginaria quædam venditio, quæ et ipsum jus proprium civium Romanorum est; eaque res ita agitur. Adhibitis non minus quam quinque testibus, civibus Romanis puberibus, et præterea alio ejusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens; is qui mancipio accipit, rem tenens ita dicit: HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO, ISQVE MIHI EMPTVS EST HOC AERE AENEAQVE LIBRA. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei, a quo mancipio accipit, quasi pretii loco. Eo modo et serviles et liberæ personæ mancipantur: animalia quoque, quæ mancipi sunt, quo in numero habentur boves, equi, muli, asini; item prædia tam urbana, quam rustica, quæ et ipsa mancipi sunt, qualia sunt Italica, eodem modo solent mancipari. In eo solum prædiorum mancipatio a ceterorum mancipatione differt, quod personæ serviles et liberæ, item animalia, quæ mancipi sunt, nisi in præsentia sint, mancipari non possunt: prædia vero absentia solent mancipari. *Cic.* 1. *Orat.* 39. 178. Quum M. Marius Gratidianus ædes Oratæ vendidisset, neque servire quamdam ædium partem in mancipii lege dixisset, defendebamus quidquid fuisset incommodi in mancipio, id si venditor scisset neque declarasset, præstare debere. *in lege mancipii* est in lege sive in contractu venditionis, seu mancipationis, *nel contratto di vendita*. Hinc *Varro* 6. *L. L.* 74. *Müll.* Ab eo scribi cœptum in lege mancipiorum etc. *nella legge relativa alle comprevendite*, quæ absolute *lex* dicitur in *Dig.* 18. 1. 68. *pr.*, et *lex prædii* a *Cic. Partit. orat.* 31. 107. Ceterum *in mancipio* idem est atque in ipsa venditione, ut apud *Cic.* 3. *Off.* 16. 67. M. Marius Gratidianus C. Sergio Oratæ vendiderat ædes eas, quas ab eodem ipse paucis ante annis emerat. Eæ serviebant; sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Similiter *Id.* 1. *Orat.* 39. 179. Quum ædes L. Fufio venderet (*Bucculejus*), in mancipio lumina, uti tum essent, ita recepit. — *b*) *Mancipio dare* fere est rem ita dare, ut evictionem nos præstituros spondeamus, *vendere e mantenere*. Et *mancipio accipere* est ea lege emere, ut venditor præstet evictionem. *Plaut. Curc.* 4. 2. 9. CA. Memini; et mancupio tibi dabo. CV. Ego ne a lenone quidquam mancupio accipiam, quibus sui nihil est, nisi una lingua, qui abjurant si quid creditumst? *Id. Trin.* 2. 4. 18. Minas quadraginta accepistine a Callicle et ille ædes mancupio abs te accepit? Adde *eumd. Pers.* 4. 4. 40. et *Merc.* 2. 3. 112. Cf. *Inscript.* apud *Orell.* 4358. DONATIONIS CAVSA MANCIPIO ACCEPIT M. HERENNIVS AGRICOLA DE T. FLAVIO ARTEMIDORO HS. N. I. et *Alia* apud *eumd.* 4947. MANCIPIO ACCEPERVNT IMMVNES (*Collegii Silvani*) ET CVRATOR ET PLEPS VNIVERSA COLLEGI EIVS DE IVLIA MONINE ET SOCIS EIVS SESTERTIO NVMMO VNO DONATIONIS CAVSA. Sic *Cic.* 3. *Att.* 50. Vestorius ad me scripsit, ut juberem mancipio dari servo suo pro mea parte Heterejo cuidam fundum Brinnianum, ut ipse ei Puteolis recte mancipio dare posset. *et Topic.* 10. 45. Finge aliquem mancipio dedisse id quod mancipio dari non potest. — Et translate *Id. ibid.* 26. 100. Sic nos tibi ad id, quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere. — Ceterum huc pertinent et illa *Plaut. Pers.* 4. 3. 55. Mancupio neque promittet, neque quisquam dabit. et *Most.* 5. 1. 43. Vel hominem jube ædes mancupio poscere. — *c*) Hinc *mancipium* est etiam cujusvis rei dominium, seu jus proprietatis, cui *fructus* et *usus* opponitur. *Curtius* apud *Cic.* 7. *Fam.* 29. Sum χρῆσει μέν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri. Ergo fructus est tuus, mancipium illius. *Cic. ibid.* 30. Cujus quoniam proprium te esse scribis mancipio et nexo, meum autem usu et fructu, contentus isto sum. — Sic translate *Lucret.* 3. 985. Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu. *idest* nulli ita datur, ut propriam ac perpetuam habeat. et *Seneca Ep.* 72. *a med.* Fortuna nihil dat mancipio. — *d*) *Res mancipi*, vel (ut antiqui loquebantur) *res mancupi* dicuntur, quæ in nostro sunt mancipio, hoc est quæ nostro dominio, juri, aut potestati sunt subjectæ, quasque, quoties lubet, possumus alienare: quæ autem in nullius sunt potestate, quæque alienari non possunt, *res nec mancipi* dicuntur, quæ scil. in nullius sunt mancipio. Est autem *mancupi* seu *mancini* Genitivus per apocopen pro *mancupii* seu *mancipii*. *Cic. Mur.* 2. 3. Quod si in iis rebus repetendis, quæ mancipi sunt, is periculum judicii præstare debet, qui se

nexu obligavit. *Id. Topic.* 5. 28. Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio. *Id. Flacc.* 32. 80. Illud quæro, sint ne ista prædia censui censendo? habeant jus civile? sint, necne sint mancipi? *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (43). In his emptionibus, quæ mancipi sunt, etiamnunc libra interponitur. *Ulp. Regul.* 19. 1. Omnes res aut mancipi sunt, aut nec mancipi. Mancipi res sunt prædia in Italico solo —: ceteræ res nec mancipi sunt. *et ibid.* 3. Mancipatio propria species est alienatio rerum mancipi. Traditio propria est alienatio rerum nec mancipi. — *e) Jure mancipii* esse dicuntur ea, quæ mancipi sunt et emptione mancipi emuntur. *Cic. Harusp. resp.* 7. 14. Multæ sunt domus in hac urbe jure privato, jure hereditario, jure auctoritatis, jure mancipii, jure nexi. Cf. *eumd. Cæcin.* 26. 74. — *f) Sui mancipii esse* est sui juris esse, nullius dominio subjectum esse. *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 16. *ante med.* An ut esset sui juris et mancipii respublica. — *g) Esse in mancipio alicujus*, jure mancipi ab aliquo possideri. *Gell.* 18. 6. *in fin.* Matremfamiliam appellatam esse eam solam, quæ in mariti manu mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu mancipioque esset. Cf. *Cajum* 1. *Institut.* 135. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu quiquid mancipi jure possidetur, *mancipium* dicitur. — *a*) De brutis. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 15. 38. Multa in mancipiis, in pecore, auro, argento, ebore etc. *mancipia* h. l. significant non modo servos, verum etiam jumenta. Cf. *Paul.* 3. *Sentent.* 6. § 43. et seq. — *b*) Sæpius tamen *mancipium* dicitur quum de servo vel serva sermo est, *servo, schiavo*; sive jure belli, sive ex ancilla natus, sive quod ære emptus sit. *Cic.* 5. *Parad.* 1. 35. Non enim ita dicunt eos esse servos, ut mancipia, quæ dominorum sunt facta nexu, aut aliquo jure civili. *Plaut. Capt.* 5. 2. 1. Age tu illac procede, bone vir, lepidum mancipium meum. Adde *eumd. Epid.* 5. 2. 20. Sic *Ter. Eun.* 2. 2. 43. Sed quid videtur hoc tibi mancipium? Adde *eumd.* 2. 3. 73. et *Cic.* 3. *Off.* 23. 91. In mancipio vendendo dicenda ne vitia, non ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium jure civili, sed hæc, mendacem esse, aleatorem, furem, ebriosum? *Id.* 8. *Att.* 11. *a med.* Conculcari miseram Italiam et quasi mancipiis ex omni genere collectis. *Varro* 1. *R. R.* 17. 3. Mancipia esse oportere neque formidolosa, neque animosa. *Liv.* 3. 48. Da viam domino ad prehendendum mancipium, *h. e.* Virginiam. *Id.* 41. 6. Mancipia argento parata. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 39. Mancipiis locuples egit æris Cappadocum rex. *Id.* 2. *Sat.* 7. 3. mancipium amicum domino et frugi. *Quintil.* 5. 12. 17. Mancipiorum negotiatores. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 3. (13). Mancipia fugitiva retinere. *Seneca Ep.* 70. *sub fin.* Extrema mancipia, *vilissimi schiavi.* et *Colum.* 4. *R. R.* 18. 16. Mancipia ergastuli. Cf. *Veget.* 1. *præfat.* § 10. Præsertim quum mancipia, quorum plebeja curatio non putatur, sæpe vilioribus pretiis quam equi vendantur aut muli.

II.) Translate. Urbane *Ovid* 4. *Pont.* 5. 40. Pro quibus ut meritis referatur gratia, jurat Se fore mancipium tempus in omne tuum. *Recentiores leg.* mancipio. *Petron. fragm. Tragur.* 68. *Burmann.* Idem sutor est, idem cocus, idem pistor, omnis Musæ mancipium. *Prudent. Apotheos.* 476. Mancipium Christi, fur corruptissime, vexas.

MANCĬPO *vel* mancupo, as, āvi, ātum, are, a. t. (manus *et* capio). Part. *Mancipatus* II.; *Mancipandus* I. 2. — Mancipare

I.) Proprie ¶ 1. Pro manu capere, prehendere, legitur tantum apud *Solin.* 20. *de alce.* Ita capitur, alioqui difficile est eam mancipari. ¶ 2. Ceterum est mancipio tradere, in alterius dominium et potestatem transferre, vendere, alienare, addicere ea ratione, qua in voc. præced. sub I. 1. *a.* dictum est, ἀνδραποδίζω (It. *alienare, vendere*; Fr. *vendre, livrer, transmettre, céder en toute propriété*; Hisp. *vender, librar, traspasar á otro la propiedad*; Germ. *zum Besitz übergeben oder überlassen*; Angl. *to dispose of, transfer, alienate, sell*). *Plaut. Curc.* 4. 2. 10. *de lenonibus.* Alienos mancupatis, alienos manumittitis alienisque imperatis. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 159. Quædam, si credas consultis, mancipat usus. *Plin.* 7. *Ep.* 18. Pro quingentis millibus nummum, quæ in alimenta ingenuorum promiseram, agrum ex meis, longe pluris actori publico mancipavi: eumdem vectigali imposito recepi, tricena millia annua daturus. *Tac.* 2. *Ann.* 30. Novi juris repertor Tiberius mancipari servos singulos actori publico jubet. *Cajus* 2. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 33. Quum in mancipanda proprietate ususfructus deducitur, eo fit, ut apud alium ususfructus, apud alium proprietas est. *Inscript.* apud *Gruter.* 956. 4., quæ est apud *Orell.* 4947. HOC MONVMENTVM L. TITVRIVS SABINVS SE VIVO DONAVIT L. SALVIO SYMPHORO MANCIPAVITQVE SESTERTIO NVMMO VNO. — Affertur et *Cic.* 1. *Fin.* 7. 24. T. Torquatus, is, qui consul cum Cn. Octavio fuit, quum illam severitatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Silano mancipaverat etc. *Sed ibi legendum* emancipaverat. *Id. Senect.* 11. 38. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si jus suum retinet, si nemini mancipata est. *Hic quoque leg.* emancipata. *Id.* 2. *Phil.* 21. 51. Tum iste venditum atque mancipatum tribunatum consiliis vestris opposuit. *Sed legendum* emancipatum.

II.) Translate est addicere, subjicere, obligare, *soggettare, obbligare. Tac.* 2. *Hist.* 71. Luxu et saginæ mancipatus emptusque. *Apul.* 9. *Met.* Mero et stupro corpus mancipare. *et* 10. *ibid.* Mancipabatur potestas capitis in manum carnificis. *Imppp. Valentinian., Valens et Gratian. Cod. Theod.* 12. 1. 83. De ignaviæ latebris retractus curiarum functionibus mancipetur. *et ibid.* 8. 2. 4. Ministerio censuali sponte se mancipare. *Lactant.* 6. 23. *ante med.* Qui libidini obsequuntur, ii animam suam corpori mancipant.

MANCŬLOR, āris, ari, dep. 1. a *manu* per syncopen pro *manuculor*, est idem ac tentare. *Gloss. Cyrill.* Πειράζω, tento, manculor.

MANCUM. *V.* MANCUS in fin.

MANCŪPĀTĬO, MANCŪPĬUM et MANCŪPO. *V.* MANCIPATIO, MANCIPIUM, MANCIPO.

MANCUS, a, um, adject. membro aliquo captus, πηρός (It. *monco, storpio, imperfetto*; Fr. *manchot, mutilé, estropié, privé d'un membre*; Hisp. *manco, mutilado, estropeado*; Germ. *verstümmelt, gebrechlich*; Angl. *maimed, lame, defective in any limb or member*); et refertur ad manus, sicut *claudus* ad pedes.

I.) Proprie. *Ulp. Dig.* 21. 1. 12. Sciendum, scævam non esse morbosum, præterquam si, imbecillitate dextræ validius sinistra utatur: sed hunc non scævam, sed mancum esse dicimus. *Plaut. Merc.* 3. 4. 45. Ad mandata (*es*) claudus, cæcus, mutus, mancus, debilis. *Cic. Rabir. perduell.* 7. 21. Q. Scævola confectus senectute, perditus morbo, mancus, et membris omnibus captus ac debilis. *Liv.* 7. 13. De nobis ita desperasti, ut te mancorum ac debilium ducem judicares esse. *Ovid.* 3. *Fast.* 825. Et licet antiquo manibus collatus Epeo Sit prior, irata Pallade, mancus erit. *Juvenal.* 2. 48. nulli comes exeo, tamquam Mancus et extinctæ corpus non utile dextræ.

II.) Translate. *Cic.* 3. *Fin.* 9. 20. Mancam fore putaverunt sine aliqua accessione virtutem. *Id. Mil.* 9. 25. Occurrebat, mancam ac debilem præturam suam futuram consule Milone. *Id.* 1. *Off.* 43. 154. Contemplatio naturæ manca quodammodo atque inchoata est, si nulla actio rerum consequatur. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 88. In quem manca ruit semper fortuna. *Id.* 2. *Ep.* 2. 21. Dixi me pigrum proficiscenti tibi, dixi Talibus officiis prope mancum. — Hinc

Mancum adverbii more. *Prudent.* 2. περὶ στεφ. 23. Errorque mancum claudicat Et cæca fraus nihil videt.

MANDĀTĀRĬUS, ii, m. 2. *mandatario*, cui quippiam mandatum est. Legitur a quibusd. apud *Ulp. Dig.* 17. 1. 10. § 11., sed alii rectius *mandatores* legunt.

MANDĀTĒLA, æ, f. 1. a *mandatum*, ut a *tutor tutela*, a *cliens clientela*, affertur a *Priscian.* 4. *p.* 622. *Putsch.*, nullo tamen auctore laudato.

MANDĀTĬO, ōnis, f. 3. actus mandandi, mandatum. *Julian. Dig.* 41. 1. 37. Quia nec stipulatione, nec mandatione, nec ullo alio modo per servum quidquam ei acquiritur. Ita *Torrentin.*, alii rectius *traditione* habent.

MANDĀTĪVUS, a, um, adject. ad mandandum pertinens. *Mandativus modus* apud quosdam grammaticos, teste *Diomed.* 1. *p.* 330. *Putsch.*, est in iis verborum inflexionibus, quibus aliquid in futurum fieri mandamus, ut *leges, docebis* etc., et sic ab imperativo distinguunt, quo aliquid statim fieri imperamus, ut *lege, doce.*

MANDĀTOR, ōris, m. 3. (mando) qui alteri mandatum aliquod injungit. ¶ 1. Generatim. *Paul. Dig.* 17. 1. 22. *sub fin.* Mandatum renunciare, ut integrum jus mandatori reservetur. *Cajus Institut. tit.* 17. *extr.* Et quod extra mandatum egit, non præjudicet mandatori. *Dig.* 3. 2. 20. Non enim, qui exhortatur, mandatoris opera fungitur. *et* 17. 1. 58. *pr.* Mandatum morte mandatoris, non etiam mandati actio solvitur. *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 2. Nec missus credetur, quem numquam mandator designavit. — Sic de iis, qui alicujus cædem alicui faciendam committunt. *Paul.* 3. *Recept. sentent.* 5. § 12. Etsi percussor certus sit, tamen de familia habenda quæstio est, ut cædis mandator inveniri possit. *et* 5. *ibid.* 23. § 11. Mandatores cædis perinde ut homicidæ puniuntur. ¶ 2. Speciatim *mandatores* dicuntur, qui auctores sunt delationum, et delatores instruunt, et subornant ad accusandum. *Sueton. Tit.* 8. Et delatores mandatoresque erant ex licentia veteri: hos flagellis cæsos venire imperavit. *Callistrat. Dig.* 49. 14. 2. *a med.* Delator compellitur edere mandatorem, ut mandator quoque, perinde atque ipse detulisset, puniretur. ¶ 3. Item ii, quorum mandato, alii pecunia credita est: differuntque a fidejussoribus, quod auctores sunt negotii contrahendi, fidejussores accedunt negotio jam contracto. *Scævola Dig.* 17. 1. 59. *et* 60., et alibi.

MANDĀTŌRĬUS, a, um, adject. ad mandatorem pertinens, ut Mandatorio nomine aliquid facere, *Imp. Diocletian. Cod.* 8. 41. 19. *et* 22. et *ibid.* 4. 29. 15.

MANDĀTRIX, icis, f. 3. quæ aliquid mandat. *Claudian. IV. cons. Honor.* 235. sinceram mentem mandatricem operum. Adde *Ovid. Heroid.* 13. 13., ubi al. leg. *mandantis.*

MANDĀTUM, i, n. 2. (mando, as) id quod mandatum est, jussio, πρόσταγμα, ἐντολή (It. *comando, mandato*; Fr. *charge, commission, mandat*; Hisp. *carga, comision, orden, encargo, mandato*; Germ. *der Auftrag, Aufträge, Befehle, Depeschen*; Angl. *a commission, order, command, charge, injunction, mandate*). Occurrit ¶ 1. Generatim. — *a*) Sæpissime in plurali num. *Cic.* 3. *Fam.* 1. *ad fin.* Omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari a me voles, mandata des, velim. *Id.* 5. *Phil.* 9. 25. Quamvis severa legatis mandata dederimus. *Id.* 3. *Fam.* 11. *ad fin.* Dare mandata alicui ad aliquem. *Id.* 6. *Phil.* 3. 6. Dare cuipiam mandata, ut etc. *Id.* 4. *Verr.* 64. 153. Siculi veniunt cum mandatis, veniunt cum testimoniis publicis. *Id.* 2. *ad Q. Fr.* 14. 3. Tua mandata persequar diligenter. *et mox.* Facies, ut mea mandata digeras, persequare, conficias. *Id.* 6. *Att.* 1. Satisfacere mandatis alicujus. *Al. aliter leg.* et 5. *ibid.* 1. *sub fin.* Mandata alicujus exhaurire. *Id.* 9. *Phil.* 4. 9. exsequi. *Liv.* 1. 56. *a med.* perficere. *Sall. Jug.* 62. efficere. *Plaut. Asin.* 5. 6. 64.; et *Curt.* 7. 9. *ad fin.* facere. *Cic.* 15. *Att.* 2. alicujus deposcere. *h. e.* orare, ut mandet, si quid velit, *pregarlo de' suoi comandi.* et 15. *ibid.* 19. *extr.*; et *Cæs.* 1. *B. C.* 8. habere ab aliquo ad aliquem. *Cic.* 8. *Phil.* 8. 24. An ego ab eo mandata acciperem, qui senatus mandata contemneret? *Pompej.* ad *Domit.* 2. *in fin. post ep.* 12. 1. 8. *ad Att.* afferre alicui. *Cic.* 7. *Att.* 14. deferre. *Id.* 3. *ad Q. Fr.* 1. 5. perferre. *Nepos Con.* 3. edere. *Cæs.* 1. *B. G.* 37. referre. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 4. (20). proferre. *Ovid.* 7. *Met.* 502. peragere. *h. e.* enunciando referre. *Id.* 2. *Pont.* 2. 125. ferre ad aliquem. *Id. Heroid.* 16. 303. negligere. *et* 9. *Met.* 696. fallere. *Horat.* 1. *Ep.* 13. 19. frangere. *Tac.* 4. *Ann.* 15. spernere. *Cic.* 3. *Fam.* 3. Ea me ex tuis mandatis monuit, quæ etc. *di tua commissione.* — Joculariter *Plaut. Pers.* 2. 1. 3. Quamquam ego vinum bibo, at mandata non consuevi simul bibere. *smaltire bevendo, dimenticare.* — Græca constructio est in illo *Ovid. Heroid.* 13. 143. Producetque virum, dabit et mandata revertí. *h. e.* ut revertatur. — *b*) In singulari num. *Cic.* 5 *Att.* 7. Ut mandatum scias me curasse. *Id.* 2. *Fam.* 11. De pantheris, per eos, qui venari so-

lent, agitur mandato meo diligenter. *Al. leg.* mandatu. ¶ 2. Speciatim, apud JCtos *mandatum* est contractus gratuitus, quo quis ex officio, aut amicitia rem alterius sibi demandatam sine ulla mercede curandam conficiendamque suscipit, non secus ac si de re sua ageretur, *procuragione*: quod si fallat, datur in eum actio, quæ *Dig* 17. *tit.* 1. (*qui* mandati *inscribitur*) *actio mandati* appellatur. Quod si merces interveniat, in locationem et conductionem transit. *Cic. Rosc. Am.* 38. 111. In privatis rebus si qui rem mandatam non modo malitiosius gessisset, sui quæstus aut commodi causa, verum etiam negligentius; eum majores summum admisisse dedecus existimabant. itaque mandati constitutum est judicium non minus turpe, quam furti. *et mox* § 112. Quid recipis mandatum, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conversurus es? *Paul. loc. cit.* 20. Mandatum suscipere. *Id. ibid.* 5. susceptum implere. *Cajus ibid.* 27. explere. *et ibid.* exsequi. *Paul. ibid.* 22. *sub fin.* consummare. *Julian. ibid.* 30. Mandati agere. *Ulp. ibid.* 12. *sub fin.* teneri. *Id. ibid.* 3. 2. 6. condemnari. *Id. ibid.* 38. 5. 1. *a med.* conveniri. *Cajus* 3. *Instit.* (edente iterum *Goeschenio*) § 161. Quum is, cui recte mandaverim, egressus fuerit mandatum, ego quidem eatenus cum eo habeo mandati actionem, quatenus mea interest, implesse eum mandatum. *avrà trasgredito la commissione.* ¶ 3. Item speciatim *mandata principum* sunt monita et præcepta, quæ rectoribus provinciarum, aliisque magistratibus palam, vel arcano litteris dabantur. *Frontin. Aquæd.* 3. Quæ id sanciant pœnæ, ex lege, senatusconsultis et mandatis principum irrogatæ. *et ibid.* 109. Impetratam aquam alio duci, mandatis prohibetur.

MANDĀTUS, a, um. *V.* MANDO, as.

MANDĀTUS, us, m. 4. (mando, as) idem quod mandatum, *commissione, mandato.* In sexto casu singulari. *Cic. Cæcin.* 7. 19. Mandatu Cæsenniæ. *V. Halm.* ad h. l. *Id. Sull.* 23. 65. Id mandatu Sullæ Q. Metellus prætor se loqui dixit. *Al. leg.* mandato. *Sueton. Cæs.* 7. Mandatu prætoris. *Julian. Dig.* 17. 1. 32. creditorum. *Paul. ibid.* 45. meo. *Inscript.* apud *Labus. Epigr. Lat. in Egitt. p.* 99. C. MINICIO C. F. VEL. ITALO PROcuratori PROVINCIAE ASIAE, QVAM MANDATV PRINCIPIS VICE DEFVNCTI PROconsulis REXIT etc. *Alia* apud *Orell. vol.* 1. *p.* 568. IVSSV MANDATVQVE EIVS. *h. e.* Imp. Cæs. Vespasiani Aug. *Alia* apud *eumd.* 4040. MANDATV NOSTRO AGAT.

MANDĒLA, æ, f. 1. eadem est ac *matta*, si fides habenda *Incert. Auct.* in *Anal. gramm.* edente *Eichenfeld.*, qui, nullo auctore laudato, ait: Mandela, τὸ μάππιον. Cf. et *Glass. Labb.*

MANDĪBŪLA, æ, f. 1. *vel potius* Mandibulum, i, n. 2. *mascella, mandibula*, γναθος, os faciei utrumque, qua parte infixos habet dentes: a *mando, is. Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 6. *a med.* Post septem menses dentes incipiunt mandibulis emergere. *Id.* 7. *Saturn.* 4. *ante med.* Cibaria confecta mandibulis. De genere non constat: neutrum tamen esse crediderim, quia hac positione neutra sunt multa, *infundibulum, nucifrangibulum, patibulum, vertibulum* etc., quamquam *Isid.* femininum fecit 11. *Orig.* 1. *ante med.*

MANDO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Ratione habita etymi, *mando* videtur esse idem ac *manui do*, ut *mansuetus* idem ac *manui suetus*. — Part. *Mandans* et *Mandaturus* I. 2.; *Mandandus* I. 1.; *Mandatus* in omnibus paragr. — Mandare generatim est alicui in manus dare, tradere, alicujus fidei curæque committere, in iis enim præcipue usurpatur, in quibus spectatur fides, εγχειρίζω (It. *dare in mano, mettere in mano, consegnare, affidare, confidare, raccomandare*; Fr. *remettre, confier, abandonner*; Hisp *entregar en manos propias, poner en manos á, confiar*; Germ. *über antworten, anvertrauen, anheimgeben*; Angl. *to commit, consign, confide, entrust*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est tradere, alicujus fidei curæque committere. — *a*) Sæpissime in bonam partem occurrit. *Plaut. Cist.* 4. 2. 53. Mi homo, obsecro, alias res geris, ego tibi res meas mando. *Ter. Andr.* 1. 5. 61. Bona nostra hæc tibi permitto et tuæ mando fidei. Rursus *Plaut. Pers.* 4. 6. 12. Mandatas epistolas deferre. *consegnate. Id. Men.* 5. 2 33. Mandare filiam viro. *dare per moglie.* Cf. *eumd. Trin.* 1. 2. 130. Certe illius filiæ, quæ mihi mandata'st, habeo dotem unde dem. *et ibid.* 1. 2. 80. Qui tuæ mandatus est fide et fiduciæ, quin eum restituis? Cf. *Virg.* 3. *Æn.* 49. Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno Infelix Priamus furtim mandarat alendum Threicio regi. *Id.* 8. *ibid.* 506. Ipse oratores ad me regnique coronam Cum sceptro misit mandatque insignia Tarchon. *Cic.* 6. *Verr.* 37. 81. Nobilitas desinat queri, populum Romanum hominibus novis industriis libenter honores mandare semperque mandasse. Sic *Liv.* 24. 8. Qui vestris studiis, quæ in campum ad mandandos quibus velitis honores affertis, moram ullam offerret. et *Horat.* 1. *Sat.* 6. 19 populus Lævino mallet honorem, Quam Decio mandare novo. *Cic.* 7. *Verr.* 14. 35.; et *Cæs.* 3. *B. C.* 59. Mandare alicui magistratum. *Cic. pro leg. Manil.* 16. 47. Magnis imperatoribus non solum propter virtutem, sed etiam propter fortunam sæpius imperia mandata atque exercitus esse commissos. *Liv.* 29. 36. *in fin.* Quod tunc perrarum in mandandis sacerdotiis erat. *Ovid.* 4. *Pont.* 6. 13. Jam timeo cuiquam nostram mandare salutem: Ipsum morte tua concidit auxilium. *Horat. Art P.* 177. ne forte seniles Mandentur juveni partes pueroque viriles. *h. e.* committantur, assignentur, destinentur. Sic *Id.* 1. *Ep.* 19. 8. forum putealque Libonis Mandabo siccis: adimam cantare severis. — *b*) Raro in malam partem. *Mandare suspendium alicui* apud *Apul.* 9. *Met.* est *mandare sulle forche.* Sic *Juvenal.* 10. 52. quum Fortunæ ipse minaci Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem. ¶ 2. Speciatim est gerendum quippiam exsequendumque committere, præscribere, imperare, mandatum dare, negotium imponere, fieri jubere, demandare, curare faciendum, *commettere, ordinare, imporre, comandare*: et occurrit — *a*) Cum Accusativo rei et — Dativo personæ. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 65. Quid quod vobis mandavi, hospites? *Ter. Phorm.* 4. 4. 7. Si quid velis, huic mandes, quod quidem recte curatum velis. *Cic. Rosc. Am.* 39. 115. Nunc non hanc ei rem Sex. Roscius mandavit, sed etc. *Id.* 3. *Fam.* 4. Te L. Clodio mandasse, quæ illum mecum loqui velles. *et ibid.* 5. *sub fin.* Tibi de nostris rebus nihil sum mandaturus per litteras. *Tac.* 4. *Ann.* 66. Res suas Cæsar spectatissimo cuique mandabat. Rursus *Cic.* 1. *Att.* 10. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere. *h. e.* comparandos, emendos. *et* 6. *ibid.* 1. 13. Κέρας Phemio mandatum est. *Stat.* 9. *Theb.* 168. Mandare alicui opus. *h. e.* faciendum. *Seneca Tro ad.* 316. preces. *h. e.* apud alterum adhibendas. Cf. *Tac.* 2. *Ann.* 30. Extremas preces P. Quirino propinquo suo ad principem mandat. *Sueton. Oth.* 6. excusationem. *sc.* ab aliis afferendam. *Lucan.* 1. 489. decreta consulibus. *h. e.* exsequenda. — Sæpe est verbum testamentorum, *lasciare, ordinare. Ovid.* 1. *Trist.* 2. 55. Et mandare suis aliqua et sperare sepulcrum. Adde *Ulp. Dig.* 11. 7. 14. *a med.*; et *Papinian. ibid.* 26. 2. 26. etc. Sic *Flor.* 3. 3. Consulente, si quid ad uxores suas mandarent. *V.* infra mox. — Sine Dativo personæ, qui tamen facile subintelligitur. *Plaut. Pers.* 2. 1. 13. Ejus aures quæ mandata sunt onerabo. *Cic.* 6. *Att.* 1. 13. Rhosiaca vasa mandavi. *Id. Rosc. Am.* 38. 111. Rem mandatam malitiosius gerere. *Nepos Att.* 15. In nitendo quod semel admisisset, tanta erat cura, ut non mandatam, sed suam rem videretur gerere. *Ovid.* 7. *Met.* 505. mandatam juvit facundia causam. *Id. Heroid.* 14. 50. mandatum dextra refugit opus. *Papinian. Dig.* 1. 20. 1. Mandare jurisdictionem, cognitionem, exercitionem judicii. *delegare*, ad alium transferre. — Cum Accus. personæ et præpos. *ad. Lucan.* 1. 489. Arcanumque nefas Stygias mandavit ad umbras. *h. e.* perferendum. Adde *Flor.* 3. 3. supra cit. Similiter *mandare ad aliquem* est mandare dicendum alicui. *Sueton. Cal.* 25. Tradunt, adhibitum cœnæ nuptiali mandasse ad Pisonem contra accubantem: noli uxorem meam premere. *mandò a dire.* Huc referri potest et illud *Ennii* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 16. 38. O Patricoles, ad vos adveniens auxilium et vestras manus Peto, prius quam oppeto malam pestem mandatam hostili manu. — *b*) Raro admodum omittitur Accusativus rei, quæ facile subauditur. *Cic.* 6. *Att.* 1. 12. Quinto togam puram Liberalibus cogitabam dare. Mandavit enim pater. *Ovid. Heroid.* 16. 314. Utere mandantis simplicitate viri. — *c*) Cum Conjunctivo et part. *ut* vel *ne. Cic.* 1. *Att.* 12. 1. Etenim accidit hoc; quod totum cujusmodi sit mando tibi, ut perspicias. *Cæs.* 4. *B. G.* 21. Voluseno mandat, ut exploratis omnibus rebus ad se quamprimum revertatur. *Id.* 2. *B. C.* 13. Cæsar per litteras Trebonio magnopere mandaverat, ne per vim oppidum expugnari pateretur. *Apul.* 10. *Met.* Ad uxorem mandat, ut saltem – deposceret. — *d*) Cum Conjunctivo sine ulla part. *Cæs.* 3. *B. G.* 11. Huic mandat, Rhemos adeat atque in officio contineat. *Ovid.* 14. *Met.* 23. Nec, medeare mihi sanesque hæc vulnera, mando *Id.* 1. *Amor.* 11. 17. Aspicias oculos, mando, frontemque legentis. — *e*) Raro cum Infinito. *Martial.* 1. 89. Quum mihi supremos Lachesis perneverit annos, Non aliter cineres mando jacere meos. *Eutrop.* 5. 5. Senatui mandavit, bellum se ei – illaturum. — *f*) Inter *mandare* et *præcipere* hoc interest, quod illud est minus imperiosum, et erga æquales, aut etiam superiores exercetur: hoc totum est imperii et potestatis. Illo quippiam edicimus ab alio sæpe exsequendum, quam ei, cui mandamus: hoc ab ipso illo, cui præcipimus. *Sueton. Ner.* 40. *extr.* Per octo dies non rescribere cuiquam, non mandare quid, aut præcipere conatus. ¶ 3. Pro amandare, expellere, affertur illud *Cic. Quinct.* 15. 49. Is non modo ex numero vivorum exturbatur, sed infra etiam mortuos mandatur. *Al. rectius leg.* amandatur. Item illud *ejusd. Sull.* 20. 57. Aliquem dimittere ab se et mandare in ultimas terras. *Lege* amandare. Sic apud *eumd. post red. ad Quir.* 4. 10.

II.) Translate, metaphorâ ductâ a superiori paragr. 1. — *a*) Universim. *Accius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 7. 19. Heu, quis salsis fluctibus mandet me ex sublimo vertice sæxi? *h. e.* quis hoc pacto finem doloribus meis tandem aliquando est impositurus? *Sisenna* apud *Non. p.* 135. 32. *Merc.* Post principia paullatim recedunt, atque inde cum paucis fugæ se mandant. *si danno alla fuga*, salutem fugiendo quærunt. Sic *Cæs.* 2. *B. G.* 24. et 5. *ibid.* 18. *extr.* Mandare se fugæ. et *Cic.* 1. *Cat.* 8. 20. Dubitas – abire in aliquas terras et vitam istam – fugæ solitudinique mandare? *Id. fragm. poem.* apud *Isid.* 19. *Orig.* 1. 20. Tunc se fluctigero tradit mandatque paroni. Et contra *Id.* 4. *Cat.* 5. 10. Mandare aliquem æternis tenebris vinculisque. *confinare in una oscura prigione in vita. Lucret.* 2. 638. ne Saturnus eum mâlis mandaret adeptus. Sic *Accius* apud *Cic.* 4. *Tusc.* 36. 77. et 3. *Orat.* 58. 217. Ipsus hortatur me frater, ut meos mâlis miser mandarem natos. *Ubi tamen plerique leg.* manderem. *Lucan.* 10. 482. Nec flammis mandatur opus. *h. e.* ut igni absumatur. — *b*) Hinc de iis, quæ terræ vel alii committuntur, ut condantur, custodiantur, vel etiam fructus afferant. *Cic.* Homerum vertens 3. *Tusc.* 27. 65. Quo magis est æquum tumulis mandare peremptos Firmo animo. Sic *Virg.* 9. *Æn.* 214. Sit qui me raptum pugnæ pretiove redemptum Mandet humo. *mi seppellisca.* Eodem sensu dixit *Petron. Satyr.* 112. Mandare cadaver supremo officio. *Virg.* 5. *Ecl.* 36. mandare hordea sulcis. *Colum.* 1. *R. R.* 7. 6. semen terræ. Cf. *Ovid. Heroid.* 5. 115. arenæ semina. *Cic.* 2. *Nat. D.* 60. 151. Agri multa efferunt – quæ vel statim consumantur, vel mandentur condita vetustati. *h. e.* condantur, ut veterascant. Similiter *Id.* 2. *Tusc.* 5. 13. Mandare animis, quæ adulta fructus uberrimos ferant. *Id. Dom.* 29. 76. Semel, quum id feci, quod omnes non negent immortalitati, si fieri potest, mandandum, tu supplicio puniendum putasti. *Lucret.* 6. 600. quamvis cælum terramque reantur Incorrupta fore, æternæ mandata saluti. — Huc pertinent et sequentia. *Seneca Herc. Fur.* 1085. Clavæque gravi lassum solitos Mandare caput. *h. e.* in clavam reclinare. *Id. Med.* 150. Sile, obsecro, questusque secreto abditos Manda dolori. *h. e.* ut dolor occultus intra se quæstus contineat, nec prodat. *Flor.* 3. 1. Primum scelus mandat insidiis. *h. e.* per insidias peragit. — Et absolute *Stat.* 8. *Theb.* 267. Sic ubi per fluctus uno ratis obruta somno Conticuit, tantique maris secura juventus Mandavere animas; solus stat puppe magister Pervigil. *h. e.* commisere vel mari tranquillo, vel quieti et sopori. — *c*) Sæpissime de iis, quæ memoriæ, litteris, monumentis traduntur. *Cic.* 1. *Cat.*

11. 27. Percipite, quæso, diligenter quæ dicam, et ea penitus animis vestris mentibusque mandate. *mettetevele bene in mente.* et 6. *Fam.* 13. Quare mihi crede, et memoriæ manda me tibi id affirmasse. *Id. Amic.* 1. 1. Mandare memoriæ sententias alicujus disputationis. *mettere a memoria.* Adde *eumd. Quinct.* 6. 24., *Mil.* 28. 78. et 3. *Fin.* 12. 40.; et *Gell.* 3. 17. Similiter *Cic.* 2. *Orat.* 12. 52., 1. *Nat. D.* 4. 7. et 2. *Off.* 2. 5. aliquid litteris. *scrivere. Id.* 1. *Tusc.* 2. 6. cogitationes suas litteris. *Id.* 2. *Acad.* (*pr.*) 1. 2. et 4. *Acad.* (1. *post.*) 1. 2. aliquid monumentis. *Id. Sext.* 48. 102. aliquid monumentis annalium. *Id.* 2. *Divinat.* 32. 69. aliquid historiis Græcis. *Id.* 2. *Off.* 1. 3. aliquid scriptis. *Id. Arch.* 9. 20. præconium alicujus versibus. *mettere in versi. Ovid. Heroid.* 17. 143. verba libello. *Plin. Paneg.* 75. aliquid æternitati. — Hinc

Mandatum, *i*, n. 2. *V.* hanc vocem loco suo.

Homonym. *V.* supra sub I. 2. *f.*

MANDO, dis, di, sum, dere, a. 3. Quidam præteritum *mandui*, alii *mandidi* esse voluerunt: sed neutrum obtinuit. *Priscian.* 8. *p.* 817. *Putsch.* Sed *mandidi* legitur apud *Æm. Macr. cap.* 37. *de Pastinaca v.* 10. Qui pastinacam fert, aut qui mandidit illam, Dicitur a nullo serpente posse noceri. — Olim et *mandor* dictum fuit, passiva positione, significatione activa teste eod. *Priscian.* 6. p. 799. *Putsch.* Quod idem de *manduco*, *as* ibidem tradit. — Part. *Mandens* II.; *Mansus* I. et in fin.; *Mandendus* II. 2. — Mandere, quod ratione habita etymi cum Gr. inusit. *μάω*, unde usit. *μάσσω*, conjungi potest, est cibum conficere dentibus, *μασάομαι* (It. *masticare*; Fr. *mâcher*; Hisp. *mascar*: Germ. *kauen, mit d. Zähnen zermalmen*; Angl. *to chew, grind with the teeth, masticate*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat. D.* 47. 122. Animalia alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. *Id. ibid.* 54. 134. Dentibus in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur et molitur cibus. *Lucret.* 4. 618. cibum quum mandendo exprimimus. *Quintil.* 10. 1. 19. Ut cibos mansos ac prope liquefactos demittimus, quo facilius digerantur. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 14. Mandere ex commodo, aut festinanter. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 9. 6. (54). Asini lentissime manduut. *Virg.* 7. *Æn.* 279. *de equis.* fulvum mandunt sub dentibus aurum. *h. e.* aureum frenum mordent. Cf. *eumd.* 4. *ibid.* 135.; et *Sil. It.* 16. 395. Sic *Ovid.* 15. *Met.* 92. nil te nisi tristia mandere sævo Vulnera dente juvat. *h. e.* cæsa animalia comedere.

II.) Figurate. ¶ 1. Poetice, ut *mordere humum*, sic et *mandere* dicuntur, qui vulnere prostrati, proni moriuntur. *Virg.* 11. *Æn.* 668. Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam Mandit humum. *Val. Flacc.* 3. 106. compressaque mandens Æquora purpuream singultibus exspuit aurum. ¶ 2. Translate, vel, ut aliis placet, latiori significatione ponitur pro comedere, *manqiare. Ennius* apud *Priscian.* 6. *p.* 683. *Putsch.* Volturus (*h. e.* vultur) in spinis (al. et ipse *Priscian.* leg. *in silvis*) miserum mandebat homonem. *Liv. Andron. Odyss.* apud *eumd.* 8. *p.* 817. Quum socios nostros mandisset impiu' Cyclops Adde *Accium* apud *Cic.* 4. *Tusc.* 36. 77. cit. in voc. præced. sub II. *a. Virg.* 9. *Æn.* 340. Impastus ceu plena leo per ovilia turbans (Suadet enim vesana fames) manditque trahitque Molle pecus. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 51. 78. (210). Non tota quidem cœna, sed in principio, bini ternique pariter manduntur apri. *Id.* 22. *ibid.* 22. 46. (92). Inter ea quæ temere manduntur, et boletos merito posuerim. *Mela* 2. 2. Diomedes immanibus equis mandendos solitus objectare advenas. ¶ 3. Hinc per catachresin *Matius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 95. *Müll.* Corpora Grajorum mœrebat mandier igni, *h. e.* consumi. Sic ignis edax apud *Virg.* 2. *Æn.* 758. — Hinc

Mansum, *i*, n. 2. absolute, substantivorum more, est cibus dentibus confectus. *Lucilius* apud *Non. p.* 140. 13. *Merc.* Sperans – mansum ex ore laturum. Adde *Varron.* apud *eumd. ibid.*; et cf. *Cic.* 2. *Orat.* 39. 162. Qui omnes tenuissimas particulas atque omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris in os inserant.

MANDO, ōnis, m. 3. (mando, is) manduco, edax, *mangione*, φάγος. *Lucilius* apud *Non. p.* 17. 16. *Merc.* atque omnes mandonum gulæ. Sic *Varro* apud *eumd. ibid.* neque ut tremescat Roma et magnæ mandonum gulæ. Cf. MANDŪCO, onis.

MANDOR, mandi, dep. 3. *V.* MANDO, is, sub init.

MANDRA, æ, f. 1. *stalla, mandria,* claustrum, sæptum pecudum, stabulum: est a Chald. מִדְרָר *medàr*, habitaculum, unde Græcis ν, ut sæpissime alias, inserto, *μάνδρα* usurpatum est. Hinc vero *mandræ* dicuntur jumenta et plaustra cum equisonibus et mulionibus, quæ in unum coacta vias occupant, et ita claudunt, ut transitus denegetur commeantibus.

I.) Proprie. *Martial.* 5. 22. Vixque datur longas mulorum rumpere mandras. *Juvenal.* 3. 236. rhedarum transitus arcto Vicorum in flexu, et stantis convicia mandræ Eripient somnum Druso, vitulisque marinis. — Hinc sequioris Latinitatis tempore monachorum princeps, sive abbas, appellatus est *archimandrita,* quam vocem vide suo loco.

II.) Translate quum in exercitu prælioque impedimenta in unum coacta, quasi vallum, objiciantur, tum lixæ et calones, militesque secundarii ad ea custodienda relinquantur; hinc in latrunculorum ludo mandra viliorem latronum turbam significat. *Martial.* 7. 72. Sic vincas Noniumque, Publiumque, Mandris et vitreo latrone clausos. *h. e.* convicia et clamores, quibus agasones et muliones solent equos mulosque tarde progredientes increpare. *Auct. Paneg. in Pis.* 190. hic ad majora movetur, Ut citus et fracta perrumpat in agmina mandra, Clausaque dejecto populetur mœnia vallo.

MANDRĂGŌRAS, æ, m. 1. *mandragola, μανδραγόρας*, herba est alio nomine Circæum, duorum generum, candida, quam marem credunt; et nigra, quam feminam, angustioribus foliis, quam lactucæ, birsutis et caulibus, radicibus binis ternisve rufulis, intus albis, carnosis, tenerisque, pæne cubitalibus. Ferunt mala avellanarum nucum magnitudine, et in his semen ceu pirorum. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 110. (175). Stigmata in facie mandragoras illitus delet. *et ibid.* 94. (147). Aliqui et mandragora utebantur: postea abdicatus (*succus*) est in hac curatione. *Colum.* 10. *R. R.* 19. Quamvis semihominis vesano gramine feta Mandragoræ pariat flores, mœstamque cicutam. *semihominem* vocat, quia ejus radix inferiorem hominis partem repræsentat: *vesanum gramen*, quia vim habet amatoriam insaniam inducendi, et soporem lethargo similem, ejusque succus recens pestis est: unde et *Circæum* dicta est, quasi venefica, a Circe. V. *Plin. loc. cit.*; et adde *Cels.* 2. 25. et 6. 6.; *Frontin.* 2. *Strateg.* 5. 12.; et *Macrob.* 7. *Saturn.* 5. et 6.

MANDŪCĀTĬO, ōnis, f. 3. actus manducandi. *Augustin. Tract.* 27. *in Joann. ante med.*

MANDŪCĀTOR, ōris, m. 3. qui manducat. *Augustin. Tract.* 27. *in Joann. ad fin.*

MANDŪCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

MANDŪCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Manducatus* et *Manducaturus*. — Manducare, a *mandere* teste *Varron.* 7. *L. L.* 95. edente *Müllero*, est idem ac mandere, masticare, comedere, *masticare, mangiare, μασάομαι. Diomed.* 1. *p.* 361. *Putsch.* Manduco proprie est, quod Græci dicunt *μασῶμαι*, hoc est identidem mando. Ideoque Probus negat recte dici, piscem, vel aliud tenerum quid manduco, sed potius, edo, quod significat *ἐσθίω*. manducatur autem quod denti reluctatur. nam quum dicam, edo, quid faciam, ostendo: quum vero, manduco, non tantum, quid faciam, ostendo, sed et qualiter faciam. Hæc *Diomed.* Unde *Plaut. Mil. glor.* 2. 6. 104. Occisam sæpe sapere plus multo suem, quum manducatur. — Veteres tamen et in edendi significatione *manduco* dixerunt, inquit *Diomed. ibid. Varro* 3. *R. R.* 7. 9. Qui solent saginare pullos columbinos, manducato candido farciunt pane. *Seneca Ep.* 95. *ante med.* Exspecto jam, ut manducata ponantur. *Augustus* in *ep. ad Tib.* apud *Sueton. Aug.* 76. In balineo post horam primam noctis duas buccas manducavi. *Labeo* apud *vet. Scholiast. Pers.* 1. 4. Crudum manduces Priamum, Priamique pisinnos. *V.* et MANDŪCOR. Sic *Veget.* 3. 6. 3. *Schneid.* Dabis paleas et furfures, ita ut sequente die (*jumentum*) penitus nihil manducet, sed solam aquam percipiat ad bibendum. Adde *eumd.* 5. 54. 1. et alibi sæpe. *Marcell. Empir. c.* 8. *sect.* 2. *p.* 94. edente *Ald.* Voto prius facto –, quod eo anno cerasia non sis manducaturus.

MANDŪCO, ōnis, m. 3. (manduco, as) mando. edax, comedo, *mangione, mangiatore, ἀδδηφάγος. Apul.* 6. *Met. sub fin.* De isto asino semper pigro quidem, sed manducone summo. Sic *Non. p.* 17. 13. *Merc.* Manducones, qui et manduci dicti sunt et mandones, edaces.

MANDŪCOR, āris, ari, dep. 1. pro *manducare* dixerunt veteres, *Priscian.* 6. *p.* 799. *Putsch.* teste. *Pomponius* apud *Non. p.* 477. 8. *Merc.* Quasi asinus, opertis oculis, simul manducatur et molit. *Lucilius* apud *eumd. ibid.* quod manducamur in ore. Adde *Afranium* apud *eumd. ibid.*

MANDŪCUS, i, m. 2. ¶ 1. Est idem quod manduco, onis, a manducando. *Pomponius* apud *Non. p.* 17. 15. *Merc.* Magnus camelus, manducus, cantherius. ¶ 2. Larva quoque, seu Græce *μορμολύκειον*, quod in ludis, ac præsertim Atellanis, circumferebatur, a *mandendo* manducus dicebatur, propterea quod terriculamentis hujusmodi magnos dentes ac voracitatem tribuerent. Erat enim manducus larvato capite humano, maxillas vasta magnitudine vastisque armatas dentibus habens, qui oris hiatu dentiumque crepitu sese in utramque partem viæ dum flecteret, ridentem turbam vertebat in fugam. Hæc ex *Paul. Diac. p.* 128. 12. *Müll.* Huc facit illud *Juvenal.* 3. 175. quum personæ pallentis hiatum In gremio matris formidat rusticus infans. *Paul. Diac.* addit illud *Plauti Rud.* 2. 6. 51. CH. Quid, si aliquo ad ludos me pro manduco locem? LA. Quapropter? CH. quia pol clare crepito dentibus. — Apud *Varron.* 7. *L. L.* 95. *Müll.* in Atellanis obsonium vocant manducum. Sed pro *obsonium* fortasse legendum *personam.* V. *Scalig.* Cl. *Klotz.* legendum conjicit *os obscœnum.* At *Müllerus*, quum in antiquissimo Codice scriptum sit: Ap DOSSENVM vel Ap DORSENVM (nam etiam hæc nominis forma exstat) legit apud *Dossenum*: Dossenus autem, Atellanarum poeta, quantus fuerit *edacibus in parasitis*, ex Horatio scimus. Hæc *Müllerus.* Sed apud *Horatium* 2. *Ep.* 1. 173. Dossenus accipiendus est de homine præter ceteros callido, ut recte monet *Ritterus* ad *h. l.*; fuit enim *Dossenus* persona certa in fabulis Atellanis, quæ sapientis partes peragebat, ut *Bucco* stolidum, *Maccus* scurram, *Pappus* senem imitatus est. Qui Dossenum poetam nescio quem anquirunt, hunc illi nunquam invenient, ait *ibid.* cl. *Ritter.* Hinc corrigendus videtur locus *Plin.* 14. *Hist. nat.* 13. 15. (92).

MĀNĔ, adverb. et nom. neutr. indeclin. Ratione habita etymi, alii ducunt a *manando*, quod tum manat dies ab oriente: unde *manare solem* dicebant antiqui, quum solis orientis radii splendorem jacere cœpissent. Alii a *manus* bonus, ab omine boni nominis: ad quam religionem Græci quoque, quum lumen affertur, solent dicere *φῶς ἀγαθόν*, maximum enim bonum lux est; et optima diei pars est matutinum tempus, et rebus agendis aptissima. Sic et Lanuvini *mane* pro bono dicunt, cui contrarium est *immane.* Alii a *Manibus*, quod ab inferis exordium lucis emergat. Alii denique a *μανὸς rarus*, quia mane aer rarus est et perspicuus. Hæc habentur apud *Varron.* 6. *L. L.* 4. *Müll.*; *Festum p.* 158. 26., et *Paul. Diac. p.* 122. 3. et *p.* 125. 14. *Müll.*; *Macrob.* 1. *Saturn.* 3. *a med.*; *Isid.* 5. *Orig.* 30.; et *Non. p.* 66. 10. *Merc.*, ubi *manum* non solum bonum, sed etiam clarum interpretatur. — *Mani* pro *mane*, *V.* infra sub 2. — Ceterum *mane* significat principium diei, quum plene diluxit et sol ortus est: item aliquando totum illud spatium, quod post solis ortum ad meridiei vicinum tempus excurrit. *Censorin. de die nat.* 24.; et *Macrob.* 1. *Saturn.* 3. *a med.* Diluculum, quum, sole nondum orto, jam lucet: secundum diluculum vocatur mane, quum lux videtur solis. Gr. πρωΐ, ἐν τῷ ὄρθρῳ (It. *la mattina*; Fr. *le matin*; Hisp. *la mañana*; Germ. *der Morgen, die Morgen-oder Frühzeit*; Angl. *the morning, morn*). Occurrit ¶ 1. Adverbii more. Comp. *Manius* et Sup. *Manissime* cur non dicantur, docet *Varro* 9. *L. L.* 73. *Müll.* et 8. *ibid.* 76. Confer *Pompej. comment. artis Donat.* 9. *p.* 346. *Putsch.* Sunt aliqua adverbia, quæ non recipiunt comparationem. *Mane*, non possum dicere, quod dicunt multi *manius.* Quid ergo? quum opus fue-

rit hac significatione, quid faciemus? Ad augendam significationem, *magis* et *maxime*, ad minuendam, *minus* et *minime*. — *a*) Absolute. *Plaut. Pers.* 1. 3. 34. Mane quod tu occeperis agere, id totum procedit diem. *Ter. Andr.* 1. 1. 56. Observabam mane eorum servulos venientes, aut abeuntes. *Varro* 3. *R. R.* 9. 10. Eas (*gallinas*) includere oportet, ut diem et noctem incubent, præterquam mane et vespere, dum cibus et potio eis datur. *Schneider.* ita legit; *Forcellinus* vero *a mane*. Cf. *Virg.* 1. *G.* 440. solem certissima signa sequuntur Et quæ mane refert et quæ surgentibus astris. et *Horat.* 1. *Ep.* 1. 20. Gnavus mane forum et vespertinus pete tectum. *Cic.* 3. *Cat.* 9. 21. Hodierno die mane. *Id.* 13. *Att.* 9. Hodie mane. *Ter. Phorm.* 3. 2. 46. Cras mane. *Cic.* 7. *Fam.* 30. Quæ erant futuræ mane postridie. Sic *Id.* 3. *Verr.* 27. 68. Postridie mane. *Cæs.* 4. *B. G.* 13. et 5. *ibid.* 10. Postridie ejus diei, mane. *Cic.* 13. *Att.* 31. V. cal. mane accepi a Demea litteras pridie datas. *Id.* 11. *Att.* 12. Eo die mane. — *b*) Junguntur etiam ei adverbia. *Ter. Heaut.* 1. 1. 15. Numquam tam mane egredior, neque tam vesperi domum revortor, quin te in fundo conspicer. *tanto a buon'ora. Cic.* 4. *Att.* 9. *extr.* et 14. *ibid.* 18. Bene mane hæc scripsi. *Plin.* 1. *Ep.* 5. *circa med.* Rogo, mane videas Plinium domi, sed plane mane: neque enim diutius ferre sollicitudinem possum. ¶ 2. Est etiam nom. neutr. indeclin., sive occurrit absolute, substantivorum more. Veteres tamen dixere *mani* pro *mane*, ut *luci, vesperi*, teste *Donato* ad *Ter. Phorm.* 1. 1. 2. Sic *Plaut. Pœn.* 3. 3. 37. Dudum a mani ut ad portum processimus. *Virg. Cyr.* 350. Et gelido veniens mani quatiebat ab Œta. Itaque secundum nonnullos duplex esset Ablativi forma; sed tamen duplex hæc forma pendere potest a simplici soni vocalis mutatione, ut in *here* et *heri*. — *Mane est* occurrit apud *Plaut. Pers.* 1. 3. 33. SAT. Dum mane est, omnes esse mortales decet. TOX. Nimis pæne mane est. *Ovid.* 1. *Fast.* 547. Mane erat: excussus somno Tirynthius heros etc. *Id.* 6. *ibid.* 199. Mane ubi bis fuerit etc. — Ceterum *Cic.* 5. *Att.* 4. Litteras multo mane mihi dedit. *Auct. B. Afr.* 42. *sub fin.* Quum milites a mane diei jejuni sub armis stetissent. *Virg.* 3. *G.* 325. dum mane novum, dum gramina canent. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 18. noctes vigilabat ad ipsum Mane: diem totum stertebat. *Pers.* 3. 1. jam clarum mane fenestras Intrat et angustas extendit lumine rimas. *Seneca Ep.* 122. 10. Dies publicus relinquatur: proprium nobis ac peculiare mane fiat. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 14. A primo mane opus aggredi. *Id.* 7. *ibid.* 12. 3. Sub obscuro mane, vel etiam crepusculo. *Id.* 9. *ibid.* 15. 12. Postero mane. *Sueton. Aug.* 26. A mane usque ad vesperam. *Martial.* 1. 50. *sub fin.* Non rumpet altum pallidus somnum reus, Sed mane totum dormies.

MĀNĔO, mānes, mansi, mansum, mănere, 2. a Græca voce μένω, quæ idem significat. — *Mansti* pro *mansisti* syncope apud *Lucil.* Quando in eo numero mansti, quo in maxima nunc est Pars hominum. *Gell.* refert 18. 8. — *Manem* pro *maneam* est qui legit apud *Plaut. Rud.* 2. 4. 5. Nunc nihil est, qui te manem. *Sed lectio valde variat.* — Part. *Manens* et *Manendus* sub *A.* I. 1. et II. 2.; *Mansurus* sub *A.* I. 1. et II. 2. et *B.* I. — Manere est *A*) Verbum neutrum; et *B*) Activum.

A) Neutrum *manere* est loco insistere, in loco se continere, commorari, stare, restare, hærere aliquid generatim exspectando (It. *stare, fermarsi, rimanere, restare*; Fr. *demeurer, rester*; Hisp. *quedar, estarse*; Germ. *bleiben, verbleiben, verharren*; Angl. *to stop, stay, tarry, abide, remain, wait*).

1.) Proprie. ¶ 1. Generatim de loco usurpatur et fere ad personas refertur, et est loco insistere, stare. — *a*) Absolute. *Ter. Phorm.* 5. 6. 9. ANT. Non manes? GET. Vapula. ANT. Id quidem tibi jam fiet, nisi resistis, verbero. *Pacuvius* apud *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 27. 88. Age adsta: mane, audi: iteradum eadem istæc mihi. *Cæs.* 5. *B. G.* 30. Facilem esse rem, seu maneant, seu proficiscantur. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 108. 2. HOC (*pro* huc) MANSVM VENI. *sono venuto a star qui*. — Passive impersonaliter. *Ter. Heaut.* 1. 2. 26. Ut ut erat, mansum tamen oportuit. *Cæs.* 5. *B. G.* 31. Omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneatur et periculum augeatur. — *b*) Addito loco, in quo quis manet. *Ter. Eun.* 2. 5. 31. In interiore parte ut maneam solus cum sola, imperat. *Cic.* 3. *Off.* 26. 99. Manere in patria, esse domi suæ cum uxore, cum liberis. *Cæs.* 2. *B. C.* 41. Manere in loco, ordinesque servare. *stare saldo nel posto.* et *Id.* 4. *ibid.* 1. Quotannis singula millia suis ex finibus educunt: reliqui domi manent. *Nepos Eumen.* 5. Ne uno loco maneas equos militares perderet. *Sueton. Aug.* 92. Eodem cubiculo hieme et æstate mansit. *Liv.* 3. 29. Ita se Minucius abdicat consulatu, jussusque ad exercitum manet. Sic *Id.* 29. 20. Ut ad exercitum (*Scipio*) maneret. et *Cæs.* 5. *B. G.* 51. Totam hiemem ad exercitum manere decrevit. Similiter *Seneca Herc. Œt.* 1938. Vadis inermis, gnate, per umbras, Ad quas semper mansurus eris. Rursus *Liv.* 30. 27. Si consulem manere ad urbem senatui placuisset. — Passive impersonaliter. *Cic.* 8. *Att.* 3. *sub fin.* Id si est, in Italia fortasse manebitur. *Id.* 11. *ibid.* 15. Nam hic maneri diutius non potest. Cf. *Cæs.* 3. *B. C.* 74. Manendum eo loco et rem prælio committendam existimabat. — *c*) Addito manendi tempore. *Ter. Eun.* 3. 3. 28. At tu apud nos hic mane, dum redeat ipsa. Adde loc. *Cæs.* 5. *B. G.* 51. cit. supra sub *b*. — *d*) Imperativum *mane* non solum significat morare, exspecta; sed interdum quiesce, cessa, aut quid simile. *Plaut. Mil. glor. a.* 5. *v.* 10. Mentitur: feri. PY. Mane, dum narro. *Id. Cas.* 2. 6. 32. Sed mane dum: num ista aut populna sors, aut abiegna est tua? *Id. Men.* 5. 5. 21. Quid cessas dare potionis aliquid, priusquam percipit insania? ME. Mane modo: etiam percontabor. — Interdum post *mane* deest particula *dum*, ut apud *Pelagon. Veterin.* 2. 1. Mane, paullulum se subsiccet. in *Hippiatr. p.* 185. est ἐασον ξηρανῆναι μικρόν. Quod perperam *Sarchianius* vertit *nella mattina*. ¶ 2. Speciatim et frequenter est devertere et morari, pernoctare, *alloggiare*. *Cic.* 4. *Att.* 18. Quo die ad me venies, si me amas, apud me cum tuis maneas. *et* 7. *ibid.* 13. *ad fin.* Pompejus ab Teano Larinum versus profectus est: eo die mansit Venafri. *Id.* 5. *ibid.* 1. 3. Ut in Arcano Quintus maneret, dies fecit. *et ibid.* 2. 1. Quum has dabam litteras, ex Pompejano proficiscebar, ut eo die manerem in Trebulano apud Pontium. *et ibid.* 1. *a med.* Scito, nos multis locis ne tectum quidem accipere, et in tabernaculo manere plerumque. Sic *Sueton. Cæs.* 39. Manere inter vias tabernaculis positis. Rursus *Cic.* 1. *Phil.* 3. 8. Quumque intempesta nox esset, mansissemque in villa P. Valerii etc. Adde *Sueton. Aug.* 74. et *Horat.* 1. *Od.* 1. 25. manet sub Jove frigido Venator. Hinc *mansiones*. — Hinc passive apud *Augustin. Tract.* 27. *in Johann.* Exposuit modum attributionis hujus et doni sui — dicens: Qui manducat Carnem meam et bibit Sanguinem meum, in me manet, et ego in illo. Signum, quia manducavit et bibit, hoc est: si manet, et manetur; si habitat, et inhabitatur; si hæret, ut non deseratur. — Ceterum *Liv.* 3. 69. Exercitusque novus, paucis cohortibus veterum militum voluntate sequentibus, manserit ad decimum lapidem. Cf. *eumd.* 44. 38. et *Id.* 3. 45. Non manebit extra domum patris sponsa Icilii. *h. e.* non pernoctabit. Sic *Capitolin. M. Aurel.* 7. Nec, præter duas noctes, ab eo (*patre*) mansit diversis vicibus. *h. e.* extra domum paternam pernoctavit. — Similiter *manere apud aliquem* de concubitu dicitur. *Seneca* 3. *Benef.* 16. 3. Et non sufficit unus dies omnibus, nisi apud alium gestata est, apud alium mansit. Sic *manere cum aliqua*: V. *Donatum* ad *Ter. Andr.* 2. 5. 19.

II). Translate, vel prægnante, ut alii volunt, significatione ¶ 1. Ad personas refertur, et est perstare, constantem esse, ἐμμένειν, *essere costante, continuare, tenersi saldo*. — *a*) Cum Ablativo rei et præpos. *in*. *Cic.* 4. *Fam.* 13. Hoc ipsum quod maneam in vita, peccare me existimo. *seguito a vivere. Cæs.* 1. *B. G.* 36. Si in eo manerent, quod convenisset. Rursus *Cic. Cluent.* 63. 176. Servi vi tormentorum adducti, in veritate manserunt. *Id.* 7. *Verr.* 32. 83. Civitates, quæ in amicitia fideque populi Romani perpetuo manserant. Sic *Nepos Eumen.* 4. Manere in fide. et *Liv.* 28. 24. in fide et in officio. *Cic.* 7. *Att.* 15. Plerique negant Cæsarem in conditione mansurum. *et* 9. *ibid.* 2. Manere in sententia. *et* 5. *Fam.* 2. *in fin.* in voluntate. *Id. Sext.* 27. 58. in pristina mente. *Auct. B. G.* 8. 47.; et *Nepos Con.* 3. in officio. *Nepos Con.* 2. in societate. *Id. Agesil.* 2. summa fide in pactione. — *b*) Poetice cum Ablat. sine præpos. *Virg.* 2. *Æn.* 160. manere promissis. *stare alle promesse.* Sic 8. *ibid.* 643. at tu dictis, Albane, maneres. *Capell.* 1. *p.* 10. Et fit collibitum manere jussis. *h. e.* et fit valde libitum parere jussis. — *c*) Cum præpos. *intra, Ovid.* 3. *Trist.* 4. 25. Crede mihi: bene qui latuit, bene vixit: et intra Fortunam debet quisque manere suam. *Al. leg.* infra. — *d*) Cum Adjectivis. *Virg.* 10. *Æn.* 770. manet imperterritus ille, Hostem magnanimum opperiens. Cf. *eumd.* 7. *ibid.* 317. immota manet fatis Lavinia conjux. — Hinc illa JCtorum, *Paul. Dig.* 41. 2. 3. *a med.* Si rem apud te depositam furti faciendi causa contrectaveris, desino possidere: sed si eam loco non moveris, plerique responderunt, recte possessorem me manere. *Ulp. Dig.* 27. 3. 9. *sub fin.* Si tutori curator sit adjunctus, tutor manet. *V.* infra, paragr. proxime subseq. sub *a*. ¶ 2. Refertur etiam ad res et abstracta, et est durare, *sussistere, durare, star saldo, mantenersi*. — *a*) Cum Accusativo rei et præpos. *inter*, cum Ablativo et præpos. *in*, vel cum Ablativo sine præpos. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 101. Manere affinitatem hanc inter nos volo. *Cic.* 12. *Fam.* 27. Societas semper inter nos manebit. *Nepos Reg.* 3. Manet amicitia inter eos. *Cic.* 13. *Fam.* 36. Quumque tabulam, in qua nomina civitate (*a Cæsare*) donatorum incisa essent, revelli jussisset: eidem Dolabellæ Cæsar dixit nihil esse, quod de Mega (*civitate donato*) vereretur, beneficium suum in eo manere. *Ovid. Heroid.* 15. 59. An gravis inceptum peragit Fortuna tenorem, Et manet in cursu semper acerba suo? Cf. *Lucret.* 5. 1121. nec fundamento stabili Fortuna manet. *Cic.* 1. *Nat. D.* 12. 29. Nihil semper suo statu manet. — *b*) Absolute. *Cic.* 2. *Fin.* 28. 93. Quid enim? summus dolor plures dies manere non potest. *Id.* 8. *Att.* 14. *a med.* Elicere cupio sententiam tuam: si manet, ut firmior sim; si mutata est, ut tibi assentiar. *Id.* 2. *Phil.* 15. 27. Quæ (*vita*) me maneus conficeret angoribus, dimissa molestiis omnibus liberaret. *Virg.* 5. *Æn.* 724. dum vita manebat. *Cic.* 5. *Fam.* 20. Jus vetus et mos antiquus manet. *Id. Prov. cons.* 29. 46. et 1. *Phil.* 9. 21. Manet lex. *dura in vigore*. et *Id. Quinct.* 10. 34. Suspicio manet. *Cæs.* 3. *B. C.* 16. Inducias manent. *Liv.* 1. 27. Nec diu pax Albana mansit. *Cic.* 2. *Off.* 8. 29. Parietes urbis stant et manent. *Colum.* 4. *R. R.* 33. 4. *de ridica.* Quod genus fissilis adminiculi manet diutius, quam teres palus. *Nepos Themist.* 10. Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt. *Virg.* 2. *Æn.* 22. Priami dum regna manebant. *Id.* 5. *Ecl.* 78. Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt. *Plin.* 9. *Ep.* 3. Fama manet. Cf. *Lucan.* 8. 74. Sic *Ulp. Dig.* 44. 2. 23. Quamdiu manet contractus, current usuræ. *Cic.* 4. *Tusc.* 13. 30. Vitia adfectiones sunt manentes. — Hinc *mansurus*, duraturus, stabilis, perpetuus. *Virg.* 3. *Æn.* 85. da mœnia fessis Et genus et mansuram urbem. *Ovid.* 2. *Art. am.* 242. Curam mansuri quisquis amoris habes. *Claudian.* 4. *Cons. Honor.* 120. Mansura fides. *Id. Cons. Mall. Theod.* 27. mansuræ voces. *Id. I. cons. Stilich.* 39. amicitias mansuro adamante ligat. *Stat.* 4. *Silv.* 2. 3. mansurum carmen. Cf. *Sil. It.* 27. 626. decus per sæcula mansurum. — Hinc etiam absolute *maneat* est idem atque inconcussum sit et irrefutabile. *Cic.* 3. *Off.* 12. 49. Maneat ergo, quod turpe sit, id numquam esse utile. *Id. Rabir. Post.* 9. 25. Quamobrem illud maneat et fixum sit, quod neque moveri etc. — *c*) Cum Adjectivis. *Cic.* 6. *de republ.* 18. Terra immobilis manens, sua sede semper hæret. *Virg* 10. *Æn.* 696. Rupes immota manet. *Cæs.* 6. *B. G.* 31. Omnes superioris anni munitiones integræ manebant. *Virg.* 6. *Æn.* 48. non vultus, non color unus, Non comptæ mansere comæ. *Cic. Quinct.* 26. 82. Voluntas eadem manet. *African. Dig.* 46. 3. 38. *in fin.* Quamvis ex fidejussoria causa non tenearis, pignus tamen obligatum manebit. — Hinc etiam pro hærere, fixum esse. *Lepidus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 34. *sub fin.* Quæ perpetuo animo meo fixa manebunt. *Virg.* 1.

Æn. 30. manet alta mente repostum Judicium Paridis spretæque injuria formæ. — *d*) Cum Dativo personæ. *Cic. Senect.* 7. 22. Manent ingenia senibus, modo permaneat studium et industria. *Id.* 4. *Fam.* 6. 2. Mihi autem, amissis ornamentis iis –, unum manebat illud solatium, quod ereptum est. *Id.* 14. *Att.* 13. 4. Si viveret, mihi cum illo nulla contentio jam maneret. *Id.* 2. *Phil.* 6. 11. P. Clodius, cujus quidem tibi fatum, sicuti C. Curioni manet. *Forcellinus* cum Accus. *te* et *Curionem* legit: at *V.* infra sub *B.* I. init. *Catull.* 8. 15. Quæ tibi manet vita? *Liv.* 1. 53. *a med.* Manere his bellum, quod positum simuletur. *Est qui legit* imminere. *Virg.* 1. *Æn.* 261. manent immota tuorum Fata tibi. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 348. et 9. *ibid.* 302. Et *Id.* 4. *Ecl.* 53. O mihi tam longæ maneat pars ultima vitæ, Spiritus et, quantum sat erit tua dicere facta. *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 479. unaque cuncto Pœna manet generi.

B) Active, seu cum Accusativo, significat morari, restare, exspectare, dum quippiam veniat, *fermarsi sinchè uno venga, aspettare.* Ad rem, etiam sine Accusativo, *Plaut. Truc.* 4. 3. 69. Haud mansisti, dum ego darem illam: tute sumpsisti tibi. *non hai avuto pazienza.* et *Id. Stich.* 1. 2. 1. Qui manet, ut moneatur servus officium suum, nec voluntate id facere meminit, haud probus est. *aspetta d'essere avvisato.* — Ceterum cum Accusativo

I.) Proprie de personis usurpatur apud Comicos; itemque apud *Livium* et *Horat.*; translate vero apud Poetas, qui Augusti ætate floruerunt. — *a*) *Manere aliquem* dicitur qui eum exspectat. *Plaut. Aulul.* 4. 6. 14. Quamquam hic manere herus me sese jusserat. *Id. Cas.* 3. 2. 12. Intus illa te, si se arcessas, manet. *Id. Epid.* 3. 2. 22. Is apud forum manet me. *Id. Men.* 2. 3. 68. ER. Etiam parasitum manes? MEN. Neque ego illum maneo, neque flocci facio. *Id. Merc.* 3. 4. 30. Domi maneto me. *Ter. Phorm.* 3. 1. 16. Mansurus pater patruum est, dum huc adveniat. *Liv.* 10. 35. Qui nudus atque inermis hostem maneat. *Horat.* 1. *Ep.* 5. 3. manebo te domi. *Catull.* 10. 27. Mane me, inquit puellæ. *bel bello, colle buone, fermati.* Al. aliter leg. — Similiter de rebus, quæ personæ finguntur. *Plaut. Amph.* 1. 3. 48. Nunc te, nox, quæ me mansisti, mitto, ut cedas diei. Sic *Ter. Phorm.* 4. 1. 4. Non manebat ætas virginis meam negligentiam. — *b*) *Manere aliquid* raro usurpatur. *Plaut. Stich.* 1. 2. 36. Ego sedero in subsellio. PI. Mane pulvinum. *Horat. Art. P.* 154. Si plausoris eges aulæa manentis etc. *Liv.* 42. 66. Ipse hostium adventum, elatus successu, mansit.

II.) Translate *manere aliquem* eleganter dicuntur, quæ certo futura sunt et quæ imminent. — *a*) Præcipue in adversis. *Liv.* 26. 13. *sub fin.* Ea potio – oculos, aures a videndis audiendisque omnibus acerbis indignisque, quæ manent victos, vindicabit. *Est qui legit* victis. *V.* supra sub *A.* II. 2. *d.*, ibique etiam loc. *Cic.* 2. *Phil.* 6. 11. Ceterum *Virg.* 7. *Æn.* 596. te, Turne, nefas, te triste manebit Supplicium. *Tibull.* 1. 8. 77. At te pœna manet, ni desinis esse superba. *Propert.* 2. 21. 58. Longius, aut propius, mors sua quemque manet. *Horat.* 1. *Od.* 28. 15. sed omnes una manet nox et calcanda semel via leti. *Id. Epod.* 17. 62. Tardiora fata te votis manent. *Ovid.* 11. *Met.* 540. quos funera maneant. *Sueton. Cæs.* 14. Quanta eos a plebe Romana maneret invidia. Adde *eumd. Domit.* 18. — *b*) Etiam in bonis rebus. *Virg.* 1. *G.* 168. Si te digna manet divini gloria ruris. *Id.* 3. *Æn.* 505. maneat nostros ea cura nepotes. *Id.* 6. *ibid.* 71. Te quoque magna manent regnis penetralia nostris. *Vet. Poeta* apud *Lamprid. Alex. Sev.* 14. Te manet imperium cæli terræque marisque. *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 195. Præmia digna (*te*) manent. Sic *Sil. It.* 3. 149. Te quoque magna manent suscepti præmia belli.

MÂNES, ium, m. et f. plur. 3. In singulari num. cujus rectus casus erit *Manis*. *Apul. loc. cit.* in § 1. Nomine Manem Deum nuncupant. — *Manes* sunt etiam generis feminini. *Inscript.* non optimæ tamen notæ (quam cum *Mommsenio* vidit et correxit *Henzen.* retulitque *n.* 7382.) apud *Feu, Var.* di notiz. *p.* 174. MEVIA SOPHE, IMPETRA, SI QVAE SVNT MANES, NE TAM SCELESTVM DISCIDIVM EXPERISCAR DIVTIVS. Sunt qui huc pertinere putant illud *Horat.* 1. *Od.* 4. 16. Jam te premet nox, fabulæque Manes. Huic addas per me licet illud incerti *Auct. epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 473. *Burmann.* Quæ ad domus trahet invidas Averni, Fabulas Manes ubi rex coercet. Sed apud *Horatium* alii rectius interpretantur, Manes, quæ fabulæ sunt et nugæ meræ, vel de quibus Poetæ et alii multa fabulantur; illud vero epigramma sublestæ admodum fidei est, et scriptum videtur ex veterum imitatione a viro non inerudito post renatas Latinas litteras, sæculo nempe a Chr. n. XVI. At cl. *J. Furlanetto* in I.ª *Append.* affert *Inscript.* apud *De-Lama, Guida al Mus. Parm. p.* 71. OTIOSE PARCE PIAE MANES ITA TE TVA VOTA SEQVANTVR. et *aliam* apud *Gruter.* 786. 5., quæ ita legitur a *Marin. Iscriz. Alb. p.* 127. FVRIA SPES L. SEMPRONIO FIRMO CONIVGI CARISSIMO MIHI ..... ITA PETO VOS MANES SANCTISSIMAE COMMENDATVM HABEATIS MEVM CONIVGEM ET VELLITIS LVCIS INDVLGENTISSIMI ESSE HORIS NOCTVRNIS VT etc. — Ratione habita etymi, *manes* appellati sunt ab antiquo *manus*, bonus. Dixere igitur deos manes, quasi bonos genios. *V. Varron.* 6. *L. L.* 4. *Müll.*; *Acron.* ad *Horat.* 1. *Od.* 4. 15.; et *Non. p.* 66. 12. *Merc.* — Ceterum manes sunt animæ defunctorum, οἱ νέκυες, αἱ ψυχαὶ τῶν νεκρῶν (It. *l'anime de' morti*; Fr. *âmes des morts*; Hisp. *las almas de los muertos, de los difuntos*; Germ. *die Seelen der Abgeschiedenen*; Angl. *the ghosts or shades of the dead*). *Apul.* de *Deo Socrat.* scribit, fuisse species Lemurum: animum enim humanum exutum corpore, vetere Latina lingua Lemurem dictitatum esse: ex Lemuribus, qui posterorum suorum curam sortitus pacato et quieto nomine domum possideret, Larem dictum esse familiarem: qui propter adversa vitæ merita, nullis bonis sedibus, in terra vagatione seu quodam exsilio puniretur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum noxium malis, Larvam vocatum: quum incertum esset, quæ cuique eorum sortitio evenisset, utrum Lar esset, an Larva, nomine Manem Deum nuncupatum, et honoris gratia Dei vocabulum additum fuisse. *Augustin. 9. Civ. D.* 11. Dicit (*Plato*) animas hominum dæmones esse, et ex hominibus fieri Lares, si meriti boni sunt; Lemures, sive Larvas, si mali: Manes autem, quum incertum est, bonorum eos, seu malorum esse meritorum. *Servius* ad *Virg.* 3. *Æn.* 63. ait, Manes esse animas hominum illo tempore, quo de aliis recedentes corporibus nec dum in alia, secundum fabulam Pythagoricam, transierunt. Alii putant, Manes eosdem ac Genios esse, duosque Manes corporibus ab ipsa statim conceptione assignatos fuisse, qui ne mortua quidem corpora deserant, consumptisque etiam corporibus sepulcra inhabitent. Quare qui sepulcra demoliebantur, Deos Manes violare putabantur. Plurimi, in quibus *Isid.* 8. *Orig.* 11. tradiderunt, Deos cælestes vivorum esse, Manes esse Deos mortuorum. Alii alios Manes, alios Deos infernos dicunt. Alii, in quibus *Festus*, censent, Deos esse, qui inter cælum et terram degunt, quibus plena sunt omnia inter lunarem et terrenum circulum. Neque absimili ratione *Capell.* 2. *p.* 40. A medietate vero aeris usque in montium terræque confinia Hemithei Heroesque versantur, qui *etc.* Ibique Manes, id est corpori humano præsules attributi, qui parentum seminibus manaverunt. *V.* ibi plura de Manibus.

1.) Proprie. — *a*) *Dii manes* conjunctim usurpantur. *Lex* apud *Cic.* 2. *Legg.* 9. 22. DEORVM MANIVM IVRA SANCTA SVNTO. *Lucret.* 3. 52. manibus divis inferias mittere. *Id.* 6. 659. manibus divis mactatus. *Liv.* 7. 6. Manus nunc in cælum, nunc in patentes terræ hiatus ad deos manes porrigere. *Id.* 8. 9. Dii manes, vos precor. Adde *Horat. Epod.* 5. 94. — Hinc D. M. solemnes notæ erant, quibus *Dii Manes* in sepulcrorum titulis significantur. In *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 292. 7. habetur *Diis Manibus Communibus*, quod ultima fata omnibus immineant, vel quod mortuis omnibus Dii Manes præsint. In alia, quam habes in voc. MAMMA, pro *Diis Manibus* habetur *Diis Propitiis*, quo probatur eorum sententia, qui Deos Manes dictos esse putant quasi bonos Genios. — *b*) *Manes* absolute, in plurali num. etiamsi de uno tantum sermo est. *Cic. Pis.* 7. 16. A me quidem etiam pœnas expetistis, quibus conjuratorum manes expiaretis. *Liv.* 1. 20. Justa quoque funebria placandosque manes ut idem pontifex edoceret, Numa instituit. *Id.* 4. 19. Legatorum manibus mactatam victimam dare. *Id.* 3. 19. Collegæ manes fraude liberare. *Id. ibid.* 58. Manes Virginiæ per tot domos ad petendas pœnas vagati – tandem quieverunt. *Virg.* 4. *Æn.* 427. manes Anchisæ. *Id.* 6. *ibid.* 119. conjugis. *Sueton. Oth.* 7. Galbæ. *Tibull.* 1. 1. 67. manes alicujus lædere. *Virg.* 3. *Æn.* 303. manesque vocabat Hectoreum ad tumulum. *Id.* 4. *ibid.* 34. Id cinerem, aut manes credis curare sepultos. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 28. cruor in fossam confusus, ut inde Manes elicerent, animas responsa daturas. *Imppp. Valentin., Theod. et Arcad.* in *Constit. Sirm.* 8. Nullius nos manibus in absolvendis injuriam faciemus l. unicidis.

II.) Figurate. ¶ 1. Metonymice accipitur pro Inferis, hoc est loco, quo animæ continentur. *Virg.* 1. *G.* 242. at illum (*verticem*) Sub pedibus Styx atra videt manesque profundi. *Id.* 4. *Æn.* 387. hæc manes veniat mihi fama sub imos. Sic *Ovid.* 3. *Amor.* 8. 37. Æraque et argentum cumque auro pondera ferri Manibus admorat. ¶ 2. Et pro pœnis, suppliciis, furiis. *Virg.* 6. *Æn.* 743. Quisque suos patimur manes. Ubi *Servius*: Manes, id est supplicia, quæ sunt apud manes: vel genios dicit, quos cum vita sortimur. Adde *Stat.* 8. *Theb.* 84. ¶ 3. Item pro cadavere. *Liv.* 31. 30. Sepulcra diruta, omnium nudatos manes, nullius ossa terra tegi. *Propert.* 2. 13. 32. Accipiet manes parvula testa meos. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 55. (148). Ea causa est, ut pleræque alitum e manibus hominum oculos potissimum appetant. *Id.* 16. *ibid.* 44. 85. (234). Subest specus, in quo manes Scipionis draco custodire traditur.

MANGĂNUM, i, n. 2. Græca vox, quæ artificium et præstigias significat. *Gloss. Cyrill.* Μάγγανον, mangănum.

MANGO, ōnis, m. 3. a μάγγανον, quod illud etiam artificium significat, quo quis alios decipit. ¶ 1. Generatim dicitur de eo, qui merces polit, ut pluris vendat. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 13. 76. (199). Efficacissimum experimentum excusant mangones gemmarum. *Id.* 12. *ibid.* 20. 43. (98). mangones dicit eos, qui circa unguenta laborant, ut gratiora fiant. *et* 23. *ibid.* 1. 22. (39). qui circa vina. Narrat *Sueton. Vesp.* 4. *mulionem* probri loco dictum fuisse Vespasianum, quod mangonicum quæstum exercuisset. Ex quo intelligimus, *mangones* dictos etiam, qui jumenta mercarentur et venderent. *barattiere da cavalli*. Hinc *Petagon. Veterin.* 1. 4. Item aliud ad morbum Caystri, Siculi mangonis. Similiter vocari possunt, qui gallinarum saginam exercent, quia eorum artificium *Plin.* appellat *mangonium*, 10. *Hist. nat.* 50. 71. (140). ¶ 2. Specialim est venalicius, seu qui homines, præsertim pueros puellasque, vendit, *venditore e mercante d'uomini*, ἀνδροποκάπηλος, σωματέμπορος. Etenim mangones fuco et pice et aliis medicamentis mancipiorum corpora illinebant; et, teste *Galeno de meth. med. l.* 14. *c.* 16., graciliorum puerorum femora et nates alternis diebus leviter ferulis ideo percutiebant, ut illis intumescentibus eos καλλιπύγους carius venderent (namque ipse *Cels.* 2. 14. Si frictio modica sit, impleri corpus.). *Martial.* 1. 59. Millia pro puero centum me mango poposcit. *Id.* 9. 7. Non puer avari sectus arte mangonis, Virilitatis damna mœret ereptæ. *Plin.* 24. *Hist. nat* 6. 22. (35). Resina illinitur totis corporibus, mangonum maxime cura, ad gracilitatem emendandam. *Id.* 30. *ibid.* 5. 13. (41). Item mangonibus, ut lanugo tardior sit pubescentium, sanguis e testiculis agnorum, quum castrantur, præstat; qui evulsis pilis illitus et contra virus proficit. *Quintil.* 2. 15. 25. Mangones, qui colorem fuco, et verum robur inani sagina mentiuntur. *Seneca Ep.* 80. Mangones, quidquid est quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 12. 10. (55). Toranius mango Antonio jam triumviro eximios forma pueros, alterum in Achaja genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit. Adde *Horat.* 2. *Ep.* 2. 13.; *Juvenal.* 11. 47.; *Sueton. Aug.* 69.; *Macrob.* 2. *Saturn.* 4. 38.; et *Dig.* 21. 1. 44. § 1., 50. 16. 207. et alibi.

MANGŌNĬCO, as. *V.* MANGONIZO in fin.

MANGŌNĬCUS, a, um, adject. σωματεμπορικός,

ad mangonem pertinens. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 26. 97. (170). Radix hyacinthi bulbacea mangonicis venaliciis pulcre nota. *Sueton. Vesp.* 4. Ad mangonicos quæstus descendere.

MANGŌNĬUM, ii, n. 2. *μαγγανεία*, artificium, quod ad res facilius vendendas adhibetur. *Plin.* 10 *Hist. nat.* 50. 71. (140). Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet.

MANGŌNĬZĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

MANGŌNĬZO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Mangonizatus.* — Mangonizare est mangonico artificio polire, fucare, adornare, ut gratia rei pretiumque concilietur, *imbellettare, raffazzonare, abbellire. Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 47. (135). Psilothrum est thynni sanguis: jecur etiam tritum, mixtoque cedrio, plumbea pyxide asservatum. Ita pueros mangonizavit Salpe obstetrix. *Id.* 23. *ibid.* 1. 16. (26). Succus illitus lætiore quodam colore, et cutis teneritate mangonizat corpora. *Sillig.* postremam vocem omittit. *Id.* 9. *ibid.* 54. 79. (168). Primus pensiles invenit balineas, ita mangonizatas villas subinde vendendo. *Sillig.* ubique scribit *mangonico, cas.*

MĂNĬ *V.* MANE.

MĂNĬA, æ, f. *μανία.* ¶ 1. Est idem ac furor et insania (ut apud *Cic.* 3. *Tusc.* 5. 11). *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 12. Similes sunt hydrophobicæ passioni phrenitis, mania, quam nos furorem, sive insaniam diximus. Habet et *Æmilius Macer de Herb.* c. 61. p. 224. ed. *Ald.* Infert, sicut olus, hæc herba homesta maniam. *ubi prima licenter corripitur.* ¶ 2. Apud *Veget.* 3. *Veterin.* 2. *a med.* (hoc est 4. *Veterin.* 3. 4. *Schneid.*) est morbus boum, qui iis eripit sensum, ut nec audiant more solito, nec videant. Alii tamen, et ipse *Schneiderus, ibid.* leg. *insania.*

MĂNĬÆ, ārum, f. plur. 1. a Mania Larium matre, de qua *V.* MANIA in ONOM., dicuntur infantum terriculamenta, turpes deformesque personæ, quibus nutrices pueris parvulis minitantur, ut ait *Ælius Stilo* apud *Festum* p. 129. 26. *Müll.*, quocum cf. *Paul. Diac.* p. 128. 8. *Müll.* Hoc sensu usurpat *Arnob.* 6. 26. Ut parvuli pusiones personarum monstruosissima torvitate sannis etiam constringerentur et maniis. V. *Munck. de fab. Atellan.* p. 43. et seq. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

MANIBULA. *V.* MANICULA sub 2.

MĂNĬCA, æ, *et sæpissime*

MĂNĬCÆ, ārum, f. plur. 1. a *manus*, teste *Varron.* 6. *L. L.* 85., ubi *manica* in singulari numero legitur. Similiter num. sing. occurrit, scilicet de bestiario, cujus fortasse manus tantum dextera muniebatur manica, apud *Fronton.* 5. *ad M. Cæs.* 22. (edente iterum *A. Maio*). Consul populi Romani posita prætexta, manicam induit, leonem inter juvenes Quinquatribus percussit, populo Romano spectante. — Ceterum

I.) Proprie. ¶ 1. *Manicæ* sunt pars vestis, qua brachia et manus, vel manus tantum teguntur, ut docent *Non.* p. 350. 22. *Merc.* et *Isid.* 5. *Orig.* 27. 10. et 19. *ibid.* 22. 8. *χειρίδες* (It. *maniche, guanti*; Fr. *manches d'une tunique, gants*; Hisp. *mangas de vestido, guantes*; Germ. *die Handbekleidung, Aermel, Manschetten, Handschuhen*; Angl. *coverings for the hands and arms, sleeves, gloves, mittens*). — *a*) De tunicarum manicis, quibus brachia teguntur. *Virg.* 9. *Æn.* 616. Et tunicæ manicas, et habent redimicula mitræ. *Tac. Germ.* 17. Feminæ lineis amictibus velantur, partemque vestitus superioris in manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos. V. CHIRIDOTA et MANICATUS; et cf. *Curt.* 3. 3. 13. et *Gell.* 7. 12. — *b*) De operimentis manuum, *Plin.* 3. *Ep.* 5. *a med.* Ad latus notarios cum libro et pugillaribus: cujus manus hieme manicis muniebantur, ut ne cæli quidem asperitas ullum studii tempus eriperet. *guanti, manicotti.* Sic manicas de pellibus *Pallad.* 1. *R. R.* 43. 4. memorat inter ea, quæ vel in silvis, vel in vepribus rustico operi, et venatorio apta sunt. Huc pertinere videtur illud *Cic.* 11. *Phil.* 11. 26. Quamquam miror, tamdiu morari Antonium. solet enim accipere ipse manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere. *scil.* itineris et fugæ causa: manicæ enim adhibitæ fuerunt ab effeminatis ad manus et brachia contra cæli injurias munienda. Recentiores tamen hunc *Cic.* locum de militaribus manicis interpretantur. — *c*) De manicis militaribus, quibus brachia et manus contra tela et enses muniuntur, *manopole. Juvenal.* 6. 255. Balteus, et manicæ, et cristæ, crurisque sinistri Dimidium tegmen. V. *Avellino, Osserv. sui graffiti* p. 7. et cf. *Veget.* 1. *Milit.* 20. Usque eo, ut sagittarii sinistra brachia manicis munirent. ¶ 2. Sunt etiam, quibus manus ligantur, *manette*: sicut *pedicæ*, quibus pedes. *Apul. Florid. n.* 17. Quid si manus manicis restringantur? quid si pedes pedicis coarctentur? *Plaut. Asin.* 2. 2. 38. Ubi manus manicæ complexæ sunt, atque adductæ ad trabem. *Virg.* 2. *Æn.* 146. manicas atque arcta levari Vincla jubet Priamus. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 76. in manicis et Compedibus sævo te sub custode tenebo. *Virg.* 4. *G.* 439. manicisque jacentem Occupat. *Val. Flacc.* 2. 462. truces manicæ. *Cod. Theod.* 9. 3. 1. ferreæ. *Plaut. Capt.* 3. 5. 1. Injicere alicui manicas. *Id. Most.* 5. 1. 17. Manicas connectere. *Sil. It.* 17. 141. Addere alicui vincla et manicas. ¶ 3. De ferreis manibus, quibus in navali prœlio naves hostium captantur (V. HARPAGO, onis), *Lucan.* 3. 665. Ast alias manicæque ligant, teretesque catenæ, Seque tenent remis.

II.) Translate, metaphorâ ductâ a superiori paragr. 2. *Lucilius* apud *Non.* p. 350. 25. *Merc.* Si laqueis, manicis, pedicis mens irretita est.

MĂNĬCĂRĬUS, ii, m. 2. gladiator, qui et laquearius et laqueator est appellatus, is nempe fuisse videtur, qui manicis seu laqueis adversarium suum prehenderet, diversus tamen a retiario. *V.* LAQUEATOR. *Inscript.* apud *Marin. Iscriz. Alb.* p. 12., quæ est apud *Orell.* 2566 DEMOSTHENES MANICARIUS FELICIANVS RETIarius.

MĂNĬCĀTUS, a, um, adject. (manicæ) manicas habens, manuleatus. *Cic.* 2. *Cat.* 10. 22. Quos peto capillo, nitidos, manicatis et talaribus tunicis videtis. Adde *Curt.* 3. 3. 13.; et cf. *Isid.* 19. *Orig.* 22. 8.; et cf. MANICÆ sub I. 1. *a.* — *Pelles manicatæ* apud *Colum.* 1. *R. R.* 8. 9. et 11. *ibid.* 1. 21. sunt manicæ de pellibus (ut eas vocat *Pallad.* 1. *R. R.* 43. 4.), et una cum sagatis cucullis recensentur, ad arcendos ventos, frigora et imbres.

MĂNĬCLĒĀTUS, a, um, adject. (manicæ) idem ac manicatus. *Isid.* 19. *Orig.* 22. 8. Tunica manicleata.

MĂNĬCO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (mane) mane venire, *ὀρθρίζω*. *Vet. interpr.* ad *Juvenal.* 5. 79. Propterea semper manicasti per pluviam. *Vulgat. interpr. Luc.* 21. 38. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. *Augustin. Quæst.* 46. in *lib. Judic.* 9. 32. et 33. Quod Latini quidam habent *maturabis*, quidam vero *manicabis*, Græcus habet, quod dici posset non uno verbo, *diluculo surges.* h. e. *ὀρθρίζω.*

MĂNĬCON, i, n. 2. *vel rectius*

MĂNĬCOS *vel* us, a *vel* e, on *vel* um, adject. *μανικός*, a *μανία insania*, furialis, insanus. *Manicon* cognominatum est genus trychni, fruticis, cujus succus insaniam facit, teste *Plin.* 21. *Hist. nat.* 31. 105. (179). Similiter *Apul. Herb.* 74. Appellatur (*herba strychno*) manice, sed Latine furialis, eo quod furorem excitat.

MĂNĬCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* manus, parva manus, *manina*, *χειρίον*. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Rud.* 4. 4. 126. Duæ connexæ manicuiæ, et surcula est. Adde *Pseud.* 5. 1. 16., ubi *Boxhornius* voluit legi *mammicula*, vel *mammillula*. ¶ 2. Manicula dicitur transversa regula in stiva aratri, ita dicta, quod manu bubulci teneatur: qui quasi est temo inter boves. Ita *Varro* 5. *L. L.* 135. *Müll.*, ubi alii leg. *manibula.*

MĂNĬDŬCTUS, a, um, adject. qui manus ad saltandum immittit. *Gloss. Philox.* Manuductus, *μεσόχειρος.*

MĂNĪFESTĀRĬUS *vel* manufestarius, a, um, adject. (manifestus) idem quod manifestus, et qui negari non potest, *manifesto, patente, chiaro.* — *a*) De personis. *Plaut. Aulul.* 3. 4. 10. Capio fustem, obtrunco gallum, furem manifestarium. *Id. Trin.* 4. 2. 50. Teneo hunc manifestarium. *convinto.* — *b*) De rebus et abstractis. *Plaut. Mil. glor.* 2. 5. 34. Manifestaria res est. *Gell.* 1. 7. Ne, ut in Plauti comœdia (*Bacch.* 4. 8. 87.) mœchus, ita in Ciceronis oratione solœcismus esset manifestarius. *Lactant. de morte persecut.* 30. Manifestarius homicida.

MĂNĪFESTĀTĬO *vel* manufestatio, ōnis, f. 3. (manifesto) actus manifestandi, *manifestazione*, *δήλωσις. Augustin.* 20. *Civ. D.* 30. *a med.* Per suæ præsentiæ manifestationem. *Sulpic. Sever.* 3. *Dial.* 4. Tantæ manifestatione virtutis. *Cassiod.* 7. *Variar.* 35. Manifestatio conscientiæ bonæ. Adde *Jul. epit. Novell.* 115. § 369.; et *Vulgat. interpr.* 1. *Cor.* 12. 7. et 2. *Cor.* 4. 2.

MĂNĪFESTĀTOR *vel* manufestator, ōris, m. 3. *manifestatore*, qui manifestat. *Non.* p. 14. 6. *Merc.* Hujus rei manifestator est Lucretius libro VI.

MĂNĪFESTĀTUS *vel* manufestatus, a, um. *V.* MANIFESTO, as.

MĂNĪFESTĔ *vel* manufeste, *et*

MĂNĪFESTŌ *vel* manufesto, adverb. (manifestus). *Manifeste* legitur apud *Apul.* 6. *Met.* Tunc Psyche — ad promptum exitium sese compelli manifeste comperit. Item *manifeste* occurrit apud *eumd. ibid.*; *Scribon. ep. præmiss. Compos.*; *Paul.* 3. *Sentent.* 6. § 60.; et *Dig.* 50. 16. 243.; et *Vulgat. interp.* 1. *Esdr.* 4. 18. et alibi sæpissime. Dubia est lectio apud *Cic.* 3. *Cat.* 2. 4. et *Flacc.* 28. 68., ubi recentiores plerique *manifesto* leg. — *Manifesto* proprie est Ablat. ab adject. *Manifestus*, adverbiorum more usurpatus. — Comp. *Manifestius* et Sup. *Manifestissime.* — *Manifeste* et *manifesto* est idem atque aperte, clare, palam, non obscure, *σαφῶς* (It. *manifestamente, patentemente, evidentemente*; Fr. *manifestement, clairement, évidemment*; Hisp. *manifestamente, claramente, de un modo claro, evidentemente*; Germ. *auf handgreifliche und augenschein-liche Art und Weise, offenbar oder offenkundig*; Angl. *manifestly, evidently, clearly, palpably, openly*). Occurrit — *a*) Pos. *Manifesto* apud *Plaut. Asin.* 5. 2. 26. Jam faxo, ipsum hominem manifesto opprimas. *Io trovi sul fatto.* Sic *ibid.* 3. 2. 23. Ubi prensus in furto sies manifesto et verberatus. *Id. Pœn.* 3. 5. 40. Manifesto fur es mihi. *h. e.* fur manifestus. *Id. Cas.* 2. 3. 19. Perii! manifesto miser teneor. Sic *Id. Pseud.* 4. 7. 61. Manifesto hunc hominem teneo, qui argentum attulit. *Cic.* 3. *Cat.* 2. 4. Ut tota res vobis manifesto deprehenderetur. *Id. Cluent.* 7. 20. Quum manifesto venenum deprehendisset. *et ibid.* 14. 42. Facinus manifesto compertum atque deprehensum. *Id. Brut.* 80. 277. Quum indicia mortis se comperisse manifesto et manu tenere diceret. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 45. (162). Manifesto apparet. *Id.* 9. *ibid.* 45. 69. (148). Manifesto ostendunt. — *b*) Comp. *Manifestius* apud *Virg.* 8. *Æn.* 16. manifestius ipsi, Quam Turno regi, aut regi apparere Latino. *Tac.* 4. *Hist.* 23. Quo discreta virtus manifestius spectaretur. *Id.* 1. *ibid.* 88. Quanto magis occultare pavorem nitebantur, manifestius pavidi. — *c*) Sup. *Manifestissime* apud *Apul. de Mag.* Ut omnibus manifestissime pateat. *Scævola Dig.* 33. 2. 32. § 6. Manifestissime probare aliquid. Adde *Cod.* 4. 18. 2.

MĂNĪFESTO *vel* manufesto, as, āvi, ātum, are, a. 1. (manifestus). Part. *Manifestatus.* — Manifestare est manifestum reddere, palam facere, prodere, ostendere, declarare, *manifestare, far palese, mostrare, φανερόω. Ovid.* 13. *Met.* 105. Ipse nitor galeæ, claro radiantis ab auro, Insidias prodet, manifestabitque latentem. *Justin.* 24. 6. *extr.* Multa ibi visuntur munera, quæ reddentium vota gratam voluntatem manifestant. *Id.* 11. 3. 9. Odium eos omnium populorum esse: quod vel ex eo manifestari, quod etc. *Id.* 41. 1. 2. Id vocabulo manifestatur. *Dig.* 49. 5. 6. Opinionem suam per relationem manifestare. *Augustin.* 4. *Doctr. Chr.* 12. *sub fin.* Per se ipsa, quoniam vera sunt, manifestata delectant. *Pallad.* 11. *R. R.* 12. 5. Qui in trunco inserunt (*cerasum*), sicut Martialis dicit, omnem lanuginem, quæ circa est, auferre debebunt; quam, si remanserit, insitis nocere manifestat. *h. e.* docet.

MĂNĪFESTUS *vel* manufestus, a, um, adject. *Manufestus* antiquo more legitur apud *Plaut.* — Ratione habita etymi, videtur esse a *manu* et *festus*, hoc est *manu prehensus*; *festus* enim ab inusit. *fendo* deduci potest, quod occurrit in *offendo.* — Comp. *Manifestior* et Sup. *Manifestissimus* 1.° et 2.° — Manifestus est clarus, patens, apertus, palam et in promptu positus, testatus, perspicuus: quasi *manu* teneatur, ita ut negari aut

dissimulari non possit: et saepius in malam partem sumitur, φανερός (It. *manifesto, patente, evidente, chiaro, e che si tocca con mano*; Fr. *palpable, manifeste, clair, évident*; Hisp. *manifiesto, claro, evidente*; Germ. *auf der That ergriffen und so überführt, dass das Verbrechen augenscheinlich und unläugbar ist, augenscheinlich, unzweifelhaft*; Angl. *manifest, clear, evident, plain, apparent, notorious*). Occurrit — 1.°) De personis; et quidem — *a*) Absolute. *Plaut. Men.* 4. 2. 29. Nec magis manifestum ego hominem unquam ullum teneri vidi. *più convinto*. Cf. *Cic.* 4. *Verr.* 73. 181. Manifestis in rebus hominem jam teneri videbitis. *Sall. Cat.* 42. Legatis praecipit, ut dent operam, ut conjuratos quam maxime manifestos habeant. *Ovid. de nuce* 3. Obruere ista solet manifestos poena nocentes. *Id.* 2. *Amor.* 4. 39. manifestus amator. *Dig.* 47. 2. 3. § 2. fur. — Et in bonam partem. *Virg.* 3. *Æn.* 150. Penates visi ante oculos adstare jacentis In somnis, multo manifesti lumine, qua se Plena per insertas fundebat luna fenestras. Adde *Val. Flacc.* 1. 105. *Ovid.* 1. *Pont.* 1. 63. Ut mihi di faveant; quibus est manifestior ipse. — *b*) Eleganter cum Genitivo rei, in qua quis manifesto tenetur. *Plaut. Truc.* 1. 2. 30. Manifestam mendacii, mala, te teneo. *convinta, patentemente rea*. et *Id.* apud *Non.* p. 453. 31. *Merc.* Manifestum hunc obtorto collo teneo furem flagitî. *Sall. Jug.* 39. At Jugurtha manifestus tanti sceleris non prius omisit contra verum niti etc. *Id. Cat.* 56. *extr.* Sicuti de manifestis rerum capitalium more majorum supplicium sumendum. *Tac.* 14. *Ann.* 29. Manifestus ambitionis. *Id.* 15. *ibid.* 60. conjurationis. *Id.* 2. *ibid.* 85. delicti. *et* 4. *ibid.* 53. Ne offensionis, aut metus manifestus foret. *per non dar a conoscere d'essere disgustato, o d'aver paura*. Sic *Ovid.* 5. *Fast.* 313. per quod fierem manifesta doloris. *Tac.* 12. *Ann.* 51. Spiritus ac manifesta vitae. *dando manifesti segni di vita*. et 15. *ibid.* 54. Ipse moestus et magnae cogitationis manifestus erat. *Seneca* 4. *Quaest. nat.* 2. *ante med.* Manifestus novarum virium Nilus. — *c*) Cum Infinito. *Tac.* 2. *Ann.* 57. Atrox ac dissentire manifestus. *Id. Dial. de orat.* 16. Ipse satis manifestus est, jamdudum in contrarium accingi. *Paul. Dig.* 30. 33. Nisi ipse testator ex scriptura manifestissimus esset, utrumque eorum solidum accipere voluisse. et *Ibid.* 24. 3. 22. § 8. Nullam competentem curam inferre manifestissimus. *et* 33. 4. 3. Dotem relegasse manifestissimus. — 2.°) De rebus et abstractis. — *a*) Speciatim. *Cic.* 4. *Verr.* 20. 48. Furtum manifestum. *cui* nec manifestum *opponitur*, et est JCtorum formula, teste *Gell.* 11. 18. Manifestum furtum est, ut ait Massurius (*Sabinus*), quod deprehenditur dum fit. αὐτόφωρον. Adde *Cajum* 3. *Institut.* § 183. et seqq.; et *Ulp. Dig.* 47. 1. 3. et 5. et alibi. Cf. et *Cic.* 3. *Cat.* 5. 11. Scelus manifestum atque deprehensum. — *b*) Generatim, adjective. *Plaut. Most.* 3. 1. 8. Manifesta res est, nisi quid occurro prius, ne hoc nunc senex rescisat. *Cic.* 2. *Verr.* 16. 48. Ejusmodi res, ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam, ut etc. *Id. Rosc. Am.* 34. 95. Res apertae et manifestae. *Id.* 3. *Verr.* 78. 191. Teneri in manifesto peccato. *Liv.* 1. 26. Ut caedes manifesta aliquo tamen piaculo piaretur. *Virg.* 2. *Æn.* 309. Tum vero manifesta fides, Danaumque patescunt Insidiae. *Propert.* 3. 13. 3. manifesta causa. *Ovid.* 2. *Amor.* 2. 55. culpa. *Id.* 6. *Met.* 313. ira numinis. *Id.* 2. *Art. am.* 321. pietas. *Id.* 9. *Met.* 482. libido. *Id.* 5. *ibid.* 468. signa. *Id.* 2. *ibid.* 133. vestigia rotae. *Quintil.* 10. 3. 9 Manifestus est etiam ex opere ipso labor. *Id.* 12. 2. 22. Haec si ratione manifesta non essent, exemplis tamen crederemus. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (123). Manifestior fraus. *Id.* 37. *ibid.* 10. 60. (165). Manifestissimum exemplum. Sic *Quintil. Declam.* 14. 1. Manifestissimum scelus. — *c*) Absolute, neutro gen. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 49. 73. (156). Aegrotare singulos, manifestum fecit macies. Cf. *Trajanus* ad *Plin.* 10. *Ep.* 98. Qui negaverit, se Christianum esse, idque re ipsa manifestum fecerit. Rursus *Plin.* 2. *Hist. nat.* 16. 13. (69). Manifestum est, ab exortu matutino latitudines scandi. *Quintil.* 3. 6. 81. Non statim, quod esse manifestum est, etiam, quid sit, apparet. — Et seq. relativo. *Quintil.* 7. 2. 18. Manifestum, quis potionem dederit; quae si veneni fuerit, nulla quaestio de auctore. *Id.* 6. 2. 20. Quae quibus ex locis ducenda sint, et manifestum omnibus, et a nobis dictum est. — *Id.* 3. 8. 26. Manifestius est, quam ut docendum sit. *Liv.* 40. 9. *extr.* Habere aliquid pro manifesto. — Et in plurali num. *Ovid.* 9. *Met.* 694. Quum velut excussam somno et manifesta videntem Sic affata dea est. *Quintil.* 5. 13. 35. Manifestis repugnare. — Hinc

Manifesto, ablat. sing. num., adverbiorum more usurpatur. *V.* MANIFESTE et MANIFESTO loco suo.

MĀNĪFĬCUS, a, um, adject. (manus *et* facio) manufactus, χειροποίητος. *Cael. Aurel.* 2. *Tard.* 14. *extr.* Sic etiam plurima localia adjutoria adhibenda conscripsit, quae multo tempore manificas ulcerationes, hoc est quas nos extrinsecus infiximus, in cicatricem venire cohibeant. *Vulgati libri habent* magnificas, *quod a re tota absonum est: contra verba* hoc est quas etc. *postulare videntur* manificas, *quod vocabulum a Caeliana scribendi ratione minime abhorret.*

MĀNĪFŎLIUM, ii, n. 2. herba eadem ac personata. *Apul. Herb.* 36.

MANIMORIA, est vocabuli forma, ad etymon *memoriae* declarandum, efficta a *Varron.* 6. *L. L.* 45. *Müll.* Meminisse a memoria, quum quid remansit in mente indeque rursus movetur; quae a manendo ut manimoria potest esse dicta.

MĀNĬŎLAE, ārum, f. plur. 1. parvae maniae, h. e. terriculamenta puerorum. *Paul. Diac.* p. 128. 8. *Müll.*

MĀNĬŎPAEOS, on, adject. μανιοποιός, furiosum reddens: a *μανία furor* et *ποιέω facio*. Hoc etiam nomen inter alia multa habet herba hyoscyamus, teste *Apul. Herb.* 4.

MĀNĬŌSUS, a, um, adject. insanus, furiosus. *Ammian.* 28. 4. Quid faciat maniosus et nequam? Alii leg. *malus, famosus*: sed *Eyssenhardt.* lectionem *maniosus* retinuit.

MĀNĬPLĀRIS. *V.* MANIPULARIS init.

MĀNĬPRĔCĬUM *vel* manipretium. *V.* MANUPRETIUM.

MĀNĬPŬLĀRIS *vel* manupularis (*et per syncopen* mānĭplāris *vel* manuplaris *apud Poetas*), e, adject. (manipulus) ad manipulum pertinens; et occurrit translate tantum in re militari. — *a*) *Manipulares milites* sunt gregarii, qui ad eumdem manipulum militarem pertinent. *Ovid.* 3. *Fast.* 117. Pertica suspensos portabat longa maniplos: Unde maniplaris nomina miles habet. Cf. et *Varron.* 6. *L. L.* 85. *Müll.* et *Plaut. Mil. glor.* 3. 2. 3. Si centuriati bene sunt manuplares mei. Adde *eumd. Most.* 1. 3. 153. et 5. 1. 7. — Ceterum *Id. Plaut. Truc.* 2. 6. 10. Non placet, quam scurrae laudant, manupulares mussitant. *Caes.* 7. *B. G.* 47. *in fin.* L. Fabius centurio, tres suos nactus manipulares, atque ab iis sublevatus, murum ascendit. *Id.* 3. *B. C.* 91. Crastinus evocatus, qui superiore anno primum pilum duxerat, sequimini me, inquit, manipulares mei qui fuistis. *et Tac.* 1. *Ann.* 21. Ciere modo nomina singulorum, modo centuriam quisque, cujus manipularis erat. *Cic.* 9. *Att.* 10. Me una haec res torquet, quod non Pompejum, tanquam unus manipularis, secutus sim. *come un semplice soldato*. et *Tac.* 1. *Ann.* 20. Rufus diu manipularis, dein centurio, mox praefectus. *Id.* 1. *Hist.* 46. Plotius Firmus, e manipularibus quondam, tunc vigilibus praepositus. — *b*) *Manipulares judices*, qui e manipulis seu e gregariis militibus electi sunt. *Cic.* 1. *Phil.* 8. 20. Addo etiam judices manipulares ex legione Alaudarum. Sic *manipularis imperator* dicitur a *Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 53. (150). C. Marius, quia e manipulari milite ad summum imperatorium gradum evectus fuerat. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MĀNĬPŬLĀRĬUS *vel* manupularius, a, um, adject. idem quod manipularis. *Sueton. Cal.* 9. Manipulario habitu inter milites educabatur. Habent et *Not. Tir.* p. 70. — Hinc

Manipularius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est idem ac miles gregarius, qui ad eumdem manipulum militarem pertinet. *Cod. Theod.* 9. 27. 3.

MĀNĬPŬLĀTIM *vel* manupulatim, adverb. (manipulus) per manipulos, *in manate, in fascetti*. 1.) Proprie. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 13. 28. (48). Amomi frutex carpitur cum radice, manipulatim leniter componitur.

II.) Translate in re militari. *Sisenna* apud *Non.* p. 141. 27. *Merc.* Quum densiores manipulatim resistere hostibus instituisset. *Liv.* 8. 8. Et quod antea phalanges similes Macedoniis, postea manipulatim structa acies coepit esse. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 53. et 23. 42. Sic *Tac.* 1. *Hist.* 82. Manipulatim allocuti sunt Licinius Proculus et Plotius Firmus. — Urbane *Plaut. Pseud.* 1. 2. 48. Manipulatim munerigeruli mihi jam ante aedes facile hic adsint. Confer *Ammian.* 28. 4. Nonnullos fulgentes sericis indumentis, ut ducendos ad mortem, vel — praegresso exercitu arma cogentes, manipulatim concitato fragore sequitur multitudo servorum.

MĀNĬPŬLUS *vel* manupulus (*et per syncopen* maniplus *apud Poetas*), i, m. 2. *Manipulum* neutro genere habent quidam Codices *Spartiani Hadrian.* 10. Inter manipula vitam etc. teste *Salmasio.* Manipulus, a *manus* et *pleo* quod manum impleat, ut *Isid.* 18. *Orig.* 3. 5. ait, est manualis herbarum fasciculus, quem manu quis apprehendit metendo, δράγμα (It. *manipolo, brancata, manata*; Fr. *poignée, manipule, faisceau, gerbe de blé, botte de foin, d'herbe*; Hisp. *puñado, puño, manipulo, lio, fardo*; Germ. *ein Bündel*; Angl. *a handful, armful, bottle, gripe, bundle*)

I.) Proprie. *Varro* 1. *R. R.* 49. 1. Quum peraruit, de his (*herbis*) manipulos fieri ac vehi ad villam. *et ibid.* 50. 1. Et manipulum, ut quemque subsecuerunt, ponunt in terra. *Virg.* 1. *G.* 399. non ore solutos Immundi meminere sues jactare maniplos. *Id.* 3. *ibid.* 397. filicumque maniplis Sternere humum. *Cels.* 5. 25. Manipulus, qui manu comprehendi potest, in vas demittitur. *Colum.* 10. *R. R.* 315. nexos deferre maniplos. *Id.* 2. *ibid.* 19. 2. Manipulos vincire. *Id.* 11. *ibid.* 2. 40. obligare. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 67. (262). Alligarique manipulos mille ducentos. *Id. ibid* 30. 72. (300). Culmum siccatum in manipulos convolvere.

II.) Translate. ¶ 1. *Manipulus* in re militari, λοχός, σπεῖρα, erat exiguum peditum agmen, quod unum signum sequebatur, *compagnia, banda*. Inde nomen habuit, quia Romulus coacta pastorum manu, eaque in centenos homines distributa, perticas manipulis foeni varie vinctas dedit, ut scribit *Aurel. Victor. de orig. pop. Rom.* 22. Hinc *Ovid.* 3. *Fast.* 117. Pertica suspensos portabat longa maniplos: Inde maniplaris nomina miles habet. Hac eadem sententia sunt etiam *Servius* ad *Virg.* 11. *Æn.* 870.; *Donatus* ad *Ter. Eun.* 4. 7. 6.; et *Isid.* 18. *Orig.* 3. 5. Alii tamen, ut *Varro* 5. *L. L.* 88. *Müll.*, et *Non.* p. 556. 2. *Merc.*, manipulos dictos volunt exercitus minimas manus, quae unum sequuntur signum. et *Veget.* 2. *Milit.* 13 *in fin.* Contubernium manipulus vocabatur ab eo, quod conjunctis manibus dimicarent. — Ceterum constabant tunc primum manipuli centenis militibus: deinde auctus est hic numerus ad ducentos. Scribit enim *Cincius* apud *Gell.* 16. 4. in legione fuisse centurias sexaginta, manipulos autem triginta. *Cato* apud *Fronton. ad Ver. imp. ep.* 1. *p.* 134. *ed. Rom.* Interea unamquamque turmam, manipulum, cohortem tentabam, quid facere possent; praeliis levibus spectabam, cujusmodi quisque esset. *Sisenna* apud *Non.* p. 556. 3. *Merc.* Commotus tamen et tempora singula constituit et, sicut steterat manipulus, obverti jussit. *Caes.* 2. *B. C.* 28. Adeo ut, paucis mutatis centuriombus, iidem ordines manipulique constarent. *Id.* 2. *B. G.* 23. Cohortatus milites, signa inferre et manipulos laxare jussit. *et* 6. *ibid.* 33. Continere ad signa manipulos. *Lucan.* 1. 296. Convocat armatos extemplo ad signa maniplos *Tac.* 12. *Ann.* 38. Praefectus et octo centuriones ac promptissimus quisque manipulos recidere. *Lips.* legit *e manipulis*: alii *manipularis*. — Urbane *Plaut. Curc.* 4. 1. 29. Miles pulere centuriatus est expuncto in manipulo. *V.* integrum loc. et *Ter. Eun.* 4. 7. 6. Ubi centurio est Sanga, et manipulus furum? *branco*. — In illo *Virg.* 11. *Æn.* 870 Disjectique duces, desolatique maniipli; *Servius* signiferos ipsos *maniplos* intelligit, a militibus fugae deditis desertos. — Videtur *manipulus* proprie dici de pedite: quare contra equitem ponitur in illo *Val. Flacc.* 5. 591. Dives Aron: croceos sic

illius omnis odores Jactat eques, unctis sic est coma culta maniplis. De equite tamen *Sil. It.* 4. 316. undique nudi Assiliunt frenis, infrenatique manipli. *Cf. Apul.* 9. *Met.* Et ecce nobis repente de tergo manipulus armati supercurrit equisis. ¶ 2. In re medica Latine *manipuli* sunt idem ac Græce ἀλτῆρες apud *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 2. *med.* Arthriticis vero convenit etiam digitis ceram emolliendam dare, vel manipulos tenendos, quos palæstritæ ἀλτῆρας appellant, tum movendos, cereos, vel ligneos primo, cum parvo plumbo interfuso; tum pro modo profectus graviores. *V.* HALTER.

MĀNIS, e, adject. bonus. *V.* MANES et IMMĀNIS; itemque MANUS sub II.

MANISNAVĪUS, ii, m. 2. ignotum sacerdotii genus. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 642. *n.* 360. L. RENODIVS Q. F. PLANTA FLAMEN VOVIT, MANISNAVIVS POSVIT. Alia apud *Gud.* 334. 7. P. VALERIVS P. F. MONTANVS FLAMEN MANISNAVIVS POSVIT.

MANNA, æ, f. 1. μαννα, mica turis, *grano d'incenso. Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 32. (62). *de ture.* Micas concussu elisas mannam vocamus. *Id.* 29. *ibid.* 6. 38. (119). Viperam in fictili comburere, addito fœniculi succo, et turis manna una. — *Mannam croci* non uno in loco memorat *Veget. Veterin.* ut 2. 39., 3. 24. *a med.* etc., et crocum siccatum, et in usus medicinæ reconditum significat. *Mannam croci* esse idem ac *crocomagma* defendit *Schneider.* ad *Veget.* 6. *Veterin.* 13. 3. et in *Indice Script. R. R.*

MANNA, neutr. indeclin. De manna Hebræorum, quod quidam ἀερομέλι, h. e. mel aeris vocant, *Tertull. Car. Chr.* 6. *sub fin.* Legibus, manna esui populo fuisse.

MANNŪLUS, i, m. 2. deminut. manni, sed idem fere significans, *bidetto, ronzino. Plin.* 4. *Ep.* 2. Habebat puer mannulos multos et vinctos et solutos. *Martial.* 12. 24. Nusquam est mulio: mannuli tacebunt.

MANNUS, i, m. 2. *ronzino,* animal ex equo et asina natum, idem atque hinnus, ginnus et burdo: differt a mulo, qui ex asino et equa nascitur: minor est mulo, et rubicundior, et maximæ celeritatis, hinc ejus usus ad rhedas trahendas, et *burrichus* etiam dicitur: *mannus* fortasse est vox peregrina, et quidem Gallica; nisi quis derivandam putet a μάω *festino,* hinc μανός, mox mannus. *V.* BURDO, BURRICHUS, GINNUS et HINNUS. *Lucret.* 3. 1076. Currit agens mannos ad villam præcipitanter. *Propert.* 4. 8. 15. Huc mea detonsis avecta est Cynthia mannis. *Horat.* 3. *Od.* 27. 6. Rumpit et serpens iter institutum, Si per obliquum similis sagittæ Terruit mannos. *Id. Epod.* 4. 14. Et Appiam mannis terit. *Id.* 1. *Ep.* 7. 76. Impositus mannis. *Ovid.* 2. *Amor.* 16. 49. rapientibus esseda mannis, Ipsa per admissas concute lora jubas. *Seneca Ep.* 87. *ante med.* Ita non omnibus obesis mannis, et asturconibus, et tolutariis præferres unicum illum equum a Catone defrictum? *Hieronym. Ep.* 66. *n.* 8. Ubi videris fumare patinas, ubi argenti pondus, ubi ferventes mannos, comatulos pueros etc. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

MĀNO, as, āvi, ātum, are, n. 1. Part. *Manans* I. 1. *a. b.* et 2.; *Manaturus* dubia lectione II. 1. — Ratione habita etymi, quidam durant a νᾶμα *scaturigo* (per metath.), quod a νάω *fluo.* Alii a μανός *rarus.* Proprie enim, inquit *Paul. Diac p.* 128. 1. *Müll.*, dicitur manare, quum humor ex integro, sed non solido nimis, per minimas suas partes erumpit: quod ex Græco trahitur, quia illi non satis solidum μανον dicunt. Ita *Paul. Diac.* Sed universim usurpatur de humoribus utcumque fluentibus; et est stillare, fluere, βρύω, ναω (It. *stillare, gemere, colare, scorrere*; Fr. *couler, se répandre*; Hisp. *correr, distilar, chorrear continuamente, manar*; Germ. *strömen, fliessen, rinnen*; Angl. *to flow, trickle down, drop, distil*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de humoribus usurpatur utcumque fluentibus; et — *a)* Res, quæ manat, in recto casu ponitur, et sæpissime additur terminus a quo manat, et interdum terminus in quem manat. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. Tum timido manat ex omni corpore sudor. *Cf. Lucret.* 6. 914. Manat item nobis e toto corpore sudor. *Ovid.* 10. *Met.* 500. Flet tamen et tepidæ manant ex arbore guttæ. *Horat. Epod.* 16. 47. Mella cava manant ex ilice. *Id.* 2. *ibid.* 360. at inde Sanguineæ manant, tamquam de vulnere, guttæ. *Id.* 13. *ibid.* 881. Puniceus de mole cruor manabat. *Id.* 1. *Pont.* 1. 68. mens tabida facta De nive manantis more liquescit aquæ. *Virg.* 3. *Æn.* 175. Tum gelidus toto manabat corpore sudor. *Id.* 3. *G.* 310. Læta magis pressis manabant flumina mammis. *Horat.* 3. *Od.* 11. 19. saniesque manat Ore trilingui. *Tibull.* 3. 5. 1. Etruscis manat quæ fontibus unda. *Ovid.* 3. *Met.* 85. Jamque venenifero sanguis manare palato Cœperat. *Lucret.* 5. 1254. Manabat venis ferventibus in loca terræ Concava conveniens argenti rivus et auri. *Cf. Ovid. Remed. am.* 617. In loca nonnumquam siccis arentia glæbis De prope currenti flumine manat aqua. *Horat.* 2. *Od.* 9. 2. Non semper imbres nubibus hispidos Manant in agros. *Id.* 1. *Ep.* 15. 19. quod (*vinum*) cum spe divite manet In venas animumque meum. *Id.* 1. *Sat.* 9. 10. sudor ad imos Manabat talos. *Id.* 4. *Od.* 1. 34. Cur manat tara meas lacrima per genas? *Ovid.* 9. *Met.* 664. fons nigra sub ilice manat. *Liv.* 5. 7. Certatim patribus plenique manare gaudio lacrimæ. Sic *Horat.* 1. *Ep.* 17. 59. licet illi plurima manet Lacrima. *Colum.* 1. *R. R.* 5. 2. Si spes arctior manantis aquæ coegerit. — *b)* Res, quæ manat, in Ablativo ponitur. *Cic.* 1. *Divinat.* 34. 74. Herculis simulacrum multo sudore manavit. *Liv.* 1. 59. Brutus cultrum ex vulnere Lucretiæ extractum manantem cruore præ se tenens. *Al. leg.* manante cruore. *Id.* 40. 39. Manantia sanguine spolia Romam ad triumphum delatoros. *Ovid.* 13. *Met.* 629. Et Polydoreo manantem sanguine terram Linquit. *Id. Heroid.* 10. 55. lacrimisque toro manante profusis. *V.* et mox sub *c.* — Sic omisso Ablativo, quia facile subintelligitur, *Colum.* 2. *R. R.* 9. 13. Ideo locis manantibus magis apta est siligo. et *Tac.* 2. *Ann* 23. Alvei manantes per latera et fluctu superurgente. — *c)* Res, quæ manat, Græca actione in Accusativo interdum ponitur. *Ovid.* 6. *Met.* 312. lacrimas etiam nunc marmora manant. *Seren. Sammon.* 840. Manabit lactens caprifici succus ofellam. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 20. 25. (122). Arborum succo manantium picem resinamque aliæ ortæ in oriente, aliæ etc. *Id.* 37. *ibid.* 10. 61. (170). Indica gemma in attritu purpureum sudorem manat. At *Cod. Bamberg.* legit *purpureo sudore.* Et figurate *Horat.* 1. *Ep.* 19. 43. fidis enim, manare poetica mella Te solum. ¶ 2. Latiori sensu dicitur et de aliis rebus utcumque fluentibus, serpentibus et se diffundentibus. *Cic.* 1. *Nat. D.* 15. 40. Aer, qui per maria manat. *Id.* 2. *ibid.* 19. 50. Multa a luna manant et fluunt, quibus animantes alantur augescantque. *Cels.* 1. *præf.* Si manantia corpuscula per invisibilia foramina subsistendo iter claudunt. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 6. 14. (34). Rubrica ægilopia manare prohibet. *Catull.* 65. 24. Huic manat tristi conscius ore rubor. *Lucret.* 6. 927. Nec varii cessant sonitus manare per aures. *Varro* 6. *L. L.* 4. *Müll.* Diei principium mane, quod tum manat dies ab oriente. *Cf. Paul. Diac p.* 159. 6. Manare solem antiqui dicebant, quum solis orientis radii splendorem jacere cœpisset. *V.* et *Festum p.* 158. 26. *Müll.* Huc referri potest et illud *Horat. Art. P.* 337. Omne supervacuum pleno de pectore manat. *h. e.* effluit et vacuum locum in pectore relinquit.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est diffundi, disseminari, dispergi, *diffundersi, scorrere, spandersi. Cic.* 1. *Phil.* 2. 5. Quum serperet in urbe infinitum malum, idque manaret in dies latius. Sic *Id.* 4. *Cat.* 3. 6. Latius opinione disseminatum est hoc malum: manavit non solum per Italiam, verum etiam transcendit Alpes, et obscure serpens, multas jam provincias occupavit. *et* 12. *Fam.* 1. Manabat enim illud malum et ita corroborabatur quotidie, ut etc. *Id.* 5. *Tusc.* 3. 8. Eorum nomen usque ad Pythagoræ manavit ætatem. Sic *Id.* 3. *Off.* 17. 70. Fideique bonæ nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis, societatibus etc. *Id.* 5. *Tusc.* 25. 72. Disserendi ratio per omnes partes sapientiæ manat et funditur. Sic 2. *ibid.* 27. 66. Latius enim manabit hæc ratio et aliquanto majorem locum occupabit. *Liv.* 24. 18. *in fin.* Manavit ea benignitas ex urbe etiam in castra. *Horat.* 1. *Od.* 17. 14. tibi manabit opulenta benigno Copia cornu. — Sæpe de rumore, fama etc. *Cic. Planc.* 23. 57. Neque ego, si fontem male dicti reperietis, ut dissimuletis, unquam postulabo: sed si quid sine capite manabit etc. *h. e.* sine auctore spargetur. *Id.* 14. *Phil.* 6. 15. Quum, ut scitis, hoc triduo vel quatriduo tristis a Mutina fama manaret. *Forcellinus* hunc locum ad paragr. proxime sequentem retulit. *Liv.* 2. 49. Manat tota urbe rumor. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 50. Frigidus a rostris manat per compita rumor. *Cic.* 3. *Att.* 12. 2. Sed ita compresseram (*orationem*), ut numquam manaturam putarem. *Orellius* et alii leg. *emanaturam.* ¶ 2. Speciatim, cum addito termino a quo quid manat, est oriri, venire, descendere, proficisci. *Cic.* 3. *Orat.* 17. 62. Ab Aristippo Cyrenaica philosophia manavit. *Id.* 2. *ibid.* 27. 117. A capite, quod velimus, arcessere; et unde omnia manant, videre. *Id.* 1. *Tusc.* 3. 6. Quare — multo studiosius philosophiæ fontes aperiemus, e quibus etiam illa (*oratoria*) manabant. *Id.* 3. *Parad.* 1. 22. Recte facta a virtutibus proficiscuntur, peccata ex vitiis manant. *Id.* 1. *Off.* 43. 152. Omnis honestas manat a partibus quatuor. *Nemesian. Cyneg.* 127. *de canibus.* quorum proles de sanguine manat libero. *et ibid.* 210. Est etiam canibus rabies, letale periclum, Quod seu cælesti corrupto sidere manat etc.

MĀNON. *V.* voc. seq.

MĀNOS, i, f. 2. μανός, h. e. *rarus,* spongiæ genus minus spissum et mollius. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 45. 69. (148). Spongearum tria genera accepimus: spissum ac prædurum et asperum; tragos id vocatur, spissum et mollius manos. *Sillig.* ita leg. ex optim. Codicib. *Forcellinus* cum vulgatis libris *manon* neutro genere legebat. *Id. ibid.* (149). Maxime fiunt manœ, sed mollissimæ circa Lyciam, in profundo autem nec ventoso molliores Ita *Sillig.*; *Forcellinus* vero cum vulgatis libris *manæ* leg.

MANSĀTUS est *Nonii* vox *p.* 140. 10. *Merc.*; qua ille vocabulum *mansum* interpretatur. Videtur autem frequentativum a *mansus,* quod a *mando,* is: ab eo, quod esset *mansare,* nostrum *mangiare* originem duxit: *manzatus* vero apud *Non.* est *ridotto tenero con la masticazione.*

MANSER. *V.* MANZER.

MANSIO, ōnis, f. 3. (maneo) est actus manendi in aliquo loco, mora, διαμονή (It. *dimora, soggiorno, il trattenersi in qualche luogo*; Fr. *action de demeurer, de séjourner, séjour*; Hisp. *el acto de detenerse ó hacer mansion en algun parage*; Germ. *das Bleiben, der Aufenthalt, d. Handlung des Bleibens, das Sichaufhalten, das Verweilen*; Angl. *a staying, remaining, stay, continuance*).

I.) Proprie, sive abstracta significatione. — *a)* Raro admodum in plur. num. *Ter. Phorm.* 5. 8. 23. Itiones crebræ et mansiones diutinæ Lemni. *Turpilius* apud *Non. p.* 132. 16. *Merc.* An obtila, obsecro, ea ejus crebras mansiones ad amicam et sumpti largitatem? — *b)* Sæpius in sing. num. *Cic.* 4. *Fam.* 4. *ad fin.* Is sæpe mecum de tua mansione, aut decessione communicat. *Id.* 9. *Att.* 5. Sunt ista difficillima, discessus Arpinum, mansio Formis. *Id.* 8. *ibid.* 25. *a med.* Cautior certe est mansio, honestior existimatur trajectio. *Id.* 3. *Fin.* 18. 60. Excessus e vita, et in vita mansio. *Collect. leg. Mosaic.* 5. 1. Muliebris mansio, *h. e.* concubitus. — *c)* De rebus. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *a med.* Tunc ipsa ferula circumlato ductu movebimus coquentes, ne lateribus vel fundo jugi mansione (*quæ coquuntur*) insidant.

II.) Translate, sive concreto, uti ajunt, sensu ¶ 1. Generatim mansio est locus ubi manetur, *stanza. Pallad.* 1. *R. R.* 9. *de forma villæ.* Ut ad habitationem breviter collectas et æstati et hiemi præbeat mansiones, *et sub fin.* Si æstivæ mansiones sunt, orientem aspiciant. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 23. 53. (194). Sub divo retibus inclusa pecorum mansione. *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 114. ed. *Ald.* Stomachum languentem et dissolutum primum mansio lucida et non nimium frigida, nec satis calida bene accipit. ¶ 2. Speciatim *mansiones* sunt deversoria, seu loca, ubi iter facientes noctu quiescunt, *alberghi, osterie, posate,* σταθμοί, ἀλλαγαί. Unde itinera aliquando mansionibus distinguuntur, et *mansio* ponitur pro itinere unius diei, quod varia spatii mensura definiebatur, pro viarum aut facilitate, aut asperitate. Mansio differt a mutatione: etenim mansio dicebatur locus, in quo iter facientes manebant; mutatio, in quo equi et currus

mutabantur. Hinc in eadem via plures erant mutationes, quam mansiones. *Sueton. Tit.* 10. Sabinos petit aliquanto tristior: deinde ad primam statim mansionem febrim nactus, etc. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 30. (52). Pagus Sabæorum in monte excelso, a quo octo mansionibus distat regio eorum turifera. *otto giornate.* — In re militari. *Lamprid. Alex. Sev.* 45. Itinerum dies publice proponebantur, ita ut edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset: *illa die, illa hora ab urbe sum exiturus, et in prima mansione mansurus*: deinde per ordinem mansiones, deinde stativæ, etc. — Sic *mansiones camelorum* sunt loca, in quibus cameli vehentes onera morantur in itinere. Hæ distinguuntur aquationibus. nam in aridis et inculsis locis putei erant, ad quos quum perventum erat, cameli aquabantur, *posate. Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 26. (102). A Copto camelis itur, aquationum ratione mansionibus dispositis. *Id.* 12. *ibid.* 14. 32. (64). Abest a Gaza quadragies et quater centena, ac triginta sex (*h. e.* 4436.) millia passuum, quod dividitur in mansiones camelorum sexaginta quinque. — *Mansiones* sunt etiam appellata temporaria plerumque pomparum tabernacula, sive ædiculæ propter urbis vias excitatæ, fortasse etiam cum stibadio, ubi sacris alicujus numinis operantes subsistebant, et pausabant, vel ut hymnos commodius canerent, et adoranda simulacra spectanti populo exhiberent, vel ut fessis ab onere sacerdotibus recentes succederent. Hinc *mansiones Saliorum* in *Inscript.* quam vide in MAGNALIA. *V.* et PAUSARIUS. ¶ 3. Item speciatim *mala mansio*, genus privatæ coercitionis, qua servus, aut alius quispiam, in quem habenda esset quæstio, in tabula vinctus extendebatur, tum custodiæ causa, tum pœnæ. *Ulp. Dig.* 47. 10. 15. *a med.* Quæstionis verbo etiam ea, quam malam mansionem dicunt, continebitur. *Id. ibid.* 16. 3. 7. Si hominem apud se depositum, ut quæstio de eo haberetur, ac propterea vinctum, vel ad malam mansionem extensum, sequester solverit.

MANSIŌNĀRĬUS, a, um, adject. ad mansionem pertinens. *Fulgent.* 3. *Mythol.* 6. Psyche ignoto atque mansionario utebatur conjugio. *h. e.* hospitali, non continuo, noctu enim tantum Cupido cum Psyche manebat ignotus. — Hinc

Mansionarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est ostiarius, ut docent *Gloss. Isid.*, h. e. ædis custos, Ecclesiæ custos: quo sensu sæpissime occurrit apud Scriptores Ecclesiasticos cadentis omnino Latinitatis.

MANSĪTO, as, āvi, ātum, are, n. 1. *frequentat. a* maneo, mantare, conversari, habitare, degere, *abitare, stare. Plin.* 10. *Hist. nat.* 3. 3. (6). Pygargus in oppidis mansi at et in campis, albicante cauda. *Tac.* 14. *Ann.* 42. Quum vetere ex more familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitaverat, ad supplicium agi oporteret. *et* 13. *ibid.* 44. Haud ambiguus percussor, quippe mansitasse una convincebatur. *d'essersi trovato più d'una volta insieme. Arnob.* 6. 17. In gypso atque in testulis dii vestri mansitant. *Cod.* 1. 3. 16. Mansitare in vico. Adde locum in *Suppositis Amphitr. Plautini*, si qua illis in Latinitate auctoritas est, *scæna, quæ incipit*, Dii vostram fidem, *v.* 3. Mutatos Atticos in Arcadia homines, et sævas belluas mansitasse, nec unquam denuo parentibus cognitos. *h. e.* belluas remansisse. (Simile quid narrat *Plin.* 8. *Hist. nat.* 22. 34. (82). de homine in lupum verso). Perperam autem quidam putarunt, hoc loco esse frequentat. a *mando, is.*

MANSĬUNCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* mansio, parva mansio; et translate tantum occurrit de loco ubi manetur. *Vulgat. interpr. Genes.* 6. 14. Mansiunculas in arca facies.

MANSOR, ōris, m. 3. (maneo) incola, habitator, hospes, qui alicubi manet. *Sedul.* 4. 294. Et faciat tenues tanto mansore capaces. Adde *Auctor. serm* 171. *de Temp. olim creditum Augustin.*

MANSTŪTOR, ōris, m. 3. qui manu tenet, et tuetur, ut *manceps* qui manu capit. Tribuitur *Plauto*, et quidem de muliere dictum, *Truc* 4. 4. 6. Video eccum, qui manstutorem me adoptavit bonis. *Alii leg. rectius* qui amans tutorem.

MANSUCIUM. *V.* MASUCIUM.

MANSUĒFĂCĬO, făcis, fēci, factum, făcere, a. 3. *et* Mansuēfio, fis, factus sum, fieri, pass. (mansuesco *et* facio). Part. *Mansuefactus* I. et II. 1. 2.; *Mansuefaciendus* II. 2. — Mansuefacere est mansuetum facere, mitigare, placare, πραΰνω, τιθασσεύω (It. *mansuefare, addolcire, ammansare*; Fr. *apprivoiser des animaux*; Hisp. *amansar, domesticar, hace tratable y docil*; Germ. *von Thieren, sich zur Hand, an sich gewöhnen, zähmen, zahm machen*; Angl. *to make tame or gentle, soften, mitigate*).

I.) Proprie de brutis animalibus usurpatur. *Cæs. B. G.* 27. Uri assuescere ad homines et mansuefieri, ne parvuli quidem excepti possunt. *Colum.* 7. *R. R.* 2. 4. Arietes feros mansuefactos tectis ovibus admisit. *Quintil.* 9. 4. 5. Mansuefacimus animalia? indomita nascuntur. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 17. 25. (65). Augustus tigrim primus omnium Romæ ostendit in cavea mansuefactam. *Id.* 10. *ibid.* 23. 30. (59). Grues mansuefactæ lasciviunt. Adde *eumd.* 11. *ibid.* 37. 65. (172).; et *Dig.* 41. 1. 4.

II.) Translate. ¶ 1. Raro admodum de rebus dicitur. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 9. 20. (97). Æs attritu domitum et consuetudine nitoris veluti mansuefactum. ¶ 2. Sæpius transfertur ad homines, et est excolere, mites reddere. *Cic.* 1. *Tusc.* 25. 62. A quibus mansuefacti et exculti, a necessariis artificiis ad elegantiora defluximus. *Liv.* 3. 14. *in fin.* Paullatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem. *Sueton. Cal.* 11. Si per has mansuefieri posset ferum ejus ingenium. *Justin.* 43. 4. 1. Depositâ et mansuefactâ barbariâ usum vitæ cultioris didicerunt. *Apul. de Mundo.* Leges ad mansuefaciendos homines sunt inventæ.

MANSUĒFACTĬO, ōnis, f. 3. (mansuefacio) actus mansuefaciendi. *Augustin. De Nat. et Grat.* 15. Quasi id esset facilius, quam mansuefactio bestiarum.

MANSUĒFACTUS, a, um, *et*

MANSUĒFĪO, fis, factus sum, fieri. *V.* MANSUEFACIO.

MANSŪES, uis, adject. In obliquis est etiam *etis, eti, etem*, etc.: *V.* sub II. — Mansues est idem ac mansuetus, apud veteres, teste *Paul. Diac. p.* 152. 9. et *Festo p.* 154. 16. *Müll.*

I.) Proprie de brutis animalibus. *Varro* apud *Non. p.* 483. 15. *Merc.* Eum (*leonem*) quum vidissent, quadrupedem Galli tympanis adeo fecerunt mansuem, ut tractarent manibus. *Gell.* 5. 14. Leo — mitis et mansues accessit. *Apul.* 11. *Met.* Vidi et ursam mansuem, quæ cultu matronali, sella vehebatur. *Id.* 7. *ibid.* Multos ego scio ferocissimos equos, adhibita tali detestatione, mansuetos ac mansues exinde factos. Est qui legit *ac mites*; illepidæ geminationis vitandæ causa: sed nihil mutandum, nam hic auctor hujusmodi locutionibus delectatur, ut *Id.* 4. *ibid.* Solus ac solitarius. Adde *Caton.* apud *Festum* et *Paul. Diac.* locc. citt.

II.) Translate de hominibus. *Plaut. Asin.* 1. 2. 19. Reddam ego te ex fera fame mansuetem. *Al. leg.* mansuetam. Cf. *Non. p.* 438. 10. *Merc.* Rursus *Plaut. ibid.* 3. 1. 1. Nequeone ego ted interdictis facere mansuetem meis? *Accius* apud *Non. p.* 483. 11. *Merc.* Si me mater mansues misericordia capsit.

MANSUESCO, suescis, suevi, suetum, suescere, 3. Part. *Mansuetus, V.* MANSUETUS loco suo. — Mansuescere (a *manui suescere* uti docent *Paul. Diac. p.* 132. 3. *Müll.* et *Quintil. Declam.* 260.; minime vero a *manu assuescere* ut vult *Non. p.* 59. 23. *Merc.*, *V.* MANSUETUS init.) est verbum, *A*) Neutrum; et *B*) Activum.

A) Neutrum verbum *mansuesco* est mansuetus fieri incipio, mitesco, τιθασσεύομαι (It. *divenir mansueto, farsi domestico, rendersi trattabile*; Fr. *s'apprivoiser*; Hisp. *amansarse, domesticarse*; Germ. *zahm werden*; Angl. *to grow tame or gentle, become tractable*).

I.) Proprie de brutis animalibus usurpatur. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 7. Buculi per hæc blandimenta triduo fere mansuescunt, jugumque quarto die accipiunt. *Lucan.* 4. 237. Sic ubi desuetæ silvis, in carcere clauso Mansuevere feræ et vultus posuere minaces etc.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus. *Lucret.* 2. 473. Humor dulcis, ubi per terras crebrius idem Perrolatur, ut in foveam fluat ac mansuescat. *raddolcisca.* et *Id.* 5. 1367. fructusque feros mansuescere terra Cernebant, indulgendo blandeque colendo. *Sunt qui conjiciunt legendum esse* terram, *ita ut* τὸ mansuescere *Accusativum regat*: *quod tamen hoc loco non est necesse.* Lachmannus *quoque lectionem* terram *prætulit.* Ceterum *Virg.* 2. *G.* 239. Salsa autem tellus, ea nec mansuescit arando etc. *Petron. Satyr.* 122. non solis adusti Mansuescunt radii, non verni temporis aura. *non si mitigano.* — In illo *Statii* 6. *Theb.* 723. victori tigrin inanem Ire jubet, fulvo quæ circumfusa nitebat Margine, et extremos auro mansueverat ungues: *extremos ungues* Accusativus est Græcus, partem significans: et est sensus: pellis illa tigridis ungues habens extremos auro præfixos, quodammodo illa parte mansueverat. ¶ 2. De hominibus. *Virg.* 4. *G.* 469. manesque adiit regemque tremendum Nesciaque humanis precibus mansuescere corda. *Stat.* 6. *Theb.* 615. multum mediis mansueverat annis. *Lucan.* 1. 331. nullus semel ore receptus Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces.

B) Active est idem ac mansuefacere, mansuetum reddere.

I.) Proprie. — *a*) Occurrit junctum aliis verbis activis in illo *Varron.* 2. *R. R.* 1. 4. Sic ex animalibus, quum propter eamdem utilitatem, quæ possent, silvestria deprehenderent ac concluderent et mansuescerent. — *b*) Et sine aliis verbis. *Coripp.* 6. *Johann.* 253. Hic poterat rabidas verbis mansuescere tigres Atque feros, facili mulcens sermone, leones.

II.) Translate de hominibus. *Coripp.* 6. *Johann.* 484. Mansuescit gentes verbi virtute sacerdos.

MANSUĒTĀRĬUS, ii, m. 2. (mansuesco) *chi addomestica le fiere*, τιθασσευτής, qui feras cicurat et mansuetas reddit; quos *Seneca Ep.* 85. *ad fin.* vocat *domitores ferarum, magistros, custodes. Lamprid. Elagab.* 21. Habuit et leones et leopardos exarmatos in deliciis: quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam et tertiam mensam jubebat accumbere, ignorantibus cunctis, quod exarmati essent. Adde *Firmic.* 8. *Mathes.* 17.

MANSUĒTĒ, adverb. (mansuetus). Comp. *Mansuetius.* — Mansuete translate tantum occurrit, et est placide, leniter, *mansuetamente*, πράως. *Cic. Marcell.* 3. 9. Quum aliquid clementer, mansuete, juste, moderate factum legitur. *Liv.* 3. 29. Animus mansuete obediens imperio. *Cic.* 4. *Herenn.* 52. (65). Ferre mansuete fortunam. *Seneca* 3. *Ira* 27. *ad fin.* Mansuete immansueta tractanda sunt. *Apul.* 9. *Met.* Civilius atque mansuetius versari.

MANSUĒTO, as, are, a. 1. (mansuetus) mansuefacere, ἡμερόω. Translate tantum occurrit apud *Vulgat. interpr. Sapient.* 16. 18. Quodam enim tempore mansuetabatur ignis.

MANSUĒTŪDO, inis, f. 3. (mansuetus) est conditio vel qualitas ferarum, quæ cicures et placidæ sunt, quæque domitæ parere homini didicerunt.

I.) Proprie de brutis animalibus. *Justin.* 15. 4. 31. Elephantus ferus infinitæ magnitudinis ultro se obtulit et, veluti domita mansuetudine, eum tergo excepit. *Ita omnes libri*: *legendum ne* domitus? *Apul.* 8. *Met.* Denique de mansuetudine etiam mea percontatur anxie. *h. e.* de mansuetudine asini.

II.) Translate de hominibus. ¶ 1. Generatim est lenitas animi, qua iræ moderatur, *mansuetudine, piacevolezza*, πραότης. *Cic.* 7. *Verr.* 44. 115. Illam clementiam mansuetudinemque nostri imperii in crudelitatem inhumanitatemque esse conversam. *Id.* 1. *ad Q. Fr.* 1. 8. *extr.* Tuo toto imperio nihil acerbum esse, nihil crudele: atque omnia plena clementiæ, mansuetudinis, humanitatis. *Id. Marcell.* 1. 3. Tantam enim mansuetudinem, tam inusitatam inauditamque clementiam..., tantum in summa potestate rerum omnium modum tacitus præterire non possum. *Id.* 2. *Orat.* 43. 182. Facilitatis, liberalitatis, mansuetudinis, pietatis signa proferre. *et ibid.* 49. 200. Tunc admiscere huic generi orationis vehementi atque atroci genus illud alterum lenitatis et mansuetudinis cœpit. *Id.* 2. *Off.* 9. 32. Mansuetudo morum, et facilitas. *et ibid.* 4. 15. animorum. *Cæs.* 2. *B. G.* 14. Uti clementia ac mansuetudine in aliquem. *Sall. Cat.* 35. Ea misericordia atque mansuetudine populum R. semper fuisse, ut nemo unquam ab eo frustra auxilium petiverit. *et ibid.* 57. Cæsar mansuetudine et misericordia clarus factus. *Tac.* 2. *Ann.* 72. Tanta illi comitas in socios, mansuetudo in hostes. ¶ 2. Speciatim cadente Latinitate, adulatione crescente, *mansuetudo tua* compellatio principis esse cœpit. *Eutrop.*

præf. ad Valentem Imp. Res Romanas ex voluntate mansuetudinis tuæ brevi narratione collegi. Adde *Cod. Theod.* 1. 2. 6. et 8. et 3. 9. 1.

MANSUĒTUS, a, um, particip. trisyllab. a *mansuesco*, sed adjectivorum more usurpatum, unde Comp. *Mansuetior* et Sup. *Mansuetissimus* sub II. 2. — Aliam formam MANSUES *V.* loco suo. — Quod ad etymon attinet, hæc habet *Paul. Diac. p.* 132. 3. *Müll.* Mansuetum ad manum venire suetum. Alii ajunt, mansuetum dictum neque ex misericordia mæstum, neque ex crudelitate sævum, sed modestia temperatum. *Non. p.* 59. 23. *Merc.* Mansuetum dictum quasi manu assuetum, quod omnia, quæ sunt natura fera, manuum permulsione mitescant. Unde *Virg.* 3. *G.* (186). plausæ sonitum cervicis amare. et 7. *Æn.* (490. *de cervo*). Ille manum patiens: quoniam supra dixerat (489). pectebatque ferum. Hæc *Nonius*. Rectius vero *Quintil. Declam.* 260. *ante med.* Multa animalia, quæ venire ad manus et mansuescere queunt, non humanum modo, sed etiam voluptuosum est alere ac pascere. — Ceterum mansuetus est manui assuetus, atque adeo lenis, facilis, mitis; et proprie dicitur de feris, quæ cicures et placidæ sunt, et inter homines versantur eorumque parent imperio, ἥμερος, πρᾶος (It. *addomesticato, ammansato, mansueto, trattabile*; Fr. *apprivoisé, privé*: Hisp. *amansado, domesticado, familiarizado, tratable*; Germ. *gezähmt, zahm gemacht, zahm*; Angl. *tame, gentle, mild, domestic, tractable*).

I.) Proprie. *Varro* 1. *R. R.* 20. 2. Juvenci diebus paucis erunt mansueti et ad domandum proni. *Liv.* 35. 49. Condimentis ait varietatem illam et speciem ferinæ carnis ex mansueto sue factam. *Dig.* 3. 1. 1. § 6. Mansueta hostia. *Id.* 41. 1. 5. § 5. cervi. — Similiter *Plin.* 11. *Hist. nat.* 5. 4. (12). Quum sint apes neque mansueti generis, neque feri, tamen etc. *Grat. Cyneg.* 164. Mansueta stabula. *h. e.* mansuetarum pecudum.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpissime transfertur ad homines, qui iram cohibent, ac se lenes præbent, placidos et mites; itemque ad eorum animum, ingenium et actus. — Cum opposito *ferus* apud *Cic.* 3. *Phil.* 9. 23. Illud quæro, cur tam subito mansuetus in senatu fuerit, quum in edictis tam fuisset ferus. Sic *Id.* 1. *Invent.* 2. 2. Audientes ex feris et immanibus mites reddere et mansuetos. — Ceterum *Id.* 2. *Orat.* 49. 201. Ut et acerrimus in Cæpionis invidia renovanda, et in meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus viderer. *Id. Mil.* 8. 20. Mansuetus civis. *Asellio* apud *Priscian.* 5. *p.* 668. *Putsch.* Ut in victoria mitior mansuetiorque fiat. Similiter *Cic.* 1. *Fam.* 9. 23. Nam ab orationibus me disjungo fere, referoque ad mansuetiores Musas, quæ me maxime delectarunt. et *Propert.* 1. 9. 12. Carmina mansuetus lenia quærit Amor. — *Ter. Andr.* 1. 1. 87. Hæc ego putabam esse omnia humani ingenii mansuetique animi officia. Sic *Val. Max.* 2. 7. *n.* 11. Mansuetissimum ingenium. *Propert.* 3. 14. 10. In me mansuetas non habet illa manus. *Ovid.* 3. *Trist.* 6. 23. Numinis ut læsi fiat mansuetior ira. ¶ 2. Raro transfertur ad alia. *Liv.* 3. 16. Tantum superantibus aliis atque emergentibus malis, nemo tribunos, aut plebem timebat. Mansuetum id malum, et per aliorum quietem matorum semper exoriens, tum esse peregrino terrore sopitum videbatur. *Propert.* 1. 17. 28. Mansuetis socio parcite litoribus. *h. e.* tutis a tempestate et naufragio. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

MANSUS, a, um, particip. *V.* MANDO, is.

MANTEJUM *vel* mantium *vel* mantēum, i, n. 2. *oracolo*, μαντεῖον, vox Græca, qua significatur locus, in quo oracula, et responsa numinis alicujus reddebantur: a μάντις *vates*. Legitur apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. bis (115). et (116).

MANTĒLE, is, n. 3. *et* mantēlium, ii, n. 2. Scribitur et *mantile*, *mantilium*. — *Mantelium* in recto casu habetur apud *Varron.* 6. *L. L.* 85. *Müll.*; et *Isid.* 19. *Orig.* 26. 6. — *Manteliorum* in patrio plurali habetur apud *Paul. Diac. p.* 132. 9., ubi *Müllerus* legit *mantelorum*: *V.* MANTELUM. — Ceterum *mantele* vel *mantelium* est linteolum, quo manus in mensa tergentur, χειρομακτρον (It. *tovagliuola, salvietta*; Fr. *serviette, essuie main*; Hisp. *servilleta, toalla para limpiarse las manos*; Germ. *Serviette*; Angl. *a towel, napkin, cloth to wipe the hands with, a table cloth*); hunc enim ejus usum esse affirmant *Varro* 6. *L. L.* 85. *Müll.*; *Paul. Diac. p.* 132. 9. *Müll.*, *Servius* et *Philargyrius* ad *Virg.* 4. *G.* 377. et ad 1. *Æn.* 706. Hinc *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (12). Anthropophagos ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantelibus ante pectora uti. Adde *Arnob.* 2. 22. — Dictum est a *manu*, vel simpliciter, vel quasi *manuterium*, ut *Varroni* placet *loc. cit.*, vel a *manus* et *tela*. Alii alia comminiscuntur. *Virg. loc. cit.* Cereremque canistris Expediunt, tonsisque ferunt mantelia villis. — Differt a mappa, ut patet ex illo *Lucilii* apud *Serv.* et *Philargyr. loc. cit.* mappas, mantela, merumque (ubi *mantela* dixit pro *mantelia*, a recto *mantelum*). et *Martial.* 12. 26. Attulerat mappam nemo, dum furta timentur: Mantele e mensa surripit Hermogenes. — Unde patet discrimen, nam *mantelia* præbebat, qui et cœnam: *mappas* secum quisque afferebat. *Mappa* manus tergebant: *mantele* mensam etiam tegebant: unde apud nos *mantile*. Hinc *Isid.* 19. *Orig.* 26. 6. Mantelia nunc pro operiendis mensis sunt: quæ, ut nomen ipsum indicat, olim tergendis manibus præbebantur. Præterea *mantele* fere erat villosum, *mappa* non item. *Martial.* 14. 138. cujus lemma, *Gausapa villosa, vel mantele*. Nobilius villosa tegant tibi linteа citrum, etc. — Usi sunt *mantelibus* etiam in sacris. Rem enim divinam facturus, mantele gestabat tergendis manibus post sacrificium. *Ovid.* 4. *Fast.* 933. a dextra villis mantele solutis, Cumque meri patera turis acerra fuit. — De luxu mantelium apud ditissimos, *Lamprid Elagab.* 27. Nonnunquam tot picta mantelia in mensam mittebat, his edulibus picta, quæ apponerentur. *et Id. Alex. Sev.* 37. Convivium nitoris summi fuit: ita tamen, ut pura mantelia mitterentur, sæpius cocco elavata, aurata vero nunquam: quum hæc Elagabalus jam recepisset, et ante Hadrianus habuisset. *Trebell. Gallien.* 16. Poma ex arboribus recentia semper alienis mensibus præbuit: mantelibus aureis semper stravit. *Valerian. Aug.* in *epist.* apud *Vopisc. Aurelian.* 12. Mantelia Cypria, paria duo.

MANTĒLIUM *vel* mantilium *V.* voc. præced.

MANTĒLUM, i, n. 2. Scribitur et *mantellum*: unde et apud Italos *mantello*: et est

I.) Proprie idem quod mantele, χειρομακτρον: *V.* voc. illam. *Lucilius* apud *Servium* ad *Virg.* 4. *G.* 377. mantela merumque. *Inscript.* ex *Marinio Frat. Arv.* apud *Orell.* 2271. *vol.* 1. *p.* 391. *Fratres Arvales post epvlas - vngventa et coronas accepervnt et in mantelis frumenta rvrsvs contigervnt.* Adde *Paul. Diac. p.* 132. 9., ubi *Müllerus* leg. *mantelorum*, alii vero *manteliorum*.

II.) Apud Græcos χειρομακτρον (quod Latine est mantelum) exponitur etiam genus vestimenti: et μανδύλιον (ex Latina voce Græca facta) a quibusdam dicitur. Unde translate est quodlibet tegmen ad occultandum dolum, *coperta*, *prætesto*, *scusa*. *Plaut. Capt.* 3. 3. 5. Nec mendaciis subdolis mihi usquam mantelum est meis: Nec sycophantiis, nec fucis ullum mantelum obviam est.

MANTĒUM. *V.* MANTEJUM.

MANTĪA, æ, f. 1. μαντεια *divinatio*. Hoc nomine vocatur rubus a Dacis, ut affirmat *Apul. Herb.* 87.

MANTĪCA, æ, f. 1. est pera, sacculus: a *manus*, quia est ad manum, ut promi facile possint, quæ reconduntur, πήρα (It. *sacchetta, bisaccia, portamantello*; Fr. *besace, valise*; Hisp. *alforja, balija, maleta, manga*; Germ. *Quer - oder Mantelsack*; Angl. *a wallet, cloak - bag, portmanteau*): unde est *manticula*, in qua pauperes pecuniam recondebant, ut *Festus p.* 133. 18. *Müll.* docet. *V.* MANTICULA. *Manticam* vel gestabant ipsi, vel equo imponebant iter facientes. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 104. nunc mihi curto Ire licet mulo vel, si libet, usque Tarentum, Mantica cui lumbos onere ulceret atque eques armos. *Porphyrion* ad *h. l.* manticam *peridam viatoriam* interpretatur. Hunc *Porphyrionis* locum non reperi in *Francisci Pauly* editione; ibi hæc ex *Porphyrione* afferuntur: *Mantica* pera est. Sed hoc ex Luciliano illo sumptum est: Mantica cantheri costas gravitate premebat. *Apul.* 1. *Met.* Manticam meam humero exuo; easdem cum pane propere ei porrigo. *Grat. Cyneg.* 339. Sit famulis vitulina tuis aut tergore fulvo Mantica. — Γνωμη, vel proverb. est illud *Catulli* 22. 21. Sed non videmus, manticæ quod in tergo est. *V. Phædr.* 4. 9. unde huic loco lux: cui simile est illud *Persii* 4. 23. Ut nemo in sese tentat descendere! nemo: Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

MANTĪCHŌRA *vel rectius* mantichoras, æ, f. 1. μαντιχώρας et μαντιχόρας, bellua Indica, triplici dentium ordine pectinatim coeuntium, facie et auriculis hominis, oculis glaucis colore sanguineo, corpore leonis, cauda scorpionis modo spicula infigens; vocis, ut si misceatur fistulæ et tubæ concentus; velocitatis magnæ; humani corporis vel præcipue appetens. Hæc ex *Ctesia Plin.* 8. *Hist. nat.* 21. 30. (75.) et *ibid.* 30. 47. (107)., ubi legitur utroque loco Accusativus mantichoran. — Ea tamen fabulosa videtur: eamdem ac tigridem esse putat *Pausan. l.* 9. *c.* 21., qui μαρτιχόραν vocat, ut alii plures Græci scriptores. Hinc *Calpurn.* 7. *Ecl.* 58. Hinc niveos lepores, et non sine cornibus apros, Mantichoram, silvis etiam, quibus editur, alcen Vidimus. *V. Creuzer, Relig. T.* 1. *p.* 720.

MANTĪCĪNOR, āris, ātus, sum, ari, dep. 1. (μαντις, h. e. *vates*), vaticinari, divinare. *V.* MANTISCINOR.

MANTĪCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* mantica, parva mantica, perula, *taschetta, borsa*, πηρίδιον. *Festus p.* 133. 18. *Müll.* Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro sæculo fuit.

MANTĪCULĀRĬA, ōrum, n. plur. 2. dicuntur ea, quæ frequenter in usu habentur, et quasi manu tractantur. *Paul Diac. p.* 132. 8. *Müll. V.* et voc. seq.

MANTĪCŬLĀRĬUS, ii, m. 2. *taghiaborse, borsajuolo*, βαλλαντιοτόμος, crumeniseca, qui manticulas clam scrutatur, ut pecuniam auferat. *Tertull. Apolog.* 44. Quis illic sicarius? quis manticularius? quis sacrilegus, aut lavantium prædo? Cf. voc. præced. et *Gloss. Labb.* Manticularius, κλεπτης.

MANTĪCULĀTIO fallacia vel lenotisia (*lege* lenocinium). *Placidi Gloss.* edente *A. Mai.* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 484.

MANTĪCŬLĀTOR, ōris, m. 3. manticularius. Legitur a quibusdam in fragmento *Pacuvii* apud *Festum p.* 133. 24. *Müll.* mendicus, manticulator. *ubi Codices habent* modici manticulatur. *V. Ribbeck. Tragic. Lat. fragm. p.* 106.

MANTĪCŬLĀTUS, a, um. *V.* MANTICULOR sub II.

MANTĪCŬLO, as, are, a. 1. manticulas clam scrutari ad pecuniam auferendam: hinc translate *Gloss. Isid.* Manticulare fraudare vel decipere. *V.* edita ab *A. Mai.* in *Class. Auct. T.* 6. *p.* 533. et *p.* 566.

MANTĪCŬLOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (manticula). Part. *Manticulatus* dubia tamen lectione sub II. — Manticlari, ait *Paul. Diac. p.* 132. 6. *Müll.*, dicuntur, qui manticulas attrectant, ut furentur. Cf. et *Festum* allatum sub II.

I.) Proprie. *Apul. de Mag.* Ut olim Ulyssis socii thesaurum reperisse arbitrati sunt, quum utrem ventosissimum manticularentur.

II.) Translate est clam et dolose agere, *far baratterie, mariolare, far frode*. Ita enim ait *Festus p.* 133. 20. *Müll.* Manticulari dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrectabant. Inde poetæ pro dolose quid agendo usi sunt eo verbo. *Pacuvius*. «Ad manticulandum astu aggreditur: scit enim quid promeruerit.... modici manticulatur (*ubi alii* mendicus, manticulator)..... ita me facti oppressi jugo». Item deinde: «Aggrediar astu rem (*Gold. habent* regem); manticulandum est mihi». et: «Machinam ordiris novam: manticula (*ubi Scaliger. legendum conjecit* manticulatam astu). Ceterum cf. *Gloss. Labb.* Manticulor, ταχυαζομαι. Manculor (*lege* Manticulor), πειραζω. *V.* MANTISCINOR ibique *Forcell.* ad *Plaut.* — *Lachmannus* hanc vocem restituendam esse conjecit *Lucret.* 2. 547. Quippe etenim si manticuler finita per omne Corpora jactari unius genitalia rei etc. *ubi vulgati libri habent* Quippe etenim sumant oculi, finita etc. *V. Lachmann.* ad *Lucret. vol.* 2. *p.* 107. et seq.

MANTĪLE *et* MANTĪLIUM. *V.* MANTELE init.

MANTĪLĬARĬUS. *V.* MANULEARIUS.

MANTIS, is, m. 3. μαντις, vates. *Hygin. fab.* 14. Orpheus, Thrax, mantis, citharista. *Id. ibid.* 190. Thestor mantis habuit Calchantem filium.

MANTĪSA *vel* mantissa, æ, f. 1. *giunta*, additamentum dicitur lingua Tusca, quod ponderi adjicitur, sed deterius, et quod sine ullo usu est. Ita

Paul. Diac. p. 132. 10. *Müll.* Vult tamen *Jos. Scalig.* vocem esse origine Latinam, pro *mantesa*, et dici, quasi *manu tensam*, pro eo, quod manu porrigitur præter id, quod ad pondus exigitur: ut sit *mantisa caro, mantisa merx.* porrigi enim manu, non dari pondere. Ego a *Paulo* starem. *Mantisa obsonia vincit* proverbium est *Lucilii* apud *eumd. Paul.*, quo significatur majus esse, quod inutile est, quam quod bonum et utile: è più *la giunta, che la derrata*: μεῖζον τοῦ ἔργου τὸ πάρεργον. — *Mantissa* legitur in quibusdam veterib. editionib. teste *Scalig.*, magisque illi placet.

MANTISCINOR, āris, ātus sum, āri, dep. 1. a μάντις *vates*, est vaticinari, divinare, *indovinare. Plaut. Capt.* 4. 2. 115. Nam hercle, nisi mantiscinatus probe ero, fusti pectito. *Salmas.* legendum conjicit *panticinatus* et verbum *panticinari* interpretatur pantices implere et saginam credere. *Forcellinus* ait, alios rectius legere *manticulatus*: *V.* MANTICULOR. Recentiores vero codicum scripturam defendunt, quæ habet *manticinatus*, h. e. vaticinatus.

MANTO, as, are, 1. *frequentat. a* maneo (teste *Paul. Diac. p.* 132. 5. *Müll.* Mantare, sæpe manere) est idem ac mansito, sive in loco aliquo, obstinato animo, maneo rem vel personam exspectans; atque adeo exspecto, moror.

I.) Proprie occurrit pro exspectare, morari; et quidem — *a*) Absolute. *Plaut. Rud.* 2. 4. 26. Manta: jam hic ero, voluptas mea. *Id. Pseud.* 1. 3. 49. At dabit, parabit: aliquot hos dies manta modo. *Id. Most.* 1. 2. 34. Si quid nummo sarciri potest, usque mantant, neque id faciunt, donicum parietes ruunt. h. e. cessant, differunt. — *b*) Cum Accus. *Id. Pœn.* 1. 2. 52. Herus nos apud ædem Veneris mantat. ci *aspetta.*

II.) Translate. *Cæcilius* apud *Non. p.* 505. 27. *Merc.* In vultu eodem, in eadem mantat malitia. Alius *Cæcilii* locus, sed mutilus, affertur a *Festo p.* 133. 15. *Müll.*

MANTŪĀTUS, a, um, adject. seu particip. ab inusit. *mantuo*, quod a *mantum*, mantum habens, manto indutus. *Gloss. Isid.* Paludatis, mantuatis.

MANTŪĒLIS, e, adject. similis mantelo. *Trebell. Claud.* 17. Misi chlamydem Dardanicam mantuelem unam.

MANTUM, i, m. 2. *manto*, μανδύη, vestis ampla, quæ pænulæ similis fuisse videtur ex *Polluc. Onomast. l.* 7. *c.* 13. Hæc tamen habet *Isid.* 19. *Orig.* 24. 15. Mantum Hispani vocant, quod manus tegat tantum: est enim breve amictum.

MANTUS, us, f. 4. idem ac mantum. *Incert. Auct.* in *Analect. gramm.* edente *Eichenfeld.* p. 437. Ablativo casu – pinu, socru, mantu.

MĀNŪĀLE, is, n. 3. *et*

MĀNŪĀLIA, ium, n. plur. 3. *V.* voc. seq. in fin.

MĀNŪĀLIS, e, adject. (manus) ad manum pertinens, *manuale, da mano, manitengolo*, γναλός. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 30. 72. (297). Panicum et milium pectine manuali legunt Galliæ. h. e. quod una manu adhibetur. *Id.* 19. *ibid.* 1. 3. (16). Linum in fasciculos manuales colligatum. h. e. qui manu capi possunt. *Id.* 24. *ibid.* 15. 80. (131). Chamædrys incipientibus hydropicis efficax, manualibus scopis ejus in tribus heminis aquæ decoctis, etc. *manate, brancate.* — *Manualia saxa*, quæ manu teneri, aut jaci possunt. *Sisenna* apud *Non. p.* 449. 2. *Merc.* Manuales lapides. *Tacit.* 4. *Ann.* 51. Manualia saxa jacere. *Calpurn.* 3. *Ecl.* 85. Qui sibi tum felix, tum fortunatus habetur Vilia quum subigit manualibus hordea saxis. h. e. molis trusatilibus. *Hieronym.* in *Chron.* ad ann. CCCVIII. a Chr. n. Manualis mola. *V.* MANUARIUS. — *Manuale vehiculum* est, quod hominum manibus, non jumentis trahitur. *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 6. *a med.* Si vero aliqua fuerit obstans causa, erunt hæc sub tecto adhibenda, et pro virium modo aut vehiculo manuali, aut sella, aut cathedra exercendus ægrotus. — *Aqua manualis* apud *Tertull. Apolog.* 39. *a med.* est, qua lavantur ante cœnam manus. Est tamen, qui aliter legat. — *Manuales digiti* apud *Cassiod.* 1. *Variar.* 10. sunt digiti decem, qui duabus hominum manibus continentur, ad distinctionem eorum, qui in pedibus sunt. — *Manualis libellus* est idem atque enchiridion. *Servius* in *Centim. p.* 1826. *Putsch.* Habes, lector, manuale in compendio discendi libellum. — Hinc

Manuale, is, n. 3. absolute, substantivorum more, (subaudi *involucrum*) in *lemmate* apud *Martial.* 14. 84. est veluti vagina lignea, in quam liber circumferendus includebatur, ne chartæ attritu tererentur. Epigramma est: Ne toga barbatos faciat, vel pænula libros, Hæc abies chartis tempora longa dabit.

Manualia, ium, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt Græcorum χέρνιβα, h. e. guttur nia, scilicet vasa, ex quibus aqua in manus datur, ut ait *Paul. Diac. p.* 98. 13. *Müll. Inscript.*, in qua nymphæi cimelia enumerantur. apud *Henzen.* 6140. exhibet etiam MANVALIA N. VI.

MĀNŪĀRĬUS, a, um, adject. (manus) manualis. *Gell.* 18. 13. Hoc ære collecto, quasi manuario, cœnula curabatur omnibus, qui eum lusum luseramus. h. e. quasi ex pluribus manibus collecto. Respicit autem ad vices ludendi, seu jactus, qui ab *Augusto* apud *Sueton. Aug.* 71. manus dicuntur. Si, inquit, quas manus remisi cuique, exegissem, vicissem vel quinquaginta millia. — *Manuarium vas* apud *Charis* 1. *p.* 95. *Putsch.* est vas manuale. — *Manuaria mola*, quæ manu versatur: sicut *asinaria*, quæ jumento. *Jabolen. Dig.* 33. 7. 26. *V.* MANUALIS. — Hinc

Manuarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, apud *Laberium* est fur, teste *Gell.* 16. 7. Item in Fullone furem manuarium appellat (*Laberius*). Manuari, inquit, pudorem perdidisti. Improbat hoc *Gell. ibid. V.* et voc. MANUOR.

MĀNŪĀTUS, a, um, adject. (manus) qui manus habet, ut ungulatus qui ungulas, dentatus qui dentes habet. *Capell.* 4. *p.* 113. Alicujus manuati manus est, quia et manuatum aliquid manu manuatum est. — Quidam leg. apud *Plin.* 19. *Hist. nat.* 2. 8. (28). Vulsum sparium fascibus in acervo manuatum. h. e. manuales in fasciculos colligatum. *Sillig.* temen cum plerisque rectius leg. *animatum.*

MĀNŪBALLISTA, æ, f. 1. ballista minor, quæ manu tractatur. *Veget.* 2. *Milit.* 15. Adde 4. *ibid.* 22., ubi hujusmodi machinas, quas suo tempore *manuballistas* appellari ait, antea docet scorpiones dictos fuisse.

MĀNŪBALLISTĀRĬUS, ii, m. 2. qui manuballistas tractat. *Veget.* 3. *Milit.* 14. et 4. *ibid.* 21.

MĀNŪBĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. sub *B.*

MĀNŪBĬÆ, ārum, f. plur. 1. Quod ad scriptionem attinet, hæc ex *Verrio Flacco* docet *Charis.* 1. *p.* 75. *Putsch.* Manibias per duo i dicendum, quia sunt a manibus, ut putat Verrius, dictæ. Sed et manubiæ per u dici possunt, a manus virtute contractæ. Primam illam scribendi rationem confirmat *Inscript.* apud *Mommsen. Inscr. Neap.* 4089. L. MVNATIVS L. F. L. N. L. PRON. PLANCVS COS. CENS. IMP. ITER. VII. VIR. EPVLON TRIVMP. EX RAETIS AEDEM SATVRNI FECIT DE MANIBIS AGROS DIVISIT etc. — Ratione habita etymi, *Forcellinus* deducit a *manus* et *vis*, quasi *manuviæ*, quod et *Charisio cit.* arridebat, et *Furlanetto* (qui in *I.ª Appendic.* hæc habet: *Varro* 7. *L. L.* 5. A manu manubiæ. *scil.* a manu, et *βία vis.* At *Müllerus* 8. *ibid.* 15. legit *manubria*): recentiores nonnulli volunt esse a *manu* et *habeo*: certe est a *manu.* — Ceterum occurrunt *A*) In plurali; et *B*) In singulari numero.

A) In plurali num. *manubiæ* sunt pecunia redacta ex venditione prædæ devictis hostibus captæ, *danaro tratto dalla preda fatta in guerra.* Ita enim docet *Favorinus* apud *Gell.* 13. 24. *ad fin.* Aliud omnino *præda* est, ut in libris rerum verborumque veterum scriptum est, aliud *manubiæ.* Nam *præda* dicitur corpora ipsa rerum, quæ capta sunt: *manubiæ* vero appellatæ sunt pecunia a quæstore ex venditione prædæ redacta etc. – Est tamen nonnusquam invenire, ita scripsisse quosdam non ignobiles scriptores, ut aut temere aut incuriose *prædam* pro *manubiis* et *manubias* pro *præda* posuerint. – Sed enim qui proprie atque signate locuti sunt, *manubias* pecuniam dixerunt. Hæc *Nonius p.* 432. 25. *Merc.* confirmat. Sed tamen

I.) Proprie. ¶ 1. Apud optimos veteresque scriptores et sæpissime *manubiæ* eam prædæ hostiliumque spoliorum partem significant, quæ ad imperatorum spectabat; ex qua is, quod vellet, faceret; generatim vero templa, vel similia ædificia extruebat: sic enim ait *Pseudo Ascon.* ad *Cic.* 3. *Verr.* 59. 154. p. 199. *Bait.* Manubiæ sunt præda imperatoris, proportione de hostibus capta. *et ibid.* 60. 157. p. 200. *Bait.* Spolia quæsita de vivo hoste nobili per deditionem, manubias veteres dicebant: et erat imperatorum hæc præda, ex qua, quod vellent, facerent. *Cato* apud *Fronton.* 1. *ad Antonin. imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 2. Numquam ego prædam, neque quod de hostibus captum esset, neque manubias inter pauculos amicos meos divisi, ut illis eriperem, qui cepissent. *Cic.* 5. *Verr.* 80. 186. Qua ex præda, aut manubiis hæc abs te donatio constituta est? *In lege Rulli* apud *eumd.* 1. *leg. Agr.* 4. 12. et 2. *ibid.* 22. 59. Quod ad quemque pervenit aut pervenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. *Cic. fragm.* apud *Gell. loc. cit.* Prædam, manubias, sectionem, castra denique Cn. Pompeji sedente imperatore decemviri vendent. *Id.* 2. *leg. Agr.* 23. 61. Si est æquum prædam ac manubias suas imperatores non in monumenta deorum immortalium, neque in urbis ornamenta conferre, sed ad decemviros deportare. *Id. Arch.* 11. 27. Jam vero – Fulvius non dubitavit Martis manubias Musis consecrare. *Id.* 3. *Orat.* 3. 10. Quæ (*Rostra*) censor imperatoriis manubiis ornarat. Cf. *Nepos Cim.* 2. His ex manubiis Athenarum arx ornata est. Rursus *Cic. Dom.* 38. 102. In qua porticum – Q. Catulus de manubiis Cimbricis fecit. Cf. *eumd. ibid.* 43. 114. *Id.* 2. *de republ.* 17. Fecit idem (*Tullus Hostilius*) et sæpsit de manubiis comitium et curiam. *Id.* 3. *Verr.* 59. 154. Dubitamus, quid Iste in hostium præda molitus sit, qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit? h. e. tantam pecuniam ex æde Castoris, quam, subactis Dalmatis, L. Metellus de manubiis exstruxerat, ut *Pseudo-Ascon. loc. cit.* explicat. *Liv.* 10. 46. De reliquo ære ædem Fortis Fortunæ de manubiis faciendam locavit. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 26. 27. (97). Delubrum Minervæ ex manubiis (*Pompejus*) dicavit. *Flor.* 1. 7. 8. De manubiis captarum urbium templum erexit. Adde *Sueton. Aug.* 18.; et *Tac.* 2. *Ann.* 53. Sic *Inscript.* apud *Orell.* 543. c. MARIVS – DE MANVBIIS CIMBRICIS ET TEVTONICIS AEDEM HONORI ET VIRTVTI VICTOR FECIT. ¶ 2. Universim de quacumque præda et spoliis, *preda, bottino*, τὰ λάφυρα, ἀκροθίνια. *Nævius* apud *Non. p.* 138. 17. *Merc.* Manubias suppetat pro me. *Ribbeck.* vero legit *suppetiat prone.* et *Petron. Satyr.* 79. *extr.* Postquam optima fide partiti manubias sumus. *Flor.* 2. 18. 6. Cum hoc quoque fœdus maluere, contenti armorum manubiis, quum ad internecionem sævire potuissent.

II.) Translate de signis, tabulis, pecuniis, quæ a magistratibus ex provinciis expilatis, aut aliunde colliguntur; quo sensu *manubiæ* pro *furto* dicuntur. Ad rem *Cic.* 5. *Verr.* 4. 9. Verrem esse, qui vestras villas suis manubiis ornet. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 59. 154. *supra cit.* I. 1. Similiter *Id. Rosc. Am.* 37. 108. Nonne perspicuum est, judices, has manubias Roscii Chrysogonum concessisse? — Sic de imperatoribus *Sueton. Cal.* 41. Ne quod non manubiarum genus experiretur, lupanar in palatio constituit. *Id. Ner.* 38. Ac ne non hinc quoque quantum posset prædæ et manubiarum invaderet, pollicitus cadaverum et ruderum gratuitam egestionem etc. *Id. Vesp.* 16. Sunt qui opinentur, ad manubias et rapinas necessitate compulsum (*Vespasianum*), summa ærarii fiscique inopia.

B) In singulari numero *manubia* dicitur (in Etruscorum libris, teste *Servio* ad *Virg.* 1. *Æn.* 46.) etiam de fulminibus, quia manu et vi Jovis jaciuntur. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 41. Fulmina dicunt a Jove mitti, et tres illi manubias dant. Prima, ut ajunt, monet, et placata est, et ipsius consilio Jovis mittitur. Secundam mittit quidem Juppiter, sed ex consilii sententia: duodecim enim deos advocat. Hoc fulmen boni aliquid aliquando facit: sed tunc quoque non aliter, quam ut noccat. ne prodesi quidem impune. Tertiam manubiam idem Juppiter mittit: sed adhibitis in consilium diis, quos superiores et involutos vocant. Quæ vastat, et includit, et mutat statum privatum utique, et publicum, quem invenit. ignis enim nihil esse, quod sit, patitur. Hæc *Seneca*, quibus similia habet *Festus p.* 129. 16. *Müll.*, qui horum meminit etiam p. 214. 25. Adde *Servium* ad *Virg.* 8. *Æn.* 429.; *Capell.* 8. p. 303.; et *Hygin. fab.* 181. edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. p. 62. Sic *Ammian.* 17. 7. Dein velut numine summo fatales contorquente manubias. — *NB.* De *machæra manubia* apud *Plaut.* V. MANUBIUS.

MĂNŬBĬĂLIS, e, adject. ad manubias pertinens. *Sueton. Aug.* 30. Vias reliquas ex manubiali pecunia sternendas triumphalibus viris distribuit.

MĂNŬBĬĂRĬUS, a, um, adject. manubialis. *Plaut. Truc.* 4. 4. 27. Saltem amicus mihi esto manubiarius. *h. e.* per quem manubias ego, seu prædam et lucrum ex aliis faciam.

MĂNŬBĬUS, a, um, adject. Adjective *manubiam machæram* dixisse videtur *Plaut.*, quæ hosti in pugna detracta sit, *Truc. a.* 5. *v.* 35. Nisi si te mea manubia machæra et hunc vis emori. *Bothe* rectius ex *Codd.* legit *Nisi si te manu mea in machæra* etc. *h. e.* nisi vis et te et hunc manu mea discerpi machæra.

MĂNŬBRĬĂTUS, a, um, adject. manubrium habens, ut Manubriatæ scrulæ, *Pallad.* 1. *R. R.* 43. Manubriati cultri, *Amnian.* 25. 1.

MĂNŬBRĬŎLUM, i, n. 2. *deminut. a* manubrium, parvum manubrium, *manichetto. Cels.* 7. 6. *ad fin.* Manubriolo scalpelli diducere.

MĂNŬBRĬUM, ĭi, n. 2. a *manu* (ut ait *Varro* 6. *L. L.* 85. *Müll.* Manubrium quod manu tenetur. Cf. *eumd.* 8. *ibid.* 15.: et *Eutyches* apud *Cassiod. de orthograph.* 9. Manubrium quasi manu haberium.) est vasis, gladii, securis, aut alterius cujusque rei pars ea, quæ manu tenetur; λαβή (It. *manubrio, manico*; Fr. *manche, poignée, anse*; Hisp. *mango, puño, asa*; Germ. *die Handhabe, der Henkel, Griff, Heft, Stiel, Zapfen*; Angl. *a handle, haft, hilt*). *Cic.* 6. *Verr.* 27. 62. Vas vinarium ex una gemma prægrandi, trulla excavata, manubrio aureo. *Vitruv.* 10. 8. Ferrea epistomiorum manubria. *Colum.* 5. *R. R.* 10. 6. Manubrium bidentis. *Id.* 11. *ibid.* 2. 92. Per lucubrationem ferramenta acuere, et ad ea facere, vel facta manubria aptare: quorum optima sunt ilignea, deinde carpinea, post hæc fraxinea. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 43. 84. (230). Manubria carpinea, iligna, cerrea. *Juvenal.* 11. 133. quin ipsa manubria cultellorum Ossea. — *Eximere alicui e manu manubrium* apud *Plaut. Aulul.* 3. 4. 12. est alicui occasionem quippiam agendi præripere: *levar di mano l'occasione o 'l commodo.* — *Malleus sapientior manubrio* apud *eumd. Epid.* 3. 4. 87. proverbium in duos æque stolidos et stultos, quorum alter nimio plus sibi sapere videtur. Nam et malleus et manubrium sapiunt tantumdem, id est ambo nihil. *Ita Gronov.* Lectio tamen apud *Plaut.* in aliis Codicibb. mutila esse videtur, in aliis variat. Sed *V.* MALLEUS I. sub fin.

MĂNŬCAPTUS, a, um, adject. captivus; sed rectius divisim scribitur. *Gloss. Philox.* Manucapti, δοριάλωτοι.

MĂNŬCĬŎLUM *vel* maniciolum, i, n. 2. *deminut.* manucii, *manicottolo*, manipulus, fasciculus. *Petron. fragm. Tragur.* 63. *Burmann.* Maniciolum de stramentis factum. Etiamnunc Neapolitani, apud quos scripsit *Petronius*, dicunt *manuculo.*

MĂNŬCĬUM *vel* manicium, ĭi, n. 2. manuum involucrum seu tegumentum ad arcendum frigus; Itali *manichino*, et *manicotto*, nostrates vulgo *manizza* appellant. *Gloss. Philox.* Manicium χειρίς.

MĂNŬCLA *et*
MĂNŬCŬLA. *V.* MANULEA.

MĂNŬCŬLĀTUS. *V.* MANULEATUS.

MĂNŬFACTUS *et rectius divisim* manu factus, a, um, adject. *artificiale*, arte et manu factus, χειροποίητος. *V.* in MANUS I. 3. sub *d.*

MĂNŬINSPEX, spĭcis, m. 3. qui manum inspicit et ex ipsius manus lineis vaticinium deducit ac profert. *Gloss. Gr. Lat.* Manuinspex, χειροσκόπος.

MĂNŬLĔA *vel* mănŭcŭla *vel* mănŭcla, æ, f. 1. (manus) est ¶ 1. Est manica, idem ac manuleus. *Plaut. fragm.* apud *Fulgent. Contin. Virgil.* Qui tu amicam times, quæ te manulea cajet? *Plerique leg.* manuleo, *quam vocem* V. ¶ 2. Item est manubrium alicujus rei. *Vitruv.* 10. 15. hoc nomine vocat partem in catapulta, quæ nervum attractum continet.

MĂNŬLĔĀRĬUS, ĭi, m. 2. qui manuleatas vestes conficit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 37. Aut manulearii, aut myrobrecharii. *Alii minus recte leg.* mantiliarii. *h. e.* qui mantilia efficiunt. *Inscript.* apud *Reines. cl.* 11. *n.* 83. et *Don. cl.* 8. *n.* 78. SEX. ANTONIVS SEX. L. ARISTVS MANVLEARIVS PATAGIAR. *h. e.* qui tunicas manuleatas et patagiatas conficit.

MĂNŬLĔĀTUS, a, um, adject. manicatus. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 48. Manuleatam tunicam hominem habere decet. *V.* CHIRIDOTA. Quidam in allato *Plauti* loco legunt *manuculatus, maniculatus*, et *manuclatus*. — Manuleatum hominem dicimus, indutum tunicis manicatis. *Sueton. Cal.* 52. Manuleatus et armillatus in publicum processit. *Seneca Ep.* 33. Apud me Epicurus est et fortis, licet manuleatus sit. *V.* MANICATUS.

MĂNŬLĔUS, i, m. 2. (manus) parva manica, manus ornamentum, seu tegumentum, *manichino. Accius* apud *Non. p.* 195. 19. *Merc.* Actoribus manuleos, baltea, machæras. *Plaut. fragm.* apud *Fulgent. Contin. Virgil.* Quid tu amicam times, ne te manuleo cajet? *Al. leg.* manulea. *Fronto* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. *a med.* Quum commemorares, cur Parthi manuleis laxioribus uterentur, ita, opinor, scripsisti, intervallis vestis æstum ut suspendi diceres. *et mox.* Namque manuleorum intervallis, quæ interdum laxata videmus atque fluitantia, suspendi æstus non potest: potest æstus per vestis intervalla depelli, potest degi, potest eventilari. *V.* DEGO.

MĂNŬMISSĀLIS, e, adject. (manumissio) qui ad manumissionem pertinet. *Manumissalia* absolute, substantivorum more, usurpavit *Probus gramm.* in *Append.* edita ab *Eichenfeld.* in *Analect. gramm. p.* 441.

MĂNŬMISSĬO, ōnis, f. 3. datio libertatis, a *manus* et *mitto*, quia servi quum liberarentur potestate, e manu solemni ritu emittebantur, quemadmodum quum servi facti sunt, manu capti fuere, ἀπελευθέρωσις (It. *il mettere in libertà uno schiavo*; Fr. *affranchissement, manumission*; Hisp. *manumision, la accion de liberar ó ahortar el esclavo*; Germ. *Manumission, Freilassung*; Angl. *the freeing of a slave, setting a slave at liberty, manumission*). Occurrit — *a*) Generatim. *Cic. Cæl.* 29. 68. Quid habeat argumenti ista manumissio. *Cajus* 1. *Institut.* § 17. Ut justa ac legitima manumissione liberetur. Et in plur. num. *Val. Max.* 2. 6. 7. Qui tres in eodem manumissiones rescindi permittunt. — In manumissione mos erat, ut dominus manum, aut caput, aut aliud membrum servi tenens ter diceret: *Hunc hominem liberum esse volo.* Et mittebat e manu. Hæc *Paul. Diac. p.* 159. 1. *Müll.*, quocum cf. *Festum p.* 158. 10. — *b*) Porro manumissio duplex fuit: alia *justa ac legitima*, alia non *justa nec legitima*. Manumissio *justa et legitima* tribus modis celebrata fuit, *censu, vindicta, testamento*: de quibus *V.* in VINDICTA. *Cic. Topic.* 2. 10. Si neque censu, neque testamento, neque vindicta liber factus est. Adde *Cajum* 1. *Institut.* § 17. et § 175. — Fuit et aliud manumissionis genus, *non* tamen *justum*, ut illa, *nec legitimum*, adeoque non plenam libertatem conferens, quum vel *inter amicos* (h. e. domini voce vel scripto quinque ejusdem amicis testibus adhibitis), vel *in convivio, ad mensam* (*h. e.* quum dominus servum suæ mensæ admitteret), vel *per litteras, per epistolam* (servo datam et quinque testibus adscriptis) quis manumittebatur. Hoc modo data libertas facilius amitti poterat, quam quæ tribus modo dictis modis data esset. *Seneca Vit. beat.* 24. Servi, liberine sint; ingenui, an libertini; justæ libertatis, an inter amicos datæ, quid refert? Adde *Ulp. regular. tit.* 2. *a med.*; et V., si lubet, *Lips.* ad *Tac.* 13. *Ann.* 27. et *Brisson. de V. S. l.* 9. Justa libertas. *et Plin.* 7. *Ep.* 16. Verba *Tac.* 13. *Ann.* 27. sunt: Quin et manumittendi duas species institutas, ut relinqueretur pœnitentiæ aut novo beneficio locus. Quos vindictâ patronus non liberaverit, velut vinculo servitutis attineri. et *Id. ibid.* 32. Factum et senatus consultum ultioni juxta et securitati, ut si quis a servis interfectus esset, ii quoque, qui testamento manumissi sub eodem tecto mansissent, inter servos supplicia penderent. V. *Annali dell'Instit. Archeol. a.* 1840. *p.* 157., ex quibus patet, servos, *censu* vel *testamento*, primo ut ita dicam libertatis gradu donari, quæ deinde *vindictâ* confirmabatur ac plena dabatur. Præterea ex iisdem manumissionis modus quinam fuerit innotescit; servus enim nudus est, subligaculo tantum velatus et pileatus. — Manumissionem obtinebant servi aliquoties gratis, aliquoties pretio. *Inscript.* apud *Orell.* 2984. COSMVS AEDITVVS MATRIS D. M. IDAEAE ANTIOCHO SACERDOTE ANNIS XII. EIVSD. LOCI AB IMP. AVGVSTO GRATIS MANVMISSVS OL. etc. *Alia* apud *eumd.* 2983. P. DECIMIVS P. L. EROS MERVLA MEDICVS — VI. VIR AVG. HIC PRO LIBERTATE DEDIT HS. IↃↃↃ. etc. — De manumissione per adoptionem *V.* MANUMITTO *b.*

MĂNŬMISSOR, ōris, m. 3. qui manumittit, ἀπελευθερωτής. *Marcell. Dig.* 37. 15. 3.; et *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 4. *circa med.*

MĂNŬMISSUS, a, um. *V.* voc. seq.

MĂNŬMITTO *et rectius divisim* manu mitto, mittis, mīsi, missum, mittere, a. 3. (manus *et* mitto). Dividitur apud *Plaut. Aulul. a.* 5. *v.* 9. Orabo, ut manu me mittat. et apud *Cic. Mil.* 22. 57. Manu vero cur miserit etc. Ceterum in optimis Codicibus sæpissime divisim scribitur, etiamsi nulla vox interseritur. — Part. *Manumissus* et *Manumittendus* sub *a.* — Manumittere est de servo liberum facere: *V.* dicta in MANUMISSIO, *mettere in libertà*, ἀπελευθερόω. — *a*) Generatim. *Plaut. Curc.* 4. 2. 11. Alienos mancupatis, alienos manumittitis. *Cic. Mil.* 22. 58. Nisi servos manumisisset. *Id. Cæl.* 29. 68. At sunt servi de cognatorum sententia manumissi. *Id.* 2. *Att.* 18. 4. De Statio manumisso – angor equidem. *Liv.* 41. 9. Ut dictator – prætor – apud eorum quem qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut jusjurandum daret, qui eum manumitteret, civitatis mutandæ causa manu non mittere: qui id non juraret, eum manumittendum non censuerint. Adde *eumd.* 43. 3. et *Tac.* 13. *Ann.* 32. *V.* MANUMISSIO. — *b*) Speciatim ii etiam *manumitti* vel *emitti manu* dicebantur, qui, quum essent in alienam familiam, tanquam filii, assumpti, postea emancipabantur. Nam quum ipsa adoptio trina mancipatione fieret, ut docet *Gell.* 5. 15., etiam manumissione finem habebat. *Tac.* 15. *Ann.* 19. Percrebuerat ea tempestate pravissimus mos, quum propinqui comitiis, aut sorte provinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios, præturasque et provincias inter patres sortiti, statim emitterent manu, quos adoptaverant. *emancipavano i figliuoli adottati.*

MĂNŬOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. furari, a manu. *Manuatus est* pro *furatus est* dixit *Laberius* in *Mimis*; sed prælicenter, ut ait *Gell.* 16. 7. Adde *Non. p.* 141. 2. *Merc.*

MANUPLENA, æ, f. 1. quod una manu comprehenditur, *manata*: falsa lectio. *V.* MANUS.

MĂNŬPLĒTĬUM, ĭi, n. 2. (manus *et* pleo, *unde* plenus etc.) idem ac manipulus, *una manata. Gloss. Cyrill.* Χειροπλῆς, manupletium.

MĂNŬPRĔCĬŌSUS *vel* manipreciosus *vel* manupretiosus, a, um, adject. qui pretiosus est non materia, sed artificis opere eximio. *Cato* apud *Gell.* 13. 23. Neque mihi ædificatio, neque vasum, neque vestimentum ullum est manupretiosum, neque pretiosus servus, neque ancilla est. *Alii divisim leg.* manu pretiosum.

MĂNŬPRĔCĬUM *vel* manipreciom *vel* manupretium, ĭi, n. 2. (manus *et* pretium). Scribitur etiam divisim *manus pretium.* — Est pretium, seu merces, quæ datur pro eo, quod ab artifice manu factum est; ita enim docet *Varro* 5. *L. L.* 178. *Müll.* Si quid datum pro operâ aut opere, merces a merendo. Quod manu factum erat et datum pro eo, manupretium a manibus et pretio. Cf. *eumd.* 6. *ibid.* 85. Gr. ἐπίχειρον (It. *prezzo della fattura*; Fr. *salaire, façon, prix de la main d'ouvre*; Hisp. *salario, hechura, el trabajo que se paga al oficial ó maestro*; Germ. *Arbeits – oder Machelohn, Arbeitwerth*; Angl. *wages for work, hire, pay*).

I.) Proprie. *Plaut. Men.* 3. 3. 17. Amabo, mi Menæchme, inaures da mihi faciundas. ME. Fiat: cedo aurum, ego manuprecium dabo. *Cato R. R.* 14. Ex signo manuprecium erit. *Cic.* 3. *Verr.* 56. 147. Tantum operis in ista locatione fuit, quantum paucæ operæ fabrorum mercedis tulerunt et manus pretium machinæ. *h. e.* quantum manupretii tulerunt machinæ, ut ait *Pseudo-Ascon.* ad h. l. *Liv.* 34. 7. In auro præter manus pretium, nihil intertrimenti fit. *Vitruv.* 9. 3. (9. *præfat.* § 9. *Schneid.*). Hiero Syracusis auctus regia potestate – auream coronam – manupretio locavit faciendam, et aurum ad sacoma appendit redemptori. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 7. 17. (37). Lysippus solitus ex manipretio cujusque signi denarios seponere aureos singulos. *Id.* 33.

ibid. 11. 53. (147). Nec copia argenti tantum furit vita, sed validius pæne manipretiis, idque jampridem, ut ignoscamus nobis. *Fronto de B. Parth.* (edente iterum *A. Maio*) *a med.* Polycrates in aureo habebat anulo, manupretio summo, facie eximia, lapidem smaragdum. *Inscript.* apud *Morcell. de stil. inscr. Lat. T.* 2. *p.* 291. *ed. Patav.*, quæ est apud *Orell.* 3314. IMP. CAES. TRAIANO HADRIANO AVG. III. COS. VIA NOVA STRATA LAPIDE PER MEDIVM FORVM PECVAR. EX CONLATIONE MANIPRETII POSSESSORVM CIRCA FORVM ET NEGOTIANTIVM. *Alia* apud *Orell.* 2517. MANIPRECIVM DONAVI.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. *Cic. Pis.* 24. 47. Quum provincia tibi ista manupretium fuerit non eversæ per te, sed perditæ civitatis. *h. e.* tamquam merces hominis mercenarii, et præmium male administratæ reipublicæ. *Seneca Ep.* 101. Castrensium laborum tarda manupretia. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu est ipsa res manu facta, seu artificium in re faciendâ adhibitum, *manifattura, fattura. Pseudo-Ascon.* ad *Cic.* 3. *Verr.* 56. 147. p. 197. *Bait.* Manupretium dicitur, ubi non tam materiæ ratio, quam manus atque artis ducitur. *Ulp. Dig.* 50. 16. 13. Res abesse videntur, quarum corpus manet, et forma mutata est: quia plerumque plus est in manupretio, quam in re. *h. e.* materiam superat opus, ut *Ovid.* 2. *Met.* 5. loquitur: et *Tasso: vinta la materia è dal lavoro.* Sic *Alfen. Dig.* 19. 2. 30. § 3. Quoad in opus lapidis opus erit, pro lapide et manupretio dominus redemptori in pedes singulos septem dabit.

MĀNUS, us, f. 4. Dat. *manu* pro *manui*, ut *victu, concubitu, portu* etc. *Propert.* 1. 11. 12. Alternæ facilis cedere lympha manu. *et* 2. 1. 68. Tantaleæ poterit tradere poma manu. — Manus (quam volunt esse a μανός *laxus*, quia proprie sic dicitur, quum aperta est, sicut *pugnus*, quum clausa) est extrema brachii pars in volam et digitos desinens, χείρ (It. *mano*; Fr. *main*, Hisp. *mano*; Germ. *die Hand*; Angl. *a hand*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Leg. XII. Tabul.* apud *Gell.* 20. 1. POST DEINDE MANVS INIECTIO ESTO: IN IVS DVCITO. *Ennius* apud *Non. p.* 85. 1. *Merc.* Cette (*h. e.* cedite) manus vestras, measque accipite. *Plaut. Amph.* 1. 1. 100. Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum. *Ter. Andr.* 1. 5. 62. Hanc mi in manum dat: mors continuo ipsam occupat. *Cic.* 2. *Nat. D.* 60. 150. Quam vero aptas quamque multarum artium ministras manus natura homini dedit! – Itaque ad pingendum –, ad nervorum eliciendos sonos ac tibiarum apta manus est admotione digitorum. Cf. *Lucret.* 4. 829. Brachia tum porro validis ex apta lacertis Esse, manusque datas utraque ex parte ministras. *Cels.* 1. 24. In manibus pedibusque articulorum vitia frequentiora longioraque sunt. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 43. 98. (243). Quibus animalium manus sunt, intus tantum carnosæ etc. *Plaut. Aulul.* 4. 4. 22. et *Capt.* 2. 2. 82.; *Cic.* 1. *Divinat.* 23. 46.; et *Lucret.* 1. 318. manus dextera, læva. *Catull.* 12. 1. sinistra. — Jungitur plurimis Verbis, quorum præcipua, servato litterarum ordine, exhibentur. *Ovid.* 2. *Met.* 159. Abrumpere manibus ramos. *Lucan.* 3. 617. Abscisa manus cum toto lacerto. *Cic. Harusp. resp.* 11. 22. Accipere aliquid manibus. et *Justin.* 1. 4. 10. Accipere puerum in manum. *Cælius* apud *Cic.* 1. *Fam.* 1. *ad fin.* Apponere manum ad os. *quod est arcanum narrantis et silentium indicentis.* et *Sueton. Tib.* 74. Apprehendere manum osculandi causa. *Virg.* 2. *G.* 365. Carpere frondes uncis manibus. *Quintil.* 2. 12. 10. Collidere manus. *Id.* 2. 20. 7. Comprimere manum in pugnum. Sic *Id.* 11. 3. 104. Compressa manus. *Id.* 12. 10. 21. Continere manum intra pallium. *Id.* 11. 3. 102. Contrahere et explicare alterno motu manus. *Ter. Phorm.* 4. 3. 29. Dare alicui aliquid in manum. *Plaut. Epid.* 3. 2. 17. Denumerare numinos manibus suis. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 1. 3. Deponere aliquid de manibus. *Cic.* 1. *ad Brut.* 10. Excidere e manibus. *uscire di mano. Plaut. Aulul.* 3. 4. 12. Eximere alicui e manu manubrium. *Cic.* 1. *Cat.* 6. 16. Extorquere de manibus sicam. *Id. Cæl.* 27. 65. Fugere e manibus. *Virg.* 3. *Æn.* 490. Ferre sic oculos, manus, ora. *Ovid.* 2. *Amor.* 15. 2. Inserere manum tunicis. *Cic. Mil.* 3. 7. Interfectam esse sororem sua manu quum fateretur. *di sua mano. Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 8. Ponere aliquid de manibus. *Id. Cæl.* 26. 63. et *Flacc.* 6. 15.; et *Ovid.* 3. *Fast.* 872. Porrigere manum ad tradendum aliquid. *Petron. Satyr.* 27. Poscere aquam ad manus. *Lucret.* 4. 619. Premere manu spongiam. *Quintil.* 1. 1. 27. Regere manum alicujus manu superimposita. *Cic.* 6. *Verr.* 27. 63. et *Planc.* 12. 29. Sumere vas in manus. *Id. Cæl.* 26. 63. Tenere pyxidem in manu. *Ovid.* 12. *Met.* 318. Tenere aliquid languenti manu. *Virg.* 4. *G.* 405. Tenere aliquem correptum manibus. *M. Aurel.* inter *ep. Fronton.* 1. *ad M. Cæs.* 1. Neque me Fortuna sinit prope accedere, manus tenere etc. *h. e.* manus adstringere amicitiæ ergo. *Horat. Art. P.* 269. Versare manu exemplaria Græca. *Virg.* 11. *Æn.* 81. Vincire manus post terga. *V.* alia multa infra sub I. 4. — *Naturale est, manum sæpius ad id referre, quod dolet,* libenter et sæpe de iis loquimur, quæ magnæ nobis curæ sunt: *la lingua batte, o va, dove il dente duole. Seneca Consol. ad Helv. sub fin.* — *Manum et mentum* proverb. ex Græco dictum, quod est πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. *h. e.* inter os et offam multa cadunt (ut ajebat *Cato* apud *Gell.* 13. 17.). *Festus* p. 149. 2. *Müll.* — Alia proverbia *V.* infra sub I. 4. ¶ 2. Specialim cum Præpositionibus occurrit ratione habita plurium humanorum actuum, et non modo proprie, verum etiam figurate et in proverbiis. Præpositiones, quibus jungitur, servato litterarum ordine exhibemus. — *a) A manu servus* est idem atque emanuensis, quam vocem ex hac dicendi formula derivatam *V.* loco suo. *Sueton. Cæs.* 74. Philemonem a manu servum, qui etc. *Id. Vesp.* 3. Post uxoris excessum, Cænidem Antoniæ libertam, et a manu – revocavit in contubernium. Adde *eumd. Aug.* 67.; et multas antiq. Inscription., ut apud *Orell.* 2733. et 2931. *V.* mox sub *b.* — *b) Ad manum servus* eodem sensu dicitur atque a manu. *Inscript.* apud *Orell.* 2874. LIBRAR. AD MANVM. Similiter *Cic.* 3. *Orat.* 60. 225. Quem servum ille habuit ad manum. *h. e.* emanuensem. Sic *Nepos Eumen.* 1. Habere aliquem ad manum scribæ loco. — *c) Ad manum esse, ad manum habere,* in manu, in promptu, *in pronto. Liv.* 9. 19. Adde, quod Romanis ad manum domi supplementum esset. *Quintil.* 12. 5. 1. Hæc sunt instrumenta oratoris: hæc arma habere ad manum; horum scientia debet esse succinctus. — *d) Ad manum venire,* occurrere, venire sub manum. *Liv.* 38. 21. Quod cuique trepidanti ad manum venisset. et *Quintil.* 2. 11. 6. Sed abrupta quædam, ut forte ad manum venere, jaculantur. *capitano loro in mano, si presentano.* — *e) Ad manum esse,* vel *intueri aliquid,* comminus, prope, et quasi sumendo in manus id, quod inspicitur. *Vitruv.* 6. 2. Alia ad manum species esse videtur, alia in excelso. Sic *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (97). Apelles absoluta opera atramento illinebat ita tenui, ut *etc.* ad manum intuenti demum appareret. *da vicino.* — *f) Ad manum canere histrioni, V.* CANTO. — *g) De manu dare,* manu ipsa præbere. *Sueton. Tib.* 34. Consueverat ad quadruplam strenam et de manu reddere. *di sua mano.* et *Lamprid. Alex. Sev.* 37. Nam semper de manu sua ministris convivii et panem et partes olerum aut carnis dabat. Sic *Cic.* 6. *Verr.* 10. 24. In quem scyphum de manu jacere conatus est. *h. e.* quem habebat in manu. — *h) De manu dare* refertur etiam ad sumptum et impensas. *Colum.* 7. *R. R.* 9. 8. Suibus sæpe de manu dandum est, quum foris deficit pabulum. quod *scil.* ipsi per se inveniant. Sic *Id.* 9. *ibid.* 1. 1. Qui venationem voluptati suæ claudunt, contenti sunt munire vivarium, semperque de manu cibos et aquam præbere. — *i) De manu in manum quippiam tradere,* quasi de nostra in alterius manum: quod in iis fit, quæ cata sunt, et studiose servamus. *Cic.* 7. *Fam.* 5. *sub fin.* Totum denique hominem tibi ita trado de manu, ut ajunt, in manum tuam istam et victoriæ et fidei præstantem. Sic *Plaut. Trin.* 4. 2. 57. Ab ipsone istas accepisti? SY. E manibus dedit mihi ipse in manus. — *j) E manu* est eminus in illo *Ennii* apud *Festum p.* 270. 29. *Müll.* Quæ mea comminus machæra atque hasta hostibit e manu. — *l) In manus venire*, occurrere, ad manum venire. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 15. 6. § 1. Sed hoc facio semper, ut, quicumque calamus in manus meas venerit, eo sic utar, tamquam bono. *qualunque me ne capiti alle mani.* Sic *Quintil.* 12. 10. 50. Quia (*scriptum*) veniat in manus doctorum, et judices artis habeat artifices. — *m) In manibus habere aliquem* est fovere, carum habere. *Cic.* 1. *Fam.* 9. *ante med.* Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me præsente osculabantur, ut etc. *portavano in palma di mano.* — *n) In manibus habere aliquid* est operam impendere, circa aliquid in præsentia laborare. *Cic. Senect.* 11. 38. Septimus mihi Originum liber est in manibus. *ho per le mani, vado lavorando.* et 13. *Att.* 47. Omnia, quæ in manibus habebam, abjeci: quod jusseras, edolavi. — *o) In manibus esse* dicuntur etiam, quæ edita sunt et passim vulgata, ita ut in promptu sint et, quum lubet, legi possint. *Cic. Amic.* 25. 96. Sed affluistis: et est in manibus oratio. *va per le mani.* et *Senect.* 4. 12. Est in manibus laudatio, quam quum legimus etc. Cf. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 53. Nævius in manibus non est. *h. e.* scripta exemplaria belli Punici primi a Nævio compositi nostris diebus rara sunt. — *p) In manibus est aliquid*, prope est, adest, ita ut manibus corripi possit. *Cæs.* 2. *B. G.* 19. Ut pæne uno tempore et ad silvas et in flumine et jam in manibus nostris hostes viderentur. *sembravano esserci addosso.* Sic *Virg.* 2. *G.* 44. primi lege litoris oram: In manibus terræ. *h. e.* in promptu. Similiter de tempore præsenti *Brutus* apud *Cic.* 11. *Fam.* 13. Attendere te volo, quæ in manibus sunt. *quel che abbiam per le mani, quel che ora corre.* — *In manu est aliquid, V.* infra sub II. 5. — *q) Inter manus*, manibus, *sulle braccia. Plaut. Most.* 2. 1. 38. Abripite hunc intro actutum inter manus. *Cic.* 7. *Verr.* 11. 28. Erant exitus ejusmodi, ut alius inter manus e convivio tamquam e prælio auferretur. *Liv.* 3. 13. Inter manus domum ablatum mortuumque inde arbitrari. Sic *Phædr.* 5. 7. Inter manus sublatus et multum gemens Domum refertur. et *Virg.* 11. *Æn.* 502. Corripiunt, interque manus sub tecta reponunt. Cf. *eumd.* 2. *ibid.* 681. — Huc referri potest et illud *Cæs.* 2. *B. C.* 2. Pedalibus lignis porticus integebatur: atque hac agger inter manus proferebatur. *h. e.* per manus militum comportantium. — *r) Inter manus esse, versari,* esse in manibus. *Val. Max.* 5. 1. *n.* 6. Locum, qui inter manus est, finiam. *la materia che ho per le mani, di cui scrivo.* et *Cic.* 8. *Fam.* 3. *extr.* Et διδασκαλίαν quamdam, ut versetur inter manus, habeat. *h. e.* ut manibus versetur, ut legatur. — Hinc *Virg.* 11. *Æn.* 311. Ante oculos interque manus sunt omnia vestras. πρόχειρά ἐστι. *sono manifeste.* — *s) Per manus,* opera manuum. *Cic.* 1. *Att.* 12. *ad fin.* P. Clodium per manus seæulæ servatum et eductum. *Cæs.* 6. *B. G.* 37. Ægre per manus tractus servatur. Similiter *Id.* 7. *ibid.* 25. Quidam – per manus sevi ac picis traditas glæbas in ignem e regione turris projiciebat. *fatte passare di mano in mano.* Sic *Auct. B. G.* 8. 15. Fasces strauentorum, per manus inter se transditos, ante aciem collocaverunt. et *Liv.* 29. 14. Eæ per manus, succedentes deinde aliæ aliis –, in ædem Victoriæ – pertulere deam. — Hinc translate *per manus* aliquid traditum esse dicitur, quod non monumentis litterarum, sed verbo tantum a majoribus ad posteros transmittitur: qua ratione sacrorum mysteria olim tradi solebant, *per tradizione. Liv.* 5. 51. Si nobis cum Urbe simul positæ traditæque per manus religiones nullæ essent. Cf. *Quintil.* 12. 4. 1. Quæ conscripta sunt historiis, aut sermonibus velut per manus tradita. — *Per manus,* h. e. per vim, *V.* infra sub II. 4. *c.* — *t) Præ manu* vel *præ manibus,* in manibus, in promptu. *Plaut. Bacch.* 4. 3. 10. Qui patri reddidi, quod fuit præ manu. Sic *Apul.* 6. *Met.* Æs, quod fuit præ manu. et *Dig.* 13. 7. 27. Petenti mutuam pecuniam creditori, quum præ manu debitor non haberet, species auri dedit. *Gell.* 19. 8. Si liber est præ manibus. *alla mano.* Similiter *Ter. Adelph.* 5. 9. 23. Si huic aliquid paullulum præ manu dederis, unde utatur, reddet tibi cito. *metterai a disposizione di questo. V.* et PRÆ. — *u) Sub manu* et *sub manum esse,* prope esse et ad manum, ὑπὸ χεῖρα. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 23. Adjunxi hæc in loco eligendo, flumen oppositum ut haberem, Vorentii sub manu ut essent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. *a tiro, in vicinanza.* et *Sueton. Aug.* 49. Et quo celerius ac sub manum nunciari cognoscique posset, quid in provincia quaque gereretur, juvenes modicis intervallis, dehinc vehicula

disposuit. *Seneca Ep.* 71. Consilium sub die nasci debet: et hoc quoque tardum est nimis: sub manu, quod ajunt, sub manu nascatur. *tosto e sul fatto.* V. *Baumgarten.* ad *Sueton. Aug.* 49. mox *cit.* — *v) Sub manus succedere,* feliciter evenire, ex sententia contingere. *Plaut. Mil. glor.* 3. 2. 59. Lepide hoc succedit sub manus negotium. *Id. Pers.* 4. 1. 1. Si quam rem accures sobrie ac frugaliter, solet illa recte sub manus succedere. ¶ 3. Item speciatim *manu, manibus,* sine ulla præpositione, adverbiorum more in multis dicendi rationibus eleganter usurpantur tum proprie, tum translate. — *a) Manibus pedibusque,* quemadmodum et nos Itali dicimus *con le mani e co' piedi,* omni conatu, omnibus viribus, *con ogni sforzo,* velis remisque. Græci dicunt λαξ καὶ ὀδαξ. *Ter. Andr.* 1. 1. 134. Quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia facturum, ut etc. Cf. *eumd. ibid.* 4. 1. 51. Ego, Pamphile, hoc tibi pro servitio debeo, conari manibus, pedibus, noctesque et dies, capitis periculum adire, dum prosim tibi. — *b) Manu mederi* est chirurgiæ. *Cels. præf. l.* 1. In tres partes medicina diducta est: ut una esset, quæ victu; altera, quæ medicamentis; tertia, quæ manu mederetur: χειρουργικὴν Græci nominaverunt. Sic *Id.* 7. 26. Urinam manu emoliri. — *c) Manu aliquem venerari, h. e.* manum osculando. *Sueton. Claud.* 12. Jus nundinarum in privata prædia a consulibus petiit: cognitionibus magistratuum ut unus e consiliariis frequenter interfuit. Eosdem spectacula edentes, surgens et ipse cum cetera turba, voce ac manu veneratus est. Adde *Tac.* 26. *Ann.* 4. — *d) Manu facere aliquid* refertur ad ea, quæ artis sunt, industriæ ac virium. Hinc *manu quærere* est quæstum facere opera manuum, *guadagnare coll' opera delle proprie mani,* ut apud *Cic.* 5. *Verr.* 11. 27. Utrum est æquius, eum, qui manu quæsierit, an eum, qui digito licitus sit, possidere? Cf. *eumd. ibid.* 86. 198. Quum fructus diripiebantur aratorum, atque omni lacerabantur injuria; videbatur id perdere arator, quod aratro ipse quæsisset, in quo elaborasset, quod agri segetesque extulissent. — Sic sæpe *Cic.* 4. *Verr.* 2. 4. Quæ (*urbs*) quum manu munitissima esset, tum loci natura terra ac mari clauderetur. *munitissima per arte, per natura poi* etc. *Id.* 3. *Fin.* 22. 74. Quid enim aut in natura, aut in operibus manu factis tam compositum? *Id.* 2. *Off.* 4. 14. Portus manu facti. *Id. Topic.* 9. 39. Aqua loci vitio et manu nocens. *Varro* 3. *R. R.* 11. 1. Piscina manu facta. *Vitruv.* 9. 3. Is ad tempus, opus manu factum subtiliter, regi approbavit. *Virg.* 2. *G.* 156. congesta manu oppida. *Liv.* 2. 5. Postea credo additas moles manuque adjutum, ut tam eminens area esset. *Cels.* 3. 27. Naturales, aut etiam manu factæ natationes. — Similiter *Cæs.* 3. *B. C.* 44. Multa erant intra eum locum manu sata. *h. e.* frumenta, ut constat ex c. 58., et opponuntur herbis sponte nascentibus. — Hinc *manu factum* (conversim *factus manu* legitur apud *Ovid.* 2. *Met.* 855. Cornua parva quidem, sed quæ concedere possis Facta manu.) est idem atque artificiale, *h. e.* hominum arte, industria viribusque partum; et opponitur naturalibus, h. e. iis, quæ natura et sponte sua eveniunt. *Ovid. Ib.* 147. Sive ego, quod nolim, longis consumptus ab annis, Sive manu facta morte consumptus ero. *h. e.* externa vi illata. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 1. 1. (4). Ne his quidem (*venenis*), quæ nascuntur, contenti: etenim quanto plura eorum genera humana manu fiunt! *Seneca Ep.* 89. *ad fin.* Nec contenti solo, nisi quod manu fecerit, maria agetis introrsus. *Id. Ep.* 52. *ante med.* Quædam ingenia facilia et expedita: quædam manu, quod ajunt, facienda sunt. *bisogna lavorarli a forza di industria.* et *Id. Consol. ad Marc.* 19. Quidam liberos ejurant, et orbitatem manu faciunt. *h. e.* ipsi sibi parant. *Id. Brevit. vit.* 3. Morbi, quos manu fecimus. *h. e.* ipsi intemperanter vivendo arcessivimus. Sic *pestilentia manu facta,* h. e. venenis et fraude illata, *Id.* 2. *Ira* 8. *ad fin.* Hujus generis sunt et illa *Statii* 1. *Theb.* 176. Partiti versant populorum fata, manuque Fortunam fecere levem. *h. e.* ultro ipsi reddidere sibi levem fortunam. *Seneca* 3. *Ira* 11. *extr.* Magna pars querelas manu fecit, aut falsa suspicando, aut levia aggravando. *h. e.* causas querendi et irascendi. *et* 6. *Benef.* 41. Occasiones reddendorum observare, non manu facere. — Refertur et ad orationem. *Quintil.* 5. 14. 32. Ut ea nasci et ipsa provenire natura, non manu facta et arte suscepta magistrum fateri ubique videantur. *Seneca Ep.* 115. Oratio vultus animi est: si circumtonsa est et fucata et manu facta, ostendit, illum quoque non esse sincerum. — De *manu* alio sensu pro vi et armis *V.* infra sub II. 4. — *e) Plena manu,* manu continendo quantum capi potest: *a mani piene,* ut apud *Virg.* 6. *Æn.* 883. manibus date lilia plenis, Purpureos spargam flores, animamque nepotis His saltem accumulem donis. *Tibull.* 1. 6. 32. Janua sed plena est percutienda manu. *h. e.* summa vi, ait *Porcellinus,* pultanda et validis ictibus: sed rectius *plena manu* est manu auro plena, multa pecunia, ut patet ex toto hoc carmine, et collato illo ejusdem *Tibull.* 1. 10. 51. Tu procul hinc absis, formam cui vendere curæ est Et pretium plena grande referre manu. — Hinc figurate dicitur pro copiose, ample, large. *Cic.* 2. *Att.* 25. Quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit. Huc referri potest et illud *Grat. Cyneg.* 147. In quinos sublata pedes hastilia plena Cæde manu. *h. e.* valide, ait *Burmannus,* ut contra *digito tangere* est leviter. Mihi autem videtur esse copiose. — Hinc etiam, cadente Latinitate, composita vox *Manuplena, æ, f.* 1. apud *Pelagon. Veterin.* 16. Alii capitulum, rutæ manipulum, stercoris asinini manuplenam, omnia conteris. *una manata.* Ita cl. *Forcellinus.* Hoc autem vocabuli monstrum esse videtur et recte divisim legendum *manum plenam*: quæ dicendi ratio, in re præcipue medica, ad vulgare quoddam mensuræ genus significandum, multo ante usu venit. Sic legimus apud *Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 84. (226). Aliqui (*dicunt*) purgari feminas foliis earum (*malvarum*) manus plenæ mensura in oleo et vino sumptis. Similiter *Marcell. Empir. cap.* 28. *pag.* 128. ed. *Ald.* Filiculæ radices purgatas ad uncias singulas seorsum tundes bene in pila lignea. Deinde adjicies – ammoniaci unciam, et coriandri seminis manum plenam –: has omnes species seorsum conteres etc. et *Veget.,* eadem fere memorans quæ *Pelagonius* loc. cit., 2. *Veterin.* 28. 29. *Schneid.* Alii capita tria, rutæ viridis fasciculum, – stercoris asinini recentis manum plenam etc. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 58. 1. In *Hippiatricis* est δραξ *pugillus.* Sic verbis paullum immutatis *Scribon. Compos.* 83. Prodest et herbæ, quam πολίον vocant, nos, ut opinor, tiniariam, fasciculus, quantum manu comprehendi potest, in tribus heminis aquæ decoctus etc. et *Compos.* 153. Calculosis (*prodest*) illecebræ quantum manus capit, aut auriculæ murinæ idem, aut betonicæ tantumdem: earum quælibet herba ex aquæ tribus heminis ad tertias decoquitur etc. — *f) Utraque manu,* ambabus manibus, atque adeo libenter, studiose, cupide, prompte. *Martial.* 1. 16. Hæc utraque manu complexuque assere toto. — *g) Manibus æquis,* æquali sorte, æquo Marte. *Tac.* 1. *Ann.* 63. Cæsar productas legiones instruxit: manibus æquis abscessum est. *con eguale vantaggio o perdita.* — *h) Brevi manu accipere, tradere,* etc. in *Dig* 23. 3. 43. § 1. est sine ambagibus; contra *longa manu* est per ambages *Ibid.* 46. 3. 79. — *i) Illotis manibus,* est nondum facta manuum lavatione, ut apud *Plaut. Pœn.* 1. 2. 103. Oculos alicujus illotis manibus tractare. *V.* ILLOTUS. Hinc figurate in *Dig.* 1. 2. 1. illotis manibus aliquid facere dicitur, qui imparatus et imprudens rem aliquam aggreditur. *j) Manibus supinis beneficium accipere* est demisse apud *Senec.* 1. *Benef.* 15. 1. — *l) Manibus demissis fugere* apud *Plaut Epid.* 3. 4. 16. est contentissimo cursu fugere; nam tales solent manus demittere, quod Græci dicunt παρασεῖσαι τὰ χεῖρε; Aristoteli est φεύγειν παρασείσαντα. ¶ 4. Item speciatim, præterquam quod iis, quæ supra sub I. 1. enumeravimus, aliis jungitur Verbis; hinc multæ tum propriæ, tum translatæ dicendi rationes ortæ sunt. Horum quoque Verborum præcipua, servato litterarum ordine, exhibemus. — *a) Abstinere manus* est se continere a vi personæ inferenda, vel a re furanda. *Ter. Adelph.* 5. 2. 6. Non manum abstines, mastigia *non tieni le mani a te?* Sic *Lucilius* apud *Non. p.* 325. 32. *Merc.* Abstinere manus a muliere. Adde *Plaut. Hud.* 2. 4. 11. et *Cic. Vatin.* 4. 10. Manus abs te homines vix abstinere possunt. *Id.* 4. *Tusc.* 37. 79. Ut Alexandrum regem videmus, qui quum interemisset Clitum, familiarem suum, vix a se manus abstinuit: tanta vis fuit pœnitendi. Adde *eumd.* 3. *Att.* 7. Similiter *Cato R. R.* 5. Abstinere manum alieno. et *Cic.* 7. *Verr.* 2. 4. manus ab alicujus pecuniis. *et* 2. *ibid.* 12. 36. manus animosque a scelere. *V.* ABSTINEO loco suo; et *cohibere manus* in hoc ipso paragr. sub *k.* — *b) Accedere ad manum* dicuntur feræ, quæ mansuefiunt. *Varro* 2. *R. R.* 7. 13. Quum equuli ad manum accedere consuerint. Cf. *Cic.* 2. *Att.* 1. 7. Digito se cælum putant attingere, si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant. et *Quintil. Declam.* 260. *ante med.* Animalia, quæ venire ad manum et mansuescere queunt, alere. — *c) Adhibere manus* est porrigere atque admovere ad aliquid faciendum. *Ovid.* 9. *Met.* 216. Adhibere manus genibus. quod *scil.* supplicum erat. *Virg.* 3. *G.* 455. Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat. *h. e.* ad vulnera curanda. *Seneca Herc. Œt.* 1078. Adhibere manus pomis. *h. e.* ad poma carpenda. Et figurate *Cic.* 2. *leg. Agr.* 18. 46. vectigalibus. *h. e.* ad vectigalia rapienda. — *d) Adire manum alicui* proprie est alicujus manum præripere et continere, antequam ictum jaciat, atque adeo figurate est decipere, vel antevertere, *ingannarlo o prevenirlo,* apud *Plaut. Aulul.* 2. 8. 8., *Cas.* 5. 2. 46., *Pers.* 5. 2. 18. et *Pœn.* 2. 1. 11., ubi *V.* Interpretes. — *e) Admoliri manus,* admovere magno conatu, vel ad magnum aliquid faciendum. *Apul.* 6. *Met.* Admoliri manus moli. *h. e.* indigesto atque immani granorum acervo ad ea secernenda. *Plaut. Asin.* 3. 2. 24. sacro. *h. e.* ad furandum. *Apul. Florid.* 7. imagini regis. *h. e.* ad regis imaginem faciendam. — *f) Admovere manus,* adhibere, admoliri. *Quintil.* 11. 3. 104. Admovere manus pectori. *Propert.* 1. 3. 16. ad ora. *Liv.* 5. 22. religiose. *h. e.* ad Junonis signum transferendum. *Ovid.* 10. *Met.* 254. Sæpe manus operi tentantes admovet, an sit Corpus, an illud ebur. *h. e.* ad investigandum. *Id.* 15. *ibid.* 218. Artifices Natura manus admovit. *h. e.* ad res creandas. Sic *Curt.* 6. 7. 14. Admovere manus operi. et *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (133). marmoribus. — *g) Afferre* vel *inferre manus* generatim est vim inferre, et speciatim ad necem vulnerare. Sic absolute apud *Cic.* 3. *Verr.* 26. 67. Pro se quisque manus affert. *h. e.* ad pugnam. et *Nepos Timol.* 1. Ipse non modo manus non attulit etc. *h. e.* ad tyrannum interficiendum. *Cic. Cœcin.* 17. 49. et 3. *de republ.* 17. manus alicui. et *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 23. 4. sibi. *h. e.* semet interficere. *Cic.* 3. *Verr.* 18. 47. templo manus impias et sacrilegas. *h. e.* ad furandum. Sic *Id.* 2. *Off.* 15. 54. bonis alienis. *V.* etiam AFFERO et INFERO. Translate *Seneca* 2. *Benef.* 5. *a med.* Qui aut diutius torqueri patitur, quem protinus potest liberare, aut gaudere tardius, beneficio suo manus affert. *h. e.* perdit, destruit. — *h) Amittere, dimittere, emittere aliquid manibus, de manibus, e manibus,* est id quod Itali dicimus *lasciar andare, o, lasciarsi sfuggire;* ut apud *Plaut. Mil. glor.* 2. 5. 47. Amittere prædam manibus. *Cic.* 5. *Verr.* 13. 32. rem de manibus. *Id. Cœcin.* 27. 66. Licinium de manibus. *Liv.* 29. 32. Massinissam saucium e manibus. et *Id.* 30. 24. Tantam ex oculis manibusque amissam prædam. *Cic. Orat.* 30. 105. Dimittere Demosthenem e manibus. *Cæs.* 1. *B. C.* 64. hostem e manibus. *et* 6. *B. G.* 37. fortunam e manibus. *Liv.* 44. 36. Emittere aliquid manibus. *Id.* 21. 48. et 28. 42. de manibus. et *Id.* 22. 3. e manibus. *Plaut. Curc.* 5. 2. 18. Emittere aliquem manu. *h. e.* manu mittere, liberum reddere. — *i) Armare manus,* armis instruere, apud *Virg.* 9. *Æn.* 115. Et figurate *Cic.* 10. *Fam.* 23. Armare manus in alicujus perniciem. — *j) Asserere aliquem manu,* in libertatem vindicare. *V.* ASSERO. — *k) Cohibere, continere manus alicujus,* constringere, retinere, impedire ne quid faciat. *Stat.* 6. *Theb.* 814. tunc vix ambo conatibus ambas Restringunt cohibentque manus. *Ovid.* 1. *Fast.* 503. Utque erat, immissis puppim stetit ante capillis, Continuitque manum torva regentis iter. Et figurate *Plaut. Trin.* 4. 4. 12. Cohibere manus ab alieno. *Cic. pro leg. Manil.* 23. 86. Cohibere manum, oculos, animum ab auro gazaque regia. *Id.* 1. *Cat.* 8. 21. Ab aliquo vix continere aliquorum

manus ac tela. *trattenere che non l'offendano.* — *l) Conserere manus. V.* CONSERO, serui. — *m) Continere manus. V.* supra *Cohibere* sub *k* — *n) Convenire in manum. V.* CONVENIO. — *o) Dare manum*, præbere auxilii causa, *dar mano. Quintil.* 2. 3. 7. Ut si velocissimus quisque, si forte iter cum parvulo faciat, det manum et gradum suum minuat. *Ovid.* 3. *Trist.* 1. 2. Da placidam fesso, lector amice, manum. — *p) Dare manus* et *dedere* est concedentis, aut se victum fatentis, *cedere, darsi per vinto. Nepos Hamilc.* 1. *a med.* Romanos armis persequi, donicum aut certe vicissent, aut victi manum dedissent. *Plaut. Pers.* 5. 2. 72. Fateor, manus vobis do. *Ovid.* 3. *Fast.* 688. Evictas precibus vix dedit illa manus. *Id. Heroid.* 4. 14. dabit victas ferreus ille manus. *Virg.* 11. *Æn.* 568. neque ipse manus feritate dedisset. *Lucret.* 2. 1041. et si tibi vera videtur, Dede manus: aut si falsa est, accingere contra. Adde *Cæs.* 5. *B. G.* 31.; et *Cic.* 2. *Att.* 22. *ante med.* — *q) Dedere manus. V.* supra sub *p.* — *r) Dimittere e manibus. V.* supra *Amittere* sub *h.* — *s) Ducere aliquem manu* proprie apud *Virg.* 3. *Æn.* 371. meque ad tua limina, Phœbe, Ipse manu multo suspensum numine ducit. Et figurate *Cic.* 1. *Nat. D.* 19. 49. Epicurus autem, qui res occultas et penitus abditas non modo viderit animo, sed etiam sic tractet, ut manu nos ducat, docet etc. — *t) Emittere manibus* etc. *V.* supra *Amittere* sub *h.* — *u) Incidere in manus alicujus*, venire. *Cic. Brut.* 35. 133. Mihi quidem nec iste (*liber*) notus est, nec illi (*libri*): sed hæc mea culpa est. Numquam enim in manus inciderunt. Et figurate *Id. Cluent.* 7. 21. M. Aurius adolescentulus, bello Italico captus apud Asculum, in Q. Sergii senatoris – manus incidit, et apud eum fuit in ergastulo. *h. e.* in potestatem. — *v) Inferre manus. V.* supra *Afferre* sub *g.* — *y) Injicere manus. V.* INJICIO et INJECTIO loco suo. — *z) Intentare manum in aliquem* est minitantis et vim inferre cupientis. *Liv.* 3. 47. *ad fin.* Virginius intentans in Appium manus inquit etc. Sic *Sil. It.* 11. 87. rabidum hunc palmasque virorum Intentantem oculis proavitaque facta parantem Ut vidit etc. Similiter cum Dativo personæ usurparunt *Auct. B. Hisp.* 22.; et *Tac.* 3. *Ann.* 36. — *aa) Jactare manus* est saltantis. *Propert.* 4. 8. 42. *de nano ad tibiæ sonum saltante.* Jactabat truncas ad cava buxa manus. et *Ovid.* 3. *Fast.* 535. Et jactant faciles ad sua verba manus. Sic Græci χειρονομεῖν et βάλλειν χεῖρας. *V.* SALTO. — In causis autem agendis *jactare manus* oratoris fuit. *Quintil.* 6. 3. 54., 11. 3. 179. et 10. 3. 21. — *bb) Lavare manus*, quod ante cœnam fiebat, ad animi maculas refertur in illo *Cic.* 2. *Orat.* 60. 246. Illud egregium Sextii et ex tempore: Manus lava, inquit, et cœna. — *Manus manum lavat* proverb. alter alteri opitulatur: *una mano lava l'altra, e le due il viso. Seneca Apocoloc. a med.* Si quid volueris, invicem faciam: manus manum lavat. Cf. *Petron. Satyr.* 45. — *cc) Mittere aliquem manu. V.* MANUMITTO loco suo. — Alio sensu *Plaut. Pseud.* 4. 2. 48. et 49. Mittere manu salutem, aut malam rem alicui. — *dd) Tendere manus* est opem poscentis et supplicis. *Cæs.* 2. *B. G.* 13. Manus ad Cæsarem tendere. *Virg.* 3. *Æn.* 177. tendoque supinas Ad cælum cum voce manus. *Cic. Fontej.* 17. 38. Tendit ad vos virgo Vestalis manus supplices, easdem, quas pro vobis diis immortalibus tendere consuevit. *Id.* 4. *Cat.* 9. 18. Vobis supplex manus tendit patria communis. *Quintil.* 6. 1. 42. Tendit ad genua vestra supplices manus. — *ee) Tenere aliquid manu*, compertum habere. *Cic. Brut.* 80. 277. Quum indicia mortis se comperisse manifesto et manu tenere diceret. *avere in mano, toccar con mano.* Cf. *eumd. Sext.* 32. 69. — *ff) Tollere manus* frequenter est admirantis et in re, quæ opportune admodum acciderit, veluti gratias diis agentis, *alzare le mani al cielo. Cic.* 7. *Fam.* 5. Sustulimus manus ego et Balbus. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 19. 63. Hortensius vehementer admirans, quod quidem perpetuo, Lucullo loquente, fecerat, ut etiam manus sæpe tolleret. *Catull.* 53. 4. Admirans ait hæc manusque tollens. — Interdum *manum tollere* est concedentis, aut se victum fatentis, manus dare. *Cic. fragm.* apud *Lactant.* 3. 28. Cedo, et tollo manum. — *gg) Vertere manum* apud *Quintil.* 11. 3. 101. est *volgere, voltare la mano.* — *Manum non verterim* proverbialis hyperbole, quum significamus, ne minimum quidem laborem suscepturos, ut quippiam, quod nihili facimus, acquiramus: *non moverei un dito, non leverei una paglia. Cic.* 5. *Fin.* 31. 93. Qui se fatentur virtutis causa ne manum quidem versuros fuisse. *Apul. de Mag.* Quid de me Mezentius sentiat, manum non verterim. *ciccum non interduim* dixit *Plaut. Rud.* 2. 7. 22.

II.) Translate. ¶ 1. Manus, qua humani corporis partem significat (*V.* supra sub I. 1.), transfertur ad bruta animalia. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 44. 100. (246). Simiæ habent in manibus ungues, digitos longioremque medium. *Id. S. ibid.* 36. 54. (130). Invalidissimum urso caput: ideo urgente vi, præcipitaturi se ex alta rupe, manibus eo operto jaciuntur. *h. e.* pedibus anterioribus, quos habent instar manus. *Cic.* 2. *Nat. D.* 47. 123. Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habent ad pastum. *la proboscide.* Sic *Curt.* 8. 14. 27. *de iisdem.* Quum manu arma virosque corriperent et super se regentibus traderent. et *Plin.* 8. *Hist. nat.* 10. 10. (29). Elephanti mandunt ore, spirant et bibunt odoranturque haud improprie appellata manu. et *ibid.* 12. 12. (33). Resolvunt illi (*elephantes*) nodos draconum manu. Adde *Sil. It.* 9. 628. ¶ 2. Item, qua humani corporis partem significat, manus etiam ad arbores transfertur. *Manus fraxineæ* apud *Pallad. insit.* 60. sunt rami. Sic *Stat.* 2. *Silv.* 3. 39. platanus, cui larga propago Innumeræque manus et iturus in æthera vertex. *Brachia* eadem metaphora arboribus tribuunt *Virgil., Colum., Plin. V.* BRACHIUM II. ¶ 3. Item transfertur ad instrumentum arte confectum et manus similitudinem referens, et significat manicam ferream, harpagonem, quo utebantur præcipue in præliis navalibus ad capiendas tenendasque hostiles naves. Ejus inventionem *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (209). tribuit Pericli Atheniensi: primum vero Romanorum usum fuisse C. Duilium primo bello Punico. *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 38. tradit. *Cæs.* 1. *B. C.* 57. Manus ferreas atque harpagones paraverant. *Liv.* 36. 44. *ad fin.* Ferreas manus in advenientes hostium naves injicere. *Lucan.* 3. 635. Ferrea dum puppi rapidos manus inserit uncos. Adde *Curt.* 4. 2. 12.; *Flor.* 2. 2.; et *Frontin.* 2. *Strateg.* 3. 24. ¶ 4. Quoniam in manu situm esse videtur hominis robur, eâque armis præcipue instructa vis infertur; factum est, ut externa ratione (*in rapporto esterno*) manus pro robore, vi et armis poneretur. — *a)* Manus dicitur de hominis robore ac virtute. *Nepos Datam.* 1. Pater ejus et manu fortis et bello strenuus et regi multis locis fidelis. Sic *Liv.* 39. 40. M. Porcius Cato in bello manu fortissimus, multisque insignibus clarus pugnis. *Cæs.* 3. *B. C.* 86. Simul denunciavit, ut (*milites*) essent animo parati in posterum; et, quoniam fieret dimicandi potestas, – ne usu manuque reliquorum opinionem fallerent. *Virg.* 12. *Æn.* 348. Nomine avum referens, animo manibusque parentem. — *b)* Hinc sæpe locum habet in re militari; sic *conserere manum, V.* CONSERO loco suo. *Virg.* 5. *Æn.* 402. Ferre manum in prælia. *Cic.* 1. *Off.* 23. 81. Manu confligere cum hoste. *Virg.* 12. *Æn.* 60. Committere manum hostibus. *h. e.* cum hostibus. Cf. *Sil. It.* 6. 246. Ibo alacer, solusque manus componere monstro Sufficiam. *Lucret.* 4. 843. Conferre manu certamina pugnæ. *Liv.* 10. 43.; *Virg.* 9. *Æn.* 44.; et *Sil. It.* 6. 600. Conferre manum. *Liv.* 2. 46. Pugna ad manus venerat. *alle strette.* et *Nepos Eumen.* 5. Sæpe in itineribus vexabatur, neque unquam ad manum accedere licebat. *venire alle mani, alle strette.* Sic *Cic.* 7. *Verr.* 11. 28. Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam veniebat. Cf. *eumd. Cluent.* 49. 136. Similiter *Tac. Agric.* 36. Adducere rem ad mucrones et manus. Similiter *Liv.* 2. 30. Consul Romanus nec promovit aciem, nec clamorem reddi passus, defixis palis stare suos jussit: ubi ad manum venisset hostis, tum coortos tota vi gladiis rem gerere. Sic *Sall. Jug.* 94. Venire in manus. et *Plin. Paneg.* 17. Nec tibi opima defuerint, si quis regum venire in manus audeat. Cf. *Sall. Jug.* 61. Romani inurum modo suffodere, modo scalis aggredi, cupere prælium manibus facere. *h. e.* comminus, manus conserere. et *Tac.* 12. *Ann.* 30. Ipse dux manu pugnam capessiit. — *c)* Sæpe etiam manus pro vi, gladio, armis usurpatur. Sic *manu sternere*, h. e. occidere gladio, in illo *Virg.* 9. *Æn.* 702. Tum Meropem atque Erymantha manu, tum sternit Aphidnum. Ubi *Servius*: Id est gladio comminus: nam illi, de quibus superius dixit, non manu occisi sunt, sed misso jaculo. Rursus *Virg.* 6. *Æn.* 434. qui sibi letum Insontes peperere manu. *Sil. It.* 2. 705. Optabis cecidisse manu. *Forcellinus* hæc duo postrema ad sup. par. I. 3. *d.* retulit. — Ceterum *manu capere urbes* est bello et armis. *Sall. Jug.* 5. Populus Romanus quascumque urbes et agros manu ceperat, regi dono dedit. *a forza d'armi, in guerra.* Similiter *Cæs.* 5. *B. G.* 7. Ille autem (*Dumnorix*) revocatus resistere ac se manu defendere cœpit. *a difendersi armata mano.* Sic *Flor.* 1. 10. Porsena Tarquinios manu reducebat. *armata mano.* et 1. 1. *a med.* Matrimonia, quia non impetrabantur, manu capta sunt. *et* 4. 1. Conjurationem manu opprimere. *colla forza delle armi.* et *Sall. Jug.* 35. Vindicandum in eos, qui *etc.* non manu, neque vi, sed quæstionibus etc. *Tac. Agric.* 9. Castrensis jurisdictio secura, et obtusior, ac plura manu agens, calliditatem fori non exercet. Cf. *eumd. Germ.* 36.: et adde *Virg.* 12. *Æn.* 317. et 627. — Sic *per manus* est per vim, *per forza, a viva forza,* apud *Sall. Jug.* 36. Quum intelligetis, aut serviendum esse, aut per manus libertatem retinendam. ¶ 5. Eadem de causa, de qua dictum est in paragr. 4. proxime antecedenti, ratione juridica et morali *manus* potestatem significat: hinc *in manu* et raro admodum *in manibus* esse dicuntur, quæ in nostra sunt potestate. — *a)* Hinc illa juris propria. *Cic. Topic.* 4. 23. Mulier viro in manum convenit. *V.* CONVENIO loco suo. *Plaut. Curc.* 5. 2. 18. Emittere aliquem manu. *V.* MANUMITTO loco suo. Similiter *Liv.* 39. 18. *a med.* Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant. *Id.* 34. 7. *sub fin.* Vos in manu et tutela mulieres, non in servitio debetis habere. *Apul.* 8. *Met.* Venit in manum viri mulier. — *b)* Morali autem ratione *Plaut. Merc.* 8. 4. 43. Quin tibi in manu est, quod credas; ego quod dicam, id mihi mea in manu est. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 44. Uxor quid faciat, in manu non est mea. *Cic.* 14. *Fam.* 2. Hæc non sunt in nostra manu. *Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 6. Quam velis eum obligare, in manu tua est. *sta in tua mano. Liv.* 32. 24. Nihil esse in manu sua. *Sall. Cat.* 20. Victoria in manu nobis est. *Id. Jug.* 33. *extr.* In vestra manu situm est etc. *Tac.* 2. *Hist.* 76. Juxta deos, in tua manu positum est. Et in plur. num. *Lucan.* 7. 253. In manibus vestris quantus sit Cæsar habetis. ¶ 6. Quoniam artifices manu omnia conficiunt, *manus* ad artificis operam, laborem et artem refertur, *opera, lavoro, arte.* Ad rem *Cic.* 4. *Verr.* 10. 27. Præfecti, scribæ, medici, accensi, hat spices, præcones erant manus tuæ. Cf. *Martial.* 1. 101. et *Virg.* 11. *Æn.* 329. nos æra, manus, navalia demus. *Plin.* 9. *Ep.* 37. Hoc numerosas manus poscit. *h. e.* multorum operam. Adde *eumd.* 10. *ibid.* 50. — Hinc *prima, extrema, ultima, summa manus*, ut et nos Itali dicimus. *Quintil.* 5. 11. 80. Marmora deformata prima manu. *abbozzati. Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (16). Huic (*operi*) summam manum ipse Phidias imposuisse dicitur. et *Cic. Brut.* 33. 126. Manus extrema non accessit ejus (*oratoris*) operibus: præclare inchoata multa, perfecta non plane. *l'ultima mano.* Sic *Petron. Satyr.* 118. *extr.* Carmen nondum recepit ultimam manum. et *Ovid.* 1. *Trist.* 6. 28. Nesciet his (*carminibus*) summam si quis abesse manum. Similiter *Id.* 3. *Art. am.* 225. Tu quoque dum coleris, nos te dormire putemus: Aptius a summa conspiciare manu. *h. e.* postquam ornatui tuo extremam manum imposueris. et *Heroid.* 15. 115. Imposita est factæ postquam manus ultima classi. — Et translate *Virg.* 7. *Æn.* 752. extremam Saturnia bello imponit regina manum. Ubi *Servius*: Est translatio a pictura, quam manus complet atque ornat extrema. *Seneca Ep.* 12. Potatio extrema, quæ ebrietati summam manum imponit. Sic *Inscript.* apud *Gruter.* 164. 3. HVNC BVRGVM A FVNDAMENTIS ORDINANTE VIRO CLARISSIMO EQVITE ET COMITE ET VTRIVSQVE MILITIAE MAGISTRO MILITES AVXILIARES LAVREACENSES AD SVMMAM MANVM PERDVXERVNT. *alla perfezione.* et *Alia* apud *eumd.*

ibid. 4. FOSCANVS PRAEPOSITVS LEGIONIS I. MARTIORVM VNA CVM MILITIB. SIBI CREDITIS HVNC BVRGVM AD SVMMAM MANVM OPERIS XLVIII. FECIT PERVENIRE. — Hinc etiam *manus pretium*. *V.* MANUPRETIUM loco suo. ¶ 7. *Manus* est etiam scribendi ratio, quæ cuique propria est, *carattere, mano*. *Cic.* 3. *Cat.* 5. 10. Cognovit (*Statilius*) et signum et manum suam. et *ibid.* § 12. Lentulus et signum et manum suam cognovit. *et* § 13. Certissima argumenta atque indicia sceleris tabellæ, signa, manus. *Id.* 8. *Att.* 13. Lippitudinis meæ signum tibi sit librarii manus. *Id.* 11. *ibid.* 24. Alexidis animum amabam –; manum non amabam, quod indicabat te non valere. *et* 16. *ibid.* 15. Noli putare, pigritia facere me, quod non mea manu scribam. *di pugno*. et 3. *ad Q. fr.* 1. 26. Hæc inter cœnam Tironi dictavi, ne mirere, alia manu esse. *Quintil.* 1. 7. 22. Quomodo et ipsum (*Ciceronem*) et Virgilium scripsisse manus eorum docent. *Modestin. Dig.* 22. 3. 15. Propter emissam ab eis manum. *per aver loro rilasciata la cauzione scritta di proprio pugno*. ¶ 8. Item ratio pingendi et sculpendi; et universim quodcumque opus artificis. *Petron. Satyr.* 83. Zeuxidos manus vidi, nondum vetustatis injuria victas. *h. e.* picturas Zeuxidis adhuc intactas. *Martial.* 4. 39. Praxitelis manus Scopæque. *Id.* 8. 51. Mentoris. *Gell.* 15. 31. Protogenis. *Quintil.* 2. 19. 3. Si Parium marmor Praxiteles expolivisset, plus in manibus fuisset, quam in marmore. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 47. Vidi artes veterumque manus variisque metalla Viva modis. *Id.* 8. *Theb.* 305. Prometheasque manus. *Virg.* 1. *Æn.* 459. Artificumque manus miratur. — Similiter in illo *Virg.* 6. *Æn.* 683. recensebat Fataque fortunasque virum moresque manusque: *manus* sunt res gestæ, manu et virtute factæ, *imprese*. ¶ 9. In re gladiatoria est ictus, petitio, *stoccata, colpo, tiro*. *Quintil.* 9. 1. 20. In armorum certamine adversos ictus et rectas ac simplices manus quum videre, tum etiam cavere ac propulsare facile est: aversæ tectæque minus sunt observabiles: et aliud ostendisse, quam petas, artis est. *Id.* 5. 13. 54. Ut gladiatorum manus, quæ secundæ vocantur, fiunt et tertiæ, si prima ad evocandum adversarii ictum prolata erat: et quartæ, si geminata captatio est, ut bis cavere, bis repetere oportuerit. *Id.* 6. 4. 8. Manum exigere. ¶ 10. Refertur et ad jactum talorum in ludo, *posta. Augustus* in *epist.* apud *Sueton. Aug.* 71. Nam si, quas manus remisi cuique, exegissem, aut retinuissem, quod cuique donavi, vicissem vel quinquaginta millia. *imperocchè se io avessi voluto tirare da ognuno quelle poste che io vinceva, o ritenutomi quelle che ho donate a ciascuno, ne avrei vinto più di cinquanta mille*. ¶ 11. Refertur et ad locum. *Ter. Adelph.* 4. 2. 31. Est ad hanc manum sacellum. *da questa parte*. Hac ratione dicimus *ad dexteram, ad sinistram*. Hinc *Ovid.* 3. *Art. am.* 307. Pars humeri tamen ima tui, pars summa lacerti Nuda sit, a læva conspicienda manu. *da man sinistra*. ¶ 12. Transfertur etiam ad significandam multitudinem hominum, præsertim militum, *mano, moltitudine*: ad rem *Ennius* apud *Charis.* 4. *p.* 252. *Putsch.* Non commemoro, quod draconis sævi sopivi impetum, Non quod domui vim taurorum et segetis armatæ manus. — *a*) De quacumque hominum multitudine. *Cic.* Sophoclem vertens 2. *Tusc.* 9. 35. Hæc (*dextra*) bicorporem afflixit manum. *h. e.* Centauros. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 3. *a med.* Operas suas Clodius confirmat: manus ad Quirinalia paratur. *Id.* 16. *Att.* 11. Romam veniet cum magna manu. *Liv.* 9. 4. Manu facta virginem rapiunt. *Virg.* 5. *Æn.* 487. Ingentique manu malum de nave Seresti Erigit. *Cic. Cæcin.* 12. 33. Manum facere, copias parare, multitudinem hominum cogere, armare, instruere. — Et cum Genitivo. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 2. *sub fin.* Nostra antiqua manus bonorum ardet studio nostri et amore. *Id.* 1. *Cat.* 5. 12. Manus conjuratorum. *Liv.* 42. 51. purpuratorum et satellitum. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 141. poetarum. *Sueton. Tib.* 1. clientium. *Virg.* 11. *Æn.* 34. Circum omnis famulûmque manus Trojanaque turba. Sic *Seneca Hippol.* 725. fida famulorum manus, Fer opem. et *Stat.* 5. *Silv.* 3. 262. comitum manus anxia vidit. — *b*) De militum multitudine. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 31. 66. fera velivolantibus Navibus complebit manus litora. *Plaut. Amph.* 1. 1. 80. Denique, ut voluimus, nostra superat manus. *Cic.* 15. *Fam.* 4. Evocatorum firmam manum comparavi. *Cæs.* 1. *B. G.* 37. Si nova manus cum veteribus copiis se conjunxisset. *et* 5. *ibid.* 27. Magnam manum conducere. *et* 3. *Ibid.* 11. Q. Titurium Sabinum cum legionibus tribus in Unellos, Curiosolitas Lexoviosque mittit, qui eam manum distinendam curet. *Liv.* 30. 7. *ad fin.* Hasdrubalem propediem affore cum manu haudquaquam contemnenda. ¶ 13. *Manum* de re turpi quidam accipiunt apud *Plaut. Pseud.* 3. 1. 18. et apud *Claudian.* 1. *in Eutrop.* 367. — *NB.* Alia translata *V.* supra sub I.

MĀNUS, adject. est idem ac bonus. *Varro* 6. *L. L.* 4. *Müll.* Nisi potius quod bonum antiqui dicebant manum. *Paul. Diac. p.* 122. 4. *Müll.* Cerus manus intelligitur (*in carmine Saliorum*) creator bonus. *Macrob.* 1. *Saturn.* 3. Nam et Lanuvini mane pro bono dicunt, sicut apud nos quoque contrarium est immane, ut immanis bellua et immane facinus et hoc genus cetera pro non bono. Adde *Non. p.* 66. 10. *Merc.*

MĀNŪTERGĬUM, ii, n. 2. mantile. *Isid.* 19. *Orig.* 26. Manutergium a tergendo manus vocatur.

MĀNŪTĪGĬUM, ii, n. 2. (manus *et* tango) mollis frictio, quæ fit suspensa manu, χειραφία. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *a med.* Manutigio oculos relevare velle videtur. Hinc *Id.* 3. *Acut.* 18. *ante med.* Lippientes manuum contactum affectare frequentant, quod Græci χειραφίαν vocaverunt.

MANZER, *vel* manser, ĕris, adject. comm. gen. *spurio*, spurius de scorto natus: est ab Hebr. ממזר *mamzèr*, spurius. *Sedul. carm.* 5. 256. Manzeribus populis in deteriora volutis. *Venant.* 5. *carm.* 5. 75. Christicolæ ut cernunt tunc agmina manzera jungi. Hinc *Vulgat. interpr. Deuter.* 23. 2. Non ingredietur manzer, hoc est de scorto natus, in Ecclesiam Domini.

MĀPĀLĬA, ium, n. plur. 2. *capanne*, καλύβαι, idem ac magalia, idest, casæ agrestium, Punica lingua. *Virg.* 3. *G.* 340. et raris habitata mapalia tectis. *Liv.* 29. 31. Familiæ aliquot cum mapalibus peroribusque suis prosecutæ sunt regem. *Cato* apud *Festum p.* 146. 28. *Müll.* Mapalia vocantur, ubi habitant: eæ quasi cohortes rotundæ sunt. *Sall. Jug.* 21. Ædificia Numidarum agrestium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinæ sunt. Cf. *Hieronym. in prol. Amos.* Agrestes quidem casas, et furnorum similes, quas Afri appellant mapalia. *Liv.* 30. 3. Hibernacula Carthaginiensium, congesta temere ex agris materia exædificata, lignea ferme tota erant. Numidæ præcipuæ arundine textis, storeaque pars maxima tectis, passim nullo ordine, quidam extra fossam etiam vallumque habitabant. *Id. ibid.* 5. eadem *casas* vocat. *Sil. It.* 17. 88. Castra levi calamo, cannaque intexta palustri, Qualia Maurus amat dispersa mapalia pastor, Aggreditur, etc. V. plura huc pertinentia, apud *Tzschuckium* adnotat. ad *Melam* 1. 8. — Addit *Festus*, mapalia dici de iis, qui inordinate vivunt. Mapalia, inquit, casæ Punicæ appellantur; in quibus quia nihil est secreti, solet solute viventibus id vocabulum objici. Hinc *Seneca Apocoloc. circa med.* Ego, Patres conscripti, vobis interrogare permiseram; vos mera mapalia fecistis: volo servetis disciplinam curiæ. *h. e.* vos, neglecta hujus curiæ disciplina et dignitate, ex civitate rus fecistis. — In sing. num. *Val. Flacc.* 2. 460. coit e sparso concita mapali Agrestum manus. — Inter *mapalia* et *magalia* volunt quidam esse discrimen, ut illa sint casæ mobiles, quæ a Numidis pastoribus circumferebantur, prout pascendi ratio postulabat: hæc vero stabiles, ex quibus etiam vici atque oppida muris cincta constituta sint. — Illud certum est *mapalia* primum corripere, *magalia* producere.

MAPPA, æ, f. 1. est vox Punica, teste *Quintil.* 1. 5. 57. quem *V.* infra sub II., et significat linteum, quo manuum atque oris sordes in mensa abstergimus, σδήνη (It. *tovaglinola, salvietta*; Fr. *serviette*; Hisp. *servilleta*; Germ. *d. Vortuch, d. Serviette*; Angl. *a table napkin*).

I.) Proprie. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 63. Varius mappa compescere risum Vix poterat. *Petron. Satyr.* 32. Circa oneratas veste cervices laticlaviam immiserat mappam. *h. e.* mappam clavatam, seu variegatam orbiculis, flosculis, aut stellulis, Itali dicunt *tessuta a opera*, vulgo nostrates *intovagiata*, Latini olim *tabulata*. Hinc *Martial.* 4. 46. Et lato variata mappa clavo. *V.* LACULATUS. *Id.* 12. 29. Attulerat mappam nemo, dum furta timentur. *V.* MANTELE. — *A mappis* videtur fuisse officium servile in domo Augusta. *Inscript.* in *Nov. lett. di Firenze ann.* 1772. *p.* 694. D. M. FLAVIAE GRAPTAE IMP. AVG. DOM.... MAPPIS etc. Videtur hæc ita appellata fuisse, quod mappas custodiret, sive illæ essent mappæ circenses, sive potius lintea, quibus manuum atque oris sordes in mensa abstergebantur, Italice *salviette*, vel quibus lotæ manus siccari solebant, quæque Græcis dicuntur χειρόμακτρα, Italis *sciugatoi*, nostratibus vulgo *sciugamani*, ut placet *Christ. Amadutio*.

II.) Translate. ¶ 1. In circensibus mappâ signum dabatur. *Quintil.* 1. 5. 57. Mappam, usitatum circo nomen, Pœni sibi vindicant. Quo loco respicit ad veterum morem, apud quos jam inde a Neronis tempore in circensibus editor mappæ projectione signum dabat. *Sueton. Ner.* 22. Aliquo liberto mittente mappam, unde magistratus solent. *Juvenal.* 11. 191. Interea Megalesiacæ spectacula mappæ. *Martial.* 12. 29. Cretatam prætor quum vellet mittere mappam. *Tertull. Spectac.* 16. Deinde ad signum anxii pendent, unius dementiæ una vox est: Misit, dicunt, et nunciant invicem, quod simul ab omnibus visum est. Teneo testimonium cæcitatis, non videnti missum quid sit, mappam putant. — Mittendæ mappæ originem sic tradit *Cassiod.* 3. *Variar.* 51. Mappa, quæ signum dare videtur circensibus, tali casu fluxit in morem. Quum Nero prandium protenderet, et celeritatem, ut assolet, avidus spectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, jussit abjici per fenestram, ut libertatem daret certaminis postulati. Hinc tractum est, ut, ostensa mappa, certa videatur esse promissio circensium futurorum. Hæc *Cassiod.* Ceterum mos fuit multo antiquior, ut magistratus committendorum ludorum signum daret, sive mappa, sive alia re quapiam. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 48. 107. Exspectant, veluti consul quum mittere signum Vult, omnes avidi spectant ad carceris oras, Quam mox emittat pictis e faucibu' currus. *V.* et *Liv.* 8. 40. et 45. 1. ¶ 2. Aliam mappæ notionem *V.* in LINTEUS.

MAPPELLA, æ, f. 1. *deminut. a* mappa, parva mappa. *Isid.* 19. *Orig.* 26. Mappa –, cujus deminutivum mappella est.

MAPPĔLLA, æ, f. 1. *deminut. a* mappa, parva mappa, linteolum. *Hieronym. Ep.* 108. *n.* 28. Ipsa (*morientis*) assidere lectulo, flabellum tenere, aquam calidam temperare, mappulam apponere. *Alii leg.* matulam.

MĀRĀTHRĬTES, æ, m. 1. μαραθρίτης *subaudi* οἶνος, marathrum infusum habens. *Colum.* 12. *R. R.* 35. *init.* Vinum absinthiten, et hyssopiten, et marathriten sic condire oportet. *V.* ABROTONITES.

MĀRĀTHRUM, i, n. 2. μάραθρον, *finocchio*, appellatio Græca ejus herbæ, quæ Latine *fœniculum* dicitur. *Ovid. de medic. fac.* 91. Profuit et marathrum bene olentibus addere myrrhis. *Alii leg.* marathros. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 27. 41. (99). Anguis, visu obscurato, marathro herbæ sese affricans, oculos inungit ac refovet. Adde *eumd.* 30. *ibid.* 4. 9. (27).; et *Theod. Priscian.* 1. 14. *ad fin.*

MARCELLEA, ōrum, n. plur. 2. festum Syracusanorum, in memoriam M. Claudii Marcelli, qui eos ab rebellibus liberaverat. *Cic.* 4. *Verr.* 21. 51. *et* 63. 154.

MARCENS, entis. *V.* voc. seq. *in fin.*

MARCĔO, es, ŭi, ēre, n. 2. Præter. *marcui* firmatur ex composito *emarcui*; et occurrit tantum apud *Vulgat. interpr. Ezech.* 19. 12. Ventus urens siccavit fructum ejus (*vineæ*): marcuerunt et arefactæ sunt virgæ roboris ejus. — Part. *Marcens* in fin. — Marceo est idem ac flaccidus, aut victus sum, torpeo, langueo: et videtur proprie dici de iis, quæ vetera sunt et proxime ad putredinem accedunt: nam antequam plane putrescant, vigorem ac vim amittunt, εὐρωτιάω, σαπρίζω (It. *essere frollo o appassito, languire, non aver vigore*; Fr. *être fané, flétri*; Hisp. *marchitarse, estar marchitado*; Germ. *welk sein*; Angl. *to wither*,

shrink, shrivel, pine away, grow languid or feeble, become faint, droop, grow dull, flag).

I.) Proprie. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 244. cervix redimita jacebat, Et caligantes marcebant fronte coronæ. *Stat.* 5. *Silv.* 5. 29. en taxea marcet Silva comis.

II.) Translate est torpere, languere, vigorem ac vim amittere. — *a*) Universim, et præcipue de iis, qui senectute languent. *Lucret.* 3. 960. annis corpus jam marcet, et artus Confecti languent. *Ovid.* 1. *Amor.* 14. 41. Cur ego plectar amans, si vir tibi marcet ab annis? — *b*) Specialim de iis dicitur, qui somno, aut crapula graves fiunt. *Liv.* 23. 45. Marcent luxuria, vino et epulis per totam hiemem confecti. *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 44. Dum gravibus marcent epulis. *Stat.* 8. *Theb.* 220. ipsæque ad mœnia marcent Excubiæ. *h. e.* ebrietate et sopore languent. Sic *Petron. Satyr.* 22. Alii parietibus appliciti, quidam in ipso limine conjunctis marcebant capitibus. *dormivano profondamente. Justin.* 30. 1. 3. Otio ac desidia corrupti marcebant. *Curt.* 4. 13. Non somno quiescere, sed pavore marcere credebant. *Vellej.* 2. 84. Vigebant in hac parte miles et imperator: in illa marcebant omnia. — *c*) Transfertur etiam ad animum et abstracta. *Cels.* 2. 2. *a med.* Si marcet animus: si loqui et moveri piget: si corpus torpet. *Claudian. Laud. Seren.* 226. nec deside cura Segnis marcet amor. et *Nupt. Honor. et Mar.* 205. quocumque vocaverit usus, Divisa properate manu, neu marceat ulla Segnities. *Nemesian.* 1. *Ecl.* 60. Nec segnem passus nobis marcere juventam. *Mamert. Grat. act. ad Julian.* 17. Marcentem jam cupiditatis meæ flammam spei bonæ flatibus excitasti. *h. e.* pæne exstinctam. — Hinc sæpe occurrit

Marcens, entis, particip. pres. flaccidus, vietus, putrescenti similis, *frollo, passo, appassito.*

I.) Proprie. *Claudian. Epithal. Pallad. et Celer.* 96. marcentes cupio quassare coronas. *Lucan.* 6. 646. Marcentes tenebræ. *h. e.* situ et putrido aere obsitæ. *Martial.* 5. 78. Mensæ munera si voles secundæ, Marcentes tibi porrigentur uvæ. *h. e.* passæ.

II.) Translate est marcore plenus, marcidus, languidus, confectus, *languido, languente, fiacco, spossato.* — *a*) Universim. *Stat.* 2. *Theb.* 630. fratris moribunda levabat Membra solo Periphas, læva marcentia colla Sustentans, dextraque latus. *Ovid.* 7. *Met.* 314. *de sene.* marcentia guttura cultro Fodit. Sic *Sil. It.* 15. 746. senex marcentibus annis. *Seneca Agam.* 788. Jam recipit diem marcente visu. *Sueton. Cal.* 58. Marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere. *Pers.* 4. 36. Marcens vulva. — *b*) Dicitur sæpe de crapula onusto, atque ebrio. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 58. Tostis marcentem squillis recreabis, et Afra Potorem cochlea. *Petron. Satyr.* 22. Ancillæ super torum marcentis caput fregit. *Tac.* 3. *Hist.* 36. Vitellius deses et marcens. *Seneca Med.* 112. Candida thyrsigeri proles generosa Lyæi, Excute solemnem digitis marcentibus ignem. *Stat.* 4. *Silv.* 6. 56. Marcentia pocula. *h. e.* quæ marcentes faciunt. metonymia. At vide quæ dicta sunt in MARCIDUS sub II. *b.* — *c*) Transfertur ad animum. *Justin.* 34. 2. 7. Quotidiana luxuria ita marcens, ut etiam sensu hominis, nimia sagina, careret. *Val. Max.* 2. 6. *n.* 3. Apud Athenienses inertia e latebris suis, languore marcens, in forum, perinde ac delictum aliquod, protrahitur. *Tac. Germ.* 36. Nimiam ac marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt. *Seneca Ep.* 89. *a med.* Mores compesce, marcentia in te excita, soluta constringe, contumacia doma.

MARCERO, as, are, a. 1. marcidum reddere *et*

MARCESCIBILIS, e, adject. qui marcescere potest. Voces a Lexico expungendæ; occurrunt enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 183.

MARCESCO, is, ere, n. 3. *inchoat. a* marceo. Part. *Marcescens* II. — Marcescere est flaccescere vigorem amittendo, ad putrefactionem accedere, putrescere, μαραίνομαι (It. *appassire, infrallire, marcirsi*; Fr. *se faner, se flétrir, se gâter*; Hisp. *marchitarse, gastarse, podrirse*; Germ. *welk werden, verwelken*; Angl. *to become withered, shrink, putrify, pine away, droop, decoy*).

I.) Proprie. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 1. 1. (2). Quæ spectatissime florent, celerrime marcescunt. *Id.* 10. *ibid.* 48. 68. (134). Corpus occisæ avis statim marcescit. *Sillig.* omisso *statim* pro *marcescit* leg. *emarcescit. Id.* 16. *ibid.* 40. 79. (219). Fagus et cerrus celeriter marcescunt. (Adde *Vitruv.* 2. 9. *ante med.*) *Id.* 25. *ibid.* 8. 50. (90). Chelidonia floret adventu hirundinum, discessu marcescit. *Id.* 17. *ibid.* 26. 39. (247). Ficus arbor riguis alitur: pomum ejus marcescit. *Theophrast.* hac ipsa de re verba faciens, non putrescere ficus, sed deteriores nasci ait: συκῆ δὲ εὐβλαστοτέρα μὲν ὑδρευομένη, τὸν δὲ καρπὸν ἧσσον ἔχει χείρονα.

II.) Translate est languescere, infirmum fieri, *languire, indebolirsi, infiacchirsi.* — *a*) Universim. De colore *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 41. (125). Ille emirans in amethysto fulgor violaceus diluitur in hyacintho: — adeoque non implet oculos, ut pæne non attingat, marcescens celerius nominis sui flore. *h. e.* evanescens, intermoriens. Ceterum *Colum.* 7. *R. R.* 7. 1. Alia genera pecorum, quum pestilentia vexantur, prius morbo et languoribus marcescunt: solæ capellæ subito concidunt. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 38. (81). Marcescentes senio vires exitare. *Sillig.* legit *marcentes* et variantem lect. omisit. *Capell.* 1. p. 2. Hiemali pervigilio marcescentes lucernæ. Similiter *Cæl. Aurelian.* 2. *Acut.* 37. *sub fin.* Lucernæ flamma marcescens, olei multa infusione frustratur, parva autem adjectione atque sumptione recrescit et rursum ardescit. — *b*) De iis, quæ crapula languescunt. *Ovid.* 1. *Pont.* 5. 45. Nec juvat in lucem nimio marcescere vino. — *c*) Transfertur ad animum. *Id.* 2. *ibid.* 9. 61. Ne tua marcescant per inertes otia somnos, Lucida Pieria tendis in astra via. *Liv.* 28. 35. Equitem marcescere desidia.

MARCĬĀTUM, i, n. 2. subaudi *unguentum*, est unguenti nomen a quodam Marcio sic appellati, apud *Isid.* 4. *Orig.* 12. *extr.*

MARCĬDAT (*h. e.* marcidus fit), τήκει, τήκεται. *Gloss. vet.*

MARCĬDŬLUS, a, um, adject. deminut. marcidi, *languidetto. Capell.* 7. *p.* 236. Tunc Voluptas marcidulis decenter pæta luminibus Majugenam conspicatur.

MARCĬDUS, a, um, adject. (marceo) marcens, flaccidus ac vigore carens, putrefactus, σαπρός, ἔωλος (It. *appassito, infralito, frollo, marcio*; Fr. *fané, flétri*; Hisp. *marchitado, ajado*; Germ. *welk, matt, morsch*; Angl. *withered, shrunk, rotten, languid, flat, marcid*).

I.) Proprie. *Vitruv.* 2. 8. *sub fin.* Asseres vetustate marcidi fiunt. *Ovid.* 10. *Met.* 190. Ut si quis violas, riguove papaver in horto, Liliaque infringat, fulvis hærentia virgis; Marcida demittant subito caput illa gravatum, Nec se sustineant. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 50. (137). Aures in equis indicia animi præferunt: marcidæ fessis, micantes pavidis, subrectæ furentibus, resolutæ ægris. *Id.* 23. *ibid. proœm.* 4. (7). Omphacium confert cicatricibus marcidis, auribus purulente limosis. *Val. Max.* 6. 9. *n.* 5. *extern. de cruci affixo.* Putres artus, et tabido cruore manantia membra, et læva situ marcida. *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 280. Stagnaque tranquillæ potantes marcida Lethes.

II.) Translate est languens, infirmus, fractus viribus, *lasso, infiacchito, spossato.* — *a*) Universim. *Marcidum solem* dixit *vet. Poeta* apud *Diomed.* 2. *p.* 445. *Putsch.* h. e. fuscum, languidum, pallidum. Ceterum *Val. Max.* 7. 7. *n.* 4. *extern.* Marcida senectus. *Claudian. B. Gild.* 444. Umbratus dux ipse rosis, et marcidus ibit Unguentis. — *b*) Speciatim de iis, qui languent et infirmi sunt ac viribus fracti, præsertim vino et somno. *Seneca Med.* 69 Huc incede gradu marcidus ebrio. *Plin. Paneg.* 63. Alii marcidi somno hesternaque cœna redundantes. *Tac.* 6. *Ann.* 4. Haterius somno aut libidinosis vigiliis marcidus. *Seneca* 6. *Suasor. p.* 38. Ipse vino et somno marcidus deficientes oculos ad capita proscriptorum levat. *Stat.* 1. *Silv.* 6. 33. Marcida vina. *h. e.* quæ marcidos faciunt. metonymia. (*Id.* enim 4. *Theb.* 652. Marcidus Liber. At *N. Heinsius* ad *Claudian.* 1. in *Eutrop.* 110. *marcida vina* explicat vetusta, languida: quod e Græco οἶνος σαπρός ductum est: V. *Pierson.* ad *Mœrid. Atticist. p.* 353. et *Ruhnken.* ad *Rutil. Lup.* 2. 7. Al. leg. *Massica* aut *Marsica.* — *c*) Transfertur etiam ad animum. *Claudian. III. Cons. Honor.* 40. Non tibi desidias molles, nec marcida luxu Otia, nec somnos genitor permisit inertes. — *d*) Hinc etiam *Apul.* 3. *Met.* Oculi prona libidine marcidi. *h. e.* libidinoso amore languentes.

MARCOR, ōris, m. 3. (marceo) qualitas vel conditio ejus qui marcet, Italice *appassimento*, atque adeo putredo, tabes, μαρασμός (It. *marciume, putredine*; Fr. *pourriture, putréfaction*; Hisp. *podre, podrecimiento, putrefacion*; Germ. *d. Welkheit, Morschheit, Fäulniss*; Angl. *smuttiness, fading, tarnishing, marcour*).

I.) Proprie. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 46. (94). *de boleto.* Si caligaris clavus, ferrive aliqua rubigo, aut panni marcor affuerit nascenti. ῥάκος σεσηπός, inquit *Dioscor. l.* 4. *c.* 83. Similiter *Cæl. Aurelian.* 2. *Acut.* 37. *extr.* At si febres perseveraverint, ut in marcorem venire ægritudo meditetur, quem Græci μαρασμὸν vocant, ad ejus curationem descendemus etc.

II.) Translate est languor, torpor. — *a*) Universim est languor, torpor, ut esse solet in iis, qui somno, aut cibo gravantur, aut rebus ad putredinem accedentibus, νῶχαρ, *languidezza, torpore. Seneca* 3. *Quæst. nat.* 27. Inde vitium satis, et segetum sine fruge surgentium marcor. *Cels.* 3. 20. *de lethargo.* In hoc marcor, et inexpugnabilis dormiendi necessitas. *Cæl. Aurelian.* 3. *Tard.* 2. *sub init.* Sequitur — marcor ac defectio animi, quam Græci λειποθυμίαν vocant. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 316. *retro* ed. *Ald.* Fit etiam umbilici marcor, quum jam non poterit valere nutrimenta ministrare. *Stat.* 10. *Theb.* 269. Cernitis expositas turpi marcore cohortes. *h. e.* somno. *Capell.* 8. *p.* 270. Silenus interea, ut Evan consecutus pone vietus atque acclinis adstabat, seu marcore confectus ætatis, sive — poculis turgens etc. Sic *Ovid.* Silenum appellat 11. *Met.* 90. titubantem annisque meroque. Cf. *eumd.* 4. *ibid.* 26. — *b*) Speciatim transfertur ad animum. *Seneca Tranquill.* 2. *a med.* Inde mœror marcorque et mille fluctus mentis incertæ. *Vellej.* 2. 119. 2. Exercitus marcore ducis, perfidia hostis, iniquitate fortunæ circumventus. *poca vigilanza, disattenzione, stupidezza. Stat.* 8. *Theb.* 265. tum nimio voces marcore superbæ. *h. e.* superba dicta ex nimio otio et crapula, supra enim dixerat *v.* 220. ipsæque ad mœnia marcent Excubiæ.

MARCŬLENTUS, a, um, adject. (marceo) marcidus. *Fulgent.* 2. *Mithol.* 8. Marculenta foliorum calvities.

MARCŬLUS, i, m. 2. *martello*, parvus malleus. *Isid.* 20. *Orig.* 7. Malleus vocatur, quia dum quid calet et molle est, cædit et producit: *marcus*, malleus major; et dictus *marcus*, quod major sit ad cædendum et fortior: *marcellus* mediocris: *marculus* malleus pusillus. *Lucilius*: Et velut in fabrica fervens quum marculu' ferrum Magnis multorum ictibu' tundit. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (195). Tegulas invenit Cinyra, et metalla æris, item forcipem, marculum, vectem, incudem. *Martial.* 12. 57. negant vitam Ludimagistri mane, nocte pistores, Ærariorum marculi die toto. *Fronto* 4. *ad Cæs.* 4. (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. *a med.* Alii vecte et malleo silices moliuntur, alii autem cælo et marculo gemmulas exsculpunt. *Petron. fragm. Tragur.* 51. *Burmann.* Faber marculum de sinu protulit, et phialam belle correxit. Al. leg. *martiolum*, vel *marteolum*: quod habetur et apud *Sarisber. de nugis Curial. l.* 4. *c.* 5., ubi de re eadem, de qua *Petron.*, verba facit. — Quod de *marco* et *marcello* tradit *Isidor.*, indiget auctoritate probati Latini scriptoris. *Harduin.* ad *Plin. loc. cit.* testatur, in omnibus MSS. *martulum* legi: quod probat etiam *Voss.* in *Etymol.*; videtur enim esse magis antiquum, et Latinum. *Caper* tamen *de Orthogr. p.* 2245. *Putsch.* Martulus, inquit, est sacerdos a Marte, non marculus. Apud *Paul. Diac. p.* 125. 13. *Müll.* hæc habentur: Marculus diminutivum a Merco. *Mullerus* in *Supplem. adnotat.* hæc addit ad h. l.: Rectissime monuit *Meursius crit. Arnob.* III. 9. *Opp. T.* VI. *p.* 139. non *Marco*, tamquam prænomen, sed *marco*, i. e. malleo, scribendum esse. Comprobat hanc sententiam *Isid. loc. cit.* init. hujus vocis. — Ceterum *marculus* potest esse pro *malculus* a *malleus* (quorum cf. μαλαχός et *mulcare*), ut scribitur *Parilia* et *Palilia*: apud *Plin.* vero *martulus* potest esse pro *malctulus*, ut *sircitula* et *sircula*.

Ita *Döderlein. Latein. Synonym. vol.* 6. *p.* 212. At *Sillig.* apud *Plin.* legendum præfert *martulum*, quod pro *marctulum* esse potest.

MARCUS, i, m. 2. malleus major, ut tradit *Isid.* nulla tamen Latini scriptoris auctoritate fretus. Sed *V.* voc. præced. ad fin.

MĂRE, is, n. 3. In Ablat. sing. *mari* habet, et *mare. Lucret.* 1. 16f. E mare primum homines, e terra posset oriri, etc. *Ovid.* 5. *Trist.* 2. 20. Exiguum pleno de mare demat aquæ. *Id.* 4. *Pont.* 6. 46. Ister In caput Euxino de mare vertet iter. Adde *Varr. utrumque* apud *Charis.* 1. *p.* 45. *et* 111. *Putsch.* et *Priscian.* 7. *p.* 759., item *Plaut. Rud.* 4. 3 42., ut quidem *Priscian.* legit. nam *mari* alii: item *Cajum Dig.* 1. 8. 5., *Mœtian. ibid.* 32. 1. 17., *Jabolen. ibid.* 41. 1. 58. et *Callistrat. ibid.* 47. 9. 6., quibus locis *Torrentin.* ex Pandectis *Florentin.* edidit *mare*, alii *mari.* — In plur. num. nec *marium*, nec *maribus* dici vult *Charis. ibid. p.* 21., *marium* tamen agnoscit *Priscian.* 7. *p.* 770. pro quo *marum* dixit *Nævius ibid.* Neptunum regnatorem marum. *Cæsar* vero 5. *B. G.* 1. Naves paulo latiores, quam quibus in nostris utimur maribus. — Ceterum *mare* (quod ratione habita etymi conjungi potest cum Celtica voce *mor* idem significante) est congregatio aquarum salsi saporis, pontus, Θάλασσα (It. *mare*; Fr. *la mer*; Hisp. *el mar*; Germ. *d. Meer*; Angl. *the sea*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Universim. *Ennius* apud *Probum* ad *Virg. Ecl.* 31. Juppiter, tuque adeo summe Sol, qui omnes res inspicis, Qui mare, terram, cælum contines tuo cum lumine, Inspice hoc facinus. *Id.* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 2. venti Indu mari magno fluctus extollere certant. *Id.* apud *Non. p.* 183. 17. *Merc.* Alia fluctus differt, dissupat Visceratim membra, maria salsa spumant sanguine. *Id.* apud *Gell.* 2. 26. Verrunt extemplo placidum mare marmore flavo: Cæruleum spumat sale conferta rate pulsum. *Cato* apud *Charis.* 2. *p.* 185. *Putsch.* Deinde postquam Massiliam prætermus, inde omnem classem ventus auster lenis fert, mare velis florere videres. *Cic.* 5. *Tusc.* 24. 69. Quibus cavernis (*terra*) maria sustineat. *Id. Cluent.* 49. 138. Mare, quod sua natura tranquillum est, ventorum vi agitatur atque turbatur. *Id.* 8. *Att.* 3. *a med.* Infero mari navigandum est. *Id. Pis.* 24. 57. Mare vastissimum hieme transire. *Cæs.* 3. *B. G.* 12. Summa erat vasto atque aperto mari, magnis æstibus, difficultas navigandi. *Virg.* 2. *Æn.* 780. vastum maris æquor arandum. *et* 3. *ibid.* 144. ire mari. *et* 1. *ibid.* 30. errare maria omnia circum. *et* 10. *ibid.* 197. sulcare maria. *Horat.* 1. *Ep.* 11. 27. trans mare currere. *passar il mare, andar oltre mare*, in regiones Orientis. *Id.* 1. *Sat.* 1. 29. nautæque, per omne Audaces mare qui currunt. *Id. Epod.* 9. 32. ferri incerto mari. *Ovid.* 9. *Met.* 590. mari tuto decurrere. *Plaut. Trin.* 4. 1. 13. Mare infidum. *Id. Rud.* 4. 2. 5. fluctuosum. *Horat.* 3. *Od.* 4. 45. ventosum. *et ibid.* 1. 26. tumultuosum. *Id. Epod.* 2. 6. iratum. *Virg.* 8. *Æn.* 671. tumidum. *Id.* 2. *Ecl.* 26. Quum placidum ventis staret mare. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 4. tranquillum. *Virg.* 3. *Æn.* 196. venti volvunt mare, magnaque surgunt Æquora. *et* 7. *ibid.* 528. Fluctus uti primo cœpit quum albescere vento, Paullatim sese tollit mare, et altius undas Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo. *Id.* 6. *ibid.* 351. mario aspera. *Id.* 2. *G.* 479. maria alta tumescunt. *Cic. Planc.* 6. 15. Mare profundum et immensum. *Seneca Med.* 411. proceliosum. *et ibid.* 785. insanum. *Id. Troad.* 444. inquietum. *Tac.* 4. *Hist.* 52. Celerrimas navium frumento onustas sævo adhuc mari committit. *Nepos Alcib.* 1. Imperator fuit summus mari et terra. *Id. Con.* 1. Res magnas mari gessit. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 15. Chium maris expers. *h. e.* vinum arte imitans Chium, sed in Italia factum, atque adeo mari non transvectum. *V.* tamen infra sub II. 2. — *b*) Speciatim *mare Oceanum* per appositionem dixit *Cæs.* 3. *B. G.* 7. P. Crassus adolescens cum legione VII. proximus mari Oceano in Andibus hiemabat. *Tac.* 4. *Hist.* 12. Quam (*insulam Bataviam*) mare Oceanum (*al.* Oceanus) a fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit. Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 67. 67. (167). Septentrionalis vero Oceanus majore ex parte navigatus est auspiciis divi Augusti, Germanicam classe circumvecta ad Cimbrorum promontorium: et inde immenso mari prospecto, aut fama cognito, ad Scythicam plagam et humore nimio rigentia. et *Vellej.* 2. 106. *extr.* Classis (*Tiberii*), quæ Oceani circumnavigaverat sinus, ab inaudito atque incognito ante mari (*h. e.* glaciali), flumine Albi subvecta etc. — *c*) Item speciatim, *e mari natos* dicunt Poetæ, quos immisericordes significare volunt et crudeles. V. *Tibull.* 3. 4. 85.; *Catull.* 64. 155.; et *Ovid. Heroid.* 7. 38. — *d*) Proverbia sunt, quæ sequuntur. — *Mare cœlo miscere* proverbiali locutione est omnia perturbare, nihilque non facere, ut quippiam consequare, *metter sossopra.* Proprie *Virg.* 5. *Æn.* 790. maria omnia cælo Miscuit. Translate *Juvenal.* 6. 282. clames licet, et mare cælo Confundas, homo sum. — *Terra marique aliquid quærere*, est omni diligentia quippiam exquirere, *cercar per mare e per terra. Vatinius* ad *Cic.* 5. *Fam.* 9. *sub fin.* Ego tamen, terra marique ut conquireretur, præmandavi. *Plaut. Pœn. prol.* 105. Filias pater mari terraque usquequaque quæritat. *Sall. Cat.* 13. Vescendi causa terra marique omnia exquirere. — *Maria et montes polliceri*, magna promittere illiciendi causa, *promettер mari e monti, Roma e toma*, apud *Sall. Cat.* 23. — *In mare fundere aquas*, habenti et abundanti dare, *portar acqua al mare. Ovid.* 5. *Trist.* 6. 43. His qui contentus non est, in litus arenas, In segetem spicas, in mare fundat aquas. — *Viam qui nescit, qua deveniat ad mare, eum oportet amnem quærere comitem sibi*: qui per se non sapit, aut valet, obtemperet alteri, et operam quærat. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 14. ¶ 2. Speciatim mare dicitur pars aliqua maris. — *Nostrum mare* est mediterraneum. *Cæs.* 5. *B. G.* 1.; *Sall. Jug.* 20.; *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (142).; et *Lucan.* 8. 293. — *Mare superum* est Hadriaticum et Ionicum. *Cic.* 3. *Orat.* 19. 69.; *Cæs.* 5. *B. G.* 1.; *Mela* 2. 4.; *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (44). et 10. (75). — *Mare inferum* est Tyrrhenum. *Cic.* 8. *Att.* 3. 5., item *Cic., Cæs., Mela* et *Plin.* locc. citt. — Similiter *mare Myrtoum, Rubrum* etc. *V.* has voces.

II.) Translate. ¶ 1. *Mare* interdum est regio maritima et insulæ maris. *Nepos Con.* 4. Ad mare missus est, ut Cypriis et Phœnicibus naves longas imperaret. *Tac.* 1. *Hist.* 2. Plenum exsiliis mare. ¶ 2. Aliquando ponitur pro aqua maris. *Virg.* 10. *Æn.* 377. Ecce maris magna claudit nos objce pontus; Deest jam terra fugæ. Sunt tamen, qui hunc locum aliter interpretantur. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 7. 9. (73). Vinum mari condire. Sunt qui huc referunt et illud *Horat.* supra cit. 1. *Sat.* 8. 15. Chium maris expers. *Acro* enim ait ad h. l.: Id est, sine aqua marina. ¶ 3. Item facies et color maris. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 6. 21. (80). *de opalis.* Est in his carbunculi tenuior ignis: est amethysti fulgens purpura; est smaragdi virens mare. ¶ 4. *Mare aeris* est vastum aeris corpus. *Lucret.* 5. 276. quodcumque fluit de rebus, id omne Aeris in magnum fertur mare.

MĂRETĒNUS *et rectius divisim* mare tenus. ¶ 1. Est usque ad mare, *fino al mare. V.* TENUS sub 1. ¶ 2. Apud sequioris ævi scriptores interdum est secus mare, propter mare, *lungo o lunghesso il mare. Cœl. Aurelian.* 1. *Tard.* 2. *de scotomaticis.* Est denique Istius passionis affectio saluti innoxia, hoc est sine ullo periculo, nisi quis maretenus, aut ex alto cadens, ratione casus potius, quam passionis violentia, perire videatur. *non v'ha pericolo se non allora che alcuno cada o passeggiando lunghesso il mare, oppur da un'altura.* Similiter *Id.* 3. *ibid.* 1. *ad fin.* Utilis denique maritima et plurima maretenus conversatio, atque consuetudo frigidi lavacri. *V.* et MEDIATENUS sub 2.

MARGA, æ, f. 1. *marna*, genus terræ in modum cretæ albæ, qua rustici utuntur ad agros stercorandos. Multa de ea *Plin.* 17. *Hist. nat.* 6. 4. (42). Videtur eadem fuisse ac fossicia creta, qua *Varro* 1. *R. R.* 7. 8. narrat in Gallia transalpina intus ad Rhenum stercorari agros.

MARGĂRĪDES, um, f. plur. 3. μαργαρίδες, palmæ: a margaritis, quoniam breves, candidæ et rotundæ sunt, acinis, quam balanis similiores. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 9. (42).

MARGĂRĪTA, æ, f. 1. *et* margarītum, i, n. 2. De quantitate. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 648. Jam jam silebo: margarita spargere Christi vetamur inter immundos sues. *Id. Psychom.* 873. Margaritum ingens opibusque et viribus hastæ Mercata. Priore loco secundam corripit, quod et *Petron.* facit *Satyr.* 55. Posteriore producit: quod facit etiam *Venantius. V.* MARGARITATUS. Sed corripere rectius est. *Gregor. Nazian. carm.* 40. etiam pænultimam corripuit: Θησαυροῖο χάριν, καὶ μαργαρίτην πολύτιμον. — De genere autem hæc *Charis.* 1. *p.* 84. *Putsch.* Margarita feminini generis est, quia Græca nomina ης terminata in *a* transeunt et fiunt feminina, ut ὁ χάρτης hæc charta, ὁ μαργαρίτης margarita, aut communia, ut ὁ καὶ ἡ ἀθλητής athleta. Ergo neutraliter hoc margaritum dicere vitiosum est; et tamen multi dixerunt, ut *Valgius* in epigrammate: *Situ rugosa, rotunda margarita*; et *Varro* epistolicarum 8. *Margaritum unum, margarita plura.* Sed idem *Varro* sæpe et alii plures *margarita* feminine dixerunt; in genitivo tamen plurali, non nisi feminino genere *margaritarum.* Sed *Id. Charis. ibid.* p. 42. margaritum neutro genere dicendum contendit. — Ceterum *margarita* vel *margaritum* est unio, calculus candidus in conchis marinis nascens, in feminarum deliciis et mundo muliebri præcipuus. V. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 53. (105)., *Solin.* 53. et *Ammian.* 23. *in fin.*, ubi multa de his. μαργαρίτης λίθος, μαργαρίτη (It. *perla*; Fr. *perle*; Hisp. *perla*; Germ. *d. Perle*; Angl. *a pearl, margarite*). Occurrit — *a*) Forma *margarita* fem. *Varro* apud *Non. p.* 213. 30. *Merc.* Altera exorat patrem libram ocellatorum, altera virum semodium margaritarum. *Cic.* 6. *Verr.* 1. 1. Nego ullam gemmam fuisse, aut margaritam, quin abstulerit. *Id. Orat.* 23. 78. Removebitur omnis insignis ornatus, quasi margaritarum. Cf. *Quintil.* 11. 1. 3. et *Plin. loc. cit.* Reputantibus purpuras, conchylia, margaritas. *Scævola Dig.* 35. 2. 26. Linea margaritarum. *un filo di perle.* — *b*) Forma *margaritum* neutr. *Varro* apud *Non. p.* 213. 24. *Merc.* Gemmea ephippia et arma margarito candicantia. *Tac. Agric.* 12. Gignit et Oceanus margarito, sed subfusca et liventia. Adde *Ulp. Dig.* 19. 5. 17.; *Tertull.* 2. *ad Uxor.* 5. et *Pall.* 5.; et *Prudent.* locc. citt. sub init. — *c*) Est etiam appellatio blandientis. *Augustus* enim apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 4. Mæcenatem *Tiberinum margaritum* vocat. — Apud *Petron. fragm. Tragur.* 64. *Burmann.* margarita est nomen catellæ, vel dicitur de catella, tamquam de re valde cara.

MARGĂRĪTĀRĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

MARGĂRĪTĀRĬUS, a, um, adject. (margarita) ad margaritas pertinens. *P. Victor. de regionib. Urbis R. reg.* 8. Porticus margaritaria. *h. e.* in qua erant margaritarum negotiatores. — Hinc

Margaritarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est margaritarum negotiator, vel piscator, vel custos, μαργαριτεμπορος. *Inscript.* apud *Henzen.* 7244. G. ATILIVS SEBRANI L. EVHODVS MARGARITARIVS DE SACRA VIA IN HOC MONVMENTO CONDITVS EST. Sic *alia* apud *Reines. cl.* 11. *n.* 110. MARGARITARIO DE SACRA VIA. *Alia* apud *Murat.* 892. 2. CELEVTRVS LIVIAE MARGARITARIVS. *h. e.* qui ejusdem margaritas custodiebat. Adde *aliam* apud *Gruter.* 1116. 9.; et *Firmic.* 4. *Mathes.* 6. — In alia *Inscript.* apud *Gruter.* 340. 2. ponitur *margaritarius* inter ministeria equorum circensium: sed quodnam ejus officium fuerit, non constat. *V. Joann. Argol.* in *not. ad Panvin. de lud. Circens. l.* 1. *c.* 15.

Margaritaria, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, quæ in margaritis negotiatur. *Inscript.* apud *Murat.* 961. 1. MARCIA T. F. SEVERA AVRARIA ET MARGARITARIA DE VIA SACRA.

MARGĂRĪTĀTUS, a, um, adject. margaritis ornatus. *Venant.* 8. *carm.* 6. 266. Margaritato flexitis arte sinu. Hic licenter secunda syllaba producitur.

MARGĂRĪTĪFER, fĕra, fĕrum, adject. margaritas ferens. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (147). Concharum genera, inter quæ et margaritiferæ.

MARGĂRĪTĬON, ōnis, m. 3. deminut. margariti, *gioja, giojello*, adjectum legitur puello bimo, quia eum nutritores quasi parvum margaritum amarent carumque haberent. *V.* MARGARITA sub *c. Inscript.* apud *Fabretl. p.* 44. *n.* 253., quæ est apud *Orell.* 2682. SEX. BRVTTIDIO IVVENI MARGARITIONI CARISSIMO. VIXIT ANNIS II. MENS. VII. DIEB. XVIII. FECIT L. VIRGIL. ITALICVS ET CLAVDIA LAVDICE.

MARGĂRĪTUM. *V.* MARGARITA.

MARGINĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

MARGĪNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (margo). Occurrunt tantum Part. *Marginatus* et *Marginandus*. — Marginare est marginem circumdare et communire, *fare orlo o margine*.

I.) Proprie. *Liv.* 41. 27. Censores vias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem substernendas, merginandasque, primi omnium locaverunt. *h. e.* extrema ora hinc et inde assurgente muniendas, vel crepidinibus, Italice *marciapiedi*, ornandas. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 45. (154). Ex hac æde, quum reficeretur, crustas parietum excisas tabulis marginatis inclusas esse. *h. e.* quæ marginem promicentiorem haberent, quo crustæ includerentur et continerentur. *Sidon.* 4. *Ep.* 20. Viridantia saga limbis marginata puniceis. *orlati*.

II.) Translate est includere. *Alcim. Homil. de rogat. circa med.* Eligitur tempori (*rogationibus celebrandis*) triduum, quod inter Ascensionis sacræ cultum diemque Dominicum, quasi quodam opportunitatis propriæ limbo, circumpositis solemnitatibus marginaretur.

MARGO, inis, m. et f. 3. (quod ratione habita etymi conjungi potest cum Germ. *Mark*: et neque apud *Ciceronem*, neque apud *Cæs.* usquam occurrit) est extrema alicujus rei ora, ut libri, agri, viæ, imperii, fluminis, crepido, κράσπεδον (It. *orlo, margine, sponda, estremità*; Fr. *bord, extrémité, marge*; Hisp. *extremidad, borde, margen*; Germ. *der Rand*; Angl. *a brink, brim, bank, margin, edge, border, verge, extremity*). *Varro* 3. *R. R.* 5. 9. Flumen, quod per villam fluit, liquidum et altum, marginibus lapideis. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 36. 61. (129). Margo conchæ. *Id.* 30. *ibid.* 13. 39. (113). ulceris. *Id.* 37. *ibid.* 2. 7. (18). calicis. *et ibid.* 8. 37. (117). gemmæ. *Lucan.* 9. 353. stagni. *et ibid.* 609. et *Ovid.* 3. *Met.* 162. fontis. *Id.* 1. *Met.* 729. et 5. *ibid.* 598. ripæ. *Val. Max.* 5. 6. *n.* 4. *extern.* agri. *Sil. It.* 6. 360. puppis. *Lucan.* 10. 486. Nec non et ratibus tentatur regia, qua se Protulit in medios audaci margine fluctus Ambitiosa domus. *Ovid.* 1. *Met.* 13. nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. *h. e.* ora, litore. *Stat.* 3. *Theb.* 407. Solverat Hesperii devexo margine ponti Flagrantes sol pronus equos. *h. e.* ora occidua. *Vitruv.* 5. 12. Margo, quæ sustinet arenam. *Æmil. Macer* apud *Charis.* 1. *p.* 49. *Putsch.* fluviorum margine summa. *Rabir. ibid.* Idæos summa cum margine colles. *Juvenal.* 1. 5. summi plena jam margine libri. *Ovid.* 9. *Met.* 563. Talia nequicquam perarantem plena reliquit Cera manum, summusque in margine versus adhæsit. *et* 1. *Amor.* 11. 22. Margine in extremo littera rasa. *Quintil.* 1. 1. 27. Scribens continebitur utrimque marginibus. Rursus *Ovid.* 2. *Trist.* 199. Hæc est Ausonio sub jure novissima, vixque Hæret in imperii margine terra tui. *Fultimo confine, le frontiere.* (Adde *Plin.* 12. *Hist. nat.* 20. 43. (98).) *Stat.* 2. *Silv.* 1. 44. Ingenuique super crines, mollisque decoræ Margo comæ. *et* 3. *ibid.* 2. 53. Claudere suspensos oculorum margine fletus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 10. 12. (37). Dentes non sunt testudini, sed rostri margines acuti. *In vet. Inscript.* apud *Gruter. p.* 207. TEGVLAS PRIMORES OMNES IN ANTEPAGMENTO FERRO FIGITO MARGINEMQVE IMPONITO. *et mox ibid.* EVM PARIETEM CVM MAGINE ALTVM FACITO PEDES DECEM. *h. e. con un labbro superiormente posto. Stat.* 4. *Silv.* 4. 54. Maroneique sedens in margine templi. *h. e.* in limine, in atrio.

MARGUS, i, m. 2. mensula nautarum; nomen fortasse a *margo, inis*, derivatum. *Gloss. Philox.* Margus, τραπέζιον τῶν ναυτῶν.

MĂRĪNUS, a, um, adject. (mare) ad mare pertinens, θαλάσσιος (It. *di mare, marino*; Fr. *de mer, marin*; Hisp. *marino*; Germ. *zum Meere gehörig*; Angl. *of the sea, living in the sea, marine*). *Cic.* 2. *Nat. D.* 16. 43. Marini terrenique humores. *Id.* 2. *Divinat.* 14. 34. Marini æstus. *Virg.* 1. *G.* 362. Marinæ fulicæ. *et* 2. *ibid.* 160. Marinus fremitus. *et ibid.* 68. casus abies visura marinos. *Ulp. Dig.* 14. 1. 1. et *Scævol. ibid.* 50. 5. 3. Marinæ naves. *h. e.* quæ mari decurrunt: et distinguuntur a fluvialibus. *Catull.* 64. 16. Nymphæ marinæ. *h. e.* quæ mare incolunt. *Horat.* 3. *Od.* 26. 5. Marina Venus. *et ibid.* 23. 15. Marinus ros. *h. e.* rosmarinum. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 5. 4. (10). Visum ab his in Gaditano oceano marinum hominem, toto corpore absoluta similitudine: ascendere eum navigia nocturnis temporibus, statimque degravari, quas insederit partes. *Inscript.* apud *Orell.* 3655. NAVICVLARII MARINI ARELATENSES. — *Marinus morsus* apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 26. 65. (190). est acrimonia et mordacitas salsi saporis aquæ marinæ. — De marinis Laribus *V.* in PERMARINUS. — *NB.* De nom. proprio *V.* ONOM. — Hinc

Marinum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, quod maris proprium est, quod ad mare pertinet. *Quintil.* 5. 10. 61. Terrenum differt a marino. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *med.* Tunc vino leni atque carne volantum vel marinorum utendum, ut squillæ, mulli etc. *V.* et MARITIMUS in fin.

MĂRISCA, æ, f. 1. ficus grandior, sed insipida: a *mas, maris*, quasi mascula, ob magnitudinem, βουσύκον.

I.) Proprie. — *a*) Absolute. *Colum.* 10. *R. R.* 415. Purpureæque chelidoniæ pinguesque mariscæ. *Martial.* 7. 25. Infanti melimela dato fatuasque mariscas. *Seneca Suasor.* 2. *a med.* Eo perveniit insaniæ, ut ficos non esset, nisi mariscas. — *b*) Cum voce *ficus* per appositionem. *Cato R. R.* 8.; et *Plin.* 15. *Hist. nat.* 18. 19. (72). Ficos mariscas in loco cretoso aut aperto serito. *Varro* apud *Non. p.* 550. 31. Nuces Græcæ et mariscæ fici. Adde *Varron.* 1. *R. R.* 6. 4. et 9. 5.

II.) Translate. ¶ 1. A fructus hujus similitudine etiam mariscæ dicuntur tubercula ulcerosa, quæ ex præpostera libidine circa podicem nascuntur, *creste* Italice. *Juvenal.* 2. 13. Cæduntur tumidæ, medico ridente, mariscæ. ¶ 2. *Marisca* vocatur etiam podex mulierbris. *Martial.* 12. 97. Non eadem res est: chiam volo, nolo mariscam. Ne dubites, quæ sit chia: marisca tua est. *h. e.* podex tuus, o zelotypa, similis est mariscæ fatuæ, podex vero pueri chiæ ficui, cujus sapor pungens gratus est palato. *V.* CHIUS.

MĂRISCOS *vel*

MĂRISCUS, i, m. *vel* mariscum, i, n. 2. juncus marinus, idem atque holoschœnus, unde tegetes texuntur: a *mas, maris*. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 18. 69. (112).

MĂRĪTA, æ, f. 1. *V.* MARITUS in fin.

MĂRĪTĀLIS, e, adject. (maritus) conjugalis, *maritale*, γαμικός. *Colum.* 12. *R. R. proœm.* 1. Maritale conjugium sic comparatum esse natura. *Ovid.* 2. *Art. am.* 258. Maritalis vestis. *Val. Max.* 9. 1. *n.* 9. fax. *et* 6. 3. *n.* 10. Maritale supercilium. *Juvenal.* 6. 43. maritali jam porrigit ora capistro. *h. e.* jugum subit matrimonii. *Seneca Œdip.* 956. Maritales oculi. *h. e.* quibus quis aliquam affectu mariti aspicit. *Capell.* 2. *p.* 30. Maritalis Olympus. *scil.* quia in Olympo habitat Mercurius, qui futurus erat Philologiæ maritus.

MĂRĪTĀTUS, a, um, adject. (marita) ad maritam, h. e. ad uxorem pertinens. *Pecunia maritata* apud *Plaut. Epid.* 2. 1. 11. quæ cum uxore conjuncta est. *h. e.* cujus possessio est penes uxorem: seu quæ habetur a marito ex dote, uxore vivente. *Plauti* verba sunt: AP. Pulcra edepol dos pecunia est. PE. Quæ quidem pol non maritata est. — De particip. *V.* in MARITO.

MĂRĪTĪMA, ōrum, n. plur. 2. *V.* MARITIMUS sub I. *e.*

MĂRĪTĪMENSIS, e, adject. (mare) idem ac maritimus. *M. Baro de cas. litt. p.* 236. *Goes.* Limites maritimenses Gallicum (*agrum*) intercidunt.

MĂRĪTĪMUS *et prisco more* maritumus, a, um, adject. (mare) qui mare accolit, qui ad mare est, vel fit, marinus, ἐπιθαλάσσιος (It. *marittimo*; Fr. *de la mer, maritime*; Hisp. *maritimo*; Germ. *zum Meere oder zur See gehörig*; Angl. *of the sea, maritime*).

I.) Proprie. — *a*) Universim est qui mare accolit, qui ad mare est, vel fit. *Cæs.* 2. *B. G.* 34. Maritimæ civitates. *Cic.* 2. *de republ.* 18. Maritimæ silvæ. *h. e.* quæ sunt ad mare. *Id.* 7. *Verr.* 27. 69. Homines maritimi. *Id. Partit. orat.* 10. 36. Loci maritimi, an remoti a mari, plani an montuosi. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (140). Maritimus portus. *porto di mare. Auct. B. Afr.* 85. Porta oppidi maritima. *che va al mare.* et *Auct. B. Alex.* 26. Ægyptus maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio munita. *per via di mare, per via di terra. Nepos Att.* 14. Villam habere suburbanam, aut maritimam. *sul mare. Cic. Planc.* 40. 96. Maritimus cursus. *viaggio per mare, navigazione. Plin.* 14. *Hist. nat.* 2. 4. (32). Maritimo afflatu gaudent vites. *aria di mare. Cic.* 5. *Tusc.* 14. 40. Ora maritima. *il litorale. Id.* 2. *Att.* 16. *in fin.* Te hospitio agresti accipiemus, quoniam maritimum hoc contempsisti. *Id.* 7. *Verr.* 27. 69. Homines a navigando, rebusque maritimis remotissimos. *Cæs.* 3. *B. G.* 5. Præerat Ægyptiis navibus Pompejus filius, Asiaticis Lælius, Achaicæ classi Libo: toti tamen officio maritimo Bibulus præpositus cuncta administrabat. *Nepos Arist.* 2. Summa imperii maritimi. *il generalato del mare. Auct. B. Alex.* 25. Dimicationem maritimam feliciter conficere. *Liv.* 21. 63. Maritimæ naves. *h. e.* quæ a fluvialibus distinguuntur. Sic *Jabolen. Dig.* 33. 7. 11. Maritimæ insulæ. *Nepos Themist.* 2. Prædones maritimi. *corsari. Flor.* 2. 2. Maritimus triumphus. *navale.* — *b*) Speciatim ponitur et pro marino. *Cæs.* 4. *B. G.* 29. et *Cic.* 2. *Nat. D.* 53. 132. Maritimi æstus. *Varro* 1. *R. R.* 7. 8. Sal maritimus. *Nepos Att.* 6. Maritimis fluctibus jactari. — *c*) *Maritimæ usuræ* apud *Paul. Dig.* 22. 2. 6. sunt, quæ ex nauticis negotiis percipiuntur. — *d*) *Maritimæ nuptiæ* apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 18. 45. sunt quibus Thetidem Peleus duxit: et *terrenis* opponuntur. — *e*) Hinc *Maritima, orum*, n. plur. 2. absolute, sunt loca ad mare. *Cic.* 2. *Fam.* 16. *ante med.* In maritimis sum. Et cum Genit. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 34. 39. (212). Maritima Africæ. et *Flor.* 4. 12. Hibernas in Tarraconis maritimis. *sul litorale.* — *Maritima* dicuntur etiam alimenta, quæ mane hominibus præbet, a *Cœl. Aurelian.* 4. *Tard.* 3. *ad fin.* Item cibo danda alica cum vino melino, aut murtino aqua temperato: tum plurimo profectu accedente dandi turdi atque pulli gallinacei *etc.* Item maritima, quæ sunt densioris carnis. Agrestium quoque, hoc est leporis vel capreæ conveniunt pulmenta. *Id. ibid. ad med.* hæc eadem *marina* vocavit: *V.* MARINUS in fin.

II.) Translate, *maritimi mores* sunt incerti, inconstantes instar maris, apud *Plaut. Cist.* 2. 1. 11. Modo quod suasit, dissuadet; quod dissuasit, id ostendit. Maritimis moribus mecum experitur. — Hinc

Maritima, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, *V.* sub I. *e.*

MĂRĪTO, as, āvi, ātum, are, 1. (maritus). Part. *Maritatus* I. *b.*; *Maritandus* I. *a.* et II. 2. — Maritare est uxorem dare, nuptui tradere; dicitur enim de viris et de mulieribus, συνοικίζω (It. *sposare, maritare*; Fr. *donner en mariage, marier*; Hisp. *casar*; Germ. *verheirathen, vermählen*; Angl. *to marry or give in marriage*).

I.) Proprie. — *a*) De viris dicitur, et quidem magis proprie. *Tac.* 12. *Ann.* 6. Quando, maritandum principem, multi suaderent. Huc pertinet lex *De maritandis ordinibus*, quam vel sanxit, vel retractavit *Augustus*, ut est apud *Sueton. Aug.* 34., multa continens capita ad matrimonia civium Romanorum pertinentia, quæ magnam partem collegit *Hotoman.* in indice legum Romanarum. — Per tautologiam *Maritare matrimonia* dixit *Apul. Dogm. Plat. p.* 257. *Oudend.* — *b*) De muliere. *Sueton. Vesp.* 14. Vitellii filiam splendidissime maritavit. *Hieronym. Ep.* 77. *n.* 12. Laudavimus sæpe virgines, viduas ac maritatas.

II.) Translate. ¶ 1. De bestiis. — *a*) Mediorum apud Græcos more. *Varro* 2. *R. R.* 10. 11. *de canib.* Tunc dicuntur catulire, id est ostendere, se velle maritari. — *b*) Passive pro gravidari. *Colum.* 8. *R. R.* 2. 12. Gallinæ ternæ singulis maribus maritantur. Cf. *Solin.* 23. et *Plin.* 16. *Hist. nat.* 25. 39. (93). infra cit. sub 3. ¶ 2. Item de arboribus. *Horat. Epod.* 2. 9. adulta vitium propagine Altas maritat populos. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 79. Ulmi vitibus maritantur. Ubi τὸ *vitibus* est Ablativus, ut *propagine* in loco *Horatii*. neque enim dicebant *maritare vitem*, sed *arborem*, puta *palmam, ulmum*, et hujusmodi, quum ei vitem sustinendam adjungebant. *Id.* 4. *ibid.* 2. 1. Duos palos unius seminis flagellis maritari. *et ibid.* 22. 6. Ut vitis novellos caules transmittat, qui possint sua maritare statumina. *Id.* 5. *ibid.* 6. 18. Si teneram ulmum maritaveris, novam vitem sufferet; si vetustam vitem applicueris, conjugem necabit. *Id.* 4. *ibid.* 1. 6. Maritandæ arbores. ¶ 3.

Est etiam gravidare, fecundare. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 89. Zephyrus glæbas fecundo rore maritat. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 25. 39. (93). Primus est conceptus flare incipiente vento Favonio. Hoc maritantur vivescentia e terra: quippe cum etiam equæ in Hispania. *Id.* 13. *ibid.* 4. 7. (35). ait, *Marem palmæ* afflatu visuque ipso, et pulvere etiam, reliquas *palmas feminas* maritare. *Solin.* 23. Equæ adspirante Favonio concipiunt, et sitientes viros aurarum spiritu maritantur. *Alcim. Avit.* 1. Lympha maritavit sitientis viscera terræ. et *Capell.* 1. *p.* 1. Namque elementa ligas vicibus mundumque maritas.

MĂRĪTUS, a, um, adject. (mas) ad conjugium pertinens, conjugio sociatus, maritalis (It. *conjugale, maritale*; Fr. *de mariage, conjugal, nuptial*; Hisp. *marital, conjugal, nupcial*; Germ. *ehelich, zur Ehe gehörig*; Angl. *of or belonging to marriage, matrimonial, nuptial, conjugal, marital*).

I.) Proprie. — *a*) Frequenter apud Poetas. *Propert.* 4. 11. 33. Mox ubi jam facibus cessit prætexta maritis. Sic *Ovid. Heroid.* 11. 101. Tolle procul decepte faces Hymenæe maritas. *Id.* 3. *Pont.* 1. 73. socialis amor fœdusque maritum. *Id. ibid.* 2. 41. Junonemque, toris quæ præsidet alma maritis. *Id. ibid.* 12. 87.; et *Propert.* 3. 19. 16. Juno, sacris quæ præsidet alma maritis. *Ovid. Heroid.* 16. 283. metuis Venerem temerare maritam. *h. e.* maritalem amorem ac fidem. *Propert.* 4. 3. 11. Hæcne marita fides? *Horat. Carm. sæcul.* 20. Lex marita, ferat prolis novæ. *h. e.* de maritandis ordinibus; de qua *V.* in voce præced. sub I. *a.* — *b*) Raro in prosa oratione. *Liv.* 27. 31. Vagabatur cum uno aut altero comite per maritas domos dies noctesque. *Al. male leg.* maritimas.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de arboribus, quæ adjunctas vites habere possunt. *Cato R. R.* 32. Arbores facito uti bene maritæ sint. *Catull.* 62. 54. At si forte eadem (*vitis*) est ulmo conjuncta marito. Sic *Quintil.* 8. 3. 8. Marita ulmus. *Colum.* 3. *R. R.* 11. 3. Olivetum maritum. ¶ 2. Apud scrioris ævi Poetas pro fecundante ponitur. *Avien. Perieg.* 339. *de Nilo.* inque jacentem Ægyptum fusus fluctu premit arva marito. Sic in *Pervigil. Ven.* 4. 11. et 61. Mariti imbres. — Hinc

Maritus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, sæpissime est ipse vir, *marito.*

I.) Proprie. *Plaut. Cas.* 5. 1. 6. Novus maritus. *Cic.* 1. *Invent.* 31. 52. Ut et maritus sis quam optimæ (*mulieris*) et hæc quam optimo viro nupta sit. *Id. Rabir. perduell.* 3. 8. Quid enim est tam veri simile, quam cariorem huic sororis maritum, quam sororis filium fuisse? *Virg.* 3. *Æn.* 297. Et patrio Andromachen iterum cessisse marito. *Id.* 4. *ibid.* 103. liceat Phrygio servire marito. *Horat.* 3. *Od.* 14. 5. Unico gaudens mulier marito. *Id. ibid.* 5. 6. Milesne Crassi conjuge barbara Turpis maritus vixit? *Quintil.* 6. 2. 14. Alia mariti adversus uxorem moderatio. *Id.* 9. 2. 73. Subjecisse mariti testamentum. *Inscript.* apud *Gruter.* 834. 8. MARITVS PARVI TEMPORIS.

II.) Translate. ¶ 1. A Poetis usurpatur pro sponso, itemque pro amatore. *Propert.* 2. 21. 10. has laudes ille maritus habet. *Virg.* 4. *Æn.* 35. ægram (*Didonem*) nulli quondam flexere mariti. *Tibull.* 3. 4. 31. Ut juveni primum virgo deducta marito. *Val. Flacc.* 8. 16. Hæmonio numquam spernenda marito, Condita letiferis promit medicamina cistis. ¶ 2. Dicitur interdum de bestiis, *il maschio. Horat.* 1. *Od.* 17. 7. Olens maritus. *h. e.* hircus. Sic ex *Theocrit.* 8. 49. ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ. *Virg.* 7. *Ecl.* 7. Vir gregis ipse caper. et *Id.* 3. *G.* 125. Quem legere ducem et pecori dixere maritum. *Colum.* 7. *R. R.* 6. 4. Maritos gregum mutilos esse oportebit. *Id.* 8. *ibid.* 5. 25. *de gallinaceis.* Rarior est in his avibus mariti bonitas.

Marita, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est uxor, *moglie. Ovid. Heroid.* 4. 134. Et fas omne facit fratre marita soror. *h. e.* Juno, quæ Jovis fratris sui uxor est. *Horat. Epod.* 8. 14. Nec sit marita, quæ rotundioribus Onusta baccis ambulet. *Ovid.* 2. *Fast.* 139. hic castas, duce se, jubet esse maritas. *Capell.* 2. *p.* 32. At cujus esse Divi tibi contigit maritam! *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 299. *n.* 268. LICINIAE ACTE C. ATILIVS SEVERINVS MARITAE OPTIMAE. Adde tres alias *ibid. n.* 269., 270. et 271. Sic *alia* apud *Henzen.* 6191. IVLIAE MAIORI SPONSAE AC MARITE (*sic*) KARISSIME F. OCTAVIVS LAETVS FL. AVGGG. PP. (*h. e.* FLAMEN AVgustorum trium, *scil. Severi, Caracalli, Getæ* PERPETUUS) FECIT.

Mariti, ōrum, m. plur. 2. de utroque conjuge occurrit apud *Papinian. Dig.* 24. 1. 52. *extr.* Quo casu inter exteros condictio nascitur, inter maritos nihil agitur. *fra gli ammogliati.* Sic *Apul.* 8. *Met.* Novi mariti. *gli sposi novelli*, ut nos vulgo dicimus.

MĂRĪTUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

MARMĂRĪTIS, idis, f. 3. μαρμαρῖτις, herbæ genus, al. aglaophotis, ob admirabilem colorem: a *marmor*, quia nascitur in marmoribus Arabiæ. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 102. (160).

MARMĂRŸGA, æ, f. 1. μαρμαρυγή, *et*

MARMĂRYGMA, ătis, n. 3. μαρμάρυγμα, macula similis splendori marmoris. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. Macularum marmoris similia, quæ Græci marmarygmata, sive marmarygas vocant.

MARMOR, ŏris, n. 3. μάρμαρος. *Marmur* etiam olim scriptum fuisse constat ex *Quintil.* 1. 6. 23. Antonius Gnipho *robur* quidem et *ebur*, atque etiam *marmur* fatetur esse: verum fieri vult ex his *robura, ebura, marmura.* Hinc in *Inscript* sepulcrali apud *Fabrett. p.* 408. *n.* 331. Q. MINICIVS MARMVRIS CVRAM HEGIT. *h. e.* tituli sepulcralis. V. *Mem. dell'Accad. di Torino T.* 33. *p.* 219. — *Marmor* gen. masc. est apud *Plin. Valerian.* 3. 14. *a med.* Super marmorem aqua totum fundes medicamen. — Marmor est lapis durus ac solidus, præsertim qui in lapicidinis foditur, et scalpro elaboratur ad statuas, columnas et varia opera ædificiorum: a voce Græca allata, quæ a μαρμαίρω *candico, resplendeo*; ut proprie de iis dicatur, qui candidi sunt et nitentes (It. *marmo, pietra viva*; Fr. *marbre*; Hisp. *marmol*; Germ. d. *Marmor, Marmorstein*; Angl. *marble*).

I.) Proprie. De variis marmorum generibus et coloribus fuse *Plin.* 36. *Hist. nat.* 7. 11. (54). Celeberrima sunt Parium, Lacedæmonium viride, Augustum et Tiberium, utrumque ex Ægypto, Numidicum, Phrygium, quod et Synnadicum, Proconnesium, Caristium, Chium, porphyrites, ophites, Memphites, Syenites etc. — Ceterum *Cic.* 2. *Divinat.* 21. 48. Ut non in omni marmore necesse sit inesse vel Praxitelia capita. *Id. Arch.* 9. 22. Ennius in sepulcro Scipionum putatur esse constitutus e marmore. *Virg.* 3. *G.* 13. templum de marmore ponam. *Id.* 6. *Æn.* 848. vivos ducent de marmore vultus. *Horat.* 2. *Od.* 18. 17. Tu secanda marmora Locas sub ipsum funus. et *Plin.* 36. *Hist. nat.* 6. 6. (47). Secare marmor in crustas. *Ovid.* 1. *Art. am.* 70. externo marmore dives opus. *Quintil.* 2. 19. 3. Si Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus esset exsculpere, Parium marmor mallem rude: at si illud idem artifex expolisset, plus in manibus fuisset, quam in marmore. *Id.* 5. 11. 30. Marmora deformata prima manu. *Ovid.* 15. *Met.* 314. Flumen quod tactis inducit marmora rebus. *h. e.* tactas res in lapidem vertit. — *Servus a marmoribus* est, qui præest marmoribus coemendis, secandis, elaborandis. *Inscript.* apud *Gruter.* 593. 7. M. VLPIVS MARTIALIS AVG. L. A MARMORIBVS. et *ibid.* 5. T. FLAVIVS SVCCESSVS AVG. L. TABVLARIVS MARMORVM LVNENSIVM. *h. e.* a rationibus marmorum Lunensium, ut est *ibid.* 4.

II.) Translate. ¶ 1. Quod *Cato R. R.* 23. et *Colum.* 12. *R. R.* 20. 8. marmor jubent in vinum indi, marmoris farinam intelligunt, et condituræ gratia faciunt: cujus meminit et *Plin.* 14. *Hist. nat.* 19. 24. (120). et 23. *ibid.* 1. 24. (45). ¶ 2. Marmora dicuntur ipsa opera e marmore ducta atque confecta. *Horat.* 4. *Od.* 8. 13. incisa notis marmora publicis. *Ovid. Heroid.* 15. 314. Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 38. 39. (127). Praxiteles marmore nobilitatus est Gnidiaque Venere. *h. e.* statua marmorea Veneris Gnidiæ, quam sculpsit. ¶ 3. *Marmor* pro *lapis*, h. e. *milliarium*, usurpavit *Martial.* 7. 31. Rus marmore tertio notatum. *h. e.* ad tertium ab Urbe lapidem. Adde *eumd.* 9. 65. ¶ 4. Poetæ hoc nomen mari tribuunt, vel quia, quum ventis commovetur, candescit, ut est apud *Lucret.* 2. 763. *et seq.*, vel quia æquum et planum est. *Ennius* apud *Gell.* 2. 26. verrunt mare marmore flavo. *Lucret. loc. cit.* Ut mare, quum magni commorunt æquora venti, Vertitur in canos candenti marmore fluctus. *Virg.* 7. *Æn.* 28. lento luctantur marmore tonsæ. *et ibid.* 718. Quam multi Libyco volvuntur marmore fluctus. *et* 10. *ibid.* 208. spumant vada marmore verso. *Sil. It.* 14. 464. infidum marmor. — In illo *Val. Flacc.* 6. 568. jam non per curva volantem Stagna, nec in medio truncantem marmore cervos: *marmor* est mare glacie duratum. ¶ 5. *Marmor* etiam dicitur tuber durus vel callus, qui in corona pedum anteriorum, latere interiore, equis nascitur: quod vitium gregalibus equis accidere solebat. *Veget.* 3. *Veterin.* 48. 1. *Schneid.* Plerumque in genibus, vel articulis aut phlegmone oritur, aut marmore, aut mallones. *et ibid.* § 9. Si vero marmor habuerit, ex quo validius claudicet et vix flectat articulos, inurendus est leviter. V. *Schneider.* ad postremum hunc loc.; et cf. *Marmoratus equus* in v. MARMORO sub II. ¶ 6. *Marmor* videtur usurpari pro metallo albi coloris; illud enim inter equorum Solis ornamenta commemorat, ærique inaurato et orichalco interserit *Prudent.* 1. *in Symmach.* 347. Et frenos phalerasque et equorum pectora anhela Æris inaurati, vel marmoris, aut orichalci Jusserunt nitido fulgere polita metallo.

MARMŎRĀRĬUS, a, um, adject. (marmor) ad marmor pertinens. *Seneca Ep.* 90. *ante med.* Posse nos habitare sine marmorario fabro: posse nos vestitos esse sine commercio Serum. *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 62., apud *Mommsen. Inscr. Neap.* 2588. et apud *Henzen.* 5725. C. AVILLIVS DECEMBER REDEMPTOR MARMORARIVS BONAE DEAE CVM VELLIA CINNAMIDE CONT. V. S. L. M. etc. Sic *Marmorarium opus*, h. e. quod ex marmore est, in programmate officinæ alicujus inscripto apud *Marin. Frat. Arv. p.* 693. DIIS MANIBVS TITVLOS SCRIBENDOS VEL SI QVID OPERIS MARMORARII OPVS FVERIT HIC HABES. — Hinc

Marmorarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est artifex elaborandi et poliendi marmoris, *marmorario*, μαρμαροποιός. *Vitruv.* 7. 6. Cæmenta marmorea, sive assulæ, quæ marmorarii ex operibus dejiciunt. *Seneca Ep.* 88. *ante med.* Non adducor, ut in numerum liberalium artium pictores recipiam, non magis quam statuarios, aut marmorarios, aut ceteros luxuriæ ministros. *Inscript.* apud *Gruter.* 640. 6. C. SEMPRONIO FELICI MARMORARIO. et *alia* apud *Henzen.* 7245. L. VALERIVS L. L. PHARNACES MARMORARIVS SVBAEDANVS. *V.* SUBÆDIANUS. — Differre videtur a lapidario; nam in *Inscript.* apud *Murat.* 2045. 5. junctim habetur *marmorarius* et *lapidarius.* *V.* LAPIDARIUS.

MARMŎRĀTĬO, ōnis, f. 3. (marmoro) μαρμάρωσις, constructio ex marmore. *Apul. Florid. n.* 18. Pavimenti marmoratio, proscænii contabulatio, scænæ columnatio.

MARMŎRĀTUM, i, n. 2. *V.* MARMORO in fin.

MARMŎRĀTUS, a, um. *V.* MARMORO.

MARMŎRĔUS, a, um, adject. (marmor) qui est ex marmore, μαρμάρεος (It. *di marmo, marmoreo, marmorino*; Fr. *de marbre, en marbre*; Hisp. *de marmol*; Germ. *aus Marmor gemacht*; Angl. *made of marble, marble, marmorean*).

I.) Proprie. *Cic.* 6. *Verr.* 1. 1. Signum æneum, marmoreum, eburneum. *Id. Dom.* 24. 62. Marmoreæ columnæ. *Id.* 1. *Parad.* 3. 13. Tecta marmorea, ebore et auro fulgentia. *Virg.* 4. *Æn.* 392. Marmoreus thalamus. *h. e.* cubiculum pretiosis marmoribus ornatum. *Cic.* 6. *Parad.* 3. 49. et *Ovid.* 15. *Met.* 672. Marmoreum solum. *h. e.* marmore stratum. *Virg.* 7. *Ecl.* 35. Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu, Si fetura gregem suppleverit, aureus esto. Adde *Horat.* 4. *Od.* 1. 20.

II.) Translate. ¶ 1. Raro est pertinens ad marmor, ut *marmorea ars*, statuaria. *Vitruv.* 4. 1. *post med.* Callimachus, qui propter elegantiam et subtilitatem marmoreæ artis etc. ¶ 2. Sæpius a Poetis marmoreum dicitur quidquid marmoris similitudinem refert. Sic — *a*) Dicitur de membris, quæ instar marmoris candent et nitent, ut niveus, *bianco come un alabastro. Lucilius* apud *Non. p.* 391. 26. *Merc.* Hic corpus solidum invenies, hic

stare papillas Pectore marmoreo. *Virg.* 4. *G.* 523. marmorea caput a cervice revulsum. *Ovid.* 13. *Met.* 746. Marmoreus pollex. *et* 3. *ibid.* 481. Marmoreæ palmæ. *Id.* 2. *Amor.* 11. 15. Marmorei pedes. *Martial.* 8. 56. Marmorea fundens nigra Falerna manu. *Lucret.* 2. 763. quæ nigro fuerint paullo ante colore, Marmoreo fieri possint candore repente. *Id. ibid.* 774. in marmoreum migrare colorem. *h. e.* albenteu. Hinc *Marmoream Paron* dixit *Ovid.* 7. *Met.* 465. quia quum marmore candidissimo abundet, procul aspicientibus candoris speciem præbet: unde *niveam* vocat *Virg.* 3. *Æn.* 126. — *b*) Dicitur etiam de gelu, quod duritiem marmoris et candorem refert, *duro come un marmo. Ovid.* 4. *Fast.* 918. marmoreo pallet adusta gelu. *Id.* 3. *Trist.* 10. 10. Terraque marmoreo candida facta gelu. — *c*) Refertur et ad mare, ut marmor. *Virg.* 6. *Æn.* 729. Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.

MARMŌRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (marmor). Part. *Marmoratus* I. et II. — Marmorare est marmore sternere, vel incrustare (It. *selciare, o incrostare di marmo*; Fr. *revêtir ou incruster de marbre*; Hisp. *incrustar, adornar de marmoles*; Germ. *mit Marmor überziehen, marmoriren*; Angl. *to cas or cover with marble*).

I.) Proprie. *Stat.* 4. *Silv.* 3. 96. Ingenti plaga marmorata dorso. *h. e.* via silicibus strata. *Lamprid. Alex. Sever.* 25. Palatio exornato hoc genere marmorandi. *Inscript.* apud *Gruter.* 129. 1., quæ est apud *Orell* 3271. EX CONLATIONE SVA ET MANIPVLARIVM SVORVM AEDICVLAM MARMORAVIT. *Alia* apud *eumd.* 64. 9. IMPERIO DOMINI SILVANI C. COSSVTIVS C. L. EPAPHRODITVS ARAM SILVANO MARMORAVIT. *Petron. fragm. Tragur.* 77. *Burmann.* Domus habet quatuor cœnationes, cubicula viginti, porticus marmoratas duas. *Varro* 1. *R. R.* 59. 1. Parietes et solum opere tectorio marmorato loricare. *con intonacatura marmorina. Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 422. 4. PORTICVS LAPIDEAS MARMORATAS SOLO SVO LVDIS SCENICIS IMPENSA SVA FECIT. *h. e.* opere tectorio marmorato opertas, ut in basilica Pompejis nuper detecta videre est. — Hinc *Marmoratum, i*, n. 2. absolute, substantivorum more, (It. *intonacatura marmorina, stucco, terrazzo, battuto*) tectorium ex marmore tuso et calce, quod pavimentis et parietibus inducitur: cujus faciendi rationem *Vitruv.* 7. 6. docet. *Varro* 1. *R. R.* 59. 2. Cameras in oporothecis marmorato, et parietes, pavimentaque facere. *et* 3. *ibid.* 7. 3. Quam levissimo marmorato parietes ac cameras oblinere. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 23. 55. (176). Tectorium, quod nisi ter arenato et bis marmorato inductum est, numquam satis splendoris habet, *et mox.* (177). Experi tentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohæreat.

II.) Translate. Quid intelligendus sit *equus marmoratus* apud *Pelagon. Veterin.* 19. eruditis inquirendum reliquit cl. *Joseph Furlanetto.* Est autem qui in pedibus condylomata et callos habet, nam in *Hippiatr.* Hierocles scribit, esse παθος quoddam, quod οἱ ἔμπειροι vocitent μάρμαρον, infestans τὴν ἔκφυσιν τῆς ὁπλῆς in pedibus anterioribus, esse autem κονδυλόματα σκληρά. Hanc interpretationem confirmat vox μαρμαρωσσός, quæ ab *Apsyrto* in *Hippiatr. p.* 163. eadem significatione usurpatur; item vox *marmaryga* vel *marmarygma*, quam *V.*; et declarat MARMOR sub II. 5.

MARMŌRŌSUS, a, um, adject. marmoris naturam habens, lapidosus, ut Sil marmorosum, apud *Plin.* 33. *Hist. nat.* 12. 56. (158). *et* 35. *ibid.* 6. 20. (38).

MARMUSCŬLUM, i, n. 2. *deminut. a* marmor *seu potius a* marmur: *V.* MARMOR init. *Isid.* 1. *Orig.* 27. Marmor neutri generis esse, marmusculum indicat.

MĀRON. *V.* MARUM.

MARONION, ii, n. 2. est herba eadem ac centaurea major apud *Apul. Herb.* 34.

MARRA, æ, f. 1. ¶ 1. Est instrumentum rusticum lato ferro radendæ terræ herbisque exsrindendis aptum (It. *marra*; Fr. *marre*; Hisp. *hacha*; Germ. d. *Hache*; Angl. *a mattock, pick-axe, weeding hook, hoe*). *Colum.* 10. *R. R.* 70. curvi vomere dentis Jam virides lacerate comas, jam scindite amictus. Tu gravibus rastris cunctantia perfode terga: Tu penitus latis eradere viscera marris Ne dubita. *et ibid.* 88. Mox bene cum glæbis vivacem cæspitis herbam Contundat marræ, vel fracti dente ligonis. *Juvenal.* 15. 166. quum rastra et sarcula tantum Assueti coquere, et marris ac vomere lassi Nescierint primi gladios excudere fabri. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (159). Solum apricum bidente pastinari debet, ternos pedes bipalio alto: marra rejici quaternum pedum fermento. *h. e.* versari, et evolvi. ¶ 2. Aliud marræ officium vel genus est in illo *ejusd. Plin.* 9. *ibid.* 15. 17. (45). *de siluro, pisce ingenti.* In Mœno Germaniæ amne protelis boum, et in Danubio marris extrahitur. *h. e.* ferreis uncis marræ figura. Ita enim legit *Harduin.* probante *Sillig.*, alii aliter.

MARRŬBĬUM, ii, n. 2. *marrobio, prassio, πράσιον*, herba, de qua *Plin.* 20. *Hist. nat.* 22. 89. (241). Marrubium plerique inter primas herbas commendavere, quod Græci prasion vocant, alii linostrophon, nonnulli philopæda, aut philochares: notius quam ut indicandum sit. *Colum.* 10. *R. R.* 355. Profuit et plantis latices infundere amaros Marrubii. *Plin. loc. cit.* persequitur varios ejus usus in medicina: *et* 14. *ibid.* 16. 19. (105). ex eo etiam vinum fieri ait, quod Græce πρασίτης οἶνος dicitur.

MARRUGINA, æ, f. 1. paliuri genus. *Gloss. Philox.* Marrugina, εἶδος παλιούρου. Ἔστι δὲ ἀκανθῶδες δένδρον. *V.* PALIURUS.

MARS, Martis, m. 3. deus belli præses, filius Jovis et Junonis, ut ait *Hygin. præf.*, vel, ut alii fabulantur, solius Junonis, sine patre: de quo *V.* multa in ONOM. — Hinc translate ¶ 1. Metonymice, ut *Bacchus* pro vino, pro frumento *Ceres*, sic pro bello et prœliis *Mars* ponitur, *guerra, battaglia*. — *a*) Universim pro prœliis et bello. *Ennius* apud *Priscian.* 3. *p.* 607. *Putsch.* Quum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo. *Virg.* 6. *Æn.* 165. Ære ciere viros Martemque accendere cantu. *et* 12. *ibid.* 108. Æneas acuit Martem et se suscitat ira. *Cic. Marcell.* 6. 17. Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoris. *Ovid.* 13. *Met.* 27. urbis se mœnibus hostes Continuere diu, nec aperti copia Martis Ulla fuit. *di combattere in aperta campagna. Seneca Œdip.* 275. Aperto Marte, an insidiis jacet? *assalito alla scoperta. Grat. Cyneg.* 152. sive indomitos vehementior hostes Nudo Marte premas. *h. e.* solis viribus, cursu, impetu, sine armis. Rursus *Seneca Agam.* 921. Cecidit decenni Marte concussum Ilium. *Vellej.* 2. 90. Hispaniæ multo variaque Marte pacatæ. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Echeneis fertur Actiaco Marte tenuisse navem Antonii. — *b*) Speciatim pro spiritu et furore bellico. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 4. 9. (18). Quum Cimbri Theutonique terribili Marte ulularent. — *c*) Transfertur aliquando ad pugnas forenses. *Ovid.* 4. *Pont.* 6. 29. Ut qui, quid valeas, ignoret, Marte forensi, etc. *Id.* 4. *Fast.* 188. Et foru Marte suo litigiosa vacent. — *d*) Hinc *Marte nostro* quippiam facere dicimur, quum solis nostris viribus, nostra sponte, sine alieno auxilio facimus, *da per noi soli. Cic.* 3. *Off.* 7. 34. Hanc igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis, sed, ut dicitur, Marte nostro. *Id.* 5. *Verr.* 4. 9. Quum vos vestro Marte his rebus omnibus abundetis. *Id.* 2. *Phil.* 37. 95. Rex ipse sua sponte, nullis commentariis Cæsaris, suo Marte res suas recuperavit. Proprie *Ovid.* 2. *Pont.* 8. 49. Sic tibi Marte suo fraterni sanguinis ultor, Purpureus niveis filius insteterit equis. *h. e.* ipse bella gerens. Apud *Liv.* 3. 62. *in fin.* equites *suo Marte* pugnare dicuntur, quum ex equis pugnant; *alieno*, quum ex equis desilientes vice peditum funguntur. ¶ 2. Item belli aut prœlii fortuna et exitus. *Cic.* 6. *Fam.* 4. Quum omnis belli Mars communis, et quum semper incerti exitus prœliorum sint. *Liv.* 8. 11. Communem vere Martem belli utramque aciem pari cæde prostravisse. *Cæs.* 7. *B. G.* 19. Ut qui propinquitatem loci viderent, paratos prope æquo Marte ad dimicandum existimarent. *h. e.* paribus viribus, et æquo loco. *Liv.* 2. 8. *sub fin. et ibid.* 51. Ibi varia victoria, et velut æquo Marte pugnatum est. *con pari successo, con egual sorte. Auct. B. G.* 8. 19.; et *Curt.* 6. 1. Quum prœlium diutius pari Marte iniretur. *Liv.* 1. 25. *a med.* Jamque æquato Marte singuli supererant, sed nec spe, nec viribus pares: alter intactus ferro, alter fessus vulnere. *Quintil.* 8. 6. 24. Vario Marte pugnatum est. *Tac.* 4. *Hist.* 35. Incerto Marte. *Liv.* 21. 1. Adeo varia belli fortuna, ancepsque Mars fuit, ut propius periculo fuerint, qui vicerunt. *Vellej.* 2. 55. Nullum unquam periculosius ab eo initum est prœlium, adeo ut plus quam dubio Marte, descenderet equo etc. *essendo quasi disperato lo stato della battaglia.* ¶ 3. Est etiam planetæ nomen, de quo *Cic.* 2. *Nat. D.* 20. 53. Jovis stellæ proximum inferiorem orbem tenet πυρόεις, quæ stella Martis appellatur: eaque quatuor et viginti mensibus, sex, ut opinor, diebus minus, eumdem lustrat orbem, quem duæ superiores. (At de eodem perperam hæc habet *Cassiod.* 11. *Variar.* 36. Martis sidus, ignea celeritate raptatum decem et octo mensibus deputata sibi transcurrit). Rursus *Cic.* 6. *de republ.* 4. Fulgor rutilus horribilisque terris, quem Martem dicitis. *Al. leg.* Martium. *Id.* 2. *Nat. D.* 46. 119. Summa Saturni stella refrigerat, media Martis incendit: bis interjecta Jovis illustrat et temperat. Adde *Plin.* 2. *Hist. nat.* 8. 6. (34).; *Hygin.* 2. *Astron.* 42.; et *Apul. de Mundo*: ubi addunt, ab aliis Herculis sidus appellari. Porro in fabulis est, quod quum Vulcanus Venerem duxisset; et propter diligentem custodiam mariti minime liceret Marti ad eam unquam accedere; id tantum assecutus est, ut sua stella Veneris sidus persequeretur. Quod vero ignita et ardens apparet, id amoris vehementiam significare. *Hygin. ibid. V.* PYROIS.

MARSŪPĬUM, ii, n. 2. μάρσυπος, μαρσύπιον, μάρσιπος, μαρσίπιον, μάρσιππος, sacculus nummorum: a secunda voce Græca allata (It. *borsa*; Fr. *bourse*; Hisp. *bolsa*; Germ. d. *Geldbeutel, d. Börse*; Angl. *a purse or bag for holding money*). *Varro* apud *Non.* p. 142. 1. *Merc.* Majorem curam habere nos marsupii, quam vitæ nostræ. *Plaut. Rud.* 5. 2. 26. Nummi octingenti aurei in marsupio infuerunt. *Id. Epid.* 2. 2. 3. Acutum cultrum habeo, qui senis exenterem marsupium. *Varro* 3. *R. R.* 17. 2. *Schneid.* Nobilium piscinæ potius marsupium domini exinaniunt, quam implent. *Prudent. Psychom.* 600. tineis etiam marsupia crebris Exesa. *Alcim.* 6. 311. Defossis scrobibus marsupiamersa locavit.

MARTENSIS, e, adject. a *Marte*, ut videtur. *Martenses sodales* in *Inscript.* apud *Murat.* 525. 1. videntur esse milites certi sodalitii seu collegii militaris peculiari religione se Martis cultores profitentes: unde *Martense collegium* habetur in duab. *Inscriptt.* apud *De-Vita Antiq. Benev. cl.* 6. *n.* 3. *et* 9. *et Martensium studium*, h. e. schola, *ibid. n.* 1. Verum hæc vox videtur esse Latinitatis labentis. *V. ibid. Dissertat.* 5. *p.* 169. *Inscript.* apud *Don. cl.* 9. *n.* 22. INFERAT CONVIBIO (*h. e.* convivio, sive collegio) VETERANORVM ✠. c. Adde *aliam* cit. in v. CANNOFORI. — Ceterum cl. *Furlanetto* in suis MSS. initium hujus voc. ita corrigendum censuit: *Martenses sodales* in *Inscript.* apud *Murat.* 525. 1. videntur esse peculiari religione Martis cultores: unde etc.

MARTES, is, f. 3. *mártora*, fera exigua ex genere mustelarum. Videtur esse a *Marte*, quod vi Martia mures, gallinas, aliasque aves necet. Ejus pellis in pretio est. *Martial.* 10. 37. Venator capta marte superbus adest. *Al. leg.* mele vel mæle, et fortasse rectius; nam Latini, ut et Græcis, *mártora* ignota fuisse putatur.

MARTĬĀLIS, e, adject. (Mars) ad Martem pertinens. *V.* ONOM. — Hinc *Martiales ludi* videntur fuisse, qui in circo Calendis Augusti quotannis celebrabantur, quod eo die, scil. ann. U. C. DCCLXV. Martis ultoris ædes dedicata fuerat ab Augusto, quam voverat bello Philippensi pro ultione paterna (*V. Ovid.* 6. *Fast.* 569. et *Sueton. Aug.* 29.). *Augustus* in *epist. ad Liviam* apud *Sueton. Claud.* 4. Quid nepoti tuo Tiberio faciendum esset ludis Martialibus. *et paullo post.* Curare eum ludis Martialibus triclinium sacerdotum, non displicet nobis. — *Martiales*, h. e. milites legionis ejus, quæ *Martia* cognominata est. *Cic.* 4. *Phil.* 2. 5. — Item *Martiales* fuerunt appellati in aliquo oppido ministri publici Martis, quorum magistri plerumque e libertinorum genere erant, et tertium civium ordinem, inter Augustales nempe et plebem, in illis oppidis constituebant, ut Concordiales Patavii, Apollinares Mutinæ, Mercuriales Beneventi, et alibi. *Cic.*

Cluent. 15. 43. Martiales quidam Larini appellabantur, ministri publici Martis, atque ei deo veteribus institutis religionibusque Larinatium consecrati: eos omnes Oppianicus liberos esse civesque Romanos cœpit defendere. *V.* MERCURIALIS.

MARTIĀNĒ, adverb. Martii vel Martiani alicujus more, ut *Tulliane* a *Tullio*. Affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Priscian. de accent. p.* 1299. *Putsch.* his verbis: Adverbia, si e terminantur et a nomine veniunt, producuntur in ultima, ut Tulliane, Martiane. *Keilius* vero legit *Tulliane Marciane.*

MARTIĀTĪCUS a, um, adject. ad Martem pertinens. Unde Martiatica dicimus stipendia militum, inquit *Priscian. de XII. vers. Æn.* 1. *p.* 1284. *Putsch.*

MARTĪCHŌRA. *V.* MANTICHORA.

MARTĪCŌLA, æ, m. 1. qui Martem colit. *Ovid.* 5. *Trist.* 3. 21. ad usque nivosum Strymona venisti, Marticolamque Geten. Adde *eumd.* 4. *Pont.* 14. 14.

MARTĪCULTOR, ōris, m. 3. Marticola. *Inscript.* adud *Gruter.* 55. 10., quæ est apud *Orell.* 2397. DEO MARTI ET VICTORIAE CONTVBERNIVM MARTICVLTORVM POSVERVNT.

MARTĪGĒNA, æ, *m.* et f. 1. Marte genitus. *Ovid.* 3. *Amor.* 4. 39. Martigenæ non sunt sine crimine nati, Romulus Iliades, Iliadesque Remus. *Id.* 1. *Fast.* 199. Dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum. *Sil. It.* 16. 533. spectacula digna Martigena vulgo. *h. e.* populo bellicoso.

MARTĬŌBARBŬLUS, i, m. 2. miles plumbeis glandibus armatus, quæ et ipsæ martiobarbuli appellantur, uti docet *Veget.* 1. *Milit.* 17. Vox tamen ipsa parum Latina videtur. *Turneb. l.* 24. *Adversar. c.* 13. putat lascivia militari et per jocum martiobarbulos dictas esse plumbeas glandes, quod quum pisces in deliciis essent, inter quos barbi et barbuli numerantur, eæ glandes, quasi cibus Martis, ita sint appellatæ. *Stewech.* in quodam MS. *martiobarbuli* legi testatur. *V.* MATERIARIUS.

MARTĬŌLUS. *V.* MARCULUS.

MARTĬUS *et* Māvortius, a, um, adject. Ad Martem belli deum pertinens: *V.* ONOM. — Hinc translate ¶ 1. Martius vel Mavortius est idem ac bellicus. — *a*) Forma *Martius* occurrit apud *Virg.* 4. *G.* 71. Martius æris rauci canor increpat. *h. e.* bellicæ tubæ sonus. *Id.* 11. *Æn.* 661. quum se Martia curru Penthesilea refert. *bellicosa, guerriera.* et *Id.* 7. *ibid.* 182. Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi. *in guerra. Id.* 9. *Ecl.* 12. Martia tela. *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 33. Martia Thebe. *h. e.* ob multa bella ibi patrata. *Martial.* 5. 24. Hermes Martia sæculi voluptas. *h. e.* armorum: erat enim celebris gladiator. — *b*) Forma *Mavortius* apud *Ovid.* 3. *Met.* 531. *de Thebanis.* Mavortia proles. *scil.* nati olim cum armis ex dentibus anguis, ut *Id. ibid.* 102. *et seqq.* narrat. *Val. Flacc.* 5. 90. Amazon. *Sil. It.* 1. 55. juvenem facta ad Mavortia flammat. *Stat.* 2. *Achill.* 201. studiis multum Mavortia Thrace. *Grat. Cyneg.* 344. Mavortia vulnera. *h. e.* quæ in præliis accipiuntur. ¶ 2. Item *Martius* est ad Martis planetam pertinens. *Cic.* 6. *de republ.* 17. Est hominum generi prosperus et salutaris ille fulgor, qui dicitur Jovis: tum rutilus horribilisque terris, quem Martium dicitis. *Al.* Martem. ¶ 3. *Martius mensis*, tertius a Januario, *Marzo*, primus olim fuit ipsius anni, Marti parenti dicatus a Romulo, ut est apud *Ovid.* 3. *Fast.* 75. et *Tibull.* 3. 1. 1., et patet ex multis aliorum mensium nominibus, qui a numero appellantur, ut *Sextilis*, quia Sextus a Martio, *September*, quia septimus, etc. Nec desunt hodieque qui ab eo annum inchoant. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 3. 4. (13). Differuntur vero etiam in Martium mensem (*olivæ*) callosæ. *Horat.* 3. *Od.* 8. 1. Martiis cælebs quid agam calendis etc. *V.* CALENDÆ. — Celebres fuere et Idus Martiæ, quibus occisus est C. Jul. Cæsar. *Cic.* 14. *Att.* 4. *et* 20. *sub fin.*, 10. *Fam.* 28., 12. *ibid.* 4. et 2. *Phil.* 36. 91.

MARTŬLUS. *V.* MARCULUS.

MARTYR, yris, comm. gen. 3. *martire*, μάρτυρ, proprie testem notat. Sed a Christianis sic peculiariter dicitur, qui non ore tantum, sed et sanguine veritatem cælestem testatam facit. *Prudent.* 12. *Cathemer.* 125. Salvete flores Martyrum, etc. Adde *Hieronym. Ep.* 119. *n.* 2. et *Ep.* 85. *n.* 11. — In femin. gen. *Prudent.* 14. περὶ στεφ. 2. Fortis puellæ, martyris inclytæ. *Tertull. Anim.* 55. Perpetua, fortissima martyr.

MARTŸRĬUM, ii, n. 2. *testimonio, martirio*, μαρτύριον, testimonium. Christianis est testimonium de veritate cælesti, in quo quis sanguinem effudit, vel cruciatus letales perpessus est.

I.) Proprie. *Tertull. Spectac.* 29. Ad martyrii palmas gloriare. *Hieronym.* 1. *advers. Jovinian.* In Patmos insula, in qua fuerat a Domitiano ob Domini martyrium relegatus. V. *Apoc.* 1. 9.

II.) Translate. ¶ 1. Est locus, ubi corpora Martyrum sepulta sunt. *Tertull. advers. hæret.* 46. *a med.* Martyria negat esse facienda. In *Cod. Justin.* 1. 2. 16. In integrum restituantur universa, quæ de sanctissimarum Ecclesiarum et Martyriorum statu firmiter obtinebant. Adde *ibid.* 13. ubi al. leg. *martyrejum*, a Græco μαρτυρεῖον. ¶ 2. Item Ecclesia cuilibet Sancto dicata, licet martyr non sit. *Hieronym. Vita Hilarion. n.* 31. Causam occultandi fuisse referentes, ne Pergamius, sublato ad villam suam Sancti corpore, martyrium fabricaretur.

MARTISĪA, ōrum, n. plur. 2. pulmentarii genus, de quo ita *Isid.* 20. *Orig.* 2. Martisia in mortario ex pisce fiunt: unde et nominata.

MĂRUM *vel* maron, i, n. 2. *scarsapepe*, μάρον, herba surculosa, flore origani, sed odoratiore, foliisque multo candidioribus, quæ circa Magnesiam et Tralles copiosa gignitur. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 24. 53. (111).

MAS, măris, m. 3. *Mare* neutro genere, adjectivorum more, dixit *Apul. de Mundo.* Sic mare et femineum secus junguntur, ac diversus utriusque sexus ex dissimilibus simile animal facit. — Quod ad etymon attinet, videtur esse a fortitudine: nam ut Græci ἄρρην, ab Ἄρης, duplicata canina littera, sic Latini e *Mars* fecere *mas*, ejecta littera canina. — Ceterum *mas* est sexus vocabulum feminæ oppositum, ἄρρην, ἄρσην (It. *maschio*; Fr. *mâle*; Hisp. *varon*; Germ. *d. männliche Wesen, Männchen*; Angl. *the male of any creature*).

I.) Proprie occurrit — *a*) De diis et hominibus. — *Feminæ* opponitur apud *Cic.* 1. *de republ.* 24. Ut a prima congressione maris et feminæ, deinde a progenie et cognatione ordiar. *Id.* 1. *Nat. D.* 34. 95. Et mares deos et feminas esse dicitis. — Ceterum *Plaut. Pœn.* 5. 5. 32. Mares homines. *Horat.* 1. *Od.* 21. 10. Vos tollite laudibus, mares, Delon Apollinis. *Seneca Herc. Fur.* 878. Permixtæ maribus nurus Sollemnes agitent choros. *Sueton. Claud.* 33. Marium expers. Adde *Quintil.* 11. 1. 84. — *b*) De brutis animalibus. — *Feminæ* opponitur apud *Cic.* 2. *Nat. D.* 51. 128. Bestiæ aliæ mares, aliæ feminæ sunt —; et in mare et in femina commiscendorum corporum miræ libidines. *Lucret.* 5. 851. Feminaque ut maribus conjungi possit. *Cic.* 2. *Legg.* 12. 29. Quibus hostiis immolandum cuique deo, cui majoribus, cui lactentibus, cui maribus, cui feminis. *Id.* 1. *Divinat.* 18. 36. Duobus anguibus domi comprehensis haruspices convocavit; qui quum respondissent, si marem emisisset, uxori brevi tempore esse moriendum, si feminam, ipsi etc. Sic *Id.* 2. *ibid.* 29. 62. Emissio maris anguis *et* emissio feminæ anguis. — Ceterum *Horat.* 2. *Sat.* 4. 14. Longa quibus facies ovis erit, illa memento Ponere: namque marem cohibent callosa vitellum. *h. e.* unde mas pullus nascatur. *Ovid.* 4. *Fast.* 101. Cum mare trux aries cornu decertat. — *c*) De arboribus et herbis. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 14. 25. (65). In tilia mas et femina differunt omni modo: namque et materies mari dura ac nodosa etc. *Ovid.* 4. *Fast.* 741. Ure mares oleas tædamque herbasque Sabinas.

II.) Translate est fortis, durus, virilis, impavidus, sicut *femina* imbellis, mollis, timida. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 64. Et maribus Curiis, et decantata Camillis. *Id. Art. P.* 402. Tyrtæusque mares animos in Martia bella Versibus exacuit. *Pers.* 6. 3. Mire opifex numeris veterum primordia vocum; Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ. *h. e.* forte et generosum carmen. ¶ 3. Contra *male mas* apud *Catull.* 16. 13. est fractus, languidus, mollis, effeminatus. Sic *male vir* apud *Ovid.* 1. *Art. am.* 524. Et *parum vir* apud *Quintil.* 5. 9. 14.

MASCARPIO, ōnis, m. 3. (mas *et* carpo) qui virilia carpit, masturbator. *Petron. Satyr.* 134., ubi alii aliter legunt.

MASCŬLĀTUS, a, um, adject. (mas) masculus, mas. *Apul. Herb.* 82. Mercurialis masculata.

MASCŬLESCO, is, ere. n. inchoat. 3. (masculus) masculus fio. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 13. 34. (129). Raporum genera Græci duo prima fecere, masculum femininumque, et ea serendi modi ex eodem semine: densiore enim satu masculescere, item in terra difficili.

MASCŬLĒTUM, i, n. 2. locus, in quo plantæ vincarum masculæ consitæ sunt: a *masculus.* Plantæ autem masculæ sunt, quæ non subiguntur, ut palmites alios emittant, sed in altum surgere permittuntur. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (182). Ut faciant, quæ masculeta appellant.

MASCŬLĒUS, a, um, adject. (mas) idem ac masculus. *Auct. carm.*, quod nonnulli *Tertulliano* tribuunt, *Genes.* 3. 547. et omnem Masculei sexus præsentemque atque futuram Progeniem.

MASCŬLĪNĒ, adverb. (masculinus) masculino genere, ἀρρενικῶς. *Arnob.* 1. 59. Res femininas masculine depromere. *Id. ibid.* et *Charis.* 1. *p.* 55. *Putsch.* Cælum masculine veteres dixerunt. Adde *Paul. Diac. p.* 151. 12. *Müll.*

MASCŬLĪNUS, a, um, adject (masculus) ad masculum pertinens, *di maschio, mascolino*, ἀρρενικός.

I.) Proprie. *Phædr.* 4. 14. Masculina membra. *Apul.* 7. *Met.* Masculina facies. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 68. 87. (189). Neque est iis (*salamandris*) genus masculinum femininumve. *Id.* 19. *ibid.* 5. 25. (75). Rapa rotunda masculini sexus. *Sillig.* in priore loco legit *masculum.*

II.) Translate, in re grammatica de nominum generibus usurpatur. *Quintil.* 1. 5. 61. Ne in *a* quidem atque *s* littera exire temere masculina Græca nomina recto casu patiebantur. *Id.* 1. 6. 3. Ut si quæratur, *funis* masculinum sit an femininum. *Cæsell. Vindex* apud *Gell.* 7. 2. Masculino genere *cor* enunciavit Ennius. *Gell. ibid. sub fin. Cor* masculinum Cæsellii defendi posse. — *NB.* De animo pro masculo, virili, acri, legitur a nonnullis apud *Quintil.* 5. 12. 20. Eloquentiam nullam esse existimabo, quæ ne minimum quidem in se indicium masculini et incorrupti, ne dicam gravis et sancti viri, ostendet. *At optimi Codices et Edition. rectius leg.* masculi. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MASCŬLUS, a, um, adject. *deminutivum* est a mas, sed pro eodem adhibetur, *maschio, mascolino*, ἀρρενικός, ἀνδρικός.

I.) Proprie. — *a*) De hominibus. — *Feminæ* opponitur apud *Plaut. Cist.* 4. 2. 39. Bona femina et malus masculus volunt te. *Liv.* 31. 12. Incertus infans natus, masculus, an femina esset. — Ceterum *Phædr.* 4. 14. Masculum genus. *Martial.* 1. 44. *de uxore.* Parce tuis igitur dare mascula nomina rebus. — *Mascula libido* apud *Horat. Epod.* 3. 41. est mulieris τριβάδος et virorum more ἀγευσύης. Quo refertur a nonnullis et *mascula Sappho* apud *eumd.* 1. *Ep.* 19. 28., nam alii audacem et impavidam intelligunt, quod se in mare præcipitare ausa sit. Unde *Stat.* 5. *Silv.* 3. 155. saltusque ingressa viriles Non formidata temeraria Leucade Sappho. — *b*) De arboribus. *Virg.* 8. *Ecl.* 65.; et *Ovid. Medic. fac.* 94. mascula tura. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 32. (61). *de arbore turis.* Quod ex eo rotunditate guttæ perpendit, masculum vocamus, quum alias non fere mas vocetur, ubi non sit femina. — *c*) Masculum aliqui (ut *Servius* ad *Virg. loc. cit.*) putant, a specie testium dictum: qua ratione sabulonem masculum *Vitruv.* 2. 3. dixisse videtur. Cf. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 4. 28. (48).; et *Pallad.* 9. *R. R.* 2.

II.) Translate. ¶ 1. Raro usurpatur de iis, quæ sexu carent. Apud *Vitruv.* 9. 6. *a med.* dicitur *cardo masculus*, qui in alterum cardinem ingreditur: et *cardo femina*, qui masculum recipit et sustinet. Inquit enim: Tympanum includatur cardinibus ex torno, masculo et femina inter se coartatis etc. Sic *Plin.* 37. *Hist. nat.* 7. 25. (92). *de carbunculis.* Præterea in omni genere masculi appellantur acriores, at feminæ languidius refulgentes. Confer *ejusd. loc. cit.* sub 1. *b. Cassiod.* 4. *Variar.* 51. Ideo sive masculis pilis contineri, sive talis fabrica (*theatrum Pompeji*) refectionis studio potuerit innovari, expensas vobis de nostro cubiculo curavimus destinare. ¶ 2. Quum ad animum trans-

fertur, est acer, fortis, virilis, impavidus. *Horat.* 3. *Od.* 6. 37. rusticorum mascula militum Proles. Adde *eumd.* 1. *Ep.* 19. 28. cit. supra I. *a. Pers.* 5. 44. calido sub pectore mascula bilis Intumuit. *Apul.* 7. *Met.* Uxor ærumnas assiduas ingenio masculo sustinebat. *Id.* 6. *ibid.* Quin Psyche masculum animum sumis? Adde *Varron.* apud *Non. p.* 141. 12. *Merc.*; et *Quintil.* loc. cit. in v. MASCULINUS II. ad fin. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MASPĒTUM, i, n. 2. μάσπετον, folium laserpitii, apio simile. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 3. 15. (42).

MASSA, æ, f. 1. est a Græco μάζα, ut *Priscian.* docet 1. *p.* 561. *Putsch.* Porro μάζα significat farinam subactam, unde fit panis; sed *massa* Latine dicitur de quacumque materia subacta, et spissata ad modum farinæ subactæ (It. *pasta, massa*; Fr. *pâte, masse, bloc*; Hisp. *pasta, masa*; Germ. *d. Teig, d. Masse, d. Klumpen*; Angl. *a lump or mass*). Occurrit — *a*) Generatim. *Virg.* 1. *G.* 275. atræ massam picis urbe reportat. *Colum.* 12. *R. R.* 15. 4. Quum totam massam comminutæ fici permiscuerint. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 39. (78). Muros domosque massis salis faciunt, aqua ferruminantes. *Id.* 12. *ibid.* 19. 42. (90). Cinnamomum in massas condere. — *b*) Speciatim dicitur de caseo, *formaggio, cacio*. *Ovid.* 8. *Met.* 666. lactis massa coacti. *Martial.* 8. 64. Et massam modo lactis alligati. *Id.* 11. 52. Et Velabrensi massa recocta foco. Adde *eumd.* 14. 31. — *c*) Sæpe de metallis rudibus et infectis, quæ ignita elaborantur. *Virg.* 4. *G.* 170. lentis Cyclopes fulmina massis Quum properant. *Id.* 8. *Æn.* 453. versantque tenaci forcipe massam. *Juvenal.* 10. 130. ardentis massæ fuligine lippus. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 9. 20. (97). Massam æris proflare. *Id.* 36. *ibid.* 26. 66. (194). Massa vitri candidi. *Id.* 2. *ibid.* 103. 106. (233). Æs et plumbum in massa mergi, dilatatum fluitare. *Ovid.* 4. *Fast.* 405. Massa chalybis. *Petron. Satyr.* 88. *extr.* auri. Adde *Val. Flacc.* 2. 339. et 4. 613.; *Martial.* 8. 51.; *Pers.* 5. 10.; et *Ovid.* 3. *Amor.* 8. 38. Absolute de massa auri, *Ovid.* 11. *Met.* 112. *de Mida tactu omnia in aurum vertente.* Contigit et glæbam: contactu glæba potenti Massa fit. In illo *Juvenal.* 6. 420. Quum lassata gravi ceciderunt brachia massa: *massa* est pondus ferri, aut plumbi, aut saxi, quod versabant, aut jaciebant in balneis sudaturi. — *d*) *Massa marmoris* est grande marmoris frustum. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 6. 8. (49). Hoc primum invecti Numidici marmoris vestigium invenio, non in columnis, tamen crustisve, sed in massa ac vilissimo liminum usu. — *e*) De congerie confusa elementorum, quæ chaos dicitur, *Ovid.* 1. *Fast.* 108. Inque novas abiit massa soluta domos. Adde *eumd.* 1. *Met* 70.; et *Val. Flacc.* 1. 830. — *f*) De pluribus labellis simul compactis. *Martial.* 14. 192. cujus lemma est *Ovidii Metamorphosis in membranis.* Hæc, tibi multiplici, quæ structa est massa tabella, Carmina Nasonis quinque decemque gerit. — *g*) In illo *Stat.* 1. *Silv.* 6. 18. Et massis Amerina non perustis, *Barth. l.* 24. *Adversar. c.* 7. intelligit pira Amerina suo legitimo tempore soli exempta, dissecta, et in massam redacta, conditaque: eo modo, quo *massam ficorum* dixit *Colum. loc. cit.* sub *a.* — *h*) Quæ *massa* legitur in tribus Inscriptionibus sepulcralibus, apud *Gruter.* 663. 3. *et* 1108. 6. et apud *Fabrett. p.* 98. *n.* 220. videtur eidem *Fabretto* esse murus urnas in suis loculis complectens et continens, quia ipsæ urnæ stare per se non possunt, quum acuminatæ in fundo sint, ut videre est in *Monum. seu Columb. Liviæ Aug.* a *Donio* edito *tab.* XX. — *i*) *Colum.* 12. *R. R.* 34., ubi rationem tradit aceti scillitici faciendi, præcipit, ut *mustum*, quod in acetum converti debet, de *sub massa, et limpidum sit.* Sunt qui *mustum de sub massa* intelligunt, quod ex massa vinaceorum recens calcatorum primum profluit. Sic *ibid.* 15. *massam ficorum* dixit, qui pedibus proculcati sunt. Ita *mustum de sub massa* est *mustum de sub pedibus raptum*, ut *Pallad.* 11. 21. loquitur. Multo tamen rectius si legas, quod ex probato MS. *Morgagnius epist.* 4. *in Colum. sect.* 3. prodidit, *mustum de summo, et limpidum sit.* Illud enim loquendi genus *de sub massa* puritatem *Columellæ* minime decet. Hinc *Pontedera AA. Gr. et Lat. p.* 590. legend. putat: *mustum defluat massa*, etc. — *j*) *Massa* etiam dicitur indefinitus agrorum modus, quem quis alicubi possidet, *tenuta*. *Inscript.* quæ pertinet ad ann. æ Chr. n. CCCLXXXV. apud *Visc. Mus. Pio Clem. T.* 1. *p.* 34. *ed. Mediol.* INTER CETERA CIVIBVS PRAENESTINIS DARI VOLO EX MASSA PRAENESTINA CASAM CVI VOCABVLVM EST FVLGERITA. *Cassiod.* 5. *Variar.* 12. Palentianam massam, quam eis pro compensatione largitas nostra transfuderat. Adde *eumd.* 9. *ibid.* 3. *Gloss. Philox.* Massam, σύγκτησιν. Etiamnum mélta in Italia loca nomen habent *Massa*. *V.* MANDELANUS. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

MASSĀLIS, e, adject. (massa) ad massam pertinens. *Massalis moles* apud *Tertull. advers. Hermog.* 30. est massa informis chaos, ut in MASSA sub e dictum est. Et *massalis summa* apud *eumd.* 4. *advers. Marcion.* 18. *ante med.* est Christus Dominus, in quo est plenitudo divinitatis, et omnis fons Spiritus Sancti.

MASSĀLĪTER, adverb. (massalis) secundum massam, universim. *Tertull. advers. Valentinian.* 16. Sed enim (*Christus*) exercitata vitia et usu viriosa confudit. Atque ita massaliter solidato defixit seorsum in materiæ corporalem paraturam etc.

MASSĀRIS, is, f. 3. uva est, quæ ex vite silvestri cum flore in Africa decerpitur, medicinæ tantum, et odoramentis idonea. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 28. 61. (133). et 23. *procem. sect.* 2. (2).

MASSĀTĪCĬUS, a, um, adject. (massa) ad massam pertinens, qui ex massa aliqua confectus est. *Auct. de limit. p.* 265. *Goes. in fin.* Si (*terminus*) aliquid fictum habuerit super se, acrum (*lege* cuprum), aut plumbum, aut stannum epitecticum (*lege* epitheticum), hoc est massatium (*lege* massaticium), fabricatum (*ostendit*), quod inter censam (*lege* censum) centuriæ. *Goesius* ad *Auct. rei agr. p.* 100. pro *massatium*, non *massaticium*, sed *emissitium* vel *emissicium* legendum putat, probante cl. *Furlanetto* in suis MSS. *V.* EPITHETICUS.

MASSĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

MASSO, as, āvi, ātum, are, a. 1. μάσσω. Part. *Massatus*. — Massare est in massam redigere, conglobare, condensare. *Lucret.* 1. 666. Ignes in cœtu stingui massareque corpus. *Alii leg.* mutare, *multo rectius.* — Ceterum pro *masticare* usurpat *Theod. Priscian.* 1. 8. et massatus 2. 29., unde immassare, apud *Isid.* 11. *Orig.* 1., dicuntur dentes molares, qui cibum a prioribus dentibus concisum et confractum subigunt, et veluti in massam redigunt. Sed hæc ad lapsam Latinitatem pertinent.

MASSŬLA, æ, f. 1. μάζιον, deminut. massæ, parva massa. *Marcell. Empir. c.* 34. *p.* 135. retro *ed. Ald.* Hæc potenter medentur, si desuper ex bordeacie farina massula nimis salsa et calens apponatur. *Colum.* 12. *R. R.* 38. 2. Post hæc complures ex ea massulæ fiunt. *et ibid.* 48. 5. Massulæ salis. *Marcell. Empir. c.* 23. *extr.* Post hoc ferri ex causa ad hoc facti massulam ter ardentem extingue ex potione absinthiati et bibe.

MASTĪCĀTĬO, ōnis, f. 3. actus masticandi. *Cæl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *a med.* Cibum masticatione exercere. *Id.* 1. *ibid.* 1. *n.* 17. Plurima masticatio durioris cibi, aut curiose conditi. *Id.* 3. *Acut.* 8. *ante med.* Damus omne, quod facile accipi ac digeri potest; ne ob vehementem masticationem naturales colligationes buccarum – moveantur. *Marcell. Empir.* 5. *ad fin.* Hæc – in ore missa comminuas et masticabis, incurvato capite, ut humor ex masticatione defluat.

MASTĪCĀTUS, a, um, *V.* MASTICO; et voc. seq.

MASTĪCHĀTUS, a, um, adject. (mastiche). Legitur et *masticatus* sine aspiratione. — Masticatus est mastiche conditus. *Lamprid. Elagab.* 19. Et mastichatum, et pulejatum, et omnia hæc, quæ nunc luxuria retinet, primus invenit. *h. e.* vinum mastichatum. Sic de Gordiano *Capitolin. Gordian.* 19. Fuit vini cupidior, semper tamen undecumque conditi, nunc rosa, nunc mastiche, nunc absinthio, ceterisque rebus, quibus gula maxime delectatur.

MASTĪCHA, æ, f. 1. idem ac mastiche. *Marcell. Empir.* 26. Mastichæ Chiæ unciæ duæ. Sic *Id. c.* 16. *p.* 109. *ed. Ald.* In ovum sorbile mastichæ pulverem mittes. *V.* MASTICHUM.

MASTĪCHĒ *vel* mastice, es, f. 1. *mastice*, μαστίχη, lacrima, quæ ex quibusdam peregrinis plantis gummi modo manat, ut ex duplici Indica spina, et ex herba folia in radice emittente, et carduum similem malo, seminis plenum, in Asia Græciaque: quæ et helxine dicitur. Nascitur et in Ponto, bituminis similior. Laudatissima est Chia e lentisco. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 17. 36. (72). et 21. *ibid.* 16. 56. (96). et 14. *ibid.* 20. 25. (122), ubi intelligimus mastichen veram esse, quæ sudat e lentisco. Hac condiebant vina, odoris gratia. V. vocem præced., MASTICHUM et MASTIX.

MASTĪCHĪNUS *vel* masticinus, a, um adject. *masticino, μαστίχινος*, ad masticen pertinens. *Pallad.* 4. *R. R.* 9. *sub init.* Semina madefacere laurino oleo, vel nardino, vel masticino. *Marcell. Empir.* 19. *sub init.* Olei myrtini uncias VI., olei mastichini uncias quatuor. *Isid.* 19. *Orig.* 22. Masticina (*vestis*), quod colorem masticis habeat.

MASTĪCHUM *vel* masticum, i, n. 2. mastiche. *Pallad.* 11. *R. R.* 14. *a med.* Aloes uncias quatuor, mastici optimi unciam unam, etc. At *Schneiderus* ex optimis Codicib. legit *masticæ optimæ.*

MASTĪCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Masticans, Masticatus* et *Masticandus.* — Masticare est dentibus comminuere, *masticare*, et ratione habita etymi conjungi potest cum μάσσω (*V.* MASSO): quamquam in usu fuerit et μαστιχάω, unde videretur rectius *masticho* scribendum esse. *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. 47. Dant quoque mastichen masticandam. *Pelagon. Veterin.* 30. *a med.* Folia de hedera masticato, et in oculum per triduum spuito. In *Cod.* perperam legitur *massucato*. Confer *Theod. Priscian.* 1. 10. *ad fin.* Lactanti suo mater guttam ammoniaci masticando et exhalando albores oculi, similiter et albas maculas filii – sæpius permundavit. Adde *eumd.* 1. 13. *Apul. Herb.* 79. Quum fuerit masticatum, fervorem commovens. *Theod. Priscian. de Diæta* 10. Portulaca masticata stuporem dentium sanat. *Marcell. Empir.* 5. *med.* Hæc pro modo assidue in ore missa comminues et masticabis. *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 3. Aut masticet, neque transvoret, sed in ore contineat. *Id.* 1. *Tard.* 1. *n.* 30. Tum tenuiter masticans radicem in frusta concisam etc. Adde *Theod. Priscian.* 1. 13. et 14.

MASTĪGĬA, æ, m. 1. μαστιγίας, a μάστιξ *verber*, idem est quod Latine *verbero, onis*, conviciuni nempe hominis digni flagris.

I.) Proprie. *Plaut. Curc.* 4. 4. 11. Reddin', an non, virginem, mastigia? *Ter. Adelph.* 5. 2. 6. Non manum abstines, mastigia? *Plaut. Capt.* 3. 4. 69. Crucior, lapidem non habere me, ut illi mastigiæ cerebrum excutiam. Adde *eumd. ibid.* 3. 5. 1., *Cas.* 2. 6. 9. et 2. 8. 10., *Most.* 1. 1. 1. et 3. 1. 71., *Pœn.* 1. 2. 108., *Rud.* 4. 83. et *Trin.* 4. 3. 14.

II.) Translate fem. gen. est ipsum verber. *Sulpic. Sever. dial.* 2. 3. Consurgunt omnes pariter in verbera: consumit Gallicas mularum pœna mastigias.

MASTĪGŌPHŌRUS, i, m. 2. μαστιγοφόρος, servus agonothetæ, qui eum in sacris certaminibus comitatur, ut ait *Arcad. Dig.* 50. 4. 18. *circa med.* virgam præferens ad summovendam turbam, et cohibendum strepitum atque insolentiam spectatorum: a μάστιξ *flagellum* et φέρω *porto*. *Prudent.* 2. *in Symmach.* 516. Nunc mastigophoris, oleoque, et gymnasii arte Unctis pugilibus, miles pugnabat Etruscus.

MASTIX, ichis, f. 3. eadem ac mastiche, qua declinatione usi sunt auctores sequioris ævi. *Seren. Sammon.* 447. Mastichis addentur fractæ jam mollia farra. *et* 156. Rugarum sulcos lentisci mastiche tendes. *Isid.* 17. *Orig.* 8. Mastix arboris lentisci gutta est, melior autem in Chio insula gignitur. *V.* MASTICHE.

MASTOS, i, m. 2. μαστός, herba, quæ illita pilos mammarum e partu nascentes aufert, ut est apud *Plin.* 26. *Hist. nat.* 15. 92. (163). A re autem nomen habet, quia μαστὸς *mammam* significat.

MASTRŪCA *vel* mastruga, æ, f. 1. διφθέρα (It. *pelle di montone, pelliccia*; Fr. *peau de mouton, vêtement de peau de mouton*; Hisp. *vestimento de cuero*; Germ. *d. Pelz, Schafpelz, d. Wildschur*; Angl. *a kind of fur garment*) occurrit — *a*) Stricto sensu, et est vox quidem peregrina, ac Phœnicum propria, ex quibus et Carthaginienses et Sardi oriundi fuerunt; genus vero vestis est vilioris, ex duabus ferinis pellibus consutis composita, qua totum corpus, brachiis et cruribus

exceptis, agrestes olim populi, ac præcipue Sardi tegebant; constat enim, etiam num in Sardinia silvestres esse homines, quibus hujusmodi pelles, hieme quidem pilis introrsum, æstate vero extrorsum conversis, loco vestium habentur: his similes fuerunt Germanorum rhenones. *V.* RHENO. Mastrucas ex inusmonum pellibus factas fuisse, arguitur ex *Strabone l.* 5. *p.* 344. edit. Amstel. a. 1707. Γίγνονται δ' ἐνταῦθα (*h. e.* in Sardinia) οἱ τρίχα φύοντες αἰγείαν ἀντέρεισα χρωί, καλούμενοι μουσμονες, ὧν ταῖς δωραῖς ϑωρακίζονται. *Isid.* 19. *Orig.* 23. 5. Mastruca, vestis Germanica ex pellibus ferarum, de qua Cicero pro Scauro: Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutavit? Mastruca autem dicta, quasi monstruosa, eo quod qui ea induuntur, quasi in ferarum habitum transformentur. Hæc *Isid.* Alii pro *Germanica* reponendum putant *Sardica*, sed nihil mutandum; eædem enim vestes, ut ipse paullo supra dixit, *Germanis rhenones, Sardis mastrucæ* appellantur. *Quintil.* 1. 5. 8. Mastrucam, quod Sardum est, illudens Cicero ex industria dixit. *Prudent.* 2. *in Symmach.* 695. *de Alarico Gothor. rege.* Tentavit Geticus nuper delere tyrannus Italiam, patrio veniens juratus ab Istro, Has arces æquare solo, tecta aurea flammis Solvere, mastrucis proceres vestire togatos. *Paulin. Nolan. Ep.* 49. (*al.* 36.) *n.* 12. Quid huic, quæso, obfuit seni persona sextinatoris et in nautis vilissima, inops habitus et mastruca Sardorum? Nam pellibus satis vestiebatur, quum illum Dominus virtutum et alloquio suo beabat et illuminabat adspectu et gremio sopiebat profecto et idipsum in eo diligens, quod Eliæ meloten et prævii Joannis habitum veste sætigera imitabatur. *Pompejus gramm.* edente *Eichenfeld. p.* 420. Mastraga (*lege* Mastruca) sagum dicitur lingua Sardorum. Adde *Arnob.* 2. 22. — *b)* Adhibetur et in conviciis. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 33. Deglupta mæna, sarapis, semicinctium, mastruga, balagoras, hama. Hæc convicia jaciuntur in Hannonem Carthaginiensem.

MASTRŪCĀTUS, a, um, adject. mastruca indutus. *Cic. Prov. cons.* 7. 15. Mastrucati latrunculi in Sardinia.

MASTURBĀTĬO, ōnis, f. 3. actus masturbandi. *Inscript.* apud *Murat.* 927. 15.

MASTURBĀTOR, ōris, m. 3. qui masturbat. *Martial.* 14. 203. A *Cæl. Aurel.* 5. *Acut.* 9. dicitur *in semet manu operans.*

MASTURBĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

MASTURBO, as, āvi, ātum, are, a. 1. χειρουργεῖν, δέφεσθαι. Part. *Masturbatus* legitur apud *Martial.* 9. 42. — Masturbare, quod ratione habita etymi est a *manu stuprare*, vel, ut *Döderlein. Latein. Synonym. vol.* 6. *p.* 213. a μήδεα vel μέζεα et *turbare*, verbum est dictu factuque turpissimum, apud *Martial.* 11. 104. quam rem vel ipse impense damnat, et scelus ingens esse dicit, 9. 42., quanto magis Christianus homo aversari debet? *V.* FEMINO.

MASUCĬUM edacem a mandendo scilicet. Ita *Paul. Diac. p.* 139. 1. *Müll.* Rustica vox esse videtur.

MĀTÆUS, a, um, adject. *vano*, μάταιος, vanus, ineptus. *Petron. fragm. Tragur.* 41. *Burmann.* Plane matæus sum. *Alii aliter leg.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MATĂRA *et*

MATĂRIS. *V.* MATERIS.

MATAXA. *V.* METAXA.

MĂTELLA, æ, f. 1. *deminut. a* matula, est vas aquarium, ut docet *Non. p.* 543. 16. *Merc.*

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim dicitur de quocumque aquario vase. *Plaut. fragm.* apud *Non. loc. cit.* Ne tu postules matellam unam tibi aquæ infundi in caput. *Varro* apud *eumd. ibid.* Divitum apothecas Chias ad communem revocat matellam. *Id. ibid.* Lecto strato, matellam, ceteras res hujus, ubique præ se portant. — Inter vasa olearia et aquaria *matellam* enumerat etiam *Cato R. R.* 10. et 11. — Hinc *mus in matella*, proverbium in satagentem, sollicitum, anxium, et frustra conantem: quia mus in matellam si incidit, discurrit quidem anxie, sed exitum non invenit. *Petron. fragm. Tragur.* 58. *Burmann.* Curris, stupes, satagis, tamquam mus in matella. ¶ 2. Speciatim dicitur de vase, in quod urinam reddimus, *orinale*, ἀμίς. *Martial.* 12. 32. Matella curto rupta latere mejebat. *Id.* 6. 89. Quum peteret seram media jam nocte matellam Arguto madidus pollice Panaretus. *arguto pollice*, h. e. digitis crepantibus, qui mos erat domini servum matellam poscentis, ut *Id.* ostendit etiam 3. 82. et 14. 119. Sic *Cæl. Aurel* 2. *Acut.* 3. *sub init.* Si urinam mittere fuerit admonitus, matellam non postulet, vel si petiverit, nesciat datam. *Matellam cuipiam præbere* vilissimum omnium ministerium est. Hinc *Martial.* 10. 11. Nil aliud loqueris, quam Thesea Pirithoumque, Teque putas Pyladi, Calliodore, parem. Dis peream, si tu Pyladi præstare matellam Dignus es, aut porcos pascere Pirithoi.

II.) Translate *matellam* vocat *Petron. Satyr.* 45. uxorem adulteram, utpote quæ cujuslibet viri libidini se subdiderat, tamquam matella conviris. *V.* MATULA II.

MĀTELLĬO, ōnis, m. 3. vasis aquarii genus: a matula. *Paul. Diac. p.* 126. 3. *Müll.* Metellio deminutivum a matula, et *Varro* 5. *L. L.* 119. *Müll.* Accessit matellio a matula dictus, qui, posteaquam longius a figura matulæ discessit, ab aqua aqualis dictus. *Varro* apud *Non. p.* 547. 7. *Merc.* Postularet trulleum, matellionem, pelvim. *Cic.* 5. *Parad.* 2. 38. Si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissime tractantem. Adde *Caton. R. R.* 10. et 11.

MATĒŎLA, æ, f. 1. *Cato R. R.* 45., ubi de seminario olearum faciendo agit, et ex eo *Plin.* 17. *Hist. nat.* 18. 29. (125). Quum taleam demittes, pede taleam opprimito. Si parum descendet, malleo, aut mateola adigito. *Mateolam* dictam putat *Turneb. l.* 11. *Adversar. c.* 13. pro *materiolam*, et ligneum fustem interpretatur: *Harduin.* ligneum bipalii manubrium. *Schneidero* autem (*Ind. ad Scrippt. R. R.* sub hac voce) non dubium est, ex *malleolo*, scripto *maleolo*, ortum esse vitiosum *mateola*. Hujus enim usum res ipsa requirit. — *Mateola* alio sensu, *V.* MATTEOLA.

MĀTER, tris, f. 3. μήτηρ et Dorice μάτηρ, parens, genitrix (It. *madre*; Fr. *mère*; Hisp. *madre*; Germ. *die Mutter*; Angl. *a mother*).

I.) Proprie. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 21. 42. Mater gravida parere se ardentem facem Visa est in somnis Hecuba: quo fato pater Rex ipse Priamus etc. *Cic.* 2. *de republ.* 18. Si quidem istius regis (*h. e.* Anci Martii) matrem habemus, ignoramus patrem. *Id.* 3. *ibid.* 10. Cur virgini Vestali sit heres, non sit matri suæ? *Id. Amic.* 3. 11. Pietas in matrem. *Id. Cluent.* 5. 12. Sassia mater hujus Aviti: mater enim a me nominis causa, tametsi in hunc hostili odio et crudelitate est, mater, inquam, appellabitur. *Id.* 3. *Nat. D.* 18. 46. Hecate, quæ matre Asteria est, sorore Latonæ, *h. e.* matrem habet Asteriam. *Horat.* 1. *Od.* 16. 1. O matre pulcra filia pulcrior. *Nepos Thrasyb.* 2. Nec sine causa dici: Matrem timidi flere non solere. *Ovid.* 6. *Met.* 155. et felicissima matrum Dicta foret Niobe, si non sibi visa fuisset. *Id.* 3. *Fast.* 799. Matre satus terra. *Id. Heroid.* 9. 48 Matrem esse de aliquo, *h. e.* ex conjugio alicujus parere. Sic *Id.* 3. *Met.* 270. mater De Jove vult fieri. *Id.* 11. *ibid.* 222. Matrem esse alicui, *pro* alicujus. *et* 9. *ibid.* 941. facere aliquam matrem. *Cic.* 2. *Divinat.* 41. 85. Juppiter lactens castissime colitur a matribus. *Virg.* 7. *Æn.* 813. Illam omnis tectis agrisque effusa juventus Turbaque miratur matrum. *et* 11. *ibid.* 477. ad templum summasque ad Palladis arces Subvehitur magna matrum regina caterva. *con gran corteggio di matrone.* — *Materfamilias* vel *materfamiliæ*, *V.* in FAMILIA.

II.) Translate. ¶ 1. Interdum *mater* dicitur de nutrice, *balia*, *mammana. Plaut. Men. prol.* 19. Ita forma simili pueri, ut mater sua non internosse posset, quæ mammam dabat; neque adeo mater ipsa, quæ illos pepererat. *Virg.* 8. *Æn.* 631. Procubuisse lupam: geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros et lambere matrem. Adde *Capell.* 1. *p.* 13. Hinc *Non. p.* 423. 19. *Merc.* discrimen assignat inter *genitricem* et *matrem*, quod illa, quæ genuerit; hæc etiam quæ lac dederit, nuncupetur. ¶ 2. Est etiam honoris vocabulum (ut *pater*), quo seniores feminas compellamus vel matronas significamus. *Plaut.* de mulieribus feminam sacerdotem salutantibus, *Rud.* 1. 5. 5. Jubemus te salvere, mater. SA. Salvete puellæ. — Sic pro matronis. *Virg.* 8. *Æn.* 665. castæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in mollibus. *Ovid.* 13. *Met.* 412. Dardanidas matres, patriorum signa deorum Dum licet amplexas succensaque templa tenentes, Invidiosa trahunt victores præmia Graji. *Liv.* 5. 23. Velut ex insperato immensum gaudium fuit: et, priusquam senatus decerneret, plena omnia templa Romanarum matrum, grates diis agentium, erant. ¶ 3. Item est honoris vocabulum, quod, ut *pater* diis, tributum est deabus. — *a)* Sic *Vesta mater* apud *Virg.* 1. *G.* 498.; *Ovid.* 4. *Fast.* 828.; et *Senec.* 4. *Excerpt. controv.* 2.; et *mater Matuta* apud *Liv.* 28. 11. et 41. 28.; et *Paul. Diac. p.* 122. 3. *Müll.*: et *Flora mater* apud *Lucret.* 5. 738. — *b) Mater magna* et *mater* absolute, est Cybele, mater omnium deorum. *Cic. Sext.* 26. 56. Matris magnæ Pessinuntius ille sacerdos. *Virg.* 4. *G.* 64. Tinnitusque cie et Matris quate cymbala circum. *et* 9. *Æn.* 108. quum Turni injuria Matrem Admonuit, ratibus sacris depellere tædas. Eadem dicitur ab *Ovid.* 10. *Met.* 696. mater turrita. *et* 4. *Fast.* 224. mater turrigera. Ceterum appellatur a *Liv.* 36. 36.; et a *Sueton. Aug.* 68., *Tib.* 2. et *Oth.* 3. Mater deûm. — *c)* Terra etiam *mater* dicitur, quia cuncta gignit. *Liv.* 8. 6. Exercitum diis Manibus matrique Terræ deberi. Cf. *Cic.* 2. *Legg.* 22. 56. Redditur terræ corpus, et ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur. Ceterum *Lucret.* 2. 991. Humorum guttas mater quum terra recepit. *Ovid.* 2. *Fast.* 715. Brutus matri dedit oscula terræ. *V.* TERRA. — *d) Mater florum* apud *Ovid.* 5. *Fast.* 183. est Flora: *frugum* est Ceres apud *eumd.* 6. *Met.* 118.: *amorum* est Venus apud *eumd.* 16. *Heroid.* 201.; et *Val. Flacc.* 7. 171. Sic *mater cupidinum* apud *Horat.* 1. *Od.* 19. 1. — *e)* Universim *matres* dicuntur omnes deæ, quæ peperierunt, Cybele, Ceres, Hecate, Isis, Vesta, Matuta: item Minerva et Diana honoris causa. Hinc in multis veteribus Inscriptionibus vota soluta leguntur MATRIBVS, apud *Gruter.* 6. 7. 8. et 9., et apud *Reines. cl.* 1. *n.* 172. — *f) Matres* dicuntur quoque deæ regionum, vel urbium tutelares. *Inscript.* apud *Gruter.* 90. 10. DIIS DEABVSQVE OMNIBVS MATRIBVS VAPTHIABVS ET GENIO LOCI SACRVM. *Alia* apud *eumd. ibid.* 9. MATRIBVS GALLAICIS T. FRATERNIVS V. S. L. M. *V.* aliam in AUFANIÆ in ONOM.; et V. etiam MATRÆ in hoc Lexico. ¶ 4. Item quod initio, honoris causa, sacerdotibus feminis tributum est vocabulum (*V. Plauti* locum sub 2.), *mater* in posterum nomen fuit sacerdotii feminei. *Inscript.* apud *Murat.* 165. 5. et emendatior 1981. 2. DEAE SEMELAE ET SORORIBVS EJVS DEABVS OB HONOREM SACRI MATRATVS REGINA PATERNA MATER NATA ET FACTA ARAM POSVIT SVB SACERDOT. A. SERANIO CATVLLO PATRE. Hæc vero *mater nata* vocatur, quod filia sacerdotis, ac propterea ipsi jus in sacerdotii successionem esset; *facta*, quod suo tempore sacerdotium inierit. Sorores autem Semelæ sunt Ino, Agave et Autonoe ex *Hygin. fab.* 179. *Alia* apud *Reines. cl.* 5. *n.* 14. GEMINIA TITVLLA ARAVSIENSIS MATER SACRORVM HIC ADQVIESCIT. Hæc autem videtur Mithræ cultui addicta, cujus sacerdotes *patres sacrorum* appellabantur. ¶ 5. Item honoris causa, *mater castrorum* fuit appellata omnium prima Faustina junior, uxor Marci Aurelii Antonini, de qua ita *Capitolin. M. Aurel.* 26. Faustinam secum et in æstivis habuerat, ut matrem castrorum appellaret. Porro deinde aliæ quoque Augustæ, quæ viros ad fortia hortabantur, aut sequebantur in bello, aut aliquid supra sexum ausæ fuerant, eadem appellatione sunt honoratæ. Hinc Faustinæ nummus apud *Eckhel. D. N. V. T.* 7. *p.* 79. MATRI CASTRORVM. *Inscript.* apud *Gruter.* 39. 3. DIANAE PRO SALVTE IMP. L. SEPTIMII SEVERI ET IVLIAE AVG. MATRI CASTRORVM. Etiam *matres patriæ*, et *matres senatus* eædem Augustæ sunt appellatæ. Hinc Livia Augusti uxor in nummo apud *eumd. T.* 5. *p.* 155. *Augusta mater patriæ*. et Julia Domna in alio apud *eumd. T.* 7. *p.* 196. *Mater Augustorum*, *mater senatus*, *mater patriæ* dicuntur. *V.* CASTRA et FILIUS. — Etiam *mater populi Romani* vocatur Julia Domna, Caracallæ mater, in *Inscript.* apud *Orell.* 4945. ¶ 6. Poetice *mater* dicitur de affectu materno in liberos. *Ovid.* 6. *Met.* 629. Sed

simul ex nimia matrem pietate labare Sensit etc. *Al. leg.* mentem. At *Id.* 8. *ibid.* 463. *de Althæa.* pugnant materque sororque, Et diversa trahunt unum duo nomina pectus. *Seneca Med.* 928. Ira discessit loco: materque, tota conjuge expulsa loco, redit. Sic *Claudian.* III. *Cons. Honor.* 157. Induc mente patrem. ¶ 7. De partu, vel pariendi officio. *Seneca Herc. Œt.* 389. Materque multum rapuit ex illo mihi. *h. e.* partus multum detraxit de illa mea pulcritudine. ¶ 8. Eleganter dicitur de patria. *Claudian.* II. *Cons. Stilich.* 175. *de Roma.* Protegis hanc clipeo matrem regumque ducumque. Adde *Aurel. Vict. de Vir. illustr.* 58. ¶ 9. De urbe, quæ ceterarum in aliquo regno caput est, *la capitale. Ammian.* 14. 2. In excidium urbium matris Seleuciæ offerebantur. *Id.* 26. 1. Progresso Nicæam versus exercitu, quæ in Bithynia mater est urbium. Adde *eumd.* 17. 7. ¶ 10. Sæpe dicitur de bestiis. *Varro* 2. *R. R.* 4. 13. Binis mensibus porcos sinunt cum matribus. *Virg.* 9. *Æn.* 628. juvencum Candentem pariterque caput cum matre ferentem. Sic *Stat.* 9. *Theb.* 115. imbellem non sic amplexa juvencum Infestante lupo, quum primum feta tuetur Mater et anciptii circumfert cornua gyro. Rursus *Virg.* 3. *G.* 398. excretos prohibent a matribus hædos. *Juvenal.* 11. 70. Grandia præterea, tortoque calentia fœno Ova adsunt ipsis cum matribus. *h. e.* cum gallinis. Sic *Martial.* 3. 58. Et dona matrum vimineo ferunt texto. ¶ 11. In arboribus est truncus, ex quo enascuntur ramorum propagines. *Virg.* 2. *G.* 23. plantas tenero abscindens de corpore matrum. *Colum.* 3. *R. R.* 17. 2. Totum flagellum, sicut est matri detractum, etc. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 5. 11. (23). Superiores rami in excelsum evolant, silvosa multitudine, vasto matris corpore. ¶ 12. In rebus aliis est causa, origo, effector alicujus rei. *Varro* 2. *R. R.* 5. 5. Apes mellis matres. *Cic.* 1. *Legg.* 22. 58. Mater omnium bonarum rerum sapientia est. *Id.* 5. *de republ.* 2. Illa autem diuturna pax Numæ mater huic urbi juris et religionis fuit. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 10. 39. Immoderata intemperantia, omnium perturbationum mater. *Id.* 1. *Invent.* 41. 76. Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. *Id.* 2. *Orat.* 40. 171. Avaritiam tollere si vultis, mater ejus est tollenda, luxuries. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 98. utilitas justi prope mater et æqui. — Joculariter *Plaut. Amph.* 1. 1. 274. Hirneam ego, ut matre fuerat natum, vini eduxi meri. *h. e.* sine admixtione aquæ, ut ex vite uvaque prodiit.

MĀTERCŬLA, æ, f. 1. deminut. *matris*: et dicitur vel blandiendi causa, vel de matre timida et pusilli animi. *Plaut. fragm.* apud *Priscian.* 3. *p.* 611. *Putsch.* Tunc tu igitur mea matercula. *Cic. Flacc.* 36. 91. Nunc denique matercula suæ festivus filius, aniculæ minime suspiciosæ, purgat se per epistolam. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 7. Dum pueris omnis puer et matercula pallet.

MATERFĀMĪLĬAS *vel* mater familias, *item* materfamiliæ *vel* mater familiæ, f. *madre di famiglia, padrona di casa,* οἰκοδέσποινα. *V.* in FAMILIA.

MĀTĒRĬA, æ, *f.* 1. *et* materies, ēi, *f.* 5., quam vocem volunt esse a *mater*, ut a *luxu* luxuria et luxuries, est id, ex quo fit aliud, ut materia libri charta est et atramentum; domus lapides, ligna, calx etc. ὕλη (It. *materia*; Fr. *matière*; Hisp. *materia*; Germ. d. *Ur –, Grundstoff, woraus etwas gemacht wird*; Angl. *matter, stuff, materials, that of which any thing is composed*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 3. *Nat. D.* 39. 92. Materia rerum, ex qua et in qua sunt omnia. Adde *eumd.* 1. *Acad.* (*post.*) 6. et 7., ubi de Peripateticorum materia agit. *Lucret.* 1. 191. Quidque sua de materia grandescere alique. *Id. ibid.* 249. Haud igitur redit ad nihilum res ulla, sed omnes Discidio redeunt in corpora materiai. ἀρχαϊκῶς pro *materiæ*: et apud *Lucret.* frequens est. *Lucan.* 2. 8. materia rudis. *h. e.* chaos et massa prima, ut *Val. Flacc.* 1. 830. loquitur. *Justin.* 4. 1. 3. Est autem (*in Sicilia*) ignibus generandis nutriendisque soli ipsius naturalis materia; quippe intrinsecus stratum sulphure et bitumine traditur. *Id.* 44. 1. 6. Non frumenti tantum magna copia est (*in Hispania*), verum et vini, mellis oleique; nec ferri solum materia præcipua est, sed etc. *h. e.* ferri metalla, *miniere. Lamprid. Alex. Sev.* 39. Ex eo bis (*formis binariis, ternariis* etc.) materiæ nomen inditum est. *h. e. si dissero materia d'oro. Justin.* 1. 2. 7. Hæc (*Semiramis*) Babyloniam condidit, murumque urbi cocto latere circumdedit, arenæ vice, bitumine interstrato; quæ materia in illis locis passim e terra exæstuat. Sic *Vitruv.* 2. 8. *extr.* De parietibus et apparatione generatim materiæ eorum exposui. *Liv.* 2. 7. *extr.* Delata confestim materia omnis infra Veliam, et – domus in infimo clivo ædificata. *Id.* 26. 47. Naves onerariæ sexaginta tres in portu expugnatæ captæque: quædam cum suis oneribus, frumento, armis; æra præterea ferroque et linteis et sparto et navali alia materia ad classem ædificandam. *Ovid.* 2. *Met.* 4. Argenti bifores radiabant lumine valvæ: Materiam superabat opus. Cf. *Martial.* 8. 51. Materiæ non cedit opus. ¶ 2. Specialim, ut Græcis ὕλη silvam, sic materies Latinis lignum significat, *legno. Colum.* 5. *R. R.* 11. 1. Resecta arbor inter librum et materiam semina admittit. *et mox.* Cuneum inter corticem et materiem demittito. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 28. 51. (119). Tarde senescunt, quorum crispa materies, ut acer, palma, populus. *Colum. Arbor.* 1. Duo sunt genera surculorum: quorum alterum sua sponte gignitur, alterum cura mortalium procedit. illud materiæ est magis aptum: hoc idoneum fructibus. *h. e. da legna,* vel ad comburendum, vel ad ædificandum. loquitur enim de arboribus universim. ¶ 3. Item speciatim lignei rami, qui ex arboribus enascuntur. *Colum.* 4. *R. R.* 24. 19. Ipsius autem materiæ, quam submittemus, longitudini modum difficile est imponere. *et ibid.* 4. Modus itaque materiarum is erit, quem dictabit humi atque ipsius stirpis lætitia. *Id.* 3. *ibid.* 21. 7. Multum interest, plures ne, an pauciores materias, pro natura cujusque stirpis, vinitor submittat. *Id.* 4. *ibid.* 21. 2. Vitis in materiam frondemque effunditur. ¶ 4. Speciatim iterum genus palmitis, quod de novello nascitur, et in tenero alligatum dependet, materiam vocamus, inquit *Id.* 5. *ibid.* 6. 35. ¶ 5. Item ipse truncus, unde sarmenta prodeunt. *Cic.* 2. *Orat.* 21. 88. Facilius, sicut in vitibus, revocantur ea, quæ sese nimium profuderunt, quam, si nihil valet materies, nova sarmenta cultura excitantur. ¶ 6. Præcipue vero ligna, quæ ad fabricandum utilia sunt, hoc nomine significantur, ut tigna, asseres, tabulæ etc. *legname. Cic.* 7. *Verr.* 18. 47. Dixit Ilcius, navem tibi operis publicis Mamertinorum esse ædificatam. Reliqua est materies: hanc Rheginis publice, quod Mamertini materiem non habent, imperavisti. Adde *Virg.* 11. *Æn.* 328. Rursus *Cic. Mil.* 27. 75. Repente lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta atque arma convexit. *Cato R. R.* 17. Materies pro ridica, ubi solstitium fuerit ad brumam, semper tempestiva est. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 11. Omnis materia sic cæsa judicatur carie non infestari. Adde *Cæs.* 4. *B. G.* 17. *et* 18., ubi de pontis: *et ibid.* 31., ubi de navium: *et* 5. 39., ubi de munitionum et valli constructione agit, et alibi sæpe. Hinc illud discrimen inter *lignum,* et *materiam* apud *Ulp. Dig.* 32. 53. 1., ubi docet, *materiam* esse, quæ ad ædificandum fulciendumque necessaria est: lignum, quidquid comburendi causa paratum est. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 40. 76. (206). Cornus non potest videri materies propter exilitatem, sed lignum. Sic *Tac.* 1. *Ann.* 35. Indiscretis vocibus pretia vacationum, angustias stipendii, duritiam operum, ac propriis nominibus (*milites*) incusant vallum, fossas, pabuli, materiæ, lignorum aggestus. ¶ 7. Item dicitur de cibis, vel ciborum conditione. *Cels.* 2. 18. In media vero materia numerari ex oleribus debere ea, quorum radices, vel bulbos assumimus; imbecillissimam vero materiam esse omnem caulem oleris, et quidquid in caule nascitur, qualis est cucurbita et cucumis etc. Sic *Id.* 3. 27. Cibus esse debet ex media materia, maximeque ex venatione.

II.) Translate. ¶ 1. Accipitur pro genere seu stirpe, *razza. Colum.* 6. *R. R.* 27. 1. Summam sedulitatem desiderat equinum genus, est enim generosa materies, quæ circo sacrisque certaminibus equos præbet: est mularis, quæ pretio fetus sui comparatur generoso: est vulgaris, quæ mediocres feminas maresque progenerat. *Id.* 7. *ibid.* 3. 15. *de ovib.* Quod ex vetere materia nascitur, plerumque congeneratum parentis senium refert. ¶ 2. Est etiam et sæpe argumentum sermonis, orationis, libri, seu res. de qua agitur, *soggetto, materia.* Ad rem *Cic.* 1. *Invent.* 5. 7. Materiam artis eam dicimus, in qua omnis ars et facultas, quæ conficitur ex arte, versatur. Ut si medicinæ materiam dicamus morbos ac vulnera, quod in his omnis medicina versetur: item quibus in rebus versatur ars et facultas oratoria, eas res materiam artis rhetoricæ nominamus. Cf. *eumd.* 1. *Off.* 5. 16. Quocirca huic quasi materia, quam tractet et in qua versetur, subjecta est veritas. Adde *eumd.* 2. *Divinat.* 4. 12. Ceterum *Id.* 2. *Orat.* 59. 239. Est etiam deformitatis et corporis vitiorum satis bella materies ad jocandum. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 2. 1. *extr.* Sic habeto, materiam omnem sermonum eorum, qui de te detrahere velint, Statium dedisse. *Id.* 3. *Att.* 12. Quod me, ut scribam aliquid, hortaris, crescit mihi quidem materies, ut dicis, sed etc. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 1. Lupus egit causam agri Campani: materiam rei non ignoras. *Horat. Art. P.* 38. Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam Viribus. *Ovid.* 1. *Amor.* 3. 19. Te mihi materiem felicem in carmina præbe. *Phædr. prol. l.* 1. Æsopus auctor quam materiam repperit, Hanc ego polivi versibus senariis. *Gell.* 17. 12. Infames materiæ, sive quis mavult dicere inopinabiles, quas Græci ἀδόξους ὑποθέσεις appellant. Similiter in plur. num. *Quintil.* 2. 4. 41. Fictæ ad imitationem fori consiliorumque materiæ. *et* 6. 3. 15. Materiæ in hoc idoneæ, ut controversiæ permixtis salibus fingerentur. *et* 2. 6. 1. Materias, quas discipulis ad discendum dabant, non contenti divisione dirigere, latius dicendo prosequebantur. ¶ 3. Item occasio, causa, facultas. *Cic. Mil.* 13. 35. Quid enim odisset Clodium Milo segetem ac materiam suæ gloriæ? *Liv.* 1. 39. Proinde materiem ingentis publice privatimque decoris omni indulgentia nostra nutriamus. *Cic.* 2. *Orat.* 84. 342. Ut opes et copiæ non superbiæ videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem et materiam dedisse. *Ovid.* 2. *Trist.* 32. Materiam veniæ sors tibi nostra dedit. *Sall. Cat.* 10. Primo pecuniæ, dein imperii cupido crevit: ea quasi materiam omnium malorum fuere. Sic *Horat.* 3. *Od.* 24. 48. lapides, aurum et inutile, Summi materiem mali. *Cic. Dom.* 5. 11. Materiem subtrahere furori. *et paullo post,* 13. Ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret (ubi ad ligni materiam aperte respicit). *Id.* 11. *Phil.* 9. 21. Materiam invidiæ dare. *Ovid.* 1. *Art. am.* 49. quærere amori. *Tac.* 12. *Ann.* 22. sceleri detrahere. *Vellej.* 2. 62. 3. belli præbere. *Justin.* 30. 1. 7. quietis avide arripere. *Id.* 3. 2. 12. Materia scelerum. *Id.* 11. 5. 3. seditionis. *Sueton. Tib.* 22. tumultus. *Id. Cæs.* 35. novarum rerum. *Id. ibid.* 22. triumphorum. *Lucan.* 8. 76. laudis. Similiter *Plin. Paneg.* 38. benefaciendi. et *Sueton. Aug.* 16. exprobrandi. *Id. ibid.* 32. calumniandi. *Id. Claud.* 4. deridendi. Et *Tac.* 1. *Hist.* 51. *extr.* Sed plurima ad fingendum credendumque materies in ipsis castris, odio, metu etc. Animadvertendum et illud *Sueton. Galb.* 9. Paullatim in desidiam segnitiemque conversus est, ne quid materiæ præberet Neroni. *h. e.* calumniandi occasionem. ¶ 4. Transfertur etiam ad animum, ejusque vim, indolem, ingeniumque significat, *natura, spirito, indole. Cic.* 5. *Verr.* 68. 160. Fac, fuisse in isto C. Lælii, M. Catonis materiem atque indolem. Cf. *Id.* 1. *Invent.* 2. 2. Quo tempore quidam, magnus videlicet vir et sapiens, cognovit, quæ materies et quanta ad maximas res opportunitas in animis inesset hominum, si quis eam posset elicere et præcipiendo meliorem reddere: qui dispersos homines ni agris et in tectis silvestribus abditos etc. *Liv.* 1. 46. Angebatur ferox Tullia, nihil materiæ in viro neque ad cupiditatem, neque ad audaciam esse. *Ovid.* 4. *Heroid.* 85. Tu modo duritiem silvis depone jugosis: Non sum materia digna perire tua. *h. e.* ingenio tuo averso ab amore, et ad venandum omnino converso. *Quintil.* 2. 4. 7. Materiam (*h. e.* pueri naturam) esse primum volo vel abundantiorem atque ultra, quam oporteat, fusam. Cf. *eumd.* 2. 8. 12.

MĀTERĬĀLIS, e, adject. *materiale,* ὑλικός, ἔνυλος, qui est a materia. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 12. *circa med.* Priusquam materialis influxio in corpus venientes animas ebriaret.

MĀTĒRIĀLĪTER, adverb. (materialis) *materialmente*, ὑλικῶς, secundum materiam. *Sidon.* 8. *Ep.* 11. *post carmen.* In pectore viri iracundia materialiter regnans.

MĀTĒRIĀRIUS, a, um, adject. (materia) ad materiam pertinens, qua lignum significat ad fabricandum utile, *da legname.* Hinc — *a) Fabrica materiaria* apud *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (198). Fabricam materiariam invenit Dædalus, et in ea serram, asciam, perpendiculum, terebram. *l'arte del falegname,* ὑλουργίαν, δρυοτομικήν. *Isid.* 19. *Orig.* 34. 11. Soleæ materiales ex materia corio infecta. *Fortasse legend.* materiariæ. Etiam *clavarius materiarius,* qui scilicet clavos ligneos facit (*V.* CLAVARIUS, II): erat igitur et *clavarius ferrārius,* sed de hoc altum in Latina lingua silentium. — *b) Materiarius faber* et absolute *materiarius,* qui materiariam fabricam exercet, *falegname,* ξυλουργός, δρυοτόμος. *Inscript.* apud *Gruter.* 642. 6. FVLVIVS L. F. QVINTIANVS FABER MATERIARIVS FIVS IN SVOS VIXIT ANN. XLVI. etc. — *c) Materiarius negotians* est *mercante da legname per fabbriche,* mercator materiæ. *Inscript.* apud *Murat.* 980. 8. SILVANO AVG. SACRVM L. TITIVS EVTYCHAS NEGOTIANS MATERIARIVS D. D. *Alia* apud *Orell.* 4248. V. F. VERSINIA D. L. TYCHE F. ALFIO ERASTO NEGOTIANTI MATERIARIO COIVGI BENE MERITO. — *d)* Item absolute qui materiem in silva cædit ad ædificia. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 45. Si non nos materiarius moratur, quod opus est qui det, cito erit parata navis. — *e)* Est etiam, qui materes facit. Sic enim legit *Voss.* in *Etymol.* in voce *Materis,* illud *Ammiani* 21. 13. *ad fin.* Imperator Arbetionem iter suum præire cum lanceariis et materiariis et catervis expeditorum præcepit. Similem locum habet 31. 13., sed utrobique al. leg. *mattiariis,* qui dicti videntur a quodam teli genere, quod *mattium* appellabatur, quo armati erant. Sane apud *Ammian.* non de fabris, sed de militibus sermo est. Porro *mattium* et *mattiarius* peregrinæ voces sunt. *Zosimus l.* 3. Græce ματτιαρίους habet, ut adnotavit *Vales.* ad *citat. priorem loc. Ammiani.* — *f) Hæretici materiarii* a *Tertull.* dicuntur *advers. Hermog.* 25. qui materiam ab æterno fuisse credebant. — Hinc

Materiarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more. *V.* supra sub *d.*

MĀTĒRIĀTIO, ōnis, f. 3. *legname d'una fabbrica*, materies lignaria in ædificiis, ut trabes, tabulæ, contignationes etc. *Vitruv.* 4. 2. In ædificiis collocatur materiatio, variis vocabulis nominata. Prosequitur deinde *Vitruv.* nominando trabes, tigna, axes, transtra, capreolos, canterios etc., quæ omnia *materiationis* vocabulo continentur.

MĀTĒRIĀTŪRA, æ, f. 1. materiaria ars, quæ circa materiationem versatur. *Vitruv.* 4. 2. E quibus rebus, et a materiatura fabrili, in lapideis ædificationibus artifices dispositiones eorum scalpturis sunt imitati.

MĀTĒRIĀTUS, a, um. *V.* MATERIO.

MĀTĒRIES, ēi, f. 5. *V.* MATERIA.

MATERINUS, a, um, adject. *Materina terra* apud *Caton. R. R.* 34. exponitur a *Turneb. l.* 21. *Adversar. c.* 25. dura, solida et prope lignea. Monet *Idem* ab aliquibus legi *macerina,* h. e. *macra.* Alii *materinam* intelligunt, ubi materia sit et rudus ædificiorum. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 17. 46. (163). sententiam Catonis aliis verbis exprimens, In solo, inquit, rubricoso, vel pullo, vel arenoso, si non sit aquosum, lupinum seri. *Catonis* verba sunt: Ager rubricosus, et terra pulla, materina, rudecta, arenosa, item quæ aquosa non erit, ibi lupinum bonum fiet. *Plin.* itaque *materinam terram,* vel eamdem esse ac *rudectam* et *arenosam,* aut saltem similem putavit: vel ne ipse quidem intellexit, ideoque dissimulavit ac præteriit. *Schneiderus* præfert legendum *tenerrima.*

MĀTĒRIO, as, ātum, are, a. 1. (materia). Occurrunt tantum Part. *Materiatus* et *Materiandus.* — Materiare est ex materia, seu ligno exstruere. *Cic.* 3. *Off.* 13. 54. Ædes pestilentes, male materiatæ, ruinosæ. *h. e.* materia præsertim lignaria, seu materiatione constructæ. Sunt qui leg. *malæ materiæ. Vitruv.* 5. 12. *sub fin.* Eaque ædificia minime sunt materianda propter incendia. *h. e.* ex materia, seu ligno exstruenda.

MĀTĒRIŌLA, æ, f. 1. deminut. materiæ. *Tertull. Baptism.* 17. Superest ad concludendam materiolam, de observatione quoque dandi et accipiendi baptismum commonefacere.

MĀTĒRIOR, āris, ari, dep. 1. (materia) materiam cædere ad conficiendum vallum, *far legna,* ὑλοτομέω. *Cæs.* 7. *B. G.* 73. Erat eo tempore et materiari, et frumentari, et tantas munitiones fieri necesse.

MĀTĒRIŌSUS, a, um, adject. qui multa materia abundat. *Gloss. Philox.* Materiosus, πολύυλος. *Theod. Priscian. lib.* 4. *p.* 316. bis *ed. Ald.*, ubi legitur *De purgatione* (menstrua) *feminarum.* Venas autem naturaliter materiosas (*purgatio*) corrigit: ut post implementum vasculorum, osculatione interius facta, sanguis excludatur. Confer *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. Si osculatio venarum, ex redundantia materiæ veniens, fluorem faciat, convenit uti detractione. *scil.* sanguinis.

MĀTĒRIS, *vel* matăris, is, *vel* matăra, æ, f. 1. *picca*, ματερίς, Celticum lanceæ genus. Vox est Gallica: videtur autem esse, quam nunc Galli *matras,* Itali *bolzone* vocant. *Cæs.* 1. *B. G.* 26. Nonnulli inter carros rotasque mataras ac tragulas subjiciebant, nostrosque vulnerabant. *Turneb.* legit *materes. Alii mazaras. Liv.* 7. 24. Humero materi trajecto. *Cic.* 4. *Herenn.* 32. 43. Materis transalpina. *Sisenna* apud *Non. p.* 556. 8. *Merc.* Galli materibus, Suevi lanceis configunt.

MĀTERNUS, a, um, adject. (mater) qui matris est, qui ad matrem pertinet, μητρικός (It. *materno*; Fr. *maternel, de mère*; Hisp. *maternal, materno*; Germ. *zur Mutter gehörig, mütterlich*; Angl. *of a mother, motherly, maternal*). Occurrit — *a)* De hominibus. *Ennius* apud *Non. p.* 292. 16. *Merc.* Nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerer. Cf. *Cic. Rosc. Am.* 24. 66. Magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis. *Ter. Heaut.* 4. 1. 24. Maternus animus. *Cic. Cluent.* 5. (12). Quo enim est ipsum nomen amantius indulgentiusque maternum etc. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 41. 96. (237). Maternum lac. *Liv.* 1. 24. Materna patria. *Sueton. Cæs.* 6. genus. *Id. Aug.* 4. origo. *Id. Ner.* 6. memoria. *Virg.* 8. *Æn.* 498. mens. *Nemesian. Cyneg.* 19. Materni menses. *h. e.* quibus portatur fetus in utero. *Ovid.* 3. *Met.* 312. *de Baccho Jovis femori insuto.* maternaque tempora complet. *Virg.* 1. *G.* 28. Cæsar cingens materna tempora myrto. *h. e.* Veneris, quæ Æneæ mater fuit, ex quo Cæsarum genus. *Id.* 12. *Æn.* 107. Æneas maternis sævus in armis. *h. e.* quæ illi Venus mater ab Vulcano impetraverat. *et* 6. *ibid.* 103. Maternas agnoscit aves. *h. e.* columbas, quæ Veneris currum trahunt. *et* 4. *ibid.* 258. Materno veniens ab avo Cyllenia proles. *h. e.* ab Atlante, qui pater fuit Majæ, quæ Mercurii mater. *et ibid.* 144. Delum maternam invisit Apollo. *h. e.* ubi eum mater Latona peperit. *Ovid.* 4. *Fast.* 131. *de Venere.* Vere monet curvas materna per æquora puppes Ire. *h. e.* ex quibus ipsa nata est. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 26. rebus maternis atque paternis Fortiter absumptis. *la dote e 'l patrimonio. Ovid.* 3. *Pont.* 2. 105. Quos (*mores*) Volesus patrii cognoscat nominis auctor: Et Numa maternus non neget esse suos. *h. e.* unde genus ducis ex parte matris. Adde 4. *ibid.* 16. 43. Sic *Virg.* 11. *Æn.* 340. genus huic materna superbum Nobilitas dabat. *Val. Flacc.* 6. 564. materna velatus arundine Peucron. *h. e.* Mœotidis paludis, cujus filius erat. — *Maternæ Idus* dicuntur a *Martial.* 7. 74. ubi Mercurium alloquitur, Idus Majæ, quia ejus dies natalis erant: unde 12. 67. Majæ Mercurium creastis Idus. — *b)* De bestiis et avibus. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 51. (103). Perdix pavore libera, ac materna vacans cura. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 17. Ut agnus condiscat maternum trahere alimentum. Adde *eumd. ibid.* 2. 5. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MĀTERTĒRA, æ, f. 1. matris meæ soror, sic dicta, inquit *Paul. Diac. p.* 136. 6. *Müll.*, quasi mater altera: vel potius a *mater* simpliciter, ut *tera* mera sit vocis productio. *Paul. Dig.* 38. 10. 10. § 14. Amita: ea est patris soror. Matertera: ea est matris soror. Adde *Cajum ibid.* § 5. τετθίς, θεία, μητροκασιγνήτη (It. *sorella di mia madre, zia*; Fr. *la sœur de la mère, tante*; Hisp. *tia, la hermana de la madre*; Germ. *die Schwester d. Mutter, Tante*; Angl. *a mother's sister*). Occurrit — *a)* Generatim. *Plaut. Curc.* 5. 2. 3. PL. Rogita, unde istum habeat anulum: pater istum meus gestitavit. CV. At mea matertera. PL. Mater ei utendum dederat. CV. Pater tuus rursum tibi. *Cic.* 1. *Divinat.* 46. 104. Puellam defatigatam petiisse a matertera, ut etc. *Ovid.* 3. *Met.* 312. Furtim illum primis Ino matertera cunis Educat. Adde *Pers.* 2. 31. et 6. 54.; et *Tac.* 4. *Ann.* 71. Similiter *Inscript.* apud *Henzen.* 6205. DIS MAN. L. VITORIO FORTVNATO VIXIT A. XIII. MENS. VIIII. VITORIA BRISEIS MATERTERA etc. — *b) Matertera magna* est aviæ meæ soror, *sorella di mia nonna. Paul. ibid.* 1. § 15. et *Cajus ibid.* 1. § 6. Hinc *Paul. Diac. p.* 136. 5. *Müll.*: Matertera patris et matris, mihi magna matertera est. — *c) Matertera maior* est soror proaviæ meæ, *sorella di mia bisnonna*: et dicitur etiam *promatertera*, ut docet *Paul. ibid.* § 16. et *Cajus loc. cit.* § 7. — *d) Matertera maxima* est abaviæ meæ soror: et dicitur etiam *abmatertera. Paul. ibid.* § 17. et *Cajus loc. cit.* 3.

MĀTHĒMA, ătis, n. 3. μάθημα, doctrina, atque adeo mysteria, arcana. *Ammian.* 22. 16. Per mundum inveniet mathemata hujusmodi ab Ægypto circumlata. *Plerique leg.* arcana.

MĀTHĒMĀTĪCA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

MĀTHĒMĀTĪCUS, a, um, adject. μαθηματικός, ad mathesin pertinens. *Vitruv.* 1. 1. *circa med.* Musicen sciat, oportet, uti canonicam rationem et mathematicam notam habeat. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 5. (9). Ad siderum motus ex ephemeride mathematica cibos dare. *et* 30. *ibid.* 1. 1. (2). Mathematicæ artes. *Macrob.* 2. *Somn. Scip.* 2. Corpora mathematicæ cogitationi tantum subjicienda, non sensui. — *Mathematicæ disciplinæ* sunt geometria, arithmetica, et quæ inde proficiscuntur, astronomia, musica, geographia, optica, etc. a μαθεῖν *discere*, quia vere et proprie scientiæ sunt, et per certam demonstrationem percipiuntur: unde vere discere dicuntur, qui illis dant operam. Veteres enim Græci hæc μαθήματα appellabant, ut *Gell.* 1. 9. docet. — Hinc

Mathematicus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est ¶ 1. Qui eas, quas modo diximus, disciplinas profitetur. *Cic.* 1. *Orat.* 3. 10. Ii qui mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, et quam recondita in arte, et multiplici subtilique versantur! *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.). 36. 116. Illa initia mathematicorum, quibus non concessis, digitum progredi non possunt. Adde *eumd.* 1. *Tusc.* 2. 4. *Seneca Ep.* 88. *a med.* Magnum esse solem, philosophus probabit: quantus sit, mathematicus, qui usu quodam et exercitatione procedit: sed ut procedat, impetranda illi quædam principia sunt. ¶ 2. Vulgo, ut ait *Gell. loc. cit.*, mathematici dicuntur, quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, scilicet qui ex ratiocinationibus astrorum, ut *Vitruv.* loquitur 9. 7. *a med.*, antefacta et futura explicare et prævidere se arbitrantur: et præcipue quæ eventura sint homini, ex positione stellarum in natali hora, prædicere profitentur, *astrologi giudiziarii. V.* CHALDÆUS. *Tac.* 1. *Hist.* 22. Mathematici, genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in civitate nostra et vetabitur semper, et retinebitur. *Juvenal.* 14. 248. Nota mathematicis genesis tua: sed grave, tardas Expectare colos. *Tertull. Apolog.* 43. Harioli, haruspices, mathematici. Adde *Sueton. Aug.* 94., *Ner.* 40., *Vitell.* 3. et alibi; et *Ammian.* 29. 2. Sic *Inscript.* apud *Gruter.* 708. 8. NON IGITVR, LECTOR, LACHRIMES: DECEPIT VTROSQVE (*parentes*) MAXIMA MENDACIS FAMA MATHEMATICI.

Mathematica, æ, f. 1. (subaudi *ars*) absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est mathesis, μαθηματική. *Seneca Ep.* 88. *a med.* Philosophia nihil ab alio petit, totum opus a solo excitat: mathematica, ut ita dicam, superficiaria est, in alieno ædificat, aliena accipit principia, quorum beneficio ad ulteriora perveniat. ¶ 2. Item ars prædicendi futura ex astris, *astrologia giudiziaria. Sueton. Tib.* 69. Circa deos ac religiones negligentior, quippe addictus mathematicæ, persuasionisque plenus, cuncta fato agi. Hinc *Imp. Diocl. et Maxim. Cod.* 9. 18. 2. Artem geometriæ discere atque exercere publice interest. Ars autem mathematica damnabilis est et interdicta omnino.

MĀTHĒSIS, is, f. 3. Secundum corripuit, non

imitandus, *Prudent.* 2. *advers. Symmach.* 893. Involvit mathesi, magicas impellit in artes. — Ceterum *mathesis*, μάθησις, est discendi actus, perceptio, cognitio: a μανθάνω *disco.* ¶ 1. Præcipue hoc nomine venit mathematica scientia, *la matematica*, ut dictum est in voce præc. in fin. 1. *Cassiod.* 1. *Variar.* 45. Tu artem prædictam, ex disciplinis nobilibus natam, per quadrifarias mathesis januas introisti. ¶ 2. Speciatim vero ea, quæ ex astris futura prædicit, *astrologia giudiziaria*: quam frustra ab errore et vanitate *Firmic. l.* 1. *Mathes.* vindicare conatur. *Spartian. Hadrian.* 16. Mathesin sic scire sibi visus est, ut sero Cal. Januariis scripserit, quid ei toto anno posset evenire. *Id. Æl. Ver.* 3. *extr.* Fuisse Hadrianum peritum matheseos etc.

MĀTRÆ, ārum, f. plur. 1. Matræ, vel Matres, sæpius fortasse Matronæ dictæ, sunt deæ regionum, vel urbium, vel pagorum tutelares. *Inscript.* apud *Gruter.* 99. 1. MATRIS AVGVSTIS D. D. Alia *ibid.* 2. MATRIS AVG. MASTONIA BELLA. Adde alias *ibid.* 3. et 5. — Etiam *Matrabus* pro *Matris* scribitur. *V.* FILIA *init. Inscript.* apud *Gruter.* 92. 1. DIS MATRABVS VICANI VICI PACIS. Alia apud *Murat.* 94. 1. MATRABVS AVGG. MARTIALIS AVGG. VERNA EX DISPENSATORE EX VOTO MONITVS. *V.* MATRONA. — Sunt tamen qui putant, Matras fuisse appellatas honoris ergo Junones Augustarum. *V.* JUNO.

MĀTRĀLĬA, ium, n. plur. 3. μητρικά, matris Matutæ festa, tertio Idus Junii a matronis celebrari solita. *Paul. Diac. p.* 125. 19. *Müll. Ovid.* 6. *Fast.* 475. Ite bonæ matres, vestrum Matralia festum, etc. *Varro* 5. *L. L.* 106. *Müll.* Testuatium, quod in testu caldo coquebatur: ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronæ. (V. *Ovid.* 6. *Fast.* 533.) Adde *Vet. Calendar.* apud *Gruter.* 133., ubi ponitur hoc festum III. Id. Jun., ut dictum est.

MĀTRĀTUS, us, m. 4. dignitas sacerdotalis feminæ, quæ mater dicebatur. *V.* MATER II. 4.

MĀTRESCO, is, ere, n. inchoat. 3. a *mater*, est matri similem fieri, *madreggiare*, μητρώζω. *Pacuvius* apud *Non. p.* 137. 7. *Merc.* Utinam nunc matrescam ingenio, ut meum patrem ulcisci queam.

MĀTRĬCĀLIS, e, adject. (matrix) ad matricem pertinens, ut Matricalis herba, *Apul. Herb.* 66. — *Veget.* 1. *Veterin.* 10. Matricalis vena. *h. e.* quæ prope ventrem est; nam matrix apud Veterinarios est venter: hinc *Id. Veget.* 5. *ibid.* 11. 2. *Schneid.* De matrice auferunt sanguinem. *V.* DEMATRICO et MATRIX II. 3.

MĀTRĬCI. *V.* MATTICI.

MĀTRĬCĪDA, æ, comm. gen. (mater *et* cædo) qui matrem occidit, *matricida*, μητροκτόνος. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 2. 2. Quem scribis certissimum matricidam. *Sueton. Ner.* 21. Cantavit Orestem matricidam. Adde *Nepot. Epam.* 6.; et *Capell.* 5. *p.* 150. — Per tmesin. *Auson. de XII. Cæsarib.* 35. Matrique cida Nero proprii vim pertulit ensis. Al. tamen legunt *Matricida Nero*, ut secundam necessitate produxerit, ut in *parricida* fecit *Id. Tetrast. de Cæsarib.* 21. Sic *Sidon. carm.* 5. 290. Matricida pius: sed ne sprevisse dolorem etc.

MĀTRĬCĪDĬUM, ii, n. 2. (mater *et* cædo) *matricidio*, matris occisio. *Cic.* 1. *Invent.* 13. 18. Orestes si accusetur matricidii.

MĀTRĬCŬLA, æ, f. 1. album, seu charta, in qua certorum hominum nomina descripta sunt, ut militum, notariorum, advocatorum, agentium in rebus, etc. Est autem deminut. matricis, quæ idem quandoque significat, quod ea, velut matrice, continentur milites, *matricola*, *indice*, *nota*, *catalogo. Veget.* 1. *Milit.* 26. Producendi tirones sunt semper ad campum, et secundum matriculæ ordinem in aciem dirigendi. Adde 2. *ibid.* 2. *et* 5.; et *Imp. Leon. Cod.* 12. 20. 3. et alibi. *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CXCIII., apud *Fea Framm. di Fast. cons. p.* 77. DOMINE, PERMITTAS AEDIFICIO MEO POSCOLVMNAM DIVORVM MARCI ET FAVSTINAE..... PEDIBVS PLVS MINVS FACERE ET IN MATRICVLA SINE INIVRIA CVIVSQVAM SECVNDVM LITTERAM RATIONALIVM QVAS SVBIECI DA..... *Cassiod.* 11. *Variar.* 6. Transgressio matriculæ actio tua est. *V.* MATRIX II. 4.

MATRICŬLUS, i, m. 2. piscis nobis ignotus apud *Apul. de Mag.*

MATRIMES. *V.* MATRIMUS.

MĀTRĬMŌNĬĀLIS, e, adject. *matrimoniale*, γαμήλιος, ad matrimonium pertinens. *Firmic.* 7. *Mathes.* 17. Matrimoniales tabulæ. *Quintil. Declam.* 342. *in lemmate.* Misit ille matrimoniali habitu ancillam. *Al. rectius leg.* matronali.

MĀTRĬMŌNĬUM, ii, n. 2. conjugium, viri et mulieris legitima conjugatio: a *mater*; nam *monium* mera vocis productio est, ut a *pater patrimonium*, a *sanctus sanctimonia*, etc. A matre autem nominatur, in omen et spem, quia quum prolis causa suscipiatur, summum votum est, ut ea quæ ducitur, mater fiat. συζυγία (It. *matrimonio*; Fr. *mariage*; Hisp. *casamiento*, *boda*; Germ. *d. Ehe*; Angl. *marriage*, *wedlock*, *matrimony*).

I.) Proprie. *Cic. Cluent.* 62. 175. Jus illud matrimonii castum atque legitimum, damnatione viri sublatum arbitrabatur. *et ibid.* 12. 35. Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt: erant enim non matrimonii dignitate, sed sceleris societate conjunctæ. *Plaut. Trin.* 3. 3. 4. Ire in matrimonium. *andar a marito. Cæs.* 1. *B. G.* 3. dare cuipiam filiam suam. *Justin.* 1. 4. 4. tradere. Rursus *Cæs.* 1. *B. G.* 9.; et *Cic. Cluent.* 44. 125. alicujus filiam ducere. *Sueton. Domit.* 22. offerre alicui. *Id. Cæs.* 27. et *Aug.* 63. petere sibi aliquam. *Justin.* 1. 10. 14. et 9. 5. 9. recipere. *et* 2. 4. 24. assumere. *Cic.* 1. *Divinat.* 46. 104. collocare. *Id.* 2. *Phil.* 18. 44. Locare in matrimonio stabili et certo. *Id.* 4. *Verr.* 36. 11. et *Justin.* 7. 6. 11. habere aliquam. *Curt.* 6 9. *a med.* et 5. 1. et 8. 1. Quampiam matrimonio secum conjungere. *et* 8. 4. *ad fin.* sibi aliquam adjungere. *et Tac.* 15. *Ann.* 71. tenere. Rursus *Curt.* 10. 3. Filiam secum jungere in matrimonio. *et* 8. 4. *ad fin.* Jungi alicui jure matrimonii. *Sueton. Tib.* 49. Dimittere aliquam e matrimonio. *repudiare. Plaut. Merc.* 4. 6. 6. Matrimonio uxorem exigere. *cacciare. Tac.* 11. *Ann.* 12. exturbare. *et* 13. *ibid.* 19. depellere. *Cic. Cæl.* 14. 34. Tenere matrimonium alicujus *h. e.* esse alicujus conjugem. Sic *Tac.* 6. *Ann.* 47. Est mihi cum aliquo matrimonium. *h. e.* sum ejus conjux. *Id.* 12. *ibid.* 5. Matrimonium pacisci inter aliquos. *Sueton. Cal.* 25. contrahere, dimittere, tenere. *h. e.* inire, solvere, servare. *et ibid.* 12. Polliceri alicui matrimonium suum. *h. e.* se conjugem fore. *Id. Oth.* 10. Matrimonio aliquam destinare. *et ibid.* 3. Matrimonium diducere. *Gell.* 1. 6. capessere. *Massur. Sabin.* apud *eumd.* 10. 15. dirimere. *Tac.* 15. *Ann.* 53. *extr.* Alii matrimonio se obstringere. *Justin.* 10. 1. 1. Filios justo matrimonio suscipere. *Cajus Dig.* 23. 2. 17. Matrimonio jungi. *Papinian. ibid.* 15. Convenire alicui in matrimonium.

II.) Translate. ¶ 1. Ut *conjugium* pro uxore apud *Tacitum*, sic per synecdochen *matrimonium* dicitur de ipsa conjuge, præcipue ratione habita generis et conditionis, prout splendorem addit, divitias, opes aliaque commoda. *Liv.* 10. 23. Convocatis plebejis matrimoniis conquesta injuriam patriciarum. *Al. leg.* matronis. Immo quum, teste *Drakenborg.* valde dubia sit lectio, statuendum videtur hoc sensu vocabulum apud seriores ævi scriptores usu venisse. *Sueton. Cæs.* 52. Ne provincialibus quidem matrimoniis abstinuisse. *Flor.* 1. 1. 10. Itaque matrimonia a finitimis petita. *Justin.* 3. 3. 8. Severius matrimonia sua viri coercent. *Id.* 3. 5. 6. Polliceri servis matrimonia interfectorum. Adde *eumd.* 14. 3. 7. et 18. 5. 5. Sic *Tac.* 2. *Ann.* 13. Matrimonia ac pecunias hostium prædæ destinare. Adde *Ammian.* 23. 6. ¶ 2. De bonis a matre relictis, ut *patrimonium* dicitur de relictis a patre, afferuntur loca ex *L. Seneca* 1. *Benef.* 3. *ad fin.*, *M. Senec.* 2. *Controv.* 9., *Sueton. Aug.* 40. et *Val. Max.* 7. 8. *n.* 2., quæ docti viri partim admittant, partim respuunt, tum ob dubiam lectionem, quum alii cod. *patrimonium* habeant, tum ob insolentiam hujusmodi notionis. V. *Casaubon.* ad *Sueton. loc. cit.*

MĀTRIMUS, a, um. adject. (mater). Lis est inter grammaticos de quantitate pæultimæ, quæ adhuc est sub judice, quia nihil certi afferri adhuc potuit. — Apud *Paul. Diac. p.* 128. 2. *Müll.* est tertiæ declin. Matrimes, inquit, et patrimes dicuntur, quibus matres et patres adhuc vivunt. Sic *Id. p.* 93. 6. Flaminia dicebatur sacerdotula, quæ Flaminicæ Diali præministrabat, eaque patrimes et matrimes erat etc. Ubi *patrimes* et *matrimes* recti casus singulares sunt: dubitabitque fortasse quispiam, an *patrimis* et *matrimis* sit legendum. — Ceterum *matrimus* est qui matrem habet superstitem, *chi ha la madre ancor viva*: sicut *patrimus*, qui patrem. *Festus p.* 234. 2. *Müll.* Pater patrimus dicebatur apud antiquos, qui quum jam ipse pater esset, habebat etiam tum patrem. — Habet præcipue locum in sacris, in quibus id servabatur, ut qui pueri, puellæve adhibebantur, patrimi matrimique essent. *Cic. Har. resp.* 11. 23.; *Liv.* 37. 3.; *Tac.* 4. *Hist.* 53.; *Macrob.* 1. *Saturn.* 6.; *Lamprid. Elagab.* 8.; *Vopisc. Aurel.* 19.; et *Gell.* 1. 12. — In nuptiis quoque patrimi et matrimi pueri tres adhibebantur: unus qui facem præferret ex spina alba, qui noctu nubebant: duo, qui nubentem tenebant. Ita *Festus p.* 245. 1. et *Paul. Diac. p.* 244. 1. *Müll.*

MĀTRIX, icis, f. 3. (mater) femina brutorum, quæ fetus gratia alitur; quæ et mater dicitur (It. *bestia femmina da razza*; Fr. *mère*, *femelle pour reproduire*; Hisp. *madre*, *la hembra de las bestias*, *que tiene hijos*; Germ. *von Thieren*, *die Mutter – oder Zuchtthier*; Angl. *a female of any kind kept for breeding young*).

I.) Proprie. *Varro* 2. *R. R.* 5. 12. Habeo tauros ad matrices septuaginta, duo, unum anniculum, alterum bimum. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 12. *de ovib.* Ut eadem ratione matrices ineantur. *Id.* 8. *ibid.* 5. 11. *de gallinis.* Ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur. Adde *eumd. ibid.* 11. 12.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de arbore, quæ stolones ex se gignit. *Sueton. Aug.* 94. *a med.* Ex palma enata soboles adeo in paucis diebus adolevit, ut non æquipararet modo matricem, verum etiam obtegeret. ¶ 2. Est etiam receptaculum fetus in feminis, vulva, *matrice*, μήτρα. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 10. 60. (86). Radix glycysides sanat matricem et stomachum, decocta in vino. *Harduin.*, quem *Sillig.* sequitur, ex MSS. legit *arteriam et stomachum. Veget.* 1. *Veterin.* 5. *in fin.* Ad matricis dolorem medicamen. *h. e.* ejus partis, qua matres fiunt. ¶ 3. Hinc etiam latiori sensu apud Veterinarios matrix est venter. *Veget.* 6. *Veterin.* 4. *Schneid.* Venæ matricis. *h. e.* venæ ventris: quas etiam in spadonibus et admissariis equis *Id.* inesse affirmat *ibid.* 7. Et *Id.* 1. *ibid.* 16. Sed primum de matrice tollendus est sanguis. Similiter *Pelagon.* 2. 1. Sanguis de matrice (equis) tollatur. *Ibid. Hippiatr. p.* 175. χρὴ αὐτὸν ἀναμάσσεσθαι ἐκ τῆς κοιλίας. Adde *Veget.* 1. *Veterin.* 25. et alibi sæpe; et *V.* DEMATRICO. ¶ 4. Est etiam album, seu catalogus certorum hominum, *registro*, *catalogo*: unde *matricula. Tertull. Fuga in persec.* 12. In matricibus beneficiariorum et curiosorum Christiani quoque vectigales continentur. Sic in mutila *Inscript.* apud *Henzen.* 7162. SECVNDVM MATRICEM PVBLICAM. ¶ 5. Per metaphoram est mater, origo, fons primus. *Tertull. Virg. veland.* 5. Eva matrix generis feminini. *Id. advers. Jud.* 2. Primordialis lex data Adæ, quasi matrix omnium præceptorum Dei. *Id. advers. Hæret.* 21. Ecclesiæ Apostolicæ, matrices et originales fidei. *Id. advers. Valentin.* 7. Matrix et origo conctorum. *Id. Resurr. carn.* 63. Si etiam ipsa vasa defeceriut, quum de illis quoque effluxerit (*caro*), in suam matricem terram quasi per ambages resorbetur. — *NB.* Fuerunt inter Lexicographos qui putarunt *matrix* esse epitheton Veneris, sic enim legendum censuit *Orell.* in *Inscript.* 1373. At clar. *Mommsenius Inscript. Neap.* 2601. pro MATRIX legit SATRIX.

MĀTRŌNA, æ, f. 1. (mater). Licenter primam syllabam corripit *Ennod.* 7. *Ep.* 29. Quæ servat meritis torum fidelem, Exoptet similem matrona sortem. — Matrona est mulier, quæ in matrimonium cum viro convenit, quoad in matrimonio manet. Olim distinguebatur a *matrefamilias* ea ratione, qua in FAMILIA est dictum. Et appellata est *matrona* a *mater*, quia quum in spem prolis duceretur, omen ejus rei in ipso statim nomine esse voluerunt, ut *Gell.* 18. 6. docet. οἰκοδέσποινα (It. *moglie*, *maritata*, *matrona*; Fr. *femme mariée*, *dame*, *matrone*; Hisp. *muger*, *matrona*, *dama*, *señora*; Germ. *eine verheirathete Frau*, *Frau*, *bes. von vornehmen Frauen*; Angl. *a married woman*, *wife*, *matron*). Occurrit — *a*) De

iis, quæ summo sunt loco. *Ennius* apud *Cic.* 7. *Fam.* 6. Quæ Corinthum arcem altam habebant, matronæ opulentæ, optimates. *Plaut. Cist.* 1. 1. 26. Ubi istas videas summo genere natas summates matronas. *Cic.* 2. *de republ.* 7. Sabinas honesto ortas loco virgines — Consualibus rapi (*Romulus*) jussit, easque in familiarum amplissimarum matrimoniis collocavit. Quo ex causa quum bellum Romanis Sabini intulissent — cum T. Tatio, rege Sabinorum, fœdus icit, matronis ipsis, quæ raptæ erant, orantibus. *Liv.* 29. 14. Matronæ primores civitatis, inter quas unius Claudiæ Quintæ insigne est nomen, (*decæ statuam*) accepere. — *b*) Item usurpatur ratione habita honestatis morumque sanctitatis: et *matronæ* universim dictæ uxores ingenuæ, pudicæ, honestæ, sive filios haberent, sive non: eæque stolis utebantur, sicut famosæ feminæ togis. Hinc *Horat.* 1. *Sat.* 2. 63. quid inter — Est, in matrona, ancilla, peccemve togata? *Afranius* apud *Non. p.* 174. 9. *Merc.* Tuam majestatem et nominis matronæ sanctitudinem. *Cic. Cæl.* 13. 32. Petulanter facimus, si matremfamilias secus, quam matronarum sanctitas postulat, nominamus. Cf. *Inscript.* apud *Orell.* 27. 39. L. BALBIAE CLARISSIMAE FEMINAE VETERIS SANCTITATIS MATRONAE. *Justin.* 20. 4. 12. Vera ornamenta matronarum pudicitiam, non vestes esse. *Plaut. Stich.* 1. 2. 48. Quibus matronas moribus, quæ optumæ sunt, esse oportet. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 94. Matronæ præter faciem nil cernere possis. — *c*) Hinc meretricibus opponuntur. *Plaut. Cist.* 1. 1. 80. Matronæ magis conducibile est istuc, mea Silenium, unum amare et cum eo ætatem exigere, cui nupta est semel: verum enim meretrix etc. Adde *eund. Most.* 1. 3. 33., *Cas.* 3. 3. 22. et *Mil. glor.* 3. 1. 196. et *Horat.* 1. *Ep.* 18. 3. Ut matrona meretrici dispar erit atque Discolor. — *d*) Quapropter *matrona* dicitur Juno ab *Horat.* 3. *Od.* 4. 59. Hinc (*stetit*) matrona Juno. et *Inscript.* apud *Orell.* 2085. MATRONIS IVNONIBVS. Sic Juno dicitur ab *Ovid* 6. *Fast.* 33.; et *Sil. It.* 8. 220. matrona Tonantis. — Et *matronæ* dicuntur etiam deæ regionum, vel urbium tutelares. *Inscript.* apud *Gruter.* 91. 1. MATRONIS ASERECINEHABVS. et *ibid.* 2. MATRONIS HAMAVEHIS. Alia apud *Spon. Miscell. antiq. p.* 106. MATRONIS GABIABVS. *V.* AUFANIÆ et MATRÆ. — Numquam vero virgines Vestales matronæ appellantur, ut plurimis demonstrat *Drakenborg.* ad *Liv.* 29. 14. — *e*) Generatim de ingenuis uxoribus, itemque de mulieribus. *Cic.* 3. *Nat. D.* 18. 47. Quæ (*dea*), quia partus matronarum tueatur, a nascentibus Nascio nominata est. *Tibull.* 2. 5. 91. Et fetus matrona dabit. *Horat.* 4. *Od.* 15. 27. Cum prole matronisque nostris Rite deos prius apprecati. *Id.* 3. *Od.* 2. 7. illum Matrona bellantis tyranni Prospiciens et adulta virgo etc. *Ovid. Heroid.* 5. 85. Dignaque sum et cupio fieri matrona potentis. *Ennius* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *G.* 18. Matronæ muros complent spectare faventes. Cf. *Virg.* 11. *Æn.* 476. tum muros varia cinxere corona Matronæ puerique. *Plaut. Pœn. prol.* 32. Matronæ tacitæ spectent, tacitæ rideant. *Sueton. Ner.* 27. Dispositæ per ripas tabernæ, insignes ganeæ et matronarum institorias operas imitantium. Adde *eund. Tib.* 35. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

MĀTRŌNĀLIA, ium, n. plur. 3. *V.* voc. seq. in fin.

MĀTRŌNĀLIS, e, adject. *da matrona*, ad matronam pertinens, uxorius. *Liv.* 26. 49. *sub fin.* Quæ ne in malis quidem oblitæ decoris matronalis estis. *Plin.* 5. *Ep.* 16. Nondum annos quatuordecim impleverat, et jam illi anilis prudentia, matronalis gravitas erat. *Sueton. Tib.* 35. Matronalis dignitas *Ulp. Dig.* 47. 10. 15. *ante med.* Si non matronali habitu femina fuerit, et quis eam appellaverit, injuriarum non tenetur. (*matronalem habitum* puto stolam. *Paul. Diac. p.* 125 15. *Müll.* Matronas appellabant fere eas, quibus stolas habendi jus erat. *Tertull.* quoque *Pall. 4. a med.* nefas fuisse ait, matronam in publico sine stola). *Colum.* 12. *R. R. proœm.* § 8. Apud Romanos fere domesticus labor matronalis fuit. *et mox* § 7. Matronalis sedulitas. *Ovid.* 2. *Fast.* 828. flevit, Et matronales erubuere genæ. *Marcell. Empir. c.* 23. *p.* 120. *reiro* ed. *Ald.* Nitrum album matronale. *V.* NITRUM. — Hinc

Matronalia, ium, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt festa Romæ a matronis celebrata Cal. Mart. in honorem Martis, vel quod is fecundam de se Iliam fecerat, vel quod tempus illud rebus fecundandis aptum est, vel quod eo die Junoni templum dedicatum fuit in Esquiliis, vel denique, quod Sabinæ matronæ a Romanis raptæ pugnam inter eos et parentes interventu diremissent. *Ovid.* 3. *Fast.* 229. *et sqq.* Cf. *Tibull.* 3. 1. 1.; *Martial.* 5. 84.; *Juvenal.* 9. 51.; et *V.* CALENDÆ. Sic *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal. loc. cit.* Calendis Martiis, in quibus Junonis sacra celebrantur a matronis, quia tunc Ilia compressa est a Marte. et *Porphyr.* ad *Horat.* 3. *Od.* 8. 1. Calendæ autem Martiæ hodie quoque matronarum dies festus est.

MĀTRŌNĀLĪTER, adverb. ut matronam decet. *Inscript. Christiana* apud *Maff. Mus. Ver.* 464. 6. FESCENNIA QVODVVLTDEVS H. M. F. (*h. e.* honestæ memoriæ femina) BONIS NATALIBVS NATA MATRONALITER NVPTA VXOR CASTA MATER PIA GENVIT FILIOS III. ET FILIAS II. etc. Ita *matronaliter nupta* pro *matronaliter nuper* legend. monet *Giovenazzi* in *Aveja p.* 71. fretus auctoritate loci *Act. S. Perpetuæ* apud *Ruinart.* Vivia Perpetua honeste nata, liberaliter instituta, matronaliter nupta. *h. e.* justo matrimonio nupta, non concubinæ loco habita.

MĀTRŌNĀTUS, us, m. 4. matronalis habitus et conditio. *Apul.* 4. *Met.* Unicam virginem filio liberali, et, ut matronatus ejus indicabat, summatem ejus regionis advehebant. *Oudendorpius* recte putat, vocem *matronatus* ex duabus *matronalis ornatus* per compendium scripturæ esse contractam.

MATROUM, i, n. 2. templum matri deûm sacrum, afferunt nonnulli ex *Varrone* (1. *R. R.* 7. 6.) apud *Plin.* 16. *Hist. nat.* 27. 50. (115). At *Sillig.* ad *Plin. l. c.* hujusmodi vorem recte damnat.

MĀTRŪĒLIS, is, m. 3. *figliuolo della sorella di mia madre, cugino*, filius materteræ meæ, sicut *patruelis* est filius patrui mei. *Aurel. Vict. de orig. gentis Rom.* 13. *extr.* Piso quidem, Turnum matruelem Amatæ fuisse tradit. *Martian. Dig.* 48. 9. 1. Si quis patrem, matrem, fratrem, sororem, patruelem, matruelem, *etc.* occiderit.

MATTA, æ, f. 1. *stuora*, φίαξος, storea, teges, quæ fit ex cannabe crassiore, junco, scirpo, sparto, aut palma intextis. Alii exponunt culcitam stuppa, vel fœno, vel rudiore lana fartam: repetuntque ejus originem a lingua Hebræa. *Ovid.* 6. *Fast.* 679. plaustroque morantes Sustulit: in plaustro scirpea matta fuit. — Hinc *mattarius*, qui in matta dormit. *Augustin.* 5. *contra Faust.* 5. Quia in mattis dormiunt, mattarii appellantur: a quorum stratis longe dissimiles fuerunt plumæ Fausti et caprinæ lodices.

MATTĀRĬUS. *V.* in voce præced.

MATTĔĀ. *V.* MATTYA.

MATTĔŎLA, æ, f. 1. parva mattya. *Arnob.* 7. 25. Frustilla hæc parvula pro suavibus matteolis sumunt. *Alii scribunt* mateola *et* macteola.

MATTĬĀRĬUS. *V.* MATERIARIUS.

MATTĬCI, cognominantur homines malarum magnarum, atque oribus late patentibus. *Paul. Diac. p.* 126. 1. *Müll.* Est autem vox Græcæ originis. nam μάττω, vel μάσσω est *subigo*: malis autem cibus subigitur: item ματτύα, ας, *malam* significat. *Hesychius*: Ματτύαι, γναθοι. Quare apud *Paul. Diac.* male alii leg. *matrici.*

MATTĬUM. *V.* MATERIARIUS.

MATTUS *vel* matus, a, um, adject. in Glossis *Isidori* exponitur, humectus, emollitus, subactus, maceratus, a μάσσω, seu μάττω, *subigo. Salmas.* ad *Vopisc. Procul.* 13. et alii legunt apud *Cic.* 16. *Att.* 13. Longulum sane iter, et via matta. *h. e.* lutosa. Sed mire hic lectio variat. Similiter apud *Petron. fragm. Tragur.* 41. *Burmann. extr.* Plane matus sum: vinum mihi in cerebrum abiit. *h. e.* madidus, vino subactus, et domitus. Alii leg. *mattus*; alii aliter.

MATTŸA *vel* mattĕa, æ, f. 1. *vivanda delicata, manicaretto*, ματτύα, omnis generis cupediæ, et jucunde edulia, coquorum exquisito artificio facta. *Martial.* 10. 59. Dives, et ex omni posita est instructa macello Cœna tibi: sed te mattya sola juvat. Alii leg. *juvant*, ut sit plurale neutrum. *Id.* 13. 92. Inter aves turdus, si quis me judice certet, Inter quadrupedes mattya prima lepus. Alii leg. *gloria*. *Seneca* 4. *Controv.* 27. *a med.* Ego ad Cæsarem non sum iturus cum mattea. *h. e.* cum Turdo, homine infami et invido. *Petron. fragm. Tragur.* 65. *Burmann.* Hanc humanitatem insectatæ sunt matteæ, quarum etiam recordatio me offendit. Singulæ enim gallinæ altiles pro turdis circumlatæ sunt, et ova anserina pileata. (Apud *Athen. l.* 14. *c. ult.* parandæ mattyæ ex gallina, aut perdice, aut columba, traditur ratio: quæ aves variis condimentis imbutæ, integræ, et cum suis pluviis inferri possint.) *Sueton. Cal.* 38. Multis venenatas matteas misit. Alii leg. *macteas*. Hinc *matteola* apud *Arnob.* Improbant Critici, si per *ct* scribatur, ex origine Græca, et MSS.

MĀTŬLA, æ, f. 1. vas quodlibet ad mundum muliebrem pertinens.

I.) Proprie. ¶ 1. Universim dicitur de quolibet vase. — *a*) Generatim. *Ulp. Dig.* 34. 2. 25. § 10. Continentur mundo muliebri specula, matulæ, unguenta, vasa unguentaria. *Paul. Sentent.* 3. 6. 83. Mundo muliebri cedunt speculum, conchæ, situli. Hinc videre est, *situlos* et *matulas* idem esse. — *b*) Speciatim est convicium hominis nihili, meticulosi, inepti, *da poco, da nulla. Plaut. Pers.* 4. 3. 64. numquam ego te tam esse matulam credidi. Quid metuis? — *c*) Item speciatim *Est modus matulæ* proverbialis dictio, qua inscripsit *Varro* unam e suis Saturis, in qua de ebrietate agebat. Ea nos monitos voluit, non ultra esse bibendum, quam vires ferre possint. Pauca ex ea fragmenta servavit *Non. p.* 5. 16., 28. 19., 83. 23., 146. 9., 172. 25., 544. 27. et 545. 3. 11. et 22. *Merc.* ¶ 2. Speciatim est vas, quo excipitur saccatus corpore humor: cujus *matella* deminutivum est. *Plaut. Most.* 2. 1. 39. Jam hercle ego vos pro matula habebo, nisi mihi matulam datis. *Hieronym. Ep.* 117. *n.* 8. Matulam portare. Sic *Paul. Diac. p.* 125. 18. *Müll.* Matula vas urinæ.

II.) Translate *matula conspurcata* dicitur impudicus, cinædus, qui muliebria passus est. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 2. 16. Archigallus cinædus, quem magulum conspurcatum (*corrige* matulam conspurcatam) dicimus, qui publice impudicitiam perpessus est. *V.* MATELLA II.

MĀTŪRĀTĒ, adverb. (maturatus) occurrit translate tantum, et est mature, festinanter, *con celerità. Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 101. Jube maturate illam exire hut. *Id. Pseud.* 4. 7. 58. Maturate properare. *Liv.* 32. 16. Jussis ceteris, quantum maxime possent, maturate sequi.

MĀTŪRĀTĬO, ōnis, f. 3. (maturo) actus maturandi et cum debita maturitate perficiendi. Translate *Cic.* 3. *Herenn.* 2. 3. Dolus maturatione consumitur.

MĀTŪRĀTŌ *et*
MĀTŪRĀTUS, a, um. *V.* MATURO.

MĀTŪRĒ, adverb. (maturus). Comp. *Maturius* et Sup. *Maturrime* et *Maturissime* 2. — Mature translate tantum de tempore occurrit; et ¶ 1. Est tempestive, in tempore, ὡραίως, εὐκαίρως (It. *a tempo*; Fr. *en son temps, à point, à propos, à temps*; Hisp. *a tiempo, a proposito*; Germ. *zeitig, zur rechten Zeit*; Angl. *in time, seasonably, opportunely*), hoc est neque cito, neque sero, sed medio quodam tempore, ut *Nigid.* bene ac proprie exponit, apud *Gell.* 10. 11. Ut enim in frugibus, et in pomis *matura* dicuntur, quæ neque cruda et immitia sunt, neque caduca et decocta, sed tempore suo adulta maturataque; ita *mature* fieri dicuntur, quæ nec cito nimis et propere, neque serius tardiusque fiunt, quam par est. Hanc vim ac temperamentum exprimit illud proverbium, quod frequenter *Augustus* in ore habebat, σπεῦδε βραδέως *festina lente*, ut est apud *Sueton. Aug.* 27., per quod monebat, ut ad rem agendam simul adhiberetur et industriæ celeritas, et diligentiæ tarditas: ex quibus duobus contrariis fit *maturitas*. Hæc ex *Gell. loc. cit. Cic.* 6. *Verr.* 44. 96. Custodes mature sentiunt: signum buccina datur. *Cæs.* 3. *B. C.* 7. Bibulus satis mature occurrit. *Sall. Cat.* 1. *extr.* Prius quam incipias, consulto; et ubi consulueris, mature facto opus est. ¶ 2. Quia vero quod non segniter fit, *mature* fieri dicitur, ut *ibid.* subdit *Gellius*; progressa significatio est: et non jam, quod non segnius, sed quod festinatius fit, id fieri *mature* dicitur (It. *presto, tosto, per tempo, a buon'ora*; Fr. *vite, promptement, hâtivement, à la hâte*; Hisp. *aprisa, de pronto,*

prestamente, tempranamente; Germ. *zeitig, frühzeitig, bald, schell*; Angl. *quickly, early, soon, speedily, hastily*); cui opponitur sero, tarde, lente; ut ex. gr. apud *Colum.* 4. *R. R.* 23. 3. Horum virgultorum natura talis (*est*), ut quanto maturius detonse sint, plus materiæ, quanto serius, plus fructus afferant. *Cic. Senect.* 10. 32. Nec unquam sum assensus veteri illi laudatoque proverbio, quod monet, mature fieri senem, si diu velis esse senex. Ego vero me minus diu senem esse mallem, quam esse senem ante, quam essem. *Id.* 3. *Fam.* 3. Tantus consensus senatus fuit, ut mature proficisceremur, parendum ut fuerit. *Cæs.* 4. *B. G.* 6. Maturius, quam consueverat, ad exercitum proficiscitur. *Sall. fragm. Hist.* apud *Charis.* 2. *p.* 184. *Putsch.* Uti Lepidus et Catulus decretis exercitibus maturrume proficiscerentur. *Sueton. Oth.* 1. Quo facto sicut gloriam auxit, ita gratiam minuit, quam tamen mature recuperavit. *Cic.* 3. *Q. Fr.* 1. 4. Balbum sis mature Romam bene comitatum esse venturum. *Cæs.* 1. *B. G.* 33. *sub fin.* Quibus rebus quam maturrime occurrendum putabat. *Cic. Cæcin.* 2. 7. Ut quæque res est turpissima, sic maxime et maturissime vindicanda est: at ea, in qua existimationis periculum est, tardissime judicatur. *Id.* 3. *Orat.* 20. 74. Qui omnium maturrime ad publicas causas accesserim. *Nep. Attic.* 2. Pater mature decessit. *h. e.* cito et ante tempus. *Sall. Jug.* 21. Hique mature oppida habuere. *h. e.* ante alios circa populos, qui diutius sine illis agitavere. *Cato* apud *Charis.* 2. *p.* 184. *Putsch.* Maximos tumultus maturissime disjeci atque consedavi. *h. e.* perbrevi tempore. *Cic.* 5. *Verr.* 24. 60. Ut eo celerius de isto transigamus, quo maturius ad Apronium possim pervenire. *Sall. in orat. L. Philippi contra Lepid.* § 16. Perge, qua cœptas, ut quam maturrume merita invenias! *Sueton. Aug.* 32. Judices a tricesimo ætatis anno allegit, id est quinquennio maturius, quam solebant. *cinque anni prima.* ¶ 3. Significat etiam tarde, lente, ut poma lente diuque maturescunt, et post diutinum tempus ad maturitatem perveniunt, *a poco a poco, lentamente.* Hanc et superiores significationes conjunxit *Plaut. Curc. a.* 3. *v.* 10. Qui homo mature quæsivit pecuniam, Nisi eam mature parsit, mature esurit. *h. e.* qui vix et ægre quæsivit pecuniam, (ut et *Charis. ibid.* exponit p. 183.) nisi in tempore parsit, cito, seu brevi esurit. Ita et *Forcellinus.* Videtur autem *Plautus* quasi in ambiguo lusisse, et utramque vocabuli significationem duabus paragr. superioribus allatam simul junxisse: ita ut sensus sit: Qui tempestive pecuniam quæsivit, nisi tempestive parsit, cito seu brevi esurit.

MĀTŪREFĂCIO, făcis, fēci, factum, făcere, a. 3. (maturus *et* facio) ad maturitatem perducere, *rendere maturo.* Translate *Theod. Priscian. de Diæt.* 14. Aqua marina maturefacit duritiam.

MĀTŪRESCO, rescis, rŭi, rescere, n. Inchoat. 3. (maturus). Part. *Maturescens* I. et II. — Maturesco est idem ac maturus fio, *maturarsi.*

I.) Proprie. *Cæs.* 6. *B. G.* 28. Quum maturescere frumenta incipierent. *Martial.* 11. 8. Poma quod biberna (*redolent*) maturescentia capsa. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 26. 44. (107). Pinus habet fructum maturescentem, habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. *et ibid.* 25. 40. (96). In ficis mirabiles sunt et abortus, qui numquam maturescunt. Adde *eund.* 15. *ibid.* 18. 19. (71). et (73). Huc referri potest et illud *Ovid.* 11. *Met.* 190. Creber arundinibus tremulis ubi surgere lucus Cœpit, et ut primum pleno maturuit anno, Prodidit agricolam.

II.) Translate. *Cic.* 2. *Nat. D.* 27. 69. Partus maturescunt plerumque novem lunæ cursibus. *Ovid.* 14. *Met.* 335. nubilibus (*puella*) maturuit annis. *Quintil.* in *epist. ad Tryphon.* 1. Libros opinabar nondum satis maturuisse. *Liv.* 3. 12. Senescentibus vitiis, maturescente virtute, sinerent tantum virum senem in civitate fieri. *Plin.* 5. *Ep.* 9. *a med.* In flore primo tantæ indolis juvenis extinctus est, summa consecuturus, si virtutes ejus maturuissent. Adde *Senec. Consol. ad Marc.* 23.

MĀTŪRĬTAS, ātis, f. 3. (maturus) perfecta coctio succi in fructibus, πέπανσις (It. *maturità, maturezza*; Fr. *maturité*; Hisp. *madurez*; Germ. d. *Zeitigung, Reife, d. Reifwerden*; Angl. *ripeness, maturity*).

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Tusc.* 28. 68. Commutationesque temporum quadripartitas ad maturitatem frugum et ad temperationem corporum aptas. *Id.* 4. *de republ.* 1. Quumque auctumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hieme ad conficiendas relaxarit; æstiva maturitate alia mitigaverit, alia torruerit. *Cæs.* 1. *B. C.* 48. Neque multum a maturitate aberant frumenta. *Id.* 3. *ibid.* 39. Majorem spem maturitate frumentorum proponi videbant. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 26. 46. (109). Novellæ arbores carent fructu quamdiu crescunt; perdunt facillime ante maturitatem palma, ficus, amygdala etc. *Quintil.* 6. *præf.* 10. Observatum fere est, celerius occidere festinatam maturitatem. *h. e.* senilem juventam præmaturæ mortis esse signum, ut ait *Cato* apud *Plin.* 7. *Hist. nat.* 51. 52. (171).

II.) Translate. ¶ 1. Est tempus maturum, tempestivitas, atque adeo accessio et perfectio; latissime enim patet. — *a*) De rebus physicis est tempus maturum, tempestivitas. *Cic.* 2. *Nat. D.* 46. 119. Graviditates et partus afferat maturitatesque gignendi. *Colum.* 4. *R. R.* 23. 1. Auspicari putationem, quum sarmenta justam maturitatem ceperint. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 3. 15. (44). Ad maturitatem perducere. *Id.* 13. *ibid.* 4. 7. (33). pervenire. *Id.* 19. *ibid.* 5. 23. (67). Maturitatem adipisci. *Id.* 16. *ibid.* 26. 46. (110). sentire. *Id.* 32. *ibid.* 1. 1. (6). Maturitas partus. *h. e.* quum fetus apte est dispositus et perfectus nascendo. *Colum.* 12. *R. R.* 6. 2. muriæ. *h. e.* quum perfecte salsa est. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 7. 14. (25). Siliquæ maturitate dehiscentes. *Tertull. Virg. veland.* 16. Nupsisti Christo, illi tradidisti carnem tuam, illi sponsasti maturitatem tuam. *h. e.* ætatem tuam, quæ jam viro matura est. — Huc referri posse videntur et sequentia. *Maturitates temporum* apud *Cic.* 1. *Nat. D.* 36. 100. sunt certæ ordinatæque vices quibus suo quæque loco anni tempora invicem succedunt, et post hiemem ver tepidum, post ardores æstatis temperatum auctumni frigus opportune et ordine consequitur. Apud *Liv.* vero 22. 40. *extr. maturitas temporum* (alii leg. *temporis*) est ipsa frugum maturitas, quæ suo tempore fit. — *b*) De ætate, animi dotibus et similibus est accessio atque adeo perfectio. *Cic.* 4. *Fam.* 4. *a med.* Tamen hoc studium quotidie ingravescit, credo, et ætatis maturitate ad prudentiam, et his temporum vitiis. *h. e.* processu, accessione, gravitate. *Id.* 6. *ibid.* 18. Leptam nostrum cupio delectari jam talibus scriptis (*de Oratore*); etsi abest maturitas ætatis, jam tamen personare aures ejus hujusmodi vocibus non est inutile. Cf. *eumd. Brut.* 2. 8. Quum ipsa oratio jam nostra canesceret haberetque suam quamdam maturitatem et quasi senectutem. *Id. Cæl.* 31. 76. De impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam; quæ studia — in adolescentia, tamquam in herbis, significant, quæ virtutis maturitas et quantæ fruges industriæ sint futuræ. *Id.* 1. *Cat.* 13. 31. Nescio quo pacto, omnium scelerum ac veteris furoris et audaciæ maturitas in nostri consulatus tempus erupit. *Id. Brut.* 92. 318. Jam videbatur illud in me, quidquid esset, esse perfectum et habere maturitatem quamdam suam. — *c*) Similiter pro exacta peritia et prudentia, quæ rebus mature et diligenter expendendis comparatur. *Tac.* 1. *Hist.* 87. Auctoritatem Paulini, vigorem Celsi, maturitatem Galli criminando. *Vellej.* 2. 125. 3. Sed hæc omnia veteris imperatoris maturitas brevi sopiit ac sustulit. *Ammian.* 14. 1. *extr.* Præfectus prætorio Præsens incitationem imperatoris — non maturitate vel consiliis mitigabat, ut aliquoties celsæ potestates iras Principum molliverunt, sed etc. *col maturo senno.* — *d*) Hinc *maturitas orationis* est gravitas et sedata vis, plenaque auctoritatis et prudentiæ. *Tac. Dial. de orat.* 26. Mallem hercule C. Gracchi impetum, aut L. Crassi maturitatem, quam calamistros Mæcenatis, aut tinnitus Gallionis. ¶ 2. Ponitur etiam pro opportunitate, commoda et opportuna occasione: quam significationem, quamvis latissime, superior quoque paragraphus complectitur. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 8. Sed ejus rei maturitas neque dum venit, et tamen nunc appropinquat. ¶ 3. Item est celeritas, *prestezza, speditezza. Frontin. Aquæd.* 105. Maturitatem beneficio Cæsaris præstare. *h. e.* efficere, ut beneficium Cæsaris mature et cito perficiatur. *Sueton. Tib.* 61. Precanti cuidam pœnæ maturitatem respondit: Nondum tecum in gratiam redii. ¶ 4. Abstractum pro concreto, uti ajunt, id est *maturitas* pro fructu maturo legitur apud *Pallad.* 3. *R. R.* 9. *a med.* Nec parvo constabit, si legatur maturitas cum acerbitate. *V.* ARIDITAS.

MĀTŪRO, as, āvi, ātum, are, 1. (maturus). Part. *Maturans* sub *A.* II. 3. et *B.* II.; *Maturatus* sub *A.* I. et II. 1. 2. et *B.* II.; *Maturandus* sub *A.* II. 1. et 2. — Maturare est verbum *A*) Activum; et *B*) Neutrum.

A) Active maturare est maturum facere, ad maturitatem perducere, πεπαίνω (It. *maturare, stagionare*; Fr. *mûrir, faire mûrir*; Hisp. *hacer madurar*; Germ. *reifen, zeitigen, z. Reife bringen, reif machen*; Angl. *to ripe, make ripe, mature*).

I.) Proprie. — *a*) Activa forma. *Tibull.* 1. 4. 15. Annus in apricis maturat collibus uvas. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 25. 42. (103). Amygdala Martio mense pomum maturat. — *b*) Mediorum apud Græcos more. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 10. (60). Frumenta maturantur quum plurimum diebus quadraginta. *Cic.* 1. *Nat. D.* 2. 4. Temporum varietates, quibus omnia, quæ terra gignit, maturata pubescunt. *Id. Senect.* 15. 53. Uva primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro emollire, leniorem facere, macerare, atque adeo perficere. — *a*) Pro emollire, leniorem facere, *ammollire. Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 16. (24). Vitis alba suppurationes incipientes discutit, veteres maturat et purgat. *Id.* 22. *ibid.* 25. 74. (156). Lupini strumas minuunt, aut maturant. Sic *Theod. Priscian. l.* 1. *c.* 8. *de parotidis.* Si autem iis adhibitis quæ mitigare consueverunt, hocis jam muturatis sanies apparuerit manifesta, etc. Eodem sensu *maturitatem* usurpat *Id. ibid. paullo post.* Sunt numque adjutoria, quæ et evocare et ad maturitatem cogere parotidas vel apostemata valeant. — *b*) Pro macerare, concoquere. *Pallad.* 12. *R. R.* 22. Electas olivas muria maturare. *h. e.* macerare, condire et esculentas reddere. Similiter *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *ad fin.* Tum mediocriter (*hæc animalia, scil. turdi, pulli gallinacei, columbæ, phasiani* etc.) mediocriter coquenda, ac deinde farina conspersa tegenda, et cinere calido maturanda. Et Mediorum apud Græcos more *Plin.* 16. *Hist. nat.* 44. 93. (247). *de semine visci* Hæc est natura, ut nisi maturatum in ventre avium, non proveniat. *h. e.* concoctum confectumque. — *c*) Et pro perficere. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 14. 43. (123). Partus conceptos maturat caninum lac potum. Et Mediorum apud Græcos more *Id.* 9. *ibid.* 57. 83. (177). Ova in aceto maturari. *Id.* 35. *ibid.* 15. 52. (184). Alumen æstivis solibus maturatur. *Id.* 18. *ibid.* 11. 26. (102). Mustum album triduo maturatum. *h. e.* purgatum atque adeo perfectum: nam mustum recens pressum quodammodo crudum est. *Id.* 11. *ibid.* 37. 79. (200). Aves quædam gemlnos sinus habent: unum, quo mergantur recentia, ut guttur: alterum, in quem ex eo demittunt concoctione maturata. *h. e.* confecta, perfecta. — Huc referri potest et illud *Liv.* 24. 13. Domum ad cœpta maturanda redire jubet. *h. e.* perficienda, ad exitum perducenda; ita *Forcellinus*: nisi mavis et hunc *Livii* locum ad paragr. proxime sequentem transferre. ¶ 2. Per metaphoram est festinare, properare, mature, h. e. cito ac celeriter quippiam facere, *accelerare, affrettarsi, far presto*; cum modo tamen, ut in MATURE sub 1. dictum est: et occurrit — *a*) Cum Accusativo rei. *Cæs.* 1. *B. C.* 63. Jam vero eo magis illi maturandum iter existimabant. *Virg.* 1. *Æn.* 141. Maturate fugam. Sic *Justin.* 2. 13. 7. Occupare transitum maturata fuga, jubet. *Cic. Cluent.* 61. 171. Huic mortem maturabat inimicus. et *Cels.* 7. 7. *n.* 7. Eos curare periculosum est: nam mortem quoque ea res maturat. et *Horat.* 3. *Od.* 7. 16. Maturare necem alicui. *Sall. Cat.* 32. insidias consuli. *Liv.* 1. 44. censum. *Id.* 29. 23. nuptias. *Sueton. Cæs.* 80. destinata negotia. *Id. Domit.* 15. sibi exitium. *Justin.* 2. 15. 5. opus. *Quintil.* 11. 2. 43. Maturatur recordatio. *Aminian.* 17. 1. Quæ illi maturata ad perniciem suam. — Et absolute *Nepos Dion.* 8. *extr.* Ille hac religione non modo ab incepto (*al.* ab incepto *omittunt*) non deterritus, sed ad maturandum concitatus est. *scil.* inceptum. — *b*) Cum Infinito. *Cæs.* 1. *B. G.* 7. Quum id nunciatum es-

set, maturat ab urbe proficisci. *et* 2. *ibid.* 5. Flumen exercitum transducere maturavit. *Cic.* 4. *Att.* 1. *sub fin.* Te exspecto et oro, ut matures venire. *Sall. Jug.* 81. Duo fratres missi maturavere iter pergere. *Id.* apud *Arusian.* p. 218. ed. *Lindem.* Maturaverunt exercitum Durrhachium cogere. Adde *Liv.* 2. 38., 34. 46., et 39. 23. et 45.; *Tac.* 4. *Hist.* 34. et 5. *ibid.* 18.; et *Ammian.* 17. 8. — Absolute. *Horat.* 2. *Od.* 11. 23. eburna dic, age, cum lyra Maturet. *scil.* venire. — *c*) Cum præpos. *ad* et gerundivo. *Ammian.* 31. 9. Et hi quidem ad patrandum propositum discursione rapida maturabant. ¶ 3. Item ante tempus aliquid facere, præcipere, præverti, *anticipare*. *Virg.* 1. *G.* 260. Frigidus agricolam si quando continet imber, Multa forent quæ mox cælo properanda sereno, Maturare datur. Ubi *Gell.* 10. 11. et ex eo *Macrob.* 6. *Saturn.* 8. Duo ista verba, maturare et properare, tanquam plane contraria, scitissime separavit, namque in præparatu rei rustieæ, per tempestates pluvias, quoniam ex necessitate otium est, maturari potest: per serenas vero, quoniam tempus instat, properari necesse est. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 8. 6. (36). Lucifer, ut sol alter, diem maturans, *ubi tamen* maturans *potest esse et* accelerans.

B) Neutrorum more maturare est ad maturitatem pervenire, *maturarsi, giungere a maturità.*

I.) Proprie. *Pallad.* 4. *R. R.* 10. 27. Locis frigidis præcoquas ficus seramus, calidis eas, quæ sero maturant. *Id.* 12. *ibid.* 7. 22. Castanea tardius maturant. *Vulgat. interpr. Joel* 3. 13. Quoniam maturavit messis.

II.) Translate est properare, festinare, *affrettarsi*. *Ter. Phorm.* 4. 5. 4. Atque ita opus facto est. At matura, dum libido eadem hæc manet: nam si altera illæc magis instabit, forsitan nos rejiciat. *Cic.* 2. *Fam.* 18. Successor tuus non potest ita maturare, ut tu me in Asia convenire possis. *Liv.* 24. 12. Maturandum Hannibal ratus, ne prævenirent Romani. Sic *Id.* 2. 22. Et Volsci comparaverant auxilia, quæ mitterent Latinis, ni maturatum ab dictatore Romano esset; et maturavit Romanus, ne prælio uno cum Latino Volscoque contenderet. *Id.* 39. 45. L. Junius (*cui Gallia provincia evenerat*) maturare est jussus. Galli Transalpini - in Italiam transgressi etc. *Sall. Jug.* 22. Legati in Africam maturantes veniunt. *Sueton. Cal.* 47. Aditus ergo in itinere a legatis amplissimi ordinis, ut maturaret, orantibus: Venium, inquit, etc. — Hinc *Maturato opus est*, opus est celeritate, *bisogna far presto*. *Liv.* 1. 58. Ita facto maturatoque opus esse: rem atrocem incidisse. *Id.* 8. 13. *ad fin.* Sed maturato opus est, quidquid statuere placet. Adde *eumd.* 24. 23. *ad fin.*

MĀTŪRUS, a, um, adject. Comp. *Maturior* II. 1. et 2.; Sup. *Maturissimus* I. et II. 1. 2. et *Maturrimus* apud *Tac.* sub II. 2. — Maturus, de cujus notatione variant etymologi et incerta omnia afferunt, est qui neque crudus aut immitis est, neque decoctus aut caducus, sed tempore suo adultus et maturatus, ut *Gell.* 10. 11. loquitur: et fere de arborum terræque fructibus dicitur, qui legendo edendoque apti sunt, πέπειρος (It. *maturo, stagionato*; Fr. *mûr*; Hisp. *maduro, sazonado*; Germ. *reif, gezeitigt, vollzeitig*; Angl. *ripe, mature*).

I.) Proprie. *Cic. Senect.* 19. 71. Poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur; si matura et cocta, decidunt. *Virg.* 10. *Ecl.* 36. maturæ vinitor uvæ. *Id.* 3. *ibid.* 80. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres. *Colum.* 12. *R. R.* 17. 2. Maturissimæ fieus.

II.) Translate. ¶ 1. Matura dicuntur quærumque ad suæ perfectionis gradum pervenerunt, *convenientemente sviluppato, perfezionato*; quo sensu latissime patet. — *a*) Metonymice est maturans apud *Virg.* 1. *G.* 65. glæbasque jacentes Pulverulenta coquat maturis solibus æstas. — *b*) Ceterum de rebus præcipue physicis, quæ ad suæ perfectionis gradum pervenerunt. *Colum.* 4. *R. R.* 29. 5. Malleolos generosos et fecundos et quam maturissimos viti detrahere. et *Id.* 12. *ibid.* 6. 1. Matura muria. *fatta, perfetta. Nemesian.* 3. *Ecl.* 36. *de fronte Bacchi pueri.* Flavaque maturo tumuerunt tempora cornu. *prossimo a spuntare.* Sic *Martial. Spectac.* 14.; et *Ovid.* 11. *Met.* 311. Maturus venter. *prossimo a partorire.* Similiter *Ovid. de Nuc.* 93. fetus maturos edere. et *Horat. carm. sæc.* 13. Maturi partus. *Ovid.* 7. *Met.* 127. maturus infans. *vicino a nascere.* et *Justin.* 13. 2. 5. (et *Phædr.* 1. 18.; et *Ovid.* 9. *Met.* 282.). Roxanes exspectari partum, quæ, exacto mense octavo, matura jam ex Alexandro erat. Similiter *Virg.* 7. *Æn.* 53. filia matura viro. *h. e.* apta nubendo. *nubile. Stat.* 3. *Silv.* 1. 176. hic sponsæ maturus et illa marito. Et absolute *Horat.* 3. *Od.* 6. 21. Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo. Et de brutis *Colum.* 7. *R. R.* 3. 11. Matura ovis. *h. e.* pariendo apta. Ceterum *Liv.* 42. 52. Progenies matura militiæ. *Val. Flacc.* 1. 54. necdum mea proles Imperio et belli rebus matura marique. *Sil. It.* 16. 657. maturus ad arma. *et* 14. 495. maturus laudum. *Vellej.* 2. 99. L. Cæsar viris. *h. e.* togæ virili sumendæ proximus. *Virg.* 12. *Æn.* 438. quum matura adoleverit ætas. *h. e.* apta rebus gerendis. *Cels.* 4. 11. Tempus maturum vino. *h. e.* quo ægroti vinum bibere possunt. *Virg.* 10. *Æn.* 257. revoluta ruebat Matura jam luce dies. *h. e.* plena, clara. *Liv.* 2. 63. Ea res maturam jam seditionem ac prope erumpentem repressit. *Sall. Jug.* 90. Omnia matura sunt. *h. e.* prona, facilia, captu proxima. — *c*) Eleganter refertur ad animum, ad orationem, ad ingenium. *Cic. Brut.* 83. 288. Ipse Thucydides si posterius fuisset, multo maturior fuisset et mitior. *Virg.* 9. *Æn.* 246. annis gravis atque animi maturus Aletes. *h. e.* peritus rerum et prudens. — *d*) Item ad ætatem provectam, *maturo, vecchio*. *Virg.* 5. *Æn.* 73. ævi maturus Acestes. *Tac.* 1. *Ann.* 4. Tiberium Neronem maturum annis, spectatum bello. *Ovid.* 14. *Met.* 617. Remulus maturior annis. *et* 8. *ibid.* 617. Lelex animo maturus et ævo. *Horat.* 4. *Od.* 4. 55. Maturi patres. *Sueton. Cal.* 44. centuriones. *h. e.* qui stipendia jam compleverunt. *Justin.* 41. 5. 5. Matura senectus. *Terentian. præf. v.* 52. p. 2384. *Putsch.* Quia jam dicere grandia Maturum ingenium negat. *Justin.* 11. 5. 7. Persis longa jam satis et matura imperia contigisse. *h. e.* quæ jam tempus sit deponi. ¶ 2. Est etiam *maturus*, qui debito tempore fit, nec citius, nec tardius, *opportuno, conveniente, fatto a suo tempo*. *V.* MATURE 1. *Tibull.* 1. 1. 7. Ipse seram teneras maturo tempore vites. *Cic.* 15. *Att.* 4. Scribendi exspectandum tempus maturius. *et* 9. *Fam.* 6. Mihi vero ad Nonas bene maturum videtur fore. Sic absolute et *Liv.* 5. 46. Maturum jam videbatur, repeti patriam eripique ex hostium manibus: sed corpori valido caput deerat. Rursus *Cic.* 1. *Divinat.* 18. 36. Maturam mortem oppetere. *Orellius vero legit:* se maturum oppetere mortem. *Claudian. B. Get.* 116. Maturum consilium. *h. e.* quod præcipiti opponitur. ¶ 3. Item qui cito fit, aut qui cito est futurus, imminens, *presto, celere, imminente*. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 1. Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam. *Id.* 4. 17. *a med.* Adolescentes maxime castigant, ut, quibus virtutibus omnem vitam tueri possunt, eas in ætate maturissima velint comparare. *ne' primi anni. Curt.* 7. 7. *a med.* Milites, quibus matura erat missio. *Cæs.* 4. *B. G.* 2. In his locis, quod omnis Gallia ad septentrionem vergit, maturæ sunt hiemes. *il freddo viene a buon'ora. Ovid.* 13. *Met.* 300. Si mora pro culpa est, ego sum maturior illo. *son venuto più presto. Stat.* 2. *Silv.* 1. 40. probitas maturior ævo. *Liv.* 1. 46. Tædio regum maturior venit libertas. *Horat.* 2. *Od.* 17. 6. te meæ si partem animæ rapit Maturior vis. *Id.* 2. *Ep.* 1. 15. et *Ovid.* 2. *Pont.* 1. 59. Maturi honores. *accelerati, anticipati. Tibull.* 4. 1. 205. Seu matura dies celerem properat mihi mortem. *Cic. Cæcin.* 3. 7. Maturo judicio condemnari. *h. e.* statim ac sine mora constituto. *Tac.* 12. *Ann.* 65. Amplecti Britannicum, robur ætatis quam maturrimum precari. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 9. Matura faba. *h. e.* quæ opponitur serotinæ. *et ibid.* 10. 15. satio. *h. e.* quæ opponitur seriori. *Id.* 7. *ibid.* 3. 21. Maturum fœnum. *h. e.* quod chordo opponitur. *Pallad.* 1. *R. R.* 34. *extr.* Frigidis locis auctumnalis satio celerior fiat, verna vero tardior: calidis autem regionibus et auctumnalis serior fieri potest et verna maturior. — Et absolute *Cato* apud *Gell.* 3. 7. Maturum censeo faciundum, ut milites ad verrucam illam ire jubeas. *h. e.* mature, cito, sine mora. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MĀTŪTĪNĀLIS, e, adject. (matutinus) *mattutino*, matutinus. *Auct. carm. Philom.* 15. Vere calente novos componit acredula cantus, Matutinali tempore tunc mitilans. *Valerian. Homil.* 15. *ante med.* Si, stante in cælo luna, oculis hominum radius se matutinalis infuderit. Hanc vocem habent etiam *Not. Tir.* p. 76.

MĀTŪTĪNĒ *et*

MĀTŪTĪNŌ, adverb. (matutinus) matutino tempore. Ut Latina agnoscuntur, illud a *Priscian.* 4. p. 635. *Putsch.*, hoc a *Diomed.* 1. p. 402. Exemplo esse potest illud *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (181). Obiere, dum calciantur matutino, duo Cæsares. *V.* MATUTINUS in fin.

MĀTŪTĪNUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MĀTŪTĪNUS, a, um, adject. (*V.* MATUTA in ONOM.) ad auroram et mane pertinens, ἑωσφόρος (It. *mattutino, della mattina*; Fr. *du matin, de la matinée, qui a lieu le matin, matinal*; Hisp. *madrugador, madrugon*; Germ. *zum Morgen gehörig, morgendlich*; Angl. *of or belonging to the morning, in the morning, early*). Occurrit — *a*) Generatim. *Cic.* 7. *Fam.* 1. Neque dubito, quin per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris. *Id.* 2. *ad Brut.* 4. Hoc paululum exaravi in ipsa turba matutinæ salutationis. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 45. Matutina parum cautos jam frigora mordent. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 3. et 9. *ibid.* 15. 4. Matutinus dies. *h. e.* mane, *il mattino. Ovid.* 5. *Fast.* 160. Matutini equi. *h. e.* Auroræ. *Martial.* 14. 125. somni. *Virg.* 8. *Æn.* 456. cantus volucrum. *Ovid.* 1. *Met.* 62. radiis juga subdita matutinis. *h. e.* quæ primos solis radios vident. *et* 11. *ibid.* 26. matutina cervus periturus arena. *h. e.* in venatione, quæ mane fit in circo. nam mane ferarum vel inter se, vel cum hominibus certamina ibi exhibebantur (unde *matutinas feras* dixit *Martial.* 13. 95.), meridie gladiatorum, ut ex *Seneca Ep.* 7. et *Sueton. Claud.* 34. colligitur. Similiter *Seneca* 3. *Ira* 43. 2. Ridere solemus inter matutina arenæ spectacula tauri et ursi pugnam inter se colligatorum, quos, quum alter alterum vexarit, suus confector exspectat. *Ovid.* 1. *Art. am.* 367. matutinos pectens ancilla capillos. *h. e.* heræ mane surgentis. *Martial.* 12. 26. Matutinum lutum. *h. e.* quod colligitur mane per urbem discurrendo a salutatoribus: unde apud *eumd.* 1. 56. Matutinum ave. *et* 12. 68. Matutinus cliens. *Id.* 9. 30. magister. *h. e.* qui mane docet. *et* 4. 8. Juppiter. *h. e.* qui mane salutatur. *Virg.* 8. *Æn.* 465. Æneas se matutinus agebat. *levato di buon mattino.* — *b*) Speciatim, *Matutinus pater* est Janus, apud *Horat.* 2. *Sat.* 6. 20., quia quum sit temporis deus, eum invocabant diei initio, ut auspicem operum. — *c*) Item, *matutinus occasus* est, quum stella mane occidit. *Rutil.* 1. *Itiner.* 633. Et matutinis Hyades occasibus udæ. — *d*) Item, matutina frons *Martiali* 13. 2. est seria et severa, quia mane homines impransi serii esse solent. — Hinc

Matutinum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est matutinum tempus, *il mattino. Plin.* 2. *Hist. nat.* 8. 6. (36). Prævenions (*sidus Veneris*) et ante matutinum exoriens luciferi nomen accepit. *Id.* 20. *ibid.* 9. 33. (80). Sumpta acetabulis duobus matutino. *Id.* 27. *ibid.* 4. 10. (27). Potu matutino, vel a cœna. *Id.* 18. *ibid.* 31. 74. (311). Spica exoritur matutino, etesiæque desinunt. *Quintil.* 12. 8. 2. Pridie, aut eodem matutino. Bursus *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (90). Serere matutinis, meridie metere. *et* 30. *ibid.* 10. 24. (84). Traduntdraconis lingua et oculis et felle intestinisque in vino et oleo decoctis ac sub dio nocte refrigeratis (*lymphatos*) perunctos matutinis vespertinisque liberari. Huc pertinet et illud *Plin. Valerian.* 2. 28. *ante med.* Glandis item rubeæ grana tredecim, piperis quinque simul teres cum vino veteri et dabis tribus matutinis. *h. e. per tre mattine.* Cl. *Furlanetto* ex hoc *Plin. Valerian.* loco conjecerat efferendum *Matutina*, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, pro mane, *mattina.*

MAURELLA, æ, f. 1. herba eadem ac strychnos, ita vulgo, ut videtur, appellata. *Æmil. Macer* c. 60. 1. p. 143. retro ed. *Ald.* Herbam, quam Græci strychnon dixere, Latini Maurellam dicunt.

MAURĪCĀTIM, adverb. Maurice. *Laberius* apud *Charis.* 2. p. 184. *Putsch.* Non intellexi, te Mauricatim scire.

MAURĪCĒ, adverb. *all'usanza de' Mori*, Mau-

rorum more. *Gell.* 2. 25. ex *Varron. L. L.* Quum dicamus ab Osco, Tusco, Græco, Osce, Tusce, Græce; a Gallo tamen et a Mauro Gallice et Maurice dicimus.

MAUSŌLEUM, i, n. 2. Μαυσωλεῖον, *Mausoleo,*

I.) Proprie est sepulcrum Mausoli regis Cariæ. Hunc Artemisia uxor adeo dilexisse traditur, ut mortui crematique cineres vino dilutos ebiberet: et præterea sepulcrum marmoreum exstruxit summa magnificentia et claritate. Attollebatur in altitudinem viginti quinque cubitis, in circuitu habebat pedes quadringentos undecim, cingebatur columnis triginta sex. Cælavere in eo pariter Scopas, et æmuli ejus Bryaxis, Timotheus, Leochares: qui maxime fecere, ut id opus esset inter septem miracula. Accessit quintus, Pythis, qui in summo quadrigam marmoream sculpsit. V. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (30). et *Gell.* 10. 18., ubi alia multa hac de re. — Adjective *Propert.* 3. 2. 59. Nec mausolei dives fortuna sepulcri. — Etiam ipsius Mausoli regia domus Halicarnassi structuræ celebris fuit: laudaturque a *Plin.* 35. *Hist. nat.* 14. 49. (172). et 36. *ibid.* 6. 6. (17).

II.) Translate, quodlibet sumptuosius sepulcrum ac regium, *mausoleum* dicitur, ut affirmat *Hieronym.* 1. *in Jovinian. n.* 44. Artemisia uxor Mausoli defuncti maritum sic semper amavit, ut vivum, et miræ magnitudinis ac pulcritudinis exstruxit sepulcrum in tantum, ut usque hodie omnia sepulcra pretiosa ex nomine ejus mausolea nuncupentur. *Martial.* 5. 64. Jam vicina jubent nos vivere mausolea, Quum doceant, ipsos posse perire deos. *Flor.* 4. 11. *sub fin. de Cleopatra.* Incautiorem nacta custodiam, in mausoleum (sepulcra regum sic vocant) se recipit. *Sueton. Aug.* 100. et *alibi* de monumento usurpat, in quo sepultus est Romæ Augustus. Adde *Hieronym.* 1. *advers. Jovinian. n.* 28. Sic *Inscript.* apud *Gruter.* 496. 7. EIVS MAESOLEI (*sic pro* mausolei) CLAVES DVAE PENES ALIQVEM LIBERTORVM MEORVM ET CVRATOREM CVIVSQVE ANNI SINT. *Alia* apud *eumd.* 175. 9. M. VLPIVS AVG. L. AEGLVS PROCVRATOR MAVSOLEI. *Alia* Lambæsitana apud *Rénier. Inscript. Alg.* 12. et apud *Henzen.* 7420. a S. NAM MESOLAEVM ROMAE IN PRAEDIIS SVIS EX HS. L. M. N. FACTVM EST.

MĀVŌLO. *V.* MALO init.

MAVORS *et* mafors *et* mavortium est vestimenti genus, idem ac ricinium, *collare, bavero* Italis dictum, quod circa collum tum pueri, tum mulieres gerere solebant. *Hieronym. Ep.* 22. *n.* 13. Super humeros hyacinthina læna maforte volitans. *V.* plura alia auctorum loca, quibus mavortii mentio habetur in RICINIUM et MAFORS. — *NB.* De Mavorte pro Marte. *V.* ONOM.

MĀVORTĬUS, a, um, adject. vox poetica, idem ac Martius. *V.* MAVORTIUS in ONOM., et MARTIUS in LEXICO; item vocem præced.

MAXILLA, æ, f. 1. os, in quo infixi sunt dentes. Quid proprie sit, dictum est in MALA ex *Celso.* Sed eadem fere ratione, qua *mala* accipitur, σιαγών (It. *mascella, ganascia*; Fr. *mâchoire*; Hisp. *quixada*; Germ. d. *Kinnlade, Kinnbacke*; Angl. *the jaw-bone, in which the teeth are fixed, the jau, mazard*).

I.) Proprie. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 60. (159). Maxillas crocodilus tantum superiores movet. *et ibid.* 62. (164). Camelus in superiore maxilla primores dentes non habet. *Id.* 32. *ibid.* 7. 25. (81). Maxilla dolens. — In illo *Persii* 4. 37. Tu cum maxillis balanatum gausape pectas, Inguinibus quare detonsis gurgulio exstat? *maxillas* quidam interpretantur pectinem, qui radios habet instar dentium infixos, ὀδοντωτὸν κτένα: et *balanatum gausape* comam intelligunt unguento balanino delibutam. Alii melius *gausape* promissam barbam intelligunt, quam nonnulli ad severioris vitæ ostentationem alere solebant, quum tamen circa virilia effeminatorum more vulsi essent. Huic porro simile est illud *Juvenal.* 2. 20. et de virtute locuti Clunem agitant.

II.) Translate. *Augustus* apud *Sueton. Tib.* 21. Miserum populum R., qui sub tam lentis maxillis erit. *h. e.* sub tam lenta sævitia.

* MAXILLĀRIS, e, adject. ad maxillam pertinens. *Maxillares dentes*, qui et molares, κραντῆρες, *mascellari. V.* DENS 1. 1. *Cels.* 6. 9. *a med.*; et *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 63. (166). et 32. *ibid.* 7. 26. (80). et *ibid.* 10. 50. (139). — *Scribon. Compos.* 101. Facit hoc medicamentum ad eos, quorum musculi maxillares cum maximo dolore tensi sunt. Hæc eadem prorsus verba leguntur et apud *Marcell. Empir. c.* 22. *p.* 113. ed. *Ald.*

MAXILLO στομοκοπῶ. *Gloss. Gr. Lat.*

MAXĪMĒ *et antiquo more* maxume, adverb. superl. *V.* MAGIS.

MAXĪMĬTAS *vel* maxumitas, ātis, f. 3. magnitudo apud veteres. *Lucret.* 2. 497. Ne quædam cogas immani maximitate. *Arnob.* 6. 18. Porrigere se longius, atque in maximitatem producere.

MAXĪMŌPĔRE *vel* maximo opere. *V.* MAGNOPERE.

MAXĪMUS *vel* maxumus, a, um, adject. superl. *V.* MAGNUS.

MAZA, æ, f. 1. μάζα, farina hordeacea, vel panis lacte, sero, aut aqua subactus, quem *Varro* 2. *R. R.* 9. 9. et *Colum.* 7. *R. R.* 12. 10. canibus in cibum dari jubent, *zuppa in latte.* Eadem vero est ac polenta, quam vocem *V.* sub 1. in loc. cit. *Senecæ.* Ceterum *Grat. Cyneg.* 307. Lacte novam pubem facilique tuebere maza. Sic *Nemesian. Cyneg.* 161. Interdumque cibo Cererem cum lacte ministra.

MAZĀRA. *V.* MATERIS.

MAZŌNŌMUS, i, m. 2. *piatto reale, tagliere,* μαζονόμος, μαζοφόρος, lanx: *a* μάζα *maza.* Primo enim sic dicebatur vas, in quo maza apponebatur, nempe quia solerent mazas νέμειν, h. e. distribuere. (*Pollux* enim ait 6. 87. μαζονόμια δὲ κοῖλοι μεγάλοι πίνακες, ἐφ' ὧν αἱ μᾶζαι διενέμοντο. et apud *eumd.* 10. 84. sunt πίνακες μαζηροί. *Athenæus* etiam 4. 31. *p.* 149. A: τυρὸς καὶ φυστὴ μᾶζα νόμου χάριν ἐπὶ χαλκῶν κανῶν, τῶν παρὰ τισι καλουμένων μαζονόμων.). Sed postea usurpari cœpit generatim pro omni lance rotunda. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 86. Mazonomo pueri magno discerpta ferentes Membra gruis. *Acro* ad *loc. cit.* mazonomum *magnum salsare*, et *Scholiast. Cruq.* vocat *magnam scutellam. V.* SALSARE. Ceterum *Horatium* imitatus est *Nemesian. fragm. de aucup.* 16. *p.* 130. *Wernsdorf.* Sæpe ego nutantem sub iniquo pondere vidi Mazonomi puerum, portat quum prandia circo, Quæ consul prætorve novus construxit ovanti. *Varro* 3. *R. R.* 4. 3. Ut in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, ubi delicate cœnitaret: et alios videret in mazonomo positos coctos, alios volitare circum fenestras captos.

ME

Me *pro* mihi. *V.* EGO.

MĒĀBĬLIS, e, adject. (meo). ¶ 1. Passive est qui transiri facile potest, *che facilmente si passa*; item obvius, accessibilis. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 1. 1. (2). Transitus vel bubus meabilis. *Ammian.* 18. 8. Civitas uno ascensu perangusto meabilis. *h. e.* accessibilis. ¶ 2. Active est qui facile meat, et quo penetrat, *che facilmente passa e penetra*, πόριμος. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 5. 4. (10). Aer vitalis et per cuncta rerum meabilis totoque consertus.

MĒĀCŬLUM, i, n. 2. (meo) idem ac meatus. *Capell.* 8. *p.* 274. Apud vos, superi cælestesque, qui vestra recensebitis meacula, non tacebo. *h. e.* qui cognoscetis vestros in cæli regionibus excursus; hic enim loquitur Astronomia. Alii minus recte leg. *metacula.*

MĒAPTE *pro* mea ipsius. *V.* IPSE.

MĒĀTIM, adverb. ponitur a grammaticis ut Latinum, a *meus* personam tantum significans: et exponunt meo more; sicut *tuatim* tuo more. *Priscian.* 12. *p.* 949. *Putsch., Donat. edit.* II. *p.* 1759., *Serg. in Donat. p.* 1850., *Cledon. p.* 1919. et *Augustin. Grammat. p.* 2010., sed nullo præterea confirmant exemplo. *V.* et SUATIM.

MĒĀTĬO, ōnis, f. 3. (meo) actus meandi, fluxio, *l'atto dello scorrere, o scolare. Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 18. Quapropter perspiciendum, utrum usque ad demissionem accessionis fluor ventris perseveret, vel ejus meatio mordicationem quamdam faciat podici vel intestinis: suspecta enim habenda est istiusmodi defluxio.

MĒĀTOR, ōris, m. 3. (meo) viator, qui meat, *passeggiere. Inscript.* apud *Guarin.* in *Prosod. Lat. fund. p.* 133. DOLE MEATOR QVISQVIS HOC LEGIS CARMEN. Alia apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 146., quæ est apud *Orell.* 1417. INTERPRES DIVVM CAELI TERRAEQVE MEATOR. *h. e.* Mercurius, qui quum sit Jovis nuncius, e cælo ad terram sæpius meare solet.

MĒĀTUS, us, m. 4. (meo) actus meandi, itio, progressus, motus, πόρος, πορεία (It. *andamento, corso, moto*; Fr. *action de passer d'un lieu dans un autre, passage, marche, course*; Hisp. *pasage, marcha, carrera*; Germ. d. *Gehen*, d. *Lauf, Gang*; Angl. *a going, passing, course, motion, movement*).

I.) Proprie. *Lucret.* 1. 128. solis lunæque meatus Qua fiant ratione. *Virg.* 6. *Æn.* 850. Cæli meatus radio describere. *Tac.* 1. *Hist.* 62. Aquila leni meatu, velut duæ viæ, prævolavit. *Petron. Satyr.* 122. de cælo Delphicus ales Omina læta dedit, populitque meatibus auras. *Tac.* 6. *Ann.* 28. Ubi par oneri, par meatui sit. *Sil. It.* 12. 102. Nubivagus meatus volo. *Eumen. Paneg. ad Constant. Cæs.* 8. Regionem obliquis meatibus Scaldis interfluit. *Quintil.* 7. 10. 10. Pulsus venarum, caloris motus, spiritus meatum sentire. *il respiro.* Sic *Plin.* 6. *Ep.* 16. *a med.* Meatus animæ gravior et sonantior. *Plin. alter* 2. *Hist. nat.* 16. 13. (67). Flexuosus draconum meatus. *Id.* 3. *ibid.* 1. 1. (5). Oceanus avido meatu terras demergens. *Claudian.* 1. *in Rufin.* 5. Præscriptosque mari fines, annisque meatus. — Ubi ait *Solin.* 30. *a med.* Lupi in saliendo ita nisus habent altiis, ut non magis proficiant cursu, quam meatu: *Salmasius*, quid inquit, hic *meatum* voret, sane nescio: illud scio, eum nugari. Fortasse *Solin.* illud *meatum* pro nisu saliendi posuit: quod si est, improprie certe est locutus.

II.) Translate, concreto uti ajunt sensu, est ipse locus, per quem itur, transitus, via, *strada, passo, meato. Val. Flacc.* 3. 403. specus, Umbrarumque meatus Subter. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 26. (85). Meatum vomitionibus præparare. *et* 28. *ibid.* 13. 55. (197). laxare spirandi. *Tac.* 14. *Ann.* 51. impedire. *Tac. Germ.* 4. Danubius in Ponticum mare sex meatibus erumpit. *Claudian. B. Get.* 336. Bifido meatu divisus Rhenus. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 84. (228). Malvæ decoctæ succus pori meatus suaves facit. Ubi *Harduin.* Urinæ credo meatum intelligit. At *Sillig.* rectius legit: Malvæ decoctæ succus permeatus suaves facit. Certe tamen *meatus*, absolute usurpatus, est meatus urinæ, seu pudendum equæ in *Epigr. incert. poetæ* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 628. *Burmann.* Gaudens monstrifero calere luxu, Fessæ cornipedis fricas meatum. Et definite *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 4. Alienitatis obstrusione vesicæ impedito meatu. *et mox.* Acervatim per urinæ meatum sanguis excluditur. Sic *Veget.* 5. *Veterin.* 14. 10. *Schneid.* Aqua quoque cœno vel limo turbida si bibatur, meatus impedit minctionis. Similiter, sed alia de re, *Theod. Priscian. l.* 2. *part.* 2. *c.* 8. *extr.* Cauteria partibus thoracis infigo: si forte patefactis vulnerum meatibus, eorum digestionibus (*ægroti*) releventur.

MĒCASTOR, *per mia fe, affè, νὴ τὸν Κάστορα*, juramentum muliebre. *Paul. Diac. p.* 125. 4. *Müll.* Mecastor, et mehercules jusjurandum erat: quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules, ut subaudiatur, juvet. *Gell.* 11. 6. esse ait feminarum proprium, sicut *mehercules* virorum: quod et in ECASTOR adnotavimus, et fideliter *Ter.* et *Plaut.* servare dicuntur. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 8. Salve mecastor Parmeno. SY. Et tu edepol, Syra. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 28. Nec nunc mecastor, quid hero dicam, queo comminisci. *Id. Stich.* 1. 3. 87. Certo mecastor id fuit nomen tibi. — Nihilominus utuntur hoc juramento parasitus apud *eumd. Asin.* 5. 2. 46. et Argyrippus *ibid.* 80. *V.* ECASTOR.

MĒCHĀNĒMĀ, ātis, n. 3. μηχάνημα, ingeniosum manus artificium, artificiosum opus: *a* μηχανή *machina, inventum. Sidon.* 1. *Ep.* 9. Deus bone! quæ ille dixitis mechanemata facit!

MĒCHĀNĬCA, æ, f. 1. *V.* MECHANICUS, a, um. in fin.

MĒCHĀNĬCĒ, es, f. 1. μηχανική, subaudi τέχνη, idem ac mechanica. Occurrit, nullo tamen auctore laudato, in *Anal. gramm. p.* 202. *Eichenf.*

MĒCHĂNĪCΩS, adverb. Græca positione, mechanico artificio: sic Organicῶς, organico. Utrumque legitur apud *Vitruv.* 10. 1. *V.* ORGANUM.

MĒCHĂNĪCUS, a, um, adject. μηχανικός, ad eas res pertinens, quæ manu simul et ingenio fiunt, et fabrili artificio constant: a μηχανή *artificium, machina*. *Gell.* 10. 12. Simulacrum columbæ e ligno ab Archyta ratione quadam disciplinaque mechanica factum. *Lamprid. Alex. Sev.* 22. Mechanica opera Romæ plurima instituit. Adde *Veget.* 4. *Milit.* 17. Sic *Firmic.* 6. *Mathes.* 31. *ante med.* Archimedes artis mechanicæ divinus repertor. *Cœl. Aurelian.* 2. *Acut.* 38. *ad med.* Hoc quidem si more mechanico ac simili miraculo se facere posse promittunt, ut aperientes ventris interiora, superficiem corporis claudant, erit credibile quod promittunt. *Rhemn. Fann. de ponderib.* 102. Quod tibi mechanica promptum est depromere musa. *h. e.* mechanicæ artis instrumento et ingenio. *Apul. de Mag.* Me, quum apud eum multas geometricas formas e buxo vidissem affabre factas, invitatum ejus artificio, quædam mechanica ut mihi elaboraret, petisse. — Hinc

Mechanicus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui in machinis versatur, machinarum fabriliumque artificiorum peritus, *ingegnere, proto. Colum.* 3. *R. R.* 10. 2. Sipho, quem diabeten vocant mechanici. *Suet on. Vesp.* 18. Mechanico grandes columnos exigua impensa perducturam in Capitolium pollicenti, etc. *Lucilius* apud *Festum p.* 206. 27. *Müll.* Sicuti mechanici quum alto exsiluere petauro. *h. e.* qui in machinis mira edunt populi oblectandi gratia.

Mechanica, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est ars mechanica. *Symmach.* 10. *Ep.* 38. (*al.* 45.) Cyriades mechanicæ professor super basilicæ atque pontis immodico sumptu perstrictus est. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 76. et 10. *ibid.* 39.

MĒCHĂNĪSMA, ătis, n. 3. idem ac mechanema, *mecanismo*. *Cassiod.* 1. *Variar.* 45. Mechanisma solum est, quod illam (*naturam*) ex contrariis appetit imitari.

MECHIR, iris, m. 3. nomen mensis apud Ægyptios, qui maxime Romanorum Januario, et aliqua ex parte Februario respondebat. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 26. (106). Ex India renavigant Mechiris Ægyptii mensis intra diem sextum, quod fit intra Idus Januarias nostras. De hoc mense plura habet *Jablonsk. Opusc. T.* 1. *p.* 143.

MĒCON, ōnis, f. 3. μήκων, papaver. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 19. 80. (209). Tertium genus est tithymalon, mecona vocant, alii paralion, folio lini, albo, capite magnitudinis fabæ. Adde *eumd.* 27. *ibid.* 12. 93. (119).: et *Apul. Herb.* 53. et 91. *V.* FOLLICULOSUS.

MĒCŌNIS, idis, f. 3. μηκωνίς, genus lactucæ atræ et amaræ, quæ lacte soporifero, instar papaveris, abundat: μήκων enim *papaver* significat. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 38. (126). et 20. *ibid.* 7. 26. (67). *Marcell. Empir. c.* 30. *p.* 131. *retro* ed. *Ald.* Meconidos quoque herbæ succus cyathis duobus datus detrahit bilem. *Sillig.* in primo *Plinii* loco hanc vocem Græcis litteris exhibet.

MĒCŌNĪTES, æ, m. 1. μηκωνίτης, gemma papaver exprimens, quod Græce μήκων est. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 63. (173). Adde *Salin.* 37.; et *Isid.* 16 *Orig.* 15. 20.

MĒCŌNĪUM, ii, n. 2. μηκώνιον. ¶ 1. Apud *Plin.* 20. *Hist. nat.* 18. 76. (202). et 25. *ibid.* 12. 91. (142). est succus expressus ex capitibus et foliis papaveris decoctis. Adde *Scribon. Compos.* 86. Similiter *Id. Scribon. ibid.* 180. Opium potum, quod quidam meconium vocant, ab odoris gravitate intelligitur: papaveris enim viridis, cujus succus est, qualitatem repræsentat. ¶ 2. Item herba, quæ et *peplis* dicitur. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 93. (119). ¶ 3. Item prima excrementa, quæ infantes emittunt. *Id.* 28. *ibid.* 4. 13. (52).

MĒCUM. *V.* EGO et CUM.

MED *pro* me. *V.* EGO.

MEDDIX *vel* medix, icis, m. 3. nomen magistratus apud Campanos: est pro *meddinx* ab Hebr. מדין *middin*, in judicio, seu qui judex est; olim enim apud orientales populos summus eorundem magistratus appellabatur judex, quia ejus erat præcipua judicandi cura. *V.* SUFES; vel est a μεδών *curator, imperans. Paul. Diac.* p. 123. 14. *Müll.* Meddix apud Oscos nomen magistratus est. *Ennius:* Summus ibi capitur meddix, occiditur alter. *V.* vocem seq.

MEDDIXTŬTĬCUS, i, m. 2. Sunt, qui scribunt *mediatuticus*; alii vero perperam *mediastuticus*. — Meddixtuticus est summus apud Campanos magistratus (hinc *summus* dicitur ab *Ennio* loc. cit. in voc. præced.), vox Osca composita ex duabus, *meddix* et *tuticus*, quas vide suo loco. *Liv.* 22. 19. Præerat Statius Metius, missus ab Cn. Magio Atellano, qui eo anno meddixtuticus erat. *Id.* 26. 6. Meddixtuticus, qui summus magistratus apud Campanos est, eo anno Seppius Lesius erat. *Inscript.* Herculanensis apud *Rosin. Dissert. isagog. p.* 38. L. LABEO L. AQVILIVS MEDDIXTVTICI etc. Ex qua apparet, geminum fuisse magistratum, quorum alter alternatim imperium haberet in bello, ut Romæ consules. *V. Lanzi Sagg. di ling. Etr. T.* 2. *p.* 609.; et *C. O. Müller. Etruscar. rer. T.* 1. *p.* 27. et seqq.

MĒDĒLA, æ, f. 1. (medeor) medicina, remedium, curatio, *medicina, rimedio*, ἄκεσμα, ἄκος.

I.) Proprie. *Apul.* 8. *Met.* Vulneribus medelas varias adhibere. *Id.* 10. *ibid.* Flagrantissimis febribus ardebat; ut ipsi quoque jam medela videretur esse necessaria. *Gell.* 12. 5. Quum medicos arcessisset, collocutusque de facienda medela esset. *Id.* 16. 11. Herbarum succis faciunt medelarum miracula. *Quintil. Declam.* 13. Nobis habere medelam non liceat, vobis liceat habere venena? *Ammian.* 14. 8. In locis plurimis aquæ suapte natura calentes emergunt, ad usus aptæ multiplicium medelarum. *et* 17. 5. Medelarum artifices urere nonnunquam et secare et partes corporum amputare, ut reliquis uti liceat integris. Adde *Firmic.* 4. *Mathes.* 2.

II.) Translate. *Justin.* 11. 1. 8. Queis rebus veluti medela quædam interventus Alexandri fuit. *Gell.* 15. 1. Qua medela quaque solertia ignem defenderes. *Id.* 5. 14. *ad fin.* Mea opera et medela levatus. *Id.* 20. 1. Legum opportunitates et medelæ. *Auson. Profess.* 15. Nostri medela, Nepotiane, pectoris.

MĒDĒLĬFER, fĕra, fĕrum, adject. (medela *et* fero) medelam ferens. *Venant. Vit. S. Martin.* 1. 323. Quanta medelifero manavit gratia tactu.

MĒDENS, entis, m. 3. *V.* voc. seq. in fin.

MĒDĔO, es, ere, n. 2. *V.* voc. seq. init.

MĒDĔOR, ēris, eri, dep. 2. Præterito caret, vel a *medicor* sumit: quod et *Diomed.* 1. *p.* 376. *Putsch.* admonuit. — Passive personaliter legitur tantum apud *Hieronym. Ep.* 22. *n.* 8. Vini potio concedatur, ut ex hoc stomachi dolor et frequens medeatur infirmitas. — Forma *medere* legitur apud *Venant. Vit. S. Martin.* 2. 21. Plurima dum faceret, neque cura mederet alumnæ. — Part. *Medens* II. et in fin.; *Medendus* I. *c.* — Mederi est medelam et remedium afferre, medicari, curare: a μεδέω seu μεδέω *impero*; medicorum enim est imperare: *V.* IMPERO, ἰάομαι (It. *medicare, rimediare*; Fr. *guérir, apporter du remède, remédier, traiter*; Hisp. *curar, medicar, sanar, remediar*; Germ. *heilen, curiren*; Angl. *to cure, heal, remedy*)

I.) Proprie occurrit — *a*) Sæpissime cum Dativo. *Cic.* 2. *Orat.* 44. 186. Medico non solum morbus ejus, cui mederi volet, sed etiam natura corporis cognoscenda est. *Id. Rosc. Am.* 34. (128). Quum capiti mederi debeam, reduviam curo. (proverbialis locutio de eo, qui de minori malo est sollicitus, majore neglecto.) *Plin.* 8. *Hist. nat.* 27. 41. (97). Mederi oculis herbâ chelidoniâ. *Laurea Tull.* in *epigr.* apud *eumd.* 31. *ibid.* 2. 3. (8). Sint plures, oculis quæ medeantur, aquæ. *Id. Plin.* 20. *ibid.* 1. 2. (4). Radix succo medetur dolori dentium. *Id.* 27. *ibid.* 13. 115. (141). Mammis tragion unice medetur. *Id.* 24. *ibid.* 6. 22. (36). Pinea resina capitis vulneribus optime medetur. *Id.* 27. *ibid.* 10. 64. (90). præclare. *Id.* 34. *ibid.* 18. 55. (177). jucunde. *et* 29. *ibid.* 6. 38. (131). eximie. — *b*) Raro admodum cum Accus. et præpos. *contra. Plin.* 9. *Hist. nat.* 31. 51. (99). Cancri contra serpentium ictus medentur. — *c*) Gerundivus *Medendus* apud *Vellej.* 2. 25. 4. Aquæ salubritate medendisque corporibus nobiles. *Sueton. Vesp.* 8. Medendæ valetudini leniendisque morbis nullam opem non adhibuit. — *d*) Absolute. *Ovid.* 2. *Art. am.* 735. et 7. *Met.* 526.; et *Seneca Ep.* 87. Medendi ars. *la medicina*. et *Cels. præf.* § 1.; et *Aurel. Vict. epit.* 14. scientia. *Sueton. Aug.* 82. ratio. *Virg.* 12. *Æn.* 396. usus.

II.) Translate elegantes habet usus; et occurrit — *a*) Sæpissime cum Dativo. *Cic.* 1. *leg. Agr.* 9. 26. Huic malo pro se quisque nostrum mederi, atque hoc omnes sanare velle debemus. *Id.* 7. *Fam.* 28. Dies stultis quoque mederi solet. *Id.* 1. *ad Q. Fr.* 1. 10. *extr.* Mederi incommodis omnium. *Id. Sext.* 13. 31. afflictæ et perditæ reipubl. *Id.* 6. *Verr.* 51. 114. relizioni. *Sall. Jug.* 43. invidiæ. *Ovid.* 7. *Met.* 837. labori. *et* 9. *ibid.* 774. timori. *Tac.* 6. *Ann.* 18. periculis fratris. *Cæs.* 5. *B. G.* 24. inopiæ rei frumentariæ. *Nepos Pelop.* 1. tum satietati, tum ignorantiæ lectorum. *Tac.* 4. *Ann.* 16. rei alicui lege, aut decreto senatus. *Seneca Herc. Fur.* 1261. nemo pollute queat Animo mederi: morte sanandum est scelus. — *b*) Cum Accusativo, ut *medicor. Ter. Phorm.* 5. 4. 2. Quam scitum est, ejusmodi parare in animo cupiditates, quas, quum res adversæ sient, paullo mederi possis! Ita legit etiam *Priscian.* 8. *p.* 795. *Putsch.* et 18. *p.* 1162. Sunt tamen duo MSS. apud *Westerhov.* et quatuor apud *Bentlej.* et editio anni 1469. ubi legitur *quibus*. Addit *Voss.* 7. *Gramm.* 21. illud *Vitruv.* 8. 3. *ante med.* Bituminosi fontes interioris corporis vitia potionibus purgando solent mederi. Sed hoc nihil conficit, si *vitia* ad *purgando* referas. Legitur etiam apud *Justinian.* 2. *Institut. tit.* 7. *sub fin.*, sed hoc non est satis, ut imitari passim liceat. — *c*) *Medendo* passive. *Virg.* 12. *Æn.* 46. haudquaquam dictis violentia Turni Flectitur: exsuperat magis, ægrescitque medendo. *h. e.* dum ei medicina adhibetur. — *d*) Passive impersonaliter. *Vitruv.* 6. 11. Ut huic vitio medeatur, sic erit faciendum. — *e*) Absolute. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 5. Quum jam egomet cantus et verba medentia sævus Consero, tu planctus lamentaque fortia mavis. *h. e.* verba animi dolori medentia. — Hinc Part. præs.

Medens, entis, absolute, substantivorum more occurrit, et est qui medetur, medicus, *medico*, ἰατρός. *Lucret.* 1. 934. Sed veluti pueris absinthia tætra medentes Quum dare conantur, etc. *Ovid. Heroid.* 21. 14. Adjuvor et nulla fessa medentis ope. *Id.* 15. *Met.* 629. nihil artes posse medentum. *Plin. Paneg.* 22. Ægri quoque, neglecto medentum imperio, ad conspectum tui prorepere. *Tac.* 5. *Hist.* 6. Balsami humor in usu medentium est. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 8. 49. (87). Democrates e primis medentium.

MED ERGA. *V.* ERGA.

MĒDĬĀLE, is, n. 3. *V.* voc. seq. sub *A*.

MĒDĬĀLIS, e, adject. (medius) duo diversa significat, scilicet

A) Est idem ac medianus, medius, *di mezzo*, μέσος. *Capell.* 2. *p.* 28. Diadema maxime mediali gemmæ lumine prænitebat. *Id.* 8. *p.* 287. Circulus medialis. — Hinc *Mediale, is*, n. 3. absolute, substantivorum more, est media pars. *Solin.* 20. *a med.* Arbor pinei generis, cujus mediale succino larrimat. *et* 32. *a med.* Lignum omne atque mediale eadem ferme facie et nitore.

B) Alio sensu *Paul. Diac. p.* 124. 7. *Müll.* Medialem appellabant hostiam aram, quam meridie immolabant. *h. e.* quia *medio die*. Al. leg., seu potius legendum conjiciunt *medidialem* a *medidie* pro meridie.

MĒDĬAMNUS, a, um, adject. (medius *et* annus) interannus. Affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Priscian.* 17. *p.* 1097. *Putsch.* hisce verbis: Ex diversis quoque casibus solent derivativa simul et composita fieri, ut a medio terræ mediterraneus, et a medio annis mediamnus. *lege* medianus.

MĒDĬANS, antis. *V.* MEDIO.

MĒDĬĀNUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MĒDĬĀNUS, a, um, adject. (medius) qui in medio est, medius, *di mezzo*, μέσος. *Vitruv.* 3. 1. *sub fin.* Medianæ columnæ. *et ibid.* 3. *ad fin.* Acroteria mediana altiora, quam angularia. *et sub fin.* Capita leonina mediana. *Veget.* 3. *Veterin.* 40. 3. *Schneid.* Medianus digitus. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 11. *init.* Oportet ægrotantem jacere —, adhibita abstinentia, pro virium qualitate, atque so-

mento ex oleo dulci et calido capiti et medianis partibus. *h. e.* ventri atque iliis. Sic *Id.* 4. *Tard.* 8. *med.* Tum cucurbita adjuncta scarificatione medianis partibus admovenda. *h. e.* abdomini et pectori. — *Mediana porta* urbis est, quæ in via media, vel quæ per mediam urbem introitum et exitum præbet. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 463. *n.* 95. LOCVS QVI EST EXTRA PORTAM MEDIANAM. — Hinc

Medianum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est media pars. *Ulp. Dig.* 9. 3. 5. Oportebit prætorem dare actionem in eum, ex cujus cubiculo, vel exedra dejectum est: licet plures in eodem cœnaculo habitent; quod si ex mediano cœnaculi quid dejectum sit, verius est, omnes teneri. *Al. leg.* menianum. *V.* MÆNIANUM.

MĔDĬASTĪNUS, a, um, adject. (medius) servus est infimi ordinis, nullo certo ministerio addictus, sed viliora quæque munia obire solitus, quæ non solum domini jusserint, sed etiam alii servi, qui peculiari officio sunt destinati, sive ruri, sive in urbe: a *medius*, quod inter servos veluti medius sit ad omnium imperia paratus, *servo, famiglio di servizio basso*, δοῦλος. *Colum.* 2. *R. R.* 13. 7. Posse agrum ducentorum jugerum subigi duobus jugis boum, totidemque bubulcis, et sex mediastinis. *Id.* 1. *ibid.* 9. 3. Longissimum quemque aratorem faciemus: mediastinus qualiscumque status potest esse, dummodo perpetiendo labori sit idoneus. (His locis *Colum.* intelligit servum rustici cum, qui neque villicus sit, neque arator, neque vinitor, neque bubulcus; horum enim sunt certa munia: sed qui sarriendo, occando, runcando, fodiendo et similibus operam navat, et latiore vocabulo *opera* et *operarius* dicitur, *lavoratore.*) *Id. ibid.* § 6. Separandi sunt aratores a vinitoribus, iique a mediastinis. *Cic.* 2. *Cat.* 3. 5. Exercitus collectus ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis, decoctoribus, etc. *Alii tamen hanc vocem omittunt, alii aliter legunt. Horat.* 1. *Ep.* 14. 14. Tu mediastinus tacita prece rura petebas? Nunc urbem et ludos et balnea villicus optas. *Acron* ad *hunc loc.* Mediastinus, hoc est in civitate et in media urbe vivens: astu enim dicitur civitas. *Scholiast. Cruq. ibid.* Mediastinus servus est, qui stat in medio, paratus omnium ministeriis, non in balneis tantum, sed ubique locorum, tam in urbe, quam ruri. *Ulp. Dig.* 4. 9. 1. *a med.* Si quis operæ mediastini fungitur, non continetur (*edicto prætoris de cauponib. et stabular.*), ut puta atriarii, et focarii, et his similes. *Id. ibid.* 15. 47. 10. § 44. Etenim multum interest (*quum de injuriis agitur*) qualis servus sit, bonæ frugi, ordinarius, dispensator, an vero vulgaris, vel mediastinus, an qualisqualis. *Cato* apud *Non. p.* 143. 9. *Merc.* Ille imperator, tu illi ac ceteris mediastinus. *Jucil.* apud *eumd. ibid.* Villicum Aristocratem, mediastinum, atque bubulcum. *Nonius* (qui *Catoni* et *Lucilio* formam *mediastrinus* per errorem tribuere videtur) ibi, non solum balnearum, inquit, sed ædium quoque ministros, et curatores, mediastinos legimus. Quod, puto, ideo adnotavit, ut falsum esse ostenderet, quod *Priscian. sup.* XII. *vers. Æn.* 5. *p.* 1244. *Putsch.* scripserat, *mediastinum* dici, quod medias partes balnei teneat; hoc est in medio lavantium stat: quasi in solis balneis mediastino locus esset. Apud *Gruter.* 577. 3. 4. 5. tres sunt inscripti lapides, in quorum priore mediastinus balnearis commemoratur: secundus insculptum in pavimento habuit servum dextera canistrum, scopam sinistra tenentem, scriptumque *Cornelius servus mediastin.* et *Inscript.* apud *Henzen.* 6525. EPINICVS CAESAR. SER. AMYNTIAN. MEDIASTINUS IVLIA NYSA DE SVO FECIT. Apud *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 2. (4). Prodicus instituens quam vocant iatralepticen, reunctoribus quoque medicorum ac mediastinis vectigal invenit. *h. e.* infimis medicorum servis, qui in balneis et alibi inserviunt.

MEDIASTUTICUS. *V.* MEDDIXTUTICUS.

MĔDĬĀTĒNUS, adverb. eadem forma ac *quatenus*, *hactenus* et similia, a *medius* et *tenus*, ¶ 1. Est ad medietatem usque, *fino alla metà. Capell.* 8. *p.* 283. Et quod mediatenus tertiave parte quædam signa defixa circulis diversis sua membra discerpant, hanc obscuram caliginem deliinquo. *et mox.* Cephei corpus mediatenus septentrionali thorace partito. Adde *eumd. ibid. p.* 292. et 9. *p.* 316. ¶ 2. Item est secus medietatem, *lungo o lunghesso la linea che corre pel mezzo. Capell.* 6. *p.* 220. Pamphyliæ juncta Lycia, a qua incipit mons Taurus, pæne mediatenus orbis (*al.* Orientis) conscius, quem peragraret, nisi maria restitissent. h. e. *estendendosi lungo tutta la linea che corre pel mezzo dell' Asia. Cf. Plin.* 15. *Hist. nat.* 27. 27. (97). Junctum mare Lycium est genisque Lycia, unde vastos sinus Taurus mons ab Eois veniens litoribus Chelidonio promontorio disterminat, immensus ipse et innumerarum gentium arbiter, — mediamque distrahens Asiam, nisi opprimenti terras occurrerent maria. et *Mela* 1. 15. 2. Taurus ipse ab Eois litoribus exsurgens, vaste satis attollitur. Deinde dextro latere ad septentrionem, sinistro ad meridiem versus, it in occidentem rectus et perpetuo jugo, magnarumque gentium, qua dorsum agit, terminus. Ubi terras diremit, exit in pelagus. *V.* et *Solin.* 38. 10.–13.; et cf. MARETENUS.

MĔDĬĀTĬO, ōnis, f. 3. (medio) actus illius, qui se medium inter aliquos interponit, *mediazione. Alcim. Ep.* 2. *circa med.* Nisi inter duos agat, incongrue mediatio nominatur.

MĔDĬĀTOR, ōris, m. 3. (medio) qui se medium inter aliquos dissidentes interponit ad lites componendas, conciliator, sequester, *mediatore, mezzano*, μεσίτης. *Apul.* 9. *Met.* Adseverat parvi se pendere tot mediatorum præsentiam. Alii rectius leg. *metatorum. Cassiod.* 11. *Variar.* 1. *ante med.* Apud aures prudentissimæ dominæ (*Amalasunthæ*) nullus eget interprete: non enim aut legatus moram, aut interpellans aliquam sustinet de mediatoris tarditate jacturam. — A Christianis scriptoribus sæpe dicitur de Christo Jesu. *Tertull. Car. Chr.* 15. ex *Paul.* 1. *ad Timoth.* 2. 5. Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus. *Lactant.* 4. 25. *a med.* Idcirco mediator advenit, id est Deus in carne, ut caro eum sequi posset. *Prudent.* 11. *Cathemer.* 13. Emerge dulcis pusio, Parens, et expers conjugis, Mediator, et duplex genus. Adde *eumd. Apotheos.* 242.; *Tertull. Resurr. carn.* 51. et 63.; et *Sidon.* 6. *Ep.* 8.

MĔDĬĀTRIX, īcis, f. 3. (medio) μεσήτρια, quæ mediam se interponit. *Alcim.* de columna ignis, et nubis, qua duce Hebræi iter faciebant, 5. 563. nempe videtis, Ut mediatricis curet tutela columnæ.

MĔDĬĀTUS, a, um, adject. vel particip. (medius, medio) qui medium vel interpositum aliquid habet. *Boeth.* in *Cic. Topic.* 4. *p.* 815. Nam quæ contraria sunt, partim mediata sunt, partim vero medio carent. *et Id. p.* 209. Restat igitur ut his contrariis, quæ mediata sunt, hanc oppositionem differre doceamus. Adde *eumd. p.* 199. et 643.; et cf. v. IMMEDIATUS.

MĔDĪBĪLIS, e, adject. apud *Paul. Diac. p.* 123. 21. *Müll.* est medicabilis. Est autem a *medeor*, ut illud a *medicor.*

MĔDĪCA, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, subaudi *herba*, a *Medicus*, h. e. ad Medos pértinens, Μηδική, *erba Medica*, herba est principatum teneus inter pabula, a Medis advecta in Græciam per bella Persarum, quæ Darius intulit: tanta dote, ut ex uno satu amplius tricenis (denis, apud *Colum.* 2. *R. R.* 10. 25. et *Pallad.* 5. *R. R.* 1.) annis duret. Similis est trifolio, postea caule foliisque geniculata: quidquid in caule assurgit, folia contrahuntur. Secatur incipiens florere, et quoties refloruit: id sexies evenit per annos, quum minimum, quater. Hæc *Plin.* 18. *Hist. nat.* 16. 43. (144).; *Colum.* et *Pallad. loc. cit.*; et *Varro* 1. *R. R.* 42, ubi etiam ejus serendæ excolendæque rationem tradunt. *Virg.* 1. *G.* 215. Vere fabis satio; tum te quoque, Medica, putres Accipiunt sulci. — Mala Medica. *h. e.* Assyria, *V.* MEDICUS in ONOM.

MĔDĪCA, æ, f. 1. *V.* MĔDICUS, in fin.

MĔDĪCĀBĪLIS, e, adject. (medicor) ad medicandum pertinens: hinc

I.) Proprie. ¶ 1. Passive est qui medendo sanari potest, *curabile, sanabile, medicabile*, ἰάσιμος. *Ovid.* 1. *Met.* 523. et *Heroid.* 5. 149. Hei mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis! *Id. Remed. am.* 135. Ergo ubi visus eris nostræ medicabilis arti. *Al. leg.* nostra arte. *Sil. It.* 10. 416. et non medicabile vulnus. ¶ 2. Active est qui medicari et sanare potest, *medicinale. Colum.* 7. *R. R.* 10. 8. Ligni succus medicabilis epotus intestinum tumorem compescit. *Pallad.* 2. *R. R.* 15. *sub fin.* Ipsum mel ita medicabile fieri, ut ex eo facta potio arterias curet.

II.) Translate et active. *Val. Flacc.* 4. 87. Securum numeris agit, et medicabile carmen. *h. e.* luctum et laborem levans. Sic *Capell.* 9. *p.* 313. *loquitur Harmonia.* Perturbationibus animorum corporeisque morbis medicabile crebrius carmen insonui. *Prudent.* 6. *Cathemer.* 21. Lex hæc data est caducis Deo jubente membris, Ut temperet laborem Medicabilis voluptas. *h. e.* somnus. Cf. *Cic.* 5. *Fin.* 19. 54. Somnus medicinam quamdam laboris affert.

MĔDĪCĀBĪLĬTER, adverb. (medicabilis) medicando et sanando, *giovevolmente. Pallad.* 3. *R. R.* 31. Hoc *vinum* solet linum dysentericæ passionis medicabiliter asperare.

MĔDĪCĀBŬLUM, i, n. 2. (medicor) locus medicinæ: ut *natabulum* locus ad natandum. *Apul. Florid. n.* 16. Contuli me ad Persianas aquas, gratissima prorsus et sanis natabula, et ægris medicabula.

MĔDĪCĀMEN, ĭnis, n. 3. (medicor) medicamentum, medicina, remedium, φάρμακον (It. *medicina, medicamento*; Fr. *médicament, médecine, remède*; Hisp. *medicamento, remedio*; Germ. *das Arzneimittel, d. Heilmittel, Medicin*; Angl. *a medicine, drug, medicament*).

I.) Proprie. *Cic. Pis.* 6. 13. Meministi ne, excusatione te uti valetudinis, quod diceres, violentis te quibusdam medicaminibus solere curari? *Ovid.* 15. *Met.* 533. valido medicamine reddita vita. *Tac.* 12. *Ann.* 51. Obligant vulnus, agrestia medicamina adhibent. *Pallad.* 3. *R. R.* 28. Theriacæ medicamen addere. *Colum.* 6. *R. R.* 5. 2. Tunc panacis et eryngii radices fœniculi seminibus miscendæ, et cum fricti ac moliti tritici farina candenti aqua conspergendæ, eoque medicamine salivandum ægrotum pecus. *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 2. *med.* Est metuenda diuturna medicaminis sumptio. *et mox.* Alii vero qui se isto medicamine profecisse testantur etc. *Id. ibid. paullo ante.* Veterum quidam annalia medicamina potanda probaverunt. *h. e.* anno continuo bibenda, ut *Id. ibid.* ait. *Tac.* 4. *Ann.* 57. Ulcerosa facies ac plerumque medicaminibus interstincta. *empiastri.* Adde *Scribon. Compos.* 37. Et *Juvenal.* 6. 661. Pontica ter victi cantus medicamina regis. *antidoti, preservativi.* Sic *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 76. Medicaminibus corpus adversus venena firmare.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr., medicamen est auxilium et levamen. *Ovid.* 2. *Art. am.* 489. *et seq.* Ergo age et iratæ medicamina fortia præbe. — Illa Machaonios superant medicamina succos. Sic *Sil. It.* 15. 7. Anxia turba patrum quasso medicamina mœsti Imperio circumspectant. ¶ 2. Universim sic dicitur quidquid adhibitum, naturam ejus, cui adhibitum est, mutat, ut *Cajus Dig.* 50. 16. 236. docet. Hinc speciatim est venenum, *veleno. V.* MEDICAMENTUM sub II. 2. *Tac.* 12. *Ann.* 67. Infusum delectabili cibo boletorum venenum, nec vim medicaminis statim intellectam. *et* 14. *ibid.* 51. Illitum palatum noxio medicamine. *Flor.* 2. 20. Medicaminibus impuris Romana arma violare. *h. e.* fontes venenis inficiendo. *Juvenal.* 6. 594. tantum medicamina possunt. *h. e.* abigendo partui data. ¶ 3. Item speciatim apud Poetas est veneficium, *malia, stregheria. Val. Flacc.* 8. 17. *de Medea.* Condita letiferis prodit medicamina cistis. Sic *Ovid* 6. *Met.* 139. Post ea discedens succis Hecateidos herbæ Spargit: et extemplo tristi medicamine tactæ Defluxere comæ; cumque his et naris et auris: Fitque caput minimum etc. *et* 7. *ibid.* 211. Dux gregis inter oves agnus medicamine tinctus. ¶ 4. Item succus colorem inducens, *tintura, colore. Plin.* 9. *Hist. nat.* 38. 62. (133). *de purpura.* Ad quingentas medicaminis libras æquari. *Petron. Satyr.* 102. *a med.* Infecta medicamine facies. *Lucan.* 3. 238. tingentes croceo medicamine crinem. ¶ 5. Item fucus, *belletto.* Hinc *Ovidii* carmen *de medicamine faciei*, de quo *Id.* 3. *Art. am.* 205. Est mihi, quo dixi vestræ medicamina formæ, Parvus, sed cura grande libellus opus. *Petron. Satyr.* 126.

Facies medicamine attrita. Adde *Juvenal.* 6. 471. ¶ 6. Et generatim. Sic de coagulo *Colum.* 7. *R. R.* 8. 2. Optimus caseus est, qui exiguum medicaminis habet. *Id.* 12. *ibid.* 20. 1. Vitioso medicamine fructus, qui perceptus est, vitiatur. *h. e.* conditura, *cattiva concia.* Sic *Plin.* 14. *Hist. nat.* 20. 25. (126). Vina medicamine instaurare. *Id.* 17. *ibid.* 14. 22. (99). flmum vocat medicamen seminum.

MĔDĬCĀMENTĀRĬUS, a, um, adject. (medicamentum) ad medicamenta pertinens; scilicet:

A) Ad remedia contra morbos pertinens: hinc

Medicamentarius, ĭi, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui medicamenta componit, *speziale, farmacista*, φαρμακοποιός. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 6. 33. (110). Porrum herbaceum, quo utuntur medicamentarii.

Medicamentaria, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est ars, quæ ex variis rebus medicamenta componit, præter ea, quæ simplicia natura instituit, *arte degli speziali, farmaceutica. Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (196). Medicinam Ægyptii apud ipsos volunt repertam: herbariam et medicamentariam a Chirone.

B) Est etiam ad venena pertinens: hinc

Medicamentarius, ĭi, m. 2. absolute, substantivorum more, est venena coquens, maleficus. *Imp. Constant. Cod. Theod.* 3. 16. 1. Si homicidam, vel medicamentarium, vel sepulcrorum dissolutorem virum suum esse probaverit.

Medicamentaria, æ, f. 1. absolute, substantivorum more est mulier venena coquens, malefica. *Imp. Constant. Cod. Theod.* 3. 16. 1. Si mœcham, vel medicamentariam, vel conciliatricem repudiare voluerit.

MĔDĬCĀMENTŌSUS, a, um, adject. (medicamentum). Comp. ***Medicamentosior*** dubia tamen lectione. — Medicamentosus est medendi vim habens, *medicinale*, ἰατρικός. *Cato R. R.* 157. De omnibus brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior. *Al. leg.* medicamento. *Vitruv.* 8. 3. *ante med.* Omnis aqua calida ideo est medicamentosa, quod etc.

MĔDĬCĀMENTUM, i, n. 2. (medicor) medicina, medicamen, remedium contra morbum, φάρμακον (It. *medicamento, medicina, rimedio*; Fr. *médicament, remède, médecine, drogue, préparation*; Hisp. *medicamento, remedio interno ó externo*; Germ. *Arznei, Medicin, Heilmittel*; Angl. *a medicine, drug, medicament*)

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Off.* 24. 92. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, si eo medicamento sanus factus fuerit, etc. *Id. Brut.* 60. 217. Devinctus erat fasciis, et multis medicamentis, propter dolorem artuum, delibutus. *Suet. Cal.* 23. *extr.* Medicamento uti. *prender medicamento* et *ibid.* 29. præmuniri metu venenorum. *Curt.* 4. 6. *a med.* supprimere sanguinem. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 19. 113. (174). Medicamentum haurire. *Curt.* 6. 10. *ad fin.* hibere. *et* 3. 6. 3. sumere. *et ibid.* 8. diluere. *Colum.* 6. *R. R.* 5. 3. cum vino dare. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 9. 34. (107). componere. *Id.* 28. *ibid.* 4. 13. (51). suppuratorium. *Id.* 23. *ibid.* 7. 64. (126). exulceratorium. *et* 24. *ibid.* 13. 73. (120). stypticum. *et* 37. *ibid.* 10. 57. (158). somnificum. *Id.* 11. *ibid.* 42. 97. (241). Medicamenti vim (*al.* vitium) habens. *Id.* 28. *ibid.* 13. 57. (200). Datur et equi lingua inveterata ex vino, præsentaneo medicamento. *Id.* 26. *ibid.* 3. 8. (17). Medicamentorum potus stomacho inimici. *Liv.* 8. 18. Medicamenta salubria. *Cic.* 2. *Nat. D.* 53. 132. salutaria.

II.) Translate. ¶ 1. Medicamentum, metaphorâ ductâ a superiori paragr., dicitur quodlibet animi remedium. *Cic. Cluent.* 71. 201. Non huic æruminosissimo venenum illud fuisset, sed mortorum medicamentum laborum. *Id.* 2. *Fin.* 7. 22. Jam doloris medicamenta illa Epicurea tamquam de narthecio promunt. *Id.* 5. *Verr.* 65. 152. Quum omnes ejus comites iste tibi suo illo panebresto medicamento (*h. e.* pecunia) amicos reddidisset. ¶ 2. Ut Græcis φάρμακον, sic Latinis *medicamentum* media vox est, et quæ in utramque partem sumi potest. Est enim (ut *Cajus* docet *Dig.* 50. 16. 236.) universim quidquid adhibitum, naturam ejus, seu statum mutat, cui adhibetur. Itaque speciatim pro noxio medicamine, seu veneno sumitur, quod vel inferendo morbo aut morti, vel alienandæ menti datur, *veleno. Varro* apud *Non.* p. 345. 23. *Merc.* Quærit ibidem ab Hannibale, cur biberit medicamentum: quia Romanis, inquit, me Prusiades tradere volebat. *Liv.* 8. 18. Coquentes quasdam medicamenta invenerunt. *Cic. Cluent.* 11. 32. Medicamentis partum abigere. *Suet on. Cal.* 50. Creditur potionatus a Cæsonia uxore, amatorio quidem medicamento, seu quod in furorem verterit. *Petron. Satyr.* 20. Medicamentum ebibere. *h. e.* satyrion. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 11. 76. (101). Medicamento sagittas tingere. *Id.* 28. *ibid.* 8. 27. (105). malo læsus. ¶ 3 Item specialim usurpatur pro veneficio, *maleficio, malia. Plaut. Pseud.* 3. 2. 80. Item ut Medea Peliam concoxit senem, quem medicamento, et suis venenis dicitur ferisse rursus ex sene adolescentulum. ¶ 4. Item speciatim pro succo, quo lanis color inducitur, *tintura, colore. Cic. fragm.* apud *Non.* p. 521. 20. *Merc.* Qui combibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam quibusdam medicamentis. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 6. 26. (44). Fervente aheno rudibus medicamentis inebriatum. *Seneca* 1. *Quæst. nat.* 3. *ad fin.* Interest quamdiu purpura macerata sit, crassius medicamentum, an aquatius traxerit. ¶ 5. Item pro eo, quod Itali *mordente* appellant. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 42. (150). Pingunt et vestes in Ægypto inter pauca mirabili genere, candida vela, postquam attrivere, illinentes non coloribus, sed colorem sorbentibus medicamentis. Hoc quum fecere, non apparet in velis; sed in cortinam pigmenti ferventis mersa, post momentum extrahuntur picta: mirumque, quum sit unus in cortina colos, ex illo alius atque alius fit in veste, accipientis medicamenti qualitate mutatus. ¶ 6. Item pro condimento vini, defruti, et hujusmodi, *concia. Colum.* 12. *R. R.* 20. 4. Plumbeum (*vas*) peragitabis, ut defrutum et medicamenta cocant. ¶ 7. Item pro emplastro doliis sarciendis, quod quidem cera, resina, sulphure et gypso constare *Cato R. R.* 39. docet. *Id. ibid.* Si in rimas medicamentum indideris, beneque picaveris, quodvis dolium vinarium facere poteris. — Similiter pro glutine. *Vopisc. Firm.* 3. Vitreis quadraturis, bitumine aliisque medicamentis insertis, domum induxisse perhibetur. *h. e.* parietes domus contegisse et ornasse. ¶ 8. Item pro fuco, *belletto. V.* MEDICAMEN II. 5. *Seneca* 7. *Benef.* 9. Ipsa illa, quæ placet, varietas, subditis (*al.* sublitis) medicamentis, in similitudinem veri coloratur. ¶ 9. Metaphorâ ductâ a proxime superiori paragr. 7. *Cic. Orat.* 23. 79. Fucati vero medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur: elegantia modo et munditia remanebit.

MĔDĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. (medicor) actus medicandi, medicamentum, ἰάτρευσις.

I.) Proprie. *Capell.* 9. *p.* 314. *loquitur Harmonia.* Quid? afflictationibus corporeis nonne assidua medicatione succurri? Febrem curabant vulneraque veteres cantione; Asclepiades item tuba surdissimis medebatur. etc. *Vulgati libri minus recte leg.* meditatione. V. *Kopp.* ad h. l.

II.) Translate. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 16. *de lente.* Potest tamen, etiam citra istam medicationem, cineri mista commode servari. *concia.*

MĔDĬCĀTOR, ōris, m. 3. (medicor) qui medicat, *medico*, ἀκεστής, ἰατρός. *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 17. *extr.* Prædicatorem annunciari Christum per Esaiam, item medicatorem *Avien. Arat.* 216. *de Æsculapio*, animæ rursus tepefactæ calore Viscera mundanas revocat medicator in oras.

MĔDĬCĀTUS, a, um. *V.* MEDICO.

MĔDĬCĀTUS, us, m. 4. (medicor) medicatio, medicina, ἰατρεία. *Ovid. Heroid.* 12. 165. Quæque feros populi doctis medicatibus ignes, Non valeo flammas effugere ipsa meas.

MĔDĬCĀTĪVUS, a, um, adject. (medicor) qui ad medicinam pertinet, ἰατρικός. *Boeth. Topic. Aristot.* 6. 6. *a med. p.* 718. Nihil prohibet et audaciam quamdam et rectam intelligentiam habere ad medicativa. *h. e.* ad medicinam.

MĔDĬCĪNA, æ, f. 1. *V.* MEDICINUS.

MĔDĬCĪNĀLIS, e, adject. (medicina) ad artem medicinam, vel ad medicum pertinens, *di medicina*, ἰατρικός. *Cels. præf. a med.* Vix ulla perpetua præcepta medicinalis ars recipit. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 42. (123). Cucurbitulæ medicinales. *coppette, ventose.* et 36. *ibid.* 22. 43. (157). Lapides mortariorum medicinalium. *h. e.* in quibus medicinæ teruntur. *Scribon. Compos.* 53. Medicinale scalprum. *lancetta. Id. epist. ad C. Jul. Callist. a med.* Medicinalia scripta. — *Digitus medicinalis* est minimo proximus, in quo gestamus anulos: de quo in libris anatomicorum habetur, nervum quemdam de corde natum priorsum pergere usque ad eum digitum, et illic desinere implicatum ceteris ejusdem digiti nervis: et ideo visum veteribus, ut ille digitus anulo, tamquam corona, circumdaretur. Hæc *Macrob.* 7. *Saturn.* 13. *V.* MEDICUS, a, um. Sic *Marcell. Empir. c.* 19. *p.* 101. *ed. Ald.* Locum, ex quo (*sanguis*) defluit, digito medicinali tanges, et vicies septies dices, et quoties volueris, repetes, donec fluorem pervincas, socnon socnon; mire prodest. *Id. c.* 8. *sect.* 6. *p.* 97. Si arista, vel quælibet sordicula oculum fuerit ingressa, occluso alio oculo, ipsoque qui dolet, patefacto, et digitis medicinali ac pollice leviter pertractato, ter per singula despuens dices: os Gorgonis basio. Similiter *digitus medicinalis* cum *pollice* jungitur apud *eumd. c.* 10. *p.* 101., *c.* 15. *p.* 107., *c.* 27. *p.* 126., *c.* 28. *p.* 128. *retro*; atque item *medicinalis et pollex sinistræ manus* memorantur *c.* 14. *p.* 105. Demum *medicinalis* cum *pollice* et *medio* jungitur apud *eumd. c.* 15. *post init. p.* 106. Præcantabis jejunus jejunum: tenens locum, qui erit in causa, digitis tribus, id est medio, pollice et medicinali, residuis duobus elevatis, dices: Exi hodie nata, si ante nata, si hodie creata, hanc pestilentiam, hunc dolorem, hunc tumorem, hunc ruborem – evoco, educo, excanto de istis membris, medullis. Ut patet ex allatis *Marcelli* locis itemque *Plinii* loco in v. MEDICUS, a, um, laudato, veteres medicinali digito utebantur, quum incantationibus, vel remediis vanis ac superstitiose adhibitis operam darent; et eidem digito medica inesse virtus vulgo credebatur. — Porro, latiori sensu, *medicinales digiti* apud *eumd. Marcell. c.* 2. *p.* 89. *retro* et *c.* 25. *p.* 121. *retro* videntur esse minimo proximus et pollex atque fortasse etiam medius: *Id.* enim ait *c.* 32. *p.* 133. Frustum veteris spongiæ ad pedem alligabis, et radicem alterci sinistra manu digitis medicinalibus sumes et alligabis in alio pede. Cf. *eumd. c.* 26. *p.* 125. Ex omnium autem seminibus supra scriptis æqualiter quantum tribus digitis, id est pollice et ab eodem tertio et quarto levari potest, mittitur: dein teruntur omnia diligenter. — Hinc

Medicinalia, ium, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt medicamenta. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *ad fin.* Strictura densata quædam corpora, vi majore, non aliter quam chordæ tenduntur; laxataque medicinalium virtute sæpe retenduntur.

MĔDĬCĪNĀLĬTER, adverb. (medicinalis) more medicorum, *medicinalmente. Ennod.* 9. *Ep.* 26. Ut ipsi miserias meas medicinaliter curent.

MĔDĬCĪNĬUS, a, um, adject. (medicina) medicinalis. *Auson. in epist. præfixa Gripho* (quod est *Edyll.* 11.) *ad fin.* Totam grammaticam, et musicam, librosque medicinios. *Al. rectius leg.* medicinæ.

MĔDĬCĪNUS, a, um, adject. (medicus) ad medicum vel ad medendum pertinens. *Varro* 5. *L. L.* 93. *Müll.* Ab arte medicina ut sit medicus dictus. *Augustin.* 4. *Confess.* 5. Vir sagax medicinæ artis peritissimus. *Hygin. fab.* 274. Ne quis servus artem medicinam disceret. *Inscript.* apud *Henzen.* 7217. D. M. FL. VASILIANO IVVENI INFEL. DEF. ANN. P. M. XXVIII. ARTIS MEDICINAE INDVSTRIAE PRIMAE AEMILIA SP. L. (h. e. Spurii filia) FABILLA CONIVGI PIENTISSIMO ET INFEL. CVM QVO VIXIT ANNIS IIII. ET SIBI FVS — Hinc

A) ***Medicina***, æ, f. 1. (subaudi *ars*) absolute, substantivorum more, ut *grammatica* et similia, est ars medendi, *medicina*, ἰατρική. *Cic.* 5. *Fin.* 6. 16. Quoniam et medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudentia. Cf. *eumd.* 1. *Off.* 42. 151. Quibus artibus prudentia major inest –, ut medicina, ut architectura etc. *Quintil.* 2. 17. 9. Medicina, quæ ex observatione salubrium atque his contrariorum reperta est. *Cels. proœm. l.* 7. Tertiam esse partem medicinæ, quæ manu curet, vulgo notum est. *Id. ibid.* et *præf. l.* 1. Medicinam excolere. *Cic. Cluent.* 63.

178.; et *Scribon. epist. ad C. Jul. Callist. a med.* exercere. *Phædr.* 1. 14. facere. *Quintil.* 7. 2. 26. facilitare. *Sueton. Cæs.* 42. profiteri. *Ovid. Remed. am.* 795. Ecce cibos etiam (medicinæ fungar ut omni Munere) quos fugias, quosve sequare, dabo. *Ammian.* 25. 3. Medicinæ ministeriis foveri. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 2. 5. (15). Herophilus clarus medicina. *Ammian.* 16. 8. Medicinæ auctoritas. *Aurel. Vict. Epit.* 16. remedia.

B) *Medicina*, æ, f. 1. (subaudi *taberna*) absolute, substantivorum more, est taberna medici, *bottega di medico*; qualem emisse sibi, publica impensa, in compito Acilio, qui primus Romæ medicinam facere instituit, circa ann. U. C. DXXXV. Archagathum Peloponnesium, *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 6. (12). tradit. *Plaut. Amph.* 4. 1. 5. et *Epid.* 2. 2. 13. Per omnem urbem quem sum defessus quærere, per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio, atque in foro, per myropolia, et lanienas, circumque argentarias. *Donatus* ad *Ter. Adelph.* 4. 2. 45. Veteres absolute dicebant *pistrinam*, ut *sutrinam* et *medicinam*, ad tabernam referentes. Hinc apud *Plaut. Men.* 5. 5. 45. et seqq. medicus jubet, ut insanientem quatuor servi sublimem rapiant, et in domum suam deferant elleboro ibidem per aliquos dies viginti curandum.

C) *Medicina*, æ, f. 1. (subaudi *res*) est etiam ipsum remedium, quod medicina præbet, medicamentum, *medicamento, medicina*, ut docet *Varro* 7. *L. L.* 4. *Müll.* Præsertim quum dicat etymologice non omnium verborum dici posse causam, ut a qua re res ad medendum medicina.

I.) Proprie. *Plaut. Cist.* 1. 1. 76. Si medicus veniat, qui huic morbo facere medicinam potest. Sic *Cic.* 14. *Fam.* 7. χολὴν ἄκρατον noctu ejeci: statim ita sum levatus, ut deus mihi aliquis medicinam fecisse videatur. Adde *Phædr.* 1. 8. Rursus *Cic.* 12. *Att.* 21. Erat fortis ægroti, accipere medicinam. *Id.* 15. *ibid.* 16. *a med.* et 2. *Orat.* 44. 186. Adhibere medicinam desperatis. *Id.* 2. *Divinat.* 59. 123. dare alicui. *Nepos Att.* 21. Medicina non indigere. *Sil. It.* 11. 166. medicinam vulnera poscunt. *Veget.* 1. *Veterin.* 11. 8. *Schneid.* Contraria nonnisi contrariis medicinis curantur. *Id.* 6. *ibid.* 11. 1. Cassa est medicina, quæ sera est. Cf. *Ovid. Remed. am.* 91. Principiis obsta: sero medicina paratur Quum mala per longas invaluere moras. et *Grat. Cyneg.* 361. Morborum in vitio facilis medicina recenti.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr., est remedium quodlibet. — *a*) In sing. numero. *Cic.* 1. *Att.* 15. *ante med.* Quamquam animus est præsens, tamen voluntas etiam atque etiam medicinam effugit. *Id. Amic.* 3. 10. Sed non egeo medicina: me ipse consolor. *Id.* 2. *Att.* 1. *a med.* Non minus esset probanda medicina, quæ sanaret vitiosas partes reipublicæ, quam quæ exsecaret. *Id.* 2. *de republ.* 34. Semper huic generi, salutis omnium causa, aliqua sublevatio et medicina quæsita est. *Id.* 1. *Off.* 38. 136. Ad hoc genus castigandi (*h. e.* ad objurgationes) raro invitique veniemus, nec unquam nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina. *Id. Sext.* 65. 135. Medicinam adhibere reipublicæ. *Id.* 3. *Tusc.* 16. 35. Est tarda illa quidem medicina, sed tamen magna, quam affert longinquitas et dies. *Id.* 2. *Cat.* 8. 17. Singulis medicinam consilii atque orationis meæ, si quam potero, afferam. *Id.* 5. *Fam.* 16. *sub fin.* Exspectare medicinam temporis. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 3. 11. doloris a philosophia petere. *Id.* 5. *Fin.* 19. 54. Somnus medicinam quamdam laboris affert. *Id.* 3. *Tusc.* 22. 54. Medicina calamitatis. *Id. Sext.* 23. 51. periculorum. *Virg.* 10. *Ecl.* 60. furoris. *Ovid.* 5. *Trist.* 1. 33. malorum. *Id.* 1. *Pont.* 2. 43. curæ. *Propert.* 1. 10. 17. Et possum alterius curas sanare recentes, Nec levis in verbis est medicina meis. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 16. medicinam struere dolori. — *b*) In plur. numero *Cic.* 2. *Orat* 83. 339. His quatuor causis totidem medicinæ opponuntur, tum objurgatio, si est auctoritas; tum admonitio, tum promissio etc. ¶ 2. Ut *medicamentum*, sic et *medicina* quandoque pro veneno ponitur. Sic intelligit *Non. p.* 20. 31. *Merc.* illud *Accii*: Sterilem esse illius opera medicinam autumans. ¶ 3. Item fucus et quidquid est in mundo muliebri et expoliendo corpori ornandoque inservit. *Propert.* 1. 2. 7. Crede mihi, non ulla tuæ medicina figuræ est. *h. e.* eâ formâ per te polleï, o Cynthia, ut quidquid conferas ad illam expoliendam, potius dehonestet, ut cl. *Vulpius* recte interpretatur. *V.* integrum locum. ¶ 4. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (191). vocat *medicinam* putationem vitium.

MĔDĬCO, as, āvi, ātum, are, 1. (medeor). Part. *Medicans* I. et II. 1.; *Medicatus* in omnibus paragr. et in fin.; *Medicaturus* II. 1.; *Medicandus* I. et II. 1. — Medicare est medicinam afferre, mederi, curare, ἰατρεύω (It. *medicare*; Fr. *guérir, traiter, soigner*; Hisp. *curar, medicar*; Germ. *heilen*; Angl. *to heal, cure*).

I.) Proprie. — *a*) Cum Accusativo. *Sil. It.* 6. 98. Marus instat vulneris æstus Expertis medicare modis. Et figurate *Nemesian.* 2. *Ecl.* 28. rabidos medicare furores. Et passive *Tibull.* 3. 6. 3. Aufer et ipse meum, pariter medicande, dolorem. Ceterum *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 19. *a med.* Sed si medicatus plurima excluserit, necessario parvum atque tenuem dabimus cibum. *h. e.* ægrotus medicamento accepto purgatus. *Colum.* 9. *R. R.* 13. 7. *de apib. ægrotantib.* Galbanum etiam, ut ejus odore medicentur, incendi convenit. et *Ovid. Heroid.* 12. 107. medicatus somnus. *h. e.* medicamentis inductus. — *b*) Cum Dativo. *Seren. Sammon.* 48. *extr.* 902. Febribus at longis galli nova jura vetusti Subveniunt, etiam tremulis medicantia membris. — *c*) Absolute. *Boeth.* 1. *pros.* 3. Ad cognoscendam medicantis faciem. Sed *Seren. Sammon.* et *Boeth.* locc. citt. ad voc. seq. commode referri possunt.

II.) Translate *medicare* universim est aliquid alicui rei adhibere, quod naturam ejus, seu statum mutat, cui adhibetur. Hinc ¶ 1. Est imbuere, illinere, tingere succis, adhibito medicamine conficere, *ungere, conciare. Virg.* 1. *G.* 193. Semina vidi equidem multos medicare serentes Et nitro prius et nigra perfundere amurca. Cf. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 64. Si ante sationem semina succo herbæ sedi macerata sunt: nihil enim sic medicatis nocent crucæ. Cf. *eumd.* 2. *ibid.* 10. 11. Priscis autem rusticis, nec minus Virgilio, prius amurca vel nitro macerari eam (*fabam*) et ita seri placuit. – Nos quoque sic medicatam comperimus – minus a curculione infestari. Rursus *Virg.* 12. *Æn.* 418. hoc (*dictamno*) fusum labris splendentibus amnem Inficit occulte medicans. *h. e.* amnem dictamno temperans, atque ita vi medendi sanandique donans. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 40. Thymo pinsito medicare aquam. Cf. *Martial.* 9. 95. medicata pocula. *Pallad.* 6. *R. R.* 8. Tonsas oves hoc unguine medicemus. *Ita vulgati libri*; *at* Schneider. *leg.* medicemur. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 27. 51. (118). Ficus maturitatis causa medicatur. *Virg.* 6. *Æn.* 420. Melle soporatam et medicatis frugibus offam. Sic *Sil. It.* 10. 353. *de Somno.* Per tenebras portat medicata papavera cornu. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 20. Vina nimia suffumatione medicata. *h. e.* condita. *Virg.* 4. *G.* 65. *de apibus.* Ipsæ consident medicatis sedibus. *h. e.* gratis liquoribus illitis. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 21. 27. (135). Sic opercula doliorum medicanda, addita masticbe ac pice. *Colum.* 12. *R. R.* 38. 2. Exiguum musti sumitur ex ea seria, quam medicaturi sumus. *Plin.* 8. *Ep.* 20. *de lacu quodam.* Sulphuris odor saporque medicatus. *acqua saporita.* Hinc *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. *ad fin.* In ascite vero (*Themison*) initium ex vomitu sumit, quem elleboro faciendum probat –: et est præceps atque, ut ita dixerim, periculosum non medicatum corpus magno adjutorio dejicere. *h. e.* non præparatum. ¶ 2. Item veneno inficere, *avvelenare. Sueton. Claud.* 44. Quæ boletum medicatum avidissime ciborum talium obtulerat. *Sil. It.* 7. 453. Medicata veneno tela. *Id.* 13. 197. medicatæ cuspidis ictus. ¶ 3. Item inficere, colorare, *tingere, colorare. Horat.* 3. *Od.* 5. 27. neque amissos colores Lana refert medicata fuco. *Ovid. Remed. am.* 707. Amyclæis medicatum vellus abenis. Sic *Id. Medic. fac.* 9. Vellera sæpe eadem Tyrio medicantur aheno. *Id.* 1. *Amor.* 14. 1. Dicebam, medicare tuos desiste capillos, Tingere quam possis, jam tibi nulla coma est. ¶ 4. Item fuco illinere, arte expolire atque ornare, *imbellettare, artificiosamente pulire e abbellire. Apul. de Mag.* Quum tamen numquam apud eum (*Homerum*) marino aliquo et pisciculento medicavit nec Protheus faciem, nec Ulysses scrobem. Cf. *eumd.* 2. *Dogm. Plat. a med.* Ignorans veram pulcritudinem, et corporis effetam et enervem et fluxam cutem deamans: nec saltem coloratos sole, aut exercitatione solidatos, et (*at* vel *sed?*) opacos umbrâ, vel molles desidiâ, sed (*et?*) curâ nimiâ medicatos artus magni facit. *Al. leg.* medullatos. Similiter *Id. de Mag. ad fin.* Quis non disciplinam matris agnovit, quum in puella videret medicatum os et purpurissatas genas et illices oculos? *h. e.* fuco illitum: plerique tamen leg. *immedicatum* eodem sensu. — Hinc Part. præter. pass., cujus plurima exempla retulimus,

Medicatus, *a*, *um*, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Medicatior* et Sup. *Medicatissimus*, et est ad medendum aptus, *medicinale. Seneca* 3. *Quæst. nat.* 25. Aquæ medicatæ. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 33. (121). Lac caprinum stomacho accommodatissimum, bubulum medicatius. *Id. ibid.* 7. 23. (79). Rutam et hederas, res medicatissimas, illico mori.

MĔDĬCOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (medeor). Part. *Medicans V.* in voc. præced. — Medicari est idem ac medicare, mederi, curare, *medicare*, ἰατρεύω.

I.) Proprie. — *a*) Cum Dativo. *Virg.* 2. *G.* 134. animas et olentia Medi Ora fovent illo, et senibus medicantur anhelis. — *b*) Cum Accus. *Virg.* 7. *Æn.* 756. Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum Evaluit. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 35. 41. (118). Venenum hoc alæ medicantur. *At* Sillig. *legit* medentur.

II.) Translate. — *a*) Cum Dativo. *Ter. Andr.* 5. 1. 12. Ejus labore atque dolore gnato ut medicarer tuo. *Id. ibid.* 5. 4. 41. Quum ego possim in hac re medicari mihi. — *b*) Cum Accus. *Plaut. Most.* 2. 1. 40. Habe bonum animum: ego istum lepide medicabor metum.

MĔDĬCŌSUS, a, um, adject. (medicor) translate tantum occurrit; et ¶ 1. Est veneni vim habens, noxius. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 29. Sunt hæc acria atque medicosa, quæ Græci φαρμακώδη appellant. *V.* integrum loc. ¶ 2. Item medicatus. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. Medicosis quoque fomentationibus utendum probat.

MĔDĬCURRĬUS, ii, m. 2. medius currens: vox ad Mercurii etymon illustrandum efficta ab *Arnob.* 3. 32. Mercurius etiam quasi quidam medicurrius dictus: et quod inter loquentes duo media currat et reciprocetur oratio, nominis hujus concinnata est qualitas. Adde *Augustin.* 7. *Civ. D.* 14.; et *Isid.* 8. *Orig.* 11. *ante med.*

MĔDĬCUS, a, um, adject. (medeor) ad medendum aptus, ἰατρικός (It. *medicinale, atto a medicare*; Fr. *qui guérit, qui sert à guérir, salutaire*; Hisp. *lo que pertenece á la medicina, medicinal*; Germ. *zum Heilen dienlich, heilend, medicinisch*; Angl. *pertaining to medicine, healing, medicinal, medical*).

I.) Proprie. *Virg.* 3. *G.* 455. Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat. *Ovid.* 5. *Trist.* 6. 12. numquid Podalirius ægro Promissam medicæ non tulit artis opem? *Id.* 1. *Pont.* 3. 6. Lenito medicam vulnere sensit opem. *Nemesian. Cyneg.* 222. Disce igitur potus medicos curamque salubrem. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 27. 69. (202). Est et ipsis ignibus medica vis. *Id.* 5. *ibid.* 16. 15. (73). Fons calidus medicæ salubritatis. *Id.* 22. *ibid.* 25. 81. (163). Frugum quidem hæc sunt in usu medico. *Id.* 11. *ibid.* 39. 93. (227). Medica diligentia. *Id.* 30. *ibid.* 12. 34. (108). Muscæ impari numero infricatæ digito medico. *h. e.* qui minimo est proximus. Adde *Cic.* 3. *Herenn.* 20. 33. Sic *Apul. Herb.* 2. ed. *Ald.* Herba quinquefollum circumscripta, ter digito medio (*lege* medico) et pollice sublata, contrita et capiti illita, efficaciter sanat. Peracto remedio, loco puro reponi convenit, *Theod. Priscian. l.* 4. *p.* 314. *retro* ed. *Ald.* Ut non infirmeris. Violam quum videris, digito medio (*lege* medico) et pollice decerpe florem, et unum devorato, deinde alterum, et tertium. Quotquot annis hoc feceris, non ægrotabis. *V. Medicinalis.* — Ceterum digitus minimo proximus absolute dicitur *medicus* ab *Auson. Epist.* 5. *v.* 17. An quia per tabulam medico pugnante notatam Debita summa mihi est, ne repetamus, abes? *h. e.* per chirographum, quod invitus annulo tuo signasti. *Tollius* pro *medico* ma-

lebat *digito, Gronovius* vero *radio*: at V. cl. *Petrum Canal.* ad h. l. — *Medici dies* apud *Fronton. p.* 189. *edit. Rom.* sunt qui curationi medicæ impenduntur. — *Medicum oleum*, V. *Ammiani loc. cit.* in NAPHTHAS. — Minerva Medica in *Inscript.* apud *Gruter.* 1067. 3. et *Reines. cl.* 11. *n.* 81. est Ἀθηνᾶ Ὑγιείας. *V.* MINERVA in ONOM.

II.) Translate de incantantibus. *Sil. It.* 3. 300. Marmaridæ, medicum vulgus..... Ad quorum cantus serpens oblita veneni, Ad quorum tactum mites jacuere cerastæ. — Hinc

Medicus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui medendi artem habet et profitetur, *medico*, ἰατρός. *Cic. Cluent.* 21. 57. In morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quæritur. *Id.* 2. *Divinat.* 3. 9. Ad ægros non vates, aut hariolos, sed medicos solemus adducere. *Plaut. Men.* 5. 2. *in fin.* arcessere. *et* 5. 3. 7. ducere. *Catull.* 41. 6. convocare. *Sueton. Ner.* 37. admovere ægro. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 8. (18). Medico tantum hominem occidisse impunitas summa est. *Ovid.* 1. *Pont.* 3. 17. Non est in medico semper relevetur ut æger. *Cic.* 2. *Legg.* 5. 13. Medicorum præcepta. *Id.* 16. *Fam* 4. curationes. *Plin. Paneg.* 22. imperium. *V.* IMPERO. *Sueton. Tib.* 68. *extr.* Valetudinem regere sine adjumento consiliove medicorum. — Romani diu medicis caruere. Nam qui primus Romæ medicinam professus est, fuit Archagathus Lysaniæ filius ann. U. C. DXXXV. eique jus Quiritium datum, et taberna publice empta, ut ex *Cassio Hemina* tradit *Plin.* 29. *Hist. nat. c.* 1., ubi de medicis multa. Antea contenti fuerant simplicibus remediis, quæ natura protulit e terra, et experientia probavit. Primi, qui Romæ medicinam factitarunt, vel servi (V. *Sueton. Cal.* 8. et *Ner.* 2. et *Senec.* 3. *Benef.* 24.), vel liberti fuere: aut si liberi, parvo in pretio habiti, nisi si excellens artis peritia commendavisset. Ipsi enim Romani *Plinii*, h. e. Vespasiani temporibus nondum eam artem exercere dignati erant, a Romana gravitate alienam putantes. Cato censorius, ad filium scribens, eos acerrime insectatur, ut apud *Plin. loc. cit.* videre est. — *Tac.* 6. *Ann.* 50. Erat medicus arte insignis, nomine Charicles, non quidem regere valetudines principis solitus, consilii tamen copiam præbere. — *Medici* autem dicti sunt etiam chirurgi, nondum in aliam classem, ut nunc, rejecti, *chirurghi, cerusici. Plaut. Men.* 5. 3. 9. Medicus ait se obligasse crus fractum Æsculapio, Apollini autem brachium. *Juvenal.* 6. 46. o medici, mediam pertundite venam. *Inscript.* apud *Orell.* 2983. F. DECIMIVS P. L. EROS MERVLA MEDICVS CLINICVS CHIRVRGVS OCVLARIVS VI. VIR. AVG. etc. *Alia* apud *Gruter.* 634. 2. CN. HELVIVS CN. L. IOLLA MEDICVS OCVLARIVS. *et* 635. 3. SILICIVS MEDICVS AB OCVLIS. *et* 581. 3. P. ATTIVS ATIMETVS AVG. MEDICVS AB OCVL. H. S. E. Adde *Cels.* 7. 7. *n.* 4. et 8. 10. *n.* 2. — *Medici pecorum* sunt appellati, quos nunc Itali *veterinarii* vocant. *Varro* 2. *R. R.* 7. 16. In Græcia potissimum medici pecorum ἱππίατροι appellati. Cf. *Inscript.* apud *Orell.* 4229. AP. QVINTIVS AP. L. NICEPHOR. MEDICVS IVMENTARIVS. — Posteriori tempore occurrunt etiam medici legionum et classis. *Inscript.* apud *Orell.* 448. TI. CLAVDIO HYMNO MEDICO LEG. XXI. CLAVDIAE QVIETAE EIVS (*h. e.* uxoris) ATTICVS PATRONVS. *Alia* apud *eumd.* 3640. D. M. IVLIAE VENERIAE M. SATRIVS LONGIN. MEDICVS DVPLICARIVS III (*h. e.* triere) CVPIDINE ET IVLIA VERRIA LIBER. HER. BEN. MER. FECER. Adde *alias* apud *eumd. Orell.* 3507. et 3508. — Qui alicui illustri familiæ medici officio inserviebant, sæpe in amicorum numerum adsciscebantur. Hinc *Crassus* apud *Cic.* 1. *Orat.* 14. 62. Asclepiades is, quo nos medico amicoque usi sumus. *Tac.* 4. *Ann.* 3. Sumitur in conscientiam Eudemus amicus ac medicus Liviæ. Sic *Plin.* 10. *Ep.* 4. medico suo peregrinæ conditionis, a peregrina manumisso, civitatem Romanam a Trajano petit. Adde *Senec.* 6. *Benef.* 16. — *Medicorum schola* legitur in *Inscript.* apud *Orell.* 4226. M. LIVIO CELSO TABVLARIO SCHOLAE MEDICORVM M. LIVIVS EVTYCHVS ARCHIATROS. — Medicorum collegium memoratur in una tantum *Inscript.* Beneventana apud *Orell.* 4132. et correctius apud *Mommsen. Inscript. Neap.* 1504. QVOD SI FACTVM NON ERIT TVM HOC LOCVS VT SVPRA SCRIPTVM EST CVM ANNVIS ✕ (*denariis*) CXXV. IN PERTVVM (sic pro *perpetuum*) AD COLLEGIVM MEDICOR. ET AD LIBERTOS N. PERTINEANT VT: I (sic) VI. ID. IVN. DIE NATALE SABINI HIC EPVLENTVR.

Medica, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est mulier medendi artifex, et præcipue obstetrix, quæ parientibus adest et partum curat, *medica, levatrice*, ἰάτρια. *Apul.* 5. *Met.* Nec uxoris officiosam faciem, sed medicæ laboriosam personam sustinens. *h. e.* quæ marito podagra ægrotanti mederi cogeretur. *Inscript.* apud *Gruter.* 635. 9. D. M. FLAVIAE HEDONES MEDICAE EX T. Adde 636. 1. 2. *et* 3. et apud *Fabrett. p.* 497. *n.* 7. *Ambros. Ep.* 5. (*al.* 64.) *de obstetrice puellam inspiciente.* Nam ut quisque voluerit, aut imperitam medicam aut redemptam asseret. Adde *Theod. Priscian. l.* 3. *c.* 5.

MĒDĪDIES, ēi. *V.* MERIDIES init.

MĒDIĒ, adverb. (medius). ¶ 1. Sæpissime est mediocriter, *mezzanamente*. — *a*) Physica ratione. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 29. *init.* Convenit peripneumonicos jacere in loco medie lucido atque calido. *h. e.* modice, mediocriter, ut *Id.* ait 1. *Tard.* 5. *ante med.* Principio convenit jacere loco mediocriter lucido atque calido. — *b*) Morali ratione. *Tac.* 1. *Hist.* 19. Patrum favor aderat: multi voluntate effusius; qui noluerant, medie; ac plurimi obvio obsequio, privates spes agitantes, sine publica cura. *Apul.* 2. *Dogm. Plat.* Nec plane optimi, nec oppido deterrimi sunt, sed quasi medie morati. *Eutrop.* 7. 13. *de Claudio.* Hic medie imperavit, multa gerens tranquille atque moderate, quædam crudeliter atque insolse. Adde *Firmic.* 2. *Mathes.* 28. *Lactant.* 6. 15. *extr.* Vitia, quoniam tolli non possunt, medie temperanda sunt. Sic *Id. ibid.* 16. Mediocriter vitia temperare. *Aurel. Victor Cæsar.* 20. *a med.* Ortus medie humilis. ¶ 2. Raro admodum *medie* est idem atque usurpato medio vocabulo. *Ambros.* in *Luc.* 8. 17. Bene medie posuit Filium, *scil.* hoc loco *Filius* nomen medium est, et potest intelligi seu Filius Dei, seu Filius hominis. *V.* MEDIUS. sub II. 4.

MĒDIĒTAS, ātis, f. 3. (medius) locus medius, locus qui medius est, *il luogo di mezzo, il mezzo*, μεσότης.

I.) Proprie. *Cic. Tim.* 7. 20. Partes ex toto desecans, intervallis ita locabat, ut in singulis essent bina media: vix enim audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητας appellant: sed quasi ita dixerim, intelligatur; erit enim planius. *Apul.* 2. *Met. sub init.* Ecce lapis Parius in Dianam factus tenet libratam totius loci medietatem. *Id. de deo Socrat.* Temperanda est ergo nobis pro loci medietate media natura. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *post med.* Ac si sedere potuerit ægrotans, erit fasciolæ medietas pedibus submittenda, cujus initia eidem tradita cogator labore proprio per se ipsum adducendo atque indulgendo suis cruribus motum præstare. *Lactant.* 10. 19. Sub ipsa medietate narium. *Ammian.* 24. 2. Cujus (*turris*) medietas in sublime consurgens tereti ambitu Argolici scuti speciem ostendebat. Sic *Id.* 22. 8. *a med.* Arcus – Scythici vel Parthici, circumductis utrimque introrsus pandis et patulis cornibus, effigiem Lunæ decrescentis ostendunt, medietatem recta et rotunda regula dividente. Adde *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 6. Sic *Pallad.* 4. *R. R.* 10. *a med.* In principio germinis cacumina summa decutimus, vel illud tantum cacumen, quod ex arboris medietate procedit. *Id.* 7. *ibid.* 10. Chamæmeli herbæ florentis aureum medietatem, projectis albis foliis, quibus flos ambitur, infundis. *h. e.* discum floris colore aureo.

II.) Translate. ¶ 1. Ad quantitatem refertur et est idem ac dimidium, *la metà*, ἥμισυ. *Pallad.* 6. *R. R.* 3. Sulci usque ad medietatem lapidibus minutis replentur. *Colum.* de eadem re agens ait 2. *R. R.* 2. 10. Qui (*sulci*) quum parte dimidia lapides minutos receperint etc. Rursus *Pallad.* 1. *R. R.* 12. Mensura hæc servanda est in triclinilis, ut quanta latitudo et longitudo fuerit, in unum computetur, et ejus medietas in altitudinem conferatur. *Id.* 4. *ibid.* 10. *ante med.* Coquere aliquid usque ad medietatem. *Ammian.* 22. 13. Medietate noctis emensa. *Id.* 28. 1. Medietas hereditatis. *Imppp. Gratian., Valent. et Theodos. Cod. Theod.* 4. 19. 1. Medietatem debiti inferre. ¶ 2. Refertur etiam ad moralia. *Paul. Dig.* 5. 4. 3. *ad fin.* Peritissimi juris auctores medietatem quamdam secuti sunt. *una certa via di mezzo.* et *Apul.* 2. *Dogm. Plat.* Hinc etiam medietates, easdemque virtutes, et summitates vocat. *mediocrita*: quia Virtus est medium vitiorum, et utrimque reductum, ut *Horat.* 1. *Ep.* 18. 9. loquitur. *Arnob.* 2. 31. Medietas quædam, et animarum anceps ambiguaque natura locum philosophiæ peperit. Cf. etiam *Capell.* 7. p. 238. Est autem medietatis capax: nam bona malaque participat.

MĒDILŪNIA, æ, f. 1. dimidia luna, *il primo quarto della luna*, eadem ac dichotomos. *Capell* 7. *p.* 241.

MĒDIMNUS, i, m. *et* medimnum, i, n. 2. μέδιμνος, mensura aridorum apud Græcos, et præsertim Atticos, quæ sex modios continebat. *Lucilius* apud *Non. p.* 213. 20. *Merc.* Primus, secundus, tertius medimnus. *Nepos Att.* 2. *in fin.* Universos frumento donavit, ita ut singulis sex modii tritici darentur: qui modus mensuræ medimnus Athenis appellatur. *Rhemn. Fann. de ponderib. etc.* 64. Hujus (*amphoræ*) dimidium fert urna, ut et ipsa medimni Amphora, terque capit modium. *Cic.* 5. *Verr.* 47. 112. In jugero agri Leontini medimnum fere tritici seritur, perpetua atque æquabili satione. *et mox.* Ut quot jugera sunt sata, totidem medimna decumæ debeantur. *et mox.* Pluribus millibus medimnum venisse decumas agri Leontini pro *medimnorum.* Sic *Id. ibid.* 37. 84. et 39. 89.; et *Liv.* 38. 14. Fallitur *Forcellinus*, qui addit etiam locum *Varronis* apud *Non. p.* 495. 32.; ibi enim periit versiculus, qui habetur apud *Non. p.* 544. 11. Lucil. Millia ducentum frumenti tollis medimnum, Vini mille cadum. — Ex citato *Fannii* loco colligitur, *medimnum* etiam liquidorum mensuram esse.

MĒDIO, as, are, a. 1. (medius) Part. *Medians* in fin.; *Mediatus* V. loco suo. — Mediare est medium dividere, *dividere per mezzo. Apic* 3. 9. Colliculos elixatos mediabis. — Hinc Part. præs.

Medians, antis, adjective occurrit et est medius. *Pallad.* 4. *R. R.* 10. *ad fin.* Inoculari ficus locis siccis Aprili, humidis Junio mediante poterit. *a mezzo Giugno.* Similiter *Vulgat. interpr. Johann.* 7. 14. Jam autem die festo mediante, ascendit Jesus in templum, et docebat.

MĒDIŌCER. *V.* MEDIOCRIS init.

MĒDIŌCRĬCŬLUS, a, um, adject. deminut. mediocris. *Festus p.* 154. 33. *Müll.* Mediocriculo usus est in ea, quam dixit Cato in consulatu: Ridibundum magistratum gerere pauculos homines, mediocriculum exercitum obviam duci. Cf. *Paul. Diac. p.* 155. 2. *Müll.*

MĒDIŌCRIS, e, adject. (medius). Rectus casus masc. generis est etiam *mediocer*, teste *Prisciano*, qui ait *de accent. p.* 1292. *Putsch.* Si masculina aut feminina sunt, corripiuntur, nisi sint positione longa, ut *alacer, volucer, mediocer* et *hæc mulier.* Hæc *Priscian.*, qui nullo tamen probat exemplo. — Mediocris est medium tenens, neque excedens, neque deficiens, modicus, μέτριος (It. *mediocre, mezzano*; Fr. *mediocre, qui tient le milieu, moyen*; Hisp. *mediocre, mediano*; Germ. *die Mitte haltend, mittelmässig, mässig, leidlich, ziemlich*; Angl. *middling, moderate, ordinary*). Occurrit ¶ 1. Generatim. — *a*) Universim. *Sall. Jug.* 97. Mediocre castellum. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 24. 47. (130). Mediocre solum, *h. e.* neque valde fertile, neque sterile omnino. *Cæs.* 5. *B. G.* 43. Mediocri spatio relicto. Cf. *eumd.* 3. *B. C.* 46. Fossa mediocri latitudine. et *Justin.* 1. 2. 2. Statura mediocris. *Nepos Att.* 13. Usus est familia, si utilitate judicandum est, optima; si forma, vix mediocri. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 58. (117) Mediocrium sponsalium cœna. *nozze ordinarie. Cæs.* 3. *B. C.* 38. Cum mediocribus copiis. *Cic.* 5. *Fam.* 8. *sub fin.* Velim ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribus rebus. *Id.* 3. *de republ.* 11. Non mediocres viri, sed maximi et docti, Pythagoras et Empedocles. *Id.* 1. *Orat.* 21. 94. Satis acute et dilucide apud mediocres homines communi quadam hominum opinione dicere. *h. e.* mediocri doctrina instructos. *mezzanamente dotti.* Sic *Id. Brut.* 36. 136. Mediocris oratores. et *Horat. Art. P.* 372. Mediocribus esse poetis Non di, non homines, non mediocribus esse poetis Non concessere columnæ. *Cic.* 2. *Orat.* 27. 119. Me-

diocre ingenium. *Ovid.* 1. *Pont.* 5. 83. Sed neque pervenio scriptis mediocribus istuc. *Cic.* 1. *Orat.* 3. 6. Permultos excellentes in quoque genere videbis, non mediocrium artium, sed etiam maximarum. *Id. ibid.* 29. 133. Mediocris eloquentia. *Id.* 1. *de republ.* 3. Neque solum in tantis rebus, sed etiam in mediocribus vel studiis vel officiis. *Id. Amic.* 6. 22. Neque ego nunc de vulgari, aut de mediocri (*amicitia*), quæ tamen ipsa et delectat et prodest, sed de vera et perfecta loquor, qualis eorum, qui pauci nominantur, fuit. *Id.* 3. *Tusc.* 10. 22. Omne malum, etiam mediocre, magnum est. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 21. Mediocres pœnæ. *Id. Curc.* 4. 3. 5. infortunium. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 130. vitia. *Sueton. Oth.* 9. prælia. *Justin.* 7. 3. 7. bellum. — *b*) De mediocri stilo, *V.* in voce sequenti sub 1. *b*. — *c*) *Mediocris animus*, modicus, moderatus, modestus, *moderato, ritenuto, temperato. Sall. Jug.* 8. Fuere complures, qui Jugurthæ non mediocrem animum pollicitando accendebant. *et ibid.* 6. *sub fin.* Opportunitas etiam mediocres viros spe prædæ transvorsos agit. Adde *Cæs.* 3. *B. C.* 20., ubi *mediocris animus* est, qui neque nimis demissus ac timidus, neque nimis imprudens et audax est. — *d*) *Mediocris vir* est etiam mediocris conditionis, neque illustri, neque ignobili genere. *Justin.* 1. 4. 4. Filiam Cambysi mediocri viro in matrimonium tradidit. — *e*) Sæpe per litoten *mediocris* cum part. *non* (*haud, nec*) jungitur. *Ter. Adelph.* 5. 9. 9. Non mediocris hominis hæc sunt officia. *da uomo di non ordinario talento. Cic.* 2. *de republ.* 31. *extr.* Haud mediocris hic, ut ego quidem intelligo, vir fuit (*scil.* Publicola), qui, modica libertate populo data, facilius tenuit auctoritatem principum. *Id. Amic.* 17. 61. Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium. *Cæs.* 3. *B. G.* 20. Non mediocrem sibi diligentiam adhibendam intelligebat. *Nepos Att.* 13. Nam et non intemperanter concupiscere quod a plurimis videas, continentis debet duci: et potius diligentia, quam pretio, parare, non mediocris est industriæ. *Sueton. Claud.* 3. Non mediocrem operam dare. *Id. Ner.* 52. Non mediocre studium. *Id. Vesp.* 18. Præmium non mediocre. *Id. Cal.* 51. Non mediocrem consternationem fore. *Quintil.* 9. 1. 10. Non mediocris dissensio. *Justin.* 4. 2. 4. Haud mediocris fructus. *Id.* 11. 1. 5. Haud mediocris metus. ¶ 2. Speciatim in re grammatica *mediocris syllaba*, quæ media est inter brevem et longam, *h. e.* anceps. *Gell.* 16. 18. Species geometriæ, quæ appellatur μετρική, per quam syllabarum longarum, et brevium, et mediocrium junctura et modus, congruens cum principiis geometriæ, aurium mensuræ examinatur.

MĔDĬŎCRĪTAS, ātis, f. 3. (mediocris). ¶ 1. In bonam partem est medium, modus neque defectum habens, neque excessum, μετριότης, μέσον (It. *mediocrità, mezzanità, via di mezzo*; Fr. *milieu, mesure, modération*; Hisp. *medio, mediania, medida, moderacion*; Germ. d. *Mittelstrasse*, d. *Maass*, d. *Mitte*; Angl. *moderation, mediocrity, a mean, or middle, way*). Occurrit — *a*) Universim. *Cic.* 1. *Off.* 25. 89. Numquam enim, tratus qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium et parum. *Id.* 1. *ad Brut.* 15. Est scilicet utriusque rei modus, et quædam in utroque genere mediocritas. *Id.* 1. *Off.* 39. 140. Multi villarum magnificentiam imitati sunt: quarum quidem certe adhibendus est modus, ad mediocritatemque revocandus. Eadem mediocritas ad omnem usum cultumque vitæ transferenda est. *Colum.* 3. *R. R.* 5. 2. Mediocritas in electione loci maxime probatur, quoniam in confinio boni malique posita est. *Cic.* 1. *Orat.* 25. 117. in dicendo. *et Brut.* 66. 235. dicendi. *Id.* 3. *Herenn.* 15. 26. Mediocritatem vultus ad sermonis sententias accommodare. *Gell.* 6. 15. Homo omnium rerum verecunda mediocritate. *Horat.* 2. *Od.* 10. 5. Aureum quisquis mediocritatem Diligit. — *b*) Refertur ad stilum. Quum enim tria rhetores dicendi genera faciant, ἀδρόν, uber, ἰσχνόν, gracile, μέσον, mediocre: et primo dignitas atque amplitudo tribuatur, alteri venustas et subtilitas, tertius in confinio est, utriusque modi particeps. Uber *Varro* apud *Gell.* 7. 14. tribuit Pacuvio, gracile Lucilio, mediocritatem Terentio: quod postremum ipse *Gell.* paullo post *mixtum moderatumque* appellat. Quæ autem a *Cicer. locis cit.* dicitur *mediocritas dicendi*, est media facultas et vis in uno ex his tribus generibus: et universim ad eloquentiam, non ad stilum, pertinet. — *c*) In plurali numero. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 44. 135. Mediocritates illi probabant, et in omni permotione naturalem volebant esse quemdam modum. *passioni moderate*. Sic *Id.* 3. *Tusc.* 10. 22. Peripatetici, quibus nihil est uberius, nihil eruditius, nihil gravius, mediocritates vel perturbationum vel morborum animi mihi non sane probant. ¶ 2. In malam partem ponitur pro exiguitate, infirmitate: et — *a*) Ad animi facultates refertur. *Cic.* 2. *Phil.* 1. 2. Non video nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid despicere possit Antonius. *Quintil.* 11. 2. 39. Quod meæ quoque memoriæ mediocritatem sequebatur. et *Id.* 2. 3. 1. Tamquam instituendis artibus magis sit apta mediocritas præceptoris, quum ad intellectum atque imitationem facilior, tum ad suscipiendas elementorum molestias minus superba. — *b*) Item ad conditionem et genus. *Sueton. Vesp.* 12. Mediocritatem pristinam neque dissimulavit unquam, ac frequenter etiam præ se tulit. Quin et conantes quosdam originem Flavii generis ad conditores Reatinos comitemque Herculis referre, irrisit ultro. *Vellej.* 2. 111. 3. Habuit in hoc quoque bello mediocritas nostra speciosi ministri locum. *et ibid.* 130. 3. Si aut natura patitur, aut mediocritas recipit hominum, apud aures deorum de his queri. Simile est illud *Gell.* 14. 2. *ad fin.* Sed majus ego altiusque id esse existimavi, quam quod meæ ætati et mediocritati conveniret, ut cognovisse et condemnasse de moribus viderer. — *c*) Et ad rem familiarem. *Sueton. Aug.* 101. Reliqua legata varie dedit: produxitque quædam ad vicena sestertia: quibus solvendis annuum diem finiit, excusata rei familiaris mediocritate. *Inscript.* apud *Murat.* 229. 8. IMP. CAESARI TRAIANO AVG. IVLIANVS VIVIR. AVG. DE SVA MEDIOCRITATE TESTAMENTO FIERI PONIQ. IVSSIT. Adde *aliam* apud *eumd.* 1405. 5.

MĔDĬŎCRĬTER, adverb. (mediocris). Comp. *Mediocrius* 2. — Mediocriter ¶ 1. Generatim est medio modo, neque nimis, neque parum, *mediocremente, mezzanamente*, μετρίως, μέσως. *Plaut. Merc.* 2. 1. 13. Flagitium et damnum fecisse haud mediocriter. *Ter. Heaut.* 2. 3. 34. Mulier mediocriter vestita veste lugubri. *Id. Andr.* 1. 1. 31. Horum ille nihil egregie præter cetera studebat: et tamen hæc omnia mediocriter. *andava dietro a tutte queste cose mezzanamente. Cic.* 3. *Tusc.* 10. 22. Corpus etiam si mediocriter ægrum est, sanum non est. *Id.* 5. *Fam.* 12. *a med.* Ordo annalium mediocriter nos retinet: at ancipites variique casus habent admirationem, exspectationem etc. Sic *Id.* 1. *Fin.* 2. 6. Quid? Theophrastus mediocriter ne delectat, quum tractat locos ab Aristotele ante tractatos? *Horat.* 1. *Ep.* 18. 98. Ne te semper inops agitet vexetque cupido, Ne pavor et rerum mediocriter utilium spes. Kursus *Cic.* 1. *Orat.* 20. 91. Ne mediocriter quidem disertus. Sic *Id.* 4. *Herenn.* 4. 7. Id facile faciat quivis mediocriter litteratus. et *Plin.* 1. *Ep.* 10. Mediocriter doctus. Adde *Scribon. Compos.* 215.; et *Aurel. Vict. Epit.* 41., 47. et 48. — Per litoten part. *non* jungitur: *V.* MEDIOCRIS sub 1. *e.* et loc. supra allat. *Plauti* et *Cic.* 1. *Orat.* 20. 91. *Quintil.* 11. 1. 17. Reprehensus est non mediocriter. *assai, ben forte.* Sic *Id.* 11. 1. 57. Non mediocriter displicet. *et* 8. 2. 2. Non mediocriter errare. ¶ 2. Speciatim est modice, moderate. *Cic.* 5. *Verr.* 41. 93. Quod mehercule, judices, mihi non mediocriter ferendum videtur. *non doversi passare con leggiero risentimento. et fragm. contra competitor.* apud *Pseudo-Ascon.* Me ne aliorum quidem injurias mediocriter posse ferre. *Id.* 1. *Att.* 20. 5. Metellus cupit, credo, triumphare. Hoc vellem mediocrius: cetera egregia.

MĔDĬŎLUS, a, um, adject. deminut. a medius. Occurrit tantum neutro genere absolute, substantivorum more, pro eo quod est medium, seu vitellus ovi, apud *Plin. Valerian.* 1. 64. *p.* 175. *retro* ed. *Ald.* Quinque ovorum mediola cruda in vini hemina propinantur. si et purulenta sint quæ exspuuntur. Similiter *Id.* dixit 3. 34. *p.* 198. *retro*. Ovi medium, quod est rufum, teritur, sublato albo, in vase cupreo etc.

MĔDĬON, ii, n. 2. μήδιον, herba Mediæ propria, foliis similis est iridi sativæ. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 79. (104). *Seridi* pro *iridi* leg. *Barbar.* ex *Dioscor.* 4. 18., quam lectionem recepit *Sillig.*

MĔDĬOXĪME *vel* medioxume, adverb. (medioximus) *mezzanamente*, mediocriter. Vox prisca. *Varro* apud *Non. p.* 141. 7. *Merc.* Quid est aliud, quod Delphice canat columna litteris suis, μηδὲν ἄγαν, quam nos facere ad mortalem modum medioxume, ut quondam patres nostri loquebantur?

MĔDĬOXĪMUS *vel* medioxumus, a, um, adject. idem ac medius, a quo factum est, *mezzano, di mezzo*. Vox prisca, ut patet etiam ex *Varronis* loco cit. in voc. præced. *Plaut. Cist.* 2. 3. 67. Medioxumam quam duxit uxorem, ex ea nata est hæc virgo. *h. e.* mediam inter duas alias uxores. vel inter fietas et veras nuptias unius uxoris. *et ibid.* 1. 35. Ita me dii deæque, superi atque inferi et medioxumi. itaque me Juno regina, etc. *h. e.* medium tenentes locum inter superos et inferos, vel naturæ mediæ inter mortalem et divinam: quales sunt, qui ex hominibus dii sunt facti. Paullo aliter *Apul.* 1. *Dogm. Plat.* Deorum trinas nuncupat species: quarum prima est unus et solus Ille summus, quem patrem orbis superius ostendimus. Aliud genus est, quale astra habent, ceteraque numina, quos cælicolas vocamus. Tertium habent quos medioximos Romani veteres appellant, quod et sui ratione, et loco, et potestate diis summis sunt minores, hominum natura profecto majores. *Servius* ad *Virg.* 8. *Æn.* 275. Aut *communem deum* dixit — utriusque naturæ medium, id est inter mortalitatem et divinitatem. Sunt enim numina aliqua tantum cælestia, aliqua tantum terrestria, aliqua media, quos deos Apulejus medioximos vocat, hoc est qui ex hominibus dii fiunt. *Capell.* 2. *p.* 39. Hos omnes (*Genios, Angelos*) Græci δαίμονας dicunt, ἀπὸ τοῦ δαήμονας εἶναι: Latini medioximos vocitarunt. Rursus *Servius* ad *Virg.* 3. *Æn.* 134. Quidam aras superorum deorum volunt esse; medioximorum, id est marinorum, focos; inferorum, mundos *h. e.* Larium marinorum, de quibus videsis quæ dicta sunt in voce PERMARINUS. Ceterum *Claud. Mamert.* 3. *Stat. anim.* 12. *in fin.* Anima vero medioximum quiddam naturæ incorporeæ, sed creatæ, sortita, nec Deus est, quoniam qualitatem habet, nec corpus, quia non habet quantitatem. *Non. p.* 141. 4. *Merc.* Medioximum, medio actum modo. *Gloss. Philox.* Medioximus, μέσος. — Apud *Paul. Diac. p.* 123. 18. *Müll.* medioximum est mediocre. — *Scalig.* vult apud *Plaut.* legi *mediotumus*, ut a *quotus quotumus.*

MĔDĬPONTUS, i, m. 2. *Cato R. R.* 3. *et* 12. medipontos enumerat inter instrumenta torcularis: *ibid.* 3. Fibulas duodenas, medipontos privos loreos, trochleas Græcanicas binas, etc. *ibid.* 12. Funes loreos quinque, subductarios quinque, medipontos quinque, trochleas quinque, etc. Utroque loco funes intelligere videtur, et quidem crassiores, aut etiam plures simul junctos, ad prelum vehementer deprimendum. *Turneb. l.* 8. *Adversar. c.* 6. ita dictos putat, quia *Medi*, h. e. Xersis *pontem* imitabantur, quo Hellespontum conjunxerat crassissimis funibus extentis. Alii leg. *melipontos* eodem sensu: quia veteres *l* et *d* sæpe commutabant, ut *Paul. Diac.* monet *p.* 147. 9. *Müll.* Sunt etiam qui putant *melipontum* vocatum ex Græco μελπόντα, quod a μέλπω *cano*, quasi *rudentem.*

MĔDĪTĂBUNDUS, a, um, adject. (meditor) valde meditans, cogitabundus, *pensieroso. che seriamente medita*, σύννους. Cum Accusat. *Justin.* 38. 3. 12. *de Mithridate.* Nam omnes has gentes, Romanum meditabundus bellum, variis beneficiorum muneribus jam ante illexerat.

MĔDĪTĀMEN, ĭnis, n. 3. (meditor) idem ac meditamentum seu meditatio: vox poetica. *Sil. It.* 8. 326. lenti meditamina belli. *Prudent. Psychom.* 234. Desidiam pigro rerum meditamine palpent.

MĔDĪTĀMENTUM, i, n. 2. (meditor). ¶ 1. Generatim. *Tac.* 4. *Hist.* 26. Ibi struenda acie, muniendo vallandoque, et ceteris belli meditamentis militem firmabant. *apparecchi, preparativi*: apparatibus et exercitationibus militaribus. nam *meditari* est non solum cogitatione complecti, sed

etiam re et factis se ad aliquid præparare. Sic *Id.* 15. *Ann.* 35. Quin eum nobiles habere, quos ab epistolis et libellis et rationibus appellet, nomina summæ curæ et meditamenta. Cf. *Ammian.* 23. 4. Pro his arietum meditamentis jam crebritate despectis, conditur machina scriptoribus historicis nota, quam etc. *in luogo di questi bellici apparati degli arieti.* ¶ 2. Speciatim. *Gell.* 8. *in lemmate* capitis 10., quod intercidit. Grammaticus quidam præstigiosus, tempura verborum, et meditamenta puerilia ignorans. *h. e.* rudimenta, quæ pueri in scholis meditantur et discunt.

MĔDĪTĀTĒ, adverb. (meditatus, meditor) cogitato, cum meditatione, *pensatamente*, ἐσκεμμένως. *Plaut. Bacch.* 3 6. 16. Næ tu illorum mores perquam meditate tenes. *idest* probe nosti ex longa meditatione, usu et experientia. *Seneca Const. Sap.* 11. *in fin.* Probra meditate effundere. *studiatamente.*

MĔDĪTĀTĬO, ōnis, f. 3. (meditor) actus meditandi, cogitatio, commentatio, σκεμμα, μελετη (It. *considerazione, meditazione, pensiero*; Fr. *action de méditer, de réfléchir sur quelque chose, de penser à, méditation*; Hisp. *meditacion, la aplicacion del pensamiento á la consideration de qualquiera cosa*; Germ. *d. Denken, Nachdenken, Studiren*; Angl. *meditation, study, consideration, contemplation, thought*).

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Tusc.* 15. 32. Stultam esse meditationem futuri mali, aut fortasse ne futuri quidem. Cf. *Tac.* 16. *Ann.* 26. Ceterum ipse (*Thrasea*), an venire in senatum deceret, meditationi suæ reliquit.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim de hominibus usurpatur, et est exercitatio, qua ad aliquid præparamur, apud nos exercentes et factitantes, quæ in ipsa re postea facienda erunt, *esercizio, preparazione. Cic.* 2. *Orat.* 27. 118. Quos quidem locos multa commentatione atque meditatione paratos atque expeditos habere debetis. *Id. Cluent.* 30. 82. Anni orto sunt, quum ista causa in ista meditatione versatur: quum omnia et ex hujus et ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquiritis *Id.* 9. *Phil.* 1. 2. Ser. Sulpicius in ipsa cura et meditatione obeundi sui muneris excessit e vita. *Id.* 2. *Divinat.* 46. 96. Multi naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt, ut Demosthenes. *Id. Brut.* 37. 139. Nulla meditationis suspicio: imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur. *Plin. Paneg.* 13. Quum in illa meditatione campestri militaribus turmis imperatorium pulverem sudoremque misceres. Similiter *Quintil.* 2. 10. 2. Meditatio dicendi. *et* 4. 2. 29. Meditatio forensium actionum. Sic *rhetoricæ meditationes* apud *Gell.* 20. 5. sunt commentationes de præceptis dicendi. *Seneca* 2. *Ira* 12. Nihil est tam difficile et arduum, quod non humana mens vincat, et in familiaritatem perducat assidua meditatio. Sic *Id. Ep.* 54. Suspirium medici meditationem mortis vocant. ¶ 2. Speciatim est verbum medicum proprium, et significat conatum seu præparationem exonerandi ventris vel similia faciendi, ex quibus assuetudo fit. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *circa med.* Erit persuadendum, ne quoties fuerint ægri in egestione commoti, illico ventrem facere festinent. Fit enim quædam meditatio atque frequens egerendi consuetudo. *Id.* 3. *ibid.* 2. *ad med.* At si plurimus fuerit salivarum fluor, exspuere jubemus ægrotantem. Sed hoc convenit facere urgenti tempore (It. *soltanto quando stringe il bisogno*), ne meditatio potius exspuendi atque exinde provocatio fluoris augeatur. — Huc referri potest et illud *Plin.* de inanimis 17. *Hist. nat.* 19. 30. (137). Eum ramum omni interim tempore edomari meditatione curvandi. *h. e.* assuetudine. nam assuetudo frequenti usu atque exercitatione fit.

MĔDĪTĀMĬUNCŬLA, æ, f. 1. deminut. meditationis, *meditazioncella. Claud. Mamert.* 1. *Stat. an.* 3. *ante med.* Scriptor meditatiunculas suas autumat debere pensari.

MĔDĪTĀTĪVUS, a, um, adject. (meditor) ad meditandum pertinens. *Meditativa verba* dicuntur a Grammaticis, quæ non actum, sed apparatum ostendunt, ut *parturio, lecturio, amaturio, esurio.* Ita *Diomed.* 1. *p.* 336. *Putsch.* Adde *Priscian. S. p.* 825.; *Servium* in *art. secund. Donat. p.* 1789.; *Cledon.* et alios. Hæc eadem et *desiderativa* dicuntur.

MĔDĪTĀTOR, ōris, m. 3. qui meditatur. *Prudent.* 5. περι στεφ. 265. Hæc ille versutus vafra meditator arte struxerat. *Alii leg.* meditatus.

MĔDĪTĀTŌRĬUM, ii, n. 2. μελετητήριον. ¶ 1. Est id, quod rem aliam præparat. *Hieronym. Ep.* 78. *ad fin.* Succedit Deuteronomium, secunda lex, meditatorium Euangelii. *h. e.* quæ Euangelii doctrinam quodammodo præparavit. ¶ 2. Item locus præparatorius. *Hieronym.* 2. *in Jovinian. n.* 12. Pridianis epulis distendimur, et guttur nostrum meditatorium efficitur latrinarum. *h. e.* locus, in quo præparatur id, quod postea latrina suscipit ac devorat. (*Tertullianus* rem eamdem *præmeditatorium* dixit, quam vocem vide suo loco.).

MĔDĪTĀTUS, a, um. *V.* MEDITOR.

MĔDĪTĀTUS, us, m. 4. (meditor) meditatio, cogitatum, *pensiero. Apul.* 3. *Met.* Porro meditatus innoxios casus incertus, vel etiam adversus culpæ non potest addicere.

MĔDĪTĔRRĀNĔUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MĔDĪTĔRRĀNĔUS, a, um, adject. (medius *et* terra) qui in medio terrarum positus est et a mari procul: cui *maritimus* opponitur, *posto fra terra, entro terra, mediterraneo*, μεσογειος. — *a*) Cum opposito *maritimus. Cæs.* 5. *B. G.* 12. Nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum. Sic *Quintil.* 5. 10. 37. Locus montanus, an planus; maritimus, an mediterraneus; consitus, an incultus. et *Liv.* 5. 54. *de urbe Roma.* Saluberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges advehantur, quo maritimi commeatus accipiantur. et *Id.* 24. 36. Mediterraneo namque Pœnus itinere (*exercitum*) duxit; legio maritimis locis, classe prosequente, ad Ap. Claudium, Pachynum pervenit. Cf. *Ammian.* 23. 6. *a med.* Ac licet abundet urbibus mediterraneis atque maritimis etc. — *b*) Ceterum sine opposito. *Cic.* 5. *Verr.* 83. 192. Ilenna mediterranea est maxime. *Ammian.* 23. 6. Mediterranea oppida. *Sueton. Tib.* 12. agri. *Ammian.* 24. 7. via. *Cic.* 7. *Verr.* 27. 69. Ad homines a navigando rebusque maritimis remotissimos, ad Centuripinos, homines maxime mediterraneos. *Id.* 1. *Nat. D.* 31. 88. Mediterranei mare esse non credant. Adde *Liv.* 35. 26.; et *Ammian.* 21. 10. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 10. 11. (63). Mediterraneum commercium. *et ibid.* 28. 29. (105). Mediterraneæ jurisdictiones. *Plin. alter* 2. *Ep.* 17. *sub fin.* Villa nostra etiam mediterraneas copias præstat, lac in primis. — *c*) *Mediterraneum mare* est quod nunc *il Mediterraneo* absolute dicitur, et ex Oceano per Gaditanum fretum se inferens, Africæ septentrionalem oram, Europæ meridionalem, occidentalem Asiæ magno tractu ingentibusque sinibus alluit. *Isid.* 13. *Orig.* 16. *init.* Mare magnum est, quod ab occasu ex Oceano fluit, et in meridiem vergit, deinde ad septentrionem tendit. Istud est et mediterraneum, quia per mediam terram usque ad orientem perfunditur, Europam, et Africam, Asiamque disterminens. — Hinc

Mediterraneum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est locus mediterraneus. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (10). Inter Bætim et Oceani oram in mediterraneo est Segida. — Et in plur. num. *Id.* 33. *ibid.* 12. 55. (157). In mediterraneis Hispaniæ. *Ammian.* 21. 8 Per itinera Italiæ nota quosdam properaturos cum Jovino misit et Jovio; alios per mediterranea Rætiarum magistro equitum Nevittæ commissos.

MĔDĪTĔRRĔUS, a, um, adject. mediterraneus. *Sisenna* apud *Paul. Diac. p.* 123. 22. *Müll.* melius *mediterreum*, quam *mediterraneum* dici putat: sed contra est usus.

MĔDĪTŌR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Meditans* sub *A.* I. et II.; *Meditatus* sub *A.* I. et II. et *B.*, *Meditandus* sub *B.* — Ratione habita etymi conjungi potest cum Græca voce μελεταω (ut *lacrimor* cum δακρυω), quæ idem significat, quæque a μελει *curæ est.* Meditari autem significat animo versare, mente cogitare, commentari, considerare, perpendere; et dicitur fere de iis rebus, quæ a nobis faciendæ sunt, et antequam fiant, versantur animo atque expenduntur, ut recte fiant (It. *considerare, pensare, meditare, multinare*; Fr. *méditer, réfléchir, penser, songer*; Hisp. *meditar, pensar, considerar, reflexionar*; Germ. *denken, nachsinnen über etwas, bedenken, überdenken, überlegen*; Angl. *to muse, or think upon, meditate, consider, weigh*). Occurrit autem *A*) Active; et *B*) Passive.

A) Active est animo versare, mente cogitare, etc. ut supra dictum est.

I.) Proprie. — *a*) Cum Accusativo. *Cic.* Euripidem vertens 3. *Tusc.* 14. 29. Futuras mecum commentabar miserias: Aut mortem acerbam, aut exsilii mœstam fugam, Aut semper aliquam molem meditabar mali: Ut, si qua invecta diritas casu foret, Ne me imparatum cura laceraret repens. *Id.* 2. *Fam.* 5. *in fin.* Ea para, meditare, cogita, quæ esse in eo viro debent, qui sit rempublicam in veterem dignitatem vindicaturus. *Id.* 1. *ibid.* 7. *a med.* Volo, ut hæc multo ante meditere, huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas. *Id.* 1. *de republ.* 22. Quum in suo quemque opere artificem, qui quidem excellat, nihil aliud cogitare, meditari, curare videam, nisi, quo sit in illo genere melior. *Id.* 5. *Att.* 11. Ego hanc ἀναξίαν in unum annum meditatus sum. *Id.* 1. *Orat.* 8. 32. Age vero, ne semper forum, subsellia, tabulam curiamque meditere etc. *Sueton. Tib.* 65. Meditari fugam ad legiones. *Id. Claud.* 32. edictum. *concepire.* — *b*) Raro admodum cum Dativo. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 107. Sycophanta hic nequam est; nugis meditatur male. *Forcellinus* hoc loco *meditari* interpretatus est memorare, *parlare, dire*: et addidit illud *ejusd. Plaut. Pœn.* 4. 2. 18. Is quidem illi, ut meditatur, verba facit emortuo. Certe *priore in loco* de lectione plerique dubitant, et *nugas* legendum censent. — *c*) Cum Accusativo et præpos. *ad. Cic.* 2. *Fam.* 3. Quid sentiam, aut scribam ad te postea pluribus, aut, ne ad ea meditere, imparatum te offendam. — *d*) Cum Ablativo et præpos. *de. Cic.* 1. *Fam.* 8. *a med.* Hoc ob eam causam scribo, ut jam de tua quoque ratione meditere. *Id.* 3. *Phil.* 14. 36. Consules multos menses de populi Romani libertate commentati atque meditati. — *e*) Cum Infinito. *Ter. Adelp.* 5. 6. 8. Meditor esse affabilis; et bene procedit. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 5. 13. Jam designatus, alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur. *Id.* 2. *Phil.* 45. 116. Multos annos regnare meditatus, magno labore, quod cogitarat, effecerat. *Nepos Agesil.* 4. Quum animo meditaretur proficisci in Persas. *Id. Hamilc.* 4. Hic quum in Italiam bellum inferre meditaretur etc. *Virg.* 1. *Æn.* 677. Quocirca capere ante dolis et cingere flamma Reginam meditor: ne quo se numine mutet. — *f*) Cum Accusativo et Infinito. *Plaut. Truc. prol.* 5. Meditor equidem, vobis me ablaturum sine mora. *h. e.* considero, cogito, *penso, m'immagino, credo.* V. mox sub *h.* — *g*) Sequente relativo et Conjunctivo *Ter. Phorm.* 2. 1. 11. Quamobrem omnes, quum secundæ res sunt maxume, tum maxume meditari secum oportet, quo pacto advorsam ærumnam ferant. *V.* alia infra sub II. *a.*, ut *Cic.* 9. *Att.* 17., 3. *Nat. D.* 1. 1. et *Pis.* 25. 59. — *h*) Absolute. *Plaut. Bacch.* 3. 2. 1. Multis modis meditatus egomet mecum sum, et ita esse arbitror: homini amico nihil præstare. *h. e.* consideravi. cogitavi.

II.) Translate est præparare se atque adeo exercere: et usurpatur — 1.°) De hominibus. — *a*) Præcipue meditari dicuntur, dum se præparant oratores verba facturi, et comici in scæna acturi. *Plaut. Pers.* 4. 2. 4. Satin' estis meditati? SA. Tragici atque comici numquam æque sunt meditati. *siete voi ben all'ordine? Cic.* 1. *Orat.* 61. 260. In quo (*Demosthene*) tantum studium fuisse tantusque labor dicitur, ut *etc.* — perfectique meditando, ut nemo planius esse locutus putaretur. Cf. *Quintil.* 10. 3. 30. Demosthenes in litore meditans. Rursus *Cic.* 1. *Orat.* 30. 136. Quid Crassus ageret meditandi aut discendi causa. *Id. Brut.* 88. 302. Nullam patiebatur esse diem, quin aut in foro diceret, aut meditaretur extra forum. *Id.* 3. *Verr.* 40. 103. Qui meditati ad dicendum paratique venimus. *Id.* 1. *Off.* 40. 144. Si quis quum causam sit acturus, in itinere, aut in ambulatione secum ipse meditetur etc. *Id.* 5. *Att.* 21. *sub fin.* Meditare adversus Brutum causam meam. *Id. Mur.* 21. 43. Simul atque candidatus accusationem meditari visus est, honorem desperasse videtur. *accingersi, mettersi all'ordine, studiare.* Similiter *Id. Flacc.* 5. 11. Græcus testis quum

ea voluntate processit, ut lædat, non jurisjurandi, sed lædendi verba meditatur. *Id.* 9. *Att.* 17. Ex ejus nuncio meditabor, quomodo cum illo loquar. *Id.* 3. *Vat. D.* 1. 1. Ego, te disputante, quid contra dicerem, mecum ipse meditabar. *Id. Pis.* 25. 59. Si ipse coram congredi poteris, meditare, quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas atque restinguas. — *b*) Sic Poetæ meditari dicuntur, dum carmina pangunt, postea recitaturi. *Virg.* 6. *Ecl.* 82. Omnia, quæ, Phœbo quondam meditante, beatus Audiit Eurotas, jussitque ediscere lauros. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 76. versus tecum meditare canoros. — *c*) Universim *meditari aliquid* est non solum cogitando persequi, sed etiam agendo et præparando: atque adeo ponitur pro exercere, *mettere all'ordine, principiare, allestire, preparare, esercitare Virg.* 6. *Ecl.* 8. Silvestrem tenui meditabor arundine Musam. *Sil. It.* 14. 677. *de Archimede*, meditantem in pulvere formas. *Sueton. Ner.* 40. Meditari artem citharœdicam. *studiare, apprendere. Plaut. Stich.* 2. 1. 34. Simulque ad cursuram meditabor me ad ludos Olympios. *Cic.* 4. *Verr.* 6. 17. In Siciliam paratus ad prædam meditatusque venire cupiebat. *preparato, ben istrutto.* et *Sueton. Ner.* 20. Paullatim et ipse meditari exercerique cœpit. Et cum Dativo *Aurel. Vict. Epit.* 47. Meditari spiculis. *Virg.* 5. *Æn.* 171. Nec jam furtivum Dido meditatur amorem. Sic *Horat.* 3. *Od.* 6. 24. et incestos amores De tenero meditatur ungui. *Sil. It.* 12. 711. Intenditque arcum et pugnas meditatur Apollo. *Virg.* 3. *G.* 153. Inachiæ Juno pestem meditata juvencæ. — 2.°) De brutis animantibus et de inanimis. *Sil. It.* 17. 439. Stare procul campis meditantem in prœlia taurum. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 43. (83). *de luscinis.* Meditantur aliæ juveniores, versusque, quos imitentur, accipiunt. *et ibid.* 42. 59. (118). *de picis.* Meditantesque intra semet, cura atque cogitatione intentionem non occultant. *Id.* 11. *ibid.* 25. 30. (87). *de scorpione.* Semper cauda in ictu est: nulloque momento meditari cessat, ne quando desit occasioni. *Horat.* 4. *Od.* 14. 25. Sic tauriformis volvitur Aufidus – Quum sævit horrendamque cultis Diluviem meditatur agris. *Acro* ad h. l. et *Servius* ad *Virg.* 3. *G.* 153. et 4. *Æn.* 171. interpretantur: inundationem facit, infert, exercet. Alii leg. *minitatur*, quæ vetus glossa videtur esse. *Virg.* 5. *Ecl.* 60. Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis Ulla dolum meditantur. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 32. 50. (113). Cervi editos partus exercent cursu, et fugam meditari docent. *Prudent.* 10. *Cathemer.* 132. semina meditantur aristas. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 2. *ad med.* Ob hoc igitur passio perseverare atque corpora possidere meditatur.

B) Passiva significatione, raro admodum occurrit in præsenti. *Minuc. Fel. Octav.* 25. *sub fin.* Tractantur lenocinia, adulteria meditantur. — Part. *Meditandus* apud *Auson. Periand.* Adversa rerum vel secunda prædicat Meditanda cunctis comicus Terentius. — Frequenter vero adhibetur Part. præter.

Meditatus, a, um, et est mente versatus, multum consideratus, *pensato, meditato, studiato. Plaut. Pseud.* 4. 1. 31. Teneo omnia: in pectore condita sunt: meditati sunt doli docte. et *Ter. Phorm.* 2. 1. 18. Meditata mihi sunt omnia mea incommoda, herus si redierit. *sono da me previste col pensiero le mie future disgrazie, se* etc. *Cic. Harusp. resp.* 2. 3. Nihil feci non diu consideratum ac multo ante meditatum. *et ibid.* 26. 55. Nocturnis vigiliis justitium illud concoctum et meditatum est. *Id.* 1. *Off.* 8. *in fin.* Leviora sunt quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quæ meditata et præparata inferuntur. *Id.* 2. *Phil.* 34. 85. Attuleras domo meditatum et cogitatum scelus. *Id.* 1. *Cat.* 10. 26. Ad hujus vitæ studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui: jacere humi etc. *Id.* 10. *Phil.* 2. 6. Quod verbum tibi non excidit, ut sæpe fit, fortuito: scriptum, meditatum, cogitatum attulisti. Cf. *Ovid.* 9. *Met.* 520. Et meditata manu componit verba trementi. Rursus *Cic.* 1. *Orat.* 60. 257. Accuratæ et meditatæ commentationes. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 3. 7. (12). Torrenti ac meditata oratione blandiri. Sic *Tac.* 14. *Ann.* 55. Quod meditatæ orationi tuæ statim occurram, id primum tui muneris habeo etc. Et apud *Sueton Aug.* 84. Meditata et composita oratio *extemporali* opponitur. *Plin. Paneg.* 3. Meditatum carmen. *Ovid.* 7. *Met.* 727. Ut vidi, obstupui, meditataque pæne reliqui Tentamenta fide. *Tac.* 4. *Ann.* 57. Diu meditato prolatoque sæpius consilio. Adde *Aurel. Vict. Epit.* 2. Et *Gell.* 1. 7. Homo lectione multa exercitus, cui pleraque omnia veterum litterarum quæsita, meditata evigilataque erant.

MĔDĪTRĪNĀLĬA, ium, n. plur. 2. festus dies ab Latinis celebratus quinto Id. Octobr., ut est in vet. Calendario apud *Gruter.* 193. et apud *Orell. Inscript. vol.* 2. *p.* 400., dictus a medendo, quod, ut Flaccus flamen Martialis dicebat, hoc die solitum, vinum novum et vetus libari et degustari medicamenti causa. Quod facere solent etiam nunc multi quum dicunt: Novum vetus vinum bibo: novo veteri morbo medeor. Hæc *Varro* 6. *L. L.* 21. *Müll.* De his etiam *Paul. Diac. p.* 123. 15. *Müll.*: Meditrinalia dicta hac de causa. Mos erat Latinis populis, quo die quis primum gustaret mustum, dicere ominis gratia: Vetus novum vinum bibo: veteri novo morbo medeor. A quibus verbis etiam Meditrinæ deæ nomen conceptum, ejusque sacra Meditrinalia dicta sunt. Hæc *Paul. Diac.* Huc pertinet aliquo modo illud *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (23). Cur ad primitias pomorum hæc vetera esse dicimus, alia nova optamus?

MĔDĬTŬLLĬUM, ii, n. 2. *mezzo*, τὸ μέσον, medium, medietas, medium spatium: a *medius*; nam *tullium* est extensio vocabuli, nihil significans, ut *Serv. Sulpicius* apud *Cic. Topic.* 8. 36. docet, non secus ac *timus* in *finitimus* et *legitimus* et *œditimus. Paul. Diac.* tamen *p.* 123. 20. *Müll.* dici putat a *medius* et *tellus*: sed potior est *Sulpicii* apud *Cic.* auctoritas. *Apul.* 10. *Met.* In ipso meditullio scænæ. *et* 5. *init.* Videt fontem medio luci meditullio. *Id.* 2. *Doctr. Plat.* Virtutes in meditullio quodam vitiorum sunt sitæ. *Ammian.* 18. 9. In ipso autem Amidæ meditullio sub arce fons dives exundat. *Id.* 22. 8. *de Ponto Euxino.* In meditullio ipso rotunditatis Proconesus insula est. *Venant.* 5. *præf. carm.* 6. Quam inter omnes litteram meditullio collocarem. — Eodem sensu usurpatur et *medullium* pro *meditullium. Symmach.* in 2. *orat. Valentinian. Aug.* 23. (edente *A. Maio*). Dum orbis secreta rimaris, dum in medullis barbarorum non tentoria, sed tecta constituis, triumphum pacis egisti.

MĔDĬTŬLLUS, a, um, adject. medius, intimus. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 1. 34. Vis meditulla dæmonum.

MĔDĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MĔDĬUS, a, um, adject. a voce Græca μέσος, quæ idem significat; vel a *modus*; vel per syncopen a μεσαίτιος, quod apud *Hesych.* idem significat: est qui mensuratus æqualiter distat ab extremis: item quicumque inter duo vel plura est positus, quamvis non æqualiter distet ab omnibus, μέσος (It. *mezzo, posto in mezzo*; Fr. *qui est au milieu, au centre, central*; Hisp. *mediano, central*; Germ. *der, die, das mittlere, mitten, in der Mitte befindlich*; Angl. *mid, middle, in the middle, or midst*).

I.) Proprie usurpatur de regionibus ac locis, positione ac situ, et de tempore. — *a*) Universim. — De regionibus ac locis, positione ac situ. *Cic.* 6. *de republ.* 18. Terra, immobilis manens, ima sede semper hæret, complexa medium mundi locum. *Virg.* 6. *Æn.* 535. roseis Aurora quadrigis Jam medium ethereo cursu trajecerat axem. *h. e.* cælum. *Cic.* 3. *Orat.* 50. 192. Versus æque prima et media et extrema pars attenditur. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 3 *a med.* Dixi pro Bestia apud prætorem, in foro medio, maximo conventu. *Sueton. Ner.* 20. Mediaque in orchestra frequente populo epulatus. *Virg.* 3. *Æn.* 270. Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos. *h. e.* in medio mari. *Id.* 1. *ibid.* 701. aulæis jam se regina superbis Aurea composuit sponda, mediamque locavit. *h. e.* in medio loco. *V.* ACCUMBO I. Sic *Ovid.* 3. *Fast.* 359. in solio medius consedit acerno. *Virg.* 12. *Æn.* 201. medios ignes et numina testor. *h. e.* qui in medio positi sunt. *et* 2 *ibid.* 508. et medium in penetralibus hostem. *h. e.* qui est in medils penetralibus. *Id.* 10. *ibid.* 116. solio tum Juppiter aureo Surgit, cælicolæ medium quem ad limina ducunt. *presolo in mezzo. Ter. Eun.* 4. 7. 4. In medium huc agmen cum vecti, Donax: tu, Simalio, in sinistrum cornu: tu, Syrisce, in dexterum. — De tempore. *Cic. Prov. cons.* 18. (43). Ultimum, proximum, medium tempus. *Plin. Paneg.* 59. Medius annus. *Cic. pro leg. Manil.* 12. 35. Media æstate. *Aurel. Vict. Epit.* 44. Media hieme. Et poetice. *Virg.* 10. *Ecl.* 65. Frigoribus mediis. *nel cuor dell' inverno.* et *Id.* 3. *G.* 154. mediis fervoribus. *h. e.* media æstate. et *ibid.* 331. Æstibus at mediis umbrosam exquirere vallem. *sul calore del mezzodì Liv.* 3. 14. Mediis diebus, quibus tribuni de lege non agerent, nihil eisdem illis placidius aut quietius erat. *nei giorni corsi di mezzo. Sueton. Vesp.* 4. Prætereo consulatum, quem gessit per duos novissimos anni menses: medium tempus ad proconsulatum usque in otio secessuque egit. *il tempo di mezzo, interposto.* Sic *Id. Oth.* 6. Medium quoque tempus religio et Seleucus exemit. *Ovid.* 6. *Fast.* 247. Aspicit instantes, mediis sex lucibus, Idus Illa dies. *frapposti sei dì. Sueton. Cæs.* 76.; et *Justin.* 2. 4. 1. et 3. 2. 6. Medio tempore. *frattanto*, inter hæc, interea. Huc pertinet et illud *Varron.* apud *Gell.* 13. 30. Vinum novum, vetus, medium. *h. e.* neque novum, neque vetus. — *b*) *Media res* aliqua dicitur, in cujus medio fit aliquid. *Cæs.* 1. *B. G.* 24. In colle medio aciem instruxit. *a mezzo il colle. Ter. Andr.* 4. 4. 37. Provolvere aliquem in mediam viam. *in mezzo la strada. Cic. Cluent.* 10. 30. In media potione exclamavit. *a mezzo il bere.* et *Virg.* 4. *Æn.* 76. Incipit effari, mediaque in voce resistit. *a mezzo la parola.* et 12. *ibid.* 452. It mare per medium. Rursus *Ter. Adelph.* 3. 2. 18. Medium arripere aliquem. *prenderlo a traverso.* et *Virg.* 10. *Æn.* 815. exigit ensem Per medium Æneas juvenem. *et* 2. *ibid.* 218. angues Laocoonta medium amplexi. *et* 10. *ibid.* 484. clipeum medium cuspis transverberat. *et* 12. *ibid.* 477. medios Juturna per hostes Fertur equis. *et* 10. *ibid.* 576. At non Euandrum potis est vis ulla tenere, Sed venit in medios. Sic 10. *ibid.* 20. Turnusque feratur Per medios insignis equis. *Ovid.* 12. *Met.* 484. Medio ense jugulare aliquem. *h. e.* media ensis acie, non mucrone. *col taglio della spada.* — Locum habet etiam in obscœnis, et mediam mulierem, medium virum legimus apud *Ter. Andr.* 1. 1. 106.; *Catull.* 79. 6. etc. — *c*) *Medium unguem ostendere* apud *Juvenal.* 10. 53., vel *medium digitum porrigere* apud *Martial.* 2. 28. is dicebatur, qui, ceteris contractis digitis, medium tantummodo, infamem et impudicum, et Græcis κατάπυγον appellatum, extendebat contumeliæ causa in aliquem, cui catamiti patientia exprobrabatur. — *d*) Cum Ablativo. *Ovid.* 2. *Amor.* 16. 13. Non ego, si medius Polluce et Castore ponar, In cœli sine te parte fuisse velim. *Vellej.* 1. 2. Peloponnesii Megaram, mediam Corintho Athenisque urbem, condidere. — *e*) Cum præpos. *inter. Sall. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 701. Discubuit medius inter Tarquinium et Perpernam. Sic *Sueton. Tib.* 17. Medius inter duos consules sedit. *et Cal.* 22. Consistens inter fratres medius. *et Galb.* 6. Medius inter filios exstitit. Cf. *Cic.* 8. *Phil.* 1. 4. Quum inter bellum et pacem medium nihil sit. et *Ammian.* 24. 3. Imperator inter secunda et aspera medius. — *f*) Cum Genitivo Græcorum more. *Cæs.* 4. *B. G.* 19. Locum esse delectum, medium regionum earum, quas etc. *Ovid.* 5. *Met.* 409. Est medium Cyanes et Pisææ Arethusæ Quod colit angustis inclusum cornibus æquor. *et ibid.* 644. Et medium cæli terræque per aera vecta est. *Liv.* 28. 6. Duas arces urbs habet, unam imminentem mari, altera urbis media est. *Ovid.* 6. *Met.* 409. Qui locus est medius juguli summique lacerti. *Liv.* 42. 58. Medius omnium rex erat. *Ovid.* 5. *Fast.* 67. Et medius juvenum, non indignantibus ipsis, Ibat, et interior, si comes unus erat. *Stat.* 4. *Theb.* 683. mediusque silentum Incipit. *Ovid.* 5. *Met.* 564. medius fratrisque sui mœstæque sororis Juppiter. Cf. *eumd.* 10. *ibid.* 233. si quid medium mortisque fugæque. *Sil. It.* 1. 307. Concidit exacti medius per viscera telli. *h. e.* telum habens exactum per media viscera. *hypallage.* — *g*) *Medius dies* est meridies. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 30. Cui pulcrum fuit in medios dormire dies. Sic *Id.* 2. *Sat.* 8, 3. De medio potare die. *Ovid.* 10. *Met.* 126. Æstus erat mediusque dies: solisque vapore Concava litorei fervebant brachia Cancri. Et alio sensu *Virg.* 3. *G.* 303. stabula Ad medium conversa diem. Adde *Apul. de*

Mundo. — Similiter et *media nox* occurrit. *Cæs.* 4. *B. G.* 36. Ipse idoneam tempestatem nactus, paullo post mediam noctem naves solvit. *Sueton. Aug.* 94. Quum ad solemne Apollinis sacrum media nocte venisset.

II.) Translate. ¶ 1. Aliquando *medius* est dimidius. *Varro* 3. *R. R.* 7. 9. Hieme demunt cibum medium. *la metà del cibo. Ovid.* 3. *Met.* 43. Ac media plus parte leves erectus in auras Despicit omne nemus. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 39. Pridie Non. Majas Nepa medius occidit. *tramonta mezzo*. et *Pallad.* 2. *R. R.* 18. In eo vino medium croci scrupulum et folii unum scrupulum mittis. *un mezzo scrupolo. Capitolin. M. Aurel.* 4. *extr.* Aurum coronarium Italicis totum, medium provincialibus reddidit. ¶ 2. Figurate *medius* latissime patet: et primo quidem est mediocris, *mezzano, mediocre, ordinario. Phædr.* 2. 2. Ætatis mediæ vir. *di mezza età*. nec senex, nec juvenis. Cf. *Cic. Senect.* 20. 73. Sunt ineuntis adolescentiæ (*certa studia*); num ea constans jam requirit ætas, quæ media dicitur? et *Plaut. Aulul.* 2. 2. 40. Post mediam ætatem, qui mediam (*al.* media) ducit uxorem domum. Et *Seneca Ep.* 20. Quemcumque vis, occupa, adolescentem, senem, medium. Ceterum *Liv.* 5. 37. Delectum nihilo accuratiorem, quam ad media bella haberi solitus erat, habebant. *Id.* 45. 35. Intacta invidiâ media sunt. *Vellej.* 2. 67. Fuisse in proscriptos uxorum fidem summam, libertorum mediam, servorum aliquam, filiorum nullam. *Tac.* 1. *Hist.* 49. Galbæ medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus. *Vellej.* 2. 29. *de Pompejo.* Innocentia eximius, sanctitate præcipuus, eloquentia medius. *Spartian. Ver.* 3. Etsi non summi, medii tamen obtinuit ducis famam. ¶ 3. Item modicus, moderatus, temperatus, *moderato. Liv.* 2. 49. Nihil medium, nec spem, nec curam, sed immensa omnia volventes animo. *Plin.* 4. *Ep.* 9. Medium quiddam tenere. Rursus *Liv.* 10. 26. Fabius, ut Romam rediit, et in senatu et productus ad populum mediam orationem habuit, ut nec augere, nec minuere videretur belli famam. *Id.* 24. 25. Hæc natura multitudinis est; aut servit humiliter, aut superbe dominatur: libertatem, quæ media est, nec spernere modice, nec habere sciunt. *Id.* 27. 25. Aliis senatus consulto notantibus *etc.*, aliis præmia decernentibus *etc.*, mediis ad censores notionem de eo pertinere dicentibus. *que' che teneano una via di mezzo. Ammian.* 14. 9. Apud Constantium, cetera medium principem, sed si quid auribus ejus hujusmodi quidvis infudisset ignotus, acerbum et implacabilem et in hoc causarum titulo dissimilem sui. Adde *eumd.* 21. 16. ¶ 4. Item est anceps, ambiguus, et qui in utramque partem facile trahi potest, *ambiguo, dubbioso. Liv.* 39. 39. Medio responso spem ad voluntatem interpretantibus fecerat, cessurum patrum auctoritati esse. *Gell.* 12. 9. Vocabula media et communia. *h. e.* quæ duas res contrarias significare possunt, ut *valetudo, facinus, venenum, medicamentum*. Similiter *medias artes* vocat *Quintil.* 2. 20. 1., quæ neque laudari per se, neque vituperari possunt, sed utiles, aut secus secundum mores utentium sunt. ¶ 5. Item qui ad duas res contrarias æque aptus est. *Horat.* 2. *Od.* 19. 28. Pacis eras, mediusque belli. *Liv.* 1. 32. Medium erat in Anco ingenium, et Numæ et Romuli memor. *Vellej.* 2. 114. Agebat medium plurima dissimulantis, aliqua inhibentis. ¶ 6. Item qui duarum factionum neutri inclinat, *neutrale. Liv.* 35. 48. Non enim, ut secum adversus eos arma capiant, sed ut neutri parti sese conjungant, petere. Pacem utrique parti, quod medios deceat amicos, optent: bello se non interponant. *Id.* 40. 20. Hos tamquam medios, nec in alterius favorem inclinatos, miserat rex. *Cic.* 10. *Att.* 8. *ante med.* In Italia non sedentes quid erimus? nam medios esse jam non licebit. *Liv.* 2. 14. Ita medium se gerendo nec plebis vitavit odium, nec apud patres gratiam iniit. *Sueton. Cæs.* 75. Ipse medios et neutrius partis suorum sibi numero futuros, pronunciavit. *Id. Ner.* 2. Consultante Cn. Pompejo de mediis ac neutram partem sequentibus, solus censuit hostium numero habendos. *Vellej.* 1. 9. Eumenes in eo bello medius fuit animo. *et* 2. 21. Se dubium mediumque partibus præstitit. ¶ 7. Item qui se interponit, qui intervenit: scil. — *a*) Qui se interponit ad componendam litem, *mediatore, mezzano. Virg.* 7. *Æn.* 536. Dum paci medium sese offert. *Sil. It.* 16. 222. Haud deformis erit vobis ad fœdera versis Pacator mediusque Syphax. *Ovid. Remed. am.* 678. Nunc mediis subeant irrita verba deis. *h. e.* vana juramenta, in quibus dii, tamquam medii, invocantur. — *b*) Item qui nuptias conciliat. *Sidon.* 7. *Ep.* 2. *a med.* Adolescens, medio episcopo, quia lector, sponsa non despiciente personam, uxorem petit, impetrat, ducit. — *c*) Et qui quocumque modo intervenit. *Virg.* 1. *Æn.* 686. Ne qua scire dolos, mediusve occurrere possit. — Huc referri potest et illud *Ammian.* 30. 3. *ad fin.* Post dicta et audita ultro citroque versus, amicitia mediâ sacramenti fide firmatur. *h. e.* interposita sacramenti fide. Sic *Pallad.* 11. *R. R.* 14. *init.* Ne lecta præteream, quæ Græci sua fide media de condiendi vini genere disputarunt; etc. — Hinc

Medium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more usurpatur, et est locus medius, spatium inter aliqua interjectum; et dicitur tum de loco, tum de tempore, μεσον, *mezzo*.

I.) Proprie. — *a*) De loco. Ablat. cum præpos. occurrit apud *Liv.* 1. 57. Lucretiam inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inveniunt. *Cic.* 1. *Tusc.* 17. 40. Terra in medio mundi sita. *Plerique tamen leg.* mundo. *Plin.* 2. *Ep.* 23. In medio solis et terræ. *Sall. Jug.* 49. In agmine in primis modo, modo in postremis, sæpe in medio adesse. — Et sine præpos. *Liv.* 5. 41. Medio ædium eburneis sellis sedere. *Tac.* 1. *Ann.* 64. Medio montium porrigitur planities. *Sall. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 702. Igitur discubuere, Sertorius inferior in medio (*h. e.* in medio lecto), super eum L. Fabius Hispaniensis -; in summo Antonius -; in imo etc. Rursus *Tac.* 13. *Ann.* 38. Auxilia pro cornibus, medio legionem constituit. *Virg.* 3. *G.* 488. medio stans hostia ad aras. *Ovid.* 2. *Met.* 136. Altius egressus cælestia tecta cremabis; Inferius terras: medio tutissimus ibis. Apud *Virg.* 3. *Æn.* 417. venit medio vi pontus, et undis Hesperio Siculum latus abscidit. *medio est per medium.* — Accusat. cum præpos. apud *Virg.* 5. *Æn.* 401. In medium geminos immani pondere cæstus Projecit. *Curt.* 3. 11. 4. Jamque ipsi, in medium Persarum undique circumfusi, egregie se tuebantur. — Per medium, *per la via di mezzo*, nec nimis, nec parum. *Quintil.* 12. 10. 80. Tutissima per medium via, quia utriusque ultimum vitium est. Sic *Id.* 4. 2. 32. Tamquam necesse sit, longam aut brevem esse expositionem, nec liceat ire per medium. — Et in plur. num. *Liv.* 26. 40 Et quum agmine jam in media urbis ac forum magno tumultu iretur etc. *Drakenborg.* hanc lectionem tuetur: alii aliter leg. — Et sine præpos. *Cic. Fat.* 17. 39. Tamquam arbiter honorarius medium ferire voluisse. — *Media* sunt præcordia vel hypochondria apud *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 6 *post init.* At si febrium continuatio fuerit, primo tempore lucis erunt media fovenda atque oursum lanis mollibus circumtegendum. *et non multo post.* At si media tumeant, simili ratione utemur. Cf. *eumd.* 5. *Tard.* 10. Ac si in ventre fuerit collectio et magis in ejus ambitu, erit inflatio inferius a diaphragmate, quod discrimen appellamus, circa medium præcordiorum sinistrorsus flexa. Sic *Theod. Priscian. l.* 2. p. 1. *c.* 2. Media eorum oleo dulci calido fomentanda sunt. Adde *eumd. ibid.* et *l.* 4. *pag.* 314. *retro* ed. *Ald.* — *b*) De tempore. *Liv.* 27. 48. *in fin.*; et *Tac.* 11. *Ann.* 21. Et jam diei medium erat. Rursus *Liv.* 37. 29. Quum medio forte diei agrestis quidam, ad prætorem adductus, nunciat etc. *Ovid.* 10. *Met.* 368. Noctis erat medium, curasque et pectora somnus Solverat. *Liv.* 38. 27. *extr.* Ipse (jam enim medium autumni erat) locis gelidis propioquitate Tauri montis excedere properans etc. *Tac.* 13. *Ann.* 28. Medio temporis. *fra tanto*, inter hæc, interea. Huc pertinet et illud *Virg.* 6. *Æn.* 395. Nec longum in medio tempus, quum clamor ad aures Pervenit ac videt Euryalum.

II.) Translate. ¶ 1. *Medium* pro dimidium raro admodum occurrit, *la metà. Varro* 2. *R. R.* 7. 10. Scillæ medium conterunt cum aqua. *Colum. Arbor.* 4. *ad fin.* Scrobem ad medium completo. ¶ 2. Medium est locus apertus et omnium oculis expositus publicusque, lux publica, cœtus homi-num: qua significatione latissime patet elegantesque habet usus. — *a*) *In medio ponere, proponere, in medium proferre* et similia significant sub omnium oculis esse, nota esse omnibus, ante omnium oculos ponere, vulgare. *Ter. Phorm. prol.* 16. In medio omnibus palma est posita, qui artem tractant musicam. *Cic.* 1. *Orat.* 3. 12. Ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriantur: dicendi autem omnis ratio in medio posita, communi quodam in usu atque in hominum more et sermone versatur. Cf. *eumd. Dom.* 54. 138. Hæc non sunt quæsita ex occulto aliquo genere litterarum, sed sumpta de medio, ex rebus palam actis etc. Ceterum *Id.* 1. *Nat. D.* 6. 13. Ponam in medio sententias philosophorum. *esporrò. Id.* 3. *Verr.* 11. 29. Quum rem totam in medio proposuissem. *Id.* 15. *Fam.* 2. *a med.* Se tamen eam rem numquam in medium propter periculi metum protulisse. *avere manifestato, pubblicato.* Sic *Id.* 2. *Orat.* 24. 102. Et quidquid de sua re cogitarit, in medium proferat. *Id.* 2. *Fin.* 23. 76. Aliquid profiteri et in medium proferre. *Lucret.* 5. 1159. Et celata diu in medium peccata dedisse. — *b*) *In medio esse* res dicitur, quæ sub omnium oculis est, *potersi vedere, essere là visibile. Liv.* 26. 48. C. Lælio et M. Sempronio advocatis partis utriusque P. Cornelium Caudinum de medio adjecit; eosque tres recuperatores considere et causam cognoscere jussit. *h. e.* ex iis, qui adstabant. — Hinc si de hominibus agitur, est vivere, esse, ut apud *Ter. Adelph.* 3. 5. 32. Mater virginis in medio est, ipsa virgo, res ipsa. *vive e si può vedere da tutti*. et *Cic.* 4. *Verr.* 42. 104. Tabulæ sunt in medio. *sono esposte a tutti.* Sic *Liv.* 45. 19. Ubi in medio præda administrantibus esset, ibi numquam causas seditionum et certaminis defore *Id.* 6. 19. *extr.* Patricium reum intuebuntur, et regni crimen in medio. — *c*) *Vocare in medium*, in dubium, in disceptationem, in judicium: quia quæ palam fiunt, alia ab aliis judicantur. *Cic. Cluent.* 28. 77. Incensi suspicione rem in medium vocare cœperunt, et causam illam totam deposcere. — *d*) *In medio relinquere*, non decisum relinquere, ita ut liberum sit sentire, quid quisque velit. *Cic. Cæl.* 20. 48. Mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam. *Sall. Cat.* 19. Sunt, qui dicant *etc.*, alii autem *etc.*: nos eam rem in medio relinquimus. Adde *Vellej.* 2. 48. 4. — Eodem sensu *in medium relinquere* dixit *Tac. Germ.* 46. Quod ego, ut incompertum, in medium relinquam. Adde *Gell.* 6. 14. et 17. 2. — Similiter *Sueton. Vitell.* 2. Sed quod discrepat, sit in medio. *h. e.* neque affirmetur, neque refellatur. *resti indeciso.* — *e*) *Verba e medio* sunt usitata omnibus, ex communi usu sumpta: ad rem *Cic.* 3. *Orat.* 45. 177. Non sunt enim alia sermonis, alia contentionis verba: neque ex alio genere ad usum quotidianum, alio ad scænam pompamque sumuntur: sed ea nos quum jacentia sustulimus e medio, sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus et fingimus. *Ovid.* 3. *Art. am.* 479. Munda sed e medio consuetaque verba puellæ Scribite: sermonis publica forma placet. Similiter *Pompon. Dig.* 17. 2. 59. Quod in alea perdiderit socius, ex medio non est laturus. *h. e.* e re societatis. — *f*) *Venire*, et *procedere in medium*, comparere, coram venire. *Cic.* 4. *Verr.* 71. 175. Venient in medium: dicent, quid statuerint. *compariranno*. et urbane *Id.* 1. *Fin.* 5. 13. Prima veniat in medium Epicuri ratio. *si faccia innanzi*. et 2. *Invent.* 14. 46. Quum animus hac intentione omnes negotii partes considerabit, tum illi ipsi in medium conservati loci procedent. — *g*) *Recedere*, aut *excedere de medio*, abire, se subducere, secessere, *ritirarsi, andar via. Ter. Hecyr.* 4. 3. 13. Odiosa hæc est ætas adolescentulis: e medio æquum excedere est. *Cic. Rosc. Am.* 38. 112. Cur te mihi offers? Recede de medio: per alium transigam. — Eodem sensu *discedere* dixit *Sueton. Cæs.* 1. Diversarum partium habebatur: ut etiam discedere e medio et - prope per singulas noctes mutare latebras cogeretur. Et *amovere se* dixit *Id. Tib.* 10. Statuit repente secedere seque e medio quam longissime amovere. — *h*) Hinc *e medio excedere*, aut *abire*, est etiam mori, *morire. Ter. Phorm.* 5. 7. 74. Quum e medio excessit, unde hæc suscepta est tibi. *et ibid.*

5. 8. 30. Ea mortem obiit, e medio abiit. — ι) *Pellere de* vel *e medio*, extra consortium nostrum abigere. *Ennius* apud *Cic. Mur.* 14. 30. Pellitur e medio sapientia: vi geritur res. *si scaccia via.* et *Cic.* 3. *Off.* 8. 37. Hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio: est enim totum scelleratum. — *j*) *Emovere, removere de medio*, expellere, auferre. *Lib.* 6. 58. Percitus ira Camillus lictores, qui de medio plebem emoverent, misit. *Cic.* 4. *Verr.* 71. 175. Litteras enim communes de medio removere potuerunt. *V.* mox sub *l.* — *l*) *Tollere de medio* est auferre, *toglier via. Cic.* 4. *Verr.* 71. 175. Decumani tollendas de medio litteras censuerunt. — *m*) Hinc est etiam e mundo tollere, occidere, *tor dal mondo. Cic. Rosc. Am.* 7. 20. Perfacile hunc hominem, incautum et rusticum et Romæ ignotum, de medio tolli posse. — *n*) *In medium* sæpe est in commune, in usum et utilitatem omnium, *in comune, pel ben comune. Cic.* 1. *Off.* 7. 22. Communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiundo. *Liv.* 26. 12. Ita nihil salutare in medium consulebatur. *et* 24. 22. Postquam animadvertit *etc.* undique consuli in medium etc. (Similiter *in commune consulere* dixit *Id.* 32. 21.). Adde *Curt.* 8. 14. 21. Sic *Virg.* 11. *Æn.* 335. Consulite in medium et rebus succurrite fessis. *Id.* 1. *G.* 126. Nec signare quidem, aut partiri limite campum Fas erat: in medium quærebant. *Tac.* 4. *Hist.* 64. Bona interfectorum in medium cedant. *Liv.* 6. 6. *in fin.* Laudem conferentes potius in medium, quam ex communi ad se trahentes. Sic *Id.* 3. 34. Versarent in animis secum unamquamque rem, agitarent deinde sermonibus: atque in medium, quid in quaque re plus minusve esset, conferrent. *Ovid.* 15. *Met.* 66. Dare aliquid in medium. *Sil. It.* 12. 315. In medium certamine magno Privatæ cumulantur opes. — *o*) *In medio*, sub dio, *all'aperto*, dixit *Pallad.* 1. *R. R.* 35. *a med.* Scorpios fugari posse, si aliqui ex eis urantur in medio. ¶ 3. Item est ratio, modus, *un mezzo* Itali nunc vocant. *Aurel. Vict. Cæsar.* 13. Simul noscendis ocius, quæ ubique e republica gerebantur, admota media publici cursus.

MEDIUS FIDIUS. *V.* FIDIUS.

MEDIX. *V.* MEDDIX.

MEDIXTUTĬCUS. *V.* MEDDIXTUTICUS.

MĔDULLA, æ, f. 1. a *medius*, vel a voce Græca μυελός, quæ idem significat, *d* inserta, est substantia illa, quæ est in ossibus animalium (It. *midolla*; Fr. *moelle des os*; Hisp. *tuetano, medula, meollo*; Germ. *das Innere der Knochen, daher Mark*; Angl. *the marrow of bones*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Horat. Epod.* 5. 37. Exesa uti medulla et aridum jecur Amoris esset poculum. *Ovid.* 14. *Met.* 208. Visceraque et carnes cumque albis ossa medullis. et *Juvenal.* 8. 90. Ossa vides regum vacuis exhausta medullis. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 67. (178). Spina adnectitur lumbis tereti structura, per media foramina a cerebro medulla descendente. Adde *Nemesian. Cyneg.* 162.; et *Scribon. Compos.* 39., 238. et alibi. ¶ 2. Ex veterum sententia, id est medullæ officium, ut nutricium succum ultra citraque transferat (*V.* infra sub II. 1.): hinc latiori sensu *medulla* est veluti fistula, quæ cibum excipit variis corporis partibus ad nutritionem transmittendum. *Veget.* 5. *Veterin.* 54. 2. et 3. *Schneid.* Omnis enim esca, quam sumpserint, ad stercus, et omnis potus convertitur in urinam: nullus ex his succus, nullum alimentum pervenit ad medullas; propterea quod stomachus eorum nimio rigore constrictus nec coquere potest, nec epati aliquid propinare, in quo tota virtus ad nutriendum corpus per dispensationem ciborum et sanguinis præparatur. *Scr. Id. ibid.* 4. 8. Si venter cœperit fluere, corpus et vires carpit operique inutilem reddit, quia ex citaris ad medullam bovis nil pervenit, et sic viride per ventrem projicit, quale manducaverit. *Vulgati libri habebant* medelam; *ex quo* medullam *effeci* Gesner. *approbante* Schneider.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de interiore plantarum parte, quæ tenera est, et fungosa, et albescens. *Colum.* 3. *R. R.* 18. 5. Per apertam vitis medullam nimius humor trahitur. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 25. 42. (103). Sambuco medulla plurima, nulla corno. *Id.* 26. *ibid.* 11. 71. (116). Medullam e caule eximere. Sic *Pallad.* 12. *R. R.* 15. Sed arbores, quæ cædentur, usque ad medullam securibus recisas aliquamdiu stare patieris. Adde *Veget.* 6. *Veterin.* 12. 3. *Schneid.* — Officium medullæ succi nutricii ultra citraque ferendi veluti fistulæ, siphoni, infundibulo, diabeti, assignat *Colum.* 3. *R. R.* 10. 2. et 18. 5. et 6. Cf. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (152). et seqq.; et *V.* supra sub I. 2. ¶ 2. Item de aliis rebus. *Plin.* 18. *Hist nat.* 9. 20. (88) Frumenta, quæ salsa aqua sparsa moluntur, candidiorem medullam reddunt. *h. e.* farinam. *Marcell. Empir. c.* 33. *p.* 134. *retro* ed. *Ald.* Medullam panis siccam in mortario conteres. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 20. (79). Quidam putant, beryllos perforatos gratiores fieri, medullis candoris exempta. *Catull.* 68. 111. Medullis montis cæsis. *Apul.* 1. *Dogm. Plat. sub fin.* Venas per medullas renum commeare. *h. e.* per medios renes. *Petron. Satyr.* 127. Nuces sine medulla. *h. e.* quæ fructu carent. ¶ 3. Eleganter *medullas* ponimus, quum quid penitus in nobis fieri significamus. *Cic.* 4. *Tusc.* 10. 24. Quum hic fervor animi inveteraverit, et tamquam in venis medullisque insederit. *Virg.* 4. *Æn.* 66. est mollis flamma medullas Interea, et tacitum vivit sub pectore vulnus. *Seneca Ep.* 114. *sub fin.* Quum magis ac magis vires morbus exedit, et in medullas nervosque descendere deliciæ. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 28. Certius accipiet damnum, propiusque medullis. *Ovid.* 1. *Trist.* 5. 9 Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis. *Id.* 2. *Amor.* 19. 43. Mordeat ista tuas aliquando cura medullas. *Propert.* 1. 9. 21. pueri totis arcum sentire medullis. *Catull.* 35. 15. misellæ Ignes interiorem edunt medullam. *Cic.* 15. *Fam.* 16. Qui mihi hæres in medullis. *che mi stai sempre fisso nella mente e nel cuore.* et 15. *Att.* 4. Quæ mihi sunt inclusa medullis. ¶ 4. Dicitur et de cujuspiam rei penitiore parte et cariore. *Plaut. Stich.* 2. 2. 17. Cui misero medullam ventris percepit fames. *Cic.* 1. *Phil.* 15. 36. Aderant, et in medullis populi R. ac visceribus hærebant. *Quintil.* 2. 1. 11. Communes loci, qui in mediis litium medullis versantur. *Tibull.* 3. 1. 25. Teque suis jurat caram magis esse medullis. ¶ 5. Item de eo, quod in quaque re est præcipuum, et omnem ejus rei vim continet, *il midollo. Ennius* apud *Gell.* 12. 2. Flos delibatus populi, et suada medulla. Apud *Cic. Brut.* 15. 58. habetur: suadæque medulla. Cf. *Quintil.* 2. 15. 4. *Gell.* 18. 4. Neque primam tantum cutem ac speciem sententiarum, sed sanguinem quoque ipsum ac medullam verborum eruere atque introspicere. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MĔDULLĀRIS, e, adject. (medulla) ad medullas pertinens, *midollare. Apul.* 7. *Met.* Fustium ictibus persæpe dedolabar, ut usque plagarum mihi medullaris insideret dolor. *Theod Priscian.* 4. p. 314. ed. *Ald.* Febris medullaris.

MĔDULLĀTUS, a, um. *V.* MEDULLO.

MĔDULLĬTUS, adverb. (medulla) in ipsis medullis, usque ad medullas, *sin nelle midolle, intimamente*, ἐν μυελοῖς, ἐκ μυελῶν.

I.) Proprie. *Varro* apud *Non. p.* 139. 9. *Merc.* Medullitus aquiloniam intus servat frigedinem.

II.) Translate est penitus, imitus. *Ennius* apud *Non. loc. cit.* et *p.* 33. 7. *Merc.* Enni poeta salve, qui mortalibus Versus propinas flammeos medullitus. *Plaut. Truc.* 2. 4. 85. Ostendit sese jam mihi medullitus, se mihi infidelem numquam, se viva, fore. *Id. Most.* 1. 3. 86. Amare medullitus aliquem. *Apul. Florid. n.* 18. *sub fin.* Summis medullitus vitibus contendere. *et* 10. *Met.* dolore commotus. *et* 4. *post init.* ingemere. Sic *Ammian.* 14. 1. *ad fin.* Et hæc quidem medullitus multis gementibus agebantur. Adde *eumd.* 15. 2. Et *Id.* 30. 8. Invidia præter hæc medullitus urebatur. *Prudent. Hamartig.* 392. scrit ille medullitus omnes Nequitias, spargitque suos per membra ministros.

MĔDULLĪUM. *V.* MEDITULLIUM.

MĔDULLO, as, ātum, are, a. 1. (medulla). Part. *Medullatus* I. et II. — Medullare est medulla implere.

I.) Proprie. *Augustin. Anim. et ejus orig.* 4. 5. Quando ossa durari, quando incipiunt medullari. *Cassiod. de anim.* 9. *a med.* Ossa nos medullata corroborant. *h. e.* medulla plena. — *NB. Medullatus* videtur esse etiam qui medulla privatus est. *Plin. Valerian.* 3. 38. Radicibus rumicis, hoc est lapathi, medullatis, non coctis, sed cum sale tusis, aceto acri admixto, uteris in balneo. Ita cl. *Furlanetto* in I. *Append.* Mihi vero nihil obstare videtur, quominus τὸ *medullatis* accipiatur pro *medulla plenis*: radices enim rumicis quum medulla privarentur hominum esui, jubentur *medullatæ* in balneum immitti, ut ejusdem augeant acrimoniam, quam significant verba *sale* et *aceto acri admixto*. Quod si, ut placet cl. *Furlanetto*, contraria significatione accipiendum est vocabulum, puto corrigendum *emedullatis*, ut apud *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 43. (87).

II.) Translate. *Venant.* 3. *carm.* 6. *extr.* Adde medullata in templis holocausta sacerdos. *h. e.* adipe plena, pinguia. Cf. *Vulgat. interpr. Ps.* 65. 15. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, offeram tibi boves cum hircis. *Hieronym.* in *Isai.* 30. Non intelligentes Apocalypsin Johannis, in superficie litteræ, medullata Ecclesiæ sacramenta conterere. *h. e.* intima, atque adeo optimai perfecta. — Apud *Apul.* 2. *Dogm. Plat.* Medullat. nimia cura artus. *plerique leg.* medicati.

MĔDULLŌSUS, a, um, adject. (medulla) medullam habens, medulla plenus, *midolloso*, μυελόεις' *Cels.* 8. 1. *a med.* Hinc humerus incipit, extremi: utrimque capitibus tumidus, mollis, sine medulla, medius teres, durus, medullosus.

MĔDULLŪLA, æ, f. 1. deminut. medullæ. *Catull.* 25. 2. Mollior cuniculi capillo, vel anseris medullula.

MEFANCYLUM. *V.* MESANCYLUM.

MĒGĂLĒ, es, f. 1. μεγάλη, magna: ita vocatur Cybele Magna Mater deûm in *Fast. Verrii Flacci* apud *Fogginium, loc. cit.* in MEGALESIA.

MĒGĂLĒNSIS, e, adject. ad Megalesia pertinens: a μεγαλήσιος, inserta *n*: ut Megalenses ludi, apud *Gell.* 2. 24. et *Tac.* 3. *Ann.* 6. *extr.* et Megalensia sacra, apud *Plin.* 7. *Hist. nat.* 37. 37. (123). Absolute *Cic.* 2. *Fam.* 11. Scripsi hæc ipsis Megalensibus. *h. e.* ipsis diebus, quibus Megalesia fiunt. Sic *Harusp. resp.* 12. 24. Ludi, quos in Palatio nostri majores ante templum, in ipso Matris conspectu, Megalensibus fieri voluerunt. — *Megalensis purpura* apud *Martial.* 10. 41. est qua prætor amictus ludos Megalenses edebat.

MĒGĂLĒSĬA *et* Megalensia, ōrum, n. plur. 2. Μεγαλήσια, dies dicatus Magnæ Matri deorum; h. e. deæ Cybele (quam voc. *V.*) et ludi, qui celebrabantur ante ejus templum, quibusque præerat prætor. *V.* CIBELEIUS in -ONOM. Alio nomine *Ludi Megalenses* dicebantur Latina terminatione: a μεγάλη *magna*. Differunt a ludis magnis, seu Romanis, qui per excellentiam *Circenses* vocantur, et a *Virg.* 8. *Æn.* 636. conjunctim *magni Circenses*. Nam ludi magni fiebant Jovi, Junoni, et Minervæ, ut constat ex *Cic.* 7. *Verr.* 14. 36.; at Megalenses fiebant deûm Matri, ut patet ex *Cic. Harusp. resp.* 11. 22.; et diserte scribit *Festus p.* 262. 18. *Müll.* Deinde ludi magni instituti sunt a Tarquinio Prisco, cujus opus esse circum maximum, qui et antiquissimus et nobilissimus inter circos fuit, scribit *Dionys. Halic. l.* 4.; at Megalenses instituti sunt multo post, sub finem belli Punici secundi, M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano Coss. ann. U. C. DL., ut est apud *Liv.* 29. 14. et 36. 36., quibus locis agit de advectione ejus deæ. Præterea ludi magni fiebant prid. Non. Sept., ut colligimus ex *Cic.* 2. *Verr.* 10. 31.; Megalesia vero celebrabantur prid. Non. April., ut testatur *Ovid.* 4. *Fast.* 179., quo nempe die primum Romam dea advecta est, iterum etiam pridie Idus April., ut est apud *Liv. loc. citatis*, et in *Kal. Prænest. Verrii Flacci* apud *Fogginium* (et apud *Orell. Inscript. vol.* 2. *p.* 388. et 399.); quod eo die P. Cornel. Nasica et M'. Acilio Glabrione Coss. ann. U. C. DLXIII. ædes ejus in Palatio dedicata est a M. Junio Bruto. Denique ludi magni, quamquam et scænici fuerint, quod ex *Liv.* 31. 4. et 7. 2. apparet, proprie tamen circenses erant; at Megalenses proprie erant scænici, ut *Ovid. ibid.* 187. et *Liv.* 36. 16. et 34. 54. indicant. Hinc ex *Terentii* sex comœdiis quatuor ludis Megalensibus actæ dicuntur. *Kal. Prænest.* apud *Foggin.* PR. NON. APRIL. LVDI M. D. M: I. MEGALENSIA VOCANTVR, QVOD EA DEA MEGALE APPELLATVR: NOBILIVM MVTITATIONES CENARVM SOLITAE SVNT FREQVENTER FIERI, QVOD MATER MAGNA EX LIBRIS

SIBYLLINIS ARCESSITA LOCVM MVTAVIT EX PHRYGIA ROMAM. *et mox.* PR. NON. LVD: IN CIRCO M. D. M. I. IN PALATIO, QVOD EO DIE AEDES EIVS DEDICATA EST. *Cic. Harusp. resp.* 12. 24. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri majores ante templum in ipso Matris Magnæ conspectu Megalensibus fieri celebrarique voluerunt? *et mox.* Qui uni ludi ne verbo quidem appellantur Latino, ut vocabulo ipso et appetita religio externa, et Matris Magnæ nomine suscepta declaretur. *Id. ibid.* 11. 22. Ni tu Megalesia illo die spectare voluisses etc. *Ovid.* 4. *Fast.* 357. Institeram, quare primi Megalesia ludi Urbe forent nostra; quum dea (h. e. *Erato*) (sensit enim) Illa (*Cybele*) deos, inquit, peperit. cessere parenti: Principiumque dati Mater honoris habet. *h. e.* primi tum dignitate, quia Matri omnium deorum sacri; tum ordine temporis, quia ab initio novi anni, quod a Martio mense ducebatur, statorum ludorum primi erant: ceterum *Romani* multo antiquiores Romæ fuerunt. — De conviviis, quæ per Megalesia agitabantur, *V.* in MUTITO. — Olim Latine dicebant *Ludi Megalesia* vel *Megalensia* pro *Ludi Megalenses*: quod faciem solœcismi habet: sic *Ludi Floralia*, teste *Quintil.* 1. 5. 52.

MĒGĂLĒSĬĂCUS, a, um, adject. a Megalesiis ludis. *Juvenal.* 11. 191. Megalesiacæ spectacula mappæ. Cf. *Auson. fer. Rom.* 5. 2. Megalesiacæ matris operta loquar.

MĒGĂLĬUM, ii, n. 2. unguenti genus ex oleo balanino, balsamo, calamo, junco, xylobalsamo, casia, resina. Hujus proprietas, ut ventiletur in coquendo, donec desinat olere: rursus refrigeratum, odorem suum capit. Hæc *Plin.* 13. *Hist. nat.* 1. 2. (13). ubi addit, propter gloriam ita esse appellatum, nempe μεγαλεῖον, a magnis viribus: alii aliunde appellationem arcessunt. Cf. *Theophr.* de odor. § 29. et *Dioscor.* 1. 69. Scribunt et *megallium.*

MĒGĂLŌGRĂPHĬA, æ, f. 1. μεγαλογραφία, a μέγας *magnus* et γράφω *pingo*, picturæ genus est, qua formantur grandia et magnifica, ut simulacra deorum, fabularum explicationes, et hujusmodi: sicut ῥυπαρογραφία, qua res sordidæ et humiles. *Vitruv.* 7. 4. *et* 5.

MĒGĂLOSTUS. *V.* MALISTUS.

MĒGISTĀNES, um, m. plur. 3. μεγιστᾶνες, proceres, primates regni, qui cum rege versari et epulari solent: a μέγιστος, *maximus.* It. *grandi del regno, magnati. Seneca Ep.* 21. Omnes illos megistanas, et satrapas, et regem ipsum oblivio alta suppressit. *Sueton. Cal.* 5. Regum etiam regem convivio megistanum abstinuisse: quod apud Parthos justitii instar est. *Tac.* 15. *Ann.* 27. Megistanas Armenios pellit sedibus, castella eorum exscindit.

MEHE pro *me*, ἀρχαϊκῶς. *V.* EGO.

MEHERCLE *et* mehercule *et* mehercules. *V.* HERCULES in LEX.

MEJO, as, āvi, are, n. 1. idem ac mejere. Affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Diomed.* 1. *p.* 366. *Putsch.* hisce verbis: *Mingo, minxi*, sed *mio, mis, mit*, et *mejo, mejas, mejavi* dicitur et *mixi.* et *Priscian.* 10. p. 875. *Putsch.* Quidam tamen etiam *mejo, mejas* dici putaverunt. *V.* voc. seq. Init. et MIO, as.

MEJO, is, ere, n. 3. Præterito caret: quo si sit opus, ad *mingo* confugiendum. *Martial.* 3. 78. Minxisti currente semel, Pauline, carina: Mejere vis iterum? jam Palinurus eris. *Valer. Prob.* p. 1483. *Putsch.* tribuit ei præteritum *mexi*: et *Diomed.* 1. p. 366. ponit tamquam Latina *mejo, as, avi*, et *mio, is, it.* Neuter exemplo probat. Atqui *Pelagon. Veterin.* 8. *a med.* Quod si tardius mejaverit etc. v. *ejusd. loc. cit.* in STRANGURIA, in quo pluries hac utitur forma verbi: et voc. præred. — Part. *Mejens* I. — Mejere est urinam reddere, οὐρέω (It. *pisciare, orinare*; Fr. *uriner, pisser*; Hisp. *orinar, mear*; Germ. *harnen, pissen*; Angl. *to make water, or urine*).

I.) Proprie. *Catull.* 97. 7. qualem rictum Mejentis mulæ cunnus habere solet. *Pers.* 1. 113. Pinge duos angues. pueri, sacer est locus, extra Mejite. *Juvenal.* 1. 131. Cujus ad effigiem non tantum mejere fas est etc. *Inscript.* apud *Gruter.* 792. 1., quæ est apud *Orell.* 4781. HOSPES AD HVNC TVMVLVM NE MEIAS. OSSA PRECANTVR TECTA HOMINIS. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 17. Patiamurque super obrutam mejere totum gregem. *Alii rectius leg.* meare. — Obscæno sensu *Horat.* 2. *Sat.* 7. 52. Ditior, aut formæ melioris mejat eodem. αἰσχρόν τι hic latet. *V.* PERMINGO. — Caldum mejere, et frigidum potare, *ber freddo, e pisciar caldo*, proverb. apud *Petron. fragm. Tragur.* 67. *Burmann.*, quum plura sunt, quæ erogantur, quam quæ accipiuntur.

II.) Translate. *Martial.* 12. 32. Matella curto rupta latere mejebat. *h. e.* urinam effundebat. *V.* COMMEJO.

MEJURUS. *V.* MIURUS.

MEL, mellis, n. 3. μέλι. In Ablativo sing. num. *melli* pro *melle*, ut *igni, classi*, legitur apud *Plaut. Truc.* 2. 4. 20. — In plurali num. Genitivus et Dativus nullo sunt in usu, nisi apud vetustissimos, inquit *Priscian.* 7. p. 744. *Putsch.* — *Mel*, a Græca voce allata, per apocopen ultimæ litteræ, est liquor ille dulcis, qui conficitur ab apibus (It. *mele*; *Fr. miel*; Hisp. *miel*; Germ. *Honig*; Angl. *honey*).

I.) Proprie. *Seneca Ep.* 85. Quibusdam placet, non faciendi mellis scientiam apibus esse, sed colligendi. *Cic. Senect.* 16. 56. Villaque tota locuples est; abundat lacte, caseo, melle. *Virg.* 4. *Ecl.* 30. roscida mella. *Cels.* 6. 5. *in fin.* Quæ omnia contrita, melle quam amarissimo coguntur. *Ovid.* 4. *Pont.* 2. 8. Quis mel Aristeo, quis Baccho vina Falerno, Triptolemo fruges, poma det Alcinoo? Adde *Cic.* 3. *Fin.* 10. 34.; *Virg.* 4. *G.* 163. et 213. et 4. *Æn.* 486.; *Ovid.* 1. *Met.* 112. et 5. *Trist.* 4. 30.; *Horat. Epod.* 2. 15.; *Val. Flacc.* 1. 63.; *Justin.* 13. 7. 10.; et *Scribon. Compos.* 154. — De variis mellis generibus V. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 14. 14. Optimum est autem, quod sponte defluit sine ulla expressione, et Græce ἄκητον dicitur. *V.* ACETUM mel. Laudatissimum olim fuit, quod in Hymetto Atticæ monte nascebatur, cujus sapor dulcis quidem erat, sed ita tamen, ut acritudinem quamdam haberet permixtam, gustu apprime jucundam, qualem in optimo quoque melle requiri ait *Plin.* 11. *ibid.* 15. 15. (39)., nimirum *ut ex dulci acre sit*, γλυκὺ καὶ δριμύ, *dolce spiritoso.* Hinc *Cic.* in *Hortens.* apud *Non.* p. 240. 31. *Merc.* Alterius ingenium sic dulce, ut acetum Ægyptium, alterius sic acre, ut mel Hymettium dicimus. *V.* ACETUM. — Primus, qui mellis colligendi usum invenerit, fuit quidam Gargoris, rex Cunetum in Hispania, ad ostia Anæ fluvii, teste *Justin.* 44. 4. 2. In fabulis autem dicitur ejus inventor Bacchus. *Ovid.* 3. *Fast.* 756. et 762. — Mos fuisse apud quasdam nationes, melle condire defunctorum corpora servandi causa, colliges ex *Nepot. Agesil.* 8. et *Colum.* 12. *R. R.* 45. 4. — *Mella petere in medio flumine*, proverb. apud *Ovid.* 1. *Art. am.* 748. de eo, qui frustra quærit, numquam inventurus: *cercar maria per Ravenna.*

II.) Translate. ¶ 1. *Mel* vox est blandientium. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 152. Mea voluptas, meæ deliciæ, mea vita, mea amœnitas, meus ocellus, meum labellum, mea salus, meum savium, meum mel, meum cor. Adde *eumd. ibid. v.* 170. et 175. et alibi. *Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 8. Sempronium. mel ac delicias tuas. Adde *Sidon. Ep.* 9. 11. ¶ 2. Usurpatur de qualibet re suavissima. — *a*) Universim. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 44. fidis enim, manare poetica mella Te solum. *Id.* 2. *Sat.* 6. 32. Hoc juvat et melli est. *h. e.* cordi est, placet, dulce est. — *b*) Speciatim *mel mihi videor lingere*, proverbiali locutione, de eo, qui summam in aliqua re voluptatem capit. *Plaut. Cas.* 2. 8. 21. — *c*) Item speciatim de suaviloquentia. *Auct. Paneg. ad Pison.* 64. Inclita Nestorei cedit tibi gratia mellis. Sic *Plin.* 4. *Ep.* 3. Homerici senis mella tibi profluunt. Adde *Sil. It.* 15. 459.; et cf. *Auson. Ep.* 15. 5. et *Quintil.* 3. 1. 5. Ne parum hic liber mellis et absinthii multum habere videatur. Confer etiam *Plaut. Truc.* 1. 2. 76. In melle sunt linguæ sitæ vestræ atque orationes, lacteque: corda felle sunt lita atque acerbo aceto. E linguis dicta dulcia datis, corda amare facitis amantes, si qui non danunt.

MĔLAMPHYLLON, i, n. 2. μελάμφυλλον, herba urbana et topiaria, crepidines marginum vestiens: a μέλας *niger* et φύλλον *folium*, propter foliorum nigredinem. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 34. (76). Eadem, dicitur acanthus, et pæderos. *V.* ACANTHUS et PÆDEROS.

MĔLAMPŎDĬON, ii, n. 2. μελαμπόδιον, veratrum genus nigri hellebori, ita dictum a Melampode Amythaonis nato, ut eum *Ovid.* 15. *Met.* 725. vocat, qui eo melancholicum humorem purgabat, Prœtique Argivorum regis filias furore liberavit. Vel dicitur ita a nigra radice, a qua et veratrum nigrum vocatur. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 21. (47).

MĔLAMPSŸTHĬUM, ii, n. 2. μελαμψύθιον, genus passi colore nigro: a μέλας *niger* et ψύθιον *passum. Plin.* 14. *Hist. nat.* 9. 11. (80).

MĔLĂNĂĒTOS, i, f. 2. minima ex genere aquilarum, viribus præcipua, colore nigricans (unde nomen, a μέλας, ανος, *niger* et ἀετός *aquila*). Sola aquilarum fetus suos alit: ceteræ fugant: sola sine clangore, sine murmuratione. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 3. 3. (6).

MĔLANCHŎLĬA, æ, f. 1. *malinconia, furore*, μελαγχολία, atra bilis, nigra cholera, unus ex humoribus corporis animalium, qui sæpe homines in furorem agit. *Cic.* 3. *Tusc.* 5. 11. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo: quem nos furorem, μελαγχολίαν illi vocant: quasi vero atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia graviore, vel timore, vel dolore moveatur. *Gell.* 18. 7. Scitote, intemperiem istam, quæ μελαγχολία dicitur, non parvis, nec abjectis ingeniis accidere. — Uterque Græce scripsit, quia Græca vox est usu et origine, a μέλας *niger* et χολὴ *bilis.* — At Latine scribit *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 12. Melancholia est hydrophobica passio, sed ab hac quoque discernitur: siquidem tarda sit melancholia, acuta vel celeris hydrophobia. *Hieronym. Ep.* 2. 13. Qui humor vertitur in melancholiam. *Isid.* 16. *Orig.* 4. Melancholia dicta eo quod ex nigri sanguinis fœce admixta sit abundantia fellis.

MĔLANCHŎLĬCUS, a, um, adject. *malinconico, furioso*, μελαγχολικός, qui nigra bile plurimum abundat. *Cic.* 1. *Tusc.* 33. 80. Aristoteles quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse, ut ego me tardiorem esse non moleste feram. *Id.* 1. *Divinat.* 38. 81. Aristoteles eos etiam, qui valetudinis vitio furerent et melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis præsagiens atque divinum. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 64. (133). Melancholica insania. *Id* 27. *ibid.* 12. 105. (130). Melancholicæ vertigines. — Hinc

Melancholici, ōrum, m. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt qui melancholia laborant. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 13. *in fin.* Hydrophobica passio ex corporis necessitate descendit: quo fit, ut sit corporis passio, sed etiam animæ occupet qualitatem, tamquam in furiosis, vel melancholicis. Adde *Theod. Priscian. l.* 2. *part.* 2. *c.* 5. Sic *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 113. ed. *Ald.* Ad bilem atram generantes, quos melancholicos vocant. Adde *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 4.

MĔLANCŎRŸPHOS. *V.* ATRICAPILLA.

MĔLANCRĂNIS, is, f. 3. μελάγκρανις, genus junci semen nigrum ferentis. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 18. 69. (112).: a μέλας *niger* et κρανίον *caput. h. e.* nigro capite. Ex hac planta solitos fuisse Baleares suas fundas conficere, narrat *Strabo* 3. *p.* 168.

MĔLANDRŸUM, i, n. 2. μελάνδρυον. *Plin* 9. *Hist. nat.* 15. 18. (48). *de thynnis.* Hi membratim cæsi, cervice et abdomine commendantur, atque clidio, recenti dumtaxat, et tum quoque gravi ructu: cetera parte plenis pulpamentis sale asservantur. Melandrya vocantur cæsis (*quam v.* Sillig. om.) quercus assulis simillima. *h. e.* ideo *melandrya* vocantur, quia quernis assulis similia sunt. nam ὄρυς quercum, μέλας, ανος, *nigrum* significat: et μελάνδρυον Græci medullam, seu intimam partem quercus, vocant. Ea porro *Plinium* hausisse putavit *Schneiderus* ex his *Xenocratis de alim. ex aquat. c.* 35. Αὐχὴν μὲν γὰρ ξύννων γίνεται ὠμοταρίχος, κοιλία δὲ προσφατος μὲν εὐώδιμος, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη μελάνδρυα διὰ τὴν ἐμπυρευσιν πρὸς τὰς μελαινουσας τῆς δρυὸς σχίζας. Ideoque idem voces *atque clidio*, quæ apud *Plin. loc. cit.* leguntur, pro glossa docti hominis habuit, quum eædem potius a *Plinio* haustæ videantur ab alio vetusto Græco scriptore; nam etiam *Athenæus l.* 7. *p.* 315. Τὰ κλειδία thynnorum memorat, quæ seorsum salie bantur. *V.* CLIDION. Inter viliores cibos enumerantur a *Martial.* 3. 77. Teque juvant gerres, et pelle melandrya cana. V. ELACATA.

MĔLĂNĬA, æ, f. 1. *lividura, negrezza*, μελανία, nigritudo cutis, livor: species vitiliginis colore nigro, et umbræ simili, ut *Cels.* 5. 28. *n.* 19. describit, et μέλας Græce vocat: a μέλας, ανος, *niger*

Plin. 24. *Hist. nat.* 8. 29. (44). Pilulæ platani et lentiginem, et carcinomata, melaniasque veteres emendant. Adde *eumd.* 26. *ibid.* 14. 88. (149).; at in hoc secundo loco *Schneiderus* ad *Veget.* 3. *Veterin.* 42. 1. pro *melanias* ex Codd. regiis et editione princ. Parmensi *malandrias* legendum esse ait, quam lectionem *Silligius* in textum recepit.

MĔLANSPERMON, i, n. 2. μελάνσπερμον a Græcis dicitur gith, a nigritia seminis: a μέλας, ανος, *niger* et σπερμα *semen*. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 17. 71. (182).

MĔLANTĒRĬA, æ, f. 1. μελαντηρία, creta sutoria, vel atramentum sutorium, a colore sic dicta; a μέλας *niger*. Eâ veteres usi sunt in quibusdam medicaminum compositionibus. *Scribon. Compos.* 208. Cerussæ, æruginis, melanterias, quæ creta (al. cerâ) sutoria dicitur, quia ligulæ calceolorum denigrantur. *Melanterias* Genitivus est Græcæ terminationis pro *melanteriæ*, μελαντηρίας. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 4. Aliqui etiam melanteriam admiscent et thapsiæ succum (al. *succi*) obolos tres. Cf. *Theod. Priscian. lib.* 1. *cap.* 29. Omnes crepidines in calcaneis pix liquida illinita percurat.–Quibus vero pili inhærentes molestiam fecerint, ferro subtili loca ante purganda sunt, et melanterium cum lotio pueri tritum apponendum. *Melanterium* est neutrum absolute, substantivorum more, usurpatum; quod confirmatur ex glossemate ad *Eurip. Hec.* 894. μελαντηρίω. — Jam vero *Melanteria*, h. e. *creta sutoria* apud *Scribon.*, ni fallor, est unum idemque cum *atramento sutorio*, quo in conficiendis malagmatibus utendum esse præcipit *Veget.* 3. *Veterin.* 49. 3. et 64. *Schneid.*, quodque in *Hippiatr. p.* 294. et 169. dicitur μέλαν καλλιγραφικόν; a *Schneidero* autem in *Indice rerum et vocabulorum*, sub v. *Atramentum*, *Græce* μελαντηρία, *terra vitriolica* (sic). Quum res ita sit, *melanteria* est Italorum *vitriolo*, Latinorum vero *chalcanthum* teste *Marcell. Empir.*, qui *c.* 8. *sect.* 2. *init. pag.* 93. *retro* ed. *Ald.* ait: Ad lacrimas et tumores oculorum lippientium restringendos, atramentum sutorium, id est chalcanthum viride cyprinum tundes et cribrabis, et factum mollissimum pulverem ex ovi incocti albo, id est lacrima consperges, et facies collyria, quæ in umbra siccabis, atque inde palpebras inunges et tempora illines.

MELANTERIUM, ii, n. 2. *V.* voc. præced.

MĔLANTES. *V.* MELITITES 2.

MĔLANTHĔMUM, i, n. 2. μελάνθεμον, herba eadem atque anthemis. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 21. 26. (53). *Silig.* ex optimis Codicibus legit *melanthion*.

MĔLANTHĬUM, ĭi, n. 2. μελάνθιον, herba eadem, quæ gith: ab ἄνθος *flos* et μέλας, ανος, *niger*. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 17. 71. (182). Gith e Græcis alii melanthion, alii melanspermon vocant. Sic *Marcell. Empir. c.* 22. *p.* 118. ed. *Ald.* Melanthium, id est gith contere etc. *Colum.* 10. *R. R.* 245. gracilique melanthia grata cumino *scil.* quia gith nonnulli cumini speciem faciunt. *V.* et voc. seq. — Aliud est melanthium, quod Smyrnion etiam dicitur, quam vocem vide. Ita *Forcellinus*. At in voce SMYRNION nulla est melanthii mentio; et quidem recte. Fuerunt enim qui *Smyrnii* cognomen melanthio addiderunt decepti *Catonis* verbis, edente *Victorio*, qui sic legebat *R. R.* 102. Melanthii acetabulum, quod medici vocant Smyrneum, conterito in vini veteris hemina. At *Schneiderus* bonorum Codicum et antiquarum editionum auctoritate fretus legit: *Melanthii acetabulum, et quod medici vocant Smyrneum*, etc.: quod præstat; apud nullum enim scriptorem invenies melanthium et Smyrnion esse unum idemque, vel melanthio Smyrnii cognomen additum unquam fuisse. — *V.* et voc. præced.

MĔLANTHUM, i, n. 2. idem quod melanthium, seu gith. *Seren. Sammon.* 30. 574. Sumitur abrotonum, nec non et vile melanthum.

MĔLĂNŬRUS, i, m. 2. μελάνουρος, *occhiata*, piscis saxatilis, caudam nigram habens: a μέλαινα *nigra* et οὐρά *cauda*, quod cauda, priusquam in rubescentes pinnas desinat, nigra notetur macula. *Ennius* apud *Apul. de Mag.* Melanurum, turdum, merulamque, umbramque marinam. Hic poeta priore loco usus est pede anapæsto pro dactylo, ut et *Virg.* 1. *G.* 482. Fluviorum rex Eridanus, camposque per omnes. At cl. *Vahlen.* leg.: Quid turdum, merulam, melanurum umbramque marinam Præterii? *Ovid. Halieut.* 113. Quin laude insignis caudæ melanurus, et ardens Auratis muræna notis. Meminere etiam *Colum.* 8. *R. R.* 16. 8.; et *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 8. (17). *et ibid.* 11. 53. (149). qui addit, ad nullos eum cibos, quibus insit hamus, accedere.

MĔLĂPĬUM, ii, n. 2. μηλάπιον, genus mali cognationem cum piro habentis: a μῆλον *pomum* et ἄπιον *pirum*. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 15. (51).

MĔLAS, ănos, n. 3. μέλας, species est vitiliginis nigri coloris apud *Cels.* 5. 28. *n.* 19., ubi modo Græce, modo Latine scribit. *V.* MELANIA.

MELCŬLUM, i, n. 2. deminut. mellis, vox blandientis. *Plaut. Cas.* 4. 4. 14. Meum corculum, melculum, verculum. Ita legit etiam *Priscian.* 3. *p.* 610. *Putsch.*, quidam perperam *melliculum* pro *melculum* legunt. *Id. Curc.* 1. 1. 10. Egon' apicularum opera congestum non feram, ex dulci oriundum, melculo dulci meo? Alii leg. *melliculo*. — Est etiam *melculus*, i, gen. masc., si ad marem referas. *Augustus* in *ep. ad Mæcenatem*, apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 4. *ante med.* Vale mel gentium, melcule, ebur ex Etruria, laser Aretinum, etc.

MĔLĔ, es, f. 1. μήλη, specillum, melotis, h. e. instrumentum chirurgicum, quo aliquid illinitur, vel finditur, vel extrahitur, vel infunditur. *Plin. Valerian.* 1. 8. *pag.* 166. *retro* ed. *Ald.* Viridis rutæ folia scyphum plenum cum granis sinapis cochlear plenum teris; addis alborum (*lege* alboris) ovorum tantumdem, ut spissum sit non satis; et exinde linis penna, vel mellis (*lege* mele), sed non ea parte quæ dolet: hoc quum feceris, remediabitur. *V.* Μήλη in *Thesaur. Ling. Græcæ*, ubi plurima de hac re; et cf. SPATHOMELE in hoc Lexico. — De forma *mele* plur. num. et gen. neutr. a recto sing. *melos*, *V.* MELOS.

MĔLĔĂGRĬDES, um, f. plur. 3. Μελεαγρίδες, in fabulis sunt sorores Meleagri, quæ quum ejus mortem misere deflerent, in aves sui nominis conversæ sunt, ut est apud *Hygin. fab.* 174. et *Ovid.* 8. *Met.* 532. *et seqq.* Porro hæc aves sunt ex gallinaceo genere. De his *Varro* 3. *R. R.* 9. 18. Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας Græci. Hæ novissimæ in triclinium ganearium introierunt e culina, propter fastidium hominum. Veneunt propter penuriam magno. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 26. 38. (74). Simili modo pugnant meleagrides in Bœotia. Africæ hoc est gallinarum genus, gibberum, variis sparsum plumis: quæ novissimæ sunt peregrinarum avium in mensas receptæ, propter ingratum virus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit. Ex his *Varron.* et *Plin.* verbis colligimus, meleagrides et Africanas gallinas idem esse: et *meleagrides* dictas, quod ad Meleagri tumulum pugnare visæ sint. Idem facere aves quasdam Ilium ex Æthiopia quotannis advolantes, et ad Memnonis sepulcrum confligentes, ob id Memnonidas dictas, narrat *Plin. ibid.* 37. (74). Verum *Colum.* 8. *R. R.* 2. 2. eas ab Africanis distinguit: Africana est, quam plerique Numidicam dicunt, meleagridi similis, nisi quod rutilam galeam, et cristam capite gerit: quæ utraque sunt in meleagride cærulea. Propterea *Scalig.* ita distinguit verba *Varron.* Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ: quas μελεαγρίδας Græci, hæ novissimæ in triclinium etc. *Hygin. fab.* 198., in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 68. ed. *A. Majo*, eas vocat *gallinas rusticanas*. Sed quænam tandem sint *meleagrides*, magna est inter eruditos opinionum varietas. Certe negandum videtur, easdem esse ac gallinas Indicas, quæ ad nos ex occidentali India, seu America primum allatæ, veteribus prorsus incognitæ fuerunt: ideoque sunt qui probabiliter putant, meleagridem esse quam nunc Germani *perlhuhn*, Galli *poule de Guinée*, Itali *meleagride*, et *gallina di Faraone* vocant. V. AFRICANUS in ONOM. *G. Cuvier* in nuperrima editione Parisiensi *Plin.* 10. *Hist. nat.* 26. 38. (74). putat, Africanas vel Numidicas aves easdem esse ac meleagrides, idemque ad *eumd. ibid.* 48. 67. (132) Numidicas a *Colum.* 8. *R. R.* 2. 2. memoratas, fuisse varietatem in eadem meleagridum specie. Quam postremam sententiam confirmare mihi videtur *Sueton.* qui *Cal.* 22. *Numidicas* et *meleagrides* jungit. — Ceterum hæc vox in sing. numero legitur tantum apud *Colum. loc. cit.*

MĔLĔĂGRIS, idis, f. 3. *V.* voc. præced.

MĔLES *et* Melis, is, f. 3. animal quadrupes ex agrestium felium genere. *Varro* 3. *R. R.* 12. 3. Sæpta e maceriis ita esse oportere in leporario, ut tectorio tecta sint, ne felis, aut melis, aliave quæ bestia introire possit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 38. 58. (138). Alia solertia in metu melibus: sufflatæ cutis distentu ictus hominum et morsus canum arcent. *Grat. Cyneg.* 340. canaque e mele galeri. *et ibid.* 402. collaribus ergo Sunt qui lucifugæ cristas inducere melis Jussere. *Martial.* 10. 37. Venator capta mele superbus adest. *Seren. Sammon.* 48. 896. Nec spernendus adeps, dederit quem bestia melis. At leg. *meles*. Credunt multi, esse feram illam, quam nos *tasso* (quia δασύς *pilosus* est) vocamus, somniculosam, sub terra degentem, ut vulpes, vineisque inimicam, dentibus pugnacissimam, horrido pilo et invicto pluviis. Scribitur et *mæles*, aut *mælis*. *V.* MILLUS et TAXONINUS.

MĔLĔTĒ, es, f. 1. ἡ μέλει *curæ est*, herba est, quæ et chamæleon. *Apul. Herb.* 25. — *NB.* De nom. proprio *V.* ONOM.

MĔLĬA. *V.* MĔLIS.

MELIACINUS, i, 2. *Veget.* 5. *Veterin.* 20. *Schneid.* Imponito malagmam, quæ dicitur meliacinus, usque dum (*jumentum*) sanetur. *Gesnero* et *Schneidero*, quid hæc vox significet, non liquet.

MĔLĬCA, æ, f. 1. *V.* MĔLĬCUS secundo loco.

MĔLĬCÆ gallinæ. *V.* MĔLĬCUS secundo loco.

MELICEMBALIS. *V.* ACTINOPHORA.

MĔLĬCĒRIS, idis, f. 3. μελικηρίς, favus, ut *Celsus* interpretatur: a μέλι *mel* et κηρός *cera*. Sunt *melicerides* abscessus et tubercula in cute, in quibus est pus crassum et flavum instar mellis. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 20. 87. (151). Melilotos contra melicerides efficax. Habet et *Cels.* 5. 18. *n.* 18. et 7. 6., sed Græce. — In sing. num. *Veget.* 3. *Veterin.* 30. *Schneid.* Meliceris est tuber, in quo caro inspissata, quomodo in verrucis, invenitur.

MĔLĬCHLŌROS, i, m. 2. μελίχλωρος, gemma duplicem in se colorem habens, parte melleum, et parte flavum seu luteum: a μέλι *mel* et χλωρός *flavus*. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 73. (191). At *Isid.* 16. *Orig.* 7. 15. Melichloros bicolor, ex una parte viridis, ex altera melli similis.

MĔLĬCHROS, ōtos, m. 3. μελιχρώς, ῶτος, gemma est mellei coloris: a μέλι *mel* et χρόα *color*. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 73. (191). Colos appellavit chrysolithum aureus, chrysoprasum herbaceus, melleus melichrota. *Sillig.* vero ex optimis Codicibus legit: Colos appellavit drosolithum. Melichrus est melleus, cujus plura genera *etc.* Ipse namque obelo transfixit verba *aureus, chrysoprasum herbaceus*, quia hæc neque Codex *Bamberg.* habet, neque index agnoscit.

MĔLĬCHRUS, μελίχρους, ους, mellis colorem habens: a μέλι *mel* et χρόα *color*. *Lucret.* 4. 1153. Nigra melichrus est: immunda et fœtida acosmos. *Rectius autem Græce* scribitur. — Ceterum *V.* voc. præced.

MĔLĬCHRŸSOS, i, m. 2. μελίχρυσος, gemma, quæ ex India mittitur, ex chrysolithorum genere, quasi per aurum sincero melle translucente. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 45. (128). Adde *Isid.* 16. *Orig.* 15. 6.

MĔLĬCRĀTUM, i, n. 2. μελίκρατον, aqua mulsa recens, et vel cruda, vel decocta: a μέλι *mel* et κεράννυμι *misceo*. *Pelagon. Veterin.* 8. *a med.* Fœnum melicrato asperge. Adde *Veget.* 3. *Veterin.* 15. *sub fin.*; *Theod. Priscian.* 1. 8.; et *Isid.* 20. *Orig.* 3.

MĔLĬCUS, a, um, adject. μελικός, ad cantum et carmen pertinens: a μέλος *cantus* et *carmen*, It. *musicale*. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 5. 335. modo organici melicos peperere sonores. *h. e.* citharœdi, tibicines, fidicines, qui ad carmina tibiæ, vel fidium sonos adhibent. Sic 2. 412. Ac musæa mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant. *Capell.* 9. *p.* 301. Et melicum recinens modulatur tibia carmen. ¶ 2. Speciatim est lyricus, *lirico*: quia lyrici poetæ ad lyræ sonum carmina sua canebant. *Cic opt. gen. Orat.* 1. 1. Poematis tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici suum est genus diversum a reliquis. *Capell.* 1. *p.* 5. Canora modulatio melico quoque crepitabat appulsu. — Videtur tamen *melicos* a lyricis distinguere *Ausonius*, ubi ait *Edyll.* 4. 53. soccos aulœaque regum Et melicos lyricosque modos præfando novabis. — Hinc

Melicus, *i*, m. 2. absolute, substantivorum more,

est poeta lyricus. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 24. 24. (89). et *ibid.* 56. 57. (192). Simonides melicus. *h. e.* qui scripsit egregium melos, ut ait *Phædr* 4. 21. Erat autem natus in Ceo insula.

Melica, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est idem atque ode, seu lyricum poemation, apud *Petron. Satyr.* 64.

MĔLĬCUS, a, um, adject. idem ac Medicus, h. e. ad Mediam pertinens. Melicum gallinarum genus laudant *Colum.* 8. *R. R.* 2. 4., *Paul. Diac. p.* 124. 10. *Müll.*, et *Plin.* (apud quem 10. *Hist. nat.* 21. 24. (48). Melici galli.), ita appellatum ab imperito vulgo, ut ait *ibid. Colum.*, quia revera *Medicum* dicendum est, ut est apud *Varron.* 3. *R. R.* 9. 19. ubi hæc habet: His (*gallinis*) quas Melicas appellant falso: quod antiqui ut *Thetin*, *Thelim* dicebant, sic *Medicam*, *Melicam*. Hæ primo dicebantur, quia ex Media propter magnitudinem erant allatæ, quæque ex his generatæ postea, propter similitudinem. Hæc *Varro*. — Porro exempla non desunt *l* pro *d* positæ. Sic enim *Ulysses* ex Ὀδυσσεύς, *lacryma* a δάκρυ, *delicare* pro *dedicare*, *cassilam* pro *cassidam*, *impelimenta* pro *impedimenta*, apud *Paul. Diac.* Tamen *Colum. loc. cit.* imperiti vulgi esse ait, *Melicæ* pro *Medicæ* dicere. Itaque *ibid. paullo post* Medici generis gallinas *dixit*. — *Melicus* hac ratione primam producet.

MĔLĬCUS, a, um, adject. *Varro* in *Satyr. Menip. quæ inscribitur* Est modus matulæ, περὶ μέθης, apud *Non. p.* 146. 9., *p.* 545. 3. et 11. et 22. *Merc.* Dolia atque apothecas tricliniares, melicas, Calenas, obbas, et Cumanos calices. Al. leg. *melicas Calenas* sine commate interposito. *Melicæ*, vel *melicæ Calenæ* sunt genus vasis vinarii vel poculi, fortasse in quo dulces potiones bibuntur, v. gr. mulsum: a μέλι *mel*. Al. intelligunt *apothecas Calenas*, in quibus Calenum vinum servabatur. Hæc *Forcellinus*. At *Oehlerus* aliter sentit: ad allatum enim *Varronis* locum sic ait: *Melicæ obbæ* quæ sint, a nullo traditum est. *Forcell.* in Lex. refert *melicas* ad *apothecas*, et interpretatur apothecas vini melliti plenas, quod ferri non potest. Multo probabilius videtur esse, melicas obbas idem esse poculi genus, quod μέλας appellat *Athæneus Deipnos.* XI. 486.: ΜΕΛΗ. Οὕτω καλεῖταί τινα ποτήρια, ὧν μνημονεύει Ἀνάξιππος ἐν Φρέατι λέγων οὕτως· Σὺ δὲ τὴν μέλαν, Συρίσκε, ταυτηνὶ λαβών – ἔνεγκον ἐπὶ τὸ μνῆμ' ἐκεῖνη (μανδάνεις;) · καὶ κατάχεον. — Ceterum inter Lexicographos non desunt, qui *melica*, æ, f. 1. substantivum nomen efferunt: quod minime probandum censeo: *Nonius* enim in eo libro, qui *de generibus vasorum vel poculorum* inscribitur, quum ter laudet allatum *Varronis* locum, et doceat quid sit *dolium*, quid *obba*, quid *calix*, *melicas* certe silentio non præterisset, nisi adjectivam esse vocem censuisset.

MĔLĬLŌTOS, i, f. 2. μελίλωτος, herba croco similis, quasi dulcis et mellea lotos. Dicitur etiam sertula Campana, quod coronamentis adhiberi soleat, et in Campania frequentissima sit., It. *meliloto, sertula campana. Plin.* 21 *Hist. nat.* 11. 37. (63). Melilotos ubique nascitur: laudatissima tamen in Attica: ubicumque vero recens, nec candicans, et croco quam simillima: quamquam in Italia odoratior candida. *Id.* 21. *ibid.* 7. 18. (39). Aliqua arida diutius odorem continent, ut melilotos. *Ovid.* 4. *Fast.* 440. Pars thyma, pars casiam, pars melilotan amant. Adde *Scribon. Compos.* 258.; *Pallad.* 11. *R. R.* 13. 8.; et *Veget.* 3. *Veterin.* 6. 1.

MĔLĬMĒLA, ōrum, n. plur. 2. μελίμηλα, poma mustea, sive dulcia, quasi mellea mala, *pomi nani*: a μέλι *mel* et μῆλον *malum*. *Varro* 1. *R. R.* 59. 1. Quæ antea mustea vocabant; nunc melimela appellant. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 15. (51). Mustea a celeritate mitescendi, quæ nunc melimela dicuntur a sapore melleo. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 31. Post hoc me docuit, melimela rubere, minorem Ad lunam delecta. *Martial.* 7. 25. Infanti melimela dato, fatuasque mariscas. Meminit horum et *Colum.* 5. *R. R.* 10. 19. et 12. *ibid.* 45. 5. varia malorum genera enumerans. Ludit apte in nomine *Id. Martial.* 13. 24. Si tibi Cecropio saturata cydonia melle Ponentur; dicas hæc melimela, licet. — Est et *melimelum* num. sing. apud *Isid.* 17. *Orig.* 7. Melimelum a dulcedine appellatum, quod fructus ejus mellis saporem habeat, vel quod in melle servetur, unde et quidam (*Martial.* 13. 24.) Si tibi Cecropio, etc. Ex quo patet, *melimela* interdum esse cydonia melle condita, quorum succus vocatur *melomeli*. V. hanc vocem.

MĔLĬMĔLUM, i, n. 2. *V.* voc. præced. ad fin.

MĔLĪNA, æ, f. 1. μηλίνη, subaudi *crumena*, nam vox adjectiva est, absolute, substantivorum more usurpata, et significat crumenam, sacculum, manticam scorteam, *sacchetto o borsa di pelle* a μῆλον *ovis*, quia ex ovina pelle præcipue fiebat. *Plaut. Epid.* 1. 1. 20. Nisi si in vidulo, aut si in melina attulisti.

MĔLĪNA, æ, f. 1. subaudi *potio*, nam vox adjectiva est, absolute, substantivorum more usurpata, et significat potionem ex melle: a μέλι. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 51. Murrhinam, passum, defrutum, melinam promere. *Est qui scribit* mellinam.

MĔLĪNĔ, es, f. 1. herba eadem ac melisphyllon. *Philargyr.* ad *Virg.* 4. *G.* 63. Melisphylla herba est, quam, ut ait Varro, alii apiastrum, alii melinem appellant. *Varro* autem 3. *R. R.* 16. 10. Apiastrum, quod alii μελίφυλλον, alii μελισσόφυλλον, quidam μέλινον appellant. *V.* ibi adnotata a *Schneidero*.

MĔLĪNUM, i, n. 2. μήλινον a μῆλον *malum*. *V.* **MĔLINUS**, a, um.

MĔLĪNUM, i, n. 2. a Μῆλος insula, est species coloris nativi candidi, a Melo insula una ex Sporadibus, ubi præstantissimum effoditur. In Samo quoque nascitur, sed eo non utuntur pictores propter nimiam pinguedinem. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 6. 17. (36). et *ibid.* 7. 31. (49). Adde *Vitruv.* 7. 7., *Paul. Dig.* 32. 76. *a med.* et *Cels.* 2. 33., nisi malis hunc de unguento, aut oleo loqui. Inter pigmenta mulierum recenset *Plaut. Most.* 1. 3. 106. Non istanc ætatem oportet pigmentum ullum attingere, Neque cerussam, neque melinum, neque ullam aliam offuciam. — Hinc *melinum alumen* memorat *Scribon. Compos.* 226. et *Marcell. Empir. c.* 31. *p.* 132. ed. *Ald.* h. e. ab insula Melo. *V.* ALUMEN.

MĔLĪNUS, a, um, adject. μήλινος, ad malum cotoneum pertinens. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 37. *med.* Palmulæ nucales tritæ cum oleo Hispano, aut myrteo, aut lentiscino, aut melino. *Id.* 2. *Tard.* 13. *post init.* Fomenta adhibenda (*erunt*) ex oleo viridi, aut roseo, aut lentiscino, aut melino, aut murtino Sic *Scribon. Compos.* 256.; et *Theod. Priscian. l.* 2. *part.* 2. *c.* 13. Melinum oleum. — *Melinum emplastrum* vel *malagma*; et *Melinum vinum*, V. infra *melinum* sub 3. — Hinc

Melinum, *i*, n. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Subaudi *oleum*, est oleum ex floribus mali cotonei. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 6. 54. (103). ¶ 2. Item unguentum ex ipsis malis cotoneis, admixto omphacio, cyprino, sesamino, balsamo, junco, casia, abrotano. *Id.* 13. *ibid.* 1. 2. (11). ¶ 3. Est etiam color flavus, vel luteus, qualis est in malis cotoneis maturis. *Plaut. Epid.* 2. 2. 49. Cumatile, aut plumatile, cerinum, aut melinum. *h. e.* vestis eo colore tincta. Adjective *Æmil. Macer. c.* 14. *p.* 231. ed. *Ald.* At leucanthemion foliis deprenditur albis, Melinis crysanthemion. *ubi secundam producit malus prosodiæ auctor.* Malini flores *occurrunt* apud *Plin.* 22. *Hist. nat.* 21. 26. (53). — Similiter *melinum emplastrum* et *melinum malagma*, μηλίνη ἔμπλαστρος vel μήλινον ἔμπλαστρον, sic dictum (ut ait *Thesaur. Ling. Græcæ* in v. Μήλινος, η, ον) a colore mali cotonei: cujusmodi esse solet id, in quo cerugo mediocriter coquitur, ut docet *Galen.* Videsis alia in *Thesaur.* loc. cit. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 26. Utimur – et malagmatibus talibus, ex quibus est diachylon, atque Mnaseum et diamelilloton, et melinum simplex. *Id.* 2. *ibid.* 14. *n.* 211. Apponenda præterea extrinsecus emplastra, quæ in cicatricem ducere valeant, ut est melinon; ac deinde siccantia magis. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 10. *n.* 117. Sic *Id.* 2. *Tard.* 1. *n.* 29. Apponentes etiam emplastrorum ea, quæ constrictivæ virtutis a Græcis ἕναιμα appellata sunt: vel si qua valent concludere atque siccare fluentia, ut sunt vulnerum medicamina, quæ appellantur μέλανα. *ubi legendum esse puto μήλινα vel Latine* melina. — Hinc *melinum* absolute est etiam collyrium. *Inscript.* apud *Töchon, cachets des ocul. p* 61. *n.* 4. IVLII MYRRANI MELINVM AD CLARITATEM. — Fallitur autem *Forcellinus*, qui huc refert *melinum vinum* apud *Varron.*; ut docet *Gell.* 13. 30.; ibi enim Codices omnes *medium* exhibent; *melinum* vero pro *medium* legerunt *Maserius* et *Badius* vel glossemate aliquo, vel Græco *Mnesthei* vocabulo χαρᾶς decepti; is enim a *Varrone* laudatur. Fuit revera et *melinum vinum* ita dictum non quod flavum vel subrufum colorem præ se ferret, sed quod ex malis cydoniis conficiebatur. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *ad fin.* Item cibo danda alica cum vino melino, aut murtino aqua temperato. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 2. *a med.*; et *V.* MELITES et MYRTITES.

MĔLĬOR, us. ōris, adject. comparat. anom. a *bonus*. *V.* BONUS.

MĔLĬŌRĀTIO, ōnis, f. 3. (melioro), *miglioramento*, βελτίωσις, ἐπανόρθωμα, refectio in melius. *Imp. Justin. Cod.* 4. 66. 2. *et* 3. et *ibid.* 2. 19. 24.

MĔLĬŌRĀTUS, a, um. *V.* MELIORO.

MĔLĬŌRESCO, is. ere, n. inchoat. 3. (melior) melior fio, *divenire migliore*, βελτιοῦμαι. *Colum* 2. *R. R.* 10. 23. Atque glareosis sabulosisque arvis melioresci. *Al. rectius leg.* melior exit. *Gloss. Philox.* Melioresco, βέλτιοῦμαι.

MĔLĬŌRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (melior). Part. *Melioratus*. — Meliorare est meliorem reddere, *migliorare*, βελτιόω. *Ulp. Dig.* 7. 1. 13. Siquidem permittitur ei meliorare proprietatem. Sic *Impp. Diocl. et Maxim. Cod.* 5. 71. 16. Meliorata prædium. *Novell. Theod. tit.* 26. Qui fundos inopes atque jejunos vir forte meliorare potuerint. *V.* EMPHYTEUMA. *Ambros. Ep.* 9. 72. Christus enim nostrum est fundamentum, quod non exuratur, sed melioretur. *Id.* in *Ps.* 118. *serm.* 10. Meliorentur vasa aurea et argentea. Adde *Ennod. Ep.* 5. 6. et 6. 26.; et *Cassiod.* 8. *Variar.* 33., 9. *ibid.* 3. et alibi. *V.* DETERIORO.

MĔLĬŌSEM, antique pro meliorem. *Varro* 7. *L. L.* 27. *Müll.* Fœdesum fœderum, plusima plurima, meliosem meliorem, asenam arenam etc. *Paul. Diac.* p. 264. 6. *Müll.* R pro S littera sæpe antiqui posuerunt, ut majoribus, melioribus, lasibus, lasiis; pro majoribus, melioribus, laribus, feriis.

MĔLIS. *V.* MĔLES, is.

MĔLIS, hasta a ligno mali dicta. Ita *Paul. Diac.* p. 124. 13. *Müll.*, sed corrigunt eruditi ex *Hesychio*: melia, hasta: a μελία *fraxinus*: illam autem notationem a *ligno mali* ridiculam esse et cum *Paulo* missam faciendam. Cl. *Müllerus* hæc adnotat: Hoc assumpsi, scilicet Homericum μελίην, quod a poeta Romano in Latinum sermonem receptum fuisse et a grammatico male explicatum esse videtur. Non aliter sensit *Scalig.*

MĔLISPHYLLA. *V.* MELISSE; et adde *Servium* ad *Virg.* 4. *G.* 63.

MĔLISPHYLLUM, i, n. 2. *melissa*, μελισσόφυλλον, herba, quam *Virg.* 4. *G.* 63. et *Pallad.* 1. *R. R.* 37. enumerant inter eas, quarum sapor atque odor apibus est gratissimus. Hanc *apiastrum* vocat *Varro* (3. *R. R.* 16. 10.) teste *Servio* ad illud *Virg. loc. cit.* Trita melisphylla et cerinthæ ignobile gramen. A *Plin.* 20. *Hist. nat.* 11. 45. (116) dicitur *melissophyllon*, a μέλισσα *apis* et φύλλον *folium*, quasi herba apum; unde *melisphyllum* videtur per syncopen ab eo ductum. Addit autem 21. *ibid.* 9. 29. (53). venire etiam in coronamenta. Vocatur et *citreago*. Porro quod *Id.* 21. *ibid.* 12. 41. (70). et *Colum.* 9. *R. R.* 8. 13. seri aiunt propter apes *apiastrum*, *rosam*, etc. *melissophyllon*, *cerinthen*, etc., per *apiastrum* his locis intelligunt agreste apium, quæ ab hac, de qua agimus, herba longe diversa est, et ipsa tamen apibus grata.

MĔLISSŌPHYLLON. *V.* voc. præced.

MĔLĪTENSIS, e, adject. Melitæus, ex Melita insula maris Africi, ut Melitensis vestis, *Cic.* 4. *Verr.* 72. 176 Nam textrinæ operibus ea insula celebris fuit, eodem teste 6. *ibid.* 46. 101. et *Sil. It.* 14. 250. Sic *Melitensis rosa*, qua fartus erat pulvinus Verris, 7. *Verr.* 11. 27. in pretio fuit vel ob pulcritudinem, ut Pæstana: vel fortasse, quia temporius ceteris proveniebat, ut in calida regione. — *Melitensem mitram* habet *Varro* apud *Non. p.* 539. 27. *Merc.* — Hinc

Melitensia, *ium*, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, de Melitensi veste usurparunt *Lucret.* 4. 1123. et *Cic.* 4. *Verr.* 74. 103.

MĔLĪTES, æ, m. 1. μηλίτης οἶνος, a μῆλον *malum* et speciatim *malum cydoneum*, est vinum ex malorum cydoneorum succo confectum, quod *vinum melinum* appellatur a *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.*

3. *ad fin.* et 3. *ibid.* 2. *a med.*. *V.* MĔLĪNUS, a, um. *Marcell. Empir. c.* 27. *p.* 126. *retro* ed. *Ald.* Succinum de cera silvatica exures, et de testa ostrei æque facies, paribusque mensuris pulverem tritum cum melite, aut cum vino austero candenti ferro calefacto Libendum dysenterico dabis: mire proderit. *et paullo post.* Rosæ silvaticæ baccas oblongas, rubicundas, maturas, impari numero, vel septem, vel xv. tritas diligenter dabis laboranti dysenterico, ad potionis modum, cum melite styptico, vel vino vetere, si non febricitabit, vel cum aqua, si febricitabit. Confer *eumd. c.* 20. (*de soluto stomacho et omnia rejiciente*) *p.* 114. ed. *Ald.* Vinis quoque utendum est satis stomacho utilibus, aut ex baccis myrti factis, aut ex malis cydoneis pressis, aut etc. Similiter *Cœl. Aurel. locis* supra *cit.* ait *vinum melinum, aut myrtinum.* V. *Plin. Valerian.*, qui 4. 42. hujusce vini conficiendi rationem tradit; et cf. *Plutarch.*, qui *Mor. p.* 648. E. ait; Μήλιτας τινὰς οἱ δὲ φοινικίνους οἴνους ποιοῦσιν.

MĔLĪTĪNUS, a, um, adject. μελίτινος, melleus, melle mixtus. *Plin. Valerian.* 3. 26. Ceræ pinguis melitinæ libra una. — De *melitino lapide* V. MELITITES 2. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MĔLĪTIS, idis, f. 3. μηλῖτις, gemma colore mali cydonii: a μῆλον *malum. Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 73. (191). At verba *melitis mali coloris*, quæ a vulgatis libris exhibentur, *Silligius* cum Cod. Bambergensi ne in indice quidem ea agnoscente omisit; suppositicia ea esse docet etiam inepte mutata constructio.

MĔLĪTĪTES, æ, m. 1. μελιτίτης ¶ 1. Melitites, h. e. μελιτίτης οἶνος (*V.* ABROTONITES) est genus potionis dulcis, ex melle et musto, idest ex congio mellis, et quinque congiis austeri musti, et cyatho salis una fervefactis. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 9. 11. (85). Sic *Id.* 22. *ibid.* 24. 54. (115) Melitites quo fieret modo ex musto et melle, docuimus in ratione vini. Sæculis jam fieri non arbitror hoc genus inflationibus obnoxium; solebat tamen inveteratum alvi causa dari in febre, item articulario morbo et nervorum infirmitate laborantibus, et mulieribus vini abstemiis. ¶ 2. Item lapis cinericii coloris, qui attritus, vel cum liquore contusus, liquorem dulcem emittit mellitumque, et ceræ mixtus eruptionibus, pituitæ, maculis corporis medetur: μελιτίτης λίθος. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 19. 33. (140). *Melitites* est vulgata lectio a *Dioscoride* 5. 150. fulta; optimi tamen Codices habent *Melitinus lapis*, et *Isid.* 16. *Orig.* 4. 26. exhibet *Melantes.* V. *Sillig.* ad *h. l.*

MĔLĪTON, i, n. 2. quædam vini species apud *Vitruv.* 8. 3. 12., ut habent vulgati libri: sed *Schneiderus Philandri* conjecturam secutus reposuit *Tmolitem*, a *Plinio* et *Galeno* pluribus locis memoratum vinum.

MĔLĪTOR, āris, etc. dep. 1. idem ac meditari. *Servius* ad illud *Virg.* 1. *Ecl.* 2. Silvestrem tenui Musam meditaris avena. hæc habet: Meditaris, cantas, quasi melitaris, d pro *l* posita: quod Græci μελετῶ dicunt, per ἀντίστοιχον *meditor* dixerunt Latini; *l* et *d* enim interdum sibi invicem cedunt, ut et *sella* pro *seda* dicitur a sedendo. *V.* COMMELITO.

MELITTÆNA *vel* melittæna, æ, f. 1. μελίτταινα. ¶ 1. Est herba eadem ac marrubium, apud *Apul. Herb.* 45. ¶ 2. Item est eadem ac melissophyllon, apud *Plin.* 21. *Hist. nat.* 20. 86. (149). Melissophyllo sive melittæna si perungantur alvi, non fugient apes.

MELITTURGUS, i, m. 2. μελιτουργος, mellarius, qui mellificium exercet: a μέλιττα *apis* et ἔργον *opus. Varro* 3. *R. R.* 16. 5.

MĔLĬUM. *V.* MELLUM.

MĔLĬUS, adverb. *V.* BENE.

MĔLĬUSCŬLE, adverb. deminut. (meliusculus) aliquanto melius, *alquanto meglio.* — *a*) De valetudine. *Cic.* 16. *Fam.* 5. Volebam ad te Marionem remittere, quem, quum meliuscule tibi esset, ad me mitteres. *h. e.* quum convalescere aliquantum cœpisses. *Fronto ad M. Cæs.* 4. 12. Meliuscule jam valere Faustinam nunciasti. — *b*) Generatim. *Plaut. Most.* 4. 2. 51. Vide sis, ne meliuscule, quam sat fuerit, biberis. *un poco più del bisogno.*

MĔLĬUSCŬLUS, a, um, adject. deminut. a *melior*, aliquanto melior, *alquanto migliore.* — *a*) De hominibus *meliusculus* dicitur, qui ex morbo aliquantulum convalescit. *Ter. Hecyr.* 3. 2. 19. Salvan' Philumena est? PAM. Meliuscula est. *Cels.* 3. 22. *in fin.* Qui meliusculus esse cœpit, adjicere debet exercitationes, fricationes, cibos. — *b*) Generatim de rebus physicis et de abstractis. *Colum.* 9. *R. R.* 3. 2. Apes coloris meliusculi. *Est qui conjicit* melieusculi. *Seneca* 1. *Benef.* 3. *a med.* Gratias esse ætate minores, quam Horas, sed meliuscula facie. *Plaut. Capt.* 5. 2. 6. Si eris verax, tua ex re facies: ex mala meliusculam. *Varro* apud *Non. p.* 394. 10. *Merc.* Nunc de te meliusculam spem habeo, qui etc. — Neutr. sing. numeri apud *Plaut. Curc.* 4. 2. 3. Meliusculum est monere.

MĔLĬZŌMUM, i, n. 2. μελίζωμον, condimentum quoddam ex mellis despumati mixtura confectum, et reficiendis viatoribus aptum. *Apic.* 1. 2.

MELLA, æ, f. 1. (mel). Extracto e ceris melle, ipsa cera minute resolvitur, et aqua fontana, vel cælesti maceratur: expressa deinde aqua colatur, et decoquitur, donec ad defruti crassitudinem perveniat; et bene picatis lagenis conditur. Hæc mella appellatur, et adhibetur pro defruto in condituris olivarum. Hæc *Colum.* 12. *R. R.* 11. 1. et 2. Adde *eumd. ibid.* 49. 3. Itali dicunt *melaggine.*

MELLĀCĔUM, i, n. 2. (mel). *Non. p.* 551. 21. *Merc.* ita vocari nunc ait, quam veteres sapam dixere.

MELLĀRĬUM, ii, n. 2. (mel). ¶ 1. Est locus, in quo apes nutriuntur, alvearium, μελιττοτροφεῖον. *Varro* 3. *R. R.* 16. 12. Μελιττῶνας ita facere oportet, quos alii μελιττοτροφεῖα appellant, eamdem rem quidam mellaria. ¶ 2. Item vas melli continendo. *Macrob.* 1. *Saturn.* 12. *V.* BONA dea in ONOM.

MELLĀRĬUS, a, um, adject. (mel) ad mel pertinens. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 14. 48. (82). Vasa mellaria, aut favos lavari aqua præcipiunt. — Hinc

Mellarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui mellis opus exercet, μελιτουργός. *Varro* 3. *R. R.* 16. 17. Qua mellarii favum eximere possint. *Id. ibid.* § 30. Quum a mellario id (*apes*) fecisse sunt animadversæ etc. Cf. *Inscript.* apud *Henzen.* 5091. A. PVFICIVS A. L. ZETHVS MELLAR. A PORT. TRIGEM.

MELLĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

MELLĀTĬO, ōnis, f. 3. (mel) μελίτωσις, mellis vindemia, quum mel eximitur. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 50. Differenda est in mensem Octobrem mellatio. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 15. 15. (40). Æstiva mellatio. Adde *eumd. ibid.* 16. 15. (41).

MELLĔUS, a, um, adject. (mel) qui ex melle est, vel mellis dulcedinem refert, di *mele*, μελιτώδης.

I.) Proprie. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 15. (51). Melleus sapor. *Id.* 11. *ibid.* 16. 16. (48). color. *Id.* 25. *ibid.* 9. 70. (118). Mellea crassitudo. *Id.* 37. *ibid.* 6. 23. (89). Melleæ sardonyches. *h. e.* mellei coloris. *Auson. Ephem. parecb.* 12. Melleum crustum.

II.) Translate est dulcis, suavis. *Apul.* 6. *Met.* Aves melleis modulis suave resonantes. *Id. Florid. n.* 4. Tibicen omnis voculæ melleus modulator. In *fragm. Petron.* 668. *Burm.* Mellea purpureum depromunt ora ruborem. *Auson. epist.* 19. *sub fin.* Accessit tibi in artem poeticam mellea adulatio. *et epit.* 17. *init.* Modo intelligo, quam mellea res sit oratio. *et Grat. act. ad Gratian.* 8. Melleum eloquium. *Auct. incert. epithal. Laur. et Mar.* 80. Mellea tunc roseis hærescant basia labris.

MELLEUSCŬLUS, deminut. a *melleus*, pro *meliusculus* legendum quidam conjiciunt apud *Colum.* 9. *R. R.* 3. 2. *V.* MELIUSCŬLUS sub *b.*

MELLĬCŬLUM, i, n. 2. deminut. mellis. *V.* MELCULUM. — Adjective. *V.* MELLITULUS.

MELLĬFER, fĕra, fĕrum, adject. (mel *et* fero) μελιτοφόρος, ferens mel. *Ovid.* 15. *Met.* 383. Melliferarum apium sine membris corpora nasci. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 127. Mellifer electis exercitus obstrepit herbis.

MELLĬFĬCĬUM, ii, n. 2. (mel *et* facio) mellis opus, *lavoro del mele*, μελιτουργία. *Varro* 3. *R. R.* 16. 13. Ad mellificium aptissimum est thymum. *Colum.* 9. *R. R.* 13. 13. Apes magis mellificiis, quam fetibus student.

MELLĬFĬCO, as, are, a. 1. (mel *et* facio) mel facere, *fare il mele*, μελιτουργέω, τιθαιβάσσω. In *quodam epigr. Virg.* apud *Donat.* in *ejus Vita.* Sic vos non vobis mellificatis apes. Sic *Venant.* 4. *carm.* 11. 10. Floribus æternis mellificatis apes. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 18. 19. (59). Apum genera duo: aliarum, quæ in arboribus mellificant: aliarum, quæ sub terra. *Pallad.* 5. *R. R.* 8. 1. Si rariores (*apes*) videbuntur, in his locis mellificari utiliter non potest.

MELLĬFĬCUS, a, um, adject. (mei *et* facio) ad mei conficiendum pertinens. *Colum.* 9. *R. R.* 13. 14. Ut apes ab opere mellifico avocatæ etc. *et ibid.* 8. 7. Mellifici saltus. *et ibid. mox.* Propter quam (*apum penuriam*) locum quoque non esse mellificum suspicabimur. Sic *Pallad.* 5. *R. R.* 8. *init.* Sed loca mellifica indicant apes, si etc. *Coripp.* 6. *Johann.* 338 *de apib.* vivoque fluenti Mellificum bibit agmen aquas.

MELLĬFLŬENS, entis, adject. (mel *et* fluo) qui mel fluit. Occurrit translate tantum de suaviloquentia apud *Auson. epist.* 16. 14. Mellifluentem Nestora.

MELLĬFLŬUS, a, um, adject. (mel *et* fluo) mellifluens, *mellifluo.*

I.) Proprie. *Avien. Perieg.* 468. Antra mellifluа.

II.) Translate de suaviloquentia. *Boeth.* 5. *metr.* 2. Homerus melliflui oris. *Vet. Poeta* apud *Augustin.* 3. *de music.* 7. Quæ canitis sub antris Mellifluos sonores.

MELLĬGĔNUS, a, um, adject. (mel *et* genus) qui est ejusdem generis ac mel, μελιειδής. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 7. 10. (28). *de robore.* Fert et aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi. At *Silligius* legit *melliginis.*

MELLĪGO, ĭnis, f. 3. (mel) μελίτωμα, χήρωσις.

I.) Proprie melligo est quod nondum mel est, sed ad mellis naturam accedit, succus e lacrimis arborum, sive florum, quem apes devorant, postea ad alvos regressæ evomunt, operaque componunt. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 6. 5. (14). Ceram ex floribus, melliginem e lacrimis arborum, quæ glutinum pariunt, salicis, ulmi, arundinis, succo, gummi, resina.

II.) Translate ponitur pro quocumque succo florescentis fructus adhuc atque immaturi. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 27. 60. (131). In prima lanugine demetitur uva, ejusque melligo. *Harduin.* hæc paullo aliter explicat.

MELLILLA, æ, f. 1. deminut. melliniæ. Adhibetur in blandiliis. *Plaut. Cas. a.* 1. *v.* 47. Mea vita, mea mellilla, mea festivitas. *mia dolcezza.*

MELLĪNĬA, æ, f. 1. potio ex melle: sed occurrit translate tantum et est res jucunda et dulcis. *Plaut. Truc.* 4. 1. 6. Hoc nimio magnæ melliniæ est mihi. *Alii leg.* mellinæ. *V.* MELINA secundo loco.

MELLĪTŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* mellitus, melleo saporis aliquantulum habens, dulciculus: sed occurrit translate tantum. *Plaut. Cas.* 4. 4. 19. Corpusculum mellitulum! *Alii perperam leg.* melliculum. *Hieronym. Ep.* 79. *n.* 6. Puella ita suavis est et mellitula, ut honor sit omnium propinquorum. — Hinc absolute *Apul.* 3. *Met.* Mea mellitula.

MELLĪTUS, a, um, adject. (mel). Sup. *Mellitissimus* I. et II. — Mellitus est melleus, aut melle conditus, *melato*, μελιτώδης.

I.) Proprie. *Varro* 3. *R. R.* 16. 22. Melliti favi. *Id.* apud *Gell.* 13. 11. Mellita bellaria. Cf. *Apul.* 4. *Met.* dulciola. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 11. Pane egeo jam mellitis potiore placentis. *Apul.* 2. *Met.* Mellitum pulmentum. *et* 10. *ibid.* edulia. *Sueton. Ner.* 27. absorptio. *V.* MITELLITA. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 19. 33. (140). Succus dulcis mellitumque. At *Sillig.* leg. *melleumque.* Cf. *Marcell. Empir. c.* 25. *p.* 121. *retro* ed. *Ald.* Cytisus floribus conclusis bene olentibus, id est mellito odore. *Plin. Valerian.* 1. 2. *init.* Herbam cunilam in mellitissimo mulso triduo macerabis.

II.) Translate est suavis, jucundus, dulcis, *soave, dolce*: ad rem *Plaut. Pseud.* 1. 2. 46. Ubi isti sunt, quibus vos oculi estis? quibus vitæ? quibus deliciæ estis? quibus savia? mamillæ? mellitæ? *Cic.* 1. *Att.* 18. Ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore et Etiola et mellito Cicerone consumitur. Sic *M. Aurel.* ad *Fronton.* 4. *ad Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 6. Valebis mihi, Fronto, ubi ubi es mellitissime. et *Apul.* 5. *Met.* Mi mellite, mi marite. *Catull.* 3. 6. Mellitus passer. *Id.* 47. 1. Melliti oculi. *Apul.* 4. *Met.* Mellita suavia. *et* 2. *ibid.* Mellitissimum suavium. *Petron. Satyr.* 1. *in fin.* Melliti

verborum globuli. *Apul.* 5. *Met.* Mellita cantus dulcedo.

MELLO, as, are, a. 1. (mel) mel facere, vel colligere. Legitur a quibusdam apud *Pallad.* 7. *R. R.* 7.; sed incerta admodum ea lectio est. Profecto *Schneider.* hanc vocem rejicit.

MELLOPROXĪMI ab *Impp. Honor. et Theod. Cod.* 12. 19. 5. dicuntur, qui insequenti anno futuri sunt proximi scriniorum. Est autem vox hybrida ex Græco μέλλω *futurus sum*, et Latino *proximus*. *Inscript.* apud *Murat.* 890. 1. M. AVRELIO AVG. LIB. ISIDORO MELLOPROXIMO A RATIONIBVS.

MELLŌSUS, a, um, adject. (mel) melleus. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 29. Mellosa dulcedo.

MELLUM, i, n. 2. *V.* Millum.

MĒLO, ōnis, m. 3. genus cucumeris, rotunda et mali cotonei figura: a μῆλον *malum*. *Pallad.* 4. *R. R.* 9. *ante med.* Nunc melones serendi rarius: distent inter se semina pedibus duobus, *etc.* Semina mulso et lacte per triduum maceranda sunt: hinc suaves efficientur: odorati autem, si eorum semina multis diebus inter rosæ folia sicca mergantur. *Capitolin. Albin.* 11. Nam et quingentas ficus passarias jejunum comedisse, et centum persica Campana, et melones Ostienses decem etc. *Vopisc. Carin.* 17. Vini plurimum effudit: inter poma et melones natavit. *Trebell. Gallien.* 16. Uvas trieunio servavit: hieme summa melones exhibuit. Adde *Arnob.* 2. 59. Ex his apparet, *melones* in deliciis fuisse. An vero sint, quos Florentini vocant *poponi*, nos Patavini *meloni*, negat *Casaubon.* ad *cit. loc. Capitolini*: ignotos enim hos toti antiquitati fuisse. Alii contra sentiunt, inter quos *Salmas.* ad *Solin.* p. 958. Videntur autem iidem esse cum *melopeponibus*, de quibus mox.

MĒLO, onis, f. 3. est ovis et capra. V. *Isid. loc. cit.* in MELOTE.

MĒLŌCARPON, i, n. 2. herba alias aristolochia. *Apul. Herb.* 19.

MĒLŌDE, es, f. 1. eadem ratione, qua *ode, es*, est dulce carmen. *Terentian. de pedib.* p. 2414. *Putsch.* et apud *Rufin. de metr. com.* p. 2721. *Putsch.* Optimus pes (*creticus*) et melodis et pedestri gloriæ. Sunt qui *melodis* per syncopen dictum putant pro *melodiis* a *melodia*, repugnantibus *Santenio* et *Van Lennep*; quorum sententiam confirmat *Venant.* 9. *carm.* 7. 13. Cur mihi injungis lyricas melodas, Voce qui rauca modo vix susurro?

MĒLŌDES, is, adject. μελῳδής, qui dulcia carmina cantat. *Sidon.* 9. *Ep.* 15. *in carm.* Proculus melodes insonare pulsibus. Alii leg. *melodis*, ut sit a *melodus*: at nihil mutandum. Usurpatur enim tamquam cognomen R. feminin. in *Inscript.* apud *Gruter.* 1157. 3 MNEMOSYNE MELODES. Vocem confirmat *Citerius Sidon. Syracus.* inter *Poet. Lat. min. T.* 2. p. 246. ed. *Wernsdorf.* Cannâ Almo, Thyrsis stipulâ, Theon ore melodes. *Ita Codex Voss.* et *Scriverius*; at *Wernsdorf.* legit *melodus*. — Cl. *Furlanetto* huc retulit locum *Venant.* cit. in voce præced., arbitratus τὸ *melodas* esse a *melodes* substantivi more usurpatum.

MĒLŌDĬA, æ, f. 1. μελῳδία, *melodia*, concentus, melos. *Capell.* 9. p. 306. Nec mora, et ecce quædam suavitas intentata aulicæque dulcedinis cantus insonuit, ac melodiæ ultra cuncta rerum oblectamina recinentes auditum mirantium complevere divûm. *Diomed.* 3. p. 471. *Putsch.* Ex hac ducit tenores et numeros sonosve –, sicut in cantibus demonstratur, hoc est melodiis. *Keil.* vero Græce leg. μελῳδίαις. Sed paullo post ipse *Keil.* Latine hanc vocem exhibet *ibid.* p. 472. *Putsch.* Ut duabus longis melodiis, quasi duplicibus et jugibus votis prospera deorum voluntas firmaretur. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 2. *a med* Veluti si quis melodiæ compositor propter utilitatem peregrini soni alias chordas plectro discurrat, aut super eas, quæ sunt, alias adjiciat.

MĒLŌDĬCUS, a, um, adject. μελῳδικός, ad melodiam pertinens, *melodioso*. *Cassiod* S. *Hist. Eccl.* 6. Harmonius Bardisanus quædam cantica componens, et impietatem melodicæ suavitati permiscens.

MĒLŌDĪNA, ōrum, n. plur. 2. melodiæ, concentus. *Varro* apud *Non.* p. 49. 33. *Merc.* Si quis melodinis sit ὄνος λύρας, Præsepibus se retinent forensibus. *Alii aliter leg. Quum* Mercerus *et* Codd. Guelf. et Lugd. *habeant* melodiulst onos *vel* melodin is tonos, *ingeniosa est conjectura* Canteri (Nov. Lect. 5. 22.), qui legit μελῳδεῖν ἐστ' ὄ. λ.

MĒLŌDUS, a, um, adject. μελῳδός, suaviter sonans, vel canens. *Auson. Profess.* 15. 7. Te fabulantem non Ulixes linqueret, Liquit canentes qui melodas virgines. *h. e.* Sirenas. Τὸ *melodas* potest esse a *melodes, is*; item videri Accusativus a *melode, es*, qui a v. *canentes* regatur. *Prudent.* 9. *Cathemer.* 1. Da, puer, plectrum, choreis ut canam fidelibus Dulce carmen et melodum, gesta Christi insignia. *V.* et MELODES.

MĒLŌFŎLĬA, ōrum, n. plur. 2. vox hybrida a μῆλον *malum* et *folium*, mala, quibus folium unum, aliquando et geminum erumpit e latere medio. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 15. (52).

MĒLŌMĒLI, n. μηλόμελι, liquor mulsei saporis ex cydoneis malis melle conditis, et in lagena servatis: cujus conficiendi rationem docet *Colum.* 12. *R. R.* 47. 3. *Schneid.* Alii leg. *melimeli* minus recte. *V.* MELIMELA. Hinc etiam apud *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 2. *a med.* pro *melimelon* legendum est *melomeli*. V. *Schneider.* ad *Colum. loc. cit.*

MĒLŌPĔPO, ōnis, m. 3. μηλοπέπων, genus cucumeris; de quo ita *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 23. (67). Cucumeres, in fistulam flore demisso, mira longitudine crescunt. Ecce quum maxime nova forma eorum in Campania provenit, mali cotonei effigie. Forte primo natum ita audio unum; mox semine ex illo genus factum: melopeponas vocant. Non pendent hi, sed humi rotundantur. Mirum in his, præter figuram coloremque et odorem, quod maturitatem adepti, quamquam non pendentes, statim a pediculo recedunt. Hæc *Plin.* Porro dicti sunt a μῆλον *malum*, propter figuram, et πέπων ονος, *maturus*, a sole excoctus, a πέπτω *coquo*, propter maturitatem.

MĒLŌPHYLLON, i, n. 2. herba eadem ac millefolium. *Apul. Herb.* 88.

MĒLŌPŒĬA, æ, f. 1. μελοποιία, est habitus modulationis effectæ, ut definit *Capell.* 9. p. 326., ubi tres ejus species recenset. Est a μέλος *cantus* et ποιέω *facio*. In eo autem *melopœia* differt a *melo*, ut docet *Capell. ibid.*, quod *melopœia* est habitus modulationis effectæ, *melos* est actus acuti aut gravioris soni; itaque modulatio est soni multiplicis melo expressio: sive, ut ait *Aristid.* p. 29. *f. Meib.*, *melodia* est cantus indicium, ἐπαγγελία μέλους, *melopœia* vero est habitus effectivus, ἕξις ποιητική.

MĒLOS, i, n. 2. μέλος. In versu *Persii* allato infra sub *a* prima syllaba produci videtur imitatione Græcorum, qui vocalem brevem liquidæ præpositam producunt. *Homer.* in hymno Mercurii, *v.* 498. corripuit, Πλήκτρῳ ἐπειρήτιζε κατὰ μέλος. ἡ δ' ὑπὸ καλὸν. At versu statim sequenti produxit, Γμερόεν κοναβῆσε. Θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε. At ex *Vet. Scholiast.* ad *Pers. loc. cit.* in aliis est *nectar*. Cave imiteris, et V. *Martial.* 9. 12. — Masculino gen. *Cato* apud *Non.* p. 213. 16. *Merc.* Omnes qui loquuntur, habere debent quosdam melos. *Pacuvius* apud *eumd. ibid.* Fremitu concidi melum. Adde *Varron.* apud *eumd ibid.* — Ceterum melos est suavis sonus, cantus, carmen (It. *canto, melodia, verso*; Fr. *chant*; Hisp *canto, melodia*; Germ. *süsser Ton, Lied, Gesang*; Angl. *song, melody, harmony, verse, music, a song, tune, lay.*). Occurrit — *a*) In sing num. *Nævius* apud *Non. loc. cit.* Suave summum melos. *Accius* apud *Cic.* 2. *Nat. D.* 35. 89. Silvani melo Consimilem ad aures cantum et auditum refert. *Cato* apud *Non. p.* 77. 7. *Merc.* Melos alterum in cantibus est bipartitum: unum, quod est in sensa voce: alterum, quod vocant organicon. *Horat.* 3. *Od.* 4. 1. dic, age, tibia Regina longum Calliope melos. *Pers. prol. extr.* Corvos poetas, et poetrias picas Cantare credas Pegaseium melos. *Terentian. de metr. p.* 2412. *Putsch.* Auctor et ductor melorum, qui duas breves habet. *h. e.* pes pyrrhichius, nempe hŏnŏr. et *Ambros. Hymn. Pasch.* Meli dulcedinem promere. — *b*) In plur. num. *mele* positione Græca, τὰ μέλη. *Lucret.* 2. 412. Ac musea mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant. *et ivid.* 504. et cygnea mele. *Inscript.* apud *Grut.* 654. DOCTA SONARE MELE. — *Mela* positione Latina. *Auson. Parental.* 27. Cui brevia mela modifica recino. — In quo *melos* differat a *melopœia*, *V.* in MELOPŒIA.

MĒLOSMOS, i, m. 2. herba eadem ac polion, apud *Apul. Herb.* 57.

MĒLŌTA, æ, *et*

MĒLŌTĒ, es, f. 1. μηλωτή, pellis caprina, subintelligitur enim δορά *pellis*: a μῆλον, ου, τό, quod de ovibus et capris usurpatur: hinc *Schol.* in *Homer. hymn.* in *Apoll.* 50. καὶ γὰρ αἶγας μῆλα λέγουσιν. *Isid.* 19. *Orig.* 24. 19. Melote, quæ etiam pera vocatur, pellis est caprina, a collo pendens, præcincta usque ad lumbos. Est autem habitus proprie necessarius ad operis exercitium. Fiebat prius, ut quidam æstimant, de pelliculis melonum, unde et melotæ vocatæ sunt. *Vulgat. interpr. Paul. ep. ad Hæbr.* 11. 37. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis. *Hieronym. Ep.* 108. Et caprinam pelliculam, quam melotem (*lege* meloten) vocant. *Amŏros. Ep.* 7. 59. Siquidem eodem momento, quo ille (*Acholius Episcopus*) adhuc elevabatur (h. e. in cælum) velut quodam melotidis (*lege* melotes) suæ demisso amictu, sanctum Anysium discipulum suum induit, et suis vestivit infulis sacerdotii. *V.* et *Paulin. Nolan. loc. cit.* in MASTRUCA.

MĒLŌTHRON, i, n. 2. μηλωθρον, herba, quæ et vitis alba dicitur, cujus foliis utebantur in coronamentis. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 9. 29. (53). et 23. *ibid.* 1. 16. (21).

MĒLŌTIS, idis, f. 3. μηλωτίς, *specillo*, specillum, instrumentum chirurgicum. *Pelagon. Veterin.* 31. *ante med.* Quamcumque melotidem, vel spathomelem miseris, ibit per ipsam fistulam. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 3. Ipsam quoque cavernam (*auris*) involuta lana per melotida oleo calido tinctam paullatim penetramus, atque illic lana derelicta, ferramentum detrahimus. *et* 5. *ibid.* 4. Confirmabitur apprehensio lapidis generati (*in vesica*) adhibita melotide. *Id.* 1. *ibid.* 4. Tum collectum (*in ore et faucibus*) humorem detrahimus appositione digiti, aut lanæ, aut spongiæ melotidi involutæ. *Ite legendum puto: vulgati libri perperam exhibent* melote. *V.* hanc voc.

MELTOM meliorem dicebant. *Paul. Diac.* p. 122. 3. *Müll.*; ubi *Scaliger* scribendum putat *melium*.

MĒMÆCȳLON. *V.* MIMÆCYLON.

MEMBRĀNA, æ, f. 1. (membrum). *Membranum, i*, n. 2. etiam usurpatur ab *Isid. loc. cit.* in CROCO, ut et deminut. *membranulum* pro *membranula*. — Ceterum membrana est pellis exterior, quæ membra tegit, pellicula, tunica, ὑμήν, διφθέρα (It. *pelle, membrana, pellicola, pellicina*; Fr. *membrane, pellicule, dont les membres sont couverts*; Hisp. *membrana, la piel delgada*; Germ. *d. Haut, d. Häutchen über den Glieder*; Angl. *a membrane, thin skin that covers the members, any thin skin*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim de animalibus. *Lucret.* 4. 57. Et vituli quum membranas de corpore summo Nascentes mittunt. *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 142. Natura oculos membranis tenuissimis vestivit. *Lucan.* 9. 773. Dissiluit stringens uterum membrana, fluuntque Viscera. *Cels.* 8. 4. Membrana cerebri. *meninge, μήνιγξ.* Sic *Id.* 8. 3. Neque periclitemur, ne mucrone cerebri membrana lædatur. *et mox.* Donec fiat aditus, per quem membranæ custos immittatur: μηνιγγοφύλακας Græci vocant. et *Scribon. Compos.* 206. Facit hoc emplastrum ad detectam membranam tegentem cerebrum. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 28. 33. (96). Membranis cicadæ volant. *et ibid.* 39. 94. (228). Membranis volant fragilibus insecta. — *b*) Speciatim de exuviis anguium, *spoglia. Ovid.* 7. *Met.* 272. Squamea Cinyphii tenuis membrana chelydri. *Lucan.* 6. 679. Libyci membrana cerastæ.

II.) Translate. ¶ 1. Usurpatur de tenuioribus ligni lamellis, frugum et pomorum tunicis, etc. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 22. 24. (88). *de nuce juglande.* Bifidæ putaminum carinæ, nucleorumque alia quadripartita distinctio, lignea intercursante membrana. *Id.* 16. *ibid.* 14. 25. (65). *de tilia.* Inter corticem ac lignum tenues tunicæ multiplici membrana. *Id.* 15. *ibid.* 23. 25. (92). *de castaneis.* Proxima corpori membrana et in his et in nucibus saporem, ni detrabatur, infestat. *et ibid.* 28. 34. (112). Crusta teguntur glandes, cute uvæ, corio et membrana Punica. Sic *Cæl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *ad fin.* Mali Punici grana cum ea tenuioribus membranis exsiccata. Rursus *Plin.* 29. *Hist. nat.* 3. 11. (46). Membrana putaminis ovi. *Id.* 18. *ibid.* 7. 10. (53). Milium et panicum indefensa membranis continentur. *Id.* 19. *ibid.* 6. 34. (111). Tenuissimis Mem-

branis velatur allium. ¶ 2. De pelle detracta animalibus, et arte polita in usum scribendi, aut pingendi, et compactos in volumen libros vestiendi, *pergamena, cartapecora*. *V.* PERGAMENUS. *Quintil.* 10. 3. 31. Scribi optime ceris, in quibus facillima est ratio delendi: nisi forte visus infirmior membranarum potius usum exiget: quæ ut juvant aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum, et cogitationis impetum frangunt. *Martial.* 14. 7. cujus lemma *Pugillares membranei*. Esse puta ceras, licet hæc membrana vocetur: Delebis, quoties scripta novare voles. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 21. 21. (85). In nuce inclusam Iliada Homeri carmen in membrana scriptum tradit Cicero. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 2. Sic raro scribis, ut toto non quater anno Membranam poscas. *Petron. Satyr.* 115. Membranæ ingenti versus ingerere. *Catull.* 22. 6. chartæ regiæ, novi libri, Novi umbilici, lora rubra membrana Directa plumbo, et pumice omnia æquata. *Tibull.* 3. 1. 9. Lutea sed niveum involvat membrana libellum. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (68). *de Parrhasio*. Multa graphidis vestigia exstant in tabulis ac membranis ejus, ex quibus proficere dicuntur artifices. *Cf. Sueton. Domit.* 10. Quod depictum orbem terræ in membranis, contionesque regum ac ducum ex Tito Livio circumferret. *Ammian.* 18. 6. Notarum figuris membrana scripta. Adde *Hieronym. Ep.* 43. ¶ 3. De qualibet superficie, membranæ modo contegente. *Lucret.* 4. 93. tenuis summi membrana coloris Quum jacitur, etc.

MEMBRĀNĀCĔUS *vel* membranacius, a, um, adject. (membrana) ad membranam pertinens, *membranoso*, ὑμενώδης. ¶ 1. Est membranâ constans. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 61. 81. (168). Vespertilio, cui membranaceæ pinnæ uni. *Inscript.* apud *Gruter.* 174. 7. LEGAVIT PYGILLARES MEMBRANACEOS OPERCVLIS EBOREIS. *Cassiod.* 2. *Hist. Eccl.* 16. Membranacei codices. ¶ 2. Item membranæ similis. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 31. 55. (126). Quibusdam cortex membranaceus, ut viti, arundini.

MEMBRĀNĀRĬUS, ii, m. 2. qui membranas parat. *Gloss. Philox.* Membranarius, διφθεροποιός. *Edict. Dioclet. p.* 20. Membranario in.... one pellis Pergamenæ.

MEMBRĀNĔUS, a, um, adject. (membrana) membranâ constans, membranaceus, *di membrana. Ulp. Dig.* 32. 50. Codices membranei, vel chartacei, vel eborei. *Martial.* 14. 7. *in lemmate*. Pugillares membranei.

MEMBRĀNŬLA, æ, f. 1. *deminut.* a membrana (*V.* et voc. seq.), parva membrana, *membranuzza*.

I.) Proprie. *Cels.* 8. 4. *ante med.* Ne quid ex ipsa membranula, quæ sub cute calvariam cingit, super os relinquatur. *periosteo*. et 7. 7. *n.* 13. *extr.* Membranula oculi. *Marcell. Empir. c.* 16. *p.* 108. *retro* ed. *Ald.* Ventriculi gallinacei membranula, qua sordes aqualiculi continentur. *Cels.* 7. 1. *et* 14. dixit *membranulas*, quas nunc anatomici *nervos* appellant, scil. ductus spirituum.

II.) Translate de scriptoriis et librariis. *Cic.* 4. *Att.* 4. Librariolis imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant. *h. e.* pergamenam, in qua librorum tituli inscribantur, et exterius pittacii modo affigantur. *Scævola Dig.* 32. 104. Quæ membranulis mea manu scriptis continebuntur.

MEMBRĀNŬLUM, i, n. 2. *deminut. a* membranum, membranula. *Apul.* 6. *Met.* Hirudinis tenue membranulum circumdedit.

MEMBRĀNUM, i, n. 2. *V.* MEMBRANA init.

MEMBRĀTIM, adverb. (membrum) per membra singula, μεληδόν (It. *a membro a membro*; Fr. *membre par membre, de membre en membre*; Hisp. *de miembro en miembro*; Germ. *von Glied zu Glied*; Angl. *limb by limb, in pieces, piecemeal*).

I.) Proprie. *Lucret.* 3. 527. sæpe hominem paullatim cernimus ire, Et membratim vitalem deperdere sensum. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 11. 67. (107). Nunc peractis malis, quæ membratim sentiuntur, dicemus de his, quæ totis corporibus grassantur. *in cuscu. membro*. Similiter *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *a med.* Nisi (ægrotus) sit ex superioribus ad inferiora membratim deductis manibus defricandus. Rursus *Plin.* 9. *Hist. nat.* 15. 18. (48). Thynni membratim cæsi, cervice et abdomine commendantur. *in pezzi*. et 28. *ibid.* 7. 20. (70). Divisi membratim abortus. *Ammian.* 19. 8. Membratim discerptus. *Id.* 31. 8. Lacerare aliquem membratim.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est singillatim, per partes. *Varro* 1. *R. R.* 22. 3. Membratim enumerare. *h. e.* singillatim. *Cic. Partit. orat.* 35. 121. Narratio accusatoris erit quasi membratim gesti negotii suspiciosa narratio. *Plin.* 12. *Hist. nat. præfat.* 1. (1). et 25. *ibid.* 11. 83. (132). Animalium naturæ generatim membratimque ita se habent. *in generale e in particolare*. ¶ 2. Speciatim de oratione usurpatur, et est incise, per brevia periodi membra. *Cic. Orat.* 63. 212. et 67. 223. Incisim membratimque dicere. *Quintil.* 9. 4. 126. Ubicumque aoriter erit et instanter pugnaciterque dicendum, membratim cæsimque dicemus. Adde *eumd. ibid.* § 127.

MEMBRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

MEMBRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Membratus*. — Occurrit passive tantum *membrari* et est per membra formari, διαρθρόομαι. *Censorin. de die nat.* 11. Quinque et triginta diebus infans membratur. *Dracont.* 2. 78. Qui nasci dignatus homo membratur in alvo. *Id.* 1. 262. Pennantur (*ova*) membrata globis, animantur, anhelant.

MEMBRŌSUS, a, um, adject. (membrum) magnis membris instructus: occurrit speciatim tantum pro eo, qui magno instructus est membro virili, Comp. *Membrosior* apud *Auct. Priap. mœcm.* Sed ruber hortorum custos membrosior æquo.

MEMBRUM, i, n. 2. pars corporis animalis, ut pes, manus, caput, aures, nasus etc. μέλος, κῶλον (It. *membro, parte*; Fr. *membre du corps*; Hisp. *miembro, parte del cuerpo*; Germ. *d. Glied des Körpers v. Menschen und Thieren*; Angl. *a member, limb*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 3. *Fin.* 5. 18. Jam membrorum, id est partium corporis, alia videntur propter eorum usum a natura esse donata, ut manus, crura, pedes *etc.*; alia quasi ad quemdam ornatum, ut cauda pavoni, plumæ versicolores columbis, viris mammæ atque barba. *Lucret.* 3. 475. Denique cur, hominem quum vini vis penetravit Acris et in venas discessit ditibus ardor, Consequitur gravitas membrorum? præpediuntur Crura vacillanti? tardescit lingua? etc. *Virg.* 9. *Æn.* 490. Quo sequar? aut quæ nunc artus avulsaque membra Et funus lacerum tellus habet? *Quintil.* 8. 3. 75. Ut medici abalienata morbis membra præcidant. *Id.* 2. 4. 6. Protinus omnibus membris expressus infans. *Sueton. Vesp.* 20. Statura fuit quadrata, compactis firmisque membris. *Id. Aug.* 72. Immanium belluarum ferarumque membra prægrandia. *Horat.* 2 *Sat.* 8. 86. Mazonomo pueri magno discerpta ferentes Membra gruis. *Ovid.* 15. *Met.* 383. Melliferarum aplum sine membris corpora nasci. — Sic de statuis et picturis. *Quintil.* 2. 1. 12. Statuæ membra. *Id.* 7. *proœm.* 2. Neque enim, quamquam fusis omnibus membris, statua sit, nisi collocetur *Id.* 12. 10. 5. Plus membris corporis (*Zeuxis*) dedit. *et* 11. 3. 46. Sine quo, qui singulis pinxerunt coloribus, ne membris quidem suas lineas dedissent. — In quo membra differant ab artubus, *V.* in fin. hujus voc. — Sæpissime *membra* pro toto corpore usurpantur. *Plaut. Amph.* 5. 1. 66. Mihi horror misero membra percipit dictis tuis. *Ter. Adelph.* 4. 4. 3. Membra metu debilia sunt: animus timore obstupuit. *Virg.* 6. *Æn.* 642. in gramineis exercent membra palæstris. *et* 4. *G.* 438. defessa membra componere. *coricarsi, adagiarsi. Horat.* 1. *Od.* 1. 21. nunc viridi membra sub arbuto Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ. *Id.* 2. *Sat.* 2. 81. dare membra sopori. *Ovid.* 3. *Amor.* 7. 78. ponere membra toro. *Sil. It.* 7. 287. erigere membra cubili. *Id.* 1. 307. Concidit exacti medius per viscera teli; Effusisque simul præruptо ex aggere membris etc. ¶ 2. Δι' ἀντονομασίαν *membrum* ponitur pro mentula. *Auct. Priap.* 70. 17. Hujus et Alcinoi mirata est filia membrum. ¶ 3. *Membrum genitale* dicitur etiam unus e testiculis *Colum.* 7. *R. R.* 11. 2. Mediam cutem, quæ intervenit duobus membris genitalibus, rescindito. *h. e.* duobus testiculis.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim *membra* transferuntur ad significandas partes cujusque rei: sic — *a*) Membra dicuntur partes domus, navis, vel alius physicæ rei. *Cic.* 3 *ad Q. fr.* 1. 1. Nec habere poterat adjuncta cubicula et ejusmodi membra. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 1. *de villa*. Modus autem membrorumque numerus aptetur universo consepto. *Plin.* 2. *Ep.* 17. Adhæret dormitorium membrum, transitu interjacente etc. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 12. Parcite quassatæ solvere membra ratis. *Pallad.* 1. *R. R.* 35. *sub fin.* Totius vineæ membra. *h. e.* vites. *Ammian.* 15. 7. Vulgus omne, paullo ante confertum, per varia urbis membra diffusum evanuit. *per vari luoghi o parti della città*. Sic *Id.* 20. 6. Membra oppidi. *Sueton. Aug.* 48. Reges socios non aliter universos, quam membra partesque imperii, curæ habuit. Cf. *Ammian.* 18. 5. Membra reipublicæ. *et* 25. 9. civitatis. — *b*) De abstractis et præcipue de scientiis. *Cic.* 1. *Nat. D.* 4. 9. Omnes philosophiæ partes atque omnia membra tum facillime noscuntur, quum etc. *Colum.* 10. *R. R. proœm. sub fin.* Multa sunt ejus quasi membra, de quibus aliquid possumus effari. *le parti di questo trattato*. Sic *Quintil.* 2. 10. 1. Majorum (*operum*) quasi membra atque partes. Adde *Ammian.* 16. 5. — *c*) Poetica sunt illa *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 47. Ponticus heroo, Bassus quoque clarus iambo. Dulcia convictus membra fuere mei. et *Sil. It.* 2. 309. Respice — Ægates Libyæque procul fluitantia membra. *h. e.* Pœnos in classe militantes post acceptam ad Ægates insulas cladem. ¶ 2. Speciatim de parte orationis, seu periodi longiore: nam brevior *incisum* dicitur. *Cic.* 4. *Herenn.* 19. 27. Membrum orationis appellatur res breviter absoluta, sine totius sententiæ demonstratione: quæ denuo alio membro orationis excipitur. *Id. Orat.* 62. 223. *et* 66. 223. Quæ Græci κόμματα et κῶλα nominant, nos recte incisa et membra dicimus. *Id.* 3. *Orat.* 49. 190. Sæpe carpenda membris minutioribus oratio est: quæ tamen ipsa membra sunt numeris vincienda. *Quintil.* 9. 4. 123. Membrum est sensus numeris conclusus, sed a toto corpore abruptus et per se nihil efficiens. Adde *eumd.* 9. 4. 22. et alibi.

Homonym. Differunt *membra* ab *artubus*, qui proprie commissuram nexumque membrorum significant; vel sunt ossa cum nervis: membra vero carnes, quibus artus conteguntur. *Plaut. Men.* 5. 2. 102. Ut ego hujus membra, atque ossa, atque artus comminuam illo scipione. *Virg.* 5. *Æn.* 422. Et magnos membrorum artus. Promiscue tamen aliquando usurpantur. *Ovid.* 1. *Amor.* 7. 53. Exanimes artus et membra trementia vidi. *V.* ARTUS. — Differunt præterea ipso usu, quia *membra* transferuntur ad significandas partes domus, navis etc., *artus* non item.

MEMECŸLON. *V.* MIMÆCYLON.

MĔMET. *V.* EGO.

MĔMĬNENS, entis. *V.* voc. seq. sub I. *l.*

MĔMĪNI, isti, isse, defect. 3. Pro præsenti et imperfecto in omnibus modis habet præterita, quæ, ut in *novi, odi, cœpi*, pro præsentibus ponuntur et explicantur. — Part. *Meminens* in fin. — Ratione habita etymi, volunt esse ab obsoleto *meno*, quod a μνάω, geminatione primæ syllabæ: certe est ab etymo *men*, a quo et *mens*: et *meminisse* est recordari, memoria tenere, in memoriam redire, et, ut ait *Seneca Ep.* 33. *a med.*, rem commissam memoria custodire, μέμνημαι (It. *ricordarsi, rammentarsi*; Fr. *se souvenir, se rappeler*; Hisp. *recordar, traer á la memoria, recapacitar la memoria*; Germ. *sich erinnern, gedenken, eingedenk sein, an etwas denken, nicht vergessen, sich an etwas erinnern, wohl wissen*; Angl. *to remember, keep in mind, call to recollection, recollect*).

I.) Proprie occurrit — *a*) Cum Genitivo. *Ter. Eun.* 4. 7. 31. Faciam, ut hujus loci dieique meique semper memineris. *Cic.* 13. *Fam.* 75. Minus videbor meminisse constantiæ tuæ. *Liv.* 3. 61. Adsuefecerat sibi potius fidere, quam meminisse ignominiæ decemvirorum ductu acceptæ. *Justin.* 11. 5. 9. Nec belli periculorumque, sed divitiarum meminerant. Cf. *Virg.* 3. *Æn.* 201. Ipse diem noctemque negat discernere cælo, Nec meminisse viæ media Palinurus in unda. *Val. Flacc.* 1. 773. meminit patrui leti. *non si dimentico di vendicare la*

morte del genitore. — Similiter cum Genitivo personæ, ut *Ter.* loc. cit. *Cic.* 5. *Fin.* 1. 3. Vivorum memini: nec tamen Epicuri licet oblivisci. *Id.* 4. *Verr.* 54. 136. Ac non solum erat administer istius cupiditatum; verum etiam ipse sui memineratæque. *et* 15. *Fam.* 17. *extr.* Et amabo te, quum dabis posthac aliquid domum litterarum, mei memineris. — *b*) Cum Accusativo rei. *Plaut. Merc.* 5. 4. 51. Suam quisque homo rem meminit. γνώμη. *Id. Truc.* 3. 2. 71. Is est bonos homini pudico, meminisse officium suum. *Ter. Phorm.* 2. 3. 41. Si meministi id quod olim dictum 'st, subjice. *Cic.* 6. *de republ.* 10. Quum omnia ejus non facta solum, sed etiam dicta meminisset. *Id. Planc.* 33. 80. Qui patriæ beneficia meminerunt. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 33. 106. Omnia meminit Scyron Epicuri dogmata. *Virg.* 9. *Ecl.* 45. numeros memini, si verba tenerem. Adde *Accium, Turpilium, Varron.* et *al.* apud *Non. p.* 500. 6. *Merc.*; *Nepot. Att.* 11.; et *Ovid. Heroid.* 15. 43. — Similiter cum Accusativo personæ, sed tunc Infinitum aliquod subintelligendum videtur, præcipue si personæ nomini adjectivum accedat, ut apud *Plaut. Truc.* 2. 1. 10. Nos divitem eum meminimus, atque iste pauperes nos. *h. e.* fuisse. Sic *Cic.* 5. *Verr.* 82. 190. Itaque hoc est, quod multi fortasse fecerunt: et ita multi, ut ii, quos innocentissimos meminimus, aut audivimus, non fecerint. *Id.* 5. *Phil.* 6. 17. Cinnam memini, vidi Sullam. *h. e.* memini me vidisse ac novisse Cinnam, *fui contemporaneo.* Sic *Id. Amic.* 2. 9. Memineram Paulum, videram Gallum. *Id.* 3. *Orat.* 50. 194. Antipater ille Sidonius, quem tu probe meministi. *et* 2. *Fin.* 20. 63. L. Thorius Balbus fuit, Lanuvinus; quem meminisse tu non potes. Cf. *Ovid.* 3. *Met.* 444. Ecquem, quum vestræ tot agantur sæcula vitæ, Qui sic tabuerit, longo meminisse in ævo? — *c*) Cum Ablativo et præpos. *de. Plaut. Asin.* 5. 2. 84. De palla memento, amabo. *Cic.* 15. *Att.* 27. *extr.* De Herode et Mettio meminero, et de omnibus, quæ te velle suspicabor modo. *avrò memoria.* — *d*) Sequente propositione relativa. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 6. Qui habent, meminerint sese unde oriundi sient. *Cic. Amic.* 1. 2. Meministi, quanta hominum esset admiratio. *Phædr.* 5. 7. Ludis, non satis memini, quibus. *et* 3. 2. Memini, qui panem dederit. — *e*) Sequente part. *ut. Ter. Phorm.* 1. 4. 47. Meministin', olim ut fuerit vestra oratio? *Horat. Epod.* 10. 3. Ut horridis utrumque verberet latus Auster, memento, fluctibus. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 55. Meminisse autem oportebit, ut per hos et Augusti mensis dies - frondem pecudibus cædamus. *et* 8. *ibid.* 17. 6. Verum meminisse oportebit, ut rivis - præfigantur æneiframinibus exiguis cancelli. Sic cum part. *ut* et *ne, Marcell. Empir. c.* 15. *p.* 107. ed. *Ald.* Chartam lino colligabis colloque suspendes, memineris que, ut mundus hæc facias, et ne tertia manu scriptura tangatur. — *f*) Sequente part. *quum. Cic.* 7. *Fam.* 38. Memini, quum mihi desipere videbare. — *g*) Cum Infinito: et quidem — Cum Infinito præsenti, etiamsi de re præterita sermo sit. *Ter. Andr.* 2. 5. 17. Ego iliam vidi virginem: forma bona memini videre. Adde *Plaut. Epid.* 4. 1. 13. Similiter *Cic.* 9. *Fam.* 16.8. Memini, te mihi Phameæ cœnam narrare. *mi ricordo, che tu mi raccontavi.* et *Dejot.* 14. 38. Memini, iisdem fere verbis ad me te scribere. *Id.* 3. *Fam.* 8. Non meminisse, ullum tempus laudandi, aut locum dari. *h. e.* datum esse. *Id.* 1. *Legg.* 4. 13. Et a primo tempore ætatis juri studere te memini, quum ipse etiam ad Scævolam ventitarem *Virg.* 9. *Ecl.* 52. sæpe ego longos Cantando puerum memini me condere soles. — Cum Infinito præteriti. *Cic.* 13. *Fam.* 72. Peto, ut memineris, te omnia mihi cumulate recepisse. *Id. Rosc. Am.* 42. 112. Meministis, me ita distribuisse initio causam etc. *Id.* 2. *Fam.* 16. 3. Memini in hoc genere gloriari solitum esse familiarem nostrum, Q. Hortensium, quod numquam bello civili interfuisset. *Virg.* 4. *G.* 125. memini - Corycium vidisse senem. *Liv.* 34. 36. Solos (*Ætolos*) obtrectasse gloriæ suæ, quum liberaret Græciam, meminerat. *Sueton. Domit.* 12. Interfuisse me adolescentulum memini, quum etc. *Plin.* 3. *Ep.* 18. Me recitasse memini. — Imperativus modus verbi *memini* occurrit cum Infinito præsentis temporis, ut apud *Plaut. Epid.* 5. 1. 51. Memento mihi suppetias ferre. *Sueton. Cal.* 29. Memento, omnia mihi licere. *Id. Gramm.* 10. Hylen nostram aliis memento commendare. *Cic.* 2. *Cat.* 3. 5. Mementote, non tam exercitum illum esse nobis, quam hos, qui exercitum deseruerunt, pertimescendos. — Ceterum Imperativus modus sequentibus etiam formis effertur. *Plaut. Curc.* 1. 3. 54. Facito, ut memineris. *Id. Stich.* 1. 1. 46.; et *Ter. Heaut.* 3. 2. 39. Fac, memineris. Sic *Sall. Cat.* 45. Fac, cogites, in quanta calamitate sis; et memineris, te virum esse. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 25. 56. (214). Legentes tantum meminerint, brevitatis gratia, quum Attica nominata fuerit, simul intelligere Cycladas insulas. — *h*) Absolute. *Cic. Mur.* 20. 42. Cui placet, oblivisci tur: cui dolet, meminit. *Forcellinus* addit etiam illud *ejusd. pro leg. Manil.* 16. 47. Quam (*felicitatem*) præstare ne se ipso nemo potest, meminisse et commemorare de altero possumus. Ceterum *Phædr.* 4. *in fin.* Pulcre meminero. — Sæpius in responsionibus. *Plaut. Pers.* 2. 1. 8. Potin'ut taceas? potin'ne moneas? memini et scio et calleo. *Ter. Andr.* 5. 6. 12. CH. Tuus est nunc Chremes: facturum, quæ voles, scio esse omnia. PAM. Memini: atque adeo longum 'st, nos illum exspectare dum exeat. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 67. Certe nescio quid secreto velle loqui te Ajebas mecum. - Memini bene, sed meliori Tempore dicam. — A Poetis non raro interseritur ad animi motum significandum. *Ovid.* 5. *Met.* 585. Lassa revertebar (memini) Stymphalide silvâ. *Id.* 15. *ibid.* 160. Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli Panthoides Euphorbus eram. *et* 3. *Fast.* 473. Dicebam (memini) perjure et perfide Theseu. Adde *Tibull.* 1. 3. 25. — *i*) *Meminisse* substantivi modo de ipsa memoria. *Lucret.* 4. 766. Præterea meminisse jacet languetque sopore. — *l*) *Meminens, entis,* est Particip. exigui usus. *Livius Andronicus* apud *Priscian.* 11. *p.* 922. *Putsch.* Meminens Varro corde volutat. *Auson. Profess.* 2. 4. Vivis adhuc ævi, quod periit, meminens. *Sidon.* 2. *Ep.* 10. *ad fin.* Sisque oppido meminens, quod etc. *Id.* 4. *Ep.* 12. Naturæ meminens et professionis oblitus. Ad de *eumd. ibid. Ep.* 3. *ad fin.* et 6. *Ep.* 3. et 7. *Ep.* 6.

II.) Translate. ¶ 1. Significat mentionem facere, commemorare, *far menzione;* metonymia. *Cic.* 2. *Phil.* 36. 91. Meministi ipse de exsulibus: scis, de immunitate quid dixeris. *Quintil.* 11. 2. 16. Neque omnino hujus rei meminit usquam poeta ipse. *Sueton. Cæs.* 9. Meminerunt hujus conjurationis Tanusius Geminus in historia, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in orationibus. — Huc referri potest et singulare illud *Apul.* 9. *Met.* Nam ipse gratas gratias asino meo memini, quod me suo celatum tegmine - multiscium reddidit. *h. e.* gratias verbis ago, scil. fateor me multum debere asino meo. ¶ 2. Transfertur ad res inanimas. *Lucret.* 4. 152. Nam neque, uti vestem, potis est transire, neque autem Scindi; quam meminit levor præstare salutem. *Lucan.* 5. 108. dedit ille minas impellere belli, Ut Salamiacum meminit mare.

MEMNÓNIA, æ, *f.* 1. gemma est, de qua hæc *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 63. (173). Memnonia qualis sit non traditur. *Al. leg.* Mennonia, *al.* Menonia.

MEMNÓNIDES, um, f. plur. 3. aves Memnonis, de quibus *V.* in v. MELEAGRIDES *Plin.* 10. *Hist. nat.* 26. 37. (71).; et *Ovid.* 13. *Met.* 619.

MĔMOR, ŏris, adject. (memini). *Hic* et *hæc memoris* et *hoc memore* ab antiquis proferebatur, in quo testis est *Caper,* antiquitatis doctissimus inquisitor, inquit *Priscian.* 7. *p.* 772. *Putsch.* — *Id. Priscian.* 6. *p.* 699. testatur habuisse Comparativum *Memorior.* — Memor est qui meminit, animo retinens, non oblitus, *μνήμων* (It. *ricordevole, memore;* Fr. *qui se souvient, qui se rappelle;* Hisp. *que se recorda, que trae á la memoria;* Germ. *eingedenk, sich einer Sache erinnernd;* Angl. *minaful, remembering*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim usurpatur. — 1.*) De hominibus, et raro admodum de brutis animalibus; et quidem — *a*) Cum Genitivo rei, cujus quis meminit. *Ter. Andr.* 1. 5. 46. Unum hoc scio, hanc meritam esse, ut memor esses sui. *ella fu tale, da meritare che tu ti ricordi di lei.* Cf. *Virg.* 6. *Æn.* 664. Quique sui memores alios fecere merendo. *Horat.* 3. *Od.* 27. 13. Sis licet felix ubicumque mavis, Et memor nostri, Galatea, vivas. *Cæs.* 1. *B. C.* 13. *extr.* Se eorum facti memorem fore pollicetur. *Sall. Cat.* 61. Audacius aggrediminimemores pristinæ virtutis. Sic *Nepos Hann.* 12. Memor pristinarum virtutum. *Id. Att.* 16. officii. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 8. 21. Gratum ac memorem esse beneficii. *Liv.* 2. 47. Memor pugnæ. *et* 26. 8. rei. *Ovid.* 11. *Met.* 380. admissi. *Sueton. Galb.* 4. sacrificii. *Id. Vesp.* 14. offensarum. — De brutis. *Virg.* 4. *G.* 156. Venturæque hiemis memores (*apes*), æstate laborem Experiuntur et in medium quæsita reponunt. *Id.* 12. *Æn.* 533. hunc crebro super unguia pulsu Incita, nec domini memorum procurrat equorum. *ubi nota* Genit. plur. num. — *b*) Sequente Relativo. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 97. Vive memor, quam sis ævi brevis. *Quintil.* 11. 2. 13. Memor, quo ordine quisque discubuerat. *Val. Flacc.* 4. 396. Nec, qua valle, memor, nec, quo se vertice sistat. — *c*) Cum Infinito. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 3. 7. (25). Memor Lucullum periisse. *Sueton. Aug.* 28. De reddenda republica cogitavit: primo post oppressum statim Antonium, memor objectum ab eo sibi sæpius, quasi per ipsum staret ne redderetur. — *d*) Absolute. *Ter. Adelph.* 2. 2. 43.; et *Cic.* 13. *Fam.* 25. Memorem et gratum esse. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 24. Malo præsens observantia, indulgentia, assiduitate memorem me tibi probare. *Quintil.* 4. 2. 91. Mendacem memorem esse oportet. *proverb.*, de quo *V.* in MENDAX I. — 2.*) De abstractis et aliis, quæ præcipue ad hominem referuntur: hæc *Forcellinus* inter translata recensuit. *Lucret.* 2. 582. memori mandatum mente tenere. *Ovid. Heroid.* 13. 66. Signatum memori pectore nomen habe. *et ibid.* 20. 98. Et vocem memori condidit aure tuam. *Id.* 3. *Amor.* 14. 41. Sit modo, non feci, dicere lingua memor. *Id.* 3. *Trist.* 12. 48. memori rumorem voce referre. *Id.* 1. *Pont.* 4. 56. Turaque diis memori debita ferre manu. *Id.* 4. *ibid.* 2. 7. Carmina non data sunt memorem testantia curam. *Virg.* 1. *Æn.* 8.; et *Ovid. Heroid.* 21. 9.; *Liv.* 9. 29.; et *Sil. It.* 13. 71. Memor ira. *Sil. It.* 3. 65. amor. — Et cum Genitivo. *Tibull.* 3. 2. 25. Et nostri memores lacrimæ fundantur eodem. *Liv.* 3. 36. Si quis memorem libertatis vocem aut in senatu, aut in populo misisset. *Id. ibid.* 69. T. Quinctium orationem memoremm majestatis Patrum, concordiæque ordinum et temporum in primis habuisse. Cf. *eumd.* 4. 48. Et *Id.* 7. 31. At preces Campanorum, responsum senatus amicitiæ Samnitium memor, deditionem postremo factam, Samnitibus exponerent. *Id.* 1. 28. Primum ultimumque illud supplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit. *in cui si dimenticarono, si obliarono le leggi della umanità.* et *Id. ibid.* 32. Medium erat in Anco ingenium, et Numæ et Romuli memor. *h. e.* particeps. metonymia. Possis etiam interpretari, medium ingenium, quod et Numam et Romulum in memoriam revocabat; atque ita hunc locum ad inferiorem n. II. transferre. — Tribuitur et rebus inanimis. *Horat.* 3. *Od.* 14. 18. Et cadum Marsi memorem duelli. *h. e.* qui bello Marsico repostus fuit, atque adeo ejus meminisse potest. ¶ 2. Speciatim de eo, qui memoriæ facultate pollet, *che ha buona memoria. Cic.* 3. *Orat.* 50. 194. Tantumque hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio, ut etc. *Id.* 3. *Herenn.* 16. 29. Quare et illis, qui naturâ memores sunt, utilis hæc erit institutio. *Id. Brut.* 88. 302. Hortensius memor et (*Orellius* de hac lectione dubitat; an pro *et* legendum *eorum*?) quæ essent dicta contra, quæque ipse dixisset. *Paullo ante dixerat* § 301. Primum memoria tanta, quantam in nullo cognovisse me arbitror, ut etc. Hoc adjumento ille tanto sic utebatur, ut sua et commentata et scripta, ea, nullo referente, omnia adversariorum dicta meminisset.

II.) Translate usurpatur de iis, quæ in memoriam nos reducunt alicujus rei, seu quæ cujuspiam rei memoriam servant. *Horat.* 1. *Od.* 13. 12. puer furens Impressit memorem dente labris notam. *Id.* 3. *ibid.* 11. 51. nostri memorem sepulcro Scalpe querelam. *Val. Flacc.* 4. 314. sic et memori noscere sepulcro. Rursus *Horat.* 4. *Od.* 14. 1. Quæ cura patrum quæve Quiritium Plenis honorum mu-

neribus tuas, Auguste, virtutes in ævum Per titulos memoresque fastos Æternet? *Ovid.* 8. *Met.* 744. Tabellæ memores. *Id.* 2. *Pont.* 7. 33. Perscribere aliquid memori versu. *Id.* 4. *Met.* 190. Exigit indicii memorem Cythereia pœnam. — In multis votivis lapidib., qui in v. MINERVA in ONOM. indicantur, *memor* epitheton Minervæ est. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MĔMŌRĀBĬLIS, e, adject. (memoro). Comp. *Memorabilior* sub *A.* — Memorabilis est memorari dignus; et quidem — *a*) Raro admodum est simpliciter dici dignus, vel qui dici potest, *da dirsi. Plaut. Curc.* 1. 1. 8. Istuc quidem nec bellum est, nec memorabile. *Ter. Andr.* 4. 1. 1. Hoccine credibile est, aut memorabile, tanta vecordia innata cuiquam, ut siet etc. — *b*) Sæpe est memorandus, commemorabilis, memoria et laude dignus, *memorabile*, ἀξιομνημόνευτος, λόγιμος. *Ter. Heaut.* 2. 3. 73. Facinus magnum et memorabile. Sic *Sall. Jug.* 81. Egregium atque memorabile facinus. *Cic.* 13. *Phil.* 19. 44. Cujus memorabilis ac divina virtus lucem affert reipublicæ. *Id.* 2. *ad Brut.* 7. Res a te gesta memorabilis et pæne cælestis. *Id. Amic.* 1. 4. Maxime memorabilis Lælii et Scipionis familiaritas. *Liv.* 38. 53. Vir memorabilis, bellicis tamen magis, quam pacis artibus: memorabilior prima pars vitæ, quam postrema fuit. *Virg.* 3. *Æn.* 583. namque etsi nullum memorabile nomen Feminea in pœna est, nec habet victoria laudem, etc. *Ovid.* 4. *Met.* 416. Tum vero totis Bacchi memorabile Thebis Numen erat. *Colum.* 1. *R. R.* 1. 4. Multos memorabiles auctores comperi persuasum habere etc. *Sil. It.* 11. 172. Memorabile letum. *Sueton. Tib.* 8. Memorabilis vox. *Id. Cal.* 31.; et *Justin.* 2. 7. 5. Hujus viri inter multa egregia illud memorabile fuit. Adde *Justin.* 1. 8. 12. Sic *Plin.* 9. *Hist. nat.* 60. 86. (183). Multo memorabilius dixerim id, cujus etc. *Tibull.* 2. 1. 57. Huic datus a pleno memorabile munus ovili Dux pecoris hircus.

MĔMŌRĀCŬLUM, i, n. 2. memoria, monumentum. *Apul. de Mag.* Dixi, me sanctissime tot sacrorum signa et memoracula custodire. *Id. paullo ante* de iisdem hæc habet: Eorum quædam signa et monumenta tradita mihi ex sacerdotibus sedulo conservo.

MĔMŌRĀLIS, e. *V.* MEMORIALIS.

MĔMŌRĀLĬTER, adverb. (memoralis) in modum memorabilem, *memorabilmente. Fenant.* 5. *carm.* 5. 147. Annuat Omnipotens, longæ memoraliter ævo, Ut tu laus illi, laus sit et ille tibi. Adde *eumd. ibid.* 4. 20.

MĔMŌRĀLĬUS, ii. m. 2. (memoralis) qui memorialia scribit, notarius. *Gloss. Philox.* Ὑπομνηματογράφος, actuarius, memoralius.

MĔMŌRANDUS, a, um. *V.* MEMORO.

MĔMŌRĀTIM, adverb. memoriter, memorando. Affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Diomed.* 1. p. 402. *Putsch.* Rectius vero *Keil.* pro *memoratim* habet *membratim.*

MĔMŌRĀTĬO, ōnis, f. 3. (memoro) memorandi actus, commemoratio, *commemorazione. Corn. Gal.* 1. 291. Dura satis miseris memoratio prisca bonorum. Sic *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 5. *in fin.* Semper enim memorationæ passionum tristes ac mœsti necessario fient ægrotantes. *Id.* 5. *ibid.* 2. *fin.* Specialiter autem veterum pertransiendo errores, vanum puto atque prolixum quod de podagricis scripserunt —, quum sufficiat communis materiarum memoratio suprascripta. *h. e.* mentio. Sic confirmatur lectio apud *Arnob.* 3. 40. Penates deos Consentes et Complices Etrusci ajunt et nominant, quod una oriantur et occidant una, et totidem feminas nominibus ignotis et memorationis parcissimæ. *h. e.* quorum nulla, vel parva mentio apud Etruscos in precibus et sacrificiis erat. Ita cum *Ursino* legit *Schelung*; vulgati libri *miserationis* exhibent. Sic apud *Charis.* 2. p. 264. *Keil.* in allato *Ciceronis* loco *Rosc. Am.* 8. 21. pro *mentio* legitur *memoratio* (in edit. autem *Putsch.* leg. *commemoratio*).

MĔMŌRĀTĪVUS, a, um, adject. (memoro) qui memorat, *memorativo. Priscian.* 14. p. 996. *Putsch. De* non solum τὸ ἅπαξ significat, sed etiam τὸ περὶ memorativum, ut de partibus orationis. Cf. *eumd. ibid.* p. 978. Περὶ pro *circum* et *circa* et *erga* et *de* et *super*, quando memoriæ est, ponitur.

MĔMŌRĀTOR, ōris, m. 3. qui memorat. *Propert.* 3. 1. 33. Nec non ille tui casus memorator Homerus.

MĔMŌRĀTRIX, icis, f. 3. quæ memorat. *Val. Flacc.* 6. 142. Eoæ memoratrix tibia pugnæ.

MĔMŌRĀTUS, a, um. *V.* MEMORO.

MĔMŌRĀTUS, us, m. 4. (memoro) memoratio. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 28. Istæc lepida sunt memoratui. *Id. Cist.* 2. 1. 15. Est ne hoc miserum memoratu! *Plin.* 3. *Hist. nat.* 10. 15. (95). Flumen memoratu dignum. *Tac.* 4. *Ann.* 32. Parva, et levia memoratu. *Id.* 2. *Hist.* 73. Vix credibile memoratu est. *Gell.* 19. 11 Qui (*versus*) quoniam mihi quidem visi sunt non esse memoratu indigni, subdidi.

MĔMŌRE, adverb. (memor) memoriter. *Pomponius* apud *Non.* p. 514. 23. *Merc.* et apud *Priscian.* 15. p. 1014. *Putsch.* Quum istæc memore meministi.

MĔMŌRĬA, æ, f. 1. (memor) facultas mentis, qua res apprehendimus et retinemus, seu qua res a nobis perceptas atque apprehensas, quamquam præteritas et absentes, revocamus; item ipsa recordatio, quæ vi ejus facultatis fit, μνήμη (It. *memoria, rimembranza, ricordanza*; Fr. *la mémoire, la faculté de se souvenir, action de se rappeler quelque chose, souvenir, ressouvenir, souvenance, réminiscence*; Hisp. *memoria, acuerdo, accion de la memoria*; Germ. *d. Gedächtniss, d. Erinnerung, d. Andenken*; Angl. *memory, remembrance, recollection*).

I.) Proprie. ¶ 1. Memoria est facultas mentis, qua res apprehendimus et retinemus, seu qua res a nobis perceptas et apprehensas, quamquam præteritas et absentes, revocamus. *Cic.* 2. *Invent.* 53. 160. Memoria est, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt. *Quintil.* 1. 3. 1. Memoriæ duplex virtus, facile percipere et fideliter continere. *Cic.* 1. *Invent.* 7. 9. Memoria est firma animi rerum ac verborum ad inventionem perceptio. *Id.* 1. *Orat.* 5. 18. Quid dicam de thesauro rerum omnium, memoria? quæ nisi custos inventis cogitatisque rebus et verbis adhibeatur, intelligimus, omnia, etiamsi præclarissima fuerint in oratore, peritura. *Seneca* 1. *Controv. præf. sub init.* Memoria, res ex omnibus partibus animi delicata et fragilis. *Cic. Brut.* 88. 301. Hortensius memoria tanta fuit, ut quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet, quibus cogitavisset. *Id.* 8. *Att.* 4. Memoria bona. *Quintil.* 1. 1. 19. tenacissima. *Tac.* 3. *Ann.* 48. læta. *Id.* 4. *ibid.* 34. egregia. *Sueton. Tit.* 3. singularis. *Plin.* 2. *Ep.* 3. incredibilis. *Quintil.* 11. 2. 4. prævelox. *Petron. fragm. Tragur.* 4. *Burmann. a med.* mala. *Quintil.* 11. 2. 48. naturâ durior. *et* 11. 2. 4. tardior aut firmior. *et* 11. 2. 49. infirma. *et* 11. 2. 42. minime fidelis. *Cic. Senect.* 11. 38. Exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die egerim, commemoro vesperi. *Quintil.* 1. 8. 14. Memoriam agitare. *h. e.* exercere. *Cic.* 2. *Divinat.* 71. 146. Memoria complecti aliquid. *mettersi a memoria. et* 1. *Orat.* 34. 154. comprehendere. *Liv.* 3. 71. Memoriæ aliquid infigere. *Cic. Quinct.* 6. 24. Quæso, ut eum diem memoriæ mandetis. Et cum Infinito *Id.* 6. *Fam.* 13. Quare mihi crede et memoriæ manda me tibi id affirmasse, te in istis molestiis diutius non futurum. *Id.* 1. *Orat.* 28. 127. Percipere animo et memoria custodire. *Id.* 2. *ibid.* 28. 122. Hoc in memoria mea penitus insedit. *Ter. Andr.* 1. 1. 13. Habere in memoria. *Cic. Sull.* 13. 37. Hoc est mihi in memoria. *Id.* 13. *Att.* 31. *ad fin.* Ut mea memoria est. *per quanto mi ricordo. Id. Senect.* 4. 12. et 2. *Orat.* 86. 354.; *Cæs.* 1. *B. G.* 14.; et *Sueton. Rhet.* 2. Memoria tenere aliquid. Et cum Infinito *Cic.* 3. *Cat.* 8. 19., 3. *Orat.* 3. 9. et 4. *Fam.* 3. Te autem ab initio ætatis memoria teneo summe omnium doctrinarum studiosum fuisse, omniaque, quæ *etc.* didicisse. *Quintil.* 9. 4. 125. Memoria aliquid continere. *Nepos Att.* 11. Memoria immortali retinere beneficia. *Cic.* 5. *Fam.* 16. Memoria repetere eventus aliorum. *Id.* 3. *Cat.* 6. 13. Et quoniam nondum est perscriptum senatusconsultum, ex memoria vobis, quid senatus censuerit, exponam. *a memoria, a mente. Id. Sull.* 6. 18. Deponere aliquid ex memoria. *dimenticare. Liv.* 26. 13. Jam e memoria excesserat, quo tempore et in qua fortuna a populo Romano defecerimus? *Plaut. Bacch.* 1. 1. 2. Ubi me fugiet memoria, ibi tu facito, ut subvenias. *Liv.* 9. 44. Memoria fugit in annalibus digerendis. *Quintil.* 4. 5. 3. Hoc fugit memoriam meam. *Colum.* 12. *R. R.* 52. 8. Et si qua sunt alia, quæ nunc memoriam meam refugiunt. *Cic.* 13. *Phil.* 5. 11. Sunt alii plures fortasse: sed mea memoria dilabuntur. *Quintil.* 11. 3. 27. Si memoria fefellerit. *tradisse. et Plin.* 10. *Hist. nat.* 42. 59. (118). Nisi subinde eadem audiant, memoria falluntur. *Cic.* 12. *Att.* 1. Memoria vacillare. *Colum.* 7. *R. R.* 9. 12. defici. *mancar di memoria. Cic. Senect.* 7. 21. Nec sepulcra legens vereor, quod ajunt, ne memoriam perdam. *Sueton. Gramm.* 9. Vixit (*Orbilius*) prope ad centesimum ætatis annum, amissa jampridem memoria. Joculariter *Plaut. Trin.* 4. 3. 10. Tribusne te poteriis memoriæ esse oblitum? *Al. leg.* memoria. — Singularis memoriæ exempla habes apud *Senec.* 1. *Controv. præf. sub init., Augustin.* 4. *Anim.* 7., et *Muret.* l. 3. *variar. lection.* c. 1. — *Memoriam* veluti personam repræsentat *Afranius* apud *Gell.* 13. 8. Usus me genuit, mater peperit Memoria. Sophiam vocant me Graji, vos Sapientiam. *V.* hac de re plura apud *Gell. loc. cit.* ¶ 2. Item est actus ipsius memoriæ, ipsa recordatio, quæ vi ejus facultatis fit. *Cic. Brut.* 2. 9. Quorum memoria et recordatio in maximis nostris gravissimisque curis jucunda sane fuit. *Id.* 2. *Orat.* 2. 8. Tenere vivam alicujus memoriam. *Id. Brut.* 93. 322. tenere rerum Romanarum. *et Dejot.* 7. 20. repetere temporis. *rinandare. et* 4. *Fam.* 13. *extr.* conservare beneficiorum. *Id.* 5. *Fin.* 1. 2. Hæc res affert mihi memoriam Platonis. *mi fa sovvenire. et Quintil.* 11. 2. 19. Reponere excidentes in memoriam. *V.* EXCIDO. *Cic. Senect.* 7. 21. His ipsis (*sepulcris*) legendis recèo in memoriam mortuorum. *torno a ricordarmi, richiamo alla memoria. et Id.* 1. *Fam.* 9. *ante med.* Quid sibi is de me recepisset, in memoriam redegit. *gli ridusse alla memoria, gli ricordò, gli fe' sovvenire. et* 1. *Invent.* 52. 98. Oportebit — reducere in memoriam, quibus rationibus unamquamque partem confirmaris. *et Plin.* 3. *Ep.* 10. In memoriam gravissimi luctus aliquem reducere. *Justin.* 1. 5. 3. Admiratus constantiam, in memoriam somnii responsique revocatur. Sic *Id.* 7. 1. 8. Revocatusque in memoriam oraculi, quo jussus erat etc. *Cic.* 3. *Herenn.* 16. 29. Habere memoriam alicujus rei. *ricordarsi. et Liv.* 4. 21. Pestilentior inde annus — tantum metum vastitatis in urbe agrisque fecit, ut non modo prædandi causa quisquam ex agro Romaco non exiret, bellive inferendi memoria patribus aut plebi esset; sed etc. *nè i padri, nè la plebe si ricordarono o pensarono di far guerra.* Rursus *Cic.* 1. *Invent.* 52. 100. Ex unaquaque argumentatione (*in enumeratione*) id eligatur, quod erit gravissimum, et unumquodque quam brevissime transeatur; ut memoria, non oratio renovata videatur. Sic *Liv.* 22. 61. Nec postquam is rediit, renovavitque memoriam acceptæ cladis. *et Curt.* 7. 2. Veteris periculi memoriam præsentis cura renovabat. *Cic.* 1. *Invent.* 52. 99. Auditoris memoria et de confirmatione et de reprehensione redintegrabitur. *Id.* 8. *Phil.* 11. 32. Abjicere memoriam rei cujuspiam. *Id. Cœl.* 20. 50. deponere. *Nepos Epam.* 7. Nullam adhibuit memoriam contumeliæ. Rursus *Cic.* 1. *Phil.* 1. 1. Delere omnem discordiarum memoriam oblivione sempiterna. Cf. *Sueton. Cal.* 60. Memoriam Cæsarum abolere. — In plurali numero. *Plaut. Truc.* 2. 1. 10. Nos divitem eum meminimus, atque iste pauperes nos: verterunt sese memoriæ.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe refertur ad tempus et ad res præteritas, quarum memoria manet. *Cic. Rabir. perduell.* 9. 25. Causam suscepisti antiquiorem memoria tua. *di quello che tu possa ricordarti. et Arch.* 1. 1. Fueritne memoriam recordari ultimam. *Liv.* 29. 14. Sicut proditum a proximis memoriæ temporum illorum scriptoribus. *et* 25. 11. Plures propioresque ætate memoriæ rerum hoc anno tradunt factum. *Varro* 2. *R. R.* 1. 3. Necesse est humanam vitam a summa memoria gradatim descendisse ad hanc ætatem. *dal tempo il più antico. et Cic. Balb.* 11. 28. Multi superiori memoria se in alias civitates contulerunt. *nell'età passata. et* 3. *Off.* 2. 5. Cratippus princeps hujus memoriæ philosophorum. *di questa età. et*

Fontej. 7. 13. Quod persæpe et nostra et patrum memoria accidit. *Id. pro leg. Manil.* 18. 54. Usque ad nostram memoriam. *sino ai nostri dì.* et 3. *Verr.* 7. 17. Sciebam in rejiciendis judicibus nonnullos, memoria nostra, pactionis suspicionem non vitasse. *ai nostri giorni.* et *pro leg. Manil.* 14. 42. Pompejus ad omnia nostræ memoriæ bella conficienda – natus esse videtur. *Cæs.* 6. *B. G.* 19. Paullo supra hanc memoriam. *poco prima de' nostri tempi.* et *Sueton. Aug.* 22. Janum Quirinum semel atque iterum a condita Urbe memoriam ante suam clausum – ter clausit. *Cic. Valin.* 14. 33. Quod in omni memoria est omnino inauditum. *in ogni tempo.* et *Harusp. resp.* 17. 37. Quod sacrificium nemo ante P. Clodium omni memoria violavit. *Id.* 1. *Orat.* 4. 16. Ex omni memoria ætatum, temporum, civitatum. *Id. post redit. in senat.* 3. 5. Pompejus omnium gentium, omnium sæculorum, omnis memoriæ facile princeps. *Id.* 1. *Cat.* 7. 16. Hoc post hominum memoriam contigit nemini. *a' dì de' nati: dopo che il mondo è mondo.* Adde *eumd.* 10. *Fam.* 16.; et *Nepot. Themist.* 5., *Arist.* 1. et *Reg.* 1. – Hinc ponitur pro vetustate, vel diuturnitate temporis, ut *Nonius p.* 142. 30. *Merc.* interpretatur illud *Pacuvii*: Per nostram egregiam unanimitatem, quam memoria dejugat. ¶ 2. Refertur etiam ad tempus futurum, quum posteritatis memoriæ consulitur litteris vel aliis hujusmodi, et est historica cognitio, narratio, historia. *Cic.* 5. *Fin.* 1. 2. Loca, in quibus memoria dignos viros accepimus multum esse versatos. *Id.* 8. *Fam.* 3 *extr.* Aliquid ex tam multis tuis monumentis exstare, quod nostræ amicitiæ memoriam posteris quoque prodat. *et* 3. *Orat.* 4. 14. Memoriæ prodere sermonem alicujus. Adde *eumd. Brut.* 84. 289. et 2. *Nat. D.* 2. 6.; et *Nepot. Hann.* 13., *Alcib.* 1. et *Iphicr.* 3. Similiter *Liv.* 5. 21. *sub fin.* Convertentem se inter hanc venerationem, traditur memoriæ, prolapsum cecidisse. *sta scritto, si legge, si racconta. Vellej.* 2. 66. Vivit vivetque per omnium sæculorum memoriam. *Cic. Brut.* 3. 14. Liber, quo iste omnium rerum memoriam breviter comple xus est. *et ibid.* 5. 19. Veterum annalium memoriam comprehendere. *Nepos Hann.* 8. De Magonis interitu duplex memoria est: namque alii naufragio, alii a servis interfectum, scriptum reliquerunt. *Liv.* 3. 55. Cujus rei prope jam memoria aboleverat. *Id.* 2. 4. Quorum (*adolescentium*) memoria vetustate abiit. *Id. ibid.* 33. Nisi fœdus cum Latinis, columna ænea insculptum, monumento esset, – Postumium Cominium bellum gessisse cum Volscis, memoria cessisset. *h. e.* periisset. *Id.* 7. 3. Repetitum ex seniorum memoria dicitur, pestilentiam quondam clavo ab dictatore fixo sedatam. *et* 8. 18. Memoria ex annalibus repetitâ, in secessionibus quondam plebis clavum ab dictatore fixum. *Scævola Dig.* 34. 1. 17. Dare, præstare alicui quidpiam in memoriam alterius. – Hinc *memoria mortuorum* et bonor viventium alicui deo commendatur passim in vetustis inscriptionibus. *Inscript.* apud *Bertoli Antiq. d'Aquileja p.* 89. *n.* 58. BELENO AVG IN MEMOR. IVLIOR. MARCELLI ET MARCELLAE ET IN HONOREM IVLIARVM CHARITES ET MARCELLAE FILIAR. ET LICINII MACRONIS IVNIOR. NEPOTIS C. IVLIVS AGATHOPVS IIIII VIR AQVIL. L. D. D. D. *Alia* apud *Labus. De la certitude etc.* SILVAN. AVG. IN HONOREM L. TITII ISMARI ET IN MEMORIAM L. TITII EPAGATHI HERMETIS FIL. ET L. TITII EPAGATHI SEN. L. TITIVS ONESIMVS ISMARI LIB. IIIII VIR. AQVIL. D. D. Item *in honorem memoriæ* et *in honorem ac memoriam* legitur in *Inscript.* apud *Visc. Monum. Gab. p.* 81., quæ ad Domitiam Aug., Cn. Domitii Corbulonis filiam, et Domitiani Aug. uxorem jam defunctam pertinet. ¶ 3. Concreto, uti ajunt, sensu ipsæ litteræ, historiæ, monumenta *memoriæ* dicuntur. *Gell.* 4. 6. In veteribus memoriis scriptum legimus. *et* 10. 12. *ad fin.* Favorinus memoriarum veterum exsequentissimus. *Sueton. Claud.* 1. *sub fin.* Ejus vitæ memoriam prosa oratione composuit. *Firmic.* 6. *Mathes.* 26. Antiquæ lectionum memoriæ. *Inscript.* apud *Gruter.* 827. 8. SERVILIVS TROILVS SE VIVO COMPARAVIT MEMORIAM SIBI ET SVIS etc. *h. e.* sepulcrum. Adde aliam apud *Don. cl.* 10. *n.* 40. et *Augustin.* 22. *Civ. D.* 8. *n.* 11. Episcopus memoriam martyris, populo præcedente atque sequente, portabat. *et n.* 12. Per memoriam supradicti martyris, quam Possidius illo adverit episcopus. His locis *Augustin.* intelligit conditorium, seu loculum reliquiarum S. Martyris, *reliquiario*: alibi Ecclesiam, sacellum, oratorium martyri dicatum, ut 20. *contr. Faust. Manich.* 21. In memoriis martyrum constituimus altaria. — *Magister memoriæ, προεστὼς μνήμης*, fuit inter officia domus Augustæ. Hic præerat illis, quibus perscribebantur quæcumque memoria digna erant in imperii administratione: et commentarii de his rebus conficiebantur, quos proinde *memoriam* vocabant, et *sacram memoriam*. Dictabat itaque adnotationes omnes, et emittebat, et referebat responsa principis ad libellos supplices, ut est in *Notitia Imperii*. Ejus mentio fit in *Inscript.* apud *Gruter.* 28. 2. MAGISTER MEMORIAE. Qui vero ei inserviebant, dicebantur *a memoria. Inscript.* apud *Reines. cl.* 6. *n.* 13. AVRELIO SYMPHORO AVG. LIB. OFFICIALI VETERI A MEMORIA ET A DIPLOMATIBVS. *Spartian. Pescenn. Nigr.* 7. Quum unus ad memoriam, alter ad libellos paruisset, statim præfecti facti sunt. *Lamprid. Alex. Sev.* 31. Post meridianas horas subscriptioni et lectioni epistolarum semper dedit operam, ita ut ab epistolis et libellis et a memoria semper assisterent. *Salmas.* putat hoc loco de ipsis memoriæ magistris sermonem esse. Huc pertinet alia *Inscript.* apud *Murat.* 892. 11., ubi habetur *a memoria et cubiculo Aug.* — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

MĔMŎRĬĀLE, is, n. *et*

MĔMŎRĬĀLES, ĭum, m. plur. *et*

MĔMŎRĬĀLĬA, ĭum, n. plur. 3. *V.* voc. seq.

MĔMŎRĬĀLIS, e, adject. (memoria) ad memoriam firmandam inserviens. *Sueton. Cæs.* 56. *a med.* Epistolæ quoque ejus ad senatum exstant, quas primum videtur ad paginas et formam memorialis libelli convertisse. *Arnob.* 6. 11. Memorialia ut indicant scripta. *Al. minus recte leg.* memoralia. — Hinc

Memoriales, ĭum, m. plur. 3. absolute, substantivorum more, dicti sunt, quos in v. MEMORIA sub II. 3. ad fin. *a memoria* vocatos fuisse diximus: itemque in aliis scriniis inservientes epistolarum, libellorum sacrarumque dispositionum, ut *Imp. Constantinus* dicit *Cod.* 12. 29. 2. Cl. *Furlanetto* in suis MSS. huc refert *Inscript.* apud *Steiner., Corp. Inscript. Rom. n.* 358. MERCVRIO PATRICIVS SANCTINVS M. M. (*h. e.* memorialis) cos. (*h. e.* consulis) V. S. L. L. M. IVP. COMMODO IIII. ET VICTORIN. II. COS. *h. e.* anno a Chr. n. 183.

Memorialia, ĭum, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt libri memoriales, *memorie.* Hinc *Memorialia* inscripsit *Massur. Sabinus*, quos libros de jure civili confecit, in quibus paucis verbis plura memoriæ causa complexus est. *Paul. Dig.* 50. 16. 144. Massurius scribit libro memorialium, pellicem etc. *Al. minus recte leg.* memoralium. Sic *Gell.* 5. 6. Massurius in undecimo libro memorialium. *Al. leg.* librorum memoriali, *al.* librorum memoralium. *Id.* 4. 20. Refert Sabinus Massurius in memoriali septimo.

Memoriale, is, o. 3. absolute, est *μνημόσυνον, ricordanza. Vulgat. interpr. Exod.* 3. 15. Hoc nomen mihi est in æternum, et hoc memoriale meum in generationem. *Id.* alibi sæpius.

MĔMŎRIŎLA, æ, f. 1. *deminut. a* memoria, *memorietta.*

I.) Proprie. *Cic.* 12. *Att.* 1. Γεροντιχώτερον est, memoriola vacillare.

II.) Translate est parvum sepulcrum: *V.* MEMORIA sub II. 3. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 85. *n.* 155. AVREL. FILOGVRIVS FECIT SIBI ET VLPIAE EVTHOPIAE CONIVGI MEMORIOLAM CVM HORTVLO etc. Adde aliam apud *Murat.* 994. 7.

MĔMŎRIŌSE. *V.* vocem seq.

MĔMŎRIŌSUS, a, um, adject. *ricordevole, μνήμων*, qui memoria valet. Agnoscitur a *Paul. Diac. p.* 124. *Müll.*, tamquam Latinum. Sic enim habet: Memoriosus memoriosior, et memoriosius, et memoriosissime facit. Etiam *Corn. Fronto de differ. voc. p.* 2194. *Putsch.* memoriosus, et memoriose habet. In *Gloss. Philox.* legitur: *Memorosus, μνημονικός.*

MĔMŎRĬTER, adverb. (memor) ex memoria, *μνημονικῶς, ἀπὸ μνήμης, ἀπὸ στόματος* (It. *a memoria, a mente*; Fr. *de mémoire, par coeur*; Hisp. *de memoria*; Germ. *aus d. Gedächtniss, auswendig*; Angl. *by heart, from memory, readily*). *Ter. Phorm.* 2. 2. 47. Memoriter progeniem vestram usque ab avo atque atavo proferens. *Cic.* 1. *Orat.* 19. 88. Memoriter pronunciare multa ex orationibus Demosthenis. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 19. 63. Orationem memoriter habere. *Id. Valin.* 4. 10. Tum memoriter respondeto ad ea, quæ de te ipso rogaro. *Id.* 4. *Att.* 3. Memoriter recitare. *Id.* 3. *Fin.* 10. 34. Memoriter colligere. *Plin.* 6. *Ep.* 33. *in fin.* Memoriter tenere. — *Memoriter meminisse*, dixit *Plaut. Capt.* 2. 1. 53. et *Amph.* 1. 1. 261. — *Memoriter cognoscere* apud *Ter. Eun.* 5. 3. 6. est in memoriam redeundo quippiam agnoscere. — *Memoriter vocare* apud *Plaut. Asin.* 3. 2. 38. est nullo monente nomen alicujus meminisse, et per illud ipsum vocare. Sic *Sueton. Ner.* 10. Memoriter salutare.

MĔMŎRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (memor). Part. *Memorans* 1.; *Memoratus* et *Memorandus* 1. et in fin. — Memorare ¶ 1. Est in memoriam narrando revocare, atque adeo commemorare, narrare, dicere, *ἐπιμνασθαι* (It. *richiamare alla memoria, fare menzione, raccontare, dire*; Fr. *rappeler, raconter, dire, exposer, présenter*; Hisp. *recordar, traer à la memoria, mencionar, referir, relatar, exponer, decir*; Germ. *in Erinnerung, ins Gedächtniss bringen, daher erzählen, erwähnen, nennen*; Angl. *to mention, recounte, tell, relate, say*). Occurrit — *a*) Sæpissime cum Accusativo. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 39. Quid istis nunc memoratis opus est, quæ commeminere? *Id. Trin.* 4. 2. 41. Nomen tuum memora mihi. *Id. Aulul.* 3. 5. 50. Memorare mores mulierum. *Id. Amph.* 5. 1. 63. Mira memoras: *le gran cose che tu dici!* Huc pertinet illud ejusd. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 103. Memora dum (*ex antecedentibus subaudi* patrem et matrem) mihi si novi forte, aut si sunt cognati mihi. *Lex XII. Tab.* apud *Cic.* 2. *Legg.* 24. 61. Honoratorum virorum laudes in contione memorentur. *Cic.* 3. *Verr.* 47. *extr.* In plebem vero Romanam utrum superbiam prius memorem, an crudelitatem? *Sall. Cat.* 5. Quæ utraque his artibus auxerat, quas supra memoravi. *Virg.* 10. *Æn.* 680. Hæc memorans, animo nunc huc, nunc fluctuat illuc. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 611. et 743. Sic *Ovid.* 14. *Met.* 154. Talia conversum per iter memorante Sibyllâ *etc.* Rursus *Virg.* 6. *Æn.* 123. quid Thesea, magnum Quid memorem Alciden? *et* 1. *ibid.* 12. Musa, mihi causas memora etc. *Id.* 4. *G.* 283. Prætereo, atque aliis post me memoranda relinquo. Sic *Ovid.* 13. *Met.* 13. Nec memoranda tamen vobis mea facta, Pelasgi, Esse reor: vidistis enim. *Id.* 4. *ibid.* 685. nomen terræque suumque, Quantaque maternæ fuerit fiducia formæ, Indicat: et, nondum memoratis omnibus, unda Insonuit. *Propert.* 2. 1. 25. Bellaque resque tui memorarem Cæsaris. *Sil. It.* 2. 3. Fabius, Tirynthia proles, Ter centum memorabat avos, quos turbine Martis Abstulit una dies. *h. e.* numerabat. *Tac. Agric.* 10. Britanniæ populi multis scriptoribus memorati. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 117. vocabula rerum, Quæ priscis memorita Catonibus atque Cethegis, *usurpati, adoperati.* et *Sil. It.* 12. 358. Inde Ichnusa prius Grajis memorata (*Sardinia*) colonis *h. e.* a Græcis appellata. — *b*) Cum Ablativo et præpos. *de. Cic.* 2. *Fin.* 5. 15. Heraclitus, cognomento qui σκοτεινός perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit. *h. e.* disseruit. *Sueton. Tib.* 32. Prætorem collaudavit, quod, honore inito, consuetudinem antiquam retulisset de majoribus suis pro contione memorandi. *Id. Oth.* 10. Memorante quodam inter epulas de Cassii Brutique exitu, coborruit. — *c*) Cum Infinito. *Plaut. Truc.* 1. 1. 65. Quem infestum atque odiosum sibi esse, memorabat. *Liv.* 1. 7. Herculem in ea loca, Geryone interempto, boves mira specie abegisse memorant. *Ammian.* 17. 4. Rationes physicæ memorant, mares nullos inveniri posse etc. — *d*) Sequente Relativo. *Sall. Cat.* 7. Sed civitas incredibile memoratu est, quantum brevi creverit. *et ibid. extr.* Memorare possem, quibus in locis maximas hostium copias populus Romanus parva manu fuderit, quas urbes naturâ munitas pugnando ceperit, ni ea res nos longius ab incepto traheret. ¶ 2. Significat etiam memoriæ mandare, inquit *Paul. Diac. p.* 124. 16. *Müll.* — Hinc Part.

Memoratus, a, um (cujus exempla supra sub 1. retulimus) adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Memoratissimus*, et est memoria celebratus, memorabilis, *celebre, memorabile. Gell.* 8. 4. *in lemmate.* Herodotus scriptor historiæ memoratissimus. *Id.* 19. 8. Memoratissimus liber. *Id.* 10. 18. Artemisiæ sepulcrum illud memoratissimum. *Id.* 15. 21. Memoratissima illa imago Ialysi.

Memorandus, a, um (cujus exempla supra sub 1. retulimus) adjective quoque usurpatur, et est memorabilis, memoria et laude dignus, celebrandus, *memorando, memorabile. Virg.* 10. *Æn.* 793. nec te, juvenis memorande, silebo. *Ovid.* 1. *Trist.* 4. 1. O mihi post ullos numquam memorande sodales. *Plaut. Epid.* 3. 3. 52. Pugnæ memorandæ meæ. *Virg.* 4. *G.* 283. Tempus et Arcadii memoranda inventa magistri Pandere. *Flor.* 2. 8. Thermopylæ, locus Laconum cæde memorandus. *Id.* 4. 2. *ante med.* Memorandum posteris exitum dedit. *Lucan.* 3. 388. hoc memorandum contigit urbi. *Sil. It.* 4. 36. juvat ire periclis Ad decus, et dextra memorandum condere nomen, Quale dedit numquam rebus Fortuna secundis.

MĔMŎROR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (memor) recordari, reminisci, *ricordarsi.* — *a*) Cum Genitivo. *Vulgat. interpr. Esther* 15. 2. Memorare, inquit, dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita sis in manu mea. *et Psalm.* 70. 16. Domine, memorabor justitiæ tuæ solius. *et Eccli.* 51. 11. Memoratus sum misericordiæ tuæ, Domine, et operationis tuæ, quæ a sæculo sunt. — *b*) Cum Accusativo. *Id. Eccli.* 7. 40. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua. *et Baruch* 4. 14. Veniant confines Sion, et memorentur captivitatem filiorum et filiarum mearum. — *c*) Sequente Relativo. *Id. Psalm.* 88. 48. Memorare, quæ mea substantia.

MEMPHĪTES lapis est idem ac tephria, qui nunc *serpentino bigio* (V. *Corsi, Delle pietre antiche p.* 209.) vocatur. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 7. 11. (56). Contra serpentes autem a quibusdam præcipue laudatur ex iis, quem tephriam appellant a colore cineris. Vocatur et Memphites a loco, gemmantis naturæ. — Ceterum *V.* ONOM.

MĒNA, æ, f. 1. *V.* MŒNA in LEXICO; et de nom. propr. *V.* ONOM.

MĒNÆUS, i, m. *μηναῖος. V.* MANACHUS.

MENCEPS, mente captus. Agnoscitur a *Priscian.* 5. *p.* 668. *Putsch.*

MENDA, æ, f. 1. idem quod mendum, *difetto, macchia, magagna*: sed dicitur sæpe de vitio et defectu corporis, et præsertim de eo, quod sine morbo est, ut macula in cute, verruca, brachium aut crus altero brevius, oculi aut oris distortio, turpis color, enormis statura, et hujusmodi alia, quæ *Ovid.* 2 *Art. am.* 657. *et seqq.* et 3. *ibid.* 263. enumerat.

I.) Proprie. *Ovid.* 1. *Amor.* 5. 18. In toto nusquam corpore menda fuit. *et* 1. *Art. am.* 249. Nocte latent mendæ. *et* 2. *ibid.* 653. Eximit ipsa dies omnes e corpore mendas. *et* 3. *ibid.* 261. Rara tamen mendo facies caret: occule mendas, Quamque potes, vitium corporis abde tui.

II.) Translate usurpatur de mendo in libris, *errore. Sueton. Aug.* 87. Ne quis mendam magis, quam consuetudinem putet. *Gell.* 1. 7. Videbatur compluribus, in extremo verbo menda esse. *et* 20. 6. *extr.* In plures libros mendæ istius indoles manavit.

MENDĂCĬLŎQUĬUM, ii, n. 2. (mendaciloquus) mendacium, vanum et mendax eloquium. *Gloss. Philox.* Mendaciloquium, ψευδολογία.

MENDĂCĬLŎQUUS, a, um, adject. (mendacium *et* loquor). *Comp. Mendaciloquior.* — Mendaciloquus est qui loquitur mendacium, *bugiardo,* ψευδόλογος. — Adjective. *Plaut. Trin.* 1. 2. 163. Nihil est profecto stultius, neque stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis. — Substantivorum more *Tertull. advers. Psych.* 2. Mendaciloquorum doctrinæ.

MENDĂCĬŎLUM. *V.* MENDACIUNCULUM.

MENDĂCĬTAS, ātis, f. 3. (mendax) mendacium, vel mentiendi consuetudo. *Tertull. Præscript.* 31.

MENDĂCĬTER, adverb. (mendax). Sup. *Mendacissime.* — Mendaciter est cum mendacio, falso, *bugiardamente, falsamente,* ψευδῶς. *Solin.* 1. *post med.* Nihil de se antiquitas mendaciter prædicavit. *Arnob.* 5. 15. Historia mendaciter composita. *Id.* 1. 56. Sed conscriptores nostri mendaciter ista prompserunt. *Augustin.* 1. *Mor. Eccl.* 17. Mendacissime dicere. Adde *eumd. ad Hieronym. Ep.* 9. et 1. *advers. Jul.* 104.

MENDĀCĬUM, ii, n. 2. (mendax) falsitas dicti, orationis vanitas, ψεῦδος (It. *menzogna, bugia*; Fr. *mensonge, menterie, imposture, chose fausse, fausseté, fiction*; Hisp. *embuste, mentira, falsedad, ficcion*; Germ. *d. Lüge, absichtliche Unwahrheit*; Angl. *a lie, untruth, falsehood*).

I.) Proprie. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 33. Dicere alicui mendacium de re aliqua. *Id. Merc.* 1. 2. 96. proloqui. *Id. Pseud.* 4. 1. 33. Mera mendacia fundere. *Id. Mil. glor.* 4. 1. 20. Cave mendacium. *guardati dal dir bugia. Cic. Cluent.* 26. 72. Qui esset totus ex fraude et mendacio factus. *Id. Mur.* 30. 96. Improbi hominis est mendacio fallere. *Nepos Att.* 15. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. *Petron. Satyr.* 82. Trepidatione mendacium prodere. *Cæs.* 1. *B. C.* 11. Mendacii religione obstrictus. *Ovid.* 2. *Fast.* 261. Culpæ addere mendacia. *Quintil.* 5. 4. 1. Aliis patientia (*tormentorum*) facile mendacium facit, aliis infirmitas necessarium. *fa dire. Plin.* 8. *Hist. nat.* 22. 34. (82). Impudens mendacium. Adde *Ovid. Heroid.* 5. 55. et 3. *Amor.* 6. 17.; *Sueton. Cal.* 8., *Vitell.* 17. et *Oth.* 10.; et *Stat.* 4. *Silv.* 6. 43. Similiter *Ovid.* 6. *Fast.* 253. valeant mendacia vatum. *finzioni, fole.* Sic *Id.* 4. *ibid.* 311. Conscia mens recti famæ mendacia risit. *paullo ante dixerat.* Casta quidem, sed non et credita: rumor iniquus Læserat, et falsi criminis acta rea est. — Particula testamenti apud *Paul. Dig.* 34. 2. 36. Titiæ meæ, cum qua sine mendacio vixi etc. *h. e.* sincere, sine simulatione et querela.

II.) Translate est deceptio seu falsa imitatio, *inganno, illusione. Poeta* apud *Sueton. Aug.* 70. Impia dum Phœbi Cæsar mendacia ludit. *h. e.* Phœbum imitatur. *Ammian.* 29. 2. Egregium illud par consulum, Eusebium et Hypatium germanos fratres et consuluisse et agitasse quædam super imperio (*Heliodorus falso*) detulit: addens itineri ad mendacium ficte constructo, quod Eusebio etiam principalia indumenta parata sint. — Sic de rebus inanimis, seu de coloribus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 33. (112). *de callaide gemma.* Neque est imitabilior alia mendacio vitri. *Id.* 35. *ibid.* 6. 29. (48). Viride Appianum vocatur, et chrysocollam mentitur: ceu parum multa sint mendacia ejus. *h. e.* parum multi sint colores, qui chrysocollam falso imitantur. *Sillig.* ceu parum multa dicta sint mendacia ejus.

Homonym. *Mentiri* et *mendacium dicere* interdum ita differunt, ut *mentiri* dicatur, qui non ipse fallitur, sed alterum fallere conatur: *mendacium dicere*, qui se credit verum dicere, atque adeo ipse fallitur. Hæc *Nigidius* apud *Gell.* 11. 11. et *Non. p.* 441. 15. *Merc.*, ubi addit: Vir bonus præstare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat.

MENDĂCĬUNCŪLUM, i, n. 2. *deminut. a* mendacium, parvum mendacium, *bugietta. Cic.* 2. *Orat.* 59. 241. Quod tamen est mendaciunculis aspergendum. *Alii leg.* mendaciolis.

MENDAX, ācis, adject. (mentior). Comp. *Mendacior* et Sup. *Mendacissimus* I. — Mendax est qui mendacium dicit, ψευστής (It. *mendace, bugiardo, menzognero*; Fr. *menteur*; Hisp. *mentiroso, embustero*; Germ. *lügenhaft, subst. d. Lügner*; Angl. *lying, deceitful, false, untrue*).

I.) Proprie de hominibus. — *a*) Absolute. *Plaut. Rud.* 3. 4. 48. Ni offerumentas habebis plures in tergo tuo, quam ulla navis longa clavos, tum ego ero mendacissimus. *Cic.* 2. *Divinat.* 71. 146. Quum mendaci homini, ne verum quidem dicenti, credere soleamus. *Id.* 2. *leg. Agr.* 35. 95. Carthaginienses fraudulenti et mendaces. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 112. Invenior Parthis mendacior. *Virg.* 2. *Æn.* 80. Vanus et mendax. — *b*) Cum addita persona, in quam quis est mendax. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 188. Mendacem esse adversum aliquem. *Horat.* 3. *Od.* 11. 34. in aliquem. *Ovid. Heroid.* 2. 11. alicui. — *c*) Cum addita re, in qua quis est mendax. *Plaut. Pers.* 5. 77. Mendacem esse in re aliqua. Et cum Genitivo *Id. Asin.* 5. 2. 4. Neque divini, neque mi humani posthac quicquam accredas, si hujus me esse mendacem inveneris. — *d*) *Mendacem memorem esse oportet*, proverb. apud *Quintil.* 4. 2. 91. quia solent excidere, quæ falsa sunt.

II.) Translate de inanimis. *Cic.* 2. *Divinat.* 62. 127. Quid inscitius est, quam mentes mortalium falsis et mendacibus visis concitare? *Horat.* 3. *Od.* 1. 30. Non verberatæ grandine vineæ Fundusque mendax. *h. e.* qui quos polliceri videbatur, fructus non dedit. Adde *Petron. Satyr.* 117. Rursus *Horat. Epod.* 17. 38. Paratus expiare, seu poposceris Centum juvencos, sive mendaci lyra Voles sonari. *h. e.* lyra, quæ olim mendax fuit te diffamando, jam tuas laudes cantabit. *Ovid.* 3. *Trist.* 7. 38. Et speculum mendax esse querere tuum. *Propert.* 2. 19. 67. Mendaces ludunt flatus in amore secundo. *Tibull.* 3. 4. 12. Mendaci somno credere. *Seneca Agam.* 558. Est humilis unda, scrupeis mendax vadis. — Est etiam falsus, vanus, *vano, falso. Horat.* 1. *Ep.* 16. 39. Falsus honor juvat, et mendax infamia terret. *Ovid.* 1. *Art. am.* 431. mendaci damno mœstissima plorat. — Item simulatus, fictus. *Tibull.* 3. 6. 35. Nec bene mendaci risus componitur ore. *Ovid.* 10. *Met.* 159. percusso mendacibus aere pennis. *h. e.* non suis, sed assumptis; loquitur enim de Jove in aquilam verso.

MENDĪCĀBŬLUM, i, n. 2. (mendico) qui mendicat et ostiatim victum quæritat, *mendicante, pitocco. Plaut. Aulul.* 4. 8. 2. istos reges ceteros memorare nolo, hominum mendicabula. (Peccat hic *Non. p.* 138. 27. *Merc.* mendicationem interpretando. Hæc *Forcellinus.* At *Mercerus* aliter omnino legit.) *Apul.* 9. *Met.* Cum crotalis et cymbalis circumforaneum mendicabulum producor ad viam. *Id. Apolog.* et *Florid. n.* 9. vocat *mendicabula palliata* veteres philosophos Diogenem, Antisthenem, et hujusmodi, qui, ut divitiarum se contemptores ostenderent, pera et baculo omnem suam supellectilem definiebant.

MENDĪCĀBŬNDUS, a, um, adject. (mendico) mendicans. *Augustin. Ep.* 140. Mendicabunda prece stipem rogare.

MENDĪCĀTĬO, ōnis, f. 3. (mendico) actus mendicandi, *mendicagione,* ἐπαίτησις. *Seneca Ep.* 101. *ad fin.* Fœda vitæ mendicatio.

MENDĪCĀTUS, a, um. *V.* MENDICO.

MENDĪCĒ, adverb. (mendicus). Comp. *Mendicius.* — Mendice est mendicorum more, *poveramente, mendicamente. Senec. Ep.* 33. *circa med.* Non tam mendice tecum agam, sed plena manu. *Tertull. Poll.* 5. *sub fin.* Ne mendicius patre cœnaret.

MENDĪCĬMŌNĬUM, ii, n. 2. (mendico) inopia, *mendicità, πτωχεία. Laberius* apud *Non.* p. 140. 31. *Merc.* et apud *Gell.* 16. 7.

MENDĪCĪTAS, ātis, f. 3. (mendicus) inopia, πτωχεία (It. *mendicità*; Fr. *mendicité, dernière misère*; Hisp. *mendicidad, mendiguez*; Germ. *d. Bettelarmuth, Dürftigkeit, Bettelstab*; Angl. *beggary, mendicity*). *Plaut. Rud.* 2. 6. 30. Mendicitatem mihi obtulisti opera tua, dum tuis auscultо magnidicis mendaciis. *Id. Men.* 2. 3. 21. Detrudere aliquem ad mendicitatem. *Cic. Rosc. Am.* 31. 86. Hunc in summa mendicitate esse. *Id.* 5. *Fin.* 11. 32. Quum et mendicitatem multi per petiantur, ut vivant. *Id. Vatin.* 9. 23. Qui in eo magistratu non modo emerseris ex mendicitate, sed etiam divitiis nos jam tuis terreas. *Petron. Satyr.* 125. Paupertatem nova mendicitate revocare.

MENDĪCĬUM. *V.* MENDICUM.

MENDĪCO, as, āvi, ātum, are, a. et n. 1. *et*

MENDĪCOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (mendicus). *Part. Mendicans* sub *a.*; *Mendicatus* sub *b.* — Mendicare est victum ostiatim quæritare, ἐπαιτέω, πτωχεύω (It. *mendicare, pitoccare*; Fr. *mendier, demander l'aumône*; Hisp. *mendigar, guitonear, pordiosear, gallofear*; Germ. *betteln qehen, betteln*; Angl. *to beg, ask alms*). Occurrit — *a*) Neutrorum more. *Plaut. Capt.* 2. 2. 73. Mendicantem vivere. *Juvenal.* 4. 117. Dignus Arvinos qui mendicaret ad axes. *Id.* 6. 542. Arcanam Judæa tremens mendicat in aurem. — Etiam de meretrice stipem a convenientibus rogante usurpatur. *Seneca* 1. *Controv.* 2. *circa med.* Ego illam dico prostitisse; illa se dicit, etiam mendicasse. — Et Deponent. forma. *Plaut. Capt. prol.* 13. Quando histrionem cogis mendicarier. Adde *ejusd. fragm.* apud *Non.*

p. 138. 29. *Merc.* — *b*) Active. Urbane *Plaut. Amph.* 4. 2. 12. Prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia, quia senecta ætate a me mendicas malum. *Apul. de Mag.* Animus avaritia egenus, semper aliquid, ante parta ut augeat, mendicabit. *h. e.* misere anquiret. Ceterum *Ovid.* 5. *Trist.* 8. 13. Vilis qui quondam miseris alimenta negarat, Nunc mendicato pascitur ipse cibo. *Juvenal.* 10. 277. Mendicatus panis.

MENDĪCŬLA, æ, f. 1. (*deminut. a* mendica, *subaudi* vestis) vestimenti genus, mendicorum proprii. *Plaut. Epid.* 2. 2. 39. Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam? *Hic* facetus comicus jocum captavit in his vocibus. Nam ad regum et mendicorum contrariam sortem alludens, quum *regillam* nominasset, subjecit *mendiculam.*

MENDĪCŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* mendicus. *Cic.* 2. *Cat.* 3. 5. Collectum (*exercitum*) ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis. *Orellius* legit *ex rusticis decoctoribus*: alii vero aliter.

MENDICUM (*al.* mendicium) velum, quod in prora ponitur. *Paul. Diac.* p. 124. 18. *Müll.*

MENDĪCUS, a, um, adject. Comp. *Mendicior* et Sup. *Mendicissimus* I. — Mendicus (quod, ratione habita etymi, cl. *Furlanetto* videbatur esse a *menda*, quatenus hæc defectum significat) est pauper, egenus, et victum ostiatim quæritans, πτωχός (It. *povero, mendico, pitocco*; Fr. *mendiant, très-pauvre, réduit à la dernière misère*, Hisp. *mendicante, mendigo, pordosiero, quiton, gallofero*; Germ. *bettelarm, armselig, dürftig*; Angl. *poor, beggarlike, beggarly, mean, pitiful, a beggar*).

I.) Proprie occurrit — *a*) Adjective. *Plaut. Stich.* 1. 2. 75. AN. Vosne ego patiar cum mendicis nuptas, me vivo, viris? PI. Placet ille meus mihi mendicus: suus rex reginæ placet. *Cic. Mur.* 29. 61. Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos; si mendicissimi, divites. *Id.* 5. *Fin.* 28. 84. Paupertas si malum est, mendicus esse beatus nemo potest. *Tertull. de Anim.* 33.; et *Ambros. Serm.* 81. Mendiclor homo. *Apul.* 1. *Met.* Habitu mendico semper incedit. *Martial.* 14. 81. Mendica prandia. — Aliquando in malam partem sumitur pro eo, qui fraudulenter stipem quæritat, *birba, birbante. Ter. Andr.* 4. 5. 20. Clamitent me sycophantam, hereditates persequi, mendicum. — *b*) Absolute, substantivorum more. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 16. Mendicum malim mendicando vincere, quam etc. *Cic.* 8. *Phil.* 3. 9. Viderunt enim, ex mendicis fieri repente divites. Adde *Horat.* 1. *Sat.* 2. 2.

II.) Translate. *Cic.* 3. *Orat.* 24. 92. Instrumentum autem hoc forense, litigiosum, acre, tractum ex vulgi opinionibus, exiguum sane atque mendicum est.

MENDĪCUS, i, m. 2. absolute, substantivorum more. *V.* voc. præced. I. *b.*

MENDO, as, are, a. 1. (mendum) pro mendosum facere, corrumpere, *corrompere, guastare*, legitur apud *Capell.* 4. p. 135. Pellax (*Dialectica*) soritas quumque sensim congeris, Formasve mendas, comprobat quas veritas. b. e., ut *Koppius* interpretatur: Tu, o Dialectica, dum sophistarum more cavillaris, eas formas, quæ veritati consentaneæ sunt, adulteras et detorques.

MENDŌSĒ, adverb. (mendosus). Sup. *Mendosissime* 1. — Mendose est cum mendis, *con difetti, con macchie*; sed occurrit translate tantum, et ¶ 1. Est cum erroribus, *scorrettamente*, ἐξημαρτημένως. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 5. *extr.* Libri mendose et scribuntur et vendunt. *Id.* 1. *Invent.* 6. 8. Ejus ars, quam edidit, mihi mendosissime scripta videtur. ¶ 2. Hinc latiori sensu est male, perperam, *malamente. Pers.* 5. 85. mendose colligis, inquit. *Lucret.* 4. 505. Reddere mendose causas. *et ibid.* 515. ut in fabrica, si prava est regula prima Normaque si fallax rectis regionibus exit, – Omnia mendose fieri – necesse est etc. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 24. Aufidius forti miscebat mella Falerno: Mendose; quoniam vacuis committere venis Nil nisi lene decet.

MENDŌSĪTAS, ātis, f. 3. (mendosus) idem fere ac mendum. *Augustin. Ep.* 71. (*al.* 10.) n. 5. Coactus est homo velut mendositatem corrigere. Adde 1. *Retract.* 1.

MENDŌSUM, adverb. *V.* voc. seq. in fin.

MENDŌSUS, a, um, adject. (menda). Comp. *Mendosior* II. 2. — Mendosus est plenus mendis, seu corporis vitiis laborans (*V.* MENDA), *difettoso nel corpo.*

I.) Proprie. *Ovid.* 2. *Met.* 399. Mendosa et deterior facies.

II.) Translate. ¶ 1. Speciatim de libris et operibus est erroribus plenus, *scorretto, pieno di errori*, πλημμελής. *Plin.* 10. *Ep.* 75. *sub fin.* Exemplar testamenti, quamquam mendosum, misi tibi. *Gell.* 28. 9. Nihil mendosum, sed recte atque integre scriptum. ¶ 2. Item qui menda scribendo facit. *Cic.* 4. *Verr.* 77. 188. Cur servus societatis, qui tabulas confecit, semper in Verrutii nomine mendosus esset. ¶ 3. Generatim de abstractis et de moribus est vitiosus, corruptus, depravatus, *difettoso. Cic.* 2. *Orat.* 19. 83. In quo et deesse aliquam partem et superare mendosum est. *Id. Brut.* 16. 62. His laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior. *s'è alquanto guastata. Vitruv.* 4. 3. Mendosæ et inconvenientes symmetriæ. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 65. Atqui si vitiis mediocribus ac mea paucis Mendosa est natura, alioquin recta, velut si Egregio inspersos reprendas corpore nævos etc. *Ovid.* 2. *Amor.* 4. 1. Non ego mendosos ausim defendere mores. ¶ 4. Est etiam mendax. *Apul.* 9. *Met.* Sed mendoso risu cavillantes. — Hinc

Mendosum pro *mendose*, adverbii more. *Pers.* 5. 106. Ne qua subærato mendosum tinniat auro. *dia cattivo suono.*

MENDUM, i, n. 2. (*V.* et aliam formam MENDA loco suo) est corporis vitium, *difetto, macchia.*

I.) Proprie. *Ovid.* 3. *Art. am.* 261. Rara tamen mendo facies caret.

II.) Translate. ¶ 1. Speciatim est error, qui scribendo fit, *errore, scorrezione*, πταῖσμα. *Cic.* 4. *Verr.* 42. 104. Quod mendum ista litura correxit? *Id.* 13. *Att.* 23. Librariorum menda tollere. Sic *Id.* 6. *Fam.* 7. *sub init.* Mendum scripturæ litura tollitur. Adde *eumd.* 2. *Att.* 7. ¶ 2. Generatim. *Cic.* 14. *Att.* 22. *sub fin.* Itaque me Idus Martiæ non tam consolantur, quam antea: magnum enim mendum continent. *un gran fallo.* — *Charis.* 1. p. 55. *Putsch.* Mendum in mendacii significatione dicetur, menda in culpa operis, aut corporis. *Charisius* h. l. affirmare videtur, mendum morali significatione usurpari.

MĒNERVĀRE, monere, prisca vox. *V.* PROMENERVAT.

MĒNIĀNUM. *V.* MÆNIANUM.

MENES ab Ægyptiis nominatur herba satyrion, teste *Apul. Herb.* 15.

MĒNĪON, ii, n. 2. herba eadem ac menogenion. *Apul. Herb.* 64.

MĒNIS, idis, f. 3. lunula, deminut. a μήνη, luna. Videntur antiqui inlitio operis lunulam apposuisse, ut coronam fini, inquit *Turneb. l.* 22. *Advers. c.* 10. Hinc *Auson. Profess.* 25. Quos legis a prima deductos menide libri, Doctores patriæ scito fuisse meæ. h. e. a principio libri.

MENNŌNIA. *V.* MEMNONIA.

MĒNŌGENĪON, ii, n. 2. herba eadem ac pæonia, lunaticis utilis: est a μήνη *luna* et γένειον *mentum. Apul. Herb.* 64.

MENS, mentis, f. 3. Olim *mentis* dixere in recto casu singulari. *Ennius* apud *Priscian.* 7. p. 764. *Putsch.* Terra corpus est, at mentis ignis est. *Id.* apud *Varron.* 5. *L. L.* 59. *Müll.* Est de sole sumptus ignis, isque totus mentis est. — *Menti* in Ablat. *Cic. Planc.* 33. 80. Meritam diis immortalibus gratiam memori menti persolvunt. Ita legit *Priscian. loc. cit.*; alii *mente.* — Ratione habita etymi, conjungenda est vox cum v. *memini*, ab etymo *men*, et cum Gr. μένος, quod apud *Hesych.* est etiam νοῦς, ψυχή. — Mens generatim est animi sensus, ratio sentiendi et cogitandi, ingenium, animus (It. *sentimento, maniera di sentire e di pensare, cuore, animo*; Fr. *sens, manière de sentir et de penser, caractère, cœur, naturel, esprit, âme*; Hisp. *sentido, sentimiento, modo de sentir y pensar, caracter, natural, corazon, alma*; Germ. d. *Sinn, d. Sinnesart, Denkart, d. Gesinnung, d. Gemüth, Herz, d. Seele*; Angl. *sense, judgment, nature, disposition, spirit, mind*).

I.) Proprie mens est, ut diximus, animi sensus, ratio sentiendi et cogitandi, ingenium, animus. — Aliquando *mens animi* dicitur. *Plaut. Epid.* 4. 1. 4. Paupertas, pavor territat mentem animi. *Id. Cist.* 2. 1. 6. Differor, distrahor, diripior: ita nubilam mentem animi habeo: ubi sum, ibi non sum: ubi non sum, ibi est animus. Ita mihi omnia ingenia sunt: quod lubet, non lubet jam id continuo. *Lucret.* 4. 758. quum somnus membra profudit, Mens animi vigilat. Adde *eumd.* 3. 616. et 5. 150. Sic *Id.* 6. 1183. Perturbata animi mens in mærore metuque. *Catull.* 65. 3. Nec potis est dulces Musarum expromere fetus Mens animi. — *Animus* et *mens* eadem ferme ratione occurrunt apud *Cæs.* 3. *B. G.* 19. *in fin.* Ut ad bella suscipienda Gallorum alacer et promptus est animus, sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est. — Ceterum *Cic.* 4. *Tusc.* 24. 54. Est igitur aliquid, quod perturbata mens melius possit facere, quam constans? *Id.* 1. *Cat.* 7. 17. Tu, quum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium justum et jam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes sensusque vulneras, eorum adspectum præsentiamque vitare? *Id.* 7 *Verr.* 14. 35. O dii immortales! Quid interest inter mentes hominum et cogitationes! *quanto è diverso negli uomini il modo di sentire e pensare!* et *Sueton. Cal.* 59. Nam neque cæde (*Caligulæ*) vulgata statim creditum est. Fuitque suspicio, ab ipso Cajo famam cædis simulatam et emissam: ut eo pacto erga se hominum mentes deprehenderet. *per conoscere come di sè la sentissero.* et *Virg.* 2. *Æn.* 170. fractæ vires, aversa deæ mens. *il sentimento della dea divenne avverso. Plin. Paneg.* 3. 5. Mens justi tenax. *Lucan.* 3. 303. Deflectere duram mentem. — Hinc illa *Ovid.* 8. *Met.* 633. paupertatemque fatendo Effecere levem, nec iniqua mente ferendam. Cf. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 20. Demitto auriculas, ut iniquæ mentis asellus, Quum gravius dorso subit onus. Rursus *Ovid.* 13. *Met.* 213. Consolor socios, ut longi tædia belli Mente ferant placidâ. *et* 3. *Amor.* 572. Hic fera compositâ vulnera mente ferat. — *Liv.* 37. 45. Animos, qui nostræ mentis sunt, eosdem in omni fortuna gessimus gerimusque. *sentimenti che sono a noi naturali, proprii della nostra natura*, namque *mens*, ut diximus, est etiam ingenium, natura, ut apud *Ter. Andr.* 1. 1. 137. Mala mens, malus animus. *h. e.* qui pravæ naturæ est, non potest non esse simul male animatus et paratus ad nocendum. *Tibull.* 3. 4. 63. Sed flecti poterit (*femina*): mens est mutabilis illi. — Hinc *bona mens* est sana, recta et justa, perfectus rationis usus, *buon giudizio*, seu bona valetudo animi. *Seneca Ep.* 10. Votorum tuorum veterum licet diis gratiam facias: alia de integro suscipe: roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis. *Quintil.* 12. 1. 42. Si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint. *Pers.* 2. 8. Mens bona, fama, fides, hæc clare (*petuntur*), et ut audiat hospes. Adde *Ovid.* 1. *Amor.* 2. 31.; et *Petron. Satyr.* 84. Similiter *mens integra* apud *Horat.* 1. *Od.* 31. 17. Frui paratis et valide mihi, Latoe, dones, at, precor, integra Cum mente. — Contra *mens mala* est insania, dementia, mala animi valetudo. *Tibull.* 2. 5. 103. Nam ferus ille suæ plorabit sobrius idem: Et se jurabit mente fuisse mala. *Seneca* 3. *Benef.* 27. Quum malam mentem habuisse se pridie jurasset. Hinc colllge, *malam mentem habuisse*, fuisse formulam, qua utebantur veniam petentes illatæ injuriæ.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpissime *mens* est princeps animi facultas, pars animi potior et sublimior, ratio, intelligentia, qua res etiam ab omni materia abstractas contemplamur et percipimus, *mente*, νοῦς. *Cic.* 3. *Tusc.* 5. 11. Mens, cui regnum totius animi a natura tributum est. *Id.* 5. *Fin.* 12. 34. Animus ita est constitutus, ut et sensibus instructus sit, et habeat præstantiam mentis, in qua est mirabilis quædam vis rationis et cognitionis et scientiæ virtutumque omnium. *Id. Mil.* 31. 84. Quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua providemus, qua hæc ipsa agimus ac dicimus, videre, aut plane qualis, aut ubi sit, sentire possimus. Secundum *Forcellinum* hoc loco *mens* de ipso animo dicitur. — Hinc cum *ratione* jungitur apud *Cic.* 1. *Nat. D.* 2. 4. Deorum mente atque ratione, omnem mundum administrari et regi. — Item cum *animo* jungitur apud *Cic. Senect.* 11. 36. Nec corpori soli subveniendum est, sed menti atque animo multo magis. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 8. tamen istuc mens animusque Fert. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 103. et te jam fecerat illi

Mens animusque patrem. *Virg.* 6. *Æn.* 11. maguam cui mentem animumque Delius inspirat vates. Cf. et locum *Plaut. Trin.* 2. 4. 53. infra in hac ipsa paragr. allatum. — In his et similibus interdum ad discrimen respiciunt auctores: interdum utrumque pro eodem accipiunt atque ἓν διὰ δυοῖν exprimunt. *V.* ENDIADYS. — Ceterum *Cic. Dom.* 40. 105. Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conversa. *Id. Orat.* 29. 101. Eloquentia ipsa, quam nullis, nisi mentis oculis, videre possumus. Cf. *Ovid.* 2. *Pont.* 4. 8. Et videor vultus mente videre tuos. Adde *Catull.* 62. 46. Rursus *Cic.* 2. *Nat. D.* 17. 45. Mentis acies. Cf. *eumd.* 1. *Tusc.* 33. 80. Multa, quæ acuant mentem, multa quæ obtundant. *Quintil.* 2. 4. 5. Alere teneras mentes. *Ovid.* 1. *Art. am.* 267. Quisquis ubique viri, dociles advertite mentes. *Cic.* 1. *Tusc.* 16. 37. Mente complecti aliquid, *h. e.* cogitatione. Sic *Id.* 3. *Nat. D.* 8. 21. Aliquid mente comprehendere. — Refertur et ad rectum rationis usum, unde *amentes* et *dementes*, qui minus eo valent. *Plaut. Trin.* 2. 4. 53. Satin' tu sanus mentis, aut animi tui, qui conditionem hanc repudies? *sano di mente.* Sic *Cic. Pis.* 21. 50. Hic si mentis esset suæ, ausus esset edurere exercitum? *se avesse il suo buon giudizio.* quod *Id.* dixit *ibid.* 20. 48., item *Ovid.* 8. *Met.* 35.; et *Curt.* 3. 5. 4. et 7. 6. 22. Si tuæ mentis compos fuisses. Et propter emphasin *Curt.* 6. 3. 16.; et *Cels.* 5. 26. *n.* 31. Mentis suæ compos. (De possessivis *meus, suus* etc. propter emphasin additis cf. *Cic.* 3. *Verr.* 12. 32., *Cluent.* 25. 68. et 15. *Fam.* 5.; *Liv.* 34. 2. et 5. 30.; et *Ovid.* 4. *Pont.* 4. 26). *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 17. 53. Captus mente. *mentecatto. Ovid.* 2. *Amor.* 8. 10. mente carere bona. *Id. Heroid.* 15. 39. et 1. *Art. am.* 465. Mentis inops. *privo di senno.* et 2. *Trist.* 395. et egentem mentis Orestem. *Sueton. Aug.* 99. Alienatæ mentis signum ostendere. Sic *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 27. (92). Mente alienari. *Sueton. Aug.* 48. Rectorem quoque solitus est apponere ætate parvis ac mente lapsis, donec adolescerent, aut resipiscerent. (Cf. *Cels.* 4. 19. Mens labat.) *Horat.* 2. *Sat.* 3. 209.; et *Plin.* 30. *Hist. nat.* 21. 40. (152). Mens commota. *pazza.* Similiter *Plin.* 23. *ibid.* 1. 16. (23). Mente commotus. *pazzo. Sueton. Aug.* 99. Mentis deminutio. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (137). Vinum homines mente mutat ac furorem gignit. *Ut* Sillig. *rectius legit*: hominis mentem mutat etc. *Ovid.* 9. *Met.* 109. Attonitusque malis, exsul mentisque domusque. ¶ 2. Est etiam memoria, *memoria*: ad rem *Lucret.* 2. 870. Illud in his obsignatum quoque rebus habere Convenit, et memori mandatum mente tenere, Nil esse etc. *Cic. Brut.* 61. 219. Huic minime mirum est extemplo dicenti solitam effluere mentem. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 53. Nævius in manibus non est, et mentibus hæret Pæne recens. *h. e.* Nævii exemplaria rara admodum sunt, et tamen multi Romanorum ejus versus memores recitare possunt. — Hinc *venire in mentem* sæpissime occurrit — Cum Nominativo rei. *Plaut. Asin.* 3. 2. 42. Attate! modo hercle in mentem venit. *Liv.* 5. 54. Equidem, fatebor vobis, etsi minus injuriæ vestræ, quam meæ calamitatis meminisse juvat, quum abessem, quotiescumque patria in mentem veniret, hæc omnia occurrebant. *Cic.* 12. *Att.* 37. Namquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuisset. *Q. Cic. Petit. cons.* 14. 54. Hæc mihi veniebant in mentem de duabus illis etc. — Cum Genitivo rei. *Cic. Quinct.* 2. 6. Non minus sæpe ei venit in mentem potestatis, quam æquitatis tuæ. *Id.* 7. *Fam.* 3. Solet mihi in mentem venire illius temporis. — Cum Infinito. *Cic.* 4. *Fam.* 10. Venit mihi in mentem subvereri interdum, ne etc. *Id.* 2. *Divinat.* 26. 57. Quid in mentem venit Callistheni dicere, deos gallis signum dedisse cantandi, quum etc. — Sequente Relativo. *Cic.* 12. *Att.* 36. Si quid in mentem veniet, quo modo eam effugere possimus, utemur. — Sequente part. *ut. Cic. Fontej.* 5. 9. Fontejo non in Gallia primum venisse in mentem, ut portorium vini institueret, sed in Italia. — Poetice *Virg.* 10. *Æn.* 824. Et mentem patriæ subiit pietatis imago. ¶ 3. Item cogitatio, consilium, sententia, propositum, atque adeo voluntas, *pensiero, disegno, intenzione, proposito, volontà. Cic. Mil.* 31. 89. Cui primum mentem injecit, ut vi irritare fortissimum virum auderet. *gli mise in capo il pensiero di* etc. *Virg.* 1. *Æn.* 680. Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem. *Sil. It.* 11. 326. At tu securis concede penatibus, et me Linque meæ menti. *lasciami seguire il mio pensiero,* patere me consilium meum perficere. *Petron. Satyr.* 21. *extr.* In mente est mihi dormire. *ho intenzione, ho in animo.* Sic *Tertull. Habit. mul.* 1. Et adornari tibi in mente est? *Cic.* 1. *Orat.* 39. 180. Hac eum tum mente fuisse, qui testamentum fecisset, ut si filius non esset, Curius esset heres. *Id.* 12. *Fam.* 14. Dolabella classem eo mente comparavit, ut etc. *Nepos Pelop.* 1. *ad fin.* Hac mente amicis suis summas potestates dederant. Adde *eumd. Con.* 4. Et *Id. Hann.* 2. *sub fin.* Id jusjurandum usque ad hanc diem servavi, ut nemini dubium esse debeat, quin reliquo tempore eadem mente sim futurus. *Quintil.* 5. 10. 52. Bona vel mala mente facere aliquid. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 2. *a med.* Quæ mens eum, aut quorum consilia a tanta gloria avocarint. *Ovid.* 3. *Art. am.* 713. Quid tibi mentis erat, quum sic male sana lateres? *Stat.* 4. *Theb.* 753. nos ferro meritas exscindere Thebas Mens tulit. — Cum *voluntate* jungitur apud *Cic. Harusp. resp.* 19. 41. Secutus est C. Gracchus: quo ingenio! quanta vi! quanta gravitate dicendi! ut dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conversa. Ceterum *Ovid.* 15. *Met.* 136. Mentes deorum scrutari in fibris. *il volere degli dei.* Sic *Sil. It.* 5. 60. mentesque deorum Explorant super eventu. *et* 1. 123. Ast ubi quæsitas artis de more vetustæ Intravit mentes Superum, sic deinde profatur. *Ovid.* 1. *Fast.* 446. Dîque putant mentes vos (*aves*) aperire suas. *Liv.* 1. 58. Mentem peccare, non corpus; et, unde consilium afuerit, culpam abesse. — Sic pro voluntate propensa *Virg.* 1. *Æn.* 307. regina quietum Accipit in Teucros animum mentemque benignam. Cf. *Ovid.* 2. *Met.* 368. Qui tibi materno quamvis a sanguine junctus, Mente tamen, Phaeton, propior fuit. *coll' affetto.* ¶ 4. Item prudentia, consilium, solertia. *Cic. Harusp. resp.* 9. 19. Quis est tam vecors, qui ea, quæ tanta mente fiunt, – casu fieri putet? ¶ 5. Item ea pars animi, in qua ira sedet: quæ et ipsa quandoque animus dicitur. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 59. qui non moderabitur iræ, Infectum volet esse, dolor quod suaserit et mens. Sic *Id.* 1. *Od.* 16. 17. Iræ Thyesten exitio gravi Stravere *etc.* Compesce mentem. *h. e.* tu irasci noli. ¶ 6. Item ea, in qua est vis, fortitudo et præsentia, *animo, coraggio, spirito, ardire. Liv.* 6. 18. Vobis dent mentem oportet, ut prohibeatis, sicut mihi dederunt, ut vos a barbaris hostibus defenderem. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 36. hortari cœpit eumdem Verbis, quæ timido quoque possent addere mentem. Eodem sensu *Val. Flacc.* 7. 245. Quære malis nostris requiem mentemque repone. *Virg.* 12. *Æn.* 609. Demittunt mentes. Ubi *Servius*: desperant: sicut contra, sperantes aliquid erigunt mentes. Cf. *eumd. Virg.* 3. *G.* 266. Scilicet ante omnes furor est insignis equarum: Et mentem Venus ipsa dedit. ¶ 7. Mens Romanis dea fuit et templo culta. *Ovid.* 6. *Fast.* 241. Mens quoque numen habet: Menti delubra videmus Vota metu belli, perfide Pœne, tui. *et mox.* Spem metus abstulerat: quum Menti vota senatus Suscipit: et melior protinus illa venit. *Liv.* 22. 10. *extr.* Menti ædem T. Octacilius prætor vovit. Adde *eumd.* 23. 31.; et *Lactant.* 1. 20.; cf. *Propert.* 3. 22. 19.; et *V.* Interpr. ad *Augustin.* 7. *Civ. D.* 3.

MENSA, æ, f. 1. De vocis origine alii alia, et fere nimis subtilia omnes: sunt enim, qui hanc vocem cum v. *eminere* conjungunt, ita ut *mensa* sit quæ eminet; *Varro* autem ait 5. *L. L.* 118. *Müll.* Mensam escariam cillibam appellabant: ea erat quadrata, ut etiam nunc in castris est. – Postea rotunda facta, et, quod quæ a nobis media, a Græcis μέσα, mesa dicta potest, nisi etiam, quod ponebant pleraque in cibo mensa, *mensa.* Hinc *Charis.* 1. *p.* 43. *Putsch.* Mensam sine *n* littera dictam Varro ait, quod media poneretur –. Sed et mensam cum *n* posse dici idem Varro ait, quod et mensa (βρωτὰ) edulia in ea (esculenta) ponerentur. — Ceterum mensa est instrumentum variâ materiâ, b. e. ligno, marmore etc., variâque formâ, ut quadratâ, rotundâ, oblongâ etc. constans, ad quod discumbimus cibum capturi, quodque allis usibus inservit, τράπεζα (It. *tavola, mensa;* Fr. *table*; Hisp. *mesa, tabla*; Germ. d. *Tisch, d. Tafel;* Angl. *a table*).

I.) Proprie. ¶ 1. Sæpissime occurrit de mensa escaria, b. e. ad quam discumbimus cibum capturi. *Cic.* 5. *Tusc.* 21. 61. Ad mensam eximia forma pueros jussit consistere. *et ibid.* 62. Manum in mensam porrigere. *et ibid.* Mensæ conquisitissimis epulis exstruebantur. *Catull.* 64. 304. Largæ multiplici constructæ sunt dape mensæ. *Virg.* 1. *Æn.* 710. Mensas onerare dapibus. *et* 3. *ibid.* 230. instruere. *Plaut. Pers.* 3. 1. 26. apponere alicui. *Virg.* 4. *Æn.* 603. dapes apponere mensis. *Ovid.* 11. *Met.* 119. Mensam ponere alicui exstructam dapibus. *Id.* 4. *Fast.* 367. Moretum ponere in mensis alicujus. *et* 2. *ibid.* 473. pisces imponere mensis. *Plaut. Men.* 1. 3. 29. cibos in mensam alicui apponere. *Virg.* 7. *Æn.* 134. vina reponere mensis. *Id.* 7. *ibid.* 176. considere. *Stat.* 4. *Silv.* 2. 33. discumbere mensæ. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 62. Surgunt a mensa saturi, poti. *Id. Truc.* 2. 4. 14. auferre mensam. *sparecchiare.* et *Cic. Pis.* 27. 67. tollere. et *Virg.* 1. *Æn.* 220. removere. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 50. (141). Hoc argenti tota Carthago habuit, illa terrarum æmula, quot mensarum postea apparatu victa! *servizio da tavola.* — De ratione discumbendi *V.* ACCUMBO I. — De luxu et pretiis citrearum mensarum multa *Plin.* 13. *Hist. nat. c.* 15. — *Apud* et *super mensam* est in ipsa mensa, vel ad mensam, *a mensa, a tavola. Flor.* 4. 2. *a med.*; *Gell.* 2. 22., 12. 8. *et* 19.; 7. et *Curt.* 7. 4. Hinc proverb. apud *Plaut. Trin.* 2. 4. 77. Verecundari neminem apud mensam decet. *nè a tavola, nè a letto non bisogna aver rispetto.* ¶ 2. Quod ait *Petron. Satyr.* 34. Itaque jussit senex suam cuique mensam assignari: videtur *mensa* significare parvam aliquam tabulam, vel lancem, vel quid simile, singulis convivis appositum in mensa communi, ad reponendas dapes, quæ divisæ iis distribuebantur. Hinc *ibid.* 68. Quum secundas mensas Trimalchio jussisset afferri, sustulerunt servi omnes mensas, et alias attulerunt. Apud *Virg.* 3. *Æn.* 257. *et* 394. et 7. *ibid.* 116. *et* 125. *mensæ* sunt quadræ patulæ e pane in crustum decocto, quas super mensa positas cibis onerabant: ipsas autem, finita cœna, in similem alium usum servabant. Majores enim, inquit *Servius,* has mensas habebant in honorem deorum. ¶ 3. *Mensa vinaria,* in qua vinum reponebatur in usum cœnæ. Hæc erat rotunda, et cilybathum dicebatur. Alia fuit, quæ vocabatur cartibulum, lapidea, quadrata, oblonga, una columella. Hæc, inquit *Varro* 5. *L. L.* 121. et 125. *Müll.*, in ædibus ad compluvium apud multos me puero ponebatur, et in ea et cum ea ænea vasa. Fuit et tertia, urnarium dicta, quod urnas cum aqua positas ibi habebant in culina. *Id. ibid.* 126. ¶ 4. *Mensa lanionia,* in qua lanii carnes concidunt. *Sueton. Claud.* 15. Proclamante quodam præcidendas falsario manus, carnificem statim acciri cum machæra mensaque lanionia flagitavit. ¶ 5. Item argentariorum, et rationum, in qua numerantur pecuniæ, rationes conflunt, *banco*: duplex vero fuit olim Romæ pecuniæ solvendæ modus, prior *de mensæ scrintura,* b. e. de mensa argentariorum, quorum tabernæ in foro erant; alter *ex arca domoque,* b. e. ex arca, quam quisque domi habebat. *Donatus* ad *Ter. Adelph.* 2. 4. 13. Tunc enim in foro et de mensæ scriptura magis, quam ex arca domoque vel cista pecunia numerabatur. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 148. mensam poni jubet, atque Effundi saccos nummorum, accedere plures Ad numerandum. *Cic. Flacc.* 19. 44. Si prætor dedit, a quæstore numeravit: quæstor a mensa publica: mensa aut ex vectigali, aut ex tributo. *Id. Pis.* 36. 88. Stipendium militibus per omnes annos a civitatibus, mensis palam propositis, numeratum. ¶ 6. Denique habet *mensa* locum in sacris sive pro ara sumatur, sive pro repositorio vasorum sacrorum. *Festus p.* 157. 25. *Müll.* Mensæ in ædibus sacris ararum vicem obtinebant. *Virg.* 2. *Æn.* 764. mensæque deorum, Crateresque auro solidi, etc. *Petron. Satyr.* 135. Mensam veterem posuit in medio altari, quam vivis implevit carbonibus. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 9. 59. (105). Verbenaca Jo-

vis mensa verritur. *Paul. Diac. p.* 64. 11. *Müll.* Curiales mensæ, in quibus immolabatur Junoni, quæ Curis est appellata. *Anclabres* proprio nomine hæ sacræ mensæ appellabantur, teste *eod. p.* 11. 11. et *p.* 77. 11. *Müll.* Fuerunt aureæ, argenteæ, marmoreæ. De aureis V. *Val. Max.* 1. 1. *n.* 3. et 4. 1. *n.* 7. *extern.* De aliis *Cic* 3. *Nat. D.* 34. 84. Idem mensas argenteas de omnibus delubris jussit auferri. *Id.* 6. *Verr.* 59. 131. Iste mensas Delphicas e marmore ex omnibus ædibus sacris Syracusis abstulit.

II.) Translate. ¶ 1. Figurâ ductâ a superiori paragr. 1., per synecdochen mensa est ipsum convivium et ipsi cibi. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 51. Communicabo te semper mensa mea. *ti ammetterò alla mia tavola. Colum.* 11. *R. R.* 1. 19. Mensæ suæ adhibere aliquem. *Tac.* 13. *Ann.* 16. Parciore – mensa uti. *Horat.* 2. *Od.* 16. 14. mensa tenuis. *Id. Art. P.* 198. brevis. *Seneca Thyest.* 452. angusta. *Martial.* 10. 47. Mensa sine arte. *Plin. Paneg.* 49. communis. *Virg.* 11. *Æn.* 718. plena. *Sil. It.* 11. 283. opima. *Catull.* 60. 3. pingues. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 87. divites. *Cic.* 5. *Tusc.* 35. 100. Vita illa beata, plena Italicarum Syracusiarumque mensarum. — *De mensa mittere alicui,* h. e. de ipsa cœna, *ἀπὸ τραπέζης. Cic.* 5. *Att.* 1. Cui tamen Quintus de mensâ misit: illa rejecit. — *Prior, proxima mensa,* prior, proximus honor et æstimatio in cibis et conviviis. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (16). Ræticis uvis prior mensa erat. *Id.* 9. *ibid.* 17. 29. (63). Proxima est mensa jecori dumtaxat mustelarum. — *Secunda mensa,* fercula, quæ ultimo loco inferuntur, *i pospasti*: pomis præcipue constans et nucibus et hujusmodi bellariis. *Cels.* 1. 2. *ad fin.* Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. *Cic.* 14. *Att.* 6. *et* 21. Hæc ad te scripsi, apposita secunda mensa. *Virg.* 8. *Æn.* 283. mensæ grata secundæ Dona ferunt. *Nepos Agesil.* 8. Qui cum regis verbis, quæ attulerant, dedissent, ille præter vitulina, et hujusmodi genera obsonii, nihil accepit: unguenta, coronas, secundamque mensam servis dispertiit. Vide *Martial.* 5. 79. ¶ 2. Interdum mensa dicuntur ipsi convivæ, *i convitati. Poeta* apud *Sueton. Aug.* 70. Quum primum istorum conduxit mensa choragum. ¶ 3. In catapultis et ballistis est pars plana et oblonga: de qua *Vitruv.* 10. 16. et *Bald. in Lex.* ¶ 4. Denique sumitur pro catasta, vel lapide, in quo prostabant servi venales. *Apul.* 8. *Met.* Servus collaticia stipe de mensa paratus. *Id. de Mag.* Jussisse duos pueros in foro de mensa emi. *Pollux l.* 7. *c.* 2. *sect.* 11. Ἐφ' ὃ δὲ ἀναβαίνοντες οἱ δοῦλοι πιπράσκονται, τοῦτο τράπεζαν Ἀριστοφάνης καλεῖ. Huc pertinet quod *Cic.* dicit *Pis.* 15. 35. de lapide emptus. *V.* LAPIS. ¶ 5. Etiam in sepulcralibus monumentis usurpatur pro sepulcro, seu lapide sepulcrali. *Inscript.* apud *Gruter.* 850. 6. MINICIAE RVFINAE MINICIA DOMITIA SORORI POSVIT MENSAM CONTRA VOTVM.

MENSĀLIS, e, adject. ad mensam pertinens, *da tavola. Vopisc. Tacit.* 10. Argentum mensale. *Valerian. Aug.* in *epist.* apud *Vopisc. Aurelian.* 9. vinum. *Diomed.* 3. *p.* 475. *Putsch.* Scolius est citharæ (*lege* cantilenæ) species mensalis. *V.* SCOLIUS. — *Terminus mensalis* a Gromaticis dictus esse videtur, qui mensæ figuram refert; idem et *basis* et *intraametrum* (quod *Lex.* addendum) dicitur. *Auct.* apud *Goes. p.* 249. et *p.* 343. 6. ed. *Lachmann.* Termini sunt majores, qui juxta flumina positi sunt; mensales vocantur: alii autem bases eos dicunt, alii autem intraametra.

MENSĀRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MENSĀRĬUS, a, um, adject. (mensa) ad mensam pertinens, qua ad pecuniam refertur: *V.* MENSA I. 5. ¶ 1. Generatim mensarius est idem atque argentarius: etenim *Sueton. Aug.* 4. proavum Augusti *mensarium* appellat, quem paullo ante *nummularium* dixerat. Sic *Paul. Diac. p.* 124. 17. *Müll.* Mensarii nummularii. ¶ 2. Speciatim *viri mensarii* magistratus fuit custodiæ deputatus pecuniæ publicæ sub quæstoribus. *Liv.* 7. 21. Quinqueviris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt. *Id.* 23. 21. Romæ propter penuriam argenti triumviri mensarii rogatione Minucii tribuni plebis facti. *et* 26. 36. Omne aurum, argentum, æs signatum ad triumviros mensarios deferamus. *i pubblici cassieri.* — Iidem non modo Romæ, sed in provinciis erant, nam de Temnitarum urbe Asiatica hæc habet *Cic. Flacc.* 19. 44. Civitas, in qua nummus commoveri nullus potest sine quinque prætoribus, tribus quæstoribus, quatuor mensariis, qui apud illos a populo creantur. Differunt ab argentariis, qui magistratus non erant, et pecuniam solum privatam tractabant. *V.* TRIUMVIRI. Adde *Capitolin. Anton. Phil.* 9. — Hinc

Mensarium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more. *Priscian.* 2. *p.* 590. *Putsch.* Collarium, quod in collo est: plantarium, quod in planta: mensarium, quod in mensa est.

MENSĀTIM, adverb. per mensas. *Juvenc.* 3. 214. Et cunctæ curat mensatim tradere plebi.

MENSĬO, ōnis, f. 3. (metior) mensura, actus metiendi, *misura, μετρησις. Cic. Orat.* 53. 177. Naturalem quamdam in se continet vocum omnium mensionem animus aurium nuncio.

MENSIS, is, m. 3. *Ovid.* 8. *Met.* 500. *mensum* dixit pro *mensium* illo carmine: Et quos sustinui bis mensum quinque labores. Adde 5. *Fast.* 187. et 424.; *Senec. Phœniss.* 535.; *Auson. Eclogar. Quo mense quotæ* etc.; *Censorin.* 22.; et *Priscian.* 7. *p.* 771. *Putsch.* Alii volunt, ubique *mensium* scribi, et synæresim fieri. *V.* MELANIUS. Ceterum *mensum* pro *mensium* recentiores legunt etiam apud *Cic.* 12. *Phil.* 9. 22. et apud *Cæs.* 1. *B. G.* 5. — *Mesis* pro *mensis* haud raro legitur in *Inscript.*, ut apud *Gruter. p.* 675. VIXIT ANNO VNO ET MESES VIII. DIES VIII. *et* apud *Fabrett. p.* 274. QVI BIXIT ANNIS L. MESIBVS VIII. DIES X. Adde *alias* apud *Gruter. p.* 138. 684. et 852. et apud *Rénier.* n. 362., 411. etc. — Ratione habita etymi, est a nomine Græco *μην*, quod idem significat, a *μηνη luna,* quia est plus minus spatium illud, quo luna zodiacum percurrit. Ita *Varro* 6. *L. L.* 10. *Müll.* At *Cic.* 2 *Nat. D.* 27. 69. deducit a *metior,* his verbis: Qui (*lunæ cursus*) quia mensa spatia conficiunt, menses nominantur. — Ceterum *mensis* est spatium temporis ex multis diebus constans, ex. gr. ex triginta, *μην* (It. *mese*; Fr. *mois*; Hisp. *mes*; Germ. *d. Monat, d. Monatszeit*; Angl. *a month*).

I.) Proprie. Romulus annum in decem menses divisit. Numa Pompilius, quum Romuli annum nec solis, nec lunæ cursui congruere cerneret, duos menses addidit, Januarium et Februarium, *Ovid.* 1. *et* 3. *Fast.* et *Macrob.* 1. *Saturn.* 12. *et* 13. C. Julius Cæsar, qui ad solis cursum annum direxit, atque idcirco ex CCCLXV. diebus et sex horis constituit, dierum numerum quibusdam mensibus auxit, ut v. gr. September et November, qui antea habebant viginti novem, constarent ex triginta, et sic de reliquis. V. *Sueton. Aug.* 40. et *Macrob.* 1. *Saturn.* 14. — *Cato* apud *Priscian.* 8. *p.* 789. *Putsch.* Mense Octobri fecimus, Novembris reliquus erat. *Plaut. Pers.* 4. 4. 75. Tu si hanc emeris, numquam hercle hunc mensem vertentem, credo, servibit mihi. Sic *Vitruv.* 9. 4. Sol autem signi spatium, quod est duodecima pars mundi, mense vertente vadens transit. *Ter. Adelph.* 4. 5. 57. Hæc dum dubitas, menses abierunt decem. *Cic. Tim.* 9. Mensis autem, quando luna, lustrato suo cursu, solem consecuta est. *Id.* 6. *Att.* 2. 6. Nonis Maj. in Ciliciam cogitabam: ibi quum Junium mensem consumpsissem, – Quinctilem in reditu ponere. *Virg.* 4. *Ecl.* 12. incipient magni procedere menses. *Id.* 3. *G.* 139. exactis gravidæ quum mensibus errant. *Id.* 1. *Æn.* 273. Triginta magnos volvendis mensibus orbes Imperio explebit. *Horat.* 4. *Od.* 6. 39. Prosperam frugum (*deam lunam*) celeremque pronos Volvere menses. *Stat.* 3. *Silv.* 1. 17. stupet ipse labores Annus, et angusto bis seni limite menses Longævum mirantur opus. *Cels. Dig.* 50. 6. 98. § 2. Mensis intercalaris constat ex diebus viginti octo. — In illo *Virg.* 1. *G.* 335. Hoc metuens, cæli menses, et sidera serva: *Servius* adscribit, menses esse duodecim signa zodiaci, quæ omnia uno mense luna pertingit, et quodam modo designat. — *Mensis Numæ* apud *Sidon.* 9. *Ep.* 16. Prius agere curavi, quam duodecimum nostrum, quem Numæ mensem vos nuncupatis, Favonius flatu teporo pluviisque natalibus maritaret. *h. e.* Februarium, a Numa prius invectum una cum Januario: nam in Gallia tum anni principium habebatur Kal. Martii, ut olim apud Venetos.

II.) Translate. ¶ 1. *Menses* in plur. num. accipiuntur etiam pro mulierum menstruis, *μῆνες. Plin.* 21. *Hist. nat.* 21. 89. (156). Prodest mulierum mensibus retardatis. Adde *eumd.* 22. *ibid.* 25. 71. (147).. 23. *ibid.* 7. 71. (138). et alibi sæpe. Interdum et in num. singulari, sed rarius. *Id.* 17. *ibid.* 28. 47. (266). Privatim autem contra erucas ambiri arbores singulas a muliere incitati mensis, nudis pedibus, recincta. *V.* MENSTRUANS. Adde *eumd.* 28. *ibid.* 7. 23. (77). ¶ 2. Improprie *menses* appellantur etiam profluvia eadem in quadrupedibus, quæ tamen non menstrua, sed annua fere sunt, quæque tempus coitui opportunum significant. *Varro* 2. *R. R.* 7. 8. Tum ea re naturam equæ, quum menses ferunt, tangunt.

MENSOR, ōris, m. 3. (metior) MESOR pro MENSOR legitur in *Inscript.* apud *Orell.* 3225. — Mensor est qui aliquid metitur, *μετρητης* (It. *misuratore*; Fr. *mesureur, celui qui mesure*; Hisp. *medidor*; Germ. d. *Messer, Abmesser*; Angl. *a measurer*). ¶ 1. Generatim. *Cœli mensor* est astronomus, *terræ mensor* geometra. *Horat.* 1. *Od.* 28. 1. Te maris, et terræ, numeroque carentis arenæ Mensorem cohibent, Archita, etc. Cf. *Capell.* 6. *p.* 194. Eratosthenes vero a Syene ad Meroen per mensores regios Ptolemæi certus de stadiorum numero redditus, quotaque portio telluris esset advertens, multiplicansque pro partium ratione circulum mensuramque terræ, incunctanter quot millibus stadiorum ambiretur absolvit. — *Mensores* etiam fuerunt, qui annonam navibus adverso Tiberi in Urbem advectam, et in horrea publica inferendam metiebantur, *misuratori,* quos *Paul. Dig.* 27. 1. 26. mensores frumentarios appellat. *V.* PORTUENSIS. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 731. *n.* 450. CN. SENTIO CN. FIL. TER. FELICI PATRONO MENSOR. FRVMENTARIOR. CERERIS AVG. Alia apud *Maff. Mus. Ver.* 319. 7. ERVCIO AVGusti nostri ADJVTORI TABVLario A RATIonibus, *mensorum frumentariorum cereris.* — *Mensor machinarius. V.* MACHINARIUS. ¶ 2. Speciatim mensor est agrorum finitor, *agrimensore. Colum.* 5. *R. R.* 1. 2. Quemadmodum agrum metiri debeamus, non agricolæ, sed mensoris officium esse dicebam. *Ovid.* 1. *Met.* 136. Cautus humum longo signavit limite mensor. *Paul. Dig.* 10. 1. 4. § 1. Sed et si mensor ab altero solo conductus sit. *Inscript.* apud *Murat.* 1091. DE CONTROVERSIA FINIVM QVAM HABETIS CVM MARIANIS, PENDENTI EX IIS AGRIS, QVOS A PROCVRATORE MEO PVBLILIO MEMORIALE EMISTIS, VT FINIRET CLAVDIVS CLEMENS PROCVRATOR MEVS, SCRIPSI EI ET MENSOREM MISI. Hic *finitor* dicitur a *Cic.* 2. *leg. Agr.* 13. 32.; et *decempedator* ab *eod. Cic.* 13. *Phil.* 18. 37.; et *agrimensor* a *Constantin. Aug. Cod.* 3. 39. 3. In *Inscript.* apud *Gruter.* 1078. 6., quæ est apud *Orell.* 3225., mentio est de *mensore agrario territorii Ardeatini.* ¶ 3. Item qui viarum sternendarum curam suscipit, *ingegnere. Martial.* 10. 17. Mensorum longis sed nunc vacat ille libellis. Appia, quid facies, si legat ista Macer? *h. e.* vacat tabulis, in quibus viarum tractus sunt delineati. Quantum vero damni feres, Appia via, si Macer meis versibus legendis tempus terat? ¶ 4. Item *mensor,* vel *mensor ædificiorum* est, qui ædificia, quorum diagramma architectus in chartis delineatum exhibuit, ex iisdem super soli faciem absolvenda curat, Itali dicunt *capomaestro, protomastro*: hinc *Colum.* verbis, quæ supra sub 2. laudavimus, addit: Quum præsertim ne architecti quidem, quibus necesse est mensurarum nosse rationem, dignentur consummatorum ædificiorum, quæ ipsi disposuerint, modum comprehendere, sed aliud existiment professioni suæ convenire, aliud eorum, qui jam extructa metiuntur, et imposito calculo perfecti operis rationem computant. *Plin.* 10. *Ep.* 28. Dispice, domine, an necessarium putes mittere huc mensorem. *et Trajanus* ad *Plin. ibid. Ep.* 29. Mensores vix etiam iis operibus, quæ aut Romæ, aut in proximo fiunt, sufficientes habeo. *Inscript.* apud *Gruter.* 623. 7. L. CAECILIVS LAXIMVS MENSOR AEDIFICIORVM. Adde alias *ibid.* 8., et apud *Murat.* 921. 8. ¶ 5. *Mensor* etiam dicebatur, qui singulis militibus, numeris, legionibus loca dimetiebatur, vel hospitia præ-

parabat. *Veget.* 2. *Milit.* 7. Mensores, qui in castris ad podismum dimetiuntur loca, in quibus milites tentoria figant; vel hospitia in civitatibus præstant. *Imppp., Theodos., Valentinian. et Arcad. Cod. Theod.* 7. 8. 4. Si quis mensorum nostrorum manum, qua deputatas singulis quibusque domus enotant, et postibus hospitaturi nomen adscribunt, delere non dubitaverit, ad instar falsi reus teneatur.

MENSŌRĬUM, ĭi, n. 2. (mensa) discus, lanx. *Cassiod.* 10. *Hist. Eccl.* 15. Rursus Herodias vesanit, rursusque turbatur: denuo saltat, denuo caput Joannis in mensorio concupiscit accipere.

MENSŌRĬUS, a, um, adject. (mensor) ad mensorem pertinens. *Auct. de limit. p.* 217. *Goes.* Principium artis mensoriæ in agendis positum est experimentis. *Aggen. Urb. de controv. agr. p.* 71. *Goes.* Hæc controversia nec tantum jure ordinario, sed et arte mensoria componitur.

MENSTRŪA, ōrum. *V.* MENSTRUUS.

MENSTRŪĀLIS, e, adject. (menstruus) idem ac menstruus, ad mensem pertinens, *μηνιαῖος.* ¶ 1. Generatim est qui singulis mensibus fit, *d'ogni mese. Plaut. Capt.* 3. 1. 22. Dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus, quibus solebam menstruales epulas ante adipiscier: nemo ridet. *Prudent.* 9. *περὶ στεφ.* 537. Cadet rotati solis in terram globus, Sphæram ruina menstrualem destruet. *Io zodiaco. Cassiod. de anim.* 12. *a med.* Numerus duodenarius annum menstruali varietate composuit. ¶ 2. Speciatim est ad feminarum menstrua pertinens. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 15. 13. (63). Solum autem animal menstruale mulier est. *Id.* 19. *ibid.* 10. 57. (176). Hortensia omnia accessu mulieris menstrualis flavescunt. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. *init.* Generatur hæc passio – longi temporis dysenteria, vel in feminis menstrualis fluoris retentione. *Marcell. Empir.* 35. *ad fin.* Pannus menstrualis. *Vulgat. interpr. Levit.* 15. 24. Tempore sanguinis menstrualis. *et ibid. v.* 25. Tempus menstruale.

MENSTRŪANS, antis, particip. præs. ab inusit. *menstruo,* speciatim tantum occurrit de muliere, quæ in menstruis est. *Pallad.* 1. *R. R.* 35. Mulierem menstruantem contra urucas faciunt circumire. *V.* MENSIS II. 1. *Theod. Priscian.* 4. *ab init.* Mulieribus menstruantibus hoc vitio (*epilepseos*) laborantibus coire conveniet.

MENSTRŪĀTUS, a, um, particip. præter. ab inusit. *menstruo,* speciatim tantum occurrit de muliere, quæ in menstruis fuit. *Vulgat. interpr. Ezech.* 18. 6. Ad mulierem menstruatam (*vir*) non accesserit. *Id. Isai.* 64. 6. Et facti sumus ut immundus omnes nos, et quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ. Adde *eumd. Esth.* 14. 16., *Baruch.* 6. 28. et alibi.

MENSTRŪUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in omnibus paragr.

MENSTRŪUS, a, um, adject. (mensis) ad mensem pertinens, *ἔμμηνος* (It. *mensuale*; Fr. *de mois*; Hisp. *de mes, menstruo*; Germ. *zum Monat gehörig, monatlich*; Angl. *of a month, monthly, menstruous*). Occurrit ¶ 1. Generatim, et est qui singulis mensibus fit, *d'ogni mese. Varro* 6. *L. L.* 13. *Mūli.* Ferias menstruas edicere. *Cic.* 6. *Att.* 1. Usura menstrua. *Tibull.* 1. 3. 34. Reddereque antiquo menstrua tura Lari. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 30. Necessaria est menstrui cujusque officii monitio ea, quæ pendet ex ratione siderum et cæli. Cf. *Virg.* 1. *G.* 353. Ipse Pater statuit, quid menstrua luna moneret. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 48. (128). Menstrua ventorum ratio. *Id. ibid.* 10. 7. (48). Menstrui non sunt lunæ defectus. *Martial.* 3. 10. Constituit, Philomuse, pater tibi millia bina Menstrua. *la mesata.* — Hinc *Menstrua, ōrum,* n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt menstrua sacra. *Sall.* apud *Non. p.* 492. 32. *Merc.* Duæ mulieres ad menstrua solvenda montem ascendunt. — Item *menstruum, i,* apud *Plin.* 10. *Ep.* 24. Nam menstruum meum Calend. Septembr. finitur. *h. e.* officium menstrui spatii, quod cum collega partitus sum. Mos enim erat, ut, ubi plures essent in uno magistratu, per mensem singuli rempublicam invicem curarent. ¶ 2. Speciatim est ad feminarum menstrua pertinens. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 46. (132). Canri menstruas purgationes expediunt. *h. e.* profluvium sanguinis, quo laborant singulis fere mensibus feminæ, quæ ad concipiendum sunt habiles. *i mestrui, i fiori.* Sic *Id.* 11. *ibid.* 39. 94. (230). Quum menstrui cursus stetere. *Seren. Sammon.* 34. 645. Menstruus immenso si profluit impete sanguis, Succida lana malos remoratur subdita cursus. — Sæpe *Menstrua, orum,* dicuntur absolute. *Cels.* 6. 6. *n.* 38. Quod in feminam, bene respondentibus menstruis, non cadit. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 64. Mulier, quæ in menstruis est. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 21. 30. (65). Menstrua ciere: *et ibid.* 26. (54). pellere. *et* 20. *ibid.* 14. 54. (154). sedare. *et ibid.* 22. 93. (252). sistere. *et* 30. *ibid.* 14. 43. (128). adjuvare. *et* 20. *ibid.* 22. 89. (243).; et *Lucret.* 6. 796. solvere. — Similiter *Menstruum, i,* in sing. num. apud *Plin.* 28. *Hist. nat.* 7. 23. (78). Quocumque alio menstruo si segetem ambiant etc. *et ibid.* (85). Tactis menstruo postibus. Adde *Senec.* 4. *Benef.* 31. — *Menstrua femina,* quæ in menstruis est. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 5. 32. (98). Menstrua canis. ¶ 3. Est etiam *menstruus,* qui mensem durat, d'*un mese. Varro* 1. *R. R.* 27. 1. Tempora duorum generum sunt, unum annale, quod sol circuitu suo finit; alterum menstruum, quod luna circumiens comprehendit. Sic *ibid.* 5. 4. Quæ ad solis circumitum annuum sint referenda, et quæ ad lunæ menstruum cursum. Similiter *Catull.* 34. 17. Menstruus cursus Dianæ. *Cic.* 1. *Nat. D.* 31. 87. Solis lustrationem menstruo spatio luna complet. *Id.* 4. *Fin.* 12. 30. Ut ei, qui jucunde vixerit annos decem, si æque vita jucunda menstrua addatur, etc. *Lucan.* 5. 399. Menstruus consul. Rursus *Cic.* 2. *Legg.* 18. 45. Textile ne operosius, quam mulieris opus menstruum. *quanto può fare in un mese una donna.* et *Rosc. Com.* 3. 8. Menstruas rationes transferre in tabulas. *i conti d'un mese.* et *Id.* 5. *Verr.* 30. 72. Menstrua cibaria dare alicui. — Et *Menstruum, i,* absolute apud *Liv.* 44. 2. Consul, menstruum jusso milite secum ferre, profectus etc. *viveri per un mese.* — Hinc

Menstrua, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more. *V.* sub 1. et 2.

Menstruum, i, n. 2. absolute, substantivorum more. *V.* in omnibus paragr.

MENSŪĀLIS, e, adject. (mensis) idem ac menstruus, *mensuale. Boeth. Geometr.* 2. *p.* 1229. Deinde totius anni circulus mensuali numero fuit partitus.

MENSŪLA, æ, f. 1. *deminut. a* mensa, parva mensa, *tavolino, τραπέζιον. Plaut. Most.* 1 3. 150. Appone hic mensulam: vide, tali ubi sint. *Petron. Satyr.* 136. Mensulæ pedem extorsi. *Apul.* 2. *Met. a med.* Diem ceterum lavacro, ac dein cœnæ dedimus. Nam Milonis boni mensulam rogatus accubueram etc. *et ibid. non multo post.* Et grabatulum meum assistit mensula, cœnæ totius honestas reliquias tolerans. *Fronto* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 12. Scis, ut in omnibus argentariis mensulis, pergulis, tabernis ubique imagines vestræ sint vulgo propositæ. *Boeth.* 1. *Euclid.* ed. *Lachmann. p.* 379. 3. Præter hæc autem omnes quadrilateræ figuræ trapezia calontæ, id est mensulæ nominentur. *Capell.* 6 *p.* 189. et 190. abaci mensulam memorat.

MENSŪLĀRĬUS, ii, m. 2. (mensula) nummularius, mensarius, trapezita, *banchiere, τραπεζίτης. Seneca* 4. *Controv.* 24. *a med.*; *Scævola Dig.* 2. 14. 47., ubi alii aliter leg.; et *Ulp. ibid.* 42. 6. 8.

MENSUM, i, n. 2. a v. *metior,* ut *pensum* a *pendo,* est certum lanæ pondus, quod cuique lanificæ domina metiebatur ad opus faciendum, *μέτρημα, cómpito, penso,* idem ac *pensum.* Utrumque vocabulum junxit *Fronto de Nep. am.* 2. *p.* 218. ed. *Rom.* 1823. Fata a fando appellata ajunt: hocine est recte fari? Poetæ autem colus et fila fatis adsignant: nulla profecto tam sit importuna et insciens lanifica, quæ erili togæ solidum aut nodosum, servili autem subtile et tenue subtegmen neverit. Bonos viros luctu adfici, malos re familiari incolumi frui, neque mensum neque pensum fatorum lanificum duco. Cf. *Cajus Dig.* 18. 1. 35. Si pro numero corporum pretium fuerit statutum, tunc perfici emptionem existimavit, quum adnumerata, admensa, adpensa sint.

MENSŪRA, æ, f. 1. (metior) actio, qua quippiam metimur, seu quantitatem rei cujuspiam deprehendimus (It. *l'atto del misurare, la misurazione*; Fr. *action de mesurer, mesurage*; Hisp. *accion de medir, medida*; Germ. *d. Messen, d. Abmessen, d. Messung, Ausmessung*; Angl. *a measure*).

I.) Proprie. *Ovid.* 3. *Art. am.* 265. Mensuram facere alicujus. et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 1. 1. (3).; et *Plin. alter* 10. *Ep.* 28. agere. *prendere, pigliare. Colum.* 5. *R. R.* 3. 1. inire. Sic *Id. ibid.* 2. 1. Quadrati (*agri*) mensura facillima est: nam quum sit undique pedum totidem, multiplicantur in se duo latera etc.

II.) Translate. ¶ 1. Mensura est instrumentum, quo quippiam metimur, seu quantitatem rei cujuspiam deprehendimus: item ipsa quantitas, modus, magnitudo cujusque rei, *μέτρον, mezzo o strumento con cui si misura; ed anche risultato della misurazione, cioè quantità, dimensione. Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (198). Mensuras et pondera invenit Phidon Argius, aut Palamedes, ut maluit Gellius. *Cæs.* 5. *B. G.* 13. Certis ex aqua mensuris, breviores esse noctes, quam in continente, videbamus. *h. e.* clepsydris. *et* 6. *ibid.* 24. Nosse mensuras itinerum. *Juvenal.* 10. 100. de mensura jus dicere. *h. e.* de hominis et hujusmodi. (V. *Pers.* 1. 130.). *Nepos Att.* 2. *extr.* Ut singulis sex modii tritici darentur: qui modus mensuræ medimnus Athenis appellatur. *Cic.* 1. *Off.* 15. 48. Ea, quæ utenda acceperis, majore mensura, si modo possis, jubet reddere Hesiodus. *Petron. Satyr.* 97. Lectulum vestimentis implevi, uniusque hominis vestigium ad corporis mei mensuram figuravi. *Sueton. Cæs.* 26. Frumentum sine modo mensuraque præbere. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 41. 96. (236). Cameli lac suavissimum existimatur, ad unam mensuram tribus aquæ additis. *Id.* 35. *ibid.* 17. 57. (197). Creta Umbrica pondere emitur, Sarda mensura. *a peso, a misura.* et *ibid.* 10. 36. (92). Tabulæ pretium accepit aureos mensura, non numero. *Id.* 12. *ibid.* 19. 43. (95). Frutex mensura pedali. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 1. *ad fin.* Dant etiam viperas mandendas, sed amputato capite atque cauda, mensura digitorum quatuor. Rursus *Plin.* 36. *Hist. nat.* 12. 17. (82). Mensuram deprehendere alicujus rei. *Quintil.* 2. 17. 38. Mensuras solis ac terræ colligere. *Ovid.* 8. *Met.* 748. trunci Circuiere modum, mensuraque roboris ulnas Quinque ter implebat. *la grossezza.* et 15. *ibid.* 378. *de ranarum crurib.* Posterior partes superat mensura priores. *la lunghezza.* et 9. *ibid.* 788. *de Iphi femina in puerum conversa.* incomptis brevior mensura capillis. *Tac. Agric.* 12. Dierum spatia ultra nostri orbis mensuram. *più lunghi. Juvenal.* 4. 74. Sed deerat pisci patinæ mensura. *piatto di capacità sufficiente.* ¶ 2. Figurâ ductâ a paragrapho proxime superiori, mensura de pluribus dicitur et elegantes habet usus. *Ovid.* 1. *Art. am.* 589. Dare alicui mensuram bibendi. *prescrivere quanto debba bere.* et *Spartian. Pescenn.* 3. Sine mensura potare. *Juvenal.* 14. 316. mensura tamen quæ Sufficiat census, si quis me consulat, edam. *quanta entrata basti per mantenersi. Cic. Orat.* 20. 67. Quidquid sub aurium mensuram aliquam cadit, numerus vocatur. *Plin.* 10. *Ep.* 12. Beneficii mensuram intelligere. *Claudian. II. cons. Stilich.* 43. Est aliquod meriti spatium, quod nulla furentis Invidiæ mensura capit. *Tac.* 14. *Ann.* 54. Uterque mensuram implevimus, et tu, quantum princeps tribuere amico posset, et ego, quantum amicus a principe accipere. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 1. Maxime, qui tanti mensuram nominis imples. *h. e.* vim et significationem. *Id.* 12. *Met.* 57. *de Fama.* Ili narrata ferunt alio: mensuraque ficti Crescit. *Juvenal.* 11. 34. buccæ Noscenda est mensura suæ. *h. e.* vis propriæ eloquentiæ. *Seneca Herc. Œt.* 400. auribus Argolicis fui Mensura voti. *h. e.* tantum illæ optabant, quantum ego habebam. *Tac.* 1. *Hist.* 52. Nec consularis legati mensura, sed in majus omnia accipiebantur. *h. e.* pro modo conditionis et auctoritatis legati consularis. *Lucan.* 1. 175. mensuraque juris Vis erat. *Quintil.* 2. 3. 7. Summittere se mensuræ discentis. Sic *Hieronym.* 2. *Ep.* 13. Non est humilitatis meæ, neque mensuræ judicare. ¶ 3. Speciatim in pictura est convenientia et proportio partium, *simmetria, prospet-*

tiva, distribuzione, l'innanzi e indietro. Plin. 35. *Hist. nat.* 10. 36. (80). Apelles cedebat Melanthio de dispositione, Asclepiodoro de mensuris, hoc est quanto quid a quo distare deberet.

MENSŪRĂBĬLIS, e, adject. *misurabile,* qui mensura deprehendi potest. *Prudent. Apotheos.* 881. Spatium non mensurabile. *Vulgat. interpr. Ps.* 38. 6. Ecce mensurabiles posuisti dies meos.

MENSŪRĀLIS, e, adject. ad mensuram pertinens, ut Mensuralis linea, apud *Sicul. Flacc. edit. Goes. p.* 19. *et* 23. Sic *Frontin.* 2. *de limit. p.* 31. *Lachmann.* Mensurales metæ. — *Mensuralia* absolute, est titulus operis deperditi M. Terentii Varronis, de quo ita *Priscian.* 8. *p.* 817. *Putsch.* Infit, cujus Varro in Mensuralibus primam ponit personam, infio.

MENSŪRĀLĬTER, adverb. per mensuram. *Hycin. de limit. p.* 167. *Goes.* Extremitas mensuraliter obligata est.

MENSŪRĀTĬO, ōnis, f. 3. actus mensurandi, apud *Var. Auct. de limit. p.* 264. *Goes.* De mensuratione jugeri. *Jul. Vict. Art. rhet.* 3. § 5. De mensuratione agrorum.

MENSŪRĀTUS, a, um. *V.* MENSURO.

MENSURNUS, a, um, adject. *di un mese,* menstruus. *Cic.* 1. *Invent.* 26. 39. Annuum, mensurnum, diurnum, nocturnumve spatium. Ita legit *Priscian. sub fin. l.* 2., qui tameo ex vitiato exemplari hanc lectionem attulisse videtur. Alii rectius *menstruum.* Legitur etiam apud *Novatian. de Trinit. c.* 1. *V.* SPORTULA.

MENSŪRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (mensura). Part. *Mensuratus* I. et II. — Mensurare est metiri, *misurare.*

I.) Proprie. *Veget.* 1. *Milit.* 25. A centurionibus fossa inspicitur ac mensuratur. *Frontin. de colon. p.* 136. *Goes.* Ager ejus veteranis est assignatus, postea mensuratus limitibus intercisivis. *Boeth. Geometr.* 2. *p.* 1532. Esto ager octogonus, per singula latera pedibus septem mensuratus. *Vulgat. interpr. Jerem.* 31. 37. Si mensurari potuerint cæli sursum, et investigari fundamenta terræ deorsum etc. Adde *eumd. Ezech.* 45. 3. et 48. 30. *Plin. Valerian.* 3. 14. *p.* 194. ed. *Ald.* Quæ omnia in aqua pariter coques, ita ut ad maximam mollitiem perducas: postea colabis et mensurabis ex eo sextarios octo. Sic *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 115. *retro* ed. *Ald.* Omnia ista tundes diligenter, et cernes bene, et in pulverem mollissimum redacta mensurabis. Adde *eumd. c.* 22. *p.* 118. *retro.*

II.) Translate. *Coripp.* 3. *Laud. Justin.* 372. Quisque suas mensuret opes viresque suorum. *Cassiod.* 11. *Variar. præf.* Mensuratus eloquens. *parlatore misurato.*

MENSUS, a, um. *V.* METIOR.

MENSUS, us, m. 4. (metior). Extra Ablativum casum non usurpaverim, antequam exempla reperiam. — Mensus est idem ac mensura, *misura. In quodam fragm.* quod *tribuitur Varroni de Geometr.* Longitudines et altitudines mensu certo distinguere. *Apul. de Mundo.* Cujus mensu appensuque distincta est naturæ regio.

MENTA, æ, f. 1. *menta,* ἡδύοσμος, μίνθη, herba hortensis odorifera, ita dicta a *Menthe,* seu *Minthe* nympha, Cocyti filia, Plutonis pellice, quam Proserpina in hanc herbam mutasse dicitur: unde et *mentha* cum adspiratione a nonnullis scribitur. *Ovid.* 10. *Met.* 728. an tibi quondam Femineos artus in olentes vertere mentas, Persephone, licuit? *Id.* 8. *ibid.* 663. æquatam (*mensam*) mentæ tersere virentes. — Postea ab odoris suavitate ἡδύοσμος appellata: ab ἡδύς *suavis* et ὀσμή *odor:* ut *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 47. (159). docet. *Id. ibid.* (160). Grato menta mensas odore percurrit in rusticis dapibus. *Colum.* 10. *R. R.* 119. serpentis gramina mentæ. *Martial.* 10. 48. Menta ructatrix. Adde *Colum.* 11. *R. R.* 3. 37.; *Pallad.* 3. *R. R.* 24. 9.; et *Apul. Herb.* 105.

MENTĀGRA, æ, f. 1. ἄγριος λειχήν, morbus, aliter lichen, qui mentum, deinde faciem, collum, pectus, manusque fœdo quodam furfure occupat: a *mentum,* et ἄγρα *captura,* quasi menti captura, quia a mento incipit. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 1. 2. (2). Lichenas appellavere Græco nomine: Latine, quoniam a mento fere oriebatur, joculari primum lascivia, (ut est procax multorum natura in alienis miseriis) mox et usurpato vocabulo, mentagram. Hunc morbum aliis verbis describit *Martial.* 11. 98. Nec triste mentum sordidique lichenes etc.

MENTASTRUM, i, n. 2. (menta) menta silvestris, ἡδύοσμος ἄγριος. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 47. (159).; et *Colum.* 11. *R. R.* 3. 37. Silvestre mentastrum dicunt.

MENTHA. *V.* MENTA.

MENTIENS, entis. *V.* MENTIOR.

MENTĪGO, ĭnis, f. 3. (mentum) morbus agnorum, de quo ita *Colum.* 7. *R. R.* 5. 21. Est etiam mentigo, quam pastores ostiginem vocant, mortifera lactentibus. Ea plerumque fit, si per imprudentiam pastoris emissi agni, vel etiam hædi, roscidas herbas depaverint: quod minime committi oportet. Sed quum id factum est, velut ignis sacer os atque labra fœdis ulceribus obsidet. Hæc *Colum.*, ex quibus intelligimus, esse hunc morbum mentagræ speciem, a *mento* itidem dictum. Videsis OSTIGO.

MENTĬO, ōnis, f. 3. (memini) commemoratio, μνήμη (It. *menzione, motto, parola;* Fr. *action de mentionner, mention, motion, ouverture;* Hisp. *mencion, el recuerdo que se hace de alguna cosa;* Germ. d. *Erwähnung, Erinnerung, auch Meldung, Mittheilung;* Angl. *mention, a making mention or speaking of*). Occurrit ¶ 1. Generatim. — *a*) Cum Genitivo rei, aut personæ. *Cic.* 7. *Verr.* 64. 166. Ne moram quidem mortis mentione atque usurpatione civitatis assequi potuit. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 15. 50. Non consulit, sed casu in eorum mentionem incidi. *Id. Cluent.* 27. 73. Manarat sermo, pecuniæ quamdam mentionem inter judices esse versatam. *Id.* 5. *Att.* 9. *extr.* Te amat, nec tui mentionem intermitti sinit. *Id. Rosc. Am.* 2. 5. et *Pis.* 10. 23. Mentionem facere alicujus rei. *Cajus Dig.* 34. 5. 6. habere testamento. *Liv.* 28. 11. movere alicujus rei. *Id.* 38. 56. Ne Gracchi quidem oratio aut accusatorum, aut dici dictæ ullam mentionem habet. *Vellej.* 2. 65. 1. Conditionum jacta mentio. Sic *Forcellinus* cum *Edit. pr.:* at *Bipont.*, probante *Ruhkopf.*, leg. *facta,* inania enim jaciuntur, non vera. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 14. 28. (90). Insularum arbores in mentione earum dictæ sunt. *quando si trattò dell'isole.* Sic 35. *ibid.* 4. 10. (27). Tabulæ, quas dicemus sub mentione artificum. *Id.* 22. *ibid.* 25. 82. (164). Ad vini transire mentionem. *passare a parlar del vino.* et 33. *ibid.* 1. 4. (13). Sine mentione anulorum. *senza far parola delle anella.* et 28. *ibid.* 2. 5. (23). Cur ad mentionem defunctorum testamur, memoriam eorum a nobis non sollicitari? *al nominarsi i morti.* — In plur. num. *Liv.* 3. 43. L. Siccium secessionis mentiones ad vulgus militum sermonibus occultis serentem, ad locum castris capiendum mittunt. — *b*) Cum Ablativo et præpos. *de. Cic.* 3. *Legg.* 6. 14. Phalereus ille Demetrius, de quo feci supra mentionem. *et* 3. *leg. Agr.* 2. 4. Caput est legis XL. de quo ego consulto, Quirites, neque apud vos ante feci mentionem, ne etc. *V.* et infra sub 2. *Liv.* 31. 15. Tum primum mentio illata de tribu. *et* 4. 44. Mentio in senatu de agris dividendis illata est. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 94. mentio si qua De Capitolini furtis injecta Petilli Te coram fuerit. — *c*) Sequente Infinito. *Plaut. Most.* 3. 2. 126. Noli facere mentionem, te has emisse. *non far motto di* etc. *Cic.* 4. *Verr.* 39. 95. In senatu consules faciunt mentionem, placere statui, ne absentes homines rei fierent. *Liv.* 4. 8. Mentio illata ab senatu est, rem operosam ac minime consularem sub proprio magistratu egere. *Id.* 38. 34. Mentione illata, externos auxiliares dimissos, et Lacedæmoniis adscriptos urbe excessisse. — *d*) Sequente Relativo. *Liv.* 39. 11. Mentionem intulit, quid eo die dicendum esset. — *e*) Sequente part. *ut* et Conjunctivo. *Plaut. Cist.* 1. 2. 15. Sæpe mecum mentionem fecit, puerum, aut puellam alicunde ut reperirem sibi. *trattò meco, affinchè* etc. *Liv.* 4. 1. Mentio sensim illata a tribunis, ut alterum ex plebe consulem liceret fieri, eo processit, ut etc. ¶ 2. Speciatim *mentionem facere* est etiam formula sponsaliorum, qua utitur, qui puellam in matrimonium sibi poscit: qui vero despondet, *promittere,* vel *repromittere* dicitur. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 27. Credo edepol, ubi mentionem ego fecero de filia, mihi ut despondeat, sese a me deriderî rebitur. Adde *eumd. ibid.* 4. 7. 3. Hinc *Florentin. Dig.* 23. 1. 1. Sponsalia sunt mentio et repromissio futurarum nuptiarum.

MENTĬO, is. *V.* voc. seq. sub *C.*

MENTĬOR, ĭris, ītus sum, īri, dep. 4. *Mentibor* pro *mentiar* (quod in verbis quartæ non est infrequens) *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 35. Et assentandum est, quidquid hic mentibitur. *et ibid.* 2. 2. 99. Vera ut esse credat, quæ mentibitur. — Part. *Mentiens* sub *A.* I. 1. et II.: *Mentitus* sub *A.* I. 1., *B.* II. 1. et *C.*; *Mentiturus* sub *A.* I. 1. et II. — Mentiri est contra id, quod in mente est, loqui, mendacium dicere, ψεύδομαι (It. *dire bugia, mentire;* Fr. *mentir, ne pas dire la vérité, dire des choses fausses, dire faussement;* Hisp. *mentir, decir lo contrario de lo que se entiende;* Germ. *lügen, tauschen, betrügen, fälschlich vorgeben, behaupten, täuschend etwas vorstellen, nachahmen, annehmen;* Angl. *to lie, speak falsely, say the thing that is not*). Occurrit autem *A*) *Mentiri* dep. neutrorum more; *B*) *Mentiri* dep. cum Accusativo seu active; et *C*) *Mentire* activa positione.

A) *Mentiri* dep. neutrorum more

I.) Proprie de hominibus usurpatur. ¶ 1. Generatim est, ut diximus, contra id, quod in mente est, loqui, mendacium dicere; et occurrit — *a*) Absolute, vel addita persona, apud quam, aut re, de qua quis mentitur. *Ter. Heaut.* 3. 2. 38. Non est mentiri meum. *Id. Adelph.* 1. 1. 30. Qui mentîri, aut fallere insuerit patrem, aut audebit; tanto magis audebit ceteros. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 27. 87. Sed de physicis mox, et quidem ob eam causam, ne tu, qui idem me facturum paullo ante dixeris, videare mentitus. *Nepos Epam.* 3. Adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur. *Plaut. Truc.* 1. 2. 89. Mentiri palam. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 6. 18. Aperte mentiri. *Plaut. Amph.* 1. 2. 6. alicui. *Id. Pœn.* 1. 1. 24. apud aliquem. Sic *Cic.* 2. *Orat.* 45. 189. De me autem causa nulla est, cur apud homines prudentissimos atque amicissimos mentiar. *Gell.* 15. 22. Sertorius mentiebatur ad milites, si mendacium prodesset. *Plaut. Aulul.* 4. 7. 9. adversus aliquem. Cf. *Propert.* 2. 20. 3. Et quæcumque in me fueras mentita, fateri. *Cic.* 3. *Nat. D.* 6. 14. de re aliqua. Sic *Quintil.* 6. 3. 73. Multum de annis ætatis suæ mentientem. Rursus *Cic.* 12. *Att.* 21. *a med.* in re aliqua. *Quintil.* 5. 12. 3. Non enim videtur in negando mentiturus fuisse. — *b*) Cum Infinito. *Liv.* 24. 5. Victum malis (*h. e. cruciatibus*) se simulans, avertit ab consciis in insontem indicium, Thrasonem esse auctorem consilii mentitus, nec, nisi tam potenti duce confisos, rem tantam ausuros. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 53. certam me sum mentitus habere Horam, propositæ quæ foret apta fugæ. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 15. 34. (67). Fuere, qui e turis arbore utrumque nasci mentirentur. *falsamente hanno asserito. Lucan.* 7. 446. quum cæco rapiantur sæcula casu, Mentimur regnare Jovem. — *c*) *Mentior nisi,* et *si mentior* formulæ sunt quippiam serio constanterque affirmantis. *Ovid.* 2. *Met.* 514. Mentiar, obscurum nisi non quum fecerit orbem, Nuper honoratas summo mea vulnera cælo Videritis stellas illic, ubi etc. *Seneca Ep.* 106. Mentior, nisi et quæ alunt illud, corpora sunt. *sono un mendace,* se etc. Adde *eumd. ibid.* 118. Rursus *Ovid.* 4. *Fast.* 227. si mentiar, inquit, Ultima, quam fallam, sit Venus illa mihi. — *d*) *Mentiri* et *mendacium dicere* interdum differunt. *V.* Homonym. in fine v. MENDACIUM. ¶ 2. Speciatim est imaginandi vi fingere. *Horat. Art. P.* 151. Atque ita mentitur (*Homerus*), sic veris falsa remiscet etc. ¶ 3. Item specialim de eo, qui non stat promissis, *mancare di parola. Cic.* 3. *Off.* 24. 93. Sed quoniam promisit, si saltare in foro turpe ducet, honestius mentietur, si etc. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 20. Ut nox longa quibus mentitur amica, diesque Longa videtur opus debentibus etc. Cf. *Catull.* 107. 3. Tu, quod promisti, mihi quod mentita, inimica es etc.

II.) Translate de inanimis. Urbane *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 6. Frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio vero sæpissime. Poetice *Ovid.* 4. *Trist.* 3. 15. Quodque polo fixæ nequeunt tibi dicere flammæ, Non mentiturâ tu tibi voce refer. *et Ib.*

65. Hæc tibi natali facito Janique calendis Non mentituro quilibet ore legat. — Similiter *Id.* 10. *Met.* 28. Famaque si veteris non est mentita rapinæ, Vos quoque junxit amor. — *Mentientem* vertit *Cic.* 2. *Divinat.* 4. 11. genus argumentationis captiosæ, quam Græci ψευδόμενον appellant: inde ducto nomine, quod ea sæpe in exemplum formula afferri solet ex *Gell.* 18. 2. Quum mentior et mentiri me dico, mentior, an verum dico?

B) Mentiri dep. active, h. e. cum Accusativo

I.) Proprie de hominibus usurpatur. ¶ 1. Generatim ponitur pro fingere, simulare mendacii causa. *Sall. Cat.* 49. Nisi de eo indicaret, cujus consilio tantam rem esset mentitus. *Liv.* 10. 10. Quum pulli non pascerentur, pullarius, auspicium mentiri ausus, tripudium solistimum consuli nunciavit. *Ovid. Heroid.* 21. 183. Tu quoque pro nobis, si non mentiris amorem, Tura feras. *Id.* 2. *Amor.* 19. 11. sani capitis mentita dolores. *Id.* 11. *Met.* 281. Mentitusque fugæ causam. Adde *Propert.* 4. 7. 58. Similiter *Colum.* 1. *R. R. præfat.* § 15. Sexum viris denegatum muliebri motu mentiri. *Justin.* 35. 2. 4. originem alicujus. *Quintil.* 2. 15. 25. Qui colorem fuco et verum robur inani sagina mentiantur. *Martial.* 6. 57. Mentiris fictos unguento, Phœbe, capillos. *Id.* 11. 52. Mentiar, ut venias, pisces, conchylia, semen, Et cortis saturas atque paludis aves. *fingerò e dirò d'avere.* Huc pertinet et illud *Lucan.* 3. 198. populum Pholoe mentita biformem. *h. e.* fabulata centauros. ¶ 2. Specialim de eo, qui non stat promissis. *Propert.* 2. 13. 57. Mentiri noctem, promissis ducere amantem. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 108. geminisque fidem mentita tyrannis.

II.) Translate. ¶ 1. Quoniam qui mentitur, veri similitudinem referre curat, mentiri dicitur de homine, qui alterum plane refert, *assomigliarsi. Sil. It.* 2. 636. Vos etiam primo, gemini, cecidistis in ævo, Eurydemon fratrem, et fratrem mentite, Lycorma: Cuncta pares. *Martial.* 3. 43. Mentiris juvenem tinctis, Lentine, capillis. *Arnob.* 7. 42. *de Æsculapio.* In anguem convertisse se deum, quo mentiri se posset, quisnam esset. ¶ 2. Tribuitur eadem figurâ et rebus inanimis, et significat similitudinem alicujus rei habere, imitari, simulare, quum re vera sit aliud. *Horat.* 4. *Od.* 6. 13. equo Minervæ Sacra mentito. *Virg.* 4. *Ecl.* 42. Nec varios discet mentiri lana colores. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 6. 29. (48). Color, qui chrysocollam mentitur. *Claudian. II. Laud. Stilich.* 248. oceanique æstum mentitur amictus. *Id. III. cons. Honor.* 140. *de dracone picto.* vivitque receptis Flatibus, et vario mentitur sibila tractu. *Lucan.* 9. 820. virgas mentita Sabæas Toxica. *Theod. Priscian.* 1. 6. At fœditas illa vulpini vulneris similitudinem quamdam exhibet; deinde etiam serpentis squammosi superficiem mentitur. ¶ 3. Item de inanimis est non stare promissis, atque adeo decipere, fallere. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 87. Spem mentita seges. *Martial.* 5. 39. semel fac illud, Mentitur tua quod subinde tussis. *h. e.* morere, quod tussis tua, cito fore, pollicetur, sed nos fallit. *Claudian. IV. cons. Honor.* 527. felix arcus, certique petitor Vulneris, et jussum mentiri nescius ictum. *h. e.* fallere.

C) Mentio, is, activa positione olim dictum fuit, teste *Priscian.* 8. *p.* 799. *Putsch.* Hinc passive. *Modestin. Dig.* 48. 10. 28. Si a debitore, prælato die, pignoris obligatio mentiatur etc. — Ceterum Part. *Mentitus* sæpe occurrit passive et est fictus, simulatus, falsus, *finto, falso, contraffatto. Virg.* 2. *Æn.* 422. primi clipeos mentitaque tela Agnoscunt. *Ovid.* 5. *Met.* 326. Et se mentitos Superos cœlisse fatuis. *Val. Flacc.* 7. 155. Non jam mentitæ vultum vocemque resumit Chalciopes. *Ovid.* 10. *Met.* 439. Nomine mentito, veros exponit amores. In *carm.* apud *Sueton. Oth.* 3. Cur Otho mentito sit, quæritis, exsul honore. *Plin.* 6. *Ep.* 20. *a med.* Fictis mentitisque terroribus vera pericula augere. In illo *Avien. Phæn.* 345. Agenoreo colori hinc mentiriet ostro Iacinti. *Interppr.* passive accipiant pro *simulari*; sed *Kirchero* est verbum neutrum depon. *V.* similia supra sub *B.* II. 2.

MENTIŌSUS, a, um, adject. (menta) qui mentæ odorem habet. *Marcell. Empir.* 33. *sub init.* Eruomi, quæ appellatur herba mentiosa, succus.

MENTĪTĬO, ōnis, f. 3. (mentior) mendacium. *Cic.* 3. *Herenn.* 2. 3. Dolus consumitur in pecunia, pollicitatione, dissimulatione, maturatione, mentitione. *Alii, inter quos* et Orellius, *leg.* mentione.

MENTĪTUS, a, um. *V.* MENTIOR.

MENTO, ōnis, m. 3. (mentum) mentum habens solito majus, *chi ha il mento grande,* μακρόγενυς. *Arnob.* 3. Esse dicendum est quosdam capitones, siluncules, frontones: in his alios mentones, nævios atque nasicas. Hinc C. Julius Mento cos. ann. U. C. CCCXXIII. apud *Liv.* 4. 26.

MENTOR, ōris, m. 3. nomen celeberrimi artificis in vasis argenteis cælandis, de quo *V.* ONOM. — Hinc metonymice. *Juvenal.* 8. 104. raræ sine Mentore mensæ. *Martial.* 11. 11. Te potare decet gemma, qui Mentora frangis.

MENTŪLA, æ, f. 1. πέος. ¶ 1. Est membrum virile: videtur esse deminut. menti, a motu enim nomen habet, unde Græcis σάχη dicitur a σείω *agito* (hinc etiam Mutinus a mutando dictus est Priapus): quamquam *Cic.* 9. *Fam.* 22. a *menta* deducit. *Catull.*; *Martial.*; et *Auct. Priap.* ¶ 2. Apud *Catull.* est etiam non semel convicium in hominem impurum.

MENTŪLĀTUS, a, um, adject. (mentula) mutoniatus, πεωδης. Occurrit tantum Comp. apud *Auct. Priap.* 37. *extr.* Deus Priapo mentulatior non est.

MENTUM, i, n. 2. duo diversa significat: scilicet

A) Est pars capitis ori subjecta et promiuens, seu malæ inferioris media et ima pars, ut *Cels.* loquitur 8. 1. *ante med.*, unde barba nascitur: a motu frequenti nomen habere videtur, illud enim movemus, quoties loquimur, aut edimus; μένος porro Græcis est *impetus,* unde μένομαι pro μαίνομαι *agitor.* Gr. γένος, γένειον (It. *mento*; Fr. *menton*; Hisp. *barba*; Germ. *d. Kinn*; Angl. *the chin*).

I.) Proprie. — *a)* De hominibus. *Poeta* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 5. 10. Mento summam aquam attingens siti enecatus Tantalus. *Cic.* 6. *Verr.* 43. 94. Rictum Herculis ac mentum paullo attritius, quod in precibus id osculari solent. *Id.* 2. *Orat.* 66. 266. Mentum in dicendo intorquere. *Ovid.* 2. *Pont.* 6. 14. Mento manum supponere. *Id.* 11. *Met.* 620. *de Somno.* Summaque percutiens nutanti pectora mento. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 27. (45). Ex edito speculantur proni, terram mento attingente. *Id.* 11. *ibid.* 45. 103. (251). Antiquis Græciæ in supplicando mentum attingere mos erat. *Virg.* 6. *Æn.* 299. cui plurima mento Canities inculta jacet. *et ibid.* 809. nosco crines incanaque menta Regis Romani. *h. e.* barbam canam. Adde *Martial.* 11. 84. Urbane *Petron. fragm. Tragur.* 43. *Burmann.* Et, quod ei mentum sustulit, hereditatem accepit. *ciocchè gli ha fatto alzar la testa.* Sed phrasis est plebeja. — Proprie uni homini est, ut ait *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 60. (159).: nihilominus et de brutis dicitur per similitudinem. *Id.* 8. *ibid.* 50. 76. (204). Dependet caprarum mento villus. *Virg.* 3. *G.* 53. *de bove.* Et crurum tenus a mento palearia pendent. *et ibid.* 311. barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci.

II.) Figurate transfertur in architectura ad eam partem coronæ propendentem, per quam aqua defluit, *lo sporto del gocciolatojo, sottogrondale. Vitruv.* 4. 3. *a med.* Ad ipsum mentum coronæ incidatur linea, quæ scotia dicitur.

B) Prisci *mentum* dixere pro *commentum,* inquit *Paul. Diac. p.* 124. 19. *Müll.*: nempe a *mentior,* unde *comminiscor* factum est.

MENUI, vox Indica, de qua ita *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 60. (169). Est et alia (*hæmatitis*) ejusdem generis, quæ vocatur menui ab Indis, xanthos appellata a Græcis, e fulvo candicans.

MĒO, as, āvi, ātum, are, n. 1. Part. *Means* I. et II. — Meare est vadere, transire; et dicitur sæpe de iis, qui eunt redeuntque: hinc universim ponitur pro ire, proficisci, διαβαίνω, πορεύομαι (It. *passare, andare*; Fr. *aller, passer, circuler*; Hisp. *pasar, mudarse de un lugar á otro*; Germ. *gehen*; Angl. *to go, to and fro, pass*).

I.) Proprie de hominibus et brutis animalibus. *Lucret.* 4. 371. terra Lumine privatur solis, quacunque meantes Officimus. *Horat.* 1. *Od.* 4. 17. Manes et domus Plutonia, quo simul mearis etc. *Seneca Herc. Fur.* 211. aliud jussus ad bellum meat. *Tac.* 3. *Ann.* 34. Quoties divum Augustum in occidentem atque orientem meavisse comite Livia? *Curt.* 8. 4. 3. Fulgura — non oculos modo meantis exercitus, sed etiam animos terrere cœperunt. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 81. ubi frigore constitit Ister, Dura meant celeri terga per amnis equo. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 38. 54. (113). Aves ita ferantur ut, si pariter cernantur plura genera, non in eadem natura meare videantur.

II.) Figurate de rebus et de abstractis. *Curt.* 5. 1. 30. Qui (*Euphrates*) retentus acrius, quam si libero cursu mearet, illiditur. *Claudian.* 1. *in Rufin.* 185. Nereus par semper similisque meat. *h. e.* mare, quamvis plura influant flumina, non crescit. *Ovid.* 15. *Met.* 71. qua sidera lege mearent. et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 39. 39. (106). Siderum meantium vis. et *Quintil.* 11. 2. 22. XII. signis, per quæ sol meat. Cf. *Cic.* 2. *Nat. D.* 19. 49. Quum duo sint genera siderum, quorum alterum spatiis immutabilibus ab ortu ad occasum commeans etc. *Tac.* 4. *Ann.* 5. *extr.* Triremes huc illuc meant. Sic *Curt.* 9. 4. 9. Iter, qua meant navigia, in tenuem alveum cogitur. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 14. 17. (43). Interruptis angusto transitu jugis, ita ut vix singula meent plaustra. *Curt.* 3. 5. 9. et 8. 4. 12. Liberius meare spiritus cœperat. *Lucret.* 2. 150. Vapor per inane meat vacuum. *Seneca Med.* 836. meet in pectus venasque calor. *Lucan.* 3. 640. Discursusque animæ diversa in membra meantis. *Claudian.* I. *cons. Stilich.* 10. Ordine vota meant. *h. e.* procedunt et succedunt. *Capell.* 1. *p.* 10. Et (*numquam magis*) fit collibitum manere jussis, Quam quum Deliaco meare fatu Cura atque arbitrio monemur isto. *h. e.* quam quum Deliaco oraculo obedire Apollinis cura atque arbitrio moneor: ubi adverte verbum *meare* opponi v. *monere.*

MĔOPTE. *V.* MEUS et IPSE.

MĔPHĪTĬCUS, a, um, adject. (mephitis) fœtidus. *Sidon.* 3. *Ep.* 13. Mephiticus odor.

MĔPHĪTIS, is, f. 3. *puzzore,* ψευδὴς ἀποδορά, terræ putor ex aquis maxime sulphuratis atque corruptis proveniens, et in nemoribus gravior ex densitate silvarum. *Servius* in *Virg.* 7. *Æn.* 84. Aliqui, *Servio* teste loco citato, Mephitim deum esse volunt, Leucotheæ connexum, sicut est Veneri Adonis, Dianæ Virbius. Alii Junonem intelligunt, quam aerem esse constat. Omnis autem putor ex corruptione aeris nascitur, sicut bonus odor ex aere incorrupto. Igitur Mephitis erit dea avertens molestiam odoris gravissimi, id est graveolentiæ. *Virg. ibid.* sævamque exhalat opaca mephitim. *Pers.* 3. 99. Gutture sulphureas lente exhalante mephites. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 93. 95. (208). docet, Mephitis ædem fuisse Ampsancti in Hirpinis, ubi specus erat mortiferum spiritum exhalans. Etiam prope mœnia Cremonæ templum Mephitis fuit, teste *Tacito* 3. *Hist.* 34. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* 96. 10.

MĔRĀCĒ, adverb. (meracus) mere, pure, *puramente.* Occurrit tantum Comp. *Meracius* apud *Cels.* 1. 3. *ad fin.* Per auctumnum cibo jam paullo pleniore uti licet; minus, sed meracius bibere. *Scribon. Compos.* 170. Vini misti meracius cyathi quatuor. *Sidon.* 4. *Ep.* 1. Purius, fortius, meracius amat. *Solin.* 33. *a med.* Superficies sardonychis probatur, si meracius rubeat.

MĔRĀCŬLUS. *V.* voc. seq.

MĔRĀCŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* meracus. Per syncopen *Plaut. Cas.* 3. 5. 15. Meraclo se percussit flore Libyco. *Alii leg.* meraco. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 19. 80. (209).; et *Cels.* 3. 19. Opium ex vino meraculo si protinus detur. *Scribon. Compos.* 134. Oportet autem his diebus dare eis cibos assæ carnis agrestis, aut volucrum, et vinum austerum meraculum.

MĔRĀCUS, a, um, adject. (merus). Comp. *Meracior* et Sup. *Meracissimus* I. — Meracus est purus, solus, ἀκρατος (It. *puro, mero*; Fr. *sans mélange, pur*; Hisp. *puro, libre y evento de toda mezcla*; Germ. *rein, lauter, unvermischt*; Angl. *pure, without mixture, meracious, strong, racy*).

I.) Proprie. — *a)* Fere de vino dicitur, cui nihil aquæ admixtum sit. Sunt qui putant dici de vino, cui parum admodum aquæ insit, *merum* autem de eo, cui nihil. *Cic.* 3. *Nat. D.* 31. 78.

Si medicus sciat, eum ægrotum, qui jussus sit vinum sumere, meracius sumpturum. *Cels.* 1. 3. *ante med.* Cibum modicum, potiones meracas assumere. *et a med.* Vinum austerum meracum. *et infra.* Vinum dilutius pueris, senibus meracius. *Propert.* 2. 24. 27. Ah pereat, quicumque meracas repperit uvas. — *b*) Dicitur et de aliis rebus, quæ puræ sunt. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 137. Expulit helleboro morbum bilemque meraco. *Plerique tamen Interppr.* meracum *hoc loco absolute accipiunt pro* vino meraco. *Pers.* 4. 16. Anticyras melior sorbere meracas. *Sidon.* 3. *Ep.* 10. Meracissimus scientiæ fons. — Huc referri potest et illud *Apul. Florid.* 4. *extr.* Musarum cratera quanto crebrior quantoque meracior, tanto propior ad animi sanitatem. *h. e.* Musarum poculum quo sæpius iteratur et purius bibitur, eo magis accedit ad sanitatem mentis.

II.) Translate. *Cic.* 1. *de republ.* 43. Quum inexplebiles populi fauces exaruerunt libertatis siti, malisque usus ille ministris, non modice temperatam, sed nimis meracam libertatem sitiens hauserit etc.

MĔRĀLIS, e, adject. (merus) ad merum, h. e. ad vinum pertinens. *Marcell. Empir.* 27. Mellis heminam, vini veteris sextarium, piperis grana ducenta teres diligenter, et conditum ex iis tribus speciebus facies; et jejuno dysenterico mane (*ex eo condito*) meralem calicem calidum plenum dabis; statim proderit. Sed si necesse fuerit, ex eo condito ipsum plenum meralem per triduum dabis. *un calice o bicchiere da vino.*

MĔRĀTUS, a, um, adject. (merum) videtur esse idem atque aliquantum merus, scil. vinum aqua mistum, sed non admodum aqua dilutum, quod *Plaut. Stich.* 1. 3. 116. vinum *submerum* appellavit. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 7. *n.* 109. Erasistratus, et Asclepiades, item Themison – meratum potum dari jusserunt. Ait enim Asclepiades duplicandam vel triplicandam quantitatem vini solitæ temperationis, adeo ut uni cyatho unum admisceri jussit, quo vini et aquæ quantitas coæquetur. *et mox n.* 111. Ait mistum calidum sorbendum, hoc est vinum cum aqua supradicta, meratum. Adde *eumd. ibid. n.* 110. et 1. *ibid.* 1. *n.* 17. et 4. *ibid.* 1. *n.* 10.; quibus in locis mss. Codices omnes exhibent *meratus*, contra *meracus* apud *eumd.* 1. *Acut.* 15. *n.* 147. et 17. *n.* 183. Editiones *meratus* in *meracus* mutandum putant: aliter omnino censet cl. *Härcher.*, cui verba a nobis allata, ni fallimur, suffragantur.

MERCĂBĬLIS, e, adject. (mercor) qui emi potest, *venale. Ovid.* 1. *Amor.* 10. 21. Stat meretrix certo cuivis mercabilis ære.

MERCĀLIS, e, adject. (mercor) mercabilis. *Impp. Diocletian. et Maximian. Cod.* 4. 7. 6. Mercalem te habuisse uxorem proponis.

MERCĀTĬO, ōnis, f. 3. (mercor) emptio et venditio, *mercatanzia, ἐμπόρευσις. Gell.* 3. 3. *sub fin.* Pecunia omni in mercationibus perdita. *Firmic.* 3. *Mathes.* 8. *ad fin.* Sua vendere assidua mercatione.

MERCĀTOR, ōris, m. 3. (mercor) qui mercatur, ἔμπορος (It. *mercante, negoziante*; Fr. *marchand, négociant*; Hisp. *mercader, negociante*; Germ. d. *Kaufmann, Handelsmann, Händelsherr*; Angl. *a mercant, trader.*) *Cic. Orat.* 70. 232. Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos et Lælios multi venalicii mercatoresque superarunt. *Id.* 1. *Off.* 42. 150. Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant. *Cæs.* 4. *B. G.* 3. Multi ad eos mercatores ventitant. *Varro* 3. *R. R.* 16. 11. Mercatorem suo tempore admittere. *Horat. Art. P.* 117. Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli. *Id.* 1. *Od.* 31. 10. dives et aureis Mercator exsiccet culullis Vina Syra reparata merce, Dis carus ipsis, quippe ter et quater Anno revisens æquor Atlanticum Impune. Adde *Ovid.* 5. *Fast.* 675. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 245. MERCATOR OMNIS GENERIS MERCIVM TRANSMARINARVM. *Alia* apud *Orell.* 3331. MERCATORES FRVMENTARI ET OLEARI AFRARI. *h. e.* qui ex Africa frumentum et oleum afferebant. *Alia* apud *eumd.* 4229. L. PAPIVS. L. L. PHASELVS MERCATOR VINARIVS. — *Cic. post redit. in senat.* 4. 10. Non consules, sed mercatores provinciarum, ac venditores vestræ dignitatis. — *Mercator* inscribitur etiam Comœdia Plautina, quæ adhuc extat, cujusque mentionem facit *Varro* 7. *L. L.* 60. *Müll.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MERCĀTŌRĬUS, a, um, adject. (mercor) ad mercaturam pertinens, mercaturæ faciendæ inserviens, *mercantile. Plaut. Bacch.* 2. 3. 2. Ecquæ advenerit in portum ex Epheso navis mercatoria.

MERCĀTŪRA, æ, f. 1. (mercor) negotiatio, ars, seu actus mercandi, ἐμπορική (It. *mercanzia, il mercatare*; Fr. *commerce de marchandises, négoce*; Hisp. *negocio, comercio, tráfago*; Germ. d. *Handel*; Angl. *the trade of a merchant, the practice of buying and selling, mercature*).

I.) Proprie. *Plaut. Most.* 3. 1. 109. Jam homo in mercatura vertitur. *h. e.* versatur, mercaturam exercet. *Cic.* 3. *de republ.* apud *Non. p.* 431. 14. Phœnices (*Mercerus leg.* Pœni) primi mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam et inexplebiles cupiditates omnium rerum exportaverunt (*Mercerus leg.* importaverunt) in Græciam. *Id.* 1. *Off.* 42. 151. Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est; sin magna et copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda. *Id.* 7. *Verr.* 28. 72. Qui a prædonibus erant capti, quum mercaturas facerent. *Id.* 5. *Tusc.* 31. 86. Quæstuosa mercatura. *Cæs.* 6. *B. G.* 17. Deum maxime Mercurium colunt: – hunc ad quæstus pecuniæ mercaturasque habere vim maximam arbitrantur. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 107. Aversus mercaturis. *Capitolin. Pertin.* 13. Mercaturas exercere.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a super. paragrapho, de abstractis dicitur. *Cic.* 3. *Off.* 2. 6. Suscepisti onus præterea grave et Athenarum et Cratippi: ad quos quum tamquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus *etc.* Ita legit etiam *Non. p.* 213. 5. et 431. 21. *Merc.* Cf. *eumd.* 1. *Nat. D.* 44. 122. Quam (*amicitiam*) si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus; non erit ista amicitia, sed mercatura quædam utilitatum suarum. ¶ 2. Mercatura dicuntur ipsæ merces, quibus mercatura fit. *Plaut. Trin.* 2. 2. 51. Mercaturam ne, an venales habuit, ubi rem perdidit?

MERCĀTUS, a, um. *V.* MERCOR.

MERCĀTUS, us, m. 4. (mercor) *Mercatis* pro *mercatibus*, quasi a recto *mercatum, Sallustium* dixisse, testatur *Non.* p. 138. 9. *Merc.*; qua de re V. *Kritz.* ad *Sall. Histor. fragm.* 5. 8. — Mercatus est mercandi actus, ἐμπόρευμα (It. *mercanzia*; Fr. *commerce, trafic, négoce, achat, vente*; Hisp. *comercio, tráfago, tráfico*; Germ. d. *Handel, Handelsverker, Kauf und Verkauf*; Angl. *a buying and selling*).

I.) Proprie. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 126. Apud ædem Veneris hodie est mercatus (*feminarum*): eo conveniunt mercatores: ibi ego me ostendi volo. *Cic.* 2. *Phil.* 3. 6. Quum domi tuæ turpissimo mercatu omnia essent venalia. Cf. *eumd.* 3. *ibid.* 12. 30. Earumque rerum omnium domesticum mercatum instituit.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro emporio, seu loco, ad quem mercatores emendi vendendique gratia conveniunt; atque adeo pro nundinis, quibus mercatores congregantur ad emendum et vendendum, *mercato, fiera. Plaut. Pers.* 2. 3. 8. Herus meus me Eretriam misit; domitos boves ut sibi mercarer, dedit argentum: nam ibi mercatum dixit die esse septimi. *fiera. Ter. Adelph.* 2. 2. 13. Nisi eo (*Cyprum*) ad mercatum venio, damnum maximum' st. *Varro* 2. *R. R. præfat.* § 6. Te empturientem in campos Macros ad mercatum adducunt crebro pedes. *Liv.* 1. 30. Tullus ad Feroniæ fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehensos querebatur. *Cic.* 2. *Invent.* 4. 14. In itinere quidam proficiscentem ad mercatum – est consecutus. *Id.* 4. *Verr.* 53. 133. Tanto mercatu prætoris indicto, concurritur undique ad istum Syracusas. Sic *Id.* 5. *Tusc.* 3. 9. Habere mercatum. *far fiera.* et *Id.* 2. *de republ.* 14. Mercatus, ludos omnesque conveniendi causas et celebritates (*Numa Pompilius*) invenit. *Sueton. Ner.* 28. Hunc – circa conventus mercatusque Græciæ, ac mox Romæ circa Sigillaria comitatus est. ¶ 2. Item pro quocumque conventu. *Justin.* 13. 5. 3. Litteræ recitatæ præsente universa Græcia, in mercatu Olympiaco. *Inscript.* apud *Orell.* 3281. c. AEMILIVS C. F. SERG. (*h. e.* Sergia tribu) ROMVLINVS DEC. COL. MVRS. (*h. e.* Coloniæ Mursæ, ab Hadriano deductæ, ubi hodie Essek) OB HONOREM FLAMINATVS TABERNAS L. CVM PORTICIBVS DVPLICIBVS IL (*sic: lege* IN) QVIB. MERCATVS AGERETVR PECVNIA SVA FECIT. *Calendar.* sive *Fast. Antiatin.* apud *Henzen.* 6445. IVL. EID. NP. MERCATVS DIES V.

MERCĒDĀRĬUS. *V.* MERCEDONIUS.

MERCEDICIUS. *V.* voc. seq.

MERCĒDITŪUS, mercenarius, quod mercede se tueatur. *Paul. Diac. p.* 124. 8. *Müll.* Vulgati libri habent *mercedicius*: *Dacerius* malebat *mercedituus* propter illa *mercede tueatur*, quam lectionem exhibet etiam *Müllerus.*

MERCĒDĪNUS. *V.* voc. seq.

MERCĒDŌNĬUS *vel* merkedonius, a, um, adject. μερκηδόνιος, ad mercedem solvendam pertinens. *Paul. Diac. p.* 124. 6. *Müll.* Mercedonios (*dies*) dixerunt a mercede solvenda. *Gloss. Isid.* Mercedonius, qui solvit mercedem. Mercedarius, qui dat mercedem pro labore sibi impenso. Cf. *Not. Tir. p* 69. Mercenarius, mercedarius. *Merk.* est nota in *Vet. Kalend. Rom.* apud *Gruter.* 133. addita *prid. Id. Julias*, et aliquot seqq. diebus, itemque *XII. Kal. Oct.* et seqq., denique *XIV. Kal. Dec.* et seqq. *Merkedinos*, vel *Merkedonios* dies interpretatur *Scaliger de emend. temp. l.* 2. *p.* 177. a Merkedona dea dictos, quæ præfuerit mercedibus et pensionibus solvendis: id apparere, inquit, in mense Julio, quo inquilini τὸ ἐνοίκιον, mercedem pendebant, et migrabant ex ædibus in alias. — Ceterum *merkedinus*, μερκεδῖνος, vel *mercedonius*, μερκηδόνιος, mensis dictus intercalaris ille Numæ alternis bienniis XXII. et XXIII. dierum, de quo nomine miratur *Scaliger*, nullam mentionem superesse, nisi apud *Plutarch.* in *Numa c.* 18. et in *Cæs. c.* 59. (Adde apud *Lydum de mensib.*) Ad eumdem tamen recte referenda sunt *Tertulliani Idolol.* 13. verba, quæ legesis apud *Morcell. de stil. Inscript. Lat. T.* 1. *p.* 74., ubi alia multa huc pertinentia. V. et *Danieli Numism. Capuana p.* 105 et seqq., qui putat vocem esse Etruscam, aut Oscam, et incertæ adhuc interpretationis. Alia porro de hujus vocis interpretatione est sententia *Petr. Fr. Fogginii* in *Verr. Flacci Fast. p.* 124. et 135. Itaque cave, ne mercedonium mensem cum vocibus superius allatis confundas; eo enim mense, quum intercalaris esset, nulla merces solvi poterat. — Ceterum *Orellio* et *Henzenio* nota illa MERK., quæ in Calendariis occurrit, est *mercatus.*

MERCĒDŬLA, æ, f. 1. *deminut.* mercedis, parva merces.

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Orat.* 45. 198. Itaque ut apud Græcos infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in judiciis oratoribus. *Seneca* 6. *Benef.* 15. Medico mercedulam debere. *Quintil.* 12. 11. 14. Cupiditate diutius exigendi mercedulas.

II.) Translate. *Cic.* 13. *Att.* 11. Constituere mercedulas prædiorum. *stabilire il prezzo delle affittanze*, constituere, quantum solvere debeant, qui prædia locata conduxerunt.

MERCĒNĀRĬUS, a, um, adject. (merces) mercede conductus, pretio comparatus; cui *gratuitus* opponitur, ut apud *Cic.* 1. *Legg.* 18. 48. Liberalitas gratuita ne est, an mercenaria? si sine præmio, benigna est, gratuita: si cum mercede, conducta. V. *eumd. Cic.* et infra sub *Mercenarius, ii. Gr.* μισθοφόρος (It. *mercenario, pagato*; Fr. *qui travaille pour un salaire, salarié, loué, payé, gagé, stipendié*; Hisp. *mercenario, el que por su estipendio trabaja*; Germ. *um Sold oder Lohn gemiethet, gedungen, besoldet, bezahlt*; Angl. *hired, mercenary, stipendiary*). Occurrit — *a*) De hominibus. *Cic. Pis.* 21. 49. Præbuit se mercenarium comitem regi Alexandrino. *Cato* apud *Gell.* 5. 21. Compluriens eorum milites mercenarii inter se multi alteri alteros in castris occidere. *Liv.* 24. 49. Mercenarium militem in castris neminem ante, quam tum Celtiberos, Romani habuerunt. *Nepos Eumen.* 1. Apud nos re vera, sicut sunt, mercenarii, scribæ existimantur. *Cic.* 3. *Fam.* 11. *a med.* Mercenarii testes. *Id.* 7. *Verr.* 21. 54. Audite decretum mercenarii prætoris. — *b*) De rebus et abstractis. *Liv.* 24. 49. Quem,

bene meritum de se et gente sua, mercenariis armis in Africam oppugnatum venisset. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 67. ille Philippo Excusare laborem et mercenaria vincla. *h. e.* officium et munus præconis, quod mercedis et lucri gratia exercebat, eoque detinebatur. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 63. 83. (172). Ancilla mercenariæ stipis. *Cic.* 3. *Verr.* 43. 111. Quum a te caput illud tam multis verbis, mercenario proœmio, esset ornatum etc. *Quintil.* 12. 1. 25. Mercenaria vox. — Hinc

Mercenarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est opera mercede conducta, h. e. homo liber conducticius, ut *Varro* 1. *R. R.* 17. 2. loquitur. *Plaut. Pœn. a.* 2. *extr.* In hunc diem jam tuus sum mercenarius. *Cic. Fontej.* 10. 22. Potestis igitur ignotos notis, iniquos æquis, – mercenarios gratuitis – anteferre? *Id.* 1. *Off.* 13. 41. Non male præcipiunt, qui ita jubent uti servis, ut mercenariis: operam exigendam, justa prœbenda. *Id. ibid.* 42. 150. Illiberales autem et sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur: est enim in illis ipsa merces auctoramentum servitutis. *Id. Cluent.* 59. 163. Ennius egens quidam, mercenarius Oppianici. *Petron. Satyr.* 103. Mercenarius meus, ut ex novacula comperistis, tonsor est. *Seneca* 3. *Benef.* 22. Servus, ut placet Chrysippo, perpetuus mercenarius est.

MERCES, ēdis, f. 3. (mereo) pretium, quod pro opera et labore alicui persolvitur, μισθός (It. *mercede, paga*; Fr. *salaire, gages, paye, solde, appointements, prix, récompense pour un service*; Hisp. *salario, gage, sueldo, estipendio, paga*; Germ. d. *Verdienst, Sold, Lohn, Gehalt, Belohnung, Honorar*; Angl. *hire, wages, pay, a reward for labour*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim, in bonam partem. *Sall. Cat.* 38. Juventus, quæ manuum mercede inopiam tolerabat. *Cic.* 1. *Div. nat.* 41. 92. Ne ars tanta abduceretur ad mercedem atque quæstum. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 30. 98. Minam Diogenes reddet: ab eo enim Stoico dialectica didicerat: hæc autem merces erat dialecticorum. *Id.* 2. *Phil.* 4. 8. Magister, qui te, tanta mercede, nihil sapere docuit. *Id.* 2. *Fin.* 31. 99. Indicat, innatam esse homini probitatem gratuitam, non invitatam voluptatibus, nec præmiorum mercedibus evocatam. *Sueton. Tib.* 34. Mercedibus scænicorum recisis. *Cæs.* 1. *B. G.* 31. Mercede milites arcessere. *Cic.* 2. *Off.* 6. 22. conducere aliquem. Sic *Horat.* 2. *Sat.* 7. 18. diurna mercede conductus. et *Nepos præfat.* conductus ad aliquid. *Juvenal.* 7. 157. Mercedem solvere. *Cic.* 5. *Verr.* 32. 76. alicui dare operæ pretiumque impudentiæ. *Gell.* 5. 3. Protagoras victus quærendi gratia in mercedem missus. *h. e.* ut mercenariam operam locaret. — *b*) Specialim, in malam partem. *Cic.* 7. *Verr.* 20. 50. Pretio atque mercede minuere majestatem reipublicæ. *Liv.* 25. 33. Magna mercede pacisci cum aliquo, ut etc. *Cic. Rosc. Am.* 29. 80. Mercedem accipere ab aliquo. *Id. Pis.* 13. 30. Lingua adstricta mercede.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ sumptâ a superiore paragr. *Cic. Rosc. Am.* 29. 80. Una mercede duas res assequi velle. *proverb. V.* FIDELIA. *Horat.* 3. *Od.* 2. 25. Est et fideli tuta silentio Merces. *Sil. It.* 13. 663. Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces. Cf. *Ovid.* 2. *Pont.* 3. 55. caret mercede virtus. *Claudian. Cons. Mall.* 256. dilata merces officiis. ¶ 2. Interdum est pretium. — *a*) In bonam partem universim est pretium, fructus, lucrum, præmium, *frutto, guadagno. Cic.* 7. *Verr.* 51. 134. Dico etiam, in illo supplicio mercedem lacrimarum, mercedem vulneris atque plagæ, mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas fuisse. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 3. *in fin.* Magna enim nobis a te proposita merces est, quam certe nostra culpa numquam minus assequemur. *Id. Amic.* 21. 80. Ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam a se ipse mercedem exigat caritatis suæ, sed quod per se sibi quisque carus est. *Horat.* 1. *Od.* 27. 13. Cessat voluntas? non alia bibam Mercede. *Grat. Cyneg.* 176. O quanta est merces et quantum impendia supra! *h. e.* fructus, lucrum. *Sil. It.* 17. 389. discriminis alta In medio merces, quidquid tegit undique cælum. *h. e.* imperium orbis terrarum erat magnum certaminis præmium, in medio quasi positum. — *b*) In malam partem. — Per ironiam est pœna, supplicium, apud *Liv.* 39. 55. Debuisse gravem temeritatis mercedem statui. — Sæpius est merces data atque adeo impensa, detrimentum, damnum, *costo. Cic.* 1. *Fam.* 9. Tamen in molestia gaudeo, te eam fidem cognoscere hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram. *Id.* 3. *Tusc.* 6. 12. Nam istud nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore. *Sil. It.* 7. 545. magna mercede piabunt Erroris rabiem et nostrum violasse parentem. *h. e.* magno suo malo, *a gran costo. Seneca Tranquill.* 11. Magna quidem res tuas mercede colui. *h. e.* magna mea impensa et cura. Adde *Plin.* 7. *Hist. nat. præfat.* (1). ¶ 3. Sæpe dicitur de pretio, quod acquirimus ex aliqua re. — *a*) Sic de pretio, quod acquirimus ex locatione agrorum et domuum, *affitto. Cic.* 12. *Att.* 32. Ut sumptus hujus peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti et Aventini. *Cæs.* 3. *B. C.* 21. Mercedes habitationum annuas conductoribus donavit. — *b*) Similiter de pensionibus, quas publicani pro vectigalibus redemptis solvebant reipublicæ. *Sueton. Cæs.* 20. Publicanos remissionem petentes tertia mercedum parte relevavit. — *c*) Item de prædiorum reditibus, *le rendite, le entrate. Cic.* 15. *Att.* 20. *a med.* Mercedes dotalium prædiorum. Cf. *eumd.* 2. *Fin.* 26. 55. Vides igitur, si amicitiam sua caritate metiare, nihil esse præstantius: sin emolumento, summas familiaritates prædiorum fructuosorum mercede superari. — *d*) Item de usuris pecuniæ fenori datæ. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 14. Quinas hic capiti mercedes exsecat. Adde *eumd. ibid.* 3. 88.

MERCES rectus casus pro *merx. V.* MERX sub init.

MERCĬMŌNĬUM, ii, n. 2. (merx) est idem fere quod merx, *mercanzia, merce.*

I.) Proprie. *Plaut. Amph. prol.* 1. Ut vos in vostris voltis mercimoniis emundis vendundisque me lætum lucris afficere. *Turpilius* apud *Non. p.* 213. 8. *Merc.* Videre cupio nostrum mercimonium *Tac.* 15. *Ann.* 38. Ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, simul cœptus ignis etc. Cf. *Plaut. Most.* 3. 3. 1. TR. Quid tibi visum est hoc mercimonii? TH. Totus gaudeo. TR. Num nimio emptæ tibi videntur? TH. Numquam edepol me scio Vidisse usquam abjectas ædes, nisi modo hasce.

II.) Translate ponitur pro nundinis. *Capitolin. Anton. Phil.* 23. Jusserat, ne mercimonia impedirentur.

MERCOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (merx). *Mercassitur,* antique, mercatus fuerit. *Inscript.* apud *Lips.* in *Auct. Smet.* 15. et apud *Gruter.* 512. *lin.* 20. QVI EO NOMINE AB POPVLO MERCASSITVR. — *Mercarier* per paragogen pro *mercari* V. infra sub I. — Part. *Mercans, Mercatus, Mercaturus* et *Mercandus* I. — Mercari generatim est lucri causa merces commutare, mercaturam facere, *mercanteggiare, negoziare,* ἐμπορεύομαι, ut apud *Plaut. Merc. prol.* 82. Dico iterum esse me mercatum, si velit. — Sæpissime tamen specialim occurrit, et est emere, seu vendendi causa, seu habendi, ὠνέομαι (It. *comperare*; Fr. *acheter, acquérir*; Hisp. *comprar, mercar, adquirir*; Germ. *handeln, Handel treiben, etwas kaufen, erkaufen*; Angl. *to trade, traffic*).

I.) Proprie. — 1.°) Deponent. forma. — *a*) Cum Accusativo rei et Ablativo personæ ac præpos. *ab* vel *de. Cic.* 1. *Off.* 42. 150. Qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant. *Id. Flacc.* 20. 46. Fundum mercatus est de pupillo Meculonio. — *b*) Cum Ablativo vel Genitivo pretii. *Plaut. Capt.* 2. 2. 8. Servi, quos tam grandi sum mercatus præsenti pecunia. *Cic. Rosc. Am.* 46. 133. Authepsa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est. *Gell.* 1. 19. Mercari aliquid pretio minore. *Horat.* 3. *Od.* 19. 6. pretio. Cf. *Virg.* 2. *Æn.* 104. sumite pœnas: Hoc Itacus velit, et magno mercentur Atridæ. *Colum.* 3. *R. R.* 3. 12. sexcentis sestertiis. Similiter *Horat.* 2. *Ep.* 2. 158. Si proprium est, quod quis libra mercatus et ære est. Et *Plaut. Asin.* 1. 3. 45. Diem, aquam, solem, lunam, noctem, hæc argento non emo: cetera quæque volumus uti, Græca mercamur fide. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 18. 31. (67). Quanti mercatura mullum luxuria, suburbanis litoribus inventum? — *c*) Cum Accusativo rei tantum. *Ter. Eun.* 3. 5. 21. Quidam Eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 24. Hortos egregiasque domos mercarier unus Cum lucro noram. *Id. ibid.* 6. 11. qui mercenarius agrum Illum ipsum mercatus aravit. — *d*) Part. *Mercans* absolute, substantivorum more, pro mercatore occurrit apud *Sueton. Aug.* 75. Solebat incerto casu spem mercantium vel frustrari, vel explere. — 2.°) Passive. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 11. 25. (108). Jam quidem facta emplastra mercantur. — Et Part. *Mercandus* translate apud *Cic.* 9. *Att.* 5. Hæc officia mercanda vita puto. — Pro Part. *Mercatus* affertur *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 138. 9. *Merc.* Pars sua negotia sequebantur commeatibus mercatis. Sic *Forcellinus*; at *Kritzius*: Ceteri negotia sequebantur familiaria legatorum aut tribunorum, et pars sua, commeatibus, mercatis ..... ubi *mercatis* est pro *mercatibus*, ut docet *Non.*, et hæc postrema a verbo pendent, quod desideratur. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 10. (29). Sestertiis centum quinquaginta millibus trullam unam non ante multos annos mercatam a matrefamilias, nec divite. *Sillig.* vero ex optimis Codd. *leg.*: mercata matrefamilias nec divite. *Propert.* 1. 2. 5. Naturæque decus mercato perdere cultu.

II.) Translate. *Cic.* 4. *Verr.* 49. 122. Ab isto ordinem senatorium pretio mercatus est. Adde *eumd.* loco allato supra sub I. 2.° *Propert.* 2. 16. 5. Mercari amorem muneribus.

MERCŪRĬĀLIS, e, adject. Ἑρμαῖος, ad Mercurium pertinens.

I.) Proprie. ¶ 1. Universim. *Apul.* 11. *Met.* Ibat tertius antistes attollens palmam auro subtiliter foliatam, nec non Mercurialem etiam caduceum. ¶ 2. Specialim *Mercurialis* appellatus est, qui quæstui faciendo incumbit, quia Mercurius lucri et mercaturæ deus habebatur. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 24. Hortos, egregiasque domos mercarier unus Cum lucro noram: unde frequentia Mercuriali Imposuere mihi cognomen compita. Hinc *Pers.* 5. 112. Nec gluto sorbere salivam Mercurialem? *h. e.* salivam, quam in ore movet lucri cupiditas. V. *Plaut. Amph. prol.* ¶ 3. *Mercuriales* etiam dicti sunt, qui cooptati fuerunt in mercatorum collegium, quod Romæ ann. U. C. CCLIX. institutum, et Mercurio ædem prope circum maximum Idibus Majis dedicatam fuisse narrat *Liv.* 2. 21. et 27., ad sedandas nempe, ut probabile videtur, civiles turbas, quæ in Urbe propter feneratorum acerbitatem, et propter nexos ob æs alienum inter patres plebemque excitatæ fuerant. V. *Ovid.* 2. *Fast.* 663. *et seqq. Cic.* 2. *ad Q. Fr.* 5. M. Furium Flaccum, equitem R., hominem nequam, Capitolini et Mercuriales de collegio ejecerunt, ad pedes uniuscujusque jacentem. *V.* CAPITOLINUS; et *Cic.* 2. *de republ.* 33. ed. *A. Maio.* — Postea etiam Beneventi, et Rudiis, et alibi fortasse institutum fuit idem *Mercurialium* collegium, qui e libertino plerumque genere erant, et decurionibus atque Augustalibus inferiores ante plebem censebantur, quemadmodum in Urbe equites R. inter senatores et plebem: eodem item loco fuisse constat Apollinares Mutinæ, ut multis nuper docuit *Cavedonius Ant. marm. Moden. p.* 187. *et seqq.*, Concordiales Patavii, Martiales Larini, etc. Differunt tamen mercatores et Mercuriales: hi enim in collegium cooptati fuerunt, illi vero mercaturam quidem exercebant nulli collegio adscripti. *Inscript.* apud *De-Vita Ant. Benev. p.* 165. CN. RVSTIVS CN. L. FESTIVOS MERCVRIALIS ET MERCATOR SIBI etc. *Alia* apud *eumd. ibid.* L. HELVIO L. L. HILARO NVMMVLARIO MERCVRIALI. L. HELVIO L. L. PASTO NVMMVLARIO. Ex harum priore apparet, Mercuriales fuisse etiam mercatores, ex altera vero non modo mercatores, sed etiam nummularios in Mercurialium collegium adscriptos esse. *Alia* Rudiis reperta apud *Marin. Frat. Arv. p.* 21. M. TVCCIVS AVGAZO OB CVIVS (*filii*) MEMORIAM PROMISIT MVNICIPIB. RVDIN. HS. $\overline{\text{LXXX}}$ $\overline{\text{N}}$, VT EX REDITV EORVM DIE NATALIS FILI SVI OMNIBVS ANNIS VISCERATIONIS NOMINE DIVIDATVR DECVRIONIBVS SING. HS. XX. $\overline{\text{N}}$, AVGVSTALIBVS HS. XII. $\overline{\text{N}}$, MERCVRIALIB. HS. X. $\overline{\text{N}}$., ITEM POPVLO VIRITIM HS. VII. $\overline{\text{N}}$. ¶ 4. Item de viris eruditis, et lyricis poetis, qui in ejus dei tutela esse dicuntur. *Horat.* 2. *Od.* 17. 27. Me truncus illapsus ce-

rebro Sustulerat, nisi Faunus ictum Dextra levasset, Mercurialium Custos virorum. V. *eumd.* 1. *Od.* 10. ubi curvæ lyræ parens Mercurius dicitur: et *Ovid.* 5. *Fast.* 667. ¶ 5. Item ad Mercurium planetam pertinens. *Macrob.* 2, *Somn. Scip.* 4. Cursus Mercurialis.

II.) Translate, mercurialis, quam nos *mercorella,* herba est a Mercurio inventa, quæ et linozostis et parthenion dicitur, et Græce a multis Hermupoa, Ἑρμοῦ πόα. Duo ejus genera, masculus et femina, quæ efficacior, caule cubitali, interdum ramoso in cacumine, ocimo angustioribus foliis, geniculis densis, alarum cavis multis, semine in geniculis dependente: feminæ coploso, mari juxta genicula stante, rariori ac brevi contortoque: feminæ soluto et candido: folia maribus nigriora, feminis candidiora: radix supervacua, prætenuis. Varios habet in medicina usus, præcipue solvendæ alvo et conceptionibus juvandis. *Cato R. R,* 158. Herbæ mercurialis, non multum. *Seren. Sammon.* 28. 520. Vincetur talis mora gramine mercuriali. *et* 33. 620. Mercurialis item capitur communiter herba. V. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 18. (38). — *V.* etiam MERCURIALIS in ONOM.

MERCŪRĬŎLUS, i, m. 2. deminut. parvus Mercurius, parvum sigillum ebeninum Mercurium repræsentans. *Apul. Apolog.* bis.

MERCŪRĬUS, ii, m. 2. Hermes, Ἑρμῆς, filius Jovis tertii et Majæ Atlantis filiæ: dictus a mercibus, quia præest lucro, rebus emendis ac vendendis: hinc *negotiator* et *nundinator* is dicitur in *Inscript.* in NEGOTIATOR. *V.* alia plura in ONOM. — Hinc

I.) Proprie. ¶ 1. *Mercurius* est etiam unus ex septem planetis, cujus corpus cunctorum siderum minimum fere semper subest radiis solaribus. *Cic.* 2. *Nat. D.* 20. 53. Infra autem hanc stellæ Mercurii est: ea στίλβων appellatur a Græcis; quæ anno fere vertente signiferum lustrat orbem, neque a sole longius unquam unius signi intervallo discedit, tum antevertens, tum subsequens. *Id. Tim.* 9. Stella Mercurii. Et absolute *Id.* 6. *de republ.* 1. 7. Mercurii cursus. *Cassiod.* 11. *Variar.* 36. Mercurius, velocitate succinctus, tredecim mensibus proposita sibi intervalla prætervehit. ¶ 2. *Dies Mercurii,* seu *Mercuris* sequioris Latinitatis tempore dictus est ille hebdomadis dies, quem ideo nunc Itali *mercore,* et *mercordì,* et *mercoledì* appellant. *Inscript.* apud *Murat.* 402. 7. D. PRIDIE IDVS AVGVSTAS DIE MERCVRIS DD. NN. THEVDOSIO AVG. XI. ET VALENTINIANO PVERO FLORENTISSIMO CAESARE. *h. e.* ann. a Chr. n. CCCCXXV. Adde *aliam* apud *Gruter.* 1054. 8. ¶ 3. *Mercurii* etiam dicuntur statuæ quædam, de quibus *V.* HERMA.

II.) Translate, *mercurius* vocatur prominentia illa in scapulis jumentorum inter cervicem et dorsum, quam Itali vulgo *guidalesco,* vel *garrese* dicunt: fortasse ita appellatur, quia Mercurius fuit ex Arcadia asinorum feracissima; is autem locus in jumentis, dum mercibus ferendis incumbunt, sagmate sæpe premitur atteriturque. *V.* SCAPULÆ. *Veget.* 3. *Veterin.* 59. 3. *Schneid.* Hic enim collisiones nascuntur, quum nimis locus inæquali premitur pondere, vel indecente stratura mercurius, aut spina deteritur. *Id.* 6. *ibid.* 2. 1. *Schneid.* A cirro, ubi desinit cervix, usque ad mercurium continentur calculi octo. *Pelagon. Veterin.* 9. Item ad clavum de mercurio, vel de dorso. *et mox.* Item si læsus fuerit mercurius supra dorsum, utilissimum est cauteriari subtiliter. — *V.* etiam alia in ONOM.

MERDA, æ, f. 1. σκώρ, stercus, *merda* Itali nunc dicta: est a μερδω *privo,* quia est ciborum excrementum, quo, dum eadem egeritur, privamur.

I.) Proprie. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 37. Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis Corvorum. *Phædr.* 4. 17. *de canib.* Repente odorem mixtum cum merdis cacant. *Pelagon. Veterin.* 7. Merda leporina.

II.) Translate est cibus alicujus ore immundo sufflatus. *Martial.* 3. 17. scribillam protinus ergo Sufflavit buccis terque quaterque suis. Illa quidem tepuit, digitosque admittere visa est: Sed nemo potuit tangere; merda fuit.

MERDĀCĔUS, a, um, adject. qui merda inquinatur. *Auct. epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 607. *Burm.* Et non laudatur mentula, merdacea est. Licenter pænultima corripitur in hoc versu, cujus auctor ad sequiorem pertinet Latinitatem. *V.* SMERDALEUS.

MĔRĔ, adverb. (merus) *puramente,* pure. *Plaut. Truc.* 1. 1. 22. Si semel amoris poculum accepit mere, Eaque intra pectus se penetravit potio, Extemplo et ipsus periit, et res, et fides. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 4. (9). Mere ferreum id erat, ut bellicæ virtutis insigne. *di puro ferro.* At *Sillig.* ex plurimis iisque optimis Codd. *leg.*: in more ferrei erant et virtutis bellicæ insigne. *V.* integrum locum.

MĔRENDA, æ, f. 1. *merenda,* ἄριστον δειλινόν, ut in *Gloss. Philox.* habetur. *Paul. Diac. p.* 123. 23. *Müll.* docet antiquis dictam pro prandio, quod medio die caperetur. *Non. p.* 28. 32. *Merc.* exponit cibum, qui post meridiem datur. A *meridie* ducit etiam *Isid.* 20. *Orig.* 2., sed *ibid.* 3. derivari posse ait etiam a *merus,* quod pueris operariis merus panis daretur. Rectius *Scalig.* ad *Varron.* R. *R.* dici putat a *merendo,* quod sit proprie cibus, qui datur ære merentibus, h. e. mercenariis. Merendæ tempus fuit circa meridiem, eaque vox vulgaris familiarisque idem significat ac prandium, quod stilo sublimiori convenit. *V.* PRANDIUM sub I. *Plaut. Most.* 4. 2. 49. puere, præter speciem stultus es. Vide sis, ne forte ad merendam quopiam devorteris, Atque ibi meliuscule, quam sat fuerit, biberis. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 6. Ergo ab undecima noctis in tertiam diei partim legi ex agricultura Catonis, partim scripsi. Sed faucibus curatis abii ad patrem meum, et immolanti adstiti. Deinde ad merendam itum. Quid me censes prandisse? panis tantulum; quum conchim, cæpas, et mænas bene prægnates alios vorantes viderem. Deinde uvis metendis operam dedimus, et consudavimus, et jubilavimus. Ab hora sexta domum redimus, *etc.* Hic vides, M. Aurelium multo ante horam sextam, seu ante meridiem, merendasse, quippe qui rari tum degebat. *Calpurn.* 5. *Ecl.* 60. Verum ubi declivi jam nona tepescere sole inciperet, seræque videbitur hora merendæ. Hic *sera* dicitur merenda, quia hora nona fiebat, h. e. tribus post meridiem horis, æstas enim erat. — Dicitur et de cibo qui datur brutis animantibus. Unde *Cyprio bovi merendam* dixit *Ennius* apud *Paul. Diac. p.* 59. 4. *Müll.,* qui addit, Ennium his verbis significasse id, quod solet fieri in insula Cypro, in qua boves humano stercore pascuntur. *V.* SURRINENSIS. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MĔRENDĀRĬUS, ii, m. 2. qui merendas colligit. *Seneca* 5. *Controv.* 33. *in fin.* Ostende nobis merendarios tuos. *h. e.* mendicos a te debilitatos, qui ostiatim quæritando stipem, velut merendam tibi conficiunt. Alii rectius leg. *mercenarios.*

MĔRENDO, as, are, n. 1. *merendare,* prandere. *Isid.* 20. *Orig.* 2. Merenda est cibus, qui declinante die sumitur, quasi post meridiem edenda. Hinc merendare, quasi meridie edere.

MĔRENS, entis, particip. *V.* voc. seq.

MĔRENTER, adverb. (mereo). ¶ 1. Est ob meritum. *Inscript.* apud *Rénier.* 526. FILIO DVLCISSIMO MERENTER FECIT. ¶ 2. Item utiliter. *Gloss. Cyrill.* Ὠφελίμως, commode, merenter, utiliter.

MĔRĔO, es, ŭi, ĭtum, ere, a. 2. *et*

MĔRĔOR, ēris, ĭtus sum, eri, dep. 2. In præteritis promiscua est activa positio et passiva: in aliis temporibus passiva videtur esse frequentior. — Part. *Merens* et *Meritus* sub I. 1. et in fin.; *Meriturus* I. 1. — Mereo vel mereor idem est ac quippiam facio, propter quod præmio vel pœna dignus sum, promereo, commereo, lucror, ἄξιός εἰμι, μισθοφορεω (It. *meritare;* Fr. *mériter, être digne de;* Hisp. *merecer, meritar, hacerse digno de premio ú de castigo;* Germ. *etwas verdienen, einer Sache würdig sein;* Angl. *to deserve, merit*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim occurrit — 1.°) In bonam partem — *a*) Cum Accusativo rei, quam quis meretur. *Plaut. Trin.* 5. 2. 5. Non videor meruisse laudem. Sic *Cæs.* 1. *B. G.* 40. Non minorem laudem exercitus, quam imperator meritus videbatur. *Id.* 7. *ibid.* 34. Mereri præmia. *Virg.* 5. *Æn.* 355. primam merui qui laude coronam. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (117). Salve, primus in toga triumphum, linguæque lauream merite. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 87.; et *Quintil.* 6. *procem.* 7. Mereri amorem. *Quintil.* 9. 2. 98. fidem. *Id.* 4. 1. 44. favorem, aut odium. *Plin. Paneg.* 26. immortalitatem. *Id. ibid.* 95. honorem. *et ibid.* 21. novos titulos. *Sueton. Tib.* 37. libertatem. — Sic *meritus* passive, *meritato. Plin.* 7. *Hist. nat.* 28. 29. (106). Quæ Cannis corona merita? *Id.* 10. *ibid.* 51. 72. (141). Quæstus opimi et voce meriti. *Virg.* 5. *Æn.* 70. meritæque exspectent præmia palmæ. *Liv.* 8. 7. Ignarus, laus, an pœna merita esset. — *b*) Cum Subjunctivo et part. *ut. Plaut. Epid.* 5. 2. 46. Quum tu es liber, gaudeo. EPID. Merui, ut fierem. *Cic.* 1. *Orat.* 54. 232. Respondit, sese meruisse, ut amplissimis honoribus decoraretur. — *c*) Cum Subjunctivo et part. *ne. Plin.* 35. *Hist. nat.* 2. 2. (8). Mereri, ne quis etc. — *d*) Cum Infinito apud Poetas. *Ovid.* 5. *Trist.* 11. 16. Quæ merui vitio perdere cuncta meo. *Id.* 3. *Pont.* 2. 20. Sic appellari non meruere mali. Cf. *Stat.* 2. *Silv.* 6. 97. meritus doleri. *h. e.* dignus, quem omnes doleant. et *Val. Flacc.* 5. 224. Soligena falli meritus, meritusque relinqui. — *e*) Absolute. *Plaut. Trin.* 3. 2. 33. Tibi, proinde ac merere, summas habeo gratias. *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 91. laurea decreta merenti. Similiter *Virg.* 4. *Æn.* 547. Quin morere, ut merita es. *Sall. Jug.* 100. Consul apud omnes adesse, laudare, increpare merentes. *Virg.* 2. *Æn.* 229. Scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt. *et ibid.* 585. Exstinxisse nefas tamen, et sumpsisse merentis Laudabor pœnas. *h. e.* de merente. *Ovid.* 8. *Met.* 116. cives odere merentem. — *Si merear,* formula est aliquid petentis, et se commendantis. *Cic.* 10. *Fam.* 17. *in fin.* Fac valeas, dignitatemque meam, si mereor, tueoris. *Sueton. Aug.* 56. Numquam filios suos populo commendavit, ut non adjiceret, si merebuntur. Similiter *Id. Ner.* 10. Agenti senatui gratias, respondit: Quum meruero. — 2.°) In malam partem. *Liv.* 2. 38. Violaturi sumus ludos, piaculumque merituri. *Ovid.* 5. *Met.* 666. mereri supplicium. *Id.* 2. *ibid.* 290. exitium. *Id. Heroid.* 11. 109. necem. *V.* alia supra sub *c* et *e.* ¶ 2. Speciatim est lucrari, comparare, *guadagnare, acquistare. Varro* apud *Non. p.* 345. 10. *Merc.* Iste, qui meret sestertios vicenos. *Cic. Rosc. com.* 10. 28. Illa membra merere per se non amplius poterant duodecim æris: disciplina locabat se non minus HS. CCCIↃↃↃ. *Horat. Art. P.* 345. Hic meret æra liber Sosiis: hic et mare transit, Et longum noto scriptori prorogat ævum. *Sueton. Cal.* 40. Ex gerulorum diurnis quæstibus quantum quisque uno die mereret. *V.* similia sub II. ¶ 3. Item speciatim *merere* dicuntur, qui turpem corpore quæstum faciunt: unde *meretrix. Gell.* 2. 18. A lenone domino puer ad merendum coactus. *V.* paragr. proxime seq. in fin., et v. MERITORIUS. ¶ 4. *Merere* vel *mereri stipendia* et *merere* absolute ad militantes pertinet, *militare, essere soldato*: et in hac significatione activa positione fere utimur. *Cic. Cæl.* 5. 11. Eademque erat, si statim mereri stipendia cœperamus, castrensis ratio ac militaris. *Id. Mur.* 5. 12. Meruit stipendia in eo bello, quod etc. Sic *Tac.* 1. *Ann.* 36. Placitum, ut epistolæ nomine principis scriberentur: missionem dari vicena stipendia meritis. (*Mereri æs militare* de iis, qui militant, dixit *Varro* apud *Non. p.* 345. 5. *Merc.*). Rursus *Cic. Mur.* 5. 11. Adolescens patre suo imperatore meruit. *Liv.* 21. 4. *in fin.* Cum hac indole virtutum ac vitiorum sub Hasdrubale imperatore meruit. *Id.* 24. 18. Ut ii omnes, quos censores notassent, pedibus mererent. *Id.* 5. 7.; et *Cic.* 1. *Phil.* 8. 20. Quicumque equo meruisset. *Varro* apud *Non. p.* 345. 1. *Merc.* Qui ære (*al.* equo) publico mererent. *Lucan.* 10. 409. Ære merent parvo. *militano per poca paga. Tac.* 2. *Ann.* 10. Pleraque Latino sermone (*Arminius*) interjaciebat, ut qui Romanis in castris ductor popularium meruisset. *Vellej.* 2. 109. *extr.* Exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orsus est. *Tac.* 11. *Ann.* 18. Qui natione Canninefas, auxiliaris et diu meritus, post transfuga etc. *Sueton. Vesp.* 2. Tribunatu militum in Thracia meruit. *Stat.* 4. *Theb.* 236. non hi tibi solum, Amphiarae merent; auget resupina maniplos Elis.

Inscript. apud *Orell.* 3547. C. ANINIVS C. F. POM. GALLVS DOMO ARRETIO - VIXIT AN. LX. MERV. (*h. e.* meruit) AN. XXXVIIII. — Translate de militia amatoria. *Ovid.* 1. *Amor.* 9. 43. Impulit ignarum formosæ cura puellæ, Jussit et in castris æra merere suis. ¶ 5. *Mereri de aliquo* est conferre in quempiam aliquid boni, aut mali. — *a*) Cum præpos. *de* et Ablativo personæ tantum. *Plaut. Asin.* 1. 2. 22. Te ego, ut digna es, pendam, atque ut de me meres. *Ter. Hecyr.* 5. 1. 34. Nam meritus de me est, quod queam, illi ut commodem. *Id. Heaut.* 1. 1. 30. Quid istuc mali quæso? quid de te tantum meruisti? — *b*) Cum additis Adverb. *bene, optime, male,* et similibus. *Cic.* 10. *Fam.* 5. Nec quidquam ex omnibus rebus humanis est præstantius, quam de republica bene mereri. *Id. Brut.* 73. 254. Dixit te bene meritum de populi Romani nomine. Cf. *Virg.* 4. *Æn.* 317. Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam Dulce meum. Rursus *Cic. Amic.* 24. 90. Melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur: illos verum sæpe dicere, hos numquam. *Id.* 10. *Att.* 4. Quum cogito me de republica meruisse optime. *Id.* 1. *Fin.* 3. 7. Male (*al.* non male), credo, mererer de meis civibus, si etc. *Id.* 3. *Legg.* 14. 32. Perniciosius de republica merentur vitiosi principes. *Id. Mil.* 34. 93. Stet hæc urbs præclara, quoquo modo erit merita de me. *V.* alia infra sub *Merens* et *Meritus.* — *c*) Cum Accusat. personæ et præpos. *erga* apud *Plaut. Amph.* 5. 1. 49. Jam istuc gaudeo, ut ut erga me est merita. — *d*) Absolute. *Virg.* 6. *Æn.* 664. Quique sui memores alios fecere merendo. Cf. *Ter. Hecyr.* 3. 5. 37.; et V. *Donatum* ad *Ter. Adelph.* 2. 1. 47.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ sumptâ a superiori paragr. 2. *Plaut. Most.* 1. 3. 124. Quibus anus domi uxores sunt, quæ vos dote meruerunt. *v'hanno indotto a sposarle per cagion della dote.* Huc pertinent illa *Cic.* 6. *Verr.* 60. 135. Quid arbitramini Rheginos merere velle, ut ab eis marmorea Venus illa auferatur? *h. e.* qua mercede induci posse putatis? et *Plauti Men.* 1. 3. 34. Ego hercle vero te et servabo, et sequar: neque hodie ut te perdam, meream deûm divitias mihi. *non torrei tutti i tesori degli dei per ismarrirti.* et *Bacch.* 5. 2. 65. Quem quidem ego ut non excruciem, alterum tantum auri non meream. *Id. Stich.* 1. 1. 24. Neque ille sibi mereat Persarum montes, qui esse aurei perhibentur, ut istuc faciat, quod tu metuis. Adde *Cic.* 1. *Nat. D.* 24. 67. et 2. *Fin.* 22. 74. — Huc pertinet et illud *Val. Flacc.* 1. 519. Quid Myniæ meruere queri? *h. e.* potuere. ¶ 2. Interdum per metonymiam est consequi, *conseguire. Plin.* 8. *Ep.* 13. *a med.* Sequi gloria, non appeti, debet; nec si casu aliquo non sequatur, idcirco quod gloriam non meruit, minus pulcrum est. *Paul. Dig.* 35. 2. 21. Si pupillus legatum a creditore meruerit sub hac conditione, etc. ¶ 3. Item committere, admittere. *Petron. Satyr.* 139. Cœpit dicere, te noxam meruisse, daturumque serviles pœnas. Sic *Ter. Phorm.* 5. 8. 25. Ego, esse in hac re culpam meritam, non nego. Alii leg. *meritum,* quod est clarius. *et Plaut. Trin.* 1. 1. 1. Amicum castigare ob meritam noxiam. Sic *Merc.* 4. 6. 12. Quæ in se culpam commerent. *V.* COMMEREO. — Hinc Part. præs.

Merens, entis, cujus exempla et supra retulimus, adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Merentissimus;* et sæpe dicitur de eo, qui beneficia contulit, *benemerito.* — *a*) Cum præp. *de* et Ablativo personæ tantum. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 344. 22. *Merc.* Quem perisse, ita de republica merentem, doleo. — *b*) Cum addito Adverb. *bene* frequentissimum est in *Inscript.,* et legitur etiam *benemerens* conjuncte. *Inscript.* apud *Gruter.* 933. 4. L. ATTIO SVCCESSO FECIT L. ATTIVS ANICETVS PATRONO BENE DE SE MERENTI. *et ibid.* 5. L. ATTIO SVCCESSO FECIT OBVLNIA BENE MERENTI DE SE. *et* 955. 9. TREBELLIA TYCHE PATRONO OPTIMO DE SE BENE MERENTI. — *c*) Cum Dativo personæ. *Plaut. Merc.* 4. 3. 19. Quando tu me bene merentem tibi habes despicatui. *Inscript.* apud *Gruter.* 760. 3. LICINIA FAVSTINA MARITO SIBI MERENTISSIMO SVB ASC. POSVIT. — *d*) Cum Adverb. *bene,* sed omisso Ablativo vel Dativo personæ, de qua quis meretur. *Plaut. Capt.* 2. 2. 65. Bene merenti bene profuerit, male merenti par erit. *Auct. B. Afr.* 86. Præmia fortissimo cuique ac bene merenti pro suggestu tribuit. *Inscript.* apud *Gruter.* 932. 7. REGIVS ARISTIVS PRIMITIVVS ARISTIAE FILETENI PATRONAE BENE MERENTISSIMAE. *Alia* apud *Reines. cl.* 16. *n.* 8. HOMINI BENEMERENTISSIMO. — *e*) Absolute *Inscript.* apud *Gruter.* 932. 7. REGIVS HERMES VXORI MERENTISSIMAE F.

Meritus, a, um, part. præter., cujus exempla et supra retulimus, adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Meritissimus* sub 1. et 2. ¶ 1. Dicitur de eo, qui beneficium contulit, qui operam fidemque præstitit, *benemerito.* — *a*) Cum præpos. *de* et Ablativo personæ. *Cæs.* 1. *B. G.* 11. Ita se omni tempore de populo Romano meritos esse, ut etc. — *b*) Cum additis Adverbiis *bene, optime,* et similibus. *Cæs.* 1. *B. C.* 13. Cæsarem imperatorem bene de republica meritum. *Id.* 3. *B. G.* 99. Optime eum de se meritum judicabat. *Cic.* 12. *Fam.* 12. Milites mirifice de republica meriti. *Id. post redit. in senat.* 12. 30. Homines de me divinitus meriti. *Inscript.* apud *Gruter.* 787. 5. OMNI BONO DE SE MERITAE. — *c*) Absolute. *Inscript.* apud *Reines. cl.* 5. *n.* 35. FVLVIVS INQVILINVS VICTIMARIVS SIBI ET FVLVIAE FILIAE MERITISSIMAE. *h. e.* optime meritæ. Cf. *Virg.* 2. *G.* 515. armenta boum meritosque juvencos. ¶ 2. Sæpe in nomen transit, et est dignus, conveniens, congruus, justus, debitus, *giusto, dovuto, conveniente,* ἄξιος. *Cic.* 2. *Orat.* 50. 203. Illam iracundiam non injustam, sed meritam ac debitam fuisse. *Virg.* 5. *Æn.* 696. merita morte perire. *et* 3. *ibid.* 118. meritos aris mactavit honores. *Plin.* 5. *Ep.* 15. Fama optima et meritissima frui. — *Merito jure,* h. e. congruo, justo jure. *Tryphonin. Dig.* 37. 4. 20. *sub fin.* Sed nec adversus eum constituendæ actionis legatorum ratio est, quia merito jure intestato heres exstitit. *Al. leg.* mero. — *Meritis de causis,* justis de causis. *Paul. Dig.* 48. 20. Liberi, ne judicio quidem parentis, nisi meritis de causis, submoveri ab successione possunt. — Hinc

Meritum, i, n. 2. absolute, substantivorum more. *V.* MERITUM loco suo.

MĔRĔTRĪCĬĒ, adverb. (meretricius) in modum meretricis. *Plaut. Mil. glor.* 3. 2. 58. Quam digne ornata incedit, haud meretricie.

MĔRĔTRĪCĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MĔRĔTRĪCĬUS, a, um, adject. (meretrix) ad meretricem pertinens, *da meretrice, puttanesco, meretricio,* ἑταιρικός. *Plaut. Truc.* 2. 2. 63. Meretricia ornamenta. *Ter. Eun.* 2. 3. 91. et 5. 5. 18. domus. *Id. Heaut.* 2. 1. 14. ars. *Cic.* 5. *Verr.* 3. 6. disciplina. *Id.* 2. *Phil.* 18. 44. Meretricius quæstus. *Id. Cœl.* 20. 48. Meretricii amores. *Ovid.* 5. *Fast.* 359. Turba quidem cur hos celebret meretricia ludos, etc. — Hinc

Meretricium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est ars meretricia, *puttaneria. Sueton. Cal.* 40. *extr.* Et quæ meretricium et qui lenocinium fecissent.

MĔRĔTRĪCOR, āris, ari, dep. 1. (meretrix) meretriciis amoribus deditus sum, scortor, *puttaneggiare,* ἑταιρίζομαι. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 16. Si operario meretricandi potestas fiat. *Alii rectius leg.* mane tricandi; *Schneiderus* τὸ mane *omittit; Ursinus malebat* meridiandi. *Gloss. Philox.* Meretricor, ἑταιρεύω.

MĔRĔTRĪCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* meretrix, vilis meretrix, scortillum, *puttanella,* πορνίδιον, ἑταιρίδιον. *Cic.* 1. *Nat. D.* 33. 84. Meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa est. Adde *eumd.* 5. *Verr.* 12. 30. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 46. Te conjux aliena rapit, meretricula Davum. Adde *Quintil.* 11. 3. 74.; et *Arnob.* 4. 25.

MĔRĔTRIX, īcis, f. 3. (merco). In Genitivo plur. est *meretricum. Plaut. Epid.* 2. 2. 29., *Bacch.* 3. 6. 34. et alibi. *Ovid.* 1. *Art. am.* 435. sacrilegas meretricum ut prosequar artes. — Aliquando *meretricium. Plaut. Cas.* 3. 5. 22. Non matronarum officium est, sed meretricium. — Meretrix est femina, quæ corpore quæstum facit, scortum, a *merendo,* quia prostando æra meret, ἑταίρα, πόρνη (It. *meretrice, puttana, cortigiana;* Fr. *courtisane, femme publique;* Hisp. *cortesana;* Germ. *Freudenmaidchen, Buhlerin;* Angl. *a harlot, prostitute, whove, strumpet*). *Cic. Cœl.* 20. 49. Ut non solum meretrix, sed etiam proterva meretrix procaxque videatur. *Ovid.* 1. *Amor.* 10. 21. Stat meretrix certo culvis mercabilis ære. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 3. Ut matrona meretrici dispar erit atque Discolor, infido scurræ distabit amicus. Adde *eumd.* 1. *Od.* 35. 26. *Fur. Bibaculus* apud *Scholiast.* ad *Juvenal.* 8. 16. Osce senex, Catinæque puer, Cumana meretrix. *Juvenal.* 6. 118. Meretrix Augusta. *h. e.* Messalina. *Propert.* 3. 9. 39.; et *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 58. (119). regina. *h. e.* Cleopatra. — *Non. p.* 541. 9. *Merc.* tradit, meretrices apud veteres succinctiore veste usas esse: additque in eam rem testimonium *Afranii.* Postea togas adhibuerunt. *V.* TOGATUS. — Meretricis conductæ pretium habes in *Inscript.* apud *Henzen.* 7300., quæ pertinet ad a. 751. ab U. C., 3. a. Chr. n.

MERGÆ, ārum, f. plur. 1. *forconi,* furculæ, quibus acervi frugum fiunt: dictæ a volucribus mergis, quia ut illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur; sic messores eas in fruges demergunt, ut elevare possint manipulos. Ita *Paul. Diac. p.* 124. 1. *Müll.* Easdem mergas aliis verbis describit *Varro* 1. *R. R.* 50. 2. Altero modo ut in Piceno, ubi ligneum habent incurvum batillum (*leg.* bacillum), in quo sit extremo serrula ferrea: hæc quum comprehendit fascem spicarum, desecat, et stramenta stantia in segete reliquit, ut postea subsecentur. *Colum.* 2. *R. R.* 20. 2. *Schneid.* Sunt metendi genera complura: multi falcibus veruculatis, atque iis vel rostratis, vel denticulatis, medium culmum secant: multi mergis, alii pectinibus spicam ipsam legunt. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 58. Palas vendundas sibi ait, et mergas datas, Ut hortum fodiat, atque ut frumentum metat. *Id. Rud.* 3. 4. 57. si attigeris ostium, Jam hercle tibi messis in ore fiet mergis pugneis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 30. 72. (296). Stipulæ alibi mediæ falce præciduntur, atque inter duas mergites (*lege* cum *Schneidero* atque alibi inter duas mergas; *Silliq.* enim vulgatam lectionem tuetur) spica destringitur. Ex his *Pauli, Varronis, Columellæ, Plauti* et *Plinii* locis satis apparet, mergas fuisse instrumentum ferreum bifurcum (hinc plur. num. semper efertur), quo in spicas immisso, eas resecatas serrula ferrea alteri cornu, vel intra cornua, adnexa messores in manipulos colligebant. Huc spectant verba *Hesychii.* Καρφαμάτια, ἐν οἷς θερίζουσι τοὺς ξηροὺς στάχυας.

MERGES, ĭtis, f. 3. *fascio di spiche,* σύλοδέτης, manipulus, seu fascis spicarum mergis comprehensus. *Virg.* 2. *G.* 516. pomis exuberet annus, Aut fetu pecorum, aut cerealis mergite culmi. *Servius:* Manipulos spicarum mergites dicimus. *Philargyrius:* Mergites, fasces culmorum spicas habentium, quas metentes brachiis sinistris complectuntur: quidam cavos (lege *covos,* unde Italorum *covoni*) dicunt. *Servius* ad *Virg.* 11. *Æn.* 532.) Quidam dicunt, Opin et Hecaergen primas ex Hyperboreis sacra in insulam Deli occultata in fascibus mergitum pertulisse. Idem ita narrat *Herodot. l.* 4. *c.* 33. Δηλίοι λέγουσι ἱρὰ ἐνδεδεμένα ἐν καλάμοις πυρῶν ἐξ Ὑπερβορεέων φερόμενα. *V.* et voc. præced.

MERGITO, as, are, a. 1. *intent. a* mergo, vehementer vel sæpius mergere. *Tertull. Cor. Mil.* 3. *de ritu baptismatis.* Deinde ter mergitamur amplius aliquid respondentes, quam Dominus in Euangelio determinavit. *Al. leg.* mersitamur. *Hieronym. advers. Luciferian. T. IV. p.* 294. Velut in lavacro ter caput mergitare.

MERGO, gis, si, sum, gere, a. 3. Part. *Mergens* I. et II.; *Mersus* in omnibus paragr.; *Mersurus* I. — Ratione habita etymi, volunt esse a *mari,* ut *jurgo* a *jure*; vel ab ἀμέργω *premendo moveo*: et mergere est in liquorem immittere, immergere, obruere, βάπτω (It. *mergere, attuffare, sommergere, affondare;* Fr. *plonger, enfoncer, faire pénétrer dans, submerger;* Hisp. *somorgujar, somormujar, sumergir;* Germ. *tauchen, eintauchen, in's Wasser senken, versenken;* Angl. *to put under water, dip, plunge, sink, immerse, overwhelm*).

I.) Proprie. — 1.°) Stricto sensu occurrit — *a*) Cum addito, quo quid mergitur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 3. 7. Quum cavea liberati pulli non pascerentur, eos mergi in aquam jussit. *Varro* 3. *R. R.* 10. 3. Mergere se in flumen. *Martial.* 4. 22. se in lacus.

Ovid. 11. *Met.* 556. pariterque et pondere et ictu Mergit in ima ratem. *Id.* 3. *ibid.* 429. In medias quoties visum captantia collum Brachia mersit aquas. Cf. *eumd.* 2. *Fast.* 78. medii quoque terga Leonis In liquidas subito mersa notabit aquas. Cf. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (128). Fluvius in Euphratem mergitur. *h. e.* influit. Similiter *Seneca Thyest.* 1007. non ad infernam Styga Te nosque mergis? Rursus *Cic.* 2. *Nat. D.* 49. 124. Aves, quæ se in mari mergunt. *Ovid.* 4. *Fast.* 48. in Tuscæ gurgite mersus aquæ. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 103. 106. (226). Nihil in Asphaltite lacu mergi potest. *andare a fondo. Tibull.* 2. 5. 80. sed tu, jam mitis Apollo, Prodigia indomitis merge sub æquoribus. Sic *Virg.* 6. *Æn.* 341. Quis te, Palinure, deorum Eripuit nobis medioque sub æquore mersit? *et paullo post* v. 348. nec me deus æquore mersit. Sic *Colum.* 10. *R. R.* 60. quo tempore sævus Tellurem ponto mersit Neptunus. et *Ovid.* 10. *Met.* 697. An Stygiâ sontes, dubitavit, mergeret undâ. *Catull.* 66. 68. Bootes, Qui vix sero alto mergitur Oceano. *s'attuffa e tramonta.* Sic *Phædr.* 1. 2. Tigillum mersum limo. — *b*) *Mergere* absolute pro mergere in aquam. *Seneca Troad.* 648. prorutus tumulo cinis Mergetur? ossa fluctibus spargi sinam? Sic *Juvenal.* 14. 301. mersa rate naufragus assem Dum rogat. *Lucan.* 3. 632. pars maxima classis Mergitur. et *Vellej.* 2. 42. Partem classis fugavit, partem mersit. Cf. *Curt.* 4. 8. et 6. et *Prudent.* 5. *Cathemer.* 3. Mersus sol. *tramontato.* — 2.°) Latiori sensu aqua ipsa, quæ obruit, *mergere* dicitur. *Ovid. Ib.* 343. Utque ferox periit et fulmine et æquore raptor, Sic te mersuras adjuvet ignis aquas. *Lucan.* 5. 75. fluctu terras mergente. Hinc *Sil. It.* 1. 50. Dum Cannas tumulum Hesperiæ, campumque cruore Ausonio mersum sublimis Ipyga cernam.

II.) Translate. ¶ 1. Mergere est immittere, violenter ac penitus immittere aliquid in ea, quæ solida sunt. *Ovid.* 3. *Met.* 249. Canes mergunt rostra in corpore Actæonis. *Martial.* 3. 19. Mergere manum in ora ursæ. *Lucan.* 3. 435. ferrum in robora. *Seneca Agam.* 972.; et *Herc. Œt.* 992. ferrum jugulo. *immergere, ficcare.* Sic *Claudian.* 1. *in Eutrop.* 447. visceribus ferrum. Huc pertinent et illa *Phædr.* 4. 5. mergere aliquem alvo. *ingojare.* et *Quintil. Declam.* 6. 2. aliquem in carcerem. *seppellire.* — Nec aliter *Liv.* 41. 3. Vino somnoque mersi jacent. et *Val. Flacc.* 8. 65. Mergere lumina somno. *immergere nel sonno.* Sic de potatione immodica *Seneca Ep.* 12. *ante med.* Deditos vino potatio extrema delectat, illa quæ mergit, quæ ebrietati summam manum imponit. — Similiter *Pallad.* 1. *R. R.* 43. Acus, per quas in pastinis sarmenta merguntur. Cf. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (180). Palmitem per jugum mergere et alligare. *h. e.* ita per jugum flectere, ut ne exstet. *Forcellinus* affert etiam illud *Lucret.* 6. 1072. Purpureusque colos conchyli mergitur una Corpore cum lanæ, dirimi qui non queat unquam. *s'insinua, penetra.* At ibi legit *Lachmannus*: jungitur uno-usquam. ¶ 2. Item est condere, *coprire, nascondere.* — *a*) Speciatim *mergere diem* et *lucem* dicitur sol, quum occidit et diem condit. *Seneca Thyest.* 777. et *Hippol.* 679., item nox adveniens. *Id. Med.* 877. Mergat diem timendum Dux noctis Hesperugo. Sic Terra cælum mergens, apud *Lucan.* 4. 54. est occidentalis, quia ab ea parte videtur cælum in mare mergi. — *b*) Item speciatim, *mergere terram, montes* dicuntur, qui mari navigant. Dum enim feruntur in altum, terrarum conspectum, veluti se undis mergentium, amittunt. *Val. Flacc.* 2. 6. Jamque fretis summas æquatum Pelion ornos, Templaque Tisææ mergunt obliqua Dianæ: Jam Sciathos subsedit aquis. — *c*) Generatim. *Ovid.* 10. *Met.* 498. mersitque suos in cortice vultus. *Seneca Herc. Œt.* 1348. ora quid flectis retro, Vultumque mergis? *Stat.* 5. *Theb.* 502. Ille graves oculos languentiaque ora comanti Mergit humo. *h. e.* deprimit et abscondit in herbis. — Similiter *Virg.* 6. *Æn.* 267. Pandere res alta terra et caligine mersas. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 201. mersumque in corde dolorem. *Seneca Œdip.* 798. Effare, mersus quis premat mentem timor? ¶ 3. Item est deprimere et occurrit de inanimis. *Stat.* 6. *Theb.* 803. Sponte ruens mersusque humeris. *h. e.* ita contracto collo et adducto capite, ut mersum inter humeros et absconditum videatur. Sic *Id. ibid.* 850. Collaque demersere humeris. *Lucan.* 7. 163. majori pondere pressum Signiferi mersere caput. *h. e.* inclinavere: quia quo gravius est pondus, eo magis se inclinat, qui vult tollere. *Quintil. Declam.* 19. 4. Mersis dejectisque luminibus, omnes ictus excepit in faciem. *chiusi, abbassati gli occhi. Sil. It.* 10. 77. Ut canis occultos agitat quum Belgicus apros, Erroresque feræ solers per devia mersâ Nare legit. *h. e.* humi pressa. Sic *Lucan.* 4. 443. canis presso vestigia rostro Colligit. *Id. ibid.* 745. mersos aciem dejecit in agros. *h. e.* humiles, depressos. *Al. leg.* medios. Cf. *Prudent.* 5. περὶ στεφ. 243. mersus fornix. *h. e.* depressus. ¶ 4. De abstractis est obruere, et usurpatur de malis, vel de voluptatibus, quæ tamquam mala censentur, ut apud *Liv.* 9. 18. Alexander mersus secundis rebus. *nuotante nelle prosperità.* et *Curt.* 10. 3. Mergi in voluptates. Ceterum *Virg.* 6. *Æn.* 511. Sed me fata mea et scelus exitiale Lacænæ His mersere malis. *et* 11. *ibid.* 27. Abstulit atra dies et funere mersit acerbo. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 40. 41. (132). Quam multos bona perdidere et ultimis mersere suppliciis! *Juvenal.* 10. 56. Quosdam præcipitat subjecta potentia magnæ Invidiæ, mergit longa atque insignis bonorum Pagina. ¶ 5. Elegantер dicitur de iis, qui ære alieno censum obruunt et patrimonium evertunt, *indebitarsi fino agli occhi. Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 31. (67). *de cocorum pretiis.* Nullus prope jam mortalis æstimatur pluris, quam qui peritissime censum domini mergit. *Ulp. Dig.* 27. 4. 3. Neque enim in hoc administrantur tutelæ, ut mergantur pupilli. *Juvenal.* 13. 7. sed nec Tam tenuis census tibi contigit, ut mediocris Jacturæ te mergat onus. *ti spianti.* Cf. *eumdem* 11. 39. ære paterno Ac rebus mersis in ventrem. *consumato in crapule il patrimonio.* Cf. et *Plaut. Epid.* 1. 2. 16. Malim istiusmodi mihi amicos furno mersos, quam foro. *falliti.* Huc pertinet et illud *Liv.* 6. 14. Multiplici jam sorte exsoluta, mergentibus semper sortem usuris, obrutum fenore esse. *sormontando gli affitti il capitale.*

MERGŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* mergus, parvus mergus, καταρακτης, avis marina (pelecanus Bassanus *Linnei*), quæ pisces prædatura in mare aliquantisper immergitur, ut illos inde extrahat ac devoret. *Vulgat. interpr. Levit.* 11. 17. Comedere non debetis bubonem et mergulum et ibin. Adde *Deuter.* 14. 17.

MERGUS, i, m. 2. (mergo). ¶ 1. Est It. *smergo,* αἴθυια, avis quædam, ita dicta, quod ut cibum captet, in aquam se mergit, ut *Varro* 5. *L. L.* 78. *Müll.* docet. In fabulis est Æsacus filius Priami, et Alexirhoes Granici filiæ, qui cum Hesperien Nympham persequeretur, illaque in fuga morsu calcati anguis periisset, ex desiderio se in mare projecit, et Tethyos miseratione in hanc avem versus est. *Ovid.* 11. *Met.* 793. Fecit amor maciem: longa internodia crurum, Longa manet cervix, caput est a corpore longe: Æquor amat, nomenque tenet, quia mergitur illo. *et ibid.* 753. spatiosus guttura mergus. *et* 8. *ibid.* 625. Haud procul hinc stagnum: tellus habitabilis olim, Nunc celebres mergis fulicisque palustribus undæ. *Id.* 1. *Pont.* 6. 51. Nam prius incipiant turres vitare columbæ, Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas, Quam etc. *Virg.* 5. *Æn.* 127. immota attollitur unda Campus, et apricis statio tutissima mergis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 87. (362). Præsagiunt pluviam mergi maria, aut stagna fugientes. *Id.* 11. *ibid.* 37. 79. (202). Insatiabilia animalium, quibus a ventre protinus recto intestino transeunt cibi, ut lupis cervariis et inter aves mergis. *Horat. Epod.* 10 21. Opima quod si præda, curvo litore Projecta, mergos juveris, etc. — Hinc jocularitер *agrarius mergus* Luciliano dicterio dicitur, qui occupandis latissimis agris inhiat. *Capitolin. Pertin.* 9. ¶ 2. *Mergus* in vitibus est sarmentum e duro excitatum, quod deorsum curvatur et in terram mergitur, ut cacumine exeat (Etrusci *capogatto,* nostrates vulgo dicunt *refosso*), pars vero, quæ inter vitis truncum est ac terram, in arcus morem inclinatur. *Colum.* 4. *R. R.* 15. 2. Mergi genus est, ubi supra terram juxta adminiculum vitis curvatur, atque ex alto scrobe submersa perducitur ad vacantem palum: tum ex arcu vehementer citat materiam, etc. Adde *Pallad.* 3. *R. R.* 16.; itemque *Colum.* 4. *R. R.* 15. 4., 2. 2., 22. 2. et 30. 7. Differt a dracone, quia mergus ab inferiore trunco ducitur, draco a summo ubi brachia vitis sunt. Itaque differt, ut species a genere. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MĔRĪBĪBŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* merobibus, qui meri bibax est, merobibus. *Augustin.* 9. *Confess,* 8. *ad fin.* Puella meribibula.

MERĪCA, æ, f. 1. *subaudi* vitis. *V.* METICA.

MĔRĪDĬĀLIS, e, adject. (meridies) meridianus. *Gell.* 2. 22. Meridiales ventus. Ita legit *Salmas.,* alii *meridionalis. Tertull. Anim.* 25. *a med.* Apud orientalem et meridialem (*aeris*) temperaturam. *Ammian.* 22. 15. A meridiali latere.

MĔRĪDĬĀNA, ōrum, n. plur. 2. *et*

MĔRĪDĬĀNŌ, adverb. *et*

MĔRĪDĬĀNUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. I. et II.

MĔRĪDĬĀNUS, a, um, adject. (meridies) ad meridiem pertinens, μεσημβρινός, *meridiano, di mezzodì.*

I.) Proprie. *Varro* 1. *R. R.* 51. 2.; et *Cic.* 3. *Orat.* 5. 17. Meridianum tempus. *Martial.* 3. 67. Exarsitque dies, et hora lassos Interjungit equos meridiana. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 19. 42. (86). Meridianus sol. — Sic *meridianus* dicitur, qui meridie fit. *Plin.* 9. *Ep.* 40. Meridianus somnus. *Sueton. Claud.* 34. Bestiariis, meridianisque adeo delectabatur, ut etc. *h. e.* gladiatoribus, qui meridie dabantur, inter se depugnantes, quum mane bestiarii dari solerent. *V.* MATUTINUS: et cf. *Inscript.* apud *Orell.* 2587. L. ANNAEVS MERIdianus VICIT CIV. SECVND. TVLIT XXIIIIX. TERT. TVLIT XIIX. PALmas ET CORONAS LX. VICIT DIVI TRAIANI AVG. MVN. *Fabrett. Col. Traj. p.* 253. ita τὸ MER interpretandum putat; in ipso autem marmore est vir nudus, chlamyde retro tectus et hastam dextra tenens. *Tertull. Apolog.* 15. Inter ludicras meridianorum crudelitates. Observat *Lips. l.* 2. *Saturn. c.* 15. ex *Senec. Ep.* 7. *et* 95. *circa med.*, non fuisse hos gladiatores legitimos, et pugnandi peritos, armisve munitos ad ictus arcendos; sed nudos, inermesque, solisque gladiis instructos, quo facilius invicem jugularentur. — Hinc *Meridiano* absolute, adverbii more, est meridiano tempore. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 26. 25. (96). et 9. *ibid.* 8. 8. (24). Fax, Germanico Cæsare gladiatorum spectaculum edente, præter ora populi meridiano transcucurrit.

II.) Translate est ad partem cæli pertinens, in qua sol est meridie, *meridionale. Varro* 1. *R. R.* 7. 1. Ager spectet ad meridianam cæli partem. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 11. 8. (50). Meridiana plaga. *Id.* 5. *ibid.* 12. 13. (66). Babylonia magis meridiana. *Id.* 13. *ibid.* 4. 9. (41). Meridianus orbis. *Seneca* 5. *Quæst. nat.* 17. Meridianus circulus. *l'equatore.* Sic *Colum.* 1. *R. R.* 6. 2. æquinoctialis. Et absolute *Vellej.* 2. 126. Quidquid meridiano, aut septentrione finitur. Item absolute in plur. num. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (24). In meridianis Indiæ. *nelle parti meridionali.* — Hinc

Meridiano, absolute, adverbii more, *V.* sub I.

Meridianum, i, n. 2. et

Meridiana, ōrum, n. plur 2. absolute, substantivorum more. *V.* sub II.

MĔRĪDĬĀTĬO, ōnis, f. 3. (meridio) quies et somnus meridianus. *Cic.* 2. *Divinat.* 68. 142. Nunc quidem, propter intermissionem forensis operæ, et lucubrationes detraxi, et meridiationes addidi, quibus uti antea non solebam.

MĔRĪDĬĒS, ēi, m. 5. media dici pars, quum sol altissimus est, et matutinum a vespertino tempore dividit: a *medius* et *dies,* quasi *medidies,* quod quia erat insuavius, primum d in r mutarunt, ut docet *Cic. Orat.* 47. 158. Ipsum *meridiem,* cur non *medidiem*? credo, quod erat insuavius. Cf. *Quintil.* 1. 6. 30.; *Priscian.* 1. p. 551. *Putsch.*; et *Varron.* 6. *L. L.* 4. *Müll. V.* SOLARIUM. Gr. μεσημβρία (It. *mezzodì, meriggio;* Fr. *le milieu de jour, midi;* Hisp. *medio dia;* Germ. d. *Mittag, d. Mittagszeit;* Angl. *midday, noon, noontide*).

1.) Proprie. *Plaut. Most.* 3. 1. 52. Redito huc circiter meridiem *Ter. Adelph.* 5. 3. 62. Meridie ipso faciam ut stipulam colligat. *sul fitto meriggio. Cic.* 2. *Tusc.* 3. 9. Quum ante meridiem di-

ctioni operam dedissemus, post meridiem in Academiam descendimus. *Id.* 4. *Att.* 3. Milo media nocte in campum venit: permansit ad meridiem. *Horat.* 3. *Od.* 28. 5. Inclinare meridiem Sentis, ac veluti stet volucris dies etc. *Censorin. de die nat.* 24. Secundum diluculum vocatur mane, quum lux videtur solis; post hoc ad meridiem; tum meridies, quod est medii diei nomen; inde de meridie. — *Forcellinus* hæc addit: *Meridie* neutro genere. *Varro* 1. *R. R.* 2. 5. Æstivo die si non diffinderem meo insiticio somno meridie, vivere non possem. Alii leg. *meridie diem.* Possis etiam ita interpretari ut *diem* subintelligatur et *meridie* sit Ablativus temporis. *V.* DIFFINDO. Hucusque *Forcellinus*: At *Schneiderus, Salmasii* ad *Solinum p.* 96. correctionem sequutus, quam *Schoëtgen.* et *I. Fr. Gronov.* probarunt, legit: Æstivo (non *æstivum*, ut *Salmasius*, sed vulgatum *æstivo*, quod *Pontedera* tuetur, quodque ut alibi *verno* dicitur) diem si non diffinderem meo insiticio somno meridie. *ita ut* meridie sit Ablavus temporis. Eamdem correctionem dederat et *Ursinus*, fretus loco ejusd. *Varron.* 3. *R. R.* 2. 15. Ubi æstate diem meridie dividere soleam.

II.) Translate. ¶ 1. Meridies est pars cæli, qua meridies notatur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 19. 49. Inflectens sol cursum tum ad septentriones, tum ad meridiem. *Id. fragm.* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 4. Sol paullum a meridie devexus. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 2. Æstiva cubicula spectent meridiem æquinoctialem. *Tac.* 5. *Hist.* 6. A meridie Ægyptus objacet, ab occasu Phœnices. *Id. Agric.* 10. Britannia in occidentem Hispaniæ obtenditur, Gallis in meridiem inspicitur. ¶ 2. Per catachresin de medio noctis tempore. *Varro* apud *Non. p.* 451. 9. *Merc.* Repente noctis circiter meridiem, Quum pictus aer fervidis late ignibus Cæli choreas astricas ostenderet. — *Nonius ibid.* ætatis meridiem dixit.

MĔRĬDĬO, as, ātum, are, n. *et* Meridior, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (meridies). Part. *Meridians.* — Meridiare vel meridiari est quietem, aut somnum meridie capere, *prendere riposo o sonno sul mezzodì*, ἐλιννύω τὸ καῦμα, μεσημβρίζω. *Catull.* 32. 3. Jube, ad te veniam meridiatum. *h. e.* libidinatum; veteres enim meridie præsertim libidini indulsisse, constat ex *eodem* 61. 117. et *Ovid.* 1. *Amor.* 5. (Ex *Plin.* 3. *Ep.* 5., 7. *ibid.* 4. et 9. *ibid.* 40. constat, veteres meridiari solitos fuisse, h. e. meridiano somno indulgere æstivis tantum diebus, ut etiam apud nos usu venit, ideoque, quum bene pasti potique cubitum cum mulieribus irent et eo præcipue tempore libidini locum darent, factum est, ut meridiari absolute idem prope sit ac libidinari). *Cels.* 1. 2. *ante med.* Longis diebus meridiari potius ante cibum; sin minus post eum. *Sueton. Cal.* 38. Gloriatusque est expergefactæ Cæsoniæ, quantum egisset, dum ea meridiaret. *et Ner.* 6. Missos, qui eum meridiantem strangularent. *V.* MERIDIATIO et DIFFINDO.

MĔRĬDIŌNĀLIS, e, adject. *meridionale*, μεσημβρινός, ad meridiem situs. *Lactant.* 2. 9. Meridionalis plaga. *Firmic.* 2. *Mathes.* 12. *circa med.* Meridionale signum. *V.* MERIDIALIS.

MĔRĬDIŌNĂRĬUS, a, um, adject. meridianus. *Titinius* apud *Apul. de orthogr.* (edente *A. Maio*) *p.* 130. Gladiator mi, gloria quojus lemulcatus (*lege* lemniscatus) meridionaria; nam erit hæc septima laurus. *V.* LEMNISCUS et LEMNISCATUS.

MĔRIS, ĭdis, f. 3. μερίς, *campo staccato*, agri pars a fundo divisa, eidem tamen addita et subjecta: a *meiro, divido. Tabula alim. Vellej.* a *Delama* edita *col.* 7. *lin* 15. FVNDVM PHILETIANVM CVM MERIDE VICINIANA IN PLACENTINO. *et col.* 4. *l.* 38. FVNDVM METILIANVM CVM CASIS ET SILVIS ET MERIDIBVS ET DEBELIS. *et col.* 6. *l.* 86. FVNDO AFRIANO DEXTRIANO CVM MERIDIBVS OMNIBVS ET ALLVVIONIBVS IVNCTIS PRAEDIIS SVPRASCRIPTIS. *V.* DEBELUS.

MĔRISMOS, i, m. 2. μερισμός, Græca vox partitionem significans, et est figura, de qua ita *Rutil. Lup. de fig. sentent. et eloc.* 1. 18. Merismos. Hoc schema singulas res separatim disponendo, et suum cuique proprium tribuendo, magnam efficere utilitatem et illustrem consuevit. Sic *Sacerd.* in *Anal. gramm. p.* 36. Merismos, quam nos partitionem vocamus, etc. Forte hæc est figura, quam *Quintil.* 9. 3. 91. ex *Rutilio* laudat *dinumerationis* nomine: V. *Spalding.* ad *h. l.*

MĔRĬTISSĬMO. *V.* MERITUM et voc. seq.

MĔRĬTO, adverb. (mereo). Sup. *Meritissimo* et *Meritissime* dubia tamen lectione. — Merito est idem atque digne, jure, ἀξίως (It. *meritamente, ragionevolmente, con ragione*; Fr. *à bon droit, à juste titre, avec raison*; Hisp. *justamente, razonablemente*; Germ. *nach Verdienst, mit Recht*; Angl. *deservedly, with reason*). Occurrit — *a*) Posit. *Ter. Andr.* 3. 2. 50. Nam gnatus quod pollicitus 'st, haut dubium 'st mihi, si nolit, quin eum merito possim cogere. Adde *eumd. Eun.* 1. 2. 106. *Cic.* 5. *Verr.* 68. 158. Quamquam merito sum iratus Metello, tamen hæc, quæ vera sunt, dicam. *Gell.* 1. 15. *circa med.* Neque non merito Homerus unum ex omnibus Thersiten ἀκριτόμυθον appellat. Rursus *Cic.* 7. *Verr.* 67. 172. Recte ac merito commovebamur. *Id.* 3. *Cat.* 6. 14. Prætores merito ac jure laudantur. *Id. Dom.* 1. 2. Consilium majorum jure ac merito laudare possumus. *Flor.* 2. 19.; *Senec.* 1. *Clem.* 12.; et *Curt.* 10. 9. Jure meritoque fateatur. — Pleonasmus est in illo *Plauti Most.* 3. 2. 23. Nihil erit, quod deorum ullum accusites: Te ipse jure optimo, merito incuses, licet. — *Merito* in formula solvendi vota, *V.* LIBENS. — *Merito*, exclamatio approbantis, si quid mali culpiam digno evenit. *Ovid.* 2. *Amor.* 14. 40. Et clamant, merito, qui modo cumque vident. *ben gli sta.* et 6. *Met.* 687. Et merito, dixit: quid enim mea tela reliqui? etc. — *b*) Sup. *Turpilius* apud *Non. p.* 139. 17. *Merc.* Meritissimo te magni facio. *Cæcilius* apud *eumd. ibid.* Meritissimo me hic ejecit ex hac decuria. *Cic.* 1. *Orat.* 55. 234. Quem omnes amare meritissimo pro ejus eximia suavitate debemus. — *Meritissime* pro *meritissimo* apud *Solin.* 7. Hymetto meritissime ac jure attribuitur principatus. In *vet. S. C.* apud *Plin.* 8. *Ep.* 6. VT PALLAS SINGVLARIS INDVSTRIAE FRVCTVM MERITISSIME FERAT. Alii rectius leg. *meritissimo.*

MĔRĬTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *intens. a* mereo. ¶ 1. Generatim est quæstum, seu lucrum labore atque industria capere, *guadagnare*, μισθαρνέω. *Cic.* 5. *Verr.* 50. 119. Ut, si quis villicus ex eo fundo, qui HS dena meritasset, excisis arboribus ac venditis etc. *Orellius* ita leg.; al. *mercasset*; al. *merces esset.* Certior est lectio apud *Plin.* 7. *Hist. nat.* 39. 40. (128). Roscius histrio HS D. annua meritasse proditur. ¶ 2. Speciatim pro merere stipendia, *militare. Paul. Diac. p.* 152. 10. *Müll.* Meritavere Cato ait pro meruere. Absolute *Sil. It.* 10. 656. tum terga dedisse Damnatis Siculas longe meritare per oras Impositum.

MĔRĪTŌRĬUM, ĭi, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MĔRĪTŌRĬUS, a, um, adject. (mereo) ad merendum, seu lucrandum pertinens, *da guadagno, da nolo*, μισθιος. ¶ 1. Generatim. *Sueton. Vitell.* 7. Tanta egestate rei familiaris, ut uxore et liberis meritorio cœnaculo abditis, domum ablocaret. *in casa ad affitto.* et *Cal.* 39. Comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis. *Plin.* 2. *Ep.* 17. *ad fin.* Meritoria balinea. *Val. Max.* 1. 7. *extern.* 10. taberna. *bettola, osteria.* et *Seneca Ep.* 88. artificia. *Id. Brevit. vit.* 14. Quum per diversas domos meritoriam salutationem circum tulerint. *h. e.* non gratuitam, sed quæ exspectat et sperat aliquid. ¶ 2. Speciatim in re turpi. *Cic.* 2. *Phil.* 41. 105. Ingenui pueri cum meritoriis, scorta inter matresfamilias versabantur. *Sueton. Claud.* 15. Meritoria scorta. Cf. *Spartian. Pescenn.* 3. cubicula. *h. e.* lupanaria. *Arnob.* 6. 12. Publicare, divendere meritorii corporis formam. — Hinc

Meritoria, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, a superiori paragr. 1., sunt ædes, vel cœnacula, vel cellæ, vel tabernæ, quæ pretio locantur. *Juvenal.* 3. 234. nam quæ meritoria somnum Admittunt? magnis opibus dormitur in Urbe. *Ulp. Dig.* 50. 16. 198. Si forte stabula sunt vel alia meritoria in villis. Adde *Paul. Dig.* 32. 89. *a med.* — Hinc meritoria facere, *tener osteria o locanda*: et differt a *locando*, quia locantur ædes in longum tempus, certisque personis: qui meritoria faciunt, fere in dies, et incertis personis locum concedunt. *Ulp. Dig.* 7. 1. 13. *ad fin.* Si domus usus fructus legatus sit, meritoria illic facere fructuarius non debet, nec per cœnacula dividere domum. Atquin locare potest, etc. *et mox.* Quod autem dicitur, meritoria non facturum, accipe quæ diversoria, vel fullonica vulgo appellantur. Sic *Inscript.* apud *Orell.* 4430. VICVS SPVRIANVS CVM SVIS MERITORIIS ET DIAETA QVAE EST IVNCTA HVIC MONVMENTO CVM SVIS PARIETIBVS ET FVNDAMENTIS HVIC MONVMENT. CEDET.

Meritorium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, a superiori paragr. 2., est cella meretricis. *Vopisc. Tacit.* 10. Meritoria intra urbem stare vetuit. (*Salmas.* non de loco, sed de persona accipiendum putat, quia *stare* dicit, quod meretricum est.) *Sever. Imp.* in *epist.* apud *Spartian. Pescenn. Nigr.* 3. Milites pro tricliniis popinas habent, pro cubiculis meritoria. *Prudent. Hamartig.* 763. Balnea, propolas, meritoria, templa, theatra. *Firmic.* 6. *Mathes.* 31. *post init.* Illustribus viris de meritorio detracta mulier conjugali gratia copulatur.

MĔRĪTUM, i, n. 2. (mereo) proprie est adjectivum seu particip. *meritus, a, um*, absolute, substantivorum more usurpatum; et

I.) Proprie ¶ 1. Stricto sensu est id quod quis meruit, scilicet præmium aut pœna, quæ pro merito datur: qua tamen significatione raro admodum occurrit. — *a*) Sic pro præmio apud *Ter. Phorm.* 2. 1. 75. Nihil suave meritum est. — *b*) Pro pœna. *Ter. Heaut.* 1. 1. 40. CH. Hui, tam graves bos (*rastros*), quæso? MEN. Sic meritum' st meum. *h. e.* meritus sum. *Apul.* 8. *Met.* Specta denique, quale cælesti providentia meritum reportaverit. *Tertull. Apolog.* 21. Ne intelligerent, meritum fuit delictorum. ¶ 2. Sæpissime latiori sensu occurrit, et est quodvis nostrum factum vel rectum, vel pravum, quo alicujus animum et voluntatem demeremur, vel offendimus. Est enim vocabulum medium, quod tam in bonam, quam in malam partem accipitur. — *c*) In bonam. *Cic.* 3. *Phil.* 6. 14. Militibus exquirendi sunt honores novi, propter eorum divinum atque immortale meritum. *Id.* 3. *Cat.* 6. 15. Supplicatio diis immortalibus pro singulari eorum merito decreta est. *Sueton. Aug.* 45. Pro merito certantium quemque honoravit. *Cic.* 14. *Fam.* 2. Pisonem nostrum merito ejus amo plurimum. *Id.* 5. *Att.* 11. Apud Patronem te in maxima gratia posui: et hercule merito tuo feci. Sic *Ter. Eun.* 3. 2. 4. PAR. Quam venuste! quod dedit principium adveniens! THA. Plurimum merito tuo. (*Meritissimo* substantivi more dixit *Plaut. Asin.* 3. 3. 147. Meritissimo ejus, quæ volet, faciemus. Sic *pessimo publico* dixere *Varro* et *Liv.* V. MALUS). *Cic.* 1. *Fam.* 1. Magnitudo tuorum erga me meritorum. *Plin.* 3. *Ep.* 11. Meritum meum, ut vera, ita supra meritum prædicatione circumfert. — Per metonymiam est ipsum beneficium. *Cic. Amic.* 8. 26. Ut in dandis recipiendisque meritis, quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet. *Liv.* 39. 28. Itaque ille vestrum meritum habet, non vos illius. *Cic.* 11. *Fam.* 17. Magna ejus sunt in me non dico officia, sed merita. *Ovid.* 2. *Amor.* 3. 10. Sunt tibi cum domina signa ferenda tua. Hanc imple meritis: hujus tibi gratia prosit. Sic *Virg.* 9. *Æn.* 253. pulcherrima (*præmia*) primum Di moresque dabunt vestri: tum cetera reddet Actutum pius Æneas atque integer ævi Ascanius, meriti tanti non immemor unquam. — *d*) In malam partem, *demerito, colpa. Cic. Sext.* 17. 39. Cæsar, qui a me nullo meo merito alienus esse debebat. *Vatinius* apud *Cic.* 5. *Fam.* 9. Mea fortuna, nescio quomodo, obtrectatores invenit, non meo quidem mehercules merito. *Liv.* 40. 15. *a med.* Hodie me primum aperte frater accusat, nullo meo in se merito. *Ovid. Heroid.* 5. 7. Leniter, ex merito quidquid patiare, ferendum est. *et* 3. *Pont.* 3. 76. Non gravior merito vindicis ira fuit. Adde *ibid.* 6. 10. *et* 3. 16. Similiter *Justin.* 1. 6. 8. Astyages meriti sui in Harpagum oblitus, summam belli eidem committit. *scil.* Astyages Harpagum graviter læserat, filium enim ejus interfecerat epulandumque patri tradiderat. — *e*) Et duplici significatione *Lactant.* 5. 23. Deus pro suis quemque meritis

aut bonorat, aut punit. *Id.* 7. 20. Tempus, quo maximus judex meritorum faciet examen. Definite *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 1. Pro contemplatu probi improbive meriti.

II.) Translate sumitur pro dote, dignitate, virtute innata, qua quælibet res censetur, et in pretio est, *pregio, valore, dignità. Pallad.* 1. *R. R.* 37. Primi saporis mella thymi succus effundit, secundi meriti thymbra, tertii meriti rosmarinus. *Id.* 4. *ibid.* 13. In admissario quatuor spectanda sunt, forma, color, meritum, pulcritudo. *spirito, generosità, bravura.* et 3. *ibid.* 9. *ante med.* Industrius vir vitium genera probata deligat, et terris talibus mandet, quæ imitari eas possint, unde sumuntur: sic merita sua quæque servabit. *Grat. Cyneg.* 371. nec viribus ullis, Aut merito venia est, aut spes, exire precanti. *Martial.* 8. 65. Grande loci meritum testantur et altera dona. *Ovid.* 1. *Fast.* 7. Invenies illic et festa domestica vobis, Et quo sit merito quæque notata die. *Paul.* 5. *Sentent.* 35. Meritum appellationis causæ capitalis non nisi per nosmetipsos prosequi possumus. *h. e.* ipsam causam, vim et rationem. *Id. Dig.* 49. 1. 27. Post redditas rationes neque tutor, neque curator appellationis merita probare cogetur. *Impp. Arcad. et Honor. Cod.* 8. 5. 2. Merita negotiorum. *l'importanza. Imppp. Valentinian., Theodos. et Arcad. Cod. Theod.* 15. 1. 30. Ædificia majoris meriti. *di maggior prezzo.*

MĔRĪTUS, a, um. *V.* MEREO.

MĔRO, ōnis, m. 3. (merum) per jocum dictus est Tiberius Cæsar pro *Nero*, quod impendio vinosior esset. *Sueton. Ner.* 42. In castris tiro etiam tum, propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero vocabatur. — Ceterum *V.* ÆRO, onis.

MĔRŌBĪBUS, a, um, adject. (merum *et* bibo) *ghiotto di vin buono*, qui mero delectatur, meribibulus. *Plaut. Curc.* 1. 1. 77. anus multibiba atque merobiba.

MĔRŌIS, idis, f. 3. μεροΐς, herba in Meroe nascens, folio lactucæ, hydropicis utilissima e mulso pota. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 102. (163).

MĔROPS, ŏpis, f. 3. μέροψ, avis pallido intus colore pennarum, superne cyaneo, primori subrutilo. Nidificat in specu, sex pedum defossa altitudine. Infesta in primis est alveariis, apesque absumit. Unde *apiastra* a quibusdam appellatur, teste *Servio* ad *Virg.* 4. *G.* 13. Pietate in parentes volucribus ceteris præstat. Nam ubi primum per ætatem volare potest, parentes in altissimis specubus reconditos alit. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 51. (99). *Virg. loc. cit.* Absint et picti squalentia terga lacerti Pinguibus a stabulis, meropesque, aliæque volucres. Adde *Isid.* 12. *Orig.* 7. — *NB.* De nomine proprio *V.* ONOM.

MĔRŌSUS, a, um, adject. (merum) idem fere ac meracus. *Agroet. de orthogr. p.* 2273. *Putsch.* Aquosum locum, qui ex se aquam fundit; ita et meracam potionem; merosum autem vinum appellabimus.

MERSĀTUS, a, um. *V.* MERSO.

MERSĬO, ōnis, f. 3. (mergo) idem fere atque immersio. *Gloss. Philox.* Mersio, βύθισις.

MERSĪTO, as, are, 1. *immergere spesso*, frequentat. a *merso. Solin.* 45. *in fin.* Equus quo acrior fuerit, speique majoris, eo profundius nares mersitat in bibendo. *V.* et MERGITO.

MERSO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *frequentat.* vel *intens. a* mergo, pro quo promiscue usurpatur. — Part. *Mersatus* I.; *Mersandus* II. — Mersare est sæpe mergere, vel vehementer mergere, *immergere spesso o con forza*, βαπτω.

I.) Proprie. *Virg.* 3. *G.* 445. Dulcibus idcirco fluviis pecus omne magistri Perfundunt, udisque aries in gurgite villis Mersatur missusque secundo defluit amni. *Id.* 1. *ibid.* 272. Balantumque gregem fluvio mersare salubri. *Horat.* 4. *Od.* 4. 65. Merses profundo? pulchrior evenit. *Id.* 2. *Sat.* 4. 19. Vivam gallinam musto mersare Falerno. *Seneca* 4. *Quæst. nat. extr.* Boletos raptim condimento suo mersatos demittunt pænæ fumantes. *Tac.* 15. *Ann.* 69. Vivens adhuc balneo Infertur, calida aqua mersatur. *Seren. Sammon.* 24. Proderit et lymphis corpus mersare marinis.

II.) Translate. *Lucret.* 5. 1005. Tum penuria deinde cibi languentia leto Membra dabat: contra nunc rerum copia mersat. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 16. Nunc agilis fio, et mersor civilibus undis. *Catull.* 68. 13. mersor fortunæ fluctibus. *Prudent. Hamartig.* 833. Mersandam (*animam*) penitus puteo ferventis abyssi. *V.* et MERTO.

MERSUS, a, um. *V.* MERGO.

MERTHRYX, ygis, f. 3. μερθρυξ, herba eadem ac geranion. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 11. 68. (108). Geranion aliqui myrrin, alii merthryga appellant. At *Sillig.* cum *Harduin.* ex Indice *lib.* 1. et optimis Codd. leg. *myrtida*: alii Codd. habent *myrrhida* vel *myrrhidam*, alii *merthryda.*

MERTO, as, are, a. 1. *intens.* pro *merso, as*, dixere veteres, *t* in locum *s* succedente, ut in *pultare* pro *pulsare*, ut docet *Quintil.* 1. 4. 14. Sic *Paul. Diac. p.* 124. 9. et *p.* 81. 10. *Müll.* Mertat pro mersat dicebant. *Accius* apud *Non. p.* 138. 33. *Merc.* Fortassean sint, quos hic non mertet metus. *Id.* apud *eumd. p.* 139. 2. Vel hic qui in ea parte effrenata impudentia Præsentem præsens dictis mertare instituit.

MĔRŬLA, æ, f. 1. Quod ad genus attinet, *merulus* Latine dici negat *Varro* 9. *L. L.* 55. *Müll.* Nec multum auctoritatis habet *Auct. carm. Philom.* ubi ait 13. Et merulus modulans tam pulcris concinit odis. Habet tamen aliquid auctoritatis *Priscian. Perieg.* 415. Hic (*in Arcadia*) merulos perhibent albos, mirabile dictu; Hic nasci lapidem, qui etc. Sic *Isid.* 12. *Orig.* 6. Ut ranæ, leones, et vituli, et nigri meruli, et pavi diverso colore. *Charis.* 1. *p.* 42. *Putsch.* cum *Varrone* consentit: Hoc quoque, de quo quæritur, impensius in *a, merula*, potius, quam per *us, merulus*, enunciabitur. — Ratione habita etymi, est a *merus* solus, uti *Varro* 5. *L. L.* 76. *Müll.* et *Paul. Diac. p.* 124. 4. *Müll.* docent, quia solivaga est et solitaria pascitur: est autem avis genus, tum mas, tum femina, κόττυφος (It. *merlo, merla*; Fr. *merle*; Hisp. *merla*; Germ. *d. Amsel*; Angl. *a blackbird, ousel, merle*).

I.) Proprie. *Cic.* 5. *Fin.* 15. 42. Serpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas, cornibus uti boves videmus. *Horat. Art. P.* 458. Si veluti merulis intentus decidit auceps In puteum foveamve etc. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 42. (80). Merula ex nigra rufescit, canit æstate, hieme balbutit, circa solstitium muta. *et ibid.* 53. 74. (147). Merulæ bis anno pariunt. *et ibid.* 30. 45. (87). Merulæ circa Cyllenen Arcadiæ, nec usquam alibi, candidæ nascuntur. (raras esse albas merulas etiam *Varro* significat 3. *R. R.* 9. 17.).

II.) Translate. ¶ 1. Est genus piscis, inter saxatiles laudati, ut ait *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (149). Adde *eumd.* 9. *ibid.* 15. 20. (52).; item *Ennium* apud *Apul. de Mag. c.* 39. *p.* 484. *Oudend.*; *Varron.* 9. *L. L.* 28. *Müll.*; et *Colum* 8. *R. R.* 16. 8. et 17. 8. De hac etiam *Ovid. Halieut.* 114. Auratis muræna notis, merulæque virentes. ¶ 2. Item genus machinulæ hydraulicæ, quæ aquæ pressione vocem merulæ reddit: cujusmodi in nostris sacrarum ædium organis dicimus *usignuolo. Vitruv.* 10. 12. *a med.* — *NB.* de cognom. Rom. *V.* ONOM.

MĔRŬLĀTOR, ōris, m. 3. *bevitore*, potator meri. *Inscript.* apud *Murat.* 1442. 5. HIC SITVS ILLE EGO SVM MERVLATOR PVBLIVS IPSE QVOD VOCITATVS ERAM BAEBIVS COGNOMINE PATRIS ROMA MIHI PATRIA NOMEN MEI PRIMVS IN AEVOM. Hinc apparet, P. Bæbium Primum ob lusum nominis Bæbii, quod cum Bibulo, seu Biberio convenire videtur, merulatorem a mero, vel merulento dictum fuisse. *V.* MERO.

MĔRŬLENTUS, a, um, adject. vinolentus, meri bibax.

I.) Proprie. *V.* in ABSTEMIUS locum *Rubrii* poetæ, ubi est qui legit *temulentus.*

II.) Translate est madidus. *Fulgent. Mythol. præf.* Pierides præpetis ungulæ rivo merulentæ. *h. e.* aqua fontis Hippocrenes irroratæ.

MĔRŬLUS, i, m. 2. *V.* MERULA init.

MĔRUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MĔRUS, a, um, adject. Sunt qui putant esse a μείρω divido. Et *Paul. Diac. p.* 124. 4. *Müll.* ait: Merum antiqui dicebant solum: unde et avis merula, quod solivaga est et solitaria pascitur: at nunc merum purum appellamus. — Quoniam vero postrema hæc notio facile cum priore confunditur, ea tamquam prima nobis habetur; et merus est purus, liquidus, sincerus, cui nihil est admixtum (It. *puro, mero, sincero*; Fr. *pur, sans mélange*; Hisp. *puro, libre y exento de toda mezcla*; Germ. *rein, lauter, unvermischt*; Angl. *mere, pure, unmixed*).

I.) Proprie. — *a*) De vino et aliis liquidis. *Plaut. Amph.* 1. 1. 276. Factum est illud, ut ego illic vini hirneam ebiberim meri. *Varro* apud *Non. p.* 344. 2. *Merc.* Vino corpus corrumpis mero. *Ovid.* 13. *Met.* 331. Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset. — Hinc *merum* absolute, quod *V.* in fine huj. voc. — *Lucret.* 1. 262. Ludit (*nova proles pecudum*) lacte mero mentes perculsa novellas. et *Ovid.* 4. *Fast.* 369. Lacte mero veteres usi memorantur et herbis. *Id.* 15. *Met.* 323. Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis. — *b*) De aliis. *Plaut. Asin.* 1. 3. 3. Aurum atque argentum merum. *Colum.* 3. *R. R.* 21. 10. Gustus cujusque generis (*uvarum*) non mixtus, sed vere merus. *Plaut. Most.* 3. 1. 111. Emit ædes speculo claras, clarorem merum. *l'istessa chiarezza. Petron. fragm. Tragur.* 37. *Burmann.* Mero meridie si dixeris illi, tenebras esse credet. *di bel mezzodì.*

II.) Translate. ¶ 1. Speciatim *mero pede* est pede nudo in illo *Juvenal.* 6. 158. Observant ubi festa mero pede sabbata reges. Sic *Prudent.* 6. περὶ στεφ. 91. Stabat calce mera. ¶ 2. Generatim merus est solus, ab aliis divisus ac segregatus, atque adeo insignis. *Varro* apud *Non. p.* 344. 10. *Merc.* Diogenem postea pallium solum habuisse, et habere Ulyssem meram tunicam, pileum ideo non habere. *Varro* 2. *R. R.* 2. 2. Oves neque vetulæ, neque meræ agnæ. *h. e.* quæ nondum agni ætatem excessere. *Plaut. Capt.* 2. 3. 36. Quæ memini, mora mera est monerier. *Ter. Phorm.* 1. 2. 95. Non multum habet, quod det, fortasse. GR. Immo nihil, nisi spem meram. *Apul. de Mag.* Aliquantam pecuniam nullis tabulis, sed, ut æquum erat, mera fide acceptam, filiis debebat. *Plaut. Truc.* 2. 2. 14. Rus merum hoc quidem est. *Cic.* 4. *Att.* 7. Chærippus mera monstra nunciarat. *et* 9. *ibid.* 11. Meræ proscriptiones, meri Sullæ. *et ibid.* 12. *extr.* Mera scelera loquuntur. *et ibid.* 13. *extr.* Dolabella suis litteris merum bellum loquitur. *non parla d'altro, che di guerra.* et 6. *ibid.* 3. *circa med.* Meræ nugæ. *Ulp. Dig.* 2. 1. 3. Imperium aut merum, aut mixtum est. Merum imperium est habere gladii potestatem ad animadvertendum in facinorosos homines; quod etiam potestas appellatur. Mixtum est imperium, cui etiam jurisdictio inest. ¶ 3. Item est non simulatus nec fucatus, sed verus ac præstans, *vero pretto, schietto. Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 85. Meri bellatores gignuntur, quas hic præ gignantes fecit. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 8. mera libertas. *Mera libertas* apud *Liv.* 39. 26. in malam partem accipitur pro immoderata et effreni, et quæ nihil civilis modestiæ admixtum habeat. *Plin.* 8. *Ep.* 24. Cogita te missum in provinciam Achajam, illam veram et meram Græciam, in qua primum humanitas, litteræ inventæ etc. — Hinc

Merum, i, n. 2. (subaudi *vinum*) absolute, substantivorum more, est vinum purum et nulla aqua mixtum. *Plaut. Curc.* 1. 2. 35. Hoc vide, ut ingurgitat impura se in merum avariter. *Virg.* 1. *Æn.* 732. Hic regina gravem gemmis auroque poposcit Impletvitque mero pateram. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 11. non cessavere poetæ Nocturno certare mero, putere diurno. *Id.* 1. *Od.* 36. 13. multi Damalis meri. *h. e.* merobiba, ebriosa. *Ovid.* 2. *Fast.* 539. Inque mero mollita Ceres. *Val. Flacc.* 5. 595. profundo mero incumbens. *h. e.* alto somno, quod meri multum biberat. *Seneca Herc. Œt.* 572. Victus mero. *sopraffatto dal vino. Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (144). Ad merum pronior. *Id.* 23. *ibid.* 1. 23. (43). Merum remedio est contra cicutas, aconita, argentum vivum, vespas etc. *Colum.* 10. *R. R.* 302. croceosque corymbos Sparge mero Bacchi. nam Bacchus condit odores. *Auson. epigr.* 20. de *Meroe anu ebriosa.* Potare immixtum sueta merumque merum.

MERX, mercis, f. 3. (mercor). *Merces* rectus casus pro *merx* usurpatum est a *Sallust. fragm.* apud *Charis.* 1. *p.* 27. *Putsch.* — Merx est res ipsa, quæ emitur venditurve, τα ἀγοράσματα (It. *merce, mercatanzia, derrata*; Fr. *marchandise*; Hisp.

mercaderia, mercancia; Germ. d. *Waare*; Angl. *any kind of ware or merchandise, goods, commodities*).

I.) Proprie. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 128. In vendibili merce oportet ultro emptorem adducere: proba merx facile emptorem reperit, tametsi in abstruso sita est. *al buon vino non bisogna frasca. Cic. Rabir. Post.* 14. 40. Merces fallaces et fucosæ, chartis et linteis et vitro delatæ. *Id. fragm.* apud *Non. p.* 431. 14. *Merc.* Pœni primi mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam et inexplebiles cupiditates omnium rerum importaverunt in Græciam. *Plin.* 4. *Ep.* 14. Ex aliqua peregrina et delicata merce. *Ovid.* 13. *Met.* 165. Femineæ merces. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 50. Cucurbitam esculentæ merci præparare. *zucche mangiative da vendere. Virg.* 4. *Ecl.* 38. nec nautica pinus Mutabit merces. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 55. 81. (171). Permutare aliquid pretio, vel merce alia. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 105. Ostendere mercem. *Ovid.* 1. *Art. am.* 421. Expedit institor merces suas. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (118). Sarmenta quoque in merce sunt. *h. e.* venalia sunt. *Id.* 29. *ibid.* 1. 8. (24). Invehere merces peregrinas. *et* 19. *ibid.* 1. 2. (7). Arabiæ et Indiæ merces importare. *Id.* 14. *ibid.* 4. 5. (52). Merces petitæ in Rubrum litus. *Id.* 5. *ibid.* 9. 11. (60). Indicarum mercium emporium.

II.) Translate — *a*) Dicitur de malo homine, astuto, callido. *Plaut. Cist.* 4. 2. 61. Mala merx (*hera*) hæc, et callida est. Adde *eund. Pseud.* 4. 1. 44. et *Pers.* 2. 2. 56. — *b*) Item de abstractis pro malo. *infortunio, incomodo. Plaut. Men.* 5. 2. 6. Ut ætas mala mala merx est tergo!

MĒSA, æ, f. (*subaudi* cannabis) *μέσα pro μέση*, h. e. media. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 9. 56. (174). *de cannabi*. Tria ejus genera: improbatur cortici proximum, aut medullæ: laudatissima est e medio, quæ mesa vocatur.

MĒSANCŬLON, i, n. 2. *μεσάγκυλον*, genus teli, in medio amentum habens. *Gell.* 10. 25., ubi notant interpretes, corrupte legi *mesanculæ*, pro neutr. plur. *mesancula*. Dictum est a *μέσος medius* et *ἀγκύλη amentum*. Apud *Paul. Diac. p.* 125. 2. *Müll.* (ubi alii corrupte legebant *mefancilum*): Mesancilon teli missilis genus.

MĒSAULÆ, ārum, *vel ut scribit* Schneid.

MĒSAULŒ, on, f. plur. 1. *μέσαυλοι*, a *μέσος medius* et *αὐλή atrium, aula. Vitruv.* 6. 10. *a med. de Græcorum ædificiis* Inter hæc peristylia, et hospitalia, itinera sunt, quæ mesaulæ (*Schneid.* mesaulœ) dicuntur, quod inter duas aulas media sunt interposita. Nostri eas andronas appellant. *V.* ANDRON.

MĒSĒ, es, f. 1. *μέση*, idest media, chordæ nomen, quæ nunc a musicis vocatur *A la mi re. Vitruv.* 5. 4. *et* 5. Cf. *Capell.* 9. *p.* 315., 319. et 322. — Ita etiam vocatur digitus medius. *V.* HYPATE.

MĒSES, æ, m. 1. *Greco*, Μέσης, ventus flans inter Boream et Cæcian. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 46. (120).

MĒSIS pro MENSIS, *V.* hanc vocem init.

MĒSĪTES, æ, adject. *μεσίτης* qui medius est. *Victorin. de metr. instit. p.* 1956. *Putsch.* Pes amphibrachus, sive mesites. Sic *Cœs. Bassus de metr. p.* 2666. Amphibrachus ex brevi, longa et brevi. Hunc alii mesiten appellaverunt,

MĒSOBRĂCHYS, yos, m. 3. (*subaudi* pes), *μεσοβραχυς*, est pes quinque syllabarum, brevi inter duas utrinque longas interjecta, ut *pulcherrimarum*: a *μέσος medius* et *βραχύς brevis. Diomed.* 3. p. 479. *Putsch.*

MĒSŎCHŌRUS, i, m. 2. *μεσόχορος*, qui in medio turbæ stans reliquis canendi, vel aliud agendi signum proponit: a *μέσος medius* et *χορός chorus. Sidon.* 1. *Ep.* 2. *sub fin.* Nullus tibi lyristes, choraules, mesochorus. *Plin.* 2. *Ep.* 14. Græce scripsit: Hoc infiniti clamores commoventur, cum *μεσοχορος* dedit signum.

MĒSŌGĪTES, æ, m 1. Mesogites vinum, quod capitis dolores facere, compertum est, ut ait *Plin.* 14. *Hist. nat.* 7. 9. (75). Est dictum a *μεσογείτης mediterraneus*, quia ex uvis in Tmolo Lydiæ monte collectis fiebat.

MĒSŌĪDES, is, f. 3. *μεσοειδής*, modulatio quædam musicalis. *Capell.* 9. p. 326. Mesoides, quæ dithyrambica nominatur, quæ tonos æquales mediosque custodit. *V.* HYPATOIDES.

MĒSŎLĂBĬUM, ii, n. 2. *mesolabio*, *μεσολάβιον*, instrumentum mathematicum, quo inter duas lineas alia, vel duæ aliæ, vel plures proportionales inveniuntur: est a *μέσος medius* et *λαμβάνω capio. Vitruv.* 9. 3. Eratosthenes organica mesolabii ratione idem explicavit.

MĒSŎLEUCOS, on, adject. *μεσόλευκος*, a *μέσος medius* et *λευκός albus*. ¶ 1. Est gemma nigra, quam mediam linea alba distinguit. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 63. (174). ¶ 2. Est præterea hoc nomine herba quædam habens candidam lineam per folium discurrentem. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 11. 77. (102).

MĒSŎMĀCROS, i, m. 2. (*subaudi* pes) *μεσόμακρος*, pes quinque syllabarum, longam habens syllabam duabus utrinque brevibus interpositam, ut *avidissimus*: a *μέσος medius* et *μακρός longus. Diomed.* 3. *p.* 478. *Putsch.*

MĒSŎMĒLAS, ănos, f. 3. *μεσομέλας*, gemma alba, quam linea nigra distinguit. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 63. (174). Mesomelas, nigra vena quemlibet colorem secante per mediam. Nam *μέλας niger* dicitur, *λευκός albus*. Hinc recte *Areval.* legit *mesomelas* apud *Isid.* 16. *Orig.* 11. 6., ubi vulgati libri habent *meramelas* vel *meromelas*.

MĒSON, genit. plur. Græcus *τῶν μεσων*, mediorum, aut mediarum. *Vitruv.* 5. 4. *et* 5.

MĒSŌNAUTA, æ, m. 1. *μεσοναύτης*, a *μέσος medius* et *ναύτης nauta*: vox hæc legitur apud *Pompon.* teste *Ulp. Dig.* 4. 9. 1. Videtur autem esse medius inter summos nautas, ut gubernatores et proretas, et imos, ut remiges, et omnium jussa exsequens: ea ratione, qua mediastinus in domo. *Turneb. l.* 28. *Adversar. c.* 31.

MĒSŌNYCTĬUM, ii, n. 2. *μεσονύκτιον*, mediæ noctis tempus. Hæc vox legitur in Taurobolio Lugdun., seu *Inscript.* quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CLX. apud *Murat.* 333. CVIVS MESONYCTIVM FACTVM EST V. ID. DEC. *h. e.* visio, seu apparitio Magnæ Matris deorum Idææ medio noctis tempore facta est, ut censet *Philipp. a Turre* apud *Sallengr. N. Thes. Antiqq. Rom. T.* 3. *p.* 863.; nam *Horat.* 1. *Sat.* 10. 32. Quirinus Post mediam noctem visus, quum somnia vera. Adde *Isid.* 5. *Orig.* 30.

MĒSŎPŸLUS, a, um, adject. *della porta di mezzo*, qui januæ mediæ præest: a *μέσος medius* et *πύλη porta. Inscript.* apud *Gruter.* 32. 11. SOLI AETERNO SACRUM PRO SALVTE P. VALERII CRISPI SEPTENTRIONIS SACERDOTIS DEI INVICTI M. ANTONIVS M. F. LIBER MESOPYLVS AEDITVVS LOCAVIT. Erat hic igitur ædituus portæ majoris in templo Solis.

MĒSOSPHÆRUM. *V.* HADROSPHÆRUM.

MĒSOZEUGMA, ătis, n. 3. *μεσοζευγμα*, a *μέσος medius* et *ζεύγνυμι jungo*, est figura, qua verbum in medio positum et præcedentibus et subsequentibus jungitur. *Diomed.* 2. *p.* 439. *Putsch. de zeugmate loquens*: Aut quum in medio sensuum loco positum (*verbum*) reperitur, ut est (*Virg.* 3. *Æn.* 359.): Trojugena interpres divum, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clari laurus, qui sidera sentis Et volucrum linguas et præpetis omina pennæ: *sentis* enim verbum tam primis, quam ultimis jungitur, et ob id mesozeugma nominatur.

MĒSOZEUXIS, is, f. 3. idem ac mesozeugma, apud *Sacerd.* in *Anal. gramm. p.* 33., et usurpatur eadem ratione, qua *hypozeugma* et *hypozeuxis*.

MESPĪLUM, i, n. 2. *μέσπιλον*, *nespola*. ¶ 1. Est fructus mespili arboris. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 20. 22. (84). Malorum pirorumque generi adnumerentur jure mespila atque sorba. *Pallad.* 4. *R. R.* 10. *a med.* Mespila ad servandum leguntur necdum mitia. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 37. *n.* 209. Sed hæc nunc cocta, nunc sincera dare debemus, mala etiam cydonia atque ea quæ orbiculata vocant, et mespila, et paleales uvas vel pensiles. ¶ 2. Videtur et ipsa arbor mespilum dici. *Pallad. de Insit.* 69. Mespilaque exarmat pugnacibus horrida membris.

MESPĪLUS, i, f. 2. *μεσπίλη*, *nespolo*. ¶ 1. Est arbor mespila ferens, cujus folia, antequam decidant, rubescunt: radices multæ, atque altæ, ideo inexstirpabiles. Non fuit hæc arbor in Italia Catonis ævo, teste *Plin.* 15. *Hist. nat.* 20. 22. (84)., ubi et tria ejus genera enumerat. *Pallad.* 3. *R. R.* 25. *sub fin.* Et mespilus inseretur, et ossa ponentur prunorum. *Id. de Insit.* 106. Mespilus admisso germine tuta subit. ¶ 2. Item ipse fructus, *nespola*, ut videtur. *Pallad. de Insit.* 91. Mespilus huic (*malo*) paret, lapidosaque viscera mutans, Tenditur, et niveo plena liquore rubet.

MESSĒNĬĂCUS, a, um, adject. ita dicitur versus, de quo hæc *Mar. Victorin.* 2. *p.* 2522. *Putsch.* Cujus mensuræ est hoc quoque metrum, quod Messeniacum appellatur, et est, ut supra, trimetrum catalecticum in syllaba: verum eo distat, quod anapæstis præcedentibus et spondeis sequentibus habet factas conjugationes et postremam syllabam brevem. Idem et embaterion dicitur etc.

MESSĬO, ōnis, f. 3. (meto) actus metendi, *il mietere. Varro* 1. *R. R.* 50. 1. Frumenti tria genera sunt messionis: unum, ubi falce secundum terram succidunt stramentum; alterum, ubi etc. *Vulgat. interpr. Job* 29. 19. Radix mea aperta est secus aquas, et ros morabitur in messione mea. Adde 2. *Reg.* 21. 9. et *Jerem.* 51. 33.

MESSIS, is, f. 3. (meto) In quarto casu etiam *messim* dicimus. *Plaut. Most.* 1. 3. 5. Nihilo magis attinet, quam lavatio tua ad messim. Adde *Cato. R. R.* 134. et *Varron.* 3. *R. R.* 2. 6. — *Magnum messem* masc. gen. dixit *Lucilius l.* 27. apud *Non. p* 213. 3. *Merc.* — Messis a *metendo* generatim est actus metendi vel secandi: hinc *Tertull. Anim.* 53. Cervicum messis. Sed speciatim fere usurpatur, et est collectio frumenti et aliarum segetum, Θερισμός (It. *messe, raccolta*; Fr. *récolte de blés, des grains, des fruits de la campagne, moisson*; Hisp. *siega, mies, segazon, cosecha de frutos*; Germ. *das Abschneiden des Fruchtertrags, das Abmähen und Einsammeln der Aehrenfrüchte, d. Aerndte*; Angl. *a harvest, a crop of ripe corn*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est collectio frumenti et aliarum segetum, ut docet *Varro* 1. *R. R.* 50. 1. Messis proprio nomine dicitur in iis, quæ metuntur, maxime in frumento, et ab eo est vocabulo declinata. Aliter vero, sed minus recte, *Id. ibid.* 50. 2. Tertio modo metitur, - ut stramentum medium subsecent, quod manu sinistra summum prehendunt: a quo medio messem dictam puto. *V. Schneider.* ad h. l. *Cato R. R.* 134. Priusquam messim facies, porcum - fieri oportet. Sic *Plin.* 18. *Hist. nat.* 30. 72. (298). Messem facere. *Cic.* 1. *Orat.* 58. 249. Quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium. *Id.* 5. *Verr.* 54. 125. Semente prohibita, aut messe amissa. *Virg.* 1. *G.* 252. Hinc tempestates dubio prædiscere cælo Possumus: hinc messisque diem, tempusque serendi. *Tibull.* 3. 3. 26. At magnas messes terra benigna daret. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 21. (58). Binæ æstates in anno, binæ messes. *Id.* 18. *ibid.* 18. 47. (169).; et *Pallad.* 5. *R. R.* 1. Messem peragere. ¶ 2. Latiori sensu dicitur de ipsis frumentis jam collectis. *Varro* 3. *R. R.* 2. 6. Nec enim - fœnisicia videt arida in tabulato, nec vindemiam in cella, neque in granario messim. *Virg.* 1. *G.* 49. Illius immensæ ruperunt horrea messes. Adde *Propert.* 3. 11. 26. Sic *Lucan.* 6. 105. plenæ peregrina messe carinæ. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 30. 72. (298). Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equarum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur. *Justin.* 24. 7. 6. Prohibiti agrestes oraculis feruntur, messes vinaque villis efferre. ¶ 3. Item latiori sensu messes dicuntur sata, ex quibus messis provenit, et segetes, quæ in agris adhuc virent vel flavescunt. *Virg.* 1. *G.* 160. Dicendum et quæ sint duris agrestibus arma, Queis sine nec potuere seri, nec surgere messes. Sic *Id.* 4. *Ecl.* 99. satas alio vidi traducere messes. *Id.* 1. *G.* 314. Spicea jam campis quum messis inhorruit. *Ovid.* 8. *Met.* 781. Concussit gravidis oneratos messibus agros. *Id.* 4. *Fast.* 707. Qua fugit, incendit vestitos messibus agros. *Plin.* 5. *Ep.* 6. Pingues terrenique colles planissimis campis fertilitate non cedunt, opimamque messem serius tantum percoquunt. — Hinc *Ovid. Heroid.* 17. 263. Sed nimium properas; et adhuc tua messis in herba est. proverb. de re præpropera. — *Messes suas urere*, aliud proverb., idem quod vineta sua cædere, *tirar a' suoi colombi*. Est *Tibulli* 1. 5. *extr.* ¶ 4. Item de aliis rebus. — *a*) De collectione

mellis, quæ et *vindemia* dicitur. *Virg.* 4. *G.* 231. Bis gravidos cogunt fetus, duo tempora messis. — *b*) Messis Cilicum et Arabum est crocus et tus. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 34. *Stupea messis* apud *Grat. Cyneg.* 36. est lini proventus. Hinc *Id. ibid.* 57. Idcirco et primas linorum tangere messes Ante vetat, quam etc. — *d*) *Messis* cum proprio mox bellatura colono apud *Claudian.* 1. *Laud. Stilich.* 321. est seges hominum ex dentibus serpentis a Cadmo satis.

II.) Translate. ¶ 1. Messis dicitur de tempore metendi; in Italia vero, teste *Plin.* 18. *Hist. nat.* 18. 47. (169)., *Pallad.* 7. *R. R.* 1. et 2., et *Liv.* 23. 32., messis peragebatur exeunte Majo vel incipiente Junio. *Virg.* 5. *Ecl.* 70. Ante focum, si frigus erit; si messis, in umbra. *Colum.* 12. *R. R.* 10. 1. Nunc quæ per æstatem circa messem vel etiam exactis jam messibus colligi et reponi debeant, præcipiemus. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 13. 15. (36). Semen colligi messibus oportet. *et.* 24. *ibid.* 14. 74. (122). Flos mori messe colligitur. *Al.* per messes. ¶ 2. *Messes* metonymice sunt anni. *Martial.* 4. 79. sexagesima messis. *et* 1. 102. Quarta tribus lustris addita messis erat. Adde *eumd.* 6. 28. et 12. 34.; et *Petron. Satyr.* 89. ¶ 3. Per metaphoram de abstractis ac præcipue de malis, quorum magnam copiam veluti fructum quis capit. *Plaut. Epid.* 5. 2. 51. Ut acerbum est, pro bene factis quum mali messem metas. *Id. Rud.* 3. 4. 58. Si attigeris ostium, jam tibi hercle in ore fiet messis mergis pugneis. *Id. Trin.* 1. 1. 32. Neque quicquam hic vile nunc est, nisi mores mali: eorum licet jam metere messem maxumam. *Cic.* 6. *Parad.* 2. 46. Qui illam Sullani temporis messem recordetur.

MESSĪVUS, a, um, adject. (messis) ad messem pertinens. *Messivæ feriæ* dicuntur, in quibus messis fiebat. *Respons. Papian. tit.* 11. Messivis vero feriis et vindemialibus et Natalis Domini VII., Dominicis etiam diebus ceterisque Epiphaniæ et Quinquagesimæ nulla porsus litigio commovenda. *Vet. interpret.* ad *Cod. Theod.* 2. 8. 2. A die VIII. Kalendarum Juliarum usque in Kalendas Augusti messivæ feriæ conceduntur. V. *Imp. Theodos. Cod.* 3. 12. 2.

MESSOR, ōris, m. 3. (messis) qui metit, *mietitore*, ἀμητήρ, θεριστής.

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Orat.* 12. 46. Non mihi oratores antiquos, sed messores videtur imitari. *Virg.* 1. *G.* 316. quum flavis messorem induceret arvis Agricola. *Id.* 2. *Ecl.* 10. rapido fessi æstu messores. *Ovid.* 14. *Met.* 648. O quoties habitu duri messoris aristas Corbe tulit! *Colum.* 2. *R. R.* 18. 5. Messor fœniseca. *Schneider.* voc. *messor* omisit. — De messore deo *V.* IMPORCITOR.

II.) Translate. *Plaut. Capt.* 3. 5. 3. Sator scelerum et messor maxume. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MESSŌRĪUS, a, um, adject. (messor) θεριστικός, ad messorem pertinens. *Cic. Sext.* 38. 82. Messoria se corbe contexit. *Colum.* 2. *R. R.* 13. 2. Hordei modii quinque bubulei operas tres exigunt, occatoriam unam, messoriam unam. *Pallad.* 1. *R. R.* 43. Falces messoriæ, vel fœnariæ. Adde *Dig.* 33. 7. 8. *pr.*; et *Paul.* 3. *Sentent.* 6. § 35. *et seq.*

MESSŪĀRĪUS, a, um, adject. (messor) idem ac messorius. *Servius* ad *Virg.* 8. *Ecl.* 82. Virgines Vestales alternis diebus spicas in corbibus messuariis ponunt.

MESSŪRA, æ, f. 1. messio. *Diomed.* 1. *p.* 374. *Putsch.* Messuram dicimus, non metitionem.

MESSUS, a, um. *V.* METO.

MET, syllabica adjectio, quæ conjungitur cum pronom. *ego, tu, ipse, ille,* et similibus, ut *egomet, ipsemet* etc. Sed in pronomine *tu* nominativo singulari addi non solet, nisi si dictio syllabica *te* interponatur, ut *tutemet,* ne scilicet *tumet* verbum intelligi possit, ut ait *Priscian.* 12. *p.* 947. *Putsch.* Significat discretionem, ut *ipsemet,* idest per se, et non per alios. *Ter. Adelph.* 3. 2. 31 hisce oculis egomet vidi. *Lucret.* 4. 913. Tutemet in culpa quum sis. *Cic.* 3. *Orat.* 20. 74. Non de memet ipso, sed de oratore dico. *Id.* 3. *Nat. D.* 18. 47. Quæ cogitatione nobismetipsis fingere possumus. *Orell.* nobismet ipsi. *Plaut. Truc.* 1. 1. 38. Quum rem, fidemque, nosque nosmet perdimus. — Cum tamquam. *Plaut. Curc.* 5. 2. 29. Tamquammet genium meum. — Præposita prænomini. *Tryphonin. Dig.* 7. 1. 62. Si quas feras incluserit operis suis, vel si metipsæ inciderint. *Cf. Liv.* 5. 23. Quum sibimetipse prædam æstimasset, decimæ pretium partis in publicum deferret.

MĒTA, æ, f. 1. *Moeta* per diphth. *oe* legitur apud *Frontin. de colon. p.* 141. *Goes.* — Meta (quæ vox, ratione habita etymi, est a *metiendo,* vel *metando,* ut nonnullis placet) dicitur quidquid ita est acervatum vel congestum, ut coni formam referat; sic meta lignorum, fœni, lactis, saccbari etc.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est quæcumque rerum congeries conum referens. *Cato R. R.* 55. Ligna domino in tabulato condito, codicillos oleaginos, radices in acervo sub dio metas facito. At *Pontedera* legendum putat *netas; V.* NETUS: *Schneiderus* vero verba *sub dio metas facito* pertinuisse olim putat ad fœnum: similiter enim *Colum.* 2. *R. R.* 19. 2. *de fœno.* Quidquid siccatum erit, in metas exstrui conveniet, easque ipsas in angustissimos vertices exacui. *Vitruv.* 2. 1. Insuper stipites inter se religantes metas efficiunt. *Cic.* 2. *Divinat.* 6. 17. Umbra terræ est meta noctis. *h. e.,* ut ait *Plin.* 2. *Hist. nat.* 10. 7. (47)., nil aliud est nox, quam terræ umbra: figura autem umbræ similis metæ, aut turbini inverso. Huc fortasse pertinet et illud *Boeth.* 4. *metr.* 5. Palleant plenæ cornua lunæ Infecta metis noctis opacæ. *h. e.* eclipsis fiat. Ceterum *Ovid.* 10. *Met.* 106. metas imitata cupressus. *h. e.* meta in fastigium convoluta, ut ait *Plin.* 16. *Hist. nat.* 33. 60. (140). de eadem re loquens. *Id. Plin. ibid.* 16. 28. (70). Buxus in metas emittitur. *et* 36. *ibid.* 5. 4. (31). Pyramis in metæ cacumen se contrahens. *Liv.* 37. 27. *a med.* Ipse collis est in modum metæ, in acutum cacumen a fundo satis lato fastigatus. *Martial.* 1. 44. Rustica lactantes nec misit fiscina metas. *ricotta in sacchetto. Id.* 13. 28. Hæc tibi quæ torta venerunt cottana meta. *h. e. in barile fatto a guisa di meta*; dixit vero *torta,* quia e tortis junois contexta. Sic *Id.* 3. 58. Fert ille ceris cana cum suis mella, Metamque lactis. *Colum.* 9. *R. R.* 15. 12. Saligneus qualus, vel vimine contextus saccus, inversæ metæ similis. — *Meta sudans* ob similitudinem vocatus est lapis coni specie prominens, ex quo aqua emanabat, unde populus sitim exstingueret. Ejus meminit *Seneca Ep.* 56.; et *Sex. Rufus de reg. Urb.* 4. — De *meta molendaria, V.* MOLA. — Ob similitudinem *meta* dictus est etiam terminus agrorum. *Frontin. de colon. p.* 141. *Goes.* ¶ 2. Specialim meta, *meta, termine,* νύσσα, καμπτήρ, τῆρμα, est lapis erectus et in acumen fastigiatus, figura pyramidis aut coni, cujusmodi in circo signabant locum flectendi quadrigas: eratque in eo aurigæ ars et virtus, ut neque propius accedens currum frangeret, gravissimo cum vitæ periculo; neque longius obeundo discederet et insequentibus præcedendi locum daret: apud *Virg.* 5. *Æn.* 159. et *seqq.* ejus rei exemplum habes in navali certamine. *Horat.* 1. *Od.* 1. 5. metaque fervidis Evitata rotis. *Propert.* 2. 19. 65. An prius infecto deposcit præmia cursu, Septima quam metam triverit ante rota? *Ovid.* 3. *Amor.* 2. 11. Et modo lora dabo, modo verbere terga notabo: Nunc stringam metas interiore rota. *Virg.* 3. *G.* 202. Hic (*equus*) vel ad Elei metas et maxima campi Sudabit spatia et spumas aget ore cruentas. *Sueton. Claud.* 21. Circo maximo marmoreis carceribus auratisque metis - culto. *Virg.* 5. *Æn.* 159. Jamque propinquabant scopulo metamque tenebant etc. — Hinc illa figurata *Ovid.* 3. *Amor.* 2. 69. Me miserum! meta spatioso circuit orbe. Quid facis? admoto proximus axe subi. *et* 3. *Art. am.* 396. Metaque ferventi circumeunda rota. *et* 2. *ibid.* 426. Interior curru meta terenda meo est. *et* 4. *Trist.* 8. 35. Nec procul a metis, quas pæne tenere videbar, Curriculo gravis est facta ruina meo. *et* 2. *Art. Am.* 727. Properare ad metam. *Horat. Art. P.* 412. Qui cupit optatam cursu contingere metam, Multa tulit fecitque puer.

II.) Translate ¶ 1. Dicitur de termino, quem quis obit ac circumit, vel interdum unde quis proficiscitur et quo tendit. *Lucret.* 5. 614. *de sole.* Quo pacto æstivis e partibus ægocerotis Brumales adeat flexus atque inde revertens Cancri se ut vertat metas ad solstitiales. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 68. (264). Sol ab ea meta incipit flecti. *Liv.* 1. 19. *extr.* Ad metam eamdem solis, unde orsi essent, dies congruerent. *Ovid.* 3. *Met.* 144. Et sol ex æquo meta distabat utraque. *h. e.* meridies erat. *Virg.* 5. *Æn.* 835. Jamque fere mediam cæli Nox humida metam Contigerat. Similiter *Id.* 3. *ibid.* 429. Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni. *h. e.* circumnavigare fines Pachyni. *Pers.* 1. 131. *metas* vocat lineas, quibus mathematici suas figuras describunt. *Capell.* 4. *p.* 96. Metæ Marsicæ. *h. e.* fines seu montes Marsici: *V.* tamen *Kopp.* ad h. l. — *Cic. Cæl.* 31. 75. In hoc flexu quasi ætatis fama adolescentis paullum hæsit ad metas notitia nova mulieris et infelici vicinitate et insolentia voluptatum. ¶ 2. Item de fine. *Varro* 1. *R. R.* 4. 1. Hinc profecti agricolæ ad duas metas dirigere debent, ad utilitatem et voluptatem. *Virg.* 1. *Æn.* 282. His ego nec metas rerum, nec tempora pono. *Id.* 3. *ibid.* 714. Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum. *et* 12. *ibid.* 546. Hic tibi mortis erant metæ. *et* 10. *ibid.* 472. metasque dati pervenit ad ævi. *Ovid.* 1. *Trist.* 9. 1. vitæ metam tangere. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 255. Pylias ævi transcendere metas. *h. e.* Nestoris annos. *Ovid.* 3. *Amor.* 15. 2. Raditur hic elegis ultima meta meis.

MĒTĂBĂSIS, is, f. 3. *passaggio,* μεταβάσις, transitio, interfatio: a μεταβαίνω *transgredior, transeo:* figura rhetorum, qua ab iis, quæ hactenus diximus, ad ea, quæ dicturi sumus, brevi interfatione transitum facimus, ut illud *Cic. Manil.* 8. 20. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. — Est etiam metabasis, quum a loquentis persona ad aliam personam transitum facimus, ratione aliqua, vel affectu, ut illud *Virg.* 11. *Æn.* 51. Nos juvenem exanimum, *etc.* vano mœsti comitamur honore: Infelix! nati funus crudele videbis. *Quintil.* 9. 3. 25. hyperbati figuræ sententiarum speciem esse ait, et Græce scribit: Latine autem *Rutil. Lup.* 2. *de fig. sentent.* 1. *V.* METASTASIS 3.

MĒTĂBŎLĒ, es, f. 1. μεταβολή, trajectio: figura est, quæ fit contrariis ita dispositis, ut a priori posterius proficiscatur, ut *Ter. Andr.* 2. 1. 5. quoniam id fieri, quod vis, non potest, Id velis, quod possit. Est a μεταβάλλω *muto.* Itaque dicitur etiam quum a periodo ad periodum, et a genere rhythmi ad genus aliud mutatio et transitus fit, ut ait *Quintil.* 9. 4. 50. Illam autem priorem *Id. ibid.* 3. 38. inter varios repetitionis modos recenset. Semper autem Græce scribit.

MĒTĂCISMUS, i, m. 2. *metacismo,* μεταχισμός, est quum verborum conjunctio M litteræ assiduitate colliditur, ut *Mammam ipsam amo, quasi meam animam.* Ita *Capell.* 5. *p.* 167. — Alia ratione definit *Diomed.* 2. *p.* 448. *Putsch.,* nempe ut sit, quum in fine partis orationis invenitur *m* littera, et sequens a vocali incipit, ut *Quousque tandem abutere. Voss. l.* 4. *Instit. orator. c.* 2. vult legi *mytacismus,* μυταχισμός, a Græca appellatione litteræ *m,* quæ est μῦ: et reapse per *my,* habet *Consent.* de *barbar.* 11. *Buttmann.* et *p.* 394. *Keil.* Ceterum adde *Claud. Sacerd.* in *Anal. gramm.* 11. 7.; et *Isid.* 2. *Orig.* 32.

MĒTĀCŬLUM. *V.* MEACULUM.

MĒTĂLEPSIS, is, f. 3. μετάληψις, transumptio: tropus est, quum aliqua dictio aliud a propria sua significatione ex iis, quæ præcesserunt, denotat: seu quum aliquid ponitur, ex quo gradatim in alterius rei consequentis cognitionem veniatur: a μετά *trans* et λῆψις *acceptio. Virg.* 1. *Ecl.* 70. Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. *h. e.* post aliquot annos: nam gradatim ab aristis ad spicas, a spicis ad messes, ab his ad æstates, ab æstatibus ad annos acceditur. *Quintil.* 8. 6. 37. Est hæc in metalepsi natura, ut inter id, quod transfertur, sit medius quidam gradus, nihil ipse significans, sed præbens transitum. *et paullo sup.* tropum esse dicit rarissimum, et maxime improprium, Græcis tamen frequentiorem, qui centaurum Chirona, et μῆσους ὅσας ὀξείας dicunt. Nos qui ferat, inquit, si Verrem suem, aut Lælium doctum nominemus? Adde *Charis.* 3. *p.* 244. *Putsch.*; et *Diomed.* 2. *p.* 453. *Putsch.*

MĒTĀLIS, e, adject. (meta) conico, κωνικός, in modum metæ, seu coni factus. *Festus p.* 355. 32. *Müll.* Pileus lanatus forma metali figuratus.

MĒTĀLĪTER, adverb. *in forma di meta o cono*, κωνοειδῶς. in metæ, seu coni modum. *Capell.* 8. p. 294. Luna in eadem linea solis umbra terræ metaliter infuscatur. Sic *Id. ibid. p.* 290. Quoniam majus corpus ejus, quo umbra metaliter jacitur, quam ipsa umbra etc. Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 11. 8. (51). Quum constet, si minor materia quam lux, metæ existere effigiem in cacuminis finem desinentem, talemque cerni umbram deficiente luna.

MĒTALLA, ōrum, n. plur. 2. *V.* METALLUM.

MĒTALLĀRĬA, æ, f. 1. *V.* vocem sequent.

MĒTALLĀRĬUS, ii, m. 2. *minerajo*, μεταλλεύς, μεταλλουργός, qui in effodiendis metallis laborat. Est in *tit.* 6. *lib.* 11. *Cod.* qui est *De metallariis, et metallis* etc., ubi *Imp. Theodos. leg.* 7. Metallarii, sive metallariæ, qui, quæve ea regione deserta, ex qua videntur oriundi, vel oriundæ, ad externam migraverint, etc.

MĒTALLĪCUS, a, um, adject. (metallum) ad metallum pertinens, *minerale, metallico*, μεταλλικός. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 53. (173). Molybdænam metallicam vocant. *Id.* 27. *ibid.* 4. 5. (15). Aloes natura metallica. *Cod. Theod.* 10. 19. 4. Metallicus canon. *et* 12. 19. 15. § 1. Metallica loca. *Scribon. Compos.* 23. Tum proderunt et ea, quorum genus superius improbavimus, composita ex rebus metallicis. Adde *Marcell. Empir.* 8. p. 93. ed. *Ald.* Et *Charis.* 1. p. 21. *Putsch.* Item metallica semper singularia sunt, ut puta aurum, stagnum, argentum, cassiterum, ferrum etc. Eadem habet et *Diomed.* 1. p. 315. *Putsch.* — Hinc

Metallicus, i, m. 2. absolute, substantivorum more,

I.) Proprie ¶ 1. Est idem ac metallarius, *minerajo. Plin.* 34. *Hist. nat.* 16. 47. (157). Lavant eas arenas metallici, et quod subsedit, coquunt in fornacibus. ¶ 2. *Marcell. Dig.* 48. 19. 10. *metallicos* vocat in metalla damnatos.

II.) Translate *metallicus* dicitur architectus, qui nimium rudis sit. *Cassiod.* 7. *Variar.* 15. Talia virum peritissimum (*architectum*) suscipere decet, ne inter illa nimis ingeniosa priscorum ipse videatur esse metallicus.

MĒTALLĪFER, fĕra, fĕrum, adject. (metallum *et* fero) metallum gigneus. metalli ferax, *minerale.* ¶ 1. Stricto sensu. *Sil. It.* 15. 500. Augebant animos argenti pondera et auri, Parta metalliferis longo discrimine terris. ¶ 2. Latiori sensu est etiam qui marmor gignit. *Stat.* 4. *Silv.* 4. 23. Anne metalliferæ repetit jam mœnia Lunæ? *scil.* ubi Lunense marmor vetustis, nostrisque etiam temporibus effoditur. *V.* LUNENSIS in ONOM. et vocem seq. sub I. 2. *a.*

MĒTALLUM, i, n. 2. μέταλλον. Cadentis Latinitatis tempore etiam gen. masc. usurpatur. *Spartian. Pescenn.* 12. Nigrum nomen habet, nigrum formavimus ipsi, Ut consentiret forma, metalle, tibi. *scil.* de statua Pescennii Nigri, quæ ex nigro marmore Thebaico erat. — Rationem nominis hanc habes ex *Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 31. (96). Ubicumque una (*argenti*) inventa vena est, non procul invenitur alia. Hoc quidem et in omni fere materia: unde metalla Græci videntur dixisse. *scil.* a μετὰ *simul* vel *post* et ἄλλος *alius*, quia simul cum uno, vel post unum invenitur aliud. — Ceterum *metallum* est materia illa dura, quæ ex terræ visceribus effoditur, ut aurum, argentum, ferrum, æs, plumbum etc. μέταλλον (It. *metallo*; Fr. *métal*; Hisp. *metal*; Germ. *ein Metall, wie Gold, Silber, Eisen*; Angl. *metal*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Virg.* 2. *G.* 165. Hæc eadem argenti rivos ærisque metalla Ostendit venis, atque auro plurima fluxit. *Id.* 8. *Æn.* 445. fluit æs rivis aurique metallum. *et* 10. *ibid.* 174. Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis. Sic *Ovid.* 10. *Met.* 220. Amathus fecunda metalli. Rursus *Virg.* 6. *Æn.* 143. primo avulso non deficit alter Aureus, et simili frondescit virga metallo. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 39. potiore metallis Libertate caret. *h. e.* auro, argento, divitiis. — *Metallum factum* idem est ac cælatum, aut signatum, et opponitur *infecto*, quod est rude. *Manil.* 5. 535. Et facti mercator erit per utrumque metalli. ¶ 2. Latiori sensu dicitur de pluribus aliis, quæ e terra effodiuntur. — *a*) De marmore. *Stat.* 4. *Silv.* 3. 98. Arcus belligeri ducis tropæis, Et totis Ligurum nitens metallis. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 5. 36. et 3. *ibid.* 1. 5.; et *Sil. It.* 8. 482. — *b*) Et de gemmis. *Pacat. Paneg.* 4. Adde auriferorum opes fluminum, adde radiantium metalla gemmarum. — *c*) Et de creta Puteolana in colle Leucogæo. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 29. (113). Admiscetur creta, quæ invenitur inter Puteolos et Neapolim, in colle Leucogæo appellato: Campani negant alicam confici sine eo metallo posse. — *d*) Et de sulphure. *Apul.* 7. *Met.* Acerrimo odore sulphuris juvenis inescatus atque obnubilatus intercluso spiritu diffluebat: utque est ingenium vivacis metalli, crebras ei sternutationes commovebat. — *e*) *Metallum fragile* dixit *Prudent.* massam salis, *Hamartig.* 744.

II.) Translate. ¶ 1. Est ipsa fodina, unde metallum aliquod effoditur, *cava, miniera. Lucret.* 6. 811. Quidve mali fit, ut exhalent aurata metalla! *Varro* 1. *R. R.* 2. 22. Quemadmodum exerceri oporteat argenti fodinas, aut alia et alia metalla, quæ sine dubio in aliquo agro fiunt. *Nepos Themist.* 2. Pecunia publica, quæ ex metallis redibat. *Id. Cim.* 1. Callias, qui magnas pecunias ex metallis fecerat. *Liv.* 39. 24. Metalla vetera intermissa recoluit Philippus Macedoniæ rex, et nova multis locis instituit. *Tac. Agric.* 31. Neque arva nobis, aut metalla, aut portus sunt, quibus exercendis reservemur. *Liv.* 45. 18. Metalli Macedonici, quod ingens vectigal erat, locationesque prædiorum rusticorum tolli placebat. *Seneca* 5. *Quæst. nat.* 15. Demissos quamplurimos a Philippo in metallum antiquum, olim destitutum, ut exploraret, quæ ubertas ejus esset, an aliquid futuris reliquisset vetus avaritia. *Liv.* 45. 29. Metalla auri, argenti, ferri et æris. *Lucan.* 3. 209. aurifera. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 55. (177). Metalla auraria et argentaria. *Id.* 33. *ibid.* 7. 40. (119). argentaria itemque plumbaria. *et ibid.* (118). Metallum miniarium. *Vitruv.* 7. 7. *sub fin.* sandaracæ. *Lucan.* 4. 304. silicum. *h. e.* lapicidinæ. — Huc pertinet et illud *Plin.* 21. *Hist. nat.* 7. 20. (43). Herba tantæ suavitatis, ut metallum esse cœperit. *h. e.* ut ex ea vectigal publice exigatur, velut si fodina auri argentive sit. Ita *Forcellinus*; alii vero ut ea tanti æstimetur, quanti aurum vel argentum. — Imperatoribus Romanarum rerum summam habentibus, *metallum* erat pœna mediocrium delictorum, teste *Paul.* qui ait 5. *Sentent.* 17. § 3. Mediocrium delictorum pœnæ sunt metallum, ludus, deportatio. — Hinc *damnare in metallum* est ad metalla effodienda. *Plin.* 2. *Ep.* 11. et 10. *Ep.* 66. Crimine falsi damnatus in metallum. *Sueton. Cal.* 27. Condemnare aliquem ad metalla. *Ulp. Dig.* 48. 19. 8.; et *Modestin. ibid.* 23.; et *Callistrat. ibid.* 28. Dare aliquem in metallum. *Ulp. ibid.* 47. 11. 7. Metallo plecti. *Id. ibid.* 48. 13. 6. puniri. — *Damnare in metallum* est pœna major, quam *in opus metalli.* Hinc *Ulp. Dig.* 48. 19. 8. § 6. Inter eos, qui in metallum, et inter eos, qui in opus metalli damnantur, differentia in vinculis tantum est: quod qui in metallum damnantur, gravioribus vinculis premuntur; qui in opus metalli, levioribus; quodque refugæ ex opere metalli in metallum dantur, ex metallo gravius coercentur. *scil.* qui in metallum dantur, videntur esse *li minatori*: qui in opus metalli, sunt *i lavoratori di metalli.* ¶ 2. Metaphorâ sumptâ a superiore paragr. I. 1. *Claudian. III. cons. Honor.* 184. Sæcula qui rursus forment meliore metallo. *h. e.* auream ætatem reducant. *et Cons. Mall. Theod.* 137. Et ductos video mores meliore metallo. *Martial.* 4. 55. sævum metallum. *h. e.* ferrum.

MĒTĂMĒLOS, i, m. 2. *pentimento*, μετάμελος, mutatio consilii, pœnitentia. Vox Græca. Tamquam persona inducitur a *Varron.* apud *Non. p.* 79. 23. *Merc.* Metamelos inconstantiæ filius me reprehendit. *Al. aliter leg.*

MĒTĂMORPHŌSIS, is, f. 3. *trasformazione, metamorfosi*, μεταμόρφωσις, transfiguratio, transformatio: a μετά *trans* et μορφόω *formo.* Hoc nomine *Ovid.* opus suum inscripsit, de mutatis deorum, hominum aliarumque rerum formis, et *Apulej.* (ut multi putant) suos libros, in quibus se in asinum conversum fingit. *Quintil.* 4. 1. 77. Ut Ovidius lascivire in Metamorphosesi solet. *Tertull. advers. Valentin.* 12. Ovidius Metamorphoseis suas delevisset. — Et generatim *Capell.* 1. *p.* 12. Atque ita metamorphosi supera pulcriores (*Phœbus et Mercurius*) per Geminos proprietate quadam signi familiaris invecti, augusti refulsere cælo, ac mox Tonantis palatium petiverunt.

MĒTĂNŒA, æ, f. 1. *penitenza*, μετάνοια, pœnitentia. Græca vox a μετά *post* et νοῦς *mens, sententia*, quia quem pœnitet, mentem post peccatum mutat. Est hoc nomine figura, de qua hæc *Rutil. Lup.* 1. *de fig. sentent. et eloc.* 16. Metanœa. Hoc schema fieri solet, quum ipse se, qui loquitur, reprehendit, et id, quod prius dixit, posteriori sententia commutat. — Tamquam dea fingitur ab *Auson. epigr.* 12. Sum dea, quæ facti, non factique exigo pœnas, Nempe ut pœniteat, sic Metanœa vocor.

MĒTĂPHŌRA, æ, f. 1. *traslazione, metafora*, μεταφορά, tropus, per quem vocabula a suis rebus, quarum propria sunt, ad alias res diversi generis cum similitudine transferuntur: a μετά *trans* et φέρω *fero. Translationem* vocant *Cic.* 4. *Herenn.* 34. 45. et 3. *Orat.* 38. 115. et alibi. *Quintil.* 8. 6. 4. et *seq. Festus* etiam *metaphoram*, modo Græce, modo Latine. Adde et *p.* 153. 2. *Müll.*; et *Charis.* 4. *p.* 243. *Putsch.*; et *Diomed.* 2. *p.* 451.

MĒTĂPHŌRĪCĒ, adverb. *metaforicamente*, μεταφορικῶς. *Acron* ad *Horat.* 1. *Ep.* 20. 1. Hanc epistolam metaphorice inscripsit. *Hieronym.* 2. in *Isaj.* 3. 15. Alii metaphorice de urbibus Judææ dici arbitrantur. *Isid.* 1. *Orig.* 36. Metaphorice loquens. Adde *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Marcell.* 1. edit. ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 271.

MĒTĂPHRĒNON, i, 2. μετάφρενον, dorsum. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 16. Convenit laxativis cataplasmatibus thoracem curare, et a tergo inter utrasque palas, quod Græci metaphrenon vocant.

MĒTĂPHŸSĬCUS, a, um, adject. μεταφυσικος, *metafisico. Boeth. Comment. min. in libr. de interpr. p.* 230. Cur autem una oratio sit, alterius est hoc tractare negotii, et de eo disputat in his libris, quos Metaphysica inscripsit, quod est primi opus philosophi.

MĒTĂPLASMUS, i, m. 2. μεταπλασμός, transformatio: a μετά *trans* et πλάσσω *fingo formo.* Est apud Grammaticos dictio, aliter quam debuit, figurata, metri aut decoris causa, inquit *Charis.* 4. *p.* 248. *Putsch.*, ubi quatuordecim ejus species enumerat. Eadem fere habent *Valer. Prob.* 1. *p.* 1437. et *Diomed.* 2. *p.* 435. Locum habet in poetarum scriptis, in quibus quemadmodum qui solœcismi sunt *schemata* et *schematismi*, ita qui barbarismi *metaplasmi* appellantur, ut *Id. ibid. p.* 446. *et* 449. docet *Servius* tamen ad *Virg.* 5. *Æn.* 120. scribit, metaplasmum non esse proprie barbarismum, sed medium quid inter eum, et Latinam perfectamque locutionem. Porro species illæ sunt, quæ figuræ grammaticæ appellantur, prosthesis, parenthesis, paragoge, aphæresis, syncope, apocope, ectasis, systole, diæresis, synalœphe, episynalœphe, ecthlipsis, antithesis, metathesis: de quibus *V. suis loc. Quintil.* 1. 8. 14. In prælegendo grammaticus deprehendat quæ barbara, quæ impropria, quæ contra legem loquendi sunt posita: non ut ex his utique improbentur poetæ, (quibus, quia plerumque metro servire coguntur, adeo ignoscitur, ut vitia ipsa aliis in carmine appellationibus nominentur: metaplasmos enim et schematismos et schemata vocamus, et laudem virtutis necessitati damus); sed ut commoneat artificialium, et memoriam agitet.

MĒTĂPLASTĬCOS, adverb. μεταπλαστικῶς, dicitur apud poetas usurpari id, quod propter necessitatem metri mutare consueverunt: quod idem barbarismus dicitur in soluta oratione. *Festus p.* 153. 10. *Müll.*

MĒTĂRĬUS, a, um, adject. (meta) ad metam pertinens. *Arnob.* 2. 39. Animæ corporei tactus, et metariæ circumscriptionis expertes. *h. e.* nulla corporis meta circumscriptæ. Al. aliter leg.

MĒTASTĂSIS, is, f. 3. μετάστασις. ¶ 1. Est figura Rhetorum, qua crimen, quod defendere non possumus, in alium transferimus. *Quintil.* 7. 4. 14. sed Græce. Latine autem usurpat *Aquil. Rom. de fig. sentent. et eloc.* § 16., eamque *transmotionem* vertit, ut *Capell.* quoque 5. *p.* 172. ¶ 2. Item qua imaginamur, quæ futura fuere, ni-

i aliquid evenisset, quod impediret: ut quum *Cic. Mil.* 12. enarrat quæ facturus fuit Clodius, si præturam invasisset. *Quintil.* 9. 2. 41. itidem Græce ¶ 3. Item transitio: sed et hoc apud Græcos a μεθίστημι *aliud pro alio statuo, muto.* Latine *Jul. Rufinian. de schem. lex.* § 23. Metastasis est, vel Metabasis, quum a loquentis persona ad personam transitum facimus, ratione aliqua, vel affectu. Adde *eumd. ibid.* § 23.

MĔTĂSYNCRĪTĬCUS, a, um, adject. μετασυγκριτικός, qui vim habet mutandi statum meatuum in corpore. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 16. Recorporativis adjutoriis non est passio adspergenda, quæ Græci metasyncritica vocant. *Id.* 1. *Tard.* 1. Perfecto resumptivo cyclo, erit metasyncriticus adhibendus, primo ex parte, deinc perfectus. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 1.

MĔTĂTHĔSIS, is, f. 3. μετάθεσις, transpositio, a μετά *trans* et τίθημι *pono.* ¶ 1. Metathesis in re grammatica est transpositio litterarum, ut *Thymbre* apud *Virg.* 10. *Æn.* 394. pro *Thymber. Charis.* 2. *p.* 249. *Putsch.*; *Diomed.* 2. *p.* 437.; et *Val. Prob.* 2. *in fin.*, sed Græce. ¶ 2. Est etiam verborum figura, de qua hæc *Jul. Rufinian. de schem. lex.* § 9. Metathesis est, quum quod ante dictum est, postponitur, et quod post dictum est, anteponitur, ut: *Eripis, ut perdas; perdis, ut eripias.*

MĔTĀTIO, ōnis, f. 3. (metor) *misuramento, disposizione, diseqno,* καταμέτρησις, actus metandi. ¶ 1. Generatim est dispositio, descriptio. *Colum.* 3. *R. R.* 15. 1. Hæc in quincuncem vinearum metatio expeditissima ratione conficitur. *Sicul. Flacc. de condit. agr. p.* 65. *Goes.* Quamvis una res sit forma, alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii limitationem, alii cancellationem etc. ¶ 2. Speciatim est idem ac metatum, quam vocem V. *Novell. Theodos. tit.* 25. 2. Ut metatione res sit immunis. *Alii tamen leg.* Ut metati onere sit immunis.

MĔTĀTOR, ōris, m. 3. (metor) *misuratore, dispositore, disegnatore,* μετρητής, qui metatur, et in certas partes locum aliquem distribuit, ac per mensuras describit: ut *metator castrorum,* qui agmen prægressus locum castris ponendis metitur, ut docet *Veget.* 2. *Milit.* 7.: *agri,* qui agri mensuras agit, mensor, decempedator: *vineæ, oliveti,* etc. qui loca disponit serendis vitibus, oleis, etc.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 11. *Phil.* 5. 12. Saxa nescio quis, castrorum antea metator, nunc, ut sperat, urbis. *et* 14. *ibid.* 4. 10. Urbs, quam jam peritus metator et callidus decempeda sua Saxa diviserat. *Lucan.* 1. 381. Castra super Tusci si (*jubeas*) ponere Tiberidis undas. Audax Hesperios veniam metator in agros. *Apul.* 9. *Met.* Agrestis verecundus amicos plurimos ad demonstrationem finium corrogarat: ille tamen vesanus adseverat, parvi se pendere tot metatorum præsentiam. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 33. 76. (329). Hunc (*ventum*) oliveti metator caveat. *Silliq.* vero aliter legit. *Lactant.* 4. 11. Volens Deus metatorem templi sui mittere in terram. ¶ 2. Speciatim *metator* dicitur, qui supervenientibus in provinciam militibus, vel civilibus viris hospitia paranda curat, *quartiermastro. Novell. Theodos.* Omnibus, qui metata in suis domibus præstant, sive hospitia præbuerint metatoribus, seu quolibet pacto satis eis fecerint, nullam vel pensionis, vel discussionis domus gratia molestiam sustinere cogendis.

II.) Figurate. *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 8. *extr.* Tempus arbiter et metator initii et finis.

MĔTĀTŌRĬUS, a, um, adject. (metator). *Metatoriam paginam* dicit *Sidon.* 8. *Ep.* 11. epistolam, quam parandi hospitii causa, quasi metandis castris, ad amicum, quum ad eum properaret, præmiserat.

MĔTĀTUM, i, n. 2. (metor) est pars domus, quam quis provincialium supervenientibus militibus, vel civilibus viris hospitandi causa præbere debet: *V.* METATIO 2. et METATOR I. 2. *Impp. Theodos. et Arcad. Cod.* 12. 41. 9. Neminem volumus cujuslibet loci, vel ordinis in hac florentissima urbe domum propriam excusantem, metatum sibi in alienis ædibus privilegio militiæ vindicare. *Novell. Theodos.* 25., quæ est *De metatis,* 1. Certas domos in hac sacratissima urbe sitas metatorum præbendorum onere liberasse. *et mox.* Præbendi metati immunitas. Similiter *Cassiod.* 4. *Hist. Eccl.* 25. Interrogavere mulierem, quis eam ad metatum deduxisset episcoporum.

MĔTĀTŪRA, æ, f. 1. (metor) metatio. *Lactant.* 4. 11. *a med.* (ex *Jerem.* 8. 8.) Incassum facta est metatura. Cf. *Novatian. Trinit.* 12. Cujus (*urbis*) metaturæ regio ad meridianam respicit plagam cæli.

MĔTĀTUS, a, um. *V.* METO, as.

MĔTAXA *vel* mataxa, æ, f. 1. μέταξα et μάταξα. ¶ 1. Est funiculus, vel filum: quo sensu accipiunt illud *Lucilii* apud *Festum p.* 265. 13. *Müll.* et *Isid.* 19. *Orig.* 4. *in fin.* Plumbi pauxillum rodus, linique metaxam. et *Vitruv.* 7. 3. Sin arundinis Græcæ copia non erit, de paludibus tenues colligantur: et metaxæ et tomicæ ad justam longitudinem una crassitudine alligationibus temperentur. Al. legunt, *metaxatæ tomicæ,* h. e. in metaxæ morem convolutæ. Al. aliter. — Alii his locis intelligunt filum glomeratum et convolutum, quod nos *matassa* dicimus: quo sensu *Isid. loc. cit.* 29. metaxam ducit a circuitu filorum: nam meta, inquit, circuitus dicitur: vel quod transferatur, scil. ἀπὸ τοῦ μετάγειν. Alii a Syra lingua ejus originem trahunt. — Legitur et *mataxa.* Unde in *Gloss.* legitur: Mataxa, ηνία. *h. e.* lorum. Et alibi: Mataxa, σειρά. *h. e.* funis, restis. — Metaxam autem vel mataxam esse funiculum vel filum, confirmat *Theod. Priscian.* 4. *p.* 312. *retro* ed. *Ald.* Ad profluvium. De capillis ipsius mulieris, qui excidunt quando se ornat, eum mataxa facit in medio nodum, et in arbore quacumque pomifera liget de ipsis capillis unum nodum; quos capillos illic relinquat in arbore aliena. ¶ 2. Videtur etiam, cadente Latinitate, esse sericum rude, ac nondum tinctum, neque in fila diductum, apud *Martian. Dig.* 39. 4. 16. *a med.*; et *Imppp. Arcad. Honor. et Theodos. Cod.* 11. 7. 10. *V.* et voc. seq.

MĔTĀXĀRĬUS, ii, m. 2. (metaxa 2.) sericus distractor. *Imp. Justinian. Cod.* 8. 11. 27.

MĔTĀXĀTUS, a, um. *V.* METAXA 1.

MĔTELLA, æ, f. 1. *Veget.* 4. *Milit.* 6. Inventum quoque remedium est, ut de ligno crates facerent, quas metellas vocaverunt, lapidibusque complerent: ea arte inter bina propugnacula constitutas, ut si per scalas ascendisset hostis, et partem aliquam ipsius contigisset, supra caput suum vergerent saxa. Ubi *Stewech.* mirum esset, inquit, ni variarent libri in vocabulo incognito: itaque alibi *metilas,* alibi *medullas* legitur. *Martinius* in *Lex.* conjicit legend. *mētulas. NB.* De lege Metella *V.* METILLUS in ONOM.

MĔTELLUS, i, m. 2. in re militari est idem ac mercenarius. *Gloss. Philox.* Metellus, μισθιος. *Festus p.* 146. 30. et *Paul. Diac. p.* 147. 18. *Müll.* Metelli dicuntur in re militari quasi mercenarii. Attius in Annalibus: *Calones famulique metellique caculæque*; a quo genere hominum Cæciliæ familiæ cognomen putatur ductum. *V.* METELLUS in ONOM.

MĔTEMPSŸCHŌSIS, is, f. 3. μετεμψύχωσις, transmigratio animarum ex uno corpore in aliud: quod fuisse ajunt Pythagoræ somnium: a μετά *trans* et ἐμψυχόω *animo. Tertull. Anim.* 31., sed Græce.; Latine vero *ibid.* 34. *Quintil. declam.* 10. 17. hac de re verba facit, sed voce ipsa abstinet.

MĔTENSŌMĂTŌSIS, is, f. 3. μετενσωμάτωσις, transmutatio unius corporis in aliud: a μετά *trans* et ἐνσωματόω *corpus esse facio.* Est *Tertull. Anim.* 31. et 32. et 34.

MĔTĔŌRĬA, æ, f. 1. *smemoratagqine,* μετεωρία, oblivio. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 7. Quum, diis juvantibus, ad Urbem veniemus, admone me, ut tibi aliquid de hac re narrem. Sed, quæ tua et mea meteoria est, neque tu me admonebis, neque ego tibi narrabo. *Sueton. Claud.* 39. In eo mirati sunt homines et oblivionem et inconsiderantiam, vel, ut Græci dicunt, μετεωρίαν et ἀβλεψίαν.

METHODIARIUS, ii, m. 2. qui in methodio, ludi theatralis genere, recitat, et exodiarius, qui in exodio. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 173.

MĔTHŌDĬCĒ, es, f. 1. μεθοδική: a μέθοδος *via,* ratio docendi ac discendi. *Quintil.* 1. 9. 1. Grammaticæ partes duæ, id est ratio loquendi, et enarratio auctorum: quarum illam methodicen, hanc historicen vocant.

MĔTHŌDĬCUS, a, um, adject. *metodico,* μεθοδικός, ad methodum pertinens. *Methodici* sunt medici, quorum sententia est, medicinam esse viam quamdam, quam μέθοδον Græci nominant, eorumque, quæ in morbis communia sunt, contemplatricem. Hi neque rationalibus se, neque experimenta tantum spectantibus annumerari volunt: quum ab illis eo nomine dissentiant, quod in conjectura rerum latentium nolunt esse medicinam: ab his eo, quod parum artis esse in observatione experimentorum credunt. *Cels. præf. a med. V.* METHODUS in LEX. et THEMISON in ONOM. Sic *Theod. Priscian. l.* 2. *part.* 2. *c.* 13. Sæpe enim nonnulli methodici calidis tantummodo vel chalasticis adjutoriis imminentes, ipsam hepatis substantiam dissolverunt. Ceterum *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 7. *n.* 109. Decessores vero medici, nondum rigore methodico obtinente, in quibus est Erasistratus, et Asclepiades, item Themison etc.

MĔTHŌDĬUM, ii, n. 2. μεθόδιον, ludificatio. *Petron. fragm. Tragur.* 36. *Burmann.* Damus omnes plausum a familia cœptum, et res electissimas ridentes aggredimur. Non minus et Trimalchio ejusmodi methodio lætus, Carpe, inquit, etc. *Al. leg.* metodium μετωδεῖον, h. e. canticum interjectum: sed *methodium* est retinendum; videtur enim fuisse genus quoddam ludi theatralis, quod ad oblectandos spectatores sub finem fabulæ introducebatur in scænam, simile exodio. In ipsis *Not. Tir.* legitur *p.* 173. Methodium, methodiarius.

MĔTHŌDUS *vel* methodos, i, f. 2. *metodo,* μέθοδος, via et ratio docendi et discendi. *Auson. Edyll.* 11. 67. triplex quoque forma medendi, Cui logos, et methodos, cuique experientia nomen. *Marcell. in carm. de medic.* 6. Quod logos, aut methodos, simplexque empirica pangit, Hoc liber iste tenet.

MĔTICA, æ, f. 1. *subaudi* vitis, est vitis genus, de quo hæc *Plin.* 14. *Hist. nat.* 2. 4 (35). Tolerat et annos metica, contra omne sidus firmissima, nigro acino, vinis in vetustate rufescentibus. *Silliq.* ita legit; al. *mærica* vel *merica,* quam postremam lectionem recepit *Schneiderus* ad *Colum.* 3. *R. R.* 2. 27.

MĔTĬCŬLŌSUS, a, um, adject. (metus). ¶ 1. Passive est timidus, *pauroso, timido, meticoloso. Plaut. Amph.* 1. 1. 137. Nullus est hoc meticulosus æque. *Apul.* 2. *Florid. extr.* Lepus meticulosus. *Cod.* 4. 2. 7. Si quis meticulosus rem nullam frustra timuerit. *Arnob.* 5. 28. Disce (*mysteria*) atque admiratus res tantas, puris semper in sensibus meticulosa observatione custodi. ¶ 2. Active est metum incutiens, *spaventoso. Plaut. Most.* 5. 1. 52. Nescis tu, quam meticulosa res sit, ire ad judicem. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 15. *n.* 131. Cujus (*curationis*) duplicem dicit differentiam, unam non meticulosam ac multum phrenitidis aptandam, aliam vehementem atque periculosam.

MĔTĬO, metis, mensum, mētire, a. 4. *V.* voc. seq. init.

MĔTĬOR, mētiris, mensus (*raro* mētitus) sum, mētiri, dep. 4. *Diomed.* 1. *p.* 373. *Putsch. Metior, metiris,* ex quo perfectum fit *mensus sum,* non *metitus sum,* contra morem declinationis. *V.* tamen infra. — *Metior* passive occurrit apud *Hygin.* 1. *Astron.* 6. Quinque circuli sic in sphæra metiuntur. *Lactant. Mort. persecut.* 23. Agri glebatim metiebantur, vites et arbores numerabantur. *Arnob.* 2. 61. An sol pedis unius latitudine metiatur. Part. *Mensus* apud *Cic.* 2. *Nat. D.* 27. 69. Qui (*lunæ cursus*) quia mensa spatia conficiunt, menses nominantur, ubi *Cicero* hoc participio passivo usus esse videtur, ut voris *mensis* etymon apertius declararet. *Curt.* 5. 1. *extr.* Peregrinus eques quingenos (*denarios*) accepit: ducenis pedestrium stipendium mensum est. — Part. *Metiens* I. 1. et II. 1. 2.; *Mensus* dep. I. 1.; *Metitus* I. 1. et II. 2.; *Metiendus* I. 1. et II. 2. Metiri (quod ratione habita etymi conjungitur cum Gr. μέτρον, μετρέω) est explorare rei alicujus magnitudinem, definire modum, dimetiri (It. *misurare*; Fr. *mesurer*; Hisp. *medir*; Germ. *etwas unter das Maass neh-*

men, ein Maass an etwas legen, es messen; Angl. *to mete, measure, take measure of, survey*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 41. 128. Nec magis affirmabunt, signum illud, si erunt mensi, sex pedum esse, quam solem, quem metiri non possunt, plus quam duodeviginti partibus majorem esse, quam terram. *Id.* 1. *Off.* 43. 154. Etiam si dinumerare se stellas, aut metiri mundi magnitudinem posse arbitretur. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 1. 2. § 3. Is se ternis nummis in pedem tecum transegisse dicebat: sese autem mensam pedibus ajebat passuum mille. Mihi plus visum est. *Id.* 9. *Fam.* 17. Metiri agrum. *Varro* 1. *R. R.* 10. 1. Modos, quibus metirentur rura, alius alios constituit. Nam in Hispania ulteriore metiuntur jugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino jugeris. *Cic.* 5. *Verr.* 83. 192., 84. 193. et 85. 197. Metiri frumentum. *Liv.* 23. 12. Qui (*anulorum*) tantus acervus fuit, ut metientibus dimidium super tres modios explesse sint quidam auctores. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 95. Unmidius tam dives, ut metiretur nummos, *h. e.* non numeraret pecuniam, sed modio metiretur, ut est apud *Petron. Satyr.* 37. (Cf. et *Juvenal.* 3. 220. Hic (*dabit*) modium argenti). *Cic.* 1. *Nat. D.* 9. 21. Æternitas, quam nulla temporum circumscriptio metiebatur. *Ovid.* 4. *Met.* 226. Ille ego sum (*sol*), qui longum metior annum. *Cic. Orat.* 57. 194. Syllabis metiendos pedes, non intervallis, existimat. — Similiter dicimur *metiri aliquid oculis, auribus* etc. *Apul. de habit. doctr. Plat. Philos. circa fin.* Oculis namque (*homo*) metitus est cælum siderumque circuitus etc. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 103. Metiri oculo latus alicujus. *squadrare.* et *Lucan.* 6. 32. terras oculis. *Ovid. Heroid.* 10. 28. Æquora prospectu metior alta meo. Cf. *eumd.* 2. *Met.* 188. Quid faciat (*Phaeton*)? multum cæli post terga relictum; Ante oculos plus est: animo metitur utrumque; Et modo, quos illi fato contingere non est, Prospicit occasus; interdum respicit ortus. *Cic. Orat.* 68. 227. Sonantia omnia, quæ metiri auribus possumus. ¶ 2. Latiori sensu, cum Dativo personæ est metiendo distribuere. *Cæs.* 1. *B. G.* 16. Diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret. Adde *eumd. ibid.* 33. et 7. *ibid.* 71. Sic *Horat. Epod.* 9. 34. Aut Chia vina, aut Lesbia Vel, quod fluentem nauseam coerceat, Metire nobis Cæcubum.

II.) Translate. ¶ 1. Eleganter *metiri* dicuntur, qui locum aliquem eundo percurrunt. *Lucilius* apud *Non. p.* 350. 18. *Merc.* Vir mare metitur magnum et se fluctibu' tradit. *Virg.* 4. *G.* 388. Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor Et juncto bipedum curru metitur equorum. *trascorre. Ovid.* 9. *Met.* 447. celerique carina Ægæas metiris aquas. *Lucan.* 5. 556. Instabili gressu metitur litora cornix. *Horat. Epod.* 4. 7. sacram metiente te viam Cum bis ter ulnarum toga. *Catull.* 34. 17. Tu cursu, dea, menstruo Metiens iter annuum. *h. e.* conficiens, complens. *Ovid.* 8. *Met.* 564. Jamque duas lucis partes Hyperione menso. *avendo il sole trascorso due parti del giorno.* — Huc pertinent et illud *Sil. It.* 4. 294. Atque altum tota metitur cuspide pectus. et *Val. Flacc.* 5. 476. Hi tibi, tot casus, horrenda tot avia mensi Cernimur. — Absolute. *Plaut. Pseud.* 4. 4. 11. Quin hinc metimur gradibus militaribus. *h. e.* viam ingredimur, imus, abimus. Hæc *Forcellinus.* At *Ritschelius* et *Fleckeisenus* aliter legunt, scilicet cum Accusativo. ¶ 2. Per metaphoram est etiam æstimare, definire, ponderare, *stimare, pesare*: et occurrit — 1.) Cum Accusativo tantum rei, quam quis æstimat, definit, ponderat. *Quintil.* 6. 1. 45. Metiatur ac diligenter æstimet vires suas. *Martial.* 12. 99. Qui sua metitur pondera, ferre potest. *Stat.* 11. *Theb.* 683. quid anguste tantos metiris honores? *h. e.* Thebano regi longe plus licet, quam quod tu nunc agis. *Ulp. Dig.* 32. 50. 1. Quæ quis ingenio suo metitus est. — 2°) Sæpius addita re, quacum aliam comparantes æstimamus ac definimus; et quidem — *a*) Per Ablativum et præpos. *ex. Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 4. Fidelitas, quam ego ex mea conscientia metior. *Cic.* 6. *Parad.* 1. 44. Ex eo, quantum cuique satis est, metiuntur homines divitiarum modum. Adde *Dig.* 5. 1. 61. *pr.* — *b*) Frequentissime per Ablat. sine præpos. *Cic.* 2. *Phil.* 43. 111. Nisi forte vis fateri, te omnia quæstu tuo, non illius dignitate metiri. *Id. opt. gen. Orat.* 4. 10. Vim eloquentiæ sua facultate, non rei natura metiuntur. *Id.* 1. *Tusc.* 37. 90. Tanta caritas patriæ est, ut eam non sensu nostro, sed salute ipsius metiamur. *Id.* 1. *Orat.* 2. 7. Clarorum hominum scientiam, rerum gestarum vel utilitate, vel magnitudine metiri. *Id.* 3. *Parad.* 1. 20. Peccata non rerum eventu, sed vitiis hominum metienda sunt. *Id.* 7. *Fam.* 12. et *Pis.* 28. 68. Metiri omnia voluptate sua. *Sall. Cat.* 32. Suo quisque metu pericula metiri. *Liv.* 3. 54. Odium in se aliorum suo in eos metiens odio. *Nepos Att.* 14. Usum pecuniæ non magnitudine, sed ratione metiri. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 98. Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est. *Tac.* 1. *Hist.* 8. Pari dolore commoda aliena ac suas injurias metiebantur. — *c*) Per Accus. et præpos. *ad. Juvenal* 6. 357. nulla pudorem Paupertatis habet: nec se metitur ad illum, Quem dedit hæc posuitque modum. Sic *Dig.* 47. 10. 17. § 13. Filii contumeliam ad suam utilitatem metiri. — *d*) Per Accus. et præpos. *infra. Vellej.* 2. 127. *extr.* Virum severitatis lætissimæ, hilaritatis priscæ, nihil sibi vindicantem, semperque infra aliorum æstimationem se metientem.

METITIO. *V.* MESSURA.

MĒTĬTOR, ōris, m. 3. (metior) mensor. *Frontin. Aquæd.* 79. A metitoribus reliquæ quinariæ intra Urbem dividebantur.

MĒTĬTUS. *V.* METIOR.

MĒTO, as, ātum, are, a. 1. Part. *Metatus* sub *b.* — Est idem quod metari, metiri; sed raro usurpatur. — *a*) Active. *Virg. Cul.* 172. *de angui.* Metabat sese circum loca, *h. e.* modo contracto, modo porrecto corpore, spatia illa quodammodo metiebatur. — *b*) Passive. *Cæs.* 3. *B. C.* 13. Quum prope Dyrrhachium Pompejus constitisset, castraque metari jussisset. (Sed *metari* etiam active hic accipi potest, si *eos, ad quos pertinebat,* subintelligas). *Senec. Thyest* 462. nullus mihi Ultra Getas metatur et Parthos ager. *Auct. B. G.* 8. 15. Castris eo loco metatis, muniri jubet castra. Sic *Liv.* 44. 37. Paullus, postquam metata castra impedimentaque collocata animadvertit, etc. *Horat.* 2. *Od.* 15. 14. nulla decempedis Metata privatis porticus. *Id.* 2. *Sat.* 2. 114. videas metato in agello Cum pecore et gnatis fortem mercede colonum. *h. e.* in agello, quem triumviri agris dividundis pertică sive decempedă descriptum colono assignaverant.

MĒTO, mētis, messŭi, messum, mĕtere, a. 3. Præteritum *messui* usurpant *Cato* apud *Priscian.* 10. *p.* 903. *Putsch.*; *Paul. Diac. p.* 319. 2. *Müll.*; et *Mamertin. Jun.* qui *Gratiar. act.* 22. bis exhibet; et *Vulgat. interpr.* qui sæpissime usurpat, ut *Ruth* 2. 23., *Jerem.* 12. 13., *Levit.* 19. 9., 23. 10. et 22., *Deuter.* 24. 19. etc.; et confirmatur ex composito *demessui*: et agnoscitur a *Diomed.* 1. *p.* 374. et *Priscian.* 8. *p.* 817. et 1254. Videtur tamen esse rarioris usus, quia *Charis.* 3. *p.* 222. integram hujus verbi conjugationem exsequens, *messem feci* præteritum ponit. *Priscian.* 8. *p.* 817. tradit, quosdam *messivi* usurpasse: sed improbat. — Part. *Metens* II. 2.; *Messus* I. 1. et II. 1.; *Metendus* I. 2. et II. 3. — Metere est messem facere, h. e. maturas segetes secare; hinc est idem ac *secare* apud *Servium* ad *Virg.* 4. *G.* 54. *θερίζω* (It. *mietere*; Fr. *faire la moisson, la recolte, moissonner, récolter*; Hisp. *segar, hacer la cosecha, recoger las mieses*; Germ. *abmähen, abhauen, abschlagen, abschneiden*; Angl. *to mow, reap, crop, gather*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de segete; et quidem — *a*) Absolute. *Varro* 1. *R. R.* 50. 3. Quum est matura seges, metendum. *Colum.* 2. *R. R.* 20. 2. *Schneid.* Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus medium culmum secant, multi mergis etc. *Cæs.* 4. *B. G.* 32. Tum dispersos, depositis armis, in metendo occupatos subito adorti etc. — *Ut sementem feceris, ita et metes*, proverb. apud *Cic.* 2. *Orat.* 65. 261., h. e. talem habebis fructum, qualis fuerit opera et labor. — *Mihi istic nec seritur, nec metitur,* aliud apud *Plaut. Epid.* 2. 2. 80., h. e. ad me ista res nihil pertinet, nullo meo neque periculo, neque emolumento fit. Quo pertinet illud *ejusd. Merc. prol.* 71. Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis. *va per te.* — *b*) Cum Accusativo rei, quæ metitur. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 59. Ut horum fodiat atque ut frumentum metat. *Varro* 1. *R. R.* 50. 1. Messis proprio nomine dicitur in iis, quæ metuntur, maxime in frumento. *Id. ibid.* 50. 3. Messas spicas corbibus in aream deferre. — Huc pertinet et figuratum illud *Plaut. Trin.* 1. 1. 10. Neque quidquam hic vile nunc est, nisi mores mali. Eorum licet jam messem metere maximam. Cf. *eumd. Epid.* 5. 2. 52. Similiter *Mamertin. Jun. Gratiar. act.* 22. Num quisquam in eadem novali (*h. e.* terra) æstate una amplius, quam semel messuit? *et mox.* Ut de aliis optimis viris taceam, qui a priore in proximum auctumnum fructus honoris multipliciter messuerunt, mihi certe tertia unius anni ubertas est consulatus. ¶ 2. Latiori sensu de fructibus aliis, quæ ex agris vel hortis colliguntur. *Ovid. Heroid.* 6. 84. Metere pabula falce. *Id.* 2. *Fast.* 519. farra. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 13. 29. (50). cardamomum. et *ibid.* 14. 32. (58). tus. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *n.* 25. Olivæ ex viridi novitate messæ. — Sic pro vindemiare. *Virg.* 2. *G.* 408. Primus humum fodito, primus devecta cremato Sarmenta et vallos primus sub tecta referto, Postremus metito. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 3. 4. (37). Uva consemina post quindecim dies, quam ulla alia, metitur. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 6. Deinde uvis metendis operam dedimus et consudavimus et jubilavimus. Similiter *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (185). Metere vindemiam. et *Colum.* 10. *R. R.* 426. Ac metimus læti tua munera, dulcis Iacche. — Hinc poetice *Virg.* 4. *G.* 54. *de apib.* Purpureosque metunt flores, et flumina libant Summa leves. ¶ 3. Item latiori sensu de locis. *Propert.* 4. 10. 30. Metere arva. *Grat. Cyneg.* 313. Dum servata cavis potant Mareotica gemmis Nardiferumque metunt Gangen. *h. e.* nardum Indicum. — Hinc poetice per metonymiam *metere* dicuntur *regionem,* qui eam incolunt. Colunt enim ac serunt et fruges colligunt. *Sil. It.* 8. 566. Qui Batulum Nucrasque metunt. Sic *Virg.* 3. *Æn.* 14. Thraces arant. et *Stat.* 4. *Theb.* 50. oliviferæ Sicyonis culta serunt. et *Virg.* 7. *Æn.* 715. Qui Tiberim Fabarimque bibunt. *h. e.* ea flumina accolunt.

II.) Translate. ¶ 1. Universim ponitur pro secare, cædere, *tagliare, troncare, far cadere. Virg.* 4. *Æn.* 513. Falcibus et messæ ad lunam quæruntur aenis Pubentes herbæ nigri cum lacte veneni. *Ovid.* 2. *Fast.* 706. Tarquinius – virga lilia summa metit. *Martial.* 7. 95.; et *Juvenal.* 3. 186. Metere barbam forfice. *Martial.* 10. 83. capillos. *Id. ibid.* 93. rosam pollice. *Calpurn.* 2. *Ecl.* 74. olus. *Ovid.* 3. *Amor.* 10. 40. Et ferus in silva farra metebat aper. *Pallad.* 7. *R. R.* 7. Quam murmuris sonus magnus et raucus est, agnoscimus, non esse idoneas ad metendum crates favorum. *Demetere, succidere, castrare, desecare,* ferramentis adhibitis, dixit *Colum.* 9. *R. R.* 15. 4. et *seq.* hac ipsa de re verba faciens. ¶ 2. Speciatim locum habet apud Poetas in cæde militari, pro obtruncare. *Virg.* 10. *Æn.* 513. Proxima quæque metit gladio. *Horat.* 4. *Od.* 14. 31. Primosque et extremos metendo Stravit humum. *Stat.* 9. *Theb.* 223. necopinaque ferro Colla metens. *Sil. It.* 10. 145. Tum Vesulum, calido lapsantem in sanguine fratrum, Ense metit rapido. *Id.* 4. 464. metit agmina tectus Cælesti clipeo. ¶ 3. Interdum ponitur et pro auferre, *portar via. Cic.* Euripidem vertens 3. *Tusc.* 25. 59. Reddenda terræ est terra; tum vita omnibus Metenda, ut fruges. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 178. metit Orcus Grandia cum parvis, non exorabilis auro. *Seneca Phœniss.* 340. facibus petite penetrales deos, Frugemque flamma metite natalis soli.

MĒTŌCHĒ, es, f. 1. μετοχή, a μετέχω, *particeps sum,* apud Grammaticos participium significat. *Auson. epist.* 6. Vale, beatis nomen a divis, Theon: Metoche sed ista sæpe currentem indicat. Ludit in voce: nam Θεός *Deus* est, et Θέον particip. currens. *Scalig.* vult legi *methodu...* — Alio sensu, sed satis obscuro, legitur apud *Vitruv.* 3. 3. *a med.* et Græce: de qua V. *Bald.* in *Lex.* Sed alii *ibid.* rectius legunt μετόπη. *V.* METOPA.

MĒTŌDĬUM. *V.* METHODIUM.

MĒTŒCUS, i, m. 2. colonus, advena, qui de una in aliam civitatem migravit habitandi gratia; *forestiere, colono,* μέτοικος. Vox Græca, qua uti-

tur *Eumen. Paneg. Flavensium nomine dicto* 4. *in fin.* Divus pater tuus civitatem Æduorum voluit jacentem erigere, metœcis undique transferendis. *Frontin. de colon.* p. 134. *Goes.* Ager ejus militi modico (*lege* metœco) est assignatus. *et p.* 141. Ager ejus militibus metœcis nominibus inter limitibus Augusteis est assignatus. *Lachmannus* eodem sensu utroque in loco habet *metycis.*

MĔTŌNўMĬA, æ, f. 1. μετωνυμία, h. e. positio nominis pro nomine, ut ait *Quintil.* 8. 6. 23. (a μετά *trans* et ὄνυμα *nomen*) tropus est, de quo in DENOMINATIO satis diximus; sic enim Latine appellatur. Græce usurpat *Quintil. loc. cit.* et alibi; *Charis.* 1. *p.* 244. *Putsch.*; *Diomed.* 2. *p.* 452.; et *Donat. de Tropis* p. 1776. Latine *Festus p.* 153. 21. *Müll.*; et *Capell.* 5. *p.* 167.

MĔTŌPA, æ, f. 1. μετόπη, *metopa*: vox Græca a μετά *inter* et ὀπή *foramen*: spatium est inter duo foramina, vel cavaturas. *Vitruv.* 4. 2. *a med.* Inter denticulos, et inter triglyphos quæ sunt intervalla, metopæ nominantur. ὀπάς enim Græci tignorum cubilia, uti nostri ea cava, columbaria: ita quod inter duas opas est intertignium, id metopa est apud eos nominatum. In *cap. cit.* et in proxime *seq.* hæc vox pluries occurrit. *Id.* 3. 5. 11. *Schneid.* Intersectio, quæ Græce μετόπη dicitur, sic est dividenda, uti etc. *Vulgati libri* μετοχή: *sed* Baldus *recte* μετόπη *scribi jussit.* — Similiter *Theod. Priscian. lib.* 4. *pag.* 316. *bis in fin.* edente *Ald.* Somnos inquit fieri animæ atque corporis indulgentia, id est sedato fervore, qui insomnietatem facit, qui (*lege* quia) calefacit et desiccat metucas (*lege* metopas) cerebri. Temperatis et humectis itaque metucis (*lege* metopis), dulcis somnus corpora reformat.

MĔTŌPĬON, ii, n. 2. μετώπιον. ¶ 1. Est arbor in Africa Æthiopiæ subjecta, ex qua lacrima in arenas decidit, quam nonnulli metopium, alii ammoniacum vocant. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 23. 49. (107). A *Solino* 40. *metops* dicitur, si sana est lectio. ¶ 2. Est et olei genus ex amaris amygdalis confectum. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 7. 7. (26). ¶ 3. Item genus unguenti, cui galbanum est admixtum. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 1. 2. (5). Cf. *Dioscor.* 2. 87.

MĔTOPS. *V.* vocem præced. 1.

MĔTŌPOSCŎPOS, i, m. 2. *strologo*, μετωποσκόπος, frontis inspector, qui scilicet ex frontis et faciei lineamentis, quid cuique eventurum sit, divinat: a μέτωπον *frons* et σκοπέω *contemplor. Sueton. Tit.* 2. Quo quidem tempore ajunt metoposcopon a Narcisso Claudii liberto adhibitum, ut Britannicum inspiceret, etc. Adde *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (88).

MĔTOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Metans* I. 1. — Activum METO *V.* loco suo. — Metari

I.) Proprie ¶ 1. Stricto sensu est certos alicujus loci fines posita *meta* (a qua factum est) statuere, h. e. metiri locum aliquem eo fine, ut quippiam ordine in eo ponatur, statuendo fines certos et in partes distribuendo, ut omnia suis locis apte disposita appareant: ut metari agros, urbem, castra, *disegnare*, ὁρίζω. — *a*) Universim. *Virg.* 2. *G.* 274. si pinguis agros metabere campi, Densa sere. *Liv.* 21. 25. An in triumviros (*coloniæ deducendæ*) agrum metantes impetus sit factus. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 10. 11. (62). *de Alexandria.* Metatus est eam Dinochares architectus pluribus modis, memorabili ingenio. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 37. 38. (125). *Liv.* 1. 10. Jupiter Feretri, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (143). Scænitæ (*populi Arabiæ*) vagi, a tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metantur, ubi libuit. *h. e.* ciliciis extentis tabernacula statuunt ac disponunt. Similiter *Grat. Cyneg.* 101. primum vidistis Amyclæ Per non assuetas metantem retia valles Dercylon. — *b*) Speciatim *metari castra*, frequens dictio in re militari, est locum ponendis castris designare, antequam exercitus eo perveniat: unde *metator*, quam vocem *V. Cœlius* apud *Non.* p. 137. 16. *Merc.* Omnes simul terram cum classi accedunt; navibus atque scaphis egrediuntur, castra metati signa statuunt. Sic figurate *Eumen. Paneg. Constant.* 17. Non frustra enim doctissimi viri dicunt naturam ipsam magnis mentibus domicilia corporum digna metari. Quem imitatus est *Pacat. Paneg. Theodos.* 6. Sive enim divinus ille animus venturus in corpus dignum prius metatur hospitium, sive quum venerit, fingit habitaculum pro habitu suo etc. — Hinc generatim castra ponere. *Sall. Jug.* 114. Sulla pariter cum ortu solis castra metabatur. *Curt.* 3. 8. *a med.* Itaque eo ipso loco metari suos castra jusserat. *Tac.* 2. *Ann.* 8. Metanti castra Cæsari Angrivariorum defectio nunciatur. *V.* CASTRAMETOR. — *Metari*, eodem sensu, absolute dixit *Liv.* 44. 7. Consul -, præmisso Popillio ad explorandos transitus circa Dium, postquam patere omnia in omnes partes animadvertit, secundis castris pervenit ad Dium; metarique sub ipso templo, ne quid sacro in loco violaretur, jussit. ¶ 2. Latiori sensu est idem quod metiri, *misurare*, μετρέω. *Ovid.* 1. *Fast.* 309. Nos quoque sub ducibus cælum metabimur illis. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 21. (57). Indiam Posidonius ab æstivo solis ortu ad hibernum exortum metatus est. *Gell.* 1. 1. Stadium Hercules pedibus suis metatus est, idque fecit longum pedes sexcentos.

II.) Translate de eo, qui locum aliquem percurrit, ut metior: poetice. *Seneca Hippol.* 505. Nunc ille ripam celeris Alphei legit: Nunc nemoris alti densa metatur loca. *Sil. It.* 6. 58. solos Per noctem metantur agros.

MĔTRĒTA, æ, f. 1. μετρητής, genus vasis olearii et vinarii, ut cadus, amphora: a μετρέω *metior. Cato R. R.* 100. Oleum sic in metretam novam inditurus eris: amurca colluito, agitatoque diu, ut bene combibat. Id si feceris, metreta oleum non bibet, et firmior erit. *Colum.* 12. *R. R.* 49. 11. Huic condituræ vasa nova fictilia præparantur: quæ ne possint oleum sorbere, tamquam olivariæ metretæ imbuuntur liquida gummi. *et ibid.* 53. 2. illud *vas olearium quam maximum*, quod *ibid. sub init.* posuit, mox *metretam* vocat. *Martial.* 5. 16. Plurimus Hispanas mittet mihi nauta metretas. *Cajus Dig.* 18. 1. 35. *sub fin.* Si ex doliario pars vini venierit, veluti metretæ centum. *Juvenal.* 3. 245. ferit hic cubito, ferit assere duro Alter: at hic tignum capiti incutit, ille metretam. — Est etiam genus mensuræ, quam decem congiorum esse quidam tradunt ex *Dioscor. l.* 5. *c.* 82., atque adeo pendere libras centum. Verum et *Dioscoridis* locus incertæ lectionis est: quum alii octo legant, alii duodecim: et varia mensurarum ratio varias apud nationes. Ceterum metreta, amphora, cadus pro eodem mensuræ genere sæpe ponitur. *Plaut. Merc. prol.* 74. Ea pecunia Navim, metretas quæ trecentas tolleret, Parasse. *Colum.* 12. *R. R.* 22. 1. Picis liquidæ metretam adde in labrum, aut in alveum, et in eodem infundito cineris lixiviæ congios duos.

MĔTRĬCĒ, es, f. 1. μετρική, species geometriæ, per quam syllabarum longarum, et brevium, et mediocrium junctura, et modus congruens cum principiis geometriæ aurium mensura examinatur. *Gell.* 16. 18., sed Græce.

MĔTRĪCI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MĔTRĪCUS, a, um, adject. (metrum) ad metrum pertinens, metro, h. e. mensura, constans. — *a*) Generatim. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 88. (219). Arteriarum pulsus in modulos certos legesque metricas descriptus. — *b*) Speciatim est ad versuum mensuram pertinens. *Quintil.* 9. 4. 48. et 52. Metrici pedes. *Diomed.* 3. *p.* 500. *Putsch.* Modi metrici sunt sex. *Capell.* 9. *p.* 317. Quæ ex his ad melos pertinent, harmonica dicuntur; quæ ad numeros, rhythmica; quæ ad verba, metrica. — Hinc

Metrici, ōrum, m. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt qui de metris et versibus tractant. *Gell.* 18. 15. In longis versibus, qui hexametri vocantur, item in senariis, animadverterunt metrici, duos primos pedes, item extremos duos, habere posse singulos integras partes orationis, medios haud unquam posse.

MĔTRŌCŌMĬA, æ, f. 1. μητροκωμία, matrix villa, vicus, vel pagus, unde in alios vicos ductæ sunt coloniæ: a μήτηρ *mater* et κώμη *pagus. Justinian. Cod.* 11. 55.; et *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod.* 11. 24. 6. Itali vulgo dicunt *capoluogo.*

MĔTRŌĬĀCUS, a, um, adject. μητρωακός, ad matrem deûm pertinens. *Mar. Victorin.* 4. *Art. gramm.* p. 2602. *Putsch.* Quod (*metrum*) quidam metroiacum, eo quod deûm matris cantibus aptum sit, meritoque etiam galliambum a Gallis, ministris deæ, appellarunt.

MĔTRŌPŌLIS, is, *vel Græca posit.* eos f. 3. μετροπολις, civitas matrix, urbs ex qua coloniæ deductæ sunt, *metropoli, città matrice*: a μήτηρ *mater* et πόλις *urbs*, quasi mater urbium aliarum. quia sic se habet metropolis ad coloniam, ut mater ad filiam.

I.) Proprie. In nummis Septimii Severi Aug. apud *Mionnet. Descr. des méd. ant. T.* 5. *p.* 428. COLONIA SEPTIMIA TYRVS METROPOLIS. In aliis Elagabali Aug. *ibid. p.* 388. COLONIA AVRELIA PIA METROPOLIS SIDON. In aliis Alexandri Sev. Aug. *ibid. p.* 492. COLONIA PRIMA FLAVIA AVGVSTA CAESARENSIS METROPOLIS. Adde *Imp. Zen. Cod.* 1. 49. et *Imppp. Valens, Gratian.* et *Valentinian. Cod. Theod.* 13. 3. 11. Habet etiam *Ulp.*, sed Græce *Dig.* 1. 16. 4. *Inscript.* apud *Orell.* 3433. D. M. C. IVL. PAP. VALENTI DEC. COL. SARMITZ. METROPOLEOS AEDILI II. VIRAL. ET QQ. PRAEF. COLL. FABR. ET PATRONO EORVMDEM AVREL. THEOPHILVS ET CASTOR DECC. MVN. PARAL. AMICO FIDISSIMO. — Est qui tribuit etiam *Floro* 2. 7. *V.* OPINATUS, a, um.

II.) Translate. *Hieronym.* 2. *advers. Jovinian.* 8. Non potest ante metropolis et arx mentis capi, nisi etc. — *NB.* De nomine oppidi *V.* ONOM.

MĔTRŌPŌLĪTA, æ, m. 1. μητροπολίτης, qui metropoli præest, et speciatim apud Scriptores Eccles. est episcopus in metropoli constitutus, qui ceteris ejusdem provinciæ episcopis præest. *Venant.* 3. *carm.* 6. 20. Euphronius fulget metropolita sacer. *h. e.* Episcopus Turonensis. Adde *Epit. Novell.* 6. § 25. et 31.

MĔTRŌPŌLĪTĀNUS, a, um, adject. *metropolitano*, ad metropolim pertinens. *Impp. Theodos. et Valentinian. Cod.* 11. 21. Propter multas justasque causas, metropolitano nomine ac dignitate civitatum Berytum decernimus exornandam. — Sic de episcopo, qui in metropoli sedem habet. *Sidon.* 7. *Ep.* 9. *in conc.* Sidonius ad clericatum quia de sæculari professione translatus est, ideo sibi assumere metropolitanum de religiosa congregatione dissimulat. *h. e.* dignitatem episcopi metropolitani. — Ceterum *V.* in ONOM.

MĔTRUM, i, n. 2. μέτρον, *metro*, mensura. ¶ 1. Speciatim est mensura versuum. *Quintil.* 9. 4. 46. Omnis structura ac dimensio et copulatio vocum constat aut numeris (numeros ῥυθμούς accipi volo), aut μέτρῳ, id est, dimensione quadam. Quod etiam si constat utrumque pedibus, habet tamen non simplicem differentiam: nam rhythmi, idest numeri, spatio temporum constant; metra etiam ordine: ideoque alterum esse quantitatis videtur, alterum qualitatis. *V.* ibi reliqua. (*V.* etiam *Diomed.* 3. *sub init.*) *Id.* 1. 6. 2. Poetas metri necessitas excusat. *Gell.* 4. 17. *a med. In* præpositionem metri causa protendere. *Martial.* 4. 6. Quum sis improbior, Malisiane, Quam qui compositos metro Tibulli In Stellæ reritat domo libellos. *h. e.* elegiaco carmine. — Usurpatur et de ipso versu. *Colum.* 5. *R. R.* 10. 20. Quamvis nullo alio sit scripto proditum, exceptis, quæ retulimus, metris Virgilii. *At* Schneiderus *ex* Cod. Sangerman. *legit.* exceptis quos retulimus numeros Virgilii. — *Diomed.* 2. *p.* 464. *Putsch.* ait, non deesse qui Ciceronem reprehendant et Sallustium, quod metris usi sunt. ¶ 2. Generatim de rerum mensura, quæ locum habet in venditionibus. *Inscript.* Minturnis reperta et in utroque latere mensæ ponderariæ insculpta, apud *Henzen.* 7316. L. GELLIVS. L. F. POBLICOLA. C. GAEDICIVS. C. F. DVO. VIR. EX. S. C. PONDERA. ET. METRA. EXAEQVARVNT. EIDEM. DE. SVA. PECVNIA. PONENDA. C.

MĔTŪENS, entis, partirip. *V.* METUO in fin.

MĔTŪLA, æ, f. 1. *deminut. a* meta, parva meta. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *a med.* Alternis metulæ surgunt.

MĔTŪO, tŭis, tŭi, tūtum, tŭere, 3. Part. *Metuens* in fin.; *Metutus* apud *Lucret.* 5. 1139. Nam rupide conculcatur nimis ante metutum.; *Metuendus* sub *A. a.* et *e.* — *Metuiri* pro *metutum iri* quidam leg. apud *Modestin. Dig.* 20. 1. 26. —

Metuere, ratione potius habita soni, quam etymi, cum v. *moveri* jungitur a *Varron.*, qui ait 6. *L. L.* 48. *Müll.* Metuere a quodam motu animi, quum id, quod malum casurum putat, refugit mens. — Ceterum metuere est metum habere, in metu esse (*V.* METUS init.), timere, formidare, horrere, φοβεομαι (It. *temere, aver paura;* Fr. *craindre, être inquiet, redouter;* Hisp. *temer, tener miedo;* Germ. *in Furcht gerathen oder versetzt werden;* Angl. *to fear, be afraid*). Fere de personis usurpatur, raro admodum de inanimis; et occurrit *A*) Cum Accusativo personæ aut rei, quam quis metuit; vel *B*) Sine Accusativo.

A) Cum Accusativo personæ aut rei, quam quis metuit, usurpatur. — *a*) Cum Accus. *aliquem* aut *aliquid* tantum. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Off.* 7. 23. Quem metuunt, odere. *Cato R. R.* 143. Ea (*villica*) te metuat. *Plaut. Amph. prol.* 31. Atque ego contagione mei patris metuo malum. *Ter. Hecyr.* 5. 2. 6. Nec pol istæ metuunt deos. *Id. Heaut.* 5. 4. 9. at ego, si me metuis, mores cave in te esse istos sentiam. *Id. Adelph.* 1. 2. 4. Quam neque pudet quidquam, neque metuit quemquam. *Cic.* 2. *Off.* 7. 24. Qui se metui volent, a quibus metuentur, eosdem metuant ipsi necesse est. *Id. Harusp. resp.* 28. 62. Factus in agro Piceno nunciatur terræ motus horribilis cum quibusdam multis metuendisque rebus. *Nepos Dion.* 9. Miseranda vita, qui se metui, quam amari malunt. Cf. *eumd. Timol.* 3. Maluit se diligi, quam metui. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 36. nil sic metuens, ut acres potores. *Ovid.* 13. *Met.* 114. Cur spolieris erit, non cur metuaris ab hoste. *Quintil.* 12. 7. 11. Bonos homines tuenti non sit metuendus ingratus. — Translate de inanimis. *Varro* 1. *R. R.* 22. 6. Quæ res quotidie videntur, minus metuunt furem. *Seneca Œdip.* 790. Puræ, nec ulla scelera metuentes manus. — *b*) Cum Accus. personæ et Ablativo rei præp. *de. Plaut. Merc.* 3. 1. 22. De lanificio neminem metuo, una ætate quæ sit. — *c*) *Metuere aliquid ab aliquo, sibi aliquid ab aliquo* occurrit apud *Plaut. Capt.* 2. 1. 12. Quid a nobis metuit? *Cic. Rosc. Am.* 3. 8. Supplicia, quæ a vobis pro maleficiis suis metuere atque horrere debent. *Id.* 5. *Fam.* 6. Partim non credunt, et a me insidias metuunt. *Id.* 1. *Att.* 13. 2. A quo nihil speres boni rei publicæ, quia non vult; nihil metuas mali, quia non audet. Sic *Id.* 2. *Herenn.* 19. 28. A quo (*Ajace*) sibi non injuria summum periculum metuebat. — *d*) *Metuere aliquid ex aliquo* dixit *Sall. Cat.* 55. *extr.* Periculum ex illis metuit. — *e*) *Metuere aliquem* et sæpius *aliquid sibi* vel *aliis* occurrit apud *Plaut. Asin.* 1. 1. 98. Nemo' st, quem jam dehinc metuam mihi, ne quid nocere possit. *Id. Pœn.* 3. 1. 6. Sciebam senes ætate tardiores: metui amori meo moram. *Ennius* apud *Diomed.* 1. *p.* 378. *Putsch.* Certare abnueo: metuo legionibus labem. *Liv.* 1. 9. Tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant. Sic *Virg.* 2. *G.* 419. Et jam maturis metuendus Jupiter uvis. et *Plin.* 18. *Hist. nat.* 29. 69. (284). Tria tempora fructibus (*prisci*) metuebant. *V.* infra sub *B. e.* — *f*) Cum Accusativo personæ et Conjunctivo præposita part. *ne. Plaut. Pseud.* 4. 3. 3. Nimisque ego illum hominem metuo et formido male, ne malus item erga me sit, ut erga illum fuit. *Ter. Eun.* 3. 5. 62. Metuo fratrem, ne intus sit.

B) Sine Accusativo, h. e. neutrorum more, usurpatur — *a*) Absolute. *Ter. Eun.* 4. 7. 15. Hic nebulo magnus est: ne metuas. *Cic.* 6. *Fam.* 44. Sed quum plus in metuendo mali sit, quam in illo ipso quod timetur, desino. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 51. Qui cupit aut metuit, jurat illum sic domus et res etc. *Quintil.* 7. 2. 37. Nam quem posse reperiri, qui non metuat, oderit, speret? — *b*) Cum præpos. *de* et Ablativo rei, cujus causa quis in metu est. *Cic.* 10. *Att.* 4. *ante med.* Jacet in mœrore meus frater, neque tam de sua vita, quam de mea metuit. — *c*) Cum præpos. *ab* et Ablativo personæ, a qua quid metuitur. *Ter. Andr.* 1. 1. 79. Hei mihi a Chryside. *Liv.* 23. 36. Gracchus, minus centum militum jactura castris hostium potitus, Cumas se propere recepit, ab Hannibale metuens, qui super Capuam in Tifatis habebat castra. Sic *Quintil.* 5. 13. 21. A quo metuisse se dicat. — *d*) Cum præpos. *pro* et Ablativo personæ, cujus causa metuimus. *Petron. Satyr.* 123. Grandævosque patres oneris ignara juventus Et, pro quo metuit, tantum trahit. — *e*) Sæplus cum Dativo personæ vel rei, et *metuere alicui* est sollicitum esse, ne quid incommodi cuipiam accidat. *Plaut. Amph.* 5. 1. 60. Ego cunas recessim sursum vorsum trahere, metuens pueris, mihi formidans. *Virg.* 1. *G.* 185. populatque ingentem farris acervum Curculio atque inopi metuens formica senectæ. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 131. Cruribus hæc metuat, doti deprensa, egomet mi. *Apul.* 5. *Met.* Virginitati suæ pro tanta solitudine metuens. *V.* supra sub *A. e.* — *f*) Cum Conjunctivo et part. *ut,* in iis, quæ fieri vellemus. *Plaut. Curc.* 4. 1. 3. Ornamenta, quæ locavi, metuo ut possim recipere. *Ter. Hecyr.* 2. 2. 15. Si metuis satis, ut meæ domi curetur diligenter. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 60. o puer, ut sis Vitalis metuo. — *g*) Cum Conjunctivo et part. *ne,* in iis, quæ fieri nollemus. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 8. Nimis metuebant male, ne abiisses. *Id. Asin.* 3. 3. 153. Ne uxor resciscat, metuit. *Ter. Eun.* 3. 1. 59. Metuit semper, ne quando iratus tu alio conferas. *Cic. Mil.* 21. 57. Metuebat scilicet, ne indicarent, ne dolorem perferre non possent, ne tormentis cogerentur confiteri. — *h*) *Metuo ne non* pro *metuo ut. Plaut. Pers.* 4. 6. 4. Ne non sat esses leno, id metuebat miser. *Ter. Heaut.* 5. 3. 15. Quid? metuis ne non, quum velis, convincas esse illum tuum? — *i*) Cum Infinito. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 69. Metuunt credere omnes. *Catull.* 64. 146. Nil metuunt jurare, nihil promittere parcunt. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 65. Filia Nasicæ metuentis reddere soldum. *Ovid. Heroid.* 19. 185. Quod cupis, hoc nautæ metuunt, Leandre, natare. *et ibid.* 16. 283. metuis Venerem temerare maritam. *Lucan.* 5. 128. Limine terrifico metuens consistere Phœbas. *Liv.* 32. 31. Ita ut tentare spem certaminis metuerent. *Ita legit* Gronovius, *alii* non auderent. *Curt.* 8. 7. 9. Liberam vocem innocentis audire metuis, ac ne vultum quidem pateris. *Id.* 9. 5. 25. In tanto periculo territus manus admovere metuebat. Et cum passivo *Horat.* 3. *Od.* 11. 10. quæ ludit - exsultim metuitque tangi. *Id.* 1. *Ep.* 16. 60. Labra movet metuens audiri. — Translate de inanimis et abstractis. *Virg.* 1. *G.* 245. Arctos (*h. e.* Ursas) Oceani metuentes æquore tingi. *Horat.* 2. *Od.* 2. 7. Illum aget penna metuente solvi Fama superstes. *h. e.* quasi cavente et solvi unquam nolente. Nam qui metuit aliquid, id certe non vult. *Id.* 4. *ibid.* 5. 20. Culpari metuit fides. — *l*) Sequente Relativo est aliquid metuendo exspectare, metuendo dubitare. *Plaut. Truc.* 4. 3. 35. Matres duas habet et avias duas: jam metuo, patres quot fuerint. *temo, che abbia più d'un padre.* et *Ter. Heaut.* 3. 3. 8. Metuo, quid futurum denique esset. Pro *dubito* est etiam in illo *ejusd. ibid.* 4. 3. 42. Metuo, quid agam. *Id. Eun.* 4. 6. 20. Ab metuo, qualem tu me esse hominem existumes. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 190. Utar, et ex modico quantum res poscet, acervo Tollam, nec metuam quid de me judicet heres, Quod non plura datis invenerit. — Hinc *non metuo, quin* est *non dubito, quin. Plaut. Amph.* 4. 1. 54. Si istæc vera sunt, divinitus non metuo meæ quin uxori latæ suppetiæ sient. — Hinc Part præs.

Metuens, entis, adjective quoque occurrit. unde Comp. *Metuentior* sub *a* et *b*; et est qui metuit, timidus, *timido.* — *a*) Absolute. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 66. Qui metuens vivet, liber mihi non erit unquam. *Id.* 2. *Sat.* 5. 92. Stes capite obstipo, multum similis metuenti. *Tac.* 13. *Ann.* 25. Nero metuentior in posterum, milites sibi circumdedit. *Sil. It.* 8. 504. Sed populis nomen posuit metuentior hospes. — *b*) Cum Genitivo rei, quam quis metuit. *Cic. post redit. in senat.* 2. 4. et *Dom.* 26. 70. Nam consules, modesti legumque metuentes, impediebantur lege. *Liv.* 22. 3. Consul. non modo legum aut patrum majestatis, sed ne deorum quidem satis metuens. *Virg.* 5. *Æn.* 715. Longævosque senes, ac fessas æquore matres. Et quidquid tecum invalidum metuensque periclı est. Delige. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 110. contentus parvo metuensque futuri. *Juvenal.* 7. 210. metuens virgæ jam grandis Achilles. *Ovid.* 1. *Met.* 322. Non illo melior quisquam, nec amantior æqui Vir fuit, aut illâ metuentior ulla deorum. — De abstractis. *Horat.* 3. *Od.* 24. 22. castitas metuens alterius viri. *Ovid.* 6. *Fast.* 259. Regis opus placidi, quo non metuentius ullum Numinis ingenium terra Sabina dedit.

Homonym. Inter *metuere* et *vereri* interest, quod illud servorum est, hoc liberorum: illud percellit ac premit animum, hoc movet solummodo. *Cic. Senect.* 11. 37. Metuebant eum servi, verebantur liberi, carum omnes habebant. Similiter *Donatus* ad *Ter. Andr.* 3. 2. 16. Veretur liber, metuit servus. Rursus *Cic. Quinct.* 1. 1. Quæ res in civitate duæ plurimum possunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, summa gratia et eloquentia, quarum alteram (*eloquentiam*) vereor, alteram metuo. Eloquentia Q. Hortensii ne me in dicendo impediat, nonnihil commoveor; gratia Sex. Nævii ne P. Quinctio noceat, id vero non mediocriter pertimesco. *Quintil.* 9. 3. 94. Neque accusatorem metuo, neque competitorem vereor. Huc pertinent et illa *Afranii* apud *Gell.* 15. 13. Ubi malunt metui, quam vereri se ab suis. et *Cic.* 4. *Herenn.* 36. 48. Apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus. et *Plaut. Amph. prol.* 22. Quippe qui intellexerat, vereri vos se et metuere ita, ut æquum est, Jovem. — *Metuere* pro *vereri* apud *Ter. Phorm.* 1. 2. 69. Metuebat absentem patrem. Ubi *Donatus* discrimen assignat inter *metuo* et *timeo.* Metuimus, inquit, eos qui nos amant: timemus etiam inimicos. Hæc *Donat.* Rectius vero, *metus* est mali exspectatio, quæ cum prudentia et cautione jungitur; *timor* est gravis animi ægritudo propter futurum et appropinquans malum, quæ ab ipsius animi imbecillitate atque abjectione originem ducit: *metus* intellectuali ratione ad cogitationem; contra *timor* morali ratione ad animi sensum pertinet. *Cic.* 1. *Fam.* 5. 2. In ejusmodi perturbatione rerumquamquam omnia sunt metuenda, nihil magis quam perfidiam timemus. Cf. *eumd.* 6. *ibid.* 4. loco supr. allato sub *A. a.* Sed hæc promiscue sæpissime. *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 38. Metuo. et timeo, ne hoc tandem propalam fiat nimis. *Cic. Mur.* 37. 79. Curavi, ne quis metueret; sed copias illius, quas hic video, dico esse metuendas: nec tam timendus est nunc exercitus L. Catilinæ, quam etc. *Id.* 2. *Fin.* 16. 53. Tum etiam pœnæ timore, qua aut afficiantur, aut semper sint in metu ne afficiantur. *Virg.* 8. *Æn.* 556. Vota metu duplicant matres propiusque periclo It timor. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 54. Est genus unum Stultitiæ, nihilum metuenda timentis. *Seneca* 1. *Controv.* 2. Cujus audaciæ es, puella? etiamsi nobis non timeremus, tu tibi metuere deberes. *Plin. Paneg.* 7. Non te propria cupiditas, proprius metus, sed aliena utilitas, alienus timor principem fecit. *Seneca Agam.* 73. *de tyrannis.* Metui cupiunt, metuique timent. *et Œdip.* 705. Qui sceptra duro sævus imperio regit, Timet timentes.

METUS, us, m. 4. Olim femin. gen. usurparunt. *Ennius* apud *Paul. Diac. p.* 123. 12. *Müll.* Vivam an moriar, nulla in me est metus. *h. e.* cura. *Id.* apud *Non. p.* 214. 10. *Merc.* Nec metus ulla tenet. freti virtute quiescunt. Adde *Festum p.* 150. 28. *Müll.* et 286. 17.; et *Paul. Diac. p* 60. 8. *Müll.* — In plur. num. usurpari negat *Charis.* 1. *p.* 21. *Putsch.* — Quod ad etymon attinet volunt esse a μεθος, quod apud *Hesych.* est et iam φοβος. Ceterum metus est timor, formido, pavor. *Cic.* 4. *Tusc.* 37. 80. definit, diffidentiam exspectati et impendentis mali: item mali exspectationem: *et* 5. *ibid.* 18. 52. futuræ ægritudinis sollicitam exspectationem: *V.* Homonym in fin. Gr. φοβος (It. *timore, paura, tema;* Fr. *crainte inquiétude, anxiété;* Hisp. *temor, miedo, aprehension, inquietud;* Germ. *die Furcht, Besorgniss, Angst:* Angl. *fear, dread, care, concern, apprehension*).

I.) Proprie. Accipitur tum active, tum passive, *h. e.* quo timemus alios, et quo timemur. *Gell.* 9. 12. *a med. Metus hostium* recte dicitur et quum timent hostes, et quum timentur. Itaque Sallustius. in historia prima *metum Pompeji* dixit, non quod Pompejus metueret (quod est usitatius), sed quod metueretur. Verba hæc Sallustii sunt (1. *Histor.*): *Id bellum excitabat metus Pompeji victoris, Hierosolymam in regnum restituentis.* Item alio in loco (*ibid.*): *Postquam, remoto metu Punico,* si-

multates exercere vacuum fuit. Hæc *Gellius.* Sic *Quintil.* 6. 2. 20. Metum duplicem intelligi volo, quem patimur, et quem facimus. Hinc *esse in metu* dicitur et qui timet, et res, quæ metum affert. *Cic.* 1. *Cat.* 7. 18. Me totam esse in metu propter te unum. *Id.* 3. *Att.* 9. Mihi etiam unum de malis in metu est, fratris miseri negotium. *et* 14. *ibid.* 21. Quid autem absurdius, hoc metuere, alterum in metu non ponere? *h. e.* inter res metuendas. Sic *Vellej.* 2. 41. 2. Idem (*Cæsar*) Cinnæ gener, cujus filiam ut repudiaret, nullo metu compelli potuit. Similiter *spes* pro promissis usurpatur: *V.* SPES. — Frequentius tamen de ægritudine usurpatur, qua timemus aliquid. Nam, ut ait *Servius* ad *Virg.* 11. *Æn.* 357., terror est proprie, qui aliis infertur; metus, quem habent timentes. ¶ 1. Universim. — *a)* Absolute. *Nævius* apud *Non. p.* 214. 9. *Merc.* Magni metus tumultus pectora possidet. *Ter. Heaut.* 2. 3. 100. Ademptum tibi jam faxo omnem metum. *Id. Andr.* 1. 1. 27. Dum ætas, metus, magister prohibebat. *Cic.* 4. *Tusc.* 6. 11. Ex malis metum et ægritudinem nasci censent, metum futuris, ægritudinem præsentibus. *Id.* 11. *Fam.* 21. Omni te, vir optime, de me metu libero. *Et* 9. *ibid.* 16. *sub fin.* Volo abstergere animi tui metum. *Liv.* 2. 2. *a med.* Exonera civitatem vano forsitan metu. *Sall. orat.* 1. *ad Cæs. ante med.* Semper in periculo, aut metu agitare. *Plin* 31. *Hist. nat.* 6. 37. (71). Est et in metu peregrinantium, ut tentent valetudinem aquæ ignotæ. *h. e.* inter ea, quæ peregrinantes metuunt, est etiam illud etc. — Jungitur plurimis Verbis, quorum præcipua, servato litterarum ordine, exhibentur. *Ter. Heaut.* 2. 3. 96. Accipere metum aliquem. *h. e.* subire. *Cic. Mur.* 24. 48. Adducere aliquem in metum. *Quintil.* 4. 1. 20. Adhibere metum. *Ter. Andr.* 2. 2. 2. Adimere metum. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 7. 24. Adjungere metum ad gratiam. *Liv.* 40. 55. Admovere metum. *Cic.* 4. *Verr.* 54. 135. Afferre metum alicui. *Curt.* 3. 6. 11. Amisso metu. *Ter. Andr.* 1. 2. 10. Amoto metu. *Cic.* 2. *Legg.* 17. 43. Ardere metu. *Virg.* 12. *Æn.* 316. Auferre metus. *Cic.* 5. *Tusc.* 18. 52. Cadit metus in aliquem. *Liv.* 33. 27. Capere metum. *Ter. Andr.* 5. 1. 34. Commotus metu animus. et *Lucret.* 3. 153. Commota metu mens. *Liv.* 27. 30. Compelli metu. *Id.* 25. 29.; et *Tac.* 2. *Hist.* 27. Compellere aliquem in metum. *Ovid.* 1. *Fast.* 485. Concipere metum. *Virg.* 12. *Æn.* 468. Concussus mentem metu. *Liv.* 39. 25. Conjicere aliquem in metum. *Cic.* 7. *Verr.* 49. 130. Dejicere metum alicui. *Ter. Adelph.* 4. 7. 18. Demere metum alicui. *Cic. post red. in senat.* 8. 19. Depellere metum bonis. *Auct. B. Alex.* 65. Deponere metum. *Sall. orat. Philipp. contra Lepid.* Detrahere metum alicui. *Ovid.* 7. *Met.* 115. Diriguêre metu Minyæ. *Lucret.* 3. 916. Dissolvere se metu. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Orat.* 58. 218. Exalbescere metu. *Ter. Andr.* 1. 5. 16. Exanimare aliquem metu. Sic *Cic. Mil.* 24. 65. Exanimari metu. *Cels.* 7. 26. Excipere metum. *Ovid. Heroid.* 14. 43. Excutere metum alicui. *et* 3. *Met.* 690. Excutere corde metum. *Ter. Phorm.* 5. 6. 3. Exonerare aliquem metu. Cf. *Liv.* 2. 2. allatum sub init. *Ovid.* 1. *Met.* 622. Exuere metum. *Id.* 5. *Trist.* 10. 28.; *Tac.* 6. *Ann.* 36.; et *Quintil.* 6. 2. 21. Facere metum alicui. *Cic.* 1. *Orat.* 26. 121. Frangi ac debilitari metu. *Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 10. Habui præcipuum metum, quod ad te attinebat, qui scirem etc. *Ter. Eun.* 5. 5. 7. Hæret lingua metu. *Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 4. Incutere metum alicui. *Liv.* 26. 20. Inferre metum alicui. *Cæs.* 4. *B. G.* 19. Injicere metum alicui. *Lucret.* 5. 74. Insinuat metus pectora. *Seneca Hippol.* 727. Intentare mortis metum. *Sall. Jug.* 39. et 43. Invadit me metus. *Sil. It.* 3. 131. Lenire metum. *Cic.* 2. *Tusc.* 24. 59. Levare metum alicui. *Liv.* 2. 22. Levatis metu Volscis suum rediit ingenium. *Ter. Andr.* 2. 2. 2.; et *Cic.* 11. *Fam.* 21. Liberare aliquem metu. *Cic.* 2. *Tusc.* 4. 10. Objicere metum alicui. *Id.* 15. *Fam.* 1. *ad fin.* Offerre metum alicui. *Ovid.* 13. *Met.* 74. Pallere metu. *Quintil.* 6. 2. 20. Pati metum. *Sall. Cat.* 6. Perculsus metu. *Plin.* 6. *Ep.* 20. Perferre metus. *Ovid.* 1. *Met.* 736. Ponere metum. *Plin.* 8. *Ep.* 11. Redire in metum. *Liv.* 2. 2. Removere metum. *Cic. Cluent.* 70. 200. Respirare a metu. *Lucret.* 2. 19. Semota metu mens. *Virg.* 12. *Æn.* 110. Solari metum alicujus. *Id.* 1. *ibid.* 467. Solvere metus. *Lucret.* 3. 313. Tentari metu. *Cæs.* 9. *B. G.* 6. Territare metu. *Id.* 6. *ibid.* 20. Tollere metum. *Virg.* 6. *Æn.* 491. Trepidare ingenti metu. *Ovid.* 15. *Met.* 517. Turbari metu. *Lucret.* 3. 983. Urget mortales inanis metus. — *Infidelis recti magister est metus,* γνώμη apud *Plin. Paneg.* 45. *sub fin.* Simile est illud *Sil. It.* 5. 477. non æquus in arctis Nimirum rebus suasor metus. (Cf. *Stat.* 3. *Theb.* 6. Pessimus in dubiis augur timor.). Item illud *Cic.* 2. *Off.* 7. 23. Malus custos diuturnitatis metus. — *b)* Cum Genitivo rei, quam quis metuit. *Cic. pro leg. Manil.* 6. 14. Itaque hæc vobis provincia, Quirites, – non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est defendenda. *Id.* 3. *Verr.* 37. 93. En, cui tuos liberos committas: en memoria mortui sodalis; en metus vivorum existimationis! *Id.* 2. *Tusc.* 24. 59. His (*Deciis*) levabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis et gloria. *Lucret.* 3. 1014. Sed metus in vita pœnarum pro male factis Est insignibus insignis etc. Similiter *Liv.* 39. 37. *extr.* Hæc vox audita quidem cum omnium gemitu est, sed metum injecit imperata recusandi. — *c)* Cum Genitivo personæ, passivo sensu ita ut, ex. gr. *metus Pompeji* sit *metus a Pompejo aliis injectus*: V. quæ dicta sunt ante hanc paragr. *Liv.* 31. 23. Macedonas, quia nullus in propinquo sit hostium metus, vagari passim. — *d)* Item cum Ablativo personæ et præpos. *ab* eodem sensu: verba enim (ut ait *Handius, Tursell. vol.* 1. *p.* 52.) *expectare, sperare, metuere, timere* secum habent præpositionem *ab* propterea quia id, quod expectatur vel timetur, ab alicujus parte exstiturum putatur, quo quidem simul comprehenditur et originis et exitus notio. *Sall. fragm.* apud *Augustin.* 3. *Civ. D.* 16. Neque amplius, quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio et bellum grave cum Etruria positum est, æquo et modesto jure agitatum. *Liv.* 33. 20. Rhodiis, dempto metu a Philippo omni, erat consilium obviam eundi classe Antiocho. *Id.* 2. 24. At vero curia, mœsta ac trepida ancipiti metu et ab cive et ab hoste, Servilium consulem orare etc. — *e)* Interdum persona per Adjectivum significatur. *Ter. Adelph.* 1. 1. 49. Hoc patrium est, potius consuefacere filium sua sponte recte facere, quam alieno metu. *Liv.* 2. 1. Plebs soluta regio metu. *Sall. Jug.* 113. Qui (*equites*) temere et effuse euntes, Sullæ aliisque omnibus et numerum ampliorem vero et hostilem metum efficiebant. — *f)* Cum Conjunctivo et part. *ne. Cic.* 2. *Fin.* 16. 53. Animi conscientia improbos excruciari, tum etiam pœnæ timore, qua aut afficiantur, aut semper sint in metu, ne afficiantur. *Sall. orat.* 2. *ad Cæs. ante med.* Itaque metu ne solus rerum potiretur, consilia disturbaverunt. *Liv.* 30. 10. Speculatoriæ naves – propugnatoribus quoque incommodæ erant, quod permixtæ cum hostium navibus inhibere sæpe tela cogebant, metu, ne ambiguo ictu suis inciderent. — *g)* Cum Infinito. *Ter. Phorm.* 3. 1. 18. Quantus metus est mihi, venire huc salvum nunc patruum! *h. e.* quam metuo adventum patrui. — *Metus,* tamquam deus, nobis repræsentatur. *Cic.* 3. *Nat. D.* 17. 44. Quod si ita est, Cæli quoque parentes dii habendi sunt, Æther et Dies eorumque fratres et sorores, qui a genealogis antiquis sic nominantur, Amor, Dolus, Metus, Labor, Invidentia etc. *Virg.* 6. *Æn.* 275. Pallentesque habitant Morbi, tristisque Senectus, Et Metus, et malesuada Fames, et turpis Egestas. Cf. *eund.* 3. *G.* 553. ¶ 2. Speciatim de timore deorum, quæ est religio: quod et *Non. p.* 349. 17. *Merc.* adnotavit. *Virg.* 7. *Æn.* 59. Laurus erat tecti medio in penetralibus altis, Sacra comam, multosque metu servata per annos. Cf. *Justin.* 3. 3. 10. Hæc quoniam – dura (*Lycurgus*) videbat esse, auctorem eorum Apollinem Delphicum fingit, et inde se ea ex præcepto numinis detulisse, ut consuescendi tædium metus religionis vincat. *V.* FORMIDO, inis. ¶ 3. Item speciatim de furore poetico. *Horat.* 2. *Od.* 19. 5. Euoe! recenti mens trepidat metu.

II.) Improprie, vel concreto, uti ajunt, sensu *metus* dicitur ipsa res, quæ metum injicit. *Seneca Hippol.* 28. Hic versatur metus agricolis, vulnere multo jam notus aper. *Stat.* 12. *Theb.* 606. Ipsa metus Libycos servatricemque Medusam Pectoris incussa movit Tritonia parma. *h. e.* Medusæ vultum, et angues quos gerit in pectore, qui bus metum aliis incutit. Cf. *Val. Flacc.* 1. 22. Hæmoniam primis Pelias frenabat ab annis, Jam gravis et longus populis metus. — Sic de formidine venatoria usurpant *Grat. Cyneg.* 85. et 88.; *Nemesian. Cyneg.* 311.; et *Manil.* 4. 182. *V.* FORMIDO, inis II. et LINEA.

Homonym. In quo *metuere* et *metus* differat a *timere* et *timor*, dictum est in fin. v. METUO. Hic duo addenda putamus. — Quoniam *metus*, ut diximus, est solicita futuri mali exspectatio, *spei* recte opponitur. *Cic.* 4. *Tusc.* 37. 80. Si spes est exspectatio boni, mali exspectationem esse necesse est metum. *Id.* 2. *Off.* 6 22. Atque etiam subjiciunt se homines imperio alterius et potestati de causis pluribus. Ducuntur enim – aut spe sibi id utile futurum, aut metu ne vi parere rogantur. *Id.* 4. *Verr.* 54. 135. Quibus opus esset, metum afferre; quibus expediret, spem ostendere. *Liv.* 30. 9. Partim spe, partim metu, partim vi subegit. *Virg.* 1. *Æn.* 218. Spemque metumque inter dubii. *Seneca Hippol.* 492. Spei metusque liber. *Seneca Ep.* 5. Spem metus sequitur. *et ibid.* 13. Spe metum tempera. *Sueton. Aug.* 25. Major emolumenti spes, quam damni metus. *Plin. Paneg.* 35. Nec majores spes, quam metus habeant. *Tac.* 1. *Hist.* 18. Ut quemque metus vel spes impulerat. Quemadmodum vero *metuere* et *timere* promiscue usurpantur, ita interdum *timor*, pro *metu*, *spei* opponitur. *Cic.* 1. *leg. Agr.* 8. 23. Spem improbis ostendistis; timorem bonis injecistis. Sic *Sall. Jug.* 113. Timor aliquantus, sed spes amplior. et *Tac.* 2. *Hist.* 80. Dum animo spes timor, ratio casus obversantur. – Præterea *metus* est gravis timor, sive, ut ait *Cic.* 4. *Tusc.* 7. 14. Metus opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur, *scil.* quod nos de statu dejiciat, vel nobis vitæ periculum afferat. Hinc *Dig.* 4. 2. 1. *fr.* 6. et 7. Metum accipimus – non quemlibet timorem, sed majoris mali. Et *Cod.* 2. 19. 9. Metum non jactationibus tantum vel concertationibus, sed atrocitate facti probari convenit. Itaque *metus* locum habet in juris formulis ad peccatum vel factum aliquod excusandum. *Interdictum* in *Dig.* 4. 2. 1. Quod vi metusque causa gestum erit. Et *Dig.* 5. 2. 23. § 1. Justus metus. *Cic. Cæcin.* 15. 44. Tuus enim testis hoc dixit, metu perterritis nostris advocatis, locum se, qua effugerent, demonstrasse. – Quid igitur fugiebant? Propter metum. Quid metuebant? Vim videlicet. Potestis igitur principia negare, quum extrema concediti? Fugisse perterritos confitemini: causam fugæ dicitis eamdem, quam omnes intelligimus, arma, multitudinem hominum, incursionem atque impetum armatorum: hæc ubi conceduntur esse facta, ibi vis facta negabitur? *Id.* 1. *Off.* 10. 32. Jam illis promissis standum non esse quis non videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiserit? quæ quidem pleraque jure prætorio liberantur, nonnulla legibus.

MĔTĒTUS, a, um. *V.* METUO.

MĒTȳCUS. *V.* METŒCUS.

MĒUM, i, n. 2. absolute, substantivorum more, a pronom. possess. MEUS, quod *V.*

MĒUM, i, n. 2. μῆον vel μέον, herba duorum generum, quorum nobilius Athamanticum, vel ab Athamante inventum, vel quod laudatissimum in Athamante Phthiotidis monte invenitur: foliis aniso (*al.* anetho) simile, et caule aliquando bicubitali, radicibus multis obliquis nigris, quibusdam et albis. Minus rufum, quam illud, est alterum. Varios habet usus in medicina. V. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 23. 94. (253).

MĔUS, a, um, pronom. possess. Quod ad formas attinet, — *a)* In Vocativo masculino est *mi*, quod sæpe blandiendi vim habet. *Ter. Adelph.* 2. 4. 4. O mi Æschine, o mi germane! *et* 5. 7. 3. Item mi pater, tu hic eras? — Reperitur etiam cum femininis. *Plaut. Truc. a.* 5. *v.* 25. Heus amica mi, quid agis? *Al. omittunt* mi. *Apul.* 4. *Met.* Parce, inquit, mi parens. *h. e.* mea mater. *et* 5. *ibid.* mi soror. *et* 9. *ibid.* De isto, mi berilis, tecum ipsa videris. *Hieronym. Ep.* 22. *n.* 1. Mi domina, Eustochium. *et ibid. n.* 29. Istiusmodi (*virgines*) hortari solent, et dicere: Mi catella, etc.

et ibid. n. 38. Mi virgo. *et Ep.* 39. *n.* 2. Testor, mi Paula, Iesum, quem Blæsilla nunc sequitur. Tribuunt et *Tibullo* 1. 7. 69. Vive diu, mi dulcis anus: sed *Broukusio* plane invito, qui *mihi* reponit ex multis MSS. — Et cum neutris. *Apul. de Mag.* vertens *epigr. Platon.* Astra vides: utinam flam, mi sidus, olympus. — Item in plur. num. *Petron. Satyr.* 116. O mi hospites, si negotiatores estis, mutate propositum. *Plaut. Cist.* 4. 2. 8. mi homines, mi spectatores. *Diomed.* 1. *p.* 319. *Putsch.* docet, dixisse veteres *mius* pro *meus*: unde vocativus *mi*, et *mii* in utroque numero. *V.* mox infra sub *d.* — *Meus* pro *mi. Virg.* 6. *Æn.* 836. Projice tela manu, sanguis meus. *Sidon.* 1. *Ep.* 9. *a med.* Eja, Solli meus. *et* 4. *Ep.* 10. Erumpo in salutationem, licet seram, domine meus. — *b*) *Meum* pro *meorum. Plaut. Cas.* 2. 6. 66. Pietate factum est mea, et majorum meum. Adde *Pers.* 3. 1. 62. — *c*) *Meapte, meopte* pro *mea ipsius, meo ipsius* sunt *Plaut. Truc.* 2. 5. 18. Ego, quod mala sum, matris opera mala sum et meapte malitia. *Ter. Heaut.* 4. 3. 8. Non tam meapte causa lætor, quam illius. *Plaut. Most.* 1. 2. *in fin.* Id vero meopte ingenio reperi. Sic *Festus p.* 310. 8. *Müll.* Suopte (*adde* suo) ipsius, ut meopte meo ipsius, tuopte tuo ipsius. Cf. *Paul. Diac. p.* 311. 8. *Müll.* — *Meapse* dubia lectione occurrit apud *Plaut. Pœn.* 1. 3. 37., ubi *Forcellinus* leg. *meamet*: num *meapte?* — d) *Mius, a, um,* antique pro *meus,* postea illud vulgo relictum, unde nunc Itali *mio* dicunt. *V.* MIS. *Diomed. loc. cit.* Sed veteres *mius* dicebant, ut *mi* sit vocativus secundum regulam. Adde *Vel. Long. p.* 2236. *Inscript.* optimæ notæ apud *Viscont. Monum. degli Scip. T.* 1. *tab.* 5. *ed. Mediol.*, quæ est apud *Orell.* 554. VIRTVTEM GENERIS MIEIS MORIBVS ACCVMVLAVI PROGENIEM GENVI FACTA PATRIS PETIEI. Hic *mieis* est monosyllabum, ut *miei* apud Italos. — Ceterum *meus* a pronomine personali *ego, mei*, quocum confer Gr. ἐγώ, ἐμοῦ et ἐμός, est qui ad me pertinet, a me possidetur, a me agitur, item qui me possidet, vel in me agit, ἐμός (It. *mio*; Fr. *mien, qui est à moi, qui m'appartient*; Hisp. *mio, mia*; Germ. *mein, meiner, meine, der, die, das meinige*; Angl. *belonging to me, my, mine, my own*). ¶ 1. Universim meus est qui ad me pertinet. *Livius Andronicus* apud *Non. p.* 153. 26. *Merc.* Ego puerum interea ancillæ subdam lactantem meæ, ne fame perbitat. *Nævius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. Numquam hodie effugies, quin mea manu moriare. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Divinat.* 55. 112. Virgines æquales vereor, patris mei meum factum pudet, Optumi viri. Mea mater, tui me miseret, mei piget. *Plaut. Amph.* 1. 1. 304. Hæc hero dicam meo. *Ter. Heaut.* 5. 3. 14. Egon' confitear meum non esse filium, qui sit meus? *Id. Eun.* 1. 2. 116. Meus fac sis animus, quando ego sum tuus. *Id. Andr.* 4. 1. 27. Meus carnifex. *Cic.* 2. *Fam.* 16. Quid enim in illis (*litteris*) fuit præter querelam temporum, quæ non meum animum magis sollicitum habeat, quam tuum? *Liv.* 7. 40. Ut neque in hos meos et patriæ meæ milites mitior, quam in vos hostis. ¶ 2. Speciatim mea res dicitur, quæ a me orta, parata vel acta est. *Ter. Eun.* 3. 1. 39. Meum est hoc dictum. *Virg.* 9. *Æn.* 446. si quid mea carmina possunt. *Cic. Senect.* 17. 59. Ego omnia ista sum dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. ¶ 3. Item speciatim *meus* dicitur qui est in mea potestate: hinc — *a*) *Meus est*, captus est, habeo hominem. *Plaut. Curc. a.* 3. v. 61. Meus hic est: hamum vorat. *Ovid.* 4. *Met.* 356. Vicimus: en meus est, exclamat Nais. — *b*) *Meus sum*, sum apud me: cui opponitur, attonitus sum, extra me sum. *Ovid.* 3. *Met.* 688. Restabam solus: pavidum gelidumque tremenți Corpore, vixque meum firmat deus, excute, dicens, Corde metum. — *c*) Item *meus sum*, mei juris sum, liber sum. *Pers.* 5. 88. Vindicta postquam meus a prætore recessi. — Translate. *Cic.* 2. *Legg.* 7. 17. Sententias interpretari perfacile est: quod quidem ego facerem, nisi plane esse vellem meus. *h. e.* plane liber in scribendo, et non solum verba, sed etiam res et sententias de meo ponere. ¶ 4. Item *meus* dicitur, qui mihi favet. *Ter. Phorm.* 1. 1. 21. Nam ego meorum solus sum meus. ¶ 5. Morali ratione, *meum est*, mea natura est, aut consuetudo, aut officium. *Plaut. Trin.* 3. 2. 5. Neque meum' st, neque facere didici. *Ter. Heaut.* 3. 2. 38. Non est mentiri meum. Similiter *Id. ibid.* 4. 5. 34. Non mea est simulatio. *Cic.* 6. *Fam.* 5. Puto esse meum, quid sentiam, exponere. *Id.* 5. *Att.* 13. Si intelligis, quam meum sit, scire et curare, quid in republica fiat, perscribe ad me omnia. *Id. Pis.* 30. 75. Omitto, non fuisse meum, quem multis sæpe orationibus decorassem, hunc uno violare versu. *che non era cosa da me.* ¶ 6. Pronomen possessivum *meus* haud raro Genitivo apponitur, et pronominis personalis *mei* vicem gerit. *Ter. Heaut.* 1. 1. 76. Hem tot mea solius sollicíti sunt causa, ut me unum expleant? *Cic.* 11. *Att.* 15. 2. Quo minus debes mirari non posse me tanto dolori resistere. Solius enim meum peccatum corrigi non potest, et fortasse Lælii. *Id. Sext.* 60. 128. Quod numquam senatus in universæ reipublicæ periculo decrevit, id in unius mea salute conservanda decernendum putavit. *Id. Pis.* 3. 6. Ego juravi rempublicam atque hanc urbem mea unius opera esse salvam. *Id. Planc.* 10. 26. Cui nomen meum absentis honori fuisset, ei meas præsentis preces non putas profuisse? *Liv.* 7. 40. Quod meum factum dictumve consulis gravius, quam tribuni, audistis? *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 108. Ut mea defunctæ molliter ossa cubent. ¶ 7. Pronomen possessivum *meus* pro personali pronomine *mei*, quod sit Genitivum objectivum, uti ajunt, interdum usurpatur. *Cic.* 2. *Cat.* 2. 3. Jam pridem ego L. Catilinam non modo invidiæ meæ, verum etiam vitæ periculo sustulissem. *h. e.* invidiæ, quæ mihi esset subeunda. *Sall. Jug.* 15. Vestra beneficia mihi erepta sunt, Patres conscripti; vos in mea injuria despecti estis. *h. e.* in injuria, quæ mihi est illata. *Liv.* 35. 19. Itaque, si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam crescendi ex me quærant. *h. e.* me incriminando. ¶ 8. In familiari sermone jungitur proprio personæ nomini et refertur ad familiaritatem, amicitiam, benevolentiam. *Ter. Andr.* 1. 1. 107. Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum? *Id. Eun.* 4. 3. 14. An obsecro, mea Pythias, quid istuc nam monstri fuit? *Cic.* 11. *Fam.* 29. *extr.* Tu, mi Oppi, conservabis amorem tuum – meaque omnia tuebere. *Id.* 13. *ibid.* 64. Nero meus mirificas apud me tibi gratias agit. *et ibid.* 65. Ita et Hisponem meum per me ornaris. — Hinc *mea* et *mea tu*, in colloquiis feminarum, sunt invicem blandientium, aut trepidantium. *Ter. Adelph.* 3. 1. 2. Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum. *Ovid.* 14. *Met.* 761. quorum memor, o mea, lentos Pone, precor, fastus. *mia cara.* ¶ 9. *Meus homo*, is, de quo ego loquor: habet autem commixtam irrisionem, et fictam stultitiæ commiserationem, in illo *Phædr.* 5. 7. Homo meus se in pulpito totum prosternit. *il mio sciocco. Petron. fragm. Tragur.* 62. *Burmann.* Homo meus cœpit ad stellas face re. *Quintil. declam.* 12. 18. *extr.* At legatus meus ad emendum modo proficiscitur. *Catull.* 17. 21. Talis iste meus stupor nil videt, nihil audit. *h. e.* iste meus homo stupidissimus. — Hinc

Mea, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, — *a*) In Vocativo sing. *mea* vel *mea tu* est blandientium, aut trepidantium: *V.* supra sub 8. — *b*) In Ablativo sing. *mea*, subaudi *re* vel *causa*, jungitur verbo *refert* (h. e. *mea re fert*) et præcipue v. *interest*: *V.* REFERT et INTERSUM.

Meum, i, n. 2 absolute, substantivorum more, est Italorum *il mio*, res mea. — *a*) In sing. num. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 29. LY. Quid tibi ego referam? EV. Quod surripuisti meum. Jam quidem hercle te ad prætorem rapiam, et tibi scribam dicam. LY. Surripio ego tuum? — Præcipue in formula *de meo*, ut apud *Ter. Adelph.* 1. 2. 37. Obsonat, potat, olet unguenta de meo. *del mio, a mio costo. Cic. Harusp. resp.* 19. 40. Haruspicum verba sunt hæc omnia, nihil addo de meo. — *b*) In plur. num. *Cic.* 1. *Parad.* 1. 8. Omnia mea mecum porto. *Horat.* 1. *Ep.* 9. 8. Sed timui, mea ne finxisse minora putarer. — *c*) *Meum est. V.* supra sub. 5.

Meus, i, m. 4. absolute, substantivorum more, est propinquus, familiaris, civis meus. — *a*) Raro admodum in sing. num. *Ter. Adelph.* 1. 1. 21. Uxorem (*frater*) duxit; nati filii duo; inde ego hunc majorem adoptavi mihi; eduxi a parvulo; habui, amavi pro meo. — *b*) Sæpius in plur. num. *Cic.* 3. *Fam.* 13. Vellem, ita fortuna tulisset, ut, quanti ego omnes tuos facio, tanti tu meos facere possis. Adde *eumd. ibid.* 11. Sic *Virg.* 2. *Æn.* 431. Iliaci cineres et flamma extrema meorum. *Horat.* 1. *Ep.* 11. 8. tamen illic vivere vellem, Oblitusque meorum, obliviscendus et illis.

MĒUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

MĒUSMET, mĕămet, mĕummet, adject. idem ac *meus*, sed enclitica part. *met* majori vi donatus. *Sall. Jug.* 88. Quum (*illi*) apud vos, aut in senatu verba faciunt, pleraque oratione majores suos extollunt; eorum fortia facta memorando clariores sese putant. – Verum id, quod multo præclarius est, meamet facta mihi dicere licet. *V.* MET.

MI

MI *pro* mihi. *V.* EGO.

MI *vocat. a* meus. *V.* MEUS init.

MIA, æ, f. μία, *Chariton mia, h. e.* χαρίτων μία, Charitum una, legitur apud *Lucret.* 4. 1162. *V.* CHARITES.

MĪCA, æ, f. 1. Ratione habita etymi, conjungi potest cum Gr. μικός, quod est idem ac μικρός *parvus*: mica enim est frustulum alicujus rei, v. gr. panis; item minutum granum salis, turis; item minutissimum auri ramentum, ut quæ in arena refulgent. ψιξ, ψιχος (It. *briciola, minuzzolo, pezzetto, granellino, mica*; Fr. *parcelle, miette*; Hisp. *partecilla, migaja, miaja, migajada*; Germ. *ein kleines Stückchen, geringes Theilchen, Bischen, Krümchen*; Angl. *a crumb, broken bit, morsel, small fragment, little piece, grain*).

I.) Proprie. *Lucret.* 1. 838. Ex aurique putat micis consistere posse Aurum et de terris terram concrescere parvis. *Seneca* 4. *Benef.* 19. *de Epicuro.* Sed te atomi et istæ micæ tum forte ac temere conglobaverunt. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 32. (65). Tus in micas friatur. *Id.* 33. *ibid.* 4. 21. (68). Aurum marmoris glareæ inhærens, non illo modo, quo in gemmis scintillat, sed micas amplexum marmoris. *Id.* 22. *ibid.* 14. 16. (37). Herba lamium medetur cum mica salis contusis, incussisque. (*micas* vulgo vocant etiam glæbas salis magni ponderis, qui in Cappadocia e terra effoditur, teste *eod.* 31. *ibid.* 7. 39. (77).) *et ibid.* 17. 20. (43). Medetur cum mica salis iisdem omnibus, quibus lamium. *Id.* 12. *ibid.* 18. 41. (83). Mica amomi. *Tibull.* 4. 1. 14. Parvaque cælestes placavit mica: nec illis Semper inaurato taurus cadit hostia cornu. *h. e.* mica turis. *Horat.* 3. *Od.* 23. 19. Mollivit aversos Penates Farre pio et saliente mica. *h. e.* mica salis. Sic *Tibull.* 3. 4. 10. Farre pio placant et saliente sale. *Petron. fragm. Tragur.* 42. *Burmann.* Quinque dies aquam in os suum non conjecit, non micam panis. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *post init.* Item velut scintillarum micas, aut circulos igneos circumferri præ oculis sentiunt ægrotantes.

II.) Translate. ¶ 1. Universim pro particula. *Catull.* 86. 3. nulla venustas, Nulla in tam magno est corpore mica salis. *h. e.* particula leporis, argutiæ, gratiæ. (*Quintil.* 6. 3. 18. ubi docet, salsum in consuetudine pro ridiculo tantum accipi, negat tamen a *Catullo* hoc sensu hic usurpari.) *Martial.* 7. 25. Dulcia quam tantum scribas epigrammata semper, Et cerussata candidiora cute: Nullaque mica salis, nec amari fellis in illis Gutta sit; o demens, vis tamen illa legi. ¶ 2. *Mica* nomen fuit cujusdam cœnationis Romæ in Cœlimontio, et, ut quidam putant, in palatio Domitiani: ita dicta, quia parva erat, et paucis ad cœnandum locum dabat: de qua *Martial.* 2. 59. Mica vocor. quid sim, cernis? cœnatio parva. *P. Vict.* et *Sext. Rufus.* et *Hieronym.* ad *Chron. Euseb.* ann. a Chr. 90. vocant *micam auream.* ¶ 3. *Micæ panis* sunt panes delicatiores apud *Plin. Valerian. V.* MICATUS, a, um.

MĪCANS, antis. *V.* MICO.

MĪCĀRIUS, ii, m. 2. (mica) qui micas panis colligit, et victum sibi parce comparat. *Petron. fragm.*

Tragur. 73. *Burmann.* Homo præfiscini, frugi et micarius. *Al. aliter leg.*

MĪCĀTĬO, ōnis, f. 1. (mico) idem ac micatus. *Gloss. Philox.* Micatio, λαχμός. Eadem leguntur apud *Grammat. inc. p.* 105. *Eichenfeld: V.* et *Excerpta* ex *Charis. art. gramm. p.* 553. *Keil.*

MĪCĀTUS, a, um, adject. (mica). *Plin. Valerian.* 1. 63. *pag.* 175. ed. *Ald.* Sed diebus ipsis cerebellum porcorum (*ægrotus*) comedat et dactylos: panem autem modicum micatum cum ipsis cerebellis accipiat. Idem *Plin. Valerian.*, quum de diæta ægrotorum agit, *micas panis* frequenter memorat: sic *lib.* 5. *c.* 6. Post ptisanas vero dabis et micas panis cum apomelite ac (*num* opomelite aut?) hydromelite. *et ibid. c.* 13. Quod si virtus infirmantium imbecillis tibi esse videtur, et (*num* eis?) de pane mundo micas dabis cum apomelle (*num* opomelite?) aut dulci hydrotosato (*sic*). *et mox.* Si autem micas de mundo pane non habent qui infirmantur, ad accipiendum in aquam dulcem potionem accipiant et zemon (*lege* zymon) sine oleo factum, ac solam gallinam dabis, sed modice, quibus virtus imbecillis est et cibum fastidiunt. Ex his *Plin. Valerian.* verbis *micatus panis* et *micæ panis* videntur esse panes delicatiores, fermento abundantes ac digestibiles, qui propterea ægrotis darentur, quique ita sint appellati quia formâ minuti erant, quemadmodum et crustula. Cf. BUCCELLA et BUCCELLATUM.

MĪCĀTUS, a, um, particip. *V.* MICO.

MĪCĀTUS, us, m. 4. (mico) actus micandi. *Capell.* 4. *p.* 95. Quum Cyllenius ceryceo geminus anguis allambere feminam crebris linguarum micatibus attentaret. Cf. *Sil. It.* 6. 222. trifido vibrata per auras Lingua micat motu atque assultans æthera lambit.

MICCŌTRŌGUS, i, m. 2. a μικκός, id est *μικρός parvus* et τρώγω *rodo, comedo.* Nomen fictum est parasiti apud *Plaut. Stich.* 1. 3. 85. CR. Gelasime, salve. GE. Non est id nomen mihi. CR. Certo mecastor id fuit nomen tibi. GE. Fuit disertim: verum id usu perdidi: nunc Miccotrogus nomine ex vero vocor.

MĪCĒO, es, ere, n. 2. videtur esse ab eodem etymo, quo *micare*, et significat tremulam vocem emittere: est autem vocabulum per onomatopœiam effictum, quod sonum birci proprium imitatur. *Auct. carm. de Philom.* 58., ubi alii pro *micere* legunt *mutire.*

MĪCHĂĒLĪUM, ii, n. 2. Μιχαηλεῖον, templum Michaeli Archangelo dicatum. *Cassiod.* 2. *Hist. Eccl.* 19. Ubi Vesta colebatur, postea Ecclesia facta est, qui locus nunc Michaelium nuncupatur.

MĪCĪDUS, a, um, adject. (mica) qui micæ similis est, minimus. Occurrit tantum Comp. *Micidior* apud *Innocent. de cas. litt. p.* 231. *Goes.* Quoniam micidiores, hoc est minores invenies stantes quotquot flnes ostendunt.

MĪCO, cas, cŭi, (cātum), care, n. 1. Docet *Priscian.* 9. *p.* 862. *Putsch.* supinum *mictum* ideo non esse in usu, quia cum *mingo* commune est; quam vis, inquit, ab eo verbo compositum *dimico dimicavi* facit et *dimicatus.* — Part. *Micans* in omnibus paragr. et in fin.; *Micatus* (?) sub 4. — *Micare* significat tremulum esse, coruscare, crebro celerique motu agitari, subsilire, vibrari, concuti (It. *tremolare, saltellare, palpitare*; Fr. *s'agiter en sens divers, sautiller, bondir, trembler, battre, palpiter*; Hisp. *agitarse, botar, temblar, tremolar, palpitar*; Germ. *zucken, in schneller Bewegung sich befinden oder gemacht werden, zappeln, zittern, schnellen, sprudeln*; Angl. *to move quickly, have a tremolous motion, quiver, beat, palpitate, pant*). Occurrit ¶ 1. Generatim. *Ennius* apud *Servium* ad *Virg.* 10. *Æn.* 396. *de capite abciso.* Semianimesque micant oculi, lucemque requirunt. et *Virg. loc. cit. de manu recisa.* Semianimesque micant digiti, ferrumque retractant. Cf. et *Cic.* 1. *Divinat.* 47. 106. *in carm.* Subigit ipsa (*aquila*) feris transfigens unguibus anguem Semianimum et varia graviter cervice micantem. *Al.* minantem. *Cic.* 2. *Nat. D.* 9. 24. Venæ et arteriæ micare non desinunt, quasi quodam igneo motu. *Virg.* 3. *G.* 439. *de angui.* et linguis micat ore trisulcis. *et ibid.* 84. *de equo.* Stare loco nescit: micat auribus et tremit artus. Cf. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 50. (137). Equis fessis aures marcidæ, micantes pavidis, subrectæ furentibus. *Id.* 29. *ibid.* 6. 38. (117). Noctuarum genus, quibus pluma aurium modo micat. *Sillig.* vocabulum *modo* Codicibus fretus omisit. *Tibull.* 1. 10. 12. nec audissem corde micante tubam. Sic *Ovid.* 3. *Fast.* 36. Terreor admonitu: corda timore micant. *et Heroid.* 1. 45. Usque metu micuere sinus. *V.* similia in *Micans* infra. *Seneca* Œdip. 376. Tremulo vigore debiles artus micant. *Lucilius* apud *Non. p.* 348. 5. *Merc.* Omnia tum endo mari (*Mercerus* leg. mucho) videas fervente micare. *h. e.* moveri, agitari. *Liv.* 6. 12. *ad fin.* Quum hostes effusi stantibus vobis se intulerint, tum micent gladii. Sic *Id.* 1. 25. Ut primo statim concursu increpuere arma micantesque fulsere gladii. Adde *eumd.* 2. 30. et alibi. *Lucan.* 4. 300. Aut micuere novi, percusso pumice, fontes. *scaturirono.* ¶ 2. Speciatim *micare* est digitis sortiri, *giuocare o fare alla mora*, λαγχάνειν: quum porrectis invicem crebro digitis, certantium uterque numerum eorum divinat: item quum extensis subito digitis, ex eorum numero decernitur, uter ex duobus, aut quis ex pluribus in re quapiam habenda, aut facienda sit prior: quod Itali nunc *fare al tocco* dicunt. Græce σπάλαξις dicitur. *Varro* apud *Non. p.* 347. 27. *Merc.* Micandum erit cum Græco, utrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. *Cic.* 2. *Divinat.* 41. 85. Quid enim sors est? idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod tesseras. *Id.* 3. *Off.* 23. 90. Quid? si una tabula sit, duo naufragi eique sapientes? sibine uter rapiat, an alter cedat alteri? Cedat vero: sed ei cujus magis intersit vel sua, vel rei publicæ causa vivere. Quid? si hæc paria in utroque? Nullum erit certamen, sed quasi sorte, aut micando victus alteri cedet alter. *Al. minus recte* dimicando. *Sueton. Aug.* 13. Patrem et filium pro vita rogantes, sortiri, vel micare jussit, ut alterutri concederetur. *Calpurn.* 2. *Ecl.* 25. Et nunc, alternos magis ut distinguere cantus Possitis, ter quisque manus jactate micantes. Nec mora, decernant digitis. — Secundo ex his ludendi modis utebantur in contractibus faciendis, ut si de pretio non conveniret, micando controversiam tollerent: quod in carnibus de lanio emendis factitatum ostendit edictum Turci Aproniani V. C. præfecti Urbis ann. a Chr. n. CCCLXII. apud *Gruter.* 647. 6. et apud *Orell.* 3166. qui vetuit pecora in posterum micando distrahi, et sub exagio vendi jussit. Verba sunt: RATIO DOCVIT VTILITATE SVADENTE CONSVETVDINE MICANDI SVMMOTA SVB EXAGIO POTIVS PECORA VENDERE QVAM DIGITIS CONLVDENTIBVS TRADERE etc. Ad eumd. itidem micandi modum manifesto pertinet locus *Calpurn.* allatus, et probabilius etiam reliqui. V. *Casaubon.* ad *loc. Sueton. cit.* Huc fortasse pertinet et *Inscript.* apud *Henzen.* 7336. ITEM LECTISTERNIVM TEMPORE PARENTALIOR. EX. ℅ CC. MEMORIIS EIVSD. VALERIANAE ET AFFI VALERIAN. FIL. EIVS PER OFFIC. TESSERARIOR. QVOD ANNIS PONATVR ET PARENTETVR ITEM CORONAE MYRTEAE TERNAE ET TEMPORE ROSAE IVL. TERNAE EIS PONANTVR MICATAE DE X. SELECTIS EX ℅ L. PROFVNDANTVR. *Salmas. de modo usur. p.* 276. et 284. pro MICATAE legit NVCATAE: cl. *Furlanetto* in I. Appendice quid τὸ MICATAE significet, eruditis statuendum reliquit: cl. *Henzen.* verborum sententiam sibi certe obscuriorem fatetur; animadvertit autem *Gruterum* ex ingenio pro SELITIS *Apiani* posuisse SELECTIS, hinc loco MICATAE DE X. SELECTIS, fortasse legendum MICATAE X. DE SOLITIS. ita ut tempore rosæ coronæ myrteæ (τὸ IVL. enim est fortasse lapidicinæ errore pro M.), quæ insolitæ, ternæ ponantur, ac præterea micatæ (*assortite, in sorte*, ut nos Itali dicimus) decem de solitis profundantur. Quanti facienda sit hæc conjectura, viderint alii. — Quum alicujus fidem bonitatemque laudant rustici homines, proverbio dicunt, *dignum esse, quicum in tenebris mices.* Nam, ut ait *Augustin.* 8. *Trin.* 5. *sub fin.*, cum quo micas in tenebris, ei liberum est, si velit, fallere. Habent hoc proverb. *Cic.* 3. *Offic.* 19. 77. et *Petron. fragm. Tragur.* 44. *Burmann. Cic. loc. cit.* vocat *rusticorum proverbium*, et *Fronto* 1. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 4. Aliud scurrarum proverbium: En cum quo in tenebris mices. Hic *Maius* mutandum putat *scurrarum* in *rusticorum*; at tum rustici, tum scurræ vilissimæ sunt conditionis in urbibus homines, qui hoc ludi genere utuntur. — *Micare tribus digitis* apud *Augustin. loc. cit.* est more micantium tres digitos, reliquis complicatis, protendere. ¶ 3. Item speciatim, et secundum alios translate, quia ignis præ ceteris crebro agitatur et coruscat, et ideo lucem splendoremque emittit; hinc sæpe, præcipue apud Poetas, *micare* ponitur pro fulgere, splendere, *risplendere, brillare, folgoreggiare, sfavillare*, στιλβειν. *Accius* apud *Priscian. de metris comicis p.* 1325. *Putsch.* Sol, qui micantem candido curru atque equis Flammam citatis fervido ardore explicas. *Cic.* 2. *Nat. D.* 42. 110. *in carm.* Stella micans radiis, Arcturus nomine claro. *Horat.* 1. *Od.* 12. 46. micat inter omnes Julium sidus, velut inter ignes Luna minores. *Virg.* 1. *Æn.* 94. crebris micat ignibus æther. *et* 12. *ibid.* 102. oculis micat acribus ignis. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 45. celeri micuerunt nubila flamma. *Liv.* 21. 58. Tum vero ingenti sono cælum strepere, et inter horrendos fragores micare ignes. *Id.* 22. 17. Qua minime densæ micabant flammæ. *Virg.* 7. *Æn.* 743. Æratæque micant peltæ, micat æreus ensis. *Lucret.* 3. 290. *de irato.* ex oculis micat acribus ardor. *Lachmann.*; sed al. et *Forcell.* acrius. Similiter *Id.* 5. 1099. Et micat interdum flammai fervidus ardor. *Liv.* 6. 13. Vultum hostis ardore animi micantem ferre non potuit. *V.* alia infra. — Hinc Part. præs., cujus et supra exempla retulimus,

Micans, antis, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Micantior* sub 3.; et ¶ 1. Universim est qui micat et salit, *tremolante, palpitante. Ovid.* 9. *Met.* 37. Et modo cervicem, modo crura micantia captat. *Id.* 6. *Fast.* 338. Et fert suspensos, corde micante, pedes. ¶ 2. Speciatim ad consuetudinem sortiendi digitis pertinet. *Calpurn.* 2. *Ecl.* 26. manus jactate micantes. *V.* integrum locum sub 2. ¶ 3. Item speciatim est splendens, ardens, *folgoreggiante, sfavillante*, στιλβων. *Ovid.* 11. *Met.* 522. præbentque micantia fulmina lumen. *et* 2. *ibid.* 40. micantes radii. *et* 7. *ibid.* 100. micantes stellæ. *et* 2. *ibid.* 1. Regia Solis erat, sublimibus alta columnis, Clara micante auro. *Virg.* 2. *Æn.* 734. Ardentes clipeos atque æra micantia cerno. *Ovid.* 15. *Met.* 674. oculos circumtulit igne micantes. *Prudent.* 5. *Cathemer.* 14. radius sole micantior.

MĪCRŌCOSMUS *vel* microcosmos, i, m. 2. μικρόκοσμος a μικρός *parvus* et κόσμος *mundus. Isid.* 3. *Orig.* 22. 2.

MĪCROPSŸCHOS, on, adject. μικρόψυχος, pusillanimis, timidus: a μικρός *parvus* et ψυχή *animus. Plin.* 22. *Hist. nat.* 24. 51. (100). Item animi humilis ac præparci, quos illi dixere micropsychos. *Martial.* micropsychi mores describit 1. 87, cujus epigrammatis lemma est: *De Novio micropsycho.*

MĪCROSPHAERUM, n. 2. *V.* HADROSPHÆRUM.

MĪCRŌTŌCISTES, æ, m. 1. vox composita a μικρός *parvus* et τοκιστής *fenerator*, eadem ratione qua μικρόδουλος *minutus servus*, μικροτελεστής *parvarum rerum perfector*, μικροτεχνης *parvus* h. e. *vilis artifex*, μικροπόκριτης *parvus histrio* et similia; est autem parvus fenerator, *un piccolo usurajo, un piccolo capitalista. Inscript.* apud *Mommsen. Inscr. Neap.* 990. et apud *Henzen.* 7251. M. LVCILIVS. ℅. L. PHILOCALVS MICROTOCISTES (*sic*).

MICTILIS, e, adject. (mingo) dignus qui mingatur; et translate vilis, contemptibilis, ut *merx mictilis* apud *Lucilium* teste *Non. p.* 137. 31. *Merc.*, ut quidem emendat *Scalig.* in *Catull.* Alii aliter leg.

MICTĬO. *V.* MINCTIO.

MICTĬTO, as, are, 1. frequentat. a *mingo.* Affertur a *Priscian.*, nullo tamen auctore laudato, 10. *p.* 880. *Putsch.* Plerumque regulam supini sequuntur tam meditativa quam frequentativa, exceptis quibusdam, de quibus in significatione verbi diximus, ut *lectum lecturio* et *lectito, mictum micturio* et *mictito, dictum dicturio* et *dictito.*

MICTŌRĬUS, a, um, adject. (mingo), οὐρητικος, *diuretico*, ad mingendum pertinens, ut Mictoria medicamenta, apud *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 8.

MICTUĀLIS, e, adject. mictorius. *Apul. Herb.* 117. ed. *Ald.* Herba virtutis mictualis. Similiter *Id.* 119. *Ald.* Apium omnibus notum est acerrimæ virtutis esse et mictualis. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 10. *n.* 121. Et si eruptio liquidorum ad mictuales vias pervenerit, erunt adjungenda supradictis

etiam mictualia medicamina, quæ urinam provocant, a Græcis diuretica appellata, ut asparagi etc. *Id. ibid.* 4. *n.* 65. et 66. Ex collo (*vesicæ*) vel mictualibus (*viis*) sanguis excluditur. — Et absolute *mictualia*, subaudi *medicamina*, apud *eumd. ibid.* 10. *n.* 122. Quapropter mictualibus prohibitis, cibo ordinamus malvam dandam etc.

MICTŪRIO, is, ire, n. 4. desider. Part. *Micturiens.* — Micturio est idem ac mejere cupio, vel interdum mejo, simpliciter, *desiderar di orinare*, οὐρητιάω. *Juvenal.* 6. 308. Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic. *Id.* 16. 46. Fusco jam micturiente. *V.* et MICTITO.

MICTUS, a, um. *V.* MINGO.

MICTUS, us, m. 4. (mingo) actus mingendi. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 3. Sanguinis mictus. *et* 2. *ibid.* 1. Difficultas mictus. Adde *eumd. ibid.* 4. *n.* 60. Et *ibid.* 8. *n.* 87. et 88. Mictum facere.

MICŬLA, æ, f. 1. *minuzzolino*, deminut. micæ. *Cels.* 2. 5. *extr.* Si urina quasdam quasi miculas repræsentat. *Fronto* 5. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) ep. 40. Post vesperam miculārum minimum cum vino destillatum giuttivi. *Arnob.* 7. 24. Arvina in exiguas miculas insecta. *et* 2. 49. Exiguæ miculæ, quibus colliquefactis nascitur aurum.

MIDĪNUS, a, um, adject. ad Midam pertinens. Translate *Capell.* 6. *p.* 189. Sed quia nunc Arcadicum ac Midinum sapis, amisisse mihi videris et hujus matronæ memoriam. *h. e.* quia asini in modum stupes: asinus enim est pecus Arcadicum, et Midas asini aures habuisse dictus est propter stultitiam.

MIGDĪLYBS, ȳbis, comm. gen. 3. mixtus genere ex Libyco et Tyrio, quales erant Carthaginienses: a *μίγδην mixtim* et Λύψ *Lybs*, *Afer*. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 73. huc advenisti nos captatum, migdilybs, Bisulcilingua.

MIGMA, ătis, n. 3. *μίγμα*, mixtura, farrago, qua vescuntur jumenta. *Vulgat. interpr. Isaj.* 30. 24. Tauri tui et pulli asinorum, qui operantur terram, commixtum migma comedent, sicut in area ventilatum est.

MĪGRĀTĬO, ōnis, f. 3. (migro) actus migrandi, *partenza per abitare altrove*, μετοίκησις.

I.) Proprie. *Cic. Cœl.* 8. 18. Ostendam, hanc Palatinam Medeam migrationemque hujc adolescenti causam malorum omnium, sive potius sermonum fuisse. *Liv.* 5. 53. Hæc migratio nobis misera ac turpis, Gallis gloriosa est. *Justin.* 18. 4. 12. Sed Elissa ministros migrationis a rege missos navibus prima vespera imponit. *paullo ante* § 10. Fratrem dolo (*Elissa*) aggreditur: fingit, se ad eum migrare velle. — *Cic.* 1. *Tusc.* 12. 27. Mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quamdam quasi migrationem commutationemque vitæ. Sic *Id. ibid.* 41. 98. Migrationem esse mortem in eas oras, quas, qui vita e excesserunt, incolunt.

II.) Translate. *Cic.* 16. *Fam.* 17. Cui verbo (*fideliter*) domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multæ. *h. e.* translationes, metaphoræ.

MĪGRO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Migrans* sub *A.* I. et II.; *Migratus* sub *B.* I.; *Migraturus* sub *A.* I. — Migrare occurrit *A*) Neutrorum more; et *B*) Active.

A) Neutrorum more migrare est alio se transferre habitandi causa, domicilium mutare, μετοικέω (It. *passare ad abitare altrove*; Fr. *aller ailleurs, changer de séjour, passer d'un lieu dans un autre, émigrer*; Hisp. *mudar habitacion, mudarse de un lugar á otro*; Germ. *weg oder ausziehen, wandern, umziehen*; Angl. *to remove from one place to another, change one's habitation, depart from, flit, emigrate*).

I.) Proprie occurrit — *a*) Cum addito termino, a quo vel ad quem quis migrat. *Ter. Hecyr.* 4. 2. 13. Ex urbe rus habitatum migrare. *Plaut. Curc.* 2. 1. 1. Migrare e fano foras. *Id. Epid.* 3. 2. 6. Sed ego hinc migrare cesso. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 21. (59). Indi, gentium prope soli, numquam migravere finibus suis. *Plaut. Amph.* 5. 2. 13. Ego in cælum migro. *Horat. Art. P.* 229. Migrare in tabernas obscuras. *Sueton. Cæs.* 79. Fama percrebuit, migraturum Alexandriam, vel Ilium. *Cic.* 4. *Verr.* 36. 89. Ad generum Agathini migrare maluit. *Liv.* 5. 53. Vastam incendiis ruinisque relinquere urbem, et ad integra omnia Vejos migrare. Adde *Dig.* 43. *tit.* 31. qui *de migrando* inscribitur. — *Migrare mensa*, inquit *Festus p.* 158. 18. *Müll.*, quæ loco sacro esset, disque templi posita, inauspicatum apud antiquos habebatur, quum sequatur sua migrantem pœna. *Müllerus* ad h. l. cf. illud *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (26). Servii Sulpicii principis viri commentatio est, quamobrem mensa linquenda non sit. Sed *Plinius*, ut *Müllerus* adnotat, de privatis, *Festus*, ut videtur, de sacris agit mensis. — Prægnante, uti ajunt, significatione. *Cic.* 4. *Verr.* 36. 89. Verres domo ejus emigrat, atque adeo exit; nam jam ante migrarat. *h. e.* exit solus, nihil secum vasorum ferens; nam jam ante migrarat, nempe supellectilem argentumque Sthenii ab hujus domo ad suam adsportaverat. Qui enim migrationem faciunt et domicilium mutant, præmittunt ex domo, quam relinquunt, omnem supellectilem, unde ipsi postea, parato jam atque instructo novo domicilio, pedem efferunt exeuntque. — *b*) Absolute, h. e. sine addito. *Cic.* 14. *Att.* 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt: itaque non solum inquilini, sed etiam mures migraverunt. *Virg.* 4. *Æn.* 401. Migrantes cernas, totaque ex urbe ruentes. *Dig.* 19. 2. 13. § 7. Exercitu veniente migravit conductor. *et* 43. 32. 1. Inquilino, qui soluta pensione vult migrare. — *c*) Passive impersonaliter. *Liv.* 1. 11. Romam inde migratum est a propinquis raptarum. *Id.* 5. 49. *sub fin.* Quum prohibuit migrari Vejos. *Cic.* 1. *Tusc.* 41. 97. Necesse est, ut aut sensus omnes mors auferat, aut in alium quemdam locum ex his locis morte migretur.

II.) Translate. — *a*) Migrare dicuntur homines, qui moriuntur. *Cic.* 6. *de republ.* 9. Migrare ex hac vita. *Id. ibid.* 15. Nec injussu ejus (*dei*), a quo ille (*animus*) est vobis datus, ex hominum vita migrandum est. *Id.* 1. *Fin.* 19. 62. Non dubitat (*sapiens*), si ita melius sit, migrare de vita. Adde *Vellej.* 1. 11. 7. — *b*) Migrare dicuntur res et abstracta, quæ a loco in locum transeunt. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 54. Fac, sic, vacivas, Pseudole, ædes aurium, mea ut migrare dicta possint, quo volo. *Id. Trin.* 3. 2. 13. Scio ego, et sentio ipse, quid agam, neque a me officium migrat. *h. e.* discedit. Alii leg. *neque meum se officium migrat.* h. e. mutat, active: de quo mox sub *B.* Alii: *neque mens officio migrat*, quod rectius. *Horat.* 2 *Ep.* 1. 187. Verum equiti quoque jam migravit ab aure voluptas Omnis ad incertos oculos et gaudia vana. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 2. 6. (16). Hæc erat antiqua medicina, quæ tota migrabat in Græciæ linguas. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 2. *n.* 29. Videtur præterea plurimis antiquis medicis (*arthritis et podagra*) etiam genuino cursu in posteros migrare cum semine, et propterea succedentes invadere. — *c*) Item migrare dicuntur ea, quæ statum mutant. *Lucret.* 3. 756. Quod mutatur enim, dissolvitur, interit ergo. Trajiciuntur enim partes atque ordine migrant. *Id.* 5. 828. Mutat enim mundi naturam totius ætas, Ex alioque alius status excipere omnia debet, Nec manet ulla sui similis res: omnia migrant, Omnia commutat natura et vertere cogit. *h. e.* mutantur et in alium statum transeunt. Al. leg. *migrat, Omnia commutat natura* etc. ut sit activum, ut mox dicam. *Id.* 2. 774. Nam quocumque modo perturbes cærula quæ sint, Numquam in marmoreum possunt migrare colorem. *h. e.* transire et mutari. *Ovid.* 15. *Met.* 171. animam sic semper eamdem Esse, sed in varias doceo migrare figuras. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 45. (125). Cornua omnia in mucronem migrantia. — Raro de hominibus. *Julian. Dig.* 24. 2. 6. Migrare ad aliud matrimonium. *et ibid.* ad alias nuptias.

B) Active *migrare* sumitur pro transferre, *trasportare*.

I.) Proprie. *Gell.* 2. 29. *ad fin.* Atque ita cassita nidum migravit. — Et passive. *Liv.* 10. 34. *sub fin.* Paucos graves ætate, aut invalidos invenlunt, relictaque, quæ migratu difficilia essent. *Sil. It.* 7. 431. num migrantur Rhœteia regna In Libyam Superis? *h. e.* num Romanum imperium a Superis ad Carthaginienses transfertur? Huc referendum videtur et illud *Venant.* 6. *carm.* 7. 19. De proprio migrata solo.

II.) Translate est transilire, transgredi, *oltrepassare, trasgredire, violare*, παραβαίνειν. *Cic.* 3. *Legg.* 4. 11. QVOD QVIS EARVM RERVM MIGRASSIT, NOXIAE POENA PAR ESTO. *Id.* 3. *Fin.* 20. 67. Qui jus civile conservaret, eum justum: qui migraret, injustum fore. *Id.* 1. *Divinat.* 5. 8. Ne communia jura migrare videatur. *Est qui legit* communi jure. *Id.* 1. *Off.* 10. 31. Ut reddere depositum, promissum facere, quæque pertinent ad veritatem et ad fidem, ea migrare interdum et non servare, fit justum.

MĪHĪ. *V.* EGO.

MĪHIPTE Cato pro mihi ipsi posuit. *Paul. Diac. p.* 152. 9. *Müll.* et *Festus p.* 154. 11. *Müll. V.* EGO et IPSE.

MĪLĀGO. *V.* MILUAGO

MĪLE, MĪLĒSĪMUS et similia. *V.* MILLE, MILLESIMUS, etc.

MILĒON, i, n. 2. herba eadem ac scelerata, de qua *V.* SCELERATUS sub II. Ita eam appellat *Apul. Herb.* 8.

MĪLES, ĭtis, m. 3. In *vet. Inscript.* optimæ notæ apud *Murat.* 582. pluries MEILES scribitur. — Ratione habita etymi, ut *ales* ab *ala* et *ire*, *pedes* a *pes* et *ire*, *eques* ab *equus* et *ire* etc., sic *miles* est a *mile* vel *mille* et *ire*, quod docet etiam *Varro* hisce verbis 5. *L. L.* 89. *Müll.* Milites, quod trium milium primo legio fiebat, ac singulæ tribus Titiensium, Ramnium, Lucerum milia singula militum mittebant. Aliter *Paul. Diac.* p. 122. 15. *Müll.* Militem Ælius a mollitia κατὰ ἀντίφρασιν dictum putat, eo quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat. et *Ulp. Dig.* 29. 1. 1. Miles appellatur vel a malitia, id est duritia, quam pro nobis sustinet: aut a multitudine: aut a malo, quod arcere milites solent: aut a Græco verbo χίλιοι. Sed ex his *Varronis* sententia amplectenda. — Est autem miles quicumque militiam exercet, στρατιώτης, ὁπλίτης (It. *soldato*; Fr. *soldat*; Hisp. *soldado, el que sirve en la milicia*; Germ. *der Soldat, Krieger*; Angl. *a soldier*).

I.) Proprie. ¶ 1. Universim. — *a*) Generatim. *Ennius* apud *Cic. Mur.* 14. 30. et apud *Gell.* 20. 10. Spernitur orator bonus, horridus miles amatur. *Plaut. Amph.* 1. 1. 36. Id vi et virtute militum victum atque oppugnatum oppidumst. *Ter. Eun.* 4. 7. 44. Sanga, ut fortes decet milites, domi fecique fac vicissim ut memineris. *Licinius Macer* apud *Priscian.* 6. *p.* 704. *Putsch.* Non minimo opere milites quietes volebant esse. *Claud. Quadrigarius* apud *Non. p.* 359. 6. *Merc.* Inde postquam aliquantum recessit, offendit montem, loca munita, res omnes habere quæ militibus opus sunt, ligna, aquam, pabulum. *Sisenna* apud *Non. p.* 107. 15. *Merc.* Milites, ut lex Calpurnia concesserat, virtutis ergo civitate donari. *Cic.* 2. *Tusc.* 16. 37. Scutum, gladium, galeam lo onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus: arma enim membra militis esse dicunt. *Id. Cluent.* 46. 128. Miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum vimque pertimuit, potest idem postea miles esse melior. *Id.* 7. *Phil.* 8. 24. Cohortatus est vicinos suos, ut milites fierent. *Cæs.* 1. *B. G.* 7. Provinciæ toti quam maximum potest militum numerum imperat. *Sall. Cat.* 11. Igitur bi milites, postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecere. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 16. eris tu, qui modo miles, Mercator. — De militum numero apud Romanos, V. *Cardinali Diplom. imp. p.* 209. — *b*) Jungitur pluribus Adjectivis. *Varro* 5. *L. L.* 161. *Müll.* Milites ærarii. *Asinius Pollio* apud *Cic.* 10. *Fam.* 32. *extr.* auxiliarius. *Plaut. Curc.* 4. 4. 29. centuriatus. *Ovid.* 3. *Fast.* 117. manipularis. *Plaut. Capt.* 1. 2. 61. maritimi. *Liv.* 24. 49.; et *Nepos Timol.* 1. mercenarii. *Sil. It.* 7. 637. phaeretratus. *Liv.* 9. 19. statarius. *Tac.* 4. *Hist.* 66. subitus. *Cic.* 2. *Tusc.* 17. 39.; et *Nepos Eumen.* 8. veterani. — *Miles ostensionalis.* Vide hanc vocem suo loco. — *Plaut. Bacch.* 4. 9. 18. armati atque animati probe. *Liv.* 9. 40. argentati, aurati. — *c*) Jungitur et plurimis Verbis. *Cæs.* 1. *B. C.* 28.; et *Pompejus* apud *Cic.* 8. *Att.* 12. A. 4. Armare milites. *Trajanus* apud *Plin.* 10. *Ep.* 31. Avocare milites a signis. *Cic.* 7. *Verr.* 51. 133. Colligere milites. *Liv.* 29. 5. Conducere mercede. *Lentulus* apud *Cic.* 12. *Fam.* 15. 7. Conscribere ex aliqua terra. *Pompejus* apud *Cic.* 8. *Att.* 12. A. 4. Quodcumque militum contrahere poterit. *Liv.* 29. 1. Deligere milites. et *Pompejus* apud *Cic.* 8. *Att.* 12.

A. 3. Legere milites. *raccogliere, far leva.* et *Sall. Jug.* 47. scribere. *Liv.* 29. 1. Ordinare milites. *h. e.* in ordines describere. *Cic.* 3. *Fam.* 3. Dimittere milites. — *d*) Haud raro *miles* opponitur *imperatori*, ut apud *Cic. pro leg. Manil.* 10. 28. Qui extrema pueritia miles fuit summi imperatoris. *Id. Balb.* 20. 47. P. Africani discipulus ac miles. *Id. Planc.* 11. 27. Miles hujus Q. Metelli. *Sall. Cat.* 60. Strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur. *Nepos Thrasyb.* 1. Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus et fortuna. – Itaque jure suo nonnulla ab imperatore miles, plurima vero fortuna vindicat. *Vellej.* 2. 18. 2. Consiliis dux, miles manu. ¶ 2. Speciatim per synecdochen in singulari numero pro collectione militum adhibetur, *soldatesca. Liv.* 22. 37. *extr.* Hic miles magis placuit: quum pretio minore redimendi captivos copia fieret. *Id.* 3. 62. Ubi hæc fremere militem in castris consul sensit etc. *Curt.* 3. 1. 1. Ad conducendum ex Peloponneso militem Cleandro cum pecunia misso. *Vellej.* 1. 15. 1. Quum esset in bello conquirendus potius miles, quam dimittendus. *Justin.* 11. 14. 5. Alexander-ubi confertissimos hostes acerrime pugnare conspexisset, eo se semper immergebat, periculaque sua esse, non militis volebat. *et* 22. 3. 1. His ita gestis, militem legit exercitumque conscribit. *Tac.* 2. *Ann.* 13. Incendit ea contumelia legionum iras: veniret dies, daretur pugna; sumpturum militem Germanorum agros, tracturum conjuges. *Virg.* 2. *Æn.* 495. late loca milite complet. *Id.* 3. *ibid.* 400. obsedit milite campos. *Horat.* 4. *Od.* 14. 9. milite nam tuo Drusus Genaunos, implacidum genus, – Dejecit acer. Similiter *Id.* 3. *ibid.* 5. 25. Auro repensus scilicet acrior Miles redibit. ¶ 3. Item speciatim *miles* junctus cum *eques*, est qui pedibus militat, pedes, *soldato a piedi, fante*, πεζός. *Cæs.* 3. *B. C.* 61. Nam ante id tempus nemo aut miles, aut eques a Cæsare ad Pompejum transierat. *Id.* 5. *B. G.* 10. Tripartito milites equitesque in expeditionem misit. *Id.* 2. *B. C.* 41. Neque militibus quidem, neque equitibus studium ad pugnandum deerat. *Liv.* 26. 19. Ad eas copias – decem millia militum et mille equites adduntur. Adde *eumd.* 30. 9.; *Plancum* apud *Cic.* 10. *Fam.* 23.; *Asinium Pollionem* apud *eumd.* 10. *Fam.* 32.; *Lepidum* apud *eumd.* 10. *Fam.* 34.; et *Vellej.* 2. 15. 3. — Similiter pro collectione peditum *Liv.* 22. 37. Milite atque equite, nisi Romano Latinique nominis, non uti populum Romanum. ¶ 4. Item speciatim, *milites* etiam dicti sunt, qui in sacro Palatio in aliquo officio domus Augustæ inserviebant: quia quum in principe ipsum nomen supremæ dignitatis militare esset, nempe *imperator*; etiam officiorum ipsi subjectorum nomina a militia sumebantur. *Impp. Theodos. et Valentinian. Cod. Theod.* 11. 1. 34. Tunc militi debiti postulati delegandam esse rationem. *h. e.* exactori annonæ. *Ulp. Dig.* 4. 6. 10. Qui a militibus, statoribusque, vel a municipalibus ministeriis asservantur. *h. e.* ab apparitoribus magistratuum.

II.) Translate. ¶ 1. *Miles* in latrunculorum ludo est idem ac *latro* vel *latrunculus*, seu pedes, *la pedina. Ovid.* 2. *Trist.* 477. Discolor ut recto grassetur limite miles, Quum geminus medio calculus hoste perit. ¶ 2. *Miles* etiam dicebatur, qui Mithræ sacris initiabatur. *V. Tertull. Cor. mil.* 15.; et *Hieronym. Ep.* 107. *n.* 2. ¶ 3. De femina, quæ primitus puerpera est. *Ovid. Heroid.* 11. 48. Et rudis ad partus, et nova miles eram. ¶ 4. Item de Nympha venatrice et comite Dianæ. *Ovid.* 2. *Met.* 414. Et modo læve manu jaculum, modo sumpserat arcum, Miles erat Phœbes, nec Mænalon attigit ulla Gratior hac Triviæ.

MĪLĒSIÆ, ārum, f. plur. 1. *V.* voc. seq. in fin.

MĪLĒSĬUS, a, um, adject. Μιλήσιος, ad Miletum urbem pertinens: *V.* ONOM. — *Milesii, orum*, populi ejus urbis et regionis, luxu et deliciis nobiles, *Milesiis carminibus* dedere nomen, nempe ludicris, amatoriis ac lascivis. *Ovid.* 2. *Trist.* 413. Junxit Aristides Milesia carmina secum: Pulsus Aristides nec tamen urbe sua. *Alii leg.* crimina. Hinc *sermo Milesius* apud *Apul. Met. init.* et

Milesiæ, ārum, f. plur. 1. absolute, substantivorum more, sunt poemata et narratiunculæ hujusmodi. *Septim. Sever. Aug.* apud *Capitolin. Albin.* 12. Quum ille nœnils quibusdam anilibus occupatus, inter Milesias Punicas Apuleji sui et ludicra litteraria consenesceret. *Id. Capitolin. Albin.* 11. *extr.* Milesias nonnulli ejusdem esse dicunt: quarum fama non ignobilis habetur, quamvis mediocriter scriptæ sint.

MĪLĬĀCĔUS, a, um, adject. (milium) qui ex milio constat, *di miglio*, κέγχρινος, ut Miliacea puls apud *Paul. Diac. p.* 83. 12. *Müll.*

MĪLĬĀCUS, a, um, *vel rectius* Miliaca, æ, f. 1. *et*

MĪLĬĀRĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

MĪLĬĀRĬUS, a, um, adject. (milium) ad milium pertinens. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 78. (161). Miliaria appellatur herba, quæ milium necat. — *NB.* De miliario vase, *V.* MILLIARIUS. – Hinc

Miliaria, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est avis, quæ milio vescitur (It. *ortolano*), ut docet *Varro* 3. *L. L.* 76. *Müll.* Ficedulæ et miliariæ acibo, quod alteræ fico, alteræ milio fiant pingues. (Cf. *Aelian. H. A.* 13. 25. συκαλίδας καὶ τὰς καλουμένας κεγχρίδας.). *Id.* 3. *R. R.* 5. 3. Adjiciunt aves alias quoque, quæ pingues veneunt care, ut miliariæ ac coturnices. — Eodem sensu *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *ante med.* Ficedulæ, sive quas miliacas vocant. *ubi est qui corrigendum putet* miliarias.

MĪLĬĀRĬUS, a, um. *V.* MILLIARIUS.

MĪLĬES *vel* milieus. *V.* MILLIES.

MĪLĪMĪNDRUS, i, f. 2. *Isid.* 17. *Orig.* 9. Hanc (*herbam*, h. e. *hyoscyamum*) vulgus milimindrum dicit, propter quod alienationem mentis inducit.

MĪLĬO, ōnis, m. 3. *nibbio*, idem ac milvus, Gallis *milan* dicitur. *Marcell. Empir.* 33. *ante med.* Testiculi milionis.

MĪLĪTĀRĪĒ, adverb. militariter. *Trebell. in XXX. Tyrann.* 22. *de Æmil.* Servus militarie cæsus, quod etc. *Al. aliter leg.*

MĪLĪTĀRIS, e, adject. Comp. *Militarior* sub *a.* — Militaris est ad militiam, vel milites pertinens, στρατιωτικός (It. *militare, di milizia, da soldato*; Fr. *relatif au soldat, au service militaire, militaire*; Hisp. *militar, lo que pertenece á la milicia*; Germ. *zum Soldaten gehörig, das Kriegswesen betreffend, soldatisch, kriegerisch, dem Soldaten oder Krieger eigenthümlich*; Angl. *of or belonging to a soldier, pertaining to war, military, warlike, martial*). Occurrit — *a*) Universim. — De hominibus. *Plaut. Epid.* 1. 1. 13. Scio te esse quidem hominem militarem. Sic *Sall. Cat.* 62. Homo militaris, quod amplius annos triginta tribunus, aut præfectus, aut legatus, aut prætor cum magna gloria in exercitu fuerat, – militum animos accendebat. Adde *eumd. ibid.* 46. et *Liv.* 2. 56. Rudis in militari homine lingua non suppetebat libertati animoque. *Tac.* 2. *Hist.* 75. Militaris vir. *h. e.* militiæ assuetus. *Horat.* 1. *Od.* 8. 5. Cur neque militaris Inter æquales equitat? *h. e.* habitu et animo militari. Cf. *eumd. ibid.* 22. 13. Quale portentum neque militaris Daunia in latis alit æsculetis. *h. e.* bellicosa. Sic *Tertull. Apolog.* 11. *sub fin.* Quis justior et militarior Scipione? — Ceterum *Plaut. Truc. a.* 5. *v.* 16. Militares pueri. *h. e.* filii militum. *Cic. Cluent.* 36. 99. tribuni. — Hinc etiam *militaris* absolute est militaris homo. *Tac.* 3. *Ann.* 1. Adventu ejus audito, intimus quisque amicorum et plerique militares, ut quique sub Germanico stipendia fecerant, – ruere ad oppidum Brundisium. Cf. *eumd.* 14. *ibid.* 33. — De rebus et abstractis. *Cæs.* 3. *B. C.* 75. Ut militare institutum servaretur. *et ibid.* 103. Æris magno pondere ad militarem usum in naves imposito. *et ibid.* 53. *extr.* Militaribus donis donare aliquem. *Id.* 1. *B. G.* 21. Rei militaris peritissimus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 12. *n.* 2. Militaris panis. *da munizione. Liv.* 8. 34. disciplina. *Cic. Mur.* 5. 11. labor. *Id.* 6. *Verr.* 52. 116. licentia. *et* 2. *Cat.* 6. 13. Militaria signa. *Cato* apud *Gell.* 7. 10. Æs militare. *paga. Cic.* 1. *Off.* 18. 61. Statuæ ornatu fere militari. *Id. Flacc.* 32. 77. Leges militares. *Tac.* 1. *Ann.* 32. animi. *Id. ibid.* Militaria odia. — *b*) Speciatim *militaris ætas*, est post annum decimumseptimum usque ad quadragesimum sextum: extra quod tempus, non nisi necessitate cogente, milites scribebantur: quod colligitur ex *Liv.* 25. 5.; *Nepot. Caton.* 1.; et *Gell.* 10. 28. V. etiam *Lips. de mil. Rom. l.* 1. *dial.* 2. et *Sigon. de ant. jure Civium R. l.* 1. *c.* 15., ubi plura. *Tac.* 2. *Ann.* 60. Referebat, habitasse quondam septingenta millia ætate militari. *atti all'armi.* In *Inscript.* tamen apud *Steiner. n.* 313. habetur miles annorum quindecim. — *c*) *Militaris gradus. V.* GRADUS II. — *d*) *Via militaris*, est amplior et directior ceteris, et quæ ab oppido ad oppidum recta fert, atque adeo frequentior, *strada maestra, o regia*: ita dicta, quia per eam exercitus commeant: cujusmodi fuere Salaria, Flaminia, Appia, Æmilia, etc. *Liv.* 36. 15. *sub fin.* In valle iter est non latius, quam sexaginta passus: hæc una militaris via est, qua traduci exercitus possint. *Cic. Prov. cons.* 2. 4. Via illa nostra, quæ est usque ad Hellespontum militaris. *Colum.* 1. *R. R.* 5. 6. Nec esse oportet ædificiis junctam militarem viam, quod prætereuntium viatorum populationibus, et assiduis devertentium hospitiis infestat rem familiarem. — *e*) *Militaris herba*, est milefolia. *V.* hanc vocem. — *f*) *Militaris* denique unus est ex multis Jovis epithetis apud haruspices, et Romanos veteres, teste *Apul. de Mundo sub fin.*

MĪLĪTĀRĪTER, adverb. (militaris) *da soldato*, στρατιωτικῶς, more militum, more militiæ. *Liv.* 4. 41. Adversus hæc Tempanii oratio incomposita fuisse dicitur, ceterum militariter gravis, non suis vana laudibus, etc. *Id.* 27. 3. Milites in portis murisque sibimet ipsos tecta militariter coegerat ædificare. *Tac.* 2. *Hist.* 80. Ut primum tantæ vicissitudinis offusam oculis caliginem (*Vespasianus*) dispecit, militariter locutus, læta omnia et affluentia excepit. *Arrius Menand. Dig.* 49. 16. 4. § 9. Militariter punire.

MĪLĪTĀRĬUS, a, um, adject. idem ac militaris. *Plaut. Pseud.* 4. 4. 11. Quin hinc metimur gradibus militariis? *h. e.* incitatis, quales fere incedentium militum sunt. *Ritschelius* et *Fleckeisenus* auctoritate *Cod. Vatic. a pr. m.* leg. militaribus.

MĪLĪTĬA, æ, f. 1. *Militiai* ἀρχαϊκῶς pro *militiæ* dixit more suo *Lucret.* 1. 29. Effice ut interea fera mœnera militiai Per maria ac terras omnes sopita quiescant. — Militia est militaris munus, militaris vita seu disciplina, militaris ars, στρατεία (It. *milizia*; Fr. *service militaire*; Hisp. *milicia, servicio militar*; Germ. *d. Stand. und Dienst des Soldaten, Kriegdienst, Feldzug, Felddienst*; Angl. *the service of a soldier, warfare*).

I.) Proprie. — *a*) Universim. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 15. 36. Queis magi' palæstra, Eurota, sol, pulvis, labor, Militia studio est, quam fertilitas barbara. *Cic. pro leg. Manil.* 10. 28. Qui e ludo atque pueritiæ disciplinis – ad patris exercitum atque in militiæ disciplinam profectus est. *Id.* 1. *Divinat.* 25. 52. Xenophon in ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est, sua scribit somnia. *Id.* 1. *Off.* 11. 36. Militiæ sacramento obligare aliquem. *et* 3. *ibid.* 26. 97. Simulatione insaniæ militiam subterfugere. Cf. *Ovid.* 13. *Met.* 37. detrectavitque furore Militiam ficto. *Cæs.* 6. *B. G.* 17. Suos liberos, nisi quum adoleverunt, ut munus militiæ sustinere possint, patam ad se adire non patiuntur. Cf. *Colum.* 1. *R. R. præfat.* 17. Vera illa Romuli proles militiam belli facile sustinuit, durata paris laboribus. Rursus *Cæs.* 6. *B. G.* 13. Militiæ vacationem habere. *Auct. B. Alex.* 56. Transmarina militia perterriti. *h. e.* quod trans mare militandum esset. *Sall. Jug.* 67. Ætas militiæ patiens. *atta all'armi.* et *ibid.* Mario ad consulatum capiundum omnia abunde erant, industria, probitas, militiæ magna scientia etc. *et ibid.* 86. Fortissimum quemque, plerosque militia cognitos accire. *Id. Cat.* 7. Per laborem usu militiam discere. *Virg.* 8. *Æn.* 516. assuescat sub te tolerare magistro Militiam et grave Martis opus. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 55. sævam Militiam puer et Cantabrica bella tulisti. *Id.* 3. *Od.* 2. 1. Angustam amice pauperiem pati Robustus acri militia puer Condiscat. *Ovid.* 2. *Fast.* 508. Et patrias artes militiamque colant. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 19. 22. (66). Militiam capessere. *Tac.* 1. *Ann.* 20. Antiquam duramque militiam revocare. *Vellej.* 2. 117. 2. Otio magis castrorum, quam bellicæ assuetus militiæ. *Justin.* 11. 6. 4. Veterani emeritæ militiæ. — Tria sunt genera militiæ, inquit *Servius* ad *Virg.* 7. *Æn.* 614. et ad 2. *ibid.* 157. Primum est *sacramentum*, in

quo jurat unusquisque miles, se non recessurum injussu consulis, nisi expleto militiæ tempore: quod fere erat vigintiquinque annorum. Alterum est *conjuratio*, quæ fit in tumultu, idest Italico bello et Gallico, quando vicinum Urbi periculum singulos jurare non patitur, ut inter Fabios fuit. Hi milites ad unum tantum bellum militare tenentur. Tertium est *evocatio*, quum ad subitum bellum evocabantur: unde etiam consul solebat dicere: *qui rempublicam salvam esse vult, me sequatur*. Hi non sunt proprie milites, sed *pro milite*: unde Sallust. *Neu quis miles, neve pro milite*. Hinc milites *sacramento rogati, tumultuarii, evocati*: quos tangit *Virg.* 2. *Æn.* 157. et 8. *ibid.* 5. *et* 9 — Quod ad militiæ tempus attinet *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 6. *p.* 39. *Bip.* A sexta usque ad septimam septimanam (*annorum*) fit quidem deminutio, sed occulta —; ideo nonnullarum rerum publicarum hic mos est, ut post sextam ad militiam nemo cogatur: in pluribus datur remissio justa post septimam. — De militiæ autem tempore imperante Augusto ejusque successoribus, V. *Borghesi Dipl. di Decio p.* 97. — *Militia imaginaria*. *V.* IMAGINARIUS. — *Succinum militiæ* apud *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (97). est glessum. *V.* GLESSUM. — *b*) Genitivus *militiæ*, ut *belli*, cum Verbis et Nominibus status in loco, significat in militia; et cum *domi*, cui ex adverso respondet, fere jungitur. *Ennius* apud *Gell.* 19. 10. Neque domi nunc nos, nec militiæ sumus. *Ter. Adelph.* 3. 5. 49. Una semper militiæ et domi fuimus. *Cic.* 3. *Legg.* 3. 6. Militiæ, quibus jussi erunt, imperanto eorumque tribuni sunto: domi pecuniam publicam custodiunto. *Id.* 5. *Tusc.* 19. 55. Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita. *in pace e in guerra. Liv.* 7. 32. *in fin.* Semper ego plebem Romanam militiæ domique colui. Adde *Cic.* 3. *Orat.* 33. 134.; et *Sall. Cat.* 5., 6. et 9. — *Militiæ* sine voc. *domi* occurrit apud *Cic.* 3. *Legg.* 3. 6. Militiæ ab eo, qui imperabit, provocatio nec esto, quodque is, qui bellum geret, imperassit, jus ratumque esto.

II.) Translate. ¶ 1. Militia sumitur pro bello et militari expeditione. *Justin.* 7. 3. 1. Ne ubique deformis militiæ damnis haberetur. *per le disdette della guerra*. Sic *Vellej.* 2. 120. 1. Germani hostes Cimbricam Teutonicamque militiam Italiæ minabantur. *Tibull.* 1. 3. 82. Optavit lentas et mihi militias. *h. e.* longas et tardas expeditiones. *molte e lunghe campagne*. Eodem sensu *Justin.* 20. 1. 3. Prima illi militia adversus Græcos fuit. *la prima spedizione*. ¶ 2. Interdum *militia* sunt ipsi milites, ut *servitium* ipsi servi. *Liv.* 4. 26. Lege sacrata, quæ maxima apud eos vis cogendæ militiæ erat, delectu habito, utrimque validi exercitus profecti in Algidum convenere. *h. e.* quæ maxima cogendorum militum vis erat. V. *Drackenborg.* ad h. l. *Ovid. Heroid.* 8. 45. Tantalides omnes ipsumque regebat Achillem: Hic pars militiæ, dum erat ille ducum. *Justin.* 32. 2. 2. Concursu insularium, cum omni militia interficitur. Adde *Val. Max.* 1. 6. *extern.* 11. ¶ 3. Ponitur et pro virtute militari. *Vellej.* 2. 5. 1. Præclara in Hispania militia D. Bruti fuit, qui ingenti vi hominum urbiumque potitus numero, Gallæci cognomen meruit. *Flor.* 4. 5. Fulvia gladio cincta, virilis militiæ uxor. ¶ 4. De gradibus et emolumentis militiæ. *Sueton. Claud.* 25. Equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret. *h. e.* militiæ ordines et gradus. Sic *Scævola Dig.* 32. 1. 102. *in fin.* Sejo liberto meo militiam do, lego: illam militiam, quam et testator habuit. Adde *Cels. ibid.* 31. 1. 22. ¶ 5. *Militia* est munus, seu officium aliquod in aula imperatorum. *Prudent. proœm. Cathemer.* 19. Tandem militiæ gradu Evectum pietas principis extulit. Assumptum propius stare jubens ordine proximo. *h. e.* præfectura prætorii, vel dignitate patriciatus, vel alia hujusmodi. Adde *Cod.* 3. 25 1. et *V.* MILES § 5. — *A militiis* occurrit in antiquis lapidibus apud *Reines. cl.* 14. n. 146., apud *Gruter.* 310. 5., 345. 10., 406. 9., 517. 12., 588. 7. et apud *Murat.* 820. 7.; quæ formula inter officia domus Augustæ fortasse est annumeranda, et illum videtur significare, qui ad imperatorem ea referret, quæ præsertim ad militares expeditiones pertinebant. Sed res est valde dubia. V. *Orell. Inscript.* 3560. et 3562., ubi ille ait: Fueruntne qui delectibus habendis præerant? Cui assentit *Borghesius* in *Inscriz. del Reno dello Steiner p.* 7. At *Henzenio Inscript.* 7420. d. *in not.* vir *a militiis* est, quicumque sive præfectus sive tribunus militia perfunctus est: vir autem *a mil. militiis* cum *Reniero* pro eo habendus, qui primum pilum, præfecturam cohortis, tribunatum, præfecturam alæ gessit, *omnibus* igitur *militiis* equestribus *exornatus* est. Idem *Henzen* in nonnullis a *Mommseni* sententia discrepat, *Inscript.* 6849. et 7420. b. *α in not.* ¶ 6. Metaphorâ sumptâ a superiori paragr. I., militia est quodcumque laboriosum munus, provincia. — *a*) Generatim. *Cic. Mur.* 9. 19. Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi, plenam sollicitudinis ac stomachi, secutus est. *Ovid.* 2. *Fast.* 9. Hæc mea militia est: ferimus, quæ possumus, arma. *Plin.* de hirundinum labore in nidis faciendis, 10. *Hist. nat.* 33. 49. (94). Eaque militia illis cum anno redit semper. — *b*) Speciatim locum habet in re amatoria. *Plaut. Pers.* 2. 2. 49. At confidentiâ illa militia (*subaudi* Veneris) militatur multo magis, quam pondere. Cf. *eumd. Truc.* 2. 1. 18. Numquam amatoris meretricem oportet causam noscere; quin, ubi nihil det, pro infrequente eum mittas militia domum. *Propert.* 1. 6. 30. Non ego sum laudi, non natus idoneus armis: Hanc (*scil.* amatoriam) me militiam fata subire volunt. *Id.* 4. 1. 137. Militiam Veneris blandis patiere sub armis. Sic *Horat.* 4. *Od.* 1. 16. Late signa feret militiæ (*o Venus*) tuæ.

MĪLĬTĬŎLA, æ, f. 1. *deminut. a* militia. Translate occurrit apud *Sueton. Vit. Juvenal.* In Paridem, pantomimum poetamque Claudii Neronis, semestribus militiolis tumentem. *h. e.* gradibus et honoribus militaribus.

MĪLĬTO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (miles). Part. *Militans* et *Militaturus* I. — Militare est militiam exercere, stipendia facere, merere, στρατεύω (It. *militare*; Fr. *être soldat, servir comme soldat, servir*; Hisp. *servir, como soldado*; Germ. *Soldat sein, Kriegsdienste thun*; Angl. *to serv as a soldier*).

I.) Proprie. — *a*) Neutrorum more. *Ter. Heaut.* 1. 1. 65. In Asiam ad regem militatum abiit. *Cic.* 1. *Off.* 11. 36. In cujus exercitu Catonis filius tiro militabat. *Sall. Jug.* 68. Is eo tempore contubernio patris ibidem militabat. *Liv.* 23. 42. *ad fin.* Nostra juventus omnis sub signis militat tuis. *Id.* 10. 10. Militaturos tamen se dixerunt, si utique Etrusci velint. *Id.* 5. 3. Quum æra militantibus constituta sunt. *Justin.* 8. 3. 2. Civitates, quæ sub auspiciis ejus militaverant. *Vellej.* 2. 120. 3. L. Asprenas sub Varo militans. *Seneca Phœniss.* 621. Frater arma comitatus tua, tibi militat. *Sueton. Cæs.* 68. Militare adversus aliquem. *Curt.* 6. 5. apud aliquem. *et ibid.* et 8. 8. cum aliquo. *Id.* 7. 10. Equites mille adduxerunt mercede militaturos. *Plin.* 1. *Hist. nat. præfat.* § 30. Qui (*Cato*) sub Africano, immo vero et sub Hannibale didicisset militare. — *b*) Passive. *Horat. Epod.* 1. 23. Libenter hoc et omne militabitur Bellum in tuæ spem gratiæ. *V.* et infra sub II. 2. *b.*

II.) Translate. ¶ 1. Militare dicuntur, qui in sacro Palatio funguntur munere aliquo, et imperatori in re publica operam navant, ut in MILES et MILITIA II. 5. dictum est. *Augustin.* 8. *Confess.* 6. usurpat de Agentibus in rebus. Adde *Cod.* 10. 69. 1. et 3. 25. 1. et 12. 19. 2. 3. 7. etc. ¶ 2. Metaphorâ sumptâ a superiori paragr. I., militare dicuntur qui munera militari muneri similia sustinent: ad rem *Cato* apud *Jul. Rufinian. de figur.* 6. *p.* 199. *Ruhnk.* Antiochus epistolis bellum gerit, calamo et atramento militat. — *a*) Generatim. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 66. venaticus ex quo Tempore cervinam pellem latravit in aula, Militat in silvis catulus. *Apul.* 2. *Doctr. Plat. ad fin.* Militare pro utilitate cunctorum. Singulare est illud *Theod. Priscian. l.* 2. *P.* 1. *c.* 13. *extr.* Febribus vero interpositis, consideratis temporibus serviendum est. Intensius tamen effusionum sollicitudini militabo; in quibus sæpe etiam sanguinis supervenientis effusio periculum procuravit. — *Militare* pro conari, cum Infinito. *Tertull. Pall.* 1. *ad fin.* Aries machina est, quæ muros frangere militat. — *b*) Speciatim in re amatoria. *Horat.* 3. *Od.* 26. 1. Vixi puellis nuper idoneus, Et militavi non sine gloria. *Ovid. Heroid.* 7. 31. Durumque amplectere fratrem Frater Amor: castris militet ille tuis. *Id.* 1. *Amor.* 9. 1. Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido. — Et cum Accusativo. *Plaut. Pers.* 2. 2. 49. At confidentiâ illa militia militatur multo magis, quam pondere. *Apul.* 9. *Met. de muliere et adolescente*. Prima stipendia Veneri militabant nudi milites.

MĪLĪTO, ōnis, m. 3. miles. *Apul.* 9. *Met. sub fin.* Militones illi, nec uspiam illum delitescere adjurantes. *Sed plerique alii rectius leg.* commilitones. *Vesp. judic.* apud *Wernsdorf. Poet. Lat. min. T.* 2. *p.* 232. Provocor, ut dicam, militonem tu tiro tentas. In *militonem* et in *tiro* vides hic perperam primam syllabam corripi, quum longa utrobique semper sit. Hinc *Wernsdorf.* legendum putat *Milonem tu Thraso tentas*.

MĪLĬUM, ĭi, n. 2. *miglio*, κέγχρος, genus frugis, plerisque avium jucundissimæ, rotundi minutique grani, et frumentorum omnium maxime durans: quippe quam ad centum usque annos servari, tradit *Plin.* 18. *Hist. nat.* 30. 73. (307). ex *Varron.* 1. *R. R.* 57. 2. si ab humore custodiatur. Dictum est a maxima nummorum summa, quæ est *mille* (quod *mile* et *milia* etiam scribitur), ut ait *Festus p.* 157. 17. *Müll.*: sed ratione habita etymi, videtur potius cum Gr. *μελίνη* conjungendum, ut ait *Id. ibid.* Ex eo candida puls, et panis conficitur in Campania præcipue, ut *Plin. ibid.* 10. 24. (100). et *Colum.* 2. *R. R.* 9. 19. docent. *Virg.* 1. *G.* 216. et milio venit annua cura. *Colum. loc. cit.* inter legumina numerare mallet, simul cum panico: nam multis regionibus cibariis eorum colonos sustineri. — De milio Indico *V.* INDICUS in ONOM.

MILLE *vel* mīle *et in plur. num.* millia, millium, millibus, nom. numerale. MEILIA legitur in *Inscript.* optimæ notæ apud *Orell.* 3308. — *Mile* et *milia* simplici *l* sæpissime scriptum reperitur in veter. codicib. et monum., teste *Pier.* ad *Virg.* 4. *G.* 473. et *Broukus.* ad *Propert.* 1. 5. 10., et confirmante *Cellar.* in *Orthograph.* ex Inscript. apud *Gruter.* 835. 8. X. MILIA NVMVM. *et* 868. 11. XC. MILIA NVMORVM. Sed et *millia* habet sua præsidia in lapide Ancyrano, et in usu frequenti. Ceterum, regula est, ait cl. *Lachmannus* ad *Lucret.* 1. 313., post longam vocalem e duabus *l* alteram subtrahi, si sequatur i littera, nisi ea casualis sit; ut *Messalla, Messalina; mille, milleni, milli, milia, miliens; villa, villaticus, villula, villis, vilicus; stilla* (nam in *stiria* i productum apparet), *stillare, stillis, stilicidium*. — In sexto casu olim dixere *milli*, quasi *mille, is* declinaretur: vel metri causa. *Lucilius* apud *Gell.* 1. 16. et *Macrob.* 1. *Saturn.* 5. Hunc milli passum qui vicerit atque duobus etc. *Id. ibid.* Tu milli nummum potes uno quærere centum. *h. e.* potes mille nummis acquirere centum millia. Ubi nota Unum mille, *un migliajo*. — *Mille* et in plur. num. *millia* est nomen numerale centum decies continens: e voce Græca χίλιοι, quæ idem significat; vel a *μύριοι*, quod tamen diversam habet significationem (It. *mille, mila*; Fr. *mille*; Hisp. *mil*; Germ. *tausend*; Angl. *a thou sand*). Et substantivi, et adjectivi more usurpatur. Substantive in num. singulari est indeclinabile (nec pro eo ponitur, quod Græce χίλιοι dicitur, sed quod χιλιας: et sicuti una χιλιάς, et duæ χιλιάδες; ita *unum mille*, et *duo millia*, certa atque directa ratione dicitur: quæ sunt verba *Gell.* 1. 16. et *Macrob.* 1. *Saturn.* 5.: sed *V.* sub I. 2.°); in plurali declinatur *millia, millium, millibus*: semper autem Genitivum regit. — Negat *Gronov. l.* 1. *de pecun. vet. c.* 10. *mille* unquam substantivum esse, aut Genitivum per se regere: multisque ea de re disputat. Semper itaque esse adjectivum, et plurale, et indeclinabile: sed neutrum duplex habere, *hæc mille*, et *hæc millia*: priori nos uti, quum hic numerus non exceditur: posteriori, quum plura sunt millia. *Catull.* 5. 7. Da mi basia mille, deinde centum: Dein mille altera, dein secunda centum: Dein quum millia multa fecerimus, etc. Quum vero dicimus *mille hominum, mille nummum*, ellipsin esse, et intelligi nominativum *multitudo, numerus, manus*, aut quid simile: et quum ait *Liv.* 23. 44. *sub fin.* Mille fere passuum inter urbem erant castraque: subaudiri posse. *mille*

ere passuum campi erant. Et in illo *Plauti Mil. glor.* 4. 2. 87. Mille annorum perpetuo vivunt: subaudiendum *tempus.* Et in illo *Lucil.* apud *Gell.* 1. 16. Ad portam mille a porta est sex inde Salernum: supplendum *passuum spatium,* vel *intervallum.* Porro integre locutum esse *Virgil.* quum ait 10. *Æn.* 167. Sub quo mille manus juvenum. *et Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 72. Plus mihi auri mille est modiorum Philippei. *et Val. Max.* 8. 15. *n.* 1. *extern.* Senatus, qui mille hominum numero constabat. Similiter quum legimus, *sex millia hominum,* intelligi sine dubio *corpora:* quum *decem millia talentum,* intelligi *pondo:* quum *mille nummum,* intelligi *auri pondere* vel *auro:* quum *tria millia jugerum,* intelligi *spatia,* etc. Hæc sane absurda non sunt, sed alicubi duriuscula.

I.) Proprie occurrit — 1.°) Tamquam nomen substantivum numerale neutrius generis cum Genitivo. — *a*) In singulari num. *Cato* apud *Gell.* 1. 16. Inde est ferme mille passuum. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 87. Mille annorum perpetuo vivunt. *Ter. Heaut.* 3. 3. 39. Fuit quædam anus Corinthia hic. huic drachmarum argenti hæc mille dederat mutuum. *Claud. Quadrigarius* apud *Gell. loc. cit.* Ibi occiditur mille hominum. *Varro* apud *Gell. ibid.* et *Macrob.* 1. *Saturn.* 5. Plus mille et centum annorum est. *Cic.* 6. *Phil.* 5. 15. Quis L. Antonio mille nummum ferret expensum? *Id. Rabir. Post.* 11. 31. Mille talentum accessionem esse factam. *Id.* 4. *Att.* 16. 14. In Campo Martio sæpta tributis comitiis marmorea sumus et tecta facturi, eaque cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur. — *b*) In plurali num. *Cic. Rabir. Post.* 8. 21. Decem millia talentum Gabinio esse promissa. *Id. Dom.* 22. 56. Illa tot virorum fortissimorum millia. *Id. Cluent.* 32. 87. Ad Stajenum sexcenta et quadraginta millia nummûm esse delata (*dico*). Si, ut tu dicis, gratiæ conciliandæ causa, quadraginta istorum accessio millium quid valet? Cf. *eumd.* 4. *Verr.* 22. 53. Huic hereditas HS quingentorum millium venerat a muliere quadam. *Liv.* 10. 1. Albam in Æquos sex millia colonorum scripta. *Id.* 10. 20. Cæsa ad sex millia hominum: duo millia et quingenti capti. Sic *Justin.* 11. 9. 10. Cæsa sunt peditum unum et sexaginta millia, equitum decem millia. — 2.°) *Mille* tamquam nom. substantivum numerale in singulari numero cum Genitivo interdum haud aliter ac plurale et accipitur et construitur, spectatur enim illud quod intelligitur; non quibus verbis dicatur: quapropter nihili facienda, quæ *Gellius* et *Macrobius* locis citt. sub init. animadverterunt. *Plaut. Truc.* 2. 4. 23. Trapezitæ mille drachmarum —, quas de ratione debuisti, redditæ. *Cic. Mil.* 20. 53. Quo in fundo, propter insanas illas substructiones, facile mille hominum versabantur valentium. *Forcellinus* et *Orellius* legunt *versabatur:* at *Pompejus* grammaticus p. 203. *Lindemann* et p. 186. *Keil.* exhibet *versabantur.* Rursus *Cic.* apud *Non.* p. 501. 27. *Merc.* Ut, quemadmodum scribit ille, cotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent. Ubi *Nonius:* Genitivus pro Nominativo. *Cæs.* 3. *B. C.* 84. Ut equitum mille apertioribus etiam locis septem millium Pompejanorum impetum, quum adesset usus, sustinere auderent. *Sic recentiores libri; veteres leg.* equites mille. Adde *Liv.* 23. 44. *sub fin.* allatum sub init. — 3.°) *Mille* et *millia* cum Genitivo substantivorum more usurpantur, ita tamen ut nullo adjectivo aut verbo definiantur. *Plaut. Trin.* 5. 2. 33. LY. Spondeo ergo tuam gnatam uxorem mihi? CH. Spondeo, et mille auri Philippum dotis. *Varro* 2. *R. R.* 3. 10. Is enim, quum in suburbano mille jugerum haberet, — coegit mille caprarum. *Nepos Milliad.* 5. Ea civitas mille misit militum. *Cic.* 14. *Phil.* 5. 12. Si quis Hispanorum, aut Thracum mille, aut duo millia occidisset. *uno, o due mila. Id.* 1. *Nat. D.* 34. 96. Cur igitur non sexcenta millia esse mundorum? *Liv.* 44. 14. Binum millium æris singulis missum munus. *Id.* 31. 34. Ipse cum viginti millibus peditum, quatuor equitum, ducibus transfugis, ad hostem profectus. — 4.°) Numerus *millia* adjective hominibus aut rebus numeratis per appositionem jungitur et quidem absolute, h. e. nulla prorsus ratione habita generis. *Cæs.* 2. *B. C.* 18. Quibus rebus perterritos cives Romanos ejus provinciæ sibi ad rem publicam administrandam HS. CLXXX. et argenti pondo XX. millia, tritici modios CXX. millia polliceri coegit. *Liv.* 27. 16. Millia triginta servilium capitum dicuntur capti. Cf. *eumd.* 37. 40. Decem et sex millia peditum more Macedonum armati fuere. *Id.* 44. 42. Ad sex millia, qui Pydnam ex acie perfugerant, vivi in potestatem venerunt. Similiter *Id.* 34. 52. Auri pondo fuit tria millia septingenta quatuordecim —: et Philippei nummi aurei quatuordecim millia, quingenti quatuordecim. Adde *eumd.* 39. 5. et *Colum.* 5. *R. R.* 1. 10. Pars sexta pedes quatuor millia et octingentos (*efficit*) —: pars quarta pedes septem millia et ducentos. — 5.°) Item *mille* quum adjective adhibetur, semper est indeclinabile et pluralis tantum numeri. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 9. Equites mille via breviore præmissi. Cf. *Cic.* 3. *Herenn.* 23. 38. Mille verborum imagines comparare. *Liv.* 38. 25. Mille ad eam rem ex omni numero audaciæ expertæ delegerunt equites. *Cæs.* 1. *B. G.* 22. Mille et quingentis passibus abesse. *Horat. Epod.* 9. 17. bis mille equos. *Id.* 2. *Sat.* 3. 61. Catienis mille ducentis clamantibus. — 6.°) Interdum nomen, quod cum *mille* vel *millia* jungendum esset, omittitur. — *a*) Sic *mille passuum* spatium milliarii significat, *un miglio, un migliajo,* ut apud *Liv.* 1. 14. Romulus exercitum educit: castra a Fidenis mille passuum locat. et apud *Cic. Sext.* 12. 29. Edixit, ut ab urbe abesset millia passuum ducenta. — Sed vox *passuum* omittitur, quia ex totius orationis contextu facile subauditur. *Cic.* 3. *Att.* 4. Ut mihi ultra quadringenta millia liceret esse. *Sall. Jug.* 114. Circiter duum millium intervallo. *Liv.* 9. 44. Hostes secutos, duo millia inde, locis munitis et ipsos consedisse. *Paulin. Nolan.* 28. 659. Urbs (*Abella*) operæ hæc nostræ hinc sex millibus absita Nolæ. *et* 695. per millia multa viarum. — *b*) Similiter, ubi de frumenti mensura sermo est, *millia modiorum* usurpantur, ut apud *Cic.* 5. *Verr.* 49. 116. Deductis tritici modiûm CCXVI. millibus, quanti decumæ venierunt, reliqua sunt tritici CCCXXIV. millia. — Interdum vox *modiorum* omittitur. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 45. Millia frumenti tua triverit area centum.

II.) Translate pro numero indefinito, sed magno ponitur. *Liv.* 3. 14. Ut mille pro uno Cæsones exstitisse, plebes quereretur. *Id.* 35. 42. Exsulem illum (*Hannibalem*) et Pœnum esse, cui mille in dies nova consilia vel fortuna sua, vel ingenium possit facere. *Virg.* 4. *Æn.* 701. *de Iride.* Mille trahens varios adverso sole colores. Cf. *eumd.* 5. *ibid.* 75. Ille e concilio multis cum millibus ibat Ad tumulum. *Horat.* 3. *Od.* 7. 12. Tentat mille vafer modis. *Ovid. Heroid.* 17. 104. Quum mea virginitas mille petita procis. Si te vidissem, primus de mille fuisses. *Id.* 1. *Amor.* 3. 15. Non mihi mille placent.

MILLĔFŎLĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. sub 1.

MILLĔFŎLĬUM, ii, n. 2. *millefoglie.* ¶ 1. Herba est cubitali scapo, ramosa, minutioribus, quam fœniculi, foliis ab imo vestita. Utilissima habetur sanandis vulneribus: unde et *herba militaris* appellatur. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 19. (42). et 24. *ibid.* 18. 104. (168). Vulgati libri habent *millefoliam vocant:* at *Sillig.* ex plurimis iisque præstantibus Codd. *millefolium* correxit. ¶ 2. Millefolium apud *Plin.* 24. *Hist. nat.* 16. 95. (152). est etiam caulis tener, similis fœniculo, plurimis foliis: unde et nomen accepit. Nascitur in palustribus, magnifici usus ad vulnera: Græce μυριόφυλλον, myriophyllon. Etruria hoc nomine appellat herbam in pratis tenuem, a lateribus capillamenti modo foliosam, eximii usus ad vulnera. Hæc *Plin.* Hinc *Seren. Sammon.* 36. 700. Herba chelidoniæ fertur cum melle mederi, Herbaque cum sevo foliis de mille vocata. *et* 44. 819. Herbaque, quæ foliis nomen de mille recepit.

MILLĔFORMIS, *V.* MILLIFORMIS.

MILLĔNĀRĬUS, a, um, adject. (mille) *di mille,* mille continens. *Augustin.* 20. *Civ. D.* 7. Millenarius numerus denarii numeri quadratum solidum reddit. *Cassiod.* 6. *Hist. Eccl.* 35. Millenarius dux lancearíorum. *h. e.* tribunus, qui mille peditibus præerat. *V.* CHILIARCHES.

MILLĒNI *vel* mileni, æ, a, adject. (mille) *mille,* χίλιοι, nomen numerale distributivum, quo et extra distributionem poetæ utuntur. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 4. Atridæ Priami patriam millenum numero navium decumo anno post subegerunt. *A. W. Becker.* legendum conjecit: *et mille numero navium* etc. probante *Ritschelio.* — Cl. *Quicherat.* huc retulit illud *Cassiod.*, ubi *millenus* in sing. num. legitur, 2. *Variar.* 37. Cognoscat Spoletinis civibus aliam millenam esse deputandam. *Sed hic* millesimam *corrigendum puto.*

MILLĔPĒDA, æ, f. 1. (mille *et* pes) animal e vermibus terræ, ab aliis *centipeda,* et *multipeda* dictum, pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se: oniscon (ὀνίσκον) Græci vocant, alii tylon (τύλον) Illam autem, quæ non arcuatur, sepa (σήπα, a σήψ, σηπός, quod a σήπω *putrefacio*) Græci vocant, alii scolopendram, minorem perniciosamque. Hæc ex *Plin.* 29 *Hist. nat.* 6. 39. (136). *Id.* 20. *ibid.* 2. 6. (12). Folia peponum sanant morsus millepedæ: sepa Græci vocant, oblongam, pilosis pedibus, perori præcipue nociyam: morsum tumor insequitur, et putrescit locus. *Hoc in loco* Sillig. *legit* multipedæ *et ad calcem affert var. lectionem* millepedæ. *Hieronym.* 2. *in Jovinian.* 7. Coge Syrum, Afrum, Arabem, ut vermes Ponticos (*cossos*) glutiat, ita eos despiciet, ut muscas, millepedas et lacertos. Sic *Marcell. Empir.* 32. Bestiolæ multipedæ, quæ in locis humidis et sordidis nascuntur, quæque contactæ pilulam de se faciunt.

MILLESIMA, æ, f. 1. *et*

MILLESIMUM. *V.* voc. seq. in fin.

MILLĒSĬMUS *vel* milesimus, a, um, adject. (mille) nomen numerale a mille. χιλιοστός (It. *millesimo;* Fr. *millième;* Hisp. *milesimo;* Germ. *der, die, das tausendste;* Angl. *the thousandth, millesimal*).

I.) Proprie *Cic. Fat.* 7. 13. Quamquam id millesimo ante anno Apollinis oraculo editum esset. Cf. *Inscript.* apud *Orell.* 989. FRAESENTIAE MATRIS DEVM P. SEPTIMIVS FELIX OB CORONAM MILLESIMI VRBIS ANNI. Hæc Inscript. pertinet ad ann. post Ch. n. 247. *V.* MILLIARIUS ad fin. vocis adjectivæ, ibique adnotata ad *milliarium sæculum.* Ceterum *Pers.* 3. 27. an deceat pulmonem rumpere ventis, Stemmate quod Tusco ramum millesime ducis? *h. e.* tu millesimus, nempe DCCCCXCVIIII. ante te majores habens. *Ovid. Heroid.* 13. 97. Inter mille rates tua sit millesima puppis. (Eodem modo locutus est *Seneca Agam.* 455.). *Seneca* 3. *Ira* 33. Usura millesima. *h. e.* qua pro mille nummis unus quot mensibus penditur: quæ pensio mille mensibus sortem æquat, et minimus fenoris modus est. *V.* MILLESIMA in fin. hujus voc.

II.) Translate millesimus ponitur pro minimo. *Cic.* 2. *Att.* 4. Ex libro Serapionis millesimam partem vix intelligo. Cf. *Gell.* 14. 1. *ad fin.* Præ ceteris, quæ mentiuntur, pars ea non est millesima. — Hinc

Millesima, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est usura, vel pars millesima. *Petron. fragm. Tragur.* 67. *Burmann.* Habeo decem pondo armillam, ex millesimis Mercurii factam. *h. e.* ex usuris millesimis, vel ex millesima cujuscumque lucri parte, Mercurio vota.

Millesimum, adverbii more, *per la millesima volta,* legitur apud *Cic.* 12. *Att.* 5. Quintus pater quartum vel potius millesimum nihil sapit, qui lætetur Luperco filio et Statio, ut cernat duplici dedecore cumulatam domum.

MILLĬĀRE, is, n. 3. idem ac milliarium: a *mille. Cic.* 6. *Att.* 1. *init.* Accepi tuas litteras ad quintum milliare Laodiceæ, quas legi libentissime. Ita in aliquibus MSS. legit *Victorius:* critici reliqui *a. d. quintum Terminalia.*

MILLĬĀRENSIS *vel* milliarensis, e, adject. milliarius, ut Milliarensis porticus, apud *Vopisc. Aurelian.* 49., sic dicta vel a mille columnis, quas haberet, vel quod mille passus, vel pedes longa esset. Sic enim varie exponunt interpretes, qui eodem modo accipiunt et *milliarias porticus,* quæ leguntur in *Sueton. Ner.* 31. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv.* p. 630. MILITAVIT IN COHORTE MILIARENS. *h. e.* milliaria.

MILLĬĀRII, ōrum, m. plur. 2. *et*

MILLĬĀRĬUM *vel* mliarium, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MILLIĀRĬUS *vel* miliarius, a, um, adject. (mille) mille continens, millenarius, χιλιοστός (It. *di mille*; Fr. *qui renferme le nombre mille, qui est de mille*; Hisp. *lo que contiene el mil*; Germ. *zum Tausend gehörig, ein Tausend in sich enthaltend*; Angl. *of a thousand, consisting of a thousand, millenary*). *Varro* 9. *L. L.* 87. *Müll.* Ita tribus gradibus sex decuriæ fiunt, tres miliariæ, et tres minores. *Id.* 2. *R. R.* 10. 11. Greges ovium milliarios facere. *et* 3. *ibid.* 1. 6. Milliarius clivus. *h. e.* mille passuum. *Seneca Ep.* 110. *a med.* Apri milliarii. *h. e.* mille librarum pondere. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 12. 19. (93). In Africa (fides penes auctores erit) milliarias vocari multas oleas narrant, a pondere olei, quod ferant annuo proventu. *Plin. alter* 7. *Ep.* 31. Præerat alæ milliariæ. *h. e.* mille militum. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* 482. 4. Sic Milliaria cohors, *Veget.* 2. *Milit.* 6., quam *Id. ibid.* habuisse dicit pedites mille centum quinque, equites loricatos centum triginta duos. Sic *Inscript.* apud *Orell.* 1833. SPEI AVGVSTAE C. SACCONIVS VARRO TRIB. COH. I. MILIARIAE DELMATARVM V. S. *Sueton. Ner.* 31. Milliariæ porticus. *h. e.* mille pedum. *V.* MILLIARENSIS. Hinc *Lamprid. Alex. Sev.* 26. Basilicam Alexandrinam instituerat in latum pedum centum, in longum pedum mille, ita ut tota columnis penderet. — *Miliarius agitator* bis dicitur in *Inscript.* apud *Gruter.* 337. 1., qui mille victorias in circo consecutus fuerat. Hinc in *alia* apud *Murat.* 623. 3. MILLE PALMAS COMPLEVI IN FACTIONE PRASINA EQVIS HIS. *Tertull. Anim.* 31. Milliarium ævum. *h. e.* mille annorum spatium. — *Milliarium* et sæpius *Miliarium sæculum* præferunt nummi Philippi Aug. apud *Eckhel. D. N. V. T.* 7. *p.* 324.; cusi enim sunt ob ludos sæculares maxima pompa Romæ celebratos anno a Chr. n. CCXLVII., qui millesimus ab Urbe condita fuit. *V.* MILLESIMUS. sub I. — Hinc

Milliarium vel *miliarium, ĭi,* n. 2. absolute, substantivorum more ¶ 1. Est numerus mille continens, *migliajo. Varro* 9. *L. L.* 82. *Müll.* Numeri, qui æs non significant, usque a quatuor ad centum, triplices habent formas, quod dicuntur hi quatuor, hæ quatuor, hæc quatuor; quum perventum est ad miliarium assumit singulare neutrum, quod dicitur hoc mille denarium, a quo multitudinis fit milia denaria. *Müllerus* ita legendum conjecit. *Id. ibid.* 85. In ipsis vocalibus, ubi additur certus numerus in miliariis, aliter atque in reliquis dicitur; nam sic loquuntur: hoc mille denarium, non hoc mille denarii. *Spengel.* ita legendum conjecit, probante *Orellio*: *codices* habent *militaris*. Dubias hasce lectiones quodammodo confirmat *Augustin.* 20 *Civ. D.* 7. Milliarium annorum. *h. e.* mille annorum spatium. ¶ 2. Item *milliarium* est columella, seu lapis erectus in viis, præsertim militaribus, inscriptas habens notas, quibus millia quæque passuum significantur, ut et in LAPIS II. dictum est. Hos lapides milliarios omnium primum in viis posuisse C. Gracchum, *Plutarch.* in *Gracch. c.* 7. narrat: *V. De Lama G., Mus. Parm. p.* 41. *Cic. Brut.* 14. 54. Quum plebes prope ripam Anienis ad tertium milliarium consedisset. *Id.* 8. *Att.* 5. Postea audivi, a tertio milliario multa mala eum dixisse capiti suo. *Sueton. Ner.* 48. Offerente Phaonte suburbanum suum circa quartum milliarium. *Frontin. Aquæd.* 6. Concipitur Anio vetus supra Tibur, vigesimo milliario extra portam. *et ibid.* 5. Concipitur Appia via Prænestina inter milliarium septimum et octavum. *et ibid.* 72. Ad septimum ab Urbe milliarium. *et ibid.* 21. Citra quartum milliarium. *et ibid.* Intra secundum milliarium. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 241. 1. IMP. CAES. L. SEPT. SEVERVS AVG. ET IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS AVG. MILIARIA VETVSTATE CONLAPSA RESTITVI IVSSERVNT. — *Milliarium* vel *Milliarium aureum* appellata fuit columna ab Augusto in capite Rom. Fori prope ædem Saturni statuta, in qua omnes viæ ab urbe Roma in Italiæ provincias ferentes descriptæ fuerunt: harum vero distantiæ non ab ipso milliario, sed ab antiquis Romæ portis incipiebant, ut pluribus probat *Marin. Frat. Arv. p.* 8., et affirmat his verbis *Macer Dig.* 50. 16. 154. Mille passus non a milliario Urbis, sed a continentibus ædificiis numerandi sunt. *Aureum* autem dictum est, quia columna illa auro lita, vel quia aureis litteris insculpta erat. V. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (66).; *Sueton. Oth.* 6.; et *Tac.* 1. *Hist.* 27.; item *V. Morisani Inscriz. Reg. p.* 216. et *Bullettino archeol. ann.* 1835. *p.* 78. — Videtur et ipsum spatium *milliarium* dici posse, *un miglio. Sueton. Ner.* 31. Fossam inchoabat longitudinis per centum sexaginta milliaria. ¶ 3. Item *milliarium* (sæpius *miliarium*, θερμαντήρ) vas fuit altum et angustum (ut colligitur ex *Pallad.* 5. *R. R.* 8. *in fin.*) calefaciendæ aquæ in balneo positum, quod *Vitruv.* 5. 10. *ahenum caldarium, caldaja*, vocat: ita vero est appellatum, quia miliario viarum simile est. *Pallad.* 1. *R. R.* 40. Miliarium vero plumbeum, cui ærea patina subest, inter soliorum spatia forinsecus statuamus, fornace subjecta: ad quod fistula frigidaria dirigatur, et ab hoc ad solium similis magnitudinis fistula procedat, quæ tantum calidæ ducat interius, quantum fistula illi frigidi liquoris intulerit. Ceterum *Pallad.* loco cit. 5. *R. R.* 8. *in fin.* et rem et nomen hausit a *Colum.* 9. *R. R.* 14. 9. ¶ 4. Ex illius similitudine ita dictum etiam fuit parvum vas æneum, vel argenteum, Græce ὑπολεβης, ad aquam in privatorum usus calefaciendam, cujus figuram habes in *Mus. Borbon. T.* 3. *tab.* 63., quodque memorat *Seneca* 3. *Quæst. nat.* 24. Facere solemus dracones, et miliaria, et complures formas, in quibus ære tenui fistulas struimus, per declive circumdatas, ut sæpe eumdem ignem ambiens aqua per tantum fluat spatii, quantum efficiendo calori sat est: frigida itaque intrat, effluit calida. *Id.* 4. *ibid.* 9. minora miliaria nominat; unde patet, variæ magnitudinis fuisse. *Ulp. Dig.* 34. 2. 19. § 12. etiam argenteum miliarium annumerat inter argentum escarium. ¶ 5. *Miliarium* in trapeto est ejusdem pars media instar cylindri, quæ miliariam columnam repræsentat, circa quam vertuntur orbes seu molæ oleariæ, et in cujus medio erigitur ferrea columella, Itali dicunt *perno di ferro*, quæ cupam (*Vasse*) pertusam, et molas circumagentem dirigit. *Cato R. R.* 20. et 22.

Milliarii, ōrum, m. plur. 2. absolute, substantivorum more, dicti sunt a *Hieronymo* et *Augustino* hæretici, qui inter alia docebant, mille annos post resurrectionem in terreno regno Christi, secundum carnales ventris et libidinis voluptates, futuros, ut ait *Augustin. Hæres. n.* 8. Adde *eumd.* 20. *Civ. D.* 7.; et *Hieronym. præf. l.* 18. in *Esaj.* 66. 33. *a med.* — Græco vocabulo *Chiliastæ*, Χιλιασταί sunt appellati. *Augustin. loc. cit.*

MILLIES *vel* millies *vel* milliens, adverb. Quamvis *Caper p.* 2241. *Putsch.* præcipiat sine *n* scribenda *millies, centies, decies*; tamen bis apud *Cic.* 3. *de republ.* 10. scriptum fuisse *milliens* in Cod. palimpsesto affirmat *ibid. A. Maius. V.* TOTIES init. — Millies est idem ac mille vicibus, χιλιάκις (It. *mille volte*; Fr. *mille fois*; Hisp. *muchas veces*; Germ *tausendmal*; Angl. *a thousand times*).

I.) Proprie. *Cic.* 3. *de republ.* 10. Cur autem, si pecuniæ modus statuendus fuit feminis, P. Crassi filia posset habere, si unica patri esset, æris milliens, salva lege; mea tricies non posset? *Vitruv.* 1. 6. Semel et tricies millies mille. *trenta un milione. et mox.* Ter millies mille. *tre milioni. Plin.* 2. *Hist. nat.* 23. 21. (85). Posidonius (*prodidit esse*) a turbido ad lunam vicies centum millia stadiorum, inde ad solem quinquies millies. *Val. Max.* 3. 7. *n.* 1. Bis millies.

II.) Translate ponitur pro sæpissime. *Ter. Eun.* 3. 1. 32. Plus millies audivi. Adde *eumd. Phorm.* 3. 2. 2. Sic *Cic. Rabir. perduell.* 5. 15. Morerer prius acerbissima morte millies Gracchus, quam etc. Adde *eumd.* 1. *Off.* 31. 113.; et *Sext.* 58. 123. *Liv.* 5. 4. Agros nostros millies depopulati sunt. *Catull.* 35. 8. Quamvis candida millies puella Euntem revocet.

MILLĬFORMIS, e, adject. (mille *et* forma) *multiforme*, mille formarum, multiformis. *Prudent.* 9. *Cathemer.* 55. Pulsa pestis lubricorum milliformis dæmonum. *Al. rectius leg.* milleformis.

MILLĬMŎDUS, a, um, adject. (mille *et* modus) idem ac multimodus. *Venant.* 3. *Vit. S. Martin.* 303. Hic ubi millimodas animalis adegerat iras.

MILLĬO, ōnis. *V.* MILIO.

MILLUS, i, m. 2. *collare da cane*, collare canum venaticorum, factum ex corio, confixumque clavis ferreis eminentibus, adversus impetum luporum. Scipio Æmilianus ad populum: Vobis, inquit, reique publicæ præsidio erit is, quasi millus cani. Hæc *Paul. Diac.* p. 151. 4. *Müll.* — *Millum, i,* n. 2. quidam leg. in illo *Varron.* 2. *R. R.* 9. 15. Ne vulnerentur a bestiis, imponuntur his collaria, quæ vocantur millum, idest cingulum, circa collum ex corio firmo, cum clavulis capitatis, quæ intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. *Schneiderus* loc. cit. et *Döderlein. Synonym. T.* 6. *p.* 207. *millum* legendum putant: plerique al. leg. *mœlium*, seu *melium*. *V.* MELES.

MILTĪTES, æ, m. 1. *subaudi* lapis, μιλτίτης λίθος, genus lapidis hæmatitæ, colore rubricæ, vel minii. nam μίλτος *minium* est. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 20. 38. (147).

MILTOS, i, f. 2. μίλτος, Græca appellatio coloris ejus, qui Latine *rubrica* dicitur. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 7. 38. (115). Trojanis temporibus rubrica in honore erat. Milton vocant Græci: minium quidam, cinnabari. Ita enim *Harduin.* distinguit. *V.* CINNABARIS. At *Sillig.* Milton vocant Græci miniumque cinnabarim. quam lectionem *Salmasius* conjecit et *Cod. Bamberg.* confirmavit: *V.* ibi a *Sillig.* adnotata. Ceterum *Terentian. de litt. p.* 2388. *Putsch., v.* 224. *Lachmann.* Has (*litteras*) versibus apte quoniam loqui negatur, Instar tituli fulgidula notabo milto. et *Venant.* 6. *carm.* 7. 41. Disputans multum, variante milto. — Alii minium interpretantur apud *Vitruv.* 9. 3. Signans cera ex milto, quæ esset expertus. *h. e.* miniata cerula, ut ait *Cic.* 15. *Att.* 14. *extr.* At *Schneiderus* (9. *præfat.* § 15.) præeunte *Salmasio*, correxit: *Signans cera molli* etc. *V. Schneider.* ad loc. cit.

MĪLŬA *vel* milva, æ, f. 1. a *milvus*, convicium est in feminam nimis avidam et rapacem. *Petron. fragm. Tragur.* 75. *Burmann.* Suadeo, bonum tuum concoquas, milva.

MĪLŬĀGO *vel* milvago, gĭnis, f. 3. genus piscis, qui et milvus: *pesce rondine*, ut quidam putant. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 6. (15). Milvago quoties cernatur extra aquam volitans, tempestates mutari. *V.* MILUUS sub II. 3. Apud *Isid.* 12. *Orig.* 6. 36. *milago* legitur, quod in *milvago* mutandum videretur: at *Sillig.* unius *Cod. Bamberg.* auctoritate fretus apud *Plin. loc. cit.* pro *milvago* leg. *lolligo*: *V.* quæ *idem ibid.* adnotavit.

MĪLŬĪNA *vel* milvina, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

MĪLŬĪNUS *vel* milvinus, a, um, adject. (miluus, milvus) ad miluum pertinens.

I.) Proprie. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 60. (167). Hieracitis alternat tota miluinis nigrisque veluti plumis. *Marcell. Empir. c.* 36. *p.* 139. retro *Ald.* Urtica trita cum sanguine miluino, aut palumborum.

II.) Translate. ¶ 1. *Miluinus pes* apud *Colum.* 12. *R. R.* 7. 1. nomen est herbæ milui pedem referentis. Fortasse est catanance, quam *Plin.* 27. *Hist. nat.* 8. 35. (57). tradit, arescentem contrahere se ad speciem unguium milui exanimati. ¶ 2. *Miluinæ tibiæ* dicuntur, quæ sunt acutissimi soni. *Paul. Diac. p.* 123. 4. *Müll.*: et *Solin.* 5. *a med.* ¶ 3. Refertur ad rapacitatem. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 62. An invenire postulas quemquam coquum, nisi miluinis, aut aquilinis unguis? *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 2. 2. Licinium plagiarium cum suo pullo miluino tributa exigere. *Apul.* 6. *Met. circa fin.* Nec tamen astutulæ anus miluinos oculos effugere potui. *h. e.* acres, cujusmodi sunt oculi omnium avium rapacium. *Petron. fragm. Tragur.* 42. *Burmann. sub fin.* Mulier, quæ mulier! miluinum genus. — Hinc

Miluina, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, subaudi *fames*, est vehemens orexis et rabida. *Plaut. Men.* 1. 3. 29. Madida quæ mihi apposita in mensam (*al.* mensa), miluinam suggerent.

MĪLŬUS *vel* milvus (*vel* milvius), i, m. 2. *Milvius*, quamquam a Lexicographis afferatur, omni tamen caret MSS. Conicum auctoritate (*V.* infra sub I. in fin.): re vera scribendum *miluus*, pro quo Poetæ *milvus* dixerunt, ut *tenvia* pro *tenuia*. — Est etiam generis feminini, nam subintelligitur vox avis. *Auct. epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 690.

Burmann. Inter tot niveas rustica milvus aves. Ceterum *miluus* vel *milvus*, ἰκτῖνος (It. *nibbio*; Fr. *milan, faucon colombaire, faucon*; Hisp. *milano*; Germ. *der Geire oder Falke*; Angl. *a kite or glead*).

I.) Proprie est avis ex genere accipitrum, sed major, rapacissima, et semper famelica. Traditur a solstitiis affici podagra. Hibernis mensibus latet. Videtur artem gubernandi docuisse caudæ flexibus. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 10. 12. (28). *Plaut. Rud.* 4. 4. 80. Vidi petere (*scil.* prædam) miluum, etiam quum nihil auferret tamen. *Ter. Phorm.* 2. 2. 16. Non rete accipitri tenditur, neque miluo. *Cic.* 2. *Nat. D.* 49. 125. Miluo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo: ergo alter alterius, ubicumque nactus est ova, frangit. *Horat. Epod.* 16. 31. juvet ut tigres subsidere cervis, Adulteretur et columba miluio (de re impossibili). *Phædr.* 1. 31. Columbæ sæpe quum fugissent milvium, Et celeritate pennæ vitassent necem, etc. *Ovid.* 2. *Amor.* 6. 34. Vivit edax vultur, ducensque per aera gyros Milvius. *Id.* 2. *Met.* 716. Ut volucris visis rapidissima milvius extis, Flectitur in gyrum, etc. *Miluus* legunt critici in locis *Horatii, Phædri* et *Ovidii* allatis: hanc enim affirmant esse veterem, probam, frequentioremque scripturam.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de homine rapaci atque avido. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 13. Male ego metuo miluos: mala illa bestia est: ne forte me auferat pullum tuum. *proverb.* ¶ 2. De eo, qui ingentes possessiones habet, proverbiali locutione dicimus, tantum habere, quantum milui volant. *Petron. fragm. Tragur.* 37. *Burmann.* Trimalchio fundos habet, quam (*h. e.* quantum) milui volant. *Pers.* 4. 26. Dives arat Curibus, quantum non milvus oberret. *Juvenal.* 9. 55. tot prædia servas Appula, tot milvos intra tua pascua lassos. ¶ 3. Est etiam piscis hoc nomine, saltu se supra mare attollens, summisque undis discurrens, volanti similis, prædæ causa: quem nonnulli putant esse *pesce rondine. V.* MILUAGO. *Ovid. Halieut.* 95. Hippuri celeres, et nigro tergore milvi. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 50. Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterque Suspectos laqueos, et opertum miluus hamum. ¶ 4. Item signum cæleste, quod vergit ad Ursam majorem, in parte inferiore. Quum terra monstrum mirabile edidisset, quod superiore parte taurus erat, inferiore serpens, Parcarum monitu inclusum statim fuit apud Stygiam paludem, in nigra silva, triplici murorum serie. Inde oraculum fuit, qui flammis viscera ejus monstri adolenda dedisset, eum posse æternos deos vincere. Igitur quando Saturnus a Jove filio ex regno expulsus fuit, Titanas, fratrem scilicet ac nepotes, in arma adversus Jovem concitavit. In his Briareus facta ex adamante securi taurum interfecit. Flammis exta jam jam daturus erat, quum Juppiter avibus imperavit, ut illa exta raperent. Rapta a miluo fuere. Ita Juppiter Titanas vicit, et miluum immortalitate inter sidera donavit. *Ovid.* 3. *Fast.* 793. *et seqq.* Nonnulli dicunt, miluum ideo inter stellas fuisse collocatum, quod Jovi elapsum anulum retulerit. Hoc cæleste signum memoratur etiam a *Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 65. (237).

MILVA *et* MILVAGO *et* MILVINUS. *V.* MILUA, MILUAGO, MILUINUS.

MILVIUS *et* MILVUS. *V.* MILUUS.

MĪMA, æ, f. 1. (mimus). Teste *Cledonio* p. 1863. *Putsch.* in Dat. et Ablat. plur. habet *mimabus*. *V.* ASINA init. — Mima est mutier gesticulatrix, *commediante*. *V.* MIMUS. *Cic.* 2. *Phil.* 24. 58. Inter quos, aperta lectica, mima portabatur. Adde *eumd. ibid.* 8. 20. et 13. *ibid.* 11. 24.; *Horat.* 1. *Sat.* 2. 56.; et *Inscript.* apud *Orell.* 2624.

MĪMÆCȲLON, i, n. 2. μιμαίκυλον, fragum, fructus arboris unedonis, sive arbuti. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 24. 28. (99). Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comaron et mimæcylon. *Alii leg.* memæcylon; *Sillig.* memecylon.

MĪMALLŌNĒS, um, f. plur. 3. Μιμάλλονες, mulieres sacerdotes Bacchi, al. Bacchæ, Thyades: a Mimante Ioniæ monte, vel a μιμεῖσθαι *imitor*, quod Liberum Patrem imitarentur, et ad ejus imitationem cornua ferrent. *Stat.* 4. *Theb.* 660. Post exsultantes spolia armentalia portant, Semineces que lupos, scissasque Mimallones ursas. *Sidon.* 1. *carm.* 13. Tunc Faunis Dryades Satyrisque Mimallones aptæ Fuderunt lepidum rustica turba melos.

MĪMALLŌNĒUS, a, um, adject. ad Mimallones pertinens. *Pers.* 1. 99. Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.

MĪMALLŌNIS, idis, f. 3. patronym. a *Mimallones*, Baccha, sacerdos Bacchi. *Ovid.* 1. *Art. am.* 541. Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis.

MĪMĀRĬUS, a, um, adject. ad mimum pertinens, mimicus, ut *Mimarii scurræ* apud *Capitolin. Ver.* 8. — Hinc

Mimarii, ōrum, m. plur. 2. absolute, substantivorum more, eodem sensu. *Inscript.* apud *Orell.* 2631., et emendatior in *Bullett. dell' Instit. archeol. ann.* 1833. *p.* 47. et apud *Henzen.* 6184. D. M. POSITVS EST HIC LEBVRNA MAGISTER MIMARIORVM QVI VIXIT ANNOS PLVS MINVS CENTVM ALIQVOTIES MORTVVS SVM SED SIC NVNQVAM OPTO VOS AD SVPEROS BENE ...IERAE (*valere*, corr. *Kellerm. Bullett. loc. cit.*). Ea verba *aliquoties mortuus sum, sed sic nunquam* idem significant, atque illa in Bassillæ Græca *Inscript.* in *Anthol. Palat.* edit. *Jacobs. T.* 3. *p.* 970. Πολλάκις ἐν Στυμέλαις, ἀλλ' οὐχ οὕτω δὲ Σανούσῃ. Ille enim Leburna magister mimariorum, atque hæc Bassilla mimas pluries in scænis se mortuos esse simulaverant (qua de re cf. *Petronii* locum cit. in *Mimicus* II.), nunc vero reapse defuncti et tumulati in sepulcro jacebant. *V.* voc. seq. Hæc eadem vox legitur apud *Junior. Orb. descript.* (ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3.) *p.* 396. Laodicea mittit aliis civitatibus agitatores optimos, Tyrus et Berytus mimarios.

MĪMAS, ădis, f. 3. μιμάς, idem ac mima. Græca *Inscript.* in *Anthol. Palat.* edit. *Jacobs. T.* 3. *p.* 970. Μειμάδι Βασσίλλῃ στηλην Θέτο βιολογος φώς. *Alia* Latina apud *Murat. p.* 1299. *n.* 11. D. M. S. APHRODITO MIMAS VIX. ANN. XXXX. EVTYCHVS CONIVGI MERENTI F.

MĪMĒSIS, is, f. 3. μίμησις, imitatio morum alienorum; figura cognata ironiæ, quando non verba modo, verum etiam vocem gestumque alicujus imitamur, quod fere deridentes improbantesque facimus. *Quintil.* 9. 2. 58., sed Græce. Exemplum hujus figuræ habes apud *Ter. Eun.* 1. 2. 75. et *Virg.* 4. *Æn.* 376.

MĪMĬAMBI, ōrum, m. plur. 2. sunt mimicæ fabulæ, versibus plerumque iambicis conscriptæ. Cn. Mattii, seu Matii Mimiambos laudat *Gell.* 10. 24. 15. 25. et 20. 9. etc. et *Terentian. de metr. p.* 2437. *Putsch.* Hoc mimiambos Mattius dedit metro. — Item versus senarii iambici ad similitudinem eorum, quibus mimi utuntur. *Plin.* 6. *Ep.* 21. Scripsit (*Verginius Romanus*) mimiambos tenuiter, argute, venuste, atque in hoc genere eloquentissime.

MĪMĪCĒ, adverb. (mimicus) *da commediante, da buffone,* mimorum more, μιμικῶς. *Catull.* 42. 8. Turpe incedere mimice ac moleste. *Tertull. Apolog.* 46. Mimice philosophi affectant veritatem.

MĪMĪCUS, a, um, adject. μιμικός, ad mimum pertinens, *comico, buffonesco.*

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Orat.* 59. 239. Ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus. *Quintil.* 6. 1. 47. Hæc non debent esse mimica.

II.) Translate, mimica dicuntur quæ per speciem repræsentantur vel fiunt, atque ideo non vera sunt, sed ficta atque simulata. *Plin. Paneg.* 16. Accipiet Capitolium non mimicos currus, nec falsæ simulacra victoriæ, sed imperatorem veram ac solidam gloriam reportantem. *Alii male* inanes. *Id.* 7. *Ep.* 29. Res mimicæ et ineptæ. *Petron. Satyr.* 94. *extr.* Nec Eumolpus interpellaverat mortem mimicam. *h. e.* fictam, simulatam, ut fit in mimis et comœdiis. *Lamprid. Elagab.* 25. Mimica adulteria. *h. e.* quæ a mimis in scæna exercentur.

MIMMŪLUS, i, m. 2. herbæ nomen, quæ eadem videtur esse ac pedicularis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 67. (259). Herba optima in prato trifolii, proxima graminis, pessima mimmuli, siliquas etiam diras ferentis. *Sillig.* pro *mimmuli* legit *nummuli.*

MĪMOFĂBŪLA, æ, f. 1. idem ac mimus, quam vide sub II. 1. *Jul. Valer. de art. rhet.* (edente *A. Maio*) 26. *ad fin.* Multum ad sermonis elegantiam conferent comœdiæ veteres et togatæ, et tabernariæ, et Atellanæ fabulæ, et mimofabulæ.

MĪMŌGRAPHUS, i, m. 2. μιμογράφος, lascivi, seu ridiculi poematis scriptor, ut fuere Cn. Mattius, P. Syrus, P. Laberius. *Sueton. Gramm.* 18. Circa scænam versatus est, dum mimographos adjuvat. *Capitolin. M. Aurel.* 8. Quum eos Marcellus, sui temporis mimographus, cavillando perstringeret. *Inscript.* apud *Orell.* 2622. DEO TVTELAE AEMILIVS SEVERIANVS MIMOGRAPHVS POSVIT.

MĪMŌLŌGUS, i, m. 2. μιμολόγος, qui mimos recitat, mimus. *Firmic.* 8. *Mathes.* 8. Pantomimos facit, aut mimologos. *Fulgent.* 2. *Mythol.* 17. Beatinius (*lege* Vatinius) augur dicere solitus erat, diversarum urbium honores somnialiter (*lege* similiter) peragi urbicario mimologo. *h. e.* scurræ mimario. *V.* URBICUS.

MĪMŬLA, æ, f. 1. deminut. mimæ. *Cic.* 2. *Phil.* 25. 61. Venisti Brundusium in sinum quidem et complexum tuæ mimulæ. Adde *eumd. Planc.* 12. 30.

MĪMŬLUS, i, m. 2. deminut. mimi. *Arnob.* 2. 38. Quid pantomimos, quid mimulos, etc.

MĪMUS, i, m. 2. μῖμος

I.) Proprie est gesticulator, imitator lascivus ac petulans factorum, dictorumque ac morum alienorum, colligendi risus causa, in scæna, vel extra. *Diomed.* 3. *p.* 488. *Putsch.* Mimus dictus παρὰ τὸ μιμεῖσθαι, quasi solus imitetur, quum et alia poemata idem faciant: sed solus quasi privilegio quodam, quod fuit commune, possedit. (It. *buffone, commediante*; Fr. *mime, pantomime, acteur qui imite par le geste et la declamation des caractères d'un bas comique*; Hisp. *mimo, pantomimo*; Germ. *d. Geberdenkünstler, Mime*; Angl. *a mimic, buffoon*; *one who imitated by his gestures wath another spoke or sung*). Differt ab *histrione*, qui certæ alicujus personæ, et in scæna tantum, et personatus in togatis fabulis imitationem peragit: *mimus* autem extra scænam, et sine larva quarumcumque personarum acta et dicta risus causa in palliatis fabulis persequitur: *pantominus* vero solo gestu, omissa vocis pronunciatione, omnia in fabulis itidem palliatis repræsentat. Præterea mimi est propria obscœnitas, ut est apud *Cic.* 2. *Orat.* 59. 242., non item histrionum. *Diomed.* 3. *p.* 487. *Putsch.* Quarta species fabularum est planipedis, qui Græce dicitur mimus, quia actores planis pedibus, idest nudis proscœnium introirent, non ut tragici actores, cum cothurnis, neque, ut comici, cum soccis: sive quod olim non in suggestu scænæ, sed in plano orchestræ positis instrumentis mimicis actitabant. *Cic.* 5. *Verr.* 34. 78. Hic est Docimus, qui ad istum deduxerat Tertiam, Isidori mimi filiam, vi abductam ab Rhodio tibicine. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 197. Spectaret (*Democritus*) populum ludis attentius ipsis, Ut sibi præbentem mimo spectacula plura: hic *mimus* est pro *histrione*, et rursus vi collectiva pro *histrionibus*. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 18. 14. *Ovid.* 1. *Art. am.* 501. Et plaudas, aliquam mimo saltante puellam. (hic *mimus* ponitur pro pantomimo: *V. Garzetti. Condiz. di Roma, l.* 1. *c.* 5. § 25. *p.* 180.). Adde *Sueton. Domit.* 15.; et *Inscript.* apud *Orell.* 2623. — *Mimorum commune*, hoc est contubernium, collegium, sodalicium, corpus, Bovillis memoratur in *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 169., apud *Orell.* 2625. L. ACILIO L. F. POMPT. EVTYCHAE (SIC) NOBILI ARCHIMIMO COMMVN. MIMOR. ADLECTO DIVRNO PARASITO APOLL. TRAGICO COMICO PRIMO SVI TEMPORIS DECVRIONI BOVILLIS etc.

II.) Translate. ¶ 1. Mimus est etiam ipsum poema et fabula, qua mimus aliorum mores imitatur. Differt a comœdia, quia in hac sunt certæ partes seu actus, quibus connexio et solutio alicujus negotii continetur: in mimo nulla est constitutio fabulæ, nec certus exitus. *Cic. Cæl.* 27. 65. Mimi ergo est jam exitus, non fabulæ: in quo quum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus, deinde scabilla concrepant, aulæum tollitur. *Ovid.* 2. *Trist.* 497. Quid, si scripsissem mimos obscœna jocantes? *et ibid.* 515. Scribere si fas est imitantes turpia mimos. *et ibid.* 518. Quodque libet, mimis scæna licere dedit. *Cic.* 11. *Phil.* 6. 13. Commentari mimos. *Sueton. Cal.* 57. Et quum in Laureolo mimo, in quo actor propriens se ruina sanguinem vomuit, cruore scæna abundavit. *Id. Cæs.* 39. Ludis D. Laberius eques R. mimum suum egit. — Hinc figurate *Sueton. Aug.* 99. Et amicos admissos percunctatus (*Augustus*): Equid iis

videretur mimum vitæ commode transegisse? — Sunt quidem in veterum mimis, qui hodieque exstant, pulcherrimæ multæ gravissimæque sententiæ, quia eorum finis erat docere, castigare, mores corrigere. Sed quia illud item studebant, ut delectarent, ejusque rei causa nec verbis, nec gestibus obscœnis abstinebant, immo hæc data opera captabant, habiti sunt apud bene moratas urbes nullo in pretio, et alibi etiam numquam admissi; quod de Massiliensibus narrat *Val. Max.* 2. 6. *n.* 7. — Celebres Romæ fuere mimi P. Laberius, P. Syrus, Phillistion Nicænus, Cn. Mattius, Lentulus, M. Marullus etc., de quibus *Voss. l.* 2. *institut. Poeticar. c.* 33. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a superiori paragr., *mimus* est quodvis ridiculum factum, et quasi fabula risu digna, præsertim quæ ficta tota est et simulata, *favola, cosa ridicola.* Sic *Sueton. Cal.* 45. *de ficto Caligulæ triumpho.* In hoc quoque mimo præter modum intemperans. *Id. Oth.* 3. *de fictis et ridiculis nuptiis.* Ne pœna acrior minum omnem divulgaret. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 12. 10. (53). Antiocho regi Artemo in tantum similis fuit, ut Laodice conjux regia, necato jam Antiocho, mimum per eum commendationis regnique successionis peregerit. *Seneca Ep.* 80. *a med.* Nec enim ullo exemplo efficacius exprimitur hic humanæ vitæ mimus, qui nobis partes has, quas male agamus, assignat. *et Ep* 26. Non timide componor ad illum diem (*mortis*), quo de me judicaturus sum, numquid simulatio fuerit et mimus, quidquid contra fortunam jactavi verborum contumacium. — Huc pertineret et illud *Sueton. Tib.* 24. Principatum quamvis neque occupare confestim, neque agere dubitasset, et statione militum, hoc est vi et specie dominationis assumpta, diu tamen recusavit impudentissimo mimo. *Vulgati libri habent* animo: *Dukerus* ad *Flor.* 2. 14. 3. *peracute leg.* mimo: *quod sane cum ceteris congruit: hæc enim sequuntur*: nunc adhortantes amicos increpans, ut ignaros quanta bellua esset imperium; nunc precantem senatum et procumbentem sibi ad genua, ambiguis responsis et callida cunctatione suspendens.

MIN, legitur apud *Auson. in monosyllabis* pro minio usurpatum. *V.* AL.

MIN'? hoc est, mihi ne? *Pers.* 1. 2. Mio' tu istud ais? *V.* EGO.

MĪNA, æ, f. 1. tria diversa significat, scilicet *A*) Est Græca μνᾶ, libra, nummus. Latini *minam* vocarunt; *mna* tamen occurrit apud *Plin.* 21. *Hist. nat.* 34. 109. (185). Mna, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. *et* 35. *ibid.* 10. 36. (107). Pro duodecim diis dedit in singulos mnas tricenas. Addunt et *Plauti* loca aliquot, in quibus tamen omnibus alii leg. *mina.* — Ceterum mina ¶ 1. Est libra apud Græcos. Mina Attica continebat stateres viginti quinque, sive, quod idem est, centum Atticas drachmas: eratque major Romana libra drachmis quatuor. Nam hæc nonaginta sex tantum pendebat drachmas. Sed hoc de mina nova intelligi debet, quæ et Solonis mina a quibusdam appellatur. Constat enim, minam Atticam antiquitus fuisse drachmarum tantum septuaginta quinque, quæ, auctis postea a Solone ponderibus, mina vetus appellata est. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 34. 109. (185). *Rhemn. Fann. de ponderib. et mensur.* sentire videtur, minam Atticam eam esse, quæ constat septuaginta quinque drachmis, quam nos minam veterem voravimus; alteram vero, quæ centum constat drachmis, minam Græcam vocari. Scripsit enim *v.* 32. Accipe præterea, parvo quam nomine Graji Mnam vocitant, nostrique minam dixere priores. Centum hæ sunt drachmæ, quod si modo dempseris illis Quattuor, efficies hanc nostram denique libram: Attica quæ fiet, quartam si dempseris hinc, mna. *idest* si dempseris viginti quinque drachmas, quæ est quarta pars numeri centenarii. Demptis igitur 25. ex 100., remanent 75. — Quoties autem apud scriptores minæ mentio occurrit, de mina nova intelligendum est, quæ epitriti proportionem habet ad minorem, seu veterem minam: quemadmodum et talentum majus ad talentum minus, idest quarta parte major est. ¶ 2. Item est nummus aureus vel argenteus apud Græcos. *Plaut. Mil. glor. a.* 5. *v.* 27. CA. Ergo des minam auri nobis. PY. Quamobrem? CA. Salvis testibus ut te hodie hinc amittamus. *Id. Pœn.* 5. 5. 8. Nactus est hominem, mina quem argenti circumduceret. *Id. Trin.* 2. 4. 1. Minus quindecim dies sunt, quum pro hisce ædibus minas quadraginta accepisti a Callicle. Adde *eumd. Pœn.* 5. 6. 22. Sic *Cic.* 5. *Tusc.* 32. 91. Xenocrates, quum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præsertim, maxima, abduxit legatos ad cœnam. — Quos quum tristiores vidisset, XXX. minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. — *NB. Mina* etiam mensuræ genus est, qua agros metimur, qui et actus quadratus dicitur. Habet ex omni parte pedes centum viginti. *Varro* 1. *R. R.* 10. 2. ut quidam legunt: *Schneiderus* enim *pro mina* legit *acnua*; alii vero aliter: *Schneideri* autem lectionem confirmat *Colum.* 5. *R. R.* 1. 5. et *Frontin. de limit.* 2. *p.* 30. *Rudorff.*, cujus notas videsis ad *Gromatic. Institut. Vol.* 2. *p.* 279.

B) In re pecuaria — *a*) *Mina ovis* dicitur, quæ ventre est glabro, ita dicta fortasse, quia minus habet lanæ. *Varro* 2. *R. R.* 2. 6. Pecus ovillum recte sanum est extra luscam, surdam, minam, idest ventre glabro. *Pontedera* et *Schneider.* verba *idest ventre glabro* spuria existimant, et quidem recte. *Plaut. Truc.* 3. 1. 9. Ego propere minas oves in hac crumena in urbem detuli. *h. e.* minas, quas pro ovibus venditis acceperat, urbane ad risum capiendum minas oves vocat. *V.* APICA. Sunt tamen qui apud *Plaut.* aliter leg. — *b*) *Mina* dicta est etiam mamma, quæ lacte deficit. *Paul. Diac. p.* 122. 8. *Müll.* Minam Ælius vocitatam ait mammam alteram, lacte deficientem, quasi minorem factam.

C) *Mina* singulari num., It. *minaccia*, pro eo quod pluraliter dicimus *minæ, arum*, usurpata fuit a *Catone*, teste *Festo*, ut *Scaliger.* exhibet; *Müllerus* enim aliter omnino leg., quem videsis in *Suppl. Annotat. p.* 385. ad *pag.* 153.

MĪNĀBĬLĬTER, adverb. idem ac minaciter. *Gloss. Philox.* Minabiliter, ἀπειλητικῶς.

MĪNĀCĬÆ, ārum, f. plur. 1. *minaccie*, minæ, apud veteres. *Plaut. Rud.* 3. 5. 16. Minacias ego istas flocci non facio tuas. Adde *eumd. Mil. glor.* 2. 4. 21. et *Id. Truc. a.* 5. *v.* 56. Melius te minis certare mecum, quam minaciis.

MĪNĀCĬTER, adverb. (minax). Comp. *Minacius* sub *b.* — Minaciter est cum minis, ἀπειλητικῶς (It. *minaccievolmente*; Fr. *en menaçant, avec menaces*; Hisp. *amenazantemente*; Germ. *drohend, mit, unter Drohungen*; Angl. *with threats or menaces, threateningly, in a threatening manner*). Occurrit — *a*) Posit. apud *Cic.* 1. *Orat.* 20. 90. Et adversatios minaciter terrere possemus. *Liv.* 2. 6. Hæc moverunt Vejentes: ac pro se quisque, Romano saltem duce, ignominias dementas belloque amissa repetenda, minaciter fremunt. *Id.* 3. 39. L. Valerium Potitum, proditum memoriæ est, – postulando ut de republica liceret dicere, prohibentibus minaciter decemviris, prodituram se ad plebem denunciantem, tumultum excivisse. *Sueton. Tit.* 5. Suppliciter, necnon et minaciter efflagitantes (*milites*), ut remaneret, aut secum omnes pariter abduceret. *Tac.* 1. *Hist.* 33. Repugnantem huic sententiæ Vinium Laco minaciter invasit. *Quintil.* 1. 5. 9. Minaciter dictum. *Ammian.* 27. 10. Miles, velut repertis Barbaris, minaciter infrendebat. *et* 28. 4. Minaciter clamant. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 50. 76. (201). Torrens rapidus pontem minaciter subterfluens. — *b*) Comp. apud *Cic.* 5. *Phil.* 8. 21. Num putatis, dixisse eum minacius, quam facturum fuisse? *Ammian.* 20. 11. *a med.* Triplex acies nostrorum instructa, conisque galeorum minacius nutans.

MĪNÆ, ārum, f. plur. 1. De singulari num. *V.* MINA sub *C.* — Minæ

I.) Proprie sunt eminentiæ murorum, pinnæ, *merli delle mura*: a *minendo*, h. e. eminendo. *Virg.* 4. *Æn.* 88. pendent opera interrupta minæque Murorum ingentes. Sic *Ammian.* 24. 2. *circa med.* Occupant arcem –, in qua excellebant minæ murorum, bitumine et coctilibus laterculis fabricatæ. *Id.* 20. 6. Cujus propugnatores – clausis ocius portis, ingentibus animis per turres discurrebant et minas, saxa tormentaque bellica congerentes, – multitudinem parati propellere, si mœnia subire tentasset. *Id.* 29. 6. Murorum maximam partem pacis diuturnitate contemptam et subversam ad usque celsarum turrium minas expediit. *V.* MINEO.

II.) Translate minæ sunt metus incussio per verba et signa territantia, ἀπειλή (It. *minaccie*; Fr. *menaces*; Hisp. *amenaza*; Germ. d. *Drohung*; Angl. *threats, menaces.* Occurrit — *a*) De hominibus. *Cic.* 1. *Orat.* 58. 247. Virtutem hominibus instituendo et persuadendo, non minis et vi ac metu tradi. *Id. Fontej.* 11. Eorum minis et terrore commoti esse videremini. *Id. Mur.* 21. 43. Accusandi terrores et minæ, quibus tu quotidie uti solebas. *Id. Cluent.* 8. 24. Aliquem clamore ac minis insequi. *Id. Quinct.* 14. 47. Minas jactare, pericula intendere, formidines opponere. *Sall. Jug.* 27. *in fin.* Minas graves nunciare alicui senatus verbis. *Tac.* 3. *Ann.* 36. Probra et minas alicui intendere. *Ovid.* 6. *Met.* 361. et convicia adjicere. *Id.* 1. *Amor.* 7. 46. rigidas intonare. *Phædr.* 3. 6. venas exercere. *Paul. Dig.* 35. 3. 4. lusorias alicui facere. *Auct. B. Afr.* 91. Nec minis, nec precibus moveri. *Horat.* 4. *Od.* 3. 8. Tumidas alicujus minas contundere. *Val. Flacc.* 1. 216. Nunc, patrui nunc flecte minas. *Sil. It.* 4. 125. Sed compesce minas. *Stat.* 1. *Theb.* 188. Quas gerit ore minas! quanto premit omnia fastu! — Huc referri potest et illud *Flor.* 2. 8. Ad hæc cælestes minæ territabant, quum humore continuo Cumanus Apollo sudaret. — Et de verbis, quibus utuntur bubulci bubus agendis. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 55. Et discam Getici quæ norunt verba juvenci: Adsuetas illis adjiciamque minas. *V.* MINO. — *b*) De brutis animantibus. *Virg.* 3. *G.* 421. *de angue.* Tollentemque minas et sibila colla tumentem. *Ovid.* 2. *Met.* 857. *de tauro.* Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen. — *c*) De inanimis. *Lucret.* 5. 1002. Hic temere in cassum frustra mare sæpe coortum Sævibat leviterque minas ponebat inanes. Cf. *Propert.* 3. 8. 6. stent aere venti, Ponat et in sicco molliter unda minas. *Virg.* 6. *Æn.* 112. Ille (*genitor*) meum comitatus iter, maria omnia mecum, Atque omnes pelagique minas cælique ferebat Invalidus. *Propert.* 1. 17. 6. Aspice, quam sævas increpat aura minas. *Tibull.* 2. 6. 28. Hibernas minas negligere. *Ovid. Heroid.* 12. 208. Adversumque minas frigoris arma parat. *h. e.* vestes frigori depellendo.

MĪNANTER, adverb. (minæ) idem ac minaciter. *Ovid.* 3. *Art. am.* 582. Multaque submisse, multa minanter agant.

MĪNARRĬO. *V.* MINURIO.

MĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. (minæ) *minaccia*, ἀπειλήσις, minæ vel actus minandi. *Cic.* 2. *Orat.* 71. 288. Colliguntur a Græcis alia nonnulla, exsecrationes, admirationes, minationes. *Tiro Tullius* apud *Gell.* 7. 3. Injuriis atque imperiosis minationibus confutare.

MĪNĀTOR, ōris, m. 3. (mino) qui minat, seu agit, ut pecora, armenta, etc. *Tertull.* 2. *ad Nation.* 3. *ad fin.* Animalia per se moventur, nullo apparente minatore. *h. e.* bubulco, qui boves verbis minacibus agit: *V.* locum *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 55. cit. in MINÆ II. *a.* in fin. et MINO. Ceterum generatim pro eo, qui minatur, caret exemplis.

MĪNĀTŌRĬUS, a, um, adject. minax, *minaccioso. Ammian.* 17. 7. *extr.* Terræ motus sonitu audiuntur minatorio. *Al. leg.* minaci.

MĪNAX, ācis, adject. (minor, aris). Comp. *Minacior* et Sup. *Minacissimus* II. — Minax est eminens, prominens, *eminente.*

I.) Proprie. *Virg.* 8. *Æn.* 668. et te, Catilina, minaci Pendentem populo Furiarumque ora trementem. *h. e.* eminenti, atque adeo alto et præcipiti. *alto e precipitoso.* Cf. *Lucret.* 1. 881. fruges quoque sæpe minaci Robore quum saxi franguntur etc.

II.) Translate et sæpissime minax est qui frequenter, aut valde minatur, minarum plenus, ἀπειλητικός (It. *minaccioso, minaccievole*; Fr. *menaçant*; Hisp *amenazante*; Germ. *drohend*; Angl. *threatening, menacing, minacious*). Occurrit — *a*) De hominibus. *Cic. Fontej.* 12. 26. Indutiomarus iste minax atque arrogans. *Horat.* 2. *Od.* 12. 11. ductaque per vias Regum colla minacium. *Sueton. Cal.* 51. Adversus Barbaros minacissimus. *Ammian.* 19. 10. Vi minacissimæ plebis, famem ultimum malorum omnium exspectantis, Tertullus

vexabatur ea tempestate præfectus. — *b*) De brutis animantibus. *Ovid.* 3. *Amor.* 13. 15. Et vituli nondum metuenda fronte minaces. Cf. *eumd.* 11. *Met.* 37. boves cornu minaci. *Al. leg.* minaces. *et Halieut.* 44. *de murœna.* animos ponit captiva minaces. — *c*) De iis, quæ ad homines referuntur; item de inanimis et abstractis. *Cic.* 16. *Fam.* 11. Minaces et acerbæ litteræ. *Ovid.* 1. *Met.* 91. minacia verba. *Horat.* 4. *Od.* 9. 7. Alcæi minaces Camenæ. *h. e. στασιωτικά* Alcæi carmina adversus tyrannos. *Id.* 1. *ibid.* 10. 10. Minaci voce terrere. *Val. Flacc.* 5. 520. vultu gravis ille minaci Jamdudum fremit. *Id.* 1. 722. furiis iraque minaci Terribilis. *Id.* 5. 260. auguriis monstrisque minacibus urbem Territat. *Seneca Med.* 751. Luna fronte minax. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 24. aer nubibus minax. *Virg.* 3. *G.* 77. fluvios tentare minaces. *gonfi e pericolosi. Ovid. Heroid.* 19. 85. æquor sævum et minax. *Horat.* 1. *Od.* 12. 31. unda minax. *Id.* 2. *ibid.* 1. 17. minaci murmure cornuum. *Tac.* 1. *Ann.* 28. Noctem minacem et in scelus eruptura fors lenivit. *h. e.* homines noctu seditionem minitantes. *Liv.* 4. 52. Pestilentia coorta minacior, quam perniciosior.

MINCTĬO, ōnis, f. 3. (mingo) actus mingendi. *Veget.* 2. *Veterin.* 22. 1. *Schneid.* Conamen minctionis. *et* 5. *ibid.* 14. 9. Alia noxia in cibo sumpta impediunt minctionem. *et ibid.* § 10. Meatus minctionis. *et* 2. *ibid.* 23. Minctionem provocas, tam diu donec urinam faciat.

MINCTŪRA, æ, f. 1. (mingo) minctio. *Veget.* 2. *Veterin.* 5. *Schneid.* Sataget salientibus venis mincturam et naturam simul dimittere, ad terram transverse ambulabit. *Ita vulgati libri plerique*; *nonnulli vero* mictura: *et rectius* Schneiderus: Sataget salientibus venis, naturam minctura similis demittet ad terram, transverse ambulabit.

MĪNĔO, es, ŭi, ere, n. 2. promineo, immineo. *Lucret.* 6. 561. Ad cælumque magis quanto sunt edita quæque, Inclinata minent in eamdem prodita partem. *Lachmannus* verbum simplex *minere* rejiciendum putat, et mavult credere *Lucretium* suo et apto vocabulo scripsisse *meant. V.* MINÆ et MINAX I.

MINERRIMUS pro minimo (*veteres*) dixerunt. *Paul. Diac. p.* 122. 17. *Müll.*

MĪNERVA, æ, f. 1. Ἀθηναία, Ἀθηνᾶ, dea ingeniorum et disciplinarum præses, alio nomine Pallas, quam ex cerebro Jovis natam, poetæ fabulantur: *V.* plurima in ONOM. — Hinc translate ¶ 1. Metaphorâ ductâ a Minerva dea ingeniorum et disciplinarum præside, — *a*) *Pingui*, seu *crassa Minerva aliquid facere* est simplicius, rudius vel indoctius, *rozzamente. Horat.* 2. *Sat.* 2. 3. Rusticus crassa Minerva. Ut docet cl. *Weichert., Poet. Lat. fragm. p.* 26., utraque sane dictio *crassa* et *pinguis Minerva* non vi et notione, sed origine differt, metaphora illius a lanificio, hujus a corporis obesitate desumpta. Utramque rationem junxit *Colum.* 1. *R. R. præfat.* 33. Potest enim nec subtilissima, nec rursus, quod ajunt, pingui Minerva (*res agrestis*) administrari. Ceterum *Cic. Amic.* 5. 19. Agamus igitur pingui Minerva, ut ajunt. *Fronto* 4. *ad M. Cæs.* 12. Imagines vestræ male illæ quidem pictæ pleræque, et crassa, lutea immo, Minerva fictæ sculptæve. — *b*) *Invita Minerva aliquid facere*, idem est, quod repugnante ingenio, vel repugnante natura, *contra la natura. Horat. Art. P.* 385. Tu nihil invita dices, faciesve Minerva. *Cic.* 1. *Off.* 31. 110. Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud, ideo quia nihil decet invita, ut ajunt, Minerva, id est, adversante et repugnante natura. — *c*) *Sus Minervam*, subaudi *docet*, vel *monet*, tritissimum proverbium. *V.* SUS. — *d*) *Omnis Minervæ homo*, h. e. valde ingeniosus. *Petron. fragm. Tragur.* 43. *Burmann.* ¶ 2. Metonymice est lanificium, quod ab ea inventum esse dicitur. *Virg.* 8. *Æn.* 409. tolerare colo vitam tenuique Minerva. Cf. *eumd.* 5. *ibid.* 284. Olli serva datur, operum haud ignara Minervæ, Cressa genus, Pholoe. *Propert.* 2. 7. 41. *de Penelope.* Conjugium falsâ poterat differre Minervâ, Nocturno solvens texta diurna colo. *Tibull.* 2. 1. 65. Atque aliqua assiduo textrix operata Minervam, Cantat et appulsæ tela sonant latere. *Ovid.* 4. *Met.* 32. solæ Minyeides intus. Intempestiva turbantes festa Minerva, Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant. — Hinc *Arnob.* 5. 45. In usu sermonis vestri Martem pro pugna appellatis, pro aquis Neptunum, Liberum patrem pro vino, Cererem pro pane, Minervam pro stamine.

MĪNERVAL, ālis, n. 3. (Minerva) διδακτρον, merces, quæ a discipulis magistris persolvebatur, vel, ut *Vossio* minus recte placet, gratuitum munusculum, quo aliquis se in discipulum tradens novo commendabat magistro: a *Minerva* præside ingeniorum et disciplinarum, cujus imago in scholis poni solebat. Ex *Horat.* 1. *Sat.* 6. 75. apparet, minerval datum fuisse magistris singulo mense Idibus. Ex *Lucian.* vero *Hermot. c.* 80. constat, apud Græcos minerval a discipulis solvi solitum magistris pridie Kalendas cujusque mensis. *Varro* 3. *R. R.* 2. 18. Quin simul ac promiseris minerval, incipiam, inquit. *V.* NEFRENDITIUM, et MINERVALIS.

MĪNERVĀLĪCĬUM, ĭi, n. 2. videtur esse idem ac Minerval. *Gloss. Philox.* Minervalicium, αυστατικόν.

MĪNERVĀLIS, e, adject. ad Minervam pertinens. *Tertull. Spectac.* 11. *in fin.* Minervales artes. *Hieronym.* 3. in *ep. ad Ephes.* 6. 4. Et quod virgo, vel vidua, vel quilibet pauper obtulerat, hoc calendariam strenam, et Saturnaliciam sportulam, et Minervale munus grammaticus et orator aut in sumptus domesticos, aut in templi stipes, aut in sordida scorta convertit. *V.* MINERVAL. — *Magister Minervalis* videtur fuisse primus collegii in Minervæ honorem instituti, vel eidem collegio præpositus. *Inscript.* apud *Murat.* 190. 5. et 6., quæ est apud *Orell.* 2421. — Hinc

Minervalia, ĭum, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt festa Minervæ. *Sergius in Donati edit.* 2. *p.* 1846. *Putsch.* Sic *Tertull. Idolol.* 10. Quis ludimagister sine tabula septem idolorum, quinquatria tamen non frequentabit? Ipsam primam novi discipuli stipem Minervæ et honori et numini consecrat. Tam Minervalia Minervæ, quam Saturnalia Saturni celebrari necesse est. *Alii minus recte* Minerval, *al.* Minervala.

MĪNERVĬUS, a, um. adject. ad Minervam pertinens: *V.* ONOM. — Hinc *Minervium*, ĭi, n. 2. (subaudi *templum*) absolute substantivorum more, est Minervæ templum Athenis. *Arnob.* 6. 6. — Minervæ captæ delubrum Romæ ædificatum memoratur apud *Varron.* 5 *L. L.* 47. *Müll.*

MINGO, mingis, minxi *vel* mixi, minctum *vel* mictum, mingere, n. 3. — De præteritis et de aliis hujusce verbi temporibus, *V.* quæ dicta sunt infra sub I. — Part. *Mingens* et *Mincturus* I. — Mingere est urinam facere, mejere, οὐρέω (It. *pisciare*; Fr. *uriner, pisser*; Hisp. *orinar, mear*; Germ. *harnen, pissen*; Angl. *to make water*).

I.) Proprie. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 38. in me veniant mictum atque cacatum. *Id. Art. P.* 471. Minxerit in patrios cineres. *Martial.* 3. 78. Minxisti currente semel, Pauline, carina, Mejere vis iterum? jam Palinurus eris. *C. Titius* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 12. Judex testes poscit: ipsus it mictum. *Al. leg.* minctum. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 110. *n.* 270. QVI HIC MIXERIT, AVT CACARIT, HABEAT DEOS SVPEROS ET INFEROS IRATOS. Similiter *alia* apud *Henzen.* 7302. DVODECIM DEOS IIT DRANAM ET IOVEM OPTVMVM MAXVMVM HABEAT IRATOS QVISQVIS HIC MIXERIT AVT CACARIT *Seren. Sammon.* 12. 78. Si jungas oridæ grave quod minxere capellæ. *Veget.* 5. *Veterin.* 9. *Schneid.* Si jumentum sanguinem minxerit. — Hactenus in præteritis tantum: in aliis enim modis barbarum quidam esse voluerunt, et *mejo* pro eo usurpari. quod præcipue probat locus *Martial.* allatus: item composita, *circummingo, commingo, permingo*, quæ in præterito solum ab *Horat., Catull.* et *Petron.* adhibentur. Habent tamen posterioris ævi scriptores. *Vopisc. Bonos.* 14. *extr.* Ut quantum bibisset, tantum mingeret. *Ammian.* 23. 6. *a med.* Nec stando mingens. *Veget.* 2. *Veterin.* 5. *Schneid.* Naturam mincturo similis demittet ad terram. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 1. 4. et 11. *Marcell. Empir.* 26. *p.* 124. retro *Ald.* Calculosi, et qui sanguinem mingunt. Quin et *Celsum* ipsum, cujus verba sunt 4. 20. *ad fin.* At quum urina super potionum modum mingitur, et jam sine dolore profluens maciem et periculum facit. Verum in Edit. Florent. 1478. quæ princeps habetur, et in Plantiniana apud Oporinum 1552., et R. Constantini apud Rovill. 1566., quas consului, ita legitur: At quum urina super potionum modum, et jam sine dolore profluens, etc. Atque ita edidit *Targa*

II.) Translate, obscæna metaphora est semen emittere, *h. e.* feminam stuprare. *Catull.* 67. 30. Qui ipse sui gnati minxerit in gremium. *h. e.* nurum suam constuprarit. *V.* IMMEJO.

MĪNĬĀCĔUS *vel* miniacius, a, um, adject. (minium) μιλτώδης, qui est ex minio. *Vitruv.* 7. 9. Si voluerit expulitionem miniaceam suum colorem retinere. *Id. ibid.* 4. *a med.* Miniacei cunei.

MĪNĬĀNUS Juppiter dictus est, cujus statua minio illita erat. *Cic.* 9. *Fam.* 16. *ad fin. V.* MINIO, as, et MINIUM.

MĪNĬĀRĬA, æ, f. 1. *vel*

MĪNĬĀRĬUM, ĭi, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MĪNĬĀRĬUS, a, um, adject. ad minium pertinens, ut Miniarium metallum apud *Plin.* 33. 7. 40. (118). — Hinc

Miniaria, æ, f. 1. vel *Miniarium*, ĭi, n. 2. absolute, substantivorum more, est minii fodina, *miniera di minio. Plin.* 33. *Hist. nat.* 7. 40. (121). Sisaponensibus in Hispania Bætica miniariis sua vena arenæ sine argento exequitur auri modo. *Inscript.* mendosa apud *Murat.* 2044. 3. et emendata apud *Fea Viagg. ad Ostia p.* 42. VETTIA C. LIBERTA EROTICE MINIARII ATIMETI (*uxor*). C. MINIARIVS ATIMETVS PROCVRATOR SOCIORVM MINIARIARVM etc. Unde apparet, Atimetum, quod manumissus fuerat a sociis miniariarum, *h. e.* a publicanorum societate, quæ Romæ in suis officinis minium in Hispania effossum perficiendum curabat, ut constat ex *Plin. loc. cit.* et *Vitruv.* 7. 9., ideo nomen gentilicium *Miniarii* sibi adscivisse, quemadmodum qui a municipio aliquo manumittebatur, indidem nomen accipere solebat. *V.* AMITERNUM in ONOM.

MINIASTRUM, i, n. 2. minium non omnino defæcatum. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 160.

MĪNĬĀTŪLUS, a, um, deminut. miniati. *Cic.* 16. *Att.* 11. Cerulas enim tuas miniatulas illas pertimescebam. *V.* MINIO.

MĪNĬĀTUS, a, um. *V.* MINIO.

MĪNĬCŬLĀRĬUS. *V.* MINUSCULARIUS.

MĪNĬCŬLĀTOR, ōris, m. 3. qui minium inducit. Legitur ab *Accurs.* apud *Ulp. Dig.* 38. 1. 7., ubi alii fere omnes *nomenculator.*

MĪNĬME, adverb. *V.* PARUM.

MĪNĬMŌPĔRĔ, adverb. *et*

MĪNĬMUS, a, um, adject. superlat. *V.* PARVUS.

MĪNĬO, as, ātum, are, a. 1. (minium). Part. *Miniatus* et *Miniandum.* — Miniare est minio tingere, μιλτόω (It. *miniare*; Fr. *farder de cinabre, vermillonner*; Hisp. *afeytar con bermellon*; Germ. *roth farben*; Angl. *to tinge with vermilion*). *Plin.* 33. *Hist. nat.* 7. 36. (112). A censoribus in primis Jovem miniandum locari. *Id.* 35. *ibid.* 12. 45. (157). Fictilem Jovem fuisse, ideoque miniari solitum. *Id.* 10. *ibid.* 42. 58. (117). *de psittaco.* India hanc avem mittit, viridem toto corpore, torque tantum miniato in vertice distinctam. *Capitolin. Gordian.* 3. *ad fin.* Struthiones Mauri miniati trecenti. — Hinc *cera miniata* vel *miniatula*, erat cera rubra, qua notabant, quæ minus probarent, et corrigi vellent. *Cic.* 15. *Att.* 14. *extr.* Quæ quidem (*litteræ*), vereor, ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ sint.

MINIOLUM, i, n. 2. deminut. minii. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 160.

MINISCITUR pro reminiscitur antiquitus dicebatur. *Paul. Diac. p.* 122. 18. *Müll.* Cf. *eumd. p.* 124. 19. *Müll.* Mentum dicebant, quod nos commentum.

MĪNISTER, tra, trum, adject. Ratione habita etymi, quidam volunt esse a *manus* (*a* in *i* versa, ut in *comminus, eminus*) et v. *sto.* — Proprie est adjectivum, ut præcipue testantur exempla sub II. *b* allata, quæ videsis: hinc etiam nominibus haud raro apponitur, et feminino genere *ministra* sæpissime occurrit. Hinc

Minister, tri, m. 2. absolute, substantivorum more, est homo liber, aut servus, qui alteri inservit, famulus, administer, ὑπηρέτης (It. *ministro*,

servente; Fr. *serviteur, domestique, esclave*; Hisp. *servidor*; Germ. d. *Diener, Aufwärter, Gehülfe*; Angl.a *servant, attendant*).

I. Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Sæpissime de iis dicitur, qui convivis inserviunt; item de cubiculariis et similibus, qui plerique omnes apud Romanos servi erant. *Virg.* 1. *Æn.* 709. Centum aliæ (*famulæ*), totidemque pares ætate ministri, Qui dapibus mensas onerent et pocula ponant. Sic *Ovid.* 11. *Met.* 119. gaudent: (*regi Mydæ*) mensas posuere ministri Exstructas dapibus, nec tostæ frugis egentes. *Val. Flacc.* 5. 694.; et *Martial.* 12. 15. Minister Phrygius. *h. e.* Ganymedes pincerna Jovis. *Catull.* 27. 1. Minister veteris, puer, Falerni, Inger mi calices amariores. *h. e.* servus a cyatho, *coppiere*. *V.* MINISTRATOR 1. *Sueton. Tib.* 39. Incœnante eo, complura et ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt; multisque convivarum et ministrorum elisis, præter spem evasit. Adde *eumd. Vesp.* 5. *Ovid.* 11. *Met.* 677. Voce sua specieque viri (*Halcyone*) turbata soporem Excutit: et primo si sit, circumspicit illic, Qui modo visus erat. Nam moti voce ministri Intulerant lumen. *Sueton. Domit.* 17. Puer narrabat, jussum se a Domitiano pugionem pulvino subditum porrigere ac ministros vocare. — *b*) De eo, qui alteri quomodocumque inservit. *Cels.* 7. 16. Minister oras vulneris leniter diducere debet: medicus intestina condere. *Petron. Satyr.* 123. non arma ministris, Non regimen prodest. *h. e.* nautis. *Sueton. Claud.* 34. Præterque destinatos (*gladiatores*), etiam levi subitaque de causa, quosdam committeret de fabrorum quoque ac ministrorum atque id genus numero, si etc. *h. e.* eorum, qui fabris inserviebant. Sic *ministri fontani* et *ministri fontis* una cum *magistris* memorantur in *Inscript.* apud *Orell.* 1645. et 5018. ¶ 2. Specialim dicitur de eo, qui in sacris inservit. *Virg.* 3. *G.* 486. medio stans hostia ad aras, Inter cunctantes cecidit moribunda ministros. *Cic. Cluent.* 15. 43. Martiales quidam Larini appellabantur, ministri publici Martis. *Ovid.* 1. *Fast.* 319. Nominis esse potes succinctus causa minister, Hostia cælitibus quo feriente cadit. *Stat.* 3. *Silv.* 1. 86. *ministrum* dixit in Genit. multitudinis. — Huc referri potest et illud *Grat. Cyneg.* 99. Minister Pierius. *h. e.* poeta, qui et Musarum sacerdos appellatur. Sic *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 3., apud *Orell.* 2465. *in basi.* AGATHEMERVS VETTI SVAVIS CAESIAE PRIMAE FOTHVS NVMITORI ANTHEROS LACVTVLAN. MINIST PRIM. FORTVN. AVG. etc. ubi memorantur ministri primi, ut in aliis Inscript. sacerdotes primi. *Alia*, quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 44., apud *eumd.* 2466. *in altera basi.* TAVRO STATILIO TI. FLATILIO AELIAN. COS. L. STATIVS FAVSTVS PRO SIGNO QVOD E LEGE FORTVNAE AVGVSTAE MINISTRORVM PONERE DEBEBAT REFERENTE Q. POMPEIO AMETHYSTO QVAESTORE BASES DVAS MARMOREAS DECREVERVNT PRO SIGNO PONERET. Vides hic Collegium ministrorum istorum cum Quæstore suo. Adde *aliam* apud *Henzen.* 6102. ¶ 3. Item speciatim de iis, qui summo magistratui inserviunt in administranda republica. *Cic.* 1. *ad Q. Fr.* 1. 3. Est circumspiciendum diligenter, ut in hac custodia provinciæ non te unum, sed omnes ministros imperii tui, sociis et civibus et reipubl. præstare videare. *h. e.* legatos, quæstorem, accensos, lictores, etc. *Justin.* 16. 1. 14. Minister regni. *Sall. Jug.* 29. Iidem illi ministri regis interpellando, interdum jurgiis trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant. *h. e.* cives R. pecunia regis corrupti. *Sueton. Claud.* 29. His (*libertis*) uxoribusque addictus (*Tib. Claudius*) non principem se, sed ministrum egit.

II.) Translate. *Cic.* 1. *Orat.* 45. 198. Apud Græcos infimi homines, mercedula adducti, ministros se præbent in judiciis oratoribus, ii, qui apud illos πραγματικοὶ vocantur. *Id. Cluent.* 53. 146. Legum ministri, magistratus: legum interpretes, judices. *Id.* 1. *Fam.* 9. *ante med.* Neque respublica consules haberet, sed mercatores provinciarum, et seditionum servos ac ministros. *fomentatori*. et 5. *Verr.* 8. 21. Ministri ac satellites cupiditatum. *Lucret.* 3. 61. socios sceleruni atque ministros. *Cic. Amic.* 10. 35. Ministri libidinis, aut adjutores ad injuriam. *Id. Cluent.* 22. 60. Ministrum esse in maleficio. *Plin.* 6. *Ep.* 9. Ego precum tuarum minister, adjutor, particeps etc. *riportatore*. *Virg.* 2. *Æn.* 100. Nec requievit enim, donec Calchante ministro, etc. *h. e.* opera Calchantis. *Tac.* 2. *Hist.* 99. Minister sermonum. *mezzano*. *Vellej.* 2. 129. 13. Consiliorum suorum ministro et adjutore usus Druso filio suo. *Horat.* 4. *Od.* 4. 1. Ales minister fulminis. *h. e.* aquila. — De rebus inanimis: et usurpatur etiam adjective. *Cic.* 1. *ad Q. Fr.* 1. 4. Sit anulus tuus non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ. *Ovid. Ib.* 261. trepidusque ministro Prætentes baculo, luminis orbus, iter. *Lucret.* 5. 298. Tædæ, ardore ministro, suppeditant novum lumen. *Ovid. Heroid.* 21. 114. Lumina propositi facta ministra tui.

Ministra, æ, f. 1. absolute, substantivorum more. *V.* hanc vocem loco suo.

MĬNISTĔRĬĀLIS, e, adject. (ministerium) ad ministerium pertinens, *ministeriale*. Hinc

Ministerialis, is, m. 3. absolute, substantivorum more, est qui in ministerio principis erat: hinc in *Gloss. Isid.* Aculus (*lege* Anculus), ministerialis domus reglæ. *Imp. Constantius Cod. Theod.* 8. 7. 5. Habeant privilegium militiæ omnes, qui se probaverint in militia, ii dumtaxat, qui ministeriales et pædagogiani et silentiarii et decuriones exsistunt. *Vet. Auct. gromat.* apud *Goes. p.* 321. Idcirco putamus, ministeriales imperatorum majores in accipiendo, minores in dando mensuras habuisse. Hinc in *Proverb. Salom.* 20. 10. Pondus et pondus, mensura et mensura, utrumque abominabile apud Deum.

MĬNISTĔRĬĀNUS, a, um, adject. idem ac ministerialis. Occurrit in lemmate *Cod.* 12. 26. De castrensianis et ministerianis. *In Codd. marg. legitur* ministeriariis.

MĬNISTĔRĬĀRĬUS, a, um, adject. ad ministerium pertinens. *Gloss. Philox.* Ministeriarius, ὑπηρετικός. *V.* et voc. præced.

MĬNISTĔRĬUM, ii, n. 2. (minister) opera et munus ministri et famuli, ὑπηρεσία (It. *ministero, servigio, opera, impiego, uffizio*; Fr. *service, office de serviteur, ministère, soin, fonction, occupation*; Hisp. *servicio, el acto de servir, ministerio, cuidado, funcion, ocupacion*; Germ. d. *Dienst, Bedienung, Verwaltung, Amt*; Angl. *service, attendance, office, ministry*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Seneca* 3. *Benef.* 18. Sunt qui ita distinguant: quædam beneficia esse, quædam officia, quædam ministeria: beneficium esse, quod alienus det: officium esse filii, uxoris, etc.: ministerium esse servi, quem conditio sua eo loco posuit, ut nihil eorum, quæ præstat, imputet superiori. *Id. Ep.* 47. *a med.* Servos non ministeriis æstimabo, sed moribus. *Justin.* 2. 13. 10. Carere omni servorum ministerio. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 6. Verna ministeriis ad nutus aptus heriles. *Ammian.* 14. 11. Regii spadones inter ministeria vitæ secretioris per arcanos susurros nutrimenta (odii) fictis criminibus subserentes. *Justin.* 32. 3. 16. Ministerium facere alicui. *far servitù*. Sic *Paul. Dig.* 13. 5. 15. præstare cuipiam. *et Ulp. ibid.* 47. 2. 51. *a med.* atque adjutorium ad surripiendas res præbere. *et Papinian. ibid.* 50. 1. 17. exhibere. Sic *Sall. fram.* apud *Priscian.* 9. *p.* 863. *Putsch.* Implicatæ rates ministeria prohibebant. *h. e.* rates rapido freto collisæ inter se, ut regi non possint: *ministeria* enim significant nautarum operam in gubernando regendoque navigio positam. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 18. 26. (67). Carneli jumentorum ministeriis dorso fungantur. *Id.* 10. *ibid.* 71. 91. (196). Ministerium pedum. *Ammian.* 22. 16. Excogitavit in portu Cleopatra turrim excelsam, quæ Pharos a loco ipso cognominatur, prælucendi navibus nocturna suggerens ministeria. ¶ 2. Universim est opera, munus, officium quodcumque. *Justin.* 31. 5. 8. Ministerium consilii sui offerre. *Sueton. Cal.* 2. Germanicus Cæsar ehiit fraude Tiberii, ministerio et opera Pisonis. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 43. 84. (230). Sunt vero et parvi usus fabrilium ministeriorum insignes. *lavori*. *Ovid.* 11. *Met.* 624. Somne, quies rerum..... qui corda diurnis Fessa ministeriis mulces. *Petron. Satyr.* 108. Gubernatore, relictum se navis ministerium, denunciante, *il governo*. *Cels.* 8. 4. In eo ministerio, quod utilitatis causa posteris traditur. *h. e.* arte medendi. *Petron. Satyr.* 118. Ministeriis forensibus exercitati. *Virg.* 6. *Æn.* 222. pars ingenti subiere feretro, Triste ministerium. *Varro* 2. *R. R.* 8. 2. Ministerium lactis præbet pullo mater. Cf. *eumd.* 3. *ibid.* 16. 24. ¶ 3. De publicis muneribus, et officiis. *Virg.* 7. *Æn.* 618. Abstinuit tactu pater (*Latinus rex*) aversusque refugit Fœda ministeria. *h. e.* aperiendi Jani, bellique indicendi. *Tac.* 3. *Ann.* 48. Quirinius impiger militiæ, et acribus ministeriis consulatum adeptus. *et* 2. *ibid.* 78. Haud ignavus ad ministeria belli juvenis. *Id.* 1. *Hist.* 58. Ministeria principatus per libertos agi solita, in equites R. disponit. *Vellej.* 2. 38. Cyprus ministerio Catonis facta provincia est. *Vellej.* 2. 116. In Germania Illyricoque et *mox* in Africa splendidissimis functus ministeriis. *onorevolissimi impieghi*.

II.) Translate, abstractum pro concreto, sumitur pro ministris, sicut *servitium* pro servis. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 1. 5. (11). Quindecim convivarum ac ministerii capax triclinium. *Ammian.* 14. 6. Juxta vehiculi frontem omne textrinum incedit; huic atratum coquinæ jungitur ministerium, deinde totum promiscue servitium. *Plin.* 10. *Ep.* 36. Ex his (*militibus*) sicut inveneram, in ministerio ejus relinquendos existimavi. *nella sua corte*. *Marcell. Dig.* 32. 67. P. Mævio omnes juvenes, quos in ministerio habeo, dari volo. *Tac.* 13. *Ann.* 27. Ministeria magistratibus et sacerdotibus conscribere. *h. e.* lictores, viatores, prærones, calatores etc. *et* 2. *Hist.* 59. Circumdare principi ministeria. *fargli la corte*. *Lamprid. Alex. Sev.* 41. Aulicum ministerium in id contraxit, ut essent tot homines in singulis officiis, quot necessitas postularet. *Apul.* 3. *Met.* Tunc me per proscænium medium velut quamdam victimam publica ministeria perducunt et orchestræ mediæ sistunt. *h. e.* ministri publici. ¶ 2. Interdum pro vasis escariis et potoriis, quibus in mensa ministratur, *servizio*. *Lamprid. Alex. Sev.* 34. Ducentarum librarum argenti pondus ministerium ejus numquam transiit. *Paul.* 3. *Sentent. tit.* 7. *ad fin.* Vasis argenteis legatis continentur tam potoria, quam escaria: item ministeria debebuntur, veluti urceoli, patinæ, lances, calices, scyphi, trullæ etc.

MĬNISTRA, æ, f. 1. (minister) absolute, substantivorum more, est famula, administra, θεράπαινα, ὑπηρέτις (It. *ancella, serva, ministra*; Fr. *servante, domestique*; Hisp. *criada, muger que sirve*; Germ. d. *Dienerin, Gehülfin, Helfershelferin*; Angl. *a female servant or attendant, a maidservant, handmaid*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Ovid.* 3. *Art. am.* 370. Accipiat missas apta ministra notas. *Propert.* 3. 4. 15. Tristis erat domus? et tristes sua pensa ministræ Carpebant? medio nebat et ipsa loco? ¶ 2. Speciatim de inservientibus in sacris. *Ovid.* 3. *Fast.* 47. Ara deæ certe tremuit, pariente ministra. *h. e.* Silvia Vestali. Adde *eumd.* 6. *ibid.* 283. et 441. Sic *Inscript.* apud *Henzen.* 6103. VITELLIAE VIRGILIAE FELSIAE (?) MINISTRAE SACRORVM IVbl. PRAESIDIS IVNONIS POPVLON. VIRGILIA FI... A MATER L. D. D. d. — Et de antiquis Christianorum Diaconissis. *Plin.* 10. *Ep.* 98. *a med.* Quo magis necessarium credidi, ex duabus ancillis, quæ ministræ dicebantur, quid esset veri, et per tormenta quærere. *V.* si lubet, *Cod. Justin.* 1. 3. 20. ¶ 3. Item speciatim de administris in publicis muneribus. *Virg.* 11. *Æn.* 655. At circum lectæ comites Larinaque virgo, Tullaque, et æratam quatiens Tarpeja securem, Italides: quas ipsa decus sibi dia Camilla Delegit, pacisque bonas, bellique ministras.

II.) Translate. *Cic.* 2. *Fin.* 12. 37. Virtutes voluptatum satellites et ministras esse voluisti. *Id.* 1. *Orat.* 17. 75. Artes comites et ministræ oratoris. *Id.* 1. *Tusc.* 31. 75. Res familiaris ministra et famula corporis. *Id.* 2. *Nat. D.* 60. 150. Quam aptas, quamque multarum artium ministras manus natura homini dedit! *Id. Cæl.* 21. 52. Huic facinori tanto tua mens liberalis, conscia; tua domus popularis, ministra; tua denique hospitalis illa Venus, adjutrix esse non debuit. *Ovid.* 3. *Trist.* 7. 2. Littera, sermonis fida ministra mei. *Id.* 1. *Amor.* 7. 27. manus cædis sceleruinque ministræ *Varro* 1. *R. R.* 13. 4. Cohors exterior, crebro operta stramentis ac palea, occulcata pedibus pecudum, fit ministra fundo, et ea quod evehatur. *h. e.* fimum stercorando suppeditat. *Justin.* 17. 1.

4. Filium suum perosus, ministra Arsinoe noverca, veneno interfecit. *col mezzo, per opera.*

MĪNISTRĀTĬO, ōnis, f. 3. (ministro) actus ministrandi. *Vitruv.* 6. 9. Torcular proximum sit culinæ. Ita enim ad olearios fructus commoda erit ministratio. *Inscript.* apud *Gruter.* 592. 9. COINTO AVG. LIB. A FRVM. MINISTRAT. *h. e.* a frumenti, vel frumentaria ministratione. *Vulgat. interpr.* 1. *Cor.* 12. 5. Et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus. Adde *eumd.* 2. *Cor.* 3. 7. et 8. et 9.

MĪNISTRĀTOR, ōris, m. 3. (ministro) idem quod minister, διάκονος (It. *ministro, servente*; Fr. *serviteur, domestique*; Hisp. *servidor, el que sirve come criado*; Germ. *Diener, Bedienter, Aufwärter*; Angl. *a servant, attendant*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Seneca Ep.* 95. *ante med.* Transeo pistorum turbam, transeo ministratorum, per quos, signo dato, ad inferendam cœnam discurritur. Sic *Varro* 3. *R. R.* 14. 3. *de cocleis.* Parvus iis cibus opus est, et is sine ministratore. *Ita* Schneider. *leg.*; *alii* administratore. *Petron. Satyr.* 31. Vinum dominicum ministratoris gratia est. *del bottigliere*, vel *coppiere.* Hoc sensu *Inscript.* apud *Gruter.* 601. 5. PARIS IMP. DOMITIANI SER. MINISTRATOR. *Minister* dicitur ab *Horat.* 1. *Od.* 38. 6., *Catull.*, *Val. Flacc.* et *Martial. V.* MINISTER I. 1. *Inscript.* apud *Orell.* 2812. DIS MANIBVS ALYPI IMP. AVG. SER. MINISTRATORIS VERNAE. Adde *aliam* apud *Henzen.* 6327. *Sueton. Vitell.* 17. Alterum femur subdebile, impulsu olim quadrigæ, quum auriganti Cajo ministratorem exhiberet. *Inscript.* apud *Spon. Miscell. ant. p.* 91. CAELO AETERNO TERRAE MATRI MERCVRIO MINISTRATORI SACRVM etc. ¶ 2. Speciatim de inservientibus in sacris. *Inscript.* apud *Orell.* 2463. P. SAENIVS P. D. L. ARSACES MENESTRATOR (*sic*) AB HERCVL. PRIMIG. PETRONIA D. L. FAVSTA CVNC. PETRONIA P. C. D. — Sic apud Christianos diaconus appellatus est ministrator, διάκονος enim id significat. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Veron.* 282. 1. et apud *Murat.* 1874. 5. PL. SECVNDINO BENEMERENTI MINISTRATORI CHRESTIANO IN PACE QVI VIXIT ANN. XXXVI. D. III. NON. MAR.

II.) Translate dicitur de eo, qui oratori adest in causis, et subservit, ut patronus, advocatus, jurisperitus: de quibus *Cic.* 1. *Orat.* 45. 198. et 59. 253. verba facit. *Id.* 2. *ibid.* 75. 305. Quum te ipsum, Sulpici, objurgabam, quod ministratorem peteres, non adversarium. *Id. Flacc.* 22. 53. Quum quidem hic mihi Mæandrius quasi ministrator aderat, subjiciens, quid in suos cives civitatemque, si vellem, dicerem. Hæc ita interpretatur *Vet. Scholiast.* ab *A. Maio* editus in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 30. Ministratorem is dicit, qui lela gladiatoribus suggerit; ad quem modum vult intelligi etiam ab hoc accusatoribus crimina subministrari.

MĪNISTRĀTŌRĬUS, a, um, adject. (ministro) ὑπηρετικός, ad ministrationem pertinens. *Martial.* 14. 105. *in lemmate.* Ministratorii urceoli. *V.* locum *Pauli JCti* in MINISTERIUM II. 2.

MĪNISTRĀTRIX, īcis, f. 3. idem quod ministra. *Cic.* 1. *Orat.* 17. 75. Sed ut omnes comites ac ministratrices oratoris esse diceres. Ita legit *Non. p.* 142. 13. *Merc.* Alii *ministras.*

MĪNISTRĀTUS, a, um. *V.* MINISTRO.

MĪNISTRIX, īcis, f. 3. ministra. *Gloss. Philox.* Ministrix, ὑπηρέτις.

MĪNISTRO, ās, āvi, ātum, are, a. 1. (minister). Part. *Ministrans* I. et II. 2.; *Ministratus* et *Ministrandus* I. — Ministrare est ministerium exhibere, inservire, serviendo præbere, porrigere: et sæpe de iis dicitur, qui convivis inserviunt, ὑπηρετέω (It. *servire, porgere*; Fr. *servir, assister, aider*; Hisp. *servir, ayudar, asistar*; Germ. *dienen, bedienen, bes. bei Tische auftragen, darreichen*; Angl. *to serve, attend, wait upon, minister, serve up*).

I.) Proprie. — *a*) Cum Accusativo rei. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 116. Cœna ministratur pueris tribus. *Tac.* 2. *Ann.* 33. Vasa auro solida ministrandis cibis facere. *Seneca Tranquill.* 1. Placet cibus non ante multos imperatus dies, nec multorum manibus ministratus. *h. e.* ministrando præbitus. *Cic. Pis.* 27. 67. Exstructa mensa multa carne subrancida: servi sordidati ministrant etc. Græci stipati, quini in lectulis: ipse solus, bibiturus quæ eodem de solio ministrentur. *Orellius* leg.: ipse solus; bibitur usque eo, dum de solio ministretur. *Id.* 1. *Nat. D.* 40. 112. Ganymedes pocula ministrans. — *b*) Sine Accusativo rei, hoc est absolute, cum Dativo personæ. *Cic.* 16. *Fam.* 14. Acastum retine, quo commodius tibi ministretur. *Tac.* 1. *Hist.* 48. Ministrare alicui fictilibus. *servire a tavola con istovigli. Sueton. Aug.* 45. Ut Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat, per trina theatra virgis cæsum relegaverit. Nam ex *Quintil. Declam.* 301. constat, Romæ puellas præcipue ingenuas ministrare in convivio solitas non fuisse; sed pueros, et quidem servos. — *c*) Cum præpos. *inter* et Accus. personæ. *Plaut. Stich.* 5. 4. 7. Nosque inter nos ministremus. — *d*) Sine additis. *Plaut. Curc.* 2. 3. 90. Tute tabellas consignato: hic ministrabit: ego edam. *Liv.* 24. 16. *ad fin.* Pileati, aut lana alba velatis capitibus volones epulati sunt; alii accubantes, alii stantes, qui simul ministrabant, vescebanturque. Adde *Cic. Pis.* 27. 67. allatum sub *a.* — *e*) Passive impersonaliter. *Cic.* 5. *Verr.* 44. 105. Quum in eis conviviis symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur. — *f*) Cum Infinito. *Cic.* 1. *Tusc.* 26. 65. Nec Homerum audio, qui Ganymedem a diis raptum ait propter formam, ut Jovi bibere ministraret. *Al. tamen* ut Jovi pocula ministraret *vel* administraret. — *g*) Passive, cum Nominativo personæ, est serviri, *essere servito. Colum.* 12. *R. R.* 1. 6. Si quis ex familia cœperit adversa valetudine affici, videndum erit, ut is quam commodissime ministretur. *Schneider.* confert cum illo *Xenoph.* Ὃς ἂν κάμνῃ τῶν οἰκετῶν, τούτων σοι ἐπιμελητέον πάντων ὅπως θεραπεύονται. *Plaut. fragm.* apud *Non. p.* 138. 29. *Merc.* Boni ministrantur, illum nunc irrident mali. *Al. hic aliter leg.*; Mercer. *habet* immiserantur. *Seneca* dixit *Tranquill.* 9. Paucioribus servis serviri.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro curare, administrare, regere. — *a*) Absolute, *h. e.* sine Accus., sed fere cum Dativo personæ aut rei. *Cic.* 2. *Off.* 4. 15. Quid enim ægris subveniret, quæ esset oblectatio valentium, qui victus aut cultus, nisi tam multæ nobis artes ministrarent? h. e. *non ci servissero, non provvedessero ai nostri bisogni.* Al. tamen aliter leg. — *Ministrare velis* de gubernatore navis. *Virg.* 6. *Æn.* 302. Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat. Ubi *Servius*: aut per vela; et est septimus: aut velis obsequitur; et est dativus. Sic 10. *ibid.* 218. Ipse sedens clavumque regit, velisque ministrat. *Ministrare navem velis* est agere, regere, *farla andare a vela. Tac. Germ.* 44. Naves nec velis ministrantur, nec remos in ordinem lateribus adjungunt. (*Lips.* mallet *ministrant*, ut esset Virgiliano simile). *Val. Flacc.* 3. 38. ipse ratem vento, stellisque ministrat. Ex hoc loco prior *Servii* interpretatio firmatur. Eodem modo de auriga *Stat.* 7. *Theb.* 752. Ipse sedens telis, pariterque ministrat habenis. — Huc pertinent et illa *Propert.* 2. 18. 35. Aspice, uti cælo modo sol, modo luna ministret. *h. e.* inserviat lumen afferendo. *et* 3. 14. 15. Luna ministrat equis: demonstrant astra salebras. *h. e.* inservit equis euntibus, prælucendo. Al. pro *equis* leg. *iter. Varro* 2. *R. R. præfat.* 6. Te empturientem ad mercatum adducunt crebro pedes, quo facilius sumptibus multa poscentibus ministres. — *b*) Cum Accusativo rei. *Horat. Art. P.* 171. *de sene.* res omnes timide gelideque ministrat. *h. e.* administrat, regit. Sic *ministrare naves* apud *Tac.* loc. cit. sub *a. Ovid. Heroid.* 20. 133. Me miserum! quod non medicorum jussa ministro. *h. e.* capesso, exsequor, *eseguisco.* Sic *Sil. It.* 2. 673. Alecto, solium ante dei sedemque tremendam, Tartareo est operata Jovi pœnasque ministrat. *h. e.* exsequitur: alii malent *pœnis.* Sed Id. *Sil. It.* 13. 294. Ipsa (*Erinnys*) etiam Stygio spumantia pocula tabo Porrigit, et large pœnas letumque ministrat. *h. e.* Virrio et senatoribus pocula porrigit, et omnes necat ac perfidiam eorum punit. V. *Burmann.* ad *Petron. Satyr.* 31. ¶ 2. Sæpissime ponitur pro præbere, dare, suppeditare, *somministrare, dare, fornire.* — *a*) De hominibus et brutis animantibus. *Cic. Pis.* 11. 26. Ardentes faces furiis Clodianis pæne ipse consul ministrabas. *Varro* 3. *R. R.* 17. 6. Ministrare victum alicui. *Tac.* 4. *Hist.* 12. vires et arma alicui. *Id.* 2. *ibid.* 76. nova semina belli. *Virg.* 1. *Æn.* 207. Litore abena locant alii, flammasque ministrant. *h. e.* subjiciunt. *Id.* 9. *ibid.* 764. Juno vires animumque ministrat. *Val. Flacc.* 6. 216. Equus captiva terga ministrat. *h. e.* præbet insidenda hosti, a quo suus dominus occisus est. *Tibull.* 2. 21. Ministrare prolem. *h. e.* donare, concedere. — *b*) De abstractis et de rebus inanimis. *Virg.* 1. *Æn.* 154. furor arma ministrat. *Varro* 1. *R. R.* 31. 2. Sarmentum colibus succum ministrat. *et* 3. *ibid.* 17. 2. Lympha aquam piscinis ministrat. *Virg.* 2. *G.* 431. tædas silva alta ministrat. *et* 4. *ibid.* 146. ministrantem platanum potantibus umbras. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 20. vinum verba ministrat. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 19. *init.* Admovenda (*hæc*) etiam, tamquam odoramentum, ori vel naribus ægrotantis, ut spiramento adductus vapor suo ingressu laxamentum partibus ministret.

MĪNĪTĀBĬLĬTER, adverb. (minitor) minaciter, *minacciosamente*, apud veteres. *Pacuvius* apud *Non. p.* 139. 22. *Merc.* Minitabiliterque increpare dictis sævis incipit. Adde *Accium ibid.*

MĪNĪTĀBUNDUS, a, um. adject. (minitor) valde minans, plenus minarum. *Liv.* 39. 41. Tum quoque minitabundus petebat. Adde *eumd.* 2. 13. Sic *Tac.* 2. *Ann.* 10. Cernebatur contra minitabundus Arminius prœliumque denuncians.

MĪNĪTO, as, are, a. 1. *V.* voc. seq. init.

MĪNĪTOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. *frequentat. a* minari. — Activa forma *minitare* occurrit apud *Plaut. Capt.* 3. 5. 85. Quæ minitas mihi. *Id. fragm.* apud *Non. p.* 473. 33. *Merc.* Quid minitabas te facturum, si istas pepulissem fores? *Nævius ibid.* Etiam minitas? Cf. *Priscian.* 8. *p.* 799. *Putsch.* — *Minitarier* paragoge pro *minitari* est apud *Plaut. Amph.* 3. 4. 3., *Bacch.* 1. 2. 44. etc. — Part. *Minitans* sub *a* et *e*. — Minitari est idem ac sæpe et valde minari; et occurrit translate tantum pro minis terrere, *απειλέω, minacciare*; et usurpatur — *a*) Cum Accusativo rei et Dativo personæ, qui aliquando tamen omittitur. *Plaut. Curc.* 4. 4. 15. Mihin' malum minitare? CAR. Atque edepol, non minitabor, sed dabo. *Cic.* 6. *Phil.* 4. 10. Dicitur mortem fratri esse minitatus. *Liv.* 3. 57. Decemvir ille perpetuus, bonis, tergo, sanguini civium infestus, virgas securesque omnibus minitans. — Et omisso Dat. personæ. *Ter. Phorm.* 5. 6. 11. Familiariorem oportet esse hunc, qui minitatur malum. *Ovid.* 2. *Met.* 199. *de scorpio.* Vulnera curvata minitantem cuspide vidit. *Quintil.* 3. 8. 19. Minitari bellum. — *b*) Cum Ablativo rei et Dativo personæ. *Cic.* 11. *Phil.* 14. 37. et 13. *ibid.* 21. 47. Huic urbi ferro ignique minitantur. *Al. utroque loco* (ut et 2. *Cat.* 1. 1.) *leg.* ignem ferrumque. *Sall. Cat.* 49. *a med.* Ut egredienti ex senatu Cæsari gladio minitarentur. — Et omisso Dat. personæ. *Ennius* apud *Festum p.* 177. 30. *Müll.* Qui ferro minitere. — *c*) Cum Infinito præsentis. *Ter. Hecyr.* 3. 4. 13. Quod nunc minitare facere. *h. e.* affirmas te facturum: et de promissione rei malæ dicitur. *Propert.* 3. 6. 7. Tu minitare rei malæ dicitur. *Propert.* 3. 6. 7. Tu minitare oculos subjecta exurere flamma. — Et futuri. *Plaut. Asin.* 3. 3. 21. Cur ergo minitaris tibi te vitam esse amissurum? *Virg.* 12. *Æn.* 760. Æneas mortem contra præsensque minatur Exitium, si quisquam adeat; terretque trementes Excisurum urbem minitans, et saucius instat. *Cic.* 5. *Tusc.* 14. 42. Lacedæmonii Philippo minitanti per litteras, se omnia, quæ conarentur, prohibiturum, quæsiverunt, num etc. — *d*) Cum Dativo personæ tantum. *Plaut. Amph.* 3. 4. 3. Nam mihi quidem, hercle, qui minus liceat minitarier populo, ni decedat etc. *Cic.* 2. *Att.* 19. *med.* Rosciæ legi, etiam frumentariæ minitabantur. *Al.* minabantur. — *e*) Absolute. *Plaut. Bacch.* 4. 6. 16. Etiam ne, carnifex, minitare? *Tac.* 2. *Hist.* 51. Ad Verginium versi (*milites*) ut reciperet imperium — minitantes orabant. *Lucret.* 1. 68. *Lachmann.* Quem neque fana deum, nec fulmina, nec minitanti Murmure compressit cælum. *Ovid.* 12. *Met.* 348. vultum minitantiaque ora Robore nodoso prædurague tempora fregit.

MĪNĬUM, ii, n. 2. De forma *min* pro *minium* in *epigr. Virg.* apud *Quintil.* 8. 3. 28. *V. Spalding.* loc. cit.; et apud *Juson. monosyll.* V. MIN loco suo. — Ceterum ¶ 1. Minium, *minio*, ci-

μέλτος, est genus coloris nativi laudatissimi, qui in argenti fodinis invenitur. Arena est, quæ cocci colorem habet: ea teritur, dein lavatur farina: et quod subsidit, iterum lavatur. Differentia artis est, quod alii minium faciunt prima lotura: apud alios id est dilutius, sequentis autem loturæ optimum. Celeberrimum est, quod in Hispania invenitur, præsertim Sisaponensi regione in Bætica. *Propert.* 2. 2. 21. Ut Mæotica nix minio si certet Ibero. *Justin.* 44. 3. 4. scribit, Minium amnem (qui nunc *Minho*, et Callaicos a Bracarensibus dividit) ab hujus coloris copia dictum esse (*Ejus* verba sunt: Regio (*Gallœcia*) quum æris ac plumbi uberrima, tum minio, quod etiam vicino flumini nomen dedit.): ex quo apparet, vocem esse Hispanicam. Unde *Vitruv.* 7. 9. § 6. Minium, inquit, et Indicum nominibus ipsis indicant, quibus in locis procreantur. At *Schneider.* probat hic pro *Minium* scribendum esse Armenium. ¶ 2. Est alterum genus minii (quod nunc Itali *minio* dicunt) in omnibus fere argentariis, itemque plumbariis metallis, quod fit exusto lapide venis permixto. Hoc est secundarium minium, multum infra naturales illas arenas: quo prius illud minium adulteratur. Est et tertium, quod dicunt Syricum. (*V.* SYRICUS.) Sincero cocci nitor esse debet: secundarii splendor in parietibus sentit uliginem. Qui minium in officinis poliunt, faciem laxis vesicis illigant, ne in respirando pernicialem pulverem (est enim venenum) trahant, et tamen ut per illas spectent. Hæc et alia plura *Plin.* 33. *Hist. nat.* 7. 40. (119). V., si lubet, etiam *Vitruv.* 7. 8. *et* 9., ubi rationem docet temperaturæ ejus, et quomodo tectoriis parietum inducatur. — Plurimus minii usus est in picturis: præterea in voluminibus clariores litteras illitum reddit, itemque in auro, et in marmore. Ad hæc, deorum statuas eo inficiebant, quia ætheris colorem refert: item triumphantes corpora, vel manus pingebant, quia Jovis insignia ipso habitu cultuque præferebant: et rustici minio suffusi Bacchi laudes canebant: quarum rerum omnium testes habes *Plin. loc. cit.*; *Servium* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 22.; ipsum *Virg.* 10. *Ecl.* 27.; *Ovid.* 1. *Trist.* 1. 7.; *Arnob.* 6. 10; et *Tibull.* 2. 1. 55. *V.* RUBRICA; et *Visconti, Sep. degli Scip. p.* 42. et 55. Si quando usum minii legas in medicina, ut apud *Cels.* 4. 15. *sub fin.*. 5. 19. *n.* 25. et 6. 6. *n.* 22. terram Lemniam, vel sinopicam rubricam interpretantur. *V.* SINOPIS.

MĬNĬCUS, a, um, adject. qui colorem habet minio similem. *Apul.* 4. *Met.* Fulgentium rosarum minius color renidebat. *Id.* 2. *Florid. n.* 12. *de psittaco.* Cervicula ejus circulo minio velut aurea torque, pari fulgoris circumactu cingitur et coronatur. Adde locum *Isid.* cit. in SUBTERIUS, ubi *mineus* pro *minius* legitur.

MĬNO, as, āvi, are, a. 1. *V.* voc. seq. init.

MĬNOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. *Mino* et *minor* in una eademque significatione veteres protulisse, testatur *Priscian.* 8. *p.* 799. *Putsch.*, sed nullum hujus significationis exemplum affert. *Lachmannus* ad *Lucret.* 6. 563. (*al.* 561.) ait *Prisciano* credendum non esse, quem *interminatus* participium fefellit. Posteriori ævo *minare* usurpatum est pro agere, unde Italorum *menare*: nam translate *minas* dicimus etiam voces, quibus bubulci increpant boves, et ad progrediendum hortantur. *Apul.* 3. *Met.* Asinos, et equum sarcinis onerant, et domo jam vacua, minantes baculis, exigunt. *et* 8. *sub fin.* Me refertum sarcinis, planis gladiis minantes etc. *Auson. epigr.* 67. Ageret juvencas quum domum pastor suas, Suam relinquens, me minabat, ut suam. *Paul. Diac. p.* 25. 5. *Müll.* Agasones equos agentes, idest minantes. *et p.* 23. 4. Agere modo significat ante se pellere, id est minare. Adde *Vulgat. interpr. Exod.* 3. 1., 2. *Reg.* 6. 3., 1. *Par.* 13. 7. et alibi. Etiam passive apud *eumd. Jacob* 3. 4. Ecce et naves, quum magnæ sint et a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo.; et *V.* MINÆ II. — Ceterum Part. *Minans* a *minor* in omnibus paragr. — Minari proprie est idem atque eminere (It. *essere prominente, eminente*; Fr. *être proéminent, saillant, faire une saillie*; Hisp. *salir ó sobresalir demasiado afuera*; Germ. *emporragen*; Angl. *towars heaven*).

I.) Proprie. — *a*) Stricto sensu *minari* dicuntur, quæ eminent, alta sunt, et cælo quodammodo vicina. *Virg.* 1. *Æn.* 166. Hinc atque hinc vastæ rupes, geminique minantur In cælum scopuli. *Sil. It.* 4. 2. Nubiferos montes, et saxa minantia cælo. — *b*) Hinc latiori sensu minari dicuntur, quæ supra caput sunt, instant, imminent. *Sil. It.* 15. 592. quo nam se fine minanti Servitio eripiat. — *c*) Item quæ excelso cacumine in hanc et illam partem inclinantur, et veluti minantur ruinam. *Virg.* 2. *Æn.* 626. Ac veluti summis antiquam in montibus ornum Quum ferro accisam, crebrisque bipennibus instant Eruere agricolæ certatim: illa usque minatur, Et tremefacta comam concusso vertice nutat. *et ibid.* 237. scandit fatalis machina muros Feta armis, *etc.* Illa subit, mediæque minans illabitur urbi.

II.) Translate. ¶ 1. Minari est minas jactare, minis terrere, minitari, ἀπειλέω, *minacciare*; et occurrit — *a*) Cum Accusativo rei et Dativo personæ, qui aliquando etiam omittitur. — De hominibus. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Orat.* 58. 218. Mater terribilem minatur vitæ cruciatum et necem. *Cic.* 1. *Tusc.* 43. 102. Cui (*Theodoro*) quum Lysimachus rex crucem minaretur etc. *Sueton. Cæs.* 4. Redactos (*prædones*) in potestatem, supplicio, quod illis sæpe minatus inter jocum fuerat, affecit. *Id. Tib.* 57. Pompejo cuidam equiti Romano dum vincula minatur, affirmavit etc. *et Ner.* 40. Hactenus exanduit, ut malum iis, qui desrissent, minaretur. — Et omisso Dat. personæ. *Ovid.* 2. *Met.* 858. Pacem vultus habet: miratur Agenore nata, Quod tam formosus, quod prælia nulla minetur. *Id.* 2. *Pont.* 2. 23. Sed licet arma feras et vulnera sæva mineris, Non tamen efficies, ut timeare mihi. — De inanimis et abstractis. *Cic. Planc.* 40. 95. Quum mea domus ardore suo deflagrationem Urbi atque Italiæ toti minaretur. et *Virg.* 10. *Æn.* 196. *de statua Centauri in prora navis.* Instat aquæ, saxumque undis immane minator Arduus. *sta in atto di scagliare.* Adde similem locum *Propert.* 4. 6. 49. Sic *Ovid. Heroid.* 10. 94. Multa mihi terræ, multa minantur aquæ. — *b*) Cum Dativo personæ tantum, omisso Acc. rei. *Cic.* 6. *Verr.* 66. 149. Nisi vehementius homini minatus essem: nisi legum sanctionem pœnamque recitassem etc. — Et de inanimis, *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 237. Torrentes immane fremant lassisque minentur Pontibus. — *c*) Sine additis. *Cic.* 4. *Verr.* 29. 73. Iste iratus et (*rectius* ei) gravius minari cœpit. *Id.* 2. *Divinat.* 17. 38. Quæ inconstantia deorum est, ut primis minentur extis, bene promittant secundis? — *d*) Cum Infinito. *Plaut. Asin.* 3. 3. 14. Ab hac minatur se se abire. *Ter. Heaut.* 3. 1. 80. Abiturum se abs te esse illico minabitur. *Sueton. Cæs.* 24. Sed quum L. Domitius consulatus candidatus palam minaretur, cons. se effecturum, quod prætor nequisset, adempturumque ei exercitus etc. ¶ 2. Urbane est polliceri, parare, præ se ferre, profiteri. — *a*) De hominibus. *Horat.* 1. *Ep.* 8. 3. et 2. *Sat.* 3. 9. Atqui vultus erat multa et præclara minantis. *Phædr.* 4. 22. Qui magna quum minaris, extricas nihil. — *b*) De inanimis. *Horat. Art. P.* 350. Nec semper feriet quodcumque minabitur arcus. *h. e.* ferire minabitur.

MĬNOR, us, ōris, adject. comparat. *V.* PARVUS.

MĬNŌRĀTĬO, ōnis, f. 3. (minoro) deminutio, *minorazione. Alcim. Sentent. ex epist. ad Rom.* 9. Qui convicium etiam minorationis intendit. *Id. ibid. aliquanto post.* Quapropter nec in humilitate minorationis absconditur claritas æqualitatis. *Vulgat. interpr. Eccli.* 40. 27. Non est in timore Domini minoratio. Adde *eumd. Eccli.* 20. 11. et 39. 23.; et *V.* DEGENERATIO.

MĬNŌRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

MĬNŌRĀTUS, us, m. 4. (minor). *V.* MAJORATUS; et cf. *Probi Append. p.* 193. *Keil.*

MĬNŌRO, as, ātum, are, a. 1. (minor, oris). Part. *Minoratus.* — Minorare est minorem facere, deminuere, ἐλαττόω. *Tertull. Anim.* 43. Perit anima, si minoratur. *Scævola Dig.* 18. 7. 10. Quos minorato pretio vendidit. *Theod. Priscian. l.* 2. *p.* 2. *c.* 21. *ad fin. pag.* 308. *Ald.* Quum vero minoratis doloribus causa mollior fuerit, tunc etc. Sic *Id. l.* 3. *c.* 2. *pag.* 309. *Ald.* Minoratis vero supradictis accidentibus, plena quoque declinatione, manifesto convenit etc. Adde *Tertull. advers. Jud.* 14.; et *Vulgat. interpr. Ps.* 88. 46., *Eccli.* 16. 23., 2. *Machab.* 13. 19., *Hebr.* 2. 9. et alibi.

MINSAS, adis, f. 3. *V.* MINYAS.

MINTHA, æ, *et*

MINTHE, es, f. 1. μίνθη, Græcum nomen nymphæ, et herbæ. *V.* MENTA. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 47. (159). Mentæ nomen suavitas odoris apud Græcos mutavit, quum ante mintha vocaretur, unde veteres nostri nomen declinaverunt.

MINTRĬO, is, ire, n. 4. *vel*

MINTRO, as, are, n. 1. verbum exprimens vocem murium. *Auct. carm. Philom.* 61. Mus avidus mintrit. *Al. leg.* mintrat. At *Thomæ Thesaur. nov. Latin.* (ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 8.) *p.* 367. mintrire *legendum esse confirmat, ait enim*: Mintire (*lege* mintrire), sonare, clamare: quod proprium est murium. Sic *Ald. gramm.* ed. *A. Maio p.* 570. Mures mintriunt.

MĬNŬĀTIM, adverb. (minuo) minuendo, cum deminutione. *Boeth. Comment. maj. in libr. de interpr. p.* 374. Vestem possibile est quidem secari, sed fortasse ita contingit, ut non ante ferro dividatur, quam eam exterat vetustas, et hoc fieri potest, ut quælibet vestis non ferro potius minuatim pereat, quam usu ipso exteratur. Sic *Gloss. Cyrill.* Κατὰ λεπτον, minuatim, minutim.

MĬNŬISCO, is, ere, n. 3. (minuo) minor fio. *Auson. Ephemer. sub fin.* profugi minuiscunt crimina somni. *Al. aliter leg.*

MINŬME *pro* minime. *V.* PARUM.

MĬNŬMUS *pro* minimus. *V.* PARVUS.

MĬNŬO, nŭis, nŭi, nūtum, nŭere, a. 3. Part. *Minuens* I. 2.; *Minutus* II. et in fin.; *Minuendus* II. 1. et 4. — Minuere (quod ex Græco μειοῦν dictum videtur *Paulo Diac. p.* 122. 6. *Müll.*) est minorem reddere, deminuere, extenuare, detrahere, ἐλαττόω, μειόω (It. *rendere minore, sminuzzare, scemare, diminuire*; Fr. *rendre plus petit*; Hisp. *achicar, minorar, réducir á ménos*; Germ. *kleiner machen, verringern, verkleinern, vermindern*; Angl. *to lessen, make less, diminish, minish, abate, lower, impair*).

I.) Proprie. ¶ 1. Est minorem reddere frangendo, h. e. frangere, perfringere, comminuere, *spezzare. Ovid.* 8. *Met.* 645. ramaliaque arida tecto Detulit, et minuit, parvoque admovit aheno. Sic *Id.* 2. *Fast.* 647. Ligna senex minuit: concisaque construit alte. *Id. ib.* 573. Aut, ut Anaxarchus, pila minuaris in alta. *Forcellinus* accepit pro terere, conterere, et interpretatus est *sii pesto e infranto*; sed addidit hæc: Possis etiam interpretari, frangere, perfringere, comminuere, *spezzare*, ut apud *Ovid.* locc. supra citt. *Stat.* 10. *Theb.* 526. Portarum objectus minuunt, et ferrea sudant Claustra remoliri. Similiter *Id. ibid.* 47. *de lupis ovile circumeuntibus.* Quod superest, siccos minuunt in limine dentes. ¶ 2. Item est minorem reddere aliquid detrahendo. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 9. Urinam subjectis ignibus quinta parte minuunt. *h. e.* decoquunt, *con la ebollizione la scemano d'una quinta parte.* Apud *Veget.* 1. *Veterin.* 23. *minuere* est sanguinem mittere. et plenius *ibid.* 16. Minuere sanguinem. *Nepos Eumen.* 9. Hisque præcepit, ut prima nocte quam latissime possint, ignes faciant quam maximos, atque hos secunda vigilia minuant, tertia perexiguos reddant. *Ovid.* 7. *Met.* 317. minuuntur corporis artus. *s'impiccioliscono. Plin.* 11. *Hist. nat.* 54. 118. (283). Minuuntur corpora siccis et aridis frigidisque cibis. *si smagriscono. Horat.* 2. *Od.* 16. 30. Longa Tithonum minuit senectus. *consuma. Veget.* 1. *Veterin.* 14. 1. *Schneid.* Morbus per totum corpus collectiones plurimas facit, et aliis velut minuentibus aliæ rursum nascuntur. Similiter *Cæs.* 3. *B. G.* 12. Minuente æstu. *h. e.* minuente se. *nel calare della marea.* Sic *Pallad.* 3. *R. R.* 24. Minuente luna. Huc referri potest et illud *Cic.* 3. *Fam.* 8. Minuere sumptus civitatum. et *Horat.* 2. *Sat.* 3. 177. rem familiarem.

II.) Translate. ¶ 1. De abstractis ponitur pro detrahere, extenuare, debilitare. — *a*) Universim. *Tac.* 15. *Ann.* 39. Pretium frumenti minutum usque ad ternos nummos. *Quintil.* 2. 3. 7. Minuere gradum. *Id.* 11. 3. 19. Vocis bona negligentiâ

minuuntur. *Cic. Flacc.* 12. 28. Minuere gloriam alicujus. *Cæs.* 5. *B. G.* 33. spem. Sic *Tac. Agric.* 17. Ubi Vespasianus Britanniam reciperavit, minuta hostium spes. Rursus *Cæs.* 3. *B. C.* 43. Minuere auctoritatem. *Cic.* 1. *Fin.* 16. 51. cupiditates. *Id.* 1. *leg. Agr.* 5. 14. invidiam. *Id.* 1. *Fin.* 16. 51. molestias vitæ. *Ter. Heaut. prol.* 42. laborem. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 101. curas. *Auct. B. Alex.* 8. timorem militum consolatione et ratione. *Cæs.* 6. *B. G.* 22. desidiam militum. *et* 7. *ibid.* 53. ostentationem hostium. — Et in re medica *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 18. *n.* 108. At si solutus fuerit aut levigatus dolor, ut, ordinem accessionum servans, magnitudine tamen minutus esse videatur, etc. — *b*) Speciatim apud Rhetores *minuere* opponitur verbis *augere* et *amplificare*, ut apud *Quintil.* 4. 1. 15. Pleraque augenda, aut minuenda, ut expediet. *et* 8. 6. 67. Virtus ejus (*hyperboles*) ex diverso par augendi atque minuendi. *Id.* 9. 2. 3. Quid agit omnino eloquentia, detractis amplificandi minuendique rationibus? — *c*) Item speciatim de hominibus. *Liv.* 21. 52. Consul alter equestri prælio uno et vulnere suo minutus. *h. e.* debilitatus, infirmior factus. *Ulp. Dig.* 4. 5. 2. Ait prætor: qui capite minuti minutæve esse dicentur. *V.* CAPUT. ¶ 2. Item est remittere, rei modum ponere. *Ter. Phorm.* 2. 3. 88. Minue vero iram. *h. e.* remitte, omitte. Cf. *Auct. B. Alex.* 48. *extr.* Minuere militarem disciplinam et severitatem. *rallentare. Liv.* 4. 24. Minuere magistratum, censuram. *h. e.* modum ponere potestati. *restringere la giurisdizione.* ¶ 3. Item violare. *Cic.* 1. *Phil.* 9. 21. Majestatem populi Romani per vim minuere. *V.* MAJESTAS. *Plaut. Asin.* 3. 1. 6. matris imperium. *Nepos Agesil.* 4. *extr.* religionem. ¶ 4. Item evellere, convellere, dirimere, tollere. *Cic.* 10. *Att.* 16. Ut minuerem suspicionem profectionis, profectus sum in Pompejanum. *Id.* 1. *Off.* 22. 74. Quum plerique arbitrentur, res bellicas majores esse, quam urbanas, minuenda est hæc opinio. *Cæs.* 5. *B. G.* 26. *extr.* et 6. *ibid.* 22. Habere sese, quæ de re communi dicere vellent, quibus controversias minui posse sperarent. *h. e.* dirimi, tolli. Adde *Cic.* 1. *Acad.* (2. *pr.*) 26. 83. *Ovid.* 15. *Met.* 639. Minuere luctus. *h. e.* tollere: *V.* LUCTUS. ¶ 5. Item relinquere, desinere, mutare. *Ter. Andr.* 2. 3. 19. Nec tu ea causa minueris hæc quæ facis, ne is mutet suam sententiam. *Id. Hecyr.* 4. 3. 10. Sed non minuam meum consilium: ex usu quod est, id persequar. — Et cum Infinito pro desinere, cessare, *lasciare a poco a poco. Lucret.* 2. 1026. Nil adeo magnum, nec tam mirabile quicquam Principio, quod non minuant mirarier omnes Paullatim. Est qui leg. *quod non minus fiat mirabile cunctis.* Sed hoc pacto elidenda est *s* in *minus* et *fiat* per synæresin contrahenda, ut versus constet. At *Lachmanno* hoc Latine dici posse non videtur, *minuo hanc rem facere*: itaque scribendum putat: *Nil adeo magnum, neque tam mirabile quicquam, Quod non paullatim mittant mirarier omnes.* et confert illud *ejusd. Lucret.* 6. 1056. Illud in his rebus mirari mitte. *et ibid.* 68. longeque remittis Dis indigna putare. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus,

Minutus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Minutior* et Sup. *Minutissimus* I. et II.; et ponitur pro parvo, exiguo, tenui, subtili (It. *minuto, picciolo, sottile*; Fr. *petit, menu, délié*; Hisp. *pequeño, chico, chiquito*; Germ. *geringfügig, klein, unbedeutend*; Angl. *minute, small, little, nice, subtile*).

I.) Proprie. — *a*) De hominibus et brutis animantibus. *Varro* apud *Non. p.* 141. 17. *Merc.* Et pueros minutos vides libenter, et majores animadvertere non vis. Cf. *Plaut. Cist.* 2. 1. 45. et *Cas.* 2. 5. 24. Dii omnes magni minutique. et *Propert.* 2. 22. 3. Obvia nescio quot pueri mihi turba minuta Venerat. *Ter. Andr.* 2. 2. 32. Otera et pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni. *Gell.* 14. 1. *circa fin.* Quid de muscis aut vermiculis aut echinis multisque aliis minutissimis terra marique animantibus dicerent? — *b*) De rebus physicis. *Lucret.* 2. 116. Multa minuta modis multis per inane videbis Corpora misceri. *Id.* 1. 834. Pauxilla atque minuta ossa. *Id.* 4. 893. Ad minutas corporis partes dispergi. *Catull.* 25. 12. velut minuta magno Deprensa navis in mari, vesaniente vento. *picciola barchetta.* et *Propert.* 1. 11. 9. Minuti remi. *piccioli remi*, remuli, κώπια. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 24. 53. (111). Folia brevia ac minuta. *et* 16. *ibid.* 31. 56. (128). capillamenta. *et* 23. *ibid.* 7. 64. (129). Ramenta minutissima ad scobis modum. *Lucret.* 4. 343. aer mobilior atque minutior. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 68. Minutæ litteræ. Sic *Sueton. Cal.* 41. Proposuit quidem legem, sed et minutissimis litteris et angustissimo loco. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 38. 120. Myrmecides minutorum opusculorum fabricator. — *Minutæ fruges*, quæ sint, in FRUX dictum est. — *Res minutæ* sunt scruta, *ciarpe. Cic. Cluent.* 61. 180. In auctione quadam vidisse in rebus minutis aduncam et tortuosam venire serrulam. — Huc pertinent et illa *Sueton. Aug.* 82. Itinera lenta et minuta facere. *Auct. B. Afr.* 29. Quotidie minutis prœliis pugnare. *scaramuccie.* Adde *eumd. ibid.* 51. *extr.* et *Sueton. Vitell.* 17. *extr.* Minutissimis ictibus exarnificatus.

II.) Translate. ¶ 1. De oratione usurpatur, et est brevis, subtilis, in minutissima membra concisus. *Cic. prœm. Parad.* 2. Minutis interrogatiunculis, et quasi punctis, quod proposuit, efficit. *h. e.* brevibus ac subtilibus. Sic *Vet. Poeta* apud *Plin.* 4. *Ep.* 27. Canto carmina versibus minutis. *h. e.* brevioribus, et simplici subtilique stilo factis, ut sunt hendecasyllabi. — Rursus *Cic.* 2. *Orat.* 38. 159. Genus sermonis affert non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum ac minutum. *Id. Brut.* 83. 287. At quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa concinnitate puerile? ¶ 2. Transfertur etiam ad animum, et significat parvum. *Cic.* 3 *Orat.* 43. 169. et *Orat.* 27. 94. Abutimur sæpe verbo, ut quum grandem orationem pro longa, minutum animum pro parvo dicimus. Similiter *Id.* 1. *Fin.* 18. 61. Ecce autem alii minuti et angusti, aut omnia desperantes etc. ¶ 3. Item est levis, frivolus, supervacuus, parvi momenti: et occurrit — *a*) De abstractis. *Sueton. Gramm.* 24. Nimis pauca et exigua de quibusdam minutis quæstiunculis scripsit. *Quintil.* 8. 6. 28. Quæ singula persequi, minutioris est curæ. *Cic. Partit. orat.* 17. 57. Nec quidquam in amplificatione nimis enucleandum est: minuta est enim omnis diligentia; hic autem locus grandia requirit. (Hinc *Ammian.* 22. 16. Herodianus minutissimus artium sciscitator. *diligentissimo e perciò minuzioso.*). *Quintil.* 10. 1. 130. *de Seneca.* Si rerum pondera minutissimis sententiis non fregisset. — *b*) De hominibus, et est infimus, vilis, *infimo, basso. Phædr.* 4. 5. Periclitatur magnitudo principum: Minuta plebes facili præsidio latet. *Petron. fragm. Tragur.* 44. *Burmann.* Itaque populus minutus laborat: nam isti majores maxillæ semper Saturnalia agunt. — Similiter pro vulgari, *dozzinale. Cic.* 1. *Divinat.* 30. 62. Socrates et Plato, ut rationem non redderent, auctoritate tamen minutos philosophos vincerent. *Id. Brut.* 73. 256. Multo magnus orator præstat minutis imperatoribus. — Hinc

Minutum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est particula, *particella*, seu pars tricesima cujuscumque signis cælestis. *Ammian.* 20. 3. In domicilio ejusdem signi tota reperitur Luna sub Sole lineamentis objecta rectissimis, atque in his paullisper consistit minutis, quæ geometrica ratio partium partes appellat. Adde *Firmic. loc. cit.* in MYRIOGENESIS. ¶ 2. Item est decima pars horæ. *Incert. Auct. de mensuris p.* 374. ed. *Rudorff.* Hora constat ex v. punctis, x. minutis, xv. partibus, xl. momentis, lx. ostentis.

Minutus, i, m. 2. (*subaudi* denarius) absolute, substantivorum more, est denarius nummus. *Venant.* 8. *carm.* 6. 297. Sapphira vel mulier geminos largita minutos Illa tenendo perit. V. *Act. Apostol.* 5. 1. Quod vero ad vocabulum attinet, cf. *Vulgat. interpr. Marc.* 12. 42. Quum venisset autem vidua una pauper, misit (*in gazophylacium*) duo minuta, quod est quadrans. *Lucas* idem narrans dixit 21. 2. æra minuta duo.

MĪNURIO *vel* Minurrio, is, ire, n. 4. *canterellare, μινυρίζω*, dicitur de cantu querulo avicularum. Nam *minuritiones* interpretatur *Paul. Diac.* p. 122. 9. *Müll.* avium minorum cantus. *Sidon.* 2. *Ep.* 2. *a med.* Philomelam inter frutices sibilantem, progiem inter asseres minurientem. — De cantu submisso palumbium *Spartian. Get.* 5. Agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minurriunt. *Salmas.* hic vult legi *minarriunt* eod. sensu. Cf. *Gloss. Labb.* Minurit, *μινυρίζει.*

MĪNŪRĪTĬO. *V.* in voce præced.

MĪNUS, adverb. comparat. *V.* PARUM.

MĪNUS, a, um. *V.* MINA sub *B.*

MĪNUSCŬLĀRĬI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MĪNUSCŬLĀRĬUS, a, um, adject. (minusculus) *minuto, picciolo*, minusculus, minor. *Impp. Valentinian. et Valens Cod.* 1. 55. 1. De tenuioribus et minusculariis rebus interpellare. *Imp. Zeno ibid.* 11. 42. 10. Ne quid contra minusculorios aquæductus pertentetur. *h. e.* tenuiores et deminutos. — Hinc

Minuscularii, ōrum, m. plur. 2. absolute, substantivorum more, apud *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 11. 28. 3. putantur esse minorum vectigalium conductores, nempe ii, qui pro rei familiaris angustia, quum non possint integra reipubl. vectigalia conducere, minusculam eorum partem conducunt atque exigunt: opponuntur autem magnariis. *Augustin.* plene dixit 7. *Civ. D.* 4. Minusculorios vectigalium conductores. Ubi al. leg. *minutularios.* Fortasse his similes sunt, qui apud nos dicuntur *esattori de' resti.* Male quidam leg. in Cod. *miniculartii*, quasi sint, qui minium inducunt.

MĪNUSCŬLUS, a, um, adject. deminut. a *minor, oris*, aliquanto minor, *μικρότερος, alquanto minore.* — *a*) De rebus physicis. *Cato R. R.* 12. Minusculæ cupæ. *Varro* 3. *R. R.* 5. 5. Minusculum aviarium. *Vitruv.* 7. 5. *a med.* Minusculum theatrum. *Cic.* 14. *Att.* 13. *a med.* Minuscula villa. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 1. 4. Rescripsi epistolæ maximæ: audi nunc de minuscula. *Plaut. Trin.* 4. 2. 46. Minusculum nomen. *h. e.* brevius. — De minusculis Quinquatribus: *V.* QUINQUATRUS. — *b*) De hominibus et brutis animantibus. *Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 50. Minuscula meretrix. *Gell.* 4. 11. Porculis minusculis et hædis tenerioribus victitare.

MĪNŪTAL, ālis, n. 3. (minuo) *cibreo, manicarello, μυττωτόν, περίχομμα*, genus edulii ex oleribus, aliisve cibis minutatim concisis, varieque conditis. Ejus specimina multa habes apud *Apic.* 4. 3. *Juvenal.* 14. 129. Hesternum solitus medio servare minutal Septembri. *Martial.* 11. 31. Hinc exit varium coco minutal. — Hinc

Minutalia, ium, n. plur. 3. occurrunt de aliis quibuscumque minutis rebus, *minutaglia, minuzame. Petron. Satyr.* 47. Omnia foras parata sunt: aqua, lasanum, et cetera minutalia. *Marcell. Empir. c.* 8. *sect.* 5. *pag.* 96. *Ald.* In ollam rudem mittes tres sextarios aceti acerrimi et ferrum, id est clavos veteres minutos, vel alia minutalia ferri vetusta, et claudes ollam diligenter. *Tertull. Habit. mul.* 6. Lapillos istos, qui eum auro superbiam jungunt, quid aliud interpreter, quam lapillos, et calculos, ejusdem terræ minutalia? *Id. Anim.* 32. Culices, formicæ, tineæ, et hoc genus minutalia.

MĪNŪTĀLIS, e, adject. (minuo) minutus, exiguus, ut Minutalia regna, *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 4. Sic *Hieronym. prœm. epist. ad Ephes.* Taceo de ceteris minutalibus, qui mecum in libris suis garriunt. *h. e* minutis scriptoribus.

MĪNŪTĀTIM, adverb. (minutus) in minutas partes, minute, minutim, κατ' ὀλίγον, εἰς λεπτότατα (It. *minutamente, in picciole parti*; Fr. *en petits morceaux*; Hisp. *en pequenos pedazos*; Germ. *klein, stückweise, in Stücken*; Angl. *in very small pieces, in bits or crumbs, bit by bit, piecemeal*).

I.) Proprie. *Varro* 3. *R. R.* 10. 6. Nasturtium viride consectum minutatim. *Colum.* 12. *R. R.* 59. 3. Caseum minutatim concidere. *Apul.* 4. *Met.* Hordeum minutatim tunsum. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 11. 15. (76). Terram minutatim cribrare.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 29. 92. Minu-

tatim interrogare. *h. e.* minutis interrogatiunculis, ut ipse ait *Parad. proœm.* 2. ¶ 2. Ponitur et pro paullatim, sensim, *a poco a poco. Cic. 4. Acad.* (2. *pr.*) 16. 49. Quum aliquid minutatim et gradatim additur, aut demitur. *Lucret.* 2. 1129. Inde minutatim vires et robur adultum Frangit. Sic *Virg.* 3. *G.* 485. Ossa minutatim morbo collapsa trahebat. et *Scribon. Compos.* 186. Coloris mali et veluti plumbei (*ægrotantes*) fiunt, minutatimque per tabem quasi phthisici consumuntur. *Lucret.* 5. 1383. Inde minutatim dulces didicere querelas. *Varro* 1. *R. R.* 20. 2. Minutatim assuefaciant. *Q. Cic. Petit. cons.* 9. 35. ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores evadunt. *Auct. B. Afr.* 31. se recipere intra munitiones. *et ibid.* 78. cedere. ¶ 3. Item singillatim, *ad uno ad uno. Ulp. Dig.* 2. 15. 8. *ante med.* Minutatim singulos convenire, difficile ei est.

MĬNŪTĀTUS, a, um. *V.* MINUTO.

MĬNŪTĒ, adverb. (minutus). Comp. *Minutius* I. et II.; Sup. *Minutissime* I. — Minute est in minutas partes, minutim, λεπτῶς, *minutamente.*

I.) Proprie. *Cato R. R.* 107. Quam minutissime contundere. *Colum.* 12. *R. R.* 28. 1. Minutissime commolere. *Id.* 6. *ibid.* 31. 1. Lens minute molita. *et ibid.* 17. 7. Sal minute tritus. *Id.* 12. *ibid.* 22. 2. Minute concidere aliquid. Cf. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 13. 42. Dividunt enim in partes. – Hæc autem universa concidunt etiam minutius.

II.) Translate est tenuiter, exiliter, jejune. *Cic.* 4. *Fin.* 3. 7. Res enim fortasse veræ, certe graves, non ita tractantur, ut debent, sed aliquanto minutius. *Id. Orat.* 36. 123. Nec satura jejune dicere, nec grandia minute. *Quintil.* 5. 14. 28. Minutius et scrupulosius scrutari omnia. *per minuto.* et *Id.* 12. 2. 11. Non tam est minute atque concise (*philosophia*) in actionibus utendum, quam in disputationibus. *Gell.* 2. 9. Nimis minute, et probe subfrigide Plutarchus in Epicuro accusando λέξεις τηρεῖ.

MĬNŪTĬA, æ, f. (minuo). Aliam formam *V.* in voc. seq. — Minutia est minutissima pars, *minuzia.*

I.) Proprie. *Seneca Ep.* 90. *circa med.* Utriusque lapidis attritu grana franguntur, et sæpius regeruntur, donec ad minutiam frequenter trita redigantur. *in farina, in polvere. Lactant. Ira D.* 10. Pulveris minutias videmus in sole, quum per fenestram radios immiserit.

II.) Figurate in plur. num. *minutiæ* dicuntur res parvi momenti ab *Ammian.* 26. 1. *init.* Historia discurrere per negotiorum celsitudines adsueta, non humilium minutias indagare causarum. Sic *Id.* 27. 2. *extr.* Alia multa narratu minus digna conserta sunt prælia, quæ superfluum est explicare, quoniam neque operæ pretium aliquod eorum habuere proventus, nec historiam producere per minutias ignobiles decet. *Id.* 23. 6. *a med.* Ne igitur ista per minutias demonstrantes, a proposito longius aberremus etc. *Id.* 14. 6. *extr.* Aliquid per minutias scrutari.

MĬNŪTĬES, ēi, f. 5. (minuo) minutia, cujus nominis alia est forma. *Apul.* 9. *Met.* Extremos digitos obliquata atque infesta ungula compressos, usque ad summam minutiem contero. *et* 11. *ibid.* Dentes saxei redeunt ad humanam minutiem. *Arnob.* 6. 18. Sæpenumero videmus ab artificibus hæc signa modo parvula fieri et palmarem in minutiem contrahi, modo in immensum tolli et admirabilem in amplitudinem sublevari.

MĬNŪTILOQUĬUM, ii, n. 2. (minutus *et* loquor). *Tertull. Anim.* 6. *a med.* Micas de minutiloquio Aristotelis insersit. *h. e.* presso ac subtili dicendi genere, opponitur enim *eloquio* ac flumini *Platonis. Fulgent.* 1. *Mythol. præf. ad fin.* vocat *syllogismaticum Aristotelis breviloquium.*

MĬNŪTIM, adverb. (minuo) *minutamente,* minute, minutatim.

I.) Proprie. *Cato R. R.* 123. Materiam concidito minutim. *Colum.* 4. *R. R.* 14. 1. Fossor crebris bidentibus æqualiter et minutim soli terga comminuat. *Gell.* 17. 8. Cucurbitæ minutim cæsæ. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 51. (171). Scoria plumbi lavatur in mortariis minutim fracta. *Lucilius* apud *Non. p.* 515. 4. *Merc.* die, quam cogat tussire minutim Per commissuras rimarum nocti' nigrore. *V.* VISIO, is. Quamvis hic locus sit satis obscurus, *Lucilium minutim* dixisse, nemo dubitabit, teste *Nonio*; sed figurate dixisse videtur.

II.) Translate est paullatim, sensim, *a poco a poco. Seneca Ep.* 30. *med.* Si cui contigit, ut illum senectus leniter emitteret, non repente avulsum vitæ, sed minutim subductum etc. *Plerique tamen leg.* minutatim. *V.* et *Lucilium* sub I. *Veget.* 2. *Veterin.* 28. 39. *Schneid.* Præterea minutos gressus imitatur. – Minutim autem equus ambulans commodius vehit et pulcrius videtur incedere. Sic *Id.* 3. *ibid.* 53. 3. Minutim (*jumentum*) deambulet loco sicco, donec sudet.

MĬNŪTĬO, ōnis, f. [3. (minuo) *diminuzione, μείωσις*, detractio. *Quintil.* 8. 4. 28. Hoc si ad intellectum referas, minutio est; si ad obscuritatem, incrementum. *Cœl. Aurelian.* 2. *Acut.* 36. *extr.* Recte autem sudantibus, pulsus erectior, respiratio facilior ac levior efficitur, et in somnum prona delectatio, et omnium adversorum minutio, cum animi atque corporis relevatione. *Gell.* 16. 5. Ve particula tum intensionem significat, tum minutionem. *Id.* 1. 12. Minutio capitis. *h. e.* deminutio. Sic *Cajus Dig.* 4. 5. 1. Capitis minutio est status permutatio. et *Paul. ibid.* 4. 5. 3. § 1. Emancipato filio, et ceteris personis capitis minutio manifesto accidit. *V.* CAPUT. — Apud *Veget.* 1. *Veterin.* 17. 13. *et ibid.* 28. minutio sanguinis est *cavata di sangue,* venæ sectio. *V.* MINUO I. 2.

MĬNŪTO, ās, ātum, are, a. 1. Part. *Minutatus* 1. et 2. — Minutare, frequentat. a *minuere* ¶ 1. Est valde minuere, frangendo comminuere. *Plin. Valerian.* 5. 27. *in fin.* Danda sunt pira, sorbi, mespilæ ac mala cidonia, atque uvæ in olla aut fumo suspensæ, quas cum semine suo (*ægrotus*) comedat, donec ipsum semen in ære (*lege* ore) minutetur. *Id.* 2. 30. *a med. p.* 185. *Ald.* Mittes (*hæc*) in patellam –: iterumque impones super carbones molles, et mittes ceram minutatam, ut solvatur. Sic *Theod. Priscian.* 4. *p.* 316. *Ald.* Vult enim ex crudis fieri redhibitiones; ut accepti cibi disjecta materies in corpusculis minutata seu cocta, et in lacteum humorem mutata, omnes per corporis partes ac particulas discurrat. ¶ 2. Item minorem reddere aliquid detrahendo. *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 19. *de hydropicis.* Si vero multus humor ex putrefactis eorum carnibus aggregatus ventrem satis adimpleverit, membris ceteris minutatis, saccellos ex tostis salibus vel milio similiter sub umbilico locis admoveo.

MĬNŪTŪLĀRĬUS. *V.* MINUSCULARIUS.

MĬNŪTŪLUS, a, um, adject. deminut. a minutus, admodum minutus, *picciolino.*

I.) Proprie. *Plaut. Pœn. prol.* 28. Nutrices pueros infantes minutulos domi ut procurent. *Vopisc. Tacit.* 11. *ad fin.* Legit sane senex minutulas literas ad stuporem. *Paul. Dig.* 50. 16. 192. Minutula pecuniæ summa. *Valerianus Aug.* apud *Vopisc. Aurelian.* 9. Decernes ei ad sumptus aureos Antonianos diurnos binos, argenteos Philippeos minutulos quinquagenos.

II.) Translate est levis, parvi momenti. *Macrob.* 7. *Saturn.* 3. *circa med.* Minutulæ quæstiones. *h. e.* de rebus minutis ac levioribus.

MĬNŪTUM, i, n. 2. *et*

MĬNŪTUS, a, um, particip. et adject. *et*

MĬNŪTUS, i, m. 2. *V.* MINUO in fin.

MĬNŸANTHES, eos, m. 3. μυωνανθές, genus trifolii majore folio. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 9. 30. (54). et *ibid.* 21. 88. (152).

MĬNŸAS, ādis, f. 3. est herba quædam, quam *Harduinus* eamdem esse putat, ac minyanthem, *h. e.* per breve tempus florens, a μινύς *parvus* et ἄνθος *flos. Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 100. (157). Idem (*Pythagoras*) minyada appellat, nomine alio corysidiam, cujus decocto in aqua succo protinus sanari ictus serpentium dicit. *Sillig.* vero legit: Idem minsada appellat, nomine alio corinthiam, cujus etc.

MĬO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *lordare,* conspurco. mingo: est ab inusit. μιάω, unde μιαίνω *contamino. Inscript.* apud *Zaccaria, Marm. Salonit. p.* 10. *n.* 15. QVISQVIS IN HOC VICO STERCVS NON POSVERIT AVT NON CACAVERIT AVT NON MIAVERIT HABEAT ILLAS (*h. e.* Furias, quæ supra inscriptionem sunt sculptæ) FROPITIAS; SI NEGLEXERIT VIDERIT. Si legitima est hæc inscriptio, unicum præbet hujus vocis exemplum. Ceterum *meio, meias, meiavi* legitur apud *Diomed.* 1. *p.* 366. *Putsch.*, ita ut *ei* coaluisse videantur in *i*: quamquam Codices hoc in loco maxime differunt.

MĪRA *pro* mœra. *V.* MŒRA init.

MĪRĀBĬLĬA, ium, n. plur. 3. *V.* MIRABILIS in fin.

MĪRĀBĬLĬĀRĬUS, ii, m. 2. qui mirabilia facit. *Augustin. tract.* 13. *in Johann. ad fin.* Contra istos, ut sic loquar, mirabiliarios cautum me fecit Deus.

MĪRĀBĬLIS, e, adject. (miror). Comp. *Mirabilior* et Sup. *Mirabilissimus* sub *a.* — Mirabilis est admiratione dignus, admirandus, Θαυμαστός (It. *maraviglioso, mirabile*; Fr. *prodigieux, singulier, rare, extraordinaire, surprenant, étonnant*; Hisp. *prodigioso, maravilloso, extraordinario*; Germ. *wunderbar, rungswerth, sonderbar*; Angl. *to be wondered at, wonderful, worthy of admiration, marvellous, admirable, strange, astonishing*). Occurrit — *a*) Cum suo nomine tantum. *Cic.* 2. *Orat.* 46. 191. Ne forte hoc magnum ac mirabile esse videatur. *Ovid.* 1. *Pont.* 5. 77. Finge legi, quodque est mirabile, finge placere. *Nepos Timol.* 5. Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles accesserunt casus. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 23. Hic tibi sit potius, quam tu mirabilis illi. *Virg.* 1. *Æn.* 656. (*palla et velamen*) matris Ledæ mirabile donum. *Tibull.* 4. 1. 18. Alter dictet opus magni mirabile mundi, Qualis in immensum desederit aera tellus etc. *Ovid.* 4. *Met.* 271. Dixerat: et factum mirabile ceperat aures. Pars fieri potuisse negant: pars omnia veros Posse deos memorant. *Nepos Miltiad.* 5. Mirabili pugnandi cupiditate flagrare. *Cic.* 5. *Att.* 13. Incredibilis multitudo mirabilem in modum mihi Ephesi præsto fuit. *Id.* 2. *Orat.* 18. 74. Quo ista majora ac mirabiliora fecisti, eo me major exspectatio tenet. *Liv.* 9. 18. Et quo (*consules dictatoresque*) sint mirabiliores, quam Alexander, aut quisquam rex etc. *Vellej.* 2. 52. 6. Nihil illa victoria mirabilius, magnificentius, clarius fuit, quando neminem, nisi acie consumptum, civem patria desideravit. *Colum.* 6. *R. R.* 36. 3. Mirabilissima soboles. *At hic rectius Schneider.* Ursini *emendationem secutus leg.* Multi admissarii specie tenus mirabiles pessimam sobolem forma vel sexu progenerant. — *b*) Cum Infinito. *Ter. Heaut.* 2. 4. 7. Vos esse istiusmodi, haud mirabile est. — *c*) Sequente part. *quam, quomodo, si,* ut apud *Cic.* 3. *Orat.* 51. 197. Mirabile est, quum plurimum in faciendo intersit inter doctum et rudem, quam non multum differat in judicando. *Id.* 2. *Divinat.* 19. 44. Nam esset mirabile, quomodo id Juppiter toties jaceret. *Ovid. Heroid.* 20. 63. Hac ego compulsus, non est mirabile, forma, Si pignus volui vocis habere tuæ. — *d*) Cum Supino. *Cic.* 5. *Parad.* 1. *ad fin.* Nec hoc est tam re, quam dictu inopinatum atque mirabile. *Liv.* 7. 26. Dictu mirabile! tenuit non solum ales captam semel sedem, sed etc. — *Mirabile quantum,* h. e. mirum quantum, apud *Sil. It.* 6. 620. Fabius mirabile quantum Gaudebat reducem patriæ adnumerare reversus, Duxerat egrediens quam secum in prælia, pubem. — *Mirabile dictu!* aut *visu!* eleganter a Poetis in re mira narranda interscritur, *gran cosa! Virg.* 2. *G.* 30. Quin et candicibus sectis (mirabile dictu!) Truditur e sicco radix oleagina ligno. *Ovid* 3. *Fast.* 31. Inde duæ pariter (visu mirabile!) palmæ Surgunt. Adde *Virg.* 3. *G.* 275. et 1. *Æn.* 443. et 12. *ibid.* 252. et alibi. — Hinc

Mirabilia, ium, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, apud Scriptores Ecclesiasticos sunt prodigia, portenta, et ea præcipue quæ supra naturam sunt et ab uno Deo fieri possunt, *portenti, prodigi, miracoli.* Sic *Vulgat. interpr. Ps.* 71. 18. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Adde *ibid.* 135. 4. et alibi.

MĪRĀBĬLĬTAS, ātis, f. 3. (mirabilis) *ammirabilità,* Θαυμαστότης, admirabilitas. *Lactant.* 7. 4. Ut apparet ex mirabilitate operum suorum. *Non.* quoque *p.* 499. 9. *Merc.* agnoscit, sed comprobat verbis *Cic.* 2. *Off.* 11. 38., ubi *admirabilitas* habetur.

MĪRĀBĬLĬTER, adverb. (mirabilis). Comp. *Mi-*

rabilius. — Mirabiliter est mirandum in modum, vehementer, magnopere, θαυμασίως (It. *mirabilmente, maravigliosamente, a maraviglia;* Fr. *étonnament, merveilleusement;* Hisp. *maravillosamente;* Germ. *ausserordentlich, wunderbar, bewunderungswürdig;* Angl. *wonderfully, admirably, amazingly*). *Nepos Dion.* 10. Mirabiliter vulgi mutata est voluntas. *Cic.* 1. *Divinat.* 54. 123. Quæ mirabiliter a Socrate divinata sunt. *Id.* 4. *Fam.* 13. *a med.* Omnes mirabiliter de te et loquuntur et sentiunt. *et* 13. *ibid.* 16. Mirabiliter cupere. *et* 11. *ibid.* 14. lætari. *et* 10. *Att.* 4. excruciare. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 38. (131). mederi. *Gell.* 2. 23. *ad fin.* Motus animi mirabiliter acres et illustres. *Cic.* 1. *Orat.* 21. 94. Mirabilius et magnificentius augere atque ornare. *Id. Partit. orat.* 5. 17. Ea, quæ obscuramus, quæ incredibiliter tollimus, quæque mirabilius, quam sermonis consuetudo patitur, ornamus.

MĪRĀBUNDUS, a, um, adject. (miror) vehementer admirans, *pieno di meraviglia. Liv.* 3. 33. Nova res mirabundam plebem convertit, quidnam incidisset, cur etc. *Id.* 25. 37. Pœni mirabundi, unde tot hostes tam subito exorti forent.

MĪRĀCĬDĬON primæ adolescentiæ. *Paul. Diac. p.* 123. 11. *Müll.* Est autem ipsum Græcum μειρακίδιον alterum deminut. a μεῖραξ *adolescens,* μειράκιον et μειρακίδιον *adolescentulus.*

MĪRĀCŬLA, æ, f. 1. meretrix deformi facie, et tamquam portentum aliquod, aut monstrum, pavorem videntibus incutiens. *Plaut. fragm.* apud *Varron.* 7. *L. L.* 64. Diobolares, schœniculæ, miraculæ. *Varro ibid.* Miraculæ a miris, idest monstris. Porro verba *Plauti* sunt de meretricibus, quæ ideo *miraculæ* dicuntur, quia turpes et obscœnæ: nam miracula, inquit *Paul. Diac. p.* 123. 5. *Müll.,* quæ apud nos sunt res admiratione dignæ, apud antiquos de rebus turpibus dicebantur. *V.* MIRIO.

MĪRĀCŬLUM, i, n. 2. (miror) quidquid admirationem afferre potest, sive supra naturam sit, sive non, portentum, prodigium, θαῦμα (It. *miracolo, maraviglia, prodigio;* Fr. *prodige, merveille, chose extraordinaire;* Hisp. *prodigio, maravilla;* Germ. *d. Wunderbare, Sonderbare, d. Wunder, Sonderbarkeit;* Angl. *a wonder, miracle, marvel, prodigy*). Occurrit — *a*) Universim. *Cic.* 1. *Nat. D.* 8. 18. Portenta et miracula philosophorum somniantium. *opinioni stranissime. Ovid.* 7. *Met.* 294. Viderat ex alto tanti miracula monstri Liber. *h. e.* ex decrepito sene juvenem factum Æsonem. *Liv.* 1. 47. Convenere (*Patres*) extemplo, alii jam ante ad hoc præparati, alii metu, ne non venisse fraudi esset, novitate ac miraculo attoniti. *Id.* 5. 15. Lacus in Albano nemore sine ullis cælestibus aquis, causave qua alia, quæ rem miraculo eximeret, in altitudinem insolitam crevit. *Id.* 1. 19. Qui (*deorum metus*) quum descendere ad animos sine aliquo commento miraculi non posset, simulat sibi cum dea Egeria congressus nocturnos esse. *Id.* 2. 7. Adjiciunt miracula huic pugnæ: silentio proximæ noctis ex silva Arsia ingentem editam vocem etc. *Phædr.* 1. 11. hic auritulus Clamorem subito totis tollit viribus, Novoque turbat bestias miraculo. *Liv.* 25. 8. Minusque, iterum ac sæpius id eos audere, miraculo fuit. *cagionò maraviglia.* Sic *Plin.* 7. *Hist. nat.* 1. 1. (6). Quid non miraculo est, quum primum in notitiam venit? *Id.* 9. *ibid.* 8. 8. (26). Esse in miraculo. *h. e.* haberi pro re mira. *Id.* 32. *ibid.* 4. 15. (42). Hoc est majoris miraculi. *h. e.* hoc magis homines admirantur. *Id.* 12. *ibid.* 1. 5. (10). Arbor digna miraculo. *h. e.* quam admiremur. *Id.* 27. *ibid.* 11. 74. (99). Nec quidquam inter herbas majore miraculo aspexi. *h. e.* mirabilius. *Id.* 9. *ibid.* 30. 48. (93). Reliquiæ asservatæ miraculo. *per meraviglia.* — Huc pertinent et illa *Liv.* 25. 9. *a med.* Miraculum magnitudinis. *grandezza maravigliosa.* de grandi apro loquitur. *et* 1. 7. Euander – venerabilis vir miraculo litterarum, rei novæ inter rudes artium homines. *et* 5. 39. Gallos quoque velut obstupefactos miraculum victoriæ tam repentinæ tenuit. *una vittoria maravigliosa.* — De miraculis inscriptum est *cap.* 8. *i.* 1. *Valerii Max.* — *b*) Speciatim septem recensentur miracula, h. e. opera excellentis artificii, et insignis magnificentiæ toto orbe celebratissima. Primo loco sunt muri Babylonis, de quibus *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (121). et *Curt.* 5. 1. secundo templum Dianæ Ephesiæ, de quo *Plin.* 36. *ibid.* 14. 21. (95). tertio Jovis Olympii simulacrum, opus Phidiæ ex ebore et auro, quo nullum (inquit *Val. Max.* 3. 7. *n.* 4. *extern.*) præstantius, aut admirabilius humanæ fabricatæ sunt manus. quarto Pyramides Ægyptiæ, de quibus *Plin.* 36. *ibid.* 12. 17., (78). et *Ammian.* 22. 15. quinto sepulcrum Mausoli, de quo *Plin. ibid.* 5. 4. (30). et *Gell.* 10. 18. Mausoli, de quo *Plin. ibid.* 5. 4. (30). et *Gell.* 10. 18. sexto æneus Colossus Solis in Rhodo insula, de quo *Plin.* 34. *ibid.* 7. 18. (41). septimo regia Cyri domus, in qua lapides non ferro, sed auro illigatos fuisse tradunt, de qua *Cassiod.* 7. *Variar.* 15. Alii alia his accensent, labyrinthum Cretæ, hortos pensiles Babylonis, muros, turrim Phari etc. (*V. Cassiod. loc. cit.* et *Ampel.* 8.) Inter hæc templum quoque Salomonis Hierosolymis enumerat *Sidon.* 4. *ep.* 18. *in carm.,* sed omnia longe superarunt Urbis Romæ miracula, quæ *Plin.* describit *cit. l.* 36. *c.* 15. *et seqq. Senec. Consol. ad Polyb.* 1. Septem illa miracula, et si qua his multo mirabiliora sequentium annorum exstruxit ambitio, aliquando solo æquata visentur. Et de Roma *Ammian.* 16. 10. Romam ingressus, – quum venisset ad Rostra, perspectissimum priscæ potentiæ Forum obstupuit: perque omne latus, quo se oculi contulissent, miraculorum densitate præstrictus etc. — *c*) Item speciatim, miracula, inquit *Paul. Diac. p.* 123. 5. *Müll.,* quæ nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus utebantur. *Ovid.* 3. *Met.* 673. in quæ miracula, dixit, Verteris? *Horat.* 2. *Ep.* 2. 108. Somnia, terrores magicos, miracula, sagas, Nocturnos lemures, portentaque Thessala rides? Cf. *Arnob.* 5. 25. Vertit Baubo Thessala artes, et quam serio non quibat allicere, ludibriorum statuit exhilarare miraculis. — *d*) Item *Mira* et *miracula,* inquit *Non. p.* 521. 29. *Merc.,* veteres pro monstris, vel horrendis ponebant. *Lucil. ibid.* Miracula clere. *Virg.* 4. *G.* 441. *de Proteo.* Omnia transformat sese in miracula rerum, Ignemque, horribilemque feram etc.

MĪRANDUS, a, um. *V.* MIROR in fin.

MĪRĀTĬO, ōnis, f. 3. (miror) actus mirandi, *maraviglia, ammirazione,* θαυμασμός. *Cic.* 2. *Divinat.* 22. 49. Causarum ignoratio in re nova mirationem facit.

MĪRĀTOR, ōris, m. 3. (miror) qui miratur, *ammiratore, apprezzatore,* θαυμαστής. *Seneca Vit. beat.* 8. Mirator tantum sui. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 5. (51). Minime mirator inanium. *Propert.* 2. 10. 9. formæ honestæ. Adde *Horat.* 1. *Sat.* 2. 36. et *Ovid.* 4. *Met.* 640. rerum. *Lucan.* 9. 961. famæ. *Martial.* 10. 87. veterum senex avorum. *Lucan.* 9. 807. Magnanimo juveni miratorique Catonis. *h. e.* imitatori. *V.* MIROR. 5.

MĪRĀTRIX, īcis, f. 3. (miror) quæ miratur, *ammiratrice, che apprezza. Juvenal.* 4. 62. Miratrix turba. *Lucan.* 4. 654. Hinc ævi veteris custos famosa vetustas Miratrixque sui signavit nomine terras. *Seneca Hippol.* 742. Fama miratrix senioris ævi.

MĪRĀTUS, a, um. *V.* MIROR.

MĪRĔ, adverb. (mirus) mirabiliter, mirifice, mirum in modum, *maravigliosamente, a maraviglia,* θαυμαστῶς, θαυμαστικῶς. Occurrit — *a*) Cum Verbis. *Ter. Heaut.* 5. 1. 25. Tuus Syrus mire finxit filium. *Cic.* 16. *Att.* 11. Puero municipia mire favent. *Sall. in orat. Lepid. ad pop. R. ad fin.* Secundæ res mire sunt vitiis obtentui. *Sueton. Domit.* 2. Simulavit et ipse mire modestiam. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 12. 91. (142). Chelidonia mire medetur. *Id.* 36. *ibid.* 13. 19. (86). Id opus mire infestavere. *Id.* 29. *ibid.* 3. 12. (54). Mire laudatur. — *b*) Cum Part. præter. et Adjectivis. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (102). Est ctivis. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (102). Est in ea pictura canis mire factus. *Id.* 14. *ibid.* 4. 5. (50). Vanitas nota mire in illo fuit. *insignemente. Lucret.* 4. 748. *Lachmann.* Tenvis enim mimens est et mire mobilis ipsa. *Liv.* 1. 45. Id mire gratum regi et civitati fuit. Sic *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 6. (13). Mire gratum. *et* 19. *ibid.* 5. 24. (70). tenuis. *et* 31. *ibid.* 7. 39. (80). similis. *Pers.* 6. 3. opifex. *h. e.* mire et valde peritus. — *c*) *Mire quam,* mirum quantum. *Cic.* 1. *Att.* 11. *ad fin.* Mire quam illius loci cogitatio delectat. *Sic et* Orellius, *qui adnotat* mire quam *habere analogiam part. sane quam. Al. leg.* quantum.

MĪRĬDĬCUS, a, um, adject. (mirus *et* dico). *Gloss. Isid.* Miridicus, mira dicens.

MĪRĬFĪCĒ, adverb. (mirificus) idem ac mire. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 2. 4. Delectabatur autem mirifice lectione librorum. *Id.* 6. *Att.* 3. *ad fin.* Mirifice conturbatum vidi puerum. *Auct. B. Afr.* 71. Mirifice hostium levis armatura anxium exercitum nostrum atque sollicitum habebat. *Cic.* 2. *Att.* 19. Mirifice dolere. *Id.* 1. *Nat. D.* 21. 58. diligere. *et* 5. *Att.* 17. συμφιλοδοξεῖν gloriæ alicujus. *Id.* 3 *Fam.* 11. laudare. *et* 12. *ibid.* 12. de republica meriti milites. *Id.* 1. *Orat.* 13. 57. Ac jam tum erat adolescentulus his studiis mirifice deditus. *Catull.* 83. 3. Et tum mirifice sperabat se esse locutum, Quum, quantum poterat, dixerat hinsidias. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 8. 44. (97). Mirifice prodesse. *et* 24. *ibid.* 18. 105. (169). sanguinem sistere.

MĪRĪFĪCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (mirus *et* facio). Part. *Mirificatus.* — Mirificare est mirabilem facere, miris laudibus extollere, *fare maravigliosо,* θαυμαστοποιῶ. *Plaut. Amph.* 2. 2. 46. Quamque adeo cives Thebani modo miro mirificant. *Ita quidam Lexicographi; verum plerique MSS. et Edition. habent:* Thebani vero rumificant probam. At *Non. p.* 167. 3. *Merc.* rumificarant. — Ceterum verbum *mirifico* usurpatur a *Vulgat. interpr. Ps.* 4. 4. Mirificavit Dominus sanctum suum. Adde *ibid.* 15. 3., 16. 7. et 30. 22. — Part. *Mirificatus* pro *mirificus* legitur apud *Alcim. Ep.* 1. *ined. a med.* Iste est centesimus fructus, qui in futuro quidem vitam æternam exspectat, sed in præsenti quoque sæculo illatas martyribus contumelias mirificato honore compensat.

MĪRĪFĪCUS, a, um, adject. (mirus *et* facio). Sup. *Mirificissimus* et *Mirificentissimus* sub *b* in fin. — Mirificus est admirationem faciens, mirus, mirabilis, mirandus, θαυμάσιος (It. *maraviglioso, mirabile;* Fr. *admirable, merveilleux, prodigieux, extraordinaire;* Hisp. *maravilloso, prodigioso, extraordinario;* Germ. *Be-oder Verbunderung erregend, wunderbar, ausserordentlich, auffällig;* Angl. *marvellous, strange, extraordinary, wonderful, astonishing, amazing*). Occurrit — *a*) Raro de hominibus. *Cic.* 4. *Att.* 11. Dionysius, homo mirificus. *h. e.* vir optimus et doctissimus, ut eum *Atticus* 7. *Ep.* 7. appellat. *Gell.* 6. 15. Homo in doctrinis mirificus. *Cic.* 1. *Fam.* 9. 2. In eis vero ulciscendis – mirificum me tibi comitem præbuissem. — Cum Infinito. *Fronto ad Ver.* 1. Pythagora mirificus clandestinis signis sancire omnia. *misterioso.* — *b*) De rebus physicis et de abstractis. *Auct. B. Afr.* 40. Gallorum corpora mirifica specie amplitudineque. *Cæs.* 3. *B. C.* 112. Turris magna altitudine, mirificis operibus exstructa. *Cic. Senect.* 3. 9. Mirificos fructus efferre. *Id.* 1. *Att.* 16. Mirificæ pugnæ. *et* 1. *ibid.* 14. *a med.* Convicium mirificum alicui facere. *Id.* 14. *ibid.* 13. *a med.* Mirificas gratias agere alicui. *Id.* 3. *Fam.* 11. *a med.* Mirificam voluptatem capere. *Id.* 1. *ibid.* 9. *ante med.* Mirifica senatus consensio. *Id.* 14. *ibid.* 3. Mirifico studio et officio esse in aliquem. *et* 15. *ibid.* 10. Mirificus animus erga quempiam. *Id.* 1. *ad Brut.* 3. Pueri mirifica indoles virtutis. *Ovid.* 4. *Pont.* 13. 5. Non quia mirifica est (*structura carminis*), sed quod nec publica certe. *Petron. Satyr.* 21. Gustatione mirifica initiati. *Sunt qui leg.* myrrhistica. *Ter. Phorm.* 5. 6. 32. Mirificissimum facinus. *Augustin.* 18. *Civ. D.* 42. Alexandri mirificentissima potentia.

MĪRĪMŎDIS, adverb. *mirabilmente,* miris modis. *Claud. Mamert.* 3. *Stat. an.* 12. Verum nunc mirimodis stupeo, te tam dissidentia tamque diversa uno propemodum momento atque eodem pæne e verbo dixisse.

MĪRĬO, ōnis, m. 3. *Accius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 44. *Müll.* personas distortas, oribus deformes, miriones dici ait: a *miris,* id est monstris. *V.* MIRACULA. — A *mirando* ducit etiam *Tertull. Præscript.* 3., ubi ait: Solent quidem isti miriones etiam de quibusdam personis ab hæresi captis, ædificari in ruinam. *h. e.* isti, qui mirantur, esse hæreses, et stupent, adeo valere adversus Catholicam veritatem.

MIRMĪCĀRĬA *vel* murmicaria, æ, f. 1. *V.* **MORMICARIA.**

MIRMILLO *vel* murmillo, ōnis, m. 3. genus gladiatoris, qui cum Threce et retiario committebatur. Prodibat autem galea, brevi tunica, et magno scuto tectus, cum sica in dextra, ut videre est Astyanactem apud *Marin. Frat. Arv. p.* 165. *tab.* 1., in summa vero galea piscis effigiem habebat, qui *mormyrus*, μόρμυρος, et μορμυρίων dicitur; unde *mirmillo* quibusdam factum videtur. Alii rectius a Myrmidonibus ducunt, Achillis militibus (quos immerito ridet *Lips. l.* 2. *Saturn. c.* 10.); vel a μύρμηξ, seu μύρμος, *formica*, quia propter gravem armaturam non incedere, sed formicarum more repere potius videretur. *Cic.* 3. *Phil.* 12. 31. Ille autem ex mirmillone dux, ex gladiatore imperator quas fecit strages, ubicumque posuit vestigium? *Id.* 6. *ibid.* 5. 13. Tantum sibi sumpsit, quia Mylasis mirmillo Threcem jugulavit, familiarem suum. *Juvenal.* 8. 200. nec mirmillonis in armis, Nec clipeo Gracchum pugnantem, falce supina, Nec galea frontem abscondit. *Sueton. Domit.* 10. Patremfamilias, quod Threcem mirmilloni parem, munerario imparem dixerat, canibus objecit. *Ammian.* 23. 6. *ad fin. de Persis.* Pedites in speciem mirmillonum contecti, jussa faciunt, ut calones. *Id.* 16. 12. *ad fin.* Vulneribus declinandis intentus, seque in modum mirmillonis operiens. *h. e.* subsidens, et scuto se tegens, ut facere mos fuit mirmilloni pugnanti. *Inscript.* apud *Gruter.* 334. 3. M. VLPIVS FELIX MIRMILLO VETERANVS. Adde aliam apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 12., quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CLXXVII., ubi inter varia gladiatorum genera *Mur. Vet.*, h. e. murmillo veteranus, quinquies legitur: et aliam in *Giorn. Arcad. T.* 28. p. 351. ubi *doctor Murm.* Alia mendosa apud *Murat.* 2019. 6. emendata apud *De Lama Guida al Mus. Parm. p.* 106. A. POSTVMIVS ACOEMETVS DOCTOR MIRMILLONVM. — Dicebatur etiam *Gallus* ab armorum genere. *Festus p.* 285. 11. *Müll.* Retiario pugnanti adversus murmillonem cantatur: *Non te peto, piscem peto, quid me fugis, Galle?* Quia murmillonicum genus armaturæ Gallicum est, ipsique murmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piscis effigies inerat. Hæc *Festus.*

MIRMILLONICUS *vel* murmillonicus, a, um, adject. ad mirmillones pertinens. *V.* vocem præced. ad fin. — Huc pertinere videntur et illa *Paul. Diac. p.* 144. 12. *Müll.* Myrmillonica scuta dicebant, cum quibus de muro pugnabant. Erant siquidem ad hoc ipsum apta. Hæc *Paul. Diac.* Fortasse quia scuta, cum quibus de muro pugnabant, magna erant, quemadmodum scutum, quo gladiator mirmillo tegebatur.

MĪRO, as, ātum, are, a. 1. *V.* voc. seq. init.

MĪROR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Veteres etiam *mirare* activa forma dixerunt. *Varro* apud *Non. p.* 480. 29. *Merc.* Hospes, quid miras nummo (*Forcell.*; at *Mercerus* animo) curare Serapim? *Id. ibid.* Aut ambos mira, aut noli mirare de eodem. *Pomponius* apud *eumd. p.* 474. 25. *Merc.* Si studium mirabis diu. Hinc *Miratus* passive, *ammirato. Juvenc.* 3. 58. Ipse sed in primis, mirata virginis arte, Attonitus stupuit. — Ceterum Part. *Mirans* 1. *b.* et *e.* et 7.; *Miratus* 1. *b.* et *e.*; *Miraturus* 1. *d.*; *Mirandus* in fin. — *Miror* est idem ac rem aliquam intuens audiensve suspicio, admiror, demiror, admiratione afficior, obstupesco, θαυμάζω (It. *ammirare, maravigliarsi, stupirsi*; Fr. *s'étonner, être surpris*; Hisp. *admirarse, asombrarse*; Germ. *sich wundern oder verwundern*; Angl. *to wonder, marvel, think strange, look up to with admiration, admire, be amazed or astonished*). Occurrit ¶ 1. Generatim et quidem

— *a*) Absolute. *Plaut. Rud.* 3. 1. 21. Sed quid hoc in Veneris fano meæ viciniæ clamoris oritur? animus miratur meus. *Ter. Eun.* 3. 4. 8. Quid hoc hominis? quid hoc ornatus est? quid illud mali est? Nequeo satis mirari, neque conjicere. — *b*) Cum Accusativo rei, quam miramur. *Cic.* 2. *Invent.* 1. 2. Quum puerorum formas et corpora magno hic (*Zeuxis*) opere miraretur etc. *Id. Harusp. resp.* 22. 46. Hunc ego non miror: quid enim faciat aliud? Illos homines sapientissimos miror, primum quod clarum hominem violari patiuntur, deinde quod existimant etc. *Id.* 10. *Att.* 5. Mirari satis hominis negligentiam non queo. *Virg.* 4. *G.* 362. domum mirans genitricis et humida regna. *Id.* 3. *ibid.* 49. Olympiacæ miratus præmia palmæ, Pascit equos. — Poetice tribuitur et rebus inanimis. *Virg.* 2. *G.* 81. Exiit in cælum ramis felicibus arbos, Miraturque novas frondes et non sua poma. Sic *Pallad. Insit.* 121. Se quoque (*ficus*) miratur pingui grandescere succo. Adde *eumd. ibid.* 156. — *c*) Cum Genitivo per ellipsin. *Virg.* 11. *Æn.* 126. Justitiæne prius mirer, belline laborum? *h. e.* mirer ne te causa justitiæ etc. *V.* in LĒVO. — *d*) Cum Infinito, præcedente interdum *hoc, id,* etc. *Cic.* 2. *Orat.* 14. 59. Id mehercule, inquit Catulus, admirans, illud jam mirari desino, quod multo magis ante mirabar, hunc, quum hæc nesciret, in dicendo posse tantum. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 1. 1. Si quis forte miratur, me ad accusandum descendere etc. *Id.* 1. *Fam.* 9. 12. Ut neminem mirari oporteret, Nonis Decembribus tantum vel animi fuisse in illo ordine, vel auctoritatis. *Virg.* 4. *G.* 197. Illum autem placuisse apibus mirabere morem, Quod etc. *Horat.* 2. *Od.* 13. 30. Utrumque sacro digna silentio Mirantur umbræ dicere. *h. e.* mirantur dicentem. *Ovid.* 7. *Met.* 369. Qua pater Alcidamas placidam de corpore natæ Miraturus erat nasci potuisse columbam. — *e*) Sequente part. *quod. Cic.* 2. *Divinat.* 24. 51. Mirari se ajebat, quod non rideret haruspex, haruspicem quum vidisset. *Id.* 16. *Att.* 16. F. Non dubito, quin mirere, atque etiam stomachere, quod tecum de eadem re agam sæpius. *Liv.* 34. 57. Ex eo genere quum Antiochus esset, mirari se, quod Romani æquum censeant, ei leges dicere. *et* 38. 10. Eo tandem legati Ætoli, mirante consule, quod morarentur, venerunt. — *f*) Sequente Relativo. *Cic.* 1. *Divinat.* 7. 13. Mirari licet, quæ sint animadversa a medicis herbarum genera, quæ radicum ad morbos bestiarum, ad vulnera. *Cæs.* 1. *B. G.* 32. Ejus rei quæ causa esset, miratus etc. *V.* alia multa infra sub 2. — *g*) Sequente part. *si. Plaut. Pseud.* 1. 5. 27. Id ne tu miraris, si patrissat filius? *Ter. Andr.* 1. 2. 4. Mirabar, hoc si sic abiret: et heri semper lenitas verebar quorsum evaderet. *Cic. Amic.* 15. 54. Miror, illa superbia et importunitate si quemquam amicum habere potuit. *Nepos Cim.* 4. *extr.* Sic se gerendo, minime est mirandum, si et vita ejus fuit secura et mors acerba. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 86. Miraris, quum tu argento post omnia ponas, Si nemo præstet quem non mererāris amorem? ¶ 2. Latiori sensu, habet sæpe vim similem verbi *ignoro*, quia ipsum mirari ex quadam ignorantia nascitur. *Cic.* 1. *Att.* 14. Ne miraretur, cur idem iterum facerem. *Plaut. Amph. prol.* 86. Mirari nolim vos, quapropter Juppiter nunc histriones curet. *Id. Aulul. prol.* 1. Ne quis miretur, qui sim, paucis eloquar. *Ter. Eun.* 2. 2. 59. Video, herilem filium huc advenire: miror, quid ex Piræeo abierit; nam ibi custos publice est nunc. *Cic. Rosc. Am.* 1. 1. Credo, vos mirari, quid causæ sit, quod etc. *Id. Orat.* 3. 11. Mirabuntur, quid hæc pertineant ad ea, quæ quærimus. *Id.* 2. *Off.* 16. 56. Miror, quid in mentem venerit Theophrasto. Sic *Ter. Heaut.* 5. 3. 2. Idque adeo miror, quomodo tam ineptum quidquam tibi venire in mentem potuerit. Rursus *Cic.* 4. *Verr.* 54. 134. Ne miremini, qua ratione hic tantum potuerit. *et* 1. *Nat. D.* 34. 95. Satis mirari non possum, unde ad istas opiniones ille venerit. Sic *Ter. Andr.* 4. 4. 11. Miror, unde sit. ¶ 3. Item *mirari se*, est sibi placere. *Catull.* 22. 17. Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur. *Martial.* 13. 2. qui se mirantur, in illos Virus habe; nos hæc novimus esse nihil. ¶ 4. Item est cupide intueri, magni æstimare, amare, delectari. *Cic.* 6. *Verr.* 56. 124. Nimium forsitan hæc (*scil.* templi valvas ex auro atque ebore) illi (*Græci*) mirentur atque efferant. *Sall. Cat.* 11. Signa, tabulas pictas, vasa cælata mirari: ea privatim et publice rapere. *Liv.* 25. 40. Marcellus, captis Syracusis, – ornamenta urbis, signa tabulasque – Romam devexit. – Inde primum initium mirandi Græcarum artium opera, licentiæque huic sacra profanaque omnia vulgo spoliandi factum est. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 18. cum gemmis Tyrios mirare colores. *Id.* 3. *Od.* 29. 11. Omitte mirari beatæ Fumum et opes strepitumque Romæ. *Id.* 1. *Ep.* 1. 47. Stulte mirari et optare aliquid. — Huc pertinet et illud *ejusd.* 1. *Ep.* 6. 9. Qui timet his adversa, fere miratur eodem Quo cupiens pacto. *h. e.* qui timet paupertatem et inopiam, sibilos et repulsas, is contraria illa miratur sive appetit non minus quam qui cupit: hinc *Forcellinus* hunc locum singulari paragr. distinxit et *mirari* interpretatus est cupiditatibus duci. ¶ 5. Item probare, et imitari studere. *Virg.* 8. *Æn.* 516. tua cernere facta Assuescat, primis et te miretur ab annis. *Val. Flacc.* 1. 268. te parvus lituos et bella loquentem Miretur. *Ovid. Heroid.* 2. 77. Quod solum excusat, solum miraris in illo. *Stat.* 5. *Silv.* 2. 75. æquævo cedere fratri, Mirarique patrem. ¶ 6. *Res digna miratu*, h. e. contemplatione. *Seneca Ep.* 94. *a med.* Defectus solis et lunæ: alia deliceps diena miratu. ¶ 7. Pro intueri simpliciter. *Trebell. Gallien.* 9. Uniuscujusque vultum mira inhiatione mirantes. *mirando fixo.* — Hinc Particip. vel Gerundiv.

Mirandus, a, um, adjective usurpatur et est admiratione dignus, mirabilis, *ammirando, mirabile,* θαυμάσιος. *Plaut. Rud.* 2. 3. 15. Pol haud miranda facta dicis. Cf. *Ovid.* 7. *Met.* 758. mirandi novitate movebere facti. *Cic.* 7. *Verr.* 27. 68. Opus totum ex saxo in mirandam altitudinem depresso. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 13. 39. (115). Verminum ipsorum genera mirandos usus habent. *Gell.* 2. 3. Liber mirandæ vetustatis. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 20. miranda fides! *gran cosa.* — *Mirandum in modum* sæpe occurrit apud *Cic.*, ut 9. *Att.* 7. Mirandum in modum concupiscere. *et* 6. *Verr.* 60. 134. delectari. *et Planc.* 8. 19. lætari. *et* 15. *Fam.* 8. gaudere.

MĪRUM, i, n. 2. absolute, substantivorum more, *V.* voc. seq.

MĪRUS, a, um, adject. Comp. *Mirior* est vetustiorum. *Titinnius* apud *Paul. Diac. p.* 123. 6. *Müll.* Mirior, inquam, tibi videor. *Varro* apud *Non. p.* 135. 29. *Merc.* Quid hoc mirius? — Docet *Paul. Diac. p.* 123. 5. *Müll.* et *Non. p.* 521. 29. *Merc.* mira et miracula veteres dixisse prodigia, monstra, portenta, res deformes et horribiles aspectu. *V.* MIRACŪLUM sub *c.* — Ceterum mirus est admiratione dignus, θαυμαστός, θαυμάσιος (It. *mirabile, maraviglioso, ammirando*; Fr. *admirable, merveilleux, étonnant, extraordinaire*; Hisp. *admirable, maravilloso, extraordinario*; Germ. *wunderbar, erstaunlich, ausserordentlich*; Angl. *wonderful, marvellous, unaccountable, extraordinary, worthy of admiration, admirable*). Occurrit — *a*) Cum suo nomine. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 97. Mirum et magnum facinus. *Cic.* 2. *Fam.* 11. Mirum me desiderium tenet urbis. *et ibid.* De pantheris agitur mandato meo diligenter: sed mira paucitas est. *Virg.* 9. *Æn.* 383. humero simul exuit ensem Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon Gnosius. Cf. *Propert.* 2. 9. 1. Quicumque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem, Nonne putas miras hunc habuisse manus? *Vellej.* 2. 115. 4. Mira pugnandi scientia. *Justin.* 41. 5. 7. Mira virtute pugnavit. *Id.* 11. 12. 12. Hinc illi aucta insolentia, mirusque animo increvit tumor. *Id.* 9. 4. 10. Mira prorsus audacia: de judiciibus vitæ necisque suæ sententiam ferunt. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 104. Miris modis odisse aliquem. *Cæs.* 1. *B. G.* 41. Hac oratione habita, mirum in modum conversæ sunt hominum mentes. — *Mira fides.* V. FIDES. — *b*) Absolute, neutro gen. *mira* et *mirum,* ut apud *Plaut. Amph.* 5. 1. 53. Nimia mira memoras! *le grandi cose che tu dici!* et *ibid.* 5. Tanta mira in ædibus sunt facta. *sì gran prodigi. Id. Men.* 2. 3. 11. Animule mi, mihi mira videntur, hic te stare foris, fores cui patesant. *mi maraviglio, che* etc. Cf. *Cæs.* 1. *B. G.* 34. Sibi mirum videri, quid in sua Gallia populo Romano negotii esset. *Ovid.* 3. *Fast.* 503. Nec, quod nos uris, mirum facis: ortus in igne Diceris. *fai una gran cosa.* — *c*) *Mirum* sequente part. *si. Cic.* 2. *Orat.* 13. 55. Minime mirum, si ista res adhuc nostra lingua illustrata non est. *Id. Senect.* 11. 35. Quid mirum igitur in senibus, si infirmi sunt aliquando, quum id ne adolescentes quidem effugere possint? — *d*) *Mira sunt, quid* cum Conjunct. est *Plauti Men.* 5. 7. 56. Socer et medicus me insanire ajebant. Quid sit, mira sunt. *h. e.* miror, quid hoc sit. — *e*) *Mirum quam,* aut *quantum,* θαυμαστὸν ὅσον, mirabile est, quantum, mi-

rum in modum, *è una maraviglia, quanto,* vel *come,* etc., *non si può dir, quanto*: ut immane quantum, nimium quantum. *Cic.* 15. *Att.* 40. Mirum quam inimicus ibat, ut ego objurgarem. *Tac.* 15. *Ann.* 54. Sed mirum, quam inter diversi generis, ordinis, ætatis, sexus etc. *Liv.* 2. 1. *extr.* Id, mirum quantum profuit ad concordiam civitatis. — *f) Mirum ut,* mirum quam. *Tac.* 1. *Hist.* 79. Mirum dictu, ut sit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos. *Plin.* 1. *Ep.* 6. Mirum est, ut animus agitatione motuque corporis excitetur. Cf. *Horat.* 3. *Od.* 4. 13. mirum quod foret omnibus —, Ut tuto ab atris corpore viperis Dormirem et ursis, ut premerer sacra Lauroque collataque myrto Non sine dis animosus infans. *ubi* particula *ut,* ὡς, explicativa vi fungitur, non consecutiva. — *g) Mirum* (interdum *mira*) *ni,* et *nisi,* est affirmantis, et significat sine dubio: h. e. mira res est, nisi hoc, quod dico, fit. *Ter. Andr.* 3. 4. 19. Ubi nunc est ipsus? DA. mirum, ni domi est. *è un miracolo, se non è in casa.* Sic *Plaut. Capt.* 4. 2. 43. Eugepæ! edictiones ædilicias hic habet quidem: Mirumque adeo est, ni hunc fecêre sibi Ætoli agoranomum. Sic *Amph.* 1. 1. 127. Mira sunt, nisi invitavit sese in cœna plusculum. *et ibid.* 163. Mirum, nisi hic me quasi murænam exossare cogitat. *et Pœn.* 4. 2. 17. Omnia edepol mira sunt, nisi herus hunc heredem facit. — *h) Mirum ni,* aut *quin,* eadem tamen qua supra, significatione, aliquando ironiam continet, et est stomachantis, seu indignantis. *Nævius* apud *Cic.* 2. *Orat.* 69. 279. Quid ploras, pater? mirum, ni cantem: condemnatus sum. *fo assai se non canto: è un miracolo s'io non canto.* et *Plaut. Trin.* 4. 2. 125. Mirum, quin ab avo ejus, aut proavo acciperem, qui sunt mortui. Adde *eumd.* 2. 4. 94. et *Most.* 2. 2. 62. — *i) Quid mirum?* quid est quod miremur? *che maraviglia? Ovid.* 3. *Art. am.* 110. Si fuit Andromache tunicas induta valentes, Quid mirum? duri militis uxor erat. *Horat.* 2. *Od.* 13. 33. Quid mirum? ubi illis carminibus stupens etc.

MIS, antiquus genitivus poeticus pro *mei.* Refertur a *Quintil.* 8. 3. 25. inter ill'a, quæ parce usurpata aspergunt vetustatis inimitabilem arti auctoritatem. *V.* OLLUS. *Ennius* apud *Priscian.* 13. p. 955. *Putsch.* Ingens cura mis cum concordibus æquiparare. *Cura mis,* dactylus est extrito s. Alii leg. *mis est concordibus.* alii vero rectius leg. *Cura ingens mis cum concordibus;* ita ut *mis* scriptum fuerit pro *miis. V.* MIUS. Cl. *Vahlen.* legit: *Ingens curast mis concordibus æquiperare:* et adnotat: An *concordes æquiperare*? cf. *Ritschel. Prol. Trin. p.* LXXXIII. et *O. Ribbeck. Pacuv. inc. fab.* XLIII. — Addi solent duo loca *Plaut. Capt.* 3. 5. 107. et *Trin.* 4. 1. 3. sed dubia utrobique lectione. *Quintil. loc. cit.* ita loquitur, quasi etiam *Virgil.* hac voce usus sit, quæ tamen nunc apud *eumd.* non legitur.

MĪSARGȳRĪDES, æ, m. 1. ita per antiphrasin vocat joculariter danistam *Plaut. Most.* 3. 1. 41. THRAN. Salvere jubeo te, Misargyrides, bene. DAN. Salve et tu: quid de argento? THRAN. abi sis, belua. Est autem a μῖσος *odium* et ἄργυρος *argentum.*

MISCELLĀNEA, ōrum. *V.* voc. seq. in fin.

MISCELLĀNĔUS, a, um, adject. (miscellus) ex variis dissimilibusque rebus conflatus, *mescolato,* παμμιγής. *Apul.* 3. *Met. sub init.* Magistratibus eorumque ministris et turbæ miscellaneæ cuncta completa. *h. e.* omnis ordinis, ætatis, sexus. *Anal. gramm. p.* 207. *Eichenf.* Miscellanea patella. — Hinc

Miscellanea, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt ludi, in quibus nullum certum genus spectaculi exhibetur, sed varia promiscue, et sine ordine: quos *miscellos* appellat *Sueton. Cal.* 20. *Juvenal.* 11. 19. Et quadringentis nummis condire gulosum Fictile: sic veniunt ad miscellanea ludi. *h. e.* ludii facti veniunt in arenam in ludis miscellis. *Vet. Scholiast.* interpretatur *miscellanea* cibum gladiatorum, quia hi omnia, inquit, quæ apponuntur eis, miscent, et sic manducant. Hac ratione tota *Juvenalis* sententia congruentior videtur. Dicit enim, parari cibos infinito sumptu, quo patrimonia una pæne mensa comeduntur: deinde supervenientem inopiam cogere, vilioribus cibis nutriri, cujusmodi in ludo gladiatoribus præbebantur. — *Miscellanea Ptolemæi,* quam memorat *Tertull. advers. Valentinian.* 12., videtur fuisse opus alicujus scriptoris ex variis aliorum scriptis compositum.

MISCELLIŌNES appellantur, qui non certæ sunt sententiæ, sed variorum mixtorumque judiciorum sunt. *Paul. Diac. p.* 123. 7. *Müll.*

MISCELLUS, a, um, adject. *Miscillus* habet *Capell.* locis infra cit. — Miscellus (misceo) est It. *mescolato, vario,* mixtus, varius, promiscuus. *Cato R. R.* 23. Uvas miscellas ad vinum præliganeum, quod operarii bibant, ubi tempus erit, legito. *Id. ibid.* 6. *extr.* et *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 5. (47). Ceteræ vites, miscellæ maxime, in quemvis agrum conveniunt. *Varro* 1. *R. R.* 54. 1. Uva præcox, et miscella, quam vocant nigram, multo ante coquitur: quo prior legenda. *Uva miscella* his locis videtur esse, quæ legendi tempore non tota nigra est, sed albedinis retinet aliquid et eruditatis. *Id.* 3. *ibid.* 7. 2. *de columbis.* Ex his duabus stirpibus fit miscellum tertium genus fructus causa. *h. e.* ex agresti genere et domestico. *Sueton. Cal.* 20. Edidit in Sicilia astycos ludos, et in Gallia miscellos. *V.* MISCELLANEUS. *Gell. præf.* Variam et miscellam et quasi confusaneam doctrinam conquisiverant. *Capell.* 9. *p.* 336. Habes senilem, Martiane, fabulam, Miscillo lusit quam lucernis flamine Satura. *h. e.* fabulam quam miscillo flamine ad lucernam lusit. *Miscillo flamine* carmina denotantur immixta solutæ orationi; nisi mavis diversa vel varia eis verbis significari, ut ipse *Capell. ibid. paullo post*: Hæc (*Satura*) quippe loquax docta indoctis aggerans Fandis tacenda farcinat, Immiscuit Musas deasque etc. Eodem sensu *miscilla* absolute dixit *Id. ibid. p.* 309. Miscilla sacræ dum feruntur curiæ. — *Lex Julia miscella,* quam memorat *Justinian.* in *Authent. de nupt. c.* 43. dicta est, non a *Julio Miscello,* qui eam tulerit, (neque enim *Miscellus* cognomen R. est) sed a varietate plurium rerum ac personarum, quæ complectebatur. — *Æs miscellum* apud *Sicul. Flacc. de condit. agror. p.* 23. *Goes.* est tabula ænea, in qua descripta erant nomina militum emeritorum, quibus agri ab imperatore assignabantur, et mixtim etiam eorum, qui postea in locum defunctorum succederant.

MISCĔO, misces, miscŭi, mistum *vel* mixtum, miscere, a. 2. Quod ad Sup. et Part. præter. pass. attinet, de scriptione sic habeto, a Grammaticis fere probari *st*: in antiquis autem codicib. *Virg.,* teste *Pier.* ad 1. *Æn.* 492., magno consensu *xt* legi, ut et in *Inscript.* apud *Manut.* in *Orthogr.,* quicum *Dausquius* facit. *Cellar.* et *Voss. l.* 5. *de Gramm. c.* 22. neutram damnant, aut præferunt. — Part. *Miscens* II. 1.; *Mistus* I. 1. et II. 1. et in fin.; *Mixturus* I. 1.; *Miscendus* I. 1. et II. 1. — Miscere, quod a Græcis μίγνυμι, μίσγω, est confundere, temperare, permiscere, admiscere (It. *mescolare, meschiare, mescere;* Fr. *mêler, mélanger, joindre, unir, associer, confondre;* Hisp. *mezclar, juntar, unir, incorporar, confundir;* Germ. *mischen, mengen, vermischen, vermengen;* Angl. *to mix, mingle, intermix, blend*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a)* Cum Accusativo tantum rerum, quas miscemus. *Ennius* apud *Non. p.* 483. 2. *Merc.* Et simul erubuit, ceu lacte et purpura mixta. *lacte* est casus Nomin. pro *lac* ἀρχαϊκῶς. *Cic.* 2. *Divinat.* 41. 86. Quid in his (*sortibus*) potest esse certi, quæ, Fortunæ monitu, pueri manu miscentur atque ducuntur? Cf. *Horat.* 1. *Od.* 28. 19. Mista senum ac juvenum densentur funera. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 61. Dulce amarumque una nunc misces mihi. Cf. *Virg.* 12. *Æn.* 714. sors et virtus miscentur in unum. et *Liv.* 30. 34. Pavidos fuga et vulneribus milites in integram aciem miscere. — *b)* Cum Accus. et Ablativo sine præpos. vel Dat. *Cic.* 1. *Nat. D.* 27. 75. Ille fusus et candore mistus rubor. *Sall. Jug.* 61. Tæda mista pice et sulphure. *Phædr.* 1. 14. Miscere toxicum antidoto. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 24. forti mella Falerno. *et ibid.* 2. 73. elixa assis. et *ibid.* 4. 55. vina Surrentina face Falerna. *Ovid. Heroid.* 16. 198. aquas nectare. *Colum.* 6. *R. R.* 4. 2. largo sale pabula. *Lucan.* 7. 814. rogus ossibus astra Mixturus. *Ovid.* 4. *Met.* 140. miscere fletum cruori. Cf. *eumd.* 1. *Trist.* 3. 80. Misceat hæc lacrimis tristia dicta suis. — *c)* Cum Accus. et Ablat. præposita *cum* vel *in. Ovid.* 1. *Pont.* 9. 20. Cumque meis lacrimis misceat usque suas. Cf. *eumd.* 12. *Met.* 321. miscendaque, dixit, Cum Styge vina bibas. *Id. Heroid.* 10. 38. Verbera cum verbis mista fuere meis. *Val. Flacc.* 6. 188. Hinc gemitus, mistæque virum cum pulvere vitæ. *h. e.* corpora saucia, sed adhuc viventia, strata humi et pulvere fœdata. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 9. 45. (102). Mistus in vino sal. — *d)* Cum altero Accus. præpos. *inter,* vel *ad. Lucret.* 2. 804. Inter cæruleum (*Lachmann.* curalium) virides miscere smaragdos. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 7. Ad fœcem et amurcam portione æqua miscere detritum album helleborum. — *e) Mare cœlo miscere,* proverbiali locutione dicitur de iis, qui nihil non conantur, ac turbant, fremunt, indignantur, exclamant, ut quippiam obtineant: τὴν γῆ τὸν οὐρανὸν ἀναμεμίχθαι. *Liv.* 4. 3. Quid tandem est, cur cælum ac terras misceant? *Juvenal.* 2. 25. quis cælum terris non misceat, et mare cælo, Si fur displiceat Verri, homicida Miloni? *h. e.* non vehementer stomachetur et exclamet. *Id.* 6. 282. clames licet, et mare cælo Confundas, homo sum. ¶ 2. Speciatim, post invectum morem miscendi aquam vino, quia merum capiti inimicum senserant, qui primi ejus usum invenerunt; *miscere* pro bibendum præbere usurpari cœptum, *dar a bere, méscere,* licet minime dilutum vinum detur. *Cic.* 2. *Fin.* 5. 17. Qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens. *Ovid.* 1. *Amor.* 4. 29. Quod tibi miscuerit, sapias, bibat ipse, jubeto. *Martial.* 3. 49. Vejentana mihi misces, tu Massica potas. *Ovid.* 1. *Met.* 147. Lurida terribiles miscent aconita novercæ. *et* 10. *ibid.* 160. Miscere pocula alicui. *Martial.* 6. 78. Misceri sibi protinus deunces, Sed crebros, jubet. ¶ 3. Item speciatim pertinet aliquando — *a)* Ad amplexus et συνουσίαν. *Cic.* 1. *Divinat.* 29. 60. Cum matre corpus miscere. *Apul.* 9. *Met.* Fullonis uxor cum illo juvene miscebatur in Venerem. *Ovid.* 13. *Met.* 867. sic se tibi misceat. *Virg.* 7. *Æn.* 661.; et *Val. Flacc.* 4. 119. Nympha mista Tonanti. *h. e.* quæ concubuit. — *b)* Et ad connubia. *Liv.* 1. 9. Miscere sanguinem et genus. ¶ 4. Item *miscere se,* vel *misceri* Mediorum apud Græcos more, se immittere, convenire, congregari. *Virg.* 1. *Æn.* 443. Infert se sæptus nebula (mirabile dictu!) Per medios, miscetque viris, nec cernitur ulli. *si caccia tra la gente.* Similiter *Vellej.* 2. 86. 3. Miscere se partibus alicujus. Rursus *Virg.* 4. *G.* 75. *de apib.* Et circa regem atque ipsa ad prætoria densæ Miscentur. *s'adunano, si affollano.* ¶ 5. Item *miscere manus, prælia,* est conserere, *azzuffarsi, venir a battaglia. Propert.* 2. 20. 66. Quum Mavors dubias miscet utrinque manus. *Id.* 4. 1. 28. Miscebant usta prœlia dura sude. Adde *Virg.* 2. *G.* 282. et 3. *ibid.* 220. etc. Sic *vulnera miscere* apud *eumd.* 12. *Æn.* 720. de his, qui pugnando se mutuis vulneribus conficiunt. ¶ 6. Item, sæpe significat perturbare, confundere, permiscere, *sconvolgere, turbare, confondere, metter sossopra. Virg.* 1. *Æn.* 137. Jam cælum terramque meo sine numine, venti, Miscere, et tantas audetis tollere moles? et *ibid.* 128. magno misceri murmure pontus. *Id.* 9. *ibid.* 714. Miscent se maria, et nigræ attolluntur arenæ. *et* 1. *ibid.* 104. tum vulgus, et omnem Miscet agens telis nemora inter frondea turbam. *h. e.* agmen cervorum disjicit.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim metaphorâ ductâ a superiori paragr. 1., de abstractis usurpatur, et est permiscere, admiscere translate sumptum, jungere. *Cic.* 2. *de republ.* 1. Tantus erat in homine (*Catone*) usus rei publicæ et modus in dicendo et gravitate mistus lepos. *Id.* 2. *Off.* 14. 48. Si inest in oratione mista modestiæ gravitas, nihil admirabilius fieri potest. *Auct. B. Alex.* 56. Mistam dolori voluptatem capiebat. *Seneca Ep.* 30. *ante med.* Alia genera mortis spei mista sunt. *Ovid.* 6. *Fast.* 163. interdum miscentur tristia lætis. *Phædr.* 1. 28. Hosti dolorem damno miscens sanguinis. *Ovid.* 4. *Met.* 307. Et tua cum duris venatibus otia misce. *et* 13. *Met.* 549. postquam cum luctu miscuit iram. *Sall. Jug.* 85. Sibi consuleret, neu florentes res suas cum Jugurthæ perditis misceret. Sic *Id.* in *Epist. Mithr. ad Arsac. post init.* Neque petere audeam societatem, et frustra mala mea cum tuis

bonis misceri sperem. *Cic. Amic.* 21. 81. Qui et se ipse diligit, et alterum anquirit, cujus animum ita cum suo misceat, ut efficiat pæne unum ex duobus. *Id.* 5. *Tusc.* 15. 45. Ea bona mista ex dissimilibus si erunt. — Haud raro *miscere* et *temperare* junguntur. *Cic.* 3. *Off.* 33. 119. Nec vero finis bonorum, qui simplex esse debet, ex dissimillimis rebus misceri et temperari potest. *Id. Orat.* 58. 197.. Ita in varia et perpetua oratione hi (*numeri*) sunt inter se miscendi et temperandi. — Interdum vero τῷ miscere opponitur τὸ *temperare*, ut apud *Cic.* 2. *de republ.* 23. Hæc ita mista fuerunt, ut temperata nullo fuerint modo. ¶ 2. Speciatim est partiri, communicare, *partecipare*; atque adeo immittere se, *ingerirsi. Seneca Ep.* 3. Cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce. *comunica, partecipa. Liv* 39. 37. Quum concilii nostri eam civitatem fecerimus nobisque miscuerimus. *l'avremo incorporata. Callistrat. Dig.* 27. 1. 17. *ad fin.* Miscere se administrationi. *Papinian. ibid.* 26. 7. 38. *a med.* negotiis. *Ulp. Dig.* 29. 2. 42. *ad fin.* paternæ hereditati. *ingerirsi.* ¶ 3. Item speciatim ponitur pro moliri, ciere, agitare, commovere, atque adeo perturbare, confundere, permiscere: ad rem *Virg.* 4. *Æn.* 209. cæcique in nubibus ignes Terrificant animos et inania murmura miscent. *et* 2. *ibid.* 329. victorque Sinon incendia miscet. — Ceterum *Cic.* 4. *Cat.* 3. 6. Ego magnum in republica versari furorem, et nova quædam misceri et concitari mala, jampridem videbam. *Tac.* 4. *Hist.* 68. *extr.* Miscere seditiones. *Nepos Pausan.* 1. Qua victoria elatus plurima miscere cœpit. *Ter. Heaut.* 4. 5. 35. Ita tu istæc tua misceto, ne me admisceas. *Virg.* 2. *Æn.* 486. At domus interior gemitu miseroque tumultu Miscetur. *et* 12. *ibid.* 805. luctu miscere hymenæos. *et ibid.* 217. vario misceri pectora motu. *Cic.* 1. *Orat.* 51. 220. Animorum motus judicibus aut populo dicendo miscere atque agitare. *Id. Harusp. resp.* 22. 46. Eas habet contiones, ea miscet ac turbat, ut etc. *Tac.* 1. *Ann.* 16. Perennius procax lingua, et miscere cœtus histrionali studio doctus. *Plin.* 1. *Ep.* 20. § 19. Non enim amputata oratio et abscisa, sed lata et magnifica et excelsa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat ac miscet. (Cf. *Cic. Orat.* 9. 29. Qui (*Pericles*) si tenui genere uteretur, numquam ab Aristophane poeta fulgere, tonare, permiscere Græciam dictus esset). Eodem sensu *Capell.* 5. *p.* 137. Eloquentia totam funditus Græciam miscuisse ferebatur. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 33. 91. Malis contionibus, turbulentis senatusconsultis, iniquis imperiis miscere rempublicam. *Phædr.* 1. 2. Procax libertas civitatem miscuit. *Vellej.* 2. 74. 3. Omnia armis tumultuque miscebat. *Cic.* 3. *Legg.* 9. 19. Omnia infima summis paria fecit, turbavit, miscuit. Cf. *Vellej.* 2. 2. 3. Tib. Gracchus promulgatis agrariis legibus, omnium statum concutientibus, summa imis miscuit. *h. e.* omnia perturbavit. — Hinc Part. præter. pass., cujus multa exempla retulimus,

Mistus vel *mixtu*, *a*, *um*, adjective quoque occurrit, et est commixtus, confusus, *mescolato, misto*, μικτός. Translate. *Val. Flacc.* 5. 100. mistoque sonantem Percutit ore lyram. *h. e.* adhibito cantu ad lyræ sonum. *Id.* 6. 200. Mista perit virtus. *h. e.* in media pugna virtus cujusque non distinguitur, atque adeo latet sine laude. — De misto imperio. *V.* MERUS. — A Grammaticis *mixta* dicuntur verba, quæ in præteritis transeunt in formam passivorum et deponentium, ut *audeo, ausus sum, gaudeo, gavisus sum* et similia. *Diomed.* 1. *p.* 336. *Putsch.* — *Forcellinus* addidit etiam Sup. *Mistissimus* ex *Vellej.* 2. 98. 3. Esse mores ejus vigore ac lenitate mistissimos. *h. e.* maxime temperatos. Sed *Ruhnken.* recte habet *temperatissimos*; nimirum glossa *mistissimos* veteris lectionis *temperatissimos* locum occupavit.

MISCILLUS. *V.* MISCELLUS.

MISCĬPŪLO, as, are, n. 1. idem ac poppyzo. *Gloss. Philox.* Miscipulat, ποππύζει.

MISCĬTĀTUS, a, um, particip. a frequentat. *miscito* inusitato, quod a *misceo*, sæpe mixtus. *Auct. incert. de limitib. p.* 267. *Goes.* Collectaculum de carbonibus in calce miscitatis et glareas fluminales ne despicias: signales constituimus.

MISCIX, icis, m. 3. (misceo) quasi *miscus* vel *miscuus*, hoc est vulgaris, legitur a nonnullis apud *Petron. Satyr.* 45., ubi alii *cimbix*, alii vero alia legunt.

MISELLUS, a, um, adject. *deminut.* a miser, *meschinetto, meschinello*. Occurrit — *a*) De hominibus et brutis animantibus. *Cic.* 3. *Att.* 23. *sub fin.* Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo præter invidiam et ignominiam nominis mei, tuere quoad poteris. *Id.* 14. *Fam.* 4. Illius misellæ et matrimonio et famæ serviendum est. *Catull.* 3. 16. O factum male! o miselle passer! — Speciatim *misellos* appellabant defunctos. *Tertull. Testim. anim.* 4. Quum alicujus defuncti recordaris, misellum vocas eum. *Petron. fragm. Tragur.* 65. *Burmann.* Sacrum novendiale servo suo misello faciebat. Sic *Inscript.* apud *Gruter.* 715. 4. D. M. ET MEMORIAE MISERRIMORVM etc. — *b*) De rebus et abstractis. *Plaut. Rud.* 2. 6. 65. Redactus sum usque ad hanc unam tuniculam et ad hoc misellum pallium. *Lucret.* 4. 1089. Misella spes.

MISER, ra, rum, adject. Comp. *Miserior* I. 1. et II. 1. 2.; Sup. *Miserrimus* I. 1. 3, et II. 1. *Miserissimus* legitur in *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 177. 10. Aurelius Silvius centurio deputatus miserissimus conjugi. Hanc tamen inter spurias ipse recenset. — Ratione habita etymi, *Varro* 5. *L. L.* 92. *Müll.* videtur ducere a *minus*, cui quum opus est, minus nullo (*Scioppius* et *Müll.* nibilo *ex conject.*) est. Alii a Græco derivant. Ceterum *miser* est ærumnosus, infelix, afflictus, calamitosus, ἄθλιος, δύστηνος, ταλαϛ (It. *misero, infelice, meschino*; Fr. *misérable, malheureux, digne de pitié*; Hisp. *miserable, desdichado, infeliz, misero*: Germ. *elend, unglücklich, traurig, jämmerlich, bemitleidenswerth, armselig, kläglich, schlecht, leidig, misslich*; Angl. *miserable, wretched, distressed, unfortunate, woful, piteous*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Cum suo nomine. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 20. Homo miser et infortunatus. *Ter. Eun.* 3. 2. 33. Servas domini pauperis miserique. *Cic. Quinct.* 30. 94. Miser atque infelix. *Id.* 2. *Parad.* 1. 16. Ærumnosus, infelix, miser. *Id.* 4. *Tusc.* 38. 82. Miser, afflictus, ærumnosus, calamitosus. *Id. Partit. orat.* 17. 57. Nihil est tam miserabile, quam ex beato miser. *Plaut. Cist.* 2. 2. 2.; et *Cic.* 14. *Fam.* 7. Miserrimum habere aliquem. *h. e.* affligere, vexare, miserrimum reddere. Sic *L. Verus* apud *Fronton. ad Verum Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 2. Curæ me dies noctesque miserrimum habuere. *Cic. Planc.* 34. 84. Miseris et laborantibus nihil negare possumus. *Id.* 11. *Phil.* 4. 8. O multo miserior Dolabella, quam ille, quem tu miserrimum esse voluisti. *Virg.* 3. *Æn.* 622. Visceribus miserorum et sanguine vescitur atro. — Huc pertinet et illud *Cic. Cluent.* 3. 7. Fortunæ miseræ atque jactatæ alicujus portum ac perfugium esse. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 3. 6. Illud quidem nec faciendum est, nec fieri potest, me diutius - in tam misera tamque turpi vita commorari. — *b*) Haud raro ad animum refertur, ut apud *Lucret.* 3. 1051. urgeris multis miser undique curis Atque animi incerto fluitans errore vagaris. Hinc *miser animo, ex animo*, vel *animi*, ut *Plaut. Truc.* 2. 7. 36. Animo hercle homo suo est miser. *Id. Epid.* 4. 1. 1.; et *Lucret.* 3. 110. Miserum esse ex animo. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 76. Quid illam miseram animi excrucias? — *c*) Eleganter sermoni interseritur. *Ter. Andr.* 5. 2. 10. anne est intus Pamphilus? crucior, miser. *Lucret.* 4. 1172. foribus, miser, oscula figit. *Plaut. Capt.* 1. 2. 32. Ossa atque pellis sum, misera, macritudine. — *d*) Dolentis et querentis exclamationes sunt apud *Ter. Adelph.* 3. 1. 4. Miseram me! neminem habeo: solæ sumus. *et* 3. 2. 3. Væ misero mihi! *et* 3. 2. 12. Me miserum! vix sum compos animi. *et Phorm.* 1. 4. 10. Eheu me miserum! *povero me! meschino me! Virg.* 6. *Æn.* 20. tum peodere pœnas Cecropidæ jussi (miserum!) septena quotannis Corpora. — *e*) Cum Genitivo rei, qua quis miser est. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 65. Mundus erit (*sapiens*), qua non offendat sordibus, atque in neutram partem cultus miser. *h. e.* neque in cultu, neque in incultu. *Plin. Paneg.* 58. *a med.* Miseros ambitionis, qui ita consules semper, ut semper principes erant! *schiavi infelici dell'ambizione. Stat.* 4. *Theb.* 403. Ah miseri morum! ¶ 2. Speciatim pro ægroto sumitur, *ammalato*: ad rem *Ter. Eun.* 5. 2. 7. Miserrimus fui fugitando, ne quis me cognosceret. *h. e.* fatigatus, languidus, lassus, ut et *Donatus* exponit. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 43. Miseram esse prædicat buccam sibi: fortasse medicos nos esse arbitrarier. *Id. Truc.* 2. 6. 39. Quo nunc etiam morbo misera sum. *sono travagliata. Petron. Satyr.* 129. Homini misero non invideo medicinam. *Veget.* 3. *Veterin.* 18. Interdum jumentis misera fit coxa. ¶ 3. Item speciatim, interdum miser de innocente dicitur, et qui sine sua culpa infelix est, ut adnotavit *Ascon.* ad illud *Cic.* 3. *Verr.* 15. 41. Ille miser quum esset, tum proditione istius nefaria, tum improbo ejusdem testimonio, tum istius flagitiorum invidia conflagravit. *Id.* 2. *Cat.* 7. 14. Et erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed miserum, me non diligentissimum consulem, sed crudelissimum tyrannum existimari velint. *Id.* 11. *Phil.* 4. 8. Dolores Trebonius pertulit magnos: multi ex morbi gravitate majores: quos tamen non miseros, sed laboriosos dicere solemus.

II.) Translate. ¶ 1. *Misera res*, quæ miseros facit. *Cic.* 5. *Fin.* 28. 84. Bonum liberi, miserum orbitas: bonum patria, miserum exsilium. *Id. Rosc. Am.* 28. 77. O dii Immortales! rem miseram et calamitosam! *Id.* 4. *Cat.* 6. 12. Mihi videntur hæc misera atque miseranda. *Id. fragm. pro Corn. majest. reo* apud *Ascon.* Spectaculum miserum ac funestum. *Id. ad Pompej.* 2. *post ep.* 11. *l.* 8. *ad Att.* Supplicia miserrima et crudelissima perferre. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 26. Misera ambitione laborare. *Val. Flacc.* 6. 418. Misera pestis. *Lucret.* 3. 1065. Miseræ curæ. *Sil. It.* 11. 419. miserisque bonis perit horrida virtus. *h. e.* abundantia omnium rerum et deliciis, quæ miseros reddunt homines. *Cic.* 8. *Att.* 11. *a med.* Nihil potest fieri miserius, nihil perditius, nihil fœdius. *Auct. B. G.* 8. 7. *a med.* Ne miseriore ac duriore conditione cum toto exercitu decertare cogerentur. *Cic.* 3. *Att.* 7. *sub fin.* Id est maximum, et miserrimum mearum omnium miseriarum. Huc referri potest et illud *Cels.* 5. 26. *n.* 34. *extr.* Miserum, sed unicum remedium est, membrum, quod paullatim emoritur, abscindere. ¶ 2. Tribuitur et rebus inanimis, et est exilis, parvi pretii, *povero, scarso, di poco valore. Cæs.* 6. *B. G.* 35. Quid vos hanc miseram ac tenuem sectamini prædam, quibus jam licet esse fortunatissimis? *bottino scarso, da poco. Virg.* 3. *Ecl.* 27. Stridenti miserum stipula disperdere carmen. *h. e.* incomptum, male natum. *Pallad.* 2. *R. R.* 13. Locus, qui *misera* virgulta produxerit. *h. e.* male provenientia, retorrida, infelicia. *Id.* 9. *ibid.* 2. Si terra exilis in vinea est, et vinea ipsa miserior.

MISĔRĀBĬLĔ, adverb. *V.* voc. seq. in fin.

MISĔRĀBĬLIS, e, adject. (misereor). Comp. *Miserabilior.* — Miserabilis est miserationem moveus, miseratione dignus, miserandus, ἐλεεινός (It. *compassionevole, miserabile*; Fr. *digne de pitié, qui excite la pitié, touchant*; Hisp. *degno de piedad, lastimoso, desdichado*; Germ. *beklagenswerth, bemitleidenswürdig, klüglich, traurig*; Angl. *to be pitied, deserving of compassion, pitiable, deplorable, miserable, lamentable, wretched*). *Ovid. Ib.* 117. Sisque miser semper, nec sis miserabilis ulli. *Martial.* 6. 77. Quum sis tam pauper, quam nec miserabilis Irus. *Cic. Partit. orat.* 17. 57. Nihil est tam miserabile, quam ex beato miser. *Id. Dom.* 23. 59. Quum ejus mœror, squalor incredibilis et inauditus, omnibus mortalibus miserabilis videretur. *Id.* 2. *Phil.* 29. 73. Auctionis miserabilis aspectus. *Liv.* 1. 59. Miserabilis cædes. *et mox.* Causa mortis indignior et miserabilior. *Sall. Jug.* 57. Pæne imprudentia admissum facinus miserabile. *Ovid. Heroid.* 21. 214. Miserabile corpus. *h. e.* macie et morbo confectum. *Cic.* 7. *Verr.* 63. 163. Acerba imploratio et vox miserabilis. *Liv.* 1. 29. *ad fin.* Voces etiam miserabiles exaudiebantur, mulierum præcipue. *Horat.* 1. *Od.* 33. 2. Miserabiles elegos decantare. *h. e.* flebiles, miserationis plenos. Sic *Virg.* 4. *G.* 514. *de philomela.* Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen integrat. *Ovid.* 13. *Met.* 422.; et *Virg.* 1. *Æn.* 114. tres Eurus ab alto In brevia

et Syrtes urget (miserabile visu!) Illiditque vadis. — Hinc

Miserabile, adverbii ritu. *Virg.* 12. *Æn.* 338. miserabile cæsis Hostibus insultans. Adde *Stat.* 12. *Theb.* 55.

MĪSĔRĀBĬLĬTER, adverb. (miserabilis). Comp. *Miserabilius.* — Miserabiliter est miserabilem in modum, miserationem movendo, *miserabilmente, compassionevolmente*, ἐλεεινῶς. *Cic.* 1. *Tusc.* 40. 96. Quam me delectat Theramenes! quam elato animo est! etsi enim flemus, quum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur. *Id.* 10. *Att.* 9.; et *Liv.* 26. 3. *extr.* Epistola scripta miserabiliter. *Cic.* 14. *Att.* 10. Cæsar in foro combustus, laudatusque miserabiliter. *Liv.* 45. 42. Orbitatem suam miserabiliter deflere. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (88). Infans matri interfectæ miserabiliter blandiens. *Val. Max.* 2. 6. *n.* 11. Turpiter et miserabiliter perire. *et* 4. 1. *n.* 4. *extern.* Dispersam et vagam vitam miserabiliter exigere. *Curt.* 4. 16. cadere. *Seneca* 4. *Excerpt. controv. præf. a med.* Miserabilius dicere.

MĪSĔRĀMEN, ĭnis, n. 3. miseratio. Legitur a quibusdam apud *Juvenc.* 4. 285. parvi miseramina panis. *Sed alii rectius leg.* mihi fragmina panis.

MĪSĔRANDUS, a, um. *V.* MISEROR in fin.

MĪSĔRANTER, adverb. *miserabilmente*, ἐλεεινῶς, cum miseratione. *Gell.* 10. 3. Quod aut ampliter insigniterque, aut lacrymose, aut miseranter, etc.

MĪSĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. (miseror) significatio, seu ostensio misericordiæ, qua ex alicujus infelicitate movemur, οἰκτιρμός, *misericordia, compassione.*

I.) Proprie. *Cic.* 5. *Fam.* 12. Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat? *Id. Orat.* 38. 131. Miseratione mens judicum permovenda. *Quintil.* 6. 1. 46. Miserationem commovere. *Id.* 3. 8. 12. movere. *Id.* 4. 2. 112. Animus occupatus vel ira vel miseratione. *Id.* 8. 3. 67. Urbium captarum miseratio crescit. *Justin.* 7. 2. 11. Miseratio eos infantis tenebat. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 10. (33). Miserationem petere. *h. e.* misericordiam et veniam.

II.) Figurate apud Rhetores est oratio miserationem movens. *Cic. Brut.* 21. 82. Miserationibus et communibus locis uti. *Id.* 2. *Phil.* 36. 91. Tua illa pulcra laudatio, tua miseratio, tua cohortatio. *Quintil.* 4. 1. 14. Sola rectum quoque judicem inclinat miseratio. *Id.* 6. 1. 27. Numquam debet esse longa miseratio. *Id.* 6. 2. 34. Ubi vero miseratione opus erit, nobis ea, de quibus queremur, accidisse credamus. *Capell.* 5. *p.* 186. Epilogus enim tres habet partes, enumerationem, indignationem, quam δεινωσιν dicimus, miserationem, quam οἰκτειρμα vel ἔλεον memoramus. Sic et *Curius Fortunatian. p.* 68.: *Cic.* 2. *Herenn.* 30. 47. appellat *commiserationem.*

MĪSĔRĀTOR, ōris, m. 3. is, quem alicujus miseret. *Juvenc.* 2. 295. peccantum largus miserator Iesus. Adde *Tertull.* 5. *contr. Marcion.* 11.; et *Vulgat. interpr. Ps.* 85. 15., 102. 8. et alibi. — *Misertor* per syncopen *V.* loco suo.

MĪSĔRĀTRIX, īcis, f. 3. illa, quam alicujus miseret. *Prosper Aquit. de ingratis c.* 31. Et tamen ex istis miseratrix gratia Eligit.

MĪSĔRĀTUS, a, um. *V.* MISEROR.

MĪSĔRĔ, adverb. (miser). Comp. *Miserius* I.; Sup. *Miserrime* II. 1. — Misere est infeliciter, miserum in modum, *miseramente, meschinamente*, ἀθλίως.

I.) Proprie. *Plaut. Asin.* 1. 1. 108. Moriri sese misere mavolet, quam non perfectum reddat, quod promiserat. *Id. Aulul.* 4. 10. 1. Ego sum miser et misere perditus. *Id. Cist.* 4. 2. 21. Homines misere miseri. *Lucret.* 3. 898. misero misere, ajunt, omnia ademit Una dies infesta tibi tot præmia vitæ. *Cic.* 3. *Fin.* 15. 50. Beate, misereve vivere. *Justin.* 11. 10. 9. Misere vitam exhibens. *Seneca* 5. *Controv.* 34. *ante med.* Nemo ex Olynthiis miserius servit, quam etc. *Cass.* ad *Cic.* 12. *Fam.* 12. *a med.* Bassus misere noluit mihi legionem tradere. *h. e.* nullo consilio, et suo malo.

II.) Figurate. ¶ 1. Pro miserabiliter *Plaut. Pseud.* 1. 1. 72. Est misere scriptum, Pseudole! PSEVD. o miserrime. ¶ 2. Pro cupide et vehementer, et simul cum animi quodam cruciatu. *Ter. Adelph.* 4. 5. 64. Quia tam misere hoc esse cupio verum, eo vereor magis. *Id. ibid.* 4. 5. 33.; et *Plaut. Mil. glor.* 4. 6. 32. Misere amare. *Plaut. Cist.* 1. 2. 12. deperire. *Ter. Eun.* 3. 1. 22. invidere. *et Heaut.* 2. 3. 124. orare aliquid. *et Adelph.* 4. 1. 6. nimis cupere. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 8. discedere quærens.

MĪSĔRĔO, es, ŭi, ĭtum, ere, n. 2. (miser) idem quod misereor, *avere compassione*: et occurrit. — 1.°) Personaliter. *Ennius* apud *Non. p.* 474. 30. *Merc.* Miserete anuis: Date ferrum, qui me anima privem. *Id.* apud *Priscian.* 8. *p.* 824. *Putsch.* Cogebant hostes lacrimantes ut misererent. *Lucret.* 3. 881. *Lachmann.* Ipse sui miseret. *Inscript.* apud *Murat.* 2062. 5. HOC LECTO BLOGIO IVVENES MISERETE IACENTIS. — 2.°) Usitatissimum est impersonaliter: et eadem forma dicitur qua *piget, pœnitet, tædet.* *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 31. 66. Mea mater, tui me miseret, mei piget. Sic *Id.* apud *Festum p.* 162. 1. *Müll.* Lapideo sunt corde multi, quos non miseret neminis. *Plaut. Pseud.* 5. 2. 25. Neque te mei tergi misereret, si etc. *Id. Trin.* 2. 4. 30. Miseret te aliorum, tui te nec miseret, nec pudet. *et ibid.* 2. 2. 62. Ita te aliorum miserescat, ne tui alios misereat. *Id. Capt.* 3. 5. 106. Neminis misereri certum est, quia mei miseret neminem. *Ter. Heaut.* 3. 1. 54. Me tuarum miseritum est fortunarum. *Id. ibid.* 4. 5. 1. Menedemi vicem miseret me, tantum devenisse ad eum mali. *Cic. Mil.* 34. 92. Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant. *Apul.* 8. *Met. a med.* Sic deprecantis totos quidem miseruit. — 3.°) Passive impersonaliter. *V.* voc. seq. sub 3.°

MĪSĔRĔOR, ēris ertus, *vel* ĕrĭtus sum, eri, dep. 2. (miser). *Misererier* paragoge est apud *Lucret.* 5. 1022. pro *misereri.* — Part. *Miserens* sub 1.° *b.*; *Miseritus* sub 1.° *a.* et *b.*; *Misertus* sub 1.° *a. et c.*; *Miseriturus* affertur a *Charis.* 3. *p.* 225. *Putsch.* nullo tamen auctore laudato. — Misereri est ob alicujus miseriam dolorem animo concipere, misericordia commoveri, ἐλεέω (It. *avere misericordia, avere compassione*; Fr. *avoir compassion, avoir pitié, plaindre*; Hisp. *lastimar, apiadarse, compadecer*; Germ. *Jemanden bemitleiden, sich seinen erbarmen*; Angl. *to pity, commiserate, have compassion or pity on, compassionate*). Occurrit — 1.° Personaliter; et quidem — *a*) Cum Genitivo personæ aut rei, cujus nos miseret. *Afranius* apud *Gell.* 20. 6. Nescio qui nostri miseritus tandem deus. Apud *Livium* quoque habetur *miseritus alicujus*: ubi al. leg. *misertus*: sic 27. 33. *in fin.* Ceterum deos immortales, miseritos nominis Romani, pepercisse nnoxiis exercitibus. *et ibid.* 34. Sordidati rei non miseritos, candidam togam invito offerre. *V.* et infra sub *b.* Ceterum *Cic.* 4. *Att.* 5. Quum misereri mei debent, non desinunt invidere. *Id.* 3. *Verr.* 28. 72. Audite, quæso, judices, et aliquando miseremini sociorum. *Id.* 1. *Herenn.* 14. 24. Deprecatio est, quum et peccasse se, et consulto fecisse reus confitetur, et tamen postulat, ut sui misereantur. *Cæcina* apud *Cic.* 6. *Fam.* 7. *init.* Quod tibi non tam celeriter liber est redditus, ignosce timori nostro et miserere temporis. *Virg.* 2. *Ecl.* 7. Nil nostri miserere? *Id.* 2. *Æn.* 143. miserere laborum Tantorum. *Ovid. Heroid.* 12. 81. O virgo, miserere mei, miserere meorum. *Justin.* 15. 3. 6. Misertus tanti viri, venenum ei in remedium dedit. — *b*) Absolute. *Phædr.* 3. 2. alii contra miseriti Misere panem. *Liv.* 22. 55. Si quid dii immortales miseriti imperii reliquum Romano nomini fecerint. *Alcim. Sentent.* 1. Fructuose miserenti Deo pro sanitate luminum supplicari. — *Miserere* interseritur, et est idem ac parce, *perdonami. M. Aurel.* apud *Fronton.* 4. *ad M. Cæs.* 5. Ego orationibus his perlectis paululum (miserere) scripsi, quod aut Nymphis, aut Vulcano dicarem. *et ibid.* 6. Partim legi ex agricultura Catonis, partim scripsi: minus (miserere) mehercule, quam heri. — *c*) Cum Dativo. *Seneca* 1. *Controv.* 2. Et ego misereor tibi, puella. *Plerique omnes leg.* tui. *Quintil. declam.* 272. Cui misereri satis non possumus. *Hygin. fab.* 58. Cui Venus postea miserta est. *Diomed.* quoque 1. *p.* 294. *Putsch. misereor tibi* ut Latinum agnoscit. — *d*) Cum Accusat. *Grat. Cyneg.* 440. Tot miserere animas. *Al. leg.* miserare. Sic *Vulg. vet.* (ed. *A. Maio*) *Proverb.* 14. 21. Qui miseretur pauperem, beatus est. *et Oseas* 1. 7. Filios autem Juda miserebor, et salvabo eos Domino Deo ipsorum. — 2.°) Impersonaliter *L. Crassius* apud *Priscian.* 8. *p.* 824. *Putsch.* Neque me minus vestri, quam mei miserebitur. *Turpilius* apud *Non. p.* 477. 15. *Merc.* Nunc patris me miseretur magis. *Pacuvius ibid.* Miseretur tui. *Quadrigarius* apud *Gell.* 6. 20. Quando te nostrum et reipubl. miserebitur? *Cic. Ligar.* 5. 14. Cave, ignoscas: cave te fratrum pro fratris salute deprecantium misereatur. Ita legit etiam *Priscian.* 8. *p.* 797. Alii *misereat. P. Scipio Africanus* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 10. Quod me reipublicæ maxime misertum est. *Plaut. Trin.* 2. 4. 29. Eum vidi miserum, et me ejus misertum est. — 3.°) Passive. *Cic.* 1. *Invent.* 30. 48. Ut majoribus natu assurgatur, ut supplicum misereatur. ζεῦγμα. *V.* similem locum in ASSURGO. *Forcellinus* allatum *Ciceronis* locum huc retulit; qui tamen ad voc. præced. rectius pertinet.

MĪSĔRESCO, is, ere, n. 3. *inchoat. a* misereo, ¶ 1. Est misericordia moveri, misereri, *avere misericordia, muoversi a compassione*, οἰκτίζω: et occurrit — *a*) Personaliter. *Virg.* 2. *Æn.* 145. His lacrimis vitam damus, et miserescimus ultro. *et* 8. *ibid.* 573. Arcadii, quæso, miserescite regis. *Stat.* 1. *Theb.* 280. Et generis miserescе tui. — *b*) Impersonaliter. *Ter. Heaut.* 5. 4. 3. inopis nunc te miserescat mei. *Liv.* 2. 5. Miserescebat non pœnæ magis homines, quam sceleris. *Plerique al. et ipse* Drakenborg. *leg.* miserebat. Adde *Plaut. Trin.* 2. 2. 62. cit. in MISEREO 2.° ¶ 2. Est etiam idem ac miser fio, angor, apud *Plaut. Epid.* 4. 1. 1. Si quid est homini miseriarum, quod miserescat, miser ex animo est. *h. e.* propter quod angatur et fiat miser.

MĪSĔRET *et*
MISERĔTUR. *V.* MISEREO.

MĪSĔRĔVĪVĬUM, ii, n. 2. ita vocat *Apul. Herb.* 18. herbam, quæ aliter proserpinaca dicitur.

MISĔRĬA, æ, f. 1. (miser) est ærumna, malum, calamitas, qua homo angitur et fit miser, πάλαιπωρία (It. *miseria, calamità, disgrazia*; Fr. *malheur, misère, détresse*; Hisp. *miseria, desgraria, desdicha, infortunio*; Germ. *das Elend, Unglück, die Noth, Armseligkeit*; Angl. *trouble, misfortune, calamity, misery, wretchedness*). ¶ 1. Generatim. *Ennius* apud *Gell.* 6. 16. et apud *Non. p.* 290. 17. *Merc.* Quibus nunc ærumna mea libertatem paro, Quibus servitutem mea miseria deprecor. *Id.* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 26. 63. Cupido cepit miseram nunc me, proloqui Cælo atque terræ Medeai miserias. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 93. Miserias voluptate sedare. *Cic.* 5. *Fin.* 32. 95. Ubi virtus est, ibi esse miseria et ærumna non potest, tamen labor potest et molestia. *Id.* 7. *Fam* 3. Miseriæ, in quibus tot annos versamur. *Id.* 2. *Phil.* 10. 24. In miserias incidere. *Id.* 3. *Fin.* 14. 48. In miseria esse. *Id.* 1. *Tusc.* 5. 9. In miseriam nascimur sempiternam. *Id.* 3. *Fam.* 8. Levare aliquem miseriis. *et* 9. *ibid.* 13. A miseria se eripere. *Id. Brut.* 96. 329. A miseriis se vindicare. *Sall. Cat.* 10. Iis otium, divitiæ optandæ aliis, oneri miseriæque fuere. — In fabulis Miseria est Erebi et Noctis filia. *Cic.* 3. *Nat. D.* 17. 44.; et *Hygin. præfat.* ¶ 2. Speciatim dici videtur de malo paupertatis. *Liv.* 6. 34. In urbe vis patrum in dies, miseriæque plebis crescebant, quum eo ipso, quod necesse erat solvi, facultas solvendi impediretur. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 32. 32. (119). Comitem æris alieni atque litis esse miseriam. ¶ 3. Item speciatim est dolor, angor, molestia, quæ ex malo, et ærumna oritur, *afflizione, travaglio, affanno. Ter. Adelph.* 5. 4. 22. Miseriam omnem ego capio: hic potitur gaudia. *Id. Eun.* 3. 1. 16. Exspuere omnem ex animo miseriam. *Cic.* 2. *Divinat.* 41. 86. Stoici omnia superstitiosa sollicitudine et miseria credunt. ¶ 4. Item pro labore. *Quintil.* 1. 8. 18. Persequi quod quisque unquam vel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimiæ miseriæ, aut inanis jactantiæ est. *troppo meschina fatica.*

MĪSĔRĬCORDĬA, æ, f. 3. (misericors) miseratio (*V. Ciceronis* definitionem allatam sub I. *a.*

primo loco) ἔλεος (It. *compassione, misericordia*; Fr. *compassion, pitié*; Hisp. *piedad, compasion, lástima*; Germ. d *Mitleiden, d. Barmherzigkeit*; Angl. *mercy, compassion, pity*).

I.) Proprie. — *a*) In sing. num. *Cic.* 4. *Tusc.* 8. 18. Misericordia est ægritudo ex miseria alterius, injuria laborantis. Nemo enim parricidæ, aut proditoris supplicio misericordia commovetur. *Id.* 2. *Orat.* 47. 195. Non prius sum conatus misericordiam aliis commovere, quam misericordia sum ipse captus. *Id.* 1. *Orat.* 12. 53. Mentes hominum ad lenitatem misericordiamque revocare. *Id. post redit. in Senat.* 7. 17. Vir clementia ac misericordia singulari. *Id. Planc.* 1. 3. Petam a vobis, judices, ut cujus misericordia salus mea custodita sit, ei vos vestram misericordiam, me deprecante, tribuatis. *Id. Rabir. perduell.* 2. 6. Oro atque obsecro, adhibeatis in hominis fortunis misericordiam. *Id.* 1. *ad Brut.* 12. Misericordiam impartiri alicui. *Id. Mil.* 34. 92. implorare et exposcere. *Id.* 2. *Phil.* 34. 86. captare. *Id.* 1. *Orat.* 53. 227. populi concitare. *Ulp. Dig.* 16. 3. 7. exercere. *Cic. Rosc. Am.* 50. 145. Prædia mea tu possides, ego aliena misericordia vivo. *Id.* 7. *Att.* 12. *circa med.* Frangor sæpe misericordia puerorum. *et* 10. *ibid.* 11. Filii mei misericordia languidiora adhuc consilia cepi. *Id.* 1. *Cat.* 7. 16. Misericordia permotus. *Ulp. Dig.* 16. 3. 7. ductus. *Sueton. Cal.* 12. *in fin.* correptus. *Cic. Brut.* 50. 188. Ad misericordiam inducere. *Id. Quint.* 2. 10. In fidem et misericordiam alicujus confugere. *Id. Mur.* 40. 87. Misericordiam spoliatio consulatus magnam habere debet. — *b*) In plur. numero. *Plaut. Most.* 2. 3. 115. Misericordias jam habere haud hominem oportet. — *c*) Dea habita est, et celebrem Athenis aram habuit (*V.* CLEMENTIA), de qua *Claudian. B. Gild.* 404. si flentibus aram, Et proprium miseris numen statuistis, Athenæ. Fundata dicitur a nepotibus Herculis, iram veritis Atheniensium, quos avus afflixerat, ut docet *Servius* ad *Virg.* 8. *Æn.* 342. vel, ut alii, quia ab Eurystheo pulsi, ab Atheniensibus benigne excepti sunt. Hinc *Quintil.* 5. 11. 38. Si misericordiam commendabo judici, nihil proderit, quod prudentissima civitas Atheniensium non eam pro affectu, sed pro numine accepit? *Apul.* 11. *Met.* Magnis exanclatis laboribus, et maximis actus procellis, ad portum quietis et aram Misericordiæ tandem venisti.

II.) Translate. ¶ 1. Est ipsius misericordiæ dolorisve significatio vel excitatio. *Cæs.* 2. *B. C.* 12. Hæc atque ejusdem generis complura, ut ab hominibus doctis, magna cum misericordia fletuque pronunciantur. *con grandi dimostrazioni di dolore, fortemente commovendo a compassione.* ¶ 2. Item est conditio, vel malum, calamitas, miseria, quæ aliorum misericordiam concitant. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 3. 8. Nihil enim tam timeo, quam ne, quum intelligant homines, quantum misericordiæ nobis tuæ preces et tua salus allatura sit, oppugnent te vehementius. *et ibid.* 4. *init.* Amabo te, mi frater, ne, si uno meo facto et tu et omnes mei corruistis, improbitati et sceleri meo potius quam imprudentiæ misericordiæque assignes. *Madvig.* ita leg.; at *Orellius* miseriæque. ¶ 3. *Misericordiæ* num plur. apud Scriptores Ecclesiasticos sunt, quæ nunc apud Italos *opere pie* vocantur, scilicet eleemosynæ et legata post mortem. *Salvian.* 2. *advers. avar.* 1. *init.* Diximus de remediis peccatorum, imo potius de spebus remediorum atque solatiis: scilicet hoc primum inquirendæ salutis esse suffragium, ut peccatorem pœniteat erroris; tum ut juxta sermonem sacrum statim peccata sua misericordiis redimat; postremo, si id non fecerit, ne quid saltem moriens inexpertum relinquat, vel ultima sibi rerum suarum oblatione succurrat.

MĪSĔRĪCORDĬTER, adverb. (misericors). Comp. *Misericordius* et Sup. *Misericordissime*. — Misericorditer est clementer, *misericordiosamente*, ἐλεημόνως. *Claudius Quadrigarius* apud *Non.* p. 510. 19. *Merc.* Crudeliter illi, nos misericorditer: avariter illi, nos largiter. *Lactant.* 6. 18. Justus numquam prætermittet, quo minus aliquid misericorditer faciat. *Augustin.* 1. *Doctr. Chr.* 16. Quid liberalius et misericordius facere potuit? *Id. Ep. ad Paulin.* 149. Susceptos suos per manus impositionem misericordissime offerunt potestati. *Sed legendum videtur* misericordissimæ.

MĪSĔRĪCORS, cordis, adject. (miser *et* cor). Comp. *Misericordior* et Sup. *Misericordissimus*. — Misericors est ad miserendum facilis, clemens, *misericordioso, pietoso*, ἐλεήμων. *Plaut. Rud.* 1. 5. 23. Misericordior nulla me est feminarum. *Cic. Cæcin.* 10. 26. Testis in re misericordem se præbuit, et in testimonio religiosum. *Id.* 1. *Invent.* 55. 106. Animum auditoris mitem et misericordem conficere. *Id.* 2. *Herenn.* 17. 25. Mansuetus et misericors. *Id. Ligar.* 5. 15. Misericordem esse in aliquem. *Sall. Cat.* 54. Sint misericordes in furibus ærarii. *Apul. Florid.* 17. Ille (*Orpheus*) immanium bestiarum delinitor; hic (*Arion*) misericordium belluarum oblectator. *Augustin. Ep.* 48. *sub init.* et 1. *Confess.* 4. Quando utilissimus et misericordissimus exstitisset.

MĪSĔRĪMŌNĬUM, ii, n. 2. miseria. *Laberius* apud *Non.* p. 214. 20. *Merc.* Tibi relictum est miserimonium.

MĪSĔRĪTER, adverb. idem ac miserabiliter, seu misericorditer. *Laberius* apud *Non.* p. 517. 2. *Merc.* Mens incorrupta miseriter corrumpitur. *Catull.* 63. 49. Patriam allocuta est ita voce mœsta miseriter. *Apul.* 8. *Met. post init.* Auxilium miseriter rogare. Adde *Ennium* apud *Priscian.* 15. p. 1010. *Putsch.*

MĪSĔRĪTŪDO, Inis, f. 3. idem ac miseria, et misericordia. *Accius* apud *Non.* p. 136. 18. *Merc.* bis pro miseratione usurpat.

MĪSĔRĪTUS *et* Misertus. *V.* MISEREOR.

MĪSĔRO, as, are. *V.* voc. seq. init.

MĪSĔROR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (miser). *Misero, as*, activa forma habet *Accius* apud *Non.* p. 470. 22. *Merc.* Ut jure hæc numquam miserarent mala. — Part. *Miserans* sub *a* et *d.*; *Miseratus* sub *a* et *d.*; *Miserandus* in fin. — Miseror est idem ac alienam miseriam doleo, commiseror, conqueror, verbis, aut lacrimis, aut re ostendo, mihi alterius mala acerba esse. Inter *miseror* et *misereor* ita distinguit *Paul. Diac.* p. 123. 9. *Müll.*, ut *miseretur* is, qui conqueritur aliena incommoda; *misereatur* is, qui miserum sublevat. Idem fere tradit *Non.* p. 445. 4. *Merc.* et *Incertus Auct. de different. vocum* apud *Putsch.* p. 2206. Sed hoc discrimen non servatur. Gr. οἰκτείρω (It. *commiserare, avere compassione, deplorare*; Fr. *avoir pitié de, plaindre*; Hisp. *lastimar, apiadarse, compadecer*; Germ. *bemitleiden, bejammern, beklagen*; Angl. *to have or feel compassion, pity, commiserate*). Occurrit — *a*) Cum Accusativo. *Plaut. Epid.* 4. 1. 6. Quis illæc est mulier, quæ ipsa se miseratur? *Cic. Mur.* 27. 55. Non queo satis communem omnium nostrum conditionem et hujus eventum fortunamque miserari. *Virg.* 1. *Æn.* 601. O sola infandos Trojæ miserata labores. *et* 6. *ibid.* 332. sortemque animo miseratus iniquam. Sic *Id.* 12. *ibid.* 243. Turni sortem miserantur iniquam. *V.* mox sub *b.* — Est autem verbis ac dicendo miseriam cujuspiam persequi apud *Sall. Jug.* 25. *extr.* Eos multa pollicendo, ac miserando casum suum, confirmat. Sic *Tac.* 3. *Ann.* 17. Etiam ipsius, quoquo modo meriti, casum miseratus. *Cæs.* 1. *B. G.* 39. Abditi in tabernaculis aut suum fatum querebantur, aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur. *Gell.* 10. 3. *a med.* Hæc M. Tullius atrociter, graviter, copiose apteque miseratus est. *Horat.* 2. *Od.* 3. 24. Victima nil miserantis Orci. — *b*) Absolute. *Virg.* 5. *Æn.* 451. accurrit Acestes, Æquævumque ab humo miserans attollit amicum. Adde *Petron. Satyr.* 6. — Sic *miserari animi* pro *animo*. *Virg.* 10. *Æn.* 686. juvenemque animi miserata repressit. Ita *Servius, Arusian. Messus*, et *Codex Mediceus*, teste *Pierio*: estque longe elegantius, quam quod quidam leg. *animo*. — *c*) Cum Infinito. *Auct. B. Afr.* 8. Ipse miserari, tanta homines esse dementia ut etc. — *d*) Cum Genitivo. *Accius* apud *Non.* p. 445. 11. *Merc.* Te commiserabar magis, quam miserabar mei. *Justin.* 43. 4. 8. Mulier quædam, miserata formæ ejus, insidias aperuit. *Al. leg.* formam. *Sil. It.* 11. 381. pœnæ juvenem indignæ miseratus ab alto Jupiter. *Minuc. Fel. Octav.* 28. Nonnumquam etiam miserantes eorum. *Prudent. Psychom.* 580. miserando inopum, quos larga benigne Foverat. — *e*) Cum Dativo. *Coripp.* 2. *Laud. Justin.* 402. dominus servis miseratus egenis. — Hinc Particip.

Miserandus, a, um, adjective usurpatur, et est miseratione dignus, miserabilis, *degno di compassione*, ἐλεεινός. *Cic.* 1. *Orat.* 37. 169. Hunc in minimis rebus ita labi, ut aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur. *Id.* 4. *Cat.* 6. 12. Hæc mihi videntur misera atque miseranda. *Sall. Jug.* 15. Miseranda fortuna. *Ovid.* 6. *Met.* 276.; et *Virg.* 11. *Æn.* 259. manus. *et* 3. *ibid.* 591. Ignoti nova forma viri, miserandaque cultu. *Cic. Prov. cons.* 3. 5. Miserandum in modum milites capti, necati, deserti. — Sermoni interseritur, ut miser. *Virg.* 5. *Æn.* 509. Ast ipsam miserandus avem contingere ferro Non valuit.

MĪSERTOR, ōris, m. 3. per syncop., idem ac miserator. *Venant.* 2. *Vit. S. Martin.* 478. Fer pietatis opem, misero, miserando misertor.

MĪSERTUS, a, um, *V.* MISEREOR.

MĪSĔRŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* miser, misellus. *Lœvius* apud *Priscian.* 9. *p.* 869. *Putsch.* Cupidius miserulo obito. *Catullus* (corrige *Serenus*) apud *Non. p.* 517. 4. *Merc.* Animula miserula properiter abit. *corrige* abiit. *V.* PROCELEUSMATICUS.

MISISŪLA, æ, f. 1. panis in cochlearis formam excavatus ad jus, vel pulmentum hauriendum. *Gloss. Philox.* Misisula, μυστίλη. Habent et *Not. Tir.* p. 167. Ofella, misisula.

MĪSĪTHEUS. *V.* TIMESITHEUS.

MISŌPŌGON, ōnis, m. 3. qui barbam odit: a μῖσος *odium* et πώγων *barba*. Titulus est libelli a Juliano Aug. scripti adversus philosophos, cujus meminit *Ammian.* 22. 14.

MISSA, æ, f. 1. (mitto) idem ac missio: ideoque minime auscultandi qui putant, *missæ* nomen apud Christifideles exoticum esse, Hebraicum nempe, non Latinum: id autem evincitur ex his verbis *Alcim. Ep.* 1. *sub init.* Specialius in epistola memorastis, quid vel unde dictum sit, Non missum facitis: quod nihil est aliud, quam non dimittitis. A cujus proprietate sermonis in Ecclesiis, palatiisque sive prætoriis, missa fieri pronunciatur, quum populus ab observatione dimittitur. Nam genus hoc nominis etiam in sæcularibus auctoribus, nisi memoriam vestram per occupationes lectio desueta subterfugit, invenietis. *V.* MITTO sub *C.* 2. Aliter *Isid.* 6. *Orig.* 19. Missa tempore sacrificii est quando catechumeni foras mittuntur. Ceterum *Ambros. Ep.* 5. *n.* 33. Missam facere cœpi. *et Paulin. Petroc. Vit. S. Martin.* 4. 70. Præcedat missam miseratio: gratior hæc est.

MISSĀRĬUM, ii, n. 2. *V.* MISSUM.

MISSĪBĬLĬA pro *missilia* dixit *Sidon.* 4. *Ep.* 20. Probat autem hisce verbis *Priscian. de XII. vers. Æn. p.* 1254. *Putsch.* Nascitur et a simplici *missus hic* et *hæc missilis* et *hoc missile*. Possumus etiam *hic* et *hæc missibilis* et *hoc missibile* dicere, quomodo *penetralis* et *penetrabilis*, *docilis docibilis*.

MISSĪCĬUS *vel* missitius, a, um, adject. qui mittitur, vel mitti potest. Hinc missicius miles dicitur veteranus, qui missionem honestam impetravit, vel confectis stipendiis missione donandus est. *Sueton. Ner.* 48. Agnitus a quodam missitio prætoriano. *Inscript.* apud *Gruter.* 1109. 5. MISSICIVS LEG. VI. AVG. Alia apud *Murat.* 786. 4. C. ATINIVS C. F. QVIRINA ADIVTOR ANNON. LEG. XXX. VLP. ET MISSICIVS LEG. EIVSDEM. Adde 809. 6. et 822. 2., quatuor item apud *Spon. Miscell. p.* 243., item apud *Orell.* 3579. et 3582. — In loco *Suetonii* quidam perperam putant nomen viri proprium.

MISSĬCŬLO, as, are, a. 1. frequentat. *mandare spesso*, πεμπάζω, idem quod missito, sæpe mitto: est a *missus*, ut *pensiculo* a *pensus*. *Plaut. Epid.* 1. 2. 29. Quod tute ad me litteras missiculabas.

MISSĪLE, is, n. 3. et

MISSĪLĬA, n. plur. 3. *V.* voc. seq.

MISSĪLIS, e, adject. (mitto) ad mittendum, seu jaciendum aptus, *da lanciare*, βλητμος. ¶ 1. Generatim. — *a*) Adjective. *Propert.* 3. 12. 10. Missile nunc disci pondus in orbe rotat. *Liv.* 1. 43. Fundas lapidesque missiles hi secum gerebant. *Virg.* 10. *Æn.* 421. *et* 773. Da nunc, Tibri pater, ferro, quod missile libro, Fortunam atque viam duri per pectus Halæsi. *Stat.* 8. *Theb.* 524. librans uni sibi missile ferrum. *h. e.* hastam adeo

gravem, ut a se uno jaci posset. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 35. 53. (125). Hystrici longiores aculei, et, quum intendit cutem, missiles. — *b*) Hinc *Missile, is*, et sæpius *Missilia, ium*, n. 3. absolute, substantivorum more sunt arma, quæ jaciuntur, ut hastæ, sagittæ, saxa, ῥήματα, ἰοί. *Liv.* 34. 39. Missilibus Lacedæmonii pugnabant, a quibus se magnitudine scuti perfacile Romanus tuebatur miles. *Virg.* 10. *Æn.* 715. Non ulli est animus stricto concurrere ferro: Missilibus longe et vasto clamore lacessunt. *Lucan.* 7. 485. Spargitur innumerum diversis missile votis: Vulnera pars optat, pars terræ figere tela. ¶ 2. Speciatim *res missiles* et *missilia* dicebantur, dona variarum rerum, quæ a principe spargebantur in populum ad diripiendum. *Sueton. Ner.* 11. Sparsa et populo missilia omnium rerum per omnes dies, singula quotidie millia. Avium cujusque generis multiplex penus, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, atque etiam mansuetæ feræ: novissime naves, insulæ, agri. *Id. Aug.* 98. Permissa licentia diripiendi pomorum et obsoniorum rerumque missilium. *Inscript.* apud *Henzen.* 5320. M. AEMILIVS BALLATOR PRAETER HS. X. M. N. QVAE IN OPVS CVLTVMVE THEATRI POSTVLANTE POPVLO DEDIT STATVAS DVAS — SVA PECVNIA POSVIT AD QVARVM DEDICATIONEM DIEM LVDORVM CVM MISSILIBVS EDIDIT. Cf. *Inscript.* apud *Orell.* 3994. — Translate. *Seneca Ep.* 74. Qui aliquid virtute melius putat, ad hæc, quæ a fortuna sparguntur, sinum expandit, et sollicitus missilia ejus exspectat. — Hinc

Missile, is et *Missilia, ium*, n. 3. absolute, substantivorum more. *V.* sub 1. *b.* et 2.

MISSĬO, ōnis, f. 3. (mitto) actus mittendi, et latissime patet.

I.) Proprie duo præcipue significat, scil. *A*) actus mittendi, et *B*) dimittendi.

A) Missio ¶ 1. Generatim est actus mittendi, *missione, spedizione, πομπή, ἀποστολή*. *Cic.* 5. *Att.* 5. Missio litterarum. *Id.* 7. *Phil.* 1. 1. legatorum. *Cels.* 2. 10. *a med.*; et *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 18. *n.* 105. Missio sanguinis. *cavata di sangue. V.* MITTO. ¶ 2. Item jactus, *lanciamento, getto. Vitruv.* 2. 9. *ad fin.* Jussit extra telorum missionem eos circumvallari. ¶ 3. In jure est rei in manus traditio, *consegna, tradizione, immissione in possesso. Ulp. Dig.* 39. 2. 15. Missio in ædes. ¶ 4. Item est captivi liberatio, manu missio. *Cic.* 1. *Tusc.* 48. 114. Silenus a Mida captus, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur.

B) Missio est etiam actus dimittendi, dimissio, *licenziamento, licenza.* ¶ 1. In re militari *missio* est liberatio a militia: est autem triplex, ut *Macer* docet *Dig.* 49. 16. 13. et *Ulp. ibid.* 3. 2. 2.: alia *honesta*, quæ emeritis stipendiis datur: alia *causaria*, quæ causa valetudinis: alia *ignominiosa*, (cujus exemplum habes apud *Auct. B. Afr.* 54. ubi et ipsa formula mittendi legitur; *Sueton. Cæs.* 69. et *Aug.* 24.), quum quis propter delictum a militia ejicitur. *Liv.* 26. 1. Ne quem militem legeret ex eo numero, quibus senatus missionem reditumque in patriam negasset ante belli finem. *Id.* 7. 39. Exercitum purgare missionibus turbulentorum hominum. *Cæs.* 1. *B. C.* 86. Id vero militibus fuit pergratum et jucundum, ut, qui aliquid victi incommodi exspectavissent, ultro præmium missionis ferrent. *Inscript.*, quæ pertinet ad a. post Chr. n. 130., apud *Henzen.* 6862. C. MARCIVS C. F. SERG. SALVIANVS NORBA GENIO CENTVRIAE COH. X. PR. MARI BASSI IN QVA MILITAVIT A. XIIX. VOTO SVSCEPTO MISSVS HONESTA MISSIONE PR. NON. IANVARIAS Q. FABIO CATVLLINO M. FLAVIO APRO COS. ANIMO LIBENS ARAM SVA PECVNIA POSVIT. Adde *alias* apud *eumd.* 6860., 6863., 6857. — Missio vero *gratiosa* dicitur, quæ militibus per ambitionem imperatorum incertis commeatibus datur. *V.* GRATIOSUS. *Liv.* 43. 14. *ad fin.* Missorum quoque causas sese cognituros esse: et, quorum, ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa esset, eos milites fieri jussuros. ¶ 2. In re civili est eorum dimissio, qui minoribus officiis funguntur. *Sueton. Cæs.* 7. Quum mandata prætoris jure dicundo conventus circumiret, missionem continuo efflagitavit. ¶ 3. In re gladiatoria *missio* dicta, quum alteri gladiatori saucio, submittenti arma, ac supplici concedebatur a populo, aut a principe vita, et abeundi pro illa vice licentia: et gladiator *sine missione* est, qui ad certam mortem pugnat, sine spe, si gravius ictus fuerit, evadendi. *Martial.* 12. 29. Nuper cum Myrino peteretur missio læso. *Liv.* 41. 20. *sub fin.* Gladiatorium munus sæpius dando, et modo vulneribus tenus, modo sine missione etiam. *Seneca* 2. *Benef.* 20. *extr.* Non enim servavit is, qui non interfecit: nec beneficium dedit, sed missionem. *V.* MISSUS. in v. MITTO. Sic translate *Petron. Satyr.* 66. *extr.* Pernæ missionem dedimus. *non l'abbiamo toccato.*

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a gladiatoribus, h. e. a superiori paragr. *B.* 3., dicitur de certa morte. *Flor.* 3. 20. *extr.* Tandem eruptione facta, dignam viris obiere mortem: et, quod sub gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est. Sic de κλινοπάλῃ *Apul.* 2. *Met.* Hodierna pugna non habet missionem. *Seneca Ep.* 37. Quid prodest, paucos dies, aut annos lucrifacere? sine missione nascimur. *V.* BALÆNARIUS. ¶ 2. Est etiam cessatio, finis. *Cic.* 5. *Fam.* 12. *sub fin.* Quum ipsi ante ludorum missionem corona donentur. ¶ 3. Item est pœnæ remissio. *Petron. fragm. Tragur.* 52. *Burmann.* Tandem exoratus a nobis missionem puero dedit. Ille dimissus circa mensam percucurrit etc. *h. e.* puero, qui scyphum projecerat, pœnæ remissionem dedit, puerum impunitum dimisit. Similiter *Id. ibid.* 54. Puer quidem, qui ceciderat, circumibat jamdudum pedes nostros, et missionem rogabat. *h. e.* pœnæ remissionem.

MISSĪTĀTUS, a, um. *V.* MISSITO.

MISSĪTĬUS. *V.* MISSICIUS.

MISSĪTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *frequentat. a* mitto. Part. *Missitatus.* — Missitare est sæpe mittere, *mandare spesso*, προσαναπέμπω. *Liv.* 9. 45. Samniti auxilia missitaverant. *Fronto de eloq.* (edente iterum *A. Maio*) p. 234. Cæsarum est per orbem terræ litteras missitare. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 4. (12). Codicillos missitatos, epistolarum gratia indicat.

MISSOR, ōris, m. 3. (mitto) qui mittit. *Cic. in Arat.* 84. Hic missore vacans fulgens jacet una sagitta. *Al. rectius leg.* Hic misso revocans etc. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MISSŌRĬUM, ii, n. 2. (mitto) discus, ferculum, quo cibi convivis mittuntur in mensam. *Venant. Vit. S. German.* 13. Incidens aurata missoria, argentea vasa comminuens. *Id. Vit. S. Radeg.* 19. Parata mensa, missorium, cochlearesque, cultellos introinittebat. Cf. *Not. Tir.* p. 38. Missorium, submissorium. *Gloss. Isid.* Lances, missoria. Hanc vocem confirmat *Remigii Archiep. Remens. testam* apud *Brisson. de formul. l.* 7. *c.* 160. *ad fin.* Missorium argenteum sex librarum.

MISSUM, i, n. 2. (mitto) certaminis pretium. *Gloss. Græc. Lat.* Missum, ἆθλον. Eadem significatione *missarium* legitur in *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 8. 227.

MISSUS, a, um. *V.* MITTO.

MISSUS, i, m. 2. (mitto) Christus. *Arnob.* 2. 73. *extr.* Religio nostra nunc nata est: nunc enim Missus advenit, qui eam nobis ostenderet, qui in ejus induceret veritatem etc. *Isid.* 7. *Orig.* 2. Missus dicitur eo, quod apparuit huic mundo Verbum caro factum.

MISSUS, us, m. 4. (mitto) missio, mittendi actus.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cæs.* 5. *B. G.* 27. Qui jam ante missu Cæsaris ad Ambiorigem ventitare consueverat. Sic *Id.* 6. *ibid.* 7. Jamque ab eo non longius bidui via aberant, quum duas venisse legiones missu Cæsaris cognoscunt. *Virg.* 7. *Æn.* 750. Marrubia venit de gente sacerdos, Archippi regis missu. — *Ennius* apud *Non. p.* 555. 15. *Merc.* Quæ valido venit contorta falarica missu. *Liv.* 9. 19. Pilum, haud paullo, quam hasta, vehementius ictu missuque telum. — Hinc figurate *Lucret.* 4. 409. Vix absunt nobis missus bis mille sagittæ. ¶ 2. Speciatim in circensibus et aliis ludis *missus* dicebantur singulæ procursiones equorum, postquam septem spatia confecerant, singulæ ferarum immissiones, aut gladiatorum etc., quos ferarum immissiones, aut gladiatorum etc., quos fere xxv. fuisse (si de equorum, aut quadrigarum cursibus sermo sit) notat *ex Varron. Servius* au *Virg.* 3. *G.* 18. ubi addit, ultimum missum dictum fuisse *ærarium. V.* ÆRARIUS. Ceterum et plures fuere, pro luxu et opibus eorum, qui ludos dabant. Hinc *Sueton. Domit.* 4. scribit, Domitianum singulos missus ad quina spatia redegisse, quo facilius centum missus peragerentur, quum antea septeni absolvi solerent: non enim dabatur corona victori, antequam septem spatia currendo peregisset. *V.* OVUM. *Id. Ner.* 22. Spectaculum multiplicatis missibus in serum protraxit. ¶ 3. Denique *missus* in cœnis sunt singulæ ferculorum illationes in mensam, *portata. Capitolin. Pertin.* 12. Novem libras carnis per tres missus ponebat. Adde *Lamprid. Elagab.* 30.

II.) Figurate. *V. Lucret.* loc. cit. supra sub 1.

MISTĀRĬUS *vel* mixtarius, ii, m. 2. (misceo) κύλιξ, vas, quo vinum aqua miscetur. *Lucilius* apud *Non. p.* 546. 30. *Merc.* Urceus, aut gemina longus mistarius ansa.

MISTI *pro* misisti. *V.* MITTO init.

MISTĪCĬUS *vel* mixticius, a, um, adject. (misceo) *mestizo*, qui est ex parentibus natus variarum gentium. *Hieronym.* 5. *in Jerem.* 25. 19. Qui non est Ægyptius, sed in ejus regionibus commoratur, quos Septuaginta vertere συμμίκτους, id est mixticios, vulgus non Ægyptiæ regionis, sed peregrinum et adventicium.

MISTIM *vel* mixtim, adverb. (misceo) *mescolatamente*, μίγδην. *Lucret.* 3. 567. per venas et viscera mixtim.

MISTĬO *vel* mixtio, ōnis, f. 3. (misceo) actus miscendi, *mescolamento.*

I.) Proprie est confusio rerum mistarum, temperatura. *Vitruv.* 1. 4. Alium mixtionem habet genus avium, aliam piscium. *temperamento, costituzione. Pallad.* 12. *R. R.* 7. 1. Ossa vero, quæ ponenda sunt, aliqui sicata prius paucis diebus cineris mistione terra soluta in qualis reservant. *mescolamento.*

II.) Figurate, abstractum pro concreto, uti ajunt, mixtio sunt ipse res mistæ, massa. *Pallad.* 1. *R. R.* 34. 5. Melius erit rubi semina et spinæ, quæ rubus caninus vocatur, matura colligere, et cum farina cervi ex aqua macerata miscere. Funes dehinc sparteos veteres hoc genere mistionis sic inducere, ut etc.

MISTŪRA *vel* mixtura, æ, f. 1. (misceo) confusio rerum mistarum, temperatura, *mistura, mescolanza*, μίξις.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 2. 976. Multaque de rerum mistura dicere callent. *Varro* apud *Non. p.* 190. 28. *Merc.* Propter talem misturam immoderatam ex aquis cunctis. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 1. 2. (4). Mistura et compositio unguentorum. ¶ 2. Speciatim de connubio. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 53. 79. (213). In nullo genere æque facilis mixtura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant. *Lucan.* 9. 899. *de Psyllis.* in terram parvus cum decidit infans, Ne qua sit externæ Veneris mistura, timentes, Letifica dubios explorant aspide partus.

II.) Figurate. ¶ 1. Mistura dicuntur ipsæ res mistæ. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 22. Ea mistura palatum atque lingua totumque os perfricatur. *Id.* 12. *ibid.* 10. 2. Simili mistura vas suppleatur. *et ibid.* 59. 1. Hanc misturam quum in catillo composueris, oleum superfundito. ¶ 2. Ad abstracta transfertur. *Sueton. Domit.* 3. Mistura æquabilis vitiorum atque virtutum. *Quintil.* 1. 10. 6. Quorum ex diversis fit illa mistura una, quæ nulli earum similis est, quibus constat, sed proprias vires ex omnibus sumit. *Id.* 6. 3. 63. Frequentissima aliorum generum cum aliis mistura est. *Id.* 9. 3. 50. Mistura figurarum. *et* 5. 11. 22. translationum. *et* 8. 2. 14. verborum. *Petron. Satyr.* 94. Raram facit misturam cum sapientia forma. *et ibid.* 132. Misturam animarum facere.

MISTŪRĀTUS *vel* mixturatus, a, um, particip. ab inusit. *mixturo, mescolato. Pelagon. Veterin.* 6. *sub init.* Quos (*pastillos*) cum melle et oleo et passo et ovis bene mixturatis jungis.

MISTUS *vel* mixtus, a, um. *V.* MISCEO.

MISTUS *vel* mixtus, us, m. 4. mistura, mistio. In ablat. sing. *Colum.* 6. *R. R.* 37. 7. Ut avitus color primordii seminis mistu reddatur nepotibus. At *Schneiderus* rectius legit: Ut avitus color primordiis seminum mistus reddatur nepotibus.

MISY, yos, n. 3. *misi, τὸ μίσυ.* ¶ 1. Est tuberis genus suavitate odoris et saporis præcipuum, quod in Cyrenaica provincia nascitur nostrate car-

nosius. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 3. 12. (36). ¶ 2. Item genus metalli, *copparosa gialla*, est ab Hebr. מסה *masà*, liquefecit, hinc particip. מסוי *masúi*, et per syncop. מסי *masì*, liquefactus: fit autem exusto lapide chalcitide, concretum natura discretumque: cujus notæ sunt friati aureæ scintillæ, et quum teratur, arenosa natura, ut *Plin.* 34. *Hist. nat.* 12. 31. (121). docet. *Cels.* 5. 19. *n.* 8. Misyos crudi, æruginis rasæ etc. *et n.* 27. Misyos cocti, æris combusti etc. Apud *Scribon. Compos.* 34. et 240. legitur et *misys* in Genitivo positione Latina: et fortasse etiam apud *Cels.* alicubi. Quin et *misy* in Genitivo legitur, apud *eumd.* 6. 7. *n.* 2.; et apud *Veget. Veterin.* 16. 1. et 2. et *ibid.* 19. 1., ut sit indeclinabile.

MĪTĒ, adverb. (mitis). Comp. *Mītius* et Sup. *Mītissime*. — Mite est placide, mansuete, *mitemente, placidamente, piacevolmente*, πράως. *Apul.* 10. *Met.* Nunc mite conniventibus, nunc acre comminantibus gestire pupillis. *Ovid.* 3. *Pont.* 7. 29. Mitius ille perit, subita qui mergitur unda. *Id.* 15. *Met.* 494. similes aliorum respice casus: Mitius ista feres. *h. e.* æquiore animo. *Cæs.* 7. *B. G.* 43. Quam mitissime potest, legatos appellat.

MĪTELLA, æ, f. 1. *deminut. a* mitra, μιτρίον. ¶ 1. Est parva mitra. *Virg. Cop.* Copa Syrisca caput Graja redimita mitella. *Cic. Rabir. Post.* 10. 26. Nobiles adolescentes Neapoli cum mitella sæpe vidimus. *V.* MITRA. ¶ 2. Item fascia. *Cels.* 8. 10. *n.* 3. *sub fin.* Brachium involutum mitella commodissime excipitur, quæ latitudine ipsa brachio, perangustis capitibus collo injicitur: atque ita commode brachium ex cervice suspensum est.

MĪTELLĪTA *vel* mitellica, æ, f. 1. erogatio et distributio coronarum, in modum mitellæ compactarum, quæ ex nardi foliis, aut rosis, et serico factæ, pretiosisque unguentis imbutæ gestabantur a convivis in lautioribus cœnis. *Sueton. Ner.* 27. Indicebat et familiaribus cœnas, quorum uni mitellita quadragies HS constitit, alteri aliquanto pluris absorptio rosaria. *At rectius alii legunt* mellita, *scil.* absorptio.

MĪTESCO, is, ere, n. *inchoat.* 3. (mitis). Part. *Mitescens* II. 1. — Mitesco est idem ac mitis, seu tener ac maturus flo atque esui aptus, πέπτομαι, τελειοῦμαι (It. *maturarsi*; Fr. *mûrir, perdre son âpreté*; Hisp. *madurar, sazonarse los frutos*; Germ. *milde werden*; Angl. *to grow ripe or mellow*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est maturum fieri atque esui aptum, et usurpatur de pomis et ceteris terræ fructibus. *Pacuvius* apud *Non.* p. 115. 10. et p. 343. 16. *Merc.* Nec grandiri posse frugum fetum, nec mitescere. *Cic. Œcon.* apud *Gell.* 15. 5. *extr.* et *Colum.* 3. *R. R* 1. 7. Uvæ a sole mitescunt. *Colum.* 7. *ibid.* 9. 6. Cornus, arbutus, prunus, piri diversis temporibus mitescunt. *V.* MITIGO I. 1. et MITIS I. 1. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 15. (51). Mala mustea a celeritate mitescendi. ¶ 2. Latiori sensu est tenerescere, *intenerirsi, ammollirsi. Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 73. (153). Ervum madefactum pluribus diebus, mitescit. *et* 25. 74. (154). Lupini mitescunt cinere, aut aqua calidis. *Ovid.* 15. *Met.* 78. Sunt herbæ dulces, sunt quæ mitescere flamma Mollirique queant.

II.) Translate. ¶ 1. Transfertur ad inanima, præcipue ad vim frigoris; et est asperitatem rigoremque amittere, leniri. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 28. 69. Cœlum mitescere, arbores frondescere. *raddolcirsi l'aria. Liv.* 23. 19. Mitescente jam hieme. *Sil. It.* 15. 505. hieme affecta, mitescere cœperat annus. *Horat.* 4. *Od.* 7. 9. Frigora mitescunt Zephyris. *Ovid. Heroid.* 7. 179. freta mitescunt. *si calmano. Lucan.* 10. 257. Æquoreosque sales longo mitescere tractu. *h. e.* salsum saporem amittere. *raddolcirsi. Plin.* 3. *Hist. nat.* 25. 28. (147). Mitescentia Alpium juga molli in dextra ac læva devexitate considunt. *divenendo più praticabili. Claudian. B. Get.* 273. nec vanis mitescunt flamina votis. *si placano, depongono la furia.* et 2. *Rapt. Pros.* 145. Insolitisque docet galeam mitescere sertis. *h. e.* horrorem deponere. ¶ 2. Item ad animantia bruta, et est mansuescere, *farsi mansueto, addomesticarsi*, τιθασσεύομαι. *Liv.* 33. 45. Ut feræ quædam numquam mitescunt, sic immitis, implacabilis ejus viri animus est. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 45. 62. (128). In mari vituli totque piscium genera mitescunt. *Pallad.* 4. *R. R.* 14. *de asino admissario.* Si morsu furens lædit objectas, aliquatenus labore mitescat. ¶ 3. Transfertur et ad animum. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 39. Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit, Si modo culturæ patientem accommodet aurem. *Virg.* 1. *Æn.* 295. Aspera tum positis mitescent sæcula bellis. *Id.* 10. *Ecl.* 61. Aut deus ille malis hominum mitescere discat. *Ovid.* 14. *Met.* 696. tota referam notissima Cypro Facta, quibus flecti facile et mitescere possis. *Id.* 2. *Pont.* 7. 79. Spes quoque, posse mora mitescere principis iram. *Liv.* 5. 17. *extr.* Mitescere discordiæ intestinæ metu communi cœptæ. *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 322. Mitescere precibus. *Tac.* 2. *Hist.* 67. pace et otio. *et ibid.* 18. Seditio mitescit.

MITHRAX *vel* mitrax, ăcis, m. 3. μίθραξ, gemma a Persis accepta, et rubri maris montibus, multicolor, contra solem varie refulgens. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 63. (173). — Apud *Solin.* 37. et *Isid.* 16. *Orig.* 12. legitur *mithridax*, fortasse corrupte pro *mithrax.*

MITHRIDAX. *V.* voc. præced.

MĪTĪFĪCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

MĪTĪFĪCO, as, āvi, ātum, are, a. i. (mitis *et* facio). Part. *Mītificatus* I. — Mitificare est mitem facere, emollire, lenire, *ammollire, ammansare.*

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Divinat.* 26. 57. In omne corpus diviso et mitificato cibo. *h. e.* concocto, *digerito: sic legit etiam* Orellius; *alii* modificato. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 31. 50. (96). *de marinis locustis.* Auctumno et vere pinguescunt, et pleniluuio magis, quia nocte sidus tepido fulgore mitificat. *Id.* 8. *ibid.* 7. 7. (23). *de elephantis.* Capti celerrime mitificantur hordei succo. *h. e.* mansuescunt, mitescunt.

II.) Translate. *Gell.* 2. 12. *a med.* Majoris auctoritatis viri suos, apud quos sunt, regunt atque mitificant, et adversarios senatos magis cupiunt, quam perditos. *h. e.* placant, flectunt.

MĪTĪFĪCUS, a, um, adject. mitis, lenis, levis, mollis. *Sil.* 12. 474. Mitifica mens. Al. aliter leg., sed nihil mutandum. *Prudent. Hamartig.* 963. mitificos incendia lenta vapores Exhalent, æstuque calor languente tepescat. *Apul. de Mundo extr.* Eumdem ultrix Necessitas semper et ubique comitatur: quam ille faciet mitificam, qui etc.

MĪTĪGĀBĪLĪTER *et*

MĪTĪGANTER, adverb. (mitigo) mitigando, cum mitigatione. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 4. Partes mitigabiliter relaxandæ. *Id.* 5. *Tard.* 1. Partes mitiganter emollire. *Id.* 1. *Acut.* 11. *init.* Rasis partibus cucurbitam apponimus occipiti mitiganter. *et* 4. *Tard.* 3. *n.* 62. Lac multo tempore immoratum, liquida concrassat et ulcera mitiganter amplectitur.

MĪTĪGĀTĪO, ōnis, f. 3. (mitigo) actus mitigandi, delinitio, *mitigazione, mitigamento*, ἡμέρωσις, πραΰνσις. *Cic.* 3. *Orat.* 30. 118. Omnisque ad omnem animi motum et impulsio, et, si ita res feret, mitigatio. *Id.* 4. *Herenn.* 37. 49. Ejusmodi licentia, si nimium videbitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur. *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 17. *n.* 175. Medicamina vero, quæ ob vigiliarum mitigationem dantur, magis accessionis tempore offerenda dicuntur. *Id.* 2. *Tard.* 4. *n.* 83. Sicut alias quoque partes in tumore constitutas non detractione, sed mitigatione curamus; sic etiam dentes curandos accipimus. Etenim si quisquam dentium fuerit exesus, exigit primo mitigationem, tum sui detractionem faciendam. Sic *Theod. Priscian. l.* 2. *p.* 2. *c.* 21. Ea frigida interim adhibeantur, quæ turborem magis in tempore, quam mitigationem præstare possint.

MĪTĪGĀTĪVUS, a, um, *et*

MĪTĪGĀTŌRIUS, a, um, adject. *mitigativo*, πραυντικός, qui habet vim mitigandi. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 6. 17. (63). Contra renium et lumborum vesicæve cruciatus in balinearum solliis pronos urinam reddere, mitigatorium habetur. *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 5. Laxativa et mitigativa curatio. Adde *ibid.* 16. *n.* 161. *et* 2. *Tard.* 4. *n.* 82. Quorum (*medicaminum*) singula, tamquam recorporativa, non mitigativa, in lenimento adhibere probamus. *et* 5. *ibid.* 2. *n.* 37. Cataplasma mitigativum.

MĪTĪGĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

MĪTĪGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (mitis *et* ago). Part. *Mītigatus* I. 2. et II.; *Mītigandus* I. 1. *c.* — Mitigare est mitem, h. e. mollem ac teneram reddere, mollire, μαλακύνω (It. *ammollire, intenerire*; Fr. *rendre doux, tendre, amollir*; Hisp. *ablandar, enternecer y poner blando le que está duro*; Germ. *milde, gelinde, sanft, weich, mürbe machen*; Angl. *to make soft or tender, soften*).

I.) Proprie. ¶ 1. Strictiori sensu — *a*) Dicitur de frugibus, et de fetibus arborum, qui in maturitate tenerescunt, et edules fiunt. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 343. 21. *Merc.* (4. *de republ.* 1.) Quum fruges æstiva maturitate alias mitigaverit, alias torruerit. — *b*) Significat etiam plus aliquid, quam *maturare*, nempe qualitatem illam inducere, quam habent poma et fruges inter maturitatem et putredinem. *Auson. Edyll.* 8. 17. Discolor arboreos variet Pomona sapores: Mitiget auctumnus, quod maturaverit æstas. Huc pertinet illud *Varron.* 1. *R. R.* 68. *extr.* Sorbum prius domi maturitatem assequi vult, quam nequit in arbore, quam mitescat. — *c*) Adhibetur etiam ubi de cibis sermo est, et significat coquere, *cuocere. Cic.* 2. *Nat. D.* 60. 151. Arborum consectione, igni adhibito, ad mitigandum cibum utimur. — *d*) Facete *Turpilius* apud *Non. loc. cit.* Misero mihi mitigabat sandalio caput. *h. e.* frangebat, atque adeo tenerum reddebat. Hoc modo et *Ter.* locutus est *Eun.* 5. 8. 4. Hinc *mitis* dicitur ab *eod. Adelph.* 2. 4. 12. et *Plauto Mil. glor. a.* 5. *v.* 31. qui verberibus et colaphis contusus est, quasi inde duritiam exuerit, et tener ac mansuetus factus siet. Sic *mollis fustibus* apud *eumd. Aulul.* 3. 2. 8. — *e*) Singulare est illud *Martial.* 9. 44. Hic, qui dura sedens porrecto saxa leone Mitigat. *h. e.* sessui molliora reddit, leonis pellem sternendo. ¶ 2. Universim est asperitatem, feritatem, acrimoniam, vim rebus demere, lenire, sedare, levare, temperare, *mitigare, raddolcire, disacerbare. Cic.* 2. *Nat. D.* 52. 130. Indus (*fluvius*) non aqua solum agros lætificat et mitigat, sed eos etiam conserit. *h. e.* fertiles reddit. Sic *Horat.* 2. *Ep.* 2. 186. mitigare silvestrem agrum ferro et flammis. *ridurre a coltura. Plin.* 15. *Hist. nat.* 13. 13. (45). *de persicis.* Falsum est venenata in Persis gigni, et translata in Ægyptum, terra mitigata. *Id.* 17. *ibid.* 10. 12. (66). Mitigare silvestres arbores. *domesticare. et* 16. *ibid.* 12. 23. (61). Arbor feritatis paullum mitigatæ satu. — Similiter *Id.* 14. *ibid.* 22. 29. (149). vina diluendo. *et* 23. *ibid. procem.* 4. (7). omphacii vim melle. *et* 18. *ibid.* 16. 40. (141). amaritudinem frugum. *Id.* 20. *ibid.* 15. 58. (164). sugillata et oculorum epiphoras. *et ibid.* 22. 92. (250). cervicum duritias. *et ibid.* 23. 96. (256). tormina. *Quintil.* 2. 17. 9. febrem quiete et abstinentia. *Plin.* 1. *Ep.* 12. *a med.* morbum temperantia. *Curt.* 9. 10. Mitigata hiems. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 6. 19. (37). Mitigare pilos. *h. e.* extenuare, *rarefare.* — Sic de brutis animantibus. *Curt.* 8. 14. Aures (*elephantorum*) olim ad notum sonum (*tympanorum*) mitigatæ. (Sic *Quintil.* 12. 1. 14. Mitigare aures. *h. e.* aversas ab audiendo lenire). *Seneca* 1. *Benef.* 3. Nullum tam immansuetum animal est, quod non cura mitiget. Similiter *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 102. (167). Mitigare feritatem animalium. *Id.* 10. *ibid.* 63. 83. (182). rabiem suum. *et* 8. *ibid.* 40. 61. (146). impetus et sævitiam canum. *et ibid.* 16. 19. (48). Leonum impetus alloquio mitigatus.

II.) Translate sæpe refertur ad affectus, mores, animum, pro minuere, lenire, placare, flectere. *Cic.* 3. *Orat.* 4. 14. Summi labores nostri, magna compensati gloria, mitigantur. *Tac.* 14. *Ann.* 24. Penuria aquæ, fervida æstas, longinqua itinera, sola ducis patientia mitigabantur. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 7. Mitigare acerbam severitatem condimentis humanitatis. *Id.* 2. *Orat.* 75. 304. invidiam extenuando. *Id.* 3. *Att.* 15. Ceteri dolores mitigantur vetustate. *Ovid.* 4. *Trist.* 6. 15. tempus paullatim mitigat iras. *Cic.* 2. *Orat.* 58. 236. Risus tristitiam ac severitatem mitigat et relaxat. *Justin.* 18. 4. 9. Dissimulato odio mitigatoque interim vultu. *rasserenato. Quintil.* 12. 2. 28. Mitigare metus. *Colum.* 1. *R. R. præfat.* 1. querimonias.

Plin. 3. *Ep.* 9. *a med.* Senatui licet et mitigare leges et intendere. *moderare, spiegare benignamente.* et 8. *ibid.* 4. Nihil est, quod non arte curaque, si non potest vinci, mitigetur. *γνώμη. Tac.* 14. *Ann.* 12. Mitigare spiritus alicujus. *Liv.* 38. 48. *a med.* Gallorum animos, si possent mitigari a feritate insita, tentavi. *Cic.* 2. *Legg.* 14. 36. Ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus. *Flor.* 1. 8. Quid Numa religiosius? ita res poposcit, ut ferox populus deorum metu mitigaretur. *Id.* 3. 3. *a med.* In Venetia, quo fere tractu Italia mollissima est, ipsa soli cælique clementia (*Cimbrorum*) robur elanguit. Ad hoc panis usu carnisque coctæ et dulcedine vini mitigatos, Marius in tempore aggressus est. *Cic. Mur.* 31. 65. Te ipsum animi quodam impetu concitatum, et vi naturæ atque ingenii elatum, et recentibus præceptorum studiis flagrantemjam usus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. *Tac.* 6. *Ann.* 38. Non enim Tiberium, quæ ceteros mollire solent, tempus, preces, satias mitigabant, quin puniret etc. *Id.* 1. *Hist.* 63. Precibus ducis mitigati, ab excidio civitatis temperavere. *Id. ibid.* 66. Mitigare aliquem pecunia. *piegare a forza d'oro. Cic.* 6. *Fam.* 1. Magna signa dedit animi erga te mitigati. *Id.* 1. *ibid.* 9. *extr.* Ut quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. *Justin.* 31. 4. 4. Romani ad Antiochum legatos misere, qui, sub specie legationis, et regis apparatum specularentur, et Hannibalem aut Romanis mitigarent, aut assiduo colloquio suspectum invisumque regi redderent. *Id.* 9. 7. 6. Vixque revocanti mitigatus est patri, precibusque cognatorum ægre redire compulsus. — Neutrorum more occurrit, si sana est lectio, apud *Veget.* 2. *Veterin.* 24. 4. *Schneid.* Si ex hac ratione non mitigaverit, clysterizabis eum calida etc. *Aliquot Codd. habent* refrigeraverit.

MĪTĪLO, as, are, n. 1. verbum exprimens vocem acredulæ. *Auct. carm. Philom.* 16. componit acredula cantus, Matutinali tempore tunc mitilans. *ubi in quodam codice est* trutilans, *in al.* truculans.

MĪTIS, e, adject. In Genit. plur. num. habet *ium. Plin.* 1. *Ep.* 4. Mitium dominorum apud servos ipsa consuetudine metus exolescit. *γνώμη.* — Comp. *Mitior* I. 23. et II. 1.; Sup. *Mitissimus* II. 1. — Mitis est tener, mollis, maturus: et dicitur de frugibus, et pomis, et hujusmodi, *μαλακός, πεπτός* (It. *tenero, maturo*; Fr. *moux, tendre, mûr, doux*; Hisp. *tierno, blando, maduro, dulce*; Germ. *mild, gelind, sanft*; Angl. *soft, tender, ripe, mellow, mature*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de frugibus et pomis et hujusmodi. *Virg.* 1. *Ecl.* 81. sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles etc. *Id.* 1. *G.* 448. male tum mites defendit pampinus uvas. *et* 2. *ibid.* 522. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. *Petron. Satyr.* 135. Mitia sorba. *Curt.* 7. 4. *a med.* Multa arbor et vitis largos mitesque fructus alit. ¶ 2. Latiori sensu est lenis. *Virg.* 1. *G.* 344. Cui tu lacte favos et miti dilue Baccho. *Ovid.* 14. *Met.* 690. hortus alit cum succis mitibus herbas. ¶ 3. Item qui maturandis fructibus favet. *Horat.* 1. *Od.* 18. 2. Circa mite solum Tiburis vitem serere. *h. e.* ubi boni fructus maturique et lenes proveniunt. *Curt.* 7. 4. *a med.* Solum pingue crebri fontes rigant. Quæ mitiora sunt, frumento conseruntur: cetera armentorum pabulo cedunt. Adde *Stat.* 1. *Silv.* 1. 102. et 3. *ibid.* 5. 79. — Huc referri potest et illud *Plin.* 14. *Hist. nat.* 21. 27. (133). Mitiores plagæ doliis (*vina*) condunt infodiuntque terræ. *là dove la temperatura è più mite.* ¶ 4. Item tranquillus, placidus. *Seneca Thyest.* 589. Mitius stagno pelagus recumbit. *Virg.* 8. *Æn.* 88. Mitis fluvius in morem stagni. *h. e.* leni cursu fluens. Adde *Lucan.* 1. 403.; et *Sil. It.* 4. 85. et 17. 642. ¶ 5. Item innocuus, innoxius. *Sil. It.* 16. 120. coruscum Vertice fulsit apex, crispamque involvere visa est Mitis flamma comam. Cf. *Virg.* 2. *Æn.* 683. tactuque innoxia molles Lambere flamma comas.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpissime refertur ad animum, *mite, trattabile, clemente, piacevole, mansueto, umano, πρᾶος*; et occurrit — *a*) Cum suo nomine tantum. *Cic.* 5. *Att.* 1. Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quam tum meus frater erat in sororem tuam. *Vellej.* 2. 117. 2. Vir ingenio mitis, moribus quietus. *Plaut. Truc.* 4. 3. 2. Mitis tranquillusque homo. *Cic.* 4. *Cat.* 5. 10. Homo mitissimus atque lenissimus. *Id.* 1. *Invent.* 2. 2. Mites animi et mansueti. *et ibid.* 55. 106. Animus mitis et misericors. *Val. Flacc.* 2. 647. cultu mitia corda. *Quintil.* 6. 2. 9. et 10. 1. 71. Affectus vel concitati, vel mitiores. *Auct. B. Alex.* 70. Mitibus verbis monere aliquem. *Tibull.* 1. 9. 2. miti lenia verba sono. *Ovid.* 1. *Trist.* 5. 5. Qui mihi consilium vivendi mite dedisti. *Cic. Mur.* 29. 60. Doctrina non moderata, nec mitis, sed paullo asperior et durior. — *Mites opes* sunt pace longa partæ. *Sil. It.* 14. 653. Hic mites Hieronis opes. — *b*) Cum Dativo. *Ovid.* 2. *Pont.* 1. 48. Quum videam mites hostibus esse deos. *Tac. Agric.* 16. Turpilianus delictis hostium novus, eoque pœnitentiæ mitior. *h. e.* erga pœnitentiam, seu facilior erga pœnitentes. — *c*) Cum Accus. Græco more. *Horat.* 3. *Od.* 10. 17. nec rigida mollior æsculo, Nec Mauris animum mitior anguibus. *Al. leg.* animo. ¶ 2. Speciatim est etiam levis, lenis, *mite, leggiero. Cic.* 2. *Tusc.* 22. 53. Hæc cogitatio dolorem mitiorem facit. *Lucilius* apud *Non.* p. 343. 9. *Merc.* mite malum, blandum atque dolosum. *Ovid.* 2. *Trist.* 185. Mitius exilium. *Propert.* 2. 16. 20. Mite servitium. *Quintil.* 6. 4. 16. Mitiorem pœnam irrogare. ¶ 3. Item speciatim refertur et ad orationem, quæ veluti matura est, lenis, suavis. *Cic. Brut.* 83. 288. Thucydides si posterius fuisset, multo maturior fuisset et mitior. *Id. Senect.* 9. 28. Facit persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta et mitis oratio. *h. e.* quieta, remissa, lenis, et sine vi et clamore. ¶ 4. *Mitis* urbane a Comicis dicitur, qui verberibus contusus est. *V.* in MITIGO sub I. 1. *d.*

MĪTĬUSCŬLUS, a, um, adject. *alquanto mite*, deminut. mitioris. *Cœl. Aurel. Acut. præf.* Febres parvæ et mitiusculæ.

MĪTRA, æ, f. 1. *μίτρα.* ¶ 1. Mitra, *μίτρα, ἀναδέσμη* (It. *sorta di berretta, turbante, mitra*; Fr. *mitre, coiffure avec des mentonnières*; Hisp. *mitra*; Germ. *d. Mitra*; Angl. *a mitre, turban*) est — *a*) Tegumentum capitis Lydorum, Phrygiorum, Syrorum, Arabum, Persarumque, et Ægyptiorum, Græcorum etiam, fascia longa constans obvoluta (nam *μίτρα* Græce fasciam significat.) Aliis est pileolus in angustum desinens, et in anteriorem partem incurvus, fascia circumdatus, et redimiculis instructus, quibus a mento religaretur. Commune fuit apud hos populos viris feminisque. *Claudian.* 1. *in I. cons. Stilich.* 156. Hic mitra velatus Arabs. — *b*) Apud Romanos barbararum mulierum gestamen erat, præsertim meretricum: item virorum effeminatorum atque externum cultum affectantium. *Cic. Har. resp.* 21. 44. P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, a strophio est factus repente popularis. *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 185. *de Bellona Targibili uxorem mentita.* Inque orbem tereti mitra redimente capillum Struxerat. *Seneca Herc. Œt.* 374. *de Hercule.* Nempe illa cervix spolia deposuit feræ, Crinemque mitra pressit, et famulus stetit Hirtam Sabæa marcidus myrrha comam. *Virg.* 4. *Æn.* 215. Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu Mæonia mentum mitra crinemque madentem Subnixus, etc. Ubi *Servius*: hoc est pileo incurvo, de quo pendebat etiam buccarum tegimen. *Id.* 9. *ibid.* 616. juvat indulgere choreis: Et tunicæ manicas, et habent redimicula mitræ. O vere Phrygiæ, neque enim Phryges. *Stat.* 9. *Theb.* 795. haud unquam deformes vertice mitras Induimus. *Martial.* 2. 36. Nec tibi mitrarum, nec sit tibi barba reorum: Nolo virum nimium, Pannice, nolo parum. *Lucret.* 4. 1122. Et bene parta patrum fiunt anademata mitræ. *h. e.* avita patrimonia profunduntur in sumptus deliciarum. *Lachmannus* recte sejungit *anademata, mitræ* (quemadmodum et in *Aristoph. Temosphor. sec.* 6. 2. *Bergk. μίτρας, ἀναδήματα*) ex *Paul. Dig.* 26. 34. 2. Sic uti mitræ et anademata. *Prudent. Psychom.* 358. Ut mitra cæsariem cohibens aurata virilem Combibat infusum croceo religamine nardum. — *c*) De feminis, et præsertim meretricibus. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 9. 35. (58). Polygnotus primus mulieres tralucida veste pinxit, capita earum mitris versicoloribus operuit. *Juvenal.* 3. 66. Ite, quibus grata est picta lupa barbara mitra. *Servius* ad *cit.* 4. *Æn.* Quibus effeminatio crimini dabatur, etiam mitra eis adscribebatur, multa enim lectio mitras proprie meretricum esse docet. — *Scalig.* in *Copam Virg.* observat, fuisse propriam vetularum: unde colligit anum fuisse copam illam, quæ dicitur *caput Graja redimita mitella.* Sic *Ovid.* 4. *Fast.* 517. simulatat anum, mitraque capillos Presserat. *et* 3. *ibid.* 669. Illa levi mitra canos redimita capillos, Fingebat tremula rustica liba manu. *Id.* 14. *Met.* 654. Ille etiam picta redimitus tempora mitra, Innitens baculo, positis ad tempora canis, Adsimulavit anum. *Propert.* quoque in supellectili anus lenæ, 4. 5. 70. et immundo pallida mitra situ. — *d*) Est etiam gestamen proprium Bacchi, deorum delicatissimi. *Propert.* 4. 2. 31. Cinge caput mitra; speciem furabor Iacchi: Furabor Phœbi, si modo plectra dabis. Adde *Senec. Hippol.* 756. et *Œdip.* 413.; *Val. Flacc.* 2. 271.; et *Stat.* 1. *Achill.* 617. et 2. *ibid.* 41. ¶ 2. Item funis, quo navis media vincitur, ut ait *Isid.* 19. *Orig.* 4. *Tertull. carm. de Jona et Ninive* 42. Nauticus interea geminus clamor omnia tentat Pro rate, proque anima, spiras mandare morantes, Oblaqueare mitram, clavorum stringere nisus. Alii perperam scribunt *mithram*, ut sit a *Mithras, æ*, quam vocem *V.* suo loco.

MĪTRĀTUS, a, um, adject. mitra tectus, ornatus. *Propert.* 4. 7. 42. Mitratisque sonant Lydia plectra choris. *V.* vocem præced. 1. *b. Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (162). Arabes mitrati degunt, aut intonso crine.

MĪTRŬLA, æ, f. 1. parva mitra, deminut. *Solin.* 27. *a med.* Basiliscus est serpens alba mitrula lineatus. Cf. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 21. 33. (78). Basiliscus candidâ in capite maculâ ut quodam diademate insignis.

MITTENDĀRĬUS, ĭi, m. 2. publicus minister palatinus, qui ad exactionem tributorum urgendam in provincias sæpius mittebatur. *Imppp. Gratian., Valentin. et Theodos. Cod. Theod.* 6. 30. 2. Idoneos itaque singulis annis e numero mittendariorum ad hoc eligere debebis, et mittere. Adde *eosd. ibid.* 8. *et* 9.; et *Cassiod.* 4. *Variar.* 47.

MITTIX. *V.* MISCIX.

MITTO, mīsi, missum, mittere, a. 3. *Misti* pro *misisti* syncope est apud *Catull.* 14. 14. — *Mittier* paragoge est pro *mitti* apud *Plaut. Capt.* 2. 3. 78. — Part. *Mittens* sub *A.* 1. *a.*; *Missus* sub *A.* 1. *a. b.*, *C.* 1., *D.* 1. 2., *E.* 1. et 3.; *Missurus* sub *C.* 1. 3. et *E.* 2.; *Mittendus* sub *A.* 1. *a.* — Mitto (quod ratione habita etymi conjungi potest cum Gr. *μετά, μετεῖναι*, et cum Lat. *meo*) est idem ac facio vel jubeo, aut permitto, ut quis vel quid eat vel currat aliquo: hinc

A) Mittere ¶ 1. Generatim est allegare quempiam ad aliquem, item rem ad alium perferendam curare, ire jubere, *πέμπω, στέλλω* (It. *mandare, inviare*; Fr. *envoyer, faire aller*; Hisp. *enviar, mandar*; Germ. *schicken, abschicken, fortschicken, senden, absenden*; Angl. *to send, despatch, depute*). Occurrit — *a*) Cum additis terminis a quo, et ad quem, quis aut quid mittitur. *Ter. Heaut.* 4. 4. 14. Quo mittis istanc, quæso? Jube maneat. *Id. ibid.* 1. 2. 17. Nunc servulum ad eam in urbem misit. *Cic.* 3. *Verr.* 26. 65. Filium suum foras ad propinquum suum quemdam mittit ad cœnam. *Cæs.* 1. *B. G.* 27. Legatos de deditione ad eum miserunt. (Paullo aliter *Flor.* 3. 7. 5. Adeoque sæve in captivos consulebatur, ut veneno se plerique conficerent, alii deditionem suam ad Pompejum absentem mitterent.). *Stat.* 2. *Theb.* 115. Ipse deûm genitor tibi me miseratus ab alto Mittit. *Ovid.* 9. *Met.* 19. gener externis hospes tibi missus ab oris. *Val. Flacc.* 1. 360. Hinc quoque missus adest, quamvis arcentibus Idmon Alitibus. *Cæs.* 5. *B. G.* 10. Milites in expeditionem mittere. *Virg.* 3. *Æn.* 595. patriis ad Trojam missus in armis. *et* 12. *ibid.* 516. fratres Lycia missos et Apollinis arvis. *Ovid.* 2. *Fast.* 236. *de Fabiis.* Ad bellum missos perdidit una dies. *Virg.* 2. *G.* 385. Ausonii, Trojâ gens missa, coloni. — Hinc *missus ad juventutem legendam* vel *ad dilectum* est dilectator. *Inscript.* apud *Henzen.* 5478. M. CLAVDIO Ti. F. *Quirina* FRONTONI COS.— AB IMPERATORE ANTONINO AVG. ET A DIVO VERO AVG. CORONA MVRALI (DONATO) — MISSO AD IVVEN-

TVTEM PER ITALIAM LEGENDAM etc. Sic *Inscript.* apud *eumd.* 7420. A. T. CAESERNIO... F. PALAT. STATIO QVINTIO STATIANO MEMMIO MACRINO COS. – MISSO AD DILECTUM IVNIORVM A DIVO HADRIANO IN REGIONEM TRANSPADANAM etc. — *Cic.* 8. *Att.* 12. *extr.* Librum, quem ad te misit de concordia, velim mihi mittas. *et* 7. *ibid.* 22. *in fin.* Cæsaris litterarum exemplum tibi misi. Sic *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 16. Particulam litterarum tuarum, quas misisti Octavio, legi missam ab Attico mihi. Rursus *Cic.* 6. *Att.* 5. Velim obvias mihi litteras de omnibus rebus crebro mittas. *Nepos Att.* 20. Numquam ad suorum quemquam litteras misit, quin Attico mitteret, quid ageret. *che non iscrivesse per sapere del suo stato.* Hinc absolute *mittere* est *epistolam mittere* apud *Ovid. Heroid.* 14. 1. Mittit Hypermnestre de tot modo millibus uni. *Cæs.* 2. *B. G.* 6. *extr.* Subsidium alicui mittere. *Id.* 1. *ibid.* 18. *extr.* Equitatum auxilio Cæsari Ædui miserant. *Auct. B. Alex.* 21. Suis laborantibus subsidio scaphas mittens. *Cæs.* 1. *B. C.* 61. Ne per pontem equitatus esset mittendus. *Ovid.* 5. *Fast.* 251. Oleniis mihi missus ab arvis. Flos. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 39. (130). Laurus missa e cælo. (Ceterum *cœlo missus. V.* CÆLUM. Pro demittere absolute dixit *Phædr.* 5. 7. Aulæo misso, devolutis tonitribus. *calato. Cic.* 2. *Nat. D.* 40. 103. Luna eam lucem, quam a sole accepit, mittit in terras. *Val. Flacc.* 5. 262. reddi jubet evitiale sacerdos Vellus, et Hæmoniis infaustum mittere terris. *Ovid.* 8. *Met.* 545. Mittere aliquem per aera. — Similiter *Ovid.* 2. *Trist.* 189. Solus ad egressus missus septemplicis Istri. *et* 4. *ibid.* 9. 9. extremum missus in orbem. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 13. 28. Præterea ad Trojam quum misi (*filios*) ob defendendam Græciam, Scibam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere. *Virg.* 9. *Æn.* 483. sub tanta pericula missus. *Ovid.* 11. *Met.* 670. Mittere aliquem sub Tartara. *mandare all'altro mondo.* Sic *Id.* 5. *Fast.* 385. aliquem leto. *et Plaut. Capt.* 3. 5. 34. morti. *et Cic.* 1. *Tusc.* 41. 97. ad mortem. *Stat.* 6. *Theb.* 821. corpus sepulcro. *Cic. Quinct.* 26. 83. in possessionem. *mandare al possesso.* et 3. *Off.* 30. 109. sub jugum. *V.* JUGUM. *Virg.* 4. *Æn.* 231. totum sub leges mitteret orbem. — *b*) Cum Supino, vel Gerundio. *Ter. Andr.* 3. 2. 34. Missa est ancilla obstetricem arcessitum. *Cæs.* 1. *B. C.* 40. His pontibus pabulatum mittebat. *Virg.* 2. *Æn.* 114. Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi Mittimus. *Nepos Themist.* 2. Miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. *Sall. fragm.* apud *Arusian. p.* 256. *Lindemann.* Neque virgines nuptum a parentibus mittebantur, sed ipsæ belli promptissimos delegebant. *h. e.* a parentibus tradebantur et ad maritum deducebantur, sed sua sponte viros sumebant. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 18. Mula missa pastum. *Ter. Hecyr.* 3. 2. 7. Non vi-as, ne mittas quidem visendi causa quemquam. *Ovid.* 6. *Met.* 41. vel me visendæ mitte sorori, Vel soror huc veniat. — *c*) Cum part. *ut*, vel Relativo *qui, quæ*, et Conjunctivo. *Ter. Phorm.* 5. 6. 42. Missus sum, te ut requirerem atque adducerem. *Cæs.* 4. *B. G.* 16. Ad quos quum Cæsar nuncios misisset, qui postularent etc. *Cic.* 1. *Phil.* 5. 12. Quum de via languerem, misi, pro amicitia, qui hoc diceret. *Id.* 1. *Att.* 3. Misimus, qui pro vectura solveret. *Justin.* 8. 3. 7. Ad abolendam invidiæ famam per regna mittit et opulentissimas civitates, qui opinionem sererent, regem Philippum etc. — *d*) Cum Infinito. *Plaut. Cas.* 3. 5. 48. Ego huc missa sum ludere. *Id. Curc.* 1. 3. 50. Parasitum misi Cariam petere argentum. *Ter. Eun.* 3. 3. 22. Misit porro orare, ut venirem serio. *mandò a pregarmi. Propert.* 2. 13. 17. Semper in Oceanum mittit me quærere gemmas. Adde *Cœl. Antipatr.* apud *Charis.* 2. *p.* 183. *Putsch.*; *Ovid. Heroid.* 1. 37.; et *Stat.* 1. *Achill.* 210. ubi alii aliter leg. — *e*) *Missum facere aliquem* pro mittere singularis est constructio in illo *Pompeji* ad *Domit.* 1. *post ep.* 2. *l.* 8. *ad Att.* Æquum est, me a te impetrare, ut cohortes, quæ ex Piceno venerunt, quæ fortunas suas reliquerunt, ad me missum facias. — *d*) Nec minus singularis est altera, et maxime ad illud Italorum accedens, *il messo,* apud *Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 54. Quamvis Mazucus (*lege* Mazæus) missus Darii interturbaret. ¶ 2. Speciatim mittere aliquid est donare, *mandare in dono*: qua significatione occurrit — *a*) Cum addito *muneri* vel *munere*, ut apud *Nepot. Pausan.* 2. Quos Bysantii ceperat, tibi muneri misit. Sic *Catull.* 12. 14. Nam sudaria Sætaba ex Hibereis Miserunt mihi muneri Fabullus Et Verannius. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 19. (74). Missus munere smaragdus. Unus *Cod. Bamberg.* exhibet *muneri,* quam lectionem *Sillig.* in textum recepit. — *b*) Absolute. *Ter. Eun.* 3. 2. 27. Atque hæc qui misit, non sibi soli postulat te vivere. *Virg.* 9. *Ecl.* 6. Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hædos. *Martial.* 10. 14. Quando brevis gelidæ missa est toga tempore brumæ? *et ibid.* Selibra argenti missa. *mandata in dono.* ¶ 3. Item speciatim, eleganter *mittere* dicuntur *aliquid* populi, regiones etc., unde commercio petuntur ea, quibus nos indigemus, ipsi abundant. *Virg.* 1. *G.* 57. India mittit ebur, molles sua tura Sabæi: At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus Castorea, Eliadum palmas Epirus equorum. *Ovid. Medic. fac.* 53. Hordea, quæ Libyci ratibus misere coloni. *Id.* 1. *Amor.* 12. 10. cera, quam Corsica mittit apis. *Id.* 2. *Met.* 366. Padus electra mittit nuribus gestanda Latinis. Adde *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 59. (163). et 10. *ibid.* 47. 66. (131). et alibi. ¶ 4. Item, prægnante, uti ajunt, significatione, est etiam mandare, jubere, sive per litteras, sive per nuncium; et occurrit — *a*) Cum part. *ut. Cic.* 16. *Fam.* 9. *a med.* Curio misi, ut medico honos haberetur. *Id.* 11. *ibid.* 16. Mitte ad lupum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat. — *b*) Absolute. *Cic.* 13. *Att.* 10. Hodie Spintherem exspecto: misit enim Brutus ad me. ¶ 5. Hinc est etiam renunciare, significare. — *a*) Cum Accusativo rei. *Cic.* 1. *Fam.* 8. Tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum compositiones, ut vadimonia dilata, ut Chresti compilationem mitteres? *mi mandassi la relazione, mi scrivessi* etc. *Ovid.* 5. *Trist.* 13. 1. Mittere salutem alicui. *mandare un saluto. Propert.* 4. 3. 1. mandata alicui. — *b*) Cum Infinito. *Cic.* 15. *Fam.* 4. Dejotarus legatos ad me misit, se cum omnibus copiis esse venturum. *subaudi* qui dicerent. *Id.* 2. *Att.* 2. Nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in contione, se judicem, qui non adfuerit, compellaturum. Sic *Justin.* 5. 3. 7. Statim igitur Athenas mittit, ex continenti se cum exercitu venturum. - Hac denunciatione optimates territi etc. ¶ 6. *Mittere in suffragium* pertinet ad comitia. *V.* SUFFRAGIUM I. 1.

B) Mittere est etiam deponere, abjicere, arcere, *deporre, mandar via.* ¶ 1. Generatim. *Virg.* 1. *Æn.* 206. revocate animos mœstumque timorem Mittite. *et* 6. *ibid.* 85. mitte hanc de pectore curam. Sic *Horat.* 3. *Od.* 8. 17. Mitte civiles super urbe curas. *Id.* 1. *Ep.* 5. 9. Mitte leves spes et certamina divitiarum. *Liv.* 40. 46. *ad fin.* Mittere vere ac finire odium. — Hinc *missum facere* est omittere, deserere, curam alicujus rei deponere, *tralasciare, abbandonare, lasciare da parte. Ter. Hecyr.* 5. 2. 14. Missam iram facere. *et* 3. 3. 48. Consilio missum facere amorem. *Cic. Sext.* 66. 138. Si qui voluptatibus ducuntur, missos faciant honores, ne attingant rem publicam. ¶ 2. Speciatim, in oratione præcipue est omittere, prætermittere, desinere, *omettere, lasciare da parte, tralasciare*: et occurrit — *a*) Cum Accusativo rei. *Ter. Adelph.* 5. 3. 9. Mitto maledicta omnia. *et ibid.* 52. Mitte jam istæc: da te hodie mihi. *Cic. Mur.* 15. 33. Mitto prælia, prætereo oppugnationes oppidorum etc. *Liv.* 34. 39. Quin mittimus ambages? — Eadem significatione eademque ratione *missum facere* usurpatur. *Cic.* 5. *Verr.* 44. 104. Horum agrorum ego missos faciam quæstus triennii: unum annum eligam, quo etc. *Id. Rosc. Am.* 45. 132. Verum, ut hæc missa faciam, quæ jam facta sunt etc. — *b*) Cum Infinito. *Ter. Andr.* 5. 3. 2. Mitte male loqui. *Ovid.* 3. *Met.* 614. pro nobis mitte precari. *Horat.* 1. *Od.* 38. 3. Mitte sectari, rosa quo locorum Sera moretur. — *c*) Sequente *quod. Cic.* 15. *Fam.* 4. *a med.* Mitto, quod invidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates subire paratissimus fueris. — *d*) Cum Ablat. et præpos. *de*, omisso Infinito per ellipsin. *Cic.* 4. *Verr.* 74. 183. Mitto de melle: sed tantum ne Melitensium? *subaudi* quærere. *Id. Pis.* 20. 47. Mitto de amissa maxima parte exercitus. *subaudi* dicere.

C) Mittere est dimittere, sinere abire, *lasciar andare.* ¶ 1. Generatim. *Varro* 5. *L. L.* 153. *Müll.* In circo primo unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres, Nævius oppidum appellat. Carceres dicti, quod coercentur equi, ne inde exeant ante, quam magistratus misit. *Müllerus*: magistratus signum misit. *Ovid.* 3. *Amor.* 2. 66. Quadrijuges æquo carcere misit equos. *et* 5. *Trist.* 12. 26. Carceribus missi equi. *et* 3. *Amor.* 2. 9. equi de carcere missi. *Plaut. Pœn. prol.* 100. Neque duxit unquam, neque ille voluit mittere. *Id. Truc.* 4. 2. 43. Mittin' me intro? *mi lasci tu entrare? Ter. Adelph.* 5. 2. 5. Mitte me. *Horat. Art. P. in fin.* Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo. — Eodem sensu *missum facere aliquem* usurpatur. *Ter. Andr.* 5. 1. 14. Illam hinc civem esse ajunt: puer est natus: nos missos face. *Nepos Eumen.* 11. Ut sic deuteretur victo, quin aut interfici, aut missum fieri juberet. *Cæs.* ad *Opp.* post *ep.* 8. *l.* 9. *ad Att.* Cn. Magium Pompeji præfectum deprehendi, scilicet meo instituto usus sum, et eum statim missum feci. ¶ 2. Speciatim locum habet præcipue in publicis officiis pro demittere, *licenziare.* — *a*) Universim. *Cic.* 9. *Att.* 1. Remotis, sive omnino missis lictoribus. *licenziati. Virg.* 5. *Æn.* 286. et 545. misso certamine. Cf. infra sub *c.*; et *V.* MISSA, æ, loco suo. — *b*) De militibus: *V.* MISSIO. *Inscript.* apud *Don. cl.* 6. *n.* 69. L. CORNELIO FIRMIANO VETERANO MISSO HONESTA MISSIONE etc. — Eodem sensu *missum facere militem* dixit *Auct. B. Afr.* 54. *sub fin.* Indignos vos esse arbitror, qui in meo exercitu ordines ducatis, missosque facio, et, quantum potest, abesse ex Africa jubeo. — *c*) *Missus* est etiam gladiator, qui missionem obtinuit: *V.* MISSIO. *Inscript.* apud *Gruter.* 334. 4. FLAMMA SECVTOR PVGNAT XXXIIII. VICIT XXI. STANS VIIII. MISSVS IIII. *h. e.* ex pugnis XXXIIII. vicit XXI., stetit victoriæ anceps novies, superatus, sed tamen dimissus quater. Itaque strenuus admodum hic est dicendus, quum, ut ait *Cic.* 11. *Phil.* 5. 11. serta palma in gladiatore difficilis sit. — *d*) *Missam facere uxorem* pro repudiare dixit *Sueton. Cal.* 25. Lolliam Paullinam perductam a marito conjunxit sibi, brevique missam fecit. ¶ 3. Item speciatim *mittere in consilium* est dimittere judices ad sententiam dicendam, ubi, allegatis omnibus argumentis, orator dixerit, Dixi, ut *Ascon.* docet ad *Cic.* 3. *Verr.* 9. 26. Pertinet autem ad eum, qui quæstioni præest. *Cic. ibid.* Accusabo: respondebis. Testibus editis, ita mittam in consilium, ut etc. *h. e.* ita perorabo. metonymia. Adde *eumd. Cluent.* 30. 83. Urbane *Plin. Paneg.* 67. *a med.* Omnibus annis in consilium de te deos mittis, exigisque, ut sententiam suam mutent, si talis esse desieris, qualis electus es. *Seneca* 4. *Benef.* 11. *extr.* Ubi mors interclusit omnia, et ad ferendam sententiam incorruptum judicem misit etc. ¶ 4. *Ædes mittere sub titulum* apud *Ovid. Remed. am.* 302. est proscribere, *mettere l'appigionasi.* Hinc *Tibull.* 2. 4. 54. Ite sub imperium, sub titulumque, Lares.

D) Mittere est sinere exire, emittere, *lasciare andar fuori, emettere, mandar fuori.* ¶ 1. *Mittere sanguinem* est viam aperire, ut exeat, *cavar sangue,* φλεβοτομεῖν. *Cels.* 2. 10. Sanguinem incisa vena mitti, novum non est. *et ibid.* Mittere sanguinem alicui. *Petron. Satyr.* 91. cuipiam a capite. Cf. *Lucret.* 2. 194. nostro quum missus corpore sanguis Emicat. *V.* et MISSIO. — Translate *Cic.* 6. *Att.* 1. Appius quum ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curarit, sanguinem miserit, quidquid potuit, detraxerit, mihi tradiderit enectam etc. *et* 1. *ibid.* 16. *a med.* Missus est sanguis invidiæ sine dolore. ¶ 2. Universim pro emittere, fundere, *mandar fuori. produrre.* — *a*) De arboribus et similibus. *Colum.* 3. *R. R.* 18. 6. Sarmentum radices e capite, qua recisum est, mittit. *Al.* emittit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 10. (58). Folium quædam ab radice mittunt, quædam a cacumine. *Id.* 24. *ibid.* 9. 38. (60). Vitex album florem mittit cum purpureo. *Id.* 25. *ibid.* 6. 32. (69). Centauris succum sanguineum mittit. — *b*) De anima. *Ennius* apud *Non. p.* 150. 7. *Merc.* Certando prudens animam de corpore mitte. — *c*) De brutorum ani-

malium sono. *Ovid.* 3. *Met.* 38. serpens horrenda sibila misit. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 65. (172). Ranæ vocem mittunt. — *d*) Hinc de hominibus vocem mittere, loqui, *parlare. Lucret.* 3. 944. si vocem verum natura repente Mittat. *Cic. Sext.* 19. 42. Vocem pro me ac pro republica nemo mittit. *non dice una parola.* et *Id. Flacc.* 3. 6. Vox de quæstura nulla missa est. *non s'è fatto motto. Horat. Art. P.* 390. nescit vox missa reverti. *Liv.* 35. 32. Qui vocem liberam mittere adversus regis legatum auderent. *parlare con franchezza.* et *Id.* 30. 12. Si vocem supplicem mittere licet. *Cæs.* 1. *B. C.* 2. Hæc Scipionis oratio ex ipsius ore Pompeji mitti videbatur. — *e*) Similiter *signa mittere* est significare, h. e. externis indiciis animi affectum monstrare. *Cæs.* 1. *B. C.* 71. Omnium esse militum paratissimos animos: Afranianos contra multis rebus sui timoris signa misisse; quod suis non subvenissent, quod etc. Cf. *Virg.* 1. *G.* 229. Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes. et *Lucret.* 1. 881. Conveniebat enim fruges quoque sæpe, minaci Robore quum saxi franguntur, mittere signum Sanguinis.

E) Mittere est etiam jaculari, jacere, *gettare, lanciare, scagliare*; unde *missilia.* ¶ 1. Universim. *Ovid.* 11. *Met.* 8. hastam Vatis Apollinei vocalia misit in ora. *Virg.* 10. *Æn.* 799. missa manu sonitum dedit hasta per auras. *Ovid.* 2. *Art. am.* 195. Pectora nec missis jubeo præbere sagittis. *Cæs.* 3. *B. C.* 93. Renovato cursu, pila miserunt, celeriterque gladios strinxerunt. *Petron. Satyr.* 90. Mittere lapides in aliquem. *Horat.* 1. *Od.* 12. 59. Mittere fulmina parum castis lucis. Sic *Ovid. Heroid.* 3. 64. missi fulminis igne cremer. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 8. 10. (23). Accipiter missus in sublime. *Ovid.* 3. *Trist.* 8. 2. Misit in ignotam qui rude semen humum. Cf. *eumd.* 5. *Fast.* 360. Accidere in mensas ut rosa missa solet. *h. e.* sparsa. Ceterum *Val. Flacc.* 3. 313. Mittere aliquid igni. *gettare nel fuoco. Petron. Satyr.* 115. *extr.* Mittere oculos longius. *h. e.* longius aspicere. *Auct. B. Hisp.* 15. Hospites de muro præcipites mittere cœperunt. *Catull.* 17. 23. eum volo de tuo ponte mittere pronum. *Ovid.* 3. *Fast.* 583. nec longius abfuit inde, Quam quantum novies mittere funda potest. *Id.* 5. *Fast.* 621. Mittere roboreo ponte simulacra scirpea. *et* 8. *Met.* 250. Præcipitem aliquem ex arce mittere. *et* 11. *ibid.* 340. Quum se Dædalion saxo misisset ab alto. *Id.* 4. *ibid.* 528. Seque super pontem, nullo tardata timore, Mittit. *Id.* 3. *Amor.* 6. 80. Atque ita se in rapidas perdita misit aquas. *Quintil.* 11. 1. 54. Mittere se in medium. *mettersi, cacciarsi.* ¶ 2. Speciatim hac jaciendi notione pertinet ad talorum jactum, *tirare il punto. Augustus* apud *Sueton. Aug.* 71. Talis enim jactatis, ut quisque canem, aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat. *Seneca Apocoloc. sub fin.* Nam quoties missurus erat resonante fritillo etc. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 17. Mittere talos in pyrgum. *Porphyrion* ad *h. l.* Pyrgum, quem nos fritillum dicimus, in quo conjectæ tesseræ agitatæque mittuntur. ¶ 3. Item ponitur pro immittere, injicere, ponere. — *a*) *Mittere se in aliquem* est immittere, aggredi, *scagliarsi contra. Cic. Mil.* 28. 76. Vota enim faceretis, ut in eos se potius mitteret, quam in vestras possessiones. *Al.* immitteret. — *b*) Similiter est immittere, agere. *Horat.* 4. *Od.* 14. 24. Frementem mittere equum medios per ignes. *Lucret.* 5. 1308. Tentarunt (*homines*) etiam tauros in munere belli, Expertique sues sævos sunt mittere in hostes. *Forcellinus* addidit etiam illud *Varron.* 5. *L. L.* 159. *Müll.* Ibi quum jaceret pater occisus, supra eum ut mitteret carpentum mulio, jussit. At rectius leg. *Müllerus*: supra eum carpentum mulio ut inigeret jussit. — *c*) Aliquando est injicere. *Virg.* 2. *G.* 451. torrentem undam levis innatat alnus Missa Pado. *et* 3. *ibid.* 447. aries missus secundo defluit amni. *Pallad.* 12. *R. R.* 7. *a med.* Aliqui in vasculis servant, arena pariter missa. *messavi. Val. Flacc.* 7. 587. Incitat Æsonides dextram, inque ardentia mittit Cornua. *afferra le corna.* Confer *Senecæ* loc. infra cit. sub *e.* — *d*) Translate est conjicere, immiscere, immittere. *Propert.* 3. 7. 3. Quid me scribendi tam vastum mittis in æquor? *Cic. Rabir. Post.* 2. 4. Nec interea locupletare amicos suos destitit, mittere in negotium, dare partes. *Quintil. declam.* 14. 8. et *ibid.* 18. 5. Nos in fabulas sermonesque misisti. *hai fatto dire di noi. Ovid. de nuce* 110. mittere aliquem in arma. *Vopisc. Tacit.* 11. *ad fin.*; et *Lamprid. Alex. Sev.* 48. *ad fin.* Mittere aliquid in litteras. *h. e.* mandare litteris. *Virg.* 12. *Æn.* 190. paribus se legibus ambæ Invictæ gentes æterna in fœdera mittant. — *e*) Valet id, quod nos dicimus, *mettere, porre*, ponere, in his: *Ovid.* 6. *Fast.* 310. Fert missos Vestæ pura patella cibos. *h. e.* positos, appositos, oblatos. *Seneca* 2. *Ira* 2. *extr.* Alexandrum ajunt, Xenophanto canente, manum ad arma misisse. *Pallad.* 3. *R. R.* 25. *ante med.* Pira silvestria mittuntur in vasculo. *et ibid.* 31. Myrti baccas tusas mittis in linteo. *et* 4. *ibid.* 10. *ante med.* Grana matura purgata in palmea fiscella mittis. *et* 11. *ibid.* 14. *a med.* Cinis mittatur in dolio. Adde 8. *ibid.* 14.; quæ omnia (*Forcellinus* ait) ad notionem injiciendi et immittendi jam positam reducuntur.

MĪTŬLUS *vel* mytulus *vel* mytilus, i, m. 2. *dattero di mare*, μύτιλος, et rectius τελλίνη, teste *Athenæo*, qui docet 3. 31. *p.* 85. E: Τὴν τελλίναν ἣν Ῥωμαῖοι μίτυλον ὀνομάζουσι etc. *Mutulus* (versa Græca υ in Latinam u) legitur apud *Caton. R. R.* 158. — Mitulus est piscis e genere concharum, molli testa instructus, sponte naturæ in arenosis nascens, cujus usti cinis causticam vim habet. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 51. 74. (160). et 32. *ibid.* 9. 31. (98). — Vim habet molliendæ alvi, teste *Catone loc. cit.* Hinc *Horat.* 2. *Sat.* 4. 27. si dura morabitur alvus, Mitulus et viles pellent obstantia conchæ. Idem confirmat *Cels.* 2. 29. Alvum movent — ostrea, pelorides, echini, musculi et omnes fere conchulæ, maximeque jus earum. — In cibis est vilioris pretii. *Martial.* 3. 60. Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino: Sugitur inciso mytulus ore mihi.

MĪCRUS *vel* meiūrus, a, um, adject. μειοῦρος et μειοῦρος, ecaudis, qui cauda minor est: ἀπὸ τοῦ μειοῦσθαι τὴν οὐραν, qui veluti cauda mutilus est. Ita vocatur apud Grammaticos versus heroicus, in quo extremo iambus est pro spondeo: a *Diomed.* 3. *p.* 499. *Putsch.* etiam σκάζων vocatur. *Terentian. de metr. p.* 2425. Quem μειοῦρον Achaica gens vocitare solita est. *et mox p.* 2426. Præmisso heroo subjungit namque μειοῦρον. *Serv. Centim. p.* 1824. Meiurum constat ita ut heroicum, sed pyrrichio clauditur, ut est hoc: *Mortem contemnunt laudato vulnere Getæ. V.* ECAUDIS et TELIAMBUS.

MĪUS, a, um, adject. antique pro *meus*; quam vocem *V.*

MIXTĀRĬUS, a, um,

MIXTĬO, ōnis, et similia. *V.* MISTARIUS, MISTIO, etc.

MN

MNA, æ, f. 1. μνᾶ, ᾶς. *V.* MINA.

MNĒMŌNĪCA, ōrum, n. plur. 2. μνημονικά, præcepta, quæ memoriam adjuvant. *Cic.* 3. *Herenn.* 17. 30. Ita qui mnemonica didicerunt, possunt, quæ audierunt, in locis collocare, et ex his memoriter pronunciare. Adde *ibid.* 24. 40. Sed utrobique optimi libri Græce scribunt: Græca enim vox est, a μνήμη *memoria.*

MNĒMŌSŸNON, i, n. 2. μνημόσυνον, monumentum, memoria, pignus memoriæ causa. *Catull.* 12. 13. Verum est mnemosynon mei sodalis. In multis *codicib.* Græcis litteris scriptum legitur. nam Græca vox est.

MNĒSTER, ēris, m. 2. μνηστήρ, procus. Vox Græca. *Hygin. fab.* 126. Quem quum Eumæus ad mnesteras perduxisset, etc. *h. e.* procos Penelopes. *et mox.* Melanthius unus ex mnesteribus. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MO

MŎBĬLIS, e, adject. Comp. *Mobilior* I. 1. et II. 1.; Sup. *Mobilissimus* I. 1. et II. 2. — Mobilis per syncopen pro *movibilis* a *moveo* (et producitur prima, licet in *moveo* corripiatur) est qui facile movetur, qui huc illuc facile vertitur, levis, εὐκίνητος (It. *mobile, leggiero*; Fr. *qui peut être mu, qui se meut souvent ou aisément, mobile*; Hisp. *lo que se mueve y puede moverse, movible*; Germ. *leicht zu bewegen, beweglich, unfest, wankend, wakkelnd*; Angl. *easy to be moved, moveable, light, rolling*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est qui facile movetur, qui huc illuc facile vertitur. — *a*) Universim. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 82. Duceris, ut nervis alienis mobile signum. *Cic.* 2 *Nat. D.* 57. 142. Oculi lubrici et mobiles. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 51. (138). Supercilia homini et pariter et alterna mobilia. *Lucret.* 4. 343. Mobilior aer. *Cic.* 2. *Nat. D.* 11. 31. Mundus acerrimo et mobilissimo ardore tenetur: qui ardor, non agitatus ab alio, neque externo pulsu, sed per se ipse ac sua sponte movetur. *h. e.* incitatissimo. *Ovid. Heroid.* 2. 128. Æquor mobile. *et ibid.* 5. 110. Mobiles venti. *Id.* 2. *Art. am.* 62. Mobilis penna. *Id.* 3. *Amor.* 5. 35. Folia mobilia. — *b*) Speciatim apud JCtos *res mobiles*, et *bona mobilia* sunt, quæ solo non continentur, et moveri transferrique possunt, *mobili.* Sunt autem duplicis generis, animalia, quæ et *se moventia* appellantur, ut servi, jumenta, altilia: et quæ anima carent, ut pecunia, vestis, vasa, etc. *Ulp. Dig.* 6. 1. 1.; *Labeo* apud *eumd. ibid.* 21. 1. 1.; et *Paul. ibid.* 41. 2. 3. *a med. Nepos Themist.* 2. hoc idem exprimens, *quæ moveri possunt* Latinius dixit. ¶ 2. Mobilis est etiam instabilis, qui labascit. *instabile, vacillante. Plin.* 21. *Hist. nat.* 31. 105. (180). Remedium ad dentium mobiles firmandos. Sic *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 4. *n.* 83. Dentes integri, hoc est, qui non fuerint exesi, vel corrupti, aut mobiles. ¶ 3. Latiori significatione est celer, *veloce, presto. Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 36. Pernix sum manibus, pedibus mobilis. *snello, agile.* Cf. *Curt.* 4. 14. 16. Nostrum mobile et expeditum agmen est, illud præda grave. *Horat.* 1. *Od.* 7. 13. Tiburni lucus et uda Mobilibus pomaria rivis. *h. e.* celeri motu currentibus. *Seneca Hippol.* 446. Ætate fruere: mobili cursu fugit. *et ibid.* 1141. Volat ambiguis Mobilis alis hora. — Huc pertinere videtur et illud *Veget.* 3. *Veterin.* 13. 3. Quum ad maturitatem venerint illa quæ fracta fuerant, tenta solerter, et mobili manu vel forficibus eximito.

II.) Translate. ¶ 1. Est flexibilis, mutabilis, in utramque partem, *flessibile, mutabile, variabile. Virg.* 3. *G.* 165. Dum faciles animi juvenum, dum mobilis ætas. Sic *Horat. Art. P.* 156. Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores, Mobilibusque decor naturis dandus et annis. *h. e.* prout moventur naturæ hominum et anni, sive prout mutantur naturæ annis accedentibus. *Cic. Dom.* 58. 146. Bona fortunæ caduca semper et mobilia esse duxi. *Sall. Jug.* 96. Res humanæ fluxæ et mobiles. *Seneca Œdip.* 992. It cuique ratus, prece non ulla Mobilis ordo. *Gell.* 2. 22. Exortus et occasus mobilia et varia sunt; meridies septentrionesque statu perpetuo stant et manent. *Liv.* 6. 6. Populus mobilior ad cupiditatem agri. *h. e.* inclinatior. *Tac.* 1. *Hist.* 24. Flagrantibus jam militum animis velut faces addiderat Mævius Pudens, e proximis Tigellini: is mobilissimum quemque ingenio, aut pecuniæ indigum et in novas cupiditates præcipitem alliciendo etc. ¶ 2. Item, morali ratione et in malam partem, est varius, volubilis, inconstans, *volubile, incostante. Cic.* 5. *Fam.* 2. *ad fin.* Nec in te, ut scribis, animo fui mobili, sed ita stabili, ut etc. *Cæs.* 4. *B. G.* 5. Galli sunt in consiliis capiendis mobiles, et novis plerumque rebus student. *Sall. Jug.* 50. et 70. Mobili ingenio esse. *et ibid.* 120. Regiæ voluntates mobiles. *et ibid.* 96. *in fin.*; et *Liv.* 29. 3. *ad fin.* Gens ad omnem auram spei mobilis atque infida. *Horat.* 1. *Od.* 1.

7. Hunc (*juvat*), si mobilium turba Quiritium Certat tergeminis tollere honoribus. *Seneca Vit. beat.* 1. *extr.* Mobilis favor. ¶ 3. *Ingenium mobile* apud *Vitruv.* est celeriter arripiens, docile, minime tardum, aut stupidum, 5. 7. *ad fin.* Si architectus erit usu peritus, prætereaque ingenio mobili, solertiaque non fuerit viduatus. ¶ 4. *Mobilia nomina* apud Grammaticos sunt quæ declinantur. *Priscian.* 8. *p.* 823. *Putsch.* Inter mobilia tamen nomina ejusdem formæ et hæc (id est supina) hoc interest, quod hæc communem habent significationem, ut *amandi*, illa vero passivam solam, ut *amandus*. Adde *eumd.* 5. *p.* 649., 13. *p.* 961. et alibi.

MŌBĪLĬTAS, ātis, f. 1. (mobilis) facilitas se movendi, agilitas, εὐκινησία (It. *mobilità, prontezza di muoversi*; Fr. *mobilité, facilité à se mouvoir ou à être mu*; Hisp. *mobilidad*; Germ. *die Beweglichkeit, Veränderlichkeit*; Angl. *mobility, moveableness*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est facilitas se movendi. *Cic.* 2. *Nat. D.* 15. 42. Animal sensu acerrimo et mobilitate celerrima. *Cæs.* 4. *B. G.* 33. Ita mobilitatem equitum, stabilitatem peditum in prœlis præstant. *la facilità di passare prontamente da un luogo all'altro. Forcellinus* addit etiam *Lucret.* 2. 931. sed mobilitate Ante aliqua tamquam partum, quam proditur extra. Sed ibi *Lachmannus* rectius *mutabilitate* et alia quoque aliter omnino legit. ¶ 2. Est etiam abstracta qualitas, qua quid vacillat ac labat, *instabilità. Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 84. (224). Sanare mobilitates dentium. Sic *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 4. *n.* 84. Dentes mobilitate laxati. et *Marcell. Empir. c.* 12. *p.* 103. *Ald.* Cucurbitæ succus dentium coercet mobilitatem. Rursus *Plin.* 9. *Hist. nat.* 31. 51. (100). Tradunt sævitiam maris præsagire eos (*cancros*) correptisque opperiri lapillis, mobilitatem pondere stabilientes. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 6. *n.* 67. Sine ratione veluti ridens vultus cum quadam mobilitate suarum partium. *h. e.* palpitatione. ¶ 3. Latiori sensu est celeritas, *celerità, velocità. Cic.* 1. *Orat.* 28. 127. Mobilitas linguæ, celeritas verborum. *speditezza.* et *Lucret.* 6. 323. *Lachmann.* Mobilitas etiam fit fulminis et gravis ictus Et celeri ferme percurrunt fulmina lapsu, Quod etc. *et v.* 337. Mobilitas duplicatur et impetus ille gravescit. *et v.* 340. Denique quod longo venit impete, sumere debet Mobilitatem etiam atque etiam, quæ crescit eundo.

II.) Translate. ¶ 1. Est inconstantia, levitas, *volubilità, incostanza, leggerezza. Nepos Dion.* 6. Fortuna sua mobilitate, quem paulo ante extulerat, demergere est adorta. *Cic.* 7. *Phil.* 3. 9. Quid est inconstantia, mobilitate, levitate, quum singulis hominibus, tum vero universo senatui, turpius? *Sall. Jug.* 61. Tanta mobilitate se se Numidæ gerunt. *et ibid.* 93. *extr.* Mobilitas ingenii. *et Cat.* 49. *a med.* animi. *Tac.* 5. *Hist.* 8. vulgi. *Justin.* 26. 2. 12. militum. ¶ 2. Pro ingenii dexteritate *Quintil.* 10. 7. 8. Opus est naturali quadam mobilitate animi.

MŌBĪLĬTER, adverb. (mobilis). Comp. *Mobilius* I. — Mobiliter est cum facili motu, agiliter, *mobilmente, agilmente.*

I.) Proprie. *Lucret.* 4. 745. *Lachmann.* Quæ quum mobiliter summa levitate feruntur etc. *Id.* 6. 635. Propterea fit, ut hæc (*luna*) ad signum quodque reverti Mobilius videatur, ad hanc quia signa revisunt. *Cic.* 2. *Nat. D.* 9. 24. Cor animantis alicujus evulsum ita mobiliter palpitare, ut imitetur igneam celeritatem.

II.) Translate. *Cæs.* 3. *B. G.* 10. Quum intelligeret, omnes fere Gallos novis rebus studere, et ad bellum mobiliter celeriterque excitari etc.

MŌBĪLĬTO, as, are, a. 1. (mobilis) mobile facere, *fare mobile*, εὐκίνητον ποιῶ. *Cæcilius* apud *Non. p.* 346. 14. *Merc.* Lætitia me mobilitat. *mi fa snello. Lucret.* 3. 249. inde omnia mobilitantur.

MŌCŌSUS, a, um, adject. *buffonesco*, mimicus; et dicitur de iis, qui ore distorto, valgis labiis et sanna derident: a μώκος *sanna*: item subsannator, derisor. Restitutam volunt magni nominis critici *Ciceroni* 1. *Att.* 13. Consul ipse parvo animo et pravo: tantum cavillator genere illo mocoso, quod etiam sine dicacitate rideatur. *Ubi alii rectius leg.* moroso. *Quintil.* 11. 3. 183. Quare non immerito reprehenditur pronunciatio vultuosa, et gesticulationibus molesta, *etc.* Nec inutiliter ex Græcis veteres transtulerunt, hanc esse mocosam actionem. *Alii leg.* jocosam, *al.* injocosam, *al. melius* inotiosam, *recentiores quidam* motiosam. *etc.* Hæc pluribus disputat *Salmas.* ad *Trebell. Gallien.* 8.

MŌDĔRĂBĬLIS, e, adject. (moderor) quem moderari possumus. *Ovid.* 1. *Amor.* 6. 59. Nox et amor vinumque nihil moderabile suadent.

MŌDĔRĀMEN, ĭnis, n. 3. (moderor) id quo quippiam moderamur, ut gubernaculum navis, habenæ currus, et hujusmodi, *il mezzo di guidare e dirigere, governo.*

I.) Proprie. *Ovid.* 15. *Met.* 726. innixus moderamine navis, in alta Puppe caput posuit. *appoggiato al timone.* et 3. *ibid.* 644. Obstupui, capiatque alius moderamina, dixi: Meque ministerio scelerisque artisque removi. *et* 2. *ibid.* 47. currus rogat ille paternos, Inque diem alipedum jus et moderamen equorum. *V.* REMORAMEN. Sic *Sil. It.* 16. 417. cunctantem et sero moderamina equorum Discentem rapido prætervolat Incitus axe.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. *Ovid.* 6. *Met.* 677. Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erechtheus. *Id.* 13. *ibid.* 362. Ingenium est, quod eget moderamine nostro. *Sil. It.* 7. 14. tumefactum cladibus ille (*Fabius*) Hesperiis iento Pœnum moderamine lusit. ¶ 2. Item moderatio, temperamentum. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod.* 11. 30. 64. Verum serenitas nostra certum moderamen invenit.

MŌDĔRĀMENTUM, i, n. 2. (moderor) moderamen. *Gell.* 13. 6. Accentus moderamenta vocum. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 2. *n.* 23. Tum capitis fomentatio et resumptionum moderamenta adhibenda, ut panis calidus etc. *Theod. Priscian.* 3. 3. *p.* 309. retro *Ald.* Cui anserinos vel gallinaceos adipes et cetera jungimus, ut pessario moderamentum faciamus. *paullo post.* ut pessarii temperies procuretur.

MŌDĔRANTER, adverb. (moderor) idem ac moderate. *Lucret.* 2. 1093. Quis regere immensi summam, quis habere profundi Indu manu validas potis est moderanter habenas? — Comp. *Moderantius* quidam leg. apud *Ovid.* 1. *Met.* 510. moderantius, oro, Curre, fugamque inhibe, moderantius insequar ipse. *Plerique tamen leg.* moderatius.

MŌDĔRĀTĔ, adverb. (moderatus). Comp. *Moderatius* et Sup. *Moderatissime.* — Moderate est cum moderatione, μετρίως, σωφρόνως (It. *moderatamente, con moderazione*; Fr. *avec modération, avec mesure*; Hisp. *moderadamente, con moderacion*; Germ. *gemässigt, mit Mässigung*; Angl. *moderately, with moderation, discreetly*). *Cic. Fontej.* 10. 21. Ab his quicquam sancte, aut moderate dictum putabitis? *Id.* 2. *Off.* 5. 18. Uti iis, quibuscum congregamur, moderate et scienter. *Id.* 6. *Fam.* 1. *circa med.* Omnia humana placate et moderate feramus. *Id. Orat.* 52. 176. Gorgias his festivitatibus insolentius abutitur, quas Isocrates moderatius temperavit. *Liv.* 30. 42. *a med.* Rebus secundis uti modeste ac moderate. *Cæs.* 3. *B. C.* 20. Clementer et moderate jus dicere. *Auct. B. G.* 8. 12. *extr.* Moderatius cedentem insequi hostem. *Cic.* 5. *Verr.* 68. 158. Sensim atque moderate ad istius amicitiam adrepserat. *Stat.* 10. *Theb.* 423. moderatius, oro, Ducite. *strascinatelo con un po' più di pietà. Cic.* 1. *Fin.* 1. 2. Qui, si maxime hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri. *Id.* 3. *Legg.* 5. 12. Quæ res quum sapientissime moderatissimeque constituta esset etc.

MŌDĔRĀTIM, adverb. (moderatus) idem ac moderate. *Lucret.* 1. 322. Postremo quæcumque dies naturaque rebus Paullatim tribuit, moderatim crescere cogens, etc.

MŌDĔRĀTĬO ōnis, f. 3. (moderor) actus moderandi, temperatio, modus, modestia, mediocritas, ἡνιοχεία, μετριότης, κοσμιότης (It. *moderazione, temperamento*; Fr. *modération, mesure*; Hisp. *moderacion, templanza en las acciones morales y físicas*; Germ. *d. Mässigung, Zügelung, Regelung, Leitung, Milderung*; Angl. *moderation, discretion*).

I.) Proprie latissime patet. — *a*) Sæpissime refertur ad animum ejusque morales actus. *Cic.* 2. *Orat.* 9. 35. Languentis populi incitatio, et effrenati moderatio. *Id. Cæl.* 18. 42. Vincat aliquando cupiditas voluptasque rationem, dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatioque teneatur. *Id.* 2. *Att.* 6. Lætari te nostra moderatione et continentia video. *Id. Sext.* 33. 72. Quæ gravitas Lentuli consulis fuerit, quæ collegæ ejus moderatio de me. *Id.* 2. *Leg. Agr.* 1. 2. Adhibere certam rationem moderationemque dicendi. Cf. *Cels.* 3. 18. *a med.* Moderationem in cibo adhibere. *Cic. Senect.* 1. 1. Novi moderationem animi tui et æquitatem. *Id.* 3. *Tusc.* 8. 16. Græci eam virtutem σωφροσύνην vocant: quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam. *Sueton. Cæs.* 75. Moderationem clementiamque exhibere. *Cic.* 2. *Phil.* 5. 10. Si meam quum in omni vita, tum in dicendo moderationem modestiamque cognostis. *Petron. Satyr.* 93. *extr.* Multa moderationis verecundiæque verba. *Justin.* 1. 1. 1. Imperium penes reges erat: quos ad fastigium hujus majestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio provehebat. *h. e.* moderatio, cujus effectus est, ut recusantibus imperia ingerantur, ut *Id.* ait 6. 8. 7. Sic *Liv.* 5. 18. P. Licinium Calvum prærogativæ tribunum militum non petentem creant, moderationis expertæ in priori magistratu virum. Rursus *Justin.* 23. 4. 1. Magistratus Hiero creatur: cujus tanta moderatio fuit, ut, consentiente omnium civitatium favore, dux adversus Carthaginienses primum, mox rex crearetur. — De moderatione animi exempla veterum habemus a *Val. Max.* 1. 4. — *b*) In physicis est moderata rerum conditio, æquus modus, regula et ordo. *Cic.* 2. *Nat. D.* 36. 92. Atque hi tanti ignes (*cœlestes*) tamque multi non modo nihil nocent terris rebusque terrestribus, sed ita prosunt, ut, si mota loco sint, conflagrare terras necesse sit a tantis ardoribus, moderatione et temperatione subtracta. *tolto quello stato moderato, regolato, quella giusta misura.* et *Id.* 1. *Orat.* 60. 254. Solet idem Roscius dicere, se, quo plus sibi ætatis accederet, eo tardiores tibiciuis modos et cantus remissiores esse facturum. Quod si ille, adstrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum, tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat, quanto facilius etc. *ordine e misura regolare. Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 36. *n.* 190. Ex quantitate (*sudoris*) signum accipimus moderationem considerantes. Modicus enim sudor bonus, immodicus malus accipitur. Sed denique sudantes, excessa moderatione, diaphoresin incurrerunt. *h. e.* quum sudor nimius et immodicus est. Huc referri possunt et illa *Cic.* 3. *Off.* 25. 96. Altera (*pars honestatis cernitur*) in conformatione et moderatione continentiæ et temperantiæ. *nell'informare e ordinare l'animo.* et *Dom.* 58. 146. Etenim ad nostrum usum propemodum jam est definita moderatio rei familiaris. *h. e.* modus et quantitas facultatum.

II.) Translate est gubernatio, regimen, *governo. Cic.* 3. *Nat. D.* 35. 85. Mundi divina in homines moderatio profecto nulla est, si in ea discrimen nullum est bonorum et malorum. *Id.* 3. *Legg.* 2. 5. Magistratibus igitur opus est, sine quorum prudentia ac diligentia esse civitas non potest, quorumque descriptione omnis rei publicæ moderatio continetur.

MŌDĔRĀTOR, ōris, m. 3. (moderor) translate fere occurrit, et est qui moderatur, gubernator, rector, ἐπιστάτης, σωφρονιστής (It. *moderatore, governatore, regolatore, rettore*; Fr. *celui qui gouverne, chef, maître, guide, directeur*; Hisp. *moderador, el que arregla y gobierna las cosas*; Germ. *der Lenker, Leiter, Regierer*; Angl. *a governour, ruler, director, moderator*). *Cic.* 2. *Nat. D.* 35. 90. Inesse aliquem non solum habilitorem in hac cælesti ac divina domo, sed etiam rectorem et moderatorem, et tamquam architectum tanti operis tantique muneris. *Id.* 1. *Tusc.* 28. 69. Sol moderator dierum, noctium, temporum. *Sall. orat. Lepidi contra Sull. ante med.* Populus R. paullo ante gentium moderator, exutus imperio, etc. *Martial.* 2. 90. Quintiliane vagæ moderator summe juventæ. *precettore. Vellej.* 2. 102. 1. M. Lollius, quem veluti moderatorem juventæ filii sui (*C. Cæsaris*) Augustus esse voluerat. *ajo.* Hic idem a *Sueton. Tib.* 12. dicitur *comes et rector C. Cæsaris. Flor.* 4. 2. Pacis belliquæ

moderator. *arbitro. Ovid.* 3. *Fast.* 593. Vincitur ars vento, nec jam moderator habenis Utitur, at votis. *il piloto.* et 4. *Met.* 245. moderator equorum. *cocchiere.* Sic *Tibull.* 4. 1. 114. velox celerem super edere corpus Gaudet equum, validusque sedet moderator habenis. *Ovid.* 8. *Met.* 856. arundinis. *pescatore da canna. Lucret.* 6. 1251. curvi aratri. *agricoltore. Stat.* 1. *Silv.* 2. 151. Tyrii abeni. *tintore di porpora. Claudian.* 2. *in Eutrop.* 381. doctissimus artis Quondam lanificæ, moderator pectinis unci. *h. e.* carminator, *pettinatore. Plin. Paneg.* 13. Quum spectator moderatorque ineuntium certamina virorum, arma componeres, tela tentares. *presidente. Tac.* 4. *Ann.* 18. C. Silius ingentis exercitus septem per annos moderator. *duce, generale. Eumen. Grat. act.* 13. *extr.* Terra mater frugum, Juppiter moderator aurarum. *Nazar. Paneg. ad Constantin.* 15. Illi veteres laudati vitæ moderatores.

MŌDĔRĀTRIX, icis, f. 3. (moderator) quæ moderatur, quæ modum adhibet, *moderatrice.*

I.) Proprie *Plaut. Cist.* 2. 2. 3. Ut illæc anus hodie quot modis sibi moderatrix fuit! *come, e in quante maniere ha saputo contenersi! Cic.* 5. *Tusc.* 14. 42. Temperantia est moderatrix omnium commotionum.

II.) Figurate est rectrix, gubernatrix, *governatrice, reggitrice,* ἐπιστατις. *Cic.* 3. *Nat. D.* 39. 92. Materiæ universæ fictricem et moderatricem divinam esse providentiam. *Id.* 5. *Phil.* 18. 50. Cæsar rempublicam sibi judicem constituit et moderatricem omnium factorum. *Id. Flacc.* 24. 57. Speculatur atque obsidet rostra vindex temeritatis et moderatrix officii, curia. *Stat.* 10. *Theb.* 365. arcanæ moderatrix Cynthia noctis.

MŌDĔRĀTUS, a, um, *V.* MODERO.

MŌDERNUS, a, um, adject. *moderno,* recens, nuperus, hodiernus: est a *modo,* nuper. *Priscian. de accent. p.* 1298. *Putsch.* Pronomina, quæ in ultimis accentum servant, sicuti *huic, nostras, vestras,* ideo hæc apud modernos ita habent, quia apud antiquissimos *huicce* et *nostratis, vestratis* declinabatur. *Cassiod.* 4. *Variar.* 51. Antiquorum diligentissimus imitator, modernorum nobilissimus institutor. *Id. præf. orthogr.* Veteres *quom,* moderni *cum* scribi rectius æstimarunt.

MŌDĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (modus). Part. *Moderatus* in fin. — Moderare est idem ac moderari, modum adhibere, temperare, *moderare, temperare.*

I.) Proprie occurrit — *a*) Cum Accusativo. *Pacuvius* apud *Non.* p. 471. 7. et *p.* 472. 22. et *p.* 336. 25. *Merc.* Neque tuum te ingenium moderat, neque fraternum ira exsilium levat. *Accius* apud *eumd. p.* 472. 21. Viden' ut te impietas stimulat, nec moderat metus? — *b*) Cum Dativo. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 115. Ego voci moderabo meæ.

II.) Figurate est regere, gubernare. Passive *Paul. Dig.* 3. 5. 14. *extr.* Pro qualitate personarum et actio formatur et condemnatio moderatur. *Ulp. ibid.* 23. 3. 39. Ita res moderatur, ut etc. — Hinc Part. præter. pass.

Moderatus, a, um, adjective usurpatur, unde Comp. *Moderatior* et Sup. *Moderatissimus*; et est qui sibi moderatur, qui modum servat, temperatus, modestus, *temperato, modesto, regolato, moderato,* μέρτιος, εὔταχτος, σώφρων. — *a*) De hominibus. *Cic. Senect.* 3. 7. Moderati et nec difficiles, nec inhumani senes tolerabilem agunt senectutem. *Id. Mur.* 30. 63. Nostri illi a Platone et Aristotele moderati homines et temperati. *Id. Fontej.* 14. 30. Frugi homo, et in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans. *Id. Balb.* 4. 9. Quem ultimæ gentes castiorem, moderatiorem, sanctiorem viderunt? *Id.* 2. *Phil.* 16. 40. Moderatum esse in re aliqua. — *b*) De iis, quæ ad homines pertinent. *Cic.* 12. *Fam.* 27. Est ita temperatis moderatisque moribus, ut summa severitas summa cum humanitate jungatur. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 24. *a med.* Cæsar moderatissimi atque humanissimi fuit sensus. *Cic.* 3. *Phil.* 11. 28. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens. *Sall. Cat.* 12. Sua parvipendere, aliena cupere: pudorem, pudicitiam, divina atque humana promiscua, nihil pensi, neque moderati habere. *h. e.* nihil ducere, neque quicquam in iis se moderari. — *c*) Moderata dicitur etiam res, in qua ratio, modus, mediocritas servatur. *Cic. Mur.* 29. 60. Doctrina non moderata, non mitis, sed paullo asperior et durior. *Id.* 1. *Divinat.* 29. 61. Qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit. *Id. Brut.* 2. 8. Otium moderatum atque honestum. *Id. Mur.* 6. 13. Convivium moderatum atque honestum. *Id.* 3. *Orat.* 25. 99. Unguentis minus diu delectamur, summa et acerrima suavitate conditis, quam his moderatis. *et* 2. *ibid.* 8. 34. Qui cantus moderatæ (*al.* moderata) orationis pronunciatione dulcior inveniri potest? *Ovid.* 2. *Trist.* 4. 57. jactantur moderatis æquora ventis. *Vellej.* 2. 126. 3. Quando annona moderatior? quando pax lætior? *meglio regolata. Pelagon.* 21. 1. Aquam moderatam præbeto. *acqua scarsa.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MŌDĔROR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (modus). *Moderarier* est paragoge apud *Lucret.* 5. 1297. — Part. *Moderans* et *Moderandus* 1. et II. — Moderari est modum adhibere, temperare, μετριάζω, εὐδύνω (It. *moderare, regolare, temperare, porre una misura, un limite, una regola*; Fr. *imposer une mesure à quelque chose, modérer, tempérer, régler*; Hisp. *moderar, templar*; Germ. *einer Sache Maass, Ziel oder Schranke setzen, regeln, ordnen, mässigen*; Angl. *to moderate, restrain, govern, regulate, rule, guide, manage*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est modum adhibere, modum imponere. *Plaut. Truc.* 4. 3. 57. Non vinum hominibus moderari, sed vino homines solent, qui quidem probi sunt. ¶ 2. Latiori sensu est temperare, in officio continere, cohibere, domare: et occurrit — *a*) Cum Dativo. *Plaut. Curc.* 4. 1. *in fin.* Moderari linguæ. *h. e.* tacere. *Cic.* 5. *Att.* 20. *a med.* alicui. *tenerlo in dovere.* Sic *Id. fragm.* apud *Non. p.* 499. 15. *Merc.* Sit censor, qui viros doceat moderari uxoribus. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 59.; et *Liv.* 4. 7. Moderari iræ. *Liv.* 37. 35. fortunæ suæ. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 13. *a med.* Moderari animo et orationi, quum sis iratus. *Tac.* 2. *Ann.* 70. Nec moratus ultra, naves solvit, moderabaturque cursui, quo propius regrederetur. *Cic.* 5. *Tusc.* 25. 70. Causis ab æterno tempore fluentibus ratio mensque moderatur. — *b*) Cum Accusativo. *Tac.* 2. *Ann.* 75. Neque ipse gaudium moderans. *et* 1. *ibid.* 79. Ob moderandas exundationes Tiberis. *Sueton. Claud.* 14. Moderari duritiam legum. *Id. Domit.* 7. pretia.

II.) Translate est regere, gubernare, *reggere, governare,* ἐπιστατέω. — *a*) Cum Accusativo. *Plaut. Curc.* 1. 3. 44. Hoccine fieri, ut immodestis te hic moderere moribus? *h. e.* immodeste te geras. *Cic.* 1. *Orat.* 52. 226. Quis probare posset, senatum servire populo, cui populus ipse moderandi et regendi sui potestatem, quasi quasdam habenas, tradidisset? *Id.* 6. *de republ.* 24. Deus, qui regit et moderatur et movet id corpus. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 37. 119. Mens, quæ omnia moderatur, movet, regit. *et* 3. *Nat. D.* 39. 93. Mens divina cælum versans, terram tuens, maria moderans. *Id.* 2. *Fam.* 7. Te hortor, ut omnia gubernes et moderere prudentia tua. *Id.* 2. *Invent.* 51. 154. Moderari navim. (Sic in illo *Statii* 10. *Theb.* 13. viduæ moderantibus alni: *moderantes* sunt gubernatores.). *Cæs.* 4. *B. G.* 33. equos ac flectere. *Lucret.* 5. 1297. equum frenis moderarier. *Ovid.* 6. *Met.* 223. habenas. *Sueton. Galb.* 6. Ipse maxime insignis, quod campestrem decursionem scuto moderatus etc. *Cic.* 5. *Tusc.* 36. 104. Tibicines lique, qui fidibus ciuntur, suo, non multitudinis arbitrio, cantus numerosque moderantur. Cf. *Horat.* 1. *Od.* 24. 13. Quid si Threicio blandius Orpheo Auditam moderere arboribus fidem? *Cic.* 5. *Verr.* 98. 227. Res rusticæ ejusmodi sunt, ut eas non ratio, neque labor sed res incertissimæ, venti tempestatesque moderentur. *Id.* 2. *Fin.* 25. 81. Non voluptate, sed officio consilia moderari. — *b*) Cum Dativo. *Plaut. Men.* 2. 3. 88. Sed ego inscitus, qui hero me postulem moderarier: dicto me emit audientem, haud imperatorem sibi. *Cic.* 3. *Orat.* 48. 184. Oratio sic est vere soluta, non ut fugiat tamen, aut erret, sed ut sine vinculis sibi ipsa moderetur. *la prosa non abbia altre leggi che quelle ch'essa stessa s'impone.* — *c*) Absolute. *Sall. Jug.* 76. In utroque (*Metello ac Mario*) magis studia partium, quam bona aut mala sua, moderata. *potè più lo spirito di parte, che* etc.

MŌDESTĒ, adverb. (modestus). Comp. *Modestius* 1. et 2.; Sup. *Modestissime* 1. — Modeste ¶ 1. Stricto sensu est moderate, temperate, modice, μετρίως, σωφρόνως (It. *moderatamente, con moderazione*; Fr. *avec modération, mesure*; Hisp. *moderadamente, con moderacion*; Germ. *mit Maassen oder Mässigung*; Angl. *moderately, with moderation, temperately, discreetly*). *Plaut. Pers.* 3. 1. 18. Modice et modeste vitam vivere. Cf. *Varro* apud *Non. p.* 55. 30. *Merc.* Non eos optime vixisse, qui diutissime vixerint, sed qui modestissime. Rursus *Plaut. Men.* 5. 6. 5. Tergum, quam gulam, crura, quam ventrem oportet potiora esse, cui cor modeste situm est. *h. e.* qui animum habet moderate affectum: qui modum novit, quem in re qualibet servare oportet. *Ter. Phorm.* 1. 3. 18. Palam beatus, ni unum hoc desit, animus, qui modeste istæc ferat. *che usi moderazione in tanta prosperità.* et *Liv.* 30. 42. *a med.* Rebus secundis modeste ac moderate uti. *Cic.* 1. *leg. Agr.* 6. 18. Et, credo, qua in urbe homines copiam rerum moderate ferre non potuerunt, in ea isti vestri satellites modeste insolentiam suam continebunt. *Sall. Jug.* 45. Ante Carthaginem deletam populus et senatus Romanus placide modesteque inter se rempublicam tractabant. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 50. Modeste munificum esse. *Ovid.* 2. *Fast.* 607. Lingua non modeste uti. *Tac.* 4. *Ann.* 44. Lentulo gloriæ fuerat bene tolerata paupertas, dein magnæ opes innocenter partæ et modeste habitæ. *Id.* 2. *Hist.* 67. Et quidem partes modeste distraxerat. *Inscript.* apud *Henzen.* 6275. HIPPOCRATI PLAVT. VILIC. FAMILIA RVST. QVIBVS. IMPERAVIT MODESTE. *Gell.* 9. 11. Hosti intrepide modesteque obviam ire. *h. e.* moderato gradu, non effuso cursu. *Pallad.* 12. *R. R.* 14. 15. Tertia vero die ex suprascriptis pulveribus quaterna cochlearia completa modestius in denas vini amphoras mittes. *Schneider.* ita legit: alii verba *modestius* et *denas* omittunt. Cf. *eumd.* 13. *ibid.* 7. 15. ¶ 2. Latiori sensu, vel figurate ut aliis placet, est pudenter, verecunde, *modestamente, umilmente, con civiltà. C. Gracchus* apud *Gell.* 15. 12. In convivio liberi vestri modestius erant, quam apud principia. *Cic.* 3. *Legg.* 2. 5. Qui modeste paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse. *Ter. Eun.* 3. 5. 32. Terram intuens modeste. *Ovid. Heroid.* 20. 53. Aut esses formosa minus: peterere modeste: Audaces facie cogimur esse tua. *et ibid.* 15. 99. Si tam certus eras hinc ire, modestius isses: Et modo dixisses, Lesbi puella, vale. *h. e.* pudentius, *con un po' più di creanza.* et 1. *Pont.* 2. 67. tentare modeste pro aliquo. *Quintil.* 4. 1. 28. Parcius et modestius prætentare misericordiam judicis.

MŌDESTIA, æ, f. 1. (modestus) generatim est idem ac modus, temperatio (hinc *Tertull. Exhort. ad cast.* 9. Abuteris indulgentia, quum sine modestia abuteris (*matrimonio*), modestia a modo intelligitur) μετριότης, *moderazione, misura.*

I.) Proprie raro usurpatur; et ¶ 1. De rebus physicis est modus. *Tac.* 12. *Ann.* 43. Magna deûm benignitate et modestia hiemis rebus extremis subventum. *per la mite temperatura, per la mitezza dell'inverno.* Simili ratione *clementiam hiemis* dixit *Colum.* 2. *R. R.* 9. 16. Et *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (71). Indus XIX. recipit amnes —, quadam tamen aquarum modestia nusquam latior L. stadiis, aut altior XV. passibus. *per moderato placido corso.* ¶ 2. Item mediocritas conditionis, fortunarum, animi ad magna minime apti, aut minime tendentis. *Tac.* 1. *Ann.* 11. Versæ inde ad Tiberium preces: et ille varie disserebat, de magnitudine imperii, sua modestia. *et* 3. *ibid.* 56. Simul modestiæ Neronis, et suæ magnitudini fidebat.

II.) Translate, vel latiori sensu ut aliis placet, sæpissime refertur ad animum, vitam, mores: et ¶ 1. Interdum ponitur pro temperantia, *temperanza. Cic.* 3. *Tusc.* 8. 16. Eam virtutem Græci σωφροσύνην vocant: quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam. *Id.* 3. *Herenn.* 2. 3. Rectum dividitur in prudentiam, justitiam, fortitudinem, modestiam. *et mox.* Modestia est in animo

continens moderatio cupiditatum. *Sall. Cat.* 57. At Catoni studium modestiæ, decoris, sed maxime severitatis erat. ¶ 2. Sæpius pro virtute subjecta temperantiæ. *Cic.* 2. *Invent.* 54. 164. Temperantiæ partes sunt continentia, clementia, modestia. *et mox.* Modestia est, per quam pudor honestus caram et stabilem comparat auctoritatem. — Itaque *modestia* est in eo, qui modum et pudorem servat in dictis factisque, cavetque, ut intra fines eorum, quæ licent, se contineat, neve in jactantiam incidat et superbiam, *moderazione, modestia,* κοσμιότης. *Cæs.* 7. *B. G.* 52. *extr.* Non minus se in milite modestiam et continentiam, quam virtutem et animi magnitudinem desiderare. *Cic.* 2. *Phil.* 5. 10. Si meam quum in omni vita, tum in dicendo moderationem modestiamque cognostis. *Id. Pis.* 4. 9. Severitas censoria, magistra pudoris et modestiæ. *Id.* 7. *Att.* 5. Tironem propter humanitatem et modestiam malo salvum, quam propter usum meum. *Liv.* 8. 7. *ad fin.* Exanimati tam atroci imperio, metu magis, quam modestia quievere. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 39. Modestia, pudor, probitas. *Sall. Cat.* 11. Neque modum, neque modestiam victores habent. *et ibid.* 39. Neque illis modestia, neque modus contentionis erat. *Id. Jug.* 89. Quum me vosque maledictis lacerent, non placuit reticere, ne quis modestiam in conscientiam duceret. *Nepos Agesil.* 4. Tanta modestia dicto audiens fuit jussis absentium magistratuum, ut si privatus in comitio esset Spartæ. *Matius* ad *Cic.* 11. *Fam.* 28. *ad fin.* Vitæ modestia valet contra falsos rumores. — Item in eo, qui demisse de se sentit, et laudem, honores, præmia, licet dignus sit, verecunde recusat, *umiltà, modestia. Plin. Paneg.* 5. Obstinatum tibi non suscipere imperium, nisi servandum fuisset. Quare illum motum castrensem reor exstitisse, quia magna vi modestia tua vincenda erat. — De Modestia, ut dea, loqui quidam putant *Tac.*, ubi ait 4. *Ann.* 7. Precandam post hæc Modestiam, ut contentus esset. ¶ 3. Est etiam verecundia, pudor, honestas. *Quintil.* 4. 1. 55. Frequentissime præmium decebit et sententiarum et compositionis et vocis et vultus modestia. *Ennius* (*V. Vahlen., Ennian. Poes. reliq. p.* 99.); secundum *Forcellinum* et al. *Pacuvius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 31. 66. Ubi illa tua paullo ante sapiens virginali' modestia? *Stat.* 2. *Theb.* 232. primæque modestia culpæ Confundit vultus. *h. e.* pudor, *il rossore.* — *Vacui modestia lecti* apud *eumd. Stat.* 1. *Silv.* 2. 162. est vita cælebs, vel viduitas sancte custodita. — Denique est honestas, dignitas, fama, pudor, existimatio, *onore, decoro,* apud *Sall. Cat.* 14. Neque sumptui, neque modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios fidosque faceret. ¶ 4. Præterea *modestia* dicitur, quæ Græce εὐταξία, hoc est scientia earum rerum, quæ agentur, aut dicentur, loco suo collocandarum, ut a Stoicis apud *Cic.* 1. *Offic.* 40. 142. describitur. *Id. ibid.* Modestia est scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum.

MŎDESTUS, a, um, adject. (modus *et fortasse* sto). Comp. *Modestior* I. et II.; Sup. *Modestissimus* I. — Modestus est moderatus, modicus, in quo mediocritas servatur, μέτριος, *moderato, limitato, temperato.*

I.) Proprie. *Pallad.* 4. *R. R.* 25. 14. *Schneid.* Poma, sicut piri, amant modestas rigationes. *h. e.* modicas, vel *moderatas* ut alii Codices exhibent. *Fronto* 3. *ad M. Cæs.* 13. Veritus sum ne tibi litteræ meæ crebriores oneri essent; nam quo mei amantiores, tanto me laborum tuorum parciorem et occupationum tuarum modestiorem esse oportet. *Sil. It.* 16. 134. Hannibal ipse etiam jam jamque modestior armis. *h. e.* arma bellumque tractans minore impetu atque animo, minore ira atque insolentia: alii tamen aliter interpretantur. *Tac.* 4. *Ann.* 7. Rari per Italiam Cæsaris agri, modesta servitia, intra paucos libertos domus. *h. e.* pauca, modica, *poca servitù,* ut *Forcellinus* interpretatur: recentiores tamen hunc *Taciti* locum referunt ad II. 2 — Huc referri potest et illud *Pers.* 5. 149. nummis, quos hic quincunce modesto Nutrieras. *h. e.* moderatis ac licitis usuris. Item illud *Stat.* 2. *Silv.* 2. 27. Hic præceps minus audet hiems, nulloque tumultu Stagna modesta jacent, dominique imitantia mores. *h. e.* tranquilla: *V.* MODESTIA I. 1.

II.) Translate, vel latiori sensu ut aliis placet, modestus est, qui animi elationi ceterisque cupiditatibus moderatur, et in rebus omnibus modum servat: qui se intra fines recti honestique continet: qui minimum sibi in quaque re licere putat, moderatus, modicus, temperatus, σώφρων, κόσμιος, *moderato, modesto:* hinc ¶ 1. Interdum modestus dicitur, qui suis cupiditatibus et iræ præcipue moderatur, quique propterea est animo leni ac miti. Itaque *modestum esse alicui* est modeste se erga aliquem gerere parcendo, non nocendo, abstinendo ab injuria. *Plaut. Trin.* 4. 1. 12. Hoc diis dignum est, ut semper mendicis modesti sint. *Cic.* 3. *Verr.* 47. 124. O modestum ordinem, quod illinc vivus surrexit! *Id.* 10. *Att.* 5. Sed modestior non ero. *Orellius* tamen leg. *molestior.* — Huc referri potest et illud *Plin. Paneg.* 20. Iter inde placidum ac modestum, ut plane a pace redeuntis. *h. e.* in quo abstinentia servatur et coercetur licentia. Eadem ratione *modestia* a *Liv.* 3. 54. adhibetur. ¶ 2. Sæpius est qui se intra fines recti honestique continet, atque adeo qui est probus, honestus, frugi. — *a*) De hominibus. *Ter. Adelph.* 5. 8. 7. Mulier proba et modesta. *Cic.* 13. *Fam.* 10. *a med.* Nam et modestum hominem cognosces et pudentem (*al.* prudentem) et a cupiditate omni remotissimum. *Id. Arch.* 5. 9. Homo sanctissimus modestissimusque omnium. *Id. Amic.* 13. 47. Itaque videas rebus injustis justos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos. *Quintil.* 1. 2. 4. Nec tutior inter servos malos, quam ingenuos parum modestos conversatio. — *b*) De rebus et abstractis, quæ ad homines pertinent. *Cic. Planc.* 1. 3. Integerrima vita, modestissimi mores. *Sall. Cat.* 26. Sermone uti vel modesto, vel molli, vel procaci. *Ovid.* 3. *Amor.* 14. 16. Verba modesta loqui. *et Heroid.* 19. 63. Multaque præterea linguæ reticenda modestæ. *Id.* 2. *Amor.* 4. 11. oculos in se dejecta modestos. *et* 1. *ibid.* 4. 15. Vultu modesto ire. ¶ 3. Item qui minimum sibi in quaque re licere putat, qui nihil sibi arrogat, potentiam non appetit, qui petulantia, ambitione et superbia caret, præcipue in re civili vel politica, *senza pretese, modesto, e nel senso politico leale. Cic.* 2. *Att.* 1. *circa med.* Quid quæris? hominem petulantem modestum reddo gravitate orationis. *Sall. fragm.* apud *Donat.* ad *Ter. Phorm.* 1. 3. 18. Modestus ad omnia alia, nisi ad dominationem. *Cic.* 10. *Att.* 7. Modestior rex et probior et integrior. *Id.* 2. *leg. Agr.* 31. 84. Plebs optima et modestissima. *Id.* 13. *Att.* 29. Vir modestus et frugi. *Id.* 13. *Fam.* 70. Homo frugi et modestus. *Id. Planc.* 11. 27. Adolescentuli modestissimi pudor. *Id.* 3. *Fam.* 13. *extr.* Eo brevior est hæc epistola, et, ut adversus magistrum morum, modestior. *Ovid.* 3. *Trist.* 8. 18.; et *Lucan.* 5. 532. vota modesta. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MŎDĬĀLIS, e, adject. modium continens. *Plaut. Capt.* 4. 4. 8. Aulas calicesque omnes confregit, nisi quæ modiales erant. *Tertull.* 2. *ad Nat.* 8. Cujus (Serapidis, *h. e.* Josephi) suggestus modialis figura frumentationis memoriam obsignat, et curam frugum super caput ejus fuisse, ipsis spicis, quibus per ambitum notatur, apparet.

MŎDĬĀTĬO, ōnis, f. 3. mensura per modios exacta. *Imppp. Theodos., Arcad. et Honor. Cod.* 11. 24. 2. et *Impp. Honor. et Theodos. ibid.* 5. 6. Adde *Cassiod.* 2. *Variar.* 26. et 8. *ibid.* 7.

MŎDĬCĒ, adverb (modicus). ¶ 1. Stricto sensu est moderate, modeste, temperate, eo quo decet modo, μετρίως (It. *moderatamente, modestamente, con misura e moderazione;* Fr. *avec mesure, moderation, modérément;* Hisp. *moderadamente, con moderacion;* Germ. *mit Maassen, mässig, mittelmässig;* Angl. *moderately, modestly, with moderation*). *Ennius* apud *Non. p.* 342. 23. *Merc.* Quæ tibi in concubio verecunde et modice morem gerit. *Turpilius* apud *eumd. ibid.* Quæ mulier volet sibi amicum esse diutinum, modice atque parce ejus serviat cupidini. *Plaut. Mil. glor.* 4. 5. 15. PA. Reddam impetratum. PY. At gestio. PA. At modice decet; moderare animo (*al. minus recte* modice decet moderari animo): ne sis cupidus. *Id. Pers.* 3. 1. 18. Modice et modeste vitam vivere. *Cic.* 4. *Fam.* 4. *a med.* Quoniam effugi ejus offensionem, qui fortasse arbitraretur, me hanc rempublicam non putare, si perpetuo tacerem, modice hoc faciam, aut etiam intra modum. *Sall. Jug.* 119. Ad ea Sulla pro se breviter et modice, de pace — multis disseruit. Cf. *Liv.* 23. 24. Dictator de se pauca ac modice locutus, in magistrum equitum magnam partem gloriæ vertit. *Cic. Sull.* 29. 80. Quamquam a me timide modiceque dicetur. *Id.* 1. *Orat.* 29. 132. Modice et scienter uti re aliqua, et ut ne dedeceat. *Id.* 2. *de republ.* apud *Non. loc. cit.* Statu esse optimo constitutam rempublicam, quæ ex tribus generibus illis, regali et optimati et populari confusa modice. *Id.* 11. *Phil.* 3. 7. Est sapientis, quidquid homini accidere possit, id, præmeditari. ferendum modice esse, si evenerit. Sic *Varro* apud *Non. loc. cit.* Sapiens et bonum ferre potest modice, et malum fortiter. *Liv.* 28. 15. Ab tergo esse colles, tutumque receptum, si modice se reciperent. *h. e.* modico gradu, ut *Plaut. Pœn.* 3. 1. 19. loquitur, non cursu præcipiti. ¶ 2. Latiori sensu est parum, parce, mediocriter. *Cic.* 2. *Att.* 7. Minæ Clodii modice me tangunt. *così così, poco. Liv.* 38. 14. Postero die in castra tyrannus venit: vestitus comitatusque vix ad privati modice locupletis habitum. *Id.* 41. 4. Istrorum pauci, qui modice vinosi erant, memores fuerunt fugæ; aliis somno mors continuata est. *Sueton. Aug.* 73. Ne toro quidem cubuisse ajunt, nisi humili et modice instrato. *apparato alla buona.*

MŎDĬCELLUS, a, um, adject. deminut. *modici. Sueton. Ner.* 48. *sub fin.* Decubuit super lectum, modicella culcita, vetere pallio strato instructum. *materazzo poco buono.* Optimæ editiones habent *modica culcita,* quod unice probandum. Porro *Id. Aug.* 73. dixit: toro humili et modice instrato.

MŎDĬCĬTAS, ātis, f. 3. (modicus) exiguitas, *pochezza. Venant. Ep.* præmiss. *carm.* 6. *lib.* 5. *circa med.* Quid vero pro munere modicitas proferret?

MŎDĬCUM *et*

MŎDĬCO, adverbii more. *V.* voc. seq. in fin.

MŎDĬCUS, a, um, adject. (modus). ¶ 1. Stricto sensu est qui modum servat, moderatus, temperatus, modestus, μέτριος, κόσμιος (It. *moderato, modesto;* Fr. *modéré, qui est dans la mesure convenable;* Hisp. *templado, moderado, modesto;* Germ. *mässig, das gute Maass haltend, angemessen;* Angl. *moderate, modest, temperate, sober*). *Plaut. Pœn.* 3. 1. 19. Per urbem modico gradu ire. *cui opponit ibid.* festinantem currere. *Cic.* 1. *Divinat.* 51. 115. Escæ temperatæ modicæque potiones. *Id. Senect.* 13. 44. Modicis conviviis delectari. *Id.* 5. *Fam.* 12. A principio conjurationis usque ad reditum nostrum, videtur mihi modicum quoddam corpus (*historiæ*) confici posse. *Ovid.* 2. *Art. am.* 645. Omnibus Andromache visa est spatiosior æquo: Unus, qui modicam diceret, Hector erat. *di statura moderata. Tac.* 1. *Ann.* 73. Falanius et Rubrius modici equites Romani, *di mediocri fortune. Cic. Senect.* 18. 65. Severitatem probo, sed modicam: acerbitatem nullo modo. *Tac.* 6. *Ann.* 30. Vir effusæ clementiæ, modicus severitate. *Plin. Paneg.* 83. *ad fin.* Uxor modica cultu, parca comitatu. *Cic.* 4. *Att.* 5. Sed tamen modici fuimus ὑποθέσει: erimus uberiores, si ille libenter accipiet. *Sall. Jug.* 87. Primo industrios, supplices, modicos esse: dein per ignaviam et superbiam ætatem agere. *et ibid.* 67. de *Mario.* Animus belli ingens, domi modicus, lubidinis et divitiarum victor. *Tac.* 4. *Hist.* 40. Pauca et modica disseruit. *fe' poche e modeste parole.* ¶ 2. Latiori sensu est medius, mediocris. *Cic. Orat.* 21. 69. Genus dicendi subtile in probando, modicum in delectando, vehemens in flectendo. *et ibid.* 28. 98. Medius ille, quem modicum et temperatum voco, non extimescet ancipites dicendi incertosque casus. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 15. Habilis et modica corporatura pecoris operarii debet esse. *mezzana statura. Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 53. (141). Oculi in homine numerosissimæ varietatis: grandiores, modici, parvi, prominentes, conditi. *Id.* 14. *ibid.* 1. 3. (13). Modici hominis altitudo. ¶ 3. Paurus, exiguus, *poco. Cic.* 2. *Orat.* 32. (137). Ea, si ex reis numeres, et innumerabilia sunt et obscura: si ex rebus, valde et modica et illustria. *Id.* 6. *Parad.* 2. 47. Mea pecunia est ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica. *Pe-*

tron. fragm. p. 668. *Burmann.* Planta decens modicos nescit calcare lapillos. — *Modicum* absolute, *poco. Juvenal.* 9. 9. certe modico contentus agebas. ¶ 4. Item exiguus, parvus, *picciolo. Horat.* 2. *Ep.* 2. 190. ex modico, quantum res poscet, acervo Tollam. *Ovid.* 8. *Met.* 620. quercus modico circumdata muro. *Justin.* 7. 1. 2. Macedoniæ sicut incrementa modica, ita termini perangusti fuere. — Sic de tempore est brevis, *breve. Quintil.* 1. 2. 12. Ergo modicum tempus est, quo in totum diem velut opus ordinetur. — Cum Genitivo. *Tac.* 6. *Ann.* 39. Sabinus modicus originis, principum amicitia consulatum adeptus. *di mediocri natali.* et 4. *ibid.* 52. Domitius recens prætura, modicus dignationis, et quoquo facinore properus clarescere. *poco avanti nella grazia del principe. Pers.* 5. 109. et *Sil. It.* 5. 11. Modicus voti. *h. e.* moderata vota Diis faciens, modico contentus. *Vellej.* 1. 12. 4. Modicus virium. *di non molte forze.* et *Tac.* 3. *Ann.* 72. pecuniæ. *non molto danaroso.* et 2. *ibid.* 73. voluptatum. *moderato ne' piaceri.* — Hinc absolute

Modicum est adverbium eadem significatione ac parum. *Apul.* 6. *Met.* Modicum te progressam textrices orabunt anus.

Modicō similiter est adverbium et significat parum. *Apul.* 1. *Met.* Modico deinde regressa. *h. e.* post modicum tempus. *Id. ibid.* Modico prius, quam Larissam accederem. *Id.* 3. *Florid.* n. 16. Dolor intestinorum modico ante sedatus est, quam me violentus exanimaret. *Id.* 1. *Met.* Polentæ caseatæ modico securius offulam grandiorem contruncare gestio. *Id. ibid.* Modico secus progressus ostium accedo. *Capell.* 8. p. 209. Saturni sidus modico minus annis triginta circulum suum per longitudinem circumcurrit. — *V.* et supra sub 3.

MŎDĬFĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. (modifico) modus, mensura, ratio faciendi aliquid. *Senec. ep.* 86. *sub init.* Versuum lex ac modificatio. *Gell.* 10. 3. *a med.* Quem lux ista, et amœnitas orationis, verborumque modificatio parum delectat. *h. e.* structura, compositio, numerus. *Capell.* 1. p. 6. Nec mirum, quod Apollinis silva ita rata modificatione congrueret, quum cæli quoque orbes idem Delius moduletur in sole. *rata modificatione* est idem ac *ratis succentibus*, quod paullo supra legitur.

MŎDĬFĬCĀTOR, ōris, m. 3. qui modificat, moderator. *Apul. Florid.* n. 4. Tibicen omnis vocule melleus modulator, et omnis modi (*al.* omnimodis) peritus modificator.

MŎDĬFĬCĀTUS, a, um, particip. *et*

MŎDĬFĬCO, as, are, a. 1. *V.* voc. seq.

MŎDĬFĬCOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (modus *et* facio). Activ. *Modifico* sub II.; Part. *Modificatus* in fin. — Modificari est modum et mensuram inire alicujus rei, *misurare.*

I.) Proprie. *Gell.* 1. 1. Comprehensa mensura Herculanei pedis, quanta longinquitas corporis ei mensuræ conveniret, secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam, modificatus est.

II.) Translate est idem ac moderari, modum imponere, *modificare, moderare, riformare*: et occurrit — *a)* Deponent. more cum Dativo. *Fronto* p. 190. Fac modificeris desideriis omnibus. Similiter *Apul.* 11. *Met.* Solent parentes immaturis liberorum desideriis modificari. *Id. Florid.* n. 15. *sub fin.* Gravioribus virls brevi spatio satis videbatur taciturnitas modificata. *et ibid.* n. 23. Orationi modificabor. — *b)* Mediorum apud Græcos more. *Apul.* 2. *Dogm. Plat.* Qui tenuis est, si modificetur in sumptibus, nullam noxiam ex eo sentiet. *h. e.* si sibimet ipse moderetur, si modum sibi imponat: *Forcellinus* hunc locum afferens ait: Passive, ut videtur. — *c)* Nam et *modifico, as* invenitur usurpatum a *Fronton.* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) ep. 3. Tibi vero nemo in ea re intercedere, aut modificare jure ullo poterit. Sic *Cassiod.* 1. *Variar.* 35. Quum solis reflexus australia signa discurrens naturæ ordinem modificat. *V.* REFLEXUS, us. Adde *Augustin.* 6. *Music.* 17. et 2. *Doctr. Chr.* 9. — Hinc Part. præter. pass.

Modificatus, a, um, h. e. a propria natura ad alium certum modum reductus et immutatus, *modificato, riformato. Cic.* 2. *Divinat.* 26. 57. In omne corpus diviso et modificato cibo. *Alii rectius leg.* mitificato. *Id. Partit. orat.* 5. 17. Verba ab oratore modificata et inflexa quodam modo. *h. e.* per tropos immutata. *Id.* 3. *Orat.* 48. 186. Membra (*periodi*) modificata esse debent. *h. e.* certis et variis intervallis distincta, ut numerum efficiant. *Apul. de Deo Socrat.* Corpora neque tam bruta, quam terrea, neque tam levia, quam ætheria, sed modificata utriusque rei participatione. *Sidon.* 8. *Ep.* 12. Tuas laudes modificato celeumate inter transtra remiges canent. *Id.* 9. *ibid.* 2. Modificatæ lusciniarum querelæ.

MŎDĬFĬCUS, a, um, adject. (modus *et* facio) certo modo, certaque mensura factus. *Auson. Parental.* 27. Cui brevia mela modifica recino.

MŎDIMPĔRĀTOR, ōris, m. 3. (modus *et* imperator) magister convivii, qui potandi modum præscribit. *Varro* apud *Non.* p. 142. 7. *Merc.* In conviviis qui sunt instituti, potandi modimperatores, magistri. Hunc *Horat.* vocat 2. *Od.* 7. 25. arbitrum bibendi.

MŎDĬŎLUM, i, n. 2. *deminut. a* modius, parvus modius. Cl. *Quicherat.* ad *Plin. Valerian.* 1. 64. *mediola ovi* mutat in *modiola.* Ipse nihil mutandum puto, præsertim quum idem *Plin. Valerian.* dixerit 3. 34. Ovi medium, quod est rufum, teritur, sublato albo, in vase cupreo. — «Hinc (addit *Quicherat.*) nostris *moyeu* pro *jaune d'œuf*». At *moyeu* est a *moyen* medius.

MŎDĬŎLUS, i, m. 2. *deminut. a* modius, parvus modius.

I.) Proprie. *Plaut. Cist.* 2. 2. 7. Ei promisi modiolum vini dare. *Plerique rectius leg.* dolium.

II.) Translate. ¶ 1. Modiolus est genus vasis potorii. *Scævola Dig.* 34. 2. 37. Quæro, quum in hereditate non sint nisi trullæ, scyphi, modioli, phialæ; an Seja de his speciebus eligere possit? Respondi, quum omnia potui parata, pocula dicantur, posse eam ex his eligere. ¶ 2. *Modioli* etiam vasa sunt figura modii, quo frumenta metimur, quæ rotæ aquariæ infixa, quum ea in flumen deprimitur, aqua implentur et versatione tollunt, ac defundunt in ligneum labrum, ex quo ad varios usus diducitur. *moggiuoli, casselle*: de quibus *Vitruv.* 10. 9. ¶ 3. Sunt alii hujus generis modioli ærei in similibus machinis, quas describit *Id. ibid.* 2. 13. et 18. *Cato R. R.* 20. in descriptione trapeti. ¶ 4. In rota *modiolus* est lignum illud, cui radii infiguntur, *mozzo della ruota*, τόρμη, πλήμνη: quod habet foramen in medio, qua axis immittitur. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 4. 3. (8). *Diomed.* 3. p. 474. *Putsch.* Qui in bello laborant, quoties amissos ordines reparant, ex longo et disperso ambitu in brevem et artum ordinem coguntur, rotæ scilicet similitudine se ventillantes, cujus satis latus ac brevitas canthus radiatis luminibus in angustum modioli circulum cohibetur. *Vulgat. interpr.* 3. *Reg.* 7. 33. Tales autem rotæ erant, quales solent in curru fieri: et axes earum et radii et canthi et modioli, omnia fusilia. ¶ 5. Item simile lignum extra quadratum, intra rotundum, quod centro molarum seu orbium olearioruni inditur, quo facilius molæ in trapeto circa cupam seu axem revolvantur. *Cato R. R.* 20. Modiolos in orbes oleaginos ex orchite olea facito, et eos circumplumbato; caveto, ne lati sient. ¶ 6. Denique est instrumentum chirurgicum, χοινίκιον: id est, describente *Celso* 8. 3., ferramentum concavum, teres, imis oris serratum, per quod medium clavus, ipse quoque interiore orbe cinctus, demittitur. Eo utuntur excidendis ossibus. Dictus videtur a similitudine modioli rotatum, quia sicut in eo est foramen, per quod transit axis; ita per medium illud ferramentum clavus: *corona del trapano. V.* SYRINGOTOMIUM.

MŎDĬUM, ii, n. et *sæpius*

MŎDIUS, ii, m. 2. De genere neutr. *V.* sub I. *C.* — De Genitivo plur. num. *V.* sub I. *b.* — Modius

I.) Proprie est genus mensuræ aridorum, et liquidorum, continens sextarios sexdecim, seu sextam partem medimni Attici, et Romanæ amphoræ tertiam, uti docent *Rhemn. Fann. de ponderib.* etc. 65. et *Nep. Attic.* 2. *extr.* Non solum aridorum, sed etiam humidorum mensuram esse indicat *Fannius loc. cit.* Fere tamen de frugum mensura dicitur. Vini autem continet libras Romanas sex et viginti cum besse, ut est in veteri plebiscito apud *Festum* p. 246. 6. *Müll.* Sextarius æquus libræ cum besse siet; sexdecimque sextarii in modio sient. (*Forcellinus* ita legit ex correct. *Scalig*). At si tritico plenum sit, habet ponderis libras quatuor et viginti, ex supputatione *Romé de l'Isle, Métrolog.* p. 25. Unde patet, multo minorem esse, quam ea mensura, quæ ab Etruscis nunc *moggio* dicitur, quum modius Romanus octava et quadragesima hujus pars sit. *Incert. Auct. Agrim.* p. 324. *Goes.* Est enim modius (*in liquidis*) juxta quosdam sextariorum XVI., juxta quosdam autem XX. et duorum, apud quosdam vero XXIV.; nobis vero videtur esse rectissimum ut trium librarum sextario vicies et quater multiplicato modius impleatur; qui modius medii talenti pondere cœquatur, LXX. duabus efficitur libris; sive ut quinque libras habens sextarius similiter vicies et quater ductus maximi talenti, id est centum viginti librarum pondere mensuretur. Modius et semis urnam faciunt. *Et mox.* Modia quinque (*in aridis*) medimnum faciunt. — De modii figura *V. Cavedoni Marm. Moden.* p. 155. — *a)* Masc. gen. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 55. Nam de mille fabæ modiis quum subripis unum, etc. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 10. 30. quum esset tritici modius HS II., pro frumento, in modios singulos, duodenos sestertios exegisse. *Id.* 2. *Off.* 17. 58. M. Sejus in caritate annonæ asse modium populo dedit. Cf. *Inscript.* apud *Gruter.* 434. 1. OB MERITA EIVS QVOD ANNONA CARA FRVMENT. DENARIO MODIVM PRAESTITIT. *Seneca Ep.* 80. *a med.* Servus est: quinque modios accipit et quinque denarios, *scilicet* dimensum et cibarium in mensem. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 9. 20. (88). Siliginea farinæ modius Gallicæ XXII. libras panis reddit, Italicæ duabus tribusve amplius. — *b)* In Gen. plur. num. sæpe habet *modium*, rarius *modiorum. Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 72. Plus mihi auri mille est modiorum Philippei. *Cic.* 5. *Verr.* 46. 110. Agri Leontini decumæ venierunt tritici medimnum XXXVI., hoc est tritici modium CCXVI. *et mox* § 111. In hac una emptione lucri fieri tritici modium centum. *et paullo post.* Qui CCCC. millia modium lucri faciunt. Adde *ibid.* 36. 83. — *c)* In neutro gen. *Cato R. R.* 58. Satis unicuique in anno modium satis est. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 16. 43. (145). *de Medica.* Opus est densitate seminis omnia occupari: id præstant in jugera modia vicena. — *d)* Proverb. *Cic. Amic.* 19. 67. Verum illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit. — *Modio nummos metiri* dicitur de valde pecunioso. *Petron. Satyr.* 37. Hinc *Horat.* 1. *Sat.* 1. 95. qui tam dives, Ut metiretur nummos. *et Juvenal* 3. 220. Hic modium argenti dabit. — *Pleno modio* est large, abundanter, *a buona misura. Cic.* 6. *Att.* 1. *a med.* Illi jam habent pleno modio, verborum honorem, invitationem crebram. — Modio ornatur caput deorum apud Romanos, quia id est symbolum divitiarum. *V. Borghesi, Descriz. dell'arco di Rimino*, p. 73. — *e)* Usurpatur et de aliis rebus. *Cato R. R.* 144. Omnem oleam puram metitur modio oleario. *Liv.* 25. 12. 43. Effundi in vestibulo curiæ jussit anulos aureos: qui tantus acervus fuit, ut metientibus dimidium super tres modios explesse, sint quidam auctores. Fama tenuit, quæ propior vero est, haud plus fuisse modio. Hoc idem confirmat his verbis *Front. de B. Parthico* (edente iterum *A. Maio*) p. 202. Post Cannensem cladem Pœnus imperator anulorum aureorum, quos cæsis equitibus Romanis Pœni detraxerant, tres modios cumulatos misit Carthaginem. Itali dicunt *a misura colma*, et opponitur alteri *a misura rasa.*

II.) Translate. ¶ 1. Apud *Varr. Auct. de limit.* p. 264. *Goes.* et p. 312. in re agraria modius est tertia pars jugeri: quemadmodum in mensura aridorum et liquidorum est tertia pars amphoræ. *Pallad.* 6. *R. R.* 4. 1. Cædendi (*silvam*) hic modus est, ut optimus operarius in alta silva modii spatium, mediocris vero tertia minus posset abscidere. Sic *Id.* 7. *ibid.* 2. 1. *de hordeo.* Quinque modios recidere potest pleni agri opera una messoris experti, mediocris vero tres, ultimi etiam minus. ¶ 2. Apud *Isid.* 19. *Orig.* 2. dicitur modius cavum illud in navi, cui arbor insistit, a similitudine ipsius mensuræ. ¶ 3. Quæ *Varronis* Satyra *Modius* inscribebatur, cujus fragmenta aliquot servavit *Nonius*, videtur sic dicta, quia mensuram

et moderationem, et mediocritatem in omni vita servandam docebat et nimium cultum ac delicias sordidamque avaritiam reprehendebat. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

MŎDŎ, adverb. et proprie Abiativus v. *Modus*. Quod ultimam produxit *Cic.* in *Arat.* 2. *Nat. D.* 42. 107. Huic non una modo caput ornans stella relucet; cæsuræ beneficio fecisse videtur. — *Modo* proprie significat hac mensura, nec plus, nec minus; et limitibus circumscribit *A*) notionem quamcumque præter tempus, vel *B*) tempus.

A) Adverbium *modo* generatim notionem aliquam limitibus circumscribens jungitur præcipuæ Adjectivis et Verbis (apud veteres etiam Numeralibus) et ponitur pro tantum, solum (quibuscum et jungitur, *V.* TANTUMMODO, SOLUMMODO), dumtaxat (It. *solamente, soltanto*; Fr. *seulement*; Hisp. *solamente*; Germ. *nur, allein, bloss, wenigstens*; Angl. *only, alone*): itaque *modo* ita limitibus circumscribit rem vel notionem et sententiam, ut unum affirmet, contrarium rejiciatur aut negetur, aut reliquæ res omittantur. Quod quatuor modis consequitur, scilicet ¶ 1. Vim habet restringendi notionem vocis vel sententiæ, simulque facit, ut restricta præ ceteris emineat clariorique in luce ponatur. — *a*) Vocabulis additur numerum et magnitudinem significantibus. *Plaut. Most.* 1. 3. 43. Uni modo gessi morem. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 32. 101. Hoc autem si ita sit, ut unum modo sensibus falsum videatur, præsto est qui neget, rem ullam percipi posse sensibus. *Sall. Jug.* 94. Apud Thalam non longe a mœnibus aliquot fontes erant: Capsenses una modo, atque ea intra oppidum jugi aqua, cetera pluvia utebantur. *Quintil.* 12. *proœm.* 4. Unum modo in illa immensa vastitate cernere. *Id.* 3. 3. 4. Nec audiendi – qui tres modo primas esse partes volunt. *Ennius* apud *Varron.* 6. *L. L.* 81. *Müll.* Nam ter sub armis malim vitam cernere, quam semel modo parere. Sic *Plaut. Pseud.* 1. 3. 30. Potin'ut semel modo, Ballio, huc cum lucro respicias? *Id. Capt.* 1. 2. 73. BR. Sed si pauxillum potes contentus esse. ER. Næ perpauxillum modo. *Varro* apud *Gell.* 13. 16. Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est paullum modo humaniori ignotus. Sic *Cic.* 1. *Fam.* 5. 8. Quod sine ulla dubitatione, si Pompejus paullum modo ostenderit sibi placere, faciet. *Cæs.* 6. *B. G.* 35. Manus erat nulla, quæ parvam modo causam timoris afferret. — Huc pertinet et illud *Liv.* 3. 52. *ad fin.* Victi consensu decemviri, futuros se, quando ita videatur, in potestate patrum affirmant. Id modo simul orant ac monent, ut ipsis ab invidia caveatur. *h. e.* unum modo. — *b*) Vocabulis jungitur qualitatem, aut actionem significantibus, ac propterea Verba præcipue afficit. *Cic.* 2. *Orat.* 34. 146. Quæ (*argumenta*) quidem omnibus, qui ea mediocriter modo considerarint, studio adhibito et usu, pertractata esse possunt. *Sall. Jug.* 93. Quæ postquam gloriosa modo, neque belli patrandi cognovit, statuit etc. *Id. ibid.* 54. Ipsi modo eminus saucibantur, neque contra feriendi aut conserendi manum copia erat. *et ibid.* 79. Denique Romani, – post dies quadraginta, quam eo ventum erat, oppido modo potiti: præda omnis a perfugis corrupta. *h. e.* oppido sine præda. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 88. Tu autem, quæ pro capite argentum mihi jam jamque sæpe numeras, ea pacisci modo scis; sed quæ pacta es, non scis solvere. *Cic.* 3. *Off.* 4. 18. Itaque existimo, Panætium, quum dixerit *homines solere in hac comparatione dubitare*, hoc ipsum sensisse quod dixerit, *solere* modo, non etiam oportere. Cf. *Quintil.* 8. 6. 39. Cetera jam non significandi gratia, sed ad ornandam modo, non augendam orationem assumuntur. *Cic.* 6. *Fam.* 12. *sub fin.* Unum est perfugium doctrina et litteræ, quæ secundis rebus delectationem modo habere videbantur; nunc vero etiam salutem. *Id.* 2. *Invent.* 23. 69. Quum fere nos esset Grajis, quum inter se bellum gessissent, ut ii, qui vicissent, tropæum aliquod in finibus statuerent, victoriæ modo in præsentia declarandæ causa, non ut in perpetuum belli memoria maneret etc. *Liv.* 9. 8. Quum omnes laudibus modo prosequentes virum in sententiam ejus pedibus irent, tentata paullisper intercessio est ab L. Livio et Q. Mælio tribunis plebis. *Id. ibid.* 31. Conniterentur modo uno animo omnes invadere hostem. — *c*) *Modo* conditionali sententiæ præfigitur eamque advertendam designat: et quidem — *Modo ut* sæpe componuntur præcedente Imperativo vel Conjuntivo. *Ter. Adelph.* 5. 3. 59. Modo facito, ut illam serves. Confer *Cic.* 16. *Fam.* 11. Modo fac, id quod est humanitatis tuæ, ne quid aliud cures hoc tempore, nisi ut quam commodissime convalescas. *Plaut. Asin.* 2. 2. 8. Ætatem velim servire, Libanum ut conveniam modo. *h. e.* ea conditione sola, ut conveniam. *Ter. Phorm.* 1. 2. 7. GE. Nescis, quo in metu et quanto in periculo simus. DA. Quid istuc est? GE. Scies: modo ut tacere possis. *Cic.* 6. *Verr.* 5. 10. Concede, ut impune emerit, modo ut bona ratione emerit. *Id.* 14. *Fam.* 14. Quomodo quidem nunc se res habet, modo ut hæc nobis loca tenere liceat, bellissime vel mecum vel in nostris prædiis esse poteritis. *Id.* 16. *ibid.* 12. *a med.* Videbitur si insaniet, posse opprimi, modo ut Urbe salva. — Hinc *modo* est idem ac dummodo, *purchè*; et *modo ne* est idem ac dummodo ne, *purchè non. Cic.* 10. *Fam.* 10. Sit modo aliqua respublica, omnibus honoribus abundabis. *Id. Orat.* 9. 28. Putant enim, qui horride inculteque dicat, modo id eleganter concinneque faciat, eum solum Attice dicere. *Id. Brut.* 16. 64. Qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consectantur; quos, valetudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat. *Id. Senect.* 7. 22. Manent ingenia senibus, modo permaneat studium et industria. *Virg.* 3. *Æn.* 116. Nec longo distant cursu: modo Juppiter adsit, Tertia lux classem Cretæis sistet in oris. *Tibull.* 2. 5. 105. Pace tua pereant arcus pereantque sagittæ, Phœbe, modo in terris erret inermis Amor. Adde *Quintil.* 12. 9. 8., 10. 1. 131. et alibi. *Cic. Amic.* 17. 61. Declinandum est de via, modo ne summa turpitudo sequatur. *Id.* 5. *Att.* 4. *a med.* Quæ de Sicinio audisti, ea mihi probantur: modo ne illa exceptio in aliquem incurrat bene de nobis meritum. *Id.* 1. *Off.* 30. 105. Si quis est paullo ad voluptates propensior, modo ne sit ex pecudum genere, – occultat et dissimulat appetitum voluptatis propter verecundiam. — *Si modo*, si tamen. *Cic.* 2. *Orat.* 38. 157. In hac arte, si modo est hæc ars, nullum est præceptum, quo etc. *se pure.* et 12. *Att.* 44. Contudi animum, et fortasse vici, si modo permansero. *Id.* 5. *ibid.* 8. Tu si modo es Romæ; vix enim puto: sin es, hoc vehementer animadvertas velim. *et* 12. *ibid.* 18. Tute scis (si modo meministi) me tibi tum dixisse, ut de tuis aliquos adduceres. *Horat. Art. P.* 270. At vestri proavi Plautinos et numeros et Laudavere sales, nimium patienter utrumque, Ne dicam stulte, mirati, si modo ego et vos Scimus inurbanum lepido seponere dicto. *Ovid.* 4. *Pont.* 12. 44. Si modo, qui periit, ille perire potest. *Propert.* 1. 18. 3. Hic licet occultos impune proferre dolores, Si modo sola queant saxa tenere fidem. — *Modo si* pro *dummodo* usurpatum legimus ab *Ovid.* 2. *Trist.* 263. Persequar inferius, modo si licet ordine ferri, Posse nocere animis carminis omne genus. Adde *Ulp. Dig.* 19. 2. 19. *extr.*; *Papinian. ibid.* 26. 2. 28., 31. 1. 78. *extr.* et 39. 1. 18. ¶ 2. *Modo*, haud aliter ac particula γέ apud Græcos, vim habet definiendi vel determinandi, et universum aliquod genus vel latissimam aliquam notionem terminis circumscribit: — *a*) Relativo additum, præcipue præcedentibus verbis *quisque, nemo* et similibus. *Sall. Cat.* 40. *extr.* Lentulus-quoscumque moribus aut fortuna novis rebus idoneos credebat, aut per se aut per alios sollicitabat, neque solum cives, sed cujusque modi genus hominum, quod modo bello usui foret. *Liv.* 27. 14. Tum jam non unus manipulus, sed pro se quisque miles, qui modo assequi agmen fugientium elephantorum poterat, pila conjicere. *Cic.* 5. *Tusc.* 23. 66. Quis est omnium, qui modo cum Musis – habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum? *Quintil.* 12. 10. 69. Quum omnis species, quæ modo recta est, habeat usum. Rursus *Cic. Flacc.* 27. 64. Quamquam quis ignorat qui modo unquam mediocriter res istas scire curavit, quin tria Græcorum genera sint vere? *Id.* 1. *Divinat.* 39. 86. Nemo aliter philosophus sensit, in quo modo esset auctoritas. *Id.* 4. *Cat.* 8. 16. Servus est nemo, qui modo tolerabili conditione sit servitutis, qui non audaciam civium perhorrescat. *Quintil.* 6. 2. 25. Satisfacerem huic parti, nihil eorum, quæ legi vel dixi, quod modo probabile fuit, omittendo. — *b*) Adverbium *modo* apponitur etiam Nomini, præcipue Adjectivo, vel Adverbio. *Cic.* 1. *Off.* 26. 92. Quam plurimis, modo dignis, se utilem præbeat. *Cic.* 1. *ad Brut.* 17. *a med.* Servitutem, honorificam modo, non aspernatur. *Quintil.* 12. 9. 10. Hoc quidem quis hominum, liberi modo sanguinis, sustineat? *Curt.* 9. 10. *ad fin.* Mille hercule, viri modo et sobrii, septem dierum crapula graves in suo triumpho capere potuerunt. *Cic.* 16. *Att.* 13. Itaque veniam, quo vocas, modo adjutore te. *Id. Rosc. Am.* 48. 138. Decerne, modo recte. *Id.* 1. *Off.* 44. 156. Eloqui copiose, modo prudenter, melius est, quam etc. *Id.* 3. *ibid.* 17. 58. Bonis viris-faciendum est, modo pro facultatibus, nos ipsi ut fecimus. ¶ 3. Item *modo* cohortandi vim habet, et sæpissime jungitur Imperativo, quo aut rem respicientes admonemus, ne quid aliud agatur, neu quid magis curetur, aut ob temporis moram aliquem cohortamur, ne cesset, neu remoretur: hinc *Forcellinus* in his et τοῦ *interim* vim esse ait. — *a*) Universim. *Plaut. Men.* 5. 5. 23. Mane modo: etiam percontabor. *Id. Asin.* 5. 2. 26. Sequere hac me modo: jam faxo, ipsum hominem manifesto opprimas. *Id. Men.* 1. 4. 32. Propera modo. *et Rud.* 4. 4. 83. Cedo modo mihi istum vidulum. *Id. Stich.* 3. 2. 23. I modo: alium convivam quærito tibi in hunc diem. *Id. Asin.* 5. 2. 19. Tace modo. *Id. Curc.* 5. 2. 55. Sine modo. — *b*) *Vide modo* est admonentis cum comminatione, *guarda bene quello che fai, o che dici. Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 14. 46. Vide modo: etiam atque etiam considera: mihi enim videtur periculum fore, ne etc. Adde *Cælium* ad *Cic.* 8. *Fam.* 2.; et *Petron. fragm. Tragur.* 51. *Burmann.* Sic *cave modo* apud *Plaut. Asin. prol.* 5. — *c*) *Modo* apponitur etiam eadem ratione Pronominibus personalibus, eisque vim addit. *Virg.* 3. *G.* 72. Nec non et pecori est idem delectus equino. Tu modo, quos in spem statues submittere gentis, Præcipuum jam inde a teneris impende laborem. *Propert.* 2. 12. 49. Tu modo, dum licet, hunc fructum ne desere vitæ. *Phædr.* 2. 8. Vos modo, inquit, parcite. Occasione rursus erumpam data. *Ovid.* 1. *Art. am.* 269. Prima tuæ menti veniat fiducia, cunctas Posse capi: capies: tu modo tende plagas. *Curt.* 9. 6. 24. Vos modo me ab intestina fraude et domesticorum insidiis præstate securum. ¶ 4. Demum *modo* adverbii tantummodo vim habet atque usum, et est idem ac tantum, solum. Occurrit autem — *a*) *Modo non*, et valet tantum, ferme, propemodum, sive Græcum μόνον οὐχί, (*Demosth. Olynth.* 1. *init.*), *poco meno che*, ut docet *Donatus* ad illud *Ter. Phorm.* 1. 2. 17. Is senem per epistolam pellexit, modo non montes auri polliceus. *Val. Max.* 8. 45. *extern.* 7. Præcipuæ artis pictor equum ab exercitatione venientem, modo non vivum, labore industriæ suæ comprehenderat. *Ammian.* 21. 14. In hoc rerum adversarum tumultu hærens ejus fortuna jam et subsistens adventare casum vitæ difficilem, modo non loquentibus signis aperte monstrabat. Adde *eund.* 22. 6. et 30. 1. — *b*) *Non modo* in primo membro, cui respondet in altero *sed, sed etiam, sed et, verum etiam*, notionum gradus exhibet vimque addit. *Cic.* 2. *de republ.* 44. Nisi erit confirmatum, non modo falsum illud esse, sine injuria non posse, sed hoc verissimum esse, sine summa justitia rem publicam geri nullo modo posse. *Quintil.* 2. 17. 3. Non ab eruditione modo, sed a sensu hominis remotus. *Cic.* 3. *Off.* 19. 77. Non modo facere, sed ne cogitare quidem audebit, quod non audeat prædicare. (*pro non modo non, vel nedum.* Sic locutus est 10. *Att.* 8. et 11. *ibid.* 24. et 1. *Fam.* 9. *ante med.* aliisque in locis, quæ jam congessere *Manut.* ad 1. *Fam.* 9. et *Muret. l.* 10. *Var. lection. c.* 7.). *Id.* 10. *Fam.* 10. Cujus rei non modo non præteriit tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc fuit. *Id.* 6. *ibid.* 13. *in fin.* Ut non modo secunda sperare debeas, sed etiam adversa fortissimo animo ferre. *Quintil.* 11. 1. 15. Non fastidium modo, sed plerumque etiam odium. *Cic.* 11. *Att.* 9. Illum tamen non modo favisse, sed et tantam illi pecuniam dedisse hono-

ris mei causa. *Quintil.* 11. 1. 2. Non modo non illustrabit eam, sed et destruet. *Cic. Cæl.* 19. 45. Fieri enim non potest, ut animus libidini deditus -hoc, quidquid est, quod nos facimus in dicendo, non modo agendo, verum etiam cogitando possit sustinere. — Minus usitata sunt *non modo - sed quoque, non modo - sed vel magis, non modo - etiam*, ut apud *Quintil.* 9. 3. 47. Nec verba modo, sed sensus quoque. *Id.* 1. 8. 4. Non modo quæ diserta, sed vel magis quæ honesta sunt. *Tac.* 4. *Ann.* 35. Græci, quorum non modo libertas, etiam libido impunita est. — *Modo* interdum omittitur, ut apud *Cic. Amic.* 19. 68. Nec vero in hoc (*modo* adduut nonnulli Codices), quod est animal, sed in iis etiam, quæ sunt inanima, consuetudo valet. — Interdum *non modo* in secundo membro ponitur, et respondet Italico *non che. Cic.* 3. *Off.* 19. 77. Huic igitur viro bono, quem Fimbria etiam, non modo Socrates noverat, nullo modo videri potest quidquam esse utile, quod non honestum sit. *Justin.* 9. 2. 6. Quod eo promptius eum facere debere, quod missis a se in auxilium ejus militibus, ne sumptum quidem viæ, non modo officii pretia dederit. — *Modo non*, non modo, non solum. *Tibull.* 1. 1. 47. Jam modo non possum contentus vivere parvo, Nec semper longæ deditus esse viæ, Sed etc. Hæc *Forcellinus*: at pro *modo non* legendum videtur *modo nunc*: V. infra sub *B.* 2.

B) Particula *modo* etiam tempus definit, et ¶ 1. Sæpissime refertur ad tempus proxime præteritum, et significat paullo ante, ἄρτι (It. *testè, pur ora, poco fa, poc'anzi*; Fr. *tout à l'heure, tout récemment, il n'y a pas longtemps, naguère*, Hisp. *recientiemente, nuevamente, ahora mismo*; Germ. *eben erst, vor ganz Kurzem*; Angl. *just now, even now, a little while since, but just before, but this moment, lately*). Et quidem — *a*) Opponitur *nuper*, h. e. tempori longius remoto. *Cic.* 6. *Verr.* 3. 6. Nuper homines nobiles ejusmodi, judices: et quid dico nuper? immo vero modo, ac plane paullo ante vidimus: qui forum ac basilicas, non spoliis provinciarum, sed ornamentis amicorum - ornarent. — *b*) Opponitur *nunc*, h. e. tempori præsenti. *Plaut. Asin.* 5. 2. 76. Nunc uxorem me esse meministi tuam: modo, quum dicta in me ingerebas, odium, non uxor eram. *Cic.* 4. *Fam.* 13. *ante med.* In qua urbe modo gratia, auctoritate, gloria floruimus, in ea nunc his quidem omnibus caremus. *Id. Mur.* 40. 86. Modo maximo beneficio populi Romani ornatus, fortunatus videbatur –; nunc idem squalore sordidus, confectus morbo, lacrimis ac mœrore perditus, vester est supplex, judices. Adde *eumd. ibid.* 41. 88. *Propert.* 1. 18. 7. Qui modo felices inter numerabar amantes, Nunc in amore tuo cogor habere notam. *Curt.* 4. 14. 21. Modo Græcis ultro bellum inferebamus; nunc in sedibus nostris propulsamus illatum. — *c*) Opponitur historico *tunc* apud *Tac.* 2. *Ann.* 75. Miserantibus cunctis, quod femina nobilitate princeps, pulcherrimo modo matrimonio, inter venerantes gratantesque adspici solita, tunc ferales reliquias sinu ferret. — *d*) Opponitur futuro apud *Liv.* 22. 29. *extr.* Castra cum Fabio jungamus: ad prætorium ejus signa quum tulerimus, ubi ego eum parentem appellavero –; vos, milites, eos, quorum vos modo arma dexteræque texerunt, patronos salutabitis. — *e*) Sine opposito. — Cum Perfecto. *Plaut. Amph.* 2. 2. 59. AL. Qui non abiisti ad legones, ita uti dudum dixeras? AM. Dudum! quam dudum istuc factum est? AL. Tentas; jam dudum, pridem, modo. *Ter. Eun.* 4. 4. 29. DO. Venit Chærea. PH. Fraterne? DO. Ita. PH. Quando? DO. Hodie. PH. Quam dudum? DO. Modo. Rursus *Plaut. Aulul. a.* 5. *v.* 20. Redde quod modo fassus es esse in arca. *Id. Amph.* 1. 1. 254. Quin quæ dixisti modo, omnia ementitus. *Ter. Andr.* 1. 2. 2. Davum modo timere sensi, ubi nuptias futuras esse audivit. *Cic.* 2. *Legg.* 2. 4. Quin ipse, vere dicam, sum illi villæ amicior modo factus. *Id.* 1. *Nat. D.* 21. 57. Quæras, putemne talem esse (*deorum naturam*), qualis modo a te sit exposita. *Liv.* 22. 30. Magister equitum quum patrem Fabium appellasset –, parentibus, inquit, dictator, quibus te modo nomine - æquavi, vitam tantum debeo, tibi quum meam salutem, tum horum omnium. — Cum Imperfecto in eo membro, in quo *modo* inest, et Præsenti in altero. *Liv.* 22. 14. Qui modo, Saguntum oppugnari indignando, non homines tantum, sed fœdera et deos ciebamus, scandentem mœnia Romanæ coloniæ lenti spectamus. *Tac.* 2. *Ann.* 19. Qui modo abire, trans Albim concedere parabant, pugnam volunt, arma rapiunt. *Phædr.* 1. 9. Qui modo securus nostra irridebas mala, Simili querela facta deploras tua. — Cum Plusquam-perfecto in membro, in quo *modo* inest, et Præsenti in altero. *Plin. Paneg.* 61. Modo prætextas exuerant; resumant: modo lictores abire jusserant; revocent. — Subauditur Verbum in primo membro apud *Cic.* 2. *Phil.* 27. 66. Exsultabat gaudio, persona de mimo, modo egens, repente dives. *Curt.* 4. 1. 1. Darius, tanti modo exercitus rex, – per loca, quæ prope immensis agminibus impleverat, jam inania et ingenti solitudine vasta fugiebat. — *f*) Interdum *modo* de tempore aliquanto remotiore usurpatur; quod accidit quum qui loquitur, longinquitatem temporis non annis metitur, sed recentem rei memoriam tenet. *Cic. Amic.* 2. 6. Unum te (*Lælii*) sapientem (*omnes*) et appellant et existimant. Tribuebatur hoc modo M. Catoni. *h. e.* ante annos XXI. *Id.* 2. *Off.* 21. 75. Modo enim hoc malum in hanc rem publicam invasit. *h. e.* ante annos circiter LXX. *Id.* 1. *Divinat.* 44. 99. Cæciliæ Q. filiæ somnio, modo, Marsico bello, templum est a senatu Junoni Sospitæ restitutum. *h. e.* ante annos XLIX. *Liv.* 22. 14. *ad fin.* Modo C. Lutatio quæ alia res, quam celeritas, victoriam dedit? *h. e.* ante annos XXV. Adde *eumd.* 6. 40. et *Justin.* 38. 6. 6. Cum hujus nepote bellum modo in Africa gestum adeo inexpiabile, ut etc. *h. e.* ante annos XVI. ¶ 2. Interdum pro *nunc* ponitur, *ora, adesso, al presente*, eo ipso tempore, quo quid fit. *Ter. Adelph.* 3. 1. 2. Modo dolores occipiunt primulum. Ubi *Donatus*: Evidenter hic *modo* temporis præsentis adverbium est. Rursus *Ter. Hecyr.* 3. 5. 8. Advenis modo? PAM. Admodum. Ubi *Donatus*: Difficile invenitur præsentis temporis *modo*. Cf. *Priscian.* 18. *p.* 1168. *Putsch.* Ceterum *Plaut. Epid.* 5. 1. 43. Quid? ego modo huic frater factus, dum intro eo atque exeo? *Id. Men.* 5. 7. 31. Edepol, here, næ tibi suppetias tempore adveni modo. *h. e.* adsum nunc. *Ascon.* in *Cic.* 3. *Verr.* 3. 7. De signis et furtis tacet modo, quasi minus idoneis ad furorem avaritiæ. *h. e.* tacet nunc, ut et *Forcellinus* interpretatur: at *Handius* rei singularis affirmationem intelligit. — *Modo denique* et *modo demum* fere idem significant atque *nunc denique* et *nunc demum*. Sic apud *Ovid.* 7. *Met.* 15. *loquitur Medea de Jasone*. cur quem modo denique vidi, Ne pereat, timeo? *Id.* 3. *ibid.* 650. Tum deus illudens, tamquam modo denique fraudem Senserit etc. Cf. *Ter. Andr.* 5. 3. 11. Modone id demum sensti, Pamphile? Olim istuc, olim, quum ita animum induxti tuum etc. — Huc pertinet et illud *Tibull.* 1. 1. 47. Jam modo nunc possum contentus vivere parvo etc. *h. e.* nunc quidem, pace restituta, militia solutus, ut legit atque interpretatur *Handius* (*V.* supra sub *A* in fin.); qui addit etiam illud *Virg.* 9. *Æn.* 140. peccare fuisset Ante satis, penitus modo nunc genus omne perosos Femineum. *h. e.* eos, qui nunc demum totum genus feminarum perosi esse debeant. In utroque loco vulgati libri pro *modo nunc* habent *modo non*. ¶ 3. Refertur etiam ad tempus statim futurum, vel potius etiam proximum tempus procedens et subsequens complectitur, et usurpatur de eo, quod statim fit, sive paullo post: inde factum est *postmodo*, quod V. *Ter. Andr.* 3. 4. 15. Domum modo ibo: ut apparentur, dicam. *andrò tosto*. — *Liv.* 26. 15. Quum Flaccus negaret, profecto satis compotem mentis esse, modo, prohiberi etiam se, – diceret; tum etc. *subito dopo, tosto appresso*. Sic *Tac.* 6. *Ann.* 32. Cognitis insidiis Artabanus tardari metu, modo cupidine vindictæ inardescere. Et barbaris cunctatio, servilis: statim exsequi, regium videtur. – Huc referendum videtur et illud *Ovid.* 10. *Met.* 520. ille sorore Natus avoque suo, qui conditus arbore nuper, Nuper erat genitus, modo formosissimus infans, Jam juvenis, jam vir, jam se formosior ipso est. ¶ 4. *Modo* repetitum ponitur pro alias, interdum, nunc, et dicitur non solum de tempore, verum etiam de rebus ipsis eorumque partibus alterna vice apparentibus. — *a*) *Modo* geminatur. *Cic.* 1. *Nat. D.* 18. 47. Cotta meus modo hoc, modo illud. *Id.* 2. *Divinat.* 44. 93. Eorum vi cælum modo hoc, modo illo modo temperatur. Adde *eumd.* 2. *Nat. D.* 19. 49. et *Id.* 13. *Att.* 25. *sub fin.* O Academiam volaticam, et sui similem, modo huc, modo illuc! *Ter. Eun.* 4. 4. 46. Modo ait, modo negat. *ora dice di sì, ora di no. Liv.* 22. 12. Et modo citato agmine e conspectu abibat, modo repente in aliquo flexu viæ - occultus obsistebat. *al.* subsistebat. *Sall. Jug.* 61. Evadere alii, alii succedere, ac murum modo suffodere, modo scalis aggredi. *Curt.* 7. 1. 24. Modo Indiam adire et Oceanum libet: modo conjugum et liberorum patriæque memoria occurrit. *Sueton. Aug.* 83. Animi laxandi causa modo piscabatur hamo, modo talis, aut ocellatis nucibusque ludebat. *Curt.* 6. 1. 9. Dici quoque unius tam multiplex casus modo spem, modo metum utriusque partis augebat. — Particulæ juxta ponuntur apud *Sall. Cat.* 15. *extr.* Citus modo, modo tardus incessus. et *Jug.* 64. Lætos modo, modo pavidos animadvertentes. *Liv.* 38. 56. Nebulonem modo, modo nugatorem appellat. — *Modo modo* additur τῷ *invicem* per pleonasmum a *Cels.* 6. 7. Sic teritur, ut invicem modo rosa, modo passum instilletur. *Id.* 2. 3. Bibenda aqua, postero die etiam vinum, deinde invicem alternis dicbus modo aqua, modo vinum. Adde *eumd.* 1. 3., 7. 7., 3. 22. et alibi. — *b*) *Modo* ter vel pluries positum legitur apud *Cic. Fonte*j. 1. 2. Populi modo ab nostris imperatoribus subacti, modo bello domiti, modo triumphis ac monumentis notati, modo ab senatu agris multati. *Cels.* 7. 14. Meges tres has posuit: modo intestinum eo irrumpere, modo omentum, modo humorem. *Plin. 2. Hist. nat.* 9. 6. (11). Et modo curvata in cornua facies, modo æqua portione divisa, modo sinuata in orbem. — *c*) In secundo atque in tertio membro aliæ particulæ ponuntur, quæ sunt *aliquando interdum, nonnunquam, sæpe, rursus, nunc*: quibus omnibus aliæ res aliis temporibus factæ notantur. — *Aliquando* apud *Tac.* 2. *Hist.* 74. Vespasianus modo in spem erectus, aliquando adversa reputabat. *Id.* 16. *Ann.* 10. Modo muliebri ejulatu, aliquando sexum egressa voce intensa clamitabat. Adde *eumd.* 6. *Ann.* 35., 1. *ibid.* 81. et 11. *ibid.* 34. — *Interdum* apud *Sall. Jug.* 77. Modo adversum hostes, interdum in solitudines pergere. *Id. ibid.* 59. Modo se Metello, interdum Mario ostendere. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 9. Ire modo ocius, interdum consistere. Adde *Ovid.* 13. *Met.* 541. *Nepos Att.* 20. Quum modo aliquid de antiquitate ab eo requireret, modo aliquam ei quæstionem poeticam proponeret, interdum jocans ejus verbosiores eliceret epistolas. Sic et *Sueton. Ner* 49. Ac modo Sporum hortabatur, ut lamentari ac plangere inciperet: modo orabat, ut se aliquis ad mortem capessendam exemplo juvaret: interdum segnitiem suam his verbis increpabat. — *Nonnunquam* apud *Sueton. Tib.* 66. Libellis diversissime afficiebatur, modo ut præ pudore ignota et relata cuncta cuperet, nonnunquam eadem contemneret. *Id. Claud.* 15. In cognoscendo autem ac decernendo mira varietate animi fuit, modo circumspectus et sagax, modo inconsultus ac præceps, nonnunquam frivolus amentique similis. — *Sæpe* apud *Horat.* 1. *Sat.* 10. 11. Et sermone opus est modo tristi, sæpe joco so. (at ordine mutato *Id.* 2. *ibid.* 7. 8. Sæpe notatus Cum tribus anellis, modo læva Priscos imani, Vixit inæqualis etc.). *Tac.* 11. *Ann.* 16. Modo temperantiam, sæpius vinolentiam usurpans. *Sall. Jug.* 19. Item in agmine in primis modo, modo in postremis, sæpe in medio adesse. Adde *Tac.* 4. *Hist.* 84. — *Rursus* apud *Propert.* 1. 3. 41. Nam modo purpureo fallebam stamine somnum, Rursus et Orpheæ carmine fessa lyræ. — *Nunc* apud *Ovid.* 13. *Met.* 922. Nam modo ducebam durentia retia pisces, Nunc in mole senex moderabar arundine linum. Adde *eumd.* 4. *Fast.* 643. et 1. *Trist.* 2. 27. Sic *Tac.* 2. *Hist.* 51. Ad Verginium versi, modo ut reciperet imperium, nunc ut legatione apud Cæcinam ac Valentem fungeretur, minitantes orabant. Et inverso ordine *Liv.* 8. 32. Quum nunc quereretur, eumdem accusatorem capitis sui ac judicem esse; modo, vitam sibi eripi citius, quam

gloriam rerum gestarum, posse, vociferaretur etc. — c) In secundo membro ponuntur etiam *tum, deinde*, et tertio loco *postremo* vel *postremum*, quibus ab inferiore parte ad superiorem fit gradus. *Cic.* 1. *Nat. D.* 12. 31. Xenophon facit Socratem disputantem, formam dei quæri non oportere: eumdemque et animum deum dicere: et modo unum, tum autem plures deos. *et ibid.* 13. 35. Modo menti divinum tribuit principatum, modo cælo, tum autem signis sideribusque cælestibus. *Id.* 2. *ibid.* 40. 102. Sol modo accedens, tum autem recedens, binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit. (*Modo-modo* pro *modo tum* dixit *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (87). Ne dilectæ quidem respectu motus, quum modo regis ea fuisset, modo pictoris esset.). *Sall. Jug.* 98. Et forte in eo loco grandis ilex coaluerat inter saxa paullum modo prona, deinde flexa atque aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert. *Tac.* 4. *Hist.* 46. Modo Mucianum, modo absentem principem, postremum cælum ac deos obtestari. *et* 3. *ibid.* 85. Vitellium infestis mucronibus coactum modo erigere os et offerre contumeliis, nunc cadentes statuas suas, plerumque rostra aut Galbæ occisi locum conteri, postremo ad Gemonias propulere. — d) *Modo* cum *vicissim* composuit *Cic.* 2. *Legg.* 17. 43. Quidquid agerent, modo timentes, vicissim contemnentes religiones. — e) Absolute. *Sall. Jug.* 93. Multi, vulneribus acceptis, neque fugere posse, neque quietem pati: niti modo, ac statim concidere. *alle volte.* Ita *Forcellinus*: at *Handius* hunc *Sallustii* locum retulit ad *A.* 1., sic enim interpretatur: Nec incedere poterant, nec stare, sed nitebantur tantum, ac statim concidebant.

MŎDŬLĀBĬLIS, e, adject. (modulor) *cantabile*, qui cani potest. *Calpurn.* 4. *Ecl.* 63. Hyblæa modulabile carmen avena.

MŎDŬLĀMEN, ĭnis, n. 3. (modulor) modulatio. *Gell.* 13. 20. Ciceroni mollius teretiusque visum, in quinta in Verrem (7. *Verr.* 66.) *fretu* scribere, quam *freto*. Itidem in secunda (4. *Verr.* 78.) simili usus modulamine, *manifesto peccatu* inquit, non *peccato. suono grato all'orecchio, numero. Macrob.* 2. *Somn. Scip.* 12. Cæli ac siderum naturam, motum ac modulamen agnoscere. *armonia. Sidon. carm.* 1. 9. Castalidumque chorus vario modulamine plausit, Carminibus, cannis, pollice, voce, pede. *canto e suono.*

MODULĀMENTUM, i, n. 2. (modulor) modulamen. *Gell.* 1. 7. *ad fin.* Sonus et positura ipsa verborum satis declarant, id potius ἐπιμέλειαν τῶν λέξεων modulamentis orationis M. Tullii convenisse. *al numero.*

MŎDULANTER, adverb. (modulor) idem ac modulate. *Gloss. Philox.* Modulanter, εὐρύθμως.

MŎDŬLĀTĒ, adverb. (modulor). Comp. *Modulatius.* — Modulate est concinne et cum mensura. *con misura*; sed occurrit speciatim tantum de mensura vocum et sonorum. *Cic.* 2. *Nat. D.* 8. 22. Si ex oliva modulate canentes tibiæ nascerentur. *Ammian.* 16. 5. Ars modulatius incedendi concinentibus fistulis. *più ordinatamente, e come a battuta*, in numerum. *Gell.* 1. 11. *in fin.* hoc idem *modulationem incedendi* vocat: qua utebantur Lacedæmonii, quibus mos fuit ingrediendi prælium ad tibicinum modulos. *Id.* 11. 13. In ejus orationis (*C. Gracchi*) principio collocata verba sunt accuratius modulatiusque, quam veterum oratorum consuetudo fert. *con più numero e armonia.*

MŎDULĀTĬO, ōnis, f. 3. (modulor) est actus modulandi, conformatio per modos seu mensuras, mensuratio, harmonia, *misura*, μέτρησις, ἁρμονία. ¶ 1. Generatim. *Vitruv.* 5. 9. § 3. *Schneid.* Ceteri operis modulationes, uti de ædibus sacris scriptum est, ita perficiantur. *et ibid.* § 2. Quæ (*porticus et ambulationes*) habeant exteriores columnas Doricas cum epistyliis et ornamentis ex ratione modulationis Doricæ perfectas. — De *modulatione incedendi* apud *Gell. V.* in voce præced. Hanc eamdem *modulationem agonisticam* vocat *Cel. Aurel.* 5. *Tard.* 11. *n.* 133. ¶ 2. Speciatim, sæpe dicitur de mensura vocum, et sonorum, *modulazione. Quintil.* 1. 6. 2. Poetas metri necessitas excusat, nisi si quando, nihil impediente in utroque modulatione pedum, alterum malunt: qualia sunt (*Virg.* 12. *Æn.* 208.) *imo de stirpe recisum*; et (1. *Ecl.* 15.) *silice in nuda. Id.* 11. 3. 57. Quodcumque ex his vitium magis tulerim, quam cantandi. Quid enim minus oratori convenit, quam modulatio scænica? *et mox.* Vocis modulationem fidibus ac tibiis adjuvare. *Auson. epist.* 25. 13. Est et arundineis modulatio musica ripis: Cumque suis loquitur tremulum coma pinea ventis. *concento.* Hinc modulationem ita definit *Diomed* 2. *p.* 433. *Putsch.* Modulatio est continuati sermonis in jucundiorem dicendi rationem artificialis flexus in delectabilem auditus formam conversus, asperitatis atque imperitiæ vitandæ causa.

MŎDŬLĀTOR, ōris, m. 3. (modulor) *misurato re*, qui per modulos metitur, præsertim voces et sonos, moderator, phonascus. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 129. quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen, atque Optimus est modulator. *Colum.* 1. *R. R. proœm.* § 3. Vocis et cantus modulatorem scrupulosissime requirunt musicæ rationis studiosi.

MŎDŬLĀTRIX, ĭcis, f. 3. *Tertull. Baptism.* 3. Quid quod exinde dispositio mundi, modulatricibus quodammodo aquis, Deo constitit? *h. e.* modulum et rationem quodammodo præbentibus.

MŎDŬLĀTUS, a, um. *V.* MODULOR.

MŎDŬLĀTUS, us, m. 4. modulatio. *Seneca Herc. Fur.* 263. *de Amphione.* Canoro saxa modulatu trahens. *Capell.* 9. *p.* 306. Non enim simplex quidam et unius materiæ tinnitibus modulatus, sed omnium organicarum vocum consociata permixtio quamdam plenitudinem cunctitinæ voluptatis admisit.

MŎDŬLO, as, etc. *V.* voc. seq. init.

MŎDŬLOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (modus; modulus). *Modulo* et *Modulor* ancipiti terminatione in una eademque significatione protulisse antiquos, ait *Priscian.* 8. *p.* 799. *Putsch.*; sed nullo auctore confirmat. Part. *Modulans* 1.; *Modulatus* 1., 2. et in fin.; *Modulandus* 1. et 2. — Accusativum regit; sed et Dativum regere potest, ut *medicor, moderor*, si *Servio* credimus ad *Virg.* 7. *Æn.* 756., qui nullo tamen auctore id confirmat. — Ceterum Modulari est modulis dimetiri, cum mensura et numerorum ratione componere, moderari, μετρέω (It. *misurare*; Fr. *mesurer*; Hisp. *medir, arreglar*; Germ. *messen, abmessen, gehörig einrichten, regulïren*; Angl. *to measure, regulate, modulate*). ¶ 1. Generatim. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 54. 55. (142). Ictum et sonitum congruere, ita modulante natura; sed sonitum profecti esse fulminis, non illati. *Gell.* 1. 1. In reperienda modulandaque status longitudinisque ejus (*Herculis*) præstantia. *h. e.* dimetienda. — Similiter *modulatus* passive est modulo seu mensura certaque ratione conformatus. *misurato, regolato*, apud *eumd. Gell.* 1. 15. Linguæ in promendo esse gratiam plurimam, si modesta et parca et modulata sit. *moderata, rattenuta.* ¶ 2. Speciatim et sæpissime dicitur de sono, voce, cantu certis modis et musica ratione inflexo ac temperato. *Cic. Orat.* 18. 58. Ipsa natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem. *Id.* 3. *Orat.* 48. 185. Hominum auribus vocem natura modulatur ipsa. *piega, varia. Plin.* 2. *Hist. nat.* 95. 96. (209). Insulæ Salliares dictæ, quoniam in symphoniæ cantu ad ictum modulantium pedum moventur. *alla battuta regolata de' piedi.* Sic *Liv.* 27. 37. *sub fin.* Virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes incesserunt. *misurando e regolando. V.* MODULATE. *Virg.* 5. *Ecl.* 14. Carmina descripsi, et modulans alterna notavi. *e mettendoli in musica*: vel *accompagnandoli alternamente col suono*: quod fere eodem recidit. Sic 10. *Ecl.* 50. Chalcidico quæ sunt mihi condita versu Carmina, pastoris Siculi modulabor avena. *li canterò sull'aria del Siciliano pastore. Horat.* 2. *Ep.* 2. 143. verba sequi fidibus modulanda Latinis. *Tibull.* 3. 4. 39. Hanc (*lyram*) primum veniens plectro modulatus eburno. *Heynius* legend. putat *hac* pro *hanc*, scil. lyra. *Justin.* 30. 1. 9. Adduntur instrumenta luxuriæ, tympana et crepundia: nec jam spectator rex, sed minister nequitiæ, nervorum oblectamenta modulatur. *Seneca Agam.* 670. mobile carmen Ramo cantat tristis aedon, Ityn in varios modulata sonos. — Hinc Part. præter.

Modulatus, a, um, passive occurrit, et Adjective usurpatur, unde Comp. *Modulatior* et Sup. *Modulatissimus*: dicitur autem fere de sono et cantu ad musicam rationem dimenso, *armonicoso. Quintil.* 9. 2. 35. Incipit esse quodammodo παρῳδή: quod nomen ductum a canticis ad aliorum similitudinem modulatis. *Flor.* 2. 7. *in fin.* Nec aliter illa consulari sententia, quam modulatissimo aliquo tibiarum aut fidium cantu, fruebantur. *Ovid.* 14. *Met.* 428. Illic cum lacrimis, ipso modulata dolore Verba, sono tenui mœrens fundebat. *Sueton. Aug.* 57. et *Ner.* 42. Modulata carmina. *versi messi in musica, o sulle note.* Sic *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 43. (81). *de cantu luscinïæ.* Modulatum sonum edere. *Gell.* 11. 13. *sub fin.* Uti caveretis, ne vos facile perstringeret modulatus aliquis currentis facundiæ sonitus. *h. e.* numerus verborum apte compositorum. Sic 13. 24. *ante med.* Orationem modulatiorem aptioremque reddit. *Id.* 1. 11. Lacedæmonios tibiarum modulis in prœliis usos esse, non ut excitarentur animi, quod cornua et litui moliuntur; sed contra ut moderatiores modulatioresque fierent, quod tibicinis numeris temperatur. — *Barbitos modulatus*, pulsatus, *sonato. Horat.* 1. *Od.* 32. 3. age, dic Latinum, Barbite, carmen, Lesbio primum modulate civi.

MŎDŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* modus, est quantitas, magnitudo, mensura cujusque rei, ποσότης, μέτρον (It. *quantità, grandezza, misura*; Fr. *mesure*; Hisp. *medida, quantidad*; Germ *ein kleines Maass*; Angl. *measune, quantity*).

I.) Proprie. Generatim. *Varro* 2. *R. R.* 2. 20. Relinquitur de numero, quem faciunt alii majorem, alii minorem: nulli enim hujus moduli naturales. *Sueton. Ner.* 49. Scrobem coram fieri imperavit, dimensus ad corporis sui modulum. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 309. ab imo ad summum moduli bipedalis. Hinc illud, quod proverbium sapit, apud *eumd.* 1. *Ep.* 7. 98. Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est. ¶ 2. Speciatim apud architectos est parva mensura, ad cujus rationem totius operis conformatio perficitur, *modulo, modello, norma*, ἐμβάτης. *Vitruv.* 5. 9. Si Dorici generis erunt columnæ, dimetiantur earum altitudines cum capitulis in partes quindecim, et ex eis partibus una constituatur, et fiat modulus: ad cujus moduli rationem omnis operis erit explicatio, et in imo columnæ crassitudo fiat duorum modulorum, etc. ¶ 3. Item in aquæductibus est mensura et capacitas fistulæ, unde erogatur aqua: qui et calix dicitur. *Frontin. Aquæd.* 36. Est autem calix modulus æneus, qui rivo, vel castello induitur: huic fistulæ applicantur. Longitudo ejus habere debet digitos non minus duodecim: lumen, id est capacitatem, quanta imperata fuerit. Adde *Ulp. Dig.* 39. 2. 30. — Horum modulorum alii erant erogatorii, alii acceptorii: hi ad accipiendam impetratam aquam, illi ad dandam. *Frontin. Aquæd.* 34. ¶ 4. Item in vocibus et sonis est certa mensura et distributio varietatum et discriminum, unde musica ratio, et orationis numerus exsistit, *battuta, aria. Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (204). Lydios modulos invenit Amphion, Dorios Thamyris Thrax, Phrygios Marsyas Phryx. *Id.* 11. *ibid.* 37. 88. (219). Arteriarum pulsus in modulos certos legesque metricas descriptus ab Herophilo, etc. *Gell.* 1. 4. Crispum sane agmen orationis, rotundumque, ac modulo ipso numerorum venustum. *Id.* 5. 1. Vocum festivitates et moduli verborum. *Eumen. Grat. act. Flav. nom.* Paucissima claro rum instrumenta modulorum, per compendia sæpius tibi occursura, protulimus. *h. e.* instrumenta musica sonora, *stromenti di chiaro suono.*

II.) Translate. *Varro* apud *Non. p.* 119. 11. *Merc.* Ganeones, quibus modulus est vitæ culina. — *Cassiod. fragm.* apud *A. Maium in Class. Auct. T.* 3. *p.* 350. Pro modulo ingenii. *et p.* 355. Pro modulo nostro.

MŎDUS, i, m. 2. mensura, quantitas, id quo rerum longitudinem, altitudinem, latitudinem, quantitatem, numerum etc. metimur, μέτρον (It. *misura, quantità*; Fr. *mesure*; Hisp. *medida, quantidad*; Germ. *das Maass*; Angl. *measure, quantity*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Varro* 1. *R. R.* 10. 1. Modos, quibus metirentur rura, alius alios constituit. Nam in Hispania metiuntur jugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino jugeris. *Val. Max.* 7. 3. § 4. Utrosque se-

paratim monuit, ut, omissa cupiditate, regredi modo controverso, quam progredi mallent. *h. e.* modo finium suorum controverso. *Cic.* 13. *Att.* 33. Nihil scripsit, nisi de modo agri. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 4. Modum altitudinis et latitudinis (*sulcorum*) abunde est esse bipedaneum. *Id. Arbor.* 1. Collis modum jugeri continens. *Cels.* 3. 27. Sevum miscere cum hyoscyami et urticæ contritis seminibus, sic ut omnium par modus sit. *V.* ANA indecl. *Colum.* 12. *R. R.* 23. 3. Salis contriti semunciam in eumdem modum musti adjicere. *Curt.* 6. 4. *ad fin.* Pomorum quoque ingens modus nascitur; et uberrimum gignendis uvis solum est. *Frontin. Aquæd.* 10. Ingentem aquæ modum invenerunt. *grande copia d'acqua.* Est titulus sextus libri undecimi Pandectarum, *Si mensor falsum modum dixerit.* et *Vellej.* 2. 73. 3. Servitia fugitivosque in numerum exercitus sui recipiens, magnum modum legionum effecerat. Similiter *Liv.* 6. 35. Alteram (*legem promulgavit*) de modo agrorum, ne quis plus quingenta jugera agri possideret. *et* 42. 1. Cujus (*agri publici*) ingentem modum possidere privatos constabat. *Cic. Flacc.* 32. 80. Voluisti magnum agri modum censeri. et *Horat.* 2. *Sat.* 6. 1. Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus. Cf. *Sicul. de condit agr. p.* 2. et 3. *Goes. Cic. Marcell.* 8. 25. Modum vitæ suæ æquitate animi definire. *lo spazio, la durazione, il tempo.* Sic *Id.* 2. *Tusc.* 19. 45. Terminare magnitudinis et diuturnitatis modum. *Inscript.* apud *Spon. Miscell. p.* 198. *n.* 4. Q. VIBIO SECVNDINO QVI VIXIT AN. XII. M. VI. D. VIII. SVPRA MODVM AETATIS PIENTISSIMO etc. ¶ 2. Speciatim, et quidem prægnante, uti ajunt, significatione, est justa vel recta mensura, ea, intra quam si consistas, mediocritas servatur, moderatio, modestia, *giusta misura, mediocrità, moderazione. Varro* 1. *R. R.* 11. 1. In modo fundi non animadverso lapsi sunt multi; quod alii villam minus magnam fecerunt, quam modus postulavit. *Grat. Cyneg.* 121. Omnia tela modi melius finxere salubres. *h. e.* meliora fiunt, si in iis fingendis temperata mediocritas servetur. *Cic. Orat.* 22. 73. In omnibus rebus videndum est, quatenus: etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum. *Id.* 1. *Off.* 5. 14. Omnium, quæ fiunt quæque dicuntur, ordo et modus: in quo inest modestia et temperantia. *Id. Mur.* 34. 72. More et modo facere aliquid. *Id.* 4. *Verr.* 59. 144. Quid vero? modum statuarum haberi nullum placet? Atqui habeatur necesse est. *Id.* 3. *Orat.* 11. 41. Vox quasi extra modum absona. *et* 1. *Divinat.* 44. 100. Quum locus præter modum crevisset. — Jungitur cum *modestia. Sall. Jug.* 45. Ita cum potentia, avaritia sine modo modestiaque invadere, polluere, vastare omnia. *h. e.* sine fine et pudore. *V.* MODESTIA; et cf. *Cic.* 1. *Off.* 5. 14. paullo sup. allatum. Item cf. *eumd. Cic.* 1. *Orat.* 15. 67. Sin quæ res inciderit, in qua de natura, de vitiis hominum, de cupiditatibus, de modo, de continentia – dicendum sit etc. ¶ 3. Item speciatim, sæpe dicitur de mensura sonorum et vocum, unde musica ratio et carminum metra constant, *tuono, canto, verso,* νόμος. *Cic.* 2. *Divinat.* 3. 9. Non potest surdus varietates vocum, aut modos noscere. *Ovid.* 10. *Met.* 145. tentavit pollice chordas, Et sensit varios, quamvis diversa sonarent, Concordare modos. *Quintil.* 1. 10. 14. Musicis modis exercitus accendere. *Ovid. Heroid.* 15. 6. Lyricl modi. *Stat.* 5. *Silv.* 5. 26. discordes. *Horat.* 1. *Ep.* 3. 12. fidibusque Latinis Thebanos aptare modos. *Id. Art. P.* 404. gratia regum Pieriis tentata modis. *Cic.* 1. *Tusc.* 44. 106. Pressis et flebilibus modis continere aliquid. *et* 3. *ibid.* 19. 46. Præclarum carmen: est enim et rebus, et verbis, et modis lugubre. *e per la materia, e per le parole, e per la sorta di metro. Id.* 1. *Orat.* 42. 187. Quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa quondam fuerunt, ut in musicis numeri, et voces, et modi. *l'armonia, le voci e i tuoni. Liv.* 7. 2. Saltare ad tibicinis modos. *ballare a suon di flauto.* Quinam vero et quot fuerint modi musici. *V.* in IASTIUS. — Initio comœdiarum *Terentii*: Modos fecit Flaccus Claudii F. tibiis paribus dextris et sinistris, *fece le sonate, o la musica. Donatus* in *fragm. de Com. et Trag.* docet, diverbia ab histrionibus fuisse pronuncista; cantica vero temperata fuisse modis, non a poeta, sed a perito artis musicæ factis. Ubi vero nulla fuere cantica, probabile est, in fine cujusque actus modos a tibicine fuisse factos: quod significare videtur *Plaut.* quum ait *in fin. a.* 1. *Pseudoli.* Concedere aliquantisper me intro libet, Dum concenturio in corde sycophantias: Tibicen vos interea hic delectaverit. — Translate. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 143. Ac non verba sequi fidibus modulanda Latinis, Sed veræ numerosque modosque ediscere vitæ.

II.) Translate. ¶ 1. Modus est finis, terminus, quem excedere minime licet, *termine, fine, regola:* hinc cum *fine* jungitur, ut apud *Horat.* 1. *Sat.* 1. 106. Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos ultra citraque nequit consistere rectum. *Cic.* 4. *Verr.* 48. 118. Modum aliquem et finem orationi et criminibus facere. *et* 1. *Off.* 29. 102. Finem et modum transire. — Ceterum *Ter. Heaut.* 4. 5. 6. Verum ubi videbit tantos sibi sumptus domi cotidianos fieri, nec fieri modum, optabit rursum ut abeat ab se filius. *Cic.* 1. *Fin.* 1. 3. Quis est, qui alienæ modum statuat industriæ? *Id. ibid.* 1. 2. et 4. *Verr.* 59. 145. Modum alicui rei constituere. *Id.* 5. *Tusc.* 28. 80. adhibere. *Virg.* 7. *Æn.* 129. ponere exitiis. *Liv.* 4. 24. imponere alicui. *Cic.* 2. *Legg.* 26. 66. finire. *Id.* 1. *Off.* 29. 104. retinere. *Lucan.* 2. 38. servare. *Cic.* 1. *Legg.* 20. 53. aliquem controversiarum facere. *Id.* 5. *Fam.* 16. *ad fin.* lugendi aliquando facere. *Liv.* 25. 40. *sub fin.* alicui. *prescrivere, come contener si debba.* Adde *eumd.* 9. 14. Similiter *Id.* 4. 13. Sp. Mælius plebem hoc munere delinitam, quacumque incederet, conspectus elatusque supra modum hominis privati, secum trahere. Cf. *Spartian. Hadrian.* 9. Omnia denique ad privati hominis modum fecit. et *Claudian.* 2. *Rufin.* 315. Solus hic invidiæ fines virtute reliquit Humanumque modum. *Liv.* 4. 58. Parum cogitarunt, nulla virtute superari humanarum virium modum. *Seneca Thyest.* 254. Nil quod doloris capiat adsueti modum. — Poetice cum Infinito pro Gerundio Genitivi. *Stat.* 12. *Theb.* 573. Nam quis erit sævire modus? ¶ 2. Sæpissime est ratio, via, forma, qua fit aliquid, *modo, maniera, foggia, guisa,* τρόπος. — *a)* Universim. *Cic.* 1. *Invent.* 27. 41. Modus est, in quo, quemadmodum, et quo animo factum sit, quæritur. Ejus partes sunt prudentia et imprudentia. *Id. Orat.* 35. 122. Has partes quemadmodum tractet, difficile dictu est: nec enim semper tractantur uno modo. *Id. Quinct* 7. 28. Modo et ratione aliquid facere. *nella dovuta maniera.* — Cum Infinito. *Virg.* 2. *G.* 73. Nec modus inserere atque oculos imponere simplex. — *b)* Speciatim frequentissime occurrunt cum Genitivo vel Adjectivo — *Modo* vel *modis,* ut apud *Liv.* 39. 26. Servorum modo, præter spem manumissorum, licentiam linguæ experiri. *Tac.* 4. *Ann.* 25. Pecorum modo trahi, occidi, sapi. *Nepos Att.* 21. Tali modo quum septem et septuaginta annos complesset etc. *Id. Datam.* 10. Pari modo complura castella ei tradit. *Cic. Amic.* 2. 6. Te vero alio quodam modo, non solum natura et moribus, verum etiam studio et doctrina esse sapientem etc. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 48. non isto vivimus illic Quo tu rere modo. *Cic.* 2. *Att.* 6. *a med.* Omni modo egi cum rege et ago quotidie. *Id.* 4. *Verr.* 76. 186. Nullo modo. *Ter. Andr.* 1. 126. Sine, meo me vivere modo. *a mio modo. Sall.* in *orat. Macr. Licin. ad pleb. a med.* Gerant habeantque suo modo imperia. *come lor piace. Ter. Hecyr.* 2. 3. 7. Filium multis modis jam exspecto, ut redeat domum. *h. e.* vehementer, ut exponit *Donatus.* Alii minus recte leg. *multimodis.* Similiter et apud alios divisim legendum est. *V.* MULTIMODIS loco suo, ubi plura afferuntur. Rursus *Ter. Hecyr.* 4. 4. 79. Omnibus modis miser sum. *Horat.* 3. *Od.* 7. 12. Tentat mille vafer modis. — *More* et *modo* divisim dixit *Cic.* 4. *Verr.* 3. 9. Si humano modo, si usitato more peccasset. Conjunctim vero *Id. Tim.* 1. Multa sunt a nobis et in Academicis conscripta contra physicos et sæpe cum P. Nigidio, Carnea deo more et modo, disputata. et *Horat.* 4. *Od.* 2. 27. apis Matinæ More modoque. — *Ad modum* (unde Adv. ADMODUM, et QUEMADMODUM, quæ *V.* loco suo). *Liv.* 37. 46. *ad fin.* Intra vallum compulsi et ad modum fugientium in agrum pacatum reducti. *Cæs.* 3. *B.G.* 15. Naves ad hunc modum factæ. *et* 5. *ibid.* 24. Ad hunc modum distributis legionibus. *et* 2. *ibid.* 31. Ad hunc modum locuti sunt. — *In modum,* ut apud *Colum. Arbor.* 22. In modum ramorum alias radices emittit. *Cic.* 2. *Verr.* 5. 13. Servilem in modum cruciari et necari. *Tac.* 3. *Hist.* 25. Signa armaque in nostrum modum, desidiam licentiamque Græcorum retinebant. *Cæs.* 1. *B.G.* 41. Mirum in modum. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 14. *sub fin.* Commendo tibi majorem in modum hominem domi splendidum etc. *meglio che posso.* — *c) Bono modo* aliquid facere est mediocritate et moderatione servata, temperate, modice, modeste. *Cato R. R.* 5. Villicus, si quis quid deliquerit, pro noxa bono modo vindicet. *Plaut. Amph.* 3. 4. 12. Animo obsequitur suo: quod omnem hominem facere oportet, dum id modo fiat bono. Adde *eumd. Merc.* 4. 5. 61. et *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 44. 137. Hæc tibi tam sunt defendenda, quam mœnia: mihi autem bono modo, tantum, quantum videbitur. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 6. Bono modo desiderare aliquid. ¶ 3. Apud Grammaticos *modi verborum* sunt diversæ eorum inclinationes, per quas varios animi affectus significamus, ut indicativus, imperativus, optativus etc. *Quintil.* 1. 5. 41. In verbo fiunt solœcismi per genera, tempora, personas, modos, sive cui status eos dici, seu qualitates placet, vel sex, vel, ut alii volunt, octo. Adde *Gell.* 15. 13.; *Priscian.* 8. p. 819. *Putsch.*; *Charis.* 2. *p.* 142.; et *Diomed.* 1. *p.* 328. — Similiter de ipsa passiva vel activa verborum forma *Quintil.* 9. 3. 7. In natura verborum est etiam quæ facimus, patiendi modo (*h. e.* passiva forma) sæpe dicere, ut *arbitror, suspicor*: et contra faciendi (*h. e.* activa forma), quæ patimur, ut *vapulo.* Adde *eumd.* 1. 6. 26.

MŒCHA, æ, f. 1. *concubina, adultera,* μοιχή, concubina, et speciatim adultera. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 113. Ne sequerer mœchas, concessa quum Venere uti Possem. *Martial.* 10. 13. Ad nocturna jaces fastosæ limina mœchæ. — Adjective, seu per appositionem. *Auson. epigr.* 10. Toxica zelotypo dedit uxor mœcha marito.

MŒCHĪA, æ, f. 1. *fornicazione, adulterio,* μοιχεία. *Tertull. Pudic.* 5. et alibi; et *Vulgat. interpr. Sap.* 14. 26.

MŒCHĪLE, is, n. 3. adulterium, vel locus in quo adulteria committi solent. *Petron. Satyr.* 113. *Burmann.* Redierat in animum mœchile. Alii aliter leg.

MŒCHILLUS, i, m. 2. *deminut.* a mœchus. Legitur a nonnullis apud *Catull.* 113. Consule Pompejo primum duo, Cinna, solebant Mœchilli: facto consule nunc iterum etc. *Vulgati libri habent* Mœchi: illo facto etc. *Rectius* Lachmann. *leg.* Meciliam *et fortasse* Mœciliam.

MŒCHĪMŌNĬUM, ii, n. 2. adulterium. *Laberius* apud *Gell.* 16. 7. et apud *Non.* p. 140. 31. *Merc.*

MŒCHISSO as, are, a. 1. adulterio mulierem polluo. *Plaut. Cas.* 5. 4. 6. Quid fecisti scipione, aut, quod habuisti pallium? AN. In adulterio dum mœchissat Casinam, credo, perdidit. *scil.* pallium.

MŒCHŎCĪNÆDUS, i, m. 2. μοιχοκινα*ι*δος, qui adulter simul et mollis cinædus est. *Lucilius* apud *Non.* p. 493. 26. *Merc.* Imberbi androgyno barbato mœchocinædo. *h. e.* qui facit, et patitur, ut ait *Auson. epigr.* 119.

MŒCHOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. *fornicare, adulterare,* μοιχεύω, cum scorto, vel cum conjuge alterius concumbo: est a præt. perf. μέμοιχα verbi μείχω pro μίχω ab ὀμιχέω, mejo. *V.* IMMEJO. *Catull.* 94. 1., *Horat.* 1. *Sat.* 2. 49.; et *Martial.* 6. 91. etc.

MŒCHUS, i, m. 2. *fornicatore, adultero,* μοιχός, qui cum scorto cubat, et qui cum aliena uxore concumbit: a voce Græca allata. *Plaut. Mil. gior.* 3. 1. 180. Herus meus ita magnus mœchus mulierum est, ut etc. Adde *Ter. Andr.* 2. 1. 16. et *Eun.* 5. 4. 35. *Horat., Juvenal., Martial.* Huc pertinet et poeticum illud apud *Sueton. Oth.* 3. Uxoris mœchus cœperat esse suæ. *h. e.* videbatur esse adulter uxoris suæ, quam Nero diligebat.

MŒDIÆ. *V.* HEMIOLIUS.

MŒNE, is. *V.* MŒNIA primo loco init.

MŒNĔRA *pro* munera. *V.* MUNUS init.

MŒNĬA, ium, ibus, n. plur. 3. In singulari num. est *mœne, is,* perrarum tamen. *Nævius* (alii mi-

nus recte *Ennius*) apud *Festum* p. 145. 25. *Müll.* Apud emporium in campo hostium pro mœne. *mœne* Ablativus casus est, ut *mare* apud antiquiores. — *Arce mœniorum* dixere veteres, teste *Cledonio* in *Arte* p. 1898. *Putsch.*, ut *anciliorum* pro *ancilium* dixit *Horat.* 3. *Od.* 5. 10. — *Mœniis* pro *mœnibus* habetur in *Inscript.* sub Antonino Pio apud *Gruter.* 408. 1. *lin.* 34. VNIVERSAM R. P. N. (*h. e. rem publicam nostram*) CVM EO MOENIIS AMPLIAVIT. *Alii rectius leg.* cum gregariis. — Cetera *mœnia* sunt muri, qui urbem cingunt; ab antiquo *mœnio* pro *munio*, ut docent *Varro* 5. *L. L.* 141. *Müll.* (Uti haberent tota oppida quod operis muniebant, mœnia dicta.) et *Servius* ad *Virg.* 11. *Æn.* 567. τεῖχη (It. *mura, muraglie, fortificazioni*; Fr. *muraille de ville, mur, rempart, fortifications*; Hisp. *muro, muralla, terraplen, fortificacion*; Germ. *die Schutzmauern, Stadtmauern, Mauern als Schutzwehr und Sicherheitsmittel, Bollwerk*; Angl. *the walls of a city, the fortificacions of a city, the thowers, ramparts, parapets* etc.).

I.) Proprie. — *a*) De muris urbium. *Cic. Sext.* 42. 91. Domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, mœnibus sæpserunt. *Id.* 3. *Nat. D.* 40. 94. Diligentius urbem religione, quam ipsis mœnibus cingitis. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 44. 137. Hæc tam sunt defendenda, quam mœnia. *Id.* 1. *de republ.* 11. Sub ipsis Numantiæ mœnibus. *Virg.* 11. *Æn.* 569. Non illum tectis ullæ, non mœnibus urbes Accepere. *Cæs.* 3. *B. C.* 80. Oppidum altissimis mœnibus oppugnare. *Nepos Themist.* 6. Piræeus mœnibus circumdatus. *et ibid.* 4. Mœnibus se defendere. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 29. 30. (109). Obsidere mœnia. *Auct. B. Hisp.* 36. delere. *Auct. B. G.* 8. 43. occupare. *Seneca Phœniss.* 343. dejicere. *Sall. Cat.* 66. Intra mœnia deprehensi hostes. — *b*) Item quæcumque munitiones, propugnacula, aggeres, muniendi causa exstructi, *fortificazioni, parapetti, argini, trinciere*. Unde *Festus* p. 145. 27. *Müll.* Mœnia et muri et alia muniendæ urbis gratia facta. *Cæs.* 2. *B. C.* 16. Ut ipsis consistendi in suis munitionibus locus non esset: quum pæne inædificata in muris ab exercitu nostro mœnia viderentur, ac tela manu conjicerentur. Cf. *Ennius* apud *Macrob.* 1. *Saturn.* 4. Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti Mœnia, concubia vigilesque repente cruentant. — In illo *Virg.* 2. *Æn.* 234. Dividimus muros, et mœnia pandimus urbis: *Servius* putat, *mœnia* esse urbis tecta, ædes, etc. *corpo della città*. Sic *v.* 252. fusi per mœnia Teucri Conticuere: *mœnia* interpretatur *domos*. *mœnia* enim et publica et privata dici. Sed non videtur hæc interpretatio esse necessaria. Tametsi in *Cod. Theod.* 14. 17. 11. *Imppp. Theodos., Arcad. et Honor.* ita *mœnium* voce utuntur, ut omne corpus ædificiorum urbis tum publicorum, tum privatorum complectantur. Qua ratione et *Flor.* 1. 4. de *Anco*. Hic mœnia muro amplexus est. *et Vitruv.* 8. 4. Zama est civitas Afrorum, cujus mœnia rex Juba duplici muro sæpsit. *et Virg.* 6. *Æn.* 549. Mœnia lata videt triplici circumdata muro. Est etiam locus *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (122). ubi de Babylone loquitur, qui aptius de toto urbis corpore intelligitur, quam de murorum sæpto. Situm vero, *inquit*, mœnium aquilæ pandentis alas. *Cassiod.* 2. *Variar.* 34. Atque ideo universa pecunia, quæ fuerat fabricis deputata Romanis, sine aliqua dilatione resumatur, et vobis ordinantibus iterum Romanis mœnibus applicetur.

II.) Translate. ¶ 1. *Mœnia mundi* apud *Lucret.* 1. 73. et alibi, et *mœnia cœli* apud *Ovid.* 2. *Met.* 401. est ipse ambitus, et quasi sæptum extremum. Eadem ratione *mœnia navis* dixit *Id.* 11. *ibid.* 532. quibus navis excludit undas, et ab insultibus fluctuum vectores defendit: et *mœnia theatri* dixit *Lucret.* 4. 80. ipsos parietes, quibus inclusi spectatores sedent. et *mœnia alta* dixit *Grat. Cyneg.* 431. juga montana quæ circa Ætnam sunt instar mœnium. ¶ 2. Item mœnia omne corpus ædificiorum urbis tum publicorum, tum privatorum complectuntur. *Cic.* 2. *Cat.* 1. 1. Nulla jam pernicies a monstro illo atque prodigio (*h. e.* Catilina) mœnibus ipsis intra mœnia comparabitur. Adde *Virg.* 6. *Æn.* 549.; *Vitruv.* 8. 4.; *Flor.* 1. 4. et alia allata sub I. *b.* in fin. ¶ 3. De una tantum domo *Virg.* 6. *Æn.* 541. Dextera quæ Ditis magni sub mœnia tendit.

MŒNIA *pro* munia. *V.* MUNUS.

MŒNIANUM. *V.* MÆNIANUM.

MŒNĬO, is, ivi, itum, ire, *et*

MŒNĪTUS, a, um. *V.* MUNIO init.

MŒRENS *vel* mærens, entis. *V.* voc. seq. in fin.

MŒREO *vel* mæreo, es, ere, 2. Quod ad scriptionem attinet, diphthongum *oe* in *mœreo, mœror* et *mœstus* retinent *Dausq., Scalig.* et alii, itemque octo lapides apud *Gruter.*, quos affert *Noris. in Cenotaph. Pis. dissert.* 4. *c. ult.*, quibus adde alium apud *Gruter.* 658. 5., quem indicat *Cellar.* in *Orthograph.* Ipse tamen *Norisius* antiquiorem putat *ae*, quæ constanter habetur in *Cod. Virg. Mediceo*, et in aliis lapidib. quinque apud *Manut.* in *Orthogr.* Ex etymologis alii, quibus *ae* placet, cum *Varron.* 6. *L. L.* 50. *Müll.* a *marcere* deducunt, quia corpus mærendo marcescere videatur: alii, ut *oe* defendant, a Græco μοῖρα (unde *mœra*), ut *Dausq.*, quas ego notationes nihil moror. Porro neutram scriptionem vel improbarim, vel prætulerim. — De Præterito ita *Priscian.* 8. *p.* 817. *Putsch.* A *mœreo*, unde *mœror, mœrui* debuit facere: sed in usu non est. — *Mœreor, eris*, dep. 2. valde dubium est. *Matius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 95. *Müll.* Corpora Grajorum mœrebar mandier igni. *Sic MSS. Codices, præter unum, qui habet* mirabar: *Müllerus leg.* mœrebat. *Cic. Sext.* 39. 68. Nos pulsi eramus: vos taciti mœrebamini. *Alii leg.* mœrebatis, *alii* mirabamini. — Part. *Mœrens* sub *A* et *B* et in fin. — *Mœreo* (quod, ratione habita etymi, nonnulli cum voc. *miser* conjungunt) est idem ac tristis sum, ægresco, in mœstitia sum, ejusque ægritudinis signa do querendo, lamentando, lugendo: nec audiendus *Servius*, qui ad *Virg.* 11. *Æn.* 211. *mœrere* ait esse cum silentio dolere, si *cum silentio* intelligit occulte et in corde intus, λυπέομαι (It. *rattristarsi, essere mesto, affliggersi*; Fr. *être triste, affligé, abattu*; Hisp. *ser triste, afligido, desconsolado*; Germ. *betrübt* —, *traurig sein, trauern, jammern, klagen*; Angl. *to grieve, be afflicted or sad, sorrow, repine, lament, mourn*). Occurrit autem *A*) Neutrorum more, et *B*) Active, h. e. cum Accusativo.

A) Neutrorum more. *Cic. Orat.* 22. 74. Quum immolanda Iphigenia tristis Calchas esset, mœstior Ulixes, mœreret Menelaus. *Id.* 1. *Tusc.* 13. 30. Nemo mœret suo incommodo: dolent fortasse et anguntur; sed illa lugubris lamentatio fletusque mœrens ex eo est, quod eum, quem diliximus, vitæ commodis privatum arbitramur idque sentire. *Id. Pis.* 9. 21. Quum omnes boni abditi inclusique mœrerent, templa gemerent, tecta ipsa urbis lugerent. *Id.* 3. *Tusc.* 27. 65. Apud Homerum quotidianæ neces interitusque multorum sedationem mœrendi afferunt. *et ibid.* § 64. Nihil profici mœrendo. *Balb.* 25. 56. Homines alienis bonis mœrentes. *Sulpicius* apud *Cic.* 4. *Fam.* 5. *ad fin.* Da hoc illi mortuæ: da ceteris amicis, qui tuo dolore mœrent. *Tibull.* 3. 2. 14. Mœreat hæc genero, mœreat illa viro. *Ovid.* 1. *Fast.* 487. Nec tamen ut primus mœre mala talia passus. — Passive impersonaliter. *Apul.* 4. *Met.* Mœretur, fletur, lamentatur diebus plusculis.

B) Active. — *a*) Cum Accusativo. *Cic.* 14. *Fam.* 2. Mœreo casum ejusmodi. *Id. Sext.* 17. 39. Perditorum civium mortem mœrere. *Id.* 1. *Tusc.* 48. 115. graviter filii mortem. *et ibid.* 44. 105. illa sicut acerbissimam rem. *Id. Sext.* 14. 32. calamitatem reipublicæ. — Similiter *Id.* 1. *ad Q. fr.* 3. *sub fin.* Quin illud mœreo, quod tibi non minorem dolorem illorum orbitas affert, quam mihi. *Ovid.* 1. *Met.* 664. talia mœrens. *h. e.* has edens querelas. Adde *Val. Flacc.* 8. 209. — *b*) Cum Infinito, qui Accusativi vicem gerit. *Cic. Sext.* 11. 25. Qui, patriam nimium tarde concidere, mœrent. Adde *Matii* locum allatum sub init. — Hinc Part. præs., cujus exempla supra retulimus,

Mœrens, entis, adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Mœrentissimus*; et est idem ac mœstus, *mesto, malinconico*. *Ennius* apud *Diomed.* 2. *p.* 442. *Putsch.* et apud *Charis.* 4. *p.* 251. Mœrentes, flentes, lacrimantes, commiserantes. *Cic. Sull.* 26. 74. Quis Sullam, nisi mœrentem, demissum afflictumque vidit? *Id.* 2. *Orat.* 47. 195. Hunc quum afflictum, debilitatum, mœrentem, in summum discrimen adductum viderem. *Id.* 4. *Fam.* 6. Non enim, ut tum me a re publica mœstum domus excipiebat, quæ levaret; sic nunc domo mœrens ad rem publicam confugere possum, ut in ejus bonis acquiescam. *Horat.* 3. *Od.* 5. 47. Interque mœrentes amicos Egregius properaret exsul. *Virg.* 1. *Æn.* 201. dictis mœrentia pectora mulcet. *Ovid. Heroid.* 11. 93. Mœrens vultus. *Seneca Herc. Œt.* 1063. Mœrentem feriens chelyn. *Inscript.* apud *Murat.* 1229. 7. Mater mœrentissima.

MŒRICA vitis. *V.* METICA.

MŒRO, as, are, a. 1. *attristare*, λυπέω, mœrentem facio. *Accius* apud *Non. p.* 137. 32. *Merc.* Quod si, ut decuit, stares mecum, aut meus te mœraret dolor, jamdiu inflammari tetre naves vidissent suas. Ita ex *Cod.* leg. *Bothe*: alii male *mertaret*, quasi significet merentem facere. *Mercerus* habet *mertaret*.

MŒROR *vel* mæror, ōris, m. 3. actus mœrendi, luctus: cui *lætitia* apud *Sall. Cat.* 61. opponitur, λύπη, ἀνία (It. *lutto, duolo, tristezza, mestizia*; Fr. *tristesse, profonde affliction, douleur, abattement*; Hisp. *tristeza, congoxa*; Germ. *die Traurigkeit, Trauer, Betrübniss, der Jammer*; Angl. *the expression of grief, lamentation, sorrow, sadness, heaviness of heart, dole*). Occurrit — *a*) Sæpissime in sing. num. *Cic.* 4. *Tusc.* 8. 18. Mœror est ægritudo flebilis. *h. e.* quæ in fletum, gemitum aliaque signa doloris facile erumpit. *Id.* 12. *Att.* 28. Quod me ipse per litteras consolatus sum, non pœnitet me, quantum profecerim: mœrorem minui; dolorem nec potui, nec, si possem, vellem. *Id. Sext.* 31. 68. Decesserat ex Asia frater meus magno squalore, sed multo etiam majore mœrore. *Id.* 3. *Tusc.* 12. 26. Est impudens luctus mœrore se conficientis. *Id. Amic.* 3. 11. Quam autem civitati carus fuerit, mœrore funeris indicatum est. *Id.* 2. *Orat.* 47. 196. Quum C. Marius mœrorem orationis meæ præsens multum lacrimis suis adjuvaret. *Lucret.* 6. 1181. Perturbata animi mens in mœrore metuque. *Sall. Jug.* 16. Clausi in tenebris cum mœrore et luctu, morte graviorem vitam exigunt. — Jungitur plurimis Verbis, quorum præcipua hæc sunt. *Plaut. Cist.* 4. 2. 60. Mœrorem alicui afferre. *Id. Cas.* 3. 5. 50. offerre alicui. *Justin.* 38. 8. 14. inferre convivio. *Cic.* 3. *Att.* 8. *ad fin.* Animum mœrori dare. *Ter. Andr.* 4. 2. 10. Esse in mœrore. *Cic.* 10. *Att.* 4. Jacere in mœrore. *Id.* 5. *Fam.* 2. Versari in mœrore. *Gell.* 3. 15. Mœrore et luctu affectus. *Cic.* 11. *Att.* 2. Mœrore urgeri. *Plaut. Capt.* 1. 2. 30. macerari. *Id. Stich.* 1. 3. 63. atque ægritudine consenescere. *Cic.* 3. *Att.* 8. Meus me mœror lacerat et conficit. *Id.* 2. *Cat.* 1. 2. Mœrore afflictus et profligatus. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 12. 12. (33). Mœroris tabe confecti. *Cic.* 12. *Att.* 14. A mœrore recreari. *Id.* 14. *Phil.* 13. 34. Deponere mœrorem atque luctum. *Plaut. Stich.* 2. 1. 31. Ex mœrore eximere. — *b*) In plur. num. *Cic.* 1. *Fin.* 18. 59. Ægritudines, molestiæ, mœrores, qui animos exedunt conficiuntque curis.

MŒRUS, i. m. 2. *V.* MURUS init.

MŒSILRUM *pro* mausoleum, legitur apud *Frontin. de limit. agr. p.* 43. *Goes.*

MŒSTĒ *vel* Mæste, adverb. (mœstus) *con dolore, con tristezza, in atto di mestizia*, cum mœrore, λυπηρῶς. *Cic.* 3. *Herenn.* 14. 24. Acriter, clementer; mœste, hilariter.

MŒSTĪFĪCĀTUS *vel* mæstificatus, a, um. *V.* voc. seq.

MŒSTĪFĪCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (mœstus *et* facio). Part. *Mœstificatus*. — Mœstificare est mœstum facere, *attristare*. *Augustin. Ep.* 121. Si paupertas angit, si luctus mœstificat. — Hinc Part. *Mœstificatus* est idem ac mœstus, tristis. *Sidon.* 3. *Ep.* 13. *circa med.* Facies umbris mœstificata larvalibus. *Capell.* 9. *init.* Insuetis lædor mœstificata modis.

MŒSTĪFĪCUS, a, um, adject. (mœstus *et* facio) qui mœstum facit. *Epitaph. Alcim. init.* Quisquis mœstificum tumuli dum cernis honorem Cespite concludi, totum deflebis Avitum.

MŒSTĪTER *vel* Mæstiter, adverb. (mœstus) mœste. *Plaut. Rud.* 1. 5. 6. Unde vos ire cum uvida veste dicam, tam mœstiter vestitas?

MŒSTĬTĬA *vel* mæstitia, æ, f. 1. (mœstus). De orthographia *V.* in MŒREO init. — Mœstitia est idem quod mœror: cui opponitur hilaritas et lætitia (It. *mestizia, dolore, tristezza*; Fr. *tristesse, vive douleur, affliction, abattement*; Hisp. *tristeza, congoxa, aflicción, abatimiento*; Germ. *das Traurig -, Betrübtsein, die trauriye, betrübte Stimmung, Traurigkeit, Niedergeschlagenheit*; Angl. *sadness, gries, sorrow, trouble, heaviness*).

I.) Proprie de hominibus. *Cic.* 1. *Off.* 41. 146. Ex oculorum obtutu, ex superciliorum aut remissione, aut contractione, ex mœstitia, ex hilaritate, ex risu etc. *Id.* 1. *Tusc.* 44. 106. Hæc quum pressis et flebilibus modis, qui totis theatris mœstitiam inferant, concinuntur. *Id.* 2. *Phil.* 15. 37. Esse in mœstitia. *Id. Orat.* 43. 148. Mœstitiæ resistere. *Id.* 1. *Fin.* 13. 43. Sapientia est una, quæ mœstitiam pellat ex animis. *Tac.* 3. *Ann.* 16. Os in mœstitiam flectere.

II.) Translate. *Cic. Orat.* 16. *sub fin.* Aliqui duritatem et severitatem quamdam verbis, et orationis quasi mœstitiam sequuntur. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 11. Ut totius auctumni pabulo satiatus agnus, ante mœstitiam frigorum atque hiemis jejunium, confirmetur.

MŒSTĬTŪDO *vel* mæstitudo, inis, f. 3. mœstitia. *Accius* apud *Non. p.* 136. 24. *Merc.* Ni vestitus teter, mœstitudo, vastitudo prædicarent hominem esse. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 1. Ego sum miser, cui tanta mœstitudo obtigit. *Pallad.* 1. *R. R.* 26. *de turdis.* Claudantur cum aliis ante nutritis, quorum societate captivitatis mœstitudinem consolentur. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 3. *sub init.* Alienatio cum cachinno et cantilena, vel certe mœstitudine, silentio etc. *et* 3. *ibid.* 5. *init.* Gravedo, vel dolor capitis, aut vertigo; aut aurium tinnitus; vultus mœstitudo etc.

MŒSTO *vel* mæsto, as, are, a. 1. (mœstus) mœstum facere. *Laberius* apud *Non. p.* 137. 27. *Merc.* Concitatam mobilitate mœstas.

MŒSTUM, adverb. *V.* voc. seq. sub I. *c.*

MŒSTUS *vel* mæstus, a, um, adject. De ratione scribendi *V.* in MŒREO init. — Comp. *Mœstior* I.; Sup. *Mœstissimus* I. et II. 1. — Mœstus est mœrens, dolens, tristis, lugens, λυπηρός, ἀχθόμενος (It. *addolorato, mesto, afflitto, gramo*; Fr. *triste, affligé, abattu, mélancolique*; Hisp. *triste, afligido, abatido, melancólico*; Germ. *traurig, betrübt, schwermüthig, niedergeschlagen*; Angl. *sad, sorrowful, woful, pensive, afflicted, malancholy, doleful, mournful, dismal*).

I.) Proprie — *a*) De hominibus. Cum v. *tristis* jungitur apud *Plaut. Bacch.* 4. 4. 18. Quid vos mœstos tam tristesque esse conspicor? Cf. *Cic.* 1. *Divinat.* 28. 59. Visum tibi esse, quum in locis solis mœstus errares, C. Marium cum fascibus laureatis quærere ex te, quid tristis esses. *et Orat.* 22. 74. Quum immolanda Iphigenia tristis Calchas esset, mœstior Ulixes. Ceterum *Id.* 2. *Orat.* 47. 195. Quum excitavi mœstum ac sordidatum senem. *Id. post redit. in senat.* 6. 13. Incultus, horridus, mœstus. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 3. Mœstus ac sollicitus morte alicujus. *Virg.* 2. *Æn.* 270. mœstissimus Hector. — *b*) De iis quæ ad hominem referuntur atque animi mœstitiam significant. *Justin.* 18. 7. 10. Mœsta ac lugentia castra. *Cic.* 3. *Herenn.* 15. 27. Mœsto et conturbato vultu. *Virg.* 4. *G.* 515. mœstis late loca questibus implet. *Ovid.* 4. *Fast.* 454. Et feriunt mœstæ pectora nuda manus. *et ibid.* 854. mœstas Acca soluta comas. *Id.* 2. *Amor.* 6. 5. mœstos laniare capillos. *Id.* 3. *Trist.* 5. 15. Brachiaque accepi mœsto pendentia collo. *Virg.* 1. *Æn.* 208. mœstus timor. — *c*) Cum Infinito. *Stat.* 10. *Theb.* 774. insignemque animam mucrone corusco, Dedignantem artus pridem mœstamque teneri, Arripit. — *c*) Hinc *mœstum* adverbii more legitur apud *Senec. Œdip.* 569. ter valles cavæ Sonuere mœstum.

II.) Translate. ¶ 1. Speciatim de hominibus, haud aliter ac *tristis*, est valde turbatus, et vultu ad tristitiam ac severitatem compositus. *Val. Flacc.* 5. 568. tacita mœstissimus ira. Sic in illo *Virg.* 12. *Æn.* 514. Ille oeci mœstum mittit Onytem: *Servius*, severum, inquit, naturaliter tristem, quem Græci σκυθρωπόν dicunt, ἀγέλαστον: aut imaginatus est exspirantem. — Huc referri potest et illud *Tac. Dial. de Orat.* 23. Quos (*oratores*), more prisco apud judicem fabulantes, non auditores sequuntur, non populus audit, vix denique litigator perpetitur: adeo mœsti et inculti illam ipsam, quam jactant, sanitatem non firmitate, sed jejunio consequuntur, *severi, digiuni, irti.* ¶ 2. Generatim de rebus, et est mœstitiam significans vel afferens, mœrorem ac luctum portendens, funestus, lævus. *Propert.* 3. 4. 13. mœsta vestis. *h. e.* atrata, signum luctus. Sic *Id.* 4. 11. 9. mœstæ tubæ. *Seneca Œdip.* 2. Et nube mœstum squalida exoritur jubar. *Virg.* 5. *Æn.* 47. ossa parentis Condidimus terra, mœstasque sacravimus aras. *h. e.* funebres et diis Manibus sacras. *Ovid.* 6. *Fast.* 660. mœsta funera. *Id.* 3. *Fast.* 641. ne dubita, mœstum fuge, dicere, tectum. *h. e.* funestum, dirum, in quo insidiæ parantur. *Id. ib.* 128. a læva mœsta volavit avis. *h. e.* mali ominis. *Virg.* 1. *G.* 480. Et mœstum illacrimat templis ebur. — Ventrem mœstum fovere ex molito hordeo, apud *Lucilium* exponit *Non. p.* 350. 33. *Merc.* enectum fame.

MŒTA *pro* meta legitur apud *Frontin. de Colon. p.* 141. *Goes.*

MOIRUS, i, m. 2. *V.* MURUS init.

MŎLA, æ, f. 1. μύλη (It. *mola, macina*; Fr. *moulin*; Hisp. *molino harinero*; Germ. *die Mühle jeder Art*; Angl. *a milli, millstone*).

I.) Proprie est instrumentum, quo frumenta, aliæque fruges conteruntur, et in farinam rediguntur: a Græca voce allata. Constat autem duobus saxis, quorum inferius quadrata primum figura solo insistit, deinceps in conum desinit, et ob formæ similitudinem *meta* dicitur: superius (Græci ὄνον vocant) dupliciter est cavatum, et ex inferiore quidem parte metæ superincumbit, superiore vero, quæ catillus appellatur, grana conterenda continet, quæ per medium foramen inter utrumque saxum decidunt, ibique facile commoluntur, quum superius saxum ab axe transverso, qui *mobile* nominatur, circumducitur. Hujus molæ figuram, paucis abhinc annis Pompejis in Campania repertæ, habes apud *Schneiderum* in adnot. ad *Catonem tab.* 11. *n.* 7. Molarum formam indicat etiam *Manil.* 5. 285. Subdere fracturo silici frumenta superque Ducere pendentes orbes. Et *Seneca Ep.* 90. § 23. Hoc aliquis secutus exemplar (*aquaticuli* nempe), lapidem asperum aspero imposuit, ad similitudinem dentium, quorum pars immobilis motum alterius exspectat; deinde utriusque attritu grana franguntur, et sæpius regeruntur, donec ad minutiam frequenter trita redigantur. *Paul. Dig.* 33. 7. 18. § 5. Idem Scævola consultus de meta molendaria, respondit, si rusticis ejus fundi operariis moleretur, eam quoque deberi; est autem meta inferior pars molæ, catillus superior. *Ennius* apud *Non. p.* 506. 3. *Merc.* Quo nunc me ducis?—Ubi molarum strepitum audibis maximum. — Molarum aliæ sunt *trusatiles* aut *manuariæ*, χειρόμυλαι, quæ manu hominum truduntur. *Gell.* 3. 3. *sub fin. de Plauto.* Quum ob quærendum victum, ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset. *V.* MANUARIUS. — Aliæ *asinariæ* aut *jumentariæ*, quæ ab asinis seu jumentis versantur. *Ovid.* 6. *Fast.* 318. Et quæ pumiceas versat asella molas. *Juvenal.* 8. 66. *de caballis.* tritoque trahunt epirhedia colle Segnipedes, dignique molas versare Nepotis. *V.* ASINARIUS et JUMENTARIUS. Aliæ *aquariæ*, ὑδρόμυλαι, quæ impetu incurrentis aquæ et ope rotarum circumaguntur. *Pallad.* 1. *R. R.* 42. Si aquæ copia est, fusuras balnearum debent pistrina suscipere, ut ibi formatis aquariis molis sine hominum, vel animalium labore frumenta frangantur. Hinc *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 23. (97). Major pars Italiæ rotis utitur, quas aqua verset obiter, et far molat. *Venant.* 3. *carm.* 12. 37. Ducitur in rigidis sinuosa canalibus unda, Ex qua fert populis hic mola rapta cibum. Hujusmodi molas describit *Vitruv.* 10. 10. *V.* et HYDRAULA. *V.* etiam, si vis, *Strab. l.* 12. *p.* 556., et *Heringium* de molendinis. Ad alias etiam fruges et res comminuendas molæ adhibentur. *Ovid. Medic. fac.* 72. *de lupinis* et *faba.* Utraque da nigris comminuenda molis. *h. e.* molis ex nigro lapide, quas *Id. loc. cit.* in § 3. *pumiceas* vocat, quia plerumque fiebant ex lapide Pompejano, qui niger et pumici similis est. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 14. (72). Hordeum molis frangunt. *Petron. fragm. Tragur.* 74. *Burmann.* Mola buxea piper trivit. *stritolò il pepe con macinella di bosso. Colum.* 12. *R. R.* 52. 6. *Schneid.* Oleo autem conficiendo molæ utiliores sunt, quam trapetum. Molæ quam facillimam patiuntur administrationem; quoniam pro magnitudine baccarum vel submitti, vel etiam elevari possunt, ne nucleus, qui saporem olei vitiat, confringatur. *et ibid.* 54. 2. Suspensa mola olivam frangito. *Id.* 2. *ibid.* 10. 35. Cicera suspensa mola divisa. *Varro* 1. *R. R.* 55. 5. Molæ oleariæ e duro et aspero lapide. — Quas memorat *Plin.* 36. *Hist. nat.* 18. 29. (135). molas versatiles, Volsiniis inventas, *Harduin.* intelligit cotes acuendis ferramentis aptas. Easdem memorat *Liv.* 28. 45. *a med.*

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur *mola* ipsum far tostum, molitum, et sale sparsum (unde et *mola salsa* dicitur) κριθὴ πεφρυγμένη, qua in sacris utebantur, et vel solam offerebant, vel victimas ea spargebant, ut *Festus p.* 141. 31. *Müll.* et *Valer. Max.* 2. 5. *n.* 5. docent: unde *immolare. Virg.* 8. *Ecl.* 82. Sparge molam, et fragiles incende bitumine lauros. *Servius* ad *hunc loc.* tradit rationem ejus conficiendæ, quæ Romæ in more fuit: Virgines, inquit, Vestales ex Non. Majis ad prid. Id. Majas alternis diebus spicas adoreas in corbibus mensuariis ponunt: easque ipsæ torrent, pinsunt, molunt, atque ita molitas condunt. Inde ter in anno molam faciunt, Lupercalibus, Vestalibus, Idib. Septembr. adjecto sale cocto, et sale duro. *Plaut. Amph.* 2. 2. 108. Prodigiali Jovi aut mola salsa hodie, aut ture comprecatam oportuit. *Cic.* 2. *Divinat.* 16. 37. Caput est in jecore, cor in extis: jam abscedet, simul ac molam et vinum insperseris. *Tibull.* 1. 5. 14. Ipse procuravi, ne possent sæva nocere Somnia, ter sancta deveneranda mola. *Seneca Thyest.* 688. Tangensque salsa victimam culter mola etc. *Martial.* 7. 54. Consumpsi salsasque molas et turis acervos. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 2. 2. (7). Mola salsa supplicare. *Id. præfat.* § 11. Rustici mola tantum salsa litant. *Virg.* salsas fruges. *Ovid.* salsa farra vocat. *V.* SALSUS I. ¶ 2. Dicitur etiam *mola* in uteris mulierum massa carnea sine ossibus ac visceribus, ex imperfecta conceptione loco fetus concrescens, μύλη; ex ejus forma ita appellata. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 15. 13. (63). Unius mulieris utero quas appellarunt molas. Ea est caro informis, inanima, ferri ictum et aciem respuens: et, ut partus, alias letalis, alias una senescens, aliquando alvo citatiore excidens. Simile quiddam et in viris in ventre gignitur, quod vocant scirrhon. Adde *eund.* 10. *ibid.* 64. 84. (184). *V.* MYLE. ¶ 3. Est etiam idem ac cunnus. *Vet. epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p* 465. *Burmann.* Redde, maritus ait, et dixit femina, reddam: Sed magis ad nostram non molet ille (*adulter*) molam. *V.* MOLO II. — *NB. Mola* pro maxilla legitur a quibusdam apud *Apul.* 3. *Dogm. Plat. circa med.*, sed plerique alii rectius *mala.*

MOLÆ, ārum, f. plur. 1. In libro sacerdotum populi R. (apud *Gell.* 13. 22.) in quo perscriptæ sunt Comprecationes deûm immortalium, inter varia deorum nomina habetur *Heriem Junonis, Molas Martis, Nerienem Martis.* Putant quidam, *Molas* esse filias Martis, sic dictas a molimine et conatu in bellorum apparatu: alii a molis, quod ut molis fruges, sic bellis Mars homines frangat.

MŎLĀRIS, e, adject. *da mola*, μυλικός, ad molam pertinens, ut *molaris lapis*, ex quo molæ fiunt, μυλίτης λίθος. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 19. 30. (137). et *ibid.* 23. 53. (174). Similiter *Auct. Colon.* 1. edente *Rudorff. p.* 214. Termini lapidei alii saxei, alii molares. — Hinc

Molaris, is, m. 3. (*Priscian.* 5. *p.* 653. *Putsch.* Molaris a mola derivatum potest esse commune, quum adjectivum est, sed quia plerumque ad dentem vel lapidem refertur, usus frequens masculinum hoc profert), absolute, substantivorum more. ¶ 1. Subaudi *lapis*: et *molares* sæpe dicuntur lapides prægrandes et asperrimi, quos vel manu, vel ballistis jaciebant in hostes: vel a magnitudine, quasi apti sint molli faciendis; vel a duritie, aut scabritie, *sasso grande, ciottolone. Virg.* 8. *Æn.* 249. insueta rudentem (*Cacum*) Desuper Alcides telis premit, omniaque arma Advocat, et ramis vastisque molaribus instat. *Ovid.* 3. *Met.* 59. dextraque molarem Sustulit, et magnum magno conamine misit. Illius

impulsu quum turribus ardua celsis Mœnia mota forent. *Stat.* 5. *Theb.* 560. quo turbine bellica quondam Librati saliunt portarum in claustra molares. *et* 2. *Achill.* 426. Excipere immissos curvato umbone molares. ¶ 2. Subaudi *dens*: et *molares* dentes sunt in interiori maxilla utrinque post caninos siti, latiores ceteris crassioresque: ita dicti, quod incisum ab aliis cibum ipsi comminuunt et veluti molunt, iidem *maxillares* appellantur, *masceliari*, μύλαι, μυλίται ὀδόντες. *Juvenal.* 13. 212. interque molares Difficili crescente cibo. *et* 5. 60. ut per lacrimas effundere bilem Cogaris, pressoque diu stridere molari. *Scribon. Compos.* 61. Ubi super extremum molarem increverit gingiva.

MŌLĀRĬUS, a, um, adject. *da macina*, ad molam pertinens. molaris, μυλικός. *Cato R. R.* 11.; et *Varro* 1. *R. R.* 19. 3. Asinus molarius. *h. e.* qui molam circumagit.

MŌLAXO, as, are, a. 1. *ammollire*, idem ac malaxo. *Pelagon. Veterin.* 5. *ad fin.* Axungiam veterem cum olio purgato, et simul tunso diligenter molaxas.

MOLE. *V.* MOLESTIA init.

MOLEMONIUM, ĭi, n. 2. nomen herbæ, quæ facilis præstat vomitiones, ut ait *Plin.* 26. *Hist. nat.* 7. 25. (40). Ita legit *Sillig.*; alii aliter.

MŌLENDĀRĬUS, a, um, adject. *da mulino*, μυλωθρικός, ad molam, seu molendinum pertinens. *Paul. Dig.* 33. 7. 18. § 2. Asinam molendariam et molam negat Neratius instrumento fundi contineri. *et ibid.* § 5. Scævola consultus de meta molendaria respondit, etc. *Alii leg.* molendinaria.

MŌLENDĪNĀRĬUS, a, um, adject. ad moleadinum pertineus, idem ac molendarius, molaris. *Ammian.* 17. 4. *ad fin.* Obeliscus diu pensilis, hominum millibus multis tamquam molendinarias rotantibus metas, cavea locatur in media. *V.* et voc. præced. — Hinc

Molendinarius, ĭi, m. 2. absolute, substantivorum more, est molitor, qui frumentum aliasque fruges molendas curat, *mugnajo*. *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CCCCXC., apud *Gruter.* 1114. 6. et *Fabrett. p.* 529. *n.* 382. VT OMNIVM MOLENDINARIORVM FRAVDES AMPVTENTVR STATEBAS FIERI PRAECEPIMVS etc. *Gloss. Philox.* Molendinarius, ἀλεστής.

MŌLENDĪNĀRĬUS, ĭi, m. 2. *V.* voc. præced.

MŌLENDĪNUM, i, n. 2. *mulino*, μύλων, molettina, ubi molitur frumentum, ut pistrinum, ubi pinsitur: est a *molendo* dictum, quia illuc frumentum molendum fertur. *Augustin.* in *Psalm.* 132. *n.* 4. ad *Matth.* 24.40. Quare in molendino? quia in isto mundo versantur, ubi molendinum intelligitur; quia sic vertitur mundus iste, quomodo mola. Adde *eumd.* in *Psalm.* 36. *n.* 2.

MŌLENDO, as, are, a. 1. (molo) idem ac molere. *Pompej. in libr Donat. de barbarism. p.* 473. frugesque receptas Et torrere parant flammis et frangere saxo. Ecce prius dixit coquere panem, postea molendare triticum hoc dicit (*Virg.* 1. *Æn.* 178.): hysterologia est.

MŌLES, is, f. 3. Ultima in *mole* a vetustissimis producebatur, ut in *fame*, si *Prisciano* credimus 7. *p.* 768. *Putsch.* — Moles est corpus ingens, res magna et multi ponderis, ὄγκος, κύτος, μέγεθος (It. *mole, grandezza*; Fr. *charge, masse*; Hisp. *masa, muelle*; Germ. *die grosse, schwere unförmliche Masse, die Last, der Klumpen*; Angl. *a mass, heap, huge bulk*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Ovid.* 1. *Met.* 7. Chaos, rudis indigestaque moles. *Virg.* 3. *Æn.* 656. vasta se mole moventem Pastorem Polyphemum. *Colum.* 3. *R. R.* 8. 3. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. *Propert.* 4. 6. 19. stetit æquore moles Pinea. *h. e.* classis magnarum navium. *Lucan.* 3. 462. Opiterginis moles onerata colonis. *h. e.* navis. *Propert.* 4. 11. 23. Sisyphe, mole vaces. *h. e.* ingenti saxo. V. SISYPHUS in ONOM. *Claudian.* 1. *in Rufin.* 350. Hinc Stilicho turmas, illinc Gradivus agebat, Et clipeis et mole pares. *corporatura*. ¶ 2. Speciatim sæpe dicitur de magnis ædificiis, substructionibus, aggeribus, præsertim qui ex saxo, terra, aut materia in mare jaciuntur vel muniendis portubus, vel piscinis faciendis, vel ædificiis in ipso mari excitandis. *Horat.* 3. *Od.* 1. 33. Contracta pisces æquora sentiunt, Jactis in altum molibus. *Tibull.* 2. 6. 27. Claudit et indomitum moles mare. *il molo. Flor.* 2. 2. Quamvis fretum (*scil.* Siculum) Italiæ nec mole jungi, nec pontibus posset, armis bellogue jungenda præda. *Cæs.* 1. *B. C.* 25. Molem atque aggerem ab utraque parte litoris jaciebat. *Cic.* 6. *Verr.* 53. 118. Fons fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari disjunctus esset. *Id.* 2. *Offic.* 4. 14. Moles oppositæ fluctibus. *Id.* 4. *Att.* 16. *a med.* Aditus insulæ muniti mirificis molibus. *Sueton. Claud.* 20. Portum Ostiæ exstruxit, circumducto dextra sinistraque brachio, et ad introitum profundo jam solo mole objecta. *Curt.* 4. 2. Nec ulla tam firma moles est, quam non exedant undæ per nexus operum manantes et, ubi acrior flatus exsistit, summi operis fastigio superfusæ. *Liv.* 23. 5. *a med.* Pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis. *Cic. Mil.* 31. 85. Insanæ substructionum moles. *Horat.* 3. *Od.* 29. 10. Molem propinquam nubibus arduis. *Cic.* 14. *Phil.* 12. 33. Exstructa moles opere magnifico, incisæque litteræ virtutis testes sempiternæ. *deposito, memoria. Lucan.* 8. 865. Proderit hoc olim, quod non mansura sepulcri Ardua marmoreo surrexit pondere moles. — Similiter de scopulis. *Ovid.* 2. *Met.* 11. Dorídaque et natas: quarum pars nare videntur, Pars in mole sedens virides siccare capillos. Sic *Id.* 13. *ibid.* 921. Nam modo ducebam ducentia retia pisces; Nunc in mole sedens moderabar arundine linum. — *Moles aquarum*, immanis vis et copia. *Sil. It.* 3. 46. surgentis mole profundi Injectum terris subitum mare. Adde *eumd.* 14. 123; et *Solin.* 23. *a med.* Præcesserat *Virg.* 1. *Æn.* 137. Jam cælum terramque meo sine numine venti, Miscere, et tantas audetis tollere moles? *et* 5. *ibid.* 789. Ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis Quam molem subito excierit. *h. e.* quos fluctuum cumulos tempestate suscitaverit. *Justin.* 31. 5. 7. Perinde falli, ac si quis amnes non ab ipsis fontium primordiis derivare, seu concretis jam aquarum molibus avertere vel exsiccare velit. ¶ 3. Item speciatim de belli apparatu interdum dicitur. *Tac.* 1. *Hist.* 61. Vitellius suas copias supplevit, tota mole belli secuturus. *con tutto il grosso delle forze. et* 2. *ibid.* 46. Non alias majore mole concursum, *con maggiore apparecchio, ossia sforzo e numero di soldatesca*. Sic *Justin.* 22. 3. 9. Prima igitur illi (*Agathocli*) cum Hamilcare, Gisconis filio, prælii congressio fuit: a quo victus, majore mole reparaturus bellum, Syracusas concessit.

II.) Translate. ¶ 1. Est magnitudo, aut multitudo cujuslibet rei, item vis. *Cic.* 1. *Cat.* 9. 23. Vix molem istius invidiæ, si in exsilium ieris, sustinebo. *et* 3. *ibid.* 7. 17. Non facile hanc tantam molem mali a cervicibus vestris depulissem. *Horat.* 3. *Od.* 4. 65. Vis consili expers mole ruit sua. *Tac.* 12. *Ann.* 66. In tanta curarum mole. *Liv.* 26. 6. *a med.* Apud alios nequaquam tantam molem pugnæ invenio. *si gran battaglia. Sil. It.* 12. 143. Herculea prostrati mole gigantes. *h. e.* magnis viribus Herculis. *Virg.* 12. *Æn.* 574. animis certantibus omnes Dant cuneum, densaque ad muros mole feruntur. *h. e.* denso agmine et impetu urgente. Sic *Val. Flacc.* 1. 757. leo cunctatus in arcta Mole virum. *h. e.* densa venantum turba. — Similiter est majestas, pompa, potentia, vis apud *Val. Flacc.* 6. 673. non illa levi turbata metallo, Sed facibus, sed mole Dei. *Tac.* 15. *Ann.* 52. Cæsar balnea et epulas inibat omissis excubiis et fortunæ suæ mole. *la pompa del suo seguito*. ¶ 2. Item molimen, conatus, nisus, labor. *Tac.* 13. *Ann.* 35. Corbulonī plus molis adversus ignaviam militum, quam contra perfidiam hostium erat. *avea più da fare. et Liv.* 25. 11. *a med.* Plaustris transveham naves haud magna mole. *h. e.* haud magno molimine: *con non molta difficoltà. et Virg.* 1. *Æn.* 37. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. *tanto ci volea. Terentian. præfat. v.* 49. *p.* 2384. *Putsch.* Sudor dum solitus cadat Nulla mole palæstrica.

MŌLESTĒ, adverb. (molestus). Comp. *Molestius* et Sup. *Molestissime* 1. — Moleste ¶ 1. Si ad nosmet ipsi referamus, est idem atque ægre, graviter, iniquo animo, *di mala voglia*: qua significatione sæpissime cum v. *fero* jungitur. *Cic.* 13. *Att.* 22. Te de prædio aviæ exerceri, moleste fero. *mi spiace, mi duole. et Cæs.* 2. *B. G.* 1. Populi R. exercitum hiemare in Gallia, moleste ferebant. *Petron. Satyr.* 100. Inquietatus ille moleste tulit. *Cic.* 1. *ad Q. Fr.* 1. 1. Quoniam ea molestissime ferre homines debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt; est quiddam in hac re mihi molestius ferendum. *Id.* 3. *Fam.* 6. *a med.* Molestissime fero, quod, te ubi visurus sim, nescio. *Auct. B. Hisp.* 30. Moleste et acerbe accipiebant, se impediri, quominus etc. — *Moleste fero*, formula est dolentis alterius calamitatem. *Seneca Ep.* 67. *sub fin.* ¶ 2. Si ad alios referamus, moleste est cum molestia, molestiam exhibendo, *nojosamente, spiacevolmente*, δυσχερῶς. — *a*) Generatim. *Cic.* 1. *Att.* 17. *extr.* Jam illud moleste rogo, quod maxime cupio, ut quamprimum venias. *At plerique al. et ipse Orell. leg.* modeste. *Curt.* 3. 6. Animum sollicitudine intempestiva amici sane fideles, sed moleste seduli turbant. — *b*) Speciatim apud Rhetores est affectate. *Catull.* 42. 7. illa, quam videtis Turpe incedere, mimice ac moleste. *con odiosa affettazione. Augustus in ep.* apud *Sueton. Aug.* 86. *in fin.* Opus est, dare te operam, ne moleste scribas, aut loquaris. *h. e.* affectando obscuritatem, aut obsoleta verba sectando. hoc enim molestiam exhibet legentibus, aut audientibus. *Gell.* 3. 19. Superstitiose, et nimis moleste atque odiose confabricatus est originem vocabuli. *Quintil.* 11. 3. 181. Nec in loquendo distinctionibus, temporibus, affectionibus moleste utemur.

MŌLESTĬA, æ, f. 1. (molestus). *Mole* pro *molestia* dixerunt Romani. *V.* LABOR, oris, init. — Molestia est ægritudo, sollicitudo, cura, angor, negotium, δυσχέρεια, ὄχλος (It. *molestia, noja, fastidio, travaglio, spiacere*; Fr. *peine, désagrément, déplaisir, chagrin, inquiétude, souci, inconvénient, embarras*; Hisp. *pena, dolor, descontento, desplacer, desazon, embarazo*; Germ. *die Beschwerlichkeit, Lästigkeit, Unannehmlichkeit, Beschwerde, Verdruss, Missvergnügen, Verdriesslichkeit, Betrübniss, Unlust*; Angl. *trouble, troublesomeness, uneasiness, discontent, dissatisfaction, chagrin, noiance, molestation*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cato R. R.* 154. Vinum emptoribus sine molestia admetiaris. *senza questione. Plaut. Amph.* 1. 2. 2. Amovi a foribus maximam molestiam. *un grandissimo disturbo. Cic.* 2. *Orat.* 52. 209. Par atque una ratio est spei, lætitiæ, molestiæ. *Id.* 3. *ibid.* 4. 14. Pergamus ad ea solatia, quæ non modo sedatis molestiis, jucunda, sed etiam hærentibus, salutaria nobis esse possunt. *Id.* 1. *Fin.* 11. 37. Quum privamur dolore, ipsa liberatione et vacuitate omnis molestiæ gaudemus. – Ut enim quum cibo et potione fames sitisque depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis: sic etc. *Id.* 12. *Fam.* 30. Noli mihi molestiam exhibere, et a me litteras crebriores, quum tu mihi raras mittas, flagitare. *et* 13. *ibid.* 23. Pergratum mihi feceris, si eum, quod sine molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit, juveris. *senza tuo incomodo. et* 16. *ibid.* 12. *a med.* Habeo etiam illam molestiam, quod Dolabella noster apud Cæsarem est. *Id.* 8. *Att.* 3. *a med.* Sed in hoc ipso habent tamen iidem fasces molestiam. *portano seco. et Sull.* 1. 1. Ex hujus incommodis magnam animo molestiam capio. *Id.* 4. *Fam.* 3. Ex pernicie reip. molestiam trahere. *et ibid.* 13. Esse in molestiis. *et* 14. *ibid.* 7. Omnes molestias et sollicitudines deponere et ejicere. *et* 2. *ibid.* 16. depellere. *Id.* 3. *ad Q. Fr.* 8 delere. *Id.* 1. *Fin.* 16. 51. minuere, aut augere. *Id.* 4. *Fam.* 3. levare. *Id.* 3. *Tusc.* 16. 34. extenuare et diluere. *et* 2. *ad Q. Fr.* 10. alicui aspergere. *Ter. Hecyr.* 3. 2. 9 afferre. *Plaut. Pœn. prol.* 35. Esse molestiæ. *recare disturbo o noja*. Rursus *Ter. Adelph.* 5. 3. 33. Molestiam demere. *Cic.* 5. *Fam.* 14. *ad fin.* Molestiis se laxare. *et* 4. *ibid.* 13. Abducere a molestiis. *et* 3. *Orat.* 1. 1. Acerba recordatio veterem animi curam molestiamque renovavit. *Id. Rosc. Com.* 12. 34. Liberare quempiam molestia et cura. *Gell.* 1. 6. Molestia et incommodum rei uxoriæ. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 3. 8. (25). Ut dentes sine molestia cadant. *Cic.* 16. *Fam.* 11. Suscipere molestiam nauseæ. *Sueton. Cal.* 23. *ad fin.* Vitare molestiam navigandi. ¶ 2. Speciatim est et in scribendo *molestia*, quum exquisitius obscura, aut obsoleta, aut nimis elaborata sectamur, *affettazione*: quod molestiam affert audien-

tibus. *Cic. Brut.* 38. 143. Latine loquendi accurata, et sine molestia diligens elegantia.

II.) Translate, concreto, uti ajunt, sensu est vitium corporis in cute, quod molestiam magis, quam malum, affert. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 28. (109). Crocodilea illita ex oleo cyprino molestias in facie nascentes tollit.

MŎLESTO, as, are, a. 1. (molestus). Part. *Molestans.* — Molestare est molestia afficere, vexare, infestare, *molestare, travagliare,* λυπέω, τειρω. *Petron. fragm.* apud *Fulgent. de prisco serm.* in *Alucinari, n.* 54. Nam centum vernales me alucitæ molestabant. *Id. fragm. Tragur.* 58. *Burmann.* Aut tace, aut meliorem noli molestare. *Apul. Herb.* 71. Neque bestiæ, neque occursus mali molestabunt hunc. *Marcell. Empir. cap.* 4. *p.* 90. ed. *Ald.* Ulcera in capite, tamquam proprius morbus, præcipue infantibus nascuntur, sed et viros et mulieres graviter molestant. *Scribon. Compos.* 71. Uva hoc succo ter die tacta non solum resistit ac fit minima, sed etiam raro valde molestat. Adde *Tneod. Priscian.* 1. 21. *Iul. Obseq.* 42. Pestilentia utrumque exercitum molestante. — Deponentis forma, et cum Dativo. *Modestin. Dig.* 34. 3. 20. Aurelio Sempronio fratri meo neminem molestari volo nomine debiti, nec exigere aliquid ab eo. Quum vero optimæ editiones habeant *Aurelio Sempronio fratri meo. Neminem molestari volo,* etc, patet, *molestari* esse Infinitivum verbi passivi *molestor.*

MŎLESTUS, a, um, adject. Comp. *Molestior* et Sup. *Molestissimus* I. 1. — Volunt esse a *moles,* licet quantitas primæ syllabæ sit dissimilis: vel potius est a *mola,* quæ ingratiis a servis in pistrino movebatur. Ceterum molestus est gravis, laboriosus, odiosus, injucundus, negotiosus, δυσαχθείς, δύσφημος, ἀνιώδης (It. *molesto, gravoso, spiacevole, nojoso, increscevole, travaglioso*; Fr. *embarassant, gênant, fâcheux, pénible, incommode, désagréable, déplaisant, importun*; Hisp. *desplaciente, desagradable, penoso, embarazoso, enfadoso, molesto, importuno*; Germ. *beschwerlich, lästig, Beschwerde verursachend, beswerlich fallend, unangenehm, widerwärtig*; Angl. *troublesome, painful, offensive, irksome, grievous, noisome, unseasonable, importunate, teasing, uneasy*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Asin.* 2. 4. 63. Abscede hinc, molestus ne sis! *Ter. Adelph.* 5. 3. 20. Ausculta paucis, nisi molestum est, Demea. *se non t'incresce: se non t'è d'incomodo.* Sic *Cic. Cluent.* 60. 168. Tu autem, nisi molestum est, paullisper exsurge. (*officiose dictum.*) *Id. 2. Orat.* 3. 14. Nos quidem, nisi forte molesti intervenimus, venisse delectat. *Id. Mur.* 8. 18. Provincia negotiosa et molesta. *Id.* 2. *Nat. D.* 23. 59. Operosus ac molestus labor. *Id.* 3. *Legg.* 8. 19. Nihil erit his urbe, nihil domo sua dulcius; nec laboriosius molestiusque provincia. *Id.* 1. *Off.* 21. 70. Minus aliis gravis, aut molesta vita est otiosorum. *Id. Senect.* 14. 47. Cupidis rerum talium odiosum et molestum est fortasse carere. *Id. Amic.* 6. 22. Amicitia numquam intempestiva, numquam molesta est. *Id. ibid.* 24. 89. Molesta veritas, sed obsequium multo molestius. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 11. 36. Quum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiæ multo molestissima. *Phædr.* 4. 6. Noli molestus esse omnino litteris, Majorem exhibeant ne tibi molestiam. *Id.* 1. 22. Molestis muribus mustela purgat domum. — *Molestiora loca* apud *Pallad.* 1. *R. R.* 6. *circa med.* opponuntur *placidioribus,* et sunt, quæ venti liberius ac vehementius perflant. — *Molesta tunica* fuit indumenti genus e cannabe, aut stuppa, aut sparto, aut hujusmodi materia contextum, et pice, bitumine, resina, aut cera illitum, quo induebantur ad ignem damnati, ut diutius ardentes lento calore urerentur. *Juvenal.* 8. 235. Ausi, quod liceat tunica punire molesta. *Martial.* 10. 25. Nam quum dicatur tunica præsente molesta, Ure manum; plus est dicere, non facio. Hinc *Seneca Ep.* 14. *ante med.* Cogita illam tunicam, alimentis ignium et illitam et intextam. — Erant qui sponte se offerrent, in ludis, ut certo temporis spatio ea induti perstarent. *Tertull. Martyr.* 5. Jam et ad ignes quidam se auctoraverunt, ut certum spatium in tunica ardente conficerent. *V.* TUNICA. ¶ 2. Eleganter *molestum* dicitur, quod exquisitiore, quam par est, studio et cura fit: molestiam enim exhibet, ut arrogantiæ plenum, atque adeo ingratum, *affectato, odioso. Cic. Brut.* 30. 116. Volo, ut in scœna, sic etiam in foro, non eos modo laudari, qui celeri motu et difficili utantur, sed eos etiam, quos statarios appellant, quorum sit illa simplex in agendo veritas, non molesta. *Ovid.* 1. *Art. am.* 459. Disce bonas artes, moneo, Romana juventus, *etc.* Sed lateant vires, nec sis in fronte disertus: Effugiant ceræ verba molesta tuæ. *h. e.* nimis erudita, et a communi usu remota. *Quintil.* 11. 3. 183. Pronunciatio vultuosa, et gesticulationibus molesta. *Sueton. Tib.* 56. Zenonem quemdam exquisitius sermocinantem quum interrogasset, quænam illa tam molesta dialectos esset etc.

II.) Translate. ¶ 1. Est laboriosus, difficilis, *difficile, faticoso. Ulp. Dig.* 9. 2. 27. *circa med.* Alia species damni est, ipsum quid corrumpere, et mutare: alia, nulla ipsius mutatione, applicare aliud, cujus molesta separatio sit. ¶ 2. Damnum afferens, perniciosus. *Catull.* 51. 12. Otium, Catulle, tibi molestum est.

MŎLETRĪNA, æ, f. 1. *mulino,* μύλων, locus ubi molitur, pistrinum: a *molitus,* ut *sutrina* a *sutus. Cato* apud *Non. p.* 63. 27. *Merc.* Nervo, carcere, moletrina.

MŎLĬLE, is, n. 3. apud *Caton. R. R.* 10. *et* 11. videtur esse vel manubrium, quo mola versatur, vel helcium, quod servo, aut jumento molam versanti aptatur; vel axis, circa quem mola vertitur. V. *Annal. dell' Instit. arch. T.* 10. *p.* 245; et cf. v. MOLUCRUM.

MŎLĪMEN, Inis, n. 3. (molior) vox fere poetica: et ¶ 1. Est molimentum, molitio, conatus, *sforzo,* ἐπιχείρημα. *Lucret.* 4. 899. Quippe etenim ventus subtili corpore tenvis Trudit agens magnam magno molimine navem. *Ovid.* 12. *Met.* 356. solidoque revellere dumo Annosam pinum magno molimine tentat. *et* 6. *ibid.* 693. Idem ego quum fratres cælo sum nactus operto (Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor, Ut medius nostris concursibus intonet æther. ¶ 2. Item apparatus, machinatio, ubi multæ vires, et magnum studium, contentio, impensæ sunt opus. *Ovid.* 15. *Met.* 808. intres licet ipsa Sororum Tecta trium: cernes illic molimine vasto Ex ære et solido rerum tabularia ferro. *Horat* 2. *Ep.* 2. 93. Quanto cum fastu, quanto molimine circum Spectemus vacuam Romanis vatibus ædem. *Val. Flacc.* 6. 34. Musa mone, quanto Scythiam molimine Perses Concierit. *Ovid.* 6. *Met.* 473. ipso sceleris molimine Tereus Creditur esse pius. *Liv.* 2. 56. Res tamen, suo ipsa molimine gravis, certaminibus in annum extrahitur. ¶ 3. Item administratio, gubernatio, cura multarum magnarumque rerum. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 75. Magna tenent illud rerum molimina numen (h. e. *Cæsarem Aug.*): Hæc est cælesti pectore cura minor. *Id.* 15. *ibid.* 578. Magna quidem rerum molimina vidit in illis (*exiis*).

MŎLĪMENTUM, i, n. 2. (molior) idem quod molimen. *Sisenna* apud *Non. p.* 142. 5. *Merc.* Contra magno cum molimento ac perpetuo sono procedunt. *Cæs.* 1. *B. G.* 34. Neque se exercitum sine magno commeatu atque molimento in unum locum contrahere posse. *Liv.* 5. 22. *de signo lapideo Junonis.* Motam certe sede sua parvi molimenti adminiculis, sequentis modo, accepimus levem ac facilem translatu fuisse. *di piccolo apparato e sforzo.* et 37. 14. *ad fin.* Eo minoris molimenti ea claustra esse, quod in fluminis modum, longum et angustum et vadosum ostium portus sit. *di minore fatica e lavoro.* et *ibid.* 15. Minore molimento aperturi sunt hostes portum, quam obstruatur. *Seneca Consol. ad Marc.* 11. *a med.* Res magni molimenti est.

MŎLĪNA, æ, f. 1. *mulino,* moletrina, pistrinum. *Ammian.* 18. 8. *ad fin.* Quem adscensum scissis collibus molinæ ad calles artandas ædificatæ densius constringebant.

MŎLĪNĀRĬUS, ii, m. 2. *mulinaro,* molitor. *Gloss. Philox.* Molinarius, ὑδραλέτης.

MŎLĪNUM, i, n. 2. idem ac molendinum. *Cassiod. Instit. divin. litt.* 29. Amnis influit vobis arte moderatus, ubicumque necessarius judicatur, et hortis vestris sufficiens et molinis. *Alii frustra legendum monent* molendinis.

MŎLĪNUS, a, um, adject. molaris, ut Molinum saxum, *macina,* mola, qua frumenta teruntur. *Tertull. 4. advers. Marcion.* 35. ex *Lucæ* 17. 2. Si molino saxo ad collum deligato præcipitatus esset in profundum. *Vulgatus interpres* habet *molaris lapis.*

MŎLĬO, is, ire, a. 4. *V.* voc. seq. init.

MŎLĬOR, Iris, Itus sum, iri, dep. 4. Activa forma *molio, is,* affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Priscian.* 8. *p.* 797. *Putsch.*; sed legitur in *vet. S. C.* apud *Frontin. Aquæd.* 129. Neque quis in eo loco quid opponit, molit, obsæpit, figit, statuit. *h. e.* struit, ædificat. *Moliret* pro *moliretur* quidam leg., sed perperam, apud *Val. Max.* 5. 10. *n.* 2. *in fin.* — Hinc passiva significatione *Apul.* 11. *Met.* Sospitatricis deæ peculiaris pompa moliebatur. *Lucilius* quoque videri potest passive usurpasse in illo apud *Non. p.* 346. 15. et *p.* 139. 6. *Merc.* Muginamur, molimur, subducimur. Ubi *Non.* interpretatur, retinere, morari, ac repigrare, addito illo *Cæcilii*: Ita quod lætitia me mobilitat, mœror molitur metu. Est qui affert etiam illud *Justin.* 38. 1. 7. Quod ubi Ariarathes junior moliri cognovit, etc. *at ibi cum* Scheffer. *legendum videtur*: Quem id ubi etc. — *Molirier* paragoge pro *moliri* est apud *Lucret.* 5. 932. — Part. *Moliens* I. 1. et II. 3.; *Molitus* I. 1. et II. 1.; *Moliendus* II. 3. — Moliri, a *moles,* est molem, seu rem aliquam ingentem loco movere; conatu et viribus quippiam agere, ἐπιχειρέω (It. *muovere, mettere in moto, fare con apparato o sforzo o difficoltà*; Fr. *mettre en mouvement, faire des efforts, des apprêts, entreprendre quelque chose qui demande des efforts, du travail*; Hisp. *poner, meter en movimiento, hacer esfuerzo, emprendre con esfuerzo*; Germ. *e. Hebel oder überhaupt etwas Grosses und Schweres in Bewegung setzen, beginnen, unternehmen*; Angl. *to attempt something difficult, make a powerful effort, take pains and labour about, struggle, strive, labour, toil, moil, move or stir with great exertion*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim occurrit — 1.°) Absolute, h. e. neutrorum more sine Accusativo. Sic de studio, apparatu, opera, impensis mulierum in ornando *Ter. Heaut.* 2. 2. 11. Nosti mores mulierum; dum moliuntur, dum comuntur, annus est. *Cic.* 6. *Verr.* 43. 95. Horam amplius jam in demoliendo signo permulti homines moliebantur. *Id.* 6. *Fam.* 10. Agam per me ipse et moliar. *m'accingerò, tenterò. Id.* 7. *Verr.* 34. 88. Evolarat e conspectu quadriremis, quum etiam tunc ceteræ naves suo in loco moliebantur. *s'affaccendavano a partire.* Sic *Liv.* 37. 11. *ad fin.* Naves quædam a Nicandro, dum moliuntur a terra, captæ. Similiter *moliri* est fugam difficili conatu aggredi apud *eumd.* 28. 44. Audietis ardere bello Africam, et molientem hinc Hannibalem. — 2.°) Active, seu cum Accusativo. *Virg.* 1. *G.* 494. Agricola incurvo terram molitus aratro. ubi *moliri* est *smuovere, arare, lavorare, scavare.* Adde *Liv.* 40. 29.; et *Colum.* 2. *R. R.* 16. 1. Sic *Lucret.* 5. 932. ferro molirier arva. Rursus *Virg.* 4. *G.* 331. Ure sata et validam in vites molire bipennem. *h. e.* impinge, illide magna vi in vites. *Val. Flacc.* 6. 648. saxumque prehensum Concussa molitur humo. *Liv.* 9. 3. Moliri montes sua sede. *Id.* 28. 17. *sub fin.* ancoras. *cavare, salpare.* et 25. 36. onera objecta. *smuovere, dismuovere. Calpurn.* 4. *Ecl.* 83. pondus. *h. e.* subire, portare. *Liv.* 36. 24. ex somno corpora affecta labore ac vigiliis. *muovere a stento, a fatica rizzare in piè. Virg.* 1. *G.* 329. Fulmina molitur dextra. *Id.* 10. *Æn.* 131. Moliri ignem. *h. e.* vel jaculari, vel accendere conari. *Id.* 12. *ibid.* 327. Emicat in currum, et manibus molitur habenas. *h. e.* fortiter tenet ac regit. ¶ 2. Speciatim, cum Accusativo, ponitur pro labefactare, demoliri, *abbattere, atterrare. Liv.* 25. 36. *a med.* Turris igni circumdata, atque ita exustis foribus, qua nulla moliri potuerunt vi, capta. *Tac.* 1. *Ann.* 39. Concursu ad januam facto moliuntur fores: extractum cubili Cæsarem tradere vexillum subigunt. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 82. et translate *Liv.* 6. 11. *a med.* Non contentus agrariis legibus, fidem moliri cœpit. *Est qui aliter legit.* ¶ 3. Item pro exstruere, *fabbricare*: præsertim ubi multis operis impensisque opus est. *Virg.* 7. *Æn.* 127. et 290. Moliri aggere tecta. *et* 3. *ibid.* 132. muros urbis. *et* 1. *ibid.* 424. pars ducere muros Molirique

arcem. *et ibid.* 6. et 4. *ibid.* 309. classem. *Flor.* 1. 7. ædem. *Val. Flacc.* 1. 94. navem. *Solin.* 15. *circa med.* pocula de capitibus hominum.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est facere, sed magna cum vi, manu et conatu. *Cic.* 2. *Nat. D.* 23. 59. Dii nec cessantes, nec ea, quæ agunt, molientes cum labore operoso ac molesto. *Virg.* 4. *Æn.* 567. Res dura et regni novitas me talia cogunt Moliri. — *Moliri viam,* vi sibi viam facere, *farsi strada per forza. Virg.* 10. *Æn.* 477. *de hasta.* viam clipei molita per oras, Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni. — *iter,* peragere, studiose intentoque gradu pergere. *Virg.* 6. *Æn.* 477. Inde datum molitur iter. — *gradus,* ire, pergere, sed cum labore et conatu. *Seneca Hippol.* 431. Quid huc seniles fessa moliris gradus? *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 438. prima gressus molitur ab Ætna. — *compita lucis aeriis* apud *Grat. Cyneg.* 483. est solemni apparatu in nemore Aricino excisis arboribus ad unum locum, quo compitum sit, coire, ubi venatores solebant idibus Augusti sacra Dianæ facere. *V.* HECATEIUS in ONOM. — *laborem,* suscipere, exercere. *Virg.* 4. *Æn.* 233. *et* 273. Nec super ipse sua molitur laude laborem. — *animum,* in certum statum studiose componere. *Ovid.* 2. *Art. am.* 119. Jam molire animum qui duret, et adstrue formæ: Solus ad extremos permanet ille rogos. ¶ 2. Speciatim est aggredi, tentare, *accingersi, tentare.* — *a*) Cum Infinito. *Cic. Tim.* 4. *ad fin.* Mundum efficere moliens Deus. *Val. Flacc.* 3. 491. Pallada fallere prima Molitur, caroque dolis avertere fratri. *et* 6. 625. si duræ natum subducere sorti Moliar. — *b*) Cum Accus. *Liv.* 23. 39. Movere ac moliri aliquid. *Val. Flacc.* 3. 153. Glaucumque ruentem Occupat, et jugulo vulnus molitur aperto: Ille manu contra telum tenet. ¶ 3. Item est machinari, struere, parare, cogitare, *macchinare, apparecchiare, intraprendere.* — *a*) Sæpissime cum Accusativo. *Cic. Cluent.* 64. 178. Struere et moliri aliquid calamitatis alicui. *et ibid.* 63. 176.; et *Virg.* 1. *G.* 271. alicui insidias. *Cic. Sext.* 1. 1. periculum optimis civibus. *Flor.* 4. 4. palam arma ad opprimendum aliquem. *Val. Flacc.* 5. 249. dolos opertos. *et ibid.* 626. exitia in aliquem. *et* 6. 431. opem extremam alicui. *Ovid.* 14. *Met.* 719. triumphos. *h. e.* parare, vel agere. *Tac.* 12. *Ann.* 22. crimina et accusatorem. *Vellej.* 2. 46. bellum in animo. *Virg.* 2. *Æn.* 109. fugam. Sic *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 69. Ter molita fugam, ter restitit. Rursus *Virg.* 1. *Æn.* 418. Moliri moram. *frapporre.* — *Moliri locum,* parare, præparare. *Id.* 7. *ibid.* 157. humili designat mœnia fossa, Moliturque locum. — *sibi imperium,* parare variis artibus, magnoque studio et conatu. *Tac.* 1. *Hist.* 5.; et *Liv.* 1. 47. *nuptias,* conari, et aggredi ut fiant. *Id.* 12. *Ann.* 3. *gratiam,* captare, quærere. *Petron. Satyr.* 107. *Colum.* 6. *R. R.* 17. 4. Cæciliæ morsus tumorem suppurationemque molitur. *h. e.* promovet. *Cels.* 1. 3. *de his, quæ extenuant.* Offensus eorum consuetudine, qui quotidie ejiciendo, vorandi facultatem moliuntur. *h. e.* per vim provocant. Sic *Id.* 3. 18. *circa med.* Quidam somnum moliuntur potui dando aquam, in qua papaver etc. — Part. *Moliendus* apud *Cic.* 2. *Orat.* 51. 206. Apud judices oratione molienda sunt amor, odium, iracundia, invidia, misericordia etc. — *b*) Cum Ablativo et præpos. *de. Cic.* 2. *de republ.* (edente *A. Maio*) 35. Sp. Cassium de occupando regno molientem quæstor accusavit.

MŌLĪTĬO, ōnis, f. 3. (molior) actus moliendi, machinatio, instructio alicujus rei, conatus. *Colum. R. R. procem.* § 32. Molitio agrorum. *h. e.* cultura, subactio. Sic *Id.* 11. *ibid.* 2. 98. Molitionem terrenam facere; differre usque in proximas idus. *h. e.* agri cultionem. *Liv.* 33. 5. Faciis molitio eorum valli erat. *h. e.* evulsio, demolitio. *Cic.* 1. *Nat. D.* 8. 19. *de mundi creatione.* Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? *Petron. Satyr.* 95. Quid sibi vult tam furtiva molitio?

MŌLĪTĬO, ōnis, f. 3. (molo, is) idem ac molitura. *Ambros. Serm.* 29. Quod pistrinum sit, quive molitionis effectus.

MŌLĪTOR, ōris, m. 3. (molior) fabricator, architectus, machinator, *fabbricatore, architetto, macchinatore,* σκευαστής, μηχανητής. *Cic. Tim.* 5. *extr.* Effector mundi moliturque Deus. *Ovid.* 8. *Met.* 302. primæque ratis molitor Iason. *Tac.* 11. *Ann.* 29. Appianæ cædis molitor Narcissus. *Sueton. Domit.* 10. Molitores rerum novarum. *Seneca Tranquill.* 7. *ad fin.* scelerum.

MŌLĪTOR, ōris, m. 3. (molo, is) est qui molit, idem ac molendinarius, *mugnajo,* μυλωθρός.

I.) Proprie. *Ulp. Dig.* 33. 7. 12. § 15. Mulieres, quæ panem coquant, item molitores, si ad usum rusticum parati sunt. *Gloss. Philox.* Molitor, ἀλεστής. *V.* MOLO, is, I.

II.) Translato et obscæno sensu est subactor. *Auson. epigr.* 90. 3. Quum dabit uxori molitor tuus, et tibi adulter. — Item mulierum stuprator. *Petron. fragm. Tragur.* 43. *Burmann.* Noveram hominem olim molitorem, et adhuc salax erat. Alii leg. *mulierarium. V.* MOLO, is, II.

MŌLĪTRIX, īcis, f. 3. machinatrix: a moliendo. *Sueton. Ner.* 35. Antoniam, quasi molitricem rerum novarum, interemit.

MŌLĪTŪRA, æ, f. 1. *macinatura,* ἄλετος, actus molendi: et illud ipsum, quod molitum est. Tribui solet *Plinio* 15. *Hist. nat.* 23. 25. (93). Molitura etiam præstant, etc., sed mire lectio variat. *Sillig.* leg.: Molunturque et præstant (*castaneæ nuces*) in jejunio feminarum quamdam imaginem panis.

MŌLĪTUS, a, um. *V.* MOLIOR.

MŌLĪTUS, a, um. *V.* MOLO, is.

MOLLE, adverb. *V.* MOLLIS in fin.

MOLLĔO, es, ere, n. 2. mollis flo. Cl. *Freund.* et *Klotz.* affirmant hoc verbum legi apud *Theod. Priscian.* 1. 28.; at ipse in editione *Ald.* minime inveni.

MOLLESCO, is, ere, n. inchoat. 3. (mollis) mollis fio, *ammollirsi,* μαλακύνομαι.

I.) Proprie. *Catull.* 64. 38. Rura colit nemo: mollescunt colla juvencis. *Ovid.* 10. *Met.* 283. Tentatum mollescit ebur. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 17. 37. (76). Ipsum visu aridum, tactu statim mollescere. *Marcell. Empir. cap.* 20. *p.* 115. ed. *Ald.* Si durius (*medicamentum*) videbitur quam esse debet, oleum nardinum aut gleucinum adjice, ut mollescat. Sic *Plin. Valerian.* 3. 14. *p.* 193. *retro* ed. *Ald.* Quod si (*malagma*) induruit, modice ad ignem calefactum manibus perfricabis, et sic mollescet.

II.) Translate. ¶ 1. Est mansuetum fieri, mitem, humanum. *Lucret.* 5. 1013. Tum genus humanum primum mollescere cœpit. *Ovid.* 1. *Pont.* 6. 7. Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est, Pectora mollescunt, asperitasque fugit. ¶ 2. Item est mollem et effeminatum fieri. *Ovid.* 4. *Met.* 385. Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde Semivir, et tactis subito mollescat in undis. *Vib. Sequest. de fontib.* Salmacis Cariæ, ex quo qui bibit, mollescit.

MOLLESTRAS dicebant pelles oviles, quibus galeas extergebant. *Paul. Diac. p.* 135. 3. *Müll.* Videtur autem facta vox ex μηλωτή *melota,* inde *melotra, moletra,* et inserto *s, molestra:* nisi malis ducere a *mollis.*

MOLLĬCELLUS, a, um, adject. deminut. molliculi. *Catull.* 25. 10. Ne laneum latusculum, natesque mollicellas Insta turpiter tibi flagella conscribillent.

MOLLĬCĪNA, æ, f. 1. vestis a mollicie dicta, ut ait *Non. p.* 540. 22. *Merc.,* mox addit: *Novius:* Mollicinam, crocotam, chirodotam, ricam, ricinium. *Bothe* legend. pŭtat *Mollicula crocotam* etc., sed nihil mutandum; etenim legitur in *Gloss. Philox.* Mollicina, μαλακὸν ἱμάτιον.

MOLLĬCŌMUS, a, um, adject. qui molles comas habet. *Avien. Perieg.* 1082. mollicomis tellus insternitur herbis.

MOLLĬCŭLUS, a, um, adject. *deminut. a* mollis, tenellus, delicatus, *delicato, tenerello,* ἁβρός.

I.) Proprie. *Plaut. Cas.* 2. 8. 58. Sed lepide volo molliculas escas, ut ipsa mollicula est.

II.) Translate. *Catull.* 16. 4. Qui me ex versiculis meis putastis, Quod sint molliculi, parum pudicum. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MOLLĬFĪCO, as, are, a. 1. (mollis *et* facio) mollire, mollem reddere. *Gloss. Cyrill.* Ἁπαλύνω, mollifico, mollio. *Gloss. Lat. Gr.* Mollifico, ἁπαλύνω, μαλάσσω. Affertur etiam *Pseudo-Macer de herb.* 4. 14. Escis illius quia venter mollificatur.

MOLLĬFĬCUS, a, um, adject. (mollis *et* facio) *ammolliente,* qui mollit. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 1. Phlebotomia est arifica (*al.* rarifica) carnis, atque mollifica corporis.

MOLLIFLŬUS, a, um, adject. (mollis *et* fluo) qui molliter fluit. *Servius Centim. p.* 1822. *Putsch.* Alcmanium constat dimetro hypercatalecto, ut est hoc: Tremulum mare molliflua nitet aura. *Alii minus recte leg.* melliflua.

MOLLĪGO, inis, f. 3. *V.* MOLLUGO.

MOLLĪMENTUM, i, n. 2. (mollio) lenimentum. *Seneca Tranquill.* 10. Calamitatum mollimentum natura consuetudinem invenit.

MOLLĬO, is, īvi, ītum, ire, a. 4. (mollis). *Mollibat* pro *molliebat* habet *Accius* apud *Non. p.* 347. 16. *Merc.* et *Ovid.* 8. *Met.* 199. Sic *mollibit* pro *molliet* legitur apud *Horat.* 3. *Od.* 23. 19. — Part. *Molliens* II. 1.; *Mollitus* I. et II. 1.; *Molliendus* II. 1. — Mollire est mollem reddere, tenerum facere, μαλαχίζω (It. *ammollire, mollificare;* Fr. *rendre mou, flexible, souple, assouplir;* Hisp. *hacer blando, flexible;* Germ. *erweichen, weich oder geschmeidig machen,* Angl. *to soften, mollify, make soft, tender, or supple, mitigate*).

I.) Proprie. Cum opposito *durescere* apud *Cic.* 2. *Nat. D.* 10. 26. Frigoribus durescit humor, et idem vicissim mollitur tepefactus. *Id. ibid.* 52. 130. Nilus recedit, mollitosque et oblimatos agros ad serendum relinquit. *Ovid.* 6. *Met.* 220. turba rotarum Duraque mollierant subjectas ungula glæbas. *Id.* 4. *ibid.* 741. Mollit humum foliis. *h. e.* sternit, ne dura humus jacentem lædat. Hoc imitatus videtur *Claudian. Nupt. Honor. et Mar.* 150. *de Tritone.* vivo squalentia murice terga Purpureis mollita rosis. *h. e.* strata et temperata. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 20. dum ferrum molliat ignis. Cf. *Claudian. B. Get.* 542. Chalybs mollitus flammis. *Seren. Sammon.* 207. Fel quoque de gallo mollitum simplice lympha Exacuet puros dempta caligine visus. *Ovid.* 8. *Met.* 123. Semina mollit humus. *Id. ibid.* 198. flavam modo pollice ceram Mollibat. *pro* molliebat. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 13. 40. (119). Mollita rosaceo cera. Rursus *Ovid. Heroid.* 3. 70. et 2. *Met.* 411. Mollire lanam. *h. e.* tractando, pectendo, nendo tenuiorem et molliorem reddere. Sic *Claudian. IV. Cons. Honor.* 592. Quæ tantum digitis potuit mollire rigorem Ambitiosa colus? *Plin.* 20. *Hist. nat.* 5. 20. (43). et 22. *ibid.* 21. 29. (58). Mollire alvum. *h. e.* adstrictam ac duram leniter solvere. *Id.* 22. *ibid.* 25. 68. (138). Panis ex oleo mollit collectiones. *et* 28. *ibid.* 17. 70. (234). duritias.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est temperare, mitigare; et varios elegantesque habet usus. — *a*) De rebus physicis usurpatur; et est corum rigorem, acrimoniam, duritiem minuere, detrahere, temperare. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 47. (124). Mollit ventos solis vapor. *h. e.* tepidiores facit. Sic *ibid.* (122). Favonii hibernum molliunt cælum. *Id.* 30. *ibid.* 8. 21. (68). Gallinaceorum jus acria mollit. *raddolcisce, mitiga.* et 23. *ibid.* 4. 42. (85). Oleum amygdalinum mollit corpora. *rammorbidisce.* et 34. *ibid.* 12. 31. (122). Mollire vim alicujus rei. *temperare, moderare.* et 7. *ibid.* 16. 15. (70). Dentes serie structuræ atque magnitudine mutilantes, mollientesve, aut hebetantes verba. *h. e.* molli lenique sono fundentes. Alio sensu *mollire verba* dixit *Cic.* 1. *Nat. D.* 34. 95. Ista, sive beatitas, sive beatitudo dicenda est. Utrumque durum. sed usu mollienda nobis verba sunt. *Id.* 3. *Orat.* 41. 165. Translationem paullo duriorem mollire. Huc referri potest et illud *Quintil.* 10. 1. 19. Lectio non cruda, sed multa iteratione mollita, et velut confecta, memoriæ tradatur. *h. e.* veluti cibus stomachi calore concoctus. — *Mollire clivum* est ejus arduitatem minuere, oblique ascendendo. *Cæs.* 7. *B. G.* 46. Quidquid huic circuitus ad molliendum clivum accesserat, id spatium itineris augebat. Sic *Virg.* 9. *Ecl.* 8. qua se subducere colles Incipiunt, mollique jugum demittere clivo. — *b*) De corporis animique labore est lenire, levare. *Ovid.* 4. *Trist.* 1. 5. Hoc est, cur cantet vinctus quoque compede fossor, Inducili numero cum grave mollit opus. *et* 3. *ibid.* 5. 53. ut molliat ipse Mutati pœnam conditione loci. — *c*) De impetu, ira et similibus est sedare, mitigare, placare. *Accius* apud *Non. p.* 347. 16. *Merc.* Subter saxa ad lævam, qua mons mollibat mare. *h. e.* maris impetum frangebat. *Gell.* 19. 1. Quum mol-

liti essent venti maris. *Vellej.* 2. 121. 1. Accensas plebis dissensiones coercitione magis, quam pœna mollivit. *Virg.* 1. *Æn.* 61. mollitque animos, et temperat iras. *Liv.* 1. 9. Mollire iram. *Cic. Senect.* 4. 10. Hannibalem juveniliter exsultantem patientia sua molliebat. *Liv.* 3. 35. Propalam obviam ire cupiditati parum ausi, obsecundando mollire impetum aggrediuntur. *Claudian. de magnete*, 44. Sic Venus horrificum belli compescere regem, Et vultu mollire solet. *Sil. It.* 13. 118. grato parvæ (*cervæ*) mollitus amore. *h. e.* captus. — d) De hominibus, fructibus, agris est a feritate abducere, mansuefacere, cicurare, *mansuefare, ammansare, incivilire. Flor.* 2. 11. Illa genuina feritas eorum Asiatica amœnitate mollita est. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (39). Italia numine deûm electa, quæ sparsa congregaret imperia, ritusque molliret. *Virg.* 2. *G.* 36. fructusque feros mollite colendo. *Justin.* 2. 1. 6. Locorum vitia quæsitis arte remediis mollire. ¶ 2. Speciatim ponitur pro effeminare. *Cic.* 12. *Phil.* 3. 8. Ipsa legio Martia hoc nuncio languescet et mollietur. *Id.* 2. *Tusc.* 11. 27. Videsne, poetæ quid mali afferant? Lamentantes inducunt fortissimos viros, molliunt animos nostros etc. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 86. Colla nec ornatu patitur mollire retorto. *h. e.* lasciviore torquis ornatu circumdari. *Quintil.* 11. 3. 24. Mollire vocem deliciis. — Hinc pro castrare. *Stat.* 3. *Silv.* 4. 68. haud ulli puerum mollire potestas Credita. Cf. *Lucan.* 10. 133. infelix ferro mollita juventus Atque exsecta virum.

MOLLĬPES, ĕdis, adject. molles pedes habens, *μαλακαίπους. Cic. Prognost.* 1. *Divinat.* 9. 15. Mollipedesque boves spectantes lumina cæli.

MOLLIS, e, adject. *Molli*, ait *Charis.* 1. p. 110. *Putsch.*, numquam per e Ablativo singulari evadat, quia proprium id nomen hominis esse non potest. — Comp. *Mollior* I. 2.° 4.° 5.° et II. 1. 6. et 10.; Sup. *Mollissimus* I. 2.° 4.° et II. 3. et 7.. — Ratione habita etymi, sunt qui deducunt a verbo *movere*, ut *mollis* sit pro *movilis*, quia et pro *flexibilis* sæpe usurpatur; haud aliter *agilis* et *facilis* ab *ago* et *facio* derivata sunt. *Döderlein., Latein. Synonym. vol.* 6. *p.* 223. cum Græco μαλλός putat conjungendum esse τὸ *mollis*, unde et *molluscus* μαλάκιον. Quidquid sit, mollis est flexibilis, qui flecti potest, tactui cedens, tractabilis, tener: cui opponitur *durus, rigidus*, Gr. μαλακός (It. *pieghevole, flessibile, tenero, molle, soffice, pastoso, morbido, delicato*; Fr. *souple, flexible, mou, tendre, non âpre, doux, délicat*; Hisp. *blando, flexible, que se dexa doblar facilmente, tierno, suave*; Germ. *weich, geschmeidig, biegsam, mild, zart, sanft*; Angl. *soft, supple, yielding, tender, delicate*).

I.) Proprie. — 1.°) Mollis est ita tener, ut flecti possit, flexibilis. *Virg.* 2. *Ecl.* 72. Mollis juncus. *Id.* 4. *G.* 137. acanthus. *Ovid.* 10. *Met.* 92. Tiliæ molles. Rursus *Virg.* 10. *Æn.* 818. tunicam molli neverat auro. *h. e.* in tenuia fila tracto. *Id.* 3. *G.* 76. *de pullo equino.* Altius ingreditur, et mollia crura reponit. *h. e.* flexibilia, agilia, et molliter terram pulsantia. ὑγρὰ σκέλη: quod et de gruibus dixisse *Ennium*, testatur *Servius ibid.* Sic *Id.* 11. *Æn.* 622. Clamorem tollunt, et mollia colla reflectunt. *scil.* equorum facile frenis parentium. *Ovid.* 1. *Art. am.* 595. Si vox est, canta: si mollia brachia, salta. — 2.°) Item tactui cedens, tractabilis, tener. *Ovid.* 1. *Met.* 19. Frigida pugnabant calidis, humentia siccis, Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus. *Cæs.* 5. *B. G.* 9. Molle litus. *h. e.* ex molli arena, ut est apud *Ovid.* 2. *Met.* 577. *Id.* 1. *Art. am.* 476. Quid magis est saxo durum? quid mollius unda? Dura tamen molli saxa cavantur aqua. *Id.* 13. *Met.* 816. Mollia fraga. *Virg.* 1. *Ecl.* 82. Castaneæ molles. *Cels.* 4. 4. *n.* 5. *sub fin.* ovum molle potui dare. *uovo da sorbire. Cic.* 3. *Orat.* 45. 177. Mollissima cera. *Virg.* 11. *Æn.* 69. Mollis viola. *Id.* 2. *G.* 384. Mollia prata. *Ovid.* 6. *Fast.* 328. molli gramine membra levat. *Id.* 3. *Art. am.* 688. viridi cespite mollis humus. *Sall. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 3. *Æn.* 522. Italiæ plana ac mollia. *h. e.* loca quæ humum fertilem frugibusque gignendis aptam habeat, et asperis, montanis, saxosis opponuntur. Sic *Id.* apud *eumd. ibid. v.* 414. Natura mollioris Italiæ. *Ovid.* 2. *Fast.* 742. Mollis lana. *Id.* 2. *Amor.* 4. 14. torus. *Id. Heroid.* 4. 92. arcus. *Id.* 4. *Fast.* 185. cervix. *et* 1. *Amor.* 4. 24. manus. *Id.* 14. *Met.* 709. posuitque in limine duro Molle latus. *Id. Heroid.* 10. 44. Molles genæ. *et* 3. *Pont.* 3. 17. capilli. — Hinc *mollia* absolute substantivorum more, apud *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 26. (82). Mollia panis. *molsa, mollica.* — Præterea *mollia* appellantur piscium genera foris molli carne obducta, quæ Italice *molluschi*, Græce τὰ μαλάκια et μαλακόστρακα. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 28 44. (83). Sanguine carent piscium genera, primum quæ mollia appellantur, dein contecta crustis tenuibus, postremo testis conclusa duris. Mollia sunt lolligo, sæpia, polypus et cetera ejus generis. *Id.* 11. *ibid.* 51. 112. (267). Mollia et crusta intecta nec vocem, nec sonum ullum habent. — Huc pertinet et illud *Cels.* 3. 12. *extr.* Mollis alvus. *h. e.* modice soluta. — Item in re statuaria *mollia* dicuntur, quæ exquisita arte facta sunt, ita ut mollia esse et flexibilia videantur. *Quintil.* 12. 10. 7. Duriora Calon, atque Egesias: jam minus rigida Calamis, molliora adhuc supradictis Myron fecit. *Molliora* tamen a nonnullis translate accipiuntur pro jucundioribus ac delicatioribus, *più piacevoli e delicati*: at cf. *Cic. Brut.* 18. 70. Quis non intelligit, Canachi signa rigidiora esse, quam ut imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, sed tamen molliora, quam Canachi: nondum Myronis satis ad veritatem adducta; jam tamen quæ non dubites pulcra dicere. *Horat. Art. P.* 33. molles imitabitur ære capillos. — Item pensilis, in illo *Virg.* 8. *Æn.* 666. castæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in mollibus. Sic *oscilla mollia* (2. *G.* 389.) et *molle feretrum* (11. *Æn.* 64.) inquit *Servius.* Sed pilentum ac feretrum molle intelligi etiam potest molli materia stratum. Huc usque *Forcellinus.* Recentiores cum *Forcellino* convenientes *molle feretrum* interpretantur molli materia stratum; *mollia oscilla* ex molli cera efficta; sed *molle pilentum* interpretantur commodum, opportunum. — Huc pertinent etiam ilia, in quibus mollis est lævis et tactu jucundus. *Colum.* 6. *R. R.* 1. 3. Boves novelli, corpore denso, colore rubeo, tactu corporis mollissimo. — 3.°) Item ascensu facilis, clementer acclivis, non erectus, non arduus. *Virg.* 9. *Ecl.* 8. mollique jugum demittere clivo. *Cæs.* 2. *B. C.* 10. Has trabes inter se capreolis molli fastigio conjungunt. Adde *Stat.* 6. *Theb.* 260. et *Ovid.* 3. *Fast.* 13. Hinc *molle* adverbii ritu pro molliter. *Stat.* 1. *Theb.* 330. qua molle sedens in plana Cithæron Porrigitur. — 4.°) *Mollis via* est minime salebrosa aut aspera, sed plana facilisque. *Quintil.* 4. 2. 46. Amœnum ac molle iter. *Id.* 1. 6. 22. Recta est hæc via: quis negat? sed adjacet et mollior, et magis trita. *Liv.* 34. 17. Volo id quam mollissima via consequi. — Sic *mollis aditus*, extra metaphoram, est qua facile aditur. *Sil. It.* 4. 491. Dumque vada et molles aditus per devia flexo Circuitu petit etc. — 5.°) Item lenis, placidus, temperatus. *Id.* 3. *Art. am.* 728. Molles Zephyri. *Lucret.* 4. 988. Mollis quies. *Stat.* 3. *Silv.* 5. 83. hiems. *Virg.* 1. *G.* 312. Mollior æstas. *Flor.* 16. 4. Molle cælum. *Virg.* 8. *Æn.* 727. Euphrates ibat jam mollior undis. — *Mollia vina*, minime austera, aut aspera, sed lenia, suavia. *Virg.* 1. *G.* 341.; *Horat.* 1. *Od.* 7. 17.; et *Juvenal.* 1. 69. — *Mollis cibus*, non acer. *Cels.* 4. 4. *n.* 4. *extr.* — 6.°) *Mollis* est etiam levis. *Ovid.* 2. *Pont.* 7. 13. Membra reformidant mollem quoque saucia tactum. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 19. 43. (97). Casia odoris mollissimi. *Cic.* 2. *Att.* 1. Molli brachio objurgare aliquem. *fare ad alcuno un dolce rimprovero.*

II.) Translate. ¶ 1. Est facilis, flexibilis, obsequens: et — *a*) Ad animum refertur. *Cic* 1. *Att.* 17. 2. Quanta sit in Quinto fratre meo comitas, quanta jucunditas, quam mollis animus et ad accipiendam et ad deponendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti, scribere. *Ovid.* 2. *Amor.* 3. 5. Mollis in obsequium facilisque rogantibus esses. *Propert.* 3. 13. 29. Et durum Zethum et lacrimis Amphiona mollem. Cf. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 15. *circa med.* Tu quemadmodum me censes oportere esse in republica et in nostris inimicitiis, ita et esse et fore auricula infima scito mollorem. — *b*) Refertur et ad orationem, quæ flexibilis est, et fracta, et suavis, nihil duri asperi que habens. *Cic. Brut.* 9. 38. Hic primus inflexit orationem, et eam mollem teneramque reddidit. *Id. Orat.* 16. 52. Oratio mollis et tenera, et ita flexibilis, ut sequatur, quocumque torqueas. ¶ 2. Item de animo est inconstans, mobilis. *Cic. Mil.* 16. 42. Nihil est tam molle, quam voluntas erga nos civium. ¶ 3. *Molle cor, molle pectus* tenerum ac facile ad affectus quoslibet. *Ovid. Heroid.* 15. 79. et *ibid.* 17. 111., 4. *Trist.* 10. 66. et 1. *Pont.* 3. 32. — *Mollis vultus, molle os*, facile ad ruborem: cui opponitur durum, impudens. *Ovid.* 4. *Trist.* 3. 70. Purpureus molli fiat in ore pudor. (Eadem ratione *mollissimas aures* dixit *Plin. Paneg.* 68. *sub fin.* quæ verecundæ sunt, et suas laudes aversantur.) *Id.* 10. *Met.* 609. Molli vultu aspicere aliquem. *h. e.* ad favendum et assentiendum composito. ¶ 4. *Molles anni* sunt pueritiæ. *anni teneri. Ovid. Heroid.* 1. 111. Est tibi, sitque, precor, natus, qui mollibus annis In patrias artes erudiendus erat. ¶ 5. Mollis significat etiam imbecillum, imbellem, non resistentem, minime fortem. *Virg.* 9. *Æn.* 340. lupus manditque trahitque Molle pecus. *Propert.* 2. 15. 23. Lepores molles excipere. *Cæs.* 3. *B. G.* 19. Ut ad bella suscipienda Gallorum alacer et promptus est animus; sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est. *Cic.* 1 *Cat.* 12. 30. Qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt. ¶ 6. Item delicate viventem, voluptuosum, effeminatum. *Cic.* 1. *Orat.* 52. 226. Philosophus tam mollis, tam languidus, tam enervatus, tam omnia ad voluptatem corporis referens, etc. *Virg.* 1. *G.* 57. Molles Sabæi. *Cic.* 1. *Fin.* 11. 37. Voluptaria, delicata, mollis disciplina. *cui opponitur ibid.* gravis, continens, severa. *et* 5. *ibid.* 5. 12. Hæc mihi videtur delicatior, ut ita dicam, molliorque ratio, quam virtutis vis gravitasque postulat. *Ovid.* 5. *Trist.* 3. 9. Mollis vita, et vacua laboribus. *Cic.* 1. *Off.* 35. 129. Ne quid effeminatum, aut molle, et ne quid durum, aut rusticum sit. *Quintil.* 11. 3. 23. Mollis teneraque vox. *Id.* 1. 2. 6. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes et mentis et corporis frangit. *Id.* 11. 3. 128. Longissime fugienda mollis actio, qualem in Titio Cicero dicit fuisse: unde etiam saltationis quoddam genus Titius sit appellatus. V. *Cic. Brut.* 62. 225. — Speciatim *molles* dicuntur pathici. *Phædr.* 4. 14.; *Catull.* 25. 1.; *Petron. Satyr.* 23.; et *Martial.* 3. 73. Sic *Id.* 2. 84. Mollis erat facilisque viris Pœantius heros. *h. e.* Philoctetes. — *In molli carne vermes nascuntur*, proverb. apud *Petron. fragm. Tragur.* 57. *Burmann.* in otiosa et delicata vita oboriuntur vitia: vel in vita voluptuosa morbi. ¶ 7. Item mollis est facilis, commodus; ut apud *Quintil.* 4. 2. 46. Iter amœnum et molle. Hinc — *Mollia jussa*, levia, et quibus parere facile est. *Virg.* 3. *G.* 41. et 9. *Æn.* 804.; et *Ovid.* 2. *Art. am.* 196. — *Molles aditus, mollia tempora*, quibus quis facile vacat, et aditur tuto, et cum spe impetrandi. *Virg.* 4. *Æn.* 423. Sola viri molles aditus et tempora norus. *et ibid.* 293. et quæ mollissima fandi Tempora. Sic *Ovid.* 3. *Pont.* 3. 84. Et veniet votis mollior hora tuis. ¶ 8. Item gratus, jucundus. *Cic.* 3. *Orat.* 25. 98. Quanto molliores sunt et delicatiores in cantu flexiones et falsæ voculæ, quam certæ et severæ? *Virg.* 3. *G.* 464. molli succedere sæpius umbræ. *et ibid.* 295. Mollia stabula. *h. e.* clementia et aeris temperati, atque adeo grata pecori. *Id.* 2. *ibid.* 470. molles sub arbore somni. *Cic. Senect.* 1. 2. Mihi quidem ita jucunda hujus libri confectio fuit, ut non modo omnes absterserit senectutis molestias, sed effecerit mollem etiam et jucundam senectutem. — Sic *molle ævum* est vita prospera, felix, tranquilla. *Ovid.* 6. *Fast.* 416. valeas, anus optima, dixi: Quod superest ævi, molle sit omne tui. ¶ 9. *Preces*, aut *verba mollia*, submissa, blanda. *Tibull.* 3. 4. 76. Vincuntur molli pectora dura prece. *Horat. Epod.* 5. 83. Verbis mollibus lenire aliquem. *piacevoli, umili.* Hinc frequenter *mollis* est amatorius, quoniam blanditiis amor alitur. *Horat.* 2. *Od.* 9. 17. desine mollium Tandem querelarum. *Ovid.* 2. *Trist.* 307. Non tamen est facinus molles evolvere versus. — Sic *ridere mollia* est amatorius, quoniam blanditiis amor alitur. *Horat.* 2. *Od.* 9. 17. desine mollium Tandem querelarum. *Ovid.* 2. *Trist.* 307. Non tamen est facinus molles evolvere versus. — Sic *ridere mollia* est blande ridere. *Ovid.* 3. *Art. am.* 513. Spectantem specta: ridenti mollia ride. ¶ 10. Item est lenis, remissus. *Ovid.* 1. *Trist.* 5.

84. et 2. *ibid.* 28. Mollior ira. *Tac.* 14. *Ann.* 39. Cuncta tamen ad imperatorem in mollius relata. *h. e.* minuendo aut dissimulando. — Hinc

Mollia, ium, n. plur. 3. absolute, substantivorum more. V. sub I. 2.°; item sub II. 9., ubi *mollia* adverbii ritu occurrit.

Molle, adverbii ritu, molliter, *Ovid.* 9. *Met.* 221. nivibus quoque molle rotatis Adstringi, et spissa glomerari grandine corpus. At fortasse *molle* ad *corpus* pertinet. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 281. quod Dianam molle succinctam videnl. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 66. tumulo, quo molle quiescis Jugera nostra tenens. V. et sub I. 3.°

MOLLĪTER, adverb. (mollis). *Molle* pro *molliter* V. in voc. præced. — Comp. *Mollius* I. et II. 2. et 4; Sup. *Mollissime* I. — Molliter est leniter, non dure, μαλακῶς (It. *mollemente, teneramente*; Fr. *mollement*; Hisp. *blandamente, delicadamente*; Germ. *weichlich, sanft, gelind, zart*; Angl. *softly, gently, calmly, easely, moderately*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat. D.* 52. 129. Aves nidos mollissime substernunt. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 10. 9. (35). Mira naturæ cura molliter semina collocandi. Rursus *Cic.* 3. *Orat.* 17. 63. Recubans molliter et delicate. *Ovid.* 3. *Trist.* 3. 75. ne sit grave quisquis amasti Dicere, Nasonis molliter ossa cubent. (Quæ fuit mortuis bene precandi formula). *Virg.* 6. *Æn.* 847. Excudent alii spirantia mollius æra. *h. e.* artificiosius et delicatius. *Plaut. Pseud.* 5. 2. 7. Molliter siste nunc me; cave, ne cadam: non vides me, ut madide madeam? *Colum* 1. *R. R.* 2. 3. Colles ad orientem molliter deveri. *h. e.* paullulum declives.

II.) Translate. ¶ 1. Est leviter, facile, æquo animo. *Cic. Senect.* 2. 5. Quod ferendum est molliter sapienti. ¶ 2. Item est imbecilliter, timide. *Liv.* 30. 7. Hasdrubal Carthaginem contendit, ne quid per metum ex recenti clade mollius consuleretur. — *Molliter facere aliquid* est ægre, imbecilliter, infirme. *Sall. Jug.* 84. Vir egregius in aliis artibus, nimis molliter ægritudinem pati. ¶ 3. Item delicate, effeminate. *Ter. Adelph.* 5. 1. 1. Ædepol te curasti molliter. *Cic.* 1. *Off.* 30. 106. Delicate et molliter vivere. ¶ 4. Item leniter, remisse. Sic *molliter abnuere,* apud *Liv.* 30. 3. *a med.*, est mollibus verbis recusare. Similiter est leniter in illo *Cic.* 1. *Fam.* 9. 23. Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis, quos jam pridem ad te misissem, si esse edendos putassem—: sed quia verebar, non eos, qui se læsos arbitrarentur (etenim id feci parce et molliter), sed eos, quos etc. *Tac.* 2. *Hist.* 96. Amici adulantes mollius interpretabantur. *trovavano delle dolci interpretazioni.*

MOLLĪTĬA *vel* mollicia, æ, f. 1. *et*

MOLLĪTĪES *vel* mollicies, ēi, f. 5. (mollis). *Mollities* plur. num. usu caret. — Mollitia vel mollities est flexibilitas, teneritas, mollitudo, μαλακότης It. *flessibilità, tenerezza, morbidezza*; Fr. *souplesse, flexibilité*; Hisp. *flexibilidad*; Germ. *die Weichheit, Biegsamkeit, Geschmeidigkeit, Gelenkigkeit*; Angl. *softness, tenderness*).

I.) Proprie. *Cic. Orat.* 18. 59. Status erectus et celsus: rarus incessus, nec ita longus: – nulla mollitia cervicum, nullæ argutiæ digitorum –; trunco magis toto se ipse moderans, et virili laterum flexione, brachiorum projectione in contentionibus, contractione in remissis. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 87. (216). Auriculæ ac nares flexili mollitia, naturæ providentia, ne frangerentur. *Cic.* 5. *Fin.* 21. 58. In primo ortu inest teneritas et mollities quædam. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 28. (61). Mollitia carnis. *Id.* 19. *ibid.* 3. 18. (48). lanæ. *Id.* 36. *ibid.* 22. 45. (162). Mollitia lapidis cujusdam. *Varro* 1. *R. H.* 41. 5. Ea quæ laxiora, et fecundiora; ut femina, quam mas. – Itaque ficus, malus Punica et vitis propter femineam mollitiam ad crescendum prona. — Hinc *mollities* est etiam morbus jumentorum, *debolezza. Pelagon. Veterin.* 16. 10. Mollities ad colla mularum sapone lavabis.

II.) Translate. ¶ 1. Transfertur ad animum, qui est tener et facilis ad affectus quoslibet. *sensibilità, delicatezza di sentimento, tenerezza d'animo. Cic. Sull.* 6. 18. Qua mollitia sum animi ac lenitate, numquam mehercule illius lacrimis ac precibus restitissem. *Id.* 1. *Att.* 17. 4. Si ita statueris et irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum et eosdem placabiles; et esse hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiamque naturæ plerumque bonitatis, et si etc. *Plin.* 6. *Ep.* 29. Isocrates mollitie frontis, ne in publico diceret, impediebatur. *h. e.* pudore et timiditate, ut ait *Cic.* 2. *Orat.* 3. 10. — Similiter significat sensum horroris, quo quis cædes et sanguinem ne cernere quidem, nedum facere, audet. *Ovid.* 3. *Amor.* 8. 17. Qua periit aliquis, potes hanc contingere dextram? Heu ubi mollities pectoris illa tui? ¶ 2. Item in malam partem de animo usurpatur, et significat languorem, imbecillitatem, laborum et dolorum fugam, *mollizie, debolezza d'animo. Cic.* 12. *Att.* 26. Nosti Niclæ nostri imbecillitatem, mollitiam, consuetudinem victus. *Cæs.* 7. *B. G.* 77. Animi est ista mollities, non virtus, inopiam paullisper ferre non posse. *Sall. Cat.* 56. Inertia et mollitia animi. *Id. Jug.* 73. Mollities et socordia. ¶ 3. Item effeminationem, delicias, *effeminatezza. Plaut. Pseud.* 1. 2. 40. Vos, quæ in munditiis, mollitiis deliciisque ætatulam agitis. *Cic.* 2. *Legg.* 15. 38. Civitatum moreslapsi ad mollitiam. *Vellej.* 2. 88. 2. Mæcenas otio ac mollitiis pæne ultra feminam fluens. *Justin.* 1. 7. 13. Gens quondam potens, et manu strenua, effeminata mollitie luxuriaque virtutem pristinam perdidit. *Claudian.* 1. *in Eutrop.* 441. Mollities vocis. *voce da donna.* ¶ 4. Item turpem libidinem, ut in MOLLIS II. 6. dictum est. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 27. (106.); *Seneca Constant. Sap.* 18.; et *Tac.* 11. *Ann.* 2. ¶ 5. Item remissionem, lenitatem. *Sall. in orat. Philippi contra Lepid.* Neque intelligitis, mollitie decretorum vobis dignitatem, illis metum detrahi. — *Mollities maris* est tranquillitas omni vento cessante, *calma,* μαλακία: apud *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 22., ubi tamen alii leg. *malacia,* al. *sævitia.*

MOLLĪTŪDO, ĭnis, f. 3. (mollis) idem ac mollities.

I.) Proprie accipitur pro facilitate, flexibilitate. *Cic.* 3. *Herenn.* 11. 20. Mollitudo vocis est, quum eam torquere pro commodo nostro possumus. *V.* etiam *ibid.* 13. 23. ubi de hac re plura disserit. — Ceterum pro teneritate, *tenerezza, morbidezza Cic.* 2. *Nat. D.* 55. 136. In pulmonibus autem inest raritas quædam, et assimilis spongiis mollitudo. *Id.* 3. *Orat.* 25. 99. In ipso tactu est modus et mollitudinis et lævitatis. *Pacuvius* apud *Gell.* 2. 26. Mollitudo manuum. *morbidezza.* et *Vitruv.* 10. 6. Campestris viarum mollitudo. *strade che sfondano.* et *Lactant.* 5. 4. Infans liquore lactis et mollitudine alitur.

II.) Translate. ¶ 1. *Mollitudo humanitatis* metaphora est, ducta a sensu tactus; neque improbatur a *Cic.* 3. *Orat.* 40. 161. ¶ 2. *Mollitudo vitiorum* est corruptela et mollities, qua animus vitiis mollitur et enervatur. *Arnob.* 2. 30. Ne animus delicis marceat, et corrumpatur mollitudine vitiorum.

MOLLĪTUS, a, um. *V.* MOLLIO.

MOLLĬUSCŬLUS, a, um, adject. *V.* in LEVIUSCULUS.

MOLLŪGO *vel* molligo, ĭnis, f. 3. (mollis). ¶ 1. Ita vocatur species lappaginis, simillis anagallidi, nisi quod ramosior est ac pluribus foliis. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 10. 65. (102)., ubi *mollugo* legitur. ¶ 2. Molligo est idem ac mollia panis. (*Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 26. (82).), *mollica di pane. Marcell. Empir.* 26. *ante med.* Molliginem ex vino optimo bibat, qui renium dolore vexabitur.

MOLLUSCA Nux *et* Mollusca absolute, genus est nucis juglandis, cortice adeo tenui, ut nullo negotio frangatur. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 22. 24. (90). Præterea molluscæ putamen rumpentes. *Macrob.* 2. *Saturn.* 14. Nucem molluscam, licet hiemis nobis tempus invideat; tamen quia de nucibus loquimur, indictam non relinquamus. Plautus in Calceolo sic ejus meminit: *Molluscam nucem super ejus dixit impendere tegulas.* Est autem persicum quod vulgo vocatur: et mollusca nux dicitur, quod omnibus nucibus mollior sit. Hæc *Macrob.*, qui subdit carmina Latina *Suevii,* viri longe doctissimi, quibus significatur, hanc nucem a Græcis quibusdam, qui cum Alexandro in Persis militaverant, post expeditionem fuisse inde in Græciam delatam.

MOLLUSCUM. *V.* BRUSCUM.

MŎLO, is, ŭi, ĭtum, ere, a. 3. Præteritum *molui* habet *Petron. Satyr.* 23., *Pompon.* apud *Diomed.* 1. *p.* 370. *Putsch., Charis.* 3. *p.* 217., et *Priscian.* 10. *p.* 902. — Part. *Molitus* et *Molendus* I. — Molere, a mola, est mola terere, ἀλέω, ἀλήθω, μύλλω (It. *macinare*; Fr. *moudre*; Hisp. *moler*: Germ. *mahlen in der Mühle*; Angl. *to grind*).

I.) Proprie. *Ter. Phorm.* 2. 1. 19. Molendum usque in pistrino, vapulandum, habendæ compedes. *Cæs.* 1. *B. G.* 5. Trium mensium molita cibaria sibi quemque domo afferre jubent. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (191). Ceres frumenta invenit, quum antea glande vescerentur: eadem molere etc. Sic *Id.* 18. *ibid.* 7. 18 (78). Molitum frumentum. *et ibid.* 7. 14. (74). Hordeum in subtilem farinam molere. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 5. Ervi moliti farina. *Hieronym.* 13. in *Isaj.* 47. 2. Quæ quondam regina fuerat, molendæ farinæ operi serviat. *Vitruv.* 7. 6. Micæ marmoris contusæ et molitæ.

II.) Translate et obscæno sensu idem est ac stupro polluere. *Auson. epigr.* 72. 7. Crispa tamen molitur per utramque cavernam. Adde *eund.* 123. 2.; et *Petron Satyr.* 23.

MŎLŎCHE. *V.* MALACHE.

MŎLŎCHĪNĀRĬUS, ĭi, m. 2. molochini coloris infector. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 40. Astant molochinarii, petunt fullones. *Inscript.* apud *Murat.* 939. 6. P. AUCTIUS P. L. LYSANDER VESTIARIVS TENVIARIVS MOLOCHINARIVS. *h. e.* venditor tenuiarius vestium colore molochino infectarum.

MŎLŎCHĪNUS, a, um, adject. μολόχινος, ad colorem malvæ inclinans: a μολόχη *malva,* quod malvæ florum similitudinem habeat. *Cæcilius* apud *Non. p.* 548. 14. *Merc.* Carbasina, molochina, ampelina.

MŎLŎCHĪTES, æ, m. 1. μολοχίτης, gemma non translucens, spissius virens et crassius, quam smaragdus, a colore malvæ nomine accepto (nam μολόχη *malva* est), reddendis laudata signis, et infantum custodia, quodamque innato contra pericula medicamine. Nascitur in Arabia. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 36. (114).

MŎLON, onis, m. 3. μολών, herba eadem ac moly. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 7. 19. (33) Molon scapo est striato, foliis mollibus, parvis, radice quatuor digitorum, in qua extrema allii caput est. *V.* MOLY 1.

MŎLORTHUS, i, m. 2. perpendiculum, idest plumbum rectum filo et gnomone dependens: a μόλυβδος *plumbum* et ὀρθός *rectus.* Afferunt nonnulli illud *Statii* 3. *Silv.* 2. 30. Sint quibus exploret rupes gravis ante molorthus. Ubi alii leg. *molybdus,* alii *molybdis.*

MŎLOSSĬAMBUS, i, m. 2. μολοσσίαμβος, pes metricus molosso et iambo constans, h. e. tribus longis, brevi, et longa, ut *admirabiles. Diomed.* 3. *p.* 478. *Putsch.*

MŎLOSSĬCUS, a, um, adject. ad Molossos pertinens, ut apud *Plaut. Capt.* 1. 1. 18. Parasiti Molossici. *h. e.* edaces tamquam canes Molossi. *V.* INVENATICUS. — Molossicum carmen apud Grammaticos est, quod Molossis pedibus constat. Durissimum genus carminis: cujus exemplum dat *Cæsius Bassus* tale: Romani victores Germanis devictis. *Diomed.* 3. *p.* 513. *Putsch. V.* MOLOSSUS.

MŎLOSSŎPYRRHĪCHĬUS, ĭi, m. 2. μολοσσοπυρρίχιος, pes metricus, molosso et pirrhichio constans, h. e. tribus longis et duabus brevibus, ut *admirabilis. Diomed.* 3. *p.* 478. *Putsch.*

MŎLOSSOSPONDĒUS, i, m. 2. μολοσσοσπονδεῖος, pes metricus, molosso et spondeo constans, seu quinque syllabis longis, ut *conturbatores. Diomed.* 3. *p.* 479. *Putsch.*

MŎLOSSUS, a, um, adject. Μολοσσός, ad Molossos populos, vel Molossum regem, vel Molossiam regionem pertinens. *V.* in ONOM. — Hinc Molossus pes metricus trisyllabus constat tribus longis, ut *Arpinas, evertunt. Quintil.* 9. 4. 82. Ideo Molossus dictus est, inquit *Diomed.* 3. *p.* 475. *Putsch.*, quia Molossi, h. e. Thessali ad bellum procedentes hujus modulata compositione utebantur. Confirmant *Isid.* 1. *Orig.* 16. et *Mar. Victorin.* 1. *Gramm. p.* 2487. Alii inde dictum putant, quia inventus sit a Molosso Cretensi viro. *Mar. Plotius de Metr. p.* 2625.

MŎLŬCRUM, i, n. 2. non solum, quo molæ ver-

tuntur, dicitur, id quod Græci μύλιχρον (al. μύλαχρον) appellant; sed etiam tumor ventris, qui etiam virginibus incidere solet: cujus meminit Afranius in Virgine: Ferme virgini, tamquam gravidæ mulieri, crescit uterus: molucrum vocatur: transit sine doloribus. Cloatius etiam in libris sacrorum: Molucrum ajunt esse lignum quoddam quadratum, ubi immolatur. Idem Ælius in explanatione carminum Saliorum eodem nomine appellari ait, quod sub mola supponatur. Aurelius Opilius appellat, ubi molatur. Hæc *Festus p.* 141. 20. *Müll.* Porro μύλιχρον, seu μύλαχρον est a μύλη *mola* tum quæ grana terit, tum quæ in uteris feminarum nascitur. Sunt qui in prioribus *Festi* verbis legunt, *quo molæ verruntur*, et μύλαχρον dictum ajunt a μύλη et κορέω *verro*, quasi μυλήχορον. At μύλαχρον *tumor* ducunt a χρέας *caro*, quasi μυλοχρεος, h. e. massa carnis.

MŌLY, ŏos, n. 3. μῶλυ. ¶ 1. Est herba radice rotunda et nigra, magnitudine cæpæ, folio scillæ, flore lacteo, vel candido, ut Homerus scripsit *Odyss. l.* 10. *v.* 304., vim summam habens adversus omnia veneficia. Hæc fere ex *Plin.* 25. *Hist. nat.* 4. 8. (26). *Ovid.* 14. *Met.* 291. Moly vocant Superi, nigra radice tenetur. Adde *Auct. Priap.* 70., qui tamen ejus herbæ notionem ad turpiora trahit. *V.* et MOLON. ¶ 2. Moly dicitur etiam a nonnullis alterum trychni vel strychni genus quod halicacabon vocant, soporiferum atque opio velocius, ab aliis morion appellatum. Hæc *Plin.* 21. *Hist. nat.* 31. 105. (180)., ubi alia de hac planta videsis.

MŌLYBDÆNA, æ, f. 1. μολύβδαινα. ¶ 1. Est vena communis plumbi et argenti. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 53. (173). ¶ 2. Item plumbago, genus herbæ folio lapathi, radice crassa, hispidæ: sic dictæ, quod plumbum idest oculorum vitium, commaducata tollat. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 97. (155). Adde *Theod. Priscian. lib.* 1. *c.* 27. *p.* 297. ed. *Ald.*; et V. PLUMBUM.

MŌLYBDĪTIS, idis, f. 3. μολυβδῖτις, plumbi spuma, sicut argyritis, spuma argenti. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 35. (106).

MŌLYBDUS, i, m. 2. *et* molybdis, idis, f. 3. μολυβδος et μολυβδός, plumbum: vox Græca. Pro plumbo illo, quo aquæ altitudinem nautæ explorant, usurpari putant nonnulli a *Stat.* 3. *Silv.* 2. 30. Locum *V.* in MOLORTHUS.

MOMAR Siculi stultum appellant. Sic *Paul. Diac. p.* 140. 1. edente *Müllero*, qui hæc adnotavit: *Gloss. Isid.* Momar Siculus, stultus, qui cito movetur ad iram. *Plautus*: Quid tu, o Momar Sicule homo, præsumis? (quod *Plauti* fragmentum non reperio apud *Bothium*). Eadem, addit *Müllerus*, in iisdem glossis iterum, sed corrupta leguntur: *Marsicule* pro *Momar Sicule*. Non puto etiam *Siculum* dici pro stulto, ut *Scaliger.*: sed *Siculum hominem* dici Momarem, quod ea persona in Siculorum comœdia spectabatur. Cf. *Hesych.* Μῶμαρ, μέμψις, ὄνειδος. αἶσχος.

MŌMEN, ĭnis, n. 3. a supin. *motum* verbi *moveo*, ut *nomen* a *notum*, ait *Forcellinus*; vel rectius per syncopen pro *movimen*, est idem ac momentum, *movimento*.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est motus, quo aliqua res impellitur. *Lucret.* 6. 472. Quo magis ad nubes augendas multa videntur Posse quòque e falso consurgere momine ponti. ¶ 2. Latiori sensu vel metonymice est causa ipsius motus.: *V.* MOMENTUM I. 2. *Lucret.* 3. 189. Momine uti parvo possent impulsa moveri. Namque movetur aqua et tantillo momine flutat, Quippe volubilibus parvisque creata figuris. ¶ 3. Item tempus. *Manil.* 3. 675. Momina in adversum flectat rursumque resolvat. *h. e.* tempora.

II.) Translate pro pondere, metaphorâ ductâ a superiori paragr. 2. *Arnob.* 2. 49. Non parvi, sed esse nullius existimandum est hominis, quod per omnia diffusum perit. *di niun momento.*

MŌMENTĀLĬTER, adverb. *momentaneamente*, momento temporis. *Fulgent.* 2. *Mythol.* 3. Iris ornatus varios pingens arcuato curvamine, momentaliter refugit. *et ibid.* 4. Libido libet momentaliter, fugit perenniter.

MŌMENTĀNA, æ, f. 1. parva libra, *bilancetta*: ita porro appellata a momento, quatenus pondus significat. *Isid.* 16. *Orig.* 25. 4. Trutina est gemina ponderum lances, æquali examine pendens, facta propter talenta et centenaria appendenda, sicut momentana pro parva modicaque pecunia. *Ejusd. Gloss.* Momentana duabus lancibus, et uno in medio stilo æqualiter constat: est trutina modicæ pecuniæ. *et ibid.* Momentum, stilus quo momentaria (*lege* momentana) inclinatur.

MŌMENTĀNĔUS, a, um, adject. *momentaneo*, ὀλιγοχρόνιος, qui momento temporis, vel brevi facile mutatur ac deficit. *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 17. Momentaneus ardor. *Cassiod.* 8. *Variar.* 33. De amœnis frondibus intextæ subito momentaneæ domus. Sunt qui et *Livio* tribuunt 2. 7. *ad fin.*, sed plerique alii aliter legunt.

MŌMENTĀNUS, a. um, adject. qui exigui momenti est. *V.* MOMENTANA.

MŌMENTĀRĬUS, a, um, adject. *momentaneo, breve*, ὀλιγοχρόνιος, qui momentum temporis, vel brevi admodum durat. *Apul.* 2. *Met.* Momentaria vita. *et* 9. *ibid. init.* salus. *et* 10. *ibid.* Momentarium venenum. *h. e.* quod momento temporis conficit. *et* 5. *ibid.* Momentarius maritus. *Papinian. Dig.* 34. 1. 8. Ea res præsentem ac momentariam curam injungit.

MŌMENTŌSUS, a, um, adject. momentarius, momentaneus. *Quintil. declam.* 13. 12. *de apib.* Nunc vero disserendum mihi est, quam momentosa sit hujus animalis rapina. Nescimus, qua pernicitate plerumque vix contactis floribus revolet, discurratque per singulos velox experimento: quam etiam ubi immorantur, libratis pendeant alis etc. *h. e.* quam brevi tempore fiat. Alii interpretantur, quam parvi momenti et damni sit. Alii lectionem sollicitant, et malient *quam non damnosa*, vel *quam non onerosa.*

MŌMENTUM, i, n. 2. Licenter primam syllabam corripuit *Venant.* 8. *carm.* 6. 369. Quem semel effudit, per cuncta momenta requirit. — Momentum, dictum per syncop. pro *movimentum* a *moveo*, significat motum, quo aliqua res impellitur, ῥοπή (It. *movimento, moto, momento*; Fr. *mouvement*; Hisp. *movimiento*, Germ. *die Bewegung*; Angl. *a motion or impulse, motion, movement*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est motus, quo aliqua res impellitur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 46. 117. Astra se et nixu suo conglobata continent, et forma ipsa figuraque sua momenta sustentant. *Seneca Ep.* 90. *circa med.* Pisces cauda reguntur, et levi ejus in utrumque momento velocitatem suam flectunt. *Apul. Florid. n.* 22. Manum hominis (*medicus*) prehendit, eam pertractat, venarum pulsum et momenta captat. *h. e.* motus: quamquam *momenta* hoc loco *tempora* esse videntur. ¶ 2. Latiori sensu, vel metonymice significat causam ipsius motus, scil. pondus, quo premente res movetur. Quare præcipue locum habet in statera, quæ, dum æqualiter pendet, ponderis alicujus vel levissimi accessione facile inclinatur. Hinc usurpatur de exigua quantitate, particula, *particella. Plin.* 30. *Hist. nat.* 10. 27. (87). Œsypum cum myrrhæ momento et vini cyathis duobus dilutum. *h. e.* perexigua quantitate. Sic *ibid.* 11. 28. (93). Sordes aurium denarii pondere cum myrrhæ momento. *Id.* 31. *ibid.* 3. 21. (32). Nullo pæne momento ponderis aquæ inter se distant. — Similiter de quacumque parva re. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 1. 1. (7). Naturæ rerum vis atque majestas in omnibus momentis fide caret. *Id.* 36. *ibid.* 5. 4. (18). *de Phidia.* In scuto Minervæ Amazonum prœlium cælavit intumescente ambitu parmæ; ejusdem concava parte deorum et gigantum dimicationes; in soleis vero Lapitharum et Centaurorum: adeo momenta omnia capacia artis illi fuere. *Id.* 18. *ibid.* 34. 77. (333). Sol quotidie ex alio cæli momento, quam pridie, oritur. — *Capell.* 8. *p.* 298. *de stella Mercurii.* Ab eo quippe Solis lumine intra viginti momenta abesse non poterit, licet majoribus partibus aberrarit. *et ibid. paullo infr.* Venus latitudinis partibus duodecim Lunæ similis pervagatur, quinquaginta momentis a Solis orbe discedens, licet plus quadraginta sex partibus aberrare non valeat. (Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 8. 6. (38).). In allatis *Capellæ* locis *momenta* sunt cælestis spatii partes, fortasse partes unius ex 360 gradibus, in quos sphæra dividitur. — *Quintil.* 3. 11. 23. Corpus orationis in parva momenta diducere. — Translate *Cic. Mur.* 2. (3). Cato diligentissime perpendens momenta officiorum omnium. Et pro additamento, accessione. *Justin.* 7. 3. 1. Mittit ad subigendam Thraciam, ceteraque ejus tractus regna: quibus pro ignobili momento erat accessura Macedonia. — Hinc ¶ 3. Speciatim et sæpissime de exigua parte temporis. *Cic.* 6. *Fam.* 10. *ad fin.* Quæ quoniam in temporum inclinationibus sæpe parvis posita sunt, omnia momenta observabimus, neque ullum prætermittemus tui juvandi et levandi locum. *Id.* 1. *Divinat.* 52. (118). Parvis momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. *Plin.* 4. *Ep.* 30. Fons certis dimensisque momentis vel subtrahitur, vel assurgit. *h. e.* certis temporibus, statis horis. *Id. Paneg.* 56. Quod momentum, quod immo temporis punctum aut beneficio sterile, aut vacuum laude? *Cæs.* 2. *B. C.* 6. Sed tantum, re provisa, Brutus celeritate navis enisus est, ut parvo momento antecederet. *Petron. Satyr.* 28.; *Liv.* 21. 33.; et *Tac.* 2. *Hist.* 86. Momento temporis. *in brevissimo tempo. Horat.* 1. *Sat.* 1. 7. horæ Momento aut cita mors venit, aut victoria læta. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 51. 52. (172). Mæcenati triennio supremo nullo horæ momento contigit somnus. *Sueton. Aug.* 50. Ad epistolas omnes horarum quoque momenta, quibus datæ significarentur, addebat. *anche i minuti.* Hinc *Vopisc. Florian.* 3. Hæc ego de Probo credidi prælibanda, ne dies, hora, momentum aliquid sibi vindicaret. *Edict. Dioclet.* in *proœm.* Ardet avaritia desæviens sine respectu generis humani non annis modo, vel mensibus aut diebus, sed pæne horis ipsisque momentis ad incrementa sui et augmenta festinat. *Auson. Grat. act.* 3. Neque vero unum aliquod bonum uno die præstas, sed indulgentias sæculares per singula horarum momenta multiplicas. *V.* SCRUPULUS. Ex disticho sequenti *Paulin. Nol. carm.* 1. 163. edit. ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 5. *p.* 376. videtur momentum esse plus quam scrupulus et punctum. En disticbon: Nox dies, hora, et quodque momentum, scrupulus omnis, Puncta etiam nostræ crescere dent fidei. *ora, momento, scrupolo, istante.* Ceterum *Justin.* 2. 14. 9. Tam brevi horarum momento. *in si poche ore. Ovid.* 3. *Pont.* 5. 47. te momentis video omnibus absens. *ogni momento. Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 41. (84). Sion illitum lentigini momento cutem emendat. *in brevissimo tempo.* Sic *Seneca* 3. *Quæst. nat.* 27. Momento fit cinis, diu silva. *Seneca alter Hippol.* 770. fulgor, teneris qui radiat genis, Momento rapitur. *Petron. Satyr.* 92. Ut solum hospitem vidi, momento recepi. *tostissimo. Plin.* 23. *Hist. nat.* 7. 66. (132). Pruna stomacho non utilissima, sed brevi momento. *h. e.* stomacho nocent, sed ad breve tempus. — Apud *Horat.* 1. *Ep.* 10. 16. *momenta Leonis* sunt ipsum tempus, quo sol in signo Leonis est, simulque pondus et vis caloris, quo terras urget. Recentiores tamen plerique vim Leonis, *influsso*, intelligi volunt; quidam vero incessus, quidam motus Leonis cum sole cæli spatium permeantis.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 1., momentum est mutatio, perturbatio. *Liv.* 4. 12. Qui (*L. Minucius præfectus annonæ*) quum, multis circa finitimos populos legationibus terra marique necquidquam missis, (nisi quod ex Etruria haud ita multum frumenti advectum est) nullum momentum annonæ fecisset *h. e.* nihil contulisset ad annonam levandam. *non avesse dato alcun moto ai viveri. Vellej.* 2. 78. 1. Provincias magnis momentis Labienus concusserat. *Lucan.* 7. 118. Si sine momento rerum partisque ruina Casurum est *etc.* ¶ 2. Translatione ducta a superiori paragr. 2. — 1.) Usurpatur pro perexigua quantitate, pro pondere generatim. *Cic.* 5. *Phil.* 10. 26. Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt, quum in omni casu reipubl., tum in bello, et maxime civili. *Id.* 3. *Off.* 3. 11. Omnia ex alterâ parte collocata, vix minimi momenti instar habent. *Id. Fontej.* 6. 11. Unamquamque rem æstimare, momentoque suo ponderare. *Cæs.* 7. *B. G.* 39. *extr.* Levi momento æstimare aliquid. *Cic.* 1. *Orat.* 31. 142. Inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque judicio dispensare atque componere. *Ovid.* 10. *Met.* 376. sic animus nutat Huc levis atque illuc, momentaque sumit utroque. Sic *Ter. Andr.* 1. 5. 31. Dum in dubio est animus, paullo momento huc illuc impellitur. Ubi *Donat.*

Translatio est hæc a mole alicujus ponderis, quæ, ante quam in loco sederit, quum incerta pendet, facillime commovetur. *Liv.* 39. 5. Non pendere ex alterius vultu ac nutu, nec alieni momentis animi circumagi. *dai movimenti, dalle inclinazioni, e dagli affetti dell'animo altrui.* — 2.°) Speciatim frequenter admodum significat vim impellentem ad aliquid faciendum, pondus, robur, quo accedente quippiam facilius fit: ducta translatione a statera, ut dictum est. *Cic. Mur.* 30. 62. Petunt aliquid publicani? cave quidquam habeat momenti gratia. *Justin.* 11. 4. 12. Qui ad Darium profecti, non mediocre momentum Persarum viribus accessere. *Cic.* 5. *Fin.* 13. 37. In iis esse ad bene vivendum momenta maxima. *Id. Mur.* 41. 90. Si quid habet aut momenti commendatio, aut auctoritatis confirmatio mea. *Cæs.* 3. *B. C.* 70. Ita parvæ res magnum in utramque partem momentum habuerunt. *Cic.* 2. *Invent.* 26. 77. Qui locus bene tractatus magno ad persuadendum momento futurus est. *Id.* 1. *Fin.* 17. 56. Maximam animi aut voluptatem, aut molestiam plus aut ad beatam, aut ad miseram vitam afferre momenti, quam eorum utrumvis, si etc. *Liv.* 29. 35. Quorum adventus hoc tamen momenti fecit, ut Scipio abscederet inde irrito incepto. *Id.* 1. 47. Nullum momentum in dando adimendoque regno facere. *Sil. It.* 8. 252. Tantum in quassata bellis caput extulit urbe, Momentum ut rerum, et fati foret arbiter unus. *h. e.* ut ab eo rerum inclinatio mutatioque penderet. Sic *Liv.* 3. 12. Juvenis egregius, maximum momentum rerum ejus civitatis, in quamcumque venisset. (Adde *Lucan.* 4. 818).). *Justin.* 5. 4. 12. Tantum in uno viro fuisse momenti, ut maximi imperii subversi, et rursum recepti auctor esset. — *Momenta rationum*, quibus ad credendum impellimur, *forza, peso delle prove. Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 12. 45. Quum in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum invenirentur. Absolute *Ovid.* 11. *Met.* 285. Adjicis huic animo momenta potentia, clarum Nomen, avumque Jovem. *forti motivi.* — Apud *Ovid.* 4. *Pont.* 13. 49. præbet momenta saluti. *h. e.* adjumenta, quibus a Cæsare detur Ovidio salus. — *Magni, parvi, nullius momenti esse*, h. e. auctoritatis, ponderis, pretii, *momento, peso, importanza. Cic. Vatin.* 1. 1. Cujus testimonium propter turpitudinem vitæ nullius momenti putaretur. *et ibid.* 4. 9. Id est maximi momenti et ponderis. *Id.* 7. *Verr.* 69. 177. In republica permagni momenti est ratio atque inclinatio temporum. *Nepos Alcib.* 8. Sentiebat, se, Alcibiade recepto, nullius momenti apud exercitum futurum. *di niuna autorità e niun credito.*

MŌMĒRĪUM, ii, n. 2. irrisio, quam modo recentiores Galli *momerie* vocant, et derivatur a μῶμος *vituperatio. Commodian.* 59. Das tibi momerium clarissima femina quondam. *h. e.* quondam clarissima femina vocata, nunc lasciviore cultu ornata ludibrio haberis.

MŌNĂCHA, æ, f. 1. μοναχή, *monaca*, solitariæ vitæ femina. *Hieronym. Ep.* 39. *n.* 4. Si parentem cogito, non reprehendo quod plangis; si Christianam et monacham, istis nominibus mater excluditur. — De tonsis monacharum crinibus hæc docet *Id. Ep.* 147. *n.* 5. Moris est in Ægypto et Syriæ monasteriis, ut tam virgo, quam vidua, quæ se Deo voverint et, sæculo renunciantes, omnes delicias sæculi conculcarint, crinem monasteriorum matribus offerant desecandum, non intecto postea contra Apostoli voluntatem incessuræ capite, sed ligato pariter ac velato. Neque hoc quispiam præter tondentes novit et tonsas; nisi quod, quia ab omnibus fit, pæne scitur ab omnibus. Hoc autem duplicem ob causam de consuetudine versum est in naturam, vel quia lavacrum non adeunt, vel quia oleum nec capite, nec ore norunt, ne a parvis animalibus, quæ inter cutem et crinem gigni solent, et concretis sordibus opprimantur.

MŌNĂCHĬCUS, a, um, adject. μοναχικός, *di monaco*, ad monachum pertinens. *Justinian. Novell. constitut.* 133. 5. Monachicum certamen. *Paulin. Nolan. Ep.* 4. Fraternitatemque monacham (*lege* monachicam) fermentatis orbibus aut soluto pane distendat. *Cassiod.* 9. *Hist. Eccl.* 48. Monachicam vitam apprime est sectatus.

MŌNĂCHĬUM, ii, n. 2. μοναχεῖον, locus, vel sodalitas monachorum. *Impp. Valentinian. et Marcian. Cod.* 1. 2. 13.

MŌNĂCHUS, i, m. 2. μοναχός, *monaco*, solitarius, qui vitam vivit solitariam: est a μονάζω, *solus dego*, unde præt. perf. μεμόναχα, hinc μοναχός. *Rutil.* 1. *Itiner.* 441. Ipsi se monachos Grajo cognomine dicunt, Quod soli nullo vivere teste volunt. *Sidon.* 5. *Ep.* 17. Cultu peracto vigiliarum, quas, alternante mulcedine, monachi clericique psalmicines concelebraverant. *Hieronym. Ep.* 22. *n.* 34. Tria sunt in Ægypto genera monachorum. Unum, cœnobitæ, quod nos *in commune viventes* possumus appellare. Secundum, anachoretæ, qui soli habitant per deserta; et ab eo, quod procul ab hominibus recesserint, nuncupantur. Tertium genus est, quod *remoboth* dicunt, deterrimum atque neglectum: bi bini, vel terni, nec multo plures simul habitant, suo arbitratu ac ditione viventes; et de eo, quod laboraverint, in medium partes conferunt, ut habeant alimenta communia; habitant autem quam plurimum in urbibus et castellis. *Id. Ep.* 58. *n.* 5. Sin autem cupis esse, ut videris, monachus, id est solus, quid facis in urbibus, quæ utique non sunt solorum habitacula, sed multorum? — Monachi fusca tunica utebantur, teste *eod. Ep.* 66. *n.* 13. ad *Fammachium monachum.* Esto; incedas nudis pedibus, fusca tunica vestiaris, æqueris pauperibus etc.

MŌNĂDĬCUS, a, um, adject. μοναδικός, singularis. *Cassiod. Instit. liber. litt.* 4. Primus et simplex numerus est, qui monadicam mensuram solam recipere potest, ut verbi gratia III, V, VII, XI, XIII, XVII, et his similia. Cf. *Isid.* 3. *Orig.* 5. Quia non habet communem numerum, nisi monadicum. *Servius* ad *Virg.* 4. *Æn.* 402. *Far* solum nomen est, quod *r* geminet in Genitivo; monodicon (*lege* monadicon) ergo est, sicut *sol*: item *cor, cordis* solum in *dis* mittit Genitivum: item *s* geminat *as, assis.*

MŌNĂLĬTER. *V.* MONAULITER.

MŌNARCHA, æ, m. 1. μονάρχης, qui solus imperat: a μόνος *solus* et ἀρχή *imperium. Vet. Poeta* apud *Mar. Victorin. p.* 2551. *Putsch.* Cæruli monarcha ponti ratisque rectitator. Adde *Isid.* 9. *Orig.* 3. 23.

MŌNARCHĬA, æ, f. 1. *monarchia*, μοναρχία, unius principatus: a μόνος *solus* et ἀρχή *imperium. Capitolin. Max. et Balb.* 14. Sed Balbinus Maximum, quem putabat monarchiam velle, primum frustratus est. Adde *Tertull. advers. Prax.* 14.

MŌNĀRĬUS, a, um, adject. a μόνος *solus*, qui unica inflexione gaudet, scil. nomen monarium est idem ac monoptotum. *Probus* grammat. edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 5. *p.* 240. Sunt nomina senaria, ut puta unus: sunt quinaria, ut puta doctus: sunt quaternaria, ut puta niger: sunt ternaria, ut puta statare: sunt binaria, ut puta se: sunt monaria, ut puta cornu.

MŌNAS, ădis, f. 3. *unità*, μονάς, unitas, singularitas. *Capell.* 7. *p.* 237. Præ cunctis igitur affata sacra monas esto, quam ante cuncta vibrantem sociati postmodum numeri principia docuerunt. *et ibid. p.* 238. Hanc (*monadem*) alii concordiam, hanc pietatem amicitiamque dixere, quod ita nectatur, ut non secetur in partes; tamen rectius Juppiter nuncupatur, quod sit idem caput ac pater deorum. Cf. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 6. Hæc monas principium finisque omnium, non ipsa principii finisque sciens, ad summum refertur Deum. Adde *Tertull. advers. Valentinian.* 37. et *Præscript.* 49. *extr.*; *Augustin.* 4. *Confess.* 15.; et *Venant.* 8. *carm.* 7. 119., ubi *V.* adnotat. Sic *Capell.* 9. *p.* 327. Primum igitur tempus est, quod in morem atomi nec partes nec momenta recisionis admittit, ut est in geometricis punctum, in arithmeticis monas, id est singularis quædam ac se ipsa natura contenta.

MŌNASTĒRĬĀLIS, e, adject. qui ad monasterium pertinet, in monasterio usurpatur. *Sidon.* 7. *Ep.* 9. *in conc. ante med.* Monasterianbus disciplinis ægre subditur vel popularium cervicositas, vel licentia clericorum.

MONASTERIOLUM, i, n, 2. deminut. a monasterium. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 192.

MŌNASTĒRĬUM, ii, n. 2. *monastero*, μοναστήριον, locus, in quo monachi degunt. *Sidon.* 4. *Ep.* 25. Nunc ergo Virensia si te remittunt jam monasteria, in quæ libenter solitus ascendere, jam cælestibus supernisque præludis habitaculis, gaudere te par est etc. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 17. *ad fin.*; *Augustin. Ep.* 86. *ad Casulan.*; et *Hieronym. loc. cit.* in MONACHA.

MŌNASTRĬÆ, ārum, f. plur. 1. *monache*, μοναστριαι, mulieres Deo dicatæ, et solitariam vitam agentes: quarum fit mentio in *Novell. constitut. Justin.* 123. 27.

MONAULES, æ, m. 1. μοναύλης, qui unica tibia, seu monaulo canit. *V.* MONAULOS. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 173. Monaules, ascaules, calamaules.

MŌNAULĬTER, adverb. cum simplici tibia, quæ monaulos dicitur. *Capell.* 9. *p.* 307. Puer monauliter sonabat. Ita recte *Grotius* legi oportere affirmat ex MS., quum *monaliter* in editis legatur; *h. e.* solitarie: solus puer sonabat.

MŌNAULOS *vel* monaulus, i, m. 2. μόναυλος, tibia simplex, seu singularis: a μόνος *solus* et αὐλός *tibia. Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (204). Fistulam et monaulum invenit Pan Mercurii, obliquam tibiam Midas, geminas tibias Marsyas. *Martial.* 14. 64. cujus lemma *Tibiæ.* Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis: Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habet.

MŌNAZONTES, ium, m. plur. 3. μοναζοντες, apud *Impp. Valentinian. et Valent. Cod.* 10. 31. 26. et *Cod. Theod.* 12. 1. 63. sunt monachi solitariam vitam agentes. Græca vox: unde *monachus* derivatur.

MŌNĒDŪLA, æ, f. 1. *mulacchia, putta, pola, gazza*, κολοιός, avis ex genere graculorum: eadem et pica dicitur. *V.* PICA. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 14. 22. (99). Monedula condens semina in thesauros cavernarum. *Id.* 10 *ibid.* 29. 41 (77). Immensa finitimo Insubrium tractu examina graculorum monedularum cui soli avi furacitas auri argentique præcipue mira est. *Cic. Flacc.* 31. 76. Re vera non plus aurum tibi, quam monedulæ committebant. *davano le pere in guardia all'orso*, proverbium. — Fabulantur, in hanc avem versam esse Arnem nymphum, quod patriam auro capta et corrupta vendidisset. *Ovid.* 7. *Met.* 465. quamque impia prodidit Arne Sithonis accepto, quod avara poposcerat, auro, Mutata est in avem, quæ nunc quoque diligit aurum, Nigra pedem, nigris velata monedula pennis. — Est vox blandientium, quia deliciarum est avis, sermonem hominum facile perdiscens. *Plaut. Capt.* 5. 4. 5. Patriciis pueris aut monedulæ, aut anates, aut coturnices dantur, quicum lusitent. *Id. Asin.* 3. 3. 103. Dic me anaticulam, columbam, vel catellum, hirundinem, monedulam, etc. — Apud *Plaut. Capt. loc. cit.* in MSS. Codicibus legitur *monevula*, quasi a μινυρίσθαι *minurire.*

MŌNĒLA, æ, f. 2. (moneo). *ammonizione, avviso*, monitio. *Tertull. Patient.* 8. et 4. *advers. Marcion.* 34.

MŌNĒMĒRON, i, n. 2. μονήμερον, collyrium in singulos dies compositum: a μόνος *solus* et ἡμέρα *dies. Marcell. Empir.* 8. *a med.* Collyrium nomine monemeron facit ad impetus lippitudinis ex ovo inunctum. — Idem vocatur etiam *authemerum*: ab αὐτός *ipse* et ἡμέρα *dies*; quam vocem vide in ANTHEMERUM, quod in *authemerum* est mutandum.

MŌNENDA, ōrum. *V.* voc. seq.

MŌNĔO, es, ŭi (*et antiquitus* mūni), ĭtum, ēre, 2. *Mŏnĕrim* pro *mŏnŭĕrim* habet *Pacuvius* apud *Non.* p. 507. 25. *Merc.* Dic, quid faciam: quod me monerîs, effectum dabo. *Id. ibid.* Dii monerint meliora. — Part. *Monens* II. 1; *Monitus* I. et II. 1.; *Moniturus* I.; *Monendus* I. et II. 1. — Ratione habita etymi, volunt esse vel ab obsoleto *meneo*, a quo *memini*, (unde a memoria deducit *Varro* 6. *L. L.* 45. *Müll.*); vel a μηνύω *significo*, *indico*: certe est ab etymo *men*, quod inest in vocabulis *mens, memini, mentio*, μιμνήσκω et μνῆσαι. Ceterum monere est idem atque admonere, commonere, prædicare, suadere, παραγγέλω, παραινέω (It. *ammonire, ricordare, avvisare, avvertire*; Fr. *avertir, faire souvenir*; Hisp. *advertir, avisar*; Germ. *Jemanden eingedenk machen, woran erinnern, ermahnen, warnen, lehren*

Angl. *to put in mind, bring to one's recollection, advise, admonish, warn*).

I.) Proprie — 1.°) Stricto sensu de hominibus usurpatur: et quidem — *a*) Absolute. *Ennius* apud *Non.* p. 469. 24. *Merc.* Bene mones; tute ipse cunctas. Vide fortem virum! *Cic. Amic.* 13. 44. Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas, eaque et adhibeatur ad monendum non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit; et adhibitæ pareatur. — *Plaut. Curc.* a. 3. *in fin.* Qui monet, quasi adjuvat. γνώμη. — V. et infra sub *h.* — *b*) Cum Accusativo personæ et Ablativo rei ac præpos. *de. Cic.* 11. *Att.* 16. *sub fin.* Oro, ut Terentiam moneatis de testamento. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 3. *sub fin.* Quod me de retinenda Sestii gratia litteris monuisti. — *c*) Cum Accusativo et personæ et rei. *Cic.* 3. *Fam.* 3. Fabius ea me ex tuis mandatis monuit, quæ universo senatui venerant in mentem. *Id.* 14. *Att.* 19. Id ipsum, quod me mones, quatriduo ante ad eum scripseram. — Et passive. *Cic. Amic.* 24. 88. Obsurdescimus, nec ea, quæ a natura monemur, audimus. Sic *Plaut. Capt. prol.* 53. Sed etiam est, paucis vos quod monitos voluerim. *et ibid.* 2. 2. 59. Hoc te monitum volueram. — Proverbii speciem habet illud *ejusd. ibid.* 2. 3. 36. Quæ memini, mora mera est monerier. — *d*) Cum Accus. personæ et Genitivo rei. *Tac.* 1. *Ann.* 67. Tunc contractos in principia, jussosque dicta cum silentio accipere, temporis ac necessitatis monuit. *Id.* 2. *ibid.* 43. Plancinam haud dubie Augusta monuit muliebri æmulatione Agrippinam insectandi. — *e*) Cum Conjunctivo et part. *ut* (quæ interdum omittitur), aut *ne. Cic.* 10. *Fam.* 1. Illud erat amoris mei, monere te atque hortari, ut in republicam incumberes. *Sall. Jug.* 10. Per hanc dexteram moneo obtestorque, ut etc. *Id. ep. Pompeji ad Senat.* Quod ego vos moneo quæsoque, ut etc. *Cæs.* 1. *B. G.* 20. Monet, ut suspiciones vitet. *Id.* 1. *B. C.* 28. Moniti a Brundisinis, ut vallum cæcum caveant. — *Cic.* 2. *Verr.* 12. 36. Moneo, prædico, ante denuncio: abstineant manus. *Id.* 2. *Cat.* 9. 20. Sed eos hoc moneo: desinant furere. — *Ter. Eun. prol.* 16. Is ne erret, moneo. *Justin.* 11. 13. 8. Macedones monebat, ne multitudine hostium moverentur. — Apud *Plaut. Pseud.* 4. 1. 11. Monendus, ne me moneat. *proverb.*, quo significamus contemptum ejus, cujus monita aspernamur. Huic simile est *sus Minervam.* — *f*) Sequente Infinito, qui Accusativi vicem gerit. *Cic.* 1. *Herenn.* 1. 1. Si te unum illud monuerimus, artem sine assiduitate dicendi non multum juvare. *Auct. B. G.* 8. 34. Monet rationem frumenti esse habendam. *Nepos Phoc.* 2. Quum Phocion moneretur, Nicanorem Piræeo insidiari. *Tac.* 1. *Ann.* 63. Arminius suos propinquare silvis monitus vertit repente. *Virg.* 10. *Æn.* 439. Interea soror alma monet succurrere Lauso Turnum. — *g*) Sequente Relativo. *Ter. Adelph.* 3. 4. 65. Moneo, quid facto opus sit. — *h*) Interdum Infinitus vel Conjunctivus, scil. Accusativus rei omittitur; ex præcedentibus enim facile infertur. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 2. Nihili est, suum qui officium facere immemor est, nisi adeo monitus. *Cic.* 4. *Fam.* 3. *sub init.* Multo ante tamquam ex aliqua specula prospexi tempestatem futuram: neque id solum mea sponte, sed multo etiam magis, monente et denunciante te. *Propert.* 1. 15. 41. Queis ego nunc pereo, similes moniturus amantes. — *i*) *Monere alicui aliquid*, dictum esse a *Plauto* quidam putant, *Truc.* 4. 1. 12. Unum animus monuit mihi. *h. e.* subjecit, suasit. *Alii leg.* Unum animos movit mihi: *al.* Unum animus me movet. — 2.°) Latiori sensu, eleganter tribuitur rebus inanimis. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 49. Edepol memoria est optima. ANTR. Offæ me monent. *h. e.* memorem faciunt. *Cic.* 10. *Att.* 8. Et res ipsa monebat, et tu ostenderas, et ego videbam, finem inter nos scribendi fieri tempus esse. *Virg.* 1. *G.* 464. sol cæcos instare tumultus Sæpe monet. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 73. At quanto meliora monet pugnantiaque istis Dives opis natura suæ! *Id.* 4. *Od.* 7. 7. Immortalia ne speres, monet annus. *Phædr.* 1. *prol.* Duplex libelli dos est, quod risum movet, Et quod prudenti vitam consilio monet. *h. e.* dirigit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 25. 60. (227). Natura monet festinare. — Huc pertinet illud *Senec. Agam.* 428. Et clara lentum remigem monuit tuba. *h. e.* hortata est, excitavit. Hunc locum singulari paragrapho *Forcellinus* distinxit, atque addidit illud *Propert.* 2. 15. 19. Incipiam captare feras, et reddere pinu Cornua, et audaces ipse monere canes.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro docere. — *a*) Generatim. *Virg.* 7. *Æn.* 42. Tu vatem tu, diva, mone. Sic *Val. Flacc.* 1. 5. Phœbe mone. Adde *eumd.* 6. 33. et *Plin. Paneg.* 26. Labor erat parentibus adulantia verba educere: reddebant illi, quæ monebantur. — Pro narrare. *Horat.* 3. *Od.* 7. 19. Et peccare docentes Fallax historias monet. *Alii leg.* movet. Sic *Forcellinus.* Recentiores plerique leg. *movet*, h. e. excitat. — *b*) Speciatim pro prædicere; et refertur ad auguria, prodigia et oracula. *Cic. Harusp. resp.* 25. 53. Quum dii immortales monent de optimatium discordiis. Sic *Sil. It.* 4. 120. et 5. 117. Quippe monent Superi. *Virg.* 3. *Æn.* 188. Cedamus Phœbo, et moniti meliora petamus. *Stat.* 8. *Theb.* 33. et vera monentibus aris. *Sueton. Cal.* 57. Monuerunt et sortes Antiatinæ, ut a Cassio caveret. *Virg.* 3. *Æn.* 712. Nec vates Helenus, quum multa horrenda moneret, Hos mihi prædirit luctus. *Sueton. Aug.* 91. Egre ditur tamen, amici somnio monitus. *Virg.* 9. *Ecl.* 14. nisi me quacumque novas incidere lites, Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix etc. *Ammian.* 28. 1. Quid augurales alites vel cantus monerent. — Hinc *Monenda, orum*, absolute, sunt sacrificia, per quæ Dii monentur, ut succurrant mortalibus. Ita *Glossa* ad *Capell.* 1. *p.* 5. Jam pridem quippe offensus contamine monendorum Mercurius, dedignatur augur Pythius nuncupari. ¶ 2. Pro castigare, punire. *Tac.* 5. *Ann.* 9. Puerili verbere monere aliquem. *V.* ADMONEO. — Hinc

Mŏnenda, ōrum, n. plur. 3. *V.* supra sub II. 1.

MŌNĒRIS, is, f. 3. μονήρης (subaudi ναῦς), *feluca, galeotta*, genus navigii, quod simplici remorum ordine agitur: Græca vox a μόνος *solus* et ἐρέσσω *remigo. Liv.* 38. 38. Neve plures quam decem naves actuarias habeto, neve monerem ex belli causa.

MŌNĒTA, æ, f. 1. a *monendo*, est mater Musarum, quæ et *Mnemosyne* dicitur a memoria; de qua *V.* in ONOM. — Præterea

I.) Proprie, *Moneta* fuit cognomen Junonis, quia Romanos monuisse credita est, ut propter terræmotum sue plena rem divinam facerent, ut est apud *Cic.* 1. *Divinat.* 45. 101. et 2. *ibid.* 32. 69. Huic ædem vovit L. Furius Camillus Aurunco bello: cui senatus locum destinavit in arce Capitolii, ubi fuerat area ædium M. Manlii Capitolini, ut *Liv.* 7. 28. et *Ovid.* 6. *Fast.* 183. narrant. De ea *Ovid.* 1. *Fast.* 638. Qua fert sublimes alta Moneta gradus. *et Lucan.* 1. 360. Numina miscebit castrensis flamma Monetæ. — Aliam causam addidit *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 11. 111. Conturbantibus Gallis Senonibus, repente vox monentis audita est: Hostem caverent. Itaque hostibus pulsis, restituta Urbe, templum constitutum est et consecratum deæ Monetæ. Dicunt namque Junonem, adventum prænunciasse Gallorum. Sic *Vet. Scholiast.* ad *Lucan.* 1. 379. Juno dicitur Moneta eo, quod monuit Romanos dormientes per anserem de adventu Gallorum, ne Capitolium introirent. V. *Wernsdorff.* ad *Poet. min. T.* 2. *p.* 150. — Porro *Suidas* aliam hujus appellationis causam affert in Μονήτα, scilicet, quod quum Romani pecunia indigerent bello contra Pyrrhum et Tarentinos, Junonem oraverunt: quæ respondit, si justitia in bellis uterentur, pecuniam eis non defuturam: quod quum illis successisset, Junonem Monetam, hoc est consultricem, colere cœperunt: simulque decrevere, monetam in ejus templo feriri. *Liv.* quoque 6. 20. ædem et officinam Monetæ juncta fuisse indicat. Ex quibus patet, nomen pecuniæ a Junonis cognomine ductum esse. V. *Cavedoni, Saggio* 172. et *Appendice p.* 150.

II.) Translate. ¶ 1. Moneta est templum, sive locus, in quo pecunia cuditur, *zecca. Ammian.* 22. 11. Dracontius monetæ præpositus, aram in moneta, quam regebat, recens locatam evertit. *Sidon. carm.* 23. 41. Delubris, capitoliis, monetis. *Sueton. Cæs.* 76. Monetæ, publicisque vectigalibus peculiares servos præposuit. *h. e.* tum loco, tum universæ procurationi pecuniæ cudendæ: cui præesse antea consueverant triumviri auro, argento, ære flando, feriundo: qui et *monetales* dicti sunt. Pertinent huc illa *Cic.* 7. *Phil.* 1. 1. Parvis de rebus, sed fortasse necessariis, consulimur, P. C., de Appia via, et de moneta etc. *et* 8. *Att.* 7. *extr.* Ad Philotimum scripsi de viatico, sive a moneta, sive ab Oppiis. *h. e.* seu argentum infectum permutando cum pecunia signata, a moneta sumpta, seu ab Oppiis feneratoribus accipiendo pecuniam in viaticum. *Lactant. Mort. persec.* 7. Hic basilicæ, hic circus, hic moneta, hic armorum fabrica, hic uxori domus, hic filiæ. — Et translatione hinc ducta *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 6. *a med.* Semine semel intra formandi hominis monetam locato, *h. e.* utero. *Seneca* 3. *Benef.* 35. Jam tempus est quædam ex nostra, ut ita dicam, moneta profersi. *h. e.* de nostra Stoica doctrina. ¶ 2. Item est pecunia signata forma publica, nummus, *moneta*, νόμισμα: (hinc perperam *Cassiod.* hoc vocis etymon exhibet 6. *Variar.* 7. Monetam facis de nostris temporibus futura sæcula commonere). *Ovid.* 1. *Fast.* 221. Æra dabant olim: melius nunc omen in auro est: Victaque concedit prisca moneta novæ. *Martial.* 1. 100. convivia sumptuosiora Nigræ sordibus expleas monetæ. *h. e.* æreæ. *Id.* 14. 12. cui titulus *Loculi eburnei.* Hos nisi de fulva loculos implere moneta Non decet: argentum vilia ligna ferant. *h. e.* aurea. *Lucan.* 6. 404. aurumque moneta Fregit. *h. e.* in monetas concidit. *Trebell. Gallien.* 12. et in XXX. *Tyrann.* 26. Monetam cudere. *Paul.* 5. *Sentent. tit.* 25. signare vultu principis. *Lamprid. Diadum.* 2. percutere. *Ulp. Dig.* 48. 13. 6. adulterinam exercere. *far il moneta rio. Plin.* 33. *Hist. nat.* 9. 46. (132). Falsæ monetæ æra miscere. *Imppp. Valentin., Theod. et Arcad. Constit. Sirmond.* 8. Non falsæ monetæ reos absolvendorum felicitati connectimus. — De monetæ causa V. *Dig.* 18. 1. 1. ¶ 3. Item moneta ipsam notam pecuniæ significat. *Martial.* 12. 55. Aut libram petit illa Cosmiani, Aut binos quater a nova moneta. *di nuovo impronto.* — Translate. *Juvenal.* 7. 55. Communi feriat carmen triviale moneta. *Apul. Apolog.* Ea tamen nomina labore meo et studio ita de Græcis provenire, ut tamen Latina moneta percussa sint. *h. e.* forma et positione.

MŌNĒTĀLIS, e, adject. (moneta) ad monetam seu pecuniam pertinens, *di moneta*, νομισματικός. *Apul.* 7. *Met.* Auro monetali zonæ refertæ. — *Triumviri monetales*, auri, argenti, æris flatores, cudendæ monetæ provinciam curabant. *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. *circa med.*; et *Cic.* 10. *Att.* 11. *extr. Inscript.* apud *Gruter.* 379. 7. C. CAESELLIO VVFIDIO III VIR. MONET. A. A. A. F. F. Aliquando idem *triumvir monetalis* dicitur *XXvir monetalis*, quia erat unus ex vigintiviris. *V.* banc vocem suo loco. *Inscript.* apud *Spon. Miscell. p.* 189. *n.* 2. Q. POMPEIVS Q. F. QVIR. SENECIO XX. VIR MONETALIS. — Jocose *monetalis* vocatur Vectenus quidam, qui fenerator quum esset, pecuniæ nimium cupidus videbatur. *Cic. loc.* supra *cit.* Vectenum mihi amicum, ut scribis, ita puto esse: cum eo, quod ἀποτόμως ad me scripserat de nummis curandis, Συμπικώτερον eram jocatus. Id tu, si ille aliter acceperit, ac debuit, lenies. Monetali autem adscripsi, quod ille ad me proconsuli. *h. e.* in summa epistola scripserat: *Vecteno monetali*, quia ipse ad Ciceronem scribens *M. Tullio Ciceroni proconsuli* scripsisset. — *Monetalis pes* est idem ac Romanus, et opponitur Ptolemaico, quia in æde Monetæ servabatur, eoque utebatur tota Italia. *Hygin. de limit. p.* 210. *Goes.* Præterea pes eorum, qui Ptolemaicus appellatur, habet monetalem pedem et semunciam. *et paullo post.* Monetalis mensura.

MŌNĒTĀRĬUS, ii, m. 2. *zecchiere, monetiere*, ἀργυροκόπος, qui monetam cudit: qui in moneta publica operatur. Hujusmodi artificum corpus quoddam Romæ fuit, tantaque aliquando copia, ut seditionem movere et rebellare sub Aureliano Aug. potuerint, Felicissimo rationali, seu fisci procuratore rebellionis ejusdem auctore. *Aurel. Vict. Epit.* 35.; *Eutrop.* 9. 14.; et *Vopisc. Aurel.* 38. *Inscript.* apud *Murat.* 968. 5. L. PAGGIO HERMETIS LIB. MONETARIO. *V.* FLATURARIUS. Adde *Firmic.* 8. *Mathes.* 17. *a med.*; et *Imppp. Gratian. Valent. et Theodos. Cod.* 11. 7. 7. etc.

MŌNĪLE, is, n. 3. Producitur prima in illo *Petronii fragm.* apud *Burmann. p.* 668. Guttura nunc aliæ magnis monilibus ornent. At *Burmannus* nepos in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 680. recte edidit *magnisve monilibus.* — Monile est ornamentum colli ex auro, aut margaritis, aut gemmis: proprium feminarum; quum *torquis* sit hominum: tametsi et pueris, præsertim delicatius ornatis, aliquando tribuitur: ita dictum fuit, quia virtutis admoneat; primo enim ob aliquod egregium factum ingenuis juvenibus tribui solitum videtur: ὑποδερίς, ὅρμος (It. *collana, monile, vezzo;* Fr. *collier;* Hisp. *collar;* Germ. *das Halsband, die Halskette;* Angl. *an ornament for the neck, a necklace, collar*). Occurrit — *a*) De feminis. *Afranius* apud *Non. p.* 150. 28. *Merc.* Tui monilis possestricem. *Festus p.* 138. 31. *Müll.* Monile dictum est ornatus mulieris; qualem habuisse Eriphylam fabulæ ferunt: ex eo etiam equis præpendis a collo ornamentum monile appellant. *Cic.* 6. *Verr.* 18. 39. Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut quum vidisset monile, ut opinor, ex auro et gemmis, pulchritudine ejus incensa, salutem viri proderet. (V. *Stat.* 2. *Theb.* 265.) *Quintil.* 11. 1. 3. Monilibus et margaritis ac veste longa, quæ sunt ornamenta feminarum, deformantur viri. *Virg.* 1. *Æn.* 658. colloque monile Baccatum. *Val. Flacc.* 6. 668. derepta monilia divæ Contrectat. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 3. 11. (44). Feminæ monilium vice succina gestantes. *Cyprian. de hab. virg. c.* Neque enim Deus distinctis auro lapillis et margaritis, contenta serie et numerosa compage digestis, monilia instituit, quibus cervicem, quam fecit, absconderes, ut operiretur illud, quod Deus in homine formavit, et conspiciatur id desuper, quod diabolus adinvenit. *Baluzius* hic perperam contendit pro *lapillis* legendum *capillis. Inscript.* apud *Murat.* 1991. 3. MONILE GEMMEVM. *Alia* apud *Spon. Miscell.* 219. NOVERAT HIC DOCTA FABRICARE MONILIA DEXTRA ET MOLLE IN VARIAS AVRVM DISPONERE GEMMAS. — *b*) De pueris. *Ovid.* 5. *Met.* 52. *de Athide puero.* ornabant aurata monilia collum. Sic *Id. Heroid.* 9. 57. Vidit in Herculeo suspensa monilia collo. — *c*) In collis equorum, aliorumve animalium. *Virg.* 7. *Æn.* 277. Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis: Aurea pectoribus demissa monilia pendent. *Ovid.* 10. *Met.* 112. *de cervo.* Cornua fulgebant auro, demissaque in armos Pendebant tereti gemmata monilia collo.

MŌNĪMEN, inis, n. 3. affertur a *Priscian.*, nullo tamen auctore laudato, 4. *p.* 626. *Putsch.* Sin a secunda vel tertia (*derivata sint*), i habent correptam, ut moneo mones monimen, rego regis regimen.

MŌNĪMENTUM, i, n. 2. *V.* MONUMENTUM init.

MŌNĪTĬO, ōnis, f. 3. (moneo) actus monendi, monitus, *ammonizione, avviso, παραίνεσις.* — *a*) In slog. num. *Paul. Diac. p.* 196. 7. *Müll.* Objurgatio post turpe factum castigatio: monitio vero est ante commissum. *Cic. Amic.* 24. 89. Monitio acerbitate, objurgatio contumelia careat. *Sueton. Tib.* 18. Addita monitione, ut se interprete uteretur. *Id. Ner.* 56. Icunculam puellarem pro summo numine coluit: volebatque credi, monitione ejus futura prænoscere. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 30. Necessaria est menstrui cujusque officii monitio. — *b*) In plur. num. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 6. Adolescentulos corporis robusti peritissimis agricolis commendemus, quorum monitionibus vel unus e multis rusticationis consequatur scientiam. *insegnamenti.*

MŌNĪTO, as, are, a. 1. frequentat. sive intens. a *moneo. Venant.* 2. *Vit. S. Martin.* 387. Martinus monitat, cunctis talem esse sequendum. Adde 5. *carm.* 5. 23.

MŌNĪTOR, ōris, m. 3. (moneo) qui monet, *ammonitore, consigliere, suggeritore, παραινέτης.* ¶ 1. Generatim. *Ter. Heaut.* 1. 1. 119. Nil opus fuit monitore. *et* 5. 1. 2. Adjutor meus et monitor, et præmonstrator Chremes. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 67. monitoris egere. *Id. Art. P.* 163. Juvenis monitoribus asper. *Sall. Jug.* 87. *extr.* Sumat aliquem ex populo monitorem officii sui. *Seneca Ep.* 94. *ante med.* Monitorem non desiderabit ad singula, qui dicat, sic incede, sic cœna. ¶ 2. Specialim est qui in foro oratori adest, et dicenda agendaque monet, *sollicitatore, πραγματικός. Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 16. 52. Video mihi, non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus hic tenet. Adde *eumd.* 2. *Orat.* 24. 99. et *Quintil.* 6. 4. 9. ¶ 3. Item nomenclator. *Cic. Mur.* 36. 77. Per monitorem appellandi sunt. *Plin. Paneg.* 23. Gratum erat, quod equestris ordinis decora honore nomina sine monitore signares. ¶ 4. Item qui ceteris præsunt, ut eos officiis admoneant. — *a*) Sic servi in agro operis præfecti, qui officii sui quemque admonent, et segniores castigant, *gastaldi. Colum.* 1. *R. R.* 9. 8. Is numerus in opere commodissime custoditur, nec præeuntis monitoris diligentiam multitudo confundit. *Ulp. Dig.* 33. 7. 8. Homines qui agrum colunt, præpositive sunt his: quorum in numero sunt villici, monitores. — *b*) Similiter qui, pueritiam alicujus regit, pædagogus, *ajo. Stat.* 5. *Silv.* 3. 147. Hinc tibi vota patrum credi, generosaque pubes Te monitore regi. *Id.* 12. *Theb.* 205. Olim hic virginei custos monitorque pudoris. ¶ 5. Item qui in scæna monet histrionem, ὑποβολεύς. *Festus p.* 138. 29. *Müll. Inscript.* apud *Morcell. Dissert. delle tessere,* etc. *con annot. del D. G. Labus p.* 46. GENIO COLLEGII SCAENICORVM FELAV SECVNDVS MONITOR D. D. *suggeritore, rammentatore.* — Item libri commentarii *monitores* dicuntur, quia in memoriam redire nos faciunt. *Festus loc. cit.* ¶ 6. Item qui præibat verbis, dum sacerdos sacrificium, vel consecrationem templi perageret, quique et præcentor dicebatur. *Tertull. Apoloq.* 30. Capite nudo, quia non erubescimus, denique sine monitore, quia de pectore oramus, precantes sumus. *Inscript.* apud *Don. cl.* 1. *n.* 44. MARTI GRADIVO D. D. L. PLVTIVS PIVS AEDILIS MONITOR AVGVRIVM PRAEFECTVS SACRORVM. *V. Marin. Frat. Arv. p.* 111. ¶ 7. *Monitor musicus* est idem ac phonascus apud *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 5. *n.* 107.

MŌNĪTŌRĬUS, a, um, adject. *monitorio,* aptus ad monendum. *Seneca.* 2. *Quæst. nat.* 39. *et* 49. Monitorium fulmen. *h. e.* quod de futuris moneat, et quid cavendum sit.

MŌNĪTUM, i, n. 2. (moneo) quod quis nos monet, *ammonizione, documento, ricordo, παραίνεσις.*

I.) Proprie. *Cic.* 5. *Fam.* 8. Meis consiliis, monitis, studiis actionibusque nituntur. *et ibid.* 13. Tuis monitis præceptisque omnis est abjiciendus dolor. *Id.* 14. *Phil.* 7. 20. Meæ aures omnium præceptis monitisque patuerunt.

II.) Improprie refertur ad vaticinationes, oracula, ostenta. *Cic. Har. resp.* 25. 54. Ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen etc. *Virg.* 8. *Æn.* 336. matrisque egere tremenda Carmentis Nymphæ monita.

MŌNĪTUS, a, um. *V.* MONEO.

MŌNĪTUS, us, m. 4. (moneo). In Dativis et Ablat. plur. non est in usu propter asperitatem, ut et *Servius* ad *Virg.* 10. *Æn.* 689. docet. — Monitus est idem ac monitio, monitum, *avviso, ricordo.*

I.) Proprie. *Ovid. Heroid.* 18. 115. monitu nutricis amaro Frigida deserta litora turre peto. *Id.* 2. *Met.* 103. Finierat monitus: dictis tamen ille repugnat. *Val. Flacc.* 1. 475. Monitus acres tradere.

II.) Improprie refertur ad vaticinia, oracula, auguria. *Cic.* 2. *Divinat.* 41. 86. Sortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur. *Plin. Paneg.* 76. Consultare aves, revererique numinum monitus. *Plin. alter* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (24). Fulgurum monitus, oraculorum præscita, haruspicum prædicta. *Val. Flacc.* 1. 29. pecudumque per aras Terrifici monitus.

MONNŬLA, æ, f. 1. vox infantilis blanditiæ, ut *issulus,* cui fortasse respondet Italorum *monella:* pro amica, sodali, *compagna,* usurpari videtur. *Inscript.* apud *Murat.* 2083. 2. SVLPICIA PARTHENOPAE FRVCTVOSAE ALVMNAE SVAE QVAE VIXIT ANNOS VIII. M. II. D. XV. QVAE SVPRA MONNVLAM SVAM SVPRAVIXIT DIES XXIII.

MŌNŌBĒLUS, i, m. 2. a μόνος *solus* et βέλος *telum. Monobeli* dicebantur ab Elagabalo homines maximis conditionibus instructi: quasi toti telum essent, vel ea parte potissimum censerentur. *Lamprid. Elagab.* 8. *extr.,* ubi *Lips.* malebat *onobeli,* ab ὄνος *asinus.*

MŌNŌBŎLON, i, n. 2. ludi genus, quo quis corpus arte quadam saltando jactat: a μόνος *solus* et βόλος *jactus.* Differt a contomonobolo, in quo lusor conto suffultus saltabat. *Imp. Justiniani Cod.* 3. 43. 3. Deinceps vero ordinent quinque ludos, monobolon, contomonobolon, Quintanum cordacem sine fibula, et perichyten. et hippicen, quibus sine dolo atque callidis machinationibus ludere permittimus. Sed nec permittimus etiam in his ludere ultra unum solidum, si multum dives sit; ut si quem vinci contigerit, casum gravem non sustineat.

MŌNŌCĔRŌS, ōtis, m. 3. μονόκερως, unicornis: a μόνος *solus* et κέρας *cornu. Plin.* 8. *Hist. nat.* 21. 31. (76). Asperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite cervo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente. Hanc feram vivam negant capi. *V.* adnotat. ad *Plin. loc. cit.* in nupera editione Parisiensi *T.* 6. *p.* 430.–435., et *Memor. dell' Accademia Ercolan. T.* 2. *p.* 59.

MŌNŌCHORDON, i, n. 2. μονόχορδον, musicus sonus, qui unica fit chorda. *Boeth. Music.* 4. 4. *p* 1135. Sed jam tempus est ad regularis monochordi divisionem venire.

MONOCHORIUS, ii, m. 2. qui solus, silente choro, saltat: a μόνος *solus* et χόρος *chorus.* Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 173. Symphoniacus, monochorius.

MŌNŌCHRŌMĀTA, n. plur. 2. *chiariscuri,* μονόχρωματα, picturæ unius tantum coloris: a μόνος *solus* et χρῶμα *color. Plin.* 33. *Hist. nat.* 7. 39. (117). Cinnabari veteres, quæ etiam nunc vocant monochromata, pingebant. (V. *Mus. Borbon. T.* 4. *tav.* 4. *n.* 2.). *Id.* 35. *ibid.* 9. 36. (64) *de Zeuxi.* Pinxit et monochromata ex albo.

MŌNŌCHRŌMĀTĒUS, a, um, adject. uno colore constans, μονοχρωματεῖος. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 5. 11. (29). Qui monochromatea genera picturæ vocaverint, dicemus in mentione artificum. Pro *qui monochromatea genera picturæ vocaverint,* probabili conjectura legendum proposuit *Henr. Theod. Susius* hæc: *qui monochromateo generi picturæ vocaverint.* Cl. vero *Sillig.* ex optimis Codicibus pro *monochromatea* recepit *neogrammatea,* quam vocem *V.* loco suo.

MŌNŌCHRŌMĀTOS, on, adject. Monochromatos pictura, h. e. unius coloris, μονοχρώματος γραφή. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 3. 5. (15). Picturam secundam singulis coloribus et monochromaton dictam etc. (V. *Annali dell' Institut. archeol. T.* 14. *p.* 112. ubi hujusmodi pictura indicatur). *Petron. Satyr.* 83. Jam vero Apellis (*picturam*) quam Græci monochromaton appellant, etiam adoravi. *V.* UNICOLOR. Sunt tamen qui leg. *monocnemon.*

MŌNŌCHRŌNOS, on, adject. μονόχρονος, unius temporis: a μόνος *solus* et χρόνος *tempus. Capell.* 9. *p.* 331. Monochronon dicitur tempus, etiam quum longa syllaba ponitur, etc. quæ longa duo tempora recipere consuevit, vel quum tria tempora simul brevia collocantur, vel quum sunt quatuor numero; quæ omnia ad comparationem longæ syllabæ computantur. *Fragm. gramm.* in *Analect. gramm. Vindob. p.* 535. § 30. Brevem (*syllabam*) monochronon; longam dichronon appellamus, duo enim longa syllaba habet tempora.

MŌNŌCLĪTUS, a, um, adject. μονόκλυτος, qui una tantum ratione declinatur, h. e. indeclinabilis. *Gramm. incert.* ed. *Eichenf. p.* 139. *n.* 46. Posteritas inter monoclita posuit.

MŌNŌCLŌNOS, on, adject. μονόκλωνος, unicum ramum aut caulem habens: a μόνος *solus* et κλών, ωνός *ramulus. Apul. Herb.* 10. Herba Artemisia monoclonos. *h. e.* simplici caule, ut est apud *Plin.* 25. *Hist. nat.* 7. 36. (74).

MŌNŌCNĒMOS, i, m. 2. μονόκνημος, cui una tantum sura est, vel crus unum. *V.* MONOCHROMATOS.

MŌNŌCŌLUS, i, m. 2. μονόκωλος, uno membro constans: a μόνος *solus* et κῶλον *membrum. Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (23). Hominum genus, qui monocoli vocarentur, singulis cruribus, miræ pernicitatis ad saltum: eosdemque sciapodas vocari (a σκιά *umbra* et ποῦς *pes*) quod in majore æstu humi jacentes resupini, umbra se pedum protegant: non longe eos a Troglodytis abesse

Adde *Gell.* 9. 4. *a med.*; *Solin.* 52. *ante med.*; et *Hygin. fab.* 217. edit. ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 5. *p.* 77.

MŌNŌCRĔPIS, idis, m. 3. μονοκρηπίς, unam tantum crepidam habens, a μόνος *solus* et κρηπίς *crepida. Hygin. fab.* 12. Si quis monocrepis, idest uno pede calceatus supervenisset, mortem appropinquare, responsum est. — Græce est epithe ton Mercurii, qui alterum calcem Perseo commodavit ad Gorgonas devolanti.

MŌNŌCŬLUS, i, m. 2. *d'un occhio solo, monocolo,* μονόφθαλμος, unoculus: vox hybrida, ex Græco μόνος *solus* et Latino *oculus. Firmic.* 8. *Mathes.* 19. Erunt surdi, monoculi, etc. Adde *eumd. ibid.* 19. 22. et 27. *ad fin.*

MŌNŌDĬA, æ, f. 1. μονῳδία, cantio solitaria. *Isid.* 6. *Orig.* 19. 6. Quum unus canit, Græce monodia, Latine sicinium dicitur: quum vero duo canunt, bicinium appellatur: quum multi, chorus. *V.* SICINIUM.

MŌNŌDĬĂRĬA, æ, f. 1. *cantatrice a solo,* quæ in scæna, silente choro, canit: est a μονῳδία *cantio solitaria,* a μόνος *solus* et ᾠδή *cantio. Inscript.* apud *Gruter.* 1035. 11. HERIA THISBE MONODIARIA (*uxor*) T. CLAUDII GLAPHYRI CHORAULAE. *V.* de hac inscript. *Gutberlethi dissert.* in *Antiq. R. Poleni T. IV. p.* 350.

MONODIARIUS, ii, m. 2. qui solus in scæna canit. Vox a Lexico expungenda: occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 173. Atellæ, Atellanus, monodiarius. *V.* ATELLANUS.

MŌNŌDĬUM, ii, n. μονῴδιον, idem ac monodia. *Diomed.* 3. *p.* 489. *Putsch.* Si quando artifex monodio agebat, unam tibiam inflabat; si quando synodio, utramque.

MŌNŌDUS (minime vero *monodos*, ut in præced. editionibus: est enim a μόνος *solus* et ὀδούς *dens*) appellatus est Prusiæ (*Bithyniæ regis*) filius, qui unum os (*in superna parte oris*) habuit dentium loco. Similiter habuit et Pyrrhus rex Epirotarum. Hæc *Paul. Diac. p.* 148. 12. *Müll.*, quæ confirmantur a *Plin.* 7. *Hist. nat.* 16. 15. (69). et *Val. Max.* 1. 8. *n.* 12. *extern.*

MŌNŌGĂMĬA, æ, f. 2. μονογαμία, matrimonium cum una tantum uxore. *Hieronym.* 1. *in Jovinian.* 14. Rursum monogamiam digamiæ comparat. Adde *Tertull. Monog.* 2. 3. 4. etc.

MŌNŌGĂMUS, i, m. 2. μονογάμος, qui unam tantum uxorem habuit. *Hieronym.* 1. *in Jovinian.* 15. Primus Adam monogamus; secundus agamus. *Id. Ep.* 69. *n.* 3. Jubentur monogami in clerum eligi.

MŌNŌGĒNES, is, m. 3. μονογενής, unigenitus. *Tertull. advers. Valentin.* 7. Ita et ipse pater dicitur et initium omnium, et proprie monogenes quia prior genitus; quanto congruentius protogenes vocaretur?

MŌNŌGRAMMA, ătis, n. 3. μονόγραμμα, simplex littera, plures continens, ex quibus aliquod nomen significatur: v. gr. ☧ Christus. *Paulin. Nolan. carm.* 26. 618. Nunc eadem Crux dissimili compacta paratu Eloquitur dominum, tamquam monogrammate, Christum.

MŌNŌGRAMMOS, on, *vel* monogrammus, um, adject. μονόγραμμος, solis lineis constans: a μόνος *solus* et γραμμή *linea.* Dicitur proprie de pictura solis lineis informata, et sine colore, qualem initio ejus artis fuisse, tradit *Plin.* 35. *Hist. nat.* 3. 5. (15). Translate *Cic.* 2. *Nat. D.* 23. 59. Epicurus monogrammos deos, et nihil agentes commentus est. *h. e.* tenues sine corpore vitas, ut ait *Virg.* 6. *Æn.* 292., gracillimis membris, et nihil concreti habentibus. Nam, ut est apud *Cic.* 2. *Divinat.* 17. 40. Deos induxit Epicurus perlucidos et perflabiles: *et* 1. *Nat. D.* 25. 71. Negavit esse corpus deorum, sed tamquam corpus; nec sanguinem, sed tamquam sanguinem. — Item in re comica monogrammi dicti sunt, ut ait *Non. p.* 37. 11. *Merc.*, homines macie pertenues ac decolores, tractum a pictura, quæ, prius quam coloribus corporatur, umbra fingitur. *Lucilius* apud *Non. loc. cit.* Vix vivo homini ac monogrammo. *Id. ibid.* Monogrammi quinque adducti pietatem invocant.

MŌNŌHĒMĔRON, idem ac monemeron, quod *V.* suo loco.

MŌNŌLĪNUM, i, n. 2. *una filza di perle,* μονόλινον, linea ex margaritis, uno filo constans. *Capitolin. Maximin. jun.* 1., ubi alii leg. *monolium*: sed *Salmas.* retinet *monolinum,* defenditque pluribus.

MŌNŌLĪTHUS, a, um, adject. μονόλιθος, uno saxo constans, ex uno lapide, ut ait *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (*n.* 13.): a μόνος *solus* et λίθος *lapis. Laberius* apud *Non. p.* 544. 33. *Merc.* Columnæ monolithæ. *d'un solo pezzo. Ampel.* 8. Postes marmorei monolithi. *Inscript.* apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 10. SILVANVM MONOLITHVM SANCtum DE *suo* DEDERUNT. Habent et *Not. Tir. p.* 163. Monolithus, hololithus.

MŌNŌLĬUM. *V.* MONOLINUM.

MŌNŌLŌRIS. *V.* DILORIS.

MŌNŌMĂCHĬA, æ, f. 1. μονομαχία. ¶ 1. Est singulare certamen, *duello. Cassiod.* 3. *Variar.* 24. Illud vos credimus admonendos, ut non in vos, sed in hostem sævire cupiatis. Cur ad monomachiam recurritis, qui venalem judicem non habetis? Quid opus est homini lingua, si causam manus agat armata? *Servius* ad *Virg.* 6. *Æn.* 136. Dabatur fugitivis potestas, ut, si quis exinde ramum potuisset auferre, monomachia cum fugitivo templi sacerdote dimicaret. ¶ 2. Est etiam certamen gladiatorum. *Cassiod.* 2. *Hist. Eccl.* 18. Constantinus M. removit monomachias. *h. e.* gladiatorum pugnas.

MŌNŌMĂCHUS, i, m. 2. μονομάχος, singulari certamine pugnans, gladiator. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 9. *ante med.* Apud Romanos tunc primum (*scil.* imperante Constantino M.) monomachorum spectacula sunt remota. *Id.* 4. *ibid.* 37. Nepotianus imperium assumpserat, monomachorum virtute suffultus. *Id.* 11. *ibid.* 15. *a med.* Ariobindus fortissimum Persarum monomachum interemit.

MŌNŌMĂRĪTA, æ, f. 1. univira, unicuba, quæ uni marito nupsit: vox hybrida, a μόνος *solus* et marita. *Inscript.* apud *Murat.* 1010. 10. PAEZVSA CAESARIS SERVA MONOMARITA. VIXIT ANN. XVIIII. M. IIX. EVCHRESTVS CONIVGI SVAE B. M.

MŌNŌMĔTER, tra, trum, adject. μονόμετρος, qui uno metro, h. e. duobus pedibus constat. *Priscian. de metr. Terent. p.* 1320. *Putsch.* Iambici versus vel monometri sunt ex duobus pedibus simplicibus conjunctis, vel dimetri ex quatuor, vel trimetri ex sex, vel tetrametri ex octo. *et p.* 1323. Utitur (*Plautus*) etiam monometris, ut in Truculento: Pessima mane; Optime odio es. *Mar. Victorin.* 2. *p.* 2537. *Putsch.* Scanditur autem (*Ionicum metrum*) per dipodias. Erit igitur hujus monometrum acatalectum tale: Phœbus comes. Adde *eumd.* 1. *p.* 2497. — Hinc *Monometrum,* i, n. 2. absolute, substantivorum more ¶ 1. Est mensura unius pedis. *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2497. *Putsch.* Consideranda præterea in metris cola, quæ Latine membra, item comma, quod cæsum a nobis proprie dicitur, id est extrema et exigua pars in metris. Mensura enim seu modus metrorum hujusmodi accipietur; nam extremum in his atque ultimum, quod monometron dicitur, constat ex uno pede, maximum vero usque ad periodum decametrum porrigetur. ¶ 2. Item est idem ac penthemimeres. *Auct. incert. fragm. de vers. p.* 516. *Vindob.* Monometrum hypercatalectum, quod penthemimeres, sive pancration appellatur.

MŌNŌPĔDĬUS. *V.* MONOPODIUS in fin.

MŌNOPHTHONGOS, on, adject. μονόφθογγος, qui in omnibus syllabis unam tantum habet vocalem, *h. e.* diphthongo caret. *Gloss. Placid.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 427. Æditŭus qui ædis est custos; et scribimus cum diphthongo. Editissima vero loca monophthonga.

MŌNŌPŌDĬA, æ, f. 1. μονοποδία, dimensio versuum per singulos pedes. *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2497. *Putsch.* Metra autem quædam singulis pedibus, quam monopodiam, quædam binis, quam dipodiam vocaverunt, scandi moris est (hanc nos conjugationem appellamus): et per monopodiam quidem sola dactylica, per dipodiam vero cetera. *V.* DIPODIA.

MŌNŌPŎDĬUM, ii, n. 2. μονοπόδιον, *tavolino d'un solo piede,* mensa uno tantum pede suffulta: a μόνος *solus* et πούς, ποδός, *pes. Liv.* 39. 6. *ad fin.* Ii primum lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas, et alia textilia, et, quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopodia et abacos Romam advexerunt. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 3. 8. (14). Triclinia ærata abacosque et monopodia Cn. Manlium Asia devicta primum invenisse (*lege* invexisse) triumpho suo, quem duxit Urbis anno DLXVII., L. Piso auctor est.

MŌNŌPŎDIUS, a, um, adject. *chi ha un sol piede,* qui unum tantum pedem habet: a μόνος *solus* et πούς, ποδός, *pes. Lamprid. Commod.* 10. Monopodios eos, quibus singulos pedes fregisset, appellabat. — Legitur et *monopedius*: qua ratione vox hybrida est.

MONOPOLA, æ, m. 1. μονοπώλης. Affertur a *Freund.* et *Klotz.* ex *Capell.* 3. *p.* 55., ubi minime inveni.

MŌNŌPŌLĬUM, ii, n. 2. μονοπώλιον, *appalto, monopolio,* dicitur, quum penes unum aliquem speciei alicujus vendendæ potestas est, quod fit, quum unus solus aliquod genus mercis universum emit, ut solus vendat, pretium suo modo statuens: a μόνος *solus* et πωλέω *vendo. Sueton. Tib.* 71. Monopolium nominaturus prius veniam postulavit, quod sibi verbo peregrino utendum esset. Adde *eumd. ibid.* 30.; et *Plin.* 8. *Hist. nat.* 37. 56. (135).

MŌNOPTĔROS, on, adject. μονόπτερος, unam tantum alam habens: a μόνος *solus* et πτερά *ala.* A *Vitruv.* 4. 7. ædes monopteræ dicuntur, quæ unum tantum porticum habent, vel ordinem columnarum. Adde *eumd. præf. l.* 7. *a med. V.* DIPTEROS.

MŌNOPTŌTA. *V.* DIPTOTA.

MŌNOSCHĒMĂTISTĬCUS, a, um, adject. qui unius est figuræ; a μόνος *solus* et σχῆμα *figura. Plot. de metr. p.* 2635. *Putsch.* Priapejum metrum monoschematisticum est. Constat enim spondeo, duobus dactylis et spondeo, dactylo et spondeo, ut est apud Homerum versus Ille Κουρῆτες δ'ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι. *et p.* 2636. Archilochium dipenthemimericum pentametrum constat ex duabus divisionibus penthemimericis monoschematisticis. Semper enim binis dactylis constat, ut est Græcum ἐν δὲ βατουσιάδης, ἐν δὲ βατουσιάδης. Latine sic: *Simplici sumne virum, Maxime summe virum.* Hoc metrum Archilochium dactylicum dipenthemimericum ab Æolico (*lege* elegiaco) metro hoc differt, quod illud habet primum versum heroicum hexametrum, secundum vero dimetrum penthemimericum, et quod illud primam cæsuram trischematisticam habet, hoc vero utramque monoschematisticam. Adde *eumd. p.* 2635. loco allato in v. SIMMIÆUS, ubi legitur *monoschematistus,* quod in *monoschematisticus* corrigendum videtur, a σχῆμα enim fieret *schematicus,* a σχηματίζω vero *schematisticus.*

MONOSCHEMATISTUS. *V.* voc. præced.

MONOSCHEMUS, a, um, adject. μονόσχημος, unius figuræ. Vox a Lexico expungenda: occurrit enim tantummodo apud *Aldehlm.* edente *A. Maio* in *Class. Auct.* 5. *p.* 529. Monoschemus versus.

MŌNOSĒMOS, on, adject. μονόσημος, unius temporis. *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2484. *Putsch.* Secundus autem rythmus in iambo dupli ratione subsistit, qua trochaica (*lege* in qua et trochaica) et utraque ionica. Monosemos unius enim temporis (*omitte* v. unius temporis, *sunt enim glossema*) arsis ad disemon thesin comparatur. *V.* DISEMOS, TRISEMOS et TETRASEMOS.

MŌNŌSŌLIS, e, adject. *di una suola sola*: vox hybrida, a μόνος *solus* et *solea. Edict. Dioclet.* Gallicæ viriles monosoles par ☓ quinquaginta: taurinæ muliebres bisoles par ☓ triginta.

MŌNOSTĬCHĬUM, ii, n. 2. idem ac monostichum. *Auson. Eclog. n.* 7. Non placitum divis tolle monostichium.

MŌNOSTĬCHUM, i, n. 2. μονόστιχον, carmen unius tantum versus: a μόνος *solus* et στίχος *versus. Auson. de Cæsar. n.* 1. Accipe bis senos: sua quemque monosticha signant.

MŌNOSTRŌPHE. *V.* MONOTROPHUS.

MŌNOSTRŌPHUS, a, um, adject. μονόστροφος, una constans strophe. *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2502. *Putsch.* Inter hæc sunt quædam carmina, quæ monostropha appellantur, quod duas periodos et eas pares habeant, neque epodo, ut alia, concludantur. *et* 4. *p.* 2610. Monostropha vocantur hæc (*Horatii*) carmina, quia ad primam strophen cetera (*sic*) respondent, neque ulla intervenit epodos, quæ a prima

strophe discrepet. Similia leguntur apud *Atil. Fortunatian. p.* 2699. *Putsch.* Hæc autem Horatii carmina, de quibus dicere instituí, monostropha Græci appellaverunt, quod prima strophe duobus vel tribus colis explicata ceteras sequentes similes habeant, neque in aliqua parte interveniente epodo cola mutentur.

MŌNŌSYLLĂBUS, a, um, adject. *monosillabo*, μονοσύλλαβος, unius syllabæ: a μόνος *solus* et συλλαβή *syllaba. Quintil.* 9. 4. 42. Etiam monosyllaba si plura sunt, male continuabuntur. *Auson. Edyll.* 12. *de litter. monosyll.* 13. Dividuum Betæ monosyllabon Italicus B. *Charis.* 1. p. 27. *Putsch.* Monosyllaba (*nomina*) quoque peris syllabam Genitivos habent pæne omnia. Adde *eumd. ibid. p.* 33. et 113.; et *Priscian.* 6. p. 720. et 716.

MŌNŌTŌNOS, on, adject. μονότονος, qui est unius tantum toni. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 1. *n.* 4. Exclamatio vehemens, atque eodem modo perseverans, quam Græci monotonon vocant. *Sed Græcis litteris scribendum videtur.*

MŌNŌTRĬGLŸPHUS, a, um, adject. μονοτρίγλυφος, unius tantum triglyphi. *Monotriglyphum opus* apud *Vitruv.* 4. 3. *a med.* est, quum propter columnarum crebritatem intercolumnia ita sunt angusta, ut unum tantum triglyphum capiant. V. *Bald. in Lex.*

MŌNŌTRŌPE *et* Monotrophe. *V.* vocem seq.

MŌNŌTRŌPHUS, i, m. 2. μονότροφος, qui solus vescitur, ministrum non habens, a quo sibi cœna paretur. *Plaut. Stich.* 5. 4. 7. Nosmet inter nos ministremus, monotrophe. hoc convivium est. Alii *monotrophe* ita accipiunt, ut sit adverb. *h. e.* more eorum, qui soli cœnant. Est autem a μόνος *solus* et τρέφω *nutrio. Alii leg.* monostrophe hoc convivium est: ut sit *monostrophe, es,* quo significetur unus poculorum ordo, non multiplex, ut fit quum plures convivantur, et pocula sibi invicem ministrant. Hoc ducitur a στροφή *conversio. Bothe* legit *monotrope*, ut significet sumptu simplici, a μονοτρόπως *simpliciter.*

MŌNOXŸLUS, a, um, adject. μονόξυλος, ex uno ligno constans. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 26. (105). Regio, ex qua piper monoxylis lintribus convehunt. *barchette d'un pezzo.* Adde *Solin.* eadem repetentem 54. V. SCAPHULA. *Veget.* 2. *Milit.* 25. Scaphas quoque de singulis trabibus excavatis secum legio portat; quatenus contextis eisdem (sicut dicunt) monoxylis, supertextis etiam tabulatis, flumina transeuntur.

MONOZONTES legunt nonnulli pro *monazontes* quam vocem *V.*

MONS, ontis, m. 3. In Ablat. habet *monte*: sed et *monti* dici potest, auctore *Varron.* 9. *L. L.* 112. *Müll.* — Ratione habita etymi, fortasse, ait *Forcellinus*, est a βουνός *collis, tumulus*: rectius vero conjunges cum etymo *min*, a quo *minari* et *eminere.* Ceterum mons est terræ tumor altissimus, ὄρος (It. *monte, montagna*; Fr. *montagne*; Hisp. *montaña*; Germ. *der Berg*; Angl. *a mountain, high hill*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat. D.* 39. 98. Impendentium montium altitudines. *et ibid.* 53. 132. Montes vestiti atque silvestres. *Cæs.* 3. *B. G.* 1. Vicus positus in valle, altissimis montibus undique continetur. *Sall. Jug.* 97. Mons saxeus, immensum editus. *Nepos Milt.* 5. Sub montis radicibus acie instructa. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 383. ascendit fastigia montis anheli. *Stat.* 11. *Theb.* 319. ad insani scandebat culmina montis. *Ovid.* 10. *Met.* 172. per juga montis iniqui. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (117). Padus e gremio Vesuli montis profluens. *Id.* 33. *ibid.* 4. 21. (75). In supercilliis montium. *Ovid.* 1. *Met.* 666. montis sublime cacumen. *et ibid.* 316. Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus. *Phædr.* 2. 5. Villa monte summo posita. *Virg.* 8. *Ecl.* 59. Præceps aerii specula de montis in undas Deferar. *Horat.* 1. *Od.* 23. 2. avii montes. *Seneca Troad.* 1084. mons præruptus. *Id. Herc. Œt.* 1167. abruptus. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 1. non sublimis et asper, sed nemorosus et berbidus. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (144). inaccessus. *Ovid.* 1. *Met.* 44. lapidosos surgere montes. *Sil. It.* 4. 2. nubiferi. *et* 13. 219. umbriferi. *Ovid.* 6. *Met.* 88. gelidi. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 21. Montes assurgunt. — Celebriora montium nomina sunt Athos, Taurus, Ossa, Olympus, Pelios, Othrys, Eryx, Rhodope, Mimas, Hæmus, Caucasus, Alpes, Apennius, Pindus, Pyrene, etc. quæ congerit *Ovid.* 2. *Met. a v.* 217., et V. suis locis. — *Festus* p. 318. 20. *Müll.* Sacer mons appellatur trans Anienem, paulo ultra tertium miliarium; quod eum plebes, quum secessisset a patribus, creatis tr. plebis, qui sibi essent auxilio, discedentes Jovi consecraverunt. Adde *Ascon.* ad *Cic. pro Corn. fragm. n.* 23.; *Liv.* 2. 32. et 33.; et *Cic. Brut.* 14. 54. — Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus. proverb. apud *Horat. Art. P.* 139. de iis, qui magna promittunt, jactant, præ se ferunt, minantur, ut ait *Phædr.* 4. 22. extricant nihil.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de magna mole et quantitate cujusque rei. *Plaut. Merc.* 3. 4. 32. Montes mali in me ardentes jamdudum jacis. *Id. Pseud.* 1. 2. 55. Quibus montes maximi acervi frumenti sunt domi. *Id. Mil. glor.* 4. 2. 73. Argenti montes, non massas habet. *Virg.* 1. *Æn.* 109. Insequitur cumulo præruptus aquæ mons. *et* 2. *ibid.* 15. Instar montis æquum ædificant. *Sil. It.* 10. 549. mons armorum ingenti constructus acervo. *Ter. Phorm.* 1. 2. 18. Senem per epistolas Pellexit, modo non montes auri pollicens. *promittendo Roma e toma*: vel *mari e monti*: proverbium. Sic *Pers.* 3. 65. Et quid opus Cratero magnos promittere montes? *Sall. Cat.* 24. Repente glorians, maria montesque polliceri cœpit. ¶ 2. Per synecdochen pro saxo vel marmore ponitur, ut in illo *Virg.* 12. *Æn.* 687. Fertur in abruptum magno mons improbus actu. *h. e.* saxum ingens, pars montis. (Adde *Juvenal.* 3. 258.) *Stat.* 1. *Theb.* 145. Montibus aut alte Grajis effulta nitebant Atria. *h. e.* Grajis marmoribus. ¶ 3. Item pro feris, quæ in montibus habitant. *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 310. consumant totos spectacula montes. *h. e.* omnes montanas feras.

MONSTRĀBĬLIS, e, adject. (monstro) *cospicuo*, qui monstrari potest, conspicuus, illustris. *Plin.* 6. *Ep.* 21. Est enim probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monstrabilis. *Sidon. Ep.* 5. Campi præliorum replicatione monstrabiles.

MONSTRĀTĬO, ōnis, *f.* 3. (monstro) *mostramento, mostrazione*, δεῖξις, actus monstrandi, ostensio. *Vitruv.* 6. 1. *sub fin.* Quum habeamus ab ipsa rerum natura solertem et expeditam monstrationem. *Ter.* de eo, qui iter monstravit, *Adelph.* 4. 6. 1. Defessus sum ambulando; ut, Syre, te cum tua Monstratione magnus perdat Juppiter.

MONSTRĀTĪVUS, a, um, adject. (monstro) idem ac demonstrativus. *Boeth. Analyt. poster.* 1. 21. *p.* 540. Quod autem monstrativa propositio sit dignior privativa, hinc manifestum est. *Id.* in *Arist. de interpr. id.* 2. *p.* 359. Hoc autem monstrativum est naturæ instabilis.

MONSTRĀTOR, ōris, m. 3. *mostratore, inventore*, δείκτης, qui monstrat, ostensor. *Virg.* 1. *G.* 19. oleæque Minerva Inventrix, unciue puer monstrator aratri. *h. e.* Triptolemus, vel Osiris, qui serendarum frugum rationem docuit. Sic *Ovid. Ib.* 399. sacri monstrator iniqui. *h. e.* humanæ victimæ immolandæ. *Lucan.* 9. 979. Herceas, monstrator ait, non respicis aras? *Tac. Germ.* 21. Qui modo hospes fuerat, monstrator hospitii et comes.

MONSTRĀTUS, a, um. *V.* MONSTRO.

MONSTRĀTUS, us, m. 4. monstratio. In sexto singul. *Apul.* 1. *Met.* Assidebat pedes uxor: cujus monstratu, en, inquit, hospitium. *Auson. Perioch.* 3. *Iliad.* Priamus spectat e muris, et monstratu Helenæ de viris insignibus edocetur.

MONSTRĬFER, fĕra, fĕrum, adject. (monstrum *et* fero). ¶ 1. Est monstra ferens, *ferace di mostri*, τερατουργός. *Val. Flacc.* 5. 222. Impia monstriferis surgunt jam prœlia campis. *et ibid.* 43. ubi monstriferæ par ille novercæ. *h. e.* Hercules Junoni monstra alia super alia ei domanda objicienti. *et* 2. 498. Monstriferi mugire sinus. *h. e.* mare belluam ferens. *Lucan.* 2. 2. legesque et fœdera rerum Præscia monstrifero vertit natura tumultu. *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 4. monstriferis præsagia discitis anni. *et* 2. *in I. cons. Stilich.* 110. monstriferis quæ Tartarus edidit antris. ¶ 2. Item monstruosus, *mostruoso. Plin.* 6. *Hist. nat.* 30. 35. (187). Animalium hominumque effigies monstriferas gigni. Adde *eumd.* 36. *ibid.* 13. 19. (88). *Stilig.* vero utroque in loco legit *monstrificus.*

MONSTRĬFĬCĀBĬLIS, e, adject. monstrificus, monstruosus. *Lucilius* apud *Non. p.* 138. 25. *Merc.* Nunc ignobilitas his mirum ac monstrificabile.

MONSTRĬFĬCĒ, adverb. (monstrificus) *mostruosamente*, monstruose. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 11. 49. (181). Equarum virus in ellychniis accensum, Anaxilaus prodidit, equinorum capitum usus repræsentare monstrifice.

MONSTRĬFĬCUS, a, um, adject. (monstrum *et* facio) *mostruoso*, τερατουργός, monstra faciens, monstruosus. *Val. Flacc.* 6. 152. omnibus artes Monstrificæ. *h. e.* magicæ. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 27. (92). Monstrifica natura hyænæ. *Id.* 37. *ibid.* 11. 73. (192). Monstrificæ gemmæ. *h. e.* monstruosos effectus reddentes. *Id.* 21. *ibid.* 5. 13. (26). Monstrifica hominum ingenia. *h. e.* res miras et monstruosas excogitantia. *Id.* 2. *ibid.* 3. 3. (7). Monstrificæ gignuntur effigies.

MONSTRĬGĒNA, æ, m. 1. (monstrum *et* gigno) monstro genitus, monstruosus. *Avien. Perieg.* 799. monstrigenis hostem licet inferat æstus Fluctibus.

MONSTRĬGER, gĕra, gĕrum, adject. (monstrum *et* gero) idem ac monstrifer. *Salvian.* 5. *Gub. D.* 8. *a med.* Illud quale, quam non ferendum atque monstrigerum!

MONSTRĬVŌRUS, a, um, adject. (monstrum *et* voro) qui monstrum vorat. *Commodian.* 13. Quum, si Deus esset unquam, non furto vivebat, Terrenus utique fuit et monstrivora natura.

MONSTRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Monstrans* 2.; *Monstratus* 1. et 2.; *Monstraturus* 1. — Monstrare, quod a *monere* deducunt (*V.* voc. seq.) est ostendere, ducere, commonstrare, δείκνυμι (It. *mostrare, additare, insegnare*; Fr. *montrer, indiquer, désigner*; Hisp. *mostrar, manifestar, enseñar, señalar*; Germ. *zeigen, weisenlehren, anzeigen, andenten, unterweisen*; Angl. *to show, point out, tell, declare, inform, signify, direct*). Occurrit ¶ 1. Generatim — *a*) Cum Accusativo rei. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 58. 132. Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant. viam *Id.* apud *eumd.* 1. *Off.* 16. 51. Homo, qui erranti comiter monstrat viam. Cf. *Virg.* 1. *Æn.* 422. Corripuere viam interea, qua semita monstrat. et *Curt.* 5. 13. Nunciabant, ipsos brevius iter monstraturos. *Cic.* 1. *Legg.* 1. 2. Quod Homericus Ulixes Deli se proceram et teneram palmam vidisse dixit, hodie monstrant eamdem. *Nepos Datam.* 11. Quem quum digito monstraret, et ille conspiceret, etc. et *Horat.* 4. *Od.* 3. 21. Totum muneris hoc tui est, Quod monstror digito prætereuntium Romanæ fidicen lyræ. *digito monstrare* populi et turbæ proprium est: V. *Tac. Dial. de orat.* 7. et *Pers.* 1. 28. Et absolute *Tac. Germ.* 31. Hostibus simul suisque monstrati. *mostrati a dito*, conspicui, nobiles. Huc pertinet et illud *Lucan.* 8. 822. *de sepulcro Pompeji.* Quod nisi monstratum Romanus transeat hospes. — Similiter Accusativus facile subauditur apud *Plaut.* 5. 1. 42. Quæso hercle, mulier, si scis, monstra quod bibam. *Ter. Adelph.* 4. 2. 31. Scio, ubi sit, verum hodie numquam monstrabo. *Cic.* 16. *Fam.* 22. Tu istic, si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. — *b*) Cum Infinito. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 51. inulas ego primus amaras Monstravi incoquere. *Ovid.* 1. *Amor.* 6. 7. Ille per excubias custodum leniter ire Monstrat. — *c*) Sequente part. *si*, vel Relativo. *Virg.* 1. *Æn.* 325. heus, inquit, juvenes, monstrate, mearum Vidistis si quam hic errantem forte sororum. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 25. qui, si quid forte lateret, Indice monstraret digito. *Id. Art. P.* 73. Res gestæ regumque ducumque et tristia bella Quo scribi possent numero, monstravit Homerus. *Ulp. Dig.* 11. 1. *a med.* Etsi malum hortatus est, vel malo servo monstravit, quemadmodum faceret. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 3. 2. (9). Monstrare quale sit aconitum. — *d*) Impersonaliter. *Ennius* apud *Varron* 7. *L. L.* 89. *Müll.* si voles advortere animum, comiter monstrabitur. ¶ 2. Specialim est ostendere imperando, indicare imperando, jubere; et locum habet præcipue apud Poetas et in re sacra. *Virg.* 4. *Æn.* 636. Et pecudes secum et monstrata piacula ducat. *Id.* 4. *G.* 549. monstratas excitat aras. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 17. 20. (44). Herba monstrata Pericli somnio a Minerva. *Ovid.* 3. *Trist.* 11. 53. *de Perillo.* monstratis crudeliter ignibus ustus. ¶ 3. Item est deferre,

accusare, *denunziare,* apud *Tac.* 4. *Hist.* 1. Pessimi servorum prodere ultro dites dominos: alii ab amicis monstrabantur. *et ibid.* 41. Tamquam Neroni Scribonios fratres ad exitium monstravisset. *et* 1. *ibid.* 88. Nullum ob crimen, sed vetusto nomine et propinquitate Galbæ monstratus. ¶ 4. Pro monere. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 24. Pervidisti te atque me atque operam meam, Qui tibi nequicquam sæpe monstravi bene. *ti ho insegnato bene.* Sic *Id. Curc.* 1. 3. 43. Bene monstrantem pugnis cædis. — Cum Infinito. *Virg.* 9. *Æn.* 44. et si conferre manum pudor iraque monstrat, Objiciunt portas tamen *h. e.* monet, stimulat, instigat. *Justin.* 2. 6. 5. Arare quoque et serere frumenta glandem vescentibus monstrarunt. — Cum part. *ut* et Conjunctivo. *Plaut. Men.* 5. 2. 37. Quoties monstravi tibi, vino ut morem geras? ¶ 5. Item probare, demonstrare, indiciis et rationibus ostendere. *Ulp. Dig.* 3. 1. 1. *a med.* Qui adversus ea fecisse monstretur, postulatione repellitur. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 44. (88). Erasistratus calculos per urinam pelli eo monstrat.

MONSTRŌSĒ *et*

MONSTRŌSUS. *V.* MONSTRUOSE et MONSTRUOSUS.

MONSTRUM, i, n. 2. τέρας (It. *cosa straordinaria, prodigio, mostro, segno dato dagli dei con un fenomeno straordinario*; Fr. *tout ce qui sorte de l'ordre naturel, signe donné par les dieux*; Hisp. *monstruo, signos dados por los dios*; Germ. *ein Wahrzeichen der Götter als naturwidrige Erscheinung*; Angl. *any ting out of the ordinary course of nature, a prodigy, monster*).

I.) Proprie monstrum, vox ad religionem pertinens, est res naturæ modum egrediens, sive sit deformis sive non: a monendo, quasi monestrum, ut *Ælius Stilo* ait apud *Festum p.* 138. 18. *Müll.* (quocum cf. *Paul. Diac. p.* 140. 5. et *Fest. p.* 157. 11.); monet enim, quæ sit circa futura deorum voluntas: idque ex Gentilium superstitione, quibus futuri aliquid portendere videbatur, quidquid inusitatum et præter naturæ ordinem fieret. Ab eo est *monstro, as. Cicero* tamen a *monstro monstrum* deducit 1. *Divinat.* 42. 93. Quorum quidem vim verba ipsa, prudenter a majoribus posita, declarant. Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt (al. *prodicunt*), ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. Hæc *Cicero*, quibus similia habet 2. *Nat. D.* 3. 7. Inter hæc autem discrimen statuit *Corn. Fronto p.* 2192. *Putsch.*, ut *ostentum* sit, quod præter consuetudinem offertur, ut si videatur terra ardere, vel cælum: *portentum,* quod porro et diutius manet, futurumque postmodum aliquid significat: *monstrum,* quod est contra naturam, ut minotaurus: *prodigium,* quod mores faciunt, per quod detrimentum exspectatur. In *ostento* raritas admirationem facit: in *monstro* rectus naturæ ordo vincitur: in *portento* differtur eventus: in *prodigio* detrimentum significatur. Hæc *Fronto*: quibus diversa tradit *Non. p.* 429. 31. et seqq. et *p.* 435. 31. *Merc. V.* etiam PORTENTUM. Hæc tamen passim scriptores non servant. *Virg.* 2. *Æn.* 171. Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris. Vix positum castris simulacrum, arsere coruscæ Luminibus flammæ arrectis, salsusque per artus Sudor iit, terque ipsa solo (mirabile dictu!) Emicuit. *Val. Flacc.* 3. 355. sed quis non prima refellat Monstra deum, longosque sibi non juguret annos? *Virg.* 3. *Æn.* 58. Delectos populi ad proceres primumque parentem Monstra deum refero. Ubi *Servius* adnotat, vocabulum medium esse, et interdum etiam bonum monstrum dici. Hinc *Flor.* 1. 7. *ad fin.* In fundamentis humanum repertum est caput. Nec dubitavere cuncti, monstrum pulcherrimum imperii sedem caputque terrarum promittere. Sic apud *Virg.* de viso inusitato quidem, sed minime turpi aut terribili accipitur 9. *Æn.* 120. hinc virgineæ (mirabile monstrum!) Reddunt se totidem facies, pontoque feruntur. *Id.* 4. *G.* 554. Hic vero subitum, ac dictu mirabile monstrum Aspiciunt, liquefacta boum per viscera toto Stridere apes utero, etc. Adde *eumd.* 2. *Æn.* 680. et 3. *ibid.* 307. et 8. *ibid.* 81.; et *Sil. It.* 16. 132.

II.) Translate monstrum dicitur quidquid deformitate sua naturæ modum egreditur terroremque injicit. ¶ 1. De animalibus. — *a*) *Monstrum hominis* convicium in hominem deformem, turpem, aut deterrimum. *Ter. Eun.* 4. 4. 29. taces? Monstrum hominis, non dicturus? *et* 5. 2. 21. monstrum! etiam ultro derisum advenit. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 61. En monstrum mulieris. — Sic morali ratione de homine pestifero et perniciosissimo. *Cic.* 2. *Cat.* 1. 1. Nulla jam pernicies a monstro illo atque prodigio comparabitur. *Val. Flacc.* 6. 45. *de Medea.* Nescius, heu, quanti thalamos ascendere monstri Arserit. *Horat.* 1. *Od.* 37. 21. daret ut catenis Fatale monstrum. *h. e.* Cleopatram hostem infestissimam R. populi. *Cic. Pis.* 14. 31. Tu ne etiam, immanissimum ac fœdissimum monstrum, ausus es etc. Adde *Ovid.* 8. *Met.* 100. *de Scylla Nysi.* — *b*) De feris et similibus. *Virg.* 6. *Ecl.* 75. *de Scylla.* Candida succinctam latrantibus inguina monstris. *Id.* 3. *Æn.* 658. *de Polyphemo.* Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. *Id.* 1. *G.* 184. Inventusque cavis bufo, et quæ plurima terræ Monstra ferunt. ¶ 2. De rebus et abstractis. — *a*) De re quacumque perniciosa. *Virg.* 3. *G.* 152. *de œstro.* Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras Inachiæ Juno pestem meditata juvencæ. *Id.* 2. *Æn.* 245. *de equo durateo.* Et monstrum infelix sacrata sistimus arce. *Id.* 5. *Æn.* 849. *de mari.* me ne huic considere monstro? *Val. Flacc.* 6. 470. dedit acre decus, fecundaque monstris Cingula. *Id.* 3. 29. nova monstra viro, nova funera volvit. *h. e.* calamitates inusitatas, mala ingentia. — *b*) Universim de quacumque re mira, inusitata, incredibili. *Plaut. Asin.* 2. 2. 23. Pro monstro extemplo est, quando qui sudat, tremit. *Ter. Eun.* 2. 3. 42. Eho, nonne hoc monstri simile est? *Catull* 64. 15. Æquoreæ monstrum Nereides admirantes. *h. e.* primam navem Argo. *Cic.* 5. *Verr.* 73. 171. Non mihi jam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur. *Ovid.* 10. *Met.* 553. veteris monstrum mirabere culpæ. Contra *Flor.* 1. 10. Tot tantisque virtutum exterritus monstris. *strane mostre e saggi di virtù. Stat.* 1. *Theb.* 234. immeritæ gremium incestare parentis Appetiit, proprios monstro revolutus in ortus. *h. e.* monstruose, nomen pro adverbio. — *Monstra dicere, loqui,* incredibilia narrare, jactare miracula. *Lucret.* 4. 591. Cetera de genere hoc monstra ac portenta loquuntur. *Cic.* 4. *Tusc.* 24. 54. Remove perturbationes, maximeque iracundiam: jam videbuntur monstra dicere. *Id.* 4. *Att.* 7. Venerat boris duabus ante Chærippus: mera monstra narrabat.

MONSTRŬŌSĒ *vel* monstrose, adverb. (monstrum). De scribendi ratione *V.* voc. seq. init. — Monstruose, *mostruosamente,* τερατωδῶς, præter naturam, monstrifice. *Cic.* 2. *Divinat.* 71. 146. Nihil tam præpostere, tam incondite, tam monstruose cogitari potest, quod non possimus somoiare.

MONSTRŬŌSUS *vel* monstrōsus, a, um, adject. (monstrum). Quod ad scriptionem attinet, prius magis placet, quia frequentius est in opt. MSS., ut testantur *Scheffer., Heins., Goes.* et *Burmann.* ad *Petron. fragm. Tragur.* 69., item *Dausqu.* in *Orthograph.* Hinc *Prudent.* 2. περὶ στεφ. 7. Nunc monstruosis idolis Imponis imperi jugum. Posterius tamen alii defendunt, tum quod et ipsum in probatis codicibus legitur, tum quod cauda illa *uosus* fere a nominibus quartæ declinationis oritur, ut a *vultu, actu, saltu saltuosus, actuosus, vultuosus.* Quare usurpari toto potest: præsertim a poetis in heroico carmine, nisi velint ad synæresin confugere. Idem dicendum est de *montuosus,* et *montosus.* — Comp. *Monstruosior* et Sup. *Monstruosissimus.* — Monstruosus est monstrum referens, portentosus, *mostruoso, stupendo,* τερατώδης, τερατικός. *Cic.* 2. *Divinat.* 32. 69. *de sœmia.* Monstruosissima bestia. *Lucan.* 1. 562. Monstrosique hominum partus numeroque modoque. *Petron. loc. cit.* Ferculum longe monstruosius. *Sueton. Gramm.* 15. Vita scriptisque monstruosus. *Id. Cal.* 16. Monstruosæ libidines. *Arnob.* 6. 26. Personarum monstruosissima torvitas. — De loco *Cic.* 1. *Fin.* 18. 61., ubi alii leg. *monstrosi,* alii vero *morosi,* V. *Orell.* ad *loc. cit.* et *Seyffert.* ad *Cic. Amic.* p. 420.

MONTĀNA, ōrum, n. plur. 2. *et*

MONTĀNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* MONTANUS in fin.

MONTĀNĬCŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* montanus. Affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Charis.* 2. *p.* 128. *Putsch.* Sunt deminutiva, quæ ab absolutis nominibus, adjecta in novissima parte aut littera aut syllaba, capiunt deminutionem sine ulla comparatione, ut montanus montaniculus, scholasticus scholasticulus.

MONTĀNĬŌSUS, a, um, adject. *montagnoso,* idem ac montanus. *Auct. rei agrar. p.* 239. *Goes.* Si in loco montanioso fuerit.

MONTĀNUS, a, um, adject. (mons) ad montem pertinens, ὄρειος, ὀρεινός (It. *di monte, montano, montanesco*; Fr. *relatif aux montagnes, de montagne*; Hisp. *de montaña, montañoso*; Germ. *zum Berg gehörig, gebirgig*; Angl. *of or belonging to a mountain*). Occurrit — *a*) De rebus inanimis. *Quintil.* 5. 10. 37. Locus montanus, an planus. *Varro* 1. *R. R.* 6. 2. Montanus ager. *Virg.* 2. *Æn.* 305. rapidus montano flumine torrens. *Ovid.* 1. *Met.* 310. montana cacumina. *et* 11. *ibid.* 147. antra. *et* 1. *ibid.* 104. fraga. *et* 2. *ibid.* 841. Montanum gramen. *Colum.* 6. *R. R.* 17. 7. Montanus asi. *Virg.* 5. *Æn.* 440. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 28. (100). Montana oppida. — *b*) De hominibus et bestiis est qui in montibus habitat, monticola. *Cæs.* 1. *B. C.* 57. Homines asperi et montani, exercitati in armis. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 35. 95. Ligures montani, duri atque agrestes. *Id. Dom.* 28. 74. Nulli pagani, aut montani. *Ovid. Heroid.* 11. 90. lupi. *et ibid.* 4. 171. montanaque numina Panes. *Id.* 1. *Art am.* 305. armenta. — *c*) De regione est montibus abundans, montuosus, *montuoso. Ovid.* 2. *Pont.* 2. 78. Dalmatia montana. — Hinc

Montana, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt loca montana. *Liv.* 31. 24. Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 19. 22. (70). Prasiorum gens, quorum in montanis Pygmæi traduntur.

Montani, ōrum, m. 2. plur. absolute, substantivorum more, sunt monticolæ. *Cæs.* 1. *B. C.* 39. Hinc optimi generis hominum ex Aquitania montanisque, qui Galliam provinciam attingunt. — *Montanorum cohors I.* memoratur in *Inscript.* apud *Gruter.* 368. 5. et alibi, quæ ideo fortasse est appellata, quia ejus milites ex monticolis primo eidem fuerunt adscripti. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MONTENSIS, e, adject. (mons) montanus. *Inscript.* apud *Gruter.* 21. 3. DII MONTENSES. *Auct.* incert. *Orb. descript.* ab *A. Maio* editus in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 403. Est enim provincia brevis et montensis. — *Cod. Theod.* 16. 5. 43. Donatistæ, qui et Montenses vocantur. Cf. *Sirmond. Const.* 12.

MONTĒSIĀNI, ōrum, m. plur. 2. qui montes esse deos crederent. *Commodian.* 21. in *lemmate.* Montesianis. Montes et deos dicitis, dominentur in auro, Obscurati malo, aliena mente juvantes. *h. e.* dii dominentur in auro, quod sub montibus latet, sub obscuris montium cavis, qui mortalibus aurum suffodentibus prosunt inviti.

MONTĬCELLŪLUS, i, m. 2. *deminut. a* monticellus. *Pompeji gramm. Comm. p.* 143. *Keil.* Deminutio hac arte facienda est, ut, quando sensus minuitur, crescat numerus syllabarum. Puta mons una syllaba est: monticellus crevit, quatuor sunt syllabæ: monticellulus quinque sunt syllabæ.

MONTĬCELLUS, i, m. 2. *monticello,* deminut. montis. *Auct. rei agrar. p.* 231. *Goes.* Inter vallem et vallem monticellus descendit, et de latere hujus monticelli alveus. Adde *p.* 243. 252. etc.

MONTĬCŌLA, æ, m. et f. 1. (mons *et* colo) ὀρείτης, montes incolens, montanus. *Ovid.* 1. *Met.* 193. Faunique, Satyrique, et monticolæ Silvani.

MONTĬCŬLUS, i, m. 2. *monticello,* deminut. montis. *Gloss. Philox.* Monticulus, ὄριον, βουνός. *Probus grammat.* edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 5. *p.* 184. *col.* 2. Deminutio nominum est, quando ex ipsa positione nominum unaquæque res brevitatur, ut puta, a monte monticulus, a ponte ponticulus.

MONTĬFER, fĕra, fĕrum, adject. (mons *et* fero) montem ferens. *Montiferum Titana* dixit *Seneca Herc. Œt.* 1212. quia flagitur montibus superinjectis a Jove oppressus, et sepultus. Quidam tamen antiqui Codd. hab. *monstriferum.*

MONTĬGĔNA, æ, comm. gen. 1. (mons *et* gi-

gno) qui in montibus genitus est. *Gloss. Philox.* Montigena, ὀρεσιγενής.

MONTĪVĂGUS, a, um, adject. (mons *et* vagor) qui per montes vagatur, *che vaga per monti*, ὀρεπλανής. *Lucret.* 1. 403. Namque canes ut montivagæ persæpe ferai Naribus inveniunt intectas fronde quietes etc. *et* 2. 596. Unde etiam fluvios, frondes et pabula læta Montivago generi possit præbere ferarum. *Cic.* 5. *Tusc.* 27. 79. Non frigus, non famem, non montivagos atque silvestres cursus, lustrationesque patiuntur? *Stat.* 1. *Achill.* 450. Diana montivaga. *Seneca Herc. Œt.* 137. Montivăgum pecus. *Id. Hippol.* 784. Montivagi Panes.

MONTĪUS, a, um, adject. idem ac montanus. Affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Pompejo gramm. Comm. p.* 144. *Keil.* Invenimus varias declinationes, fons fontius fontanus, mons montius montanus. Ergo vides quoniam varie invenimus, et fontius et fontanus, et montius et montanus. — Sequere auctoritatem.

MONTŌSA *vel* montĭōsa, ōrum, n. plur. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MONTŌSUS *et*

MONTŬŌSUS, a, um, adject. (mons). De ratione scribendi *V.* dicta in MONSTRUOSUS init. — Montuosus est montibus abundans, *montuoso*, ὀρεινός. *Cic. Partit. orat.* 10. 36. Loci plani, an montuosi. *Id. Planc.* 9. 22. Regio aspera et montuosa. *Virg.* 7. *Æn.* 744. Et te montosæ misere in prælia Nursæ. — Hinc

Montuosa, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt loca montuosa. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 53. 116. (280). Montuosa Ciliciæ.

MŌNŬBĬLIS, e, adject. *Sidon.* 2. *Ep.* 2. *ante med.* Porticus magis rotundatis fulta coluriis, quam columnis invidiosa monubilibus. *h. e.* insignibus, quales in monumentis adhiberi solent. *Sirmond.* Al. leg. *munibilibus,* h. e. munientibus.

MŌNŪMENTĀLIS, e, adject. ad monumentum pertinens. *Vet. Auct. de limit. p.* 305. *Goes.* Monumentalis lapis.

MŌNŪMENTĀRĬUS, a, um, adject. ad monumentum, seu sepulcrum pertinens. *Apul. Florid. n.* 4. Ceraula monumentarius. *h. e.* qui ad defunctorum sepulcra canit, siticen.

MŌNŪMENTUM *vel* monimentum, i, n. 2. (moneo). Pro *monumentum* dixere etiam *monimentum*, *u* in *i* converso, quomodo ex *optumus* et *maxumus* facta *optimus* et *maximus*. Utraque autem scribendi ratio proba est, suosque habet et auctores, et Lapides, teste *Cellar.* in *Orthogr.* Priorem probat *Manut.*, cui favet analogia in *documentum, nocumentum,* etc.; posteriorem præfert *Dausqu.* ut leniorem et usitatiorem. — *Monumentus, i,* m. 1. legitur in *Inscript.* apud *Guasco Inscr. Capitol. T.* 2. *p.* 12. Q. CASSIVS P. F. GAL. VALENS PISIS MILIT. IN COH. IIII PR. ANN. XVIII. EVOCATVS AN. II. VIX. ANN. XXXX. HIC SITVS EST MONVMENTVS HIC EST. Adde *alias* apud *Gruter.* 777. 6. et 1133. 3. — Monumentum est quidquid nos monet, sive monere potest rei alicujus præteritæ, ut libri, historiæ, statuæ, sepulcra, tituli, fana, porticus ceteraque hujus modi, μνῆμα, μνημεῖον (It. *memoria, monumento*; Fr. *souvenir, monument*; Hisp. *señal, monumento, acuerdo*; Germ. *d. Denkmal, Erinnerungsmal, Andenken, von Gebäuden, Statuen, Gallerien, Grabmälern* etc.; Angl. *a monument, memorial, record*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 32. 18. *Merc.* Sed ego quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor, ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quam ad præsentis temporis gratiam. *Cæs.* 2. *B. C.* 21. Pecunias monumentaque, quæ ex fano Herculis collata erant in privatam domum, referri in templum jubet. *h. e.* ornamenta publica, scil. simulacra, donaria, etc. ἀναθήματα. — *b*) Specialim dicitur de sepulcris et cenotaphiis, quibus memoria defunctorum conservatur, *monumento, sepolcro, deposito. Florentin. Dig.* 11. 7. 42. Monumentum generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita: in qua si corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet sepulcrum: si vero nihil eorum, erit monumentum memoriæ causa factum, quod Græci κενοτάφιον appellant. *Paul. Diac.* p. 139. 6. *Müll.* Monimentum est, quod et mortui causa ædificatum est et quidquid ob memoriam alicujus factum est, ut fana, porticus, scripta et carmina. Sed monimentum quamvis mortui causa sit factum, non tamen significat ibi sepultum. *Varro* 6. *L. L.* 45. *Müll.* Monimenta quæ in sepulcris; et ideo secundum viam, quo prætereuntes admoneant et se fuisse et illos esse mortales. *Cic.* 14. *Phil.* 12. 31. Placet mihi, militibus, qui pugnantes occiderunt, monumentum fieri quam amplissimum. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 12. *in fin.* Ibi eum combussimus: posteaque curavimus, ut Atheniense in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. *Ovid.* 13. *Met.* 524. Condeturque tuum monumentis corpus avitis. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 5. (9). Quum monumento suo, quod est Appia via, Iatronicen se inscripserit. *Nepos Att.* 22. Sepultus est in monumento avunculi sui. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 13. Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat, heredes monumentum ne sequeretur. *Nepos Dion.* 10. Sepulcri monumento donatus est. — *c*) Item specialim de scriptis. *Cic.* 1. *Orat.* 46. 201. Monumenta rerum gestarum et vetustatis exempla oratori nota esse debent. *Id. Rabir. Post.* 16. 43. Celebrare aliquid monumentis annalium. *Id.* 5. *Fam.* 12. Commendare aliquid monumentis. Sic *Varro L. L. loc. cit.* Ab eo cetera quæ scripta ac facta memoriæ causa, monimenta dicta.

II.) Improprie. ¶ 1. De re physica, h. e. signo, quo aliquid agnoscere possumus. *Ter. Eun.* 4. 6. 16. Abi tu, cistellam, Pythias, domo effer cum monumentis. *h. e.* signis, quibuscum puella exposita erat, ut ex iis aliquando cognosci posset. *Id. ibid.* 29. hæc monumenta vocat *signa.* ¶ 2. De iis omnibus, quæ morali ratione bonos aut malos alicujus actus in memoriam revocant. *Cic. Mil.* 38. 104. Hujus vos animi monumenta retinebitis, corporis in Italia nullum sepulcrum esse patiemini? *Id.* 3. *Cat.* 11. 26. Insigne honoris et monumentum laudis. *Id. Dejot.* 14. 40. Multa sunt tuæ clementiæ monumenta. *Id.* 4. *Verr.* 72. 177. Indicia ac monumenta furtorum. *Virg.* 5. *Æn.* 538. cratera impressum signis — Ferre sui dederat monumentum et pignus amoris. *Cic.* 3. *Off.* 33. 121. Tibi persuade, te multo fore cariorem, si talibus monimentis præceptisque lætabere. *h. e.* monitis.

MŌRA, æ, f. 1. duo diversa significat: scilicet *A) Mora* (quæ vox, ratione habita etymi, a nonnullis jungitur cum μονή *mansio* et cum v. *manere*) est cunctatio, tarditas, dilatio, tergiversatio, διατριβή, ἀναβολή (It. *indugio, lunghezza, ritardo, dilazione*; Fr. *délai, retard, retardement*; Hisp. *plazo, dilacion, retardacion, demora*; Germ. *die Verzögerung, der Verzug*; Angl. *a delay, stay, stop, let, hinderance*).

I.) Proprie. — *a*) Universim. *Cic.* 10. *Fam.* 22. Propter tarditatem sententiarum, moramque rerum. *Liv.* 31. 48. *ad fin.* Belli tempora moras et dilationes imperatorum non exspectant. *Cic.* 2. *Invent.* 49. 146. Utrum statim fieri necesse sit, utrum habeat aliquam moram et sustentationem. *Id.* 5. *Phil.* 9. 25. Ista legatio moram et tarditatem afferet bello. *Id. Mil.* 20. 54. Mora et tergiversatio. *Id.* 1. *Invent.* 9. 12. Moram atque impedimentum rei culpam inferre. *Cæs.* 3. *B. C.* 75. Neque vero Pompejus moram ullam ad insequendum intulit. *Val. Flacc.* 1. 356. Deus ipse moras spatiumque indulget amori. *Tibull.* 1. 4. 32. Formæ non ullam fata dedere moram. *Cic.* 7. *Verr.* 64. 165. Moram supplicio quærere. *et ibid.* Crudelissimi supplicii aliquam parvam moram afferre. *Seneca Med.* 1015. donare suppliciis. *Liv.* 6. 31. facere delectui. *Id.* 21. 32. facere dimicandi. *Cic. Sull.* 20. 58. facere creditoribus. *h. e.* solutionem differendo. *Id.* 16. *Att.* 2. Moram facere, *indugiare. Seneca* 3. *Ira* 39.; et *Val. Flacc.* 3. 375. Moras nectere. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 16. offerre. *Id. Pœn.* 1. 3. 37. objicere. *Seneca Med.* 281. serere. *Virg.* 10. *Æn.* 888. trahere. *et* 1. *ibid.* 418. moliri. *Ter. Andr.* 3. 5. 9. producere molo alicui. *Quintil.* 4. 2. 58. ducere *et ibid.* 4. 4. tollere. *Virg.* 4. *Æn.* 569.; et *Val. Flacc.* 1. 306. rumpere. *Virg.* 8. *Æn.* 443. et 12. *ibid.* 699. præcipitare. *Ovid.* 10. *Met.* 659. pellere. *et* 9. *ibid.* 282. corripere. *Plaut. Stich.* 2. 1. 37. removere. *Pompon. Dig.* 18. 6. 17. adhibere. *h. e.* differre. *Cic.* 10. *Phil.* 1. 1. Ne minimam quidem moram interposuisti, quin quam primum gaudio maximo frueremur. *Id.* 1. *Cat.* 4. 9. Dixisti, paullulum tibi esse etiam tum moræ, quod ego viverem. *Cassius* ad *Cic.* 12. *Fam.* 12. Habeo paullulum moræ, dum promissa militibus persolvo. *Vellej.* 2. 51. 2. Cæsar nihil in mora habuit, quominus perveniret. *h. e.* nulla re impeditus retardatusque est. *Cic.* 13. *Att.* 31. Non puto tam expeditum negotium futurum, ut non habeat aliquid moræ. *Ter. Andr.* 5. 6. 7. Nec mora ulla est, quin eam uxorem ducam. *Justin.* 24. 7. 2. Amputari moras jubent. — *b*) *Esse in mora* dicitur, qui moræ causa est. *Asin. Poll.* ad *Cic.* 10. *Fam.* 31. Saltus Castulonensis nequaquam tanta in mora est, etc. *h. e.* tam retardat tabellarios. *Ter. Andr.* 3. 1. 9. Sequere me intro, ne in mora illi sis. — *c*) *Per me nulla est mora,* nullam ego moram interpono, promptus sum. *Ter. Andr.* 3. 4. 14.; et *Seneca Thyest.* 1122. — *d*) *Nulla in me est mora,* idem. *Virg.* 3. *Ecl.* 52. — *e*) *Nihil in me est mora,* idem. *Ter. Andr.* 2. 5. 9. Neque istic, neque alibi tibi usquam erit in me mora. — *f*) *Esse moræ,* esse in mora. *Plaut. Amph.* 3. 3. 17. Faxo, haud quicquam sit moræ. *Ter. Adelph.* 4. 5. *in fin.* Ne moræ meis nuptiis egomet siem. *Al. leg.* mora. — *g*) *Est mora,* longum est. *Plaut. Capt.* 4. 3. 6. Nam si alia memorem, mora est. — *h*) *Inter moras,* interim, interea. *Plin.* 9. *Ep.* 13. *a med.* Inter moras consul, peracta discessione, mittit senatum. *Flor.* 3. 10. Quum inter moras Cæsar, ponte rescisso, abstulisset fugam. Adde 4. 10. — *i*) *Sine mora,* statim, *senz'indugio, tosto. Cic.* 1. *ad Brut.* 18. Quod ego, ut debui, sine mora feci. Sic *Propert.* 1. 14. 2. Tibure me nulla jussit adesse mora. — *l*) *Nec mora,* nulla mora fit. *Propert.* 4. 4. 82. Nec mora, vocales occupat esse canes. *Sil. It.* 9. 602. Nec jusso mora: collectis fumantia lucent Terga elephantorum flammis. *Propert.* 4. 10. 36. Nec mora fit: plano sistit uterque gradu. *Val. Flacc.* 5. 60. Haud mora: relliquias socii, defletaque miscent Nomina. *Virg.* 5. *Æn.* 140. ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes (Haud mora) prosiluere suis. Adde 4. *G.* 548. — *m*) Apud *Petron. Satyr.* 134. Ætatisque longæ moram tremulis vocibus cœpit accusare. *h. e.* quod tamdiu vitam finire tardaret. Sic *Seneca Troad.* 939. Abrumpere ense lucis invisæ moras. *et ibid.* 1169. Ubi hanc anilis exspuam leti moram? *Val. Flacc.* 6. 733. Sæva quidem lucis miseris mora.

II.) Translate. ¶ 1. In oratione mora est pausa. *Cic. Orat.* 16. 53. Flumen aliis verborum, volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam: distincta alios et interpuncta, intervalla, moræ respirationesque delectant. — De mora, seu media vel submedia distinctione, quæ est punctum medium, multa habet *Diomed.* 2. *p.* 433. *Putsch.* ¶ 2. Pro intervallo et spatio temporis. *Ovid.* 9. *Met.* 734. Longa fuit medii mora temporis, actaque magni Herculis implerant terras. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (114). Opus maximum omnium, quæ unquam fuere, non temporaria mora, verum etiam æternitatis destinatione. ¶ 3. Metonymice est res ipsa, quæ aliquid retinet, sustinet, aut retardat, obex, vinculum. *Cels.* 8. 10. *n.* 5. Crus fractum in canalem conjiciendum est. Is canalis ab inferiori parte foramina habere debet, per quæ *etc.* et a planta moram, quæ simul et sustineat eam, et delabi non patiatur: et a lateribus cava, per quæ loris datis, moræ quædam crus detineant. *et ibid.* 29. *a med.* Fustium imas partes oppositæ moræ objicere. *Virg.* 10. *Æn.* 185. Loricæque moras, et pectus perforat ingens. *Sil. It.* 5. 318. per tegmina velox Tunc, ærisque moras lævo stetit hasta lacerto. *Val. Flacc.* 6. 97. quos crudi mora corticis armat. *Sil. It.* 9. 217. propulso munimine valli, Fossarum rapuere moras. *Stat.* 11. *Theb.* 244. Portarumque moras frenis adsultat et hastis. *Grat. Cyneg.* 108. Ille etiam valido primus venabula dente Induit, et proni moderatus vulneris iram, Omne moris excepit onus. *h. e.* duabus quasi alis exstantibus prope summitatem venabuli, quibus exceptæ feræ onus atque impetus sisteretur. Similiter *Sil. It.* 1. 510. pressumque ira simul exigit ensem, Qua capuli statuere moræ. — Hac ratione eleganter transfertur ad hominem. *Virg.* 10. *Æn.* 427. primus Abantem Oppositum interimit,

pugnæ nodumque moramque. *Liv.* 23. 9. *sub fin.* Restituendæ Romanis Capuæ mora atque impedimentum es. *Abronus Silo* apud *Senec. Suasor.* 2. belli mora concidit Hector. *Sil. It.* 8. 33. *de Fabio Max.* sola illa Latinos Sub juga mittendi mora Adde *Lucan.* 1. 100.

B) Mora est Græca vox μόρα. Quod scripsit *Ne pos Iphicr.* 2. Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum interfecit: *moram* significat certam partem ac numerum militum, a Lacedæmoniis ita dictum, ut *phalanx* apud Macedones, constantem militibus vel trecentis, vel quingentis, vel septingentis. Est autem a μείρω *divido*, unde μοῖρα *pars*, a quo μόρα. Quidam apud *Nepotem* scribi volunt *mœram*, Græcam diphthongum ei ut servent. Sic *Cic.* 2. *Tusc.* 16. 37. Militiam vero (nostram dico, non Spartiatarum, quorum procedit mora ad tibiam, nēc adhibetur ulla sine anapæstis pedibus hortatio) nostri exercitus primum unde nomen habeant, vides. *Orell.* ita legit cum aliis; plerique tamen leg. *agmen*, quod a multis Codicibus exhibetur.

MŌRĀCĪAS Nuces, Titinius duras esse ait, unde fit deminutivum moracillum. *Paul. Diac. p.* 139. 5. *Müll.* Porro *moracius* videtur esse a *mora*, quia quæ dura sunt, moram frangenti afferunt. *Frid. Henr. Bothe* ad *Paul. Diac.* loc. cit. in *Poet. Lat. com. fragm. p.* 73. pro *moracias* legendum putat *moraculas*: at nihil mutandum est, nam in *N. Thesaur. Latinit.* ab *A. Maio* edito in *Class. Auct. T.* 8. *p.* 355. hæc leguntur: Moror, aris, atus sum, atum, ari; inde verbalia, et hæc mora, unde hæc morula, et morosus, et morose adv., et hæc moracia, *sc. h. e.* dura nux. Hanc lectionem confirmant et *Gloss. Placidi* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 485. Moragis (*lege* moracis), nucibus longis.

MORACILLUM. *V.* vocem præced.

MŌRĀLIS, e, adject. *che appartiene a' costumi, morale*, ἠθικός, ad mores pertinens. *Cic. Fat.* 1. Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci vocant, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus. Sed decet, augentem linguam Latinam, nominare moralem. *Seneca Ep.* 89. Philosophiæ tres partes esse dixerunt, moralem, naturalem, et rationalem. Prima componit animum, etc. Adde *Quintil.* 6. 2. 8. et 12. 2. 10. Sic *Epistolæ morales* dicuntur, quibus mores philosophiæ institutis formantur. *Gell.* 12. 2. Et *Cassiod. de anim.* 4. Virtutes morales. — Speciatim in re litteraria *moralis* est ad mores pertinens illius personæ quam loquentem inducimus vel alio modo repræsentamus: *V.* MORALITAS et MORALITER 1. *Priscian. Præexercit. p.* 1341. *Putsch.* Sunt autem quædam allocutiones morales, quædam passionales, quædam mixtæ. — Morales, in quibus obtinent mores, ut quibus verbis uti potuisset rusticus, quum primum aspexerit navem. Mixtæ, quæ utrumque habent, ut quibus verbis uti potuisset Achilles interfecto Patroclo: habet enim et passionem funeris amici et morem de bello cogitantis.

MŌRĀLĪTAS, ātis, f. 3. (moralis). ¶ 1. Speciatim in re litteraria est morum conditio. *Macrob.* 5. *Saturn.* 1. Sunt stili dicendi duo, dispari moralitate diversi. *V.* voc. seq. sub 1. ¶ 2. Generatim est id quod ad mores pertinet, sensus moralis, morum sanctitas, *moralità*. *Ambros. in Ps.* 118. *serm.* 3. Qui apostolici sermonis moralitatem adverterit. *Boeth. Music.* 1. 1. *p.* 1371. Unde fit, ut musica non modo speculationi, verum etiam moralitati conjuncta sit.

MŌRĀLĪTER, adverb. (moralis). Comp. *Moralius* 2. ¶ 1. Speciatim est ex comicorum more. Est *Donati* ad *Ter. Adelph.* 5. 8. 35. et ad *Phorm.* 1. 1. 2. ¶ 2. Generatim est juxta bonos mores. *Ambros. Apolog. David* 6. Quam moraliter me docuit! *Id. de Interpell.* 1. 1. Sed iste moralius (*fecerat*), ille vehementius. *Id. in Luc. præfat.* Quis autem moralius secundum hominem singula prosecutus, quam sanctus Matthæus, qui edidit nobis præcepta vivendi?

MŌRĀMENTUM, i, n. 2. (moror) *ritardo*, moratio, mora. *Apul. Florid. n.* 21. Hisce igitur moramentis omnibus qui volunt etc.

MŌRANS, antis, particip. *V.* MOROR.

MŌRĀRĬA, æ, f. 1. herba, quam et statioron, et chamæleonem vocant. *Apul. Herb.* 25.

MŌRĀTIM, adverb. (mora). Comp. *Moratius.* — Moratim est cum mora, tarde. *Solin.* 3. Ut moratim insularum omnium oras legamus. *V.* ORATIM. *Seneca* 6. *Quæst. nat.* 14. *a med.* Neque enim in nobis febris alias partes moratius impellit, sed per omnes pari æqualitate discurrit.

MŌRĀTĬO, ōnis, f. 3. (moror). ¶ 1. Stricto sensu est idem ac mora. *Vitruv.* 9. 4. *circa med.* Quum faciunt eæ stellæ regressus et morationes. *et ibid.* Morationibus impediri. ¶ 2. Latiori sensu est actus manendi, commorandi. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 5. *n.* 74. Utendum etiam aeris mutatione, et gestatione varia, et litoraria moratione, animi quoque laxamento ac jucunditate.

MŌRĀTOR, ōris, m. 3. (moror) qui moram affert, *ritardatore, impeditore.* ¶ 1. Generatim. *Liv.* 2. 4. Quatuor tribunorum, adversus unum moratorem publici commodi, auxilio delectum consules habent. *h. e.* qui publico commodo moram afferebat. ¶ 2. Speciatim *moratores* dicebantur milites, qui postremi erant in itinere faciendo. *Liv.* 21. 47. Ad sexcentos moratorum in citeriore ripa, segniter ratem solventes, cepit. *et ibid.* 48. Paucos moratorum occiderunt, citra flumen interceptos. *Sunt quibus* moratorum *in his* Livii *locis* est Genit. plur. a Particip. MORATUS, a, um. ¶ 3. Item speciatim in foro erant obturbatores quidam, sordidique causidici, qui adhibebantur ad moram faciendam, dum meliores advocati recrearentur, et se denuo compararent ad dicendum: quæ sunt verba *Asconii* ad illud *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 15. *ad fin.* Quartum quem sit habiturus, non video, nisi quem forte ex illo grege moratorum, qui subscriptionem sibi postularunt, culumque vos delationem dedissetis. *interruttori.* ¶ 4. Item *moratores* in ludis circensibus fuisse videntur, qui frontes aurigarum jam jam dimittendorum in carcere æquabant, detinebantque, ne ante datum signum transilirent lineas; vel potius, qui canistra, aut ollas bigis vel quadrigis in circo currentibus subjiciebant; eos enim videre est in omnibus anaglyptis, qui circenses ludos repræsentant, ut animadvertit *Visconti. Mus. Pio-Clem. T.* 5. *p.* 220. *edit. Mediol.* Si tamen *Nibbyum* audias in *Diss. del circo di Caracalla p.* 36., hujusmodi moratores nasiternis aquam, non sabulum, ut alii putarunt, in equos et aurigas fundere solebant. *V.* NASITERNA. Hujusmodi moratores erant fortasse et pedites et equites: auriga enim quilibet suum equitem habebat, qui et sibi auxilio, et aliis impedimento esset. *Inscript.* apud *Gruter.* 339. 3. Q. RAPIDIO Q. F. LEM. MVLIONI MORATORI LVDI CIRCENSIS. Adde aliam *ibid.* 5.

MŌRĀTŌRĬUS, a, um, adject. (morator) ad morandum pertinens, moram faciens. *Ulp. Dig.* 26. 7. 6. Partibus suis fungi, non quidem præcipiti festinatione, sed moratoria cunctatione. *Paul.* 5. *Sentent. tit.* 35. Moratorias appellationes recipi non placuit. *h. e.* quæ moræ inferendæ causa fiunt. *Imp. Justinian. Cod.* 4. 31. 14. Moratoriis ambagibus spem condemnationis excludi. *Imp. Constantin. Cod. Theod* 1. 2. 5. Quoties rescripto nostro præjudicium, vel moratoria præsumptio remittitur, aditus supplicandi pandatur.

MŌRĀTUS, a, um. *V.* MOROR.

MŌRĀTUS, a, um, adject. (mos, moris). ¶ 1. Generatim moribus præditus, sive bonis, sive malis, *costumato*, εὐηθισμένος. *Plaut. Most.* 1. 3. 132. Nequicquam mulier exornata est bene, si morata est male. *Id. Asin.* 3. 1. 3. Ubi piem Pietatem, si isto more moratam tibi Postulem placere? *Ter. Hecyr.* 4. 4. 22. Quid mulieris uxorem habes? aut quibus moratam moribus? *Cic. Partit. orat.* 23. 82. Quemadmodum quisque educatus, quemadmodum institutus moratusque fuerit. *Id.* 1. *Fin.* 19. 63. Morati melius erimus, quum didicerimus, quæ natura desideret. *Id. Brut.* 2. 7. Bene morata et bene constituta civitas. *Id.* 2 *Orat.* 43. 184. Ut probi, ut bene morati, ut boni viri esse videantur. *Id.* 2. *leg. Agr.* 31. 84. Genus hominum optime moratum. *Colum.* 1. *R. R.* 8. 19. Bene moratam disciplinem obtinere. — Transfertur et ad alia. *Plaut. Asin.* 2. 3. 10. Ita hæc morata est janua: extemplo janitorem Clamat, procul si quem videt ire ad sese calcitronem. *ubi* janua *tamquam persona repræsentatur. Ovid.* 15. *Met.* 94. placare voracis Et male morati poteris jejunia ventris.

¶ 2. Speciatim *morata oratio*, ἠθοποιὸς λόγος, ἠθικός, est quæ mores aptos, convenientesque affectus personis tribuit. *Quintil.* 4. 2. 64. Cicero narrationem vult ess evidentem, moratam, cum dignitate. Sed in oratione morata debent esse omnia; cum dignitate, quæ poterunt. Locus *Cicer.*, quem hic designat *Quintil.*, est in *Topic.* 26. 97. ubi pro *morata*, al. leg. *moderata. Horat. Art. P* 319. morataque recte Fabula. *Cic.* 1. *Divinat.* 31 66. O poema tenerum et moratum atque molle!

MŌRAX, ācis, adject. (moror) qui moratur. *Varro* apud *Non. p.* 451. 11. *Merc.* Evigila igitur aliquando, et moracium cogitationum, dum ætas in meridie est, torpitudinem pelle. *Mercerus* ita restituit locum male sanum.

MORBESCENS, entis, particip. ab inus. *morbesco*, morbo affici incipio. *Venant. Epist. præf. c.* 6. *l.* 5. Torpore vecordis otii, quo mens ebria desipit, diutina tabe morbescente, brutiscens.

MORBĬDĒ, adverb. (morbidus) cum morbo. Affertur a *Freund.* et *Klotz.* ex *Hieronym.*, loco tamen non laudato.

MORBĬDUS, a, um, adject. (morbus). ¶ 1. Est morbosis humoribus plenus, morbo infectus, vel morbo proximus, *infetto, malsano, infermo*, νοσηρός. *Varro* 3. *R. R.* 16. 22. Quum sunt apes morbidæ propter primores vernos pastus. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 26. 40. (96). Profluvio sanguinis morbidum alias corpus exonerat. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 1. *n.* 3. Tussicula cum sputis tenuibus, et sudoribus, et calore morbido, atque pulsu humili. *Theod. Priscian. lib.* 4. *præfat. p.* 310. retro ed. *Ald.* Morbidorum animalium genus. *Prosper Aquit. Epigr.* 93. 9. Morbida rimetur penetralia dextra salutis. ¶ 2. Item morbum inferens. *Lucret.* 6. 1222. Extorquebat enim vitam vis morbida membris. *et ibid.* 1095. fit morbidus aer. ¶ 3. *Morbidus* est etiam mollis, tactu jucundus, *morbido* item recentiorum Italorum, a Teutonico *mörbe*, quod idem significat. *Hieronym Ep.* 130. *n.* 19. Quæ puellæ vivunt in monasterio, numquam solæ, numquam sine matre procedant; morbidæ oves suum relinquunt gregem et luporum faucibus devorantur.

MORBĬFER *vel* morbifĕrus, fĕra, fĕrum, adject (morbus *et* fero), νοσοποιός, morbum afferens. *Paulin. Nolan. carm.* 25. 238. morbifera de labe cadaveris.

MORBĬFĬCUS, a, um, adject. (morbus *et* facio) morbosus, νοσώδης. *Boeth. Topic. Aristot.* 6. 6. *a med. p.* 718. Maxime manifestum, quod nunc dictum est, in salubribus et morbificis; nam quædam medicamentorum sic se habent, ut utrumque quidem sit bonum, si autem utraque dentur mixta, malum.

MORBŌNĬA, æ, f. 1. vox ficta a *morbus*, et vulgari sermone trita, qua utebantur, qui alicui male precari vellent; eum enim abire morboniam jubebant, h. e. in locum morbis plenum, in malam crucem. Itali dicunt *andare alla mal'ora. Suetor. Vesp.* 14. Trepidum eum quidam abire morboniam jusserat. *Xiphil.* in *Dion.* compendio *l.* 66. *c.* 11. idem narrans dixit: ἐς χοιράκας ἀπελθεῖν. *h. e.* in locum quemdam suppliciis nocentium destinatum, quo nempe plurimi corvi convolare solent. *V.* CORVUS. At *A. Maius* in *Vatic. Coll. auct. vet. T.* 2. *p.* 219 recte putat, pro *abire morboniam* legendum *abire in gemonias. V.* GEMONIUS.

MORBŌSĬTAS, ātis, f. 3. (morbosus) conditio morbosa. *Pallad.* 1. *R. R.* 16. Vitandum est autem, quod plerique fecerunt aquæ causa, villam in infimis vallibus mergere, et paucorum dierum voluptatem præferre habitatorum saluti; quod etiam magis metuemus, si provincia, quam colimus, de morbis æstate suspecta est. *Cod.* MS. *Biblioth. Marcianæ* pro *morbis æstate* habet *morbositate*; quod et sententiæ maxime convenit, et Latinæ linguæ indolem servat, in qua et *morositas*, et *mulierositas*, aliaque his similia invenire est. Ne quis vero putet, a nullo unquam ex Latinis scriptoribus usurpatam fuisse hanc vocem, quum plurima eorum scripta jam periisse constet, et in iis, quæ remanent, oscitanter admodum verba hactenus sint investigata.

MORBŌSUS, a, um, adject. (morbus). Comp. *Morbosior* II. — Morbosus est obnoxius morbo, valetudinarius, νοσώδης.

I.) Proprie. *Cato R. R.* 2. Ferramenta vetera, servum senem, servum morbosum, et si quid aliud

supersit, vendat. *Cic. 4. Tusc.* 24. 54. Bene igitur nostri, quum omnia essent in morbis vitia, quod nullum erat iracundia fœdius, iracundos solos morbosos nominaverunt. *Orellius* vero *legit*: quum omnia essent in *moribus* vitia –, iracundos solos *morosos* nominaverunt. *Gell.* 4. 2. ex *Labeone*. Equus mordax, aut calcitro vitiosus, non morbosus est. *Masur. Sabin. ibid.* Furiosus, mutusve morbosi sunt. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 36. Multi imperiti medici, prosperos atque mediocres sudores constringentes, morbosa ægrotantibus reddiderunt corpora.

II.) Improprie. *Morbosus* apud *Catull.* 57. 6. est turpiter mollis, παθικός. Sic *Auct. Priap.* 47. Morbosior omnibus cinædis.

MORBUS, i, m. 2. Ratione habita etymi, volunt esse a μαραίνω *macero*; sed jungi etiam potest cum v. μόρος *mors*. — Morbus est adversa valetudo, ægrotatio, imbecillitas, vitium, malum, νόσος (It. *malattia, infermità*; Fr. *maladie physique, mal du corps*; Hisp. *enfermedad, indisposicion, achaque*; Germ. d. *Krankeit*; Angl. *a disease, distemper, disorder, malady, sickness*).

I.) Proprie fere de hominibus et ceteris animalibus. — *a*) Universim. Definitur a *Labeone* apud *Gell.* 4. 2. habitus cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus facit deteriorem. Dicitur differre a vitio, quod hoc perpetuum sit, ille temporalis, ut est apud *Modestin. Dig.* 50. 16. 101. Præterea qui morbum habet, vitiosus, eo manente, appellatur: qui vitium, non continuo morbosus est. *Cic.* 4. *Tusc.* 13. 28. Morbum appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem morbum cum imbecillitate: vitium quum partes corporis inter se dissident; ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus et ægrotatio, ex totius valetudinis corporis conquassatione et perturbatione gignuntur: vitium autem integra valetudine ipsum ex se cernitur. *Id. ibid.* 10. 23. Quum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi ægrotationesque nascuntur. *Id.* 1. *Cat.* 13. 31. Homines ægri morbo gravi. — Jungitur plurimis Verbis, quorum præcipua sunt hæc. *Id.* 3. *Tusc.* 4. 9. In morbo esse. *et* 1. *ibid.* 32. 79. In morbum cadere. *Id. Cluent.* 62. 175. incidere. *Id.* 7. *Att.* 5. delabi. *Id.* 1. *Divinat.* 30. 63. Morbo gravi et mortifero affectum esse. *et* 1. *Fin.* 18. 59. laborare. *Sueton. Cæs.* 45. corripi. *et Cal.* 50. vexari. *Plin.* 17. *Hist. nat* 24 37. (216). infestari. *Cic. Fat.* 9. urgeri. *et Pis.* 35. 85. affligi. *Id.* 3. *Nat. D.* 35. 84. misero diuturnoque tabescere. *Id.* 4. *Tusc.* 14. 31. tentari. *Id.* 12. *Fam.* 30. levari. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 13. 57. (201). liberari. *Lucret.* 6. 1219. languere. *Paul. Dig.* 3. 3. 54. teneri. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 121. jactari. *Flor.* 4. 12. *a med.* solvi. *Nepos Dion.* 2. conflictari. *Id. Reg.* 2. consumi. *et ibid.* 3. perire. *Id. Themist.* 10. mori. *Sall. Jug.* 5. absumi. *et ibid.* 9. confici. *Justin.* 10. 2. 7. ex dolore contracto decedere. *Cæs.* 3. *B. C.* 18. Graviore morbo ex frigore et labore implicitus. *Cic.* 5. *Verr.* 25. 63. impeditus. *Id. Cluent.* 7. 22. opprimi. *Id.* 1. *Cat.* 13. 31. Morbus ingravescit. *Id.* 7. *Fam.* 26. Senescentis morbi remissio. *et* 13. *ibid.* 29. Ex morbo convalescere. *Id. post redit. ad Quir.* 1. 4. recreari. *Plaut. Epid.* 1. 2. 26. A morbo valere. *Cic.* 2. *Divinat.* 5. 13. Evadere e morbo. *Id.* 1. *Off.* 24. 83. Curationem morbo adhibere. *et* 2. *Orat.* 44. 186. mederi. *Plaut. Cist.* 1. 1. 76. Medicinam facere. *Cic.* 7. *Fam.* 26. Morbum depellere. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 8. 21. (65). contrahere. *Plaut. Capt.* 3. 3. 3. alicui afferre. *Id. Trin.* 1. 2. 38. incutere. *Id. Mil. glor.* 4. 6. 57. levare. *Petron. Satyr.* 17. Morbi impetum lenire. *Cels.* 3. 22. *circa med.* Morbus inveteravit. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 50. amplior fit. *et* 3. 2. 2. aggravescit. *Sueton. Cæs.* 1. Morbo quartanæ aggravante. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 24. (48). declinante. *et* 25. (50). minuente se. *et* 34. *ibid.* 15. 44. (151). prævalente. — *b*) *Morbus major*, est comitialis, *mal caduco. Cels.* 3. 23. Inter notissimos morbos est etiam is, qui comitialis, vel major nominatur. Adde *Festum p.* 234. 27. *Müll.* Idem dicitur et *sacer*, sive quia (ut ait *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4.) divinitus putatur immissus; sive quod sacram contaminet animam; sive quod in capite fiat, quod multorum philosophorum judicio sacrum templum est partis animæ in corpore natæ; sive ob magnitudinem passionis, majora enim vulgus sacra vocavit. Hæc *Cœlius*. Græci ἱερὰν νόσον dicunt, et *Apul.* de *Mag.* divinum morbum. — *c*) *Morbus regius*, arquatus. *itterizia. Cels.* 3. 24. *V.* ARQUATUS. — *d*) *In morbo consumat*, videtur esse imprecatio in eum, qui pecuniam alienam injuria possidet. *Seneca* 4. *Benef.* 39. Quingenti denarii sunt. illud, quod dici solet, in morbo consumat. Potest etiam, inquit *Manut.*, ab amico dici, qui nolit deesse amico quod impendat, si morbus inciderit. — *e*) Dicitur etiam de arboribus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (216). Infestantur et arbores morbis: quid enim genitum caret bis malis? *et paullo post* (218). Arborum quidam communes morbi, quidam privati generum.

II.) Translate. ¶ 1. Morbi sunt vitia animi, *vizi, passioni. Seneca Ep.* 75. item 85. *ante med.* Morbi sunt inveterata vitia et dura, ut avaritia, ut ambitio nimia, etc. *Cic.* 1. *Fin.* 18. 59. Animi morbi sunt cupiditates immensæ et inanes divitiarum, gloriæ, dominationis, etc. *Seneca* 1. *Benef.* 14. Numquid me dignum judicavit? minime: morbo suo morem gessit. *Cic.* 6. *Verr.* 1. 1. Venio nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat, studium; ut amici ejus, morbum et insaniam; ut Siculi, latrocinium. *Id.* 3. *ibid.* 36. Nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo et cupiditate. *Catull.* 76. 25. Ipse valere opto, et tetrum hunc deponere morbum. *h. e.* amorem. Sic *Horat.* 2. *Sat.* 3. 79. Quisquis luxuria tristive superstione Aut alio mentis morbo calet. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 6. 30. et alibi. *Cic. Cluent.* 65. 182. Mulier jam non morbo, sed scelere furiosa. *Vellej.* 2. 83. 1. Plancus non judicio recta legendi, neque amore reipublicæ aut Cæsaris, sed morbo proditor. *Petron. Satyr.* 90. Quid tibi vis cum isto morbo? *h. e.* cacoethe faciendi carmina. — Huc pertinet et illa dicendi ratio: *Id mihi morbo est*, morbum affert, *è la mia malattia. Plaut. Truc.* 2. 5. 12. quod mulier facere incepit, nisi id efficere perpetrat, Id illi morbo, id illi senio est. — Videtur *Cic.* hanc translationem (tametsi tum locis cit., tum alibi sæpissime est usus) non omnino probare, ut minus Latine usitatam. Hæc enim habet 3. *Tusc.* 4. 7. Perturbationes animi, quæ Græci πάθη appellant: ego poteram morbos, et id verbum esset e verbo; sed in consuetudinem nostram non caderet. Nam misereri, invidere, gestire, lætari, hæc omnia morbos Græci appellant: nos recte, ut opinor, perturbationes dixerimus; morbos autem non satis usitate. Hæc *Cic.*, qui videtur ita sentire, philosophum agens: contra oratorie loquens. ¶ 2. In fabulis *Morbus* deus est, Erebi et Noctis filius, ut et apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 17. 44. et *Hygin. in præf. fab. Virg.* autem 6. *Æn.* 275. sedem ejus ponit vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci, una cum Luctu, Curis, Senectute, Metu, Fame etc.

MORDĀCĬTAS, ātis, f. 3. (mordax) vis mordendi pungendive, *mordacità*.

I.) Proprie. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 15. 54. (91). Urticarum foliis inest aculeata mordacitas. *et ibid.* 18. 72. (120). Juncus rotundus, vinosæ mordacitatis ad linguam. *h. e.* sapore vini acri, et linguam gustantis vellicante. *Pallad.* 2. *R. R.* 15. *ante med.* Amygdala antequam ponamus, pridie mulsa aqua, ita ut ne nimis, maceremus, ne germen exstinguat ex multo melle mordacitas.

II.) Translate est maledicentia, *mordacità, maldicenza. Cassiod. Instit. divin. litter.* 20. Hieronymus derogatoribus tuis vicem necessaria mordacitate restituens. *Id.* 1. *Hist. Eccl.* 12. Sed et mordacitate compulsus, litis quærebat initium.

MORDĀCĬTER, adverb. (mordax). Com. *Mordacius* I. et II. — Mordaciter est acriter, cum mordacitate, *mordacemente*: sed occurrit translate tantum; et est — *a*) Abradendo. *Ovid.* 1. *Pont.* 5. 19. Scilicet incipiam limâ mordacius uti, Et sub judicium singula verba vocem? — *b*) Transfertur etiam ad orationem et pertinet ad carpendum et detrectandum. *Macrob.* 7. *Saturn* 3. Ait mimus ille mordaciter, etc. *Lactant.* 5. 2. *a med.* Alius eandem materiam mordacius scripsit.

MORDAX, ācis, adject. (mordeo). Comp. *Mordacior* II. 1. et 2.; Sup. *Mordacissimus* II. 1. — Mordax est promptus, facilis ad mordendum, δακνώδης, δηκτικός (It. *mordace*; Fr. *habitué à mordre, qui mord volontiers*; Hisp. *el que muerde, mordedor*; Germ. *beissend, bissig*; Angl. *biting, given to bite, snappish, mordacious*).

I.) Proprie. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 27. Mordax canis. *Labeo* apud *Gell.* 4. 2. Equus mordax, aut calcitro. *Cic.* 2. *Orat.* 59. 240. Lacerat lacertum Largi mordax Memmius.

II.) Translate. ¶ 1. Physica ratione de rebus usurpatur: scil. — *a*) De fibula. *Sidon. carm.* 5. 18. pepli textus, quem fibula torto Mordax dente vorat. *V.* voc. seq. II. 1. — *b*) Mordax est aculeatus, pungens, *pungente. Ovid. Medic. fac.* 4. Mordaces rubi. *Id.* 2. *Art. am.* 417. Urtica mordax. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 8. 4. (15). Mordacissima marga. *Id.* 18. *ibid.* 7. 10. (61). Arista mordacior hordeo. — *c*) Item cædens, acutus, *tagliente. Horat.* 4. *Od.* 6. 9. Mordaci ferro icta pinus. — *d*) Item qui abradendi vim habet, *corrosivo. Ovid.* 1. *Art. am.* 506. Nec tu mordaci pumice crura teras. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 29. 37. (123). Folia myrti siccantur in farinam, ad ulcerum remedia in corpore humano, leniter mordaci pulvere. — *e*) Item qui acri et aspero gustu est, et linguam lædens, *piccante, frizzante, acro, amaro. Plin.* 25. *Hist. nat.* 8. 50. (89). Succus croci mordax. *Pers.* 5. 86. acetum. *Ovid.* 3. *Pont.* 3. 106. fel. ¶ 2. Transfertur etiam morali ratione ad homines vel ad ea, quæ ad homines pertinent, et est maledicus, *maledico, satirico. Ovid.* 2. *Trist.* 563. Non ego mordaci destrinxi carmine quemquam. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 18. Mordacem Cynicum sic eludebat. *Id.* 1. *Sat.* 4. 93. Lividus et mordax. *Phædr.* 5. *prol.* Invidia mordax. *Id.* 4. 7. Mordaciorem qui improbo dente appetit. *Pers.* 1. 107. Aures teneras mordaci radere vero. ¶ 3. De abstractis est etiam exedens, sollicitum habens, *affannoso. Horat.* 1. *Od.* 18. 4. neque Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.

MORDĔO, mordes, mŏmordi (*olim* mĕmordi), morsum, mordere, a. 2. Præterito *memordi* præter *Enn.* et *Laberium* usi sunt etiam *Nigidius, Plaut.* et *Atta*, item *Cic.* et *Cæsar*, teste *Gell.* 7. 9. qua ratione et *peposci*, et *pepugi*, et *cecurri*, et *spepondi* dixere. Nunc omnes doctiores, inquit *Gell. ibid., poposci, momordi, pupugi*, etc. dicunt. — Part. *Mordens* I. 1. 2. et II. 2. c.; *Morsus* I. 1.; *Mordendus* II. 3. — Mordere est dente lædere, vulnerare, arripere, mordicus apprehendere, δάκνω (It. *mordere, addentare, stringere co' denti*; Fr. *mordre avec les dents*; Hisp. *morder, asir con los dientes*; Germ. *beissen, hineinbeissen, kauen, beissend essen, verzehren*; Angl. *to bite, gnaw, champ, to pinch*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Ennius* apud *Gell.* 7. 9. et apud *Non. p.* 140. 25. *Merc.* Si me canis memorderit. *Cic. Rosc. Am.* 20. 57. Canes latrare et mordere possunt. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 5. 32. (100). Datur morsis a cane rabioso, ne rabidi fiant. *Propert.* 3. 25. 24. Ungue meam morso sæpe querere fidem. *Martial.* 14. 83. mordente molesto Pulice. *Lucan.* 9. 737. Aulum Torta caput retro dipsas calcata momordit. *Ovid.* ☞ *Met.* 68. *de angue vulnerato.* Ille dolore ferox caput in sua terga retorsit, Vulneraque aspexit, fixumque hastile momordit. *Id.* 13, *ibid.* 943. manuque Pabula decerpsi, decerptaque dente momordi. *addentai, abbocconai. Martial.* 9. 74. *de sutore.* Dentibus antiquas solitus producere pelles, Et mordere luto putre vetusque solum. *Id.* 1. 105. Mordent aurea quod lupata cervi. quod *Virg.* dixit 4. *Æn.* 135. frena mandere. — *Mordere frenum*, proverbialis dictio. *V.* FRENUM. — *Mordere terram* dicuntur, qui graviter icti, in faciem procumbunt morituri. *Virg.* 11. *Æn.* 418. Procubuit moriens, et humum semel ore momordit. Adde *Ovid.* 9. *Met.* 61. et *Claudian. B. Get.* 588. Sic *Sil. It.* 5. 526. Labitur infelix, atque appetit ore cruento Tellurem exspirans. *et* 9. 383. Volvitur ille ruens, atque arva hostilia morsu Appetit, et mortis premit in tellure dolores. *Virg.* 11. *Æn.* 668. Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam Mandit humum. ¶ 2. Latiori sensu pro mandere, comedere. *Pers.* 4. 30. tunicatum cum sale mordens Cæpe, et farratam, pueris plaudentibus, ollam. *Juvenal.* 6. 301. Grandia quæ mediis jam noctibus

ostrea mordet. *et* 5. 11. et sordes farris mordere canini. — Quod ait *Id.* 7. 18. nectit quicumque canoris Eloquium vocale modis, laurumque momordit: alludit ad δαφνηφάγους, h. e. laurum comedentes, quæ credebatur vim vaticinandi, atque æstrum inspirare vescentibus, ut et in LAURUS dictum est. — Hinc pro consumere, absumere. *Laberius* apud *Gell. et Non. locis sup. cit.* De integro patrimonio meo centum millia nummum memordi. *Petron. fragm. Tragur.* 44. *Burmann.* Interim nemo curat, quid annonam mordet. *Al. aliter leg.*

II.) Translate. ¶ 1. Physica ratione de rebus dicitur, quæ aliis tam apte adhærent, ut eas arripere ac detinere videantur. — *a)* Sic *mordere* poetice dicuntur fibulæ, quarum altera ab altera recipitur, et quasi ore retinetur, vestemque adstringit. *Virg.* 12. *Æn.* 274. laterum junctura fibula mordet. *Ovid.* 8. *Met.* 318. Rosilis huic summam mordebat fibula vestem. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 88. laxumque coercens Mordet gemma sinum. *Sidon. carm.* 2. 325. perque lacertos Pendula gemmiferæ mordebant suppara bullæ. Adde *Ovid.* 14. *Met.* 394.; *Stat.* 7. *Theb.* 659.; et *Sil. It.* 7. 624. — *b)* Pro arripere et detinere. *Celsus* 7. 4. *n.* 4. Id quod a lino mordetur, inciditur. *et ibid.* 5. *n.* 4. In osse usque eo movendum est, donec laxetur is locus, qui mucronem (*teli*) momordit. Sic apud *Stat.* 9. *Theb.* 499. arbor dicitur radice mordere humum. — *c)* Similiter poetice de flumine pro alluere, atque adeo abradere, ut *Forcellinus* accepit, apud *Horat.* 1. *Od.* 31. 7. Non rora quæ Liris quieta Mordet aqua taciturnus amnis. ¶ 2. Item physica ratione de rebus usurpatur, et est arripiendo ac detinendo lædere: sic — *a)* Est perstringere, vellicare, urere, lædere. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 45. Matutina parum cautos jam frigora mordent. *Id.* 1. *Ep.* 8. 5. quia grando Contuderit vites, oleamque momorderit æstus. *Martial.* 8. 14. Mordeat et tenerum fortior aura nemus. — *b) Mordent* etiam, quæ acri sapore sunt, et linguam lædente. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 13. 109. (133). Radix smyrnii gustu acri mordet. *Id.* 29. *ibid.* 2. 9. (34). Linguam adstringit leniter, nec mordet. *Id.* 28. *ibid.* 9. 40. (146). Fellis vis excalfacere, mordere, scindere etc. — *c)* Item quæ tactu aspera sunt, et pungunt. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 14. 16. (37). Urtica foliis non mordentibus. *Id.* 21. *ibid.* 6. 17. (32). Croci probatio, si, manu relata ad ora, leniter faciem oculosque mordeat. *Id.* 29. *ibid.* 2. 9. (30). Lanæ succidæ plurima præstant remedia ex oleo, rinoque, aut aceto, prout quæque mulceri, morderive opus sit, et adstringi, laxarive. *conforme fan d'uopo i lenitivi, o i corrosivi.* — *d)* Item de iis, quæ abradunt. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 18. 48. (171). Culter futuris sulcis vestigia præscribens incisuris, quas resupinus in arando mordeat vomer. *Martial.* 5. 81. Quem (*libellum*) censoria cum meo Severo Docti lima momorderit Secundi. ¶ 3. Morali ratione, sæpe pertinet ad carpendum, detrectandum, maledicendum, *dir male, attaccare con maldicenza. Ter. Eun.* 3. 1. 20. invidere omnes mihi, Mordere clanculum. *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 123. Nec, qui detrectat præsentia, livor iniquo Ullum de nostris dente momordit opus. *et* 1. *ibid.* 1. 25. Tu cave, defendas, quamvis mordebere dictis. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 38. Mordear opprobriis falsis. *Ovid.* 4. *Pont.* 14. 46. Non mordenda mihi turba fidelis erat. *Juvenal.* 9. 10. conviva joco mordente facetus. *scherzo, motto piccante.* ¶ 4. Item morali ratione sæpe etiam refertur ad animum, et ponitur pro pungere, ferire, irritare, affligere, angere, cruciare, lædere. *Ter. Eun.* 3. 1. 55. par pari referto, quod eam mordeat. *Cic.* 6. *Att.* 2. *a med.* Scribis, morderi te interdum, quod non simul sis. *et* 13. *ibid.* 12. Valde me momorderunt epistolæ tuæ de Attica nostra: eædem tamen sanaverunt. *Quintil.* 1. 3. 7. Hunc mordebit objurgatio, hunc honor excitabit. *Ovid.* 2. *Amor.* 19. 43. mordet cura medullas. *et Heroid.* 13. 30. Pectora legitimus casta momordit amor. *Seneca Troad.* 1011. Lentius luctus lacrimæque mordent. *Ovid.* 2. *Met.* 805. Occulto dolore morderi. *Cic.* 4. *Tusc.* 20 45. conscientia. *aver del rimorso.* et 3. *ibid.* 34. 82. Si paupertas momordit, si ignominia pupugit. ¶ 5. Pro ruminare, cogitare. *Seneca Ep.* 78. *ad fin.* Interim hoc tene, hoc morde, adversis non succumbere, lætis non credere.

MORDEX, icis. *V.* MORDICITUS.

MORDĬCANS, antis, particip. ab inusit. *mordico*, mordens, morsicans: sed occurrit translate tantum, et est pungens, vellicans, lædens. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 8. Est acerrimæ atque mordicantis qualitatis. *Id. ibid.* 33. *n.* 176. Fervor mordicans atque febrem designans. *et* 2. *Tard.* 2. *n.* 39. Acriora facimus vel mordicantia injici collyria.

MORDĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. levis arrosio. Translate *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 20. Ventris mordicatio. *Id.* 2. *ibid.* 18. *n.* 105. Fluor ventris mordicationem facit podici vel intestinis. *et ibid.* 30. Mordicatio sequitur partium. Sic *Theod. Priscian.* 4. *p.* 315. *retro* ed. *Ald.* Frequenti venere vexatis urinam facientibus partium mordicatio sequitur. *Plin. Valerian.* 5. 9. *p.* 208. ed. *Ald.* Cibos mitiores et sine mordicatione accipiant.

MORDĬCĀTĬVUS, a, um, adject. *mordicativo*, idem ac mordicans. Translate *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. *a med.* Item dat mordicativum acetum.

MORDĬCES. *V.* in seq. voce.

MORDĬCĬTUS, adverb. (mordeo) idem quod mordicus. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 57. Asini me mordicitus scindant, boves incursent cornibus. Ita leg. *Gruter.*, plures alii *mordicibus*, h. e. morsibus, ut sit a Nominativo *mordices, icum.* Eadem lectionis diversitas est in illo *Apul.* 3. *Met.* Mordicitus appetens. Sunt etiam, qui *mordicus* apud *Plaut.* reponunt.

MORDĬCUS, adverb. (mordeo) mordendo, *co' denti, mordendo*, δάξ.

I.) Proprie. *Plaut Curc.* 5. 1. 7. Ut eum eriperet, manum arripuit mordicus. *Id. Men.* 1. 3. 12. Nam si amabas, jam oportebat nasum abreptum mordicus. *Nævius* apud *Charis.* 2. *p.* 184. *Putsch.* Utinam nasum abstulisset mordicus. *et Afranius ibid.* Vaha retinet nunc linguam mordicus. *Varro* 2. *R. R.* 7. 9. Ille impetum fecit in eum (*prorigam*) ac mordicus interfecit. *Cic.* 2. *Nat. D.* 49. 129. Usque eo premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 4. Auriculam fortasse mordicus abstulisset. *Sueton. Cæs.* 64. Paludamentum mordicus trahens. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 37. 55. (132). Cauda mordicus apprehensa. Adde *eumd.* 9. *ibid.* 15. 17. (46).; *Colum.* 7. *R. R.* 13. 14.; et *Apul.* 9. *Met.* — Proverb. est illud *Lucilii* apud *Non. p.* 138. 21. *Merc.* Mordicus petere aurum e flamma expediat, e cœno cibum.

II.) Translate. ¶ 1. Physica ratione pro tenaciter complectendo est cadentis Latinitatis. *Apul.* 3. *Met.* Ac mox alium pedibus meis mordicus inhærentem peremi. ¶ 2. Apud optimos auctores transfertur ad animum, qui aliquid tenaciter apprehendit et retinet. *Cic.* 4. *Fin.* 28. 78. Verba tenent mordicus, h. e. nullo pacto mutant, sed omni ratione sibi vindicant. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 16. 51. Perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus.

MORDĬCUS, a, um, adject. (mordeo) mordens. *Hygin. fab.* 273. *de Glauco.* Quem equi mordici distraxerunt. *Al. leg.* mordicus, *al.* mordicibus.

MORDŌSUS, a, um, adject. (mordeo) qui mordet, morsicans. *Gloss. Gr. Lat.* Mordosus, δηκτικός.

MŌRĒ, adverb. μωρῶς, stulte. *Plaut. Stich.* 5. 1. 1. More hoc fit, atque stulte, mea sententia. *Alii* ita interpretantur: fit hoc quidem ex consuetudine, at, ut opinor, stulte tamen. *V.* MORUS, a, um.

MŌRĒTĀRĬUS, a, um, adject. ad moretum pertinens, ut Moretaria condimenta. *Apic.* 6. 4. — Hinc

Moretarium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est ipsum moretum. *Donatus* ad *Ter. Phorm.* 2. 2. 4.; et *Apic.* 1. 35. *V.* MORTARIUM.

MŌRĒTUM, i. n. 2. τρίμμα, genus cibi, idem atque intritum et alliatum, quod ex his octo conficiebatur, allio, apio, ruta, coriandro, bulbo, caseo, oleo, aceto: est a *μείρω* seu *μορέω divido*, unde verbale *μορητός divisus*; etenim ex prædictis rebus edulibus sectis, et pistillo operose tritis, minutis, coactisque in mortario moretum conficitur. *V.* COCETUM. *Ovid.* 4. *Fast.* 367. Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum In dominæ mensis? *Plin. Valer.* 2. 28. *sub init.* Ruta cum caseo teritur in vino in modum moreti, et ita editur. In *edit. Ald.* 1547. perperam legitur *mereti.*

MŌRĪBUNDUS, a, um, adject. (morior). ¶ 1. Moribundus est idem ac moriens, *moribondo*, ἀποθνήσκων. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 15. Si illa inventa est, quam ille amat, vivit recte et valet; Si non inventa est, minus valet, moribundus est. *Cic. Sext.* 39. 85. Jacentem moribundumque vidistis. *Liv.* 26. 15. *extr.* Jubellius gladio per adversum pectus transfixus ante pedes imperatoris moribundus procubuit. *Virg.* 10. *Æn.* 590. Excussus curru moribundus volvitur arvis. *et ibid.* 341. Dexteraque ex humero nervis moribunda pependit. *et* 6. *ibid.* 732. quantum non noxia corpora tardant, Terrenique hebetant artus, moribundaque membra. Ubi *Serv.* morienti similia, semper morientia. nunquam enim in eodem statu sunt, sed aut minuuntur, aut crescunt. *Ovid.* 4. *Trist.* 5. 3. Cujus ab alloquiis anima hæc moribunda revixit. *Stat.* 8. *Theb.* 643. Moribunda vox. *Diomed.* 1. *p.* 397. *Putsch.* Moribundus, licet mortem non sit subiturus, nihilominus similis est morienti. Tale est furibundus, similis furenti, sed sine furore. Similiter *Priscian.* 4. *p.* 636. In *bundus* desinentia similitudinem habere significant, ut vitabundus similis vitanti, prædabundus similis prædanti, moribundus similis morienti etc. De hac finitione *bundus* in nominibus consule *Gell.* 11. 15. et *Servium* ad *Virg.* 10. *Æn.* 341. ¶ 2. Est etiam causativus et significat mortem afferens. *Catull.* 81. 3. moribunda a sede Pisauri. h. e. mortifera propter aerem pestilentem, ex quo incolæ ita pallidi sunt, ut moribundi esse videantur.

MŌRĪFĪCO, as, are, a. 1. moram facere, morari. *Gloss. Isid.* Morificando, moram faciendo.

MŌRĪGĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. actus morigerandi. *Afranius* apud *Non. p.* 2. 6. *Merc.* Ætas, et corpus tenerum, et morigeratio, Hæc sunt venena formosarum mulierum.

MŌRĪGĔRO, as, are, n. 1. idem ac morigeror apud veteres. *Plaut. Amph.* 3. 3. 26. dum cum hac usuraria Uxore nunc mihi morigero.

MŌRĪGĔROR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (mos *et* gero). Aliam veterem formam *V.* in voc. præced. — Morigerari est morem gerere, obsequi, servire, satisfacere, *fare a modo altrui, compiacere, andare a verso*, χαρίζομαι. — *a)* In bonam partem. *Plaut. Capt.* 2. 1. 4. Nunc si servitus evenit, ei vos morigerari mos bonus est. *Ter. Adelph.* 2. 2. 9. si nunc de tuo jure concessisses paullulum, Atque adolescenti esses morigeratus. *Cic. Orat.* 48. 159. Voluptati aurium morigerari debet oratio. — *b)* Turpem sensum habent loca *Afranii* et *Plauti* in MORIGERATIO et MORIGERO allata; turpissimum *Suetonii Tib.* 44. in quo *ore morigerari* idem est ac fellare. *V.* FELLO.

MŌRĪGĔRUS, a, um, adject. (mos *et* gero) morem gerens, obediens, obsequens, *ubbidiente, compiacente, condiscendente*, εὐπειθής. — *a)* In bonam partem. *Plaut. Amph.* 3. 4. 21. Meo me æquum est morigerum patri, ejus studio servire addecet. *Id. Cist.* 1. 3. 27. uxorem duxit: Ea diem suum obiit: facta morigera est viro. *ha fatto appunto quel ch'ei voleva.* et *Epid.* 5. 1. 1. Male morigerus mihi est danista, qui de me argentum non petit. *Afranius* apud *Non. p.* 433. 29. *Merc.* Dum me morigeram, dum morosam præbeo. — *b)* De obsequente in rebus obscænis. *Plaut. Cas.* 5. 2. 20. et alibi, *Lucret.* 4. 1275. etc. *V.* vocem præced. sub *b.*

MŌRĬO, ōnis, m. 3. deminut. *sciocco, scimunito, buffone*, homo qui naturali stoliditate et stultitia risum excitat: a *μωρός stultus, fatuus. Augustin. Ep.* 26. *a med.* Quidam tantæ sunt fatuitatis, ut non multum a pecoribus differant: quos moriones vulgo vocant. *Martial.* 8. 13. Morio dictus erat: viginti millibus emi: Redde mihi nummos, Gargiliane: sapit. *Id.* 14. 210. cui femina *Morio*: Non mendax stupor est, nec fingitur arte dolosa. Quisquis plus justo non sapit, ille sapit. *Id.* 12. 94. Parvum basiat usque morionem. *Imp. Verus* ad *M. Aurel.* apud *Vulcat.* in *Avid. Cass.* 1. Me (*Avidius Cassius*) luxuriantem morionem vocat. Adde *Plin.* 9. *Ep.* 17. *V.* FATUUS et STUPIDUS.

MORĬO *vel* morion, ōnis, m. 3. est nomen gemmæ, quam Franci *topaze enfumé, quartz hy-*

alin enfumé vocant. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 63. (173). Morion ab India nigerrimo colore translucet; vocatur et Promnion; quum in ea miscetur et carbunculi color, Alexandrinum; ubi Sardæ, Cyprium; nascitur et in Tyro et in Galatia; Xenocrates et sub Alpibus nasci tradit. *Al. leg.* morlo; *Sillig.* mormorion.

MŌRIO, is, ivi *vel* ii, ire, n. 4. *V.* MORIOR sub init.

MORIŎLA. *V.* LORIOLA.

MŌRĬON, ii, n. 2. μώριον. ¶ 1. Est trychni genus, de quo *Plin.* 21. *Hist. nat.* 31. 105. (180). Quin et alterum (*trychni*) genus, quod halicacabon vocant, soporiferum est atque etiam opio velocius ad mortem, ab aliis morion, ab aliis moly appellatum. ¶ 2. Morion etiam dicitur mandragoræ candidum genus, quod est mas, et quod alii arsena, alii hipplophomon vocant. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 94. (148).

MŌRĬOR, morĕris, mortŭus sum, mŏri, dep. 3. Olim in quibusdam temporibus quartæ fuit conjugationis. *Ennius* apud *Priscian.* 10. *p.* 880. *Putsch.* Nunc est ille dies, quum gloria maxima sese Nobis ostendat, si vivimu', sive morimur. *Plaut. Asin.* 1. 1. 108. moriri sese misere mavolet, Quam etc. *Ovid.* 14. *Met.* 215. mortemque timens, cupidosque moriri. Adde *Plaut. Rud.* 3. 3. 22. — Activa forma *morio, is, ivi* vel *ii*, occurrit apud *Venant.* 9. *carm.* 2. 51. Diversa est merces, funus tamen omnibus unum; Infantes, juvenes, sic moriere senes. — Singulare est illud *Priscian.*, qui Herodotum vertens ait 18. *p.* 1206. *Putsch.* Obiit, vel mortuus est a suis. Nos quoque Itali dicimus *fu morto da' suoi.* — Part. *Moriens* in omnibus paragr.; *Mortuus* in fin.; *Moriturus* I. — Mori, quod videtur esse a μόρος *fatum, mors*, est extremum spiritum effundere, vita decedere, θνήσκω (It. *morire*; Fr. *mourir*; Hisp. *morir, acabar, fenecer la vita*; Germ. *sterben*; Angl. *to die, expire*).

I.) Proprie usurpatur de hominibus et ceteris animalibus. — *a*) Universim. *Ennius* apud *Paul. Diac. p.* 123. 12. *Müll.* Vivam an moriar, nulla in me est metus. *Id.* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 13. 28. Ego quum genui, tum morituros scivi et ei rei sustuli. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 24. Mori me malim excruciatum inopia. *Cic. Senect.* 20. 74. Moriendum certe est: et id incertum, an eo ipso die. *Id. Quinct.* 4. 14. Moritur in Gallia Quinctius, et moritur repentino. *Id.* 1. *Att.* 3. Aviam tuam scito desiderio tui mortuam esse. *Pollio* ad *Cic.* 10. *Fam.* 33. Mori ex vulnere. *Lucan.* 2. 284. quis nollt in isto Ense mori? *Alii leg.* ab isto. *Val. Flacc.* 7. 484. An me mox merita morituram patris ab ira Dissimulas? *et* 4. 243. Tu ne Amyci moriere manu? *Ovid. Ib.* 307. jaculis moriaris adactis. *Id.* 2. *Amor.* 7. 10. alterius dicor amore mori. *Tibull.* 2. 7. 33. Mori curis. *Petron. Satyr.* 10. fame. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 13. 14. (89). inedia. *Stat.* 9. *Theb.* 787. leto moriere virorum. *Sall. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 3. *G.* 482. Ne simplici quidem morte moriebantur. *Cæs.* 3. *B. C.* 64. Hanc vivus defendi, moriens Cæsari restituo. *Cic. Senect.* 20. 74. Sensus moriendi aliquis esse potest. *Virg.* 2. *Æn.* 550. Nunc morere. *Horat.* 3. *Od.* 19. 2. Codrus pro patria non timidus mori. *Veget.* 3. *Milit.* 21. Libenter cupit commori, qui sine dubio scit se moriturum. *Cic. Cæl.* 24. 59. Significabat interruptis atque morientibus vocibus. *Seren. Sammon. v.* 173. Si vero obstrusa sensus morietur in aure, etc. — Morientibus non assidere, criminosum erat apud veteres. *Seneca* 3. *Quæst. nat.* 18. 5. Ex his nemo morienti amico assidet, nemo videre mortem patris sui sustinet, quam optavit. Quotusquisque funus domesticum ad rogum prosequitur? Fratrum propinquorumque extrema hora deseritur: ad mortem multi concurritur. — *b*) *Moriar* formula jurantis, ut Dispeream, *poss'io morire: ch'io muoja. Cic.* 8. *Att.* 6. *ad fin.* Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. — *c*) Si non aliqua nocuisses, mortuus esses, *saresti morto di rabbia. Virg.* 3. *Ecl.* 15. — *d*) *Mori* dicuntur, qui cujuspiam rei studio ita tenentur, ut pene in eo vitam animumque ponere videantur. *Cic. Senect.* 14. 49. Mori pæne videbamur in studio dimetiendi cæli atque terræ C. Gallum. *andava perduto dietro* etc. *Propert.* 1. 10. 5. Quum te complexa morientem, Galle, puella Vidimus. *h. e.* ita languentem præ gaudio, ut mori videretur.

II.) Translate usurpatur de rebus physicis et abstractis, quæ vires amittunt, vel esse desinunt. — *a*) De corporis membris. *Cels.* 7. 14. *a med.* Id quod supra vinculum est, moritur. *Ovid.* 6. *Met.* 228. frenisque manu moriente remissis. — *b*) De plantis. *Virg.* 9. *Æn.* 435. Purpureus veluti quum flos succisus aratro Languescit moriens. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 218. *de arundine.* Quam neque fas Zephyris frangi, nec sole perustam Æstivo candore mori. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 7. 23. (79). Rutam et hederas illico mori. *Stat.* 5. *Theb.* 528. moriturque ad sibila campus. — *c*) De igne et lumine. *Ovid.* 1. *Amor.* 2. 11. flammas Et vidi nullo concutiente mori. *Claudian. B. Get.* 248. *de comete.* Donec in exiguum moriens vanesceret ignem. — *d*) *Dies mori* dicitur, quum in occasu sol est. *Plaut. Men.* 1. 2. 45. Dies quidem jam ad umbilicum est dimidiatus mortuus. *Stat.* 4. *Silv.* 6. 3. Jam moriente die rapuit me cœna benigni Vindicis. — *e*) De aliis vita, aut sensu carentibus. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 3. 4. (20). Unguenta illico exspirant, ac suis moriuntur horis. — Joculariter *Plaut. Capt.* 3. 4. 117. Væ illis virgis miseris, quæ hodie in tergo morientur meo. *h. e.* frangentur. *Manil.* 4. 623. Donec in Ægyptum redeant curvata per undas Litora, Niliacis iterum morientia ripis. *h. e.* desinentia. *andando a finire*, vel *a morire*. Sic *Petron. Satyr.* 122. nec vaga passim Flumina per notas ibant morientia ripas. *h. e.* passim vaga non continebant se inter ripas. Al. aliter interpretantur, aut legunt. — *f*) Urbaniora, ac decentius translata sunt illa de abstractis. *Cic. post redit. in Senat.* 2. 3. Quod tempus erit unquam, quo vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama moriatur? *s'estingua.* et *Cæl.* 31. 76. Ut iste interpositus sermo deliciarum desidiæque moreretur. *Ovid.* 3. *Pont.* 2. 27. Tunc igitur meriti morietur gratia vestri, Quum cinis absumpto corpore factus ero. *Quintil.* 8. 6. 32. Quum multa quotidie ab antiquis ficta moriantur. — Hinc Part.

Mortuus, a, um, adjective usurpatur, et est vita functus, *morto, defunto*, τεθνεως, νεκρός.

I.) Proprie de hominibus et ceteris animalibus. *Cic. Brut.* 11. 43. Sanguine tauri poto mortuus concidit. *Id.* 1. *ad Q. Fr.* 3. Non enim vidisses fratrem tuum: ne vestigium quidem ejus, sed quandam effigiem spirantis mortui. *Id. Pis.* 36. 88. Quum tu, quod tibi succederetur, exsanguis et mortuus concidisti. — *Mortuum esse alicui*, est nihil velle rei habere cum aliquo. *Plaut. Cist.* 3. 1. 15. MEL. Hau, voluisti istuc severum facere? ALC. nihil mecum tibi, Mortuus tibi sum.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim de rebus physicis et abstractis, quæ vires amiserunt. — *a*) De corporis membris. *Cic. Senect.* 9. 27. Lacerti mortui. *braccia spossate.* — *Mortuus* dicitur etiam ineptus ad Venerem, inhabilis Veneri. *Martial.* 8. 75. Cui merito dici, mortue Galle, potest. — *b*) De plantis. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 8. 8. (18). Apes mortuis ne floribus quidem, non modo corporibus insiduut. — *c*) De abstractis. *Cic.* 7. *Verr.* 18. 45. Leges antiquæ et mortuæ. *Id.* 2. *Att.* 19. *circa med.* Cæsar quum venisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus: huic ita plausum est, ut salva republ. Pompejo plaudi solebat. *freddo, fiacco, languido. Martial.* 11. 42. Vivida quum poscas epigrammata, mortua ponis Lemmata: quid fieri, Cæciliane, potest? — *Mortua re verba facere*, est dictum proverbiale. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 27. mortua re verba nunc facis. Stultus es, rem actam agis. ¶ 2. Speciatim *Mare mortuum*, vel congelatum vel pigrum, sine reciprocatione fluctuum. Quod *morimarusam* Cimbri vocant Oceanum septentrionalem Europæ adjacentem, *mare mortuum* interpretatur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (94). Ita dicitur etiam lacus Asphaltites in Judæa, in quo nihil vivum gigni, pestilentibus aquis omnia enecantibus, tradunt. *Justin.* 36. 3. 6. — Hinc

Mortuus, ūi, m. 2. absolute, substantivorum more, est vita functus, *morto, defunto. Cic. Mil.* 27. 75. Ausus est dicere, mortuum se in domum ejus illaturum. *Id.* 1. *Orat.* 57. 242. Arripuisti defensionem testamentorum ac voluntatis mortuorum. *et* § 245. Patrem ejus dicendo a mortuis excitasses. *Id. Quinct.* 15. 49. Amandare aliquem infra mortuos. *Impp. Dioclet. et Maxim. Cod.* 3. 44. 12. Mortuorum reliquias, ne sanctum municiplorum jus polluatur, intra civitatem condi jampridem vetitum est. — *Mortuo verba facere*, surdo narrare fabulam, νεκρῷ μῦθους λέγειν, *parlar a un morto, o a chi fa il sordo*, quum quis frustra vel suadet, vel orat. *Ter. Phorm.* 5. 8. 26. et *Plaut. Pœn.* 4. 2. 18. — *Cum mortuis non nisi larvæ luctantur*, aliud proverb. apud *Plin. præf. Hist. nat.* § 31. *h. e.* nobis cum iis, qui obierunt, nullam rem esse. — *Mortuus vixit* singularis est dictio in *Inscript.* Beneventana, mendosa apud *Murat.* 1997. 1., emendata et suppleta a *Marin. Frat. Arv. p.* 145., qua significatur quispiam gravi morbo implicitus lectoque decumbens vixisse tamen per annos quinque mensesque sex, antequam moreretur: ea autem est hujusmodi: .... CLASSETIVS .... C. V. NATVS IIII IDVS MART. ANNIO LARGO PRASTINO MESSALINO COS. VITA FVNCTVS V. IDVS APRIL. IMP. ANTONINO AVG. III. ET GETA NOBILISS. CAES. II. COS. ANNI (*sunt*) LXI. DIES XXVIII. MORTVVS VIXIT EX MENSE OCTOBR. IMPP. SEVERO III. ET M. ANTONINO COS. ANNIS V. MENSIBVS VI. ADLECTVS INTER PRAETORIOS A DIVO COMMODO.... Ex his porro patet, eum natum fuisse IIII. Id. Mart. ann. a. Chr. n. CXLVII., mortuum vixisse ex mense octobri ann. CCII. annis quinque, mensibus sex, vita autem functum fuisse V. Id. April. ann. CCVIII.

MŌRĬTŪRĬO, is, ire, n. 4. *desiderar di morire*, mori cupio. Usurpasse *Ciceronem* testis est *Augustin. de gramm. p.* 2006. *Putsch.*, ubi de verbis desiderativis agit.

MORMICĀRĬA herba memoratur a *Plin. Valerian.* 2. 30. *p.* 185. *retro* ed. *Ald.* Estne a *mormyrus* vel *mormyr*, μόρμυρος, unde et *mirmillonem* quidam deducunt, h. e., herba gladiatoria? vel rectius legendum *myrmecaria* a μύρμηξ *formica* eodem sensu, aut quod herba sit quæ formicæ in morem pungat? Viderint eruditi.

MORMŌRĬON. *V.* MORION, onis, secundo loco.

MORMUR. *V.* MURMUR init.

MORMYR, yris, f. 3. μόρμυρος, species piscis in Ponto. *Ovid. Halieut.* 110. et pictæ mormyres, et auri Chrysophrys imitata decus. Adde *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 54. (152).

MŌRO, as, are. *V.* MOROR init.

MŌRŎCHĪTES, æ, m. 1. *et*

MŌRŎCHĪTIS, ĭdis, f. 3. gemma porracei coloris, quæ lacte sudat, de qua mentio est apud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 63. (173). Eadem videtur esse ac galania: Græcis μοροχθος dicitur. *Al. leg.* meroctes: *rectius vero Sillig. leg.* morochthos.

MŌROCHTHOS. *V.* voc. præced.

MŌRŌLŎGUS, i, m. 2. μωρολόγος, *chi parla da stolto*, stulte loquens: a μωρός *stultus* et λόγος *sermo. Plaut. Pers.* 1. 1. 50. Amoris vitio tibi morologus fio. *Id. Pseud.* 5. 1. 20. Sermonibus morologis uti.

MŌRŌMĔL, ellis, n. 3. conditura ex succo a fructibus mori arboris expresso et melle; vel quædam omphacomellis species. *Cæl. Aurel.* 3. *Tard. S. n.* 144. Utitur etiam cataplasmatibus aromaticis, quorum species non designat, sed solum cum moromelli vel lini semine adhiberi jubet, vel malis cydoniis etc.

MŌROR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Activa forma *moro, as*, usurparunt veteres. *Pacuvius* apud *Diomed.* 1. *p.* 395. *Putsch.* Paucis absolvit, ne moraret diutius. *Nævius ibid.* Quid moras? Adde *Ennium ibid.* — Passive imperson. *V.* infra sub I. *A.* 2. — Part. *Morans* I. *A.* 1. et II. 1.; *Moratus A.* I. 1. 2. et II. et *B.*; *Moraturus A.* I. 1.; *Morandus B.* I. 2. — Morari, a *mora*, occurrit *A*) Neutrorum more; et *B*) Active.

A) Neutrorum more est cunctari, tardare, moram interponere, cessare, διατρίβω, ἐπέχω (It. *indugiare, tardare, stare a bada*; Fr. *rester, s'arrêter, retarder*; Hisp. *quedar, estarse, retardar*; Germ. *sich aufhalten, verweilen, verziehen, säumen, zögern*; Angl. *to delay, tarry, stay, linger, loiter*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) Absolute. *Ter. Eun.* 3. 2. 6. Eamus ergo ad cœnam: quid stas? THR. Ubi vis: non moror. *Cic.* 16. *Att.* 5. *a med.* Luccejus narravit, Brutum valde morari, non tergiversantem, sed exspectantem, si qui forte casus. *Horat.* 2. *Od.* 17. 5. Ah, te meæ si partem animæ rapit Maturior vis, quid moror altera? *h. e.* quid vitam traho? vel, quid mori cesso? *Ovid.* 6. *Fast.* 679. At dominus, discedite, ait, plaustroque morantes Sustulit. Sic *Virg.* 4. *G.* 76. namque morantes Martius ille æris rauci canor increpat. *et* 3. *ibid.* 565. nec longo deinde morantı Tempore. *h. e.* neque ita multo post. — In illo *Virg.* 5. *Æn.* 207. Consurgunt nautæ, et magno clamore morantur: *Servius* explicat, retro agunt, scil. navem, quæ in scopulum impegerat, et saxis in procurrentibus hæserat. Sed aptius dices *morantur*, cursum sistunt, et clamore ac viribus hærentem navem divellere conantes moram faciunt. — Et de rebus *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 282. 20. et *p.* 530. 30. *Merc.* Portis turbâ morantibus. *Kritz.* ita legit et recte interpretatur: Quum portæ moram facerent (sc. fugæ vel receptui) propter turbam, sc. in angusto introitu ortam. *Propert.* 3. 19. 3. Phœbe, moraturæ contrahe lucis iter. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 15. 90. (152). Secundas morantes radices panacis appositæ extrahunt. — *Morans alvus, venter*, est qui officio suo non satisfacit, stypticus. *Marcell. Empir. c.* 30. *ad fin. p.* 131. bis retro ed. *Ald.* Serum de lacte bubulo, adjecto melle et sale quantum satis sit, potui sumptum, morantem alvum impellit. *et mox.* Potenter hoc remedio ventrem morantem bilesque purgabis. — *b*) Cum Infinito. *Cic.* 5. *Phil.* 12. 33. Hem cui bellum moremur inferre. *Ovid. Heroid.* 12. 186. Nec moror ante tuos procubuisse pedes. Huc pertinet et illud *Val. Flacc.* 7. 6. haud ipse morabor Quæ petitis. *h. e.* cunctabor dare. — *c*) *Ne multis morer*, ne plura dicam, vel ne pluribus verbis audientem detineam, *per non annojare, per finirla. Ter. Andr.* 1. 1. 87. Quid multis moror? Egomet quoque ejus causa in funus prodeo. *Cic.* 6. *Verr.* 46. 104. Hæc iste omnia, ne multis morer, uno impetu asportanda curavit. *Ovid.* 1. *Fast.* 161. non multis ille moratus, Contulit in versus sic sua verba duos. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 49. 50. (164). Ne pluribus moremur in re confessa. Similiter active, ut infra sub *B.* 1. *b.* ¶ 2. Latiori sensu est manere, commorari, *dimorare, trattenersi, stare. Cic.* 5. *Att.* 16. Moratus triduum Laodiceæ, totidem dies Synnade. *et* 15. *Fam.* 17. *ad fin.* Tu quod adhuc Brundisii moratus es, valde probo. *Id.* 7. *Att.* 1. *a med.* Quam vellem etiam nunc in provincia morari! *Virg.* 4. *Æn.* 235. qua spe inimica in gente moratur. *h. e.* inter hostes. — De rebus et abstractis. *Ovid.* 13. *Met.* 125. oculos paullum tellure morato Sustulit ad proceres. *Horat.* 1. *Od.* 33. 3. Mitte sectari, rosa quo locorum Sera moretur. *Cic. Pis.* 12. 27. Non est passus, in republica diutius vestrorum scelerum pestem morari. — Animadverte illud *Horat.* 2. *Sat.* 7. 86. in se ipso totus (*sapiens*), teres atque rotundus, Externi ne quid valeat per læve morari. *h. e.* in loco lævi adhærescere; metaphora ducta, ut ait *Acro* ad *h. l.*, a lævi ligno sive marmore, cui si quid imponas, hærere non potest, sed labitur. — Passive impersonaliter *Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 5. Sic multum ac diu ludetur, atque ita diu, ut plus biennium in his tricis moretur. — *Morari cum aliquo*, versari, vivere, esse. *Seneca Ep.* 2. Primum argumentum compositæ mentis existimo, posse consistere, et secum morari. *et Ep.* 32. Ab omnibus sciscitor, quid agas, ubi, et cum quibus moreris.

II.) Translate idem est ac diu durare, longum esse. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 82. Sæpe simultates ira morata facit. *h. e.* quæ diu sedit in animo. *Horat.* 2. *Od.* 7. 6. Cum quo morantem sæpe diem mero Fregi. *h. e.* longum. Sic *Virg.* 9. *Ecl.* 52. sæpe ego longos Cantando puerum memini me condere soles.

B) Active, h. e. cum Accusativo sæpissime usurpatur pro detinere, retardare, moram et impedimentum afferre, sistere, *ritardare, trattenere, fermare, impedire.*

I.) Proprie. ¶ Stricto sensu. — *a*) Cum Accusativo et part. *quin. Plaut. Aulul.* 4. 2. 5. Ne affinem morer, quin extemplo filiam ducat domum. — *b*) Cum Accusativo tantum. *Cic.* 6. *Fam.* 20. Si aliqua res eum vel impediet, vel morabitur. *et* 15. *ibid.* 11. *extr.* Si me navigatio non morabitur, propediem te videbo. *Id.* 5. *Phil.* 9. 26. Legatorum nomen belli celeritatem morabitur. *Planc.* ad *Coss.* 10. *Fam.* 8. *ad fin.* Si modo meo casu aut confirmare patriæ salutem, aut periculum possim morari. *Cæs.* 2. *B. C.* 26. Impetum hostium sustinere ac morari. *et ibid.* 39. Morari victoriam. *et* 7. *ibid.* 40. iter, atque impedire. *Cic.* 2. *Fam.* 16. *sub fin.* Curtius noster dibaphum cogitat, sed eum infector moratur. *Io tira in lungo. Horat.* 3. *Od.* 27. 50. Impudens Orcum moror. *Io fo aspettare differendo il morire. Plin.* 9. *Hist. nat.* 25. 41. (80). Echeneis naves moratur. *h. e.* tardius ire facit, ut ipsemet *ibid.* ait. — Accusativus subauditur apud *Virg.* 7. *Æn.* 620. regina deûm cælo delapsa morantes Impulit ipsa manu portas. *h. e.* obsistentes ac moram afferentes. — Et de oratione. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 3. In publica commoda peccem, Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar. *h. e.* si multis te detineam. *V.* supra sub *A.* I. 1. *c.* — *c*) *Nihil moror*, nullam interpono moram. *Ter. Eun.* 1. 2. 104. Profecto non plus biduum, aut PH. aut? nihil moror. *non indugio, non voglio altro.* — Hinc illa *haud multa moratus, nec plura moratus*; ut apud *Virg.* 3. *Æn.* 610. dextram Anchises, haud multa moratus, Dat juveni. *Val. Flacc.* 4. 243. nec plura moratus. ¶ 2. Prægnante, uti ajunt, significatione *morari* aliquem est detinere delectando. *Horat.* 1. *Ep.* 13. 17. Carmina, quæ possint oculos auresque morari. *Id. Art. P.* 321. Valdius oblectat populum meliusque moratur. *et ibid.* 223. Illecebris erat et grata novitate morandus Spectator.

II.) Translate. ¶ 1. *Nihil moror*, non obsisto, non impedio, non renuo. *M. Anton.* ip *epist.* apud *Cic.* 13. *Phil.* 17. 35. Nihil moror, vos salvos esse, et ire quo jubetis. *non mi oppongo, non impedisco.* — Et sequente *quominus. Liv.* 3. 54. Nihil ne ego quidem moror, quominus decemviratu abeam. — Hinc *nihil te moror* formula est reum dimittentis, et abire sinentis. *Liv.* 4. 42. *sub fin.* C. Sempronium nihil moror, quando hoc est in imperio consecutus, ut tam carus esset militibus. *Id.* 8. 35. *a med.* Quum se nihil morari magistrum equitum pronunciasset. *Id.* 43. 16. *extr.* Absoluto Claudio, tribunus plebis negavit, se Gracchum morari. Hinc *nihil vos moramur, P. C.* vox erat consulis senatum dimittentis, apud *Capitolin. M. Aurel.* 10. Sic *Cic.* 2. *ad Q. Fr.* 1. Tum ille se negavit senatum tenere. ¶ 2. Non curo, nihil æstimo, *non ne fo conto, non curo, non ci penso. Plaut. Capt. prol.* 16. Alieno uti nihil moror. *Id. Aulul.* 2. 1. 44. Ego dives sum satis: istas magnas factiones, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram nihil moror. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 16. nam vina nihil moror illius oræ. *et* 2. *ibid.* 1. 264. Nihil moror officium, quod me gravat. ¶ 3. Item nolo, recuso, abnuo. *Accius* apud *Non. p.* 433. 3. *Merc.* Tu pertinaciam esse, Antiloche, hanc prædicas: Ego pervicaciam ajo, et hac me uti volo. Nam pervicaciem dici me esse et vincere, Perfacile patior: pertinacem, nihil moror. *Forcellinus* huc retulit etiam illud *Ter. Eun.* 1. 2. 104., quod *V.* sub I. 1. *c.*

MŌROR, āris, ari, dep. 1. fatuum esse. Ludus est in ambiguo apud *Sueton. Ner.* 33. Omnibus contumeliis mortuum (*Claudium*) insectatus est, modo stultitiæ, modo sævitiæ arguens. nam et morari eum inter homines desiisse, producta prima syllaba, jocabatur. *h. e.* stulte agere, desipere, fatuum esse? a μωρός *stultus.* Eadem ratione usurpasse videri potest *Plaut. Truc.* 3. 1. 23. ibitur, Ne me morari censeas. *et Mil. glor.* 2. 4. 17. ego stulta moror multum, Quæ cum hoc insano fabulem. Al. leg. *stulta atque mora multum.* Confer *Vespæ judicium* ed. *Wernsdorff. Poet. Lat. min. T.* 2. *p.* 231. *v.* 12. Moror enim, fateor, et jam vix credo paratus De cujus manibus semper fit, panis, an ullus Quive sit utilior, audet contendere mecum. *Barthius* emendat: *Rumor enim sat erit: et jam vix cede parato.* Et alibi sic refingit: *Me moror in fatuo, vix et jam credere promptus.* At cl. *Wernsdorff.* retinet: *Moror enim* etc. ut exhibuimus, et sic locum interpretatur: Stultus profecto sum, fateor, qui in certamen descendam, atque etiam paratus certamini vix credo, an ullus alius mecum contendere audeat, quum is ego sim, de cujus manibus semper fit panis.

MŌRŌSĒ, adverb. (morosus). Comp. *Morosius* et Sup. *Morosissime.* — Morose est difficulter, fastidiose, *fastidiosamente, increscevolmente*, δυσκόλως. *Cic. Brut.* 67. 236. Hominum ineptias et stultitias non ferebat, iracundiusque respuebat, sive morose, ut putabatur, sive ingenuo liberoque fastidio. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 13. 34. (128). Terram non morose eligit, pæne ubi nihil aliud seri possit. *scrupolosamente. Tertull. Pall.* 4. *sub fin.* Pallium morosius ordinatum. *h. e.* curiosius, affectatius. *Sueton. Aug.* 66. *a med.* Amicorum suprema judicia morosissime pensitavit.

MŌRŌSĪTAS, ātis, f. 3. (morosus) est illa morum difficultas, quum nulla pæne res, quantumvis exacta, animo alicujus satisfacit, *fastidiosaggine, incontentabilità*, δυσκολία. *Cic.* 1. *Off.* 25. 88. Ne, si irascamur aut intempestive accedentibus aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem et odiosam incidamus. *Id. Senect.* 18. 65. Ac morositas tamen et ea (*senum*) vitia, quæ dixi, habent aliquid excusationis. *Sueton. Tib.* 70. Affectatione et morositate nimia obscurabat stilum. *Tertull. Præscript.* 40. Nonne manifeste diabolus morositatem illam Judaicæ legis imitatus est? *h. e.* morum ac rituum Judaicorum scrupulositatem. *Arnob.* 3. 10. Avet animus videre deas gravidas, gliscentibusque per dies alvis intestini ponderis morositate cunctari.

MŌRŌSUS, a, um, adject. Comp. *Morosior* I.; Sup. *Morosissimus* II. 2. — Est *a mos, moris*: quare primam producit apud *Martial., Horat., Ovid., Pers.* Corripuisse videtur *Capell.* 2. *extr. in carm.* Quæ tam morosis implicata ductibus: quasi a *mora* duceretur. Sic *Id.* eodem sensu 6. *p.* 206. Non alienum est inter fluenta emergentes terras, quæ quod in salo sint insulæ vocitantur, præsertimque nobiles commonere. Neque enim morosa debet esse percursio. — Morosus dicitur et est, qui nimis exacte omnia fieri postulat: cui non placet id, quod placere debet: cui nulla re satisfacimus, difficilis, fastidiosus, curiosus, δυσάρεστος, δύσκολος (It. *difficile da contentare, fastidioso, increscevole, fantastico*; Fr. *capricieux, chagrin, morose, dont l'humeur est difficile, qu'on ne peut contenter*; Hisp. *caprichoso, malcontento, dificil de contentarse, fantastico*; Germ. *voll besonderer Sitten, voll Eigenheiten, eigensinnig, verdriesslich, mürrisch, launenhaft, peinlich genau*; Angl. *difficult to please, peevish, froward, testy, fretful, captious, morose, over-nice, fastidious*).

I.) Proprie de hominibus et iis, quæ ad homines pertinent. *Plaut. Trin.* 3. 2. 43. Amor mores hominum moros et morosos facit. *Cic. Orat.* 29. 104. Usque eo difficiles ac morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes. *Id. Senect.* 18. 65. Morosi et anili et iracundi et difficiles senes. Eodem sensu *Horat.* 1. *Od.* 9. 17. Morosa canities. Similiter abstractum pro concreto, apud *Martial.* 14. 105. Morosa sitis. *h. e.* quæ vulgares potiones respuit. *Seneca* 1. *Ira* 4. Inter hos morosum ponas licet, delicatum iracundiæ genus. *Sueton. Cæs.* 45. Circa corporis curam morosior, ut non solum tonderetur diligenter ac raderetur, sed velleretur etiam.

II.) Translate. ¶ 1. De inanimis et abstractis. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 33. 60. (139). Cupressus natu morosa. *h. e.* difficillime nascens. *Ovid.* 2. *Art. am.* 323. Morosus morbus. *h. e.* qui difficile curatur. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 2. 4. (28). Vitis in eligendo solo morosa. *Id.* 35. *ibid. procem.* (1). Morosa cælandi fingendique ac tingendi subtilitas. ¶ 2. *Morosus* etiam dicitur, qui tædium ac fastidium affert. *Martial.* 14. 23. Si tibi morosa prurigine verminat auris. *Tertull. Cor. mil.* 1. Speculatoriam morosissimam pedibus absolvit.

MORPHNOS, i, m. 2. μόρφνος, aquilæ genus, circa paludes et lacus vitam præcipue agens. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 3. 3. (7).

MORS, mortis, f. 3. a μόρος, μοῖρα, *fatum, mors*, unde etiam *morior*, est animæ separatio a corpore, interitus, letum, obitus, casus, μόρος, θάνατος (It. *morte*; Fr. *mort, trépas, décès*; Hisp. *muerte, fallecimiento, fin*; Germ. d. *Tod*; Angl. *death*).

I.) Proprie. — *a*) Universim et in sing. numero. *Cic.* 6. *Fam.* 21. Omnium rerum mors est extremum. Sic *Horat.* 1. *Ep.* 16. 79. mors ultima linea rerum est. *Impp. Honor. et Arcad. Cod.* 9. 8. 5. § 1. Sit bis mors solatium, vita supplicium. — Jungitur multis Adjectivis. *Propert.* 1. 19. 20. Mors amara. *Virg.* 3. *G.* 512. ægra. *Horat.* 2. *Od.* 16. 29. cita. *Seneca Herc. Fur.* 56. dira. *Virg.* 10. *Æn.* 791. dura. *Ovid.* 2. *Amor.* 9. 41. gelida. *Val. Flacc.* 5. 26. frigida. *Cic.* 4. *Cat.* 2. 3. turpis, immatura, misera. *Seneca Troad.* 143. miseranda. *et Herc. Fur.* 555. avidis pallida dentibus. *et Herc. Œt.* 1948. horrida. *Sil. It.* 13. 561. nigrum pandens lurida rictum. *Tibull.* 1. 3. 65. rapax. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (180). repentina. *Lucret.* 6. 1194. rigida. *Nemesian.* 1. *Ecl.* 47. invida. *Virg.* 11. *Æn.* 839. tristis. *Plin.* 2. *Ep.* 20. bona. εὐθανασία, placidus et facilis exitus. *Stat.* 11. *Theb.* 582. imperfecta. *h. e.* cæcitas. — Item plurimis Verbis, quorum præcipua hæc sunt. *Cic.* 5. *Verr.* 56. 129. Mortem sibi consciscere. *et ibid.* appetere. *et* 5. *Phil.* 17. 48. obire. *Seneca Herc. Œt.* 1773. adire. *et Herc. Fur.* 486. pati. *et Troad.* 397. perpeti. *Cic.* 1. *Tusc.* 42. 102. occumbere. *Al. leg.* morte. *Virg.* 2. *Æn.* 62. certæ occumbere morti. *Justin.* 14. 6. 11. succumbere. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 5. Mortem commutare cum vita. *Plaut. Amph.* 2. 2. 177. Aliquem ad mortem dare. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 197. morti. *Cic. Vatin.* 9. 23. objicere. *Virg.* 12. *Æn.* 464. sternere. *et* 5. *ibid.* 692. demittere. *et* 11. *ibid.* 796. Subita morte sternere aliquem. *Cic. Mil.* 7. 17. Mortem cuipiam inferre per scelus. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 12. afferre. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 7. Pestilens ager mortem facit. *Cic. Sext.* 21. 48. offerre. *Ter. Adelph.* 1. 2. 9. Mulcare aliquem usque ad mortem. *Horat.* 4. *Od.* 2. 15. morte cadere. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 12. acerbissima affici. *Tibull.* 1. 3. 55. consumi. *Ovid.* 11. *Met.* 583. fungi. *Cic. Har. resp.* 20. 42. mactare. *Id.* 1. *Orat.* 43. 194. multare. *Seneca Herc. Œt.* 882. damnari. *Cic.* 1. *Tusc.* 42. 100. Ad mortem duci. *Id.* 9. *Phil.* 1. 3. Cui legatio ejus morti fuit. *fu la sua morte.* — *b*) Speciatim, *morte sua mori*, naturali ex morbo, aut senecta, non illata vi externa, *di sua buona morte. Seneca Ep.* 69. *extr.* Bella res est, mori sua morte. *Suet. Cæs.* 89. Percussorum Cæsaris nemo sua morte defunctus est. — *c*) Mortis causa stipulatio existimatur fieri, ut ait Antistius Labeo, quæ ita fit ut morte promissoris confirmetur, aut, ut quidam dixerunt, cujus stipulationis mors fuit causa. *Festus p.* 161. 23. *Müll.* V. *Dig. lib.* 39. *tit.* 6. — *d*) In plurali num. *Cic.* 2. *Fin.* 30. 97. Præclaræ mortes sunt imperatorum. *Virg.* 10. *Æn.* 854. Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem. *Seneca* 1. *Clem.* 18. O hominem mille mortibus dignum! *Colum.* 9. *R. R.* 11. 2. pœnis ac mortibus affici. *Plin.* 8. *Ep.* 16. Mortes meorum. *Stat.* 9. *Theb.* 58. perdere mortes. *h. e.* cædes. *Tac.* 3. *Hist.* 28. *extr.* Omni imagine mortium. Adde *Ovid.* 11. *Met.* 538.; *Lucan.* 7. 848.; *Val. Flacc.* 7. 332.; *Quintil. declam.* 12. 9. *ad fin.*; *Stat.* 11. *Theb.* 174. — *e*) Mortis annus et dies in monumentis sepulcralibus quandoque sub Augusto notati sunt, deinceps omissi, postea sub Christianis Cæsaribus iterum signati. *Borghesi* in *Bullett. archeol. a.* 1845. *p.* 150. — *f*) *Post mortem* addere solebant Romani, quoties alicui defuncto statuam ponebant. *Guarini. Fast. duumv. p.* 65. M. LVCRETIO DECIDIANO RVFO IIVIR. III. QVINQ. PONTIF. TRIB. MIL. A POPVLO POST MORTEM. — *g*) Mortis emblema, quod Itali *teschio* dicunt, videre est in *Inscript.* apud *Spreti, Mon. Ravenn. T.* 1. *p.* 264. *tab.* XI. *n.* 297. — *h*) In Fabulis est dea, Erebi et Noctis filia, ut *Cic.* 3. *Nat. D.* 17. 44.; et *Hygin. præf.* docent.

II.) Translate. ¶ 1. Raro admodum de inanimis dicitur. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (142). Postero die ex ore halitus cadi ac fere rerum omnium oblivio morsque memoriæ. *Auson. Epigr.* 35. 10. Mors etiam saxis marmoribusque venit. *h. e.* fiois. ¶ 2. Sæpius de ipso mortuo, seu cadavere. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 33. *mortem* appellat senem squallidum, macerrimum, semimortuum. *una morte in piedi.* — Hinc pro cadavere. *Accius* apud *Non. p.* 110. 31. *Merc.* Morte campos contegi. *Cic. Mil.* 32. 86. Non fuisse credo fas, ullo in loco potius mortem ejus (*Clodii*) lacerari, quam in quo vita esset damnata. *Propert.* 2. 10. 22. Nec sit in Attalico mors mea nixa toro. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 19. 23. (119). Vitis, quam juxta hominis mors laqueo pependerit. ¶ 3. Interdum *mortes* poetice sunt tela ipsa, vel ictus, unde mors est. *Stat.* 6. *Theb.* 792. motu Spartanus acuto Mille cavet lapsas circum cava tempora mortes. *Sil. It.* 9. 368. dum vulnera tergo Bellator timet Ausonius, per pectora sævas Exceptat mortes.

MORSĬCĀTIM, adverb. (morsico) mordendo, ὀδαξ. *Nævius* apud *Non. p.* 139. 25. *Merc.* Labellis morsicatim lusitant.

MORSĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. morsicandi actus. *Paul. Diac. p.* 143. 3. *Müll.* Munitio morsicatio ciborum. *Munitio* hoc sensu est vocabulum incognitum.

MORSĬCO, as, are, 1. *frequentat.* vel *intens. a* mordeo. Part. *Morsicans.* Translate usurpat *Apul.* 7. *Met.* Ore improbo compulsat et morsicat. *et* 2. *ibid.* Limis et morsicantibus oculis. *h. e.* intente avideque intuentibus, et quasi morsu arripientibus. *Firenzuola* vertit *con occhi ladri.*

MORSĬO, ōnis, f. 3. (mordeo) mordendi actus, morsus. Agnoscitur a *Gramm. incert.* ed. *Eichenf. p.* 96. Hæc descensio, accensio, morsio, dilectio, amatio et cetera.

MORSĬUNCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* morsio, parvus morsus, *morsicchiatura*, δηγμάτιον. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 65. Teneris labellis molles morsiunculæ. *Apul.* 8. *Met.* Formicæ parvis quidem, sed numerosis et continuis morsiunculis inhærentes membra (*hominis*) nudarunt. *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 117. ed. *Ald.* Tortiones ventris qui patiuntur, ex aqua calida dabis; morsiunculas leves qui patiuntur, ex aqua calida dabis.

MORSUM, i, n. 2. (mordeo) res mordendo avulsa, particula cujuspiam rei morsu abstracta. *Catull.* 64. 316. *de nente.* Lancaque aridulis hærebant morsa labellis. *Novius* apud *Non. p.* 96. 20. *Merc.* In molis ludunt raptim pila, datatim morso. *Capell.* 7. *p.* 236. Ne nunc sexus jugalis Cura ferale morsum Et vulsa pellis acre Laceros trahat capillos.

MORSUS, a, um. *V.* MORDEO.

MORSUS, us, m. 4. (mordeo) dentium, vel rostri ictus, δῆγμα, δῆξις (It. *morsicatura, morso*; Fr. *action de mordre, morsure*; Hisp. *mordedura, mordiscon, mordisco*; Germ. *d. Beissen, d. Biss*; Angl. *a bite, biting*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est dentium, vel rostri ictus. *Cic. Senect.* 15. 51. Contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. *Id. Fat.* 16. 36. Ulceratus serpentis morsu. *Id.* 5. *Tusc.* 27. 77. Adolescentes incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique. *Val. Flacc.* 2. 459. Taurus frangentem morsu super alta leonem Terga ferens. *Propert.* 4. 8. 65. Imponitque notam collo, morsuque cruentat. *Lucret.* 5. 132. Jeæ Morsibus affixæ validis, atque unguibus uncis. *Ovid.* 7. *Met.* 785. *de cane venante.* similisque tenenti Non tenet, et vacuos exercet in aera morsus. (*Stat.* 2. *Theb.* 680. vacuis ferit aera malis.) *Virg.* 12. *Æn.* 754. vividus Umber Hæret hians, jam jamque tenet, similisque tenenti Increpuit malis, morsuque elusus inani est. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 24. 28. (84). Morsu apprehendere. *et* 10. *ibid.* 40. 56. (115). corripere. *Lucret.* 3. 664. premere. *Ovid.* 13. *Met.* 568. morsibus insequi. *et* 8. *ibid.* 877. artus divellere morsu. *et* 11. *ibid.* 58. inferre morsus. *Tac.* 4. *Hist.* 42. Morsu appetere. *Virg.* 2. *Æn.* 215. serpens miseros morsu depascitur artus. *Id.* 7. *ibid.* 755. morsus arte levare. *sanar le morsicature. Nemesian. Cyneg.* 221. infligere. ¶ 2. Latiori sensu dicitur de comedentibus. *Virg.* 3. *Æn.* 394. Nec tu mensarum morsus horresce futuros. *et* 7. *ibid.* 112. vertere morsus Exiguam in Cererem penuria adegit edendi. *Juvenal.* 4. 141. an Lucrinum ad saxum, Rutupinove edita fundo Ostrea, callebat primo deprendere morsu. *Ovid.* 13. *Met.* 926. herbæ, Quas neque cornigeræ morsu læsere juvencæ.

II.) Translate. ¶ 1. Physica ratione usurpatur de rebus, quæ arripiunt ac detinent, pungunt, vel licant, torquent, exedunt. — *a*) Sic est quidquid tenaciter arripit, stringit ac detinet. *Sil. It.* 7. 624. qua fibula morsus Loricæ crebro laxata resolverat ictu. *V.* MORDEO II. 1. *a.* Similiter *Virg.* 1. *Æn.* 173. unco non alligat ancora morsu. *et* 12. *ibid.* 782. Viribus haud ullis valuit discludere morsus Roboris Æneas. — *b*) Dicitur et de gustu acri et vellicante. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 26. 65. (190). Aquæ marino creduntur adstringi morsu. *Martial.* 7. 25. Nec cibus ipse juvat morsu fraudatus aceti. — *c*) Item de torminibus. *Front.* 5. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 54. Per noctem morsus ventris cum profluvio patior. Similiter *Marcell. Empir. cap.* 30. *p.* 131. ed. *Ald.* In unum mixta hæc solvunt ventrem, febres quoque advenientes imminuunt, morsus stomachi sedant, acres liquores bilesque reprimunt. — *d*) De rubigine, qua ferrum exeditur. *Lucan.* 1. 243. Et scabros nigræ morsu rubiginis enses. ¶ 2. Morali ratione sæpe refertur ad animum; et tribuitur — *a*) Curis et dolori. *Cic.* 4. *Tusc.* 7. 15. Ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficit. *Id.* 2. *Off.* 7. 24. Acriores morsus sunt internissæ libertatis, quam retentæ. *Seneca Consol. ad Marc.* 7. Ex discessu, non solum amissione carissimorum, necessarius morsus est. *Ovid.* 1. *Pont.* 1. 73. Sic mea perpetuos curarum pectora morsus, Fine quibus nullo conficiuntur, habent. — *b*) Item invidiæ ac maledicentiæ. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 37. Non istic obliquo oculo mea carmina quisquam Limat, non odio obscuro, morsuque venenat.

MORTĀLĬA, ium, n. plur. 3. *V.* voc. seq. in fin.

MORTĀLIS, e, adject. (mors). Comp. *Mortalior* II. 1. — Mortalis est morti et fini subjectus, θνητός (It. *mortale, soggetto alla morte*; Fr. *mortel, sujet à la mort*; Hisp. *mortal*; Germ. *sterblich, dem Tode unterworfen*; Angl. *mortal, subject to death, perishable*).

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Legg.* 23. 61. Quid in iis mortale et caducum, quid divinum æternumque sit. *Id.* 1. *Nat. D.* 8. 20. Requiro, cur mortalem fecerit mundum, non, quemadmodum Platonicus deus, sempiternum. *Id.* 3. *ibid.* 13. 32. Omne animal confitendum est esse mortale. *Id. Senect.* 22. 80. Dum animi in corporibus essent mortalibus.

II.) Translate. ¶ 1. Mortalis est ad hominem pertinens, hominis proprius, humanus. *Cic.* 14. *Phil.* 12. 33. Ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem estis consecuti. Sic *Vellej.* 2. 104. 3. Neque illi spectaculo, quo fructus sum, simile conditio mortalis recipere videtur mihi. *et ibid.* 97. 2. Adolescens tot tantarumque virtutum, quot et quantas natura mortalis recipit. *Lucret.* 3. 869. *Lachmann.* Mortalem vitam mors quum immortalis ademit. *Liv.* 1. 2. Secundum inde prælium Latinis, Æneæ etiam ultimum operum mortalium fuit. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 97. acta deos numquam mortalia fallunt. *Val. Flacc.* 1. 838. Mortales curæ. *Virg.* 12. *Æn.* 740. Mortalis mucro. *h. e.* ensis mortali manu factus. Sic *ibid.* 797. Mortale vulnus. *Id.* 6. *ibid.* 50. majorque videri, Nec mortale sonans. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (110). Ut aliquid ipso homine mortalius intelligant. — Hinc *mortalis* absolute: *V.* infra. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a paragr. proxime superiori, mortale dicitur quidquid caducum est, fluxum et brevi durat. *Cic. Rabir. Post.* 12. 32. Mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere. *h. e.* breves. *Liv.* 34. 6. Si quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales, ut ita dicam, et temporibus ipsis mutabiles esse video. *Quintil.* 5. 12. 3. In clarissimum solem mortale lumen inferre. *h. e.* quod facile et brevi exstinguitur. *Tac. Agric.* 46. Ut vultus hominum, ita simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt. ¶ 3. *Mortale crimen* apud *Cyprian. de bono Patient. a med.* est mortem afferens. *peccato mortale.* — Hinc

Mortalis, is, m. 3. absolute, substantivorum more, est homo: occurrit vero sæpius in plur. num. *mortales*, h. e. homines, i *mortali*, οἱ θνητοί. *Ennius* apud *Augustin.* 13. *de Trinit.* 6. et *Ep.* 231. 3. Omnes mortales sese laudarier optant. *Plaut. Truc. a.* 5. *v.* 57. Lepidus ecastor mortalis. *Id. Pœn.* 5. 2. 147. Hercle mortalem catum et subdolum. *Lucret.* 4. 1177. tribuisse quod illi Plus videat, quam mortali concedere par est. *Varro* 5. *L. L.* 75. *Müll.* Quod ad immortales attinet, hæc; deinceps quod ad mortales attinet, videamus. *Cic.*

Pis. 40. 96. Omnes mortales omnium generum, ætatum, ordinum. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 2. 5. Defendo multos mortales, multas civitates, Siciliam totam. *Sall. Cat.* 2. *ad fin.* Sed multi mortales dediti ventri atque somno, indocti incultique, vitam sicuti peregrinantes transigere. *Id. Jug.* 1. Sed dux atque imperator vitæ mortalium animus est. *Horat.* 1. *Od.* 3. 37. Nil mortalibus arduum est. *Tac. Agric.* 11. Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenæ an advecti, parum compertum. *Gell.* 13. 28. ex *M. Frontone* docet, *multos mortales ἐμφατικώτερον* esse, et majorem hominum magisque promiscuam multitudinem significare, quam *multos homines.*

Mortalia, ium, n. 3. absolute, substantivorum more, sunt res et facta hominum. *Virg.* 1. *Æn.* 466. mentem mortalia tangunt. *Tac.* 14. *Ann.* 54. Invidia quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem jacet.

MORTĀLIS, is, m. 3. *V.* voc. præced. in fin.

MORTĀLĬTAS, ātis, f. 3. (mortalis) rei mortalis et caducæ conditio, fragilitas: item ipsa mors, τὸ θνητὸν (It. *mortalità, morte*; Fr. *mortalité, condition de ce qui est sujet à la mort, mort*; Hisp. *mortalidad*; Germ. *die Sterblichkeit, das Sterben, Sterblichsein, der Tod*; Angl. *mortality, subjection to death, the state of a being subject to death*).

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Nat. D.* 10. 26. Omne, quod ortum sit, mortalitas consequitur. *Justin.* 12. 16. 2. *de matre Alexandri.* Profecto majus humana mortalitate opus utero tulit. *Tac.* 6. *Ann.* 50. Mortalitatem explere. *h. e.* mori. *Papinian. Dig.* 5. 2. 15. Turbato mortalitatis ordine. *scil.* quum filius ante patrem moritur. *Inscript.* apud *Reines. cl.* 5. *n.* 35. FVLVIVS INQVILINVS FVLVIAE FILIAE INVERSO MORTALITATIS ORDINE FECIT. — Pro morte ipsa. *Ulp. Dig.* 48. 4. 11. Is, qui in reatu decedit, integri status decedit: exstinguitur enim crimen mortalitate. *et ibid.* 23. 4. 2. Quum mariti mortalitas intervenit. *Plin.* 10. *Ep.* 50. *ad fin.* Rex mortalitate interceptus.

II.) Translate. ¶ 1. Transfertur ad inanima. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 48. (166). Tofus ædificiis inutilis est mortalitate mollitiæ. *h. e.* quia propter mollitiam minime durat. ¶ 2. Pro ipsis hominibus. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (21). Invenit tamen medium sibi ipsa mortalitas numen. *Curt.* 8. 4. *a med.* Contra fortunam non satis cauta mortalitas est. *Quintil. declam.* 8. 16. Publico mortalitatis contendo nomine, non debere etc. Adde *Arnob.* 4. 36.

MORTĀLĬTER, adverb. (mortalis) conditione mortali. *Augustin. Enchir.* 64. Quamdiu mortaliter vivunt, cum morte confligunt. Adde *Tract.* 110. *in Joann.*

MORTĀRĬŎLUM, i, n. 2. *deminut. a* mortarium, parvum mortarium, acerra, θυΐσκη. *Vulgat. interpr. Num.* 7. 14. Mortariolum ex decem siclis aureis plenum incenso. Adde *eumd. ibid.* 4. 7., 3. *Ileg.* 7. 50. et alibi sæpe. *Hieronym. Ep.* 2. 12. *ad Nepotian.* Patellas, scyphos, mortariola et cetera. *Theod. Priscian.* 1. 23. Postquam (*turiones*) combusti fuerint, projectis sordibus in mortariolo contundis. *Æmil. Macer c.* 35. *de sinapio v.* 29. *p.* 237. ed. *Ald.* In mortariolo tritum bene pone sinapis Semen etc.

MORTĀRĬUM, ii, n. 2. videtur esse per syncopen a *moretarium,* quod sit vas, in quo herbæ moreto conficiendo aptæ contunduntur. Ceterum *mortarium* est vas, in quo res, quæ resolvendæ sunt, pistillo, vecte, aut manibus teruntur subigunturve: ut ait etiam *Non. p.* 543. 22. *Merc.* Mortarium, in quo teruntur quæ solvenda sunt. Porro mortarii forma modo lata est et fundo plano, modo angusto et cavo: materia marmor, lignum, testa, æs etc. *Virg. Mor.* 96. *orbem cavum lapidis* appellat. Gr. ὄλμος (It. *mortajo*; Fr. *mortier, vase à piler*; Hisp. *mortero, almirez que sirve para machacar en el especias y drogas*; Germ. *der Mörse*; Angl. *a mortar*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 74. Panem depsiticium sic facito. Manus, mortariumque bene lavato: farinam in mortarium indito, aquæ paullatim addito, subigitoque pulcre. *la madia. Colum.* 12. *R. R.* 57. 1. Semen sinapis duabus horis in aqua sinito, postea tollito, et manibus expressum in mortarium novum conjicito, et pistillis conterito: quum contritum fuerit, totam intritam ad medium mortarium contrahito, et comprimito manu plana etc. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 50. (168). Plumbum se ipso teritur in mortariis plumbeis. *et* (169). Quidam in mortario lapideo, et maxime Thebaico, plumbeum pistillum terere malunt. *et* 33. *ibid.* 8. 41. (123). Æreis mortariis pistillisque tritum minium ex aceto. *Scribon. Compos.* 111. Teruntur hæc fictili mortario. *Marcell. Empir. c.* 36. *ad fin. p.* 140. *retro* ed. *Ald.* Delude in mortarium marmoreum diligenter colata mutabuntur, quæ adhuc tepentia diligentissime conterentur. — *Mortarium a pila* ita distingui videtur, ut in eo res terantur, et subigantur, ut dictum est: in hac contundantur. Tametsi promiscue hæc accipi solent. *Scribon. Compos.* 74. Pila et pilo mundo contundere, et cetera trita mortario curiose admiscere. *et ibid.* 75. Glycyrrhizam contusam et cribratam, mortarioque nihilominus tritam etc. — Mortariorum lapides habuere et in medicina usum. V. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 43. (157).

II.) Translate. ¶ 1. A similitudine ejus, quod planum latumque habet fundum, sic dicitur cava area, seu lacus, in quo calx, arena et hujusmodi maceratur et subigitur. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 23. 55. (177). In Græciæ tectoriis etiam arenatum quod inducturi sunt, prius in mortario ligneis vectibus subigunt. *Vitruv.* 7. 3. *ad fin.* Mortario collocato, calce et arena ibi confusa. Adde *eumd.* 5. 12. et 8. 7. *sub fin.* ¶ 2. A similitudine etiam est illud *Pallad.* 4. *R. R.* 8. Arbori mortarium statim faciunt. *h. e.* terram circa arborem excavant ad formam mortarii, ad excipiendum humorem. ¶ 3. Per synecdochen videtur esse ipsa materia macerata et subacta in illis verbis *Vitruv.* 8. 7. Mortario cæmentum addatur. Sic 7. 1. *a med.* Calcis duæ partes ad quinque mortarii etc. *h. e.* ruderis, seu cæmenti in mortario triti.

MORTĪCĪNA, ōrum, n. plur. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MORTĪCĪNUS, a, um, adject. (mors) non mactatus aut occisus, sed ab se mortuus, *morto da sè, morticino,* θνησιμαῖος.

I.) Proprie de brutis animalibus dicitur. *Varro* 2. *R. R.* 9. 10. Morticinæ ovis carne vesci. *et* 3. *ibid.* 2. 13. Morticinas volucres, aut pisces edere. *Id.* 7. *L. L.* 84. *Müll.* In sacris ne morticinum quid adsit. *Capell.* 2. *p.* 28. Calceos ex papyro textili subligavit, ne quid ejus membra pollueret morticinum. — Hinc *morticinus* convicium est in hominem pallidum, exsanguem, cadaverosum. *Plaut. Pers.* 2. 4. 12. Non hercle, si os perciderim tibi, metuam, morticine.

II.) Improprie. — *a) Servius* ad *Virg.* 4. *Æn.* 518. Flaminicæ non licebat neque calceos, neque soleas morticinas habere: morticinæ autem dicuntur, quæ de pecudibus sua sponte mortuis fiebant. *Festus p.* 161. 3. *Müll.* Mortuæ pecudis corio calceos, aut soleas fieri flaminicis nefas habetur, sed aut occisæ alioqui, aut immolatæ: quoniam sua morte exstincta omnia funesta sunt. — *b) Seneca Ep.* 122. Morticina caro. — Sic *morticini clavi* vulgo dicuntur, vel quia morticinam carnem referunt, vel, ut putat *Harduin.*, quia mortiferi sunt. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 23. 49. (103). Laser imponitur clavis, qui vulgo morticini appellantur, nitro mixto. Sic *Marcell. Empir. cap.* 34. *ad fin. p.* 137. ed. *Ald.* Ad verrucas et clavellos pedum remedium efficax sic. Raporum semen, quantum tribus digitis apprehendi potest, adjecto lasere contritum et impositum et illigatum: clavellum etiam morticinum excutit et persanat. — *c) Morticina urna* est sepulcrum, quo conduntur cadavera. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 384. Homines fuisse quum scias, quos conseceras; Urnas reorum morticinas lambere? *Alii leg.* urnas, reorum morticinas. *h. e.* sepulcra et carnes mortuorum. — Hinc

Morticinum, i, n. et sæpius

Morticina, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more

I.) Proprie sunt carnes animalium, quibus homines vescuntur. *Jornand. Get.* 26. Cæperunt duces, avaritia compelliente, non solum ovium boumque carnes, verum etiam canum immundorumque animalium morticina eis pro magno contradere. *Vulgat. interpr. Levit.* 11. 11. Quidquid autem pinnulas et squamas non habet eorum quæ in aquis moventur et vivunt, abominabile vobis exsecrandumque erit; carnes eorum non comedetis, et morticina vitabitis. *et ibid. v.* 24. Quicumque morticina eorum tetigerit, polluetur.

II.) Translate est lues, pestis, quidquid polluit, apud *Vulgat. interpr. Jerem.* 16. 18. Qui contaminaverunt terram meam in morticinis idolorum suorum. *Alcim. Avit. Ep.* 6. Expulisti morticinum dogmatis alieni.

MORTĪFER *vel* mortifĕrus, fĕra, fĕrum, adject. (mors *et* fero) qui mortem affert, *mortifero, mortale,* θανατηφόρος. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 38. 120. Cur Deus mortifera tam multa terra marique disperserit. *Id.* 1. *Tusc.* 29. 71. Quum pæne in manu jam mortiferum illud teneret poculum. *Cels.* 5. 26. *n.* 22. Musculus percussus mortiferus est, præcisus sanitatem recipit. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 237. seu mortifer æstus. Seu mors ipsa fuit. *Colum.* 6. *R. R.* 17. 1. Est etiam mortifer iis serpentis ictus. At *Morgagnius,* probante *Schneidero, mortiferus* legit. *et ibid.* 32. 1. Scabies mortifera. *Pallad.* 9. *R. R.* 9. Locus, quem spiritus mortifer occupabit. *Cic.* 1. *Divinat.* 30. 63. Morbo gravi et mortifero affectus. *Id. Sull.* 26. 73. Vulnus vehemens et mortiferum. *Id.* 2. *Legg.* 5. 13. Medicorum præcepta pro salutaribus mortifera. *Virg.* 6. *Æn.* 279. Bellum mortiferum. *Manil.* 4. 110. mortifera herba.

MORTĪFĔRĔ, adverb. (mortiferus) ita ut mors sequatur, *mortalmente. Plin.* 3. *Ep.* 16. Mortifere ægrotare. *Marcell. Dig.* 9. 2. 36. vulnerare. Adde *Ulp. ibid.* 29. 5. 21. § 38.

MORTĪFĪCĀTĬO, ōnis, f. 3. (mortifico) mors. *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 9. In eadem substantia mortificationis in Adam vivificatio concurrit in Christo. *V.* MUNITIO.

MORTĪFĪCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

MORTĪFĪCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (mors *et* facio). Part. *Mortificatus* et *Mortificandus.* — Mortificare est ad mortem dare, morte afficere. *Tertull. Resurr. carn.* 37. Caro nihil prodest: mortificatur enim. *Prudent.* 10. *Cathemer.* 101. Sic corpora mortificata Redeunt melioribus annis. *Prosp. Aquit. epigr.* 65. 8. Vis est corporei mortificanda hominis.

MORTĪFĪCUS, a, um, adject. (mors *et* facio) idem ac mortifer. *Tertull. carm.* 4. *advers. Marcion.* 5. Mortificus cibus. *Val. Max.* 5. 6. *n.* 1. Mortifico vulnere. *Al. leg.* mortifero.

MORTŬĀLĬA, ium, n. plur. 3. (mortuus) quæ ad mortuos pertinent. ¶ 1. Speciatim sic dicuntur vestimenta, quæ in luctu sumantur. *Nævius* apud *Non. p.* 548. 28. *Merc.* Pallis, patagiis, crocotis, malacis mortualibus. ¶ 2. Item nenia, seu carmina præficarum, quæ nugis ineptisque sententiis plena erant. *Plaut. Asin.* 4. 1. 63. Hæc sunt non nugæ; non enim mortualia. *h. e.* hæc sunt res apprime seriæ, non nugæ, nec præficarum neniæ. *V.* et voc. seq.

MORTŬĀRĬUS, a, um, adject. ad mortuos pertinens. *Cato* apud *Gell.* 18. 7. mortuaria glossaria vocat philosophos, quod res tetricas, inanes ac frivolas, et similia præficarum carminibus, quæ nudæ voces essent, dissererent. *Al. leg.* mortualia.

MORTŬŌSUS, a, um, adject. mortuo similis, squalidus, exsanguis. *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 3. Vultus mortuosus. *Id. ibid.* 10. *n.* 71. Timendum enim hoc sæpe est accidens, quod Græci σύμπτωμα vocant: quamvis enim in omnibus passionibus, si sit mortuosum, plus tamen in phreneticis etc. *h. e.* si letale quid subest.

MORTŬUS, a, um. *V.* MORIOR in fin.

MORŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* mora, parva mora, *breve indugio, picciolo ritardo. Augustin.* 11. *Confess.* 15. *ad fin.* Tempus nulla morula extenditur. *et ibid.* 13, Morula solis super terram. *Apul. fragm.* 10. *Met. p.* 71. *Oudend.* Modicum illud morulæ, qua lustrum sterni mandaverat, anni sibi revolutionem autumabat.

MORŬLUS, a, um, deminut. a *morus* pro *maurus,* h. e. niger, μαυρὸς. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 10. Jam pol ego illam pugnis totam faciam ut sit morula, Itaque replebo atritate, atrior multo ut siet, Quam Ægyptii. At *Bothius* affirmat in MSS. et veterib. editionib. haberi *merulea,* ut nempe verberibus ita livida seu nigra sit, atque ovis merula.

MŌRUM, i, n. 2. μόρον et μῶρον, fructus mori arboris *mora, gelsa nera* a μαυρός *maurus, niger*. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 24. 27. (96). Moris succus in carne vinosus: trini colores, candidus primo, mox rubens, maturis niger: in novissimis florent, inter prima maturescunt: tingunt manus succo matura, eluunt acerba. *et ibid.* 28. 34. (112). Carne et succo mora constant, cute et succo cerasi. *et* (116). Carne palmæ placent, succo uvæ, callo pira, mora cartilagine. *Cels.* 2. 24. Stomacho apta sunt ex pomis cerasum, morum, sorbum etc. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 21. ille salubres Æstates peraget, nigris qui prandia moris Finiet, ante gravem quæ legerit arbore solem. *Virg* 6. *Ecl.* 22. Sanguineis frontem moris et tempora pingit. *Martial.* 1. 73. cadente moro nigrior. *Id.* 8. 64. Sit moro coma nigrior caduco. — In fabulis est, hæc poma olim candida fuisse: sed postquam sub ea arbore se Pyramus, Thisben putans a fera laceratam, gladio transfixit, nigrum colorem induisse. *Ovid.* 4. *Met.* 126. madefactaque sanguine radix Puniceo tingit pendentia mora colore. Adde *Servium* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 22. — Etiam ruborum quoddam genus mora fert, *more, prugnole*, μόρα, *βάτινα*. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 13. 73. (117). Nec rubos ad malefiria tantum genuit natura: ideoque et mora his, hoc est vel hominibus cibos dedit. *et* (120). Mora, quæ in his nascuntur, vel efficaciorem stomatiten præbuerint, quam sativa morus. *Id.* 15. *ibid.* 24. 27. (97). Nascuntur mora et in rubis, multum differente callo. *Ovid.* 1. *Met.* 105. et in duris bærentia mora rubetis. Adde *eumd.* 4. *Fast.* 509.

MŌRUS, a, um, adject. μωρός, stultus, fatuus, *stolto, folle*. Vox Græca. *Plaut. Mil. glor.* 2. 4. 17. ego stulta atque mora multum, Quæ cum hoc insano fabulem. *et* 3. 1. 78. Morus es. *Id. Men.* 4. 2. 1. Ut hoc utimur maxime more moro, Molestoque multum! *Id. Trin.* 3. 2. 43. Amor mores hominum moros et morosos facit.

MŌRUS, i, f. 2. μῶρα, μορέα, συκάμινος, arbor mora ferens, *morogelso*. De notatione *V.* MORUM init. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 25. 41. (102). Serotino quædam germinatu florent, maturantque celeriter, sicuti morus, quæ novissima urbanarum germinat, nec nisi exacto frigore: ob id dicta sapientissima arborum. Sed quum cœpit, in tantum universa germinatio erumpit, ut una nocte peragatur etiam cum strepitu. *Id.* 18. *ibid.* 27. 67. (253). Quum germinare videris morum, injuriam postea frigoris timere nolito. *Id.* 16. *ibid.* 38. 73. (186). Tota ossea est ilex, cornus, robur, morus, ebenus. *et ibid.* 28. 51. (119). Morus tardissime senescit, fructu minime laborans. *et ibid.* 40. 79. (218). Morus vetustate etiam nigrescit. *Ovid.* 4. *Met.* 89. arbor ibi, niveis uberrima pomis, Ardua morus erat, gelido contermina fonti. *V.* MORUM.

MOS, mōris, m. 3. Ratione habita etymi, est vel a *modus*, extritis mediis litteris, vel a νόμος *lex*, etc. *V.* etymologos. — *Mos* est institutum consuetudine usuque firmatum, sive bonum, sive malum sit; vel sunt boni aut mali agendi modi, qui non a legibus, sed a libera hominum etiam singulorum voluntate quum processerint, habitu atque usu firmati sunt. *Festus* p. 157. 15. *Müll.* tradit, esse institutum patrium, id est memoriam veterum pertinentem maxime ad religiones cæremoniasque antiquorum; et cum *ritu* confundit. Sed latius accipitur pro instituto quolibet. A consuetudine quid differat, *V.* in CONSUETUDO, Gr. ἔθος (It. *condotta, costume, usanza, stile*; Fr. *conduite, procédé des hommes, usage, coutume*; Hisp. *conducta, uso, usacion, usanza, costumbre*; Germ. d. *Sitte, Gewohnheit, d. Brauch, das Herkommen, Betragen, die Handlungsweise, Aufführung, Lebensart*; Angl. *a manner, custom, way, fashion*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Universim. *Ovid.* 2. *Met.* 245. Illæ more suo (nam morem fecerat usus) Plangorem dederant. *Cic. Brut.* 21. 84. Mos est hominum, ut nolint eumdem pluribus rebus excellere. *Virg.* 1. *Æn.* 340. Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram. *Cic.* 13. *Fam.* 17. Quia mos est ita rogandi. *et* 7. *Verr.* 11. 27. Nam ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 1. Ibam forte via sacra, sicut meus est mos. *Cic.* 1. *Off.* 41. 148. Contra morem consuetudinemque civilem aliquid facere. *et ibid.* Quæ more aguntur institutisque civilibus. *Id.* 2. *leg. Agr.* 1. 1. Est hoc in more positum institutoque majorum, ut etc. *Id. Tim.* 11. Legi morique parendum est. *Plaut. Trin.* 4. 3. 36. Leges mori serviunt. *Cic.* 10. *Att.* 7. Pompejus Sullano more exemploque vincet. *Id.* 3. *Verr.* 26. 66. Negavit, moris esse Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres. *Id. Flacc.* 6. 14. Quæ accusatorio jure et more sunt facta. *Id. ibid.* 7. 15. O morem præclarum disciplinamque, quam a majoribus accepimus! *Id.* 3. *Orat.* 24. 94. Prudentiam Græcorum ad nostrum usum moremque transferre. *Virg.* 12. *Æn.* 836. morem ritusque sacrorum Adjiciam. *Ter. Andr.* 5. 3. 9. præter civium Morem, atque legem, et voluntatem patris. *contra il costume. Cic.* 1. *Orat.* 23. 107. Non gravabor breviter meo more, quid sentiam, dicere. *Id.* 2. *ibid.* 28. 121. Qui hoc primus in nostros mores induxit. *Id.* 2. *Invent.* 54. 162. Perducere aliquid in morem. *Tac.* 1. *Hist.* 15. Ut moris est. *come si usa.* et *Agric.* 39. Ut moris erat Domitiano. *Plin.* 1. *Ep.* 12. Habebat hoc moris. *Tac. Germ.* 21. Abeunti, si quid poposcerit, concedere moris. Sic *Capell.* 9. p. 301. Omnia quæ tenero moris fervescere ludo. *h. e.* moris est. *Liv.* 42. 21. *sub fin.* Quod jam in morem venerat. *era passato in costume. Ovid.* 2. *Pont.* 7. 39. Jam dolor in morem venit meus. — *b*) Speciatim. *More, de more, ex more, in morem*, secundum morem, *secondo il costume, conforme l'usanza. Cic.* 11. *Fam.* 29. *in fin.* Etsi more magis hoc scribo, quam quo te admonendum putem. (Sic *more militari* et *more militiæ*, apud *Sall. Jug.* 44. *Kritz.* Neque muniebantur castra, neque more militari vigiliæ deducebantur. *et ibid.* 54. Metellus meritos in præliis more militiæ donat. Cf. *Tac.* 1. *Ann.* 6. Nuncianti centurioni, ut mos militiæ, factum esse quod imperasset, respondit.). *Virg.* 11. *Æn.* 142. de more vetusto Funereas rapuere faces. *et* 10. *ibid.* 832. comptos de more capillos. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 280. Ex more imponens cognata vocabula rebus. *Virg.* 5. *Æn.* 556. Omnibus in morem tonsa coma pressa corona. *Plaut. Trin.* 4. 3. 27. Petere honorem pro flagitio, more fit. *si usa.* Sic *Ter. Andr.* 5. 6. 3. more hominum evenit, ut etc. *è cosa usata*, vel *ordinaria fra gli uomini.* — *c*) *Sine more*, sine exemplo, sine ullo bono more, præter aut contra morem ac leges. *Virg.* 8. *Æn.* 635. raptas sine more Sabinas. *et* 7. *ibid.* 377. Immensam sine more furit lymphata per urbem. *Stat.* 1. *Theb.* 238. facinus sine more. *et* 11. *ibid.* 524. coeunt sine more, sine arte, Tantum animis iraque. — *d*) *Nullo more* idem est. *Flor.* 4. 6. Nullo bono more triumviratus invaditur. *Al. omitt.* bono. *Stat.* 7. *Theb.* 135. Arma, arma insani, sua quisque, ignotaque nullo More rapit. — *e*) *Supra morem*, præter consuetudinem, *fuor dell'usato. Virg.* 2. *G.* 227. Terra supra morem densa. — *f*) *Suo, alieno more vivere*, conformare vitam ad suum, aut aliorum morem, *vivere a modo suo, o d'altrui. Ter. Heaut.* 1. 2. 24. Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex hujus vivere? *Id. Andr.* 1. 1. 125. Prope adest, quum alieno more vivendum est mihi: Sine nunc meo me vivere interea modo. — *g*) *Morem alicui gerere*, suum morem ad alienum accommodare, morigerari, obsequi, assentiri. *V.* GERO. — Sic in illo *Plaut. Most.* 1. 3. 128. amator meretricis mores sibi emit auro et purpura: *mores* sunt morigeratio, facilitas obsequendi, et qui a *Lucret.* 4. 1275. dicuntur *morigeri modi.* — *h*) Aliquando accipitur pro jure inveterato, populi consensu introducto, quod *jus non scriptum* appellant. *Cic. Topic.* 5. 28. Jus civile est, quod in legibus, senatusconsultis, rebus judicatis, jurisperitorum auctoritate, edictis magistratuum, more, æquitate consistit. *Tac.* 3. *Ann.* 28. Erit continua per viginti annos discordia: non mos, non jus. ¶ 2. Speciatim morati ratione, *mores* sunt ratio vitæ cujusque, sive bona, sive mala, *i costumi*, τὰ ἤθη. *Cic.* 12. *Fam.* 27. Est ita temperatis moderatisque moribus, ut summa severitas summa cum humanitate jungatur. *Id. ad Planc.* 1. *ad fin. post ep.* 16. *l.* 16. *ad Att.* Tua singularis humanitas, suavissimique mores. *Id. fragm.* apud *Non.* p. 254. 8. *Merc.* Boni mores, et modestiores, et ad capienda præcepta molliores. *Id.* 2. *Orat.* 43. 184. Reorum exprimere oratione mores justos, integros, religiosos, timidos, perferentes injuriarum. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 27. (106). Severi et pudici mores. *Plin. alter* 10. *Ep.* 20. *extr.* sanctissimi. *et* 6. *Ep.* 20. Morum probitas. *Cic. Rosc. Am.* 13. 38. Mores feri, immanisque natura. *Id. ibid.* 38. 109. Totam vitam, naturam, moresque alicujus cognoscere. *Id.* 2. *Fam.* 5. *extr.* Rempublicam afflictam miseris temporibus ac perditis moribus in veterem dignitatem vindicare. *Id. Dejot.* 10. 28. Imitari mores, disciplinamque alicujus. — *Moribus præfectus* et *morum judex* est censor. *V.* PRÆFECTUS. — Absolute pro bonis moribus. *Manil.* 4. 18. arteaque datæ, moresque creati, Et vitia. *Propert.* 4. 11. 101. Moribus et cælum patuit. *Seneca Agam.* 112. Periere mores, jus, decus, pietas, fides. — Et pro prævis. *Tac.* 3. *Hist.* 72. Propitiis, si per mores nostros liceret, diis. — In singulari numero, ut videtur. *Cic.* 1. *Off.* 32. 118. Plerumque parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremque deducimur. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 10. 38. Virtutes natura, aut more perfectæ.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro natura, consuetudine, modo, forma. — *a*) Sic pro natura seu affectione cujusque rei. *Virg.* 1. *G.* 51. varium cæli prædiscere morem. *Manil.* 4. 122. Nunc tibi signorum mores ex ordine reddam. *Stat.* 3. *Silv.* 2. 87. Quos tibi currenti præceps fert Adria mores. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 24. 56. (206). Mores siderum. — *b*) *Mos ingenii* est consuetudo et natura cujusque. *Justin.* 8. 3. 15. Philippus more ingenii sui regno utrumque, non judicis more, sed fraude latronis, spoliavit. *et* 6. 1. 1. Lacedæmonii, more ingenii humani, quo plura habent, eo ampliora cupientes. — Huc pertinent et illa *Cic.* 4. *Verr.* 3. 9. Si humano modo, si usitato more peccasset. *et Tim.* 1. Multa sunt a nobis Carneadeo more et modo disputata. *et* 3. *Verr.* 26. 66. Græco more bibere. — *c*) Hinc usitatissima illa *more, ad morem, in morem*, in modum, *a guisa, a foggia. Virg.* 10. *Æn.* 604. torrentis aquæ, vel turbinis atri More furens. *Horat.* 4. *Od.* 2. 27. apis Matinæ More modoque. *Quintil.* 6. 3. 47. Neque illa obscura, quæ Atellanæ more captant. *Spalding.* et *Burmann*, leg. conjiciunt *Atellani e* etc. *Id.* 4. 1. 43. Materias ipsi sibi fingunt, et ad morem actionum prosequuntur. *Virg.* 1. *G.* 245. in morem fluminis. *et* 2. *ibid.* 256. picis in morem. *Id.* 8. *Æn.* 88. in morem stagni placidæque paludis. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 62. quum est Lucilius ausus Primus in hunc operis componere carmina morem. *Virg.* 7. *Æn.* 616. Hoc tunc Æneadis indicere bella Latinus More jubebatur. *in questa forma, o guisa.* et 3. *G.* 461. Bisaltæ quo more solent. *come sogliono.* — *d*) *Mos vestis*, modus et forma, *foggia di vestire, moda. Justin.* 1. 2. 3. Eodem ornatu populum vestiri jubet: quem morem vestis exinde gens universa tenet. *Id.* 41. 2. 4. Parthis vestis olim sui moris: posteaquam accessere opes, ut Medis, perlucida ac fluida. ¶ 2. Ponitur etiam pro lege. *Virg.* 1. *Æn.* 268. moresque viris et prænia ponet. *et* 6. *ibid.* 853. regere populos, pacisque imponere morem. *Nepos Hamilc.* 3. Quod moribus eorum interdici non poterat. — *Accipere* aut *pati morem*, legi subjici. Translate. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 16. 25. (126). Quid ferri duritia pugnacius? sed cedit, et patitur mores. *Sillig.* vero legit *pedes et imperitivit et mores.* V. *ibid.* adnot. *Stat.* 2. *Achill.* 183. Ut leo, materno quum raptus ab ubere, mores Accepit, pectique jubas hominemque vereri Edidicit.

MOSCILLIS Cato pro parvis moribus dixit. *Paul. Diac.* p. 159. 3. *Müll.*, quocum cf. *Fest.* p. 158. 17. *Alii leg.* mosillis, *alii et ipse* Forcellinus *leg.* moseulis. Est deminut. a *mos.*

MOSCULIS. *V.* voc. præced.

MOSTELLĀRĬA, æ, f. 1. comœdia *Plauti*, alio nomine *Phasma*, dicta est a *mostellum*, h. e. parvum monstrum, quod in ea, ut ipse *Plaut.* ait, vel quisquis est is, qui argumentum scripsit, Senem, ut revenit, ludificatur Tranio: Terrifica monstra ait videri in ædibus. V. *a.* 2. *sc.* 2. Porro etiam *phasma*, φάσμα, visum, spectrum, monstrum significat. *Gloss.* Φάσμα, mostellum. et Φάσματα, spectra.

MOSTELLUM. *V.* vocem præced.

MŌTĀBĬLIS, e, adject. a verbo *moto, as*, idem ac mobilis a *moveo, es*. *Vulgat. interpr. Genes.* 1. 21. Creavit Deus omnem animam viventem atque motabilem.

MŌTACILLA, æ, f. 1. (moto, as) avis, quæ semper caudam agitat, *cutrettola, coditremola*, σεισαυρα, σεισοπυγίς. *Varro* 5. *L. L.* 76. *Müll.* Motacilla, quod semper movet caudam. Adde *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 56. (156).; et *Arnob.* 7. 17. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MŌTĀCISMUS, i, m. 2. quoties *m* litteram vocalis sequitur, ut *bonum aurum, justum amicum*. Sed hoc vitium aut suspensione *m* litteræ, aut detractione vitamus. Hæc *Isid.* 1. *Orig.* 32. Alii tamen rectius scribunt *mytacismus*, vel *metacismus*, quam vocem vide suo loco.

MŌTĀMEN, ĭnis, n. 3. (moto, as) idem ac motatio. *Paulin. Petrocor.* 5. 632. *de pisce.* Rejectæ applaudens signis motamine caudæ.

MŌTĀRĬUM, ii, n. 2. linteum carptum, quod vulneribus inditur. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. *a med.* Post primam (*liquoris*) detractionem motarium aqua infusum apponimus.

MŌTĀTĬO, ōnis, f. 3. (moto) frequens motio. *Tertull. Anim.* 45. et *advers. Hermog.* 41., sed ubique varia est lectio.

MŌTĀTOR, ōris, m. 3. (moto) qui frequenter movet, motor. *Tertull. Anim.* 12. Universitatis motator animus. *Arnob.* 3. 31. Neptunus tremebundi motator soli. *Al. leg.* sali.

MŌTĀTUS, a, um. *V.* MOTO.

MŌTĬO, ōnis, f. 3. (moveo) actus movendi, motus, κίνησις (It. *movimento, mozione, moto*; Fr. *mouvement*; Hisp. *movimiento*; Germ. *die Bewegung, Entfernung, Wegschaffung*; Angl. *a motion, moving, movement*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic. Fat.* 19. 43. Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. *Id.* 2. *Nat. D.* 58. 145. In corporum motione atque gestu cernunt oculi multa subtilius. *Theod. Priscian. l.* 2. *part.* 1. c. 2. *p.* 299. ed. *Ald.* Lectus eorum suspendendus est, et ad vicem gestationis agitandus. Frequenter enim ex illa lecti motione – somnos his dulcissimos procurabimus. ¶ 2. Speciatim in re medica de motu venarum ex febri. *Cels.* 3. 5. *a med.* Si post alteram febrem motio manet, post alteram integrum corpus est. ¶ 3. Item speciatim apud JCtos dicitur pro remotione, *degradazione. Ulp. Dig.* 47. 20. 3. *sub fin.* Ad tempus relegatio, vel ab ordine motio.

II.) Translate *motiones animi* sunt affectus. *Cic.* 1. *Tusc.* 10. 22. Sic ipsum animum ἐντελέχειαν (*al.* ἐνδελέχειαν) appellat novo nomine, quasi quamdam continuatam motionem et perennem. *Forcellinus* laudat etiam illud *ejusd.* 1. *Acad.* (*post.*) 8. 32. Scientiam autem nusquam esse censebant, nisi in animi motionibus atque rationibus. *Sic enim plerique Codd.*: *at ibi cum* Orellio *legendum* notionibus.

MŌTĬTO, as, are, a. 1. idem quod *moto, as*, sæpe moveo. Agnoscitur ut Latinum a *Gell.* 9. 6. Quidam etiam leg. apud *Plaut. Truc.* 1. 2. 89. *motitamur ira*: sed al. aliter.

MŌTĬUNCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* motio, levis motio, *picciolo movimento*. Occurrit speciatim tantum de motu levi febris. *Seneca Ep.* 53. *et Tranquill.* 2. Levis aliquem motiuncula decipit: sed quum creverit, et vera febris exarserit, etc. *Sueton. Vesp.* 24. Tentatus in Campania motiunculis levibus. Adde *Tertull. advers. Valentin.* 23.

MŌTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *frequentat.* vel *intens. a* moveo. Part. *Motans, Motatus* et *Motandus*. — Motare est idem ac sæpe vel vehementer movere, *muovere spesso o con forza*, κινέω. *Virg.* 5. *Ecl.* 5. sub incertas, Zephyris motantibus, umbras. *et* 6. *ibid.* 28. rigidas motare cacumina quercus. *Ovid.* 11. *Met.* 674. motatque lacertos Per somnum. *Prudent. Hamartig.* 596. semine adulto, Incipiunt calidis corpuscula parva latebris Serpere, motatumque uterum vibrata ferire. *Paulin. Nolan. carm.* 27. 345. subgrunnit (*sus*) alumno Blandus, et olfaciens motando dat oscula rostro.

MŌTOR, ōris, m. 3. (moveo) qui movet, *movitore, motore*, κινητής. *Martial.* 11. 39. Cunarum fueras motor, Charideme, mearum. *Incert. auct. de limit. p.* 259. *Goes.* Motores (*terminorum*) pessimis morbis et vulneribus afficientur, membrisque suis debilitantur.

MŌTŌRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MŌTŌRĬUS, a, um, adject. (motus) motum habens, κινητικός. *Motoria comœdia* apud *Calpurn. Scholiast.* ad *Ter. Heaut. prol.* 36. est quæ motibus, *h. e.* affectibus abundat, et tumultuose agitur, Clamore summo cum labore maximo, ut ait *Ter. ibid.* 40., cui opponitur *stataria*. Agnoscit hanc vocem etiam *Priscian.* 2. *p.* 590. *Putsch.*, item *Donatus* ad *Ter. Adelph. prol.* 24. et in *argum. Andr.* — Hinc

Motorium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est movendi vis. *Tertull. Anim.* 14. Non enim membra sunt substantiæ animalis, sed ingenia, ut motorium, ut actorium, ut cogitatorium, *h. e.* vis movendi, agendi, cogitandi.

MŌTUS, a, um. *V.* MOVEO.

MŌTUS, us, m. 4. (moveo) motio, agitatio, κίνησις, κίνημα (It. *moto, movimento*; Fr. *mouvement, agitation, secousse*; Hisp. *movimiento, agitacion, sacudida*; Germ. *die Bewegung*; Angl. *a motion, moving, movement*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 3. *Nat. D.* 11. 27. Natura omnia ciens et agitans motibus et mutationibus suis. *et* 2. *ibid.* 9. 23. Cieri et agi motu suo. *Id.* 6. *de republ.* 17. Orbes, qui versantur contrario motu. *Id. Tim.* 6. Deus motum dedit cælo eum, qui figuræ ejus sit aptissimus. *Propert.* 3. 13. 31. magnos quum ponunt æquora motus. *Curt.* 4. 4. *sub fin.* Crebris motibus terræ fatigati. *tremuoti*. Sic *Tac.* 4 *Ann.* 55. Mille et ducentos per annos nullo motu terræ mutavisse sedes suas. ¶ 2. Speciatim de saltatione et gestu corporis, qui fit ad certas leges. — *a*) De saltatione. *Liv.* 7. 2. Ludiones ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant. *Virg.* 1. *G.* 350. Cereri, torta redimitus tempora quercu, Det motus incompositos, et carmina dicat. *Horat.* 3. *Od.* 6. 21. Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo. *balli*. — *b*) Sic de gestu corporis in palæstra. *Cic.* 1. *Off.* 36. 130. Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores, et histrionum nonnulli gestus inepti non vacant offensione. *atteggiamenti e portamento di vita*. — *c*) Et de oratorum gestu. *Cic. Brut.* 30. 116. Volo enim, ut in scæna, sic etiam in foro, non eos modo laudari, qui celeri motu et difficili utantur, sed eos etiam, quos statarios appellant, quorum sit illa simplex in agendo veritas, non molesta. — *d*) De militibus. *Nepos Iphicr.* 1. Ille peltam pro parma fecit, a quo postea peltastæ pedites appellantur; ut ad motus concursusque essent leviores.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de germinatione atque incremento plantarum. *Colum.* 4. *R. R.* 28. 2. Tres esse motus in vite seu potius in omni surculo naturales: unum, quo germinet; alterum, quo floreat; tertium, quo maturescat. *V.* MOVEO II. 1. ¶ 2. Sæpissime pro affectu animi, *passione, affetto*. *Cic.* 1. *Off.* 36. 132. Motus animorum duplices sunt, alteri cogitationis, alteri appetitus. *et ibid.* 38. 136. Rectissime præcipitur, ut perturbationes fugiamus, id est motus animi nimios rationi non obtemperantes. *Id.* 1. *Orat.* 51. 220. Animorum motus dicendo miscere atque agitare. *Id.* 3. *Att.* 8. Ex epistolarum mearum inconstantia puto te meæ mentis motum videre. *l'agitazione*. et 2. *Off.* 5. 18. Cohibere motus animi turbatos, quos Græci πάθη nominant. *Virg.* 12. *Æn.* 217. vario misceri pectora motu. *Cic.* 2. *Fin.* 3. 10. Quum vescimur iis rebus, quæ dulcem motum afferunt sensibus. ¶ 3. Speciatim pro instinctu numinis, œstro, ἐνθουσιασμῷ, qui vatibus immitti creditur. *Tibull.* 1. 7. 51. Hæc ubi Bellonæ motu est agitata, nec acrem Flammam, non amens verbera torta timet. *Ovid.* 6. *Met.* 158. Manto, Per medias fuerat, divino concita motu, Vaticinata vias. *et* 3. *ibid.* 711. insano concita motu. *Al. leg.* cursu. ¶ 4. Item est commotio et perturbatio rerum, turba, tumultus, *commozione, tumulto, sollevamento, sedizione*. *Cic. Flacc.* 37. 94. Videtis, in quo motu temporum, quanta in conversione rerum ac perturbatione versemur. *Id.* 2. *Cat.* 12. 26. Mihi, ut urbi sine vestro motu ac sine ullo tumultu satis esset præsidii, provisum est. *et mox.* Omnes Catilinæ motus conatusque prohibere. *et ibid.* 2. 4. Motum afferre reipublicæ. *Id.* 2. *Orat.* 48. 199. Si quis motus populi factus est. *Liv.* 39. 29. Magnus motus servilis eo anno in Apulia fuit. *Tac.* 1. *Ann.* 32. Id, militares animos altius conjectantibus, præcipuum indicium magni atque implacabilis motus, quod neque disjecti, nec paucorum instinctu, sed pariter ardescerent, pariter silerent. — In bonam partem. *Cic. Dom.* 56. 142. Italiæ magnificentissimus ille motus, municipiorumque concursus. — Pro mutatione. *Cic.* 3. *Att.* 8. Motum in republ. non tantum ego impendere video, quantum tu ad me consolandum affers. ¶ 5. Apud Rhetores usurpatur de tropis. *Quintil.* 9. 1. 2. Plerique figuras tropos esse existimarunt, quia sive ex hoc duxerint nomen, quod sint formati quodam modo; sive ex eo, quod vertant orationem, unde et motus dicuntur; fatendum est, esse utrumque eorum etiam in figuris. *Id.* 8. 5. 35. Tropi, quos motus clarissimi nostrorum auctores vocant. ¶ 6. Pro causa, *impulso, motivo*. *Plin.* 3. *Ep.* 4. *sub fin.* Audisti consilii mei motus: superest alterutra ex parte judicium tuum.

MŌVENS, entis. *V.* MOVEO.

MŌVENTER, adverb. (moveo) cum motione et iracundia. *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Mil.* 7. ab *A. Maio* editus in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 107. Moventer hoc exemplo utitur, nec sine aculeis.

MŌVĔO, mŏves, mōvi, mōtum, mŏvere, a. 2. *Mostis* pro *movistis* syncope apud *Martial.* 3. 67. Cessatis, pueri, nihilque mostis. *Alii leg.* nostis, *al.* postis *pro* potestis. Et *morunt* pro *moverunt* apud *Sil. It.* 14. 141. *Movens* I. *d.*, II. 2. et 11.; *Motus* I. *a. h.*, II. 5. et 9.; ubi alii *norunt*. — *Movere* pro *moveri* neutrorum ritu, *V.* sub I. *c.* — Part. *Moturus* I. *b.*; *Movendus* II. 6. — *Movere*, quod ratione habita etymi volunt esse causativum a *meo*, ut κινέω a κίω, est de loco abducere, locum mutare facere, ciere, impellere, agitare, κινέω (It. *muovere*; Fr. *mouvoir, remuer, agiter*; Hisp. *mover, agitar, menear*; Germ. *in Bewegung setzen, bewegen, fortbringen, fortschaffen, entfernen*; Angl. *to move, stir*).

I.) Proprie, latissime patet. — *a*) De corporibus physicis, sine addito. *Cic.* 6. *de republ.* 25. Solum igitur quòd sese movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem desinit. Quin etiam ceteris, quæ moventur, hic fons, hoc principium movendi. *Virg.* 1. *Æn.* 139. motos præstat componere fluctus. *procellosi*. *Lucan.* 7. 861. nec terram quisquam movisset arator. *Ovid.* 11. *Met.* 600. moti flamine rami. *Propert.* 4. 1. 101. si quis motas cornicis senserit alas. *Ovid.* 5. *Met.* 634. Quaque pedem movi, manat lacus. *Seneca Thyest.* 420. Movere gradum. *h. e.* ire, *muovere il passo*. — *b*) *Movere* dicitur et de pulsante fides, *sonare, toccare la cetra*. *Ovid.* 10. *Met.* 89. et fila sonantia movit. *et* 5. *ibid.* 112. citharam cum voce movere. *Auct. Paneg. ad Pison.* 161. Ipse fidem movisse ferox narratur Achilles. *Ovid. Heroid.* 4. 48. Quæque sub Idæo tympana colle movent. Huc pertinet et illud *Horat.* 2. *Ep.* 2. 86. Verba lyræ motura sonum. — *c*) *Movere se* et *moveri* de personis aliquando est saltare, *ballare*. *Tibull.* 1. 8. 38. Movit et ad certos nescia membra modos. *Horat. Art. P.* 232. Ut festis matrona moveri jussa diebus. *Id.* 2. *Ep.* 2. 125. Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur. *Pers.* 5. 123. Tres tantum ad numeros Satyri moveare Bathylli. — *Moveri*, absolute dicitur etiam in obscœnis. *V.* EQUITO. — *d*) *Movere* pro *moveri*, neutrorum ritu, de rebus dicitur. *Liv.* 35. 40. *ad fin.* Terra dies duodequadraginta movit. *si scosse, fu tremuoto*. Eodem modo *Sueton. Claud.* 22. et *Gell.* 4. 6. locuti sunt. *Seneca Troad.* 1180. Classis movet. In veteri S. C. apud *Gell. loc. cit.* Quod C. Julius L. F. pontifex nunciavit, in sacrario in regia hastas Martias movisse. — Similiter *movens, entis*, interdum absolute adhibetur pro *se movens*, vel *mobilis*. Hinc *res moventes* sunt bona mobilia, *mobili*. *V.* MOBILIS. *Liv.* 5. 25. Ex ea præda, quæ rerum moventium sit. *Gell.* 11. 18. Non hominum tantum, neque rerum moventium, quæ afferri occulte et surripi possunt, sed fundi quoque et ædium fieri furtum. *Marcell. Dig.* 46. 3. 48. Reditus exegit, et moventia distraxit. Sic *voluptas movens* apud *Cic.* 2. *Fin.* 10. 31. est,

quæ in motu consistit, et *stanti* opponitur. — *e*) *Movere se* de personis, præcipue addito termino a quo, est ire, ambulare, abire, *partire, allontanarsi. Ter. Andr.* 4. 3. 16. Move ocius te, ut, quid agam, porro intelligas. *Liv.* 34. 20. Præcepit eis, ne se ex eo loco moverent. *Cæs.* 3. *B. G.* 15. Tanta subito malacia exstitit, ut se loco movere non possent. *Cic.* 5. *Fam.* 21. *in fin.* Fac, ut istinc te ne moveas tam infirma valetudine. *Catull.* 3. 8. Nec sese a gremio illius movebat. *Nepos Att.* 7. Usus est ætatis vacatione, neque se quoquam movit ex Urbe. — *f*) Hinc *movere castra*, et *movere* absolute, *levar il campo*, alio transferre exercitum. *Cæs.* 1. *B. G.* 15. Postero die castra ex eo loco movent. *Liv.* 24. 44. Consules, legionibus scriptis, priusquam ab Urbe moverent, prodigia procurarunt. *Cic.* 9. *Att.* 1. Postquam ille Canusio moverat. — *g*) Sic *movere aliquid* cum addito termino a quo, est removere, *levar via, rimuovere. Cic.* 1. *Divinat.* 35. 77. Quum signifer signum non posset movere loco. *Cels.* 8. 2. Os aut frangitur, aut de loco movetur. — *h*) *Movere aliquem loco, gradu* etc. frequenter usurpatur, et est removere, pellere, *rimuovere, cacciare, degradare. Cic.* 13. *Fam.* 5. Movere aliquem ex agro. *Id.* 3. *Verr.* 45. 116. et 2. *leg. Agr.* 21. 57. aliquem possessione. *Id. Cæcin.* 13. 37. Ne tuorum quidem quisquam loco motus. *cacciato.* (Similiter *Id.* 3. *Fin.* 22. 74. Quid non sic aliud ex alio nectitur, ut non, si ullam litteram moveris, labent omnia?). *Id.* 3. *Off.* 19. 76. Ut veros heredes moveat, in eorum locum ipse succedat. *Liv.* 39. 42. Movere aliquem senatorio loco. *Cic. Cluent.* 43. 122. aliquem senatu. et *Liv.* 39. 42. Ut censores motis senatu adscriberent notas. *Al. leg.* e senatu. *Cic.* 2. *Orat.* 67. 272. Censor tribu movet centurionem. Sic *Liv.* 24. 18. Movere aliquem tribu. *Id.* 30. 18. Hostem turbare ac statu movere. Huc pertinet et illud *Plaut. Capt.* 4. 2. 10. Move abs te moram. *togli ogni indugio.* — *i*) *Movere nummum ab aliquo*, est eum cogere, ut nummum solvat. *indurlo a sborsare un danaro. Cic.* 1. *Att.* 12. *de acerbissimo fœneratore.* A Cæcilio propinqui minore centesimis nummum movere non possunt. *h. e. non possono cavargli un danaro a minor usura del dodici per cento.* Eadem repetit *Seneca Ep.* 118.

II.) Translate. ¶ 1. *Movere se* dicitur de plantis, quum germinant, aut crescunt. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 26. A Cal. Martiis eximia est vitium putatio, si tamen se gemmæ nondum movent. *Ovid.* 3. *Trist.* 12. 13. de palmite gemma movetur. *V.* MOTUS, us, sub II. 1. ¶ 2. Pertinet etiam ad sacra. *Cato R. R.* 134. Ferctum Jovi moveto, et mactato sic: Juppiter te fercto obmovendo bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi etc. *h. e.* admoveto, offerto. Simili ratione *commovere* usurpatur *ibid.* Sic *Val. Flacc.* 5. 399. Sacraque terrificæ supplex movet irrita Nocti. *h. e.* facit. Similiter *Id.* 3. 540. Bacchum thyasos et sacra moventem. *Seneca Med.* 86. qui tripodas movet Frater virginis asperæ. *h. e.* responsa ex tripode reddit. — De ancilibus movendis. *V.* ANCILE. ¶ 3. Movere est etiam provocare, promovere, excitare: et occurrit — *a*) In re medica. *Cels.* 2. 17. Sole et exercitatione sudor movetur. *Id.* 3. 21. *ante med.* Potio, quæ urinam movet. *et* 8. 16. Cubitus luxatus interdum febrem vomitumque bilis movet. *Id.* 7. 4. *ad fin.* Movere dolorem. *et* 8. 9. tussim, sternutamentum. *Cato R. R.* 115. alvum. — *b*) Item de clamoribus, plausu, et animi affectibus usurpatur pro excitare. *Cic. Orat.* 71. 236. Eloquens non approbationes solum, sed admirationes, clamores, plausus movere debet. *Id.* 2. *Orat.* 62. 251. et 6. *Att.* 3. *ad fin.* risum. *et* 2. *ibid.* 14. alicui exspectationem de re quapiam. *Liv.* 4. 5. indignationem. *Cic.* 2. *Orat.* 69. 278. misericordiam. *Id. Partit. orat.* 33. 114. suspicionem. *Quintil.* 4. 2. 77. lacrimas. *Cic.* 1. *Orat.* 53. 228. fletum populo. *Sall. Cat.* 26. jocum. ¶ 4. *Movere quippiam* dicitur, qui aliquid aggreditur, suscipit, incipit. — *a*) Generatim. *Liv.* 23. 39. Movere ac moliri aliquid. *Ter. Andr.* 5. 4. 18. Ego istæc moveo, aut curo? *Ovid.* 6. *Fast.* 622. solemni vore movere preces. *Virg.* 10. *Æn.* 163. Pandite nunc Helicona, deæ, cantusque movete. *Ovid.* 14. *Met.* 21. carmen Ore move sacro. *Liv.* 28. 11. mentionem cujuspiam rei. *fare. Quintil.* 3. 6. 10. conjecturam. *proporre. Julian. Dig.* 37. 10. 4. controversiam. *Ulp. Dig.* 4. 3. 33. litem. *Id. ibid.* 19. 1. 10. actionem. — *b*) Speciatim de bello pro aggredi. *Cic.* 1. *Off.* 11. 37.; et *Sall. Cat.* 31. Movere bellum. *Virg.* 10. *Æn.* 6. arma. Sic *Liv.* 21. 52. Galli in duorum præpotentium populorum certamine, per ambiguum favorem, haud dubie gratiam victoris spectantes. Id Romani, ne quid modo moverent, æquo satis, Pœnus periniquo animo ferebat. Huc referri potest et illud *Curt.* 8. 14. 6. Jam undique pugna se moverat, quum etc. ¶ 5. Movere est etiam turbare, *perturbare. Seneca Ep.* 36. Res est inquieta, felicitas: ipsa se exagitat, movet cerebrum, etc. *Sall. Cat.* 22. Quieta movere, magna merces videbatur. *Liv.* 35. 13. Filio misso ad custodiam ultimarum partium regni, ne quid, absente se, a tergo moveretur. Sic *Tac.* 2. *Ann.* 43. Non posse motum Orientem nisi Germanici sapientia componi. *sollevato, tumultuante.* — Hoc sensu dicitur etiam de mente. *Seneca Ep.* 94. *circa med.* et 6. *Quæst. nat.* 1.; et *Ovid.* 5. *Trist.* 6. 24. et 25. Mens mota. *turbata, confusa, fuori di sè, matta.* Sic *Hieronym. advers. Vigilant. n.* 4. Homo moti capitis atque Hippocratis vinculis alligandus. *matto.* ¶ 6. Item est incitare, hortari, impellere; atque adeo irritare, lacessere. *Liv.* 35. 12. Legatos censuit circa reges mittendos, qui non soluni tentarent animos eorum, sed suis quemque stimulis moverent ad Romanum bellum. *h. e.* incitarent, impellerent. *Cic.* 11. *Att.* 5. Quæ me causæ moverint, quam acerbæ, quam graves, non possum etc. *h. e.* incitarint, impulerint. *Horat. Epod.* 17. 3. Per et Dianæ non movenda numina. *h. e.* non irritanda, non lacessenda. ¶ 7. Item labefactare. *Cic.* 7. *Att.* 3. Tantum abest, ut meam ille sententiam moveat, ut valde ego ipsi, quod de sua sententia decesserit, pœnitendum putem. Huc pertinet et illud *Liv.* 25. 26. Intoleranda vis æstus per utraque castra omnium ferme corpora movit. ¶ 8. Item removere, abducere. *Liv.* 3. 21. Nec ante moverunt de sententia consulem, quam etc. Adde *eumd.* 39. 39. *ad fin.* ¶ 9. Item numine afflare, œstro concitare, inspirare. *Seneca Tranquill.* 16. Non potest grande aliquid et supra cetèros loqui, nisi mota mens: *h. e.* œstro percita, numine afflata, enthea. Sic *Ovid.* 4. *Trist.* 1. 43. Sic ubi mota calent viridi mea pectora thyrso etc. *Lucan.* 1. 565. tum, quos sectis Bellona lacertis Sæva movet, cecinere deos. *Al. leg.* monet. *V.* MOTUS, us, sub II. 3. ¶ 10. Sæpissime ad animum transfertur, et est afficere. — *a*) Generatim. *Cic.* 1. *Off.* 28. 98. Ut pulcritudo corporis movet oculos et delectat; sic decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibuscum vivitur. *Forcellinus* hunc locum singulari paragrapho distinxit, et movere accepit pro afficere, allicere, delectare. *Ovid. Heroid.* 21. 77. Mota loci fama properabam visere Delon. *mossa, invitata, indotta.* — *b*) Speciatim, *movere animum* et *movere* absolute est aliquo affectu percellere, flectere, agere, *commuovere, piegare. Virg.* 3. *G.* 521. non mollia possunt Prata movere animum. *Quintil.* 6. 2. 1. Movere animos judicum, atque in eum, quem volumus, habitum formare. *Liv.* 39. 39. Quoniam Flaccum auctoritas patrum nihil movisset. *et* 3. 20. Moverat plebem oratio consulis. *Cæs. ad Cic. post ep.* 19. *l.* 9. *ad Att.* Neque illud me movet, quod ii, qui etc. *Tibull.* 2. 7. 36. Moverit e votis pars quotacumque deos. *Quintil.* 6. 1. 7. Athenis affectus movere, etiam per præconem prohibebatur orator. — *c*) Item *moveri*, affici, aliquo affectu commoveri, flecti. *Propert.* 1. 15. 9. At non sic Ithaci digressu mota Calypso. *h. e.* turbata, dolore affecta. *Virg.* 6. *Æn.* 390. Nullæ hic insidiæ tales: absiste moveri. *h. e.* turbari, timere. *Propert.* 3. 23. 25. Nil moveor lacrimis. *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 23. Motus dictis. *persuaso. Curt.* 6. 5. *a med.* precibus. *vinto. Cic. Dejot.* 2. 5. Moveor etiam ipsius loci insolentia. *et ibid.* 4. 11. Movebatur animo, et de salute populi R. extimescebat. *Liv.* 39. 47. Quum senatus et tirocinio et perturbatione juvenis moveretur. *movendosi a compassione. Cæs.* 1. *B. C.* 44. Fere fit, quibus quisque in locis miles inveteravit, uti multum earum regionum consuetudine moveatur. *si sente tirato dalle usanze. Cic.* 4. *Acad.* (2. *post.*) 42. 130. In his rebus neutram in partem moveri: quæ ἀδιαφορία dicitur. ¶ 11. Est etiam mente agitare, versare animo, cogitare. *Virg.* 3. *Æn.* 34. Multa movens animo Nymphas venerabar agrestes. *Stat.* 2. *Theb.* 145. at Inachio tenuis sub pectore regi Tracta quies, dum mente deos inceptaque versat Hospitia, et quæ sint generis adscita repertis Fata, movet. ¶ 12. Demum ponitur pro mutare, quod est per syncopen pro *movitare* a *movere.* Ad rem *Petron. Satyr.* 18. Ex lacrimis in risum motus. Ceterum *Liv.* 34. 54. Nihil motum ex antiquo probabile est. *mutato.* Γνώμη. Sic *Ovid.* 8. *Met.* 728. Sunt, o fortissime, quorum Forma semel mota est, et in hoc renovamine mansit. Sunt, quibus in plures jus est transire figuras. — Hinc a Grammaticis *moveri* dicuntur nomina et verba, quæ declinantur, h. e. figuras et accidentia mutant. *Priscian.* 9. *init. Putsch.* Dictionum aliæ sunt uniformes, id est indeclinabiles –, aliæ declinabiles. Earum ergo aliæ in principio moventur, ut pronomina transeundo in personas mei tui sui –; in genera vero et numeros et in casus transeuntia finem movent, sicut nomina –: verba autem et in principio et in fine et in medio moventur.

MOX, adverb., quod ratione habita etymi volunt esse a v. *movere*, significat statim, celeriter, subito; αὐτίκα (It. *tosto, presto, da qui a poco*; Fr. *bientôt, dans peu de temps*; Hisp. *presto, dentro de poco*; Germ. *bald*; Angl. *by and by, presently, anon, quickly, immediately, soon*).

I.) Proprie de tempore dicitur; et quidem ¶ 1. Stricto sensu de tempore statim futuro. *Plaut. Capt.* 1. 2. 91. Ad fratrem, quo ire diveram, mox ivero. *Id. Merc.* 4. 4. 62. Eadem licebit mox cœnare rectius. *Cic.* 10. *Att.* 4. Præteriit villam meam Curio, jussitque mihi nunciari, mox se venturum. Cf. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 161. Quum segetes occat tibi mox frumenta daturas, Te dominum sentit. *Ter. Andr.* 3. 2. 4. Quod jussi ei dare bibere, date: mox ego huc revertor. *ubi est præsens pro futuro*: cf. *Cic.* 1. *Divinat.* 23. 47. Discedo parumper a somniis, ad quæ mox revertar. — In altera sententiæ parte interdum adest *jam*, sæpe *nunc*, et opponitur *ante. Ter. Eun.* 2. 1. 13. Nam aut jam revertere, aut mox noctu te adiget horsum insomnia. *Cic.* 1. *Orat.* 32. 148. Verum illa mox: nunc, de ipsa exercitatione quid sentias, quærimus. *Id. Orat.* 49. 163. De numero mox, nunc de sono quærimus. *Id.* 4. *Fin.* 4. 8. Sequitur disserendi ratio cognitioque naturæ: nam de summo bono mox, ut dixi, videbimus. Adde *Plin.* 2. *Hist. nat.* 107. 111. (241).; et *Lucret.* 5. 1134. Nec magis id nunc est, nec erit mox, quam fuit ante. ¶ 2. Latiori sensu *mox* usurpatur pro *brevi, cito.* Hinc — *Quam mox* est quam cito. *Festus p.* 261. 11. *Müll.* Quam mox significat quam cito: sed si per se ponas mox, significabit paullo post, vel postea. — In interrogatione recta. *Ter. Eun.* 4. 7. 18. Quam mox irruimus? *quanto stiamo ad assalire*? *Plaut. Bacch.* 4. 6. 6. Quam mox navigo in Ephesum, ut aurum repetam ab Theotimo domum? Adde *eumd. Cas.* 3. 6. 16. et *Men.* 1. 2. 44. — In obliqua sententia, post verba in primis exspectationis. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 48. 107. Exspectant, veluti, consul quum mittere signum Volt, omnes avidi spectant ad carceris oras, Quam mox emittat pictis e faucibus currus. *Ter. Phorm.* 1. 3. 9. Dum specto, quam mox veniat qui adimat hanc mihi consuetudinem. *Cic. Rosc. com.* 1. 1. Exspecto, quam mox Chærea hac oratione utatur. *quanto stia a parlare così. Id.* 2. *Invent.* 28. 85. Non necesse est, quam mox judicium fiat, exspectare. *Forcellinus* cum veteribus Editt. legebat *quin*; *Ernestius* conjecit *quam*, et hanc conjecturam antiqui Codices firmarunt. Sic *Liv.* 34. 11. Et quam mox signis collatis dimicandum sibi in dies exspectet. *Gronovius* ita restituit. *Id.* 5. 45. Corpora curant, intenti quam mox signum daretur. Similiter *Plaut. Amph.* 1. 1. 204. Vide sis, quam mox vapulare vis, nisi actutum hinc abeas. *Id. Truc.* 4. 3. 46. Timeo, quam mox nominer. Adde *Ter. Adelph.* 5. 6. 1. — *Quam mox* interdum idem fere significat quod *nunc* vel *statim.*, ut apud *Plaut. Rud.* 2. 3. 12. Quam mox coctum est prandium? *et* 4. 7. 1. Quam mox licet te compellare, Dæmones.

h. e. nunc. *Id. Asin.* 2. 4. 43. Quam mox mihi operam das. et *Bacch.* 4. 8. 39. Quam mox dico, dabo. h. e. statim. ¶ 3. *Mox* etiam cum præteritis jungitur, et usurpatur de rebus pæne eodem tempore factis, aut de brevissimo tempore: occurrit — *a*) Sine alia particula. *Plaut. Men.* 2. 3. 76. Ergo mox auferto tecum, quando abibis. *Horat. Art. P.* 221. mox etiam agrestes Satyros nudavit. *Stat.* 2. *Theb.* 262. In regem conversi omnes formidine prima, Mox audisse negant. *Propert.* 4. 6. 37. Mox ait. *V.* integrum locum. — *b*) *Mox quum, mox ubi,* simul ac, statim ac, *tosto che, appena che. Plaut. Pœn.* 3. 4. 16. Isthæc volo ergo vos commeminisse omnia, mox quum ad prætorem usus veniet. *Liv.* 38. 41. Eumdem mox, quum jam Mutines manum cum hoste conseruisset, terrorem ab tergo præbuisse. *Colum.* 2. *R. R.* 11. 9. Curandumque, ne florentem segetem tangamus, sed aut antea, aut mox, quum defloruerit. — Et interjecto vocabulo *Plaut. Cas.* 2. 2. 39. Mox magis quum otium mihi et tibi erit, igitur tecum loquar. *et Pœn.* 1. 2. 193. Mox dabo, quum ab re divina rediero. — *Horat.* 2. *Od.* 1. 10. mox, ubi publicas Res ordinaris, grande munus Cecropio repetes cothurno. *Liv.* 3. 52. Quid, si plebs mox, ubi parum secessione moveamur, armata veniat? *Colum.* 5. *R. R.* 5. 13. Mox ubi materias vitis exigit, insequitur pampinator. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 24. 36. (88). Mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricavit, in dimicationem pergit. — *c*) *Mox ut, mox quam* pro *simul atque* sunt cadentis latinitatis. *Flor.* 2. 4. 2. Mox ut calucre pugnæ, statim in sudorem eunt. ubi τὸ *statim* redundat. *Paul. Dig.* 7. 4. 13. Fructuarii fructus tunc fieri, quum eos perceperit; bonæ fidei autem possessoris, mox quam a solo separati sint. *Ulp. fragm.* 1. 22. Qui testamento liber esse jussus est, mox quam unus ex heredibus adierit hereditatem, liber fit. ¶ 4. Argentei ævi scriptores post Livium per *mox* quodcumque tempus posterius, non distincte definiendum, designarunt. — *a*) *Mox* aut per se solum, aut cum oppositis *ante, primum, olim,* significat in posterum, *in seguito.* — *Sueton. Aug.* 47. Nec est, ut opinor, provincia, excepta dumtaxat Africa et Sardinia, quam non adierit. In has, fugato Sexto Pompejo, trajicere ex Sicilia apparantem continuæ et immodicæ tempestates inhibuerunt: nec mox occasio aut causa trajiciendi fuit. Adde *eumd. Tib.* 93. et *Oth.* 10. Sic *Tac. Germ.* 34. Nec defuit audentia (*in Herculis columnas inquirendi*) Druso Germanico: sed obstitit Oceanus. – Mox nemo tentavit: sanctiusque ac reverentius visum, de actis deorum credere, quam scire. *Quintil.* 5. 10. 120. Sed dicta sunt omnia, antequam præciperentur: mox ea scriptores observata et collecta ediderunt. *Flor.* 3. 19. 2. Primum servile bellum inter initia urbis Herdonio Sabino duce in ipsa urbe tentatum est –: sed hic tumultus magis fuit, quam bellum. Mox, imperio per diversa terrarum occupato, quis crederet Siciliam multo cruentius servili, quam Punico bello esse vastatam? *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 6. (22). Multis hoc modis luxuria variavit, gemmas addendo exquisiti fulgoris censuque opimo digitos onerando –: mox et effigies varias cælando. Adverte illud *Quintil.* 1. 1. 21. Ut corporum mox etiam fortissimorum educatio a lacte cunisque initium ducit, ita futurus eloquentissimus edidit aliquando vagitum. h. e. qui posthac fortissima sunt. — *Tac. Germ.* 13. Ante hoc domus pars videntur, mox rei publicæ. *Id.* 12. *Ann.* 29. Prima imperii ætate clarus acceptusque popularibus, mox diuturnitate in superbiam mutans. *Id.* 1. *ibid.* 53. Julia ob impudicitiam olim a patre Augusto Pandateria insula, mox oppido Reginorum clausa. Adde *eumd.* 1. *Hist.* 67. — *b*) Per *paullo mox,* h. e. paullo post, breve tempus distinctiore modo definitur. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 2. 3. (5). Sic coronis e floribus receptis, paullo mox subiere, quæ vocantur Ægyptiæ, ac deinde hibernæ. *Id.* 4. *ibid.* 16. 30. (102). De quibus mox paullo dicemus. Adde *eumd.* 28. *ibid.* 11. 49. (182). et 14. *ibid.* 16. 19. (104). Huc pertinet illud *ejusd.* 18. *ibid.* 35. 78. (341). Paucis mox horis sævo imbre vaticinatione approbata, *poche ore dopo.* — *c*) Ex vulgari usu, quo æquales particulæ duplicari solent (sic *post deinde* apud *Ter. Andr.* 3. 2. 3.), factum est ut poetæ et recentiores oratores *mox deinde, mox post* usurpaverint. *Tibull.* 1. 7. 35. Et simulat transire domum, mox deinde recurrit. *Ovid.* 9. *Met.* 142. Indulsit primo lacrimis, flendoque dolorem Diffudit miseranda suum: mox deinde, Quid autem Flemus, ait? *Curt.* 10. 3. 12. Mox deinde quum stirpem generis mei latius propagare cuperem, uxorem Darii filiam duxi. *Colum.* 1. *R. R. præf.* 15. Omnes enim, sicut M. Varro jam temporibus avorum conquestus est, patresfamiliæ falce et aratro relictis intra muros correpsimus, et in cireis potius ac theatris, quam in segetibus et vinetis manus movemus. – Mox deinde ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus. Cl. *Furlanetto* addidit etiam illud *ejusd.* 9. *ibid.* 14. 5.; sed ibi pro *mox deinde* nunc ex antiquis libris legitur *mox dicetur.* ¶ 5. De longo post tempore interdum occurrit et *mox* idem est ac progressu temporis, volventibus annis. *Sueton. Ner.* 6. C. Cæsar, rogante sorore, ut infanti quod vellet nomen daret, intuens Claudium patruum suum, a quo mox principe Nero adoptatus est, ejus se dixit dare. h. e. post undecim annos. *Lucan.* 6. 419. turbæ sed mixtus inerti Sextus erat –, Qui mox Scyllæis exsul grassatus in undis Polluit æquoreos Siculus pirata triumphos. *Quintil.* 3. 7. 25. Idem (*Aristoteles*) præcipit illud quoque, quod mox Cornelius Celsus prope supra modum invasit. Adde *Sueton. Tib.* 26.; et *Aurel. Vict. Vir. ill.* 74. — Huc, ait *Forcellinus,* pertinere potest illud *Virg.* 1. *G.* 24. Tuque adeo, quem mox quæ sint habitura deorum Concilia, incertum est etc. *Gnifo* apud *Charis.* 2. p. 184. *Putsch.* ait, pro *cito* positum esse: *Servius* autem: potest, inquit, ad vitæ humanæ brevitatem referri. Huc usque *Forcellinus. Handius* vero pro *cito* accepit, ait enim: Poeta ipsa brevitate temporis designari voluit, quam prope Augustus ad divinitatem accessisset. ¶ 6. Interdum refertur ad ordinem temporis, et ponitur pro *deinde,* atque ordinem, quo res factæ succedunt, constituit cum aliis generis ejus vocabulis *tunc* etc. *Liv.* 40. 48. *ad fin.* Nam extemplo fusi, fugati: mox intra vallum compulsi: postremo exuuntur castris. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 30. 35. (183). Primus Dalion ultra Meroen longe subvectus: mox Aristocreon. *Tac.* 1. *Hist.* 72. Quia præmia virtutum velocius erat vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde avaritiam exercuit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 40. 61. (149). Cujus specie delectatus jussit ursos, mox apros, et deinde damas emitti. *Tac.* 11. *Ann.* 22. Creati primum Valerius Potitus et Æmilius Mamercus –. Dein, gliscentibus negotiis, duo additi –. Mox duplicatus numerus –. Post, lege Syllæ, viginti creati. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 12. 67. (109). Spissatur succus ex folliculis aqua cælesti perfusis: mox in pila tusis exprimitur organis: tunc densatur in sole mortariis in pastillos. *Vellej.* 2. 14. 3. Domus, quæ quondam Ciceronis, mox Censorini fuit, nunc Statilii Sisennæ est. ¶ 7. Sunt qui perperam affirmant *mox* usurpari aliquando etiam de tempore proxime præterito, pro statim ante, modo, *pur ora, testè, poco fa*: et afferunt quæ sequuntur. *Colum.* 3. *R. R.* 20. 4. De altero, quod mox proposueram, nihil dubito, quin etc. *At ibi legendum est* modo. *Stat.* 12. *Theb.* 818. Mox tibi, si quis adhuc prætendit nubila livor, Occidit. *Alii rectius leg.* Occidet. *Ammian.* 14. 10. Mox dicta finierat, multitudo omnis consensit in pacem. *At* Wagnerus *pro* mox *desiderat* vix.

II.) Translate. ¶ 1. *Mox* refertur ad ordinem situs et loci, et rem post aliam vel infra positam significat. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 10. 11. (29). Ab Albaniæ confinio gentes Silvorum feræ, et infra Lubienorum, mox Diduri. *et ibid.* 30. 35. (190). Ultra eos Dochi, dein Gymnetes, mox Andetæ. Adde *eumd. ibid.* 11. 12. (30). et 26. 30. (118). ¶ 2. Item dignitatis, aut pretii. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 17. (77). Post amylum Chium maxime laudatur Creticum, mox Ægyptium. *Id.* 25. *ibid.* 13. 95. (154). Maxima vis natæ Susis Parthorum, mox Laconiæ, Creticæ, Asiaticæ. Adde *eumd.* 16. *ibid.* 6. 8. (20). et 11. *ibid.* 41. 96. (237).

MU

MU, μῦ, vox propria canum, unde et mutire dicuntur, inquit *Charis.* 2. p. 213. *Putsch.*, item *Scalig.* in *conjectan.* ad *Varron.* in ea verba 7. *L. L.* 101. *Müll.* Mussare dictum, quod muti non amplius quam mu (*al.* μῦ) dicunt: a quo idem *Ennius* (dicit, id quod minimum est): Neque, ut ajunt, mu (*al.* μῦ) facere audent. *Idem Ennius* apud *Donatum* ad *Ter. Andr.* 3. 2. 25. Nec dico, nec facio mu. *Lucilius* apud *Charis. loc. cit.* Non laudare hominem quemquam, neque mu facere unquam. *zittire.* Conferatur *Id. Charisius ibid. p.* 214. *Putsch.* Mut. *Mut non facere audet,* ut apud Apulejum Platonicum de proverbiis scriptum est libro secundo. Quum dixit *Plaut. Stich.* 1. 3. 102. Negato esse quod dem, nec mu, nec mutuum: *mu,* rem minimam intellexit, simulque primam τοῦ *mutuum* syllabam respexit. — Videtur etiam esse vox dolentis, desperantis, exclamantis. *Id. fragm.* apud *Charis. loc. cit.* Qui tu es qui ducis me? mu! perii hercle: Afer est.

MUCCĒDO, MUCCĪDUS, MUCCĪLĀGO, MUCCĪNĪUM, MUCCŌSUS, MUCCŪLENTUS, MUCCUS. *V.* MUCEDO, MUCIDUS etc.

MŪCĒDO *vel* muccedo, inis, f. 3. mucus. *Apul. de Mag.* Si perniciosa illa mucedo intus cohibita et bili atra sociata. *Alii leg.* dulcedo, *al.* albedo.

MŪCĒO, es, mucŭi, ere, n. 2. *esser muffo, contraer la muffa,* εὐρωτιάω, mucidus sum. *Cato R. R.* 148. Vini singulæ urnæ dabuntur, quod neque aceat, neque muceat.

MŪCESCO, is, ere, n. 3. *inchoat. a* muceo, mucidus fio. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 20. 26. (131). Proprium est vino mucescere, aut in acetum verti. *Id.* 18. *ibid.* 20. 23. (98). Sesama macerata lurido colore mucescit.

MŪCĪDUS *vel* muccidus, a, um, adject. (mureo, mucus). ¶ 1. Est qui mucorem ex vetustate contraxit, *muffo, muffato,* εὐρώδης, σαπρός. *Juvenal.* 14. 128. Mucida cærulei panis consumere frusta. *Martial.* 8. 6. Mucida vina. ¶ 2. *Mucidus* vel *muccidus* est etiam mucosus, *mucoso,* muco fluens, μυξώδης. *Plaut. Epid.* 3. 4. 58. homo es, Qui me emuntisti mucidum. *Id. Mil. glor.* 3. 1. 52. Senex mucidus.

MŪCĪLĀGO *vel* muccilago, inis, f. 3. (mucus) mucosus liquor, *mucilagine,* ἔκπυσμα. *Theod. Priscian.* 4. 1. Qui sanguinem, vel mucilaginem adsellant.

MŪCĪLENTUS. *V.* MUCULENTUS.

MŪCĪNĪUM *vel* muccinium, ii, n. 2. *moccichino,* linteum, quo extergetur nasi mucus. *Arnob.* 2. 23. Mitra, strophium, fascia, mucinium.

MŪCOR, ōris, m. 3. (muceo) lanugo diutino situ contracta, ut in pane, carne, vino etc., unde et sapor corrumpitur, εὐσάς, σαπρότης (It. *muffa*; Fr. *moisissure*; Hisp. *moho*; Germ. *der Schimmel am Brod* etc.; Angl. *mouldiness, mustiness*). Occurrit ¶ 1. Generatim. *Colum.* 12. *R. R.* 4. 4. Locum esse debere quam siccissimum, ne situ penora mucorem contrahant. *et ibid.* 17. 1. Situm, aut mucorem contrahere. *Ulp. Dig.* 18. 6. 4. Periculum acoris et mucoris (*vini*) præstare. ¶ 2. De humore et lacrima cuacta in vite. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 15. 25. (116). Ut inde potius destillaret mucor, qui maxime vites infestat.

MŪCŌSUS *vel* muccosus, a, um, adject. (mucus) muco abundans, *mucoso,* μυξώδης. *Colum.* 6. *R. R.* 7. 1. Sequitur torminum vitium, quorum signum est cruenta et mucosa ventris profluvies. *Cels.* 5. 28. n. 15. Exulceratio mucosa.

MŪCRO, ōnis, m. 3. fortasse a μακρός *macer,* est summitas cujuscumque rei in acutum desinentis, feriendo ac cædendo apta, cuspis, apex, acumen, ακμη, ακη, κεντημα (It. *punta aguzza, punta che trafigge e taglia*; Fr. *pointe*; Hisp. *punta*; Germ. *die stechende Spitze, Schneide, Schärfe*; Angl. *the sharp point of any thing*).

1.) Proprie. *Colum.* 4. *R. R.* 25. 1. Mucro

falcis. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 3. 4. (8). dentis. *et ibid.* 15. 17. 41. unguium. *Martial.* 4. 18. Tabuit in calido vulnere mucro (*stillicidii*) tener. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 16. (38). Folium mucrone aculeatum. *Id.* 2. *ibid.* 25. 22. (89). Cometæ in mucronem fastigiatæ. *Id.* 9. *ibid.* 33. 52. (102). Conchæ margo in mucronem emissus. *Id.* 18. *ibid.* 18. 48. (172). Cuspis vomeris acutior, in mucronem fastigiata. *Id.* 17. *ibid.* 10. 11. (63). Amygdalas mucrone defigi, aciem lateris aquilonem spectare: ternas simul serendas etc. *et* 37. *ibid.* 4. 15. (56). Adamas, laterum sexangulo levore turbinatus in mucronem. *et ibid.* 2. 9. (26). Mucrones crystalli. *Nemesian. fragm. de Aucup.* Mucro rostri. — Videtur et pro acie ferri usurpari, *taglio*, in illo *Juvenal.* 14. 216. quum pectere barbam Cœperit, et longi mucronem admittere cultri.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpissime dicitur de cuspide gladii, hastæ, teli: et per synecdochen sumitur pro ense. *Ovid.* 12. *Met.* 484. medio jugularis mucro, Quandoquidem ense, Quandoquidem mucro est hebes, inquit. *Lucan.* 7. 139. Nec gladiis habuere fidem, nisi cautibus asper Exarsit mucro. *Virg.* 2. *Æn.* 333. stat ferri acies mucrone corusco. *et* 10. *ibid.* 651. strictumque coruscat Mucronem. *Cic.* 14. *Phil.* 2. 6. Nisi mucrones etiam nostrorum militum tremere vultis, dubitantes, utrum in cive, an in hoste figantur. *et* 3. *Cat.* 1. 2. Gladios in rempublicam destrictos retudimus, mucronesque eorum a jugulis vestris dejecimus. *Virg.* 12. *Æn.* 740. Mortalis mucro, glacies ceu fustilis, ictu Dissiluit. *et* 7. *ibid.* 665. tereti pugnant mucrone, veruque Sabello. *et* 10. *ibid.* 681. Mucrone se induere ¶ 2. Pro fine, extremitate, quia mucro extremum est hastæ, aut ensis. *Lucret.* 2. 518. Ergo finita distant ratione creata, Ancipiti quoniam mucrone utrinque notantur. Hinc flammis, illinc rigidis infesta pruinis. — Mucro faucium, *il luogo più angusto della strettu*, loquendo de arctis faucibus, quibus olim credebatur Oceanus Scythicus irrumpere in mare Caspium. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 15. (38). ¶ 3. Metaphorice est auctoritas, vis, potentia. *Cic. Cluent.* 44. 123. Ne censorium stilum, cujus mucronem multis remediis majores nostri retuderunt, æque posthac atque illum dictatorium gladium pertimescamus. *Id.* 3. *Legg.* 9. 21. Mucronem tribunicium exacuere in aliquem. *Id. Cæcin.* 29. 84. Peracutum hoc tibi videtur: hic est mucro defensionis tuæ: in eum ipsum causa tua incurrat, necesse est. *Seneca* 2. *Controv. proœm.* Deerat illi oratorium robur, et ille pugnatorius mucro. *Quintil.* 10. 5. 16. Ipse ille mucro ingenii quotidiana pugna retunditur. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* QNOM.

MŪCRŌNĀTIM, adverb. Affertur, nullo tamen auctore laudato a *Charis.* 1. *p.* 161. *Putsch.* Fuerunt autem qui ex his quæ o terminantur, putarent adverbia trahi posse, ut est ordo mucro, diversis tamen figuris: ab ordine enim ordinate et a mucrone mucronatim dicimus. Sed mihi non videtur hoc quod est ordinate ab ordine tractum sed ab ordinato, nec minus a mucrone mucronatim sed a mucronato.

MŪCRŌNĀTUS, a, um, adject. In mucronem desinens, *che finisce in punta, aguzzo.* *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 6. (15). Piscis mucronato rostro. *Id.* 25. *ibid.* 13. 102. (161). Mucronata folia.

MŪCŪLENTUS *vel* mucculentus *vel* mucilentus, a, um, adject. (mucus). Comp. *Muculentior.* — Muculentus est muco abundans, mucosus. *Prudent.* 2. περὶ στεφ. 284. Muculentæ nares. *Arnob.* 3. 13. Munctiones narium muculentæ. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) ep. 5. Certe homo alioqui pituitosus, bodie tamen multo muculentior mihi esse videor. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 10. *n.* 74. Plerisque plurimo per intestina exeunte vento, vel muciento humore, aut stercore, ventris subsedit inflatio. Adde *eumd.* 1. *Tard.* 1. *n.* 39., 3. *ibid.* 1. *n.* 3. *et* 5. *ibid.* 2. *n.* 33. Sic *Id.* 4. *Tard.* 6. *init.* Muculenta ventris egestio.

MŪCUS *vel* muccus, i, m. 2., quod ratione habita etymi conjungi potest cum v. *mungere*, est narium humiditas et crassior pituita, *moccio*, μύξα, κόρυζα. *Catull.* 23. 17. Mucusque et mala pituita nasi. *Cels.* 4. 18. Descendunt pituitæ, mucisque similia.

MŪGER, dici solet a castrensibus hominibus, quasi mucosus, is, qui talis male ludit. *Festus p.* 158. 27. *Müll.* Dictum volunt a *mugo* pro *mungo.*

MŪGIL *et*

MŪGILIS, is, m. 3. piscis marinus, *muggine*, μύζων, κέφαλος. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 26. (59). Mugilum natura ridetur, in metu capite absconditio, totos se occultari credentium. Iisdem tam incauta salacitas, ut etc. *et ibid.* 42. 67. (144). Mugil velocissimus omnium. Adde *ibid.* 8. 9. (29). *Id.* 10. *ibid.* 70. 89. (193). Produntur clarissime audire mugil, lupus, salpa etc. *et* 9. *ibid.* 62. 88. (185). Mugil et lupus mutuo odio flagrant. *Id.* 32. *ibid.* 2. 5. (12). Scit et mugil esse in esca hamum, insidiasque non ignorat: aviditas tamen tanta est, ut cauda verberando excutiat cibum. — Deprehensis olim mœchis pœna fuit immissus podici. *Juvenal.* 10. 317. quosdam mœchos et mugilis intrat. Adde *Catull.* 15. 19. *V.* RAPHANUS. Fortasse huc pertinet illud *Lucilii* apud *Non. p.* 65. 30. *Merc.* Natibu' natricem impressit crassam et capitatam. Sed *V.* NATRIX. — Quoniam *mugilis* recto casu legitur apud *Juvenal. loc. cit.*, fallitur *Charis.* qui ait 1. *p.* 82. *Putsch.* Mugil Nominativo casu dici debet, ut vigil et pugil, et facit Genitivo plurali mugilum. Si enim esset hic mugilis, etiam mugilium in plurali Genitivo faceret. Cf. *eumd. ibid. p.* 110.

MŪGINOR, āris, ari, dep. 1. cum mugitu moveo; etenim ponderosiora quæque cum mugitu moliuntur, mugitus autem est murmur illud, quo molientes se invicem ad conatus conjungendos hortantur: porro, quæ ita moventur, lente procedant, necesse est. Translate est nugas agere, causari, moras nectere, tergiversari, otiose ac tarde conari, quasique recusando agere et contra voluntatem. *Cic.* 16. *Att.* 12. De Ocella, dum tu muginaris, nec mihi quidquam rescribis, cepi consilium domesticum. *stai a bada. Atta* apud *Non. p.* 139. 7. *Merc.* Atque etiam muginamur hodie. *Paul. Diac. p.* 147. 1. *Müll.* Muginari est nugari, et quasi tarde conari. *Lucilius* apud *Non. loc. cit.* Muginamur, molimur, subducimur. *h. e.* comici poetæ fabulas usque adeo admiramur, ut, dum aguntur, admurmuremus primum, deinde attrahi nos lente sentiamus, et a subsellis sensim ad scænam attonitos impelli. *Plin. præf. Hist. nat.* § 18. Vel hoc solo præmio contenti, quod, dum ista, ut ait M. Varro, muginamur, pluribus horis vivimus. *h. e.* otiose et quasi nolentes commentamur. *ci perdiamo intorno a queste cose.* In quodam MS., teste *Harduino*, legitur *musinamur*: quod *Turneb.* a Musis deduci, quodque *Sillig.* recepit. Ceterum *Gloss. Isid.* Muginatur, causatur. *Gloss. Labb.* Muginor, γογγύζω. *Non. loc. cit.* Muginari, murmurare. Cl. *Döderlein. Latein. Synonym. vol.* 6. *p.* 229. de voce *musinari* apud *Plin. loc. cit.* agens, eamdem confert cum Fr. *amuser* et cum Gr. μοσσυνεῖν, μασᾶσθαι βραδέως et μόττυες, ματᾶν, ἄμοτος, arbitratur enim esse idem ac lente alicui rei operam dare, *lavorare con agio e comodità.*

MŪGIO, Is, īvi *vel* ii, ītum, īre, n. 4. Part. *Mugiens* I. *et* II. — Mugire est verbum exprimens vocem vitulorum (ut *Varro* docet 7. *L. L.* 104. *Müll.*) et boum, quæ est μῦ, unde et Gr. μυκάω idem significans, est mugitum edere (It. *muggire*; Fr. *mugir, beugler*; Hisp. *mugir*; Germ. *brüllen*; Angl. *to bellow, low*).

I.) Proprie. *Liv.* 1. 7. Ibde quum actæ boves ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent, etc. *Propert.* 2. 21. 19. Io versa caput primos mugiverat annos. *Horat. Epod.* 2. 11. Aut in reducta valle mugientium Prospectat errantes greges.

II.) Transfertur ad tubam, ad terræ motum, ad tonitrua, et alia mugitus similem edentia sonum. *Ennius* apud *Varron. loc. cit.* Tibicina maximo labore mugit. *Virg.* 8. *Æn.* 526. Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor. *Lucret.* 4. 544. Quum tuba depresso graviter sub murmure mugit. *Virg.* 6. *Æn.* 256. Sub pedibus mugire solum. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 490. *Lucan.* 3. 418. Sæpe cavas mota terræ mugire cavernas. *Horat.* 3. *Od.* 29. 57. si mugiat Africis Malus procellis. *Id.* 2. *Ep.* 1. 202. Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuscum. *Virg.* 3. *Æn.* 92. mugire adytis cortina reclusis. *Sil. It.* 11. 521. pulsus mugit Olympus. *Minuc. Fel. Octav.* 5.; et *Lactant.* 7. 6. Nimbis collidentibus mugire tonitrua, rutilare fulgura. *Sil. It.* 8. 631. fundoque imo mugivit anhelans Aufidus. *Quintil.* 12. 10. 31. Pleraque nos illa quasi mugiente littera eludimus M, qua nullum Græce verbum cadit. *Martial.* 3. 46. At tibi tergeminum mugiet ille sophos. *h. e.* euge, clamabit, belle, σοφῶς.

MŪGĪTOR, ōris, m. 3. (mugio) qui mugit. *Val. Flacc.* 3. 208. Ut magis Inarime, magis ut mugitor anhelat Vesvius etc.

MŪGĪTUS, us, m. 4. (mugio) vox boum, μύκημα (It. *muggito*; Fr. *mugissement, beuglement*; Hisp. *mugido, bramido*; Germ. *das Brüllen*; Angl. *a bellowing, lowing*).

I.) Proprie. *Virg.* 2. *G.* 470. Mugitusque boum. *Id.* 12. *Æn.* 103. Mugitus veluti quum prima in præsia taurus Terrificos ciet. *Ovid.* 3. *Met.* 21. hos mugitibus impulit auras. *et* 7. *ibid.* 597. mugitus victima diros Edidit. *Id.* 1. *Fast.* 566. Dare mugitus. *Virg.* 2. *Æn.* 223. tollere.

II.) Translate. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 86. (360). Montium sonitus, nemorumque mugitus. *Cic.* 1. *Divinat.* 18. 35. terræ. *Stat.* 10. *Theb.* 263. Ne gravis exclamet portæ mugitus ahenæ.

MŪLA, æ, f. 1. (mulus). In Dativo plur. habet *mulis*, ubi a masculino distinguere non est necesse: item *mulabus. V.* quæ in ASINA init. dicta sunt. *Capitolin. Ver.* 5. Data et vehicula cum mulabus ac mulionibus. Adde *Tertull.* 2. *ad Uxor.* 8.; *Priscian.* 7. *p.* 733. *Putsch.*; et *Rhemn. Palæm. sub init. Artis* etc. — Mula

I.) Proprie est quadrupes notum, ἡμίονος (It. *mula*; Fr. *mule*; Hisp. *mula*; Germ. *die Mauleselin*; Angl. *a she-mule*). Dicitur de utroque sexu, ubi discrimine opus non est: quod in CERVA adnotavimus. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 44. 69. (171). Ex asino et equa mula gignitur mense tertio decimo, animal viribus in labores eximium. *et* (172). Equo et asina genitos mares hinnos (*Sillig. et al.* hinnulos) antiqui vocabant: contraque mulos, quos asini et equæ generarent. *et* (171). Gignitur autem mula ex equo et asina, sed effrenis, et tarditatis indomitæ. *et* (174). Generantur ex equa et onagris mansuefactis mulæ veloces in cursu, duritia eximia pedum, verum strigoso corpore, indomito animo. (Eadem habet *Colum.* 6. *R. R.* 37. 4. *et* 5. *Juvenal.* 7. 181. hic mundo nitet ungula mulæ. *scil.* currum trahentis. Frequens est autem mentio mularum vehentium, vel currum trahentium. V. *Martial.* 9. 23., 8. 61., 11. 79., 14. 197.; et *Sueton. Ner.* 30. — Femina non parit, quia e duobus diversis generibus nata, tertii generis fit, et neutri parentum est similis, ut ait *Plin. loc. cit.* Hinc in portentis est mulæ partus. V. *Varron.* 2. *R. R.* 1. 27.; *Sueton. Galb.* 4.; et *Juvenal.* 13. 66. — *Quum mula pepererit* proverbiale dictum de re, quæ nunquam fiet. *Sueton. loc. cit.* Confer *Cic.* 2. *Divinat.* 22. 49. Mulæ partus prolatus est a te. *V.* ibi cetera.

II.) Translate est plebeja vox pernionem significans, *pedignone*, si fides est *Æmil. Macr.*, qui *c.* 54. *de Colubrina v.* 31. *p.* 242. retro ed. *Ald.* ait: Esse pedum vitium dicunt, cui pernio nomen Est a pernicie membri patientis idipsum: Plebs dicit mulam: solet hoc de frigore nasci.

MŪLĀRIS, e, adject. (mulus) mulinus, *mulino*, ἡμιόνειος. *Colum.* 6. *R. R.* 27. 1. Est generosa materies, quæ circo sacrisque certaminibus equos præbet: est mularis, quæ pretio sui fetus comparatur generoso. — *Mularis* vocata herba, quæ et Exedum. *V.* hanc vocem.

MULCĀTOR, ōris, m. 3. (mulco) qui verberat. *Gloss. Placid.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 483. Mulcator corporis, qui corpora afficit vel mulcat.

MULCĀTUS, a, um. *V.* MULCO.

MULCĒDO, inis, f. 3. (mulceo) blandimentum, illecebra, *raddolcimento, attrattiva*, Ἴλιγγρον. *Gell.* 19. 9. Ejus linguæ exercitationes doceret, quæ nullam mulcedinem Veneris atque Musæ haberet. Adde *Sidon.* 5. *Ep.* 17.

MULCĒO, ces, si, sum (*et raro admodum* ctum), cere, a. 2. Præteritum *mulsi* commune cum *mulgeo* agnoscitur etiam a *Priscian.* 9. *sub fin., Charis.* 3. *p.* 216. *et Diomed.* 1. *p.* 363. *Putsch.* — Part. *Mulcens* I. 1. *et* 2. *et* II. *a.*; *Mulsus* in fin.; *Mulcendus* I. 2. — Mulcere, verbum plerumque

poeticum, est palpare, leni manu tractare, demulcere (It. *palpare, palpeggiare;* Fr. *palper, caresser, passer doucement la main sur;* Hisp. *palpar, halagar, acariciar con la mano;* Germ. *streichen, streicheln, leicht berühren, bewegen, fort treiben, durchsäuseln;* Angl. *to sooth, soften, to touch or stroke gently*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, palpare, leni manu tractare. *Ovid.* 7. *Met.* 117. Pendulaque audaci mulcet palearia dextra. *Id.* 1. *Fast.* 259. Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam. Adde *Plin.* 28. *Hist. nat.* 13. 56. (198). *Quintil.* 11. 3. 158. Sunt quædam non indecentes moræ, caput mulcere, manum intueri, infringere articulos. *Ovid.* 2. *Art. am.* 341. Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas. *Id.* 10. *Met.* 118. *de cervo.* mulcendaque colla Quamlibet ignotis manibus præbere solebat. ¶ 2. Latiori sensu pro leviter tangere. *Ovid.* 14. *Met.* 295. conantem (*Circen*) virga mulcere capillos Reppulit. *h. e.* leviter tangere. supra dixerat *v.* 278. Et tetigit summos virga Dea dira capillos. Sic *Id.* 5. *Fast.* 161. Frigidus Argestes summas mulcebit aristas. *h. e.* leviter agitabit, motabit. *Alii leg.* miscebit. *Propert.* 4. 7. 60. Mulcet ubi Elysias aura beata rosas. *Ovid.* 1. *Met.* 108. placidique tepentibus auris Mulcebant Zephyri natos sine semine flores. Pertinet huc illud *Cic.* in *Arat.* 88. Igniferum mulcens tremebundis æthera pennis. *h. e.* concutiens, agitans. et *Lucret.* 4. 138. nubes concrescere in alto Cernimus, et mundi speciem violare serenam, Aera mulcentes motu. *h. e.* impellentes, agitantesque motu suo. *et Ennius* apud *Priscian.* 9. *p.* 870. *Putsch.* Mulserat huc navem compulsam fluctibu' pontus. *h. e.* impulerat. Sunt qui hoc a *mulgeo* trahunt, ut sit absorbere, ad se trahere: et apud *Cicer.* et *Lucret.* leg. *mulgens.*

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis est dulcem facere. *Sil. It.* 7. 169. Pocula nec norant succis mulcere Lyæi. *Alii leg.* miscere. Hinc Particip. MULSUS, de quo *V.* in fin. ¶ 2. Mulcere de animo et in re medica est lenire, mollire, permulcere, mitigare, placare, delectare, ut ait *Paul. Diac. p.* 144. 2. *Müll.* Mulcere mollire est, sive lenire. — *a*) Sæpissime refertur ad animum. *Pacuvius* apud *Paul. Diac. loc. cit.* Quid me obtutu terres, mulces laudibus? *Horat.* 3. *Od.* 11. 22. stetit unda paulum Sicca, dum grato Danai puellas Carmine mulces. *Id.* 2. *Ep.* 1. 210. Ille per extentum funem mihi posse videtur Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit, Irritat, mulcet, falsis terroribus implet. *Quintil.* 1. 10. 9. Rudes atque agrestes animos admiratione mulcere. *Vellej.* 2. 117. 3. Qui gladiis domari non poterant, posse jure mulceri. *Gell.* 20. 9. Delectari, mulcerique aures figmentis verborum novis. *Virg.* 4. *G.* 510. *de Orpheo.* Mulcentem tigres, et agentem carmine quercus. *Id.* 5. *Æn.* 464. Mulcere aliquem dictis. *et* 1. *ibid.* 70. fluctus. *tranquillare.* et 7. *ibid.* 755. iras. *et ibid.* 34.; et *Ovid.* 1. *Fast.* 155. æthera cantu. *Sil. It.* 12. 220. plectro labores. *Claudian. II. cons. Stilich.* 211. alicujus suspiria. *Sil. It.* 17. 46. cunctis spes pectora mulcet, Finem armis tandem finemque venire periclis. *lusinga.* — *b*) Pertinet etiam ad medicinam et ad leniendos dolores. *Ovid.* 5. *Fast.* 401. lectas Pegasæis collibus herbas Temperat, et varia vulnera mulcet ope. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 21. 50. (107). Mulcere dolores nervorum. *et ibid.* 51. (110). os, stomachumque. *Id.* 28. *ibid.* 11. 49. (178). oris graveolentiam. *et* 21. *ibid.* 20. 81. (138). ebrietatem. *et* 37. *ibid.* 5. 16. (63). lassitudinem. — Hinc Part.

Mulsus, a, um, adject. usurpatur, et est mel habens admixtum, vel mellis saporem (*V.* supra sub II. 1.), *melato.*

I.) Proprie. *Colum.* 12. *R. R.* 12. 3.; et *Plin.* 22. *Hist. nat.* 24. 51. (110). Mulsa aqua. ὑδρόμελι. Sic *M. Aurel.* apud *Fronton.* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 6. Aqua mulsa sorbendo ad gulam et rejectando fauces fovi potius, quam dicerem gargarizavi. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 22. 27. (52). Lac mulsum. *Colum.* 5. *R. R.* 10. 18. Mulsa pira.

II.) Translate *mulsus* est suavis, jucundus, dulcis. *Plaut. Bud.* 2. 3. 34. Mea Ampelisca, ut dulcis es! ut mulsa dicta dicis! *Id. Pœn.* 1. 2. 112. ut mulsa loquitur! — *Mea mulsa,* appellatio est amatoria blandientis. *Plaut. Stich.* 5. 5. 14. Age, mulsa mea, suavitudo, salta. Adde *eumd. Cas.* 2. 6. 20. — Hinc

Mulsum, i, n. 2. (subaudi *vinum*) absolute, substantivorum more, est vinum melle admixtum, οἰνόμελι, μελίκρατον: quæ potio fuit antiquis locupletibus et delicatioribus usitata, et in deliciis. Ejus conficiendi rationem *Colum.* 12. *R. R.* 41. 1., utilitates in medicina *Plin.* 22. *Hist. nat.* 23. 49. (105). et *ibid.* 24. 53. (113). tradit. *Plaut. Pers.* 1. 3. 7. Commisce mulsum, struthea, calutheaque appara. *et* 5. 2. 40. Age, circumfer mulsum, bibere da usque plenis cantharis. *Cic.* 2. *Orat.* 70. 282. Quum vocem in dicendo obtudisset, suadebat Granius, ut mulsum frigidum biberet. *Id.* 3. *Tusc.* 19. 44. Huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat. *Varro* 3. *R. R.* 16. 2. Mulsum pœne quotidie in convivio omnibus dare. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 26. leni præcordia mulso Prolueris melius. *Martial.* 13. 6. Nos alicam, mulsum poterit tibi mittere dives. — Proverbium est gulonum, inquit *Macrob.* 7. *Saturn.* 12., mulsum, quod probe temperes, miscendum esse novo Hymettio et vetulo Falerno. — *Mulsum aceti* apud *Seren. Sammon.* 49. 914. est acetum, quod habet *Cato R. R.* 157. *ante med.* — *Mulsum* etiam pro pharmaco ægris datum fuisse probat *Inscript.* allata in AROMATARIUS. — *Mulsa* absolute in plur. num. barbarismus est, docente *Quintil.* 1. 5. 16.

MULCÉTRA, æ, f. 1. ita vocatur a mulcendo herba heliotropium minus apud *Apul. Herb.* 49., quia ad omnia venenata ejus vis præcipua est, ut habet *Plin* 22. *Hist. nat.* 21. 29. (63).

MULCÍBER, bĕris *vel* bĕri, m. 3. et 2. Vulcanus: *V.* multa in ONOM. — Hinc translate ponitur pro igne. *Ovid.* 14. *Met.* 533. Jamque picem et ceras alimentaque cetera flammæ Mulciber urebat. Adde *eumd.* 9. *ibid.* 263. Et *Capell.* 6. *p.* 189. Mulcibero devorante.

MULCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Sunt qui scribunt *multatus* et *mulctatus,* a *mulcto,* sed adversantibus criticis fere omnibus, qui *mulcatus* volunt, et *mulco, as,* quoties de verberibus sermo est: *multo* vero et *multatus* quum de pœna exilii, pecuniæ, et hujusmodi irroganda loquimur. Est enim, inquit *Voss.* in *Etymol.,* diversa his origo. nam *multa et multare* sunt a Sabinis, vel Oscis, ut *Varro* et *Festus p.* 142. 21. *Müll.* docent: *mulcare* vero est Latinum, a mulcendo, h. e. mitigando: unde *commitigare sandalio caput* dixit *Ter. Eun.* 5. 8. 4. *V.* MITIGO. *Mulcto* tamen legitur in *Inscript.* sub Domitiano apud *Gruter.* 155 1. EA GENTE MALE MVLCTATA. — *Mulcassitis* antique, mulcaveritis. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 8. — Part. *Mulcatus* I. et II. — Mulcare est percutere, verberare, cædere, pulsare, ferire, τύπτω (It. *battere, percuotere, bastonare;* Fr. *battre, frapper;* Hisp. *pegar, cascar, golpear;* Germ. *schlagen, prügeln, misshandeln, übel zurichten;* Angl. *to beat, strike, buffet, cudgel*).

I.) Proprie. — *a*) Sæpissime de hominibus. *Plaut. Most.* 4. 2. 23. Cauto est opus, ne huc exeat, qui me male mulcet. Sic *Id. Truc.* 4. 4. 3. Dividia est tonstricem meam sic mulcatam male. et *Cic.* 6. *Verr.* 43. 94. Male mulcati clavis et fustibus repelluntur. *Ter. Adelph.* 1. 2. 9. Ipsum dominum et omnem familiam mulcavit usque ad mortem. *Liv.* 3. 11. Qui obvius erat, mulcatus nudatusque abibat. *Id.* 20. 9. Lictores indignum in modum mulcati. *Petron. Satyr.* 134. Arundinem ab ostio rapuit, iterumque nihil respondentem mulcavit. *Tac.* 1. *Ann.* 32. Prostratos verberibus mulcant, sexageni singulos. — Similiter *Id. ibid.* 70. Pernoctavere sine utensilibus, sine igni, magna pars nudo aut mulcato corpore. *contuso, offeso.* Sic *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 406. 10. *Merc.* et apud *Arusian. p.* 215. *Lind.* Qui errare coacti fuerunt, icti sæpe fragmentis navium aut afflicti alveos undarum vi, mulcato fæde corpore postremo interiere tamen. et *Curt.* 7. 42. 17. Enituntur in verticem montis mulcati parte membrorum. *Liv.* 8. 24. *a med.* Sperare, corpore regio utcumque mulcato, se suos redempturum. *tagliato in pezzi, maltrattato.* — *b*) De inanimis pro male tractare, nocere, cædere. *Liv.* 28. 30. *extr.* Quinqueremis Romana prælata impetu, lateris alterius remos detorsit: ceterasque, quas indepta esset, male mulcasset, nisi etc.

II.) Translate et urbane. *Cic. Brut.* 22. 88. Addebat etiam, scriptores illos male mulcatos exisse cum Galba. *molto stancati e quasi maltrattati.*

MULCTA. *V.* MULTA init.

MULCTO, as. *V.* MULTO, as, init.

MULCTOR, ōris, m. 3 qui mulcet. *Gloss. Placid.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 484. Mulcator (*leg.* Mulctor), delinitor, compositor; mulctoris enim delinire est.

MULCTRA, æ, f. *et* Mulctrum, i, n. 2. (mulgeo) vas in quo lac mulgetur, *secchia, in cui si munge,* ἀμολγεύς.

I.) Proprie. — *a*) Fem. gen. *Virg.* 3. *Ecl.* 30. *de vitula.* Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fetus. — *b*) Neutr. gen. *Horat. Epod.* 16. 49. Illic injussæ veniunt ad mulctra capellæ. *Nemesian.* 2. *Ecl.* 35. scis, mille juvencas Esse mihi: nosti, nunquam mea mulctra vacare. *Calpurn.* 4. *Ecl.* 25. Duc ad mulctra greges.

II.) Translate. Metonymice est ipsum lac. *Colum.* 7. *R. R.* 8. 1. Casei faciendi non erit omittenda cura, utique longinquis regionibus, ubi mulctram devehere non expedit.

MULCTRÀLE, is, n. 3. idem quod mulctra, quodcumque vas lacti continendo aptum. *Virg.* 3. *G.* 177. nivea implebunt mulctralia vaccæ. Al. leg. *mulctraria,* seu *multraria;* alii *mulgaria* eodem sensu: qua voce usus est et *Valgius* apud *Philargyr. ad hunc loc.* Sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis, Et sinum vini cessamus fundere Baccho.

MULCTRÀRĬUM *vel* multrarium, ii, n. 2. *V.* voc. præced.

MULCTRUM, i, n. 2. *V.* MULCTRA.

MULCTUS, us, m. 4. actus mulgendi. In Ablat. sing. *Varr.* 2. *R. R.* 11. 2. Lactis sunt discrimina quædam et a pastionibus, et a pecudum natura, et a mulctu.

MULGÀRĬA. *V.* MULCTRALE.

MULGÉO, mulges, mulsi *et* mulxi, mulsum *et* mulctum, mulgere, a. 2. Quod præteritum *mulsi* commune huic verbo est cum *mulceo,* quidam discriminis gratia *mulxi, mulctum* dixere, ut *Priscian.* 9. *p.* 870. *Putsch.* docet: *mulxi* habet etiam *Charis.* 3. *p.* 216. Hinc *mulctus* apud *Varron. V.* MULCTUS. Part. *Mulsus.* — Mulgere est lac e mammis manu exprimere: voce Græca idem significante ἀμέλγω (It. *mugnere;* Fr. *traire;* Hisp. *ordeñar, estrujar las tetas;* Germ. *melken;* Angl. *to milk*). *Virg.* 3. *Ecl.* 5. Hic alienus oves custos bis mulget in hora. *Id.* 3. *G.* 400. Quod surgente die mulsere horisque diurnis, Nocte premunt. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 40. 55. (115). Caprisque cæcitas, quas ita mulsere, oboritur. — Passive. *Marcell. Empir. cap.* 23. *ad fin. p.* 120. *retro* ed. *Ald.* Capræ lactares abstinentes a cibo per triduum tertio die hedera tantummodo saturantur, et mulgentur antequam bibant. Si ex eo lacte sextarios tres per triduum, calidos statim, quo modo mulsi fuerint, jejunus lienosus acceperit, potenter sanabitur. — *Mulgere hircos* proverbialiter de re absurda et impossibili. *Virg.* 3. *Ecl.* 91. Atque idem jungat vulpes, et mulgeat hircos. — *Mulgere aera motu,* h. e. absorbere, ad se trahere, apud *Lucret.* etc. *V.* MULCEO. II. 2. Eod. sensu videtur dixisse *Ennius* apud *Priscian.* 9. *p.* 870. *Putsch.* Mulserat huc navem compulsam fluctibu' pontus.

MULICŪRIUS, ii, m. 2. qui mulos curat, seu qui mulos tondet; a *mulus* et κουρεύς *tonsor.* Vox hybrida. *Gloss. Philox.* Mulicurius, ἡμιόκουρος.

MULIĔBRIA. *V.* voc. seq. in fin.

MULIĔBRIS, e, adject. (mulier) ad mulieres pertinens, femineus, γυναικεῖος (It. *donnesco, femminile;* Fr. *concernant les femmes, de femme;* Hisp. *femenino, femineo;* Germ. *weiblich, zum Weibe gehörig;* Angl. *of or pertaining to a woman or women, feminine, female, womanly, womanish*).

I.) Proprie. — *a*) Universim. *Varro* 5. *L. L.* 15. *Müll.* Loci muliebres, ubi nascendi initia consistunt. *Plaut. Truc.* 4. 3. 35. Muliebre farinus. *Cic. Cœl.* 28. 67. bellum. *Id. Mil.* 10. 28. Muliebris et delicatus ancillarum puerorumque comitatus. *Id.* 3. *Orat.* 11. 41. Muliebris vox. *Id.* 1. *Off.* 36. 130. venustas. *Nepos Alcib.* 10. vestis. *Tac.* 2. *Ann.* 71 fraus. *et* 1. *ibid.* 4. impotentia

donnesca alterigia. Petron. Satyr. 9. Muliebris patientiæ scortum. *h. e.* puer pathicus. *et ibid.* 25. Nec puella muliebris patientiæ legem posset accipere. *h. e.* nondum matura viro. *Liv.* 1. 3. Tantisper tutela muliebri (tanta indoles in Lavinia erat) res Latina stetit. *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. *n.* 133. Deinde, muliebri catethere liquorem (*homini ægroto*) detrahimus. *h. e.* fistula quæ vesicæ mulierum inditur proliciendæ urinæ causa. — *b*) Speciatim *Fortuna muliebris*, dea eadem atque Juno, quam colebant matronæ (sicut Fortunam virginalem puellæ innuptæ), memoratur a *Festo p.* 242. 34. *Müll.*: ejusque simulacrum via Latina positum ad quartum milliarium nefas, inquit, erat attingi, nisi ab ea, quæ semel nupsisset. *Val. Max.* 1. 8. *n.* 4. Fortunæ muliebris simulacrum, quod est via Latina ad quartum milliarium, eo tempore cum æde sua consecratum, quo Coriolanum ab excidio Urbis maternæ preces repulerunt; non semel, sed bis locutum constitit his pæne verbis: Rite me, matronæ, vidistis, riteque dedicastis. Adde *Liv.* 2. 40.

II.) Translate est mollis, effeminatus. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 1. *Off.* 18. 61. Vos etenim, juvenes, animum geritis muliebrem, Ilia virago viri. *Ovid.* 1. *Pont.* 3. 31. Sive pium vis hoc, sive hoc muliebre vocari; Confiteor misero molle cor esse mihi. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 6. (17). Cujus princeps, qui super omnia muliebria soccos induebat e margaritis. *Cic.* 2. *Tusc.* 6. 15. Enervata muliebrisque sententia. — Hinc

Muliebria, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Sunt loci muliebres. *Tac.* 14. *Ann.* 60. ¶ 2. *Muliebria pati*, apud *Tac.* 11. *Ann.* 36., γυναικοπαθεῖν, *ἀφροδισιάζεσθαι*, est proprium puerorum, dum stuprantur. *V.* MULIEBRITER.

MŬLIĔBRĬTAS, ātis, f. 3. (muliebris) status et conditio muliebris. *Tertull. Virg. veland.* 14. usurpat de virgine corrupta, quæ in mulierem transiit: et *virginitati* opponit. Porro *ibid.* 12. *mulieritas* bis habetur eodem sensu, nisi sit scripturæ mendum.

MŬLIĔBRĬTĔR, adverb. (muliebris) more muliebri *femminilmente, donnescamente*, γυναικιστί.

I.) Proprie. *Horat.* 1. *Od.* 37. 21. *de Cleopatra*. quæ generosius Perire quærens, nec muliebriter Expavit ensem etc. *Liv.* 38. 35. Muliebriter indignabunda. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (140). Juppiter Liberum parturiens et muliebriter ingemiscens inter obstetricia dearum. *Ammian.* 31. 2. Hunni equis muliebriter insidentes. *h. e.* more mulierum, quæ equitare solent cruribus non divaricatis, sed in unum latus demissis: non περιβάδην, sed συμβάδην. *Inpp. Valent. Theod. et Arcad. Cod. Teod.* 9. 7. 6. Omnes, quibus flagitii usus est virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia (nihil enim discretum videntur habere cum feminis), hujusmodi scelus exspectante populo flammis vindicibus expiabunt.

II.) Translate est molliter, effeminate. *Cic.* 2. *Tusc.* 21. 48. Si se lamentis muliebriter lacrimisque dedet. *et ibid.* 23. 55. Hoc in dolore est maxime providendum, ne quid abjecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter muliebriterve faciamus.

MŬLIĔBRŌSUS, a, um, adject. idem ac mulierosus. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 24. Sane genus hoc muliebrosum est tunicis demissitiis *Al. leg.* mulierosum.

MŬLIER, ĕris, f. 3. Ratione habita etymi, *Isid.* 11. *Orig.* 2. Mulier a mollitie, tamquam *mollier*, detracta littera et mutata, appellata est mulier. Hinc *Horat. Epod.* 11. 23. mulierculam Vincere mollitie. — Ceterum mulier est femina, γυνή (It. *donna, femmina*; Fr. *femme, femme mariée et non mariée*; Hisp. *muger casada ó soltera*; Germ. *das Frauenzimmer, Weib*; Angl. *a woman, dame, lady*).

I.) Proprie. ¶ 1. Significat universim feminam omnis ætatis et conditionis. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 36. Mulieres suot insulsæ admodum atque invenustæ sine munditia et sumptu. *Cic. Mur.* 12. 27. Mulieres omnes, propter infirmitatem consilii, majores in tutorum potestate esse voluerunt. *Id.* 14. *Fam.* 18. Video omnes bonos abesse Roma, et eos mulieres suas secum habere. *Modestin. Dig.* 32. 79. 1. Muliebribus legatis, etiam virgines debentur. *Ulp. ibid.* 34. 2. 26. Mulieres, omnes dicuntur, quæcumque sexus feminini sunt. — Interdum virgini opponitur. *Lactant.* 1. 17. *de Junone.* Si adolevit, si virgo fuit, primo, postea mulier. *Cicero* reprehensus quod Publiliam virginem sexagenarius duxisset, respondit apud *Quintil.* 6. 3. 75. Cras mulier erit. Adde *Cic.* 3. *Verr.* 24. 63.; et *Ulp. Dig.* 18. 1. 11. ¶ 2. De uxore videtur intelligendum illud *Scævolæ Dig.* 32. 91. 1. Semproniæ mulieri meæ reddi jubeo ab heredibus meis centum aureos, quos mutuo acceperam. *et Modestin. ibid.* 33. 10. 13. Nunquam ex eo, quod supellectilem legavit maritus testamento, habitationem, in qua supellex fuit, legasse videtur. Quare contra defuncti voluntatem habitationem sibi mulierem vindicare, procul dubio est. *et Horat. Epod.* 2. 39. Quod si pudica mulier in partem juvet Domum atque dulces liberos, Sabina qualis, aut perusta solibus Pernicis uxor Appuli etc. *Sueton. Vitell.* 2. Cujus filius sectionibus et cognituris uberius compendium nactus, ex muliere vulgari equitem Romanum genuerit. *Inscript.* apud *Orell.* 2664. DIIS MANIBVS. AEMILIVS CELSVS. VIXIT ANNIS XXV. H. S. E. S. T. T. L (*h. e.* hic situs est, sit tibi terra levis). IVLIA HONORATA MVLIER SVA MONVMENTVM FECIT. ¶ 3. Interdum mulier dicitur, quæ id est ætatis, ut concipere et parere haud amplius possit. *Hieronym. in Helvid. n.* 20. Quæ non est in partus anxietatibus et dolore, quæ, deficientibus menstrui cruoris officiis, mulier esse desiit, a Dei maledictione fit libera. *et n.* 21. Non negamus viduas, non negamus maritatas, sanctas mulieres inveniri, sed quæ uxores esse desierint, quæ in ipsa necessitate conjugii virginum imitentur castitatem.

II.) Translate dicitur de ignavo et molli per convicium. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 4. Non me arbitratur militem, sed mulierem, Qui me meosque non queam defendere.

MŬLIĔRĀRĬUS, a, um, adject. (mulier) *donnesco, femminile, donnajuolo*, idem quod muliebris: item mulierosus. Utramque notionem amplectitur *Cic. Cæl.* 28. 66., ubi *mulierariam manum* appellat hominum multitudinem Clodiæ amoribus deditam, et ab ea in insidiis collocatam. *Jul. Aterian.* apud *Trebell. XXX. Tyrann.* 6. Sed omnia hæc libido et cupiditas mulierariæ voluptatis perdidit. — Hinc

Mulierarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est homo mulierosus. *Capitolin. Albin.* 11. Fuit mulierarius inter primos amatores.

MŬLIĔRĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

MŬLIĔRCŬLA, æ, f. 1. *deminut.* mulieris, *femminella, donnicciuola*, γυναικάριον. *Lucret.* 4. 1274. Deteriore fit ut forma mulierecula ametur. *Cic.* 5. *Tusc.* 36. 103. Qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ. *Id. Amic.* 13. 46. Ex eo fieri, ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quam viri. *Id.* 2. *Cat.* 10. 23. Num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? *Horat. Epod.* 11. 23. Nunc gloriantis quamlibet mulierculam Vincere mollitie amor Lycisci me tenet.

MŬLIĔRCŬLĀRĬUS, ii, m. 2. a Constantino imperatore dictus est, qui uxores alienas et mulieres impudicas amat, *Cod. Theod.* 3. 16. 1.

MŬLIĔRĬTAS. *V.* MULIEBRITAS.

MŬLIĔRO, as, are, a. 1. *effemminare*, γυναικίζω, effemino. *Varro* apud *Non. p.* 140. 16. *Merc.* Hic ephebatum mulieravit. *h. e.* stupro quasi mulierem polluit.

MŬLIĔRŌSĬTAS, ātis, f. 3. (mulierosus) *inclinazione alle donne*, φιλογυνεία, amor mulierum, propensio erga mulieres. *Cic.* 4. *Tusc.* 11. 25. Ut gloriæ cupiditas, ut mulierositas, ut ita appellem eam, quæ Græce φιλογυνεία.

MŬLIĔRŌSUS, a, um, adject. (mulier) *troppo desideroso di donne, donnajuolo*, φιλογύναιος, qui nimium appetit mulieres. *Cic. Fat.* 5. 10. Hunc scribunt ipsius familiares et ebriosum et mulierosum fuisse. Adde *Afranium* apud *Non. p.* 28. 25. *Merc.*

MŬLĪNUS, a, um, adject. (mulus) ad mulum pertinens, *di mulo*, ἡμιόνειος ut Mulina ungula, apud *Vitruv.* 8. 3. *a med.* Mulinæ nares, *Plin.* 30. *Hist. nat.* 4. 11. (31). Mulinum stercus, *Marcell. Empir. cap.* 23. *p.* 120. ed. *Ald.*

MŬLĬO, ōnis, m. 3. (mulus). ¶ 1. De hominibus est qui mulos curat et agit: Item auriga, quia mulas currui jungere frequentissimus fuit usus: immo id genus quadrupedum primum putatur cœptum currui jungi, ut *Paul. Diac. p.* 148. 1. *Müll.* tradit. *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Mil.* 10. ab *A. Maio* editus in *Class. Auct. T.* 2. p. 111. Quos nunc vulgo mulliones dicimus, eos scilicet, qui jumenta vehiculis subjuncta moderantur et regunt, eos veteres rhedarios dicebant: mulliones autem proprie eos, qui negotiationem lucri sui causa in hujusmodi jumentis exercebant. Gr. ὀρεωκόμος, ἀστραβηλάτης (It. *mulattiere, cocchiere*; Fr. *muletier, cocher*; Hisp. *mulatero, muletero, mozo de mulas, cochero*; Germ. *der Maulthiertreiber oder-händler*; Angl. *a mule-driver, muleteer, keeper or driver of mules*). Occurrit — Universim. *Varro* 5. *L. L.* 159. *Müll.* Ibi quum jaceret pater occisus, supra eum carpentum mulio ut inigeret jussit. *Juvenal.* 3. 317. Nam mihi commota jamdudum mulio virga Innuit. *Sueton. Ner.* 30. Nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinatis mulionibus. — *b*) Apud *eumd. Vesp.* 4. dicitur Vespasianus per convicium aliquando vocatus *mulio*, quia ob egestatem coactus fuerat ad mangonicos quæstus descendere. Mulionum autem professio servilis, aut institoria fuit. Unde mulliones proprie institores appellari possunt, inquit *Ulp. Dig.* 14. 3. 5. — *c*) *Infantior, quam meus est mulio*, proverb. de homine infantissimo. *Varro* apud *Non. p.* 56. 11. *Merc.* — *d*) Fuisse mulliones inter officia domus Augustæ, apparet ex *Inscript.* apud *Murat.* 924. 14., in qua Livius Gratus Augusti mullio. Adde 925. 4. *et* 5. ¶ 2. *Mulliones* dicuntur etiam certi generis culices, κνῖπες: fortasse quia mulos æstate infestant. Hi sunt apibus inimici, ut est apud *Plin.* 11. *Hist. nat.* 18. 10. (61). Creduntur autem non amplius, quam uno die vivere, teste *eod.* 30. *ibid.* 16. 53. (147). — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MŬLIŌNĪCUS *et*

MŬLIŌNĬUS, a, um, adject. (mulio) *da mulattiere*, ad mulionem pertinens. *Lamprid. Elagab.* 31. *sub fin.* Tectus cucullione mulionico, ne agnosceretur. *Cic. Sext.* 38. 82. Mulioniam pænulam arripuit. *Al. leg.* mulionicam. *Edict. Dioclet. p.* 22. Caligæ primæ formæ mulionicæ, sive rusticæ par sine clavis ⚹ ducentis viginti.

MULLEŌLUS, a, um, adject. diminut. mullei. *Tertull. Pall.* 4. *ad fin.* Impuro cruri purum, aut mulleolum inducit calceum.

MULLEUS Calceus, *et* Mulleus, absolute, *borzacchino, calzaretto*, genus calcei, coloris purpurei, seu punicei, quem *Festus p.* 142. 25. primum a regibus Albanis gestatum tradit, deinde a patriciis Romanis: additque, putari esse ab obsoleto *mullare*, hoc est suere. Alii censent, mulleos, quia purpurei essent, nomen accepisse a rubro colore mulli pisces (*Isid.* 19. *Orig.* 34. 10.). Unde puniceos mullos dixit *Auson. Edyll.* 117.; et *Ovid. Halieut.* 123. et tenui suffusum sanguine mullum. Sed contra *Fenestella* apud *Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 30. (65). mullis nomen a colore mulleorum calceamentorum datum putat. Fuit gestamen patriciorum, non tamen omnium, sed eorum, qui curulem magistratum cepissent, ut diserte tradit *Cato* apud *Festum loc. cit.*, nam ceteris calcei erant ex nigra aluta. At sub Augustis, qui sibi solis mulleos vindicavere, magistratibus aurati sunt attributi. *Titinius loc. cit.* apud *Festum* Jam cum mulleis te ostendisti, quos tibiatim calceas. Ita *Scalig.*, quum apud *Fest.* legatur *quos tibiatis in calceos. Est* autem *tibiatim*, ad mediam usque tibiam, quia erant omnia ea genera calceamentorum, qualia Turcarum hodie, medio crure tenus. unde *Tertull. Pall.* 4. *ad fin.* Impuro cruri purum, aut mulleolum inducit calceum. Sic *Horat.* 1. *Sat.* 6. 27. nigris medium impedit crus Pellibus. Plura de his *Salmas.* ad illud *Vopisc. Aurelian.* 49. Calceos mulleos, et cereos, et albos, et hederacios viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.

MULLO, as, are, a. 1. suo, consuo. *V.* in voce præced.

MULLŬLUS, i, m. 2. *deminut.* mulli. *Cic.* 5. *Parad.* 2. 38. Et videat aliquem, summis populi beneficiis usum, barbatulos mullulos exceptantem de piscina. *Al. leg.* mullos.

MULLUS, i, m. 2. *triglia*, τρίγλη, piscis marinus, et fluviatilis: sed marinus præcipue in honore: dictus *barbatus* a *Cic.* 2. *Att.* 1. *a med.* et *Varron.* 3. *R. R.* 17. 7. quoniam, ut ait *Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 30. (64)., barba gemina insignitur inferiori labro: coloris punicei, quia tenui sanguine suffusus

est, ut est apud *Ovid. Halieut.* 123., modicæ magnitudinis, ut scribit *Plin. loc. cit.*, ut qui binas libras ponderis raro admodum excedit, nec in vivariis piscinisque crescit. *Macrob.* tamen 2. *Saturn.* 12. majoris ponderis passim suo tempore visum esse tradit. *Horat.* quoque 2. *Sat.* 2. 33. trilibrem memorat: quadrilibrem *Martial.* 10. 31., quatuor vero librarum et selibræ, tamquam rari ponderis, donatum Tiberio Cæsari, *Seneca Ep.* 95. *a med.*, ab eo in macellum missum, et quinque millibus HS emptum a P. Octavio. Ad sex libras perrenit ille, de quo *Juvenal.* 4. 15. mullum sex millibus emit, Æquantem sane paribus sestertia libris, Ut perhibent, qui de magnis majora loquuntur. Asinius Celer, Cajo principe, hoc pretium excessit, unum mercatus octo millibus nummum teste *Plin. ibid.* 18. 31. (67)., qui paullo post ex Licinio Muciano narrat, captum unum in mari Rubro octoginta librarum. Sed tam magni ponderis ignoti multi Romanis fuere. Decrevere etiam paullatim pretia, ut *Macrob.* ait *loc. cit.* Interim ex his fit palam, quanta olim gula fuerit, quantumque luxuria sibi licentiæ sumpserit, quæ majoris piscem modicum unius cœnæ causa, quam hominem emerit. *Martial.* reprehendens Calliodorum, qui servum vendiderat nummis mille ducentis, eaque pecunia quadrilibrem mullum emerat, *loc. cit.* Exclamare libet, non est hoc, improbe, non est Piscis: homo est: hominem, Calliodore, voras. — Mullum exspirantem versicolori quadam et numerosa varietate spectari, proceres gulæ narrant, inquit *Plin. cit.* 9. *Hist. nat.* 17. 30. (66)., rubentium squamarum multiplici mutatione pallescentem, utique si vitro spectetur inclusus. Cf. *Senec.* 3. *Quæst. nat.* 18. Nihil est mullo exspirante formosius. Ipsa colluctatione animam agenti rubor primum, deinde pallor suffunditur. — *Plin. loc. cit.* mullorum plura genera facit, pro vario cibi genere, quo vescuntur, et vario sapore inde contracto. nam et alga vescuntur, et ostreis, et limo, et aliorum piscium carne. Lutarium ex iis vilissimi generis appellant: nec litoralibus gratia: laudatissimi conchylium sapiunt. — Delicatiores divites in vivariis et piscinis eos alebant, se beatos prædicantes, si ita eorum aliquis mansuevisset, ut ad manum heri cibum capturus accederet. *Cic.* 2. *Att.* 1. *a med.* et 5. *Parad.* 2. 38.

MŪLŌMĔDĪCĪNA, æ, f. 1. ἱππιάτρια, ars medendi mulis ceterisque jumentis. *Veget.* 1. *et* 2. *Veterin. præf. V.* APTATURA.

MŪLŌMĔDĪCUS, i, m. 2. *maniscalco*, ἱππιάτρος, κτηνιάτρος, medicus mulorum ceterorumque jumentorum. *Veget.* 1. *Veterin. præf.*; et *Firmic.* 8. *Mathes.* 13. *V.* APTATURA.

MULSĔUS, a, um, adject. (mulsum) *dolce*, μελιηδής, mulsi saporem referens, dulcis. *Colum.* 12. *R. R.* 47. 3. Sed etiam liquorem mulsi saporis præbet. *Id.* 8. *ibid.* 7. 4. Mulsea aqua. *h. e.* melle mixta. Adde *Plin.* 21. *Hist. nat.* 19. 75. (128).; et *Scribon. Compos.* 230.

MULSŪRA, æ, f. 1. (mulgeo) actus mulgendi. *Calpurn.* 5. *Ecl.* 34. rursusque premetur Mane, quod occiduæ mulsura redegerit horæ.

MULSUM, i, n. 2. et

MULSUS, a, um. *V.* MULCEO in fin.

MULTA *vel* mulcta, æ, f. 1. Ad scriptionem quod attinet, *multa* magis placet *Manut.* et *Cellar.* quod in libris veteribus sic habeatur, et in *Inscript.* apud *Gruter.* 52. 12.: pluries vero in alia opt. notæ apud *Marin. Frat. Arv.* p. 70. Accedit auctoritas *Pauli Diac.*, apud quem eo loci est in serie litterarum, ut sine c scribi debeat. item *Scaligeri* ad *Varron.*, et *Vossii*, qui in *Etymol.* deducit a *multo, as*, quod olim pro numerare usurpatum fuit, et *Pierii* ad *Virg.* 11. *Æn.* 839. qui in pluribus codicib. *multare*, quam *mulctare* reperit. Et *mulcta* tamen suos habet antiquos libros, et *Inscript.* apud *Gruter.* 155. 1. quam in MULCO init. attulimus. — Vox est Sabinorum, teste *Varrone* apud *Gell.* 11. 1., vel Oscorum, ut est apud *Festum* p. 142. 22. *Müll.* Sed turba grammaticorum novicia, inquit *Gell.*, Latinam putat, et κατ' ἀντίφρασιν dici, quasi minime multa sit, aut esse debeat. Quod est plane frigidum. *V.* de hac voce disputantem *Müllerum* in *Etr. rer.* I. 3. 11. — Multa est pœna in pecore, vel pecuniaria, quæ pro delictis irrogatur. Inter multam et pœnam, inquit *Ulp. Dig.* 50. 16. 131., multum interest: quum pœna generale nomen sit, omnium delictorum coercitio; multa specialis peccati, cujus animadversio hodie pecuniaria est: pœna autem non tantum pecuniaria, verum capitis, et existimationis irrogari solet. Et multa quidem ex arbitrio ejus venit qui multam dicit: pœna non irrogatur, nisi quæ qua lege, vel quo jure specialiter huic delicto imposita est. Hactenus *Ulpian.* Hæc tamen discrimina non sunt perpetua, nisi forte apud JCtos. Gr. ζημίωμα (It. *multa, pena, condanna*; Fr. *amende, peine*; Hisp. *multa, pena*; Germ. *die Strafe*; Angl. *a fine, mulct, penalty, forfeiture, amercement*).

I.) Proprie. — *a*) De multa, quæ fuit pœna in pecore. *Multa suprema* appellabatur primis reipubl. temporibus (quibus non nisi ovium boumque impendio multatio constabat, ut ait *Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 3. (11). et *Cic.* infra *cit.*, quia hæ solæ tum divitiæ fuere) quæ erat duarum ovium, boum triginta: pro copia scilicet boum, proque ovium penuria: *minima* erat ovis unius, ut *Gell.* 11. 1. docet: rectius vero a *Niebuhrio* (*Hist. Rom. T.* II. *p.* 341. et seq.) docemur, multam a magistratu singulis diebus una ove unove bove augeri potuisse a minima inde, quæ erat unius ovis, ad supremam, duarum ovium triginta boum. Postea lege Aternia constituti sunt in oves singulas æris deni, in boves æris centeni. In ea docenda cautum fuit, ne bos prius, quam ovis nominaretur, ut ait *Plin. loc. cit.*, et ut ovis masculino genere efferretur: adeo ut in feminino negarent justam multam videri, ut *Gell. loc. cit.* tradit. De multæ quantitate, et taxatione eadem ac *Gellius* habet *Festus*. Procedente tempore, et crescentibus divitiis, multæ quoque taxatio crevit. *Cic.* 2. *de republ.* (edente *A. Maio*) 9. Romulus plebem multæ dictione ovium et boum, non vi et suppliciis coercebat. *Varro* 5. *L. L.* 95. *Müll.* Tum quum pecore diceretur multa. *Id.* apud *Gell. loc. cit.* M. Terentius quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ego ei unum ovem multam dico. *Cato* apud *eund.*; et ipse *Gell.* 7. 14.; et *Macrob.* 1. *Saturn.* 5. Imperator noster, si quis extra ordinem depugnatum ivit, ei multam facit. τίμημα ποιεῖ. — *b*) De multa pecuniaria, et generatim. *Liv.* 10. 37. Multa præsens quingentum millium æris in singulas civitates imposita. *Cic.* 3. *Legg.* 3. 6. Per populum multæ, pœnæ certatio esto. *Id. Balb.* 18. 42. Hujus accusatorem multa et pœna multavit. *Id. Cæcin.* 33. 98. In colonias Latinas sæpe cives nostri, aut sua voluntate, aut legis multa profecti sunt: quam multam si sufferre voluissent, tum manere in civitate potuissent. *Ovid.* 5. *Fast.* 289. Multam subire. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 3. (11). indicere. *Cic. Cluent.* 37. 103. committere. *meritarsi*, *tirarsi addosso.* et 5. *Fam.* 20. depellere alicui. *Id.* 11. *Phil.* 8. 18. remittere. *V.* infra. *Varro* 5. *L. L.* 177. *Müll.* exigere. — *Dicere*, et *irrogare multam* est tribuni plebis, vel alterius indicentis multam alicui, et ad populum disceptandam ferentis: *certare multam* est de ea apud populum utrimque verba facere; cujus suffragiis vel confirmabatur, vel tollebatur. *V.* CERTATIO. *Liv.* 25. 3. *a med.* Duo tribuni plebis ducentum millium æris multam M. Postumio dixerunt. Cui certandæ quum dies advenisset, etc. *Cic. Mil.* 14. 36. *de Clodio.* Diem mihi, credo, dixerat; multam irrogarat; actionem perduellionis intenderat. *Id.* 11. *Phil.* 8. 11. Crassus consul et pontifex mat. Flacco collegæ flamini Martiali multam dixit, si a sacris discessisset: quam multam populus remisit. — *Multam petere* dicebatur, qui multam irrogabat, postulans a populo, ut ea rata haberetur. *Cic. Cluent.* 37. 103. — De multa apud Germanos *V.* Interprett. ad *Tac. Germ.* 12.

II.) Improprie pro quacumque pœna. *Plaut. Asin.* 4. 1. 55. Nec ulli verbo maledicat: si dixerit, hæc ei multa esto: vino viginti dies ut careat. *Fronto* 1. *ad imp. Antonin.* 5. In eam multam duplicatum amorem tuum desero; non ut antiquitus multas irrogari mos fuit mille minus dimidio asse.

MULTANGŪLUM *vel* multiangulum, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MULTANGŪLUS *vel* multiangulus, a, um, adject. multos habens angulos, *di molti angoli*, πολυγώνιος. *Lucret.* 4. 655. Multa rotunda, modis multis multangula quædam. *Capell.* 1. *p.* 35. Formæ multiangulæ. — Hinc

Multiangulum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est idem ac polygonum. *Boeth.* 2. *Arithm.* 21. *p.* 1340. Ad primum multiangulum ejus generis. *et ibid.* In omnibus ab omni multiangulo progredientibus.

MULTĀNĪMIS, e, adject. *animoso*, qui multum animi habet. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 690. HERMIA MVLTANIMIS HANC VIAM EXPLICVIT.

MULTĀTĪCĬUS *vel* Mulctaticius, a, um, adject. τετιμημένος, ad multam pertinens, ut *multaticia pecunia*, quæ multis irrogatis exigitur, *denaro di condanne. Liv.* 10. 23. *extr.* Ex multaticia pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti. *Id.* 30. 39. *in fin.* Quum signa tria ex multaticio argento facta in Capitolio posuissent. *Inscript.* apud *Murat.* 640. 1. C. TITINIVS AEDILIS PLEBIS MVLTAVIT LANIOS QVOD CARNEM VENDIDISSENT POPVLO NON INSPECTAM DE PECVNIA MVLTATICIA CELLA EXTRVCTA AD TALLVRIS LAVERNAE. *V.* INIQUITAS.

MULTĀTĪCUS *vel* mulctaticus, *et antiquo more* moltaticus, a, um, adject. multaticius. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 469. 2. QVAESTORES AERE MOLTATICOD DEDERONT. Alia apud *Donat.* 263. 1. M. SCAVDIVS C. F. C. MVNATIVS T. F. AEDILES AERE MVLTATICO.

MULTĀTĬO *vel* mulctatio, ōnis, f. 3. actus multandi, multa. ζημίωσις. *Cic. Rabir. perduell.* 5. 16. Misera est ignominia judicium publicorum, misera multatio bonorum, miserum exsilium. *confiscazione. Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 3. (11). Multatio non nisi ovium boumque impendio dicebatur. *V.* MULTA I. *a.*

MULTĀTUS *vel* mulctatus, a, um. *V.* MULTO.

MULTĒSĬMUS, a, um, adject. πολλοστημόριος, ex multis unus, parvus: ut *millesimus* unus e mille. *Lucret.* 6. 650. Et videas cælum summai totius unum Quam sit parvula pars, et quam multesima constet, Nec tota pars, bono terrai quota totius unus.

MULTĬANGULUM, i, *et*

MULTĬANGŪLUS, a, um. *V.* MULTANGULUS.

MULTĬBARBUS, a, um, adject. *di molta barba*, δασυπώγων, multam barbam habens. *Apul. Florid.* n. 3. Marsyas hispidus, multibarbus, spinis et pilis obsitus. *Alii rectius leg.* illutibarbus. *V. Mus. Borbon. T.* 7. *tav.* 30. ubi Silenus multibarbus exhibetur.

MULTĪBĪBUS, a, um, adject. *chi molto bee*, πολυπότης, qui multum bibit. *Plaut. Curc.* 1. 1. 77. Iena multibiba atque merobiba. *Id. Cist.* 1. 3. 1. et multiloqua et multibiba est anus. *Macrob.* 5. *Saturn.* 21. Et Herculem multibibum heroa fuisse, argumentum est etc.

MULTĪCAULIS, e, adject. multos caules emittens. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 16. 56. (94). Quædam in iis multicaulia ramosaque sunt, ut carduus; uno tamen caule nec ramosum cnecus.

MULTĪCĀVĀTUS, a, um, adject. multis locis cavatus. *Varro* 3. *R. R.* 16. 24. Favus est, quem fingunt (*apes*) multicavatum ex cera.

MULTĪCĀVUS, a, um, adject. multicavatus. *Ovid.* 8. *Met.* 561. Pumice multicavo, nec lævibus atria tophis Structa subit.

MULTĪCĬA, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more. *V.* voc. seq.

MULTĪCĬUS, a, um, adject. qui multis liciis textus est, per syncopen a *multilicius*, idem ac polymitus, Græce πολύμιτος, a πολύς *multus* et *μίτος licium*. Hinc *Multicia tunica*, vel *synthesis*, et absolute *Multicia, orum*, sunt vestes molliores feminarum propriæ, ut colligitur ex illo *Juvenal.* 11. 186. uxor Humida suspectis referens multicia rugis. Hæc tamen etiam a viris luxu deditis gestabantur: quare ita reprehendit Creticum *Id.* 2. 66. sed quid Non facient alii, quum tu multicia sumas? Ubi *Vet. Scholiast.* ait: Vestes molli intextas subtemine, quibus solent uti puellæ. Rursus *Juvenal. ibid.* 76. quæro, an deceant multicia testem. *Valerian. Aug.* in *epist.* apud *Vopisc. Aurelian.* 12. Dabis Aureliano tunicas

multicias viriles decem, lineas Ægyptias vigioti. *Alii leg.* multilicias. *Tertull. Pall.* 4. *circa med.* Ita et endromidis solocem aliqua multicia synthesi pugil Cleomachus extrusit. *Auct. incert. carm. de verb. Achill. in Parthen.* ed. *Wernsdorf. T.* 4. *p.* 429. Tenvia loricæ cedant multicia forti. *V.* ibid. adnot. *Not. Tir. p.* 159. Babylonicum, polymitum, multicium, sericum, pseudosericum, holosericum. *Gloss. Philox.* Multicia, πολύμιτα. — Scriptores operis, cui titulus *Pitture di Ercolano. T.* 1., putant multiciam vestem esse illam, quam describit *Seneca* hisce verbis 7. *Benef.* 9. 4. Video sericas vestes, si vocandæ sunt, in quibus nihil est quo defendi aut corpus aut denique pudor possit. *Salmasius* putat, *multicius* esse a *multum* et *icere*, quod genus panni sit pectine probe ictum seu pulsatum, et *levidensi* opponit. *Forcellinus* autem, quia *Juvenal. loc. cit.* ait, Creticum in ea veste pellucere, *Salmasii* etymon improbat, nec itidem nostrum supra allatum probat, quasi vero Latini pellucidum tantummodo appellaverint id, quod Itali nunc dicunt *trasparente*, qualis fuit Coa vestis, *V.* COUS in ONOM; quum certo constet, illos ea voce id, quod valde lucet, etiam significasse. Videtur itaque *multicius* Latinorum idem esse ac πολύμιτος Græcorum, quod genus sericarum vestium instituisse Alexandriam Ægypti urbem celeberrimam, auctor est *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 74. (196).

MULTĬCŎLOR, ōris, m. et f. 3. *di molti colori*, πολύχρους, habens multos colores. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 60. (167). Hexecntalithos in parva magnitudine multicolor hoc sibi nomen adoptavit. *Apul. de Mundo.* Iris multicolor est. *Capell.* 1. *p.* 17. Insidebat ex pavonum pennis intertextæ oculatæque pallæ, ex qua multicoloribus notulis variata pictura vernabat. — Hinc absolute. *Id.* 11. *Met.* Multicolor bysso tenui pertexta. *h. e.* vestis multicolor.

MULTĬCŎLŌRUS, a, um, adject. multicolor. *Gell.* 11. 16. Sicuti multijuga dicimus, et multicolora, et multiformia. *Prudent.* 3. *Cathemer.* 104. Prataque multicolora latex Quadrifluo ceter amne rigat.

MULTĬCŎMUS, a, um, adject. bene comatus, vel multas comas habens, πολυκόμος. Translate *Paulin. Nol. carm.* 26. 418. Densaque multicomis imitantur sidera flammis.

MULTĬCŪPĬDUS, a, um, adject. qui multa cupit. *Varro* apud *Non.* 121. 8. et 433. 24. *Merc.* Quam dereliquit multicupida juvenilitas.

MULTĬFĂCĬO, fācis, fēci, fācere, a. 1. magni facere, *stimare molto. Paul. Diac. p.* 152. 5. *Müll.* Multifacere dicitur, sicut magnificere, parvificere. Cato: Neque fidem, neque jusjurandum, neque pudicitiam multifecit. *Plaut. Rud.* 2. 3. 49. Verum erastor ut multifecit, ita probe curavit Pleusidippus. *Plerique apud* Plaut. *divisim scribunt.*

MULTĬFĂRĬAM, adverb. Proprie est Accus. sing. num. et gen. fem. ut *magnam partem*, a *multifarius*, adverbii more usurpatus, ut *promiscuam*, item *bifariam, trifariam, aliquotfariam*; et significat multis in locis, πολλαχῇ (It. *in molti luoghi*; Fr. *en beaucoup d'endroits, dans beaucoup de lieux*; Hisp. *en muchos lugares*; Germ. *an vielen Seiten, Orten, Stellen*; Angl. *in many places*). *Festus p.* 142. 32. *Müll.* Multifariam dixerunt antiqui, videlicet, quod in multis locis fari poterat. Cf. *Paul. Diac. p.* 144. 1. *Müll.* et *V.* BIFARIAM et BIFARIUS. *Cato* apud *Gell.* 3. 7. Quum saucius multifariam ibi factus esset, tum vulnus capiti nullum evenit. *Sisenna* apud *Non. p.* 141. 30. *Merc.* Loca palustria quæ erant et alte multifariam confossa. *Cic.* 2. *Orat.* 41. 174. Si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem etc. *Id.* 1. *Legg.* 14. 40. Judicia quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt. *Liv.* 3. 50. Togæ multifariam in castris visæ, majoris aliquanto, quam erat, speciem urbanæ multitudinis fecerant. *Id.* 37. 5. Quum viri propugnarent, feminæ tela omnis generis saxaque in muros gererent, multifariam scalis appositis. *Id.* 33. 18. Omnibus ex præsidiis, quæ multifariam disjecta erant, devocatis. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 57. 83. (176). Multifariam in ponto unum genus esse, quod etc. *Id.* 30. *ibid.* 6. 15. (46). Cochleæ multifariam nascentes. *Id.* 25. *ibid.* 8. 53. (93). Utramque nasci multifariam, sed deteriores in agris pinguibus. *Sueton. Galb.* 19. Legionarii, qui multifariam diverseque tendebant. Adde *eumd. Cal.* 18.; *Gell.* 18. 2.; *Liv.* 3. 5.

MULTĬFĂRĬĒ, adverb. idem quod multifariam. ¶ 1. In multis locis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 10. (54). Panis multifarie et e milio fit, e panico rarus. *Sillig.* legit *multifariam* et laudat *Hand. Tursell.* 3. 664. ¶ 2. Item multis modis. *Solin.* 11. *a med. de Delo.* Eadem est Ortygia, quæ clarissima in Cycladum numero multifarie traditur: nunc Asteria a cultura Apollinis: nunc a venatibus Lagia, vel Cynethos Pyrpile etiam etc. *h. e.* multis modis. *Forcellinus* tamen interpretatus est: Multis in locis multa habet nomina.

MULTĬFĂRĬUS, a, um, adject. *multiplice, vario*, πολύτροπος, multiplex, varius. *Gell.* 5. 6. Militares coronæ multifariæ sunt.

MULTĬFER, fĕra, fĕrum, adject. *fertile*, πολυφόρος, fertilis. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 8. 11. (31). Tam multifera sunt, tot res, præter glandem, pariunt robora.

MULTĬFĬDUS, a, um, adject. (multus *et* findo) qui in multas partes finditur, *fesso in molte parti.*

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Ovid.* 8. *Met.* 641. Multifidasque faces, ramaliaque arida etc. *Seneca Med.* 111. Multifidam jam tempus erat succendere pinum. Sic *Stat.* 10. *Theb.* 843. Multifidam quercum flagranti lumine vibrat. *h. e.* facem e quercu. *V.* INSPICO. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 45. (128). Cornua ovium nulla, nec cervarum, nec quibus multifidi pedes, nec solidipedum ulli. *Martial.* 14. 25. Multifido buxus quæ tibi dente datur. *h. e.* pecten e buxo. *Val. Flacc.* 1. 6. Draco multifidas linguas vibrans. *h. e.* trisulcas. *Id.* 4. 93. multifidum jubar. *h. e.* solis radii.' — *b*) Speciatim de crinibus in multos cirros divisis. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 15. *de Venere.* Illi multifidos crinis sinuatur in orbes, Idalia divisus acu. *Id. Nupt. Honor. et Mar.* 102. hæc morsu numerosi dentis eburno Multifidum discrimen arat. — *Multifida* dicuntur flumina, quæ in multos divisa rivos in mare influunt. Unde multifidus Timavus, *Martial.* 8. 28. Multifidas Ister, *Lucan.* 3. 202. Multifidæ undæ, *Id.* 10. 311. de Nilo crescente, et extra ripas passim vagante. Sic *Claudian. de Apono* 59. Multifidas dispergit opes, artemque secutus, Qua jussere manus, mobile torquet iter.

II.) Translate. *Val. Flacc.* 4. 661. Sic ubi multifidus ruptis e nubibus horror Effugit etc. *h. e.* fulmen, vel fulgur in multas partes se spargens et horrorem incutiens. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 55. Non mihi centenis resonent si vocibus ora, Multifidusque ruat centum per pectora Phœbus, Acta Probi narrare queam. *h. e.* multiplex.

MULTĬFLŌRUS, a, um, adject. multos flores habens. *Isid.* 17. *Orig.* 9. Cardamomum fulvum, multiflorum, purpureum, tenue.

MULTĬFLŪUS, a, um, adject. multum fluens. Translate *Juvenc.* 1. 586. Multifluisque diem verbis ducendo fatigant. *Arator* 2. 1065. cunctosque rigari Multifluo sermone jubet.

MULTĬFŌRĀBĬLIS *et*
MULTĬFŌRĀTĬLIS *et*
MULTĬFŌRIS, e, adject. multas habens fores, seu aditus, exitusve. *Apul.* 10. *Met.* Jam tibiæ multiforabiles cantus Lydios dulciter consonant. *Id. Florid.* n. 3. Nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibia. Adde *Sidon.* 8. *Ep.* 9. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 55. 81. (218). Specus, qui sunt multifores in terra. *V.* MULTIFORUS.

MULTĬFORMIS, e, adject. *vario, multiforme*, πολύμορφος, varius, quasi multiplicis formæ ac variæ. *Colum.* 7. *R. R.* 9. 8. Ut per anni diversa tempora multiformes nuces ac ficum præbeat. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 7. 26. Qualitates principes sunt uniusmodi et simplices: ex his autem ortæ, variæ sunt et quasi multiformes. *Gell.* 19. 14. Artes multiformes et variæ. *Seneca Ep.* 120. *sub fin.* Præter sapientem nemo unum agit: ceteri multiformes sumus. *Macrob.* 7. *Saturn. i. ad fin.* Multiformis alimonia deprehenditur causa morborum. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 15. *n.* 136. Confectis fomentis ex multiformi materia (*ægrotum*) abluendum existimant. Adde *Theod. Priscian.* 1. 21.

MULTĬFORMĬTER, adverb. *in molte maniere*, πολυτρόπως, variis modis. *Gell.* 9. 5. Plato ante hos omnes ita varie et multiformiter disseruit de voluptate. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 27. 69. (202). Pestilentiæ ignis suffitu (*Sillig.* legit, *ignes si fiant*,) multiformiter auxiliari.

MULTĬFŎRUS, a, um, adject. multa habens foramina, πολύτρητος. *Ovid.* 12. *Met.* 157. Non illos citharæ, non illos carmina vocum, Longave multifori delectat tibia buxi. *Seneca Agam.* 348. Tibi multifora tibia buxo Solemne canit. *V.* MULTIFORIS.

MULTĬFRUCTUS, a, um, adject. πολύκαρπος, qui multos fructus affert. *Fulgent.* 3. *Mythol.* 2. Perdicca matrem Polycasten habuit, quasi Polycarpen, quod nos Latine multifructam dicimus. Adde *Lactant. Placid.* apud *A. Maium* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 133, ubi eadem leguntur verba.

MULTĬGĔNĔRIS, e, adject. *di molte sorte*, πολυγενής, multorum generum. *Plaut. Capt.* 1. 2. 56. Multis et multigeneribus opus est tibi Militibus. — *Multigenerum* absolute pro multorum generum. *Plaut. Stich.* 2. 2. 59. Post hæc unguenta multigenerum multa.

MULTĬGĔNĔRUS, a, um. *V.* voc. seq.

MULTĬGĔNUS, a, um, adject. *di molti generi*, πολυγενής, qui est multorum generum. *Lucret.* 2. 335. Percipe, multigenis quam sint variata figuris. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 1. 1. (1). Multa hæc et multigena terrestrium volucrumque vita. *Harduin.* et *Sillig.* ex MSS. legit *multigenera*, quod est a recto *multigenerus. Capell.* 2. *p.* 35. Pictura animalium membra multigenûm in unam speciem complicabat. *h. e.* multigenorum.

MULTĬGRŪMUS, a, um, adject. multos habens grumos, seu cumulos, aut acervos. Vox est prisca dicta a *Nævio* in *Alcesti*, de tumidis magnisque fluctibus: et recensetur a *Gell.* 19. 7. inter ea, quæ nimium poetica sunt, et a prosæ orationis usu aliena.

MULTĬJŪGUS, a, um, *et* Multijugis, e, adject. a *multus* et *jugum*, ut *bijugi, quadrijugi.* Equi multijugi sunt plures equi multis jugis ad currum juncti.

I.) Proprie. *Liv.* 28. 9. *a med.* Itaque iret alter consul sublimis curru, multijugis, si vellet, equis: uno equo per urbem verum triumphum vehi. *Gell.* 19. 8. *a med.* Quadrigæ semper, etsi multijugæ non sunt, multitudinis tamen numero tenentur.

II.) Translate est multiplex, varius, *vario, multiplice. Cic.* 14. *Att.* 9. De republica multa cognovi ex tuis litteris, quas quidem multijuges accepi uno tempore a Vestorii liberto. *Gell.* 2. 11. Spolia habuit multijuga: in his provocatoria pleraque. *Id.* 10. 2. Multijuga hominum partio. *Id.* 14. 2. Multijuga et sinuosa quæstio. *Apul. de Mag.* Aristotelis multijuga volumina. *Fronto ad Verum* (edente itorum *A. Maio*) *ep.* 1. Historiam scripsit Cato verbis multijugis.

MULTĬLĂTĔRUS, a, um, adject. *moltilatero*, πολύπλευρος, plurilaterus, qui multis constat lateribus. *Auct. fragm.* operis, quod *Censorino* tribuitur, c. 7. Trigonum, trilaterum: tetragonum, quod quatuor; multilaterum, quod pluribus lineis continetur. *Boeth. Geom.* 2. *p.* 1189. Figura multilatera, quæ sub pluribus, quam quatuor, lateribus continetur.

MULTĬLAUDUS, a, um, adject. qui est multæ laudis, πολυέπαινος. *Ammian.* 21. 10. Vir sobrietatis gratia multilaudus. *Alii rectius leg.* æmulandus.

MULTĬLĬCĬUS. *V.* MULTICIUS.

MULTĬLŌQUAX, ācis, adject. omn. gen. multiloquus. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 5. Multiloquaces mulieres. *Al. leg.* multum loquaces. *Gloss. Cyrill.* Πολυλάλος, multiloquax, verbosus.

MULTĬLŌQUĬUM, ii, n. 2. multus sermo. *Plaut. Merc. prol.* 31. Amori accedunt etiam hæc, multiloquium, paniciloquium etc.

MULTĬLŌQUUS, a, um, adject. *chi parla molto, cianciatore*, πολυλάλος, πολυλόγος, qui multa loquitur. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 5. coquum ducere Multiloquum, gloriosum, insulsum. *Id. Cist.* 1. 3. 1. multiloqua et multibiba anus. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 2. *n.* 10. Erit præterea tacitus is, qui natura atque sanitatis tempore fuerat multiloquus.

MULTĬMAMMĬA, æ, f. 1. πολύμαστος, multas habens mammas, mammosa. Epithetum est Dianæ Ephesiæ, quæ mammis multis (ut loquitur *Minuc. Fel. Octav.* 21. *ad fin.*) et uberibus exstructa colebatur. *Hieronym. proœm. in epist. ad Ephes. circa*

med. Ephesii Dianam colentes, non hanc venatricem, quæ arcum tenet atque succincta est, sed illam multimammiam, quam Græci etc. *Apul.* hanc eamdem designat, quum ait 11. *Met. sub init.* Phœbi soror, quæ partu fetarum medelis lenientibus recreato, populos tantos educasti, præclarisque nunc veneraris delubris Ephesi.

MULTĬMĒTER, tri, m. 2. abundans metris. *Sidon.* S. *Ep.* 11. *circa med.* Si poemata illius metiaris, multimeter, argutus, artifex erat.

MULTĬMŎDĔ. *V.* in voce seq. ad fin.

MULTĬMŎDIS, adverb. *in molti modi*, πολυτρόπως, multis modis, multipliciter. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Orat.* 58. 217. Multimodis sum circumventus, morbo, exsilio atque inopia. *Lucret.* 1. 893. Verum semina multimodis immixta latere Multarum rerum in rebus communia debent. (Adde alibi sæpe.) *Cic.* 2. *Fin.* 26. 82. Hoc etsi multimodis reprehendi potest, tamen accipio. *Ter. Heaut.* 2. 3. 79. multimodis injurus, Clitipho, es. *Nepos Themist.* 10. De cujus morte multimodis apud plerosque scriptum est. *Plaut. Mil. glor.* 4. 4. 53. multimodis sapis. — In loco *Ennii* allato alii leg. *multi modis*: quod et de locis *Lucret.* suspicari possumus (in quo sæpissime lectio variat) et *Nepotis*, *Plaut.* ac *Terentii*. Apud *Cic.* alii leg. *multis modis*: et in quodam MS. etiam *multimode*. At certe legitur apud *Boeth. Comment. in Categ. Aristot.* 1. *p.* 116. Ratio quoque multimode dicitur.

MULTĬMŎDUS, a, um, adject. *di molti modi*, πολύτροπος, (ut *omnimodus*) multorum modorum, multiplex, varius. *Liv.* 21. 8. Oppidani multimoda arte distineri cœpti sunt. *Apul. Dogm. Plat. post init.* Quod istis evenit, quarum substantia (*non est simplex, sed*) multimodâ potestatum coitione conficitur. *Id.* 10. *Met.* At ubi discursus reciproci multimodas ambages tubæ terminalis cantus explicuit etc. *V.* voc. seq. II.

MULTĬNŎDUS, a, um, *et* Multinodis, e, adject. multos nodos habens.

I.) Proprie *Apul.* 5. *Met.* Multinodis voluminibus serpens coluber. *Id.* 8. *ibid.* Indidem sese multinodis commulcat ictibus. *Prudent.* 7. *Cathemer.* 139. Tectus flagellis multinodi germinis.

II.) Translate. *Apul.* 10. *Met.* Discursus reciproci multinodes ambages explicuit. *Alii rectius leg.* multimodas. *Capell.* 4. *p.* 134. Et multimodus perpeti amfractus diu Hymen recuset. *h. e.* ne ad contortiora procedas, quæ impatientiam Hymenis moveant.

MULTĬNŌMĬNIS, e, adject. comm. gen. πολυώνυμος, qui multa habet nomina. *Apul.* 11. *Met.* Multinominis deæ divina imperia.

MULTĬNŪBENTĬA, æ, f. 1. *il maritarsi molte volte*, πολυγαμία. *Tertull. advers. Psych.* 1. Multinubentiæ pronus.

MULTĬNŪBUS, a, um, adject. qui multas duxit, quæ multis viris nupsit. *Hieronym.* 1. *advers. Jovinian.* 28. Nobis adversarius proposuerat Salomonem multinubum. *Id. Ep.* 123. *n.* 10. Vidi unum, qui viginti sepelisset uxores, unam quæ vicesimum secundum habuisset maritum, extremo sibi, ut ipsi putabant, matrimonio copulatos. Vicit maritus, et coronatus uxoris multinubæ feretrum præcedebat.

MULTĬNŪMUS *vel* multinummus, a, um, adject. qui multorum nummorum pretio emitur. *Varro* 3. *R. R.* 17. 6. Ego enim uno servulo, hordeo non multo, aqua domestica meos multinummos alo asinos. (De ingentib. asinorum pretiis V. *etiamd.* 2. *ibid.* 1. 14. et 3. *ibid.* 2. 7.) *Id.* apud *Non.* p. 216. 9. *Merc.* Multinummus piscis, helops.

MULTĬPARTĪTUS, a, um, adject. divisus in multas partes, sive res. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 19. 22. (66). Namque vita mitioribus populis Indorum multipartita degitur. Alii tellurem exercent, militiam alii capessunt, merces alii suas evehunt etc.

MULTĬPĀTENS. *V.* MULTIPOTENS.

MULTĬPĔDA, æ, f. 1. ὀνίσκος. ¶ 1. Est genus insecti, de quo *V.* in MILLEPEDA. ¶ 2. Est etiam norma quædam geometrica sic appellata, quod plures habet pedes ductiles, qui ad artificis nutum vel cohiberi, vel extendi poterant; quum e contrario norma communis duos tantum habeat fixos et recto rigore. *Hygin. de limit. constit. p.* 176. *Goes.* Has deinde umbras pro portione ad multipedam in tabula describimus.

MULTĬPES, ĕdis, adject. omn. gen. *di molti piedi*, πολύπους, multos habens pedes. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 45. 102. (249). Sunt autem crura his obliqua: sic et multipedibus. — Absolute, substantivorum more, est idem ac multipeda. *Isid.* 12. *Orig.* 5. Multipes vermis terrenus ex multitudine pedum vocatus, qui contra ictum contractus in globum complicatur: nascitur sub petris ex humore et terra. Cf. *Marcell. Empir. cap.* 35. *p.* 138. ed. *Ald.* In locis humidis et sordidis sub lapidibus inveniuntur bestiolæ multipedes, quæ contactæ contrahuntur et rotundantur. *et Id. cap.* 15. *p.* 106. *retro.* Multipedes cutiones, qui in stercore nascuntur, quique contacti in globulis complicantur.

MULTĬPLEX, plĭcis, adject. omn. gen. (multus *et* plico). Comp. *Multiplicior* sub II. 3. — Multiplex est qui multis præditus est plicaturis, *che ha molte pieghe*, πολλαπλοῦς.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat. D.* 54. 136. Alvus est multiplex et tortuosa, arcetque et continet, quod recepit.

II.) Translate. ¶ 1. Est sinuosus, tortuosus, *pieno di sinuosità, di attortigliamenti*. *Cic. Senect.* 15. 52. Vitis serpens multiplici lapsu et erratico. *Ovid.* 8. *Met.* 158. Multiplici domo et cæcis includere tectis. *h. e.* labyrintho. ¶ 2. Sæpissime est multus, copiosus, varius, ποικίλος; *copioso, numeroso, molteplice*; eique *simplex* opponitur, ut apud *Plin.* 16. *Hist. nat.* 31. 55. (126). Cortex multiplex tunicis, ut vitibus, tiliæ, abieti: quibusdam simplex, ut fico, arundini. Occurrit — *a*) De rebus physicis. *Virg.* 5. *Æn.* 264. Lorica multiplex. Cf. *ibid.* 259. consertam hamis auroque triplicem Donat. *Catull.* 64. 305. Large multiplici constructæ dape mensæ. *Cic.* 2. *Nat. D.* 51. 128. Quæ multiplices fetus procreant, ut sues, canes, his mammarum data est multitudo. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 10. (58). Multiplicia folia fabæ, piso. *h. e.* multa. At *Sillig.* vocem *multiplicia* in *multifida* mutavit. — *Multiplex locus* apud *Lucret.* est amplus, latus, spatiosus, magnus, 2. 162. et 4. 207. Multiplicisque loci spatium transcurrere eodem Tempore. *Al., inter quos et* Lachmannus, *leg.* multiplexque loci spatium, producta secunda syllaba. — *Multiplex domus* apud *Senec. Hippol.* 523. est ampla et pluribus constans membris: quam *multiplicatam* dicit *Cic.* 1. *Off.* 39. 138. — *b*) De abstractis et de ipso homine. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 30. (117). Fabæ multiplex usus omnium quadrupedum generi, præcipue homini. *Plaut. Epid.* 4. 1. 3. Multiplex ærumna me exercitam habet. *Cic. Orat.* 3. 12. Multiplices variique sermones. *Id.* 4. *Herenn.* 54. 67. Verborum ancipites, aut multiplices potestates. *Id. Flacc.* 3. 6. Præturæ jurisdictio res varia, et multiplex ad suspiciones et simultates. *Id.* 1. *Orat.* 3. 10. Ii, qui mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, et quam recondita in arte et multiplici subtilique versantur! *et ibid.* 51. 222. Quarum rerum fateor magnam multiplicemque esse disciplinam, et multas, copiosas variasque rationes. *Id. Brut.* 31. 119. Adhibere genus orationis vagum et fusum et multiplex. *di molte sorte. Id. Amic.* 18. 65. Neque enim fidum potest esse multiplex et tortuosum ingenium. *h. e.* varium, duplex, inconstans. Sic *ibid.* 25. 92. Animus non unus et idem, sed varius, commutabilis, multiplex. *et Cæl.* 6. 14. *de Catilina.* Hac ille tam varia multiplicique natura etc. *Vellej.* 2. 105. 2. Vir multiplex in virtutibus, navus, agilis, providus, militariumque officiorum patiens ac peritus. *che nel talento e virtù valea per molti. Sil. It.* 5. 544. Vir multiplex proavis. *h. e.* qui multos proavos honoratos habuit, genere clarus. ¶ 3. Interdum multiplex dicitur id, quod ratione habita alterius rei, eâdem re multoties majus est, πολλαπλάσιος. *Liv.* 5. 20. Gratius id fore lætiusque, quod quisque sua manu ex hoste captum domum retulerit, quam si multiplex alterius arbitrio accipiat. *molto di più.* Sic *Id.* 7. 8. Tunc inter primores duorum populorum res geritur. Quidquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert, multiplex, quam pro numero, damnum est. *h. e.* multo majus damnum erat, quam pro numero eorum, qui cadebant; quia utrimque primores juventutis, non vulgus militum, in quorum morte non magna jactura est, pugnabant. *Id.* 22. 7. Mille quingenti hostium in acie, multi postea utrimque ex vulneribus periere. Multiplex cædes utrimque facta traditur ab aliis. *Id.* 25. 3. In veteres quassasque naves paucis et parvi pretii rebus impositis, quum mersissent eas in alto, multiplices fuisse merces ementiebantur. — Comp. *Multiplicior* legitur apud *Boeth. de Unit. p.* 1275. Quanto (*unitas*) remotior fuerit a prima unitate, tanto erit multiplicior et compositior. *Id.* 1. *Music.* 1. *a med.* Timotheus Milesius super eos, quos ante repererat, unum addidit nervum, ac multipliciorem musicam fecit, quum Lacedæmonii exegere de Laconica.

MULTĬPLĬCĀBĬLIS, e, adject. *multiplicabile, multiplice*, qui multiplicari potest: item multiplex. *Cic.* vertens *Sophoclis* carmina, 2. *Tusc.* 9. 22. Hæc interemit tortu multiplicabili Draconem, auriferam obtutu observantem arborem.

MULTĬPLĬCĀTĒ, adverb. (multiplicatus) *moltiplicatamente*, per multiplicationem. *Boeth.* 1. *Music.* 4. *p.* 1067. Quæ sunt inæqualia, quinque inter se modis inæqualitatis momenta custodiunt. Aut enim alterum ab altero multiplicate transcenditur, aut singulis partibus, aut pluribus, aut multiplicate et parte, aut multiplicate et partibus: et primum quidem inæqualitatis genus multiplex appellatur.

MULTĬPLĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. (multiplico) multiplicandi actus, *moltiplicazione*, πολλαπλασιασμός. — *a*) Generatim. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 5. Ut multiplicatione frugum reditus augeatur. *Frontin. Aquæd.* 34. Multiplicatio quinariarum. *Seneca Ep.* 12. Temporum multiplicatione vita componitur. — *b*) Speciatim in rationibus ducendis. *Colum.* 5. *R. R.* 2. 1. Multiplicantur in se duo latera, et quæ summa ex multiplicatione efficitur etc. Adde *Vitruv.* 9. 1. et 10. 16.; et *Capell.* 7. *p.* 249. et 250.

MULTĬPLĬCĀTĬVUS, a, um, adject. (multiplico) *multiplicativo*, aptus multiplicationi. *Boeth. in Porphyr. dialog.* 1. *p.* 27. Est igitur genus collectivum specierum suarum, et quodammodo adunativum: species vero divisæ generis quodammodo et multiplicativæ.

MULTĬPLĬCĀTOR, ōris, m. 3. qui multiplicat. *Paulin. Nolan. ep.* 44. (*al.* 31.) *a med.* Herilium talentorum multiplicator. *Cassiod. Instit. div. litt.* 5. Sanctus Hieronymus Latinæ linguæ multiplicator egregius. — Dicitur etiam de numeris a *Boeth.* 2. *Music.* 27. *p.* 1412. Antequam his ternarius multiplicator accederet. *Id. Geom.* 1. *p.* 1517. Minor majoris multiplicator exsistit.

MULTĬPLĬCĀTUS, a, um. *V.* MULTIPLICO.

MULTĬPLĬCĪTAS, ātis, f. 3. multiplex quantitas, *moltiplicità. Boeth. in Porphyr.* 1. *p.* 54. Quod si est quidem genus et species, sed multiplex neque unum numero, non erit ultimum genus, sed habebit aliud super se positum genus, quod illam multiplicitatem unius sui nominis vocabulo concludat. Adde alium *ejusd.* loc. cit. in SUBMULTIPLICITAS.

MULTĬPLĬCĬTER, adverb. (multiplex). Comp. *Multiplicius* apud *Plin.* 7. *Hist. nat.* 14. in *lemmate*; et apud *Lactant. Placid.* ab *A. Maio* edit. in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 143. *fab.* 163. — Multipliciter est idem ac multis modis, *in molte maniere*, πολλαπλασίως. *Sall. orat.* 2. *ad Cæs. a med.* Multipliciter animus curis atque laboribus fatigatur. *Flor.* 3. 2. Multo atrocius et multipliciter magis a Septentrione sævitum. *Quintil.* 7. 4. 22. Locum multipliciter intueri. *Gell.* 14. 1. *circa med.* Tam sæpe ac tam multipliciter. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 4. *n.* 35. Varie ac multipliciter peccare.

MULTĬPLĬCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (multiplex). Part. *Multiplicans* sub *b*; *Multiplicatus* sub *a* et *b*; *Multiplicandus* sub *a*. — Multiplicare est multum seu multiplicem facere, augere, πολλαπλασιάζω (It. *multiplicare, accrescere*; Fr. *multiplier, augmenter, accroître*; Hisp. *multiplicar, engendrar*; Germ. *vervielfältigen, vermehren, vergrössern, erweitern*; Angl. *to multiply, increase, augment*). Occurrit — *a*) Generatim. *Cæs.* 3. *B. C.* 32. Æs alienum provinciæ eo biennio multiplicatum est. *Nepos Att.* 2. Æs alienum multiplicandis usuris crescit. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 23. (99). Turres septem acceptas voces numeroso repercussu multiplicant. *Ovid. Remed. am.* 98. Flumina collectis multiplicantur aquis. *Id.* 4. *Pont.* 9. 67. Multiplicat tamen hunc gravitas auctoris

honorem. *Stat.* 6. *Theb.* 790. geminatque rotatas, Multiplicatque manus. *h. e.* adeo celeriter vibrat, ut plures quam duas habere videatur. *Liv.* 37. 54. *circa med.* Lycaonia et Phrygia et Pisidia in vestra sunt potestate: quarum una quælibet regi adjecta multiplicare regnum Eumenis potest. — Similiter Part. præter. pass. *Plancus* ad *Coss.* etc. apud *Cic.* 10. *Fam.* 8. Aucto exercitu, auxiliisque multiplicatis. *Cic.* 1. *ad Q. Fr.* 2. *sub fin.* Tota Italia concurret, ut multiplicata gloria discedamus. *Ovid.* 4. *Trist.* 6. 38. Et mala sunt longo multiplicata die. *Cic.* 1. *Off.* 39. 138. Domus multiplicata. *ampliata, accresciuta.* et *Liv.* 42. 61. Hæc per se ampla: pleraque multiplicata verbis regis. — *b*) Speciatim in supputandis rationibus. *Colum.* 5. *R. R.* 2. 1. Multiplicantur in se duo latera. *et paullo post.* Latitudinis pedes cum longitudinis pedibus sic multiplicabis. *Id. ibid.* 1. 6. Utræque summæ inter (*al.* in) se multiplicatæ faciunt etc. *et mox.* Stadium habet passus CXXV., quæ (*summa*) octies multiplicata efficit mille passus. *Manil.* 3. 486. atque hunc numerum revocabis in ipsum Multiplicans decies.

MŪLTĬPLĬCUS, a, um, adject. idem ac multiplex. Legunt plerique apud *Gell.* 19. 7. *in fin.* Et quæ multiplica ludens (*Lævius*) composuit, quale illud est, quod vituperones suos *subducti supercilii carptores* appellavit.

MULTĬPLUS, a, um, adject. idem ac multiplex. *Boeth. Topic. Aristot.* 2. 3. *p.* 677. Si triplum multiplum, et subtriplum submultiplum dicitur, dicitur enim triplum quidem ad subtriplum, multiplum autem ad submultiplum. *et ibid. p.* 720. Nam duplum et multiplum non eadem significant.

MULTĬPŌTENS, entis, adject. omn. gen. *che può molto,* πολυκράτης, qui multum potest. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 9. nisi habet Pectus multipotens. *Alii leg.* multipatens. h. e. amplum, et omnis doli capax. *Id. Trin.* 4. 1. 1. Salsipotenti et multipotenti Jovis fratri laudes ago. *Id. Cas.* 4. 4. 17. Venus multipotens.

MULTĬRĀDIX, icis, adject. omn. gen. *di molte radici,* πολυρρίζος, multas habens radices. *Apul. Herb.* 35. Centaurea minor multiradix.

MULTĬRĀMIS, e, adject. *di molti rami,* πολίοζος, multos habens ramos. *Apul. Herb.* 4. Hyoscyamus thyrso fruticoso, multiramis.

MULTISCĬUS, a, um, adject. *che sa molto,* πολυμαθής, qui multa scit. *Apul.* 9. *Met.* Etsi minus prudentem, multiscium certe reddidit. *Id. Florid. n.* 9. Homo tam numerosa arte multiscius. *Id. ibid.* Sophista longe multiscius.

MULTĬSŌNĀLIS, e, adject. qui multum sonat. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 7. 134. Et melior navis, quam quæ stlataria portat; id est, multisonalis, quæ vulgo dicitur batalaria. *V.* BATALARIUS.

MULTĬSŌNŌRUS, a, um, adject. idem ac multisonus. *Claudian. epigr.* 1. 18. Esseda concordes multisonora trahunt.

MULTĬSŌNUS, a, um, adject. qui est multi soni. *Martial.* 1. 54. Sic ubi multisona fervet sacer aethide lucus. *V.* ATTHIS. *Stat.* 3. *Silv.* 2. 103. Multisonum sistrum.

MULTĬTĬUS. *V.* MULTICIUS.

MULTĬTŪDO, inis, f. 3. (multus) ingens numerus, magna vis, copia, frequentia, πλῆθος (It. *moltitudine, grande quantità, gran numero*; Fr. *multitude, foule, grand nombre, masse*; Hisp. *multitud*; Germ. *die Menge, Masse, grosse Anzahl, der Haufen*; Angl. *a multitude, great number or quantity*). ¶ 1. Generatim. *Varro* 1. *R. R.* 2. 7. In agro Faventino trecenariæ appellantur vites, quod jugerum trecenas amphoras reddit, *etc.* in fundo suo Faventiæ hanc multitudinem dicebat suas reddere vites. *Id.* apud *Non. p.* 465. 27. *Merc.* Multitudo argenti facti. *Nepos Hannib.* 10. Multitudo navium. *et ibid.* serpentum. *et* 5. jumentorum. *Cic.* 3. *Orat.* 19. 73. sacrificiorum. *Sueton. Cæs.* 68. hostilium sagittarum. *Id. Tit.* 4. statuarum et imaginum. *Gell.* 19. 8. *a med.* Multitudo et copia minimarum partium. *Cic. post redit. ad Quir.* 2. 5. Vestrorum magnitudinem multitudinemque beneficiorum. *Id.* 1. *Orat.* 4. 15. Magnitudo et varietas multitudoque in omni genere causarum. *Id. Prov. cons.* 12. 31. Nationes, quæ numero hominum ac multitudine ipsa poterant in provincias nostras redundare. *Id.* 4. *Verr.* 66. 160. Quanta illuc multitudo, quanta vis hominum convenisse dicebatur etc. ¶ 2. Speciatim sæpissime dicitur de magno hominum numero, populo, plebe, vulgo, *turba, volgo, popolo. Cic.* 2. *Verr.* 7. 18. Hortensius consul designatus, domum reducebatur cum maxima frequentia a multitudine. *Alii leg.* ac multitudine. *Cæs.* 2. *B. G.* 6. Tanta multitudo lapides ac tela conjiciebat, ut in muro consistendi potestas esset nulli. *Nepos Hannib.* 12. Multitudine domum ejus circumdederunt. *Justin.* 2. 8. 9. Invidiosa oratione multitudo credula accenditur. *Cic.* 1. *Off.* 19. 65. Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. *Id.* 2. *Tusc.* 26. 63. Fama, et multitudinis judicio moveri. ¶ 3. Item speciatim, *Numerus multitudinis,* pluralis apud Grammaticos: qui aliquando et *multitudo* absolute dicitur. *Gell.* 19. 8. *ad fin.* Cur mel et vinum, atque id genus cetera numerum multitudinis capiunt, lac non capit? *Varro* 8. *L. L.* 36. *Müll.* Omnia fere nostra nomina virilia et mulichria multitudinis. *et* 9. *ibid.* 65. *Müll.* Injuria postulant, si qua sint singularia, oportere habere multitudines.

MULTĪVĂGUS, a, um, adject. *che vaga molto, vagabondo,* πολυπλανής, qui multum vagatur. *Seneca Herc. Fur.* 533. Intravit Scythiæ multivagas domos. *Stat.* 6. *Theb.* 1. Nuncia multivago Danaas perfertur ad urbes Fama gradu. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 37. 52. (109). Ferunt non mutare sedem columbas, multivaga alioquin ave. *Id.* 2. *ibid.* 10. 7. (48). Multivagus lunæ flexus. Sic *Capell.* 8. *p.* 272. Et sacra multivagos qua tollunt sidera flexus, Dicere tempus adest.

MULTĪVĪDUS, a, um, adject. multum videns. *Capell.* 2. *p.* 27. Connubium sibi lætabunda alio mentis fluctu multivida concitavit. *Schellerus* in *Lex.* conjecit hanc vocem significare *valde vividum*: at apud *Cangium multividus est oculatus homo* vel *vir perspicacis ingenii*; *Papiæ multivida multa videns* est; denique ipse *Capell.* 6. *p.* 188. *noctividam* noctuam appellat.

MULTĪVĪRA, æ, f. 1. quæ multis viris nupsit. *Minuc. Fel. Octav.* 24. *a med.* Alia sacra coronat univira, alia multivira; et magna religione conquiritur, quæ plura possit adulteria numerare.

MULTĪVĬUS, a, um, adject. *di molte strade,* qui fit per multas vias. *Apul.* 9. *Met.* Multivii jumentorum circuitus. *Id. ibid.* Multivia circumcursio. *Al. leg.* multijuga.

MULTĪVŌCUS, a, um, adject. qui multis vocibus exprimitur; et sunt ea, quæ *plurivoca* dixit *Capell.* 4. *p.* 104., nos vero plerumque synonima appellamus. *Boeth. Comment. in Categ. Aristot.* 1. *p.* 115. Alia diversis nominibus nuncupantur, et uni definitioni designationique subduntur, ut gladius, ensis: hæc enim multa sunt nomina, sed id, quod significant, una definitione declaratur, et hoc vocatur multivocum.

MULTĪVŎLUS, a, um, adject. *chi vuole molto,* πολύβουλος, multa cupiens, qui multarum rerum desiderio tenetur. *Catull.* 68. 128. Multivola est mulier. *h. e.* plurium virorum concubitum appetens. Eadem significatione utitur *Vulgat. interpr. Eccli.* 9. 3. Ne respicies mulierem multivolam. *V.* OMNIVOLUS.

MULTĪVŌRANTĪA, æ, f. 1. edacitas, ingluvies. *Tertull. advers. Psychom.* 1. Multivorantiæ pronus.

MULTO, adverb. a *multus,* cujus proprie est Ablativus casus, quia sæpissime Comparativis jungitur, et significat multum, valde, longe, multis partibus, πολύ, πολλῷ (It. *molto, di molto, assai*; Fr. *beaucoup, bien, considérablement*; Hisp. *mucho, considerablemente*; Germ. *um Vieles, viel, weit, bei Weitem*; Angl. *much, bymuch, far, by far, a great deal, considerably*). Jungitur — *a*) Nominibus et Adverbiis Comparativis. — Comparativis præponitur. *Ter. Eun.* 4. 5. 5. Certe tu quidem pol multo hilarior. *Cic.* 1. *Orat.* 3. 11. Multo pauciores oratores, quam poetæ boni reperientur. *Cæs.* 1. *B. G.* 6. Iter multo facilius atque expeditius. *Nepos Themist.* 9. Multo plura bona feci. *Quintil.* 10. 1. 74. Ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. *Id.* 12. 10. 37. Ego aliquid, non multo tamen, altius inveniam. *Cic.* 2. *Divinat.* 15. 35. Illud vero multo etiam melius. — Et sequente part. *quam. Lucilius* apud *Non. p.* 327. 11. *Merc.* Improbior multo, quam de quo diximus ante. *Horat.* 2. *Od.* 8. 5. sed tu simul obligasti Perfidum votis caput, enitescis Pulchrior multo, juvenumque prodis Publica cura. *Cic. ad Pomp. post ep.* 11. *l.* 8. *ad Att.* Ea cognovi commodiora esse multo, quam ut erat nobis nunciatum. *Multo* in his, etiamsi Comparativis postpositum, majorem vim minime addit. — *Ter. Adelph.* 4. 2. 41. Sane hac multo propius ibis. *Cic.* 2. *Nat. D.* 22. 57. Id multo artificiosius naturam efficere. *Id.* 8. *Att.* 9. *a med.* Lepido numquam placuit ex Italia exire, Tullo multo minus. *Id. Amic.* 19. 70. Quod est multo profecto magis in veris partibus faciendum. *Cæs.* 6. *B. G.* 42. Multum fortunam in repentino hostium adventu potuisse judicavit; multo etiam amplius, quod pæne ab ipso vallo portisque castrorum barbaros avertissent. *Plaut. Pseud.* 4. 6. 32. Is secum abduxit mulierem haud multo prius. *Liv.* 1. 23. Postulare multo minaciter magis quam suppliciter, ut senatum vocarent. — *Multo* aliquando geminatur. *Mamertin. jun. Gratiar. act.* 21. Sed multo multoque nunc facilior est ratio honorum petendorum. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 20. Posidonius dicit multo multoque sæpius multiplicatam (*mensuram terræ*) solis spatium efficere. — Interdum *multo* post suum nomen ponitur et graviore accentu intenditur, atque adeo orationi majorem vim addit. *Ter. Heaut.* 5. 2. 4. Scio tibi esse hoc gravius multo ac durius. *Id. Adelph.* 4. 5. 71. Quo vir melior multo es, quam ego. *Cic.* 2. *Orat.* 46. 193. Sed alia sunt majora multo, fides, officium, diligentia. Sic *ibid.* 42. 178. Plura enim multo homines judicant odio, aut amore, quam veritate. — Similiter ex collocatione gravior vis et lumen affertur in his *Cic.* 5. *Tusc.* 36. 104. Vir sapiens multo arte majore præditus. *et* 3. *Nat. D.* 27. 69. Nec vero scæna solum referta est his sceleribus, sed multo vita communis pæne majoribus. — Comici componebant verba *multo tanto* cum Comparativis. *Plaut. Rud.* 2. 6. 37. Ego multo tanto miserior, quam tu. *Id. Bacch.* 2. 3. 76. Næ ille hercle mihi sit multo tanto carior, si etc. Sic *Apul. de Mag.* Accipe aliud pari quidem stultitia, sed multo tanto vanius et nequius excogitatum. *et* 7. *Met.* Humana facie recepta, multo tanto pluribus beneficiis honestarer. Rursus *Plaut. Stich.* 2. 2. 15. Nimio impertior multo tanto plus, quam speras. *et Bacch.* 4. 4. 26. Fortassis tu auri dempsisti parum. MNESIL. Qui malum, parum? immo vero nimio minus multo parum. *troppo poco, di gran lunga troppo poco.* — *b*) Cum Superlativis, ut apud Græcos πολλῷ μέγιστον. *Plaut. Truc.* 1. 1. 62. Quod amantis multo pessimum est pecuniæ. *Ter. Heaut.* 4. 8. 1. Multo omnium me nunc fortunatissimum factum puto esse. *Lucilius* apud *Non. p.* 388. 15. *Merc.* Et sævo ac duro in bello multo optimus hostis. *Cic. pro leg. Manil.* 18. 54. Magna et multo maxima pars. *et ibid.* 1. 1. Quamquam mihi semper conspectus vester multo jucundissimus est visus etc. *Liv.* 1. 11. Novissimum ab Sabinis bellum ortum multoque id maximum fuit. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 82. Danda est hellebori multo pars maxima avaris. *Nepos Alcib.* 1. Omnium ætatis suæ multo formosissimus. *Id. Agesil.* 3. Regio multo locupletissima. *Quintil.* 9. 4. 26. Verbo sensum cludere, multo optimum est. — Quod ad Adverbia attinet, vocabulo *maxime* tantum junctum occurrit. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 85. Atqui ea res multo maxime disjunxit illum ab illo. Adde *Cic.* 4. *Herenn.* 44. 58.; et *Sall. Cat.* 37. — *c*) Cum Adverbiis diversitatis et dissimilitudinis. *Ter. Andr. prol.* 4. Verum aliter evenire multo intelligit. *Quintil.* 10. 1. 41. Nec multo aliud de novis sentio. *Al. leg.* multo aliter. *Nepos Hamilc.* 2. Multo aliter ac sperabat. *Cic.* 4. *Fam.* 9. *ante med.* Quod non multo secus fieret, si is rem publicam teneret, quem sequuti sumus. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 3. 15. (40). Laser in Armenia nascitur large, sed multo infra Cyrenaicum. — *d*) Item cum *ante* et *post. Cic.* 4. *Fam.* 1. Mala multo ante providens. *Nepos Eumen.* 3. Copiæ non multo ante contractæ. *Ter. Phorm.* 5. 6. 39. Haud multo post cum patre idem recipit se intro denuo. *Liv.*

5. 13. Nec ita multo post jam palantes reliquias pugnæ absumpsere. *Nepos Pelop.* 2. Neque ita multo post. *Id. Pausan.* 3. At ille post non multo ad exercitum rediit. *Id. Cim.* 3. Post, neque ita multo, in Cyprum missus. *Cic.* 12. *Att.* 49. Non multo post, quam tu a me discessisti. *Id.* 1. *Cat.* 6. 15. Neque enim sunt aut obscura, aut non multo postea commissa. — *e)* Cum Verbis præstantiam significantibus. *Cic.* 4. *Fin.* 18. 51. Virtutem omnibus rebus multo anteponentes. Adde *eumd.* 12. *Att.* 25. *Nepos Reg.* 2. Duo multo ceteros gloria antecesserunt. *Tac.* 4. *Hist.* 13. Julius Paulus et Claudius Civilis, regia stirpe, multo ceteros anteibant. *Sall. Jug.* 36. *in fin.* Multo præstat beneficii, quam maleficii immemorem esse. — *f)* Et cum verbo *malo. Plaut. Pœn.* 1. 2. 88. Bono ingenio me esse ornatam, quam auro, multo mavolo. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 35. Quasi tu non multo malis narrare hoc mihi, quam ego, quæ percontor, scire. *Cic.* 12. *Att.* 21. *ad fin.* Meo judicio multo stare malo, quam omnium reliquorum. — *g)* Cum positivo nomine rarum est. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 83. Postquam hunc alienum ab esse videt, maligna multo et magis procax facta illico est. *Nisi velis τὸ magis etiam priore loco subintelligere; quod præstat.*

MULTO *vel* mulcto, as, āvi, ātum, are, a. 1. (multa). De *mulcto* pro *multo*, *V.* dicta in voce MULTA init. — Deponentis forma legunt nonnulli apud *Sueton. Aug.* 21. Neque rebellantes graviore unquam multatus est pœna; quam ut etc. *Alii leg.* ultus est. — Part. *Multans* I. 2.; *Multatus* I. 1. et 2. — Multare est multam imponere, pœna afficere, punire: et sæpe dicitur de pœna, quæ judicio infligitur, ζημιόω (It. *imporre pena, condannare, punire*, Fr. *punir*; Hisp. *punir, condenar*; Germ. *mit Strafe belegen, strafen*; Angl. *to impose a fine, fine, amerce, mulet, punish*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu et sæpe dicitur de pœna, quæ judicio infligitur. *Cic. Balb.* 18. 42. Populus Gaditanus accusatorem hujus multa et pœna multavit. *Id. Prov. cons.* 15. 38. Multari imperatorem deminutione provinciæ, contumeliosum est. *Id. Balb.* 18. 41. Multare populos stipendio. *condannarli a pagare. Id.* 1. *Orat.* 43. 194. Vitia hominum atque fraudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exsiliis, morte multantur. *Id. Cæcin.* 34. 100. Maleficium exsilio multatum. *Plin. Paneg.* 40. *in fin.* Tarditatem solvendi, dupli vel etiam quadrupli irrogatione multare. — Insolens loquitio est illa *Liv.* 10. 23. *a med.* Fœneratoribus diem dixerunt: quorum bonis multatis, ex eo, quod in publicum redactum est, ænea in Capitolio limina posuerunt. *confiscati.* — *Multare aliqua re* est pœnæ causa privare, spoliare in pœnam cujuspiam delicti, *spogliare, privare. Cic.* 5. *Tusc.* 37. 105. Multare exsules bonis. *Nepos Pelop.* 1. Multare aliquem pecunia. Confer *Vellej.* 2. 37. 5. Servatus regi honos imperii, sed multato ingenti pecunia. *Auct. B. Afr. sub fin.* Multare aliquem certo numero frumenti. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 13. 34. agris. *Id. Sext.* 27. 58. Antiochum majores nostri Asia multarunt. *Sueton. Cæs.* 1. Sacerdotio et uxoris dote et gentilitiis hereditatibus multatus. *spogliato, privato.* Sic *Vellej.* 2. 38. *in fin.* Creta, Metelli ductu, longissimæ libertatis fine multata. ¶ 2. Adhibetur et extra judicium. *Plaut. Amph.* 2. 2. 222. Numquid causam dicis, quin te hoc multem matrimonio? *h. e.* divortium faciam, ac te expellam. *Id. Stich.* 5. 4. 43. uter demutassit, poculo multabitur. *Id. Truc.* 4. 3. 70. hoc ego te multabo bolo: Sex talenta a dote demam. *Catull.* 64. 192. facta virum multantes vindice pœna Eumenides. *Cæcin.* ad *Cic.* 6. *Fam.* 7. Stultitia fama multatur. *h. e.* punitur divulgando. *Cic. Rabir. Post.* 1. 2. Quum ab ipsa fortuna crudelissime videat hujus consilia esse multata. *Virg.* 11. *Æn.* 839. multatam morte Camillam. *Al. leg.* mulcatam. *V.* dicta in MULCO. *Colum.* 2. *R. R.* 4. 6. Quo evenit, ut – boves inliquitate operis pessime multentur. *patiscano, si risentano.* Alii leg. *mulcentur*: quod fortasse verius est propter ea, quæ in MULCO init. dicta sunt. Idem dic de illo *Caton.* apud *Colum.* 1. *R. R.* 2. 2. Agrum pessime multari, cujus dominus, quid in eo faciundum sit, non docet, sed audit villicum. ¶ 3. Speciatim, *multare aliquem votis* dixit *Novius* apud *Non.* p. 462. 33. *Merc.* h. e. votorum compotem facere; ea ratione, qua dicimus *damnare votis.*

II.) Translate, olim *multare* significabat numerare. *Plaut. Stich.* 3. 1. 19. scio, scire te, Quam multas tecum miserias multaverim. *ἐξηριθμησάμην.* Ita *Voss.* in *Etymol.* et *Scalig.* in *Conjectan. ad Varron.* cujus hæc sunt verba 5. *L. L.* 177. *Müll.* Itaque quum in dolium aut culeum unum addunt rustici, prima urna addita, dicunt etiam nunc, multa. *h. e.* numera, ut Iidem exponunt. Addunt etiam, proprie esse, polliceri in auctionibus, et plura liceri, quam ceteri. Sed hujus significationis nullum exemplum afferunt. At *Müllerus* aliter legit *Varronis* locum, *scil.* Olim unum dicebant multam; itaque quum in dolium aut culeum vinum addunt rustici, primam urnam additam dicunt etiam nunc multam. *V.* in voc. MULTA I. *a.* allata ex *Niebuhrio.*

MULTOPERE, adverb. multum, valde; *grandemente.* Affertur tantum illud *Plaut. Merc. prol.* 65. Multopere in mundo rustico se exercitum. *Sed ibi rectius legendum est* Multo opere immundo rustico etc., ut *multo* sit adjectivum.

MULTOR, aris. *V.* MULTO, as, init.

MULTŌTIES *vel* multotiens, adverb. sæpe, sæpenumero, multis vicibus, *molte volte*, πολλάκις. Affertur illud *Epit. Livii* 57. Multotiens adversus eruptiones hostium feliciter pugnavit. *Sed plerique alii leg.* Sæpe adversus etc. *Justinian. præfat. Novellæ* 29. Quæ multoties cum ipsis etiam regiis certamen susceperit. *et Novell.* 125. Mulier licet pro marito multoties in privato aut in publico debito intercedat, tamen non teneri sancimus.

MULTUM, adverb. (et proprie Accus. neutr. gen. num. sing. a *multus*) valde, πολύ (It. *molto, assai*; Fr. *beaucoup, bien, considérablement*; Hisp. *mucho*; Germ. *viel, vielfach, vielmals, oft, sehr, lange*; Angl. *much, very much, greatly, far*). Occurrit — *a)* Cum Verbis. *Plaut. Trin.* 5. 2. 56.; et *Ter. Hecyr.* 1. 2. 7. Salve multum, gnate mi. *Plaut. Stich.* 3. 2. 40. Multum vale. *Cic.* 3. *Legg.* 15. 33. Res difficilis, ac multum et sæpe quæsita. *Id.* 7. *Verr.* 44. 115. Longe omnes multumque superabit. *Id.* 2. *Divinat.* 1. 1. Multum et diu cogitans. *Id.* 1. *Orat.* 33. 152. Diu multumque scriptitare. *Id. Brut.* 34. 128. Non multum ille quidem, nec sæpe dicebat, sed etc. *Id.* 7. *Fam.* 23. *a med.* Opinor, Cassium uti non ita multum sorore. *Id.* 8. *Att.* 13. Multum mecum municipales homines loquuntur. *Cæs.* 3. *B. G.* 25. Auxiliares, quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat. *et* 4. *ibid.* 1. Neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt: multumque sunt in venationibus. *Cic.* 4. *Fam.* 13. Familiarissimi Cæsaris me admodum diligunt, multumque mecum sunt. *Nepos Lysandr.* 3. Multum eum antistites Jovis fefellerunt. *Id. Con.* 2. Apud aliquem multum gratia valere. *Liv.* 42. 44. Haud multum abfuit, quin interficeretur. *Horat. Art. P.* 114. Intererit multum, Davusne loquatur, an heros. *Cic.* 6. *Verr.* 43. 94. Tametsi non tam multum in Istis rebus intelligo, quam multa vidi. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 7. (20). Nisi multum infra rostrum os illi foret. *Cic. Brut.* 90. 310. Commentabar declamitans: idque faciebam multum etiam Latine, sed Græce sæpius. *spesse volte.* — *b)* Cum Adjectivis positivis. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 5. multum loquaces merito omnes habemur. *Virg.* 1. *Æn.* 7. multum ille terris jactatus et alto. *Plin.* 1. *Ep.* 9. *extr.* Multum inepti labores. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 147. medicus multum celer atque fidelis. *Id.* 3. *Od.* 27. 47. et *Epod.* 17. 20. Multum amatus. *Id.* 1. *ibid.* 10. 3. dissimilis. *Plaut. Stich.* 1. 3. 53. miseri. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 67. tabulas multum Nasica negatas Accipiet tandem. *h. e.* diu. — *c)* Cum Comparativis, apud Poetas. *Plaut. Most.* 3. 2. 139. multum improbiores sunt quam a primo credidi. *Stat.* 9. *Theb.* 559. multumque aliis jactantior umbris. *Juvenal.* 19. 197. multum hic robustior illo. *Sil. It.* 13. 708. cujus spectavi Martia facta Multum uno majora viro. — *d)* Ut multum, *al più al più*, ad summum. *Martial.* 10. 11. Et lotam, ut multum, terque quaterque togam. *Vopisc. Aurelian.* 46. Concessit, ut blatteas matronæ tunicas haberent, quum antea coloreas habuissent, et, ut multum, oxypæderotinas.

MULTUS (*et olim* moltus), a, um, adject. (cujus Comp. est *Plus, Plures, a*, sub *B*, et Sup. *Plurimus, a, um*, sub *C*) ratione habita etymi conjungi potest cum v. *μάλα* et *melior*, vel, ut aliis placet, cum v. *molere.* Ceterum

A) Posit. *Multus* ¶ 1. Universim est multiplex, ingens numero, frequens, creber; in plurali refertur ad numerum, copiam, multitudinem, πολύς (It. *molto*; Fr. *nombreux, en grand nombre, beaucoup de*; Hisp. *mucho, numeroso*; Germ. *viel*; Angl. *many, much, numerous*). Occurrit — *a)* Generatim. *Cato* apud *Gell.* 10. 3. Decemviros Bruttiani verberavere: videre multi mortales. *Poeta* apud *Cic.* 7. *Fam.* 6. Multi suam rem bene gessere et publicam patria procul: Multi, qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati. *Ter. Andr.* 5. 4. 28. Eadem hæc multi alii in Andro tum audivere. *Cic.* 5. *Fam.* 17. Multis fortissimis viris tales casus incidisse. *Id.* 1. *Orat.* 54. 232. Multæ, copiosæ variæque rationes. *Id.* 3. *Fam.* 8. Quum tu tam multis verbis ad me scripsisses. *Id.* 4. *Verr.* 63. 154. Non minus multas statuas istum posuisse Syracusis, quam abstulisse. — *b)* Cum Genitivo partitionis. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 25. 40. (96). Multi hominum. *et ibid.* 31. 56. (128). Multæ silvestrium arborum. — *c)* Neutr. plurum. *multa*, ut apud *Cic.* 2. *Nat. D.* 54. 136. Multa sunt mirabiliter effecta. *Id.* 4. *Fam.* 14. *a med.* Sed de nostris rebus satis, etiam nimium multa. *Id.* 2. *Fin.* 18. 59. Sed nimis multa. — *d)* Cum Adverbiis. *Cic.* 1. *Herenn.* 1. 1. Ne parum multa scisse viderentur. *Pollio* ad *Cic.* 10. *Fam.* 33. *a med.* Inermes bene multi. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 7. 7. (41). Insulæ non ita multæ. *Liv.* 31. 8. Jussus ex eo exercitu, quem consul habuisset, ut quisque minime multa stipendia haberet, legere. *h. e.* quam paucissima. Sic *Nepos Timol.* 3. Ut quam minime multa vestigia servitutis manerent. *Cic.* 7. *Verr.* 34. 88 In hac quadriremi minime multi remiges deerant. *pochissimi.* — *e) Multi* est idem ac multi alii apud *Sueton. Cæs.* 50. Nam certe Pompejo, et a Curionibus patre et filio, et a multis exprobratum est. — *f)* Apud Poetas etiam in singulari ponitur. *Horat. Epod.* 2. 31. Aut trudit acres hinc et hinc multa cane Apros in obstantes plagas. *Id.* 4. *Od.* 5. 33. Multa prece prosequi. *Virg.* 1. *Ecl.* 34. Quamvis multa meis exiret victima sæptis. *Ovid.* 4. *Fast.* 772. in stabulo multa sit agna meo. *Id.* 3. *Amor.* 5. 4. in ramis multa latebat avis. *Tibull.* 1. 3. 28. Picta docet templis multa tabella tuis. *Lucan.* 3. 707. multus sua vulnera poppi Affixit moriens. *h. e.* multi affixerunt. *Sil. It.* 2. 547. multus serpens circum colla micat. — *g) Multa* in plurali aliquando est multa verba. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 65. Multa Cicerrus ad hæc. Hinc *ne multa, ne multis*, ne multis verbis rem persequar, *per dirlo in poche parole. Cic. Cluent.* 64. 180. Ne multa: perquiritur a coactoribus. *et ibid.* 16. 47. Ne multis: Diogenes emitur. *Ter. Andr.* 1. 1. 87. quid multis moror? Egomet quoque ejus causa in funus prodeo. — Aliquando *multa* adverbii vicem præstat pro *multum. Virg.* 4. *G.* 301. Multa reluctari. *Id.* 3. *Æn.* 610. haud multa moratus. *et* 5. *ibid.* 869. Multa gemens. — His similia sunt illa *Caton.* apud *Gell.* 13. 23. Vitio vertunt, quia multa egeo. *Cæcin.* ad *Cic.* 6. *Fam.* 7. Qui multa deos venerati sunt contra ejus salutem. *Nepos Epam.* 6. Quum in oratione sua multa invectus esset in Thebanos. ¶ 2. Speciatim *multus* est idem ac multorum hominum. Hinc — *a) Multi* aliquando sunt mali, quia boni fere pauci. *Accius* apud *Non.* p. 519. 6. *Merc.* Video ego te, mulier, more multarum utier. *Id. ibid.* Probis probatus potius, quam multis forem. *Afranius* apud *eumd. ibid.* Noli ex stultitia multarum credere esse animum meum. — *b) Unus e multis* dicitur, qui nihil excellit, nulla re singularis est, *dozzinale, ordinario. Cic.* 2. *Fin.* 20. 66. Tenuis L. Virginius, unusque de multis. *Id.* 1. *Off.* 30. 109. Quamvis præpotens sit, efficit, ut unus de multis esse videatur. *Id. Brut.* 79. 274. M. Calidius non fuit orator unus e multis: potius inter multos prope singularis fuit. Sic *ibid.* 97. 333. Si mihi accidisset, ut numerarer in multis. *Ovid. Remed. am.* 682.

Jam facito, e multis una sit illa tibi. — *Multus homo* est qui multorum hominum libidini inservit apud *Catull.* 112. Multus homo es, Naso; nam tecum multus homo est, qui Descendit: Naso multus es et pathicus. — Sic *multa opinio*, multorum, pervulgata, recepta. *Gell.* 3. 16. Et multa opinio est, eaque jam pro vero recepta. — *Multa pace*, quum pax habetur passim. *Tac.* 4. *Hist.* 35. Missos Novesium frumentatores, datasque in præsidium cohortes, velut multa pace ingredi. ¶ 3. Item specialim *multus* est magnus, vehemens, ingens, *grande, molto. Plaut. Pœn.* 1. 2. 194. Multam salutem dicere alicui. *Sall. Jug.* 13. Cum auro argentoque multo legatos Romam mittit. *Virg.* 3. *Æn.* 151. Penates multo manifesti lumine. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 39. (81). Multo sole. *Brutus* ad *Cic.* 11. *Fam.* 20. Sermonem multum de te habitum esse. *Cic.* 1. *Orat.* 60. 257. Stilus tuus multi sudoris est. *Id. Sull.* 26. 73. Multo labore quærere aliquid. *Sall. Jug.* 7. Multa cura. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 5. multa cum libertate notabant. *Virg.* 1. *Æn.* 414. Et multo nebulæ circum dea fudit amictu. *h. e.* denso. *Cic.* 2. *Fam.* 10. Nomen nostrum multum est in his locis. *si parla con molta lode, siamo comunemente e spesso lodati.* ¶ 4. Refertur etiam ad tempus. *Cic.* 2. *ad Q. Fr.* 9. Multa nocte veni ad Pompejum. *essendo di molto avanzata la notte.* Sic 5. *Att.* 4. Litteras multo mane mihi dedit. *et Cæs.* 1. *B. G.* 22. Multo denique die per exploratores cognovit, etc. *Cic.* 13. *Att.* 9. Multus sermo ad multum diem. *Tac.* 2. *Hist.* 44. Multo adhuc die vallum ingressus. *h. e.* quum superesset adhuc pars multa diei. — Similiter occurrit neutro genere cum Genitivo apud *Sall. Jug.* 55. Jam multum diei processerat. Adde *Liv.* 27. 1. *a med.* ¶ 5. Item de hominibus, et *multus esse in re quapiam* dicitur qui intentus est, assiduus, diligens, prolixus, quasi multorum solus vicem præstet. — *a*) In bonam partem. *Sall. Jug.* 101. In operibus, in agmine atque ad vigilias multus adesse. *h. e.* frequens, *assiduo. Flor.* 4. 2. *circa med.* Multus in eo prælio Cæsar fuit, mediusque inter imperatorem et militem. — *b*) In malam partem. *Plaut. Men.* 2. 2. 41. Heu hercle hominem multum et odiosum mihi! *Sall. Jug.* 86. Marius autea jam infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare. *h. e.* acer et infestus. — Specialim in oratione *multus* dicitur qui verbis abundat, vel minima quæque sectatur. *Cic.* 2. *Orat.* 4. 17. Qui denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur. *Id. ibid.* 87. 358. Ne in re nota et pervulgata multus et insolens sim. *per non essere lungo, per non diffondermi troppo.* ¶ 6. *Multum est*, multum valet, multum interest, *è assai, vuol dir assai. Virg.* 2. *G.* 272. adeo in teneris consuescere, multum est. ¶ 7. *In multum*, valde, multum, *di molto. Plin.* 10. *Hist. nat.* 36. 52. (108). Alioquin soluto volatu in multum velociores.

B) *Plus, pluris*, et in plur. num. *plures, a*, et Adverbii usum habet, et Adjectivi, præsertim in obliquis casibus; et tunc est Comparat. a *multus*, a quo nec *multior*, nec *multissimus* fit. — Quod ad scriptionem attinet, *πολλαχῶς plous* legitur in *Senatusconsulto de Bacchanal.*, et *pleores, pleoris* pro *plures* in *Carm. Frat. Arv.* apud *Marin.* — *Plure* pro *pluris*, vel tamquam Adverb. *Plaut. fragm.* apud *Charis.* 2. p. 189. *Putsch.* Plure altero tanto, quanto ejus fundus est, velim. *Lucilius* apud *eumd. ibid.* Plure foras vendunt, quod pro minore emptum. *Cicero* quoque dixit, si *Charisio* fides *ibid.* et 1. p. 84., plure venit, *vel* vænit. — Dativ. sing. *pluri* non est in usu, nec Ablativus ejusdem positionis: et si qua loca afferuntur Latini scriptoris, dubiam omnia lectionem habent. — In plur. num. invenitur etiam *pluria* pro *plura*; unde *compluria. Lucret.* 1. 876. Apparere unum, cujus sint pluria mixta. Adde *Caton., Claud. Quadrigar., Valer. Antiat., L. Ælium, Nigid., Varron.*, et *Sinnium Capilon.*, quorum auctoritate *Gell.* 5. 21. recte *pluria* dici confirmat. Sed quod ibi *Capito* docet, *pluria* Latinum esse, *plura* barbarum, contra consuetudinem est. — *Plurum* pro *pluribus* putat esse dicendum *Jul. Modest.* apud *Charis.* 1. p. 56. *Putsch.*; sed usus rejicit. — Comp. *Plurior V.* in LANIOLUM. — Ceterum *plus* est ab etymo *ple*, unde *plenus, implere*, atque adeo *pleus, plerus* vel *ploerus* (a quo *plurimus*); quæ omnia conjungenda sunt cum v. πολύς et πλέος, item cum v. πλείων et πλεῖον: est autem idem ac magis, amplius, quantitate, numero etc. major. ¶ 1. In sing. num. — *a*) *Plus* occurrit sine addito. *Fragm.* XII. *Tab.* apud *Gell.* 20. 1. Libras farris endo dies dato; si volet, plus dato. *Liv.* 9. 24. Vos et numero decem, et, quod plus est, Romani. *e quel che è più. Cic.* 7. *Att.* 3. *a med.* Tantum, et plus etiam ipse mihi deberet. *Id. Topic.* 25. 96. Verbane plus, an sententia valere debeat. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 39. Ut cum matre plus una esset. *più lungo tempo.* — *Plus minusve* est idem ac πλεῖον, ἢ ἔλαττον. *Fragm. XII. Tab.* apud *Gell.* 20. 1. Tertiis nundinis partis secanto. Si plus minusve secuerunt, se fraude esto. Sic *Plaut. Capt.* 5. 3. 18. Eheu! cur ego plus minusque feci, quam æquum fuit! et *Ter. Phorm.* 3. 3. 21. Obsecro, ne quid plus minusve faciat. *nè più, nè meno.* Sic *Sueton. Aug.* 84. Sermones quoque e libello habebat, ne plus minusve loqueretur ex tempore. Cf. *Plaut. Men.* 4. 2. 25. Haud plus aut minus quam opus erat multo, dixeram. — Hinc *plus minus* vel *plus minusve* est idem ac *circiter. Auct. B. G.* 8. 20. Abesse plus minus octo millibus passuum. *poco più, poco meno.* — *Plus minus* in Inscriptionibus Christianis sæpissime adhibetur, quum mensis et dies emortualis certo definiri nequit, quamvis etiam legitur in hac *Inscript.* apud *Gruter.* 590. 2. VIXIT ANN. P. M. XXIII. Hæc autem pertinet ad Rhodonem servum Domitiæ Aug. Domitiani Aug. uxoris. — *b*) Cum Genitivo partitionis. *Cic.* 1. *Invent.* 47. 88. Vultis autem pecuniæ plus habere. *Id.* 1. *Legg.* 2. 6. Ex his alius alio plus habet virium. *Id.* 3. *de republ.* 16. In hac causa eo plus auctoritatis habent, quia etc. *et.* 1. *ibid.* 4. Quamquam nostri casus plus honoris habuerunt, quam laboris. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 51. plus dapis, et rixæ multo minus invidiæque. *Liv.* 2. 42. Plus hostium. *Id.* 1. 27. Albano non plus animi erat, quam fidei. — *c*) Sequente *quam. Ter. Eun.* 1. 1. 17. Nihilo plus agas, quam si etc. *Cic.* 3. *Off.* 15. 61. Uterque, si ad eloquendum venerit, non plus quam semel eloquetur. *Id.* 2. *Phil.* 13. 31. Confiteor eos, nisi liberatores populi Romani sint, plus quam sicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse. *Id. Amic.* 16. 58. Ne plus reddat, quam acceperit. *Ovid. Remed. am.* 53. Sed bibe plus etiam, quam quod præcordia poscunt. *Cæs.* 1. *B. G.* 17. Qui privati plus possint, quam ipsi magistratus. *et ibid.* 42. Plus quam pollicitus esset, Cæsarem facere. *Cic. Harusp. resp.* 3. 5. Eum num quam a me accusandum putavi, non plus quam stipitem illum, qui etc. *Id.* 1. *Invent.* 34. 57. Partim quinque ejus partes esse dixerunt, partim non plus quam in tres partes posse distribui putaverunt. *Id.* 2. *Phil.* 13. 31. Si ab urbe plus quam decem dies abfuisset. *Liv.* 38. 38. Nulla (*navis*) plus quam triginta remis agatur. *Nepos Thrasyb.* 2. Non plus habuit secum, quam triginta de suis. *h. e.* non plures. — *d*) Et omisso *quam. Ter. Eun.* 3. 1. 32. Plus millies audivi. *più di mille volte. Id. Adelph.* 2. 1. 46. Plus quingentos colaphos infregit mihi. *Id. Eun.* 1. 2. 5. Jam calesces plus satis. *più del bisogno. Varro* 3. *R. R.* 10. 3. Singulæ non plus quater in anno pariunt. At *Schneiderus* legit *non plus quam ter* etc. *Id.* apud *Plin.* 14. *Hist. nat.* 14. 17. (96). In quo plus semel Græcum vinum daretur. *Cic.* 6. *Att.* 6. Plus annum obtinere provinciam. *Id.* 2. *Tusc.* 16. 37. Ferre plus dimidiati mensis cibaria. *Id.* 2. *de republ.* 22. Qui non plus mille quingentum æris, aut omnino nihil in suum censum præter caput attulissent. *Liv.* 24. 41. Plus mille capti. *Id.* 31. 34. Paullo plus ducentos passus a castris. *Id.* 29. 25. Parte plus dimidia rem auctam. *Seneca* 1. *Clem.* 19. *de apib.* Nec unquam regem plus unum patiuntur. — *e*) Cum Ablativo comparationis. *Balbus* apud *Cic.* 8. *Att.* 15. A. 2. Cave, putes hoc tempore plus me quemquam cruciari. *Cic.* 1. *Nat. D.* 2. 5. Alterum fieri profecto potest, ut earum nulla, alterum certe non potest, ut plus una vera sit. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 25. 79. In columba plures videri colores, nec esse plus uno. *Id.* 13. *Fam.* 20. Non plus duobus, an tribus mensibus. *Id.* 2. *Legg.* 23. 59. ex *XII. Tab.* Hoc plus ne facito. *Ter. Heaut.* 1. 1. 11. Annos sexaginta natus es, aut plus eo. *Cic. Amic.* 16. 58. Aut ne plus æquo quid in amicitia congeratur. *Ter. Heaut.* 2. 1. 8. Ubi adbibit plus paullo. *Cic.* 4. *Herenn.* 4. 7.; et *Liv.* 31. 34. Paullo plus. *Anton.* ad *Cic. post Ep.* 8. *l.* 10. *ad Att.* Nimio plus. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 30. Plus nimio. *Cic.* 1. *Nat. D.* 35. 99. Molestum est uno digito plus habere. *Liv.* 2. 7. Uno plus Etruscorum cecidisse in acie. — *f*) *Pluris* cum Verbis æstimandi. — Cum addito *pretii* nomine apud *Varron.* 1. *R. R.* 7. 4. Ut plus reddant musti et olei, et pretii pluris. — Sæpius omisso nomine. *Cic. Rosc. Com.* 12. 33. Ager, qui nunc multo pluris est, quam tunc fuit. Cf. *Id.* 3. *de republ.* 9. Nos Transalpinas gentes oleam et vitem serere non sinimus, quo pluris sint nostra oliveta nostræque vineæ. *Id.* 7. *Fam.* 2. Pluris emere. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 300. post damnum sic vendas omnia pluris. Adde *Cic.* 3. *Off.* 12. 51. et 4. *Verr.* 3. 19. *Colum.* 1. *R. R.* 4. 7. Pluris ædificare. *con più spesa. Plaut. Truc.* 2. 8. Pluris est oculatus testis, quam auriti decem. *Cic.* 12. *Att.* 28. Mea mihi conscientia pluris est, quam hominum sermo. *Id.* 8. *ibid.* 2. Pro Pompejo emori possum: facio pluris hominum neminem. *Id.* 6. *Phil.* 4. 10. Hic pluris habetur, quam L. Trebellius. *Id.* 6. *Parad.* 2. 48. Utrum pluris æstimemus pecuniam Pyrrhi, an continentiam Fabricii? *Id.* 3. *Off.* 4. 18. Pluris putare, quod utile videatur, quam quod honestum. *Id.* 7. *Att.* 3. Aliquid pluris ducere. — Et cum addito Ablat. *Inscript.* apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 100. OSSA HEIC SVNT VRBILIAE PRIMI (*scil.* uxoris Primi) MIHI ME PLVRIS. DECESSIT AN. XXIII. CARISSIMA SVIS. *h. e.* quæ pluris (ut adnotat *Orellius* ad *n.* 4032.) mihi fuit, quam ego mihimet ipsi. — *g*) De *plure*, Ablativo pretii, *V.* sub *B.* init. — *h*) *Plus plusque* apud *Cic.* 6. *Att.* 2. *sub fin.* Quem mehercule plus plusque in dies diligo. — *i*) Cum Adjectivis pro *magis. Nemesian.* 4. *Ecl.* 72. Plus tamen ipse meus, plus est formosus Iolas. — Quomodo *plus* a *magis* differat, in ea voce dictum est. — *l*) Cum Comparativo. *Plaut. Becch.* 3. 3. 58. Ingenium plus triginta annis majus est. ¶ 2. In plurali *plures*, et *ra, rium, ribus.* — *a*) Stricto sensu sunt plures numero cum aliis comparati. *Cic.* 7. *Att.* 3. Omnes qui ære alieno premantur, quos plures esse intelligo, quam putaram. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 1. Nemini ego plura acerba esse credo ex amore homini unquam oblata, quam mihi. *Cic.* 2. *de republ* 31. Ne plura insignia essent imperii in libero populo, quam in regno fuissent. *Quintil.* 3. 6. 28. Erunt enim plura multo, quam quæ his elementis comprehendentur. — *b*) Generatim usurpatur de magno numero. *Cic.* 1 *de republ.* 35. Adsunt optimates, qui se melius hoc idem facere profiteantur, plusque fore dicant in pluribus consilii, quam in uno. Sic *ibid.* 39. Quid, quæso, interest inter unum et plures, si justitia est in pluribus? *Id. pro leg. Manil.* 7. 19. Non enim possant in civitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in eamdem calamitatem trahant. *Cæs.* 1. *B. G.* 18. Pluribus præsentibus ea res jactari nolebat. *Id.* 3. *B. C.* 52. Plura castella pariter tentaverat. *Cic.* 2. *Fin.* 28. 93. Summus dolor plures dies manere non potest. Sic *Quintil. proœm.* 7. Pluribus diebus. *et Plin.* 11. *Hist. nat.* 29. 35. (103). Continuata plurium dierum fame. *Quintil.* 8. 4. 27. Illic plurium rerum est congeries. — Sic *pluribus verbis* apud *Cic. Cluent.* 41. 115. Cujus rei quæ consuetudo sit, quoniam apud homines peritissimos dico, pluribus verbis docere non debeo. *et* 4. *Verr.* 4. 28. Eum pluribus verbis rogat. — Hinc etium *pluribus* et *plura* per ellipsin pro pluribus verbis, plura verba. *Phædr.* 3. 10. Hæc exsecutus sum propterea pluribus, Brevitate nimia quoniam quosdam offendimus. Cf. *Catilina* apud *Sall.* 38. *in fin.* Plura quum scribere vellem, nunciatum est mihi, vim parari. Ceterum *Cic.* 1. *Orat.* 5. 18. Nam quid ego de actione ipsa plura dicam? *Id.* 2. *Legg.* 1. 3. Hic sacra, hic genus, hic majorum multa vestigia. Quid plura? hanc vides villam etc. *h. e.* quid multa? Similiter *Id.* 13. *Fam.* 1. *ad fin.* Sed, ne plura (dicendum enim aliquando est), Pomponium Atticum sic amo, ut etc. *h. e.* ne multa. *per non estendermi di vantaggio, per finirla.* — *c*) Specialim *plures* interdum sunt mortui, ut apud Græ-

cos οἱ πλείονες. *Plaut. Trin.* 2. 2. 14. Lacrimas hæc mihi eliciunt, quia ego ad hoc genus hominum duravi, quam prius me ad plures penetravi. διὰ τὸν εὐφημισμὸν sic dicebant, ne voce *mortui* mali ominis uterentur. Ideo autem *plures*, quia ii majores numero sunt, quam vivi.

C) *Plurimus, a, um,* adject. superlat. a *plus, pluris;* et vices gerit superlativi τοῦ *multus,* a quo *multissimus,* ut dictum est, non fit, *assaissimo, moltissimo,* πλεῖστος. — Veteres dixerunt *plisima* pro *plurima,* teste *Festo p.* 205. 17. *Müll.,* quocum cf. *Paul. Diac. p.* 204. 5. — PLIOIRVME pro *plurimum,* item PLOVRVMA legitur in *Inscript.* apud *Orell.* 552. et 2623. — Ceterum ¶ 1. Adjective occurrit — *a*) Generatim in plurali num. *Cæs.* 6. *B. G.* 16. Deum maxime Mercurium colunt: hujus sunt plurima simulacra. *Cic.* 1. *de repub.* 17. Quamque nos in exigua (*terræ*) parte affixi, plurimis ignotisque gentibus, speremus tamen, nostrum nomen volitare et vagari. *et ibid.* 4. Hac nos patria lege genuit et educavit, ut plurimas et maximas nostri animi, ingenii et consilii partes ipsa sibi ad utilitatem suam pignaretur. *et* 3. *ibid.* 9. Quæ (*gens Ægyptiorum*) plurimorum sæculorum et eventorum memoriam litteris continet. *et* 1. *ibid.* 7. Hæc plurimis a me verbis dicta sunt. *Plaut. Most.* 5. 1. 11. Facio idem quod plurimi alii. *Sall. Jug.* 101. Id laborare, ut illi quam plurimi deberent. — Cum opposito adject. *paucissimus* apud *Colum.* 8. *R. R.* 14. 6.; et *Plin.* 10. *Hist. nat.* 59. 79. (162). Supponuntur gallinis ova plurima quinque, paucissima tria: anseribus paucissima septem, plurima quindecim. *al più al più.* — Cum apposito pronom. *plerique* apud *Tac. Dial. de-orat.* 31. Incidunt plurimæ causæ ac pæne omnes, quibus juris notitia desideratur; pleræque autem, in quibus hæ quoque scientiæ requiruntur. *et* 4. *Hist.* 84. Plerique Jovem ut rerum omnium potentem, plurimi Ditem patrem conjectant. *V.* et locum proxime seq. — Cum Genitivo partitionis. *Tac.* 13. *Ann.* 27. Plurimis equitum, plerisque senatorum non aliunde originem trahi. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 28. (107). Ipsi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat, sicut nunc in plurimis gentium. ¶ 2. Specialim in sing. num. — *a*) Universim. *Plaut. Rud.* 4. 2. 4. Plurima præda onustus. *Quintil.* 2. 2. 5. Plurimus ei de honesto ac bono sit sermo. *Id.* 6. 3. 85. Plurimus visus. *Id.* 8. *procem.* 28. Plurima exerritatio. *Horat.* 4. *Od.* 2. 29. per laborem plurimum. — Similiter *Plaut. Curc.* 1. 3. 69. Hospiti suo plurimam salutem dicit. Sic *Lucilius* apud *Non. p.* 472. 16. *Merc.* Impertit salutem plurimam et plenissimam. Hinc epistolarum formula S. P. D., *h. e.* salutem plurimam dicit. — *b*) Apud Poetas *plurimus* (haud aliter ac *multus*) est maximus, vehementissimus. *Ovid.* 14. *Met.* 53. medio quum plurimus orbe Sol erat. *Id.* 11. *ibid.* 140. Spumiferoque tuum fonti, qua plurimus exit, Subde caput. *in maggior copia. et Ib.* 600. Plurima qua flammas Sicanis Ætna vomit. *vomita moltissimo fuoco,* plurimas flammas. *et* 14. *Met.* 361. Plurima qua silva est, et equo loca pervia non sunt. *dove la selva è densissima. et* 13. *ibid.* 844. coma plurima torvos Prominet in vultus. *et Martial.* 8. 51. Plurima quum tota lampade luna nitet. *piena.* Huc pertinet illud *Stat.* 1. *Theb.* 114. abrupta qua plurimus arce Cithæron Occurrit cælo. *h. e.* altissimus est. *et Virg.* 3. *G.* 51. optima torvæ Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix. *h. e.* cervix longa et crassa, nam in ea spectatur præcipue robur tauri. Item huc pertinet et illud *Ovid.* 2. *Fast.* 272. *de Pane.* Arcadiis plurimus ille jugis. *pratica spessissimo ne' monti d'Arcadia. et* 4. *Trist.* 10. 128. in toto plurimus orbe legor. *sono letti i miei versi da moltissimi.* — Cum Genit. *Sil. It.* 16. 363. *de equo.* Insignis multa cervice, et plurimus idem Ludentis per colla jubæ. *h. e.* plurimam jubam habens. — *c*) Interdum apud Poetas *plurimus* in sing. num. collectivi vicem gerit. *Horat.* 1. *Od.* 7. 8. Plurimus in Junonis honorem Aptum dicet equis Argos ditesque Mycenas. *h. e.* plurimi. Sic *plurima ales,* plurimæ alites, *Martial.* 9. 56. et *plurima mappa,* plurimæ mappæ, *Id.* 8. 59., et *plurima rosa,* plurimæ rosæ, *Ovid.* 4. *Fast.* 441. Similia sunt *multa avis, multa canis, multa prece* etc. ¶ 3. Absolute. — *a*) *Plurimi,* Genit. cum Verbis æstimandi. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 29. Unice unum plurimi pendit. *Cic.* 6. *Parad.* 2. 48. Ut quisque, quod plurimi est, possidet, ita divitissimus habendus est. *Nepos Eumen.* 2. Quem unum Alexander plurimi fecerat. — *b*) *Plurimum* cum Genitivo partitionis. *Cic.* 1. *Invent.* 18. 25. Exordium gravitatis plurimum debet habere. *Nepos Epam.* 2. *extr.* In armis plurimum studii consumebat. *Quintil.* 10. 5. 3. Plurimum artis. *Id.* 9. 4. 91. Plurimum auctoritatis et ponderis. *Id.* 10. 3. 1. Ut laboris, sic utilitatis etiam plurimum. *Id.* 12. 1. 20. Plurimum virtutum, nonnihil vitiorum. — *c*) *Plurimum* absolute, substantivorum more. *Cic. Rabir. Post.* 14. 39. An, quum credebat inductus usuris, id agebat, ut haberet quam plurimum? *Id.* 1. *Orat.* 35. 150. Caput autem est, quam plurimum scribere. *Id.* 1. *de republ.* 27. Ut in quoque oratore plurimum esset. *Quintil.* 3. 3. 6. Pronunciationem vel plurimum ex eo mutuari. ¶ 4. *Plurimum* adverbii more, *assaissimo.* — *a*) Sine addito. *Cic.* 2. *de republ.* 22. Et is valebat in suffragio plurimum, cujus plurimum intererat, esse in optimo statu civitatem. Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 45. 45. (116). Plurimum interest, flatus sit, an ventus. Rursus *Cic. Rosc. Am.* 1. 4. Qui apud me dignitate plurimum possunt. *Id.* 1. *Fam.* 7. Te plurimum diligo. *Id.* 11. *ibid.* 16. Hoc ego utor omnium plurimum. *Id.* 2. *Invent.* 1. 1. Zeuxin muliebri in corpore pingendo plurimum aliis præstare. *Nepos Cim.* 2. Plurimum valuit auctoritate. *Id. Alcib.* 3. Et obesse plurimum, et prodesse poterat. Huc pertinet et illud *Plaut. Epid.* 3. 3. 9. Plurimum malefacta. *h. e.* plurima. — *Plurima* pro *plurimum* dixit *Virg.* 9. *Æn.* 335. Et juvenem Serranum, illa qui plurima nocte Luserat. — De tempore *Nepos Chabr.* 3. Quoad ei licebat, plurimum aberat. *et mox.* Plurimum Cypri vixit. *lunghissimo tempo.* Sic *Ter. Phorm.* 1. 4. 17. Domum ire pergam: ibi plurimum est. — *Plin.* 9. *Hist. nat.* 36. 60. (125). Purpuræ vivunt annis plurimum septenis. *al più al più.* et 30. *ibid.* 6. 16. (48). Diebus plurimum novem. Sic 25. *ibid.* 5. 22. (54). Helleborum datur ad leniter molliendam alvum, plurimum drachma, modice quatuor obolis. — *b*) *Ut,* et *quum plurimum* eodem sensu dicuntur. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 3. 4. (18). Nec tam numerosa differentia (*olei quam vini*); tribus, ut plurimum, bonitatibus distat. *tutt'al più. Id.* 2. *ibid.* 17. 15. (78). Non comparere in cælo Saturni sidus, quum plurimum, diebus centum septuaginta: Jovis triginta sex, aut, quum minimum, denis detractis diebus: Mercurii tredecim, aut, quum plurimum, octodecim. — *c*) *Plurimum quantum,* mirum quantum, immane quantum, πλεῖστον ὅσον. *Flor.* 4. 2. *a med.* Plurimum quantum favoris partibus dabat fraternitas ducum. *Minuc. Fel. Octav.* 40. Octavio meo plurimum quantum gratulor. Adde *eumd. ibid.* 22.

MŪLUS, i, m. 4. animal quod ex asino et equa gignitur, vel ex equo et asina, *V. Mula,* ἡμίονος (It. *mulo;* Fr. *mulet;* Hisp. *macho, mulo;* Germ. *der Maulesel, das Maulthier;* Angl. *a mule*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 21. Ego faxim, muli pretio qui superant equos, Ut sient viliores Gallicis canteriis. *Varro* 3. *R. R.* 17. 7. Rhedarii muli. *Cic. Topic.* 8. 36. Mulus clitellarius. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 104. nunc mihi curto Ire liceat mulo, vel, si libet, usque Tarentum. — *b*) Mulus vehiculo Lunæ habetur, quod tam ea sterilis sit, quam mulus: vel quod, ut mulus non suo genere, sed equis creatur, sic ea solis, non suo fulgore luceat. *Paul. Diac. p.* 148. 8. *Müll.,* quocum cf. *Festus p.* 149. 30. — *c*) Mulis celebrabantur ludi in circo maximo, Consualibus: quia id genus quadrupedum primum putatur cœptum currui vehiculoque adjungi. *Paul. Diac. p.* 148. 1. *Müll.* — *d*) *Muli Mariani* dicti sunt milites C. Marii, quos ille recidendorum impedimentorum gratia, sarcinas sibi suas furcis aptatas, et humeris impositas, mulorum vice portare coegerat. *Frontin.* 4. *Strateg.* 1.; *Festus p.* 149. 25. *Müll.*; et *Paul. Diac. p.* 148. 6. et 24. 1. *Müll.* — *e*) *Mutuum muli scabunt,* proverb. de iis, qui se mutuo laudant, mirantur, prædicant, et sibi invicem favent. Fuit titulus unius ex Satyris Menippeis *Varronis,* et adhibetur ab *Auson. Edyll.* 12. *præf. ad monosyll. in fine positos.* Huc pertinet epigrammation *Pomponii* apud *Varron.* 7. *L. L.* 28. *Müll.* Ridiculum est, quum te Cascam tua dicit amica, Fili Potoni, sesquisenex (*al.* Casca Philotonis ipsa senex) puerum. Dice (*al.* Dic tu) illam pusam: sic fiet mutua muli. Nam vere pusus tu, tua amica senex. — *f*) *Mulum de asino pingere,* proverbio utimur, quum exemplar et res effecta non multum inter se distant: vel quando ineptiæ ineptiis repræsentantur, aut mendacia mendaciis adstruuntur. *Tertull. advers. Valentinian.* 19. *extr.*

II.) Translate est convicium hominis stolidi, stupidi. *Catull.* 83. 3. Mule nihil sentis. *Plaut. Cist.* 4. 2. 12. Mulo inscitior. *Al. leg.* Non sum scitior.

MUNCTĬO, ōnis, f. 3. (mungo) actus mungendi, ut Munctiones mucculentæ, apud *Arnob.* 3. 13. *med.*

MUNDĀNUS, a, um, adject. (mundus) ad mundum pertinens, *mondano,* κοσμικός. *Mundanus oculus* dicitur sol apud *Capell.* 2. *p.* 43. Sic *Ovid.* 4. *Met.* 226. Ille ego sum, dixit, qui longum metior annum, Omnia qui video, per quem videt omnia tellus, Mundi oculus. *Macrob.* 1. *Saturn.* 21. Solem Jovis oculum appellat antiquitas. — *Mundanus annus* apud *Macrob.* 2. *Somn. Scip.* 11. est qui conversione plenæ universitatis efficitur, quum scilicet stellæ omnes omniaque sidera a certo loco ad eumdem locum remeaverint: quod quindecim millium annorum spatio fieri, physici volunt. V. plura *ibid.* — *Anima mundana* apud *eumd. ibid.* 16. *sub fin.* est anima mundi, quam falso putabant veteres causam esse motus siderum, sphærarum cælestium, omnium uno verbo, quæ in mundo moveantur. — *Avien. Arat.* 47. Mundanum pro cælesti dixit, quia mundus pro cælo aliquando ponitur. *Id. ibid.* 216. *mundanas oras* dixit terræ plagas ratione Inferorum. — Hinc

Mundanus, i, m. 2. absolute, substantivorum more. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 5. *Tusc.* 37. 108. Socrates quidem, quum rogaretur, cujatem se esse diceret: Mundanum, inquit; totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur. ¶ 2. Specialim *mundani* apud auctores Christianos opponuntur clericis, *laici. Cassiod.* 8. *Variar.* 24. Mundani coerceantur humano jure; vos (*clerici*) sanctis moribus obedite.

MUNDĀNUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

MUNDĀTĬO, ōnis, f. 3. actus mundandi, purgatio, καθαρισμός.

I.) Proprie. *Theod. Priscian.* 1. 19. Olivarum amurcam coques primum igne fortiori ad primam mundationem.

II.) Translate. *Augustin.* 1. *Confess.* 11. Dilata est mundatio mea.

MUNDĀTOR, ōris, m. 3. qui mundat. *Firmic.* 8. *Mathes.* 19. *sub fin.* Cloacarum mundator.

MUNDĀTŌRĬUS, a, um, adject. qui mundando inservit. *Plin. Valerian.* 2. 25. Item mundatorium cholerum (*lege* cholerarum) et provocatorium ventris.

MUNDĀTUS, a, um. *V.* MUNDO.

MUNDĒ, adverb. (mundus). Sup. *Mundissime.* — Munde est idem ac pure, nitide, *mondamente, nettamente,* καθαρίως. *Cato R. R.* 66. Quam mundissime purissimeque fiat. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 5. Tanta ibi copia venustatum aderat, in suo quæque loco sita munde. *Titinius* apud *Charis.* 2. *p.* 183. *Putsch.* Verrite ædes, spargite munde. *Pomponius* apud *Non. p.* 234. 30. *Merc.* Heus, aprate, pueri, munde atque ampliter convivium. *Seneca Ep.* 70. *a med.* Parum munde, et parum decenter. *Gell.* 10. 17. Versus satis munde atque graphice facti. *Colum.* 12. *R. R.* 53. 3. Aromata in pila quam mundissime contundito.

MUNDĬĀLIS, e, adject. *mondano,* κοσμικός; mundanus. *Tertull. Spectac.* 9. *extr.* Mundialia elementa. *Id. Anim.* 54. Mundiales sordes. *Prudent.* 1. *Cathemer.* 90. Mundialis gloria. *Hieronym. Ep.* 43. *n.* 2. Mundialibus negotiis occupari. *Sulpic. Sev.* 2. *Hist.* 14. *mundiales historicos* opponit *sacris;* Itali *profani* dicunt.

MUNDĬĀLĬTER, adverb. more mundanorum. *Tertull. Resurr. carn.* 46. *extr.* Vivere mundialiter.

MUNDĪCĪNA, æ, f. 1. instrumentum, vel medici-

na ad mundandum. *Apul. de Mag. de dentifricio.* Misi, ut petisti mundicinas dentium, Nitelas oris ex Arabicis frugibus, Tenuem, candificum, nobilem pulvisculum, etc.

MUNDĪCORS, ordis, adject. omn. gen. 3. qui mundum habet cor. Quod est apud *Matth.* 5. 8. Beati mundo corde, *Augustin. serm.* 53. *de verb. Euang.* (*in edition. recent.*) habet: Beati mundicordes.

MUNDĪFĪCO, as, are, a. 1. (mundus *et* facio) *mondificare,* mundo.

I.) Proprie. *Æmil. Macer de aloe p.* 246. *retro* ed. *Ald.* Phlegmate mundificat stomachum, caput articulosque.

II.) Figurate. *Cassiod. de anim.* 11. Istis, qui se cælesti conversatione mundificant, virtus supernæ conversationis conceditur.

MUNDĪGER, gĕra, gĕrum, adject. qui gerit mundum. *Auct.* incert. in *Anthol. Lat. T.* 1. p. 16. *Burmann.* volitabo per axem Mundigerum.

MUNDĪPŌTENS, entis, adject. omn. gen. 3. qui in mundo potest. *Tertull. Anim.* 23. Virtus despectrix mundipotentium potestatum.

MUNDĪTĔNENS, entis, adject. omn. gen. 3. mundum tenens, mundi dominus. *Tertull. advers. Valentinian.* 22. Diabolum munditenentem appellant. *Id. de fuga* 12. Dominus illum redemit ab Angelis, munditenentibus potestatibus.

MUNDĪTĔR, adverb. *mondamente,* καθαρίως, cum munditie.

I.) Proprie. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 26. Nam quum sedulo munditer nos habemus, Vix ægreque amatorculos invenimus. *Marcell. Empir.* 29. *p.* 130. *retro* ed. *Ald.* Filum munditer recondere.

II.) Translate. *Apul. de Mag.* Feminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta confugit. *h. e.* polite et decenter.

MUNDĪTĬA *vel* mundicia, æ, f. 1. *et* Mundĭtĭes, ēi, f. 5. (mundus) lautitia et nitor, qui e sordium remotione consequitur, καθαριότης, εὐλουσία (It. *mondezza, nettezza*; Fr. *propreté par opposition à saleté*; Hisp. *limpieza, curiosidad*; Germ. *die Reinlichkeit, Sauberkeit*; Angl. *cleanness, neatness, cleanliness, niceness, finicalness, delicateness*).

I.) Proprie. *Plaut. Men.* 2. 3. 4. sternite lectos, incendite odores: Munditia illecebra animo est amantium. *Catull.* 23. 18. Hanc ad munditiem adde mundiorem Quod culus tibi purior salillo est, Nec toto decies cacas in anno. *Plaut. Cas.* 2. 3. 9. Postquam amo Casinam, magis initio munditiis munditiam autideo. *Al. leg.* munditiem, *alii aliter. V.* INITIO. — *Munditias facere* dicebant, quum vasa mundabant, verrebant pavimenta, vestes, armaria, mensas detergebant, et omne genus sordium in ædibus tollebant. *Cato R. R.* 39. Per imbrem in villam quærito, quid fieri possit: ne cesset, munditias facito. *Plaut. Stich.* 2. 2. 22. Munditias volo fieri: efferte huc scopas, simulque arundinem, Ut opera aranearum perdam.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est nitor et elegantia in ornatu ædium cultuque delicato corporis, *pulitezza, delicatezza, lusso, pompa, attillatura. Plaut. Pseud.* 1. 2. 40. Vos quæ in munditiis, mollitiis deliciisque ætatulam agitis. *Cic.* 1. *Off.* 36. 130. Adhibenda præterea munditia est non odiosa, neque exquisita nimis. *Sall. Jug.* 67. *de C. Mario.* Ubi primum ætas militiæ patiens fuit, stipendiis faciundis, non Græca facundia, neque urbanis munditiis sese exercuit. *Ovid.* 3. *Art. Am.* 133. Munditiis capimur: non sint sine lege capilli, etc. *et* 2. *ibid.* 677. Illæ munditiis annorum damna rependunt: Et faciunt cura, ne videantur anus. *Gell.* 1. 5. Hortensius multa munditia, et circumspecte compositeque indutus. *Seneca* 1. *Controv. proœm. ante med.* Immundissimis se excolere munditiis, nostrorum adolescentium specimen est. *Tertull. Pall.* 4. Quid tibi, Lybia et Europa, cum xysticis mundiciis, quas vestire non nosti? Revera enim quale est Græcatim depilari magis, quam amiciri? ¶ 2. *Panis munditiæ* est idem ac *panis mundus, annonæ mundæ,* de quibus *V.* in MUNDUS, a, um, sub II. 2. In formula præfecti annonæ apud *Cassiod.* 6. *Variar.* 18. Per officium pistorum discurris, pensum et munditiam panis exigis. ¶ 3. Item speciatim transfertur ad orationem puram, elegantem. *Cic. Orat.* 23. 79. *de stilo subtili et submisso.* Fucati vero medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur: elegantia modo et munditia remanebit. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 157. sic horridus ille Defluxit numerus Saturnius, et grave virus Munditiæ pepulere. *h. e.* elegantia Græcorum pepulit Latinorum rusticitatem. *Quintil.* 8. 3. 87. Sunt quædam velut e tenui diligentia circa proprietatem significationemque munditiæ. *Gell.* 1. 23. Venustas, lux, munditia verborum. *Id.* 10. 3. Venustas et mundities orationis.

MUNDĪTĬANS. *V.* INITIO.

MUNDĪTĬĀRĬUS, a, um, adject. munditiem habens, et translate comis, numeris omnibus absolutus, *compitissimo* Itali dicunt. *Inscript.* apud *Murat.* 158. 1. HVIC STATVAM FLAVIVS MOSCHILVS V. C. ISIACVS HVIVS LOCI MEMOR EIVS SANCTIMONIAE CASTITAT. TESTAMENTO SVO CONSTITVI AB HEREDIB. SVIS IVSSIT PATRONO MVNDITIARIO.

MUNDO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Mundatus* I. et in fin.; *Mundaturus* II.; *Mundandus* I. — Mundare est detergere, purificare, καθαίρω, καθαρίζω, *mondare, nettare.*

I.) Proprie. *Colum.* 12. *R. R.* 53. 10. Baccam diligenter mundatam (*Schneider.* emundatam) in torcular deferre. *Id. ibid.* 3. 8. Villica debebit præsepia mundanda curare. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 31. (103). Mundatur nitro. *Sillig.* aliter legit. *Manertin. Grat. act. ad Julian.* 9. *sub fin.* Perlui et mundari.

II.) Translate. *Venant.* 8. *carm.* 7. 123. Mundatura novo partu de crimine mundum. *scil.* Maria Virgo Deipara. — Hinc Part. præter. pass.

Mundatus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Mundatior* apud *Augustin.* 10. *Confess.* 37. Quam sim ab illa peste mundatior.

MUNDŪLĔ, adverb. deminut. a *munde,* pure, nitide. *Apul.* 2. *Met.* Linea tunica mundule amicta.

MUNDŪLUS, a, um, adject. *mondetto, pulito, attillato,* deminut. mundi; occurrit autem translate tantum et est nimia munditia utens, delicatulus, molliculus. *Plaut. Truc.* 3. 1. 13. Nunc ego istos mundulos urbanos amasios Hoc ictu exponam. Adde *Accium* apud *Non. p.* 144. 17. *Merc.*

MUNDUM, i. *V.* MUNDUS, i, init.

MUNDUS, a, um, adject. Comp. *Mundior* II. 1. et 4.; Sup. *Mundissimus* I. — Mundus (fortasse a v. μυδᾶν *humectare,* ut ait *Dödertein. Latein. Synonym.* 6. 227.) est purus, tersus, nitidus, lautus, καθάριος (It. *mondo, netto, pulito, puro*; Fr. *propre, net, opposé à sale*; Hisp. *limpio, aseado, curioso*; Germ. *rein, sauber, nett, zierlich*; Angl. *clean, cleanly, plain, neat*).

I.) Proprie. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 8. Quala mundissima. *Schneider.* cum Cod. Lips. hæc verba omittit. *Gell.* 19. 12. Agrum mundum purumque facere. *Pallad.* 2. *R. R.* 10. Mundæ novales. *h. e.* sine silva et stirpibus et lapidibus. *Gell.* 19. 9. Mundissimum cubile. *Horat.* 1. *Ep.* 5. 7. munda supellex. *Ovid.* 3. *Fast.* 668. Pauper, sed mundæ sedulitatis anus. *Horat.* 3. *Od.* 29. 14. Mundæque parvo sub lare pauperum Cœnæ. *Id.* 1. *Ep.* 20. 2. liber Sosiorum pumice mundus. *Seneca Ep.* 70. *a med.* Præferendam esse spurcissimam mortem servituti mundissimæ. *Edict. Dioclet.* 27. Speltæ mundæ K. M. ✕ centum: scandulæ, sive speltæ K. M. ✕. triginta.

II.) Translate. ¶ 1. *Mundus homo* dicitur, qui elegantiæ studet in cultu corporis, qui munditias sectatur, comendo se, fucando, frirando, ungendo, exornando, et hujusmodi, *attillato, lindo, pulito, pomposo*: tum in bonam, tum in malam partem. *Cic.* 2. *Fin.* 8. 23. Nemo nostrum istius generis asotos jucunde putat vivere, mundos, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis, vitantes eruditatem. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 123. munda hactenus, ut neque longa, Nec magis alba velit, quam fert natura, videri. *Liv.* 8. 15. Vestalis suspecta propter mundiorem justo cultum. ¶ 2. *Annonæ mundæ* apud *Lamprid. Alex. Sev.* 42. sunt panes siligi nei, puri, non vulgares, non furfuracei, et mundis lautisque cœnis apti. *V.* ANNONA. Sic *mundus panis. Id. ibid.* Panis mundi pondo XXX., panis sequentis, ad donandum populo, quinquaginta. ¶ 3. Est etiam *mundus* ornatus, instructus. *Ennius* apud *Festum p.* 258. 15. *Müll.* Ostia munita est: idem (*Ancus Mart.*) loca navibu' pulcris Munda facit, nautisque mari quæsentibu' vitam. ¶ 4. Transfertur ad orationem. *Ovid.* 3. *Art. am.* 479. Munda, sed e medio, consuetaque verba, puellæ Scribite. *Gell.* 17. 2. *circa med. In Gallos* mundius subtiliusque est, quam *cum Gallis,* aut *contra Gallos. et* 19. 9. *a med.* Versus, quibus mundius, venustius, limatius, pressius nihil reperiri puto. *Propert.* 4. 5. 43. mundi Thais pretiosa Menandri. *h. e.* munditia utentis et elegantia orationis: nisi malis ad vitæ cultum referre; nam a *Phædr.* 5. 1. Menander describitur Unguento delibutus, vestitu affluens, gressu delicato et languido, ut adnotavit *Brouckus.*

MUNDUS, i, m. 2. *Mundum, i,* neutr. gen. dixit *Lucilius* apud *Gell.* 4. 1. et *Non. p.* 214. 17. *Merc.* Legavit quidam uxori mundum omne penumque. — Mundus duo præcipue significat, instrumentum ornatus muliebris, et universitatem rerum. Utrumque a *munditia,* ut *Varro* 5. *L. L.* 129. *Müll.* tradit: munditia autem ad ornatum elegantiamque refertur. Hæc *Forcellinus*; sed *Varro ibid.* de mundo tantum muliebri agit: cf. et infra sub II. 2. Itaque

I.) Proprie *mundus* instrumentum est, quo mulieres mundiores et cultiores fiunt, *abbigliamenti donneschi, provvisione da ornarsi delle donne*: et fere usurpatur cum addito *muliebris,* γυναικεῖος κόσμος. Differunt autem *ornatus* et *mundus,* quia, ut ait *Ulp. Dig.* 34. 2. 25., ornamenta muliebria sunt, quibus mulier ornatur, veluti inaures, armillæ, viriolæ, anuli (præter signatorios) et omnia, quæ ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis ornandi causa: quo ex numero etiam hæc sunt, aurum, gemmæ, lapilli, qui aliam nullam in se utilitatem habent. His adde vittas, mitras, sémimitras, calvaticas, acus cum margarita, reticula, crocupbantia. Mundus vero muliebris est, quo mulier mundior fit: continentur eo specula, matulæ, unguenta, vasa unguentaria, et si qua similia dici possunt, veluti lavatio, riscus, argentum balneare, sella balneatis. Hæc *Ulp.* itemque *Paul. ibid.* 33. *ad fin.* et 3. *Recept. sentent. tit.* 7. *ad fin.* Hinc formulæ illæ testamentorum apud *Paul. cit. l.* 33. et *Jabolen. ibid.* 32. 98. 1. Uxori meæ vestem, mundum muliebrem, ornamenta omnia, aurum, argentum, do, lego. *Phædr.* quoque 4. 4. vestem a mundo muliebri secernit. *Tertull.* alia ratione distinguit, *Habit. mul.* 4. Habitus, inquit, feminæ duplicem speciem circumfert, cultum et ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro, et argento, et gemmis, et vestibus deputatur: iste in cura capilli, et cutis, et earum partium corporis, quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis. *Mundum muliebrem* dicit, quem JCti *ornamentum*: et *ornatum,* quem illi *mundum. V.* CULTUS. — Hæc tamen discrimina perpetua non sunt: et *mundi* nomine sæpe quidquid ad muliebrem ornatum pertinet, significatur. *Liv.* 34. 7. Munditiæ, et ornatus, et cultus, hæc feminarum insignia sunt: hunc mundum muliebrem appellarunt majores nostri. *Apul.* 2. *Met.* Quamvis auro, veste, gemmis, omnique cetero mundo exornata mulier incedat. *et* 4. *ibid.* Mundo nuptiali decenter ornare puellam. *Ibid.* in *carm.* puellam Ornatam mundo funerei thalami. *et* 11. *ibid.* Indutus serica veste, mundoque pretioso. *Accius* apud *Festum p.* 142. 18. *Müll.* Virginalis mundus.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim dicitur de instrumento et ornatu aliarum rerum. *Apul.* 6. *sub init.* Erant et falces, et operæ messoriæ mundus omnis. Afferunt et *Plauti* mundum rusticum, *Merc. prol.* 65., sed incerta ea lectio est. *Apul. de Mag.* mundum Cereris vocat cistas arcanis Cereris plenas, in ejus sacris gestari solitas. — *In mundo,* inquit *Festus* (sic *Forcellinus,* loco tamen non laudato mihique ignoto), dicebant antiqui, quum, aliquid in promptu esse, volebant intelligi. Videtur autem dictum a mundo muliebri, quia quæ ad corporis cultum pertinent, omnia mulieres in promptu habent, conduntque diligenter, ut præsto ad usum semper sint. *Charis.* 2. p. 180. *Putsch.* exponit, palam, in expedito, ac cito, *in pronto, alla mano. Ennius ibid.* Seu ibi vita,

seu mors in mundo est. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 84. Pistrinum in mundo scibam, si id faxem, mihi. *Id. Cas.* 3. 3. 3. cui, quod amet, in mundo siet. *Id. Epid.* 5. 1. 12. cui libertas in mundo sita est. *Id. Pers.* 1. 1. 46. Nempe habeo in mundo. ¶ 2. Speciatim ac sæpe mundus est ingens illud corpus cælo terraque constans, perfectum undique, itaque omnia in se complexus, ut ait *Cic.* 2. *Nat. D.* 14. 38., ut nihil sit, quod non insit in eo, *mundo*, κόσμος. De etymo autem *Plin.* 2. *Hist. nat.* 4. 3. (8). Quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellavere, eum et nos a perfecta absolutaque elegantia mundum. Sunt qui a *moveo* ducunt, quasi *movendus*, quia non alius est, quam quod moveri potest, ut ait *Paul. Diac. p.* 143. 1. *Müll.* Et *Varro* 6. *L. L.* 3. *Müll.* Itaque ab eorum (*solis et lunæ*) tenore temperato *tempus* dictum, unde *tempestiva*; et a motu eorum, qui toto cælo conjunctus, *mundus*. — Ceterum *Paul. Diac. p.* 143. 2. *Müll.* Mundus appellatur cœlum, terra, mare et aer. *Ovid.* 5. *Fast.* 11. Post chaos ut primum data sunt tria corpora mundo. *h. e.* cælum, terra, aqua. *Vitruv.* 9. 4. Mundus est omnium naturæ rerum conceptio summa, cælumque sideribus conformatum. *Cic.* 2. *Nat. D.* 62. 154. Ipse mundus deorum hominumque causa factus est, *etc.* Est enim mundus quasi communis deorum atque hominum domus, aut urbs utrorumque. *Id.* 2. *Divinat.* 43. 91. Cælum ipsum, quod extremum atque ultimum mundi est. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.) 17. 55. Democritus dicit, innumerabiles esse mundos. *Id.* 3. *Legg.* 1. 3. Imperium, sine quo nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. ¶ 3. Hinc aliquando dicitur de solo cælo, *cielo*, οὐρανός. *Seneca* 7. *Quæst. nat.* 2. Cometæ manent mensibus senis, nec illos conversio mundi solvit et velocitas. *et mox.* Utrum mundus, terra stante, circumeat, an, mundo stante, terra vertatur. *Lucret.* 5. 1435. mundi magnum et versatile templum. *Catull.* 64. 205. et tellus, atque horrida contremuerunt Æquora, concussitque micantia sidera mundus. *Virg.* 1. *G.* 240. Mundus ut ad Scythiam Riphæasque arduus arces, etc. Adde *Cæsarem*, ut videtur, 6. *B. G.* 13. *in fin.*; *Stat.* 3. *Theb.* 498.; *Senec. Herc. Œt.* 1343.; *Plin.* 2. *Hist. nat.* 3. 3. (7). et alibi; *Manil.* 1. 3. et alibi sæpe. Etiam *Cic.* adhibuit, sed cum addito, *Tim.* 10. Ut hunc hac varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus. Sic *Tibull.* 3. 4. 17. Jam nox ætherium nigris emensa quadrigis Mundum, etc. — *Mundus cæli* dictus est ab *Ennio* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 2. *a med.* Mundus cæli vastus constitit silentio. ¶ 4. Quia vero olim non defuere, qui mundum animatum, sapientem, immo Deum, æternumque crederent; interdum de eo ita sunt locuti, ut de Deo, providentia, fato, numine. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 45. Vis illum (*Jovem*) vocare mundum? non falleris. Ipse enim est totum, quod vides, totus suis partibus inditus, et se sustinens vi sua. *et* 3. *ibid.* 28. Quandocumque placuere res novæ mundo, etc. *Paullo ante dixerat*, Quum Deo visum ordiri meliora. ¶ 5. Non raro dicitur de terrarum orbe, et mortalibus. *Horat.* 3. *Od.* 3. 53. Quicumque mundo terminus obstitit, Hunc tangat armis, etc. *Lucan.* 1. 160. ut opes nimias, mundo fortuna subacto, Intulit etc. *Id.* 5. 469. miserique fuit spes irrita mundi. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 87. partæque per omnes Divitiæ populos magnique impendia mundi. *Seneca Herc. Œt.* 541. quem mundus et superi timent. *Propert.* 4. 3. 37. Cogor et e tabula pictos ediscere mundos. *h. e.* mundi partes. ¶ 6. De inferis, et regno Plutonis intelligitur apud *Festum p.* 154. 30. *Müll.* et *Macrob.* 1. *Saturn.* 16. qui docent, putasse veteres, mundum patere ter in anno, scilicet postridie Vulcanalia, tertio Non. Octobr., et sexto Id. Novembr., quibus diebus non cum hoste manus conserebatur, non exercitus scribebatur, non comitia habebantur, nec aliud quidquam in republica, nisi quod ultima necessitas admoneret, administrabatur. Uxorem quoque ducere, religiosum erat. Dicebatur autem *mundus* ab eo mundo, qui supra nos est, ut *Cato* apud *Fest.* docet, similis nempe creditus in inferis, atque est in superis. Hunc itaque, veluti consecratum Diis Manibus, clausum esse omni tempore putabant, exceptis modo dictis diebus, quos religiosos habebant, quia eo tempore ea, quæ occulta et abdita religionis Deorum Manium erant, velut in lucem quamdam adducebantur, et patefiebant. eratque illud sacrum Diti patri et Proserpinæ. Hæc illi. Fortasse iis diebus celebrabatur Proserpinæ raptus, quum Plutoni terra patuit et Manes cælum vidisse finguntur. Alii ad sacra Eleusinia referunt. *Varro* apud *Macrob.* Mundus quum patet, deorum tristium atque inferum quasi janua patet.

MŪNĔRĂBUNDUS, a, um, adject. qui munerator. *Apul.* 11. *Met.* Quisque varie munerabundi ad meum festinant illico reducem ab inferis conspectum.

MŪNĔRĀLIS, e, adject. ad munera pertinens. *Paul. Diac. p.* 143. 4. *Müll.* Muneralis lex vocata est, qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere. *Plaut. ibid.* Neque muneralem legem, neque lenoniam roga: fuerit, nec ne, flocci æstimo. *V.* CINCIUS in ONOM.

MŪNĔRĀRĬUS, a, um, adject. ¶ 1. Generatim est ad munus seu largitionem pertinens. *Cassiod.* 6. *Variar.* 7. Sed huic, ut ita dixerim, muneratiæ dignitati præconem largitatis nostræ, publicæ felicitatis indicium, locum quoque primiceriatus adjungimus, ut per te demus honores, per quem et notræ pecuniæ conferimus largitates. *Gloss. Cyrill.* Φιλότιμος, ambitiosus, munerarius, liberalis. *et ibid.* Χαριστικός, munificus, munerarius. *Gloss. Philox.* Munerarius, φιλότιμος. ¶ 2. Speciatim *libellus munerarius* est, in quo describuntur nomina gladiatorum, qui ludis exhibentur. *Trebell. Claud.* 5. Habuit proxime tuus libellus munerarius (*Aureolus gladiator*) hoc nomen in indice ludorum. *V.* voc. seq.

MŪNĔRĀRĬUS, ii, m. 2. Primus hac voce usus est *Augustus*, teste *Quintil.* 8. 3. 34. Est autem qui munus, seu spectaculum, ludumque gladiatorium edit, ἀγωνοθέτης, munerator: et sic adhibetur a *Senec.* 4. *Excerpt. Controv. præf. init.* et a *Quintil. declam.* 9. 6. 7. *et* 8. eodemque sensu *Sueton. Domit.* 10. Thracem mirmillioni parem, munerario imparem dixerat. et *Inscript.* apud *Murat.* 654. 1. et apud *Orell.* 1185., 2534., 2585. et 3746. *Tertull. Apolog.* 44. De vestris semper æstuat carcer, de vestris semper metalla suspirant, de vestris semper bestiæ saginantur, de vestris semper munerarii noxiorum greges pascunt.

MŪNĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. *donazione, regalamento*, δόσις, actus muneraudi, largitio. *Ulp. Dig.* 27. 3. 1. *ante med.* Si munus nuptiale matri pupilli miserit, non eum pupillo imputaturum; nec enim tam necessaria est muneratio ista.

MŪNĔRĀTOR, ōris, m. 3. ¶ 1. Generatim est qui munerat, *donatore. Salvian.* 1. *Gub. D.* 8. Deus est munerator (*Abrahami*), quia locupletavit. ¶ 2. Speciatim est idem ac munerarius, ii. *Flor.* 3. 20. *a med.* Quasi plane expiaturus omne præteritum dedecus, si de gladiatore munerator fuisset.

MŪNĔRĀTUS, a, um. *V.* MUNERO.

MŪNĔRĬGĔRŬLUS, i, m. 2. qui munera et dona gestat. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 48. Manipulatim mihi munerigeruli jam hic adsint.

MŪNĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *et*

MŪNĔROR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. pass. *Muneratus* sub *a.* — *Munerare* et *munerari* est munus dare, donare, δωρέομαι, *regalare, donare, presentare.* — *a)* Activa forma. *Accius* apud *Non. p.* 499. 11. *Merc.* Cujus eruvias et coronam huic muneravit virgini. *Turpilius* apud *eumd. p.* 477. 19. Dat ultro ac munerat, quod ab illo abstulit. *Plaut. Capt.* 5. 1. 15. Ut beneficium benemerenti nostro merito muneres. *h. e.* rependas, gratiam referas pro beneficio. *Cic. Dejot.* 6. 17. Locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus rex te munerare constituerat. *Al. leg.* munerari. *Seneca Ep.* 119. *ante med.* Inani me, inquis, lance muneras. *Callistrat. Dig.* 48. 20. 6. *ad fin.* Barbaros munerare venientes ad se. *Spartian. Hadrian.* 3. Ob hoc a Trajano locupletissime muneratus. *Ammian.* 14. 7. Mulier muneratæ, vehiculoque imposita. *Apul.* 10. *Met.* Liberto magnifice munerato. — *b)* Depon. forma. *Ter. Heaut.* 2. 3. 59. disciplina est eisdem, munerarier Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam. *Cic.* 7. *Att.* 2. *ante med.* Alexio me opipare muneratus est. *Horat. Epod.* 2. 20. Certantem et uvam purpuræ, Qua muneretur te, Priape. — Hac forma significat etiam munera rei publicæ gerere, administrare, apud *Ulp. Dig.* 50. 5. 1. § 2. Qui in fraudem ordinis (*decurionum*) in honoribus gerendis, quum inter eos ad primos honores creari possint, qui in civitate munerabantur, evitandorum majorum onerum gratia ad colonos prædiorum se transtulerunt, ut minoribus (*oneribus*) subjiciantur, hanc excusationem sibi non paraverunt. *Alii minus recte* numerabantur *legunt.*

MUNGO, gis, xi, ctum, gere, a. 3. *sofflare e purgare il naso*, μύσσω, mucum, excusso per nares digitis compressas spiritu, expello: est a μύω, vel μύζω *premo*, unde inusit. μυγω, hinc Latinorum *mugo*, dein *mungo* est derivatum. *Gloss. Philox.* Mungo, μύσσω. — Nullum præterea, qui usurpaverit, Latinum scriptorem invenio. Nam pro eo utimur composito *emungo*. Quidam Lexicographi afferunt *Catonis* fragmentum hoc *de liberis educandis*: Neque mungentur libertatem, (alii *emungentur*) adduntque esse deponentis forma. Apud nullum ego alium hæc invenire adhuc potui.

MŪNĬA, ōrum, n. plur. 2. *Mœnia* pro *munia* dixerunt antiqui, teste *Festo p.* 145. 31. *Müll.* et *Paul. Diac. p.* 151. 6., quemadmodum *mœrus* pro *murus*, et *mœnio* pro *munio* olim scriptum fuit. *Plaut fragm.* apud *Festum l. c.* Prohibentque mœnia alia, unde ego fungar mea. Ita *Müllerus*; alii vero *Prohibent, quin mœnia aliunde* etc. *Lambinus* alio trahit, sed huc pertinere *Forcellino* videbatur illud *ejusd. Stich.* 5. 4. 13. Nos tamen efficimus pro opibus nostra mœnia. Sic *Trin.* 3. 2. 61. Sua mœnia tolerare. *h. e.* onera et sumptum quotidianum familiæ. — Ceterum *munia* (quod extra casus Nom. et Accus., item Genit. in *Inscript.*, non facile reperies) a *munis*, e, sunt munera, officia, tum quæ publice, tum quæ privatim fiunt, *uffizii*, ἔργα. *Cic. Mur.* 35. 73. Omnia hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. *Id. Sext.* 66. 138. Qui suis cervicibus tanta munia atque rem publicam sustinent, ii semper habiti sunt optimatium principes, auctores et conservatores civitatis. *Liv.* 1. 42. Belli pacisque munia facere. *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 137. 12. *Merc.* Ac tum maxime, uti solet extremis in rebus, sibi quisque carissimum domi recordari, cunctique omnium ordinum extrema munia sequi. *Ejusd. fragm. Vatic.* ed. *Kritz.* 3. *Hist.* 77. *p.* 252. Soliti more militiæ vigilias stationesque et alia munia exsequi. Cf. *Tac.* 1. *Ann* 11. Plures facilius munia reipublicæ sociatis laboribus exsecuturos. Rursus *Sall. Orat. M. Licini* 19. Nisi forte repentina ista frumentaria lege munia vestra pensantur. *h. e.* stipendia et militiæ labores plebi pro potentia nobilitatis subeundi. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 131. Vitæ munia servare. *Tac.* 2. *Ann.* 26. consulatus obire. *Id.* 1. *Hist.* 62. implere ducis. *Fronto Laud. negl. p.* 328. Qui nimis anxie munia perficiunt, parum amicitiæ confidunt. *Inscript.* apud *Spon. Miscell. antiq. p.* 36., plenior vero apud *Amadut. Monum. Matthæj. T.* 3. *p.* 109. HVIC IGITVR OB HAEC INSIGNIA GENERA MVNIORVM STATVAM SAENSENSIVM ORDO DECREVIT *etc.* DEDIC. IDVS AVG. DD. NN. ARCADIO III. ET HONORIO II. AVGG. CONSS. *h. e.* ann. a Chr. n. CCCLXXXIV.

MŪNĪBĬLIS. *V.* MONUBILIS.

MŪNĪCAS pro communicas dicebant. *Paul. Diac. p.* 152. 4. *Müll.* Est a *munia*, orum. Ceterum *Müllerus* in adnotat.: *Placid.* in *Glossis* (a *Mai* non editis): Municare, communicare dictum a mœniis, id est operibus.

MŪNĪCEPS, cipis, omn. gen. 3. In Genit. plur. *municipium* pro *municipum* recte scribitur in *Tab. Heracl.* apud *Mazoch. lin.* 71., cujus adnotat. vide *p.* 481. *V.* FRATER init. — Ceterum *municeps* (a *munia* et *capio*) est civis alicujus municipii, πολίτης (It. *cittadino, castellano*; Fr. *citoyen d'une ville libre*; Hisp. *ciudadano de una ciudad libre*; Germ. *Burger eines Municipiums, Muncipalbürger*; Angl. *the inhabitant of a municipium or free town, a burgess, citizen*).

I.) Proprie. *Festus p.* 142. 6. *Müll.* Municeps est, ut ait Ælius Gallus, qui in municipio liber natus est. *Gell.* 16. 13. Municipes sunt cives R. ex municipiis, legibus suis et suo jure utentes: muneris tantum cum populo R. honorarii participes.

a quo *munere capessendo* appellati videntur, nullis aliis necessitatibus, neque ulla populi R. lege adstricti, nisi, inquam, populus eorum fundus factus est. Primos autem municipes sine suffragii jure Cærites esse factos, accepimus: concessumque illis, ut civitatis R. honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus vacarent pro sacris bello Gallico receptis custoditisque. Hactenus *Gell.* — Proprie *municeps* est quivis homo, qui munus aliquod functus sit, ut ait *Festus ibid.* Deinde idem est ac municipii civis. (*Justin.* 2. 12. 14. Patriam municipes esse, non mœnia: civitatemque non in ædificiis, sed in civibus positam.) Tertio, qui civis quum sit, in civitatem R. admissus est. *Festus l. c.* Municipes erant, qui ex aliis civitatibus Romam venissent. Horum autem tria fuere genera, uti docet *Paul. Diac. p.* 127. 1. *Müll.*: alii, qui quum Romam venissent, neque cives R. essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum civibus R., præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo: sicut fuerunt Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuvini, Tusculani (*Liv.* 8. 14. *et* 17.), qui post aliquot annos cives R. effecti sunt (*Id.* 38. 36.). Alii, quorum civitas universa in civitatem R. venit, ut Aricini, Cærites, Anagnini. Alii, qui ad civitatem R. ita venerunt, uti municipes essent suæ quisque civitatis, suisque uterentur legibus, simulque suffragium Romæ haberent, et ibi magistratus capere possent, ut Tiburtes, Prænestini, Pisani, et alii. Hæc *Paulus. Cic.* 7. *Verr.* 62. 161. Clamabat ille miser, se civem esse R., municipem Cosanum.

II.) Translate. ¶ 1. Municipes, inquit *Paul. Dig.* 50. 16. 228., intelligendi sunt et ii, qui in eodem municipio sunt: item universim qui sunt ejusdem patriæ, *compatrioti, paesani*: etiam si eorum patria municipium non sit: qui etiam *communiones* appellati fuerunt. *Cic. Brut.* 70. 246. M. Pontidius municeps noster. *Id. post redit. ad Quirit.* 8. 19. Vidi fortissimum virum, municipem meum, C. Marium. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (125). Amavit Glyceram municipem suam. *Martial.* 10. 65. Quum te municipem Corinthiorum Jactes. *Id.* 12. 21. Municipem rigidi quis te, Marcella, Salonis, Et genitam nostris quis putet esse locis? *Salo* fluvius est Celtiberiæ. — Hinc *dii municipes* contemptim dicti sunt, qui nationum, aut civitatium quarumdam erant proprii ac peculiares. *Minuc. Fel. Octav.* 6. Inde adeo per universa imperia, provincias, oppida videmus singulos sacrorum ritus Gentibus habere, et deos colere municipes, ut Eleusinios Cererem, Phrygas Matrem, Epidaurios Æsculapium, etc. Similiter hi dicuntur a *Tertull. Apolog.* 24. dii, qui municipali consecratione censentur. Et ab *eod.* 2. *ad Nat.* 8. dii decuriones. Et a *Servio* ad *Virg.* 7. *Æn.* 47. dii topici. — Apud Poetas adjective et de rebus inanimis. *Juvenal.* 4. 33. magna qui voce solebat Vendere municipes fracta de merce siluros. *Id.* 14. 271. municipes Jovis advexisse lagenas. *h. e.* Cretenses. *Martial.* 14. 114. Testa municeps Sibyllæ. *h. e.* Cumana. ¶ 2. Præterea municeps dicitur, qui in municipio a servitute se liberavit. *Festus l. c.* Sic *Ulp. Dig.* 50. 1. 1. Municipem aut nativitas facit, aut manumissio, aut adoptio. *Hermogenian. ibid.* 23. Manumissi a municipe ejus municipii efficiuntur municipes, unde originem trahit. Adde *Ulp. ibid.* 27.

MŪNĬCĬPĀLIS, e, adject. πολιτικός, ad municipem, vel municipium pertinens. — *a*) Generatim. *Cic. Sull.* 8. 25. Est enim ipse a materno genere municipalis, honestissimi ac nobilissimi generis. *Id.* 8. *Att.* 13. Multum mecum municipales homines loquuntur, multum rusticani. *Id.* 3. *Legg.* 16. 36. Utinam isto animo in summa republica nobiscum versari, quam in municipali, maluisses! *Juvenal.* 3. 34. Municipalis arena. *h. e.* theatrum in municipio. *Tac. Ann.* 3. Seque ac majores et posteros municipali adultero fœdabat. *Sueton. Aug.* 2. Municipalia magisteria. Confer *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 370. *n.* 141. Municipales honores. *Cic.* 7. *Att.* 11. *a med.* Ex dolore municipali, sermonibusque eorum, quos convenio, videtur etc. *h. e.* ex dolore municipum. *Ulp. Dig.* 47. 12. 3. § 5. Quid tamen, si lex municipalis permittat in civitate sepeliri? *Id. ibid.* 50. 9. 3. Lege municipali cavetur, ut ordo non aliter habeatur, quam duabus partibus adhibitis. *h. e. con la pluralità dei membri componenti l'ordine. Imp. Gordian. Cod.* 7. 9. 1. Si ita, ut lege municipali constitutionibusque principum comprehenditur, quum servus publicus esses, ab ordine, consentiente etiam præside provinciæ, manumissus es. *Inscript. Patavin. n.* 83. M. IVNIVS SABINVS IIII. VIR AEDILICIAE POTESTATIS LEGE IVLIA MVNICIPALI. — *b*) Speciatim *sacra municipalia* vocabantur, quæ ab initio habuerunt municipes ante civitatem Romanam acceptam: quæ observare eos voluerunt pontifices, et eo more facere, quo adsuessent antiquitus. *Festus* p. 157. 6. *Müll.* — *c*) *Municipalia prodigia* dixit *Flor.* 3. 18. homines sceleratos atque impios ex municipiis, qui arma contra Urbem ferebant. — *d*) Aliquando *municipalis* in contemptu ponitur, quia municipia præ urbe Roma ignobilia et obscura erant. *Juvenal.* 8. 236. *de Cicerone.* Hic novus Arpinas, ignobilis, et modo Romæ Municipalis eques. *Auson. Grat. act. ad Gratian.* 13. Sed gloriosus ille municipalem scholam variando vilitate consenuit. *Sidon.* 4. *Ep.* 3. *sub fin.* Municipales et cathedrarii oratores. *Id. carm.* 9. 310. Municipales poetæ. *Martial.* 4. 6. Egisti vitam semper, Line, municipalem, Qua nihil omnium vilius esse potest.

MŪNĬCĬPĀLĬTER, adverb. municipis more, vel conditione. *Sidon.* 1. *Ep.* 11. Non eminentius, quam municipaliter natus.

MŪNĬCĬPĀTIM, adverb. per municipia, ut *oppidatim* per oppida. *Sueton. Cæs.* 14. Municipatim dividendos censuit.

MŪNĬCĬPĀTUS, us, m. 4. (municeps) jus municipii.

I.) Proprie. *Inscript.* apud *Orell.* 3702. D. M. L. OCTAVII VICTORIS CVRANTE IVLIO CRESCENTE MVNICIPATVS ET AMICITIAE CAVSA.

II.) Translate. *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 24. Apostolus πολίτευμα nostrum, id est municipatum in cælis esse pronuncians. Adde *Cor. Mil.* 13. *Hieronym. Ep.* 16. *n.* 2. Ita municipatum cæli cum Paulo consequaris.

MŪNĬCĬPĬŎLUM, i. n. 2. deminut., parvum municipium. *Sidon.* 3. *Ep.* 1.

MŪNĬCĬPĬUM, ii, n. 2. (municeps). MOINICIPIEIS pro *municipiis* legitur in *Fragm. legis Thoriæ* apud *Lips.* auct. *Snet.* 7. et *Gruter.* 202. *l.* 31. — Municipium est oppidum, in Italia præsertim, jure suo utens et legibus, cujus incolæ jure civium Romanorum gaudebant: *V.* MUNICEPS I. Quomodo differat a colonia, *V.* COLONIA.

I.) Proprie. *Cic. Rosc. Am.* 6. 15. Sex. Roscius, pater hujusce, municeps Amerinus fuit, quum genere et nobilitate et pecunia non modo sui municipii, verum etiam ejus vicinitatis facile primus. Sic *Id. Mur.* 23. 47. In suis vicinitatibus et municipiis gratiosi. *Id. Planc.* 8. 19. Tu es e municipio antiquissimo Tusculano. — *Coloniæ* opponitur apud *eumd. Sext.* 14. 32. Nullum erat Italiæ municipium, nulla colonia, nulla præfectura etc. et *Mil.* 8. 20. Squalent municipia, afflictantur coloniæ.

II.) Improprie. ¶ 1. Municipium est genus ipsum hominum, qui municipes dicuntur, ut *municipium, servitium* ipsi servi. *Paul. Diac. V.* MUNICEPS I. ¶ 2. Aliquando dicitur de colonia. *Cic.* 13. *Fam.* 13. L. Castronius longe princeps municipii Lucensis. (Ex *Vellej.* 1. 15. 2. constat multo ante Lucam coloniam deductam fuisse.) Adde *Gell.*; et 16. 13. *Ulp. Dig.* 50. 1. 1.: et consule *De-Vita Dissert.* 1. *c.* 3. in *Antiquitatib. Benevent.* et *Cardinali, Iscriz. Velit. p.* 22.

MŪNĬCO. *V.* MUNICAS.

MŪNĬDĂTOR, ōris, m. 3. qui munera dat, munificus. *Inscript.* apud *Rénier.* 2928. ADMODVM LARGVS MVNIDATOR.

MŪNĬFER, fĕra, fĕrum, adject. *Gloss. Isid.* Munifer, qui munera fert.

MŪNĬFEX, ficis, omn. gen. 3. (munus *et* facio) qui munus facit, λειτουργός.

I.) Proprie. *Charis.* 1. *p.* 61. *Putsch.* Munificus est tamquam beneficus et malefícus; munifex autem tamquam opifex et artifex. Itaque munificus munera largitur; munifex autem munere fungitur. *Paul. Diac. p.* 33. 5. *Müll.* Beneficiarii dicebantur milites, qui vacabant muneris officio; e contrario munifices vocabantur, qui non vacabant, sed munus reipublicæ faciebant. *Veget.* 2. *Milit.* 7. *in fin. Munifices*, milites, qui munera facere coguntur. Sunt tamen qui legunt *Munifici. V.* MUNIFICUS sub *B.* et MUNUS.

II.) Metaphorice *munifex mamma* pro lactanti dicitur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 40. 95. (235). Uno vero ex omni turba relicto, sola munifex mamma, quæ genito fuerat attributa, dependet. *V.* SYNERGUS.

MŪNĪFĪCĒ, adverb. (munificus) *liberalmente, abbondevolmente*, δαπανηρῶς, liberaliter, large, abundanter. *Cic.* 3. *Nat. D.* 27. 69. Sic haud scio, an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis non duri omnino, quam tam munifice et tam large dari. *Liv.* 22. 37. *a med.* Munifice adjuvare rem alicujus.

MŪNĪFĪCENTĬA, æ, f. 1. duo diversa significat, scilicet

A) A *munus* et *facio* est liberalitas, μεγαλοδωρία, φιλοτιμία (It. *splendidezza, munificenza, liberalità*; Fr. *générosité, libéralité, munificence*; Hisp. *liberalidad, munificencia*; Germ. *die Wohlthätigkeit, Mildthätigkeit*; Angl. *munificence, bountifulness, liberality, splendour, pomp*). Occurrit ¶ 1. Speciatim, et est liberalitas ejus, qui in munis faciendis, h. e. muneribus ludorum edendis large pecuniam insumit. *Sall. Cat.* 57. Cæsar beneficiis ac munificentia magnus habebatur. *Sueton. Cæs.* 10. Ita suam, Cæsarisque munificentiam, unius Cæsaris dici. (Adde *eumd. Vesp.* 7.) *Plin.* 8. *Hist. nat.* 7. 7. (21). Tanto populi dolore, ut oblitus imperatoris, ac munificentiæ honori suo exquisitæ, flens universus consurgeret, etc. ¶ 2. Generatim est liberalitas in aliis rebus quibuscumque. *Sall. Jug.* 111. Barbari et famam Romanorum avaritiæ falsam, et Sullam, ob munificentiam in sese, amicum rati. *et* 7. *extr.* Huc accedebat munificentia animi, et ingenii solertia. *Justin.* 25. 1. 4. Quos Antigonus, pro regali munificentia, ingenti apparatu epularum ad cœnam invitavit. *Vellej.* 2. 130. 1. Pia munificentia templum patri molitur. *Sueton. Tib.* 48. Publice munificentiam his omnino exhibuit, proposito millies HS gratuito in triennii tempus: et rursus quibusdam dominis insularum, quæ deflagrarant, pretio restituto. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 1. 1. (1). Naturæ ipsius munificentia. *Julian. Dig.* 39. 5. 1. Liberalitatem et munificentiam exercere.

B) A *munia* et *facio* est id quod munifex coloniæ suæ aut municipio præstare debet. *Aggen. de controv. agr. p.* 71. Ut munificentiam quoque coloniæ aut municipio ex his locis deberi defendant.

MŪNĪFĪCĬUM, ii, n. 2. res non immunis, non libera a vectigalibus et portoriis. *Paul. Dig.* 39. 4. 4. Ut si quid amplius, quam mandatum est, transferat, id munificium sit. *Alii melius leg.* munificum.

MŪNĪFĪCO, as, are, a. 1. *donare, regalare*, munero, dono. *Lucret.* 2. 625. Munificat tacita mortales muta salute.

MŪNĪFĪCUS, a, um, adject. Comp. *Munificior* et *Munificentior*, et Sup. *Munificentissimus* V. sub *A. c.* — Munificus duo diversa significat, scil.

A) A *munus* et *facio* est largus in sumptibus tum publicis, tum privatis, liberalis in dando, μεγαλόδωρος, δωρητικός (It. *splendido, munifico, liberale*; Fr. *généreux, libéral*; Hisp. *liberal, generoso*; Germ. *Geschenke machend, freigebig, wohlthätig*; Angl. *liberal, bountiful, bounteous, generous, munificent*). Occurrit — *a*) De hominibus. *Plaut. Amph.* 2. 2. 212. ut munifica sim bonis, prosim probis. *Cic.* 2. *Off.* 12. 64. Conveniet autem quum in dando munificum esse, tum In exigendo non acerbum. *Ovid.* 3. *Amor.* 10. 5. *de Cerere.* Te, dea, munificam gentes ubicumque loquuntur. *Claudian. IV. Cons. Honor.* 499. Munificus largi, sed non et prodigus auri. — *b*) De abstractis et inanimis. *Cic.* 1. *Orat.* 8. 32. Quid porro tam regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus etc.? *Ovid.* 4. *Pont.* 1. 24. Nec mihi munificas arca negavit opes. *Martial.* 8. 38. Vir de munifica profusus arca. — *c*) Comp. et Sup. *Paul. Diac. p.* 155. 1. *Müll.* Munificior a munifico identidem Cato dixit, quum nunc munificentior dicamus, quamvis munificens non sit in usu. *Cic. Rosc. Com.* 8. 22. Semper liberalissimus, munificentissimus.

B) A *munia* et *facio* munificus est qui munia, h. e. officia, facit, munifex. Munificos milites memorat *Paul. Dig.* 50. 16. 18., ubi alii leg. *munifices*. et *Isid.* 10. *Orig.* Munificus dictus, vel quia alicui munera multa dat, vel quia munus suum, idest officium, quod debet, adimplet.

MŪNĪMEN, ĭnis, n. 3. (munio) *difesa, riparo*, munimentum, munitio. *Virg.* 2. *G.* 351. Jamque reperti, Qui saxo super, atque ingentis pondere testæ Urgerent: hoc effusos munimen ad imbres. *Ovid.* 4. *Met.* 772. locus solidæ tutus munimine molis. *et* 13. *ibid.* 212. munimine cingere fossas. *Pallad.* 3. *R. R.* 24. Munimen horti. *siepe. Sil. It.* 7. 528. vallique tenet munimine turmas. *et* 9. 217. propulso munimine valli Fossarum rapuere moras. *et ibid.* 238. nullo cuneos munimine vallat. *et* 13. 252. Obnixi torquent obices munimina seræ.

MŪNĪMENTUM, i, n. 2. (munio) est quidquid ad muniendum et defendendum pertinet: et præcipue dicitur de castris, fossis, vallis ceterisque, quibus se milites contra hostem muniunt, ἀσφάλισμα, παρατείχισμα (It. *fortificazione, riparo, difesa, guarnimento*; Fr. *tout ce qui défend, qui garantit, abri, rempart, fortification*; Hisp. *fortificacion, terraplen, defensa, asilo*; Germ. *das Befestigungs-, Verwahrungs-, Schutzmittel, Bollwerk, Schutz*; Angl. *a fortification, shelter, defence, protection, rampart, bulwark, munisment*).

I.) Proprie. *a*) Generatim. *Cæs.* 2. *B. G.* 17. Ut instar muri hæ sæpes munimenta præberent, quo non modo non intrari, sed ne perspici quidem posset. *Liv.* 1. 33. *a med.* Quiritium fossa, haud parvum munimentum a planioribus aditu locis, Anci regis opus est. *Tac.* 15. *Ann.* 38. Neque enim domus munimentis sæptæ, vel tempia muris cincta, aut quid aliud moræ interjacebat. *recinti. Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 23. (64). Munimenta specularium hibernis diebus. *Id.* 17. *ibid.* 14. 24. (101). Casam cingere munimento sæpis. *Macer Dig.* 11. 7. 37. Munimentum sepulcri id esse, divus Hadrianus rescripsit, quod causa muniendi ejus loci factum sit, in quo corpus impositum sit. — *b*) Speciatim in re militari. *Liv.* 2. 59. Nec ante restitit, quam signa inferentem Volscum munimentis vidit. *Id.* 5. 1. Ita muniebant, ut ancipitia munimenta essent. *et* 23. 17. Per intermissa munimenta neglectasque custodias silentio noctis dilapsi. *Justin.* 2. 15. 3. Munimenta exstruere. *Tac.* 13. *Ann.* 36. Tenere se munimentis. *Id.* 5. *Hist.* 20. Munimentis se defendere. *et* 2. *ibid.* 18. Coercere intra munimenta militem. *Id.* 12. *Ann.* 17. Munimenta perrumpere. *et* 15. *ibid.* 12. Imponere alicui loco. *et* 13. propugnare. *et* 15. ingredi. — *c*) Item de iis, quæ tegunt corpus. *Juvenal.* 9. 28. pingues aliquando lacernas, Munimenta togæ. *Justin.* 41. 2. 10. Munimentum ipsis equisque loricæ plumatæ sunt, quæ utrumque toto corpore tegunt. *Id.* 2. 2. Sine tecti munimento (at *Gronov.* rectius: Sine tecto munimentoque) pecora et armenta inter silvas habentibus quid salvum esset, si furari liceret?

II.) Translate est præsidium, subsidium. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Fin.* 32. 106. Nam tibi (*o Roma*) munimenta mei peperere labores. *Sall. Jug.* 54. Jugurtha – præsidio quasi duum millium peditum montem occupat, qua Metellus descenderat; ne forte cedentibus adversariis receptui, ac post munimento foret. *Id. ibid.* 102. Rati, noctem sibi munimento fore. *Liv.* 2. 10. Pons sublicius iter pæne hostibus dedit: ni unus vir fuisset, Horatius Cocles, (id munimentum illo die fortuna urbis Romanæ habuit) qui etc. *Tac.* 4. *Hist.* 52. Non legiones, non classes perinde firma imperii munimenta, quam numerum liberorum. *Val. Max.* 6. 3. Munimenta legum. *Id.* 2. 1. *n.* 5. Matronale decus verecundiæ munimento tutius est.

MŪNĬO, is, ivi, ītum, īre, a. 4. Antiqui dixerunt *mœnio, is* etc. (a quo *munio*, ut a *pœna* est *punio*), unde *Circummœnitus* apud *Plaut. Capt.* 2. 2. 4., et *Mœnitus* apud *eumd. Bacch.* 4. 9. 2. Pergamum divina mœnitum manu. *Ennius* apud *Festum p.* 258. 15. *Müll.* Ostia mœnita est. *h. e.* fossa circumdata. Alii et ipse cl. *J. Wahlen.* leg. *munita*. *Inscript.* apud *Colugno, Mem. di Venafro p.* 207. L. ACLVTIVS L. F. TER. GALLVS DVOVIR VRBIS MOENIVNDAE. V. *Varron.* loc. cit. in V. DESABULO. — *Munibis* pro *munies* est apud *Veget.* 1. *Veterin.* 10. — Part. *Muniens* I. 2.; *Munitus* in omnibus paragr. et in fin.; *Muniturus* I. 2.; *Muniendus* II. 1. — Munire est mœniis, seu muris quodammodo cingere, atque adeo firmare, fulcire, defendere, tueri, obvallare, instruere, ἀσφαλίζω, τειχίζω (It. *cinger di muro, armare, fortificare, guarnire, munire*; Fr. *bâtir un mur, fortifier, munir, couvrir, défendre, mettre en état de défense*: Hisp. *construir, hacer un muro, fortalecer, municionar, pertrechar, guarnecer*; Germ. *eine Mauer ausführen, einen Ort ummauern, befestigen, schützen, wahren, verwahren, decken, bedecken*; Angl. *to build, construct, to enclose with walls, fortify, secure, fence, protect, defend, strengthen, munite*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est muro vel mœniis cingere: hinc *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 73. magna munis mœnia. *h. e.* exstruis, *fabbrichi*. Et absolute *Nepos Themist.* 6. Undique quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. Cf. *Auct. B. Afr.* 31. Milites, qui muniendi gratia vallum petierant. ¶ 2. Latiori sensu et sæpissime est, ut diximus, firmare, fulcire, defendere, tueri, obvallare; et occurrit — *a*) Generatim. *Cic. Prov. cons.* 14. 34. Alpibus Italiam munierat ante natura. *Id.* 4. *Att.* 16. *a med.* Aditus insulæ munire mirificis molibus. Cf. *Ovid.* 15. *Met.* 690. incurvo munitos aggere portus. Rursus *Cic.* 1. *Cat.* 4. 10. Domum meam majoribus præsidiis munivi atque firmavi. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 2. Non magna opera hortum ab incursu hominum pecudumque munimus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 10. 14. (69). Solum elapidatum, munitumque ad incursum etiam gallinacei generis. *chiuso, difeso*. — *b*) Speciatim in re militari. *Cæs.* 2. *B. G.* 29. Quem locum duplici altissimo muro munierant. *Nepos Timol.* 3. Arcem Syracusis, quam munierat Dionysius ad urbem obsidendam, a fundamentis disjecit. Rursus *Cæs.* 3. *B. G.* 23. Oppidum et natura loci et manu munitum. *forte per natura e per arte*. Sic *Sall. Jug.* 79. Oppidum et operibus et loco munitum. *et ibid.* 94. Muniti adversum hostes non mœnibus modo et armis atque viris, sed multo magis locorum asperitate. *Liv.* 21. 7. Nec quidquam satis tutum munientibus pati. *Sall. Jug.* 50. Munito agmine incedere, late explorare omnia. — *Munire castra* est aggerem exstruere, vallum jacere, fossas cavare, aliaque sæpimenta facere contra vim hostium, *alzare terreno, fortificare il campo*. *Cæs.* 2 *B. G.* 5. *extr.* Castra in altitudinem pedum duodecim vallo fossaque duodeviginti pedum munire jubet. *Auct. B. Alex.* 73. Intervallo castra muniturus. Cf. locum *Auct. B. Afr.* allatum sub 1. — *c*) De corpore. *Propert.* 4. 3. 8. munito Sericus hostis equo. *h. e.* thoracum munito tegminibus et limbis ferreis cincto, ut *Ammian.* 16. 10. loquitur, cataphracto. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 45. (157). Ruta runcatur non sine difficultate, pruritivis ulceribus, ni munitis manibus id fiat, oleove defensis. *h. e.* velatis, *inguantate*, ut *Colum.* loquitur 11. *R. R.* 3. 38. hac eadem de re verba faciens. *Sueton. Aug.* 35. Lorica sub veste munitus. *Id. ibid.* 82. Hieme quaternis cum pingui toga tunicis et feminalibus et tibialibus muniebatur. — *Collum munitum* est vestitum, ligatum, et quasi collari clausum adstrictumque. *Ammian.* 16. 10. Et velut collo munito rectam aciem luminum tendens, nec dextra vultum, nec læva flectebat, tamquam figmentum hominis. ¶ 3. Latissimo sensu, vel, ut aliis placet, translate. — *a*) Generatim. *Cic. Senect.* 15. 51. Spica contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. Similiter *Id.* 2. *Nat. D.* 57. 143. Munitæ sunt palpebræ tamquam vallo pilorum. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 22. 24. (86). Nucum juglandium fetus tot modis munitus. — Munire pice, *impegolare, calafatare*. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 11. 21. (52). Pix liquida coquitur navalibus muniendis. Sic *Id.* 17. *ibid.* 16. 26. (118). Munire emplastrum luto et vinculo. *impiastrare l'innestatura*. *et* 34. *ibid.* 18. 50. (167). foramina spiritus. *coprire, chiudere, otturare*. — *b*) Speciatim *munire viam* est facere, reficere, sternere lapidibus, *fare, aprire, lastricare, accomodare la strada*. *Nepos Hannib.* 3. Loca patefecit, itinera muniit, effecitque, ut ea elephantus ornatus ire posset, qua antea unus homo inermis vix poterat repere. *Liv.* 21. 37. Inde ad rupem muniendam, per quam via una esse poterat, milites ducti: quum cædendum esset saxum etc. Alii leg. *minuendam*. Sed *mox*. Quies muniendo fessis hominibus data triduo. *Cic. Mil.* 7. 17. Perinde quasi Appius ille Cæcus viam munierit, non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinarentur. Adde *Liv.* 9. 29. Hinc illud *Veget.* 3. *Milit.* 21. Scipionis laudata sententia est, qui dixit, viam hostibus qua fugiant muniendam. — Similiter *Sil. It.* 15. 516. qua munitum declivis ab alto Aggere monstrat iter. *V.* et *Munita, orum*, in fin.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. — *a*) Cum Ablat. sine additis. *Accius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 22. 45. Sapientia munitum pectus. *Cic.* 2. *Fin.* 26. 84. Multorum se benevolentia tueri et munire. *Cæs.* ad *Opp. post ep.* 8. *l.* 9. *ad Att.* Hæc nova sit ratio vincendi, ut misericordia et liberalitate nos muniamus. *Cic.* 2. *Att.* 25. Firmissima benevolentia hominum munitus. *Id. Flacc.* 41. 103. Omnium bonorum præsidio non modo munitus, sed etiam ornatus. *Id. Harusp. resp.* 7. 14. Domus humano et divino jure munita. *Propert.* 3. 10. 17. Quid facies nullo munita puella timore? *Q. Cic. Petit. cons.* 7. 25. Partis et fundatis amicitiis fretum ac munitum esse. *Lucret.* 4. 1249. natis munire senectam. *Nepos Reg.* 2. *de Dionysio*. Dum imperium studuit munire, nullius pepercit vitæ. *h. e.* firmare sibique perpetuum reddere. — *b*) Cum addito, contra quod quis munitur. *Cic.* 9. *Fam.* 18. Munio me ad hæc tempora. *mi premunisco. Id.* 4. *ibid.* 14. *a med.* Novarum me necessitudinum fidelitate contra veterum perfidiam muniendum putavi. *Id.* 7. *Verr.* 15. 39. Nullius res tuta, nullius domus clausa, nullius vita sæpta, nullius pudicitia munita contra tuam cupiditatem et audaciam posset esse. *Sall. Jug.* 38. Cujus impudentia contra jus et injurias omnes munitus foret. *Tac. Agric.* 46. Sævus ille vultus et rubor, a quo se contra pudorem muniebat. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 13. 76. (198). Muniri adversus fraudes. *Sillig.* vero ex Codice *B.* prætulit *moneri*. — *c*) In illo *Plauti Truc.* 2. 2. 54. suam non enim ille meretriculis Muniendis rem coegit, verum parsimoniæ Duritiæque. *h. e.* victu vestituque instruendis, ornandis, alendis, quasique muniendis suo sumptu contra egestatem. Alii interpret. munerandis: quasi *munire* a *munus* sit; al. aliter leg. ¶ 2. Speciatim, metaphorâ ducta a superiori paragr. 3. *b*, munire viam est viam parare, aditum patefacere. *Cic. Mur.* 23. 48. Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsæpiebant. *ti aprivano la strada*. et 1. *Tusc.* 14. 32. Hercules nunquam ad deos abisset, nisi, quum inter homines esset, eam sibi viam munivisset. *Id.* 3. *Verr.* 25. 64. Alia sibi ratione munire viam ad stuprum cœpit. *Id. Mur.* 10. 23. Munita ad consulatum via. — Hinc Part. præter. pass., cujus plurima exempla retulimus,

Mūnītus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Munitior* I. et II., et Sup. *Munitissimus* 1., est sæptus, vallatus, firmatus, armatus, communitus, τετειχισμένος, *munito, fortificato, guarnito, difeso, guardato*.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 3. *ante med.* Dixitque se munitiorem ad tuendam vitam suam fore, quam Africanus fuisset. *Cæs.* 4. *B. G.* 55. Et loci natura et manu munitissima castra. *V.* et MUNITE.

II.) Translate. *Cic. Mur.* 27. 56. Cujus ingenio paterni omnes necessarii munitiores esse debebant. — Hinc

Mūnīta, ōrum, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt viæ munitæ. *Liv.* 27. 39. Per munita pleraque transitu fratris, quæ antea invia fuerant, ducebat. *strade aperte, appianate, acconciate*. — *Lucret.* 3. 496. semina vocis Ejiciuntur et ore foras glomerata feruntur Qua quasi consuerunt et sunt munita viai. *h. e.* ἔρκος ὀδόντων.

MŪNĬO, is, etc. pro mandare, *V.* MUNITIO, sub *B*.

MUNĬO, ōnis, vox est, de qua valde dubitant critici, quæque genus quoddam versuum significare videtur apud *Cic.* 1. *Orat.* 59. 251. Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ii, quorum causa receperimus, quam toties, quoties perscribi-

tur, pæanem aut munionem citarimus. *Orellius* ad h. l. plurimas affert varr. lectiones, quas videsis; sed his omnibus longe præstare ait *nomum* collato *Photio p.* 985. et *Aristot. Poet. p.* 90.: sed *Klotzius* (*M. T. Ciceronis Part.* 1. *vol.* 2. *p.* VIII.) legendum putat: *quam tolies, quoties præscribitur, Pæanem aut Nomionem citarimus.*

MŪNIS, e, adject. (munus) qui munus, sive officium facit: ut qui pro accepto beneficio gratiam, quum potest, refert, *offizioso, grato, cortese. Paul. Diac. p.* 143. 6. *Müll.* Munem significare certum est officiosum: unde e contrario immunis dicitur, qui nullo fungitur officio. *Non. p.* 23. 10. *Merc.* Munes apud veteres dicebantur non a largitione, quæ ignota erat, sed consentientes ad ea, quæ amici velint. *Lucilius ibid.* Munifici, munesque viri videamur amicis. *Plaut. Merc. prol.* 104. Dico, ejus pro meritis gratum me et munem fore.

MŪNĪTA, ōrum, n. plur 2. *V.* MUNIO in fin.

MŪNĪTĒ, adverb. (munitus) tuto, *con difesa, sicuramente.* Comp. *Munitius* legebatur apud *Varron.* 5. *L. L.* 141. *Müll.* Opere munibant mœnia, quo munitius essent. At *Müllerus* legit: Uti haberent tuta oppida quod operis muniebant, mœnia dicta. Quo mœnitius esset quod exaggerabant, aggeres dicti.

MŪNĪTĬO, ōnis, f. 3. duo diversa significat, scilicet

A) A v. *munire*, qua significat firmare, vallare etc., est actus muniendi, *περιτειχισμός*, *l'atto del fortificare, del munire, del riparare.*

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cæs.* 1. *B. G.* 49. Milites munitione prohibere. *h. e.* castris muniendis. *Sueton. Galb.* 10. In munitione oppidi. *Tac.* 1. *Ann.* 56. Munitiones fluminum. *h. e.* riparum, ne inundatio fiat. *Pallad.* 1. *R. R.* 34. Munitionis multa sunt genera. *h. e.* sæpimenti hortorum. *Nepos Themist.* 7. Quum audisset, non multum superesse munitionis. *h. e.* fabricationis mœnium. *Sueton. Cæs.* 68. Dyrrachina munitio. *assedio*, vel *blocco.* Sed posíremia hæc duo inter translata recensenda esse videntur. ¶ 2. Latiori sensu (*V.* MUNIO I. 3.). *Cic. Fontej.* 4. 7. Ex viarum munitione quæstum facere. *lastricamento.* Sic *Sueton. Cal.* 27. Multos ad munitiones viarum condemnavit.

II.) Impropríe est ipsum munimentum, vallum, agger, fossa, etc. *Cic.* 6. *Verr.* 53. 118. Fons aquæ dulcis, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari disjunctus esset. *Id.* 13. *Phil.* 9. 20. Urbem operibus munitionibusque sæpire. *con linee di circonvallazione.* Sic *Justin.* 4. 4. 5. Munitionibus circumdatis, hostes in urbe clausi. Sic *Liv.* 3. 26. Postquam parum vis aperta profecerat, munitiones postero die circumdant. *Auct. B. G.* 8. 11. Locum munitionibus claudi. *Nepos Eumen.* 5. *ad fin.* In hac conclusione apparatum et munitiones Antigoni alias incendit, alias disjecit. *Sall. Jug.* 42. Per munitionem, quam uti defenderet, acceperat, locum hostibus introeundi dedit. *Id. fragm.* apud *Non. p.* 95. 21. *Merc.* Pluteos resrindere, munitiones demoliri. *Tac.* 3. *Ann.* 74. Castella et munitiones idoneis locis imponere. *Quintil.* 3. 7. 26. Loci positio ac munitio. *Liv.* 5. 5. Munitiones non in urbem modo, sed in Etruriam etiam spectantes opposuere. *Vellej.* 2. 23. 3. Multiplices Piræi portus munitiones.

B) Munitio est morsicatio ciborum, inquit *Paul. Diac. p.* 143. 3. *Müll.*, ubi veteres Codd. et Edd. *mortificatio*; at *Scalig.* mallet legere *morsificatio*; alii *molitio.* Alii nihil mutant, quia censent munire dictum a priscis pro mandere cibum.

MŪNITIUNCŬLA, æ, f. 1. deminut. munitionis; occurrit impropríe tantum, et est parvum munimentum, *ὀχυρωμάτιον. Vulgat. interpr.* 1. *Machab.* 16. 15. Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam, quæ vocatur Doch, cum dolo.

MŪNĪTO, as, are, a. 1. intens. a *munio. Cic. Rosc. Am.* 48. 140. Quam viam munitet, quod iter offertet, videtis.

MŪNĪTOR, ōris, m. 3. qui munit. *Liv.* 7. 23. *ad fin.* Qui pro munitoribus intenti armatique steterant. *Alii leg.* munitionibus. *Tac.* 1. *Ann.* 64. Barbari perfringere stationes, sequi inferre munitoribus nisi. *Ovid. Heroid.* 5. 139. Me fide conspicuus Trojæ munitor amavit. *h. e.* Apollo, qui mœnia Trojæ exstruxisse dicitur. *Liv.* 5. 19. *in fin.* In partes sex munitorum numerum divisit. *h. e.* eorum qui terram effodiendo cuniculum in arcem hostium agebant. *de' minatori.*

MŪNĪTŌRIA. *V.* vocem seq. II.

MŪNĪTŪRA, æ, f. 1. munimentum, munitio.

I.) Proprie. *Inscript.* apud *Gruter.* 589. 7. STRVCTVRAM CVM MVNITVRA SARCOPHAGI SVIS IMPENSIS FECIT.

II.) Impropríe. *Augustin.* 2. in *Julian. Pelag.* 6. Succinctoriis, vel præcinctoriis, quæ Græce *περιζώματα* nuncupantur, lumbos hominum contegi, vel præcingi, quas vulgus etiam munituras vocat. *h. e.* campestre, subligar, *brachetta, grembiule.* In *Gloss. Isid.* appellantur *munitoria.*

MŪNĪTUS, a, um. *V.* MUNIO, is.

MŪNUS, ĕris, n. 3 Olim *mœnus* scripsere, ut *mœnio* pro *munio. Lucret.* 1. 29. fera mœnera militiai. *Afranius* apud *Non. p.* 497. 28. *Merc.* Tandem ut possimus nostra fungi mœnera. Sic *Forcellinus*; at *Mercerus* legit *munera.* — Munus (quod ratione habita etymi nonnullis conjungendum videtur cum v. *merere*, V. *Döderlein. Latein. Synonym. vol.* 4. *p.* 406.) tria significat, uti docet *Paul. Dig.* 50. 16. 18., primo donum: inde munera dari, mittive dicuntur: secundo onus, quod quum remittatur, vacationem militiæ munerisque præstat; inde immunitas appellata: tertio officium; unde munera militaria, et quidam milites munifices vocantur. Igitur municipes dicuntur, quod munera civilia capiunt. Hæc *Paulus.* Quoniam vero *munia* et *munus* idem significant, nos hæc a *Paulo Dig. l. c.* exposita inverso ordine exhibemus; immo *Paulum Diac.* sequimur, qui ait *p.* 140. 12. *Müll.* Munus significat officium, quum dicitur quis munere fungi. Item donum, quod officii causa datum. Itaque

A) Munus est onus, officium, partes: et dicitur tum de privatis, tum de publicis, v. gr. magistratibus et administratione reipublicæ, (It. *obbligo, dovere, carico, carica, uffizio, impiego, peso, posto*; Fr. *office, fonctions, service public, charge, emploi*; Hisp. *oficio, exercicio, empleo, carga*; Germ. *der Dienst, d. Geschäft, Amt, die Pflicht, Verpflichtung, Verrichtung*; Angl. *an office, part, duty, charge, trust, post, employment, function*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Plaut. Truc.* 2. 4. 76. Munus curare. *Ter. Adelph.* 5. 1. 2. Laute munus administrasti tuum. *Cic.* 1. *Orat.* 25. 116. Magnum quoddam est onus atque munus, suscipere atque profiteri, se esse, omnibus silentibus, unum maxime audiendum. *et* 3. *ibid.* 30. 119. Meque ad meum munus pensumque revocabo. *Id.* 2. *Legg.* 3. 6. Tamquam id habuerit operis ac muneris, ut etc. *Id. Fontej.* 7. 15. Non surdus judex huic muneri atque officio præest. *Id.* 4. *Fin.* 14. 36. Omne officium munusque sapientiæ. *Id.* 1. *Orat.* 45. 199. Honoribus et reipublicæ muneribus perfunctus senex. *Id.* 1. *ad Q. Fr.* 1. *sub fin.* Extrema pars et conclusio muneris ac negotii. *Id.* 6. *Fam.* 14. Nullum prætermittere officii studiique munus. *niuna parte del suo debito. Id. Senect.* 11. 35. Ita multi sunt imbecilli senes, ut nullum officii, aut omnino vitæ munus exsequi possint. *Id. Partit. orat.* 38. 132. Eo exposito munus promissi omne confecero. *Id.* 6. *de republ.* 15. Ne munus humanum assignatum a Deo defugisse videamini. *Liv.* 24. 35. Inter se munera belli partiti sunt. *Cic. Brut.* 30. 113. Magnum munus de jure respondendi sustinere. *Id.* 1. *Legg.* 3. 10. Senectutis non inertis grato atque honesto munere fungi, consulentibus respondendo. *Id. Provcons.* 14. 35. Explere susceptum reipublicæ munus. *Liv.* 3. 6. *in fin.* Munus vigiliarum obire. *Cic.* 1. *Legg.* 5. 16. Cujus muneris colendi efficiendique causa nati sumus. *Cælius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 8. Munus deferre alicui. *Cic. Senect.* 9. 29. Adolescentulos ad omne officii munus instruere. *h. e.* ad functionem et exsecutionem officii. — *b*) Specialim *meum, tuum munus est*, meæ, tuæ sunt partes, officium meum, tuum est, *a me, a te tocca, e mio obbligo, o tuo. Cic.* 11. *Fam.* 5. *a med.* Tuum est hoc munus, tuæ partes: a te hoc civitas exspectat. *Id.* 3. *Fin.* 2. 8. Hoc proprium tuum munus est, ut eruditur, etc. *Id. Mil.* 8. 22. Principum munus est resistere levitati multitudinis. — *c*) *Aliquid munus suum facere*, ad se et in suum arbitrium trahere. *Tac.* 15. *Ann.* 52. Vestini quoque consulis acre ingenium vitavisse Pisonem crediderunt, ne, delecto imperatore alio, sui muneris rempublicam faceret. *tirasse a sè tutto il governo.*

II.) Translate. ¶ 1. Per metonymiam *munus* est opus ipsum, quod in aliquo munere fit, *opera. Cic. procem. Parad.* 5. Accipies igitur hoc parvum opusculum, lucubratum his jam contractioribus noctibus: quoniam illud majorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. *Id.* 3. *Off.* 1. 4. Nulla ejus ingenii monumenta mandata litteris, nullum opus otii, nullum solitudinis munus exstat. ¶ 2. Speciatim et sæpe ponitur pro *funere* et exsequiis, quod supremum est officium et munus defunctis debitum, *esequie, funerale. Nepos Eumen.* 4. *extr.* Pro hominis dignitate, proque pristina amicitia amplo munere extulit. *Val. Max.* 8. 15. *n.* 2. Quotiescumque munus aliquod Corneliæ genti celebrandum est. Plerique alii utroque loco leg. *funus.* Sed non desunt loca alia, in quibus *munus* de exsequiis dicitur. *Virg.* 11. *Æn.* 25. egregias animas decorate supremis Muneribus. *Catull.* 101. 3. Ut te supremo donarem munere mortis. *Val. Flacc.* 5. 13. inter lacrimas, interque extrema virorum Munera. *et* 3. 312. date debita cæsis Munera. *Ovid.* 13. *Met.* 525. tibi munera matris Contingent fletus, peregrinæque haustus arenæ. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 165. desunt in munera flammæ. *Virg.* 6. *Æn.* 885. animamque nepotis His saltem accumulem donis, et fungar inani Munere.

B) *Munus* est etiam donum, δῶρον, δώρημα, *dono, regalo, presente*: quomodo autem a *dono* differat *V.* DONUM. ¶ 1. Generatim est donum. *Cic. Tim.* 14. *in fin.* Philosophiam adepti sumus, quo bono nullum optabilius datum est mortalium generi deorum concessu atque munere. *Id.* 2. *Divinat.* 2. 4. Quod enim munus reipublicæ afferre majus melíusve possumus, quam si etc? *Id. Harusp. resp.* 4. 6. Vir quasi divino munere donatus reipublicæ. *Id.* 6. *Verr.* 27. 62. Mittit homini munera satis large. *Catull.* 12. 14. Nam sudaria Sætaba ex Ibera Miserunt mihi muneri Fabullus Et Verannius. *in dono.* (Adde *Nepot. Pausan.* 2.) *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 19. (74). Mittere aliquid alicui munere. *Ita plerique Codd., at Sillig. ex Cod. Bamb. leg.* muneri. *Ovid.* 2. *Amor.* 2. 15. Huic furtiva tuo libertas munere detur. *Tac.* 14. *Ann.* 31. Quasi totam regionem muneri accepissent. *Virg.* 5. *Æn.* 282. Sergestum Æneas promisso munere donat. *Nepos Thrasyb.* 4. Quum ei Mitylenæi multa millia jugerum agri muneri darent. *Auct. B. Alex.* 36. Munera ferre alicui. *Virg.* 4. *Æn.* 217. templis ferre. *et* 5. 532. Magnis muneribus cumulare aliquem. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 57. servos corrumpere. *Sall. in orat. Licinii ad pleb. extr.* Cunctaque præsenti ignavia mutavistis, abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur, et huc ire licet atque illuc, munera ditium dominorum. Ita *Kritzius*, ut *munera* sit casus appositionis; *Forcellinus* autem et alii *munere*: sunt etiam qui vocem hoc loco aliter interpretantur. *Ovid.* 1. *Trist.* 6. 6. Si quid adhuc ego sum, muneris omne tui est. *Horat.* 4. *Od.* 3. 21. Totum muneris est tui, Quod monstror digito prætereuntium. *Ovid.* 14. *Met.* 124. Numinis instar eris semper mihi, meque fatebor Muneris esse tui. — Apud *Horat.* 4. *Od.* 15. 26. Munera Liberi. *h. e.* vinum. *et* 2. *ibid.* 14. 10. Munus terræ. *h. e.* fruges. *et Ovid.* 10. *Met.* 74. Cereris. *h. e.* cibus, panis. ¶ 2. Hinc altera *muneris* significatio est ludorum, et spectaculorum, ut sunt venationes, naumachiæ, gladiatorum pugnæ, epulum publicum, et similia his, quæ a magistratibus, præcipue ab ædilibus, populi oblectandi causa, edebantur, *feste, giuochi.* Ratio appellationis, quia tamquam donum dabantur populo in remunerationem accepti ab eo honoris: vel quia (loquendo de munere funebri), ut ait *Tertull. Spectac.* 12., munus dictum est ab officio, quoniam officium etiam muneris nomen est. Officium autem mortuis hoc spectaculo facere se, veteres arbitrabantur. Aliam hujusce appellationis causam affert *Servius*, qui ait ad *Virg.* 3. *Æn.* 67. In exsequiis apud veteres etiam homines interficiebantur; sed mortuo Junio Bruto, quum multæ gentes ad ejus funus captivos misissent, nepos illius

cos, qui missi erant, inter se composuit, et sic pugnaverunt, et quod muneri missi erant, inde munus appellatum. *Cic. Vatin.* 12. 30. Ita illud epulum est funebre, ut munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ, dignitatis. *Id. Sext.* 58. 124. Maxime populi judicium universi consessu gladiatorio declaratum est: erat enim munus Scipionis, dignum et eo ipso, et illo Q. Metello, cui dabatur. *Id.* 3. *ad Q. Fr.* 8. *sub fin.* Munus magnificum dare. *Id. Sull.* 19. 54. præbere. *Id.* 2. *Off.* 16. 57. Functus est ædilicio maximo munere. *et mox.* Magnificentissima nostri Pompeji munera secundo consulatu. *Id.* 2. *Phil.* 45. 116. Muneribus, monumentis, congiariis, epulis multitudinem delenire. *Sueton. Tit.* 7. Munus edidit apparatissimum largissimumque. *Martial.* de naumachia, *Spectac.* 24. Cui lux prima sacri muneris ipsa fuit. *sacri* quia in honorem Neptuni: vel quia a Domitiano exhibita. *Lactant.* 6. 20. *sub fin.* Venationes, quæ vocantur munera. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 16. (53). Cæsar primus in ædilitate, munere patris funebri, omni apparatu arenæ argenteo usus est. *Inscript.* apud *Murat.* 181. 7. P. ACILIO P. F. MEN. PAVLLO CVR. MVNERIS PVBLICI etc. *Alia* apud *Fabrett. p.* 643. *n.* 368. L. RVNTIO L. F. AEM. GEMELLO QVOD CVRAM MVNERIS PVBLICI SPLENDIDE ADMINISTRAVERIT etc. ¶ 3. *Munera* etiam vocantur publica ædificia ab aliquo exstructa in commodum populi. *Vellej.* 2. 130. 1. Pompeji munera absumpta igni. *h. e.* theatrum. *et* 48. 2. Pompejus perfectis muneribus theatri et aliorum operum, quæ ei circumdedit, etc. *Albinov.* 1. 287. Nec sua conspiciet (miserum me!) munera Drusus. *h. e.* ædem Concordiæ, quam, eo mortuo, Tiberius dedicavit, ut *Sueton.* 20. narrat. *Ovid.* 1. *Art. am.* 69. Aut ubi muneribus nati sua munera mater Addidit, externo marmore dives opus. *h. e.* theatro Marcelli porticum Octaviam: de quibus V. *Sueton. Aug.* 29. Fuit autem Octavia Marcelli mater, Augusti soror. — Similiter apud *Frontin. Aquæd.* 3., 23. et 78. munera dicuntur ædificia, quæ aquæ præbendæ inserviunt, *fontane.*

MŬNUSCŬLUM, i, n. 2. *deminut. a* munus, parvum munus, *picciol dono, presentuzzo, regaluccio,* δωρημάτιον.

I.) Proprie. *Cic.* 9. *Fam.* 12. Hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo. *Id.* 3. *Off.* 18. 73. Alieni facinoris munusculum non repudiarunt. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 17. Non invisa feres pueris munuscula parvis.

II). Per metonymiam est ipsum opusculum, quod alicui muneri mittitur. *Trebonius* apud *Cic.* 12. *Fam.* 16. Ego tamen nactus in navigatione nostra pusillum laxamenti, concinnavi tibi munusculum ex instituto meo: et dictum cum magno nostro honore a te dictum conclusi et tibi infra subscripsi. In quibus versiculis si tibi videbor etc.

MŪRÆNA, æ, f. 1. *murena,* μυραινα, piscis longitudine non dissimilis anguillæ: a Græco nomine allato. Feminini tantum sexus est. Nam masculus, teste *Plinio* 9. *Hist. nat.* 23. 39. (76)., zmyrus vel myrus vocatur, robustior quam muræna, et unicolor.

I.) Proprie. *Plaut. Aulul.* 2. 9. 2. Congrum, murænam exdorsua, quantum potes. — Optimæ inter murænas habebantur, quæ capiebantur in freto Siculo, quas *Macrob.* 2. *Saturn.* 11. ex *Varrone* flutas vocari ait, quod in summa aqua præpinguedine flutent. *Martial.* 13. 80. Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo, Non valet exustam mergere sole cutem. — Fuit hoc piscis genus apud veteres in maximis deliciis, partim ob præstantiam saporis, partim ob insignem vivacitatem, partim etiam quia dominum agnoscere discebant, et ad manum accedere. *Martial.* 10. 30. Natat ad magistrum delicata muræna: Nomenculator mugilem citat notum. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 55. 81. (172). Hortensius orator murænam adeo dilexit, ut exanimatam flesse credatur. Antonia Drusi murænæ, quam diligebat, inaures addidit.

II.) Translate. ¶ 1. Inter varia mensarum citrearum vitia enumerat *Plin.* 13. *Hist. nat.* 13. 30. (98). *murænam nigro limite transcurrentem,* h. e. nigram longamque venam in murænæ modum. ¶ 2. Item est monile. *Isid.* 19. *Orig.* 31. Muræna vulgo vocatur, quod scilicet auri metallo in virgulas lentescente quædam ordinis flexuosi catena contexitur, in similitudinem murænæ serpentis. *V.* MURÆNULA II. — *NB.* De cognomine Rom. *V.* ONOM.

MŪRÆNŬLA, æ, f. 1. *deminut.* murænæ, parva muræna.

I.) Proprie. *Hieronym. præf. in Job.* Ut si velis anguillam, aut murænulam strictis manibus tenere, quanto fortius presseris, tanto citius elabitur.

II.) Translate in Sacris Litteris *Cant.* 1. 10. et alibi est catenula, torquis, colli ornamentum, ad murænæ figuram. *Hieronym. Ep.* 24. *n.* 3. Aurum colli sui, quod quidem murænulam vulgus vocat, quod, metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena contexitur, vendidit. *Id.* 2. *in Isaj.* 3. 18. Murænulæ, quæ auri atque argenti texuntur virgulis. V. *murænulæ* descriptionem apud *Cassiod. Expos.* in *Cant. cant.* 1. 10. *V.* et MURÆNA II. 2.

MŪRĀLIS, e, adject. (murus) ad murum pertinens, τειχικός (It. *da muro*; Fr. *de mur, de muraille, mural*; Hisp. *mural*; Germ. *zur Mauer gehörig*; Angl. *of a wall, mural*). Occurrit — *a*) Generatim. *Cels.* 2. 33. et *Plin.* 21. *Hist. nat.* 30. 104. (176). Muralis herba. *Sillig.* ita legit: alii vero *muraleum* vel *muralium* neutr. gen. absolute. Ceterum, *muralis herba* eadem est ac parietaria: *V.* PARIETARIUS. *Cæs.* 5. *B. G.* 39. et 7. *ibid.* 72. Muralia pila. *h. e.* quibus pugnatur e muris. *Virg.* 12. *Æn.* 921. Murale tormentum. *h. e.* muris quatiendis. Sic *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (202). Muralis machina. Sic *Sil. It.* 6. 269. Donec murali ballista coercuit ictu. *Id.* 8. 555. muralis fossa. *h. e.* quæ sub muris est. *Impp. Honor. et Theod. Cod.* 8. 10. 10. Permittatur muralii ambitu fundos proprios vallare. — *b*) Specialim *murales falces* erant instrumenta diruendis muris idonea: quarum formam ita describit *Veget.* 4. *Milit.* 14. De materia ac tabulatis testudo contexitur, *etc.* Hæc intrinsecus accipit trabem, quæ aut adunco præfigitur ferro, et falx vocatur, ab eo quod incurva est, ut de muro extrahat lapides: aut certe ipsius caput vestitur ferro, et appellatur aries, etc. *Cæs.* 3. *B. G.* 14. Falces præacutæ, insertæ affixaeque longuriis, non absimili forma muralium falcium. — *c*) Apud *Liv.* 23. 18. et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 28. 29. (102). Muralis corona. *h. e.* qua donabatur is, qui primus obsessæ urbis murum ascendisset, ut *Gell.* 5. 6. docet. Ex *Polyb.* 6. 37. constat auream fuisse; sed *Val. Max.* 3. 2. 24. distinguit octo coronas aureas a tribus muralibus. et *Inscript.* apud *Avellino Bullett. arch. Nap. T.* 4. *p.* 34. DONATO AB IMP. VESPAS. CORONIS IIII. VALLARI MVRALI CIVICA AVREA. Apud *Lucret.* vero dicitur muralis corona, 2. 606. quæ est in capite Magnæ deûm Matris, quæ turrita pingitur, quia Tellus, quam dea ipsa significat, eximiis munita locis sustinet urbes. — *d*) Muralis honos *Claudian. Laud. Seren.* 182. est muralis coronæ decus virtute partum.

MŪRĀLIUM *vel* muraleum, i, n. 2. *V.* voc. præced. sub *a*.

MŪRĀTUS, a, um. *V.* MURO.

MURCĬDUS, a, um, adject. desidiosus, inactuosus, ignavus, stultus. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 16. Dea Murcia, quæ præter modum non moveret, ac faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, id est nimis desidiosum et inactuosum. *V.* MURCIDUS. *Capell.* 9. *p.* 336. Jugariorum murcidam viciniam obsidens. *Id.* 1. *p.* 5. Crepidæ situ murcidæ. *Sic leg. omnes Codd. præter unum, qui habet* marcidæ. *Gloss. vett.* Murcidas pro marcidas veteres.

MURCĬŎLUS *et* murceolus. *V.* MYRTEOLUS.

MURCUS, i, m. 2. ita per contemptum appellabatur in Italia, qui, ne militiæ onus subiret, pollicem sibi præcidebat; quasi *murcidus*: hinc translate a *pollice truncо* Itali nunc *poltrone* appellant desidiosum hominem et ignavum. *Ammian.* 15. 12. Nec Gallorum aliquando quisquam, ut in Italia, munus Martium pertimescens, pollicem sibi præcidit, quos localiter murcos appellant. Sunt autem leges *Impp. Valentin. et Valent.* in *Cod. Theod.* 7. 13. 4. et 5. et 10., item *Dig.* 49. 16. 4. § 12., quibus graviter puniuntur, qui se, ne milites sint, hac ratione debilitaverint. *V.* POLLEX et TENEBRIO, et TRUNCATIO. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MŪREX, icis, m. 3. κογχύλιον, piscis ex genere concharum, qui et *bucinum* dicitur: qua in voce de notatione nominis dictum est. Erat gratus in cibis: et præterea ex ejus contriti sanguine, seu sanie color purpureus olim fiebat: unde et pro purpura, et pro ipso colore accipitur.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de pisce. *Colum.* 8. *R. R.* 16. 7. Limosa regio maxime idonea est conchyliis, muricibus et ostreis. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 32. Murice Bajano melior Lucrina peloris. *Martial.* 13. 87. cujus lemma *Murices.* Sanguine de nostro tinctas, ingrate, lacernas Induis: et non est hoc satis: esca sumus. — Distinguit *Colum.* 8. *R. R.* 16. 7. a conchyliis muricem. Sic *Servius* ad *Virg.* 4. *Ecl.* 44. Murex est cochlea similis conchyliis. Est enim uterque ex genere testaceorum: sed specie differunt tamen, item gustu, et colore saniei. Ceterum scriptores conchylium, muricem, purpuram passim confundunt. Muricem enim *Martial.* pro conchylio posuit 1. 50. Lunata nusquam pellis, et nusquam toga, Olidæque vestes murice. *olidas* dicit, quia, ut *Plin.* docet 9. *Hist. nat.* 39. 64. (138)., in conchyliata veste tingenda jus temperatur aqua et, pro indivisо, humani potus excremento. De hoc odore rursus *Martial.* 4. 4. et 9. 63. — Epitheta *muricis* a locis ducta sunt, Gætulus, *Horat.* 2 *Ep.* 2. 181. (quia, ut ait *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (12). omnes Gætuliæ scopuli eo abundant) Afer, *Id.* 2. 16. 36. *Od.* Sidonius, *Tibull.* 3. 3. 18. Tyrius, *Id.* 2. 4. 28. Phœnicus, *Ovid.* 6. *Met.* 9. Sarranus, *Sil. It.* 10. 205. ¶ 2. Speciatim a testa hujus piscis (eam enim veteres ad multos usus adhibuerunt) *murex* dicitur concha, qua oleum, unguentum, aut hujusmodi quipiam servatur. *Martial.* 3. 82. Et Cosmianis ipse fusus ampullis Non erubescit murice aureo nobis Dividere mœchæ pauperis capillare. ¶ 3. Item tuba, qua utuntur Tritones: quæ et concha appellatur. Hujus quoque appellationis ratio in BUCINUM dicta est. *Val. Flacc.* 3. 726. Dat procul interea toto pater æquore signum Phorcys, et immanes intorto murice phocas Contrahit antra petens. Quod *intorto* dicit, satis significat muricum testam intortam convolutamque fuisse, qualis est cochleis in cauda. Hinc *Plin.* 9. *Hist. nat.* 33. 52. (102). inter varia concharum et muricum genera ponit ea, quæ sunt *vertice muricatim intorto.* ¶ 4. Præterea ponitur pro testa aspera et acuminibus obsita, qualis in muricibus aliisque marinis conchis cernitur. *Ovid.* 8. *Met.* 563. Summa lacunabant alterno murice conchæ. *et* 1. *ibid.* 331. humeros innato murice tectum, Cæruleum Tritona vocat. *Claudian. Nupt. Honor. et Mar.* 150. *de Venere Tritonem insidente.* vivo squalentia murice terga Purpureis mollita rosis.

II.) Translate. ¶ 1. Quoniam ex muricis contriti sanguine, seu sanie color purpureus olim fiebat; *murex* et pro purpura, et pro ipso colore accipitur. *Virg.* 4. *Æn.* 262. Tyrioque ardebat murice læna. *Id.* 4. *Ecl.* 43. Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti Murice, jam croceo mutabit vellera luto. *Id.* 9. *Æn.* 614. picta croco et fulgenti murice vestis. *Sil. It.* 4. 326. aurato præfulgens murice doctor Sidonius. *Martial.* 8. 72. Murice cultus libellus. — Et pro veste purpurea *Imppp. Gratian. Valent. et Theodos. Cod.* 12. 54. 1. Nulli prorsus eorum, qui provincialia officia peregerint, tranquillitatis nostræ muricem adorare sit liberum. V. *ibid.* reliqua: unde discres, eminentibus tantum viris licuisse purpuram imperatoris adorare. ¶ 2. Ratione habita testæ, qua murex obtegitur, ponitur pro asperitate et acuminibus saxi. *Virg.* 5. *Æn.* 205. et acuto in murice remi Obnixi crepuere, illisaque prora pependit. *Sil. It.* 17. 277. tum murice acuto Dissiliens sonuit, illisaque prora pependit. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 6. (24). Cato sternendum forum muricibus censuerat. *h. e.* saxis minutis acutisque, ut litigantes rarius ac minus libenter in eo versarentur. *Prudent.* 5. περὶ στεφ. 446. Scabri petrarum murices. ¶ 3. Et pro freno asperiore et acuminibus instructo, vel etiam ex testa muricis confecto. *Stat.* 1. *Achill.* 221. *de Thetide.* Elicit inde fretis, et acuto murice frenat Delphinas bijuges. ¶ 4. Denique *murices,* τριβολοι, sunt instrumenta, seu machinulæ ferreis instructæ cuspidibus, tetragona forma, quæ in quamcumque partem inciderint, aculeos aliquos protendunt.

dunt: unde in terram dolose conjici solent, ut iis hostilis equitatus inruens induatur. *Val. Max.* 3. 7. *n.* 2. Ut circa mœnia ferreos muricis spargeret etc. *Curt.* 4. 13. *sub fin.* Muricis ferreos in terram defodisse Darium, qua hostem equites emissurum esse credebat. ¶ 5. In illo *Gell.* 6. 4. Captivos in armario muricibus præfixo destitutos, et insomnia cruciatos, etc. vel militares illi muricis, vel aculeati quicumque stimuli ad pungendum et lacerandum intelliguntur.

MURGĬSO, ōnis, m. 3. *Paul. Diac. p.* 144. 11. *Müll.* Murgisonem dixerunt a mora et decisione. *h. e.* quasi *moriciso. Gloss. Isid.* Murgiso callidus murmurator. *Al. leg.* morator. *Gloss. Placid.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 484. Murgissor (sic), irrisor, lusor.

MŪRĬA, æ, f. 1. Est et alia forma *muries, ēi*, f. 5., quam *V.* sub *e.* — Muria, ἅλμη, ταρίχος, ἁλμυρίς (It. *salamoja*; Fr. *saumure, eau salée*; Hisp. *salmuera*; Germ. *die Salzlake, Salzbrühe*; Angl. *salt liquor, strong brine or pikle*) est — *a*) Generatim, salsugo, aqua salsa, liquor ex sale resolutus, quo aliquid maceratur et servatur. Videtur esse per aphæresim ab ἅλμυρός *salsus*. Duplex est, dura, et soluta. Fit autem soluta, quæ ad vini conditurani paratur, ex aqua marina, vel etiam dulci, decocta ad tertias, et sale ac melle condita, ut pluribus *Colum.* 12. *R. R.* 25. 2. et *seq.* et *Cato R. R.* 105. docent. Duræ faciendæ rationem *Colum. ibid.* 6. 1. tradit, ex aqua cælesti, vel fontana insolata diu, et candido sale tamdiu condita, donec ipsum sal liquescere desinat, et integer permaneat; tunc enim matura est, alioquin cruda. Ea condiuntur ac servantur multa, quæ in usum ciborum reponuntur, ut cymæ, capparis, caulis, oleæ, etc. Hac utebantur etiam pro ægrotis. *Cels.* 4. 9. *de lienosis.* Edenda sunt salsamenta, vel oleæ ex muria dura. *Id. ibid.* 15. *de torminibus.* Portulacam vel coctam, vel ex dura muria edisse. *Colum.* 12. *R. R.* 25. 1. Quoniam quidam, imo etiam fere omnes Græci, aqua salsa, vel muria mustum condiunt. *At* Pontedera, *probante Schneidero, leg.* vel marina. *Cato R. R.* 7. Oleæ conduntur vel virides in muria. *Cels.* 4. 15. Muria dura quam asperrima uti. *Colum.* 6. 9. 30. *R. R. de jumentis bile laborantibus.* Alii marina aqua lavant alvum, alii recenti muria. — *b*) Speciatim est item *muria* liquamen thynnorum, ut garum scombrorum: illud erat pauperum, hoc divitum. *V.* GARUM. Fit etiam ex mœnis, ut ex *Plin.* 26. *Hist. nat.* 4. 11. (23). colligitur: item ex aliis piscibus. *Pers.* 6. 20. Tingit olus siccum muria vafer in catine empta. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 40. (83). E muria salsamentorum sal recoquere. — De muria thynnorum est illud *Manil.* 5. 668. Altera fit cædis cædes: scinduntur in artus Corpora, et ex uno varius describitur usus. Ilia datis melior succis pars: illa retentis. Hinc sanies pretiosa fluit, floremque cruoris Evomit, et mixto gustum sale temperat oris. — *c*) *Quintil.* 8. 2. 3. reprehendit oratorem quemdam ex iis, qui omnia, quæ sunt in usu, reformidant: nam ut *salsamenta* vitaret, *duratos muria pisces* dixerat. — *d*) Narrat *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 66. quum M. Livius Drusus Philippo consuli, legibus agrariis resistenti, ita collum in comitio obtorsisset, ut sanguis ei e naribus effluere, dixisse, luxuriam exprobrando, illum sanguinem muriam de turdis esse, quia Philippus turdos sæpissime esitabat. — *e*) Forma *muries* occurrit apud *Caton. R. R.* 88. Si natabit, ea muries erit, qua vel carnem, vel caseos, vel salsamenta condias. — Muriem *Festus p.* 158. 28. *Müll.* ex Verannii sententia interpretatur salem in pila tusum, et in ollam fictilem objectum, ibique opertum, gypsatumque, et in furno percoctum, quo Vestales serra ferrea secto, et in seriam conjecto, quæ erat intus in æde Vestæ, in penu exteriore, aquam jugem addentes, vel quamlibet, præterquam quæ per fistulas venit, in sacrificiis utebantur. *V.* EXFIT.

MURIĀTĬCUS, a, um, adject. *condito in salamoja*, in muria conditus, ἁλμεύσεις. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 32. Soror, cogita, amabo, item nos perhiberi, Quasi salsa muriatica esse autumantur, Sine omni lepore et sine suavitate: Nisi multa aqua usque et diu macerantur, Olent, salsa sunt, tangere ut non velis. *et ibid.* 38. Coqua est hæc, ut opinor: Scit, muriatica ut maceret.

MŪRĬCĀTIM, adverb. convolutim, muricum instar. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 33. 52. (102). Vertice muricatim intorto. *V.* in MUREX sub I. 3.

MŪRĬCĀTUS, a, um, adject. muricis modo factus.

I.) Proprie. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 23. 99. (262). *de carduis.* Utrique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus.

II.) Translate *muricati gressus* pro formidolosis, seu timendis dicuntur, quasi per murices ferreos fiant. *Fulgent.* 1. *Mythol. post init.* Muricatos, quod ajunt, sigillaverunt gressus.

MŪRĬCĔUS, a, um, adject. (murex) ad murices pertinens, vel asper, aculeatus, scruposus. *Auson. epist.* 9. 4. Ostrea muricels scopulorum mersa lacunis.

MŪRĬCĬDA, æ, comm. gen. 1. qui muros furandi causa cædit, effractor. Videtur esse a τοιχωρύχος, parietum perfossor, ut ait *Plaut. Pseud.* 4. 2. 23., quod apud Græcos comicos est solemne convicium. *Id. Epid.* 3. 1. 12. Væ tibi, muricida homo. Ita edidit et interpretatur *Bothe*, alii aliter. *V.* vocem sequent.

MŪRĬCĬDUS, a, um, adject. ignavus, imbellis, stultus: quasi mures cædere valens, μυοκτόνος; vel a μῶρος, μωρός, ut docet *Döderlein. Latein. Synonym. Vol.* 6. *p.* 228. *Plaut. Epid.* 3. 1. 12. Væ tibi, muricide homo. Est qui legit *murcide. V.* MURCIDUS, et MURCUS. — Apud *Paul. Diac. p.* 125. 11. *Müll.* scribitur *murricidus*: quod nolent critici. *V.* vocem præced.

MŪRĬCŬLUS, i, m. 2. deminut. murlcis. *Ennius* apud *Apul. de Mag.* Purpura, muriculi, murex, dulces quoque echini.

MŪRĬCUS, a, um, adject. (mus) ad murem pertinens, murinus. *Venant. præf. lib.* 1. *med.* Poeta non musicus, sed muricus. *V.* integrum loc. in BOMBICO.

MŪRĬES, ēi, f. 5. *V.* MURIA.

MŪRĬFEX, ficis, m. 3. (murus *et* facio) qui muros exstruit. Affertur a *Priscian. de accent. p.* 1295. *Putsch.*, nullo tamen auctore laudato.

MŪRĬLĒGŬLUS, i, m. 2. κογχυλευτής, (murex *et* lego) qui murices piscatur in usum purpuræ. Est titulus septimus *l.* 11. *Cod. Justin.*, et vigesimus *l.* 10. *Cod. Theodos.* inscriptus *De murilegulis, et gynœciariis*, etc. ubi multa de iis. Hanc vocem affert etiam *Eutyches* 1. *p.* 2150. *Putsch.* Strido stridulus, gero gerulus, lego legulus, unde murilegulus.

MŪRĬLĒGUS, i, m. 2. (mus *et* lego) qui mures legit. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Murilegus, catus. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Pitax, murilegus, catus.

MŪRĪNUS, a, um, adject. ad mures pertinens, μυωτός (It. *di sorcio, topino*; Fr. *de souris, de rat*; Hisp. *de rata, de raton*; Germ. *von Mäusen kommend, d. Mäusen angehörig*; Angl. *of a mouse*).

I.) Proprie. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 9. 23. (81). Murinus sanguis. *Id. ibid.* 13. 39. (114). fimus. *Id.* 29. *ibid.* 6. 36. (113). Murina pellis. *Seren. Sammon.* 49. 910. Aut facilem jecoris murini ducere fibram. — *Murinus color* qualis fere est in asinis. *Colum.* 6. *R. R.* 37. 6. Murinus color quum sit in asino vulgaris, tum etiam non optime respondet in mula. Adde *Varron.* apud *Non. p.* 80. 3. *Merc.*

II.) Translate. ¶ 1. Quod *Justin.* 2. 2. 9. *murinis pellibus, aut ferinis* uti Scythas tradit, intelligit pelles e majusculis animalibus, illius regionis propriis, ut sunt feles agrestes, vulpeculæ, et quos Itali *ermelini*, et *martori* vocant, et hujusmodi: et fortasse hi habent et mures ejusdem speciei cum nostris, sed majores tamen, quorum pelles vestibus conficiendis aptæ sint. *Ferinas* vero *pelles* intelligit majorum ferarum, ut luporum, tigrium, leonum, pantherarum, etc. *V.* MUS II. 1. Cf. *Jornand. Get.* 5. Hunugari hinc (*e Scythis*) sunt noti, quia ab ipsis pellium murinarum venit commercium. ¶ 2. *Murinum hordeum* herba est, quæ Græco nomine herba Phœnice dicitur. Hæc trita et e vino pota mensibus prodest. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 65. (135). ¶ 3. *Auricula murina* apud *Scribon. Compos.* 153. herba est, de qua *V.* in MYOSOTA. — *NB.* De Murinis campis *V.* MYRINUS in ONOM.

MURMILLO. *V.* MIRMILLO.

MURMUR, ŭris, n. 3. Masculino genere extulit *Varro* apud *Non. p.* 214. 14. *Merc.* Acciti sumus, ut depontaremur: murmur fit verus. — Murmur vox est a sono ficta, teste *Quintil.* 8. 6. 31., ut *mugitus, sibilus*; a sono, inquam, non Latinæ litteræ *u*, sed Græcæ ο et υ. Est enim a μορμύρω, quod indidem fictum est. Est autem idem ac susurrus, confusus et gravis strepitus, ψόφος (It. *mormorio, strepito, bisbiglio, susurro*; Fr. *murmure, bruit*; Hisp. *mormullo, murmureo, rumor*; Germ. *das Murmeln, Gemurmel, Brummen, Sausen, Krachen, Summen*; Angl. *a murmur, small shrill sound, still small noise*).

I.) Proprie. — *a*) De hominibus, et sæpe dicitur de submissa voce, aut inarticulata. *Plaut. Rud.* 5. 3. 48. Palam age: nolo murmur ullum, neque susurrum fieri. *Liv.* 45. 1. Murmur repente populi tota spectacula pervasit, devictum regem esse. *Virg.* 12. *Æn.* 239. serpitque per agmina murmur. *Id.* 5. *ibid.* 369. magnoque virum se murmure tollit. *applauso. Martial.* 9. 70. *de laudimagistro.* Murmure jam sævo verberibusque tonas. *Stat.* 10. *Theb.* 440. *de moribundo.* supremaque murmura volvens. *borbottamento.* — *b*) De brutis animalibus. *Virg.* 6. *Æn.* 709. *de apib.* strepit omnis murmure campus. *Martial.* 8. 55. Auditur quantum Massyla per avia murmur, Innumero quoties silva leone furit. *Stat.* 12. *Theb.* 170. Tigridis Hircanæ jejunum murmur.

II.) Figurate. ¶ 1. Occurrit de precibus submissa voce conceptis. Mos enim erat, ut qui cupide ardenterque aliquid a diis peterent, præsertim si turpe esset votum, ut de forma, divitiis, ultione, et hujusmodi, submissius peterent, ne ab aliis exaudirentur. Unde *Seneca Ep.* 10. *sub fin.* Tunc scito te esse omnibus cupiditatibus solutum, quum eo perveneris, ut nihil Deum roges, nisi quod rogare possis palam. Nunc enim quanta dementia est hominum! turpissima vota diis insusurrant: si quis admoverit aurem, conticescent: et quod scire homines nolunt, Deo narrant. *Pers.* 2. 6. Haud cuivis promptum est murmurque humilesque susurros Tollere de templis, et aperto vivere voto. *Petron. Satyr.* 85. Timidissimo murmure votum feci. *Ovid.* 7. *Met.* 251. Placare deos precibus et murmure longo. *V.* ENDIADYS. *Juvenal.* 10. 289. Formam optat modico pueris, majore puellis Murmure, quum Veneris fanum videt anxia mater. — Idem servabatur in sacris arcanis, et nocturnis. *Val. Flacc.* 7. 463. Carmina nunc totos volvit ligitque per artus Æsonidæ, et totum septeno murmure fertur Per clipeum. *Sidon. carm.* 2. 85. Chaldæus in extis Pontificum de more senex arcana peregit Murmura. ¶ 2. De inanimis: ad rem *Cic.* 3. *Orat.* 40. 161. Nam et *odor* urbanitatis, et *mollitudo* humanitatis, et *murmur* maris, et *dulcedo* orationis sunt ducta a ceteris sensibus. — *a*) De strepitu maris et fluctuum, vel decurrentis aquæ. *Lucret.* 6. 141. Sunt etiam fluctus per nubila, qui quasi murmur Dant in frangendo graviter; quod item fit in altis Fluminibus magnoque mari, quum frangitur æstus. *Virg.* 1. *G.* 109. unda cadens raucum per levia murmur Saxa ciet. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 21. Aqua per pronum trepidat cum murmure rivum. *Ovid. Remed. am.* 177. jucundo labentes murmure rivos. *Propert.* 4. 7. 4. Murmur ad extremæ nuper humata viæ. *h. e.* ad ripam Anienis fluvii, cum murmure labentis. Alii leg. *marmor* minus recte. — *b*) De cæli tempestate et vento. *Virg.* 4. *Æn.* 160. magno misceri murmure cælum. *Id.* 9. *Ecl.* 58. ventosi ceciderunt murmuris auræ. — *c*) De Ætna, terræ motu et similibus. *Sueton. Cal.* 51. Ætnæi vertlcis fumo ac murmure pavefactus. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 80. 82. (193). *de terræ motu.* Præcedit murmur similins mugitibus, aut clamori humano, armorumve pulsantium fragori. *At* Sillig. ius *legit.* Præcedit sonus alias murmuri similis, alias mugitibus aut clamori etc. *Val. Flacc.* 2. 338. clausæ murmura flammæ. *Sil. It.* 3. 698. alta sonoro Collisis trabibus volvuntur murmura luco. — *d*) De tubis et similibus. *Propert.* 4. 4. 59. tubicen fera murmura rondc. *Lucan.* 9. 349. *de Tritone.* ventosa perflantem murmura concha. *Horat.* 2. *Od.* 1. 17. minaci murmure cornuum Perstringis aures. *Ovid.* 14. *Met.* 537. Aera complere inflati

murmure buxi. — *e*) De aurium tinnitu. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 7. 21. (75). Lacte mulieris murmura aurium ejicere. *l'intronatura.* ¶ 3. Poetice *Propert.* 2. 4. 20. contemnere murmura famæ.

MURMŬRĀBUNDUS, a, um, adject. valde murmurans. *Apul.* 2. *Met.* Qui cunctorum obstinatione confusus, indigna murmurabundus, quum vellet exsurgere, etc.

MURMŬRĀTĬO, ōnis, f. 3. actus murmurandi, μορμυρισμός.

I.) Proprie. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 3. 3. (8). Murmuratio querula aquilarum.

II.) Figurate est fremitus renuentis, et contradicentis. *Seneca Ep.* 107. *a med.* Optimum est, Deum sine murmuratione comitari. *senza brontolare.* et 5. *Benef.* 15. Nec est, quod hanc tantum nostram murmurationem putes, pro pessimo pravoque numerantium, quidquid citra recti formulam cecidit.

MURMŬRĀTOR, ōris, m. 3. qui murmurat. Figurate occurrit et est obtrectator, *mormoratore*, apud *Augustin.* 2. *Retract.* 20. (III) adversus Deum murmuratores, qui profecto alias escas non desiderarent, si hoc eis saperet manna, quod vellent. — *Paul. Diac. p.* 299. 3. *Müll.* Summussi murmuratores. *h. e.* submisse loquentes.

MURMŬRĀTUS, a, um. *V.* MURMURO.

MURMŬRILLO, as, are, n. 1. *deminut. a* murmuro, submurmuro, ὑποτονθορύζω. *Plaut. fragm.* apud *Non. p.* 143. 3. *Merc.* Quid murmurillas tecum, et te discrucias?

MURMŬRILLUM, i. n. 2. ὑποτονθορυσμός, submurmuratio. *Plaut. Rud.* 5. 3. 48. nolo, murmurillum, neque susurrum fieri. Ita *Non.* legit *p.* 143. 2. *Merc.*; alii melius *murmur ullum.*

MURMURĬŌSUS, a, um, adject. *Gloss. Philox.* Murmuriosus, γογγιατής.

MURMŬRO, as, āvi, ātum, are, 1. Est et dep. MURMUROR, quod *V.* in voc. seq. — Part. *Murmurans* II.; *Murmuratus* I. — Murmurare (quod factum est e similitudine sonitus, ut in MURMUR dictum est, et *Cic.* 4. *Herenn.* 31. 42. et *Varro* 6. *L. L.* 67. *Müll.* docent) est sonum confusum edere, strepere, μορμύρω (It. *mormoreggiare, mormorare, rombare, fare grande strepito*; Fr. *murmurer, faire entendre des murmures*; Hisp. *murmurar, hacer mormullo*; Germ. *murmeln, murren, brummen, rauschen, sausen, brausen*; Angl. *to raise a noise or murmur, yield a low or hallow sound, murmur, make a loud noise grumble, rumble, roar*).

I.) Proprie. — *a*) Neutrorum more. — De hominibus. *Cic.* 4. *Herenn.* 31. 42. Imitationis, hoc modo, ut majores rudere, et vagire, et mugire, et murmurare, et sibilare appellaverunt. *Forcellinus* et alli addunt locum *Varron.* 6. *L. L.* 67. *Müll.*, ubi *Müllerus* vocem *Murmurat* omisit: *V.* integrum locum in voc. seq. *Ovid.* 11. *Met.* 52. flebile lingua Murmurat exanimis. — Aliquando est quippiam recusantis et submissis vocibus indignationem significantis. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 13. At ut scelesta sola secum murmurat! Oculos hercle ego istos, scelus, effodiam tibi. *Id. Mil. glor.* 3. 1. 149. Tametsi dominus non invitus patitur, servi murmurant. — De brutis animalibus. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 43. (81). *de lusciniæ cantu.* Interdum et secum ipse murmurat. — *b*) Passive. *Apul. de Mag.* Magia occulta non minus, quam tetra, plerumque noctibus vigilata, et carminibus murmurata.

II.) Figurate de inanimis. — *a*) De mari et fluminibus. *Cic.* 5. *Tusc.* 40. 116. Fremitus murmurantis maris. *Virg.* 10. *Æn.* 212. Spumea semifero sub pectore murmurat unda. *Stat.* 2. *Silv.* 7. 98. ripæ murmurantis Hebri. *Nemesian.* 4. *Ecl.* 47. Hic tibi lene fluens fons murmurat. *Varro* 6. *L. L.* 67. *Müll.* Hinc etiam poetæ *murmurantia litora.* — *b*) De tonitru. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 84. (357). Ignes pallidi murmurantesque tempestatum nuncii sentiuntur. — *c*) De intestinis. *Plaut. Cas.* 4. 3. 6. mihi inanitate Jamdudum intestina murmurant. *gorgogliano.* *V.* RUGIO.

MURMŬROR, āris, ātus sum, āri, dep. 1. idem quod murmurare.

I.) Proprie de hominibus. *Varro* 6. *L. L.* 67. *Müll.* Murmuratur dictum a similitudine soni surdi, quum (*al.* quia murmurat) qui ita leviter loquitur, ut magis e sono id facere, quam ut intelligatur, videatur. *Id.* apud *Non. p.* 478. 4. *Merc.* Ita ut soliti eramus Romæ in balneis, plodere cœpimus et murmurari. *Claud. Quadrigarius* apud *eumd. ibid.* In eo loco populus murmurari cœpit.

II.) Translate. ¶ 1. De inanimis. *Varro* apud *Non. loc. cit.* Quum ventrem meum coerceam, nec murmurari patiar. ¶ 2. Pro obtrectare, carpere, cum Accusat. *Apul. Florid. n.* 16. Quidam tarditatem poetæ murmurari, plures defendere.

MŪRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (murus). Part. *Muratus.* — Murare est muro claudere, *cingere di muro, murare. Cassiod.* 12. *Hist. Eccl.* 2. De qua civitate (*Chrysopoli in capite Bosphori*) Xenophon in primo libro Helladicorum dicit, quia eam muravit Alcibiades. *Veget.* 1. *Milit.* 21. *de castrorum munitione.* Muratam civitatem videatur secum ubique portare. *Id.* 3. *ibid.* 8. *sub fin.* Castella muratæ.

MURRHA *vel* myrrha, æ, f. 1. μύρρα. Sunt quibus placet *Murra* scribi sine adspiratione. Itaque in vet. marmore apud *Gruter.* 341. *Murra* nomen est equi circensis: fortasse quia maculosus. et in *alia* apud *eumd.* 464. 6. VOLVMNIA F. L. MVRRA. — Ceterum *murrha* est lapis quidam, ex quo pocula fiebant magni pretii: de quibus *V.* in MURRHINUS. — Hinc per synecdochen de ipsis poculis dicitur. *Martial.* 4. 86. Nos bibimus vitro, tu myrrha, Pontice. quare? Prodat perspicuus ne duo vina calix. *Id.* 10. 80. maculosæ pocula myrrhæ. *Id.* 14. 113. Si calidum potas, ardenti murrha Falerno Convenit, et melior fit sapor inde mero. *Stat.* 3. *Silv.* 4. 57. hic pocula magno Prima duci myrrhasque graves crystallaque portat Candidiore manu: crescit nova gratia Baccho. Adde *Lucan.* 4. 380. — Aliud est Myrrha, lacrima: de qua *V.* suo loco.

MURRHĀTUS. *V.* MYRRHATUS.

MURRHĔUS *vel* myrrheus, a, um, adject. ad murrham pertinens. *Propert.* 4. 5. 26. Murrheaque in Parthis pocula cocta focis. *Seneca Ep.* 119. *ante med.* Utrum sit aureum poculum, an crystallinum, an murrheum, an Tiburtinus calix, an manus concava, nihil refert. *Plin. Valerian.* 1. 50. Vas lapideum vel murrheum mundum. *V.* vocem sequent. — De myrrheo crine *V.* MYRRHEUS.

MURRHĪNA *vel* myrrhina, ōrum, n. plur. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MURRHĪNUS *vel* myrrhinus, a, um, adject. ad murrham pertinens. *Murrhina* absolute sunt pocula, abaci, trullæ ex murrha: de quibus hæc habe ex *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 8. (21). Oriens murrhina mittit. Inveniuntur enim ibi pluribus locis, nec insignibus, maxime Parthici regni; præcipua tamen in Carmania. Humorem sub terra putant calore densari. Amplitudine numquam parvos excedunt abacos; crassitudine raro, quanta dicta sunt potoria. Splendor est iis sine viribus, nitorque verius, quam splendor. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram, candoremque, et tertium ex utroque, ignescente veluti per transitum coloris purpura, aut rubescente lacteo. Sunt qui maxime in iis laudent extremitates, et quosdam colorum reperrussus, quales in cælesti arcu spectantur. Aliis pingues placent, (translucere, aut pallere quidquam, vitium est), itemque sales verrucæque non eminentes, sed, ut in corpore, etiam plerumque sessiles. Aliqua et in odore commendatio est. *Id.* 33. *proœm.* 2. (5). Murrhina et crystallina ex eadem tellure effodimus, quibus pretium faceret ipsa fragilitas. *Harduin.* ad hæc verba adscribit, putasse aliquos, murrhina esse *porcellane*: alios testam e concharum genere quopiam: alios induratam myrrham et coloribus pictam; alios ipsum onychen. Sed nihil horum esse, verum lapidem sui generis, terra effossum, ut crystallum, ut ex *Plinio* apparet. Auctor est *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 6. (13). et 7. (18)., Cn. Pompejum Magnum tertio ipsius triumpho, quem egit de piratis, Asia, Ponto, gentibusque et regibus pluribus M. Pisone et M. Messala consulibus pridie Kal. Octobr., *h. e.* ann. U. C. DCXCIII. ante Chr. n. LXI., vasa murrhina primum in Urbem invexisse. Ex hujus porro narratione *Faustinus Corsi* in opere, cui titulus est *Trattato delle pietre antiche*, Romæ ann. MDCCCXXXIII. typis edito, *pag.* 166.-195. pluribus firmissimisque argumentis probavit, hujusmodi vasa fuisse ex ea materia, quam recentiores physicæ et chemicæ scientiæ cultores vocant *spato fluore* aut *fluato di calce*, quæ nempe sub terra calore densatur, ut idem *Plinius loc. cit.* ait; id ipsum confirmant neperrimi editores Plinianæ operis, Parisiis ann. MDCCCXXIX.-MDCCCXXXIII. typis excusi, in annotationibus ad ejusdem *loc. cit.*, et *Henr. Guilielm. Schulzius* in *Annal. dell' Instit. di corrisp. archeolog. T.* XI. *p.* 97. Romæ editis. Vasa murrhina Italice vocantur *búccheri.* — Ceterum adjective *Martial.* 3. 82. Opimianum morionibus nectar Crystallinisque murrhinisque propinat. Cf. *Juvenal.* 6. 154. Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus Murrhina. *Lamprid. Elagab.* 32. Onus ventris auro excepit: in myrrhinis et onychinis minxit. *Paul. Dig.* 33. 10. 3. *a med.* De murrhinis et crystallinis dubitari potest, an debeant adnumerari supellectili, propter eximium usum et pretium. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 7. (20). T. Petronius consularis moriturus, invidia Neronis principis, ut mensam ejus exheredaret, trullam murrhinam trecentis talentis emptam fregit. *et paullo sup.* (18). Murrhinus calix septuaginta talentis emptus. *Utroque in loco* Sillig. *pro* talentis *leg.* sestertiis. *Ulp. Dig.* 34. 2. 19. § 19. Murrhina vasa in gemmis esse, Cassius scribit. — Murrhinum vitrum est, quod picturæ genere murrhina pocula imitatur. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 26. 67. (193). — De murrhina potione *V.* MYRRHINUS. — Hinc

Murrhĭna vel *myrrhina, ōrum,* n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt ipsa vasa murrhina. *V.* duo priora *Plinii* loca supr. allata.

MURRHŌBATHRĀRĬUS, ii, m. 2. *profumiere*, qui calceamenta muliebria variis odoramentis et unguentis imbuit: a μύρρα *myrrha*, seu *murrha*, et βαθρον *solum, solea.* Legitur apud *Plaut. Aulul.* 3. 5. 37. ubi alii *myrobathrarius*, a μύρον *unguentum*: alii *malobathrarius*, *h. e.* qui malobathrum vendit: alii *myrobrecharius*, a μύρον et βρέχω *tingo, ungo*; quod rectius videtur, nam ita legitur in *Inscript.* apud *Spon. Miscell. antiq. p.* 225. P. IVNIVS P. L. DIONYSIVS MYROBRECHARIVS.

MURRĬCĪDUS. *V.* MURICIDUS.

MURRĪNUS, a, um. *V.* MYRRHINUS.

MURRĬO, is, ire, n. 4. (mus) vox exprimens sonum a mure editum. *Gloss. Isid.*

MURRĬŌLA. *V.* MYRRHIOLA.

MURTA, æ. *V.* MYRTUS.

MURTĀTUS, a, um, *et*

MURTĔUS, a, um. *V.* MYRTATUS et MYRTEUS.

MŪRUS, i, m. 2. Legitur et *mœrus* veteri scribendi more. *Ennius* apud *Festum p.* 198. 30. *Müll.* de mœris rem gerit Opscus. *At* Müllerus *leg.* muris. *Id.* apud *Gell.* 16. 10. mœros urbemque forumque Excubiis curant. *Varro* 5. *L. L.* 141. *Müll.* Qui aggerem contineret, mœrus. *Virg.* 10. *Æn.* 24. atque ipsis prælia miscent Aggeribus mœrorum. Ubi *Servius*: Antique pro *murorum*, nam veteres pleraque eorum, quæ nos per u dicimus, per æ diphthongum pronunciabant. *Lucret.* 4. 219. æstus ab undis Æquoris, exesor mœrorum litora circum. — In omnibus allatis locis etiam *murus* legitur in optim. quoque libris. — Item scribitur *moirus*, ut in *Inscript.* opt. notæ apud *Guarin. Ric. di Eclano p.* 93., quæ est apud *Orell.* 566. PORTAS TVRRIS MOIROS TVRREISQVE AEQVAS QVM MOIRO FACIVNDVM COIRAVERVNT. *V.* TURRIS. — Ceterum *murus* (a *mœrus*, nam antiquitus Latini *moirus* a μοῖρα *divisio* vel μοιράω *divido*, deinde *mœrus*, mox *murus*, ut prius *coiro*, dein *cœro*, tandem *curo* scripserunt) est lapideus ambitus circa urbem, munimenti causa; atque hinc differt a *pariete*, qui est privatarum ædium, τεῖχος (It. *muraglia, muro*; Fr. *mur, muraille, rempart*; Hisp. *mur, muralla*; Germ. *d. Mauer, bes. die Stadtmauer*; Angl. *a wall built round a city or other place for defence*).

I.) Proprie. — *a*) Stricto sensu. *Cic.* 3. *Nat. D.* 40. 94. Muri urbis, quos vos, pontifices, sanctos esse dicitis. *Id.* 1. *Cat.* 5. 10. Magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te murus intersit. *Id.* 1. *Off.* 11. 35. Quamvis murum aries percusserit. *Cæs.* 2. *B. G.* 12. Oppidum, propter latitudinem fossæ, murique altitudinem, expugnare

non potuit. *et* 7. *ibid.* 65. Helvii intra oppida murosque compelluntur. *Varro* 5. *L. L.* 48. *Müll.* Eidem regioni attributa Subura, quod sub muro terreo Carinarum. — Subura Junius scribit ab eo, quod fuerit sub antiqua Urbe: quoi testimonium potest esse, quod subest ei loco qui Terreus murus vocatur. *Liv.* 1. 38. *ad fin.* Lapideus murus. *Sueton. Ner.* 38. Saxeus murus. *Nepos Themist.* 6. Muros instruere. *Virg.* 1. *Æn.* 427. ducere. *Ovid.* 11. *Met.* 204. ædificare. *Nepos Con.* 4. *extr.* dirutos reficere. *Id. Hamilc.* 2. Hostes a muris removere. *Id. Themist.* 7. Urbem muris sæpire. *Virg.* 4. *Ecl.* 32. cingere oppida. *Justin.* 14. 5. 6. Præsidio murorum urbem includere. *Calpurn.* 7. *Ecl.* 48. ubi finis arenæ, Proxima marmoreo peragit spectacula muro. *h. e.* podio. — *b*) Latiori sensu dicitur etiam de privatis sæpimentis. *Cic.* 2. *Att.* 4. *sub fin.* De muro, imperavi Philotimo, ne impediret, quo minus id fieret, quod tibi videretur. *Tac.* 15. *Ann.* 43. Nec communione parietum, sed propriis quæque muris ambirentur. In *vet. S. C.* apud *Frontin. Aquæd.* 127. *et* 129. muri dicuntur ipsæ aquæductuum substructiones.

II.) Translate. ¶ 1. *Muros* vocabant quidam aggeres sine fossa. *Varro* 1. *R. R.* 14. 3. Aggeres qui faciunt sine fossa, eos quidam vocant muros, ut in agro Reatino. Adde *Serviun* ad *Virg.* 1. *G.* 264. ¶ 2. Ita etiam dici potest quodvis sæptum. *Juvenal.* 4. 132. testa alta paretur, Quæ tenui muro spatiosum colligat orbem. *h. e.* ambitu, margine. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 69. (181). Cor munitum costarum et pectoris muro. ¶ 3. *Muros* etiam dixit *Silius It.* 9. 601. turres ligneas in tergis elephantorum. ¶ 4. *Crinalem murum* vocat *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 284. ornamentum capitis Cybeles matris deûm, quia turrita fingitur. ¶ 5. Figurate est præsidium, munimentum, tutela. *Cic. Pis.* 1. 9. Lex Ælia et Fufia eversa est, propugnacula murique tranquillitatis atque otii. *Id.* 4. *Cat.* 11. 23. Consulatus mei memoria dum erit vestris mentibus infixa, firmissimo me muro sæptum esse arbitrabor. *Justin.* 14. 5. 7. Murus urbi civium virtus. *Sall. Cat.* 61. *a med.* Audacia pro muro habetur. *Ovid.* 13. *Met.* 280. Grajum murus Achilles. *Claudian. IV. cons. Honor.* 109. Non dabitis murum sceleri. *h. e.* perfugium et defensionem. Adde *Sil. It.* 16. 68. — Hinc murus etiam dicta legio Romana, ut a Græci τεῖχος quoque dicebatur. *Veget.* 1. *Milit.* 20. Unde apud antiquos murus dicebatur pedestris exercitus, nisi quod pilatæ legiones præter scuta etiam cataphractis galeisque fulgebant?

MŪS, muris, m. et f. 3. exiguum animal, incola domuum, penori et vestibus et chartis infestissimum, sed idem felium et mustelarum insidiis ad necem semper quæsitum, μῦς (It. *sorcio, sorce, topo*; Fr. *souris*; Hisp. *rata*; Germ. *die Maus*; Angl. *a mouse*).

I.) Proprie. *Cic.* 14. *Att.* 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Itaque non solum inquilini, sed etiam mures migraverunt. *Id.* 2. *Divinat.* 27. 59. Mures diem noctem aliquid rodentes. *Id.* 2. *Nat. D.* 63. 157. Neque enim homines murium, aut formicarum causa frumentum condunt. *Charis.* 1. *p.* 110. *Putsch.* hic legit *murum*, confirmatque auctoritate *Plinii l.* 6. *de dub. nom.* Sed idem tamen *Plin. Hist. nat.* pluribus in locis habet *murium*: quod sane est usitatius. *Virg.* 1. *G.* 181. sæpe exiguus mus Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 80. Rusticus urbanum murem mus paupere fertur Accepisse cavo. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 65. 85. (185). Ex una mure genitos CXX. tradiderunt. *Plaut. Pers.* 1. 2. 6. et *Capt.* 1. 1. 9. *de parasitis.* Quasi mures semper edimus alienum cibum. — Cur *murium pernicies* ab *Arnob.* 3. 33. dictus sit Apollo, *V.* in SMINTHEUS in ONOM. — Creditur differre a sorice, quod sorex major sit, clariusque strepat, et plus afferat detrimenti. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 50. 111. (265). sorici tribuit caudam in ima parte setosam, ut bubus et leoni: *et* 8. *ibid.* 57. 82. (223). ex *Nigidio* tradit, sorices hieme condi: quæ in nostros mures non conveniunt. Præterea *ibid.* docet, mures esse haud spernendum in ostentis etiam publicis animal: soricum occentu diri auspicia. *Colum.* 12. *R. R.* 31. Si quod animal in mustum ceciderit et interierit, uti serpens, aut mus, sorexve. — Multa sunt murium genera: domestici, agrestes, aranei, Pontici, Libyci, marini, etc. V. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 57. 82. (221), 9. *ibid.* 19. 35. (71)., 10. *ibid.* 65. 85. (186). et alibi. — *Mures Africani* Romanis olim dicebantur (ut opinatur *Lips. l.* 2. *Elect. c.* 4.) pantheræ, quum primum ils visæ, sicut elephanti Lucæ boves. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 51. mures Africanos prædicat In pompam ludis dare se velle ædilibus. Hoc tamen comice dictum putes: nam *Plin.* 30. *Hist. nat.* 6. 14. (43). mures Africanos intelligit simpliciter mures in Africa natos, quos decoctos et in cibo sumptos pulmonum vitiis mederi, docet.

II.) Improprie. ¶ 1. Latiori sensu *mures* interdum vocantur silvestres quædam, feræque bestiæ minores, exterarum regionum, ut feles feri, vulpes, de quibus et in MURINUS II. 1. dictum est: quorum pellibus ad vestes est usus. *Ammian.* 31. 2. *de Hunnis.* Indumentis operiuntur lintels, vel ex pellibus silvestrium murium consarcinatis. *Seneca Ep.* 90. Hodieque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium, quæ tactu mollia, et impenetrabilia ventis sunt. — Sunt et mures odorati, quorum pelliculas gestabant delicatiores, et bene olere cupientes: Itali *moscardini* vocant. *Hieronym. Ep.* 127. *n.* 3. Rubri maris pretiosissima grana suspendere, fragrare mure. *Id.* 2. in *Jovinian. n.* 8. Odoris suavitas, et diversa thymiamata, et amomum, et muscus, et peregrini muris pellicula, dissolutis et amatoribus convenit. *zibetto, muschio,* μόσχος. ¶ 2. Ceterum, ratione habita propriæ significationis sub n. I., proverb. est illud *Senecæ Apocoloc. ante med.* Venisti huc, ubi mures ferrum rodunt. Eo utimur, quum significare volumus, magnam loci ac rerum mutationem factam esse, et novas subito exortas esse difficultates, ut aliis omnino artibus ac moribus vivendum sit. (Mures aliquando ferrum rosisse, leges apud *Plin.* 8. *Hist. nat.* 57. 82. (222). Et *Antigonus Carystius*, ut refert *Pier.* ad 3. *Æn.* 76., tradit, in Gyaro insula mures esse, qui ferrum abrodant.) *Id. ibid. paullo post.* Romæ mures molam lingunt: hic nobis curva corrigit. Aliud proverb. quo videtur significari, Romæ omnia humano et translaticio more fieri, nihilque agi, quod non et alibi usuveniat; nam ubique mures molas lingunt, quum possunt: vel omnia Romæ abundare, et deliciarum esse affluentiam: vel denique magnam ibi esse viveudi licentiam. ¶ 3. Aliquando mus est convicium hominis vilioris ac sordidi. *Petron. fragm. Tragur.* 58. *Burmann.* Videbo te in publicum, mus, imo terræ tuber. ¶ 4. Fuit etiam vox blandientis. *Martial.* 11. 29. Nam quum me murem, quum me tua lumina dicis, etc. ¶ 5. *Mus marinus*, piscis est ex iis, qui in mari quidem vivunt, sed in terram quoque aliquando exeunt. Is in terra effosso scrobe parit ova, et rursus terra obruit: tricesimo die refossa aperit, fetumque in aquam ducit. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 19. 35. (71). et *ibid.* 51. 76. (166). — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MŪSA, æ, f. 1. Μοῦσα, *Musa*, dea, quæ poeticæ, et musicæ, et ceteris liberalium artium disciplinis præest; de qua *V.* plurima in ONOM. — Hinc translate ¶ 1. *Musa* per metonymiam pro cantu et carmine ponitur. *Virg.* 8. *Ecl.* 5. Damonis Musam dicemus et Alphesibœi. *Horat.* 2. *Od.* 1. 37. Musa procax. *Id. ibid.* 10. 18. quondam citharæ tacentem Suscitat Musam, neque semper arcum Tendit Apollo. *Id.* 1. *Ep.* 19. 28. Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho. — Sic *Musa pedestris* apud *eumd.* est genus carminis tenui stilo, ac veluti domestico et translaticio, quale est Satyrarum: 2. *Sat.* 6. 17. Quem prius illustrem Satyris Musaque pedestri? ¶ 2. Item pro ingenio, doctrina. Sic *nulla Musa*, invita Musa, sine gratia, sine ingenio, sine doctrina. *Varro* apud *Non. p.* 448. 16. *Merc.* Quum tot comœdias sine ulla fecerit Musa, ego unum libellum non edolem? Cf. *Martial.* 2. 89. Musis et Apolline nullo. — *Crassiore Musa*, crassa Minerva et sermone, qui ab omnibus intelligatur, nihil subtile habens aut abstrusum, *alla grossolana. Quintil.* 1. 10. 29. Libet, propter quosdam imperitiores, etiam crassiore, ut vocant, Musa dubitationem hujus utilitatis eximere. ¶ 3. Item in plur. num. pro quavis disciplina liberali. *Cic.* 5. *Tusc.* 23. 66. Quis est omnium, qui modo cum Musis, id est cum humanitate et cum doctrina habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum? *Id. Orat.* 3. 12. Forenses causas agrestioribus Musis reliquerunt. *Id.* 1. *Fam.* 9. *ad fin.* Ab oratoribus disjungo me fere, referoque ad mansuetiores Musas. *h. e.* ad studia philosophica.

MŪSÆĀRĬUS *vel* muselarius, ii, m. 2. idem ac musivarius. *Edict. Dioclet. p.* 19. Marmorarius, musæarius, albarius. *Inscript.* apud *Gruter.* 586. 3. T. (*corrige* TI.) IVLIVS AVG. LIB. NICEPHORVS MVSEIARIVS FECIT etc. *V.* MUSIVARIUS.

MŪSÆUM. *V.* MUSEUM.

MŪSĀGĒTES, æ, m. 1. Μουσαγέτης, a Μοῦσα *Musa* et ἄγω *duco*, dux et comes Musarum. Est epitheton Græcum non solum Apollinis, sed etiam Herculis, qui ideo sic dictus est, quod et Musarum quies defensione Herculis, et virtus Herculis voce Musarum indiget, qua prædicetur. Fuit Romæ ædes Herculis in circo Flaminio, in quam a M. Fulvio Nobiliore Musarum signa, quæ Ambracia capta asportaverat, illata fuere: indeque *ædes Herculis Musarum* dicta est: quam postea L. Marcius Philippus Augusti vitricus instauravit, refecitque. Vocem *Musagetes* habes apud *Eumen. Restaur. schol.* 7.; rem ipsam *ibid.* et apud *Sueton. Aug.* 29., *Ovid.* 6. *Fast.* 799., *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (66). etc.

MUSCA, æ, f. 1. parvum animal volatile, a Græca voce idem significante μυῖα, μυῖσκα (It. *mosca*, Fr. *mouche*; Hisp. *mosca*; Germ. *die Fliege*; Angl. *a fly*).

I.) Proprie. *Varro* 3. *R. R.* 16. 6. Non ut muscæ liguriunt. *Martial.* 3. 82. Fugatque muscas myrtea puer virga. — *Ne musca quidem*, respondit Vibius Crispus cuidam interroganti, solus ne esset in cubiculo Domitianus, quod ille imperator soleret arcu per otium muscas venari; quod in proverbium transiit. *Sueton. Domit.* 3.

II.) Translate. ¶ 1. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 76. muscas pro parasitis posuit, qui ad aliorum cœnas non vocati advolant. ¶ 2. Muscam idem *Plaut. Merc.* 2. 3. 26. vocat curiosum hominem, et hac illac discurrentem. ¶ 3. *Puer abige muscas*, apud *Cic.* 2. *Orat.* 60. 247. dictum de homine importuno et molesto. Simile est illud *Catulli* 116. 4. neu conarere Infestum telis icere, musca, caput. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MUSCĀRĬUM, ii, n. 2. (musca) flabellum, quo muscæ abiguntur, *ventaglio da mosche, paramosche*, σοβη.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu *Martial.* 14. 67. cui lemma *Muscaria pavonina.* Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas, Alitis eximiæ cauda superba fuit. ¶ 2. Item peniculus ad detergendum pulverem, *setola, seloletta. Id. ibid.* 71. cui titulus *Muscarium bubulum.* Sordida si flavo fuerit tibi pulvere vestis, Colligat hunc tenui verbere cauda levis. *Muscarium bubulum* est cauda bovis, quæ in extremo villosa et birta est, ideo muscis abigendis et detergendo pulveri idonea. *Veget.* 4. *Veterin.* 1. 2. 3. *et* 4. sic vocat caudam ipsam equinam.

II.) Translate. ¶ 1. Ab horum similitudine sic etiam appellatur coma quarumdam herbarum, ut fœniculi, ferulæ, florum sambuci, etc. σχιάδιον. Has ideo plantas Itali nunc vocant *ombellifere. Plin.* 12. *Hist. nat.* 26. 57. (127). Semine in muscariis dependente. ¶ 2. *Muscarium* videtur quoque esse armarium, in quo tabulæ publicæ membranaceæ, aut chartaceæ condebantur, ne a muscio inquinarentur, quemadmodum nunc Itali *moscatuola* dicunt repositorium illud, in quo cibi eadem de causa reconduntur. *Inscript.* apud *Romanelli Viagg. a Pompei T.* 1. *p.* 248., quæ est apud *Orell.* 2558. TABVLAE POSITAE IN MVSCARIO CCCVIIII.

MUSCĀRĬUS, a, um, adject. ad muscas pertinens.

I.) Proprie. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 38. (131). Aranei muscarii tela. *h. e.* muscarum venatoris.

II.) Translate *muscarii clavi* dicuntur a *Vitruv.* 7. 3. *sub fin.* qui sunt capite latiore, et in modum umbellæ, cujusmodi sunt comæ quarumdam herbarum, quæ ideo *muscaria* appellantur. V. vocem præced. II. 1.

MUSCELLĀRĬUM, ii, n. 2. idem ac muscipula

Gloss. Philox. Muscellarium, viverrarium, γαλεάγρα.

MUSCERDA, æ, f. 1. *sterco di topi*, μυοχόδον, murium stercus. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 34. (106). Præterea, ut Varro noster tradit, murinum fimum, quod item muscerdas appellat. *Festus* p. 146. 24. *Müll.* Muscerdas prima syllaba producta dicebant antiqui stercus murum. *Gloss. Isid.* Muscerda stercus murinum. — *Muscerdæ* sunt stercoris murini pillulæ apud *Marcell. Empir.* 25. p. 122. ed. *Ald.* Remedium coxendicis mirum de experimento sic. Muscerdæ novem tritæ ex vini quartario super scabellum vel sellam laboranti potui dantur, ita ut etc. Cf. *cumd.* 29. p. 130. *retro* ed. *Ald.* Stercus murinum ex quocumque liquore ignoranti colico, ne borrescat, bibendum dabis; mirum est.

MUSCĬDUS, a, um, adject. musco obsitus, muscosus. *Sidon.* 8. *Ep.* 16. Muscidi pumices.

MUSCĬPŪLA, æ, f. 1. *et* muscipulum, i, n. 2. (mus *et* capio) instrumentum ad capiendos mures, μυόφονον (It. *trappola*; Fr. *souricière*; Hisp. *ratonera*; Germ. *die Mausefalle*; Angl. *a mouse-trap*). *Lucilius* apud *Non.* p. 181. 31. et p. 385. 30. *Merc.* Muscipula contenta. *tesa, caricata.* et *Varro* 1. *R. R.* 8. 5. Si parit humus mures, minor fit vindemia; nisi totas vineas oppleris muscipulis, quod in insula Pandataria faciunt. *Phædr.* 4. 1. Qui sæpe laqueos et muscipula effugerat. *Seneca Ep.* 48. Verendum est, ne quando in muscipula syllabas capiam, aut ne caseum liber comedat. *Gloss. Philox.* Muscipulum, μυάγρα. Et in plur. Muscipula παγίδες.

MUSCĬPŪLĀTOR, ōris, m. 3. qui mures muscipula captat. Translate. *Gloss. Isid.* Muscipulator, deceptor, alterplex.

MUSCĬPŪLUM, i, n. 2. *V.* MUSCIPULA.

MUSCO, as. *V.* EMUSCO.

MUSCOR, āris, ari, pass. 1. musco induci. *Gloss. Lat. Gr.* Muscari, βρυοῦσθαι.

MUSCŌSĒ adverb. (muscosus) cum musco. *Sidon.* 2. *carm.*

MUSCŌSUS, a, um, adject. Comp. *Muscosius.* — Muscosus est musco abundans, musco obsitus, *muscoso*, μυώδης, βρυώδης. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 2. *ad fin.* Ἀποδυτηρίῳ nihil alsius, nihil muscosius. *Virg.* 7. *Ecl.* 45. Muscosi fontes, et somno mollior herba. *Varro* 1. *R. R.* 9. 5. Prata retorrida, et muscosa. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 1. 5. (10). Saxeæ crepidinis corona muscosos complexa pumices. *Id.* 16. *ibid.* 8. 13. (33). E glandiferis sola ægilops fert panos arentes, muscoso villo canos.

MUSCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* musca, parva musca, *moschetta. Augustin.* 7. *Trin.* 3. Scyuiphes musculæ sunt brevissimæ, qua tertia plaga superbus populus Ægyptiorum cædebatur. *Arnob.* 2. 45. Ut ferarum paterentur aliæ laniatus, muscularum aliæ ut interirent veneno. *h. e.* cantharidum.

MUSCŬLŌSUS, a, um, adject. ¶ 1. Est musculis instructus, *muscoloso*, μυώδης. *Cels.* 4. 1. Cor natura musculosum. *et* 5. 20. Si nervosus, aut musculosus is locus est. ¶ 2. Item torosus, *polputo. Colum.* 8. *R. R.* 2. 10. *de gallis gallinaceis.* Lata et muscolosa pectora, lacertosæque similes brachiis alæ. *Id.* 6. *ibid.* 37. 6. *de asino admissario.* Sit amplissimi corporis, pectore musculoso et vasto, feminibus lacertosis. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MUSCŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* mus, parvus mus, *topolino*, μῦον.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Divinat.* 14. 33. Musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 7. 28. (52). Absinthium litteras a musculis tuetur. — Hinc translate musculus dicitur, qui curiosule muris instar res quaslibet furtim rimatur. *Fronto* 2. *ad M. Cæs. ep.* 1. Chartam diligenter lino transui, et ita linum obsignavi, ne musculus iste aliquid aliqua rimari posset.

II.) Translate. ¶ 1. Est nomen piscis (a similitudine figuræ) balænæ amicitia nobilis, quando prægravi supercilliorum pondere obrutis ejus oculis, infestantia magnitudinem vada prænatans demonstrat, oculorumque vice fungitur: quæ sunt verba *Plinii* 9. *Hist. nat.* 62. 88. (186). Hoc idem, tacito nomine, versibus persequitur *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 425. ¶ 2. Etiam concharum cuidam generi nomen musculo est. *Cels.* 3. 6. *ad fin.* Uti cibo exiguo, maximeque oleribus, vel jure etiam concharum, musculorumve, aut locustarum. *Id.* 2. 29. inter ea, quæ alvum movent, recenset ostrea, pelorides, echinos, musculos, et omnes fere conchulas. Huc pertinere videtur illud *Marcell. Empir.* 34. p. 137. ed. *Ald.* Talorum tumoribus et doloribus musculus marinus tritus ex oleo vetere impositus medetur. Adde *Plaut. Rud.* 2. 1. 9., ubi alii leg. *mytilus*: videtur autem *musculus* idem esse ac *mytilus.* ¶ 3. In corpore animalis — *a*) Vocatur *musculus* instrumentum motus, *muscolo*, scil. membrum constans fibris nervosis intertextis, vena, arteria, et membrana sæpiente. In illud immittitur nervus, qui spiritum deferat, quo musculus intumescit, et alterutram e duabus partibus movet, quibus infixus est. Infigitur autem fere in ipsa ossa. Ex una parte caput habere dicitur, ex altera caudam, seu tendinem, ut vocant: itaque conformatus alicubi est, ut parvum murem quodammodo referat. Sunt autem musculi in corpore animalis ubicumque moveri membra debent, ac pæne totidem, quot sunt ejus motus. *Cels.* 5. 26. n. 3. *extr. et* 22. Inflammatio timeri potest, ubi læsum est vel os, vel nervus, vel cartilago, vel musculus. *et* 8. 1. Maxillæ alter processus sub osse jugali subit, et super id temporum musculis illigatur. Sic *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 8. Item σιαγὼν paralysi vitiatus (sic quidem nos musculum, qui buccas colligat, dicere poterimus) conducitur, aut laxatur. *et* 1. *ibid.* 1. *n.* 36. Buccarum, vel temporum musculi, quos siagonas appellant. — *b*) Aliquando latiore significatione accipitur pro toro et carne. *Lucan.* 9. 771. *de tabescente ex veneno.* sine ullo Tegmine poples erat: femorum quoque musculus omnis Liquitur. — *c*) Hinc translate *Plin.* 5. *Ep.* 8. *a med.* Hanc (*historiam*) sæpius ossa, musculi, nervi: illam (*orationem*) tori quidam et quasi juba decent. ¶ 4. Est etiam hoc nomine machina militaris, obsidendis urbibus adhibita, qua tecti milites, aut materia apportata fossas complebant, aut vectibus muri fundamenta convellebant, *galleria.* Tradit *Veget.* 4. *Milit.* 16., ejus usum fuisse etiam, ut sub ea milites terram solidarent, munirentque viam turribus ambulatoriis, dum muros accederent: unde nomen ei factum a marinis musculis, qui balænis prænatant, et vada demonstrant. Majoris musculi formam ita describit *Cæs.* 2. *B. C.* 10. Duæ primum trabes in solo, æque longæ, distantes inter se pedes IV. collocantur, inque eis columellæ pedum in altitudinem V. defiguntur. Has inter se capreolis molli fastigio conjungunt, ubi tigna, quæ musculi tegendi causa ponant, collocentur. Eo super tigna bipedalia injiciunt, easque laminis clavisque religant. Ad extremum musculi tectum, trabesque extremas, quadratas regulas IV. patentes digitos defigunt, quæ lateres, qui super musculo struantur, contineant. Ita fastigiato atque ordinatim structo, ut trabes erant in capreolis collocatæ, lateribus lutoque musculus, ut ab igne, qui ex muro jaceretur, tutus esset, contegitur. Supra lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. Coria autem, ne rursus igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus conteguntur. Examinat hæc omnia atque illustrat *Lips. l.* 1. *Poliorc. dial.* 9. Musculi vero figuram *Guischardus* (*Mémoir. milit. T.* 2. p. 58. *tab.* 2.) exhibuit Cæsarianæ descriptioni maxime congruam. ¶ 5. Item nomen parvæ navis, quam Veneti nunc vulgo *topo* vocant. *Isid.* 19. *Orig.* 1. Longæ naves sunt, quas dromones vocamus; dictæ eo quod longiores sint ceteris: quibus contrarius musculus, curtum navigium. Cf. *Not. Tir.* p. 178. Cymbula, musculus, lembus.

MUSCUS, i, m. 2. ¶ 1. Est villosa illa lanugo, quæ in arboribus ac saxis provenit, qualem videmus circa fontes et loca humida, qualis etiam est illa, quæ in mari petris innascitur ac mari innatat, unde et in litus evolvitur ac projicitur, quæ aliter *alga* dicitur, *musco*, *muschio*, βρύον. *Cato R. R.* 6. Arbori muscus ruber molestus erit. *Colum.* 5. *R. R.* 9. 15. Plerumque locis siccis et humidis arbores musco infestantur. *Ovid.* 8. *Met.* 563. molli tellus erat humida musco. *Stl. It.* 15. 778. antra virentia musco. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 7. musco circumlita saxa. *Virg.* 6. *Ecl.* 62. Phaethontiadas musco circumdat amaræ Corticis. *h. e.* cortice muscoso et amaro. ¶ 2. *Muscum*, qui a *Hieronym.* 2. *in Jovinian.* n. 8. inter odoramenta recensetur, quidam putant esse illum, quem ex cujusdam animalis Indici vomica erui, *Actius* tradit, *muschio*, *zibetto*, μόσχος. V. *Hieronym. loc. cit.* in MUS II. 1.; et quæ hac de re disserunt *Salmasius* ad *Solin.* p. 232., allata etiam ab *Orellio* ad *Arnob.* 7. 30. p. 431.

MUSEIĀRIUS. *V.* MUSÆARIUS.

MŪSĒUM, i, n. 2. (rectius quam Musæum, est enim Græce Μουσεῖον). In quibusdam libris legitur *Musium* pro *Museum*. Et quia *Musium* invenitur etiam pro *Musivo*, hinc fit, ut *Museum* æquivaleat utrique, et in unam sæpe significationem coalescant. *V.* MUSIVUM. — Ceterum *Museum* ¶ 1. Est sacrarium Musarum, *Museo, luogo consacrato alle Muse*, locus ubi Musæ colebantur et responsa reddebant: cujusmodi fuisse in Macedonia ad Olympum montem scribit *Philostrat. in vita Apollon.* Accipitur pro loco, seu ædificio, quo litterarum et studiorum causa homines conveniunt, quale fuit celeberrimum Alexandriæ, in quo publico sumptu viri docti quamplures alebantur, ut litteris vacarent. *Sueton. Claud.* 42.; et *Spartian. Hadrian.* 20. — *Varro* 3. *R. R.* 5. 9. narrat, habere se sub oppido Casino, in insula fluminis, Museum; quemadmodum *Cic.* 2. *Legg.* 1. 1. narrat sibi fuisse villam Arpinatem in insula, quæ est in Fibreno, ubi ille solebat disputare. — Latinam consuetudinem sequuntur il, qui ita appellant ea loca, in quibus reponuntur et asservantur veterum monumenta, litterata marmora et quæcumque ad rem nummariam et naturæ historiam spectant, et alia hujusmodi κειμήλια artium, studiorum ac litterarum causa collecta. Museum enim est quasi Musarum sedes; Musæ vero nusquam alibi habitare libentius splendidiusque possunt, quum doctrinarum velut antistitæ et artium præsides habeantur, ut ait *Morcell. Inscript. comment. subject.* p. 242. *ed. Patav.* ¶ 2. Musea item in ædificiis appellantur opera ex pumicibus et saxis erosis constructa, ad specus imaginem arte reddendam, *grottesco. Plin.* 36. *Hist. nat.* 21. 42. (154).

MŪSĒUS, a, um, adject. Μουσεῖος, ad Musas pertinens, musicus, poeticus. *Lucret.* 2. 412. Ac Musea mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant. *sonate musicali.* et 1. 932. Museo contingere cuncta lepore. *colla grazia de' versi.* Etiam *Apul.* 2. *Met.* Orpheum *Museum vatem* dixisse videtur. *Incert. auct. Epithalam. Laur. et Mar.* 40. apud *Wernsdorf. Poet. Lat. min. T.* 4. p. 492. Musea tuis insedit cura medullis.

MŪSĬCA, æ *et* musice, es, f. 1. *musica*, μουσική, scientia, quæ modum canendi demonstrat: a *Musis.* Antiquis signabat universe humanitatis studia, idque ex vi nominis. *V.* MUSICUS, i. Sed posteriores modulationi numerorum speciatim id nomen tribuerunt. *Cic.* 3. *Orat.* 33. 132. Num geometriam Euclide, aut Archimede, num musicam Damone, aut Aristoxeno tractante, etc? *Auson. epist.* 10. 43. Socci et cothurni musica. *h. e.* poesis comica et tragica. — Apud Græcos antiquos tantæ venerationis fuit, ut iidem musici et vates et sapientes judicarentur. Cujus scientiæ quum se imperitum Themistocles confessus esset, ut ait *Cic.* 1. *Tusc.* 2. 4., habitus est indoctior. *Quintil.* 1. 10. 9. Musice antiquis temporibus tantum venerationis habuit, ut etc. — *Occultæ musicæ nullus est respectus*, Græcum proverb. usurpatum a Nerone, causas prodeundi in scænam quærente, ut est apud *Sueton. Ner.* 20. Τῆς λανθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος: vel Οὐδὲν ὄφελος ἀπορρήτου καὶ ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς. Significat autem, animi dotes si non proferas, perinde esse, quasi non habeas. Etiam *Eccli.* 20. 32. Sapientia absconsa, et thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque? *Gell.* 13. 30. Nosti verbum illud in Græcia vetus, musicam, quæ sit abscondita, eam esse nulli rei. Adde *Ovid.* 3. *Art. am.* 397. — Musicæ inventor fuit Amphion juxta *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (204). At multo rectius *Lucret.* 5. 1378. et *seqq.* ex avium imitatione musicam ortam fuisse putat, quod his verbis confirmat *Fronto de eloq.* (edente iterum *A. Maio*) p. 235. Voris modulatæ amatores primas audisse feruntur aves vernas luco opaco. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MŪSĪCA, ōrum, n. plur. 2. *V.* MUSICUS, a, um, in fin.

MŪSĪCĀRĬUS, ii, m. 2. musicorum instrumentorum artifex. *Inscript.* apud *Gruter.* 654. 1. COLOCASIO VERNAE DVLCISS. ET MVSICARIO INGENIOSISSIMO etc. At *Alinel.x.* in *Add. Holt.* et *Orellius n.* 4238. recte putant legendum esse MVSIVARIO.

MŪSĪCĀTUS, a, um, adject. ad musicæ artis regulas factus. *Apul. Trismeg.* Ut dii musicatis hominum cantilenis concelebrarentur laudibus. *Alii leg.* inusitatis. *V.* MUSICOR.

MŪSĪCĒ, adverb. μουσικῶς. Musice ætatem agere, *h. e.* concinne et eleganter, alii interpretantur splendide, delicate, laute, et alienis sumptibus. *Plaut. Most.* 3. 2. 40. Musice hercle ætatem agitis, ita ut vos decet; Vino, et victu, piscatu probo, electili Vitam colitis. Huc pertinet Græcum proverb. Ἄκαπνα ἀοιδοὶ θύομεν, nos cantores sacrificamus sine fumo. Et aliud Αὐλητοῦ βίον ζῇς, tibicinis vitam vivis. Nam musici, quum alios oblectent arte sua, opipare haberi ab iis solent: et tibicines, quum in sacrificiis canant, de pontificum mensa laute vivunt, atque adeo sine fumo, seu impensa cœnam coquunt.

MŪSĪCĒ, es. *V.* MUSICA.

MŪSĪCOR, āris, ari, dep. 1. ad musicum sonum accommodare. *Palæm. gramm. p.* 1378. *Putsch.* Sic *isdem*, sic *eadem* acceperunt *dem* syllabam, non ut aliud significarent, sed ut euphonia esset. Etenim studium fuit omnibus musicari latinitatem, et id addere quod in aures laberetur, id demere quod rancidius offenderet auditum.

MŪSĪCUS, a, um, adject. μουσικός. ¶ 1. Est ad musicam, h. e. ad cantum pertinens, *musicale. Cic.* 2. *Legg.* 15. 39. Plato negat mutari posse musicas leges sine immutatione legum publicarum. *Phædr.* 4. 19. Qui tristis audis musicum citharæ sonum. *Quintil.* 1. 12. 14. Musicis modis cantica excipere. *Gell.* 19. 9. Ingenium facile ac libens ad rem musicam. *intendente e dilettante di musica. Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 5. (6). Herophilus in musicos pedes venarum pulsus descripsit. *a battuta.* ¶ 2. Est etiam *musicus* ad litteras, humanitatem et præsertim ad poeticam pertinens, *letterario, poetico.* Musæ enim his omnibus præesse dicuntur. *Cic.* 3. *Orat.* 44. 174. Namque hæc duo, musici, qui erant quondam iidem poetæ, machinati ad voluptatem sunt, versum atque cantum. (*Musicum* de poeta usurpat *Auson. epist.* 11. *et epist.* 21. *in fin.*) *Ter. Heaut. prol.* 23. Applicare se ad studium musicum. *h. e.* comicam poesim. Sic *Id. Phorm. prol.* 18. Artem musicam tractare. *Gell. præf. ad fin.* Ut hæc commentaria ne attingat, neve adeat profestum et profanum vulgus, a ludo musico diversum. *h. e.* studio litterarum, aversum a Musis. ¶ 3. *Musicus pes* a *Diomed.* 3. *p.* 478. *Putsch.* enumeratur inter pentasyllabos, constans longa, brevi, longa et duabus brevibus, ut *temperantia.* — Hinc

Musicus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est musicæ artis peritus, *musico. Cic.* 1. *Off.* 41. 146. In fidibus musicorum aures minima sentiunt. *Id.* 2. *Tusc.* 4. 12. Si absurda canat is, qui se haberi velit musicum. *Id.* 1. *ibid.* 2. 4. Ergo in Græcia musici floruerunt. *Quintil.* 1. 10. 27. Contionanti (*C. Graccho*) consistens post eum musicus fistula modos monstrabat. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 5. *n.* 167. Vocis exercitium musico monitore compositum. *h. e.* phonasco.

Mūsĭca, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, est musica ars, *la musica. Cic.* 1. *Orat.* 42. 187. In musicis numeri et voces et modi; in geometria lineamenta, formæ, intervalla: in astrologia cæli conversio etc. *et ibid.* 3. 10. Dedere se musicis. *et* 5. *Tusc.* 22. 63. Musicorum perstudiosus.

MŪSĬCUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

MŪSĪGĒNA, æ, comm. gen. 1. Musa genitus, Musæ filius. *Rufin. de compos. et metr. orat. initio.* Musigenæ numeros vates et metra sequuntur. *h. e.* poetæ Musis geniti, ut putabantur.

MŪSĪMO *et* musmo, ōnis, m. 3. μούσμων.

I.) Proprie est animal, de quo hæc *Plin.* 8. *Hist. nat.* 49. 75. (199). Est et in Hispania, sed maxime Corsica, non maxime absimile pecori genus musimonum, caprino villo, quum pecoris velleri propius. *Eugen. Toletan. carm.* 22. dicit, musimonem esse ex capra et ariete: quod verbis *Plinii* valde congruit. Itali vocant *mufione.* — Ad illud *Virg.* 3. *G.* 446. udisque aries in gurgite villis, etc. adscribit *Servius*: Musimonem dicit ducem gregis, quem ita et Varro commemorat. *Isid.* 12. *Orig.* 1. *ad fin.* Musmo ex capra et ariete: est autem dux gregis. Cf. *Epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 454. *Burmann.*, ubi *musimonem*; et *V.* OPHION.

II.) Translate est animal ex duobus animalibus diversæ speciei procreatum, *bastardo. Non. p.* 137. 22. *Merc.* Musimones, asini, muli, aut equi breves. *Cato ibid.* Asinum aut musimonem, aut arietem. *Lucilius ibid.* Pretium emit, qui vendit equum musimonem.

MŪSĪNOR. *V.* MUGINOR.

MŪSĪUM, ii. *V.* MUSEUM init.

MŪSĪVĀRĬUS, ii, m. 2. artifex musivi operis. *Imp. Constantin. Cod. Justin.* 10. 64. 1. *et Cod. Theod.* 13. 4. 2. Intestinarii, statuarii, musivarii. *V.* GYPSOPLASTES, MUSÆARIUS et MUSICARIUS.

MŪSĪVUM, i, n. 2. opus lapidibus concinne contextum varieque picturatum, *lavoro a musaico*, cujusmodi videre est Venetiis in æde Divi Marci: ita appellatum videtur, quod esset quasi Musarum manibus elaboratum, vel quod sic sæpe exornarentur Musea, seu ædes Musis dicatæ, in quas viri litterati conveniebant. *V.* MUSEUM § 1.: est autem a *Musium*, digammate Æolico, seu consona *v*, ut sæpissime alias, duabus vocalibus interjecta. *V.* MUSEUM init. Musivum porro dicere generatim veteres omne opus, quod sive marmoreis, sive vitreis lapillis summa arte consertis picturam imitatur vel ad pavimenta, vel ad parietes, vel ad cameras exornandas: ejus species multiplex; *tessellatum*, quod tessellis, lapillis scilicet quadratis vel quadrangulis constat; *vermiculatum*, quum iidem ea sunt figura, ut vermiculos imitentur; *sectile*, Itali dicunt *a commesso, a compartimento*, quum e crustis modo trigonis, modo quadratis, modo hexagonis inter se junctis pro figurarum varietate componitur; *musivum* autem proprie dicitur, quum pro marmoreis vitrei sunt lapilli, hique aliquando una cum illis mixtim adhibiti, varieque ita colorati, ut picturæ speciem prorsus referant: hujusmodi musivum circa Vespasiani Aug. tempora Romæ usitatum fuisse ex *Plin.* 36. *Hist. nat.* 25. 64. (189). constat. *Spartian. Pescenn.* 6. Hinc in Commodianis hortis, in porticu curva, pictum de musivo videmus, sacra Isidis ferentem. *Trebell. XXX. Tyrann.* 24. Accipiens ab his coronam civicam picturatam de musivo. *a smalto*: hic alii leg. *museo. Augustin.* 16. *Civ. D.* 8. Hominum genera, quæ in maritima platea Carthaginis musivo picta sunt. — Adjective. *Inscript.* apud *Orell.* 3323. FONTEM HVNC LYSIVM (*Henzen.* corr. LVSIVM) QVEM C. LYSIVS C. L. SECVNDVS PATER CONSTRVXIT C. LYSIVS POSTVMVS OPERE MVSIVO EXORNAVIT. Cf. *alia* apud *Spon. Miscell. antiq. p.* 39. ET HOC AMPLIVS PRO SVA LIBERALITATE CAMERAM SVPERPOSVIT ET OPERE MVSEO EXORNAVIT.

MŪSĬVUS, a, um, adject. *V.* voc. præced. in fin.

MUSMO. *V.* MUSIMO.

MUSSĀTĬC, ōnis, f. 3. mussitatio, actus mussandi. *Ammian.* 20. 8. Salutem mussatione quæritabam et latebris. *Alii leg.* simulatione. *Vet. interpr. Virgil.* ab *A. Maio* editus *p.* 15. Mussationes persequi.

MUSSĪTĀBUNDUS, a, um, adject. qui mussitat. *Gloss. Vet.*

MUSSĪTĀTĬO, ōnis, f. 3. actus mussitandi. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 3. *init. de phrenitico.* Alienatio jugis aut intercapedinata, cum risu tacito, aut cum cachinno et cantilena, vel certe mœstitudine, silentio, vel murmure, aut vagitu, aut levi secum ipsius mussitatione. *Apul.* 8. *Met. post init. de canibus venaticis.* Tacitaque prius servata mussitatione, signo sibi repentino reddito, latratibus miscent omnia. *Hieronym.* 9. *in Isaj. præf.* Invidorum livorem et mussitationem garrulam contemnentes.

MUSSĪTĀTOR, ōris, m. 3. qui mussitat; et figurate murmurator, *mormoratore*, γογγυστής. *Vulgat. interpr. Isaj.* 29. 24. Mussitatores discent legem.

MUSSĪTO, as, are, 1. *frequentat.* sive *intens. a* musso. — Part. *Mussitans* 1.; *Mussitandus* 2. — Mussitare est multum et frequenter mussare, μύζω. ¶ 1. Cum Accusativo est multum et frequenter submissa voce loqui, *parlare sotto voce. Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 119. Illi inter se certant donis, ego hæc mecum mussito: Bona mea inhiant, etc. *Id. Pseud.* 1. 5. 85. Non a me scibas pistrinum in mundo tibi, Quum ea mussitabas? *Apul. de Mag.* Hunc illa timorem mussitabat, adversari propalam non audebat. *Liv.* 1. 50. Jam enim ita clam quidam mussitantes, vulgo tamen eum appellabant. ¶ 2. Absolute significat tacere, cum silentio pati. *Plaut. Mil. glor.* 2. 3. 65. quid propius fuit, Quam ut perirem, si locutus fuissem hero! *P.* ergo, si sapis, Mussitabis. *Ter. Adelph.* 2. 1. 53. Accipienda et mussitanda injuria adolescentium est. Ubi *Donatus* notat, proprie *mussitare* esse dissimulandi causa tacere. *Plaut. Cas.* 3. 5. 33. insectatur omnes domi per ædes, nec quemquam Prope ad se sinit adire: ita omnes sub arcis, sub lectis Latentes metu mussitant. Adde *eumd. Truc.* 2. 2. 57.

MUSSĪTUS, us, m. 4. idem ac mussatio. *Grammat. incert. p.* 81. *Eichenfeld.* Quædam ficta sunt a sonis, ut stridor, clangor, tinnitus, mugitus, ululatus, hinnitus, mussitus.

MUSSO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Mussans* I. — In illo *Varron.* apud *Non. p.* 249. 10. et 349. 13. *Merc.* Discumbimus mussati, dominus matura ova ad cœnam committit. *mussati* videtur esse participium *mussor, aris*, depon. — Quod addit *Servius* ad *Virg.* 12. *Æn.* 657. ex *Clodio Tusco*: Mussare est ex Græco, comprimere oculos; Græci μῦσαι dicunt: Corrigendum est *comprimere labia*; id enim valet Græcum verbum. — Ceterum *mussare* est a *mutire*, μύζειν, *mutus*; vel, quod eodem recidit, ut ait *Varro* 7. *L. L.* 101. *Müll.* Mussare dictum, quod muti non amplius quam μῦ dicunt. Est autem idem ac submissa voce loquor, clam murmuro, μύζω (It. *parlare sotto voce o tra' denti, mormorare, brontolare*; Fr. *dire à voix basse, parler entre les dentes, murmurer*; Hisp. *murmurar, decir á voz baxa*; Germ. *leise reden, murmeln, mit der Sprache nicht heraus wollen, etwas verschweigen, unterdücken*; Angl. *to speak low or to one's self, mutter, murmur, grumble*)

I.) Proprie. ¶ 1. Est submissa voce loqui, clam murmurare. *Paul. Diac. p.* 144. 14. *Müll.* Mussare murmurare. *Ennius*: In occulto mussabant. Cf. *Festus p.* 298. 31. *Müll.* Similiter *Plaut. Merc. prol.* 49. Summo hæc clamore, interdum mussans. *Liv.* 33. 31. Soli Ætoli id decretum clam mussantes carpebant. *Id.* 7. 25. Mussantes inter se rogitabant, num etc. *Virg.* 11. *Æn.* 451. Flent mœsti, mussantque patres. Cf. *Stat.* 3. *Theb.* 92. Excussæ procerum mentes, turbataque mussant Concilia. *Fronto* 1. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 2. *ad fin.* Sed jam hora decima tangit, et tabellarius tuus mussat. Finis igitur sit epistolæ. — Pro bombum edere, *ronzare*, de apibus figurate dixit *Virg.* 4. *G.* 188. Fit sonitus, mussantque oras et limina circum. ¶ 2. Item est secum ipse tacitus loqui, atque adeo tacere. *Paul. Diac. p.* 144. 14. *Merc.* Mussare vulgo pro tacere dicitur ut *Ennius*: Non decet mussare bonos. Corrigunt *critici*: Non decet hic mussare bonos. *vel* Namque decet etc. *Servius* et *Philargyrius* alium *Ennii* locum referunt ad *Virg.* 4. *G.* 188. Non possunt mussare boni, qui famam (*al.* facta, *al.* tanta)... Nixi militiæ multo peperere labore. — Passive. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 12. Æquum non est occultum id haberi, neque per metum mussari, Quin participem pariter ego te et tu me ut facias.

II.) Translate dicitur de hærentibus et dubitantibus. Qui enim dubitat, secum ipse tacitus loquitur, nec rem clare aperit. Item de iis, qui timent, neque se explicare audent, sed dissimulant. *Virg.* 12. *Æn.* 657. mussat rex ipse Latinus, Quos generos vocet, aut quæ se ad fœdera flectat. *Lucret.* 6. 1177. mussabat tacito medicina timore. *h. e.* hærebat dubia, quodnam inusitato morbo remedium afferret. *Plin.* 7. *Ep.* 1. Quum mussantes medicos repente vidissem. *Virg.* 11. *Æn.* 341. cuncti se scire fatentur, Quid fortuna ferat populi,

sed dicere mussant. *Sall. in orat. Licin. ad pleb.* L. Sicinius, primus de potestate tribun. loqui ausus, mussantibus vobis, circumventus erat. *Cæcilius* apud *Paul. Diac. p.* 299. 4. *Müll.* Quod potes, sile, cela, occulta, tege, tace, mussa. *Virg.* commode transtulit ad boves, 12. *Æn.* 718. Stat pecus omne metu mutum, mussantque juvencæ, Quis nemori imperitet, quem tota armenta sequantur.

MUSSOR, āris, ātus sum, ari, depon. 1. *V.* voc. præced. init.

MUSTĂCĔ, es, f. 1. lauri genus maximo folio, ita dictum quod mustaceis subjiceretur. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 39. (127).

MUSTĂCĔUM, i, n. *et*

MUSTĂCĔUS, i, m. 2. *mostacciuolo, calicione,* οἰνοῦττα, edulii genus, forma oblonga, et ad lauri folia, quibus imponebatur, composita, quod convivis post cœnam discedentibus pro apophoretis distribuebatur, cujusque conficiendi rationem docet his verbis *Cato R. R.* 121. Mustaceos sic facito: farinæ siligineæ modium unum musto conspergito: anisum, cyminum, adipis pondo duo, casei libram, et de virga lauri deradito, eodem addito: et ubi definxeris, lauri folia subtus addito, dum concoques. Cf. *Pallad.* 11. *R. R.* 21. qui diversa nonnihil a Catone tradit. *Juvenal.* 6. 200. Si tibi legitimis pactam junctamque tabellis Non es amaturus, ducendi nulla videtur Causa, nec est, quare cœnam et mustacea perdas, Labente officio, crudis donanda. Adde *Arnob.* 2. 23. *Cic.* 5. *Att.* 20. *ante med.* Laureolam in mustaceo quærere. *proverb. V.* LAUREOLA.; et *Cavedoni, Marm. Moden. p.* 101. *not.* 27. *et p.* 151. *not.* 11.

MUSTĂRĪUS, a, um, adject. ad mustum pertinens. *Cato R. R.* 11. Urceos mustarios decem.

MUSTĔCŬLA, æ, f. 1. *deminut.* mustelæ. *Auct. carm. Philom.* 61. Mus avidus mintrit, velox mustecula dintrit. *Alii leg.* velox mustelaque dinfrit.

MUSTĔLA *vel* mustella, æ, f. 1. (mus). *Mustella* legitur in *Inscript.* translata, ut videtur, significatione, apud *Reines. cl.* 20. *n.* 368. HIC REQVIESCIT DVLCIS MVSTELLA GORDIANVS FILIVS. — Ceterum *mustela* ¶ 1. Est animal quadrupes parvum, sed oblongum, flavi coloris, muribus, columbis, gallinis infestum, γαλῆ (It. *faina, donnola;* Fr. *belette, fouine;* Hisp. *comodreja, fuina ò raposa;* Germ. *das Wiesel;* Angl. *a weasel*). Duo autem, inquit *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 16. (60)., sunt mustelarum genera: alterum domesticum, quod in domibus nostris oberrat, et catulos suos, ut auctor est Cicero, quotidie transfert, mutatque sedem, serpentes persequitur: alterum silvestre, distans magnitudine, Græci ἰκτίδα vocant. *Plaut. Stich.* 3. 2. 43. Certum est mustelæ posthac numquam credere. Nam incertiorem nullam novi bestiam. Quæne et ipsa decies in die mutat locum. *V.* GALANTHIS. Lepidas de ea fabellas habet *Phædr.* 1. 22., 4. 1. *et* 5. ¶ 2. Est etiam genus piscis marini, et fluviatilis, γαλεός, cujus meminit *Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 29. (63). et 32. *ibid.* 9. 37., (112).; item *Ennius* apud *Apul. de Mag.*; et *Colum.* 8. *R. R.* 17. 8. *Auson. Mosell.* 105. Quæque per Illyricum, per stagna binominis Istri, Spumarum indiciis caperis, mustela, natantum, In nostrum subrecta fretum etc. *V.* EXORMISTON. Fluviatilem quidam esse putant, quam nostrates *lampreda* vocant, et sequioris Latinitatis auctores *lampetram.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MUSTĔLĀTUS *vel* mustellatus, a, um, adject. a mustela, ut Mustelatum peplum, *h. e.* colore mustelino tinctum, apud *Apul.* 2. *Met.*, ut quidem nonnulli legunt. Sed alii omnino aliter.

MUSTĔLĪNUS *vel* mustellinus, a, um, adject. γαλεώδης, ad mustelas pertinens. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 14. 43. (124). Utriculus mustelinus. *Ter. Eun.* 4. 4. 21. vetus, vietus, veternosus senex, Colore mustelino. *h. e.* sublivido. *V.* hic *Donat.*

MUSTĔLLĀGO, ĭnis, f. 3. *Apul. Herb.* 58. Mustellago terrestris herba, eadem ac laurago, chamædaphne.

MUSTĔUS, a, um, adject. *mostoso, recente, fresco,* γλεύκιος, succo abundans, et sapore musti: item recens, quia recentia teneriora et succosiora esse solent: *V.* MUSTUS. *Cato R. R.* 7. et *Varro* 1. *R. R.* 59. 1. Mala, quæ ante mustea vocabant, nunc melimela appellant. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 15. (51). Mala mustea, a celeritate mitescendi; quæ nunc melimela dicuntur, a sapore melleo. *Colum.* 9. *R. R.* 15. 13. Ubi liquatum mel in subjectum alveum defluxit, transfertur in vasa fictilia, quæ paucis diebus aperta sint, dum musteus fructus defervescat. *Martial.* 13. 55. Musteus petaso. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 42. 97. (240). caseus. *Id.* 12. *ibid.* 7. 14. (29). Musteum piper. *h. e.* recens decerptum. *Id.* 13. *ibid.* 4. 9. (50). Musteæ palmæ. *Id.* 37. *ibid.* 3. 11. (46). Succinum liquidum primo destillare argumento sunt quædam intus translucentia, ut formicæ culicesque et lacertæ, quæ adhæsisse musteo non est dubium et inclusa durescente eodem remansisse. — Quod *Varro* dicit apud *Non. p.* 400. 14. *Merc.* Pueri in ædibus sæpius pedibus offensant, dum recentes musteos in carnario fluitare suspiriunt: *musteos recentes* videtur intelligere petasones, vel farcimina, vel larida recentia, aut hujusmodi: et fortasse τὸ *recentes* glossema est. — *Plin.* 8. *Ep.* 21. *ad fin.* Non dubito cupere te pro cetera mei caritate, quam maturissime legere hunc adhuc musteum librum. *h. e.* novum, recentem. — *Nævius* apud *Non. p.* 136. 8. *Merc.* Utrum est melius, virginemne, an viduam uxorem ducere? virginem, si mustea est. *h. e.* adolescens et succi plena. *Alii leg.* musta.

MUSTĪCUS. *V.* MYSTICUS.

MUSTĪO, ōnis, m. 3. idem ac bibio, quam vocem vide suo loco.

MUSTRĪCŌLA *vel*

MUSTRĪCŪLA, æ, f. 1. *forma da calzolajo,* est machinula ex regulis, in qua calceus novus suitur. Afranius, Mustricolam in dentes impingam tibi. Hæc *Paul. Diac. p.* 147. 2. *Müll.*, ubi legitur *mustricula.* Ita porro appellata videtur, quia similis est figuræ cum machina illa, qua utimur ad stringendos mures, de qua mox; est autem a *mus* et *stringo*: hinc fortasse quispiam non male scriberet *mustriqula*, ut item *strigilis* est a *stringo.* — In *Gloss. Isid.* dicitur esse machina ad stringendos mures.

MUSTŪLENTUS, a, um, adject. *mostoso,* musto abundans, musteus. *Plaut. fragm.* apud *Non. p.* 63. 33. et *p.* 415. 15. *Merc.* Nam ita mustulentus æstus nares attigit. *Non.* altero loco *ventus* habet pro *æstus*, et *obtigit* pro *attigit. Apul.* 2. *Met.* Mustulentus auctumnus. *et* 9. *ibid.* Mustulentæ autumni deliciæ.

MUSTUM. *V.* vocem sequent. in fin.

MUSTUS, a, um, adject. novus, recens, novellus; fortasse a μόσχος *tener,* νέος (It. *recente, fresco, giovine;* Fr. *jeune, nouveau, frais;* Hisp. *joven, nuevo, fresco, reciente;* Germ. *jung, frisch, neu;* Angl. *new made, fresh, new, young*). *Cato* apud *Priscian.* 6. *p.* 711. *Putsch.* De agna musta pascenda. *Id. R. R.* 115. In vinum mustum veratri manipulum conjicito. *Martial.* 13. 120.; et *Prudent.* 1. *advers. Symmach.* 127. Mustum Falernum. *V.* locum *Nævii* in v. MUSTEUS in fin. — Hinc

· *Mustum, i,* n. 2. absolute, substantivorum more, est vinum novum, nondum purgatum, *mosto, vino nuovo,* γλεῦκος. *Cato R. R.* 120. Mustum si voles totum annum habere, in amphoram mustum indito, et corticem oppicato, demittito in piscinam, post xxx. diem eximito: totum annum mustum erit. *Virg.* 1. *G.* 295. Dulcis musti humor. *Plin.* 9. *Ep.* 16. Mustum novum. *Plin. alter* 23. *Hist. nat.* 1. 18. (29). Musta differentias habent naturales has, etc. *Martial.* 1. 19. In Vaticanis condita musta cadis. *Tibull.* 1. 1. 6. pleno pinguia musta lacu. *Ovid.* 1. *Amor.* 15. 11. mustis uva tumebit. — *Id.* 14. *Met.* 146. Tercentum messes, tercentum musta videre. *h. e.* tercentum æstates, totidem auctumnos, uno verbo tercentum annos: metalepsis. — Et figurate *Cic. Brut.* 83. 288. Sic ego istis censuerim et novam istam, quasi de musto ac lacu fervidam orationem fugiendam. *Sunt tamen qui aliter leg.* — *Musta olei* est recens oleum. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 1. 2. (5). Consequens olearum vindemia est, arsque vel major olei musta temperandi. Ita *Harduin.* ex MSS.; alii leg. *olei, quam musta. Sillig.* vero legit *oleum quam musta.*

MUT. *V.* MU.

MŪTĂBĬLIS, e, adject. (muto). Comp. *Mutabilior,* et Sup. *Mutabilissimus.* — Mutabilis est qui facile mutatur, μεταβλητικός, εὐμετάβολος (It. *mutabile, instabile;* Fr. *changeant, variable, inconstant;* Hisp. *mudable, variable;* Germ. *veränderlich, unbeständig;* Angl. *changeable, subject to change, mutable, alterable, unsettled*) *Cic.* 3. *Nat. D.* 12. 30. Omne corpus mutabile est. *Id. Tim.* 10. Quæ (*sidera*) autem vaga et mutabili erratione (*al.* ratione) labuntur, ita generata sunt etc. *Id.* 2. *de republ.* 23. Ea autem forma civitatis mutabilis maxime est hanc ob causam, quod etc. *Virg.* 4. *Æn.* 569. varium et mutabile semper Femina. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 189. Vultu mutabilis. *Liv.* 2. 7. Mutabilis vulgi animus. *Val. Max.* 6. 9. *n.* 14. Quid hujus conditione inconstantius, aut mutabilius? *Porcius Latro declam. in Catil.* 16. Mutabilissimæ sunt deorum voluntates.

MŪTĂBĬLĬTAS, ātis, f. 3. *mutabilità, incostanza, ἀστασία,* εὐκινησία, mobilitas. *Cic.* 4. *Tusc.* 35. 76. Hæc inconstantia mutabilitasque mentis quem non ipsa pravitate deterreat? *Capell.* 8. *p.* 294. Hæ species diversitatesque lunæ superæ mutabilitatis varietate confunduntur.

MŪTĂBĬLĬTER, adverb. *mutabilmente,* cum inconstantia. *Varro* apud *Non. p.* 139. 26. *Merc.* Instabilis animus ardens mutabiliter avet habere, et non habere.

MŪTĀTĬO, ōnis, f. 3. (muto) actus mutandi, conversio, motus, μεταβολή (It. *mutazione;* Fr. *action de changer, changement, mutation, variation;* Hisp. *el acto de mudar, mudanza, mutacion;* Germ. *die Veränderung, Umänderung, Umwälzung;* Angl. *a changing, altering, change, exchange, alteration, shifting, mutation*). Occurrit ¶ 1. Generatim et sæpe de rei publicæ motibus. *Cic.* 12. *Phil.* 2. 7. Consilii mutatio optimus est portus pœnitenti. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 38. 119. Ut nulla vis tantos queat motus mutationemque moliri. *Id.* 1. *Off.* 33. 120. Mutationem facere. *Id.* 8. *Att.* 3. *circa med.* Multi mutationis rerum cupidi. *di cose nuove, di mutazion di governo.* Sic *Id.* 1. *de republ.* 41. *extr.* Vides unius injustitia concidisse genus illud totum rei publicæ. — Video vero, inquit, et studeo cursus istos mutationum non magis in nostra, quam in omni re publica noscere. et *ibid.* 42. Accuratius mihi dicendum de commutationibus rerum publicarum; etsi minime facile eas in ea re publica futuras puto. Sed hujus regiæ prima et certissima est illa mutatio. Similiter *Tac.* 3. *Ann.* 44. Cupido mutationis. Adde *Justin.* 40. 2. 1.; et *Sueton. Galb.* 8. ¶ 2. Speciatim de rebus physicis et officiis est permutatio, *scambio, permuta. Ter. Eun.* 4. 4. 4. Mutatio vestis. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 8. (36). sedis. *Id.* 28. *ibid.* 8. 29. (113). *de chamæleone.* Nullum animal pavidius existimatur, et ideo versicoloris esse mutationis. *h. e.* in varios colores mutari. *Tac. Agric.* 28. Ac fuere, quos per commercia venumdatos, et in nostram usque ripam mutatione adductos, indicii tanti casus illustravit. h. e. *compra-vendita. Cic.* 1. *Off.* 7. 22. Communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando accipiendo. *h. e.* permutatione, vicissim officia tribuendo, ut in mercatura et mercibus fieri solet. *Lambin.* leg. *mutuatione.* ¶ 3. Item speciatim in cursu publico *mutatio* est locus, ubi equi evectionis mutantur, *una posta. Impp. Arcad. et Honor. Cod Theod.* 8. 5. 53. et *Cod. Justin.* 12. 51. 15. — Videtur etiam esse ipse veredus, qui mutatur, *cavallo da posta. Ammian.* 21. 9. Præfectus prætorio vectus mutatione celeri cursus publici, transitis Alpibus, etc. Adde *Cassiod.* 1. *Variar.* 29. In quo autem *mutatio* differat a *mansione, V.* MANSIO.

MŪTĀTOR, ōris, m. 3. qui mutat, μεταποιητής. ¶ 1. Generatim. *Lucan.* 10. 202. mutator circulus anni. *h. e.* Zodiacus, quia per eum sol decurrens mutationes temporum facit. ¶ 2. Speciatim de rebus physicis. *Val. Flacc.* 6. 161. comitumque celer mutator equorum Mœsus. *h. e.* desultor. *Stat.* 5. *Silv.* 2. 135. mutatoresque domorum Sauromatas. *Lucan.* 8. 854. mercis mutator Eœæ. *h. e.* mercator. *Arnob.* 3. 32. Mercium commercioruque mutator.

MŪTĀTŌRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MŪTĀTŌRĬUS, a, um, adject. ad mutandum pertinens. *Tertull. Resurr. carn.* 56. Mutatorium indumentum. Sic *Vulgat. interpr.* 4. *Reg.* 5. 22.

Da ei talentum argenti et vestes mutatorias duplices. — *Mutatoria tussis* apud *Pelagon. Veterin.* 6. Ad tussem mutatoriam (*equorum*) Pelagonii. *Sarchianius* Italus interpres ita vertit: *Ricetta di Pelagonio per la tosse de' cavalli di cambiatura.* — Hinc

Mutatorium, ĭi, n. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est vestis mutatoria. *Hieronym.* 2. *in Isaj.* 3. 22. Mutatoria, quæ significantius Symmachus transtulit ἀναβόλαια, ornamenta sunt vestium muliebrium, quibus humeri et pectora proteguntur. Adde *Vulgat. interpr.* 4. *Reg.* 5. 5. et *Zach.* 3. 4. ¶ 2. *Mutatorium Cæsaris*, locus fuit Romæ in regione prima, apud *Sext. Ruf.* et *Publ. Victor.* Quidam putant fuisse privatas ædes ad secessum et delicias, quas pro anni tempore mutaret Cæsar. Alii locum, ubi Cæsar, iturus ad bellum, togam sago mutaret. *Inscript.* apud *Gud.* 199. 7. C. IVLIO PSEBIO (*lege* Pselio pro Psephio) C. L. PROCVR. MVTATORII CAESARIS.

MŪTĀTŪRA, æ, f. 1. (muto) permutatio pecuniæ, *cambio di monete*, κόλλυβος. *Impp. Leo et Majorian. Novell.* 7. § 14. (a. 458.). Omnis concussionum removeatur occasio, nihil mutaturæ nomine postuletur, ita ut quisquis hoc posthac usurpandum esse crediderit, fustuariæ subditus pœnæ, servilibus suppliciis periturum se esse cognoscat. *et mox* § 16. Quem a multis molestiis et sportularum et numerosis mutaturæ dispendiis liberamus.

MŪTĀTUS, a, um. *V.* MUTO, as.

MŪTĀTUS, us, m. 4. idem ac mutatio. *Tertull. Pall.* 4. *circa med.* Incredibili mutatu.

MŪTESCO, scis, scere, n. 3. (mutus). Part. *Mutescens.* — Mutesco est idem ac mutus fio, obmutesco, *divenir muto, tacere*, κωφόομαι. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 9. 40. 17. Omnia mutescant tempora. *Paulin. Nolan. carm.* 24. 407. vaniloquas docuit mutescere linguas. *Apul. Trismeg. p.* 91. *Elmenh.* Omnis vox divina necessaria taciturnitate mutescet. *Capell.* 9. p. 308. Cuncta illa, quæ dissona suavitas commendarat, velut mutescentia tacuerunt.

MŪTĬCUS, a, um, adject. mutilus. Spica mutica, inquit *Varro* 1. *R. R.* 48. 3., dicitur, quæ non habet aristam: eæ enim quasi cornua sunt spicarum.

MŪTĬLĀGO, ĭnis, f. 3. herba eadem ac tithymalus. *Apul. Herb.* 108.

MŪTĬLĀTĬO, ōnis, f. 3. *troncamento, mutilazione*, ἀκρωτηριασμός, κολοβωσις, actus mutilandi. *Cels.* 7. 9. Quod etsi in levi mutilatione fallere oculum potest, in magna non potest. Hic *Targa* tum in prima, tum in altera *Celsi* editione adnotat, vocem *mutilatio* nulla Codd. auctoritate fretum induxisse *Lindenium*, ideoque ipse ex antiquis editionibus habet *mutatione*. Ceterum legitur ea vox in *Gloss. Philox.* Mutilatio, ἀκροτηρίασις. *Cassiod.* 10. *Variar.* 28. Corpora nulla mutilatione truncata.

MŪTĬLĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

MŪTĬLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (mutilus). Part. *Mutilans* II. 1.; *Mutilatus* I. et II. 2. — Mutilare est truncare, abscindere, partem detrahere, abrumpere, deminuere, κολοβόω, ἀκρωτηριάζω (It. *troncare, mozzare, tagliar via*; Fr. *mutiler, couper, tronquer, estropier*; Hisp. *mutilar, cortar, troncar*; Germ. *verstümmeln, stutzen, abstutzen*; Angl. *to cut or lop off, maim, mangle, lacerate, cripple, mutilate*).

I.) Proprie. *Liv.* 29. 9. Ipsum hostiliter lacerant, naso auribusque mutilatis. *Curt.* 9. 2. *circa med.* Corpora securibus falcibusque mutilare. *et* 7. 5. *ad fin.* Mutilare alicui aures et nares. *Spartian. Hadrian.* 14. Moverunt ea tempestate et Judæi bellum, quod vetabantur mutilare genitalia. *h. e.* præputium præcidere. *Ovid.* 6. *Met.* 559. mutilatæ cauda colubræ Palpitat. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 5. 5. (11). Elephas altero dente mutilato. *Ovid. de nuce* 37. At mihi sæva nocent mutilatis vulnera ramis.

II.) Translate. ¶ 1. *Mutilare verba*, trunca efferre, *troncar le parole. Plin.* 7. *Hist. nat.* 16. 15. (70). Dentes serie structuræ atque magnitudine mutilantes, mollientesve, aut bebetantes verba. ¶ 2. Generatim de abstractis. *Ter. Hecyr.* 1. 1. 7. Te moneo et hortor, ne cujusquam misereat, Quin spolies, mutiles, laceres, quemque nacta sis. *V.* ADMUTILO. *Cic.* 3. *Phil.* 12. 31. In Galliam mutilatum ducit exercitum. *h. e.* deminutum, *scemato.* Sic *Imp. Gordian. Cod.* 11. 33. 1. Mutilatum patrimonium. *Imppp. Valentinian., Theodos. et Arcad. Cod.* 11. 42. 2. Si quis florentissimæ urbis commoda voluerit mutilare, aquam ad suum fundum ex aquæductu publico derivando. *Impp. Constantin. et Licin. ibid.* 7. 22. 2. Sola temporis longinquitate libertatis jura minime mutilari oportet.

MŪTĬLUS, a, um, adject. a μίτυλος seu μύτιλος, quod idem significat et cum v. *metere* jungitur, est truncatus, mancus, curtus, aliqua sui parte carens, sine qua recte esse non potest (It. *tronco, mozzo, cionco*; Fr. *mutilé, tronqué, dont on a coupé ou retranché quelque chose*; Hisp. *mutilado, troncado*; Germ. *verstümmelt*; Angl. *having the horns broken off, wanting horns, maimed, disfigured, mutilated*).

I.) Proprie. — *a*) Dicitur de quadrupedibus cornuti generis, sed cornu carentibus, ut capris etc. *Varro* 9. *L. L.* 33. *Müll.* Mutilus bos. *Cæs.* 6. *B. G.* 26. Alces mutilæ sunt cornibus. *Colum.* 7. *R. R.* 6. 4. Mutila capella. *et ibid.* 3. 3. Mutilus aries. Hinc ille jocus *Horat.* 1. *Sat.* 5. 6. o, tua cornu Ni foret exsecto frons, inquit, quid faceres, quum Sic mutilus miniteris? — *b*) De aliis rebus. *Liv.* 37. 24. Claudæ mutilæque naves. *Al. leg.* mutilatæque. *Gell.* 17. 9. Truncæ atque mutilæ litteræ. *Apul.* 1. *Met.* Grabatulus uno pede mutilus. *Capell.* 5. *p.* 168. In Verrinis (*Cicero*) plenum versum una quidem syllaba mutilum fudit, quum dicit: Quum loquerer tanti fletus gemitusque fiebant. *h. e.* claudicantem, nam antepænultima, quæ brevis esse debuerit, longa est. — *c*) Mutilum caput Sileni, apud *Nemesian.* 3. *Ecl.* 33. est calvum, depilatum, glabrum. Hinc *admutilare* tondere ad cutem, et translate emungere, spoliare, *V.* — *d*) *Imppp. Gratian., Valentinian. et Theodos. Cod. Theod.* 7. 13. 10. mutilos appellant, qui sibi digitos amputarunt ad declinandum onus militiæ. *V.* MURCUS.

II.) Translate. *Cic. Orat.* 53. 177. Animus auriumnuncio naturalem quamdam in se continet vocum omnium mensionem. Itaque et longiora, et breviora judicat, et perfecta ac moderata semper exspectat: mutila sentit quædam, et quasi decurtata, etc. *Id. ibid.* 9. 32. Mutila quædam et hiantia loqui. — *Mutilum* esse genus quoddam coloris rubri docent *Not. Tir.*, quæ auctoritate carent. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MŪTĬLUS, i. *V.* MITULUS.

MŪTĪNUS *vel* Mutunus, i, m. 2. deus idem qui Priapus, de quo *V.* ONOM. — Hinc figurate est ipsum fascinum. *Auct. Priap.* 74. rubro, Priape, furibus minare mutino. — Ad illud *Lucilii* apud *Non. p.* 11. 2. *Merc.* Nam quid Mutino (*al.* Mætino, *al.* Mutuno) subrectoque huic opu' signo, Ut lurcaretur lardum, et carnaria furtim? etc. *Scalig.* in *Priapej.* adscribit, Mutinum *Lucilio* esse σφαγίδα, vel γυλακτήριον: nam pudenda pro amuletis suspendi e collo pueris, auctorem Varronem esse. Ex *Lucilio* vero nos cognoscere, etiam signis notam veretri apponi, veluti προβασκάνιον quoddam. Hæc *Scalig.*

MŪTĬO *vel* mutto, is, īvi, ītum, īre, n. 4. Part. *Mutitus* I. — Mutire est verbum exprimens sonum syllabæ *mu* vel *mut*; unde videtur proprium infantium, mutorum, canum etc. syllabas non explanantium, et pro iis eum sonum edentium: sed fere ponitur pro submissa voce loqui, timide dicere, mussare, vel minimam vocem emittere, vel unum verbum proferre (It. *parlare sotto voce o fra' denti, fiatare, zittire, brontolare*; Fr. *parler entre ses dents, murmurer, marmotter, dire tout bas*; Hisp. *murmurar, gruñir, hablar entre dientes*; Germ. *mucken, mucksen, murmeln, munkeln, leise oder auch wenig reden*; Angl. *to speak softly or between the theeth, speak ever so little, mutter*).

I.) Proprie. *Plaut. Amph.* 1. 1. 225. Etiam mutis? so. jam tacebo. *Id. Bacch.* 4. 7. 2. impingĕ pugnum, si muttiverit. *Id. Men.* 5. 1. 11. Muttire unum verbum audes, aut mecum loqui? *Ter. Andr.* 3. 2. 25. nihil jam mutire audeo. *Ennius* apud *Festum p.* 145. 26. *Müll.* et apud *Phædr.* 4. *in fin.* Palam mutire, plebejo piaculum (*al.* periculum) est. *Pers.* 1. 119. Men' mutire nefas nec clam, nec cum scrobe? *Petron. frag. Tragur.* 61. *Burmann.* Solebas suavius esse in convictu: nunc taces, nec mutis. *Lucilius* apud *Non. p.* 38. 19. et p. 249. 5. *Merc.* At enim dicis, clandestino quod commissum foret, Neu mutires quidquam, neu mysteria efferres foras. *Ter. Hecyr.* 5. 4. 25. neque opus est Adeo mutito. *h. e.* vel tenui dicto, ut exponit *Donat. Alii leg.* neque opus est: adeo mutito. *h. e.* taceto.

II.) Translate. *Auct. carm. Philom.* 58. At mutire capris, hirce petulce, soles.

MŪTĪTĀTĬO, ōnis, f. 3. *banchetto a vicenda, cena per turno*, mutua, vel alterna conviviorum agitatio. *Verr. Flacc.* in *Kalend. Prænest.* ad prid. Non. April. (edente *Fogginio*) apud *Orell. Inscript. vol.* 2. *p.* 388.-389. LVDI M. D. M. I. MEGALENSIA VOCANTVR, QVOD EA DEA MEGALE APPELLATVR. NOBILIVM MVTITATIONES CENARVM SOLITAE SVNT FREQVENTER FIERI, QVOD MATER MAGNA EX LIBRIS SIBYLLINIS ARCESSITA LOCVM MVTAVIT EX PHRYGIA ROMAM. *V.* MUTITO.

MŪTĪTĬO *vel* muttitio, ōnis, f. 3. actus mutiendi. *Plaut. Amph.* 1. 3. 21. Quid tibi hanc curatio est rem, verbero, aut mutitio? *h. e.* quid curas, aut mutis?

MŪTĪTO, as, are, a. 1. frequentat. a *muto*: *banchettare a vicenda*, vetus verbum, quod significat mutua agitare convivia, epulas vicissim commutare: *V.* MUTITATIO. *Gell.* 2. 24. Principes civitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est, mutua inter se convivia (*al.* dominia) agitarent. *Id.* 18. 2. *ad fin.* Quam ob causam patricii Megalensibus mutitare soliti sunt, plebes Cerealibus? Hinc *Ovid.* 4. *Fast.* 353. Cur vicibus factis ineant convivia, quæro, Tum magis, indictas concelebrentque dapes. Quod bene mutarit sedem Berecynthia, dixit, Captant mutatis sedibus omen idem.

MŪTĪTUS *vel* muttītus, a, um. *V.* MUTIO.

MŪTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *Mutamus* pro *mutavimus* est *Propert.* 2. 12. 7. *V.* infra sub I. in fin. — Part. *Mutans* II. 5. *a.*; *Mutatus* I. et II. 1. 3. et 7.; *Mutaturus* II. 1.; *Mutandus* II. 1. et 6. — *Mutare* contractum pro *movitare*, intens. a *moveo*, est movere, vertere de loco ad locum (It. *muovere fortemente, muover via, rimuovere*; Fr. *mouvoir, déplacer, écarter*; Hisp. *mover, mudar de lugar, alejar*; Germ. *stark bewegen, von der Stelle bewegen, wohin bewegen, fortbringen, versetzen*; Angl. *to move, stir, to go from place to place*).

I.) Proprie, h. e. stricto sensu, est movere, removere, transferre. Hinc *mutare se*, se movere de loco ad locum. *Plaut. Amph.* 1. 1. 117. neque se septentriones quoquam in cælo commovent, Neque se luna quoquam mutat. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 64. illa tamen se Non habitu mutatve loco. — Sic *mutare aliquid aliquo*, h. e. transferre in aliquem locum, dixit *Lucilius* apud *Non. p.* 351. 4. *Merc.* Sic *mutari*, transferri in alium locum, *Ovid.* 1. *Pont.* 1. 79. Inque locum Scythico vacuum mutabor ab arcu. *et* 5. *Trist.* 2. 73. Hinc ego dum mater, vel me Zanclæa Charybdis Devoret. *Liv.* 5. 46. *extr.* Quod nec injussu populi mutari finibus posset Camillus. *h. e.* mutare fines, quos exsul servare debebat. *uscire dai confini.* — Et de plantis *Virg.* 2. *G.* 49. tamen hæc quoque si quis Inserat et scrobibus mandet mutata subactis, Exuerint silvestrem animum. *h. e.* translata, *trasportati.* — Hinc figurate *Cic. Balb.* 13. 31. Ne quis invitus civitate mutetur. *sia trasportato d'una in altra città. Id.* dixerat *ibid.* 11. 27. Neque mutare civitatem quisquam invitus potest. — *Gronov. Observat. l.* 3. *c.* 1. particip. *mutatus* pro *motus* usurpari ait a *Lucret.* 1. 909. Atque eadem paullo inter se mutata creare Ignes et lignum. Item a *Petron. Satyr.* 124. Sentit terra deos, mutataque sidera pondus Quæsivere suum. — Huc pertinere videtur et *mutare brachia*, quod est proprium eorum, qui se mutuo amplexantur. *Propert.* 2. 12. 7. Quam vario amplexu mutamus brachia. *intrecciammo.* Etenim *mutamus* est per syncop. pro *mutavimus.* Hinc *Lucret.* 4. 790. mollia membra movere, Mollia, mobiliter cum alternis brachia mittant. *Alii leg.* mutant; *Lachmannus* mittunt.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est commutare, immutare, vertere, permutare, h. e. facere, ut res alio, atque antea, modo exsistat, aut in diversam vertatur, *mutare, cangiare, cambiare, variare,* ἀλλαττω, μεταποιέω; et occurrit — 1.° Universim. — *a*) Active, seu cum Accusativo. — Absolute. *Plaut. Mil. glor.* 4. 1. 36.; et *Ter. Phorm.* 3. 2. 27. Mutare fidem cum aliquo. *mancar di fede, voltar casacca. Ter. Andr.* 5. 4. 46. De uxore, ita ut possedi, nihil mutat Chremes. *Cic. Mur.* 29. 61. *et* 30. 62. Mutare sententiam. *Id.* 4. *Fam.* 4. consilium. *Id. Brut.* 91. 314. consuetudinem dicendi. *Id. Prov. cons.* 10. 25. mentem et voluntatem. Sic *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 1. 1. Mutata voluntate ad accusandum descendere. Cf. *eumd.* 5. *Fam.* 21. Quum alii interierint, alii absint, alii mutati voluntate sint. *Id. Cluent.* 11. 31. testamentum. Sic *Quintil. Declam.* 321. *ante med.* Mutaturus testamentum. *Liv.* 1. 36. *sub fin.* Mutare quippiam de re aliqua. *Petron. Satyr.* 116.; et *Phædr.* 3. *prol.* propositum. *Quintil.* 1. 5. 59. Negat, quidquam ex Latina ratione mutandum. *Virg.* 2. *Æn.* 274. Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo Hectore, qui redit exuvias indutus Achillis! *Stat.* 2. *Theb.* 655. ille nihil vultum mutatus. *Virg.* 1. *Æn.* 662. ut faciem mutatus et ora Cupido Pro dulci Ascanio veniat. *h. e.* transformatus. Sic *Id.* 6. *Ecl.* 78. Aut ut mutatos Terei narraverit artus. *Plin. Paneg.* 24. Nihil in ipso te fortuna mutavit. *Tac.* 14. *Ann.* 23. Facilis mutatu gens. *Seneca Tranquill.* 2. *a med.* Mutare latus. *voltare il fianco, voltarsi sull'altro fianco. Horat. Art. P.* 60. At silvæ foliis pronos mutantur in annos. *h. e.* mutant folia. *Stat.* 3. *Silv.* 5. 27. Et semel insertas non mutaturus habenas. *Seneca Ep.* 58. *ante med.* Una syllaba est quam mutare non possum. Quæ hæc sit, quæris? τὸ ὄν. *h. e.* in Latinum vertere, *tradurre.* — Cum addito, in quod quid mutatur. *Cic.* 3. *Orat.* 45. 177. Oratio ad omnem rationem-mutatur et vertitur. At *Orellius* leg.: Orationis genus ad omnem et aurium voluptatem et animorum motum mutatur et vertitur. *Phædr.* 4. 16. Faciem ad serenam subito mutatur dies. *in sereno. Cic. Rosc. Am.* 36. 103. Videte nunc, quam versa et mutata in pejorem partem sint omnia. *Quintil.* 1. 1. 5. Bona facile mutantur in pejus. *Ovid.* 1. *Met.* 1. In nova fert animus mutatas dicere formas Corpora. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 4. 3. (36). Ex feminis mutari in mares. *Ovid.* 15. *Met.* 46. e nigro color est mutatus in album. *Id.* 6. *ibid.* 115. *et* 9. *ibid.* 81. Te quoque mutatum torvo, Neptune, juvenco Virgine in Æolia posuit. *h. e.* transformatum. *Plin.* 5. *Ep.* 16. Mutare gaudium mœrore. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 100. quadrata rotundis. *Id.* 1. *Od.* 16. 26. tristia mitibus. *et ibid.* 34. 12. ima summis. *Sall. Jug.* 85. incerta pro certis. — 2.°) Specialim *mutare nomina* amicarum solebant amatores, ne invidi eorum amori possent nocere. *Propert.* 2. 15. 31. Quin ego in assidua mutem tua nomina lingua, Absenti nemo ne nocuisse velit. — 3.°) Item *non mutare* dicuntur, qui aliquid ab alio dictum, factumve laudant, probant. *Varro* 2. *R. R.* 11. 12. Illi hoc: neque ab hoc, quod mutaret, Cossinius. *Cic.* 13. *Att.* 52. Tum audivit de Mamurra, non mutavit. *Alii leg.* vultum non mutavit. *Id.* 3. *Phil.* 10. 26. O felicem utramque (*sortem*)! nihil enim mutaverunt. *Alii leg.* maluerunt, *al.* metuerunt. — 4.°) *Non mutat*, sequente Relativo, non obest, non movet, non refert, ad rem non facit. *Papinian. Dig.* 46. 1. 52. Nec mutat, confestim, an interjecto tempore fidem suam adstrinxerint. *Id. ibid.* 50. 8. 3. Nec mutat, quod in eum pater partem bonorum donationis causa contulit. *Ulp. ibid.* 15. 1. 3. *extr.* Nec quidquam mutare arbitror, an voluntate patris decurio factus sit. *non mutat* scil. speciem facti vel responsum, seu decisionem. — *b*) Nonnunquam *mutare* pro *mutari* usurpatur, sive absolute ponitur, ita tamen ut accusativus aliquis subintelligatur. *Cic. Orat.* 18. 59. Ergo ille princeps variabit et mutabit; omnes sonorum, tum intendens, tum remittens, persequetur gradus. *Liv.* 39. 51. Mores populi R. quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit. *Id.* 5. 13. Annona ex ante convecta copia nihil mutavit. *non fe mossa, non alterò il prezzo de' viveri.* et 9. 12. Adeo animi mutaverant, ut etc. *et* 3. 10. Sparsum ita jaculisse per aliquot dies, ut nihil odor mutaret. *Lucret.* 1. 786. Nec cessare hæc inter se mutare, meare A cælo ad terram, de terra ad sidera mundi. — *Varro* 2. *R. R.* 2. 12. Pastiones hiberno ac verno tempore hoc mutant, quod etc. *h. e.* hoc differunt. *Gell.* 2. 23. Quantum mutare a Menandro Cæcilius visus est! *h. e.* differre, degenerare, deficere. *Id.* 13. 3. Plerique grammaticorum asseverant, *necessitudinem*, et *necessitatem* mutare longe, longeque differre. *h. e.* habere diversam significationem. *Id.* 18. 12. hujusmodi alia recitat ex *Caton., Varron.* et aliis. ¶ 2. Specialim de colore. *Virg.* 4. *Ecl.* 43. aries jam suave rubenti Murice, jam croceo mutabit vellera luto. *tingerà.* Ceterum *Quintil.* 12. 5. 4. Mutari colore. *mutarsi di colore, impallidire,* vel *arrossire,* quod fit in metu. *Plerique tamen, eod. sensu, leg.* Mutare colorem. ¶ 3. Item *mutare* sine additis tum in bonam, tum in malam partem dicitur: — *a*) In bonam, est in melius mutare. *Ter. Adelph.* 4. 7. 19. Placet tibi factum, Micio? MI. Non, si queam mutare. *correggerlo.* — *b*) Pro mutare in pejus occurrit apud *Horat.* 2. *Sat.* 2. 58. Ac, nisi mutatum, parcit defundere vinum. *guastato,* ἐκτροπίαν οἶνον. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (122). Balsamum melle mutatum. *adulterato.* ¶ 4. Interdum ad mercaturam pertinet, quæ, ante invectam pecuniam, mercium commutatione constabat: ad rem *Plaut. Capt. prol.* 27. Cœpit captivos commercari hic alios, Si quem reperire posset, cum quo mutet suum Illum captivum. Hac itaque significatione est idem, quod Italice *permutare, cambiare, negoziare. Virg.* 4. *Ecl.* 38. nec nautica pinus Mutabit merces: omnis feret omnia tellus. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 29. Hic mutat merces surgente a sole ad eum, quo Vespertina tepet regio. *et* 2. *ibid.* 7. 109. puer uvam Furtiva mutat strigili. *Sall. Jug.* 48. Pecoris et mancipiorum prædas agere, eaque mutare cum mercatoribus vino advecticio. *et ibid.* 21. Mutare res inter se instituerant. *Colum.* 7. *R. R.* 9. 4. Lactens porcus ære mutandus est. *si dee vendere a danari. et Pallad.* 8. *R. R.* 4. *sub fin.* Debiles quæque oves pretio mutentur. ¶ 5. Sæpe de loco dicitur: et — *a*) Mutare locum loco, *passare da un luogo all'altro. Horat.* 1. *Od.* 17. 1. Velox amœnum sæpe Lucretilem Mutat Lycæo Faunus. Sic *Plin.* 2. *Hist. nat.* 48. 49. (132). Typhon locum ex loco mutans rapida vertigine. *et ibid.* 37. 37. (101). Volucres sedem ex sede mutantes. — *b*) Mutare solum, *mutar paese:* et sæpe de iis dicitur, qui alio migrant exsilii causa, *andare in bando. Cic.* 4. *Parad.* 2. 31. Omnes impii, quos exsilio affici volunt, exsules sunt, etiam si solum non mutarint. — *c*) Mutare urbem, lares, terras, *passare in altra città, casa, paese:* sive ponatur in accusativo locus ipse, quo migramus, sive unde discedimus. *Horat.* 2. *Od.* 16. 18. quid terras alio calentes Sole mutamus? *Id. Carm. sæc.* 39. Jussa pars mutare lares et urbem Sospite cursu. *Ovid.* 6. *Fast.* 665. Exsilio mutant urbem, Tiburque recedunt. *Curt.* 3. 7. *a med.* Sisines exsilium patria sede mutaverat. ¶ 6. Item de aliis rebus et abstractis. *Cæs.* 3. *B. C.* 11. Mutare jumenta ad celeritatem. *correr le poste. V.* MUTATIO. — *Cic. post redit. in senat.* 5. 12. Quum vestem mutandam censuissetis, cunctique mutassetis. Cf. *Horat.* 1. *Od.* 35. 23. Utcumque mutata potentes Veste domos inimica (*o Fortuna*) linquis. *V.* VESTIS. Alio sensu *Sueton. Tib.* 14. Mutare vestimenta. *Ter. Eun.* 3. 5. 24. Mutare vestem cum aliquo. — *Mutare pugnam* est Italice *dare una fronte diversa a tutta la linea di battaglia,* apud *Curt.* 3. 2. *ad fin.* Obsistere, circumire, discurrere in cornu, mutare pugnam, non duces (*Persarum*) magis, quam milites callent. — *Lucilius* apud *Non. p.* 351. 7. *Merc.* Publicanus vero ut Asiæ fiam scripturarius pro Lucilio, id ego nolo: at uno hoc non muto omnia. *non cambio:* ipse *Nonius* hoc loco *mutare* interpretatur *aliud pro alio accipere.* et *Ovid.* 3. *Amor.* 8. 65. O si neglecti quisquam deus ultor amantis Tam male quæsitas pulvere mutet opes! *cambi, riduca in polvere.* ¶ 7. Mutata verba, inquit *Cic. Orat.* 27. 92., ea dico, in quibus pro verbo proprio subjicitur aliud, quod idem significet, sumptum ex re aliqua consequenti. *h. e.* per metonymiam immutata, ut quum Africam pro Afris *Ennius* posuit, ut *ibid.* § 93. subjicitur. Distinguuntur autem a *translatis,* quæ *Cic. ibid.* 92. ita vocat, quum per metaphoram offeruntur. Apud *eumd. Partit. orat.* 5. 16. *et* 7. 23. genus dicendi *versum,* seu *conversum atque mutatum* opponitur *sua sponte fuso:* explicaturque *ibid.* accurate. — Mutare orationem apud *eumd. Orat.* 31. 109. est ita dicere, ut modo simplici dicendi genere, modo temperato, modo gravi, pro re, utamur. ¶ 8. Mutare est etiam derelinquere, *abbandonare. Lucilius* apud *Non. p.* 351. 2. *Merc.* Mihi quidem non persuadetur, publice ut mutem meos. *Alii pro* publice *legunt* pulices. Cf. *Tac.* 3. *Hist.* 44. Plerique centuriones ac milites a Vitellio provecti expertum jam principem anxii mutabant.

MŪTO, ōnis, m. 3. πέος, penis, ut interpretantur *Glossæ Philox.* Hinc *Horat.* 1. *Sat.* 2. 68. Hinc si, mutonis verbis, mala tanta videntis, etc. *Lucilius* apud *Porphyr.* ad *Horat. loc. cit.* A læva lacrimas mutoni absterget amica. *Id.* apud *Festum p.* 359. 13. *Müll.* Et mutoni manum perscribere posse tagacem. — Quamvis et *Glossæ Philox.* et *Porphyr.* et *Acro* ad *Horat. loc. cit.,* aliique plurimi recentiores *mutonem* ita interpretentur, ut mentulam significet, tamen ex *Ciceronis* locis mox afferendis patet, *Muto,* vel *Mutto* esse cognomen virile, fortasse a *Mutinus* derivatum, ad indicandum hominem sordidæ libidinis. *Cic. fragm. orat. pro Fundanio.* Non modo hoc a Villio Annale, sed meherc'le a Q. Mutone factum probare potest. *Id. fragm. orat. pro Scauro* (edente iterum *A. Maio*) 3. *et* (edente *A. Peyronio*) 23. Audisse videor, L. Ælium, quum ulcisceretur patroni injurias, nomen T. Quintii Muttonis hominis sordidissimi detulisse.

MŪTŌNĬĀTUS, a, um, adject. λάσταυρος, σάθων, grandi peculio, magnis conditionibus instructus, apud *Martial.* 3. 73. et 11. 63. et *Auct. Priap.* 53., in quibus locis, fortasse propter metri necessitatem, quod est Phalæcium endecasyllabum, prima syllaba brevis est, licet longa sit in MUTO, onis.

MŪTTĬO *et*
MŪTTĪTĬO *et*
MŪTTĪTUS. *V.* MUTIO, MUTITIO, MUTITUS.

MŪTTUM, i, n. 2. murmur, *suono pronunziato a bassa voce, bisbiglio. Gloss. vet.* Muttum, γρῦ.

MŪTŬĀRĬUS, a, um, adject. idem quod mutuus. *Apul. de Mag.* Mutuarias operas cambire cum vicinis.

MŪTŬĀTĪCĬUS, a, um, adject. δανειστός, qui mutuo datur. *Gell.* 20. 1. *a med.* Maximeque in pecuniæ mutuaticiæ usu atque commercio. *Al. leg.* mutuaticæ.

MŪTŬĀTĬO, ōnis, f. 3. *il prendere ad imprestito,* acceptio mutui. *Cic.* 1. *Tusc.* 42. 100. Qui me ea pœna multaverit, quam sine mutuatione et sine versura possem dissolvere. *Id. Flacc.* 20. 47. Quum multos minutis mutuationibus defraudavisset. *Id.* 3. *Orat.* 38. 156. Translationes quasi mutuationes sunt, quum, quod non habeas, aliunde sumas.

MŪTŬĀTUS, a, um. *V.* MUTUO, as, et MUTUOR.

MŪTŬĒ, adverb. idem ac mutuo. *Cic.* 5. *Fam.* 7. Quibus siquando non mutue respondetur. *Alii leg.* mutuo. Adde *ibid.* 2., ubi eadem est lectionis varietas.

MŪTŬĪTER, adverb. *scambievolmente,* mutuo. *Varro* apud *Non. p.* 513. 16. *Merc.* Vive, meque ama mutuiter.

MŪTŬĬTO, as, are, n. 1. mutuari cupio, mutuum rogito. Occurrit tantum Part. *Mutuitans* apud *Plaut. Merc. prol.* 52. Mutuitanti credere. *Alii tamen aliter leg.*

MŪTŬLUS, i, m. 2. κριός. ¶ 1. Est lignum, vel lapis extra parietem prominens, ad fulciendas coronas, aut tignorum capita, vel ad quippiam aliud sustinendum: porro ita videtur appellatum, quia mutilum; est enim quasi mutila trabs (It. *mensola, beccatello, peduccio, modiglione;* Fr. *corbeau;* Hisp. *garfios;* Germ. *der Sparrenkopf, Dielenkopf;* Angl. *a corbel, bracket*). *Varro* 3. *R. R.* 5. 13. Mutuli crebri omnibus columnis impositi, sedilia avium. *Colum.* 8. *R. R.* 9. 3. Receptacula turdorum non, tamquam columbis, loculamenta, vel cellulæ cavatæ efficiuntur, sed ad lineam mutuli per parietem defixi tegeticula,

cannabinas accipiunt, etc. *Vitruv.* 4. 2. Uti e tigunrum dispositionibus triglyphi; ita e canteriorum projecturis mutulorum sub coronis ratio est inventa. ¶ 2. De *mutulo* pisce. *V.* MĬTULUS.

MŪTŪNUS. *V.* MUTINUS.

MŪTŬO, adverb. (mutuus) invicem, vicissim, πρὸς ἀλλήλους, ἀμοιβαίως (It. *scambievolmente, vicendevolmente*; Fr. *mutuellement, réciproquement*; Hisp. *mutualmente, reciprocamente*; Germ. *wechselseitig, wiederum, gegenseitig*; Angl. *mutually, by turns, reciprocally, one with another, together*). Occurrit — *a*) In bonam partem. *Lepidus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 34. Etsi omni tempore summa studia officii mutuo inter nos certatim constiterunt. *Suetun. Aug.* 53. Officia cum multis mutuo exercuit. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 15. *extr.* Fac valeas, meque mutuo diligas. *Id. ibid.* 9. *extr.* Te, ut diligas me, si mutuo me facturum scis, rogo. *Alii leg.* te facturum. *h. e.* te amaturum amantem te. — *b*) In malam partem. *Auct. B. Alex.* 48. Quod vel ex conscientia sua, quum de se mutuo sentire provinciam crederet, vel multis signis eorum, qui difficulter odia dissimulant, animadvertere poterat. *Sueton. Tib.* 44. Mutuo flagitia exprobrabant. Adde ipsius *Cicer.* duo loca, sed dubiæ lectionis, quæ in MUTUE allata sunt. — *c*) *Mutuo petere. V.* in MUTUUS in fin.

MŪTŬO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (mutuus). Part. *Mutuatus* sub *b.* — Mutuare est mutuum sumere, mutuari, *pigliare in prestanza*, δανείζομαι. — *a*) De pecunia. *Cæcilius* apud *Non.* p. 474. 4. *Merc.* Ad amicum currat mutuatum, mutuet mea causa. — *b*) De aliis rebus. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 9. 6. (45). Luna in totum mutuata a sole luce fulget. *Apul.* 6. *Met.* De solis flagrantia mutuato calore. *Capell.* 4. p. 104. Aliena sunt, quæ ratione aliqua mutuantur vel propter necessitatem, vel propter decorem. *Koppius* ita legendum probat; sed *Grol.* perperam scribit *mutantur. Val. Max.* 3. 4. *n.* 2. Effecit, ne hæc civitas pœnitentiam ageret, quod regem a finitimis potius mutuasset, quam de suis elegisset. *Forcellinus* hunc locum inter translata retulit.

MŪTŬOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (mutuus). Part. *Mutuatus* I. et II. — Mutuari est mutuum accipere, utendum sumere, sive gratis, sive cum usuris, δανείζομαι (It. *pigliare in prestanza, pigliare imprestito*; Fr. *emprunter*; Hisp. *pedir prestado*; Germ. *vom Jemandem borgen, leihen*; Angl. *to borrow*).

I.) Proprie. — *a*) Dicitur fere de pecunia, frumento, et hujusmodi, quæ non redduntur eadem. *Cic.* 15. *Att.* 15. Profectionem meam Erotis dispensatio impedit: nam quum ex reliquis vel abundare debeam, cogor mutuari. *Id.* 7. *Att.* 3. *ad fin.* Solvamus, inquis: age, a Cœlio mutuabimur. *Id.* 8. *ibid.* 6. *sub fin.* Mutuari ab aliquo in sumptum. *Tac.* 6. *Ann.* 17. Facta mutuandi copia sine usuris per triennium. *Seneca Ep.* 81. *circa med.* Quanto hilarior est qui solvit, quam qui mutuatur; tanto etc. *Cæs.* 3. *B. C.* 60. Quam maximas potuerunt pecunias mutuati. *Sueton. Aug.* 39. Notavit aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviori fenore collocassent. *Apul.* 1. *Met.* Sub qua specie mutuari cupis? an tu solus ignoras, præter aurum argentumque, nullum nos pignus admittere? — *b*) De aliis rebus, quæ ab alio sumuntur. Sic significat commodatum sumere apud *Tac. Dial. de Orat.* 9. *de poeta recitaturo.* Rogare cogitur, ut sint, qui dignentur audire: et ne id quidem gratis. Nam et domum mutuatur, et auditorium exstruit, et subsellia conducit, etc. *et ibid.* 32. Aliter utimur propriis, aliter commodatis: longeque interesse manifestum est, possideat quis quæ profert, an mutuetur. — *Auct. B. G.* 8. 21. A Germanis ad id bellum auxilia mutuatus erat. *Justin.* 9. 1. 5. Philippus longa obsidionis mora exhaustus, pecuniæ commercium de piratica mutuatur.

II.) Translate est universim quippiam ab alio sumere utendi gratia. *Cic. Fat.* 2. 3. Orator subtilitatem ab Academia mutuatur, et ei vicissim reddit ubertatem orationis. *Id.* 2. *Tusc.* 18. 43. A viris virtus nomen est mutuata. *Id. Orat.* 62. 211. Necessitas cogit aut novum facere verbum, aut a simili mutuari. *Quintil.* 6. 3. 61. Subtilior illa translatio, quum quod in alia re fieri solet, in aliam mutuamur. *Liv.* 30. 12. *ad fin.* Ab amore temerarium atque impudens consilium mutuatur. *Tac.* 1. *Ann.* 38. Mutuari præsidium ab audacia. *Val. Max.* 6. 2. *n.* 1. *extern.* Mulier præsidium ab innocentia mutuata.

MŪTUS, a, um, adject. a μυ, seu *mu* sono, quem muti edunt. *Nonius* p. 9. 21. *Merc.* Mutus onomatopœia est incertæ vocis: nam mutus sonus est proprie, qui intellectum non habet. — Ceterum *mutus* dicitur et est qui linguæ usu in loquendo caret, elinguis, tacitus, κωφός, ἄφωνος (It. *muto, mutolo*; Fr. *muet, qui ne parle pas*; Hisp. *mudo*; Germ. *stumm, nicht redend, schweigend*; Angl. *that cannot speak, speekless, dumb, mute*).

I.) Proprie, latissime patet. — *a*) Est epitheton brutorum animalium. *Nævius* apud *Non.* p. 9. 24. *Merc.* Mutæ quadrupedes. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 8. Præesse mutis pecudibus. *Id.* 1. *Fin.* 21. 71. Mutæ bestiæ. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 219. Muta agna. *Stat.* 5. *Theb.* 334. armenta. *Quintil.* 1. 2. 20., 1. 10. 7. et alibi. Muta animalia. — Et absolute de bestiis *Id.* 2. 16. 16. Quia carent sermone, muta atque irrationabilia vocantur *Id.* 5. 11. 35. Nec, si mutis finis voluptas, ideo rationalibus quoque. Adde *eumd.* 5. 11. 23. et 7. 3. 15. — *b*) De hominibus dicitur, qui vel linguæ usu in loquendo carent, vel loqui nolunt. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 4. 7. (21). Quum Q. Pedius nepos Q. Pedii consularis - natura mutus esset, eum Messala orator pictura docendum censuit. *Cic.* 3. *Phil.* 9. 22. Nonne satius est mutum esse, quam, quod nemo intelligat, dicere? *Id.* 3. *Legg.* 1. 2. Vere dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. *Ter. Eun.* 3. 1. 27. papæ! Jugularas hominem. quid ille? THR. mutus illico. *non seppe dir parola. Id. Heaut.* 4. 4. *in fin.* Tu nescis id, quod scis, Dromo, si sapies. DRO. mutum dices. *Plaut. Merc.* 2. 4. 26. quin taces? EU. muto imperas. *h. e.* taceo hercle. — *c*) Hinc dicitur etiam de iis, quæ ad hominem pertinent. *Ovid.* 2. *Pont.* 7. 52. Omnis pro nobis gratia muta fuit. *h. e.* amicorum favor vocem non habuit, qua pro me deprecaretur. *Id. Heroid.* 15. 198. Plectra dolore tacent, muta dolore lyra est. *Quintil.* 6. 1. 26. Miserorum etiam mutus aspectus lacrimas movet. *Ovid.* 5. *Trist.* 14. 17. numquam vox est de te mea muta. *h. e.* nunquam taceo laudes tuas. — *d*) Mutæ personæ in comœdiis et tragœdiis sunt, quæ prodeunt quidem, sed numquam loquuntur, licet cum iis loquantur alii. *V. Ter. Andr.* 3. 2. et *Adelph.* 1. 1., *Senec. Thyest. a.* 3. etc. — *e*) *Mutæ res* sunt irrationabilia et inanima. *Cic.* 1. *Nat. D.* 14. 36. Res inanimæ atque mutæ. *Id.* 7. *Verr.* 67. 171. Omnia muta atque inanima. *Quintil.* 6. 1. 25. Mutæ tamen res movent, aut quum ipsis loquimur, aut quum ipsas loqui fingimus. — *f*) Commode etiam *muta* dicuntur, quæ nullum sonum edunt. *Plaut. Trin.* 4. 2. 163. Mutum tintinnabulum. *Prudent.* 2. *in Symmach.* 949. mola muta. *macina che non va. Quintil.* 6. 2. *a med. de tabula picta.* effigies. *Cic.* 3. *Cat.* 5. 10. Imago avi tui te a tanto scelere etiam muta revocare debuit. *et ibid.* 11. 26. Nihil me mutum potest delectare, nihil tacitum. *h. e.* nulla statua, vel imago. *Sil. It.* 8. 127. Oscula bis terque mutæ infixit arenæ. *Horat.* 4. *Od.* 3. 19. Muti pisces. *Virg.* 9. *Æn.* 341. leo manditque, trahitque Molle pecus, mutumque metu. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 69.; et *Senec. Herc. Fur.* 536. Mutum mare. *h. e.* tranquillum. *Ovid.* 11. *Met.* 602. *de sede Somni.* Muta quies habitat. *Quintil.* 1. 4. 6. Consonantes in semivocalium numerum mutarumque partiri. *h. e.* quæ sine auxilio vocalium enunciari non possunt, ut ait *Diomed.* 2. *p.* 417. *Putsch.* Sunt autem octo *b, c, d, g, k, p, q, t.* Hæ a semivocalibus quomodo differant, *V.* in SEMIVOCALIS. — *g*) *Mutæ artes* sunt omnes præter musicam, poeticam, divinandi artem, et augurium, quæ sunt artes Apollineæ, et cantu ac versibus perficiuntur: poetæ autem jactant, sibi solis veram æternamque gloriam licere carminibus comparare. *Virg.* 12. *Æn.* 396. Scire potestates herbarum, usumque medendi Maluit, et mutas agitare inglorius artes. Alia ratione *mutas artes* dixit *Cicero*, quæ sine eloquentia exercentur, 3. *Orat.* 7. 26. Si hoc in his quasi mutis artibus est mirandum, quanto admirabilius in oratione atque in lingua? *Quintil.* 5. 10. 119. Mutam quamdam scientiam consequi. *h. e.* cognitionem locorum, ex quibus ducuntur argumenta, sine vi et facultate dicendi. Hoc sensu intelligi possunt etiam *mutæ artes* apud *Virg.*, quia morbi non eloquentia, sed remediis curantur, ut ait *Cels. præf. circa med.* — *h*) *Muti magistri* sunt libri. *Gell.* 14. 2. — *i*) Mutum fundi instrumentum *Varro* 1. *R. R.* 17. 1. vocat plaustra, semivocale boves, vocale servos. — *l*) *Muti lapides*, quibus nihil est inscriptum. *Hygin. de limit. p.* 156. *Goes.* — *m*) *Muta exta* apud *Festum p.* 157. 14. *Müll.* sunt, ex quibus nihil divinationis, aut responsi elicitur.

II.) Translate. — *a*) *Muta* dicuntur loca, in quibus sileatur. *Cic. post redit. in senat.* 3. 6. Mutum forum, elinguem curiam, tacitam et fractam civitatem videbatis. *Id. Mil.* 19. 50. Muta solitudo. *Stat.* 1. *Achill.* 239. speluncaque docti Muta senis. *Id.* 4. *Silv.* 5. 20. unique canenti Mutus ager domino reclamat. — *b*) Et tempora. *Cic.* 8. *Att.* 14. Nullum fuit tempus, quod magis debuerit mutum esse a litteris. *Stat.* 4. *Theb.* 183. mutos Thamiris damnatus in annos. *h. e.* spoliatus facultate poetica. *Ovid.* 7. *Met.* 184. mediæ per muta silentia noctis. — *c*) Et ea, de quibus tacetur, quæ prædicari non solent, ingloria, ignobilia, obscura. *Stat.* 11. *Theb.* 284. mutus, et e grege sanguis. *Sil. It.* 3. 579. mutum volvens inglorius ævum.

MŪTŬUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. sub I. et II.

MŪTŬUS, a, um, adject. a *muto, as*, ut infra sub I. init. dicitur, (quamquam *Cajus* vocem derivare videtur a *meum* et *tuum* 3. *Instit.* § 90. Unde etiam mutuum appellatum est, quia, quod tibi a me datum est, ex meo tuum fit.) significat commodatum (It. *preso a prestito, avuto a prestito*; Fr. *prêté, emprunté*; Hisp. *pedido ó tomado prestado*; Germ. *geborgt, geliehen*; Angl. *borrowed*).

I.) Proprie, *dare, accipere mutuum* est ita utendum dare, aut accipere, ut tantundem, non tamen idem, reddatur: et dicitur de pecunia, frumento, et hujusmodi, quæ numero, pondere, mensura constant, quæ non redduntur eadem, sed idem genus: nam si eadem reddantur, *commodare*, et *commodatum accipere* dicimus, *dare, o prendere imprestito*, δανείζω, χράω, ἐν δάνει λαμβάνω. *Varro* 5. *L. L.* 179. *Müll.* ducit a Siculo μοῖτον, quod est χάρις *gratia. Paul. Dig.* 12. 1. 2. et *Cajus* 3. *Institut.* (edente *Goeschenio*) § 93. ex eo, quod ex *meo tuum* fit. Alii a *muto, as*, quia in his, quæ mutuo fiunt, mutatio et alternatio est. Atque hæ duæ posteriores notationes omnem hujus vocis vim et usum complectuntur. — *a*) Adjective *Plaut. Asin.* 1. 3. 95. Si viginti minas mutuas non potero, certum est, sumam fenore. (Vett. Edd. *Non.* 5. 70. legebant *mutuo*; *Merc.* vero *p.* 439. 19. *mutuas*). *Id. Pers.* 1. 3. 37. ut nummos sexcentos mihi Dares utendos mutuos. *et* 1. 1. 5. miser fio quærendo argento mutuo. *Id. Trin.* 4. 3. 48. nam ego talentum mutuum Quod dederam, talento inimicum mihi emi, amicum vendidi. *Id. Pseud.* 1. 3. 60. nullus est tibi, quem roges mutuum Argentum. *et Pers.* 1. 1. 44. Argentum mutuum alicunde exorare. *Sueton. Cæs.* 51. Aurum in Gallia effutuisti: at hic sumpsisti mutuum. *Cic.* 10. *Phil.* 11. 26. Pecunias, a quibus videatur, ad rem militarem mutuas sumat. *Id.* 2. *leg. Agr.* 30. 83. Siciliæ civitatibus M.' Aquillius etiam mutuum frumentum dedit. — Hinc translate. *Plaut. Amph.* 2. 2. 187. Saltem tute, si pudoris egeas, sumas mutuum. — *b*) Absolute *mutuum* est pecunia, aut alia res mutua, item ipse contractus, *imprestito. Cic.* 12. *Fam.* 28. Tibi autem ex senatus consulto imperandum mutuumque sumendum censeo. *Paul. Dig.* 12. 1. 2. Mutuum damus, recepturi non eamdem speciem etc. *et paullo post.* Mutui datio. *et mox.* Creditum a mutuo differt, quo genus a specie. *et mox.* Mutuum non potest esse, nisi proficiscatur pecunia. — Dicimus etiam *mutuo petere. Justin.* 17. 2. 13. Ab Antigono naves, ad exercitum in Italiam deportandum, mutuo petit; ab Antiocho pecuniam; a Ptolemæo militum auxilia.

II.) Translate est vicissim habitus, reciprocus, pariter respondens, *vicendevole, scambievole*, πρὸς ἀλλήλους, ἀμοιβαῖος. — *a*) Adjective. *Cic. ad*

Planc. post ep. 16. *l.* 16. *ad Att.* Ad paternas necessitudines magnam attulit accessionem tua voluntas erga me, meaque erga te par atque mutua. *Id.* 5. *Fam.* 2. Quod autem ita scribis « pro mutuo inter nos animo »: quid tu existimes esse in amicitia mutuum, nescio: equidem hoc arbitror, quum par voluntas accipitur et redditur. *et* 13. *ibid.* 65. Multa et magna inter nos officia paria et mutua intercedunt. *Id. Amic.* 6. 22. In amici mutua benevolentia conquiescere. *Nepos Datam.* 10. Mutua beneficia. *Catull.* 45. 20. Mutuis animis amant, amantur. *Virg.* 1. *G.* 301. Mutuaque inter se læti convivia curant. *si banchettano a vicenda. Seneca Agam.* 268. Mutuam veniam pacisci. *accordare perdono scambievole. Justin.* 22. 4. 5. Ratus, exæquata utriusque ordinis conditione, mutuam inter eos virtutis æmulationem futuram. *Id.* 18. 5. Mutuarum rerum commercio gaudentes. *Liv.* 4. 41. Nox omnia erroris mutui implevit. *h. e.* tam ex parte Romanorum, quam hostium. *Ovid.* 1. *Met.* 655. retices, nec mutua nostris Dicta refers. *non rispondi alle mie parole. Plin.* 10. *Hist. nat.* 23. 32. (63). Olores mutua carne vescuntur inter se. *si mangiano l'un l'altro. Virg.* 10. *Æn.* 755. Jam gravis æquabat luctus, et mutua Mavors Funera. *Seneca Med.* 470. Terrigena miles mutua cæde occidit. *Justin.* 13. 8. 8. Cum Eumene congressus, diu, mutuis vulneribus acceptis, colluctatus est. *Tac. Germ.* 1. Germania a Sarmatis Dacisque mutuo metu, aut montibus separatur. *Id.* 14. *Ann.* 3. Anicetus mutuis odiis Agrippinæ invisus. *et* 6. *ibid.* 4. Mutuam accusationem intendere. *et* 3. *Hist.* 33. Præda ipsos direptores in mutuam perniciem agebat. — *b)* Absolute. *Mutuum facere*, respondere ex æquo, par pari referre. *Plaut. Curc.* 1. 1. 47. ea me deperit: Ego autem cum illa facere nolo mutuum. *non voglio far altrettanto. et Trin.* 2. 4. 37. Bene tibi vult. LESB. edepol mutuum mecum facit. *Id. Mil. glor.* 4. 6. 38. Ut amore perdita est hæc misera! PYR. mutuum fit. *Non. p.* 138. 18. *Merc.* adverbii ritu *mutuum* accipit in illo *Lucilii*: Et si maxime, quod spero, mutuum hoc mecum facis. Sed potest referri ad modo dicta. — *c)* Adverbialiter. *Mutua* pro mutuo adverb. vicissim. *Pompon.* apud *Varron.* 7. *L. L.* 28. *Müll.* Dice tu illam pusam: sic fiet mutua muli. *supple* scabunt. *V.* MULUS. *Lucret.* 2. 75. inter se mortales mutua vivunt. *et* 4. 301. hic idem Nunc sit lævus, et e lævo sit mutua dexter. *et* 5. 1099. Mutua dum inter se rami stirpesque tenentur. *Propert.* 1. 5. 30. Alter in alterius mutua flere sinu. *Catull.* 50. 6. Reddens mutua per jocum atque vinum. — *Per mutua*, mutuo, vicissim. *Virg.* 7. *Æn.* 66. pedibus per mutua nexis Examen subito ramo frondente pependit. — Hinc

Mutuum, *i*, n. 2. absolute, substantivorum more. *V.* sub I. et II. ad fin.

MY

MŸA, æ, f. 1. *μύα*, genus conchæ, sive margaritæ in freto circa Bosphorum Thracium, uniones rufos ac parvos gignens. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 56. (115).

MŸĂCANTHON, i, n. 2. *et*

MŸĂCANTHOS, i, f. 2. herba, quæ alio nomine corruda dicitur. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 42. (151). Hunc intelligo silvestrem asparagum, quem Græci hormenum, aut myacanthon vocant. *Silligius* Græcis litteris edidit *ὄρμενον*, aut *μυάκανθον*.

MŸĂCES, um, m. plur. 3. *μύακες*, pisces ex concharum genere, qui muricum modo coacervantur, vivuntque in locis algosis, et ubi dulcis aqua copiosa mari miscetur. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 9. 31. (95).

MŸĂGROS, i, m. 2. *μύαγρος*, *πελάμπυρον*, herba ferulacea, foliis similibus rubiæ, tripedanea, semine oleoso. Fit enim ex eo oleum, quod oris ulceribus eo peruncti medetur. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 81. (106).

MŸCĒMĂTĬAS, æ, m. 1. *μυκηματίας*, genus terræmotus cum sonitu minaci, quum dissolutis elementa compagibus ultro adsiliunt, vel relabuntur, considentibus terris. Tunc enim necesse est velut taurinis reboare mugitibus fragores fremitusque terrenos. Ita describit *Ammian.* 17. 7. *in fin.* Est autem *ἀπὸ τοῦ μυκήματος mugitus* a *μυκάω mugio. V.* voc. seq.

MŸCĒTĬAS, æ, m. 1. *μυκητίας*, species terræmotus, eadem, quæ mycematias, et ab eadem origine. *Apul. de Mundo.*

MYCTĒRISMUS, i, m. 2. *μυκτηρισμός*, inter schemata dianoeas enumeratur a *Charis.* 4. *p.* 252. *Putsch.* Fit igitur schema dianoeas per has species xv. — Per mycterismum, id est derisum quemdam, tamquam: Vidi te, Ulixes, saxo sternentem Hectora, Vidi tegentem clipeo classem Doricam: Ego tunc pudendam trepidus hortabar fugam. Hæc omnia derisu quodam dicta sunt a fortiori ad non fortem.

MYDRĬĂSIS, is, f. 3. *μυδρίασις*, oculorum morbus, quo pupilla effunditur et dilatatur, aciesque ejus hebescit, ut describit *Cels.* 6. 6. *n.* 37., ubi semel Græcis litteris, et semel Latinis hanc vocem scribit. *Theod. Priscian. lib.* 2. *P.* 2. *c.* 6. Phthisis et mydriasis certissima paralysis oculorum est. Quæ phthisis ex contractione vel deminutione pupillæ contingit: ex resolutione vero, vel dissolutione pupillæ mydriasis.

MŸGĂLĒ, es, f. 1. *μυγαλῆ*, a *μῦς mus* et *γαλέη feles*, mus araneus. *Veget.* 3. *Veterin.* 4. *a med.* Araneus quoque, quem Græci mygalem appellant, parvi quidem corporis, non parvam solet inferre pernicicm. Hæc verba sumpta sunt ex *Colum.* 6. *R. R.* 17. 1., qui tamen Græce scribit. Latine legitur apud *Vulgat. interpr. Levit.* 11. 30.

MŸISCÆ, ārum, f. plur. 1. *μύσκαι*, species myacum, rotunditate differentes, minores aliquanto, atque hirtæ, tenuioribus testis, et carne duriores. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 9. 31. (98).

MŸISCUS, i, m. 2. idem quod myisca. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 9. 31. (98) *V.* vocem præced. *Silligius* ad *Plin. l. c.* hæc adnotat. Utraque forma, et *myiscus* et *myisca*, in usu fuisse videtur; certe *Schneiderus* hanc ubique non nisi per vim aliquam expellere potuit. — Ceterum *myiscus* apud *Plin.* legitur 32. *Hist. nat.* 11. 53. (149).

MYLASEA, æ, f. 1. species quædam cannabis apud *Plin.* 19. *Hist. nat.* 9. 56. (174).

MŸLĒ, es, f. 1. *μύλη*, eadem ac mola, quam vocem vide sub II. *Theod. Priscian.* 3. 2. Si vero duritiam (*matrix*) contraxerit, quam alibi myien appellamus, hanc primo, sicut contra inflationem ordinando contexuimus, adjutoriis chalasticis imminens solvere laborabo.

MŸLŒCOS, i, m. 2. *μυλοικός*, genus vermiculi ex blattis: a *μύλη mola* et *οἰκέω habito*, quod circa molas fere soleat nasci. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 39. (141).

MŸOBARBUM Liberi Patris, titulus est epigrammatis 30. *Ausonii*, quod cantharum interpretatur *Scalig. lection. Auson. l.* 2. *c.* 27., ita vero dici putat a Græca voce *μῦς* et Latina *barba*. Sed nihil certi affert, nec dum ab ullo erudito allatum est.

MŸOCTŌNOS, i, m. 2. *μυοκτόνος*, aconitum herba, seu radix aconiti, ita dicta, quod e longinquo odore mures interficiat: a *μῦς mus* et *κτείνω occido. Plin.* 27. *Hist. nat.* 3. 2. (10).

MŸŌPĂRO, ōnis, m. 3. *μυοπάρων*, *fusta*, *fregata*, genus navigii forma angusta et oblonga: cujusmodi piratæ uti solent. *Paul. Diac. p.* 147. 3. *Müll.* Myoparo genus navigii ex duobus dissimilibus formatum. nam midion (corrige *myon*) et paron per se sunt. *Scalig.* putat dictum esse a Paro insula, et *μύων adstrictus*, quod a *μύω claudo. Isid.* 19. *Orig.* 1. Myoparo, quasi minimus paro. Est enim scapha ex vimine facta, quæ contecta crudo corio genus navigii præbet, qualibus utuntur Germanorum piratæ in Oceani litoribus, vel paludibus ob agilitatem. *V.* PARO et PARUNCULUS. *Non. p.* 534. 14. *Merc.* Myoparo est navicula piratarum. *Cic.* 5. *Verr.* 80. 186. Te prætore, paucorum adventu myoparonum, classis pulcherrima piratarum manibus incensa est. *Id. fragm.* apud *Non. ibid.* Quum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum uno myoparone; eodem, inquit, quo tu orbem terræ. *Sall. ibid.* Et forte in navigando cohors una grandi faselo vecta a ceteris deerravit, marique placido a duobus prædonum myoparonibus circumventa. ¶ 2. Non soli piratæ eo utuntur. *Cic.* 3. *Verr.* 34. 86. Milesios navem poposcit, quæ eum præsidii causa Myndum prosequeretur. Illi statim myoparonem egregium de sua classe, ornatum atque armatum dederunt. Ubi *Ascon.* Habent Milesii præsidiariam classem, ex fœdere præbendam populo R. maritimis necessitatibus. *Auct. B. Alex.* 46. Ipse Octavius se in scapham confert: in quam plures quum confugerent, depressa scapha, vulneratus tamen adnatat ad suum myoparonem.

MŸŌPHŌNON, i, n. 2. *μυόφονον*, herba muribus exitialis, forte eadem, quæ myortonos, et aconiton: a *μῦς mus* et *φόνος cædes. Plin.* 21. *Hist. nat.* 9. 30. (54).

MŸOPS, ōpis, comm. gen. *corto di vista, losco*, *μύωψ*, *ωπος*, qui adeo infirma est oculorum acie, ut nisi proxime admotas oculis res cernat; cernat autem, etiamsi minima sint: longe autem posita non cernat, quamvis grandiora: quasi *μύων ὤπας claudens oculos*, quia hujusmodi prope connivere solent, ut videant. *Ulp. Dig.* 21. 1. 10. De hydropico quæsitum est, an sanus esset; et puto redhiberi posse. Sed quid de myope? morbosum esse constat. — Vox Græca est, cui Latina *luscitiosus* æque respondet, ut docet *Gell.* 4. 2.

MŸŌSŌTA, æ, f. 1. *et*

MŸŌSŌTIS, idis, f. 3. lævis herba, caulibus pluribus ab una radice, aliquatenus rubentibus, concavis, ab imo foliis angustis, oblongis dorso acuto, nigris, per intervalla assidue geminatis, tenuibus cauliculis ex alis prodeuntibus, flore cæruleo, radice digitali crassitudine, multis capillamentis fimbriata. Ita *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 80. (105). Est autem *μυός ὠτα*, vel *ὠτὶς muris auris*, vel *auricula*; et *murina auricula* dicitur a *Scribon. Compos.* 153.

MŸŌSŌTON, i, n. 2. dicitur herba alsine, quia quum prorepit, musculorum aures imitatur foliis. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 4. 8. (23).

MŸŌTACISMUS, i, m. 2. *μυοταχισμός*, vitium sermonis, quum *m* littera nimium sæpe repetitur. *V.* LABDACISMUS. *Cassiod. Instit. div. litt.* 15. Myotacismos et hiatus vocalium omnino derelinque. *et mox.* Si *m* litteram inconvenienter addas, aut demas, dictio tota confusa est. *Diomed.* 2. *p.* 448. *Putsch.* Myotacismi sunt quum in fine partis orationis invenitur *m* littera et incipiat sequens a vocali, quæ non sit loco consonantis posita: hæc enim scribitur quidem, non autem enunciatur, ut: *Quousque tandem abutere.* Tunc autem pronunciamus *m* litteram, quum sequitur vocalis loco consonantis posita, ut est: *Quum Iuno æternum* etc. Adde *Donat.* 2. *Art. gramm. p.* 1768. *Putsch.* et *Servium-Comm. in Donat.* ed. *Keilio.*

MŸRĂPĬA pira, ita dicta sunt ab odore: nam *μύρον unguentum* et *ἄπιον pirum* est. *Cels.* 4. 19. *ad fin.*; et *Plin.* 15 *Hist. nat.* 15. 16. (55). Alii scribunt *myrrhapia*, quasi myrrhæ odorem habeant. Apud *Colum.* 12. *R. R.* 10. 4. legitur etiam *myrappia*: at *Schneiderus* leg. *myrapia.*, quemadmodum *Silligius* apud *Plin. loc. cit.*

MŸRĬCA, æ *vel*

MŸRĬCĒ, es, f. 1. *μυρίκη*, *tamarisco, tamarigia*, genus humilis virgulti: de quo *Plin.* 13. *Hist. nat.* 21. 37. (116). Myricen fert et Italia, quam alii tamaricen vocant: Achaja autem bryam silvestrem insignem quod in ea sativa tantum ferat gallæ similem fructum. *Id.* 24. *ibid.* 9. 41. (67). Myricen Lenæus similem scopis Amerinis dicit. *et paullo post* (68). Vulgus infelicem arborem eam appellat, quoniam nihil ferat, nec seratur unquam. *Virg.* 4. *Ecl.* 2. Non omnes arbusta juvant humilesque myricæ. *Ovid.* 3. *Art. am.* 691. fragiles. *et* 10. *Met.* 97. tenues. — De re impossibili. *Virg.* 8. *Ecl.* 54. Pinguia corticibus sudent electra myricæ. *Ovid.* 1. *Art. am.* 747. Si quis idem sperat, jacturas poma myricas Speret, et in medio flumine mella petat. — *NB.* De Myrice Nympha *V.* ONOM.

MŸRĬŌGĔNĒSIS, is, f. 3. a *μυρίος innumerus* et *γένεσις genesis*, est genesis multiplex, *h. e.* tractatus de singulis signorum partibus, quas monomœrias vocant. *Firmic.* 8. *Mathem.* 18. Nunc ad sequentes partes sphæræ barbaricæ omnem tractatum transferam, qui myriogenesin ex aliqua parte imitatur. Quidquid enim myriogenesis, de singulis

minutis pronunciat, hoc nos de singulis partibus faciemus.

MYRĬŌNȳMUS, a, um, adject. μυριώνυμος, innumera habens nomina, a μυρίος *innumerus* et ὄνυμα *nomen*. *Myrionyma* est epitheton Isidis in *Inscript.* apud *Gruter.* 83. 11. et in altera apud *Fabrett. p.* 469. *n.* 108. et *Murat.* 73. 5., quibuscum cf. *Inscript.* apud *Orell.* 1876. et 1877. Dicta est enim Ceres, Venus, Juno, Eleusina, Lucina, Proserpina, Diana, Luna etc., ut est apud *Apul.* 11. *Met. init.* Eadem ab *eod. ibid. mox* dicitur dea multi nominis.

MYRĬŌPHYLLON, i, n. 2. idem ac millefolium: a μυρίος *innumerus* et φύλλον *folium*. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 16. 95. (152).

MȳRIZA. *V.* MYRRHA sub *B.*

MYRMĒCĪAS, æ, m. 1. μυρμηκίας λίθος, genus lapidis: a myrmecio, verruca. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 63. (174). Myrmecias nigra habet eminentias similes verrucis.

MYRMĒCĪTIS, ĭdis, f. 3. μυρμηκῖτις, gemma dicta est a μύρμηξ *formica*, quia innatam repentis formicæ effigiem habet, ut *Plin.* docet 37. *Hist. nat.* 11. 72. (187). Adde *Isid.* 16. *Orig.* 15. 19.

MYRMĒCĬUM, ĭi, n. 2. μυρμήκιον. ¶ 1. Est verruca lupini amplitudine, fere in palmis manuum et plantis pedum nascens: a μύρμηξ *formica*, quod formicæ in morem pungat. Contrarium est acrochordoni, quæ verruca pensilis dicitur, myrmecium verruca sessilis, *porro delle mani o piedi*. *Cels.* 5. 20. *n.* 14. Myrmecia radices altius exigunt, majoremque dolorem movent. *et mox.* Myrmecia et clavi sine curatione vix unquam desinunt. *et infra.* Myrmecia latissimis radicibus inhærent: ideoque ne excidi quidem sine magna exulceratione possunt. Cf. *Marcell. Empir.* c. 34. *p.* 137. ed. *Ald.* Verrucas minores congestas, quas Græci myrmecidas vocant, ut abstergeas, hoc facito. ¶ 2. Est etiam genus aranei capite formicæ simili, alvo nigra, guttis albis distinguentibus, describente *Plinio* 29. *Hist. nat.* 4. 27. (87).

MYRMĒCŌLĒON, ontis, m. 3. μυρμηκολέων, *mirmicoleone*, insectum formicæ simile, quod et *leo formicarius* (It. *formicoleone*) vulgo dicitur, quia formicis infestum est. *Pseudo-Hieronym. Ep. ad Præsid.* (*T. XI. p.* 219. *ed. Venet.* 1771.) *ad fin.* Myrmecoleon, ab ante leo, retro formica, de duabus feris nascitur. Esca vero ipsius inprimis lac matris, id est formicæ. Cf. *Abbo Floriac. Quæst. gramm.* ed. A. *Maio* in *Class. Auct. T.* 5. *p.* 343. Si ille animadvertisset genitivum myrmecoleontis, non negaret nomen appellativum desinere in *on*, cujus genitivus etiam simplicis more Græco τ assumit, ut *leon, leontis*.

MYRMEX, ĭcis, f. 3. μύρμηξ, formica. *Hygin. fab.* 52. Tunc Juppiter formicas in homines transfiguravit, qui Myrmidones sunt appellati, quod Græce formicæ myrmices dicuntur. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

MYRMĪCĒ, adverb. *come le formiche*, more formicarum: a μύρμηξ *formica*. Itaque *myrmice incedere* est, ut ait *Plaut. Men.* 5. 3. 12., formicino gradu. *h. e.* paullatim, sensim. *Catull.* 42. 8. Turpe incedere, myrmice ac moleste. *Alii leg.* mimice *rectius*.

MYRMILLO, ōnis, m. 3. *V.* MIRMILLO.

MYRMILLŌNĪCUS. *V.* MIRMILLONICUS.

MȳRŌBĂLĀNUM, i, n. 2. μυροβάλανον, glans unguentaria, glans Ægyptia, hoc est fructus cujusdam arboris heliotropio similis, magnitudine nucis avellanæ. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 21. 46. (100). et *ibid.* 22. 47. (103). Ex ea fiebat unguentum quoddam odoratum, quo capilli ungebantur. Eodem id nomine vocatur, et legitur apud *Martial.* 14. 57. *in lemmate.* Quoniam vero heroicum carmen ingredi non potest, sic explicat *Martial. ibid.* Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus Hoc ex unguento constat et ex balano. *Cels.* 4. 9. Græcis litteris scribit. *V.* BALANUS.

MȳRŌBRĔCHĂRĪUS. *V.* MURRHOBATHRARIUS.

MȳRON *vel* myrum, i, n. 2. μύρον, unguentum: Græca vox. *Hieronym. præf. in l. Reg. sub fin.* Quæ Domini discumbentis pretiosissimo Fidei myro ungitis caput. *Vulgat. interpr. Judith* 10. 3. Et lavit corpus suum et unxit se myro optimo. *Plin. Valerian.* 3. 14. *p.* 194. *retro* ed. *Ald.* Recipe sampsuci libram unam et semis, miro crocini (*legendum videtur* myri crocini) unam. — Si vero crocinum non est, Syriacum mittes. *V.* et XĒROMYRRHA.

MȳRŌNĒTES *vel* myronites, æ, m. 1. emptor et venditor unguentorum: a μύρον *unguentum* et ὠνητής *emptor*. *Inscript.* apud *Reines. cl.* 5. *n.* 39. SEX. ATTIVS MYRONITES IIIIII AVG. *Reines.* in dubio hæret, utrum *Myronites* cognomen sit, an professionis appellatio. *V.* et *Murat. Dissert.* præmissa *Thesaur. Inscript.*, qui MYROSITES legit.

MȳRŌPŌLA, æ, m. 1. *venditor di unguenti, profumiere*, μυροπώλης, unguentorum venditor, unguentarius: a μύρον *unguentum*, oleum odoratum, et πωλέω *vendo*. *Plaut. Cas.* 2. 3. 10. Myropolas sollicito omnes: ubicumque est lepidum unguentum, ungor. Adde *eumd. Trin.* 2. 4. 7. *Nævius* apud *Fulgent. Planc.* in *Exposit. serm. antiq. n.* 43. *p.* 565. 17. *Merc.* Myropola affatim mihi unguentum largitus est, quo me venustarem.

MȳRŌPŌLĬUM, ĭi, n. 2. *bottega da unguenti, profumeria*, μυροπώλιον, μυροπωλεῖον, officina unguentaria. *Plaut. Epid.* 2. 2. 15. Per medicinas, per tonstrinas, per myropolia, et lanienas. Adde *eumd. Amph.* 4. 1. 3.

MȳRŌTHĒCĬUM, ĭi, n. 2. *ripostiglio, o scatolino, o vaso da unguenti, profumiera*, μυροθήκιον, vas, aut arcula, in qua unguenta asservantur: a μύρον *unguentum* et θήκη *theca*, *repositorium*. Græce scribit *Cic.* 2. *Att.* 1. Meus liber totum Isocratis μυροθήκιον, atque omnes ejus discipulorum arculas, ac nonnihil etiam Aristotelia pigmenta consumpsit. *h. e.* oratoria ornamenta. *Myrothecium* Latinis litteris legitur tantum in *Not. Tir. p.* 184.

MYRRHA, æ, f. 1. Scribitur etiam *murrha* et *murra* ex consuetudine Latinorum vertendi in *u* Græcam υ. — Tria diversa significat, scilicet

A) Myrrha vel *murrha* vel murra, μύρρα, στακτή, (est ab Hebr. מֹר *mor*, quod idem significat, מָרַר autem *marâr*, amarum fuit).

I.) Proprie est arbor latitudinem habens ad quinque cubita, nec sine spina, caudice duro et intorto, crassiore, quam turis, et ab radice etiam, quam reliqua sui parte: cortice lævi, et unedonis simili: folio olivæ, verum crispiore, et aculeato. Gignitur in multis Arabiæ locis, et in insulis adjacentibus, aut non longe dissitis. Inciditur a radice usque ad ramos, qui valent: manatque ex vulnere humor albicans et tabescens, qui in minutas glæbas, nec rotundas concrescit, (quæ optima myrrha est) fractaque candidos veluti ungues habet, gustu leniter amara. Adhibetur in unguentis, odoris gratia et pinguedinis. Antequam incidatur, sponte sudat humorem, qui et stacte dicitur, cui nulla myrrha præfertur. Hæc ex *Plin. l.* 12. *Hist. nat. c.* 15. *et* 16., ubi etiam varia ejus genera, et varias adulterandi rationes persequitur. *Tac.* 6. *Ann.* 28. Sublato murrhæ pondere.

II.) Translate ponitur pro myrrhæ succo, de quo *Plin.* 13. *Hist. nat.* 1. 2. (17). Myrrha et per se unguentum facit sine oleo, stacte dumtaxat: alioqui nimiam amaritudinem affert. Cf. *Ovid.* 10. *Met.* 499. stillataque cortice myrrha. — *a*) Ea veteres vina condiebant. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 13. 15. (92). Lautissima apud priscos vina erant, myrrhæ odore condita. Cf. *eumd. ibid.* 21. 27. (134). Dolia myrrha suffire. et *Catull.* 66. 78. murrhæ millia multa bibi. — *b*) Hac et crines ungebant. *Virg.* 12. *Æn.* 99. fœdare in pulvere crines Vibratos calido ferro myrrhaque madentes. Sic *Ovid.* 5. *Met.* 53. crines myrrha madidi. — *c*) Hac demum et sese ornabant et mortuorum rogum inspergebant. *Ovid. Medic. fac.* 88. Et modicum e myrrhis pinguibus adde cubum. *Alii aliter leg. Martial.* 11. 54. Unguenta et casias et olentem funera myrrham. *h. e.* raptam e rogo, in quem injecta fuerat. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

B) Est etiam *myrrha*, seu *myrrhis*, μυρρίς, herba simillima cicutæ caule foliisque et flore, minor tantum et exilior, cibo non insuavis. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 16. 97. (154). Eadem et *myriza*, ut *Sillig.* vel *smyrrhiza*, ut alii legunt, dicitur. *Idem ibid.*

C) Aliud est *myrrha* lapis et poculum: de quo *V.* MURRHINUS.

MYRRHACOPUM, i, n. 2. medicamentum ex myrrha ad levandam lassitudinem: a μύρρα *myrrha* et ἄκοπον, *V.* ACOPUM. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 160. Ejus conficiendi rationem, suppresso nomine, tradit *Cels.* 5. 5. 24.

MYRRHĂPĬA. *V.* MYRAPIA.

MYRRHĀTUS *et* murrhatus *seu* murratus, a, um, adject. myrrha conditus. *Festus p.* 158. 22. *Müll.* Murrata potione usos antiquos, indicio est, quod etiam nunc ædiles per supplicationes diis addunt ad pulvinaria, et quod duodecim tabulis cavetur, ne mortuo indatur, ut ait Varro in Antiquitatum libro primo. Hæc *Festus*, qui videtur intelligere vinum myrrha conditum. *V.* MYRRHINUS. Alii intelligunt potionem unguento quolibet temperatam, μύρῳ κεκραμένην. *Sidon.* 8. *Ep.* 3. *ad fin.* Satrapæ myrrhati. *h. e.* unguentis delibuti.

MYRRHĔUS *et* murrheus *seu* murreus, a, um, adject. ad myrrham pertinens. ¶ 1. Est myrrha delibutus. *Horat.* 3. *Od.* 14. 22. Murreum nodo cohibere crinem. ¶ 2. *Murrheum onychen*, apud *Propert.* 3. 8. 22. interpretantur coloris flavi, qui in eo lapide probatissimus est, ut *Plin.* docet 36. *Hist. nat.* 8. 12. (61). Porro myrrha maxime laudatur, si eum colorem habeat: unde *fulvam* dixit *Ovid.* 15. *Met.* 399., et *Plin.* 12. *Hist. nat.* 16. 35. (70). albicantem commendat. *Broukusius.*

MYRRHĪNA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

MYRRHĪNUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

MYRRHĪNUS *et* murrhinus *seu* murrinus, a, um, adject. ad myrrham pertinens, myrrheus. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 5. Tanta ibi copia venustatum aderat, in suo quæque loco sita munde. Arabius murrhinusque omnis odor complebat. — Hinc

Myrrhina, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, (subaudi *potio*) est vinum myrrhæ odore conditum: de qua hæc habet *Plin.* 14. *Hist. nat.* 13. 15. (92). Lautissima apud priscos vina erant, myrrhæ odore condita, ut apparet in Plauti fabula, quæ Persa inscribitur: quamquam in ea et calamum addi jubet. Ideo quidam aromatite delectatos maxime credunt. Sed Fabius Dossennus his versibus decernit: Mittebam vinum pulerum, myrrhinam. Et in Acharistione: Panem, et polentam, vinum murrhinam. Scævolam quoque et L. Ælium et Atejum Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit (2. 4. 50.): Quid, si opus siet, ut dulce promat indidem, ecquid habet? CHAR. rogas? Murrhinam, passum, defrutum, *etc.* Quibus apparet, non inter vina modo murrhinam, sed inter dulcia quoque nominatam. Hæc *Plin.*, qui quod ex *Persa*, Plautina fabula, affert, in ea, quæ hodie exstat, non reperitur. *Gell.* 10. 23. Mulieres Romæ bibere solitas ferunt loream passam (*al.* passum), murrinam, et quæ id genus sapiant, potu dulcia. Ex his *Gellii* verbis dubitare quis possit, an ex vino murrhina constaret, quia ut *Gell. ibid.* tradit, vino semper feminæ olim Romæ et in Latio abstinuerunt. Sed dicendum, ita temperatam fuisse, ut inebriare non posset. *Varro* apud *Non. p.* 551. 20. *Merc.* quorumdam opinionem affert, qui putarunt, murrhinam apud *Plautum* idem fuisse, quod passum. Sed *Plaut.* in *Pseud. loc. cit.* aperte a passo distinguit. Sic *Varro* apud *Non. p.* 551. 8. *Merc.* Non modo vinum dare, sed etiam, ut Plautus ait, murrhinam, passum, defrutum. *Paul. Diac. p.* 144. 8. *Müll.* hæc habet: Murrina genus potionis, quæ Græce dicitur νέκταρ. Hanc mulieres vocabant murriolam: quidam murratum vinum: quidam id dici putant ex uvæ genere murrinæ nomine. Hæc *Paul.* V. omnino *Voss.* in *Etymol.* in voce *Murrina*. Ceterum myrrhinum, seu myrrhatum vinum ad levandam lassitudinem dari consuevisse, patet ex *V.* FORTIUSCULUS et MYRRHACOPUM. — Aliud sunt *murrhina*, seu *myrrhina*, pocula: de quib. *V.* MURRHINUS.

Myrrhinum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, (subaudi *vinum*) est vinum myrrha conditum, ut ait *Placid. Gloss.* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 485. ed. *A. Maio.*

MYRRHĬŌLA *vel* murrhiola *vel* murriola, æ, f. 1. eadem potio ac myrrhina. *V.* locum *Pauli Diac.* allatum ad fin. voc. præced. in *Myrrhina.*

MYRRHIS, herba, de qua *V.* MYRRHA sub *B.*

MYRRHĪTES, æ, m. 1. μυρρίτης. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 63. (174). Myrrhites myrrhæ colorem ha-

bet, facie minima gemma: odorem attrita etiam nardi. *Silligius* murritis. V. *Solin.* 37.; et *Isid.* 16. *Orig.* 7. 14.

MYRSĪNĒUM, i, n. 2. a nonnullis vocari silvestre fœniculum, ait *Plin.* 20. *Hist. nat.* 23. 96. (255)., ubi *Silliq.* leg. *myrsineum*; alii *murrhineum* vel *murrhinum*; alii, ut *Harduin.*, *smyrneum*.

MYRSĪNĪTES, æ, m. 1. μυρσινίτης. ¶ 1. Est species tithymali, foliis myrti acutis, et pungentibus, sed mollioribus. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 40. (66). *Silligius legit* myrtites, *sed adnotat* myrsinites *præferri a Schneidero* ad *Theophr.* IX. *Hist. plant.* 11. 9. ¶ 2. Item gemma mellis nigricantis colore, myrti odore. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 63. (174).

MYRTA *et* murta, æ, f. 1. *V.* MYRTUS init.

MYRTĀCĔUS, a, um, adject. a myrto. *Cels.* 7. 17. Ad similitudinem myrtacei folii.

MYRTĀRĬA, æ, f. 1. vulgo idem fuit ac myretum. *Porphyr.* ad *Horat.* 1. *Ep.* 15. 5. Myreta quas vulgo myrtarias dicunt.

MYRTĀTUS *et* murtatus, a, um, adject. myrto conditus. *Murtatum* absolute est genus quoddam farciminis myrto conditum: unde apud nostrates vulgo *mortadella*, Italice *tomasella* nominata est, quamvis aliud esse videatur. *Varro* 5. *L. L.* 110. *Müll.* Murtatum a murta, quod ea large fartum. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 29. 35. (118). Alius usus baccæ myrti fuit apud antiquos, antequam piper reperiretur, illius obtineus vicem, quodam etiam generosi obsonii nomine inde tracto, quod etiam nunc myrtatum vocatur.

MYRTĔŌLUS *et* murteolus, a, um, adject. deminut. myrtei. *Colum.* 10. *R. R.* 237. *de cinara*. Hæc modo purpureo surgit glomerata corymbo, Myrteolo modo crine viret. *h. e.* colore floris myrti. Al. leg. *myrtiolo*, eodem sensu: alii *murceolo*, vel *murciolo*, h. e. languidulo et inflexo, a *murcius*. *V.* MURCIA.

MYRTĒTA, æ. *V.* voc. seq.

MYRTĒTUM *vel* murtetum, i, n. 2. Formam aliam *Myreta*, æ, f. 1. *V.* infra. — Myretum est locus myrtis consitus, *luogo piantato di mirti, mirteto*, μυρσινών. *Plaut. Rud.* 3. 4. 27. Quasi murteta juncis, item ego vos virgis circumvinciam. *Sall. Jug.* 52. Collis vestitus oleastro ac murtetis. *Virg.* 2. *G.* 112. Litora myrtetis lætissima. *Martial.* 3. 58. villa Non otiosis ordinata myretis, Sed rure vero. — Dicitur et *myreta*, æ. f. *Plaut.* in *Vidular.* apud *Priscian.* 4. p. 625. *Putsch.* Nescio qui servus e myreta prosiluit. — Apud Bajas locus fuit, *in myretis*, nunc *le stufe di Tritoli* dictus, ubi sudatoria erant medicinæ causa, calido terræ vapore in ædificiis incluso. *Cels.* 2. 17. et 3. 21.; et *Horat.* 1. *Ep.* 15. 5.

MYRTĒUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. sub I. *b*.

MYRTĔUS *vel* murteus, a, um, adject. ad myrtum pertinens, *di mirto*, μύρσινος.

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Virg.* 6. *Æn.* 443. Myrtea silva. *Ovid.* 3. *Amor.* 1. 34.; et *Martial.* 3. 82. virga. *Tibull.* 1. 3. 66. serta. *Paul. Diac. p.* 144. 13. *Müll.*; et *Val. Max.* 3. 6. *n.* 5. Myrtea corona Papirius usus est, quod Sardos in campis myrteis superasset. *h. e.* myrto consitis. — *b*) *Myrteum* absolute, apud *Cels.* 2. 33. *a med.* est oleum e myrto: cujus conficiendi rationem *Plin.* 15. *Hist. nat.* 7. 7. (27). tradit. *Myrteum oleum* plene vocat *Id.* 28. *ibid.* 14. 58. (207).; et *Scribon. Compos.* 219. — *c*) *Myrteum vinum* apud *Plin.* 26. *Hist. nat.* 11. 74. (121). est myrto conditum. Ejus confectionem docent *Cato R. R.* 125., *Colum.* 12. *R. R.* 38. et *Pallad.* 2. *R. R.* 18. Negat *Plin.* 23. *Hist. nat.* 9. 81. (161). eo vino quemquam inebriari. — *d*) Inter varia oleorum genera *murteam* recenset *Colum.* 5. *R. R.* 8. 4. Quænam ea sit, ignoratur. Μυρτίνην nominat *Nicander Alexiph.* 87., ubi Scholia murteæ baccam brevem esse ajunt.

II.) Translate. ¶ 1. *Myrtea coma*, myrto coronata, vel colore inter flavum et nigrum, Itali dicunt *castagno*: *V.* infra. *Tibull.* 3. 4. 28. Stillabat Syrio myrtea rore coma. ¶ 2. *Myrteus* refertur etiam ad colorem. *Petron. Satyr.* 21. Myrtea subornatus gausapila. *castagno scuro. Pallad.* 4. *R. R.* 13. *de equis*. Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, russeus, murteus, cervinus etc. *Isid.* 12. *Orig.* 1. murteum colorem dicit esse qui est pressus in purpura. *h. e.* subniger, aut fuscus sine splendore. *bajo scuro.* — Hinc

Myrteum, *i*, n. 2. absolute, substantivorum more, (subaudi *oleum*). *V.* supra sub I. *b*.

MYRTĬDĀNUM, i, n. 2. vinum e silvestris myrti baccis factum, quod manus tingit. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 16. 19. (104)., qui 23. *ibid.* 9. 82. (164). monstrat varios ejus usus in medicina. *Silligius* veretur, ne multum corrupta sint *Plinii* verba primo loco laudata.

MYRTĪNUS *vel* murtinus, a, um, adject. μύρτινος, idem quod myrteus. *Apul. Herb.* 121.; et *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. Myrtinum oleum. *Marcell. Empir. C.* 27. *p.* 126. ed. *Ald.*; et *Theod. Priscian. lib.* 2. *P.* 2. *c.* 18. Myrtinum vinum.

MYRTĬŌLUS. *V.* MYRTĔOLUS.

MYRTIS, ĭdos, f. 3. *V.* MERTRIX.

MYRTĪTES, æ, m. 1. μυρτίτης οἶνος, vinum myrto conditum. *Colum.* 12. *R. R.* 38. 1. Vinum myrtiten ad tormina et ad alvi proluviem sic facito, etc. *Pallad.* 2. *R. R.* 18. et 3. *ibid.* 27. *et* 31. Vinum myrtite sic facies, etc. *Colum.* Græca ratione locutus est, de qua *V.* ABROTONITES: Latina et adjectivi more *Pallad.* — *V.* et MYRSINITES 1.

MYRTŌPĔTĀLON, i, n. 2. herba eadem ac polygonon: ita appellata propter foliorum similitudinem cum myrto: a μύρτος *myrtus*, et πέταλον *folium. Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 91. (113).

MYRTUM, i, n. 2. μύρτον, fructus, h. e. bacca myrti. *Virg.* 1. *G.* 306. Et lauri baccas, oleamque, cruentaque myrta. *h. e.* matura, quia tunc cruoris imitantur colorem. *Cels.* 2. 30. Oleæ, myrta, palmulæ, etc. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 29. 35. (118). Aprorum sapor commendatur, ad intinctus additis myrtis.

MYRTŬŌSUS, a, um, adject. myrti similis. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 13. 28. (48). Amomi uva frutice myrtuoso, palmi altitudine.

MYRTUS, i *et* us, f. 1. et 4. Mascul. gen. extulit *Cato R. R.* 8. *et* 133. Myrtum conjugulum, et album, et nigrum. — Declinatur etiam *myrtus, us. Virg.* 2. *G.* 63. Sed truncis oleæ melius, propagine vites Respondent, solido Paphiæ de robore myrtus. *Catull.* 64. 89. Quales Eurotæ progignunt flumina myrtus. — Olim dixere etiam *myrta* seu potius *murta*, æ, ex consuetudine vertendi in u Græcam υ. *Cato R. R.* 125. Murtam nigram arfacito in umbra. — *Murtus* pro *myrtus* legitur apud *Scribon. Compos.* 109. — Ceterum

I.) Proprie myrtus, *mirto*, *mortella*, μύρτος, μυρσίνη, est arbor baccas ferens saporis præcipui, et gratissimi odoris, ex quibus et vinum, et oleum fit: veteres etiam condiendis cibis usi sunt, ante inventum piper. Cato, inquit *Plin.* 15. *Hist. nat.* 29. 37. (122)., tria myrti genera prodidit, nigram, candidam, conjugulam. (V. CONJUGULUS). Nunc et alia distinctio, sativæ, aut silvestris, et in utraque latifoliæ. In silvestri propria oxymyrsine. Sativarum genera topiarii faciunt, Tarentinam folio minuto, nostratem patulo, hexasticham densissimo, senis foliorum versibus: hæc non est in usu: ramosa utraque alia. Odoratissima est in Ægypto. Cato docuit vinum fieri e nigra, siccata usque in ariditatem in umbra, atque ita musto indita: si non siccentur baccæ, oleum gigni. Postea compertum, et ex alba vinum fieri album, duobus sextariis myrti tusæ, in vini tribus heminis maceratæ expressæque. Quinimo oleo quoque inest quidam vini sapor, simulque pinguis liquor, præcipua vi ad corrigenda vina saccis ante perfusis; retinet quippe fæcem, nec præter purum liquorem transire patitur, datque se comitem præcipua commendatione liquato. Bellicis quoque se rebus inseruit, coronantibus se ea quibusdam in ovationibus. Massurius auctor est, curru quoque triumphantes myrtea corona usos. Veneri sacra habetur (*V.* MURCIA): unde ara vetus Romæ fuit Veneri myrteæ. Hæc ex *Plinio*, qui 23. *ibid. c.* 9. persequitur myrti vires in medicina: idemque tradit 35. *ibid.* 12. 46. (160). multos se defunctos condi voluisse fictilibus dolils, (*Silligius* soliis *legendum esse multis probat*), in myrti atque oleæ et populi nigræ foliis, ut M. Varronem, Pythagorico modo. In sacris etiam locum habuisse *Id.* tradit 15. *ibid.* 29. 36. (119). adhibitam suffimentis et lustrationibus. Myrto coronabantur in conviviis, in nuptiis: poetæ etiam, præsertim amatorii, myrteas coronas amabant. Ovantes quoque coronam e myrto gestasse, ex *eod.* 15. *ibid.* 29. 38. (125). diximus. *Horat.* 1. *Od.* 4. 9. viridi caput impedire myrto. *Virg.* 7. *Ecl.* 61. Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho, Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo. *Grat. Cyneg.* 129. Cornus et umbrosæ Veneris per litora myrtus. *Horat.* 1. *Od.* 38. 5. Simplici myrto nihil adlabores Sedulus, curo: neque te ministrum Dedecet myrtus, neque me sub arcta Vite bibentem. *Ovid.* 2. *Art. am.* 733. Finis adest operi, palmam date, grata juventus, Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ. *Claudian. de Magnete* 27. Connubium celebrat: festa frondentia myrto Limina cinguntur.

II.) Translate. ¶ 1. Myrtus est idem ac myretum apud *Virg.* 3. *Æn.* 22. Forte fuit juxta tumulus, quo cornea summo Virgulta et densis hastilibus horrida myrtus. ¶ 2. *Virg.* 2. *G.* 447. myrtum bonam esse ait validis hastilibus. Unde per synecdochen pro hasta ponitur apud *eumd.* 7. *Æn.* 817. Et pastoralem præfixa cuspide myrtum. Apud *Val. Flacc.* 3. 524. stricta myrtus habena, videtur esse scutica, seu virga myrtea loro pendente.

MŸRUM, i, n. 2. *V.* MYRON.

MŸRUS, i, m. 2. μῦρος, dicitur mas murænæ. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 23. 39. (76). Idem *smyrus* vel *zmyrus* dicitur ab *eod.* 32. *ibid.* 11. 53. (151)., quam lectionem *Silligius* prætulit etiam in allato *lib.* 9. loco.

MYS, yos, m. 3. μῦς, piscis marinus, quem et murem marinum appellant. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (149). — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

MYSTA *vel* mystes, æ, m. 1. μύστης. *Muste* legitur in *Inscript.* apud *Henzen.* 6043. (quæ pertinet ad ann. a. Chr. n. 62.) et 6044., ubi de sacris Bacchicis agitur. — Est Græca vox a μύω *sacra doceo, sacris imbuo, initio*; seu potius a μύω *claudo, labia comprimo*, quia qui sacris initiabantur, eorumdem arcana celare jubebantur: est autem sacrorum, seu mysteriorum peritus, sacris initiatus, sacerdos.

I.) Proprie. *Ovid.* 4. *Fast.* 536. Tempus habent mystæ sidera visa cibi. *Seneca Herc. Fur.* 845. Turba secretam Cererem frequentant, Et citi tectis properant relictis Attici noctem celebrare mystæ. *Id. Œdip.* 431. Condita lascivi deducunt orgia mystæ. Adde *Auson. Edyll.* 1. 2.

II.) Figurate. *Fulgent. præf. Mythol. p.* 612. *Staver.* Anacreonticis jam dudum novus mystes initiatus es sacris. — *NB.* De cognom. *V.* ONOM.

MYSTĂGŌGUS, i, m. 2. μυσταγωγός. ¶ 1. Apud classicos auctores est rerum sacrarum custodiæ præfectus, quique hospitibus sacra solet ostendere. *Cic.* 6. *Verr.* 59. 132. Qui hospites ad ea, quæ visenda sunt, ducere solent et unumquidque ostendere, quos illi mystagogos vocant. Adde *Varron.* apud *Non. p.* 419. 9. *Merc.* Hos vulgo nostrates *Ciceroni* vocant. ¶ 2. Pro eo, qui alios sacris imbuit et mysteriis initiat, occurrit tantum apud *Symmach.* 5. *Ep.* 64.

MYSTĂGŌGĬCUS, a, um, adject. μυσταγωγικός, ad mystagogum pertinens. Hoc titulo fuit opus *L. Cincii Alimenti*, historici Latini. *Festus p.* 363. 26. *et* 30. *Müll.* Trientem tertium pondo significare ait Cincius Mystagogicon libro II. duas libras pondo et trientem.

MYSTĔRĬARCHES, æ, m. 1. μυστηριάρχης, sacrorum custos, vel princeps. *Prudent.* 2. περὶ στεφ. 349. Bene est, quod ipse ex omnibus Mysteriarches incidit.

MYSTĔRĬUM, ii, n. 2. μυστήριον, res arcana, præsertim sacra, a μύω *claudo*, quia decet, res sacras non temere evulgari, ne a vulgo contemnantur: vel a *mysta*.

I.) Proprie, hoc nomine nationes appellarunt Orgia Samothracia, et Cabirorum (de quibus *Pausanias* in *Bœoticis*, et *Apollonii Interpres*), aut Liberi Patris, et in primis initia Eleusinia (de quibus *Clemens Alexandrinus*, et *Euseb. de Præp. Evang.*), quæ duplicia dicuntur fuisse, magna, quæ Cereri sacra erant, et parva, quæ Proserpinæ. *Cic.* 2. *Nat. D.* 24. 62. Hunc dico Liberum Semela natum, non eum, quem nostri majores auguste sancteque Liberum cum Cerere et Libera consecraverunt: quod quale sit, ex mysteriis intelligi pot-

est. *Id.* 2. *Legg.* 14. 35. Quid ergo aget Iacchus Eumolpidæque nostri et augusta illa mysteria, si quidem sacra nocturna tollimus? *et mox.* § 36. Nam mihi quum multa eximia divinaque videntur Athenæ tuæ peperisse atque in vita hominum attulisse, tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus: Initiaque ut appellantur, ita re vera principia vitæ cognovimus. — *Mysteria facere* sacra Cereris facere. *Nepos Alcib.* 3. *in fin.* Aspergebatur etiam infamia, quod in domo sua facere mysteria dicebatur: quod nefas erat more Atheniensium. *Justin.* hoc idem narrans, 5. 1. 1. Alcibiades insimulatur mysteria Cereris initiorum sacra, nullo magis quam silentio solemnia, enunciavisse. — Sumitur etiam pro ipsis festis, quæ e. g. in honorem Cereris celebrabantur et ab Atheniensibus et a Romanis. *Cic.* 6. *Att.* 1. *in fin.* In quem diem Romana incidant mysteria. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 21. *extr.* et 15. *ibid.* 25. Sunt autem, qui rectius putant, his a *Cicer.* intelligi sacrum Bonæ Deæ. *Pontedera* tamen *Antiquit. Gr. et Lat. p.* 332. et *Op. posthum. T.* 2. *p.* 270. ita appellatum fuisse conjicit diem intercalarem, qui singulis lustris ex quadrantibus computatur; et quia, quo mense et quo ejusdem die inserendus esset, ignorabatur, ideo mysteria dictum. Cf. et *Annal. dell' Institut. archeol. a.* 1843. *p.* 25.

II.) Translate. *Cic.* 4. *Tusc.* 25. 55. Ne rhetorum aperiamus mysteria. *Id.* 4. *Att.* 18. Epistolæ nostræ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus. *Auson. epist.* 4. 67. Accipe congestas, mysteria frivola, nugas.

MYSTES, æ. *V.* MYSTA.

MYSTĬCA, ōrum, n. plur. 2. *V.* MYSTICUS in fin.

MYSTĬCĒ, adverb. *misticamente, con mistero,* arcane, cum mysterio, μυστικῶς. *Solin.* 32. *ante med. de Ægypto.* Delubra mystice thalamos nominant. *Macrob.* 3. *Saturn.* 4. Samothracicis religionibus mystice imbutus.

MYSTĬCUS, a, um, adject. μυστικός. *Pier.* ad *loc. Virg.* infra *cit.* In Romano codice invenit *musticus*: cujusmodi sunt *Corcura, Sulla, Purrus, Phruges,* et sexcenta alia, in quibus Græca υ in u Latinum vertitur. — Mysticus dicebatur et erat qui in arcanis deorum sacris fiebat, ut Mystica sacra, idest arcana sacra. *Martial.* 8. 81. Non per mystica sacra Dyndymenes. *Virg.* 1. *G.* 166. et mystica vannus Iacchi. *h. e.* quæ in Bacchi sacris adhibetur et arcanum aliquid significat. *Tibull.* 3. 6. 1. Candide Liber, ades: sic sit tibi mystica vitis, etc. *Stat.* 8. *Theb.* 766. mystica lampas. — Hinc

Mystica, ōrum, n. plur. absolute, substantivorum more, sunt ipsa arcana sacra. *Lamprid. Alex. Sev.* 26. Isium et Serapium decenter ornavit, additis signis et deliacis et omnibus mysticis. *h. e.* omni sacrorum instrumento. — Speciatim de mysteriis Cereris. *Festus p.* 278. 19. *Müll.* Adversus mystica legem ad populum ferre. *Scalig.* ita leg.; Codices enim habent *mysticiæ.*

MYSTRUM, i, n. 2. μύστρον, mensura liquidorum, ita appellata, quia plerumque fiebat ex concha mituli, qui ab *Aristotele* μῦς vocatur; erat autem cyathi quarta pars. *Rhemn. Fann. de ponderib. et mens.* 77.

MŸTĂCISMUS. *V.* METACISMUS.

MŸTHĬCUS, a, um, adject. μυθικός, fabulosus, fabulas continens: a μῦθος *fabula:* ut Pantomimus mythicus, apud *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (184)., ubi *Sillig.* legit *Mystico,* et sit hoc esse nomen proprium. *V.* PANTOMIMUS. *Varro* apud *Augustin.* 6. *Civ. D.* 5. (*Antiq. rer. Divinar.* 1.). Tria sunt genera theologiæ eorumque unum mythicon appellatur, quo maxime utuntur poetæ. — Hinc

Mythicus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui fabulas scribit. *Macrob.* 1. *Saturn.* 8. Saturnum mythici fictionibus distrahunt, physici ad quamdam similitudinem revocant.

MŸTHĬCUS, i. *V.* voc. præced. in fin.

MŸTHISTŌRĬA, æ, f. 1. narratio fabulosa, et frivola, μυθιστορία: a μῦθος *fabula* et ἱστορία *historia. Capitolin. Macrin.* 1. Libros mythistoriis replevit.

MŸTHISTŌRĬCUS, a, um, adject. μυθιστορικός, fabulosus, mixtus ex historia et fabulis, ut Mythistorica volumina, apud *Vopisc. Firm.* 1.

MŸTHŎLŎGĬA, æ, f. 1. μυθολογία, narratio fabularum: a μῦθος *fabula* et λόγος *sermo. Mythologiarum liber* est titulus operis *Fabii Fulgentii Planciadis,* in quo fabularum origines explicantur.

MŸTHŎLŎGĬCUS, a, um, adject. μυθολογικός, ad fabularum narrationem pertinens. *Mythologicôn liber* est titulus operis *Fabii Fulgentii Planciadis,* qui et *Mythologiarum* dicitur. *V.* vocem præced.

MŸTHOS *vel*

MŸTHUS, i, m. 2. μῦθος, fabula, fabulosa narratio. *Auson. Profess.* 21. 25. Ambo loqui faciles, ambo omnia carmina docti, Callentes mythôn plasmata et historiam. *h. e.* fabularum. *Ed. Lugdun.* legit *mythoplasmata;* quod *Scalig.,* probante *P. Canali,* in *mythôn plasmata* emendavit. *Capell.* 2. *p.* 25. Certe mythos, poeticæ etiam diversitatis delicias Milesias, historiasque mortalium, postquam supera conscenderit, se penitus amissuram non cassa opinatione formidabat. *Id. ibid. p.* 47. Nunc ergo mythos terminatus; infiunt Artes libelli qui sequentes asserent. *Koppius* ita legit; alii *mythis terminatis infiunt* etc. *Id.* 3. *p.* 48. Titulus monet libelli, Mythos ab ore pulsos. *h. e.* omissos esse, ut legit *Koppius;* alii *pulsans.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

MŸTĬLUS *et*

MŸTŬLUS. *V.* MITULUS.

MYXA, æ, f. 1. μύξα, Græcis est mucus, seu pituita e naribus effluens. ¶ 1. Apud *Plin.* 13. *Hist. nat.* 5. 10. (51)., 15. *ibid.* 13. 12. (43). et 17 *ibid.* 10. 14. (75). genus est pruni, exiguos ferens fructus (quibus nomen est *myxum*) et gustu suaves, ex quibus in Ægypto et vina fiunt, ita dictum ob mucosum lentorem. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 3. *n.* 16. Tunc etiam decoctione hibisci utendum, vel malvæ agrestis, aut myxarum Syriacarum. *ubi legendum videtur* myxorum. Similiter *Id.* 4. *Tard.* 8. *n.* 119. Decoctione noxarum (*corrige* myxarum *vel potius* myxorum). V. *Schneider.* ad *Pallad.* 3. *R. R.* 25. 32. ¶ 2. Item prominens pars lucernæ. *V.* MYXOS.

MYXIS, is, f. 3. Græca vox a μύξα *mucus,* quæ muci extractionem significat. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 7. *n.* 108. Ex pulvere nitreo lacera (*fortasse legendum* lacerans) fricatio, quam Græci myxin appellant.

MYXO *vel* myxon, ōnis, m. 3. μύξων (b. e. mucosus), piscis est ex genere mugilum, alio nomine bacchus, ita dictus, quia suo sibi muco pascitur. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 7. 25. et *ibid.* 35. 12. 46.

MYXŎLŸDĬUS, adject. dicitur unus ex modis musicis a *Boeth.* 4. *Music.* 14. et 16.

MYXOS *vel* myxus, i, m. 2. *lumicello,* μύξος, prominens pars lucernæ, ex qua profertur ellychnium, quemadmodum ex naribus mucus: a μύξα *mucus. Martial.* 14. 41. cujus lemma est *Lucerna polymyxos.* Illustrem quum tota meis convivia flammis, Totque geram myxos, una lucerna vocor. *Recentiores vero legendum putant* myxas.

MYXUM, i, n. 2. *sebeste,* fructus myxæ arboris. *Pallad.* 3. *R. R.* 25. 32. Nunc seruntur myxa ex nucleis in aliquo vase positis, donec plantæ induant firmitatem. *Gargil. de pomis* (edente *A. Maio* in *Class. auct. T.* 3. *p.* 422.). Myxorum virtutem frigidam suspicamur.

De Littera N

N littera — *a*) Una semivocalium, ab antiquis inter liquidas connumerata, plenior in primis sonat et in ultimis partibus syllabarum, ut *nomen, stamen,* exilior in mediis, ut *amnis, damnum,* quemadmodum docet *Priscian.* 1. *p.* 556. *Putsch.* — *b*) *Accius* et veteres, Græcam scribendi rationem imitati, ante gutturalem pro *n* scribebant litteram *g,* scil. *Agchises, agceps, aggulus, aggens, agguilla, iggerunt* etc., teste *Varron.* apud *Priscian. loc. cit.* et *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2462. et 2465. *Putsch.*; hinc a *Nigidio* apud *Gell.* 19. 4. littera *n* vocatur *adulterina.* — *c*) In compositione, si altera *n* sequatur, aliquando transit in *g,* ut *ignosco, ignavus, ignotus, ignarus, ignominia, cognosco, cognatus:* potest tamen in quibusdam eorum etiam per concisionem adempta videri *n,* quia in simplicibus quoque potest inveniri per adjectionem *g,* ut *gnatus, gnarus.* Hæc *Priscian. loc. cit.* — *d*) Quandoque mutatur in *l,* ut *Messana Messala,* ut est apud *Senec. Brevit. vit.* 13., item *unus ullus nullus, catinum catillum* etc. ut est apud *Priscian. loc. cit.* — *e*) Mutatur in *m* sequentibus labialibus *b* et *p,* ut *imbellis, imbibo, impono, improbus:* in *l, m* et *r,* si eæ ipsæ liquidæ sequantur, ut ab *in* et *lacio* et *mitto* et *rogo, illicio, immitto, irrogo;* et similiter *colligo, comminuo, corruo.* Quod tamen non est necessarium, quum et *inbellis, inpono, inlicio, inrogo, conligo, conrue* recte scribatur. — *f*) Sæpissime deest in vocibus Latinis, quandocumque præcedit litteram *s,* ut *meses* pro *menses, prægnas* pro *prægnans;* hinc etiam *cos.* pro *consul, ces.* pro *censor.* — *g*) Contra vulgo in aliquibus addita est *n* ante *s,* unde *Megalesia* et *Megalensia, quoties totiens* et *quotiens totiens* etc.; hinc etiam duplices formæ *laterna* et *lanterna, ligula* et *lingula.* — *h*) Euphoniæ causa *n* addita est in fine v. *alioqui* et *ceteroqui.* — *i*) *N'* cum apostrophi nota est *ne* interrogativum, ut *min', tun', vin', nemon'* pro *mine* seu *mihine, tune, visne, nemone* etc. — *l*) *N* in fastis significat nefastum diem. — *m*) In notis addita ꝉ significat *non liquet,* quo signo utebantur in tabellis judicialibus. *V.* LIQUET. — Est etiam *nepos,* ut M. Tullius M. F. M. N. — Item sibi vult *natus, nomine, novum, numero, numine, Numerius* etc.

NA

NABIS *vel* nabun, lingua Æthiopum est camelopardalis, quod V. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 18. 27. (69)., ubi *nabun* habetur. Sic apud *Solin.* 30. *a med.*

NABLA *vel*

NABLĬA, ōrum, n. plur. 2. In sing. num. *nablum* occurrit tantum in *Not. Tir. p.* 172. — *Nablia* vel *nabla,* ναῦλια, ναβλια, et ναβλα, (Hebr. נֵבֶל *nébel*) instrumentum musicum, de quo *Ovid.* 3. *Art. am.* 327. Disce etiam duplici genialia nablia palma Verrere: conveniunt dulcibus illa jocis. Alii leg. *naulia,* et *vertere.* Quid porro hoc instrumentum sit, utrum psalterii, aut cymbali genus, qua figura, qua ratione pulsetur, ignoratur adhuc. *Politian.* in *Miscellan. c.* 14. putat esse psalterium. — Forma *nabla* legitur apud *Vulgat. interpr.* 1. *Par.* 15. 16. Dixitque David principibus Levitarum, ut constituerent de fratribus suis cantantes in organis musicorum, nablis videlicet et lyris et cymbalis. Adde *ibid.* 15. 20. et 28., et 1. *Machab.* 13. 51.

NABLĬO, ōnis, m. 3. qui nablium pulsat. *Gloss. Philox.* Nablio, ψάλτης.

NABLIZO, as, are, n. 1. nablium pulso. *Gloss. Philox.* Nablizo, ψάλλω.

NABLUM. i. *V.* NABLA.

NABUN. *V.* NABIS.

NACCA *vel* nacta *vel* natta, æ, m. 1. νάκτης, homo sordidam artem exercens, ut fullo. *Festus p.* 166. 2. *Müll.* Naccæ appellantur vulgo fullones, ut ait Curiatius, quod nauci non sint, id quod est nullius pretii. Idem sentit et Cincius. Quidam ajunt, quod omnia fere opera ex lana nacæ dicantur a Græcis. Hæc *Fest.* Νάκη Græce est pellis cum suo villo. At profecto derivanda vox est a νάσσω *premo,* unde a 3. pers. præter. pass. νένακται factum est νάκτης *fullo. Apul.* 9. *Met.* Maritus apud naccam proximum cœnitabat. — Translate de quovis sordidissimo et vilissimo homine dicitur. Itaque huc pertinere quidam putant illud *Pers.* 3. 21. Non pudet ad morem discincti vivere Nattæ? et illud *Horat.* 1. *Sat.* 6. 124. ungor olivo, Non quo fraudatis immundus Natta lucernis. Melius tamen his locis tamquam nomen proprium accipitur. *Natta* enim fuit cognomen R. in gente Pinaria apud *Eckhel. D. N. V. T.* 5. *p.* 272.

NACCĬNUS *vel* nactinus, a, um, adject. ad naccam, vel nactam pertinens, fullonicus. *Apul.* 9. *Met.* Nec ad exemplum naccinæ truculentiæ sulphuris te letali fumo necabo. *h. e.* ad exemplum naccæ seu fullonis hospitis mei, qui nuper deprehensum adulterum truculenter sulphuris fumo necare tentavit.

NACTUS, a, um. *V.* NANCISCOR.

NAE *vel* ne, adverb. ναί, νή. Ex verbis *Donati* ad *Ter. Andr. prol.* 17., aliatis infra sub *a*, disces, etiam *ne* sine diphthongo scribi posse, ex Græco νή, particula item affirmante: quod ex libris optimis et veterrimis *Cicer.* et *Terentii* confirmant critici non uni, ut videre est apud *Burmann.* ad *Quintil. Declam.* 7. 9. *V.* etiam *Bentlej.* ad *Ter. Andr. prol.* 17., *Ritschl.* ad *Plaut. prolegom. T.* 1. p. XCVII., et *Hand. Tursell.* 1. p. 23. — Ceterum *næ* vel *ne* est adverbium graviter et serio affirmantis, quod pronomini jungitur, fere præcedente vel subsequente, apud Classicos prosæ Auctores, conditionali aliqua propositione; est autem idem ac vero, certe, profecto, sane, hercle (It. *certamente, veramente, affè, si, per certo*; Fr. *assurément, certes*; Hisp. *seguramente, ciertamente*; Germ. *ja, fürwahr, wahrlich, wahraftig*; Angl. *certainly, truly, surely, for certain, verily, really, in very deed, indeed*). Occurrit — *a*) Absolute, h. e. sine aliis affirmandi vocibus. *Plaut. Amph.* 1. 1. 169. Næ ego homo infelix fui, qui non alas intervelli. *Id. Curc.* 1. 2. 48. Næ ego, si fidem [tu] mecum servas, aurea pro statua vineam tibi statuam. *Id. Pseud.* 3. 1. 1. Quod servitutem dii danunt lenoniam puero, - næ illi - malam rem magnam multasque ærumnas danunt. *Id. Bacch.* 4. 9. 192. Edepol qui me esse dicat cruciatu malo dignum, næ ego cum illo pignus haud ausim dare. *Ter. Eun.* 2. 2. 54. Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatas, næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra. Adde *eumd. Andr.* 2. 1. 29., *Heaut.* 4. 6. 21. et alibi sæpe. *Cic.* 2. *Cat.* 3. 9. Næ illi vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram. *Id.* 3. *Fin.* 3. 11. Si enim sapiens aliquis miser esse possit, næ ego istam gloriosam - virtutem non magno æstimandam putem. *Id. Brut.* 71. 249. Næ ego, inquam, si ita est, velim eum tibi placere quam maxime. *Id.* 2. *Fam.* 30. Incredibile est, quam turpiter mihi facere videar, qui his rebus intersim: næ tu videris multo ante providisse, quid impenderet tum, quum hinc profugisti. *Id.* 2. *Phil.* 2. 3. Næ tu, si id fecisses, melius famæ tuæ consuluisses. *Id. Senect.* 10. 33. Moderatio modo virium adsit, et tantum quantum potest quisque nitatur, næ ille non magno desiderio tenebitur virium! *Id.* 3. *Tusc.* 4. 8. Næ ista gloriosa sapientia non magno æstimanda est, siquidem non multum differt ab insania. *Sall. Jug.* 14. Quod utinam illum eadem hæc simulantem videam –, næ ille fratris mei necis mearumque miseriarum graves pœnas reddat. Adde *eumd. ibid.* 85.; et *Plin.* 7. *Ep.* 12. et *Paneg.* 16. — *Næ* pronomini postponitur in illo *Plauti Trin.* 3. 2. 7. LESB. Qui mihi male facis, male consulis. LYS. Egone? LESB. Tu næ. — *b*) Cum aliis particulis affirmantibus, h. e. *hercle, edepol, mecastor, medius fidius*, ut apud *Plaut. Asin.* 2. 4. 6. Næ tu hercle cum magno malo mihi (*al. rectius* tuo mi) obviam occessisti. *Id. Bacch.* 2. 3. 76. Næ ille hercle mihi sit multo tanto carior, si me illuc auro tanto circumduxerit. *Id. Amph.* 2. 2. 213. Næ ista edepol, si vera hæc loquitur, examussim est optima. *Id. Men.* 4. 2. 40. Næ illam mecastor (*al.* ecastor) fenerato mi abstulisti. *Cic.* 1. *Tusc.* 30. 74. Quum vero causam justam deus ipse dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, sæpe multis, næ ille medius fidius vir sapiens lætus ex his tenebris in lucem illam excesserit. — Interdum altera particula particulam *næ* excipit, vel illi præponitur. *Plaut. Pers.* 1. 1. 7. Qui hero suo servire vult bene servus servitutem, næ edepol illum multa in pectore suo collocare oportet. *Id. Men.* 5. 5. 10. Heu, edepol næ ego homo vivo miser. *Ter. Hecyr.* 5. 3. 1. Edepol næ meam herus esse operam deputat parvi preti. *Cic.* 4. *Att.* 4. *b.* Medius fidius næ tu emisti ludum (sic *Orell., alii leg.* locum) præclarum: gladiatores audio pugnare mirifice. — *c*) *Forcellinus* nonnulla in medium affert, in quibus, ut ipse animadvertit, *Ciceronis* aliorumque optimorum mos non servatur, hoc est in quibus particula *næ*, non pronomini, sed alii vocabulo præponitur. Quum vero inter recentiores criticos constet, a Ciceroniano illo more ne unguem quidem discedendum esse, factum est ut ea omnia emendarentur. Hic itaque a nobis exhibentur cum recentiorum emendationibus, quas uncis inclusimus. *Plaut. Asin.* 2. 2. 106. Hercle vero tu cavebis, ne me attingas. Si me tagis, næ (*corr.* attingas, si sapis, ne) hodie malo cum auspicio nomen commutaveris. *Id. Rud.* 4. 3. 38. Næ (*adde* tu homo's) impudenter impudens! *Ter. Andr. prol.* 17. Faciunt næ (*corr.* Faciuntne) intelligendo, ut nihil intelligant. (*corr.* ?) Ubi *Donatus*: *Ne* quidam corripiunt et cum interrogatione pronunciant: quidam producunt, quorum alii *ne* pro *nec* accipiunt, id est non. Alii *ne* pro valde, nimis, multum, plurimum, ut (*Adelph.* 4. 2. 1.): Ne ego homo sum infelix. Et hoc melius. *Liv.* 26. 31. *sub fin.* Ea vos rata habeatis, patres conscripti, næ magis (*corr.* necne, magis) rei publicæ interest, quam mea. *Id.* 34. 4. *a med.* Næ (*omitte* Ne, *vel corr.* Ne eas) pudere, quod non oportet, cœperit; quod oportet, non pudebit. *Id.* 30. 14. *a med.* Qui se (*ipsi veteres* Qui eas *h. e.* voluptates) temperantia sua frenavit ac domuit, næ (*ipsi veteres et Codd. omittunt* næ) multo majus decus majoremque victoriam sibi peperit, quam nos Sypbace victo habemus. *Seneca* 1. *Benef.* 14. *in fin.* Quare si quis existimat nos, quum ista præcipimus, benignitatis fines introrsus referre et illi nimis laxum limitem aperire, næ (*corr.* ne, *quod prohibendi vim habet*) perperam monitiones nostras exaudit (*corr.* exaudiat).

NÆNIA, æ, f. 1. *V.* NENIA.

NÆVĬUS, a, um, adject. (nævus) qui nævos in cute habet. *Arnob.* 3. 14. Ergo esse dicendum est quosdam (*deos*) capitones, siiunculos, frontones, labeones: in his alios mentones, nævios, atque nasicas etc. Ceterum *V.* ONOM.

NÆVŬLUS, i, m. 2. deminut. nævi. *Gell.* 12. 1. An tu quoque putas, naturam feminis mammarum ubera, quasi quosdam nævulos venustiores, ambitione præceps datus est) petere non audebat. — *e*) Generali aliqua veritate affirmata, quæ hanc eamdem probant per particulam *nam* (interdum repetitam) afferuntur. *Cic.* 1. *Nat. D.* 1. 2. Qui vero deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate ac dissensione, ut eorum molestum sit enumerare sententias. Nam et de figuris deorum, et de locis atque sedibus et de actione vitæ multa dicuntur etc. *Id. Brut.* 21. 81. Vivo Catone minores natu multi uno tempore oratores floruerunt. Nam et Albinus-litteratus et disertus fuit; et tenuit cum hoc locum quemdam Serv. Fulvius -. Nam Q. Metellus - in primis est habitus eloquens. ¶ 2. *Nam* est etiam conjunctio causalis, — *a*) Eâ enim causa et ratio exponitur ejus rei, quæ antea dicta est, et demonstrato argumento res comprobatur. *Cic. Partit. orat.* 11. 38. Rerum bonarum et malarum tria sunt genera: nam aut in animis, aut in corporibus, aut extra esse possunt. *Id.* 15. *Fam.* 1. Et, quod genus hoc militum sit, judicavit vir fortissimus M. Bibulus in Asia; qui, quum vos ei permisissetis, delectum habere noluerit. Nam sociorum auxilia propter acerbitatem atque injurias imperii nostri aut ita imbecilla sunt, ut non multum nos juvare possint; aut ita alienata a nobis, ut neque exspectandum ab iis, neque committendum iis quidquam esse videatur. — *b*) Interdum hac particula, ea quæ ab adversariis objici possunt, refelluntur. *Cic. Arch.* 10. 22. Ergo illum, qui hæc fecerat, Rudinum hominem majores nostri in civitatem receperunt; nos hunc Heracleensem multis civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra civitate ejiciemus? Nam si quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis versibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errat. — *c*) Hac eadem particula aliquando ad opposita gradum facimus. *Cic.* 5. *Att.* 20. *ad fin.* Eas (*litteras*) diligentissime Philogenes, libertus tuus, curavit perlonga et non satis tuta via perferendas. Nam quas Lænii pueris scribis datas, non acceperam. *Colum.* 8. *R. R.* 14. 7. Pullis formandis triginta diebus opus est, quum sunt frigora: nam tepidis quinque et viginti satis est. — *d*) Hinc accipitur etiam pro *vero, autem*, vel simili discretiva particula, et habet vim transeundi ab una re ad aliam, simulque subjiciendi, quod quis requirere posset. *Cic. Amic.* 27. 103. Una domus, idem victus isque communis; neque

NÆVUS, i, m. 2. olim *gnævus* et *gnæus* (ait enim *Paul. Diac. p.* 96. 8. *Müll. Gneus* et corporis insigne et prænomen a generando dicta esse, et ea ipsa ex Græco γίγνεσθαι apparet.), est corporis insigne, verruca, genitiva macula, ἡ κηλὶς σωματοειδὴς (It. *neo, tacca*; Fr. *tache sur le corps, envie, verrue*; Hisp. *verruga*; Germ. *e. Muttermal, Mal, angeborener Flecken*; Angl. *a mole or mark on thebody, a spot, blemish*).

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Nat. D.* 28. 79. Nævus in articulo pueri delectabat Alcæum. At est corporis macula nævus. Illi tamen hoc lumen videbatur. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 67. Egregio inspersos reprendas corpore nævos. *Ovid.* 5. *Trist.* 13. 14. Nullus in egregio corpore nævus erit. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 67. (137). Farina decocta in aceto tollit nævos. *Id.* 28. *ibid.* 4. 6. (34). Nævos in facie tondere, religiosum habent multi.

II.) Translate in re morali est macula, mendum, *macchia, difetto. Symmach.* 3. *Ep.* 34. Nævi instar est, ut frater meus etc.

NAM, conjunctio. In oratione primum tantum locum sortitur, nisi encliticæ vicem gerat in interrogatione: extra interrogationem interdum post aliam vocem collocatur, ut *enim* (qua de re *V. Probum p.* 144. *Keil.*), non tamen in prosa oratione, quod sciam. *Virg.* 4. *Æn.* 421. Solam nam perfidus ille Te colere. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 20. olim nam quærere amabam, quo etc. *et ibid.* 41. Primum nam inquiram etc. *et ibid.* 302. ego nam videor mihi sanus. Adde *eumd.* 2. *Ep.* 1. 186. — Ceterum *nam* est conjunctio ¶ 1. Declarativa, quæ rebus exponendis inservit, h. e. qua res aliqua declaratur, sive qua intelligimus qualis sit res, γάρ, *chè, perchè, e in fatti* — *a*) Universim. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 22. 34. Utinam ne in nemore Pelio securibus Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes. Nam numquam bera errans mea domo efferret pedem Medea. *Cic.* 3. *Cat.* 10. 23. Quamobrem, Quirites, celebratote illos dies cum conjugibus ac liberis vestris. Nam multi sæpe honores diis immortalibus justi habiti sunt, sed profecto justiores numquam. — *b*) Speciatim locum habet post pronomen demonstrativum. *Cic. Rosc. Am.* 6. 15. Itaque ex suis omnibus commodis hoc solum filio reliquit: nam patrimonium domestici prædones vi ereptum possident; etc. *Id. Orat.* 43. 137. Est id omnino verum, sed proprie in hoc dicitur: nam omnium magnarum rerum, sicut arborum, altitudo nos delectat, radices stirpesque non item. *Cæs.* 1. *B. G.* 12. Is pagus appellabatur Tigurinus. Nam omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est. — *c*) Item usurpatur ubi narratio vel demonstratio alicujus rei facienda est. *Plaut. Most.* 5. 1. 1. Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit: atque equidem quid id esse dicam verbum nauci, nescio. Nam herus me postquam rus misit, ut filium suum arcesserem, abii etc. *Ter. Andr.* 1. 1. 24. Rem omnem a principio audies: eo pacto et gnati vitam et consilium meum cognosces; et quid facere in hac re te velim. Nam is postquam excessit ex ephebis etc. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 2. 4. Itaque non hæsitans respondebo, sed ea dicam, quæ mihi sunt in promptu: quod ista ipsa de re multum, ut dixi, et diu cogitavi. Nam quum philosophiam viderem diligentissime Græcis litteris explicatam, existimavi etc. *Tac.* 16. *Ann.* 18. De C. Petronio pauca supra repetenda sunt. Nam illi dies per somnum, nox officiis et oblectamentis vitæ transigebatur. — d) Conjunctionis *nam* propria est parenthesis, quæ explicandi causa interponitur. *Cic.* 2. *Off.* 12. 42. Omni igitur ratione colenda et retinenda justitia est, tum ipsa per sese (nam aliter justitia non esset), tum propter amplificationem honoris et gloriæ. *Id.* 2. *Orat.* 14. 60. Quum istos libros ad Misenum (nam Romæ vix licet) studiosius legerim, sentio etc. *Id.* 2. *Legg.* 1. 1. In insula, quæ est in Fibreno (nam opinor illud alteri flumini nomen esse), sermoni reliquo demus operam. *Sall. Jug.* 63. Tamen is ad id locorum talis vir (nam postea ambitione præceps

solum militia, sed etiam peregrinationes rusticationesque communes. Nam quid ego de studiis dicam cognoscendi semper aliquid atque discendi? in quibus remoti ab oculis populi omne otiosum tempus contrivimus. *Id.* 2. *Off.* 13. 47. P. Rutilii adolescentiam ad opinionem et innocentiæ et juris scientiæ P. Mucii commendavit domus. Nam L. quidem Crassus, quum esset admodum adolescens, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili et gloriosa. *Id.* 9. *Att.* 2. Nam quod negas te dubitare, quin in magna offensa sim apud Pompejum, non video etc. *Id. Topic.* 11. 49. Nam alia quoque sunt contrariorum genera, velut ea, quæ cum aliquo conferuntur, ut etc. *V.* integrum loc. — *e*) Sæpius locum habet in præteritione et occupatione. *Cic.* 1. *Orat.* 5. 18. Tenenda præterea est omnis antiquitas exemplorumque vis: neque legum ac juris civilis scientia negligenda est. Nam quid ego de actione ipsa plura dicam? quæ motu corporis, quæ gestu, quæ vultu, quæ vocis conformatione ac varietate moderanda est; quæ etc. *Id. Sext.* 60. 128. Quis est Italiæ locus, in quo non fixum sit in publicis monumentis studium salutis meæ, testimonium dignitatis? Nam quid ego illa de me divina senatusconsulta commemorem? vel quod in templo Iovis optimi maximi factum est etc. *Id.* 3. *Verr.* 48. 128. Quid est aliud, omnibus omnia peccata et maleficia concedere, nisi hoc, hominum honestissimorum testimoniis et virorum bonorum tabulis non credere? Nam quid ego de quotidiano sermone querimoniaque populi Romani loquar? de istius impudentissimo furto, seu potius novo ac singulari latrocinio? — *f*) *Nam* interponitur post allocutionem, cui causa adjiciatur, quasi quis dicat: te ita alloquor, nam etc. *Virg.* 3. *Æn.* 374. Nate dea: nam te majoribus ire per altum Auspiciis manifesta fides etc. *Horat.* 3. *Od.* 11. 1. Mercuri, nam te docilis magistro Movit Amphion lapides canendo, etc. — *g*) Sæpius particula *nam* affirmationem exprimit simulque rationem affirmationis complectitur; et interdum *mehercule, hercle* et similia ad augendam orationis vim adduntur. *Cic.* 1. *Orat.* 22. 101. De iis, credo, rebus, inquit Crassus, ut in cretionibus scribi solet, quibus sciam poteroque. Tum ille: Nam quod tu non poteris aut nescies, quis nostrum tam impudens est, qui se scire aut posse postulet? *Plaut. Capt.* 4. 2. 115. Sume, posce, prome quid vis: te facio cellarium. ER. Nam hercule nisi manticinatus probe ero fusti pectito. Adde *Ter. Adelph.* 2. 1. 36. *Cic.* 2. *Orat.* 33. 144. Nam hercle, inquit Antonius, si hæc vere a Catulo dicta sunt, tibi mecum in eodem est pistrino, Crasse, vivendum. *Id.* 3. *Verr.* 51. 133. Dicunt ei, fere nullam esse columnam, quæ ad perpendiculum esse possit. Nam mehercule, inquit, sic agamus: columnæ ad perpendiculum exigantur. ¶ 3. Particula *nam* adhibetur in interrogationibus, et commotum loquentis animum fere significat: ea vero — *a*) Uno accentu comprehensa enclitico more componitur, ut *quisnam, undenam, quandonam*, etc. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 7. Quonam pacto possim vincere animum? *Cic.* 6. *Verr.* 36. 80. Quisnam igitur tuebitur P. Scipionis memoriam mortui? *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 15. Sed tamen quodnam ob scelus iter mihi necessarium retro ad Alpes versus incidit? *Cic.* 1. *Cat.* 4. 9. O dii immortales, ubinam gentium sumus? — *b*) Interdum occurrit uno aut pluribus verbis interjectis, ut apud *Plaut. Pers.* 2. 5. 13. Quando istæc innata est nam tibi? *Id. Bacch.* 5. 1. 26. Quid tibi ex filio nam ægre est? *Id. Aulul.* 3. 2. 13. Sed in ædibus quid tibi meis nam erat negotii? *Id. Most.* 1. 3. 101. Quid cerussa opus nam? *Virg.* 9. *Ecl.* 39. quis est nam ludus in undis? — *c*) Sæpius præponitur. *Plaut. Epid.* 1. 2. 29. Perdidisti omnem operam. EP. Nam qui perdidi? *h. e.* quare. *Id. Most.* 2. 1. 21. Quid ego ago? TR. Nam quid tu, malum, me rogitas, quid agas. *Id. Truc.* 4. 2. 11. Nam quid est? num mea refert? *Id. Asin.* 1. 1. 29. DE. Nam quousque? LI. Usque ad mortem volo. *Ter. Phorm.* 5. 1. 5. Nam quæ hæc anus est exanimata, a fratre quæ egressa est meo? *h. e.* quænam. *Id. Eun.* 5. 2. 57. Quam tu rem actura, obsecro, es? TR. Nam quid ita? *h. e.* cur ita interrogas? *Virg.* 4. *G.* 445. Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras Jussit adire domos? *Id.* 12. *Æn.* 637. Nam quid ago? aut quæ jam spondet Fortuna salutem? *h. e.* quidnam. *Id.* 2. *ibid.* 373. nam quæ tam sera moratur Segnities? *Horat.* 1. *Ep.* 1. 78. Bellua multorum es capitum. Nam quid sequar, aut quem?

NĀMA, ătis, n. 3. νᾶμα, liquor, scaturigo. Vox hæc legitur insculpta in duobus monumentis Mithriacis prope fluentum sanguinis, qui ex vulnere tauri a Mithra mactati effluit. *Inscript.* apud *Murat.* 138. 1. et 918. 9., quæ sunt apud *Orell.* 1914. et 1915. SOLI INVICTO MITHRAE SICVT IPSE SE IN VISV IVSSIT REFICI VICTORINVS CAES. N. VERNA DISPENSATOR NVMINI PRAESENTI SVIS IMPENDIIS REFICIENDVM CVRAVIT DEDICAVITQVE NAMA CVNCTIS. *Alia* apud *Viscont. Mus. Pio-Clem. T.* 7. *p.* 39. *ed. Mediol.* NAMA SEBESIO. *h. e.* νᾶμα σεβαζίου, liquor venerabilis (*dei*). Hunc ritum imitati videntur Christiani; nam apud *Bertoli, Antiq. d' Aquil. p.* 406. videre est picturam Christi crucifixi, ex cujus latere dextro exit sanguis in subjectum piscem avide eumdem ore excipientem delabens. Notum porro est, per piscem significari Christianos.

NAMQUE *vel* nanque, conjunctio. *Namque* in oratione primum sæpe locum sortitur; interdum tamen uni verbo postponitur, etiam apud Historicos. *Virg.* 6. *Æn.* 117. gnatique patrisque - miserere -, potes namque omnia, nec te etc. *Varro* apud *Gell.* 3. 10. Is namque numerus etc. *Liv.* 22. 50. Fuga namque ad Allian sicut urbem prodidit, ita exercitum servavit. *Tac.* 4. *Ann.* 21. Is namque, ut retuli, etc. *Flor.* 1. 5. Duodecim namque populos etc. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (120). Vera namque confitentibus etc. *et* 25. *ibid.* 2. 4. (8). Pinxere namque effigies berbarum etc. *V.* alia infra. — Ceterum *namque* est conjunctio, qua aliquid declaramus, vel rationem ac causam alicujus rei afferimus, majori tamen vi ac certius rem affirmantes, quod particulæ *nam* adjecta est enclitica *que*, καὶ γαο, *perchè appunto, perchè in vero, perchè veramente.* ¶ 1. *Namque* est particula declarativa, quæ rebus exponendis inservit. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 19. 44. pol mihi fortuna magis nunc defit, quam genus. Namque regnum suppetebat mi, ut scias, quanto e loco, Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna accidat. *Cic.* 3. *Orat.* 48. 184. Liberior est oratio et plane, ut dicitur, sic est vere soluta: non ut fugiat tamen aut erret, sed ut sine vinculis sibi ipsa moderetur. Namque ego illud assentior Theophrasto, qui putat etc. *Liv.* 2. 36. Magno illi ea cunctatio stetit; filium namque intra paucos dies amisit. *Nepos Alcib.* 1. Ad omnes res aptus, consiliique plenus. Namque imperator fuit summus et mari et terra. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 40. At Novius collega gradu post me sedet uno: Namque est ille, pater quod erat meus. *Id. ibid.* 5. 48. Lusum it Mæcenas, dormitum ego Virgiliusque: Namque pila lippis inimicum et ludere crudis. — Sic *namque* adhibetur, ubi narratio vel demonstratio alicujus rei facienda est. *Liv.* 4. 13. Tum Sp. Mælius ex equestri ordine, ut illis temporibus prædives, rem utilem pessimo exemplo, pejore consilio est aggressus. Frumento namque ex Etruria privata pecunia per hospitum clientiumque ministeria coempto etc. — Locum habet et in parenthesi. *Liv.* 3. 44. Virgini venienti in forum (ibi namque in tabernis litterarum ludi erant) minister decemviri libidinis manum injecit. *Nepos Miltiad.* 5. Sub montis radicibus - nova arte - prælium commiserant (namque arbores multis locis erant raræ), hoc consilio, ut etc. ¶ 2. Item est conjunctio causalis, qua scil. causa et ratio exponitur ejus rei, quæ ante dicta est. *Cæs.* 1. *B. G.* 38. Id ne accideret, magnopere præcavendum sibi Cæsar existimabat. Namque omnium rerum, quæ ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas. *Id.* 4. *ibid.* 34. Quibus rebus, perturbatis nostris novitate pugnæ, tempore opportunissimo Cæsar auxilium tulit: namque ejus adventu hostes constiterunt, nostri se ex timore receperunt. *Cic.* 2. *Legg.* 15. 38. Quorum (*sonorum*) dici vix potest quanta sit vis in utramque partem. Namque et incitat languentes et languefacit excitatos. Apud *eumd. Cic.* 1. *Orat.* 22. 101., ubi *Forcellinus* et alii legebant *namque, Orellius* legit *nam. V.* locum allatum in v. NAM 2. — Sic particula *namque* refellit, quæ ab adversariis objici possunt. *Virg.* 1. *Ecl.* 6. O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit. Namque erit ille mihi semper deus. — Allocutioni postponitur, ut apud *Virg.* 1. *Æn.* 65. Æole, namque tibi divum pater atque hominum rex Et mulcere dedit fluctus et tollere vento, etc. — Iungitur aliis affirmandi vocibus. *Plaut. Trin.* 3. 3. 3. Namque hercle honeste fieri ferme non potest. *Id. Mil. glor.* 4. 6. 11. Namque edepol vix fuit copia adeundi atque impetrandi.

NĀNA, æ, f. 1. *V.* NANUS sub I.

NANCĬO is, ire, a. *et*

NANCĬOR, Iris, iri, dep. 4. idem ac nanciscor, apud veteres. *Gracchus* apud *Priscian.* 10. *p.* 888. *Putsch.* Si nanciam populi desiderium, comprobabo reipublicæ commoda. — Depon. *nancior, iris,* in Fœdere Latino apud *Festum p.* 166. 25. *Müll.* Pecuniam quis nancitor, habeto: et si quid pignoris nancitor, sibi habeto. *nancitor* est pro *nancitur. Festus* interpretatur, nactus erit, prædatus erit. *V.* adnotata a *Müllero.*

NANCISCOR, nanciscĕris, nactus *vel* nanctus sum, nancisci, dep. 4. Ad scriptionem quod attinet, *nanctus* pro *nactus* est in optimis MSS. apud *Liv.* 23. 2., 24. 36., 25. 30. et 28. 31., *Plaut. Pœn.* 5. 5. 8., *Val. Max.* 4. 4. *n.* 6., *Ulp. Dig.* 48. 22. 7. et in *Cod.* palimpsesto *Cic.* 1. *de republ.* 10., ubi vide adnotationem *A. Mai* editoris diligentissimi. Cf. et *Drakenborg.* ad *Liv.* 24. 31. et 25. 30. et *Wagner.* ad *Virg.* 5. *p.* 459. Hinc *Priscian.* 10. *p.* 888. *Putsch. Nanciscor* etiam *nactum* facit absque *n*, ut Probo et Capro et Pollioni et Plinio placet; sicut et *pangor pactum* et *fingor fictum* et *tangor tactum.* — *Nactus* passive occurrit apud *Hygin. fab.* 8. Ea occasione nacta, fugæ se mandavit. Adde *eumd. fab.* 1. et 120. — Part. *Nactus* I. et II. — *Nancisci* a *nancio* (quod ratione habita etymi alii cum v. ἐναγκεσθαι, ἀναγκάζειν, alii cum v. λαγχάνω conjungunt) est forte invenire, casu incidere in aliquid, adipisci, τυγχάνω (It. *trovare a caso, imbattersi in qualche cosa, trovare, ottenere, conseguire*; Fr. *trouver, acquérir, obtenir, recevoir, surtout sans peine, par hasard*; Hisp. *hallar, topar por acaso, casualmente, adquirir, obtener*; Germ. *etwas erlangen, bekommen, zu etwas gelangen, einer Sache theilhaftig werden, sie erwischen, antreffen, finden*; Angl. *to meet with, find, find by chance, fall on, light or stumble upon*).

I.) Proprie de hominibus et raro de belluis: fere usurpatur in præterito. — *a*) Generatim. *Ter. Hecyr.* 5. 3. 27. Unde annulum istum nactus? *Cic. Orat.* 9. 32. Nactus sum etiam, qui Xenophontis similem esse se cuperet. *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 553. 22. *Merc.* Unam epistolam forte cum servo nacti prædatores. — *b*) Speciatim et sæpe dicitur de eo, qui fortuito quidem aliquid invenit ac præter opinionem, sed optatum tamen; qui quum adipiscitur, quod volebat, in rem gratam incidit, *trovare per buona sorte, imbattersi in cosa di suo genio, acquistare, conseguire. Donatus* ad *Ter. Hecyr.* 4. 4. 59. Nancisci proprie dicitur, qui paratus ad tenendum, antequam possit reperire quod teneat, statim, quod occurrerit, prehendit. *Cic.* 1. *Fin.* 5. 14. Quoniam nacti te, inquit, sumus aliquando otiosum. *Id.* 2. *Nat. D.* 64. 161. Immanes belluas nanciscimur venando. *Id.* 1. *de republ.* 10. Eum Philolai commentarios esse nactum. *Cæs.* 5. *B. G.* 9. Repulsi ab equitatu, se in silvas abdiderunt, locum nacti egregie et natura et opere munitum. *Nepos Cat.* 2. Sorte provinciam nactus Hispaniam citeriorem. Adde *Auct. B. Afr.* 34. Rursus *Cæs.* 6. *B. G.* 34. *extr.* Germani, quam nacti erant, prædam in occulto relinquunt. *Horat. Art. P.* 299. Nanciscetur enim pretium nomenque poetæ. *Cic.* 3. *Nat. D.* 36. 87. Si aliud quippiam nacti sumus fortuiti boni. *Id.* 3. *Fam.* 7. Pluribus verbis ad te scribam, quum plus otii nactus ero. *Id.* 13. *ibid.* 7. Majorem spem impetrandi nactus sum, posteaquam etc. — *Id.* 2. *Nat. D.* 49. 125. Miluo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo; ergo alter alterius ubicumque nactus est ova, frangit. — *c*) Aliquando dicitur de eo, qui in malum incidit. *Ter. Phorm.* 3. 3. 10. Si ex nuptiis tuis nihil nanciscor mali. *se non incontro qualche disgrazia. Nepos Agesil.* 8. Ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore. *Id. Att.* 21. Nactus est morbum. *cadde in malattia.* Sic *Sueton. Tit.* 10. Ad primam statim mansio-

nem febrim nactus. — *Ut nactus es, habe*, est formula malum cuique contigisse gaudentis, *ti sta bene, tuo danno. Plaut. Rud.* 3. 6. 33. et *Trin.* 1. 2. 25.

II.) Translate tribuitur rebus inanimis. *Plaut. Rud.* 4. 3. 46. Meum, quod rete atque hami nacti sunt, meum potissimum est. *Cic. Senect.* 15. 52. Vitis, ut se erigat, claviculis suis, quasi manibus, quidquid est nacta, complectitur. *Ovid.* 1. *Fast.* 475. Dixerat hæc nato motus instare sibique, Multaque præterea tempore nacta fidem. *h. e.* quæ tempus et eventus vera fuisse monstravit.

NANCITOR. *V.* NANCIOR.

NANCTUS, a, um. *V.* NANCISCOR.

NANQUE. *V.* NAMQUE.

NANS, antis. *V.* NO.

NĂNUS, i, m. 2. νάνος, et νάννος, vox Græcæ originis, qua significatur homo brevi atque humili corpore paullum supra terram exstans, ut *Gell.* 19. 13. definit: qui et *pumilio* Latine dicitur (It. *nano*; Fr. *un nain*; Hisp. *enano*; Germ. *der Zwerg*; Angl. *a dwarf*).

I.) Proprie. — *a)* Masc. gen. *Propert.* 4. 8. 41. Nanus et ipse suos breviter concretus in artus Jactabat truncas ad cava buxa manus. *Juvenal.* 8. 32. nanum cujusdam Atlanta vocamus, Æthiopem cygnum, parvam extortamque puellam Europen. Etiam *Laber.* in *Mimis* hanc vocem usurpavit: qua in re a *Gellio* 16. 7. reprehenditur, ut voce usus obsoleta et sordidiore. Sed enim idem postea *loc. sup. cit.* admittit et probat: cujus judicium *Propertii* et *Juvenalis* et aliorum auctoritas confirmat. — Hujusmodi homulos in deliciis habere mos fuit, ut colligitur ex *Sueton. Tib.* 61. — *b)* *Nana* de femella. *Lamprid. Alex. Sev.* 34. Nanos et nanas et moriones populo donavit.

II.) Translate. ¶ 1. Transfertur ad animalia brevioris corporaturæ. *Helv. Cinna* apud *Gell.* 19. 13. At nunc me Genisna per salicta Binis rheda rapit citata nanis, *h. e.* binoulis, aut equulis. ¶ 2. Item, teste *Paul. Diac. p.* 176. 5. *Müll.*, ad genus vasis aquarii humilis et concavi, quod vulgo vocant situlum barbatum. *Varro* 5. *L. L.* 119. *Müll.* Vas aquarium vocant futim, quod in triclinio allatam aquam infundebant: quo postea accessit nanus cum Græco nomine, et cum Latino nomine Græca figura barbatus. *Gloss. Philox.* Νάννος, τὸ σκεῦος, barbatus. Ita hæc legit *Scalig.* in *Varrone*, et *Glossis.* Quod vero *Festus* videtur appellationem hujus vasis transferre ad homulum, non homuli ad vas, neque ipsi, neque aliis probatur: putantque verba *Festi* esse a *Paulo* aut confusa, aut mutilata.

NĂOFŸLAX. *V.* NAUPHYLAS.

NAPHTHA, æ, f. 1. ἡ νάφθα et ὁ νάφθας. *Forcellinus* masculinum hoc nomen protulit; sed feminium esse confirmat *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 101. (158). et 35. *ibid.* 15. 51. (179).; *Ammian.* 23. 6. *ante med.*; et *Hieronym.* ad *Daniel. c.* 3. Unus *Probus* 2. *p.* 1473. *Putsch.* hanc vocem affert, ut probet *Sallustium* (in 4. *Histor.*) contra consuetudinem dixisse *hoc naphthas, hujus naphthæ*. Idem tamen p. 1465. *naphthas* monoptotum barbarum dicit a *Sall.* usurpatum. Cf. et *Hieronym. loc. cit.* — Ceterum *naphtha* est genus bituminis, circa Babylonem copiosissime proveniens, cui tanta est cum igne cognatio, ut flamma transiliat in eam undecumque visam. Ita ferunt a Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona igne rapta. Hæc ex *Plin.* 2. *Hist. nat.* 105. 109. (235). Hoc autem bitumine in defendendis urbibus ad opera obsidentium incendenda usi sunt veteres, ut Tigranocertorum incolæ ad machinas Romanorum urbem obsidentium (ann. a. Chr. n. LXIX.) teste *Dion. Cass. fragm.* 178. *vol.* 1. *p.* 76. *ed. Reim. Ammian.* 23. 6. *ante med.* eadem fere habet, quæ *Plin.*, et naphtham oleum Medicum appellat. *Veget.* 4. *Milit.* 8. et 18. oleum incendiarium. *Grat. Cyneg.* 435. oleum vivum. Est autem vox ex duabus Ægyptiis composita, nempe ex *na*, oleum, et *Phthas*, Vulcanus, *h. e.* oleum igneum. *V. Jablonsk. Opusc. T.* 1. *p.* 158. et 381.

NAPHTHAS, æ, m. 2. *V.* voc. præced. init.

NĂPĪNA, æ, f. 1. a *napus* (*subaudi* terra) locus ubi seruntur napi. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 71. Napinæ, itemque rapinæ siccanels locis per hos dies fiunt. *V.* RĂPĪNA.

NAPURAS Nectito, quum dixit pontifex, funiculi ex stramentis fiunt. *Festus p.* 169. 20. *Müll.*; qui *p.* 165. 2. aliquanto plenius de hac re sic habet: Nectere ligare significat, et est apud plurimos auctores frequens. Quin etiam in commentario sacerorum usurpatur hoc modo: Pontifex minor ex stramentis napuras nectito, idest funiculos facito, quibus sues adnectantur.

NĂPUS, i, m. 2. genus raporum oblongius et exilius, βουνιάς (It. *navone*; Fr. *sorte de navet, chou navet*; Hisp. *nabo*; Germ. *die Steckrübe*; Angl. *a naphew, long rapes*). *Colum.* 2. *R. R.* 10. 23. Rapa campis et locis humidis lætantur: napus deveram amat et siccam tenuique propiorem terram. Itaque glareosis sabulosisque arvis melior exit: locique proprietas utriusque semen commutat. Namque in alio solo rapa biennio sata convertuntur in napum; in alio napus raporum accipit speciem. Adde *Pallad.* 8. *R. R.* 2. Amiterninos commendant *Plin.* 18. *Hist. nat.* 13. 35. (131). et 19. *ibid.* 5. 25. (77).; et *Martial.* 13. 20. Eorum condiendorum rationem docet *Colum.* 12. *R. R.* 54.

NĂPY, yos, n. 3. νᾶπυ, idem ac sinapi: vocis etymon vide in SINAPI. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 54. (171). Sinapi Athenienses napy appellaverunt. *Id.* 27. *ibid.* 13. 113. (140). Alterum thlaspi aliqui Persicum napy vocant.

NARCĒ, es, f. 1. νάρκη, torpor. Vox Græca. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 19. 75. (128). A narce narcissus dictus, non a fabuloso puero.

NARCISSĪNUS, a, um, adject. ναρκίσσινος, qui ex narcisso fit, ut Oleum narcissinum, Unguentum narcissinum. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 19. 75. (129). Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias. *Id.* 13. *ibid.* 1. 2. (6). Narcissinum unguentum ex flore narcisso desiit componi.

NARCISSĪTES, æ, m. 1. ut vult *Forcellinus*, vel rectius

NARCISSĪTIS, idis, f. 3. ut legit *Sillig.*, ναρκισσῖτις, gemma narcissi venis et odore distincta. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 73. (188).

NARCISSUS, i, m. 2. *narcisso*, νάρκισσος, lilii genus, radice carnosa atque odora, flore purpureo, folia in radice habens ad similitudinem foliorum arundinis, sed aliquanto crassiora: a νάρκη torpor, quia gravis ejus odor torporem affert. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 5. 12. (25). et *ibid.* 19. 75. (128). *Virg.* 5. *Ecl.* 38. purpureus narcissus. *et* 4. *G.* 123. sera comans. — In fabulis est puer, Cephisi amnis et Lyriopes Nymphæ filius, tanta formæ præstantia, ut quum aliquando ad fontem bibiturus accessisset, conspectæ suæ imaginis amore captus sit; quumque nulla potiundi amoris spes esset, nimio desiderio contabescens, in florem sui nominis commutatus fuerit. *Ovid.* 3. *Met.* 407. *et seq. Pausan. l.* 9. *c.* 31. narrat, Narcissum sororem suam sibi simillimam amavisse, quam, quum præmortua esset, in imagine propria adamare non desiit. De Narcisso *V. Auson. epigr.* 96., 97., 98. et 99.; et *Mus. Borbon. T.* 1. *tab.* 4. et *T.* 2. *tab.* 18. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* NARCISSIANUS in ONOM.

NARDĪFER, fera, ferum, adject. nardum ferens. *Grat. Cyneg.* 314. Nardiferumque metunt Gangem.

NARDIFOLIUM, ii, n. 2. folium nardi, quod etiam absolute folium dicitur; conjunctim vero recte scribitur, nam in nardo, teste *Plin.* 12. *Hist. nat.* 12. 25. (41). et 26. (42)., duo in pretio sunt, radix, quæ et *spica nardi* et *nardostachyon* appellatur, et folium, quod etiam *nardifolium* dicitur in *Not. Tir. p.* 160. Nardus, nardifolium. Ita et *Furlanetto.* Sed *Notis Tir.* nulla inest auctoritas.

NARDĪNUS, a, um, adject. νάρδινος, ad nardum pertinens. ¶ 1. Nardinus dicitur qui est ex nardo, ut Nardinum unguentum, alio nomine follatum, cujus conficiendi rationem docet *Plin.* 13. *Hist. nat.* 1. 2. (15). *Marcell. Empir. c.* 15. *p.* 106. ed. *Ald.* Noctuæ jecur ex unguento nardino trito (*lege* tritum), auriculis subinde infusum etc. — *Nardinum vinum* apud *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 11. est vel nardo, vel unguento nardino conditum. — *Nardinum oleum* memoratur a *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 115. ed. *Ald.* — *Nardinum folium* apud *Pelagon. Veterin.* 6. 34. est idem ac folium nardi: ubi tamen male legitur *filiinardini.* ¶ 2. *Nardina pira* dicuntur, quæ nardi odorem habent. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 16. (55).

NARDŌMŸRUM, i, n. 2. (nardus *et* myrum *vel* myron) nardinum unguentum. *Marcell. Empir. c.* 20. *extr. p.* 117. *retro* ed. *Ald.*, ubi legitur *nardomyri drachmas* etc.: nisi quis malit *nardini myri drachmas* etc.

NARDOSTĂCHŸON, ii, n. 2. ναρδόσταχυς, nardi spica. *Apic.* 7. 6. Piper, nardostachyon, folium, etc. *h. e.* nardi spica, nardi folium. Adde *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 116. ed. *Ald.*, ubi legitur Genit. *nardostachyos.* Sic et *eod. cap. extr. p.* 117. *retro.*

NARDOSTĂTĪUS, ii, m. 2. idem quod nardostachyon, apud *Theod. Priscian. de diæta* 15.

NARDUM, i, n. *et*

NARDUS, i, f. 2. Neutro genere præter *Plin.* et *Tibull.* infra allatos, usurpat etiam *Cels.* 3. 21. *ante med.* Iris, nardum, crocum, cassia, myrrha. Adde *eumd.* 5. 3. et *Colum.* 12. *R. R.* 20. 5. — Ceterum

I.) Proprie, *nardus* vel *nardum, nardo, spigo,* νάρδος, Hebr. נֵרְד *nerd*, frutex est gravi et crassa radice, sed brevi ac nigra fragilique, quamvis pingui, situm redolente, ut cyperi, aspero sapore, folio parvo densoque: cacumina in aristas sese spargunt: ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant. Hæc *Plin.* 12. *Hist. nat.* 12. 26. (42). — Est præterea herba huic non dissimilis, quam ob id pseudonardum vocant, folio crassiore, carnoso, angusto, colore languido in candidum vergente, frequentibus spicis in aristas sparsis, floscullis purpureis, gaudens petrosis locis et apricis, tanta suavitatis fragrantia, ut omnes flores odoris suavitate provocet, qua dote in vestibus inseritur. *Id. ibid.* — Nardus Gallica, sive Celtica, herba est, a pseudonardi speciebus diversa, folia habens longiuscula et flavescentia, floremque luteum. *Id. ibid.* (45). Baccharis vocatur narduum rusticum, de quo etc. *Id. ibid.*

II.) Translate *nardus* pro unguento nardino ponitur. *Horat.* 2. *Od.* 11. 16. Assyriaque nardo Potamus uncti. *Tibull.* 3. 6. 63. Syrio madefactus tempora nardo.

NĀRES, ium, ibus, f. plur. 3. *V.* NARIS.

NĀRĪNOSUS, a, um, adject. qui latis naribus est. *Lactant.* 5. 12. *in fin.* Cum diis suis narinosis relinquantur. Ita quidam Codices MSS. Alii leg. *varicosis*, alii *cariosis*, et *curiosis.*

NĀRĪO, ōnis, m. 3. (naris) qui nares corrugat, subsannator. *Glors. Isid.* et *Gloss. Pith.* Nario, subsannans. Cf. CACHINNO, onis.

NĀRĪPŪTENS, entis, particip. ab inusit. *nariputeo*, h. e. ex naribus puteo. *Vet. epigr.* in *Arthol. Lat. T.* 2. *p.* 468. *Burmann.* Accipe nariputens oris latrina, Philippe, *etc.* Tertia syllaba in *nariputens* licenter corripitur: at fortasse legendum est NARIPUTRENS.

NĀRIS, is, f. *et sæpius* nares, ium (*V. Charis.* 1. *p.* 20. *Putsch.* et *Diomed.* 1. *p.* 315.) plur. 3. *Nar* in recto casu affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Charis.* 1. *p.* 27. *Putsch.*, quocum cf. *Charis. Excerpt. p.* 546. et 553. *Keil.* Ratione habita etymi, *nares* derivari videtur per metathesin a voce Græca ῥῖνες, idem significante. *Lactant. Opif. D.* 11. vult ita dici, quia per eas spiritus nare non desinit: *Festus p.* 166. 19. *Müll.* quia per eas nari sumus odorum. Hinc hæc habet *Donatus* ad *Ter. Adelph.* 3. 3. 43. Ideo nares a narritate seu gnaritate dictæ sunt, quod nos odoratu doceant præsto et prope esse, quod adhuc oculi non vident. *V.* etiam OLFACIO. — Ceterum *nares* sunt nasi foramina, per quæ et odor et spiritus ducitur (It. *narici, nari, naso*; Fr. *les narines, le nez*; Hisp. *las ventanas de la nariz, nariz*; Germ. *die Nasenlöcher, die Nase*; Angl. *the nostrils, the nose*).

I.) Proprie. — *a)* In plurali num. *Cic.* 2. *Nat. D.* 56. 141. Itemque nares, eò quod omnis odor ad supera fertur, recte sursum sunt. *et ibid.* 57. 145. Nares, quæ semper propter necessarias utilitates patent, contractiores habent introitus, ne quid in eas, quod noceat, possit pervadere: humoremque semper habent, ad pulverem multaque alia depellenda non inutilem. *Quintil.* 11. 3. 80. Corrugare nares, et inflare, et movere, et digito

inquietare, et pulso subito spiritu excutere, et diducere sæpius, et plana manu resupinare, indecorum est. *Cic.* 3. *Tusc.* 18. 43. Fasciculum ad nares admovere. *Horat.* 1. *Ep.* 5. 22. ne turpe toral, ne sordida mappa Corruget nares. *Id.* 4. *Od.* 1. 21. Illic plurima naribus Duces tura. *et* 2. *ibid.* 15. 6. omnis copia narium. *h. e.* florum odoratorum. metonymia. *Virg.* 1 *G.* 375. aut bucula cælum Suspiciens, patulis captavit naribus auras. *Colum.* 6. *R. R.* 1. 3. Boves naribus resimis patulisque. *Virg.* 12. *Æn.* 114. alto se gurgite tollunt Solis equi, lucemque elatis naribus efflant. *Ovid.* 7. *Met.* 806. naribus acres Ire canes. *Hieronym. Ep.* 133. *n.* 7. Duobus digitulis narium purgamenta decutere. *Veget.* 1. *Veterin.* 3. Cui de naribus pronucis humor defluit male olens. *et ibid.* 4. Nullus ei per nares supra solitum humor emanat. — *b*) In singulari num. *Macer* apud *Charis.* 1. *p.* 82. *Putsch.* Saucia naris. *Apul.* 8. *Met. p.* 577. *Oud.* Nare detorta, magistrum suum varie cavillantur. *storcendo il naso. Ovid.* 12. *Met.* 253. disjectis ossibus oris, Acta retro naris medioque infixa palato est. *et* 3. *ibid.* 674. panda loquenti Naris erat. *Grat. Cyneg.* 172. fides et solertia naris. *h. e.* sagacitas in cane venatorio. *Ovid.* 1. *Art. am.* 520. Inque cava nullus stet tibi nare pilus. *Pers.* 1. 33. balba de nare loqui. *parlar nel naso. Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 13. Narem contrahere. *h. e.* corrugare irridendi causa.

II.) Translate. ¶ 1. Refertur ad judicium, censuram, sagacitatem intelligendi, irridendi acrimoniam: qua ratione et *nasutum hominem* dicimus, et *naso suspendere*, etc. Hinc *Quintil.* 11. 3. 80. Naribus non fere quidquam decenter ostendimus, tametsi derisus iis, contemptus, fastidium significari solet. Ceterum *Horat.* 1. *Ep.* 19. 45. ad hæc ego naribus uti Formido. *Id.* 1. *Sat.* 4. 8.; et *Phædr.* 3. 3. Emunctæ naris homo. *V.* EMUNCTUS. Rursus *Horat. Epod.* 12. 3. Naris obesa. *V.* OBESUS. *Pers.* 1. 41. rides, et nimis uncis Naribus indulges. — Huc pertinent illa *Lucilii* apud *Non. p.* 427. 32. *Merc.* Calpurni sævam legem Pisoni reprendi, Eduxique animam in primoribu' naribus. *h. e.* vehementer et irate insectatus sum. *et Afranii ibid.* Apage sis clientum animum: in naribus primoribus vix pertuli edepol. ¶ 2. A similitudine dicuntur *nares* extremæ canalium partes, per quas humor egeritur. *Vitruv.* 7. 4. Inter duos parietes canalis ducatur, habens nares ad locum patentem. *Id.* 7. 10. Fit fornacula habens in laconicum nares. *spiragli*, foramina fumum emittentia. *Vopisc. Prob.* 21. Ingentem parans fossam, qua, dejectis in salum naribus, loca siccaret. Ita legit *Salmas.*, alii aliter. *Pallad.* 9. *R. R.* 9. Puteos fodiemus, et ab his foramina hinc inde patefacta, velut nares, intus agemus, qua nocens spiritus evaporet.

NĂRĪTA est genus piscis minuti. *Plautus:* Muriatica autem video in vasis stagneis, naritam Bonam, etc. Hæc *Festus p.* 166. 20. *Müll.* Νηρίτης autem genus est marinæ conchæ.

NĂRĪTAS, ātis, f. 3. ut *gnaritas*, est perspicacia, sagacia. *V.* locum *Donati* allatum in v. NARIS init.

NARRĂBĬLIS, e, adject. *raccontabile*, qui narrari potest. *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 61. Lingua sile: non est ultra narrabile quidquam. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 13. In utraque definitione (*Apollonius*) peccavit. Primo enim sunt prolixæ atque narrabiles. *h. e.* non definiunt, sed narrant.

NARRĀTĬO, ōnis, f. 3. (narro) actus narrandi, rei gestæ expositio; item res ipsa narrata, ἀφήγησις, διηγησις (It. *racconto, narrazione*; Fr. *action de raconter, narration, récit, histoire*; Hisp. *narracion, recitacion*; Germ. *die Erzählung, sowohl das Erzählen, als die Geschichte*; Angl. *a telling, relating, recounting, a tale account, relation, story, narration, narrative*). Occurrit ¶ 1. Generatim. *Cic. Orat.* 36. 124. Narrationes credibiles, nec historico, sed prope quotidiano sermone explicatæ dilucide. *Id.* 2. *Orat.* 19. 80. Rem narrare, ita ut veri similis narratio sit, ut aperta, ut brevis. *Id. Orat.* 62. 210. Si exponenda est narratio, quæ plus dignitatis desiderat, quam doloris. *Phædr.* 4. 4. Plus esse in uno sæpe, quam in turba, boni, Narratione posteris tradam brevi. *Sueton. Rhet.* 1. *a med.* Narrationes tum breviter et presse, tum latius et uberius explicare. ¶ 2. Specialim usurpatur de narratione oratoria. *Cic.* 1. *Invent.* 19. 27. Narratio est rerum gestarum, aut ut gestarum, expositio. Narrationum genera sunt tria. Unum genus est, in quo ipsa causa et omnis ratio controversiæ continetur. Alterum, in quo degressio aliqua extra causam aut criminationis, aut similitudinis, aut delectationis non alienæ ab eo negotio, quo de agitur, aut amplificationis causa, interponitur. Tertium genus est remotum a civilibus causis, quod delectationis causa, non inutili cum exercitatione, dicitur et scribitur. Ejus partes sunt duæ, quarum altera in negotiis, altera in personis maxime versatur etc. Adde *eumd.* 1. *Herenn.* 8. 12., 2. *Orat.* 19. 83. et 80. 326. et *Partit. orat.* 9. 31.; *Quintil.* 4. 2. 2.; *Capell.* 5. *p.* 180.; et *Priscian. de præexercitam. rhet. p.* 1331. *Putsch.*

NARRĀTĬUNCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* narratio, *breve racconto*, διηγημάτιον, brevis narratio. *Quintil.* 1. 9. 6. Narratiunculas a poetis celebratas tractare. Adde *Plin.* 6. *Ep.* 33. *a med.*

NARRĀTĬVĒ, adverb. narrando. *Donat.* in *argum. Andr.* Ut a novissimis rebus incipiens, initium Fabulæ narrative reddat spectatoribus.

NARRĀTĪVUS, a, um, adject. (narro) narrationi idoneus. *Empor. de loc. comm. in fin.* Mihi videtur comparationis et eventus loco narrativum aliquod posse misceri exemplum, vel historicum, dummodo ab his locis iterum ad speciem revertamur. *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 1. Est narrativum principium: *Urbs antiqua fuit.*

NARRĀTOR, ōris, m. 3. *raccontatore, narratore*, ἀφηγήτης, qui narrat. *Cic.* 2. *Orat.* 54. 219. Natura fingit homines et creat imitatores et narratores facetos. *et ibid.* 12. 54. Non exornatores rerum, sed tantummodo narratores. *Quintil.* 11. 1. 36. Abunde disertus rerum suarum narrator. *Tac.* 16. *Ann.* 2. A narratoribus oratoribusque præcipua materia in laudem principis assumpta est.

NARRĀTUM, i, n. 2. *V.* NARRO in fin.

NARRĀTUS, a, um. *V.* NARRO.

NARRĀTUS, us, m. 4. *racconto*, narratio. *Ovid.* 5. *Met.* 498. Mota loco cur sim, tantique per æquoris undas Advehar Ortygiam, veniet narratibus hora Tempestiva meis. *Apul.* 9. *Met.* Lector reprehendens narratum meum.

NARRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *Narramus* syncop. pro *narravimus* habet *Propert.* 2. 12. 9. Quam multa apposita narramus verba lucerna! — Part. *Narrans, Narratus, Narraturus* et *Narrandus* I. — Ratione habita etymi, videtur esse a *gnaruris*, gnarus: ab eo enim factum fuit *gnaruro*, quod in *Gloss. Philox.* legitur: et inde *narro. V.* alia huc pertinentia apud *Voss.* in *Etymol.* in *Gnari*; et confer γνωρίζω. — Ceterum *narrare* est dicere, exponere, recitare, rem gestam sermone explicare, διηγέομαι (It. *dire, raccontare, narrare*; Fr. *dire, raconter, exposer dans un récit*; Hisp. *narrar, referir, contar*; Germ. *Jemanden einer Sache kundig machen, sie ihm erzählen, berichten, kund thun, Nachricht geben, schildern, auch auseinandersetzen, darthun*; Angl. *to tell, recount, relate, report, recite, speak of, make mention of, narrate*).

I.) Proprie occurrit — *a*) Cum Accusativo. *Ter. Adelph.* 4. 1. 20. Narrare virtutes alicujus. *Id. ibid.* 3. 2. 53. Cognato rem omnem narrato ordine. *Cic.* 9. *Fam.* 6. *extr.* Ego tibi ea narro, quæ tu melius scis, quam ipse, qui narro. *Catull.* 9. 6. audiamque Hiberum Narrantem loca, facta, nationes. Huc pertinet et illud *Stat.* 3. *Silv.* 3. 207. Verbaque dilectæ fert narraturus Etruscæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 22. 24. (84). Percontanti narravit Romanos et Cæsarem. *diede contezza de' Romani etc. Id. ibid.* 23. 26. (96). Circumvectus in mediterranea Persidis, narrata proxime a Juba. *Id.* 20. *ibid. præfat.* 1. (1). Narrabimus homini cibos suos. *h. e.* ostendemus, explicabimus. *Justin.* 1. 9. 19. Ne res per quemquam narraretur. *h. e.* vulgaretur. — Et de inanimis *Plaut. Pers.* 4. 3. 29. Quid istæc tabellæ narrant? — *b*) Sequente Infinito, vel Conjunctivo cum Relat. *Cic.* 6. *Fam.* 1. *ad fin.* Mihi Philargyrus tuus fidelissimo animo narravit, te interdum sollicitum esse vehementius. *Id.* 2. *ibid.* 10. *a med.* Quo loco Clitarchus tibi narravit, Darium ab Alexandro esse superatum. *h. e.* Clitarchus in historia sua a te lecta. — Et de inanimis *Martial.* 3. 87. Narrat te rumor, Chione, numquam esse etc. — *Ter. Hecyr.* 1. 2. 70. Narratque, ut virgo integra etiam tum siet. *Cic.* 3. *Fam.* 1. Si respublica tibi narrare posset, quomodo se haberet. — *c*) Cum præpos. *de* et Ablativo. *Cic.* 3. *Fam.* 1. Jucunda mihi ejus oratio fuit, quum de animo tuo, de sermonibus, quos de me haberes quotidie, mihi narraret. *Id.* 3. *Herenn.* 14. 24. Si quæ admirationes inciderint, de quibus nos narrabimus. *Id.* 2. *Orat.* 59. 241. Ut mores ejus, de quo narres, exprimantur. *Id.* 3. *Att.* 15. Crassi libertum ais tibi de mea sollicitudine narrasse. Cf. *Justin.* 17. 3. 1. De origine regni ejus pauca narranda sunt. — *d*) *Male, bene narrare*, tristem, bonum nuncium afferre, *dar trista, buona nuova. Cic.* 16. *Att.* 14. Male narras de Nepotis filio. *et* 13. *ibid.* 33. Othonem quod speras posse vinci, sane bene narras. — *e*) *Narrari*, in sermone omnium esse, fabulam fieri. Cf. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 15. 16. (39). Belua numquam visa in hoc orbe, multis tamen narrata. *h. e.* a multis. *et* 11. *ibid.* 52. 114. (274). Frivola hæc, ut reor, et vulgo tamen narrata. *Id. ibid.* 37. 79. (203). In ventre hirundinum pullis lapilli, qui chelidonii vocantur, magicis narrati artibus, reperiuntur. *Id.* 5. *ibid.* 1. 1. (4). Nec præter oleastros, aliud exstat ex narrato illo aurifero nemore. Hæc tamen *Plinii* loca ad superiorem paragr. *a* referri possunt. Ceterum *Quintil. Declam.* 14. *sub fin.* Rideor ubique, narror, ostendor. *h. e.* fabula fio. *Martial.* 12. 52. Dulcis in Elysio narraris fabula campo. — *f*) Sæpius *narror est* idem ac dicor, feror, *si racconta, si dice che io* etc. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 6. propter Paridis narratur amorem Græcia Barbariæ lento collisa duello. *Ovid. Heroid.* 6. 19. Barbara narratur venisse venefica tecum. *Martial.* 3. 9. Versiculos in me narratur scribere Cinna. — Singulare est illud *Tac. Germ.* 33. Juxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur. — *g*) Eodem sensu *narrant*, h. e. dicunt, ferunt. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 48. (126). Narrant, et in Ponto Cæciam in se trahere nubes. Adde *eumd. ibid.* 106. 110. (236). et 32. *ibid.* 7. 24. (75).

II.) Translate. ¶ 1. Occurrit pro dicere, loqui, *dire, parlare. Horat.* 2. *Sat.* 7. 4. libertate Decembri (Quando ita majores voluerunt) utere, narra. *Ter. Andr.* 2. 2. 30. Non opinor, Dave. DA. opinor, narras? non recte accipis: Certa res est. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 67. narra, quid est? quid ait? *Ter. Andr.* 3. 1. 19. ego quid narres, nescio. *Id. Phorm.* 2. 3. 51. filium narras mihi? Cujus de stultitia etc. Adde *Phædr.* 3. 17. — Et cum præpos. *de* et Ablat. *Propert.* 2. 1. 43. Navita de ventis, de tauris narrat arator. *h. e.* disputat, disserit, *discorre.* ¶ 2. *Narro tibi*, vere loquor, verum tibi dico, *ti dico il vero, ti parlo sinceramente. Cic.* 2. *Att.* 11. Narro tibi: plane relegatus mihi videor, postea quam in Formiano sum. (Adde 15. *ibid.* 16. *et* 21.) et *ibid.* 7. Narra mihi: reges Armeniæ patricios salutare non solent? *dimmi il vero. Petron. Satyr.* 129. Narrabo tibi adolescens: paralysin cave. *ti parlerò da senno.* ¶ 3. Pro dicare, nuncupare, ut videtur, dixit *Plin. præfat. Hist. nat.* § 1. Libros naturalis historiæ —, natos apud me proxima fetura, licentiore epistola narrare constitui tibi, jucundissime imperator. *h. e.* Vespasiane. — Hinc

Narratum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, id quod expositum fuit. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 1. Hoc quoque, Tiresia, præter narrata, petenti Responde.

NARTHĒCĬA *vel* narthecya, æ, f. 1. ναρθηκία et ναρθηκύα, species ferulæ humilioris, quæ ad justam altitudinem narthecis non assurgit, folia habens maxima, ut quæque terræ proxima. Dicta videtur per demlutionem, a fruticis humilitate. Quare etiam a quibusdam ferula minor, et ab aliis ferulago appellatur. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 22. 42. (123). *de ferula.* Duo ejus sunt genera; narthecia Græci vocant assurgentem in altitudinem, narthecium vero semper humilem.

NARTHĒCĬUM, ii, n. 2. ναρθήκιον, repositorium medicamentorum, vasculum, in quo reponebant medicamenta: a ναρθηξ *ferula.* Primo enim narthecia appellata sunt vasa medicamentaria, quæ

ex narthece conficiebantur, quia narthecis lignum ad medicamenta asservanda accommodatissimum est, quippe quum ejus caulis medulla exempta sit vacuus; postea vero quævis vasa in hunc usum comparata, quamvis ex ferula confecta non essent, hoc nomine dici cœperunt. *Cic.* 2. *Fin.* 7. 22. Jam doloris medicamenta illa Epicurea tamquam de narthecio promant. *Martial.* 14. 78. cujus lemma *Narthecium*. Artis ebur medicæ narthecia cernis habere Munera, quæ cuperet Pactius esse sua.

NARTHEX, ēcis, f. 3. νάρθηξ, arbuscula, al. ferula, lignum foris corticis loco habens, intus ligni loco fungosam medullam. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 22. 42. (123). V. et voc. præced.

NARUS. *V.* GNARUS.

NĂSĀLE, is, m. 3. tegmen, quod nasum tuetur. *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Nasale, ornamentum equorum.

NĂSĂMŌNĪTES, æ, m. 1. ut legit *Forcellinus*, vel

NĂSĂMŌNĪTIS, idis, f. 3. ut legit *Sillig.*, χαλκαμωνίτης, νασαμωνίτις, gemma sanguinea, nigricantibus venis. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 64. (175). Cf. *Solin.* 27. 43.

NASCENS, entis, particip. *V.* NASCOR.

NASCENTĪA, æ, f. 1. γένεσις, *nascimento*, nativitas. *Vitruv.* 9. 7. *a med.* Non e nascentia, sed ex conceptione genethliologiæ rationes explicatas reliquit.

NASCĪBĪLIS, e, adject. qui nasci potest. *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 19. *ad fin.* Mortalem negat, quem nascibilem profitetur. Adde *eumd. ibid.* 11.

NASCĪTUS, a, um. *V.* NASCOR init.

NASCO, is. *V.* voc. seq. init.

NASCOR, nascĕris, nātus sum, nasci, dep. 3. Pro *natus*, *nasci*, legitur etiam *gnatus*, *gnasci*. Præcipue vero (*V. Priscian.* 2. *p.* 569. *Putsch.* et *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2456.) *gnatus*, *i*, m. 2. pro *natus*, υἱός, *figliuolo*, et *gnata*, æ, f. 1. pro *nata*, θυγατηρ, *figliuola*, voces sunt frequentissimæ in usu familiari, quas sæpissime habent *Plautus Terentiusque*; item ter aut quater *Horatius* in *Sat.* 2. 3. *et* 5. *lib.* 2. et *Ovid. l.* 7. *et* 13. *Met.* Quidam tribuunt etiam *Ciceroni Planc.* 24. 59. Quamquam ad præcepta ætas non est gnati etc.; sed ea lectio certa non est; et præterea illa verba veteris cujuspiam poetæ esse videntur. — *Nascere* in Infinito pro *nasci*, a *nasco*, *is*, quidam confirmant verbis *Catonis R. R.* 151. *extr.* Ubi germen nascere cœpit. *Schneider.* ipse ita edidit; sed ea lectio certa non est. — Part. *Nascens* I. et II. 1. et in fin.; *Natus* in omnibus paragr. et præcipue in fin.; *Nasciturus* (*V.* infra adnotat.) et *Nascendus* I. — Part. *Nascitus* est idem ac *natus*, quod postremum ex syncope ortum videtur. *Vet. Scholiast.* in *Bullett. dell' Instit. archeol. ann.* 1838. p. 146. referens verba *Cassiod.* in *Psalm.* 102. 5. Huic avi (*aquilæ*) jam ætate provectæ supremum labium cornea inflexione nascitum tantum fertur excrescere, ut ei non sit liberum escas solita libertate decerpere. Apud *Cassiod. loc. cit.* perperam legitur in editionibus *nasutum* pro *nascitum*. — *Nasci* volunt esse a γεννάω, unde γεννάσκω. Est etiam cui placet a *nanciscor* ducere per syncopen, quasi vitam adipiscor. Aliis demum est inchoativum a v. *genuisse*, *gignere*. Ceterum *nasci* est oriri, in vitam venire, in lucem edi, φύομαι, γίγνομαι (It. *nascere*, *venire alla luce*; Fr. *naître*; Hisp. *nacer*; Germ. *gezeugt*, *geboren werden*; Angl. *to be born*, *come into the world*, *spring*, *arise*, *grow*).

I.) Proprie. — *a*) De hominibus. *Ennius* apud *Philargyr.* ad *Virg.* 3. *G.* 35. Assaraco natus Capis optimus, isque pium ex se Anchisen generat. *Ter. Heaut.* 5. 4. 7. Ita mihi atque huic sis superstes, ut ex me atque hoc natus es. Sic *Cic.* 3. *Nat. D.* 19. 48. Circe et Pasiphae e Perseide natæ, patre Sole. *Ter. Andr.* 3. 2. 6. scitus puer est natus Pamphilo. *Cic.* 2. *Nat. D.* 2. 1. Quod ex nobis natos liberos appellamus, idcirco Cerere nati nominati sunt Liber et Libera. *Id.* 3. *Tusc.* 12. 26. Ille Tantalo prognatus, Pelope natus. *Id.* 3. *Nat. D.* 18. 45. Orpheus et Rhesus Musa matre natus. *Id. Rosc. Am.* 16. 46. Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo nascerere. *Virg.* 4. *Ecl.* 8. Nascenti puero fave, Lucina. *Ovid.* 15. *Met.* 639. Apolline natos. *Id.* 4. *ibid.* 422. de pellice natus. *et* 9. *ibid.* 613. neque enim de tigride natus. *et* 11. *ibid.* 312. Alipedis de stirpe dei versuta propago Nascitur Autolicus. *Cic.* 1. *Tusc.* 5. 9. Quoniam mortui miseri sunt, in miseriam nascimur sempiternam. — Similiter est etiam originem ducere. *Cæs.* 7. *B. G.* 37. Amplissima familia nati adolescentes. *Virg.* 1. *Æn.* 290. Nascetur pulcra Trojanus origine Cæsar. *Tac.* 1. *Hist.* 16. Generari et nasci a principibus fortuitum est. — *Nascendus* apud *Gell.* 3. 10. Ad homines quoque nascendos vim numeri hujus (*septenarii*) pertinere ait. *h. e.* ad homines in utero matris formandos: docet enim totum hominem in utero septem hebdomadis absolvi. Ita etiam usurpatur *senescendus*, quod vide in SENESCO. — *b*) De brutis animantibus. *Cic. Amic.* 8. 27. Bestiæ ex se natos amant ad quoddam tempus, et ab eis amantur. *Virg.* 3. *G.* 389. *de ovibus.* ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum. *h. e.* fetus, *de' nascenti*. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 53. 74. (149). Aves omnes in pedes nascuntur, contra quam reliqua animalia. *Pallad.* 7. *R. R.* 7. Ubi signum nasciturі regis (*apum*) inveneris. (Falluntur itaque *Phoca* qui in *Art.* 9. *p.* 1722. *Putsch.* docet v. *nasci* futuri temporis participio carere; et *Cledonius*, cui *Art. p.* 1913. *Putsch.* Part. est *naturus*, non *nasciturus*).

II.) Translate. ¶ 1. Usurpatur de rebus physicis, quæ vel existere incipiunt vel oriuntur. — *a*) Hinc de plantis, mineralibus, lapillis, fluminibus, de stellis orientibus, de ventis surgentibus etc. Generatim *Cic. Orat.* 3. 10. Ideas Plato gigni negat, et ait semper esse: cetera nasci, occidere, fluere. — *Natu* supinum. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 33. 60. (139). Cupressus natu morosa. *difficile da nascere*. — Ceterum *Virg.* 2. *G.* 110. Fluminibus salices, crassisque paludibus alni Nascuntur. *et* 3. *Ecl.* 92. humi nascentia fraga. *Horat.* 2. *Od.* 20. 11. nascunturque leves Per digitos humerosque plumæ. *Cæs.* 5. *B. G.* 12. Nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 8. 12. (61). Onyx nascitur circa Thebas Ægyptias. *Id.* 6. *ibid.* 18. 22. (65). Ganges in Scythicis montibus nascitur. *et* 36. *ibid.* 26. 65. (190). Ex palude nascitur amnis. *Virg.* 8. *Ecl.* 17. Nascere, præque diem veniens age, Lucifer, almum. *et* 1. *G.* 434. Totus et ille dies, et qui nascentur ab illo. *verranno dopo*. et *ibid.* 441. Sol ubi nascentem maculis variaverit ortum. *h. e.* quum oriens faciem habuerit maculosam. *Horat.* 3. *Od.* 23. 1. Cælo supinas si tuleris manus Nascente luna. *al sorgere della luna*. *Virg.* 3. *G.* 278. unde nigerrimus Auster Nascitur. — Huc pertinet etiam illud *Petron. fragm. Tragur.* 38. *Burmann.* Parum illi bona lana nascebatur: arietes a Tarento emit. Mel Atticum ut domi nasceretur, apes ab Athenis jussit afferri. Cf. *Tac. Dial. de orat.* 9. Hi (*versus*) etiam Basso domi nascuntur, puleri quidem et jucundi. — *b*) Hinc *nascens* est idem atque incipiens, recens ortus; et occurrit de rebus physicis et de abstractis. *Cic. Brut.* 7. 27. Ante Periclem et Thucydidem, qui non nascentibus Athenis, sed jam adultis fuerunt, littera nulla est etc. Cf. *Tac. Dial. de orat.* 25. *extr.* Fateor, quædam eloquentiæ eorum, ut nascenti adhuc, nec satis adultæ, defuisse. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 30. nascentes implent conchylia lunæ. *h. e.* novæ et crescentes. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 9. Nascens annus. *h. e.* vernum tempus. *Martial.* 6. 4. nascentia templa. *h. e.* recens exstructa, nova. *Cic.* 1. *Cat.* 12. 30. Conjuratio nascens. — Apud *Flor.* 2. 6. *ad fin.* Livius in diversissimam partem, id est in ipsas nascentis Italiæ fauces, signa converterat. *h. e.* Alpes, ubi Italia incipit. *Titzius* verba illa *id est-fauces* utpote puerile, quod in textum irrepsit, interpretamentum rectissime improbat ac rejicit. ¶ 2. Est etiam exsurgere, existere, erumpere. *Cæs.* 2. *B. G.* 18. Ab eo flumine collis nascebatur. *cominciava*, *sorgeva*, *ergevasi in alto*. Sic *Sil. It.* 3. 530. *de scandentibus Alpes.* ardua supra Sese aperit fessis et nascitur altera moles. — Hinc *nascentia*, *ium*, n. plur. 3. absolute, sunt plantæ, quippe quæ in altum eriguntur. *Vitruv.* 5. 1. 3. *Schneid.* Columnæ superiores quarta parte minores quam inferiores sunt constituendæ, propterea quod oneri ferendo quæ sunt inferiora firmiora debent esse quam superiora: non minus quod etiam nascentium oportet imitari naturam, ut in arboribus teretibus abiete, cupressu, pinu. *h. e.* quæ naturaliter exsurgunt. ¶ 3. Est etiam initium ducere, proficisci, provenire. *Cic.* 16. *Fam.* 22. Scribes ad me, ut mihi nascatur epistolæ argumentum. *Virg.* 3. *Æn.* 44. major rerum mihi nascitur ordo. Rursus *Cic.* 2. *Off.* 5. 16. Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. *Id. Quinct.* 28. 85. Ex quo uno hæc omnia nata et profecta esse concedit. *Id.* 2. *leg. Agr.* 33. 90. Hic in oculis senatus nihil posse exsistere, quod non ante exstingui atque opprimi posset, quam plane exortum ac natum. *Cæs.* 7. *B. G.* 43. *in fin.* Ne profectio nata a timore defectionis, similis fugæ videretur. *Auct. B. G.* 8. 48. Postulatio ab justo timore nascitur. *Catull.* 64. 188. Querelæ veræ nascuntur pectore ab imo. *Auct. B. Alex.* 58. Ne dissensionis initium natum seditiosa militum suaque videretur natura. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 14. 23. (100). Hinc nata inoculatio. *Petron. Satyr.* 25. Hinc puto proverbium natum etc. — Et sequente part. *ut*, *Plin.* 16. *Hist. nat.* 4. 4. (10). Inde natum, ut etiam triumphaturis conferrentur (*coronæ*) in templis dicandæ. — Hinc a Part. præs.

Nascentĭa, *ium*, n. plur. 3. absolute, substantivorum more. *V.* supra sub II. 2.

Natus, *a*, *um*, particip. et adject. (quod substantivorum quoque more usurpatur) plures, et quasdam peculiares habet significationes: scil.

A) Particip. *natus* proprie est in lucem editus, ortus, *nato*, γεγονώς. ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) Generatim. *Cic. Brut.* 62. 224. Longe post natos homines improbissimus Glaucia. *dopo che il mondo è mondo*: *a' dì de' nati*. *C. Gracch.* apud *Gell.* 15. 12. Si ulla meretrix domum meam introivit, omnium natorum postremissimum nequissimumque existimatote. *il peggiore di quanti mai son nati al mondo*. — *b*) Speciatim *nemo natus*, nemo mortalium, nullus. *Plaut. Most.* 2. 2. 21. nemo natus in ædibus Servat. *non vi è anima viva*, vel *anima nata*. Sic *Id. ibid.* 2. 1. 55. Tamquam si intus natus nemo in ædibus habitet. — *c*) Cum additis. *Claudius Quadrigarius* apud *Gell.* 7. 11. Qui summo genere natus erat. *Cic.* 3. *Orat.* 32. 131. Tu in alia lingua ac moribus natus, occupatissima in civitate etc. *et mox*. Græci nati in litteris. *Justin.* 6. 8. 9. Homo inter litteras natus. — Figurate *Id. post redit. ad Quir.* 2. 5. A parentibus parvus sum procreatus: a vobis natus sum consularis. — *d*) Iterum mihi natus videor, *mi pare d'esser rinato*, est impense lætantis, et bonum aliquod insperato conseruti. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 117. et *Capt.* 4. 2. 111. ¶ 2. Latiori sensu, addito Accusativo temporis, (cui deficit præpos. *ante*, si *Prisciano* 18. *p.* 1214. *Putsch.* sit fides) de hominis ætate dicitur. *Cic.* 5. *Verr.* 25. 62. Eques Romanus prope annos nonaginta natus. *Id. Brut.* 64. 229. Undeviginti annos natus erat eo tempore. *avea diciannov' anni*. *Id. Cluent.* 40. 110. Quum annos ad quinquaginta natus esset. — Interdum ipsa hominis ætas rectius definitur additis vocibus *major* vel *minor* et omissa vel sequente part. *quam*. *Cic. Rosc. Am.* 14. 39. Patrem occidit Sex. Roscius. Qui homo? Adolescentulus corruptus — annos natus major quadraginta. *che avea più di quarant' anni*. *At dubia est lectio*: Orellius *leg.* annis major q. *Nepos Reg.* 2. Dionysius major annos sexaginta natus decessit. *Liv.* 45. 32. Quos (*principes Macedonum*) cum liberis majoribus quam quindecim annos natis præcedere in Italiam placeret. et *Gell.* 1. 12. Qui de virgine capienda scripserunt, quorum diligentissime scripsit Labeo Antistius, minorem quam annos sex, majorem quam annos decem natam, negaverunt capi fas esse.

B) Adjective. ¶ 1. *Natus alicui rei*, vel *ad aliquam rem* etc. dicitur qui aptus et idoneus est, quasi in hoc sit in lucem editus, *nato per* etc., *atto*, *abile*, *buono*, *unico a qualche cosa*. — *a*) Cum Dativo. *Ter. Adelph.* 4. 2. 6. me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis. *Cic.* 2. *Fin.* 14. 45. Non sibi se soli natum meminerit, sed patriæ, sed suis. *Id. Cæl.* 24. 59. Ille vir, qui se natum huic imperio putavit. *Id. Pis.* 17. 41. Ille gurges natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. *Id. Prov. cons.* 5. 10. Judæi et Syri nationes ser-

vituti natæ. *Inscript.* apud *Gruter.* 408. 1. VT NOBIS DECLARATVM VELIT ESSE SE NON ALII, QVAM PATRIAE SVAE NATVM. *Vellej.* 2. 118. 1. Germani, natum mendacio genus. Cf. *Seneca* 2. *Suasor.* p. 18. ed. Bipont. *de Thermopylis.* Natus trecentis locus. — b) Cum præpos. *ad* et Accus. *Cic. Brut.* 68. 239. Vir ad omnia summa natus. *Id.* 12. *Phil.* 4. 9. C. Cæsar deorum beneficio natus ad hæc tempora. *Id.* 1. *Orat.* 22. 99. Quum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptumque cognossem. *Id.* 5. *Fin.* 22. 63. Ad laudem et ad decus nati, suscepti, instituti sumus. *Id. Orat.* 28. 99. Si ad hoc unum natus est, aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet uni. *Id.* 2. *Fin.* 13. 39. Ut ad cursum equus, ad arandum bos, ad indagandum canis, sic homo ad intelligendum et agendum natus est. *Id. Harusp. resp.* 4. 6. Ut P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Carthaginis *etc.*, sic T. Annius ad illam pestem comprimendam, exstinguendam, funditus delendam natus esse videtur. *Justin.* 27. 2. 5. Quasi ad ludibrium tantum fortunæ natus esset. — *Ovid.* 2. *Met.* 223. Natus ad sacra Cithæron. *Id.* 5. *ibid.* 561. canor mulcendas natus ad aures. — c) Cum Accus. et præpos. *in* apud Poetas. *Horat.* 1. *Od.* 27. 1. Natis in usum lætitiæ scyphis. *Ovid.* 14. *Met.* 99. natæ dira in perjuria linguæ. — d) Cum Infinito apud Poetas. *Ovid. de nuce* 113. At rubus et sentes tantummodo lædere natæ. *Id.* 15. *Met.* 120. Quid meruere boves, animal sine fraude dolisque, Innocuum, simplex, natum tolerare labores? *Seneca Ep.* 95. § 21. Feminæ libidine nec maribus quidem cedunt, pati natæ. ¶ 2. *Natus* addito Adverbio est natura conformatus, factus, constitutus. *Liv.* 9. 2. Ita natus locus est: saltus duo alti, angusti silvosique sunt etc. — Hinc *bene* aut *male natus* de re bonæ aut malæ naturæ. *Varro* 1. *R. R.* 6. 1. Alius ager bene natus, alius male. *di cattiva natura, sterile, malnato.* et *Colum.* 4. *R. R.* 24. 7. Sarmenta vetera, male nata, contorta, deorsum spectantia recidito. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 233. Inculti versus, et male nati. — *E re natus* est subito, vel ex ipsa re natus. *Quintil.* 4. 1. 54. Multum gratiæ exordio est, quod ab actione diversæ partis materiam trahit, hoc ipso, quod non compositum domi, sed ibi atque e re natum, etc. *sul fatto, o dal fatto.* — *E re nata,* ex eo, quod casu, aut præter nostram voluntatem accidit (cf. *Plaut. Truc.* a. 5. *v.* 70. Ut rem natam video, hoc accipiundum est, quod datur.). *Ter. Adelph.* 3. 1. 8. E re nata melius fieri haud potuit, quam factum est. *Apul.* 4. *Met.* E re nata subtile consilium tale comminiscimur. *h. e.* ex occasione. — *Pro re nata,* pro præsenti rerum statu. *Cic.* 7. *Att.* 14. *ad fin.* Velim eas cohortere, ut exeant: præsertim quum ea prædia in ora maritima habeamus, cui ego præsum, ut in his pro re nata non incommode possint esse. *per quel che ora corre.* et 14. *ibid.* 6. Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 8. — Hinc

C) *Natus, i,* m. 2. *figliuolo,* et *Nata, æ,* f. 1. *figliuola,* et sæpius in plur. num. *Nati, orum,* sunt filii, liberi. Frequentius vero scribitur *gnatus, gnata* etc. Fere tamen tunc adhibetur, quum parentum simul mentio fit; et perraro a prosæ scriptoribus. — a) *Nati, orum,* in plur. num. *Cic. Amic.* 8. 27. Caritas, quæ est inter natos et parentes. *Virg.* 7. *Æn.* 518. Et trepidæ matres pressere ad pectora natos. *Id.* 3. *ibid.* 98. Et nati natorum et qui nascentur ab illis. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 114. videas metato in agello Cum pecore et gnatis fortem mercede colonum etc. — Sic de brutis animantibus. *Phædr.* 1. 28. Aquila, ut periculo mortis eriperet suos, Incolumes natos supplex vulpi tradidit. et *Colum.* 6. *R. R.* 27. 13. Id genus pecudis (*equini*) amore natorum, nisi fiat potestas, notam trahit. — b) *Natus, i,* m. sing. *Ennius* apud *Non.* p. 246. 11. *Merc.* mihi Ausculta, nate, pueros jube cremarier. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 43. At pater ut nati, sic nos debemus amici Si quod sit vitium, non fastidire. *Quintil.* 1. *procem.* 6. Eruditio nato tuo non inutiles fore libri videbantur. — c) *Nata* in Dat. plurali habet *natis,* non *natabus,* ubi distinctione opus non est. *Ovid.* 13. *Met.* 660. Eubœa duabus, Et totidem natis Andros fraterna petita est. Adde *Priscian.* 7. *p.* 733. *Putsch.* Ad vitandam autem sexus ambiguitatem *natabus* dici poterit, ut a viris peritis, inquit *Phocas p.* 1707. *Putsch.*, usurpatum est. *V.* dicta in ASINA sub init. — Ceterum *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 20. 40. o gnata, tibi sunt ante ferendæ Ærumnæ, post ex fluvio fortuna resistet. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 219. si quis gnatam pro muta devovet agna. Cf. *eumd. ibid. v.* 199. Tu quum pro vitula statuis dulcem Aulide natam Ante aras etc. *Virg.* 1. *Æn.* 658. Ilione, maxima natarum Priami.

NĀSĪCA, æ, m. et f. 1. qui naso est acuto, subtili et contracto. *Arnob.* 6. 10. Potest fieri, ut barbatus in cælo sit, qui esse a vobis effingitur levis: displosas ut gestitet nares, quem vos esse facitis figuratisque nasicam. Adde *eumd.* 3. 14. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

NĀSĪTERNA, æ, f. 1. *secchia, brocca, urna, annaffiatojo,* ὑδρία. Est genus vasis aquarii ansati et patentis, quale est, quo equi perfundi solent. Plautus in Bacchidibus: Ecquis evocat cum nasiterna et cum aqua istum impurissimum? Et in Nervolaria: Ecquis huc effert nasiternam cum aqua sine suffragio? Et Cato in Q. Sulpicium: Quotiens vidi trulleos, nasiternas, pertusos aquales, matellas sine ansis. Hæc *Festus p.* 169. 11. *Müll.* qui *nassiterna* scribit duplici *ss.* Alii unico, quia a ternis nasis (quod etymon *Müllerus* improbat *p.* 168.), seu ansis, vel potius tutulis exstantibus, per quos liquor effunditur, dictam putant, quemadmodum *Juvenal.* 5. 46. Vatinianos calices nasorum quatuor fuisse, ait. *V.* NASUS. *Cato R. R.* 11. in instrumento vineæ enumerat amphoram, nassiternam, pelvim, matellionem, trulleum, etc. Adde *Varron.* apud *Non. p.* 546. 7. *Merc.* Quod autem affert *Festus* ex Nervolaria *Plauti,* habetur *Stich.* 2. 2. 28. hoc modo: Ecquis huc effert nasiternam cum aqua? GR. sine suffragio Populi tamen ædilitatem hic quidem gerit. V. *Nibby, del creduto circo di Caracalla, p.* 36. In altato *Caton.* loco est qui legit *amphoram nassiternam,* sine nota distinctionis, ut *nassiternam* sit adjectivum: quod sane absurdum non videtur.

NĀSĪTERNĀTUS, a, um, adject. nasiterna instructus. *Calpurn.* apud *Fulgent.* in *Exposit. serm. antiq. p.* 563. 31. *Merc.* Ubi tu nasiternatus aquam petas.

NASSA, æ, f. 1. *nassa,* κύρτος, vel κύρτη, piscatorii vasis genus, quo quum intravit piscis, exire non potest. Ita *Festus p.* 169. 19. *Müll.*

I.) Proprie. *Sil. It.* 5. 47. vitreas solers piscator ad undas, Ore levem patulo texens de vimine nassam, Cautius interiora ligat, mediamque per alvum, Sensim fastigans, compressa cacumina nectit: Ac fraude arctati remeare foraminis arcet Introitu facilem, quem traxit ab æquore piscem. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 37. 61. (132). Capiuntur purpuræ parvulis rarisque textu veluti nassis in alto jactis. *et ibid.* 30. 48. (91). Polypus mire expetens odorem salsamentorum: qua de causa et nassis illinuntur. *Id.* 21. *ibid.* 18. 69. (114). Junci usus ad nassas marinas. *Id.* 32. *ibid.* 2. 5. (11). Scarus inclusus nassis non fronte erumpit, nec infestis viminibus caput inserit, sed aversus etc.

II.) Translate. *Plaut. Mil. glor.* 2. 6. 98. Numquam hercle ex ista nassa ego hodie escam petam. (Unde proverb. e nassa escam petere. *h. e.* utilitatem inde quærere, ubi majus periculum est.) *Cic.* 16. *Att.* 2. Ex hac nassa (al. *naxa*) exire constitui, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris.

NASSĪTERNA. *V.* NASITERNA.

NASTURTĪUM, ii, n. 2. (quod et *nasturcium* scribitur) *nasturzio,* κάρδαμον, quasi *nasitortium,* est herba hortensis, ita dicta, quod nasum torqueat, ut ait *Varro* apud *Non. p.* 12. 24. *Merc.*; est enim acerrimi odoris, et caustica vi præditum: Venerem inhibet, torporem excitat, animum excuit. Habet etiam vim contra serpentes, maxime si ustum sit. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 44. (155). Nasturtium nomen accepit a narium tormento: et inde vigoris significatio proverbio id vocabulum usurpavit, veluti torporem excitantis. Adde *eumd.* 20. *ibid.* 13. 50. (127). — Proverb. quod innuit *Plin. loc. cit.* Græce est κάρδαμον ἔσθιε, *nasturtium comede,* dictum in socordem, ignavum, hebetem. — Ceterum *Virg. Mor.* 84. Quæque trahunt acri vultus nasturtia morsu. *Colum.* 10. *R. R.* 230. parvo discrimine suici Spargantur cæcis nasturtia dira colubris. *Cic.* 5. *Tusc.* 34. 99. Persas negat Xenophon ad panem adhibere quidquam, præter nasturtium.

NĀSUM, i, n. apud veteres *et*

NASUS, i, m. 2. Neutro genere *Lucilius* apud *Non. p.* 215. 4. *Merc.* Queis oculi non sunt, neque nasum. *Id. ibid.* Nasum rectius nunc homini est. *Plaut. Mil. glor.* 4. 6. 4. Nam odore nasum sentiat, si intus siet. *et Amph.* 1. 1. 288. Oculi, nasum, dens, labra. Adde *eumd. Curc.* 1. 2. 18. et *Men.* 1. 2. 57. Cf. *Prob. de nom. excerpt. p.* 212. *Keil.* — Ceterum *nasus* (vox, ratione habita etymi, cum v. *nares* conjungenda) est prominens membrum in facie hominis, inter utrumque oculum, gemino foramine, unde spiritus, ore clauso, ducitur et emittitur, et odorum vis sentitur, ῥίν, μυκτήρ (It. *naso*; Fr. *nez*; Hisp. *nariz*; Germ. *die Nase*; Angl. *the nose*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 143. Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 59. (158). Altior homini tantum, quem novi mores subdolæ irrisioni dicavere, nasus. Non alii animalium nares eminent. Avibus, serpentibus, piscibus foramina tantum ad olfactus sine naribus. Et hinc cognomina Simorum, Silonum. *Martial.* 7. 37. Exprimere rorantem frigore nasum. *h. e.* stiria fluentem emungere. *et ibid.* Turpis ab inviso pendebat stiria naso. *et* 11. 98. Congelati gutta nasi. *Juvenal.* 10. 199. madidique infantia nasi. *h. e.* mucus et pituita defluens e naso senum, non secus atque infantium. Contra *Id.* 6. 147. sicco venit altera naso. *Seneca* 2. *Ira* 22. *a med.* Collisus nasus. *schiacciato. Ter. Heaut. sub fin.* aduncus. *aquilino.* (Nasum rectum præoptabant Græci. V. *Annal. dell' Institut. archeol. T.* 6. *p.* 208.) *Plaut. Capt.* 3. 4. 115. acutus. *Martial.* 2. 11. indecens. *Horat. Art. P.* 36. pravus. *torto. Catull.* 69. 9. nasorum pestem vocat tetrum odorem alarum, qui caper et hircus vocatur. *Pers.* 3. 87. Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos. *Juvenal.* 1. 57. ad calicem vigilanti stertere naso. *h. e.* stertere quidem, sed somnum simulando. *Plaut. Mil. glor.* 3. 2. 9. Naso clamare magnum. *h. e.* vehementer stertere. *Id. Men.* 1. 3. 12. Abripere alicui nasum mordicus. *Id. Capt.* 4. 2. 37. Naso exhibere molestiam. *scil.* tetros odores admovendo. ¶ 2. Latiori significatione est idem atque odoratus, sive odorandi sensus. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 89. Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus Illis nullus erat etc. *odorato.* ¶ 3. Item latiori significatione, vel translate ut *Forcellino* placuit, dicitur sedes iræ, et bilis, quia iratis cum contractione vultus rugat et nasus. *Plaut.* in *suppos. Amph. scœna,* Dii vostram fid. *v.* 42. Fames et mora bilem in nasum conciunt. *fan venir la muffa al naso. Pers.* 5. 91. Dise, sed ira cadat naso, rugosaque sanna. *Martial.* 6. 64. rabido nec perditus ore Fumantem nasum vivi tentaveris ursi. ¶ 4. Refertur etiam ad sagacitatem, acrimoniam in deprehendendis aliorum vitiis, et acri irrisione salsaque dicacitate insectandis: ducta metaphora a sagacitate canum, abstrusa quæque olfactu inquirentium: hinc *Plin.* 11. *Hist. nat.* 59. 37. (158). *l. c.* Altior homini tantum, quem novi mores subdolæ irrisioni dicavere, nasus. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 5. naso suspendis adunco Ignotos, ut me libertino patre natum. *motteggi, pungi, μυκτηρίζεις.* qua ratione et *Pers.* 1. 118. locutus est. (Similiter *Horat.* 1. *Sat.* 3. 29. Iracundior est paullo, minus aptus acutis Naribus horum hominum. *h. e.* naribus in arctum contractis, quod proprium est irridentium, unde *Hieronym. procem. Comment. lib.* 2. *in Osee.* Contracta nare despiciunt. Et *Auson., Horatium* imitatus, *præf. Edyll.* 11. Neque me fallit, fore aliquem, qui hunc jocum nostrum acutis naribus et caperata fronte condemnet.). *Plin. præfat. Hist. nat.* § 8. Lucilius, qui primus condidit stili nasum. *h. e.* satyram. *Martial.* 1. 42. Non cuicumque datum est habere nasum. *et ibid.* 4. Et pueri nasum rhinocerotis habent. *et* 5. 19. tacito rides, Germanice, naso. *Seneca Suasor.* 1. *ante med.* Et bene illis cesserat, si nasus Atticus ibi substitisset. *h. e.* adulatoria irrisio, μυκτηρισμός. Idem adulandi sensus

est etiam in illo *Horat.* 2. *Sat.* 8. 64. Balatro suspendens omnia naso etc., ut sequentiâ indicant. *Tertull. Pudic.* 2. Deus naso non deridetur adulantium scilicet bonitati ejus.

II.) Translate a similitudine dicitur de ansa vasis, vel de rostro, unde liquor e vase effunditur. *V.* NASITERNA. *Juvenal.* 5. 46. Tu Beneventani sutoris nomen habentem Siccabis calicem nasorum quatuor, ac jam Quassatum, et rupto poscentem sulphura vitro. *Beneventanus sutor* est ille Vatinius, a quo Vatinii calices dicti sunt, qui hujusmodi nasis instructi erant: de quibus *Martial.* 14. 96. Vilia sutoris calicem monumenta Vatini Accipe: sed nasus longior ille fuit. *h. e.* habet quidem calix hic nasos suos: sed longior fuit nasus Vatinio artifici, sive quod fuit nasutissimus, sive potius quod valde irrisor fuit et maledicus. Dicitur enim a *Tac.* 15. *Ann.* 34. facetiis scurrilibus abundasse.

NĀSŬTĒ, adverb., quod translate tantum occurrit, et est acriter, acerbe. *Seneca* 5. *Benef.* 6. *ad fin.* Maluit illi nasute negare, quam contumaciter ac superbe. *h. e.* astute. Est qui leg. *vafre*, invito *Lipsio. V.* vocem sequent. sub II. in fin.

NĀSŬTUS, a, um, adject. Comp. *Nasutior* et Sup. *Nasutissimus* II. — Nasutus est magnum habens nasum, εὔρινος, ἐπίρινος, *nasuto.*

I.) Proprie. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 93. Depygis, nasuta, brevi latere ac pede longo est. *Cassiod.* 10. *Variar.* 30. Est (*elephantis*) nasuta manus, per quam data suscipit, et ori suo voranda transmittit.

II.) Translate est sagax, acutus in deprehendendis aliorum vitiis, irrisor, dicax. *Martial.* 12. 37. *in scurram ineptum.* Nasutus nimium cupis videri: Nasutum volo, nolo polyposum. *et* 13. 2. *in detractorem.* Nasutus sis usque licet, sis denique nasus. *Id.* 2. 54. Nil nasutius hac malignius que est. *Seneca Suasor.* 7. *a med.* Cestius, homo nasutissimus, dissimulavit exaudivisse, etc. — In illo *Phædri* 4. 6. Tu qui nasute scripta destringis mea: *nasute* potest esse adverbium, *acremente, mordacemente, acerbamente.*

NĀTA, æ, f. 1. *V. Natus, a, um,* sub *C c* in fine v. NASCOR.

NĀTĀBĬLIS, e, adject. idem quod natatilis. *Coripp.* 4. *Laud. Justin.* 43. Cedrus olens, solidum numquamque natabile robur. *Boeth.* in *Top. Cic.* 3. *p.* 805. Animal natabile.

NĀTĀBŬLUM. *V.* MEDICABULUM.

NĀTĀBUNDUS, a, um, adject. natans. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 2. 31. Una cum armis præcipitat ponte, ac natabundus exit.

NĀTĀLE, is, n. 3. *et*

NĀTĀLES, ium, m. plur. 3. *V.* NATALIS in fin.

NĀTĀLĬCĬA *vel* natalitia, æ, f. 1. *et*

NĀTĀLĬCĬA *vel* natalitia, ōrum, n. 2. *et*

NĀTĀLĬCĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

NĀTĀLĬCĬUS *vel* natalitius, a, um, adject. *natalizio,* γενεθλιακός, ad natalem diem pertinens, natalis. *Cic.* 2. *Divinat.* 42. 89. Qui hæc Chaldæorum natalicia prædicta defendunt. *et ibid.* 43. 91. Natalicia sidera. *Martial.* 7. 86. Natalitiæ dapes. *Id.* 8. 64. Ut poscas, Clyte, munus exigasque, Uno nasceris octies in anno, Et solas, puto, tresve quatuorve Non natalicias habes calendas. *Juvenal.* 11. 84. Et natalitium cognatis ponere lardum. *h. e.* natalitio convivio servatum, quando delicatioribus cibis mensa instruebatur: vel antiquum et rancidum, quasi eo anno conditum sale, quo dominus natus est. Sic *Petron. Satyr.* 136. Dum coæquale natalium suorum sinciput in carnarium furca reponit. *Pers.* 1. 16. Et natalitia tandem cum sardonyche albus. *h. e.* dono data natali die: vel natali die gestata. — Hinc

Nātālĭcĭa, æ, f. 1. vel

Natalicia, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, est celebritas, convivium, munera pro die natali. *Cic.* 2. *Phil.* 6. 15. Hodie non descendit Antonius: cur? dat natalicia in hortis. cui? neminem nominabo: putatote eum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni. *Quod si cum* Vatic. Cod. *malis legere* nataliciam, *subaudi* cœnam.

Natalicium, ii, n. 2. (subaudi *munus*) absolute, substantivorum more, dixit *Censorin. de die nat.* 1. Quodcumque hoc libri est, meis opibus comparatum, Natalicii titulo tibi misi. *h. e.* natalicii muneris.

NĀTĀLIS, e, adject. (natus, nascor) ad nativitatem pertinens, γενεθλιος (It. *natale, natalizio, natio*; Fr. *de naissance, natal*; Hisp. *natal*; Germ. *zur Geburt gehörig*; Angl. *natal, native*). Occurrit — *a*) Sæpissime de iis, quæ ad hominum nativitatem pertinent. *Cic.* 9. *Att.* 4. Natali die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilii. *Id. Flacc.* 40. 102. Quem ego diem vere natalem hujus urbis appellare possum. — Natalem diem reditus sui *Cic.* 3. *Att.* 20. vocat eum diem, quo die ab exsilio in patriam fuit revocatus: est enim civilis mors exsilium; et exsilii finis nova quædam nativitas. — Ceterum *Horat.* 2. *Ep.* 2. 187. Scit Genius, natale comes qui temperat astrum. *Ovid.* 6. *Fast.* 797. Natale tempus. *Id. Ib.* 219. Natalis lux. *Horat.* 2. *Od.* 17. 18. hora. *Ovid.* 2. *Pont.* 9. 78. humus. *la patria.* Sic *Id.* 1. *ibid.* 3. 35. Natale solum. *et* 4. *Fast.* 685. Pelignos, natalia rura, petebam. *Horat.* 1. *Od.* 21. 10. Delos natalis Apollinis. *Val. Flacc.* 3. 321. Natalis domus. *Tibull.* 4. 6. 1. Juno. *h. e.* quæ præest feminis nascentibus, quæ et Lucina. Sic *Id. ibid.* 5. *in fin.*-Natalem vocat Genium, qui nativitatis virorum præses est. *Manil.* 3. 613. morbus. *h. e.* nascendo contractus. — *b*) De inanimis et abstractis est idem ac nativus, congenitus, insitus, ipsa nativitate contractus, *nativo, naturale, innato. Colum.* 3. *R. R.* 7. 2. Vites natali et ingenita sterilitate laborantes. *Val. Flacc.* 6. 61. cui candidus olim Crinis inest natale decus. — Hinc

Natalis, is, m. 3. (subaudi *dies*) absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est dies, quo die quis nascitur, *giorno natalizio, τὰ γενέσια. Cic.* 7. *Att.* 5. Ad urbem (*veni*) tertio Non. natali meo. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 210. Natales grate numeras. *Juvenal.* 5. 36. Quale coronati Thrasea, Helvidiusque bibebant, Brutorum et Cassî natalibus. *Virg.* 3. *Ecl.* 76. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola. *Ovid. Heroid.* 15. 61. Sex mihi natales ierant. *Id.* 1. *Art. am.* 417. Magna superstitio tibi sit natalis amicæ. *Marcell. Dig.* 23. 1. 22. et *Ulp. ibid.* 4. 4. 3. Die natalis sui. — Hunc diem celebrabant sacrificiis, viri quidem Genio, feminæ Junoni: item conviviis, et munera ab amicis accipiebant. Testimonia passim occurrunt. De muneribus lepidum est *epigr.* 64. *Martial. l.* 8. quem vide in voc. præced. *V.* etiam *Ovid.* 3. *Trist.* 13. et 5. *ibid.* 5., ubi ritus celebrandi Natalis commemorat. Cf. *Gell.* 19. 9. Adolescens-cœnam dabat amicis ac magistris, sub urbe in rusculo, celebrandæ lucis annuæ, quam principem sibi vitæ habuerat. *Id. Gell.* 2. 3. Homines, inquit (*Varro*), qui ex media nocte in proximam mediam noctem in his horis XXIV. nati sunt, una die nati dicuntur. Quibus verbis (*addit Gellius*) ita videtur dierum observationem divisisse, ut qui post solem occasum ante mediam noctem natus sit, is ei dies natalis sit, a quo die ea nox cœperit; contra vero, qui in sex noctis horis posterioribus nascatur, eo die videri natum qui post eam noctem diluxerit. — Etiam annus, quo condita est urbs, *natalis* dicitur. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 6. (55). Ea cæli temperies fulsit, quam cocturam vocant, solis opere, natali Urbis DCXXXIII. — Natalem alicui eripere, h. e. facultatem nascendi. *Lucan.* 7. 390. gentes Mars iste futuras Obruet, et populos ævi venientis in orbem, Erepto natale, feret. ¶ 2. Apud Christianos Scriptores *natalis* vocatur dies emortualis, quo nempe quis sancte vita perfunctus videbatur cælo tum primum renasci. Hinc *Augustin. serm. de sanctis.* Digne natalem istorum colimus, quos beatius æternæ vitæ mundus edidit, quam mundo maternorum viscerum partus ediuit. *Paulin. Nol. nat.* 3. 1. Venit festa dies cælo, celeberrima terris, Natalem Felicis agens, qua corpore terris Occidit, et Christo superis est natus in astris. Adde *eumd. ibid.* 13. 117.

Natales, ium, m. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt ipsa nativitas, item conditio generis, origo familiæ, nobilitas vel ignobilitas, *natali, condizione, sangue, parentado,* γένος.

I.) Proprie. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 32. *a med.* Natalium periti. *h. e.* genethliaci, *astrologi giuziari. Tac.* 2. *Hist.* 86. Cornelius Fuscus, vigens ætate, claris natalibus. *Juvenal.* 8. 231. Quis, Catilina, tuis natalibus atque Cethegi Inveniet quicquam sublimius? *Plin.* 10. *Ep.* 3. et 7. Natalium splendor. *Tac.* 1. *Hist.* 49. claritas. *et* 11. *Ann.* 21. dedecus. — *Natalibus suis restitui* dicebantur libertini homines, sive servi nati essent, sive non, qui principis beneficio ad ingenuitatis statum restituebantur, perinde ac si numquam servi fuissent. Dicebatur autem *natalibus suis,* ut ait *Marcell. Dig.* 40. *tit.* 11. *qui est* De natalibus restituendis, *leg.* 2., hoc est in illo originis statu, in quo omnes homines initio fuerunt: ἐις τῆς παλιγγενεσίας δίκαιον. *Plin.* 10. *Ep.* 77. Postulantibus quibusdam, ut de agnoscendis liberis, restituendisque natalibus ipse cognoscerem. *Ulp. Dig.* 38. 2. 3. Libertus natalibus redditus.

II.) Translate *natalis* dicitur de rebus inanimis. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 4. 15. (56). Adamanti pallor argenti, et in auro non nisi excellentissimo natales. *h. e.* in auro, seu aurariis metallis gignitur. *Tertull. Patient.* 5. Natales impatientiæ in ipso diabolo deprehendo. *h. e.* originem, initium. *Id.* 1. *advers. Marcion.* 10. A Pentateucho natales agnitionis supputabuntur. — *Natalem arborum* dicit *Plin.* 17. *Hist. nat.* 10. 14. (73). ipsum semen, ex quo arbor gignitur. — *Veget.* 4. *Milit.* 39. sextum Idus Martias *natalem navigationis* appellat, nam *paullo ante* ait: Ex die tertia Iduum Novembris usque in diem sextum Iduum Martiarum maria clauduntur.

Natale, is, n. 3. (subaudi *solum*) absolute substantivorum more, est natalis locus, patria. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (25). Bœotiæ Thebæ, duorum numinum, Liberi atque Herculis, patria. Et Musis natale in nemore Heliconis adsignant. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

NĀTĀLIS, is, m. 3. *V.* voc. præced. in fin.

NĀTĀLĬTĬUS. *V.* NATALICIUS.

NĀTANS, antis. *V.* NATO.

NĀTĀTĬCĬUS, a, um, adject. idem ac natatilis. *Gloss. Philox.* Nataticius, νηκτικός.

NĀTĀTĬLES, ium, m. plur. 3. *V.* voc. seq. in fin.

NĀTĀTĬLIS, e, adject. *che nuota,* νηκτικός, qui natat, vel natare potest. *Tertull. advers. Hermog.* 33. Ex aquis natatiles et volatiles animæ. — *Natatilia,* locum ad natandum, apud *Varron.* 3. *R. R.* 5. 14., jam critici mutaverunt in *navalia* ex MSS. — Hinc

Nātātĭles, ium, m. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt natantes, pisces. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 332. Feras, volucres, reptiles, natatiles.

NĀTĀTĬO, ōnis, f. 3. *il nuotare, nuoto,* νῆξις, actus natandi, natatus: a *nato, as.*

I.) Proprie. *Cic. Senect.* 16. *sub fin.* Sibi habeant arma, sibi equos, pilam, natationes atque cursus. *Al. leg.* nationes, *quod esset a* no, nas. *Cels.* 3. 24. *sub fin.* Utendum est, si hiems est, balneo; si æstas, frigidis natationibus.

II.) Translate est locus ipse natationi aptus, *bagno, piscina. Cels.* 3. 27. *n.* 1. Si quo loco vel naturales, vel etiam manufactæ natationes sunt, iis potissimum utendum. *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *a med.* Natationes vero sub divo fieri reprobamus. Ceteris enim corporis partibus aqua complexis, solum supernatans remanet caput, quod necessario perfrigescens inæqualitatem corporis facit.

NĀTĀTOR, ōris, m. 3. qui natat, *nuotatore,* νηκτής. *Varro* 5. *L. L.* 94. *Müll.* Sic etiam quæ a studio quodam dicuntur, cursor, natator, pugil. *Ovid. Remed. am.* 122. Pugnat in adversas ire natator aquas. *Id. Heroid.* 19. 70. Cur toties a me, lente natator, abes? Adde *Stat.* 10. *Theb.* 497.

NĀTĀTŌRĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

NĀTĀTŌRĬUS, a, um, adject. *da nuotare,* ad natandum pertinens, ut Natatorius cortex apud *Isid.* 17. *Orig.* 7. 27., quocum cf. *Festus p.* 264. 14. *Müll.* — Hinc

Natatoria, æ, f. 1. (subaudi *aqua*) absolute, substantivorum more, *luogo da nuotare, piscina,* κολυμβήθρα, locus ad natandum, piscina, lavacrum. *Sidon.* 2. *Ep.* 2. *ante med.* In hanc piscinam fluvium de supercilio montis elicitum, canalibusque circumactis per exteriora natatoriæ latera curvatum, sex fistulæ effundunt.

Natatoria, n. plur. 2. absolute, eodem sensu

dixit *Vulgat. interpr. Johann.* 9. 7. Vade, lava in natatoria Siloe. *et ibid. v.* 11. Vade ad natatoria Siloe et lava.

NĀTĀTŪRA, æ, f. 1. locus natationis, baptisterium. *Gloss. Philox.* Natatura, κολυμβηθρα.

NĀTĀTUS, a, um. *V.* NATO.

NĀTĀTUS, us, m. 4. *il nuotare, nuoto,* νῆξις, natatio. *Stat.* 1. *Silv.* 5. 25. Nymphæ, Quas præceps Anien, atque exceptura natatus Virgo juvat. *Pallad.* 1. *R. R.* 17. Anguillas piscesque fluviales mitti in his (*cisternis*) conveniet, ut horum natatu aqua stans agilitatem currentis imitetur. *Claudian. IV. cons. Honor.* 347. Fluvios natatu scindere. *et* 3. *Rapt. Pros.* 333. fontem secare.

NĀTES, ium, f. plur. 3. *V.* NATIS.

NĀTĬCĬDĬUM *vel* gnaticidium, ii, n. 2. nati, seu filii cædes. *Gloss. Philox.* Gnaticidium, τεκνοκτονία.

NĀTĬNĀTĬO dicebatur negotiatio: *et*

NĀTĬNĀTORES, ex eo seditiosi. *Festus. V.* voc. seq.

NĀTĬNOR, āris, ari, dep. 1. negotiari, et, ut ait *Scalig.*, quasi in negotiis natare, fluctuare. *Festus p.* 166. 30. *Müll.* Natinatio dicebatur negotiatio et natinatores ex eo seditiosa negotia gerentes. M. Cato in Orig. 1. v. scripsit: Audito tumultu Macedoniæ, Etruriam, Samnites, Lucanos inter se natinari atque factiones esse.

NĀTĬO, ōnis, f. 3. actus nandi. *V.* NATATIO I.

NĀTĬO, ōnis, f. 3. (nascor) actus nascendi, nativitas. *nascimento,* γενεσις. — Hinc translate ¶ 1. *Natio* dea est habita: de qua *Cic.* 3. *Nat. D.* 18. 47. Quod si tales dii sunt, ut rebus humanis intersint, Natio quoque dea putanda est, cui, quum fana circuimus in agro Ardeati, rem divinam facere solemus: quæ quia partus matronarum tueatur, a nascentibus Natio nominata est. *Al. leg.* Nascio. ¶ 2. Item est genus, origo, procreatio, atque adeo certus ordo, secta, *origine, stirpe, razza, ordine, setta. Auct. B. Alex.* 7. Quum et natio eorum et natura cognoscatur, aptissimum esse hoc genus ad proditionem nemo dubitare potest. *Varro* 9. *L. L.* 93. *Müll.* Itaque in hominibus emendis si natione alter est melior, emimus pluris. *Id.* 2. *R. R.* 6. 4. *de asinis.* Prægnantes opere levant: venter enim labore nationem reddit deteriorem. *h. e.* pullum ex iis natum. *Id.* 9. *L. L.* 92. *Müll.* Sic equos eadem facie nonnullos negamus esse similes, si natione procreati dissimiles. *Festus p.* 166. 14. *Müll.* In pecoribus quoque bonus proventus feturæ, bona natio dicitur. — Sic de certo ordine, societate, secta, *ordine, setta. Cic. Sext.* 44. 96. Natio optimatium. Adde *eumd. ibid.* 63. 132., ubi vide *Scholiast.* ab *A. Maio* editum in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 156., et adnotat. ad *eumd. Oration. p.* 184. in edit. Neapol. *Garatoni T.* 10. *Id. Pis.* 23. 55. officiosissima candidatorum. — Sæpe in malam partem, h. e. in contemptum. *Plaut. Rud.* 2. 2. 6. Salvete, fures maritimi, Famelica hominum natio, quid agitis? *Cic.* 2. *Nat. D.* 29. 74. Ita salem istum, quo caret vestra natio (*Epicureorum*), in irridendis nobis nolitote consumere. *Id. Harusp. resp.* 26. 57. Deteriores cavete, quorum quidem magna est natio. *Phædr.* 2. 5. Natio ardelionum. *Catalect. Virg.* 7. Scholasticorum natio madens pingui. — Figurate de rebus inanimis. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 24. 50. (109). Mellis causas atque differentias nationesque in apium natura diximus. *Id. ibid.* 55. (116). et 21. *ibid.* 14. 49. (83). Cera natione Pontica. *Id* 12. *ibid.* 25. 55. (125). Styracis color in quacumque natione præfertur rufus. ¶ 3. Sæpissime sumitur pro hominum genere, ut ait *Cincius* apud *Festum p.* 166. 7. *Müll.*, qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt ubi incolunt, *nazione,* γένος, ἔθνος: apud *Ciceronem* sæpissime occurrit de exteris et barbaris populis. *Cic.* 10. *Phil.* 10. 20. Omnes nationes servitutem ferre possunt: nostra civitas non potest. *Id.* 3. *Nat. D.* 39. 93. Deus non curat singulos homines, ne civitates quidem, ne nationes quidem et gentes. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 9. § 27. Si te sors Afris, aut Hispanis, aut Gallis præfecisset, immanibus ac barbaris nationibus. *Id. Prov. cons.* 5. 10. Publicanos tradidit in servitutem Judæis et Syris, nationibus natis servituti. *Id.* 2. *Orat.* 4. 18. Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio. *Cæs.* 3. *B. G.* 7. Victis in Alpibus Sedunis quum inita hieme in Illyricum profectus esset, quod eas quoque nationes adire et regiones cognoscere volebat. *Nepos Datam.* 1. Patre natione Care, matre Scythissa natus. — A *gente* aliquando ita differt, ut genus a specie: *gens* enim latius patet, et plures nationes complectitur, ut gens Græca habet Atticos, Bœotos, Thebanos, qui ejusdem gentis nationes sunt. *Cic. Fontej.* 11. 25. Non modo vestris civibus, verum etiam exteris nationibus ac gentibus ostendere, etc. *Tac. Germ.* 38. Nunc de Suevis dicendum est, quorum non una, ut Cattorum Tencterorumque gens; majorem enim Germaniæ partem obtinent, propriis adhuc nationibus, neminibusque discreti. *V.* in GENS alia huc pertinentia. — In vetustis inscriptionibus natio sæpe ad regionem pertinet, ut in *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 495. *n.* 189. Natione Cilix. *et* apud *Gruter.* 552. 3. Natione Dacus. Aliquando ad urbem spectat, ut in *Inscript.* apud *Don. cl.* 6. *n.* 181. Natione Arretio. *et* apud *Murat.* 817. 5. Natione Foro Voconii. et 1023. 5. Natione Anava. ¶ 4. *Ad nationes* appellata est Romæ porticus ab Augusto exstructa, ut *Servius* docet ad *Virg.* 8. *Æn.* 721., quia in ea omnium gentium simulacra collocaverat. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (39.) Hercules humi stans, ante aditus porticus Ad nationes. ¶ 5. Apud *Tertull.* passim *nationes* sumuntur pro Ethnicis, qui scil. Christianam religionem non profitentur, ut *de Idolol.* 22. Benedici per deos nationum, Christo initiatus non sustinebit.

NĀTIŌNĀTUS, us, m. 4. idem ac natio. *Inscript. Chr.* apud *Jos. March.* edit. Utini a. 1847. *p.* 6. AVRELIVS TAVRVS NATIONATV PANNONICVS.

NĀTIS, is *et sæpius in plur. num.* nates, ium, f. 3. clunes, carnosæ prominentiæ in imo dorso, quibus homo sedens insistit, γλουτοί (It. *natiche, chiappe*; Fr. *fesses, derrière*; Hisp. *asentadera, anca, nalga*; Germ. *die Hinterbacken, der Hintere, das Gefäss*; Angl. *the buttocks, hips, haunches*). Occurrit — *a*) In singulari num. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 46. Nam, displosa sonat quantum vesica, pepedi Diffissa nate ficus. *Paul. Diac. p.* 244. 7. *Müll.* Quod ejus natis fulmine icta erat. — *b*) In plurali num. *Plaut. Pers.* 5. 2. 66. Hei nates pervellit. PAE. Licet: diu sæpe sunt expunctæ. *Juvenal.* 6. 611. solea pulsare nates. *V.* MOLLICELLUS. *Martial.* 14. 18. Alea parva nuces et non damnosa videtur: Sæpe tamen pueris abstulit illa nates. *h. e.* dedit occasionem, ut cæderentur. — *V.* adnotata in MANGO, a quo nates puerorum quotidie verberabantur, ut intumescerent. — Stultorum nates, lucri captandi causa, ab bariolis in plateis publice verberabantur, teste *Hieronym. Ep.* 127. *n.* 9., et 2. *in Jovinian. n.* 36. et 1. *in Rufin. n.* 17. *ad fin.*; quocum *cf. Lucian. de mort. Peregr.* 2. 17. — *Scalpere nates. V.* SCALPO. — *Nates* et *clunes* idem sunt. *Martialis* utramque vocem conjunxit non discriminis causa, sed contemptus et irrisionis, 3. 53. Et vultu poteram tuo carere, Et collo, manibusque, cruribusque, Et mammis, natibusque, clunibusque. — *c*) De brutis animalibus. *Martial.* 3. 82. Nates turturum donare alicui.

NĀTIUNCULA, æ, f. 1. deminut. nationis. Vox a Lexico expungenda: occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 79.

NĀTĪVĪTAS, ātis, f. 3. *nativitù, nascimento,* γενεττη, γένεσις, ortus, origo. *Ulp. Dig.* 50. 1. 1. Municipem aut nativitas, aut adoptio facit. *Inscript.* apud *Gruter.* 712. 11. VARIAE IVCVNDAE DEFVNCTAE ANNO NATIVITATIS XVIII. *Tertull. Anim.* 39. Ab ipsa etiam janua nativitatis. Adde *Arnob.* 1. 38. — In plur. num. *Tertull. Spectac.* 30. Similiter *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *n.* 70. Hæc passio frequens est in pueris, et magis tempore quo dentium nativitates habentur.

NĀTĪVĪTUS, adverb. a nativitate. *Tertull. Anim.* 39. Quæ omnia nativitus animæ collata sunt. Adde *eumd. ibid.* 12.

NĀTĪVUS, a, um, adject. qui nascitur, qui ortum habet, *che nasce.*

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Nat. D.* 10. 25. Anaximandri opinio est, nativos esse deos, longis intervallis orientes occidentesque. Sed nos Deum, nisi sempiternum, intelligere qui possumus? *Lucret.* 5. 66. mortali consistere corpore mundum, Nativumque esse. *Id.* 3. 418. nativos animantibus et mortales Esse animos.

II.) Translate. ¶ 1. Est innatus, insitus, nobiscum natus. *Cic. Dom.* 5. 12. Major fuit adhibenda medicina, quæ et illud nativum, et hoc delatum malum sanare posset. *Id. Har. resp.* 9. 19. Nec denique hoc ipso hujus gentis ac terræ domestico nativoque sensu, Italos ipsos ac Latinos superavimus. *Gell.* 4. 2. *a med.* Mulier si nativa sterilitate sit. *Nepos Attic.* 4. Tanta erat suavitas sermonis Latini, ut appareret, in eo nativum quemdam leporem esse, non adscitum. ¶ 2. Item nullo artificio constans, sed talis, qualis est natus, germanus, sincerus, simplex, *nativo, naturale, natio,* γνήσιος. *Cic.* 2. *Nat. D.* 39. 100. Beluæ partim fluitantes, partim ad saxa nativis testis inhærentes. *Id.* 2. *de republ.* 6. Urbis (*Romæ*) autem ipsius nativa præsidia quis est tam negligens, qui non habeat animo notata planeque cognita? *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 73. (191). Nativæ oves. *h. e.* quarum lanis utimur in veste, nullo colore infectis, sed eo, quo natæ sunt. *Id.* 32. *ibid.* 7. 24. (74). Nativi coloris paonus. *et* 31. *ibid.* 7. 39. (77). Montes nativi salis. *Id.* 33. *ibid.* 5. 26. 87. Nativa chrysocolla. *Ovid.* 1. *Amor.* 14. 55. Nativa coma. *Id. Heroid.* 5. 61. moles. *Id.* 3. *Met.* 158. *de antro.* simulaverat artem Ingenio natura suo, nam pumice vivo Et levibus tophis nativum duxerat arcum. Sic *Tac.* 4. *Ann.* 59. Nativus specus. ¶ 3. *Nativa verba* sunt, quæ primæ positionis dicuntur a grammaticis, ut a *Prisciano.* 8. *p.* 824. *Putsch. Varro* autem 6. *L. L.* 36. *Müll.* primigenia appellat: quibus opponuntur *reperta,* id est derivata. *Cic. Partit. orat.* 5. 16. Simplicia verba partim nativa sunt, partim reperta: nativa ea, quæ significata sunt sensu (*h. e.* primitiva, et ipso sensu olim primum monstrata loquentibus. *Quintil.* 8. 3. 36. habet *quæ significata sunt primo sensu.*); reperta, quæ ex his facta sunt, et novata aut similitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adjunctione verborum. *Coscon.* apud *Varron. loc. cit.* scripsit ea esse ad mille in Latina lingua. *Quintil. loc. cit.* Nobis jam ponere alia, quam quæ illi rudes homines primique fecerunt, fas non esse: at derivare, flectere, conjungere, quod natis postea concessum est, numquam licere desilsse.

NĀTO, as, āvi, ātum, are, n. 1. Part. *Natans* I. et II. et in fin.; *Natatus* et *Nataturus* I. — Natare, frequentat. vel intens. a *no, nas,* pro quo sæpe ponitur, est idem atque in aqua volvi et excurrere, νήχομαι (It. *nuotare*; Fr. *nager*; Hisp. *nadar*; Germ. *schwimmen*; Angl. *to swim*).

I.) Proprie. — *a*) Stricto sensu et neutrorum more. *Cic.* 7. *Fam.* 10. Qui neque in Oceano natare volueris, studiosissimus homo natandi. *Ovid. Heroid.* 18. 212. Triste nataturo nec querar esse freturn. *Id.* 2. *Pont.* 7. 28. natant æquore pisces. *Virg.* 4. *Æn.* 398. natat uncta carina. — *b*) Latiori sensu dicitur de naufragantibus. *Propert.* 4. 1. 115. Nauplius ultores sub nortem porrigit ignes: Et natat exuviis Græcia pressa tuis. *et* 2. 19. 64. Quum sæpe in portu fracta carina natet. Cf. *Lucret.* 2. 552. *Lachmann.* Sed quasi naufragiis magnis multisque coortis Disjectare solet magnum mare transtra, gubernu, Antemnas, proram, malos tonsasque natantes etc. *h. e.* remos fluctuantes. — Similiter de iis, qui tempestate agitantur. *Propert.* 3. 10. 32. *de Ulysse.* Totque hiemis noctes, totque natasse dies. — *c*) Cum Accus. apud Poetas est natando decurrere. *Virgl* 3. *G.* 259. abruptis turbata procellis Nocte natat cæca serus freta. *Martial.* 14. 196. aquas. — Passive. *Ovid.* 5. *Trist.* 2. 25. et 1. *Art. am.* 48. Silva feras quot habet, quot piscibus unda natatur. *Stat.* 4. *Theb.* 703. deceptum margine ripæ Stat pecus, atque annes quærunt armenta natatos. *h. e.* natando decursos. *Lucan.* 9. 954. Threiciasque legit fauces et amore natatum Æquor. *h. e.* a Leandro ob Heronem. *Al. leg.* notatum.

II.) Translate. ¶ 1. Est fluere, diffluere, vagari, *ondeggiare, scorrere. Ovid.* 4. *Fast.* 291. qua se Tiberinus in altum Dividit, et campo li beriore natat. *Propert.* 2. 12. 51. Ac veluti folia arentes liquere corollas, Quæ passim calathis strata natare vides. *Stat.* 2. *Theb.* 42. ingens medio

natat umbra profundo. — Hinc translate. *Id.* 1. *Achill.* 161. niveo natat ignis in ore. ¶ 2. Item madere, manare, redundare, inundari. — *a*) Cum Ablativo. *Virg.* 1. *G.* 372. omnia plenis Rura natant fossis. *Ovid.* 2. *Amor.* 16. 34. amnibus arva natant. *Cic.* 2. *Phil.* 41. 105. Natabant pavimenta vino, madebant parietes. *Virg.* 3. *Æn.* 625. sanieque aspersa natarent Limina. *Stat.* 2. *Theb.* 337. Fletibus ora natant. — *b*) Absolute. *Lucan.* 4. 330. Exspectant imbres, quorum modo cuncta natabant Impulsu. *Sil. It.* 4. 749. Plana natant, putrique gelu liquentibus undis Invia limosa restagnant arva palude. *h. e.* planities, seu campi paludosi sunt. Similiter *campi natantes* apud *Lucret.* 6. 1140. et 5. 489. sunt maria et lacus. ¶ 3. Eleganter *natare* dicuntur oculi ebriorum. *Ovid.* 6. *Fast.* 673. Nox erat, et vinis oculique animique natabant. — Item dormitantium. *Virg.* 5. *Æn.* 856. cunctantique natantia lumina solvit. Sic *Stat.* 5. *Silv.* 5. 84. natantes genæ. — Item morientium. *Ovid.* 5. *Met.* 71. Jam moriens oculis sub nocte natantibus atra. Adde *Virg.* 4. *G.* 496. Et *Sil. It.* 2. 122. labentia virgo Membra levat parvaque oculos jam luce natantes. *Stat.* 2. *Theb.* 638. oculos etiam num in luce natantes. ¶ 4. *Natant* etiam quæ laxa sunt. *Ovid.* 1. *Art. am.* 516. Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet. *Calpurn.* 6. *Ecl.* 43. rutiloque monilia collo Extrema cervice natant. *Nemesian. Cyneg.* 170. Infirmosque pedes, et crura natantia ponunt. *h. e.* titubantia, vacillantia, quasi laxata, remissa, lenta. ¶ 5. Item quæ volant et serpunt, vel generatim quæ nutant, vacillant, huc et illuc feruntur. *Lucan.* 5. 554. quodque ausa volare Ardea sublimis pennæ confisa natanti. *Colum. Arbor.* 6. Summa parte terræ natantibus radicibus. *Id.* dixit 4. *R. R.* 22. 7. In summo labantes radices. *Tibull.* 4. 1. 41. Justa pari premitur veluti quum pondere libra, Prona nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa: Qualis, inæquatum si quando onus urget utrimque, Instabilis natat alterno depressior orbe. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 57. Et mœstum pelagus gementis Helles Intercludere ponte non natanti. *Virg.* 3. *G.* 198. campi natantes. *h. e.* arva maturis messibus, quæ instar aquarum, vento agitante, fluctuant. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 2. *n.* 31. At si cibum sibi in stomacho natare senserint ægrotantes, convenit etc. ¶ 5. Morali significatione est fluctuare animo, instabilem, inconstantem esse. *Cic.* 3. *Nat. D.* 24. 62. In quo quidem magis tu mihi natare visus es, quam ipse Neptunus. *Id.* 1. *ibid.* 43. 120. Democritus natare videtur in natura deorum. *At* Orellius *et plerique al. leg.* nutare. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 6. Pars hominum vitiis gaudet constanter, et urget Propositum: pars multa natat, modo recta capessens, Interdum pravis obnoxia. *Manil.* 4. 256. Hinc est mobilitas rerum, mutataque sæpe Mens natat. *Seneca Ep.* 35. *sub fin.* Mutatio voluntatis indicat animum natare, aliubi atque aliubi apparere, prout tulit ventus. *Sil. It.* 7. 725. Torpebant dextræ, et sese meruisse negabant Servari, subitisque bonis mens ægra natabat. *h. e.* fluctuabat, ambigebat, turbabatur. — Hinc a Part. præs., cujus plurima exempla retulimus,

Natantes, um, m. plur. 3. absolute, substantivorum more, sunt pisces. *Virg.* 3. *G.* 541. Jam maris immensi prolem et genus omne natantum.

NĂTRIX, ĭcis, f. 3. Quod *Lucan.* dixit 9. 720. Et natrix violator aquæ, *Priscian.* 5. *p.* 656. *Putsch.* et *Phocas* p. 1700. masculini generis esse putant. Verum si est a *nando*, masculinum esse non potest: hujusmodi enim verbalia in *ix* semper feminina sunt: et *natrix violator* erit dictum figurate, vel respiciendo ad *serpens*, vel potius ut Juno loquitur apud *Virg.* 12. *Æn.* 159. Auctor ego audendi. *V.* AUCTOR, ubi similia congessimus. — Ceterum *natrix* a *nando* est genus anguis venenati, in aqua viventis, *natrice*, ὕδρος.

I.) Proprie. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 38. 120 Cur Deus omnia nostra causa quum faceret, tantam vim natricum viperarumque fecerit? — Hinc *natricem* vocabat Tiberius Caligulam, h. e. pestiferum hominem. *Sueton. Cal.* 11. Ut aliquoties prædicaret exitio suo omniumque Cajum vivere, et se natricem populo R. Phaethontem orbi terrarum educare.

II.) Translate. ¶ 1. Apud *Lucil. l.* 2. virgam, seu scuticam significat, quæ serpentis instar curvatur et mordet. Sic ille apud *Non. p.* 65. 30. *Merc.* Natibu' natricem impressit crassam et capitatam. Nam *Isid.* 5. *Orig.* 27. Anguilla est, qua coercentur in scholis pueri, quæ vulgo scutica dicitur. Alii tamen interpretantur de mentula pædiconis; alii de mugile in mœchi podicem immisso. *V.* MUGIL. ¶ 2. Est etiam hoc nomine herba, cujus radix evulsa virus hirci redolet. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 83. (107).

NATTA. *V.* NACCA.

NĀTU, Ablat. sing. nominis defectivi *natus, us*, quod idem est ac nativitas. Hic solus casus in usu est. ¶ 1. Stricto sensu de plantis. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 33. 60. (139). Cupressus advena et difficillime nascentium fuit. – Natu morosa, fructu supervacua. *Forcellinus* hæc ipsa in NASCOR retulit, *V.* sub I. ¶ 2. Latiori sensu sæpius de hominis ætate usurpatur; et conjungitur fere cum Adjectivis *grandis, magnus, parvus* etc. et cum eorum Comparativis et Superlativis. — *a*) Cum Posit. *Cic. Senect.* 4. 10. Quamquam eum colere cœpi non admodum grandem natu. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 16. Qui tantus natu deorum nescis nomina. — *b*) Cum Comp. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 37. Sed est grandior natu. *Cic.* 1. *Tusc.* 1. 3. Qui fuit major natu, quam Plautus et Nævius. *Id.* 1. *Off.* 30. 109. Audivi ex majoribus natu, hoc idem fuisse in P. Scipione Nasica. Cf. *Ter. Heaut.* 4. 1. 32. Quanto tuus est animus natu gravior. — *c*) Cum Sup. *Liv.* 21. 19. *a med.* Ita enim maximus natu ex iis in concilio respondit. *Cic. Cluent.* 38. 107. Ex his omnibus natu minimus P. Saturius est. — *d*) *Magno natu* eodem sensu dixit *Liv.* 3. 71. Consurgit P. Scaptius de plebe, magno natu. *h. e.* valde provectus ætate. Adde *Nepot. Pausan.* 5. Similiter idem *Nepos Datam.* 7. Ab hoc tamen viro Scismas, maximo natu filius, desciit. *il più vecchio dei figli.*

NĀTŪLA *vel* gnatula, æ, f. 1. *deminut.* natæ, filiola. *Inscript.* apud *Gud.* 335. 12. ET NATVLA TYCHE. *Accius* apud *Non. p.* 314. 20. *Merc.* Infando homini gnatula erat. *Mercerus* et *Voss.* hæc corrupta censent, et legenda: *Infando homini, gnato Laertæ.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

NĀTŪRA, æ, f. 1. (nascor) est idem ac nativitas.

I.) Proprie raro admodum occurrit, et — *a*) Abstracte est generatio, procreatio *Ter. Adelph.* 1. 2. 46. Natura illi pater es, consiliis ego. *Id. ibid.* 5. 7. 4. Tuus hercle vero et animo et natura pater. — *b*) Concreto, uti ajunt, sensu dicitur de genitalibus tam masculinis, quam femininis, quæ a Græcis item φύσεις dicuntur. *Cic.* 3. *Nat. D.* 22. 56. *de Mercurio ithyphallico.* Cujus obscænius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit. *Id.* 2. *Divinat.* 70. 145. Parere quædam matrona cupiens, dubitans, esset ne prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam. *Jul. Obseq.* 113. Puer ex ancilla natus sine foramine naturæ, qua humor emittitur. — Sic *posterior natura* est podex apud *eumd.* 85. Romæ puer solidus posteriore naturæ parte genitus. *et* 100. Nursiæ ex muliere ingenua puer posteriore natura solidus natus. *Capitolin. Gordian. jun.* 19. Quem vulgo jocantes, quod esset natura propensior, Priapum, non Priamum, vocitarunt. — De brutis animantibus dixit *Theod. Priscian. l.* 4. *p.* 314. *retro*; et *Marcell. Empir. c.* 33. *p.* 133. *retro* ed. *Ald.*

II.) Translate. ¶ 1. Sumitur pro proprietate, seu pro vi et ingenita rei alicui virtute et potentia, constitutione, situ. *Cic.* 6. *de republ.* 26. Quod autem animal est, id motu cietur interiore et suo. Nam hæc est natura propria animæ et vis. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 16. *a med.* Quos tu situs, quas naturas rerum et locorum, quos mores etc. *Cæs.* 1. *B. G.* 21. Qualis esset natura montis, qui cognoscerent, misit. *Id. ibid.* 2. Undique loci natura Helvetii continentur: una ex parte flumine Rheno –; altera ex parte monte Iura –; tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano. *Virg.* 4. *G.* 149. Nunc age, naturas apibus, quas Juppiter ipse Addidit, expediam. — Sic prægnanti, uti ajunt, significatione, pro bona natura, *buona qualità. Tac. Agric.* 12. *extr.* Ego facilius crediderim, naturam margaritis deesse, quam nobis avaritiam. ¶ 2. Morali significatione accipitur pro indole, habitudine, ingenio, moribus, insita inclinatione. *Cic.* 2. *Divinat.* 45. 95. Uno et eodem temporis puncto nati dissimiles et naturas et vitas et casus habent. *Id.* 13. *Fam.* 78. Cognitum per te ipsum, quæ tua natura est, dignum tua amicitia judicabis. *Liv.* 22. 59. *ad fin.* Si ipse in nos mitis Hannibal contra naturam suam esse velit. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 24. Naturam expellas furca, tamen usque recurret. *Cic.* 3. *Fam.* 8. *ad fin.* De tua prolixa beneficaque natura limavit aliquid posterior annus. *Nepos Attic.* 5. Homo dives, difficillima natura. *Propert.* 2. 16. 27. tu me una petisti. Possum ego naturæ non meminisse tuæ? *Cic. Amic.* 17. 63. Imbecilla enim est natura ad contemnendam potentiam. *Puman cuore non vale.* etc. *Tac. Agric.* 42. Proprium humani ingenii est odisse quem læseris: Domitiani vero natura præceps in iram. *Id.* 13. *Ann.* 47. Maxime despecta, et nullius ausi capax natura ejus, a crimine abhorrebat. — *Cic. Amic.* 5. 17. Ego vos hortari tantum possum, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis; nihil est enim tam naturæ aptum, tam conveniens ad res vel secundas, vel adversas. *al natural sentimento, ai bisogni naturali dell'uomo.* Sic *Id.* 5. *Fin.* 9. 24. Omne animal cœpiat et ea, quæ naturæ sentit apta, appetere, et propulsare contraria. — Præter naturam. *Ter. Adelph.* 5. 5. 4. jam nunc hæc tria primum addidi Præter naturam: O noster, quid fit? quid agitur? *contro il mio naturale.* — Verti in naturam. *Sall. Jug.* 87. Mihi benefacere jam ex consuetudine in naturam vertit. — Facere sibi naturam alicujus rei, apud *Quintil.* 2. 4. 17. est *rendersi qualche cosa come naturale.* — *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 2. *n.* 32. Non quidem digitis immissis, quo vomitum provocemus –, quippe quum consuetudo sæpissime transeat in naturam. *l'abito diventa una seconda natura,* ut nos Itali dicimus. ¶ 3. Item pro lege divina et humana, *legge della natura, disposizione, ordinamento del mondo, corso delle cose. Cic.* 3. *Off.* 5. 23. Atque hoc multo magis efficit ipsa naturæ ratio, quæ est lex divina et humana; cui parere qui velit, numquam committet, ut alienum appetat etc. — Secundum naturam vivere, *secondo i dettami della natura. Cic.* 5. *Fin.* 9. 26. — *Naturæ satisfacere*, et *naturæ cedere* vel *concedere*, est mori. *Cic. Cluent.* 10. 29. De eo, qui et naturæ et legibus satisfecit. *Sall. Jug.* 15. Pater, uti necesse erat, naturæ concessit. Hinc *Id. Sall.* in *orat. Cottæ* 2. *Hist. n.* 50. § 5. ed. *Kritz.* Pro quibus beneficiis vix satis gratus videar, si singulis animam, quam nequeo, concesserim; nam vita et mors jura naturæ sunt; ut sine dedecore cum civibus, fama et fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur. — Ut fert natura, *come porta la natura, semplicemente. Ter. Andr.* 4. 4. *extr.* Paullum interesse censes, ex animo omnia, ut fert natura, facias, an de industria? ¶ 4. Rerum natura, *tutte le cose. Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 17. 58. Quod rerum natura non patitur. *Cels.* 7. 2. *a med.* Est etiam in rerum natura, ut cutis laxius excidenda sit. *h. e.* evenit aliquando. Sic *Quintil.* 2. 17. 32. In rerum naturam cadere. *h. e.* evenire, accidere. *Cic.* 6. *Fam.* 10. *ad fin.* Ipse, qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad æquitatem et ad rerum naturam videtur. *h. e.* ad humanitatem, et ad id quod inter homines rerum natura fert. *umanità, discrezione, ragionevolezza.* ¶ 5. Natura dicitur etiam id, quo fit ut aliquid in nobis insitum sit, non institutione, neque moribus, neque arte adscitum. *Sall. Jug.* 57. Quanta cujusque animo audacia natura, aut moribus inest. — Natura insitum est, è *cosa naturale. Cic. Sull.* 30. 83. Hoc natura insitum est, ut quem timueris, semper oderis. — Ita natura comparatum est. *V.* COMPARO. — *Natura*, Ablat. absolute positus, *naturalmente. Plin.* 7. *Hist. nat.* 19. 18. (80). Quibus natura concreta sunt ossa. *Q. Cic. Petit. cons.* 11. 41. Deinde id, quod natura non habes, induc in animum ita simulandum esse, ut natura facere videare. — Natura sua, *di sua natura. Tac.* 4. *Hist.* 14. Delectum suapte natura gravem onerabant ministri avaritia ac luxu. ¶ 6. Item natura est principium et cau-

sa efficiens omnium rerum naturalium, quo sensu a veteribus philosophis cum Deo confundebatur. V. *Cic.* 1. *Nat. D.* 8. et *seqq.* et 2. *ibid.* 22. *et* 32., ubi varia eorum placita refert. ¶ 7. Sumitur etiam pro mundo, seu pro rerum universitate. *Cic.* 1. *Nat. D.* 14. 37. Cleanthes autem tum ipsum mundum Deum dicit esse, tum totius naturæ menti atque animo hoc nomen tribuit. ¶ 8. Speciatim accipitur — *a*) Pro eo, ex quo aliqua res intrinsecus et essentialiter constat, idest pro essentia, ut philosophi loquuntur. *Lucret.* 2. 232. Natura tenuis aeris. — *b*) Item pro re, seu substantia, ut philosophi loquuntur. *Cic.* 1. *Tusc.* 10. 22. Aristoteles quum quatuor genera illa principiorum esset complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quamdam naturam censet esse, e qua sit mens. — *c*) Item pro naturali substantia et complexu cujusque corporis. *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 144. Aures duros et quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur sonus. *Ter. Eun.* 2. 3. 24. Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas.

NĂTŪRĂBĪLIS, e, adject. naturalis. *Apul. Florid.* n. 15. et *Dogm. Plat.* 2.

NĂTŪRĂLE, is, n. *et*

NĂTŪRĂLĬA, ium, n. plur. 3. absolute, substantivorum more. *V.* voc. seq. 1.

NĂTŪRĂLIS, e, adject. ¶ 1. Stricto sensu est ad nativitatem, seu generationem et procreationem pertinens. Hinc *naturalis pater*, aut *filius* opponitur adoptivo. *Cic.* 3. *Phil.* 6. 15. (*ubi tamen pro* naturalis pater *Orell. leg.* naturâ pater) *Liv.* 42. 52. et 44. 44.; et *Sueton. Tib.* 52. Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptivum Germanicum patria caritate dilexit. Sic *naturalis avus* apud *Ulp. Dig.* 37. 8. 1. *circa med.* — Interdum *naturalis pater*, aut *filius* opponitur justo, seu legitimo, *h. e.* qui filium ex non justa uxore, vel serva procreat, et qui ita procreatus est. *Ulp. Dig.* 40. 5. 40. et alibi; et *Augustin.* 6. *Confess.* 15.; item *Inscript.* apud *Grüter.* 945. 3. Filius autem naturalis dicitur etiam spurius filius, seu spurii filius. *V.* SPURIUS. — Huc pertinent etiam illa *Colum.* 8. *R. R.* 7. 2.; et *Cels.* 7. 26. Loca naturalia. — Hinc *naturalia* absolute, pudenda, tum in hominibus, tum in bestiis. *Colum.* 6. *R. R.* 27. 10.; *Justin.* 1. 4. 2.; et *Cels.* 2. 7. et 1. 9. Et in singulari numero *Id. Cels.* 7. 26. *n.* 1. Inter imas oras super naturale. *Hygin. fab.* 105. (edente *A. Maio* in *Class. auct. T.* 3. *p.* 39.) Juppiter illato cultro amputavit naturalia ejus (*Saturni*), quæ in mare projecit. ¶ 2. Latiori sensu est qui secundum naturam est, a natura profectus, naturæ convenions, conjunctus, innatus, insitus, φυσικός (It. *naturale*; Fr. *naturel, inné, fait par la nature*; Hisp. *natural, inato*; Germ. *zur Natur gehörig, durch die Natur entstanden, natürlich, naturgemäss*; Angl. *of or belonging to nature, consistent with nature, implanted by nature, natural*). Occurrit — *a*) Generatim. *Cic.* 1. *Fin.* 6. 19. Ille motus naturalis omnium ponderum e regione inferiorem locum petentium. *Id.* 2. *Nat. D.* 48. 124. Anates quum primum aquam, quasi naturalem domum, videre etc. *Id.* 1. *Off.* 16. 50. Naturalis societas. *Id.* 1. *Nat. D.* 14. 36. lex. *Id.* 1. *Fin.* 9. 31. Ajunt, hanc quasi naturalem atque insitam in animis nostris inesse notionem. *Id. Brut.* 9. 36. Naturalis, non fucatus nitor. *Id. Cæl.* 5. 11. Qui se ipse quum domestica disciplina, tum etiam naturali quodam bono defenderat. *con certa sua natural bonta.* Sic *Nepos Attic.* 9. Si divinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas, quæ nullis casibus augetur, neque deminuitur. *Ovid.* 10. *Met.* 117. *de cervo.* Ipse metu vacuus, naturalique pavore Deposito. *Colum.* 6. *R. R.* 24. 2. et 27. 7. *de jumentis.* In id fere tempus naturalia congruunt desideria. *scil.* coeundi. *et ibid.* 30. 8. Naturales exitus. *scil.* excrementorum. — *Naturalis ratio*, Italice *la ragion naturale*, apud *Cajum* 1. *Instit.* (edente iterum *Goeschenio*) § 189. Quia id naturali rationi conveniens est. — *Naturalis dies. V.* CIVILIS. — *b*) Speciatim interdum *naturalis* opponitur violento, ut naturalis mors, *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (180). — *b*) Item arte facto. *Colum.* 7. *R. R.* 6. 6. Caprile vel naturali saxo, vel manu constratum eligi debet. *Justin.* 12. 7. 7. Mons naturalibus bonis, vite hederaque non aliter vestitus, quam si manu cultus colentiumque industria exornatus esset. — *c*) Item extraordinario, et præter consuetum naturæ cursum facto. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 32. (58). Prior atque naturalis vindemia turis ante Canis ortum. — *d*) *Naturale est*, est ex natura. *Id.* 17. *ibid.* 2. 2. (12). Arbores fetu exinanitas, naturale est avide esurire. *Id.* 11. *ibid.* 37. 54. (144). Plerisque naturale, ut nictari non cessent. ¶ 3. Item est ad rerum naturam pertinens. *Cic. Partit. orat.* 18. 64. Naturales quæstiones. *h. e.* de natura tractantes. — *Naturalis historiæ libri* apud *Plin. Hist. nat. præfat.* 1. — *Naturalis philosophia* dicitur ab *Isid.* 2. *Orig.* 24., ubi uniuscujusque rei natura discutitur, quia nihil contra naturam generatur in vita, sed unumquodque iis usibus deputatur, quibus a creatore definitum est, nisi forte quum voluntate Dei aliquod miraculum provenire monstratur. *V.* quæ allata sunt in INSPECTIVUS. ¶ 4. *Naturalis* est etiam verus, et fabuloso, ficto, simulato opponitur. *Lactant.* 1. 11. *circa med.* Philosophi duos Joves fecerunt, unum naturalem, alterum fabulosum.

NĂTŪRĂLĬTAS, ātis, f. 3. *naturalezza*, natura. *Tertull. Anim.* 43. Qui de somni naturalitate dubitabit, habet quidem etc. Adde *ibid.* 16.

NĂTŪRĂLĬTER, adverb. Comp. *Naturalius.* — Naturaliter est idem atque a natura, vel secundum naturam, *naturalmente*, κατὰ φύσιν. *Cic.* 1. *Divinat.* 50. 113. Nec vero unquam animus hominis naturaliter divinat. *Id. Senect.* 9. 27. Quod enim homini naturaliter insitum est, eo uti decet. *Plerique saniores critici leg.* Quod est, eo decet uti. *Cæs.* 3. *B. C.* 92. Est quædam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus. *Auct. B. Alex.* 8. Omnia litora naturaliter aquæ dulcis venas habent. *Vellej.* 2. 60. 5. Inter naturaliter dissimillimos ac diversa volentes crescebat odium. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 47. (130). Quædam animalium naturaliter calvent. *Quintil.* 3. 8. 6. Est aliquid in omni materia naturaliter primum. *Boeth.* in *Porphyr. Dial.* 1. *p.* 7. Proprio tamen, id est risibili, quod solus habet homo, naturalius substantialiusque dividitur. *et ibid. p.* 285. Quod bonum est, naturalius habet bonum esse, quam non esse malum.

NĂTŪRĂLĬTUS, adverb. idem quod naturaliter. *Sidon.* 9. *Ep.* 11. Mortalium mentibus vis hæc naturalitus inest.

NĂTŪRĬFĬCĂTUS, a, um, adject. in rerum naturam inductus, vel natura factus. Vox est *Tertull. advers. Valent.* 29.

NĂTUS, a, um. *V.* NASCOR.

NATUS, i, m. 2. *V.* NASCOR in fin.

NĂTUS, us, m. 4. *V.* NATU.

NAUCI. *V.* NAUCUM.

NAUCLĒRĬCUS, a, um, *et*

NAUCLĒRĬUS, a, um, adject. ναυκληρικός, ναυκλήριος, ad nauclerum pertinens. *Plaut. Asin.* 1. 1. 54. qui causa mea Nauclerio ipse ornatu per fallaciam abduxit ab lenone mulierem. *Id. Mil. glor.* 4. 4. 41. Fecito, ut venias huc ornatus ornatu nauclerico

NAUCLĒRUS, i, m. 2. *padron di nave*, ναύκληρος, navicularius, navis dominus, a ναῦς *navis* et κλῆρος *sors*, quod navis in sorte ejus sit. Alius est a gubernatore. Gubernator enim est, qui ad clavum sedet: at nauclerus est navis dominus. *Isid.* 19. *Orig.* 1. Differt etiam a navarcho. Navarchus enim est præfectus navis. *Plaut. Mil. glor.* 4. 3. 16. Cubare in navi lippam atque oculis turgidis Nauclerus dixit. *Inscript.* apud *Henzen.* 7255. L. CASSIO HERMODORO NAVCLERO QVI ERAT IN COLLEG. SERAPIS SALON. PER FRETA etc. — Ceterum V. *Labus., Mus. Mant. T.* 3. p. 336., ubi distinctio notatur inter navarchum et nauclerum: nam navarchus est præfectus militum et remigum: nauclerus est præfectus remigum navium onerariarum. — Est hoc nomine et Cæcilii comœdia. *Non. p.* 12. 32. *Merc.* et alibi.

NAUCŪLA, æ, f. 1. per syncop. pro *navicula*: deminut. navis. *Paulin. carm.* 21. 247. Saliens in illam decidisset nauculam. Habent etiam *Not. Tir. p.* 177. Naucula, navicella, navicula.

NAUCŪLOR. *V.* NAVICULOR.

NAUCUM, i, n. *vel* naucus, i, m. 2. Naucum ait Atejus Philologus poni pro nugis. Cinclus pro nucleo nucis, aut oleæ (*Müllerus* legit: quod oleæ nucisque intus sit). Ælius Stilo omnium rerum putamen. Glossematorum autem scriptores pro hilo, quod est in fabæ grano (*Müller.*: fabæ grani quod hæreat in fabulo). Quidam ex Græco, quod sit ναὶ καὶ οὐχί, levem hominem significari. Hæc omnia refert *Festus p.* 166. 6. *Müll.* Videtur autem proprie esse putamen, aut nucleus, aut bilum (unde quidam ducunt a *nucus*, quod idem significet, a quo fiat *nuculus, nuculeus*, et per syncop. *nucleus*); translate autem dici de nugis, et de re nullius pretii aut momenti. *Nœvius* apud *Festum l. c.* Ejus noctem nauco ducere. *h. e.* nihili ducere. *Bothe* edidit *nauci.* — Usurpatur fere in secundo casu, et cum verbis æstimandi. *Charis.* 2. *p.* 185. *Putsch.* recenset inter adverbia: et *Priscian.* 6. *p.* 682. inter aptota. Utcumque sit, *hominem non nauci* dixerunt hominem nihili, non flocci, h. e. qui ne naucum quidem valeat. *Ennius* apud *Festum l. c.* Illic nugator nili, non nauci 'st homo. *Id.* (at V. *J. Vahlen., Enniance Poes. Reliq. p.* 136.) apud *Cic.* 1. *Divinat.* 58. 132. Non nauci facio Marsum augurem. *non lo stimo un frullo, due man di noccioli. Plaut. fragm.* apud *Fest.* Ambo magna laude lauti: postremo ambo sumus non nauci. *Id. Most.* 5. 1. 1. Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit. *Id. Truc.* 2. 7. 50. tympanotribam Amas, hominem non nauci? *Id. Bacch* 5. 1. 16. hoc servum meum non nauci facere esse ausum?

NAUFRĂGĀLIS, e, adject. naufragiosus, ut Capraria naufragalis, apud *Capell.* 6. *p.* 206., quam insulam naufragiis insidiosam dicit *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 11. (78).

NAUFRĂGĬŌSUS, a, um, adject. *naufragoso*, naufragiis frequens, procellosus. *Sidon.* 4. *Ep.* 12. Naufragioso pelago conformis est motus animorum.

NAUFRĂGĬUM, ii, n. 2. quasi *navifragium*, a *navis* et *frango*, est fractio, vel submersio navis, ναυαγία (It. *naufragio*; Fr. *bris de navire, naufrage*; Hisp. *naufragio*; Germ. *der Schiffbruch*; Angl. *shipwreck*).

I.) Proprie. *Cic.* 16. *Fam.* 9. Qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. *Id. Dejot.* 9. 25. Quum esset ei nunciatum, Domitium naufragio periisse. *Cæs.* 3. *B. C.* 27. Tempestas naves afflixit, ita ut ad unam omnes eliderentur, et naufragio interirent. *Seneca Herc. Œt.* 118. naufragium pati. *Sall.* in *epist. Mithrid. circa med.* Naufragiis militum optimos cum classibus amisi. *Sueton. Ner.* 34. Solutilem navem, cujus vel naufragio, vel cameræ ruina periret, commentus est. *Petron. Satyr.* 115. Cibis naufragio corruptis utcumque curati. *Tac.* 14. *Ann.* 3. Naufragio interceptus. *Flor.* 3. 10. *a med.* Improbam classem naufragio castigavit Oceanus. *Plin* 3. *Hist. nat.* 5. 11. (78). Capraria insidiosa naufragiis. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 52. Demite naufragium, mors mihi munus erit. Cf. *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 97. Ingemit non propter mortem, sed propter mortis genus. Grave enim est secundum Homerum perire naufragio, quia anima ignea est et exstingui videtur in mari, i. e. elemento contrario, ut (6. 670.): Igneus est ollis vigor.—*Aliorum naufragia ex terra intueri*, proverbii speciem habet apud *Cic.* 2. *Att.* 7. *ad fin.* h. e. in tuto positum videre alienum periculo. Sic *Lucret.* 2. 1. Suave, mari magno, turbantibus æquora ventis, E terra magnum alterius spectare laborem. — Illud quoque proverbium est, *naufragium in portu facere*, apud *Quintil. declam.* 12. 23.

II.) Translate. ¶ 1. Poetice naufragium dicitur ipsa tempestas, unde naufragium fit. *Lucret.* 2. 552. naufragiis magnis multisque coortis, Disjectare solet magnum mare transtra, guberna, Antemnas, proram, etc. *metonymia.* ¶ 2. Item res ipsæ naufragio disjectæ. *Sil. It.* 10. 323. Sic ratis, illisit scopulis ubi nubifer Eurus, Naufragium spargens operit freta. ¶ 3. Metaphorice est ruina, calamitas, clades, exitium, damnum, jactura, eversio fortunarum. *Cic. Rabir. perduell.* 9. 25. Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii afflictam navem, et in quibus C. Decium naufragium fortunarum videres *Plin. Paneg.* 66. Erant sub oculis naufragia mul

torum, quos, insidiosa tranquillitate provectos, improvisus turbo perculerat. *Val. Max.* 8. 1. *n.* 12. Inter maximos et gravissimos infamiæ fluctus emersit, tamquam fragmentum naufragii, leve admodum genus defensionis amplexus. *Cic.* 12. *Phil.* 8. 19. Qui ex naufragio luculenti patrimonii ad hæc Antoniana saxa projectus est. *Id.* 1. *Fam.* 9. *post init.* Naufragia rei familiaris. *Flor.* 1. 13. *ad fin.* Quum Gallica gens per Italiam naufragia sua latius traheret. *h. e.* clades et ruinas, a Camillo fusa et fugata. *Id.* 4. 11. Immensa classis, naufragio belli facto, toto mari ferebatur. *Firmic.* 6. *Mathes.* 12. Pudoris existimationisque naufragium. — Hinc *naufragii tabula*, metaphorice est perfugium, solatium in calamitate. *Cic.* 4. *Att.* 18, l'espice æquitatem animi mei, et cum Cæsare suavissimam conjunctionem: hæc enim me una ex hoc naufragio tabula delectat. ¶ 4. Item quæ ex ruina et calamitate supersunt, reliquiæ, *avanzi, resti*: ad rem *Sall. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 117. et 3. *ibid.* 425. Charybdis mare vorticosum-forte illata naufragia sorbens gurgitibus occultis. *h. e.* naves vel rates naufragium passas, sive partes navigiorum naufragio dejectorum. *Cic.* 13. *Phil.* 2. 3. Addite illa naufragia Cæsaris amicorum, Barbas Cassios, Barbatios, Pollliones: addite Antonii collusores et sodales etc. *Id. Sext.* 6. 14. Colligere naufragium reipublicæ. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 62. Quum subit, Augusti quæ sit clementia, credo, Mollia naufragii litora posse dari. *et* 2. *ibid.* 9. 9. Excipe naufragium non duro litore nostrum.

NAUFRĂGO, as, are, *n.* 1. *naufragare, ναυαγέω*, naufragium facio. *Petron. fragm. Tragur.* 76. *Burmann.* Omnes naves naufragarunt. *Sidon.* 4. *Ep.* 21. Quo plus industrius quisque æquor frequentat, hoc minus naufragat.

NAUFRĂGŌSUS, a, um, adject. idem ac naufragiosus. Translate *Claud. Mamert.* 1. *Stat. an.* 1. *ad fin.* Naufragosum propter argumentorum latentes quosdam scopulos pelagus disputationis intrare.

NAUFRĂGUS, a, um, adject. (navis *et* frango) occurrit *A*) Passive, et *B*) Active.

A) Passive *naufragus*, per syncopen a *navifragus*, quo utuntur Poetæ, est qui navem fregit, ut *Ter.* loquitur *Andr.* 1. 3. 17. et naufragium passus est, ναυαγος (It. *naufrago, naufragante, rotto in mare*; Fr. *qui a fait naufrage, naufragé*; Hisp. *el qui ha sufrido naufragio*; Germ. *Schiffbruch leidend, schiffbrüchig*; Angl. *having suffered shipwreck, shipwrecked, wrecked*).

I.) Proprie. — *a*) Adjective. *Cic. Pis.* 19. 43. Marium Africa devicta expulsum et naufragum vidit. *Virg.* 3. *G.* 541. genus omne natantum Litore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus Proluit. *Ovid. Heroid.* 2. 16. Mersa foret cana naufraga puppis aqua. *Seneca Troad.* 1031. tabulaque litus Naufraga spargi. *Tac.* 14. *Ann.* 11. Mulier naufraga. — Absolute substantivorum more, *Cic.* 2. *Invent.* 51. 153. Naufragum quemdam natantem, et manus ad se tendentem animadverterunt. *Seneca* 3. *Benef.* 9. Dare naufrago tabulam. *Juvenal.* 14. 301. mersa tute naufragus assem Dum rogat, et picta se tempestate tuetur.

II.) Translate est qui bonorum jacturam fecit, qui decoxit, calamitosus, perditus. *Cic.* 2. *Cat.* 11. 24. Contra illam naufragorum ejectam ac debilitatam manum, florem totius Italiæ ac robur edurite. *quel branco, o masnada di spiantati, o fulliti.* et *Sull.* 14. 41. Ut aliquis patrimonio naufragus.

B) Active apud Poetas est navem frangens, naufragium inferens, *naufragoso. Horat.* 1. *Od.* 16. 10. Mare naufragum. *Ovid.* 4. *Fast.* 500. Et vos Nisæi, naufraga monstra, canes. *Val. Flacc.* 1. 584. naufraga tempestas. *Tibull.* 2. 4. 10. unda. *Sil. It.* 17. 635. Syrtis.

NAUFRĀGUS, i, m. 2. absolute, substantivorum more. *V.* voc. præced. I.

NAUFŪLAX *et*

NAUFŸLAX. *V.* NAUPHYLAX.

NAULĪA *vel*

NAULĬUM. *V.* NABLIA.

NAULUM, i, n. 2. ναῦλον, merces, quæ a vectore solvitur ei, qui navem exercet (It. *nolo, porto*; Fr. *fret, naulage*; Hisp. *flete*; Germ. *das Schiffslohn, Fährgeld*; Angl. *the freight, or naulage*). *Juvenal.* 8. 97. furor est, post omnia perdere naulum. *Paul. Dig.* 30. 39. 1. Idem in operis servorum, vel vecturis jumentorum, vel naulis navium dicendum. *Ulp. ibid.* 20. 4. 6. Ut merces salvæ fiant, vel ut naulum exsolvatur. *Cassiod.* 12. *Variar.* 22. Naulorum præbitio.

NAUMĂCHĬA, æ, f. 1. ναυμαχία, a ναῦς *navis* et μάχη *pugna*, est pugna navalis (It. *combattimento navale*; Fr. *combat naval*; Hisp. *combate naval*; Germ. d. *Schiffskampf*; Angl. *a naval engagement*). Dicitur fere de ludicris pugnis, quæ aut arte collecta aqua, aut in stagno lacuve aliquo, spectaculi loco edebantur.

I.) Proprie. *Sueton. Claud.* 21. *a med.* Emissurus Fucinum lacum, naumachiam ante commisit. *Id. Ner.* 12. Exhibuit et naumachiam, marina aqua innantibus belluis. *Id. Cæs.* 44. Naumachiæ spectaculum edere. *Martial. Spectac.* 28. *extr.* Hanc norint unam sæcula naumachiam. — *Servius* ad *Virg.* 5. *Æn.* 114. docet, Romanos Punico bello primo naumachiam ad exercitium instituisse, postquam cognoverant, exteras gentes etiam navali certamine plurimum posse.

II.) Metonymice est ipse locus, in quo navalis pugna editur. *Sueton. Tit.* 7. Edidit et navale prœlium in veteri naumachia. Adde *Tib.* 72. et *Domit.* 5.; et *Frontin. Aquæd.* 11. et 22. Hujusmodi naumachiæ quinque vel sex Romæ fuere in regione XIV. Transtiberina, ut est apud *Publ. Victor.*

NAUMĂCHĬĀRĬUS, a, um, adject. ad naumachiam pertinens. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 39. 74. (190). et *ibid.* 40. 76. (200). Naumachiarius pons. *Harduino* videtur ille, quo plures simul jungebantur naves, naumachiam edituræ. — Hinc

Naumachiarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, qui in naumachia pugnat. *Sueton. Claud.* 21. *ad fin.* Proclamantibus naumachiariis, ave imperator: morituri te salutant.

NAUMĂCHĬĀRĬUS, ii, m. 2. absolute. *V.* voc. præced. in fin.

NAUMACHUS, i, m. 2. ναύμαχος, idem ac naumachiarius, qui in naumachia pugnat. Vox a Lexico expungenda, occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 77.

NAUPĒGĬĀRĬUS, ii, m. 2. idem ac naupegus. *Inscript.* apud *Spon. Miscell. p.* 67., et *Grutер.* 225. 6., et *Reines. cl.* 10. *n.* 7. DIANAE COLLEGIUM NAVPEGIARIORUM.

NAUPĒGUS, i, m. 2. ναυπηγός, qui naves fabricatur: a ναῦς *navis* et πήγνυμι *compingo. Edict. Diocl. p.* 19. Naupego in navi maritima diurni ✠ sexaginta: in navi omnica diurni ✠ quinquaginta. Adde *Arcad. Aurel. Dig.* 50. 6. 6.; et *Firmic.* 4. *Mathes.* 7. *a med.*

NAUPHŸLAX *vel* naufulax, ăcis, m. 3. ναυφύλαξ. Scribitur et *năŭfўlax*, quamvis ναυφύλαξ aliud significet; est enim a ναος *templum* et φύλαξ *custos*, quum ναυφύλαξ sit a ναῦς *navis* et φύλαξ *custos*. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 125. 3. C. IVLIO MAXIMO VETERANO EX NAUPHYLACE etc. Alia apud *Labus. Diss. int. quæ epitaff.* etc. *p.* 11. L. GRESPIO ALEXANDRO III TAVRO NAOPYLaci etc. — Ceterum *nauphylax* est qui eas res custodiendas recipit, quas vectores secum afferunt, et in aliqua navis parte deponunt: differt a *diætario*, qui eas tantum res asservandas curat, quæ in navis cubiculo reponuntur. *Ulp. Dig.* 4. 9. 1. § 3. Et sunt quidam in navibus, qui custodiæ gratia navibus præponuntur, ut ναυφύλακες et diætarii. Si quis igitur ex his receperit (*aliquod cujusquam salvum fore*), puto, in exercitorem dandam actionem, quia is, qui eos hujusmodi officio præponit, committi eis permisit. *Inscript.* apud *Donat.* 278. 5. L. BARBIO SILVANO VETerano EX NAVPhylace CL. PR. RAV. N. SYR. etc. Alia apud *Murat.* 831. 6.... MACER NATIone BASSVS nauphylax IIII. FORTVNA etc. *et* 851. 7. AVRELIVS VITELLIVS MIL. CL. PR. MIS. NAV. FEL. (*lege* naufyl.) III. MINERVA. *et* 1063. 6.... EX NAVFylace SIBI etc. Alia apud *Donat.* 273. 2. AVRELIO MARYLLO NAVtylaci III. VICTORIA NATIone CILIX etc. Alia apud *Maff. Mus. Ver.* 349. 3. ANTIHERAX NAVF. III. AVG. etc. Alia apud *Murat.* 2031. 6. AVR. MARTINVS NAVFYLAR (*lege* naufulax) V. VICTORIA etc.

NAUPLĬUS, ii, m. 2. ναύπλιος, piscis sæpiæ similis, qui in concham, ludendi societate, se condit, et in ea veluti navigat. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 30. 49. (91). Ita est appellatus a ναῦς *navis* et πλέω *navigo*. *V.* NAVIGER. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

NAUSCIT (quasi *naviscit*) de grano fabæ dicitur, quum non dissimile navis formæ sese aperit. *Paul. Diac. p.* 168. 5., quocum cf. *Festus p.* 169. 19. *Müll.*

NAUSĔA, æ, f. 1. ναυτία (*V.* aliam formam in NAUTEA sub *B*), Ionice ναυσία, ναυτίησις, stomachi ad vomitum ex gravi odore perturbatio et concitatio, quæ navigantibus evenire solet: *V.* NAUSEO (It. *incitamento al vomito, nausea*; Fr. *mal de mer, envie de vomir, nausée*; Hisp. *nausea*; Germ. *die Seekrankheit*; Angl. *seasickness, squeamishness, a qualm or inclination to vomit*).

I.) Proprie. *Cic.* 16. *Fam.* 11. Festinare te nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger. *Id.* 5. *Att.* 13. Navigavimus sine timore et nausea. *Cels.* 1. 3. Qui navigavit, et nausea pressus est. *Petron. Satyr.* 103. Acclinatus lateri navis exonerabat stomachum nausea gravem.

II.) Translate. ¶ 1. Usurpatur de stomachi ad vomitum perturbatione et concitatione, quæ aliis de causis fit. *Cato R. R.* 156. Ubi libido veniet nauseæ, eumque apprehendet, decumbat purgetque se se. *Seneca Ep.* 53. Nausea me, segnis hæc et sine exitu, torquebat, quæ bilem movet, nec effundit. *Ovid. Remed. am.* 355. Illa tuas redolent, Phineu, medicamina mensas: Non semel hinc stomacho nausea facta meo. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 11. 69. (112). Cruditates, quæ nauseam faciunt. *Id.* 20. *ibid.* 21. 84. (225). Liberare a nauseis. *et ibid.* 23. 96. (256). Nauseam sedare. *Id.* 27. *ibid.* 7. 28. (52). arcere. *Id.* 8. *ibid.* 27. 41. (99). restinguere. *Horat. Epod.* 9. 35. fluentem coercere. *Colum.* 6. *R. R.* 34. 1. discutere. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 14. 54. (153). Nauseas inhibere. *et ibid.* 15. 57. (162). sistere. *Id.* 23. *ibid.* 4. 50. (96). Elæomeli, sapore melleo, non sine nausea, alvum solvit. ¶ 2. Metonymice est fastidium, satietas. *Martial.* 4. 37. Numeres oportet aliquid, ut pati possim. Quotidianam relice nauseam nummis. Audire gratis, Afer, ista non possum.

NAUSĔĀBĬLIS, e, adject. nauseam afferens. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 2. Oris humectatio nauseabilis.

NAUSĔĀBUNDUS, a, um, adject. nausea plenus.

I.) Proprie, seu stricto sensu. *Seneca Ep.* 108. *sub fin.* Gubernator in tempestate nauseabundus.

II.) Translate, seu generatim, is dicitur qui, non maris, sed ciborum vel alia causa stomachum sibi turbari sentit et ad vomitum provocari. *Seneca Ep.* 47. *ante med.* Adjice obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est: qui sciunt, cujus rei illum sapor excitet, cujus delectet aspectus, cujus novitate nauseabundus erigi possit.

NAUSĔĀTOR, ōris, m. 3. qui nauseat. *Seneca Ep.* 53. Ulysses nauseator erat.

NAUSĔO, as, are, *n.* 1. Part. *Nauseans* II. 1. et 2. — Nauseare est nauseam habere, vomere. Proprie is *nauseare* dicitur, qui navigando stomachum sibi turbari sentit, et ad vomitum provocari, ex agitatione navigii, ex sentinæ graveolentia etc. ναυτιάω (It. *aver nausea, vomitare*; Fr. *avoir le mal de mer, avoir des nausées, avoir envie de vomir*; Hisp. *sufrir nausea, vomitar*; Germ. *die Seekrankeit haben*; Angl. *to be sea-sick, vomit, be ready to vomit, be squeamish or qualmish, nauseate*).

I.) Proprie, seu stricto sensu. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 93. conducto navigio æque Nauseat, ac locuples, quem ducit priva triremis. *Cels.* 1. 3. Si sine vomitu nauseavit etc.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim *nauseare* dicitur, qui, non ex agitatione navigii vel mari, sed alia ex causa ad vomitum concitatur. *Cic.* 2. *Phil.* 34. 84. Sudat, pallet. Quidlibet, modo ne nauseet, faciat. *Id.* 12. *Fam.* 25. Sic sum in Antonium invectus, ut ille non ferret, omnemque suum vinolentum furorem in me unum effunderet, quem ego ructantem et nauseantem conjeci in Cæsaris Octaviani plagas. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *n.* 61. Tunc post intermissionem mediocrem si quisquam nauseaverit, erunt danda mali punici grana. Adde

Marcell. Empir. c. 20. p. 112. retro ed. *Ald.* ¶ 2. Figurate adhibetur in illo *Cic.* 1. *Nat. D.* 30. 84. Quam bellum erat, Vellei, confiteri potius nescire, quod nescires, quam ista effutientem nauseare, atque ipsum sibi displicere! (*Manut.* mallet *tibi.*) *h. e.* effundere, eructare, evomere, ea nimirum dicendo, quæ et audientibus et dicenti ipsi displiceant. Simile est illud 5. *Phil.* 7. 20. Io me absentem orationem ore impurissimo evomuit. Cf. et 12. *Fam.* 25. Ut effunderet *supr. allata.* ¶ 3. Pro fastidire. *Phædr.* 4. 6. *extr.* Hoc illis dictum est, si qui stulti nauseant, Et, ut putentur sapere, cælum vituperant. *Al. leg.* qui stultitiam nauseant. — *Uterus nauseans* videtur esse mulieris vetulæ, quæ viri concubitum respuit, vel immunditia sua corrumpit. *V.* PIPIO, as.

NAUSEŎLA, æ, f. 1. μικρὰ ναυτία, deminut. nauseæ quo sensu NAUSEA II. 1. *Cic.* 14. *Att.* 8. Nauseolam tibi tuam causam otii dedisse, facile patiebar.

NAUSEŌSUS, a, um, adject. ναυτιώδης, qui nauseam inducit: *V.* NAUSEA II. 1. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 20. 38. (59). Radice crassa, madida, nauseosa.

NAUSTĪBŬLUM vocabant antiqui vas alvei simile: videlicet a navis similitudine. *Festus* p. 169. 23. *Müll.* Et *Paul. Diac.* p. 168. 3. Naustibulum alveum ad navis similitudinem factum. — Putat autem *Scalig.* potius eo ναύσταθμον, h. e. navale, quasi navium stabulum, significari.

NAUSUM, i, n. 2. genus navigii Gallici. *Auson. epist.* 22. Ut nauso, aliave quavis navi usque ad oppidum præbita, frugis aliquantulum nostræ advehi possit. *et mox in carm.* Ut inde nauso devehat.

NAUTA, æ, m. 1. *V.* NAVITA.

NAUTĀLIS, e, adject. ad nautam pertinens. *Auson.* 10. *Edyll.* 223. Reddit nautales vitreo sub gurgite formas.

NAUTĒA, æ, f. 1. duo diversa significat.

A) *Opilius Aurelius* apud *Festum* p. 165. 27. *Müll.* (quocum cf. *Paul. Diac.* p. 164. 12.) dicit esse herbam granis nigris, qua corlarii utuntur. Ejus videri a nausea ductum nomen, quia nauseam facit. *Labeo* in *comment. jur. pontif.* apud *eumd.* ait esse rubidum quiddam, quo pontificum vestimenta quædam colorant. *Non.* p. 8. 6. *Merc.* Nautea, inquit, est aqua de coriis, vel, quod est verius, aqua de sentina. *Plaut. Asin.* 5. 2. 44. nauteam Bibere malim, si necessum est, quam illanc oscularier. *Id. Curc.* 1. 2. 5. omnium unguentum odor præ tuo nautea est. *Id. Cas. in fin.* bircus unctus nautea. *de re valde fœtida.*

B) Videtur etiam idem esse quod nausea, quæ Græce ναυτία. *Plautus* in *Artemone* apud *Festum* p. 165. 32. *Müll.* Unguentum, quod naribus mulionum nauteam fecisset.

NAUTĪCĀRĬUS, ii, m. 2. idem ac navicularius. *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 197., apud *Fea, Fast. cons. n.* 40. et apud *Henzen.* 7205. L. HORTENSIVS GALLVS *quinquennalis* NAVTICARIORVM.

NAUTĪCI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq. in fin.

NAUTĪCUS, a, um, adject. ναυτικός, ad nautas pertinens, et ad naves agendas, et ad rem navalem administrandam (It. *marinaresco, navale*; Fr. *de matelot, de nautonnier, naval, nautique*; Hisp. *naval, lo que pertenece á la marina*; Germ. *schiffsmännisch, zu den Schiffen oder Schiffsleuten gehörig*; Angl. *of or belonging to mariners or ships, nautical, naval*). *Cic.* 13. *Att.* 21. Inhibere est verbum totum nauticum. *Virg.* 3. *Æn.* 128. Nauticus exoritur vario certamine clamor. *et* 4. *Ecl.* 38. nec nautica pinus Mutabit merces. *Auct. B. Alex.* 12. Nautici homines. *Auson.* 10. *Edyll.* 228. Nautica pubes. *Cæs.* 3. *B. G.* 8.; et *Cic.* 2. *Nat. D.* 60. 152. Scientia et usus nauticarum rerum. *Id. Manil.* 18. 55. Locus exuviis nauticis, et classium spoliis ornatus. *Modestin. Dig.* 22. 2. 3.; et *Scævola ibid.* 45. 1. 122. Nautica pecunia. *h. e.* quæ maritimo fenore occupatur. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 68. (138). Panis nauticus. *biscotto. Nepos Alcib.* 8. Castra nautica juxta hostes habere. *h. e.* classem. — Hinc

Nautici, ōrum, m. plur. 2. absolute, substantivorum more, omnes qui in navi inserviunt, nautæ, remiges, gubernatores, navales socii etc. *Liv.* 37. 28. Macria nautici vocant. *Id.* 28. 7. Philippus supervenit, tumultumque etiam ex terra nauticis præbuit. *Id.* 41. 3. Nautici tabernacula detendunt, commeatumque in litore expositum in naves rapiunt. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 37. 70. (178). Velificant in Pado nautici.

NAUTĪLUS, i, m. 2. ναυτίλος, piscis genus, qui navis ritu velis actæ, per summa æquora fertur: quod graphice describit *Plin.* 9. *Hist. nat.* 29. 47. (88). *V.* NAVIGER.

NĀVĀCŬLUM, i, n. 2. idem ac navale. *Gloss. Philox.* Navaculum, ναύσταθμον.

NĀVĀLE, is, n. sing. *et*

NĀVĀLĬA, ium, n. plur. 3. *V.* voc. seq. in fin.

NĀVĀLIS, e, adject. (navis) ad naves pertinens, ναυτικός (It. *navale*; Fr. *de vaisseau, de navire, naval*; Hisp. *naval*; Germ. *die Schiffebetreffend, zu den Schiffen gehörig*; Angl. *of or belonging to ships, naval*). Occurrit — *a*) Generatim. *Cic. Senect.* 5. 13. Pedestres navalesve pugnæ. *Id.* 10. *Att.* 8. Navalis apparatus. *Cæs.* 5. *B. G.* 22. Castra navalia. *h. e.* quibus naves subductæ defenduntur. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 45. 46. (148). Navalis fuga. *h. e.* quæ fit navibus. *Ovid.* 1. *Fast.* 229. forma. *h. e.* figura navis. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 9. 17. (61). arbor. *h. e.* apta navibus faciendis. *Ammian.* 21. 7. *extr.* pons. *fatto sulle barche. Val. Flacc.* 8. 298. uncus. *h. e.* quo hostilem navem in pugna arripiunt. *Liv.* 26. 47. *in fin.* materia ad classem ædificandam. *Inscript.* apud *Gruter.* 640. 1. P. LONGIDIENVS P. F. FABER NAVALIS. *h. e.* navium fabricator. *Cic. Manil.* 10. 28. bellum. *et ibid.* 18. 54. Disciplina et gloria navalis. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 12. 13. (67). Navales artes. *l'arte marinaresca, la nautica. Virg.* 5. *Æn.* 493. navali certamine victor. *et* 8. *ibid.* 684. navalis corona. *h. e.* ob victoriam navalem, quæ et *classica*, et *rostrata* dicta est. Sic *Ovid.* 3. *Art. am.* 392. navali cinctus honore caput. Est etiam, ut *Gell.* docet 5. 6. et *Festus* p. 162. 2. *Müll.*, navalis corona, quæ datur ei, qui primus navali prœlio in hostium navem armatus vi transilivit. *Virg.* 3. *G.* 29. navali surgentes ære columnæ. *h. e.* conflato ex rostris captarum bello navium. *Tac.* 4. *Ann.* 15. Navale stagnum. *h. e.* ad naumachiam edendam. — *b*) Speciatim *Navalis Phœbus* apud *Propert.* 4. 1. 3. est Actiacus Apollo, cui Augustus templum Romæ dicavit ob devictum M. Antonium navali pugna. *V.* ACTIACUS et ACTIUS in ONOM. — *c*) Item *Navales socii* sunt classiarii, et remiges, *le ciurme*: non tamen, ut nunc, catenati et coacti, sed volentes et liberi: lique non solum remos, sed et arma tractabant interdum. Eligebantur autem sæpe vel ex libertinis colonorum, aut sociorum, vel ex socilis ipsis civibus R., qui aliquando servitutem servissent, ut est apud *Liv.* 36. 2. *extr.* et 40. 18. Habebant etiam longius præfinitum tempus stipendiis finiendis, quam ceteri milites, ut est apud *Lips. l.* 5. *de Mil. R. dial.* 19. His de causis fiebat, ut hæc navalis militia vilior esset multo, quam legionaria, ut adnotavit *Id. ibid. l.* 1. *dial.* 2. *a med.* et *de magnitud. R. l.* 1. *c.* 5. Iidem dicuntur etiam *classici*, ut ex *Liv.* 26. 48. apparet: ubi etiam aperte colligitur, pugnas ab iis initas, et victum etiam aliquando hostem. His qui præerant, *magistri* dicebantur, ut ex *eod.* 43. 8. *ad fin.* constat. *V.* MAGISTER. *Id.* 21. 50. Ut sociis navalibus instructam classem, ita inopem milite habebat. *et* 26. 48. Postero die militibus, navalibusque sociis convocatis etc. *et ibid.* 17. Quum expositis ibi copiis, socios quoque navales, multitudinis augendæ causa, armasset. *Id.* 32. 23. Navales socii, relictis nuper classibus, ad spem honorationis militiæ transgressi. — Navalis militiæ spatium erat annorum XXVI. usque ad Antoninum Pium, deinde ann. XXVIII. V. *B. Borghesi, dipl. di Decio* p. 38. — Quamvis autem navales socii sint idem cum remigibus et nautis, quod vel ex *Liv.* 26. 35. et 24. 11. *extr.* clare cognoscitur; tamen interdum a remigibus distinguuntur. *Id.* 37. 10. *a med.* Non remigem, non socios navales ad classem frequentes habiturum. Loquitur de Polyxenida præfecto classis Antiochi. — *d*) *Navalis scriba*, qui in nave apparebat, inter aliud genus scribarum minimæ dignitatis habebatur, quod periculis quoque ejus ministerium esset objectum. Plautus: non ego te novi, navalis scriba. Hæc *Festus* p. 169. 4. *Müll.* — *e*) *Navales pedes* per contemptum sunt ipsi remiges, quia in navi loco pedum sunt: qua ratione et portitores, qui Venetiis mercede vehunt quoslibet, dici solent per convicium, *cavalli da acqua. Plaut. Men.* 2. 2. 75. Asservatote hoc sultis, navales pedes. Sunt qui *pedes* intelligant pueros seu ministros, a Græco παῖδες. *Non.* p. 381. 12. *Merc.* ipsos remos navales pedes appellat. — *f*) *Duumviri navales*, classis ornandæ et reficiendæ causa, item ducendæ, aliquando Romæ creati leguntur apud *Liv.* 9. 30. et 40. 18. *et* 26. — *g*) De *navali porta*, V. *Navalia* infra. — Hinc

Navale, is, n. 3. absolute, substantivorum more, teste etiam *Servio* ad *Virg.* 11. *Æn.* 326., dicitur de loco ubi asservantur subductæ naves, quod Græce νεώριον, *stazione navale, cantieri, porto o luogo dove si tengono le navi. Ovid.* 3. *Met.* 660. stetit æquore puppis, Haud aliter, quam si siccum navale teneret. *Id. Heroid.* 18. 207. Illic est aptum nostræ navale carinæ. Et in plur. num. *Virg.* 4. *Æn.* 593. Diripientque rates alii navalibus, *dai cantieri.*

Navalia, ium, et *ōrum,* n. plur. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Generatim sunt loca, in quibus naves fiunt et reficiuntur, *arsenale*, ναυσταθμός, νεών, ναυπήγιον. *Cic.* 2. *Off.* 17. 60. Atque illæ impensæ meliores, muri, navalia, portus, aquarum ductus. *Id.* 1. *Orat.* 14. 62. Si M. Antonio pro Hermodoro fuisset de navalium opere dicendum. *Cæs.* 2. *B. C.* 3. Appulsisque Messanam navibus, inde, propter repentinum terrorem principum ac senatus fuga facta, ex navalibus eorum unam deducit. *Vitruv.* 5. 12. Navaliorum ea erit ratio, ut etc. *Flor.* 4. 2. *post med.* Ac primum, proximorum ædificiorum atque navalium incendio, infestorum hostium tela submovit. ¶ 2. Speciatim *Navalia* locus Romæ fuit trans Tiberim, cujus mentio apud *Liv.* 3. 26., 8. 14. et 40. 51. *Inscript.* apud *Orell.* 3627. I. O. M. ET IVNONI REGINAE T. ALBANIVS PRIMANVS *signifer* LEG. XXII *Primigeniæ* PIÆ FELICIS OPTIO NAVALIORVM PRO SE ET SVIS V. S. L. M. MATERNO ET BRADVA cos. *h. e.* ann. post Chr. n. 185. Ceterum V. *E. Borghesi, Iscriz. del Reno dello Steiner* p. 7. (Apud *Varron.* 5. *L. L.* 164. *Müll.*, qui a *Forcellino* laudatur, pro *navalia* legendum esse *Nova via*, conjecit *Scalig.* et *Nordinius*, probante *Müllero*). Hinc *navalis porta* ab horum navalium vicinia dicta. *Festus* p. 178. 4. et *Paul. Diac.* p. 179. 1. *Müll.* ¶ 3. *Navalia* absolute sunt etiam navigiorum instrumenta et ipsa navigia. *Virg.* 11. *Æn.* 327. jacet omnis ad undam Materies: ipsi numerumque modumque carinis Præcipiant; nos æra, manus, navalia demus. *Liv.* 45. 23. Navalibus, armis, juventute nostra, sicut prioribus bellis, ad omnia paratos fore. *Alii legendum conj.* navibus. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 11. 21. (52). Pix e tæda coquitur navalibus muniendis. Ita *Harduin.* ex MSS. itemque *Sillig.*

NĀVARCHĬUS, a, um, adject. ad navarchum pertinens. *Cod. Theod.* 13. 5. 20. Nec navarchiæ obnoxius functioni.

NĀVARCHUS, i, m. 2. *capitan di nave*, ναύαρχος, qui in una navi imperat: vox Græca a ναῦς *navis* et ἀρχός *princeps. Cic.* usurpat, de rebus Siculorum agens, 7. *Verr.* 24. 60. Sumptum omnem in classem frumento, stipendio, ceterisque rebus navarcho suo quæque civitas semper dare solebat *et ibid.* 32. 84. Harum civitatum militibus, navibus, navarchis Syracusanus Cleomenes jussus est imperare. *Veget.* 5. *Milit.* 2. Singulæ Liburnæ singulos navarchos habebant, qui, exceptis ceteris nautarum officiis, gubernatoribus atque remigibus et militibus exercendis quotidianam curam et jugem adhibebant industriam. Adde *Inscript.* apud *Orell.* 3634., quam emendatam exhibet *Henzen.* p 379.

NĀVANTER, adverb. (navus) idem ac naviter *Cassiod.* 7. *Variar.* 7. Quid est tibi pulcrius, quam in illa urbe operam navanter impendere diligentiæ tuæ, ubi tales testes videntur assistere? Adde *eumd.* 8. *ibid.* 23.

NĀVĀTUS, a, um. *V.* NAVO.

NĀVĒ, adverb. idem quod naviter. *Plaut.* apud *Festum.* p. 169. 3. *Müll.* Nave agere oportet quod

agas, non ductarie. *V.* **DUCTARIE**. *Sall. Jug.* 79. (77. *Kritz.) sub fin.* Imperata nave fecerant. *Magna est Codicum discrepantia, ex qua tamen* nave *legendum contendit* Kritzius. *Vellej.* 2. 125. 4. Ut pleraque egit nave Germanicus. *Ita Ruhnken.; Ed. pr.* ignave, *quod Ed. Bipont. mutavit in* ignovit. Agnoscitur etiam a *Charis.* 1. *p.* 88. *Putsch.* et *Diomed.* 1. *p.* 402.

NĀVĬA, æ, f. 1. vox a *navis* vulgari sermone corrupta et

I.) Proprie est scapha, linter, usurpata in proverb. *Aut caputa, aut naviam* pro *Aut caput, aut naviam. Aurel. Vict. Orig. gent. Rom.* 3.; et *Paulin. Nol.* 38. 73.; quibuscum cf. *Macrob.* 1. *Saturn.* 7. *V.* **CAPUT**.

II.) Translate navia est alveus ex uno ligno exsculpto in modum navis, quo utuntur in vindemia, ut *Festus p.* 169. 25. *Müll.* docet. *Mela* 3. 7. *ante med.* Arundinum fissa internodia, velut navia, binos et quædam ternos etiam vehunt. — *NB. De Navia ficu V.* NAVIUS in ONOM.

NĀVĬCELLA, æ, f. 1. *barchettina, deminut.* navis. *Martian. Dig.* 33. 7. 17. Instrumento piscatorio contineri Aristo ait navicellas, quæ piscium capiendorum causa paratæ sunt. In editione *Torrentini* est *naucellas. V.* tamen **NAUCULA**. Sed vox *navicella* legitur etiam apud *Fulgent. Exposit. Serm. antiq. p.* 562. *Merc.* Oriam dicunt navicellam modicam piscatoriam.

NĀVĬCŬLA, æ, f. 1. *navicella* πλοιάριον, *deminut.* navis, parva navis, qua vel in mari, vel in flumine circumvehimur. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.)* 48. 148. Nos ad naviculas nostras descendimus. *Id. post redit. ad Quir.* 8. 20. Parva navicula trajectus in Africam. *Cæs.* 2. *B. C.* 3. Præmissaque clam navicula, Domitium Massiliensesque de suo adventu certiores facit. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 104.

NĀVĬCŬLĀRĬA, æ, f. 1. ναυτιλία, ars negotiandi, et quæstum faciendi ex navigatione, vel navem locando. *Cic.* 7. *Verr.* 18. 46. Naviculariam te, quum Romam venisses, esse facturum.

NĀVĬCŬLĀRIS, e, adject. ad naviculariam pertinens. *Hermogenian. Dig.* 50. 4. 1. Munerum civilium quædam sunt patrimonii, alia personarum. Patrimonii sunt munera rei vehicularis, item navicularis etc.

NĀVĬCŬLĀRĬUS, a, um, adject. ad naviculariam pertinens. *Impp. Valentinian. et Valens Cod. Theod.* 13. 5. 12. Navicularii oneris munus. *Impp. Arcad. et Honor. Cod.* 11. 2. 3. Navicularia functio. *Inscriptt.* apud *Murat.* 984. 1. Navicularius portitor

NĀVĬCŬLĀRĬUS, ii, m. 2. *padron di nave,* ναύκληρος, idem qui nauclerus. *Cic.* 16. *Fam.* 9. *ad fin.* Si poteris, cum Mescinio: si minus, cum honesto aliquo homine, cuius auctoritate navicularius moveatur. *Id.* 9. *Att.* 3. *sub fin.* Audita navicularii hominis liberalitas est. *Id.* 4. *Verr.* 55. 137. Aratores, mercatores, navicularii. *h. e.* qui navi mercaturam exercent, vel navim ad transferendas merces locant; item qui publicas species et annonam mercede convehunt. *V.* et voc. seq. *Tac.* 12. *Ann.* 55. Inde *(a montibus asperis)* decursu in litora aut urbes vim cultoribus et oppidanis, ac plerumque in mercatores et navicularios, audebant. *Inscript.* apud *Gruter.* 449. 6. Collegium naviculariorum. Similiter hoc idem collegium memoratur in *Inscript.* apud *Orell.* 4069. et 4108., et naviculariorum corpora in *Inscript.* apud *eumd.* 3655., quacum cf. *aliam* apud *Henzen.* 6029.

NĀVĬCŬLĀTOR, ōris, m. 3. idem ac navicularius. *Cic. Manil.* 5. 11. Majores vestri sæpe, mercatoribus ac naviculatoribus injuriosius tractatis, bella gesserunt. Ita *Forcellinus* ex multis Codd.: at *Orellius* ex *Vet. Schol.* aliisque MSS. libris et recentiores plerique omnes rectius legunt *navicularibus.*

NĀVĬCŬLOR, āris, ari, dep. 1. *barcheggiare, navigare,* πλέω, navicula vehor. Per syncop. est *naviclor,* quo usus *Martial.* 3. 20. Piger Lucrino naviclatur in stagno. *Al. leg.* nauculatur.

NĀVĬFRĀGUS, a, um, adject. *naufragoso,* ναυαγός, navem frangens, naufragium inferens. Vox poetica. *Virg.* 3. *Æn.* 553. navifragum Scylaceum. *Ovid.* 14. *Met.* 6. fretum. *Stat.* 5. *Theb.* 415. dextrasque obtorquet in undas Proram, navifragis avidam concurrere saxis. — Apud *Ovid.* 5. *Trist.* 8. 11. Vidi ego, navifragum qui riserat, æquore mergi: Et, numquam, dixi, justior unda fuit *recentiores leg. recte* naufragium.

NĀVĬGĀBĬLIS, e, adject. ¶ 1. Passive apud classicos, *navigabile,* πλώϊμος, πλωτός, qui navigari potest. *Liv.* 38. 3. *in fin.* Navigabilem amnem opportunum ad comportanda, quæ usui sint. *Id.* 35. 44. Simul primum anni tempus navigabile præbuisset mare. *Tac.* 15. *Ann.* 42. Fossa navigabilis. *et* 13. 53. Sublatisque itinerum difficultatibus, navigabilia inter se occidentis septentrionisque litora fierent. *Colum.* 1. *R. R.* 2. 3. Agrum habebimus - non procul a mari aut navigabili flumine, quo deportari fructus et per quod merces invehi possint. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 33. (165). Portus, ex quo navigabilem alveum perducere in Nilum-Sesostris cogitavit. *Id.* 3. *ibid.* 4. 4. (21). Iberus amnis navigabili commercio dives. *Al.* navigabilis. ¶ 2. Active (ut *ambulabilis, gressibilis, latrabilis* etc.) est qui navigare potest, qui navigat, apud *Boeth.* in *Porphyr. Dial.* 2. *p.* 34. Nam si homo navigat, potest dici animal navigabile.

NĀVĬGANS, antis. *V.* **NAVIGO** in fin.

NĀVĬGĀTĬO, ōnis, f. 3. (navigo) actus navigandi, cursus maritimus, navis vectio, πλεῦσις, πλόος, πλοῦς (It. *navigazione;* Fr. *navigation, trajet par mer;* Hisp. *navegacion;* Germ. *das Schiffen, die Schiffahrt;* Angl. *a saiting, navigating, navigation, a voyage*). *Cic.* 13. *Fam.* 68. Ex tuis litteris cognovi cursus navigationum tuarum. *Id. Senect.* 19. 71. Aliquando in portum ex longa navigatione venire. *Id.* 2. *ad Q. Fr.* 6. Primam navigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. *et ibid. in fin.* Ajebant, te prima navigatione transmissurum. *Id.* 16. *Fam.* 4. Te neque navigationi, neque viæ committas, quoad plane valeas. *Auct. B. Alex.* 69. Difficultas itinerum ac navigationum. *et ibid.* 28. Celeriore fluminis navigatione usus est. *Tac.* 2. *Hist.* 81. Celeri navigatione properare. *Id.* 2. *Ann.* 8. Secunda navigatio. *a secunda del fiume.* et 4. *Hist.* 49. Prospera navigatione prævenire aliquem. *Id.* 2. *Ann.* 53. Adversam maris navigationem perpessus. *Justin.* 36. 3. 7 Lacus navigationis patiens. *navigabile. Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 32. (108). Insulam a continente diei navigatione abesse. *Ita Codd. multi, sed meliores* a continenti stadiis CCC. abesse, *ut* Sillig. edidit. *Id.* 4. *ibid.* 6. 19. (28). Navigatio Ægyptia. *h. e.* qua Ægyptus petitur. *Id.* 2. *ibid.* 67. 67. (169). Circumvectus a Gadibus ad finem Arabiæ, navigationem eam prodidit scripto.

NĀVĬGĀTOR, ōris, m. 3. *marinajo,* vel *nocchiero,* nauta, qui navigat. *Quintil.* 5. 10. *ante med.* Rusticus, forensis, negotiator, miles, navigator, medicus aliud atque aliud efficiunt. *Id. declam.* 12. 23. Infelix navigator est, et cujus votis auræ non respondent. *Inscript.,* quæ pertinet ad ann. ante Chr. n. XII. apud *Henzen.* 7041. F. RAMMIVS P. L. CHRESTVS NAVIGAROR I. O. M.

NĀVĬGĀTUS, a, um. *V.* **NAVIGO**.

NĀVĬGER, gĕra, gĕrum, adject. (navis *et* gero) naves gerens, navigabilis, πλοιοφόρος. ¶ 1. Stricto sensu. *Lucret.* 1. 3. Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras. *Martial.* 12. 98. *de Bæti.* cui rector aquarum Albula navigerum per freta pandit iter. *Eumen. Paneg. Constantin. Flav. nomine* 7. Navigera flumina ipsas oppidorum portas alluentia. Sic *Cassiod.* 5. *Variar.* 17. Flumen navigerum. ¶ 2. Latiori sensu, vel, ut aliis placet, figurate, *navigera similitudo,* species piscis navium modo vehentis aliquid. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 30. 49. (94). Navigeram similitudinem et aliam *(præter eam, quam descripsit* in fin. cap. præced. *de nautilo verba faciens)* in Propontide visam sibi prodidit Mucianus: concham esse acatil modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata: in hac condi nauplium, animal sæpiæ simile etc. *V.* **NAUPLIUS**.

NĀVĬGĬŎLUM, i, n. 2. *deminut.* navigii, parvum navigium, navicula, *picciolo naviglio, legnetto,* πλοιάριον. *Lentulus* ad *Coss. Prætt. etc.* 12. *Fam.* 13. *ante med.* Nos vix ipsi singulis cum navigiolis reciperemur. *Auct. B. Afr.* 63. Ipse navigiolum parvum conscendit.

NĀVĬGĬUM, ii, n. 2. (navigo) omne genus navis, quo aqua iter facimus, πλοῖον (It. *naviglio, nave, vascello, legno, bastimento;* Fr. *toute espèce de navire, bâtiment, barque, nacelle;* Hisp. *nave, qualquier genero de nave, navecilla;* Germ. *öas Fahrzeug, das Schiff;* Angl. *a ships, vessel, boat).*

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat. D.* 60. 152. Magnos usus affert arborum confectio ad navigia facienda. *Id.* 3. *Orat.* 46. 180. Quid tam in navigio necessarium, quam latera, cavernæ, prora, puppis, antemnæ, vela, mali? *Id.* 5. *Att.* 11. *ad fin.* Navigium dissolutum, vel potius dissipatum. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.)* 31. 100. Proficisci probo navigio, bono gubernatore, hac tranquillitate. *et* 16. *Att.* 4. *ad fin.* Navigium luculentum. *et ibid.* 1. Navigia minuta. *Virg.* 2. *G.* 107. Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus. — Proverb. est illud *Livii* 44. 22. *a med.* Qui in eodem velut navigio participes sunt periculi. *V.* NAVIS. I. *g.* — *Navigii* appellatione etiam rates continentur, teste *Ulp. Dig.* 43. 11. 1. *a med.*

II.) Translate significat ipsam navigationem. *Lucret.* 5. 1004. Improba navigii ratio tum cæca jacebat. *l'arte del navigare.* Hunc versum tamquam spurium *Lachmannus* (V. *ejusd. Comment.* in *T. Lucret. p.* 325.) expunxit. *Cic.* 4. *Herenn.* 44. 57. Contemnendus est, qui in navigio se, quam navim, mavult incolumen. *At* Orellius *et alii rectius leg.* in navigando. *Scævola Dig.* 45. 1. 122. In omnes navigii dies. *et paullo post.* Quasi perfecto navigio. *Ulp. loc. cit.* Ait prætor *iterque navigio.* hoc pro navigatione positum esi *Rutil.* 1. *Itiner.* 541. Tempora navigii clarus reparaverat Eurus. *Al. leg.* navigiis.

NĀVĬGO, as, āvi, ātum, are, 1. (navis *et* ago). Part. *Navigans* in fin.; *Navigatus* I. *B; Navigaturus* I. *A.; Navigandus* sub init. — *Navigare* proprie significat *navim agere:* hinc *Ulp. Dig.* 4. 9. 1. Nautæ appellantur omnes, qui navis navigandæ causa in navi sunt. Ita *Ulp.* Hanc vim universim habet quandocumque refertur ad nautas, naucleros, navarchos, gubernatores. Hi enim dicuntur navem agere, vel agi jubere. Sæpissime tamen refertur ad eos omnes, qui navi vehuntur, πλέω (It. *navigare;* Fr. *naviguer;* Hisp. *navegar;* Germ. *schiffen, segeln;* Angl. *to sail, set sail, sail, in or upon, navigate).*

I.) Proprie occurrit *A)* Neutrorum more; et *B)* Active.

A) Neutrorum more. — *a)* De hominibus. *Cic.* 16. *Fam.* 7. Quum per anni tempus navigare poteris, ad nos veni. *Cæs.* 4. *B. G.* 23. Nactus idoneam ad navigandum tempestatem. *Cic. Dom.* 10. 24. Quum ipse plenissimis velis navigares. *Id.* 2. *Invent.* 51. 153. Navigare in alto. *Lucan.* 4. 134. Sic Venetus stagnante Pado, fusoque Britannus Navigat Oceano. *Quintil.* 4. 2. 41. Navigare e portu. *h. e.* solvere. *Cic. Flacc.* 14. 32. Hac classe Crassus ab Æno in Asiam, his navibus Flaccus ex Asia in Macedoniam navigavit. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 5. Quum ab Ægina Megaram versus navigarem. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 166. Naviget Anticyram. *Sueton. Tib.* 13. Rhodum navigaturus. *Cic.* 3. *Nat. D.* 34. 83. Dionysius navigabat Syracusas. *Id.* 3. *Fam.* 6. *init.* Si ad Sidam navigassem. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 28. (43). Navigare ad Phasin. *Quintil.* 10. 2. 7. ratibus. *Sall. orat. Coltæ ad pop.* classe minore, quam antea. — Speciatim *navigare,* navim conscendere, et in mari degere. *Cic.* 7. *Verr.* 31. 80. Quo tempore ceteri prætores obire provinciam consueverunt, aut etiam in tanto prædonum metu et periculo ipsi navigare. *mettersi in mare.* — *Navigare in portu,* abesse a periculo, in tuto esse. *Ter. Andr.* 3. 1. *in fin.* Nunc hujus periclo fit: ego in portu navigo. — *b)* Non raro ipsa navis *navigare* dicitur. *Cic. Flacc.* 14. 32. Utrum ista classis cursu et remis, an sumptu tantum et litteris navigarit. *et ibid.* 13. 30. Pompejo auctore decrevimus, ut classis in Italia navigaret. *che vi fosse una flotta, e scorresse i mari d' Italia. et Ovid.* 2. *Art. am.* 9. mediis tua pinus in undis Navigat *Id.* 2. *Fast.* 864. Naviget hinc alia jam mihi linter aqua. *Ulp. Dig.* 47. 5. 1. Quid adhibentur, ut navis naviget, hoc est nautæ. — *c)* Item ipsæ merces, quæ navi feruntur. *Id. ibid.* 52. 2. 1. Interest, utrum etiam ipsæ merces periculo creditoris navigent. — *d)*

Impersonaliter. *Cic.* 16. *Fam.* 7. Iis enim ventis istinc navigatur. Adde *eumd. ibid.* 13. *sub fin.* et *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (126). Si Tigri navigetur.

B) Active. *Virg.* 1. *Æn.* 71. Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor. *Cic.* 2. *Fin.* 34. 112. Quum Xerxes, Hellesponto juncto, Athone perfosso, maria ambulavisset, terramque navigasset. Hæc quidem expressa sunt ex illis *Isocrat. Paneg.* c. 21. ὥστε πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δὲ Ἄθω διορύξας. *Sueton. Claud.* 1. Oceanum septentrionalem primus Romanorum ducum navigavit. *Ovid.* 15. *Met.* 49. ventisque faventibus æquor Navigat Ioniun. — Passive. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 67. 67. (167). Totus hodie navigatur occidens: septentrionalis vero oceanus magna ex parte navigatus est. *Quintil.* 1. 4. 28. Est etiam quidam tertius modus, ut *urbs habitatur*: unde et *mare navigatur*. *Tac. Germ.* 34. Lacus immensi Romanis classibus navigati. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (104). *de Roma.* Urbs pensilis subterque navigata.

II.) Translate. ¶ 1. Commode *navigare bellum* dicitur, quun classis navigat bellum illatura. *Cic. Manil.* 12. 34. Quam celeriter, Cn. Pompejo duce, belli impetus navigavit. *Flor.* 2. 2. *ante med.* Regulo duce, jam in Africam navigabat bellum. Sic *ibid.* 8. Ut cum terrarum orbis situ ipse victoriarum ordo navigaret. ¶ 2. Pro natare, *nuotare. Ovid. Heroid.* 19. 47. jam certe navigat, inquam: Lentaque dimotis brachia jactat aquis. ¶ 3. De ipso mari. *Manil.* 5. 583. *de belua marina.* circumsonat æquor Dentibus, inque ipso rapidum mare navigat ore. *h. e.* exundat, fluctuat: tanta aquarum vis latum illum rictum intrat et exit. ¶ 4. In illo *Sall. Cat.* 2. Quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent: τὸ *navigant* est navigando et merces mari convehendo comparant. — Hinc

Navigans, antis, particip. absolute, substantivorum more usurpatur, et est navigator, *navigante*, πλωτωρ. *Cic.* 3. *Off.* 23. 89. Quoad perveniam sit eo, quo sumpta navis est, non domini est navis, sed navigantium. *Petron. Satyr.* 107. Nec omen, nec legem navigantium noverant. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (174). Fons expetitus navigantibus. *Martial.* 3. 64. Sirenas, hilarem navigantium pœnam.

NĀVIS, is, f. 3. ναῦς. In quarto et sexto casu duplicem habet positionem, in *e*, et in *i*: et quidem in *i* frequentius præsertim in Ablativo, ut ex allatis exemplis videre est, et alibi in Latinis scriptoribus passim occurrit. — Navis est machina e ligno, qua per mare, flumen, lacumve iter facimus: a voce Græca allata. Dicitur fere de navigio majori, interdum etiam de cymba, lintre, scapha et hujusmodi (It. *nave, barca, vascello, naviglio, legno*; Fr. *toute espèce de navire, bâtiment, vaisseau, bateau, barque*; Hisp. *qualquier genero de nave, vaso, navio, navichuelo, buque*; Germ. *das Schiff*; Angl. *a ship, bark, vessel galley, beat*).

I.) Proprie. — *a*) Multas navium appellationes collegerunt *Gell.* 10. 25. et *Non. lib.* 13. — *b*) Earum aliæ sunt apertæ, aliæ tectæ, seu constratæ, sunt longæ, onerariæ, bellicæ, rostratæ, maritimæ, fluviatiles, tabellariæ, speculatoriæ, prædatoriæ, actuariæ, piscatoriæ, vectoriæ, etc. de quib. V. suis locis. — *c*) Nave primus in Græciam ex Ægipto Danaus advenit: antea ratibus navigabatur, inventis in mari Rubro. Reperiuntur qui, Mysos et Trojanos priores excogitasse in Hellesponto, putent. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (206). — *d*) *Navium tutela* erat picta, vel ficta dei, vel herois alicujus imago, in puppi collocata, nautarum et vectorum præcipua religio, cui supplicabant, cujus opem auxiliumque tempestatum procellis jactati implorabant, quamque, si quid mali ominis esset commissum, variis ritibus expiabant. *Val. Flacc.* 1. 301. Visa coronatæ fulgens tutela carinæ Vocibus his instare duci. *Id.* 8. 202. *de ead.* Puppe procul summa vigilis post terga magistri Hæserat auratæ genibus Medea Minervæ. *Ovid.* 1. *Trist.* 10. 1. Est mihi, sitque precor, flavæ tutela Minervæ Navis, et a picta casside nomen habet. *Id. Heroid.* 16. 112. Accipit et pictos puppis adunca deos. *Pers.* 6. 29. jacet ipse in litore, et una Ingenies de puppe dei. — *e*) Earumdem vero insigne, παράσημον, erat simulacrum sive dei, sive herois, seu virtutis alicujus, vel animalis πρότομή, vel cujuscumque tandem rei imago, in prora semper constituta, unde naves nomen accipiebant. *Propert.* 4. 6. 49. Quodque vehunt proræ Centauros saxa minantes. *Virg.* 10. *Æn.* 157. Æneia puppis Prima tenet, rostro Phrygios subjuncta leones. *Inscript.* apud *Murat.* 780. 5. Trireme Marte. *et* 834. 5. Trireme Venere. *et* 876. 3. Trireme Spe. *et* 862. 3. Trireme Tauro. *et* 870. 7. Quadrireme Pado. *et* 841. 4. Trireme Athenis. — Apud Phœnices tamen et Græcos deorum simulacra, quæ et navium insignia erant, in prora collocata fuisse, ostendit *Dav. Rhunkenius* in *Dissert. de tutel. et insign. navium* c. 3. — *f*) Locutiones huc pertinentes sunt hæ præcipue. *Cic.* 4. *Att.* 20. E Pompejano navi advectus sum in Luculli nostri hospitium. *Id.* 7. *Verr.* 17. 44. Navem maximam, triremis instar, palam ædificatam sumptu publico, etc. *Tac.* 14. *Ann.* 29. Naves fabricatur plano alveo adversus breve litus et incertum. *Cic. Senect.* 20. 72. Navem construere. *Cæs.* 1. *B. C.* 26. adornare. *Id.* 5. *B. G.* 1. armare. *et* 4. *ibid.* 31. reficere. *Colum.* 4. *R. R.* 3. 1. instruere armamentis. *Virg.* 4. *Æn.* 398. deducere litore. *trarre all'aqua.* et absolute eod. sensu 3. 71.; et *Cæs.* 5. *B. G.* 23. deducere. *Liv.* 28. 17. *extr.* deducere in aquam. *Id. ibid.* 7. moliri ab terra. *Cæs.* 1. *B. G.* 57. ex portu educere. *Virg.* 1. *Æn.* 555. *et* 577.; et *Cæs.* 5. *B. G.* 11. subducere. *tirar in secco. Petron. Satyr.* 101. deducere in portum. *Cæs.* 4. *B. G.* 29. subducere in aridum. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 114. Navem agere ignarus navis timet. γνώμη. *Ovid. Remed. am.* 285.; et *Cæs.* 3. *B. C.* 6. Navem solvere. *scioglier dal lido.* (Apud *eumd. Cæs.* 4. *B. G.* 28. ipsa etiam navis solvere dicitur, quum discedit a litore.) *Nepos Hann.* 7. conscendere. *imbarcarsi. Phædr.* 4. 21. ascendere. *Cic.* 13. *Att.* 21. appellere ad aliquem locum. *Curt.* 4. 2. appellere litori. *Liv.* 28. 17. applicare terræ. *Ter. Andr.* 1. 3. 17. frangere. *patir naufragio. Quintil.* 4. 1. 61. impingere. *dare in iscoglio. Tac.* 4. *Hist.* 79. deprimere. *gettar a fondo.* et *Cic.* 1. *Orat.* 38. 174. in portu evertere. *Id. ibid.* et *Pis.* 9. 20. gubernare, et salvam in portu collocare. *Cæs.* 4. *B. G.* 25. remis incitare. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 57. statuere. *h. e.* sistere. *Ter. Heaut.* 1. 2. 9.; et *Cæs.* 4. *B. G.* 26. *et* 27. E navi egredi. *Cæs. ibid.* 25. desilire. *et ibid.* se projicere. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 200. Nave ferri. *Cic.* 3. *Nat. D.* 37. 89. In navi vehi. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 12. Navi Piræum advectus sum. *Cæs.* 4. *B. G.* 25. transportare aliquid. *et ibid.* 37. Ex navibus milites exponere. *Horat.* 1. *Od.* 6. 3. Navibus rem gerere. *h. e.* maritimis expeditionibus. *Cic. Planc.* 39. 94. Navis secundis ventis cursum suum tenens. *Phædr.* 4. 21. *de Simonide.* Ascendit navem, quam tempestas horrida Simul et vetustas medio dissolvit mari. — *g*) *In eadem navi esse*, proverb. in eodem cum aliis periculo versari, *esser nella medesima barca. Cic.* 12. *Fam.* 5. Tibi, etsi ubicumque es, in eadem es navi, tamen etc. *V.* NAVIGIUM I. ad fin. — *h*) *Navem perforare, qua ipse naviget*, proverbio item dicitur is, qui, ut aliis malum creet, se ipse lædit. *V.* loc. *Cic.* apud *Quintil.* in PERFORO I. — *i*) *Navibus et quadrigis petere aliquid*, aliud proverb. omni conatu et studio, velis remisque, manibus pedibusque. *Horat.* 1. *Ep.* 11. 28. navibus atque Quadrigis petimus bene vivere. — *l*) *Navem mortuo applicare*, aliud proverb. de sero auxilio, apud *Quintil. declam.* 12. 23. Etrusci dicunt *il soccorso di Pisa.* Simile est illud *ibid.* Medicina mortuorum sera est. — *m*) Navis ita velis instructa, ut hæc quidem nautæ colligere videantur, est symbolum vitæ anteactæ et portus capiendi post longam navigationem. Hujusmodi navis cernitur in facie externa monumenti sepulcralis Nevolejæ Tyches in suburbio Pompejorum. V. *Mus. Borbon. T.* 1. *tab.* XIII. *p.* 2. et *Lup. Epitaph. S. Sev. p.* 123., ubi navis una velis expansis, et *p.* 180., ubi binæ itidem, et *Maff. Mus. Ver. p.* 281. *n.* 9., ubi pariter navis prope portum demissis velis cernitur. Hinc *Cic. Senect.* 19. 71. Quæ (*senectus*) mihi quidem tam jucunda est, ut quo propius ad mortem accedam, quasi terram videre videar, aliquandoque in portum ex longa navigatione esse venturus. *et* ad rem *Petron. Satyr.* 71. Te rogo, ut naves etiam monumenti mei facias plenis velis euntes.

II.) Translate. ¶ 1. Interdum navis est in obscœnis, pars nempe, qua feminæ sunt. *Plaut. Men.* 2. 3. 51., *Mil. glor.* 3. 3. 46. et *Rud.* 2. 3. 24.; et *Macrob.* 2. *Saturn.* 5. *sub fin.* κῆπος Ἀφροδίτης. V. *Lips. epistolic. quæst. l.* 5. *ep.* 3. ¶ 2. *Navis Argolica* est sidus, de quo *Cic. Arat.* 276. (522. ed. *Orell.*), inde pedes Canis, et simul amplam Argolicam retinet crebro cum lumine Navem. ¶ 3. Apud *Apic.* 6. 9. *navis* est venter pullorum gallinaceorum, navis, aut carinæ figura similis. ¶ 4. Allegorice, de re publica. *Cic.* 12. *Fam.* 24. Quamobrem, mi Quinte, conscende nobiscum, et quidem ad puppim. Una navis est jam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam, ut rectam teneamus: utinam prospero cursu. Sed quicumque venti erunt, ars nostra certe non aberit. Cf. *Id. Sext.* 20. 46. Quum vero in hanc rei publicæ navem, ereptis senatui gubernaculis, fluitantem in alto tempestatibus seditionum ac discordiarum, armatæ tot classes, nisi ego unus deditus essem, incursuræ viderentur etc. Cf. et *Horat.* 1. *Od.* 14., de qua *Quintil.* 8. 6. 44. At ἀλληγορία quam inversionem interpretantur, aliud verbis, aliud sensu ostendit; etiam interim contrarium. Prius ut: «O navis, referent in mare te novi Fluctus! O quid agis? Fortiter occupa Portum». totusque ille Horatii locus, quo navem pro re publica, fluctuum tempestates pro bellis civilibus, portum pro pace atque concordia dicit.

NĀVĪSALVĬA, æ, f. 1. hoc nomine fuit appellata, et quasi dea Romæ culta, Claudia Quinta virgo Vestalis, Appii Claudii neptis, quæ ann. U. C. DXLIX. navim simulacrum Matris deum e Pessinunte translatum vehentem, per adversum Tiberim sola adduxit, ut narrat *Liv.* 29. 14., utque patet ex insigni marmore anaglyptico et litterato apud *Maff. Mus. Ver.* 252. 4., et ex nummo Faustinæ senioris apud *Venut. Mus. num. Alban. T.* 1. *tab.* 27. *n.* 3. Hujus virginis Vestalis statua, in vestibulo templi Matris deum posita et consecrata, bis ea æde incendio consumpta, in sua basi flammis intacta stetit, ut constat ex *Tac.* 4. *Ann.* 64. et *Val. Max.* 1. 8. *n.* 11., quamque sedentem, velatam, et simpulum dextra porrigentem videre est in nummo apud *Morell. Num. fam. Rom.* in *G. Claudia tab.* 2. *n.* 3. *Inscript.* apud *Maff. loc. cit.*, quæ est apud *Orell.* 1905. MATRI DEVM ET NAVISALVIAE VOTO SVSCEPTO CLAVDIA SYNTYCHE DD. Alia apud *Clem. Cardinal. Iscriz. Velit. p.* 5., quæ est apud *Orell.* 2403. MATRI DEVM ET NAVISALVIAE Q. NVNNIVS TELEPHVS MAGISTER COLLEGII CULTORUM EIVS DE SUO DD. Consule et *Ovid.* 4. *Fast.* 305. *et segq.*; *Cic. Har. resp.* 13. 27. et *Cœl.* 14. 34.; *Sil. It.* 17. 33.; et *Lactant.* 2. 7. At probabilius videtur, navim ipsam, qua Mater magna deum a Pessinunte Romam deportata est, Navim Salviam appellatam fuisse, ut putat *Cardinali loc. cit.* et *Orell. Inscript. n.* 1906. et *B. Borghesius Dec. num.* 14. *oss.* 10. *p.* 56.

NĀVĪTA *et* nauta, æ, m. 1. ναύτης. *Festus p.* 169. 20. *Müll.* docet, *navita* dici secundum incorruptam consuetudinem: et ex eo factum *nauta* per sync. quo nunc utimur. Alii dicunt, *nauta* esse primitivum, a Græco ναύτης: ex eo per epenthesin factum esse *navita*, quo fere Poetæ utuntur. — Ceterum *navita* et *nauta* est quicumque in navi adhibetur, ut eam agat (It. *barcajuolo, marinajo*; Fr. *matelot, nautonnier, pilote*; Hisp. *marinero, nauta*; Germ. *der Schiffer, Schiffsmann, Seemann, der Matrose*; Angl. *a sailor, seeman, mariner, marine*). Occurrit — *a*) *Navita* apud Poetas et seriores prosæ auctores. *Plaut. Men.* 2. 1. 1. Nulla est voluptas navitis major, quam quando ex alto procul terram conspiciunt. *Petron. Satyr.* 121. vix navita Porthmeus Sufficiet simulacra virum traducere cymba. *Propert.* 2. 1. 43. Navita de ventis, de tauris narrat arator. Adde *Virg., Horat., Catull., Ovid., Tibull.* etc. Adde etiam *Gell.* qui prosa oratione non semel usurpat 16. 19.; et *Apul.* 6. *Met.*; item *Caton.* apud *Festum l. c.* Navitæ quod secum portaverant vinum atque oleum, usus tantum eo sum. — *b*) *Nauta* apud classicos prosæ Auctores. *Cæs.* 3. *B. G.* 9. Naves ædificari in flumine Ligeri, remiges et

Provincia institui, nautas gubernatoresque comparari jubet. *Id.* 3. *B. C.* 8. Eodem igne nautas dominosque navium interfecit. *Cic.* 16. *Fam.* 9. *ad fin.* Solent nautæ festinare quæstus sui causa. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 30. nautæque, per omne Audaces mare qui currunt. *Ovid.* 1. *Art. am.* 723. Candidus in nauta turpis color: æquoris unda Debet et a radiis sideris esse niger. — Nautarum collegia vel corpora passim memorantur in antiquis *Inscripptt.*, ut apud *Orell.* 2855., 4077., 365., 4120., 4243. etc. et apud *Henzen.* 6654., 7254. et 6950.

NĀVĪTAS *vel* gnavitas, ātis, f. 3. *ajuto, diligenza in accorrere all' altrui uopo,* σπουδή, ἐπιμέλεια, auxilium, diligentia in adjuvando. *Cic.* 10. *Fam.* 25. Istam operam tuam, navitatem, animum in rempubl. celeritati præturæ anteponendam censeo. *Est qui legit* operam tuam navatar . *Arnob.* 1. 2. Ipsi homines denique, quos per inhabitabiles oras terræ sparsit prima incipiensque navitas, non etc. *Al. leg.* nativitas: at *Cannegietero,* probante *Orellio,* legendum videtur *nativitas,* industria enim et labor in quærendo victu dissociavit primo mortales.

NĀVĪTER *vel* gnaviter, adverb. (navus, *a quo et* nave) diligenter, strenue, magna industria, *diligentemente. attentamente,* ἐπιμελῶς.

I.) Proprie. *Sisenna* apud *Charis.* 2. *p.* 185. *Putsch.* Quid nunc os tuum scalpis? quid tergiversaris, nec bene naviter is? *Liv.* 10. 39. Ibi aliquamdiu nec cessatum ab armis est, neque naviter pugnatum. Sic *Id.* 30. 4. Tempus esse, aut pacem componi, aut bellum naviter geri. *Id.* 24. 23. Sed quod volebant, non, quam maturato opus erat, naviter expediebant. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 24. quæ spem Consiliumque morantur agendi gnaviter id, quod etc. *Gell.* 15. 4. In provincia naviter versari. *Apul.* 2. *Met.* Naviter grassare.

II.) Translate est omnino, perfecte. *Lucret.* 1. 524. Alternis igitur, ni mirum, corpus inani Distinctum, quoniam nec plenum naviter exstat, Nec porro vacuum. *Cic.* 5. *Fam.* 12. Qui semel verecundiæ fines transierit, cum bene et naviter oportet esse impudentem. *Forcellinus* hunc *Cic.* locum ad superiorem paragr. retulit.

NĀVĪTIES, ēi, *f.* 5. industria, diligentia. *Gloss. Philox.* Navities, ἀρητή.

NĀVO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *Gnavo, as* pro *navo, as* legitur in quibusdam libris apud *Cic.* 2. *Orat.* 7. 26.; et *Val. Flacc.* 3. 145. — Part. *Navatus* sub *a* et *b.*: *Navaturus* et *Navandus* sub *c.* — Navare est strenue et diligenter agere, totis viribus agere, a *navus.* Alii ducunt a *navis,* et proprie dici ajunt de nautis, qui aliis auxilium præbent in navi vel e navalibus deducenda, vel in mari gubernanda; quo in ministerio multorum manibus et magno labore opus est, σπουδάζω, προσέχω, διαπράττομαι (It. *fare con diligenza, servire, assistere, adoperarsi con tutte le forze;* Fr. *faire avec soin, avec zèle, avec ardeur;* Hisp. *hacer, obrar con cuidado, con zelo, con ardor;* Germ. *mit Anstrengung etwas thun, eifrig betreiben, verrichten, besorgen;* Angl. *to perform vigorously or diligently).* Occurrit — *a)* Generatim *navare aliquid,* h. e. strenue et diligenter agere. *Cic.* 6. *Fam.* 1. *in fin.* Nemo est tam afflictus, qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, non possit navare aliquid et efficere. Cf. *Gell.* 7. 20. Est adeo invenire apud nobiles poetas hujuscemodi suavitatis multa, quæ apparet navata esse, non fortuita. *h. e.* studiose et de industrie facta, arte conquisita. — *b) Navare operam alicui personæ,* non *rei,* (quod sæpe occurrit) est præstare, exhibere, auxilium dare, adjuvare, operam conferre. *Cic.* 15. *Fam.* 12. Utinam potuissem, pro tuis amplissimis erga me studiis, tibi operam meam studiumque navare. *Id.* 10. *ibid.* 25. Navare operam rei publicæ. *Id. Brut.* 81. 282. Qui quia navarat miles operam imperatori, imperatorem se statim esse cupiebat. *Liv.* 28. 35. Cupere se, illi populoque Romano operam navare. ita ut nemo unus externus magis enixe adjuverit rem Romanam. *Id.* 9. 16. Ut ad reconciliandam pacem consuli opera navaretur. — *c) Navare operam* sine Dat. personæ dicitur qui strenue et diligenter operatur, totis viribus operam confert. *Cic. Cæl.* 28. 57. Si me audiant, nuvent aliam operam, aliam ineant gratiam, in aliis se rebus ostentent. *s' impieghino, s' adoprino in altro. Id.* 2. *Orat.* 7. 26. Jam mihi videor navasse operam, quod huc venerim. *d' avere fatto qualche cosa. Liv.* 7. 16. Fortiter in acie navare operam. *Id.* 24. 14. *extr.* Quibus merces navatæ in unum diem operæ libertas futura erat. *Id.* 2. 43. *ad fin.* Exsecrantes nunc imperatorem, nunc navatam ab equite operam, redeunt in castra. *Curt.* 7. 5. Ceteris gratiæ actæ quod ad reliqua belli navaturos operam pollicebantur. *Tac.* 3. *Ann.* 42. Julius Indus, e civitate eadem, discors Floro, et ob id navandæ operæ avidior. — *d) Navare opus* idem est. *Val. Flacc.* 3. 144. ferro potius mihi dextera, ferro Navet opus. *Cic.* 9. *Att.* 11. Utinam aliquod in hac miseria reipublicæ πολιτικὸν opus efficere et navare mihi liceat. — *e) Navare studium,* exhibere, præstare, adhibere. *Q. Cic. Petit. cons.* 5. 18. Instituendi sunt cujusque generis amici, qui etiam si suffragandi studia non navant, tamen etc. *Cic.* 15. *Att.* 4. *ad fin.* Quam vellem, Bruto studium tuum navare potuisses! Sic *navare benevolentiam, Id.* 3. *Fam.* 10 *ante med.* Ut quum hic tibi satisfecerimus, istic quoque nostram in te benevolentiam navare possimus. — Similiter *navare bellum,* strenue bellum gerere. *Tac.* 3. *Hist.* 25. Si Vespasiano bellum navaverint, Vespasianum rerum potiri. Sic *navare flagitium,* strenue perpetrare. *Id.* 4. *ibid.* 59. Ceteros, ut quisque flagitium navaverat, præmiis attollit. — *f) Navare rem publicam,* opera sua adjuvare. *Cic.* 9. *Fam.* 2. *sub fin.* Si minus in curia atque in foro, at in litteris et libris, ut doctissimi veteres fecerunt, navare rem publicam, et de moribus ac legibus quærere. *Alii leg.* gnavare: *alii* juvare; *alii* reipublicæ.

NĀVUS *vel* gnavus, a, um, adject. (cui *ignavus* opponitur et quod a navium velocitate dictum *Festus p.* 166. 32. *Müll.* putat) est celer ac strenuus, industrius, diligens, attentus, actuosus, σπουδαῖος ἐνεργής (It. *diligente, sollecito, attento, pronto*; Fr. *diligent, actif, zelé, appliqué, soigneux, attentif;* Hisp. *diligente, cuidadoso, activo, atento;* Germ. *betriebsam, emsig, eifrig, thätig;* Angl. *active, diligent, industrious, prompt, vigorous)* Occurrit — *a)* De hominibus. *Ennius* apud *Festum loc. cit.* Navus repertus homo. et *Id. ibid.* Navorum imperium servare est induperantum. *Cic.* 5. *Verr.* 21. 53. Homo navus et industrius. Sic *Id. leg. Manil.* 7. 18. Homines gnavi et industrii. Rursus 5. *Verr.* 51. 120. Magni et navi aratores. *et ibid.* 69. 161. Navus et prudens et probus filius. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 89. Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi, Sedatum celeres, agilem gnavumque remissi. *et ibid.* 60. 20. Gnavus mane forum, et vespertinus pete tectum. *Vellej.* 2. 125. 2. Vir navus, agilis, providus. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 16. In agresti negotio dici vix potest, quid navus operarius ignavo et cessatore præstet. *Id.* 7. *ibid.* 9. 10. Sit autem *(custos porcorum)* vigilans, impiger, industrius, navus: omnium, quas pascit, et matricum et juniorum meminisse debet, ut etc. Alii legebant: *navus omnium, quas pascit: et matricum* etc., et τὸ *navus* in *gnarus* mutari volebant. — *b)* De abstractis. *Sil. It.* 1. 549. Nava rudimenta, et primos in Marte labores. *Vellej.* 2. 120. 3. Nava virilisque opera. *Sil. It.* 7. 349. stimulatque ruentes Navus abire timor. *h. e.* qui navos et celeres facit, quia pedibus timor addidit alas, ut ait *Virg.* 8. *Æn.* 224.

NAXĬUM, ii, n. 2. Apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 7. 10. (54). naxia vocantur cotes in insulas Cypro genitæ, sed a Naxo Cretæ oppido, ut constat ex *Suida.* ubi eas concinnari mos erat, Romam advectæ, ad marmora polienda, et scalpendas atque limandas gemmas accommodatæ. Adde *eumd.* 37. *ibid.* 8. 32. (109).

NAXUM *vel* natus, i, n. vel m. 2. videtur esse juncus Naxius, de quo plura *Plin.* 21. *Hist. nat.* 18. 69. (115). Legitur hæc vox apud *Theod. Priscian.* 2. 12. *p.* 301. ed. *Ald.* Pulveribus aspergo membra sudantia, menthæ vel rosarum foliis siccis, contusis et cribellatis, gypsi, naxi, mannæ thuris, gallarum, singulis tunsis et commixtis cum vino styptico vel ejus fæcibus; simul mixtis odoribus bonis vel thymiamatibus vires labentes et membra desidentia reparabo. *Plin. Valerian.* 2. 28. *ante med. p.* 183. ed. *Ald.* Naxum fullo-xum teres diligenter, et dabis in vino, vel ovo, vel aqua calida mane et sero. Cf. *Plin. Hist. nat. loc. cit. et seqq. paragr.* et viderint eruditi.

NE

NĒ, adverb. et conjunct. negativa. Quod ad etymon attinet, inter eruditos jamdiu constat, universæ generis humani linguæ hoc innatum esse, ut negatio per vocem *n* exprimeretur, atque vocalis vel præponeretur (quod in part. *in* factum est apud Latinos) vel adderetur. Apud Latinos prima omnium forma fuit *nei,* quæ etiam nunc exstat in *Inscript.* apud *Orell.* 3121.; postea ex *nei* factum est modo *ni* (quod veteres dixisse testantur *Inscripptt.* apud *Prell.* 3121. et 642. et docent *Servius* ad *Virg.* 3. *Æn.* 685. et *Donatus* ad *Ter. Eun.* 2. 3. 35. et 3. 3. 2.), modo *ne,* quæ postrema forma omnibus deinceps Latinæ linguæ usu venit ætatibus. Confer, si vis, Lalinum *ne* cum Græcis, νήποινος, νηπενθής, ἀνηλεής, νηλεής: atque illud ipsum animadverte in Latinis compositis *nefas, neuter, nemo, nescire, nequaquam, nullus, numquam, nusquam, nedum,* et gutturali littera inserta, in *necubi, necopinus, negotium, negligo* etc. — Itaque *ne* est negandi *A)* Adverbium; et *B)* Conjunctio.

A) Ne adverbium (ut *Quintil.* 1. 5. 50. vocat) negativum, μή (It. *non;* Fr. *ne... pas:* Hisp. *no, ni;* Germ. *nicht;* Angl. *not, that not)* usurpatur ¶ 1. Ad negandam essentiæ notionem; et — *a) Ne* præponitur nominibus *plus, minus, amplius* et aliis Comparativis. *Senatuscons. de Bacchan.* HACEI VTEI IN COVENTIONID EXDEICATIS NE MINVS TRINVM NVNDINVM. *Legg. XII. Tabul.* apud *Gell.* 20. 1. VINCITO AVT NERVO AVT COMPEDIBVS QVINDECIM PONDO, NE MINORE. *Varro* 2. *R. R.* 4. 21. Castrantur verres commodissime anniculi, utique ne minores quam semestres. *Cic.* 2. *Legg.* 27. 68. Nec imponi *(sepulcro),* quam quod capiat laudem mortui, incisam ne plus quafuor herois versibus. *Id. Ibid.* 26. 66. Super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam, tribus cubitis ne altiorem, aut mensam, aut labellum. *Liv.* 26. 24. Navibus ne minus viginti quinqueremibus adjuvaret Romanus. *Id.* 28. 39. *sub fin.* Muneris ergo in singulos dari ne minus dena millia æris. *non meno di.* et 38. 24. Quo duo, ne plus, necessarii captivæ venirent. *due e non piu. Alii leg.* nec. *Colum.* 5. *R. R.* 6. 18. Absit autem, hic ab arbore ne minus sesquipedali spatio. — *b)* Cum verbis et aliis nominibus. *Plaut. Most.* 1. 2. 22. Operæ ne parcunt. *et ibid. v.* 43. sibique aut materiæ ne parcunt. *Id. Trin.* 2. 2. 85. Eo ne multa, quæ nevolt, eveniunt, nisi fictor malus est. *Id. Rud.* 3. 4. 25. Ita hinc ego te ornatum amittam, tu ipsus te ut non noveris: Vos adeo, ubi ego innuero vobis, si ne ei caput exoculassitis, Vos virgis circumvinciam. *Forcellinus* ait, etiam *nec* hac ratione usurpari, et addit illud *Catull.* 64. 82. potius quam talia Cretam Funera Cecropiæ ne funera portarentur. (Simili sententia *Manil.* 5. 548. Virginis et vivæ rapitur sine funere funus). *At* Lachmannus *legit.* nec. Similiter apud *Lucret.* 1. 807. Crescere ne possunt fruges. Lachmannus *legit* non. — *c)* Sæpissime *ne* usurpatur sequente *quidem,* quum negando aliquid augetur: hoc est, si res respicimus, inest in verbis descensus a majore re ad minorem; sin vero negationem consideramus, ascendit oratio ad majorem potestatem negandi. Ita tamen *ne quidem* usurpatur, ut semper verbum aliquod, vel etiam duo vocabula in unam notionem coeuntia interponantur, *nè pure, nè meno.* — Absolute, h. e. sine ullis sequentibus particulis. *Cic.* 2. *Divinat.* 9. 22. Atque ego ne utilem quidem arbitror esse nobis futurarum rerum scientiam. *h. e.* ne dicam necessariam. *Id. Quinct.* 15. 49. Etenim mors honesta sæpe vitam quoque turpem *(quæ vox omittenda est)* exornat: vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. *Id.* 6. *Att.* 1. Quum decretum sit, tu judicabis, ne ad Catonem quidem provocabo. *h. e.* multo minus ad alios. *Id.* 1. *Nat. D.* 29. 82. Ut vero ne fando quidem auditum est crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Ægyptio. *Id.* 5. *Tusc.* 6. 16. Maris tranquillitas intelligitur, nulla ne minima quidem aura fluctus commovente. *Id*

Mil. 29. 78. Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum etc. *Id.* 3. *Verr.* 60. 155. Non enim prætereundum est ne id quidem. *Liv.* 29. 2. Neque enim ne ipsius quidem regis abhorrebat animus. *Cic.* 6. *Verr.* 1. 2. Nihil in ædibus cujusquam, ne in oppidis quidem; nihil in locis communibus, ne in fanis quidem istum reliquisse. *Gæs.* 7. *B. G.* 47. Matresfamilias obtestabantur Romanos, ut sibi parcerent, neu, sicut Avarici fecissent, ne mulieribus quidem atque infantibus abstinerent. *Cic. Cæcin.* 25. 73. Qui ausus est dicere, fecisse videri eum, de quo, ne cujus rei argueretur quidem, scire potuisset. *Colum.* 7. *R. R.* 12. 3. *de cane villatico.* Ut ne visus quidem, horribili fremito suo fuget insidiantem. *cosi che anche non veduto. Cic.* 3. *Tusc.* 9. 20 Quod quoniam non cadit in sapientem, ne ut irascatur quidem cadit. *Id. Mil.* 1. 2. Ne non timere quidem sine aliquo timore possimus *h. e.* ne esse quidem possimus sine timore aliquo. *Nepos Iphicr.* 1. Ne de majoribus natu quidem quisquam anteponeretur. *Quintil.* 6. 5. 1. Qui *(locus)* - adeo partibus operis hujus omnibus connexus - est, ut ne a sententiis quidem, aut verbis saltem singulis possit separari. *Vellej.* 2. 116. 2. Quem vivum, ne qui intellexit quidem, abunde miratus est, nihil non optimo civi, simplicissimo duci, perisse. *Cic.* 1. *Tusc.* 27. 66. Nihil est in animis mixtum atque concretum -: nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum. — Interdum inter *ne* et *quidem* conditio interponitur per part. *si. Cic.* 3. *Off.* 10. 43. At neque contra rempublicam, neque contra jusjurandum ac fidem amici causa vir bonus faciet, ne si judex quidem erit de ipso amico. *Id. Pis.* 28. 68. Cui generi esse ego iratus, ne si cupiam quidem, non possum. *Seneca* 4. *Constant. sap.* 3. Qui pati, ne si fiat quidem, non potest. *Cic.* 5. *Phil.* 9. 24. Qui illum, ne si ita quidem venisset, ut nullum bellum inferret, ferre potuissent. *Id.* 9. *Fam.* 5. Consilii nostri, ne si eos quidem, qui id sequuti non sint, non pœniteret, nobis pœnitendum putarem. (In quibus et similibus oratio contrahitur atque negatio altera omittitur, ut et in illo *Cic.* 2. *Divinat.* 71. 146. Quum mendaci homini ne verum quidem dicenti credere soleamus). — *Ac ne illud quidem* formula est frequentissime a *Cicerone* usurpata. Sic 1. *Orat.* 3. 13. Ac ne illud quidem vere dici potest etc. *Id.* 3. *Off.* 25. 94. Ac ne illa quidem promissa servanda sunt etc. Adde 1. *ibid.* 34. 124., *Sull.* 7. 15., 13. *Phil.* 6. 13., *pro leg. Manil.* 7. 17. Similiter *Id.* 2. *de republ.* 33. Ac ne Lycurgi quidem disciplina tenuit illos in hominibus Græcis frenos. *et* 1. *Legg.* 21. 55. Dixit - ceteras res omnes plane pares, ac ne minimum quidem, utrum adessent an abessent, interesse. Sic *Cels.* 1. 2. Ac ne his quidem athletarum exemplo vel certa esse lex, vel immodicus esse labor debet. *et* 2. 3. Neque terrere debet ea febris, quæ eodem die finita est: ac ne ea quidem, quæ etc. Adde *eumd. Cels.* 3. 6., 3. 7., 4. 4. et 7. 7. — Post *ne - quidem,* interdum sequitur *nisi, præterquam, nedum, sed, sed etiam, non modo, non modo non. Cic.* 9. *Fam.* 8. Munus flagitare ne populus quidem solet, nisi concitatus. *Id.* 1. *Nat. D.* 24. 67. Nam de vita beata nihil repugno, quam tu ne in deo quidem esse censes, nisi plane otio langueat. *Id. Rosc. Am.* 18. 52. Convivia cum patre non inibat: quippe qui ne in oppidum quidem, nisi perraro, veniret. *Sueton. Cæs.* 36. Ipse prosperrime semper, ac ne ancipiti quidem unquam fortuna, præterquam bis, dimicavit. *Cic. Planc.* 37. 9. Ego vero ne immortalitatem quidem contra rem publicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie rei publicæ vellem. *Liv.* 3. 14. Ne voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret, paullatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem. *Cic.* 1. *Phil.* 7. 16. Chirographis ne prolatis quidem, sed tantummodo dictis. *Tac.* 15. *Ann.* 11. Ne dux quidem obruti adversis: sed cuncta militiæ munia deseruerat missis iterum ad Corbulonem precibus. *Liv.* 3. 10. *a med.* Tribuni coram in foro personare, - jam ne virtute quidem premi libertatem populi Romani, sed arte eludi. *Tac.* 15. *Ann.* 1. Eo contemptionis descensum, ut ne duce quidem Romano incursarentur, sed temeritate obsidis tot per annos inter mancipia habiti. *Cic. Mil.* 17. 45. Ergo illi ne causa quidem itineris, etiam causa manendi: Miloni manendi nulla facultas, exeundi non causa solum, sed etiam necessitas fuit. *Id. Pis.* 5. 11. Pro Aurelio tribunali ne connivente quidem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis, quam solitus eras, intuente, delectus servorum habebatur. *Id.* 2. *Divinat.* 55. 113. Numquam ne mediocri quidem cuiquam, non modo prudenti, probata sunt. *Id.* 1. *Tusc.* 38. 92. Ne sui quidem id velint, non modo ipse. *Id.* 14. *Att.* 19. Cui facile persuasi, mihi id quod rogaret, ne licere quidem, non modo non lubere. *et* 2. *Parad.* 17. Mihi vero quidquid acciderit in tam ingrata civitate, ne recusanti quidem evenerit, non modo non repugnanti. — Interdum *non modo* præcedit, *sed ne quidem* seguitur. *Cic. Amic.* 24. 89. Quæ *(assentatio)* non modo amico sed ne libero quidem digna est. *At* Io. Saresber. Policr. 3. 4. *legit:* quod quidam non modo amico, sed ne libero homine dignum est. *et* 3. *Off.* 19. 77. Talis vir non modo facere, sed ne cogitare quidem quidquam audebit, quod non honestum sit. — Qui docent, *ne quidem* etiam nullo interjecto verbo usurpari, afferunt loca *Cic.* 1. *Nat. D.* 24. 67., 5. *Phil.* 9. 25.. 2. *Att.* 16. *sub fin., Cæcin.* 13. 37. et 3. *Tusc.* 33. 80.; item *Liv.* 53. 25. *ad fin.* Verum omnium horum locorum ne unus quidem est, qui certo rem conficiat, si probatos libros consulas. *V.* et *Hand. Tursellin. vol.* 4. *p.* 62. — Interdum *quidem* subticetur. *Cic.* 2. *Cat.* 4. 8. Non modo Romæ, sed ne ullo in angulo totius Italiæ. *Al. rectius leg.* nec. *Pompejus* ad *Domit.* 3. *extr. post. ep.* 12. *l.* 8. *ad Att.* Quod inter se ne noti sunt. *Al. leg.* ne noti quidem: *al.* nec noti. *Petron. Satyr.* 9. Cujus ne spiritus purus est. *Liv.* 44. 36. Neque enim ne his cunctationem aperuerat suam. *Drakenborch.* mallet *ne his quidem* collatis aliis loc. *Sueton. Aug.* 35. Ne admissum tum quemquam senatorem, nisi etc. *Al. leg.* ne admissum quidem. *Petron. fragm. Tragur.* 47. *Burmann.* Hoc solum vetare ne Jovis potest. *Al. leg.* nec. *Colum.* 8. *R. R.* 11. 1. Sed ne hæc tamen aliena est agricolæ. *At* Schneiderus *ex Cod. Sang., teste etiam* Heinsio *leg.* nec. *Justin.* 38. 7. Justitiæ atque liberalitatis suæ ne ipsos milites testes refugere. *Al. rectius* nec. De his *V.* et *Hand. Tursell. vol.* 4. *p.* 70-72. — *d)* Demum in formula *ut ne,* τὸ *ne* est antiquum adverbium, quod majori cum vi pro *non* dicitur (quam sententiam tueri videtur ipse *Forcellinus* et plurimis confirmat *Hand. Tursellin. vol.* 4. *p.* 30.-32.): hæc autem formula *ut ne* occurrit frequenter apud Comicos et apud *Cicer.,* et triplici quidem ratione: scil. — Primum ubi negatio cum nomine, cui additur, in unam coit notionem; hinc *ne quis, ne qui, ne quando* etc. *Plaut. Most.* 5. 1. 12. Pergunt turbare usque, ut ne quid possit conquiescere. *Ter. Adelph.* 4. 4. 18. Fieri potis, ut ne qua exeat. *Cic.* 1. *Off.* 7. 10. Primum justitiæ munus est, ut ne cui quis noceat. *Id.* 10. *Fam.* 14. In illam igitur curam incumbe, mi Plance, ut ne qua scintilla teterrimi belli relinquantur. *Id. Amic.* 16. 60. Illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis, ut ne quando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. Huc pertinet et illud *Varron.* 2. *R. R.* 2. 19. Itaque faciunt lapide strata, ut urina necubi in stabulo consistat. — Hinc *ne* Verbis etiam præfigitur, quorum notio neganda est ita, ut contrarium cogitetur; sic *ne deesse* pro *adesse, ne ignorare* pro *scire* etc. *Ter. Eun.* 5. 4. 19. Ego pol te pro istis dictis et factis, scelus, ulciscar, ut ne impune nos illuseris. *h. e.* cum pœna. *Cic.* 6. *Verr.* 63. 140. Tum eos hortatus sum, ut causæ communi salutique ne deessent. *Id.* 1. *Nat. D.* 7. 17. Sed ut hic, qui intervenit, me intuens ne ignoret, quæ res agatur etc. *Id.* 1. *Orat.* 29. 132. Illud assequi possunt, ut iis, quæ habeant, modice et scienter utantur et ut ne dedeceat. *Id. Dom.* 17. 44. Jubeatis, ut M. Tullius in civitate ne sit. Adde *eumd. Ligar.* 4. 11.; et vetus *Senatuscons.* apud *Sueton. Rhet.* 1. Rursus *Cic. Sext.* 15. 33. Lata lex est, ne auspicia valerent -: ut omnibus fastis diebus legem ferri liceret: ut lex Ælia, lex Fufia ne valeret. Cf. *post redit. in senat.* 5, 11. — Secundo cum part. *ut* usurpatum *ne,* nomini alicui præfixum, valet *ne - quidem,* ut apud *Plaut. Merc.* 5. 3. 5. At ego expurgationem habebo, ut ne succenseat. *Id. Asin.* 3. 3. 128. Licet laudem Fortunam, tamen ut ne Salutem culpem. *Ter. Andr.* 5. 3. 28. Hoc modo te obsecro, ut ne credas a me allegatum hunc senem. *Cic.* 9. *Att.* 7. Ne tam ut illa adjuvem, quam ut hæc ne videam, cupio discedere. *Id.* 2. *Fin.* 8. 24. Ex quo efficitur, non ut voluptas ne sit, sed ut voluptas non sit summum bonum. — Tertio, posito *ut,* diversæ res verbis *ne - neu* disjungi possunt. *Cic.* 2. *Legg.* 22. 55. Eas in eos dies conferre jus, ut ne ipsius, neve publicæ feriæ sint *Id. Amic.* 21. 78. Omnium horum incommodorum una cautio est, ut ne nimis cito diligere incipiamus neve non dignos. *Al.* indignos. — *Qui* vel *quo* vel *quomodo ne* raro occurrunt apud Comicos et apud serioris ævi Scriptores. *Ter. Andr.* 2. 1. 35. Ego id agam, mihi qui ne detur. ubi *Donatus:* Veteres frequenter *n e* pro *n o n* dicebant. *Dict. Cret. B. Tr.* 4. 11. Ad aram, quo ne hostis dolum persentisceret, - adstitit. *Rutil. Lup.* 1. 9. Quæritis maximis sumptibus faciendis quomodo ne tributa conferatis. *h. e.* quæritis, quomodo, etiamsi maximi sumptus faciendi sint, tamen nulla conferatis tributa. ¶ 2. *Ne* adverbialiter usurpatur, quum negamus vel id quod ipsi volumus, vel id quod a nostra voluntate quocumque modo proficiscitur. Itaque — *a)* Inservit ad imperandum, precandum, et invitandum vel hortandum. — Cum imperativo. *Plaut. Pers.* 4. 3. 20. Abi, ne jura: satis credo. *Ter. Eun.* 1. 2. 15. Ne crucia te, obsecro, anime mi. *Id. Andr.* 5. 2. 27. ah ne sævi tantopere. Sic apud Poetas: *Virg.* 6. *Æn.* 833. Ne, pueri, ne tanta animis assuescite bella. *Id.* 2. *ibid.* 202. Ne fugite hospitium, neve Ignorate Latinos Saturni gentem. *Ovid.* 1. *Art. am.* 343. ne dubita cunctas superare puellas. *Stat.* 4. *Theb.* 512. Ne tenues annos nubemque hanc frontis opacæ Spernite, ne moneo. Cf. *Liv.* 3. 2. *ad fin.* Erit copia pugnandi: ne timete. Et in formulis legum, aut præceptorum. *Lex regia.* SI HOMINEM FVLMEN IOVIS OCCISIT, NE SVPRA GENVA TOLLITOR. *Inscript.* apud *Orell.* 3121. VECTIGAL INVITEI DARE NEI DEBENTO. *Cic.* 2. *Legg.* 9. 22. Impius ne audeto placare donis iram deorum *et ibid.* Præter Idææ Matris famulos, eosque justis diebus, ne quis stipem cogito. *et ibid.* 23. 58. Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito. *Liv.* 38. 38. Antiocho regi jus ne esto. Similiter *Plin.* 18. *Hist. nat.* 33. 76. (330). Frondem medio die ne cædito. *et ibid.* 34. 77. (334). Semen ne jacito. — Cum Conjunctivo. *Plaut. Mil. glor.* 4. 9. 1. Ne me moneatis: memini ego officium meum. *Ter. Eun.* 2. 3. 96. Si certum est facere, facias· verum ne post conferas Culpam in me. *ma non me ne dar poi la colpa. Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 6. 19. Hæc inter cœnam Tironi dictavi; ne mirere alia manu esse. *Id.* 2. *Att.* 5. Quare si quid Θεοφάνης tecum forte contulerit, ne omnino repudiaris. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 94. ne facias quod Numidius quidam. *et ibid.* 2. 90. ne corporis optima Lyncei *(al.* Lynceis*)* Contemplere oculis. *Id.* 1. *Od.* 11. 1. Tu ne quæsieris (scire nefas) quem mihi, quem tibi Finem di dederint. *Liv.* 30. 30. Ne tot annorum felicitatem in unius horæ dederis discrimen. *Curt.* 7. 8. Jurando gratiam Scythas sancire ne credideris. — *b)* Inservit etiam desiderando, obtestando, jurando, et cum v. *utinam* haud raro jungitur. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 22. 34. Utinam ne in nemore Pelio securibus Cæsa accedisset *(ita cl.* Vahlen.; *alii* cecidisset) abiegna ad terram trabes. *Id.* apud *Non. p.* 297. 18. *Merc.* Utinam ne unquam Medea Colchis cupido corde pedem extulisses! *Ter. Phorm.* 1. 3. 5. quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset. *Dio volesse, che non* etc. *Cic.* 5. *Fam.* 17. Illud utinam ne vere scriberem. *Liv.* 4. 2. et 28. 28. Ne id Jupiter opt. max. sineret, regiæ majestatis imperium eo recidere. *Forcellinus* addit etiam illud *Curt.* 4. 10. *extr.* Precor, ne quis rex Asiæ sit, quam iste etc. — Ne vivam, *ch' io non viva, poss' io morire,* formula jurandi. *Cic.* 4. *Att.* 16. *circa med.* Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne vivam, si scio. Sic 15. *ibid.* 13. Ne sim salvus, si aliter scribo, quam sentio. — *c)* Locum habet et in concessionibus. *Cic. Orat.* 29. 101. Nemo is, inquies, unquam fuit. Ne fuerit. Ego enim quid desiderem, non quid viderim, disputo. *Id.* 2. *Tusc.* 5. 15. Quare ne sit sane summum malum dolor: malum certe est. *Id.* 1. *Nat. D.* 31. 88. Ne sit igitur sol, ne luna, ne stellæ, quoniam nihil esse potest, quod attigimus, aut vidimus. *non*

sia mai stato. Adde *eumd.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 26. 84. et 32. 102. *Liv.* 31. 7. Ne æquaveri is Hannibali Philippum, ne Carthaginiensibus Macedonas: Pyrrho certe æquabitis. — Hinc *ne* pro *etiam si non* apud *Cic.* 4. *Tusc.* 17. 39. Nec porro malum (*esse*), quo aut oppressus jaceas, aut ne opprimare, mente vix constes? *ancorchè non.* — *d*) *Ne* aliquando pro *nedum* dici videtur, quum in iis rebus opponendis ponitur, quæ magis quam aliæ, vel maxime sunt removendæ. *Plaut. Amph.* 1. 1. 174. Vix incedo inanis: ne ire posse cum onere existimes. *Cic. Planc.* 11. 27. Vitia mehercule Cn. Planci res eæ, de quibus dixi, tegere potuerunt: ne tu in ea vita, de qua jam dicam, tot et tanta adjumenta huic honori fuisse mirere. *Id.* 9. *Fam.* 26. Me vero nihil istorum ne juvenem quidem movit unquam: ne nunc senem. *non che. Liv.* 3. 52. *ad fin.* Novam inexpertamque eam potestatem eripuere patribus nostris: ne nunc, dulcedine semel capti, ferant desiderium. *Sall. Cat.* 11. *extr.* Secundæ res sapientium animos fatigant: ne illi corruptis moribus victoriæ temperarent. *Ai* Kritzius *legit* nedum illi etc.: *V.* adnotat. ad h. l. — *Forcellinus* docet *ne* usurpari pro *dummodo non* in illo *Sall. Cat.* 55. Sint sane liberales ex sociorum fortunis, sint misericordes in furibus ærarii; ne illis (*at* Kritzius *leg.* illi, *rectius*) sanguinem nostrum largiantur, et, dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnes perditum eant. *purchè non. Liv.* 36. 1. Permissum, ut, si res postulasset, auxilia ab sociis, ne supra quinque millium numerum, acciperet. *Forcellinus* addit etiam illud *Cic.* 2. *Legg.* 26. 66. a nobis allatum sub *a*: ei vero suffragantur *Kritzius* et alii multi; aliter arbitratur *Hand. Tursellin. vol.* 4. *p.* 54. — *e*) *Dum ne* idem valet quod Italice *purchè non. Cic.* 6. *Att.* 1. *ante med.* Ut quot vellet, præfecturas sumeret, dum ne negotiaretur. — *Dummodo ne, modo ne, V.* in MODO.

B) *Ne* adverbium unius tantum nominis notionem negat atque ideo a præcedenti aliqua sententia non pendet: *ne* autem Conjunctio totam cui additur, sententiam negat; hæc vero talis est, ut pendeat ex alia, quæ aut animi voluntatem aut actionem aliquam declarat e consilio prohibendi vel impediendi profectam. ¶ 1. Generatim *ne* est conjunctio finalis, et valet ut non, quominus, *affinchè non*, *per non*, μή, ἵνα μή. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 12. 26. Nolite, hospites, ad me adire: ilico isti: Ne contagio mea bonis umbrave obsit. *Cic.* 4. *Fam.* 7. Neque tu multum interfuisti rebus gerendis, et ego id semper egi, ne interessem. *procurai sempre di non trovarmici. Id.* 6. *Verr.* 66. 148. Ne tamen istum omnino sine amicis, plane nudum esse ac desertum putetis: retinere cœpit tabulas Theomnastus quidam. *Id. Flacc.* 9. 21. Ne corrumpi tabulæ facile possint, idcirco lex obsignatas in publico poni voluit. *Id.* 1. *de republ.* 7. Quæ (*disputatio*) ne frustra haberetur, dubitationem ad rem publicam adeundi in primis debui tollere. *et ibid.* 5. Proinde quasi bonis et fortibus et magno animo præditis ulla sit ad rem publicam adeundi causa justior, quam ne pareant improbis, neve ab iisdem lacerari rem publicam patiantur. *Liv.* 1. 2. *a med.* Æneas, adversus tanti belli terrorem ut animos Aboriginum sibi conciliaret, ne sub eodem jure solum, sed etiam nomine omnes essent, Latinos utramque gentem appellavit. *Cæs.* 1. *B. G.* 20. Cæsarem complexus obsecrare cœpit, ne quid gravius in fratrem statueret. *Horat.* 1. *Ep.* 12. 25. Ne tamen ignores quo sit Romana loco res, Cantaber Agrippæ, Claudi virtute Neronis Armenius cecidit etc. — Interdum *ne* ponitur pro *ut*, sequente particula negativa. *Cic.* 9. *Fam.* 26. *sub fin.* Quotidie aliquid legitur, aut scribitur: dein ne amicis nihil tribuamus, epulamur una. *h. e.* ut aliquid amicis tribuamus. — *Ne dicam*, ut non dicam, correctio nolentis gravius dicere, dicentis tamen, *per non dire. Cic. Defot.* 1. 2. Crudelem Castorem, ne dicam sceleratum et impium! *Alii leg.* Crudelis Castor, ne etc. *Id.* 12. *Fam.* 30. Non esse me tam imbecillo animo, ne dicam iuhumano, ut etc. *Ovid. Heroid.* 16. 285. Ab nimium simplex, Helene, ne, rustica, dicam. — *Ne multis, ne pluribus, ne longum sit, ne te diutius teneam* formulæ sunt, quibus brevitatem sermonis pollicemur. *V.* suis locis. ¶ 2. Specialim, post verba timendi, *ne* cum Conjunctivo, locum habet in iis, quæ fieri nollemus: nam in iis, quæ vellemus, *ut* ponitur. *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 38. Metuo et timeo, ne hoc tandem propalam fiat. *Ter. Andr.* 1. 1. 46. vereor, ne quid Andria apportet mali. *Cic. Mil.* 21. 57. Cur igitur eos manumisit? metuebat scilicet, ne indicarent. *Id. Mur.* 41. 88. Mater cruciatur et sollicita est, ne filium spoliatum omni dignitate conspiciat. *Id.* 5. *Att.* 21. Hic, ne quid mihi prorogetur, horreo. *Balbus* ad *Cic. post ep.* 13. *l.* 9. *ad Att.* Quomodo me nunc putas torqueri, ne qua res eorum compositionem impediat? *Liv.* 4. 50. Cura incesserat patres, ne plebs tribunos militum ex plebe crearet. *Id.* 24. 42. Pavor ceperat milites, ne mortiferum esset vulnus. *Nepos Alcib.* 8. *ad fin.* Periculum est, ne occasio detur Lysandro nostri opprimendi exercitus. Sic *Cic.* 15. *Fam.* 1. 10. Hoc autem tempore res sese sic habet, ut summum periculum sit, ne amittendæ sint omnes hæ provinciæ. *Ovid.* 7. *Met.* 715. Esse metus cœpit, ne jura jugalia conjux Non bene servasset. *Sueton. Aug.* 94. Metu ac pudore, ne minor inveniretur. *Ovid.* 2. *Amor.* 5. 53. Torqueor infelix, ne tam bona sumpserit alter. *Horat.* 1. *Od.* 2. 5. Terruit gentes, grave ne rediret Sæculum Pyrrhæ. — In iis, quæ vellemus, *ut* pro *ne* ponitur. *Ter. Andr.* 2. 2. 12. Id paves, ne ducas tu illam, tu autem ut ducas. *Id. Phorm.* 5. 7. 72. vereor, ut placari possit. *Cic.* 12. *Fam.* 19. Non dubitabam, quin meas litteras libenter lecturus esses: verebar, ut redderentur. Est qui legit *ne*, sed invitis criticis et lib. meliorib. *Id. Marcell.* 4. 12. Vereor, ut hoc, quod dicam, perinde intelligi auditu possit, etc. Al. leg. *non perinde*: al. *vereor ne*: sed prior lectio firmatur etiam auctoritate *Ascon.* in *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 5. — Reperiri tamen videtur positum *ne* etiam in iis, quæ vellemus. *Cic.* 6. *Fam.* 1. 3. Tamen vereor, ne consolatio ulla possit vera reperiri. Ita libri omnes, quos *Manut.* vidit et *Græv.* Ille tamen et *Camerar.* mallent *nulla* (quod habet *Orell.*): vel *vereor ut ulla*: quod *Lambin.* in quibusd. lib. se reperisse ait. *Stewechius* affert et illud 6. *Att.* 4. Vereor, ne satis diligenter actum in senatu sit de litteris meis. Sed probatæ quæque editiones habent *ut satis.* — *Ne non* est *ut non*, cum iisdem verbis timendi, in iis, quæ vellemus. *Cic.* 9. *Att.* 6. *a med.* Timeo, ne non impetrem. *temo di non impetrare.* et 7. *ibid.* 12. Vereor, ne exercitum firmum habere non possit. *et* 5. *ibid.* 18. Unum vereor, ne senatus Pompejum nolit dimittere. *Id.* 1. *Tusc.* 31. 76. Tantum abest, ut malum mors sit, ut verear, ne homini nihil sit non malum aliud certe, sed nihil bonum aliud potius. — Et cum verbis alius generis. *Id.* 12. *Att.* 18. Tibi ad me venire, vide, ne non sit facile: est enim longum iter. — Si negans particula ipsi verbo præponatur, omnem timorem aut dubitationem excludit. *Cic.* 2. *Fam.* 7. Non vereor, ne quid temere, ne quid stulte facias. *non temo, che tu faccia: son certo, che tu non farai.* et 7. *Verr.* 67. 171. Timere non debeo, ne non iste illa cruce dignus judicetur. ¶ 3. Item speciatim usurpatur cum verbis providendi, curandi, cavendi; quo sensu interdum dicuntur *videre, considerare* et similia. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 19. 62. Provide etiam, ne uni tibi istam sententiam minime liceat defendere. *Seneca Ep.* 92. Ne quis insepultus esset, rerum natura prospexit. *Plaut. Capt.* 2. 2. 5. Qui cavet, ne decipiatur, vix cavet, quum etiam cavet etc. *Cic. Rosc. Am.* 53. 153. Cavete per deos immortales, judices, ne nova per vos proscriptio instaurata esse videatur. *Id.* 3. *Fam.* 12. 4. Affinitas nova curam mihi affert cavendi, ne quid de summo meo erga te amore detractum esse videatur. *Ter. Heaut.* 2. 3. 128. Videsis, ne quid imprudens ruas. *Cic.* 12. *Att.* 18. Coccejus, vide, ne frustretur. *Id.* 14. *Fam.* 18. Vos videte, quid aliæ faciant isto loco feminæ, et ne, quum velitis exire, non liceat. *Id.* 15. *ibid.* 14. Considera, ne in alienissimum tempus cadat adventus tuus. *guarda bene, che non cada. Id.* 4. *ibid.* 9. Cogitandum tamen est, ne tutior non sit. ¶ 4. Item cum omnibus prohibendi verbis. *Cic.* 1. *Fin.* 3. 7. Nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto. *Sall. Cat.* 30. Imperatores erant impediti, ne triumpharent, calumnia paucorum. *Cic.* 13. *Fam.* 2. Impedior verecundia, ne te pluribus verbis rogem. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 10. 32. Tamen ne qua deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat. *h. e.* prohibendi. *et ibid.* 10. 33. Potuisti prohibere, ne fieret. *Id.* 2. *Herenn.* 28. 45. Sulpicius intercesserat, ne ersules reducerentur. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 187. Ne quis humasse velit Ajacem, Atrida, vetas cur? *Nepos Att.* 3. Ne qua sibi statua poneretur, restitit. *Cic.* 3. *Off.* 27. 100. Sententiam ne diceret, recusavit. *ricusò di dire il suo parere. Cæs.* 1. *B. G.* 30. Jurejurando, ne quis enunciaret, sanxerunt. *Id.* 3. *ibid.* 89. Toti exercitui imperavit, ne injussu suo concurrerent. *Id.* 2. *B. C.* 13. Per litteras Tribonio magnopere mandaverat, ne per vim oppidum expugnari pateretur. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 21. Præsto mihi fuit stator ejus cum litteris, quibus, ne venirem, denunciabat. *Cæs.* 1. *B. C.* 19. Hortatur eos, ne animo deficiant. *Cic.* 6. *Att.* 1. 16. Effĭcio, ne cui molesti sint. *Liv.* 33. 52. Scipio in Literninum concessit certo consilio, ne ad causam dicendam adesset. ¶ 5. Per conjunctionem *ne* in multis significatur ratio et modus agendi, præmissis vocabulis *sic, ita, ideo, idcirco, propter quod. Colum.* 4. *R. R.* 29. 16. Terebram longe habiliorem comperimus: nam sic excavat truncum, ne foramen inurat. *h. e.* ita ut non, *così che non. Liv.* 22. 61. Ita admissos esse, ne tamen iis senatus daretur. et *Curt.* 9. 5. Medici lignum sagittæ corpori infixum ita, ne spiculum moveretur, abscidunt. *Liv.* 4. 6. Ideoque decemviros connubium diremisse, ne incerta prole auspicia turbarentur. *Cic.* 13. *Fam.* 7. Quas idcirco non commemoro, ne de miseriis meorum necessariorum conquerens, homines, quos nolo, videar offendere. *Colum.* 12. *R. R. præfat.* 1. Quod etiam Cicero ait, ne genus humanum temporis longinquitate occideret, propter hoc marem cum femina esse conjunctum. — *Ne nisi*, ut non nisi. *Cels.* 4. 4. *n.* 2. Quum accessit id quoque, ne, nisi recta cervice, spiritus trahatur, ὀρθόπνοια appellatur. *che non si respiri, se non* etc.

NĒ pro *næ*, profecto, sane, *certamente*, νή. *V.* NÆ.

NĒ, particula enclitica, interrogationi serviens, et vim habens τοῦ an, utrum, num; quæ, ratione habita etymi, una eademque est cum adverbio negativo *nē*, de quo supra, sed quum facta sit enclitica, syllaba correpta est. Semper autem alicui verbo postponitur, eique vocabulo adhæret, quod ipsam interrogationem format et quod ob præstantiam suam primo loco ponitur. — 1.°) In recta interrogatione. — *a*) Generatim. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 32. Misine ego ad te ex Epheso epistolam? *Ter. Andr.* 2. 1. 1. Daturne illa hodie Pamphilo nuptum? *si dà ella in isposa? Cic.* 1. *ad Q. fr.* 3. Tune id veritus es, ne ego etc? *è vero che tu hai dubitato, che* etc. *Id.* 2. *Fam.* 11. Putaresne, unquam accidere posse, ut etc? *crederesti? Id.* 2. *Fin.* 32. 104. In nostrane potestate est, quid meminerimus? *Id.* 1. *Tusc.* 34. 84. Mitto alios: etiamne nobis expedit? *Id.* 3. *ibid.* 17. 37. Numquid est aliud? rectene interpretor sententiam tuam? *Id. Pis.* 1. 1. Jamne vides, bellua, jamne sentis, quæ sit hominum querela frontis tuæ? *vedi tu ancora? t'accorgi tu?* vel *non vedi tu ormai?* etc. *Liv.* 23. 9. Torpescentne in amentia illa? — Sed multiplex est interrogationis, quæ per *ne* particulam effertur, usus atque vis: nam interrogando modo admirationem, modo indignationem significamus, modo etiam verbis inhæret ironia quædam. *Cic.* 2. *Verr.* 18. 47. Apollinemne tu Delium spoliare ausus es? *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 5. 10. Visne tu te, Servi, cohibere et meminisse hominem te esse natum? *Plaut. Bacch.* 2. 3. 21. Vulcanus, Sol, Luna, Dies, dei quattuor scelestiorem nullum illuxere alterum. NI. Quamne Archidemidem? CH. Quam Archidemidem. *Virg.* 4. *Æn.* 537. Iliacas igitur classes atque ultima Teucrum Jussa sequar? Quiane auxilio juvat ante levatos, Et bene apud memores veteris stat gratia facti? *perchè mi giova eh?* et est ironia. Sic *Stat.* 10. *Theb.* 587. quiane ante duci bene credita nostra Consilia, et monitus quum perfida bella vetarem? ubi *Vet. Scholiast.*: Εἰρωνικῶς, cur modo futura non dicam, qui ante, quum ventura prædicerem, ita sum libenter auditus? *Tac.* 1. *Ann.* 42. Primane et vicesima legiones egregiam duci vestro gratiam refertis? — *b*) Specialim. *Priscian.* 16. p. 1032. *Putsch.* docet, aliquando *ne* nec interrogativam, nec dubitativam esse, sed confirmativam pri-

utique. Affert autem illud *Horat*. 1. *Sat*. 10. 21. o seri studiorum, quine putetis Difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti Contigit! (*Alii leg.* o seri studiorum! quine putetis Difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti Contigit? *h. e.* vosne estis, qui putetis etc? vel, ergone vos putatis etc? et simile est illi *Catull*. 64. 180. An patris auxilium sperem? quemne ipsa reliqui, Respersum juvenem fraterna cæde secuta? Conjugis an fido consoler memet amore? Quine fugit lentos incurvans gurgite remos?) Item illud 2. *Sat*. 3. 97. Clarus erit, fortis, justus, sapiensne etiam, et rex (*Alii leg.* sapiensne? etiam et rex: *alii omittunt* ne.) Item illud *Ter. Andr*. 5. 3. 14. Nuncne demum istud verbum in te incidit. (*Libri omnes nunc hab.* Eodem die istuc verbum vere in te accidit.) *et Virg*. 10. *Æn*. 847. Tantane me tenuit vivendi, nate, voluptas, Ut pro me hostili paterer succumbere dextræ Quem genui. Al. omnes interrogationis notam appingunt: et vero sententia postulat. Hæc *Forcellinus*. Sed *Priscianus loc. cit.* omnia miscuit aliosque decepit: quæ autem ex *Horatio* et *Catullo* allata sunt, per interrogationem sunt efferenda. Latini enim relativis pronominibus particulam *ne* in contracta oratione addiderunt, et pro eo, quod dicendum erat *estne ille, qui*, dixerunt *quine*, quod majori cum vi admirationis pronunciabant: porro hac forma Comici tantum usi sunt et Poetæ. *Plaut. Epid*. 5. 2. 54. Quemne hodie per urbem uterque sumus defessi quærere? *h. e.* tune ille es, quem hodie etc. *Id. Mil. glor*. 1. 1. 13. Quemne ego servavi in campis? *Ter. Andr*. 4. 4. 29. Quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi? *h. e.* tune dicis eum, quem ego etc. *Id. Phorm*. 5. 7. 28. Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi argentum rursum jube rescribi, Phormio. PH. Quodne ego perscripsi porro illis, quibus debui? — *c*) Particula *ne* nonnumquam in interrogatione redundat, ut docet *Forcellinus*, vel, ut alii volunt, magnitudinis vel veritatis rei admirationi significandæ inservit. *Horat*. 2. *Sat*. 3. 295. Quone malo mentem concussa? timore deorum. *et ibid. v*. 316. illa rogare Quantane? *Lucan*. 7. 301. Quone poli motu, quo cæli sidere verso Thessalicæ tantum, superi, permittitis oræ? *Catull*. 8. 15. quæne te manet vita? *Ita* Handius: *alii* quæ tibi; *alii aliter*. — *Horat*. 2. *Sat*. 2. 107. uterne Ad casus dubios fidet sibi certius? *V. Hand. Tursellin. vol*. 4. *p*. 80. et 81. — *Anne* quoque hujus generis est: de quo *V*. in AN. — *d*) *Egone* in colloquio plerumque aliam rogationem excipit, et admirationem vel indignationem significat. *Ter. Heaut*. 3. 3. 46. Quid nunc facere cogitas? SY. Egone? *Cic*. 2. *Legg*. 13. 32. Hac tu de re quæro quid sentias? M. Egone? Divinationem esse censeo. *Id*. 3. *Nat. D*. 3. 8. Dic igitur, quid requiras? Egone? primum illud etc. *Plaut. Most*. 3. 1. 29. Quid nunc faciendum censes? TR. Egon? quid censeam? *et ibid*. 3. 1. 103. TR. Dic te daturum, ut abeat. TH. Egon dicam dare? TR. Dic. TH. Egone? *Id. Asin*. 4. 2. 1. Egon hæc patiar? *Id. Merc*. 2. 2. 45. Nunc tu me, credo, castigare cogitas. LY. Egon te? — *e*) *Itane, itane vero* instantius interrogat, an sit res, quæ incredibilis aut dubia est visa, sed ab aliis affirmata. *Ter. Phorm*. 2. 2. 1. Itane patris ais conspectum veritum hinc abisse? *Cic*. 2. *Divinat*. 32. 68. Itane? Censes, ante coronam herbæ exstitisse, quam conceptum esse semen? *Id*. 2. *Nat. D*. 4. 11. Itane vero? Ego non justus, qui et consul rogavi et augur et auspicato? *V*. ITA. — *f*) Post *ne* ponitur *ut*, ubi cum indignatione aliquis miratur, quemquam aliter sentire de re, quæ fieri non possit aut non debeat. *Plaut. Aulul*. 4. 7. 9. Egone ut te advorsum mentiar, mea mater? *Ter. Andr*. 1. 5. 28. Eine ego ut advorser? *Cic. Sext*. 7. 17. Hoccine ut ego appellem nomine? *Liv*. 5. 24. *ad fin*. Vitamne ut quisquam victrici patriæ præferret? *Horat*. 1. *Sat*. 1. 108. Nemone ut avarus Se probet, ac potius laudet diversa sequentes? — *g*) Aliquando vocalis *e*, non modo ad tollendum hiatum, sed etiam ante consonantem abjicitur, apposita apostrophi nota, ut docent *Diomed*. 2. *p*. 430., *Priscian. de accent. p*. 1287., *Donatus ed. pr. p*. 1732. et *Mar. Victorin*. 1944. *Putsch*.; at in Codicibus MSS. nullum apparet apostrophi signum (V. *Wagner*. ad *Virg*. 6. *Æn*. 780.). Præterea cum Comicis etiam alii Poetæ in verborum formis, quæ litteram *s* habent, ipsam hanc eliserunt, adeoque vocalem longam corripuerunt. *Plaut. Asin*. 2. 4. 18. Jussin, sceleste? *Id. Trin*. 1. 2. 87. emistin de adolescente has ædes? *Ter. Eun*. 3. 5. 25. pro eunuchon? *Id. Andr*. 3. 2. 17. credon tibi hoc nunc? *Id. Eun*. 2. 3. 88. pergin? *h. e.* pergisne? *et* 4. 4. 7. haben hominem? *et* 5. 2. 22. abin hinc? *Plaut. Truc*. 2. 8. 1. datin soleas? *Virg*. 10. *Æn*. 668. tanton me crimine dignum Duxisti? *Id*. 3. *ibid*. 319. Hectoris, Andromache, Pyrrhin connubia servas? *Pers*. 1. 22. Tun, vetule, auriculis alienis colligis escas? *Horat*. 1. *Sat*. 10. 78. Men moveat cimex Pantilius? *Id. ibid*. 9. 69. vin tu? *Plaut. Pœn*. 5. 2. 155. vin eum videre? *Ter. Adelph*. 4. 2. 42. Scin Cratini bujus ditis ædes? *Plaut. Aulul*. 3. 62. ain? *Ter. Eun*. 2. 2. 10. viden me? *Virg*. 6. *Æn*. 780. viden ut *etc*? — 2.°) Particula *ne* locum habet etiam in obliqua interrogatione (quæ liberiori structura gaudet); item in dubitatione. — *a*) Generatim. — Particulam *ne* præcedunt conjunctiones et alia verba, quibus interrogatio substructa est. *Plaut. Most*. 2. 1. 15. Sed ego sumne ille infelix? *Cic*. 1. *Nat. D*. 29. 81. Quid si etiam falsum illud omnino est? tamenne ista tam absurda defendes? *et Rosc. Am*. 15. 41. Quid, si constat hunc non modo colendis prædiis præfuisse, sed certis fundis, patre vivo, frui solitum esse? tamenne hæc attenta vita et rusticana, amandatio appellabitur? *pur tuttavia si chiamerà ella rilegazione*? *Id*. 1. *Nat. D*. 34. 96. Mundum præter hunc unquamne vidisti? Negabis. — Duplex est quæstio in illo *Cic. Cluent*. 34. 94. Quid? conferam Sullamne cum Junio? — Obliquæ orationis est illud *Cic*. 4. *Acad*. (2. *pr*.) 39. 122. Ut videamus, terra penitusne defixa sit. *Id*. 6. *Verr*. 67. 150. Hæc sum rogaturus, navem populo Romano debeantne. – Frumentum ab his sumpseritne C. Verres. *Id. Vatin*. 14. 34. Quæro ex te, Vatini, num *etc*. sciasne tum fugisse Memmium. – hæc omnia sciasne diligentia C. Memmii publicis tabulis esse notata atque testata. Singulare est illud *Varron*. 7. *L. L*. 4. *Müll*. Quare qui ostendit equitatum esse ab equitibus, equites ab equite, equitem ab equo, neque equos unde sit dicit, tamen hic docet et plura et satisfacit grato, quem imitari possimusne, ipse liber erit indicio. Cf. *eumd*. 10. *ibid*. 9. Perspiciendum ei qui, declinationes verborum proportione sintne, quæret. — In dubitatione. *Cato R. R*. 1. Ad villam quum venies, videto vasa, torcula et dolia multane sient. Ubi non erunt, scito, pro ratione fructuum esse. *Cic*. 12. *Att*. 24. Publilius iturusne sit in Africam, et quando, ex Aledio scire poteris. *se sia per andare*. et 1. *Acad*. (*post*.) 12. 43. Ut videamus, satisne ista sit justa defectio. — *b*) Speciatim *ne* reperitur etiam in principio positum. *Liv*. 40. 49. Quæsivit ab eo, ne sibi liceret ac suis vivere? quum prætor victurum respondisset, quæsivit iterum, si cum Romanis militare liceret? *Sigon*. et *Gronov*. mutant ex conjectura. Huic affine videtur esse illud *Cic*. 5. *Tusc*. 15. 45. Videamus, ne, ut acervus ex sui generis granis, sic beata vita ex sui similibus partibus effici debeat. Quod si ita est, ex bonis, quæ sola honesta sunt, efficiendum est beatum. *h. e.* an effici debeat: quod postea *Cic*. concedit. Sunt qui huc pertinere putent etiam hæc: *Varro* 2. *R. R*. 9. 16. Quum circumspiceret Atticus, ne quid prætereisset. *mentre considerava, se avesse omesso qualche cosa*. et *Colum*. 8. *R. R*. 5. 17. Singuli pulli tentandi, ne quid hesterni habeant in gutture. *et Pallad*. 1. *R. R*. 39. Speculemur, ne omne januas suas egrediatur examen, hoc enim signo fugam meditantur assumere. *et Calpurn*. 5. *Ecl*. 72. Sed tibi quum vacuas posito velamine costas Denudabit ovis, circumspice, ne sit acuta Forfice læsa cutis, tacitum ne postula virus Texerit occulto sub vulnere. His locis *ne* et in principio collocatum est, et pro *an* poni videtur: neque corrumperetur sententia, si hoc pro illo substitueretur. Nihilominus non est dubitativum, sed negativum, tum quia ellipsis est in his, et similibus loquendi formis, quod scilicet quum integrum sit *an, necne*, secundum exprimitur, prius reticetur: tum quia quod post *ne* subjicitur, semper est aliquid, quod respuitur. Recte itaque *Calpurn. loc. cit.* produxit, quum, si dubitativum esset, corripere debuisset. *V*. quæ hac de re fuse disputata sunt ab *Hand. Tursellin. vol*. 4. *p*. 88.-90. — *c*) Aliquando omittitur. *Cic*. 1. *Off*. 9. 30. Vetant, quidquam agere, quod dubites, æquum sit, an iniquum. *Plin*. 7. *Ep*. 27. Velim scire, esse aliquid phantasmata putes, an inania et vana ex metu nostro imaginem accipere. — *d*) Interdum subjicitur pro *an*. *Liv*. 5. 28. Ut in incerto fuerit, vicissent, victine essent. *Nepos Attic*. 9. Experiri voluit, verum, falsumne esset relatum. *Id. Iphicr*. 3. Quum interrogaretur, utrum pluris patrem, matremne faceret. *Horat*. 1. *Ep*. 11. 3. Smyrna quid, et Colophon? majora, minorane fama. Hæc *Forcellinus*. Sed apud *Liv. loc. cit.* itemque 2. 40. et 1. 46. non omnes libri consentiunt; apud *Nepot. Iphicr*. 3. unus tantum Codex habet *matremne*, reliqui *matremve*; in *Horat. loc. cit. Ritterus* leg. *minorave*. — 3.°) Quum plura sunt interrogationis, aut dubitationis membra — *a*) Post *ne* sequitur *an*. *Plaut. Pseud*. 1. 3. 23. Licetne, obsecro, vivere, an non licet? *Ter. Phorm*. 5. 6. 12. Sed isne est, quem quæro, an non? Ipsust. *Cic*. 1. *Off*. 3. 8. Honestumne factu sit, an turpe, dubitant. *Id*. 16. *Att*. 8. *extr*. Romam ne venio, an hic maneo, an Arpinum fugiam? *debbo io venire a Roma*, o etc. Sic *Id. Cluent*. loc. supra cit. 34. 94. Quid? conferam Sullamne cum Junio? an hunc tribunum plebis cum Quinctio? an vero tempus cum tempore? — *b*) In dubitatione *ne* ipsum repetitur, apud Poetas. *Virg*. 5. *Æn*. 95. Incertus, geniumne loci, famulamne parentis Esse putet. Sic 12. *ibid*. 320. incertum Quis tantam Rutulis laudem casusne deusne Attulerit. *Ovid*. 13. *Met*. 912. monstrumne, deusne Ille sit, ignorans. *Horat. A. P*. 113. Intererit multum divusne loquatur, an heros, - Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli. *Tibull*. 4. 5. 20. quid refert, clamne palamne roget? — *c*) NECNE *V*. loco suo.

NĔĀNISCŎLŎGUS, i, m. 2. vox composita a νεανίσκος *juvenis* et λόγος *sermo*. *Vet. Scholiast.* ad illud *Juvenal*. 8. 190. Planipedes audit Fabios; hæc adnotat: Nobiles neaniscologos. *h. e.* mimos, aretalogos.

NĔBRĬDÆ, ārum, m. plur. 1. νεβριζόμενοι, nebride tecti, Cereris ministri in sacris Eleusiniis, ita appellati, quia binnulea pellicula cingebantur. *Arnob*. 5. 39. Nonne Ceres, oras ut venit ad Atticas, nebridarum familiam pellicula cohonestavit binnulæ? V. *Orellii* adnot. ad *loc. cit.*

NĔBRĬDUS, a, um, adject. ad nebridem pertinens. *Dracont. Satisf*. 266. Et rapiunt aquilæ nebrida membra pedes.

NĔBRIS, ĭdis, f. 3. *pelle di cervo, o di damma*, νεβρίς, pellis binnuli, h. e. pulli cervini, item damæ: quam gestare solebat Bacchus, et qui Bacchi orgia celebrabant: a νεβρός *pullus cervi*, item *dama*, ut in *Gloss. Philox*. habetur. Ratio, cur in orgiis hujusmodi pelles gestarentur, esse potest, quia per silvas montesque discurrere mos erat, atque in iis etiam aliquando pernoctare. Cervinas itaque pelles adhibebant, quia, ut *Plin*. docet 28. *Hist. nat*. 9. 42. (150)., substratæ securos præstant somnos a morsu serpentum. *Stat*. 2. *Theb*. 664. Nebridas et fragiles thyrsos portare putastis Imbellem ad sonitum. *Id*. 1. *Achill*. 609. a tereti demisit nebrida collo, Errantesque sinus hedera collegit. *Claudian. IV. cons. Honor*. 605. Talis Erythræis intextus nebrida gemmis Liber agit currus. — Etiam venantes nebride uti consuevisse, docet *Servius* ad illud *Virg*. 4. *G*. 342. Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ. Et fortasse huc pertinent illa *ejusd*. 1. *Æn*. 279. Inde lupæ fulvo nutricis tegmine lætus Romulus. *et* 327. Succinctam pharetra, et maculosæ tegmine lyncis. ut nebris non de sola cervina, sed de quacumque ferarum pelle, quæ amiculum præbeat, dicatur. — *NB*. De cognom. Rom. *V*. ONOM.

NĔBRĪTES, æ, m. 1. *vel*

NĔBRĪTIS, ĭdis, f. 3. νεβρίτης vel νεβρῖτις, gemmæ species, Libero Patri sacra: a nebridum pellium similitudine, quibus in Liberi sacris utebantur. *Plin*. 37. *Hist. nat*. 10. 64. (175). *Sillig*. legit *nebritis*; vulgati libri *nebrites*.

NĔBRUNDĪNES Lanuvini appellant testiculos, Græci νεφρούς, Prænestini nefrones, inquit *Paul. Diac. p*. 163. 10. *Müll*. Et *Festus p*. 277. 14.

Müll. (quocum cf. *Paul. Diac.* p. 276. 3.) docet, renes quoque ab antiquis dictos esse nefrundines: scilicet quia magna est renes inter et testiculos similitudo. Hæc autem omnia sunt a νεφρός, qua voce tum testiculus, tum ren significatur.

NĔBŪLA, æ, f. 1, νεφέλη, vapor e terra atque aquis surgens, qui vel statim evanescit, vel in altum sublatus convertitur in nubem: a Græca voce allata. Differt a nube, quia ex ea nubes formatur: deinde nubes fere semper alta petit, nebula terram obsidet: hæc rarior esse videtur, nubes densior: item nubes quocumque tempore fit, nebula nec æstate, inquit *Plin.* 2. *Hist. nat.* 60. 61. (152)., nec maximo frigore exsistit (It. *nebbia, caligine, vapore*; Fr. *brouillard, vapeur, exhalaison, émanation qui sort de la terre, des rivières*; Hisp. *bruma, vapor, exhalacion*; Germ. *der Dampf, Dunst, Nebel, Rauch*; Angl. *a mist, fog, vapour*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Lucret.* 6. 475. fluviis ex omnibus et simul ipsa Surgere de terra nebulas æstumque videmus, Quæ, velut halitus, hinc ita sursum expressa feruntur, Suffunduntque sua cælum caligine, et altas Sufficiunt nubes paulatim conveniundo. *Virg.* 2. *G.* 217. Quæ tenuem exhalat nebulam fumosque volucres. *Id.* 8. *Æn.* 258. nebulaque ingens specus (*Caci*) æstuat atra. *Auct. B. Hisp.* 6. Incidit, ut matutino tempore nebula esset crassissima. ¶ 2. Latiori sensu a Poetis interdum pro nube ponitur. Quam enim *Virg.* 1. *Æn.* 416. et 439. nebulam dixerat, qua Venus Æneam circumdederat, ne conspiceretur; eamdem *ibid.* 584. et 591. nubem vocat. *Horat.* 3. *Od.* 3. 54. visere gestiens Qua parte debacchentur ignes, Qua nebulæ, pluvilque rores. ¶ 3. Item de fumo ex igne. *Ovid.* 5. *Trist.* 5. 31. Sensus inest igitur nebulis, quas exigit ignis. ¶ 4. De re mollissima et lævissima. *Plaut. Cas.* 4. 4. 21. Nebula haud est mollis, atque cutis hujus est. ¶ 5. *Stellis nebulam spargere candidis*, apud *Horat.* 3. *Od.* 15. 6. allegoria est, qua significatur, vetulam deformem versari inter puellas nitidas ac formosas, et cum illis ludere.

II.) Translate. ¶ 1. A Poetis dicitur de rebus physicis, quæ nebulæ similitudinem referunt. *Lucret.* 5. 253. terra multa pulsata pedum vi Pulveris exhalat nebulam. *Pers.* 5. 181. pinguem nebulam vomuere lucernæ. *Sil. It.* 6. 281. *de angue moriente.* tandem exhalavit in auras Liventem nebulam fugientis ab ore veneni. *Ovid.* 5. *Fast.* 269. Vina quoque in magnis operose condita cellis Florent, et nebulæ dolia summa tegunt. ¶ 2. De tenui veste et pellucida, quæ male corpus tegit. *Laber.* apud *Petron. Satyr.* 55. *extr.* Æquum est, induere nuptam ventum textilem, Palam prostare nudam in nebula linea. Sic *Ovid.* 6. *Met.* 20. repetitaque longo Vellera mollibat nebulas æquantia tractu. — Sic *Martial.* 8. 33. nebulam appellat tenuissimam bracteam. ¶ 3. Refertur ad animum. *Juvenal.* 10. 2. pauci dignoscere possunt Vera bona, atque illis multum diversa, remota Erroris nebula. — *Nebulæ quæstionum* apud *Gell.* 8. 10. *in lemmate* sunt ambages, præstigiæ, offuciæ, tricæ quæstionibus propositæ ad fallendum. ¶ 4. *Per nebulam* audire, aut scire aliquid, *in confuso, oscuramente. Plaut. Pseud.* 1. 5. 47. Sunt quæ te volumus perrontari quæ quasi per nebulam nosmet scimus atque audivimus. Adde *eumd. Capt.* 5. 4. 26. Sic *Cic.* 12. *Phil.* 2. 3. Quod videbam equidem, sed quasi per caliginem. ¶ 5. *Nebula* de re specie magna, reapse levi. *Pers.* 5. 7. Grande locuturi nebulas Helicone leguto. — *Nebulæ cyathus* proverbiali locutione dicitur de re vilissima, ac nullius omnino pretii. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 62. Simili ratione Itali dicunt *imbottar nebbia*, dare operam rei nullius pretii, atque adeo ipsam oleumque perdere. Hæc *Forcellinus*: at cl. *Furlanetto* in *I.ª Append.* hæc addidit: Locus *Plauti* hic citatus ita afferendus et interpretandus est: Tantilla tanta verba funditat, quojus ego nebulæ cyatho septem noctes non emam. *h. e.* cujus meretricis ventosæ et arrogantis noctes, seu concubitus per septem noctes, non emam uno vini cyatho: hinc etiam *nebulo* dicitur homo vanus, Italice *millantatore.* ¶ 6. *Nebula* est etiam commentum, fmaginarium aliquid, Italice *cosa fantastica, ghiribizzo*, apud *Auson. ep.* præfixa *Edyll.* 6. En unquam vidisti nebulam pictam in pariete? Vidisti utique et meministi. Treveris quippe in triclinio Æoli fucata est pictura hæc: Cupidinem cruci affigunt mulieres amatrices. Quæ sic optime vertit *P. Canal: vedestu mai un ghiribizzo figurato in aria su una parete?*

NĔBŪLO, ōnis, m. 3. *da nulla, gocciolone, birba, impostore*, οὐδενὸς ἄξιος, ουτιδανός, πλάνος, homo vanus et nihili, ut nebula: item fallax, fraudulentus, et qui dolis et fallaciis quasi nebulam ac tenebras offundere conatur, ea tamen calliditate et versutia, ut facile deprehendas. *Festus* p. 165. 31. *Müll.* Nebulo dictus est, ut ait Ælius Stilo, qui non pluris est, quam nebula, aut qui non facile perspici potest, qualis sit, nequam, nugator. *Donatus* ad illud *Ter. Eun.* 2. 2. 38. Nebulonem hunc certum est ludere: Vel furem, inquit, quia nebulas objiciat: vel mollem, ut nebulam: vel inanem et vanum, ut nebula est. *Non. p.* 19. 2. *Merc.* Nebulones et tenebriones dicti sunt, quia mendaciis et astutiis suis nebulam quamdam et tenebras objiciant. *Gloss. Philox.* Nebulo, μάλθων, ὁ τὰ ἴδια λάθρα καταφαγών, εἰκαῖος, λάθρα ἀσωτος. *h. e.* mollis, qui bona sua clam comedit, futilis, occulte intemperans. *Charis.* 1. *p.* 25. *Putsch.* Nebulo, σκαιός. *h. e.* tenebrosus, tectus. Hæ sunt fere antiquorum de hujus vocis significatione sententiæ. — *a*) Substantivorum more. *Lucilius* apud *Non. loc. cit.* Lucifugus nebulo. *Id. ibid.* Nugator quidam ac nebulo sit maximu' multo. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 27. Nos numerus sumus, et fruges consumere nati, Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoique In cute curanda plus æquo operata juventus. *scioperoni, da nulla.* Sic *Ter. Eun.* 4. 7. 15. Sane quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo magnus est. *Cic. Rosc. Am.* 44. 128. Nos ab isto nebulone facetius eludimur, quam putamus. *impostore, birba, furbo. Horat.* 1. *Sat.* 1. 104. non ego, avarum Quum veto te fieri, vappam jubeo ac nebulonem. Adde *ibid.* 2. 12. *goditore, dissipatore.* — *b*) Adjective *Gell.* 1. 2. Vulgus nebulonum hominum, qui se Stoicos nuncupant, straque verborum et argutiarum fuligine ob oculos audientium jacta, sanctissimæ disciplinæ nomen ementiuntur. *impostori, ipocritoni, infignitori.* et 16. 6. Facetias nebulonis hominis risi, et reliqui. — *c*) *Acron* ad *Horatii* 1. *Sat.* 2. 12. docet, *nebulones* dici etiam obscuro loco natos: unde a Comicis servos nebulones vocari.

NĔBŪLOR, āris, ārl, dep. 1. nebulo sum, ut nebulonem me gero. *Gloss. Philox.* Nebulor, ἀχρηστῶ.

NĔBŪLŌSĬTAS, ātis, f. 3. caligo, fuligo. *Arnob.* 7. 28. Cælum vaporum nebulositate clauditur.

NĔBŪLŌSUS, a, um, adject. (nebula). Comp. *Nebulosior* I. — Nebulosus est nebulis abundans, nebulis obductus, ὁμιχλώδης, *nebbioso.*

I.) Proprie. *Cato R. R.* 6. Ager si nebulosus est. *h. e.* frequentibus nebularum humoribus objectus. *et sub fin.* Qui locus crassus erit, aut nebulosior. *Cic.* 1. *Tusc.* 25. 60. Nebulosum et caliginosum cælum. *Cels.* 2. 1. Meliores dies pluvii, quam tantum nebulosi nubilive. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 27. (45). Nebulosa exhalatio. *Id.* 21. *ibid.* 7. 18. (36). Nebulosus et roscidus aer. *Seneca Med.* 583. auster.

II.) Translate est obscurus, intellectu difficilis. *Gell.* 20. 3. L. Accius poeta in Pragmaticis appellari sicinnistas ait nebuloso nomine: credo propterea, nebuloso, quod sicinnium cur diceretur, ei obscurum esset.

NEC *et* neque, part. negativæ. Quod ad etymon attinet, sunt qui putant (ut *Priscian. de XII. vers. Æn.* p. 1225. *Putsch.*), *nec* a *neque* factum esse per apocopam extremarum vocalium; et quia in fine syllabæ *q* scribi non potest, transisse in *c*: sed et *nec* et *neque* sunt a *ne* particula negativa, quæ idem est ac μή. Hæc porro part. *ne* assumpsit litteram *c* non modo ad corroborandam vocem, aut ad evitandum hiatum, sed cum significationis incremento; est enim illud demonstrativum *ce*, quod etiam in v. *illic, sic, tunc, nunc* inest: ne igitur gravior est negatio quam *non*, nec etiam gravior quam *ne*, gravissima *ne-quidem*, *nequaquam*: paucis, ne est demonstrativa particula ad intendendam negationem usurpata. Aliud est *neque* ex *ne* et *que* factum: *que* autem, cum relativo *quis* cognatum, non modo copulat, sed etiam propter relativam, qua gaudet, naturam æquationi inservit: quare *neque* significat modo *et ne sive et non*, modo *etiam non.* Hinc fit, ut demonstrativum nec ad ea, quæ sequuntur, referatur; relativum vero *neque* ad ea, quæ antecedunt, atque ita quidem, ut in part. *neque* vis copulandi, in part. *nec* ipsa negatio plus valeat. — Grammatici plurimi ad formam tantum respexerunt atque docuerunt, ante vocalem *neque*, ante consonantem *nec* poni; quod Latine loquendi usu minime comprobatur. Illud potius, ils quæ supra exposuimus, addendum videtur, sæpe particulam *nec* continuandæ orationi ita inservire, ut officio particulæ *neque* fungatur; et contra relativam formam aliquando pro demonstrativa poni, quemadmodum *qui* pro *hic* dicitur. Præterea ob hanc ipsam cognationem hæ particulæ inter se facile commutatæ sunt a recentioris ætatis scriptoribus, itemque a Poetis; ob formæ vero similitudinem a librariis. ¶ 1. In conjunctiva oratione — *a*) In media oratione *Nec* pro simplici *non*, vel rectius pro *ne* cum majori negationis vi, præcipue apud veteres, usurpatum occurrit. *Festus* p. 162. 14. *Müll.* Nec conjunctionem grammatici fere dicunt esse disjunctivam, ut nec legit, nec scribit: quum si diligentius inspiciatur, ut fecit Sinnius Capito, intelligi possit eam positam esse ab antiquis pro non, ut et in XII. (*Tabulis*) est: AST EI CVSTOS NEC ESCIT: item: SI ADORAT FVRTO, QVOD NEC MANIFESTVM ERIT, et apud *Plautum* in *Fasmate*: Nec recte si illi dixeris, et *Turpilium* in *Demetrio*: Nec recte dici mihi, quod jam dudum audio. *Cic.* 3. *Legg.* 3. 6. Magistratus nec obedientem et noxium civem mulcta-coerceto. *et ibid.* 4. 11. Senatori, qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto. *Cetull.* 30. 4. Nec facta impia cælicolis placent. Cf. *Orat. Cyneg.* 507. Nec sævos miratur equos terrena Syene. *Val. Flacc.* 8. 225. Incipit Idaliæ numen nec spernere divæ. *Liv.* 1. 25. *a med.* Prius quam alter, qui nec procul aberat, consequi posset. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 11. Tu dilis nec recte dicis: non æquum facis. *h. e.* maledicis. Eodem modo locutus est *Asin.* 2. 4. 65., *Most.* 1. 3. 83. et alibi. *Cajus* 2. *Instit.* 18.; et *Ulp. fragm.* 19. 8. Res nec mancipi. Huc pertinent et illa *nec opinans, nec opinatus, nec opinus, nec dum*, quæ *V.* infra suo loco. Suo item loco *V. nec ne, nec non.* — Simili modo particulam *neque* usurpari ait *Forcellinus*, et affert *Cato. R. R.* 141. Mars pater, si quid tibi in illisce suovitaurilibus lactentibus, neque satisfactum est, te hisce suovitaurilibus piaculo. *Sed post v.* lactentibus *aliquid subintelligendum est.* Item illud *Vellej.* 2. 57. 2. Et libelli conjurationem nunciantes dati, ab eo neque protinus lecti erant. *Sed alii leg.* dati, neque protinus ab eo lecti erant. *Al.* conditi ab eo (*h. e.* in sinu), neque protinus lecti erant. *Al.* delati ad eum, neque protinus etc. — *b*) In conjungenda negativa sententia *nec* vel *neque* ab initio ponitur pro *et non. Cic.* 1. *de republ.* 41. Denique ne reges quidem appellabant, sed patriæ custodes, sed patres et deos. Nec sine causa. *Id.* 2. *Legg.* 10. 26. Patrum delubra esse in urbibus censeo: nec sequor magos Persarum. *Id. Brut.* 74. 258. Adhibenda tamquam obrussa ratio, quæ tantari non potest, nec utendum pravissima consuetudinis regula. *Nepos Attic.* 13. *ad fin.* Nec hoc præteribo, quamquam nonnullis leve visum iri putem. — Hinc *nec ullus* pro *et nullus, nec quisquam* pro *et nemo*; immo alia etiam nomina negationem sibi propriam rejiciunt, etiamsi ea universam sententiam non regit. *Liv.* 38. 25. Nec ullo Gallorum ibi viso, regressus in castra esset. *Tac. Agric.* 16. Nec ullum in barbaris sævitiæ genus omisit ira et victoria. *Cæs.* 1. *B. G.* 20. Scire se, illa esse vera, nec quemquam ex eo plus, quam se, doloris capere. *Curt.* 4. 2. Nec accipiendo operi quidquam magis, quam ille ventus obstabat. *Ovid. Heroid.* 12. 33. Et vidi et perii, nec notis ignibus arsi. *Id.* 3. *Art. am.* 77. Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas, Nec faciunt cervos cornua jacta senes. *h. e.* faciunt non senes. *Liv.* 7. 9. Insequente anno quum C. Sulpicius et Licinius Calvus consules in Hernicos exercitum duxissent, ne-

que inventis in agro hostibus, Ferentinum urbem eorum vi cepissent, etc. *h. e.* et non inventis hostibus. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 34. Ervum autem lætatur loco macro, nec humido. *et* 5. *ibid.* 7. 1. Id desiderat arborem humilem, nec frondosam. — c) Quum illud Latinæ linguæ proprium sit, ut negatio ab initio enunciationis ponatur (quapropter non dicitur *et qui non* sive *quique non*, sed *neque is*); plures occurrunt formulæ animadversione dignæ. Sic — Ad rejiciendam argumentationem præmisso *nec* interponitur conditionalis sententia et causa adjicitur per particulas *nec-si-idcirco*, vel *ideo*, vel *propterea*. *Cic.* 3. *Nat. D.* 28. 70. Nec, si is, qui acrepit, bene utitur, idcirco is, qui dedit, amice dedit. *Id.* 2. *Off.* 22. 79. Nec, si plures sunt ii, quibus improbe datum est, quam illi, quibus injuste ademptum, idcirco plus etiam valent. *Varro* 1. *R. R.* 18. 2. Nec si bis tanto ampliorem fundum, aut eo plus colas, ideo duo villici aut tres habendi fuere. *Cic.* 1. *Orat.* 50. 216. Nec, si P. Crassus idem fuit eloquens et juris peritus, ob eam causam inest in facultate dicendi juris civilis scientia. — *Nec idcirco minus, nec eo minus, nec eo secius* dicitur pro *et nihilominus*, et *neque eo magis* pro *et nihilominus non*, ut apud *Cic.* 2. *Orat.* 35. 151. Nam orationis quidem copia videmus ut abundent philosophi, qui nulla dant præcepta dicendi, nec idcirco minus, quæcumque res proposita est, suscipiunt, de qua copiose et abundanter loquantur. *Sueton. Oth.* 4. Quoties cœna principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim dividebat: nec eo minus alium alia via militem demerebatur. *Nepos Att.* 2. Neque eo secius adolescentem Marium, hostem judicatum, juvit opibus suis. *Id. Eumen.* 4. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur: neque eo magis ex prælio excessit, sed acrius hostes institit. — Per *nec minus* conjunguntur æqualia, ut intelligatur *atque*, *itemque*. *Nepos Alcib.* 5. Alcibiades simul cum collegis receperat Ioniam, Hellespontum, multas præterea urbes Græcas, quæ in ora sitæ sunt Asiæ: neque minus multas consilio ad amicitiam adjunxerat. *Ovid.* 3. *Amor.* 9. 15. Nec minus est confusa Venus moriente Tibullo, Quam juveni rupit quum ferus inguen aper. *Quintil.* 4. 1. 56. Nec minus diligenter, ne suspecti simus illa parte, vitandum. — *Nec minus* et *nec minus interea* sæpe a Poetis in transitione usurpatur, ut a *Virg.* 1. *G.* 393., 2. *ibid.* 429. etc. V. *Wagner.* ad *Virg.* 1. *Ecl.* 57. — Recentioris ævi scriptores *nec minus* pro *et* dixerunt. *Colum.* 7. *R. R.* 12. 9. Quoniam et ad rixam, et ad pugnam, nec minus ad cursum comparatur. *et* 3. *ibid.* 3. 5. Quum ea res, si omissa sit, plurimas operas, nec minus arcam patrisfamilias semper exhauriat. — *Neque solum-sed etiam* pro et non solum-sed etiam. *Cic.* 1. *Nat. D.* 29. 81. Reliquos deos ea facie novimus, qua pictores fictoresque voluerunt, neque solum facie, sed etiam ornatu, ætate, vestitu. — d) Particula *neque* ea quæ præcedunt explicat et valet *id est non*, *nam non*; part. *nec* definit aut restringit et valet *et quidem non*. Sic apud *Cic.* 1. *Legg.* 10. 28. Nihil est profecto præstabilius, quam plane intelligi, nos ad justitiam esse natos, neque opinione, sed natura constitutum esse jus. *Sall. Jug.* 112. Quum talem virum in potestatem habuisset, tum fore, uti jussu senatus atque populi Romani fœdus fieret; neque hominem nobilem non sua ignavia, sed ob rem publicam in hostium potestate relictum iri. *Cic.* 3. *Att.* 17. De Quincto fratre nunci nobis tristes, nec varii venerant. *Id. Quinct.* 4. 15. Quo mortuo, nec ita multo post in Galliam proficiscitur Quinctus. *Id. Brut.* 76. 265. Erant in eo plurimæ litteræ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam. — e) In sententia negativa inest aliquando conclusio. *Cic.* 4. *Fin.* 15. 42. Isti quum ex appetitione rerum virtutis pulcritudinem adspexissent, omnia, quæ præter virtutem ipsam viderant, abjecerunt, obliti naturam omnem appetendarum rerum ita late patere, ut a principiis permanaret ad fines: neque intelligunt se rerum illarum pulcrarum atque admirabilium fundamenta subducere, *h. e.* atque non intelligunt, et ita non intelligunt etc. — f) *Neque etiam* sæpius in descensu usurpatur pro *et ne quidem*, ut apud *Varron.* 1. *R. R.* 65. 1. Mustum non promendum, dum fervet, neque etiam dum processit ita, ut sit vinum factum. *et* 3. *ibid.* 16. 6. Itaque nulla harum assidit in loco inquinato, aut eo, qui male oleat, neque etiam in eo, qui bona olet unguenta. — g) *Nec-quidem* pro *ne quidem* interjecto verbo occurrit apud serioris ævi scriptores, qui *nec* pro *et ne*, *etiam ne* accipiebant, *nè pure*, *nè meno*. *Flor.* 2. 17. Alioquin ita undique mari Pyrenæoque vallata est, ut ingenio situs nec adiri quidem potuerit. *Sueton. Cal.* 11. Naturam tamen sævam atque probrosam nec tunc quidem inhibere poterat. *Justin.* 7. 5. 8. Perdiccæ hoc indignior cædes videbatur, quod ei apud matrem misericordiam nec parvulus quidem filius conciliaverat. *Petron. Satyr.* 132. Nam nec nominare quidem te inter res serias fas est. *Id. ibid.* 110. Quem alloquio dignum nec Lycas quidem crederet. *Al. leg.* ne. *Seneca* 1. *Ira* 6. 2. Non est ergo natura hominis pœnæ appetens: et ideo nec ira quidem secundum naturam hominis, quia pœnæ appetens est. *Id. Ep.* 3. Admones me, ne omnia cum eo communicem, quia nec soleas ipse quidem hoc facere. *Alii leg.* non soleas ne ipse quidem. *Plin. Paneg.* 27. Pauperiorem esse factum principem tantum: quamquam nec hunc quidem. Alter *Plin.* 8. *Hist. nat.* 36. 54. (129). Nec somno quidem saginatis. — Apud probatissimos aureæ ætatis scriptores non facile invenies. Quotquot enim afferri solent *Cic.* loca, et præsertim 4. *Parad.* 1. 27., 3. *Fam.* 8., 6. *de republ.* 8. etc., dubiæ cuncta lectionis sunt, reponentibus *ne* optimis libris. Videri posset certum esse illud *Cæs.* 1. *B. G.* 32. Hoc esse miseriorem fortunam Sequanorum, quam reliquorum, quod soli nec in occulto quidem queri, nec auxilium implorare auderent. Sed quia alterum *nec* sequitur, cui primum respondet, rem plane non conficit. Incerta sunt etiam quæ afferuntur ex *Virg.* 1. *G.* 126. et 390., ut videre est apud *Pier.*, item quæ ex *Sall. Jug.* 53. etc. *Goerenzius* tamen ad *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 26. 82. contendit, quandoque *nec quidem* recte dici, quum id ab altero *ne quidem* diversum omnino sit. (V. *Hand. Tursellin. vol.* 4. *p.* 145.-146.) — Et sane *nec* sequente *quidem* apud aureæ ætatis scriptores pro *et non* ponitur, τὸ *quidem* autem vi sua per se pollet. *Cic.* 6. *Fam.* 6. His litteris animum tuum confirmandum puto: nec iis quidem verbis, quibus te consoler, sed etc. *e non certamente con parole da consolarti* etc. *Et ibid. paullo post.* Nec nos quidem nostra divinatio fallet. *Id.* 4. *Verr.* 20. 48. De isto, id quod omnes videbant, neque ille quidem obscure locutus est. — *Nec* absolute pro *ne-quidem* nonnunquam adhibetur, *nè pure*, *nè meno*. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 2. 7. Quod bonum quale sit, negat Epicurus, sine voluptatibus sensum moventibus nec suspicari. *dice, che nè meno sa immaginarselo. Alii leg.* vel. et 1. *Tusc.* 26. 65. Quid est enim memoria rerum et verborum? profecto id, quo nec in Deo quidquam majus intelligi potest. *Ita* Orellius: *at recentiores leg.* ne in Deo quidem. *Quintil.* 1. 6. *extr.* Quæ nec ipsi jam dicerent. *Justin.* 12. 16. 10. Tantam fiduciam sui militibus fecit, ut, illo præsente, nullius hostis arma, nec inermes timuerint. *Id.* 11. 8. 4. Ut non spes modo remedii, sed nec dilatio periculi inveniretur. Adde *Flor.* 2. 8. *a med.*; *Martial.* 5. 70.; et *Pallad.* 1. *R. R.* 1. — *Neque* pro *ne-quidem* serioris tantum ævi scriptores usurparunt. *Colum.* 3. *R. R.* 21. 7. Quo (*tempore*) vitis neque folium notabile gerit. Adde *Plin. Paneg.* 16.; et *Quintil. Declam.* 19. *Forcellinus* affert etiam illud *Cic.* 3. *leg. Agr.* 2. 4. Caput est legis, de quo ego consulto, Quirites, neque apud vos ante feci mentionem, ne viderer etc. *Sed recentiores docent hic negativam particulam priori loco eleganter omissam fuisse, ita ut sensus sit*: de quo consulto non mentionem feci, neque apud vos ante. — h) Habet post se particulas *vero*, *enim*, *tamen*, præcipue in transitionibus. *Cic.* 1. *Nat. D.* 12. 29. Empedocles autem-in deorum opinione turpissime labitur. — Nec vero Protagoras quidquam videtur de natura deorum suspicari. *Id.* 2. *ibid.* 64. 162. Nec vero supra terram, sed etiam in intimis ejus tenebris plurimarum rerum latet utilitas. *Id.* 1. *Orat.* 53. 228. Hæc Rutilius valde vituperabat et huic humilitati, dicebat, vel exsilium fuisse, vel mortem anteponendam. Neque vero hoc solum dixit, sed ipse et sensit, et fecit. *Id. Senect.* 10. 32. Non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites. Nec enim unquam sum assensus veteri illi laudatoque proverbio, quod monet mature fieri senem, si diu velis esse senex. *Id. Amic.* 2. 6. Sunt ista, Læli. Nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior. *Id. ibid.* 13. 47. Quæ est enim ista securitas? specie quidem blanda, sed reapse multis locis repudianda. Neque enim est consentaneum, ullam honestam rem actionemve, ne sollicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere. *Id.* 3. *Off.* 10. 40. Incidunt multæ sæpe causæ, quæ conturbent animos utilitatis specie. — Quum Collatino collegæ Brutus imperium abrogabat *etc.* Nec tamen nostræ nobis utilitates omittendæ sunt aliisque tradendæ, quum bis ipsi egeamus. *Id.* 5. *Fam.* 12. Cerno jam animo, quanto omnia uberiora atque ornatiora futura sint. Neque tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui primum tibi tantum oneris imponam. — i) *Neque autem*, neque vero. *Cic.* 5. *Fam.* 12. *a med.* Neque autem ego sum ita demens, ut etc. *Cels.* 2. 17. Neque terrere autem ea res debet. *Id.* 7. 9. Neque senile autem corpus huic medicinæ idoneum est. — *Nec autem* rarum esse videtur. *Quintil.* 4. 1. 60. Nec argumentis autem, nec locis, nec narrationi similis esse in procemio debet oratio. — l) *Nec* vel *neque* junctum cum alia negativa interdum affirmat. *Ter. Eun.* 5. 9. 47. Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo Nemo est. *h. e.* et magis ex usu. *Nisi velis ita verba ordinare*: Ad omnia hæc nemo est magis opportunus, nec magis ex usu tuo. *Plaut. Curc.* 4. 4. 23. tua magnifica verba, neque istas tuas magnas minas Non pluris facio, quam ancillam meam, quæ latrinam lavat. — m) Interdum, Græcorum more, negat adhuc. *Plaut. Epid.* 4. 1. 6. Neque ea nunc ubi sit, nescio. *Id. Bacch.* 4. 9. 114. Neque ego haud committam, ut si quid peccatum siet, Fecisse dicas de meamet sententia. *Id. Epid.* 5. 1. 57. neque ille haud objiciet mihi, Pedibus sese provocatum. *Ter. Andr.* 1. 2. 34. neque tu haud dicas tibi non prædictum. *Ita legit etiam* Donatus. *Alii* neque tu hoc dicas. — n) *Neque non. V.* NEC NON loco suo. — o) *Neque dum. V.* NEC DUM loco suo. — p) *Nec* jungitur cum Conjunctivo perfecti et præsentis, quo Optativi modus exprimitur; cum Imperativo ad rem prohibendam a Poetis tantum. — Cum Conjunctivo, qui Optativi officium præstat. *Cic.* 1. *Fam.* 9. 19. Recordare enim, quibus laudationem ex ultimis terris miseris: nec hoc pertimueris: nam a me ipso laudantur. *Propert.* 1. 9. 25. Nec te decipiat, quod sit satis illa parata. — Præcedit Conjunctivus in affirmativa sententia. *Cic.* 1. *de republ.* 2. Teneamus eum cursum, qui semper fuit optimi cujusque, neque signa audiamus, quæ receptui canunt. *Virg.* 11. *Æn.* 353. Unum adjicias: nec te ullius violentia vincat. *Id.* 8. *Ecl.* 89. Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi. *Plin.* 8. *Ep.* 24. Absit superbia, asperitas: nec timueris contemptum. — Præcedit Imperativus in affirmativa sententia et *nec* jungitur Conjunctivo. *Liv.* 23. 3. Clausos omnes in curiam accipite solos, inermes: nec quidquam raptim aut forte temere egeritis. *Sall. Jug.* 85. Animitimini mecum et capessite rempublicam, neque quemquam ex calamitate aliorum metus ceperit. *Virg.* 12. *Æn.* 800. Desine jam tandem, Nec te tantus edat tacitam dolor. Adde *Val. Flacc.* 8. 102. — Nihil præcedit, ad quod Imperativus respiciat. *Virg.* 3. *Æn.* 393. Is locus urbis erit, requies ea certa laborum. Nec tu mensarum morsus horresce futuros. *Id.* 2. *G.* 95. et quo te carmine dicam, Rhætica? nec cellis ideo contende Falernis. *h. e.* ne tamen ideo contendas: sed dubia est lectio. *Ovid.* 11. *Met.* 285. Adjicis huic animo monumenta potentia, clarum Nomen avumque Jovem. Nec tempora perde precando: Quod petis, omne feres. *Tibull.* 1. 4. 17. Nec jurare time. — In parenthesi. *Virg.* 10. *Ecl.* 40. Tu procul a patria (nec sit mihi credere tantum) Frigora Rheni Me sine sola vides. *et* 9. *ibid.* 6. Hos illi (quod nec vertat bene) mittimus hædos. — q) *Neque* pro *et ne*. *Sall. Jug.* 14. Tamen erat majestatis Romani populi prohibere injuriam, neque cujusquam regnum per scelus cresceret. *Cortius* fuse et acriter hanc lectionem tuetur *excursu* 2. in *Jugurth.*; at rectius

legit *Kritzius*: neque pati cujusquam regnum per scelus crescere. ¶ 2. In disjunctiva forma orationis. — *a*) *Non nec* sive *neque*, *nihil-nec* sive *neque* occurrunt: sed *nec* usurpatur ubi res non minus valet atque fortius est neganda; *neque* (quod est *et non*, *etiam non*) ubi altera res accedit, aut aliquid distinctius definitur. *Cic.* 13. *Fam.* 69. Hæc ad te eo pluribus scripsi, ut intelligeres me non vulgariter, nec ambitiose, sed ut pro homine intimo ac mihi pernecessario scribere. *Id.* 1. *de republ.* 4. Quum mihi nihil improviso, nec gravius, quam exspectavissem, pro tantis meis factis evenisset. *Id. Mil.* 11. 31. Certe optabilius Miloni fuit dare jugulum P. Clodio non semel ab illo, neque tum primum petitum, quam jugulari a vobis. *Id.* 1. *de republ.* 14. Nihil novi vobis afferam, neque quod a me sit cognitum, aut inventum. *Id.* 3. *Orat.* 55. 210. Quamquam id quidem perspicuum est, non omni causæ, nec auditori, neque personæ, neque tempori congruere orationis unum genus. — *b*) Pro verbis negativis, ut *nescire*, *nolle* etc., secundo loco ponendis, particula *nec* adhibetur. *Cic.* 5. *Tusc.* 40. 116. Epicurei nostri Græce fere nesciunt, nec Græci Latine. *Id.* 12. *Fam.* 30. Noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere. — Similiter in negativa sententia, pro *aut* ponitur *nec*, negatione duplicata, pro *nihil* vero ponitur *nec* sive *neque*; Poetæ alterum *nec* omittunt. *Ter. Heaut.* 1. 1. 11. Agrum in his regionibus meliorem, neque pretî majoris nemo habet. *Brutus* ad *Cic.* 11. *Fam.* 20. Nihil enim tua vita potest esse jucundius, neque carius. *Liv.* 2. 30. Nihil ex ea familia triste, nec superbum timebat. *Cic.* 2. *Fam.* 13. Nihil autem feci unquam, neque dixi, quod contra istius existimationem esse vellem. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 84. nec si quid honesti est, Jactat habetque palam, quærit quo turpia celet. *h. e.* nec quærit. — Interdum *neque* ita ponitur, ut abesse etiam possit. *Cic.* 3. *Orat.* 30. 121. Non enim solum acuenda nobis, neque procudenda lingua est, sed onerandum pectus maximarum rerum copia. *atque* si dixisset, eadem erat sententia. — *c*) *Nec* et *neque* bis et ter et quater poni possunt: dicitur autem *neque-neque*, in quibus oppositio non est tam gravis, quam in *nec-nec*; et *neque-nec* adhibetur, ubi per oppositionem adscendit oratio. *Cic.* 3. *de republ.* 22. Est quidem vera lex recta ratio -, quæ vocet ad officium jubendo, vetando a fraude deterreat, quæ tamen neque probos frustra jubet aut vetat, nec improbos jubendo aut vetando movet. Huic legi nec obrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. *Id.* 2. *Phil.* 8. 20. Tantum dicam breviter: neque illos (*versus*), neque ullas te omnino litteras nosse: me nec reipublicæ, nec amicis unquam defuisse. *Id.* 1. *Tusc.* 38. 91. Quum mors nec ad vivos pertineat, nec ad mortuos. *Id.* 3. *Off.* 27. 100. Neque eum caritas patriæ retinuit, nec suorum. *Horat. Epod.* 12. 2. Munera quid mihi, quidve tabellas Mittis nec firmo juveni, neque naris obesæ? *Ter. Adelph.* 1. 2. 61. Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit. *Cic.* 8. *Att.* 12. Nam certe neque tum peccavi, quum *etc.*, neque quum post conditiones etc. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 41. animæ, quales neque candidiores Terra tulit, neque queis me sit devinctior alter. *Cic.* 1. *Fin.* 3. 7. Id neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto. *Id.* 1. *Off.* 2. 4. Nulla enim vitæ pars neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest. *Id.* 5. *Fam.* 17. Publio tuo neque opera, neque consilio, neque labore, neque gratia, neque testimonio defui. — Ab Historicis pro *neque neque* usurpatur *nec aut-aut*. *Cic.* 1. *Cat.* 6. 15. Neque enim sunt aut obscura, aut non multo post commissa. *Sueton. Ner.* 36. Neque tamen conscientiam sceleris aut statim, aut unquam postea ferre potuit. — *d*) Quando post particulam negativam geminatur, primum *nec* vel *neque* minime negat. - Post *non*. *Cic.* 9. *Att.* 12. Non medius fidius præ lacrimis possum reliqua nec cogitare, nec scribere. *Liv.* 1. 26. Non tulit populus nec patris lacrimas, nec ipsius parem in omni periculo animum. *Cic. Mur.* 27. 55. Ita sum animo affectus, ut non queam satis neque communem omnium nostrum conditionem, neque hujus eventum fortunamque miserari. — Post v. *nihil*, *nullus*, *nemo*. *Cic.* 3. *Off.* 19. 76. Immo intelligat, nihil nec expedire, nec utile esse, quod sit injustum. *Id. Cluent.* 1. 1. Ut omnes intelligant, nihil me subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo. *Liv.* 4. 7. Præterquam quod nullo nec exemplo, nec jure fieret. *Id.* 6. 16. Nullius nec oculi, nec aures indignitatem ferebant. *Martial.* 12. 21. 5. Nulla nec in media certabit nata Suburra, Nec Capitolini collis alumna tibi. *Id.* 11. 33. nulla est ancilla, nec infans, Nec sera, nec clavis, neque canis, atque calix. *Cic.* 1. *Legg.* 8. 24. Ipsisque in hominibus nulla gens est, neque tam immansueta, neque tam fera, quæ etc. *Ter. Eun.* 1. 2. 67. Habeo hic neminem neque notum, neque cognatum. *Cic.* 8. *Att.* 1. Quorum nemo nec stultior est quam L. Domitius, nec inconstantior quam App. Claudius. *Id.* 1. *Orat.* 29. 132. Ego enim neminem nec motu corporis, neque ipso habitu atque forma aptiorem, nec voce planiorem aut suaviorem mihi videor audisse. — Etiam quando sequitur *ne-quidem*, videtur negandi vim amittere. *Liv.* 29. 12. Neque enim ne ipsius quidem regis abhorrebat animus. *Idem erat sensus si dixisset*: Etenim ne ipsius quidem etc. Sic *Id.* 30. 30. Neque enim ne nobis quidem Sicilia et Sardinia etc. — Pro *nec-nec* geminato, metri causa, vel rectius ubi non disjunctionis ratio habetur, *nec-non* Poetæ posuerunt. *Propert.* 3. 1. 49. Quod non Tænariis domus est mihi fulta columnis, Nec camera auratas inter eburna trabes, Nec mea Phæacas æquant pomaria silvas, Non operosa rigat Marcius antra liquor: At etc. *Tibull.* 1. 7. 51. Hæc ubi Bellonæ motu est agitata, nec acrem Flammam, non amens verbera torta timet. — *e*) Interdum sequitur *et* cum membro affirmante: et aut descendit oratio per *nec-et* ita, ut graviori negatione aliquid ortius negetur, cui aliud accedat, quod vel illa sublata, vel præterea esse dicitur; aut ascendit oratio per *neque-et* ita, ut sententia consistat verborum *non modo non-sed adeo*, *sed potius*. — *Nec-et* apud *Cic.* 4. *Fam.* 6. *sub fin.* Homo nec a me alienus, et tibi amicissimus. *Id.* 2. *Off.* 12. 43. At ejus filii nec vivi probabantur bonis, et mortui numerum obtinent jure cæsorum. *Id.* 10. *Fam.* 1. *sub fin.* Furnium nostrum tanti a te fieri, quantum ipsius et humanitas et dignitas postulat, nec miror et gaudeo. *h. e.* nequaquam miror et gaudeo etiam. — *Nec-et certe* apud *Cic.* 6. *de republ.* 21. Qui nec pauciores et certe meliores fuerunt. — *Nec-nec-et* apud *Cic. Orat.* 58. 198. Sed omnis nec claudicans, nec quasi fluctuans et æquabiliter constanterque ingrediens, numerosa habetur oratio. — *Neque-et* apud *Ter. Eun.* 5. 5. 23. vide, Parmeno, Quid agas, ne neque illi prosis, et tu pereas. *h. e.* et adeo. *Cato R. R.* 130. Ita neque fumosa erunt, et bene ardebunt. *Cic.* 1. *Att.* 20. Id neque amoris mediocris, et ingenii summi et sapientiæ judico. Sic *Id. leg. Manil.* 1. 2. Ita neque hic locus vacuus unquam fuit ab iis, qui vestram causam defenderent, et meus labor-ex vestro judicio fructum est amplissimum consequutus. *h. e.* non modo non-, sed etiam. *Cæs.* 4. *B. G.* 1. Atque in eam se consuetudinem adduxerunt, ut loris frigidissimis neque vestitus præter pelles habeant quidquam, quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta, et laventur in fluminibus. — *Neque-et non*, *nec-et tamen* eadem ratione occurrunt. *Cic.* 3. *Off.* 1. 1. Quæ declarat, illum et in otio de negotiis cogitare et in solitudine secum loqui solitum, ut neque cessaret unquam, et interdum colloquio alterius non egeret. *Id.* 2. *Fin.* 20. 64. Qui (*dolor*) si adesset, nec molliter ferret, et tamen medicis plus quam philosophis uteretur. — Liberiori compositione dixit *Liv.* 27. 10. Ad id sibi neque opes deesse, animum etiam superesse. — *f*) *Nec-que* duas res, alteram negativam, affirmativam alteram, simpliciter componunt. *Cic.* 1. *Fin.* 14. 48. Ex quo intelligitur, nec intemperantiam propter se fugiendam esse, temperantiamque expetendam. *Id.* 1. *Divinat.* 32. 68. Tum neque te ipsum non esse commotum, Marcumque Varronem et M. Catonem-, doctos homines, vehementer esse perterritos. — Et post *que* addito *potius*. *Cic. Amic.* 27. 101. Sed nec illa exstincta sunt, aluntur*que* potius et augentur cogitatione.

NĔCĀTĬO, ōnis, f. 3. necandi actus, occisio. *Isid.* 5. *Orig.* 26. Quasi hominis quædam necatio.

NĔCĀTOR, ōris, m. 3. (neco) *occisore*, *ἀναιρετής*, *φονεύς*, qui necat. *Lamprid. Commod.* 18. Necator civium. *Macrob.* 1. *Saturn.* 12. *ante med.* Marti dicatus, deo plerumque hominum necatori.

NĔCĀTRIX, īcis, f. 3. (neco) *occiditrice*, interfectrix, *ὀλέτειρα*. *Augustin. de consens. Euang.* 13. *ante med.* Necatrix Domini lingua Judæorum.

NĔCĀTUS, a, um. *V.* NECO.

NECDUM *vel* nec dum *et* neque dum *vel* nequedum, adverb. vel conjunctio, quæ valet et nondum, sed nondum, *οὔτε πω*, *οὐδέπω* (It. *e non per anche*, *ma non ancora*, *non ancora*; Fr. *et pas encore*; Hisp. *no aun*; Germ. *und noch nicht*; Angl. *nor as yet*, *not yet*). Occurrit — *a*) Apud aureæ ætatis Scriptores primo loco positum. *Cic.* 6. *Att.* 1. Cassius ineptas litteras misit: necdum Bibuli erant allatæ. *Liv.* 33. 1. Querentes coloniam suam novam et infirmam, necdum satis munitam esse. Sic *Tac.* 15. *Ann.* 3. Ceterum Pætus, spretis ominibus, necdum satis firmatis hibernaculis -, rapit exercitum trans montem Taurum. *Sueton. Aug.* 10. Quamquam patricius, necdum senator. *Virg.* 9. *Ecl.* 26 Immo hæc quæ Varro, necdum perfecta, canebat. *Id.* 5. *Æn.* 608. Multa movens, necdum antiquum saturata dolorem. *Id.* 11. *ibid.* 70. Cui neque fulgor adhuc, necdum sua forma recessit. *Id.* 2. *G.* 539. Necdum etiam audierant inflari classica, necdum Impositos duris crepitare incudibus enses. - Et uni postpositum voci apud *eumd.* 5. *Æn.* 414. bis ego suetus, Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum Temporibus geminis canebat sparsa senectus. *Cic.* 14. *Att.* 10. *extr.* Ille autem quid agat, si scis, neque dum Roma es profectus, scribas ad me velim. *Id. Cluent.* 27. 73. Qui quodam odore suspicionis Stalenum corruptum esse sensisset, neque dum rem perfectam arbitraretur. *Cæs.* 1. *B. C.* 58. Qui repente ex onerariis navibus erant producti, neque dum etiam vocabulis armamentorum cognitis. *Cels.* 5. 26. *n.* 33. Si nigrities est, neque dum serpit, imponenda sunt, quæ carnem exedant. Si magis putre est, jamque procedit ac serpit, opus est etc. *Ita edidit* Targa; *at* Lindenius: quæ nequedum etc. — *b*) Apud recentiores, *necdum*, præsertim particulis *et*, *atque* præmissis, est idem ac *nondum*. *Plin. Paneg.* 56. Quo fit, ut prope in immensum diffundatur oratio mea: et necdum de biennio loquor. *Colum.* 10. *R. R.* 55. Atque ubi jam tuto necdum confisus Olympo, Sed trepidus profugit Chelas et spicula Phœbus Dira Nepæ -, Nescia plebs generis matri ne parcite falsæ. — *c*) *Necdum tamen* majore, quam simplex *necdum*, pollet gravitate. *Cic.* 6. *Att.* 3. *ante med.* Necdum tamen ego Quinctum conveneram. *Id.* 3. *Tusc.* 28. 68. Philosophi summi, neque dum tamen sapientiam consecuti, nonne intelligunt in suomo se malo esse? — Similiter *Id.* 3. *ad Q. fr.* 8. Sed ejus rei maturitas neque dum venit, et tamen, quum voles, depones. — *d*) *Adhuc*, quod sane abundat, cum *necdum* jungitur apud *Sueton. Ner.* 7. Tener adhuc, necdum matura pueritia. *Id. Galb.* 5. Quæ maritum quoque adhuc, necdum cælibem Galbam adeo multis sollicitaverat modis, ut etc.

NECERIM, nec eum. *Festus p.* 162. 21. *Müll.* Est autem pro *nec im*, h. e. nec eum, inquit *Scalig. V.* IM.

NĔCES. *V.* NEX.

NĔCESSĀRĬE *et*

NĔCESSĀRĬŌ, adverb. (necessarius). Hoc illo est multo usitatius; et valet idem atque ex necessitate, *ἐξ ἀνάγκης*, *ἀναγκαίως* (It. *necessariamente*, *di o per necessita*; Fr. *nécessairement*, *par nécessité*; Hisp. *necessariamente*; Germ. *nothwendig*, *unumgänglich*, *unvermeidlich*; Angl. *necessarily*). Occurrit — *a*) Forma *necessarie* apud *Cic.* 1. *Invent.* 29. 44. Necessarie demonstrantur ea, quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt. *Val. Max.* 7. 6. *n.* 3. Care quidem, verum necessarie comparato cibo. — *b*) Forma *necessario* apud *Cic.* 6. *Fam.* 10. *ad fin.* Ut jam simul cum republica necessario reviviscat. *et* 5. *ibid.* 21. Plerique eorum, quibuscum vivo necessario. *Nepos Alcib.* 8. Necessario classe conflicturos. *Cæs.* 1. *B. G.* 17. Quod necessario rem Cæsari enunciarit.

Sall. Jug. 24. Necessario copias parat. *Auct. B. Alex.* 5. Plebes ac multitudo ea (*aqua*) contenta est necessario, quod fons urbe tota nullus est.

NĔCESSĀRĬUS, a, um, adject. (necesse). Caret gradibus, et pro iis dicimus *magis, minus, maxime necessarius. Tertull.* tamen dixit *Testim. anim.* 4. necessariorem sententiam: *Patient.* 11. necessarior medela: *Habit. mul.* 5. necessariores operas: *Car. Chr.* 7. *a med.* quasi necessarius aliquid afferrent: *Resurr. carn.* 31. necessarioris restitutionis. — Necessarius est is, sine quo aliquid fieri non potest, necessitatem conjunctam habens. Necessarium, inquit *Opilius Aurel.* apud *Festum* p. 162. 6. *Müll.*, in quo non sit cessandum: aut sine quo vivi non possit: aut sine quo non bene vivatur: aut quod non possit prohiberi, quin fiat. *V.* NECESSE. Gr. ἀναγκαῖος (It. *necessario*; Fr. *nécessaire, absolu, inévitable, forcé*; Hisp. *necesario, absoluto, inevitable*; Germ. *nothwendig, unumgänglich, unvermeidlich*; Angl. *necessary, needful, unavoidable, indispensable*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 10. *Phil.* 9. 19. An, quum illum necessarium et fatalem pæne casum non tulerimus, hunc feremus voluntarium? *Id. Tim.* 12. Commonstravit leges fatales et necessarias. *Id.* 2. *Invent.* 49. 145. Id quod imperatur, necessarium; illud quod permittitur, voluntarium est. *Id. Topic.* 16. 60. Quum erit talis causa, ut in ea non sit efficiendi necessitas, necessaria conclusio non sequitur. *Cæs.* 1. *B. C.* 40. Necessaria re coactus locum capit superiorem. *et* 3. *ibid.* 96. Cui semper omnia ad necessarium usum defuissent. *Cic.* 2. *Fam.* 6. Res maxime necessaria. *Id.* 2. *Invent.* 49. 145. Res utiliores, honestiores, magis necessariæ. *Id.* 1. *Off.* 4. 11. Omnia, quæcumque sunt ad vitam necessaria, anquirere. *Id.* 3. *Legg.* 18. 41. Est senatori necessarium nosse rempublicam. *Quintil.* 12. 11. 17. Philosophorum quoque opiniones velimus legere, necessarium est. *Cæs.* 1. *B. G.* 16. Quod tam necessario tempore, tam propinquis hostibus, ab iis non subleventur. *in tempo così urgente*, quo tempore tam necessarium est habere frumentum. *Sall. Jug.* 76. Plebs sic accensa, uti opifices agrestesque, relictis operibus, frequentarent Marium, et sua necessaria post illius honorem ducerent. ¶ 2. Speciatim. *Necessariæ partes* sunt pudenda virilia, nam, ut ait *Artemidor. Onirocrit. l.* 1. *c.* 47. Τὸ αἰδοῖον ἀναγκαῖον τε καλεῖται, καὶ τῆς ἀνάγκης ἐστὶ σύμβολον. V. *Caji loc. cit.* in CONSUTUS. Similiter de pudendis muliebribus *Firmic.* 4. *Mathes.* 18. At ex necessariis et muliebribus locis grave valetudinis discrimen inducit. *V.* NECESSITAS I. *d.*

II.) Translate. *Necessarius* absolute, et *Necessaria* est *parente, congiunto, amico, confidente*, ἀναγκαῖος. Necessarii sunt, ut Gallus Ælius ait apud *Festum* p. 162. 9. *Müll.*, qui aut cognati, aut affines sunt, in quos necessaria officia conferuntur præter ceteros. Adde *Non.* p. 354. 9. *Merc.* Neque tamen solum de cognatis et affinibus, sed de amicis quoque et familiaribus dicitur. *Gell.* 13. 3. Qui ob hoc ipsum jus affinitatis familiaritatisve conjuncti sunt, necessarii dicuntur. — *a*) Absolute. *Cic. Mur.* 35. 73. Virgo Vestalis, hujus propinqua et necessaria. *Id. Sull.* 1. 2. L. Torquatus, meus familiaris ac necessarius. *Id.* 13. *Fam.* 29. In iis necessariis, qui tibi a patre relicti sunt, me tibi esse vel conjunctissimum. *et ibid.* 72. Cerelliæ, necessariæ meæ, rem, nomina, possessiones commendavi tibi. *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 6. *extr.* Noli pati, a necessariis tuis necessario meo injuriam fieri. *Balb. et Opp. ad Cic. post ep.* 8. *l.* 9. *ad Att.* Ut contra alterutrum, quum utrique sis maxime necessarius, arma feras. *Priscian.* 18. *p.* 1169. *Putsch.* Nos quoque (*ut Græci*) « similis illius » et « illi affinis, cognatus, hospes, necessarius, frater, fratruelis » et similia. — *Necessarius angustus*, est qui maxima cognatione vel affinitate cum aliquo est conjunctus, *parente stretto. Fragm. jur. civ* (edente *A. Maio*) *p.* 86. Divus Titus Antoninus parens noster necessariis angustis ratione ejus consortii, quod nascendi tempore liberis et parentibus datur, cogitans, non admitti scrupulosam inquisitionem statuit: nec id circo patris indignatione posse donationem justam umquam rescindi, summa cum ratione placuit. — *b*) Adjective *Nepos Datam.* 6. Ab homine tam necessario se relictum. *h. e.* a socero. *Matius ad Cic.* 11. *Fam.* 28. Mortem hominis necessarii graviter fero. *h. e.* amici. *Ulp. Dig.* 24. 3. 21. Si ideo maritus ex dote expendit, ut a latronibus redimeret necessarias mulieri personas. — *Heres necessarius*, et *Heres suus et necessarius. V.* HERES.

NĔCESSĔ, adject. n. indeclin., ut *abunde*. Olim, teste *Donato* ad *Ter. Eun.* 5. 6. 27. declinabatur *necessis, necesse*, et *necessus, a, um.* Unde *necessum* non raro reperitur. — Quod ad etymon attinet, derivant alii a *ne* et *cesso* vel *cedo*, quia ubi est necesse, minime est cessandum: alii a *nec esse*: alii per aphæresin ab ἀνάγκη. — Ceterum *necesse* et *necessum* (quod jungitur tantum cum verbis *esse* et *habere*) est quod vi aliqua cogente fieri opus est, necessarium, ἀναγκαῖον (It. *necessario, di necessità*; Fr. *nécessaire, absolu, indispensable, inévitable, forcé*; Hisp. *necesario, absoluto, inevitable*; Germ. *unausweichlich, unumgänglich, unabänderlich, nothwendig*; Angl. *necessary, of necessity, needful*). Occurrit — 1.°) Forma *necesse* — *a*) Cum v. *esse* et relativo. *Cato* apud *Senec. Ep.* 94. *ante med.* Emas, non quod opus est, sed quod necesse est. *non ciò che torna a bene, ma che è puramente necessario. Cic. Sull.* 7. 22. At hic etiam, quod tibi necesse minime fuit, facetus esse voluisti. — *b*) Cum v. *esse* et Infinito. *Ter. Eun.* 5. 5. 28. Necesse fuit hoc facere. *Cic. Fat.* 9. 18. Homini necesse est mori. *Id.* 7. *Fam.* 31. Acilio non fuisse necesse meas dari litteras, facile patior. — *c*) Cum v. *esse* et Conjunctivo sine part. *ut. Cic.* 1. *Orat.* 12. 50. Hæc oratio aut nulla sit, necesse est, aut omnium irrisione ludatur. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 111. Jura inventa metu injusti fateare necesse est. *Nepos Epam.* 10. Leuctrica pugna non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit, necesse est. — *d*) Cum v. *esse* et Conjunctivo præmissa part. *ut* perrarum est. *Cic.* 4. *Herenn.* 16. 23. Quos tanto opere timeat, eos necesse est, ut, quoquo modo possit, veneficio petat. *Colum.* 3. *R. R.* 21. 6. Si vero-capere cujusque generis fructum aveat, primum necesse est, ut negligentiæ vindemiatorum aleam subeat. *Gell.* 2. 27. Neque necesse est, hodie uti vos auferam. — *e*) Cum v. *habere* et Infinito. *Cic. Partit. orat.* 13. 47. Non habebimus necesse semper concludere. *Id.* 10. *Att.* 1. *extr.* Eo minus habeo necesse scribere, aut etiam cogitare, quid sim facturus. — 2.°) *Necessum* occurrit — *a*) Cum v. *esse* et Infinito. *Afranius* apud *Charis* 2. *p.* 186. *Putsch.* Quod sit necessum scire. *Plaut. Stich.* 1. 3. 66. Foras necessum est, quidquid habeo, vendere. *Id. Mil. glor.* 4. 3. 25. Dicas, uxorem tibi necessum esse ducere. Adde *eumd. Cas.* 2. 5. 36. et *Asin.* 5. 2. 45. *Lucret.* 2. 467. nec tamen hæc retineri hamata, necessumst. Adde *eumd.* 4. 1000. *Liv.* 34. 5. Necessum est paucis respondere. *Alii leg.* necesse. *Id.* 39. 5. Num omne id aurum in ludos consumi necessum esset? *Martial.* 5. 57. Tonsorem capiti non est adhibere necessum. — *b*) Cum v. *esse* et Conjunctivo sine particula *ut. Lucret.* 4. 118. quid præterea primordia quæque, Unde anima atque animi constet natura necessumst? *Id.* 5. 377. Quare etiam nativa necessumst confiteare Hæc eadem.

NĔCESSĬTAS, ātis, f. 3. (necesse) vis, qua cogimur aliquid facere aut omittere, fatum, necessitudo, ἀνάγκη (It. *necessità, bisogno estremo, stretta, premura urgente*; Fr. *nécessité absolue, ce qui ne peut être évité, changé, différé, empêché*; Hisp. *necesidad, lo que obliga, precisa à excutar alguna cosa*; Germ. *die Unausweichlichkeit, Unabänderlichkeit, Unvermeidlichkeit, Nothwendigkeit, d. Zwang*; Angl. *necessity, needfulness, force, compulsion, constraint, fate*).

I.) Proprie — *a*) Generatim. *Cic.* 1. *Nat. D.* 20. 55. Hinc exsistit illa fatalis necessitas, quam εἱμαρμένην dicitis, ut, quidquid accidat, id ex æterna veritate causarumque continuatione fluxisse dicatis. *Id.* 4. *Fam.* 9. Ut etiamsi natura tales non sint, necessitate esse cogantur. *Id. ibid.* Tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum. *Id.* 2. *Off.* 16. 56. Veniam necessitati dare. *Id. Orat.* 69. 230. servire. *Id. Quinct.* 16. 51. Vi ac necessitate coactus. *Id.* 1. *Nat. D.* 7. 17. Nulla necessitate adstrictus. *Cæs.* 6. *B. G.* 11. adductus. *Cic.* 10. *Phil.* 1. 2. Necessitatem alicui afferre. *Id.* 4. *Att.* 5.; et *Liv.* 21. 43. imponere. *Auct. B. Alex.* 44. injungere. *Cic. Rosc. Am.* 34. 97. Quæ necessitas eum tanta premebat, ut etc? *Id. Mil* 17. 45. Miloni exeundi non causa solum, sed etiam necessitas fuit. *Id.* 2. *Off.* 21. 74. Necessitas mihi obvenit cujuspiam rei. *Tac.* 6. *Ann.* 10. ingruit. *Auct. B. Afr.* 79. Ad necessitatem adductus dimicandi. *Tac.* 3. *Hist.* 62. Ex necessitate aliquid facere. *Liv.* 21. 43. Ac nescio an majora vincula majoresque necessitates vobis, quam captivis vestris, fortuna circumdederit. Dextra lævaque duo maria claudunt, etc. — *b*) Speciatim *extrema* et *ultima*, et *suprema necessitas* est mors. *Sall. in orat. Lepidi contra Sull. circa med.*; et *Tac.* 15. *Ann.* 61. *extr.* et 1. *Hist.* 72. — *c*) De summa vi, qua in tormentis quis fateri cogitur. *Tac.* 15 *Ann.* 57. Clariore exemplo libertina mulier, in tanta necessitate alienos ac prope ignotos protegendo, quum ingenui et viri et equites R. senatoresque intacti tormentis, carissima suorum quisque pignorum proderent. — *d*) De vi cupidinis Venereæ. *Lactant.* 6. 23. *sub init.* Scit ergo adversarius ille noster (*diabolus*), quanta sit vis hujus cupiditatis, quam quidam necessitatem dicere maluerunt — *e*) Facere de necessitate virtutem, *far di necessità virtù*, est apud *Hieronym.* 3. *in Rufin. n.* 2. et *Ep.* 54. *n.* 6.

II.) Translate. ¶ 1. Concreto, uti ajunt, sensu *necessitates* sunt res necessariæ, necessaria negotia, *interessi, premure. Cic.* 1. *Off.* 5. 17. Reliquis autem tribus necessitates propositæ sunt ad eas res parandas, quibus actio vitæ continetur. *Cæs.* 7. *B. G.* 89. Id se bellum suscepisse, non suarum necessitatum, sed communis libertatis causa, demonstrat. — Item onera, et impensæ necessariæ et inevitabiles, *spese necessarie*: quibus opponuntur largitiones, apud *Tac.* 1. *Ann.* 11. ¶ 2. Item inopia, et indigentia rerum ad vitam necessariarum; *bisogni. Sueton. Cæs.* 68. Famem et ceteras necessitates tantopere tolerabant, ut etc. *Id. Tib.* 46. Paucorum senatorum inopia sustentata, negavit se aliis subventurum, nisi senatui justas necessitatum causas probassent. *Plin.* 5. *Ep.* 19. *sub fin.* Est enim tam parcus et continens, ut non solum delicias, verum etiam necessitates valetudinis frugalitate restringat. ¶ 3. Est etiam *necessitas* vinculum affinitatis, cognationis, amicitiæ, necessitudo, *vincolo di parentela o amicizia. Cic. Rosc. Am.* 24. 66. Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis. *Id. Sull.* 1. 2. Si nostram in accusatione sua necessitatem familiaritatemque violasset. *C. Cæsar* apud *Gell.* 13. 3. et *Non. p.* 354. 11. *Merc.* Equidem mihi videor, pro nostra necessitate, non labore, non opera, non studio defuisse. ¶ 4. *Necessitas* quasi dea a Romanis est habita. *Horat.* 1. *Od.* 35. 17. Te (*Fortuna*) semper anteit sæva (*al.* serva) Necessitas. Cf. *Macrob.* 1. *Saturn.* 19.; et *V.* CLAVUS. Similiter *Horat.* 3. *Od.* 1. 14. æqua lege Necessitas Sortitur insignes et imos: Omne capax movet urna nomen.

NĔCESSĬTŪDO, ĭnis, f. 3. (necesse) idem quod necessitas, ἀνάγκη, *necessità*.

I.) Proprie occurrit præcipue apud veteres, raro admodum apud *Cicer.*; *V.* locum *Gellii* allatum infra sub II. 1. init. *Sisenna* apud *Non.* p. 354. 6. *Merc.* Id me neque metu, neque calamitatis necessitudine inductum facere. *Cic.* 2. *Invent.* 57. 170. Puto hanc esse necessitudinem, cui nulla vi resisti potest: quæ neque mutari, neque leniri potest. *Id. ibid.* 20. 61. An (*agatur*) necessitudine, quod aliter modo agi non possit. *Id. ibid.* 57. 171. Esse quasdam cum adjunctione necessitudines, quasdam simplices et absolutas. *Sall. Cat.* 34. *in fin.* Neve eam nobis necessitudinem imponatis, ut quæramus quonam modo maxime ulti sanguinem nostrum pereamus. *Id. ibid.* 61. Non eadem nobis et illis necessitudo impendet. *et ibid.* Necessitudo etiam timidos fortes facit. *Id. Jug.* 52. Coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. *Id. Cat.* 17. In unum omnes convocat, quibus maxima necessitudo, et plurimum audaciæ. *h. e.* vis aliqua calamitatis, quæ conjurare cogebat. *Tac.* 3. *Ann.* 64. Juliæ valetudo atrox necessitudinem

principi fecit festinati in Urbem reditus. *Vellej.* 2. 50. 2. Miserrima necessitudo. Adde *Sempron. Asellionem* apud *Gell.* 13. 3. *in fin.*

II.) Translate. ¶ 1. Frequentius sumitur pro vinculo cognationis, affinitatis, amicitiæ et familiaritatis, *vincolo di parentela o amicizia*: ad rem *Gell.* 13. 3. *in fin.* Plerique grammaticorum asseverant, *necessitudinem* et *necessitatem* longe differre, ideo, quod *necessitas* sit vis quædam premens et cogens; *necessitudo* autem dicatur jus quoddam et vinculum religiosæ conjunctionis idque unum solitarium significat. (Distinguit tamen *Ennod.* 3. *Ep.* 15. Rarum est, ut necessitati amor fultus necessitudine colla submittat.) *Sall. Jug.* 82. Etiam antea Jugurthæ filia Bocchi nupserat: verum ea necessitudo apud Numidas levis ducitur. *Cic.* 13. *Fam.* 10. Mos majorum hanc quæsturæ liberorum necessitudini proximam voluit esse. *Id. Cluent.* 70. 199. Atque etiam nomina necessitudinum, non solum naturæ nomen et jura mutavit: uxor generi, noverca filii, filiæ pellex. *Hirtius* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 6. Ex nostra necessitudine, quæ ad summam benevolentiam pervenit. *Cic. Amic.* 20. 71. Qui sunt in amicitiæ conjunctionisque necessitudine superiores, exæquare se cum inferioribus debent. *et Quinct.* 4. 16. Necessitudo et affinitas. *Id. Mur.* 3. 7. Familiaritatis necessitudinisque oblitus. *Id.* 13. *Fam.* 27. Summa necessitudine et summa conjunctione adductus. *Q. Cic. Petit. cons.* 7. 26. Aliqua necessitudine adjunctus alicui. *Cic. Orat.* 56. 186. Habere cum quopiam aliquam necessitudinem, aut cognationem. *Id.* 13. *Fam.* 11. Bonos viros ad necessitudinem suam adjungere. *et ibid.* 19. Recipere aliquem in suam necessitudinem. *et ibid.* Necessitudinem sancte colere. *Id.* 1. *ad Q. Fr.* 1. 1. *sub fin.* Summa necessitudine aliquem attingere. *Id.* 6. *Verr.* 65. 145. Necessitudinem cum aliquo conjungere. *Sueton. Aug.* 62. Jungi necessitudine alicui. *Auct. B. G.* 8. 53. Necessitudines parare. *Cic. Sext.* 17. 39. Sunt mihi cum illo omnes amicitiæ necessitudines. *Id.* 13. *Fam.* 39. Cum familia Titurnia necessitudo mihi intercedit vetus. *Plin.* 7. *Ep.* 16. Calestrium Tironem familiarissime diligo, et privatis mihi et publicis necessitudinibus implicitum. — *Necessitudines regni* dicit *Cæsar* vincula tutelæ atque hospitii, quæ erant Pompejo cum Ægypti rege, 3. *B. C.* 106. ¶ 2. *Necessitudines* (abstractum pro concreto, uti ajunt) sunt etiam ipsi affines, aut amici, *parenti, o amici. Sueton. Tib.* 11. *ad fin.* Petiit, ut sibi permitteretur revisere necessitudines, quarum desiderio teneretur. *Id. Aug.* 17. Remisit tamen hosti judicato necessitudines amicosque omnes. *Tac.* 3. *Hist.* 59. *extr.* Vitellius, respectu suarum necessitudinum, nihil in Domitianum atrox parabat. *Curt.* 4. 10. *a med.* Crederes Alexandrum inter suas necessitudines flere. *Festus* p. 289. 4. *Müll.* Rapi simulatur virgo ex gremio matris, aut si ea non est, ex proxima necessitudine, quum ad virum trahitur. *Ammian.* 13. 5. Relictis obsidum loco necessitudinibus suis.

NĔCESSO, ās, āre, a. 1. *necessitare*, necessitatem affero, cogo. *Venant.* 2. *Vit. S. Martin.* 412. Nam cibus et somnus, nisi quod natura necessat, etc. *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. 444. post Chr. n., apud *Marin. Pap. Dipl. n.* 73. ID QVOD DOMVI NOSTRAE NECESSATVR. *h. e.* necessarium est.

NĔCESSUM. *V.* NECESSE.

NECEUNT, non cunt. *Paul. Diac.* p. 163. 11. *Müll.* V. *Müllerum* in *Supplem.-Annotat.* p. 387. *cl.* 1.

NECHON, i, n. 2. est nomen cujusdam aromatis, quod bellariis servandis inserviebat. *Apic.* 1. 14.

NECNĔ *vel* nec ne, particula interrogativa, dubitativa, quæ secundo loco ponitur (It. *o no*; Fr. *ou non*; Hisp. *ó no*; Germ. *oder nicht*; Angl. *or not*, *or no*). Occurrit — 1.°) Sæpissime in obliqua interrogatione; — *a)* Sine addito Verbo, quod primo tantum loco ponitur præcedente part. *ne*, vel *utrum*. *Plaut. Capt.* 2. 2. 33. Nunc vivatne, necne, id Orcum scire oportet scilicet. *et ibid.* 3. 5. 53. Cogitato-emitteresne, necne, eum servum manu. *Sic recentiores restituerunt.* Ceterum *Cic. Rosc. com.* 17. 52. Quæro, potueritne Roscius ex societate partem suam petere, necne? — *Id. Cic.* 6. *Verr.* 16. 35. Jamdudum ego erro, qui quæram, utrum emeris, necne. *Orellius* omisit *necne*, quod tamen aliqui Codd. exhibent. *Cæs.* 1. *B. G.* 50. Utrum prælium committi ex usu esset, necne. — *b)* Sine addito Verbo, quod primo tantum loco ponitur sine ulla particula. *Ter. Heaut.* 1. 1. 43. Nunc habeam, necne, incertum est. *se l'abbia, o no. Cic. Mur.* 11. 25. Posset agi lege, necne, pauci quondam sciebant. *Id.* 2. *Fam.* 17. Parthi transierint, necne, præter te video dubitare neminem. *Nepos Eumen.* 11. Nondum enim statuerat, eum conservaret, necne. — Pro *an.* (sic *Forcellinus*) apud *Horat.* 1. *Sat.* 4. 45. Idcirco quidam, comœdia necne poema Esset, quæsivere. *h. e.* an comœdia esset poema. Subintelligitur tamen: *an comœdia esset poema, necne.* Sic et. *Forcellinus.* Sed *an-ne* numquam dicitur: V. *Spalding.* ad *Quintil.* 1. 4. 21. et 7. 3. 30. — *c)* Verbum in secunda parte apponitur, et sæpius idem Verbum iterum ponitur. *Cic.* 1. *Nat. D.* 14. 37. Aristo dubitat omnino, deus animans, necne sit. *Id.* 1. *Nat. D.* 22. 61. Quæritur, sintne dii, necne sint. *et* 3. *ibid.* 7. 17. Dii utrum sint, necne sint, quæritur. *Id.* 2. *Tusc.* 12. 29. Hoc doce, doleam, necne doleam, nihil interesse. *Id.* 1. *Divinat.* 39. 86. Fiat, necne fiat, id quæritur. — 2.°) In recta interrogatione raro admodum occurrit. *Cic.* 3. *Tusc.* 18. 41. Sunt hæc tua verba, necne? *Lucret.* 3. 713. *Lachmann.* Semina præterea linquuntur, necne, animai Corpore in exanimo.

NECNON *vel* nec non *et* neque non, conjunct., et, etiam (It. *e, e anche, parimente, così pure*; Fr. *et, et aussi*; Hisp. *y, y tambien*; Germ. *und auch, und doch*; Angl. *and, also, and also, and besides, likewise*). Hæc conjunctio inservit — 1.°) Affirmationi in clariori luce collocandæ; et occurrit — *a)* Sine additis. *Varro* 1. *R. R.* 1. 6. Quibus propitiis, neque rubigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent. *Id. ibid.* 7. 10. Paria singula veneunt ducenis nummis, necnon eximia singulis millibus nummum. *et* 3. *ibid.* 2. 14. Ibi vidi greges magnos anserum, gallinarum, gruum, pavonum, necnon gliriorum, piscium, aprorum. Adde *eund.* 2. *ibid.* 11. 11. et alibi sæpe. *Virg.* 9. *Æn.* 169. armis Alta tenent, necnon trepidi formidine portas Explorant. *Ovid.* 7. *Met.* 317. minuuntur corporis artus, Cornuaque exuitur, necnon cum cornibus annos. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 8. Vitis habilis arbori, necnon jugo. *Pallad.* 11. *R. R.* 11. Item betam locis sicioribus, necnon amoraceam seremus. — *b)* Uno pluribusve verbis interpositis, præcipue apud *Cicer.*, ut *Mil.* 32. 86. Nec vero non eadem ira deorum hanc ejus satellitibus injecit amentiam. *Id.* 2. *Orat.* 85. 347. Neque tamen illa non ornant, habiti honores, decreta virtutis præmia etc. *Id. Rosc. Am.* 15. 45. Neque hæc tu non intelligis. *Id.* 4. *Cat.* 2. 3. Nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris carissimi-mærore non movear: neque meam mentem non domum sæpe revocat exanimata utor. Animadversione dignum est illud *ejusd. Cic.* 1. *Orat.* 14. 62. Nec, si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisset de navalium opere dicendum, non, quum ab illo causam didicisset, ipse ornate de alieno artificio copioseque diXisset. *Varro* 1. *R. R.* 4. 4. Nec hæc non deminuitur scientia. — *c)* *Necnon* habet post se *etiam, et, que, quoque. Virg.* 2. *G.* 413. necnon etiam aspera rusci Vimina per silvas et ripis fluvialis arundo Cæditur. *Varro* 2. *R. R.* 1. 22. Laborant propter æstus, aut propter frigora, necnon etiam propter nimium laborem. *Sueton. Gramm.* 23. Necnon etiam poemata faciebat ex tempore. — *Virg.* 1. *Æn.* 707. Necnon et Tyrii per limina læta frequentes Convenere. *Varro* 1. *R. R.* 13. 6. Orcæ in Hispania fervore musti ruptæ, neque non et dolia in Italia. *Al.* necnon d. ut in. *Colum.* 8. *R. R.* 15. 6. Gratissima est esca panicum et milium, necnon et hordeum. *Sueton. Tit.* 5. Suppliciter, necnon et miseriter eflagitantes. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 22. 38. (118). Intus granum spissum, letale animalibus: necnon et folio eadem vis. — *Virg.* 12. *Æn.* 23. necnon aurumque animasque Latino est. — *Quintil.* 3. 7. 18. Afferunt laudem liberi parentibus, arte inventoribus, necnon instituta quoque auctoribus. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 41. (144). Necnon olus quoque silvestre est celebratum. — *d)* *Nec* sive *neque non tamen* est *et tamen. Ovid. Heroid.* 4. 69. Tunc mihi præcipue (necnon tamen ante) placebas. *Cic.* 3. *Fam.* 12. Neque enim tristius dicere quidquam debeo ea de re, quam tu ipse omnibus optimis prosequeris: neque non me tamen mordet aliquid. *Cælius* apud *Cic.* 10. *Att.* 9. Neque id, quid esset, perscripsisti, neque non tamen, quale esset quod cogitares, aperuisti. — 2.°) Servit continuandæ jungendæque orationi. *Virg.* 2. *G.* 449. Nec tiliæ leves, aut torno rasile buxum Non formam accipiunt, ferroque cavantur acuto: Nec non et torrentem undam levis innatat alnus Missa Pado. *similmente, parimente. Varro* 1. *R. R.* 1. 6. Nec non etiam precor Lympham et Bonum Eventum. *et* 2. *ibid.* 11. 11. Neque non quædam nationes caprarum pellibus sunt vestitæ. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Necnon et hodie multifariam ab oraculis medicina petitur. *Varro* 2. *R. R.* 5. 9. Neque non præterea, ut mares seminis boni sint etc.

NĔCO, cas, cāvi, cātum (*frequentius quam* cŭi, ctum), care, a. 1. Part. *Necans, Necatus, Necaturus* et *Necandus* I. — *Nectus* pro *necatus* agnoscitur a *Diomed.* 1. p. 362. *Putsch.* et *Priscian.* 9. p. 861. cum eo discrimine, de quo infra dictum est. Quidam legunt etiam apud *Cic.* 3. *Legg.* 10. 24. Quin per ipsum Ti. Gracchum non solum nectus, sed etiam sublatus intercessor fuerat. Sed alii aliter. Locus est enim varie vexatus. Idem dic de loco altero *Sereni Sammon.* 33. 627., apud quem nonnulli leg. Pulegio admixto venit embryo nectus aceto. *Alii repon.* Pulegii quoque purgati tunc convenit imber. *Morgagnus* priorem versum retinere videtur. — Necare, a νέκυς *mortuus*, unde et *nex*, est necem afferre, occidere, interimere. Volunt proprie usurpari, quum de morte illata sine vulnere et ictu sermo est, ut veneno, fame, igne, præfocando, etc. *Festus* p. 162. 4. *Müll.* Neci datus proprie dicitur, qui sine vulnere interfectus est, ut veneno, aut fame. *Id.* p. 178. 18. *Müll.* Occisum a necato distingui quidam volunt, quod alterum a cædendo atque ictu fieri dicunt, alterum sine ictu. *Priscian.* 9. p. 861. hoc discrimen agnoscit in præteritis. Proprie, inquit, *necatus* ferro, *nectus* vero alia vi peremptus dicitur. Eadem habet *Diomed.* 1. p. 362. Hoc tamen discrimen non est perpetuum; nam *Coripp.* 4. *Johann.* 361. *necuisse*, non *necavisse* usurpat de morte ferro illata. *Justin.* dicit *occisum* eum (17. 1. 6.), qui veneno sublatus fuerat. Et *Inscript.* apud *Gruter.* 519. 3. QVI PRIVSQVAM IN PENSILI POSITA VRGVENTE FATO SANVM NEGAVIT SE. Gr. φονεύω, κτείνω (It. *far morire, ammazzare*; Fr. *tuer, faire périr, mettre á mort*; Hisp. *matar, quitar la vida á otro*; Germ. *tödten*; Angl. *to put to death, slay, kill, destroy*).

I.) Proprie. — *a)* De hominibus et brutis animantibus. *Ennius* apud *Priscian. loc. cit.* Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis. *Id.* apud *Rufinian. de fig. sent. et eloc.* § 37. *Ruhnk.* Pro malefactis Helena redeat, virgo pereat innocens? Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia? *Cic. pro leg. Manil.* 5. 11. Legatum populi Romani vinculis ac verberibus atque omni supplicio excruciatum necavit. *Phædr.* 4. 18. Colubra ut refecta est, necuit hominem protinus. *Sall. Jug.* 50. Uti Jugurtham maxume vivum, sin id parum procedat, necatum sibi traderent. *Sueton. Ner.* 36. *extr.* Quosdam cum pædagogis et capsariis uno prandio pariter necatos. *Ovid.* 1. *Fast.* 363. apes cum stirpe necatæ. *et ibid.* 38. fervent examina putri De bove: mille animas una necata dedit. *Id.* 2. *Amor.* 14. 22. Vidissem nullos, matre necante, dies. *Juvenal.* 6. 596. Quæ steriles facit, atque homines in ventre necandos Conducit. *Sueton. Cæs.* 81. Consanguineorum manu necari. *Cic.* 2. *ad Q. Fr.* 3. Plebem fame necare. *Sall. Jug.* 46.; *Petron. Satyr.* 117.; et *Horat.* 2. *Sat.* 7. 58. ferro aliquem. *Lucret.* 6. 787. odore tetro. *Ovid. Remed. am.* 421. morsu. *Cæs.* 1. *B. G.* 52. *in fin.* igni atque omnibus tormentis. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 37. 56. (135). suspendio ac fame. *Sillig.* vero *legit* suspendiosa fame. *Sueton. Ner.* 43. veneno. *Gell.* 17. 21. securi. *Virg.* 8. *Æn.* 488. sanie taboque fluentes Completu in misero longa sic morte necabat. *Paul. Dig.* 25. 3. 4. Necare videtur non tantum is, qui partum præfocat, sed et is, qui abjicit, et alimoniam denegat, et qui exponit. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 7. 26. (63). Venena, quæ stran-

gulando necant. *Id.* 27. *ibid.* 13. 113. (140). Thlaspi menses ciet, sed partus necat. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 36. Ore necaturas accipiemus aquas. *Plaut. Curc.* 2. 1. 21. lien necat, renes dolent, Pulmones distrahuntur, cruciatur jecur. — *b*) Refertur ad plantas. *Colum.* 2. *R. R.* 4. 1. Radices herbarum vomere perruptæ necantur. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 4. 29. (52). Salsi imbres necant frumenta. *Id.* 16. *ibid.* 44. 92. (243).; et *Laber.* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 7. Hedera serpens vires arboreas necat. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 12. 18. (89). Necat gramina pinus. — *c*) Et ad alia. *Id.* 31. *ibid.* 1. 1. (2). Aquæ flammas necant.

II.) Translate. *Seneca Hippol.* 454. Quid te coerces, et necas rectam indolem? *soffochi e opprimi.* — A *Plauto Bacch.* 5. 2. 44. adhibetur eo sensu, quo *Id.* dixit *Merc.* 1. 2. 45. Lassitudinem verba tua mihi addunt: enicas. *et Horat. Epod.* 14. 5. occidis sæpe rogando.

NĔCŌPĪNANS (*rectius quam* Nec opinans) *et* neque opinans, non opinans, nihil tale cogitans; *nec* et *neque* pro non. *Ter. Heaut.* 1. 2. 12. Ut hanc lætitiam necopinanti primus objicerem domi. *Lucret.* 3. 972. Imperfecta tibi elapsa est ingrataque vita, Et necopinanti mors ad rapit adstitit ante. *Phædr.* 5. 7. Dum pegma rapitur, concidit gravi casu Necopinans, et sinistram fregit tibiam. *Cic.* 15. *Fam.* 4. *ante med.* Ariobarzanem præsentibus insidiis necopinantem liberavi. *quando men io credea, mentre non sel pensava. Auct. B. Alex.* 63. Auxilia regis in id castellum, neque opinantibus omnibus, impetum fecerunt. *et B. Afr.* 66. Atque equitibus præmissis, neque opinantes insidiatores levi armatura concidit. *colti all'improvviso.* et *B. Alex.* 75. Cæsar neque opinans imparatusque oppressus.

NĔCŌPĪNANTER *et* Nec opinanter, adverb. idem ac necopinato. *Gloss. Philox.* Nec opinanter, ἀπροσδοκήτως.

NĔCŌPĪNĀTŌ, adverb. (*rectius quam* Nec opinato) *inopinatamente, all'improvvista,* præter exspectationem, de improviso, ἀδοκήτως. *Cic.* 3. *Tusc.* 22. 52. Tum ægritudinem exsistere, si necopinato quid evenerit. Cf. *eumd. ibid.* 24. 59. Et 3. *Fin.* 2. 8. Quod quum accidisset, ut alterutrum necopinato videremus, surrexit statim. *Id.* 2. *Phil.* 31. 77. Ut te catamitum, necopinato quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret. *Liv.* 3. 15. Propiusque novum malum necopinato exortum. *Alii leg.* necopinatum.

NĔCŌPĪNĀTUS *et* Nec opinatus, a, um, adject. *impensato, inopinato,* non prævisus, non exspectatus, ἀδόκητος. *Cic.* 1. *Nat. D.* 3. 6. Desertæ disciplinæ et jampridem relictæ patrocinium necopinatum a nobis esse susceptum. *Id.* 2. *Off.* 10. 36. Admirantur si perspiciunt necopinata quædam bona. *Liv.* 26. 51. Necopinato adventu, ac prope furto unius diei urbem interceptam. *Id.* 27. 33. *sub fin.* In necopinatam fraudem labi. *Id.* 39. 49. Vix sibimet ipsis præ necopinato gaudio credentes. *Flor.* 3. 5. *a med.* Italiam necopinatus invadere cogitavit. — Absolute, adverbiorum more. *Liv.* 4. 27. *a med.* Locum secretum ab tumultu petit, unde ex necopinato aversum hostem invadat.

NĔCŌPĪNUS (*rectius quam* Nec opinus), a, um, adject. ¶ 1. Passive est necopinatus, non prævisus, non exspectatus. *Ovid.* 1. *Met.* 224. Nocte gravem somno necopina perdere morte Me parat. *Stat.* 6. *Theb.* 778. necopinum interserit ictum Callidus. *Sil. It.* 14. 789. Et struit arcana necopina pericula cura. ¶ 2. Active est necopinans, qui non prævidet. *Phædr.* 1. 10. ipsum accipiter necopinum rapit. *Auson. Grat. act. ad Gratian.* 12. Tu, indulgentissime Gratiane, ut ad benefaciendum subito es necopinus ingenio, adhuc aliquid inveuis. *h. e.* ea excogitans, quæ nemo opinatur.

NEC RECTE. *V.* NEC sub 1.° *b.*

NĔCRŌMANTĪA, æ, f. 1. *negromanzia,* νεκρομαντεία, divinatio per cadavera et umbras mortuorum evocatas ad sua cadavera. *Cic.* 1. *Tusc.* 16. 37. Græcis litteris scripsit. Græca enim est a νεκρός *mortuus,* et μαντεία *vaticinatio.* At Latinis *Augustin.* 7. *Civ. D.* 35.; *Lactant.* 2. 16.; et *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (132). ubi ait, de Nicia pictore loquens: Opera ejus, Nemea, Hyacinthus, Liber pater, Necromantia Homeri. Ubi intelligit eam Odysseæ partem (*l.* 11. *v.* 23. *et seqq.*) in qua inducitur Ulysses ad inferos descendens, et cum mortuorum umbris verba faciens (*V. Bullett. archeol. Napol.* 1. *p.* 100., ubi vas describitur, in quo hujusmodi necromantia habetur.). Sunt qui hic leg. *necyomantia,* quod idem est: nam νέκυς idem sonat ac νεκρός. *Necyomantia* inscriptus fuit unus ex Mimis *Laberii,* ut constat ex *Gell.* 16. 7. et 20. 6.

NĔCRŌMANTĬUS, ii, m. 2. *negromante,* qui necromantiam exercet. *Isid.* 8. *Orig.* 9. Necromantii sunt, quorum præcantationibus videntur resuscitati mortui divinare, et ad interrogata respondere. Adde *Vet. Scholiast.* ad *Lucan.* 6. 431. *Alii leg.* nerromantici.

NĔCRŌSIS, is, f. 3. νέκρωσις, *ammortimento,* mortificatio. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *a med.* Quum importune adhibita (*ferulago*) partes faciat emori; has Græci necroses vocant.

NECRŌTHŸTUS, a, um, adject. νεκρόθυτος, umbris inferorum dicatus, oblatus per sacrificium: a νεκρός *mortuus* et θύω *sacrifico. Tertull. Spectac.* 13. Ab idolothytis et necrothytis voluptatibus abstinemus.

NECTAR, ăris, n. 3. *nettare,* νέκταρ, potus deorum, ut ambrosia cibus est. Græci promiscue et ambrosiam pro nectare, et nectar pro ambrosia ponunt, ut Anaxandridis, Sapphus et Alcmanis locis *Athen. l.* 2. *c.* 2. comprobat.

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Tusc.* 26. 65. Non enim ambrosia deos, aut nectare, aut Juventute pocula ministrante lætari arbitror. Sic *Id.* 1. *Nat. D.* 40. 112. Poetæ quidem (*diis*) nectar, ambrosiam epulas comparant et aut Juventatem aut Ganymedem pocula ministrantem. Sic *Apul.* 6. *Met.* Accumbebat-cum sua Junone Juppiter, ac deinde per ordinem toti dei. Tunc poculum nectaris Jovi quidem suus pocillator ille rusticus puer, ceteris vero Liber ministrabat. *Prudent.* 1. *in Symmach.* 276. Nectaris ambrosii sacrum putare lyæum.

II.) Translate usurpatur — *a*) Pro ipso etiam melle, aut lacte, et pro quovis vino dulciore. — Pro melle *Virg.* 4. *G.* 164. et 1. *Æn.* 437. et dulci (*apes*) distendunt nectare cellas. — Pro lacte. *Ovid.* 15. *Met.* 116. Quid meruistis oves, *etc.* pleno quæ fertis in ubere nectar? Sic *Martial.* 13. 47. Picentina Ceres niveo sic nectare crescit. *h. e.* panis ex alica agri Picentini, qui lacte mulso madefactus commendabatur in cibo, ut *Plin.* docet 18. *Hist. nat.* 11. 27. (106). — Pro vino *Stat.* 2. *Silv.* 2. 99. Bacchæum nectar. — *b*) De grato odore. *Lucret.* 2. 847. Et nardi florem, nectar qui naribus halat. — *c*) De saviorum dulcedine. *Horat.* 1. *Od.* 13. 15. oscula, quæ Venus Quinta parte sui nectaris imbuit. — *d*) De poetico melle. *V. Persii* loc. cit. in MELOS; et cf. *Capell.* 9. *p.* 308. Post hos honoratior virginum chorus Pegaseæ vocis nectare diffluebat.

NECTĂRĔA, æ, f. 1. *et*

NECTĂRĔUM, adverb. *V.* voc. seq. in fin.

NECTĂRĔUS *vel* nectarius, a, um, adject. νεκτάρεος, ad nectar pertinens.

I.) Proprie. *Ovid.* 7. *Met.* 707. Nectareis quod alatur aquis.

II.) Figurate. ¶ 1. Est nectaris saporem, vel odorem habens. *Martial.* 13. 108. Falernum nectareum. *Claudian. Nupt. Honor. et Mar.* 209. pars nectareis aspergite tecta Fontibus. *Est qui legit* Floribus. ¶ 2. Translate est suavissimus. *Apul.* 2. *Met.* Occursantis linguæ illisu nectareo. *et* 5. *ibid.* Nectareum vinum. — Hinc

Nectarea, æ, f. 1. (scil. *herba*) absolute, substantivorum more, est herba, aliis nominibus betenion, medica, symphyton etc., ex qua conditur vinum, quod *nectarites* appellatur, radice ponderis XL. in sextarios sex musti addita in linteo. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 16. 19. (108).

Nectareum, adverbii more pro dulce habet *Vet. Poeta* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 320. *Burmann.* Nectareum ridens late splendet Cytherea. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

NECTĂRĪTES. *V. Nectarea* in fin. voc. præced.

NECTO, ctis, xŭi *et* xi, xum, ctere, a. 3. Part. *Nectens* II; *Nexus* in omnibus paragr., *Nectendus* I. 1. — Nectere (quod intensivum esse videtur ab inus. *necere,* et ratione habita etymi conjungi potest cum *necesse* et Germ. *nähen, nieten*) significat simul ligare, jungere, plectere, innectere, circumdare, cingere, πλέκω (It. *legare insieme, annodare, intrecciare, attaccare, congiungere;* Fr. *attacher, lier, nouer, unir, entrelacer, joindre;* Hisp. *atar, unir, enlazar, ligar, anudar;* Germ. *knüpfen, verknüpfen, binden, verbinden, anfügen, zusammenschlingen, befestigen;* Angl. *to tie or link together, tien in a knot, knit, bind, tie, join, or fasten together, connect*).

I. Proprie. ¶ 1. Generatim. *Festus p.* 165. 2. *Müll.* Nectere ligare significat, et est apud plurimos auctores frequens, quin etiam in Commentario sacrorum usurpatur hoc modo: «Pontifex minor ex stramentis napuras nectito», id est funiculos facito, quibus sues adnectantur. Cf. *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 554. 21. *Merc.* Hi locorum pergnari, et soliti nectere ex viminibus vasa agrestia. *Virg.* 8. *Ecl.* 77. Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores. *Horat.* 1. *Od.* 29. 4. horribilique Medo Nectis catenas. *et* 4. *ibid.* 11. 2. est in horto, Phylli, nectendis apium coronis. *Id. ibid.* 26. 7. apricos necte flores, Necte meo Lamiæ coronam. *Ovid.* 6. *Fast.* 329. Hi ludunt, hos somnus habet, pars brachia nectit, Et viridem celeri ter pede pulsat humum. *h. e.* ut ait *Stat.* 1. *Achill.* 319. simulare choros, et brachia ludo Nectere. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 31. Nectere cuipiam laqueum. *Virg.* 4. *Æn.* 239. talaria pedibus. *Plin.* 9. *Ep.* 28. *a med.* alicui compedes. *Martial.* 14. 206. vinculum collo. *Id.* 7. 89. comas sertis. *Ovid.* 1. *Amor.* 2. 23. comam myrto. *Val. Flacc.* 5. 79. cornua vitta. *et* 6. 297. tempora ramo. *Ovid.* 4. *Met.* 490. Nexaque vipereis distendens brachia nodis. *Id. Heroid.* 5. 48. brachia nexa collo. *Seneca Herc. Œt.* 1098. Nectere stamina colo. *Propert.* 3. 6. 37. nostro nexisti retia lecto. (Ita legit etiam *Diomed.* 1. *p.* 366. *Putsch.*, item *Priscian.* 10. *p.* 903. *Lucil. ibid.* Et quum id mihi visus est facere, tum retia nexit.) *Al. leg.* tendisti. *Sall. fragm. ibid.* Nexuit catenæ modo. *Virg.* 5. *Æn.* 309. flavaque caput nectentur oliva. *saranno coronati.* Sic *Ovid.* 1. *Fast.* 412. pinu tempora nexa. *h. e.* coronata. *Horat.* 1. *Od.* 38. 2. Nexæ philyra coronæ. *Virg.* 1. *Æn.* 452. nexæ Ære trabes. *et* 7. *ibid.* 66. apes pedibus per mutua nexis. *Sueton. Ner.* 30. Funes nexæ purpura et cocco. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 12. (150). Nexis inter se radicibus. — Poetice *Propert.* 4. 3. 48. Africus in glaciem frigore nectit aquas. ¶ 2. Speciatim *nexi* dicuntur, quos ob æs alienum sibi servire creditor cogebat, sive vinctos, sive solutos, donec debitum solvissent, *obbligati a servire per debiti. Varro* 7. *L. L.* 105. *Müll.* Liber qui suas operas in servitutem pro pecunia quadam debebat, dum solveret, nexus vocatur, ut ab ære obæratus. Hoc C. Poplilio auctore, Visolo dictatore (*V.* ad h. l. *Müllerl* adnotat.) sublatum, ne fieret, ut omnes, qui bonam copiam jurarent, ne essent nexi, sed soluti. *Cic.* 2. *de republ.* 34. Quum sunt propter unius libidinem omnia nexa civium liberata, nectierque postea desitum. *Liv.* 8. 28. *extr.* Ita nexi soluti: cautumque in posterum, ne necterentur. *Id.* 2. 27. Et qui ante nexi fuerant, creditoribus tradebantur, et nectebantur alii. *et ibid.* 23. Nexi vincti, solutique se undique in publicum proripiunt. *Alii leg.* nexu vincti. *V.* NEXUS, us; et *Liv.* his locis *et* 8. 28. — Item universim *nexi* dicuntur, qui in carcere, aut vinculis sunt, *prigionieri, schiavi in catene. Justin.* 21. 1. 5. Nexorum tria millia e carcere dimittit. *et ibid.* 2. 2. Nec carcerem nexis, sed cædibus civitatem replet.

II.) Translate. — *a*) Dicitur de pluribus ac variis, quorum alia cum aliis junguntur, et usurpatur cum Ablat. et præpos. *ex. Cic.* 1. *Legg.* 19. 52. Videtisne, quanta series rerum sententiarumque sit; atque ut ex alio alia nectantur? *Id. Topic.* 15. 59. Et hoc genere causarum, ex æternitate pendentium, fatum a Stoicis nectitur. *Id.* 5. *Tusc.* 25. 70. Rerum causæ aliæ ex aliis aptæ et necessitate nexæ. — *b*) Item de una tantum, vel multis ejusdem generis rebus, quæ per se vel inter se ligatæ et conjunctæ sunt. *Cic.* 3. *Tusc.* 8. 17. Omnes virtutes inter se nexæ et jugatæ sunt. *Id. Orat.* 41. 140. Sed hæc, nisi collocata, et quasi structa, et nexa verbis, ad eam laudem, quam volumus, adspirare non possunt. *Seneca Œdip.* 92. Sphinx

nectens verba cæcis modis. *accozzando, intrecciando. Ovid.* 4. *Pont.* 2. 30. Numeris verba nectere. *far versi.* (Sic *Stat.* 2. *Silv.* 2. 115. carmina.) *Id.* 2. *Amor.* 2. 35. jurgia cum aliquo. *attaccar contese.* et *Liv.* 27. 28. dolum. *tramare.* Sic *Seneca Troad.* 523. pectore astus callidos. *et ibid.* 928. scelera. *Val. Max.* 3. 8. *n.* 5. *extern.* insidias. *Sil. It.* 6. 326. fraudem. *Virg.* 9. *Æn.* 219. causas inanes. *infilzare pretesti frivoli.* et *Val. Flacc.* 3. 374.; *Seneca* 3. *Ira* 39.; *Tac.* 12. *Ann.* 14.; et *Seneca alter Herc. Œt.* 10. moras. *attaccar indugi.* et *ibid.* 367. choros. *intrecciar danze*, brachia invicem nectendo saltare. *Val. Flacc.* 3. 593. fœdera. *stringere alleanze.* Et absolute *Stat.* 8. *Theb.* 637. Talia nectebant. *h. e.* colloquebantur. — *c*) Hinc de morali quoque et civili obligatione occurrit. *Justin.* 20. 4. 14. Quum sodalitii juris, sacramento quodam nexi separatam a ceteris, civibus vitam exercerent. *obbligati con giuramento. Martian. Dig.* 48. 21. 3. Crimine aliquo nexus. *h. e.* obstrictus. *Id. ibid.* 49. 14. 22. Res pignori nexas distrahere. *impegnate.* Sic *nexum æs* est pecunia, quæ per nexum obligatur apud *Festum* loc. cit. in NEXUS, us.

NECTUS, a, um. *V.* NECO init.

NĔCŬBI, adverb. *acciocchè non in qualche luogo*, ne in aliquo loco. Est a *ne* et *alicubi*, non a *nec* et *ubi*. Quare producit primam. *Cæs.* 7. *B. G.* 35. Dispositis exploratoribus, necubi Romani copias transducerent. *Liv.* 22. 2. Hispanos et Afros necubi consistere coactis necessaria ad usus deessent, primos ire jussit. Adde *eumd. ibid.* 16. et 28. et 25. 33. et 38 49. *Lucan.* 9. 1058. Scilicet hoc animo terras atque æquora lustras, Necubi suppressus pereat gener? — Quemadmodum *ut ne*, etiam *ut necubi* dicitur. *Varro* 2. *R. R.* 2. 19. Itaque faciunt lapide strata, ut urina necubi in stabulo consistat. *Colum.* 2. *R. R.* 18. 4. Grumos dissipabimus, ita ut necubi ferramentum fœnisecis (*al.* fœnisecæ) possit offendere. *Libri nonnulli omittunt* ut.

NĔCUNDĔ, adverb. *acciocchè non da qualche luogo*, ne alicunde. *Liv.* 22. 23. *extr.* Circumspectans, necunde impetus in frumentatores fieret. *Id.* 28. 1. *extr.* Signa quam maxime ad lævam jubebat ferri, necunde ab stationibus Punicis conspiceretur.

NĔCUNQUEM, nec unquam quemquam. *Festus p.* 162. 22. *Müll.*

NĔDUM, conjunct., per quam res tollitur omnino atque dicitur non in considerationem venire: ea scilicet ratione, ut, in negativa sententia, res quæ dicitur, multo minus quam res ante dicta suum locum obineat; in affirmativa autem, ut res, quæ per se intelligitur, ne demonstranda quidem videatur. Itaque *nedum* significat non solum, non modo, multo minus, οὐχ ὅσον, οὐχ ὡς (It. *non che, molto meno*; Fr. *non seulement, je ne veux pas dire, je ne dis pas*; Hisp. *no solamente*; Germ. *vollends nicht, nun gar nicht, um so weniger, viel weniger, geschweige denn*; Angl. *much less, not to say, not only*). Apud *Plautum* nusquam occurrit; apud *Terentium* semel; apud *Cicer.* cum Verbis et quidem cum Conjunctivo componitur; apud posterioris ætatis scriptores Adverbii vice fungitur. ¶ 1. *Nedum* fere subjicitur et servit parti deteriori, præcedente negatione vel expressa, vel tacita, et est idem ac *multo minus*. — *a*) Expressa, ut *Ter. Heaut.* 3. 1. 43. satrapa si siet Amator, numquam sufferre ejus sumptus queat, nedum tu possis. *Cic. Cluent.* 35. 95. Optimis hercle temporibus nec P. Popillius, nec Q. Metellus, clarissimi atque amplissimi viri, vim tribuniciam sustinere potuerunt, nedum his temporibus, his moribus, sine vestra sapientia salvi esse possimus. Adde *Propert.* 1. 4. 9. — Præcedente *ne-quidem* majori negandi vi, ut apud *Cic. Planc.* 37. 90. Ego vero ne immortalitatem quidem contra rempublicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie reipublicæ vellem. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 8. Nam vile ne captare quidem, nedum alere conducit. Adde *Liv.* mox citand. Quo modo *ne ut*, eodem etiam *nedum ut* componuntur. *Liv.* 3. 14. *sub fin.* Ne voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret, paullatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem. *Tac. Dial. de orat.* 10. Quando enim rarissimarum recitationum fama in totam urbem penetrat? nedum ut per tot provincias innotescat. *Hoc l.* interrogatio par est negationi, sicut apud *eumd.* 4. *Ann.* 11. — *b*) Tacita, ut in sequentibus, in quibus, vocabula *vix*, *ægre* negationis instar sunt. *Cic.* 16. *Fam.* 8. Vix in ipsis tectis et oppidis frigus infirma valetudine vitatur; nedum in mari et via sit facile abesse ab injuria temporis. *Id.* 2. *leg. Agr.* 35. 97. Singularis homo privatus, nisi magna sapientia præditus, vix facile sese regionibus officii, magnis in fortunis et copiis, continet: nedum isti non statim conquisituri sint aliquid sceleris et flagitii. *Liv.* 24. 4. Puer vix dum libertatem, nedum dominationem modice laturus. *Id.* 6. 7. Ægre inermem tantam multitudinem, nedum armatam, sustineri posse. — Tacitam negationem continent illa quoque *Cic.* 7. *Fam.* 28. Erat enim multo domicilium hujus urbis aptius humanitati tuæ, quam tota Peloponnesus, nedum Patræ. *Sall. Cat.* 11. *extr.* Quippe secundæ res sapientium animos fatigant, nedum illi corruptis moribus victoriæ temperarent. *Al. minus recte* ne illi. *Liv.* 9. 18. Adulationes etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus. *Id.* 7. 40. Quintius, quem armorum etiam pro patria satietas teneret, nedum adversus patriam. *Sueton. Claud.* 40. *in fin.* Multaque talia, etiam privatis deformia, nedum principi. *Tac.* 13. *Ann.* 20. Sed cuicumque, nedum paranti, defensionem tribuendam. *et ibid.* 38. Cuicumque mortalium, nedum veteri et provido duci, barbaræ astutiæ patuissent. *Propert.* 1. 9. 31. Illis et silices, et possunt cedere quercus; Nedum tu possis, spiritus iste levis. *Horat. Art. P.* 68. mortalia facta peribunt, Nedum sermonum stet honos et gratia vivax. ¶ 2. Interdum tacita illa negatio, non quidem in verbis est, sed in rebus, quum scilicet prius membrum affirmativum posteriori aliquo modo contrarium est. Hac ratione *nedum* habet interdum eam vim, quam *multo magis*. *Liv.* 45. 29. Insecta omnia oculis auribusque, quæ vel socios, nedum hostes victos terrere possent. *Id.* 26. 26. *extr.* Consules bellicosi, qui vel in pace tranquilla bellum excitare possent, nedum in bello respirare civitatem forent passuri. *Val. Max.* 3. 2. *n.* 26. *extr.* Ornamenta etiam legioni, nedum militi, satis multa. *Seneca Ep.* 99. Mehercules satis mihi jam videbaris animi habere etiam adversus solida male, nedum ad istas umbras maiorum, quibus ingemiscunt homines moris causa. *Quintil.* 12. 1. 38. Concedant mihi omnes oportet, facturum aliquando bonum virum, ut mendacium dicat, et quidem nonnunquam levioribus causis, uti pueris ægrotantibus, utilitatis eorum gratia, multa non facturi promittimus; nedum si ab homine occidendo grassator avertendus sit, aut hostis pro salute patriæ fallendus. ¶ 3. Raro ponitur priore loco, ut *non solum. Balb. et Opp.* ad *Cic. post ep.* 8. *l.* 9. *ad All.* Nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate, a plerisque probari solent. *Est qui pro* nedum *corrigendum putet* nimirum.

NEFANDARIUS, a, um, adject. qui ex nefando constat, vel nefanda perpetrat. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Vet. Tir. p.* 74. Habent tamen hanc vocem et *Gloss. Isid.*, sed omissa interpretatione.

NĔFANDĔ, adverb. (nefandus). Sup. *Nefandissime*. — Nefande est idem ac nefarie, ἀρρήτως. *Sall. fragm.* apud *Priscian.* 14. *p.* 993. *Putsch.* Ubi multa nefande ausi atque passi. *Cassiod.* 10. *Hist. Eccl.* 28. Nefandissime blasphemans.

NĔFANDUS, a, um, adject. (*ne* et fari). Sup. *Nefandissimus*. — Nefandus est qui non est fandus, nefarius, infandus, *nefando, da non dire*, ἄρρητος. — *a*) De rebus et abstractis. *Liv* 1. 59. Nefandum vehiculum. *Cic.* 1. *ad Brut.* 6. *a med.* Nefanda arma. *Id.* apud *Quintil.* 5. 11. 12. Nefandum adulterium. *Al. leg.* nefarium. *Id. Harusp. resp.* 20. 42. Per nefandum scelus. *Virg.* 1. *Æn.* 547. At sperate deos memores fandi atque nefandi. *Sall. fragm. Hist.* apud *A. Maium* in *Class. Auct. T.* 1. *p.* 417., 3. *Hist.* 77. 17. ed. *Kritz.* Neque sanctum aut nefandum quidquam fuit ire barbarorum et servili ingenio. *Justin.* 16. 4. 11. Nefandissima quæque tyrannicæ crudelitatis exercuit. *Sall. fragm. Hist. loc. cit.* § 16. ed. *Kritz.* Nunc restantes ei illudebant simul, nefandum in modum perverso vulnere, et interdum lacerum corpus semianimum omittentes. — *b*) De hominibus. *Quintil.* 1. 3. 17. Nefandi homines. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 1. 2. (9). Etiam quum obscœnus vixeris, aut nefandus. *Quintil. declam.* 18. 11. Nefandissime senex. *Justin.* 18. 7. 10. Nefandissimum caput.

NĔFANS, antis, adject. idem ac nefandus, apud veteres. *Lucilius* apud *Non. p.* 489. 14. *Merc.* Tantalu', qui pœnas ob facta nefantia luvit. *Mercerus pro* luvit *legit* pendit. Adde *Varron.* apud *eumd. ibid.*

NĔFĂRIĒ, adverb. (nefarius) est idem ac nefande, scelerate, impie, *scelleratamente*, ἀνοσίως. *Cic.* 2. *Verr.* 13. 37. Quæ in rebus judicandis nefarie flagitioseque facta sunt. *et* 3. *ibid.* 2. 6. Impie nefarieque committere aliquid. *et Divin. in Q. Cæcil.* 12. 38. Quæ ille libidinose, quæ nefarie, quæ crudeliter fecerit. *Id.* 2. *Cat.* 1. 1. Pestem patriæ nefarie moliri. *Id. Rosc. Am.* 11. 30. Pater occisus nefarie. *Auct. B. Afr.* 44. Cives et optimum quemque nefarie consectari.

NĔFĂRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

NĔFĂRĬUS, a, um, adject. (nefas). Sunt qui deducunt a *ne* et *fari*, quod de eo ne fari quidem decet. *Varro* apud *Non. p.* 59. 7. *Merc.* ducit a *far*, quo scelerati viri uti non debent: unde significatur, quod qui indigni sunt qui vivant, nefarii vocantur. *Ascon.* quoque in *Cic.* 3. *Verr.* 2. inidem trahit, et sacrilegum proprie esse docet, quasi sacra polluentem, in quibus far adhibetur. — Ceterum *nefarius* est nefandus, sceleratus, impius, pessimus, ἄρρητος, ἀνόσιος, ἀθέμιστος (It. *nefando, scellerato, ribaldo*; Fr. *impie, scelerat, criminel, abominable*; Hisp. *impio, pícaro, abominable*; Germ. *gottlos, verrucht, verflucht, schandtlich, verabscheuungswürdig*; Angl. *wicked, impious, base, heinous, enormous, execrable, nefarious*). Occurrit — *a*) De rebus et abstractis. *Cic.* 3. *de republ.* 9. Delubra magnifica humanis consecrata simulacris, quæ Persæ nefaria putaverunt. *Id. Rosc. Am.* 13. 37. Scelestum ac nefarium facinus. *Id.* 2. *Off.* 8. 28. Multa commemorare nefaria in socios. *Cæs.* 2. *B. C.* 32. Nefario scelere se obstringere. *Id.* 7. *B. G.* 77. Singularis et nefaria crudelitas. *Cic. Sull.* 9. 28. Voluntates conceleratæ ac nefariæ. — *b*) De hominibus. *Cic.* 2. *Off.* 14. 51. Homo nefarius et impius. *Horat. Art. P.* 186. Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus. *Quintil.* 8. 3. 48. Nec parricidam, nequam diveris hominem, nec deditum forte meretrici, nefarium: quod alterum parum, alterum nimium est. — Hinc *Nefarium*, ii, n. 2. substantive positum pro nefario scelere. *Liv.* 9. 34. *a med.* Nisi universam rempublicam eo nefario obstrinxeris, quod ominari etiam reformidat animus.

NĔFAS, n. indeclin. (*ne* et fas; cf. ἄφατον) quod non est fas, quod divinis præceptis, atque adeo naturæ legibus contrarium est, scelus, nefandum facinus, flagitium, impietas, ἀθέμιστον (It. *ciò che non lice, cosa illecita, ingiustizia, nefandità, scelleraggine, empietà*; Fr. *tout ce qui est impie, illicite, injuste, impiété, sacrilége*; Hisp. *accion perversa, maldad, accion sacrílega, impiedad*. Germ. *d. Unrecht, d. Frevel, die Sünde, das Unheilige, d. Gräuel*; Angl. *what is not lawful, an unlawful thing or action*).

1.) Proprie. ¶ 1. Generatim occurrit — *a*) Adjective. *Cic.* 3. *Parad.* 2. 25. Quidquid non licet, nefas putare debemus. *Id.* 15. *Fam.* 21. *extr.* Officia tua, quæ quum tibi liceat, mihi nefas est oblivisci. *Id.* 3. *Nat. D.* 22. 56. Mercurius, quem Ægyptii nefas habent nominare. *Cæs.* 7. *B. G.* 40. *extr.* Quibus nefas more Gallorum est, etiam in extrema fortuna deserere patronos. *Nepos Epam.* 7. Patriæ irasci nefas esse ducebat. *Virg.* 6. *Æn.* 391. Corpora viva nefas Stygia vectare carina. *Cic. Mil.* 27. 73. Eum, cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine. *Id. Senect.* 5. 13. Nefas est dictu, miseram fuisse talem senectutem. — *b*) Substantive est scelus, nefandum facinus, *nefandita, scelleraggine, misfatto. Juvenal.* 13. 54. Credebant hoc grande nefas, et morte piandum, Si cui. *Virg.* 2. *Æn.* 185. Nefas triste piare. *et* 4. *ibid.* 563. Illa dolos dirumque nefas in pectore versat, Certa mori. *et* 6. *ibid.* 624. Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti. *Horat.* 4. *Od.* 5. 22. Lex maculosam edomuit nefas. *h. e.* adulteria com-

pescuit. *Ovid.* 6. *Met.* 613. In omne nefas ego me, germana, paravi. *Lucan.* 2. 507. belli nefas. *h. e.* civile bellum. Sic *Id.* 7. 432. Quod fugiens civile nefas. et *Claudian.* 7. *in Rufin.* 123. Omne nefas victoris erat. *scil.* qui cives suos in prælio interfecit. *Justin.* 24. 3. 8. Magnum nefas contrahere. ¶ 2. Spectatim *fas et nefas*, æquum et iniquum, jus et injuria. *Virg.* 1. *G.* 505. ubi fas versum atque nefas. *V.* FAS. — *Per fas et nefas*, quacumque ratione sive æqua, sive iniqua, *in tutti i modi, a ragione, o a torto. Liv.* 6. 14. *a med.* Id vero ita accendit animos, ut per omne fas ac nefas secuturi vindicem libertatis viderentur. ¶ 3. Item speciatim, abstractum pro concreto uti ajunt, *nefas* pro homine nefario. *Virg.* 2. *Æn.* 585. Exstinxisse nefas tamen, et sumpsisse merentis Laudabor pœnas. *h. e.* Helenam, exitium Trojæ. ¶ 4. *Nefas* aliquando interseritur sermoni, more interjectionis, ut *malum, indignum. Virg.* 10. *Æn.* 673. Quosue (nefas!) omnes infanda in morte reliqui? *et* 8. *ibid.* 688. sequiturque (nefas!) Ægyptia conjux. *ah cosa indegna!* Sic *Horat.* 3. *Od.* 24. 30. quatenus (heu nefas!) Virtutem incolumem odimus, etc. *et* 4. *ibid.* 6. 17. heu nefas, heu!

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro monstro, prodigio, re insolita inauditaque. *Virg.* 7. *Æn.* 73. Lavinia virgo Visa (nefas!) longis comprendere crinibus ignem. *gran cosa! cosa orrenda!* Hæc *Forcellinus*, quæ tamen ad paragraphum proxime superiorem commode referri possunt. *Lucan.* 6. 195. Eumenides Stygiumque nefas. Sic *Id.* 7. 170. Stygii numina regni Infernumque nefas. *Stat.* 6. *Theb.* 942. penitus latet exitus ingens. Monstratumque nefas. Adde *eumd. ibid.* 498. ¶ 2. *Nefas est*, pro fieri non potest, *è impossibile. Horat.* 1. *Od.* 24. 20. levius fit patientia Quidquid corrigere est nefas.

NĔFASTUS, a, um, adject. (nefas)

I.) Proprie cum voce *dies* junctum dicitur de iis diebus, qui dies *fasti* non sunt, h. e. in quibus non licebat prætori jus publice dicere, tria illa solemnia verba usurpando, *Do, Dico, Addico. V.* FASTUS, a, um. Ne magistratus quidem licebat his diebus cum populo agere. *Liv.* 1. 19. *in fin. de Numa.* Ille nefastos dies fastosque fecit, quia aliquando nihil cum populo agi, utile futurum erat.

II.) Translate. ¶ 1. Nefastum est idem quod *nefas*, scil. quod deorum religioni adversatur in eamque graviter peccat. *Cic.* 2. *Legg.* 8. 21. QVAE AVGVR INIVSTA, NEFASTA, VITIOSA, DIRA DEFIXERIT, IRRITA INFECTAQVE SVNTO. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 19. 23. (119). Prohibare diis nefastum habetur vina vitis fulmine tactæ. *h. e.* nefas habetur. ¶ 2. Hinc nefastus est idem ac nefarius, nefandus, iniquus, impius, sceleratus, *scellerato, nefando. Horat.* 1. *Od.* 35. 36. quid intactum nefasti Liquimus? unde manum juventus Metu deorum continuit? *Seneca Œdip.* 1027. Morere, et nefastum spiritum ferro exige. *l'anima infame. Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (47). Arx regum Thraciæ, a Terei nefasto crimine invisa hirundinibus. *Sillig.* vocem *crimine* omittit optimis fretus Codd. ¶ 3. *Nefastus dies* interdum est religione contactus, ominosus, funestus, ater, *infausto, funesto.* Et quidem *Gell.* 4. 9. et 5. 17. multitudinem alt imperitorum prave et perperam religiosos dies appellare *nefastos*: fortasse quia credidit ad prætorem respicere jus dicentem. *Horat.* 2. *Od.* 13. 1. Ille et nefasto te posuit die, etc. *Sueton. Tib.* 53. Quum diem quoque natalem ejus inter nefastos referendum suasisset. — Eadem ratione *Liv.* 6. 28. *sub fin.* Ne qua terra sit nefasta victoriæ suæ. *h. e.* inauspicata, tristis, mali ominis. *Stat.* 1. *Theb.* 273. Arcades hic tua (nec pudor est?) delubra nefastis Imposuere locis. *h. e.* conceleratis, inauspicatis. Sic 4. *ibid.* 456. Acheron nefastus. *et ibid.* 630. Sacra nefasta. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 11. 44. (114). Apium inter nefastos frutices damnare. *h. e.* infelices, noxios.

NĔFĔLA. *V.* NEPHELA.

NEFRENDES. *V.* NEFRENS.

NEFRENDĪTĬUM, ii, n. 2. *Gloss. Isid.* Nefrenditium, annuale tributum, quod certo tempore rustici dominis, vel discipuli doctoribus afferre solent, dumtaxat sit carneum, ut porcellus. *V.* MINERVAL.

NEFRENS, dis, 3. Nefrendes dicebantur, ut *Attejus Capito* scripsit, infantes nondum frendentes, idest frangentes, vel, ut *Q. Mutius Scævola*, arietes, vel (ut *Varro* 2. *R. R.* 4. 17.) porci, primo illo tempore, postquam a lacte amoti sunt: a *ne* et *frendens*, id est sonum edens dentibus collisis, et metonymice frangens dentibus, quia nondum solidum cibum, ut fabam, frendere seu frangere possunt. Alii dicunt, *nefrendes* renes esse, alii testiculos, quos Lanuvini appellant nebrundines, Græci νεφρούς, Prænestini nefrones. Hæc *Festus p.* 163. 12. *Müll.* Huc pertinet illud *Martial.* 3. 47. Nondumque victa lactens faba porcus. *V.* INFRENDIS. — In sing. numero. *Livius* apud *Festum loc. cit.* Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem. *Fulgent. de prisc. serm.* p. 559. 32. *Merc.* Cœperunt efferre porcum castratum, quem nefrendem vocabant, quasi sine νεφροῖς, id est renibus. *h. e.* testibus. V. *Oriolium* in *Annal. dell'Institut. archeol. T.* 6. *p.* 170. *not.* 3.

NEFRŌNES. NEFRUNDINES. } *V.* NEBRUNDINES.

NĔGĂBUNDUM. *V.* NEGIBUNDUM.

NĔGĂBUNDUS, a, um, adject. qui negat. *Lex. Lat. Gr.* Negabundus, ἐξάρνος.

NĔGANS, antis. *V.* NEGO.

NĔGANTĬA, æ, f. 1. idem ac negatio. *Cic. Topic.* 14. 57. Deinde addunt conjunctionum negantiam, sic: Non et hoc, et illud: hoc autem: non igitur illud.

NĔGANTĪNUMMĬUS, a, um, adject. nummos dare negans, ut Negantinummia basiola, apud *Apul.* 10. *Met.* Tunc exosculata pressule, non qualia in lupanari solent basiola jactari vel meretricum poscinummia, vel adventorum negantinummia. *scil.* meretrices per basia nummos poscunt, adventores vero eadem ingerunt, ut nummos minime dent. Alii perperam leg. *negotinummia.*

NĔGĀTĬO, ōnis, f. 3. *negazione* ἄρνησις, ἀπόφασις, inficiatio, et est magis facti, vel dicti, quam petitionis, vel postulationis.

I.) Proprie. *Cic. Partit. orat.* 29. 102. Negatio inficiatioque facti. *Id. Sull.* 13. 39. Eamdem vim esse negationis hujus.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice accipitur pro particula negativa, *non, nec, nemo*, etc. *Apul.* 3. *Dogm. Plat.* Propositio si assumat in principio negativam particulam, *etc.*, si ei negatio præponatur etc. ¶ 2. De corporis membris, quæ sua carent functione vel actione, dixit *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 12. Sed si ex tumore, vel sanguinis gelati corpusculis, aut lapide, vel vulnere, difficultas fuerit mictus, aut in toto negatio, discernitur etc. Sic 5. *ibid.* 4. *n.* 64. Perfecta ejus officii (h. e. mictus) negatio.

NĔGĀTĪVĔ, adverb. negando, cum negatione. *Boeth.* in *Cic. Topic.* 5. p. 827. Sive affirmative, sive negative, ita eam (*propositionem*) reddit assumptio. Adde *eumd.* p. 481. et 626.

NĔGĀTĪVUS, a, um, adject. *negativo*, ἀρνητικός, negans. *Apul.* 3. *Dogm. Plat.* Negativa particula. *V.* NEGANS in v. NEGO, et NEGATIO. — Duæ negativæ particulæ simul positæ affirmant. *Cic. Planc.* 9. 22. Nemo Arpinas non Plancio studuit. *Cajus Dig.* 50. 16. 237. Duobus negativis verbis quasi permittit lex magis, quam prohibet. — Interdum magis negant. *Varro* apud *Non* p. 532. 14. *Merc.* Quod a rege munera eorum noluerit nemo accipere. *Id.* apud *eumd.* p. 530. 22. *Merc.* Me omnino omnes heroas negat nescisse. — Ceterum *Cajus* 4. *Instit.* 3. Negativa actio. *V.* NEGATORIUS.

NĔGĀTOR, ōris, m. 3. qui negat. *Tertull. advers. hæret.* 11. Fidem meam deserens, negator invenior. *Prudent.* 1. *Cathemer.* 57. Flevit negator denique. *Sidon.* 9. *Ep.* 16. *in carm.* Negator Jovis ac Minervæ. *Aicim. Ep.* 39. Callidus negator depositi.

NĔGĀTŌRĬUS, a, um, adject. ad negandum inserviens, negativus, ut Negatoria actio, qua libertatem prædiorum defendimus, negantes, aliquam ab his servitutem deberi. *Ulp. Dig.* 7. 6. 5. Quamquam actio negatoria domino competit adversus fructuarium. *Torrentin.* habet *negativa.* et *ibid. sub fin.* Si negatoria actione utatur. Adde *ibid.* 8. 5. 2. et 4. Hujus actionis formulas habes *ibid.* 8. 13. *et* 14.

NĔGĀTRIX, icis, f. 3. quæ negat. *Prudent. Apotheos.* 617. Christum confessa triumphat Gens infida prius, Christi sed victa negatrix Subditur imperio. *Tertull. Idolol.* 23. *extr.* Litteræ negatrices.

NĔGĀTUS, a, um. *V.* NEGO.

NĔGIBUNDUM (pro *negabundum*) negantem dixit *Cato* apud *Festum* p. 165. 1. *Müll.*

NĔGĪTO, as, are, a. 1. *frequentat. a* nego, pernego. *Plaut. Merc. prol.* 50. negitare adeo me natum suum. *Lucret.* 4. 911. Ne fieri negites, quæ dicam, posse. *Sallust. Jug.* 119. Rex primum negitare. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 49. renuit negitatque Sabellus. *h. e.* se dissentire Sabellus et ore (*renuit*) et verbis (*negitat*) ostendit. *Alii minus recte* negat atque.

NĔGLECTĔ, adverb. (neglectus) negligenter, *trascuratamente.* Occurrit tantum Comp. *Neglectius* apud *Hieronym. Ep.* 39. *n.* 1. Neglectius incedebat. *h. e.* cultu ornatuque contempto.

NĔGLECTIM, adverb. neglecte. *Vet. epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 637. *Burmann.* neglectim mihi se quæ comit amica, Hæc et inornata simplicitate valet.

NĔGLECTĬO, ōnis, f. 3. *trascuranza*, idem ac neglectus. *Cic. Mur.* 4. 9. Neglectio amicorum improbitatem coarguit.

NĔGLECTOR, ōris, m. 3. *trascuratore*, qui negligit. *Augustin. serm.* 45. *de divers. circa med.* 9. Non neglector, sed effector præceptorum Dei.

NĔGLECTUS, a, um. *V.* NEGLIGO.

NĔGLECTUS, us, m. 4. (negligo) neglectio, negligentia. *Ter. Heaut.* 2. 3. 116. hæc res neutiquam neglectui est mihi. *Al. leg.* neglectu. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 51. 52. (171). Signa letalia, fimbriarum curam, et stragulæ vestis plicaturas, a somno moventium neglectum, præfandi humoris e corpore effluvium. *Theod. Priscian. l.* 2. *P.* 2. *c.* 13. Si duxerit longum tractum morbi neglectus, omnia adhibeo, quæ difficultatem callositatis resolvere valeant.

NĔGLĪGENS *vel* neglegens, entis, particip. a *negligo*, quod Adjective usurpatur, unde Comp. *Negligentior* in omnibus paragr.; Sup. *Negligentissimus* I. — *Festus* p. 162. 12. *Müll.* Neglegens dictus est non legens, neque dilectum habens, quid facere debeat, omissa ratione officii sui. Itaque *negligens* est non curans, incuriosus, socors, indormiens, indiligens, ἀμελής, ὀλύγωρος (It. *non curante, trascurato, disattento, negligente, stratto*; Fr. *qui ne regarde pas à, indifferent, négligent*; Hisp. *indiferente, negligente, descuidado, omiso*; Germ. *nachlässig, lässig, unachsam, gleichgültig*; Angl. *negligent, careless, heedless, reckless, inattentive, neglectful, thoughtless*).

I.) Proprie de hominibus. — *a*) Generatim occurrit — Absolute. *Cic. Brut.* 68. 239. Socors negligensque natura. *Id.* 7. *Att.* 20. Improvidi et negligentes duces. *Id.* 5. *Verr.* 69. 162. Negligens ac dissolutus. *Pacat. Paneg. Theodos.* 31. Ille quondam domus tuæ negligentissimus vernula. — Cum Genitivo. *Cic.* 5. *Verr.* 62. 143. Legum, officii, reipublicæ, sociorum atque amicorum negligentior. *Sueton. Aug.* 79. Forma fuit eximia, quamquam et omnis lenocinii negligens, et in capite comendo tam incuriosus, ut etc. *Tac.* 3. *Hist.* 38. Vitellius amicorum inimicorumque negligens. — Cum Accus. personæ et præp. *in, circa. Cic.* 13. *Fam.* 2. *sub fin.* Non te in me liberalem, sed me in se negligentem putabit. *Justin.* 32. 3. 1. Non negligentior tantum in patrem, verum etiam contumacior erat. *Sueton. Tib.* 69. Circa deos ac religiones negligentior. — Cum Abl. rei et præpos. *in, de. Cic. Amic.* 17. 62. In amicis eligendis negligentes esse. *V.* locum *Plin.* paullo infra sub *b.* — Cum Infinito. *Plaut. Most.* 1. 2. 60. Post illa med obtegere neglegens fui. — *b*) Speciatim de eo, qui in re sua servanda minime diligens est. *Catull.* 12. 3. *de fure.* Tollis lintea negligentiorum. *et* 19. 20. Vicinus prope dives est, negligensque Priapus: Inde sumite. *Plin.* 14. *Ep.* 13. *a med.* Nam qui fortasse de alieno negligentes, certe de suo diligentes erunt. — *c*) Item oscitans et incautus in loquendo. *Catull.* 10. 33. Sed tu insulsa male et molesta vivis, Per quam non licet esse negligentem.

II.) Translate. ¶ 1. Passive usurpatur, hoc est de rebus, quarum quis negligens est. *Petron. Su-*

tyr. 128. Quid est? numquid te osculum meum offendit? numquid spiritus jejunio macer? numquid alarum negligens sudor? *h. e.* ex neglecto corporis cultu proveniens. Simile est illud *Quintil.* 11. 3. 147. Quum vero magna pars est exhausta orationis, pæne omnia decent, sudor ipse et fatigatio, et negligentior amictus, et soluta ac veluti labens undique toga. *Id.* 10. 7. 28. Negligens sermo. *et* 2. 4. 13. stilus. ¶ 2. De hominibus est profusus, prodigus. *Cic.* 3. *Fam.* 8. *circa med.* Non potui in illo sumptu non necessario negligens esse. *Liv.* 27. 8. Adolescentia negligens luxuriosaque. *Suet. Galb.* 14. Modo acerbior parciorque, modo remissior ac negligentior. *Quintil.* 7. 2. 29. Sunt pleraque non solum dissimilia, sed etiam aliquando contraria: ut si reus furti prodigus dicatur aut negligens etc.

NĔGLĪGENTER *vel* neglegenter, adverb. (negligens). Comp. *Negligentius* et Sup. *Negligentissime.* — Negligenter est non curando, indiligenter, incuriose, ἀμελῶς (It. *senza cura, trascuratamente, negligentemente*; Fr. *négligemment, sans soin, avec indifférence*; Hisp. *negligentemente, descuidamente*; Germ. *nachlässig, sorglos, achtlos, fahrlässig*; Angl. *negligently, carelessly*). *Ter. Heaut.* 2. 3. 50. Capillus passus, prolixus, circum caput rejectus negligenter. Cf. *Tac. Germ.* 17. Gerunt et ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, ulteriores exquisitius. *Nepos Alcib.* 7. Quum eum aut negligenter aut malitiose fecisse loquerentur. *Phædr.* 4. 1. mustela Involvit se farina, et obscuro loco Abjecit negligenter. *si sdrajò.* sic Temere *Horat.* 2. *Od.* 11. 14. dixit. *Auct. B. Afr.* 18. Languide negligenterque tela mittere. *Sueton. Gramm.* 9. Librum etiam edidit continentem querelas de injuriis, quas professores negligenter ab ambitione parentum acciperent. *per loro trascuraggine e dabbenaggine.* Al. rectius leg. *negligentia et ambitione*, h. e. ex contemptu. *Cic. Rosc. Com.* 2. 7. Negligenter scribere adversaria, et diligenter conficere tabulas. *Quintil.* 2. 4. 17. Nec a nobis negligenter locus iste transibitur. *Cic. Cæcin.* 26. 73. Negligentius adservare aliquid. *Plin.* 1. *Ep.* 12. Vereor, ne negligentius vivam. *Seneca Ep.* 63. *circa med.* Negligentissime amicos habere.

NĔGLĪGENTĬA *vel* neglegentia, æ, f. 1. (negligens) incuria, socordia, indiligentia, pigritia, ἀμέλεια (It. *noncuranza, trascuraggine, trascuratezza, negligenza*; Fr. *négligence, incurie, indifférence, insouciance, défaut de soin*; Hisp. *negligencia, desuicido*; Germ. *die Nachlässigkeit, Fahrlässigkeit, Sorglosigkeit, Unachtsamkeit, Verwahrlosung*; Angl. *negligence, neglect, carelessness, heedlessness, recklessness, supineness*). *Cic.* 1. *Off.* 9. 28. Aut negligentia, pigritia, inertia, aut suis studiis occupationibusve sic impediuntur, ut etc. *Id. Rosc. Am.* 21. 59. Operæ pretium erat negligentiam ejus in accusando considerare. *Id.* 1. *Off.* 36. 130. Adhibenda est præterea munditia non odiosa, neque exquisita nimis: tantum quæ fugiat agrestem et inhumanam negligentiam. *Id.* 1. *Att.* 6. Accusare quempiam de litterarum negligentia, *h. e.* quod raro scribat. *Id.* 8. *ibid.* 11. *ad fin.* Epistolarum duarum, quas ad me misit, negligentiam, meamque in rescribendo diligentiam voluit tibi notam esse. *h. e.* brevitatem, languorem, et quasi frigus. *Id. Orat.* 23. 78. Quædam etiam negligentia est diligens: nam ut mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatæ, quas id ipsum deceat; sic hæc subtilis oratio etiam incompta delectat. *Id.* 4. *de republ.* 3. In qua una (*disciplina puerili*) Polybius nostrorum institutorum negligentiam accusat. *Ter. Phorm.* 5. 8. 27. Nam neque negligentia tua, neque odio id fecit tuo. *h. e.* quod te negligeret, parvi faceret, posthaberet. *Liv.* 22. 9. Plus negligentia cærimoniarum auspiciorumque, quam temeritate atque inscitia, peccatum a C. Flaminio consule esse. *Id.* 5. 51. Negligentia deorum.

NĔGLĪGO *vel* neglego *vel* neclego, lĕgis, lexi (*et raro admodum* lēgi), lectum, legere, a. 3. (nec et lego). *Neglegi* pro *neglexi. Æmilius Macer* (corrige *C. Licinius Macer*, ut docet *Weichert.* p. 92.) apud *Diomed.* 1. p. 366. *Putsch.* et *Priscian.* 10. p. 895. Omnium nostrum neglegerit auctoritatem. *Neglegi* pro *neglexi A. Maius* fortasse nimis confidenter adscribit *Frontoni* p. 328. — Part. *Negligens* V. loco suo et 2.; *Neglectus* in omnibus paragr. et in fin.; *Neglecturus* 1. et 3.; *Negligendus* 2. — Negligere proprie dicitur qui non legit seu colligit ea, quæ sub sensus cadunt; atque adeo negligere est non curare, prætermittere, contemnere, ἀμελέω, ὀλιγωρέω (It. *non si curare, trascurare, trasandare, mettere in non cale, ometter, non far conto*; Fr. *négliger, ne pas faire attention à, ne pas s'occuper, omettre, faire peu de cas de, ne pas tenir compte de, mépriser, dédaigner*; Hisp. *desuicidar, ser negligente, omitir, menospreciar*; Germ. *nicht achten, nicht beachten, ausser Acht lassen, vernachlässigen, etwas bei Seite setzen, geringschätzen, verachten*; Angl. *to neglect, disregand, not heed, slight, make light of, pus over, disesteem, scorn, contemn*). ¶ 1. Qua verbum *negligere* recta opponitur verbo *curare*, est non curare, nullam rei curam adhibere, nullam rei rationem habere, prætermittere, *non curarsi, non pigliarsi cura di una cosa, passarvi sopra senza attenzione.* — *a)* Cum Accusativo rei. *Ovid.* 3. *Art. am.* 105. Cura dabit faciem: facies neglecta peribit. *Id. ibid.* 153. Et neglecta decet multas coma. *incolta.* Sic 1. *ibid.* 509. Forma viros neglecta decet. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 37. Neglectis urenda filix innascitur agris. *Cic. Rosc. Am.* 38. 112. Quid recipis mandatum, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conversurus es? *Id. Cluent.* 47. 130. Prætermitti ab censoribus et negligi macula judiciorum posse non videbatur. *Id.* 5. *Verr.* 62. 144. Dissimulare et negligere aliquid. *Seneca Vit. beat.* 27. *a med.* pecuniam. *Nepos Themist.* 1. rem familiarem. *Propert.* 2. 13. 48. preces aure surda. *Liv.* 28. 1. *ad fin.* Castra soluta neglectaque, ut barbarorum et tironum et minus timentium, quod in sua terra essent. *Seneca Agam.* 424. Neglecta summas scuta per puppes jacent. *h. e.* a militibus deposita et abjecta. — *b)* Cum Infinito. *Plaut. Amph.* 2. 1. 39. Herus quod imperavit, neglexisti persequi. *Cic.* 3. *Phil.* 8. 20. Diem edicti obire neglexit. — *c)* Absolute. *Cic.* 13. *Phil.* 16. 33. Magnum crimen senatus! de Theopompo summo homine negleximus *h. e.* quod ad Theopompum attinet. ¶ 2. Negligere est etiam idem ac *spernere*; et — 1.°) Generatim ponitur pro parvi pendere, parvi facere, non timere, contemnere. — *a)* Cum Accusativo rei aut personæ. *Plaut. Merc.* 5. 2. 97. Matris jam iram negligo. *Ter. Adelph.* 4. 3. 16. Propter suam impotentiam se semper credunt negligi. *h. e.* contemni. *Cic.* 3. *Fin.* 20. 66. Minime autem convenit, quum ipsi inter nos abjecti neglectique simus, postulare, ut diis immortalibus cari simus. Cf. *Lucan.* 10. 176. O sacris devote senex, quodque arguit ætas, Non neglecte deis. Rursus *Cic.* 14. *Fam.* 4. Qui periculum fortunarum et capitis sui pro mea salute neglexit. *Id. Quinct.* 30. 92. Negligere minas. *Id. Vatin.* 2. 4. legem. *Tac.* 12. *Ann.* 45. vim. *h. e.* contemnere, non timere. *Cæs.* 5. *B. G.* 7. imperium alicujus. *Id.* 5. *ibid.* 28. Etsi ab hoste ea dicebantur, non tamen negligenda existimabant. *Phædr.* 4. 4. Neglectum jus. *Cæs.* 6. *B. G.* 16. Neglecta religio. *Sall. Cat.* 10. Deos negligere. *et Horat.* 3. *Od.* 6. 7. Dii multa neglecti dederunt Hesperiæ mala luctuosæ.— *b)* Cum Infinito. *Cic. Orat.* 23. 77. Verba etiam verbis quasi coagmentare negligat. *Tibull.* 2. 6. 27. Claudit et indomitum moles mare, lentus ut intra Negligat hibernas piscis adesse minas. *nulla si curi, punto non tema.* (Sic *Pallad.* 1. *R. R.* 34. Altius tribus pedibus fodies hortulum, qui sic cultus negligat siccitates.) *Horat.* 1. *Od.* 28. 30. Negligis immeritis nocituram Postmodo te natis fraudem committere? *h. e.* parvi pendis, nihil vereris? *non istimi punto? non hai riguardo?* Eodem modo loquitur *Catull.* 30. 5. et *Anton.* in *ep.* ad *Hirt.* apud *Cic.* 13. *Phil.* 16. 33. Theopompum confugere Alexandriam neglexistis. *h. e.* parvi fecistis, non laborastis, et quasi permisistis. — *c)* Sequente *ne* part. *Horat.* 3. *Od.* 8. 25. Negligens, ne qua populus laboret, Parce privatus nimium cavere. *h. e.* quum minime sis sollicitus, quum sis securus, nihilque timeas, ne etc. At *Nic. Madvigius* comma tollendum esse ait, ut negligens et incuriosus ipse populus dicatur, qui ne (quæ part. pendet a v. *cavere*) illa ipsa negligentia aliqua in re laboret, nimis cavere Mæcenatem poeta non vult. — *d)* Absolute. *Sall. Jug.* 31. *extr.* Bonus tantummodo segnior fit, ubi negligas; at malus improbior. — 2.°) Speciatim de injuriis et peccatis dicitur, et est ea impune ferre. *Cæs.* 1. *B. G.* 36. Quod sibi Cæsar denunciaret, se Æduorum injurias non neglecturum. *Cic. pro leg. Manil.* 5. 11. Illi libertatem civium Romanorum imminutam non tulerunt: vos vitam ereptam negligetis? *Id.* 5. *Verr.* 94. 218. quid facere potestis? Utrum, quum judices sitis —, tantam pecuniam captam negligere: an, quum lex sociorum causa rogata sit, sociorum querimonias non audire? — Hinc Part. præter. pass, cujus plurima exempla retulimus,

Neglectus, a, um, adjective quoque usurpatur, nam Sup. *Neglectissimus* legitur apud *Stat.* 7. *Theb.* 164. Scilicet e cunctis ego neglectissima natis Progenies. — Pro negligenti, *negligente, trascurato*, affertur illud *Cic. post redit. in senat.* 6. 14. Cum hoc homine, an cum stipite Æthiope, si in foro constitisses, nihil crederes interesse, sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanum, neglectum. *At* Orellius *et alii leg.* negotium.

NĔGO, as, āvi, ātum, are, l. *Negassim* pro *negaverim* est *Plaut. Asin.* 2. 4. 96. — Part. *Negans* I. 1., 2. et II.; *Negatus* I. 4.; *Negaturus* I. 3.; *Negandus* I. 4. — Ratione habita etymi, *Forcellinus* deducit a *ne* et *ago*; alii a negativa particula *ne* vel *nec*; alii, fortasse rectius, a *ne* et *ajo*, proprie enim *negare* est idem ac negationem efferre, promere, ἀποφημι, ἀρνεομαι (It. *dire di no*; Fr. *dire non*; Hisp. *negar*; Germ. *nein sagen*: Angl. *to say no or not*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est verbum intransitivum quod verbo *ajo* recta opponitur et significat negationem efferre. *Nævius* apud *Priscian.* 10. p. 875. *Putsch.* Vel ai, vel nega. *Plaut. Iud.* 2. 4. 14. Vel tu mihi ajas, vel neges. *Ter. Eun.* 2. 2. 20. Quidquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque: Negat quis? nego. Ait? ajo. *Cic.* 3. *Off.* 23. 91. Diogenes ait, Antipater negat. *Id.* 2. *Fin.* 22. 70. Quasi ego id curem, quid ille ajat, aut neget. — Huc referri potest et illud *Cic. Topic.* 11. 49. Sunt etiam valde contraria alia, quæ appellantur negantia: ea ἀποφατικὰ Græci, contraria ajentibus: ut: Si hoc est, illud non est. *Cujus Dig.* 50. 16. 237. Duobus negantibus verbis quasi permittit lex magis, quam prohibet. *A* Torrentin. *legitur* negativis. ¶ 2. Item stricto sensu est verbum transitivum et valet quod nos Itali dicimus *dire che non, dire di non.* Occurrit — *a)* Cum Infinito. *Cic.* 3. *Orat.* 14. 54. Qui ita dicerent, eos negavit adhuc se vidisse Antonius. *disse di non averli sin ora veduti.* et *Harusp. resp.* 8. 16., Nego ullo de opere publico tot senatus exstare consulta, quot de mea domo. Sic *Id.* 6. *Verr.* 1. 1. Nego, in Sicilia tota ullum argenteum vas, nego, ullam picturam fuisse, quin abstulerit. *dico, non esservi stato* etc. *Id. Orat.* 8. 27. Demosthenes negat, in eo positas esse fortunas Græciæ, hoc an illo verbo usus sit. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 1. Causa sero perorata, sententias se rogaturum negavit, ne quod onus simultatis nobis imponeret. *disse di non volere* etc. vel *ricusò di* etc. *Cæs.* 6. *B. G.* 31. Si ita fecissent, fines eorum se vastaturum (*al.* violaturum) negavit. *Tibull.* 1. 2. 38. Perque deos omnes se meminisse neget. *h. e.* jurando per deos omnes. — Interdum duobus membris post *nego* positis, et ab eo pendentibus, in priori quidem negat, in altero non negat. *Cic.* 7. *Att.* 15. *a med.* Plerique negant, Cæsarem in conditione mansurum: postulataque hæc ab eo interposita esse, quo minus quod opus esset ad bellum, a nobis pararetur. *Sall. Jug.* 114. Negat, se toties fusum Numidam pertimescere: virtuti suorum satis credere. *Liv.* 35. 1. Negabat cessandum, et utique prius confligendum. — Interdum negationem infert, etiam si *nec* sequatur. *Ter. Phorm.* 2. 3. 6. Hanc Demipho negat esse cognatam? Neque ejus patrem se scire qui fuerit? Nec Stilponem ipsum scire qui fuerit? idem enim erat sensus, si dixisset *atque ejus patrem* etc., et *Stilponem* etc. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 2. 7. Quod bonum quale sit, negat Epicurus sine voluptatibus sensum moventibus nec suspicari. Eamdem sententiam haberet *vel suspicari*: quod non desunt qui

substituant. — Affirmat in illo *Varron.* apud *Non.* *p.* 530. 23. *Merc.* Quæ non modo ignorasse me clamat, sed omnes omnino heroas negat, nescisse. *V.* NEGATIVUS. — *b*) Passive. *Colum.* 8. *R. R.* 14. 6. Negatur anser aliena excludere ova, nisi etc. *si dice, che l'oca non cova* etc. *Ovid.* 4. *Fast.* 321. Casta negor. *vien detto, ch'io non son casta.* et *Martial.* 2. 5. Sæpe domi non es: quum sis quoque, sæpe negaris. *et Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 38. (128). Ciconiæ pullum qui elerit, negatur annis continuis lippiturus. *Id.* 20. *ibid.* 5. 15. (31). Habentes eam (*radicem*) negantur feriri a serpentibus. *Sueton. Aug.* 94. Ex eo negantur ibi ranæ coarare. — *c*) Ellipsis est in his. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 41. pater, uxorem ut ducat, orare occipit, etc. Ille primo se negare: sed postquam acrius Pater instat, etc. *scil.* uxorem ducere. *et Phorm.* 1. 2. 63. obsecrat, Ut sibi ejus faciat copiam: illa enim se negat; Neque eum æquum ait facere. *scil.* facturam copiam. *et* 2. 3. 35. expiscare, quasi non nosses. DE. Ego me nego. *scil.* nosse. ¶ 3. Latiori sensu *negare* dicitur qui, quod ab aliis affirmatur, infitiatur, qui rem aliter esse contendit, *negare, smentire, sostenere che la cosa non è così. Ter. Adelph.* 5. 3. 12. factum est: non nego. *Id. Phorm.* 3. 2. 39. Num ego istuc nego? *Cic. Brut.* 19. 76. Qui a Nævio vel sumpsisti multa, si fateris; vel, si negas, surripuisti. *Id.* 5. *Att.* 21. *ante med.* Sed posthac omnia, quæ certa non erunt, pro certo negato. *Liv.* 38. 43. Negaturum aut me pro M. Fulvio, aut ipsum M. Fulvium censetis? ¶ 4. Latissimo sensu est quod expetitur, recusare, denegare, *vicusare, diniegare. Ennius* apud *Cic.* 4. *Herenn.* 12. 18. Quidquam quisquam cuiquam, quod ei conveniat, neget? *Cic.* 8. *Att.* 4. *a med.* Numquam reo cuiquam tam præcise negavi, quam hic mihi. *Cæs.* 5. *B. G.* 6. Postquam id obstinate sibi negari vidit. *Ovid.* 15. *Met.* 648. parsque negandum Non putat auxilium. *Id.* 3. *Amor.* 4. 17. Nitimur in vetitum semper cupimusque negata. *Pers. prol.* 10. Magister artis, ingenique largitor Venter, negatas artifex sequi voces. Rursus *Ovid.* 13. *Met.* 741. Impune negare alicui. *Id. Heroid.* 3. 96. Negare opem patriæ. *Id.* 5. *Trist.* 8. 13. alimenta miseris. *Sueton. Aug.* 40. civitatem alicui. *Id. Tit.* 8. quidquam petenti. — *Non negare se alicui rei,* non se subtrahere, non recusare. *Tibull.* 2. 3. 79. Non ego me vinclis verberibusque nego. — *Negare alicui rei,* rem aliquam recusare. *Martial.* 13. 7. Si spumet conchis rubra tibi pallida testa, Lautorum cœnis sæpe negare potes. *Sil. It.* 9. 532. Non Tecuros delere aderam, sed lumen alumnæ Hannibalem Libyæ pelli florentibus annis Vita, atque exstingui primordia tanta negabam. *h. e.* nolebam.

II.) Translate tribuitur rebus inanimis et est recusare. — *a*) Cum Accusativo. *Virg.* 3. *Æn.* 142. Arebant herbæ, et victum seges ægra negabat. *Ovid.* 3. *Trist.* 10. 73. Poma negat regio. *et* 2. *ibid.* 321. Nec mihi materiam bellatrix Roma negabat. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 3. *n.* 15. Apponendæ quoque spongiæ collo atque gutturi et his partibus, quæ haustum negant. *h. e.* deglutitionem impediunt. *et ibid.* 2. *ad fin.* At si sine ulla ratione adjutorii cujusquam medicinalis beneficii repente (*tumor*) non apparet, salutem negabit. — *b*) Cum Infinito. *Virg.* 2. *G.* 234. sin (*arenæ*) in sua posse negabunt Ire loca. *Claudian.* 2. *Hapt. Pros.* 179. quum Thessaliam scopulis inclusa teneret, Penco stagnante, palus, et mersa negarent Arva coli. — *c*) Ellipsis est in his *Lucan.* 8. 3. Cornipedem exhaustum cursu, stimulisque negantem Magnus agit. *scil.* obedire, obsequi. Sic *Stat.* 2. *Theb.* 668. ast tamen illi Membra negant. *et* 3. *Silv.* 1. 124. exscindere dextra Oppositas cautes et saxa negantia ferro. *che resistono.* et *Id.* de agilitate currendi, 6. *Theb.* 552. nec inutile bellis Subsidium, si dextra neget.

NĒGŌTĬĀLIS *vel* negocialis, e, adject. ad negotia, actiones, causas forenses, et civiles pertinens, πραγματικός. *Cic.* 1. *Invent.* 11. 14. Hæc constitutio, quam generalem nominamus, partes nobis videtur duas habere, juridicialem, et negotialem. Juridicialis est, in qua æqui et iniqui natura, aut præmii, aut pœnæ ratio quæritur. Negotialis est, in qua, quid juris ex civili more et æquitate sit, consideratur: cui diligentiæ præesse apud nos jurisconsulti existimantur. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 21. 62., ubi et exemplum subjicit. *Ascon.* in *Cic. Divin. in Q. Cæcil. argum.* Qualitas (*causæ*) negotialis comparativa de constituendo accusatore, qui potissimum de duobus, aut qui solus accuset. *Quintil.* 3. 6. 58. tradit, negotialem partem esse, in qua de rebus ipsis quæritur, remoto personarum complexu. *V. ibid. Jul. Valer. ars rhet.* (edente *A. Maio*) 27. *init.* Epistolarum species duplex est: sunt enim aut negotiales, aut familiares. Negotiales sunt argumento negotioso et gravi etc.

NĒGŌTĬANS *vel* negocians, antis, (*negotias* V. infra sub 2.) particip. a *negotior*, quod et Adjective et Substantivorum more usurpatur, et est negotiator, *negoziante.* Occurrit ¶ 1. De maximo negotiatore, qui scil. in provinciis pecunias mutuas provincialibus dabat ac fenus exercebat, *mercante in grande, banchiere. Cic.* 5. *Att.* 20. *a med.* Præfecturam petivit: negavi me cuiquam negotianti dare. ¶ 2. Generatim de quocunque mercatore. *Inscript.* apud *Gruter.* 645. 8. *et* 12. Q. OVILIO VENVSTIANO NEGOTIANTI etc. Alia *ibid.* 640. 4. TI. CLAVDIVS TI. FILIVS NEGOTIANS FERRARIVS. *Apul.* 5. *Met.* Magnis pecuniis negotians. *Inscript.* apud *Reines. cl.* 3. *n.* 88. *ann.* CCLI. *a Chr. n.* NEGOTIANTES VINI SVPERNATES ET ARIMINENSES. — *Negotias* pro *negotians* suppressa littera *n*, ut sæpe alibi apud Latinos. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 449. *n.* 58. Q. OCTAVIVS DAPHNICVS NEGOTIAS VINARIVS A SE.

NĒGŌTĬĀTĬO *vel* negociatio, ōnis, f. 3. actus negotiandi, mercatura, *negoziazione,* ἐμπορία. *Cic.* 13. *Fam.* 66. *extr.* Rogo, ut eum (*Cæcinam*) in reliquiis veteris negotiationis colligendis juves. *Id.* 6. *ibid.* 8. Ut ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare. *Sueton. Vesp.* 16. Negotiationes quoque vel privato pudendas palam exercuit. *Ulp. Dig.* 14. 4. 5. *a med.* Negotiatio sagaria et linteraria. *Colum.* 8. *R. R.* 1. 1. pecuaria. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (157). Oppidum, in quo omnis negotiatio convenit. *Inscript.* apud *Murat.* 132. 3. FORVM NEGOTIATIONIS FABARIAE.

NĒGŌTĬĀTOR *vel* negociator, ōris, m. 3. (negotior) qui negotiatur, mercator, *negoziatore, mercatante,* ἔμπορος. Occurrit ¶ 1. De maximo negotiatore, qui in provinciis pecunias mutuas provincialibus dabat ac fenus exercebat, *mercante in grande, banchiere. Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 2. Improbus negotiator, paullo cupidior publicanus. *Auct. B. Afr.* 90. Negotiatores Romani Uticæ in Africa, qui bis millies sestertium Cæsari solverunt multæ nomine. h. e. 50. *milioni di denari Romani.* V. *Bullettin. archeol. ann.* 1843. *p.* 9. — Distinguit *Cicero* negotiatorem a mercatore, 4. *Verr.* 77. 188. Postulo mihi respondeat, qui sit iste Verrutius: mercator, an negotiator, an arator, an pecuarius. *Id. Planc.* 26. 64. Negotiatoribus comis, mercatoribus justus, municipibus liberalis, sociis abstinens. *Id. Vatin.* 5. 12. Quum homines negotia gerentes judiciis iniquissimis irretires, mercatores e navi egredientes terreres, conscendentes morarere, etc. *Negotiatores* videntur esse, qui eodem loco hærentes comparant et coemunt merces, quas pluris distrahant: *mercatores,* qui nullo certo loco consistunt, et merces coemptas hinc inde exportant, atque huc illuc important. V. *Ernesti Clav. Ciceron.* in *Negotiator.* ¶ 2. Generatim. *Vellej.* 2. 110. 6. Oppressi cives Romani, truculenti negotiatores. *Tac. Agric.* 24. Aditus (*Hiberniæ*) portusque per commercia et negotiatores cogniti. *Quintil.* 1. 12. 17. Mercis sordidæ negotiator. *Scævola Dig.* 38. 1. 45. vestiarius. *Paul. ibid.* 50. 5. 9. frumentarius. *Apul.* 2. *Met.* Cerdo negotiator. *Quintil.* 5. 12. 17. Mancipiorum negotiatores formæ puerorum, virilitate exsisa, lenocinantur. *h. e.* mangones. *Inscript.* apud *Gruter.* 333. 3. NEGOTIATOR FAMILIAE GLADIATORIAE. *h. e.* qui pecunia sua gladiatores comparabat, ut a lanistis exercitatos venderet, vel spectaculorum editoribus locaret. V. *Henzen. de gladiat. p.* 32. ¶ 3. Speciatim cognomen fuit Mercurii, qui mercaturis præest. *Inscript.* apud *Gruter.* 55. 1. MERCVRIO NEGOTIATORI SACRVM NVMISIVS ALBINVS EX VOTO. Hinc *Ovid.* 5. *Fast.* 671. Te, quicunque suas profitetur vendere merces, Ture dato, tribuas ut sibi lucra, rogat. ¶ 4. Item qui aliorum negotia exercet, præfectus negotiationi. *Labeo* apud *Martian. Dig.* 32. 63. Negotiatores servi videntur, qui præpositi sunt negotii exercendi causa, veluti qui ad emendum, aut locandum, et conducendum præpositi sunt. Eodem sensu accipienda videtur hæc vox apud *Cæs.* 3. *B. C.* 103. Pompejus - æris magno pondere ad militarem usum in naves imposito, duobusque militibus hominum armatis, partim quos ex familiis societatum delegerat, partim a negotiatoribus coegerat, quosque ex suis quisque ad hanc rem idoneos existimabat, Pelusium pervenit.

NĒGŌTĬĀTŌRĬUS *vel* negociatorius, a, um, adject. ad negotiatorem, vel ad negotium pertinens. *Vopisc. Firm.* 3. Naves quoque ad Indos negotiatorias misit. *navi mercantili. Lamprid. Alex. Sev.* 32. *extr.* Aurum negotiatorium et coronarium Romæ remisit. *h. e.* quod a negotiatoribus pendebatur.

NĒGŌTĬĀTRIX *vel* negociatrix, īcis, f. 3. quæ negotiatur. *Inscript.* apud *Murat.* 935. 3. NEGOTIATRIX FRVMENTARIA ET LEGVMENTARIA. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 3. Bonitas apparituri boni negotiatrix. *Paulus Dig.* 34. 2. 32. § 4. Quum testatrix negotiatrix fuerit.

NĒGŌTĬNUMMĬUS, a, um, adject. nummos acquirens, lucrum afferens. *Apul.* 10. *Met.* Adventorum negotiinummia basiola. *Alii rectius leg.* negantinummia. *V.* NEGANTINUMMIUS.

NĒGŌTĬŌLUM *vel* negociolum, i, n. 2. *deminut. a* negotium, exiguum negotium, *faccenduzza. Plaut. fragm.* apud *Priscian.* 3. *p.* 616. *Putsch.* Datores bellissimi negotioli. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 4. *ad fin.* Erit nescio quid negotioli.

NĒGŌTĬOR *vel* negocior, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (negotium). Part. *Negotians V.* loco suo; *Negotaturus* II. — Negotiari est negotia maxima exercere, mercaturæ amplissimæ operam dare, in provinciis pecunias mutuas provincialibus dare ac fenus exercere, *esercitare il commercio in grande, fare speculazioni pecuniarie, fare il banchiere.*

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de Romanis civibus, qui in provinciis pecunias mutuas dabant. *Cic.* 3. *Off.* 14. 58. Quum se Syracusas otiandi causa, non negotiandi contulisset. *Id.* 13. *Fam.* 17. Curius, qui Patris negotiatur. *Sall. Cat.* 40. Umbrenus, quod in Gallia negotiatus erat, plerisque principibus civitatium notus erat, atque eos noverat. Adde *Cæs.* 3. *B. C.* 102. ¶ 2. Generatim est cuicumque mercaturæ operam dare. *Liv.* 33. 29. Negotiandi ferme causa argentum in zonis habentes.

II.) Figurate. ¶ 1. Negotiari animas. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 5. (10). *de medicis.* Nec dubium est, omnes istos famam novitate aliqua aucupantes, animas statim nostras negotiari. *h. e.* anima et vita nostra ad quæstum et negotiationem suam abuti. *Harduin.* ex MSS. legit *anima nostra,* probante *Silligio.* ¶ 2. Item est in re aliqua versari, alicui rei operam dare, *occuparsi in qualche cosa. Seneca Ep.* 119. *ante med.* Circumspiciebam in quod me mare negotiaturus immitterem.

NĒGŌTĬŌSĬTAS *vel* negociositas, ātis, f. 3. negotiorum, seu rerum agendarum multitudo. Ita vertit *Gell.* 11. 16. Græcam vocem πολυπραγμοσύνη.

NĒGŌTĬŌSUS *vel* negociosus, a, um, adject. (negotium). Comp. *Negotiosior* et Sup. *Negotiosissimus.* — Negotiosus est negotii plenus, πραγματώδης, *pieno di faccende, operoso.* — *a*) Generatim. *Plaut. Merc.* 1. 2. 79. Quia negotiosi eramus nos nostris negotiis, Armamentis complicandis et componendis studuimus. *Cic. Mur.* 8. 18. Provinciam Ostiensem non tam gratiosam et illustrem, quam negotiosam et molestam. *Sall. Cat.* 8. Prudentissimus quisque negotiosus maxime erat. *h. e.* in gerenda republica occupatus. *Tac. Dial. de orat.* 7. Oratores non illustres in urbe solum apud negotiosos et rebus intentos, sed etiam apud juvenes et adolescentes, qui etc. *Seneca* 2. *Ira* 13 *ad fin.* Quid clementia remissius, quid crudelitate negotiosius? *Augustin. ep.* 54. Vir negotiosissimus. — *b*) Specialim. *Negotiosa cogitatio,* est quæ in negotiis suis considerandis occupatur. *Cels.* 1. 32. Qui convalescit, ambulare debet, circumcisa omni negotiosa cogitatione. — *c*) *Negotiosi dies,* profesti, diebus sacris oppositi. *Tac.* 13.

Ann. 41. *extr.* Eoque oportere dividi sacros, et negotiosos dies. *giorni da lavoro.* — *d*) *Negotiosum tergum*, a *Plauto* dicitur *Mil. glor.* 2. 5. 37. quod plagis exercetur.

NĔGŌTĬUM *vel* negocium, ĭi, n. 2. a *nec* et *otium*, ut *Festus* docet *p.* 177. 16. *Müll.*, est res, cura, provincia, occupatio, πρᾶγμα (It. *negozio, faccenda, affare, briga, interesse, occupazione*; Fr. *occupation, travail, affaire, devoir, obligation*; Hisp. *ocupacion, trabajo, negocio*; Germ. *das Geschäft, die Verrichtung, Obliegenheit, Angelegenheit, die Beschäftigung überhaupt, praktische Thätigkeit*; Angl. *a business, office, employment, occupation, any thing to be done, an affair, transaction*).

I.) Proprie. — *a*) Universim. — Voci *otium* recta opponitur apud *Cic.* 3. *Off.* 1. 2. Nostrum otium negotii inopia, non requiescendi studio, constitutum est. *et Front. de fer. Als.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. *a med.* Jovem patrem ferunt nocti otium, diei negotium tradidisse. Cf. etiam *Cic.* 3. *Off.* 28. 102. At hoc quidem commune est omnium philosophorum, non eorum modo qui deum nihil habere negotii, nihil exhibere alteri, sed eorum etiam, qui deum semper agere aliquid et moliri volunt, numquam nec irasci deum, nec nocere. — Ceterum *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. *sub fin.* Te oro et hortor, ut in extrema parte muneris ac negotii tui diligentissimus sis. *Id.* 2. *Orat.* 6. 24. Quando ages negotium publicum? quando amicorum? quando tuum? quando denique nihil ages? *Id.* 2. *Phil.* 9. 21. Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, quum tu illum in foro gladio stricto insecutus es, negotiumque transegisses, nisi ille se in scalas tabernæ librariæ conjecisset? *Id.* 13. *Fam.* 11. Negotium quam commodissime administrare, et quam primum confícere. *et ibid.* 26. explicare et expedire. *Sueton. Rhet.* 6. *a med.* affligere. *rovinare, perder la lite. Horat.* 2. *Sat.* 3. 19. alienum curare. *Id.* 1. *Ep.* 7. 59. decidere. *Cic.* 5. *Verr.* 64. 149. suum procurare. *Id. Rosc. Com.* 12. 34. gerere. *Id.* 3. *Cat.* 2. 5. suscipere. *Quintil.* 4. 1. 8. subire. In vet. S. C. apud *Frontin. Aquæd.* 104. imperare alicui, ut inspiciat etc. *Cic. Dom.* 20. 52. dare alicui de re aliqua. *Id.* 13. *Fam.* 26. mandare. *Id. Harusp. resp.* 8. 15. dare magistratibus, ut etc. *commissione, ordine, incombenza.* et 1. *Fam.* 6. Interesse et præesse negotiis. *Id.* 1. *Nat. D.* 20. 52. molestis et operosis implicari. *Id.* 5. *Att.* 10. In negotio versari. *et ibid.* Ex negotio emergere. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 1. Obrui magnitudine negotii. *Id.* 3. *Herenn.* 24. 40. Negotio detineri. *Cæs.* 1. *B. G.* 45. desistere. *h. e.* sociis defendendis. *Sueton. Cæs.* 23. In magno negotio habere aliquid. *h. e.* existimare rem magni momenti. — Est mihi negotium cum aliquo, *ho da fare. Nepos Datam.* 7. Artaxerxes commotus est, quod intelligebat, sibi cum viro forti ac strenuo negotium esse. *Ter. Adelph.* 4. 5. 8. mirabar, quid hic negotii esset tibi. Eadem dicendi ratione ponitur pro certamine, dissidio, inimicitia a *Cœlio* apud *Cic.* 8. *Fam.* 8. *ad fin.* His vocibus, ut existimarent homines, Pompejo cum Cæsare esse negotium, effecit. — *b*) Specialim de iis, quæ ad rempublicam pertinent. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 1. Quum tot sustineas et tanta negotia solus, etc. Cf. *eumd.* 1. *ibid.* 7. 59.; et *Cic.* 3. *Off.* 1. 2. et 2. *Orat.* 6. 24. sub *a* cit. *Liv.* 3. 4. Alteri consulum negotium daretur, videre, ne quid respublica detrimenti caperet. Cf. *Cic. Harusp. resp.* 8. 15. et S. C. apud *Frontin.* sub *a* cit. — *c*) Item speciatim significat mercaturam, mercimonium, *negozio, mercanzia*, unde *negotiari, negotiator* etc. *Cic.* 1. *Fam.* 3. Trebonius ampla et expedita negotia in tua provincia habet. *Id. Cluent.* 69. 198. Qui in agro Larinati prædia, qui negotia, qui res pecuarias habent. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 33. Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas. — *d*) Item de privata, hoc est familiari cujusque re, *gli affari domestici, l'economia privata*; qua significatione *suum* additur. *Cic. Amic.* 23. 86. Qui suum negotium gerunt otiosi. *Id.* 1. *Off.* 9. 29. Sunt etiam, qui aut studio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum, suum se negotium agere dicant. Adde *eumd. ibid.* 34. 125.; et cf. *eumd.* 5. *Verr.* 64. 149. et *Rosc. Com.* 12. 34. sub *a* cit. — *e*) De rebus forensibus. *Cic.* 3. *Off.* 1. 1. A re publica forensibusque negotiis armis impiis vique prohibiti otium persequimur. *Quintil.* 4. 2. 2. Negotii, de quo apud judices quæritur, expositio. *Id.* 3. 5. 11. Illic (*in thesi*) veritatis tantum gratia disputari, hic (*in causa*) negotium agi. Adde *eumd.* 4. 1. 8.; et *Sueton. Rhet.* 6. *a med.* sub *a* cit. et *eumd. Sueton. Cal.* 40. — In re forensi et rhetorica *negotium*, definiente *Apollodoro* apud *Quintil.* 3. 5. 17., est congregatio personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casuum, factorum, sermonum, scriptorum, et non scriptorum. Subdit *Quintil.* Causam nunc intelligimus ὑπόθεσιν, negotium περίστασιν (h. e. *circumstantiam*). Sed ipsam causam quidam similiter finierunt, ut Apollodorus, negotium.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe refertur ad difficultatem, laborem, molestiam. *Sall. Cat.* 2. Tum demum periculo atque negotiis compertum est, in bello plurimum ingenium posse. *h. e.* rebus gravioribus iisque implicatioribus. Sic *Id.* in *orat. Cottæ cos. ad pop. init.* In quis omnibus neque animus negotio defuit, neque decretis labos. *h. e.* neque animus rebus asperis defuit etc. *Cic.* 5. *Att.* 17. *ad fin.* Satis habeo negotii in sanandis vulneribus, quæ sunt imposita provinciæ. *ho assai che fare.* et *ibid.* 12. Magnum negotium est navigare, atque id mense Quintili. *Id.* 3. *Fam.* 10. Alicui negotium facessere. *h. e.* molestiam creare. Græci item παρέχειν πράγματα dicunt. *Id.* 1. *Nat. D.* 30. 85. et 3. *Off.* 31. 112. culpiam exhibere. *Quintil.* 5. 13. 13. facere innocenti. *Nepos Eumen.* 12. Ut quoad ille viveret, ipsi securi esse non possent: interfecto, nihil habituri negotii essent. *Cic.* 12. *Fam.* 2. Nihil est negotii libertatem recuperare. *Nepos Agesil.* 5. *extr.* Sine negotio, quum voluerint, nos oppriment. *senza fatica.* et *Cic.* 10. *Att.* 16. Cato Siciliam tenere nullo negotio potuit. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 10. 34. (60). Abrotonum seritur semine non sine negotio. *non senza difficoltà e fatica. Cels.* 7. 5. Tela, quæ illata corporibus intus hæserunt, magno negotio sæpe ejiciuntur. *con molta difficoltà.* et *Cic.* 2. *Fam.* 10. *ad fin.* Oppugnabam oppidum munitissimum tantis operibus, tanto negotio, ut etc. *Id.* 1. *Tusc.* 6. 11. Quid negotii est, hæc poetarum et pictorum portenta convincere? *che difficoltà è?* — *Negotium facessere, exhibere*, et *facere* apud *Cicer.* et *Quintil. locis cit.* de eo, qui accusat, dicuntur. ¶ 2. Significat etiam rem, factum, causam, πρᾶγμα. *Cic.* 1. *Tusc.* 35. 86. Pompejo, quum graviter ægrotaret Neapoli, melius est factum. Coronati Neapolitani fuerunt: nimirum etiam Puteolani; vulgo ex oppidis publice gratulabantur. Ineptum sane negotium, et Græculum; sed tamen fortunatum. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 13. *ad fin.* Ad Callisthenem et Philistum redeo, in quibus te video volutatum. Callisthenes quidem vulgare et notum negotium, quemadmodum Græci aliquot locuti sunt: Siculus ille capitalis, creber, acutus, etc. Loquitur de horum auctorum scriptis. *Id. post red. in senat.* 6. 14. Cum hoc homine, an cum stipite Æthiope si in foro constitisses, nihil crederes interesse: sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanum negotium. *una cosa, che non ha dell'umano.* Est qui *neglectum* substituit. *Plaut. Most.* 3. 2. 53. quid est negotii? TRA. herus peregre venit. *che cos'è?* — Negotia humana, apud *Arnob.* 1. 3. *et* 8. sunt res humanæ. Sic 6. 13. negotia Thespiaca, res Thespiacæ. — Pro causa. *Plaut. Capt.* 3. 3. 10. neque de hac re negotium est, quin male Occidam. *et* 3. 5. 11. quid negotii est, quamobrem succenses mihi?

NEGRITU in auguriis significat ægritudo. *Festus p.* 165. 30. *Müll.*

NEGUMATE, in carmine Cn. Marcii vatis significat negate, quum ait: Quamvis moventium duonum negumate. *Festus p.* 165. 28. *Müll.* ubi alii malient *neginate*, vel *negunate*. Verba *Marcii* ita legit *Scalig.* Quamvis induitium duonum, negunate. *h. e.* quamvis initium bonum sit, tamen negate semper futurum.

NĒMA, ătis, n. 3. *filo, filato*, νῆμα, filum, stamen: a νέω *neo. Martian. Dig.* 39. 4. 16. § 7. Vela tincta, carbasea, nema sericum. *V.* voc. seq.

NEMEN, ĭnis, n. 3. *filo*, filum, stamen: a νῆμα *stamen. Inscript.* apud *Gruter.* 690. 5. sic ETENIM DVIERE OLIM PRIMORDIA PARCAE ET NEVERE SVPER VOBIS VITALIA FILA: NOBIS FORRO ALIA EST TRINO DE NEMINE FATI DICTA DIES LETI. *V.* voc. præced.

NEMEONICES, æ, m. 1. Νεμεονίκης, victor in ludis Nemeæis: a Νέμεος *Nemeus* et νίκη *victoria*, ut *Isthmionices*, qui victor fuit in ludis Isthmiis. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 174.

NĔMĔSĬĀCI, ōrum, m. plur. 2. Hi in *Cod. Theod.* 14. 7. 2. a Nemesi dea ita appellati, cum signiferis et cantabrariis conjunguntur, superstitiosi homines fuisse dicuntur, vanique futurorum divinatores, qui simulacra deorum circumferentes, falsam divinationem venditabant. Ita *Gothofred.* Apud *Commodian.* 19. lemma habetur *Nemesiacis vanis*, ubi eorum hominum fallaciæ indicantur.

NĔMO, inis, m. et f. 3. Genitivus *neminis* infrequentis est usus: *V.* NULLUS. *Ennius* apud *Festum p.* 162. 33. *Müll.* Lapideo sunt corde multi, quos non miseret neminis. Adde *Caton.* apud *eumd. ibid.*; et *Lucilium* apud *Non. p.* 143. 19. *Merc.* Sic *Plaut. Capt.* 3. 5. 107. neminis Misereri certum est, quia mei miseret neminem. — Item Ablativus raro admodum occurrit. *Justin.* 9. 1. 4. Quæ incerta possessio effecit, ut, nemine quasi suam auxiliis juvante, libertatem constantius tueretur. — Quod ad etymon attinet, ait *Festus p.* 162. 1. *Müll.* Nemo compositum videtur ex *ne* et *homo*: quod confirmatur magis, quia in persona semper ponitur, nec pluraliter formari solet, quia intelligitur pro nullo. *V.* infra sub *b*. Ut ex his *Festi* verbis patet, *nemo* differt a *nullus*, quod de re et de homine dicitur, nemo autem est idem ac nullus homo, οὐδείς (It. *nessuno, veruno, niuno*; Fr. *aucune personne, personne*; Hisp. *nadie, persona alguna, ninguna persona*; Germ. *kein Mensch, niemand*; Angl. *no one, nobody, no man*). Occurrit — *A*) Substantivorum more; et *B*) Adjective.

A) Substantivorum more occurrit — 1.°) Masculino genere — *a*) Absolute. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 49. 117. Nemo me lacrumis decoret, nec funera fletu Faxit. *Cæs.* 1. *B. G.* 18. Illo licente, contra liceri audet nemo. *Cic.* 2. *Verr.* 16. 46. Nulla est laus ibi esse integrum, ubi nemo est, qui aut possit aut conetur corrumpere. *Id.* ad *Cæs. post ep.* 11. *l.* 9. *ad Att.* Magis idoneum, quam ego sum, ad eam causam, profecto reperies neminem. *Id.* 8. *Att.* 2. *a med.* Pro Pompejo lubenter emori possum: facio pluris omnium hominum neminem. *Id.* 6. *Fam.* 6. *in fin.* Me amicissime quotidie magis Cæsar amplectitur: familiares quidem ejus, sicuti neminem. *et* 1. *ibid.* 5. *sub fin.* Amicum ex consularibus neminem tibi esse video, præter etc. *Id.* 3. *Legg.* 10. 24. Quod est tam desperatum collegium, in quo nemo e decem sana mente sit? *Id. Fontej.* 2. 5. Nemo ex tanto numero est, quin etc. *Id.* 1. *Orat.* 43. 191. Ut ei nemo de iis, qui peritissimi sunt, anteponatur. *Id.* 4. *Verr.* 43. 107. Omnium mortalium Sthenio nemo inimicior, quam etc. — *Nemon'?* nemo ne? *Ter. Phorm.* 1. 2. *in fin.* nemon' huc prodit? — De homine nullius momenti, aut pretii. *Cic.* 7. *Att.* 3. *a med.* Sed me moverat nemo magis, quam is, quem tu neminem putas. — Cum Verbo pluralis num. *Liv.* 24. 20. Hannibal, quum nemo eorum, qui ad lacum Averni adissent, aut ipsi venirent, aut nuncium litterasve mitterent —, castra inde movit. — *b*) Aliquando additur *homo. Plaut. Pers.* 2. 2. 29. Nemo homo unquam ita arbitratus est. *Ter. Adelph.* 2. 3. 6. Fratrem homini nemini etc. Ubi *Donatus*: Nove auribus nostris, sed veterum consuetudine locutus est: nam quum *nemini* hominem significet, quid opus fuit dicere *homini nemini*? Sed, ut diximus, figura est ἀρχαισμός. *Cic.* 2. *Nat. D.* 38. 96. Ut per biduum nemo hominem homo agnosceret. *Id.* 13. *Fam.* 55. Ut hominem neminem pluris faciam. — *c*) Item *unus, quisquam, alius, alter. Cic.* 5. *Tusc.* 36. 105. Nemo de nobis unus excellat. *Liv.* 28. 35. *a med.* Ita ut nemo unus externus magis enixe adjuverit rem Romanam. *Tac.* 14. *Ann.* 45. Nemo unus contra ire ausus est. *Cic.* 4. *Herenn.* 5. 8. Quod unus omnes artis partes consequi nemo potuerit. — *Ter. Eun.* 5. 9. 1. ecquis me vivit hodie fortunatior? Nemo hercle quisquam.

Gell. 2. 6. *circa med.* Nemo quisquam tam efflictis est moribus, quin faciat etc. — *Ter. Adelph.* 3. 2. 55. Nam hercle allus nemo respicit nos. *Cic.* 11. *Att.* 9. *ad fin.* Alium enim, cui illa commendem, habeo neminem. *Id. Mil.* 17. 46. Ut neminem alium, nisi T. Patinam, rogasset. — *Plin.* 2. *Hist. nat.* 25. 23. (91). Nemini compertum alteri, quod sciam. — d) *Nemo non*, omnes: *non nemo*, aliquis. *Cic. Amic.* 26. 99. Aperte adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. *non v'è chi nol conosca.* et *Planc.* 9. 22. Nemo Arpinas non Plancio studuit, nemo Soranus, nemo Casinas, nemo Aquinas. *Id.* 4. *Fam.* 7. Tuum consilium potest nemo non maxime laudare. *Id.* 2. *Parad.* 17. Nemo potest non beatissimus esse. — *Id. Pis.* 5. 10. Quas leges ausus est non nemo improbus, potuit quidem nemo convellere. *Id.* 4. *Cat.* 5. 10. Video, de istis abesse non neminem. — e) Etiam si alia negatio sequatur, adhuc negat. *Cic.* 1. *Nat. D.* 43. 121. Neminem deo nec deum, nec hominem earum esse vultis. *Ter. Eun.* 1. 2. 67. habeo hic neminem Neque amicum, neque cognatum. *Liv.* 3. 11. Ut nemo, non lingua, non manu promptior in civitate haberetur. Similia sunt illa, in quibus *nemo* pro *aliquis* ponitur. *Tibull.* 4. 7. 8. Ne legat id nemo, quam meus, ante, velim. *Ennius* apud *Festum* supra *cit.* Quos non miseret neminis. *Plaut. Mil. glor. a.* 5. *v.* 18. Jura te non nociturum esse homini nunc hac de re nemini. *Alii omitt.* non. — f) *Nemo* loco τοῦ ullus. *Cic. Brut.* 33. 126. Eloquentia quidem nescio an habuisset parem neminem. *Id.* 3. *Off.* 2. 1. Quod quum omnibus est faciendum, tum haud scio an nemini potius, quam tibi. — 2.°) Feminino genere. *Plaut. Cas.* 2. 2. 12. vicinam neminem amo magis, quam te. *Ter. Andr.* 3. 2. 26. Hoc scio unum, neminem peperisse hic.

B) Adjective. — a) De hominibus. *Cic.* 1. *Orat.* 28. 129. Quum ita dicat, se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem. *Id.* 2. *Legg.* 16. 41. Vir nemo bonus ab improbo se donari vult. *Id.* 2. *Nat. D.* 32. 81. Cujus (*naturæ*) sollertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitando. *Ennius* apud *Senec. Ep.* 18. Hic est ille situs, cui nemo civis neque hostis Quivit pro factis reddere opis pretium. et *Cic. Dom.* 41. 108. Civis est nemo in tanto populo, qui non etc. Sic *Nepos Att.* 19. Quod nemo adhuc civis Romanus quivit consequi. — b) Infrequentius est adjunctum rebus. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 744. Mandavit annos, neminem excepit diem.

NĔMŎRĀLIS, e, adject. *boschereccio*, ὑλαῖος, ad nemus pertinens, nemorensis. *Ovid.* 3. *Amor.* 1. 5. Hic ego dum spatior tectus nemoralibus umbris. *Id.* 1. *Art. am.* 259. suburbanæ templum nemorale Dianæ. *h. e.* quæ in loco prope Ariciam colebatur. Sic *Stat.* 1. *Silv.* 3. 76. Ægeriæ nemoralem adjungere Phœben. (*V.* vocem seq. § 2.) *Ovid.* 3. *Met.* 157. nemorale antrum. *Id.* 6. *Fast.* 59.; et *Martial.* 13. 19. Aricia nemoralis. *h. e.* nemori apposita.

NĔMŎRENSE, is, n. 3. *V.* voc. seq. in fin.

NĔMORENSIS, e, adject. *boschereccio, selvatico*, nemoralis, silvestris. ¶ 1. Generatim. *Colum.* 9. *R. R.* 4. 7. Sed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorense, quod ex sparto atque arbuto provenit. ¶ 2. Speciatim et sæpe refertur ad nemus juxta Ariciam, cum lacu sacro, ubi Diana colebatur, quæ ideo Nemoralis et Nemorensis est appellata: et ipse locus, veluti per antonomasiam, *nemus Dianæ* dictus est apud *Plin.* 35. *Hist. nat.* 7. 33. (52).; *Ovid.* 3. *Fast.* 261.; et *Vitruv.* 4. 7. *ad fin.* Sic *Strabo l.* 5. *a med.* Τὸ δ' Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι Νέμος. (nunc *Nemi* vocatur). *Servius* ad *Virg.* 7. *Æn.* 516. hunc lacum *speculum Dianæ* dictum ait. *Inscript.* apud *Gruter.* 41. 7. DIANAE NEMORESI VESTAE SACR. etc. *et ibid.* 8. DIANAE OPIFER. NEMORENSI L. APVLEIVS etc. *Propert.* 3. 21. 25. Albanusque lacus socii Nemorensis ab unda. — Hinc *Rex Nemorensis*, rex sacrorum Dianæ Nemorensis. *Sueton. Cal.* 35. Nemorensi regi, quod multos jam annos potiretur sacerdotio, validiorem adversarium subornavit. — Hinc

Nemorense, is, n. 3. absolute, substantivorum more, est villa Cæsaris ad illud Ariciæ nemus. *Sueton. Cæs.* 46. Villam in Nemorensi a fundamentis inchoatam, magnoque sumptu absolutam, quia non tota ad animum ei responderat, totam diruisse, quamquam tenuem adhuc et obæratum. Cf. *Cic.* 6. *Att.* 1. *ad fin.* Cæsarem in Nemorensi ædificando diligentiorem. *Turnebus* ita legendum esse conjecit. Cf. *eumd.* 15. *ibid.* 4. *sub fin.* L. Cæsar, ut veniam ad se, rogat, in Nemus.

NĔMŎRĬCŬLTRIX, icis, f. 3. quæ nemora incolit. *Phædr.* 2. 4. Sus nemoricultrix. *h. e.* aper.

NĔMŎRĬVĂGUS, a, um, adject. vagans in nemoribus. *Catull.* 63. 72. Ubi cerva silvicultrix, ubi aper nemorivagus.

NĔMŎRŌSUS, a, um, adject. nemoribus abundans, ὑλώδης, *selvoso, boscoso.*

I.) Proprie. *Virg.* 3. *Æn.* 270. Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 38. (121). Nemorosum hospitium. *Id.* 4. *ibid.* 8. 15. (30). Nemorosa convallis. *Id.* 5. *ibid.* 1. 1. (6).; et *Ovid.* 3. *Art. am.* 427. Atlas opacus, nemorosus. *Plin. alter* 8. *Ep.* 8. Collis antiqua cupressu opacus, nemorosus. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 8. Nemorosus arboribus locus.

II.) Translate. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 1. 5. (9). Cupressus nemorosa vertice, et se vastis protegens ramis. *frondosa, ramosa. Sil. It.* 13. 595. vasta comas, nemorosaque brachia fundit Taxus.

NEMPĔ, adverb. vel particula (ex *nam* et demonstrativa particula *pe*, ut *quippe*) est idem ac certe, sine ullo dubio, utique, liquet, res per se patet (hinc a *Priscian.* 15. p. 1020. *Putsch.* inter adverbia *confirmativa* recensetur), δηλαδή (It. *certo, sicuramente, sì, per l'appunto, naturalmente*; Fr. *assurément, sans doute, ainsi donc*; Hisp. *aseguradamente, ciertamente, si*; Germ. *denn doch, doch, ja, nun ja, allerdings, natürlich, wirklich*, Angl. *surely, however, exactly, just so*). Est autem particula colloquii propria, et significat rem, qua de agitur, esse apertam et certam. Occurrit — 1.°) In oratione recta ac plana — a) De re clara ex colloquentis mente vel sententia, hinc *nempe dicis* et similia. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 16. Memini: nempe illum dicis cum armis aureis, Cujus tu etc. *h. e.* sine dubio. *Id. Asin.* 2. 2. 72. Ita enimvero: sed tamen tu nempe eos asinos prædicas Vetulos, claudos etc. *Cic.* 4. *Verr.* 61. 150. Nunc, quod mihi abs te datur, id accipio, eos tibi esse inimicissimos. Nempe ita dicis, propter decumas. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 75. adimam bona, Nempe pecus, rem, lectos, argentum: tollas licet. *h. e.* tu intelligis pecus etc. *Plaut. Merc.* 4. 4. 20. Nempe uxor ruri est tua, quam dudum dixeras te odisse æque atque angues. *sì, è in campagna la moglie tua* etc. — b) De re, quæ per se constat. *Ter. Andr.* 4. 4. 27. Recte ego nempe has fugi nuptias. *h. e.* patet, nec negari potest me recte fugisse nuptias. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 162. das numnos, accipis uvam, Pullos, ova, cadum temeti. Nempe modo isto Paullatim mercaris agrum fortasse trecentis, Aut etiam supra, nummorum millibus emptum. *h. e.* plane intelligitur, liquet. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 18. Nempe ita animati estis vos. *h. e.* apertum est, vos etc. Huc pertinet etiam illud ejusd. *Plaut. Trin.* 2. 2. 47. LY. Bene volo ego illi facere, si tu non nevis. PH. Nempe de tuo. LY. De meo. *h. e.* hoc per se intelligitur, de tuo. — c) *Nempe* argumentum affert rei ante oculos obversantis, vel satis notæ. *Ovid.* 13. *Met.* 93. Nempe ego mille meo protexi pectore puppes. *h. e.* ut omnibus est notum. *Propert.* 4. 1. 88. Nempe meam firmant nunc duo busta fidem. *h. e.* ecce. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 22. Nempe inter varias nutritur silva columnas. *Ovid.* 2. *Met.* 663. in equam cognataque corpora vertor. Tota tamen quare? Pater est mihi nempe biformis. *h. e.* ut notum est. — d) Occupatur per hanc particulam sententia ex certa conjectura. *Plaut. Rud.* 2. 3. 13. nempe rem divinam facitis hic. AM. Quid somnias? amabo. *Ter. Andr.* 5. 4. 47. CHRE. causa optima est: Nisi quid pater ait aliud. PAM. Nempe id. SI. Scilicet. *appunto.* et *ibid.* 1. 1. 2. Adesdum: paucis te volo. SO. Dictum puta: Nempe ut currentur recte hæc. — e) Sæpe *nempe* inservit conclusioni, quæ certo et aperto argumento nititur, et ponitur in apodosi, addito etiam *igitur, idcirco, ergo. Ter. Eun.* 1. 2. 78. Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt denique, ego excludor. Simile videtur illud *Plaut. Merc.* 4. 4. 35. LY. Quin me eradicas miserum. CO. Scio jam, quid velis: Nempe hinc me abire vis. LY. Volo, inquam. *h. e.* estne ita? tu me hinc abire vis: in hoc enim loco gravior est affirmandi vis. Ceterum *Lucret.* 1. 385. duo de concursu corpora lata Si cita dissiliant, nempe aer omne necesse est, Inter corpora quod fiat, possidat inane. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 155. At si divitiæ prudentem reddere possent, Si cupidum timidumque minus te, nempe ruberes, Viveret in terris te si quis avarior uno. *Cic.* 4. *Fin.* 15. 41. In qua (*natura*) si nihil est præter rationem, sit in una virtute finis bonorum: sin est etiam corpus, ista explanatio naturæ nempe hoc effecerit, ut ea, quæ ante explanationem tenebamus, relinquamus. *Id. Partit. orat.* 12. 42. Nempe igitur ea restant, quæ, quum et factum constet et nomen, qualia sint, vocatur in dubium. *Id. Flacc.* 37. 91. Si dat tantam pecuniam Flacco, nempe ideirco dat, ut rata sit emptio. *Plaut. Most.* 2. 2. 59. Ait venisse in somnis ad se mortuum. TH. Nempe ergo in somnis? TR. Ita. *Ter. Andr.* 1. 2. 24. Nempe ergo aperte vis, quæ restant, me loqui. DA. Sane quidem. — f) *Nempe* locum habet etiam in concessivis sententiis, quum tamen vel aliud quid opponitur, vel rem, quæ excipitur, affirmamus. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 30. Quum pateris sapiens emendatusque vocari, Respondesne tuo, dic sodes, nomine? Nempe Vir bonus et prudens dici delector ego, ac tu: Qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet. *h. e.* concedo quidem me sapientis nomine delectari; sed qui hodie id dedit, cras auferet. *Cic.* 9. *Att.* 15. Scimus nempe: hæremus nihilo minus. *Id.* 3. *Tusc.* 20. 49. Non istam dicit voluptatem. Dicat quamlubet: nempe eam dicit, in qua virtutis nulla pars insit. — 2.°) In interrogatione (quæ multiplici fieri potest consilio) *nempe* occupat alterius affirmationem vel ex ejus dictis conceptam, vel ex ipsa rei probabilitate petitam, et valet *estne ita*? *nonne*? Ital. *la cosa è veramente così? la è proprio così? n'è vero? Plaut. Pseud.* 4. 7. 73. Quid ais? nempe tu illius servus es? HA. Planissume. *tu dunque sei veramente lo schiavo di lui?* et *Id. Rud.* 4. 4. 13. Nempe hic tuus est? et *Trin.* 4. 3. 67. Liberi quid agunt mei, quos reliqui hic, filium atque filiam? ST. Vivunt, valent. CH. Nempe uterque? ST. Uterque. *Id. Asin.* 1. 1. 103. DE. Apud Archibulum ego ero argentarium. LI. Nempe in foro? DE. Ibi. *Cic.* 5. *Tusc.* 5. 12. Nempe negas ad beate vivendum satis posse virtutem? A. Prorsus nego. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 119. BA. Fateor. CA. Nempe conceptis verbis? DA. Etiam consultis quoque. *Id. Most.* 3. 3. 16. Nempe octoginta debentur huic minæ? TR. Haud nummo amplius. *Id. Mil. glor.* 3. 3. 48. Nempe tu novisti militem meum herum? AC. Rogare mirum est. *Pers.* 3. 1. Nempe hoc assidue? *sempre così eh?* Est quædam acerbitas sermonis in his. *Cic. Brut.* 3. 14. Nempe eum (*librum*) dicis, inquit, quo iste omnem rerum memoriam breviter - complexus est? *tu intendi, n'è vero, quel libro* etc. — Huc pertinent et illa *Plauti Curc.* 1. 1. 43. PH. Ei ancillula est. PA. Nempe huic lenoni, qui hic habitat? PH. Recte tenes. et *Epid.* 3. 4. 12. Sed istum quem quæris Periphanem Platenium, ego sum, si quid vis. MI. Nempe quem in adolescentia memorant apud regem armis, arte duellica divitias magnas indeptum? — 3.°) Interrogatione facta respondent Latini affirmando per particulam *nempe*, quando res ipsa aperta aut omnibus nota, aut necessaria esse videtur; est igitur *sine dubio, revera, plane*, ut apud *Plaut. Mil. glor.* 4. 4. 26. PA. Militem lepide et facete et laute ludificarier volo. — Scin tu quemadmodum? AC. Nempe ut assimulem me amore istius differri. PA. Rem tenes. *Cic.* 1. *Phil.* 7. 18. Cn. Pompeji tertius consulatus in quibus actis constitit? Nempe in legibus. *Id. Mil.* 3. 7. In qua tandem (*urbe*) hoc homines stultissimi disputant? Nempe in ea, quæ primum judicium de capite vidit M. Horatii. *h. e.* videtis, in ea urbe quæ etc. *et ibid.* 6. 15. Quid ergo tulit? Nempe ut quæreretur. *h. e.* sine dubio, constat. *Id. Ligar.* 3. 7. Apud quem igitur hoc dico? Nempe apud eum, qui, quum hoc sciret, tamen me antequam vidit, reipublicæ reddidit. *h. e.* ut omnibus notum est. — Poetæ per particulam *nempe* lectorum animos ad ipsam rem conspiciendam

provocant. *Virg.* 3. *G.* 258. Quid juvenis (*Leander*), magnum cui versat in ossibus ignem Durus amor? nempe abruptis turbata procellis Nocte natat cæca serus freta: quem super ingens Porta tonat cæli etc. - Sæpe *nempe* significat *scilicet*, et inservit irrisioni, cavillationi et ironiæ; affirmatur enim, quod approbari non poterit. *Plaut. Cas.* 2. 3. 18. Respice oh mi lepos! CL. Nempe ita uti tu mihi es. *Phædr.* 1. 23. aras frequentas. Nempe abigeris, quo venis. *Tibull.* 2. 3. 27. Delos ubi nunc, Phœbe, tua est? ubi Delphica Pytho? Nempe amor in parva te jubet esse casa. *Cic.* 3. *Phil.* 6. 16. At avus nobilis. Tuditanus nempe ille, qui cum palla et cothurnis nummos populo de rostris spargere solebat. *Val. Flacc.* 3. 512. Phrygiis ultro concurrere monstris Nempe virum, et pulcro reserantem Pergama ponto Vidimus.

NĔMUS, ŏris, n. 3. νέμος, silva, lucus, locus pascuus (It. *bosco con pascoli, selva, pascolo*; Fr. *forêt qui renferme des pâturages, forêt, bois*; Hisp *floresta con pastado de ganado, floresta, bosque*; Germ. *der Wald mit Triften und Weiden für das Vieh, weidenreiches Gehölz, der Hain*; Angl. *a grove or wood, a forest*).

I.) Proprie. *Festus p.* 162. 23. *Müll.* nemus sit significare silvam amœnam: item locum, qui campos et pascua habeat: a νέμω *pasco*. Hoc sensu *Ovid.* 1. *Met.* 568. Est nemus Hemoniæ, prærupta quod undique claudit Silva: vocant Tempe. *Virg.* 6. *Ecl.* 56. nemorum jam claudite saltus. *Seneca Herc. Œt.* 137. gratum pecori montivago nemus. — Discrimina inter *nemus*, *lucum* et *silvam* attulimus in LUCUS. Latini sæpe promiscue utuntur. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 22. 34. Utinam ne in nemore Pelio securibus Cæsa accidisset abiegna ad terram trabes. *Cic. Harusp. resp.* 11. 24. Matrem magnam accepimus agros et nemora cum quodam strepitu fremituque peragrare. *Id.* 1. *Divinat.* 50. 114. Multos nemora silvæque, multos amnes aut maria commovent. *Horat.* 1. *Od.* 1. 30. Nemus gelidum. *Ovid. Heroid.* 12. 67. et piceis et frondibus ilicis atrum. *Id.* 6. *Fast.* 9. densum arboribus. *Id.* 2. *Met.* 418. quod nulla ceciderat ætas. *et* 1. *ibid.* 479. nemorum avia lustrat. *Tibull.* 3. 3. 15. Quid (*juvant*) nemora in domibus sacros imitantia lucos? — De nemore Aricino Dianæ sacro, *V.* NEMORENSIS. Regina nemorum est ipsa Diana. *Seneca Hippol.* 406.

II.) Translate apud Poetas. — *a)* De plurimis plantis. *Virg.* 2. *G.* 400. omne levandum Fronde nemus. *h. e.* totum vinetum frondibus exonerandum. — *b)* Nemus dicuntur ipsa ligna nemoris. *Seneca Herc. Fur.* 1216. structum acervans nemore congesto aggerem. — *c)* De una platano. *Martial.* 9. 62. Auctorem dominumque nemus sentire videtur. *Alii leg.* dominumque suum.

NEMUT, nisi etiam, vel nempe. *Cato* apud *Festum p.* 162. 28. *Müll.*

NĔNIA *vel* nœnia, æ, f. 1. *Nœnia* ex ordine litterarum habetur apud *Festum*. Diphthongum abjiciunt *Voss., Dausq., Cellar.* — Ablativus *nenia* disyllabus legitur apud *Ovid.* 6. *Fast.* 142. Nenjaque in volucres Marsa figurat anus. — Nenia (quod vocabulum, ratione habita etymi, conjungi potest cum Gr. αἶνος *sermo, laus*) est lessus, carmen funebre, præcipue ultimum illud, quod in funere laudandi gratia cantabatur ad tibiam ante cadaver sepultum, ut *Festus p.* 161. 13. et *Paul. Diac. p.* 163. 1. *Müll.* docet. Cujus moris rationem affert *Macrob.* 2. *Somn. Scip.* 3., quia animæ post corpus ad originem dulcedinis musicæ, id est ad cælum redire credantur. *Scalig.* in *conjectan. Varron.* docet ex *Polluce*, esse vocem Phrygum, quorum etiam inventum esse canendi ad tibiam laudes mortuorum, et ab iis præficas cœpisse. *Diomed.* 3. *p.* 482. *Putsch.* Apud Romanos id carmen (*elegia*), quod cum lamentatione extremum atque ultimum mortuo accinitur, nenia dicitur, παρὰ τὸ νειᾶτον, *h. e.* ἔσχατον. Ceterum Gr. ὀλοφυρμός, ἐπικήδειον, νηνία (It. *canto lugubre, canto mortuario*; Fr. *chant funèbre*; Hisp. *canto funeral*; Germ. *das Leichenlied, der Leichengesang*; Angl. *a funeral song, song of lamentation, dirge, mournful ditty*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Legg.* 24. 62. Honoratorum virorum laudes in contione memorentur, easque etiam cantus ad tibicinem prosequatur, cui nomen neniæ: quo vocabulo etiam Græcis cantus lugubres nominantur. *Horat.* 2. *Od.* 20. 21. Absint inani funere neniæ. *Sueton. Aug.* 100. Funus triumphali porta ducendum, canentibus neniam principum liberis. *Quintil.* 8. 2. 8. Carmen funebre proprie nenia.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de aliis carminibus mœstis, ut apud *Horat.* 2. *Od.* 1. 37. Ceæ retractes munera neniæ. *et* 3. *ibid.* 28. 16. Dicetur merita Nox quoque nenia. — Joculariter. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 32. id fuit nenia ludo. *h. e.* ludum in luctum mutavit. *Id. Truc.* 2. 1. 3. Huic homini amanti mea bera dixit neniam de bonis. Nam fundi et ædes obligatæ sunt ob amoris prandium. ¶ 2. Dicitur item de incantamentis, quia in his mortuorum maniumque mentio fit. *Horat. Epod.* 17. 28. Sabella pectus increpare carmina, Caputque Marsa dissilire nenia. ¶ 3. Et quia funebres illi versus a præficis conductis cantari cœpti sunt, quæ multa incondita atque inepta, bonarum litterarum rudes, admiscere consueverunt, ut *Non. p.* 145. 25. *Merc.* tradit; *nenia* interdum dicitur quodlibet carmen vulgare, translaticium, nugatorium, ineptum, *cantione, cantofera. Phædr.* 3. *prol.* legesne potius viles nenias? *Horat.* 1. *Ep.* 1. 62. Roscia, dic, sodes, melior lex, an puerorum Nenia, quæ regnum recte facientibus offert? *Arnob.* 7. 32. Somni quiete dii solvuntur, occuparique ut hoc possint, lenes audiendæ sunt neniæ. *h. e.* nugatorii cantus, quibus nutrices sopiunt infantes: Itali *cantar la ninna nanna* dicunt. *Id.* 6. 12. Cum plectro et fidibus Delius citharistæ gestus servans, cantaturi et nenias histrionis. — Res quoque ipsæ nugatoriæ *neniæ* appellari videntur. *Arnob.* enim *l.* 7. postquam irrisit carnem strebulam, rumam, hiras, et hujusmodi, quæ diis offeruntur in sacris, inquit *c.* 25. Neque prius iras dii atque animos ponunt, nisi sibi adoleri paratas conspexerint nenias offasque penitas. Adde *ibid.* 24. Sed rectius alii utroque loco leg. *tænias*, h. e. exta tæniarum more prosecta. *Orellius* tamen ad *Arnob. ll. citt.* legendum esse *neniam* contendit, *Festi* auctoritate fretus, qui sit *p.* 161. 2. 3. *Müll.* Quidam ajunt neniæ ductum nomen ab extremi intestini vocabulo. *et subdit* verba *Plauti Bacch.* cit. in seq. paragr. ¶ 4. *Soricina nenia*, est stridor, et questus, et quasi nenia soricis deprehensi in muscipula, ubi constrictus, et veru, stimulo, stilove confossus moritur. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 46. Si tibi est machæra, et nobis veruina est domi: Qua quidem te faciam, si tu me irritaveris, Confossiorem soricina nenia. Eodem fere modo *Donatus* interpretatur ad *Ter. Eun.* 5. 7. *in fin.* ¶ 5. Denique *Nenia* nomen est deæ funerum præsidis. *Arnob.* 4. 7. In tutela sunt Orbonæ orbati liberis parentes: in Neniæ, quibus extrema sunt tempora. Adde *Augustin.* 6. *Civ. D.* 9. *ad fin.* ex *Varrone*. Ejus sacellum fuit Romæ ultra portam Viminalem, teste *Festo loc. cit.* sub init.

NENUM *vel* nenu *pro* non, dixerunt veteres, teste *Non. p.* 143. 33. *Merc.*, ubi *nœnum*; quam scriptionem *J. Grimmius*, probante *Lachmanno* ad *Lucret.* 3. 198., rectam esse judicat, quum *nœnum nœnu* sive *non* nihil aliud sit quam *ne œnum*, hoc est *nec unum*. Alii ex *ne* et *num* compositum esse volunt cum eoque comparant Græcum *μὴ νοῦν*. Nihil tamen obstare videtur, quominus sit idem prorsus ac *non* adjecta syllaba. *Lucilius* apud *Non. loc. cit.* Sed tamen hoc dicas quid est (*Lachmannus* quid rest), si nœnu molestum est. *Varro* apud *eumd. p.* 144. 2. *Merc.* Si hodie nœnum venis. *Lachmannus* affert etiam illud *Plaut. Aulul.* 1. 1. 28. Nœnum mecastor, quid ego hero dicam meo, - Queo comminisci. Eidem *Lachmanno* haud incredibile videtur pro *non*, quod habent vulg. libri, scribendum esse *nœnum* apud *eumd. Plaut. Bacch.* 4. 4. 84. Quia tibi aurum reddidi, et quia nœnum te fraudaverim. *Ennius* (edente cl. *J. Vahlen.*) apud *Cic.* 2. *Divinat.* 62. 127. Somnia vera aliquot, verum omnia nœnu necessest. *et* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. Unus homo nobis cunctando restituit rem. Nœnum rumores ponebat ante salutem. *et* apud *Festum p.* 229. 32. *Müll.* Nœnum (*Müllerus* Non in) sperando cupide rem prodere summam. *Lucret.* 4. 713. Nœnu queunt rabidi contra constare leones. Adde *eumd.* 3. 200. — Etiam nenc dixisse videntur. *Ter. Eun.* 1. 1. 7. Atque ubi pati non poteris, quum nemo expetet. *Plerique omnes leg.* nemo.

NĔO, nes, nēvi, nētum, nĕre, a. 1. Part. *Nens* I.; *Netus* I. et II. — Nere est filum torquere, vel ducere, a Græca voce νέω, νήθω, κλώθω (It. *filare*; Fr. *filer*; Hisp. *hilar*; Germ. *spinnen*; Angl. *to spin*).

I.) Proprie. *Plaut. Merc.* 3. 1. 20. Subtemen tenue nere. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 19. (63). Superque omnia (*aurum*) netur ac texitur lanæ modo vel sine lana. *Ovid. Medic. fac.* 14. Assiduo durum pollice nebat opus. *Id.* 2. *Fast.* 771. Sic sedit, sicculta fuit, sic stamina nevit. *Id.* 1. *Pont.* 8. 64. Nerunt fatales fortia fila deæ. *Tibull.* 1. 8. 1. Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes Stamina. *Justin.* 1. 3. 2. Invenit eum purpuram colo nentem. *Martial.* 6. 3. Et totam Phryxi Julia nebit ovem. *Claudian.* 1. *in Eutrop.* 274. stamine nesse. *Ulp. Dig.* 32. *leg.* 70. Quæsitum est, utrum lanæ appellatione ea sola contineatur, quæ neta non est; an et ea, quæ neta est, ut puta stamen et subtilem. *Alcim.* 6. 36. vestis neto quæ fulgurat auro. *Paulin. Nolan. carm.* 22. 106. netum vellus. Adde *Hieronym. Ep.* 130. *n.* 15. — Nentis feminæ descriptionem habes apud *Catull.* 64. a *v.* 311. — In illo *Tibulli* 3. 3. 36. Stamina qui ducunt, quæque futura nevit: *Scalig.* τὸ *nevit* ducit a *neo*: alii a *neo, is*. Sed multo rectius alii leg. *canunt*.

II.) Translate est implectere, *intrecciare. Virg.* 10. *Æn.* 818. Et tunicam (*transiit*), molli mater quam nverat auro. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 20. 33. (144). Inter se radices serpunt, mutuoque discursu nentur. *Sillig.* pro *nentur* legit *necantur*. *Cato R. R.* 55. Ligna domino in tabulato condito, codicillos oleaginos, radices in acervo sub dio metas (lege ex *Pontedera Op. posth. T.* 1. *p.* 227. netas) facito.

NĔŌCŌRUS, i, m. 2. *custode*, aut *servente del tempio*, νεωκόρος, ædituus, qui verrendi, purgandi ornandique templi curam habet: a νεως, Attice pro ναὸς *templum*, et κορέω *verro, purgo, orno*. Neocori officium, suppresso nomine, memorat bis verbis *Firmic.* 3. *Mathes.* 7. *n.* 9. In nono loco Venus ex horoscopo constituta faciet etiam in templis manere sordide. *Id. de err. prof. relig. ante med. c.* 14. Hic (*Serapis*) in Ægypto colitur, hic adoratur, hujus simulacrum neocororum turba custodit. — *Neocorus* postea dictus etiam est templi antistes, qui nempe cæremoniis et sacrificiis rite celebrandis præerat. *Inscript.* apud *Gruter.* 1102. 2. VETTIO AGORIO PRAETEXTATO V. C. PONTIFICI VESTAE NEOCORO HIEROPHANTAE PATRI SACRORVM etc. — Aliquando ipsi populi et civitates suorum numinum, et nonnunquam etiam alicujus Augusti neocoros se appellabant, ut publice pietatem suam testarentur. Ita porro Ephesii se vocare dicuntur propter templum Dianæ apud *D. Lucam Act. Ap.* 19. 35. Τίς ἐστιν ἀνθρωπος, ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὐσαν τῆς μεγάλης Θεᾶς Ἀρτέμιδος, καὶ τοῦ Διοπετοῦς; sic urbs Neapolis in regione Samaritide neocorum Philipporum Augg. se appellat in nummis apud *Mionnet Descript. des méd. ant. T.* 5. *p.* 508. COL. NEAPOL. NEOCORO. Consule *Eckhel. D. N. V. T.* 4. *p.* 288.-306.

NĔŌGRAMMATĔA pro *monochromata* vel *monochromatea* quinque Codicum auctoritate in textum recepit *Sillig.* apud *Plin.* 35. *Hist. nat.* 5. 11. (29). Quæ mox neogrammatea genera picturæ vocantur qui deinde et quæ invenerint et quibus temporibus, dicemus in mentione artificum, quoniam indicare naturas colorum prior causa operis instituti est. Ut *Sillig.* adnotat, nullum quidem hujus vocis neque apud Græcos, neque Latinos scriptores exemplum invenitur: sed vox, ad analogiam certe linguæ Græcæ formata, omnia ea genera picturæ comprehenderit necesse est, quæ pictores post artis incunabula (qualia genera *palæogrammatea* dici poterant) viventes invenerunt: hanc sane rem conficere videntur verba *et quæ invenerint*, quæ quadrant in *neogrammatea*, non in *monochromatea* genera. Quomodo autem vocabulum *neogrammatea* sit explicandum, *Silligius* frustra quæri fatetur: videtur tamen significare novam ducendarum linearum in pingendo rationem, h. e. novam pingendi rationem.

NĔŌMĒNĬA, æ, f. 1. νεομηνία, *novilunio*, nova luna, vel prima dies lunæ, aut mensis. Græci

enim suos menses ad lunæ cursum dirigebant, et a primo novæ lunæ die menses suos auspicabantur: a νέος *novus* et μήνη *luna*. *Tertull. Idolol.* 14. ex *Isai.* 1. 13. et 1. *advers. Marcion.* 20. ex *Osee* 2. 11.

NEOPHYLAX. *V.* NAOPHYLAX.

NĔŌPHȳTUS, a, um, adject. νεόφυτος, *h. e.* nuper plantatus: a νέος *novus* et φυτός *plantatus*. ¶ 1. Translate ita dicitur, qui recens ad Christianam religionem accessit. *Tertull. Præscript. hæret.* 4. Nunc neophytos collocant, nunc etc. — In antiquis Christianorum monumentis sæpissime *neofitus* et *neofita* insculptum legitur. *Inscript.* apud *Don. cl.* 20. n. 64. Q. PETICIO HABENTIO NEOFITO etc. et *ibid.* n. 50. *Flavia* IOVINA NEOFITA. *Alia* apud *Fabrett. p.* 565. n. 112., quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 359. IVNIVS BASSVS V. C. IN IPSA PRAEFECTVRA VRBI NEOFITVS HIT AD DEVM VIII. KAL. SEPT. EVSEBIO ET YPADIO COS. ¶ 2. Pro fetu, qui adhuc matris ventre gestatur, dixit *Theod. Priscian.* v. 6. Succum rutæ viridis potui dederunt ad neophyta excludenda. Cf. *eumd. ibid. paullo post.* Dictamnum cum vino tritum post balnea potui dabant, et continuo pæne immaturas animas excludebant. *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

NĔOSSŌTRŌPHĪUM. *V.* NESSOTROPHIUM.

NĔŌTĔRĪCĒ, adverb. *modernamente*, nove, recens. *Pseudo-Ascon.* in *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 4. *ad fin.* Hoc leviter a Cicerone dictum et neoterice putant.

NĔŌTĔRĪCUS, a, um, adject. *moderno*, νεωτερικός, juvenis, recens: a νεώτερος *junior*, ut Scriptores neoterici, quibus antiqui opponuntur. *Aurel. Vict. de orig. Gentis R. init.* Ut quisque neotericorum asseveravit. *Sulpic. Sev.* 1. *Dial.* 6. Libri neoterici et recens scripti.

NĔPA *vel*

NEPAS, æ, m. 1. *scorpione*, σκορπίος, Afrorum lingua est animal venenatum, cauda feriens, alio nomine *scorpius*, cujus natura est, ut in parietum latibulis delitescat et, quum aliquid senserit, retrocedat. *Paul. Diac. p.* 164. 10. *Müll.* (quocum cf. *Festus p.* 165. 22.) dubitat, num cancer sit, an scorpius, nempe quia utroque modo veteres usi, pro cancro *Plautus*, ut videtur, pro scorpio *Tullius* in *Arateis*. Quod confirmat etiam *Lydus de magistrat. Rom. l.* 1. *c.* 42. Τὸν σκορπίον οἱ Ῥωμαῖοι πατρίως νέπαν καλοῦσιν, οἱονεὶ ἄποδα κατὰ στέρησιν. et *Scholiast. Cod. Palat.* ad *Odyss. l.* 4. *v.* 404. Νεπόδες, ἢ ἄποδες τοῖς ποσὶν νηχόμενοι. *Plaut. Cas.* 2. 8. 7. Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam. *Cic.* 5. *Fin.* 15. 42. Cornibus uti videmus boves, nepas aculeis. — Verius est esse scorpionem, ut ex *Non.* docet *p.* 145. 16. *Merc.*, unde pro signo illo cælesti *Ennius* apud *Cic.* 1. *de re publ.* 18. Astrologorum signa in cælo quæsit, observat, Jovis Quum capra aut nepa aut exoritur lumen aliquod belluæ. Quod est ante pedes, nemo spectat: cæli scrutantur plagas. *Cic.* in *Arat.* 2. *Nat. D.* 42. 109. *de Ophiucho.* Atque oculos urget pedibus pectusque Nepai, ubi *Aratus* habet Σκορπίος ὀφθαλμῶν τε, etc. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 39. Pridie Nonas Majas Nepa medius occidit. *Id.* 10. *ibid.* 56. trepidus profugit chelas et spicula Phœbus Dira Nepæ. Adde *Cic.* in *Arat.* 418. et 438.; et *Manil.* 2. 32. et 4. 356. Porro *Nepai* supra allato *Cicer.* loco Genitivus est antiquus, ut *terrai frugiferai. Capell.* 2. *p.* 42. *de Mercurio.* Sub dextra testudo minitansque nepa, a læva capra, *quia* Cancri tutelaris deus habitus est Mercurius. Pro cancro est etiam in illo *Sereni Nammon.* 13. de oculorum dolore mitigando: seu *v.* 199. Viventisque nepæ lumen gestatur amicum. Cf. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 7. 24. (74). Cancri oculos adalligatos collo mederi lippitudini dicunt.

NĔPARCUS, a, um, adject. non parcus. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 77. id quidem tibi neparcus dabo. Ita leg. *Acidalius.* Alii melius *ne parsis*, h. e. ne peperceris.

NĔPENTHES, n. Indeclin. νηπενθές, h. e. tristitiam et dolorem fugans: a νή, particula privativa, et πένθος *luctus*. Hoc nomine vocatur herba, quam quidam eamdem ac buglosson esse putant, quod vino injecta hilaritatem inducat. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 21. 91. (159). et 25. *ibid.* 2. 5. (12). — Vox est ab *Homero* primum usurpata *Odyss.* 4. *v.* 221., ubi consule ejus interpretes. *Macrob. l. Saturn.* 1. Si Homeri latentem prudentiam scruteris altius, delenimentum illud, quod Helena vino miscuit (*Odyss. loco cit.*) Νηπενθὲς τ', ἀχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων, non herba fuit, non ex India succus, sed narrandi opportunitas, quæ hospitem mœroris oblitum flexit ad gaudium.

NĔPĒTA, æ, f. 1. herba hortensis, quam inter eas, quæ mali succi sunt, *Cels.* 2. 21. recenset. Ex ea vinum fieri *Plin.* tradit 14. *Hist. nat.* 16. 19. (105). — Aliter omnino *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 5. *ad fin.* Vel nepeta, quam Græci calaminthen vocant. Adde *eumd.* 2. *Tard.* 13. *n.* 188. *Cælio* igitur *nepeta* est mentastri species. Sic et *Theod. Priscian.* 1. 11. Succum nepetæ, quam Græci calaminthen vocant, frequenter infunde.

NEPHELA *vel* nefela, æ, f. 1. genus quoddam dulciorum ita tenue, ut nebulæ, quam Græci νεφέλην dicunt, simile sit. Vox a Lexico expungenda; occurrit tantum in *Not. Tir. p.* 176. Nefela, nucunculus, favus, subtilillum. *Koppius* putat legendum *nepeta*. — *NB.* In cognom. Rom. *V.* ONOM.

NĔPHĔLĪON, ii, n. 2. νεφέλιον, herba eadem ac personata, apud *Apul. Herb.* 36.

NĔPHRĬTĬCUS, a, um, adject. νεφριτικός, qui renum dolore laborat. — *a*) Absolute, substantivorum more *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 1. *ante med.* Interiores musculi dolorem accipiunt, tamquam in nephriticis. *Æmil. Macer de allio v.* 19. *p.* 226. ed. *Ald.* Idem nephriticis elixum sumere jussit. *et de fœniculo v.* 18. *p.* 232. *retro* ed. *Ald.* Cum vino vel aqua radicis coctio sumpta Nephriticis et vesicæ morbis medicatur. *Æmil.* utroque in loco secundam licenter corripuit. Adde *Plin. Valerian.* 2. 36. et 37. — *b*) Adjective. *Marcell. Empir. c.* 26. *p.* 123. ed. *Ald.* Confectio conditi nephritici, quod facit ad dolorem renium.

NĔPHRĪTIS, idis, f. 3. νεφρῖτις, morbus renum. *Isid.* 4. *Orig.* 7. Nephritis a renum languore nomen accepit: renes enim Græci νεφρούς dicunt. *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 3. eumdem morbum vocat renalem passionem, ejusque remedia ibidem enumerat.

NĔPOS, ōtis, m. *perraro* f. 3. duo diversa significat: scil.

A) *Nepos*, ratione habita etymi, a *Paul. Diac. p.* 164. 8. *Müll.* (quocum cf. *Festus p.* 165. 11.) ab eo compositus dicitur, quod natus post sit patri, quam filius. Alii ducunt a νέπους, quia non sit πούς, h. e. *pes*, seu fundamentum generis: alii a νεος παῖς, *novus puer* (ut putat etiam *Lydus de magistr. l.* 1. § 42.): alii a νέος, cum digammate Æolico νέϜος *novus* enim est filius filii: alii a *ne* et *potis*, h. e. haud potens, debilis. Quidquid sit de etymo, *nepos* est filius filii, vel filiæ meæ, et refertur ad avum et aviam, ἔγγονος, υἱωνός (It. *figlio di mio figliuolo, o di mia figliuola*; Fr. *petit-fils*; Hisp. *nieto*; Germ. *der Enkel, das Enkelkind*; Angl. *a grandson, son's or daughter's son*).

1.) Proprie. — 1.°) Masculino genere. — *a*) Absolute. *Cic. Dejot.* 1. 2. Qui nepos avum in discrimen capitis adduxerit. *Id.* 1. *Tusc.* 35. 85. Metellum multi filii, filiæ, nepotes, neptes in rogum imposuerunt. *Paul. Dig.* 38. 10. 10. § 2. Nepos quoque dupliciter intelligitur, ex filio, vel filia natus: idem est et in nepte. *Cajus ibid.* 1. Secundo gradu sunt supra avus, avia: infra nepos, neptis. — *b*) *Nepos ex filio*, vel *filia* idem est ac *nepos* absolute: sed tunc ita loquimur, quum significare volumus, ex qua parte sit nepos. *Cic. Brut.* 76. 263. C. Sicinius Q. Pompeji ex filia nepos. *Cels. Dig.* 2. 14. 33. Avus neptis nomine, quam ex filio habebat, dotem promisit. *Scævola ibid.* 44. 4. 18. Avus nepotibus ex filia legavit singulis centena. *Gell.* 13. 19. M. Cato M. Catonis censorii ex filio nepos. Adde *Modestin. ibid.* 37. 9. 4. et *Cajum ibid.* 26. 4. 7. — *c*) *Nepos fratris*, aut *sororis*, vel *ex fratre*, aut *sorore*, non est mei fratris, aut sororis filius, sed filius filii fratris mei, aut sororis. *Sueton. Cæs.* 27. Octaviam sororis suæ neptem conditione ei detulit. *h. e.* filiam Atiæ, cujus mater erat Julia Cæsaris soror. *Tac.* 4. *Ann.* 44. Hunc admodum adolescentulum sororis nepotem seposuit Augustus in civitatem Massiliensem. *h. e.* filium Marcelliæ, quæ matrem habuerat Octaviam sororem Augusti. *Quintil. procem. l.* 4. § 2. Quum mihi Domitianus Augustus sororis suæ nepotum delegaverit curam. *h. e.* filiorum Flaviæ Domitillæ, quæ erat filia Domitillæ sororis Domitiani. — 2.°) Feminino genere pro *neptis*. *Ennius* apud *Non. p.* 215. 8. *Merc.* et apud *Festum p.* 286. 16. *Müll.* et *Charis.* 1. *p.* 70. *Putsch.* Ilia dia nepos, quas ærumnas tetulisti? *Inscript.* apud *Gruter.* 477. 5. FLAVIA VALERIANA NEPOS. *et* 678. 11. ETERIA FORTVNATA NEPOTI SVAE. *V.* NEPTIS.; et *Bullett. archeol. Nap. T.* 2. *p.* 66.

II.) Translate. ¶ 1. Aliquando per *nepotem fratris*, aut *sororis*, vel *ex fratre* aut *sorore* intelligimus filium fratris, vel sororis, qui Italice vulgo dicitur *nipote*, Græce ἀδελφιδοῦς, et ἀδελφιδῆ: et refertur ad patruum, avunculum, et amitam, materteram. quum enim fratris, vel sororis meæ filius propria appellatione careat, facile ad proximam *nepotis* confugimus, qua filius filii filiæve meæ nominatur. In *Suppositis Plautinis Amphitr. scæna, quæ incipit*, Quis tam vasto, *v.* 49. Ego idem ille cum Amphitruo, Gorgophones nepos. *h. e.* quæ fuit soror patris mei, atque adeo amita mea. *Spartian. Hadrian.* 2. *sub fin.* Nepte per sororem Trajani utore accepta. *h. e.* Sabina filia Matidiæ, quæ fuit Marcianæ Trajani sororis filia, atque adeo ejusdem Trajani *pronipote*, id est neptis sororis Trajani: qua ratione *Eutrop.* 7. 1. Octavianum, seu Octavium vocat nepotem C. Cæsaris, quia filius erat Atiæ, cujus mater Julia C. Cæsaris soror. *Inscript. sub Gallieno* apud *Reines. cl.* 8. n. 37. AVVNCVLVS NEPOTI BENE MERENTI. *Venant.* 6. *carm.* 4. 16. Non cecidit patruus, dum stat in urbe nepos. *Hieronym. in Chron. Euseb. prope fin.* et *Oros.* 7. 28. Licinius adolescens Licinii Augusti filius, Constantini autem ex sorore nepos. *h. e.* filius Constantiæ sororis Constantini. *Hieronym. Ep.* 60. n. 9. Ut primum, si fieri posset, sororem cum parvulo viduam; deinde, si consilium illa respueret, saltem nepotem dulcissimum conservares. Adde his *Sueton.*, cujus hæc sunt verba, *Cæs.* 83. Tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octavium, L. Pinarium, Q. Pedium. Sed *Sueton.* per figuram ζεῦγμα locutus videtur, et Pedium Pinariumque, qui Juliæ sororis Cæsaris filii erant, conjunxisse cum Octavio, qui natus erat ex Atia filia Juliæ minoris, quæ itidem Cæsaris soror fuit. Itaque Octavius vere nepos erat sororis Cæsaris (et ita appellatur a *Vellej.* 2. 59. 1. et *Epit. Livii* 116., tametsi hoc posteriore loco al. leg. *ex sorore nepos*); Pedius autem et Pinarius sororis filii, sed tamen a *Sueton.* eadem cognationis appellatione comprehensi. Antiquiores his Latinos scriptores, qui fratris sororisve filium *nepotem* dixerint, non facile invenies. ¶ 2. Quandoque *nepotes* dicuntur posteri, proprie quidem qui recta linea per patrem et matrem descendunt; improprie qui etiam obliqua per fratres et sorores, *posteri, discendenti*, ἀπόγονοι. *Virg.* 6. *Æn.* 865. Filius anne aliquis magna de stirpe nepotum? *et ibid.* 885. *de Marcello.* animamque nepotis His saltem accumulem donis. *Horat.* 2. *Od.* 13. 3. in nepotum Perniciem, opprobriumque pagi. *Ovid.* Cupidinem alloquens 3. *Pont.* 3. 62. Cæsar, ab Ænea qui tibi fratre nepos. *Sidon. carm.* 11. 52. Ommatius majorum major avorum, Patriciæque nepos gentis. *Catull.* 58. 5. Glubit magnanimos Remi nepotes. ¶ 3. De bestiis. *Colum.* 6. *R. R.* 37. 4. *de mulis.* Ejusmodi admissarius nepotibus, quam filiis, utilior est. Adde 7. *ibid.* 2. 5. ¶ 4. De arboribus. *Virg.* 2. *G.* 58. arbos Tarda venit, seris factura nepotibus umbram. *h. e.* arbusculis, quæ ex ea oriuntur. Ita *Servius*: sed rectius intelliges de nepotibus et posteris hominum. — In vitibus *nepos* est palmes novus e palmite egrediens in alis foliorum, quia flagellum gignit pampinum, hic alium pampinum, qui flagelli veluti nepos est. *Colum.* 4. *R. R.* 10. 2. Semina, ut materiam educaverint, adradenda, et nepotibus, quos pampinator in superiore parte omiserat, liberanda censemus. *et ibid.* 6. 4. Omnes intra id spatium nepotes enatos sæpius decerpemus.

B) *Nepos* etiam dicitur, qui prodigus est, et rem familiarem absumit, helluo, ganeo, *scialacquatore, goditore, dissipatore. Festus p.* 165. 7. *Müll.* Tuscam esse vocem ait, et inde ducit, quod prodigis non magis res sua familiaris curæ est, quam iis, quibus pater, avusque vivunt. Alii, quod pueri

parentibus orbati, si in avorum potestate sint, qui solent esse indulgentiores, fere patrimonium dissipent, metu parentum sublato. Alii, quod frugalitas propria antiquorum virtus fuerit: eorum, qui post eos venere, h. e. nepotum, luxus et prodigentia vitium sit fere commune. *Cic.* 2. *Cat.* 4. 7. Quis ganeo, quis nepos, quis adulter? *Id.* 1. *leg. Agr.* 1. 2. Ut sit non minus in populi R. patrimonio nepos, quam in suo. *Id. Quinct.* 12. 40. Quis tam perditus ac profusus nepos, non adesa jam, sed abundanti etiam pecunia, sic dissolutus fuisset, ut fuit Sex. Nævius? *Horat. Epod.* 1. 32. haud paravero, Quod aut avarus, ut Chremes, terra premam, Discinctus aut perdam, ut nepos. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

NĒPŌTĀLIS, e, adject. (nepos *sub B*) *di lusso*, luxu abundans, profusus. *Ammian.* 31. 5. In nepotali mensa diu discumbens, vino marcebat et somno. *Apul.* 2. *Met. sub init.* Nepotalis luxus.

NĒPŌTĀTUS, us, m. 4. (nepos *sub B*) *scialacquo, lusso*, luxus, prodigentia. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 56. (114). Subeunt luxuriæ ejus nomina, et tædia, exquisita perdito nepotatu. *Id.* 14. *ibid.* 4. 6. (57). Nec nisi in nepotatu, singulis testis millia nummum. *V.* et NEPOTINUS.

NĒPŌTĬA, æ, f. 1. (nepos). *Inscript.* haud multis abhinc annis Salonæ reperta, et allata in *Bullett. dell'Instit. archeol. ann.* 1840. *p.* 95. VIBIAE APRONIAE MAXIMVS NEPOTIAE SVAE P. B. M. *h. e.* posuit bene merenti. *B. Borghesius ibid.* putat nepotiam significare sororem uxoris nepotis mei, quemadmodum sororia dicitur soror uxoris mei, et sororius maritus sororis meæ. Viderint eruditi; præcipue quum sodalia eadem est ac sodalis, et per analogiam nepotia videtur esse eadem ac neptis: *V. Lanza, Ant. lap. Salon. p.* 67. Cf. etiam *Inscript.* quæ *Trau* exstat apud comitem *Garagninum*. C. IVLIVS CRESCES LIBERALI NEPOTIAE DEF. AN. XXV.

NĒPŌTILLA, æ, f. 1. deminut. neptis, *nipotina*, nepticula. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 31. *n.* 148. L. SEPTIMIAE PATABINIANAE NEPOTILLAE VDAENATHIANAE etc. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

NĒPŌTĪNUS, a, um, adject. (nepos *sub B*) *smoderato, prodigo, profuso*, luxuriosus, immoderatus. *Sueton. Cal.* 37. Nepotinis sumptibus omnium prodigorum ingenia superavit. *Alii leg.* nepotatos. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

NĒPŌTOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (nepos *sub B*) luxuriose et prodige vivere, *vivere prodigamente, scialacquare*, ἀσωτεύω.

I.) Proprie. *Tertull. Apolog.* 46. *ad fin.* Aristippus in purpura nepotatur.

II.) Figurate. *Seneca* 1. *Benef.* 15. Veto liberalitatem nepotari, *h. e.* in prodigalitatem verti. Sed rectius alii explicant, beneficium non dandum esse ei, qui neguiter profusurus sit.

NĒPŌTŬLA, æ, f. 1. deminut. parva neptis. *Inscript.* apud *Murat.* 1445. 9. APVLE NEPOTVLA.

NĒPŌTŬLUS, i, m. 2. deminut. *nipotino, nipotuccio*, parvus nepos. *Plaut. Mil. glor. a.* 5. *v.* 29. Si te salvum hinc mittemus Venereum nepotulum.

NEPTĬCŬLA, æ, f. 1. deminut. *nipotina*, parva neptis. *Symmach.* 6. *Ep.* 33. (*al.* 32.) Neptículæ meæ infirmitas. Adde *Not. Tir. p.* 80.

NEPTIS, is, f. 3. (nepos) quæ ex filio filiave nata est, υἱωνή, Συγατριδῆ (It. *nezza, nipote*; Fr. *petite-fille*; Hisp. *nieta*; Germ. *die Enkelin*; Angl. *a grandaughter*). *Cic. Brut.* 58. 211. Et filias ejus Mucias ambas et neptes Licinias. *Sueton. Aug.* 73. Vestis ab uxore et filia neptibusque confecta. *et ibid.* 31. Si cujusquam neptium suarum competeret ætas. *Spartian.* in *Hadrian.* 2. *ad fin.* Nepte per sororem Trajani utore accepta. *V.* NEPOS. — Masculino genere pro *nepote*. *Inscript.* apud *Murat.* 692. 2. et *De-Lama Guida al Mus. di Parma p.* 96. M. COELIVS VOT. VERVS L. COELIO VERO F., C. COELIO VERO NEPTI. Hæc *Forcellin.* At hic mihi error marmorarii videtur, qui *nepti* pro *nepoti* scripserit.

NEPTŪNĀLĬA, lium *vel* iōrum, n. plur. *V.* voc. seq.

NEPTŪNĀLIS, e, adject. Ποσειδώνιος, ad Neptunum pertinens, ut Neptunales ludi, apud *Tertull. Spectac.* 6., qui absolute Neptunalia, τὰ Ποσειδώνια, dicuntur a *Varron.* 6. *L. L.* 22. *Müll.*, *Charis. p.* 21., *Diomed. p.* 315., *Priscian. p.* 663. et *Auson. Eclogar. de fer. R.* 19. Celebrabantur autem X. Kal. Aug. frondeis casis in ripa Tiberis excitatis, et tauro immolato. *Paul. Diac. p.* 377. 4. *Müll.* Umbræ vocabantur Neptunalibus casæ frondeæ pro tabernaculis. *Inscript.* apud *Gruter.* 376. 5., et emendatior apud *Aldini Marm. Corn. p.* 113. et *Labus Mon. scop. in Carturio p.* 33. QVOTANNIS PER NEPTVNALIA OLEVM IN CAMPO ET IN THERMIS ET BALINEIS OMNIBVS POPVLO PRAEBERETVR. *et* 460. 3. DIE NEPTVNALIORVM PRAESENTIBVS SPORTVLAE BINI ✕ DIVIDERENTVR. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

NEPTŪNĬA, æ, f. 1. (*subaudi* herba) est unum ex plurimis nominibus, quibus polium vocatur. *Apul. Herb.* 57.

NEPTŪNĬCŎLA, æ, comm. gen. Neptunum colens. *Sil. It.* 14. 443. Et Neptunicolæ transverberat ora Telonis.

NEPTŪNUS, i, m. 2. deus maris et aquarum ceterarum, de quo *V.* multa in ONOM. — Hinc ¶ 1. Frequenter a Poetis pro mari et pro quavis aqua per metonymiam ponitur. *Plaut. Rud.* 2. 6. 2. Credere se Neptuno. *Lucret.* 2. 470. mixta putes magis aspera levibus esse Principiis, unde est Neptuni corpus acerbum. *Virg.* 4. *G.* 28. si forte morantes (*apes*) Sparserit, aut præceps Neptuno immiserit Eurus. *Horat. Epod.* 17. 54. Non saxa nudis surdiora navitis Neptunus alto tundit hibernus salo. ¶ 2. Pro piscibus. *Paul. Diac. p.* 58. 11. *Müll.* Cocum et pistorem apud antiquos eumdem fuisse accepimus. Nævius: «Cocus, inquit, edit Neptunum, Venerem, Cererem». Significat per Cererem panem, per Neptunum pisces, per Venerem olera.

NĔPUS, non purus. *Paul. Diac. p.* 164. 11. *Müll.*, ubi *Scalig.* vult legi *nepurus*; *Dödertinius* vero (*Latein. Synonym. vol.* 6. *p.* 235.) putat corrigendum *nepius*, h. e. impius.

NE QUA, adject. f. *V.* in NEQUIS. — Est etiam adverb.; et significat ¶ 1. Ne per aliquem locum, μήπη; pro quo *Terent.* dicit *ne aliqua*, in *Adelph.* 2. 4. 18. ne, si magis irritatus siet, Aliqua ad patrem hoc permanet. ¶ 2. Item ne aliqua ratione. *Virg.* 1. *Æn.* 686. Ne qua scire dolos, mediusve occurrere possit. *Plaut. Cas.* 3. 2. 4. ne qua ignavissumis Liberi loci potestas sit vetulis ververibus.

NĔQUĀLĬA, detrimenta. *Festus p.* 162. 23. *Müll.*

NĔQUAM, adject. indecl. comm. gen. Comp. *Nequior* et Sup. *Nequissimus* 2. — Ratione habita etymi, *Varro* 10. *L. L.* 81. *Müll.* Ut ex non et volo, nolo; sic ex ne et quidquam, item media extrita syllaba, coactum est nequàm. Itaque ut eum, quem putamus esse non hili, dicimus nihili; sic in quo putamus esse nec quidquam, dicimus nequam. Hæc *Varro. Priscian. 4. p.* 625. *Putsch.* Nequam derivatur a nequeo vel nequis. *Fl. Caper de Orthogr. p.* 2246. *Putsch.* Nequam non malum significat, sed inutilem. *Paul. Diac. p.* 176. 5. *Müll.* Nequam, qui ne tanti quidem est, quam quod habetur minimi. Demum, ut alii putant, *nequam* est Accusativus feminini generis a *nequis* vel *nē qui*, scilicet qui haud factus est, ut decet. Certe *nequam* est nihili, nullius pretii atque adeo inutilis (It. *da nulla, inutile, disutile*; Fr. *qui ne vaut rien, qui n'est bon à rien, vaurien, inutil*; Hisp. *picaro, haragan, ocioso, inútil*; Germ. *nichts werth, nichts taugend, untauglich, schlecht, unbrauchbar, verwerflich, fehlerhaft*; Angl. *worthless, good for naught, naughty, profligate, bad*). Occurrit ¶ 1. De rebus. *Cato R. R.* 6. Nequam hostus. V. HOSTUS. *Plaut. Asin.* 1. 3. 26. piscis nequam est, nisi recens. *Id. Trin.* 2. 4. 38. Nequam illud verbum est, *bene vult*, nisi qui bene facit. *et* 4. 3. 28. STA. Petere honorem pro flagitio, more fit. CHAR. morem improbum. STA. Strenuos præterire, more fit. CHAR. nequam quidem. *h. e.* more inutili et pernicioso. *Varro* 7. *L. L.* 54. *Müll.* Carminari dicitur lana, quum caret eo, quod inest nequam. At *Müllerus*: (ex quo carminari dicitur tum lana) (*quæ insiticia esse ait*), quum ex ea carunt quod in ea hæret. *Colum.* 3. *R. R.* 10. 22. Nisi tamen crediderunt flagellum (*vitis*) destitutum materno alimento, frugiferum, quod in ipsa matre nequam fuisset. *Gell.* 7. 3. *circa med.* Enthymema nequam et vitiosum. *Lucilius* apud *Festum p.* 165. 11. *Müll.* Nequam aurum est, aures quodvis vehementius ambit. Hoc versu Lucilii significari ait Sinnius Capito nequam esse aurum, quod aures lædat; vel pondere inaurium, quum mollissima pars auris inciditur; vel ex auro intelligi pecuniam, cujus respectu et nimia cupiditate homines ad peccandum adduci. *Scalig.* suspicatur Lucilianum versum ita corrigendum: Nequam est aurum aures quojus vehementius ambit. *h. e.* nequam est is homo, cujus aures aurum ambit. Male enim audiebant apud Romanos Barbari, qui aures perforatas habebant et inauribus instructas. ¶ 2. De homine dicitur, et est nihili, nebulo, item luxu diffluens, dissolutus, voluptatibus bona sua dissipans, atque adeo aliis perniciosus: quia qui nulli rei est, in hæc vitia fere dilabitur: unde et *frugi* opponitur, et frugalitati nequitia. — *a*) Universim. *Gell.* 7. 11. Qui proprie atque integre locuti sunt, dixerunt nequam hominem, nulli rei, neque frugis bonæ: quod genus Græci fere ἄσωτον, ἢ ἀχόλαστον, ἢ ἀχρεῖον, ἢ ἄχρηστον, ἢ κακοτρόπον, ἢ μιαρὸν. *et mox.* Quum Cicero in eumdem Antonium probra quædam ludibriosa et turpia ingessisset, ad extremum hoc addidit (2. *Phil.* 31. 77.) O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere. (Adde 7. *ibid.* 1. 3.) *Quintil.* 6. 3. 97. Nec parricidam, nequam dixeris hominem: nec deditum forte meretrici, nefarium: quod alterum parum, alterum nimium est. *Cic.* 1. *Att.* 12. quem *nequam* hominem dixerat, mox *nebulonem* appellat. Itaque huc facient non parum, quæ ad eam vocem illustrandam suo loco dicta sunt. *Id. Rosc. Am.* 45. 130. Liberti nequam et improbi. *Lucilius* apud *Festum p.* 258. 31. *Müll.* Porro homines nequam, malus ut quartarius, cippos Collisere omnes. *Seneca Const. sap.* 13. Nequam mancipia emere et vendere. *Plaut. Asin.* 2. 2. 39. Malus et nequam es. *Id. Most.* 1. 2. 23. nequam homo et indiligens, Cum pigra familia, immundus, instrenuus. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 10. nequam et cessator Davus. *Plaut. Cist.* 4. 2. 62. Imitatur nequam bestiam et damnificam. *Cic. Pis.* 27. 66. Nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius. *Id.* 3. *Tusc.* 17. 36. Quid est nequius, aut turpius effeminato viro? *Id.* 4. *Verr.* 78. 192. Hominem flagitiosissimum, libidinosissimum nequissimumque defendere. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 8. (40). Nequam esse agricolam, quisquis emeret, quod præstare ei fundus posset. *et* 19. *ibid.* 4. 19. (57). Nequam esse in domo matremfamilias, ubi indiligens esset hortus. — *Martial.* 1. 110. Ipsa est passere nequior Catulli. — *b*) Opponitur homini frugi. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 53. Cupis, me esse nequam, tamen ero frugi bonæ. *Cic.* 1. *Att.* 16. *ante med.* Quum accusator, tamquam censor bonus, homines nequissimos rejiceret; reus, tamquam clemens lanista, frugalissimum quemque secerneret. *Id. Fontej.* 13. 29. L. Piso tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, quum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur. — *c*) Speciatim dicitur de eo, qui in turpibus est lascivior. *Martial.* 3. 69. Hæc igitur juvenes nequam, facilesque puellæ, Hæc senior, sed quem torquet amica, legat. Adde 11. 15. et *V.* NEQUITIA sub *B* 4. — Hinc

Nequam substantivorum quoque more occurrit, et est malum. *Plaut. Pæn.* 1. 1. 31. Vin' tu illi nequam dare? me dato. *h. e.* malum dare. *et mox v.* 34. Utrumque faxo habebit, et nequam, et malum. *e'l malanno e la mala pasqua.* Item 3. 3. 41. Locum sibi velle liberum præberier, Ubi nequam faciat, *h. e.* nequiter faciat, et ubi ne quis sit arbiter.

NĔQUANDO, adverb. *acciocchè in nessun tempo*, μήποτε, ne ullo tempore, sicut *siquando*, si aliquo tempore. *Cic.* 10. *Att.* 12. Tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, nequando quid emanet. *Id. Amic.* 16. 60. Ut nequando amare incipiremus eum, quem aliquando odisse possemus!

NĔQUĀQUAM, ex *ne* et *quaquam* (h. e. *ulla via, ullo modo*), neutiquam, non, minime: particula vehementer negans, μηδαμῶς (It. *a niun modo, non certamente, non già*; Fr. *pas de tout, nulle-*

ment, en aucune manière; Hisp. *de ninguna manera, de ningun modo*; Germ. *keineswegs, auf keine Art und Weise, ganz und gar nicht*; Angl. *in no wise, by no means, far from being*). *Ennius* apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 25. 65. Nequaquam istuc istac ibit: magna inest certatio. *Plaut. Trin.* 2. 4. 16. Nequaquam argenti ratio comparet tamen. *Cæs.* 4. *B. G.* 23. Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum. *Cic. Cluent.* 64. 180. Strato in vincula conjectus est: atque etiam in taberna ejus nummi, nequaquam omnes, reperiuntur. *Id. Amic.* 19. 69. Q. Maximum, egregium virum omnino, sibi nequaquam parem, tamquam superiorem colebat. *Id.* 2. *Verr.* 12. 35. Illud mihi nequaquam dignum industria mea videbatur. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 20. Cetera nequaquam simili ratione modoque Æstimat. *Id.* 2. *Sat.* 4. 48. Nequaquam satis in re una consumere cæram. Adde *Liv.* 7. 37.

NĒQUĔ. *V.* NEC.

NĒQUĔDUM. *V.* NECDUM.

NĒQUĔO, is, īvi *vel* ĭi, itum, īre, n. auom. *Festus p.* 162. 24. *Müll.* Nequinunt pro nequeunt, ut solinunt, ferinunt pro solent et feriunt, dicebant antiqui. Livius in Odyssea: «Partim errant, nequinont in Græciam redire». — Part. *Nequiens, euntis* sub *c*; *Nequitus* sub *b*. — *Nequeo* est pro *non queo*, ut docet *Cic. Orat.* 45. 154. Libenter etiam copulando verba jungebant, ut *sodes* pro *si audes*, *nequire* pro *non quire*, *malle* pro *magis velle*. Itaque nequire est non quire, non posse, ἀδυνατέω, ἀσθενέω (It. *non potere*; Fr. *ne pouvoir pas, n'être pas en état de*; Hisp. *no poder*; Germ. *nicht können, nicht im Stande sein*; Angl. *not to be able*). Occurrit — *a*) Activa forma cum Infinito. *Sall. in orat. Macri Licin. ad pleb.* Quod ego nequeo satis mirari, Quirites. *Horat. Art. P.* 86. descriptas servare vices operumque colores. Cur ego, si nequeo ignoroque, poeta salutor? *Plaut. Merc.* 3. 4. 51. Ubi habitaret, invenires saltem, si nomen nequis. *Cic.* 6. *de republ.* 5. *sub fin.* Solem adversum intueri nequitis. *Id. Orat.* 65. 220. Ut ea, quum velimus, laxare nequeamus. *Lucret.* 3. 673. aetam ætatem meminisse nequimus. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 84. commissa tacere Qui nequit, hic niger est. *Cic.* 2. *Orat.* 75. 303. Ea, quæ sanare nequeunt, exulcerant. *Virg.* 6. *Æn.* 507. te, amice, nequivi Conspicere, et patria decedens ponere terra. *Titinius* apud *Non.* p. 406. 18. *Merc.* Inter decem annos nequisti unam togam detexere. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 78. Quam nequiere proci recto depellere cursu. *Lucret.* 4. 1248. ferundæ sæpe nequissent Uxores parere. *Cic.* 2. *Divinat.* 46. 96. Quum Demosthenes *rho* dicere nequiret. *Lucret.* 1. 380. Quo poterunt undæ, quum pisces ire nequibunt? *Sall. Cat.* 62. Quod prælio adesse nequibat. *Id. Jug.* 18. Quod injuriam facere nequisset. *Liv.* 3. 52. Quod sine restituta potestate redigi in concordiam res nequeant. *Colum. R. R. præfat.* 1. Existimant, effetum solum nequire præbere mortalibus alimenta. — *b*) Passive, seu deponentis forma. *Sall. Jug.* 31. Quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur, jure factum sit. *Plaut. Rud.* 4. 4. 20. ut nequitur comprimi' *Id. fragm.* apud *Festum p.* 162. 29. *Müll.* Retrahi nequitum, quoquo progressa est semel. *Pacuvius ibid.* Sed quum contendi nequitum vi, etiam tendenda est plaga. (*Boëthius* in *Poet. Lat. traq. p.* 150. contendit in hoc *Pacuvii* loco *nequitum* pronunciandum esse, ut *nequitur* apud *Plaut.* loco mox citato, ubi *Forcellinus* legebat *nequitur*, nos autem cum *Müllero* leg. *nequitum*: nam *Priscian. de accent.* § 29. *Satus, situs, litus, quitus* corripiuntur non solum in simplicitate, sed etiam in compositione, ut *insitus, illitus, nequitus*). Ceterum *Cato ibid.* Fana in eo loco compluria fuere: ea exauguravit, præterquam quod Termino fanum fuit; id nequitum exaugurari. *Omnib. his loc.* activa positio eamdem haberet sententiam, quum passivo Infinito jungatur: nam et *ulcisci* apud *Sall.* passive accipiendum est. — *c*) Particip. *Nequiens, euntis* est *Sall. fragm.* apud *Andr. Schot.* (habentur in fine fragmentor. *Sall.* et *p.* 267. *Kritz.*) Quæ Spartacus nequiens prohibere. *Apul.* 8. *Met.* Nequiens idoneum exitium præsenti cladi reddere. *Auson. Profess.* 2. *sub fin.* digna nequiens promere. *Ammian.* 15. 10. *a med.* Hannibalem assequi nequiens. *Sall. fragm.* 3. *Hist.* apud *Arusian. Mess.* Sustinere corpora plerique nequeuntes. *Arnob.* 1. 24. Nequeuntes videre. *et* 7. 34. Nequeuntes scire. — *d*) *Nequeo quin*, Italice *non posso non, non posso a meno*, apud *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 32. Nequeo quin fleam. et *Ter. Hecyr.* 3. 3. 35. Nequeo quin lacrumem.

NEQUEUNT pro *neceunt* nonnulli legunt apud *Festum* loc. cit. in NECEUNT.

NĒQUĔ ŌPĪNANS. *V.* NECOPINANS.

NĒQUICQUAM *et*

NĒQUIDQUAM *et* nĕquĭquam, adverb. Quod ad scriptionem attinet, apud *Festum p.* 162. 33. *Müll.* habetur *nequiquam*, atque ita in multis MSS. *Virgilii, Propert., Val. Flacc.* et aliis repertum est, teste *Voss.* in *Etymol.* in *Quis*, *Pier.* ad 2. *Æn.* 102., *Broukus.* ad *Propert.* 2. 3. 5. et *Dausq.* in *Orthogr.* Volunt enim esse a sexto casu *quiquam* masculino, ut *nequaquam* a feminino. — *Festus loc. cit.* Nequiquam significare idem quod frustra, plurimis auctorum exemplis manifestum est. Hæc *Festus*. Sed quod in adv. *frustra* ad conatum irritum et spei fraudem refertur, id in adv. *nequidquam* spectat ad effectum irritum et ad utilitatis defectum, *μάτην* (It. *in vano, indarno, senza effetto e senza frutto*; Fr. *en vain, inutilement, sans succes, sans effet*; Hisp. *en vano, inutilmente, sin efecto*; Germ. *vergeblich, umsonst, ohne Wirkung, ohne Schaden*; Angl. *in vain, to no purpose, fruitlessly*). Occurrit — *a*) Cum suo Verbo et alia nulla præcedente particula. *Ennius* apud *Cic.* 7. *Fam.* 6. Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit. *h. e.* nihil efficit sapientia sua. *Plaut. Asin.* 1. 1. 71. Cupis id, quod cupere te nequidquam intelligo. *Id. Most.* 1. 3. 132. Nequidquam exornata est bene, si morata est male. *Cic. Quinct.* 25. 79. Verum et sero et nequidquam pudet. *Orellius* hæc e comica fabula hausta esse suspicatur, et sane cf. *Ter. Heaut.* 2. 3. 104. Hodie sero ac nequidquam voles. *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 16. *ante med.* Nequidquam perierit ille. *Cæs.* 1. *B. C.* 1. *extr.* Nequidquam alicujus auxilium implorare. *Sall. Cat.* 20. Ni virtus fidesque vestra spectata mihi forent, nequidquam opportuna res cecidisset, spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent. *Liv.* 21. 59. Nequidquam fatigato milite, postquam nulla spes erat potiundi castris, signum receptui dedit. *Id.* 5. 43. Galli quoque per aliquot dies in tecta modo urbis nequidquam bello gesto, quum inter incendia ac ruinas captæ urbis nihil superesse præter armatos hostes viderent, nequidquam tot cladibus territos, impetum facere in aream constituunt. *h. e.* territos quidem Romanos, sed ita tantum ut animos ad deditionem non flecterent. *Virg.* 9. *Æn.* 219. causas nequidquam nectis inanes. *Id.* 2. *ibid.* 515. Hic Hecuba et natæ nequidquam altaria circum-sedebant. *h. e.*, ut ait *Heynius*, nullum fructum salutis e loci sanctitate habituræ. *Horat.* 1. *Od.* 15. 13. Nequidquam Veneris præsidio ferox Pectes cæsariem etc. — *b*) Absolute, h. e. omisso Verbo, et sequentibus causalibus *nam*, *quoniam*, quæ ipsæ interdum omittuntur. *Lucret.* 4. 464. Quæ violare fidem quasi sensibus omnia quærunt. Nequidquam: quoniam pars horum maxima fallit. *Auct. B. G.* 8. 19. Hostes concidunt animis atque itineribus diversis fugam quærunt. Nequidquam: nam quibus difficultatibus locorum Romanos claudere voluerant, iis ipsi tenebantur. *Liv.* 42. 61. Atque ita media nocte profectos, at prima luce aggressus falleret. Nequidquam. Primæ stationes oppressæ tumultu ac terrore suo ceteros exciverunt. *Val. Flacc.* 6. 248. Contra autem geminis fidens thoracibus, ictum Sustulit, et gladio Sibotes ferit ultima teli. Nequidquam. Jam cuspis inest, nec fragmina curat Ambenus. — *c*) Aliquando alia negans particula præcedit. *Virg.* 1. *G.* 95. neque illum Flava Ceres alto nequidquam spectat Olympo. *Cæs.* 2. *B. G.* 27. Ut non nequidquam tantæ virtutis homines judicari deberet ausos esse transire latissimum flumen, subire iniquissimum locum etc. *h. e.* non temere. — Apud Comicos occurrit etiam *ne nequidquam*, quod interdum significat *ne impune*, interdum *ne sine mercede*. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 50. Emungam hercle hominem probe hodie, ne id nequidquam dixerit. *Id. Most.* 1. 3. 95. Ob istuc verbum ne nequidquam, Scapha, tam lepide dixeris, dabo aliquid hodie tibi peculi. *Id. Men.* 1. 2. 14. Atque adeo, ne me nequidquam serves, ob eam industriam hodie ducam scortum. — *d*) *Servius* haud recte *nequidquam* pro *non* vel *nihil* accepit apud *Virg.* et *Pers.* tribus hisce locis. *Virg.* 1. *G.* 402. Solis et occasum servans de culmine summo Nequidquam seros exercet noctua cantus. *ubi* recte *Heynius*: *Nequidquam* conjunge cum *exercet*, h. e. assidui noctuæ invidiosæ cantus non efficere possunt, ut non maneat serenum cælum. *Id.* 2. *Æn.* 544. telumque imbelle sine ictu Conjecit, rauco quod protinus ære repulsum, Et summo clipei nequidquam umbone pependit. *h. e.* summo umbone pependit telum, nequidquam, id est irrito impetu, frustra, temere emissum. *Pers.* 2. 48. Attamen hic extis et opimo vincere farto Intendit, donec deceptus et exspes Nequidquam fundo suspiret nummus in imo. *h. e.* nummus, id est homo superstitiose cupidus, deceptus frustra suspiret, nec pœnitentia quidquam proficiat. — *Cic.* 1. *Tusc.* 31. 75. Secernere a corpore animum, nequidquam aliud est, quam emori discere. *Alii leg.* nec quidquam *eodem sensu, posito* nec *pro* non; *alii* nihil quidquam; Orellius *et recentiores plerique rectius* nec quidquam aliud, est mori discere. — *e*) *Frustra* et *nequidquam* conjunxit *Catull.* 77. 1. Rufe mihi frustra ac nequidquam credite amico. Et omissa conjunctiva particula per pleonasmum *Apul.* 8. *Met.* Sed nequidquam frustra timorem illum satis inanem perfuncti, longe pejores inhæsimus laqueos.

NĒQUĪNONT. *V.* NEQUEO init.

NĒQUĬOR, us. *V.* NĒQUAM.

NĒQUĬQUAM. *V.* NEQUIDQUAM.

NĒQUIS *vel* ne quis, e, od, et id, *acciocchè non alcuno, μήτις*, ne aliquis. — *a*) Universim. *Cic. opt. gen. Orat.* 7. 19. Quum esset lex Athenis, nequis populi scitum faceret. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 10. 32. Nequa deductio fieret, tua potestas erat. *Nepos Attic.* 10. Nequod periculum incideret. *Ter. Phorm.* 4. 5. 1. curabo, ne quid verborum duint. *Virg.* 1. *Æn.* 417. Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset. *Cic. Cluent.* 60. 168. Uti ne cui innocenti mœror tuus calamitatem afferret. *Id.* 2. *Off.* 19. 68. Animadvertant, quum alios juvare velint, nequos offendant. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 4. (18). Ne qui hostium simili modo agerent. — *b*) Speciatim *ne quid nimis*, *μηδὲν ἄγαν*, dictum septem Sapientum, quo modus in rebus omnibus commendatur. *Ter. Andr.* 1. 1. 34. — *c*) In recto masculino est etiam *ne qui* pro *ne quis*, et *ne quæ* pro *ne qua*. *Cic. Sull.* 12. 34. Nequi forte incipiat improbus subito te amare, Torquate. *et ibid.* 15. 43. Nequi posset tantum de reipublicæ periculo meminisse, quantum vellet. *et* 7. *Att.* 10. Nequi conspectus fieret, aut sermo. *Varro* 2. *R. R.* 4. 15. Ne qui porcellus a matre opprimatur. *Id.* 3. *ibid.* 9. 14. Circum caveas incendendum cornu cervinum, ne quæ serpens accedat. *Cic.* 16. *Att.* 9. Metuo, ne quæ *ἀριστεία* me absente.

NĒQUĪTER, adverb. (nequam). Comp. *Nequius* sub *d* et *e*; et Sup. *Nequissime* sub *f*. — Nequiter est inutiliter, sine ullo pretio, atque adeo male, prave, dissolute, *ἀκόλαστως*, *inutilmente, da nulla, di nessun momento*. Hinc — *a*) Est remisse, languide. *Plaut. Asin.* 3. 3. 88. Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares. — *b*) Item infeliciter, misere. *Plaut. Amph.* 1. 3. 23. Nequiter pæne expedivit prima parasitatio. — *c*) Item dissolute, profuse: cui opponitur frugaliter. *Cic.* 3. *Tusc.* 17. 36. Aderit temperantia, quæ est eadem moderatio, a me quidem paullo ante appellata frugalitas, quæ te turpiter et nequiter facere nihil patietur. *Id.* 2. *Fin.* 8. 25. Ille porro male, prave, nequiter, turpiter cœnabat. — *d*) Ponitur et pro male, prave, *malamente, viziosamente, κακῶς*. *Liv.* 41. 7. Utrum bellum susceptum sit nequius, an inconsultius gestum, dici non potest. — *e*) Item male, perperam, injuste, *malamente, ingiustamente. Martial.* 10. 77. Nequius a Caro nihil unquam, Maxime, factum est, Quam quod febre perit. — *f*) Item *maliziosamente, furbescamente. Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (121). *de balsamo*. Vitiatur oleo rosæ, cypri, resina, galbano, *etc.* nequissime autem gummi, quoniam aresci in manu inversa, et in aqua sidit: quæ proba-

tio ejus gemina est. — *g*) Item *lascivamente*, lascive, incontinenter. *Cato* apud *Gell.* 16. 1. Si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit. *Martial.* 2. 27. Effete, graviter, cito, nequiter, euge, beate. *h. e.* ingeniose in nequitiis explicandis. Voces sunt, quibus applaudebant recitantibus, aut causas agentibus.

NĒQUĪTĬA, æ, f. 1. *et* nēquĭtĬes, ēi, f. 5. (nequam) est mala rei qualitas vel conditio, qua aliquid nullo est pretio nullique usui, ἀχρειότης (It. *l'essere buon da nulla, inutilità, cattiva qualità, stato d'alterazione*; Fr. *mauvais état, mauvaise qualité, état d'altération*; Hisp. *malo estado, mala calidad, estado de alteracion*; Germ. *die ungeeignete, nicht natürliche, schlechte Beschaffeneit, Verdorbenheit, Untanglichkeit*; Angl. *the malignity*). Occurrit

A) Raro admodum de rebus. *Nequitia aceti*, est vitium vini in acetum versi. Est enim acetum vinum corruptum. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 20. 25. (125). Aceti nequitiæ inest virtus magnos ad usus, et sine queis vita mitior degi non possit. — Huc referri potest et illud *Auson. Edyll.* 12. *præf. monosyllab. in fin. positor.* Similium nugarum subtexo nequitiam. *inutilità di simili frascherie.*

B) Sæpissime de hominibus dicitur morali ratione, et ¶ 1. Est ignavia, inertia. *Cic.* 3. *Tusc.* 8. 18. Frugalitas, ut opinor, a fruge: nequitia ab eo (etsi hoc erit fortasse durius) quod nec quidquam est in tali homine: ex quo idem nihili dicitur. *Id.* 1. *Cat.* 2. 4. Cupio, me esse clementem: cupio, in tantis reipubl. periculis non dissolutum videri: sed jam me ipse inertiæ nequitiæque condemno. *et ibid.* 11. 29. Si quis est invidiæ metus, num est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia, quam inertiæ ac nequitiæ pertimescenda? *Id.* 5. *Fin.* 20. 56. Inertissimi homines, nescio qua singulari nequitia præditi. ¶ 2. Item est temeritas, qua quis inconsulto agit, *sconsideratezza, leggerezza d'animo*: itaque discrimen inter malitiam et nequitiam cognoscimus ex illis *P. Africani* verbis apud *Gell.* 7. 11. Omnia mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt, in duabus rebus sunt, malitia atque nequitia. Si nequitiam defendere vis, licet. Sed tu in uno scorto majorem pecuniam absumpsisti, quam quanti omne instrumentum fundi Sabini in censum dedicavisti. Non vis nequitiam: age, malitiam saltem defende. Sed tu verbis conceptis conjuravisti sciens sciente animo tuo, etc. *Cic.* 3. *Herenn.* 6. 11. Utile putamus, ab omnibus unicam malitiam atque nequitiam cognosci. ¶ 3. Item profusio, prodigentia: vitium ejus, qui frugalitate caret et in luxu vivit, *prodigalità, profusione*. *V.* FRUGALITAS. *Cic. Cluent.* 51. 141. Brutum autem, hominem sapientem, quod filii nequitiam videret, quæ prædia ei relinqueret, testificari voluisse. *Paul.* 3. *Sentent. tit.* 4. Moribus per prætorem bonis interdicitur hoc modo: Quando tibi bona paterna avitaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, etc. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 131. Illum aut nequities, aut vafri inscitia juris, Postremum expellet certe vivacior heres. *Claudius Quadrigarius* apud *Gell.* 7. 11. Luxuria et nequitia pecuniam magnam consumpserat. ¶ 4. Et quia profusio præcipue versatur in quæritandis turpibus corporis voluptatibus, quarum gratia sæpissime homines bona sua comedunt; *nequitia* accipitur pro turpi incontinentia, flagitiosa cupiditate, probrosa libidine, *lascivia, malizia libidinosa*. *Donatus* ad *Ter. Adelph.* 3. 3. 4. Nequitia proprie libidinosa inertia dicta est. *Horat.* 3. *Od.* 15. 1. Uxor pauperis Ibyci Tandem nequitiæ pone modum tuæ, Famosisque laboribus. *et ibid.* 4. 77. Incontinentis nec Tityi jecur Relinquit ales, nequitiæ additus Custos. *scil.* quia in Latonam petulans fuit. *Martial.* 4. 42. Nequitias tellus scit dare nulla magis. Adde *Petron. Satyr.* 87.; item *Ovid.* 1. *Fast.* 414.; et *Phædr.* 3. 8. ¶ 5. Est etiam universim malitia, improbitas, vitiositas, *malvagità, malizia*. *Cic. Rosc. Am.* 46. 134. Si domus hæc habenda est potius, quam officina nequitiæ, et deversorium flagitiorum omnium. *Id.* 7. *Verr.* 33. 87. Qui alterum se Verrem cum luxuria atque nequitia, tum etiam imperio putaret. *Seneca* 2. *Ira* 8. Certatur ingenti quodam nequitiæ certamine: major quotidie peccandi cupiditas, minor verecundia est. *Phædr.* 2. 6. Vis et nequitia quidquid oppugnant, ruit. *Ulp. Dig.* 21. 1. 23. Dolo malo, et per nequitiam. ¶ 6. Item flagitium, scelus. *Propert.* 1. 15. 38. Nec tremis admissæ conscia nequitiæ? ¶ 7 Hinc translate in re medica *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 5. Febrium nequitia. κακοηθεια. *et* 5. *Tard.* 2. *n.* 37. Propter passionis nequitiam adhibenda etiam cerotaria ex oleo dulci etc.

NĒQUĪTĬĀLIS, e, adject. ad nequitiam pertinens, nequam Est vox *Vet. Scholiast.* ad *Lucan.* 8. 452.

NĒQUĪTĬES, ēi, f. 5. *V.* NEQUITIA.

NĒQUĪTO, as, are, a. 1. *et*

NĒQUĪTOR, āris, ari, dep. 1. nequam sum. Agnoscit *Priscian.* 8. *p.* 799. *Putsch.*, sed nullum affert Latini scriptoris exemplum. *Aug.* tamen *Rhehlius* edidit *nequit*, et *nequitur* pro *nequito*, et *nequitor*. Ita edidit et *Henr. Keilius*: at cl. *Quicherat.* in sua *Lex. Append.* sub v. *Inquieto* malluit legere *inquieto* et *inquietor*.

NĒQUO *et* Ne quo, adverb. ne in aliquem locum, μήποι. *Cato R. R.* 143 Villica ad cœnam nequo eat, neque ambulatrix siet.

NĒREUS, i *et* eos, m. disyllab. Νηρεύς, Oceani et Tethyos filius, deus maris, de quo *V.* multa in ONOM. Hinc metonymice est ipsum mare. *Tibull.* 4. 1. 58. *de Ulysse.* Vexit et Æolios placidum per Nerea ventos. *Val. Flacc.* 1. 450. Insurgit transtris, et remo Nerea versat. *Ovid.* 1. *Met.* 187. qua totum Nereus circumsonat orbem. *Lucan.* 2. 713. Hic primum rubuit civili sanguine Nereus.

NĒRION, ii, n. 2. νήριον, planta, quæ et rhododendron, et rhododaphne dicitur, caretque appellatione Latina, fronde sempiterna, rosæ similitudine, caulibus fruticosa. Jumentis, caprisque, et ovibus venenum est: eadem homini contra serpentium venena remedio. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 20. 33. (79). et 24. *ibid.* 11. 53. (90). Hanc plantam Itali *oleandro* vocant. *V.* VIBURNUM et LAUREUS.

NĒRĪTA, æ, m. 1. νηρίτης, concha marina nautilo, ut videtur, similis. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 33. 52. (103). Navigant ex his neritæ, præbentesque concavam sibi partem, et auræ opponentes, per summa æquorum velificant. *Harduin.* pro *neritæ* edidit *veneriæ*, minus recte; nam νηρίτης legitur apud *Aristot. Hist. anim. l.* 4. *c.* 4. et *Ælian. Nat. anim. l.* 14. *c.* 28. Ipse tamen *Sillig.* habet *veneriæ*.

NERVĀLIS, e, adject. ad nervos pertinens, nervosus. *Scribon. Compos.* 12. Herbam, quam Græci πολύνευρον, nos nervalem appellamus.

NERVĬÆ, ārum, f. plur. 1. *et*

NERVĬA, ōrum, n. plur. 2. (nervus) fidiculæ ex nervis concinnatæ, chordæ citharæ, vel alius musici instrumenti, τὰ νεύρια, *corde della cetra, minuge.*

I.) Proprie. *Varro* apud *Non. p.* 215. 16. *Merc.* In psalterio extendamus nervias. *Gell.* 9. 7. Nervias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias sonare. *Frontin.* 2. *de limit. p.* 32. *Lachmann.* Oculo ex omnibus corniculis extensa ponderibus et inter se comparata fila seu nervias ita perspicere, donec etc. *V. Rudorff. vol.* 2. *p.* 337.

II.) Translate pro nervis. *Varro* apud *Non. p.* 215. 18. *Merc.* Quæ ejus nervia tractare solebat. *Petron. fragm. Traqur.* 45. *Burmann.* Gladiator, qui habuit nervia præcisa.

NERVĪCĔUS, a, um, adject. νευρινος, nervinus, nerviis, h. e. chordis constans. *Vulgat. interpr. Judic.* 16. 7. Si septem nerviceis funibus nerdum siccis et adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero, ut ceteri homines.

NERVĪCŌSUS, a, um, adject. *Gloss. Isid.* Nervicus, nervicosus, fortis. Eadem exhibent et *Gloss. Pith.*

NERVĪCUS, a, um, adject. nervorum vitio laborans, νευρικός. *Vitruv.* 8. 3. *ante med.* Ita aut nervicos, aut podagricos efficiunt homines. *Al. leg.* neuricos a *Græco, et fortasse rectius. V.* et voc. præced. — Ceterum *V.* ONOM.

NERVĪNUS, a, um, adject. *di nervo*, e nervo factus, ut Nervini funes. *Veget.* 4. *Milit.* 9.

NERVŌSĒ, adverb. (nervosus). Comp. *Nervosius.* — Proprie est cum validis nervis, sed occurrit translate tantum et est enixe, fortiter, valide, *con forza, con energia, con vigore*, ἐρρωμένως. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 23. *a med.* Tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem præsta, ut vigilanter nervoseque nos, qui stamus in acie, suborneS. *Cic. Orat.* 36. 127. Dicetur autem non Peripateticorum more (est enim illorum exercitatio elegans jam inde ab Aristotele constituta), sed aliquanto nervosius. *Id.* 3. *Off.* 29. 106. Itaque, nervosius qui ista dissernnt, solum audent malum dicere id, quod turpe sit; qui autem remissius, etc.

NERVŌSĬTAS, ātis, f. 3. (nervosus) ipsa nervorum compages.

I.) Proprie. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 18. Patitur tota nervositas, quod est conjiciendum ex mentis alienatione et contracto membrorum. *Id.* 1. *Tard.* 4. Patitur communiter omnis nervositas, sed principaliter caput. Adde *eumd.* 1. *Acut.* 10. et 3. *Tard.* 5. *extr. V.* RHIGOLETHRON.

II.) Translate est robur, firmitas. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 2. (9). Nervositas filo æqualior pæne, quam araneis.

NERVŌSUS, a, um, adject. Comp. *Nervosior* I. et II. 2. — Nervosus est multos, vel validos habens nervos, νευρώδης (It. *nervoso, nerboruto, vigoroso*; Fr. *nerveux, musculeux, qui a beaucoup de muscles, de tendons*; Hisp. *nervoso, musculoso*; Germ. *nervig, voll Sehnen, Muskeln*; Angl. *full of sinews or fibres, sinewy, strong, nervous, newy*).

I.) Proprie. *Cels.* 5. 28. *n.* 12. et 7. 5. Nervosus locus. *Lucret.* 4. 1153. Nigra, melichrus est; immunda et fœtida, acosmos; Cæsia, Palladion; nervosa et lignea, dorcas. *Ovid.* 6. *Met.* 255. qua crus esse incipit, et qua Mollia nervosus facit intermodia poples. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 77. (198). *de diaphragmate.* Nulla est ei caro, sed nervosa exilitas. *et ibid.* 86. (214). Medulla nervosa, et in spina tantum dorsi, ossa non habentibus. *Id.* 23. *ibid.* 3. 34. (69). Decoctum oleorum profluvium sanguinis e nervosis partibus cohibet. *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *n.* 33. Naturâ caput est nervosum et duris cutibus et capillis obtectum. — *Nervosius illud* apud *Catull.* 67. 27. est τὸ ἀνδρεῖον αἰδοῖον.

II.) Translate. ¶ 1. Per similitudinem dicitur de partibus plantarum exilioribus ac firmioribus. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 9. 30. (54). Nervosi cauliculi quibusdam, ut maratho. *Id.* 27. *ibid.* 12. 97. (122). Posterion radices habet nervosas, candidas, firmas. ¶ 2. Eleganter transfertur ad vim et efficaciam dicendi. *Cic. Brut.* 31. 121. Quis uberior in dicendo Platone? quis Aristotele nervosior? ¶ 3. Pro forti. *Prudent.* 2. *in Symmach.* 320. Sanguine præcalido fervet nervosa juventus. *Val. Max.* 8. 13. *n.* 4. *extern.* Nervosa vivacitas.

NERVŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* nervus, parvus nervus, ut habent etiam *Vet. Tir. p.* 108., νευρίον, *nervetto*. Translate. *Cic.* ad *Capiton.* 1. *in fin. post ep.* 16. *l.* 16. *ad Att.* Quod certe fariet, si tu nervulos tuos, mihi sæpe cognitos, suavitatemque, qua nemo tibi par est, adhibueris. *h. e.* vim tuam in dicendo.

NERVUS, i, m. 2. νεῦρον. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 88. (127). Nervi orsi a corde, bubuloque etiam circumvoluti, in omnibus lubricis applicati ossibus, nodosque corporum, qui vocantur articuli, aliubi interventu, aliubi ambitu, aliubi transitu ligantes: hic teretes, illic lati, ut in unoquoque poscit figuratio. Neque hi solidantur incisi: mirumque, vulneratis summus dolor, præsectis nullus. Sine nervis sunt quædam animalia, ut pisces: arteriis enim constant. Ubi sunt nervi, interiores conducunt membra, superiores revocant. Inter hos latent arteriæ, id est spiritus semitæ. Hæc *Plin.* (It. *nervo, muscolo, tendine, ligamento*; Fr. *tendons, ligaments, nerfs*; Hisp. *tendon, ligamento, nervio*; Germ. *d. Sehnen und Flechsen, d. Muskeln, Nerven*; Angl. *a sinew, tendon, nerve, muscle, ligament, fibre*).

I.) Proprie. *Cels.* 2. 10. *a med.* Juncta est vena arteriis, his nervi. Ita si nervum scalpellus attigit, sequetur nervorum distentio. *Cic.* 2. *Nat. D.* 55. 139. Huc adde nervos, a quibus artus continentur, eorumque implicationem toto corpore pertinentem: qui, sicut venæ et arteriæ, a corde tracti et profecti in corpus omne ducuntur. *Cels.* 8. 1. *circa*

med. Cervix ne sustinere quidem caput posset, ni si utrimque recti valentesque nervi collum continerent, quos τένοντας Græci appellant, siquidem horum inter omnes flexus alter semper intentus, ultra prolabi superiora non patitur. *et mox.* Vertebræ multis nervis et multa cartilagine continentur. *et post.* Ossa validis musculis nervisque constricta. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 58. (90). Nervus, qui platys appellatur. *Id.* 34. *ibid.* 8. 19. (59). *de Pythagora pictore.* Hic primus nervos et venas expressit capillumque diligentius. — Festive *Plaut. Pœn.* 5. 4. 99. Condamus alter alterum in nervum brachialem. *h. e.* invicem amplectamur. — *Cæs.* 6. *B. G.* 20 Hoc ali staturam, ali vires, nervosque confirmari putant. *Cels.* 2. 10. *a med.* Nervorum dissolutio et rigor et distentio. *Seneca Ep.* 66. contractio. *Cels.* 2. 8. et 3. 27. resolutio. *ibid. n.* 3. tremor. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 22. 92. (250). Lini semen musculorum, nervorum, articulorum, cervicum duritias mitigat. *Id.* 28. *ibid.* 6. 17. (61). Pedes in humo deponi prodest, si nervi in his cruribusve tendantur in lectulo. *se ti prenda il granchio.* — Ex his patet, *nervo* significari a Latinis ea omnia, quorum Italicam appellationem posui, quæque ab anatomicis diligentius distinguuntur. Præcipue vero significantur musculi, quibus membrorum motus, vires corporis, firmitas, robur constat. Unde plura translata.

II.) Translate. ¶ 1. *Nervus* est τὸ αἰδοῖον ἀῤῥενικόν, fascinum. *Horat. Epod.* 12. 19.; *Petron. Satyr.* 131.; *Ovid.* et alii. ¶ 2. Dicuntur etiam *nervi* de fidibus, *corde, minuge. Cic.* 3. *Orat.* 57. 216. Omnes voces, ut nervi in fidibus, ita sonant, ut a motu animi quoque sunt pulsæ. *Id. Rosc. Am.* 46. 134. Quotidiano cantu vocum et nervorum et tibiarum tota vicinitas personat. *Virg.* 9. *Æn.* 776. cui carmina semper Et citharæ cordi, numerosque intendere nervis. *Horat.* 3. *Od.* 11. 3. testudo resonare septem Callida nervis. ¶ 3. Item chorda arcus, *corda dell'arco:* quia sæpe e nervo est. *Accius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 80. *Müll.* Reciproca tendens nervo equino concita tela. *Virg.* 9. *Æn.* 622. nervoque obversus equino Intendit telum. *et* 10. *ibid.* 131. nervo aptare sagittas. *incoccare.* et 4. *G.* 313. erumpit nervo pulsante sagitta. *Val. Flacc.* 6. 376. levi ducere cornua nervo. *et* 1. 437. certus Æthalides subitas nervo redeunte sagittas Cogere. ¶ 4. Per synecdochen est ipse arcus. *Id.* 3. 182. At diversa Sagen turbantem fallere nervo Tum primum puer ausus Hylas. ¶ 5. *Nervus* pro corio. *Tac.* 2. *Ann.* 14. Ne scuta quidem ferro, nervove firmata, sed viminum textus etc. *Sil. It.* 4. 293. subtextaque tegmina nervis. ¶ 6. Item genus vinculi, quo servorum et obæratorum cervices, aut potius pedes constringuntur, *ceppi.* In *Glossis* enim *Philox.* Græce dicitur ξύλοπεδη. *et Tertull. ad Martyr.* 2. *sub fin.* Nihil crus sentit in nervo, quum animus in cælo est. *et Cult. fem.* 13. Nescio, an crus de periscelio in nervum se patiatur artari. Huc facit etiam, quod nexos ob æs alienum *Hesych.* docet ἐγκαλοσκελεῖς vocari. Quod etiam e ferro esset, eoque cervices colligarentur, docet *Festus* his verbis: Nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes impediuntur: quamquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait (in *fragm.*) Perfidiose captus, eo edepol nervo cervices probat. Hæc *Festus p.* 165. 23. *Müll.* Ceterum ipsa vox vinculum e nervo significat: et veri simile est, olim tale fuisse, deinde mutatum in ligneum, aut ferreum, servato nomine. A compedibus et pedicis distinguit *Plaut.* servorum pœnas enumerans *Asin.* 3. 2. 5. advorsum stimulos, lamminas, crucesque, compedesque, Nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias. *et* in *Leg. XII. Tab.* apud *Gell.* 20. 1. *a med.* Secum ducito, vincito aut nervo, aut compedibus quindecim pondo ne minoribus. *et Cato* apud *Gell.* 11. 18. *a med.* Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque in purpura. ¶ 7. Vinculum e nervo aperte esse videtur in illo *Plauti Curc.* 5. 3. 11. ex te hodie faciam pilum catapultarium: Atque ita te nervo torquebo, itidem uti catapultæ solent. *Veget.* 4. *Milit.* 9. Nervorum quoque copiam summo studio expedit colligi, quia onagri, vel balistæ, ceteraque tormenta, nisi funibus nervinis intenta, nihil prosunt. *Vitruv.* quoque funes e nervo tortos memorat 1. 1., 10. 15. *et* 16 ¶ 8. Ceterum universim sumitur pro carcere et vinculis. *Plaut. Capt.* 5. 3. 45. Ego te in nervum, haud ad prætorem, hinc rapiam. *Id. Curc.* 5. 3. 40. in nervo jacebis, nisi mihi argentum redditur. *Id. Capt.* 3. 5. 71. noctu nervo vinctus custodibitur. *Liv.* 6. 15. Eximere de nervo aliquem. — Urbane *Ter. Phorm.* 2. 2. 10. O vir fortis, atque amicus! verum hoc sæpe, Phormio, Vereor, ne istæc fortitudo in nervum erumpat denique. *vada a finire in prigione.* Alludit ad nervos pro viribus et robore. ¶ 9. Per metaphoram et generatim *nervi* sunt id, quo maxime quæque res sustinetur et valet, vires, robur, vigor, firmitas, *forza, vigore, nervo, costanza. Cic.* 2. *Verr.* 12. 35. Magnum fortasse onus et mihi periculosum: verumtamen dignum, in quo omnes nervos ætatis industriæque meæ contenderem. *u-sassi ogni sforzo, mi adoperassi con ogni vigore.* Sic *Ter. Eun.* 2. 3. 20. digna res est, ubi tu nervos intendas tuos. *Cic.* 5. *Verr.* 56. 130. Omnibus nervis mihi contendendum est, atque in hoc laborandum, ut etc. *Q. Cic. Petit. cons.* 10. 39. Nervos atque artus esse sapientiæ, non temere credere. *Cæs.* 1. *B. G.* 20. Opibus ac nervis ad perniciem suam uti. *Cic.* 5. *Phil.* 12. 32. Experietur consentientis senatus nervos atque vires. *Id.* 6. *Fam.* 1. Vereor, ne consolatio nulla possit vera reperiri præter illam, quæ tanta est, quantum in cujusque animo roboris est atque nervorum. *Id.* 5. *Phil.* 2. 5. Nervi belli pecunia. *Id. Manil.* 7. 17. Vectigalia nervos esse reipubl. semper duximus. *Quintil. procem. l.* 8. 18. Qui omissa rerum (qui nervi sunt in causis) diligentia, quodam inani circa voces studio senescunt. *Liv.* 7. 39. Nervi conjurationis. *Cic.* 12. *Phil.* 3. 8. Legionum nostrarum nervos nonne his consiliis incidimus? *non isnerviamo noi?* et 2. *Tusc.* 11. 27. Poetæ molliunt animos, nervos omnes virtutis eliduut. *Id.* 3. *Fam.* 10. Plane video fore nervis opus, sapientiaque tua, ut etc. ¶ 10. Speciatim de vi vehementiaque orationis. *Cic. Orat.* 19. 62. Quamquam enim et philosophi quidam ornate locuti sunt, tamen horum oratio neque nervos, neque aculeos oratorios ac forenses habet. *Horat. Art. P.* 26. sectantem lenia nervi Deficiunt animique.

NĒSĂPĬUS, a, um, adject. (ne *et* sapio) non sapiens, insipiens. *Petron. fragm. Tragur.* 50. *Burmann.* Ne me putetis nesapium esse. *Q. Terent. Scaurus de Orthogr. p.* 2251. *Putsch.* Ne pro non positum apud antiquos: sic nefrendes porci, qui sine dentibus sunt, idest qui fabam frendere non possunt: sic nesapius, qui non sapit.

NĒSCĪBĬLIS, e, adject. qui nesciri potest. *Boeth.* in *Aristot. lib. de interpr. ed.* 1. *p.* 266. Quemadmodum Homerus quidem est quiddam, id est poeta, non tamen est per se; ita id, quod non est, est quidem aliquid, id est opinabile, vel ignorabile, vel nescibile, non tamen est aliquid per se in natura.

NĒSCĪENS, entis, particip. *V.* NESCIO.

NĒSCĪENTER, adverb. inscienter. *Augustin.* 2. *Doctr. Chr.* 40. Ipsis Ægyptiis nescienter commodantibus ea, quibus non bene utebantur. *Prudent.* 2. *Apotheos. præf.* 4. Et nescienter labimur. *Al. leg.* nescientes.

NĒSCĪENTĬA, æ, f. 1. *ignoranza,* ignorantia. *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 11. *ad fin.* Agnosce, te nobis quærentibus veritatem pro una, quam polliceris, scientia multorum nescientias attulisse. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 2. *ad fin.* et 11.

NESCĬO, is, īvi *et* ii, ītum, īre, a. 4. (ne *et* scio). *Nescisse* trisyllab. *Ovid.* 2. *Art. am.* 555. Sed melius nescisse fuit. *synæresis* est, nam olim duo ii numquam scribebantur. — Part. *Nesciens* in fin.; *Nescitus* et *Nesciturus* 2. — Nescire est non scire, ignorare, ἀγνοεῖν, (It. *non sapere, ignorare;* Fr. *ne pas savoir;* Hisp. *no saber;* Germ. *nicht wissen;* Angl. *to be ignorant, not to know*). ¶ 1. Stricto sensu et universim. — *a*) Generatim usurpatur cum Ablativo rei et præpos. *de,* cum Accusativo, cum Accus. et Infinito, cum Relativo et Conjunctivo. *Plaut. Merc.* 2. 3. 48. hunc nescire sat scio De illa amica. *Cic.* 12. *Att.* 23. De Oropo opinor, sed certum nescio. *Id.* 1. *Tusc.* 25. 60. Nec me pudet, ut istos, fateri nescire, quod nesciam. *Ter. Eun.* 4. 5. 10. nesciebam, id dicere illam. *Varro* apud *Gell.* 1. 22. Nescis, quid vesper serus vehat. *Cic.* 7. *Att.* 12. Sin discedet, quo, aut qua, aut quid nobis agendum sit, nescio. *Id.* 1. *Tusc.* 25. 60. Anima sit animus, ignisne, nescio. Adde *Plaut. Curc.* 4. 1. 2. Rursus *Cic.* 3. *Nat. D.* 1. 2. Hic Vellejus, Nescis, inquit, Cotta, quanta cum exspectatione sim te auditurus. *Ter. Eun.* 4. 7. 29. nescis cui maledicas nunc viro. *Ovid.* 1. *Met.* 514. Nescis temeraria, nescis, Quem fugias. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 73. Nescis quo (*alii* quid) valeat nummus, quem præbeat usum. *Petron. Satyr.* 137. Nescis, quam magnum flagitium admiseris. — Et omisso per ellipsin Conjunctivo. *Plaut. Cist.* 4. 2. 59. aufugit quædam nescio quo mihi. *Id. Epid.* 4. 1. 11. Nam videor, nescio ubi, me vidisse (*hanc*) prius. — *b*) Speciatim. *Si nescis,* formula, qua utimur, quum quippiam vehementius inculcamus. *Ovid. Heroid.* 17. 197. nobis omnia de te Quærere, si nescis, maxima cura fuit. *et ibid.* 20. 150. Si nescis, dominum res habet ista suum. *Id.* 3. *Pont.* 3. 28. Quæ sunt, si nescis, invidiosa tibi. — *c*) *Quod scis, nescis,* formula, qua silentium alicui, et fidem in arcano custodiendo commendamus: quasi id, quod scit, perinde continere debeat, ac si prorsus nesciret. *Ter. Eun.* 4. 4. 51. tu pol, si sapis, Quod scis, nescis neque de eunucho, neque de vitio virginis. *Id. Heaut.* 4. 4. 26. Tu nescis id, quod scis, Dromo, si sapies. *Plaut. Mil. glor.* 2. 6. 89. Næ tu hercle linguam comprimes Posthac: etiam illud quod scies, nesciveris: Ne videris, quod videris. — *d*) *Nescio quis, quæ, quod, quid, unde,* ut apud *Plaut. Pers.* 1. 3. 9. Prope me hic nescio quis loquitur. Sic *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 25. 81. Ille nescio quis, qui in scholis nominari solet, mille et octoginta stadia quod abesset, videbat. *non so chi. Sall. in orat. Macri Licin. ad pleb. sub fin.* Occupavit vos nescio quæ torpedo. *non so quale. Ter. Hecyr.* 3. 1. 39. nescio quod magnum malum Profecto me celant. *Id. Andr.* 2. 2. 3. Lætus est nescio quid. *non so di che. Id. Heaut.* 2. 2. 7. Nescio quid profecto mihi animus præsagit mali. *Cic.* 15. *Fam.* 4. Fortasse non jejunum hoc nescio quid quod ego gessi, et contemnendum videtur. *Id.* 1. *Nat. D.* 33. 93. Quia nescio quid in philosophia dissentiret. *Id.* 15. *Att.* 4. Nescio quid litterarum. *et* 16. *ibid.* 5. Rumoris nescio quid afflavit. *Id.* 13. *ibid.* 28. Nescio quid e querceu exsculpseram quod videretur simile simulacri. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 6. Nisi forte me Paconii nescio cujus querelis moveri putas. *h. e.* vilis hominis, per contemptum. Sic *Id. Flacc.* 17. 39. O pastores, nescio quos, cupidos litterarum! *Id. Cæl.* 15. 35. Quæ te quoniam, mente nescio qua effrenata atque præcipiti, in forum deferri judiciumque voluisti, etc. *Id. Orat.* 24. 79. Sententiæ nescio unde ex abdito erutæ. — *e*) *Nescio quomodo, quo pacto,* item *quo fato, quo casu,* ut apud *Cic.* 5. *Fam.* 15. Nescio quomodo, ipsæ illæ litteræ excludere me a portu et perfugio videntur. *Id. Sext.* 47. 119. Boni, nescio quomodo, tardiores sunt. *non so come.* Eodem sensu *Plaut. Merc.* 2. 3. 54. nescio qui animus mihi dolet. Cf. *Nepos Dion.* 8. Quum, quemadmodum sedaret, nesciret. *non sapendo in qual modo. Cic.* 5. *Fam.* 15. Alii, nescio quo pacto, obduruerunt. *Id.* 15. *ibid.* 13. Sed ita fato nescio quo contigisse arbitror, ut etc. *et* 5. *ibid.* 15. Casu nescio quo in ea tempora ætas nostra incidit. Cf. *Nepos Miltiad.* 7. Lucus, nescio quo casu, nocturno tempore incensus est. *per non so quale accidente.* — *f*) *Nescio an,* ut apud *Cic.* 4. *Cat.* 5. 9. Sin illam alteram, nescio an amplius mihi negotii contrahatur. *Liv.* 23. 16. Ingens eo die res et nescio an maxima illo bello gesta sit. *Nepos Timol.* 1. Huic uni contigit, quod nescio an ulli, ut etc. *non so se. V.* HAUD et præcipue AN. — *g*) *Nescio si* est *Pallad. de Insit. procem.* Nescio, si tuum ad has minutias inclinetur ingenium. — *h*) Passive impersonaliter. *Cic.* 7. *Att.* 12. Utrum consistere uspiam velit, an mare transire; nescitur. *non si sa, se* etc. ¶ 2. Latiori sensu *nescire* est haud novisse, *non conoscere;* et occurrit — *a*) Cum Accusativo personæ, aut rei. *Plaut. Aulul. prol.* 30. Illa illum nescit, *non sa chi sia. Ter. Heaut.* 2. 4. 16. Nescio alias: me quidem semper scio fecisse sedulo, Ut etc. *non so dell'altre.* Sic *ibid.* 5. 4. 15. so. Dii istæc prohibeant. CHR. Deos nescio: ego quod potero, cavitar sedulo. *Lucan.* 1. 453. Nescire deos. *Arnob.* 2. 22. Ipsum sese est ante omnia nesciturus. *Ter.*

Adelph. 4. 2. 32. Nescire nomen alicujus. *Seneca* 2. *Clem.* 1.; et *Sueton. Ner.* 40. litteras. *Virg.* 1. *G.* 390. Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ Nescivere hiemem. *Stat.* 7. *Theb.* 674. sua vulnera nescit. *non sente. Juvenal.* 7. 97. vinum toto nescire Decembri. *h. e.* vino abstinere. — *b*) Passive. *Pallad.* 11. *R. R.* 4. Talibus locis pruinarum vis et natura nescitur. *Sidon.* 8. *Ep.* 6. *ante med.* Litem intra Gallias ante nescitam primus edidit. *Alii leg.* nesciam: V. *Amadut.* in *Leg. Nov. p.* 236. *col.* 1. *Boeth. Consol. Philos.* 5. *metr.* 3. Aut quis valeat nescita sequi? ¶ 3. Latissimo sensu, vel, si placet, translate, nescire est nequire, et aliquando nolle; occurrit autem — *a*) Absolute. *Cic. Brut.* 37. 140. Non tam præclarum est scire Latine, quam turpe nescire. *h. e.* recte loquendi facultate carere. — *b*) Sæpissime cum Infinito. *Cic.* 3. *Orat.* 18. 65. Stoici omnino irasci nesciunt. *Virg.* 3. *G.* 84. *de equo.* Stare loco nescit. *non sa, non può contenersi. Horat.* 3. *Od.* 24. 54. Nescit equo rudis Hærere ingenuus puer. *Id. Art. P.* 390. nescit vox missa reverti. *non può. Stat.* 9. *Theb.* 743. Liber amat campos et nescit in antra reverti. *h. e.* non vult. — Hinc Part. præs.

Nesciens, entis, est idem ac nescius, ignarus. *Ter. Heaut.* 3. 1. 59. Ut nescientem sentiat te id sibi dare. *Apul. de Mag.* Confinxere, puerum quempiam carmine cantatum corruisse, postea nescientem sui excitatum.

NESCĬTUS, a, um. *V.* voc. præced.

NESCĬUS, a, um, adject. (nescio) nesciens, ignorans, ἀνεπιστήμων (It. *ignorante, che non sa, inscio*; Fr. *qui ne sait pas, qui ignore*; Hisp. *ignorante*; Germ. *unwissend, unkundig*; Angl. *not knowingh, unknowing*). Occurrit ¶ 1. Active et stricto sensu. — *a*) Cum Genitivo. *Virg.* 10. *Æn.* 501. Nescia mens hominum fati sortisque futuræ. *Horat.* 1. *Od.* 5. 9. Qui nunc te fruitur credulus aurea, Qui semper vacuam, semper amabilem Sperat, nescius auræ Fallacis. *Plin.* 8. *Ep.* 23. *sub fin.* Impendentis mali nescius. *Tac.* 4. *Ann.* 20. *extr.* Insontes magistratus et culpæ alienæ nescii. *Quintil.* 1. 3. 12. Ætas simulandi nescia. — *b*) Cum Ablativo et præpos. *de. Ovid. Heroid.* 16. 140. Nullaque de facie nescia terra tua est. *h. e.* nulla regio pulcritudinem tuam ignorat. — *c*) Cum Accusativo et Infinito. *Tibull.* 1. 9. 76. Nescius, ultorem post caput esse deum. *Val. Flacc.* 4. 708. Imperio fixos Jovis æternumque revinctos, Nescius. — *d*) Cum Relativo et Conjunctivo. *Ovid. Heroid.* 11. 47. Nescia, quæ faceret subitos mihi causa dolores. *Id.* 14. *Met.* 2. Arvaque Cyclopum, quid rastra, quid usus aratri, Nescia. *Val. Flacc.* 6. 45. Nescius, heu! quanti thalamos ascendere monstri Arserit. — *e*) Absolute. *Tac.* 4. *Hist.* 37. In via dispersos et nescios miles noster invaserat. — O nescii, o *ignoranti. Arnob.* 1. 53. Desistite, o nescii, in maledicta convertere res tantas. *et* 2. 5. Quid dicitis, o nescii, etiam fletu et miseratione dignissimi? — *f*) Eleganter usurpatur præcedente negatione. *Cic.* 5. *Fam.* 12. Neque tamen, quum hæc scribebam, eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum. *Id.* 1. *Orat.* 11. 45. Non sum nescius, Scævola, ista inter Græcos dici. *so benissimo. Id.* 1. *Fin.* 1. 1. Non eram nescius, fore etc. *Id.* 15. *Att.* 11. *a med.* Heus tu, ne forte sis nescius, Dolabella me sibi legavit. *Virg.* 9. *Æn.* 552. Contra tela furit, seseque haud nescia morti Injicit. *a occhi veggenti.* ¶ 2. Item active, sed speciatim *nescius* dicitur qui non potest aliquid facere, aut non vult, aut non solet. — *a*) Cum Infinito apud Poetas. *Virg.* 2. *G.* 465. At secura quies et nescia fallere vita. *et* 4. *ibid.* 470. Nesciaque humanis precibus mansuescere corda. *Horat.* 4. *Od.* 6. 18. Pueri fari nescii. *Id.* 1. *ibid.* 6. 6. Pelides cedere nescius. *Ovid.* 2. *Pont.* 9. 45. vinci nescius armis. *Id. Heroid.* 12. 49. Lumina custodis succumbere nescia somno. — *b*) Cum Gerundio Genitivi casus apud *Tac.* 3. *Ann.* 1. Agrippina illic paucos dies componendo animo insumit, violenta luctu et nescia tolerandi. *et ibid.* 67. Quum, super tot senatores adversos, facundissimis totius Asiæ, eoque ad accusandum delectis, responderet solus et orandi nescius. ¶ 3. Usurpatur etiam passive (ut *ignarus*) pro ignorato, incognito, *non saputo, non conosciuto, incognito. Plaut. Rud.* 1. 5. 17. Quæ in locis nesciis nescia spe sumus. *Id. Capt.* 2. 2. 15. si quid nescivi, id nescium tradam tibi. *Tac.* 1. *Ann.* 59. Aliis gentibus inexperta esse supplicia, nescia tributa. *et* 16. *ibid.* 14. Neque nescium habebat, Anlejum invisum Neroni.

Homonym. Inter inscium et nescium ita distinguit *Fronto de differ. voc. p.* 2198. *Putsch.*, ut inscius aliquid nesciat; nescius nil noverit: ille in parte erret, hic in toto.

NESI pro *sine* positum est in lege dedicationis aræ Dianæ Aventinensis. *Festus p.* 165. 26. *Müll.*

NESSĬON, ii, n. 2. herba eadem, quæ centaurium majus, apud *Apul. Herb.* 24.

NESSOTRŌPHĪUM *et* nessotrophēum, i, n. 2. *serraglio da anitre*, νησσοτροφεῖον, locus, in quo inclusæ anates aluntur: a νῆσσα *anas* et τρέφω *nutrio. Varro* 3. *R. R.* 11. 1. Qui volunt greges anatum habere ac constituere nessotrophium, etc. *Colum.* 8. *R. R.* 15. 1. Nessotrophii cura similis, sed major impensa est. Al. leg. *neossotrophium*, quod est aviarium: a νεοσσός *pullus avium.* Sed *Varr.* et *Colum.* non de avibus in universum, sed de anatibus disputant.

NESTIS, tĭdis, m. 3. νῆστις, intestinum jejunum. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. Nestide paralysi vitiato, et τυφλῷ ἐντέρῳ, quod nos cæcum intestinum dicere poterimus, erunt ea, quæ per ventrem excluduntur, plurima et minus fluida. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 6. et 5. *ibid.* 10.

NĒTĒ, es, f. 1. νήτη pro νεάτη *ultima*, subaudi χορδή.

I.) Proprie nomen est chordæ musicæ. *Diomed.* 3. *p.* 482. *Putsch.* Unde et in chorda extremus nervus appellatus est νήτη. Adde *Vitruv.* 5. 4. V. *Balb.* in *Lex. Vitruv.* Cf. *Censorini fragm. de musica p.* 2723. *Putsch.* Organum quondam habuit tres intentiones, gravem, mediam et acutam: inde Musæ quoque tres olim existimatæ, Hypate, Mese, Nete. Nunc in ampliore numero soni considerantur. et hi a *Censorino* tredecim enumerantur, inter quos *nete synemmenon. V.* etiam *Capell.* 9. *p.* 315. et 322.

II.) Translate ita appellatur digitus in manibus minimus. V. HYPATE.

NĒTŌĪDES, is, m. 3. νητοειδής, modulatio quædam musicalis. *Capell.* 9. *p.* 326. Netoides, quæ et νομικὸς consuevit vocari, quæ plures sonos ex ultimis recipit. *V.* HYPATOIDES.

NĒTUS, a, um. *V.* NEO.

NĒTUS, us, m. 4. (neo) filamen, nemen. *Capell.* 2. *p.* 28. Peplum ex candentis byssi netibus videbatur.

NEU. *V.* NEVE.

NEUNQUAM, antique pro numquam. Vetus lapis apud *Dausquium* in *Numquam.* ITA NEVMQVAN DE NOMINE FAMILIAE NOSTRAE. At *Festus p.* 162. 10. *Müll.* Neunquam ponitur pro nullatenus et pro non ita. *Gloss. Placid.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 487. Neunquam et non significat et non ita et non adeo. V. *Hand. Tursell. T.* 4. *p.* 180.

NEURAS *vel* nevras, ădis, f. 3. νευράς. ¶ 1. Ita appellata herba, quæ ex genere trychni, quia nervos excitat: a νεῦρον *nervus. Plin.* 21. *Hist. nat.* 31. 105. (179). Qui parcius (*eam*) insectabantur, manicon cognominavere; qui nequiter, erythron, aut neurada. ¶ 2. Est etiam eadem ac poterion. *Id.* 27. *ibid.* 12. 97. (122). Poterion, aut, ut alii vocant, phrynion, vel neuras, large fruticat.

NEURĪCUS. *V.* NERVICUS.

NEURŌBĀTA *vel* neurobates, æ, m. 1. νευροβάτης, super nervum, seu funem ambulans. Differt a *funambulo*, qui super crassum funem incedit: hic vero super tenue filum e nervo, seu fidiculam, ita ut procul spectantibus in aere consistere videatur. *Firmic.* 8. *Mathes.* 17. Erunt funambuli, oribatæ, neurobatæ. *Vopisc. Carin.* 18. Nam et neurobatem, qui velut in ventis cothurnatus ferretur, exhibuit. *V.* CATADROMUS.

NEURŌĪDES, n. νευροειδές, genus betæ silvestris, multum minoribus tenuioribusque ac densioribus foliis, undecim sæpe, caule lilii. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 8. 28. (72).

NEUROSPASTON, i, n. 2. νευρόσπαστον, imaguncula quædam tali artificio intus compacta, ut si occultum nervum, seu fidiculam trahas, ad speciem hominis vivi movere membra et totum corpus videatur: quæ ab Italis *bamboccio, burattino, fantoccio* dicitur: a νεῦρον *nervus* et σπάω *traho. Gell.* 14. 1. *a med.* Ut plane homines non, quod dicitur, λογικὰ ζῶα, sed ludicra et ridenda quædam neurospasta esse videantur, si nihil sua sponte, nihil arbitratu suo faciunt, sed ducentibus stellis et aurigantibus. *Apul. de Mundo.* Qui in ligneolis hominum figuris gestus movent, quando filum membri, quod agitari solet, traxerint, torquebitur cervix, nutabit caput, oculi vibrabunt, manus ad omne ministerium præsto erunt, nec invenuste totus videbitur vivere. *Petron. fragm. Tragur.* 34. *Burmann.* Larvam argenteam attulit servus sic aptatam, ut articuli ejus vertebræque laxatæ in omnem partem verterentur. Hinc *Horat.* 2. *Sat.* 7. 82. Duceris, ut nervis alienis mobile lignum. Apud *Gell.* multi scribunt Græcis litteris.

NEUROSPASTOS, νευρόσπαστος, herba folium habens vestigio hominis simile, et uvam nigram ferens, in cujus acino nervus conspicitur; unde et nomen habet. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 14. 74. (121). *V.* vocem præced.

NEUROTRŌTOS *vel* neurotrotus, i, m. 2. a τιτρώσκω, cujus thema est τρο *vulnero*, qui nervis vulneratis laborat. *Theod. Priscian.* 1. 19. Si (*lege* Seu) telo, seu morsu canum aliarumve ferarum, seu ex quolibet casu nervo vulnerato, quos neurotrotos appellamus, — continuo hoc adhibendum erit, quod glutinare et curare valeat membra vulnerata.

NĔŪTER, tra, trum, adject. trisyliab. *Consentius de barbar. et metapl.* (edente *Phil. Butmanno*) 6. Si aliquis dicat neutrum dissyllabo, quod trisyllabum nunciamus, barbarismum facit. Poetica vero licentia usus videtur *Virg. Cir.* 68. Sive est neutra parens. — In Genit. habet *neutrius*, in dativo *neutri*. Sed et *neutri* in Genit. legitur. *Varro* 9. *L. L.* 62. *Müll.* In declinationibus voluntariis maris et feminæ et neutri. *Ita Codices: at* Müllerus, *ex conject.* neutra. *Auson. epigr.* 50. Hæc vota dixit nuptiis: Et masculini et feminini gignite Generisque neutri filios. Etiam *neutræ* in Genit. et Dat. feminino dictum fuit, teste *Priscian.* 6. *p.* 678. *Putsch.* — Ceterum *neuter*, a *ne* et *uter* (hinc etiam *neuter* usurpatum invenitur in *Inscript.* apud *Orell.* 4859.) est neque hic, neque ille, μηδέτερος, οὐδέτερος. (It. *nè l'uno nè l'altro, nessuno de' due*; Fr. *ni l'un ni l'autre, aucun des deux*; Hisp. *ni el uno, ni el otro*; Germ. *keiner von beiden*; Angl. *neither the one nor the other, neither of the two, neither*). Occurrit ¶ 1. Generatim. — *a*) In singulari numero. *Cic.* 7. *Att.* 1. Feci igitur, ut neutri illorum quisquam esset me carior. *Cels.* 1. 2. *a med.* Ex his vero neutrum semper uti oportet; sed sæpius alterutrum, pro corporis natura. *Quintil.* 1. 1. 14. Ita fiet, ut quam æquali cura linguam utramque tueri cœperimus, neutra alteri officiat. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 42. 130. Huic summum bonum est, in his rebus in neutram partem moveri; quæ ἀδιαφορία (*indifferenza*) ab ipso dicitur. *Id.* 2. *Off.* 6. 20. Hæc sine hominum opibus et studiis neutram in partem effici possunt. *Id.* 2. *Divinat.* 4. 10. Quid bonum sit, quid malum, quid neutrum. *Ovid.* 4. *Met.* 378. *de Hermaphrod.* nec femina dici, Nec puer ut possint; neutrumque et utrumque videntur. *Sueton. Cæs.* 75. Medios et neutrius partis, suorum sibi numero futuros pronunciavit. *neutrali.* et *Ner.* 2. Medii et neutram partem sequentes. *Ovid.* 2. *Trist.* 114. in neutrum conspiciendus eques. *h. e.* neque paupertate, neque divitiis insignis. — *b*) Cum Verbis pluralis numeri. *Plaut. Men.* 5. 2. 34. quoties editi tibi, Ut caveres, neuter ad me iretis cum querimonia? — *c*) In plurali num. *Cic.* 1. *Off.* 21. 70. Alteri, — si opes magnas habeant; alteri, si contenti sint et suo et parvo: in quo neutrorum omnino contemnenda est sententia. *Id. Amic.* 15. 53. Tum se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, quum jam neutris gratiam referre posset. *Tac.* 1. *Hist.* 1. Ita neutris cura posteritatis. *Seneca* 2. *Ira* 23. In neutris partibus esse. *esser neutrale. Justin.* 6. 7. 1. Neutris quicquam hostile facientibus. ¶ 2. Speciatim *Neutra nomina* dicuntur a Grammaticis, quæ neque masculina sunt, neque feminina: *neutra verba*, quæ neque activa, neque passiva. *Varro* 9. *L. L.* 55. *Müll.*; *Cic. Orat.* 46. 155.;

Gell. 1. 7.; *Charis., Diomed., Priscian.* Sic *Pompejus Comment. art. Donat.* § 22. Neutra verba dicuntur, non quoniam neutrum significant, sed quoniam non utrumque significant, id est alium facere, alium pati.

NĒŬTĬQUAM, adverb. (ne *et* utiquam), quod omnes Grammatici, auctore *Donato* ad *Ter. Andr.* 2. 1. 30., ajunt significare *nequaquam, nullo modo*, probante ipso *Fortellino*, It. *per niente, a niun modo*, μηδαμῶς. Sed verum perspexit idem *Donatus* ad *Ter. Hecyr.* 3. 3. 43. et 1. 2. 50., ubi ait: Neutiquam non est omnino negantis, sed aliquid assensionis habet; est enim neutiquam non nimis, non valde. Hæc *Donatus*. Itaque neutiquam est idem ac non omnino, non nimis, *non del tutto, non pienamente, non troppo.* — *a*) Componitur hæc negatio cum Verbis *placere, putare, videri* et aliis ad opinionem pertinentibus. *Plaut. Capt.* 3. 4. 54. Filium tuum quod redimere se ait, id neutiquam mihi placet. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 50. Usque illud visum est Pamphilo neutiquam grave, donec jam in ipsis nuptiis. *et ibid.* 3. 3. 43. Id vero neutiquam honestum esse arbitror. *Atticus* ad *Cic.* 9. *Att.* 10. Nihil relinquitur nisi fuga, cui te socium neutiquam puto esse oportere. *Liv.* 7. 12. Dictatori neutiquam placebat. *V.* voc. seq. — *b*) Generatim. *Ennius* apud *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 17. 52. Sed mihi neutiquam (cl. *Vahlen.* ne utiquam) cor consentit cum oculorum adspectu. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 37. Si albus capillus hic videtur, neutiquam ingenio est senex. *Id. Pœn.* 1. 1. 71. Macula — sine damno magno quæ elui neutiquam potest. *Ter. Heaut.* 2. 3. 116. Quapropter hæc res neutiquam neglecta est mihi. *Cic. Tim.* 11. Immortales vos quidem esse et indissolubiles non potestis: neutiquam tamen dissolvemini. *Ita vulgati libri, sed* Codd. Augustin. 13. Civ. D. 16. *habent* nequaquam. Similiter variant lectiones apud *eumd. Senect.* 12. 42.: certa tamen est lectio apud *eumd.* 6. *Att.* 9. ubi *Attici* verba allata sub *a* refert; itemque certa est in *ejusd. fragm.* apud *Charis.* 2. *p.* 186. *Putsch. V. et* voc seq.

NĒŬTĬQUĒ, adverb. idem ac neutiquam. *Imppp. Gratian., Valentinian. et Theodos. Cod. Theod.* 15. 2. 3. Supra ternas aquæ uncias neutique possidere decernimus. Apud *Liv.* 4. 27., 7. 12. et 30. 11. plures Codices legunt *neutique;* at *Drakenborchius* edidit *neutiquam.*

NĒŬTRĀLIS, e, adject. *neutro*, neuter, οὐδέτερος, eo sensu, quo dicitur a Grammaticis. *Quintil.* 1. 4. 24. Quæ feminina positione mares, neutrali feminas significant, ut Muræna, Glycerium *et ibid.* 5. 54. Neutralia nomina.

NĒŬTRĀLĬTER, adverb. οὐδετέρως, vox est Grammaticorum, quum *neutro genere* significare volunt. *Charis.* 1. *p.* 55. *Putsch.* Gellius fora navium neutraliter dixit.

NĒŬTRĒ, adverb. idem ac neutraliter. *Gloss. Philox.* Neutre, οὐδετέρως.

NĒŬTRO, adverb. *nè all'una, nè all'altra parte*, neutram in partem, οὐδετέρωσε. *Liv.* 5. 26. *ad fin.* Teri tempus, neutro inclinata spe. *Tac.* 3. *Hist.* 23. Neutro inclinaverat fortuna. *Quintil.* 7. 2. 39. Si neutro litis conditio præponderet.

NĒŬTRŌDĒFECTĪVUS, a, um, adject. Ita dicuntur a Grammaticis quædam neutra verba, quæ nonnullis carent personis. *Cledon. ars p.* 1916. et 1911. *Putsch.*

NĒŬTRŌPASSĪVUS, a, um, adject. Neutropassiva dixerunt Grammatici verba, de quibus hæc *Priscian.* 8. *p.* 818. *Putsch.* Inveniuntur tamen etiam in o desinentia (*verba*), sed non multa, in quibus præteritum perfectum per participium solet demonstrari, quæ neutropassiva artium scriptores nominant. Sunt autem hæc sola: «gaudeo gavisus sum, audeo ausus sum, soleo solitus sum, fido fisus sum, fio factus sum», quorum tamen antiquissimi solebant etiam præteritum perfectum proferre hoc modo: «gaudeo gavisi, audeo ausi, soleo solui, fido fisi, fio fii», sed nunc his non utimur. Adde *eumd.* 11. *p.* 920.

NĒŬTRŪBI, adverb. (neuter *et* ubi). ¶ 1. Est neutro in loco, *nè in questo, nè in quel luogo. Plaut. Aulul.* 2. 2. 56. Neutrubi habeam stabile stabulum, si quid divortii fuat. ¶ 2. Item neutro. *Ammian.* 19. 2. A diei principio ad usque lucem obscuram neutrubi prælio inclinato. *Id.* 24. 2. Dimicabatur nihilominus utrobique saxorum manualium nimbis, et, neutrubi inclinato momento, prælium atrox pari sorte diremptum est.

NĒVĒ *et per apocopen* neu, conjunctio disjunctiva a *ne* et *vel*, idem ac vel ne, μήτε (It. *e acciocchè non, ovvero che non*; Fr. *et ne pas, et que ne pas, ni*; Hisp. *y no, y que no, ni*; Germ. *und nicht, oder nicht, noch*; Angl. *nor, neither, and not*). — *a*) Negativa sententia, qua jubetur, optatur, rogatur etc., ne quid sit aut fiat, sive Imperativo, sive Conjunctivo expressa, ubi duæ vel plures res significantur, in altero membro, aut in utroque recipit *neve.* — *Ne neu*, vel *ne-neu-neu* usurpatur, ubi res duobus verbis distinguuntur, quarum neutri concedatur esse. *Plaut. Capt.* 2. 1. 27. Secede-, ne arbitri dicta nostra arbitrari queant, neu permanet palam hæc nostra fallacia. *Ter. Eun.* 2. 2. 46. Te-quietum reddam, ne sursum deorsum cursites, neve usque ad lucem vigiles. *Cic.* 15. *Fam.* 12. Efficias, ne quid mihi fiat injuriæ, neve quid temporis ad meum annuum munus accedat. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 1. Hoc te rogo, ne contrahas aut demittas animum, neve te obrui magnitudine negotii sinas. *Brutus* ad *Cic.* 1. *Brut.* 16. *ad fin.* Te rogo atque hortor, ne defatigere, neu diffidas. *Cæs.* 1. *B. C.* 86. Ne quid iis noceatur, neu quis invitus sacramentum dicere cogatur a Cæsare, cavetur. *Liv.* 3. 50. Ne quod scelus Ap. Claudii esset, sibi attribuerent: neu se ut parricidam liberum aversarentur. *Virg.* 1. *G.* 79. arida tantum Ne saturare fimo pingui pudeat sola; neve Effœtos cinerem immundum jactare per agros. *Cato R. R.* 37. Caveto, ne quam materiam doles, neu cædas, neu tangas, nisi siccam; neu gelidam, neu rorulentam. — *Ne-neu-neu, ut-neu neu*, vel *neu-neu* omisso *ut*, usurpatur, quum utrique parti una est ratio unumque verbum. *Cic.* 2. *Legg.* 27. 67. Eam ne quis nobis minuat, neve vivus, neve mortuus. *Id.* 3. *Orat.* 43. 171. Struere verba sic, ut neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit. *Id.* 1. *Fam.* 9. 51. Ut id a me neve in hoc reo, neve in aliis requiras. *Cato R. R.* 38. Ignem caveto ne intermittas: quin semper siet, neve noctu, neve ullo tempore intermittatur caveto. *Cæs.* 1. *B. C.* 76. Neu se, neu Pompejum absentem, imperatorem suum, adversariis ad supplicium tradant, obsecrat. *Horat. A. P.* 189. Neve minor, neu sit quinto productior actu Fabula quæ etc. — Poetæ jure suo *neu* ponunt pro simplici *ne, nec*, aut *neque*, nulla alia præcedente particula, in iis tamen quæ ipsi præcipiunt. *Virg.* 4. *G.* 47. Neu propius tectis taxum sine, neve rubentes Ure foco cancros, altæ neu crede paludi. *et* 2. *ibid.* 298. Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem, Neve inter vites corylum sere, neve flagella Summa pete. — *Utinam ne-neu* dixit *Ennius* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 22. 34. Utinam nesecuribus Cæsa accedisset-ad terram trabes, Neve inde navis inchoandæ exordium Cœpisset. *Ter. Phorm.* 1. 3. 6. Quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset, neu me cupidum eo impulisset. — *b*) *Neu* propius accedit ad particulas copulativas, atque hinc post *ut* usurpatur pro *et ne.* — *Ut-ne* occurrit apud *Plaut. Men.* 5. 7. 18. Obsecro te, quisquis es, operam ut des mihi, neu sinas in me insignite fieri tantam injuriam. *Cæs.* 4. *B. G.* 17. *extr.* Aliæ item supra pontem mediocri spatio, ut, si arborum trunci, sive naves dejiciendi operis essent a barbaris missæ, his defensoribus earum rerum vis minueretur, neu ponti nocerent. *Unus Codex* nec. *Id.* 7. *ibid.* 47. Matresfamiliæ-obtestabantur Romanos, ut sibi parcerent, neu, sicut Avarici fecissent, ne mulieribus quidem atque infantibus abstinerent. *et* 2. *ibid.* 21. Cohortatus est, uti suæ pristinæ virtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo. *Sall. Cat.* 34. Uti respublica quieta foret, neve ex sua contentione seditio oriretur. — *Neu* tantum, præcedente Conjunctivo sine ulla particula. *Cæs.* 5. *B. G.* 58. Interdicit-unum omnes petant Indutiomarum, neu quis quem prius vulneret, quam illum interfectum viderit. *Sall. Jug.* 83. Proinde sibi regnoque suo consuleret, neu florentes res suas cum Jugurthæ perditis misceret. *Liv.* 28. 36. Conjungeret se Hannibali, neu senescere bellum-sineret. — Apud Poetas *neu* sequitur post Imperativum, vel Conjunctivum. *Tibull.* 2. 1. 17. di patrii-Vos mala de nostris pellite limitibus: Neu seges eludat messem fallacibus herbis, Neu timeat celeres tardior agna lupos. *Virg.* 2. *G.* 36. fructusque feros mollite colendo, Neu segnes jaceant terræ. *Horat.* 1. *Od.* 2. 50. Hic ames dici pater atque princeps, Neu sinas Medos equitare inultos. *Id.* 1. *Ep.* 18. 109. Sit bona librorum et provisæ frugis in annum Copia, neu fluitem dubiæ spe pendulus horæ. — *Utinam-neu* dixit *Sall. Jug.* 14. Utinam emori fortunis meis honestus exitus esset, neu vivere contemptus viderer. — *c*) A Poetis tantum *neve* pro *et ne* usurpatur in sententia simpliciter adjungenda. *Ovid.* 4. *Met.* 799. aversa est et castos ægide vultus Nata Jovis texit, neve hoc impune fuisset, Gorgoneum crinem turpes mutavit in hydros. *Id.* 2. *ibid.* 482. Neve preces animos et verba precantia flectant, Posse loqui eripitur. *Id. Heroid.* 18. 191. Neve putes Id me, quod abest, promittere tempus.

NĒVŌLO, nevis, nevult. *V.* NOLO.

NEX, nĕcis, f. 3. Olim *necis*, aut *neces* in recto dictum fuisse creditur. *Aurel. Vict. Cæsar.* 35. *ad fin.* Ut ejus neces auctoribus exitio esset. Al. leg. *necis:* al. aliter. *Quintil. declam.* 8. 13. Quando quæsita neces est alteri ex geminis. Plerique alii aliter leg. — Ratione habita etymi, hæc vox conjungenda est cum Gr. νέκυς, νεκρός, auctore ipso *Paul. Diac. p.* 176. 7. *Müll.* (quocum cf. *Festum p.* 177. 8.). Necem a Græco dici certum est: νεκυν enim mortuum dicunt. *Festus p.* 162. 4. *Müll.* docet, proprie de ea dici, quæ sine vulnere infertur: sed hoc usu non servatur; *V.* NECO. — Ceterum *nex* est mors quæ aliqua externa vi alteri infertur, φόνος (It. *morte, ammazzamento*; Fr. *mort violente, meurtre, assassinat, carnage*; Hisp. *muerte violenta, homicidio, matanza*; Germ. *d. gewaltsame Tod, d. Mord, d. Ermordung*; Angl. *violent death*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est mors externa vi alteri illata. — *a*) Sæpissime in singulari num. *Cic. Mil.* 4. 10. Insidiatori et latroni quæ potest inferri injusta nex? *Id.* 2. *Nat. D.* 3. 7. comminari alicui. *Tac.* 13. *Ann.* 1. cuipiam moliri. *Ovid.* 1. *Art. am.* 73. alicui parare. *Tac.* 2. *Ann.* 88. patrare. *Ovid.* 10. *Met.* 627. indignam pati. *et* 15. *ibid.* 499. neci occumbere. *Id. Heroid.* 14. 12. nece cadere. *Virg.* 4. *G.* 90. neci dedere. *Id.* 2. *Æn.* 85. demittere. *et* 12. *ibid.* 513. mittere. *et ibid.* 341. dare. *Cæs.* 1. *B. G.* 16. et 6. *ibid.* 18. Vitæ necisque potestatem habere in aliquem. *Stat.* 3. *Theb.* 69. Eripere necem alicui. *h. e.* a nece liberare. *Seneca Herc. Œt.* 1833. Gravi nece urgere aliquem. *Id. Thyest.* 693. devotus neci. *h. e.* morti destinatus. — *b*) In plurali num. *Val. Flacc.* 3. 381. miscere neces. *h. e.* cædem facere. — Cum addito Genitivo occisorum. *Cic.* 1. *Cat.* 7. 18. Tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera. — Cum Genitivo occidentium. *Phædr.* 3. 9. Neces venatorum. ¶ 2. Latiori sensu de morte naturali. *Justin.* 42. 1. 1. Post necem Mithridatis. *h. e.* qui adversa valetudine decesserat, ut *Id.* ait 41. 6. 9. Sic *Sueton. Cæs.* 5. Post necem consulis. *h. e.* Lepidi, qui morbo et pœnitentia interierat, ut *Flor.* 3. 23. narrat. *Seneca Consol. ad Marc.* 20. *sub fin.* Fata nobis sensum nostræ necis auferunt.

II.) Translate. ¶ 1. Nex est idem ac cruor cæsorum. *Ovid.* 2. *Art. am.* 711. Manus nece Phrygia imbutæ. *h. e.* sanguine cæsorum Phrygum. ¶ 2. *In necem alicujus* aliquando significat in perniciem, fraudem, damnum, *in danno, in pregiudizio*: ea opinor ratione, qua *causa capitis* dicitur, quum de gravi jactura bonorum agitur. *Ulp. Dig.* 38. 5. 1. *a med.* Si libertus rem suam pro alio pignori dedit in necem patroni. *Id. ibid.* 36. 4. 5. *ante med.* Dolus, qui in necem legatariorum et fideicommissariorum factus est. *et ibid.* 15. 1. 21. Sed etsi eum intricare peculium in necem creditorum passus est, etc.

NEXĀBUNDĒ, adverb. *strettamente*, astricte. Occurrit tantum Comp. *Nexabundius* translate apud *Jul. Valer.* 1. *res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 2. Quicumque ea (*fortuna*) victitant nexabundius. *confidandosi della fortuna.*

NEXĪBĬLIS, e, adject. (necto) nexilis.

I.) Proprie. *Lactant.* 7. 5. Nexibilia membra.

II.) Translate. *Ammian.* 29. 2. Nexibili adseveratione. *h. e.* callide mendaciis connexis.

NEXĬLIS, e, adject. (necto) *che si aggroppa, o attortiglia*, πλεκτός, qui nectitur. *Lucret.* 5. 1349. Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen. *Ovid.* 6. *Met.* 128. Nexilibus flores hederis habet intertextos. *et* 2. *ibid.* 499. Nexilibusque plagis silvas Erymanthidas ambit. *Terentian. Maur.* p. 2394. *Putsch.* I magis Romana lingua non potest præmittere, Edat ut diphthongon ulli nexilis vocalium.

NEXĬO, ōnis, f. 3. actus nectendi, connexio, πλοκή. *Arnob.* 5. 2. Vinculorum nexiones. Adde *Capell.* 1. p. 12. *et* 23.

NEXO, as, are, a. 1. *aggroppare*, προσαναπλέκω, frequent. a *necto*. *Lucret.* 2. 98. Pars etiam brevibus spatiis nexantur ab ictu. *Al. leg.* vexantur. *Virg.* 5. *Æn.* 279. Nexantem nodis, seque in sua membra plicantem. *Priscian.* 9. p. 861. *Putsch.* et 869. *Keil.* nexantem: at *recentiores critici rectius leg.* nixantem. *V.* et voc. seq.

NEXO, xis, xŭi *vel* xi, xere, a. 3. *intensiv.* necto. *Livius Andron.* apud *Priscian.* 10. p. 904. et apud *Diomed.* 1. p. 366. *Putsch.* Nexebant multa inter se flexu nodorum Dubio. Ita edidit *Keil.*; sed *Putschius* nexabant. *Accius* apud *Priscian loc. cit.* Nos continuo ferrum eripimus, omnibus manicas neximus. — Præteritum est *nexui*, vel *nexi* eodem *Priscian.* teste *ibid.* et 9. p. 860. et *Diomed.* 1. p. 366., sed hæc etiam ad *Necto* pertinent.

NEXUM, i. *V.* NEXUS, us, init.

NEXŬOSUS, a, um, adject. (necto) Sup. *Nexuosissimus* II. — Nexuosus est qui nectit et implicat.

I.) Proprie. *Cassiod.* 11. *Variar.* 40. *a med.* Sic et sauri, argutum piscium genus, a velocitate nominati, quum se in insidias nexuosas impulerint, quasi quibusdam funibus æquabiliter illigati, totis nisibus trahentes retrorsum, socios conantur liberare captivos.

II.) Translate. *Claud. Mamertin.* 2. *Stat. an.* 6. *sub init.* Non ego nunc rationum tramitem per nexuosissimas quæstionum minutias revolvo.

NEXUS, a, um. *V.* NECTO.

NEXUS, us, m. 4. (necto). Dicitur etiam *nexum*, i, n. 2. a *Cic. Cæcin.* 35. 102., *Harusp. resp.* 7. 14. et 3. *Orat.* 40. 159. — Nexus est nexio, connexio, conjunctio, ligamen, πλοκή, συμπλοκή (It. *legame, connessione, intrecciamento, avvolgimento, congiunzione, vincolo*; Fr. *enlacement, nœud, lien, étreinte*; Hisp. *enlazamento, nudo, atadura, ligamento*; Germ. *das zusammenknüpfen, zusammenschlingen, d. Umschlingung, Verschlingung*; Angl. *a tying, binding, linking, knitting, a tie, band, fold*).

I.) Proprie. *Tac.* 4. *Ann.* 62. Neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 37. 69. (177). Salix solido ligat nexu. *Ovid.* 15. *Met.* 459. serpens, baculum qui nexibus ambit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 11. 11. (32). Dracones nexu nodi præstringunt elephantos. *Ovid.* 6. *Met.* 242. *de luctantib.* Et jam contulerant arcto luctantia nexu Pectora pectoribus. *Sueton. Ner.* 53. Brachiorum nexibus aliquem elidere. *Martial. Spectac.* 26. Fuscina dente minax, curvo fuit ancora nexu. *h. e.* unco, quo infixa arenæ nectit ac sistit naves.

II.) Translate. ¶ 1. *Nexus* et *nexum* in Jure est obligatio civilis, qua quippiam, sine traditione, aut sine cessione, alterius dominio subjicitur, ejusque temporariæ potestati quodammodo nectitur, *l'ipotecare, l'impegnare. Festus* p. 165. 20. *Müll.* Nexum est, ait Ælius Gallus, quodcumque per æs et libram geritur: idque necti dicitur. quo in genere sunt hæc, testamenti factio, nexi datio, nexi liberatio. Nexum æs apud antiquos dicebatur pecunia, quæ per nexum obligatur. Hæc *Festus.* Magis ad rem *Varro* 7. *L. L.* 105. *Müll.* Nexum, Mamilius scribit, omne, quod per libram et æs geritur, in quo sint mancipia. Mutius, quæ per æs et libram fiant, ut obligentur, præter quæ mancipio dentur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit, de quo quærit; nam idem, quod obligatur per libram, neque suum fit, inde nexum dictum. Liber, qui suas operas in servitutem pro pecunia quam debebat, has dum solveret, nexus vocatur, ut ab ære obæratus. Hæc *Varro. Cic. Topic.* 5. 28. Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio. Itaque — *a*) Speciatim obligatio nexi locum habet in debitoribus, qui quum solvendo non essent, addicebant se creditoribus, ut dictum est in NECTO. *Lex XII. Tab.* apud *Festum* p. 173. 11. *Müll.* CVM NEXVM FACIET MANCIPIVMQVE, VTI LINGVA NVNCVPASSIT, ITA IVS ESTO. *Cic. Mur.* 2. 3. In iis rebus repetendis, quæ mancipi sunt, is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit. *Liv.* 7. 19. Etsi unciario fenore facto, levata usura erat, sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque inibant. *soggiacevano al darsi in pegno.* et 8. 28. L. Papirius is fuit, cui quum se C. Publilius, ob æs alienum paternum, in nexum dedisset, etc. *Al. omitt.* in *rectius. Colum.* 1. *R. R.* 3. 12. Agros occupatos nexu civium, aut ergastulis tenent. *Cic.* 1. *de republ.* 17. Nec civili nexu, sed communi lege naturæ. — Et neutro gen. *Id.* 2. *ibid.* 34. Quum sunt propter unius libidinem omnia nexa civium liberata nectierque postea desitum. *Id. Cæcin.* 35. 102. Sulla ita tulit de civitate, ut non sustulerit horum nexa atque hereditates. Adnotant hic interpretes, solos cives R. jure nexi usos fuisse, quum, quibus Romanam civitatem ademisse Sulla dicitur, his nexa tamen atque hereditates reliquerit. — Et figurate. *Cic.* 7. *Fam.* 30. *ad Curion.* Atticus noster, cujus quoniam proprium te esse scribis mancipio et nexu, meum autem usu et fructu, contentus isto sum. Scripserat *Curio epist. præced.* Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri. Hinc discimus, tam nexu, quam mancipio justam rei possessionem acquiri. Est tamen discrimen, quod mancipio perpetua, nexu temporaria acquirebatur. quod idem usuvenit in venditione et in pignore. — Solemnitates in nexu celebrando eædem fuere, quæ in MANCIPIUM ex *Cajo Institut. tit.* 6. descriptæ sunt. — *b*) Generatim de cujusque obligationis vinculo. *Modestin. Dig.* 46. 4. 1. Acceptilatio est liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio. *Papinian. ibid.* 10. 2. 33. Partem hereditatis a nexu pignoris liberam consequi. *Cic. Harusp. resp.* 7. 14. Multæ sunt domus in hac urbe jure privato, jure hereditario, jure mancipi, jure nexi. ¶ 2. Per metaphoram *Tac.* 3. *Ann.* 28. Apud quos exsoluti plerique legis nexus modicum inpræsens levamentum fuere.

NI

NI, adverb. et conjunctio. Ratione habita etymi, est alia forma negativæ particulæ *ne*; ita ut etiam *nei* et *neive* scriptum occurrat. *V.*, si placet, *Noris. dissertat.* 4. in *Cenotaph. Pis. c.* 5.; et infra sub *A* 2. Immo scriptionem hanc *Lachmannus* restituit in *Catulli* 6. 2. Nei sint illepidæ. Ceterum

A) *Ni* est Adverbium negativum pro non, ne; et ¶ 1. Locum habet — *a*) In negativa interrogatione, quæ fit per *quidni, quippini*: quorum utrumque *V.* loco suo. — *b*) Item in compositione vocis *nimirum*, quam *V.* loco suo. ¶ 2. Est etiam *ni* pro *ne* prohibente, aut dehortante, *che non, acciocchè non*. Docet hoc *Servius* ad illud *Virg.* 3. *Æn.* 686. Contra jussa monent Heleni, *etc.* Ni teneant cursum. Ubi ait: Antiqui *ni* pro *ne* ponebant, qua particula plenus est Plautus: *Ni mala, ni stulta sis.* Hæc *Servius*: quibus similia habet *Donatus* ad *Ter. Eun.* 2. 3. 36. *et* 3. 3. 2. (Sed in verbis *Plauti*, quæ sumpta sunt ex *Men.* 1. 2. 1. commode potest *ni* etiam pro *nisi* accipi.) Confirmat *Priscian. initio l.* 15. afferens eumdem *Virgilii* versum. *Cassius Hemina* apud *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 10. (20). Numa constituit ut pisces, qui squamosi non essent, ni pollucerent. *Varro* apud *Non.* p. 281. 31. *Merc.* Dominum convivii, vinum, aliudve quid ni laudato. *Inscript.* apud *Gruter.* 207. *col.* 3. DVM NI MINVS VIGINTI ADSIENT. In *vet. decreto* apud *eumd.* 629. DVM NI QVEM IN EIS VIATORIBVS *etc.* LEGANT. In *vet. epitaph. ibid.* 996. 12. BOGO PER DEOS NI VELITIS OSSA MEA VIOLARE. In *Cenotaph. Pis. C. Cæsaris.* CAVERIQVE NE QVOD SACRIFICIVM NEVE QVAE SVPPLICATIONES NIVE SPONSALIA NIVE CONVIVIA IN EVM DIEM FIANT. *Vet. lex* in *lib. Coloniar.* 1. p. 212. *Lachmann.* Quos limites faciet, in his limitibus reciproce terminos lapideos ponito ex saxo silice aut molari aut ni deteriore, supra terram sesquipedem. *Alia lex p.* 263. *Lachmann.* Qui limites decimanique hac lege deducti erunt -, niquis eos limites decimanosve obsæpito. Adde *Propert.* 2. 6. 3., ut quidem in omnibus libris scriptis et editionibus vetustis legi testatur *Broukus.*, nam alii *ne* edidere: quæ mutatio et in *Silio It.* 1. 374. facta est, teste *Drakenborchio*; item in *Lucret.* 2. 734. *et* 887. *V. Lachmann.* ad *v.* 734. *cit.*

B) *Ni* est etiam Conjunctio et valet *si non*; nec tamen facta est ex *nisi* per apocopen, ut plerique putaverunt, sed per se constat. *Ni* igitur idem est, quod *si non*; numquam tamen in iis sententiis, in quibus *nisi* ob exceptionem requiritur, ab antiquis est usurpatum. Illud unum interest inter *ni* et *si non*, quod *ni* ad totam sententiam pertinet, in *si non* negatio sejuncta ad unum aliquod vocabulum refertur. Utrumque dixit *Horat.* 1. *Ep.* 2. 34. Ni posces ante diem librum cum lumine, si non Intendes animum studiis et rebus honestis, Invidia vel amore vigil torquebere. Cf. *Liv.* 1. 22. Ni reddantur, bellum indicere jussos. *et* 1. 32. Si non deduntur, quos exposcit -, bellum ita indicit. Itaque ¶ 1. Generatim usurpatur — *a*) Quoties eam cogitamus conditionem, sine qua res fieri non potest. — *Ni* sine additis. *Plaut. Rud.* 3. 4. 48. Ni offerumentas habebis plures in tergo tuo, Quam ulla navis longa clavos, tum ego ero mendacissimus. *Id. Merc.* 3. 4. 4. Ni oculos lacrimæ defendant, jam ardeat, credo, caput. *Id. Aulul.* 4. 6. 3. Ni subvenisset corvus, periissem miser. *Cic.* 5. *Verr.* 96. 223. Rempublicam sistere negat posse, ni ad equestrem ordinem judicia referantur. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 151. Ni tua custodis, avidus jam hæc auferet heres. *et ibid.* 7. 118. ocius hinc te Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino. *Sall. Cat.* 20. Ni virtus fidesque nostra spectata forent, nequidquam opportuna res recidisset. *Id. Jug.* 25. Timebat iram senati, ni paruisset legatis. *Tac.* 12. *Ann.* 54. Arsissetque bello provincia, ni Quadratus Syriæ rector subvenisset. — Cum additis *pol, hercle* etc. ad majorem affirmandi vim. *Plaut. Asin.* 5. 2. 10. Pol ni vera ista essent, numquam faceret ea, quæ nunc facit. *Id. Truc.* 2. 7. 59. Perii hercle hodie, ni hunc a te abigo. — Cum addita part. demonstrativa *ita. Cic.* 3. *Fin.* 20. 66. Quod ni ita se haberet, nec justitiæ ullus esset, nec bonitati locus. *Id.* 5. *Tusc.* 39. 115. Ni ita se res haberet, Anaxagoras aut hic ipse Democritus agros et patrimonia sua reliquissent? *Liv.* 3. 24. Ni ita esset, multi privatim ferebant Volscio judices. — *b*) *Mirum ni* rem affirmat, et est *mirum si non, non dubito quin, est ita. Nævius* apud *Cic.* 2. *Orat.* 69. 279. Quid ploras pater? Mirum, ni cantem: condemnatus sum. *Plaut. Trin.* 2. 4. 94. Mirum, ni tu illuc tecum divitias feras. *Ter. Andr.* 3. 4. 19. Mirum, ni domi est. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 46. Mira sunt, ni Pistoclerus Lydus pugnis contudit. — Et cum asseveratione *Plaut. Asin.* 5. 2. 24. Atque edepol mirum, ni subolet jam hoc huic vicinæ meæ. *et Capt.* 4. 2. 25. Mira edepol sunt, ni hic in ventrem sumpsit confidentiam. — *c*) Propriam sedem *ni* obtinet in iis, quæ minas atque vehementem indignationem significant. *Plaut. Asin.* 2. 2. 96. Mihi tibique interminatu' st, nos futuros ulmeos, ni hodie Argyrippo viginti essent argenti minæ. *Id. Curc.* 5. 3. 45. Ego te in nervum, haud ad prætorem hinc rapiam, ni argentum refers. *Id. Men.* 5. 2. 96. Ni jam ex meis oculis abscedat in malam magnam crucem, faciam, quod jubes, Apollo. *Virg.* 12. *Æn.* 567. regna ipsa Latini, Ni frenum accipere et victi parere fatentur, Eruam. — *d*) Item in detestatione et asseveratione. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 5. Nam mihi divini numquam quisquam credunt, ni ego illam exemplis plurimis planeque amo. *Id. Most.* 1. 3. 65. De me faciant quod volunt, ni ob istam orationem liberasso denuo. *Varro* 3. *R. R.* 3. 10. Peream, ni piscem putavi esse. *Cic.* 7. *Fam.* 13. Moriar, ni puto te malle a Cæsare consuli, quam inaurari. ¶ 2. Speciatim in sponsionibus et in

stipulatione *ni* est solemnis formula, de qua *Brisson. de Formul.* 5. *p.* 369., *Gronov.* ad *Gell.* 5. 4., *Drakenborch.* ad *Liv.* 3. 57. et alii; optime vero disputavit *Rostius* in libello *De usu vocabulorum si et ni in sponsionibus, Lips.* 1820. In provocando ad sponsionem pignoris vel ad judicem Romani vocabulo *ni* utebantur: stipulatio et sponsio ipsa fiebat cum particula *si*, restipulatio et responsio per *ni*: prætor judicem dabat adhibita particula *si*. *Cic.* 3. *Off.* 19. 77. Quum is sponsionem fecisset, ni vir bonus esset. *avendo fatto scommessa, che era uomo da bene. Liv.* 3. 57. Sic se judicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in servitutem dederit. *Plaut. Rud.* 5. 3. 24. cedo quicum habeam judicem, Ni dolo malo instipulatus sis, nive etiam dum siem Quinque et viginti natus annos. *nive* est *et ni*, et *sive, et si*, ut *neve* est *et ne*: habetque locum, quando in judicio aut sponsione de pluribus rebus agitur. *Cic. Cæcin.* 23. 65. Tum illud, quod dicitur, SIVE, NIVE, irridemus. *Plaut. Rud.* 3. 4. 8. ergo dato quemvis arbitrum, Si tuas esse oportet, nive eas esse oportet liberas, Nive te in carcerem compingi est æquum. ¶ 3. *Ni quis scinit* apud *Festum p.* 177. 21. *Müll.* nomen est centuriæ, quæ dicitur a Ser. Tullio rege constituta, in qua liceret ei suffragium ferre, qui non tulisset in sua: ne quis civis suffragii jure privaretur. Sed in ea centuria neque censetur quisquam, neque centurio præficitur, neque centurialis potest esse, quia nemo certus est ejus centuriæ. Hæc *Festus.* ¶ 4. *Ni* pro *nisi quod. Ammian.* 22. 11. *sub fin.* Poterant miserandi homines Christianorum auxilio defendi, ni Georgii odio omnes indiscrete flagrabant.

NĪCĀ, νίκα contracte pro νίκαε, 2. pers. præs. imperat. verbi νικάω *vinco*. Hac voce *Nica*, et quandoque etiam Latine *Vincas*, sedens in circo populus factionis quisque suæ agitatori sive aurigæ, elata voce, acclamare consueverat. Hinc *Ovid.* 3. *Amor.* 2. 1. Non ego nobilium sedeo studiosus equorum: Cui tamen ipsa faves, vincat ut ille, precor. *Inscript.* apud *Gruter.* 338. 2. GARAMANTI NICA: GENTI NICA. Alia apud *Fabrett. p.* 573. *n.* LIV. LEAENI NICA. In nummo apud *Eckhel. D. N. V. T.* 8. *p.* 297. VRSE VINCAS.

NĪCĀTOR, ōris, m. 3. νικάτωρ, Dorice pro νικητωρ *victor*. Ita cognominati sunt quidam milites Persei Macedoniæ regis. *Liv.* 43. 19. Cohors regia, quos nicatoras appellant, transcendit. *Nicatoras* est Accusativus plur. Græcæ positionis pro *nicatores*. — *NB.* De cognom. propr. *V.* ONOM.

NĪCĒPHŌRĪUM, ii, n. 2. Νικηφόριον, templum Minervæ apud Pergamum, quæ Victoriam manu gestabat, ut Græcorum victoriam contra Trojanos repræsentaret. *Liv.* 32. 33. Nicephorium Venerisque templum. V. *Le-Bas, Explication d'une Inscript. Gr. p.* 127. — *N.* De urbis nom. *V.* ONOM.

NĪCÆUS, a, um, adject. νικαῖος, victoriæ largitor. Cognomen Jovis apud *Liv.* 43. 21. Altero die ad templum Jovis, quem Nicæum vocant, posuit castra. *V.* et voc. seq.

NĪCĒPHŌRUS, i, m. 2. νικηφόρος, victoriam ferens: a νίκη *victoria* et φέρω *porto*. Ita appellatus est Juppiter sedens cum parva Victoria in dextra, quemadmodum Phidias statuam Jovis Olympici sculpserat: quem videre est in nummis apud *Viscont. Iconogr. Gr. T.* 2. *tab.* 20. *n.* 3. 4. 5. 6. cum inscriptione Νικηφόρον. *Spartian. Hadrian.* 2. Ex fano quoque Nicephori Jovis manante responso. Cf. et voc. præced. — Ceterum *V.* et ONOM.

NĪCĒTĒRĬUM, ii, n. 2. νικητήριον, præmium victoriæ, ut torques, aut hujusmodi: a νίκη *victoria*. *Juvenal.* 3. 67. Rusticus illic tuus sumit trechedipna, Quirine, Et ceromatico fert niceteria collo. *h. e.* insignia victoriæ in gymnicis certaminibus, e collo pendentia. *V.* PHYLACTERIUM.

NĪCO, cis, ci, cere, a. 3. signum facio, moveo, ut Nicere manu, *far segno, o motto colla mano. Plaut. Truc.* 2. 7. 63. emoriere ocius, si manu niceris. c. Quin manu nicerim? *Turneb. l.* 24. *Adversar. c.* 17. hinc deduci putat verbum *nicto, as.*

NĪCŌLĀUS, a, um, adject. ad Nicolaum pertinens, genus dactylorum ita appellatum a Nicolao Damasceno Augusti familiarissimo, ut tradunt *Plutarch. Sympos. l.* 8. *quæst.* 4. et *Athenæus l.* 14. *c.* 18. Hinc *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 9. (45). Siccióres ex hoc genere Nicolai, sed amplitudinis præcipuæ, quaterni cubitorum longitudinem efficiunt. *Edict. Dioclet. p.* 18. Dactylos Nicolaos optimos octo ✠ quattuor. *Gargil. de pom.* 26. ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 425. Palmarum Thebaicarum, vel Nicolaorum poma sunt dactylica. *Cod. habet* dactuslia.

NĪCŌPHŌROS, i, m. 2. smilacis genus. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 10. 49. (82). Smilax quoque, qui et nicophoros cognominatur: coronam ex eo factam impari foliorum numero ajunt capitis doloribus mederi. *Sillig.* vero optimorum Codd. et *Lobeckii* (ad *Phrynic. p.* 635.) auctoritate fretus legit *anthophoros.*

NICOSTRATĒGUS. *V.* NYCTOSTRATEGUS.

NICTĀTĬO, ōnis, f. 3. *il battere delle palpebre*, actus nictandi. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 57. (156). Ne genæ quidem omnibus: ideo neque nictationes iis, quæ animal generant. – Columbæ et similia utraque gena connivent. At quadrupedes, quæ ova pariunt, ut testudines, crocodili, inferiore tantum, sine ulla nictatione, propter præduros oculos. Adde *Festum p.* 177. 13. *Müll. V.* voc. seq. II. 2.

NICTO, as, āvi, ātum, are, n. 1. *et* Nictor, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Aliam formam *Nicto, is, V.* infra sub I. 1. — Part. *Nictans* I. 1. et II. 1. — *Nictare* et *nictari* frequentativum a *nico* (quamquam alii volunt esse a *niveo* inusitato; unde *conniveo*) est oculos subinde claudere genas movendo; quod semper facimus vigilantes, etiam sine sensu, σκαρδαμύττω (It. *battere gli occhi o le palpebre*; Fr. *remuer le paupières, cligner*; Hisp. *quiñar, revolver los parpados*; Germ. *mit den Augen zwinkern oder blinzeln*; Angl. *to wink or twinkle with the eyes, wink often, blink, nictate*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu, ut diximus, est oculos subinde claudere genas movendo. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 54. (144). Plerisque naturale, ut nictari non cessent; quos pavidiores accepimus. *Al. leg.* nictare (Hinc *Capell.* 9. *p.* 301. Nictantes oculos reprimit stupefacta pavore.). *et ibid.* 57. (156). Graviores alitum inferiore gena connivent: eædem nictantur, ab angulis membrana obeunte. *Arnob.* 3. 18. Si enim dixerimus iisdem rationibus (*Deum*) videre, quibus nos videmus: sequitur ut intelligi debeat superjectas pupulis eum habere membranulas, connivere, nictare etc. — Huc pertinere videntur et illa apud *Festum p.* 177. 16. *Müll.* Nictit canis in odorandis ferarum vestigiis leviter ganniens, ut Ennius in L. x.: «veluti si quando vinclis venatica venenos apta solet, si forte ex nare sagaci sensit, voce sua nictu ululatque ibi acuta etc.», unde ipsa gannitio. Hæc *Festus*; quocum cf. *Paul. Diac. p.* 176. 3. *Müll.* Verba *Ennii* ita legit cl. *Vahlen.* (*Ennian. poes. reliq. p.* 51.): Sicut si quando vinclis venatica velox Apta solet canis forte feram sei nare sagaci Sensit, voce sua nictit ululatque ibi acute. *Thesaurus nov. Latin.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 8. *p.* 372. Hinc etiam nicto, as, cii vel nictui, quod proprie pertinet ad canes, quando bestiarum vestigia insequuntur; unde et Cæcilius de quodam cane bene inquit: «nictit holetque». ¶ 2. Latiori sensu est oculis signum dare, vel utrumque, vel alterutrum claudendo. *accennar cogli occhi, far d'occhio, ammicare. Plaut. Asin.* 4. 1. 39. Neque illa ulli homini nutet, nictet, adnuat. *Non. p.* 439. 28. *Merc.* hunc ipsum *Plauti* locum afferens *nutare*, inquit, capitis; *adnuere* narium vel labiorum: *nictare* oculorum significantiam esse veteres decreverunt. *Plaut. Men.* 4. 2. 49. Non hercle ego quidem usquam quicquam nuto, neque nicto tibi. Adde *eumd. Merc.* 2. 3. 72.

II.) Translate. ¶ 1. De igne pro agitari dixit *Lucret.* 6. 180. ardoris Semina, quæ faciunt nictantia fulgura flammæ. ¶ 2. Sæpius figurate est aliquid conari, *fare sforzo*, quasi sit a *nictum* pro *nixum* a verbo *nitor*. Atque hæc fortasse prima et propria est ejus significatio. *Festus p.* 177. 7. *Müll.* Nictare, et oculorum, et aliorum membrorum nisu sæpe aliquid conari, dictum est ab antiquis, ut Lucretius in libro quarto (*corr. VI.*): Hic ubi nictari nequeunt, insisteræque alis. Cæcilius in Hymnide: Garrulis medentes jactent, sine nictentur perticis. Novius in Macchoco: Pone actutum scibis, cum in nervo nictabere. Unde quidam nictationem, quidam nictum, ut Cæcilius in Pugile: Tum inter laudandum hanc timidum tremulis palpebris percutere nictu: hic gaudere, et mirarier. Hactenus *Festus.* Verba *Lucretii* habes 6. 836., ubi al., inter quos et *Lachmannus*, leg. *nixari, a nixum* τοῦ *nitor, eris.* Illa *Cæcilii* priora sic legit *Scalig.* Garruli sine dentes jactent, sine nictentur perticis. Locum *Novii* ita emendat *Idem*: Novius in Macco copone: Actutum scibis, quum etc.

NICTO, is, ere, *et*

NICTOR, āris, etc. *V.* voc. præced. init.

NICTUS, us, m. 4. (nico). ¶ 1. Stricto sensu est nictandi actus, nictatio. *Cæcilius* apud *Festum*, cujus verba *V.* in NICTO II. 2. ¶ 2. Latiori sensu est actus dandi signum oculis, vel utrumque, vel alterutrum claudendo. *Ovid.* 3. *Met.* 460. lacrimas quoque sæpe notavi, Me lacrimante, tuas: nictu quoque signa remittis. *Alii leg.* nutu. Adde *eumd.* 1. *Art. am.* 138. et 1. *Fast.* 418.; et *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 312., sed ubique al. *nutu* reponunt.

NĪDĀMENTUM, i, n. 2. (nidus) est quidquid construendo nido inservit.

I.) Proprie. *Plaut. Rud.* 3. 6. 51. In nervum ille hodie nidamenta congeret. *h. e.* muscum, paleas, tormentum, et id genus alia, ex quibus aves nidos construunt suos. Est autem ibi allegoria, qua significatur, lenonem (de quo est sermo) nidum parare, ex quo nascatur nervos, h. e. ea facere, propter quæ brevi nervo plectendus sit, vel compedibus vinciendus. Ita *Turneb. l.* 26. *Adversar. c.* 2. V. integrum *Plauti* locum.

II.) Translate est ipse nidus. *Arnob.* 6. 16. Non videtis sub istorum simulacrorum cavis stelliones, sorices, blattasque nidamenta ponere?

NĪDĪCUS, a, um, adject. ad nidum pertinens. *Varro* apud *Non. p.* 336. 10. *Merc.* Ad quos tum volucres venit pusillos Usque ad limina nidica esca vilis. Alii *nitida* legunt, alii aliter. Est enim locus varie vexatus, nec quidquam certi inde colligi potest.

NĪDĪFĬCĬUM, ii, n. 2. (nidifico) nidi constructio. *Apul.* 8. *Met.* In carioso stipite inhabitantium formicarum nidificia burriebant.

NĪDĪFĪCO, as, are, n. 1. (nidus *et* facio). Part. *Nidificans.* — Nidificare est nidum facere, *far nido*, νεοττεύω. *Colum.* 8. *R. R.* 15. 5. Pedalia in quadratum cubilia, quibus nidificent aves. *Schneiderus* edidit *innidificent* nulla var. lect. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 26. 42. (81). Nidificare ex alga. *Id.* 10. *ibid.* 53. 74. (147). Turdi luto nidificantes. *Virg.* apud *Donat. Vit. Virg.* 17. Sic vos non vobis nidificatis aves. *Plin. Valer.* 1. 52. Hirundo, quæ in domibus nidificat.

NĪDĪFĪCUS, a, um, adject. nidum faciens. *Seneca Med.* 714. Quodcumque tellus vere nidifico creat.

NĪDOR, ōris, m. 3. (quæ vox, ratione habita etymi conjungi potest cum Gr. κνίσσα) est vapor et odor cocti cibi, aut alterius rei ambustæ, vel quocumque alio modo olentis, κνίσσα (It. *vapore e ulimento, o sia odore de' cibi, o d'altra cosa abbruciata, leppo*: Fr. *odeur, exhalation, vapeur*; Hisp. *olor, exhalacion, vapor*; Germ. *der Dufl, Dunst, Brodem, Dampf, von verbrannten, gekochen, gebratenen od. and. fetten Gegenständen*; Angl. *the smell or steam arising from any thing roasted or burnt, any unctuous or strong smell*).

I.) Proprie. — *a*) De odore. *Lucret.* 6. 791. Nocturnumque recens exstinctum lumen, ubi acri Nidore offendit nares etc. *Cic. Pis.* 6. 13. Paullisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. Cf. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *n.* 62. Nullo nidore, sive fumo, aut ustione lacti natura vitiatur ob aquæ admixtionem. *Juvenal.* 5. 162. Captum te nidore suæ putat ille culinæ. *Martial.* 1. 93. Pasceris et nigræ solo nidore culinæ. *Id.* 7. 26. *de apro cocto.* Pinguescant madidi læto nidore Penates. *Virg.* 3. *G.* 415. Galbaneoque agitare graves nidore chelydros. *Id.* 12. *Æn.* 300. Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit, Nidoremque ambusta dedit. *Liv.* 38. 7. *extr.* Fœdus quidam nidor ex adusta pluma. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 17. 67. (230). Lethargicos excitat caprini cornus nidor, aut pilorum. *Id.* 35. *ibid.* 15. 50. (176). Nidor sulphuris igni impositi. *Apul.* 4. *Met.* Putore nidoris fœtidi abigere ali-

quem. *h. e.* egesti stercoris. *et* 8. *ibid.* Formicæ dulcem ac mellitum corporis nidorem persentiscunt. — Apud *Ovid.* 12. *Met.* 153. et *Tertull. Apolog.* 22. et *Idolol.* 6. nidor est odor carnium crematarum in sacrificiis. — *b*) Pro vapore. *Lucret.* 6. 986. Nam penetrare alio sonitus, alioque sapores Cernimus e succis, alio nidoris odores. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 15. 85. (135). Chamæleuces radix imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infundibulum imbibitur inveteratæ tussi. *Apul.* 1. *Met.* In cujus hospitio nec fumi, nec nidoris nebulam vererer. *Minuc. Fel. Octav.* 34. *a med.* Corpus omne sive arescit in pulverem, sive in humorem solvitur, vel in cinerem comprimitur, vel in nidorem tenuatur.

II.) Translate. *Nidor e culina* convicium in servum, qui in culina est assiduus, ejusque maxime nidore capitur: possetque et in parasitum aptari. *Plaut. Most.* 1. 1. 5. Exi, inquam, nidor e culina, quid lates?

Homonym. *Nidor* differt ab *odore*: quia odor in malam partam sumi non solet, nisi cum addito, ut *malus odor, teter, gravis*; at *nidor* absolute positus fœtorem sæpe significat, aut odorem gravem, vel vapore mixtum. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 1. 1. (2). Cedri tantum et citri in sacris fumo convolutum nidorem verius, quam odorem noverant. *Harduin.* illa verba *verius quam odorem* omittit ex MSS. At *Sillig.* ea in textum recepit.

NIDORO, as, are, n. 1. nidorem exhalo. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 167.

NĪDŌRŌSUS, a, um, adject. nidorem multum exhalans. *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 5. *ad fin.* Holocaustomata nidorosa. *Cæl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *n.* 62. Incoctio aquosi liquoris, quo amisso, sincerior lactis qualitas fit; quæ neque curiosa confectio, neque nidorosa, vel fumosa sufficitur, si simplici coctione fuerit procurata. *Id.* 2. *Acut.* 19. *n.* 121. Milium frixum graveolens et nidorosum. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 17. *n.* 151.

NĪDŪLUS, i, m. 2. deminut. nidi, parvus nidus, νεοττίδιον, *nidiuzzo*.

I.) Proprie. *Gell.* 2. 29. De aviculæ nidulo lepide atque jucunde præmonet. *Cic.* 1. *Orat.* 44. 196. Ithacam illam in asperrimis saxulis, tamquam nidulum, affixam.

II.) Translate de domicilio. *Plin.* 6. *Ep.* 10. Hunc incolere secessum, atque etiam senectutis suæ nidulum vocare consueverat. *V.* vocem seq. II. 2.

NĪDUS, i, m. 2. avium domicilium, καλιά (It. *nido*; Fr. *nid*; Hisp. *nido*; Germ. *d. Nest*; Angl. *a nest*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Orat.* 6. 23. Quemadmodum volucres videmus procreationis atque utilitatis suæ causa fingere et construere nidos. *Virg.* 4. *G.* 307. nidum tignis suspendit hirundo. *Ovid.* 8. *Met.* 257. Nec facit in ramis altoque cacumine nidos. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 49. (92). Nidum construere. *et ibid.* (93). confugere. *Tac.* 6. *Ann.* 28. struere. *Horat.* 4. *Od.* 12. 5. ponere. *Quintil.* 2. 16. 16. texere. *Ovid.* 11. *Met.* 746. Incubat alcyone pendentibus æquore nidis. — Hinc figurate *Majores pennas nido extendisse*, proverb. apud *Horat.* 1. *Ep.* 20. 21. de iis dictum, qui supra fortunam et genus suum se extuleruot: quod si bonis artibus fiat, laudabile est. Simili sententia nos dicimus *distendersi più, che'l lenzuol non è lungo*.

II.) Translate. ¶ 1. Per metonymiam accipitur pro fetu avium, quasi continens pro contento, *nidiata, piccini*. *Virg.* 12. *Æn.* 475. Pabula parva legens nidisque loquacibus escas. Adde *eumd.* 4. *G.* 17. *Seneca Herc. Fur.* 148. Nidi queruli. — Similiter *Colum.* 7. *R. R.* 9. 13. Et in cubili suam quisque matrem nidus exspectat. *Colum.* de scrofæ fetu loquitur. ¶ 2. Item de quovis cujusque domicilio. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 6. Tu nidum servas, ego laudo ruris amœni Rivos. *Id.* 3. *Od.* 4. 14. celsæ nidum Acherontiæ. *h. e.* Acherontiam oppidum in edito monte situm, tamquam nidum altis saxis affixum, ut de Ithaca dixit *Cic.* 1. *Orat.* 44. 196. *V.* voc. præced. II. ¶ 3. *Nidi* dicuntur etiam loculi, *scaffali, scansie*, in quibus libri in tabernis servantur, οἰκίσκοι. *Martial.* 1. 118. De primo dabit alterove nido Rasum pumice purpuraque cultum. *Id.* 7. 17. Hos nido licet inseras vel imo Septem, quos tibi mittimus, libellos. ¶ 4. Pro poculo nidi figura, *Varro* apud *Non. p.* 545. 3. *Merc.* Cape hanc caducam Liberi mollem dapem De fronde Bromiæ auctumnitatis uvidam, Quam, lympha melius e lacuna fontium Allata, nido potili permisceat.

NĪGELLA, æ, f. 1. *subaudi* herba. ¶ 1. Est idem ac melanthium. *Onomast. lat. gr.* Nigella, μελάνθιον. Habent hanc vocem *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 2. *n.* 33.; *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 13. *ed. Ald.* ¶ 2. Item lolium. *Æm. Macer de lolio p.* 214. *retro* ed. *Ald.* Frumentis nocuam lolium Graecus vocat herbam, Quam nostri dicunt vulgari more nigellam.

NĪGELLUS, a, um, adject. *negretto, nericcio*, deminut. nigri. *Varro* apud *Non. p.* 550. 5. *Merc.* Propinquæ adolescentulæ etiam anthracinis, proximæ amiculo nigello, capillo demisso sequerentur. *Id. ibid. p.* 456. 8. *Merc.* Oculi suppætuli nigellis pupulis. *Pallad.* 3. *R. R.* 25. *circa med.* Nigella vina. *Auson. epist.* 4. 74. Cadmi nigellas filias. *h. e.* litteras. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM. — Hinc

Nigella, æ, f. 1. absolute, substantivorum more. *V.* voc. præced.

NĪGER, nigra, nigrum, adject. *Nigrai* pro *nigræ* more suo dixit *Lucret.* 4. 538. nigrai noctis ad umbram. — Comp. *Nigrior* et Sup. *Nigerrimus* I. — Ratione habita etymi, *Jul. Scalig.* ducit a νεκρός *mortuus*, quia mortui nigri sunt, et niger color proprius est mortuorum et Manium (*V.* infra sub II. 1.): recentiores hanc vocem cum Gr. νύξ *nox* conjungunt. Ceterum *niger* est qui coloris est albo contrarii, pullus, ater, fuscus, obscurus, μέλας, μέλαινα, μέλαν (It. *nero, negro, bruno, fosco, oscuro*; Fr. *noir, brun, noirâtre, de couleur sombre ou foncée, sombre, ténébreux*; Hisp. *negro, moreno, obscuro*; Germ. *dunkelfarbig, schwarz, schwärzlich, düster*; Angl. *blak, sable, dusky, dark, darksome, gloomy, lurid*).

I.) Proprie. — *a*) De colore in universum hæc habeto. *Cic.* 2. *Divinat.* 3. 9. Nescio, qui ille divinus, si oculis captus sit, possit, quæ alba sint, quæ nigra, dicere. *Virg.* 2. *Ecl.* 16. Quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses. *moro.* et 10. *ibid.* 38. quid tum, si fuscus Amyntas? Et nigræ violæ sunt, et vaccinia nigra. *et* 4. *G.* 468. Et caligantem nigra formidine lucum. *Horat.* 1. *Od.* 21. 7. nigræ silvæ. *Id.* 4. *ibid.* 12. 11. Nigræ colles Arcadiæ. *h. e.* silvis frequentis. *Virg.* 6. *Ecl.* 54. Ilice sub nigra. *et* 2. *G.* 258. nigræ hederæ. *Ovid.* 3. *Art. am.* 690. nigra myrtus. *Id.* 15. *Met.* 187. nox. *Id. Heroid.* 18. 7. cælum pice nigrius, et freta ventis Turbida. *Id.* 10. *Met.* 449. nigræ nubes. *Lucret.* 4. 341. umbræ. *Stat.* 4. *Silv.* 4. 62. nigræ litora Thules. *h. e.* caligantis, obscuræ. *Virg.* 3. *G.* 278. nigerrimus Auster Nascitur, et pluvio contristat frigore cælum. (Sic *Horat.* 1. *Od.* 5. 6. aspera Nigris æquora ventis. *et Epod.* 10. 5. niger rudentes Eurus - differat.). *et* 4. *ibid.* 126. niger fluvius. *h. e.* profundus, quia tales nigri apparent. *Horat.* 3. *Od.* 27. 23. Æquoris nigri fremitus. *Martial.* 8. 56. nigra Falerna. — *b*) Poetice. *Juvenal.* 1. 71. Per famam et populum nigros efferre maritos. *h. e.* colore luridos, quia veneno sublati. Sic *Propert.* 2. 20. 68. Pocula nigra. *h. e.* venenata. Tetra venena dixit *Id. ibid.* 13. 70., lurida aconita *Ovid.* 1. *Met.* 147. — *c*) *Nigrum* absolute, nigra nota. *Ovid.* 1. *Art. am.* 291. de *tauro*. Signatus tenui media inter cornua nigro. — *d*) *Nigra in candida vertere* proverbio dicitur, qui recta prava facit, ut *Ter.* loquitur *Phorm.* 5. 2. 6., et vitia ipsa obtegit simulatione virtutis. *Juvenal.* 3. 29. Cedamus patria: vivant Arturius istic Et Catulus: maneant, qui nigra in candida vertunt. *Ovid.* 11. *Met.* 312. Alipedis de stirpe dei versuta propago Nascitur Autolycus, furtum ingeniosus ad omne, Qui facere adsuerat, patriæ non degener artis, Candida de nigris, et de candentibus atra.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de iis, quæ ad mortem et fatum pertinent. *Ovid.* 4. *Met.* 438. nigri fera regia Ditis. *Virg.* 4. *G.* 547. Et nigram mactabis ovem. *scil.* inferiis mittendis. *Horat.* 4. *Od.* 12. 26. Nigrorumque memor, dum licet, ignium. *h. e.* rogi et mortis. *Tibull.* 3. 5. 5. At mihi Persephone nigram denunciat horam. *Propert.* 2. 19. 19. At me non ætas mutabit tota Sibyllæ, Non labor Alcidæ, non niger ille dies. *Id.* 4. 11. 2. Panditur ad nullas janua nigra preces. *Seneca Herc. Œt.* 1705. Juppiter niger. *h. e.* Pluto. ¶ 2. Hinc pro mœsto, tristi, in luctu jacenti. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 18. Sed quum plaga recens et adhuc in vulnere primo Nigra domus questu, etc. *Val. Flacc.* 3. 404. arvaque nigro Vasta metu. — Huc referri potest et illud *Senec. Hippol.* 493. niger livor. *Invidia.* ¶ 3. *Niger* pro infausto, ominoso. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 72. hunccine solem Tam nigrum surrexe mihi? *Propert.* 2. 21. 38. Nigraque funestum concinit omen avis. — Hinc *niger lapis* apud *Festum p.* 177. 32. *Müll.* locus in Comitio, ubi Romulus occisus, et Faustulus nutricius ejus sepultus, vel Quintilius quidam, qui a Romulo steterat. ¶ 4. Morali ratione est malus, improbus, dolosus, duplex, vafer. *Cic. Cæcin.* 10. 27. Argentarius Sex. Clodius, cui nomen est Phormio, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus. (*V. Ter. Phorm. a.* 2. *sc.* 2. *et* 3.) *Horat.* 1. *Sat.* 4. 81. absentem qui rodit amicum; Qui non defendit, alio culpante; solutos Qui captat risus hominum famamque dicacis; Fingere qui non visa potest; commissa tacere Qui nequit, hic niger est: hunc tu, Romane, caveto.

NIGĪNA, æ, f. 1. herba tribus foliis longis intubaceis, quæ illita cicatrices ad colorem reducit. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 82. (106). *Sillig.* vero legit *nyma*.

NĪGRANS, antis, *et*

NĪGRĀTUS, a, um. *V.* NIGRO.

NĪGRĔDO, inis, f. 3. *negrezza*, μελανία, color niger, nigrities. *Apul.* 2. *Met.* Capilli corvina nigredine cærulos columbarum colli flosculos æmulantur. *Capell.* 1. *p.* 18. Hujus vero calcei admodum furvi: quorum maxime solea atræ noctis nigredine coloratur. Sic *Id.* 2. *p.* 35. Libri sacra nigredine colorati. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 14. *n.* 93. Alia (*sputa*) in nigredinem veniunt, ob fervoris usturam. *Marcell. Empir.* 19. *p.* 113. ed. *Ald.* Ad nigredinem et maculas colli et vultus purgandas, farinam etc.

NĪGRĔFĂCIO μελανοποιῶ. Ita *Gloss. Lat. Gr.* V. et voc. seq.

NĪGRĔFĬO, is, ieri, anom. idem fere ac nigresco. *Theod. Priscian.* 1. 5. Accipies pistillum ejusdem metalli (*plumbi*), et teris, quamdiu oleum pinguescat et nigrefiat.

NĪGRĔO, es, ere, n. 2. niger sum, vel fio, *farsi nero, oscurarsi*, μελαίνομαι. *Pacuvius* apud *Non. p.* 144. 11. *Merc.* Solis exortu capessit splendorem, occasu nigret. *Accius* apud *eumd. ibid.* Nimbis interdum nigret.

NĪGRESCO, gresci, grŭi, grescere, n. 3. inchoat. Part. *Nigrescens*. — Nigresco est idem ac niger, vel obscurus fio, *farsi nero, oscurarsi*, μελαίνομαι. *Virg.* 4. *Æn.* 454. latices nigrescere sacros, Fusaque in obscænum se vertere vina cruorem. *et* 11. *ibid.* 824. tenebris nigrescunt omnia circum. *Ovid.* 3. *Art. am.* 503. Ora tument iræ: nigrescunt sanguine venæ. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 1. 2. (6). Baccæ incipiens nigrescere. *Id.* 26. *ibid.* 1. 5. (7). Nigrescens cutis. *Id.* 31 *ibid.* 10. 46. (117). Nigrescentes dentes. *Theod. Priscian.* 1. 30. Quibus autem forte aliqua loca nigrescunt, farina tritici cum pice soluta admitta curantur. *Colum.* 12. *R. R.* 50. 1. *Schneid.* Baccæ quum jam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint.

NĪGRĪCANS, antis. *V.* voc. seq. in fin.

NĪGRĪCO, as, are, n. 1. Part. *Nigricans*. — Nigricare est idem ac nigrere. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 58. (161). Epimelas fit, quum in candida gemma superne nigricat colos. Habent et *Not. Tir.*, quæ tamen auctoritate carent, *p.* 128. Niger, nigricat, nigrescit, nigridius. — Hinc Part. præs.

Nigricans, antis, adjective occurrit, et est ad nigrum colorem accedens, nigrescens, nigrans, *nereggiante, nericcio*, μελανίζων. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 38. 62. (135). Tyrius color nigricans aspectu, idemque suspectu refulgens. *Id.* 36. *ibid.* 26. 66. (193). Massæ colore pingui nigricantes.

NĪGRĪCOLOR, oris, comm. gen. 3. nigrum colorem habens. *Solin.* 2. *ad fin.* Nigricolor facies.

NĪGRĪDIUS, a, um, adject. nigricans. *V.* NIGRICO.

NĪGRĪFĬCO, as, are, a. 1. *annerire, far nero*, ut Nigrificare dentes apud *Marcell. Empir.* 35. *a med.*

NĪGRĬTĬA, æ, f. 1. *et*

NĪGRĪTĬES, ēi, f. 5. *et*

NĪGRĪTŪDO, ĭnis, f. 3. *nerezza, color nero,* μέλανία, nigror, nigredo. *Plin. 9. Hist. nat.* 38. 62. (134). *de purpura.* Buccinum pelagio admodum alligatur, nimiæque ejus nigritiæ dat austeritatem illam nitoremque, qui quæritur, cocci. *Id. 29. ibid.* 6. 34. (109). Corvi ovum nigritiam capilli affert. *Cels.* 8. 2. *a med.* Sin autem nigrities est, aut si caries ad alteram partem ossis transit, etc. *Plin. 10. Hist. nat.* 36. 52. (107). Nulla apparet nigritudo in rostro.

NĪGRO, as, āvi, ātum, are, 1. (niger). Part. *Nigrans* sub *A*; *Nigratus* sub *B.* II.; *Nigrandus* sub *B.* I. — Nigrare occurrit

A) Neutrorum more, et est idem ac nigrescere, *essere nero. Lucret.* 2. 732. ne forte hæc albis ex alba rearis Principiis esse, ante oculos quæ candida cernis; Aut ea, quæ nigrant, nigro de semine nata. — Et Mediorum apud Græcos more. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 312. ed. *Ald.* Sane sub hora infectionis oleum intra os habendum est, ne dentes nigrentur. — Hinc Part. præs.

Nigrans, antis, adjective usurpatur, et est idem quod fuscus, niger, *nereggiante, nero. Varro* 2. *R. R.* 5. 7.; et *Colum.* 6. *R. R.* 1. 3. Nigrantia boum cornua. *Id.* 8. *ibid.* 2. 9. *de gallinaceis maribus.* Ravidi, vel nigrantes oculi. *Seren. Sammon. v.* 57. *de capillo tingendo.* Si prægnans artus captivi soricis edit, Dicuntur fœtus nigrantia lumina fingi. *Virg.* 5. *Æn.* 97. nigrantes terga juvenci. *Lucret.* 2. 792. Nigrans color. *Sil. It.* 9. 225. Corpora ab immodico servans nigrantia Phœbo. *Ovid.* 2. *Met.* 535. Corvus nigrantes versus in ales. *Stat.* 12. *Theb.* 254. nigrantes laxabant ostra tenebras. *Propert.* 3. 10. 33. Nigrantesque domos animarum intrasse silentum. *Sil. It.* 17. 258. nigrante profundo. *h. e.* mari. *Val. Flacc.* 1. 13. Solymo nigrantem pulvere fratrem. *h. e.* pulvere conspersum et sordidatum. (Sic *Horat.* 1. *Od.* 6. 14. pulvere Troico Nigrum Merionem.) *Val. Flacc.* 4. 697. nigrantia litora. *h. e.* quæ sunt ad promontorium, quod *nigrum* vocatur, silva et arboribus umbrosum. *Virg.* 8. *Æn.* 353. Credunt se vidisse Jovem, quum sæpe nigrantem Ægida concuteret dextra, nimbosque cieret. *h. e.* nubes et tempestates commoventem.

B) Active est nigrum facere, seu lividum.

I.) Proprie. *Stat.* 2. *Silv.* 6. 83. non sævius atros Nigrasset planctu genitrix sibi sæva lacertos. *Marcell. Empir. c.* 7. *sect.* 1. *p.* 91. *retro* ed. *Ald.* Capillis nigrandis infectio optima etc. *et paullo post.* Ad nigrandum capillum egregie facit si etc.

II.) Translate. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 8. Nigrati ignorantiæ tenebris.

NĪGROR, ōris, m. 3. idem ac nigredo. *Lucilius* apud *Non. p.* 515. 5. *Merc.* nigror noctis. Sic *Pacuvius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 14. 24. et 3. *Orat.* 39. 157. Noctisque et nimbum occæcat nigror. *Cels.* 2. 1. *circa med.* Nigrorem in ulceribus excitat. *Lucret.* 3. 39. Omnia suffundens mortis nigrore. *Gell.* 2. 26. *a med.* Rubidus est rufus, atrore et nigrore multo mixtus. *Arnob.* 2. 7. Quibus ex causis pili nigrorem ingenitum ponant, neque omnes pariter, sed paullatim adjiciendo canescant?

NIHIL, n. indecl. Primam produxisse videtur *Lucret.* 1. 647. Nihil prodesset calidum denserier ignem. Nisi dicas, Iambum pro spondeo posuisse: aut rectius legas cum *Lachmanno* et aliis, *Nil prodesset enim calidum* etc. *V.* NIHILUM init. — *Nihil* idem est quod *nihilum*, a quo per apocopen factum est (confer etiam NILUM et NIL) οὐδέν (It. *niente, nulla, non punto*; Fr. *rien*; Hisp. *nada*; Germ. *nichts*; Angl. *nothing, naught, not a with, nothing at all*). Occurrit autem *A)* Substantivi nominis, et *B)* Adverbii more:

A) Substantivi nominis more *nihil* — *a)* Generatim sine ullo Adjectivo vel cum Adjectivis dicitur — De rebus inanimis. *Cic. Senect.* 6. 15. Nihil ergo agebat Q. Maximus? nihil L. Paulus? ceteri senes nihil agebant? *Id.* 1. *Off.* 42. 151. Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. *tra tutte le cose non v'è la migliore* etc. *et Id.* 3. *ad Q. Fr.* 9. De Gabinio nihil fuit faciendum istorum, quæ cogitata sunt. *nulla di quanto s'è pensato.* et *ibid.* 8. Aliud hoc tempore de republ. nihil loquebantur. *ei post red. ad Quir.* 5. 11. Kal. Jan. consul nihil humanarum rerum sibi prius, quam de me agendum judicavit. *Nepos Miltiad.* 5. Qua pugna nihil adhuc est nobilius. *h. e.* nulla pugna. *Cic.* 1. *Fin.* 17. 55. Si nihil tale metuamus. *h. e.* nullam rem talem. — *Nihil unum, nihil quidquam* apud *Liv.* 41. 20. Rhodiis ut nihil unum insigne, ita omnis generis dona dedit. *h. e.* nullum donum. *Cic.* 1. *Orat.* 30. 134. Sine studio nihil quidquam egregium nemo unquam assequetur. — Quamvis post *nihil* sequatur *nec*, non affirmat tamen. *Cic. Cluent.* 1. 1. Nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo. Pro *nec* posset subjici *aut*, eademque esset sententia: ut *Justin.* 8. 2. 11. Nihil sine majestate numinis ejus aut privatæ unquam, aut publicæ rei gesserant. — De personis. *Cic.* 4. *Fam.* 4. Victor, quo nihil erat moderatius. *et* 14. *ibid.* 3. Ita tibi persuadeas, mihi te carius nihil fuisse. *Id. Partit. orat.* 17. 57. Nihil est tam miserabile, quam ex beato miser. *Id.* 3. *Tusc.* 10. 22. Peripatetici, familiares nostri, quibus nihil est uberius, nihil eruditius, nihil gravius, hæc-non sane probant. Adde *eumd.* 2. *Off.* 7. 24. Sic *Sall. Cat.* 47. ed. *Kritz.* Docetque, se paucis ante diebus a Gabinio et Cæpario sócium adscitum nihil amplius scire, quam legatos. *Nepos Alcib.* 1. Nihil illo fuisse excellentius vel in vitiis, vel in virtutibus. *h. e.* neminem. *Tac.* 1, *Hist.* 79. Mirum dictu, ut sit omnis Sarmatorum virtus velut extra ipsos. Nihil ad pedestrem pugnam tam ignavum: ubi per turmas advenere, vix ulla acies obstiterit. — *b) Nihil* cum Genitivo Adjectivi. *Cic.* 2. *Fam.* 14. Tam diu nihil novi ad nos afferebatur *V.* alia sub *d* et *q.* — *Nihil* tamen in casu etiam eodem usurpatur, quo Adjectivum, præcipue quum Adjectivum est tertiæ declinat. *Cic.* 1. *Orat.* 31. 137. Nihil enim dicam reconditum, nihil exspectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam dignum. *V.* alia et supra et infra. — *c) Nihil agis*, nequidquam conaris, quod enim tibi propositum est, minime assequeris, *non ne fai nulla, non ci riesci. Cic.* 2. *Tusc.* 25. 61. Nihil agis, dolor! quamvis sis molestus, numquam te esse confitebor malum. *Vellej.* 2. 66. 3. Nihil tamen egisti, M. Antoni,-nihil, inquam, egisti, mercedem cælestissimi oris et clarissimi capitis (*M. T. Ciceronis*) abscisi numerando.-Vivit, vivetque per omnem sæculorum memoriam. Cf. *Cic. Rosc. Am.* 45. 130.; *Horat.* 1. *Sat.* 9. 15.; *Propert.* 2. 23. 69.; et *Lucan.* 7. 809. — *d)* Nihil mihi cum illo est, *non ho che fare con lui. Ovid.* 2. *Fast.* 308. Nil mihi vobiscum est. *Ter. Phorm.* 2. 3. 74. tecum nihil rei nobis, Demipho, est. — *e) Nihil es*, nihil potes, nihil vales, *non vagli punto. Cic.* 7. *Fam.* 27. Hæc tibi scripsi, ut isto ipso in genere, in quo aliquid posse vis, te nihil esse cognosceres. *et ibid.* 33. Nos plane aut nihil sumus, aut nobis quidem ipsis displicemus. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 14. 47. Sin mecum in hac prolusione nihil fueris, quem te in ipsa pugna cum acerrimo adversario fore putemus? *et ibid.* 15. 47. Esto: ipse nihil est, nihil potest: at venit paratus, etc. — *f) Nihil est*, mea, tua etc. minime interest, minime juvat, *non giova punto. Plaut. Capt.* 2. 2. 94. At nihil est, ignotum ad illum mittere: operam luseris. Adde *eumd. Truc.* 4. 4. 76. — *g) Nihil est, ut*, nihil exsistit ejusmodi, ut etc. *Cic.* 1. *Off.* 37. 133. Nihil fuit in Catulis, ut eos exquisito judicio putares uti litterarum: -hi autem optime uti lingua Latina putabantur. — *h) Nihil est quod, cur, quamobrem, quare*, nulla est causa, cur etc. *Cic.* 3. *ad Q. Fr.* 8. Superiori epistolæ quod respondeam, nihil est. *non ho che rispondere: non occorre ch'io risponda.* et 9. *Fam.* 26. *extr.* Nihil est quod adventum nostrum extimescas. *et* 6. *ibid.* 20. Nihil est cur adventientibus te offerre gestias. *Id. Cluent.* 26. 70. Nihil excogitem, quamobrem Oppianico damnari necesse sit? *ch'io non pensi e trovi qualche cosa, per cui* etc.? *Id. Dom.* 32. 84. Nihil poterat dicere, quare rata non essent. — *i)* Post *nihil* sequitur etiam *quin, quominus. Cic.* 2. *Phil.* 10. 23. Nihil prætermisi, quantum facere enitique potui, quin Pompejum a Cæsaris conjunctione avocarem. *non omisi cos'alcuna a fine di distogliere* etc. *Liv.* 3. 54. Nihil moror, quo minus decemviratu abeam. *Cels.* 3. *sub fin.* Nihil facere oportet, quo minus, quidquid est puris, exeat. — *l) Nihil ad me*, subaudi *pertinet*, aut *facit. Cic. Pis.* 28. 68. Recte, an secus, nihil ad nos: aut si ad nos, nihil ad hoc tempus. *Ter. Andr.* 1. 2. 16. quod antehac fecit, nihil ad me attinet. — *m) Nihil nisi, nihil aliud nisi*, aut *quam, præter, præterquam. non altro che, o fuorchè. Ter. Adelph.* 3. 4. 30. Tu quantus quantus, nihil nisi sapientia es. *Cic. Amic.* 27. 100. Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames. *non è altro che.* et *Rosc. Am.* 37. 108. Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt. *se non fecero altro, che riferire.* et 2. *ad Q. Fr.* 10. Nihil aliud dicam, nisi verebor, nequando etc. *non dirò altro, se non che avrò paura* etc. *et Manil.* 22. 64. Ut nihil aliud, quam de hoste cogitet. *Id.* 4. *Fam.* 7. Nihil tibi deest præter voluntatem. *Id. Harusp. resp.* 19. 41. Nihil ut a patris virtute, præterquam quod a senatu desciverat, deflexisset. *Auct. B. Alex.* 8. Qui nihil, præterquam de vita, cogitarent. Sic *Sueton. Galb.* 19. Nihil amplius, quam contipere se, statuit. *Apul.* 6. *Met.* Nihil ergo superest, quam edicere. — In his aliquando ellipsis est commoda. *Liv.* 3. 26. *extr.* Illa quidem nocte nihil præterquam vigilatum est in urbe. *non si fe altro che vegliare.* et *Sueton. Aug.* 83. Mox nihil aliud quam vectabatur, et deambulabat. — *n) Nihil minus*, negat vehementius, *nulla meno. Cic.* 3. *Off.* 20. 81. Cadit ergo in virum bonum mentiri, fallere? Nihil minus. — *o) Nihil dum* et *nihildum*, nihil adhuc, nondum quidquam, *nulla fin ora. Cic.* 12. *Fam.* 7. Quamquam nihil dum audieramus, nec ubi esses, nec etc. *Id.* 9. *Att.* 2. Brundusio nihildum erat allatum. *Id.* 3. *Cat.* 3. 6. Cimbrum Gabinium statim ad me nihildum suspicantem vocavi. *Liv.* 35. 20. Nihildum ad id bellum præter animum parabant. *Quintil.* 1. 1. 34. Quæ (*ætates*) nihildum ipsæ ex se generare queunt. — *p) Nihil non*, omnia, *tutto. Cic. Brut.* 37. 140. Nihil non ad rationem dirigebat. *et Nepos Att.* 19. Tanta prosperitas Cæsarem est consecuta, ut nihil ei non tribueret fortuna. — *q) Non nihil*, aliquid. *Cic.* 12. *Fam.* 2. Non nihil, ut in tantis malis, est profectum. *et* 4. *ibid.* 14. Quo in periculo non nihil me consolatur, quum recordor etc. Scribunt et conjunctim *nonnihil.* — Cum Genitivo. *Nepos Hann.* 13. Non nihil temporis tribuit litteris. Similiter *nihil non* apud *Cic.* 8. *Att.* 4. *ad fin.* Nihil cognovi ingratius: in quo vitio nihil mali non inest. — *r) Nihil* pro *aliquid. Ulp. Dig.* 39. 2. 24. Quum, nemine nihil faciente, locus ipse damnum inferat sui natura. *Petron. fragm. Tragur.* 42. *Burmann.* Neminem nihil boni facere oportet.

B) Adverbii more *nihil* usurpatur, quemadmodum Accusativo casu alia multa Adjectiva et substantiva nomina, veluti *nimium, multum, magnam partem* etc.; et majori, quam *non*, negandi vi pollet. — *a)* Generatim *nihil* ponitur pro non omnino. — Cum Verbis. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 63. Me nihil pœnitet, ut sim acceptus. *Id. Stich.* 4. 1. 10. Nunc me gratiam abs te inire verbis, nihil desidero. *Cic.* 5. *Fam.* 20. 21. Qui ambitione nihil uterer. *Id. Parad. proœm.* 5. Hoc tameo opus in acceptum ut referas, nihil postulo. *Id.* 1. *Phil.* 6. 13. Ut decernerentur supplicationes mortuo? Nihil dico, cui. *Cæs.* 2. *B. G.* 21. Nihil jam Cæsaris imperium spectabant. *Sall. Jug.* 31. Nihil vi, nihil secessione opus est. *Liv.* 6. 38. Si C. Licinius et L. Sextius intercessioni collegarum cedunt, nihil patricium magistratum inseram concilio plebis. *Id.* 3. 65. Nihil magnopere ad patrum, aut plebis causam inclinati. *Quintil.* 2. 17. 15. De Epicuro, qui disciplinas omnes fugit, nihil miror. — Cum Adjectivis. *Liv.* 4. 9. Pulsa plebs, nihil Romanæ plebi similis, ornata ex urbe profecta, colle quodam capto etc. *Id.* 37. 54. Terminus est nunc imperii vestri mons Taurus. Quidquid intra eum cardinem est, nihil longinquum vobis videri debet. *V. Drakenborg.* ad h. l. *Id.* 9. 22. Nihil consulto dictatore, magister equitum submovit hostem. *Sall. Cat.* 16. *ad fin.* Ipsi (*Pompejo*) consulatum petenti magna spes; senatus nihil sane intentus; tutæ tranquillæque res omnes. *Quintil.* 6. 1. 38. Nihil vultu commotos-vidi. *Stat.* 9. *Theb.* 603. Militiamque trucem, sexum indignata, frequento More nihil Grajo. — *b)* Speciatim *nihil* pro frustra

indarno. Plaut. Mil. glor. 4. 2. 16. hercle hanc quidem Nihil tu amassis: mihi hæc desponsata est. — *c*) Pro nulla de causa. *Cic.* 1. *Legg.* 1. *a med.* Quorsum tandem, aut cur ista quæris? *M.* Nihil sane, nisi ne nimis diligenter anquiras, etc.

NĪHIL DUM. *V.* voc. præced. sub *A o.*

NĪHĪLI. *V.* NIHILUM 2.

NĪHĪLŌMĬNUS. *V.* NIHILUM 5.

NĪHĪLO, ōnis, m. 3. homo nihili, nullius pretii. *Gloss. Gr. Lat.* Οὐδαμινός, nihilo, nugatorius, gerra.

NIHĪLUM, i, n. 2. (ne *et* hilum; *V.* HILUM). *Nihilum* et *nihil* a *Lucret.* sæpe contrahuntur (ut *vehemens* ab *eod.* 3. 153. et a *Catull.* 50. 21.) ut 1. 205. Nihil igitur fieri de nihilo posse, fatendum est. Adde *ibid.* 160. 237. 265. 544. et alibi. Sic *Horat.* 1. *Sat.* 5. 67. Nihilo deterius dominæ jus esse, rogabat. Quibus locis alii *nil* (quod usitatum est) pro *nihil* et *nilum* pro *nihilum* (quod minus placet) reposuerunt. V. *Voss. l.* 2. *de Gramm. c.* 18. *sub fin.* et V. NILUM loco suo. — Ceterum *nihilum* est nulla res, nihil, nil, οὐδέν (It. *nulla, niente, niuna cosa;* Fr. *rien, aucune chose;* Hisp. *nada;* Germ. *nichts;* Angl. *nothing, naught*). Occurrit ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 1. 265. docui, nil posse creari De nihilo, neque item genita ad nihilum revocari. *Cic.* 2. *Divinat.* 16. 37. Erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum subito occidat. *Id. Fat.* 9. 18. Ut de nihilo quippiam fiat. *Pers.* 3. 83. gigni De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti. In *quadam lege Sullæ* apud *Cic. Cæcin.* 33. 95. Si quid jus non esset rogarier, ejus ea lege nihilum rogatum. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 7. 27. Interire in nihilum. *Lucret.* 1. 790. redigi ad nihilum. *Cic.* 11. *Fam.* 12. venire. *Id.* 7. *Phil.* 8. 27. recidere. *Cic. Marcell.* 9. 27. Pro nihilo esse. *Id.* 14. *Att.* 9. Dii immortales, quam mihi ista pro nihilo! (*h. e.* videntur, ut *Id.* 2. *Fin.* 13. 43. loquitur.) *et Divin. in Q. Cæcil.* 7. 24. Contemnere aliquid, ac pro nihilo putare. *et* 4. *Verr.* 16. 40. Pro nihilo ducere. *Liv.* 33. 46. habere. *Cic.* 2. *Phil.* 23. 56. Quoniam condemnatum esse, pro nihilo est. *si ha per nulla.* ¶ 2. Specialim. *Nihili* absolute, (quod adverbium putat esse, non nomen, *Charis.* 1. *p.* 46. *Putsch.*) *da nulla,* nullius pretii, cum Verbis æstimandi. *Varro* 10. *L. L.* 81. *Müll.* Quem putamus esse non hili, dicimus nihili. *et* 9. *ibid.* 54. Dicimus enim, hic homo nihili est, et hujus hominis nihili, et hunc hominem nihili. *Plaut. Cas.* 2. 3. 29. Unde is nihili? ubi fuisti? *Id. Pseud.* 4. 7. 1. nequam est homo, qui nihili imperium heri Sui servus facit: nihili est autem, suum Qui officium facere immemor est. *Ter. Andr.* 3. 5. 6. Pater nihili pendit. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 2. 4. Parvi pretii est, qui jam nihili sit. *Gell.* 2. 14. Falsi et audaces emendatores e scripto per libros *stetisses* fecerunt, tamquam *stitisses* vanum et nihili verbum esset. — *Homo nihili factus* dicitur a *Plauto Mil. glor. a.* 5. *v.* 16. qui castratus est. — *Nihilo æstimare* pro *nihili. Cic.* 4. *Fin.* 23. 62. Non quia bonum sit valere, sed quia sit non nihilo æstimandum. *Lambin.* leg. *nihili.* ¶ 3. Item specialim. *De nihilo,* sine causa, *per niente. Plaut. Curc.* 4. 1. 17. Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam. *Liv.* 34. 61. *a med.* Mali rem exempli esse, de nihilo hospites corripi. — *Non de nihilo,* non sine causa. *Liv.* 39. 29. Maxime hostis fiducia, quæ non de nihilo profecto concepta est, perculsus. *non senza fondamento.* et *Ter. Hecyr.* 5. 1. 1. Non hoc de nihilo est, quod Laches me nunc conventam esse expetit. *non è per fronde di porri. Propert.* 3. 16. 52. Nec sic de nihilo fulminis ira cadit. *nè così per nulla.* ¶ 4. *Nihilo* cum Comparat. *Cic.* 3. *Fam.* 12. *sub fin.* Benevolentior tibi, quam fui, nihilo sum factus. *niente meno amorevole.* et 6. *ibid.* 3. Nihilo te nunc majore in discrimine esse. *Ter Eun.* 1. 1. 17. nihilo plus. *Id. Andr.* 3. 2. 27. secius. *Cæs.* 5. *B. G.* 4. *et* 7. tamen secius. *Liv.* 6. 38. *a med.* segnius. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 21. pluris, quam si etc. *Ter. Phorm.* 3. 3. 1. unde ego argentum inveniam miser, Cui minus nihilo est? *ho manco di niente. Plaut. Men.* 5. 5. 49. quot homines sunt satis? MED. quatuor: nihilo minus. *niente manco.* ¶ 5. *Nihilo minus,* et copulatis vocibus *nihilominus* est — *a*) Idem atque non minus, æque, *non meno, niente di meno, egualmente. Ter. Phorm.* 4. 2. 7. Ubi Phædriæ se ostenderet nihilo minus Amicum esse, quam Antiphoni. *Lucret.* 3. 96. Primum animum dico, mentem quam sæpe vocamus, Esse hominis partem nihilo minus, ac manus et pes. *Cic.* 1. *Off.* 21. 72. Capessentibus rempublicam, nihilo minus quam philosophis, haud scio an magis etiam et magnificentia et despicientia adhibenda sit rerum humanarum. *Id. ad Pompejum* 2. *post ep.* 11. *l.* 8. *ad Att.* Neque enim eos solos arbitrantur capi, qui in armatorum manus incidissent, sed eos nihilo minus, qui regionibus exclusi intra præsidia atque intra arma aliena venissent. *Plin.* 7. *Ep.* 27. *circa med.* Percontatus, omnia docetur: ac nihilo minus, immo tanto magis conducit. — Omisso *minus, Plaut. Most.* 1. 3. 43. Nihilo ego, quam nunc tu, amata sum. — *b*) *Nihilo minus* est etiam idem ac tamen, *nientedimeno, nondimeno, tuttavia;* et significat, id, quod dictum est (vel quod non verbis exprimitur, sed in cogitatione inest), non impedire, quin alterum fiat. — *Nihilominus* sine ulla particula. *Cic.* 5. *Phil.* 9. 26. Legati proficiscantur, bellum nihilominus paretur. *Id. Rosc. Com.* 18. 56. Siquidem sine cautione et repromissione nihilominus id Fannius societati, hoc est Roscio, debebat. *Id. Mil.* 7. 19. Minus dolendum fuit re non perfecta, sed puniendum certe nihilominus. *Quintil.* 5. 14. 6. Mihi et plurimis nihilominus auctoribus tres summum videntur. *h. e.* etiamsi aliter Cicero statuit. *Id.* 8. 3. 85. Tacuit enim illud, quod nihilominus accipimus, non deesse homines, qui ad crudelitatem eum impellant. *Cels.* 7. 7. *n.* 15. Si nihilominus maduit, manifestum est sub osse descendere. *Id.* 5. 6. *n.* 21. Intercidendæ (*venæ*) sunt, ut et in se ipsæ coeant, et nihilominus ora præclusa habeant. — Cum particulis concessivis, *etsi, etiamsi, si, quamvis, quamquam,* etc. *Cic.* 1. *Invent.* 4. 5. Quare meo quidem animo nihilo minus eloquentiæ studendum est, etsi ea quidam perverse abutuntur. *Liv.* 26. 48. Ceterum, etiamsi vis absit, nihilominus detestabili exemplo rem agi. Adde *Colum.* 12. *R. R.* 20. 2. *Cato R. R.* 39. Cogitato, si nihil fiet, nihilominus sumptum futurum. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 11. Quod si nihil profecero, nihilominus maximo sum animo. *Quintil.* 1. 2. 5. At si bona ipsius indoles, si non cæca ac sopita parentum socordia est, et præceptorem eligere licet, et nihilominus amicum gravem virum lateri filii sui adjungere. Adde *Cels.* 3. 12. et *Justin.* 12. 4. 9. *Colum. R. R. præfat.* 28. Nam prata et salicta quamvis tenuem, nihilominus aliquam desiderant industriam. *Seneca Ep.* 66. Alia sunt, quæ quamvis nolit accidere, nihilominus et laudat et comprobat. *Auson. Grat. Act. p.* 296. *Bipont.* Quamquam me istam dixerim seposuisse materiam et in tempus aliud reservare, nihilominus tamen, ut nunc aliqua contingam, cohortantur. *Liv.* 27. 26. Quibus quum extrahi æstatem posse consules crederent, nihilominus oppugnari Lucros posse rati etc. *Cic.* 10. *Fam.* 2. In iis rebus, quæ nihilo minus, ut ego absim, confici possunt, peto a te etc. *Id.* 9. *Att.* 15. Scimus nempe: hæremus nihilominus. *Cels.* 7. 7. *n.* 15. Levata altera parte, nihilominus altera infestat. *Seneca Ep.* 120. At nos corpus tam putre sortiti, nihilominus æterna proponimus. — Cum addito *tamen. Ter. Heaut.* 5. 3. 10. Non postulo: jam loquere: nihilominus ego hoc faciam tamen. *Cic.* 13. *Fam.* 15. Ait posse eumdem ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω videre, et tamen nihilominus Ἀΐδην ἀφικνεῖσθαι etc. *Id. Cluent.* 28. 76. Nonnulli autem severi homines, etsi alii pecunia accepta verum judicabant, tamen nihilominus se superioribus suis judiciis constare putabant oportere. *Cæs.* 3. *B. C.* 17. Si illud tenerent, se quoque id retenturum: nihilominus tamen agi posse de compositione, ut hæc non remitterentur. ¶ 6. *Nihilo magis* (quæ duo numquam in unum coalescunt) in sententiis concessivis usurpatur, sed non minuta comparativi potestate, atque ita, ut *tamen* numquam adjiciatur. *Cic.* 2. *Divinat.* 50. 104. Hoc vos dialectici non facilis: nec solum ea non sumitis ad concludendum, quæ ab omnibus concedantur, sed ea sumitis, quibus concessis nihilo magis efficiatur, quod velitis. *Id.* 6. *Fam.* 3. Superioribus litteris — fui longior. — Hoc item tempore brevior esse debeo. Sive enim nihil tum opus fuit tam multis verbis, nihilo magis nunc opus est: sive tum opus fuit, illud satis est, præsertim quum accesserit nihil novi. Adde *Varron.* 1. *R. R.* 2. 23.; et *Nepot. Datam.* 10. ¶ 7. *Nihilo aliter,* nihil dissimiliter. *Ter. Phorm.* 3. 2. 45. Ego isti nihilo sum aliter, ac fui. — Hinc

Nihilum adverbii more, ut nihil, legitur apud *Horat.* 2. *Sat.* 3. 53. est genus unum Stultitiæ nihilum metuenda timentis.

NIL, Nom. et Acc., idem quod *nihil,* et ab eo factum per syncopen, *niente, nulla,* οὐδέν. *Lucret.* 5. 264. Nil opus est verbis. *Al. leg.* nihil. *V.* dicta in NIHILUM init. *Cæs.* 5. *B. G.* 29. Si nil sit durius. *Al. leg.* nihil. *Auct. B. Afr.* 57. Nil attinere, eum cum adversariis colloqui. *Nepos Thrasyb.* 2. *sub fin.* Nil attigit nisi arma, quibus indigebat. *Al. leg.* nihil. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 31. Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. *Id.* 1. *Od.* 14. 14. Nil pictis timidus navita puppibus Fidit. *Id.* 4. *ibid.* 4. 73. Nil Claudiæ non perficient manus. *Petron. Satyr.* 34. Heu heu nos miseros! quam totus homuncio nil est! — Tam nil, *tanto poco. Pers.* 1. 122. Hoc ridere meum, tam nil, nulla tibi vendo Iliade.

NĪLĬCŎLA, æ, comm. gen. 1. ad Nilum incolens, Ægyptius. *Prudent.* 2. *in Symmach.* 493. Isis Nilicolas, Rhodios Cytherea reliquit.

NĪLĬGĔNA, æ, comm. gen. 1. Nilo genitus, Ægyptius. *Macrob.* 1. *Saturn.* 16. *a med.* Argutas Niligena, et gentis accola numerorum potentis. *Ovid.* 1. *Art. am.* 77. Niligenæ Memphitica sacra juvencæ. *h. e.* Isidis. Al. rectius leg. *lirigeræ.*

NĪLĬOS, ĭi, f. 2. νειλιος, gemma colorem habens fumidæ topazii, aut aliquando melleæ. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 35. (114). India et has generat, et nilion fulgore hebeti et brevi, et quum intueare, fallaci.

NĪLUM, Nom. et Accus., *nili,* Genit. et *nilo,* Ablat., idem ac *nihilum,* a quo factum est per syncopen: V. *Lachmann.* ad *Lucret. vol.* 2. *p.* 27. et 28. *Ennius* (ed. cl. *I. Vahlen.*) apud *Festum p.* 166. 18. *Müll.* Illic nugator nili, non naucist homo. *Lucret.* 1. 237. Haud igitur possunt ad nilum quæque reverti. *Id. ibid.* 674. De niloque renata vigescat copia rerum. *et v.* 697. quæ nilo clara minus sunt. Adde *eumd. ibid. v.* 797. et 2. 756. et 964. Similiter *Horat.* 1. *Sat.* 5. 66. scriba quod esset, Nilo deterius dominæ jus esse. *Alii tamen leg.* Nihilo.

NĪLUS, i, m. 2. fluvius maximus Africæ, de quo *V.* multa in ONOM. — Hinc translate *nili* apud veteres accipiuntur pro fossis, seu canalibus, quibus aqua in locum aliquem deducitur; cujus generis erant ii, qui aquam in privatas domos derivabant, et qui spectaculis circumdari solebant, *acquedotti, canali. Cic.* 3. *ad Q. fr.* 9. *sub fin.* Imagines istæ, et palæstra, et piscina, et nilus, multorum Philotimorum est, etc. *Id.* 2. *Legg.* 1. 2. Ductus vero aquarum, quos isti nilos et euripos vocant, quis non, quum hæc videat, irriserit?

NIMBĀTUS, a, um, adject. nimbo similis. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 135. *de meretrice.* Quam magis adspecto, tam magis est nimbata, et nugæ meræ. *h. e.* ventosa et arrogans.

NIMBĪFER, fĕra, fĕrum, adject. ὀμβροφόρος, ferens nimbos. *Avien.* in *Arat.* 858. Inter nimbiferas nubes spectabilis exstet. *Ovid.* 4. *Pont.* 8. 60. Ad Styga nimbifero vindicis igne datos. Ita legit *Scalig.* et *Heins.* ex MSS. Alii *nubifero.* — Hinc

Nimbifer, fĕri, m. 2. absolute, substantivorum more, est Aquarius, qui et Urniger dicitur. *Vet. epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 315. *Burmann.* Urnaque Nimbiferi.

NIMBŌSUS, a, um, adject. *nuvoloso, piovoso,* ὀμβροδής, pluviosus, gravis nimbis, afferens nimbos. *Virg.* 1. *Æn.* 539. Fluctu nimbosus Orion. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 29. (109). Campus est montibus subjacens nimbosis. *Ovid.* 2. *Pont.* 3.

27. nimboso tumuerunt æquora vento. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 89. nimbosa bruma. *Lucan.* 5. 631. nimbosus aer.

NIMBUS, i, m. 2. (quæ vox, ratione habita etymi, conjungi potest cum νέφος, νεφέλη νίφ, *nubes* et *nubo*) est pluvia repentina, præceps et brevior: in quo differt a *pluvia*, quæ jugis est et lentior. Ita *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 55. et *Apul. de Mundo ante med.* docent. Gr. ὄμβρια (It. *pioggia repentina e impetuosa, nembo*; Fr. *averse, ondée, pluie d'orage*; Hisp. *turbion del agua, de la lluvia*; Germ. *der heftig stürzende Regen*; Angl. *a violent storm of rain, sudden shower*).

I.) Proprie. *Lucilius* apud *Varron.* 5. *L. L.* 24. *Müll.* Terra abit in nimbos imbremque. *Lucret.* 3. 19. Quas neque concutiunt venti, nec nubila nimbis Aspergunt. *Cic.* 2. *Nat. D.* 5. 14. Terrere animos fulminibus, tempestatibus, nimbis, nivibus, grandinibus. *Liv.* 1. 16. Subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque, tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum ejus contioni abstulerit. *Virg.* 4. *Æn.* 120. nigraos commixta grandine nimbus. *Ovid.* 1. *Met.* 269. Densi funduntur ab æthere nimbi. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 4. 30. (53). Detracta collibus silva, continere nimbos ac digerere consueta. — Huc referendum videtur et illud *Virg.* 1. *Æn.* 55. Nimborum in patriam, loca feta furentibus Austris, Æoliam venit. *Forcellinus* hunc locum inter translata recensuit, et ait nimbum usurpari de vento, quia nimbos adducit impellitque. Ceterum cf. *Horat.* 2. *Od.* 16. 23. Ocior cervis et agente nimbos Ocior Euro. — Nimbus dicitur etiam aqua ipsa, quæ nimbo cecidit. Unde *nimbos legatos* dixit *Petron. Satyr.* 123. aquam pluviam humi concretam glacie. — De tempore nimboso et pluvio. *Val. Flacc.* 2. 371. nimbosque educere luxu. *h. e.* traducere. *V.* EDŪCO.

II.) Translate. ¶ 1. *Nimbus* dicuntur nubes præsertim glomeratæ et obscuræ, unde fere nimbi existunt. *Pacuvius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 14. 24. et 3. *Orat.* 39. 157. noctisque et nimborum occæcat nigror. *pro* nimborum. *Virg.* 3. *Æn.* 198. Involvere diem nimbi. *et ibid.* 587. Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat. *Stat.* 1. *Theb.* 97. piceo nox obvia nimbo Lucentes turbavit equos. ¶ 2. De iis, quæ obscuræ nubis imaginem referunt. — *a*) De fumo ex incendio. *Virg.* 5. *Æn.* 666. Respiciunt atram in nimbo volitare favillam. — *b*) De globo pulveris. *Claudian.* 2. *in Rufin.* 176. Pulveris extolli nimbos, lateque videres etc. Sic *Virg.* 3. *G.* 110. fuivæ nimbus arenæ Tollitur. ¶ 3. Item de nube lucida, et splendore, qui circa caput et corpus deorum esse fingitur. *Virg.* 10. *Æn.* 634. cœlo se protinus alto Misit, agens hiemem nimbo succincta per auras. *et* 2. *ibid.* 615. Jam summas arces Tritonia (respice) Pallas Insedit, nimbo effulgens. *Servius* ad *hunc loc.* Nube divina. est enim fulgidum lumen, quo deorum capita cinguntur: sic etiam pingi solet. *Id.* ad 3. *Æn.* 585. Proprie nimbus est, qui deorum, vel imperantium capita, quasi clara nebula, ambire fingitur. *Mamertin. Paneg. Maxim.* 3. Trabeæ vestræ triumphales, et fasces consulares, et sellæ curules, et fulgor, et illa lux divinum verticem claro orbe complectens, vestrorum sunt ornamenta meritorum pulcherrima. *V. Bollettin. dell'Instit. Archeol. a.* 1841. p. 102., ubi plura de nimbi coloribus et usu. Cf. et *Fronto de laud. fum. p.* 327. Ut Poetæ ferunt, amiciuntur dii nubibus. et *Horat.* 1. *Od.* 2. 30. venias, precamur, Nube candentes humeros amictus Augur Apollo. ¶ 4. Sæpe dicitur de subita et densa sparsione cujusque rei, quæ in modum nimbi ingruit. *Flor.* 3. 8. Ingenti lapidum saxorumque nimbo classem operuerunt. *Sil. It.* 5. 215. pilorum in Pœnos nimbus funditur. *et* 9. 311. *et* 580.; et *Lucan.* 4. 776. telorum. *Colum.* 10. *R. R.* 369. Non aliter quam decussa pluit arbore nimbus Vel teretis mali, vel tectæ cortice glandis. *Claudian. Nupt. Honor. et Mar.* 298. purpureoque ducem perfundere nimbo. *h. e.* florum copia. *Martial. Spectac.* 3. Et Cilices nimbis hic maduere suis. *h. e.* sparsione croci. quam 5. 25. rubrum, *et* 9. 39. Corycium nimbum vocat. *Stat.* 10. *Theb.* 535. exundant sævo fastigia nimbo. *h. e.* missilium multitudine. *Claudian.* 1. *in I. cons. Stilich.* 353.; et *Prudent.* 2. in *Symmach.* 702. nimbos equitum. *h. e.* ingentem equitum numerum. *Virg.* 7. *Æn.* 793. Insequitur nimbus peditum. *Martial.* 10. 38. lucerna Nimbis ebria Nicerotianis. *h. e.* plena unguentis odoratis. ¶ 5. Item apud Christianos *nimbus* dicitur radiantis splendoris corona, qua picta et sculpta sanctorum capita decorantur: cf. super. paragr. 3. *Isid.* 19. *Orig.* 31. 2. ¶ 6. Ita dicitur etiam fasciola transversa ex auro assuta in linteo, quod est in fronte feminarum. Ita definit *Isidor.* 19. *Orig.* 31. 2. Alii intelligunt ipsum linteum fronti prætentum. Ideo autem illud gestabant mulieres, ut frontis spatium imminuerent, quia frons parva, ut est apud *Petron. Satyr.* 126., inter formæ decora reputabatur. *Arnob.* 2. 41. Laminas pertunderent aurium, imminuerent frontem nimbis, conficiendis quærerent corporibus fucos, fuligine oculos obumbrarent. *Al. rectius leg.* limbis. Ceterum de hujusce nimbi origine V. *Bollettin. dell'Instit. Archeol. loc. cit.* ¶ 7. *Nimbus vitreus* apud *Martial.* 14. 112. *in lemmate* est poculi vitrei genus. Distichon autem tale est: Ab Jove qui veniet, miscenda ad pocula largas Fundet nimbus aquas: hic tibi vina dabit. *Vitreus nimbus* videtur esse vas cum rostro plurifariam perforato, quales sunt amphoræ, quibus modo utimur ad hortulos irrigandos. ¶ 8. De subita calamitate dixit. *Cic.* 15. *Att.* 9. Quid autem iste in domo tua casus armorum? Sed hunc quidem nimbum cito transisse lætor.

NĪMĬĒ, adverb. (nimius) idem ac nimis, σφόδρα, *troppo, smoderatamente.*

I.) Proprie. *Capitolin. Gordian.* 6. Cupide, aut immodeste, aut nimie aliquid facere. *Macrob.* 6. *Saturn.* 6. ad illud *Virg.* 7. *Æn.* 417. Et frontem obscænam rugis arat: hæc habet: *Arat* non nimie, sed pulcre dictum.

II.) Translate est valde. *Pallad.* 4. *R. R.* 10. *a med.* In locis nimie frigidis præcoquas ficus seramus. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. *init.* Stramentis non nimie cedentibus, neque calidis.

NĪMĬĒTAS, ātis, f. 3. (nimius) superfluitas, redundantia, nimia copia, περισσεία, *troppo, soverchio.* — *a*) In sing. num. *Colum.* 6. *R. R.* 24. 2 Nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciviunt. *Sic vulgati libri*; *at* Schneider. *legit* satietate. *Pallad.* 6. *R. R.* 7. Sanguinis nimietatem prohibet. *Apul.* 9. *Met.* Rei nimietate commotus. *h. e.* nimia frequentia. *Arnob.* 4. 10. Quæ vel cursim perstrinximus, vel nimietatis non attigimus tædio. *Cæl. Aurel.* 1, *Acut.* 11. *n.* 84. Oportet ægros perseveranter movere; sed leniter atque sensim et sine ulla nimietate. *Marcell. Empir. c.* 27. ed. *Ald.* Si quis tortiones subito pati cœperit de ventris nimietate, etc. — *b*) In plur. num. *Pallad.* 2. *R. R.* 13. *a med.* Inter omnes nimietates temperamentum tenere.

NĪMĬŌ. *V.* NIMIUS.

NĪMĬŌPĔRĔ, adverb. idem ac nimis, vel admodum nimis. *Cic.* 5. *Parad.* 2. 26. Quos ædificia magnifica nimiopere delectant. Sed alii legunt disjunctim *nimio opere*, multo rectius. Idem dic de alio loco 6. *Verr.* 59. 132.

NĪMĪRUM, adverb. De vocis compositione recte *Donatus* ad *Ter. Eun.* 3. 3. 1. Solve *nimirum* et fac *non est mirum*. - Nam *ni ne* significat et *ne non*. — Usurpatur autem in explicanda vel demonstranda re, quæ per se intelligitur, aut de qua nemo miretur: itaque ponitur pro *sine dubio, videlicet, certe*: et sane τῷ *nimirum* ex adverso posuit *sine dubio* ipse *Cic.* 1. *Invent.* 23. 32. Nam genus est, omnium nimirum libidinum, cupiditas; ejus autem generis sine dubio pars est avaritia. Hæc *Cic.* Gr. δηπου, δηπουθεν (It. *senza dubbio, certamente, appunto*; Fr. *sans doute, assurément, certainement, certes, en vérité*; Hisp. *seguramente, ciertanente, sin duda, de verdad, con verdad*; Germ. *allerdings, freilich, unfehlbar, unstreitig, ohne Zweifel, in der That, in Wahrheit, nämlich*; Angl. *doubtless, surely, certainly*). Occurrit ¶ 1. In judicio de rebus extra dubitationem positis. — *a*) Generatim in explicanda vel demonstranda re, quæ per se intelligitur. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 23. Nimirum occidor, nisi ego intro huc propere propero currere. *Ter. Eun.* 3. 3. 1. Profecto quanto magis magisque cogito, Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum. *et ibid.* 4. 7. 14. Nimirum consilium illud rectum est de occludendis ædibus. *Cic. Mur.* 22. 45. Non parva res, sed nimirum omnium maxima. *Id.* 1. *Orat.* 4. 16. Sed nimirum majus est hoc quiddam, quam homines opinantur. *Id.* 1. *Tusc.* 22. 52. Est illud quidem vel maximum animo ipso animum videre: et nimirum hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet, ut se quisque noscat. *Id.* 1. *Divinat.* 54. 122. Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus. *Horat.* 1. *Ep.* 9. 1. Septimius, Claudi, nimirum intelligit unus, Quanti me facias. *Quintil.* 12. 2. 8. Id quod est oratori necessarium, nec a dicendi præceptoribus traditur, ab iis petere nimirum necesse est, apud quos remansit. — *b*) *Nimirum* usurpatur ab eo, qui aliquid concedit, aut se non negare profitetur. *Cic.* 2. *Legg.* 1. 3. Sed nimirum me alia quoque causa delectat, quæ te non attigit ita. *h. e.* Sed (quod infitiari non possum) certe me etc. *Auct. B. G.* 8. *præfat.* Sed ego nimirum, dum omnes excusationis causas colligo, ne cum Cæsare conferar, hoc ipso crimen arrogantiæ subeo, quod me judicio cujusquam existimem posse cum Cæsare comparari. — *c*) In apodosi adjectum *nimirum* sententiam confirmat. *Cic. Mur.* 15. 32. Atqui si diligenter, quid Mithridates potuerit et quid fecerit et qui vir fuerit, consideraris, omnibus regibus, quibuscum populus Romanus bellum gessit, hunc regem nimirum antepones. *Id.* 2. *Off.* 20. 71. Sed si res in contentionem veniet, nimirum Themistocles est auctor adhibendus. Adde *Vellej.* 2. 23. 4. — *d*) Etiam simpliciter addit affirmationem, cui expositio causæ subjicitur. *Cic.* 3. *Nat. D.* 36. 86. Virtutem autem nemo unquam acceptam deo retulit. Nimirum recte: propter virtutem enim jure laudamur et in virtute recte gloriamur. *Id.* 13. *Att.* 10. *extr.* Nimirum id fecit: solvendo enim non erat. *Id.* 2. *Off.* 20. 69. Nimirum enim inops ille, si bonus est vir, etiamsi referre gratiam non potest, habere certe potest. *Lucret.* 3. 194. Hæret enim inter se omnis materiai Copia: nimirum quia non tam levibus exstat Corporibus. Adde *eumd. ibid. v.* 227. et alibi sæpe. — *e*) In conclusione cum *igitur, itaque* jungitur. *Cic.* 5. *Tusc.* 7. 18. Nimirum igitur conferta res est. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 33. 79. Et *Id.* 9. *Att.* 9. *a med.* Itaque nimirum hoc illud est, quod Cæsar scribit in ea epistola. — *f*) In responsione, *nimirum* et dubitationem et ipsius interrogationis causam rejicit. *Cic. Quinct.* 25. 79. Sed quid id ad rem? Nimirum, inquit, in eo causa consistit. Adde *eumd. Orat.* 16. 50. Sic *Quintil.* 12. 1. 9. Uter melior dicetur orator? Nimirum qui homo quoque melior. Adde *eumd.* 4. 1. 21. ¶ 2. *Nimirum* usurpatur etiam in ironia, quemadmodum *scilicet, videlicet*, significatione tamen haud mutata. *Liv.* 40. 9. Aperienda nimirum nocte janua fuit et armati comissatores accipiendi. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 120. Nimirum insanus paucis videatur eo, quod Maxima pars hominum morbo jactatur eodem. *Juvenal.* 2. 104. Nimirum summi ducis est occidere Galbam Et curare cutim summi constantia civis. *Tac.* 2. *Ann.* 82. At Romæ, postquam Germanici valetudo percrebuit, cunctaque, ut ex longinquo, aucta in deterius afferebantur, dolor, ira; et erumpebant questus: Ideo nimirum in extremas terras relegatum: ideo Pisoni permissam provinciam. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 2. 2. (5). Trecentas sexaginta columnas M. Scauri ædilitate ad scænam theatri temporarii viderunt portari silentio legum, sed publicis nimirum indulgentes voluptatibus.

NĪMĬS, adverb. *Nimis* et *nimium* nihil differre, patet e *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 12. Illa ipsa est nimium lepida nimisque nitida femina. *et Pseud.* 1. 2. 71. Sed nimis sum stultus, nimium fui indoctus. Cf. *Cic.* 2. *Orat.* 21. 88. — Ceterum *nimis* est idem ac plus satis, ultra modum, plus æquo, ἄγαν, σφόδρα (It. *troppo, eccessivamente, più del dovere*; Fr. *trop, plus qu'il ne faut, avec excès*; Hisp. *demasiadamente, muy, mucho*; Germ. *zu sehr, zu viel, allzu sehr, allzu viel, über die Massen*; Angl. *too much, over much, extremely, exceedingly, beyond measure, above what is right*).

I.) Proprie. ¶ 1. Strictu sensu est, ut diximus, plus satis, ultra modum, plus æquo; et occurrit — *a*) Cum Verbis. *Ter. Andr.* 1. 1. 34. id arbitror Apprime in vita esse utile, ut ne quid ni-

mis. μηδὲν ἄγαν. dictum Pittaci, unius ex septem Sapientibus, quo monemur excessum vitare in omnibus: *tutti gli estremi sono viziosi.* Rursus *Ter. Eun.* 2. 1. 16. nimis me indulgeo. *Cic.* 3. *Tusc.* 9. 20. Quod verbum (*invidia*) ductum est a nimis intuendo fortunam alterius. *Id.* 1. *Off.* 29. 104. Ludendi est etiam quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus. *Plin.* 8. *Ep.* 6. 17. Facilius est, ut me-parum doluisse, quam nimis credas. Singulare est illud ejusd. *Plin. Paneg.* 45. Et priores quidem principes excepto patre tuo, præterea uno aut altero (et nimis dixi), vitiis potius civium, quam virtutibus lætabantur. — *b*) Cum Adjectivis. *Plaut. Merc.* 3. 4. 9. Id illi vitium maximum 'st, quod nimis tardus est. *Cic. Arch.* 11. 28. De meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortasse, verumtamen honesto, vobis confitebor. *Id. Brut.* 92. 318. Nimis multa videor de me. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 91. Durus, ait, Vultei, nimis attentusque videris Esse mihi. *Nepos Iphicr.* 3. In labore remissus nimis, parumque patiens. *Cels.* 1. 3. *ante med.* Somnus plenus et non multum nimis longus. *e non troppo lungo.* — Substantivum pro Adjectivo positum est ab *Apul.* 7. *Met.* Videtis istum pigrum tardissimumque et nimis asinum? — *Nimis* Adjectivo postponitur apud *Plaut. Aulul.* 2. 3. 5. Verum ecastor non potest: subitum est nimis. *Ter. Heaut.* 3. 1. 31. Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis. *Cic.* 4. *Herenn.* 19. 27. Non sunt omnia committenda fortunæ, ne magnam nimis in nos habeat dominationem. — *c*) Cum Adverbiis. *Plaut. Epid.* 3. 1. 2. Nimis diu maceror. *Ter. Heaut.* 5. 5. 1. Chremes nimis graviter cruciat adolescentulum nimisque inhumane. *Nœvius* apud *Non. p.* 421. 25. *Merc.* Edepol, Cupido, quum tam pusillus sis, nimis multum vales. *Cic.* 3. *Legg.* 1. 1. Tu eum nec nimis valde unquam, nec nimis sæpe laudaveris. *Id.* 7. *Fam.* 2. De Bursa te gaudere certo scio: sed nimis verecunde mihi gratularis. — *d*) Sententiæ vis augetur adjecto *tandem. Plaut. Pseud.* 4. 1. 11. Nimis tandem ego abs te contemnor. *Id. Pers.* 2. 1. 2. Nimis tandem me quidem pro barda et pro rustica reor habitam esse abs te. — *e*) Rebus nimiis significandis fides additur per obtestandi nomina. *Plaut. Men.* 4. 3. 22. Nimis iracunde hercle. *Id. Amph.* 2. 2. 228. Nimis ecastor facinus mirum est. — *f*) *Nimis* etiam cum Genitivo, substantivorum more, occurrit. *Cic. Orat.* 51. 170. Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. *Ovid.* 6. *Fast.* 115. Hæc loca lucis habent nimis, et cum luce pudoris. ¶ 2. Præcedente negatione, vim suam minuit, et *non nimis, haud nimis* significant haud omnino, haud maxime, haud prorsus. *Cic.* 7. *Att.* 24. Philotimi litteræ me quidem non nimis, sed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt. *Id.* 1. *Orat.* 29. 133. Quæ a natura expetenda sunt, ea dicis non nimis deesse nobis. *Id.* 9. *Fam.* 22. 14. Testes, verbum honestissimum in judicio: alio loco non nimis. *Cæs.* 7. *B. G.* 36. Is locus præsidio ab iis non nimis firmo tenebatur. *Liv.* 8. 4. Est quidem nobis hoc per se haud nimis amplum.

II.) Translate apud Comicos ponitur pro valde, magnopere, maxime, *assai, molto, grandemente,* ἄγαν et ὑπερβολήν quamdam continet. — *a*) Generatim cum Verbis, Adjectivis, Adverbiis. *Plaut. Amph.* 2. 2. 133. Nimis demiror. *Id. Pseud.* 1. 2. 67. Nimis sermone hujus ira incendor. *Id. Amph.* 1. 1. 63. Legiones nimis pulcris armis præditæ. *et ibid.* 1. 3. 8. Nimis hic scitus est sycophanta. Cf. *Sempron. Asell.* apud *Gell.* 13. 3. Se patrem suum audisse dicere L. Æmilium Paulum, nimis bonum imperatorem, signis collatis non decertare, nisi summa necessitudo, aut summa ei occasio data esset. *Plaut. Pers.* 2. 5. 22. Nimis tu facete loquere. *Id. Asin.* 3. 2. 36. Nimis ægre risum continui. *Id. Men.* 1. 1. 4. Qui fugitivis servis indunt compedes, nimis stulte faciunt. — *b*) Specialim componitur cum Adverbiis *bene* et *male. Plaut. Stich.* 2. 2. 50. et *Epid.* 2. 2. 15. Nimis factum bene. *Id. Men.* 5. 7. 30. Nimis autem bene ora commentavi. *Id. Aulul.* 2. 2. 31. Nimis male timui. *Id. Rud.* 4. 2. 15. Nimis id genus ego odi male. — *c*) Item specialim Verbis *velle, nolle* præponitur. *Plaut. Most.* 1. 3. 119. Nimis velim lapidem, qui ego illi speculo diminuam caput. *Ter. Eun.* 4. 7. 16. fundam tibi nunc nimis vellem dari, ut tu illos procul cæderes. *Plaut. Bacch.* 4. 10. 8. Sed nimis noto desidiæ ei dare ludum. — *d*) *Nimis quam* augendi causa dicitur. *Plaut. Most.* 2. 2. 79. Nimis quam formido, ne manifesto hic me opprimant. *h. e.* mirum quam. *Id. Capt.* 1. 2. 17. Quod ego quidem nimis quam cupio ut impetret. *Apul. de Mag.* Quæsisti tu nimis quam prudenter.

NĪMĬUM, adverb. (Accus. neutr. gen. a *nimius*) idem omnino, quod nimis; *V.* NIMIS init.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu occurrit — *a*) Cum Verbis. *Ter. Adelph.* 2. 1. 14. Decede illuc, Parmeno. Nimium istoc abisti. *Cic.* 2. *Orat.* 21. 88. Sicut facilius in vitibus revocantur ea, quæ sese nimium profuderunt etc. *Id. Cluent.* 58. 160. Pro Cluentii voluntate nimium, pro reipublicæ dignitate parum dixisse videor. *Liv.* 29. 21. Aut Pleminio nimium, aut sibi parum creditum. *Cels.* 7. 30. *n.* 2. Quod consequitur is, qui neque nimium, neque parum hamos ducit. *Virg.* 2. *Ecl.* 17. nimium ne crede colori. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 48. foro nimium distare carinas. — *b*) Cum Adjectivis. *Cic.* 12. *Att.* 18. Tempus nimium longum. *Id. Cluent.* 46. 128. Ne nimium multi pœnam capitis subirent. *Id.* 5. *Fin.* 27. 81. Nemo nimium beatus est. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 1. Ut verear, ne tibi nimium arguta hæc sedulitas videatur. — Cum voc. *paullo* componitur apud *Cic.* 2. *Orat.* 21. 88. Verba effervescentia et paullo nimium redundantia. — *c*) Cum Adverbiis. *Ter. Andr.* 2. 6. 19. nimium parce facere sumptum. *Cic.* 1. *Cat.* 5. 10. Nimium diu te imperatorem illa tua Manliana castra desiderant. *Id.* 2. *Fin.* 13. 41. Quod vos interdum, vel potius nimium sæpe dicitis. — *d*) A Poetis duplicatur. *Tibull.* 3. 6. 21. Jam venit iratus nimium nimiumque severis. *Ovid. Heroid.* 1. 41. o nimium nimiumque oblite tuorum. ¶ 2. Præcedente negatione vim suam minuit: hinc *non nimium,* non multum, *non molto, non troppo. Cic.* 12. *Fam.* 30. *sub fin.* Illud non nimium probo, quod scribis etc.

II.) Translate ponitur pro valde, maxime, *assai, molto, grandemente,* per hyperbolen. — *a*) Generatim. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 8. Homo nimium lepidus. *Id. Trin.* 4. 2. 86. loci nimium miris modis mirabiles. *Id. Aulul.* 3. 6. 1. nimium lubenter. *Cic.* 1. *Herenn.* 7. 11. Quod nimium apparate verbis compositum, aut nimium longum est. *Virg.* 2. *G.* 458. O fortunatos nimium, sua si bona norint, Agricolas. *Claudian. III. Cons. Honor.* 96. O nimium dilecte Deo. — *b*) Specialim cum Verbo *volo. Ter. Eun.* 3. 5. 49. Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem. — *c*) Item specialim, *nimium quantum,* maximopere, plurimum, nimis quam, mirum quantum. *Cic.* 4. *Fin.* 25. 70. Differt inter honestum et turpe, nimium quantum. *Id. Orat.* 26. 87. Sales in dicendo nimium quantum valent. *Gell.* 16. 6. Ille nihil cunctatus, sed nimium quantum audacter; Oves, inquit, etc. Adde 15. 1. et 18. 3., ubi al. leg. *nimium quanto præstabilis.* — *d*) *Nimium quam* idem est. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 13. nimium quam, o Lyde, es barbarus. *Quintil.* 4. 2. 70. Pecunia nimium quam in animis hominum potest. *At valde dubia est lectio: V.* Spalding. *ad h. l.* — *e*) *Nimium multum* idem valet. *Plaut. Merc.* 2. 4. 11. nimium multum scis.

NĪMĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. I. 1. *c.* et II. *b.*

NĪMĬUS, a, um, adject. qui modum excedit, nimis magnus, nimis multus, ὁ ἄγαν, περισσός (It. *troppo, smoderato, eccessivo, soverchio;* Fr. *qui passe la mesure, excessif, trop grand;* Hisp. *demasiado, excesivo, cosa que excede y sale fuera de regla;* Germ. *zu viel, zu gross, übermässig;* Angl. *too much, too great, excessive, immoderate, above mensure*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) De rebus. *Cic.* 1. *Off.* 36. 131. Ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. *Cæs.* 1. *B. C.* 85. Nimia pertinacia atque arrogantia. *Cic. Senect.* 15. 52. Vitem ferro amputans coerceat ars agricolarum, ne silvescat sarmentis, et in omnes partes nimia fundatur. *Ovid.* 5. *Met.* 484. Et modo sol nimius, nimius modo corripit imber. *Martial. Spectac.* 7. In Scythica religatus rupe Prometheus Assiduam nimio pectore pavit avem. *h. e.* nimis feraci. Fingitur enim viscera rursus producere, postquam ea vultur absumpserit. — Sic de re molesta et gravi. *Val. Flacc.* 7. 21. Tum jactata toro, nimiumque experta cubile. *Claudian.* 1. *Laud. Stilich.* 250. Et quos interior nimio plaga sole relegat. — *b*) De hominibus, qui modum non servant. — Cum Ablativo rei. *Sall. fragm.* apud *Arusian. Mess.* Post, ubi fiducia nimius, etc. *Tac.* 4. *Hist.* 23. Præferoces initio, et rebus secundis nimii. *Horat.* 2. *Od.* 12. 5. Nec sævos Lapithas et nimium mero Hylæum. *Cic.* 1. *ad Brut.* 15. Quod in honoribus decernendis essem nimius et tamquam prodigus. *Hieronym.* 1. *advers. Jovinian.* 6. Nimius fortasse fuerim in expositione propositionum ejus. *h. e.* nimio sermone usus fuerim. — Cum Genitivo. *Liv.* 6. 11.; et *Sall. fragm.* apud *Arusian.* Impotens, et nimius animi est. *Liv.* 3. 26. *extr.* Nimius imperii. *Tac.* 3. *Hist.* 75. sermonis. *Sil. It.* 6. 81. vitæ. *et* 5. 232. pugnæ, nimiusque cruoris. — *c*) *Nimium, ii,* absolute, substantivorum more, quod nimium est. *Cic.* 1. *Off.* 25. 89. Numquam enim, iratus qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium et parum. *et Id. Orat.* 22. 73. Magis offendit nimium, quam parum. — Cum Genitivo. *Ovid.* 2. *Amor.* 17. 11. nimium regni. *Al. leg.* regnum. *Plin.* 33. *Hist. nat. præœm.* 2. (5). Auri argentique nimium fuit. *Sil. It.* 14. 670. nimium juris. ¶ 2. Speciatim est præpotens, qui nimia potentia valet. *Vellej.* 2. 32. 1. Esse quidem præclarum virum Cn. Pompejum, sed nimium jam liberæ reipublicæ. *h. e.* onerosum, gravem, impotentem. *Flor.* 3. 15. Jam nimius et potens altero tribunatu. *Tac. Agric.* 7. Legio legatis quoque consularibus nimia ac formidolosa erat.

II.) Translate *nimius* per hyperbolen est multus, plurimus, maximus. — *a*) Adjective. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 8. Homo nimia pulcritudine. *Id. Amph.* 2. 1. 69. et 5. 1. 52. Nimia memoras mira. *Martial.* 5. 64. Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo. — *b*) *Nimium* absolute, substantivorum more, cum Genit. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Fin.* 13. 41. Nimium boni est, cui nil est (*in diem*) mali. — *c*) Ablativus *nimio* adverbii ritu, valde, magnopere, maxime. *Plaut. Truc.* 4. 1. 6. tum hoc nimio magnæ mellinæ mihi est. — Cum Comparativis. *Id. Pœn.* 1. 2. 90. Bonam ego, quam beatam me esse nimio dici mavolo. *Id. Pers.* 1. 3. 31. Nimio melius. *h. e.* longe, aut multo melius. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 12. 67. (109). Semen colligitur auctumno: ante collectum nimio validius. *di troppo più forte.* et *Anton.* ad *Cic. post ep.* 8. *l.* 10. *ad Att.* Quia te nimio plus diligo. *quanto mai si può dire.* et *Ovid.* 2. *Trist.* 209. Nam non sum tanti, ut renovem tua vulnera, Cæsar: Quem nimio plus est indoluisse semel. *è pur troppo.* et *Horat.* 1. *Od.* 33. 1. Albi, ne doleas plus nimio. *più del dovere, smoderatamente.*

NINGIT *vel* ninguit, ebat, nxit, ere, 3. (nix). Part. *Ningens* I. *a.* — Ningit est idem ac nive pluit, νίσσω, νίφω (It. *nevicare*; Fr. *neiger*; Hisp. *nevar, caer nieve;* Germ. *schneien*; Angl. *to snow*).

I.) Proprie. — *a*) Neutrorum more. *Virg.* 3. *G.* 367. Interea toto non secius aere ningit. *Pier.* in antiquioribus libris omnibus *ninquit* reperisse testatur: unde *ninguor, ninguis, ninguidus.* quod probat *Priscian. loc.* infra *cit.* Contra *Caper de verb. dub. p.* 2249. *Putsch.* mavult *ningit. Colum.* 11. *R. R.* 2. 31. X. Cal. April. pluvius dies: interdum ningit. *Capell.* 6. *p.* 196. Pruinis ningentibus. *Koppius* ita edidit ex *Grotii* Cod.; vulgati libri habent *mergentibus.* — *b*) Active. *Accius* apud *Priscian.* 10. *p.* 882. *Putsch.* Quum ninxerint cælestium molem mihi. — *c*) Passive impersonaliter. *Apul. Florid. n.* 2. Totum illud spatium, qua pluitur et ningitur.

II.) Translate. *Lucret.* 2. 627. ninguntque rosarum Floribus. *Est qui leg.* pingunt. *Seren. Sammon.* 3. 35. Quum caput immensa pexum porrigine ningit. *h. e.* nivis instar immensa porriginis copia decidit.

NINGOR, ōris, m. 3. (ningit) *nevazzo,* nivis copia decidens. *Apul. de Mundo.* Eam tempestatem nos ningorem vocamus.

NINGUIDUS, a, um, adject. *nevoso,* νιφόεις, nivosus, nivalis, nivibus abundans.

I.) Proprie. *Auson. epist.* 24. 68. bimaris juga ninguida Pyrenæi. *et ibid.* 124. jam ninguida linquit Oppida Iberorum. *Prudent. Apotheos.* 729. Ninguidus Boreas.

II.) Translate cibus ninguidus dicitur *Prudent.* 5. *Cathemer.* 97. manna Hebræorum, quia nivis instar cadebat.

NINGUIS, is, f. 3. idem quod nix apud veteres. *Lucret.* 6. 736. albas descendere (sic *Lambinus* et *Lachmann.*; *alii* decedere) ningues. *et ibid.* 964. Exstructas ningues (*sol*) radiis tabescere cogit. *Lachmann.* Exstructasque nives. *Apul.* apud *Priscian.* 6. *p.* 724. *Putsch.* Aspera hiems erat; omnia ningue canebant. Adde *Lucilium* apud *Charis.* 1. p. 71. *Putsch.*; et *Servium* ad *Virg.* 4. *Æn.* 250. *V.* CHIONE.

NINGUIT. *V.* NINGIT I. *a.*

NINGŬLUS, a, um, adject. nullus, nemo. *Ennius* apud *Festum p.* 177. 30. *Müll.* Qui ferro minitere, atque in te ningulus mederi queat. *Al. ita leg.* Qui ferro minitaris, ut in te ningulo modo Ire queat. Cf. *Paul. Diac. p.* 176. 4. *Müll.* Ceterum cl. *Vahlen.* verba *mederi queat* omisit; Enniani enim versus particulam interisse prodit *Pauli* glossa.

NINNĬUS, ĭi, m. 2. parvus equus, qui et binnus dicebatur, ex Græco γίννος, ut docet *Scalig.* ad 5. *Manilii. Mæcenas* apud *Sueton.* in *Vita Horatii.* tu tuum sodalem Ninnio videas strigosiorem. *Al. aliter leg. V.* HINNUS.

NIPTRA, ōrum, n. plur. 2. νίπτρα, lavacra: a νίπτω *lavo.* Hoc nomine dicta est tragœdia Pacuvii. *Cic.* 2. *Tusc.* 21. 48.; *Gell.* 13. 29.

NI QUIS SCIVIT. *V.* in NI 3.

NIS dat. plur. pro *nobis* apud veteres. *Paul. Diac. p.* 47. 3. *Müll.*

NISĬ, conjunct. Quod ad quantitatem attinet, utraque in *nisi* syllaba passim a poetis corripitur. Produxisse alteram putant *Sidon. carm.* 15. 104. quum denique saxa Sint tantum, penitusque nisi nihil esse probentur. Sed leg. alii: *nihil nisi esse probentur*, ita ut synalœphe non fiat. — *Nise* pro *nisi* legitur in duabus *Inscript.* apud *Orell. n.* 4609. et 4627., et in *Tav. legislat.* apud *De Lama tab.* 1. *lin.* 47. — *Nisi*, ex *ne*, hoc est non, et *si*, est conjunctio conditionalis negativa, quæ a *si non* in eo differt, quod per *nisi* negatur id, quod conditionis nomine intercedit; per *si non* ponitur conditio, quæ negationem in se habet: utrumque vero sæpe ad idem redit. Itaque *nisi* est idem ac *si non*, εἰ μή (It. *se non*; Fr. *si..... ne pas, si toutefois.... ne pas, à moins que*; Hisp. *si no, a ménos que*; Germ. *wenn nicht, wo nicht, wofern nicht*; Angl. *if not, unless, but that*). Occurrit — 1.°) Absolute, h. e. sine additis; et — *a*) Generatim *nisi* usurpatur in propositione conditionali negativa. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 15. quid tu, malum, curas, Utrum crudum, an coctum edim? nisi tu mihi es tutor. *se pur tu non mi sei tutore.* et *Id. Men.* 3. 2. 6. Non hercle is sum, qui sum, nisi hanc injuriam meque ultus pulcre fuero. *Cic. Senect.* 7. 21. At memoria minuitur. Credo, nisi eam exerceas. *et ibid.* 15. 52. Vitis quidem, quæ natura caduca est et, nisi fulta sit, ad terram fertur, eadem ut se erigat, claviculis suis quidquid est nacta, complectitur. *Id.* 7. *Att.* 10. Nisi ego insanio, stulte omnia et incaute. *Cæs.* 1. *B. G.* 31. *ad fin.* Non posse ejus imperia diutius sustineri, nisi quid in Cæsare sit auxilii. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 79. Numquam erepsemus, nisi nos vicina Trivici Villa recepisset. *Nepos Agesil.* 6. Ut omnibus apparuerit, nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisse. *Tac.* 1. *Ann.* 23. Ferrum parabant, nisi miles ferrum et minas interjecisset. — *Nisi molestum est* sæpe cum urbanitate, interdum cum ironia usurpatur. *Plaut. Pœn. prol.* 50. Sed nisi molestum' st, nomen dare vobis volo comœdiæ. *Id. Trin.* 4. 2. 87. Lubet audire, nisi molestum' st. Adde *eumd. Pers.* 4. 4. 49. et *Rud.* 1. 2. 52.; et *Ter. Adelph.* 5. 3. 20. Sic *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 4. 14. Immo vero et ista, et totam veterem Academiam, a qua absum jam diu, revocari a te, nisi molestum est, velim: et simul, assidamus, inquam, si videtur. Adde *eumd. Cluent.* 60. 168. et 1. *Fin.* 8. 28. — *Si non molestum est* eodem sensu occurrit apud *Plaut. Epid.* 3. 4. 25.; *Cic.* 5. *Fam.* 12. 31.; et *Catull.* 55. 1. — Ubi *nisi* antecedit in altera parte, sententiæ vis augetur in altera adjectis vocabulis *certe, profecto, scilicet. Cic. Cluent.* 66. 189. Quod nisi esset, certe postea, deprehensa re, non illa ut ab improbo viro discessisset, sed ut a crudelissimo hoste fugisset. *Id.* 4. *Att.* 1. Nisi etiam prætermissos fructus tuæ suavitatis omnis exegero, profecto hac restitutione fortunæ me ipse non satis dignum judicabo. *Liv.* 21. 41. Quem nisi Saguntinum scelus agitaret, respiceret profecto, si non patriam victam, domum certe patremque. *Tac.* 3. *Ann.* 54. Nisi provinciarum copiæ et dominis et servitiis et agris subvenerint, nostra nos scilicet nemora nostræque villæ tuebuntur? — *b*) Post negativam propositionem *nisi* adhibetur ad aliquid definiendum, sive certis limitibus circumscribendum, sive denique excipit, et valet *præterquam*, Italice *fuorchè, eccetto che, tranne. Cic. Brut.* 6. 23. Dicere nemo potest, nisi qui prudenter intelligit. *Id.* 3. *Tusc.* 20. 49. Negat Epicurus jucunde posse vivi, nisi cum virtute vivatur. *Cæs.* 1. *B. G.* 30. *extr.* Ne quis enunciaret, nisi quibus mandatum esset. *Id.* 3. *B. C.* 85. Juravit se, nisi victorem, non reversurum. *Nepos Dion.* 5. Nullum esse imperium tutum, nisi benevolentia munitum. — *c*) Hinc contracta, sive brevista oratione, conjunctio *nisi* in vicem Adverbii cedit, et exceptionem simpliciter indicat, ut sit *excepto. Cato R. R.* 48. Nuces pineas ad eumdem modum, nisi tamquam allium, serito, h. e. serito in eumdem modum, uno hoc excepto, ut fiat sicut in allio. *Plaut. Bacch.* 3. 2. 2. Homini amico, qui est amicus ita, uti nomen possidet, nisi deos, ei nihil præstare (*arbitror*). *Cic.* 2. *Legg.* 18. 45. Tincta vero absint, nisi a bellicis insignibus. *Ovid. Heroid.* 2. 27. Dic mihi, quid feci, nisi non sapienter amavi? *Nepos Dion.* 1. Ejus consilio multum movebatur tyrannus, nisi qua in re major ipsius cupiditas intercesserat. *Vellej.* 2. 17. 1. Finito ex maxima parte, nisi qua Nolani belli manebant reliquiæ, Italico bello, etc. *Tac.* 1. *Ann.* 50. Ne pax quidem, nisi languida. *Liv.* 8. 12. Negantibus, nisi Pedo capto aut dedito, triumphum. *Colum.* 2. *R. R.* 22. 3. Vetant quoque lanarum causa lavari oves, nisi propter medicinam. *Sueton. Aug.* 6. Huc introire, nisi necessario et caste, religio est. *Q. Cic.* apud *Cic.* 16. *Fam.* 8. Neve naviges, nisi explorate. *Justin.* 25. 2. 10. Tantus terror Gallici nominis et armorum invicta felicitas erat, ut aliter neque majestatem suam tutari, neque amissam reciperare se posse, nisi Gallica virtute, arbitrarentur. *Plerique Codd. pro* nisi *habent* sine. — Ubi præpositio præcedit, eam etiam post *nisi* iterum ponit *Cicero*, ut 4. *Fin.* 17. 47. Errare Zenonem, qui nulla in re, nisi in virtute, propensionem ad summum bonum adipiscendum esse diceret. *et Pis.* 20. 48. Quod ad neminem, nisi ad ipsum te, pertineret. Cf. et *Cic.* locum proxime seq. — Ceterum huc pertinent illa, in quibus *nisi* pro præterquam poni *Forcellinus* docuit. *Cic. Rosc. Am.* 12. 33. Homo longe audacissimus, C. Fimbria, et quod inter omnes constat, nisi inter eos, qui ipsi quoque insaniunt, insanissimus. *Seneca Suasor.* 2. *ante med.* Taygeti montis difficilia, nisi Laconibus, juga. *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 85. Si tamen exstinctis aliquid, nisi nomina, restat. *Aurel. Vict. Cæsar.* 1. Pacata externarum gentium ferocia, nisi Germaniæ. — Item illa huc pertinent, in quibus *nisi* pro sed, *ma, se non che*, usurpari ait *Forcellinus*: ita tamen, (sic ille cl. vir) ut et adversativam et exceptivam simul vim habeat. *Cato R. R.* 77. Spiram sic facito. Quantum voles pro ratione, ita uti placenta fit, eadem omnia facito, nisi alio modo fingito. *se non che. Cic.* 13. *Fam.* 76. De re nihil possum judicare: nisi illud mihi certe persuadeo, te talem virum nihil temere fecisse. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 117. Quid egerint inter se, nondum etiam scio: Nisi sane curæ est, quorsum eventurum hoc siet. *Id. Adelph.* 1. 2. *in fin.* ecce autem de integro. nisi, quidquid est, Volo scire. Adde *Eun.* 3. 4. 10. et 5. 1. 10. His autem locis potest reddi etiam per *quamquam*, aut *nisi quia.* Hæc *Forcell.* — *d*) His adde et illa, in quibus post nomina multitudinis vel quantitatis per *nisi* adjiciuntur ea, quæ excipiantur. *Ter. Heaut.* 1. 1. 90. Ancillas, servos, nisi eos qui opere rustico faciundo facile sumptum exercirent suum, omnes produxi ac vendidi. *Plaut. Capt.* 4. 4. 8. Aulas calicesque omnes confregit, nisi quæ modiales erant. *Sall. Jug.* 17. Plerosque senectus dissolvit, nisi qui ferro aut bestiis interiere. *Cic.* 11. *Att.* 7. Prohiberi omnes Italia, nisi quorum ipse causam cognovisset. *Sall. Jug.* 44. Plerumque milites stativis castris habebat, nisi quum odos aut pabuli egestas locum mutare subegerat. *Id. ibid.* 75. Igitur omnia jumenta sarcinis levari jubet, nisi frumento dierum decem. — Insolens loquendi ratio est in illo *Plauti Men. prol.* 59. Ei liberorum, nisi divitiæ, nihil erat. *Nisi* enim similia et ejusdem generis solet excipere: hic dissimilia. Vult autem dicere, liberis caruisse, divitiis abundasse. — *e*) Interdum *nisi* pro *non nisi* (*V.* infra sub 2.°) ponitur. *Liv.* 34. 16. Circumducto exercitu, procul navibus suis castrisque, ubi spem, nisi in virtute, haberent, inter medios hostes prœlium commisit. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 15. Quo magis etiam propter hos casus, nisi validissima (*ovis submittenda est*), quæ non comprehendatur hieme, etc. *At* Schneider. *legit*: nisi quæ validissima non comprehendatur. *Cic.* 1. *Legg.* 20. 54. Zeno nisi quod honestum esset, putavit bonum. *Al. leg.* nihil putavit bonum. *Al.* nihil nisi quod, etc. *Solin.* 37. Carinis ita tenaciter adcorporatur, ut nisi abrasa parte ligni separetur. *Al. leg.* ægre separetur. *Handius* vero, *Tursell. Partic. Lat. vol.* 4. *p.* 253., docet numquam dici *nisi* pro *non nisi*; exempla enim, quæ afferuntur, aut per negligentiam librariorum negatione sunt destituta, aut alio modo explicanda. — *f*) *Nisi* in asseverationibus. *Plaut. Most.* 1. 3. 36. Di me interficiant, Nisi illam anum interfecero. *At recentiores critici omnes* Ni illam etc. Similiter *ni* pro *nisi* restituit *Bentlejus* apud *eumd. Aulul.* 2. 8. 23., et *Göllerus* apud *eumd. Truc.* 2. 7. 59. Legitur *nisi* etiam apud *Cic.* 16. *Att.* 11. Moriar, nisi facete. *Sed hæc ex criticorum conjectura*; *Codices enim* facete nisi. *Handius* igitur, *Tursell. Partic. Lat. vol.* 4. *p.* 229.-230., putat pro *nisi*, quod habent omnes vulgati libri, legendum esse *ni* apud *eumd. Cic.* 15. *Fam.* 19. Peream, ni sollicitus sum. Ceterum *Ovid.* 2. *Met.* 514. Mentiar, obscurum nisi nox oum fecerit orbem, Videritis etc. *Augustus in quadam epist.* apud *Sueton. Claud.* 4. *ad fin.* Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuisse, peream nisi, mea Livia, admiror. — *g*) Pro *etiamsi non* affertur illud *Cic. Mil.* 19. 51. Quod nisi sciret Milo, illum Aricæ fuisse, suspicari tamen debuit etc. *At Orell. et optimæ notæ Codd.* Quod ut sciret etc. — 2.°) *Nisi* cum aliis particulis; scil. — *a*) *Non* (*nec, neque*) *nisi* vim habet gravioris affirmationis et pro *solum* dici videtur, *se non se, solamente. Plaut. Amph.* 1. 2. 34. Non loquar, nisi pace facta. *Cic. Amic.* 20. 72. Quod non fere contingit, nisi iis, qui etiam contemnendos se arbitrantur. *Id.* 2. *Tusc.* 1. 1. Nam nec pauca, nisi e multis, eligi possunt. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 1. Neque fere solet, nisi in his ædificiis fieri, in quibus est atrium majus. *Sueton. Cæs.* 58. Exercitum neque per insidiosa itinera duxit unquam, nisi perspeculatus locorum situs; neque in Britanniam transvexit, nisi ante per se portus et navigationem et accessum ad insulam explorasset. *Cels.* 3. 4. Alvum duci non nisi raro conce do. *Quintil.* 5. 11. 115. Quia bello parta non nisi eadem vi possideantur. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 37. (138). Omnino enim non nisi ad ea, quæ purganda sint salsa recipitur. *Sueton. Cæs.* 52. Quam denique accitam in urbem, non nisi maximis honoribus præmiisque auctam remisit. *Plin.* 5. *Ep.* 6. 10. Campi, quos non nisi ingentes boves et fortissima aratra perfringunt. *Sueton. Cæs.* 44. Mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem, nec nisi ante expertos aggredi prœlio. — Et *nisi-non* transverso ordine. *Cic.* 1. *Fam.* 1. Quoniam tu, nisi perfecta re, de me non conquiesti. *Id. Senect.* 8. 27. Quæ dirimi, nisi detestabili scelere, non potest. — *b*) *Nihil-nisi* vim habet gravioris affirmationis et pro *uno* dici videtur. *Cic.* 2. *Fam.* 10. Vineis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum Pindenissum, tantisque opibus tantoque negotio, ut mihi ad summam gloriam nihil desit, nisi nomen oppidi. — Similiter *nihil amplius, nisi* apud *eumd. Planc.* 41. 99. De prætore Macedoniæ nihil dicam amplius, nisi eum et civem optimum semper et mihi amicum fuisse. — Interrogatio par est negationi. *Cic. Planc.* 33. 80. Quid est pietas, nisi voluntas grata in parentes? *Sall. Jug.* 85. Quid responsuros creditis, nisi sese

liberos quam optimos voluisse? — *c) Nihil aliud, nisi* idem valet, sed majori quadam vi. *Cic. Rosc. Am.* 37. 108. Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nonne satis fuit his gratias agi? *Id. Planc.* 26. 64. Sic tum existimabam, nihil homines aliud Romæ, nisi de quæstura mea, loqui. *Id.* 1. *Off.* 23. 80. Bellum autem ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quæsita videatur. — Interrogatio par est negationi. *Cic.* 8. *Phil.* 1. 3. Quid est enim aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? Adde *eumd.* 1. *Tusc.* 31. 75. — Huc pertinet etiam formula *nihil, sive nihil aliud agere, nisi ut*, quæ usurpatur præcipue, quum de consilio aut conatu agitur, et quæ ante ut verbo caret. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 6. 15. Reperio nihil aliud cogitatum, nihil aliud susceptum, nihil aliud actum, nisi ut decem reges-constituerentur legis agrariæ simulatione atque nomine. *h. e.* nihil aliud actum, nisi illud actum ut etc. *Id. Quinct.* 30. 91. Res ipsa-cogere videtur, ut-obsecret obtesteturque P. Quinctius per senectutem ac solitudinem suam nihil aliud, nisi ut vestræ naturæ bonitatique obsequamini. *Tac. Agric.* 15. Nihil profici patientia, nisi ut graviora tamquam ex facili tolerantibus imperentur. — Similiter per interrogationem. *Cic. Lig.* 4. 10. Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi ut, quod hic potest, nos possemus? Adde *eumd. Cæl.* 13. 32. — Denique huc pertinent formulæ *nihil-nisi quod, nisi si, nisi dum*, in quibus sententia post *quod* et *si* adjecta, unius nominis vicem gerit. *Cic.* 9. *Fam.* 16. De illo autem-nihil video quod timeam, nisi quod omnia sunt incerta, quum a jure discessum est. *Id.* 7. *Att.* 4. Nihil me aliud consolatur, nisi quod illum-non arbitror fore tam amentem, ut hæc in discrimen adducat. *Nepos Att.* 13. In quo nihil commutavit, nisi si quid vetustate coactus est. *Seneca Herc. fur.* 212. Nec ulla requies, tempus aut ullum vacat, nisi dum jubetur. Cf. *Ter. Heaut.* 1. 1. 98. Nec fas esse, ulla me voluptate hic frui, nisi ubi ille huc salvus redierit meus particeps. — *d) Nisi si*, idem fere quod nisi, *se non se*, scilicet hoc uno excepto; et interdum cum ironia dictum est. *Plaut. Curc.* 1. 1. 51. Tam a me pudica est, quasi soror mea sit: nisi si est osculando quippiam impudicior. *Varro* 2. *R. R.* 9. 9. Nisi si (ut quidam putant) etiam illuc pervenerint, ut etc. *Valinius* ad *Cic.* 5. *Fam.* 9. Profecto tibi illum reperiam, nisi si in Dalmatiam aufugerit. *Ovid.* 5. *Met.* 614. vidi præcedere longam Ante pedes umbram: nisi si timor illa videbat. *et Heroid.* 4. 111. nisi si manifesta negemus. *Cels.* 2. 8. Quæ non facile senescunt, nisi si multa signa bonæ valetudinis subsecuta sunt. *Quintil.* 3. 10. 2. Quia, quamvis in multis personis, causa tamen una est, nisi si conditio personarum quæstiones variaverit. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 17. Lini semen, nisi si magnus est ejus in ea regione, quam colis, proventus-, serendum non est. *Tac. Germ.* 3. Quis-Italia relicta Germaniam peteret, informem terris, asperam cælo, tristem cultu adspectuque, nisi si patria sit? — Præsertim verba *si quis* habent nisi ante se. *Cic.* 14. *Fam.* 4. Noli putare, me ad quemquam longiores epistolas scribere, nisi si qui ad me plura scripsit, cui puto rescribi oportere. *Ovid.* 14. *Met.* 560. jactatis sæpe carinis Supposuere manus, nisi si qua vehebat Achivos. *Liv.* 6. 26. Hic noster, hic plebis nostræ habitus fuit eritque semper, nisi si quando a vobis proque vobis arma arceperimus. — *Nisi si forte, nisi si vero* apud *Ter. Eun.* 4. 3. 20. Nisi si domum forte ad nos rediit. *Cic.* 2. *Orat.* 58. 237. Miseros illudi nolunt, nisi si se forte jactant. *Id.* 2. *Cat.* 4. 6. Nisi vero si quis est, qui Catilinæ similes cum Catilina sentire non putet. Sic *nisi si tamen* apud *Quintil.* 6. 1. 34. Stratum denique jacere et genua complecti: nisi si tamen persona nos et ante acta vita et rei conditio prohibebit. *Colum.* 4. *R. R.* 15. 4. Binæ materiæ submittendæ erunt: nisi si tamen gracilitas vitis alicujus angustiorem amputationem desiderabit. *Id.* 3. *ibid.* 13. 8. Præstat non conserere, quam in summa terra suspendere: nisi tamen si scaturigo palustris prohibet fodere. *Schneiderus* conjecit *statim* esse legendum. — Ironia in his locis. *Ter. Adelph.* 4. 3. 2. Meum officium facio: quod peccatum a nobis ortum'st, corrigo; nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant etc. *Liv.* 28. 31. Nuncils ad L. Marcium missis, nisi si terere frustra tempus sedendo ad Gades vellent, redeundum ad imperatorem esse. — *e) Nisi quod* usurpatur, quum de ratione agitur, et idem valet atque Italicum *se non che*; sive contractam In se habet hanc sententiam: non est, si in considerationem venit quod. *Plaut. Capt.* 2. 3. 31. Nam equidem, nisi quod custodem habeo, liberum me esse arbitror. *Cic.* 13. *Fam.* 1. Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt communia; nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio. *Ovid. Heroid.* 18. 11. Adscensurus eram, nisi quod, quum vincula proræ Solveret, in speculis omnis Abydos erat. *Tac.* 14. *Ann.* 14. Notos quoque equites Romanos operas arenæ promittere subegit donis ingentibus, nisi quod merces ab eo, qui jubere potest, vim necessitatis affert. — *f) Nisi quia*, nisi quod, ubi agitur de causa. *Ter. Eun.* 4. 5. 10. at nesciebam, id dicere illam, nisi quia Correxit miles, quod intellexi minus. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 104. Atque id futurum unde unde dicam nescio, nisi quia futurum est. — *g) Nisi quum* eodem sensu, ubi de tempore agitur. *Cic. Orat.* 36. 126. Id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quæstionem atque de universo genere dicatur: nisi quum de vero ambigitur, quod quæri conjectura solet. Adde *Varron.* 9 *L. L.* 18. *Müll.* — *h) Nisi ut*, nisi ea conditione ut, nisi ita ut, apud serioris ævi scriptores. *Sueton. Claud.* 35. Neque convivis inire ausus est, nisi ut spiculatores cum lanceis circumstarent. *Plin.* 2. *Ep.* 11. 16. Neque enim jam inchoari poterat actio, nisi ut noctis interventu scinderetur. *Tac. Dial. de orat.* 33. Nec quisquam percipere toi recondita aut tam varias res potest, nisi ut scientiæ meditatio, meditationi facultas, facultati vis eloquentiæ accedat. *Plurimi editores ejecerunt* ut. — *i) Nisi tamen*, tamen non est ita, si etc. *Cic.* 13. *Fam.* 1. Equidem si, quid ipse sentiam, quæris, nec cur ille tantopere contendat video, nec cur tu repugnes: nisi tamen multo minus tibi concedi potest, quam illi, laborare sine causa. *h. e.* tamen non est ita, si multo minus tibi concedi potest etc. *Id.* 5. *ibid.* 11. Nihil mihi gratius facere potes: nisi tamen id erit mihi gratissimum, si, quæ tibi mandavi, confeceris. *Sall. Jug.* 21. Plura de Jugurtha scribere deboriatur me fortuna mea, et jam antea expertus sum, parum fidei miseris esse; nisi tamen intelligo, illum supra quam ego sum petere. *h. e.* plura de Jugurtha scribere nolo, nam miseris nulla fides; hoc unum addere placet, mihi persuasum esse, illum etc. V. *Fritz.* ad *h. l. Cels.* 5. 26. *n.* 24. Nam nodus vulnus lædit: nisi tamen longe est. *h. e.* tamen non lædit, si longe est. — Adverbialiter *Colum.* 3. *R. R.* 1. 3. Hanc nos ceteris stirpibus jure præponimus, non tantum fructus dulcedine, sed etiam facilitate, per quam omni pæne regione et omni declinatione mundi, nisi tamen glaciali vel prærevida, curæ mortalium respondet. — *k) Nisi forte, nisi vero, εἰ μὴ ἄρα, εἰ μὴ γε*, serviunt transitionibus, et sæpe, etiam per ironiam, sententiam adjiciunt veritati a nobis pronunciatæ contrariam et absurdam. *Cic. Fat.* 16. 37. Et his igitur necesse erit, invito Epicuro, alterum verum esse, alterum falsum: — nisi forte volumus Epicureorum opinionem sequi, qui tales enunciationes nec veras, nec falsas esse dicunt. *Id. Mil.* 7. 17. Mors quidem illata per scelus iisdem et pœnis tenentur et legibus: nisi forte magis erit parricida, si qui consularem patrem, quam si quis humilem neglexerit. *et ibid.* 3. 8. An est quisquam, qui hoc ignoret aut negari solere omnino esse factum, aut recte ac jure factum esse defendi? Nisi vero existimatis, dementem fuisse Africanum etc. *Id. Sull.* 9. 28. Plenum forum est eorum hominum, quos ego a vestris cervicibus depuli, judices, a meis non removi. Nisi vero pauros fuisse arbitramini, qui cogari, aut sperare possent, se tantum imperium posse delere.

NĪSUS, a, um. *V.* NITOR, eris.

NĪSUS *vel* nixus, us, m. 4. (nitor, eris, *ubi V. init. de duplici scribendi ratione*.) est actus nitendi, incumbendi et intendendi, atque adeo conamen, conatus (fr. *atto dell'appoggiarsi, sforzo*; Fr. *effort* pour s'appuyer, *effort*; Hisp. *esfuerzo* por *apoyarse, esfuerzo*; Germ. *das Anstemmen, der Anstatz, der Schwung zur Ausführung einer Bewegung*; Angl. *a leaning or resting on, effort*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Curt.* 7. 2. Nec tela quidem conati nisu vibrare poterat, quum nec stando sine periculo, quam hostem lacessendi, cura esset. *Cic.* 2. *Nat. D.* 46. 117. In æthere astra volvuntur, quæ se et nisu suo conglobata continent, et forma ipsa figuraque sua momenta sustentant. *h. e.* quia nisu volvuntur. *Pacuvius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 21. 48. Pedetentim et sedato nisu, ne succussu arripiat major dolor. *Virg.* 5. *Æn.* 437. Stat gravis Entellus nisuque immotus eodem Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit. *Ferme* positura. *Quintil.* 2. 12. 2. Luctatur, qui totius corporis nisu in id, quod semel invasit, incumbit. Ad tela nisus quod idem est; neque enim audiendi, qui nisum ad animum, nixum ad corpus referunt. ¶ 2. Specialim de actu ascendendi. *Sall. Jug.* 94. init. *Fritz.* Ceterum illi, qui ascensuri erant, prædoti ab duce, arma ornatumque mutaverant, capite atque pedibus nudis, uti prospectus nisusque per saxa facilius foret. *et paullo post.* Ipse-quæ dubia nisu videbantur, potissumus tentare, sæpius eadem ascendens descendensque. ¶ 3. Item specialim de volatu. *Virg.* 11. *Æn.* 852. Hic dea se primum rapido pulcherrima nisu Sistit. *h. e.* volatu quo sese et *Horat.* 4. *Od.* 4. 8. Insolitos docuere nisus et *Lucret.* 6. 831. pinnarum nisus insolis. ¶ 4. Item de conatu parturientium, *ponzamento. Ovid. Heroid.* 4. 125. O utinam nocturna tibi, pulcherrime rerum, In medio nisu viscera rupta forent! *Ad. ec.* nisu *Id.* 5. *Fast.* 171. Hunc stirps Oceani maturis nisibus Æthra Edidit. *h. e.* parta. Sic *Virg.* 4. *G.* 199. aut fetus nisibus edunt. *Gell.* 12. 1. Quam diutinum puerperium et quam laboriosi nixus fuissent!

II.) Translate est labor, *sforzo, fatica, stanchezza. Quintil.* 8. 4. 9. Hic in sublime etiam currit, et ad summum pervenit, non nisu, sed impetu. *h. e.* non paullatim gradatimque nitendo et ascendendo, sed uno impetu et quasi saltu. *Id.* 1. 12. 10. Ne suo nisu studiis insistunt, sed formandos se tantummodo præstant.

NĪTAL. *V.* NĪTĒLA primo loco.

NĪTĔDŬLA, æ, f. 1. *deminut.* a nitela, quam voc. *V.* secundo loco; muris exigui genus, *sorta di topo. Cic. Sext.* 33. 72. Id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex repreculis extracta nitedula rempubl. conaretur arrodere. Adde *Arnob.* 2. 47.; item *Horat.* 1. *Ep.* 7. 29., ut quidem *Bentleio* placet, quem legisse non pœnitebit, quemque tamen *Fritzerus* improbat.

NĪTĔFĂCIO, facis, fēci, factum, facere, a. 3. Part. *Nitefactus.* — Nitefacere est nitentem facere et spleodidum. *Gell.* 18. 11. Ventus mare cæruleum crispicans nitefacit. *Juvenc.* 1. 607. grato crinem nitefactus olivo.

NĪTĔFACTUS, a, um. *V.* voc. præced.

NĪTĒLA, æ, f. 1. verbale a *niteo*, ut *suadela* a *suadeo*, et *monela* a *moneo*. Proprie significat nitorem, splendorem, *nitidezza, splendore.*

I.) Proprie. *Solin.* 22. Præcipua viris gloria est in armorum nitela.

II.) Translate. ¶ 1. Apud *Solin.* 23. *nitelæ pulveris* sunt micæ pulveris nitentes. Depurgant, inquit, in minium nitelas pulveris. ¶ 2. Item id, quo quippiam nitefacimus. *Catull.* apud *Apul. de Mag.* Misi, ut petisti, mundicinas dentium, Nitelas oris ex Arabicis frugibus. *h. e.* dentifricium.

NĪTĒLA *vel* nitella, æ, f. 1. a quo deminut. *nitedula*, est a *nitor, eris*, hujusmodi quippe animal eniti et arbores et superiora quæque scandere solet (hinc legitur in *Gloss. Philox.* Nitela, ἐνδρομάς). genus est muris agrestis, frumenti corrodentis, colore rubeo, ut *Servius* loquitur, putans describ. a *Virg.* 1. *G.* 181. sæpe exiguus mus Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 57. 82. (224.). *de gliribus.* Conditi et bi cubant: rursus æstate juvenescunt: simil. et nitelis quiete. *Martial* 5. 37. Quæ crine vincit Bætici gregis vellus. Rhenique nodos, aureamque nitelam *Hederus* peperam hic intelligit nitas aurei pulveris, quo illuminentur capilli, quum certo constet hic quoque de animalium verba fieri.

NĪTĒLĪNUS, a, um. adject. ad nitelam, *h. e.* murem pertinens, ut Nitelinus color, rufus, aut flavus. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 37. 69. (177.). Viminalem saltem vocant eamdemque purpuream: alteram, nitelinam a colore, quæ sit tenuior: tertiam Gallicam, quæ tenuissima.

NĪTENS, entis. *V.* NITEO.

NĪTENS, entis. *V.* NITOR, eris.

NĪTEO, es, (ŭi), ēre, n. 2. Perf. *nitui*, cujus infra laudantur auctores *Tibull.* 1. 4. 58, *Horat.* 2. *Sat.* 2. 128. et *Vellej.* 2. 9. 1. et 1. 17. 1. fortasse ad v. *nitescere* pertinet. — Part. *Nitens* II. 3. et in fin. — Quod ad etymon attinet, plerique hanc vocem cum v. *nix* jungunt, ita ut *nitere* sit haud aliter ac nix fulgere, micare; *Döderlein.* vero *Latein. Synonym. vol.* 6. *p.* 236. deducit a νίζειν *humectare, lavare, polire.* Ceterum *niteo* est idem ac luceo, fulgeo, splendeo, politus sum, στίλβω, ἀγλαΐζομαι, ἀνθέω (It. *rilucere, risplendere, brillare, essere nitido*; Fr. *briller, reluire, être luisant, luire*; Hisp. *brillar, resplandecer, relucir*; Germ. *glänzen, gleissen, blinken*; Angl. *to shine, look bright, glisten, glitter*).

I.) Propric. *Lucret.* 1. 9. Placatumque nitet diffuso lumine cælum. *Id.* 5. 703. Luna potest solis radiis percussa nitere. *Cic.* 2. *Cat.* 3. 5. Qui nitent unguentis, fulgent purpura. *Ovid.* 6. *Met.* 65. diversi niteant quum mille colores. *Tibull.* 1. 4. 58. Et humero Pelopis non nituisset ebur. *Tac. Dial. de Orat.* 20. *extr.* Templa marmore nitent et auro radiantur. *Martial.* 9. 58. Nec qui litoribus nitent lapilli. *Ovid.* 4. *Fast.* 126. Vere nitent terræ. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 19. Deterior Libycis olet, aut nitet herba lapillis? *fa men paga mostra.* — Sic de lapidibus, et metallis, quæ usu atteruntur, et splendidiora fiunt. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 51. Æra nitent usu. *Tibull.* 1. 11. 19. Pace bideus, vomerque nitendo. *Martial.* 8. 6. Pollice de Pyllo trita columba nitet.

II.) Translate. ¶ 1. Usurpatur de animalibus bene habitis, bene pastis, et pinguibus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 5. 6. (27). Cato in conterminis hoc amplius æstimari jubet, quo pacto niteant: In bona enim, inquit (*H. H.* 1.), regione bene nitent. *sono ai bei sangue: hanno buona ciera: sono ben nutriti. Phædr.* 3. 7. unde sic, quæso, nites? Aut quo cibo fecisti tantum corporis? Adde *Horat.* 2. *Sat.* 2. 128. ubi *Forcellinus* et alii *nituistis* de corporis nitore; at alii de vestium nitore acceperunt. ¶ 2. Item de formosis et ornatis. *Horat.* 1. *Od.* 5. 12. miseri, quibus Intentata nites! *Martial.* 10. 89. Ore nitet tanto, quanto superasset in Ida Judice convictas non dubitante deas. *Stat.* 2. *Achill.* 148. nitet ante alias regina, comesque Pelides. *Martial.* 5. 23. Non nisi vel cocco madida, vel murice tincta Veste nites. *et* 6. 93. psilothro nitet. *Al. leg.* viret. ¶ 3. De agris bene cultis, et pinguibus. *Petron. Satyr.* 99. Incultis asperisque regionibus diutius nives hærent: ast ubi ea aratro domefacta tellus nitet, dum loqueris, levis pruina dilabitur. *Virg.* 6. *Æn.* 677. camposque nitentes Desuper ostentat. Sic *Cic.* 5. *Verr.* 18. 47. Campi collesque nitidissimi viridissimique. — Ipsæ etiam plantæ et sata *nitere* dicuntur. *V.* NITIDUS II. 4. *Ovid.* 15. *Met.* 202. tunc herba nitens et roboris expers Turget. *Alii leg.* virens, *al.* recens. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 4. 3. (26). Non utique lætum solum est, in quo proceræ arbores nitent. ¶ 4. Refertur etiam ad copiam et opes, quia divitiæ splendidæ sunt. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 12. devolet illuc, Res ubi magna nitet domino sene. *Tibull.* 4. 1. 183. quum magnis nitet opibus domus alta niteret. *Cic.* 1. *leg. Agr.* 7. 21. Vectigal in pace niteat, in bello non obsolescat. *h. e.* vigeat, abundet. ¶ 5. Est etiam cultum et politum esse, illustrem, splendidum, conspicuum. *Cic.* 4. *Fin.* 3. 5. Sed vos squalidius: illorum vides quam niteat oratio. Sic *Horat. Art. P.* 351. Verum ubi plura nitent in carmine, non ego etc. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 7. (49). Ab altero ejus latere ad Padum amnem Italiæ ditissimum omnia nobilibus oppidis nitent. ¶ 6. Item florere, celebrem esse. *Vellej.* 2. 9. 1. Eodem tracta temporum nituerunt oratores Scipio Lælius que. *et* 1. 17. 1. Dulces Latini leporis facetiæ per Cæcilium, Terentium, Afranium sub pari ætate nituerunt. — Hinc Part. præs.

Nitens, entis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Nitentior* I. et II. 2., et est splendens, lucens, nitidus, διαυγής, στίλβων, φαεινός, *nitido, risplendente, rilucente.*

I.) Proprie. *Tibull.* 1. 3. 93. Lucifer nitens. *Ovid.* 5. *Fast.* 543. astra nitentia. *Val. Flacc.* 5. 413. nitentes Solis equi. *Virg.* 1. *Æn.* 226. lacrimis oculos suffusa nitentes. *Liv.* 9. 40. Arma nitentia ante rem, deformia inter sanguinem et vulnera. *Lucan.* 9. 669. clipeus ære nitens. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 4. inter lances mensasque nitentes. *h. e.* aureo argenteove instrumento ponerates. *Ovid.* 4. *Met.* 636. Arboreæ frondes auro radiante nitentes. *Horat.* 2. *Od.* 7. 7. coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. *Ovid.* 14. *Met.* 262. pallamque induta nitentem. *Id.* 10. *ibid.* 211. Tyrioque nitentior ostro Flos oritur. — Huc referri possunt et illa *Ovid. Halieut.* 101. nitentes spumæ. *biancheggianti.* Sic *Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 33. (101). Spuma candida et nitens. et *Horat.* 1. *Od.* 14. 19. Cyclades nitentes. *h. e.* ob scopulos calcis. — *Nitentes res. V.* CENTURIO, onis.

II.) Translate. ¶ 1. De animalibus bene pastis et pinguibus. *Virg.* 3. *Æn.* 20. nitens taurus. *h. e.* opimus, nitent enim quæ pinguia sunt. *V.* NITEO II. 1. et NITIDUS II. 1. ¶ 2. Item de formosis. *Catull.* 61. 193. Uxor ore floridulo nitens. *h. e.* forma splendens. *Id.* 2. 5. desiderio meo nitenti. *h. e.* puellæ meæ formosæ. *Ovid.* 12. *Met.* 405. Hylonome, qua nulla nitentior inter Semiferos altis habitavit femina silvis. ¶ 3. Item de agris bene cultis et pinguibus. *Virg.* 1. *G.* 153. nitentia culta. *Gell.* 12. 1. *circa med.* Arbor læta et nitens. ¶ 4. Transfertur et ad orationem. *Cic. Brut.* 67. 238. Non valde nitens, non plane horrida oratio. ¶ 5. Et ad animum. *Stat.* 1. *Silv.* 5. 63. macte, oro, nitenti Ingenio curaque puer. ¶ 6. Nitens est etiam illustris, clarus, inclitus. *Liv.* 3. 12. Lucretius recenti gloria nitens. *Sil. It.* 6. 19. Tenuis opum non patre nitens linguave; sed asper Ense.

NĪTESCO, tescis, tŭi, tescere, n. 3. *inchoat. a* niteo. Perf. *nitui V.* in NITEO. — Part. *Nitescens* I. — Nitesco est idem ac nitere incipio, splendidus, nitens fio: et adhibetur etiam pro *niteo, ἀγλαΐζομαι, farsi risplendente.*

I.) Proprie. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 28. 69. Cælum nitescere, arbores frondescere. *Cic. Arat.* 171. Exiguo qui stellarum candore nitescit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 1. 1. (2). Nitescente nova luna. *Virg.* 5. *Æn.* 134. Juventus Nudatos humeros oleo perfusa nitescit. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 12. 71. (194). Omnes gemmæ mellis decoctu nitescunt. *Id.* 17. *ibid.* 5. 3. (37). Terra post vomerem nitescens. *h. e.* post vomeris proscissionem splendescens ex pinguitudine. *Manil.* 5. 687. tum pontus per solem humore nitescit. *h. e.* candescit.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur de bene pastis, et pinguibus. *Plin.* 2. *Ep.* 17. *sub init.* Equorum bovumque armenta, quæ herbis et tepore verno nitescunt. *s'ingrassano. V.* NITEO II. 1. ¶ 2. De plantis, quæ læte proveniunt. *Plin. alter* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (112). *de balsami arbore.* Tondetur similiter fruticans, ac rastris nitescit, properatque nasci, etc. *V.* NITIDUS II. 1. ¶ 3. De animo est cultiorem fieri, splendescere. *Cic.* 3. *Herenn.* 16. 29. Ingenio doctrina, præceptione natura nitescit. *Quintil.* 9. 4. 5. Quid non cultu nitescit? *Al. leg.* innitescit; *al.* mitescit. ¶ 4. Item illustrem, clarum fieri. *Tac.* 12. *Ann.* 58. Studiis honestis et eloquentiæ gloria nitescere.

NĪTĪBUNDUS, a, um, adject. (nitor, eris) nitenti similis. *Gell.* 1. 11. Achæos Homerus pugnam indipisci ait non tibiarum concentu, sed mentium conspiratu tacito nitibundos. *h. e.* nitentes, contendentes. *Solin.* 25. *a med.* Elephanti arboribus se, vel satis applicant, ut pondere nitibundo attritos necent aegues. *col peso premente.*

NĪTĪDĀTUS, a, um. *V.* NITIDO.

NĪTĪDĒ, adverb. (nitidus). Sup. *Nitidissime.* — Nitide est lucide, splendide, luculenter, *chiaramente, splendidamente*, στιλβηδόν, λαμπρῶς, καθαρῶς, λιπαρῶς, *Plaut. Truc.* 2. 4. 3. Ut tota floret! ut olet! ut nitide nitet! *Marcell. Empir. c.* 27. *p.* 126. ed. *Ald.* Nitide aliquid comburere. *Id. c.* 34. *extr. p.* 137. ed. *Ald.* Florem cineris, id est summitatem favillæ colliges nitidissime et cum axungia contusa miscebis. Adde *eumd. c.* 8. *sect.* 5. *p.* 96. ed. *Ald.* — Item splendide, copiose. *Plaut. Cas.* 3. 6. 19. Cænare lepide nitideque volo. Adde *eumd. Cist.* 1. 1. 12.

NĪTĪDĪTAS, ātis, f. 3. nitor, splendor, pulcritudo. *Accius* apud *Non. p.* 143. 29. *Merc.* Formæ, figuræ nititditate hospes regis.

NĪTĪDĬUSCŬLĒ, adverb. διειδῶς, aliquantum nitide, deminut. adverbii *nitide*, a comparat. *nitidius. Plaut. Pseud.* 3. 1. 3. Neque ego amatorem mihi invenire ullum queo, Qui amet me, ut curer tandem nitidiuscule. *h. e.* laute aliquantum et copiose, ut nitidus et pinguis fiam.

NĪTĪDĬUSCŬLUS, a, um, adject. deminut. comparativ. *nitidius. Plaut. Pseud.* 1. 2. 82. Eu excetra tu, quæ tibi tot amicos habes, tam probe oleo onustos: Num cuipiam est hodie tua tuorum opera conservorum Nitidiusculum caput? *h. e.* aliquantum unctum et nitens.

NĪTĪDO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (nitidus). Part. *Nitidatus* I. — Nitidare est nitidum et lucidum reddere, ἀγλαΐζω, *lustrare.*

I.) Proprie. *Colum.* 12. *R. R.* 3. 9. Ferramenta detersa nitidentur atque rubigine liberentur. *Marcell. Empir.* 8. § 5. *ante med.* Colabis linteo tenui, et mittes in bucculare rude vel diligentissime nitidatum. *h. e.* lucidum factum, *lustrato*, ut cl. *Furlanetto* interpretatus est: si quis tamen hunc locum inter translata referat, non moror. — *Pallad.* 3. *R. R.* 17. Arborem serra recidemus: post serraturam, plagam ferramentis acutis nitidamus. *h. e.* levigamus, polimus, *lisciamo.* Alii tamen aliter leg.

II.) Translate est lavare. *Ennius* apud *Non. p.* 144. 14. *Merc.* eunt ad fontem, nitidant corpora. ubi *Nonius*: Nitidant, abluunt, dictum a nitore. — *Marcell. Empir. c.* 26. *p.* 124. ed. *Ald.* Cujus radicis corticem diligenter nitidatam siccabis optime. *mondata, rimondata, netta.* — Et passive deponentium vi *Accius* apud *Non. l. c.* Quin id Circæo fonte adveniunt mundulæ, Nitidantur vulgo.

NĪTĪDŬLUS, a, um, adject. deminut. nitidi, nitidiusculus. *Sulpic. Sever. dial.* 2. 8. Quamdam viduam vagam, nitidulam, sumptuosam objurgare.

NĪTĪDUS, a, um, adject. (niteo). Comp. *Nitidior* II. 1., 2., 3. et 5. et Sup. *Nitidissimus* I. et II. 4. — Nitidus est nitens, splendens, lucens, clarus, ἀγλαός, λαμπρός (It. *lucente, risplendente, nitido, terso, lustro*; Fr. *luisant, brillant, resplendissant, lumineux, poli, net*; Hisp. *brillante, reluciente, lucido, polid limpo*; Germ. *blinkend, blank, gleissend, glänzend, hell*; Angl. *bright, shining, clear, glittering, nitid*).

I.) Proprie. *Virg.* 1. *G.* 467. Sol caput obscura nitidum ferrugine texit. *Ovid.* 3. *Fast.* 867. aries nitidissimus auro. *Id.* 2. *Met.* 3. Ebur nitidum. *Val. Flacc.* 3. 467. Nitidus æther. *puro, sereno. Plaut. Stich.* 1. 2. 8. Facite, sultis, nitidæ ut ædes meæ sint, quum redeam domum. *Virg.* 3. *G.* 437. *de angue.* Quum positis novus exuvils nitidusque juventa. *Id.* 4. *ibid.* 337. Nitida cæsaries. *Ovid.* 3. *Art. am.* 443. Coma nitidissima nardo. *h. e.* unguentis delibuta; unguenta enim nitent. Similiter dixit *Martial.* 4. 8. Nitidæ palæstræ. *Val. Flacc.* 3. 553. Nitidus fons. *chiaro, limpido. Cic. Orat.* 11. 36. In picturis alios horrida, inculta, abdita et opaca: contra alios nitida, læta, collustrata delectant.

II.) Translate. ¶ 1. Dicuntur nitidi qui sano solidoque corpore sunt, bene habiti, bene pasti, pingues. *Horat.* 1. *Ep.* 4. 15. Me ploguem et nitidum bene curata cute vises. *ben nutrito e grasso. Liv.* 28. 35. Ætas in medio virium robore, quod plenius nitidiusque ex morbo, velut renovatus flos juventæ faciebat. *Nepos Eumen.* 5. Ut jumenta æque nitida ex castello educerent, ac si campestribus ea locis habuisset. *V.* NITEO II. 1. ¶ 2. Item qui formæ student, quique exquisito ornatu cultuque corporis utuntur. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 12. Illa est nimium lepida nimisque nitida femina. *Id. Aulul.* 3. 6. 4. aliquanto facias rectius, Si nitidior sis filiæ nuptiis. *un po' più splendido. et Cic.* 2. *Cat.* 10. 22. Quos pexo capillo nitidos videtis. — Hinc ducta metaphora apud *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 193. nitidis sensibus haurire aliquid, est, integris, puris, nulloque pravo affectu corruptis. ¶ 3. Transfertur etiam ad cultum animi, et vitæ urbanitatem atque elegantiam: item ad liberalitatem et lautitiam. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 83. ex nitido fit rusticus, atque Sulcos et vineta crepat mera. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 16. 30. (100). Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta. *Juvenal.* 11. 175. hæc eadem illi Omnia quum faciant, illa-

res nitidique vocantur. *Martial.* 4. 54. Lautior et nitido sis Meliore licet. — Sic *nitidum opus* apud *Lucret.* 6. 795. est delicatum ac tenue, qualia sunt mulierum lanam trahentium, texentium, acu pingentium. ¶ 4. Dicitur et de locis bene cultis, uberibus, fertilibus. *Cic.* 5. *Verr.* 18. 47. Quos ego campos antea collesque nitidissimos viridissimosque vidissem, hos ita vastatos ac desertos videbam, ut etc. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 45. nitidis fundata pecunia villis. *h. e.* sumptuosis, amplis, marmore ceteroque ornatu ditiore ædificatis. — Quam *Plinius,* de insitione verba faciens, 17. *Hist. nat. c.* 14. *et* 16. vocat nitidissimam arboris partem, intelligit eam, qua viridior est arbor, formosior, ac lætior et, ut ita dicam, habitior, sine asperitate nodorum et corticis. Nam et plantæ *nitere* dicuntur, ut in NITEO II. 3. adnotavimus. Sic *Colum.* 5. *R. R.* 6. 12. Ulmus decacuminanda est juxta ramulum, qui videbitur esse nitidissimus. *et Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (14.) Arborum proceritas spectabilis enodi nitore. *Lucret.* 2. 594. nitidæ fruges, arbustaque læta. *h. e.* opimæ, uberes. — Sic poetice nitidus annus apud *Ovid.* qui oleo abundat: 5. *Fast.* 263. Si bene, floruerint segetes, erit area dives: Si bene floruerit vinea, Bacchus erit: Si bene floruerint oleæ, nitidissimus annus. *Forcellinus* hoc loco metaphoram ductam putat ab unguentis, quæ nitent. ¶ 5. Denique transfertur ad ornatum cultumque orationis. *Cic.* 1. *Orat.* 18. 81. Nitidum quoddam genus verborum et lætum. *Id. Partit. orat.* 5. 17. Verba sonantiora, grandiora, læviora, et quodammodo nitidiora. *Quintil.* 10. 1. 79. Isocrates nitidus et comptus, et palæstræ, quam pugnæ, magis accommodatus. — Huc referri potest et illud *Quintil.*, quod *Forcellinus* inter propria retulit, 11. 3. 26. Nitida et curata vox.

NĪTOR, tĕris, sus *vel* xus sum, ti, dep. 3. Quod ad scriptionem attinet, in MSS. sæpe *nisus* legitur, et in compositis omnibus, *adnisus, connisus, enisus, innisus, obnisus, subnisus. Diomed.* 1. *p.* 371. *Putsch.* et *Priscian.* 10. *p.* 903. docent melius per *s,* quam per *x* scribi. Sane in ipso verbo *nitor* nulla est littera, ex qua duplex illa *x* nasci possit. *Servius* ad 1. *Æn.* 148. *Adnixus* antiquum est, ut *connixus:* sed et multa alia usus contra antiquitatem vindicavit. In MSS. *Livii* sæpius *nisus* scribi, quam *nixus,* jam adnotarunt viri docti. Sunt qui hæc ita distinguunt, ut *nixus* ad conatum corporis referatur, *nisus* ad animi. Sed hoc discrimen nullis probabili ratione fulcitur. — Part. *Nitens* sub *A* I. et II. et *B.* I. et II.; *Nisus* sub *A* I. et II. et *B* I.; *Nisurus.* sub *B* II. — Ratione habita etymi, *Paul. Diac.* banc vocem cum *genibus* conjungit, ait enim *p.* 96. 11. *Müll.* Gnitus (*h. e.* nitus *pro* nisus) et gnixus (*h. e.* nixus) a genibus prisci dixerunt. Quod confirmare videtur *Festus* qui sit *p.* 174. 33. *Müll.* Nixi di appellantur tria signa in Capitolio ante cellam Minervæ genibus nixa, velut præsidentes parientium nixibus. Quidquid vero sit de etymo,

A) Niti est incumbere, inniti, fulciri, ἐρείδομαι (It. *appoggiarsi, poggiarsi, sostentarsi, puntellarsi;* Fr. *s'appuyer, se soutenir;* Hisp. *apoyarse, estribar, sostenerse;* Germ. *sich an oder auf etwas stemmen oder stützen;* Angl. *to lean upon, rest upon, be supported by*).

I.) Proprie occurrit — *a*) Cum Ablat. rei, qua quis nititur. *Plaut. Rud.* 3. 3. 33. ambæ te obsecramus genibus nixæ. *inginocchiate.* Adde *Liv.* 26. 9. Sic *Seneca Thyest.* 600. Quem genu nixæ tremuere gentes. — De DIIS NIXIS. *V.* NIXI. *Cic.* 7. *Verr.* 33. 86. Stetit soleatus prætor populi R. cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus, in litore. *Id. Rabir. perduell.* 7. 21. Scævola membris omnibus captus, hastili nixus. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 52. baculo. *Id.* 8. *Met.* 727. cubito. *et* 4. *ibid.* 732. scopulo. *posatosi, postosi.* et 3. *Fast.* 751. Constitit ipse super ramoso stipite nixus. *Virg.* 6. *Æn.* 760. Ille, vides, pura juvenis qui nititur hasta. *Cic.* 5. *Tusc.* 13. 37. Quod ita ortum est e terra, ut stirpibus suis nitatur. *Id. Senect.* 15. 51. Herbescens viriditas, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit. *Virg.* 10. *Æn.* 736. Tum super abjectum posito pede, nixus et hasta. *et* 2. *ibid.* 380. Improvisum aspris velut qui sentibus anguem Pressit, humi nitens. — *b*) Cum præpos. *in* et Accusat. *Virg.* 12. *Æn.* 398. Stabat acerba tuens, ingentem nixus in hastam. — *c*) Absolute. *Vetus Poeta* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 5. 10. Sisiphu' versat Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum. *Ovid. Halieut.* 60. Et ruit oppositi nitens in vulnera ferri. *premendo.* — *d*) *Ad nixas* dicebatur Romæ locus, in quo tres iconiæ rostro nixæ seu conjunctæ erant. *V.* ICONIA.

II.) Translate. — *a*) Cum Ablat. sine præpos. *Cic.* 1. *Fam.* 5. Quum maxime consilio, studio, labore, gratia, de causa regia niteremur. *Id.* 3. *Att.* 9. *a med.* Sustinebimus nos, et spe, qua jubes, nitemur. *Id.* 1. *Off.* 34. 122. Est adolescentis majores natu vereri, exque his deligere optimos et probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur. *Nepos Phoc.* 3. Niti patrociniis alicujus. *Cæs.* 3. *B. C.* 43. auctoritate apud exteras nationes. *Cic. Cluent.* 1. 1. Niti, et magnopere confidere invidia judicii. *et ibid.* 40. 112. Si quis hoc uno nititur, quod sit ignobilis. *Id.* 2. *Orat.* 7. 30. Res, quæ mendacio nixa est. *Id. Balb.* 15. 34. Quum præpotens Carthago, nixa duabus Hispaniis, huic imperio immineret. *Id. Cluent.* 57. 156. Si obtinuerit causam Cluentius, sicuti vestra æquitate nixi confidimus. *Al. leg.* nisi. *Ovid.* 3. *Pont.* 4. 15. Cunctaque quam mea (*scripta* seu *carmina*) sint propenso nixa favore, etc. *Gell.* 14. 1. *ad fin.* Lubrica conjectatione nitentes. *appoggiandosi.* — *b*) Cum Ablat. et præpos. *in. Lucret.* 5. 907. Nixus in hoc uno novitatis nomine inani. *Cic.* 2. *Divinat.* 26. 55. Conjectura omnis, in qua nititur divinatio. *Id. Cæl.* 10. 25. Ea, in quibus causa nititur. *Id. Mil.* 7. 19. Cujus in vita nitebatur salus civitatis. — *c*) Cum Adv. *ubi. Cic.* 4. *Verr.* 64. 155. Quid te futurum est? quo confugies? ubi nitere? — Hinc

B) Niti est conari, contendere, *sforzarsi in qualche azione;* quo sensu est qui putat esse per metathesin a τείνομαι *intendor.*

I.) Proprie de physico vel corporis conatu dicitur ac late patet; et — *a*) Est pedibus incumbendo cum conatu ire, ferri, tendere, *portarsi, andare. Cic.* 2. *Nat. D.* 48. 124. Quædam serpentes ortæ extra aquam, simul ac primum niti possunt, aquam persequuntur. *Virg.* 2. *Æn.* 433. postesque sub ipsos Nituntur gradibus. *h. e.* ascendunt. Cf. *Pacuvius* apud *Non. p.* 353. 14. *Merc.* Ardua per loca agrestia ac trepidante gradu nititur. — Sic de inanimis. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 43. 43. (112). Si in nube luctetur vapor, tonitrua edi; si erumpat ardens, fulmina; si longiore tractu nitatur, fulgetra. *Virg.* 3. *G.* 172. valido nitens sub pondere faginus axis Instrepat. *Forcellinus* interpretatus est: obnitens, sustentans. — *b*) Est etiam incumbendo premendi et impellendi conatus edere; hinc — *Niti* est parturientium, *ponzare;* unde *enitor. Ovid. Heroid.* 21. 100. Et de qua pariens arbore nixa dea est. *h. e.* Latona, quam ferunt in Delo insula, palmæ et oleæ innixam, Apollinem et Dianam peperisse, ut est apud *eund.* 6. *Met.* 335. Similiter *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 54. (107). Conchas impleri roscido concepto tradunt: gravidas postea niti. — Item cacaturientium. *Sueton. Vesp.* 20. Statura fuit quadrata, vultu veluti nitentis. *h. e.* cacare conantis (*a guisa d'uom che ponta,* inquit *Petrarca* in capitulo, cujus initium *Nel cor pien d'amarissima* etc. Sic *Martial.* 3. 89. faciem durum, Phœbe, cacantis habes.). — *c*) Significat et incumbendo consistere, *mantenersi sul sito puntandosi sui piedi. Cæs.* 1. *B. C.* 45. Tamen (*nostri*) virtute et patientia nitebantur atque omnia vulnera sustinebant. *si mantenevano fermi sul luogo. Virg.* 4. *Æn.* 252. paribus nitens Cylenius alis. *librandosi sulle ali.* — *d*) Item est erigendi sese vel surgendi conatum edere. *Sall. Jug.* 101. *ad fin.* Equi atque viri afflicti, ac multi vulneribus acceptis neque fugere posse, neque quietem pati, niti modo, ac statim concidere. *h. e.* niti ad surgendum, ut *Fuber* recte, probante *Kritzio,* explicat. — *e*) Cum addito, quo quis nititur. *Lucret.* 1. 1053. In medium summæ quod dicunt omnia niti. *et v.* 1055. neque quoquam posse resolvi Summa atque ima, quod in medium sint omnia nixa. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 65. 65. (165). Aquæ in interiora nituntur. *Ovid.* 2. *Met.* 72. Nitor in adversum. *Gell.* 20. 1. Quadrigis in diversa nitentibus. *Ovid.* 2. *Pont.* 7. 27. aves motis nituntur in æra pennis. *Lucan.* 4. 37. miles rupes oneratus in altas Nititur. *Virg.* 2. *G.* 427. ad sidera raptim Vi propria nituntur. *Lucret.* 1. 1059. omnia pondera sursum Nitier. *paragoge.*

II.) Translate de animo ponitur pro moliri, conari, contendere, laborare, operam dare, *sforzarsi, fare di tutto, adoperarsi, fare ogni sforzo, affaccendarsi.* Occurrit — *a*) Absolute, vel cum præpos. *contra* et Accusativo, aut cum præpos. *pro* et Ablativo personæ, in quam aut cujus gratia quis nititur. *Cic. Senect.* 10. 33. Moderatio modo virium adsit, et tantum, quantum potest, quisque nitatur. *Nepos Att.* 15. Idem in nitendo quod semel admisisset, tanta erat cura, ut non mandatam, sed suam rem videretur agere. *Sall. Cat.* 39. Contra eos summa ope nitebatur pleraque nobilitas. *Cæs.* 2. *B. C.* 37. Nihil contra se regem nisurum existimabat. *Liv.* 35. 10. *a med.* Ne in plebejo quidem consule, quum pro C. Lælio niteretur, Africanus valuit. *adoperandosi in favore di C. Lelio. Sall. Jug.* 35. Pro libertate nonne summa ope nitemini? *Tac.* 1. *Hist.* 55. Nullo tribunorum pro Galba nitente. — *b*) Cum Conjunctivo et part. *ut, ne. Sall. Cat.* 13. *extr.* Singulos ex senatu ambiundo nitebantur, ne gravius in eum consuleretur. *Nepos Miltiad.* 4. Unus Miltiades maxime nitebatur, ut primo quoque tempore castra fierent. *Tac.* 1. *Ann.* 11. Nitens, ut sensus suos penitus abderet. *studiandosi di nascondere.* — *c*) Cum Infinito. *Sall. Jug.* 25. Summa vi Cirtam irrumpere nititur. *Liv.* 21. 28. Qui (*milites*) nitebantur perrumpere impetum fluminis. *Nepos Pelop.* 2. Ut patriam recuperare niterentur. *Ovid.* 3. *Pont.* 5. 34. Ingenio nitor non periisse meo. *Tac.* 2. *Ann.* 54. Atque illum in regressu sacra Samothracum visere nitentem obvii aquilones depulere. *Gell.* 5. 9. Diduxit adolescens os, clamare nitens. *sforzandosi.* Huc pertinet et illud *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr*). 21. 68. Nitamur igitur, nihil posse percipi. *fermiamoci, stiamo su questo, che* etc., vel rectius *adoperiamoci a provare, che* etc. — *d*) Cum additio, quo quis nititur, per Accus. et præpos. *ad, in. Cic. Senect.* 23. 82. Optimi cujusque animus maxime ad immortalitatem gloriæ nititur. *Quintil.* 1. *proœm.* 20. Niti ad summa. *Id.* 12. 11. 30. ad optima. *Tac. Agric.* 6. Idque matrimonium ad majora nitenti decus ac robur fuit. *Ovid.* 3. *Amor.* 4. 17. Nitimur in vetitum semper. *Quintil.* 12. 10. 78. In adversa niti.

NĪTOR, ōris, m. 3. (niteo) splendor, fulgor, claritas ex munditia, lævitate, aut pinguedine, cujuscumque coloris sit, στίλβη, ἀγλαΐα (It. *lustro, splendore, lucentezza, nitidezza;* Fr. *le brillant, le poli, l'éclat;* Hisp. *lustre, brillantez, lucimiento, esplendor;* Germ. *der Glanz, Strahl, Schimmer;* Angl. *brightness, splendour, sheen, neatness*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cic. Arat.* 92. Delphinus jacet, haud nimio lustratu' nitore. *Catull.* 66. 3. Flammeus ut rapidi solis nitor obscuretur. *Lucret.* 4. 539. Nitor exoriens auroræ. *Ovid. Heroid.* 18. 78. diurnus. *h. e.* lux diei. *Id.* 3. *Pont.* 4. 23. argenti et auri. *Cic.* 4. *Herenn.* 50. 63. gemmæ. *Vitruv.* 10. 1. olei. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 15. 13. (61). eboris. *Id.* 12. *ibid.* 1. 5. (10). marmorum. *Id.* 16. *ibid.* 40. 79. (215). materiæ. *h. e.* ligni, v. gr. cupressi. *et* 37. *ibid.* 9. 40. (123). roseus. *et* 12. *ibid.* 9. 19. (36). siccus. *et* 11. *ibid.* 37. 64. (170). speculi. *et* 2. *ibid.* 25. 22. (89). gladii. *et* 37. *ibid.* 10. 69. (184). nigerrimus gemmæ. *Lucret.* 5. 781. herbarum viridis. — *b*) Specialim in arboribus est soliditas ligni, et robur, et lævitas sine asperitate corticis, aut nodorum. *V.* NITIDUS II. 4. — *c*) Item aliquando sumitur pro eandore, *bianchezza, candore. Plin.* 24. *Hist. nat.* 8. 33. (49). Cuti nitorem inducere. *Id.* 31. *ibid.* 7. 41. (84). Nitorem cutis facit sal.

II.) Translate. ¶ 1. *Nitor corporis* — *a*) Interdum est soliditas carnis, et sana pinguedo. *V.* NITEO et NITIDUS II. 1. *Ter. Eun.* 2. 2. 10. Viden' me ex eodem ortum loco? qui color, nitor, vestitus, quæ habitudo est corporis? *Plin.* 11. *Hist. nat.* 18. 20. (64). Apum sanitas hilaritate et nitore æstimatur. — *b*) Interdum ipsa corporis pulcritudo. *Horat.* 1. *Od.* 19. 5. Urit me Glyceræ nitor, Splendentis Pario marmore purius. *et* 3. *ibid.* 12. 5. Liparæi nitor Hebri. *V.* LIPARÆUS. ¶ 2.

Aliquando nitor est cultus, et ornatus corporis elegans, *attillatura*. *Cic. Cœl.* 31. 77. Si quem offendit purpuræ genus, si amicorum catervæ, si splendor, si nitor. Adde *Plin.* 6. *Ep.* 32. — Hinc est etiam elegans nitidusque vitæ cultus, et morum elegantia atque urbanitas. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (85). Megarice, oppidum præcipui nitoris in toto eo tractu, custoditis Græciæ moribus. *Justin.* 43. 4. 2. Adeo magnus et hominibus et rebus impositus est nitor, ut Gallia in Græciam translata videretur. ¶ 3. Interdum pònitur pro colore. *Lucret.* 2. 817. omnia principiorum Formamenta queunt in quovis esse nitore. *Propert.* 2. 14. 26. Ludis et externo tincta nitore caput. *h. e.* colore adsciticio, fuco. ¶ 4. Est etiam splendor generis et rerum gestarum. *Ovid.* 2. *Pont.* 9. 17. Nitor generis. *nobiltà, splendore del casato.* et *ibid.* 5. 29. Obruit audentem rerum gravitasque nitorque. *lo splendore e la nobiltà delle imprese.* ¶ 5. Item liberalitas, splendor rei familiaris. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 149. Testis adhuc largi nitor inde assuetus Etrusci. ¶ 6. Sæpe refertur ad splendorem et puritatem verborum et orationis. *Cic. Orat.* 32. 115. Sed quia sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor. *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 51. Nunc tibi et eloquii nitor ille domesticus adsit, Quo poteras trepidis utilis esse reis. *Tac. dial. de Orat.* 20. Nitor et cultus descriptionum. *et ibid.* 23. Summus nitor et cultus verborum. *Quintil.* 10. 1. 33. In digressionibus historico nonnunquam nitore uti. *et* 12. 10. 36. Orationem translationum nitore illuminare.

Homonym. Differunt proprie *nitor* et *splendor*. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 8. (21). *de murrhinis.* Splendor his sine viribus, nitorque verius, quam splendor. *h. e.* lævitas quidem et munditia, sed non transmittens, aut remittens lucem.

NĪTRĀRĬA, æ, f. 1. νιτρική, locus, ubi nitrum invenitur. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 10. 46. (109). Salinis mare infundunt, Nilum autem nitrariis. *Ibid.* (115). Nitrariæ calceamenta protinus consumunt. *Ibid.* In nitrariis non lippiunt.

NĪTRĀTUS, a, um, adject. cui nitrum admistum est. *Colum.* 12. *R. R.* 57. 1. Nitratam aquam suffundito. *Martial.* 13. 17. Nitrata viridis brassica fiat aqua. *Pallad.* 12. *R. R.* 1. 3. Fabæ semina nitrata aqua respersa cocturam non habent difficilem.

NĪTRĔUS, a, um, adject. qui est vel constat e nitro, *di nitro. Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 7. *n.* 108. Dehinc etiam ex pulvere nitreo lacera (*malim* lacerans) fricatio, quam Græci μύξιν appellant.

NĪTRĬON, ii, n. 2. herba eadem quæ et daphnoides. *Apul. Herb.* 58.

NĪTRŌDES, is, adject. comm. gen. νιτρώδης, nitrosus, nitrum habens. *Inscript.* apud *Henzen.* 5702. APOLLINI. ET. NYMPHIS. NITRODIBVS. C. METILIVS. ALCIMVS. V. S. L. *animo.* Cf. *aliam* apud *eumd.* 5760. ..... LEITVS NYMPHIS NITRODIS (*sic*) VOT. SOL. L. ANIMO. In his *Inscripptt.* agitur de aquis nitrosis, quibus ægroti ad sanitatem reducti sunt. Cf. locum *Cœl. Aurel. cit.* in voc. seq.

NĪTRŌSUS, a, um, adject. *nitroso*, νιτρώδης, qui nitrum habet, vel nitri saporem. *Vitruv.* 8. 3. Aquæ frigidæ genus nitrosum. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 10. 46. (107). Lacus est nitrosus, exsiliente e medio dulci fonticulo. *et ibid. sup.* Aquæ vero nitrosæ pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus densandi. Sic *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 5. *n.* 169. Utendum quoque naturalibus aquis, ut sunt nitrosæ, et magis si odoris non fuerint tætri.

NĪTRUM, i, n. 2. νίτρον, *nitro, salnitro,*

I.) Proprie est succus quidam concretus, salis genus, de quo multa *Plin.* 31. *Hist. nat.* 10. 46. (106)., ubi docet, colligi apud Medos, canescentibus siccitate convallibus: in Thracia quoque, sed terra sordidum: fieri etiam ex querca cremata: item in quodam lacu Macedoniæ gigni certis temporibus, h. e. circa Canis ortum: in Ægypto etiam fieri pæne eodem modo, quo sal, infuso Nilo in nitrarias, etc. Persequitur inde varios ejus usus in medicina. Habet enim vim calfaciendi, extenuandi, mordendi, spissandi, siccandi, exulcerandi. Nitrum est etiam, quod nos e parietibus et pavimentis colligimus, *sal petræ* quibusdam dictum. Ipsa vox Græca est, quam a νίζω *lavo* ducunt: fortasse illud respicientes, quod aqua immissa fit. — Dicitur et *sal nitrum. Plin. loc. cit.* (122). Sal nitrum sulphuri concoctum in lapidem vertitur. *At* Sillig. *leg.* Sal et nitrum. — Ejus usus ad vestes eluendas fuit apud veteres. *Isid.* 16. *Orig.* 2. Ex nitro et sordes corporum vestiumque lavantur.

II.) Translate. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 14. Persuasum est ei (*Appio censori*) censuram lomentum, et nitrum esse. Errare mihi videtur: nam sordes eluere vult.

NĪVĀLIS, e, adject. (nix) ad nivem pertinens, nivosus, νιφετώδης, νιφόεις, χιονώδης (It. *nevoso*; Fr. *de neige, neigeux*; Hisp. *nevoso*; Germ. *schneeig, zum Schnee gehörig*: Angl. *snowy, nival*).

I.) Proprie. *Liv.* 21. 54. *a med.* Erat forte brumæ tempus et nivalis dies. *Horat.* 3. *Od.* 23. 9. nivalis Algidus. *Val. Flacc.* 5. 225. Nivalis axis. *h. e.* septentrionalis plaga. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 29. (46). Nivalia loca. *Id.* 2. *ibid.* 47. 48. (126). Nivales venti. *Horat.* 1. *Ep.* 3. 3. Hebrusque nivali compede vinctus. *h. e.* glacie. *Martial.* 14. 118. Nivales undæ. *h. e.* aqua nive refrigerata. *Gell.* 19. 5. Aqua nivalis. *h. e.* ex nive diluta. *Capell.* 9. *p.* 310. nivalibusque Irrestinctus aquis triumphat ardor. *h. e.* amor Nympharum non exstinguitur, licet aquis nivalibus ipsæ immergantur. *Ulp. Dig.* 34. 2. 19. § 12. Vasa vinalia et nivalia. *Alii perperam leg.* navalia. *V.* NIVARIUS.

II.) Translate. ¶ 1. Est idem ac frigidus. *Seneca* 4. *Quæst. nat.* 4. *extr.* Dicimus nivalem diem, quum altum frigus et triste cælum est. *giorno da neve* (Sic *Flor.* diem pugnæ ad Trasimenum *nivalem* dicit 2. 6. *ante med.*, quem *Liv.* 22. 4. orta ex lacu nebula obscurum fuisse tradit.). *Martial.* 7. 95. Nivale osculum. *h. e.* frigidum, nivali tempore datum. ¶ 2. Item nivis candorem referens. *Virg.* 3. *Æn.* 538. equi candore nivali. ¶ 3. Hinc ductâ metaphorâ est purus. *Prudent.* 2. *in Symmach.* 249. Templum mentis amo, non marmoris: aurea in illo Fundamenta manent Fidei: structura nivali Consurgit Pietate nitens.

NĪVĀRĬUS, a, um, adject. ad nivem pertinens. *Nivarium colum*, saccus vinarius, nive repletus, qua transmittitur vinum, ut mitius sit. *Martial.* 14. 103. *quod* Colum nivarium *inscribitur*: Setinus, moneo, nostra nive frange trientes: Pauperiore mero tingere lina potes. *Sensus est*: vinum nobile, quale est Setinum, colo nivario per nivem transmitte: ignobile, et quod pauperes bibere solent, simplici sacco vinario lineo et sine nive percolato. — *Nivarius saccus*, quo nix injecta colatur, et bibitur deliciarum causa. *Id. ibid.* 104. *cui titulus* Saccus nivarius: Attenuare nives norunt et lintea nostra. Frigidior colo non salit unda tuo. — *Nivaria* dicta est una ex Fortunatis insulis, a perpetua nive, teste *Plin.* 6. *Hist. nat.* 32. 37. (204)., quocum cf. *Capell.* 6. *p.* 226.; eadem vocatur *Convallis*, nunc *Teneriffa*. Apud *Plin loc. cit. Sillig.* leg. *Ninguaria.*

NĪVĀTUS, a, um, adject. *nevato*, nive refrigeratus. *Sueton. Ner.* 27. Refotus sæpe calidis piscinis, ac tempore æstivo nivatis. *Seneca* 4. *Quæst. nat.* sub *fin.* Nivatæ potiones. *Petron. Satyr.* 31. Nivata aquâ. Sic *Theod. Priscian. l.* 2. *part.* 1. *c.* 12. *extr.* Aquam frigidam per intervalla similiter subministrabo; et, si ætatis adhuc vapor calidior coegerit, nivatas non aspernabor.

NĪVĔ. *V.* NI.

NĪVĔO, es, ere, n. 2. idem ac nivesco. V. *Venantii loc. cit.* in RUBICO, as.

NĪVESCO, is, ere, n. 3. nivis instar albesco. *Tertull. Pall.* 3. *a med.* Lini herbida post virorem lavacro nivescunt. *Vet. epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 406. *Burmann.* Ut mersa indigenis unda nivescat aquis.

NĪVĔUS, a, um, adject. qui est ex nive, νιφόεις (It. *di neve, niveo*; Fr. *de neige*; Hisp. *de nieve*; Germ. *aus Schnee, schneeig*; Angl. *of snow, snowy, niveous*).

I.) Proprie. *Virg.* 3. *G.* 354. Sed jacet aggeribus niveis informis, et alto Terra gelu late. *Catull.* 64. 240. Niveus mons. *h. e.* nive tectus. *Germanic. Arat.* 241. audit Stridentes auras, niveus quas procreat Hæmus. — *Martial.* 12. 17. *niveam aquam* dixit nive refrigeratam: qua utebantur frangendis vini viribus et in frigidis potionibus. Qua de re *Id.* 14. 117. cujus lemma *Nives*: Non potare nivem, sed aquam potare rigentem De nive, commenta est ingeniosa sitis. *V.* DECOCTA. Ad frangenda vina pertinent epigrammata *ejusd. ibid.* 103. 104. *et* 116.

II.) Translate est qui colore est nivis, candidus, *bianco di neve. Cic.* 4. *Herenn.* 33. 44. Niveus candor. *Val. Flacc.* 1. 219. Nivei artus. *Ovid. Heroid.* 20. 120. subest niveo lætus in ore rubor. *Virg.* 8. *Æn.* 387. Nivei lacerti. *Horat.* 2. *Od.* 4. 3. Serva Briseis niveo colore Movit Achillem. *Virg.* 6. *Ecl.* 53. *de Tauro.* Ille latus niveum molli fultus hyacintho. *et* 2. *ibid.* 20. dives pecoris nivei. *Ovid.* 10. *Met.* 432. nivea velatæ corpora veste. *et* 13. *ibid.* 789. Candidior nivei folio, Galatea, ligustri. *Calpurn.* 7. *Ecl.* 29. nivei loca densavere tribuni. *h. e.* albis togis induti. Sic *Juvenal.* 10. 45. niveosque ad frena Quirites. *Ovid. Heroid.* 18. 18. Niveus dens. *Seneca Œdip.* 495. Niveum lac. *Id. ibid.* 427. et *Hippol.* 504. flumen. *h. e.* aquis perspicuis fluens, et spumis inter saxa candicans. *Niveas undas* dixit etiam *Martial.* 7. 32. claras, puras, perspicuas. *Auson. epist.* 4. 44. Sic certe crinem flavus niveusque lacertos Cæsariem rutilam per candida colla refundis. *Ovid.* 3. *Art. am.* 309. Hoc vos præcipue, niveæ, decet. *h. e.* puellæ, quibus candidi humeri et lacerti sunt.

NĪVĪFER, fĕra, fĕrum, adject. *nevoso*, qui nives fert. *Salvian.* 6. *Gubern. D.* 2. Conscenduntur nubiferæ Alpes, penetrantur niviferæ valles.

NĪVĬTOR, āris, ari, dep. 1. (nix) ningit. *Gloss. Cyrill.* Χιονίζομαι, nivitor.

NĪVO, is, ere, n. 3. idem quod ningo, *nevicare.* Translate *Pacuvius* apud *Non.* p. 507. 27. *Merc.* Sagittis, plumbo et saxis grandinat, nivit.

NĪVŌSUS, a, um, adject. *nevoso*, χιονώδης, νιφετώδης, nive abundans, nivalis. *Liv.* 5. 13. Insignis annus hieme gelida ac nivosa fuit. *Colum.* 2. *R. R.* 9. 7. Loca prægelida ac nivosa. *Liv.* 21. 53. Nivosa grando. *Ovid. Heroid.* 12. 29. Scythia. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 95. Pliadumque nivosum sidus. *Ovid.* 5. *Trist.* 3. 21. Strymon nivosus.

NIX, nĭvis, f. 3. Olim in obliquis *ninguis, ningues*, dixere: *V.* NINGUIS loco suo. — Secundum *Priscian.* 10. *p.* 882. *Putsch.* est a *ninguo, ninxi*, extrito *n*, ut a *duxi dux*, a *rexi rex.* Certe vox cum Gr. themate νιπ, νιφ jungenda est. — Ceterum nix est aquarum cælestium spuma, ut *Plin.* 17. *Hist. nat.* 2. 2. (14). definit. *Id.* 2. *ibid.* 60. 61. (152). docet, grandinem congliciato imbre gigni, nivem eodem humore mollius coacto, pruinam ex rore gelido. Cf. *Manil.* 1. 99. Cur-Hiberna æstiva nix grandine mollior esset. Gr. χιών, νιφετός (It. *neve*; Fr. *neige*; Hisp. *nieve*; Germ. *der Schnee*; Angl. *snow*).

I.) Proprie. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.). 23. 72. Anaxagoras nivem nigram dixit esse: ferres me, si ego idem dicerem? *Id.* 1. *Nat. D.* 10. 24. Pars terrarum obriguit nive pruinaque. *Liv.* 5. 2. Miles nivibus pruinisque obrutus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 2. 2. (14). Vota arborum frugumque communia sunt, nives diutinas sedere. *Val. Flacc.* 5. 175. Litora discussa sterni nive. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 103. 106. (234). Nives in alto mari non cadere. *et ibid.* 49. 50. (133). Nive jacente. *essendo la neve in terra.* et 8. *ibid.* 55. 81. (217). liquescente. *Petron. Satyr.* 137. *in carm.* et *Ovid.* 3. *Fast.* 236. Pereunt nives. *si disfanno. Virg.* 1. *G.* 310. Nix alta. *Val. Flacc.* 6. 306. borrifera. *Lucret.* 3. 20. cana, acri concreta pruina. et 6. 106. nives gelidæ. *Horat.* 3. *Od.* 24. 39. duratæ gelu. *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 93. solutæ. *Id. Heroid.* 16. 249. puræ. *Horat.* 4. *Od.* 12. 4. Fluvii hiberna nive turgidi. — De usu nivis in deliciis cœnarum, *V.* dicta in NIVEUS I.

II.) Translate. *Horat.* 4. *Od.* 13. 12. te quia rugæ Turpant, et capitis nives. *Quintilian.* hanc metaphoram reprehendit, 8. 6. 17., ut duram, id est a longinqua similitudine ductam. Vitiosam quidem in prosa oratione, sed in versu probam defendit *Voss. l.* 4. *institut. Orat. c.* 6. § 7. *Horatium* imitatus est *Prudent. præf. Cathemer.* 25. Sub quo prima dies mihi Quam multas hiemes volverit, et rosas Pratis post glaciem reddiderit, nix capitis probat. — Generatim. *Apul. de Mundo.* Tecta fulgebant eboris nive, argenti luce, flammea auri claritate. *h. e.* candore. *V.* CONSPICO. Et de calce *Seren. Sammon. cap.* Carboni medendo, *p.* 68. retro ed. *Ald.* Nonnullus calcem

vivam dissolvit aceto, Fumantemque nivem ulis apponit acerbis.

NIXĂBUNDUS, a, um, adject. (nixor) subnixus, fretus. *Jul. Valer. res gest. Alex. M. ex. A. Maio in Class. Auct. T.* 7.) *c.* 11. Quicum[que] e illis dea vivunt nixabundi.

NIXI DI appellantur tria signa in Capitolio, ante cellam Minervæ, genibus nixa, velut præsidentes parientium nixibus: quæ signa sunt qui memoriæ prodiderunt, Antiocho rege Syriæ superato, M.' Acilium subtracta populo R. adportasse, atque ubi sunt, posuisse. Sunt etiam, qui dicant, capta Corintho advecta huc: quæ ibi subjecta fuerint mensæ. *Festus* p. 174. 33. *Müll.* Al. leg. *Nixii.* Cf. *Nonius* p. 57. 18. *Merc.* Enixæ dicuntur feminæ nitendi, hoc est conandi et dolendi labore perfunctæ, a Nixis, quæ religionum genera parientibus præsunt: sed elegantior intellectus, ut ex hoc dictæ esse credantur, quod vinculis quibusdam periculi, quibus implicarentur, fuerint exsolutæ; nexum enim dicimus arctum et colligatum. *Ovid.* 9. *Met.* 294. Lucinam Nixosque pares clamore vocabam. *Al. aliter leg.*

NIXOR, āris, ari, dep. 1. *frequentat. a* nitor, eris. Part. *Nixans* I. et II. 2. — Nixari est vehementer incumbere, inniti, fulciri, *appoggiarsi, puntellarsi con forza.*

I.) Proprie. *Lucret.* 6. 836. Hic ubi nixari nequeunt insistereque alis. *Al. leg.* nictari. *Virg.* 5. *Æn.* 279. pars vulnere clauda retentat Nixantem nodis. *Al. leg.* Nexantem.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro fulciri, sustineri, sed metaphorice. *Lucret.* 4. 508. Fundamenta, quibus nixatur vita salusque. *h. e.* fulcitur, sustinetur, stat. ¶ 2. Prægnanti, uti ajunt, significatione est alacriter conari, contendere, laborare. *Lucret.* 4. 1000. *Lachmann.* Hoc est adverso nixantem tradere monte Saxum.

NIXŪRIO, is, ire, a. 4. *desiderat. a* nitor, eris. ¶ 1. Generatim est idem ac niti volo seu cupio, conor facere. *Nigidius* apud *Non.* p. 144. 19. *Merc.* Nixurit, qui niti vult et in conatu sæpius aliqua re perpeditur. ¶ 2. Item parere cupio, parturio. *Gloss. Philox.* Nixurio, ὠδινάω.

NIXUS *vel* nisus, a, um. *V.* NITOR, eris.

NIXUS, i, m. 2. nomen est sideris, de quo *V.* in ENGONASI.

NIXUS, us, m. 4. *V.* NISUS, us.

NO

NO, as, āvi, are, n. 1. Part. *Nans* I. et II. 2. — Quod ad etymon attinet, *Festus* p. 166. 26. *Müll.* Nare a nave ductum Cornificius ait, quod aqua feratur natans, ut navis. Hæc *Fest.* Alii aptius ducunt vel a νέω, νῶ *nare*, unde et *navis*, vel potius a νάω, νῶ *fluo.* — Nare est per aquam excurrere: proprium piscium, quos etiam homines et alia animalia imitantur: tribuitur et aliis, quæ leviora quum sint, super aquam fluitant, ut ligna, νέω, νήχομαι (It. *nuotare, notare*; Fr. *nager*; Hisp. *nadar*; Germ. *schwimmen*; Angl. *to swim, float*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Ennius* apud *Festum loc. cit.* Alter nare cupit, alter pugnare paratu' st. *Plaut.* apud *eumd. ibid., Aulul.* 4. 1. 9. Quasi pueris, qui nare discunt, scirpea induitur ratis. *Catull.* 64. 1. Pellaeo quondam prognatae vertice pinus Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas. *Tibull.* 1. 7. 38. In liquida nat tibi linter aqua. *Ovid. Heriod.* 20. 199. nantem delphina per undas. *Id.* 11. *Met.* 358. Nant alii, celsoque exstant super æquora collo. *Id.* 1. *ibid.* 304. Nat lupus inter oves. *Id. Heroid.* 18. 210. piger ad nandum. *Id.* 2. *Trist.* 486. ars nandi. *Lucan.* 8. 374. nando violenti vorticis amnem Frangere. *Ovid.* 6. *Met.* 334. *de Delo.* tunc quum levis insula nabat. *et* 15. *ibid.* 336. tempusque fuit, quo navit in undis, Nunc sedet Ortygie. — *b*) *Greges nantium* apud *Colum.* 8. *R. R.* 14. 1. sunt anatum, anserum et hujusmodi in aqua degentium. — *c*) *Nare sine cortice. V.* CORTEX.

II.) Translate occurrit apud Poetas. ¶ 1. Pro navigare *Catull.* 66. 45. quum Medi peperere novem mare, quumque juventus Per medium classi barbara navit Athon. ¶ 2. Pro fluctuare, agitari, *ondeggiare, flattuare. Id.* 64. 274. *de undis maris.* Post, vento crescente magis magis increbrescunt, Purpureaque procul nantes a luce refulgent. *Sil. It.* 14. 550. et pelago repetuntur nantia tela. ¶ 3. Per catachresin refertur ad volatum. *Virg. G.* 4. 59. *de apib.* Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen. ¶ 4. *Nant oculi* ebriorum, apud *Lucret.* 3. 481. *V.* NATO II. — Hinc Part. præs.

Vans, antis, m. 3. absolute, substantivorum more usurpatur. *V.* sub I. *b.*

NŌBILIS, e, adject. (nosco). Antiqui scribebant *gnobilis.* — In Ablativo fere in i desinit: reperitur et in *e. Cic. fragm.* apud *Charis.* 1. p. 111. *Putsch.* Aliquo excellente ac nobile viro. *Charis. ibid. paullo sup.* docet *nobili* de re dici, *nobile* de homine: sed cave credideris. — Comp. *Nobilior* 3.; Sup. *Nobilissimus* 2., 4. et 5. — *Nobilis* a *nosco*, quasi *noscibilis* (ut a *moveo mobilis*, a *labor labilis*) est cognitus, notus, sive in bonam, sive in malam partem, γνωτός (It. *conosciuto, noto*; Fr. *connu, visible, qu'on peut voir, remarquer*; Hisp. *conocido*; Germ. *kennbar, kenntlich, bekannt*; Angl. *known, well known, noted, notorious*). Occurrit ¶ 1. Generatim. *Festus* p. 174. 23. *Müll.* [illegible] item antiqui pro noto ponebant, et quidem [illegible]q litteram, ut *Plautus* in *Pseudolo* (4. 2. [illegible] Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis. et (2. 1. 18.): Oculis meis obviam ignobilis [illegible]ubi *nunc legitur* ignorabili] objicitur. *Accius* in *Diomede* (et apud *Non.* p. 351. 29. *Merc.*): Ergo me Argos referam, nam hic sum gnobilis: ne cui cognoscar nota. *Livius* in *Virgo*: Ornamento incedunt gnobiles ignobili. Hæc *Fest.* Ceterum *Plaut. Pseud.* 1. 7. 9. cum his mihi nec locus, nec sermo Convenit, neque his unquam nobilis fui. *Tac.* 3. *Hist.* 39. Addidit facinori fidem nobili gaudio, Blæsum visendo. *h. e.* palam gaudens. *Donatus* ad *Ter. Hecyr.* 5. 2. 31. Et meretrix et gladiator nobilis dici solent. ¶ 2. Specialim est insignis, famosus, excellens, eximius, celebris, conspicuus, in quacumque re, sive bona, sive mala, *nobile, insigne, famoso, illustre, cospicuo, celebre*, λόγιμος, ἐπίσημος, ἀοίδιμος. — 1.°) In re bona. — *a*) Absolute. *Cic.* 2. *Invent.* 2. 7. Fuit tempore eodem, quo Aristoteles, magnus et nobilis rhetor Isocrates. *Id.* 7. *Verr.* 16. 40. Illustre et nobile municipium. *et* 3. *ibid.* 24. 63. Oppidum in primis clarum et nobile. *Id. Opt. gen. Orat.* 6. 17. Gladiatorum par, nobilissimum. *Id. Brut.* 32. 122. Nobilis oratio. *Martial.* 7. 97. Nobiles libelli. *Horat.* 1. *Od.* 1. 5. Palma nobilis. *et ibid.* 14. 11. Pontica pinus Silvæ filia nobilis. *et ibid.* 12. 36. Catonis nobile letum. Ceterum *Quintil.* 1. 5. 20. epigramma Catulli. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 13. Die festo celebri nobilique, Aphrodisiis. *Cic. fragm.* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 12. Acipenser, piscis in primis nobilis. — *b*) Cum addito quo quis nobilis est, per Ablat. apud prosæ scriptores. *Cic. Rabir. Post.* 9. 23. Demetrius ex doctrina nobilis et clarus. *Id.* 1. *Orat.* 11. 46. Multi in philosophia præclari et nobiles. *Ovid.* 6. *Met.* 416. et nobilis ære Corinthus. *Vellej.* 2. 25. 1. Aquæ salubritate et medendis corporibus nobiles. — *c*) Cum addito quo quis nobilis per Infinitum apud Poetas. *Horat.* 1. *Od.* 12. 25. puerosque Ledæ, Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem. *Propert.* 4. 10. 42. Nobilis e tectis fundere gæsa rotis. *Sil. It.* 11. 73. Torquatus avum fronte æquavisse severa Nobilis. — *d*) Cum addito fine, cui quis nobile inservit, per Accus. et præpos. *ad* vel per Dat. *Cels.* 5. 19. *n.* 12. Sunt quædam emplastra nobilia ad extrahendum. Sic *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 75. (195). Vitulis marinis ad multa nobile fel. *Liv.* 2. 5. *sub fin.* Ut arceodis sceleribus exemplum nobile esset. — 2.°) In re mala. *Cic.* 6. *Verr.* 33. 73. Ille nobilis taurus, quem crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur. *Liv.* 39. 9. Scortum nobile libertina Hispala Fecenia. *Aurel. Vict. Epit.* 28. Nobilissimus latronum dux. *Cic.* 4. *Verr.* 34. 82. Accipito nunc aliud ejus facinus nobile, et multis locis sæpe commemoratum, et ejusmodi, ut in uno omnia maleficia inesse videantur. *Ovid.* 3. *Amor.* 18. 37. Et Paris est illic, et adultera, nobile crimen. *Id.* 2. *Trist.* 381. Nobilis est Canace fratris amore sui. *Plaut. Rud.* 3. 2. 5. qui se scelere nolunt fieri nobiles. ¶ 3. Item speciatim et sæpe est claro genere ortus, *nobile, gentile, di sangue illustre*, εὐγενής, εὐπατρίδης: quia illustri sanguine geniti notiores sunt quam plebeji, tum ob divitias, tum quia potior illis pars committi solet reipublicæ. *Cic. Flacc.* 22. 52. Homines apud nos noti, inter suos nobiles. *Id. Cat.* 13. 31. Clodia, mulier non solum nobilis, sed etiam nota. *Id.* 7. *Verr.* 70. 180. Qui nobili genere nati sunt. *Ovid.* 1. *Fast.* 474. Euander, qui quamquam clarus utroque. Nobiliôr sacræ sanguine matris erat. — Hinc *nobilis*, absolute, homo nobilis, *gentiluomo. Plin.* 5. *Ep.* 17. *sub fin.* Cupio, ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulcrum, nisi imagines, habeant. *Liv.* 22. 58. Missus cum his Carthalo, nobilis Carthaginiensis. — Romæ *nobiles*, præcipue habebantur, qui avorum imagines ostendere poterant, quorum essent res præclaræ gestæ in republ. sive patricio, sive equestri, sive plebejo sanguine orti essent. Contra *ignobiles* et novi dicebantur, qui nullas majorum imagines habebant. *Cic.* 7. *Verr.* 71. 181. Quanta sit in invidia apud quosdam homines nobiles novorum hominum virtus et industria. *Seneca Ep.* 44. *a med.* Non facit, nobilem atrium plenum fumosis imaginibus. Nemo ad nostram gloriam vixit. Adde *eumd.* 3. *Benef.* 38.; et *Juvenal.* 8. *initio*, et *V.* IGNOBILIS. *Vellej.* 2. 117. 2. Varus Quinctilius, nobili magis, quam illustri ortus familia. *V.* adnotata a *Ruhnken.* ad h. l. — Patriciorum tamen nemo fere *ignobilis* dicebatur, quia saltem ejus imaginem ostendere poterant, qui primus inter patricios lectus fuerat. Quin totus eorum ordo *nobilitatis* nomine significari solet. *V.* NOBILITAS. ¶ 4. *Nobilis* et *nobilissimus*, temporibus imperatorum, titulus fuit Cæsarum, filiorum, fratrum, sororum imperatoris, etc., qui *nobilissimatus* dignitate gaudere dicti sunt. *V.* de his *Brisson. de verbor. Jur. signific.* ubi plura ex Codice loca profert. Hujusmodi sunt *Cod. Theod.* 10. 25. 1.; et *Dig.* 40. 11. 3. — Ex Augustis prior Commodus hoc titulo appellatus fuit, qui in *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* p. 101. *n.* 2. dicitur *nobilissimus princeps* et in nummo ejus apud *Eckhel. D. N. V. T.* 7. p. 116. legitur *nobilitas Aug.*; ac deinceps ex Cæsarum filiis prior Geta *nobilissimus Cæsar* dicitur in *Inscript.* apud *Gruter.* 45. 13. ¶ 5. De rebus. — *a*) *Nobilis*, quum de jumentis dicitur, generosum significat. *Ovid.* 2. *Met.* 690. Nobilemque greges custos servabat equorum. — *b*) De fundis est excellens, qui ceteris longe præstat. *Cic. Rosc. Am.* 35. 99. Tres nobilissimi fundi. — *NB.* De Nobiliorum familia, et de nom. servili *V.* in ONOM. — Hinc

Nobilis, is, m. 3. absolute, substantivorum more. *V.* supra in § 3.

NŌBILISSĬMĀTUS, us, m. 4. dignitas *nobilissimi*, ut *egregiatus* egregii. *V.* vocem præced. § 4.

NŌBILĬTAS, ātis, f. 3. (nobilis) notitia, fama, qua res aliqua nota est pluribus, γνώρισμα (It. *fama, riputazione, nome*; Fr. *gloire, grande renommée*; Hisp. *gloria, honra, estimacion, reputacion*; Germ. *die Berühmtheit, der grosse Ruf, Ruhm*; Angl. *fame, reputation, renown*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim, vel potius stricto sensu. *Cic. Arch.* 11. 26. In eo ipso, in quo prædicatione[m] nobilitatemque fugiunt, prædicari de se ac nominari volunt. — Huc referri potest et illud *Sicul. Flacc. de condit. agror.* p. 142. ed. *Rudorff.* Nobilitates, quæ manu fiunt, fidem habere debent. *h. e.* patentia signa, quæ in limitibus constitutis manu fiunt, cujusmodi sunt inscriptiones, alphabeti litteræ etc. ¶ 2. Speciatim, vel prægnanti, uti ajunt, sensu est claritas generis, *sangue illustre, nobiltà*, εὐγένεια. Optime definitur a *Boeth. Consol. Philos.* 3. pros. 6. Videtur esse nobilitas, quædam de meritis veniens laus parentum. *Cic. Brut.* 16. 62. Ad memoriam laudum domesticarum, et ad illustrandam nobilitatem suam *Id. Rosc. Am.* 6. 15. Genere et nobilitate sui municipii facile primus. *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 13. Maternos Cottas cui, Messalasque paternos Matima nobilitas ingeminata dedit. *Juvenal.* 8. 20. nobilitas sola est atque unica virtus. *Tac. Agric.* 4. Cæsus Julius Agricola utrumque avum Procuratorem Cæsarum habuit: quæ equestris nobilitas est. *Id.* 11.

Ann. 22. Rubellius Plautus-, cui nobilitas, per matrem, ex Julia familia. *Id.* 1. *Hist.* 49. Vetus ac familia (*Ser. Galbæ*) nobilitas, magnæ opes.

II. Translate. ¶ 1. Nobilitas ponitur pro ipsis nobilibus, *la noblita*: et præsertim pro patricio ordine, qua plebi opponitur. *Sall. Jug.* 64. Superbia communem nobilitatis malum. *Id. ibid.* 41. Namque cupere nobilitas dignitatem, in dominationem, populus libertatem, in lubidinem vertere. *Cic. Rosc. Am.* 6. 16. Quum omni tempore nobilitatis fautor fuisset. *Ovid.* 2. *Fast.* 225. *ad Fabios.* Quo ruitis generosæ domus? male creditur hosti: Simplex nobilitas perfida tela cave. *Cæs.* 7. *B. G.* 38. Omnis noster equitatus, nobilitas omnis interiit. *Liv.* 26. 12. Nobilitas rempubl. deseruerat, neque in senatum cogi poterat. *Id.* 6. 42. Concessumque ab nobilitate plebi de consule plebejo. Adde *eumd.* 7. 1. et 39. 40.; et *Aurel. Vict. Cæsar.* 23. 27. et 29., ubi *nobilitas* est senatus R. — Et in plur. num. *Tac.* 12. *Ann.* 20. Claudius nobilitatibus externis initis. *h. e.* regulis et principibus viris. ¶ 2. Metonymice est altitudo et firmitas animi, fiducia, confidentia, superbia, quæ ex nobilitate oriri solet, *confidenza, arroganza, superiorità*, nobiles enim viri, si cum minoribus et plebejis agant, confidentiores superbioresque esse consueverunt. *Tac.* 1. *Ann.* 29. Drusus vocata contione, quamquam rudis dicendi, nobilitate ingenita incusat priora, probat præsentia. *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 14. Et quia iterum eram, propterea animo eram ferocior: Eam nobilitatem amittendam video. ¶ 3. Item est id, quo quis famam ac gloriam adquirit, excellentia, dignitas, pretium, *eccellenza, pregio, stima, nobiltà*, εὐφημία. *Cic.* 3. *Orat.* 35. 141. Quum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret. *Ovid.* 2. *Pont.* 5. 56. Eloquio tantum nobilitatis inest. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 15. 17. (97). Postea alia omnia (vina) in nobilitatem venerunt. *Id.* 21. *ibid.* 3. 11. (22). Lilium rosæ nobilitate proximum est. *Id. ibid.* 6. 17. (31). Nobilitas prima croco Cilicio. *Id.* 3. *ibid.* 5. 6. (40). Nobilitas locorum. *Id.* 10. *ibid.* 47. 67. (132). In ceteris (*alitibus*) nihil, præter nobilitatem longinquitate factam, memorandum occurrit. — *Id.* 28. *ibid.* 6. 18. (67). Obstetricum nobilitas non alio succo efficacius curari pronunciavit corporum pruritus. *h. e.* nobilissimæ et peritissimæ obstetrices. — Et in plur. num. *Vitruv.* 9. 3. (9. *præfat.* § 15. *Schneid.*). Athletarum nobilitates brevi spatio cum suis corporibus senescunt. — Sic est generositas, fecunditas in illo *Plin.* 10. *Hist. nat.* 37. 53. (110). *de columbis.* Nobilitatem singularum et origines narrant.

NOBILITĀTUS, a, um. *V.* NOBILITO.

NOBILITER, adverb. (nobilis). Comp. *Nobilius* et Sup. *Nobilissime.* — Nobiliter est insigniter, celebriter, præclare, *insignemente, famosamente, nobilmente, eccellentemente*, ἐνομαστῶς. *Vitruv. præf. l.* 7. *a med.* Columnarum collocationem Corsutius nobiliter est architectatus. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 10. (91). Posidonius argentum cælavit nobiliter. *Id.* 23. *præf.* 2. (2). Pomona deliciis et odores atque unguenta nobiliter instruxit. *Sidon.* 9. *Ep.* 9. *a med.* Nobilius philosophari. In *Epit. Liv.* 54. Ab exercitu nobilissime tumultatus.

NOBILITO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (nobilis). Part. *Nobilitatus* et *Nobilitaturus* 2. — Nobilitare ¶ 1. Stricto sensu est notum facere, *fare noto*, γνωρίζω. *Liv.* 1. 17. Manavit hæc quoque, sed perobscura fama: illam alteram admiratio viri et præsens pavor nobilitavit. *Id.* 23. 47. Quum jam ante feroribus dictis rem nobilitassent, infestis hastis concitarunt equos. *h. e.* palam fecissent, præstitissentque, quanta invicem æmulatione invidiæ flagrarent. ¶ 2. Prægnanti, uti ajunt, significatione est celebrem et famosum reddere, illustrare, ἐκφανίζειν (lt. *rendere celebre, rendere famoso, nobilitare*; Fr. *illustrer, rendre fameux*; Hisp. *ilustrar, ennoblecer*; Germ. *berühmt machen, auszeichnen*; Angl. *to make famous, make renowned, ennoble, nobilitate*). Dicitur in utramque partem. — α) In bonam. *Cic.* 1. *Tusc.* 15. 34. Virtus post mortem nobilitari volunt. *Id. Senect.* 9. 27. Neque enim ea te unquam ex nobilitatus, sed ex tuis actibus et lacertis tuis. *Nepos Iphicr.* 1. Non ea magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari nobilitatus est. *Cic. Flacc.* 26. 63. Cujus civilem spectata ac nobilitata virtus etc. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (24). Illo signo Praxiteles nobilitavit Gnidum. *et ibid.* (26). Veous nuda Scopæ quemcumque alium locum nobilitatura. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 38. 39. (127). et *Id.* 16. *ibid.* 13. 24. (62). Fraxinus multum Homeri præconio et Achillis hasta nobilitata. *Martial.* 9. 60. Pocula Mentorea nobilitata manu. — β) In malam partem. *Titinius* apud *Non. p.* 352. 8. *Merc.* Ne eam malefactis nobilitarent. *Ter. Eun.* 5. 7. 20. stultum adulescentulum nobilitas Flagitiis et eumdem Indicas. *Cic.* 2. *Off.* 7. 26. Phalaris, cujus est præter ceteros nobilitata crudelitas. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 5. (8). Vettius Veiens adulterio Messalinæ nobilitatus. ¶ 3. Latiori sensu est ad splendorem auctoritatemque perducere, pretium addere. *Vellej.* 2. 96. 1. Qui (*Agrippa*) nobilitatem suam multis rebus nobilitaverat, atque in hoc perduxerat, ut et Neronis esset socer. *h. e.* ad summum splendorem auctoritatemque sustulerat. *Pallad.* 1. *R. R.* 6. *ante med.* Aquilo vites sibi objectas fecundat, Auster nobilitat. *h. e.* famam addit atque pretium.

NŌBISCUM. *V.* EGO.

NŌCENS, entis. *V.* NOCEO.

NŌCENTER, adverb. (nocens) *noxie, damnose, con nocumento, con danno*, βλαβερῶς. *Colum.* 8. *R. R.* 2. 10. Sed infestis velut sudibus nocenter armata. *Cels.* 5. 28. *n.* 11. Abscessus nocenter adolescit, et sitim vigiliamque exprimit. *Tertull. Apolog.* 14. Æsculapium avaritiæ merito, qua medicinam nocenter exercebat, fulmine vindicatum. Qui *nolenter* leg., male leg.

NŌCENTĬA, æ, f. 1. (nocens) *nocimento, reità*, contrarium innocentiæ. *Tertull. Apolog.* 40. Deus innocentiæ magister, nocentiæ judex. Adde *eumd.* 2. *advers. Marcion.* 13.

NŌCEO, ces, cŭi, cĭtum, cere, 1. *Noxim, is, it*, pro *nocuerim*, vel *nocam*, ut *faxim. Lucilius* apud *Festum p.* 360. 20. *Müll.* Inguen exsistat, papulæ, tama, ne boa noxit. *Fronto* 3. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 13. *a med.* Ne ductus, ne vadus, ne piscis aliquo noxit. — *Nocerier* paragoge pro *noceri* est apud *Plaut. loc. cit.* infra sub *c.* — *Priscian.* verbum *nocere* Accusativo jungi, non sine dubitatione, ait *l.* 18. p. 1189. *Putsch.* Romani *lædo te* et *noceo* tibi dicunt et *te. Lucanus* in 3. (v. 626): «Insiluit solo nociturus pondere puppim», sed magis per ellipsin *in* præpositionis prolatum est, *insiluit puppim* pro *in puppim. V.* sub *b.* — Part. *Nocens* in fin.; *Nociturus* sub *b.* — *Nocere* (quod, ratione habita etymi. *Döderlinius, Latein. Synonym. vol.* 3. p. 175. et *vol.* 6. p. 237., cum *neco* et *nexus* conjungit) est officere, damnum inferre, fraudi esse, βλάπτω (lt. *nuocere, fare danno, pregiudicare*; Fr. *nuire, causer du tort*; Hisp. *nucir, dañar, ofender, perjudicar*; Germ. *schaden*; Angl. *to hurt, injure, harm, do harm, or mischief*). Occurrit — *a*) Absolute, vel cum Dativo personæ, cui nocetur. *Cic.* 1. *Off.* 4. 11. Ut declinet ea, quæ nocitura videantur. *et Cæcin.* 21. 60. Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum. *Id.* 12. *Att.* 47. De quo nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus. *Id.* 3. *Off.* 5. 23. Non licet sui commodi causa nocere alteri. *Cæs.* 3. *B. C.* 28. Jurejurando accepto, nihil iis nocituros hostes. — *b*) Cum Accusativo. Eleganter regere potest aliquem ex Accusativis communibus. *Cic.* 3. *Nat. D.* 35. 86. Si uredo, aut grando quippiam nocuit. — Dicimus etiam *nocere noxam*, ut *currere cursum*, etc. *Liv.* 9. 10. *in formula dedition. Fecial.* QVANDOQVE HICE HOMINES INIVSSV POPVLI R. QVIRITIVM FOEDVS ICTVM IBI SPOPONDERVNT ATQVE OB EAM REM NOXAM NOCVERVNT. *Est qui leg.* NOXA. — Afferuntur etiam *Plaut. Mil. glor. a.* 5. *v.* 18. Jura te nocitutum esse hominem hac de re neminem. Al. leg. *homini nemini*, præsertim quum *v.* 21. repetat, *juro me nocisturum nemini. Salmas.* in *Spartian. Hadrian.* 20. addit illud *Phædri* 4. 18. Namque ut refecta est (*colubra*) nocuit hominem protinus. *h. e.* momordit. Sed plerique al. leg. *necuit.* Item illud *Seren. Sammon.* 46. Quem nocuit serpens. Sed alii leg. *quum.* Item illud *Hadriani Aug.* in *epitaph. Borysthenis equi* in *Anthol. Lat. T.* 2. p. 289. *Burmann.* Pannonicus, nec ullos Apros eum insequentem Dente aper albicanti Ausus fuit nocere. Sed hic quoque suspecta lectio. — *c*) Passive impersonaliter. *Cæs.* 5. *B. G.* 19. Reliquebatur ut tantum in agris vastandis, incendiisque faciendis hostibus noceretur. *et ibid.* 36. Ipsi vero nihil nocitum iri. *Cic.* 1. *Off.* 10. 31. Ut ne cui noceatur. *Id.* 3. *Cat.* 12. 27. Mihi nihil ab istis noceri potest. *Ulp. Dig.* 9. 3. 1. *in Edicto Prætor.* Si vivet nocitumque ei esse dicetur. *Plaut. Curc.* 2. 3. 73. Neque diem decet me morari, neque nocti nocerier. *nocetur nocti*, quum non tempori reditur domum cœnandi causa. — *d*) Pass. personaliter *Vitruv.* 2. 9. *a med.* Larix ab carie, aut a tinea non nocetur. *Solin.* 40. *extr. de ciconiis.* Noceri eas, omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia vel maxime, ubi serpentum immanis copia est. Sic *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 18. Nocentur enim (*ægroti*) atque vexantur hoc usu. Adde *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 113. *retro* ed. *Ald.* Et *Inscript.* apud *Orell.* 4786. QVOD SI NOCVERIS NOCEBERIS AB ALIO. — Hinc Part. præs.

Nocens, entis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Nocentior* 1. et Sup. *Nocentissimus* 2. ¶ 1. Generatim est nocuus, noxius, perniciosus, nocivus, inutilis, βλαπτικός. *Horat. Epod.* 3. 3. Edat cicutis allium nocentius. *Cic.* 2. *Nat. D.* 47. 120. Vites a caulibus, ut a pestiferis et nocentibus, refugere dicuntur. *Claudian. III. cons. Honor.* 166. flamma nocens Gradivi. *h. e.* sidus noxium Martis. ¶ 2. Speciatim est noxius, sons, qui injuriam, aut maleficium committit, vel commisit, *cattivo, ribaldo, colpevole, reo*, κακοποιός. *Cic.* 2. *Off.* 14. 51. Item est habendum religioni, nocentem aliquando, modo ne nefarium impiumque, defendere. (Ex his verbis *Nonius* recte colligit, *p.* 437. 33. *Merc.*, *nocens* levius esse quam *nefarius, impius.*) *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 3. 9. In hac libidine hominum nocentissimorum. *Id.* 2. *Verr.* 14. 41. Se avarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissimæ victoriæ non posse. *Quintil.* 2. 15. 32. Nocentissimi mores. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 19. Nec prius abscessit, merita quam cæde nocentum Se nimis ulciscens exstitit ipse nocens. *Juvenal.* 13. 3. se judice nemo nocens absolvitur. *P. Syr.* Judex damnatur, quum nocens absolvitur. *Seneca Phœniss.* 538. Parens scelere nullo nocens. *h. e.* nullius sceleris reus. *et Œdip.* 235. Regis cæde nocens. *Ovid.* 1. *Art. am.* 280. Partaque per gladios regna nocente manu.

NŌCIVĒ, adverb. nocenter. *Venant. Vit. S. Martin.* 3. 311. Innocuam pecudem desiste agitare nocive.

NŌCĬVUS, a, um, adject. qui nocet, *nocivo, dannoso*, βλαβερός. *Phædr.* 1. 29. Et sibi nocivum concitat periculum. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 2. 6. (12). Pecori præcipue nociva.

NOCTANTER, adverb. νύκτωρ, *nottetempo*, noctu. *Cassiod.* 6. *Hist. Eccl.* 31. Quod (*incendium*) noctanter præfectus orientis tum nomine Julianus, Juliani avunculus, agnoscens, festinanter venit ad Daphnem. *Id. ibid.* 33. *ad fin.* Ita venerunt noctanter in Palæstinam. Adde *eumd.* 8. *ibid.* 1. *a med.*

NOCTESCIT, ebat, ere, imp. 3. (nox) *farsi notte*, συσκοτάζει, tenebræ incipiunt, aer obtenebratur. *Furius* apud *Non.* p. 115. 11. *Merc.* et apud *Gell.* 18. 11. Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ. *Cæsell. Vindex* hoc verbum improbat: *Gell.* probat; *Non.* Furium poetam esse alt auctoritatis incertæ.

NOCTIĀNUS, i, m. 2. excubitor. *Gloss. Cyrill.* Νυκτιφύλαξ, noctianus, nocte custos, vigil.

NOCTĪCŌLA, æ, m. et f. 1. qui noctem colit, ut Noctícola lodus apud *Prudent. Hamartig.* 636., quia scilicet ob diuturnos nimios calores noctem amat, qua refrigeratur.

NOCTĪCŎLOR, ōris, adject. noctis colorem habens, h. e. atrum, ut Noctícolor Styx, apud *Fulgentium Monacyll. de Diis* 11. Sic, Memnonem nocticolorem, dixit *Lævius* apud *Gell.* 19. 7., quia Æthiops fuit.

NOCTĪCŬLUS, i, m. 2. *Varro* 4. *L. L.* 19. *extr.* (5. *L. L.* 99. *Müll.*). Catulus a sagaci sensu et acuto: hinc canis: nisi quod, tuba et cornu signum quum dant, canere dicuntur: quod hic item, et noctículus in custodia, et venando signum voce dat, canis dictus. *Nocticulus* hic dici videtur nocte vigilans: sed totus hic locus corruptus videtur *Fossio* in *Etymol.* in *Canis.* At *Müllerus* ex lect. *no-*

ctulucus, quam duo Codices exhibent, legendum conj. *quod hic item et noctu lucuque in custodia* etc. Deinde addit: «Potest etiam nomen fuisse *noctulucus*, fictum ex noctu et lucu. Hoc *lucu* ex Terentio notum».

NOCTĬFER, fĕrā, fĕrum, adject. νυκτοφόρος, noctem afferens: epitheton Hesperi stellæ: *a nocte* et *fero*, ea forma, qua mane *Lucifer* vocatur. *Catull.* 62. 7. Jam dudum Œtæos ostendit Noctifer ignes. Adde *Calpurn.* 5. *Ecl. extr.* *V.* SUPERAPPAREO.

NOCTĬLŪCA, æ, f. 1. noctu lucens, νυκτιλαμπής. ¶ 1. Est epitheton lunæ. *Varro* 5. *L. L.* 68. *Müll.* Luna, quod sola lucet noctu. itaque ea dicta noctiluca in Palatio. nam ibi noctu lucet templum. *Horat.* 4. *Od.* 6. 38. canentes Rite crescentem face noctilucam. ¶ 2. Item lucerna, *lucerna*, ob eamdem causam. *Varro* in *Marcopol.* apud *Non.* *p.* 234. 4. *Merc.* Noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reviviscit. Alii leg. *noctilugam*, alii *nocticulam*, alii *noctu lucam*, id est bovem. ¶ 3. *Festus* *p.* 174. 8. *Müll.* Noctilucam Lucilius quum dixit, obscœnum significat. Al. leg. *noctilucum*, vel *noctilugum* (ut habet *Paul. Diac.* *p.* 175. 2. *Müll.*) et dici putant de re mali ominis, ut sunt bubones et hujusmodi noctu lugentes. Alii melius *noctipugam*, h. e. τὸ κέντρον αἰδοίου. Huic lectioni suffragatur *Gloss.* apud *Salmas.*, *Exerc. Plin. col.* 2. Noctipugam obscœnum, quod quasi noctibus compungat. *V.* PUNCTULUM.

NOCTĬLŪGA *et*

NOCTĬPŪGA. *V.* voc. præced.

NOCTĬSURGĬUM, ii, n. 2. noctu surgere. *Paul. Diac.* *p.* 78. 4. *Müll.* Nyctegersia, quasi noctisurgium.

NOCTĬVĂGUS, a, um, adject. (nox *et* vagus), quod ex corrupto et integro compositum ait *Quintil.* 1. 5. 68., est qui nocte vagatur, *nottivago*, νυκτοπόρος. *Lucret.* 5. 1190. Noctivagæ faces cæli. *Virg.* 10. *Æn.* 216. almaque curru Noctivago Phœbe medium pulsabat Olympum. *Val. Flacc.* 2. 44. Noctivagum iter. *Stat.* 10. *Theb.* 158. Noctivagus deus. *h. e.* Somnus.

NOCTĬVĬDUS, a, um, adject. qui noctu videt. *Capell.* 6. *p.* 188. An mage noctividæ tibi traditur alitis usus. *h. e.* noctuæ.

NOCTĬVĬGĬLUS *vel* noctŭvĭgĭlus, a, um, adject. qui noctu vigilat. Noctivigilam Venerem dixit *Plaut. Curc.* 1. 3. 40., quia nox amatoribus amica est; et ipsi noctes insomnes ducere solent. In quibusdam codicib. legitur *noctuvigila*.

NOCTU, adverb. *V.* NOX in fin.

NOCTŬA, æ, f. 1. (nox) avis carnivoræ genus, inde nomen habentis, quod noctu canit et vigilat, ut ait *Varro* 5. *L. L.* 76. *Müll.*, quocum cf. *Festus* *p.* 174. 4. *Müll.* et *Paul. Diac.* *p.* 175. 1. *Müll.* Gr. γλαύξ (It. *civetta*; Fr. *effraie*, *hibou*, *chouette*; Hisp. *mochuelo*; Germ. *die Nachteule*, *das Käuzchen*; Angl. *an owl*, *owlet*, *madgehowle*). Differre ajunt a bubone, quod caret pennis in capite auriculas referentibus. *V.* BUBO. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 17. 19. (39). Noctuarum contra aves solers dimicatio. Majore circumdatæ multitudine, resupinæ pedibus repugnant, collectæque in arctum, rostro et unguibus totæ teguntur. *Id.* 18. *ibid.* 35. 87. (362). Noctua in imbre garrula. *Id.* 10. *ibid.* 29. 41. (76). Noctuarum genus in Creta insula non est. *Virg.* 1. *G.* 404. seros exercet noctua cantus. *Plaut. Men.* 4. 2. 90. Egon' dedi? PE. tu, tu, inquam, vin' afferri noctuam, Quæ, tu, tu, usque dicat tibi? nam nos jam defessi sumus. *Pallad.* 1. *R. R.* 35. Contra grandinem noctua pennis patentibus extensa suffigitur. — *Noctuas Athenas mittere*, γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, proverbium de iis, qui eo quippiam afferunt, cujus ibi maxima est copia, *portar acqua al mare*. Quum enim noctua sacra sit Palladi Athenarum præsidi ob vigilantiam in litterarum studiis (quia, ut ait *Fulgent.* 2. *Mythol.* 2., sapientia in tenebris proprium fulgorem possideat. Adde a Græco nomine γλαύξ verbum γλαύσσω derivari, quod *videre* significat.); noctuarum in ea urbe mira copia erat, tum vivarum, tum pictarum, fictarumque, et in nummis insculptarum. Utitur eo Græce *Cic.* 6. *Fam.* 3. et 9. *ibid.* 3. et 2. *ad Q. Fr.* 16., atque postremo hoc loco Latine etiam legitur in quibusdam libris. *V.* LIGNUM. — Fabulam de Noctua habes in NYCTIMENE in ONOM. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

NOCTŬĂBUNDUS, a, um, adject. (noctu) noctu vagans, vel iter faciens. *Cic.* 12. *Att.* 1. Quum complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me venit cum epistola tua tabellarius. *h. e.* de multa nocte iter faciens.

NOCTŬĪNUS, a, um, adject. (noctua) ut Noctuini oculi, h. e. glauci, quales noctuæ sunt. *Plaut. Curc.* 1. 3. 35. Tun' etiam cum noctuinis oculis odium me vocas?

NOCTURNĀLIS, e, adject. idem quod nocturnus. *Sidon.* 7. *Ep.* 16. Per quos nocturnalem cucullum transmisi. *Alcim. ep.* 33. Nocturnalis habitatio.

NOCTURNĪNUS. *V.* voc. seq. in fin.

NOCTURNUS, a, um, adject. (nox) ad noctem pertinens, νύκτιος, νυκτερινός (It. *notturno*; Fr. *de la nuit*, *qui se fait pendant la nuit*, *nocturne*; Hisp. *nocturno*, *nocturnal*; Germ. *nächtlich*, *zur Nachtzeit*; Angl. *of night*, *nocturnal*). Occurrit — *a*) Adjective stricto sensu. *Cic. Rosc. Am.* 7. 19. Decem horis nocturnis sex et quinquaginta millia passuum cisiis pervolavit. *Id. Senect.* 23. 82. Labores diurnos nocturnosque suscipere. *Id. Mil.* 3. 9. Nocturnum furem, quoquo modo, diurnum, si se telo defenderit, impune interficere. *Id.* 1. *Cat.* 1. 1. Nocturnum præsidium Palatii. *Id.* 2. *Legg.* 15. 37. Nocturna sacra. *Horat.* 4. *Od.* 1. 37. Nocturna somnia. *Id.* 1. *Ep.* 19. 11. non cessavere poetæ Nocturno certare mero, putere diurno. *Id.* 1. *Sat.* 5. 85. Nocturna vestis. *Seneca Hippol.* 420. Luna regens frena nocturni ætheris. *Virg.* 11. *Æn.* 736. At non in Venerem segnes, nocturnaque bella. *h. e.* coitus. — *Nocturna ora* apud *Plaut. Pœn.* 1. 2. 107. habere dicuntur feminæ deformes. — *b*) Adverbii vice, *nocturnus* dicitur, qui noctu quippiam facit. *Virg.* 3. *G.* 538. lupus gregibus nocturnus obambulat. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 117. Et qui nocturnus sacra divum legerit. *et* 2. *ibid.* 6. 100. urbis aventes Mœnia nocturni subrepere. *Calpurn.* 5. *Ecl.* 73. Ut mala nocturni religavit brachia Mopsi Tityrus, et medio furem suspendit ovili. *h. e.* noctu vagantis furandi causa. *Petron. Satyr.* 15. Advocati jam pæne nocturni, qui volebant pallium lucrifacere. Adde *Martial.* 10. 70. — Hinc *Nocturnus*, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est deus noctis. *Plaut. Amph.* 1. 1. 116. Credo ego, hac noctu Nocturnum obdormivisse ebrium. Est qui legit *Nocturninum*. Porro hic deus videtur esse Lucifer, qui vespere oriens noctem fert, (sicut mane diem) unde *nocti fer* dicitur a *Catull.* et *Calpurn.* *V.* NOCTIFER. Quo pertinet illud *Statii* 6. *Theb.* 238. Roscida jam novies cælo dimiserat astra Lucifer, et totidem Lunæ prævenerat ignes Mutato Nocturnus equo. *Capell.* 1. *p.* 16. Post ipsum Jovem dii Consentes, Penates, Salus ac Lares, Janus, Opertanei, Nocturnusque. *V.* ibi a *Kopp.* adnotat. *Inscript.* haud multis abhinc annis Salonæ reperta et allata in *Bullett. dell' Instit. archeol. ann.* 1840. *p.* 95. NOCTVRNO SACRVM. C. CASSIVS VALENS BENIF. (*sic pro* benef. *h. e.* beneficiarius) EX IMPER. (*scil.* imperio).

NOCTURNUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

NOCTŬVĬGĬLUS. *V.* NOCTIVIGILUS.

NŌCŪUS, a, um, adject. (noceo) *nocevole*, *nocivo*, βλαβερός, nocens, noxius. *Ovid. Halieut.* 128. Lubricus, et spina nocuus non gobius ulla. *Scribon. Compos.* 114. A quibusdam ignorantibus ejus usus arcusatur quasi nocuus.

NŌDĀMEN, ĭnis, n. 3. (nodo) ligamen, nodus. *Paulin. Nolan. carm.* 26. 593. proprii captus nodamine lori.

NŌDĀTĬO, ōnis, f. 3. (nodo) *nodosità*, nodorum in ligno frequentia, nodositas. *Vitruv.* 2. 9. *ante med.* Quæ pars est proxima terræ, enodis effĭcitur: quæ vero est superior, propter nodationis duritiem dicitur esse fusterna.

NŌDĀTUS, a, um. *V.* NODO.

NŌDĬA, æ, f. 1. herba alio nomine mularis et exedum, quæ nomas curat, et efficacissima est adversus scorpiones pota in vino, aut posca. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 19. 115. (175). At *Sillig.* pro *nodia* legit *notia*, et pro *ea mularis* legit *in hilaris*. *V.* ibi adnotat. — Fortasse huc pertinet et illud *Marcell. Empir.* *c.* 1. *p.* 88. Noditis radicis, ex qua rhus nascitur. Confer *Plin.* cum *Marcello* et *V.* RHUS et EXEDUM.

NODITIS. *V.* voc. præced.

NŌDO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (nodus). Part. *Nodatus* I. et II. — Nodare est nodosum facere, nodis instruere, *fare nodoso*, *gropposo*.

I.) Proprie. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 22. 42. (123). Ferula geniculatis nodata scapis. *gropposa*, *nodosa*, ὀζώδης. Sic *Id.* 16. *ibid.* 38. 73. (186). Cornus incisuris nodata.

II.) Translate. ¶ 1. Est in nodos ligare, colligare, *annodare*, *legare*, *aggroppare*, πλέκω. *Cato R. R.* 32. Vites bene nodentur per omnes ramos. *Virg.* 4. *Æn.* 138. crines nodantur in aurum. *Ovid. Remed. am.* 17. collum laqueo nodatus ab arcto. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 3. 11. (45). Ut retia coercendis feris podiumque tegentia succinis nodarentur. *Claudian.* 1. *in Rufin.* 118. cæruleo vestes connexuit angue, Nodavitque adamante comas. *Stat.* 2. *Achill.* 440. Œbalios in nubila condere discos, Et liquidam nodare palen. *h. e.* luctando implicare crura et brachia. Al. leg. *nudare*. Eadem lectionis varietas est in illo *ejusd.* 3. *Silv.* 1. 157. *ad Hercul.* Seu tibi dulce manu Libycas nodare palæstras. *Lactant. Opif. Dei* 7. Solidamenta corporis, quæ ossa dicuntur, nodata et adjuncta invicem nervis alligavit. ¶ 2. Poetice *Stat.* 9. *Theb.* 276. Surgentem dextra Chaletum vulnusque minantem Sorbebat rapidus nodato gurgite vortex. *h. e.* in morem nodi contorto.

NŌDŌSĔ, adverb. (nodosus) occurrit translate tantum pro involute Comp. *Nodosius* apud *Tertull. Resurr. carn.* 46. Et quid ego nodosius, quum Apostolus absolutius (*loquatur*)?

NŌDŌSĬTAS, ātis, f. 3. (nodosus) *nodosità*, nodorum multitudo, durities. Translate. *Augustin.* 2. *Confess.* 10. Quis exaperit istam tortuosissimam et implicatissimam nodositatem?

NŌDŌSUS, a, um, adject. (nodus). Sup. *Nodosissimus* II. *a.* — Nodosus est multos habens nodos, ὀζώδης (It. *nodoso*, *noderoso*, *gropposo*, *nocchiuto*; Fr. *qui a beaucoup de nœuds*, *noueux*; Hisp. *nudoso*; Germ. *voller Knoten*, *knotig*; Angl. *full of knots*, *knotty*, *knotted*, *nodous*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Ovid. Heroid.* 10. 101. Nodoso stipite mactare aliquem. *Val. Flacc.* 8. 298. nodosi roboris uncus. *Pers.* 3. 11. nodosa arundo. *Val. Max.* 2. 7. *n.* 8. Nodosi ictus. *h. e.* nodosa virga, seu bacillo inflicti. *Ovid.* 3. *Met.* 153. Nodosa lina. *h. e.* retia. Sic 6. *Fast.* 110. nodosas tendere plagas. *Lucan.* 8. 672. Nodosa ossa frangere. — *b*) Speciatim *nodosa* in plantis sunt nimis dura, aspera, inutilia fructui. *Seneca Ep.* 12. Nodosi et retorridi rami. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (176). Fructus retorridus et nodosus. *Colum.* 4. *R. R.* 24. 4. Nodosam et scabram plagam (*in vite*) relinquere. — *c*) Item *nodosa* dicitur cheragra et podagra, quia nodos et articulos infestat: et quia ipsi nodi tument et indurescunt. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 31.; et *Ovid.* 1. *Pont.* 3. 23.

II.) Translate. — *a*) Generatim est solutu difficilis, implicatus, *intricato*, *involuppato*, *difficile*. *Seneca Œdip.* 101. Nodosa sortis verba et implexos dolos solvere. *Macrob.* 7. *Saturn.* 1. *a med.* Nec nodosas et anxias, sed utiles quidem, faciles tamen quæstiones movere. *Augustin.* 4. *Confess.* 16. Nodosissimi libri enodati. — *b*) Translata sunt et illa *Horat.* 2. *Sat.* 3. 69. Scribe decem a Nerio: non est satis: adde Cluvæ Nodosi tabulas centum, mille adde catenas: Effugiet tamen etc. *cautissimo*. Dicitur *Cicuta* scriba callidissimus fuisse, qui juris formulas omnes, et quasi nodos in tabulis adhibebat, quibus alligarentur debitores, ne quando possent acceptæ pecuniæ reddendæ obligationem effugere. Cf. *Juvenal.* 8. 50. *cit.* in NODUS II. *B* 3. *Val. Max.* 2. 9. *n.* 1. Nodosam exsolvite stipem. *h. e.* quam persolvere multis obligationibus et quasi nodis tenemini. Supra dixerat: Parentes, vos alendo, nepotum nutriendorum debito alligaverunt. Sed præstat legere *uxoriam*. *V.* UXORIUS.

NŌDŪLUS, i, m. 2. *deminut. a* nodus, *picciol nodo*, *gruppetto*, parvus nodus. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 5. 13. (26). *de serendis liliis*. Lilia suspen-

duntur in fumo: dein, nudantibus se nodulis, in fæce vini macerantur. *Apul.* 3. *Met.* Per istum capilli tui nodulum, quo meum vinxisti spiritum. *V.* DEVASTUS.

NŌDUS, i, m. 2. ligatura, nexus, vinculum, quod non facile dissolvitur, ἅμμα (It. *nodo, laccio, cappio, groppo*; Fr. *nœud, enlacement*; Hisp. *nudo, nudillo*; Germ. d. *Knoten*; Angl. *a knot, tie, bond, node*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cic. Tim.* 4. *ad fin.* Omnia autem duo, ad cohærendum, tertium aliquid requirunt, et quasi nodum vinculumque desiderant. *Virg.* 8. *Ecl.* 77. Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores. *Id.* 1. *Æn.* 300. centum vinctus aenis Post tergum nodis. *et* 11. *ibid.* 775. tum croceam chlamydemque sinusque crepantes Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro. *et* 12. *ibid.* 603. Et nodum informis leti trabe nectit ab alta. *Petron. Satyr.* 94. Cervices nodo condere. *appiccarsi per la gola. Cic.* 2. *Nat. D.* 43. 111. ex *Arat.* connectere nodum. Sic *Ovid.* 12. *Met.* 429. qui sena leonum Vinxerat inter se connexis vellera nodis. *Id.* 2. *ibid.* 560. nodos manu diducere. *sgroppare. Virg.* 2. *Æn.* 220. Ille simul manibus tendit divellere nodos. *Id.* 5. *ibid.* 510. nodos et vincula linea rupit. *Ovid.* 4. *Met.* 490. Nexaque vipereis distendens brachia nodis. *Virg.* 8. *Æn.* 260. Cacum Corripit in nodum complexus. *h. e.* brachiis circumdatis, veluti nodo constringens. *Marcell. Empir. c.* 8. *sect.* 2. *p.* 94. *retro* ed. *Ald.* Illico ei subvenies, si quot litteras nomen ejus habuerit, nominans easdem, totidem nodos in rudi lino stringas. — *b*) *Nodus Herculeus* genus est vinculi arctissimi, et solutu difficillimi, quod inventum ferunt ab Hercule: ob id in religione habitum, occultamque vim ad multa habere creditum. *Macrob.* 1. *Saturn.* 19. *ad fin.* docet, dracones, qui in caduceo Mercurii finguntur, media parte voluminis sui invicem hoc Herculis nodo obligari. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 6. 17. Vulnera nodo Herculis præligare, mirum quantum ocior medicina est. Atque etiam quotidiani cinctus tali nodo vim quamdam habere utilem dicuntur: quippe quum Hercules eum prodiderit. *Paul. Diac. p.* 63. 6. *Müll.* Cingulum Herculaneo nodo vinctum novæ nuptæ vir solvit ominis gratia, ut sic ipse felix sit in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui septuaginta liberos reliquit. V. *Senec. loc. cit.* infra II. *B* 3.; et cf. *Quaranta* in *Atti della Società Pontan. T.* 3. *p.* 213. et *Bullett. di corrisp. Archeol. ann.* 1842. *p.* 159. — *c*) De nodo Gordii, quem Alexander, quum alia ratione non posset, ense expedivit, *V.* GORDIUS in ONOM.

II.) Translate occurrit *A*) De rebus physicis; et *B*) Morali significatione.

A) De rebus physicis. ¶ 1. Per synecdochen *nodus* est cingulum, *cinto. Virg.* 1. *Æn.* 324. nodoque sinus collecta fluentes. *Martial.* 6. 13. Ludit Acidalio, sed non manus aspera, nodo, Quem rapuit collo, parve Cupido, tuo. — *Lucret.* 5. 687. hac ratione *nodum* pro circulo æquatoris posuit. ¶ 2. Similiter de amento, quo hastæ et jacula fortius vibrantur. *Sil. It.* 1. 317. Hic valido librat stridentia saxa lacerto; Huic impulsa levi torquetur lancea nodo. ¶ 3. De comendorum crinium ratione; ac synecdoche est etiam in illo *Martial.* 5. 37. Quæ crine vicit Bætici gregis vellus, Rhenique nodos. *h. e.* crines Germanorum in nodum collectos. *Tac. Germ.* 38. *de Suevis.* Insigne gentis obliquare crinem, nodoque substringere. ¶ 4. Sic de retibus in illo *Manil.* 5. 664. *de thynnis captis.* luctantur corpora nodis. *h. e.* retibus. ¶ 5. Est etiam *nodus* in corpore animalis junctura et vinculum, quo artus et ossa inter se connectuntur, *nodi, giunture, nocca. Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 88. (217). Nervi orsi a corde, nodos corporis, qui vocantur articuli, aliubi interventu, aliubi ambitu, aliubi transitu ligantes. *Cæs.* 6. *B. G.* 26. Alces crura sine nodis articulisque habent. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 67. (177). Cervix vertebratis orbiculatim ossibus flexilis, articulorum nodis jungitur. *Manil.* 1. 333. *de serpente.* corpus Explicat, et nodos, sinuataque terga per orbem. ¶ 6. In arboribus ceterisque plantis est eminens et durior ille callus, unde rami exeunt: quia juncturam in corpore imitatur, vel quia lignum eo loco in morem nodi contortum est, *nocchio, nodo*, ὄζος. *Colum. Arbor.* 3. Virgæ malleolaris imam partem juxta nodum, sic ne gemmam lædas, amputato. *Liv.* 1. 18. Baculum sine nodo aduncum tenens. *Virg.* 7. *Æn.* 507. Stipes gravidus nodis. *nocchioruto, nocchiuto. et* 11. *ibid.* 553. telum solidum nodis, et robore cocto. *Id.* 5. *Ecl.* 90. Pedum formosum paribus nodis. *Seneca* 7. *Benef.* 9. Lignum eo pretiosius, quo illud in plures nodos arboris infelicitas torsit. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 36. 64. (158). Gracilitas arundinis distincta nodis. *h. e.* calamus scriptorius, quia a nodo ad nodum sectus in scribendo utebantur veteres: V. *Ausonii loc. cit.* in GNIDIUS. *Id.* 13. *ibid.* 5. 11. (52). Cedrus ramosa, et nodis infesta. — Hinc per synecdochen *nodus* dicitur clava Herculis, quia tota nodosa est. *Seneca Herc. Œt.* 1661. Hic nodus, inquit, nulla quem capiet manus, mecum per ignem flagret. — *Nodum in scirpo quærere*, prov. *V.* SCIRPUS. ¶ 7. In aliis rebus nodus est pars durior. Sic — *a*) In metallis *nodus* est materia durior. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 13. 37. (136). Ipsum vero non percoqui, nisi translatum in alias fornaces, et esse nodum quemdam materiæ. — *b*) In gemmis quoque durior pars, et minus pellucida. *V.* CENTRUM. *Id.* 37. *ibid.* 10. 55. (150). Baroptenus nigra, sanguineis et albis nodis. *Est qui malit* notis. — *c*) *Nodus articuli*, aut *nervi* est contractio, tumor, et durities ex ictu aut alia causa, qua articulus moveri nequit, γάγγλιον. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 5. 13. (21). Galbanum imponitur ischiadicis, strumis, articulorum nodis. *Id.* 30. *ibid.* 12. 36. (110). Nervorum nodis capitis viperini cinis ex oleo cyprino. ¶ 8. In cælo *Nodus* est stella inter utrumque Piscem, in ipso æquatore posita, quasi vinculum, quo caudis invicem colligantur. *Cic.* in *Arat.* 14. Atque horum e caudis duplices velut esse catenæ Dicuntur, sua diversæ per lumina serpunt, Atque una tandem in stella communiter hærent, Quam veteres soliti cælestem dicere Nodum. *Cæs. German.* in *Arat.* 243. Non illis liber cursus, sed vincula cauda Singula utrumque tenent, uno coeuntia nodo: Nodum stella premit. ¶ 9. Dicuntur etiam *nodi* quatuor cæli partes, seu loca, quibus quatuor anni tempora incipiunt ac desinunt: quia sunt quasi juncturæ et articuli, per quos una tempestes anni desinens cum alia incipiente jungitur. *Manil.* 5. 618. Quæ Tropica appellant, quod in illis quatuor anni Tempora vertuntur Signis, nodosque resolvunt. *Articulos* alibi vocat, ut 2. 430.

B) Morali significatione. ¶ 1. Metaphorice et generatim nodus est quodvis vinculum et conjunctio, qua quippiam continetur. *Cic. Orat.* 66. 222. His igitur singulis versibus quasi nodi apparent continuationis. *Horat. Art. P.* 191. Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus Inciderit. *l'intreccio del dramma.* Rursus *Cic. Amic.* 14. 51. Amabilissimum nodum amicitiæ tollere. Cf. *Horat.* 3. *Od.* 21. 22. Segnesque nodum solvere Gratiæ. *h. e.* quæ quum invicem inter se manibus nexæ sint, quales apparent in vetustis monumentis, non facile disjungi solent: ita enim eas ubique junctas cernere est; atque ita amicorum concordia significatur. ¶ 2. Specialim est moralis obligatio. *Lucret.* 4. 7. Exsolvere animos nodis religionum. *Ovid. Heroid.* 20. 39. Dii facient possim plures imponere nodos, Ut tua sit nulla libera parte fides. ubi *Ruhnkenio nodus* est jusjurandum. Cf. *Lucret.* 4. 1148. *Lachmann.* validos Veneris perrumpere nodos. ¶ 3. Item sæpe quævis res difficultatem habens, quæ remoratur et retinet: et præsertim ænigma, obscura quæstio, interrogatio, cui difficile est satisfacere, et hujusmodi, *difficoltà, intoppo, questione difficile, imbroglio. Cic.* 5. *Att.* 21. Dum hic nodus expediatur, non putet senatus, nos oportere decedere. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 11. Acriter nos tuæ supplicationes torserunt: incideramus enim in difficilem nodum. *Cic.* 1. *ad Brut.* 18. *a med.* Maximus in republica nodus est, inopia rei pecuniariæ. *Juvenal.* 8. 50. Qui juris nodos et legum ænigmata solvat. *Seneca Ep.* 87. *ad fin.* Bonum animum habe: unus tibi nodus, sed Herculaneus, restat. *h. e.* unum argumentum solvendum, sed ceterorum difficillimum. *Gell.* 5. 9. Nodus linguæ. *impedimento di lingua. Flor.* 4. 9. Nondum ad pacis stabilitatem profecerat Cæsar, quum scopulus et nodus et mora publicæ securitatis superesset Antonius. *Virg.* 10. *Æn.* 428. primus Abantem Oppositum interimit, pugnæ nodumque moramque. *Servius* hic aliam hujus vocis significationem aperit. *Nodus*, inquit, proprie est densa peditum multitudo, sicut *turma* equitum, ut lectum est in disciplina militari. Eadem habet *Isid.* 9. *Orig.* 3. *ad fin.*, additque, ita dici a difficultate, quia vix resolvi et fundi potest.

NŒGEUM, i, n. 2. quidam dicunt amiculi genus prætextum purpura, quidam candidum ac perlucidum: quasi a nauco, quod putamen quorumdam pomorum est tenuissimum, non sine candore, ut *Livius Andron.* ait in *Odyssea:* Simul ac lacrimas de ore nœgeo detersit. id est candido. Hæc *Festus p.* 174. 28. *Müll. Dacerius* monet, male *Festum* interpretari *nœgeo, id est candido:* dicendum fuisse, *id est amiculo.* Verti enim a *Livio* illud *Homeri Odyss. l.* 8. *v.* 88. Δάκρυ' ὁμορξάμενος κεφαλῆς ἀπὸ φάρος ἔλασκεν, quod et *Scaliger* viderat. *Dacerii* sententiam confirmant *Placidi Gloss.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 486. Nageum (*lege* Nœgeum) nigrum pallium tenue.

NŌĒMA, ātis, n. 3. νόημα, figura est sententiarum, quum quibusdam prolatis, aliud quidpiam intelligi volumus. Eam describit *Quintil.* 8. 5. 12. Græcis tamen litteris scribit νόημα, non Latinis.

NŌĒRUS, a, um, adject. νοερός, a νοῦς *mens*, intellectu præditus. *Tertull. advers. Valent.* 20. Cælos autem noeros deputant, et interdum angelos eos faciunt.

NŌLA, æ, f. 1. *Cœlius* apud *Quintil.* 8. 6. 53. *de Clodia.* Quadrantariam Clytæmnestram et in triclinio Coam (*al.* Choam), in cubiculo Nolam. Hactenus *Cæl.* Est autem vox nove conficta ad ænigma conficiendum, quod expedivit adhuc nemo. *V.* CHOA. Hæc *Forcell.* Nostrorum temporum critici vocem a verbo *nolo* deducunt, ita ut *nola* dicta sit quæ non vult, quæ aliis minime morem gerit.

NŌLA, æ, f. 1. a recentioribus adhibetur ad significandum tintinnabulum, vulgo *campana*, quod hæc primum usurpata fuerit Nolæ a S. Paulino episcopo. Quod tamen falsum esse arguit *Fr. Cancellerius* in opere, cui titulus *Le campane di Campidoglio p.* 1. et 11. Est autem Nola urbs Campaniæ, Romanorum colonia, a Chalcidensibus condita. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (63). *Sil. It.* 12. 161. Hinc ad Chalcidicam transfer citus agmina Nolam. Campo Nola sedet crebris circumdata in orbem Turribus, etc. *Vellej.* 1. 7. 2. a Tuscis una cum Capua conditam fuisse tradit. — De *nola* tintinnabulo *Avien.* (qui *Paulini Nolani* fere æqualis fuit) *fab.* 7. Hunc (*canem*) dominus, ne quem probitas simulata lateret, Jusserat in rabido gutture ferre nolam. *Al. rectius leg.* notam.

NŌLENS, entis. *V.* NOLO.

NŌLENTER. *V.* NOLENTER.

NOLENTĬA, æ, f. 1. noluntas. *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 25. *ad fin.* Indignatio, bilis, nolentia, offensa.

NŌLO, non vis, non vult *etc.*, nōlŭi, nolle, anom. Obsoleta sunt — *Nevis* pro *non vis* apud *Plaut. Trin.* 5. 2. 32. Filiam meam tibi desponsatam esse audio. LY. Nisi tu nevis. — *Nevolt* vel *nevult* pro *non vult* apud *Plaut. Trin.* 2. 2. 80. Multa eveniunt homini, quæ vult, quæ nevult *Titinius* apud *Non. p.* 144. 7. *Merc.* Hercle ducere sane nevult. — *Noltis* pro *non vultis* est *Lucilii* apud *Diomed.* 1. *p.* 381. *Putsch.* Vultis, empta est; noltis, non empta est. — Part. *Nolens* 1. *a. b.* et *h.* — *Nolo* est a *non* (vel potius *ne*) et *volo*, ea ratione, qua ex *ne* et *quidquam* factum est *nequam*, ut *Varro* 10. *L. L.* 84. *Müll.* docet. Cf. *Cic. Orat.* 45. 154. Libenter etiam copulando verba jungebant, ut *sodes* pro *si audes, sis* pro *si vis* —, *nolle* pro *non velle.* Hæc *Cic.* Non omnes tamen verbi *volo* personæ sic componuntur; quia *non vis, non vult, non vultis* divisa adhuc usurpantur. — *Nolo* itaque est idem ac non volo, ἀβουλέω, οὐ θέγομαι, οὐ ϑέλω (It. *non volere*; Fr. *ne pas vouloir*; Hisp. *no querer*; Germ. *nicht wollen*; Angl. *to be unwilling*). Occurrit ¶ 1. Generatim, et quidem — *a*) Raro absolute, ita tamen ut Infinitus vel Accusativus facile intelligatur. *Lex XII. Tabul.* apud *Gell.* 20. 1. SI NOLET, ARCERAM NE STERNITO. *Ter. Eun.* 4. 7. 43. novi imperium mulierum: Nolunt, ubi velis: ubi

nolis, cupiunt ultro. *Seneca Thyest.* 420. Moveo nolentem gradum. Adde *Martial.* 8. 30. — *b*) Cum Infinito. *Plaut. Stich.* 1. 2. 85. nam quo dedisti nuptum, abire nolumus. *Id. Epid.* 4. 2. 25. Ubi voles pater esse, ibi esto: ubi noles, ne fueris. *Id. Amph.* 2. 2. 74. certa res Est hanc objurgare, quæ me noluerit salutare. *Cic.* 4. *Att.* 15. *med.* Debemus patrem familias domi suæ occidere nolle. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 72. Noluit in Flavi ludum me mittere. *Nepos Epam.* 4. Quod delatum accipere noluissem. *Flor.* 2. 6. Aquilæ prodire nolentes. *Seneca Phœniss.* 99. Qui cogit mori nolentem, in æquo est, quique properantem impedit. — Imperat. *noli, nolite* etc. cum Infinito usurpatur pro *ne* cum Imperativo. *Plaut. Capt.* 4. 2. 60. et 65. Noli irascier. *Id. Trin.* 3. 2. 1. Ita illico, noli avorsari, neque te occultassis mihi. *Ter. Andr.* 4. 2. 2. Noli te macerare. *Lucilius* apud *Non. p.* 505. 20. *Merc.*; et *Horat. Art. P.* 427. Nolito, tibi me male dicere posse putare. Sic *Cic. Brut.* 33. 125. Noli putare, quemquam uberiorem ad dicendum fuisse. *Sisenna* apud *Non. p.* 481. 2. *Merc.* Nolitote mirari. Sic *Petron. Satyr.* 88. *in fin.* Nolito mirari, si etc. *Cic. Flacc.* 42. 105. Nolite, judices, existimare, eos, qui etc. *Id.* 2. *leg. Agr.* 6. 16. Nolitote dubitare. — Similiter cum Verbo *velle*. *Cic. Cæl.* 32. 79. Nolite, judices, – hunc jam natura ipsa occidentem velle maturius exstingui vultnere vestro, quam suo fato. *Nepos Att.* 4. Noli, oro te, inquit Pomponius, adversum eos me velle dicere, cum quibus etc. *Liv.* 7. 40. *ad fin.* Cujus auspicia pro vobis experti nolite (milites) adversus vos velle experiri. Adde *Ovid. Heroid.* 21. 58. — Cum Accusativo et Infinito. *Ter. Hecyr.* 5. 1. 32. nolo, falsa fama esse goatum suspectum tuum. *Cic.* 4. *de republ.* 7. Nolo enim, eumdem populum imperatorem et portitorem esse terrarum. *Cæs.* 1. *B. G.* 18. Pluribus præsentibus eas res jactari nolebat. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 153. Nollet carmine quemquam Describi. — Cum Part. præter. pass. pro Infinito. *Liv.* 25. 3. Ea fraus indicata M. Atilio prætori priore anno fuerat, ac per eum ad senatum delata, nec tamen ullo senatusconsulto notata: quia Patres ordinem publicanorum in tali tempore offensum nolebant. — *c*) Cum Conjunctivo. *Ter. Heaut.* 4. 3. 23. nolo mentiare. *Id. Eun.* 5. 2. 67. nolo, me in via Cum hac veste videat. — *d*) Cum Accusativo. *Nepos Thrasyb.* 4. Ex istis nolo amplius, quam centum jugera. — *e*) *Non nolle*, non recusare, non invitum esse. *Cic.* 2. *Orat.* 18. 75. Quum invitatus esset, ut eum, si vellet, audiret; quumque se non nolle dixisset etc. *Id. Sull.* 26. 72. Quos ego nominarem, neque ipsi nolunt: sed etc. *Id.* 4. *Verr.* 74. 182. Sciebam enim hanc magistrorum, qui tabulas haberent, consuetudinem esse, ut, quum tabulas novo magistro traderent, exempla litterarum ipsi habere non nollent. — Idem valet v. *nolle* cum alio vocabulo negativo. *Cic. Topic.* 1. 5. Nolui deesse, ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. *Liv.* 2. 45. Miles nolle inultos hostes, nolle successum non patribus, non consulibus. — Non negat in illo *Varron.* apud *Non. p.* 532. 14. *Merc.* Quod a rege munera eorum noluerit nemo accipere. — *f*) *Nollem factum*, quum displicet quippiam factum esse. *Ter. Phorm.* 5. 3. 13. CHRE. Jam illi datum est argentum? DEM. curavi illico. CHRE. nollem datum. *Id. Adelph.* 2. 1. 11. nollem factum. *Cic.* 1. *Off.* 11. 35. Carthaginem et Numantiam funditus sustulerunt: nollem Corinthum; sed credo aliquid secutos, etc. *Plaut. Amph.* 3. 2. 8. adjuret insuper, Nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit. *Cic.* 6. *Verr.* 20. 43. Imprudens huc incidi, judices: emit enim, non abstulit: nollem dirisse. — *g*) *Quod nolim* interseritur, ut *quod abominor*, ad omen avertendum. *Cic.* 7. *Att.* 18. Videbis, si erit, quod nolim, accessendus, ne etc. *Ovid. Heroid.* 20. 100. Quum sua, quod nolim, numina læsa videt. — *h*) *Nolente me*, me invito. *Quintil.* 3. 6. 68. In ipsis etiam illis sermonibus me nolente vulgatis. *Lucan.* 1. 274. quamvis nolente senatu, Traximus imperium. *et* 2. 175. forsan nolentibus umbris. — *i*) Infin. *nolle* loco Substantivi nominis interdum adhibetur. *Martial.* 5. 83. Velle tuum nolo, Dyndime, nolle volo. ¶ 2. Speciatim *nolle alicui*, non favere, aversari. *Cic.* 1. *Fam.* 1. *a med.* Cui qui nolunt, iidem tibi, quod eum ornasti, non sunt amici.

NOLUNTAS, ātis, f. 3. *il non volere*, nolentia. *Ennius* apud *Calpurn. Pison.* Vim tua noluntas facit imperiosa, vetando, Quem consul meruit, quum res bene gesta, triumphum. *Paul. Merula*, qui hæc affert, et *Calpurnii* librum se vidisse testatur, addit, reperiri aliquoties in Glossariis Gallorum, et usurpari etiam ab *Augustino* 14. *Civ. D.* 6., sed ibi in opt. lib. *voluntas* legitur. Suspectus præterea est eruditis *Ennii* versus, ut *Vossio de vitiis serm.* l. 3. c. 29. et liber *Calpurnii* adhuc MS. in biblioth. latet. *V.* et *Vahlen., Enniance poes. reliq. p.* 185., qui allatos versus ab Ennii reliquiis expunxit.

NŌMÆ, ārum, f. plur. *et in sing. num.*

NŌMĒ, es, f. 1. νομή, a νέμω *pasco*, sunt ulcera serpentia et carnem depascentia, *ulcere corrosive*. — *a*) In plur. num. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 9. 36. (93). Compescere mala corporis, quæ serpunt: nomas vocant. *Id.* 26. *ibid.* 8. 33. (50). Folia contra ulcerum nomas, cum melle. *et ibid.* 40. (67). Ad nomas oris folium cum melle estur. *et ibid.* 14. 87. (144). Cohibere nomas. *Id.* 24. *ibid.* 19. 115. (175). curare. *Id.* 23. *ibid.* 4. 46. (91). et 30. *ibid.* 13. 39. (115). sanare. *Id.* 24. *ibid.* 16. 94. (151). sistere. *Plin. Valer.* 3. 22. Hæc imposita nomas, quos vocant cancros, sistunt. — *b*) In singul. num. *Id.* 31. *ibid.* 8. 44. (97). Dysentericis utilis est, etiam si nome intestina corripit. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

NŌMEN, ĭnis, n. 3. Antiquitus *nominus* pro *nominis* usurpatum in *vet. S. C.* apud *Fabrett. p.* 427. *V.* VENUS in ONOM. — Quod ad etymon attinet, *nomen* vel ἀσχαικῶς *gnomen* est a *nosco* vel *gnosco, novi*, ut his verbis docet *Festus p.* 173. 34. *Müll.* Nomen sive ex Græco ὄνυμα dictum est, sive quasi novimen quod notitiam faciat. Hæc *Fest.* Sicut enim a *moveo, movi* est *movimen* inusit., unde *momen* per syncopen; ita a *nosco, novi*, est *novimen*, et per syncop. *nomen. Claud. Mamert. epist.* 1. Nomen dixere priores, quod ipsius rei imagines, quas per sensus corporis dirigit memoria, in auribus intromittit. *Boeth. Comment.* in *Aristot. de interpr. ed. pr. p.* 221. Præcipue quum nomen dicatur quasi notamen. — Ceterum *nomen* est vocabulum, quo singulæ res appellantur et noscuntur, ὄνομα (It. *nome*; Fr. *nom, dénomination, appellation*; Hisp. *nombre*; Germ. *der Name, die Benennung*; Angl. *a name, appellation*).

I.) Proprie. ¶ 1. Universim. — *a*) Generatim. *Cic.* 1. *Invent.* 24. 34. Nomen est, quod unicuique personæ attribuitur, quo suo quæque proprio et certo vocabulo appellatur. *Id.* 3. *Fin.* 1. 3. Imponere nova novis rebus nomina. *Id.* 3. *Tusc.* 5. 10. Qui hæc rebus nomina posuerunt. (Adde *Virg.* 7. *Æn.* 63.). *Liv.* 1. 3.; *Virg.* 1. *Æn.* 252.; et *Quintil.* 2. 1. *med.* Nomen alicui dare. *Plaut. Stich.* 1. 2. 20. indere. *Ovid.* 5. *Met.* 525. et 9. *ibid.* 357. addere. *Gell.* 3. 16. facere alicui. *h. e.* imponere. *Cic.* 1. *Orat.* 56. 239. Appellare aliquem nomine. *per nome.* Sic *Colum.* 11. *R. R.* 1. 22. Mancipia per nomina quotidie citare debebit. *et Virg.* 11. *Æn.* 731. Nomine quemque vocans. *et* 4. *ibid.* 674. morientem nomine clamat. *et* 4. *G.* 355. Stat lacrimans, et te crudelem nomine dicit. *Tac.* 1. *Ann.* 21. Ciere nomina singulorum. *Cic. Orat.* 19. 62. Theophrastus divicitate loquendi nomen invenit. *Id.* 1. *Divinat.* 17. 30. Lituus ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit. *et* 2. *ibid.* 32. 69. Ajus iste Loquens ajebat, et loquebatur, et ex eo nomen invenit. *et* 1. *ibid.* 10. 16. Aristoloohia nomen ex inventore reperit. *Id.* 4. *Phil* 2. 5. Legio Martia ab eo deo nomen traxit. *Cæs.* 1. *B. G.* 13. Ut is locus ex calamitate populi R. nomen caperet. *Quintil. procem. lib.* 1. *ante med.* Duo jam sub nomine meo libri ferebantur artis rhetoricæ. *Virg.* 2. *Æn.* 166. minores Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem. *et ibid.* 210. Strophades Graio stant nomine dictæ. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 3. quidam notus mihi nomine tantum. *solo di nome.* — *b*) Speciatim Ablativus *nomine* sæpe occurrit. *Liv.* 8. 11. Prætorem eorum nomine Millionium dixisse ferunt, etc. *Id.* 30. 7. Quatuor millia Celtiberorum circa urbem nomine Abbam-sibi occurrisse. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 55. It, redit, et narrat, Voltejum nomine Menam, Præconem etc. *Nepos Cim.* 1. Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpinicen. *et Timol.* 5. Idem, quum quidam Lamestii similis, nomine Demænetus, in contione populi, de rebus gestis ejus detrahere cœpisset etc. Adde *Justin.* 2. 9. 2., 7. 1. 6. et 13. 2. 7.; et *Vellej.* 2. 5. 2. — *c*) *Est nomen* cum Dativo personæ et Nominativo ipsius nominis, vel cum Dativo et personæ et ipsius nominis, vel raro admodum cum Dat. personæ et Genit. ipsius nominis. (*Gell.* 15. 29. duos esse ait loquendi modos satis usitatos, *mihi nomen est Julii* (al. *Julius*) et *mihi nomen est Julii.* Tertium addit inusitatiorem ex *Pisone*; L. Tarquinium collegam scum, quia Tarquinium nomen esset, metuere. Hoc, inquit *Gell.* proinde est ac si dicas, *mihi nomen est Julium.* Sed *Julium* et *Tarquinium* adjectiva sunt: et præterea apud *Gell.* in quibusd. MSS. habetur *Tarquinio.*) Ceterum — Cum Dat. personæ et Nom. nominis. *Cic.* 6. *Verr.* 53. 118. Fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est. *Id. Brut.* 62. 225. Cui saltationi Titius nomen est. *Id.* 4. *Tusc.* 11. 24. Eique morbo nomen est avaritia. *Liv.* 1. 34. Nomina his Lucumo et Aruns fuerunt. *et* 9. 27. Cui nunc urbi Beneventum nomen est. *Curt.* 3. 1. Gordium nomen est urbi. *et* 8. 7. Nobili juveni (Metron erat ei nomen) super armamentarium posito, quod scelus pararetur, indicat. — Cum Dat. et personæ et nominis. *Plaut. Cist.* 1. 3. 6. Nam mihi est Auxilio nomen. *Id. Rud. prol.* 5. nomen Arcturo est mihi. *Cic.* 2. *Legg.* 24. 62. Cantus, cui nomen neniæ. *Ovid.* 6. *Fast.* 139. Est illis Strigibus nomen. *Liv.* 2. 16. Atta Clausus, cui postea Appio Claudio fuit Romæ nomen. *Id.* 3. 48. Seducit filiam ac nutricem prope Cloacinæ ad Tabernas, quibus nunc Novis est nomen. — Similiter cum duplici Dat. *Liv.* 1. 34. Puero ab inopia Egerio inditum nomen. *Plaut. Men.* 1. 1. 1. Juventus nomen fecit Periculo mihi. — Cum Dat. personæ et Genit. nominis. *Plaut. Amph. prol.* 17. Nunc cujus jussu venio, et quamobrem venerim, Dicam: simulque ipse eloquar nomen meum. Jovis jussu venio: nomen Mercurii est mihi. — *d*) Animadversione digna sunt illa *Ovid.* 1. *Met.* 168. Est via sublimis etc. Lactea nomen habet. *et* 6. *ibid.* 399. Inde petens rapidum ripis declivibus æquor, Marsya nomen habet, Phrygiæ liquidissimus amnis. Cf. *eumd.* 15. *ibid.* 740. *Liv.* 1. 1. *in fin.* Cui parentes Ascanium dixere nomen. *Id.* 1. 34. *a med.* Urbem ingressi sunt, domicilioque ibi comparato, L. Tarquinium edidere nomen. *Ovid.* 15. *Met.* 96. At vetus illa ætas, cui fecimus aurea nomen. *Auson. Edyll.* 2. 1. Nomen ego Ausonius, non ultimus arte medendi. *Est qui leg.* nomine. ¶ 2. Speciatim, aliquando refertur ad militiam: nam *dare, edere, profiteri nomen* est militiæ onus subire, quum magistratui delectum habenti nomen suum edit citata juventus, *arrolarsi. Liv.* 2. 24. Alius alium confirmare, ne nomina darent: patres militarent, patres arma caperent. *et infra.* Ne quis civem R. vinctum teneret, quo minus ei nominis edendi apud consules potestas fieret. *et mox.* Et qui aderant nexi, profiteri extemplo nomina. *Id.* 7. 4. Virgis cæsi, qui ad nomina non respondissent. *h. e.* qui citati nomine, ut militiam capessercnt, non apparuissent. *Quintil. declam.* 3. 5. Festinarunt parentes ad nomen liberos mittere. *h. e.* ad militiam. — Hinc etiam *Tac.* 15. *Ann.* 48. Dare nomen in conjurationem. — Et figurate. *Ter. Eun. prol. init.* Si quispiam est, qui placere se studeat bonis, In his poeta nomen profitetur suum. *Cic. Dom.* 44. 116. Quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit, nisi aut egestate, aut scelere perditus. *Liv.* 1. 11. Plures inventi, qui, propter ubertatem terræ, in Crustuminum nomina darent. *h. e.* colonos Crustumini se fieri vellent. ¶ 3. Item speciatim. *Tria nomina habere* proprium est Romani hominis ingenui et liberi: ut M. Terentius Varro, P. Claudius Pulcher, M. Numisius M. L. Agathopus etc.; nam servi unum tantum habebant, ut Tiro, Sosia, Stichus. *Juvenal.* 5. 126. si quid tentaveris unquam Miscere, tamquam (al. *quamquam*) habeas tria nomina. Horum primum *prænomen*, alterum *nomen*, tertium *cognomen* dicebatur. Sed *nomen* quum dicimus, cognomen quoque intelligatur oportet, inquit *Cic.* 2. *Invent.* 9. 28. Prænomen distinguebat unum ab altero in eadem familia, ut *M. Tullius Cicero, Q.*

Tullius Cicero fratres: nomen discernebat gentem a gente: cognomen familiam a familia. Nam *Ti. Claudius Nero* quum dicitur, significatur, Tiberium hunc fuisse e gente Claudia et e familia Neronum. *V.* singula suis locis. Si qui convenirent in iisdem nominibus, addebatur ante cognomen ad discrimen, prænomen patris, et si opus esset, etiam avi et proavi, ut *C. Julius C. F. Cæsar: L. Munatius L. F., L. N., L. Pron. Plancus* (apud *Gruter.* 439. 8.); quæ leguntur *Cajus Julius Caji filius Cæsar: Lucius Munatius Lucii filius, Lucii nepos, Lucii pronepos Plancus.* Addebatur aliquando agnomen ex rebus gestis, ut apud *Reines. cl.* 6. *n.* 33. *P. Cornelius P. F. Scipio Africanus.* Aliquando ex adoptione, ut *P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus*, apud *Vellej.* 2. 4. 2.; et *Aurel. Vict. Vir. Illustr.* 58. h. e. filius L. Æmilii Pauli, in adoptionem genti Corneliæ Scipionum datus, et ab Africani majoris filio adoptatus, quod et *Flor.* docet 2. 15., item *Q. Fabius Maximus Æmilianus*, qui quum item filius esset ejusdem Pauli, in gentem Fabiam adoptione transierat, quod *Liv.* tradit 45. 41. *extr.* et 44. 35. — In appellando et scribendo modo solum prænomen usurpabatur, ut *O Tite, si quid ego adiuero*, alloquitur *Ennius* T. Quinctium Flaminium, apud *Cic. Senect.* 1. 1. Modo solum cognomen, ut *Cic. Ligar.* 6. 17. Scelus tu illud vocas, Tubero? Aliquando utrumque, ut *Cic. ibid.* 1. 1. Novum crimen, C. Cæsar, etc., prout magis minusque notus erat is, quo de agebatur. Tria simul vel quatuor locum habent præcipue in inscriptionibus et historia, ubi ad notitiam distinctius designari homines opus est. Nonnunquam eorum ordo invertitur, et cognomen ante nomen ponitur, ut *C. Crispus Sallustius, Agrippa Menenius, Crassus Licinius, Nepos Cornelius, Cato Porcius*, et alia, quæ congessit *Cortius* ad *init. Catil. Sallust. V.* COGNOMEN. — Nomen interdum dicitur de prænomine. *Cic. Mur.* 12. 27. Quia in alicujus libris id nomen invenerant, putarunt, omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Cajas vocari. — Item de cognomine. *Id. Cæcin.* 10. 27. Sex. Clodius, cui nomen est Phormio. — Mutare prænomen, nomen et cognomen fuit olim licitum ex lege unica *Diocletiani Cod.* 9. *tit.* 25. Cf. *Cavedoni, Atti de' SS. Mm. Tarrac. p.* 12. *nota* 5. ¶ 4. *Nomen commune* apud *Cels.* 7. 18. et *generale* apud *eumd.* 5. 28. *n.* 11. est illud quod pluribus morbis convenit; quemadmodum hernia apud Latinos significat eos omnes morbos, quos Græci distinctis nominibus ἐντεροκήλην, ἐπιπλοκήλην, ὑδροκήλην appellant. ¶ 5. Apud Grammaticos *nomen* est pars orationis, quæ declinatur in casus. *Quintil.* 1. 4. *et* 5., *Charis., Priscian.*, etc.

II.) Translate. ¶ 1. *Nomen* pertinet ad forum et accusationes. Nam *deferre nomen alicujus* dicitur, qui ad magistratum accedit, et rei cujuspiam nomen accusandi gratia defert, *querclare*: ipse vero magistratus *recipere*, quum accusationem admittit, *ricevere la querela. Cic.* 4. *Verr.* 38. 84. Pacilius quidam accedit: ait, si liceret, nomen absentis deferre se velle. Iste vero, et licere, et fieri solere, et se recepturum. Itaque defertur. *Id. Rosc. Am.* 10. 28. Nomen alicujus de parricidio deferre: ad eam rem aliquem accusatorem veterem comparare. — Hinc *abolere reorum nomina* est *reos discrimine liberare* (ut ait *Sueton. Domit.* 9., Italice *cancellarli dai ruoli, annullare il processo*) apud *Sueton. Aug.* 32. Diuturnorum reorum, et ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quæreretur, nomina abolevit; conditione proposita, ut si quem quis repetere vellet, par periculum pœnæ subiret. ¶ 2. Sæpe dicitur de capite rationum, sive debita pecunia sit, sive credita, *partita, debito, o credito*: quia in tabulis rationum perscribitur nomen ejus, qui pecuniam accepit. Et *nomen* dicitur etiam ipsa pecunia credita. — *a)* Generatim. *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 3. *Verr.* 10. Tituli debitorum nomina dicuntur, præsertim in iis debitis, in quibus hominum nomina scripta sunt, quibus pecuniæ commodatæ sunt. *Cic. Rosc. Com.* 1. 4. Non conficit tabulas? immo diligentissime. Non refert parva nomina in codices? immo omnes summas. Leve et tenue hoc nomen? HS CCCIↃↃↃ sunt. *Id. Quinct.* 11. 38. Qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit. *partite, e debiti liquidi.* et 3. *Verr.* 39. 100. Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ redundarunt: hinc ratio cum Postumis, multis nominibus: quorum in tabulis iste habet nullum. *et ibid.* 102. Si neque in tuas tabulas ullum nomen referres, cum tot ibi nominibus acceptum Curtii referrent. *Id.* 6. *Att.* 2. *a med.* Nomen solvere. *pagare il debito.* et 16. *ibid.* 6. *ad fin.* expedire, exsolvere. *Id. Planc.* 28. 68. Hoc nomen, quod urget, nunc, quum petitur, dissolvere. *Id.* 3. *Verr.* 10. 28. Nomina sua exigere. *riscuotere i suoi crediti. Liv.* 35. 7. Nomen transcribere in alium. *trasportare e addossare altrui la partita di debito. Plaut. Cist.* 1. 3. 40. volo persolvere, Ut expungatur nomen, ne quid debeam. *Cic.* 7. *Verr.* 7. 17. Pecuniam sibi esse in nominibus: numeratam in præsentia non habere. *in crediti. Petron. Satyr.* 117. Habere in Africa trecenties sestertium, fundis nominibusque depositum. *parte in fondi, parte in crediti.* — *b) Nomina facere* est creditoris, qui pecuniam aut mercem alteri dat in diem soluturo, et debitorem sibi facit, *far crediti. Cic.* 7. *Fam.* 23. Accepi Avianii litteras, in quibus hoc inerat liberalissimum, nomina se facturum, qua ego vellem die. *Seneca* 1. *Benef.* 1. Nomina facturi diligenter in patrimonium et vasa debitoris inquirimus. *Id. Vit. beat.* 24. Numquam magis nomina facio, quam quum dono. — Aliquando est debitoris, *far debiti. Cic.* 3. *Off.* 14. 59. Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius voluit, et emit instructos: nomina facit, negotium conficit. Sunt qui putant vocem *Pythius* excidisse, legendumque *Pythius nomina facit*: qua ratione ad creditorem pertineret. — Ceterum *nomina facere* per se significat nomina in codice perscribere, *piantar una partita*, sive debiti sint, sive crediti. *Pompon. Dig.* 15. 1. 4. Ut etiam si nuda voluntate remiserit dominus, quod debuit, desinat servus debitor esse: si vero nomina ita fecerit dominus, ut quasi debitorem se servo faceret, quum debitor non esset, contra puto. — *c) Nomen locare* est pecuniam accipientis et ad solvendum se obligantis. *Phædr.* 1. 16. Fraudator nomen quum locat sponsu improbo, Non rem expedire, sed mala videre expetit. Sed hic locus ab interpretib. mire vexatur. — *d) Nomen* interdum ipsum debitorem significat. *Cic.* 5. *Fam.* 6. *sub fin.* Meis rebus gestis hoc sum assecutus, ut bonum nomen existimer. h. e. debitor fidelis, *buon pagatore.* et *Seneca* 5. *Benef.* 22. Lenta nomina, non mala. h. e. qui tarde solvunt, solvunt tamen. *Colum.* 1. *R. R.* 7. 2. Optima nomina non appellando fieri mala, fœnerator Alphius dixisse verissime fertur. h. e. etiam si optimi sint debitores, si tamen diutius debitum exigere distuleris, negligentia pessimos fieri. *Seneca* 7. *Benef.* 29. Quædam nomina bona lentus ac sapiens creditor fecit, qui sustinuit ac mora fovit. — *Nomine meo ex possessionibus æs alienum solvere* est *liberarmi dal debito contratto in mio nome sui propri fondi*: et *alieno nomine æs alienum persolvere suis copiis* est *con mallevaria pagare il debito suo colle proprie sostanze* apud *Sall. Cat.* 36. ¶ 3. Pro familia, stirpe, gente. — *a)* Aliquando refertur ad familiam, quia in ea unum nomen commune est multis. *Catull.* 60. 212. non decet Tam vetus sine liberis Nomen esse, sed inidem Semper ingenerari. *Virg.* 6 *Æn.* 758. Illustres animas, nostrumque in nomen ituras. *Sueton. Cæs.* 83. C. Octavium in familiam nomenque adoptavit. *Plin.* 8. *Ep.* 18. Domitius Afer, qui illos in nomen assumpsit. *adottò.* et *Tac.* 3. *Ann.* 30. Crispum C. Sallustius in nomen adscivit. Sic *Sueton. Galb.* 17. In bona et nomen testamento adscitus. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver. p.* 126. *n.* 5. HOC MONIMENTVM VETO NE DE NOMINE MEO EXIAT. h. e. de gente Fabia. Q. enim Fabius Nicanor is est, qui sibi et aliis posuit. *V. ibid. Maffei* admotat. — Hinc figurate *Ammian.* 15. 11. Rhodanus Aratim in suum nomen adscivit. — *b)* De stirpe ac gente: sic *nomen Latinum, Romanum* etc. est ipsa gens Latina, Romana. *Senatusc. de Bacchan.* CEIVIS ROMANVS NEVE NOMINVS LATINI NEVE SOCIVM QVISQVAM etc. *Cic.* 1. *de republ.* 19. Concitatis sociis et nomine Latino. *Liv.* 23. 6. Ubi deletum omnibus videretur nomen Romanum. Adde *Nepot., Sall., Justin., Tac.* etc. ¶ 4. Metonymice ponitur pro persona. *Liv.* 37. 54. Pro dignitate et gloria apud omne genus humanum, quod vestrum nomen imperiumque juxta ac deos immortales jam pridem intuetur, pugnastis. ubi *vestrum nomen* valet *vos Romanos*: est tamen qui *numen* leg. *Val. Flacc.* 5. 118. nova dux accedere gaudet Nomina. *Sil. It.* 17. 192. Jamque ardore truci lustrans fortissima quæque Nomina obit ferro. *Ovid.* 2. *Trist.* 441. Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Servi Carmina: quis dubitet nomina tanta sequi? *Tibull.* 3. 4. 61. Ah crudele genus, nec fidum femina nomen! *non è cosa da fidarsi. Sil. It.* 6. 298. Nec, Trasymene, tuus premeret tot nomina gurges. *Ovid.* 8. *Met.* 464. In diversa trahunt unum duo nomina pectus. h. e. maternus et fraternus amor. — Similiter *Sil. It.* 13. 44. nomen Ledæ. h. e. Helena Ledæ filia. *et* 14. 70. Quid referam Æolio regnates nomine terras? h. e. ab Æolo. *et* 5. 161. Quosque nefas vetiti transcendere nomen Iberi. h. e. vetitum Iberum. *Val. Cato Dir.* 90. Dulcia rura, valete, et Lydia dulcior illis, Et casti fontes, et felix nomen agelli. ¶ 5. Nonnunquam nomen opponitur rei. *Liv.* 7. 29. *a med.* Campani magis nomen ad præsidium sociorum, quam vires, quum attulissent etc. *Justin.* 22. 5. 6. Coituraque auxilia omnium adversus unam urbem, nomine quam opibus ampliorem. *Nepos Ages.* 1. Ut duos haberent semper reges, nomine magis, quam imperio. *et Id. Reg.* 1. Lacedæmonius autem Agesilaus nomine, non potestate fuit rex. Adde *Justin.* 13. 2. 11. *Cic.* 5. *Att.* 15. Tantum me nomen habere duarum legionum exsilium? *Ovid.* 1. *Art. am.* 740. Nomen amicitia est, nomen inane fides. Cf. *Sil. It.* 1. 292. misit largo quam dives alumno Magnanimis regnata viris, nunc Ardea nomen. *et Tac.* 4. *Hist.* 75. Muciani ac Domitiani vana et sine viribus nomina. ¶ 6. Sæpe ponitur pro existimatione, fama, *rinomanza, fama, nome. Cic. Brut.* 67. 238. Hujus magnum nomen in patronis fuit. *et ibid.* 69. 244. Memoria quidem dignos perpaucos; verum qui omnino nomen habuerint, non ita multos fuisse. *Virg.* 2. *Æn.* 89. et nos aliquod nomenque decusque Gessimus. *Sil. It.* 13. 722. Mereri nomen immortale. *Ovid.* 3. *Met.* 512. nomenque erat Auguris ingens. *Horat.* 3. *Od.* 9. 7. Multi Lydia nominis Romana vigui clarior Ilia. *Quintil.* 6. 2. 36. Pervenire ad aliquod nomen ingenii. *Ovid.* 2. *Trist.* 350. Nomen alicujus stringere. h. e. famam lædere. *Liv. proœm.* 1. Officere nomini alicujus. *Vellej.* 2. 94. 4. Tanti nominis fama territus. *Plin.* 7. *Ep.* 20. Homines non nullius in litteris nominis. *Flor.* 3. 18. C. Gracchus homo sine tribu, sine nomine. h. e. ignobilis, ignotus, obscurus. *Virg.* 9. *Æn.* 343. multam sine nomine plebem. *Sil. It.* 10. 28. cadit ingens nominis expers Uni turba viro. — Hac ratione transfertur ad inanima. *Cato R. R.* 25. Ne vinum nomen perdat. Sic *Virg.* 2. *G.* 239. Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina servat. h. e. suum saporem et pretium. ¶ 7. Sæpe etiam pro causa, titulo, prætexto, *pretesto, titolo, cagione.* — *a)* In singulari numero. *Cic.* 7. *Verr.* 5. 11. Nomine sceleris conjurationisque damnati, ad supplicium traditi. *At* Orellius *pro* Nomine *legit* Homines. *Id.* 2. *Fam.* 1. Nomine negligentiæ alicui esse suspectum. In *Epit. Livii* 47. *extr.* Prætores avaritiæ nomine accusati. *Cic. Rosc. Com.* 14. 40. An alio nomine et alia de causa abstulisse? *Id.* 2. *leg. Agr.* 6. 15. Orbis terrarum domini constituerentur legis agrariæ simulatione atque nomine. *Tac.* 14. *Ann.* 59. Decretæ eo nomine supplicationes. *Vellej.* 1. 5. 4. Quo nomine non est mirandum, quod sæpe illud usurpat, etc. *Cels.* 7. 26. *n.* 2. *a med.* Idque eo nomine opus est, ne quum adduci uncus cœperit, calculus effugiat. *Cassius* ad *Cic.* 12. *Fam.* 12. *a med.* Hæc a te peto amicitiæ nostræ nomine. *Cic. Flacc.* 12. 27. Classis nomine pecuniam imperatam quæruntur. — *b)* In plurali num. *Cic.* 6. *Att.* 2. *ante med.* Is multis nominibus Græcos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sunt. *Sall. Cat.* 38. Namque per illa tempora quicumque rempubl. agitavere, honestis nominibus, alii sicuti populi jura defenderent, pars quo senatûs auctoritas maxuma foret, bonum publicum simulantes pro sua quisque potentia certabant. *Justin.* 38. 2. 6. Sed senatus, studio regum intellecto aliena regna fal-

sis nominibus furantium, et Mithridati Cappadociam et Nicomedi-Paphlagoniam ademit. — *c) Meo, tuo nomine*, vice, verbis, propter, *a mio nome, da mia parte. Cic. Mur.* 33. 69. Præsertim talis viri nomine rogatos. *et ibid.* 36. 75. Quum epulum Q. Maximus patrui sui nomine populo daret. *Cæs.* 1. *B. G.* 18. *a med.* Odisse suo nomine Cæsarem et Romanos, quod eorum adventu potentia ejus deminuta sit. *per suo particolare riguardo, o interesse:* vel *lui come lui.* Sic *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 4. Cicero, vir optime, mihique merito et meo nomine, et reipublicæ, carissime. *Cic.* 1. *Phil.* 12. 30. Mihi etiam, quo auctore te in iis rebus uti arbitrabantur, et gratias boni viri agebant, et tuo nomine gratulabantur. *Id.* 2. *Cat.* 6. 14. Manlius iste, credo, bellum populo R. suo nomine indixit. *Nepos Attic.* 6. Neminem neque suo nomine, neque subscribens accusavit. *Cic. Mur.* 38. 82. Neque isti me meo nomine interfici, sed vigilantem consulem de reipubl. præsidio demovere voluit. *me come me.* et *Id. Amic.* 21. 77. Ab amicitia Q. Pompeji meo nomine se removerat, ut scitis, Scipio. *h. e.* propter meam a Pompejo dissensionem.

NŌMENCLĀTĬO, ōnis, f. 3. (nomenclator) appellatio nominatim facta, recitatio nominis, *il chiamare per nome*, ὀνόμασμα. — *a)* De personis. *Q. Cic. Petit. cons.* 11. 41. Illa altera pars petitionis, quæ in populari ratione versatur, desiderat nomenclationem, blanditiam, assiduitatem, etc. — *b)* De rebus. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 31. Prudentis magistri est, ejusmodi nomenclationis aucupio, quo potiri nequeant, studiosos non demorari. *h. e.* recitatione nominum, quibus vites appellantur.

NŌMENCLĀTOR, ōris, m. 3. Legitur et *nomenculator*, quod integrum est, apud *Sueton. Aug.* 19., *Cal.* 41. et *Claud.* 34.; *Martial.* 10. 30.; et *Inscript.* apud *Gruter.* 599. 2. — Legitur etiam in *Inscript.* apud *eumd.* 630. 5. Nomiclator a census. *h. e.* qui nomina in censum inscribenda deferebat. *V. Annali dell'Instit. archeol. a.* 1846. *p.* 322.; et adde *Inscript.* apud *Henzen.* 5727. et 6547. — *Nomenclator*, a *nomine calando*, id est vocando, est qui memoriter unumquemque nominatim vocare didicit, *nomenclatore*, ὀνοματολόγος. *Q. Cic. Petit. cons.* 8. 32. Ne nomenclator solum, sed amicus etiam bonus esse videare. — Ceterum de iis usurpatur, qui aliorum nomina nescienti suggerebant. — *a)* De personis. Ex his, quæ mox afferemus, patet, duo præcipua fuisse nomenclatorum ministeria. Nam extra domum inserviebant prensationibus, ut candidati, iis suggerentibus, nomina civium scirent, quos nominatim in prensando compellare vellent: domi in compellandis nominatim iis, qui mane salutatum advenirent. Porro Imperatorum R. temporibus nomenclator dictus est etiam servus, qui hero suo aliorum servorum nomina suggerebat. *Cic.* 4. *Att.* 1. *circa med.* Ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obviam non venerit. *Seneca* 1. *Benef.* 3. *ad fin.* Nomenclatori memoriæ loco audacia est. *Id. Ep.* 27. Nemo vetulus nomenclator, qui nomina non reddit, sed imponit, tam perperam tribus, quam ille Trojanos et Achivos, persalutabat. *et Ep.* 19. *ad fin.* Habebis convivas, quos ex turba salutantium nomenclator digesserit. *Id.* 6. *Benef.* 33. *ad fin.* Quid? tu istos libros, quos vix nomenclatorum complectitur aut memoria, aut manus, amicorum existimas esse? *V.* FODIO. *Sueton. Aug.* 19. Telephi servi nomenculatoris. *Macrob.* 2. *Saturn.* 4. Nomenclatori Augustus, de cujus oblivione querebatur, dicenti: Num quid ad forum mandas? Accipe, inquit, commendaticias, quia illic neminem nosti. *Inscript.* apud *Henzen.* 6196. ÆMILIO LEPIDI LIB. FELICI NOMENCLATORI VIRO PRIORI DECIMIAE L. L. LIBERALIS. — *b)* De rebus. *Martial.* 10. 30. Nomenculator mugilem citat notum.

NŌMENCLĀTŪRA, æ, f. 1. *nomenclatura*, nomenclatio, appellatio. *Plin.* 3. *Hist. nat. proœm.* 1. (2). Sit quædam in his nomenclatura quidem, sed mundi rerumque naturæ. *h. e.* recitatio nominum locorum, oppidorum, fluminum etc., quæ in terra sunt. *Id.* 21. *ibid.* 9. 28. (52). Sunt et alia genera, nominibus Græcis indicanda, quia nostris hujus nomenclaturæ defuit cura.

NOMENCULATUS, a, um, adject. nomine suo appellatus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 35. Nomeaculatus, nominativus, nominatim.

NŌMĬMUS, i, m. 2. νόμιμος, legitimus. *Inscript.* nuperrime reperta Venetiis, quæ nunc ibidem servatur in *Mus. Lapid. Semin. Patriarch.*, quæ est apud *Orell.* 5059. SOLI SACRUM Q. BAIENVS PROCVLVS PATER NOMIMVS. *V.* PATER. *h. e* rite consecratus, ut docet *Labus.* in *Annal. dell' Instit. archeol. a.* 1846. *p.* 271. et apud *Orell.* 5059.

NŌMĪNĀBĬLIS, e, adject. (nomen). Legitur in plerisque MSS. Codicibus apud *Ammian.* 28. 4. *ad fin.* Clamitant sæpe, rempublicam stare non posse, si futura concertatione quem quisque vindicat, carceribus non exiluerit princeps et nominabilis equis parum cohærenter circumflexerit metam. *Valesius* pro *nominabilis equis* legendum conjecit ediditque *funalibus equis*, quemadmodum et alia hoc loco dubia, nec integra, ipse conjecturâ immutavit.

NŌMĪNĀLĬA, ium, n. plur. 3. *V.* voc. seq. in fin.

NŌMĪNĀLIS, e, adject. ad nomen pertinens, *nominale. Varro* 8. *L. L.* 4. *Müll.* Ut enim ab Æmilio homines orti Æmilii ac gentiles: sic ab Æmilii nomine declinatæ voces in gentilitate nominali. — Hinc

Nominalia, ium, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, dies solemnis quo puero imponebatur nomen: de quo *Capitolin.* in *M. Aurel.* 9. Liberales causas ita munivit, ut primus juberet, apud præfectos ærarii Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri, intra tricesimum diem nomine imposito. Huc spectat et locus ejusd. *Capitolin.* in *Clod. Albin.* 5. Septima ejus diei hora convivio, quod celebritati pueri deputabatur, quum ei fierent nomina, septem aquilæ parvulæ de nido allatæ sunt et quasi ad jocum circa cunas pueri constitutæ: nec hoc omen pater abnuit, qui jussit aquilas ali et diligenter curari. *V.* FATUM. *Tertull. Idolol.* 16. Officia privatarum et communium solemnitatum, ut togæ puræ, ut sponsalium, ut nuptialium, ut nominalium. *V.* LUSTRICUS. — Die nominalium parentes ex tabulario publico tabulas secum domi asservandas referebant, testes scilicet ætatis neonati pueri, ibique consules erant adnotati: quod nos dicimus *fede di nascita*. *V. Apul. de Mag. p.* 577. *Oudend.*

NŌMĪNĀLĬTER, adverb. *nominalamente*, nominatim, nominando. *Arnob.* 2. 55. Nominaliter annuere.

NŌMĪNĀTIM, adverb. (nominatus) nomen enunciando, nominando, *nominatamente, espressamente*, ὀνομαστί. *Cic.* 11. *Att.* 7. Ille edixit ita, ut me excideret, et Lælium nominatim: quod sane nollem. Poterat enim sine nomine, re ipsa excipi. *et* 7. *ibid.* 15. De quo senatus nominatim decrevit, ut statim mitteretur in Siciliam. *et* 11. *ibid.* 6. Ut non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata. *Id.* 1. *Nat. D.* 40. 111. Obscænas voluptates non erubescens, persequitur omnes nominatim. *Id.* 3. *Off.* 16. 65. Quidquid esset in prædio vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. *Nepos Milt.* 1. His consulentibus nominatim Pythia præcepit, ut Miltiadem sibi imperatorem sumerent. *Cæs.* 1. *B. C.* 39. Nominatim ex omnibus civitatibus nobilissimo et fortissimo quoque evocato. *Liv.* 2. 28. Consules in tribunal adscendunt: citant nominatim juniores. *Capell.* 1. *p.* 17. Ingressuros etiam cunctos nominatim vocabat Fama præconans.

NŌMĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. (nomino) actus nominandi, appellatio, *nomina*, ὀνομασία.

I.) Proprie. *Vitruv.* 6. *extr.* Nec tamen ego, ut mutetur consuetudo nominationum aut sermonis, ideo hæc proposui, sed, ut ea non sint ignota, philologis exponenda judicavi.

II.) Translate. ¶ 1. Apud *Varron.* 9. *L. L.* 95. *Müll.* nominationes sunt vocabula, seu nomina quibus res singulæ nominantur. Dubia tamen est lectio; variant enim Codd.: *Müllerus*, auctore *Spengelio*, pro *nominatio* legit *nominatus, us* m. 4. *Priscian.* 8. *p.* 842. *Putsch.* Præterea in nominationibus, id est ὀνοματοποιΐαις, sive nominum seu verborum novis conformationibus, non omnes declinationis motus sunt quærendi. ¶ 2. Apud Rhetores *nominatio* est figura verborum, quæ nos admonet, ut cui rei nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis causa. Imitationis, hoc modo, ut majores rudere, et vagire, et mugire, et murmurare, et sibilare appellaverunt. Significandæ rei causa, sic: Postquam iste in rempubl. fecit impetum, fragor civitatis in primis est auditus. Hæc *Cic.* 4. *Herenn.* 31. 42. ¶ 3. Sæpe dicitur de ea, qua quis ad sacerdotium, aut auguratum nominatur. *Cic.* 13. *Phil.* 5. 12. Paternum auguratus locum, in quem ego eum ut, quod a patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo. *Liv.* 26. 23. *extr.* Pontifex quia exacto anno mortuus erat, ideo nominatio in locum ejus non est facta. *Plin.* 8. *Ep.* 3. Successi Julio Frontino principi viro, qui me nominationis die, per hos continuos annos, inter sacerdotes nominabat, tamquam in locum suum cooptaret. *Tac.* 6. *Ann.* 45. Æstimando cujusque detrimento quatuor progeneri Cæsaris delecti, additusque nominatione consulum P. Petronius.

NŌMĪNĀTĪVUS, a, um, adject. *nominativo*, ut Nominativus casus, vel absolute Nominativus apud Grammaticos, qui et *rectus* et *casus nominandi* (*V.* NOMINO) dicitur. Usus est hac voce, præter ceteros, *Varro* 10. *L. L.* 23. *Müll.*; *Quintil.* 1. 7. 3., 7. 9. 13., 8. 3. 46. et alibi; et *Petron. fragm. p.* 886. *Burmann.* — *Nominativæ interrogationes* sunt quæ per nomina solent fieri. *Priscian.* 17. *p.* 1054. *Putsch.* — *Forcellinus* hæc addit: Idem *Varro* nominativum pro nomine posuisse videtur, quum inquit 7. *L. L.* 33. (*h. e.* 8. *L. L.* 63. *Müll.*). Dicunt, debuisse omnes nominativos et articulos habere totidem casus. Adde *eumd. ibid.* 29. (*h. e.* § 52. *Müll.*) At *Müllerus* utroque in loco, auctore *Spengelio*, legit *nominatus, us. V.* hanc vocem.

NŌMĪNĀTOR, ōris, m. 3. *nominatore*, qui nominat. *Ulp. Dig.* 27. 8. 1. Nec nominatores magistratuum ex hac causa tenebuntur, sed soli magistratus. Adde *lemma tit.* 7. *ejusd. lib.* quod est *De fidejussoribus et nominatoribus et heredib. tutor. et curat.* h. e. qui nomina dederint, ex quibus tutores eligerentur. *Impp. Dioclet. et Maxim. Cod.* 8. 14. 11. Nominatoris pignori capere sine præsidis auctoritate res nominati non licet. *h. e.* qui nomen suum tamquam creditoris dederit. *V. Cassiod.* 4. *Variar.* 10.

NŌMĪNĀTŌRĬUS, a, um, adject. qui ad nomina pertinet, vel nomina continet. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 11. 28. 3. Ordinarii judices nominatorios breves absque ulla conscriptos fraude transmittant. *h. e.* quibus nomina continentur eorum, qui reliqua ærario debent. Adde *eosd. ibid.* 11. 28. 3.

NŌMĪNĀTUS, a, um. *V.* NOMINO.

NŌMĪNĀTŪS, us, m. 4. idem ac res nominata, seu nomen. *Varro* 8. *L. L.* 52. *Müll.* De nominatibus quæ accedunt proxime ad infinitam naturam articulorum atque appellantur vocabula, ut *homo, equus.* Sic *Id.* 10. *ibid.* 30. Ad nominatuum similitudines animadvertendas. *et ibid.* 21. Nominatui ut similis sit nominatus, habere debet ut sit eodem genere, specie eadem, sic casu, exitu eodem. *V.* NOMINATIO II. 1. et NOMINATIVUS.

NŌMĪNĪTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

NŌMĪNĪTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *frequentat. a* nomino. Part. *Nominitatus* et *Nominitandus.* — Nominitare est sæpe nominare, *nominare spesso. Lucret.* 3. 353. Suscipere hunc motum, quem sensum nominitamus. *Id.* 4. 48. Quæ quasi membrana est, vel cortex nominitanda. *Id.* 6. 424. Presteras Graii quos ab re nominitarunt. *Inscript.* apud *Murat.* 1522. 2. VIVA PHILEMATIVM SVM AVRELIA NOMINITATA CASTA PVDENS VOLGEI NESCIA ESIDA VIRO. *Arnob.* 7. 43. Si nomen hoc sordidum est, anguem dicimus, serpentem nominitamus.

NŌMĬNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (nomen). Primam syllabam perperam corripit *Ennod. carm.* 4. 67. culpa est thalamos nominasse pudicos. — Part. *Nominans* II. 3.; *Nominatus* I., II. 3. et in fin.; *Nominaturus* I.; *Nominandus* II. 3. — Nominare est nomen imponere, suo nomine appellare, vocare, nuncupare, ὀνομάζω (It. *nominare*; Fr. *nommer, appeler, désigner par un nom*;

Hisp. *nombrar, llamar*; Germ. *bein Namen nennen, benennen, nennen*; Angl. *to name, call by name*).

I.) Proprie, vel stricto sensu. — *a*) Generatim. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 22. 34. navis quæ nunc nominatur nomine Argo, quia Argivi in ea dilecti viri Vecti etc. *Cic. Amic.* 8. 26. Amor enim, ex quo amicitia est nominata, etc. *Phædr.* 1. 5. nominor quia leo. *Nepos Miltiad.* 2. *extr.* Insulas, quæ Cyclades nominantur, sub Atheniensium redegit potestatem. *Cic.* 3. *Off.* 33. 116. Atqui ab Aristippo Cyrenaici atque Annicerii philosophi nominati omne bonum in voluptate posuerunt. *Id. Cæcin.* 18. 51. Res ut omnes suis certis ac propriis vocabulis nominentur. *Id. Cæl.* 18. 43. Quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, sumptus, libidines nominarentur. *si direbbono, si racconterebbono. Ter. Heaut.* 2. 3. 62. quid ait, ubi me nominas? *h. e.* ubi mentionem facis de me. *Id. Phorm.* 5. 1. 12. meum nomen nominat. *Plaut. Most.* 3. 2. 97. TR. Heus Theuropides. TH. quis nominat me? *chi mi chiama per nome, chi m'interroga? Cic.* 6. *Verr.* 25. 55. Quem voles de conventu Syracusano virum bonum nominato: producam. *Id.* 3. *Nat. D.* 22. 56. Quartus (*Mercurius*) Nilo patre, quem Ægyptii nefas habent nominare. Per anacoluthon *Plaut. Capt.* 4. 2. 71. ER. scombrum et trigonum et cetum et mollem caseum. HE. Nominandi istorum tibi erit magis, quam edundi copia Hic apud me, Ergasile. *Sueton. Tib.* 71. Monopolium nominaturus. — *b*) *Nominare honoris causa*, formula est, qua utimur, quum honestos viros nominamus. Eam autem usurpabant, ut docet *Manut.*, quum nesciebant, nominari, nec ne, aliquis vellet, ne nominando offenderetur. *Cic. Rosc. Am.* 2. 6. Sulla, quem honoris causa nomino. *Id. ibid.* 6. 15. Quas, ut æquum est, familias honestatis amplitudinisque gratia nomino. — *c*) Sequente Relat. *Apul. de Mag.* Nominate, quis ille fuerit, quem etc. *dite.*

II.) Figurate, vel latiori sensu. ¶ 1. Est celebrare, prædicare. *Cic. Arch.* 11. 26. Prædicari de se, ac nominari volunt omnes. *Quintil.* 10. 1. 94. Sunt clari hodieque et qui olim nominabantur. *V.* et *Nominatus* in fin. ¶ 2. Est etiam aliquem ad aliquem honorem deligere, seu præsentem sistere, nominare designandum. *Liv.* 1. 32. Mortuo Tullo res ad patres redierat: hique interregem nominaverant. *Cic.* 2. *Phil.* 2. 4. Me augurem a toto collegio expetitum Cn. Pompejus et Q. Hortensius nominaverunt. *Plin.* 2. *Ep.* 1. Illo die, quo sacerdotes solent nominare, quos dignissimos sacerdotio judicant, me semper nominabat. *Sueton. Claud.* 22. In cooptandis per collegia sacerdotibus, neminem nisi juratus nominavit. Adde *Tac.* 4. *Ann.* 16.; et *V.* NOMINATIO II. 3. ¶ 3. Item est deferre ad magistratum, accusare. *Liv.* 39. 17. Si quisquam ad se deduxisset, nomenve absentis detulisset, qui nominatus profugisset, diem certum definituros, ad quem nisi citatus respondisset, absens damnaretur: si quis eorum, qui tum extra terram Italiam esset, nominaretur, ei laxiorem diem laturos. *Sueton. Cæs.* 17. Inter socios Catilinæ nominatus. *Curt.* 6. 10. Quum quærenti socios vel falso fuerim nominandus. *et ibid.* Num hodie dicerem causam, nullo me nominante? ¶ 4. *Nominandi casus* idem est ac Nominativus apud *Varron.* 8. *L. L.* 42., 9. *ibid.* 76. et 10. *ibid.* 23. *Müll.*; et *Gell.* 13. 22. — Hinc Part. præter. pass.

Nominatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Nominatior* et Sup. *Nominatissimus*, et est celebratus. *Cic.* 6. *Verr.* 12. 27. Quid? illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Hejo peripetasmata emere oblitus es? *Tertull. Anim.* 13. Nominatiora pericula. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 9. 19. (35). Vicina est Bactriane, in qua bdellium nominatissimum. *At* Sillig. *legit* laudatissimum. *Priscian. de metr. com. p.* 1327. *Putsch.* Inventaque exempla diversorum nominatissimorum Græciæ auctorum.

NŌMĬNŌSUS, a um, adject. (nomen). *Gloss. Isid.* Nominosus, famosus, nominatus, celebratus.

NŌMISMA *vel* numisma, ătis, n. 3. νόμισμα. *Numnisma* duplici *m* licenter scripsit ad primam syllabam producendam *Venant.* 2. *Vit. S. Martin.* 338. Inde crucis trutina pretii nummismata pensans. — Primam syllabam alii scribunt per *u*, per *o* alii: quod receptius videtur; congruit enim cum Græco vocabulo et etymo. Est vero Græca vox a νομίζω *lege sancio, moribus instituo*: quia nummi tum pretio suo, tum institutis legum et recepto hominum more valent; nomisma autem est pecunia signata, numus (It. *moneta, medaglia*; Fr. *monnaie, pièce de monnaie*; Hisp. *moneda*; Germ. *eine Münze, ein Geldstück*; Ang. *a coin, piece of money*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 233. incultis qui versibus et male natis Rettulit acceptos, regale nomisma, Philippos. *Martial.* 1. 12. Quum data sint equiti bis quina nomismata, quare Bis decies solus, Sextiliane, bibis? Adde *eumd.* 12. 62. et *Seren. Sammon.* 28. 525. frustraque immensa nomismata fundes. *moltissimi denari.* ¶ 2. Speciatim. *Eckhel. D. N. V. T.* 1. *p.* III. putat, apud inferioris ævi scriptores *nomismata* esse appellatos numos veteres et fere peregrinos, qui jam Romæ in mercis potius, quam in monetæ usu haberentur. Hinc *Ulp. Dig.* 34. 2. 27. *ad fin.* Si aurum vel argentum signatum legatum est, id paterfamilias videtur testamento legasse, quod ejus aliqua forma est expressum, veluti quæ Philippi sunt, itemque nomismata, et similia. *Paul. ibid.* 7. 1. 28. Nomismata aurea vel argentea vetera, quibus pro gemmis uti solent.

II.) Figurate sumitur pro imagine in numo impressa. *Prudent.* 2. περι στεφ. 95. Ea Cæsar agnoscit suum Nomisma numis inditum.

NŌMOS *et*

NŌMUS, i, m. 2. νόμος, quod videtur esse a νέμω *rego, præsum.* ¶ 1. Dst præfectura. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. (49). *de Ægypto.* Summa pars contermina Æthiopiæ Thebais vocatur, dividitur in præfecturas oppidorum, quas nomos vocant, duodecim. *Trajanus* ad *Plin.* 10. *Ep.* 23. Tu, ex quo nomo sit, notum mihi facere debes. Hic quoque de Ægypto loquitur. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. (50). Substituunt alios nomos, ut Heroopoliten. ¶ 2. In musicis nomus est idem ac cantilena, seu modus certa lege compositus: νόμος enim Græce etiam legem Latine significat. *Sueton. Ner.* 20. Nec ante cantare destitit, quam inchoatum absolveret nomon. *Pleræque editiones habent* νόμον *Græcis litteris.*

NON, adverb. negandi (quod in omnibus fere linguis ex uno eodemque themate *n* factum est) haud, minime, nequaquam, οὐ, οὐκ (It. *non, no*; Fr. *non, ne pas, ne point*; Hisp. *no*; Germ. *nicht*; Angl. *not, no*). Occurrit — 1°) Absolute, h. e. sine aliis particulis, quæ eidem respondeant. — *a*) Cum Verbis. *Ter. Andr.* 4. 4. 4. non mihi respondes? *et* 1. 2. 15. Hoccine agis, an non? *Cic. Brut.* 67. 238. Non erat abundans, non inops tamen: non valde nitens, non plane horrida oratio. *Id. Pis.* 16. 37. Confer nunc, Epicure noster, ex hara producte, non ex schola, confer, si audes, absentiam tuam cum mea. *et ibid.* 19. 43. Fortunæ enim ista tela sunt, non culpæ. *Id.* 12. *Fam.* 2. 6. Itaque omnibus est visus vomere suo more, non dicere. *Liv.* 3. 44. Ait se jure grassari, non vi. *Cic. Mil.* 7. 19. Perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur. *Id.* 2. *Tusc.* 12. 29. Quasi de verbo, non de re laboretur. *Sall. Jug.* 31. Perinde quasi ea honori, non prædæ habeant. *Quintil.* 9. 1. 23. In dicendo irasci, dolere, misereri, timere, non sunt figuræ, non magis quam suadere, minari, rogare. — Aliquando in fine ponitur. *Cic.* 8. *Att.* 3. *circa med.* Eam (*fugam*; alii leg. *eum*) si nunc sequor, quonam? Cum illo non. *Seneca Ep.* 102. *circa med.* Fama utique vocem desiderat: claritas non. — Sæpius iteratur ad negationis vim augendam. *Ter. Phorm.* 2. 1. 73. non non sic futurum est: non potest. *Catull.* 14. 16. Non non hoc tibi, salse, sic abibit. *Cic. Harusp. resp.* 18. 37. Non ignovit, mihi crede, non. Nisi forte tibi ignotum putas, quod etc. *Id. Flacc.* 22. 53. Non est ita, judices, non est profecto. *Seneca* 7. *Benef.* 25. Non est ita admonitio, non convicium est. *Virg. Cir.* 18. Non ego te talem venerarer munere tali: Non equidem. — Pluries interdum ponitur, præcipue cum uno tantum Verbo. *Liv.* 42. 3. Quod non Pyrrhus, non Hannibal violassent. *Id.* 21. 11. Non nocte, non die unquam cessaverunt ab opere. *Id.* 37. 20. Non stratos, non infrenatos magna pars habebant equos. *Cic.* 1. *Off.* 11. 35. Partâ autem victoriâ conservandi ii, qui non crudeles in bello, non immanes fuerunt. *Sic et* Orellius; *al. leg.* nec immanes. *Id.* 2. *Parad.* 16. Non enim magnitudo animi ejus (*Reguli*) cruciabatur a Pœnis, non gravitas, non fides, non constantia, non ulla virtus, non denique animus ipse. *Liv.* 5. 6. *extr.* Ea demum Romæ libertas est, non senatum, non magistratus, non leges, non mores majorum, non instituta patrum, non disciplinam vereri militiæ. Adde *Cic.* 5. *Verr.* 4. 8. — *b*) Si negationi, quæ vel in Verbo, vel in aliquo alio vocabulo, vel in re ipsa, quæ dicitur, insit, *non* præponatur, affirmat, sed leviter, ut *nonnihil* aliquid, *nonnullus, non nemo* aliquis. Sic *Cic.* 2. *Fam.* 16. Moveo nonnullis suspicionem, velle me navigare: quod tamen fortasse non nollem, si possem ad otium. *Sueton. Claud.* 30. Auctoritas dignitasque formæ non defuit vel stanti vel sedenti. *Cic.* 4. *Cat.* 5. 10. Video de istis, qui se populares haberi volunt, abesse non neminem, ne sententiam ferat. *Sueton. Cæs.* 55. Pronunciasse autem dicitur voce acuta, ardenti motu gestuque non sine venustate. — *c*) Si postponatur, plane et omnino affirmat, ut *nihil non*, omnia. *Ovid.* 3. *Fast.* 623. Multa tibi memores, nihil non debemus Elisæ. *V.* NIHIL. *Cic. Amic.* 26. 99. Aperte enim adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. — *d*) Sequente negatione una et altera, adhuc negat, præcipue in formula *non potest non*, aut quum *nullus* vel *nemo* adest. *Cic.* 2. *Fin.* 8. 29. Qui mortem in malis ponit, non potest eam non timere. *Liv.* 2. 45. Nolle inultos hostes, nolle successum, non patribus, non consulibus. ubi *Forcellinus* illud *non* redundare ait. *Cic.* 9. *Att.* 12. Non medius fidius præ lacrimis possum reliqua nec cogitare, nec scribere. Simile est illud *ejusd.* 5. *Fam.* 17. *extr.* Nullo loco deero neque ad consolandum, neque ad levandum fortunam tuam. Ceterum *Id.* 6. *Phil.* 3. 7. Horam eximere nullam in tali cive liberando sine scelere non possumus. Cf. *eumd.* 4. *Verr.* 24. 60. Debebat Epicrates numum nullum nemini. *Plaut. Mil. glor. a.* 5. *v.* 18. Jura, te non nociturum esse homini hac de re nemini. Sic *Ennius* apud *Festum p.* 162. 33. *Müll.* Lapideo sunt corde multi, quos non miseret neminis. — *e*) *Unus non*, ne unus quidem. *Flor.* 2. 18. *extr.* Unus enim vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur. *nè pur uno.* — *f*) Cum Superlativis negantibus, aut vituperium laudemve significantibus, interdum, per quamdam urbanitatem, contrariam vim habere videtur. *Cic.* 6. *Verr.* 56. 125. Vidi enim vos in hoc non minime, quum testes dicerent, commoveri. *h. e.* valde. *At* Orellius *pro* in hoc non minime *legit* in hoc nomine. *Id.* 5. *Parad.* 3. 40. Cethegus, homo non probatissimus. *h. e.* valde improbatus. *Id.* 2. *Nat. D.* 17. 46. Hic quam volet, jocetur Epicurus, homo non aptissimus ad jocandum. *h. e.* parum aptus. *Nepos Agesil.* 8. Vestitu humili atque obsoleto, ut hominis non beatissimi suspicionem præberet. *h. e.* pauperis. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 12. Etsi scio, non jucundissimum nuncium me vobis allaturum. *h. e.* tristissimum. — Hac ratione inservit modestiæ et verecundiæ. *Cic.* 1. *Fam.* 9. *sub init.* Et ego te auctore amicissimo et sapientissimo, et tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem et benivolo certe, usus esses. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 21. 67. Sociorum querimoniæ delatæ ad hominem non inertissimum. — *g*) Quamvis *inhonestus, indignus, infrequens, indebitus* etc. optime dicantur, interdum tamen optimi scriptores pro his *non honestus, non dignus, non frequens* maluerunt. *Cic.* 3. *Off.* 25. 95. Sic multa, quæ honesta natura videntur esse, temporibus fiunt non honesta. *Virg.* 2. *Æn.* 144. miserere animi non digna ferentis. *Pollio* ad *Cic.* 10. *Fam.* 33. *ad fin.* Duas non frequentes legiones Brutum habere audio. *Cic. Topic.* 26. 100. Sic tibi nos ad id, quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere. — *h*) Non Adjectivis solum, sed et Substantivis aliquando apponitur. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 11. 39. Nec vero aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur, posse esse non corpus. *Modestin. Dig.* 34. 1. 14. *ad fin.* Quasi servitute prædii non possessori relicta. *Paul. ibid.* 43. 15. 7. Fulcinius dice-

bat, vi possideri, quoties vel non dominus vi dejectus est. *Quintil.* 4. 1. 22. Nam et minari et deferre etiam non orator potest. *Id.* 12. 10. 29. Pæne non humana voce, vel omnino non voce potius. — Et cum Infinito, quod vicem gerit Substantivi. *Cic.* 2. *Fin.* 7. 18. Si-hoc non dolere solum voluptatis nomine appellaret. — Et cum præpos. *Lucret.* 2. 929. Scire licet gigni posse ex non sensibu' sensus. Adde *eumd. ibid. v.* 932. — *i)* Locum habet etiam in responsionibus. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *post.*) 32. 104. Ut sequens probabilitatem, ubicumque hæc aut occurrat aut deficiat, aut *etiam* aut *non* respondere possit. Cf. *eumd. ibid.* 30. 97. et 1. *Nat. D.* 25. 70. — *l) Non* in illo *Varron.* 3. *R. R.* 9. 16. Gallinæ rusticæ similes facie non his villaticis nostris sed Africanis, etc. *Scalig.* vult esse pro *non solum*, quia *Colum.* 8. *R. R.* 2. 2. rusticam gallinam ait esse villaticæ non dissimilem. Sic *Ulp. Dig.* 8. 2. 4. Invitum in servitutibus accipere debemus non eum, qui contradicit, sed eum, qui non consentit. Ita *Torrentin.* apud quem est *lex* 5., sed *Haloander* habet *non solum qui contradicit, sed et qui* etc. — *m)* Pro *nedum* esse videtur in illo *Cic.* 2. *leg. Agr.* 9. 22. Vix mehercule servis hoc cum suis, non vobis omnium gentium dominis, probaturum arbitrarer. — *n)* Aliquando *non* interrogando adhibemus pro *nonne*? *Cic. Quinct.* 26. 82. Quid hæc amentia significat? non vim? non scelus? non latrocinium? non denique omnia potius, quam jus, quam officium, quam pudorem? *Id. Rosc. Com.* 2. 5. Suarum perscriptionum adversaria proferre non amentia est? Adde *eumd.* 6. *Verr.* 23. 50. — *o)* Raro pro *ne* in vetando utimur. *Plaut. Asin.* 4. 1. 29. Suspiciones omnes abs se segreget: Neque illæc ulli pede pedem homini premat, Quum surgat; non in lectum inscendat proximum, Neque etc. Alii plures pro *non in lectum* leg. *neque in lectum. Quintil.* 1. 5. 50. hunc loquendi modum inter solœcismos enumerat. Hæc *Forcellinus.* Ceterum negatio, quæ, ut aliquid fieri prohibeatur, cum Imperativo aut cum Conjunctivo verbi conjungitur, numquam per *non* exprimitur: qua de re multa disserit *Handius, Tursell. vol.* 4. *p.* 264.-267. — *p)* Morem, quo Græci post verba negandi, abnuendi, impediendi Infinitivum præfixa negatione μή ponere solebant, seriori tantum ævo Latini scriptores imitati sunt. *Curt.* 5. 3. Diu Sysigambis supplicum precibus repugnavit, abnuens deprecationem pro illis non convenire fortunæ, in qua esset. *Est qui non omittit.* — 2.°) *Non* conjungitur eleganter cum quibusdam particulis et dictionibus. — *a)* Cum particulis, quæ sententiam restringunt, h. e. *scilicet, quidem, sane. Cic.* 9. *Att.* 10. Tum poterimus deliberare non scilicet integra re, sed certe minus infracta. *Tac. Dial. de orat.* 3. Emitteres Catonem non quidem meliorem, sed tamen securiorem. *Cic.* 13. *Att.* 21. In quo (*libro*) non sane multa mutavi, sed tamen quædam. — *b) Non ita*, ut apud *Cic.* 6. *Verr.* 47. *ad fin.* Simulacra perampla, sed non ita antiqua. *Id. Senect.* 20. 74. De qua non ita longa disputatione opus esse videtur. *Id. Rosc. Am.* 23. 64. Non ita multis ante annis, ajunt, T. Clælium quemdam etc. *Nepos Pelop.* 2. Magnæ sæpe res non ita magnis copiis sunt gestæ. — *c) Nonnisi* vel *nisi non*, ut apud *Cels.* 6. 1. Ad ea veniam, quæ non nisi in singulis partibus incidere consueverunt. *Cic. Amic.* 20. 72. Quod non fere contingit nisi iis, qui etiam contemnendos se arbitrantur. *Ovid.* 3. *Trist.* 12. 36. Non nisi vicinas totus ararit aquas. *Cic. Amic.* 5. 18. Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. — *d) Non fere*, ut apud *Cic.* 7. *Verr.* 71. 182. Hominum nobilium non fere quisquam nostræ industriæ favet. *Id. Sext.* 23. 51. Denique ex bellica victoria non fere quemquam est invidia civium consecuta. *Est qui leg.* temere. — *e) Nec non*, et, etiam. *V.* NEC — *f) Non possum quin*, æque ac *non possum non*, significat *non posso fare di meno.* Sic *Plaut. Trin.* 3. 2. 79. Non enim possum, quin exclamem: Euge. Quæ *Plauti* verba laudantur a *Cic.* 2. *Orat.* 10. 39. Rursus *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 7. Neque potest, quin, si id inimicis usui est, obsit mihi. *Cic.* 8. *Att.* 2. Non potui non dare. Adde *eumd.* 2. *Nat. D.* 21. 54. — *g) Non quod, non quo, non quia* fere cum Conjunctivo usurpantur, eisque in altero membro cum Indicativo respondent *sed quod, sed quia, sed ut, sed ne, sed quo, verum quia*, etc. *Cic. Orat.* 39. 134. Sunt enim similia illis, quæ in amplo ornatu scænæ aut fori appellantur insignia, non quod sola ornent, sed quod excellant. *Id.* 2. *Tusc.* 23. 56. Non quod doleant animove succumbant, sed quia profundenda voce omne corpus intenditur. *Id. Cœcin.* 35. 101. Verum id feci, non quod vos in hac causa hanc defensionem desiderare arbitrarer, sed ut omnes intelligerent etc. *Id. Dom.* 26. 69. Non quod dubitaret-, sed ne quis oriretur aliquando in tanta ubertate improborum, qui etc. *Cels.* 7. 20. Intestina prolapsa secari supervacuum est, non quo excludi a scroto non possint, sed quo repulsa inguinibus immorentur. *Cic. Cœcin.* 20. 58. Non quo sit servulus unus idem quod familia, verum quia etc. *Id.* 4. *Att.* 3. Non quo certiora sint-, verum ut perspicias etc. *Id.* 16. *ibid.* 15. *a med.* Me non sane movet respublica; non quo sit mihi quidquam carius, aut esse debeat, sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. *Id.* 3. *Orat.* 24. 93. Quos ego censor edicto meo sustuleram, non quo-acui ingenia adolescentium nollem: sed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. *Id.* 1. *Tusc.* 1. 1. Hoc mihi Latinis litteris illustrandum putavi, non quia philosophia Græcis et litteris et doctoribus percipi posset, sed meum semper judicium fuit etc. — *h) Non ut-sed ut, verum ut, sed ne*, indicando consilio inserviunt. *Cic.* 4. *Cat.* 9. 19. Hæc non ut vos-excitarem, sed ut mea vox-officio functa consulari videretur. *Id.* 2. *Orat.* 87. 356. Non ut aliquid pariat, verum ut ea, quæ sunt orta et procreata, educet. *Liv.* 41. 24. Valeant et nunc eadem illa, non ut præcipue amici, sed ne præcipue inimici simus. *Cic. Amic.* 21. 80. Ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam ipse a se mercedem exigat, sed quod per se sibi quisque carus est. — *i)* Similiter *non quin-sed quod, sed quia, sed ut.* Sic *Cic.* 4. *Fam.* 7. Etsi eo te adhuc consilio usum intelligo, ut id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipse dissentiam, sed quod ea te sapientia esse judicem etc. *Id.* 7. *Att.* 26. Ego me ducem in civili bello-negavi esse, non quin rectum esset, sed quia-id mihi fraudem tulit. *Liv.* 2. 15. Non quin breviter reddi responsum potuerit non recipi reges, ideo potius delectos patrum ad eum missos, quam legatis ejus Romæ daretur responsum, sed ut in perpetuum mentio ejus finiretur. *Cic.* 16. *Fam.* 24. Non quin confiderem diligentiæ tuæ, sed rei magnitudo me movebat. — *l) Non* cum Comparativis et particulis *magis, minus, tam* etc. sequente *quam. Curt.* 4. 1. *a med.* Id consilium non ratione prudentius, quam eventu felicius fuit. *Liv.* 30. 15. Non locuta est ferocius, quam acceptum poculum, nullo trepidationis signo dato, impavide hausit. Similiter *Sueton. Aug.* 67. Cosmum servum gravissime de se opinantem non ultra quam compedibus coercuit. *Nepos Attic.* 6. Non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se iis dedissent, quam qui maritimis jactarentur. *Curt.* 3. 6. Et nunc credo, te non minus pro tua fide, quam pro mea salute esse sollicitum. *Cic. Senect.* 9. 27. Non vero tam isti, quam tu ipse, nugator! *Id.* 4. *Verr.* 34. 83. Non tam suæ delectationis causa, quam ad invitationes adventusque nostrorum hominum. *Id. Topic.* 1. 2. Ego te non tam vitandi laboris mei causa, quam quod id tua interesse arbitrarer, ut eos per te ipse legeres, hortatus sum. — Et omisso *tam* (de qua tamen lectione sunt qui dubitant), *Liv.* 25. 15. Quem facile elici ad certamen temere ineundum rebantur posse, non militum, quos perpaucos habebat, fiducia, quam juventutis Thuriuæ. *Sall. Jug.* 100. Vigilias ipse circumire, non diffidentia, futurum quæ imperavisset, quam uti militibus æquatus cum imperatore labos volentibus esset. Adde *Liv.* 2. 56. et 26. 31.; *Justin.* 12. 8. 14.; et *Plin. Paneg.* 58.; et *V.* Criticos ad hh. ll. — Interdum alterum membrum, quod per part. *quam* efferendum esset, per ellipsin omittitur. *Cic Brut.* 15. 58. Et oratorem appellat et suaviloquentiam tribuit: quæ nunc quidem non tam est in pleriisque. *Id.* 2. *Divinat.* 27. 58. Atque hæc in bello plura et majora videntur timentibus: eadem non tam animadvertuntur in pace. — *m) Non si-id circo, ideo, eo, propterea*, interposita conditionali sententiæ parte, ut negatio majorem vim recipiat. *Cic.* 2. *Orat.* 40. 170. Non si Opimium defendisti, Carbo, idcirco te isti bonum civem putabunt. *Liv.* 3. 45. Non si tribunicium auxilium et provocationem plebi Romanæ-ademistis, ideo in liberos quoque nostros conjugesque regnum vestræ libidini datum est. *Cic.* 2. *Orat.* 9. 37. Non si qui aliarum artium bene locuti sunt, eo minus id est hujus unius proprium. *Id. Topic.* 16. 60. Non enim si sine parentibus filii esse non possunt, propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria. — Et omissis causalibus verbis *idcirco* etc. *Cic. Ligar.* 8. 23. Non enim si tibi ea res grata fuisset, esset etiam probata. *Varro* 2. *R. R.* 6. 2. Non enim si murænæ optimæ fiutæ sunt in Sicilia,-continuo hi pisces in omni mare similes nascuntur. — *n) Non si* adhibetur etiam, quum de obstinato cujuspiam animo sermo est, qui nulla conditione flecti possit: et valet *non, etiam si. Liv.* 7. 10. Injussu tuo, imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, non si certam victoriam videam. *Seneca Ep.* 59. *ante med.* Sapiens ad omnem incursum munitus et intentus, non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem referet. *Horat.* 2. *Od.* 14. 5. Non si tricenis, quotquot eunt dies, Amice, places illacrimabilem Plutona tauris. — *o) Non modo-sed, sed etiam, sed et, sed quoque, verum etiam, verum et, sed pæne, sed prope, sed potius, sed multo magis, sed vel magis, sed vix, sed ne-quidem* sæpe occurrit. *Cic. Planc.* 31. 76. Non modo lacrimulam, sed multas lacrimas et fletum cum singultu videre potuisti. *Id. Senect.* 11. 37. Tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos. *Sueton. Claud.* 27. Pompejum atque Silanum non recusavit modo, sed et interemit. *Liv.* 5. 18. Tantum inde terroris non Romæ modo, quo multiplex fama pervenerat, sed in castris quoque fuit ad Vejos. *Cic.* 1. *Legg.* 14. 41. O rem indignam, in qua non modo docti, verum etiam agrestes erubescant. *Sueton. Domit.* 4. Spectacula assidue magnifica et sumptuosa edidit non in amphitheatro modo, verum et in circo. *Cic.* 3. *Legg.* 18. 40. Actor enim moderatur et fingit non modo mentem ac voluntates, sed pæne vultus eorum, apud quos agit. *Id. Brut.* 91. 316. Ita recepi me biennio post, non modo exercitatior, sed prope mutatus. *Id. Amic.* 12. 43. Talis improborum consensio non modo excusatione amicitiæ tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda. *Id.* 2. *Tusc.* 4. 11. Fortes enim non modo fortuna adjuvat,-sed multo magis ratio. *Quintil.* 1. 8. 4. Ut teneræ mentes-non modo quæ diserta, sed vel magis quæ honesta sunt, discant. *Cic.* 4. *Fam.* 1. Itaque mihi venire in mentem nihil potest, non modo quid sperem, sed vix jam quid audeam optare. *Id.* 11. *Att.* 24. Mihi non modo irasci, gravissima injuria accepta, sed ne dolere quidem impune licet. — *p) Non modo non-sed, sed potius, sed etiam, sed vix, sed ne-quidem, verum etiam*, ut apud *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 9. 29. M. Cæcilium-non modo non adesse-, sed esse cum Verre. *Id.* 1. *Off.* 19. 62. Non modo enim id virtutis non est, sed est potius immanitatis. *Id.* 3. *Att.* 15. Dies autem non modo non levat luctum hunc, sed etiam auget. *Id.* 2. *Verr.* 18. 46. Tum subito tempestates coortæ sunt maximæ, ut non modo proficisci, quum cuperet, Dolabella non posset, sed vix in oppido consisteret. *Id.* 10. *Fam.* 10. Cujus rei non modo non præteriit tempus, sed ne maturum quidem etiamnum fuit. *Id.* 16. *Att.* 7. Tu id non modo non prohibebas, verum etiam approbabas. — *q) Non solum-sed, sed etiam, sed et* (apud scriptores serioris ævi), *sed quoque, verum etiam, verum et, verum, sed pæne, sed prope, sed vix, sed ne-quidem, verum ne-quidem*, ut apud *Cic. Mil.* 24. 66. Cavebat magis Pompejus, quam timebat non ea solum, quæ timenda erant, sed omnino omnia, ne aliquid vos timeretis. *Id.* 1. *Orat.* 8. 30. Magis utrumque collaudandum videri, quod tantam jam essent facultatem adepti, ut non æqualibus solum anteponerentur, sed cum majoribus natu comparantur. *Id. Amic.* 15. 54. Non enim solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa est. *Colum.* 7. *R. R.*

12. 2. Idque non solum nihil agricolam juvat, sed et avocat desidemque ab opere suo reddit. *Quintil.* 4. *procem.* 4. Quod si nemo miratur poetas maximos sæpe fecisse, ut non solum initiis operum suorum Musas invocarent, sed provecti quoque longius-repeterent vota etc. *Cic. Pis.* 5. 11. Omnibus consiliis, quæ ad me opprimendum parabantur, non interfuisti solum, verum etiam crudelissime præfuisti. *Sueton. Vitell.* 5. Non solum honoribus, verum et sacerdotiis amplissimis auctus. *Cic. Sull.* 3. 10. Videor enim non solum studium ad defendendas causas, verum opinionis aliquid et auctoritatis afferre. *Id. Mil.* 24. 64. Hæc non delata solum, sed pæne credita. *Id.* 6. *Verr.* 31. 69. Non judicis solum severitatem in hoc crimine, sed prope inimici vim-suscipere debes. *Id.* 2. *Orat.* 62. 252. Non solum non foro digna, sed vix convivio liberorum. *Id. Amic.* 18. 64. Non solum ab aliquo allatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum. *Id.* 9. *Att.* 10. Quum me ægritudo non solum somno privaret, verum ne vigilare quidem sine summo dolore pateretur.

NŌNA, æ, f. 1. *V.* NONUS in fin.

NŌNÆ, ārum, f. plur. 1. *i cinque, o i sette del mese, le none*, πέμπτη ἑβδόμη, dies quintus, vel septimus mensis. Erant dies septimus in Martio, Majo, Julio, Octobri, quintus in reliquis. Priores Nonæ septimanæ dicuntur a *Varrone* 6. *L. L.* 27. *Müll.*, posteriores quintanæ. — Dictæ sunt a *nonus*, quia a die V., vel VII. inclusive, usque ad Idus, idest diem XIII., vel XV. inclusive novem dies numerantur. Quidam putarunt, dictas esse a *novus*, quasi novæ initium observationis, quia post novam lunam Nonarum die populares, qui in agris erant, confluebant in Urbem, accepturi causas feriarum a rege Sacrorum, sciturique, quid esset eo mense faciendum. Utrumque etymon adducit *Varro loc. cit.*; *Festus p.* 173. 6. *Müll.*; et *Macrob.* 1. *Saturn.* 15. *Cic. Flacc.* 40. 102. O Nonæ illæ Decembres, quæ me consule fuistis! *Id. Quinct.* 18. 57. Nonis Februar. si Romæ fuit. *Id.* 5. *Fam.* 2. A. d. tertium Non. Januar. quum agere cœpisset etc. *Horat.* 3. *Od.* 18. 9. Ludit herboso pecus omne campo, Quum tibi (*Faune*) Nonæ redeunt Decembres. — Nonis conventus universæ multitudinis vitandus existimabatur, quoniam populus Romanus exactis etiam regibus, diem hunc maxime celebrabant, quem natalem Servii Tullii existimabant: quia quum incertum esset, quo mense natus fuisset, omnes Nonas celebrabant. Veriti ergo, ne quid mundinis collecta universitas, ob regis desiderium, moveret, caverunt, ut a Nonis mundinæ segregarentur. *Macrob.* 1. *Saturn.* 13. — Aliam vero vitandarum Nonarum causam, eamque valde superstitiosam habuit Augustus, ut narrat *Sueton. Aug.* 92. Observabat et dies quosdam, ne aut postridie nundinas quoquam proficisceretur, aut Nonis quidquam rei seriæ inchoaret; nihil in hoc quidem aliud devitans, ut ad Tiberium scribit, quam δυσφημίαν nominis, *scil.* dissecta voce *non is* oritur, quo ire et omnino aliquid agere se prohibitum esse putabat. *V.* CAUNEUS. — Nonarum, sicut calendarum et iduum, dies copulandis nuptiis religiosi habebantur, idest devitandi; quia quum postridie eorum dierum dies ater esset, novam autem nuptam postridie, quam in domum viri venisset, rem divinam facere mos esset; cavendum erat, ne atro die id faceret. *Macrob. cit.* 1. *Saturn.* 16. *in fin.*

NŌNĀGĒNĀRĬUS, a, um, adject. *di novanta*, qui nonaginta continet. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 15. 12. (60). Motus stellæ Martis nonagenarius. *h. e.* quum stella movetur nonagiota partibus, seu gradibus a sole distans. *Frontin. Aquæd.* 60. Nonagenaria fistula. *h. e.* quæ facta est ex lamina habente nonaginta digitos latitudinis, antequam in rotundationem flecteretur. — Hinc

Nonagenarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, in re militari videtur esse, qui nonagesimum locum obtinet, quasi proximus ut centurio sit, vel qui nonaginta militibus præest. *Inscript.* apud *Murat.* 806. 1., quæ est apud *Orell.* 3628. TI. CLAUDIUS MARINVS NONAGENARIUS CLASSIS PRÆTORIÆ MISENATIS etc. Cf. *Veget.* 2. *Milit.* 8.; et *V. Orell. loc. cit.*

NŌNĀGĒNĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

NŌNĀGĒNI, æ, a, *novanta*, ἐννενηκοστός, adject. numerale distributivum, quod tamen et pro cardinali *nonaginta* adhiberi potest. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (88). Porticus descenduntur nonagenis gradibus omnes. *a novanta gradini per uno. Frontin. Aquæd.* 61. Fistula nonagenum quinum digitorum.

NŌNĀGĒSĬMUS, a, um, adject. *nonagesimo*, ἐνενηκοστός, primus post octoginta et novem. *Cic. Senect.* 5. 13. Isocrates quarto et nonagesimo anno scripsisse dicitur. — *Nonagesimus motus* apud *Plin.* 2. *Hist. nat.* 15. 12. (60). est qui a planeta fit in quadratura solis, h. e. ab nonaginta partibus seu gradibus sphæræ. *V. Kopp.* ad *Capell.* 8. *p.* 299.

NŌNĀGESSIS, is, adject. qui nonaginta assibus constat. Agnoscitur a *Priscian. lib. de ponder. p.* 1356. *Putsch.*, nullo tamen auctore laudato.

NŌNĀGĬĒS, adverb. *novanta volte*, ἐννενηκοντάκις, nonaginta vices. *Cic.* 5. *Verr.* 70. 163. In alteras decumas ferme ad nonagies, etc.

NŌNĀGINTA, *novanta*, ἐννενήκοντα, nomen numerale cardinale, indeclinabile. *Cic. Senect.* 10. 34. Hospes tuus Masinissa nonaginta annos natus. *Auson. epist.* 5. 5. Nonaginta dies sine te, carissime, traxi. Adde *eumd. Eclogar. de ratione dier. ann.* 1. *et* 16. et *epist.* 7. 18.

NŌNĀLIS, e, adject. ad Nonas pertinens. Hinc *Nonalia sacra*, quæ Nonis fiebant in arce; quibus feriis primas menstruas, quæ futuræ essent eo mense, rex sacrorum prædicebat populo. *Varro* 6. *L. L.* 28. *Müll.*

NŌNĀNUS, a, um, adject. *Nonani milites*, qui in nona legione erant, ut *vicesimani*, qui in vicesima. *Tac.* 14. *Ann.* 38. Quorum adventu nonani legionario milite suppleti sunt. *et* 1. *ibid.* 23. *extr.* Ni miles nonanus minas interjecisset. Et absolute, ut supra in plur. num., *Id. ibid.* 30. Primum octava, dein quintadecuma legio rediere. Nonanus opperiendas Tiberii epistolas clamitaverat. — *Nonani limites*, quemadmodum *undecumani* et *duodecimani*, memorantur a *Sicul. Flacc. p.* 26. *Goes.*; quinam vero sint, viderint alii.

NŌNĀRĬUS, a, um, adject. qui fit nona hora, vel die, vel mense, etc. a *nonus*. Hinc *Nonaria meretrix*, quæ circa nonam horam vellam aperit et prostat. Hoc enim Romæ usuvenisse testatur *vet. Scholiast.* ad illud *Persii* 1. *in fin.* Si Cynico barbam petulans nonaria vellat. Id autem ideo factitatum scribit, ne, si ante illud tempus ad eas accedi posset, matutina officia ab adolescentibus omitterentur.

NONCŪPLUS, a, um, adject. ἐννεαπλάσιος, qui rei alicujus quantitatem novies in se continet. *Boeth.* 2. *Music.* 4. *p.* 1087. Duplus, triplus, quadruplus, quintuplus, sextuplus, septuplus, octoplus, noncuplus, decuplus. *Id.* *. *Geom. p.* 1210. Comparatio dupla, tripla, quadrupla, quintupla, sexcupla, septupla, octupla, noncupla, decupla.

NONDUM, adverb. In *Cenctaph. Pisano* C. Cæsaris legitur *non dum* disjunctim: quod etiam *Manutio* placet. — In Adverbio *nondum* negatio ad temporis decursum refertur: et ideo significat tempus quoddam non venisse, aut rem, de qua loquimur, adhuc non esse factam aut faciendam; valet igitur adhuc non, μήπω (It. *non per anche, non ancora*; Fr. *pas encore*; Hisp. *no aun*; Germ. *noch nicht*; Angl. *no yet, not as yet*). Occurrit — *a*) Cum part. *quum* in altera sententiæ parte, quæ designat id, quod evenit antequam tempus exactum esset. *Plaut. Pers.* 1. 3. 57. hic leno nondum sex menses Megaribus Huc est quum commigravit. *Cic.* 2. *Off.* 21. 75. Nondum centum et decem anni sunt, quum de pecuniis repetundis a L. Pisone lata est lex. *Liv.* 27. 42. Nondum Hannibal e castris exierat, quum pugnantium clamorem audierat. — Poetice part. *quum* omittitur; sed quæ præcedit sententia, idem valet. *Virg.* 3. *Æn.* 106. Centum urbes habitant magnas, uberrima regna: Maximus unde pater, si rite audita recordor, Teucrus Rhœteas primum est advectus in oras Optavitque locum regno; nondum Ilium et arces Pergameæ steterant. — *b*) Componitur *nondum* cum voc. *satis*; eique aliud, quod factum esse dicitur, per *sed* vel *tamen* opponitur. *Cic.* 11. *Fam.* 28. Nondum satis constitui, molestiæ ne plus, an voluptatis attulerit. *Curt.* 9. 10. *extr.* Et præsens ætas et posteritas deinde mira'a est, per gentes nondum satis domitas incessisse temulentos. *Plin.* 10. *Ep.* 3. Liberalitatem-nondum satis legitime peregerat. — *Cic. Brut.* 27. 104. Nam et Carbonis et Gracchi habemus orationes nondum satis splendidas verbis, sed acutas prudentiæque plenissimas. Adde *eumd.* 7. *Fam.* 8. Rursus *Id. Brut.* 18. 70. Nondum Myronis satis ad veritatem adducta, jam tamen, quæ non dubites pulcra dicere. — *c*) Addito *etiam* apud Comicos, et *tamen* apud *Quintil.*, augetur sententia. *Ter. Heaut.* 3. 3. 35. aut est tibi, quod placeat, an nondum etiam? *Id. Andr.* 1. 2. 30. Quid? hoc intellextin? an nondum etiam ne hoc quidem? Adde *eumd. Hecyr.* 1. 2. 117. — *Quintil.* 3. 5. 9. Tyrannus enim geminat quæstionem, subestque et temporis et qualitatis tacita vis; nondum tamen hoc proprie dixeris causam. Adde *eumd.* 7. 1. 59. — *d*) Absolute. *Plaut. Mil. glor. a.* 5. *v.* 16. nondum nihili factus. *Ter. Adelph.* 3. 4. 21. Mane: nondum audisti, Demea, quod est gravissimum. *Cic.* 2. *Divinat.* 6. 16. Nondum dico, quam hæc signa nulla sint. *Id.* 7. *Att.* 13. Sed ego nondum habeo, quod ad te ex his locis scribam. *Cæs.* 1. *B. G.* 12. Ad eam partem pervenit, quæ nondum flumen translerat. *Ovid.* 9. *Met.* 463. Sed nondum manifesta sibi est, nullumque sub illo Igne facit votum. — *e*) *Nondum* semel positum, haud repetitur, sed a part. *non* excipitur. *Cic.* 1. *Invent.* 2. 2. Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur: nondum divinæ religionis, non humani officii ratio colebatur.

NONEOLAE vocantur papillæ, quæ ex faucibus caprarum dependent. Hæc *Paul. Diac. p.* 175. 1. *Müll.*; quocum cf. *Festum p.* 174. 7. Similiter *Isid. Gloss.* Nomiculae (lege Noneolae) tubercula, quæ sub mento capræ sunt. Has *Colum.* 7. *R. R.* 6. 2. et *Pallad.* 12. *R. R.* 13. *verruculas* appellant. *Scaliger* ad *Paul. Diac. l. c.* suspicabatur *nævolæ* legendum esse.

NONGENTĒNI *et per syncop.* nongeni, æ, a, adject. idem ac nongenti vel nongentesimi. Agnoscitur a *Priscian. lib. de ponder. p.* 1353. *Putsch.*, nullo tamen auctore laudato.

NONGENTESIMUS. *V.* NONINGENTESIMUS.

NONGENTI *vel* noniogenti, æ, a, adject. *novecento*, ἐννεακόσιοι, novies centum. — *a*) In plur. num. *Varro* 9. *L. L.* 87. *Müll.* Actus primus ab uno ad nongenta, secundus a mille ad nongenta millia. *Cic. Flacc.* 37. 91. Falcidius emerat sestertiis nongentis millibus. *Colum.* 5. *R. R.* 2. 7. Flunt quatuor millia et noningenti pedes. *Schneider.* ita leg.; al. *nongenti.* — *b*) In sing. num. *nongentus*, i, qui ex nongentis est. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 2. 7. (31). Decuriæ quoque ipsæ (*judicum*) pluribus discretæ nominibus fuere, tribunorum æris, et selectorum, et judicum. Præter hos etiam-num nongenti vocabantur (*a numero opinor*) ex omnibus selecti ad custodiendas cistas suffragiorum in comitiis. Et divisus hic quoque ordo erat superba usurpatione nominum, quum alius se nongentum, alius selectum, alius tribunum appellaret.

NONGĒSĬMUS. *V.* NONIGESIMUS.

NONGENTĬES. *V.* NONINGENTIES.

NŌNĬES *vel* noniens, adverb. *nove volte*, novem vicibus: a *nonus*, ut *novies* a *novem. Inscript.* in Hadriani Aug. honorem apud *Don. cl.* 2. *n.* 82. et *Murat.* 451. 1. QVOD REMISIT DECIES NOVIES CENTENA MILLIA N. etc. Verum quum eadem quædam alia insolentiora admodum contineat, nullius videtur esse auctoritatis (immo spuria dicitur ab *Henzen. p.* 82.); præcipue quum in alia apud *Gruter.* 10. 6., in qua de eodem eadem remittente sermo est, hæc legantur: REMITTENDO SESTERTIVM NOVIES MILLIES CENTENA MILLIA N. (et hic titulus nullius est auctoritatis; nam *Henzenio* teste *loc. cit.*, mutilus hæc tantum exhibet REMITTEND..... IES. CENTENA M.....); et in numo ejusd. Hadriani apud *Echkel. D. N. V. T.* 6. *p.* 478. RELIQVA VETERA HS. NOVIES MILL. ABOLITA. Fatendum tamen est, *nonies* legi in *Not. Tir. p.* 100. Quinquies, sexies, septies, octies, nonies, decies. Quæ quidem adverbia quum ex nomine numerali *quinque, sex, septem* etc., minime vero ex ordinali *quintus, sextus, septimus* etc. deriventur, apparet etiam *novies* a *novem*, non *nonies* a *nonus* esse derivandum.

NONIGĒSĬMUS *et* nongesimus, syncope pro non-

gentesimus (ut *octigesimus* pro *octingentesimus*) agnoscuntur a *Priscian. in lib. de ponderib. p.* 1353. *Putsch.*

NŌNINGĒNĀRĬUS *et*

NŌNINGENTĒNĀRĬUS, a, um, adject. qui nongentos continet. Agnoscuntur a *Priscian. lib. de ponder. p.* 1355. *Putsch.*, nullo tamen auctore laudato.

NŌNINGENTĒSĪMUS *et* nongentesimus, a, um, adject. *novecentesimo*, novies centum continens. Agnoscuntur a *Priscian. loc. cit.* in voce præced.

NŌNINGENTI. *V.* NONGENTI.

NŌNINGENTĬĒS *et* nongenties, adverb. *novecento volte*, novies centies. *Vitruv.* 1. 6. *a med.* Hujus octava pars est ter millies mille, et noningenties trigesies septies mille, et passus quingenti. *h. e.* 3,937, 500. Adde *Priscian. lib. de ponder. p.* 1355. *Putsch.*; et *V.* TRĪGESIES.

NONNA. *V.* NONNUS.

NONNE, adverb. dubitandi et interrogandi, quod affirmationem exspectat, esse rem; et sane omitte *nonne* et habebis sententiam ejus, qui loquitur; nam negatio non est verbi, sed interjicitur interrogationis causa: itaque *nonne* est idem atque an, an non, estne ita, ut putas esse rem? εἰ, οὐ γάρ (It. *forse non*; Fr. *est-ce que ne pas?*; Hisp. *quiza no?* Germ. *nicht?*; Angl. *whether or not, not?*) Occurrit — *a*) In recta oratione; et quidem — In ipso orationis initio. *Cic. Flacc.* 27. 65. Nonne hoc vestra voce vulgatum est? *Id.* 2. *Divinat.* 18. 42. Nonne perspicuum est, ex prima admiratione hominum, quod tonitrua jactusque fulminum extimuissent, credidisse ea efficere rerum omnium præpotentem Jovem? — Post aliqua verba. *Cic.* 1. *Tusc.* 43. 102. Cyrenæum Theodorum philosophum non ignobilem nonne miramur? *Id.* 3. *Nat. D.* 37. 89. Tu, qui deos putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabulis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint? *Id.* 5. *Tusc.* 16. 48. Vir igitur temperatus, constans, sine metu nonne beatus? — In brevi oratione omittitur verbum. *Cic. Cæcin.* 13. 37. Te dejectum debeo intelligere, etiamsi tactus non fueris. Nonne? *h. e.* estne ita? *non è vero? non è così?* — Interdum *nonne* ponitur pro *non* interrogante. *Cic. Cæl.* 14. 34. Nonne te, si nostræ imagines viriles non commovebant, ne progenies quidem mea, Q. illa Claudia, æmulam domesticæ laudis in gloria muliebri esse admonebat? Sic *Propert.* 2. 25. 9. Lynceu, tune meam potuisti tangere curam? Perfide, nonne tuæ tunc cecidere manus? — *Gell.* 17. 8. Verbero, nonne is curriculo, atque oleum petis? *h. e.* quare non, quin: *perchè non vai correndo?* — Quando interrogatio ad alias interrogationis partes procedit, in his ponitur *non. Plaut. Amph.* 1. 1. 250. Nonne ego nunc hic sto ante ædes nostras? Non mihi est laterna in manu? *Cic.* 1. *Cat.* 11. 27. Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? *Cæs.* 2. *B. G.* 32. Nonne extremam pati fortunam paratos projecit ille? Non sibi, etiam vobis, salutem fuga petivit? Non, proditi per illum, Cæsaris beneficio estis conservati? — *b*) In obliqua oratione. *Cic.* 5. *Tusc.* 12. 34. Quum esset ex eo quæsitum, Archelaum Perdiccæ filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret, etc. *Id.* 4. *Acad.* (2. *post.*) 24. 76. Quamquam ex me quæsieras, nonne putarem post illos veteres-inveniri verum potuisse.

NONNĪHIL. *V.* NIHIL.

NONNĪSI. *V.* NISI.

NONNULLUS, a, um, adject. (*non* et nullus). Scribitur et *non nullus* divisim. — Nonnullus est aliquis, quidam (It. *qualche, alcuno*; Fr. *quelque*; Hisp. *alguno*; Germ. *einiger, -e, -es, mancher, -e, -es*; Angl. *some*). Occurrit — *a*) Adjective. *Ter. Adelph.* 1. 2. 68. Æschinus Nonnullam in hac re nobis facit injuriam. *Cic. Mur.* 29. 60. Tuum consilium nonnulla in re emendare possum. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 22. 70. Sunt inter illos nonnulla communia. *Cæs.* 7. *B. G.* 37. Esse nonnullo se Cæsaris beneficio affectum. *Plaut. Capt.* 1. 1. 23. Quod mihi ne eveniat, nonnullum periculum est. *Plin.* 7. *Ep.* 20. Homines nonnullius in litteris nominis. *Nepos Agesil.* 8. Quæ res nonnullam afferebat deformitatem. *Id. Cim.* 2. Nonnullæ insulæ defecerant. *Cæs.* 1. *B. C.* 13. Nonnulla pars militum domum discedit, reliqui ad Cæsarem perveniunt. *et ibid.* 24. Nonnullæ cohortes in agmen Cæsaris, aliæ in equites incidunt. *Auct. B. Alex.* 62. Nonnullæ civitates rebus Cassii studebant, plures Marcello favebant. — *b*) Absolute, substantivorum more, *nonnulli*, quidam, *alcuni*, ἔνιοι. *Nepos Pausan.* 5. Quum eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quo etc. *Cæs.* 1. *B. G.* 26. Nonnulli inter carros tragulas subjiciebant. *Sall. Cat.* 23. Nonnulli ficta hæc existumabant. — Et cum Genitivo. *Sueton. Cæs.* 20. Unus ex eo tempore omnia in re publica ad arbitrium administravit: ut nonnulli urbanorum, quum quid per jocum testandi gratia signarent, non *Cæsare et Bibulo*, sed *Julio et Cæsare* coss. actum scriberent. *Id. Aug.* 59. Nonnulli patrum familiarum testamento caverunt, ut etc. — Et in sing. num. *Seren. Sammon.* 10. *v.* 12. *p.* 66. *cl.* 1. ed. *Ald.* Nonnullus liquidum sumit mulsumque.

NONNUNQUAM *et* non nunquam, adverb. interdum, aliquando, ἐνίοτε, ποτέ (It. *alle volte, qualche volta, talora*; Fr. *quelquefois, parfois*; Hisp. *alguna vez*; Germ. *bisweilen*; Angl. *sometimes, now and then*). Occurrit — *a*) Sine ullo adverbio, quod eidem respondeat; item sæpe repetitur; et Adverbiis *nunquam, interdum, aliquando* opponitur. *Cic. Planc.* 3. 8. Solet nonnunquam dignos præterire. *Nepos Timol.* 1. *extr.* Quibus rebus ille adeo est commotus, ut nonnunquam vitæ finem facere voluerit. *Cels.* 5. 8. *n.* 14. Eaque nonnunquam subito desinunt, nonnunquam mediocrem inflammationem excitant. *Cic. Vatin.* 2. 4. Quum in hac civitate oppugnatio soleat nonnunquam, defensio nunquam vituperari. *Ter. Eun.* 2. 3. 75. Cibum nonnunquam capiet cum ea: interdum propter dormiet. *Cic.* 5. *Fam.* 8. Quædam pestes hominum et te nonnunquam a me alienarunt, et me aliquando immutarunt tibi. *Seneca* 1. *Clem.* 14. Qui objurgare liberos nonnunquam blande, nonnunquam minaciter solent, aliquando admonere etiam verberibus. — *b*) Cum oppositis *sæpe, plerumque, frequenter, semper*, ut apud *Cæs.* 1. *B. G.* 8. *extr.* Alii vadis Rhodani, qua minima fluminis altitudo erat, nonnunquam interdiu, sæpius noctu, si perrumpere possent, conati. *Cic.* 1. *Divinat.* 14. 25. Ea fallit fortasse nonnunquam, sed tamen ad veritatem sæpissime dirigit. *Id. Partit. orat.* 17. 58. Enumeratio reliqua est, nonnunquam laudatori, suasori non sæpe, accusatori sæpius quam res necessaria. *Id.* 1. *Tusc.* 34. 82. Et fit plerumque sine sensu; nonnunquam etiam cum voluptate. *Colum.* 7. *R. R.* 6. 7. Parit etiam, si est generosa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. *Id. ibid.* 12. 5. Satis est severos esse nec blandos, ut nonnunquam etiam conservos iratius intueantur, semper excandescant in exteros. — *c*) De loco (*V.* NUMQUAM) dixit *Ammian.* 28. 2. Nonnunquam ultra flumen ædificiis positis. *h. e.* nonnullis in locis.

NONNUS, i, m. 2. *et* Nonna, æ, f. 1. ¶ 1. Nomen est reverentiæ et gravitatis, quo majores, et præcipue monachi et monachæ cadente Latinitate vocati sunt; hinc etiamnum Itali *nonno* et *nonna* dicunt avum et aviam: vocem Ægyptiacam putat *Jablonskius* in *Lex. Ægypt. Hieronym. Ep.* 117. *n.* 6. Quæ in adulationem tui, sanctum et nonnum coram te vocant: quum se paullulum averterint, portentosum ridebunt maritum. *Id. Ep.* 22. *n.* 16. Quia maritorum expertæ dominatum, viduitatis præferunt libertatem, castæ vocantur et nonnæ, et post eunam dubiam Apostolos somniant. ¶ 2. Est etiam idem ac nutritor, educator. *Inscript.* apud *Zaccaria Stor. lett. d'Italia T.* 9. *p.* 462. D. M. S. AVRELIAE IVSTINAE ALVMNAE FECERVNT NONNI SVI. Alia apud *Marin. Frat. Arv. p.* 252. Q. PESCINNIVS CHRESTIO ALVMNVS GLODIAE ASTHIOCHAE (*lege* Astiochæ) NONNAE SVAE FECIT. *Orellius* ad hanc *Inscript.* 2815. observat, apud Italos nonnam nunc esse aviam, quia aviæ sæpe nutricum officio funguntur. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

NONNUSQUAM *et* non nusquam, adverb. in aliquo loco (It. *in qualche luogo*; Fr. *dans quelques endroits*; Hisp. *en alguno lugar*; Germ. *an einigen, manchen Orten oder Stellen*; Angl. *in some place*). *Plin.* 14. *Hist. nat.* 19. 24. (120). Nonnusquam vini fæce, aceto condiunt. *Id.* 36. *ibid.* 22. 49. (168). Silices quibusdam in locis rubentes, nonnusquam vero et albi. Adde *Gell.* 13. 24.

NONŒOLÆ. *V.* NONEOLÆ.

NONPĔRĪTĬA, æ, f. 1. imperitia. *Pompej. Art. Donat. p.* 144. Quotiescumque circa genera peccaverimus, excusatio est nonperitia. *h. e.* petenda excusatio ab imperitia.

NON PRĪDEM, *non ha molto*, æque et recte, et frequenter dicitur, ac jam pridem, quam pridem. *Festus p.* 165. 10. *Müll.*

NŌNUNCĬUM (*h. e.* novem unciæ) et sescuncium, quod magistri ludi appellant, significat dodrantem et dimidium teruncium, quod singula sexuncia uncia et dimidium sit. *Festus p.* 173. 30. *Müll.* Sic *Paul. Diac. p.* 172. 8. Nonuncium et teruncium dicitur, quod novem unciarum sit, sive trium.

NŌNUS, a, um, adject. primus ordine ab octavo, ἔνατος (It. *nono*; Fr. *neuvième*; Hisp. *noveno*; Germ. *der, die, das neunte*; Angl. *the ninth*). *Cic.* 6. *de republ.* 18. Summus cæli stellifer cursus acuto et excitato movetur sono: gravissimo autem hic lunaris atque infimus. nam terra, nona, immobilis manens, etc. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 118. accedes opera agro nona Sabino. *Id.* 4. *Od.* 11. 1. Est mihi nonum superantis annum Plenus Albani cadus. *Cic.* 1. *Invent.* 55. 109. Nonus (*locus est misericordiæ*), per quem oratio ad mutas et expertes animi res refertur. Adde *Liv.* 7. 18. — Hinc

Nona, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Subaudi *hora*, est tertia ante occasum solis, erat finis ferme actionum forensium et laborum urbanorum, tempus balnei, vel cœnæ, aut cœnæ proximum. *Martial.* 4. 8. Imperat exstructos frangere nona toros. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 70. ignovisse putato Me tibi, si cœnas hodie mecum. Ut libet. Ergo post nonam venies. ¶ 2. Subaudi *pars*, ut apud *Justin.* 20. 3. 3. Quum (*Crotonienses*) vovissent Apollini decimas prædæ, Locrenses, et voto hostium et responso dei cognito, nonas voverunt.

NŌNUSDĔCĬMUS *et* nonus decimus, a, um, adject. *decimonono*, decimus nonus, qui sæpius *undevicesimus* dicitur. *Tac.* 13. *Ann.* 6. Nonodecimo ætatis anno. Adde *eumd. Dial. de Orat.* 34. *extr.*; et *Inscript.* apud *Gruter.* 449. 7.

NŌNUSSIS, is, m. 3. numus, qui novem asses valebat: pro *nonassis*, ut *decussis*, qui decem. *Varro* 5. *L. L.* 169. *Müll.* Ab tribus assibus tressis, et sic proportione usque ad nonussis. V. *Mæcian. de asse* § 56.

NORMA, æ, f. 1. est instrumentum fabrorum duabus regulis constans, inter se ab uno capite coagmentatis, Latinæ litteræ L figuram, vel Græcæ Γ, et rectum angulum referentibus. Ea exiguntur anguli, an recti sint. Fuit inventum Theodori Samii, ut *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (198). docet. Gr. κανών, γνώμων, πῆχυς (It. *squadra, norma*; Fr. *équerre*; Hisp. *cartabon, esquadra*; Germ. *das Winkelmaass*; Angl. *a square or rule*).

I.) Proprie. *Vitruv.* 7. 3. *a med.* Uti longitudines ad regulam et lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 51. (172). Structuram (*parietis*) ad normam et libellam fieri, et ad perpendiculum respondere oportet. *V.* LIBELLA. Rationem normæ deformandæ, a Pythagora inventam, tradit *Vitruv.* 9. 2. Si sumantur, inquit, regulæ tres, e quibus una sit pedes tres, altera pedes quatuor, tertia pedes quinque; hæque regulæ inter se compositæ tangant alia aliam suis cacuminibus extremis, schema habentes trigoni, deformabunt normam emendatam.

II.) Translate est regula, præscriptio, ratio, lex, *regola, forma, dettame, norma. Cic.* 3. *Orat.* 49. 190. Nec sunt hæc rhythmicorum ac musicorum acerrima norma dirigenda. *Id. Mur.* 2. 3. Cato vitam ad certam rationis normam dirigens, et diligentissime perpendens momenta officiorum omnium. *Id. Amic.* 5. 18. Numquam ego dicam, Fabricium, Curium, Coruncanium ad istorum (*Stoicorum*) normam fuisse sapientes. *Id.* 2. *Legg.* 24. 61. Natura norma legis est. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 46. 140. Fontem omnium honorum in corpore esse: hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ. *Id.* 2. *Orat.* 42. 178. Norma juris *Horat. Art. P.* 72. loquendi. *Gell.* 3. 3. judicii. *Val. Max.* 4. 3. *n.* 5. M.' Curius exactissima norma Romanæ frugalitatis. *Plin.* 9. *Ep.* 26. *circa med.* Demosthenes ipse, illa norma oratoris et regula, num se cohibet?

NORMALIS, e, adject. *ridotto, o fatto a squa-*

dra, κανονικός, ad normam directus. *Quintil.* 11. 3. 141. Sinistrum brachium eo usque allevandum est, ut quasi normalem angulum faciat. *Manil.* 2. 289. Normalis virgula. *h. e.* norma ipsa. *Aggen.* in *comment. in Frontin. p.* 53. *Goes.* Normales rigores. *Auct. Gromat. coloniar. p.* 218. *Rudorff.* Normalis limes. *Frontin. de agr. qualit. p.* 7. linea. *Hygin. de limit. constit. p.* 167. longitudo. *Auct. Gromat. coloniar. p.* 247. ager.

NORMĀLĪTER, adverb. *a squadra*, κανονικῶς, ad normam. ¶ 1. Stricto sensu. *Hygin. de limit. p.* 168. *et* 176. *Goes.* ¶ 2. *Ammian.* 20. 3. *ad fin. de luna.* E regione vero quum normaliter steterit contra, lumine pleno fulgebit. *a dirittura.* ad regulam, ad libellam.

NORMĀTĬO, ōnis, f. 3. ad normam directio. *Fragm. de limit. p.* 217. *Goesii.* Proximam quamque extremitatem per omnes angulos facta normatione complectimur. *Frontin. p.* 36. *Goes.* Quod ad extremam lineæ normationem pertinet.

NORMĀTŪRA, æ, f. 1. normatio. *Innocent. de casis litter. p.* 221. *Goesii.*

NORMĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

NORMO, ās, āvi, ātum, are, a. 1. (norma). Part. *Normatus* I. et II. — Normare est ad normam dirigere, *tirare a squadra.*

I.) Proprie. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 12. Mediæ parti, qua regulæ committuntur, illam ciconiam infiximus, ut tamquam supposităe basi, ad perpendiculum normata insisteret. *Optatian. Ara Pythic.* Normata ubique sic deinde regula.

II.) Translate. *Diomed.* 1. *p.* 274. *Putsch.* Normata orationis integritas. *Id. ibid. p.* 324. Ex numeri pluralis imagine dualis declinatio formata normabatur.

NORMŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* norma. Translate *Boeth. p. Geom. p.* 1216. Cui si secundum nostri præcepti normulam superius designatam unum auferatur, etc. Habent et *Not. Tir. p.* 119.

NOS, nostrum, etc. *V.* EGO.

NOSCENTĬA, æ, f. 1. cognitio, notitia. Quidam tribuunt *Symmacho* 4. *Ep.* 9. et 6. *Ep.* 11. Sed utroque loco alii leg. *notitia.*

NOSCĪBĬLIS, e, adject. *cognoscibile*, γνωστός, qui nosci potest. *Tertull. ad Scapul.* 2. *extr.*; et *Augustin.* 9. *Trin.* 5. *et* 12. Sic *Capell.* 4. *p.* 112. At vero noscibilis res prior est natura, quam notio; nam si noscibilia tollas, notio non erit; at vero si notionem tollas, potest aliquid esse noscibile, quamvis desit ille qui novit.

NOSCĪTĀBUNDUS, a, um, adject. noscitans, agnoscens. *Gell.* 5. 14. Deinde sensim atque placide, tamquam noscitabundus, ad hominem accedit.

NOSCĪTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Noscitans* I. 1. — *Noscito* est frequentat. a *nosco*, et idem ferme valet, διαγινώσκω (II. *conoscere, riconoscere*; Fr. *connaître, reconnaître*; Hisp. *conocer*; Germ. *kennen, erkennen*; Angl. *to know, distinguisch, discern, observe, take notice of, recognise*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est noscere, agnoscere. *Plaut. Men.* 5. 9. 4. ME. Tua est imago: tam consimilis est quam potest. M. SO. Pol profecto haud est dissimilis, meam quum formam noscito. *Liv.* 22. 6. Facie quoque noscitans. *Curt.* 8. 13. *ad fin.* Adeo spissæ intendere se nubes, ut conderent lucem, vixque colloquentium inter ipsos facies noscitaretur. *Plin.* 6. *Ep.* 20. *a med.* Alii parentes, alii liberos, alii conjuges vocibus requirebant, vocibus noscitabant. *conoscevano alle voci.* et *Catull.* 61. 221. Sit suo similis patri Manlio, et facile insciis Noscitetur ab omnibus. *Tac.* 2. *Hist.* 12. Quibus, temere collectis, non castra, non ducem noscitantibus etc. *Curt.* 3. 11. Inter hos (*qui egregia morte defuncti circa currum Darii jacebant*) Aticles et Trountes et Sabaces prætor Ægypti, magnorum exercituum præfecti, noscitabantur. ¶ 2. Latiori sensu est cernere, notare. *Liv.* 3. 38. *a med.* Circumspectare omnibus fori partibus senatorem, raroque usquam noscitare. Sic *Id.* 2. 20. Hos agmine venientes T. Herminius legatus conspicatus, interque eos insignem veste armisque Mamilium noscitans. Adde *eumd.* 6. 25.

II.) Translate. In illo *Plauti Trin.* 4. 2. 21. Loca contemplat, circumspectat sese, atque ædes noscitat: *noscitare* est explorare, noscere conari. Simile est illud *Virg.* 7. *Æn.* 283. Supposita de matre nothos furata creavit. *h. e.* creari fecit, ut et *Macrob.* interpretatur 6. *Saturn.* 6. Geminum vero illud *ejusd. Cist.* 4. 2. 14. Nunc vestigia, si qua sunt, noscitabo.

NOSCO, noscis, nōvi, nōtum, noscere, a. 3. Olim dictum fuit *gnosco, gnovi, gnotus*, ut *Priscian.* 2. *p.* 569. *Putsch.* docet. Sic *gnoscier* legitur in *Vet. SC. de Bacchan.*, et *gnotu* apud *Paul. Diac. p.* 96. 12. *Müll.* — Præteritum *novi* sæpe syncopen patitur, ut *nosti, noram, nosse, norim* etc. Quin et *nomus* pro *novimus* dixisse *Ennium*, testatur *Diomed.* 1. p. 382. *Putsch.*, quod et *Voss. l.* 5. *de Gramm. c.* 39. *extr.* observat. — Part. *Noscens* et *Noscendus* I.; *Notus* in fin. — *Noscere*, a Gr. γνόω, γιγνώσκω, *præsenti tempore* significat discere, rei alicujus notitiam sibi comparare, rem inquirere et indagare, ut ipsa mente percipiatur, *imparare a conoscere, indagare, apprendere; præteritum* vero *novi* (quod sæpe pro præsenti usurpatur, ut *odi, memini*) est idem ac cognovi, cognitum habeo, notitiam alicujus rei habeo, scio, *conoscere, sapere.* Pertinet autem tum ad mentem, tum ad omnes sensus corporis.

I.) Proprie. — 1.°) Præs. temp. — *a*) Activa forma. *Cic.* 1. *Tusc.* 22. 52. Est illud quidem vel maximum animo ipso animum videre: et nimirum hanc habet vim præceptum Apollinis (*h. e.* γνῶθι σεαυτόν), quo monet, ut se quisque noscat. — Quum igitur nosce te dicit, hoc dicit, nosce animum tuum. *Plaut. Asin.* 2. 4. 58. ME. Sauream non novi. LI. At nosce sane. *Id. Bacch.* 4. 6. 19. CH. Nosce signum. NI. Novi. *Id. Pœn.* 4. 2. 71. MI. Qui id potest? SY. Facile. MI. Fac ergo id facile noscam, ut ille possit noscere. *Id. Rud. prol.* 12. nos per gentes alium alia (*Juppiter*) disparat, Hominum qui facta, mores, pietatem et fidem noscamus. *Ter. Adelph.* 5. 4. 8. Id esse verum, ex me atque ex fratre cuivis facile est noscere. *Cic.* 1. *de republ.* 14. *extr.* Studeo cursus istos mutationum non magis in nostra, quam in omni re publica noscere. *Id.* 1. *Nat. D.* 14. 37. Ita fit, ut deus ille, quem mente noscimus atque in animi notione tamquam in vestigio volumus reponere, nusquam prorsus appareat. *Catull.* 68. 140. Noscens omnivoli plurima furta Jovis. *Sil. It.* 6. 519. Ultima vox duras hæc tunc penetravit ad aures: Cetera percussi vetuerunt noscere remi. *sentire e intendere.* — *b*) Passive. *SC. de Bacchan.* EAM (*tabulam*) FIGIER IOVBEATIS VBEI FACILVMED GNOSCIER POTISIT. *Ter. Hecyr.* 4. 1. 57. Forma in tenebris nosci non quita est: Neque detractum est ei quidquam, qui posset post nosci, qui siet. *Cic.* 1. *Nat. D.* 4. 9. Omnes ejus (*philosophiæ*) partes atque omnia membra tum facile noscuntur, quum totæ quæstiones scribendo explicantur. *Ovid.* 14. *Met.* 153. nullique videnda, Voce tamen noscar. *Id.* 1. *Trist.* 5. 29. nec noscitur ulli, Agminibus cunctis qui modo cinctus erat. Sic *Tac. Agric.* 5. Noscere provinciam, nosci exercitui. *h. e.* ab exercitu. *Stat.* 9. *Theb.* 357. miseræ nimium noscenda parenti Parma natat. — 2.°) Præter. temp. — *a*) Generatim. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 47. Si me novisti minus, Genere qui sim gnatus. *Id. Men.* 2. 2. 20. Cylindrus ego sum, non nosti nomen meum? *Id. Amph. prol.* 104. vos novisse credo, ut sit pater meus. *Ter. Andr.* 4. 4. 50. Novi rem omnem. *Id. Hecyr.* 3. 4. 25. At non novi hominis faciem. PAM. Faciam ut noveris. *Id. Heaut.* 2. 3. 7. vesperascit, et non noverunt viam. *Id. Andr.* 5. 4. 32. Phania illic frater meus fuit. SI. Noram et scio. *Id. Phorm.* 2. 1. 35. Unum cognoris, omnes noris. *Cic. Pis.* 13. 30. Quisquam vos consules putet, qui non leges, non instituta, non jura noritis? *Id. Amic.* 21. 79. Plerique neque in rebus humanis quidquam bonum norunt, nisi quod fructuosum sit. *Tac. Germ.* 30. Audire præpositos, nosse ordines. *Cic.* 2. *Fin.* 22. 71. Nosti, credo, illud: *Nemo pius est* etc. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 6. 57. (107). Vulgus novit perficere coria. *Id.* 13. *ibid.* 4. 9. (13). Pomum sapore ferino, quem ferme in apris novimus. *h. e.* sentimus. At *Sillig.* utroque loco aliter leg., v. *noscere* omisso. *Virg.* 2. *G.* 108. Nosse quot Ionii veniant ad litora fluctus. — *b*) Speciatim *si hunc bene novi*, h. e. si recte novi, si penitus. *Cic. Rosc. Am.* 20. 57. Si ego hos bene novi Sic *Balbus* ad *Cic. post ep.* 8. *l.* 9. *ad Att.* Si Cæsarem bene novi. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 22. Si bene me novi, non Viscum pluris amicum, Non Varium facies. nam quis me scribere plures Aut citius possit versus? quis etc. Cf. *Cic.* 5. *Att.* 21. § 13. Si tuos digitos novi. Cf. et *Nepos Con.* 4. Id arbitrium Conon negavit sui esse consilii, sed ipsius, qui optime suos nosse deberet. — *c*) Nosse de facie, *conoscer di vista. Cic. Pis.* 32. 81. Virtutem tu ne de facie quidem nosti. — *d*) Nosse animum alicujus, *conoscere la sua natura. Ter. Heaut.* 3. 3. 9. novi ego Amantium animum: advertunt graviter quæ non censeas. — *e*) *Nosti cetera*, formula qua utimur quum quippiam reticemus, quod notum est. *Cic.* 7. *Fam.* 28. Ut ibi esses, *ubi nec Pelopidarum*, nosti cetera. Sic *Plin.* 3. *Ep.* 9. *ante med.* Qui robustissimum et infirmissimum militem jussit caudam equi-reliqua nosti. — *f*) *Nostin'*? novisti ne? *Ter. Eun.* 3. 5. 15. Nostin' hanc, quam frater amat? ANT. Novi. — Interdum valet *intendi? sai? sudin'? Id. Andr.* 2. 6. 9. bidui est, aut tridui Hæc sollicitudo: nosti? deinde desinet. *Id. Eun.* 3. 1. 15. Requiescere ubi volebat, quasi: nostin'? GN. Scio.

II.) Translate, præs. tantum temp. ¶ 1. Noscere est idem atque agnoscere, *riconoscere, ravvisare. Horat.* 2. *Sat.* 7. 89. potesne Ex his ut proprium quid noscere? *Tac.* 1. *Hist.* 90. In rebus urbanis Galerii Trachali ingenio Othonem uti credebatur: et erant, qui genus ipsum orandi noscerent. ¶ 2. *Noscere causam, excusationem*, est interdum probare et admittere, agnoscere, *ammettere la scusa. Plaut. Truc.* 2. 1. 18. Numquam amatoris meretricem oportet causam noscere, Quin, ubi nil det, pro infrequente eum mittas militia domum. *Cic.* 11. *Att.* 7. *a med.* Quod te excusas, ego vero et tuas causas nosco, etc. *Id.* 4. *Fam.* 4. Illam partem excusationis nec nosco, nec probo. Adde 1. *Legg.* 4. 11. — Hinc Part. præter. pass.

Notus, a, um, adject. quoque usurpatur, unde Comp. *Notior* et Sup. *Notissimus* I. 1.; et est cognitus, manifestus, patens, γνωτός, γνώριμος, *noto, conosciuto, saputo.*

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Absolute, vel cum Ablativo rei, qua quis est notus. — De hominibus. *Cic.* 11. *Phil.* 5. 10. Noti atque insignes latrones. *Cæs.* 2. *B. C.* 19. Nullus fuit civis Romanus paullo notior, quin ad diem conveniret. *Sueton. Gramm.* 4. Significat haud dubie Valerium Catonem poetam simul grammaticumque notissimum. *Nepos Pelop.* 1. Pelopidas Thebanus magis historicis, quam vulgo, notus. *Liv.* 8. 8. *ad fin.* Duo primipili ex utraque acie inter triarios erant: Romanus corpore haudquaquam satis validus, ceterum strenuus vir peritusque militiæ: Latinus viribus ingens bellatorque primus; notissimi inter se, quia pares semper ordines duxerant. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 3. notus mihi nomine tantum. *Cic. Cluent.* 16. 46. Quumque essent vitiis atque improbitate omnibus noti etc. *Virg.* 1. *Æn.* 383. fama super æthera notus. *Sil. It.* 8. 146. Me quoque fors dulci quondam vir notus amore Exspectat, curas cupiens æquare priores. — De rebus et abstractis. *Cic.* 2. *Verr.* 16. 48. Ejusmodi res, ita notas, ita testatas, ita manifestas proferam, ut etc. *et* 5. *ibid.* 58. 134. Res nota et manifesta omnibus. *et* 7. *ibid.* 13. 34. Unum illud, quod ita fuit illustre notumque omnibus ut etc. *Id. Mil.* 28. 76. Fingi hæc putatis quæ patent, quæ nota sunt omnibus, quæ tenentur? *Id.* 5. *Fam.* 12. *et Prov. cons.* 13. 33. Facere aliquid alicui notum. *Virg.* 2. *Æn.* 21. Est in conspectu Tenedos, notissima fama Insula. *Cic. Orat.* 33. 118. Habere omnes philosophiæ notos et tractatos locos. *Id.* 4. *Verr.* 34. 85. Cupiditas nota atque apud omnes pervulgata. *Id. Mur.* 7. 16. Tua nobilitas hominibus litteratis est notior, populo obscurior. *Id. Sull.* 26. 72. Vita P. Sullæ vobis populoque Romano notissima. *Quintil.* 9. 3. 13. Quod a Cicerone reprehendi notum est. *Sueton. Aug.* 65. De filia, absens, ac libello per quæstorem recitato, notum senatui fecit. *Tibull.* 2. 6. 41. Nota loquor. *Ammian.* 20. 4. Quos ignota pari sollicitudine movebant et nota. — *b*) Cum Genitivo. *Horat.* 2. *Od.* 2. 6. Notus in fratres animi paterni. *Stat.* 2. *Theb.* 274. laborant Cyclopes, notique operum Telchines amica Certa-

tim juvere manu. *Sil. It.* 17. 148. notusque fugarum Vertit terga. — *c*) Cum Infinito. *Id.* 12. 330. Delius avertet propiora pericula vates, Trojanos notus semper minuisse labores. ¶ 2. Speciatim *Noti, orum*, sunt amici, domestici, vicini, familiares, qui nobis noti sunt, nosque noverunt. *Cic. Cæl.* 2. 3. De dignitate Cælius notis ac majoribus natu facile respondet: quibus autem non æque est cognitus, hi sic habeant, etc. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 84. Non uxor salvum te vult, non filius: omnes Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ. *Virg. Cir.* 260. Nec mihi notorum deflectunt lumina vultus. ¶ 3. Interdum etiam *notus* in malam partem sumitur pro infami. *Cic. Cæl.* 13. 31. Clodia, mulier non solum nobilis, sed etiam nota. *Id.* 2. *Verr.* 6. 15. Qui non tam me impediunt, quod nobiles sunt, quam adjuvant, quod noti sunt.

II.) Translate. Active sumitur pro eo, qui novit, ut *ignotus*, qui non cognoscit. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 39. herus meus est imperiosus. BA. novi, notis prædicas. *V.* IGNOTUS. Sic *Phædr.* 1. 12. notis est derisui.

NOSMET. *V.* EGO et MET.

NŌSŌCŌMĬUM, ii, n. 2. *spedale, infermeria*, νοσοκομεῖον, locus, in quo recipluntur, curanturque pauperes ægroti, valetudinarium: a νόσος *morbus* et κομέω *curo*. *Imp. Justinian. Cod.* 1. 2. 19. *et* 22. Item *Hieronym. Ep.* 77. *n.* 6., sed Græce., ubi narrat, Fabiolam matronam omnium primam Romæ nosocomium instituisse.

NŌSŌCŌMUS, i, m. 2. *spedaliere, infermiere*, νοσοκόμος, qui in nosocomio ægros curat. *Imp. Justinian. Cod.* 1. 3. 42., sed Græce. Latine habet *Jul. epit. nov. c.* 111. § 140. et *c.* 115. § 452.

NOSTER, tra, trum, pronom. possess. *Nostrai* pro *nostræ* in Genit. singul., ut *terrai, pictai*, antiquum est. *Vel. Long. de Orthogr. p.* 2222. *Putsch.* — De Genit. plur. *V.* infra sub 1. *c.* — Noster est ad nos pertinens, a nobis possessus, ἡμέτερος (It. *nostro*; Fr. *notre*; Hisp. *nuestro*; Germ. *unser, unsere, unser, der, die, das unsrige*; Angl. *our, ours, our own*). Occurrit ¶ 1. Generatim. — *a*) Adjective, h. e. cum suo substantivo. *Plaut. Cas.* 2. 8. 75. Nostra omnis lis est. *h. e.* vicimus. *Ter. Eun.* 2. 3. 21. Haud similis virgo'st virginum nostrarum. Sic *Virg.* 2. *G.* 89. Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. *Cic.* 1. *de republ.* 2. Studemus nostris consiliis et laboribus tutiorem vitam hominum reddere. *Cæs.* 1. *B. G.* 2. Rhodanus, qui provinciam nostram ab Helvetiis dividit. *Sall. Cat.* 1. Nostra omnis vis in animo et corpore sita est. *Cæs.* 1. *B. G.* 12. Patrum nostrorum memoria. *Nepos Ages.* 4. Cujus exemplum utinam imperatores nostri sequi voluissent! *Id. Epam.* 1. Scimus enim musicen nostris moribus abesse a principiis persona. *Id. Eumen.* 8. Illa phalanx Alexandri Magni non parere se ducibus, sed imperare postulabat: ut nunc veterani faciunt nostri. — Animadvertendum est etiam illud *Plaut. Mil. glor.* 2. 5. 20. perscrutari hic volo, nos nostri, an alieni simus; ne dum quispiam Nos vicinorum imprudentes immutaverit. sc. Certe equidem noster sum. *se sian noi o altri. Io per certo son io.* Sic *Id. Amph.* 1. 1. 243. Certe tu me alienabis numquam, quin noster siem. *che non sia io.* V. infra sub 2. *a.* — Cum adjectione syllabica *Ter. Phorm.* 5. 2. 1. nostrapte culpa facimus, ut etc. — *b*) *Nostra* neutr. gen. absolute. *Tac. Dial. de orat.* 28. Quamquam nostra nobis notiora sunt. *Ammian.* 21. 6. Ad reges et satrapas legati cum muneribus missi sunt amplis, monituri cunctos et hortaturi nostra sentire, et nihil fallax tentare vel fraudulentum. *h. e.* nobiscum sentire. *Id.* 19. 7. Hostiles ballistæ ferratis impositæ turribus nostra multo cruore fœdabant. *Id.* 18. 6. *ad med.* Docetque speculatorem se missum ad nostra. *Id.* 17. 1. Petiturus ipse Mogontiacum, ut, ponte compacto transgressus, in suis requireret barbaros, quum nullum reliquisset in nostris, refraganle vetabatur exercitu. — *c*) Genitivus pluralis *nostrum* pertinet ad *nos*: de quo *V.* EGO. Differunt etiam usu, quia *nostrum* refertur solummodo ad nos ipsos, *nostrorum* ad alios etiam, qui nostræ sunt familiæ, patriæ, etc. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 39. sy. Dii omnes deæque ament. MI. quemnam hominem? sy. nec te, nec me, Neque herum meum adeo. MI. quem ament igitur? sy. alium quemlibet, Nam nostrorum nemo dignus est. Si *herum meum* non addidisset, *nostrum nemo* dicendum erat. — Reperitur tamen *nostrum* pro *nostrorum*, ut *meum* pro *meorum*. *Plaut. Men.* 1. 2. 25. Averti prædam ab hostibus, nostrum salute socium. Quod et *Priscian.* adnotavit 7. p. 743. *Putsch.* — Et *nostrorum* pro *nostrum* est *Plauti* in *fragm.* apud *Non. p.* 285. 26. *Merc.* Qui nequeas, nostrorum uter sit Amphitruo, decernere. Hæc de Genit. plur. *Forcellinus.* ¶ 2. Speciatim *nostri* dicuntur consanguinei, affines, domestici, conterranei, amici, fautores: quibus opponuntur externi et alieni. — *a*) Cum substantivo. *Plaut. Rud.* 4. 7. 19. Egone ut quod ad me allatum esse alienum sciam, Celem? Minime istuc faciet noster Dæmones. *il carissimo nostro Demone*, h. e. ego. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 3. Alienus autem noster est quum animo et benevolentia, tum vero etiam imitatione vivendi. Cf. *Plaut. Mil. glor.* 2. 5. 20. et *Amph.* 1. 1. 243. allatum sub 1. *a.* Rursus *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 3. *sub fin.* Ciceronem nostrum quid tibi commendem? — *b*) Absolute. *Cæs.* 1. *B. G.* 26. Diu quum esset pugnatum, impedimentis castrisque nostri potiti sunt. *Liv.* 8. 9. in *formula devotionis*. Divi, quorum est potestas nostrorum hostiumque. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (112). Balsami in totum alia natura, quam nostri externique prodiderant. *Cic. Pis.* 8. 17. O noster misericors, quid facis? quod nulla in barbaria quisquam tyrannus. — *Ter. Adelph.* 5. 8. 28. pro patre huic est, bonus est, noster est: recte datur. *Val. Flacc.* 2. 561. Noster ades junctusque veni. *del nostro sangue. Liv.* in *fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 2. *Æn.* 148. Quisquis es, noster eris. (Formula imperatoris transfugam recipientis in fidem). — *Noster esto* est laudantis, probantis, amplectentis ob dictum factumve, quod placeat. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 24. hem tibi adsunt, Quas me jussisti adducere, et quo ornatu. PA. noster esto. *Id. Bacch.* 3. 3. 39. Noster esto, dum te poteris defensare injuria. ¶ 3. Quum aliquem alloquimur, adhibetur in blanditiis. *Ter. Adelph.* 5. 5. 2. DE. Quis homo? o Syre noster, salve: quid fit? quid agitur? sy. Recte. DE. optime est. jam nunc hæc tria primum addidi Præter naturam: o noster, quid fit, quid agitur. ¶ 4. Aliquando *nostrum* dicitur quod nobis aptum est, quod *lavet*, quod placet. *Cic. Mil.* 1. 3. Reliqua vero multitudo, quæ quidem est civium, tota nostra est. Sic *Virg.* 12. *Æn.* 187. Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem etc. *h. e.* nobis faventem. *Liv.* 9. 19. *ad fin.* Utique numquam nostris locis laboravimus. *Sil. It.* 12. 193. Perge, age, fer gressus: dexter deus; horaque nostra est. Hac iter ad muros Capuæ.

NOSTRAS, ātis, adject. omn. gen. 3. *Nostratis* in recto singulari. *Cassius Hemina* apud *Priscian.* 12. *p.* 943. *Putsch.* Hos libros si quis nostratis sapiens. — Nostras dicitur qui est a nostra patria, vel regione, vel gente, *di nostra patria, o paese, o gente, nostrale*, ἡμεδαπός. *Cato* apud *Priscian. loc. cit.* Rex Seleucus arma nostratia facit. *Cic.* 2. *Fam.* 11. Verba non solum vestra oratoria, sed etiam levia nostratia. *et* 9. *ibid.* 15. Mirifice capior facetiis, maxime nostratibus. *Id.* 5. *Tusc.* 32. 90. Nostrates philosophi. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 16. 28. (70). Tertium genus nostrates vocant silvestre. *Colum.* 9. *R. R.* 4. 6. Nostras cunila, quam saturejam rustici vocant. *Id.* 8. *ibid.* 2. 13. Nostrates gallinæ. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 11. 10. (37). Cotonea candidiora, nostratia appellata. *Sueton. Tib.* 71. In quodam decreto patrum, quum ἔμβλημα recitaretur, commutandam censuerit vocem et pro peregrina nostratem requirendam. *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 116. *retro* ed. *Ald.* Nostrate papaver.

NOSTRĀTIM, adverb. nostro more, ut *tuatim*, tuo more. *Charis.* 2. p. 196. *Putsch.* Tuatim. Plaut. in Amphit. (2. 1. 4.) Jam tuatim facis. ubi Sisenna, ut nostratim. Significat autem, tuo more. Hæc *Charis.* Adde *Non. p.* 179. 30. *Merc. V.* SUATIM.

NOSTRĀTIS. *V.* NOSTRAS init.

NŌTA, æ, f. 1. a *nosco*, quod in supinis compositorum *agnitum* et *cognitum* pænultimam corripit, quamvis in *ignotum* producat. *Festus p.* 174. 13. *Müll.* Nota alias significat signum, ut in pecoribus, tabulis, libris, litteræ singulæ aut binæ; alias ignominiam. Hæc *Fest.* Itaque *nota* est signum, quod alicui rei apponitur, vel per se inest, dignoscendi causa, insigne, vestigium, indicium, χαρακτήρ, σύμβολον, σημεῖον, στίγμα (It. *segno, contrassegno, bollo, marchio, marco, segnale*; Fr. *signe, marque, indice, indication*; Hisp. *signo, señal, indice, nota*; Germ. *das Mermal, Kennzeichen*; Angl. *a mark, sign, note*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Liv.* 37. 31. *sub fin.* Inde in altum lingua mille passuum excurrens, medium ferme sinum velut nota distinguit. *Cic.* 2. *Orat.* 41. 174. Si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem, satis esse deberet, si signa et notas ostenderem locorum. *Horat.* 1. *Od.* 13. 11. sive puer furens Impressit memorem dente labris notam. *Id.* 2. *Ep.* 1. 235. tractata notam labemque remittunt Atramenta. *Colum.* 7. *R. R.* 9. 12. Pice liquida notam portis imponere. *Virg.* 5. *Æn.* 87. *de angue.* Cæruleæ cui terga notæ, maculosus et auro Squamam incendebat fulgor. *Cic.* 13. *Fam.* 6. Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quæ mihi tecum convenit. *Liv.* 34. 61. Instruit etiam secretis notis, per quas haud dubie agnoscerent, sua mandata esse. *Quintil.* 1. 4. 9. Nota aspirationis. *et ibid.* 12. 14. Nec moduletur, aut musicis notis cantica excipiat. *Plerique alleg.* modis expediat. *Seneca Troad.* 1112. Signa clari corporis Et ora et illas nobiles patris notas Confudit imam pondus ad terram datum. *lineamenti e somiglianze.* ¶ 2. Speciatim dicitur de signis, quibus formantur litteræ, *carattere. Cic.* 1. *Tusc.* 25. 62. Qui primus sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis litterarum notis terminavit. *Id.* 2. *Divinat.* 41. 85. Sortes in robore insculptæ priscarum litterarum notis. ¶ 3. Et poetice per synecdochen de scripto, epistola. *Horat.* 4. *Od.* 8. 13. incisa notis marmora publicis. *Ovid.* 3. *Trist.* 3. 72. Grandibus in tumuli marmore cæde notis. *Id. Heroid.* 4. 6. Inspicit acceptas hostis ab hoste notas. *lettera.* et 20. *ibid.* 209. Postmodo nescio qua venisse volubile malum, Verba ferens doctis insidiosa notis. *et ibid.* 470. Accipiat missas apta ministra notas. *Virg.* 3. *Æn.* 444. foliis notas mandare. *Ovid.* 3. *Pont.* 3. 58. Credor adulterii composuisse notas. *h. e.* descripsisse adulteria. ¶ 4. Item speciatim de signis, quibus utuntur, qui scribendi compendia celeritatis causa sectantur, *breviatura, cifra*, unde postea *notarii* dicti. Ea sunt tripliciis generis — *a*) Primo enim littera una, vel duæ, vel tres integram vocem significant, ut nempe P. *Publius*, S. P. Q. R. *senatus populusque Romanus*, Eq. R. *eques Romanus*, Cos. *consul*, etc. Hujusmodi notæ *singulariæ* dicuntur, a recentioribus *siglæ*, a Græcis σίγλαι, quod scilicet singulæ verbum exprimant. Hinc ita *Val. Probus de notis Rom. p.* 1494. *Putsch.* Veteres scribendi facultatem ut celeriter comprehenderent, quædam verba ex communi consensu primis litteris notabant, et singulæ quid significarent, in promptu erat. Earum porro usus præcipuus est in antiquis monumentis marmore vel ære expressis, quarum longam seriem exhibent *Id. loc. cit., Sert. Ursatus de not. Rom.* et *J. D. Coletius* in *Not.* et *sigl. quæ in numm. et lapidib. apud Rom. obtinebant.* Hæc tamen vocum compendia *Imp. Justinian.* in *epist. ad Tribonian.* § 13., in alia *ad antecessores* § 8. et *ad senatum* § 22., quæ Digestorum libris præmittuntur, sub gravi interminatione in legibus a librario describendis usurpari vetuit: quod item confirmat *Isid.* 1. *Orig.* 23. — Huc pertinet illud *Cic. Mur.* 11. 25. *de JCtis.* Itaque irati, quod sunt veriti, ne, dierum ratione pervulgata et cognita, sine sua opera lege posset agi, notas quasdam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent. *scil.* patricii, quibus solis jurisprudentiæ studium permittebatur, postquam Cn. Flavius Appii Claudii scriba ann. ab U. C. CCCCXLIX. legis actionum formulas cum fastis in plebem evulgasset (*V.* FLAVIANUS In ONOM.), novas juris formulas subtilissime notis expressas composuerunt, ita ut pro singulis verbis singulariæ litteræ ponerentur, ne earum significatio plebi innotesceret. — *b*) Secundo una littera pro alia ponitur, ut *d* pro *a*, etc. *Sueton. Cæs.* 56. Exstant epistolæ ad familiares domesticis de rebus, in quibus, si qua occultius perferen-

da essent, per notas scripsit, id est sic structo litterarum ordine, ut nullum verbum effici posset: quæ si quis investigare et persequi vellet, quartam elementorum litteram, id est D pro A, et perinde reliquas commutet. *Id. Aug.* 88. Quoties per notas scribit, B pro A, C pro B, ac deinceps eadem ratione sequentes litteras ponit: pro X autem duplex A A. Adde *Gell.* 17. 9. *init.* et *Isid.* 1. *Orig.* 25. Hæc scribendi ratio Græce στεγανογραφία dicitur. — *c)* Tertio est signum conflctum ad litteras et vocem significandam, ut ff pro Digestis, etc. Signorum hujusmodi conflctorum characteres, licet litteræ proprie non sint, ad litteras tamen proxime accedunt, ut apertum erit cuipiam, qui eorum prælongam seriem investigandam suscipiat, quæ exstat apud *Gruter.* extremo *Tom. IV. Inscriptionum*, quæ *Notæ Tironis et Senecæ* appellantur. Hæc autem scribendi ratio Græce ταχυγραφία dicitur, et a *Cic.* 13. *Att.* 32. διὰ σημείων. Huc spectant loca *Manil.* 4. 197. Hic et scriptor erit velox, cui littera verbum est (*V.* supra a in fin.), Quique notis linguam superet, cursimque loquentis Excipiat longas nova per compendia voces. *Seneca Ep.* 90. *ante med.* Quid verborum notas, quibus quamvis citata excipitur oratio, et celeritatem linguæ manus sequitur? *Sueton. Tit.* 3. E pluribus comperi, notis quoque excipere velocissime solitum, cum amanuensibus suis per lusum jocumque certantem. *Paul. Dig.* 37. 1. 6. *extr.* Notis scriptæ tabulæ non continentur edicto, quia notas litteras non esse Pedius scripsit. *Id. ibid.* 29. 1. 40. L. Titius miles notario testamentum scribendum notis dictavit, et antequam litteris perscriberetur, vita defunctus est. Respondi, militibus quo modo volunt, et quo modo possunt testamentum facere concessum esse. *Ulp. ibid.* 50. 13. 1. § 7. Sed ceterarum artium opificibus sive artificibus, quæ sunt extra litteras, vel notas positæ, nequaquam extra ordinem jus dicere præses debebit. *Prudent.* 9. περὶ στεφ. 23. Verba notis brevibus comprendere cuncta peritus, Raptimque punctis dicta præpetibus sequi. *Sidon.* 9. *Ep.* 9. *ante med.* Tribuit et quoddam dictare celeranti scribarum sequacitas saltuosa compendium, qui comprehendebant signis, quod litteris non tenebant. *V.* NOTARIUS, ii 1. et EXCEPTOR. ¶ 5. Item interpungendi signa librariis usitata. *Cic.* 3. *Orat.* 44. 173. Interspirationis enim, non defatigationis nostræ, neque librariorum notis, sed verborum et sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt. ¶ 6. Sunt etiam *notæ* signa, quæ appingebantur libris, dum in legendo probaretur quid, aut improbaretur: qua de re aliquid dictum est in CERA: eratque hoc præcipue grammaticorum munus. *Cic. Pis.* 30. 73. Quoniam te non Aristarchum, sed Phalarin grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed poetam armis persequare, etc. *Seneca Ep.* 6. Mittam ipsos tibi libros, et ne multum operæ impendas, dum passim profutura sectaris, imponam notas, ut ad ea ipsa protinus, quæ probo et miror, accedas. *Isidor.* viginti sex profert notarum figuras, 1. *Orig.* 21., quas sententiarum notas appellat, quæ apponerentur ad demonstrandam unamquamque verbi sententiarumque ac versuum rationem. In his sunt obeli, asterisci etc. sua quodque vi ac significatione præditum: de quorum ætate et auctoritate alii viderint. ¶ 7. Neque solum signa, sed translate quæ scribuntur in auctorem aliquem, aut confirmandi, aut improbandi, aut illustrandi causa, *notæ* dici possunt, *annotazioni*, *note. Impp. Theodos. et Valent. Cod. Theod.* 1. 4. 1. Notas etiam Pauli atque Ulpiani in Papiniani corpus factas, sicut dudum statutum est, præcipimus infirmari. *Pompon. Dig.* 49. 17. 10. Ex nota Marcelli constat, nec patribus aliquid ex castrensibus bonis filiorum deberi. ¶ 8. Item de signis, quæ imponebantur cadis et amphoris, ad significandum vini tempus et præstantiam. *Horat.* 2. *Od.* 3. 6. Seu te in remoto gramine per dies Festos reclinatum bearis Interiore nota Falerni. *et* 1. *Sat.* 10. 24. ut Chio nota si commixta Falerni est. ¶ 9. Translate a nota cadorum est genus, *sorta, qualità. Colum.* 9. *R. R.* 15. 13. Secundæ notæ mel. *Id.* 12. *ibid.* 17. 1. Primæ notæ acerrimum acetum. *et ibid.* 59. 3. Caseus Gallicus, vel cujuscumque notæ. *et ibid.* 37. *extr.* Vini nota parum firma. *et ibid.* 38. 8. Hic liquor utilior est ad valetudinem, quam alterius myrteæ notæ compositio. At *Schneider.* rectius leg. *myrtitis notæ* etc. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 2. *extr.* Ex hac nota corporum est aer. — Huc pertinent illa *Curii* ad *Cic.* 7. *Fam.* 29. Persevera nos conservare, et Sulpicii successori nos de meliore nota commenda. *Seneca Med.* 906. Levia scelera et vulgaris notæ. *Seneca alter* 3. *Benef.* 9. Quædam beneficia non sunt ex hac vulgari nota, sed majora. *Petron. Satyr.* 83. Eum ex hac nota litteratorum esse, quos odisse divites solent. ¶ 10. Item quidquid inservit ad rem aliquam discernendam: ducta metaphora a notis, quæ imponuntur pecoribus et jumentis. *Cic. Orat.* 23. 75. Sequitur, ut cujusque generis (*dicendi*) nota quæratur et formula. *il carattere. Phædr.* 4. 23. Tabella talis hominum discernit notas Eorum, qui se falsis ornant laudibus, Et quorum virtus exhibet solidum decus. ¶ 11. Item dicitur de nutibus, *cenni. Ovid.* 3. *Art. am.* 514. Innuet: acceptas tu quoque redde notas. *Id.* 11. *Met.* 585. stantemque in puppe recurva Concussaque manu dantem sibi signa maritum Prima videt, redditque notas. ¶ 12. Item de stigmatibus, quæ inurebantur fronti, aut humero improborum servorum et fugacium. *Sueton. Cal.* 27. Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla condemnavit. *Cic.* Thracum morem fuisse indicat, ut se notis compungerent, 2. *Off.* 7. 25. Barbarum compunctum notis Threiciis destricto gladio jubebat anteire. ¶ 13. Item de nævis, tuberculis et maculis, quæ corpori innascuntur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 39. 95. (232). Mammas homo solus e moribus habet: cetera animalia mammarum notas tantum. *Sueton. Aug.* 80. Corpore traditur maculoso dispersis per pectus atque alvum genitivis notis. *Horat.* 4. *Od.* 2. 59. *de vitulo.* Qua notam duxit, niveus videri, Cetera fulvus. *Justin.* 15. 4. 9. Originis ejus argumentum etiam in posteris mansit; siquidem filii nepotesque ejus anchoram in femore, veluti notam generis naturalem, habuere. Cf. *Auson. de Antiochia.* Illa Seleucum Nuncupat, ingenuum cujus fuit anchora signum: Qualis inusta solet generis nota certa, per omnem Nam sobolis seriem nativa cucurrit imago. *Sueton. Aug.* 80. Genitiva nota. ¶ 14. *Nota virilis* est mentula. *Auct. Priap.* 67. Tu, quæ ne videas notam virilem, Hinc averteris, ut decet pudicam. ¶ 15. Item notæ dicuntur simulacra, imagines et signa cujuscumque generis, in numis excusa. *Sueton. Ner.* 25. Posuit statuas suas citharœdico habitu: qua nota etiam numum percussit. *con la qual impronta battè anco una moneta.* Sic *Id. Aug.* 75. Numos omnis notæ, etiam veteres regios ac peregrinos. Adde *eumd. ibid.* 94. et *Aurel. Vict. Cæsar.* 35. Quum monetæ opifices numariam notam corrosissent, pœnæ metu bellum fecerunt. ¶ 16. Item nota dicitur quodcumque signum hominis arte in re aliqua impressum. Sic de anulo, quo testamenta signabantur a testibus, dixit *Ovid.* 2. *Pont.* 9. 69. Nec mea subjecta convicta est gemma tabella Mendacem linis imposuisse notam. — Et *Grat. Cyneg.* 142. Post ubi proceris generosam stirpibus arbor Se dederit, teretesque ferent ad sidera virgæ, Stringe notas circum et gemmantes exige versus. *h. e.* frondes, quæ destrictæ notam faciunt, sive ulcus, ut mox vocat *v.* 146. *Putean.* conjecit *nothas*, h. e. spurias virgas.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est Indicium, signum. *Cic.* 4. *Verr.* 47. 105. Ut multis in locis notas ac vestigia scelerum suorum relinqui velint. *Cels.* 2. 6. *a med.* In vicino sæpe quædam notæ positæ imperitos medicos decipiunt. *et in fin.* In acutis morbis fallaces magis notas esse et salutis et mortis. *Stat.* 1. *Silv.* 1. 15. juvat ora (*Domitiani*) tueri Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem. *Plin.* 3. *Ep.* 11. Mihi quoque impendere idem exitium, certis quibusdam notis augurabar. *Cic.* 2. *Divinat.* 21. 47. Romulus lactens fulmine ictus; urbi igitur periculum ostenditur el, quam ille condidit: quam scite per notas nos certiores facit Juppiter! *h. e.* per signa cælo missa. *Sueton. Cal.* 49. Nomina et notæ morti destinatorum. *Cic. fragm. pro Rabirio perduell.* (edente *B. G. Niebuhrio*) n. 36. Qui hasce ore adverso pro republica cicatrices ac notas virtutis accepit. ¶ 2. Specialim de morali hominum habita, *il carattere. Sueton. Tib.* 54. Patefacta interiore nota animi sui. ¶ 3. Item specialim, translate a nævis corporis, est insigne, monumentum. *Ovid.* 1. *Fast.* 595. Hunc Numidæ faciunt, illum Messana superbum, Ille Numantina traxit ab urbe notam. *h. e.* cognomen Numantini. ¶ 4. Translate a nota servorum, vel a macula est nota censoria, h. e. judicium ignominiosum, quo censores afficiebant aliquem ob delictum, senatu, aut tribu movendo, equo publico spoliando, in ærarios referendo, etc. quarum rerum exempla habes apud *Liv.* 4. 24. et 39. 42. *et* 44.; *Gell.* 4. 20.; et *Val. Max.* 9. 9. etc. *Cic. Cluent.* 46. 129. Qui pretio adductus eripuerit patriam civi innocenti, is censoriæ severitatis nota non inuretur? ¶ 5. Hinc sæpissime ignominiam significat, infamiam, probrum, dedecus, *infamia, disonore, marco d'infamia, taccia. Lucilius* apud *Non. p.* 354. 21. *Merc.* Quem scis scire tuas omnes maculasque notasque. *Cic.* 1. *Cat.* 6. 13. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? quod privatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? *Id. Prov. cons.* 10. 25. Gabinii litteras insigni quadam nota atque ignominia nova condemnastis. *Id. Rabir. perduell.* 9. 24. Homo omnibus notis turpitudinis insignis. *Id.* 3. *Off.* 18. 74. O turpem notam temporum illorum! *Id. Pis.* 18. 41. Sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas subire. *Seneca Herc. Fur.* 634. Hanc ferat virtus notam? *Gell.* 4. 20. Notæ aliquem eximere. *Ulp. Dig.* 3. 2. 2. Nota laborare. *Plin.* 2. *Ep.* 6. Eadem omnibus pono: ad cœnam enim, non ad notam invito. *Tertull. Pœnit. in fin.* Peccator omnium notarum. *h. e.* qui omnia scelera admisit, quæ notam merentur.

NŌTĀBĪLIS, e, adject. (nota). Comp. *Notabilior.* — Notabilis est qui notari potest, observari dignus, insignis, conspiciendus, conspicuus in utramque partem, *ἐπίσημος* (It. *notabile, segnalato, insigne*; Fr. *notable, remarquable, insigne, signalé*; Hisp. *notable, insigne*; Germ. *bemerkenswerth, merkwürdig, auffallend, bemerkbar, sich auszeichnend*; Angl. *notable, observable, remarkable, memorable, extraordinary*). *Cic.* 5. *Fam.* 12. *circa med.* Viri excellentis ancipites varique casus habent admirationem, exspectationem, etc.; si vero exitu notabili concluduntur, expletur animus jucundissima lectionis voluptate. *Ovid.* 1. *Met.* 169. Lactea nomen habet; candore notabilis ipso. *Seneca* 1. *Ira* 2. Aspice nobilissimarum civitatum fundamenta vix notabilia; has ira dejecit. *che appena si veggono. Plin.* 9. *Ep.* 13. *circa med.* Adjecit etiam: notabilem te futuris principibus fecisti. Esto, inquam, dum malis. *Id.* 7. *Ep.* 6. Rara et notabilis res contigit Vareno. *Quintil.* 8. 3. 22. Id tamen in declamatoribus est notabilius laudarique me puero solebat. *Tac. Agric.* 40. Notabilis celebritate et frequentia occurrentium introitus. *Sueton. Tib.* 29. Atque hæc eo notabiliora erant, quod ipse in appellandis venerandisque singulis et universis prope excesserat humanitatis modum. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (12). Hipponacti notabilis fœditas vultus erat. *Ulp. Dig.* 3. 1. 1. Personæ turpitudine notabiles. *Quintil.* 1. 3. 1. Et si quid in pejus notabile est. *Id.* 9. 4. 33. Quæ imperitis quoque ad reprehensionem notabilia videntur. *Impp. Arcad. et Honor. Cod.* 9. 8. 5. Jubemus, eos notabiles esse sine venia. *h. e.* infamia notatos. *Tac.* 3. *Hist.* 25. Eo notabilior cædes fuit, quia filius patrem interfecit. *Fronto* ad *Antonin. imp.* 2. 5. Notabile verbum. *Mamertin. jun. Gratiar. act.* 22. *ad fin.* Flagrans ambitione notabili.

NŌTĀBĪLĪTER, adverb. (notabilis). Comp. *Notabilius.* — Notabiliter est notabilem in modum, insigniter, *notabilmente, segnalatamente, insignemente, ἐπισήμως. Quintil. declam.* 17. 6. *extr.* Pater, qui me tam notabiliter odit. *Plin.* 1. *Ep.* 5. *a med.* Expalluit notabiliter, quamvis palleat semper. *Sueton. Aug.* 87. Quotidiano sermone quædam frequentius et notabiliter usurpavit. *Tac.* 1. *Hist.* 55. Quibusdam, ut in tumultu, notabilius turbantibus.

NŌTĀCŬLUM, i, n. 2. nota, signum. *Minuc. Fel. Octav.* 31. *ad fin.* Nos non notaculo corporis, sed innocentiæ ac modestiæ signo facile dignoscimus.

NŌTĀMEN, ĭnis, n. 3. *Servius Art. gramm.* (edente primum *Frid. Lindemanno*) p. 483. Nomen dictum est quasi notamen; notitias enim rerum tenet. Et quum majores nostri viderent rerum naturam, et nescirent, quemadmodum appellarent, fecerunt sibi nomina, quibus res diversas appellarent. Sic *Diomed.* 1. p. 306. *Putsch.* Nomen autem dicitur quod unamquamque rem monstret aut notet, quasi notamen, media syllaba per syncopen subtracta. Ex his hausit *Boeth. Comment.* in *Aristot. de interpr. ed. pr. p.* 221., cujus verba *V.* in NOMEN sub init.

NŌTĀRĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

NŌTĀRĬUS, a, um, adject. ad notas pertinens, quibus in scribendo utimur. *Fulgent.* 3. *Mythol.* 10. In puerilibus litteris prima abecedaria, secunda notaria. *V.* ABECEDARIUS. — Hinc

Notarius, ĭi, m. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est qui notis quibusdam brevibus (de quibus in NOTA I. 4. est dictum) citissime excipit, et exscribit quæ quis dictaverit. Erant servi, aut liberti, qui studiis heri aderant, excipientes, quæ ille meditatus exscribi vellet: item qui actiones oratorum in foro, dum agerent, excipiebant: item qui causidicis inserviebant, perscribendis actis forensibus. Horum ars olim perilt: quod dolet etiam *Lips. centur.* 1. *ad Belg. epist.* 27., ubi tota hac de re multa; nunc autem viget, *chi scrive in cifra o in abbreviatura*, ταχυγράφος, σημειογράφος. *Martial.* 14. 208. cujus lemma *Notarius*. Currant verba licet, manus est velocior illis. Nondum lingua, suum dextra peregit opus. Sic *Hieronym. Ep.* 118. Ille apposito notario cogebat loqui quæ velociter etiam edita velox consequeretur manus, et linguæ celeritatem prætenderent signa verborum. *Auson. epigr.* 146. Puer notarum præpetum Solers minister, advola: Bipatens pugillar expedi, Cui multa fandi copia, Punctis peracta singulis, Ut una vox absolvitur. *Plin.* 9. *Ep.* 36. Notarium voco, et die admisso, quæ formaveram, dicto. *Quintil.* 7. 2. 24. Ceteræ actiones, quæ sub nomine meo feruntur, negligentia excipientium in quæstum notariorum corruptæ. *Martial.* 5. 31. *de causidico.* Hic qui libellis prægravem gerit lævam, Notariorum quem premit chorus lævis, etc. *Seneca Apocoloc. circa med.* Is multa diserte dixit, quæ notarius persequi non potuit. *Lamprid. Alex. Sev.* 28. Eum notarium, qui falsum causæ brevem in consilio imperatorio retulisset, incisis digitorum nervis, ita ut numquam posset scribere, deportavit. — Differt a tabellione, scriba, librario, quod hi non per notas et signa, sed per litteras et integras voces scribebant. *Paul. Dig.* 29. 1. 40. L. Titius miles notario testamentum scribendum notis dictavit, et antequam litteris perscriberetur, vita defunctus est. ¶ 2. Paullatim tamen *notarius* aliquem ex his significare cœpit, *scrivano, copista.* Porro notarii fuere etiam servi publici, qui magistratibus inserviebant: quorum mentio fit in *epist. Valeriani* apud *Trebell. Claud.* 14. et alibi. Tria notariorum genera notantur in officiis domus Augustæ: tribuni et notarii principis, qui et tribuni notariorum dicti sunt (*Ammian.* 17. 5. *sub fin.*); tribuni et notarii prætoriani (*Cassiod.* 6. *Variar.* 3. et 11. *ibid.* 18. *et* 20.); domestici et notarii. V. *Cod. Theod.* 6. *tit.* 10. *qui est* De primicerio et notariis, etc. et *Guther. de officiis domus Aug. l.* 3. *c.* 9.

Notaria, æ, f. 1. Subaudi *scriptura*, et est scriptura, qua aliquid fit: præsertim deferendi et accusandi causa: quæ et notoria dicitur. *Augustin. Ep.* 169. et *collat.* 3. *cum Donatist. c.* 2. *relazione, ἀναφορά.*

NŌTĀRĬUS, ĭi, m. 2. *V.* voc. præced.

NŌTĀTĬO, ōnis, f. 3. (noto). ¶ 1. Stricto sensu est ipsa notandi actio. *Cic. Cluent.* 47. 130. Paucis postea mensibus alia vehemens erat in judiciis ex notatione tabellarum invidia versata. *h. e.* quia cerâ alium prorsus colorem præferente quædam in tabellis notata erant. ¶ 2. Item est castigatio et animadversio censoria. *V.* NOTIO I. *b.* ¶ 3. Item examen ac judicium, quod fit de aliquo, *inquisizione, esame. Cic.* 5. *Phil.* 5. 13. Delectus autem et notatio judicum etiam in nostris civibus haberi solet. ¶ 4. Item generatim actus notandi, animadversio, observatio. *Cic.* 2. *Divinat.* 42. 87. Chaldæis in prædictione, et in notatione cujusque vitæ ex natali die, minime esse credendum. *Id. Brut.* 17. 65. Licet ex his eligant ea, quæ notatione et laude digna sint, etc. *et ibid.* 19. 74. Ego vero delector ista quasi notatione temporum. *Id. Orat.* 55. 183. Notatio naturæ et animadversio peperit artem. ¶ 5. Speciatim est propria cujusque verbi vis et significatio, quæ habetur notando atque observando, unde verbum illud ortum habeat, *etimologia. Cic. Topic.* 2. 10. Tum notatio, quum ex vi verbi argumentum aliquod elicitur. *et ibid.* 8. 35. Multa etiam ex notatione sumuntur. Ea est autem, quum ex vi nominis argumentum elicitur: quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, id est, verbum e verbo, veriloquium. Nos autem novitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quia sunt verba rerum notæ. Itaque hoc idem Aristoteles σύμβολον appellat, quod Latine est nota. Sed quum intelligitur, quid significetur, minus laborandum est de nomine. Hactenus *Cic.*, cui adde *Quintil.* 1. 6. 1. ¶ 6. Item exornatio rhetorica, quum alicujus natura certis describitur signis, quæ, sicuti notæ quædam, naturæ sunt attributa. *Cic.* 4. *Herenn.* 50. 63.

NŌTĀTUS, a, um. *V.* NOTO.

NŌTĔO. *V.* voc. seq. init.

NŌTESCO, tescis, tŭi, tescere, inchoat. n. 3. (notus). *Priscian.* 8. p. 800. *Putsch.* hæc ait: *Noto* quoque et *notor* et *noteo*, unde *notesco.* — *Notesco* valet idem ac notus fio, γνωρίζομαι (It. *farsi noto*; Fr. *devenir connu, se faire connaître*; Hisp. *hacerse conocido*; Germ. *bekannt werden*; Angl. *to be made known, become known*). *Catull.* 68. 47. Notescatque magis mortuus atque magis. *Propert.* 2. 10. 37. Nec minus hæc nostri notescet fama sepulcri. *Lucan.* 10. 197. cælicolis gratum reor, ire per omnes Hoc opus, et sacras populis notescere leges. *Tac.* 1. *Ann.* 73. Quæ ubi Tiberio notuere, scripsit consulibus. *et* 12. *ibid.* 8. At Agrippina, ne malis tantum facinoribus notesceret, veniam exilii pro Seneca impetrat. *Id.* 4. *ibid.* 7. Sejanus, incipiente adhuc potentia, bonis consiliis notescere volebat. *Sueton. Aug.* 43. Existimans, claræ stirpis indolem sic notescere.

NŌTHUS, a, um, adject. νόθος, non legitimus, non ejusdem generis, aut originis: a voce Græca allata (It. *bastardo, illegitimo*; Fr. *bâtard, illégitime*; Hisp. *bastardo, espurio*; Germ. *unächt*; Angl. *spurious, of a mixed or bastard breed, natural, illegitimate*).

I.) Proprie. ¶ 1. In hominibus *nothus* est, qui habet patrem quidem certum et nobilem, sed matre concubina et ignobili est progenitus; *spurius* est, qui ex ignobili vel incerto patre, matre autem nobili, quasi *sine patre*, nascitur. Hæc fere ex *Isid.* 9. *Orig.* 5. At *Festus* p. 174. 14. *Müll.* Nothum Græci natum ex uxore non legitima vocant: qui apud nos spurio patre natus dicitur. *Quintil.* 3. 6. 97. Νόθον, qui non sit legitimus, Græci vocant: Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam testatus est, non habemus: ideoque utimur peregrino. *Virg.* 9. *Æn.* 697. Antiphaten Thebana de matre nothum Sarpedonis alti. ¶ 2. De bestiis etiam dicitur, quæ ex diversi generis, aut regionis parentibus procreantur. *Colum.* 8. *R. R.* 2. *ad fin.* Omnium horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt. *Virg.* 7. *Æn.* 282. *de equis.* Semine ab ætherio, spirantes naribus ignem, Illorum de gente, patri quos dædala Circe Supposita de matre nothos furata creavit. *h. e.* filios equorum Solis immortalium, et equæ mortalis. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 1. 1. (3). nothos dici ait elephantorum genus, qui ceteris minores sunt.

II.) Translate. *Catull.* 63. 27. Simul hæc comitibus Atys cecinit notha mulier. *h. e.* non vera mulier, sed vir exsectus. *Al. leg.* nova. *Lucret.* 5. 575. Lunaque, sive notho fertur loca lumine lustrans, Sive etc. *h. e.* non suo, sed alieno. Adde *Catull.* 34. 15. Et *Arnob.* 5. 36. Nothæ atque adulteræ lectiones.

NŌTĬA, æ, f. 1. Νοτία, gemma, quæ cum imbribus cadere dicitur: nempe a *Noto*, qui ventus est humidissimus et maxime imbrifer. Eadem dicitur et *ombria*, ab ὄμβρος *imber. Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 65. (176). *V.* OMBRIA. — De *notia* herba *V.* NODIA.

NŌTĬĀLIS, e, adject. ad Notum pertinens, australis. *Avien. Arat.* 550. Troicus haurit aquas funditque ubi Ephebus ab urna Pone avidus, jacet in Notialia nubila pronus. *V.* AQUARIUS.

NŌTĬFĬCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

NŌTĬFĬCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (notus *et* facio). Part. *Notificatus.* — Notificare est notum facere, indicare, monstrare. *fare noto, notificare*, γνωρίζω. *Pomponius* apud *Non.* p. 144. 24. *Merc.* Nunc te obsecro, stirpem ut evolvas, meorumque genus notifices mihi. *Gell.* 9. 3. Philippi vim toti Græciæ cavendam, Demosthenis orationes notificant. *Al. leg.* vocificant. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 12. Atque modum culpæ (al. *pœnæ*) notificare meæ. Sed hic versus merito a criticis suspectus habetur, et *Ovidio* indignus. *Auct. carm. de pulice* (edente *Wernsdorfio* inter *Poet. Lat. min. T.* 6. p. 383. —387.) 24. res est notificata satis.

NŌTĬO, ōnis, f. 3. (nosco) noscendi actio, vel alicujus rei cognitionem sibi acquirendi, *l'imparare a conoscere, il procacciarsi la cognizione di una cosa.*

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. Cum Accus., quia verbale est a *nosco. Plaut. Truc.* 2. 7. 62. Quid tibi hanc aditio est? quid tibi hanc notio est, inquam, Amicam meam? ¶ 2. Speciatim est cognitio causæ, quæ fit a magistratu cum jurisdictione, et ipsa jurisdictio. — *a*) Universim. *Tac.* 3. *Ann.* 59. Tiberius dilata notione de jure flaminis, decretas cæremonias temperavit. *Ulp. Dig.* 50. 16. 99. Notionem accipere debemus, et cognitionem, et jurisdictionem. *Id. ibid.* 42. 1. 5. Prætor ait: cujus de ea re jurisdictio est, melius scripsisset: cujus de ea re notio est. etenim notionis nomen etiam ad eos pertinet, qui jurisdictionem non habent, sed habent de quavis alia causa notionem. *Cic. Dom.* 13. 34. Quæ omnis notio, quum adoptarere, pontificum esse debuit. *Ulp. Dig.* 49. 1. 10. Si quis pluribus summis sit condemnatus, quarum singulæ notionem principis non faciunt, omnes autem conjunctæ faciunt; poterit ad principem appellare. — *b*) De judicio et punitione censoria. *Cic. Sext.* 25. 55. Ut censoria notio et gravissimum judicium sanctissimi magistratus tolleretur. *Id.* 3. *Off.* 31. 111. Notiones animadversionesque censoriæ. *Id. Prov. cons.* 19. 46. et *Pis.* 5. 10. Censorium judicium ac notio. *Liv.* 27. 25. Ad censores, non ad senatum notionem de eo pertinere dicentes. Adde *Gell.* 17. 18. Sunt qui his locis *notationem* substituunt. — *c*) In illo *Cic. Cæcin.* 12. 35. Quid denique ad jus civile, aut ad actoris notionem atque animadversionem ages injuriorum, *notio* est quæstio vel cognitio rei ab actore cupita, *l'investigazione desiderata dall'attore.*

II.) Translate est cognitio, notitia, intelligentia, species, quam in animo habemus ex concipiendis percipiendisque rebus, *idea, concetto, cognizione*, ἔννοια, νόησις. *Cic. Topic.* 7. 31. Genus et formam definiunt hoc modo: Genus est notio ad plures differentias pertinens. Forma est notio, cujus differentia ad caput generis et quasi fontem referri potest. Notionem appello, quod Græci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν dicunt. Ea est insita et ante percepta cujusque formæ cognitio, enodationis indigens. *Id.* 1. *Tusc.* 24. 57. Nec fieri posse, ut a pueris tot rerum atque tantarum insitas et quasi consignatas in animis notiones, quas ἐννοίας vocant, haberemus, nisi animus, antequam in corpus intravisset, in rerum cognitione viguisset. *Id.* 3. *Fin.* 10. 33. Quumque rerum notiones in animis fiant, si aut usu aliquid cognitum sit aut conjunctione aut similitudine aut collatione rationis; hoc quarto, quod extremum posui, boni notio facta est. *Id.* 3. *ibid.* 6. 21. Simul autem homo cepit intelligentiam, vel notionem potius, viditque etc. *Id.* 1. *Nat. D.* 16. 43. In omnium animis deorum notionem impressit natura. *et* 2. *ibid.* 5. 13. In animis hominum informatas deorum esse notiones. *Id.* 3. *Off.* 20. 81. Excute intelligentiam tuam, ut videas, quæ sit in ea species, forma et notio viri boni. *Id.* 5. *Tusc.* 39. 114. Sine varietate colorum licebat vivere beate, sine notione rerum non licebat. — Huc pertinet et illud *ejusd. ibid.* 10. 29. Neque alia hujus verbo, quum beatum dicimus, subjecta notio est, nisi, secretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio. *Forcellino*

hoc loco *notio* est vis et significatio. — Item illud *ejusd. 1. Nat. D.* 11. 27. Aperta simplexque mens, nulla re adjuncta, fugere intelligentiæ nostræ vim et notionem videtur. *Forcellinus* interpretatus est vim et facultatem cognoscendi.

NŌTĬON, ii, n. 2. ita etiam appellatur cucumis silvaticus apud *Apul. Herb.* 113.: a νότιος *uvidus*.

NŌTĬTĬA, æ, f. 1. (notus). Genit. sing. *Notitiai* antiquum pro notitiæ. *Lucret.* 2. 123. Exemplare dare et vestigia notitiai. — Est et alia forma *Notities, ei*, f. 5. *Lucret.* 5. 1046. unde insita notities est Utilitatis? Adde *eumd. ibid.* 183. et *Vitruv. proœm. l.* 6. *a med.* Ideo notities parum est assecuta. — Notitia a *notus* passive accipienda est, atque ideo est conditio ejus, qui notus est, *notorietà, condizione di chi è conosciuto, celebrità.*

I.) Proprie raro occurrit. *Ovid.* 4. *Pont.* 8. 48. virtus Notitiam seræ posteritatis habet. *h. e.* noscitur a posteritate. *Id.* 3. *ibid.* 1. 49. Exposuit mea me populo fortuna videndum, Et plus notitiæ, quam fuit ante, dedit. *mi fè più conoscere.* et *Nepos Dion.* 9. Hi propter notitiam sunt intromissi. *h. e.* quia noti et familiares. *Seneca Ep.* 19. Tanta notitia te invasit. *tanto sei tu conosciuto.*

II.) Translate. ¶ 1. Specialim notitia est actus, quo duo sibi invicem noti fiunt. *la conoscenza. Ter. Heaut.* 1. 1. 1. Quamquam hæc inter nos nupera adhuc notitia est. *Cic. Cœl.* 31. 75. Fama adolescentis paullum hæsit ad metas notitia nova mulieris. *Ovid.* 4. *Met.* 59. Notitiam primosque gradus vicinia fecit. — Hinc *notitiam feminæ habere*, est cum ea concumbere. *Cæs.* 6. *B. G.* 20. Intra annum vigesimum feminæ notitiam habuisse in turpissimis habent rebus. γινώσκειν γυναῖκα. *V.* COGNOSCO. ¶ 2. Generatim est cognitio, notio, *notizia, cognizione*, ἔννοια, γνῶσις. *Cic.* 1. *Legg.* 8. 24. Itaque ex tot generibus nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. *Id.* 2. *Off.* 24. 86. Valetudo conservatur notitia sui corporis. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 10. 30. Notitiæ rerum, quas Græci tum ἐννοίας, tum προλήψεις vocant. *Id.* 5. *Fin.* 21. 59. Natura ingenuit sine doctrina notitias parvas rerum maximarum. *Lucret.* 5. 125. Notitiam præbere. *Ovid.* 2. *Pont.* 10. 5. notitiam eripere. *Quintil.* 6. 4. 8. habere alicujus rei. *Cels.* 6. 6. *n.* 14. *extr.* Quippiam notitiæ subtrahere. *Quintil.* 4. 2. *ante med.* Instruere judicem notitia rerum. *Ovid. de nuce* 29. Hoc in notitiam veniat maloque piroque. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 1. 1. (6). Hoc venit mihi in notitiam. *Id.* 3. *ibid.* 5. 9. (57). Tradere aliquid notitiæ hominum. *Plin. alter* 10. *Ep.* 15. *et* 18. Perferre in notitiam alicujus. *far sapere. Vellej.* 2. 7. 4. Res parum ad notitiam pertinens. *che poco importa il sapere.* ¶ 3. In variis locis *Codicis Justin.* ut 1. 27. 1. § 4. *et* 12. 60. 10. etc. notitia est libellus, in quo descripti sunt officiales, qui publice inserviunt, et ratio omnis administrationis eorum, et annonæ, quæ unicuique ab imperatore præstatur, etc. Exemplum habes priore *loc. cit. Cod.*

NŌTĬTĬES, ēi, f. 5. *V.* voc. præced. sub init.

NŌTĬUNCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* notio. *Gloss. Cyrill.* Ἐπιση μασία, notiuncula, significatio.

NŌTĬUS, a, um, adject. Νότιος, australis, a Noto vento. *Manil.* 1. 436. Quæ Notia antiqui dixerunt sidera vates. *et ibid.* 427. Tum Notius piscis, venti de nomine dictus, Exsurgit de parte Noti. — Græcorum aliqui, teste *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 10. (75)., Notium mare vocant, quod alii Tyrrhenum, et Latini Inferum. Sic Notius polus est australis, apud *Hygin.* 1. *Astron.* 5. *et* 6. et 4. *ibid.* 11. — *Notia gemma, V.* NOTIA.

NOTIVUS, a, um, adject. ad notitiam pertinens, notus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir.* p. 79.

NŌTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Notans* I. 4. et II. 2.; *Notatus* in omnibus paragr. et in fin.; *Notandus* II. 3. — *Priscian.* 8. *p.* 826. *Putsch.* Dicitur tamen etiam *noto, as;* in quo similiter notandum, quod quum a *noto* sit derivatum, corripuit tamen pænultimam. Nec mirum, quum composita a *notus est* quando mutant *o* in *i* correptam, ut *agnitus, cognitus*, quum *ignotus* servaverit *o* productam. Hæc *Priscian.* Certe *notare*, ratione habita etymi, et cum *notus* conjungi potest; rectius tamen cum *nota: notare* enim est notam, signum apponere, distinguere, σημειόω (It. *segnare, notare, marcare, bollare*; Fr. *marquer, faire une marque sur*; Hisp. *marcar, señalar, poner una marca ó señal en alguna cosa*; Germ. *bezeichnen, mit Kennzeichen versehen*; Angl. *to mark, distinguish by a mark, note*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, notam, signum apponere, distinguere. *Cic.* 4. *Verr.* 32. 79. Notare tabellam cera, aut sanguine. *Id. post redit. in senat.* 7. 16. Frons calamistri notata vestigiis. *Ovid.* 1. *Amor.* 7. 50. ungue notare genas. Sic 3. *ibid.* 6. 48. Ungue notata comas, ungue notata genas. *Id. de nuce* 155. notare fusco succo digitos. *Id.* 3. *Amor.* 2. 11. equorum terga verbere. *Id.* 3. *Art. am.* 785. cui rugis uterum Lucina notavit. Cf. *Martial.* 7. 18. corpus nulla litura notat. *h. e.* nulla ruga, aut macula deformat. *Colum.* 8. *R. R.* 11. 12. Notare ora atramento. *Pallad.* 3. *R. R.* 9. *a med.* lineam candidis signis. *Martial.* 10. 38. O nox omnis et hora, quæ notata est Caris litoris Indici lapillis. *Lucret.* 6. 611. ignis nullo fulgore notatus. *h. e.* ignis sine splendore. *Cic. Prov. cons.* 2. 4. Via illa castris Threiciis distincta ac notata. *Ovid.* 4. *Met.* 329. pueri rubor ora notavit. *Petron. Satyr.* 89. Reducta cuspide uterum (*equi ligneï*) notavit. *h. e.* feriendo signavit. *Martial.* 3. 21. famulus fronte notatus. *bollato, marcato.* ¶ 2. Latiori sensu, vel translate ut aliis placet, est scribere. *Ovid.* 9. *Met.* 522. Incipit et dubitat: scribit damnatque tabellas: Et notat et delet. *Id. Heroid.* 3. 1. a rapta Briseide littera venit Vix bene barbarica Græca notata manu. *et ibid.* 5. 21. Incisæ servant a te mea nomina fagi, Et legor Œnone falce notata tua. *Id.* 1. *Amor.* 4. 20. Verba notata mero. *Id.* 4. *Pont.* 3. 26. verbis charta notata tribus. *Martial.* 7. 17. mittimus libellos Auctoris calamo sui notatos. ¶ 3. Item latiori sensu, vel translate, dicitur de iis, qui compendiose ac per notas scribunt, *scrivere in abbreviatura o in cifra. Quintil.* 1. *proœm.* 7. Alterum, quantum notando consequi poterant boni juvenes, temerario editionis honore vulgaverant. *Sueton. Galb.* 5. HS. quingenties, quia notata, non perscripta erat summa, herede Tiberio legatum ad quingenta revocante, ne hæc quidem accepit. *Id. Aug.* 64. Nepotes et litteras et notare aliaque rudimenta per se plerumque docuit. ¶ 4. Item est describere, litteris mandare, posteris tradere. *Nepos Cat.* 3. Atque horum bellorum duces (*Cato in Originibus*) non nominavit, sed sine nominibus res notavit. *Id. Att.* 18. Nulla res illustris est populo Romano, quæ non in eo volumine suo tempore sit notata. *et mox.* Juniam familiam a stirpe ad hanc ætatem ordine enumeravit, notans, qui a quo ortus, quos honores, quibusque temporibus cepisset. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 36. 54. (131). Annalibus notatum est, Domitium ursos Numidicos centum in circo dedisse. ¶ 5. *Notare* etiam dicuntur, qui libris aliorum adscribunt aliquid vel arguendi, vel confirmandi, vel explicandi causa, *far note. Ulp. Dig.* 3. 5. 9. Idque et Labeo probat: sed Proculus apud eum notat, non semper debere dari. *Id. ibid.* 35. 1. 19. *extr.* Marcellus apud Julianum libro vicesimoseptimo Digestorum notat: Non dubitamus, quin etc. *Arcad. ibid.* 50. 4. 18. § 26. Mixta munera sunt δεκαπρωτεῖαι, εἰκοσαπρωτεῖαι, ut Herennius Modestinus, et notando et disputando, bene et optima ratione decrevit.

II.) Translate. ¶ 1. Notare est significare, externo aliquo signo docere, monstrare, designare, *significare, mostrare, spiegare. Cic.* 14. *Phil.* 8. 21. Sed, quod tum non licuit, P. C., id hoc tempore non solum licet, verum etiam necesse est, eos, qui re sunt hostes, verbis notari, sententiis nostris hostes judicari. Sic *Ovid.* 9. *Met.* 259. conjux quoque regia visa est Cetera non duro, duro tamen ultima vultu Dicta tulisse Jovis, seque indoluisse notatam. *h. e.* Jovis dictis notatam. *Sueton. Ner.* 39. Histrio in novissima clausula senatum gestu notavit. *accennò. Cic.* 1. *Cat.* 1. 2. In senatum venit: fit publici consilii particeps: notat et designat oculis ad cædem unumquemque nostrum. *Quintil.* 11. 1. 4. L. Crassus, quum apud summos oratores dicat, satis habet partem hanc velut notare inter agnoscentes. *accennare, toccar di passaggio.* Et *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (187). Quæ genera vitium, et in quali solo cæloque essent conserenda, quum enumeraremus naturas earum, notavimus. — Similiter *Cic.* 3. *Fin.* 2. 4. Agricultura eas res, in quibus versatur, nominibus notavit novis. *Id.* 3. *Tusc.* 5. 10. Multo melius hæc notata sunt verbis Latinis, quam Græcis. *Id.* 7. *Fam.* 32. Equidem sperabam, ita notata me reliquisse genera dictorum meorum, ut cognosci sua sponte possent. *Id.* 2. *Orat.* 58. 236. Hæc ridentur vel maxime, quæ notant et designant turpitudinem aliquam non turpiter. *Id. Partit. orat.* 11. 37. Insunt etiam in temporibus illa, quæ temporis quasi naturam notant, ut hiems, ver, æstas, auctumnus. ¶ 2. Est etiam videndo observare, animadvertere, videre, *osservare, notare, vedere*: idque non videndi causa solum, sed memoriæ et doctrinæ et operis gratia. — *a*) Cum addito *oculis, visu, vultu, mente, animo* etc. *Ovid.* 3. *Met.* 593. Addidici regimen, dextra moderante, carinæ Flectere: et Oleniæ sidus pluviale capellæ Taygetenque Hyadasque oculis Arctonque notavi. *Id.* 15. *ibid.* 660. Perspice, et usque nota visu, ut cognoscere possis. Sic *Heins.*; *alii* nota, visum et etc. *Id. Heroid.* 16. 74. Nec timui vultu quamque notare meo. *Id.* 5. *Fast.* 10. silent aliæ, dictaque mente notant. *Id.* 3. *ibid.* 177. Disce, Latinorum vates operose dierum, Quod petis, et memori pectore dicta nota. *Id.* 9. *Met.* 777. memorique animo tua jussa notavi. *Id.* 15. *ibid.* 814. Fata tui generis legi ipse, animoque notavi. Cf. *Cic.* 1. *Divinat.* 18. 34. Ratione aut conjectura observata ac notata signa. — *b*) Absolute. *Cic.* 3. *Orat.* 48. 186. Numerum in cadentibus guttis notare possumus, in amne præcipitante non possumus. *Id.* 1. *Divinat.* 42. 94. Arabes et Phryges, campos et montes peragrantes, facile cantus avium et volatus notaverunt. *et* 2. *ibid.* 43. 91. Animadvertere et notare sidera. Sic 1. *ibid.* 7. 12. Animadversus et notatus. *Id. Topic.* 2. 7. Demonstratus et notatus locus. *Virg.* 3. *Ecl.* 68. Parta meæ Veneri sunt munera: namque notavi Ipse locum, aeriæ quo congessere palumbes. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 8. sæpe notatus Cum tribus anellis, modo læva Priscus inani. — *Ovid.* 3. *Fast.* 108. Helicen Graja carina notat. *Petron. Satyr.* 6. Dum hæc diligentius audio, non notavi mihi Ascylti fugam. *Cic.* 7. *Fam.* 22. Id caput, ubi hæc controversia est, notavi et descriptum tibi misi. *et* 7. *Verr.* 10. 27. Veris initium iste non a Favonio notabat, sed quum rosam viderat etc. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 8. 6. (29). Apud nos quoque id liquore olei notamus accidere, Sic cum Infinito *Sueton. Aug.* 96. Notante omni exercitu, futuram quandoque inter collegas discordiam talem, qualis secuta est, atque exitum præsagiente. *Quintil.* 3. 2. 3. Notare aliquid ad imitandum vitandumque. *Val. Flacc.* 2. 311. Ecce procul validis Lemnon tendentia remis Arma notant. *scorgono, scuoprono. Martial.* 5. 49. Nudum est in medio caput, nec ullus In longa pilus area notatur. *si vede.* ¶ 3. Sæpe dicitur de judice, qui, causa cognita, reum sententia et punitione ignominiosa afficit, aut factum improbat et damnat: et ignominia infamiaque dignum esse declarat: et præcipue de censoribus, ut in NOTA II. 4. dictum est. *Cic. Cluent.* 42. 120. Quos censores furti et captarum pecuniarum nomine notaverunt. *Id. Mil.* 11. 31. Ita senatus rem, non hominem notavit. *Id. Cluent.* 47. 130. Homines, quos ceteris vitiis atque omni dedecore infames videbant, eos hac quoque subscriptione notare voluerunt. *Id.* 7. *Phil.* 8. 23. Ignominiam notandos censuerunt eos, si qui militiam subterfugissent. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 50. (142). Propter quinque pondo notatum a censoribus triumphalem senem, fabulosum jam videtur. *Martial.* 6. 22. Ne lex Julia te notare possit. ¶ 4. Hinc accipitur universim pro reprehendere, arguere, improbare, damnare, tamquam ignominiosum et infamem observare, infamare, *tacciare, disonorare, infamare, censurare. Cic. Balb.* 25. 56. Luxuria Cornelii non crimine aliquo libidinis, sed communi maledicto notabatur. *Id. Quinct.* 31. 99. Ne is dedecore, macula, turpissimaque ignominia notetur. *Id. Brut.* 62. 224. Cujus improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notaverunt. *Id.*

2. *Orat.* 85. 349. Nec bonum virum proprie et copiose laudari sine virtutum, nec improbum notari ac vituperari sine vitiorum cognitione posse. *Id. Fonte).* 1. 2. Galli modo bello domiti; modo triumphis ac monumentis notati; modo agris multati. *Id.* 6. *Fam.* 6. *a med.* Boni cives nulla ignominia notati. *Id. Cluent.* 22. 61. Judicia senatoria insigni turpitudine notata, atque operta dedecore et infamia. *Id. Dom.* 26. 68. Hominis scelere ac furore notato, similis a republica labes in posterum demovebatur. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 24. Stultus et improbus hic amor est, dignusque notari. *Id. ibid.* 6. 14. notante Judice, quo nosti, populo. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 34. 34. (120). Nasica in toga candida bis repulsa notatus a populo. *Arnob.* 4. 22. Notare aliquem probri. *Sueton. Ner.* 5. aliquem joco. *Id. Domit.* 8. scriptis famosis. *Id. Gramm.* 23. Dicto quoque non infaceto notatum ferunt etc. — Hinc Part. præter.

Notatus, a, um, cujus plurima exempla retulimus, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Notatior* et Sup. *Notatissimus* apud *Cic.* 3. *Herenn.* 22. 37. Si aliqua re exornabimus, quo notatior sit similitudo. *h. e.* notabilior, quod *alii leg.*; *alii vero* notior. *Id. Dom.* 9. 23. Homo teterrimus, omnium scelerum libidinumque maculis notatissimus. *h. e.* quam qui maxime inustus, turpissimus.

NŌTOR, ōris, m. 3. (nosco). In recto singul. *notos* legitur in *Inscript.* apud *Orell.* 4957. HERCVLES INVICTE SANCTE SILVANE NOTOS HIC ADVENISTI NE QVID HIC FIAT MALI. — Notor est qui notitiam dat alterius, γνωστήρ: idem qui *cognitor*, quod vide. *Petron. Satyr.* 92. Ne mea quidem vestimenta ab officioso recepissem, nisi notorem dedissem. *Seneca Apocoloc. ante med.* Si quis a me notorem petisset, te fui nominaturus, qui me optime nosti. *et Ep.* 39. Qui notorem dat, ignotus est.

NŌTŌRĬA, æ, f. 1. *et*

NŌTŌRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq.

NŌTŌRĬUS, a, um, adject. (notus) notus, vel notum faciens. — Hinc

Notoria, æ, f. 1. subaudi *epistola*, absolute, substantivorum more, est ea, qua notitiam rei cujuspiam alteri damus. *Gallien.* in *epist.* apud *Trebell. Claud.* 17. Nihil me gravius accepit, quam quod notoria tua intimasti, Claudium graviter irasci. *Apul.* 7. *Met.* Ille, qui falsam de me notoriam pertulerat. *V.* NOTARIA. Cf. *Gloss. Lat. Gr.* Notoria ἀναφορά. *et* Μήνυσις, notoria, indicium.

Notorium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est delatio et denunciatio, qua crimen ad judicem defertur, *denunzia, querela, accusa. Paul. Dig.* 48. 16. 6. Nunciatores, qui per notoria, indicia produnt, notoriis suis adsistere jubentur. *Imp. Gordian. Cod.* 9. 2. 7. Si falsis, nec ne, notoriis insimulatus sit, perpenso judicio inspici debet. *Symmach. Ep.* 10. 4. Quocirca impatienter fero, apparitorum notoriis senatui nunciari.

NŌTOS, i, m. 2. *V.* NOTUS, i.

NŌTOS, ōris. *V.* NOTOR init.

NOTRIX. *V.* NUTRIX.

NŌTŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* nota, parva nota. *Capell.* 1. *p.* 17. *extr.* Multicoloribus notulis variata pictura.

NŌTUS, a, um. *V.* NOSCO.

NŌTUS *et* Notos, i, m. 2. *Austro, Ostro,* Νότος, Græco nomine est ventus idem, qui auster Latino: a νοτίς *humor, humiditas*, ut *Gell.* docet 2. 22. Est enim fere nebulosus atque humectus.

I.) Proprie. *Virg.* 6. *Æn.* 355. Tres Notus hibernas immensa per æquora noctes Vexit me violentus aqua. *Horat. Epod.* 10. 19. Ionius udo quum remugiens sinus Noto carinam ruperit. *Ovid.* 1. *Met.* 264. madidis Notus evolat alis. *Id. Heroid.* 3. 58.; et *Val. Flacc.* 2. 506. nubifer. *Seneca Agam.* 481. nimbis gravis. *Ovid. Heroid.* 2. 12. procellosus. *Id.* 1. *Amor.* 4. 12. tepidus. — *Notus albus* est *Leuconotus*, quam vocem vide suo loco. — Græca positione. *Lucan.* 7. 363. Quidquid signiferi compressum limite cæli Sub Noton et Borean hominum sumus. Adde *eumd.* 10. 243.

II.) Translate per synecdochen est ventus quilibet. *Virg.* 3. *Æn.* 268. Tendunt vela Noti. Cf. *eumd.* 1. 575. et 5. 512.

NŌVĂCŬLA, æ, f. 1. Neutr. genere. *Gloss. Cyrill.* Ξυράφιον, novacula. Ξυρόν, novaculum. *Gloss. Philox.* Novaculum, ξυρόν. — Novacula est culter acuta acie et ad radendum apta, qualis est tonsorius; et *novacula* dicta videtur, quia membra, quæ raduntur, quodammodo novantur. (*Priscian.* 4. *p.* 636. *Putsch. Novacula* a *novo, as* derivatur). *V.* loca *Arnobii* in NOVATIO 1. et *Val. Flacc.* in NOVO I. *a. Gr.* ξυρίς (It. *coltello tagliente, rasojo*; Fr. *rasoir*; Hisp. *navaja de barbero*; Germ. *ein scharfes Messer, ein Scheermesser*; Angl. *any sharp knife, a razor*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Petron. Satyr.* 103. Mercenarius meus, ut ex novacula comperistis, tonsor est. *Martial.* 2. 65. Novacula nudare caput. *et* 11. 58. Quid si me tonsor, quum stricta novacula supra est, etc? *Cels.* 6. 4. Aream (*capitis*) novacula quotidie radere. *Lamprid. Elagab.* 31. Rasit et virilia subactoribus suis novacula manu sua, qua postea barbam fecit. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 34. (108). Alopecias præparari oportet novacula, et sinapi. *h. e.* caput radendo, et sinapi confricando. *Tertull. Spectac.* 23. Vultus suos novacula mutare. *Sueton. Cal.* 23. Novacula secare fauces. *Colum.* 12. *R. R.* 54. 1. Raporum summam cutem novacula decerpito. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 23. 47. (99). Fungos præparare succineis novaculis. *h. e.* manubrium e succino habentibus. — De cote discisa novacula verba faciunt *Cic.* 1. *Divinat.* 17. 32.; *Liv.* 1. 36.; et *Val. Max.* 1. 4. *n.* 1. ¶ 2. Latiori sensu est sica, pugio, *pugnale. Martial.* 7. 61. Stringitur in densa nec cæca novacula turba. *h. e.* occulta sica, pugio, gladius ad confodiendos homines.

II.) Translate est hoc nomine piscis, quo tacta quæ sunt, ferrum olent. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 5. (14).

NŌVĂCŬLUM, i, n. 2. *V.* voc. præced. init.

NŌVĀLE, is, n. 3. *V.* voc. seq.

NŌVĀLIS, e, adject. (novus) νεατός.

I.) Proprie. ¶ 1. Dicitur de agro, qui alternis cessat et renovatur, *maggese, maggiatica,* νέωμα. — *a)* Adjective. *Varro* 5. *L. L.* 39. *Müll.* Ager restibilis, qui restituitur ac reseritur quotquot annis; contra qui intermittitur, a novando novalis. Cf. *eumd.* 6. *ibid.* 59. et *Isid. de agris* ed. *Rudorff. p.* 389. Novalis ager est primum proscissus, sive qui alternis annis vacat novandarum sibi virium causa. Novalia enim semel cum fructu erunt, et semel vacua. — *b)* Absolute, substantivorum more, eodem sensu dicitur *Novale, is,* n. 3. et *Novalis, is,* f. 3. — Neutr. genere. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 19. 49. (176). Quod vere semel aratum est, a temporis argumento vervactum vocatur. Hoc in novali æque necessarium est. Novale est, quod alternis annis seritur. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 14. Expediendi rudis agri rationem sequitur cultorum novalium cura. — Femin. genere. *Virg.* 1. *G.* 71. Alternis idem tonsas cessare novales, Et segnem patiere situ durescere campum. *subaudi* terras. *Pallad.* 2. *R. R.* 10. Terra tota debet effodi, ubi ager immundus est: ubi autem mundæ sunt novales, scrobibus pastinemus, aut sulcis. *et* 1. *ibid.* 6. *a med.* Si tibi ager est silvis inutilibus tectus, ita eum divide, ut loca pinguia puras reddas novales, loca sterilia silvis tecta esse patiaris. *Mamertin. jun. Gratiar. act.* 22. Num quisquam in eadem novali æstate una amplius, quam semel messuit? ¶ 2. Dicitur etiam de agro novo, qui nunc primum immissum est aratrum, quum antea aut silva esset, aut terra nunquam proscissa et culta in segetem, *campo di fresco ridotto a cultura. Quintil. declam.* 3. 4. Humum scindere, segnem futuris novalibus eruere silvam. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 5. 3. (39). Talis fere est in novalibus, cæsa vetere silva. Adde *Callistrat. Dig.* 47. 21. 3. *sub fin.*

II.) Translate. ¶ 1. Accipitur pro solo numquam arato, et herboso. *Colum.* 6. *R. R. præf.* 1. Agricola quam maxime subacto et puro solo gaudet, pastor novali graminosoque. ¶ 2. Item universim pro agro culto, *campo, campagna. Virg.* 1. *Ecl.* 71. Impius hæc tam culta novalia miles habebit? Barbarus has segetes? *Stat.* 3. *Theb.* 644. miseri quid pulerum sanguine victo Auniam, et diri saturare novalia Cadmi?

NŌVĀMEN, inis, n. 3. res nova, novatio. *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 20. *a med.* Sistens hoc novamen, illas quoque vetustates cæremoniarum dissuadebat.

NŌVĀNUS, a, um, adject. qui novissime venit, et opponitur veteri vel veterano. *Inscript.* apud *Orell.* 101. IVLIAE Q. F. CALVINAE L. ALFIDI HERENNIANI CONSVLIS FABRATERNI NOVANI D. D. Sic *Inscript.* apud *Gruter.* 1022. 12. FERENTINATES NOVANI. Ita appellati videntur coloni; ad quam sententiam tuendam *Orellius loc. cit.* affert illud *Cic.* 4. *Verr.* 50. 123. Agrigentinorum duo genera sunt, unum veterum, alterum colonorum. *Hos Cic. mox* novos *appellat. V.* FABRATERNUS in O-NOM.

NŌVĀTIO, ōnis, f. 3. actus novandi, renovatio, innovatio, *rinnovazione,* νέωσις.

I.) Proprie. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 1. *circa med.* Quum manifestius novatio prædicetur a creatore. *Paulin. Nolan. carm.* 25. 181. bis eam (*cellam*) geminata novatio comit. *Arnob.* 5. 35. Novatio pulendorum. *h. e.* rasura, et levigatio, quæ, ut ait *Id. ibid.* 25., fecerat sumere habitum puriorem. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 9. *n.* 40. Etiam si chronicas passiones quadam corporis novatione excludit. *h. e.* recorporatione, *ut Id.* alibi ait, de qua hæc *Id.* 3. *Tard.* 6. Tum recorporativis utendum curationibus, quo reformata corpora, vel, ut ita diverim, rejectis vitiosis carnibus ac renascentibus novis, reparata redeant ad memoriam sanitatis.

II.) Translate. Apud JCtos est prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem, vel naturalem transfusio atque translatio: hoc est, quum ex præcedenti causa ita nova constituitur, ut prior perimatur. Ita *Ulp. Dig.* 46. *tit.* 2. *qui est* De novationib. et delegationib. *l.* 1. Adde *Scævol. ibid.* 34. 3. 31. *et* 33. 1. 21. *circa med.*

NŌVĀTOR, ōris, m. 3. *rinnovatore, ristoratore,* νεών, qui novat, in usum revocat quæ obsoleverant. *Gell.* 1. 15. *sub fin* Quod *loquentia* novatori verborum Sallustio maxime congrueret. Dicitur *Sallust.* novator verborum, quia maxime delectatus est priscis atque obsoletis verbis *Catonis*: unde vetus poeta apud *Quintil.* 8. 3. 29. Et verba antiqui multum furate Catonis, Crispe Jugurthinæ conditor historiæ. *Auson. epist.* 16. 32. Stirpis novator Auniæ. *Ammian.* 26. 10. *ad fin.* Hoc novatore adhuc superstite etc.

NŌVĀTRIX, icis, f. 3. *rinnovatrice,* quæ novat. *Ovid.* 15. *Met.* 252. rerumque novatrix Ex aliis alias reparat natura figuras.

NŌVĀTUS, a, um. *V.* NOVO.

NŌVĀTUS, us, m. 4. novatio, mutatio. *Auson. Edyll.* 14. 39. Tot species, tantosque ortus, variosque novatus Una dies aperit, conficit una dies.

NŌVĒ, adverb. (novus). Sup. *Novissime* 2. et 3. — Nove est idem ac novo modo, noviter, καινῶς, νεωτέρως (It. *in maniera nuova, novamente, di nuovo, per la prima volta*; Fr. *d'une manière neuve*; Hisp. *en modo nuevo, de nuevo*; Germ. *neu, auf neue, ungewöhnliche Art*; Angl. *newly, in a new or unusual manner, after a new form or fashion*). Occurrit ¶ 1. Posit. *Nove* eo, quo diximus, sensu. *Plaut. Epid.* 2. 2. 38. ornata ut lepide! ut concinne! ut nove! *Auct. ad Herenn.* 1. 9. Ne quid perturbate, ne quid ambigue, ne quid nove dicamus. *Seneca* 1. *Controv.* 4. *ad fin.* Pulcre dixit, et nove sumpsit ab omnibus bene dicta. *Gell.* 17. 2. *circa med. Magnum viaticum* pro magna facultate et paratu magno, nove positum est. *et* 19. 7. Verba nove, aut insigniter dicta. ¶ 2. Sup. *Novissime* ad tempus refertur, et est nuper, *poco fa, ultimamente. Valerius Antias* apud *Charis.* 2. *p.* 186. *Putsch.* Mater quum novissime ægrotasset, vovisse fertur. *et ibid.* Quod novissime nobiscum fœdus fecissent. *Sall. Cat.* 34. Novissime memoria nostra argentum ære solutum est. *Plin.* 4. *Ep.* 30. Anulum ponis in sicco: alluitur sensim, ac novissime operitur. *et* 8. *Ep.* 3. Liber, quem novissime tibi misi. *Quintil.* 2. 10. 1. Declamandi ratio, ut ex omnibus novissime inventa, ita multo est utilissima. *Id.* 11. 3. 8. Qua (*fama*) diu princeps orator, aliquando Ciceronis æmulus existimatus est, novissime secundus. Adde *Auct. B. G.* 8. 1. et 48. ¶ 3. Sup. *Novissime* in enumerationibus et distributionibus est idem atque ultimo loco, postremo, *in ultimo luogo, finalmente. Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 24. Milites ornari volui a senatu, primum quod ita meritos judicabam: deinde quod conjunctiores reipubl. esse volebam: novissime ut tales

vobis præstare possem, quales etc. *Seneca* 3. *Ira* 5. Dicam primum, quemadmodum in iram non incidamus: deinde quemadmodum nos ab illa liberemus: novissime quemadmodum irascentem placemus. *Pallad.* 12. *R. R.* 22. *ad fin.* Lectas baccas condies: rutam et petroselinum sternes: subinde salis aspersione cumulabis: postremum mel superfundes: novissime optimi olei quantumcumque miscebis. *Quintil.* 3. 6. 24. Primum - Post hæc - Novissime. *Id.* 11. 2. 41. Poetica prius, tum oratorum, novissime etiam solutiora numeris. *Id.* 6. *proœm.* 1. Hæc ex tua voluntate maxime ingressus, tum si qua ex nobis ad juvenes bonos pervenire posset utilitas, novissime pæne etiam necessitate quadam officii mihi delegati, sedulo laborabam. — Animadverte et illa ejusd. *Quintil.* 2. 4. 10. Et desperant, et dolent, et novissime oderunt. *et* 7. 1. 37. Quod vel atrocitate formularum, vel modo petitionum, vel novissime sorte dijudicatur.

NŎVELLA, æ, f. 1. *V.* NOVELLUS in fin.

NŎVELLASTER, a, um, adject. novellus, novus. *Marcell. Empir.* 8. *sect.* 3. *a med.* Vinum optimum, sed novellastrum.

NŎVELLĒ, adverb. nove. In *supposit. Plauti Pœn.* 8. Utrum is est novelle novellicus, etc.

NŎVELLĒTUM, i, n. 2. locus novellis arboribus, v. gr. vitibus consitus, ubi nulla antea plantatio fuit. *Paul. Dig.* 25. 1. 6. Veluti si novelletum in fundo factum sit. *Gloss. Philox.* Novelletum, νεόφυτον, νεοφύτειον.

NŎVELLĬCUS, a, um, adject. novellus. *V.* in NOVELLE.

NŎVELLĬTAS, ātis, f. 3. novitas, res nova. *Tertull. Anim.* 28. Neque veritas desiderat vetustatem, neque mendacium devitat novellitatem. Adde *eumd. advers. Prax.* 2.

NŎVELLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (novellus). Part. *Novellans* II. — Novellare est novum agrum colere, seu novas vites pangere, νεάω, νεάζω.

I.) Proprie. *Sueton. Domit.* 7. Existimans nimio vinearum studio negligi arva, edixit, ne quis in Italia novellaret.

II.) Translate. *Paulin. Nolan. carm.* 21. In castitate liberos enutriens Vitam novellantes Deo.

NŎVELLUS, a, um, adject. *deminut. a* novus, νεόφυτος, νέος (It. *novello, nuovo, giovine*; Fr. *jeune, nouveau*; Hisp. *nuevo, joven, mozo*; Germ. *new, jung*; Angl. *new, of early growth, joung, tender*). Occurrit — *a)* Præcipue in re agraria de jumentis et plantis. *Varro* 2. *R. R.* 3. 1. *de caprarum ætate.* Novella, quam vetus, utilior. *Id.* 1. *ibid.* 20. 2.; et *Colum.* 6. *R. R.* 1. 3. Novelli juvenci. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 84. (211). sues. *Varro* 1. *R. R.* 31. 1. Vineas novellas fodere. *Virg.* 3. *Ecl.* 11. Novellæ vites. *Cic.* 5. *Fin.* 14. 39. Itaque et vivere vitem, et mori dicimus, arboremque et novellam, et vetulam, et vigere, et senescere. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 33. (124). Novella prata. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 5. Novellæ gallinæ. *h. e.* quæ semel tantum excubarunt. — *b)* De hominibus et de rebus, quæ recentia sunt. *Tibull.* 2. 2. 22. Novella turba. *h. e.* nova proles, infantuli. *Liv.* 41. 5. Cn. et L. Gavilii, novelli Aquilejenses. *h. e.* novi coloni Aquilejam deducti (nempe triennio ante, ut est apud *eumd.* 40. 34.). *Ovid.* 4. *Pont.* 12. 24. Quum regerem tenera frena novella manu. *et* 3. *ibid.* 7. 16. Ductus ab armento taurus detrectat aratrum, Subtrahit et duro colla novella jugo. *Vopisc. Tacit.* 1. Post excessum Romuli, novello adhuc Romanæ urbis imperio. *Lucret.* 1. 259. hinc nova proles Artubus infirmis teneras lasciva per herbas Ludit lacte mero mentes perculsa novellas. *Prudent. Apotheos.* 304. Informasse Patrem (*Deum*) facturæ plasma novellæ. — Hinc

Novella, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est vitis nove plantata. *Coripp.* 3. *Johann.* 327. Cultor in omni parte suas plantare novellas Cœperat. *Virg.* 3. *Ecl.* 11. *novellas vites* dixit.

Novellæ, ārum, f. plur. 1. subaudi *constitutiones*, absolute, substantivorum more, appellatur quædam Romani Codicis pars.

NŎVEM, numerus decimum inter et octavum, *nove*, ἔννεα. *Cic.* 6. *de republ.* 17. Novem tibi orbibus, vel potius globis connexa sunt omnia. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 5. Sermo in novem et dies et libros distributus. *Virg.* 1. *Æn.* 249. Unde per ora novem magno cum murmure montis It mare proruptum.

NŎVEMBER *et* Novembris, bris, *novembre*, nonus mensis a Martio. Quare *November* sit dictus, *V.* in DECEMBER, et iis, quæ ibi afferuntur, lucem præferat *Cassiod.* 1. *Variar.* 35. Quod ab ipsis quoque mensibus datur intelligi, quando ex numero imbrium futurorum competenter nomina susceperunt. Sumitur et absolute, et adjective. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 84. Calend. Novembribus et postridie caput Tauri occidit: pluviam significat. Tert. Non. Novembris Fidicula mane exoritur: hiemat, et pluit. *Cato* apud *Priscian.* 6. *p.* 696. Mense Octobri fecimus: Novembris reliquus erat. *Auson. Eclogar. de dieb. sing. mens.* Implent tricenas per singula menstrua luces Junius, Aprilisque, et cum Septembre November. *Martial.* 3. 58. Hic post Novembres, imminente jam bruma, Seras putator horridus refert uvas. *Calpurn.* 2. *Ecl.* 82. cum sole Novembri Maturis nucibus virides rumpentur echini. — *NB.* De nomine proprio *V.* ONOM.

NOVEMVIRALIS, e, adject. ad novemviros pertinens. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir*, ubi hæc leguntur *p.* 61. Triumvir, triumviralis, triumviri capitales; novemviri, novemviralis, novemviri capitales. *Auct.* harum notarum videtur deceptus fuisse a comparatione triumvirorum capitalium cum novemviris capitalibus: illi enim Romæ quidem fuerant, hi vero numquam nominantur a scriptoribus Latinis.

NŪVEMVIR, iri, m. 2. unus ex magistratu vel collegio novem virorum. *Inscript.* apud *Don. cl.* 5. *n.* 189. C. ATTIVS L. IANVARIVS VI. VIR *sacris faciundis*, VIIII. VIR *valetudinarius*. V. *Morcell. de stil. Inscript. Lat. T.* 2. *p.* 151. *ed. Patav.*; et *Orell.* 3999. *Id. Orell.* aliam affert *Inscript.* 3998., ubi similiter VIIII. VIR VAL.

NŎVĒNĀRĬUS, a, um, adject. *di nove*, ἐννεαδικός, novem continens. *Varro* 9. *L. L.* 86. *Müll.* Novenaria regula, novenarius numerus, novenaria natura. Sic *Capell.* 2. *p.* 25. Novenaria regula. *et* 7. *p.* 239. Novenarius numerus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 11. 15. (77). Novenarius sulcus. *h. e.* scrobs altitudine pedum trium, latitudine pari, ut ipsemet exponit. — De novenario, et ternario numero multa subtiliter *Auson. Edyll.* 11. V. et *Macrob.* 2. *Somn. Scip.* 2. — *Novenarium Pindaricum* est metrum novem syllabis constans, de quo hæc *Priscian. Partit. XII. vers. Æn. p.* 1216. *Putsch.* Præterea dicuntur hypercatalecti, quibus abundat una vel duæ syllabæ, ut novenarium Pindaricum, quod, quum sit dimetrum iambicum, habet tamen unam syllabam plus in fine: *Horatius.* Silvæ laborantes geluque.

NŎVENDĔCIM *et* novemdecim, *diciannove*, ἐννέα καὶ δέκα, undeviginti. In *Epit. Liv.* 119. Quum annos novendecim haberet. Al. leg. *decem et novem*: alii aliter. *Priscian. de ponderib. p.* 1351. *Putsch. decem et novem* agnoscit. *Idem* tamen 18. *p.* 1170. docet a *Livio* usurpatum *septemdecim*, quod ejusdem est formæ. Immo et *novemdecim* legitur apud *eumd.* 3. 24. *ad fin.* ed. *Drakeborch.* Fuerunt censa civium capita centum septemdecim millia trecenta novemdecim. *V.* ibi adnotat.

NŎVENDĬĀLIS *vel* novemdialis, e, adject. ¶ 1. Est qui novem diebus fit, ἐννατάλιος. *Novendiale sacrificium* et *Novendiales feriæ* dicebantur, quæ novem diebus continuis fieri solebant ad expiationem prodigiorum. *Liv.* 1. 31. Nunciatum regi patribusque est, in monte Albano lapidibus pluisse. Romanis quoque ab eodem prodigio novendiale sacrum publice susceptum est, seu voce cælesti ex Albano monte missa (nam id quoque traditur), seu haruspicum monitu. Mansit certe solemne, ut quandocumque idem prodigium nunciaretur, feriæ per novem dies agerentur. Hæc *Liv.*; apud quem rursus 21. 62., 25. 7., 26. 23., 27. 37., 29. 14. et alibi sæpe legimus novendiale sacrum factum esse, quod de cælo esset lapidatum. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 5. Novendiales feriæ. Sic *Paul. Diac. p.* 175. 9. *Müll.* Novendiales feriæ a numero dierum sunt dictæ. ¶ 2. Aliud fuit sacrum novendiale, quod privatim fiebat nono die, postquam defuncti cineres in sepulcrum illatæ fuerant: eo enim claudebantur et complebantur justa solemnia defuncti: quæ ideo et *novendialia* dicta sunt. *Gloss. Philox.* Novendialia, ἔννατα ἐπὶ νεκροῦ ἀγόμενα. Legitur *Novendial* apud *Augustin.* 1. *Quæst. in Heptateuch. quæst.* 172. Nescio, utrum inveniatur, alicui Sanctorum in Scripturis celebratum esse luctum novem dies, quod apud Latinos novendial appellant. *Servius* ad illud *Virg.* 5. *Æn.* 64. Præterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit, etc. Sciendum, quia apud majores, ubicumque quis fuisset exstinctus, ad domum suam referebatur: unde est illud (6. *Æn.* 152.) Sedibus hunc refer ante suis, et conde sepulcro: et illic erat septem diebus: octavo incendebatur: nono sepeliebatur: unde *Horat.* (*Epod.* 17. 47.) in sepulcris pauperum prudens anus Novendiales dissipare pulveres. Unde etiam ludi, qui in honorem mortuorum celebrabantur, novendiales dicuntur. Hæc *Servius*, qui tamen minus recte interpretatur illud *Sedibus hunc refer ante suis. — Novendialis cœna* est feralis, funebris. *Tac.* 6. *Ann.* 5. — *Exstincto populo, etiam novendialis tarde venit*, proverb. apud *Quintil. declam.* 12. 23. de eo, qui nimis sero et frustra opem fert. Quamvis enim post nonum mortis diem adhuc novendiale sacrum, vel cœna fiat in tempore, tamen si populus omnis exstinctus sit, sera est, quia, nullo superstite, fieri nequit. — Plura *V.* apud *Kirchmann. de funerib. l.* 4. *c.* 1. — *NB.* De novendiali coquo *V.* NUNDINALIS.

NŎVENDII. *V.* in NOVENSILES in fin.

NŎVENDĬLES. *V.* NOVENSILES in fin.

NŎVENNĀLIS, e, adject. novennis. Occurrit tantum in composito DECEMNOVENNALIS, quam voc. *V.*

NŎVENNIS, e, adject. qui novem annos habet. *Lactant. Mort. persecut.* 20. Maximianus substituto Cæsare filio suo, qui tunc erat novennis, etc. *Inscript.*, quam *B. Borghesius* nuper Romæ vidit in cavædio S. Laurentii extra muros, quæque pertinet ad ann. a Chr. n. CCCXLV. NOVENNEM FVERVM ERIPVIT TVM MENSIBVS OCTO etc. Hic licenter prima in *novennem* vitio sæculi producitur.

NOVENNIUM, ii, n. 2. ἐνναετηρίς, *novennio*, spatium novem annorum. *N. Thesaur. Latinit.* ab *A. Maio* editus in *Class. Auct. T.* 8. *p.* 14. Annus componitur, hic et hæc biennis et hoc bienne, unde biennium, ii: triennis, unde hoc triennium, ii: quadriennis, unde quadriennium, ii: quinquennis, unde quinquennium, ii: sexennis, unde sexennium, ii: septennis, unde septennium, ii: octennis, unde octennium, ii: novennis, unde novennium, ii: decennis, unde decennium, ii. Componitur etiam undecennis et duodecennis, sed raro inveniuntur. Hæc cl. *Furlanetto* in *Append.* Sed *Novo* illi *Latinit. Thesauro* haud temere fidendum est, quum nullus laudetur auctor, et *Festus* vocabula *octennium* et *novennium* improbare videatur, ait enim *p.* 347. 20. *Müll.* Septuennio quoque anno (ubi *Müllerus* adnotat: *Ennius*?) usus est, ut priore numero, sed id non permansit in usu, nec amplius processit in majorem.

NŎVENSILES DII, *seu, ut alii maluni*, Novensides, ium, m. plur. 3. iidem fortasse sunt, atque Indigetes, qui hoc præterea epitheto gaudeant, quod novissime in deorum sedes recepti sint. Nihil tamen certi afferri potest. Quidam enim ita putant appellatas novem Musas, a numero. *Varro* dicit, esse numerum novenarium: quasi in eo divina quædam sit vis, et præsens numen. *Cornificius* credit, eos fuisse deos novitatum præsides: quasi eorum cura et patrocinio res novarentur et instaurarentur. *Cincius* ait, sic appellata numina omnia peregrina in Urbem recepta, ex ipsa cultus novitate. Denique alii alia, ut in re omnino dubia. V. *Arnob.* 3. 38. unde hæc sumpta sunt. *Varro* 5. *L. L.* 74. *Müll.* a Sabinis venire ait: quod et *Piso* affirmat apud *Arnob. loc. cit.* Meminit et *Liv.* 8. 9. recitans formulam devotionis Decii, in qua Novensiles ab Indigetibus distinguuntur: item *Capell.* 1. *p.* 16. — Genitivus *Novensilium* usurpatur ab *Arnob. ibid.* Urbium victarum deos potestate afficit Novensilium numinum. — De scribendi ratione et etymo hæc *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2470. *Putsch.* Novensiles sive per *l*, sive per *d* scribendum: communionem enim habuit *l* littera cum *d* apud antiquos, ut *dinguam* et *linguam*, et *dacrimis* et *lacrimis*, et *Capitodium* et *Capitolium*, et *sella* a *sede*, *olere* ab *odore*. Est et communio cum

Græcis: nos *lacrimæ*, illi δάκρυα, *olere* ὀδωδέναι, *meditari* μελετᾶν. Novensiles autem, quos Græci συνέννεα, post Novendii a considendo, id est eadem sede prædíti.

NŌVĒNUS, a, um, adject. ἔννατος, nomen numerale distributivum, a *novem*. Fere usurpatur num. plur. ut cetera distributiva: et etiam extra distributionem. *Liv.* 27. 37. Ut virgines ter novenæ per urbem euntes carmen canerent. *Ovid.* 12. *Met.* 97. Terga novena boum. *Id.* 8. *ibid.* 170. Actæo bis pastum sanguine monstrum Tertia sors annis domuit repetita novenis. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (53). Novenorum conceptu dierum. *Auson. epist.* 5. 7. Vis novies denos dicam, deciesque novenos Isse dies? — In sing. numero. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 4. Demigrant Helicone deæ, quatiuntque novena Lampade solemnem thalamis coeuntibus ignem.

NŌVERCA, æ, f. 1. nova uxor ducta post mortem vel repudium prioris, quæ liberos reliquit superstites: cui respondet *privignus*. Dicta est a *novus* et *arceo*, quia ducitur arcendæ familiæ gratia, id est coercendæ, ut ait *Festus p.* 174. 11. *Müll.* Porro novercæ infestæ esse solent prioris uxoris filiis: præsertim si suos sibi ipsæ peperérint, μητρυιά (It. *matrigna*; Fr. *belle-mère, marâtre*; Hisp. *madrastra*; Germ. *die Stiefmutter*; Angl. *a stepmother, stepdame*).

I.) Proprie. *Afranius* apud *Non. p.* 393. 26. *Merc.* Mulier, novercæ nomen huc adde impium. *Cic. Cluent.* 70. 199. Nomina necessitudinum, non solum naturæ nomen, et jura mutavit; uxor generi, noverca filii, filiæ pellex. *Horat. Epod.* 5. 9. Quid ut noverca me intueris? *Virg.* 3. *Ecl.* 33. injusta noverca. *Id.* 2. *G.* 128. sæva. *et* 3. *ibid.* 282. mala. *Ovid.* 3. *Fast.* 853. sceleratæ fraude novercæ. *Id. Heroid.* 12. 188. Sæviat in partus dira noverca meos. *Id.* 1. *Met.* 147. Lurida terribiles miscent aconita novercæ. *Quintil.* 2. 10. 5. ed. *Spalding.* Sæviores tragicis, novercæ. *Val. Flacc.* 3. 506. insidias astusque novercæ sentire. *Plin.* 6. *Ep.* 33. Novercam filiæ, amore captus, induxerat. *Capitolin. M. Aurel. in fin.* Ne tot liberis superduceret novercam. *Inscript.* apud *Murat.* 1173. 8., quæ est apud *Orell.* 4604. D. M. L. HOSTILI TER. SILVANI ANN. XXIIII. M. II. D. XV. MATER FILIO PIISSIM. MISERA ET IN LVCTV AETERNALI BENEFICIO NOVERCAE. *V.* BENEFICIUM. — *Apud novercam queri*, proverb. *Plauti Pseud.* 1. 3. 80. h. e. lamentari apud eum, qui vel nullam opem ferat, vel etiam calamitate nostra gaudebit. Itali dicunt, *dire le sue ragioni a' birri.*

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Quintil.* 12. 1. 2. Rerum ipsa natura in eo — non parens, sed noverca fuerit, si etc. *Vellej.* 2. 4. 4. Hostium armatorum totiens clamore non territus, qui possum vestro moveri, quorum noverca est Italia? *h. e.* non mater, cujus sitis indigenæ et vere Itali, sed advenæ et convenæ. Dictum est P. Scipionis Africani minoris in contionem plebis R. tumultuantem. Simile est illud Cæsaris apud *Petron. Satyr.* 22. mercedibus emptæ, Ac viles animæ, quorum est mea Roma noverca. ¶ 2. Speciatim — *a*) In re militari, metaphorâ ductâ a novercæ iniquitate, *novercæ* appellantur iniqua castrorum loca. *Hygin. Gromat. ad fin.* Castrorum iniqua loca, quæ a prioribus novercæ appellantur, omni modo vetari debent: ne mons castris immineat, per quem supervenire hostes, aut prospicere possint, quid in castris agatur; ne silva celatura hostes adjaceat, neve fossæ, vel valles, per quas obrepi castris occulte possit; ne vicini fluminis torrente subita tempestate castra inundata intereant. In coxis, in loco tironum maxime instruendum erit vallum tormentis ab eo latere, quo novercæ evitari non potuerunt. In *Cod.* autem MS. *Hygini* (ait cl. *Furlanetto* in *Append.*) prius legitur *nobiriæ*, sub finem *nobercæ*. Vides igitur priorem lectionem ex amanuensis vel descriptoris oscitantia repetendam, qui prius litteram *i* pro *e*, et postea *i* pro *c* posuit, deinde ob frequentem litteræ *b* in *v* commutationem *nobercæ* pro *novercæ* scripsit. *V. Nobiriæ* in *Verb. barb.* — *b*) In re agraria *novercæ* videntur esse canales aquam ex agris transmittentes, sed non quantum satis est ad eos exhauriendos et exsiccandos, et exigue et, ut ita dicam, maligne: vel quod exiles sint, vel quod facile obstruantur. Apud *Goes. p.* 119. 142. 143. etc. semper cum canabulis junguntur. Hanc *Forcellini* interpretationem tuetur *Rudorffius* (*Gromatici vett. Berolini* 1852. *vol.* 2. *p.* 269.), qui omnibus Gromaticorum locis diligenter collatis, docet *novercas* esse canales vel structiles, vel ligneos, aquam ex agris transmittentes, qui quum vasorum fragmentis et aliis hujusmodi replerentur, nonnisi exigue et, ut ita dicam, maligne, novercarum more, aquam permeare atque effluere sinebant: comparat præterea illud *Colum.* 2. *R. R.* 8. 3. et *Pallad.* 6. *R. R.* 3. Aliter quidem, sed minus recte sentit cl. *Furlanetto*, in *Append.*, qui postquam verba *Hygini* sub *a* laudata in medium attulit, hæc addit: A *Frontino* et *Magone* (*Auctt. Gromat.* ed. *Goes. locc. citt.*) novercæ, seu canabulæ vocantur ea ruralia tuguria, quæ tegulis tecta, et fortasse etiam cannis, ideoque canabulæ seu cannabulæ appellatæ, non habitationis, sed rei rusticæ potius custodiendæ causa construuntur, ut habet *Pompon. loc. cit.* in TUGURIUM, quæque propterea viatorem in agris progredientem impediunt, quemadmodum militum castris nocere solent montes, silvæ, valles et torrentes.

NŌVERCĀLIS, e, adject. ad novercam pertinens, *di matrigna*, μητρυιώδης.

I.) Proprie. *Stat.* 5. *Silv.* 2. 118. Gætulo sic pulcher equo, Trojanaque quassans Tela, novercales ibat venator in agros Ascanius. *h. e.* Didonis. *Juvenal.* 12. 71. Atque novercali sedes prælata Lavino. *h. e.* Lavinio, quod fuit oppidum ab Æneæ conditum, et a Lavinia Iuli noverca appellatum. Sic Bacchus apud *Stat.* 7. *Theb.* 177. novercales appellat Mycenas, inimicas Thebis, quia sub tutela Junonis erant (*Ovid.* 6. *Fast.* 47.) ejus noverca.

II.) Translate est inimicus, infestus, quia ferme oderunt novercæ privignos. *Tac.* 12. *Ann.* 2. Novercalia odia. Sic *Lactant. Placid.* apud *A. Maium* in *Class. auct. T.* 3. *p.* 135. *fab.* 134. Novercale odium. Adde *eumd. ibid. p.* 336. *fab.* 148. *ad fin.* Rursus *Tac.* 1. *Ann.* 33. Novercales Liviæ in Agrippinam stimuli. *Seneca* 4. *Excerpt. controv.* 6. Quid alterum novercalibus oculis intueris? *Trebell. XXX. Tyrann.* 16. Erat circa illum Zenobia novercali animo.

NŌVERCOR, āris, ari, dep. 1. novercam ago, sævio ut noverca. *Sidon.* 7. *Ep.* 14. *ante med.* Quorum imbecillitati quodammodo novercaretur.

NŌVI. *V.* NOSCO.

NŌVĬCĬO *vel* novitio, adverb. noviter, nuper. *Servius* ad *Virg.* 11. *Æn.* 316. Luci qui sunt in agris, qui concilio (*Marin. Frat. Arv. p.* 309. legit *novitio*) capti sunt, hos lucos eadem cæremonia, moreque coinquiri haberique oportet, ut etc.

NŌVĬCĬŌLUS, a, um, adject. deminut. novicii. *Tertull. Apolog.* 47. et *Pœnit.* 6.

NŌVĬCĬUS *vel* novitius, a, um, adject. Est a *novus*, ut docet *Varro* 6. *L. L.* 59. *Müll.* Sic ab eadem origine novitas et novicius et novalis in agro. *Alfen.* apud *Gell.* 6. 5. Novum novicium dicimus, et proprium propicium (*al. leg.* propricium), augere atque intendere volentes novi et proprii significationem. *Gell.* hoc improbat: quam merito, alii viderint. — Itaque novicius est novus, novellus, recens, *recente, novello*, νουίζιο νεαρός.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Most.* 3. 2. 92. Novicium mihi quæstum institui non malum. *Gell.* 11. 1. Novicia turba grammaticorum. *moderna.* et 1. 9. *sub fin.* Novicios philosophorum sectatores cum veteribus Pythagoricis comparans. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 23. (41). Vinum jejunos bibere, novitio invento, inutilissimum est. *et* 24. (46). Vinum novitium resinatum nulli conducit. *Id.* 34. *ibid.* 5. 10. (18). Statuæ Lupercorum habitu factæ tam novitiæ sunt, quam quæ nuper prodiere pænulis indutæ. *Id.* 35. *ibid.* 6. 29. (48). Novitii colores. ¶ 2. Speciatim sæpe dicitur de servis, qui nuper in servitutem inciderunt, novique sunt in ministeriis, et imperiti. *Martian. Dig.* 39. 4. 16. Veterana mancipia sunt, quæ anno continuo in urbe servierunt: novitia autem intelliguntur, quæ anno nondum servierint. *Varro* 8. *L. L.* 6. *Müll.* Etiam novicii servi empti in magna familia, cito omnium conservorum nominis recto casu accepto, in reliquos obliquos declinant. *Plaut. Capt.* 3. 5. 60. Recens captus homo, nuperus, et novitius. *Ter. Eun.* 3. 5. 34. paucæ, quæ circum illam essent, manent Novitiæ puellæ. *Cic. Pis.* 1. 1. Syrum nescio quem, de grege novitiorum, factum esse consulem. *Quintil.* 8. 2. 8. Venales novitios accepimus. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 157. 6. *Vivus Fecit* NOVICIVS RABVTICRVM SIBI ET P. RABVTIO GLAGO SODALI.

II.) Translate. *Juvenal.* 3. 265. Jam sedet in ripa, tetrumque novitius horret Porthmea.

NŌVĬĒS *vel* noviens, adverb. *nove volte*, ἐννεάκις, novem vicibus. *Varro* 1. *R. R.* 2. 27. Hoc ter novies cantare jubet. *Virg.* 4. *G.* 480. Novies Styx interfusa. *Seneca Ep.* 58. *ad fin.* Perfectissimus numerus, quem novem novies multiplicata componunt. *scil.* LXXXI. *V.* NONIES.

NŌVĬESDĔCĬES, adverb. *diciannove volte*. Agnoscitur a *Priscian. lib. de ponder. p.* 1355. *Putsch.* nullo tamen allato scriptoris exemplo.

NŌVISSĬMĀLIS, e, adject. ad novissimum pertinens. *Mar. Victorin.* 2. *p.* 2519. *Putsch.* Quas particulas (*versuum*), si necesse sit, ausim dicere finales, seu novissimales, ut *Odrysio lyra carmine cantat.*

NŌVISSĬMĒ. *V.* NOVE.

NŌVISSĬMUS. *V.* NOVUS.

NŌVĬTAS, ātis, f. 3. (novus) qualitas rei, quæ nova est, καινότης (It. *novità*; Fr. *nouveauté*; Hisp. *novedad*; Germ. *d. Neuheit, Neusein*; Angl. *newness, freshness, novelty, strangeness*). Occurrit ¶ 1. Generatim. — *a*) In singul. numero. *Cic.* 2. *Divinat.* 28. 59. Quem tibi rei novitas attulerit. *Lucret.* 5. 780. Nunc redeo ad mundi novitatem et mollia terræ Arva. *Virg.* 1. *Æn.* 657. Res dura et regni novitas me talia cogunt Moliri. *Horat. A. P.* 223. Illecebris erat et grata novitate morandus Spectator. *Ovid.* 4. *Met.* 283. Et Crocon in parvos versum cum Smilace flores Prætereo: dulcique animos novitate tenebo. *Grat. Cyneg.* 114. Blandimenta vagæ fugies novitatis: ibidem Exiguo nimiove nocent. *h. e.* armorum novorum. *Quintil.* 1. 6. 39. Et auctoritatem antiquitatis habent, et gratiam novitati similem parant. *Id.* 9. 3. 58. Brevitatis novitatisque gratia. *Id.* 9. 2. 66. Figura ipsa novitate et varietate magis delectat. *Justin.* 22. 6. 12. Nec multo post non Afri tantum, verum etiam urbes tributariæ nobilissimæ novitatem secutæ ad Agathoclem defecere. *Sueton. Tib.* 25. Ne quid in novitate acerbius fieret. — *b*) In plur. numero. *Cic. Amic.* 19. 68. Novitates, si spem afferunt, non sunt illæ |quidem repudiandæ, vetustas tamen loco suo conservanda. *Ammian.* 22. 2. Utque solet fama novitates augere etc. — *c*) Poetice. *Ovid.* 1. *Fast.* 160. Anni novitas. *h. e.* ver. — *d*) *Ad novitatem* adverbii more, *Inscript.* apud *Orell.* 3278. APODYTERIVM AD NOVITATEM RESTITUIT. ¶ 2. Speciatim *novitas* dicitur insuetæ rei qualitas vel conditio, id quod insolitum est, quod est insigne, quod raro accidit: ad rem *Cic.* 3. *Herenn.* 22. 36. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt: at eclipses solis mirantur, quia raro accidunt, et solis eclipses magis mirantur, quam lunæ, quoniam hæ crebriores sunt. Docet ergo se natura vulgari et usitata re non excuscitari, novitate et insigni quodam negotio commoveri. *Sall. Cat.* 4. Id facinus in primis ego memorabile existimo sceleris atque periculi novitate. *Ovid.* 12. *Met.* 175. *de Cœni in virum versa.* monstri novitate moventur, Quisquis adest. In illo *Ovid.* 4. *Pont.* 13. 23. laudes de Cæsare dixi: Adjuta est novitas numine nostra dei: *novitas* est novus *Ovidii* conatus. Sic in *Inscript.* apud *Gruter.* 337. *a med.* HIS NOVITATIBVS DVPLICI ORNATVS EST GLORIA etc. Sermo est de agitatore circensi, qui et septem equis simul junctis, et sine flagello (quod novum erat) vicerat. — ¶ 3. Item speciatim *novitas* ponitur pro *hominis novi* qualitate vel conditione, *h. e.* pro generis ignobilitate. *Cic.* 1. *Fam.* 7. *a med.* Putabam novitati esse invisum meæ. Sic *Sall. Jug.* 88. Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam. *paullo ante dixerat*: Comparate nunc cum illorum superbia me hominem novum. Rursus *Cic. Mur.* 8. 17. Quamquam ego jam putabam, judices, multis viris fortibus ne ignobilitas objiceretur generis, meo labore esse perfectum: nec arbitrabar, de generis novitate accusatores esse dicturos. *Vellej.* 2. 127. 1. Quibus novitas familiæ haud ob-

stitit, quo minus ad multiplices consulatus triumphosque et complura eveherentur sacerdotia. *Id.* 2. 96. 1. Agrippa novitatem suam multis rebus nobilitaverat.

NŌVĪTER, adverb. nove. *Plaut.* in *suppos. Aul. sc.* Quid hic 5. Nisi fodiam noviter. *Inscript.* apud *Gruter.* 171. 7. (quam ann. a Chr. n. CCCLXXVII. positam fuisse probat *Ed. Corsinius de præf. Urb. p.* 265.). BASILICAE IVLIAE NOVITER A SE REPARATAE. *Fulgent.* 3. *Mythol.* 1. *a med.* Amor noviter venit.

NŌVĪTĬO *et*

NŌVĪTĬUS, a, um. *V.* NOVICIO et NOVICIUS.

NŌVO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (novus). Part. *Novans* II. 2.; *Novatus* in omnibus fere paragr.; *Novaturus* II. 2.; *Novandus* II. 1. et 2. — Novare est novum facere, instaurare, reficere, νεόω, καινόω (It. *rendere nuovo, fare di nuovo, rinnovare*; Fr. *renouveler*, Hisp. *renova*; Germ. *neu machen, erneuern*; Angl. *to introduce as new, coin*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Virg.* 5. *Æn.* 752. Ipsi transtra novant, flammisque ambesa reponunt Robora navigiis. *Ovid.* 1. *Fast.* 621. matronaque destinat omnis Ingratos nulla prole novare viros. *h. e.* nullam prolem parere, per quam patres quodammodo renovantur. Sic *Stat.* 10. *Theb.* 229. Cui fetura gregem pecoroso vere novavit. *Ovid. Heroid.* 4. 90. Hæc reparat vires, fessaque membra novat. *h. e.* reficit, recreat. *Val. Flacc.* 3. 422. Hic sale purpureo, vivaque nitentia lympha Membra novat. *h. e.* exterget, mundat, quasique renovat. *Sil. It.* 4. 12. Pila novant, ac detersa rubigine sævus Induitur ferro splendor. *h. e.* acuendo quasi renovant. — *b*) Speciatim de iis, quæ denuo fiunt. *Liv.* 26. 19. Ut ardorem eum, qui resederat, excitaret rursus novaretque. *Ovid.* 4. *Pont.* 11. 19. quum longa dies sedavit vulnera mentis, Intempestive qui fovet illa, novant. Sic *Id. Remed. am.* 729. Admonitu renovatur amor, vulnusque novatum Scinditur. *Id. Heroid.* 1. 20. Tlepolemi leto cura novata mea est. *Tac.* 2. *Hist.* 51. In funere ejus novata luctu ac dolore militum seditio. *Lucret.* 2. 72. quæ decedunt corpora cuique, Unde abeunt minuunt, quo venere augmine donant; Illa senescere, at hæc contra florescere cogunt, Nec remorantur ibi. Sic rerum summa novatur Semper. — *c*) Item speciatim *novatus ager* est novale, vel universim iterum aratus cultusque in sementem. *Cic.* 2. *Orat.* 30. 131. Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed novato et iterato, quo meliores fetus possit et grandiores edere. *Ovid.* 4. *Pont.* 2. 44. Oblectat cultu terra novata suo. — *d*) Item est novum facere, invenire, excogitare, *fare di nuovo, inventare, creare. Cic.* 3. *Orat.* 37. 149. Verba, quæ novamus et facimus ipsi. *et ibid.* 38. 154. Novantur autem verba, quæ ab eo, qui dicit, ipso gignuntur ac fiunt. *et ibid.* 152. Verbum aut inusitatum, aut novatum, aut translatum. *Quintil.* 5. 10. 36. Multa novantur in omni genere materiæ. *Ovid.* 3. *Art. am.* 346. Ignotum hoc aliis ipse novavit opus.

II.) Translate. ¶ 1. Est generatim mutare, innovare, *mutare, cangiare. Cic.* 3. *Legg.* 5. 12. Nihil habui sane, non modo multum, quod putarem novandum in legibus. *Liv.* 44. 8. Ignarum, belli quæ in dies fortuna novaret. *Ovid.* 4. *Met.* 540. nomenque simul faciemque novavit. *Id.* 2. *ibid.* 674. atque vagi crines per colla jacebant, In dextras abiere jubas: pariterque novata est Et vox et facies. *h. e.* in novam mutata. *et* 4. *ibid.* 279. Nec loquor, ut quondam, naturæ jure novato, Ambiguus fuerit, modo vir, modo femina, Scython. ¶ 2. Speciatim in re publica vel, uti ajunt, politica, *novare res* est mutare statum civitatis, rebus novis studere, novi aliquid moliri, *macchinare o fare novità, mutare governo*, νεωτερίζειν. *Sall. Cat.* 40. Ubi primum dubiis rebus novandis spes oblata. *Kritzius* et *Gruteri* et Codicum auctoritate fretus legit *novandi* absolute, ut dixit *Tac.* 4. *Ann.* 18. *extr.* Neque mansurum Tiberio imperium, si iis quoque legionibus cupido novandi fuisset. *V.* ibi multa. *Liv.* 24. 23. Tamquam novandi res aliquam occasionem quærentes. *Id.* 35. 34. Multitudinem, et quorum res non ex sententia ipsorum esset, omnia novari velle. *Sall. Cat.* 58. Optimum factu ratus, noctem, quæ instabat, antecapere; ne quid eo spatio novaretur. *Liv.* 32. 38. Duæ faces novantibus res ad plebem in optimates accendendam. *Curt.* 10. 8. Monere non destitit, ni occupetur impotens animus, res novaturum. *Justin.* 33. 2. 8. Ætolorum universarum urbium senatus, cum conjugibus et liberis, qui dubia fide fuerant, Romam missus, ibique, ne in patria aliquid novaret, diu detentus.

NŌVUS, a, um, adject. νέος. Comp. *Novior* non est in usu, quamquam agnoscitur a *Varron.* 6. *L. L.* 59. *Müll.* — Sup. *Novissimus* II. — Novus dicitur et est qui nuper factus est, qui nunc primum accidit, recens, νέος, καινός (It. *nuovo, novello, recente*; Fr. *nouveau, récent, jeune*; Hisp. *nuevo, reciente, joven*; Germ. *neu, jung, neuerfunden, -eingerichet*; Angl. *new, fresh, recent, novel, uncisual, uncommon, unheard of*).

I.) Proprie. ¶ 1. Universim latissime patet, dicitur enim — *a*) De rebus physicis. *Cic.* 5. *Verr.* 92. 214. Quum esset, ante novum (*triticum*), tritici modius denariis quinque etc. *Virg.* 1. *G.* 345. Terque novas circum felix eat hostia fruges. *Id.* 6. *Æn.* 205. Quale solet silvis brumali frigore viscum Fronde virere nova, *Ovid.* 10. *Met.* 121. tu pabula cervum Ad nova, tu liquidi ducebas fontis ad undam. *Id.* 14. *ibid.* 347. Utque novas legeret fecundis collibus herbas. *Virg.* 2. *Ecl.* 22. Lac mihi non æstate novum, non frigore defit. *Ovid.* 1. *Fast.* 149. Dic, age, frigoribus quare novus incipit annus? Sic *Virg.* 1. *G.* 43. Vere novo. *et* 1. *Æn.* 434. æstate nova. — *b*) De aliis, et præcibue de iis, quæ ab homine fiunt, deque ejusdem actionibus. *Plaut. Most.* 1. 2. 8. Novæ ædes. *Sueton. Aug.* 29. Principes viros sæpe hortatus est, ut pro facultate quisque monumentis vel novis, vel refectis et excultis, urbem adornarent. — Hinc *a novo* est idem atque ab inchoato, *da nuovo. Inscript.* apud *Morcell. Stil. Inscript. Lat. T.* 2. p. 129. BALINEVM QVOD RESPVBLICA A NOVO REFECERAT INCENDIO CONSVMPTVM - PECVNIA SVA RESTITVIT. — Ceterum *Virg.* 1. *Æn.* 526. O regina, novam cui (*dedit*) condere Juppiter urbem. *Festus p.* 174. 13. *Müll.* Nova via structa esse dicitur regnante Ser. Tullio, quum etc. Cf. *Varro* 6. *L. L.* 59. *Müll.* Vocabulum pervetustum ut *Novæ viæ*, quæ via jam diu vetus. — *Sub novis* locus Romæ, de quo *V.* in VETUS. — *Horat. Art. P.* 52. Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem etc. *Virg.* 1. *Æn.* 66. At Cytherea novas artes, nova pectore versat Consilia. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 10. 26. Et is orbem terrarum constringit novis legibus, qui etc. *et ibid. paullo ante.* Jam hoc inauditum et plane novo more, uti curiata lege magistratus detur, cui nullis comitiis ante sit datus. *Ter. Phorm.* 5. 7. 79. Novo modo facere aliquid. *Horat.* 3. *Od.* 1. 45. novo ritu atrium moliri. *Cic. Arch.* 2. 3. Uti prope novo quodam et inusitato genere dicendi. *Id.* 1. *Orat.* 31. 137. Nihil dicam reconditum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam novum. *Id.* 4. *Verr.* 8. 24. Nova tibi hæc sunt et inopinata? *Id.* 6. *Att.* 1. *ante med.* Quod video tibi etiam novum accidisse. — Similiter *Liv.* 2. 1. Conscriptos, videlicet, in novum senatum appellabant lectos. *Sueton. Aug.* 32. Novum collegium. *Liv.* 7. 7. Novus veteri exercitus jungitur. *Ter. Adelph.* 4. 7. 33. Nova nupta. *et ibid.* 5. 8. 15. Novus maritus. *Sueton. Cæs.* 15. Novi consules. *Sall. Jug.* 44. Novus imperator. *Id. ibid.* 87. Novi milites. *qui* veteranis *opponuntur. Liv.* 41. 10. Inde collegæ scripsit, ut militum novorum ei parti, quæ scripta in Istriam provinciam esset, ediceret, Aquilejam ut conveniret. *h. e.* militum, qui nuperrime lecti fuerant, *coscritti, reclute.* Cf. *Nepos Hann.* 6. *extr.* Novis delectibus paucis diebus multos contraxit. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 9. istic Pseudolus Novus mihi est. *mi è nuovo, mi è ignoto.* — *c*) *Novæ tabulæ, χρεῶν ἀποκοπαί*, pertinent ad oppressos ære alieno: quorum erat unicum votum, ut abolitis prioribus debitis, novæ tabulæ creditorum conficerentur, et ipsi a persolvendis usuris et capite liberarentur. Itaque quoties a seditiosis civibus rerum novarum molitio facta est, legem de novis tabulis conficiendis plebi polliceri mos fuit, quo eam ad se traherent facilius. *Sall. Cat.* 22. Tum Catilina polliceri tabulas novas, proscriptionem locupletium, etc. *Cic.* 2. *Off.* 23. 84. Tabulæ vero novæ quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum, eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Adde 5. *Att.* 21.; *Cæs.* 3. *B. C.* 1.; *Liv.* 42. 13.; et *Sueton. Cæs.* 42. — Urbane, et translate. *Seneca* 1. *Benef.* 4. *in fin.* Prohiberi posse rem perniciosissimam, beneficiorum novas tabulas. *h. e.* oblivionem, aut ut pro beneficio accepto nihil debeatur. — *d*) *Novus homo* est, qui nullos habet majores rebus gestis et honoribus claros, sed ipse per se clarus esse incipit. *Cic.* 5. *Fam.* 18. Adeptus es, quod non multi homines novi; amisisti, quæ plurimi homines nobilissimi. Adde *eumd, Mur.* 8. 17. — *e*) *Novæ res* duo præcipue significant, scilicet — *α*) Primo ea, quæ nuperrime acciderunt, *le novità, le cose o gli avvenimenti del giorno. Cic.* 7. *Fam.* 18. *extr.* Nihil te ad me postea scripsisse demiror, præsertim tam novis rebus. — Et *novum* absolute *Plaut. Cas. prol.* 70. Novum attulerunt, quod fit nusquam gentium. *una cosa non più udita, una novità.* — Et sæpius occurrit Genit. *novi* cum Adject. neutr. *Cic.* 1. *ad Brut.* 2. De Dolabella si quid habes novi, facies me certiorem. *Id.* 2. *Orat.* 3. 13. Quid vos tandem? num quidnam, inquit, novi? *Id.* 8. *Att.* 14. Neque Romæ quidquam auditur novi, nec in his locis. — *β*) Secundo *res novæ* fere in malam partem accipiuntur de mutatione status civitatis, quum quis, ut ait *Vellej.* 2. 125. 1., novum ducem, novum statum, novam rempublicam quærit, *mutazion di governo, sedizione, ribellione. Cic.* 1. *Cat.* 1. 3. C. Servilius Ahala Sp. Mælium novis rebus studentem manu sua occidit. *Id.* 2. *leg. Agr.* 33. 91. Rerum novarum causam quærere. *Sall. Cat.* 29. Manlius in Etruria plebem sollicitare egestate simul, ac dolore injuriæ novarum rerum cupidam. *Sueton. Cæs.* 9. Pactumque, ut simul foris ille, ipse Romæ, ad res novas consurgerent. Sic *Vellej.* 2. 129. 2. Quam celeriter (Archelaum) ingratum, et nova molientem oppressit! — Duplici significatione, h. e. et de novis divitiis et de mutatione status civitatis dixit *Cic.* 11. *Fam.* 21.; cujus verba retulimus in fin. in Homonym. ¶ 2. Speciatim aliquando dicitur de rebus inusitatis adeoque admirandis et quæ gravius percellunt animum. *Virg.* 3. *Ecl.* 86. Pollio et ipse facit nova carmina. Ubi *Servius*: magna, miranda. *Ter. Adelph.* 4. 7. 3. flagitia ingentia, nova, capitalia. *Cic. Ligar.* 1. 1. Novum crimen, C. Cæsar, et ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te Q. Tubero detulit. *Liv.* 2. 13. Novam in femina virtutem novo generis honore donavere. *Virg.* 3. *Æn.* 591. Ignoti nova forma viri miserandaque cultu. *Horat.* 1. *Od.* 2. 6. nova monstra. *Val. Flacc.* 8. 237. Tam novus implevit vultus honor. *Nepos Hann.* 11. Postquam autem naves completas conspexerunt serpentibus, nova re perterriti puppes averterunt. *Id. Eumen.* 8. Statuit aliquid sibi novi consilii esse capiendum. *Sil. It.* 9. 591. Haud excussa novi virtus terrore pericli. ¶ 3. Item speciatim *novus* dicitur, qui rei cuipiam non est assuetus, atque adeo imperitus et rudis. — *a*) Absolute *Cic. Amic.* 19. 68. Nemo est, qui non equo eo, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato et novo. *Ovid. Heroid.* 11. 48. Et rudis ad partus et nova miles eram. — *b*) Cum Dativo. *Tac. Agric.* 16. Petronius tamquam exorabilior, et delictis hostium novus, eoque pœnitentiæ mitior. *Sil. It.* 6. 254. Terrigena impatiens dare terga, novusque dolori, Et chalybem longo tum primum passus in ævo. *Est qui mallet doloris: nam et* vetus *cum Genitivo jungitur.* — *c*) Cum Infinito. *Sil. It.* 16. 332. equl cervix nova ferre jugum.

II.) Translate Sup. *novissimus* significat extremum, ultimum, *ultimo, estremo*: quia quæ ultima evenere, nova maxime sunt. *Varro* 6. *L. L.* 59. *Müll.* scribit, memoria sua hoc superlativum, ut nimium novum, ab aliquibus vitatum fuisse: *et Gell.* 10. 21. ait, Ciceronem eo semper abstinuisse: sed falsus est. Nam *Id. Rosc. Com.* 11. 30. Qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comœdos. (Adde *Galb.* ad *Cic.* 10. *Fam.* 30. *ad fin.*; et *Cass.* ad *eumd.* 12. *ibid.* 13.) — *a*) Generatim. *Sall. Jug.* 74. Omnium consiliorum, nisi novissimi, particeps. *Cæs.* 7. *B. G.* 54. Quo omnes armati convenire coguntur: et qui ex iis novissimus venit, necatur. *et* 1. *ibid.* 15. Ex novissimo agmine prælio nostros lacessere cœ-

perunt. *et* 2. *ibid.* 11. Hi novissimos adorti, magnam multitudinem conciderunt. *Virg.* 4. *Æn.* 650. dixitque novissima verba. *Nepos Eumen.* 1. *extr.* Novissimo tempore præfuit alteri equitum alæ. *ultimamente. Ovid.* 2. *Trist.* 199. Hæc est Ausonio sub jure novissima, vixque Hæret in imperii margine terra tui. *Id.* 3. *Met.* 681. falcata novissima cauda est. *h. e.* extrema caudæ pars. Sic 13. *ibid.* 693. Creraque pinnigero curvata novissima pisce. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 13. 10. (56). Novissima luna. *ultimo quarto della luna.* — *b)* Speciatim. *Novissima exempla, novissima pœna,* ultimum supplicium. *Tac.* 12. *Ann.* 20. Meritum quidem novissima exempla Mithridatem. *et* 15. *ibid.* 44. *extr.* Quamquam adversus sontes, et novissima exempla meritos. *et* absolute 6. *ibid.* 50. A summa spe novissima exspectabat. *et* 12. *ibid.* 33. Novissimum casum experitur. *h. e.* ultimum prælii discrimen. — *c)* Cum Accus. et præpos. *in. Tac.* 1. *Ann.* 28. Quin potius, ut novissimi in culpam, ita primi ad pœnitentiam sumus! — *d)* In enumerationibus. *Sueton. Cæs.* 37. Primum et excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, novissimum Hispaniensem, diverso quemque apparatu et instrumento. *Id. Aug.* 9. Bella civilia quinque gessit, Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Actiacum. Ex quibus primum ac novissimum adversus M. Antonium; secundum adversum Brutum et Cassium; tertium adversum L. Antonium triumviri fratrem; quartum adversum Sex. Pompejum Cn. filium. Adde *eumd. Ner.* 14.

Homonym. Ad illud *Cic.* 11. *Fam.* 21. Segulium negligamus, qui res novas quærit: non quo veterem comederit: nullam enim habuit: sed hanc ipsam recentem novam devoravit; *Manutius* discrimen affert inter *novum* et *recens*: nempe idem, inquit, est, quod inter *vetus* et *antiquum*. Potest enim recens aliquid esse, quod novum non sit, ut recens hereditas, quæ alicui nuper obtigit; non tamen nova, quum aliæ possint hereditates eidem antea contigisse: *novum* est enim, non quod nuper, sed quod nunc primum habemus; *recens* vero, non quod nunc primum, sed quod nuper; et *novum* ad rem, *recens* ad tempus refertur. Propterea ut simul utrumque significetur, conjunguntur, ut pro Flacco (6. 13.) Meminerltis, quarum rerum invidia, lege hac recenti ac nova, certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. Et hic de Segulio, *Hanc ipsam recentem novam devoravit*, idco dictum, quia nec illam habuisset eo tempore, quum illam accepit, nec unquam antea. Non *recentem* spectat illud, *non quo veterem comederit*, nullam enim habuit; *novam* autem perpetuam vitæ superioris egestatem designat. Hæc *Manut.* Interdum tamen promiscue usurpantur. *Juvenal.* 2. 102. Res memoranda novis annalibus atque recenti Historia.

NOX, noctis, f. 3. De *noctu* masc. gen. *V.* in fin. sub 2.° *a.* — *Noctu* Ablat. pro *nocte V.* in fin. sub 2.° — Et *nocti* pro *nocte* legunt nonnulli apud *Lucret.* 6. 1218. (1220. *Lachmann.*). nec nocti sæcla ferarum Exibant silvis. *Al. leg.* noctibu', *al.* noxia, *al.* fortia; *sed* Lachmannus *præfert* tristia. — *Nox* pro *nocte ἀρχαικῶς V.* in fin. sub 3.° — Nox a Græca voce νύξ νυκτός, est tempus inter occasum ortumque solis', quo tenebris terra obtegitur: ejus partes *V.* in CONCUBIUS (It. *notte*; Fr. *nuit*; Hisp. *noche*; Germ. *d. Nacht*; Angl. *night, nighe-time, the night*).

I.) Proprie ¶ 1. Generatim. — *a)* Universim multiplices habet usus tum apud solutæ, tum apud ligatæ orationis Auctores. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. Hinc nox processit stellis ardentibus apta. *Cic.* 2. *Nat. D.* 19. 49. Ipsa umbra terræ soli officiens noctem efficit. *Id.* 4. *Att.* 3. Milo media nocte in campum venit. *et mox.* In comitium Milo de nocte venit. *di notte.* (et videtur significare illud tempus, quod est a media nocte ad gallicinium, quod dicitur etiam *de media nocte*, ut *Censorin. de die nat.* 24. docet, *dopo mezza notte.* Sic *Cic. Mur.* 33. 69. Infimorum hominum filios, prope de nocte, ex ultima sæpe urbe, deductum venire solemus. *et ibid.* 9. 22. Vigilare de nocte. *Sueton. Vesp.* 21. Maturius semper, et de nocte evigilabat.) *Cic.* 7. *Att.* 4. Multa de nocte profectus est. *essendo di molto la notte avanzata.* Sic *Id.* 2. *ad Q. fr.* 9. Multa nocte veni ad Pompejum. *Tac.* 3. *Hist.* 23. Adulta nocte. *et* 13. *Ann.* 20. Provecta nox erat, et Neroni per vinolentiam trahebatur. *Cæs.* 1. *B. G.* 26. Ad multam noctem pugnatum est. *Sueton. Tib.* 74. Cinis-jam diu frigidus exarsit repente, prima vespera atque in multam noctem pertinaciter luxit. Adde *eumd. Ner.* 20. Rursus *Cæs.* 1. *B. C.* 28. Sub noctem naves solvit. *et* 1. *B. G.* 40. Proxima nocte de quarta vigilia castra moturum. *et ibid.* 26. Tota nocte continenter ierunt. *Sall. Cat.* 28. Intempesta nocte conjurationis principes convocat. *Nepos Eumen.* 9. Prima nocte ignes faciant: hos secunda vigilia minuant, tertia perexiguos reddant. *sul principio della notte. Cic.* 13. *Att.* 26. Credibile non est, quantum scribam die, quin etiam noctibus. *Sueton. Aug.* 100. Corpus decuriones municipiorum et coloniarum a Nola Bovillas usque deportarunt, noctibus propter anni tempus, quum interdiu in basilica cujusque oppidi reponeretur. *Id. Ner.* 31. Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur. *Id. Tib.* 52. Per noctes creberrime acclamatum est etc. *Nepos Themist.* 8. *ad fin.* Ille clarissimi viri captus misericordia, diem noctemque procul ab insula in sale navem tenuit in ancoris. *Ter. Andr.* 4. 1. 53. et *Eun.* 5. 9. 49. stertit noctesque et dies. *Cic.* 1. *Fin.* 16. 51. Sollicitudines, quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur. *giorno e notte,* assidue. *et Rosc. Am.* 2. 6. Scrupulus, qui dies noctesque stimulat. *Id.* 1. *Orat.* 61. 260. Noctes et dies urgeri. — *b) Nocte,* noctis tempore, noctu, *di notte. V.* in fin. sub 1.° — Antiquum est hoc sensu *nox* pro *nocte. V.* in fin. sub 3.° — *Nocte* idem atque *una nocte* significat. *Horat. Epod.* 12. 15. Inachiam ter nocte potes. Ita etiam *Cels.* 1. 1. Bis die cibum assumit. — *c)* Genitivus *noctis* cum Adjectivo neutr. gen. legitur apud *Liv.* 40. 9. Quid hoc noctis, quid inimicus ad iratum, quid cum ferro succinctis juvenibus venis? *Tac.* 2. *Ann.* 14. *extr.* Deletæque omnes copiæ forent, ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis. *Id.* 1. *ibid.* 26. Othonem rapturi, nisi incerta noctis, et tota urbe sparsa militum castra-timuissent. — *d)* Epitheta noctis poetica sunt, *nigra, alta, humida, densa, atra, cæca, opaca, pruinosa, silens, tacita, frigida, languida, latebrosa, sopora, siderea, aurea* propter astra, *arcana, horrenda, serena, alma* quia somnus alit vires, etc. *Virg., Ovid., Lucan., Senec. Trag., Val. Flacc.,* etc. ¶ 2. Speciatim, poetice *Nox* dea est, filia Terræ, patre incerto, vel ex patre Chao, vel Erebo, matre Caligine, ut est apud *Hygin. præfat. fabular.* Dicitur et soror Terræ, ut *Servius* habet ad *Virg.* 6. *Æn.* 250., mater Furiarum et Siderum, nutrix Somni et Mortis. Alas ei tribuunt fuscas, pullum ornatum, nigros equos currum trahentes (qui quadriga est *Tibullo* 3. 4. 17., biga aliis), cujus auriga est Sopor. Agnam ei sacrificabant fusci [velleris, item gallinaceum. *Ennius* apud *Paul. Diac. p.* 83. 5. *Müll.* Erebo creata fuscis crinibus Nox, te invoco. *V.*, si vacat, *Virg. loc. cit.* et 5. *Æn.* 721. et 8. *ibid.* 369.; *Val. Flacc.* 3. 211.; *Stat.* 2. *Theb.* 59.; *Tibull.* 2. 1. 87.; *Ovid.* 1. *Fast.* 455. etc.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice dicitur de iis, quæ nocte fiunt. *Stat.* 10. *Theb.* 219. Talia vociferans noctem exturbabat. *h. e.* somnum, quietem, silentium. Hunc tamen *Statii* locum rectius referes ad paragr. proxime seq. *Propert.* 4. 8. 60. Omnis et insana semita nocte sonat. *h. e.* nocturnis insanis clamoribus: alii tamen rectius *voce* legunt. *Martial.* 10. 47. Nox non ebria, sed soluta curis. Hinc *noctes Atticas* inscripsit *Gellius* commentarios suos variæ eruditionis, quia in agro terræ Atticæ per hiemem noctibus eos composuit, ut ipse in *præfat.* testatur. ¶ 2. Speciatim de somno, et somniis. *Virg.* 4. *Æn.* 530. neque unquam Solvitur in somnos, oculisve, aut pectore noctem Accipit. *Stat.* 9. *Theb.* 599. Dum gemit et planctu circumdat pectus inani, Abrupere oculi noctem. *Sil. It.* 3. 216. Promissa evolvit somni, noctemque retractat. ¶ 3. Item de *συνουσία* mulierum, quia plerumque ea noctu fit. *Ovid.* 4. *Fast.* 109. Primus amans carmen vigilatum (*h. e. μέλος παρακλαυσίθυρον*), nocte negata, Dicitur ad clausas concinuisse fores. *Cic.* 1. *Att.* 16. *ante med.*; *Horat. Epod.* 15. 13.; *Justin.* 12. 3. 10.; *Stat.* 1. *Theb.* 69.; *Plaut., Terent.*, etc. — De *συνουσία* puerorum. *Sueton. Domit.* 1. Constat, Clodium Pollionem chirographum (*Domitiani*) conservasse, et nonnunquam protulisse, noctem sibi pollicentis. — *Nox* vero *vidua* apud *Catull.* 6. 7. et *Ovid. Heroid.* 19. 69. est caste, seu sine compare transacta. ¶ 4. Metaphorice est mors: tum quia perpetuo somno videntur alligari corpora: tum quia privantur luce oculi: tum quia itur ad Inferos, quæ tenebrarum sedes est. *Horat.* 1. *Od.* 28. 15. omnes una manet nox. *et ibid.* 4. 16. Jam te premet nox, fabulæque Manes, Et domus exilis Plutonia. *Virg.* 10. *Æn.* 746. in æternam clauduntur lumina noctem. Adde *Catull., Ovid., Martial.* etc. ¶ 5. Item obscuritas, tenebræ, umbra, *oscurità, tenebre, ombra. Cic.* 1. *Nat. D.* 3. 6. Quæ lucem eriperet, et quasi noctem quamdam rebus offunderet. *Virg. Cul.* 273. Tartara nocte cruenta obsita. *Id.* 4. *Æn.* 26. Pallentes umbras Erebi noctemque profundam. *Seneca Ep.* 82. *a med.* Carcer infernus et perpetua nocte oppressa regio. *Vgl. Flacc.* 7. 598. Jamque propinquanti noctem implicat. *h. e.* offundit fumum ac tenebras. — Hinc *Horat.* 1. *Ep.* 16. 62. Noctem peccatis et fraudibus objice nubem. *h. e.* peccata mea tenebris tecta sint, ne palam fiant. — De arborum umbra *Val. Flacc.* 1. 774. veteris sub nocte cupressi Sordidus et multa pallens ferrugine taurus Stabat adhuc. ¶ 6. Item tempestas et procella, quæ ferme tenebras affert, et noctu gravior esse solet. *Cic.* vertens *Æschili* carmina 2. *Tusc.* 10. 23. navem ut horrisono freto Noctem paventes timidi adnectunt navitæ. *Virg.* 3. *Æn.* 194. Tum mihi cæruleus supra caput astitit imber, Noctem hiememque ferens. *Propert.* 3. 9. 5. Venturam melius præsagit navita noctem. *Lucret.* 4. 172. tetra nimborum nocte coorta. — Hinc poetice de telorum nimbo, h. e. multitudine, dixit *Lucan.* 7. 520. ¶ 7. De cæcitate oculorum. *Ovid.* 7. *Met.* 2. Perpetuaque trahens inopem sub nocte senectam Phineus visus erat. *Seneca Phœniss.* 144. nam sceleri hæc meo Parum alta nox est. *Quintil. declam.* 1. 6. Vultus perpetua nocte coopertus. ¶ 8. Hinc sæpe de locis Inferorum. *Seneca Herc. Fur.* 610. noctis æternæ chaos, Et nocte quiddam gravius, et tristes deos. etc. *Sil. It.* 13. 708. descendere nocti, Atque habitanda semel subigit quis visere regna? *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 55. o maxime noctis Arbiter, umbrarumque potens. *h. e.* Pluto. ¶ 9. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 5. dicitur de orationis obscuritate. *Ovid. Ib.* 63. mei versus aliquantum noctis habebunt. ¶ 10. Metaphorâ, ut videtur, ductâ a superiori paragr. 6., nox est calamitas, perturbatio, confusio. *Cic. Brut.* 96. 330. Doleo me in hanc rei publicæ noctem incidisse. *Id. Rosc. Am.* 32. 91. Qui tamquam si offusa rei publicæ sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris omniaque miscebant. *Lucan.* 7. 571. Nox ingens scelerum. ¶ 11. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 7., nox est mentis cæcitas, ignorantia, error. *Ovid.* 6. *Met.* 472. quantum mortalia pectora cæcæ Noctis habent! *et ibid.* 652. Tantaque nox animi est. — Hinc

Nocte, noctu et *nox*, adverbii more usurpantur pro noctis tempore, *di notte, di notte tempo, νύκτωρ, διὰ νυκτός.* — 1.°) *Nocte* apud *Cic.* 4. *Att.* 3. *a med.* Nihil esse, quod in campum nocte veniretur. *Id.* 4. *Herenn.* 36. 48. Luce noctem, nocte lucem exspectatis. *Liv.* 21. 11. Saguntini non nocte, non die unquam cessaverant ab opere. *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 40. Et niti pro me nocte dieque decet. *Liv.* 8. 34. *sub fin.* Nec discernatur, interdiu, nocte: æquo, iniquo loco: jussu, injussu imperatoris pugnent. *Id.* 1. 47. Nec nocte, nec interdiu virum conquiescere pati. — 2.°) *Noctu* proprie est nomen Ablativi casus, ut *diu, natu, sponte* etc. — *a)* Hinc pro Ablativo *nocte* cum Adjectivis quoque usurpatur. — Masc. gen. apud *Catonem* tantum *R. R.* 156. Postea ponito pocillum in sereno noctu. *Eadem ratione dicitur* cum primo lucu: *V.* LUX. — Fem. gen. *Ennius* apud *Macrob.* 1. *Saturn.* 4. Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti Mœnia, concubia, vigilesque repente cruentant. Ubi *Macrob.* Animadvertendum

est, non solum quod *noctu concubia*, sed quod etiam *qua noctu* dixerit; et hoc posuit in Annalium septimo: in quorum tertio clarius idem dixit: Hac noctu filo pendebit Etruria tota. Sic *Plaut. Mil. glor.* 2. 4. 28. noctu hac somniavi. et *Id. Amph.* 1. 1. 116. Credo ego, hac noctu Nocturnum obdormivisse ebrium. *Claudius Quadrigarius* apud *Macrob. loc. cit.* Senatus de noctu convenire, noctu multa domum dimitti. *Macrob.* ipse 1. 3. *in fin.* Ergo noctu futura, quum media esse cœperit, auspicium Saturnaliorum erit. — *b*) Adverbii more. *Ennius* apud *Paul. Diac. p.* 179. 7. *Müll.* Ob Romam noctu legiones ducere cœpit. *Cic.* 14. *Fam.* 7. Χολὴν ἀχρατον noctu ejeci. *Id.* 4. *Tusc.* 19. 44. Noctu ambulabat in publico Themistocles. *Sall. Jug.* 12. Noctu Jugurthæ milites introducit. *Nepos Eumen.* 2. *extr.* Nisi ille clam noctu ex præsidiis ejus effugisset. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 27. lassus dum noctu stertit. *Plaut. Cas.* 4. 4. 5. Noctuque et diu ut viro subdola sies, obsecro, memento. *Ejusd. fragm.* apud *Non. p.* 98. 27. *Merc.* Nec noctu, nec diu. *Titinius* et *Sall.* apud *Charis.* 2. *p.* 185. *Putsch.* Noctu diuque stationes et vigilias tentare. *Sall. Jug.* 42. Diu noctuque exercitum tentabat. *Cic.* 2. *Herenn.* 4. 7. Qua hora, noctu, an interdiu. *Cæs.* 1. *B. G.* 8. Nonnunquam interdiu, sæpius noctu. — 3.°) Antiquum est hoc sensu *nox* pro *nocte*, quod ex Genitivo *noctis* per syncopen factum (*noctis, nox*) et Græcorum more usurpatum nonnullis videtur. *Lex XII. Tabul.* apud *Macrob.* 1. *Saturn.* 4. *a med.* et apud *Gell.* 8. 1. *in lemmate.* SEI NOX FVRTVM FACTVM ESSIT, SEI IM OCCIDIT, IOVRE CAESVS ESTO. *Ennius* apud *Priscian.* 6. *p.* 724. *Putsch.* Si luci, si nox, si mox, si jam data sit frux. *Porcellinus* addit etiam illud *Plaut. Rud.* 2. 4. 4. accipiam hospitio, si nox advenis. *At recentiores Critici aliter leg.*

NOXA, æ, f. 1. (noceo) nocumentum, fraus, βλαβη (It. *nocumento, danno, pregiudizio*; Fr. *tort, préjudice, dommage, mal, malheur, calamité*; Hisp. *tuerto, agravio, perjuicio, daño*; Germ. *d. hurt, harm, damage, mischief, injury, prejudice*; Angl. *Schaden, den man zufügt oder leidet*).

I.) Proprie. *Formula deditionis Fecialis* apud *Liv.* 9. 10. *sub fin.* QVANDOQVE HICE HOMINES INVSSV POPVLI R. FOEDVS ICTVM IRI SPOPONDERVNT ATQVE OB EAM REM NOXAM NOCVERVNT. Sic *Lex XII. Tabul.* apud *Ulp. Dig.* 9. 4. 2. *ad fin.* SI SERVVS FVRTVM FAXIT NOXAMVE NOCVIT. *Al. leg.* noxiamve. *et Dig.* 35. 2. 63. Eadem causa est ejus servi, qui noxam nocuit. *Ovid.* 6. *Fast.* 129. Tristes noxas a foribus pellere. *Grat. Cyneg.* 13. Tu trepidam bello vitam, Diana, ferino Qua primam quærebat opem, dignata repertis Protegere auxiliis orbemque hac solvere noxa. *h. e.* tanto damno eripere. *Manil.* 2. 480. noxas bellumque movere. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 14. Ea res ab noxa curculionum conditas fruges defendit. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 63. 63. (159). Terra ad noxam genuit aliqua. *Liv.* 34. 19. Si domos abire vellent, nihil eam rem noxæ futuram, quod hostibus se Romanorum junxissent. *Sall. orat. Philippi contra Lepid.* Prava incepta consultoribus noxæ esse. *Cels.* 7. 26. *n.* 4. Calculus unco sine ulla noxa educitur. *Suet. Cæs.* 81. Spurinnam, ut falsam, arguens, quod sine ulla noxa Idus Martias adesset. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 2. Ne juvenci pavidi aut arboribus, aut objacenti cuilibet rei se implicent, noxamque capiant. *si facciano male.* et 12. *ibid.* 3. 7. Præstat opere fatigatum requiescere unum aut alterum diem, quam pressum animum labore veram noxam concipere. *h. e.* morbum.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice noxa est delictum, culpa, αἰτία, *colpa, delitto. Cajus Dig.* 50. 16. 238. Noxæ appellatione omne delictum continetur. *Plaut. Cas.* 2. 8. 71. Manifesto teneo in noxa inimicos meos. *Ter. Phorm.* 2. 1. 36. Hic in noxa est. *Liv.* 32. 26. *ad fin.* De hominibus, qui in ea noxa erant, supplicium sumpsit. *Id.* 7. 4. Filiam domo, luce, congressu æqualium prohibitum: quam ob noxam? quia infacundior sit. *Id.* 3. 55. Neve ea cædes capitalis noxa haberetur. *Ovid.* 2. *Pont.* 9. 72. Graviorem noxam fateri. *Liv.* 8. 35. Noxæ damnatus. *Cæs.* 6. *B. G.* 15. In furto, aut latrocinio, aut aliqua noxa comprehensus. *Quintil.* 5. 12. 13. Noxam admittere. *Calistrat. Dig.* 9. 4. 32. committere. *Petron. Satyr.* 139. mereri. *V.* MEREO. — In plur. numero. *Ammian.* 21. 15. Quem noxarum conscientia stimulabat. ¶ 2. Item pœna, quæ ob culpam debetur, *pena, castigo,* τιμωρία. Hinc *noxæ dedere aliquem*, est puniendum exhibere, id pœnam dare. Dicitur autem ferme de servo, qui noxam admisit, et supplicio afficiendus traditur ei, in quem injurius fuit. Apud JCtos sæpe hoc legitur: quorum loca plurima ex Pandectis congessit *Brisson. de V. S.* Sic *Liv.* 26. 29. Mergi freto, satius Siciliæ esse, quam velut dedi noxæ inimico. *Ulp. Dig.* 4. 3. 9. Si servum pignoratum noxæ mihi dederis, de dolo teneris. *Paul. ibid.* 9. 4. 19. *ad fin.* Ut de peculio servi tui ad noxam dedere vicarium damneris. *Aurel. Vict. Orig. R. R.* 6. Servum noxæ dedit. — Hinc translate. *Colum.* 1. *R. R. procem.* 3. Rem rusticam pessimo cuique servorum, vel carnifici, noxæ dedimus. h. e. *abbiam dato a straziare.* — *Servus noxa solutus* in *Vet. edicto ædil.* apud *Gell.* 4. 2. Intelligitur, non qui nullam unquam noxam commiserit, sed qui noxali judicio subjectus non sit. Ergo si noxam commisit, nec permanet, noxa solutus videtur. Ita *Ulp. Dig.* 21. 1. 17. *ad fin.* — *Eximere aliquem noxæ* apud *Liv.* 8. 35. est a pœna ob noxam debita. — Etiam animalia noxæ deduntur ei, cui nocuerint: actio autem datur in dominum. *Ulp. Dig.* 9. 1. 1. Hinc *Ovid.* 1. *Fast.* 359. noxæ tibi deditus hostis (*caper*) Spargitur affuso cornua, Bacche, mero. — *Noxæ accipere*, est ejus, cui servus noxæ deditur. *Ulp. Dig.* 7. 1. 17. ¶ 3. Interdum *noxa* dicitur ipse servus, qui noxæ reus est: vel animal, quod noxam nocuit. *Justinian.* 4. *Institut. tit.* 8. Noxa est ipsum corpus, quod nocuit, idest servus: noxia ipsum maleficium, veluti furtum, damnum. *Ulp. Dig.* 9. 1. 1. *a med.* Aut noxiam sarcire, aut noxam dedere oportet. *et mox.* Quod noxæ dedendæ facultatem dominus amiserit. *Paul. ibid.* 4. 4. Noxæ deditio. — *NB.* De noxa pro rixa, *V.* NOXIA ad fin. — Ἠ'ρώων παῖδες λᾶβαι, Heroum filii noxæ, Græcum proverb. quo docemur, sæpe ex bonis malos nasci filios, ex doctioribus rudes, ex sapientibus stultos. Illustratur luculenter a *Spartian. Sever.* 20. *et* 21., cui adde *Val. Max.* 3. 5.

NOXĀLE, is, n. 3. *V.* voc. seq. in fin.

NOXĀLIS, e, adject. ad noxam pertinens. *Noxalis actio*, quæ instituitur in eum, cujus servus, aut animal noxam nocuit. *Cajus Dig.* 9. *tit.* 4. *qui est* De noxalibus actionibus *l.* 1. Sic Noxalis causa, *Paul. ibid.* 4. *ad fin.* et Noxale judicium, *Ulp. ibid.* 2. *et* 8. et *Cajus ibid.* 27. — Hinc

Noxale, is, n. 3. subaudi *judicium*, absolute, substantivorum more. *Noxali agere* est noxali judicio, seu actione experiri. *Africanus ibid.* 28. Sic *Ulp. Dig.* 47. 7. 7. Sabinus ait competere noxalem. Al. leg. *noxale.* et 42. 1. 4. *extr.* Noxali condemnatus. *et* 9. 4. 21. *ad fin.* Noxali experiri.

NOXĬA, æ, f. 1. (noxius) idem quod noxa, damnum, *nocumento, danno, pregiudizio.*

I.) Proprie. *Festus p.* 174. 32. *Müll.* Noxia, ut Ser. Sulpicius Rufus ait, damnum significat: apud poetas autem et oratores ponitur pro culpa; at noxa peccatum, aut pro peccato pœnam, ut Attius in Menalippo: « Tete esse huic noxæ obnoxium ». Item quum lex jubet « noxæ dedere », pro peccato dedi jubet. Cæcilius in Hypobolimæo Chærestrato: « Nam ista quidem noxa muliebrist, magis quam viri ». *Lex XII. Tabul.* apud *Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 3. (12). et *Gell.* 11. 18. Impuberes prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxiamque ab his factam sarciri. *Ter. Phorm.* 1. 4. 48. In re Incipiunda ad defendendam noxiam. Ubi *Donatus*: Noxiam, nunc culpam: alias pœnam. Et est ἐπίνδεσις ab eo quod est *noxa*: et hoc factum est propter iambum. *Ulp. Dig.* 9. 1. 1. Aut dari quod nocuit, idest id animal, quod noxiam commisit, aut æstimationem noxiæ afferre. *Cels. ibid.* 17. 1. 48. Non oportet esse noxiæ fidejussori, si ipse pepercit pudori suo. — Hinc est etiam maleficium, vis nocendi, veneficium, *malignita, virtù nociva. Plin.* 21. *Hist. nat.* 17. 68. (108). Remedio est contra veneficiorum noxiam. *Id.* 20. *ibid.* 13. 51. (131). Succus rutæ copiosior datus veneni noxiam obtinet. *Id.* 14. *ibid.* 16. 19. (100). Ægris vini noxiam timent. *Id.* 28. *ibid.* 19. 77. (247). Etiam contra illatas noxias valet. *le stregherie.*

II.) Translate est culpa, offensa, maleficium, *colpa, delitto*: V. *Justinian.* 4. *Institut. tit.* 8. allatum in NOXA II. 3. *Plaut. Most.* 5. 2. 47. Tranioni remitte, quæso, hanc noxiam causa mea. Sic *Ter. Eun.* 5. 2. 13. unam hanc noxiam Dimitte: si aliam admisero unquam, occidito. Rursus *Plaut. Trin.* 1. 1. 1. *et* 4. Amicum castigare ob meritam noxiam, Immune est facinus: nam ego amicum hodie meum Concastigabo pro commerita noxia. *Id. Merc.* 4. 3. 30. In noxia esse. *et ibid.* 5. 4. 23. Noxiis vacuum esse. *Id. Bacch.* 4. 9. 81. Noxia carere. *Ter. Hecyr.* 2. 3. 3. quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam. *Id. ibid.* 3. 1. 30. Pueri inter sese quam pro levibus noxiis iras gerunt. *Cic. Rosc. Am.* 22. 62. Quod in minimis noxiis et in his levioribus peccatis primum quæritur, quæ causa maleficii fuerit. *Liv.* 10. 19. Si qua clades incidisset, desertori magis, quam deserto, noxiæ fore. *Al. leg.* noxæ. *Tac.* 6. *Ann.* 4. Metum prorsus et noxiam conscientiæ pro fœdere haberi. *timore e mala coscienza stringono tali alleanze.* — *NB.* Est qui putat aliquando esse dissidium, jurgium, rixam, *contesa, rissa, riotta. Auson. Edyll.* 13. *de monosyll. inconn.* Sæpe in conjugiis fit noxia, si nimia est dos. *Petron. Satyr.* 96. A duobus lecticariis in mediam noxiam perfertur. Alii id negant, nam apud *Petron.* legunt *rixam*: apud *Auson.* ita distinguunt: *Sæpe in conjugiis fit noxia, si nimia est, dos.*

NOXIĀLIS, e, adject. noxius. *Prudent.* 9. *Cathemer.* 18. Lex noxialis. *et* 14. *ibid.* 1107. carcer.

NOXIĒTAS, ātis, f. 3. (noxius) noxa, culpa, maleficium. *Tertull. Apolog.* 2.

NOXIŌSUS, a, um, adject. (noxia). Sup. *Noxiosissimus* I. et II. — Noxiosus est idem ac noxius, damnosus, perniciosus.

I.) Proprie. *Seneca* 1. *Clem.* 26. Si noxiosissimo cuique animali in nos daretur potestas. Al. leg. *noxissimo*, vel *noxiissimo*, ut sit a *noxius. Id.* 7. *Benef.* 10. Noxiosæ res, ac malo genitum in medium prodituræ.

II.) Translate qui in noxia est, reus, nocens, culpæ obnoxius, vitiosus. *Petron. Satyr.* 130. Curavi diligentius noxiosissimum corpus. *Seneca Ep.* 70. *sub fin.* Animi perditi noxiosique.

NOXĬLIS, e, adject. nocivus, noxialis. *Gloss. Isid.* Noxilis, nocens.

NOXĪTŪDO, ĭnis, f. 3. idem ac noxia. *Accius* apud *Non. p.* 143. 22. *Merc.* Noxitudo oblitteret Pelopidarum.

NOXĬUS, a, um, adject. (noxa). Comp. *Noxior* quidam legunt apud *Senec.* 1. *Clem.* 13., al. *obnoxior.* Sup. *Noxissimus* vel *noxiissimus V.* in NOXIOSUS I. — Noxius est qui nocet, damnosus, perniciosus, βλαβερός (It. *nocevole, dannoso, pernicioso*; Fr. *qui nuit, nuisible, malfaisant*; Hisp. *dañoso, perjudicial, ofensivo*; Germ. *z. Schaden gehörig, schädlich*; Angl. *hurtful, harmful, injurious, noxious, prejudicial, baneful*).

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Legg.* 3. 6. Magistratus nec obedientem, et noxium civem coerceto. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 48. 72. (155). Araneus aculeo noxius. *Id.* 17. *ibid.* 4. 2. (24). Quibusdam locis afflatus maris noxii, in plurimis iidem aiunt. *Ovid.* 5. *Trist.* 10. 22. noxia tela. *Virg.* 7. *Æn.* 326. crimina. *Martial.* 2. 61. lingua. *maledica*, et 10. 5. Noxiæ aves. *h. e.* cadaverum avidæ, et mali ominis.

II.) Translate est noxæ reus, culpæ obnoxius, malus, *cattivo, reo, colpevole.* — *a*) Adjective. *Plaut. Merc.* 4. 3. 26. Urges (*me*) quasi pro noxio. *Sall. Jug.* 42. Nobilitas noxia. *Liv.* 39. 41. *extr.* Multos, qui citati non adfuerant, noxios judicavit. *Ovid.* 10. *Met.* 349. Nec metues atro crinitas angue sorores, Quas, facibus sævis oculos atque ora petentes, Noxia corda vident? — *b*) *Noxii* absolute usurpatur a *Colum.* 1. *R. R.* 9. 5. Neque malim per noxios, quam per innocentes rura colere. *Sueton. Vitell.* 17. Reducto coma capite, ceu noxii solent. Adde *eumd. Cal.* 27., *Claud.* 34. et *Ner.* 12. — *c*) Cum Ablat. *Liv.* 7. 20. In Faliscos, eodem noxios crimine, vis belli conversa est. — *d*) Cum Genit. *Tac.* 5. *Ann.* 11. Ut noxium conjurationis ad disquisitionem trahebat. *Ulp. Dig.* 29. 5. 3. Noxius facinoris. *reo.*

NU

NŪBĔCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* nubes, parva nubes, *nuvoletta*, νεφέλιον.

I.) Proprie. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 82. (356). Nubecula quamvis parva flatum procellosum dabit. *Apul. de Mundo.* Nebula constat aut ex ortu nubeculæ, aut ex ejus reliquiis. Adde *eumd. ibid.* ter. *Ammian.* 23. 5. Sole vergente jam in occasu, ex parva nubecula subito aere crassato usus adimitur lucis.

II.) Translate. ¶ 1. Per similitudinem dicitur de aliis rebus. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 6. 19. (68). Mala urina, in qua veluti furfures atque nubeculæ apparent. (Similem locum vide sis apud *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 3.) *Id.* 37. *ibid.* 5. 18. (68). Smaragdi nubecula obducti. Aliud est hoc, quam umbra. Nubecula enim albicantis est vitium, quum viridis non pertransit aspectus, sed aut intus occurrit, aut excipit in fine visum candor hic coloris. *Id.* 34. *ibid.* 18. 54. (176). Plumbum derasum lavatur dulci aqua, donec nubeculæ omnes eluantur. *Id.* 29. *ibid.* 6. 38. (123). Nubeculæ et caligationes suffusionesque oculorum. *Id.* 28. *ibid.* 8. 24. (88). Ramentis eboris nubeculæ in facie tolluntur. *Id.* 20. *ibid.* 7. 26. (61). Nubeculas oculorum sanare. *Id.* 22. *ibid.* 21. 27. (55). discutere. ¶ 2. Figurate est torvitas, tristitia supercilii, severitas vultus. *Cic. Pis.* 9. 20. Neque tam fui timidus, ut, qui in maximis turbinibus reipubl. navem gubernassem, frontis tuæ nubeculam, aut collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem.

NŪBELLŬLUS, a, um, adject. deminut. nubeculis suffusus. *Veget.* 5. *Veterin.* 74. *Schneid.* Rhamnos fuscior et nubellula. *Morgagnius* mallet *rubella*; alii *novellula*: *V. Schneider.* ad h. l.

NŪBES, is, f. 3. *Nubis* in recto singulari, et mascul. gen. est *Plauti Merc.* 5. 2. 38. Nubis ater, imberque instat. Alii leg. *nubis atra.* Est etiam qui leg. *nubs ater.* Nam et *Auson. Edyll.* 12. *de monosyll. histor.* 4. Perjurum Lapithem Junonia ludificat nubs. Adde *Liv. Andron.* apud *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 636., sed improbat ipse *Servius* tum hic, tum ad 1. *ibid.* 591. — Nubes est vapor densatus in aere et obumbrans, νεφέλη (It. *nuvola, nube*; Fr. *nue, nuée, nuage*; Hisp. *nube, nublada*; Germ. *die Wolke*; Angl. *a cloud, mist*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 30. *extr.* Est autem nubes spissitudo aeris crassi. *Cic.* 2. *Nat. D.* 39. 101. Aer concretus in nubes cogitur, humoremque colligens terram auget imbribus. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*). 22. 70. Qui sub nube solem non ferunt. *Lucret.* 6. 97. concurrunt sublime volantes Ætheriæ nubes contra pugnantibu' ventis. *Virg.* 1. *Æn.* 92. Eripiunt subito nubes cælumque diemque. *Horat.* 2. *Od.* 16. 2. atra nubes condidit lunam. *Petron. Satyr.* 114. Nubes undique adductæ obruunt tenebris diem. *Virg.* 1. *G.* 323. fœdam glomerant tempestatem imbribus atris Collectæ ex alto nubes. *et* 4. *ibid.* 312. effusus æstivis nubibus imber. *Ovid.* 8. *Met.* 339. excussis elisi nubibus ignes. *Id.* 2. *Trist.* 142. Nube solet pulsa candidus ire dies. *Virg.* 1. *Æn.* 147. Collectasque fugat nubes, solemque reducit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 82. (355). Nubes globantur. *Id.* 2. *ibid.* 47. 48. (126). Venti nubes abigunt. *et ibid.* 43. 43. (112). Fulgetris nubes finditur, fulminibus perrumpitur. — *b*) Nubis epitheta sunt ferme, nigra, atra, umbrosa, picea, fusca, rubens, opaca, aquosa, gravida, bibula, cæca, cava, tenuis, densa, spissa, fulva, obscura, ætheria, sicca, glauca, accensa, volucris, gelida, etc. *Virg., Ovid., Horat., Val. Flacc., Seneca Trag., Plin., Lucan.* etc. — *c*) *Nube deprendere volucrem jaculis* apud *Sil. It.* 16. 566. est in nube, sub nube, alte volantem. Sic *Manil.* 5. 291. Pendentemque suo volucrem deprendere cælo. *et Virg.* 5. *Æn.* 516. Plaudentem nigra figit sub nube columbam. Ponitur enim *nubes* ad significandam altitudinem. *Sil. It.* 6. 272. *de angue ingenti.* et solitum in nubes tolli caput. *Horat.* 3. *Od.* 29. 10. Molem propinquam nubibus arduis. — *d*) *Sabææ nubes* apud *Stat.* 4. *Silv.* 8. 2. sunt fumi ex ture incenso. Cf. *Curt.* 6. 6. *ad fin.* Fumus ingens velut quadam nube absconderat cælum. *Virg.* 3. *Æn.* 571. horrificis juxta tonat Ætna ruinis: Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem Turbine fumantem piceo et candente favilla; Interdum etc.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de macula, umbra et fuscitate in rebus splendidis. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 8. 44. (127). Est aliquod experimentum politi argenti et in halitu hominis, si sudet protinus nubemque discutiat. *Id.* 37. *ibid.* 2. 10. (28). Crystalla infestantur plurimis vitiis, scabro ferrumine, maculosa nube, etc. *Petron. Satyr.* 108. Liquefactum per totum os atramentum omnia lineamenta fuligine nube confuderat. ¶ 2. Transfertur etiam ad significandam vim et multitudinem instar nubis densam et obumbrantem, ut *nimbus. Liv.* 42. 10. Nubes locustarum. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 34. (107). muscarum. *Virg.* 12. *Æn.* 254. volucrum. *Liv.* 38. 26. *ad fin.* Velut nubes levium telorum conjecta obruit aciem Gallorum. *Val. Flacc.* 2. 521. Occupat Alcides arcum, totaque pharetræ Nube premit. *Sil. It.* 6. 336. nubes densa Laconum. *h. e.* cohors. *Liv.* 35. 49. Rex peditum equitumque nubes jactat. *Virg.* 9. *Æn.* 33. nigro glomeratur pulvere nubes. *Val. Flacc.* 4. 495. Cocytia nubes. *h. e.* Harpyiarum cœtus mensis involitans. *Stat.* 2. *Theb.* 321. talem sub pectore nubem Consilio volvens. *h. e.* cogitationum et curarum multitudinem. *Seren. Sammon.* 3. 34. farrea nubes. *h. e.* porrigo capitis, furfures. ¶ 3. *Nubes et inania captare* apud *Horat. Art. P.* 230. proverbialis locutio de eo, qui inutilia dicit, vana, et nimis elata, inflata, futilia. Nihil enim tenet, qui nubem captat. ¶ 4. Item dicitur de rebus pluribus, quæ tenues veluti nubes aliquid tegunt atque obumbrant. — *a*) In illo *Quintil. Declam.* 1. 17. Quæ obsoletam protinus nubem et tempori accommodata lugubria flameo revertente mutabis: *nubem* intellige tenuissimam vestem, aut velum pellucidum. Quo facit illud *P. Syri* apud *Petron.* 55. *Burmann.* Æquum est induere nuptam ventum textilem, Palam prostare nudam in nebula linea. *Alii vestem pullam interpretantur.* — *b*) De umbra. *Stat.* 6. *Theb.* 586. Deserpitque genis, nec se lanugo fatetur Intonsæ sub nube comæ. — *c*) De tristi severitate, quæ velut nubes in vultu apparet. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 94. Deme supercilio nubem. *Sil. It.* 8. 612. non ille rigoris Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat. — *d*) Eleganter de ebrietate et sopore, quibus mens quasi nube obruitur. *Val. Flacc.* 3. 65. Rhœtus iniqui Nube meri geminam Pholoen majoraque cernens Astra etc. *Auson. Epist.* 14. 12. Pelle soporiferi senium nubemque veterni. *Stat.* 1. *Achill.* 646. Bacchi comites, discussa nube soporis, etc. *Id.* 10. *Theb.* 280. ut quemque ligatum Infelix tellure sopor supremaque nubes Obruerat. *Id.* 4. *Silv.* 6. 72. jam mortis opacæ Nube gravis. — *e*) De cæcitate. *Stat.* 4. *Theb.* 512. Ne tenues annos, nubemque hanc frontis opacæ Spernite. ¶ 5. De tristitia et cura, calamitate, infortunio. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 109. omni detersus pectora nube. *et* 3. *ibid.* 3. 146. Dextra bis octonis fluxerunt sæcula lustris, Atque ævi sine nube tenor. *Ovid.* 5. *Trist.* 5. 22. Pars vitæ tristi cetera nube vacet. *Cic. Dom.* 10. 24. Illis reipubl. tenebris cæcisque nubibus et procellis, quum senatum a gubernaculis dejecisses, etc. *V.* NOX. ¶ 6. De obscuritate, tenebris, silentio, arcano. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 60. Labra movet metuens audiri: Pulcra Laverna, Da mihi fallere, da justo sanctoque videri; Noctem peccatis, et fraudibus objice nubem. *h. e.* effice, ut peccata mea et fraudes lateant, ut impune sit mihi fraudibus utenti. ¶ 7. *Nubes belli* est belli moles et vis ingruens. *Justin.* 29. 3. 1. Videre se ait consurgentem in Italia nubem illam trucis et cruenti belli. *Virg.* 10. *Æn.* 808. sic obrutus undique telis Æneas nubem belli, dum detonet, omnem Sustinet. *Sil. It.* 16. 649. fateor, primoribus annis Excepi nubem belli, solusque ruenti Objeci cælo caput, atque in me omnia verti.

NŪBESCO, is, ere, n. 3. nubilus fio. V. *Auctoris incerti loc. cit.* in LYCHNITES.

NŪBĬFER, fera, fĕrum, adject. (nubes *et* fero). ¶ 1. Est nubes sustinens, *annuvolato, nuvoloso,* περινεφέλος, νεφώδης. *Ovid.* 2. *Met.* 226. Aeriæque Alpes et nubifer Apenninus. *h. e.* adeo excelsus, ut verticem inserens nubibus eas portare videatur. Sic *Val. Flacc.* 4. 599. nubifera surgentem rupe Carambin. ¶ 2. Item nubes afferens. *apportatore di nubi. Ovid. Heroid.* 3. 58. dare nubiferis linea vela Notis. *Sil. It.* 10. 323. nubifer Eurus. *Lucan.* 5. 415. Perfida nubiferi vetat inconstantia veris.

NŪBĬFĬCUS, a, um, adject. (nubes *et* facio) qui nubes agit, seu cogit. *Vet. Poeta* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 311. *Burmann.* Nuncia Junonis (*Iris*) vario decorata colore, Æthera nubificum complectitur orbe decoro.

NŪBĬFUGUS, a, um, adject. qui nubes fugat. *Colum.* 10. *R. R.* 288. Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo radiat vultu.

NŪBĬGĔNA, æ, comm. gen. 1. (nubes *et* gigno) genitus ex nube, νεφελογενής. ¶ 1. Generatim. *Stat.* 1. *Theb.* 365. Amnes nubigenæ. *torrenti.* et *Prudent. Hamartig.* 486. nimbi. — *Nubigenas clipeos,* ὀλοπετεῖς, *Stat.* vocat ancilia, 5. *Silv.* 2. 131. quia cælo lapsi sunt, ut ait *Virg.* 8. *Æn.* 664. Al. leg. *nubigeros.* ¶ 2. Speciatim *nubigenæ* dicuntur Centauri, quod ex nube nati sint. Quum enim Ixion Junonem deperiret, oblata est illi nubes, quæ faciem Junonis repræsentaret, cum qua congressus genuit Centauros. *Stat.* 5. *Theb.* 263. si quando profundo Nubigenæ caluere mero. Adde *Ovid.* 12. *Met.* 211. *et* 541. ¶ 3. Item speciatim de *Phryxo. Colum.* 10. *R. R.* 115. Mox ubi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles, etc. *h. e.* filius Nepheles, quæ *Nebula* dicitur ab *Hygin. fab.* 1. 2. *et* 3. Nam νεφέλη nubem, nebulamve significat. *V.* NEPHELE.

NŪBĬGĔNUS, a, um, adject. (nubes *et* gigno) qui nubem generat. *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 7. Purior ac subtilior æther hunc procellosum aerem et naturaliter nubigenum et loco et dignitate supereminet. *Al. leg.* nubigosum.

NŪBĬGER. *V.* NUBIGENA 1.

NŪBĬGOSUS. *V.* NUBIGENUS.

NŪBĬLAR, aris, *et*

NŪBĬLĀRE, is, n. 3. *V.* voc. seq.

NŪBĬLĀRIUM, ii, n. 2. *et* nubilar *vel* nubilare, is, n. 3. *portico, porticale,* locus in villa, in quo messis trituranda reponitur, quum nubilum fit cælum et pluvia timetur. *Varro* 1. *R. R.* 13. 5. Ædificium facere oportet, sub quod tectum totam fundi subjicere possis messem: quod vocant quidam nubilarium. Id secundum aream faciundum, ubi triturus sis frumentum, magnitudine pro modo fundi, ex una parte apertum, et id ab area, quo et in trituram promere facile possis, et si nubilare cœperit, inde ut rursus celeriter rejicere. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 24. Areæ nubilarium applicari debet, propter inconstantiam cæli, quo collata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit. *Id.* 2. *ibid.* 20. 3. Si seges cum parte culmi demessa sit, in nubilarium congeritur, et subinde opportunis solibus torrefacta proteritur. Quidam *nubilar* hic leg. *Inscript.* reperta in villa Pinciana, quæ legitur apud *Zaccaria Istituz. antiq. lapid. p.* 340., et est apud *Orell.* 4369. LOCVS SEPVLCHRI CONTINET PER CIPPOS DISPOSITOS IVGERA QVATTVOR ET NVBILARE LOCVS HABITATIONIS TVTELA MONIMENTI.

NŪBĬLIS, e, adject. (nubo) *da marito, nubile,* ἀνδρὸς ὡραία, ἐπίγαμος, quæ est apta, ut viro in matrimonium jungatur. *Cic. Cluent.* 5. 11. Reliquit grandem et nubilem filiam. *Virg.* 7. *Æn.* 53. Jam matura viro, jam plenis nubilis annis. Adde *Nepot. Epam.* 3.; et *Liv.* 29. 23. — Poetice *Ovid.* 14. *Met.* 335. Hæc ubi nubilibus primus maturuit annis, etc.

NŪBĬLO, as, are, n. et a. 1. (nubes). Part. *Nubilans* sub *B.* — Nubilare

A) Neutrorum more est nubilum facere, nubes inducere, *annuvolare,* νεφόω.

I.) Proprie. — *a*) Absolute, ut *hiemat, pluit* et hujusmodi. *Varro* 1. *R. R.* 13. 5. Si nubilare cœperit. — *b*) Passive. *Cato R. R.* 88. Usque adeo in sole habeto, donec concreverit: ubi nubilabitur, noctu sub tecto ponito.

II.) Translate. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 7. 25. (94). Fulgorem carbunculi debere candidum esse, ut po-

situs extremo visu nubilantes attollat exardescente fulgore.

B) Active occurrit translate tantum et est obscurare, tenebris obducere. *Paulin. Nolan. carm.* 10. 37. Quam (*lucem Dei*) vis sophorum callida arsque rhetorum et Figmenta vatum nubilant.

NŪBĬLŌSUS, a, um, adject. nubilus, *nuvoloso.*

I.) Proprie. *Apul.* 11. *Met.* Cælum, nubilosa caligine disjecta, splendore candebat.

II.) Translate. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 27. Sequitur etiam visus nubilosus, vel nubilus, mentis alienatio etc. Hinc patet *nubilosus* differre a *nubilus.*

NŪBĬLA, ōrum, n. plur. 2. *et*

NŪBĬLUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. sub I.

NŪBĬLUS, a, um, adject. (nubes) nubibus obductus, νεφώδης (It. *nuvoloso, annuvolato, offuscato*; Fr. *nuageur, nébuleux, couvert de nuages*; Hisp. *nublado, nebuloso*; Germ. *wolkig, bewolk, mit Wolken überzogen*; Angl. *cloudy, obscured with clouds, overcast, lowering*).

I.) Proprie. — *a*) Adjective. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 26. 46. (109). Nubilum cælum. *Id.* 2. *ibid.* 35. 35. (100). Nubilus dies. *Tibull.* 2. 5. 76. annus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 25. 60. (225). occasus sideris. — *b*) *Nubilum, i,* n. 2. absolute, substantivorum more, est cælum, tempus nubilum, vel nubes in aere collectæ. *Plin.* 2. *Ep.* 17. Ibi omnes silent venti, exceptis qui nubilum inducunt. *Sueton. Ner.* 13. Quum Armeniæ regem destinato per edictum die ostensurus populo, propter nubilum distulisset. *Quintil.* 11. 3. 27. Vitare soles atque ventos, et nubila etiam ac siccitates. *i tempi nuvolosi.* — Hinc Ablativus *nubilo,* nubilo die, tempore, aere. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 60. 60. (215). Etiam nunc tamen nubilo incertæ fuere horæ. *Id.* 11. *ibid.* 24. 28. (84). Aranei sereno non texunt, nubilo texunt. — Et translate *Capell.* 1. p. 18. Ille (*Juppiter*) immutabili lætitia renidebat, hæc (*Juno*) commutationum assiduarum nubilo crebrius turbidabatur. — *c*) *Nubila, orum,* n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt ipsæ nubes, *nubi, nuvole*; idque fere apud Poetas. *Lucret.* 1. 277. *Lachmann.* Sunt igitur venti, ni mirum, corpora cæca, Quæ mare, quæ terras, quæ denique nubila cæli Verrunt etc. *Id.* 4. 443. Raraque per cælum quum venti nubila portant. *et* 6. 133. quum venti nubila perflant. *Horat.* 1. *Od.* 7. 15. Albus ut obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus. *et ibid.* 34. 3. Diespiter Igni corusco nubila dividens. *Virg.* 4. *Æn.* 177. Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit. *Ovid.* 1. *Met.* 328. Nubila disjicere. *et ibid.* 572. conducere. *et* 7. *ibid.* 202. inducere et pellere. *et* 11. *ibid.* 435. venti vexant. *Id.* 1. *Amor.* 8. 9. toto cælo glomerantur. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 62. 62. (153). Rhodi numquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora sol cernatur.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus nubilus est idem ac nubifer. *Ovid.* 2. *Pont.* 1. 26. et *Propert.* 2. 13. 56. Nubilus Auster. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 48. (127). Auster Africæ serenus, Aquilo nubilus. *Claudian.* 1. *Laud. Stilich.* 287. Nubilus Orion. ¶ 2. Item tenebrosus, umbrosus, *tenebroso, ombroso. Ovid.* 3. *Fast.* 322. Nubila Styx. *Id.* 4. *Met.* 432. Est via declivis, funesta nubila taxo. *et* 14. *ibid.* 447. lucosque petunt, ubi nubilus umbra In mare cum flava perrumpit Tibris arena. *et ibid.* 514. antra nubila multâ silvâ. *Stat.* 4. *Theb.* 483. Nubilus Arcas. *h. e.* in Inferis degens luce carentibus. ¶ 3. Item obscurus, fuscus, *fosco. Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 54. (107). Nubilus color margaritæ. *Martial.* 8. 51. *de phiala.* nec odit Exploratores nubila massa focos. ¶ 4. Transfertur etiam ad animum et est turbatus, *confuso, turbato. Plaut. Cist.* 2. 1. 5. Ita nubilam mentem Animi habeo: ubi sum, ibi non sum. *Stat.* 3. *Theb.* 230. Mars nubilus Ira. ¶ 5. Item est tristis, calamitosus, atque adeo infaustus. — *a*) Sic est tristis, *malinconico,* apud *Ovid.* 5. *Met.* 512. *de Cerere.* toto nubila vultu Ante Jovem passis stetit invidiosa capillis. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 12. Frigida damnatæ produxit nubila menti. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 6. 4. (13). Sol cæli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat. *Quintil.* 11. 3. 75. Oculi hilaritate mitescunt, et tristitia quoddam nubilum ducunt. — *b*) Item calamitosus, *calamitoso. Ovid.* 1. *Trist.* 1. 39. Carmina proveniunt animo deducta sereno: Nubila sunt subitis tempora nostra malis. Adde *ibid.* 9. 6. — *c*) Item infaustus, adversus, *contrario, infausto. Ovid.* 5. *Trist.* 3. 14. Nubila nascenti seu mihi Parca fuit.

NŪBĪVĀGUS, a, um, adject. inter nubes vagans. *Sil. It.* 12. 102. *de Dædalo.* Hic pro nubivago gratus pia templa meatu Institult Phœbo.

NŪBO, bis, psi *et* ptus sum, ptum, bere, a. 3. *Valer. Prob. Cathol. p.* 1485. *Putsch.* ponit etiam præteritum *nubui* pro *nupsi*: sed hoc est obsoletum. — Part. *Nubens* I. 2. et II. 3.; *Nuptus* I. 2. et in fin.; *Nupturus* I. 2. — Nubere a themate *nub,* a quo *nubes,* est tegere, operire, velare; unde *obnubere,* καλύπτω (It. *coprire, velare*; Fr. *couvrir, voiler*; Hisp. *cubrir, velar*; Germ. *bedecken, verhüllen*; Angl. *to cover, veil*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Arnob.* 3. 31. Quod aqua nubat terram, appellatus est, inquiunt, cognominatusque Neptunus. *Auct. Pervigil. Ven.* 22. Ipsa (*Venus*) jubet, mane ut udæ virgines nubant rosæ. ¶ 2. Quoniam vero sponsæ apud veteres, quum viro tradebantur, flammeo nubere, idest velare capita solebant: factum est, ut per metonymiam usurpetur pro in matrimonium collocari, *maritarsi, sposarsi,* γαμίζομαι, νυμφεύομαι: et de sponsa solum dicatur. Occurrit — *a*) Absolute. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 15. quo illæ nubent divites Dotatæ, si istud jus pauperibus ponitur? Quo lubeat, nubant, dum dos ne fiat comes. *Cic. Cluent.* 66. 188. Tum denique in familiæ luctum atque in privignorum funus nupsit. *Liv.* 30. 15. Hoc tamen nuncia, melius me morituram fuisse, si non in funere meo nupsissem. *Ovid. Heroid.* 21. 156. Nupturæ toties languida membra cadunt. *Tac.* 4. *Ann.* 40. Posse ipsam Liviam statuere, nubendum post Drusum, aut in penatibus iisdem tolerandum haberet. *Terent. Dig.* 35. 1. 60. *ad fin.* Quum vir uxori, si a liberis non nupserit, in annos singulos aliquid legavit. *h. e.* nubendo non discesserit. — *Nubens* absolute dicitur Juno apud *Capell.* 2. p. 37. At ubi in conspectum nubentis diva (*Philologia*) pervenit, -deam talibus deprecabatur: Juno pulcra etc. — *b*) Sæpissime cum Dativo. *Ter. Andr.* 3. 3. 3. Filiam meam nubere tuo gnato. *Cic.* 1. *Divinat.* 46. 104. Virgo nupsit ei, cui Cæcilia nupta fuerat. *Ovid. Heroid.* 9. 32. Si qua voles apte nubere, nube pari. — *c*) Cum Ablat. et præpos. *cum. V.* infra sub *g* — *d*) *Nubere in familiam, in domum,* ut apud *Cic. Cœl.* 14. 34. Quum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisses. *Liv.* 4. 4. Privatorum consilium ubique semper fuit, ut, in quam cuique feminæ convenisset domum, nuberet. Adde *Quintil. Declam.* 338. — Notandum et illud *Gell.* 1. 23. Unus ne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset. — *e*) Supinum *nuptum* cum aliis verbis eleganter conjungitur. *Nepos Pausan.* 2. Des ei filiam tuam nuptum. *Plaut. Stich.* 1. 2. 83. Hostis est uxor, invita quæ ad virum nuptum datur. *et ibid.* 85. nam quo dedisti nuptum, abire nolumus. *Ter. Phorm.* 5. 1. 25. nuptum virginem locavi huic adolescenti. *Cæs.* 1. *B. G.* 18. Propinquas suas nuptum in alias civitates collocasse. *Sall. fragm.* apud *Arusian. Mess.* Neque virgines nuptum a parentibus mittebantur. *Plaut. Cas. prol.* 86. Ultro ibit nuptum. — *f*) Passive impersonaliter. *Id. Pers.* 3. 1. 58. Cujusmodi hic cum fama facile nubitur. *Tertull.* 4. *contra Marcion.* 38. *ante med.* Præstruxit, hic quidem nubi, ubi sit et mori. — *g*) Passive. *Priscian.* 8. *p.* 789. *Putsch.* docet, antiquissimos etiam *nubo te* dixisse activa ratione pro *nubo tibi.* Unde est Nuptus, a um, *maritato.* Ceterum apud Classicos Auctores occurrit tantum *nupta est.* Absolute *Plaut. Cas.* 2. 2. 7. Ita solent omnes, quæ sunt male nuptæ. Cum Dativo *Cic.* 7. *Verr.* 13. 31. Mulier nupta uni, proposita omnibus. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 5. *a med.* Filiam tuam adolescentibus primariis nuptam fuisse. *Liv.* 2. 4. Vitelliorum soror consuli nupta Bruto erat. Cum Ablat. et præpos. *cum Plaut. Asin.* 5. 2. 19. istuc scio Ita fore illi dum quidem cum illo nupta eris. et *Cic.* 15. *Fam.* 3. Regis Parthorum filius, quocum esset nupta regis Armeniorum soror. *et* 6. *Verr.* 61. 136. Viri, quibuscum illæ nuptæ erant.

II.) Translate. ¶ 1. Aliquando de viro dicitur, teste etiam *Non. p.* 143. 24. *Merc.* Nubere veteres non solum mulieres, sed etiam viros dicebant, ita ut nunc Itali dicunt. — *a*) Reperitur etiam simpliciter de viro dictum. *Tertull.* 1. *ad Uxor.* 7. *sub fin.* Pontificem max. rursus nubere nefas est. *et* 2. *ibid.* 11. Nec filii sine consensu patrum rite et jure nubent. *Hieronym. Ep.* 22. *n.* 19. Nubat, et nubatur ille, qui in sudore faciei comedit panem suum. *Vulgat. interpr. Matth.* 22. 30. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur. *h. e.* neque femina virum habebit, neque vir uxorem. Adde *ibid. Marc.* 12. 25. — Hinc *viri nupti,* matrimonio juncti. *Varro* apud *Non. p.* 480. 3. *Merc.* Viris nuptis, sacrificabantur in cubiculo viduæ. — *b*) Item dicitur quum vir uxori subjicitur, servitque aut propter dotem, aut propter nobilitatem. *Pomponius* apud *Non. p.* 143. 26. *Merc.* Meus frater nupsit posterius dotatæ vetulæ, varicosæ, vafræ. *Martial.* 8. 12. Uxorem quare locupletem ducere nolim, Quæritis? uxori nubere nolo meæ. — *c*) Item quum præposteras nuptias significamus. *Juvenal.* 2. 135. nubit amicus, Nec multos adhibet. Liceat modo vivere: fient, Fient ista palam, cupient et in acta referri. Adde *Martial.* 12. 42.; *Lamprid. Elagab.* 10.; *et Impp. Constantin. et Constant. Cod.* 9. 9. 31. Hac sententia *Sueton. Ner.* 29. et *Tac.* 15. *Ann.* 37. verbo *denubo* usi sunt. ¶ 2. Joculariter apud *Plaut.* est concumbere, *Cist.* 1. 1. 45. Hæc quidem ecastor cotidie viro nubit, nupsitque hodie, Nubet mox nocte: numquam ego hanc viduam cubare sivi. Nam si hæc non nubat, lugubre fame familia pereat. ¶ 3. Transfertur ad plantas, ut *marito, as. Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (10). Vites in Campano agro populis nubunt, maritasque complexæ, atque per ramos earum scandentes, etc. (Sic *Horat. Epod.* 2. 9. adulta vitium propagine Altas maritat populos.) *Manil.* 5. 238. Et te, Bacche, tuas nubentem junget ad ulmos. *Colum.* de terra veris tempore parturiente, 10. *R. R.* 157. Alma sinum tellus jam pandet, adultaque poscens Semina, depositis cupiet se nubere plantis. *V.* infra *Nuptus* sub II. 1. — Hinc Part. præter. pass.

Nuptus, a, um, matrimonio junctus, *maritato*; et

I.) Proprie — *a*) Dicitur de feminis. *Cic. Sext.* 3. 6. Ex qua hic est puer, et nupta jam filia. *Horat.* 2. *Od.* 8. 22. miseræque nuper Virgines nuptæ. — Hinc *Nupta,* æ, f. 1. absolute, substantivorum more, quæ nupsit, *sposa, maritata,* νύμφη. *Ter. Adelph.* 4. 7. 33. et nova nupta eadem hæc discet. *Ovid.* 2. *Fast.* 794. Et venit in thalamos, nupta pudica, tuos. *Id.* 3. *Art. am.* 613. Nupta virum timeat: rata sit custodia nuptæ. *Id. Remed. am.* 773. Quid, Menelae, dolet? ibas sine conjuge Creten, Et poteras nupta lentus abesse tua. — *b*) *Novus nuptus* apud *Plaut. Cas.* 5. 1. 6. est vir sub specie feminæ ductus in ludicris nuptiis. Affertur hic locus etiam a *Priscian.* 8. *p.* 789. *Putsch.*

II). Translate. ¶ 1. De arboribus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 68. (266). Populus alba vitibus nupta. *h. e.* juncta. ¶ 2. *Nupta verba,* inquit *Festus p.* 170. 21. *Müll.* (quocum cf. *Paul. Diac. p.* 171. 4.), dicebantur ab antiquis, quæ virginem dicere non licebat, ut Plautus in Dyscolo: « Virgo sum; nondum didici nupta verba dicere ».

NUBS, ls, f. 3. nubes. Negat quidem *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 591. Latine dici. *Ausonius* tamen usurpavit. *V.* NUBES init.

NŪCĀLIS, e, adject. (nux) nuci similis. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 37. *ante med.* Palmulæ nucales, quas caryotas appellant. — Hinc *nucalis, is,* f. 3. absolute, substantivorum more, est caryota apud *Isid.* 17. *Orig.* 7.

NŪCĀMENTA, ōrum, n. plur. 2. κύτταροι, paniculæ squamatim compactæ, quæ pendent ex ramis piceæ et aliarum arborum nuces ferentium. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 19. (49). E ramis generum horum panicularum modo nucamenta squamatim compacta dependent, præterquam larici, *et mox.* Nucamenta compressiora.

NŪCĀTUS, a, um, adject. legitur a quibusdam pro *micatus* in *Inscript.* quam attulimus in voc. MICO.

NŪCELLA, æ, f. 1. *deminut. a* nux, parva nux, ut Nucella cocta, *Apicius* apud *Barth. Advers.* l. 34. *c.* 18. (qui tamen *Apicii* locum non indicat)

et præterea Auctor admodum exiguæ est et fortasse nullius auctoritatis.

NŪCĒTUM, i, n. 2. locus nucibus consitus, ea ratione, qua *olivetum* et *lauretum* dicitur. *Stat. 1. Silv. 6. 12.* Quirquid nobile Ponticis nucetis, Fecundis cadit aut jugis Idumes. *Tertull. advers. Valentinian. 20.* Adam diversatus illic inter nuculas et arbusculas. Satis memineral Ptolemæus puerilium dicibulorum, in mari poma nasci, et in arbore pisces, sic et in cælestibus nuceta præsumpsit.

NŪCĒUS, a, um, adject. *di noce*, καρυΐνος, qui est ex nuce. *Cato R. R. 31.* et apud *Plin. 16. Hist. nat. 39. 75. (193).* Ulmeam pineam, nuceam, banc, atque aliam materiam omnem quum effodies. *Hieronym. Ep. 53. n. 8. a med.* Secundus (*Jeremias*) videtur texere virgam nuceam et oilam succensam a facie Aquilonis etc.

NŪCĪFRANGĪBŬLUM, i, n. 2. dens, quia dentibus nuces solent confringi. *Plaut. Bacch. 4. 2. 16.* mihi cautio est, Ne nucifrangibula excussit ex malis meis.

NŪCĪNUS, a, um, adject. qui est ex nuce, ut Nucinæ mensæ, quæ fuere in pretio prius, quam citreæ essent cognitæ. *Vet. Scholiast. ad illud Juvenal. 11. 117.* nostraque ex arbore mensas: hæc habet: Ut mensæ fierent nucinæ.

NŪCĪPERSĪCUM, i, n. 2. persici genus, oritur autem ex arbore persica pruno insita, atque ita appellatur, quod a nuce ægre solvitur. Legitur in *lemmate* apud *Martial. 13. 46.* Persica nucipersica. Vilia maternis fueramus præcoqua ramis, Nunc in adoptivis persica cara sumus. Opponuntur autem præcoquibus, quia hæc æstiva, illa vero auctumnalia sunt. *Propertius* enim *4. 2. 15. auctumnalia pruna* dicit, et *Calpurn. 2. Ecl. 42.* et modo cogit insita præcoquibus subrepere persica prunis.

NŪCĪPRŪNUM, i, n. 2. καρυοκοκκύμηλον, prunum insitum nuci. *Plin. 15. Hist. nat. 13. 12. (41).* Appellata ab utroque nucipruna.

NŪCLĔĀTUS, a, um, particip. a *nucleo*, id cui nucleus ademptus est. *Scribon. Compos. 233.* Uva passa nucleata, contusa ac mista. *Rhodius* mallet *enucleata*.

NŪCLĔO, as, are, n. 1. nuclei formam accipio, duritiem contrabo. *Theod. Priscian. 4. 2. a med.* Septimo anno infanti dentes cadere, bis septenis pubescere, et nucleantibus mamillis semen generare.

NŪCLĔŎLUS, i, m. 2. *deminut. a* nucleus, parvus nucleus. *Plin. Valer. 1. 48.* Feres crocum et florem rosæ cum nucleolo et pineæ granis duodecim diligenter, et miscebis.

NŪCLĔUM, i, n. 2. idem quod nucleus. Translate *Gloss. Placid.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T. 3. p. 693.* Papillas, summa nuclea mamarum. Cf. NUCLEO.

NŪCLĔUS, i, m. 2. per syncopen pro *nuculeus* (*V.* infra sub I. 1. *b*) a *nux*, est quod in quibusdam pomis sive tenerum, sive durum et osseum, inest, πυρήν (It. *nocciolo*; Fr. *amande de certains fruits à coquilles*; Hisp. *almendra*; Germ. d. *Kern*; Angl. *a Kernel*).

I.) Proprie. ¶ 1. *Nucleus* est tenerum illud edule, quod invenitur in nucibus, ut in juglande, avellana, amygdala, nuce pinea, etc. Est autem hæc prima hujus vocis notio, a *nuce* dictæ, quasi *nuculeus*. — *a*) Generatim. *Plin. 15. Hist. nat. 13. 12. (42).* Nucleus amygdalæ. *mandorla.* et *37. ibid. 4. 15. (56).* avellanæ. *nocciuola, nocella.* et *15. ibid. 10. 9. (35).* exilis pinearum nucum. *pinocchio*, apud nos vulgo *pignólo*: quem ita describit *Id. ibid.* Grandissimus fructus pineis nucibus, altissimeque suspensus, intus exiles nucleos lacunatis includit toris, vestitos alia ferruginis tunica: mira naturæ cura molliter semina collocandi. *Cels.* vocat *2. 22.* nucleum pineum. *Plin. 15. Hist. nat. 28. 34. (116).* Carne palmæ placent, crusta Thebaicæ, succo uvæ, callo pira, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei grano. — Quoties apud *Apic.* legimus *nucleos* in condimentis, pineos intelligere debemus, ut *7. 11.* et *2. 1.* etc. — *b*) Hinc proverb. apud *Plaut. Curc. 1. 1. 55.* quod refertur etiam a *Macrob. 2. Saturn. 14. extr.* Qui nucleum e nuce esse vult, frangit nucem. *h. e.* qui commodum appetit, laborem subit: *e' non si può pigliar pesce senza immollarsi*: et *e' non si può avere il mele senza le pecchie.* Aliud proverb. apud *eumd. Capt. 3. 4. 122.* Nucleum amisi: reliquit pignori putamina. Verba sunt Hegionis querentis, amisisse se eum captivum, qui, quum herus esset, magno sibi lucro esse poterat, si redimeretur: relictum autem sibi esse pignori servum viliorem, ex quo parum sibi emolumenti obventurum sit. His *Plauti* locis quidam MSS. *nuculeus* habent; ut etiam apud *Garsil. de re hortensi* (edente *A. A. Scottio*) *4. n. 2.* Cum ossibus exterius tempore resolutis, totam germinis sani vitam nuculeus experitur. In *Cod.* recte *nuculeus* habetur; editor perperam *nucleus* dedit: illud servandum existimavit *A. Maius* in *Class. Auct. T. 1. p. 395.* ¶ 2. Item nucleus dicitur, quod durum et osseum in quibusdam pomis includitur, ut in olea. *Plin. 37. Hist. nat. 11. 73. (188).* et *Ulp. Dig. 32. 53.* Nuclei olivarum. *Plin. 23. ibid. 7. 67. (132).* persicorum. *et ibid. 72. (141).* cerasorum. *et 13. ibid. 17. 32. (106).* Nucleus osseus loti. *et ibid. 19. 34. (112).* Malum Punicum, cui lignosus nucleus abest. *Pallad. 10. R. R. 14.* Tuberes seremus sobole, vel nucleis. — Nucleus acini, *vinacciuolo*, vinaceum. *Plin. 23. Hist. nat. 1. 9. (13).* et *31. ibid. 10. 46. (118).* — Quod *Cato R. R. 37.* et ex eo *Plin. 17. Hist. nat. 9. 7. (56).* præcipit, nucleos in segetem ne indamus, significat, non esse spargendos in agro nucleos integros oleæ, sed comburendos, et cinerem spargendam.

II). Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a super. paragrapho 1. nucleus dicitur quidquid mediis in rebus inest humanis usibus utile. Hinc — *a*) Gallæ nucleus est, quod intus est in galla. *Plin. 24. Hist. nat. 4. 5. (10).* Nucleus gallæ commanducatus dentium dolorem sedat. — *b*) Nucleus myrrhæ est myrrhæ granum excussum. *Id. 12. ibid. 16. 35. (70).* — *c*) Nucleus allii, *spicchio*. *Id. 19. ibid. 6. 34. (111).* Allium tenuissimis in universum velatur membranis, mox pluribus cosgmentatur nucleis, et his separatim vestitis. — *d*) Nucleus corporis conchæ apud *eumd. 9. ibid. 35. 55. (111).* est ipse unio, seu margaritum, *perla*. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a super. paragr. 2. nucleus dicitur quidquid durius ac solidius in rebus inest. Hinc — *a*) Nucleus terræ est crassior et lentior glutinosiorque terræ pars veluti in nucleum coalesceus. *Plin. 17. Hist. nat. 6. 4. (42).* Est quidam terræ adeps, ac velut glandia in corporibus, ibi densante se pinguitudinis nucleo. — *b*) Nucleus ferri, *acciajo*, est pars ferri durior, qua utimur ad indurandam aciem, ut ait *Plin. 34. ibid. 14. 41. (144).* — *c*) Dicitur nucleus in pavimentis media et interior eorum pars resistens ac durior: quam vulgus Italorum *anima* vocat. *Plin. 36. ibid. 25. 62. (186).* Ruderi novo tertiam partem testæ tusæ addi; deinde rudus, in quo duæ quintæ calcis misceantur, pedali crassitudine fistucari: tunc nucleo crasso sex digitos induci, etc. *Vitruv. 7. 1.* Insuper ex testa nucleus inducatur, etc.

NŪCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* nux, minuta nux, *nocella*, καρυάριον. *Plin. 15. Hist. nat. 22. 24. (87). de nuce juglande.* Tinguntur cortice earum lanæ, et rufatur capillus primum prodeuntibus nuculis. *Festus p. 173 5. Müll.* (quocum cf. *Paul. Diac. p. 172. 1.*). Nuculas Prænestinos appellabant, quod inclusi a Pœnis Casilini famem nucibus sustentarunt (*V. Liv. 23. 19.*); vel quod in eorum regione plurima nux minuta nascitur. *V.* PRÆNESTINUS in ONOM.

NŪCŬLĔUS. *V.* NUCLEUS.

NUCUNCULUS, i, m. 2. genus dulciorum, ita fortasse appellatum a parvæ nucis forma. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p. 176.*

NŪDĀTĬO, ōnis, f. 3. *nuditâ*, vestium detractio. *Plin. 28. Hist. nat. 6. 19. (69).* Hesiodus juxta obstantia (*urinam*) reddi suadet, ne deum aliquem nudatio offendat. *Hieronym. Ep. 22. n. 8.* Post ebrietatem nudatio femorum subsequuta est, libido juncta luxuriæ.

NŪDĀTUS, a, um. *V.* NUDO.

NŪDĔ, adverb. (*nudus*) detracta veste. Translate tantum occurrit apud *Lactant. 3. 1. a med.* Quæ quidem tradita sunt breviter ac nude. *h. e.* aperte et simpliciter, *schiettamente*.

NŪDĬPĔDĀLĬA, ium, n. plur. 3. (nudipes). ¶ 1. Sunt γυμνοπόδια, *h. e.* sacra quæ nudis pedibus peragebantur. Porro multa fuere apud veteres tum Romanos, tum Græcos, ac Barbaros, in quibus hic ritus servabatur, ad ostendendam majorem animi demissionem atque erga deos reverentiam. *Tertullian.* tamen peculiari sacro eum tribuere videtur, videlicet quum pluvia in siccitate petenda erat, *de Jejun. 16. a med.* Quum stupet cælum, et aret annus, nudipedalia denunciantur, magistratus purpuras ponunt, fasces retro avertunt, precem indigitant, hostiam instaurant. *Id. Apolog. 40. ad fin.* Aquilicia Jovi immolatis, nudipedalia populo denunciatis. Eadem sacra memorat his verbis *Petron. fragm. Tragur. 41. Burmann.* Antea stolatæ matronæ ibant nudis pedibus in clivum, passis capillis, mentibus puris, et Jovem aquam exorabant; itaque statim urceatim plucbat. *Sil. It. 3. 28.* Pes nudus, tonsæquæ comæ, castumque cubile. *V.* PLUVIUS. ¶ 2. Item est actus nudis pedibus incedendi, *l'andare a piè nudi*. *Hieronym. 2. in ep. ad Galat. 4. 8.* Paulus, ut Judæos lucrifaceret, et in Cenchris ex voto comam totondit, et nudipedalia atque calvitium Hierosolymis in templo exercuit.

NŪDĬPES, pĕdis, m. et f. 3. pedes nudos habens. *Tertull. Pall. 5.* Non expedit in algore et ardore rigere nudipedem.

NŪDĬTAS, ātis, f. 3. *nuditâ*, γυμνότης. Translate ponitur pro inopia. *Quintil. 10. 2. 23.* Si tenuitas, aut nuditas in asperis gravibusque causis ponderi rerum parum respondeant. *Al. leg.* jucunditas. Certa tamen lectione, eodem sensu, occurrit in *Cod. Theod. 9. 42. 13.* et *12.*

NŪDĬUS, vox ex *nunc* et *dies* conflata, ut *Paul. Diac. p. 171. 1. Müll.* docet, vel pro *novidius*, h. e. novus dies, ut *nuper* pro *noviper*: jungitur cum nominibus numeralibus, tertius, quartus, quintus, etc. Itaque nudius tertius significat *altrieri, l'altro jeri*, ante duos dies. h. e. nunc dies tertius est: sic nudius quartus, *tre giorni fa*, nunc dies quartus, etc. *Plaut. Most. 4. 2. 40.* heri, et nudius tertius, Quartus, quintus sextusque, postquam hinc peregre Abivit, numquam desitum est, etc. *Afranius* apud *Charis. 2. p. 192. Putsch.* Nudius tertius tute advenisti quam diluculo. *et Cic. 14. Att. 11.* Nudius tertius dedi ad te epistolam longiorem. *Plaut. Truc. 2. 6. 28.* Heri nudius quintus natus ille est. *Cic. 5. Phil. 1. 2.* Recordamini, qui dies nudius tertiusdecimus fuerit.

NŪDĬUSTERTĬĀNUS *vel divisim* Nudius tertianus, a, um, adject. qui nudio tertio factus est. *M. Aurel.* apud *Front. 5. ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 59.* Misi tamen tibi hodiernam γνώμην, et nudiustertianum locum communem. *Gloss. Philox.* Nudius tertianus, τριήμισεινός.

NŪDO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Nudans I. b.* et *c.* et *2.*; *Nudatus* in omnibus fere paragr. *Nudandus I. 2.* — Nudare est vestibus spoliare, detracta veste detegere, aperire, γυμνόω (It. *nudare, spogliare, scoprire*; Fr. *mettre à nu, déshabiller, dépouiller*; Hisp. *desnudar, despojar*; Germ. *bloss machen, entblössen, der Bedeckung, der Hülle berauben*; Angl. *to make naked, strip bare, uncover*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Stricto sensu de hominum corpore vel membris. *Ennius* apud *Cic. 4. Tusc. 33. 70.* Flagitii principium est nudare inter cives corpora. *Cic. 7. Verr. 62. 161.* Hominem proripi, atque in foro medio nudari ac deligari, et virgas expediri jubet. *Virg. 5. Æn. 134.* populea velatur fronde juventus, Nudatosque humeros oleo perfusa nitescit. *Id. 2. G. 7.* crura dereptis nudata cothurnis. *Id. 12. Æn. 313.* Æneas dextram tendebat inermem Nudato capite. *scoperto. Val. Flacc. 5. 136.* Quæ pelta latus atque humeros nudata pharetris Fugerit. — *b*) Universim est detegere, aperire. *Lucret. 5. 1063. Lachmann.* Irritata canum quum primum immane Molossum Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes. *Virg. 1. Æn. 215.* Tergora deripiunt costis et viscera nudant. *Ovid. 2. Fast. 693.*; et *Liv. 28. 33.* Nudare gladios. *squainare.* Sic *Nepos Datam. 11.* Telum nudatum vagina, veste texit. — *c*) *Nudari* dicuntur loca, unde aqua discedit.

Liv. 36. 45. *ad fin.* Ventus nudaverat vada. *Tac.* 6. *Ann.* 33. Brevia litorum nudantur. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 6. 9. (52). Æstus nudans arenas. *Tibull.* 4. 1. 74. Vel si (*Charybdis*) sublimis fluctu consurgeret imo, Vel si interrupto nudaret gurgite pontum. *Ovid.* 1. *Met.* 345. crescunt loca decrescentibus undis, Postque diem longam nudata cacumina silvæ Ostendunt. *h. e.* libera ab aquis. ¶ 2. Speciatim in re militari dicuntur *nudari latera, castra* et similia, quæ defensoribus quacumque de causa carent atque hostibus patent. *Liv.* 1. 27. Romani nudari latera sua sociorum digressu senserunt. *Cæs.* 7. *B. G.* 70. Nonnulli perterriti in oppidum irrumpunt. Vercingetorix jubet portas claudi, ne castra nudentur. *Virg.* 5. *Æn.* 585. pugnæque ciunt simulacra sub armis: Et nunc terga fuga nudant, nunc spicula vertunt Infesti. *Liv.* 37. 42. *init.* Auxilia et ipsa in fugam versa nudarunt omnia usque ad cataphractos equites. *et paullo post.* Antiochus a dextro cornu, quum ibi fiduciâ fluminis nulla subsidia cerneret, præter quatuor turmas equitum, et eas, dum applicant se suis, ripam nudantes, impetum in eam partem fecit. *Cæs.* 3. *B. C.* 15. Neque sibi nudanda litora et relinquendos portus existimabant. *h. e.* præsidiis spolianda. *Id.* 2. *B. G.* 6. Murus nudatus defensoribus. *Auct. B. Alex.* 11. Naves omnes epibatis nudatæ. Cf. *Sall. Jug.* 93. Jugurtha præsidiis nudatus. ¶ 3. Prægnante, uti ajunt, significatione, est privare, spoliare, et usurpatur de rebus physicis. — *a)* Cum Ablativo rei, qua quid privatur. *Liv.* 27. 4. *a med.* Jovis ædis culmen prope omni tecto nudatum. *Id.* 45. 28. *ad fin.* Adeo indulsit militibus, ut nudare tegulis muros urbis ad tegenda hibernacula sua pateretur. *Sil. It.* 8. 503. Nudare silvis montem. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 22. 34. (83). Nudantur arbores foliis. *Petron. Satyr.* 107. Nudare crine caput. *Horat.* 1. *Ep.* 3. 19. moveat cornicula risum Furtivis nudata coloribus. — *b)* Cum Accusativo tantum. *Liv.* 38. 43. Parietes postesque nudati. *h. e.* ornamentis. *Id.* 44. 27. Non agros tantum nudare populando potuit, ne quos inde Romani commeatus exspectarent. *Val. Flacc.* 3. 332. nudati montes. *spogliati d'alberi. Seneca Hippol.* 966. canæ frigora brumæ Nudant silvas. *Ovid.* 3. *Fast.* 557. Nudare messes. *h. e.* terere, excutere, folliculis spoliare. *Stat.* 3. *Silv.* 4. 87. humerosque manu nudare nitentes. *scil.* comam tonsorio opere tondendo.

II.) Translate. ¶ 1. Est arcana et latentia (*V.* I. 1. *b.*) detegere, patefacere, *manifestare. Cic.* 2. *Orat.* 86. 350. Libenter te cognitum jam artificem, aliquandoque evolutum illis integumentis dissimulationis tuæ nudatumque perspicio. *Liv.* 42. 63. Fama equestris pugnæ nudavit voluntates hominum. *Id.* 40. 24. Ne pœna ejus consilia adversus Romanos nudaret. *Id.* 35. 32. Jam enim, et id magis in dies, Ætoli defectionem nudabant. *Id.* 39. 15. Si omnia nudavero, ne nimium terroris offundam vobis, vereor. *Virg.* 1. *Æn.* 359. Crudeles aras trajectaque corpora ferro Nudavit, cæcumque domus scelus omne retexit. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 74. ingenium res Adversæ nudare solent, celare secundæ. *et ibid.* 5. 47. ne manifestum Cælibis obsequium nudet te. *h. e.* te prodat. — Cum Relativo *Liv.* 24. 27. Nec illi primo statim creati nudare, quid vellent. ¶ 2. Est etiam (*V.* I. 3.) furari, depeculari, eripere. *Ovid.* 1. *Trist.* 6. 7. Tu facis, ut spolium ne sim, neu nuder ab illis, Naufragii tabulas qui petiere mei. *non sia rubato.* et *Horat.* 1. *Ep.* 18. 21. quem præceps alea nudat, *spoglia, impoverisce.* et *Cic.* 2. *Verr.* 5. (14). Quæ victores civitatibus Siculis aut dederunt, aut reddiderunt, spoliavit nudavitque omnia. — Similiter *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 17. Acerbissimo interitu consulum nudata respublica. *Cæs.* 1. *B. C.* 7. Nudata omnibus rebus tribunicia potestas. *Cic. Dom.* 1. 2. Utrum amentes ac perditos magistratus improborum ac sceleratorum civium præsidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armare malitis. *Id.* 1. *Orat.* 38. 172. Vis ingenii scientia juris nudata.

NŪDULUS, a, um, adject. deminut. nudi. *Hadrian. Imp.* in *carm.* apud *Spartian. Hadrian.* 25. Animula vagula, blandula, Quæ nunc abibis in loca Pallidula, rigida, nudula.

NŪDUS, a, um, adject. Comp. *Nudior* apud *Cic.* 1. *Legg.* 2. 6. Annales pontificum, quibus nihil potest esse nudius. Al. leg. *jucundius*, al. *jejunius*, al. *juncidius*, aut *ejuncidius*. At legendum esse *jucundius* probat locus *Cic.* 1. *Orat.* 43. 193. in quo pontificum libros memorat. — Sup. *Nudissimus* II. 2. — Nudus dicitur qui sine veste est, aut tegmine quocumque, γυμνός, ἀνέμων (it. *ignudo, nudo, spogliato*; Fr. *sans vêtement, nu*; Hisp. *desnudo, falto de vestido*; Germ. *bloss, unbedecket, unbekleidet, entblösst*; Angl. *naked, bare, uncovered*).

I). Proprie. ¶ 1. Generatim latissime patet, et dicitur — 1.°) De hominum corpore et membris. — *a)* Stricto sensu. *Cic.* 2. *Orat.* 66. 265. Tamquam nudus nuces legeret, in ventrem abstulisse. *Id. Flacc.* 21. 51. Quem tu, quum ephebum Temni cognosses, quoniam te nudus delectarat, semper nudum esse voluisti. *secundo loco* nudum esse voluisti *est* ad inopiam redegisti. *Lucret.* 5. 969. *Lachmann.* membra Nuda dabant terræ, nocturno tempore capti, Circum se foliis ac frondibus involventes. *Al. leg.* Nudabant. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 24. nudis pedibus passoque capillo. *Virg.* 11. *Æn.* 642. nudo cui vertice fulva Cæsaries. *capo scoperto.* — Cum Accus. Græcorum more. *Virg.* 8. *Æn.* 425. nudus membra Pyracmon. *Id.* 1. 324. Nuda genu. *Ovid.* 7. *Met.* 183. Nuda pedem. *scalza.* — Cum Ablat. *Sil. It.* 5. 449. Costæ nudæ tegmine. — *b)* Latiori sensu *nudi* etiam dicuntur qui togas tantum deposuere, et in solis tunicis sunt. Toga enim proprie vestis dicitur, et togati vestiti. Hoc multis conatur ostendere *Burmann.* ad illud *Petron. Satyr.* 92. Ex altera parte juvenis nudus, qui vestimenta perdiderat, etc. Hinc *Virg.* 2. *G.* 299. Nudus ara, sere nudus. *Aur. Victor Vir. illustr.* 17. Ad quem (*Quinctium*) missi legati nudum eum arantem trans Tiberim offenderunt; qui, insignibus sumptis, etc. Cf. *Liv.* 3. 26. et *V.* ibi *Drakenborg.* — *c) Nudo vestimenta detrahere,* proverb. h. e. commodum sperare ab eo, qui nihil habet: *trarre della rapa sangue*: aquam a pumice postulare. *Plaut. Asin.* 1. 1. 79. Nudo detrahere vestimenta me jubes. — *d)* Translate *nudus sudor* apud *Quintil.* 11. 3. 26. est qui a nudis elicitur, ut fit in gymnasiis et palæstra. — 2.°) Speciatim in re militari *nudus* est inermis. *Sall. Jug.* 107. *Kritz.* Nec quemquam decere, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere, in maximo metu nudum et cæcum corpus ad hostes vortere. *Liv.* 5. 45. Nusquam prælium, omnibus locis cædes est: nuda corpora et soluta somno trucidantur. *Id.* 3. 19. Arma vobis ademit, nudosque servis vestris et exsulibus abjecit. *Id.* 28. 3. Dextras nudas ostentantes, ut gladios objecisse appareret. *Id.* 36. 5. Ne se nudos atque inermes Romano bello objiceret. — Hinc etiam *Stat.* 6. *Theb.* 18. Concarrunt, nudasque movent in prœlia vires. *h. e.* sine ferro. Sic *Sil. It.* 6. 45. non hasta viro, non ensis; in artis Abstulerat Fors arma: tamen certamine nudo Invenit Marti telum dolor. *h. e.* sine armis. *Vellej.* 2. 61. 3. Antonius turpi ac nuda fuga coactus deserere Italiam. *h. e.* sine exercitu. — 3.°) Dicitur de rebus plurimis, quæ iis carent, quibus de more obteguntur. *Virg.* 12. *Æn.* 306. Nudus ensis. *spada squainata.* Sic *Ovid. Heroid.* 13. 81. Non est, quem deceat nudo concurrere ferro. *Liv.* 21. 37. Nuda fere cacumina sunt, et, si quid est pabuli, obruunt nives. Similiter *Virg.* 1. *Ecl.* 15. silice in nuda. *h. e.* nullo gramine vestita. Sic *Ovid.* 4. *Met.* 261. Sedit humo nuda, *sulla nuda terra. Seneca Herc. Œt.* 381. nudum nemus. *h. e.* sine foliis et frondibus. *Id. Œdip.* 43. nuda vada. *h. e.* sicca, sine aqua. *Ovid. Medic. fac.* 56. hordea. *h. e.* sine folliculis, et fresa. Contra *Petron. Satyr.* 135. grana putaminibus vestita. *Catull.* 62. 49. Ut vidua in nudo vitis quæ nascitur arvo, Numquam se extollit. *h. e.* sine pedamentis. *Val. Flacc.* 2. 170. nudisque sub astris Condensæ fletus acuunt. *allo scoperto, sotto il ciel sereno,* sub dio. Cf. *Virg.* 2. *Æn.* 512. Ædibus in mediis nudoque sub ætheris axe Ingens ara fuit. *Cic.* 1. *Cat.* 7. 16. Nuda subsellia. *h. e.* sessoribus vacua. *Sil. It.* 2. 349. Et nudis bellantur equis. *h. e.* infrenatis, vel sine stragulis. — Cum Genit. *Sall. Jug.* 81. Per loca inæqualia et nuda gignentium. *et Ovid.* 12. *Met.* 512. parvoque in tempore nudus Arboris Othrys erat. ¶ 2. Speciatim et sæpe est spoliatus, privatus, carens, *privo, nudo.* — *a)* Cum Ablat. sine præpos. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 184. Nudus agris, nudus nummis. *Id.* 1. *Od.* 14. 4. Navis latus nudum remigio. *Cic.* 7. *Att.* 13. Urbs nuda præsidio. *Sil. It.* 16. 46. Cantaber ingenio membrorum, et mole timeri Vel nudus telis poterat. *anche senz'armi.* — *b)* Cum Ablat. et præposit. *ab. Cic.* 6. *Verr.* 2. 3. Messana ab his rebus, quibus iste delectatur, sane vacua atque nuda est. *Id. post red. ad Quirit.* 6. 16. Nudus a propinquis, nulla cognatione munitus. *Id. Dom.* 22. 58. Respublica nuda a magistratibus. — *c)* Cum Genit. *Sil. It.* 4. 607. Namque inhonoratam Fibrenus perdere mortem Et famæ nudam impatiens etc. *Id.* 14. 343. Nudus opum vir. — *d)* Absolute. *Cic.* 4. *Verr.* 34. 84. Domum ejus exornatam atque instructam, fere jam iste reddiderit nudam atque inanem. *Id. Cæcin.* 32. 93. Hunc vero, qui ab jure, officio, bonis moribus, ad ferrum, ad arma, ad cædem confugerit, nudum in causa destitutum videtis. Huc pertinet et illud *Horat.* 2. *Sat.* 5. 6. vides ut, Nudus inopsque domum redeam. *h. e.* sine navibus et amicis, amissaque omni pecunia. ¶ 3. In his fere egestatem, inopiam, paupertatem significat. *Cic. Flacc.* 21. 51. Quem tu semper nudum esse voluisti. *Ovid. Heroid.* 9. 154. Œnea desertum nuda senecta premit. *Juvenal.* 7. 35. facunda, et nuda senectus.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est solus, *solo.* — *a)* Universim. *Ovid.* 3. *Trist.* 11. 17. Ut mala nulla feram, nisi nudam Cæsaris iram, Nuda parum nobis Cæsaris ira mali est? *Martial.* 1. 44. Nudus aper, sed et hic minimus. *scil.* mensæ illatus est. *Plin.* 3. *Hist. nat. præf.* 1. (2). Locorum nuda nomina, et quanta dabitur brevitate, ponentur. *Cic.* 3. *Parad.* 2. 24. Nuda ista si ponas, judicari, qualia sint, non facile possunt. *Petron. Satyr.* 88. Priscis temporibus, quum adhuc nuda virtus placeret. *h. e.* sine aliis bonis, puta divitiis, honoribus. *Seneca* 3. *Benef.* 18. Virtus non eligit domum, nec censum: nudo homine contenta est. *Seneca alter Hippol.* 519. Quam juvat nuda manu captasse fontem! *h. e.* nullo poculo instructa. *Sil. It.* 1. 219. fidens nudo sine fraudibus ensi. *h. e.* solo ensi. *Grat. Cyneg.* 151. sive indomitos vehementior hostes Nudo Marte premas, seu bellum ex arte ministres. *et ibid.* 3. nuda silvas virtute movebant Inconsulti homines. *h. e.* arte et dolo vacua. Adde *Sil. It.* 13. 198.; et *Ovid.* 2. *Trist.* 408. Et *Cic.* 5. *Tusc.* 5. 14. Hoc nudum relinquitur, possitne quis beatus esse, quamdiu torqueatur. *h. e.* hoc solum, hoc unum. Sunt tamen qui aliter leg. *Ovid.* 13. *Met.* 159. Ergo operum quoniam nudum certamen habetur, Plura quidem feci, quam etc. — *b)* Speciatim apud JCtos sæpe hoc sensu adhibetur. *Paul.* 5. *Sentent. tit.* 2. Possessionem acquirimus et animo, et corpore. Sed nudo animo adipisci quidem possessionem non possumus: retinere tamen nudo animo possumus. *Modestin. Dig.* 44. 7. 51. *extr.* Etiam nudus consensus sufficit obligationi: quamvis verbis hoc exprimi possit. *Cajus ibid.* 7. 8. 1. Constituitur enim et nudus usus, idest sine fructu. Sic *pactum nudum, nuda proprietas, traditio, voluntas,* etc. ¶ 2. Aliquando est simplex, sine fuco, *schietto, semplice. Cic. Brut.* 75. 262. Commentarios quosdam scripsit rerum suarum, valde quidem probandos: nudi enim sunt, recti et venusti, omni ornatu orationis, tamquam veste, detracto. *Ovid.* 3. *Art. am.* 747. nudis mihi rebus agendum est. — *Nudi capilli,* nullo nexu, aut ornatu compositi. *Ovid.* 4. *Met.* 261. Sedit humo nuda, nudis incompta capillis. *et* 7. *ibid.* 183. nudos humeris infusa capillos. — *Horat.* 1. *Od.* 24. 6. cui (*Quintilio*) Pudor et Justitiæ soror Incorrupta Fides nudaque Veritas Quando ullum inveniet parem? *h. e.* animus Quintilii simplex et verus. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 5. n. 176. Alii amorem furentibus ajunt procurandum, quo mentis intentio, conversa furoris asperitate, pungetur, non intuentes nudissimam veritatem, quod plerisque furoris amor fuerit causa. ¶ 3. *Nuda verba,* aperta, et intellectu facilia, qualia sunt fere obscæna. *Plin.* 4. *Ep.* 14. Summos illos et gravissimos viros, qui talia scripserunt, non modo lascivia rerum, sed ne verbis quidem nudis abstinuisse.

NŪGĀCĬTAS, ātis, f. 3. nugarum studium. *Au-*

gustin. ep. 67. *in fin.* Omnis ab eo deleta est nugacitas. *et* 6. *de Musica sub init.* Nugacitatem excuset officiosus labor. Adde *Vulgat. interpr. Sap.* 4. 22.

NŪGÆ, ārum, f. plur. 1. sunt tricæ, gerræ, ineptiæ, res nihili, φλυαρία, λῆρος (It. *ciancie, baje, bagattelle, frottole, cose da nulla, frascherie*; Fr. *frivolités, sornettes, riens, bagatelles*; Hisp. *pataratas, cuentecillo, embuste, fábula*; Germ. *Tändelei, Possen, Albernheiten, Geschwätz, Kleinigkeiten, läppische Dinge*; Angl. *trifles, frivolous things, fopperies, fooleries, idle stories, baubles, gewgaws, grimcracks, bagatelles*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim — *a*) Stricto sensu sunt tricæ, gerræ, ineptiæ, res nihili. *Plaut. Truc.* 4. 4. 7. quid agitur, voluptas mea? DI. Non voluptas. sufer nugas. *et* 2. 1. 20. Nec unquam quisquam probus erit amator, nisi qui rei inimicus est suæ. Nugæ sunt, nisi quod modo quum dederit, dare jam lubeat denuo *Id. Trin.* 2. 4. 40. Hic postulet frugi esse; nugas postulet. *Id. Merc.* 2. 4. 1. Pentheum diripuisse ajunt Bacchas: nugas maximas fuisse credo, præut quo pacto ego divorsus distrahor. — *Nugas agere*, est nugari, ineptire. *Plaut. Men. prol.* 54. nisi qui argentum dederit, nugas egerit; Qui dederit, magis majores egerit. *Id. Asin.* 1. 1. 78. maximas nugas agis. — Et omisso verbo per ellipsin. *Id. Pers.* 4. 7. 7. quo illum sequar? In Persas? nugas. *Id. Most.* 5. 1. 38. TRA. quid ait? THEV. servos pollicitus est dare Suos mihi omnes quæstioni. TRA. nugas: numquam edepol dabit. — *b*) Nugæ dicuntur etiam sermones levium rerum, nullius pretii, scurriles. *Ter. Heaut.* 4. 1. 8. Næ ista hercle magno jam conatu magnas nugas dixerit. *Cic.* 2. *Divinat.* 13. 30. Hunccine hominem tantis delectatum esse nugis? *Horat.* 2. *Sat.* 6. 43. cui (*vellet*) concredere nugas Hoc genus: «Hora quota est? etc. *Id.* 1. *Ep.* 18. 15. Alter rixatur de lana sæpe caprina, Propugnat nugis armatus. *h. e.* futilibus causis instructus. — Hinc *Catullus* 1. 4. et *Martial.* 9. 1. et 13. 2. etc. poemata sua nugas vocant. Sic *Horat.* 1. *Sat.* 9. 2. Nescio quid meditans nugarum. Adde *eumd.* 2. *Ep.* 2. 141. — *c*) Item nugæ sunt næniæ, sive carmina a prælicis cani solita in laudem mortuorum; et hanc esse propriam hujus vocabuli significationem *Forcellinus* putat. *Plaut. Asin.* 4. 1. 63. Hæc sunt non nugæ: non enim mortualia. — *d*) *Nonius p.* 144. 30. *Merc.* tradit, omnia, quibus matronæ utuntur, nugas *Plautum* voluisse appellari. Hinc *nugivendos* dici omnes eos, qui aliquid mulieribus vendunt: *Aulul.* 3. 5. 51. Ubi nugivendis res soluta est omnibus. Al. leg. *nugigerulis*. Hujusmodi homines nos hodie diceremus *mercanti di galanterie*. *V.* LERIA. Vox *nugigerulus* affertur etiam a *Priscian.*, nullo tamen auctore laudato, in *Partit. XII. vers. Æn.* p. 1271. *Putsch.* Gerulus, unde componitur nugigerulus. Sic *Cledon.* p. 1862. *Putsch.* Ut nugigerulus pro nugas. ¶ 2. Specialim nugæ sunt mendacia, et dolosa verba ad fallendum, fraudandumque. *Plaut. Trin.* 4. 2. 13. nunc adeo si quid addidero amplius, Eo conductor melius de me nugas conciliaverit.

II.) Translate *nugæ* dicuntur leves homines, et nugatores. *Cic.* 6. *Att.* 3. Amicos habet meras nugas, Matinium, Sceptium. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 2. 2. Ego Apamensem Hephæstum, ego levissimum hominem Megaristum Antandrium, ego Niciam Smyrnæum, ego nugas maximas omni mea comitate sum complexus. *Id. Mil.* 21. 55. Semper ille antea cum uxore; tum sine ea: numquam non in rheda; tum in equo: comites Græculi, etiam quum in castra Etrusca properabat; tum nugarum in comitatu nihil.

NŪGĀLIS, e, adject. *pieno di ciance, o baje, o inezie, frivolo, da nulla*, φλυαρώδης, nugatorius, futilis, vanus, *Gell.* 1. 2. Se in theorematibus tantum nugalibus, et puerilium isagogarum commentationibus oblectantes. *Id.* 4. 1. Ostentabat quispiam grammaticæ rei doctor scholica quædam nugalia, de generibus et casibus vocabulorum disserens. *Id.* 7. 17. Quin potius hæc mittis nugalia, et affers ea, quæ digna quæri tractarique sint? *Fronto de fer. Als.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 3. *a med.* Illa olim nugalia conscripsi. *h. e.* laudes fumi et pulveris, item negligentiæ. *Capell.* 8. *p.* 272. Nugales susus. *et* 1. *p.* 1. Nugales ineptiæ. *V.* NUGULÆ.

NŪGĀLĪTAS, ātis, f. 3. idem ac nugacitas. *Gloss. Philox.* Nugalitas, σαπρότης. Sic *Gloss. Lat. Gr.* Nugalitas, φλυαρότης.

NŪGĀMENTA, ōrum, n. plur. 2. idem ac nugæ. *Apul.* 1. *Met. sub fin.* A quo istorum nugamenta hæc comparasti? De pisciculis quibusdam vilibus loquitur. Sic *Gloss. Lat. Gr.* Nugamenta, ὑθλήματα.

NUGARIUS, a, um, adject. *Varro* 7. *L. L.* 64. *Müll.* Nugarium unguentum. Ubi *Scalig.* in *Conjectan.* interpretatur eo sensu dictum, quo veteres omnia, quæ ad mulierum ornatum pertinebant, *nugas* vocabant, ut in NUGÆ I. 1. *d.* dictum est. Monet etiam a *Petro Vict.* legi *nugatorium*, h. e. futile et vilis pretii: quam lectionem tuetur *Müllerus.* — Hæc vox legitur etiam in *Inscript.* apud *Henzen.* 7263. C. PORTVMIVS (*lege* POSTVMIVS) C. L. HELENVS CALPVRNIA. ANAPAVMA NVGARI. DE. BASILICA ANTONIARVM DVARVM. Quid vero sibi velit vocabulum *nugarii*, viderint eruditi.

NŪGAS, adject. *V.* NUGAX ad fin.

NŪGĀTOR, ōris, m. 3. (nugæ) qui nugas et inania dicit, nugax, stultiloquus, vaniloquus, *cianciatore, burlone, ciancioso*, φλύαρος.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Ennius* apud *Festum p.* 166. 18. *Müll.* Illic nugator nihi, non nauci'st homo. *Cic. Senect.* 9. 27. Milo adspexisse lacertos suos dicitur, illacrimansque dixisse: at hi quidem jam mortui sunt. Non vero tam isti, quam tu ipse, nugator! *h. e.* non tam isti lacerti mortui sunt, quam tu, stulte. *sciocco.* et *Flacc.* 16. 38. Neque in istum nugatorem, tamquam in aliquem testem, invehar. *Gell.* 11. 8. Eam orationem quum legisset M. Cato, næ tu, inquit, Aule, nimium nugator es, quum maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare. *Auson.* nugatorem libellum vocat Edyllium suum undecimum, qui est *Griphus*, ubi multa ludit da ternario numero. *Gell.* 12. 2. Senecam *nugatorem* appellat, quod Ciceronis errores deprecatur. *Id.* 15. 1. Homo nihili et nugator, atque in Græcæ facundiæ gloria jactabundus. *Pers.* 5. 127. cessas, nugator? *frasca, mozzina.* dictum est heri servum increpantis. Apud *Auson.* quoque *Ephem.* 17. est convicium in somniculosum, et tarde mane surgentem. ¶ 2. Speciatim *nugator* dicitur, qui mendacia congerit ad fallendum, *birba, furbo, aggiratore*, sycophanta. *Plaut. Trin.* 4. 2. 91. Nimium graphicum hunc nugatorem. *Id. Mil. glor.* 4. 2. 86. Et pueri annos octingentos vivunt. MILPH. væ tibi, nugator. *et Curc.* 4. 1. 1. Edepol nugatorem lepidum hunc nactus est. Haliophantam, an sycophantam hunc magis esse dicam, nescio.

II.) Translate de scortatore dici videtur, in illo *Prudent.* 2. *Cathemer.* 29. Quis mane sumptis nequiter Non erubescit poculis? Quum sit libido temperans, Castumque nugator sapit?

NŪGĀTŌRĬĒ, adverb. per nugas, leviter, inaniter. *Cic.* 4. *Herenn.* 36. 48. Non apertissimæ res erant crimini datæ? non omnes hæ testibus comprobatæ? non contra tenuiter et nugatorie responsum?

NŪGĀTŌRĬUS, a, um, adject. (nugæ) nugis plenus, levis, inanis, futilis, vanus, *frivolo, vano, da nulla*, φλυαρώδης. ¶ 1. Generatim. *Cic. Cæcin.* 23. 64. Omnino ad probandum utramque rem video infirmam nugatoriamque esse. *Id.* 11. *Fam.* 2. *ad fin.* Illud valde leve est ac nugatorium. *Id. Rosc. Am.* 15. 42. Quod Erucio accidebat in mala nugatoriaque accusatione, idem mihi usu venit in causa optima. *Id.* 2. *Herenn.* 20. 31. Genus argumentationis nugatorium. *h. e.* quod nihil pertinet ad causam. — *V.* et NUGARIUS. — Nugatorios esse boves Ligusticos, dicit *Varro* 2. *R. R.* 5. 9. h. e. infirmiores, et parvi pretii: opponitque Gallicis, quos sit esse boni generis ad opus. Etiam *Colum.* 3. *R. R.* 8. 3. in Liguria parvos boves nasci, scribit. *V. Schneider.* ad *Varron. loc. cit.*, qui hanc lectionem tuetur; vett. Edd. habent *jugatorii boves.* ¶ 2. Speciatim nugatorius est mendaciis et dolis plenus. *Plaut. Trin.* 4. 2. 2. Nugatoriæ artes. *h. e.* mendacia et doli, quibus aliquem quis capere studet, *furberie, birbonerie.*

NŪGĀTRIX, īcis, f. 3. *Prudent. Psychom.* 433. nugatricem aciem dixit de luxuriæ copiis et apparatu.

NŪGAX, ācis, adject. omn. gen. φλύαρος, nugator, putidus, ineptus, molestus. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 15. Ecquando tu hominem ineptiorem, quam tuum Cn. Pompejum vidisti, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit? *tanto da poco. Petron. fragm. Tragur.* 52. *Burmann.* Hæc dum refert, puer calicem projecit, ad quem respiciens Trimalchio: Cito, inquit, te ipsum cæde, quia nugax es. *sei insolente.* et *mox* Suadeo, a te impetres, ne sis nugax. — Veteres dixere *hic hæc, hoc nugax* indeclinab. ut *fas, nequam, frugi* etc., ut testantur *Charis.* 1. *p.* 15. 22. *et* 120.; *Diomed.* 1. *p.* 286.; *Priscian.* 5. *p.* 649. et 6. *p.* 701.; *Valer. Prob. in Cathol. p.* 1464. *et* 1478. *Putsch.* et alii. *Varro* apud *Non. p.* 355. 20. *Merc.* Quod si Actæon occupasset, et ipse prius suos canes comedisset, et non nugas saltatoribus in theatro fieret. Al. leg. *nugax*: alii aliter. Magis etiam incerta lectio est in loco *Plaut. Trin.* 3. 3. *in fin.*, de quo V. *Taubmann.*, si lubet. In *Gloss.* quoque *Philox.* legimus: Nugas, σαπρός. *h. e.* putidus.

NŪGĬGĔRŬLUS. *V.* NUGÆ I. 1. *d.*

NŪGĬPĀLAMLŌQUĬDES. *V.* NUGIPOLYLOQUIDES.

NŪGĬPĂRUS, i, m. 2. *Gloss. Isid.* Nugiparus, qui parit nugas.

NŪGĬPŌLŸLŌQUĬDES, vox hybrida, ex *nugæ*, πολύ, et *loquor* satiriter conflata *a Plaut. Pers.* 4. 6. 21. h. e. multas nugas loquens. Alii leg. *nugidoliloquides*, h. e. nugas et dolos loquens: alii fortasse rectius *nugipalamloquides.*

NŪGĬVENDUS. *V.* NUGÆ I. 1. *d.*

NŪGO, ōnis, m. 3. nugator, nugax. *Apul.* 5. *Met. circa fin.* Sed utique præsumis nugo et corruptor. *et paullo post.* Quæ castiget asperrime nugonem istum. Intelligit autem adolescentulum amoribus deditum.

NŪGOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. nugas agere, vana loqui, ludere, *frascheggiare., scherzare, chiacchierare*, φλυαρέω. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 2. *Divinat.* 13. 30. Democritus non inscite nugatur, ut physicus. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 93. Ut primum positis nugari Græcia bellis Cœpit, et in vitium fortuna labier æqua, Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum. *Id.* 2. *Sat.* 1. 73. Nugari cum illo, et discincti ludere, donec Decoqueretur olus, soliti. ¶ 2. Specialim est mentiri, imponere, fallere. *Plaut. Cas.* 5. 4. 11. Nugatur sciens: nam ecastor nunc Bacchæ nullæ ludunt. *Id. Trin.* 4. 2. 55. Mihi quoque edepol, quoniam hic nugatur, contra nugari lubet. *Id. Epid.* 3. 4. 42. non mihi nugari potes. *non me la puoi ficcare.*

NUGULÆ, arum, f. plur. 1. parvæ ac leves nugæ. *Capell.* 1. *init.* Nugulas ineptas aggarrire non perferens. At vox hæc toto Latio eliminanda videtur, quia parum firma nititur auctoritate. Nam *Codex* opt. notæ in *Biblioth. D. Marci Venetiar.* habet diserte *nugales ineptias*, quod itidem *Just. Zinzerlingius* in *Cod. MS.* reperit (*Promulsid. crit. c.* 19.), *Barthius* vero *Adversar. l.* 8. *c.* 23. et *Arntzenius Miscell. p.* 197. probavit. Hæc ex *Biblioth. MS. Jac. Morellii T.* 1. *p.* 327. Ipse *Koppius Barthii* lectionem *nugales ineptias* recepit.

NULLĀTĒNUS, adverb. *in niuna maniera*, μηδαμῶς, nullo modo, minime. *Capell.* 2. *p.* 35. Immortalitatis sedem nullatenus obtinebis. *Imp. Zeno Cod.* 8. 10. 12. § 3. Nullatenus competens ædificantibus.

NULLĪBI, adverb. *in niun luogo*, μηδαμοῦ, nullo in loco. *Vitruv.* 7. 1. *circa med.* Si tesseris structum erit, ut eæ omnes angulos habeant æquales, nullibique a fricatura exstantes. Sed primæ quæque edition. et opt. Cod. MSS., teste *Jo. Poleno*, non habent illa verba *nullibique* etc.

NULLĪFĪCĀMEN, ĭnis, n. *et*

NULLĪFĪCĀTĬO, ōnis, f. 3. *sprezzo, contemptus. Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 14. *ad fin.* Quæ ignominia? quæ nullificatio? *et* 3. *ibid.* 7. *et* 17. ex *Psalm.* 21. 7. Ignominia hominis, et nullificamen populi.

NULLĪFĪCO. *V.* ANNIHILO.

NULLUS, a, um, adject. *Nulli* et *nullæ* pro *nullius* et *nulli*, antiqua sunt. *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2457. *Putsch. Nemo* et *nullus*; quorum genitivum casum, aliter quam nos, veteres extulerunt, *neminī* enim et *nulli* dixerunt. *Ter. Andr.* 3. 5. 2. quandoquidem tam iners, tam nulli consilii sum. *Plaut.*

Mil. glor. 3. 1. 207. Qui, nisi adulterio, studiosus rei nullæ aliæ est. *Lucret.* 6. 392. nullæ sibi turpis consciu' rei. (*Lachmannus* vero *leg.* nulla sibi turpi conscius in re). Adde *Caton.* apud *Priscian.* 6. *p.* 694. *Putsch.*; *Cæcil. ibid. p.* 678.; et *Propert.* 1. 20. 35. — Ratione habita etymi, ut *nemo* ex *ne* et *homo, nullus* est ex *ne* et *ullus*: hinc *Boeth. in libr. Aristot. de interpr. ed. sec. p.* 342. *Nullus* vero et generibus subjacet, et inflectitur casibus. Quid igitur est? an erit nomen? sed nulla negatio nomen esse monstratur. Videtur quod dicitur nullus, tale esse, tamquam si dicamus, nec unus; nam qui dicit nullus homo animal est, tantumdem valet, quantum nec unus homo animal est. Quod vero dicimus *ullus*, hoc ab eo deminutivum est, quod est *unus*. — Itaque *nullus* est non aliquis, ne unus quidem, οὐδείς (It. *niuno, nessuno*; Fr. *nul, aucun*; Hisp. *ninguno*; Germ. *keiner, keine, keines*; Angl. *not any, none, no, nobody, no one*). Occurrit ¶ 1. Generatim adjective. — 1.°) Sine additis. — *a*) Cum suo tantum nomine. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 20. 40. semita nulla pedem stabilibat. *Cic. Amic.* 1. 4. Nulla videbar aptior persona. *Id.* 13. *Fam.* 1. Id, quod mea intelliges, tua nullam in partem multum interesse. *Id.* 1. *ad Brut.* 15. *a med.* Nullum bellum civile fuit, in quo non etc. *Id.* 1. *Off.* 37. 132. Contentionis præcepta rhetorum sunt; nulla sermonis. *Auct. B. Alex.* 10. Nullos milites in navibus habebat. *Ennius* apud *Gell.* 19. 10. Nam mi quod agat institutum' st, nullo quasi negotio Id agit, id studet, ibi mentem atque animum delectat suum. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 92.; et *Cic. Mur.* 13. 28. Nullo pacto. *Ter. Eun.* 5. 2. 2. Nullo modo. *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 59. Nulla fide esse. *senza fede. Plin.* 6. *Ep.* 29. Homo nullis litteris. *senza lettere*. et *Cic.* 3. *Phil.* 6. 16. Homo nullo numero. *di niun conto, di niuna stima.* — *b*) *Nulli rei esse*, nihili, nequam, inutilem esse, *da nulla, inutile, inabile ad ogni cosa. Gell.* 7. 11. Nequam hominem dixerunt, nulli rei, neque frugi bonæ. *Id.* 9. 2. Quum erraticum hominem esse dicerent et nulli rei. *Id.* 13. 30. Musicam, quæ sit abscondita, eam esse nulli rei. Adde 15. 9. *extr.* Contrarium est alicui rei esse, *esser da qualche cosa*, apud *Ter. Adelph.* 3. 3. 4. — *c*) Aliquando iteratur. *Liv.* 34. 13. Patres nostri, quum Hispania Carthaginensium, et imperatores ibi et exercitus essent, ipsi nullum imperatorem, nullos in ea milites haberent; tamen etc. *et* 45. 37. Cui crimen nullum, nullum probrum dicere poterat, ejus obtrectare laudes voluit. — *d*) Sequente *neque*, ut *Cic.* 1. *Orat.* 26. 118. Nullæ lites, neque controversiæ sunt, quæ etc. *Cæs.* 2. *B. G.* 11. Nullo certo ordine, neque imperio. *Liv. præf. ad fin.* Nulla unquam respublica nec major, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit. *Id.* 4. 7. Quod nullo nec exemplo, nec jure fieret. *Nepos Att.* 18. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris est populi Romani, quæ non in eo (*volumine*) suo tempore sit notata. — *e*) Sequente *ne-quidem*, ut apud *Cic.* 3. *Fam.* 12. Nullam, ne in tabellæ quidem latebra, fuisse absconditam malivolentiam. — *f*) Cum Genitivo, vel cum Ablat. et præpos. *de. Cic.* 1. *Nat. D.* 35. 97. Elephanto belluarum nulla prudentior. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 10. 58. (180). Otera nulli animalium obnoxia. *Id.* 8. *ibid.* 22. 34. (84). Nullum (*augurium*) omnium præstantius. *Cic.* 5. *Fin.* 12. 36. Et de virtutibus nulla desit. *Id. Marcell.* 7. 21. Nulli supersunt de inimicis. — 2.°) Cum additis. — *a*) *Nullus dum*, nullus adhuc, *fin ora niuno. Liv.* 5. 34. Alpes inexsuperabiles, nulla dum via superatas. Adde *eumd.* 29. 11. — *b*) *Nulli duo*, ex multis duo non sunt. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 1. 1. (8). Nullas duas in tot millibus hominum indiscretas effigies exsistere. *Id.* 3. *ibid.* 1. 3. (16). Ita fit, ut nulli duo concinant. — *c*) *Nullus alter, nullus ullus, nullus unus* ad magis negandum pertinent, *niun altro mai, niuno affatto*, ut *nemo alter, nemo unus*, etc. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 22. Scelestiorem nullum illuxere alterum. *Gell.* 1. 2. Asseverabat, nulli esse ulli magis ea omnia explorata. *Al. omitt. τὸ* ulli. *Cic. Brut.* 59. 216. Nulla re una magis oratorem commendari, quam verborum splendore et copia. *Id. Prov. cons.* 4. 7. Nisi C. Virginius intervenisset, unum signum Byzantii ex maximo numero nullum haberent. — *d*) *Nullus non*, omnis. *Liv.* 8. 26. Nulla rerum suarum non relicta inter hostes. *Seneca Ep.* 12. *ad fin.* Nullo non se die extulit. *Sueton Cæs.* 76. Nullos non honores cepit. — *e*) *Non nullus*, aliquis. *V.* NONNULLUS. — *f*) Post se habet interdum *nisi, præter, quin. Cic.* 5. *Fam.* 5. Statueram nullas ad te litteras mittere, nisi commendaticias. *Cæs.* 7. *B. G.* 77. Si nullam, præter quam vitæ nostræ jacturam fieri viderem. *et* 3. *B. C.* 87. Nulla Thessaliæ fuit civitas, præter Larissæos, quin Cæsari pateret. ¶ 2. Speciatim absolute usurpatur — *a*) De personis pro *nemo. Plaut. Bacch.* 2. 2. 12. CHRY. Istuc volebam ego ex te percunctarier. PIST. Qui scire possum? CHRY. Nullus plus. *Cic.* 1. *Off.* 37. 132. Discentium studiis inveniuntur magistri: huic autem qui studeant, sunt nulli. *Id. Amic.* 9. 30. Ut enim quisque sibi plurimum confidit et ut quisque maxime virtute et sapientia sic munitus est, ut nullo egeat suaque omnia in se ipse posita judicet; ita etc. *Sall. Jug.* 101. Beneficia properantius reddere: ipse ab nullo repetere. *et ibid.* 117. Nullo, aut quam paucissimis præsentibus. *Nepos Cim.* 4. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit. *Id. Themist.* 4. Idque, nullis defendentibus, incendio delevit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 69. (279). A nullo ante nos prodita. *Tac. Germ.* 43. *a med.* Nullo hostium sustinente novum ac velut infernum aspectum. Adde *Plaut. Aulul.* 3. 5. 24.; *Ter. Heaut.* 5. 3. 20.; *Propert.* 2. 3. 1. et 3. 24. 41.; *Ovid. Remed. am.* 747.; et *Justin.* 28. 4. 4., quibus locis in femininо usurpatur. — *b*) *Nullum*, nulla res. *Horat. Art. P.* 324. Graji, præter laudem, nullius avari. *Seneca* 2. *Benef.* 25. Nullo magis Cæsaris amicitiam demeruit Furnius, quam quod etc. *Justin.* 5. 1. 1. Sacra Cereris Initiorum nullo magis, quam silentio, solemnia. *Quintil.* 2. 4. 13. Nullo magis studia, quam spe gaudent. *Lucan.* 3. 364. perit magnus, nullis obstantibus, ignis. *Flor.* 1. 26. Nullius acrior custos, quam libertatis fuit. Sic *ullus* usurpatur a *Liv.* 2. 59. *a med.* Nemo ullius, nisi fugæ memor. Item *alius* a *Quintil.* 1. 5. 16. *Scala* et *scopa*, contraque *hordea* et *mulsa*, non alio vitiosa sunt, quam quod pluralia singulariter, et singularia pluraliter efferuntur. — *c*) *Nullo* pro nullo loco. *Liv.* 22. 53. *a med.* Nullo verius, quam ubi ea cogitentur, hostium castra esse. ¶ 3. Item speciatim, frequenter ponitur loco negativæ *non. Plaut. Rud.* 4. 4. 91. tu mihi Nullus ostenderis. *Id. Trin.* 3. 1. 5. at tu edepol nullus creduas. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 3. si quæret me, uti Tum dicas: si non quæret, nullus dixeris. *Id. Eun.* 2. 1. 10. Memini, tametsi nullus moneas. *Cic.* 11. *Att.* 24. Philotimus non modo nullus venit, sed etc. *et* 15. *ibid.* 22. Sextus ab armis nullus discedit. *et ibid.* 29. Ad M. Ælium nullus tu quidem domum, sed sicubi inciderit. — Et in feminino gen. *Virg. Cir.* 177. Nulla colum novit, carum nec respicit aurum. *Propert.* 1. 17. 11. An poteris siccis mea fata reponere ocellis, Ossaque nulla tuo nostra tenere sinu? *h. e.* non tenere ossa nostra sinu tuo. Al. aliter interpr. — Huc pertinere videntur et sequentia. *Cic.* 1. *Off.* 2. 5. Quis est enim, qui nullis officii præceptis tradendis philosophum se audeat dicere? *Virg.* 12. *Æn.* 405. Nulla viam fortuna regit, nihil auctor Apollo Subvenit. *Cic.* 3. *Off.* 14. 59. Quærit ex proximo vicino, num feriæ quædam piscatorum essent, quod eos nullos videret? *Ovid.* 12. *Met.* 447. Illo sed tempore nullus, Aut puer, Hector erat; nunc me mea deficit ætas. ¶ 4. Item, adjective *nullus* sæpe est irritus, nullius momenti, inanis, levis, *da nulla, di niuna forza, di niun valore. Ter. Hecyr.* 5. 3. 1. Edepol mæ meam herus esse operam deputat parvi preti, Qui ob rem nullam misit, frustra ubi totum desedi diem. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 4. Sed vides nullam esse rempubl., nullum senatum, nulla judicia, nullam in ullo nostrum dignitatem. *Id.* 2. *Legg.* 6. 14. Igitur tu Titias et Apulejas leges nullas putas? *Id.* 2. *Tusc.* 5. 13. Nullum vero id quidem argumentum est. *Id.* 7. *Fam.* 3. *ante med.* Ex eo tempore vir ille summus, nullus imperator fuit. *Q. Cic. Petit. cons.* 7. 25. In petitione nisi id agas, nullus petitor esse videare. *Liv.* 3. 68. *ad fin.* Quis in concordia ordinum nullos se usquam esse vident, malæ rei, quam nullius, turbarum ac seditionum, duces esse volunt. — Hinc *tam nullus*, tam exiguus et quasi nihil. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 2. 1. (2). de *insectis.* In his tam parvis atque tam nullis quæ ratio! quanta vis! quam inextricabilis perfectio! — Huc pertinet et illud *Liv.* 4. 3. Ser. Tullium post hunc, captiva Corniculana natum, patre nullo, matre serva. ingenio, virtute regnum tenuisse. *h. e.* patre ignobili, ignoto. Sic *Horat.* 1. *Sat.* 6. 9. Ante potestatem Tulli atque ignobile regnum Multos sæpe viros, nullis majoribus ortos, Et vixisse probos, amplis, et honoribus auctos. ¶ 5. Item *nullus* est haud qualis esse debet, haud rectus. *Cic.* 2. *Orat.* 5. 20. Ut sine his studiis vitam nullam esse ducamus. ¶ 6. *Nullum esse*, non esse, nihil esse, sublatum, deletum esse. *Sall.* in *orat. M. Lepidi* 9. ed. *Kritz.* Itaque illa quies et otium cum libertate, quæ multi probi potius quam laborem cum honoribus capessebant, nulla sunt. *Id. Cat.* 52. § 21. ed. *Kritz.* Sed alia fuere, quæ illos (*majores nostros*) magnos fecere, quæ nobis nulla sunt, domi industria, foris justum imperium etc. Adde *eumd. Jug.* 86. Sic *Cic. Senect.* 22. 79. Nolite arbitrari, me, quum a vobis discessero, nusquam, aut nullum fore. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 27. 69. (203). Adeo in rebus damnatis quoque, ac jam nullis sunt aliqua remedia, ut carbone, ecce, atque cinere. — Hinc *nullum esse*, mortuum esse: ex opinione eorum, qui animam simul cum corpore interire putabant. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 16. Anima est amica amanti; si abest, nullus est. In *Catalect. Virg.* 14. Sed tu nullus eris. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 63. 63. (154). Cujus (*terræ*) numen ultimum jam nullis precamur irati grave. — Hinc etiam formula illa desperationis comicæ, *nullus sum*, perii, actum est de me, *son morto, per me ella è spedita. Ter. Hecyr.* 4. 1. 6. ostium concrepuit: credo, ipsum ad me exire: nulla sum. *Id. Andr.* 3. 4. 20. nullus sum, Quid causæ est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar via? *Id. Phorm.* 1. 4. 1. Nullus es, Geta, nisi jam aliquod tibi consilium celere reperis: Ita tanta te impendent mala. Adde *Plaut. Most.* 2. 1. 41. et *Merc.* 1. 2. 52. *et* 104. Sic *Id. Cas.* 2. 4. 26. si id factum est, ecce me nullum senem.

NUM, adverb. vel particula, quæ in interrogatione recta et obliqua usurpatur. ¶ 1. In recta interrogatione *num* est idem atque an, numquid, *μῶν, ἆρα, forse*: sic — *a*) Cum addita responsione — Frequenter negativa. *Plaut. Merc.* 1. 2. 102. Num esse amicum suspicari visus est? AC. Non visus est. *Ter. Andr.* 2. 2. 19. Num videntur convenire hæc nuptiis? PA. Non opinor, Dave. *Id. Phorm.* 3. 1. 10. Num patri quid subolet? G. Nil etiam. *Cic. Brut.* 83. 288. Num igitur, qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Minime, sed quamdam sequatur ætatem. Adde *eumd.* 3. *leg. Agr.* 4. 16. et 1. *Cat.* 6. 13. — Interdum affirmativa. *Plaut. Pœn.* 5. 3. 119. Te monere num nevis? HA. Sane volo. *et ibid.* 5. 4. 85. Num hi falso oblectant gaudio nos? AS. At me ita dî servent, ut hic pater est voster. — Aliquando sequitur in responsione *immo*; quo reprobatur sententia interrogantis. *Plaut. Rud.* 5. 2. 11. Ut vales? GA. Quid tu? num medicus, quæso, es? LA. Immo edepol una littera plus sum quam medicus. *Id. Aulul.* 2. 1. 39. Num non vis me interrogare te? XY. Immo, si quid vis, roga. — *b*) Sine addita responsione. *Plaut. Epid.* 5. 2. 16. Num te fugi? num a domo absum? *Ter. Andr.* 5. 3. 6. Num cogitat, quid dicat? num facti piget? Num ejus color pudoris signum usquam indicat? *Cic.* 5. *Verr.* 53. 122. Num exspectatis, dum L. Metellus testimonium dicat? *Id. Opt. gen. dic.* 5. 16. At loquitur pulcre. Num melius quam Plato? *Liv.* 5. 51. Num ante exorta est (*clades*), quam spreta vox cæto emissa de adventu Gallorum? — *c*) Adjicitur a Comicis *nam* vel separatim, vel conjunctim. *Plaut. Cas.* 5. 2. 55. Num illa me nam sequitur? *Id. Truc.* 2. 4. 1. Num tibi nam amabo janua est mordax mea, quo introire metuas? *Id. Amph.* 1. 16. 5. Numnam ego obolui? *Ter. Heaut.* 3. 2. 6. Numnam hæc audivit? *Id. Eun.* 2. 2. 55. eho, numnam hic relictus adstas, nequis forte internuncius clam a milite ad istam curset? — *d*) Adjicitur et *ne. Forcellinus* affert illud *Plaut. Truc.* 2. 6. 65. Numne vis me, voluptas mea, quo vocatus sum, ire ad cœnam? *At ibi scribendum* Num nevis, *ut in Pœn.* 5. 2. 119. Ceterum *Cic.* 1. *Nat. D.* 31. 88.

Quid? Deum ipsum numne vidisti? *Id.* 1. *Tusc.* 32. 77. Numne vis igitur audire, cur, etiam si ita sit, mors tamen non sit in malis? — *e) Num* locum habet etiam in bipartita interrogatione, et a part. *an* excipitur. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 36. Num tibi, adolescens, malæ aut dentes pruriunt, qui huic es molestus? An malam rem quæritas? *Cic.* 1. *Tusc.* 47. 112. Num igitur etiam rhetorum epilogum desideramus? An hanc jam artem plane relinquimus? *Id. Senect.* 7. 23. Num igitur hunc, num Homerum, Hesiodum, Simonidem - coegit in suis studiis obmutescere senectus? An in omnibus his studiorum agitatio vitæ æqualis fuit? *Horat.* 2. *Sat.* 5. 58. Num furis? an prudens ludis me? — Ubi disjungenda est sententia, dicitur *aut*, et *aut-aut. Virg.* 4. *Æn.* 370. Num lacrimas victus dedit, aut miseratus amantem est? *Plaut. Amph.* 2. 2. 77. Num tibi aut stultitia accessit, aut superat superbia? *Cic. Rosc. Am.* 40. 118. Num aut ille lanista omnino jam a gladiatore recessisse videtur, aut iste discipulus magistro tantulum de arte concedere? *Id.* 1. *Divinat.* 14. 24. Num igitur tot ducum naufragium sustulit artem gubernandi? aut num imperatorum scientia nihil est, quia etc.? Adde *eumd.* 5. *Tusc.* 9. 19.; et cf. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 33. — *f)* Sequente *quis*, *quæ*, *quod*. *V.* NUNQUIS. — *g)* Sequente *quando*, *V.* NUNQUANDO. — 2.°) In obliqua interrogatione *num* est dubitativum, *se*, utrum: quum scilicet post aliud verbum, membrumve subjicitur. *Cic. Fat.* 3. 6. Quæro, num aliter, ac nunc eveniunt, evenirent. *Id.* 1. *Cat.* 5. 13. Interrogas me, num in exsilium? non jubeo, sed si me consulis, suadeo. *Id. leg. Manil.* 7. 19. Videte, num dubitandum vobis sit, omni studio ad id bellum incumbere. *Nepos Hannib.* 12. Ut sibi renunciaret, num eodem modo undique obsideretur. *Liv.* 42. 19. *extr.* Jusserunt speculari, num sollicitati animi sociorum essent. *Tac.* 1. *Ann.* 8. Interrogatusque a Tiberio, num se mandante eam sententiam prompsisset, sponte dixisse respondit. *Ulp. Dig.* 4. 4. 16. Num forte aliqua actio possit competere. *se per avventura.* — *Num quis*, *num quando*. *V.* NUMQUIS, NUMQUANDO.

NŪMĀRĬUS *vel* nummarius, a, um, adject. χρηματικός, ad numos et pecuniam pertinens.

I.) Proprie. *Cic.* 4. *Verr.* 28. 69. In summa difficultate esse numaria. *esser assai scarso di soldo.* et 6. *ibid.* 6. 11. Tanta difficultas eum rei numariæ tenuit, tanta egestas oppressit. *Id.* 3. *Off.* 20. 80. Ut res numaria de communi sententia constitueretur. *si facesse un regolamento delle monete.* et 4. *Att.* 7. Numaria theca. et *Novius* apud *Non. p.* 495. 25. *Merc.* arca. *scrigno. Ulp. Dig.* 4. 8. 11. pœna. *pecuniaria.* Rursus *Cic.* 3. *Verr.* 42. 108. Lex Cornelia numaria. *h. e.* quæ sanxit, ne quis privatus pecuniam faceret, ut ait *Asconius. Callistrat. Dig.* 40. 15. 4. quæstio.

II.) Translate. *Numarius* dicitur, qui pecunia accepta corrumpi se patitur, mercenarius. *Cic.* 1. *Att.* 16. *ante med.* Insectari, et exagitare numarios judices. *Id.* 5. *Verr.* 57. 131. Ecquod judicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam numarium fore putasti, etc? *Id. Cluent.* 36. 101. Numarius interpres pacis et concordiæ non probabatur. *Id.* 15. *Att.* 1. Nisi forte iste numarius (*C. Curio*) ei (*Cæsari*) potest persuadere. *h. e.* magna pecunia ab eodem Cæsare corruptus. *Seneca* 1. *Benef.* 9. *extr.* Provincias spoliari, et numarium tribunal, audita utrimque licitatione, alteri addici.

NŪMĀTĬO *vel* nummatio, ōnis, f. 3. πολυχρηματία, numorum abundantia, affluentia. *Cic.* 2. *Phil.* 45. 115. Confer eum cum numatione tua, tuorumque. *Al. rectius leg.* nundinatione.

NŪMĀTUS *vel* nummatus, a, um, adject. Comp. *Numatior.* — Numatus est numis abundans, πολυχρήματος. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 22. 59. Volitat enim ante oculos istorum Juba regis filius, adolescens non minus bene numatus, quam bene capillatus. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 38. Ac bene numatum decorat Suadela Venusque. *Apul.* 1. *Met. post init.* Numatior revertor.

NŪMELLA, æ, f. 1. genus machinæ ligneæ ad discruciandos noxios, in quam collum et pedes immittuntur, ut describit *Non. p.* 144. 25. *Merc.* Hinc inter servorum tormenta enumerat *Plaut. Asin.* 3. 2. 5. stimulos, laminas, cruces, compedes, Nervos, catenas, numellas, pedicas, boias. — *Festus p.* 173. 18. *Müll.* interpretatur genus vinculi, quo deligantur quadrupedes, ex nervo, aut corio crudo bovis ut plurimum factum. Atque hoc sensu usurpat et *Colum.*, sed mascul. genere, 6. *R. R.* 19. 2. ubi ait: Ubi possunt etiam numelli (al. leg. *numellæ*) fabricari, ut inserto capite, descendentibus per foramina regulis cervix catenetur. Ceterum *Schneider.* leg.: Ubi potest etiam numella etc. *Id.* 7. *ibid.* 8. 6. Numellis pecus inducere. Al. leg. *induere.* Intelligit autem *Colum.* vinculum ex ligneis regulis factum. — Videtur esse a νομεύς, unde οἱ νομῆες apud *Herodot. l.* 1. *c.* 194. sunt trabes in navium lateribus.

NŪMELLĀTUS, a, um, adject. *Gloss. Placid.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 486. Numellatus, numella ligatus, id est vinculo quo quadrupedes alligantur.

NŪMELLUS, i, m. *V.* NUMELLA.

NŪMEN, ĭnis, *n.* 3. a *nuo*, ut *flumen* a *fluo*, est nutus, νεῦμα (It. *cenno*; Fr. *mouvement*, *signe de tête*; Hisp. *movimiento*, *signo de testa*; Germ. *das Nicken*, *Zunicken*, *Kopfnicken*; Angl. *a nod*).

I.) Proprie. *Lucret.* 2. 631. *de Curetibus.* in numerum exsultant, sanguine fleti, Terrificas capitum quatientes numine cristas. *col dimenamento del capo.* At *Bentlejus* pro *sanguine fleti* optime legit *sanguinolenti*; et *Lachmannus* pro *numine* scribendum esse putat *momine.*

II.) Translate. ¶ 1. Numen est inclinatio, quia in nutu caput inclinatur. *Lucret.* 4. 179. In quem quemque locum diversa numine tendunt. *Marullus*, probante *Lachmanno*, leg. *momine.* ¶ 2. Sæpius et certe est voluntas, imperium, quia nutu significamus, quod volumus, quodque imperamus. *Varro* 7. *L. L.* 85. *Müll.* Numen dicunt esse imperium, dictum ab nutu, (*quod cujus nutu*) omnia sunt, ejus imperium maximum esse videatur: itaque in Jove hoc et Homerus et aliquotiens Livius. *Lucret.* 3. 144. Cetera pars animæ per totum dissita corpus Paret, et ad numen mentis momenque movetur. Cf. *Virg.* 1. *Æn.* 137. Jam cælum terramque meo sine numine, venti, Miscere, et tantas audetis tollere moles? ¶ 3. Speciatim, fere dicitur de voluntate, vi et potentia deorum, quia solo nutu efficere putantur quæcumque libuerit, *volontà*, *forza e potenza degli dei*, θεῖον, θειότης: *V.* locum *Varron.* allatum in paragr. proxime superiori. *Cic.* 1. *Divinat.* 53. 120. Quanto id Deo est facilius, cujus numini parent omnia. *Nepos Agesil.* 2. *in fin.* Quum animadverteret, deorum numen facere secum. *et Timol.* 4. *extr.* Nihil rerum humanarum sine deorum numine agi. *Cic.* 6. *Verr.* 49. 107. Multa sæpe prodigia vim ejus (*Cereris*) numenque declarant. *Id.* 2. *Cat.* 13. 29. Dii immortales hic præsentes suo numine atque auxilio urbis tecta defendunt. *Id. Pis.* 21. 48. Numen interdictumque deorum immortalium, responsa sacerdotum, auctoritatem senatus regi Ægyptio vendidit. *Horat.* 4. *Od.* 5. 53. Nox, et Diana Nunc nunc adeste, nunc in hostiles domos Iram atque numen vertite. *Ovid.* 1. *Art. am.* 203. Marsque pater, Cæsarque pater, date numen euntí. *Id.* 4. *Pont.* 13. 24. Adjuta est novitas numine nostra dei. *Cæs.* 6. *B. G.* 15. Numen deorum placare. — Speciatim *numen Jovis* est ejus vis et potentia in aere, in illo *Horat.* 3. *Od.* 10. 7. et, positas ut glaciet nives Puro numine Juppiter? *Bentlej.* mallet *duro numine.* Sic de mari *Virg.* 5. *Æn.* 767. quibus aspera quondam Visa maris facies, et non tolerabile numen. — In illo *Virg.* 2. *Æn.* 396. Vadimus immixti Danais haud numine nostro: *intellige* diis non propitiis ac faventibus, sed adversis. — In plur. numero de uno tantum deo, per synecdochen: apud *Virg.* Venus Cupidinem alloquens, 1. *Æn.* 670. supplex tua numina posco. *et* 3. *ibid.* 543. numina sancta precamur Palladis armisonæ. *Sil. It.* 1. 93. Ennææ numina divæ. *Ovid.* 6. *Met.* 44. Palladaque exhibuit: venerantur numina nymphæ Mygdonidesque nurus. *Horat. Epod.* 17. 3. Per et Dianæ non movenda numina. ¶ 4. Tribuitur aliquando et hominibus, qui potentia, dignitate, dominatu, deorum quodammodo vim in terris habent. *Cic.* 3. *Phil.* 13. 32. Magna vis est, magnum numen unum et idem sentientis senatus. *Al. leg.* nomen. *Id. post ad Quirit.* 8. 18. Numenque vestrum æque mihi grave et sanctum, ac deorum immortalium in omni vita futurum. *Liv.* 7. 30. *ad fin.* Annuite, P. C., nutum numenque vestrum invictum Campanis, et jubete sperare, incolumem Capuam futuram. *Ovid.* 5. *Trist.* 3. 45. flectere tenta Cæsareum numen numine, Bacche, tuo. Idem *Ovid.* sæpissime Augusto *numen* tribuit: qua appellatione posterioribus temporibus imperatores R. honorare mos fuit. Hinc illa in vet. *Inscriptionib.* D. N. M. Q. E. *h. e.* Devotus Numini Majestatique Ejus: quæ expressa habentur apud *Gruter.* 272. 1. 2. 5. 6. 7. et alibi. Ita *Symmach.* 10. *ep.* 21. (*al.* 26.) Præcipua beneficia numinis vestri populus R. exspectat. ¶ 5. Sæpe etiam dicitur de ipsis diis, *deità*, *nume*, præsertim a poetis. *Virg.* 4. *G.* 7. si quem Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo. *Ovid.* 1. *Met.* 320. Coryciadas nymphas et numina montis adorant. *Virg.* 3. *Æn.* 634. nos magna precati Numina. *Stat.* 1. *Achill.* 504. Belligerum numen. *Ovid.* 10. *Met.* 430. promissaque numine firmat. *h. e.* Deo per juramentum teste vocato. *Quintil.* 6. *proœm.* 10. Juro per illos Manes, numina mei doloris.

NŪMĔRĀBĬLIS, e, adject. *che si può numerare*, *numerabile*, εὐαρίθμητος, qui numerari potest. *Ovid.* 5. *Met.* 587. Invenio sine vortice aquas, sine murmure euntes, Perspicuas imo, per quas numerabilis alte Calculus omnis erat. — *Populus numerabilis* apud *Horat. Art. P.* 206. est parvo numero: quia quæ pauca sunt, facilius numerantur.

NŪMĔRĀLIS, e, adject. ἀριθμητικός, ad numerum pertinens, ut Numerale nomen, quod numerum significat, apud *Priscian.* 2. *p.* 579. *et* 581. *Putsch.*

NŪMĔRĀRĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq.

NŪMĔRĀRĬUS, a, um, adject. ad numeros pertinens. — Hinc

Numerarius, ĭi, m. 2. *computista*, *aritmetico*, ἀριθμητής, qui numeros conficit, et computat. *Augustin. in Psalm.* 146. *sect.* 11. et 2. *Lib. arbitr.* 11. — *Numerarii* fuere in officio præfectorum prætorio, consularium, præsidum, ducum, magistri officiorum, qui rationes conficiebant, quos nunc dicimus *ragionati pubblici. Ammian.* 19. 9. Jacobus et Cæsius numerarii apparitionis magistri equitum. Adde *Sidon.* 1. *Ep.* 11. et 2. *Ep.* 1. et 5. *Ep.* 7.; et *V. Cod. Theod.* 8. *tit.* 1. et *Cod. Justin.* 12. *tit.* 56. qui *De numerariis*, *actuariis*, etc. inscribitur. Apud *Isid.* ita definiuntur 9. *Orig.* 4. Numerarii vocati sunt, qui publicum numum ærarii inferunt. *h. e.* qui rationes militarium numerorum tractant, ut ait *Ammian.* 26. 1. *circa med.*, quique etiam *rationarii* dicuntur ab *eod.* 15. 5. *ad fin. Balbus* de asse § 12. hos vocat *numerarios ratiocinatores.*

Numeraria, æ, f. 1. absolute vocatur arithmetica, quia numerorum rationem docet. *Capell.* 7. *p.* 269. *in fin.*; *loquitur Arithmetica.* Ne superum nostri capiant fastidia cœtus, Et vetus astrigero pellar Numeraria cœlo.

NŪMĔRĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced.

NŪMĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. *novero*, *contamento*, ἀριθμήσεις. *Seneca Ep.* 18. Ab isto fiet numeratio. *h. e.* numeratio pecuniæ, *sborso*, *pagamento.* Quo sensu *Id. Ep.* 26. *ad fin.* Exspecta pusillum, et de domo fiet numeratio. *Colum.* autem expresse 1. *R. R.* 8. 13. Ubi æris numeratio exigitur, rem pro numis ostendit. — Pro computatione *Boeth. de Trinit.* 2. *p.* 1123. Hæc enim unitatum iteratio potius est, non numeratio. Adde *eumd. ibid.* haud semel.

NŪMĔRĀTOR, ōris, m. 3. *numeratore*, *contatore*, ἀριθμητής, qui numerat. *Augustin.* 5. *Confess.* 4. Mensor cæli, et numerator siderum.

NŪMĔRĀTUM, i, n. 2. *V.* in fin. v. NUMERO, as.

NŪMĔRĀTUS, a, um. *V.* NUMERO, as.

NŪMĔRE. *V.* NUMERO secundo loco.

NŪMĔRĬUS, a, um, adject. ad numeros pertinens, *numerico*. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* 3. 58. edente *A. Maio.* Illic et effigies plurimæ tum e marmore vario, tum e metallo cujuscumque modi renuebant numeriam æstimationem, quæ omnis curiosi diligentiam vinceret.

NŪMĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (numerus). Part. *Numerans* II. 1.; *Numeratus* I. 1. 2. et in fin.; *Numeraturus* I. 2.; *Numerandus* I. 1. et II. 2. et 3. — Numerare est per numeros recensere, dimetiri, dinumerare, ἀριθμέω (It. *contare, noverare, numerare*; Fr. *compter, nombrer*; Hisp. *numerar, contar*; Germ. *zählen*; Angl. *to count, number, reckon, enumerate*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 3. *de republ.* 4. Si singulos numeremus in singulas (*civitates*), quanta jam reperiatur virorum excellentium multitudo! *Lucan.* 3. 285.; et *Sil. It.* 7. 730. Numeratus miles. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 5. (7). Numeratæ domus. At *Sillig.* ex optimis Codicibus *enumeratæ* legit. *Cic.* 2. *Orat.* 32. 137. Ea, si ex reis numeres, innumerabilia sunt; si ex rebus, modica. *Sueton. Claud.* 21. Aureos voce digitisque numerare. *Ovid.* 3. *Fast.* 123. Numerare per digitos. *Inscript.* apud *Henzen.* 7303. *de pilarum ludo.* AMIANTHVS EPAPHRA TERTIVS LVDANT CVM HEDYSIO IVCVNDVS NOLANVS FETAT NVMERET CITVS ET STACIS AMIANTHVS. *Juvenal.* 8. 131. Tum licet a Pico numeres genus, h. e. deducas, numerando Picum primum inter majores tuos. *Tibull.* 4. 4. 18. Votaque pro domina vix numeranda facit, h. e. pæne innumerabilia. ¶ 2. Speciatim quum de pecunia sermo est, non solum significat numorum inire numerum, sed etiam pecuniam præsentem alteri tradere. *Cæs.* 3. *B. C.* 3. Magnam pecuniam societates earum provinciarum, quas ipse obtinebat, sibi numerare coegerat. *Cic. ad Planc.* 1. *post ep.* 16. *Att.* 16. Atticus pecuniam numeravit de suo, *sibi* vel *sibi de suo*, et *Flacc.* 19. 44. Si prætor dedit, a quæstore numeravit, *della cassa del camarlingo*, et *Pis.* 36. 88. Stipendium numerare militibus. *Vellej.* 2. 66. 3. alicui mercedem. *Ovid. Heroid.* 12. 199. dotem. *Cajus* 4. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 116. Pecuniam numeraturus. ¶ 3. *Numera senatum*, ait quivis senator consuli, cum impedimento vult esse, quo minus faciat senatusconsultum: postulatque, ut aut res, quæ referuntur, dividantur; aut singuli consulantur; aut numerentur senatores, si tot sint numero, quot esse oportet, ut liceat senatusconsultum perscribi. Ita *Festus* p. 170. 16. *Müll.* Hinc *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 11. Sed quum de hostiis ageretur, et posset rem impedire, si ut numerarentur, postularet, tacuit. *et Plin. Paneg.* 76. Consulti omnes, atque etiam dinumerati sumus: vicitque sententia non prima, sed melior. *Cic.* 5. *Att.* 4. Hactenus ne quid ad senatum, consule, aut numera. Ita legit *Turneb. l.* 28. *Adversar. c.* 27., alii aliter. ¶ 4. Poetice *numerare pectine chordas*, apud *Juvenal.* 6. 381. est percurrere, et quasi aliam post aliam pulsando numerare, vel in numerum pulsare.

II.) Translate. ¶ 1. Per metonymiam est habere, possidere. *Ovid.* 1. *Trist.* 9. 5. Donec eris felix, multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris. *Tac.* 1. *Ann.* 35. Veterani tricena, aut supra stipendia numerantes. ¶ 2. Item est ponere, collocare, habere in aliquo ordine, in aliqua classe, *computare, porre nel numero, noverare in una categoria, in una classe*; et occurrit — a) Cum Ablat. et præpos. *in. Cic. Brut.* 45. 166. M. Hereonius in mediocribus oratoribus numeratus est. *Id.* 1. *Parad.* 1. 8. Neque non sæpe laudabo sapientem illum, Biantem, ut opinor, qui numeratur in septem. *Id. Brut.* 97. 332. Nec enim decet te ornatum uberrimis artibus-numerari in vulgo patronorum. *Id.* 1. *Phil.* 8. 19. Nisi forte, si quid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis. *Id.* 2. *Legg.* 5. 12. Id est ne numerandum in bonis? *Sall. in orat. Lepid. contr. Sull. a med.* Quorum adeo Sullam non pœnitet, ut et facta in gloria numeret. *Cic.* 11. *Phil.* 1. 3. Mors in beneficii parte numeretur. *Al. leg.* partem. *Id.* 2. *Fam.* 6. Ne id, quod petit, exigere magis, quam rogare, et in meredis potius, quam beneficii loco numerare videatur. Cf. *eumd.* 2. *Fin.* 28. 90. Voluptatem nullo loco numerat. — b) Cum Accus. et præpos. *inter. Cic. Rosc. Am.* 6. 16. Ipse honestissimus inter suos numerabatur. *Ovid.* 4. *Pont.* 9. 35. Hic ego præsentes inter numerarer amicos. *Tac. Germ.* 30. Fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare. — c) Singulare est illud *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 12. 46. Hanc Academiam novam appellant; quæ mihi vetus videtur; si quidem Platonem ex illa vetere numeramus. — d) *Numerare aliquem post aliquem*, postponere. *Tac.* 2. *Hist.* 77. Nihil nobis ultra arrogabo, quam ne post Valentem ac Cæcinam numeremur. *h. e.* Valenti ac Cæcinæ postponamur. ¶ 3. Hinc numerare est etiam censere, æstimare, *tenere per, stimare. Cic. Orat.* 9. 31. Thucydides numquam est numeratus orator. *Id. Mur.* 24. 49. Sulpicium accusatorem suum numerabat, non competitorem. *Id.* 1. *Fam.* 9. *circa med.* Sapientes cives, qualem me et esse et numerari volo. *Id.* 4. *Verr.* 70. 169. Is prope alter Timarchides numeratur. *Id.* 13. *Phil.* 4. 7. Maximum ejus beneficium numero, quod hoc animo in rempubl. est. *Id. Rosc. Am.* 13. 37. Tam singulare maleficium, quod ita raro exstitit, ut si quando auditum sit, portenti ac prodigii simile numeretur. *Sil. It.* 15. 750. ante omnes bello numerandus Hamilcar. *Alii aliter leg.* — Hinc Part. præter.

Numeratus, a, um, adjective occurrit de pecunia. *Plaut. Pers.* 4. 3. 57. Probum et numeratum argentum ut accipiat, face. — Hinc *numerata pecunia*, h. e. in numis, *danaro in contanti. Plaut. Pseud.* 4. 7. 50. hic sunt quinque argenti lectæ numeratæ minæ. *Id. Asin.* 1. 3. 41. Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum. *Cic. Cæcin.* 4. 11. Quum uteretur dote uxoris numerata. — Hinc

Numeratum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est pecunia numerata, *danaro in contanti.*

I.) Proprie. *Cic.* 5. *Fam.* 20. *sub fin.* Quæ tua est suavitas, nolles a me hoc tempore æstimationem accipere; nam numeratum, si cuperem, non haberem. *Id.* 12. *Att.* 25. Mihi res et conditio placet: sed ita, ut numerato malim, quam æstimatione. *V.* ÆSTIMATIO. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 166. Quid refert, vivas numerato nuper, an olim? *di danaro testè contato, o tempo fa.* Adde *Liv.* 26. 21. *in fin.* — *In numerato*, in numis, in pecunia, *in contanti, in soldo effettivo. Plin.* 33. *Hist. nat.* 10. 47. (135). Testamento edixit, relinquere in numerato HS. DC. *et ibid.* 3. 17. (56). Ex ærario protulit laterum aureorum XV. M., argenteorum XXX. et in numerato HS. CCC.

II.) Translate, *in numerato habere*, in promptu habere, præsens paratumque habere, *aver in pronto, alla mano. Quintil.* 6. 3. 111. Dictum est de actore facile dicente ex tempore, ingenium eum in numerato habere. *Seneca* 2. *Controv.* 13. *sub fin.* hoc dictum fuisse tradit ab Augusto de L. Vinicio, quo nemo civis R. in agendis causis præsentius habuit ingenium. Quidquid longa cogitatio illi præstitura erat, prima intentio animi dabat: ex tempore causas agebat, etc.

NŪMĔRO, adverb. vel rectius Ablativus casus a voce *numerus* adverbialiter usurpatus. A *Forcellino* affertur et alia forma *numere*, quæ olim legebatur apud *Festum*; hic autem docere videbatur, *numero* dici de præsenti et futuro tempore, *numere* de præterito. Verum ejus verba maximam partem incerta sunt: neque id discrimen a scriptoribus servatur: immo *numere* nusquam occurrit, atque abest ab ipso *Festo* p. 170. edente *Müll.* Ceterum ¶ 1. *Numero* est idem ac puncto temporis, *in punto, a tempo, a battuta.* Antiqua loquendi ratio ducta ex eo, ut quidam putant, quod unum, quod est principium numeri, punctum putatur, ut *Macrob.* 2. *Somn. Scip.* 2. loquitur. *Plaut. Amph.* 1. 1. 25. Numero mihi in mentem fuit, dis advenientem gratias pro meritis agere. *Nævius* apud *Festum l. c.* Neminem vidi, qui numero sciret, quod scito est opus. ¶ 2. Significat etiam cito (ut ait *Non.* p. 352. 16. *Merc.*), celeriter, *tosto, subito. Varro* 3. *R. R.* 16. 7. Apes si quando displicatæ sunt, cymbalis et plausibus numero reducunt in locum unum. *Id.* apud *Non.* p. 352. 30. *Merc.* Qui, cito facturum quid se, ostendere volebat, dicebat numero id fore. — Unde cum *nimis* aliquando jungitur. *Turpilius* apud *Non. ibid.* Numquam nimis numero quemquam vidi facere, quum facto est opus. *Afranius* apud *Festum l. c.* Perfalsum et abs te creditum numero nimis. ¶ 3. Hinc est etiam nimis cito. *Plaut. Men.* 2. 2. 13. numero huc advenis ad prandium. Nunc obsonatu redeo. *et Mil. glor. a.* 5. *v.* 7. Perii, CA. Haud etiam, numero hoc dicis. *Id. Pœn.* 5. 4. 101. o Apella, o Zeuxis pictor, Cur numero estis mortui? Adde *eumd. Merc.* 4. 3. 37. Sic *Afranius* apud *Festum l. c.* Ei misera numero ac nequidquam egi gratias.

NŪMĔRŌSĔ, adverb. (numerosus). Comp. *Numerosius* et Sup. *Numerosissime* I. et II. 1. — Numerose est idem ac magno numero, *in copia, numerosamente.*

I.) Proprie. *Colum.* 4. *R. R.* 21. 2. Nec tamen licebit numerosius onerare, quam ut una vitis octo serviat palmitibus. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 19. (61). *de auro.* Nec aliud latius dilatatur, aut numerosius dividitur. *Apul. de Deo Socrat. prope fin.* Villas opipare exstruunt, et domos ditissime exornant, et familias numerosissime comparant. — Apud *Tertull. advers. Prax.* 12. numerose loqui, est loqui in plurali numero.

II.) Translate. ¶ 1. Est per numeros, id est mensuras musicas, *armoniosamente. Cic.* 2. *Nat. D.* 8. 22. Quid, si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? ¶ 2. Item per numeros orationis, concinne, apte, suaviter. *Cic. Brut.* 8. 34. Sententia aptis constricta verbis, cadit etiam plerumque numerose. *Id. Orat.* 66. 221. Raro in veris causis circumscripte numeroseque dicendum est. *et ibid.* 62. 210. In amplificanda re funditur numerose et volubiliter oratio. *et ibid.* 65. 219. Apte numeroseque dicere. *Gell.* 7. 3. *ad fin.* Ea omnia distinctius, numerosiusque ac comptius fortasse dici potuerunt: fortius atque vividius potuisse dici non videntur. *Quintil.* 10. 5. 9. Ut ex industria sumamus sententias quasdam, easque versemus quam numerosissime.

NŪMĔRŌSĬTER, adverb. idem ac numerose, quam vocem vide sub II. 1. *Arnob.* 2. 42. Ut inflandis bucculas disteuderent tibiis, cantionibus ut prærirent obscœnis numerositer, et scabillorum concrepationibus sonoris. *Alii ita locum minus recte mutant:* obscœnis, numerosos iterarent scabillorum concrepationibus sonores.

NŪMĔRŌSĬTAS, ātis, f. 3. *numero grande, copia, numerosità*, magnus numerus, multitudo, copia.

I.) Proprie. *Macrob.* 5. *Saturn.* 20. *a med.* Ad significationem numerositatis innumeræ. *Tertull. Monog.* 4. Filiarum numerositas. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 12. 5. 3. curialium. *Sidon. carm.* 23. 150. Et te multimoda satis verendum Scriptorum numerositate, Varro.

II.) Translate est apta rerum proportio, concinnitas, εὐρυθμία. *Augustin. Doctr. Chr.* 4. 20. Si quisquam hujus numerositatis peritus clausulas eorumdem numerorum lege componat, quod facillime fit mutatis quibusdam verbis, quæ tantumdem significatione valent, vel mutato eorum quæ invenerit ordine. *et ibid.* 55. Nostri corporis numerositas.

NŪMĔRŌSUS, a, um, adject. (numerus). Comp. *Numerosior* et Sup. *Numerosissimus* I. — Numerosus generatim est qui magno constat numero, multiplex, multus, varius, πολυπλήθης (It. *numeroso, copioso, molteplice, molto*; Fr. *nombreux, en grand nombre, varié*; Hisp. *numeroso, en gran número*; Germ. *zahlreich, mannigfach, vielfach, umfangreich*; Angl. *numerous, copious, manifold, various, much, great*).

I.) Proprie. *Val. Flacc.* 5. 40. Magna comitum numerosaque pubes. *Tac. Agric.* 17. Brigantum civitas, quæ numerosissima provinciæ totius perhibetur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 40. 95. (233). Animalia numeroso fecunda partu. *Id.* 7. *ibid.* 28. 29. (101). Numerosissima suffragia habere. *et* 21. *ibid.* 24. 95. (167). Herba radice magna, numerosa. *Id.* 35. *ibid.* 11. 40. (125). Numerosissima florum varietas. *Plin. alter* 4. *Ep.* 15. Copiosa et numerosa domus. *h. e.* familia. *Nemesian. Cyneg.* 15. Niobe numeroso funere mœsta. *Martial.* 3. 31. Et servit dominæ numerosus debitor arcæ. *et* 4. 1. Cæsaris alma dies, *etc.* Longa, precor, Pylioque veni numerosior ævo. *Colum.* 10. *R. R.* 6. Principio sedem numeroso præbeat horto Pinguis ager. *h. e.* in quo seruntur multorum generum olera, flores, poma. Alii exponunt amplo, laxo, et multa capiente, *ampio, largo, capace. Plin.* 2. *Ep.* 14. *circa med.* Hoc pretio quamlibet numerosa subsellia implentur. *h. e.* numero plurima subsellia.

et 10. *Ep.* 48. Gymnasium incendio amissum restituere cœperunt, longe numerosius laxiusque, quam fuerat. *h. e.* pluribus membris instructum. *Id. Paneg.* 28. Numerosa gloria. *h. e.* quæ multas partes habet. *Colum.* 6. *R. R.* 29. 2. Pullus equinus lato et musculorum toris numeroso pectore. *h. e.* multos habente musculorum toros. *et mox* 3. Feminibus torosis ac numerosis. (Sic *Virg.* 3. *G.* 81. Luxuriatque toris animosum pectus.) *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (130). Pictor diligentior, quam numerosior. *h. e.* qui plurimas tabulas pinxerit: vel qui varietati magis studuerit. Sic 34. *ibid.* 8. 19. (58). Myron numerosior in arte, quam Polycletus. *Id.* 35. *ibid.* 11. 40. (138). Numerosa tabula. *h. e.* in qua multi depicti sunt. *Quintil.* 5. 10. 10. Numerosum opus. *h. e.* multiplex, varium. *V.* ARGUMENTOSUS. et *Plin.* 3. *Ep.* 9. *a med.* Hic numerosissimæ causæ terminus, quibusdam absolutis, pluribus domnatis, atque etiam relegatis, etc. *Capell.* 9. *p.* 305. Hanc igitur repertam post sæcula numerosa et tandem in usum melicum revocatam condecet audire. *h. e.* post multa sæcula. *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 11. *n.* 83. At si porrecta in dies numerosior erit ægritudo et statum infirmitas acceperit etc. — *Numerosa res* dicitur adolescens multarum rerum peritus et pluribus aptus. *Inscript.* apud *Gruter.* 655. 3. Ille ego, qui magni parvus cognominis heres, Corpore in exiguo res numerosa fui: Flectere doctus equos, nitida certare palæstra, Ferre jocos, astu fallere, nosse fidem, etc.

II.) Translate. ¶ 1. Numerosa dicuntur, quæ ad numerum fiunt, ut saltatio, gestus, sonus, versus. *Ovid.* 2. *Amor.* 4. 29. Illa placet gestu, numerosaque brachia ducit. *Id.* 4. *Pont.* 2. 33. in tenebris numerosos ponere gressus (*al.* gestus), Quodque legas nulli, scribere carmen, idem est. *Id.* 4. *Trist.* 10. 49. Et tenuit nostras numerosus Horatius aures. *scil.* propter tot carminum genera, quibus usus est. ¶ 2. *Numerosa oratio,* quæ numeri versuum quid simile habet, et apte, concinne atque æquabiliter fluit. *Cic.* 3. *Orat.* 48. 185. Si numerosum est id in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam impressiones, et quod metiri possumus intervallis æqualibus; recte hoc genus numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. *Id. Orat.* 50. 168. *et* 52. 174. Apta et numerosa oratio.

NŪMĔRUS, i, m. 2. (quæ vox, ratione habita etymi, jungenda videtur cum v. *numus* et νόμος) est discretæ quantitatis mensura, ratio, qua multitudinis cujuspiam summa concipitur. Minervæ inventum esse, creditum est, ut *Liv.* 7. 3. scribit. Gr. ἀριθμός (It. *numero, novero*; Fr. *nombre*; Hisp. *número*; Germ. *die Zahl*; Angl. *a number, quantity*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Universim. — Stricto sensu. *Cic.* 6. *de republ.* 18. Illi octo cursus, in quibus eadem vis est duorum, Mercurii et Veneris, septem efficiunt distinctos intervallis sonos: qui numerus rerum omnium fere nodus est. *et ibid.* 12. Quum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusque converterit, duoque hi numeri, quorum uterque plenus habetur, circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint. *Seneca Ep.* 58. *a med.* Consummare perfectissimum numerum, quem novem novies multiplicata componunt. — Numeros Romani per litteras alphabeti denotabant, easque ad numeros significandos virgula superducta distinguebant. *V.* VIRGULA. — Latiori sensu de definita hominum aut rerum multitudine. *Cic.* 2. *de republ.* 14. Idemque Pompilius et auspiciis majoribus inventis ad pristinum numerum duo augures addidit, et sacris e principum numero pontifices quinque præfecit. *Liv.* 7. 3. Eum clavum, quia raræ per ea tempora litteræ erant, notam numeri annorum fuisse ferunt. *Cic.* 7. *Verr.* 28. 72. Quum maximus numerus piratarum deesset. *Nepos Iphicr.* 2. Exercitus conductus, cujus numerus duodecim millium fuit. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (28). Numerus omnis multitudinis ad ducenta quadraginta millia liberorum capitum. *Liv.* 3. 5. *ad fin.* Cæsorum numerum subtiliter exsequi. *Cic.* 7. *Verr.* 28. 71. Habere rationem et numerum piratarum. *h. e.* scire, quot fuerint piratæ. *Stat.* 6. *Theb.* 263. Metiri numerum, vultusque, habitusque suorum. *Cæs.* 7. *B. G.* 79. inire. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 68. capere. *Catull.* 61. 208. subducere. In *SC.* apud *Cœlium* ad *Cic.* 8. *Fam.* 8. efficere. *Virg.* 2. *G.* 104. Est numerus, neque enim numero comprendere refert. Adde *Plin.* 14. *Hist. nat.* 2. 4. (20). *Cic.* 6. *Verr.* 9. 20. Hæc tibi laudatio procedat in numerum. *h. e.* jungatur numero aliarum laudationem, et te juvet. *Inscript.* apud *Gruter.* 300. 1. ADLECTVS AD NVMERVM EX S. C. *et mox.* SVPER NVMERVM COOPTATVS EX S. C. *h. e.* supernumerarius augurum. — *b*) Ablativus *numero* additur, etiam quum abesse posset, certius significandi causa. *Cic.* 2. *Orat.* 28. 121. Hæc enim sunt tria numero. *At hæc spuria* Ern. *delevit*; Orell. *uncis inclusit. Sall. Jug.* 57. Reliqui omnes, numero quadraginta, interfecti. *et ibid.* 98. Ex copia tubicinum numero quinque quam velocissimos delegit. *Cic.* 3. *Verr.* 18. 48. Quum Persæ mille numero navium classem ad Delum appulissent. *Id. fragm. orat. pro Fontej.* apud *Aquilam de figur. sententiar.* Equites numero plurimi e Gallia. *Cæs.* 1. *B. G.* 5. Oppida sua omnia, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos incendunt. *Id.* 3. *B. C.* 53. Ad duorum millium numero cecidisse reperiebantur. Plerique MSS. habent: *ad duo millia numero. Sisenna p.* 80. 5. *Merc.* Ad binum millium numero sauciis utrimque factis. Hic ellipsis est, pro *ad binum millium summam. Plin.* 9. *Hist. nat.* 10. 12. (37). Pariunt ova ad centena numero. *Juvenal.* 13. 26. Rari quippe boni: numero vix sunt totidem, quot Thebarum portæ. *Cic.* 1. *Herenn.* 10. 17. Enumeratione utemur, quum dicemus numero, quot de rebus dicturi simus. *precisamente.* — *c*) *Ad numerum,* ipso numero. *Cic.* 1. *Nat. D.* 37. 105. Speciem Dei percipi cogitatione, non sensu: nec esse in ea ullam soliditatem, neque eamdem ad numerum permanere, eamque esse ejus visionem, ut similitudine et transitione cernatur. *h. e.* prorsus eamdem et citra ullam mutationem. Adde *ibid.* 19. 49. — *d*) *Ad numerum,* æquali numero. *Cic.* 7. *Verr.* 28. 73. In piratarum locum, et ad eorum numerum cives Romani cruciati et necati. *e tanti, quanti eran coloro.* et in *SC.* apud *Cœlium* ad *Cic.* 8. *Fam.* 8. Si ex eo numero, quos ex S. C. in provincias ire oporteret, ad numerum non essent, qui in eas provincias proficiscerentur. *non fossero tanti che bastassero.* — *e*) Aliquando *numerus* absolute pro multitudine et copia ponitur. *Cic. Fontej.* 1. 3. Est in eadem provincia numerus civium R. atque hominum honestissimorum. *un buon numero. Nepos Miltiad.* 5. Numero copiarum fretus. *Juvenal.* 2. 46. sed illos Defendit numerus. *Sil. It.* 1. 312. Clara nec in numero virtus latet. *Tac.* 14. *Ann.* 49. Plures numero tuti. ¶ 2. Specialim, interdum de iis etiam dicitur, quæ non numero, sed mensura constant, respiciendo ad numerum mensurarum. *Cic.* 4. *Verr.* 72. 176. et *Planc.* 26. 64. Magnum numerum frumenti, vim mellis maximam. *h. e.* modiorum frumenti, *una gran quantità.* et 2. *Phil.* 27. 66. Maximus vini numerus fuit. *h. e.* amphorum, aut culeorum. ¶ 3. Item speciatim hoc nomine appellatur scientia mathematica et astronomica. — *a*) Sæpe in plur. num. *Cic.* 5. *Fin.* 29. 87. Cur Plato Ægyptum peragravit, ut a sacerdotibus barbaris numeros et cœlestia acciperet? *Sidon. Ep.* 15. 79. Thales hoc etiam numeris inquirit et astris, Defectum ut Phœbi, nec non Lunæque laborem Nunciet anterius. *Stat.* 4. *Theb.* 411. numerisque sequentibus astra. — *b*) Raro in sing. num. *Claudian. Cons. Mall.* 130. quis tenebras solis causisque meantem Defectum videat numerus? ¶ 4. Item sæpe dicitur de ordinibus militaribus: nam exercitus in partes certo numero constantes dividitur, manipulos, cohortes, turmas, legiones, etc. σπεῖρα, τάγμα. *Vellej.* 2. 73. 3. Servilia fugitivosque in numerum exercitus sui recipiens. *Plin.* 10. *Ep.* 38. Sacramento militari nondum distributi in numeros erant. *incorporati nell'ordinanze.* et 3. *Ep.* 8. *sub fin.* Neque enim adhuc nomen in numeros relatum est. *Tac.* 1. *Hist.* 87. Reliquos in numeros legionis composuerat. *Id. Agric.* 18. Sparsi per provinciam numeri. *h. e.* cohortes. *Id.* 1. *Hist.* 6. Plena urbs exercitu insolito: multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia. *Ulp. Dig.* 3. 3. 8. Miles, qui communem causam omnis sui numeri suscipit. *di tutta la sua compagnia. Claudian. Epith. Pallad. et Celer.* 86. Regnorum tractat numeros, constringit in unum Sparsas imperii vires, cuneosque recenset. Adde *Sueton. Vesp.* 6. Hinc illa, In numeris esse, *esser arrolato,* apud *Ulp. Dig.* 29. 1. 43. et In numeris manere, *Id. ibid.* 4. et Desinere in numeris esse, *Paul. ibid.* 38. Huc pertinet illud *Sueton. Claud.* 25. Instituit imaginariæ militiæ genus, quod vocatur Super numerum, quo absentes, et titulo tenus fungerentur. *Inscript.* apud *Gruter.* 1096. 6. PRAEPOSITVS NVMERORVM TENDENTIVM IN PONTO AD SAPO. Porro illud *Vopisci Prob.* 14. Accepit sedecim millia tironum, quos omnes per diversas provincias sparsit, ita ut numeris, vel limitaneis militibus quinquagenos, et sexagenos interseret: *Salmas.* docet *numeros* proprie esse legionum, et distingui a limitaneis, qui non erant legionarii. At *B. Borghesius* in *Annal. dell'Instit. archeol. T. XI. p.* 138. probat, nomine numerorum indicari tam cohortes legionarias Romanorum, quam alas equitum barbarorum. Hinc *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 9. *a med.* Ex illo Romanorum cohortes, quæ nunc numeri nuncupantur, singulæ fecerunt tabernaculum proprium. ¶ 5. Item pro turba, vulgo, nullius pretii hominibus. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 27. Nos numerus sumus, et fruges consumere nati. Sic *Aristoph.* in *Nubib. v.* 1204. ὄντες λίθοι, ἀριθμός, πρόβατα, etc. ¶ 6. Apud Grammaticos *numerus singularis* et *singulus* in verbis et nominibus unam rem: *pluralis, pluralivus* et *multitudinis* plures significat. *Varro* 9. *L. L.* 65. *Müll.*; *Quintil.* 1. 4. 27., 1. 5. 42. et alibi sæpe; *Gell.* etc.

II.) Translate. ¶ 1. Interdum *numeri* sumuntur pro talis, in quibus quatuor numeri erant, aut pro tesseris, in quibus sex. *Ovid.* 2. *Art. am.* 203. Seu ludet, numerosque manu jactabit eburnos; Tu male jactato, tu male jacta dato. *Id.* 3. *ibid.* 355. Et modo tres jactet numeros. *h. e.* tres tesseras, nam tribus olim tesseris, deinde duabus Romani ludebant, quæ simillimæ erant iis, quas Itali nunc *dadi* vocant. ¶ 2. Transfertur ad quemcumque ordinem, classem, seriem, sodalitatem, gregem, genus, *numero, catalogo, serie, ordine, rango, corpo. Nepos Attic.* 12. In proscriptorum numerum relatus. *Quintil.* 10. 1. 53. Redigere aliquem in numerum poetarum. *Ovid.* 3. *Amor.* 9. 66. Auxisti numeros, culte Tibulle, pios. *Nepos Lysand.* 1. Horum in numerum nemo admittebatur. *Juvenal.* 6. 384. Quædam de numero Lamiarum. *Cic. Brut.* 31. 117. Q. Ælius Tubero fuit illo tempore, nullo in oratorum numero. *Sall. Cat.* 34. Mallius ex suo numero legatos ad Marcium misit. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 5. Quo ex genere si quem tui cognosti amantiorem, hunc vero ad tuum numerum libenter adscribito. *Id.* 2. *Phil.* 13. 33. Tu vero adscribe me talem in numerum. *Id.* 3. *Nat. D.* 19. 50. Erechtheus, filiæque ejus in numero deorum sunt. *Id. Arch.* 12. 31. Quique est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti. *è del numero di coloro, che* etc. *Id.* 5. *Verr.* 90. 210. Tanta auctoritate sunt, ut in illo antiquorum hominum numero reponantur. *Horat.* 2. *Od.* 2. 18. Numero beatorum eximere aliquem. *Quintil.* 1. 4. 3. Scriptores alios redigere in ordinem, alios omnino eximere numero. *h. e.* nullo modo inter scriptores habendos esse, censere. — Hoc sensu eamdem vim habet atque elegantiam, quam *locus*: et æstimationem significat. *Cic.* 2. *Invent.* 50. 151. Si, quo in numero illud, quod per similitudinem affertur, et quo in loco illud, cujus causa affertur, haberi conveniat, ostendetur. *Id.* 4. *Verr.* 54. 134. Ut istius nequitiam, qui illum secum habuerit, eo præsertim numero ac loco, cognoscatis. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 19. 62. Quum is tibi parentis numero fuisset. *Cæs.* 1. *B. G.* 28. Reductos in hostium numero habuit. *Cic. Brut.* 47. 175. Dicebat etiam L. Scipio non imperite Cneusque Pompejus Sex. F. aliquem numerum obtinebat. *Id.* 3. *Phil.* 6. 16. Tuæ conjugis Bambalio quidam pater, homo nullo numero: nihil illo contemptius. — *Esse in numero,* esse inter homines, vivere, numerari cum aliis. *Lucret.* 5. 180. Qui numquam vero vitæ gustavit amorem, Nec fuit in numero, quid obest non esse creatum? ¶ 3. Sæpe pro parte ponitur, *parte. Cic.* 3. *Off.* 3. 14. Illud autem officium, quod rectum Stoi-

ci appellant, perfectum atque absolutum est, et, ut iidem dicunt, omnes numeros habet. *Id.* 3. *Fin.* 7. 24. Omnes numeros virtutis continet. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 3. 9. Varium et elegans omni fere numero poema. *Id.* 2. *Nat. D.* 13. 37. Mundus undique aptus atque perfectus, expletusque omnibus suis numeris et partibus. *Quintil.* 10. 1. 91. Quid ipsis ejus operibus sublimius, doctius, omnibus denique numeris præstantius? *Plin.* 9. *Ep.* 38. Liber numeris omnibus absolutus. *Id. Paneg.* 71. Omnes comitatis numeros obire. *adempire tutte le parti.* et *Albinov.* 1. 285. principis implere. *Val. Max.* 8. 3. *n.* 1. Partes omnes ac numeros defensionis diligenter exsequi. *Tac. Dial. de Orat.* 32. Ire per omnes numeros eloquentiæ. *Plin.* 4. *Ep.* 11. Omnibus numeris pudoris πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν. V. *Labus.* apud *Orell. Inscript. T.* 2. *p.* 448., qui has dicendi rationes a tesserarum ludo deducit. — *Omnium numerorum esse* est omnes habere numeros, *aver tutte le buone qualità. Petron. fragm. Tragur.* 68. *Burmann.* Duo tamen vitia habet, quæ si non haberet, esset omnium numerorum. *Id. ibid.* 63. Puer omnium numerum. *pro* numerorum. — Contra imperfecta quæ sunt, his deesse numeros dicimus. *Ovid.* 3. *Amor.* 7. 17. Quæ mihi ventura est (siquidem ventura) senectus? Quum desit numeris ipsa juventa suis? Sic 1. *Met.* 427. animalia quædam imperfecta, suisque Trunca vident numeris. — Hæc loquendi ratio est a Græcis, immo a Stoicis, ut *Cic.* supra cit. 3. *Off.* docet. Inde autem ducta videtur, quod res unaquæque suis certo numero partibus constat, quarum una si desit, mancam illam et curtam esse necesse est: si adsint omnes, perfecta esse dicitur. Fortasse etiam ducta est ab eorum philosopherum opinione, qui omnia ex numeris constare docuerunt, aut omnium rerum perfectiones ex numerorum proportione pendere: qua de re *Macrob.* 2. *Somn. Scip.* 1. *et* 2. etc. *Ovid.* 7. *Met.* 125. hominis speciem materna sumit in alvo, Perque suos intus numeros componitur infans. *h. e.* per certum membrorum numerum: qui si vel deficiat, vel superet, monstrum fit: unde *Lucan.* 1. 562. Monstrosique hominum partus numeroque modoque. — Simili quadam ratione *numeros* dies dixit *Plin.* quibus perfectus lunæ cursus concluditur, 18. *Hist. nat.* 32. 75. (325). Alternis mensibus triginta implebit numeros, alternis detrahet singulos. ¶ 4. Et de quovis ordine dicitur. *Virg.* 3. *Æn.* 445. Quæcumque in foliis descripsit carmina virgo. Dizerit in numerum, atque antro seclusa relinquit. ¶ 5. Item numerus, Græce ῥυθμός, est proportio quædam inter duos, pluresve motus, quorum quum alii sint longiores, breviores alii, et similia habeant intervalla, efficiant concentum quemdam, qui vel gratus est, si proportio illa conveniens sit aptæque respondens; vel ingratus, si minus apte conveniat. Dicitur *numerus,* quia illa distinctio brevium et longorum, illaque varia intervalla numerari possunt, continuatio indistincta non potest: quemadmodum in cadentibus guttis, ut ait *Cic.* 3. *Orat.* 48. 186., quod intervallis distinguuntur, numerum notare possumus, in amni præcipitante non possumus. — *a*) Apparet autem generatim primo in musicis sonis et cantu: dicitarque Italice *aria, tempo, battuta, andamento. Quintil.* 9. 4. *post init.* Quod si numeris et modis inest quædam tacita vis, in oratione est vehementissima. *Cic.* 1. *Orat.* 42. 187. Omnia, quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt, ut in musicis numeri et voces et modi; in geometria lineamenta, formæ, etc. *Ovid.* 2. *Fast.* 109. Flebilibus veluti numeris canentia dura Trajectus penna tempora cantat olor. — *b*) Deinde in saltatione et gesta, quod Itali dicunt *muoversi in cadenza, ballare a battuta*: sive id fiat ad sonum tibiæ aut lyræ, sive certa quadam lege ac mensura motuum sine sono. *Lucret.* 2. 630. *de Curetibus.* inter se forte catenas Ludunt, in numerumque exsultant. *Seneca Tranquill.* 15. Scipio triumphale illud et militare corpus movit ad numeros. *Virg.* de Cyclopibus ferrum exercentibus, 4. *G.* 174. Illi inter sese magna vi brachia tollunt In numerum. *a battuta.* — *c*) Item in exercitationibus palæstricis, in quibus multi motus certa lege et artificio, et in numerum edendi dictabantur a magistris. *Quintil.* 12. 2. 12. Ut palæstrici illos, quos numeros vocant, non idcirco discentibus tradunt, ut his omnibus in ipso luctandi certamine utantur. *Seneca* 7. *Benef.* 1. Quemadmodum magnus luctator est, non qui omnes numeros nexusque perdidicit, sed qui in uno se, aut altero bene et diligenter exercuit. *Juvenal.* 6. 246. quis non vidit vulnera pali? Quem cavat assiduis sudibus, scutoque lacessit, Atque omnes implet numeros. *h. e.* peragit dictata magistri Omnia, ut *Id.* loquitur 5. 122. de eadem fere re verba faciens. *Cic.* 3. *Parad.* 2. 26. Histrio si paullum se movit extra numerum, aut si versus pronunciatus est syllaba una brevior, aut longior, exsibilatur et exploditur. Et translate *Horat.* 1. *Ep.* 18. 59. Quamvis nil extra numerum fecisse modumque Curas. *h. e.* nihil absurdum, absonum, inconveniens. ¶ 6. Hinc speciatim in soluta oratione *numerus* maxime locum habet, in qua varii pedes, modo brevibus vocibus, modo longis, et periodi in clausula circumscripte et apte cadentes numerosam orationem suavemque reddunt. Qua de re legendus *Cic.* 3. *Orat.* 48. *et seq., Orat.* 49. *et seq.* et *Quintil.* 9. 4. Legi potest etiam *Varchius* in *Herculano, quæst.* 9. ubi universam numerorum rem subtiliter et luculenter tractat. *Cic. Orat.* 56. 190. Sit igitur hoc cognitum, in solutis etiam verbis inesse numeros, eosdemque esse oratorios, qui sint poetici. *et ibid.* 52. 174. Isocrates verbis solutis numeros primus adjunxit. *Id. Brut.* 8. 33. Ante Isocratem verborum quasi structura, et quædam ad numerum conclusio nulla erat. *Id. Orat.* 61. 208. Redigere omnes fere in quadrum numerumque sententias. *et ibid.* 65. 220. Multum interest, utrum numerosa sit, idest similis numerorum, an plane e numeris constet oratio. Alterum si fit, intolerabile vitium est: alterum nisi fit, dissipata et inculta et fluens est oratio. ¶ 7. Item speciatim in carmine *numeri* sunt pedes, et tota ratio dimetiendi carminis, unde poeticus concentus exsistit, *numero, metro. Cic.* 3. *Orat.* 47. 182. Nam quum sint numeri plures, iambum et trochæum frequentem segregat ab oratore Aristoteles. *et ibid.* 48. 185. Ex illis modis, quibus hic usitatus versus efficitur, post anapæstus, procerior quidam numerus, efflorvit *Ovid.* 4. *Pont.* 2. 3. Nectere verba numeris. *far versi. Pers.* 1. 64. Carmina molli numero fluunt. — Non sunt tamen pedes proprie *numeri,* sed ex quibus efficitur numerus: nam ex plurium pedum collocatione et nexu exsistit versus numerosus. *Cic. Orat.* 64. 218. Jam pæon, quod plures habeat syllabas, quam tres, numerus a quibusdam, non pes habetur. *Quintil.* 9. 4. 79. Quamquam Cicero pœone, dochmioque, quorum prior in quatuor, secundus in quinque excurrit, utitur: nec tamen ipse dissimulat, quibusdam numeros videri, non pedes. *Virg.* 9. *Ecl.* 45. numeros memini, si verba tenerem. *mi ricordo l'aria e l'andare,* dimensionem, metrum, rhythmum: ut intelligit etiam *Quintil.* 9. 4. 45. Huc spectat, quod de Pindaro canit *Horat.* 4. *Od.* 2. 11. numerisque fertur Lege solutis. *h. e.* genere metri utitur liberiore, neque adstricto legibus carminis severioris. Græci enim lyrici ita conficiebant versus suos, ut pedem pro pede aliquando ponerent, et solutæ orationi simile carmen efficerent. *Cic. Orat.* 55. 183. Maximeque id in optimo quoque eorum poetarum, qui λυρικοὶ a Græcis nominantur, quos quum cantu spoliaveris, nuda pæne remanet oratio. Quorum similia sunt etiam apud nostros: velut illa in Thyeste: *Quemnam te esse dicam? qui tarda in senectute*: et quæ sequuntur: quæ, nisi quum tibicen accessit, orationi sunt solutæ simillima. Hæc *Cic.* — Est autem duplex in versu *numerus*: alter metro constans, alter rhythmo. Prior habet rationem pedum certo numero atque ordine positorum, ut in versu heroico, elegiaco etc.; alter solum habet rationem numeri syllabarum, quibus constat versus, nihil sollicitus de earum quantitate, aut de pedum dispositione. Alia sunt etiam discrimina: de quibus V. in RHYTHMUS. Exemplum sit apud *Vopisc. Aurel.* 6. Mille, mille, mille decollavimus. Unus homo mille decollavimus. Mille vivat, qui mille occidit. Tantum vini habet nemo, quantum fudi sanguinis. V. *Salmas. in hunc loc.*, ubi hoc tot tum accurate persequitur. Sed hoc genus numerorum a gravitate Latini carminis alienum est, neque est a veteribus usurpatum. ¶ 8. Interdum *numeri* dicuntur ipsi versus. *Virg.* 6. *Æn.* 645. Threicius longa cum veste sacerdos Obloquitur numeris septem discrimina vocum. *accompagna i versi col suono. V.* OBLOQUOR. *Ovid.* 1. *Amor.* 1. 1. Arma gravi numero violentaque bella parabam Edere. *h. e.* heroico carmine. *Plaut. in epitaph. suo.* Et numeri innumeri simul omnes collacrumarunt. *V.* INNUMERUS. *Ovid.* 1. *Amor.* 1. 37. Impares numeri. *h. e.* elegiaci versus. — Hinc

Numero, Ablat. sing. Adverbii ritu occurrit: *V.* NUMERO loco suo.

NŪMISMA, ătis. *V.* NOMISMA.

NUMMĀRĬUS, a, um, *et*

NUMMĀTĬO, ōnis, *et*

NUMMĀTUS, a, um. *V.* NUMARIUS, NUMATIO, NUMATUS.

NUMNAM, NUMNE. *V.* NUM.

NŪMŌRUMEXPALPŌNĪDES *vel* nummorumexpalponides, æ, m. 1. qui blandiendo palpandoque numis alios emungit; nomen fictum a *Plaut. Pers.* 4. 6. 22. *V.* NUMQUAMPOSTEAEGIPIDES. *Ritschelius* legit *numoserpalponides.*

NŪMŌSUS *vel* nummosus, a, um, *denaroso,* bene numatus. *Nigidius* apud *Gell.* 4. 9. Hoc inclinamentum hujusmodi verborum, ut vinosus, mulierosus, religiosus, numosus, signat copiam quamdam immodicam rei, super qua dicitur.

NUMMŬLĀRĬŎLUS, i, m. 2. *et*

NUMMŬLĀRĬUS, a, um, adject. *et*

NUMMŬLĀRĬUS, ii, m. 2. *et*

NUMMŬLUS, i, m. 2. *V.* NUMULARIOLUS, NUMULARIUS, NUMULUS.

NUMMŬLUS, i, m. 2. pro *mimmulus* legit *Silligius* apud *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 67. (259). *V.* MIMMULUS.

NUMMUS, i, m. 2. *V.* NUMUS.

NUMQUA *et rectius divisim* num qua, h. e. nuncubi. *Plaut. Men.* 1. 2. 34. Dic mihi, num qua tu vidisti tabulam pictam in parietc, Ubi etc. *hai tu mai veduto in alcun luogo* etc? *Al. minus recte leg.* numquam *pro* aliquando, *hai tu mai veduto?*

NUMQUAM *et* nunquam, adverb. Ad scriptionem quod attinet, *Manut.* in *Orthogr.* monet, *numquam, numquis, numquid,* et similia in veteribus monum. scribi per *m* ante *q,* quemadmodum *quamquam, tamquam, utrumque, quemquam, namque,* etc. Fatetur tamen et *nunquam* et *tanquam* etiam per *n* legi: quod et usus retinere videtur, quum *m* non facile eo loco pronunciari posse videatur: præsertim quum hoc tempore ratio Latine pronunciandi fere omnis perierit. *Dausquius* præfert *m*: neutrum *Cellarius* improbat. Ceterum confer *Priscian.* 1. *p.* 555. *Putsch.* et *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2462. et 2463. *Putsch.*, qui *Cellarii* sententiæ suffragantur. — Numquam, ex *ne* et *unquam,* est nullo empore, particula enim *ne* simplicem exhibet negationem, οὐδέποτε (It. *non mai*; Fr. *jamais*; Hisp. *jamas, nunca*; Germ. *niemals*; Angl. *at no time, never*). Occurrit ¶ 1. Stricto sensu pro nullo tempore. — *a*) Sine additis, cum suo Verbo. *Ter. Andr.* 2. 3. 9. DA. dic tu ducturum. PAM. Egone dicam? DA. cur non? PAM. numquam faciam, ubi *Donatus*: Numquam plus habet negationis, quam non (quæ *Donati* sententia probanda, quando *numquam* de rebus agendis dicitur). *Ter. Adelph.* 4. 1. 12. nihilne in mentem? CTE. numquam quidquam. *Cic.* 2. *Off.* 8. 29. Ex quo debet intelligi – numquam defutura bella civilia. *Id.* 7. *Att.* 1. Videre mihi videor tantam dimicationem, quanta numquam fuit. *Sall. Cat.* 8. Populo Romano numquam ea copia fuit. *Liv.* 9. 18. Quot Romanos duces nominem, quibus numquam adversa fortuna pugnæ fuit? *Nonnull. Codd. habent* non umquam. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 32. Jamque oculis numquam templa videnda meis. *et Heroid.* 2. 99. qui me numquam visurus abisti. — *Numquamne* apud *Ter. Eun.* 2. 3. 68. numquamne etiam me illam vidisse? Sic *Sall. Jug.* 15. Numquamne ergo familia nostra quieta erit? — *b*) Haud raro *numquam* cum aliis Adverbiis copulatur; aut ipsi adjicitur temporis designatio. *Quintil.* 9. 2. 68. Vera negotia numquam adhuc habuerunt hanc silentii necessitatem. *Cic.* 3. *Off.* 23.

80. Quod antea numquam apud nos acciderat. *Curt.* 3. 12. Ignorationem numquam antea visi regis excusans. *Liv.* 2. 61. Numquam ante tam invisus plebi reus ad judicium vocatus populi est. *Cæs.* 1. *B. G.* 44. Numquam ante hoc tempus exercitum populi Romani Galliæ provinciæ fines egressum. *Liv.* 38. 33. Numquam alias exsules Achæi secum adduxerant. *Id.* 42. 49. Ipsius Persei numquam, ex quo regnum accepisset, desitum celebrari nomen. *Ter. Adelph.* 2. 1. 3. Numquam, dum ego adero, hic te tanget. *Cic. Sext.* 63. 132. Illum numquam, dum hæc natio viveret, sine cura futurum. *Liv.* 34. 23. Numquam, donec Demetrias Chalcisque tenerentur, liberam Græciam fore. *Plaut. Men.* 3. 2. 12. Heres numquam erit post hunc diem. — c) Adjecta negativa sententia (*numquam-quin, numquam-ut non*) ut exprimatur, quod semper fiat, aut factum sit. *Plaut. Stich.* 5. 5. 13. Numquam enim fiet hodie, hæc quin saltet tamen. *Ter. Eun.* 5. 9. 62. Numquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent plurimum. *Cic.* 2. *Fam.* 10. Equidem numquam domum misi unam epistolam, quin esset ad te altera. *Seneca Ep.* 40. Numquam epistolam tuam accipio, ut non protinus una simus. *Sueton. Aug.* 56. Numquam filios suos populo commendavit, ut non adjiceret, si merebuntur. — d) *Numquam* et *nisi* eodem modo componuntur, quo *non* et *nisi*. *Cic.* 6. *Fam.* 6. *a med.* Numquam, nisi honorificentissime, Pompejum appellat. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 22. 69. Numquam a Philone discessit, nisi posteaquam ipse cœpit, qui se audirent, habere. Adde *Liv.* 2. 28.; et *Tac.* 1. *Ann.* 26. — e) Vis dictionis augetur adjecta altera negatione per *neque-neque*, ut apud *Cic.* 3. *Off.* 12. 49. Maneat ergo, quod turpe sit, id numquam esse utile, ne tum quidem, quum id, quod esse utile putes, adipiscare. *Id. Amic.* 27. 103. Numquam illam ne minima quidem re offendi. *Id.* 14. *Att.* 13. *extr.* Quæ Cæsar numquam neque fecisset, neque passus esset. *Liv.* 3. 14. Numquam ulli neque publice neque privatim truces esse, nisi quum de lege agi cœptum esset. — f) *Numquam non*, semper, *sempre*, affirmationem enim majorem significant. *Cic.* 1. *Orat.* 24. 112. Quid est ineptius, quam de dicendo dicere, quum ipsum dicere numquam sit non ineptum, nisi quum est necessarium? *Varro* 3. *R. R.* 1. 4. Quum agri numquam non fuerint in terris, qui coli possint. Adde *Cels.* 2. 2. *ad fin.*; et *Sueton. Tib.* 69. ¶ 2. Latiori sensu *numquam* pro *non*. *Plaut. Asin.* 3. 3. 40. Qui hodie numquam ad vesperum vivam. Sic *Ter. Adelph.* 4. 2. 31. Scio ubi sit; verum hodie numquam monstrabo. *et Virg.* 2. *Æn.* 670. numquam omnes hodie moriemur inulti. Ceterum *Plaut. Amph.* 2. 2. 68. Numquam factum est. *Ter. And.* 4. 5. 13. Si id scissem, numquam huc tetulissem pedem.

NUMQUAMPOSTEAERIPIDES, æ, m. 1. is, cui numquam possis eripere, quod ille semel arripuerit; vox joculariter efficta a *Plaut. Pers.* 4. 6. 22. numorumexpalponides; Quodsemelarripides, Numquamposteaeripides. *MSS. tamen libri variant*; *al. enim leg.* Numquampostreddonides, *al.* Numquameripidespostea.

NUMQUANDO *vel* nunquando *et rectius divisim* num quando, adverb. num aliquando, *se qualche volta. Cic. Amic.* 19. 67. Exsistit hoc loco quæstio, num quando amici novi veteribus sint anteponendi. *Id.* 5. *Phil.* 11. 29. Si Romam redierit, num quando perditis civibus vexillum, quo concurrant, defuturum putatis? Adde *eumd. Vatin.* 6. 15. Sic *Quintil.* 1. 1. 5. Bona facile mutantur in pejus: num quando in bonum verteris vitia? V. *Zumpt.* ad h. l.

NUMQUI *vel* nunqui, adverb., quod servit interrogationi, et valet idem ac num qua ratione (cf. voc. seq.), *forse, forse che.* Sic *Plaut. Truc.* 2. 1. 27. Numqui male nos agimus tandem? *Ter. Adelph.* 5. 3. 14. Numqui minus mihi idem jus æquum'st esse, quod mecum'st tibi? *Plaut. Rud.* 1. 3. 37. Numqui minus servio, quam si forem serva nata? *ubi vulgati libri habent* Nunc qui. *Liv.* 6. 37. Numqui enim socordius aut segnius rempublicam administrari post Licinii Calvi tribunatum? *Sic leg. optimi Codd.*; *vulgati libri* Numquid.

NUMQUID *vel* nunquid, adverb. De scriptione *V.* in NUMQUAM init. — *Numquid* compositum est ex *num* et *quid*: *quid* autem quum eadem ratione, qua Græcorum τί, significet *aliquo modo*, additur particulæ *num* ita, ut tantum quæstionem acuat. Itaque *numquid* est idem ac num, an, utrum, et servit interrogationi ac dubitationi. — 1.°) In recta interrogatione. — a) Generatim. *Ter. Eun.* 5. 9. 13. quid illud, Gnatho, Numquid dixi tibi? *te l'ho io detto mai?* et *Andr.* 5. 4. 40. Numquid meministi? *te lo ricordi tu?* et *Eun.* 5. 9. 13. Numquid, Gnatho, tu dubitas, quin ego perierim? *Cic.* 2. *Legg.* 2. 5. Numquid duas habetis patrias? *avete voi forse?* et *Horat.* 1. *Sat.* 4. 52. numquid Pomponius istis Audiret leviora, pater si viveret? *Ovid.* 8. *Met.* 46. Sed nisi bella forent, numquid mihi cognitus esset? *Quintil.* 10. 3. 14. Numquid tu melius dicere vis, quam potes? — b) Speciatim in conclusione addito *igitur, ergo*, apud *eumd.* 7. 1. 55. Numquid igitur lex ad absolutos tantum patres pertinet? *et* 6. 3. 79. Numquid ergo illuc accedo? — c) *Numquid non* apud *eumd. Quintil.* 7. 1. 48. Numquid non? hoc cogitet necesse est nisi qui sit plane hebes? *h. e.* cur non? quid ni? — d) *Arnob.* addit *an*, 2. 64. An numquid orandus es, ut beneficium a Deo digneris accipere? Adde *eumd.* 3. 14. — 2.°) In obliqua interrogatione. *Cic.* 12. *Att.* 8. Scire velim, numquid necesse sit comitiis esse Romæ. *se sia necessario.* Similiter *Plaut.* in *suppos. Merc. scæna, quæ incipit* Syra non redit, 19. rure esse autumant: Atque, numquid redeat, incertum hodie. *Ulp. Dig.* 38. 15. 2. Si dubitare cœperit, numquid testatus decesserit, vel numquid vivat. — *Numquid*, et divisim *num quid*, h. e. num aliquid, pertinet ad *Numquis.*

NUMQUIS *vel* nunquis, *et rectius divisim* num quis, quæ, quod *et* quid, (de scriptione *V.* in NUMQUAM init.) est idem atque utrum aliquis, an, num aliquis; et interrogationi ac dubitationi servit, *μή τις, se alcuno, forse alcuno.* Occurrit — 1.°) In recta interrogatione. — a) Generatim. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 17. num qui nunc exciderunt, here, tibi, quod sic terram Obtuere? *Ter. Eun.* 3. 5. 1. num quis hinc est? Nemo est. Num quis hinc me sequitur? Nemo homo'st. *Id. ibid.* 2. 2. 52. Num quam evocari hinc vis foras? *Cic.* 3. *leg. Agr.* 4. 16. Num quis vestrum ad vim, ad facinus accommodatus est? *Id. Dejot.* 7. 20. Num quæ trepidatio? num qui tumultus? num quid, nisi moderate, nisi quiete? *Id.* 7. *Verr.* 21. 53. Decumani num quid præter singulas decumas ex lege Hieronica debent? *Id.* 1. *Nat. D.* 31. 88. Num quid tale, Epicure, vidisti? *Id. Rosc. Am.* 52. 153. Num quid aliud videtis obstare Roscio, nisi quod patris bona venierunt? — b) Speciatim *Num quid vis?* formula, qua discedentes se abire significant, et officiose faciunt cum iis, a quibus discedunt. Habetur apud *Plaut.* sæpe, ut *Amph.* 1. 3. 44. *et* 46. et 3. 3. 15., *Aulul.* 2. 2. 88., *Curc.* 4. 2. 30. *et* 36. *et* 39. etc. Sic *Id. Cist.* 1. 1. 119. Num quid me vis, mater, intro quin eam? *Id. Mil. glor.* 2. 6. 92. Num quid nunc aliud me vis? *et Pers.* 4. 6. 10. *et* 26. num quid ceterum Voltis? *Ter. Eun.* 2. 3. 49. Dum hæc dicit, abiit bora. rogo, num quid velit: Recte, inquit, abeo. Ubi *Donatus*: Hoc est, significo, me abire. nam abituri, ne id dure facerent, *num quid vis*? dicebant, quibuscum constitissent. Cf. *Cic.* 6. *Att.* 3. *a med.* Nec, quum postea in castra venisset, atque inde discederet, num quid vellem, rogavit: et fuit aperte mihi, nescio quare, non amicus. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 2.; et *Liv.* 6. 34. — Omisso verbo. *Plaut. Pœn.* 3. 6. 6. Num quid me? — c) Si addatur *nam*, vim addit interrogationi. *Cic.* 2. *Orat.* 3. 13. Quid vos tandem? Crassus, num quidnam, inquit, novi? *Id. Rosc. Am.* 37. 107. Qui sunt in istis bonis? duo Roscii. num quisnam præterea? nemo. *Al. leg.* num quisquam. *Ter. Eun.* 2. 2. 41. Num quidnam hic, quod nolis, vides? PAR. te. — 2.°) In obliqua interrogatione. *Cic.* 13. *Att.* 8. Velim, des alicui negotium qui quærat, fundus num quis in Pompejano venalis sit. *Id. Cluent.* 38. 105. Si interrogarentur, num quo crimine is esset accusatus, negarent. *Id.* 1. *Off.* 3. 7. Quæstio est, num quod officium aliud alio majus sit. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 34. denique teipsum Concute, numqua tibi vitiorum inseverit olim Natura.

NUMQUO *vel* nunquo, *et rectius divisim* num quo, num in aliquem locum. *Plaut. Capt.* 1. 2. 69. num quo foras Vocatus ad cœnam?

NUMULARIOLUS *vel* nummulariolus, i, m. 2. deminut. parvus, vel vilis numularius. *Seneca Apocoloc.* 9. 63. Designatus consul numulariolus. Hic quæstu se sustinebat, vendere civitatulas solebat.

NUMULARIUS, a, um, adject. (numus, numulus) ad numos pertinens; hinc speciatim ad argentarium pertinens, *del banchiere, del cambista. Scævola Dig.* 14. 3. 20. Lucius Titius mensæ numulariæ, quam exercebat, habuit libertum præpositum etc. — Hinc

Numularius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est mensarius, argentarius, κολλυβιστής, τραπεζίτης (It. *banchiere, cambista*; Fr. *changeur, banquier*; Hisp. *cambista, cambiador, banquero*; Germ. *der Geldwechsler*; Angl. *a banker, money-changer*). *Sueton. Galb.* 9. Numulario, non ex fide versanti pecunias, manus amputavit mensæque ejus affixit. *Ulp. Dig.* 16. 3. 7. Quoties foro cedunt numularii, solet primo loco ratio haberi depositariorum, hoc est eorum, qui depositas pecunias habuerint, non quas fenore apud numularios, vel cum numulariis, vel per ipsos exercebant. — Differunt tamen aliquid argentarius, et numularius; hic enim illius minister esse videtur. *Paul. Dig.* 2. 13. 9. *a med.* Numularios quoque non est iniquum rationes edere, quia et hi, sicut argentarii, rationes conficiunt: et quia accipiunt pecuniam, et erogant per partes: quorum probatio scriptura codicibusque eorum maxime continetur: ideo frequentissime ad fidem eorum decurritur. — Discrimen esse videtur, quod *numularii* proprie sunt, qui pecuniam tractant, versant, probant, appendunt, numerant, quales sunt apud nos *cassieri*, aut *contadori*: at *argentarii* latius patet munus, et nobilius officium est. *Martial.* 12. 57. Hinc otiosus sordidam quatit mensam Neroniana numularius massa. *Petron. fragm. Tragur.* 56. *Burmann.* Quod putamus difficillimum esse artificium? Ego puto medicum, et numularium: medicus, qui scit, quid homunciones intra præcordia sua habeant et quando febris venit: numularius, qui per argentum æs videt. *Apul.* 10. *Met.* Ne forte aliquis istorum quos offers, aureorum nequam vel adulter reperiatur, in hoc ipso sacculo conditos eos annulo tuo prænota, donec altera die numulario præsente comprobentur. *Africanus Dig.* 46. 3. 39. Si soluturus pecuniam tibi, jussu tuo signatam, eam apud numularium, quoad probaretur, deposuerim, tui periculi eam fore, Mela libro decimo scribit. ¶ 2. *Numularius* fuit etiam in officinis monetariis argentariis, cujus erat argentum, antequam cuderetur, probare, Itali *saggiatore* dicunt, qui aliquando et *numularius officinator* appellatur. *Inscript.* apud *Gruter.* 45. 3., quæ est apud *Orell.* 3226. OFFICINATORES ET NVMVLARII OFFICINARVM ARGENTARIARVM. *et* 638. 2. F. LOLLIO MAXIMO NVMVLARIO PRIMO OFFICINÆ MONETARIÆ ARGENTARIÆ. et *ibid.* 3., quæ est apud *Orell.* 3227. M. VLPIO SECVNDO NVMVLARIO OFFICINATORI MONETAE. *V. Borghesi* in *Bollett. dell'Istit. archeol. a* 1835. *p.* 2.

NUMULUS *vel* nummulus, i, m. 2. *deminut. a* numus, parvus numus. *Cic.* 1. *Att.* 16. *circa med.* Si judicium est, triginta homines populi R. levissimos ac nequissimos, numulis acceptis, jus ac fas omne delere. *viceruto poco danaro. et ibid.* 19. *ad fin.* Si tuis blanditiis a Sicyoniis numulorum aliquid expresseris. *Id.* 8. *Att.* 13. Multum mecum municipales homines loquuntur, multum rusticani; nihil prorsus aliud curant, nisi agros, nisi villulas, nisi numulos suos. *h. e. i loro quattrini.* Loquitur *Cic.* de turbis a bello civili inter Cæsarem Pompejumque excitatis in Italia ann. v. c. 705.

NUMUS *vel* nummus, i, m. 2. De scriptione sic habeto, in antiquis monumentis et simplici, et duplici *m* exaratum legi; *Manutium* tamen, *Dausq.*, *Voss.* duplicem præferre. — De Genitivo plur. *V.* sub *A* I. 2. — Ratione habita etymi, *Varro* 5. *L. L.* 173. *Müll.* videtur significare esse Siculam vocem. In argento, inquit, numi; id ab Siculis.

Festus p. 173. 8. *Müll.* ducit a νόμισμα. — *Numus* est pecunia signata, moneta, nomisma, νόμισμα (It. *moneta, danaro, soldo, pecunia*; Fr. *monnaie, pièce de monnaie, argent*; Hisp. *moneda, dinero*; Germ. *e. Silbermünze, das Geldstück, die Geldmünze*; Angl. *money, a piece of money, coin*). Porro ex allatis *Varronis* verbis colligi videtur, *numum* primo et proprie dici de pecunia argentea. Passim tamen de quocumque dicitur.

A) De Latina moneta.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 3. *Off.* 20. 80. Jactabatur enim temporibus illis numus sic, ut nemo posset scire, quid haberet. *h. e.* mutabatur in dies monetarum pretium. *et ibid.* 23. 91. Si sapiens adulterinos numos acceperit imprudens pro bonis. *et* 2. *Invent.* 4. 14. Ad mercatum proficiscens, et secum aliquantum numorum ferens. *Id.* 6. *Att.* 1. *a med.* Putat, suos numos vos comedisse. *Id.* 12. *Phil.* 8. 20. Quum aquilæ primi pili numos aureos daret. *Id.* 8. *Att.* 10. Habere in numis, *h. e.* in pecunia numerata, *in contanti*. Al. leg. *in nominibus*. Sic *Valerian.* in *epist.* apud *Trebell. Claud.* 14. *sub fin.* In numo exigere. *Cic.* 15. *Att.* 20. Numi in eam diem cadunt, qui a Quincto debentur. h. e. *scade in quel giorno il pagamento, che dee fare Quinto.* — *Esse*, aut *versari in numis*, pecuniam habere. *Cic.* 3. *Verr.* 6. 11. Hominem video non modo in ære alieno nullo, sed in suis numis multis esse, ac semper fuisse. *Id. Rosc. Com.* 8. 22. Debebat? immo in suis numis versabatur. — Numo, aut numis conducere, locare, colere, *a contanti*, annua pecuniæ pensione, cui opponitur *partibus*, h. e. fructus, aut lucrum dividendo. *Plin.* 9. *Ep.* 37. Medendi una ratio, si non numo, sed partibus locem. *Paul. Dig.* 47. 2. 26. Colonus qui numis colit. *Cajus* conducere ad pecuniam numeratam, *ibid.* 19. 2. 25. *a med.* dixit. — Numi lignei et scortei. *V.* SCORTEUS. — *Numus plumbeus*, h. e. adulterinus, atque adeo nullius pretii. *V.* PLUMBEUS. ¶ 2. Speciatim dicitur de pecunia usitatissima Romanis, quæ alio nomine *sestertius*, vel conjuncte *numus sestertius* appellatur. *Cic.* 5. *Verr.* 58. 135. Facta est sponsio HS. quinque millium. *et ibid.* 60. 140. Cogit Scandilium quinque illa millia numum dare atque adnumerare Apronio. *et ibid.* 61. 140. Cogit Scandilium Apronio ob singularem improbitatem HS quinque millia mercedis nomine ac præmii dare. — In Genitivo plur. si cum *sestertium* jungatur, *numum* dicimus, ita usu postulante: si cum adjectivis numeralibus, *numum* sæpius, quam *numorum*. *Cic. Orat.* 46. 156. Alias loquor, ut necesse est, quum *triumvirum*, non *virorum*, quum *sestertium numum*, non *numorum* (*dico*): quod in his consuetudo varia non est. *Nævius* apud *eumd.* 2. *Orat.* 63. 255.; et *Ter. Heaut.* 3. 3. 45. Quanti addictus? mille numum. *Auct. B. G.* 8. 4. Duo millia numum pollicetur. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 1. 1. (8). Multarum arborum fructus addictus binis millibus numum. *Plaut. Trin.* 1. 2. 115. numorum Philippeum ad tria millia. *Id. Men.* 3. 3. 18. insures da mihi Faciundas pondo duum numum. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 5. Fiet, eritque tuus numorum millibus octo. *Sueton. Aug.* 46. *extr.* Singula numorum millia pro singulis dividebat. *Id. Domit.* 4. *ad fin.* Congiarium populo numorum trecentorum ter dedit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 43. 68. (170). Quadringentena millia numorum. *Ut* Sillig. *leg.* Quadringenta millia numum. In his *numus sestertius* intelligitur.

II.) Translate numus est numulus, vel rectius minimum pecuniæ, *piccolissima somma di denaro, un soldo, un centesimo*. Hinc — *a*) Ad numum, *fino all'ultimo soldo*. *Cic.* 5. *Att.* 21. *a med.* Assident, subducunt: ad numum convenit. — *b*) *Numo*, et *numo sestertio addicere, æstimare, vendere*, etc. Latine est nullo, aut vilissimo pretio, *a vilissimo prezzo, per un pezzo di pane*. *Cic. Rabir. Post.* 17. 45. Equis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirii numo sestertio sibi addici velit? *Vitruv.* 1. 4. *in fin.* Mercatus est possessionem loco salubri, constituit mœnia, et areas divisit, numoque sestertio singulis municipibus mancipio dedit. *Epit. Liv.* 55. Damnatus sub furca diu virgis cæsus est, et sestertio numo veniit. *Seneca Ep.* 95. *a med.* Quæ maxima inter vos habentur, divitiæ, gratia, potentia, sestertio numo æstimanda sunt. *Sueton. Cæs.* 50. Amplissima prædia ex auctionibus hastæ ei numo addixit. *Al. leg.* minimo. *Plaut. Most.* 1. 2. 34. si quid numo sarciri potest, Usque mantant; neque id faciunt, donicum Parietes ruunt. *con pochissima spesa.*

B) De Græca moneta. — *a*) De numo aureo Græcorum. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 19. Illi drachmis issent miseri: me nemo potest Minoris quisquam numo, ut surgam, subigere. *Id. Men.* 2. 2. 15. Quibus hic pretiis porci veneunt Sacres sinceri? CYL. numo. — *b*) Item de denario apud Græcos. *Id. Epid.* 4. 1. 50. Eam emit quadraginta minis. Id adeo argentum ab danista sumpsit fenore; in dies, minasque argenti singulas, numis.

NUNC, adverb. (pro *nunce* ex Gr. νῦν, adjecta syllaba monstrativa) quod præsens hoc tempus significat, hoc tempore, in præsentia (It. *ora, adesso, presentemente*; Fr. *à présent, maintenant*; Hisp. *ahora mismo, en este punto, ahora, al presente*; Germ. *gegenwärtig, jetzt, nun*; Angl. *now, at present, at this present time*).

I.) Proprie. — 1.°) *Nunc* semel tantum usurpatur — *a*) Cum oppositis vocibus præteriti temporis *tunc, tum, antea, alias, aliquando, ante hoc tempus, nuper, quondam, olim*, ut apud *Cic.* 7. *Phil.* 5. 14. Erat tunc excusatio oppressis, nunc nulla est. *Id.* 6. *Fam.* 1. 16. Sed tu illum animum nunc adhibe, quæso, quo me tum esse oportere censebas. *Id.* 14. *Att.* 17. Tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse. Sic *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 5. 13. Hanc habent arcem, minus aliquanto nunc quidem munitam, quam antea. *Liv.* 29. 18. Sed et nunc et sæpe alias dea suam sedem suumque templum tutata est. *Cic. Mil.* 25. 67. Si hunc de tua vita nefarie aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 1. 3. Illud autem mihi ante hoc tempus numquam in mentem venit a te requirere; sed nunc-quæro etc. *Id. Fontej.* 16. 36. Quæ (*colonia*) per hunc ipsa nuper obsidione hostium liberata, nunc ejusdem miseriis ac periculis commovetur. *Id.* 1. *Orat.* 42. 187. Omnia fere, quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt. *Plaut. Asin.* 1. 3. 53. Longe aliam, inquam, præbes nunc, atque olim. Sic *Ter. Andr.* 3. 3. 13. Alium esse censes nunc me, atque olim, quum dabam? — *b*) Cum opposito, quod postea fit aut factum est, et quod futurum est, per verba *postea, in posterum, mox, olim*, ut apud *Cic. Cluent.* 4. 10. Cluentio nisi nunc satisfecero, postea satisfaciendi potestas non erit. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 7. Quod spero-me consequuturum, ut maximo præsidio reipublicæ nos fuisse et nunc sentiant homines, et in posterum memoria teneant. *Liv.* 3. 2. Deos nunc testes esse, mox fore ultores. *Quintil.* 10. 1. 104. Qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Sic *Virg.* 4. *Æn.* 627. Nunc, olim quocumque dabunt se tempore vires. — *c*) Absolute, h. e. sine oppositis; generatim. *Ter. Adelph.* 2. 1. 2. nunc jam illico hic consiste. *adesso adesso.* (quod *Virg.* dixit 5. *Æn.* 189. nunc nunc insurgite remis.) Rursus *Ter. ibid.* 14. I intro nunc jam. *Cic.* 1. *Orat.* 13. 57. Marcellus,-qui nunc ædilis curulis est, et profecto, nisi ludos nunc faceret, huic nostro sermoni interesset. *Id.* 1. *Invent.* 33. 56. De inductione satis in præsentia dictum. Nunc deinceps ratiocinationis naturam consideremus. *Ovid. Heroid.* 10. 135. Nunc quoque non oculis, sed, qua potes, aspice mente. *Quintil.* 1. 3. 15. Nunc fere negligentia pædagogorum sic emendari videtur, ut etc. *Sueton. Claud.* 1. Fossas immensi operis effecit, quæ nunc adhuc Drusianæ (*al.* Drusinæ) vocantur. — *Nunc demum, nunc denique* aliquando junguntur. *Ter. Adelph.* 2. 2. 25. nunc demum venis? *Cic. Prov. cons.* 13. 33. Nunc denique est perfectum, ut etc. — Similiter *nunc primum*, quod interdum vulgari sermone pro *nunc demum* usurpatur. *Ter. Andr.* 5. 4. 33. postilla nunc primum audio, Quid illo sit factum. *Plaut. Amph. prol.* 20. Nunc, quam rem oratum huc veni, primum proloquor. *Cic.* 4. *Verr.* 8. 24. Nunc primum hoc aures tuæ crimen accipiunt? — *d*) Absolute, speciatim. *Nunc homines* per ὑστερον, qui nunc sunt homines, apud Comicos: ut *ante malorum* apud *Virg.* 1. *Æn.* 202. malorum præteritorum. *Plaut. Pers.* 3. 1. 57. Tace, stulta: non tu nunc hominum mores vides? τῶν νῦν ὄντων. Plene autem *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 15. Non est tibi his solis utendum exsistimationibus, aut judiciis, qui nunc sunt, hominum, sed iis etiam, qui futori sint. Cf. *eumd. Brut.* 17. 65. et *Rabir. perduell.* 7. 20. Similiter *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 71. (147). Nostri, qui nunc sunt, herbarii Latine salviam vocant. — *e*) Item, *ut nunc est*, pro præsenti rerum statu. *Asinius Pollio* ad *Cic.* 10. *Fam.* 31. *in fin.* Constitui, ut nunc est, cum exercitu proficisci. *Cic.* 12. *Att.* 29. Quæ causæ si manebunt, quærenda erit excusatio: et, ut nunc est, mansuræ videntur. *per quel che corre presentemente.* — *f*) Formula *nunc quum maxime, nunc maxime*, significat *hoc ipso tempore*, ut apud *Ter. Adelph.* 4. 1. 2. Nunc quum maxime operis aliquid facere credo. *Cic. Cluent.* 5. 12. Quæ multos jam annos et nunc quum maxime filium interfectum cupit. *Id. Rosc. Am.* 45. 132. Quæ nunc maxime fiunt. — *g*) Similiter *nunc ipsum*, substantivi more, hoc ipso tempore. *Cic.* 7. *Att.* 3. Quin nunc ipsum non dubitabo rem tantam abjicere. *et* 12. *ibid.* 40. Nunc ipsum ea lego, ea scribo, ut ii, qui mecum sint, difficilius otium ferant, quam ego laborem. Adde 8. *ibid.* 9. — *h*) Interrogando, pro *nunc ne* dicimus *nunccine* inserto *ci* euphoniæ causa, ut *hiccine, siccine. Ter. Andr.* 4. 1. *in fin.* hem, nunccine demum? — *i*) Jungitur interdum cum verbis præteriti, et futuri temporis, et designat tempus, quod circa nos est, *in questo tempo, in questi dì. Cic.* 2. *Att.* 24. *a med.* Nunc reus erat apud Crassum Divitem Vettius de vi. *Petron. Satyr.* 126. Nunc erat a tenera submittere cornua fronte. *h. e.* nunc erat tempus. ἔλλειψις. *Horat.* plene 1. *Od.* 37. 2. nunc Saliaribus Ornare pulvinar deorum Tempus erat dapibus, sodales. *Cic. Planc.* 23. 55. Illud crimen de numis caluit re recenti; nunc in causa refrixit. *Plaut. Most.* 2. 2. 46. id adeo nos nunc factum invenimus. *Ter. Eun. prol.* 9. Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit. νῦν χρτε. *Catull.* 8. 16. Quis nunc te adibit? cui videberis bella? Quem nunc amabis? — *l*) Post verbum præteriti temporis aliquando Italice vertitur ut *tunc*. *Nepos Timol.* 5. Dixit, nunc demum se voti esse damnatum. *che allora* etc. Huc spectant illa, in quibus *nunc* pro *tunc* ponitur, tempus præteritum, ut præsens, fingendo. *Ovid. Remed. am.* 773. Quid, Menetae, doles? ibas sine conjuge Creten: Et poteras nupta lentus abesse tua. Ut Paris hanc rapuit, nunc demum uxore carere Non potes. *Id.* 1. *Met.* 321. Fatidicamque Themin, quæ nunc oracla tenebat. Adde alia, quæ congessit *Burmann.* ad *Heroid.* 18. 95., in quibus librarios accusat, quod male *tunc* reposuerint. — *m*) *Nunc locorum* legitur apud *Claud. Mamert.* 2. *Stat. anim.* 12. Quocirca nunc locorum percunctari sedulo corporales istos velim. *V.* LOCUS. — 2.°) *Nunc* geminatur, h. e. in narrandis rebus, quarum alia alio tempore vel diversis temporis momentis fit aut facta est, usurpatur *nunc* bis pluriesve positum vel pro *tum*, vel pro *modo*, ut apud *Liv.* 34. 13. Per occasiones, nunc hac parte, nunc illa, milites in hostium agros educebat. *Id.* 1. 29. Ita defixit omnium animos, ut, deficiente consilio rogitantesque alii alios, nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas pervagarentur. Adde *Vellej.* 1. 17. 6., et *Quintil.* 2. 13. 4. — *Curt.* 7. 3. Nunc ad prima signa, nunc in medium, nunc in ultimo agmine aderat. Sic *Justin.* 4. 1. 4. Frequenter et compluribus locis nunc flammas, nunc vaporem, nunc fumum eructat. Et *Seneca* 3. *Ira* 6. Ex levissimis causis irascatur nunc personæ, nunc negotio, nunc loco, nunc fortunæ, nunc sibi. — Similiter *Virg.* 5. *Æn.* 441. Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat Arte locum. *or questi, or quelli.* et *Ovid. Heroid.* 10. 19. Nunc huc, nunc illuc, et utroque sine ordine curro. *or qua, or là.* et *Horat.* 2. *Ep.* 1. 93. Ut primum positis nugari Græcia bellis Cœpit-, Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum. — Interdum alterum *nunc* omittitur. *Virg.* 5. *Æn.* 830. pariterque sinistros, Nunc dextros solvere sinus. — Interdum poetæ vocabulum duplicarunt.

Horat. Epod. 5. 53. Nunc nunc (*Nox et Diana*) adeste, nunc in hostiles domos Iram atque numen vertite. Sic *Seneca Herc. fur.* 498. Nunc nunc cruentæ regis Ægypti nurus adeste. — *Vellej.* dixit *nunc-mox* pro *modo-mox*, 2. 63. 3. Plancus nunc adjutor Bruti: mox ejusdem proditor. — *Nunc-modo* dixit *Liv.* 8. 32. Adversus quæ singula quum respondere haud facile esset, et nunc quereretur, eumdem accusatorem capitis sui et judicem esse; modo sibi vitam eripi citius, quam gloriam rerum, posse, vociferaretur; purgaretque se invicem atque ultro accusaret: tunc Papirius etc. — Quum *nunc-nunc* pro *tum*, vel pro *modo* ponitur, extremum adjici potest per *postremo*, ut apud *Liv.* 3. 49. Appius nunc vocari Icilium, nunc retractantem arripi, postremo in vincula duci jubet. *Id.* 4. 12. Tribuni pleb. nunc fraudem, nunc negligentiam consulum accusabant. Postremo perpulere plebeji, ut etc.

II.) Translate. ¶ 1. *Nunc* cum Imperativo et Conjunctivo adhortationis componitur, et sibi vult *quum res sic se habeat*, et haud raro usurpatur cum quadam ironia, præcipue in formula i *nunc*, ut apud *Horat.* 1. *Ep.* 6. 17. I nunc, argentum et marmor vetus æraque et artes Suspice, cum gemmis Tyrios mirare colores etc. Sic *Juvenal.* 12. 57. I nunc, et ventis animam committe, dolato Confisus ligno. Adde *eund.* 6. 306. Rursus *Horat.* 2. *Ep.* 2. 76. I nunc, et versus tecum meditare canoros. *Virg.* 7. *Æn.* 425. I nunc, ingratis offer te, irrise, periclis. Adde *Senec.* 6. *Benef.* 35., *Consol. ad Helv.* 10. et 1. *Quæst. nat.* 16.; et cf. *Curt.* 8. 1. *extr.* Similiter *Asinius Pollio* apud *Cic.* 10. *Fam.* 32. Et illi misero quiritanti «Civis Romanus natus sum» responderet: «Abi nunc, populi fidem implora». *Cic. Rosc. com.* 8. 24. Die nunc te ab Roscio HS IↃↃↃ circumscriptum esse, qui etc. *Seneca Ep.* 101. Nega nunc magnum beneficium esse naturæ, quod necesse est mori. *Sall. Jug.* 85. Comparate nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem novum. V. *Kritz.* ad h. l. ¶ 2. Nonnumquam *nunc* vim habet particulæ adversativæ, *at, sed, verum*, nectitque orationem. *Cic.* 1. *Fam.* 9. 47. Huc accessit commemoranda quædam et divina Cæsaris in me fratremque meum liberalitas, qui mihi, quascumque res gereret, tuendus esset: nunc in tanta felicitate tantisque victoriis, etiamsi non in nos is esset, qui est, tamen ornandus videretur, ubi *Manutius*: *nunc* pro *sed*. Græci quoque νῦν pro ἀλλά crebro usurpant. *Id. Arch.* 11. 29. Certe, si nihil animus præsentiret in posterum, et si, quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret, neque toties de vita ipsa dimicaret. Nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes et dies animum gloriæ stimulis concitat, atque admonet, non cum vitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam. *Id.* 1. *Divinat.* 29. 60. Quæ quidem multo plura evenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo et vino perturbata et confusa cernimus. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 8. absque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum: Nunc propter te pravus factus est. *Cic.* 7. *Verr.* 67. 171. Si hæc non ad cives R., si non ad homines, verum ad bestias conqueri vellem; tamen tanta rerum atrocitate commoverentur. Nunc vero quum loquar apud senatores populi R. etc. *Quintil.* 1. 1. 5. Nam bona facile mutantur in pejus: nunc quando in bonum verteris vitia? *Sunt qui leg.* num. — Pro ergo, igitur. *Propert.* 4. 9. 73. Nunc quoniam manibus purgatum sanxerat orbem, etc. *et* 2. 7. 75. Nunc quoniam ista tibi placuit sententia, cedam. *Broukus.*

NUNCCĪNĒ. *V.* voc. præced. sub 1. *h.*

NUNCĬA, æ, f. 1. *V.* NUNCIUS.

NUNCĬĀTĬO *vel* nuntiatio, ōnis, f. 3. actus nunciandi, *annunziamento, relazione*, ἐξαγγελία: sed occurrit speciatim tantum in re augurali, et in jure. ¶ 1. In re augurali sumitur pro manifestatione eorum, quæ augur viderit. *Cic.* 2. *Phil.* 32. 81. Nos nunciationem solum habemus: consules et reliqui magistratus etiam spectionem. *et* 5. *ibid.* 3. 9. Cum eo collega, quem ipse fecit sua nunciatione vitiosum. *V.* SPECTIO. ¶ 2. In jure. — *a*) Est delatio bonorum vacantium, caducorum, vel ex aliis causis in fiscum cadentium. *Callistrat. Dig.* 49. 14. 1. — *b*) *Novi operis nunciatio* apud *Ulp. Dig.* 39. *tit.* 1. qui sic inscribitur *l.* 1. 3. 5. 8. etc. est denunciatio de novo opere, quod quis facere molitur vel in nostro solo, vel cum damno rerum nostrarum, aut publicarum, inhibendi causa.

NUNCĬĀTOR *vel* nuntiator, ōris, m. 3. qui nunciat, *annunziatore, dinunziatore*, ἄγγελος. ¶ 1. Generatim. *Arnob.* 1. 65. Apparuit Christus rei maximæ nunciator. Adde *Tertull. Car. Christ.* 7. ¶ 2. Speciatim in jure est delator. *Ulp. Dig.* 39. 1. 20. *in fin.* Si aliquando stetit per nunciatorem, quo minus satisdetur. *h. e.* qui novi operis nunciationem fecit. *Paul. ibid.* 48. 16. 6. Nunciatores, qui per notoria indicia produnt.

NUNCĬĀTRIX *vel* nuntiatrix, īcis, f. 3. *annunziatrice*, nuncia. *Cassiod.* 2. *Variar.* 14. Ciconia redeuntis anni nunciatrix.

NUNCĬĀTUS *vel* nuntiatus, a, um. *V.* voc. seq.

NUNCĬO *vel* nuntio, ā, āvi, ātum, āre, a. 1. (nuncius). De ratione scribendi *V.* in NUNCIUS init. — Part. *Nuncians, Nunciatus* et *Nunciaturus* 1. — Nunciare est renunciare, per nuncium significare, nuncium ferre, apportare, monere, ἀγγέλλω (It. *annunziare, apportare, riferire, dar nuova, far sapere*; Fr. *annoncer, dire, faire savoir, faire connaître*; Hisp. *anunciar, hacer saber, advertir*; Germ. *verkündigen, ankündigen, hinterbringen, melden, sagen lassen, Nachricht bringen*; Angl. *to announce, bring news, bear tidings, tell, report, declare, relate, inform, make known, advise, warn*). Occurrit ¶ 1. Generatim. — *a*) Cum Accusativo rei, aut personæ, quæ nunciatur. *Plaut. Stich.* 2. 2. 67. Nunciare nuncium exoptabilem. *Ter. Heaut.* 1. 2. 10. voluptatem magnam nuncias. *Cic.* 1. *Att.* 15. Non dubito, quin celerius tibi hoc rumor, quam ullius nostrum litteræ nunciarint. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 25. 79. Quid est quod percipi possit, si ne sensus quidem vera nunciant? *dicono il vero. Liv.* 29. 22. Tamquam victoriam nunciaturi Romam essent. — Nunciare salutem, *portare un saluto. Plaut. Curc.* 4. 2. 38. Salutem multam dicito patrono. CVRC. nunciabo. *Cic.* 4. *Att.* 10. Misit ad me statim, qui salutem nunciaret. — *Nunciare horas*, quota hora sit, docere. *Martial.* 8. 67. Horas quinque puer nondum tibi nunciat. *Id.* 10. 48. Nunciat octavam Phariæ sua turba juvencæ. *Tac.* 15. *Ann.* 30. Initia vigiliarum per centurionem nunciari. — Et passive. *Cæs.* 2. *B. G.* 29. Hac pugna nunciata. *et ibid.* 32. Re nunciata ad suos. *Tac.* 1. *Ann.* 52. Nunciata ea Tiberium lætitia affecere. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 19. 42. (86). Alexandri classibus Arabia odore primum nunciata in altum. — *b*) Passive cum Infinito et Nominativo. *Plaut. Most.* 1. 3. 76. Utinam meus nunc mortuus pater ad me nuncietur. *Cæs.* 3. *B. G.* 36. Hoc adeo celeriter fecit, ut simul adesse et venire nunciaretur. *et* 1. *ibid.* 14. Jam jam adesse ejus equites nunciabantur. *si dicea, che. Plin.* 3. *Ep.* 7. Modo nunciatus est Silius Italicus inedia vitam finisse. *Sueton. Claud.* 37. Irrumpere Appius nunciatus, arcessi statim ac mori jussus est. — *c*) Active cum Infinito et Accusativo. *Ter. Phorm.* 5. 7. 13. Id ad vos venio nunciatum, Paratum esse me. *Cæs.* 5. *B. G.* 10. Equites ad Cæsarem venerunt, qui nunciarent, prope omnes naves afflictas esse. *Nepos Themist.* 4. Misit ad regem, ut ei nunciaret suis verbis, adversarios in fuga esse. *Tac.* 16. *Ann.* 11. Ergo nunciat patri, abjicere spem et uti necessitate. — *d*) Passive impersonaliter cum Infinito. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 1. 1. Nunciatum est nobis a M. Varrone, venisse cum Roma. *da parte di M. Varrone.* et 11. *Fam.* 12. Ita Romam erat nunciatum, fugisse Antonium. *Sall. Cat.* 35. *ad fin.* Plura quum scribere vellem, nunciatum est vim mihi parari. — Similiter *nunciato* absolute apud *Tac.* 2. *Ann.* 64. Simul nunciato, regem Artaxiam Armeniis a Germanico datum, decrevere patres, ut etc. *h. e.* quum nunciatum esset. — *e*) Passive imperson. et active cum Abiativo rei et præpos. *de. Cic.* 7. *Verr.* 16. 41. Quum paullo ante esset de hoc incommodo nunciatum. *Sueton. Tib.* 75. Forte accidit, ut quorumdam supplicii dies is esset, quo nunciatum de Tiberio erat. *Id. Aug.* 96. In Philippis, Thessalus quidam de futura victoria nunciavit. *Id. Galb.* 22. Scelus de Neronis exitu nuncians. — *f*) Sequente part. *ut, ne. Cic.* 2. *Orat.* 86. 353. Paullo post esse ferunt nunciatum Simonidi, ut prodiret. *Liv.* 3. 50. Juniores Patrum nunciant decemviris, ut omni ope ab seditione milites contineant. *Cæs.* 4. *B. G.* 11. *extr.* Ad præfectos mittit, qui nunciarent, ne hostes prælio lacesserent. Similiter est denunciare, indicere, jubere, *intimare*, apud *Tac.* 2. *Ann.* 65. Deligit centurionem, qui nunciaret regibus, ne armis disceptarent. *et ibid.* 79., item 11. *ibid.* 37. Jubet nunciari miseræ, dicendam ad causam postero die adesset. — *g*) Sequente *si. Ter. Heaut.* 4. 1. 5. Abi intro, atque illa si jam laverit, mihi nuncia. — *h*) Absolute. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 20. Bene nuncias. *mi dai una buona nuova.* Cf. *Cic. Pis.* 19. 45. Hujus unius litteris nunciantibus non crederet? — Historico more sine Nom. *Liv.* 32. 9. Suessæ Auruncæ nunciabant agnum cum duobus capitibus natum. ¶ 2. Speciatim in jure. — *a*) Est deferre, manifestare, *denunziare. Paul. Dig.* 49. 14. 44. Delator non est, qui protegendæ causæ suæ gratia, aliquid ad fiscum nunciat. Ita *Torrentin.*, at *Haloand.* habet *denuntiat.* et *Papinian. ibid.* 39. Causam pecuniæ fisco nunciare. *Paul. ibid.* 29. 5. 22. Quum heres decessisset, exstitit qui bona nunciaret. — *b*) *Nunciare novum opus*, est denunciare, ne quid novi operis fiat. *V.* NUNCIATIO 2. *Ulp. Dig.* 4. 7. 3. Opus novum si tibi nunciaverim, tuque eum locum alienaveris, et emptor opus fecerit. *Pompon. ibid.* 11. 8. 3. Si propius ædes tuas quis ædificet sepulcrum, opus novum nunciare poteris. *intimare, che desista.* Rursus *Ulp. ibid.* 43. 20. 3. *ad fin.* Si quis rivum relicienti opus novum nunciat.

NUNCĬUM *vel* nuntium, ii, n. 2. *V.* voc. seq.

NUNCĬUS, a, um, adject. Ad scriptionem quod attinet, *Manut.* et *Dausqu.* per c scribi volunt, ita præferentibus lapidibus aliquot: sed non desunt qui per *t*, et *Vigilius Carpensis* et antiquissimum horum *Cenotaph. Pisanum C. Cæsaris*, quod orthographiam aureæ ætatis demonstrat. Quare *t* retinent *Norisius* et *Cellar.* — Ceterum *nuncius* (a *novum* et *cio*, ut nonnulli volunt) est qui nunciat, nunciator, *che annunzia*: et Adjective occurrit — *a*) Femin. genere, et quidem translate apud Poetas. *Tibull.* 2. 1. 25. viden', ut felicibus extis Significet placidos nuncia fibra deos? *Martial.* 3. 32. Fratre reversuro, nuncia venit avis. *Ovid. Heroid.* 6. 9. Cur mihi fama prior, quam nuncia littera venit? — *b*) Neutro genere, adjective adhiberi videtur (alii volunt substantive poni) apud *Tibull.* 3. 4. 5. Divi vera monent: venturæ nuncia sortis Vera monent Tuscis exta probata viris. *Al. ita distinguunt.* Divi vera monent venturæ nuncia sortis: Vera monent Tuscis exta probata viris. *Lucret.* 6. 75. simulacra feruntur In mentes hominum divinæ nuncia formæ. Adde *eund.* 4. 1027. *Ovid. Heroid.* 16. 10. habes animi nuncia verba mei. — Hinc

A) *Nuncium, ii*, n. 2. absolute, substantivorum more, est res quæ nunciatur, *nuova, ambasciata, avviso. Servius* ad *Virg.* 6. *Æn.* 456. Qui nunciat, genere tantum dicitur masculino: quod autem nunciatur, licet neutro dicatur apud Catullum, tamen invenitur etiam masculino. *Id.* ad 11. *ibid.* 896. Nuncius est, qui nunciat: nuncium, quod nunciatur. *Varro* 6. *L. L.* 86. *Müll.* Ubi noctu in templum censura auspicatur, atque de cælo nuncium erit. *Al. leg.* nunciatum. *Catull.* 63. 75. Geminas deorum ad aures nova nuncia referens. *Plaut. Merc.* 5. 2. 66. opta ergo ob istuc nuncium quidvis tibi. *Al. leg.* istunc. *Sedul.* 2. 474. sævumque tyrannum Grandia sollicitis perturbant nuncia dictis. Adde *Lucret., Liv., Tibull., Apulej.*, quorum loca afferunt critici magni nominis, neutrum genus constanter defendentes. Contra alii non minoris subsellii negant nisi masculine usurpari: locaque allata vel ex MSS. vel ex conjectura mutant, aut aliter interpretantur.

B) *Nuncius, ii*, m. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Concreto, uti ajunt, sensu est qui nunciat, *messo, messaggiero, nunzio*, ἄγγελος. *Plaut. Stich.* 2. 1. 1. Mercurius, Jovis qui nuncius perhibetur, numquam æque patri Suo nun-

cium lepidum attulit, quam ego nunc meæ heræ nunciabo. *Cic. Quinct.* 25. 80. O hominem fortunatum, qui ejusmodi nuncios, seu potius Pegasos habet! *Id.* 12. *Fam.* 10. Nos de Dolabella quotidie quæ volumus, audimus, sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuncio. *Virg.* 2. *Æn.* 547. referes ergo hæc, et nuncius ibis Pelidæ genitori. *Cic.* 14. *Phil.* 7. 20. Litteris, nunciis, cohortationibus omnes ad patriæ præsidium excitare. *Cæs.* 1. *B. G.* 26. Litteras et nuncios mittere ad aliquem. *et* 4. *ibid.* 19. dimittere in omnes partes. *Cic.* 11. *Att.* 24. Facere aliquem certiorem per nuncium, quid actum sit. *Paul. Dig.* 18. 1. 1. *extr.* Emptio et inter absentes contrahi potest, et per nuncium, et per litteras. *per via di terza persona*, per internuncium. — Poetice, de femina, ut *dux, auctor. Val. Flacc.* 2. 141. Huic dea cum lacrimis, et nota veste Neæræ, Icta genas: utinam non hic tibi nuncius essem, O soror. ¶ 2. Abstracte et generatim est res quæ nunciatur, *novella, nuova, avviso, ambasciata*, ἄγγελμα, ἀγγελία. *Cic. Balb.* 28. 64. Nolite, hunc illi acerbum nuncium velle perferri, ut etc. *Id.* 3. *Att.* 17. De Q. fratre nuncii nobis tristes, nec varii venerunt. *Virg.* 11. *Æn.* 896. Interea Turnum in silvis sævissimus implet Nuncius, et juveni ingentem fert Acca tumultum. *Cic. Rosc. Am.* 7. 19. Exoptatum nuncium alicui afferre. *Id.* 2. *Fam.* 19. optatissimum accipere. *Ter. Heaut.* 3. 1. 18. apportare alicui. *Plaut. Stich.* 2. 2. 67. exoptabilem nunciare. *Cic. Ligar.* 3. 7. perferre. *Liv.* 4. 41. ferre ad aliquem. *Id.* 3. 6. Pro tristi nuncio tristiorem domum referentes. *Apul.* 7. *Met. init.* Talem collegio suo nuncium fecit. ¶ 2. Item abstracte, sed speciatim, est mandatum, jussum, *intimazione, comando. Nepos Chabr.* 3. Athenienses certam diem Chabriæ præstituerunt, quam ante *etc.* Hoc ille nuncio, etc. *Cic.* 12. *Fam.* 24. Quos senatus ad denunciandum bellum miserat, nisi legatorum nuncio paruisset. ¶ 3. Item speciatim *nuncium uxori remittere* apud *Cic.* 1. *Orat.* 40. 183. *et* 56. 238. et 1. *Att.* 13. est uxorem dimittere, et cum ea divortium facere, *far divorzio.* Porro *remittere* pro simplici *mittere* hic ponitur: et ipsum *mittere* usurpatur ab *Ulp. Dig.* 24. 2. 4. et *ibid.* 3. 22. *circa med.* Dicitur etiam de uxore a viro per divortium discedente, ut est apud *Cic. Topic.* 4. 19. Præterea *nuncium* intelligimus ipsum divortii libellum, in quo perscribebatur, *res tuas tibi habeto*, ut in DIVORTIUM adnotavimus. Unde *Papinian. Dig.* 24. 2. 7. Si pœnituit eum, qui libellum divortii tradendum dedit. — Etiam in sponsalibus locum habet, quum dissolvuntur, perscripta formula, *conditione tua non utor*, quam *Cajus Dig.* 24. 2. 2. recitat. *Ulp. ibid.* 23. 2. 45. Si invito patrono nuncium sponsa liberta remiserit. — Denique etiam parentes ac tutores dicuntur nuncium remittere, quum nuptialem contractum dirimunt. *Plaut. Truc.* 4. 3. 74. Ego adeo jam illi remittam nuncium affini meo: Dicam, ut aliam conditionem filio inveniat suo. *Ulp. Dig.* 23. 1. 6. Si puellæ tutores ad infringenda sponsalia nuncium miserint. *Id. ibid.* 24. 1. 32. *a med.* Si socer nurui nuncium miserit. — Hinc translate *Cic.* 15. *Fam.* 16. *ad fin.* Jam biennium aut triennium est, quum virtuti nuncium remisisti deterritus illecebris voluptatis.

C) Nuncia, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est quæ nunciat, *annunziatrice, apportatrice, messaggiera*, ἀγγελιῶτις. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 1. *Legg.* 1. 2. Nuncia fulva Jovis, miranda visa figura. *h. e.* squila. *Virg.* 4. *Æn.* 188. *de Fama.* Tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri. *Cic.* 2. *Orat.* 9. 36. Historia nuncia vetustatis. *Ovid.* 1. *Met.* 270. Nuncia Junonis varios induta colores Concipit Iris aquas. *et* 11. *ibid.* 585. Iri, meæ, dixit, fidissima nuncia vocis. *Id.* 1. *Art. am.* 437. Cera vadum tentet, rasis infusa tabellis, Cera tuæ primum nuncia mentis eat.

NUNCŬBI, adverb. (num *et* alicubi) num in aliquo loco, *forse o se in qualche luogo.*

I.) Proprie. *Varro* 3. *R. R.* 2. 4. Nuncubi hic vides citrum, aut aurum? num minium, aut armenium? numquod emblema, aut lithostrotum? quæ illic omnia contra. *et* 2. *ibid.* 5. 2. Ut si quis quid ignorat, discat: si quis scit, nuncubi labar, observet. *Alii leg.* nunc, ubi labar, observet.

II.) Translate significat num quo tempore, num qua in re. *Ter. Eun.* 1. 2. 85. nuncubi meam Benignitatem sensisti in te claudier?

NUNCŬPĀTIM, adverb. (nuncupo) *nominatamente*, nominatim. *Sidon.* 9. *Ep.* 16. *in carm.* Singulos, quos nunc pia nuncupatim Non valent versu cohibere verba. Adde *Claud. Mamert.* 2. *Stat. anim.* 9. *sub fin.* loc. cit. in TENEBELLÆ.

NUNCŬPĀTĬO, ōnis, f. 3. actus nominandi, appellatio, *nomina*, ἐκφώνησις. ¶ 1. Generatim. *Apul.* 2. *Dogm. Plat.* Hanc ille justitiam modo nominat, modo universæ virtutis nuncupatione complectitur, et item fidelitatis vocabulo nuncupat. *Id. de Mundo.* Nomen Dei regum nuncupatione prædicari. *h. e.* appellando eum regem. *Ammian.* 23. 6. Imperatoribus nostris Augusta nuncupatio amabilis et optata. qua *scil.* Augusti appellabantur. ¶ 2. Speciatim de ea, qua quis aliquem in testamento nominat heredem faciens. *Sueton. Cal.* 38. Quo metu injecto, quum jam et ab ignotis inter familiares, et a parentibus inter liberos palam heres nuncuparetur, derisores vocabat, quod post nuncupationem vivere perseverarent. *Ulp. tit.* 20. *Regular.* § 9. Nuncupatur testamentum in hunc modum: Tabulas testamenti testator tenens ita dicit: hæc, ut in his tabulis cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor: itaque vos, Quirites, testimonium præbitote. Quæ nuncupatio, et testatio vocatur. (Hæc eadem nunc habentur apud *Cajum* 2. *Instit.* § 104., edente iterum *Goeschenio*, ubi tamen *testimonium mihi perhibetote* rectius pro *testimonium præbitote* legitur.) *Id. Dig.* 28. 6. 18. Si pater sibi per scripturam, filio per nuncupationem, vel contra, fecerit testamentum, valebit. ¶ 3. Item de ea, qua quis alteri quid nuncupat, *h. e.* inscribit: nomine enim suo appellat, ipsumque nomen operi præfigit. *Plin. præf. Hist. nat.* (8). Sed hæc ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione. ¶ 4. *Nuncupatio votorum* est eorum conceptio et susceptio: nominantur enim ea, quæ in votis petimus. *Sueton. Ner.* 46. Votorum nuncupatione, magna jam ordinum frequentia, vix repertæ Capitolii claves. *Tac.* 16. *Ann.* 22. Votorum nuncupationibus non adesse. *Val. Max.* 5. 10. *n.* 1. Quum ædem pontifex dedicaret, interque nuncupationem solemnium verborum postem tenens, etc. *nel pronunciare le solenni parole. V.* NUNCUPO § 3.

NUNCŬPĀTĪVĒ, adverb. nuncupativo modo, per nuncupationem. *Hieronym. in Ps.* 26. In domo Domini, in vita perpetua, quia quamvis ecclesia hic dicatur domus, tamen non proprie, sed nuncupative. *V.* voc. seq.

NUNCŬPĀTĪVUS, a, um, adject. qui nuncupatur, qui appellatur. *Ambros. de Fide* 5. 2. Nam, secundum Scripturas, aut verus Deus est, aut tantummodo nuncupativus, aut falsus. Verus, ut Pater; nuncupativus, ut sancti; falsus, ut dæmones et simulacra.

NUNCŬPĀTOR, ōris, m. 3. nominator. *Apul. Florid.* n. 15. Pythagoras primus philosophiæ nuncupator et conditor.

NUNCŬPĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

NUNCŬPO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *Nuncupassit* pro *nuncupaverit* V. infra sub 1. — Part. *Nuncupans* 1. et 2.; *Nuncupatus* in omnibus paragr.; *Nuncupaturus* 1.; *Nuncupandus* 2. — De hoc verbo ita loquuntur *Cic.* 3. *Orat.* 38. 153. et *Quintil.* 8. 3. 27., ut inter prisca ponant et minoris usus, atque ab oratoribus aut necessitate, aut præparce usurpanda. — Ceterum *nuncupare* (quod *Vossius* putat esse factum ex *nomen* et *capio*) significat nominare, appellare, nomine vocare, verbis exprimere, ὀνομάζω, προσαγορεύω (It. *nominare, chiamare, esprimere*; Fr. *dénommer, nommer, appeller*; Hisp. *denominar, nombrar, llamar*; Germ. *b. Namen nennen, benennen, benamen, hersagen, bekannt machen*; Angl. *to name, call, express*). Occurrit ¶ 1. Generatim. *Varro* 6. *L. L.* 60. *Müll.* Nuncupare nominare valere apparet in legibus, ubi nuncupatæ pecuniæ sunt scriptæ; item in choro, in quo est: Ænea! Quis enim est qui meum nomen nuncupat? (*Diomed.*) 2. *p.* 477. *Putsch.* hæc verba *Ennio* tribuit). Item in Medio (*al.* Medea): Quis tu es mulier, quæ me insueto nuncupasti nomine? Hæc *Varro. Lex XII. Tabul.* apud *Festum p.* 173. 11. *Müll.* CVM NEXVM FACIET MANCIPIVMQVE, VTI LINGVA NVNCVPASSIT, (ita ut nominarit, locutusve erit) ITA IVS ESTO. Verba illa *ita ut nominarit, locutusve erit*, sunt *Festi* illud *nuncupassit* (quod antiquum est pro *nuncupaverit*) explicantis. *Cic.* 3. *Off.* 16. 65. Quum ex XII. (*Tabulis*) satis esset ea præstari, quæ essent lingua nuncupata. *Liv.* 8. 11. Hæc haud ab re duxi, verbis quoque ipsis, ut tradita nuncupataque sunt, referre. *espresse e spiegate.* Loquitur de vetere formula et lege se devoventis. *Id.* 1. 10. *sub fin.* Nec irritam conditoris templi vocem esse, qua laturos eo spolia posteros, nuncupavit. *pronunciò, disse. Festus p.* 173. 9. *Müll.* Nuncupata pecunia est, ut ait Cincius, nominata, certa, nominibus propriis pronunciata. *Cic.* 1. *Nat. D.* 15. 38. Res utiles et salutares deorum vocabulis nuncupatæ. *chiamate.* et 2. *ibid.* 23. 60. Quod, erat a Deo donatum, nomine ipsius Dei nuncupabant. *Sueton. Aug.* 31. Sextilem mensem e suo cognomine nuncupavit. *Ovid.* 14. *Met.* 607. quem turba Quirini Nuncupat Indigetem. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 27. (91). Reliqua hujus sinus dicantur: et maria quidem ejus nuncupavimus. *h. e.* nomine suo indicavimus, recensuimus, enumeravimus. *Id.* 7. *ibid.* 26. 27. (95). [illegible]d decus imperii R. pertinet, Pompeji M. titulos omnes triumphosque hoc in loco nuncupari. *Id. ibid.* 45. 46. (147). Divus Augustus, quem universa mortalitas in hac censura nuncupat. *h. e.* ponit in hoc albo et numero hominum felicium. *Justin.* 24. 2. 9. Adjurat, nuncupaturum se eam reginam. *che sarebbe per chiamare e dichiarare.* — Poetice *Ennius* (lege *Accius*) apud *Non. p.* 90. 11. *Merc.* Extemplo Ægisthi fidem nuncupantes, conciebant populum. *h. e.* inclamantes, invocantes. ¶ 2. Speciatim in jure, *nuncupare heredem* est heredem in testamento nominare. *h. e.* voce palam, coram testibus, edere nomen ejus, quem heredem nobis esse volumus post mortem. Sic *nuncupare testamentum*, voce coram testibus facere. His opponitur *heredem*, aut *testamentum scribere*, quum non voce, sed scripto conficitur: de quibus subtilius JCti. *V.* NUNCUPATIO § 2. *Ulp. Dig.* 28. 1. 21. Heredes palam, ita ut exaudiri possint, nuncupandi sunt. Licebit ergo testanti vel nuncupare, vel scribere: sed si nuncupat, palam debet. Quid est palam? non utique in publicum, sed ut exaudiri possit: exaudiri autem non ab omnibus, sed a testibus, etc. *Julian. Dig.* 37. 11. 8. *extr.* Quemadmodum scripto herede filio separatim ab heredibus patris, ita nuncupato potest videri separatim a scriptis patris heredibus bonorum possessio dari. *Justin.* 12. 15. 13. Nam etsi non voce nuncupatus heres, judicio tamen electus esse videbatur. *Plin.* 8. *Ep.* 18. Reliquit testamentum ante octo et decem annos nuncupatum. *h. e.* pronunciatum, verbis expressum coram testibus, non scriptum tantummodo. — Universim est heredem instituere. *Sueton. Claud.* 4. *extr.* Ac ne heredem quidem, nisi inter tertios, ac pæne extraneos, e parte sexta nuncupavit. *Id. Cal.* 38. Quum a parentibus inter liberos palam heres nuncuparetur. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (141). *de ebriis.* Alii testamenta sua nuncupant; alii mortifera loquuntur. *h. e.* probant, manifestant. Absolute *Plin. alter Paneg.* 43. Nec quia offendit alius, nuncuparis, sed quia ipse meruisti. ¶ 3. Item speciatim *nuncupare vota* est conceptis solemnibus verbis palam claraque voce pronunciare, quæ a diis in posterum optamus. Id fiebat maxime a consulibus in Capitolio Calendis Januariis, aut ab iisdem, vel a prætoribus, quum in provincias exirent. *Festus p.* 173. 13. *Müll.* Vota nuncupata dicuntur, quæ consules, prætores, quum in provinciam proficiscuntur, faciunt: ea in tabulas præsentibus multis referuntur. Hæc *Festus.* Dicuntur autem *nuncupata*, quia certis solemnibusque verbis palam concipiuntur, et voce exprimuntur. *Liv.* 21. 63. Consulem Capitolium et solemnem votorum nuncupationem fugisse, ne die initi magistratus Jovis Opt. M. templum adiret, ne auspicato profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, paludatus inde cum lictoribus ad provinciam iret. *Id.* 41. 10. Quum consul more majorum, secundum vota

in Capitolio nuncupata, cum lictoribus paludatus profectus ab Urbe esset. *Val. Max.* 1. 1. *in fin.* Solvere vota nuncupata pro incolumitate exercitus. — Imperio vero R. unius potestati permisso, votis pro totius reipublicæ incolumitate susceptis accessere alia tum Romæ, tum in provinciis pro salute ac prosperitate Augustorum, quæ nuncupabantur III. Non. Jan., nam dies postriduanus ater erat. Hinc *Cajus Dig.* 50. 16. 233. Post calendas Januarias die tertio pro salute principis vota suscipimus. *Vopisc. Tacit.* 9. Ita ut iisdem (*principibus*) natalibus suis, et Parilibus, et calendis Januariis, et votis, libamina ponerentur. *Fronto* 5. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 30. Annum novum faustum tibi, et prosperum quum tibi et domino nostro patri tuo precor. Si dei juvabunt, perendie vos vota nuncupantes videbo. *Trajanus* ad *Plin.* 10. *Ep.* 45. Et solvisse vos quum provincialibus diis immortalibus vota pro mea salute et incolumitate, et nuncupasse, libenter, mi Secunde carissime, cognovi ex litteris tuis.

NUNCUSQUE *vel* nunc usque, adverb. *sino a questo tempo*, usque ad hoc tempus. *Ammian.* 14. 2. Ubi conduntur nuncusque commeatus, distribui militibus assueti.

NUNDINA, æ, f. *et*

NUNDINÆ, ārum, f. plur. 1. *V.* NUNDINUS.

NUNDĪNĀLIS, e, adject. ἀγοραῖος, novendialis. *Plaut. Auiul.* 2. 4. 45. Cocus ille nundinalis est: in nonum diem Solet ire coctum. Ubi significatur cocus bustuarii ordinis, quique magis nosset coquere cœnam feralem, quæ nono die fiebat, quam iis, quorum ingeniosa esset gula. Alii interpretantur cocum vulgarem et vilem, qui non nisi nundinis conducitur, quum plebs ex agris convenit. Firmat priorem interpretationem illud *ejusd. Pseud.* 3. 2. 6. Quin ob eam rem Orcus recipere ad se noluit, Ut esset hic, qui mortuis cœnam coquat. Nam hic solum illis coquere, quod placet, potest. Cf. *Festum p.* 173. 1. *Müll.*

NUNDĪNĀRĬUS, a, um, adject. *da mercato*, πανηγυρικός, ad nundinas pertinens, vel nundinis assignatus. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 51. 77. (208). Nundinarium forum. ἐμπόριον. *Id.* 12. *ibid.* 17. 40. (79). His commerciis Carrhas oppidum aperuere, quod est illis nundinarium. — *Nundinariæ epulæ*, cibi, qui dantur ad nundinas itantibus. *Ulp. Dig.* 17. 2. 69. Quum societas ad emendum coiretur, et conveniret, ut unus reliquis nundinarias epulas præstaret.

NUNDĪNĀTĪCĬUS, a, um, adject. *Tertull. Virg. veland.* 3. capita nundinaticia vocat virginum non velatarum. *h. e.* exposita procorum et amatorum oculis, et veluti venalia.

NUNDĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. *traffico, negozio*, ἀγόρασμα, nundinandi actus, mercatura. — *a)* Fere in malam partem usurpatur de corruptione legum pecunia pacta. *Cic.* 7. *Verr.* 5. 10. Tum potuit a Leonida numorum aliquid auferre, quum denunciavit, ut adesset. Fuit nundinatio aliqua, et isti non nova, ne causam diceret. *et* 3. *ibid.* 46. 120. Redite in memoriam, judices, quæ libido istius in jure dicundo fuerit, quæ varietas decretorum, quæ nundinatio. *Id.* 1. *leg. Agr.* 3. 9. Nundinatio juris et fortunarum. *V.* NUMATIO. — *b)* In bonam. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod.* 7. 4. 32. Etiam pretium his dependsurus juxta nundinationem, quæ foro rerum venalium continetur. *h. e.* æstimationem, *il prezzo della piazza. Cassiod.* 9. *Variar.* 3. *de auri fossorib.* Soli sunt hominum, qui absque ulla nundinatione pretia videantur acquirere. Adde *eumd. ibid.* 28., 11. *ibid.* 7. et 8. *ante med.*, 12. *ibid.* 28., et alibi, ubi hæc vox et proprie et translate occurrit.

NUNDĪNĀTOR, ōris, m. 3. qui nundinas frequentat, ἀγοραστής, καπηλευτής.

I.) Proprie. *Festus p.* 173. 33. *Müll.* Ne interpellarentur nundinatores. — In *Inscript.* apud *Reines. cl.* 1. *n.* 80. est epitheton Mercurii, utpote qui nundinis præesse solet.

II.) Translate. *Quintil. Declam.* 12. 3. Dum tu salutis publicæ nundinator proximum quemque emptorem dimittis.

NUNDĪNĀTUS, a, um. *V.* NUNDINO.

NUNDĪNĬUM, ii, n. 2. pro nundinum legitur in *Inscript.* apud *Rénier.* 4111. PECORA IN NVNDINIVM IMMVNIA.

NUNDĪNO, as, āvi, ātum, are, a. 3. (nundinus). Part. *Nundinatus* et *Nundinandus*. — Nundinare occurrit tantum apud serioris ævi scriptores pro nundinari. *Misith. in epist.* apud *Capitolin. Gordian.* 24. *extr.* Delectat sane, boni esse principis socerum, et qui pepulerit homines, per quos antea, velut in auctione positus, nundinatus est. *è stato venduto. Prudent.* 10. περὶ στεφ. 969. Nundinatum arguit. *h. e.* pecunia corruptum. *Firmic.* 6. *Mathes.* 31. *sub fin.* Quæstus et libidinis causa pudorem duobus fratribus nundinabit. *venderà.* Sic *Id. ibid. ante med.* Nundinatus pudor. *h. e.* quæstus causa prostitutus. Adde *Tertull. Virg. veland.* 13. Et *Cassiod.* 4. *Variar.* 19. Rebus omnibus nundinandis providit. *V.* SILIQUATIUM.

NUNDĪNOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (nundinus). Aliam formam *V.* in voc. præced. — Part. *Nundinans* I. — Nundinari est mercari, ut in nundinis fit, καπηλεύω (It. *mercatare, essere al mercato, trafficare*; Fr. *faire le commerce, trafiquer*; Hisp. *traficar, trafagar*; Germ. z. *Markte sein, Handel treiben, handeln*; Angl. *to buy or sell, market, assemble together as people do at a market*).

I.) Proprie. *Liv.* 22. 56. Pœnum sedere ad Cannas in captivorum pretiis prædaque alia, nec victoris animo, nec ducis more nundinantem.

II.) Translate. ¶ 1. Jocus est, et fortasse subfrigidus in illo *Cic.* 2. *Divinat.* 31. 66. Ut in cunis fuerit anguis, non tam est mirum, in Solonio præsertim, ubi ad focum angues nundinari solent. *h. e.* adeo in eo agro abundant angues, ut vel in foco plurimi conveniant, velut homines in nundinis. Simili ratione *nundinas* de formicis dixit *Plin.* 11. *Hist. nat.* 30. 36. (109). ¶ 2. Adhibetur in malam partem de iis, qui pecunia data emunt, quæ nefas est emere. *Cic.* 4. *Verr.* 49. 122. Pueri annorum senum septenumque denum senatorium nomen nundinati sunt. *et* 3. *ibid.* 46. 119. Qui ab isto jus ad utilitatem suam nundinarentur. *Id.* 3. *Phil.* 4. 10. Una in domo omnes, quorum intererat, totum imperium populi R. nundinabantur. ¶ 3. Item qui pecunia accepta vendunt, quæ vendere est nefas. *Apul.* 10. *Met.* Judices sententias suas pretio nundinantur. Et absolute *Sueton. Tit.* 7. Constabat, in cognitionibus patriis nundinari præmiarique solitum. *negoziare e guadagnare.*

NUNDĪNUM, i, n. 2. *V.* voc. seq.

NUNDĪNUS, a, um, adject. ad nonum diem pertinens: hinc

Nundinæ, ārum, f. plur. 1. (in sing. num. *V.* infra sub I. in fin.) absolute, substantivorum more

I.) Proprie sunt mercatus, seu feriæ rusticorum, πανήγυρις, παντοπωλεῖον, ἀγοραί (It. *fiera, mercato*; Fr. *jour du marché, foire*; Hisp. *dia de mercado, feria*; Germ. *der Markt-, Wochenmarkttag*; Angl. *a fair, mart*, or *market*); mercatus, inquam, seu feriæ rusticorum, quibus Romam proficiscebantur, negotiis domesticis provisuri: quasi *novendinæ*, quia nono quoque die fiebant, ita tamen ut inter dies nundinales essent septem tantum intermedii; hinc in singulis vetustis Kalendariis apud *Fogginium* in *Fastis A. Verrii Flacci* videre est octo litteras ab A ad H a primo ad ultimum anni diem perpetuo recurrentes, nempe ad nundinas indicandas, quemadmodum in nostris etiam Kalendariis ad hebdomadas signandas septem tantummodo præmitti solent. (*V. Orell. Inscript. T.* 2. *p.* 407.; et *Schutz.* in *Ind. Cicer.* in v. *Trinundinum.*). *Macrob.* 1. *Saturn.* 16. *a med.* Rutilius scribit, Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die, intermisso rure, ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent, et ut scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita a singulis atque universis facile noscebantur. *V. ibid.* hac de re plura. et apud *Colum. R. R. præfat.* § 18. — Nundinarum auctorem alii Romulum, alii Numam, alii Servium Tullium faciunt. *V. Cic.* 2. *de republ.* 14. ibique ab *A. Maio* adnotata. — Mos servandarum nundinarum a Tuscis ortus est, ut docet *Macrob.* loc. cit. in NONÆ. *Festus p.* 173. 30. *Müll.* Nundinas feriarum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi vendendique causa; eumque nefastum, ne, si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores. (Hinc *Auct. Moret.* 79. nonisque diebus Venales olerum fasces portabat in urbem.). *Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 3. (13). Nundinis urbem revisitabant, et ideo comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs rustica avocaretur. *Varro* 2. *R. R. proœm.* 1. Annum ita diviserunt, ut nonis modo diebus urbanas res usurparent, reliquis VII. ut rura colerent. *Cic.* 1. *Att.* 14. Res agebatur in circo Flaminio: et erat in eo ipso loco die nundinarum πανήγυρις. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (28). Ungues resecari nundinis Romanis tacenti, atque a digito indice, multorum pecuniæ religiosum est. *Id.* 18. *ibid.* 3. 4. (15). Minucius Augurinus farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit. — Transfertur etiam ad celebres mercatorum conventus immunes liberosque. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 33. 89. Illi Capuam nundinas rusticorum, horreum Campani agri esse voluerunt. Adde *Colum.* 1. *R. R. præf.* 18.—*Nundinas instituere* est *piantar una fiera. Plin.* 5. *Ep.* 4. Vir prætorius a senatu petiit, ut sibi instituere in agris suis nundinas permitteretur. — Porro jus nundinarum a senatu prius petebatur, ut patet ex *Plinii loc. cit.*, vel a consulibus, ut ex *Sueton. Claud.* 12., mox a principe, ut ex *Modestin. Dig.* 50. 11. 1. Hujusmodi autem jus non modo civitates petebant, sed etiam privati in prædiis suis. Nam ex *Plinio* jam vidimus, C. Bellicium Sollertem Veronensem, tunc virum prætorium, mox consulem suffectum, petiisse a senatu, ut in prædiis suis, quæ conterminа erant Vicetinorum territorio, nundinas instituere sibi permitteretur; Vicetini autem Romæ hoc ipsum eidem contradixerunt apud senatum. V. *Plin.* 5. *Ep.* 4. et 21.; et *Annal. dell' Instit. Archeol. T.* 2. *p.* 258. His adde *Inscript.* in IASUS in ONOM. — Nundinarum vitandarum causam habuisse Augustum tradit *Sueton. Aug.* 92., propter δυσῤῥημίαν nominis, fortasse ob novendiales dies mortuis sacros. *V.* NONÆ. — In singulari num. *Sidon.* 7. *Ep.* 5. In nundinam et auctionem mitti, si emptor inveniatur. *Alcim.* 4. 30. obscœni nundina mundi.

II.) Translate in malam partem de turpi negotiatione. *Cic.* 5. *Phil.* 4. 11. In interiore ædium parte totius reipublicæ nundinæ erant. *et* 2. *ibid.* 14. 35. Vectigalium flagitiosissimæ nundinæ.

Nundinum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Occurrit — *a)* In formula *inter nundinum*, h. e. tempore, quod inter duas nundinas intercedit. *Lucilius* apud *Non. p.* 214. 28. *Merc.* Si nihil gustat inter nundinum. *Varro* apud *eumd. ibid.* Quoties priscus homo ac rusticus Romanus inter nundinum barbam radebat. — Scribunt et junctis vocibus *internundinum*. — *b)* Legitur et *nundinum* quum numerale adjectivum adjungitur. *Cic. Dom.* 16. 41. Si, quod in ceteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est, trium esse horarum, non reprehendo. *Liv.* 3. 35. Comitia decemviris creandis in trinum nundinum indicta sunt. *h. e.* post trium nundinarum tempus, εἰς τρίτην ἀγοράν. *Al. leg.* in trinundinum. *Quintil.* 2. 4. 35. Rogatio sive non trino forte nundino promulgata, sive non idonco die. — Et absolute. *Varro* apud *Non. p.* 133. 19. *Merc.* Pueri exspectant nundinum, ut magister dimittat lusum. *Id. Non. p.* 214. 26. *Merc.* hæc eadem verba referens, *nundinam*, vel *nundinas* habet. *Mercerus* vero utroque loco *nundinas* legit, neque ullam affert variantem lect. At *Lamprid. Alex. Sev.* 43. Nundina vetera ex ordine instituit, vel dies, vel tempora. ¶ 2. *Lamprid. Alex. Sev.* 28. Primo nundino sibi alios semper suffecit. *Vopisc. Tacit.* 6. *ad fin.* Fratri suo Floriano consulatum petiit, et non impetravit, idcirco quod jam senatus omnia nundina suffectorum clauserat. Ex his *Lampridii* et *Vopisci loc. cit.* patet, nundinum vocatum fuisse etiam spatium quatuor, vel trium, vel duorum mensium, quo tunc durabat consulatus suffectorum.

NUNQUA, *et*

NUNQUAM, *et*

NUNQUANDO, *et*

NUNQUID, *et*
NUNQUIS, *et* similia. *V.* NUMQUA, NUMQUAM, NUMQUANDO, etc.
NUNTIA, *et*
NUNTIĀTIO, *et*
NUNTIO, as, *et*
NUNTIUS, *et* similia. *V.* NUNCIA, NUNCIATIO, NUNCIO, etc.

NŪO, is, i, ere, n. 3. νεύω, capite significare, agnoscitur tantum a Grammaticis. *Priscian.* 4. *p.* 627. *Putsch.* Nuo nomen; est enim dei nutus. *et* 8. *p.* 786. Neo nevi: ne si nui diceremus, a nuo esse videatur. *et* 9. *p.* 851. Si pura sit pænultima, in plerisque corripitur etiam in præterito, ut luo, lui; nuo nui, spuo spui. *Gloss. Cyrill.* Νεύω, nuto, nuo.

NŪPER, adverb. Sup. *Nuperrime.* I. *a.* — Comp. *Nuperius* affertur a *Priscian.* 15. *p.* 1016. *Putsch.* nullo tamen auctore laudato. Ratione habita etymi, *nuper* est quasi *novo opere*, ut *topper* toto opere, ut *Scalig.* placet: sed rectius *Festus p.* 173. 14. *Müll.* Nuper quasi noviper, tamquam dicimus novissime. Hæc *Fest.* Syllaba vero *per*, quæ ad augendam significationem præfigi solet nominibus, enclitico modo adverbio *nuper* adhæret, non mutata significatione, ut et *semper*, *parumper* etc. — *Nuper* est idem atque non longo ante tempore, paucis ante diebus vel mensibus, νεωστί, πρώην, ἄρτι (It. *non è molto, poco innanzi, poco fa, ultimamente*; Fr. *récemment, naguère, dernièrement, nouvellement*; Hisp. *recientemente, ultimamente, nuevamente*; Germ. *unlängst, neulich, vor Kurzem*; Angl. *not long ago, not long since, but a little while ago, lately, of late, recently*).

I.) Proprie. — *a)* Absolute. *Ter. Adelph.* 1. 2. 70. Nuper-dixit velle uxorem ducere. *Id. Eun.* 1. 2. 50. Mater mea illic mortua'st nuper. *Cic.* 14. *Att.* 7. De quo sum nuper tecum locutus. *Id.* 1. *Orat.* 19. 85. Is, qui nuper Romæ fuit, Menedemus, hospes meus. *Id.* 1. *Invent.* 17. 25. Ab adversarii dicto exordiri, et ab eo potissimum, quod ille nuperrime dixerit. *Horat.* 2. *Od.* 8. 22. miseræque nuper Virgines nuptæ. — *b)* Cum opposito *nunc*. *Cic. Ligar.* 12. 37. Fac quod fecisti nuper in curia, nunc idem in foro. *Horat.* 1. *Od.* 14. 17. Nuper sollicitum quæ mihi tædium, Nunc desiderium curaque non levis. *Id.* 3. *ibid.* 26. 1. Vixi puellis nuper idoneus, Et militavi non sine gloria: Nunc etc. *h. e.* antea et usque ad hoc tempus, *sino a poco fa, sin qui.* — *b)* Addita per *quum* temporis designatione. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 20. 64. Nuper, quum in Gabinium Piso delationem nominis postularet. Adde *eumd.* 3. *Orat.* 61. 229.; et *Liv.* 28. 42. — *c) Nunc nuper* proximum tempus antecedens designant. *Plaut. Truc.* 2. 4. 43. Nunc hue remisit nuper ad me epistolam. *Ter. Eun. prol.* 9. Item ut Menandri Phasma nunc nuper dedit. *Apul.* 9. *Met.* Istud, quod nunc nuper commentus est. *Symmach.* 1. *Ep.* 6. (*al.* 3.). Nunc nuper ad vos prædium lege venit. — *e)* Addito *admodum, adeo. Ter. Heaut.* 1. 1. 1. Quamquam hæc inter nos nuper notitia admodum 'st. *Gell.* 2. 23. Nuper adeo usus hujus rei nobis venit.

II.) Translate de longiori ante tempore. *Cic.* 6. *Verr.* 3. 6. Nuper: et quid dico, nuper? immo vero modo ac plane paullo ante vidimus. *Id.* 1. *Divinat.* 39. 86. Neque ante philosophiam patefactam, quæ nuper inventa est. *Id.* 2. *Nat. D.* 59. 126. Ea, quæ nuper, id est paucis ante sæculis medicorum ingeniis reperta sunt. Apud *eumd. Cic. Sull.* 32. 89. et *Sext.* 5. 13. *nuper* occurrit de tempore ante triennium. *Cæs.* 1. *B. G.* 6. Qui nuper pacati erant. *h. e.* ante quatuor annos.

NŪPĔRUS, a, um, adject. *nuovo, recente, fresco*, νεός, qui nuper fuit, recens. *Plaut. Capt.* 3. 5. 60. Recens captum hominem nuperum et novitium Te perdocere. *Ter. Heaut.* 1. 1. 1. Quamquam hæc inter nos nupera notitia admodum 'st. *Al. leg.* nuper. et *Flor.* 4. 2. *a med.* Elephanti bellorum rudes, et nuperi a silva. *Al. leg.* nuper. — De Superlativo hæc *Priscian.* 3. *p.* 606. *Putsch.* Nuperrimus etiam proferebant antiquissimi: unde adverbium posuit Cicero, nuperrime: qui superlativus magis ab adverbio in *er* desinente videtur nasci.

NUPTA, æ, f. 1. *V.* NUBO in fin.
NUPTĀLĬCĬUS. *V.* NUPTIARIUS.

NUPTIABILIS, e, adject. quæ nuptiis idonea est. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 131. Nupta, nubilis, nuptiabilis. *Koppius* legendum putat *nuptialis.*

NUPTIÆ, ārum, f. plur 1. (nubo) festus matrimonii dies, ritus et hilaritas in uxore ducenda, γάμος (It. *nozze, maritaggio, sposalizio, matrimonio*; Fr. *noces, mariage, hymen*; Hisp. *boda, nupcia, casamiento*; Germ. *die Hochzeit, d. Beilager*; Angl. *a wedding-day, the marriage ceremony, a marriage, wedding, nuptials, matrimony, wedlock*).

I.) Proprie. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 54. renunciare Repudium, rebus paratis, atque exornatis nuptiis. *et* 2. 1. 35. Nuptias adornare. *et* 2. 2. 83. et 2. 4. 9. facere. *Ter. Phorm.* 4. 4. 20. apparare. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 15. Coquere cœnam ad nuptias. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 3. *ad fin.* Eo die apud Pomponium in ejus nuptiis eram cœnaturus. *Id. Cluent.* 12. 35. Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt, erant enim non matrimonii dignitate, sed sceleris societate conjunctæ. *Id.* 13. *Att.* 29. Cornificia vetula sane, et multarum nuptiarum. *Horat.* 3. *Od.* 11. 11. Nuptiarum expers. *non maritata. Nepos Att.* 5. Conciliare nuptias. *Val. Max.* 9. 1. *n.* 9. Nuptiis inter se jungi. *Ter. Andr.* 3. 4. 23. In nuptias aliquem conjicere. *et ibid.* 16. Nuptias alicui efficere. *h. e.* conciliare. *Id. Phorm.* 2. 1. 28. conficere. — Nobile fragmentum de nuptiis a viro sapiente devitandis ex *Theophrasti* opere deperdito exstat Latine interpretatum apud *Hieronym.* 1. *advers. Jovinian.* 47., quod legesis.

II.) Translate de concubitu. *Cic.* 4. *Herenn.* 34. 45. Cujus mater quotidianis nuptiis delectatur. Hæc versa sunt ex his verbis *Demosthenis de corona*: Μήτηρ σου τοῖς μεθημερινοῖς γάμοις χρωμένη. Adde *Justin.* 31. 6. 3.; *Petron. Satyr.* 26.; et *Apul.* 7. *Met.* de Lucio in asinum verso.

NUPTIĀLIS, e, adject. *nuziale*, γαμικός, ad nuptias pertinens. *Cic. Cluent.* 9. 28. Nuptialia dona. *et ibid.* 6. 15.; et *Horat.* 3. *Od.* 11. 33. Nuptiales faces. *Cic.* 4. *Herenn.* 33. 44. tibiæ. *h. e.* quibus in nuptiis canitur. *Plaut. Cas.* 5. 1. 2. ludi. *Id. Curc.* 5. 2. 61.; et *Sueton. Cal.* 25. Nuptialis cœna. *Seneca Med.* 986. dies. *Catull.* 61. 12. Nuptialia carmina. *Quintil.* 1. 7. 28. sacra. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 8. 22. (46). flamea. *Liv.* 4. 4. pactio. *Hieronym.* 1. *advers. Jovinian. n.* 48. Ridicule Chrysippus ducendam uxorem sapienti præcipit, ne Jovem Gamelium et Genethlium violet. Isto enim modo apud Latinos ducenda uxor non erat, quia Jovem non habent Nuptialem. *Capell.* 2. *p.* 25. Nuptialis amplitudo. *Id.* 8. *p.* 271. Nuptialis licentia. — *Nuptialia* absolute, substantivorum more, dixit *Capell.* 1. *p.* 24. Post nuptialia peragenda.

NUPTĀLĬCĬUS. *V.* NUPTIARIUS.

NUPTĀLĬTER, adverb. νομφικῶς, more nuptiarum. *Capell.* 6. *p.* 227. Venus nuptialiter læta.

NUPTĬĀRĬUS, a, um, adject. nuptialis. *Paul. Dig.* 50. 16. 194. Donum natalitium, nuptiarium. *Torrentini* editio hab. *nuptalicium*, al. *nuptialicium.*

NUPTĬĀTOR, ōris, m. 3. nuptiarum amator et laudator. *Hieronym.* 1. *advers. Jovinian. n.* 38. Dicam et ego nuptiatoribus meis, qui post castitatem et diuturnam continentiam subant ad coitum, etc. *Gloss. Philox.* Nuptiatores, γαμοστόλοι.

NUPTO, as, are, n. 1. *frequentat.* vel *intens. a* nubo. *Tertull. Sodom.* 45. Quo nullæ nuptant animæ.

NUPTŪLA, æ, f. 1. parva nupta. *Varro* apud *Non. p.* 357. 2. *Merc.* Pueri obscœnis verbis novæ nuptulæ aures returant. Al. leg. *nuptæ*, et ipse *Non.* ita refert *p.* 157. 5. *Merc.*

NUPTŪRĬO, is, īvi, ire, n. 4. *desid.* nubere cupio, γαμησείω. *Martial.* 3. 93. Gaudes ducentas nupturire post mortes. *Apul. de Mag.* Sponte eam diceres jam olim nupturisse.

NUPTUS, a, um. *V.* NUBO.

NUPTUS, us, m. 4. (nubo) nuptiæ, matrimonium, *maritaggio, matrimonio*, γάμος. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 45. Illa quidem nuptumque prior, tædasque marito Passa alio. *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 59. Eo die Numantini forte solemni nuptu filias locabant. *Inscript.* non optimæ notæ apud *Gor. Inscr. Etr. T.* 1. *p.* 266. QVOD IAM PROPE NVPTVM MISERAE DEFVNCTAE SVNT AMBAE. Et *Vulgat. interpr. Matth.* 24. 38. Nubentes et nuptui tradentes. — *Nuptum dare, mittere, collocare*, idem. *Ter. Hecyr.* 4. 1. 15.; *Sall. fragm.* 2. *Hist.* apud *Arusian. Mess.*; et *Cæs.* 1. *B. G.* 18. Sed hac forma supinum dicitur a Grammaticis: *V.* NUBO. *Nuptui collocare* dixit *Colum.* 4. *R. R.* 3. 6. *Nuptui dare* legitur a quibusdam apud *Val. Max.* 4. 4. *n.* 10. et 7. 1. *n.* 1., ab aliis ubique rectius *nuptum.*

NŪRĬCŬLA, æ, f. 1. *deminut.* nurus, parva nurus. *Inscript.* apud *De-Vita Inscript. Benev.* 53. 136. SATRIAE VERT.... BETITIVS CALLISTVS ISENA NORICVLAE B. M. F. Hic perperam littera *v* in *o* permutatur.

NŪRUS, us, f. 4. (νυός) uxor filii; cui respondet socer et socrus, νυός, ἑκυρός (It. *nuora*; Fr. *belle-fille, bru*; Hisp. *nuera, hijastra*; Germ. *die Schwiegertochter, Schnur*; Angl. *a daughter-in-law*).

I.) Proprie. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 4. uno animo omnes socrus oderunt nurus. *Cic.* 2. *Phil.* 24. 58. Rejecta mater amicam impuri filii, tamquam nurum, sequebatur. *Ovid. Ib.* 351. Qua poterat Tydeus erubuisse nuru. *Id.* 6. *Fast.* 729. Jam tua, Laomedon, oritur nurus. *h. e.* Aurora uxor Tithoni Laomedontis filii, ut est apud *Hygin. fab.* 270. *Id.* 12. *Met.* 126. Cinctaque adest virgo matrum nuruumque caterva.

II.) Translate. ¶ 1. *Nurus* dicitur sponsa filii, nondum uxor, ut docet *Ulp. Dig.* 23. 2. 12. et *ibid.* 38. 10. 6. ¶ 2. Latiore significatione non tantum uxor filii, sed et nepotis et pronepotis hac appellatione continetur: licet alii has *pronurus* appellent. *Paul. Dig.* 23. 2. 14. *ad fin.* et *ibid.* 50. 16. 50.; et *Ulp. ibid.* 2. 8. 2., 3. 1. 3. *ex Pomponio*, et *ibid.* 37. 5. 8. *ad fin.* ¶ 3. Poetis universim quascumque nuptas significat, et quascumque feminas, ut et *Servius* ad *Virg.* 2. *Æn.* 501. docet. *Ovid.* 2. *Met.* 365. De ramis electra novis, quæ lucidus amnis Excipit, et nuribus mittit gestanda Latinis. *Id.* 3. *Art. am.* 248. Inque nurus Parthas dedecus illud eat. *Martial.* 4. 75. O felix animo, felix Nigrina marito. Atque inter Latias gloria prima nurus. *Lucan.* 1. 164. cultus gestare decoros Vix nuribus rapuere mares. *Stat.* 5. *Theb.* 200. vigilant nuptæque nurusque In scelus. *h. e.* virgines aliquando nurus futuræ.

NUS, νοῦς, h. e. mens, sapientia. ¶ 1. Generatim. *Capell.* 2. *p.* 33. Per vos vigil decensque Nus mentis ima complet. Græcis litteris habet *Servius* ad *Virg.* 6. *Æn.* 749. Cf. *Apul. de dogmat. Plat.* 2. Plato docebat, prima bona esse Deum summum menteinque illam, quam νοῦν idem vocat. ¶ 2. Speciatim est unus ex æonibus Valentiniani. *Tertull. advers. Valentinian.* 7. et 9.

NUSCĬTĬO (*vel* nuscitio), ōnis, f. 3. *V.* in voce sequenti.

NUSCĬTĬŌSUM Atejus Philologus ait appellari solitum, qui propter oculorum vitium parum videret. At P. Opilius Aurelius, nusciciones. (*forte leg.* nuscitiones) esse cæcitudines nocturnas. Ælius Stilo, qui plus videret vesperi, quam meridie, nec cognosceret, nisi quod usque ad oculos admovisset. *Festus p.* 173. 21. *Müll.* V. LUSCIOSUS et NYCTALOPS.

NUSPĬAM, adverb. nullo in loco: a *ne* et *uspiam. Gell.* 5. 4. Librarius in quodvis pignus vocabat, ni in una nuspiam littera delictum esset. *Alii rectius leg.* si in una uspiam, *aut* usquam: *et sane adverbio* uspiam *opponitur* nusquam apud *Cic.* loc. cit. in voc. seq. I. *b.*

NUSQUAM, adverb. (ne *et* usquam). *Priscian.* 17. *p.* 1058. *Putsch.* Nusquam omnium locorum est abnegativum et numquam omnium temporum. *et* 18. *p.* 1195. Illi (*Græci*) οὐδαμῶς, οὐ τοπικόν: nos nusquam. Hæc *Priscian.* Nusquam igitur est nullo in loco, οὐδαμοῦ (It. *in niun luogo*; Fr. *nulle part*; Hisp. *en ninguno lugar*; Germ. *nirgends*; Angl. *in no place, nowhere*).

I.) Proprie. — *a)* Absolute. *Plaut. Amph.* 4. 1. 6. Sum defessus quærilando, nusquam invenio Naucratem. *Ter. Eun.* 4. 3. 18. Ille autem bonus vir nusquam apparet. *Cic. Senect.* 22. 49. Nolite arbitrari, me, quum a vobis discessero, nusquam, aut nullum fore. — Præcipue de locis militum. *Liv.* 4. 39. Nusquam remisso certamine. *in nessun punto.* et 10. 16. Exercitum nusquam se prælio

committentem postremo expulit finibus. — *b*) Cum opposito *uspiam, omnibus locis, usquequaque. Cic.* 1. *Legg.* 15. 42. Sive est illa scripta uspiam, sive nusquam. *Liv.* 5. 45. Nusquam prælium, omnibus locis cædes est. *Cic.* 2. *Invent.* 21. 63. Atque hoc non alienum est, quod ad multa pertineat, ne aut nusquam, aut usquequaque dicatur, hic admonere. — *c*) Addito nom. *gentium* ad vim vocabuli augendam. *Plaut. Merc.* 3. 4. 21. Si neque hic, neque Acherunti sum, ubi sum? EV. Nusquam gentium. *Ter. Adelph.* 4. 2. 1. fratrem nusquam invenio gentium. — *d*) *Nusquam alibi* certius ac distinctius designat. *Plaut. Truc.* 1. 1. 47. Nam nusquam alibi si sunt etc. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 32. 103. Illud sit disputatum, non inesse in his propriam, quæ nusquam alibi esset, veri et certi notam. — *e*) *Nusquam quidquam, nusquam ullum* junguntur, ut apud *Plaut. Asin.* 3. 3. 41. Huic quod ego dem, nusquam quidquam est. *Sall. Cat.* 20. Nobis larem familiarem nusquam ullum esse. — *f*) *Nusquam non* est ubique. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 1. 1. (1). Parente rerum omnium nusquam non remedia disponente homini. — *g*) *Nusquam nisi* apud *Cic. Orat.* 48. 160. Quum scirem, ita majores esse locutos, ut nusquam, nisi in vocali, adspiratione uterentur, etc. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 8. 32. Scientiam autem nusquam esse censebant, nisi in animi notionibus.

II.) Translate. ¶ *Nusquam* cum Verbis motus componitur. *Plaut. Cist.* 4. 2. 35. Hinc huc iit: hinc nusquam abiit. *Id. Mil. glor.* 2. 5. 43. Te nusquam mittam, nisi das firmatam fidem. *Ter. Eun.* 2. 2. 50. profecturus alio fueras. P. Nusquam. *Id. Adelph.* 2. 2. 38. nusquam abeo. *Asin. Pollio* ad *Cic.* 10. *Fam.* 32. *ad fin.* Finibus meæ provinciæ nusquam excessi. *Cic.* 5. *Att.* 21. Quum Pompejus propter metum rerum novarum nusquam dimittatur. *Id.* 2. *Herenn.* 2. 3. Nusquam ventum, aut abitum sine causa putetur. — Similiter *Plaut. Capt.* 1. 2. 69. Sed num quo foras vocatus ad cœnam? ER. Nusquam, quod sciam. *Curt.* 10. 2. Nusquam inde, nisi in patriam, vestigium esse moturos. *Ter. Heaut.* 2. 3. 38. Hinc sciri potuit, aut nusquam alibi. *Est qui leg.* Hic. *Nepos Miltiad.* 4. Auxilium nusquam, nisi a Lacedæmoniis, petiverunt. *Cic.* 10. *Att.* 14. Propter utriusque difficultatem pecuniariam, qua erui nusquam, nisi ex privatorum bonis, posset. ¶ 2. Pro nulla in re. *Plaut. Men.* 5. 2. 30. Nusquam equidem quidquam deliqui. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 2. Præstabo, sumptum nusquam melius posse poni. ¶ 3. Pro nullam ad rem. *Liv.* 7. 18. Plebem nusquam alio natam, quam ad serviendum putet. *Id.* 4. 54. Salii Flaminesque nusquam alio quam ad sacrificandum pro populo sine imperio ac potestatibus relinquantur. *Cic.* 1. *Fin.* 9. 29. Ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam. ¶ 4. Formula *quod nusquam est*, significat id, quod omnino non est, et occurrit apud *Plaut. Mil. glor.* 4. 4. 62., *Curc.* 1. 2. 56. et *Pseud.* 1. 4. 9. Hinc *nusquam esse*, nullum esse, non esse. *Paul. Dig.* 47. 2. 38. Liberarum personarum nomine licet furti actio sit, condictio tamen nusquam est. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 101. ergo nunc Dama sodalis Nusquam est. *h. e.* mortuus est, quod Græci οὐκ ἔστι, οὐκέτ' ἐστί.

NŪTĀBĬLIS, e, adject. nutans, vacillans. *Apul. de Deo Socrat.* Regni nutabilis suggestus.

NŪTĀBUNDUS, a, um, adject. nutans.

I.) Proprie. *Solin.* 27. *ante med.* Capite utrimque secus nutabundo serpit. *Al. rectius leg.* nitibundo. *Apul.* 9. *Met.* Miles nutabundus, et tot plagarum dolore saucius. *Salvian.* 6. *Gubern. D.* 13. Infirmi ad ambulandum, robusti ad bibendum, ad gressum nutabundi, ad saltandum expediti.

II.) Translate est qui animo incertus hæret apud *Lactant.* 6. 3.

NŪTĀMEN, ĭnis, n. 3. nutatio. *Sil. It.* 2. 399. Albentes niveæ tremulo nutamine pennæ.

NŪTANS, antis. *V.* NUTO.

NŪTĀTĬO, ōnis, f. 3. actus nutandi, νεῦσις.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est capitis inclinatio. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 49. (135). A cerebro proficiscitur somnus: hinc capitis nutatio. ¶ 2. Latiori sensu est vacillandi actus. *Quintil.* 11. 3. 129. Illa frequens et in utramque partem nutatio.

II.) Translate. *Plin. Paneg.* 5. Cogi porro non poteras, nisi periculo patriæ et nutatione reipublicæ.

NŪTĬQUAM. *V.* NEUTIQUAM.

NŪTO, as, āvi, ātum, are, n. 1. intens. ab inusitato *nuo*, quod a νεύω. Part. *Nutans* in omnibus paragr.; *Nutaturus* 1. 2. — Nutare proprie est capitis inclinatione aliquid significare, νευστάζω (It. *accennare, far cenno*; Fr. *faire signe par un mouvement de tête*; Hisp. *hacer signo con un movimiento de cabeza*; Germ. *nicken mit dem Kopfe*; Angl. *to nod* or *make signs with the head, shake* or *wag the head, bechon*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, capitis inclinatione aliquid significare. *Plaut. Asin.* 4. 1. 39. Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat. *Id. Mil. glor.* 2. 2. 52. Eccere autem capite nutat: non placet, quod reperit. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 64. Nutans, distorquens oculos. *Sueton. Cal.* 38. Crebro capitis motu nutans. *Plaut. Men.* 4. 2. 49. nutat, ne loquar. — Poetice cum Accus. *Sil. It.* 6. 233. Arduus ille super tumidis cervicibus altum Nutat utroque caput. *Sunt tamen qui aliter leg.* ¶ 2. Latiori sensu est huc illuc inclinari, agitari, vacillare, atque adeo casum minari, *vacillare, crollarsi. Liv.* 4. 37. *ad fin.* Nutant circumspectantibus galeæ, et incerti trepidant. *Stat.* 4. *Silv.* 4. 67. Seu campo pedes ire paras, est agmina supra Nutaturus apex. *scil.* apex galeæ tuæ. *Sil. It.* 1. 500. densusque micare videtur Ensis, et innumeræ nutare in casside cristæ. *Virg.* 2. *Æn.* 629. *de orno.* Et tremefacta comam concusso vertice nutat. *Seneca Œdip.* 403. Effusam redimite comam nutante corymbo. *Ovid.* 11. *Met.* 619. *de Somno.* Vix oculos tollens, iterumque iterumque relabens Summaque percutiens nutanti pectora mento. *Lucan.* 8. 48. nutantia vela carinæ. *Id.* 6. 136. Tum quassæ nutant turres, lapsumque minantur. *Id.* 1. 495. quatiente ruina Nutantes pendere domos. *Tac.* 4. *Hist. nat.* 30. Suspensum et nutans machinamentum. *Martial.* 5. 12. Quod nutantia fronte pertinaci Gestat pondera Masclion superbus. *Catull.* 66. 53. impellens nutantibus aera pennis. *dibattentisi.* Rursus *Lucan.* 4. 393. Felix qui potuit, mundi nutante ruina, Quo jaceat, jam scire, loco. *et* 7. 244. Casuram fatis sensit nutare ruinam. *Ovid.* 2. *Art. am.* 263. dum rami pondere nutant. *h. e.* inclinantur, propendunt, *pendono, si piegano.* Sic *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (184). *de vite per se stante.* Huic vineæ trium pedum altitudo excelsior nutat. *h. e.* si ultra tres pedes protendatur, non stat recta amplius, sed flectitur et curvatur.

II.) Translate. ¶ 1. De animi sententia dicitur, et est incertum hærere, dubitare. *Cic.* 1. *Nat. D.* 43. 120. Etiam Democritus nutare videtur in natura deorum. *Ovid.* 10. *Met.* 375. Sic animus vario labefactus vulnere nutat. *Stat.* 8. *Theb.* 614. Nutat utroque timor, quemnam hoc certamine victum, Quem vicisse velint. *Val. Flacc.* 7. 153. nutantem Colchida curis. Similiter *Capell.* 1. *p.* 9. Anxia quum trepidis nutat sententia rebus. ¶ 2. Morali significatione nutare dicuntur, qui sunt dubiæ fidei. *Tac.* 2. *Hist.* 98. Ac primo Festus legatus studia provincialium cum fide juvit: mox nutabat, palam Vitellium, occultis nunciis Vespasianum fovens, et hæc, illave defensurus, prout invaluissent. *Id.* 1. *ibid.* 2. Turbatum Illyricum, Galliæ nutantes. ¶ 3. Demum nutare dicuntur, quæ debilitantur ac ruinam minari videntur. *Sueton. Vesp.* 8. Nutantem rempublicam stabilire. *Tac.* 4. *Hist.* 52. Tanto discrimine urbs nutabat, ut decem, haud amplius, dierum frumentum in horreis fuerit, quum a Vespasiano commeatus subvenere. *Juvenal.* 15. 156. protegere armis Lapsum, aut ingenti nutantem vulnere civem. *Tac.* 3. *Hist.* 40. Nutantem hostem prævenire. *et ibid.* 18. Nutantem aciem victor equitatus incursat. Sic *Flor.* 3. 10. Nutante in fugam exercitu. *Stat.* 4. *Theb.* 196. nam regum animos et pondera belli Hac nutare videt, pariter ni providus heros Militet.

NŪTRĪBĬLIS, e, adject. Comp. *Nutribilior.* — Nutribilis est qui nutrire potest, *nutribile*, ut Cibi nutribiles, apud *Cæl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *sub fin.* et Nutribiliores succi, 5. *ibid.* 10. *ad fin.* Adde *Theod. Priscian. l.* 4. *p.* 315. retro ed. *Ald.*

NŪTRĪBĬLĬTER, adverb. ita, ut nutritioni locus sit. *Theod. Priscian.* 4. 2. *a med.* Septimo mense fetus, si fuerit perfectus, rumpens membranas nutribiliter excluditur. Etenim ex *Plin.* 7. *Hist. nat.* 5. 4. (38). Ante septimum mensem homo haud unquam vitalis est. *Censorin. de die nat.* 8. *a med.* septemmestrem appellat.

NŪTRĪCĀTĬO, ōnis, f. 3. *nutricazione*, actus nutricandi. — *a*) De pueris. *Gell.* 12. 1. Ne ad dolores, quos in edendo tulisset, munus quoque nutricationis grave ac difficile accederet. *Apul.* 2. *Doqm. Plat. sub fin.* Puerorum nutricationes. — *b*) De herbis. *Varro* 1. *R. R.* 44. 3. De nutricationibus atque alimoniis eorum.

NŪTRĪCĀTUS, us, 4. *nutricamento*, nutricatio. — *a*) De animalibus. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 55. plane eductus in nutricatu Venereo. *Varro* 2. *R. R.* 1. 20. *de pecore.* Tertia res est, de nutricatu quid observari oporteat, in quo, quot diebus matris fugant mammam. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 9. 15. — *b*) De plantis. *Varro* 1. *R. R.* 47. 1. Herba non modo non evellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda. *quando cresce.* Adde *eumd. ibid.* 49. 1.

NŪTRĪCĬA, æ, f. 1. *et*

NŪTRĪCĬA, ōrum, n. plur. 2. *V.* NUTRICIUS in fin.

NŪTRĪCĬO, ōnis, idem ac nutricius, quam voc. *V.* infra. *Inscript.* non opt. notæ apud *Murat.* 1891. 8. IVLIAE GAVDENTIAE FILIAE DVLCISSIMAE NVTRICIONES CONTRA VOTVM SVO FECERVNT.

NŪTRĪCĬUM, ii. n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

NŪTRĪCĬUS *vel* nutritius, a, um, adject. ad nutriendum, seu nutricandum, vel ad officium nutricis pertinens. *Varro* 2. *R. R.* 1. 9. Quis Faustulum nescit pastorem fuisse nutricium, qui Romulum et Remum educavit? *Colum.* 3. *R. R.* 13. 7. Humus radices tenero velut in nutricio sinu recipit. *Arnob.* 2. 21. Nutriciæ curæ. — Hinc

Nutricius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui nutricatur, educator, *ajo, balio. Cæs.* 3. *B. C.* 107. *extr.* Erat in procuratione regni, propter ætatem pueri, nutritius ejus eunuchus, nomine Pothinus. *Inscript.* apud *Henzen.* 6258. EVHODVS ET EVANDER IMP. DOMITIANI N. SER. TI. CLAVDIO EPAPHO NVTRICIO SVO BENE MERENTI FECERVNT. *Inscript.* apud *De-Lama, Guida al Mus. Parm. p.* 86. M. AREBRINO PHILODESPOTO NVTRICIO SVO FECIT. — De eo qui plantas nutrit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 34. 77. (337). Favonius afflatu nutritium exercebit.

Nutricia, æ, f. 1. quæ nutrit, educatrix. *Hieronym. Ep.* 108. *n.* 30. Omnis inopum multitudo matrem et nutriciam se perdidisse clamabat.

Nutricium, ii, n. 2. nutricatus, nutricatio. *Seneca Consol. ad Helv.* 17. Illius pio maternoque nutricio per longum tempus æger convalui. *Manil.* 3. 133. Omniaque infantum mixta nutricia turba. *Arnob.* 5. 10. Nutricia ducere ab aliquo. *Alimento.* — Huc referri potest et illud *Manil.* 4. 876. Et partum cæli sua per nutricia ferre. *h. e.* hominem ferre per loca cælestia, ubi primum formatus et nutritus est.

Nutricia, ōrum n. plur. 2. merces nutricis, *baliatico*, τὰ θρεπτήρια. *Ulp. Dig.* 50. 13. 1. *sub fin.* Nutricia eousque producemus, quoad infantes uberibus aluntur.

NŪTRĪCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (nutrio). Part. *Nutricans* 1. — Nutricare est nutrire, educare, τρέφω, τιθηνέω (It. *alimentare, nutrire, educare, allevare*; Fr. *nourrir, donner à manger*; Hisp. *nutrir, criar, alimentar, educar*; Germ. *säugen, nähren, aufziehen*; Angl. *to nourish, breed* or *bring up, rear*).

I.) Proprie. *Plaut. Merc.* 3. 1. 11. Nec pecua ruri pascere, nec pueros nutricare. *Varro* 2. *R. R.* 4. 19. Scrofæ nutricare octonos porcos parvulos primo possunt. *At* Schneider. *al. leg. et ibid.* 8. 4. Quum peperit equa mulum, aut mulam, nutricantes educamus. *et ibid.* 2. 17. Et sic nutricantur agni, quoad facti sunt quadrimestres. *et ibid.* 4. 14. Scrofa bis parit in anno, quaternis mensibus fert ventrem, binis nutricat.

II.) Improprie. *Varro* 1. *R. R.* 23. 5. Et apricis locis, ut ibi seras violam et hortos facias: quod ea sole nutricantur.

NŪTRĪCOR, āris, ātus, sum, ari, dep. 1. idem quod nutricare. Translate *Varro* apud *Non. p.* 478. 18. *Merc.* ed. *Vahlen.* E mea Philophthonia natis, quos Menippea hæresis nutricata est, tutores do « Qui

rem Romanam Latiumque augiscere vultis». Adde *Afran.* apud *eumd. ibid.* Sic *Cic.* 2. *Nat. D.* 34. 86. Omnium rerum parens, ut ita dicam, atque educator est mundus: omniaque, sic ut membra et partes suas, nutricatur et continet. *Apul. de Mag.* Eum paupertas nutricata est.

NŪTRĬCŬLA, æ, f. 1. *deminut.* nutricis, parva nutrix, τιτθή, *balietta, nutrice.*

I.) Proprie. *Horat.* 1. *Ep.* 4. 8. Quid voveat dulci nutricula majus alumno? *Sueton. Aug.* 94. Repositus in cunas a nutricula. *Quintil.* 1. 9. 2. Fabulæ nutricularum.

II.) Translate. *Juvenal.* 7. 148. Gallia, vel potius nutricula causidicorum Africa. *Domit. Marsus* apud *Sueton. Gramm.* 16. Epirota tenellorum nutricula vatum. *Cic.* 11. *Phil.* 5. 12. Ut haberent aliquorum nutriculas prædiorum. *Id. Vatin.* 2. 4. Gellius nutricula seditiosorum. *Quintil. declam.* 13. 4. Volui relinquere avitos lares, et conscios natalium parietes, et ipsam nutriculam casam.

NŪTRĪMEN, ĭnis, n. 3. idem ac nutrimentum. *Ovid.* 15. *Met.* 354. Naturæque suum nutrimen deerit edaci.

NŪTRĪMENTA, ōrum, n. pl. 2. *V.* voc. seq. sub *B.*

NŪTRĪMENTUM, i, n. 2. (nutrio) duo præcipue significat, scil.

A) Est alimentum nutriendis parvulis, τροφή (It. *nutrimento, alimento*; Fr. *nourriture, aliment*; Hisp. *alimento, sustento, comida*; Germ. *das Nahrungsmittel, die Nahrung*; Angl. *a nursing, nourishing, nurture, nourishment, aliment, food*).

I.) Proprie. — *a*) De pueris. *Sueton. Cal.* 9. Inter milites educabatur: per hanc nutrimentorum consuetudinem etc. — *b*) De plantis. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 23. 36. (213). *de vitib.* Pro nutrimento omni est raritas vulneris. — *c*) Latiori sensu, vel figurate. *Virg.* 1. *Æn.* 179. Suscepitque ignem foliis, atque arida circum Nutrimenta dedit.

II.) Translate. *Cic. Orat.* 13. 42. Educata hujus nutrimentis eloquentia, ipsa se postea colorat et roborat. *Val. Max.* 2. 1. *sub fin.* Ingredientes actuosam vitam favoris nutrimentis prosequi. *Apul.* 9. *Met.* Iste sermo truculentiæ hominis nutrimento fuit.

B) *Nutrimenta, orum*, n. plur. ¶ 1. Absolute est prima puerorum educatio. *Sueton. Aug.* 6. Nutrimentorum ejus locus ostenditur in avito suburbano juxta Velitras permodicus. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu, sunt ipsi filii educati. *Val. Max.* 9. 3. *extern.* 2. de *Hamilcaris filiis.* Digna nutrimenta, quæ in exitium patriæ, ut evenit, converterentur.

NŪTRĬO, is, ivi *et* ii, itum, ire, a. 4. *Nutribam* pro *nutriebam* (quæ positio frequens in quarta conjugatione est). *Virg.* 7. *Æn.* 484. cervus, Tyrrhidæ pueri quem matris ab ubere raptum Nutribant. Adde *eumd.* 11. *ibid.* 572. Etiam *nutribo* pro *nutriam* dictum est, teste *Rhemn. Palæm. p.* 1383. et *Cledon. p.* 1914. *Putsch.* — *Nutrimus* syncope pro *nutrivimus. Nemesian.* 3. *Ecl.* 26. Nos etiam Nysæ viridi nutrimus in antro. Al. aliter leg. — *Nutritor* deponentis forma pro *nutrito* in Imperativo. *Virg.* 2. *G.* 425. Hoc pinguem et placitam Paci nutritor olivam. *Priscian.* 8. p. 798. ducet, veteres, ut *bellor* pro *bello*, et *comperior* pro *comperio* etc., sic etiam *nutrior* pro *nutrio* dixisse. — Part. *Nutriens* I. 2.; *Nutritus* I. 1. 2. 4. et II.; *Nutriendus.* I. 3. — Nutrire est alere, educare; et proprie est eorum, quæ parva sunt et crescunt, τρέφω (It. *nutrire, alimentare, allevare*; Fr. *nourrir, donner à manger*; Hisp. *alimentar, nutrir, sustentar*; Germ. *säugen, nahren, füttern, aufziehen*; Angl. *to nourish, nurse, nurture, feed, suckle, cherisch, foster*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de hominibus et brutis animantibus. *Ovid.* 2. *Fast.* 415. quos (*pueros*) lupa nutrit. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 40. iligna nutritus glande. *Ovid.* 3. *Trist.* 11. 3. nutritus lacte ferino. — *Nutritus* absolute est qui a parentibus suis derelictus, ab aliquo, vel ab aliqua tamquam filius nutritur. *Inscript.* apud *Lupoli Iter Venus. p.* 352. n. 5. CASCIA CAPRIOLA SILVANO SVO NVTRITO ET VERNACIO SVO B. M. F. *V. Nutricius*, ii, et *Nutricia*, æ, in fin. vocis NUTRICIUS. — De brutis animantibus. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 40. 95. (235). Balænæ vitulique mammis nutriunt fetus. *Juvenal.* 14. 75. serpente ciconia pullos Nutrit. *Id.* 12. 12. taurus finitima nutritus in herba. *Seneca Troad.* 225. et quæ pascuo Fecunda pingui Thracios nutrit greges Syros. ¶ 2. Latiori sensu, vel figurate, ut aliis placet, de plantis, et poetice de aliis. *Ovid. Remed. am.* 45. Terra salutares herbas, eademque nocentes Nutrit. *Catull.* 61. 25. Myrtum roscido humore nutrire. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 45. (155). Nutriri cinere vult ruta. *et ibid.* 6. 33. (109). Nutrire porrum in capita. *h. e.* ut capitatum sit. *Curt.* 8. 10. Pomorum quoque varii salubresque succi sunt, sua sponte fortuitorum seminum fruges humo nutriente. *Ovid.* 5. *Met.* 590. nutritaque populus unda. *Petron. Satyr.* 120. *extr.* Ex quo Sullanus bibit ensis, horrida tellus Extulit in lucem nutritas sanguine fruges. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 36. (186). Radix vitis nutrita. *h. e.* culta. — Poetice. *Val. Flacc.* 6. 340. Edonis nutritum missile ventis. *h. e.* hasta, cujus lignum ventosis locis crevit, et duratum est. ἀνεμοτρεφὲς ἔγχος, dixit *Homer. Iliad. l.* 11. v. 256. Sunt autem ligna eo validiora, quo frigidioribus et ventosioribus locis crevere. — Item poetice. *Ovid.* 8. *Met.* 643. ignes Suscitat hesternos, foliisque et cortice sicco Nutrit. ¶ 3. Item latiori sensu refertur ad curam medendi. *Liv.* 4. 52. Pestilentia cogitationes hominum ad curam corporum nutriendorum avertit. *Cels.* 3. 23. Ægrum nutrire per eos cibos, quos etc. *et mox.* Nutrire vires. *Id.* 5. 26. *n.* 33. repurgatum ulcus. *h. e.* implere, ut carnem et cicatricem ducat. *Id.* 6. 6. *n.* 16. Oculorum morbi, qui lenibus medicamentis nutriuntur. *h. e.* foventur et sanantur. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 39. (82). Nutrire capillum. *far crescere.* et 21. *ibid.* 21. 91. (159). Cutem in facie reliquoque corpore nutrit incorruptam. *mantiene.* ¶ 4. Item *nutrire vinum* est curare et condire medicamentis inditis, ut servetur. *Colum.* 12. *R. R.* 19. *et seqq.* eam rationem docet. *Id. ibid.* 30. 1. Quanto major æstus erit, eo sæpius convenit vinum nutriri, refrigerarique et ventilari. Hoc aliis verbis *Plin.* ita enarrat 14. *Hist. nat.* 21. 27. (135). Dolia numquam implenda, et quod supersit, passo aut defruto perungendum, admixto croco, pice veteri cum sapa: sic opercula doliorum medicanda, addita mastiche ac pice. Sic rursus *Colum.* 12. *R. R.* 21. 3. Nutritum vinum. *h. e.* curatum, conditum. ¶ 5. Latissimo sensu est a corruptione servare. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 15. 30. (99). *de mensis citreis.* Nutriuntur optime, splendescuntque, manu sicca fricatæ, a balneis maxime. — Hinc pro fovere, defendere. *Catull.* 19. 1. *de Priapo.* Hunc ego, juvenes, locum, villulamque palustrem Tectam vimine junceo, caricisque maniplis, Quercus arida, rustica conformata securi, Nutrivi, magis et magis ut beata quotannis.

II.) Translate, metaphorâ sumptâ a super. paragr. 1. *Horat.* 4. *Od.* 4. 25. Sensere, quid mens rite, quid indoles Nutrita faustis sub penetralibus Possit. *Ovid.* 1. *Fast.* 704. Pax Cererem nutrit: pacis alumna Ceres. *Id.* 3. *Art. am.* 579. Nutrire amorem. *Sil. It.* 7. 497. Pascere ac nutrire furorem. *Seneca Hippol.* 134. Qui blandiendo dulce nutrivit malum. *Val. Max.* 6. 5. *n.* 2. *extern.* Nutrire opes. *far crescere la potenza.* et 5. 2. *sub fin.* beneficentiam exemplis, atque augere. *Ovid.* 3. *Pont.* 4. 25. Sed loca, sed gentes formatæ mille figuris Nutrissent carmen, præliaque ipsa meum. et 4. *ibid.* 2. 25. Impetus ille sacer, qui vatum pectora nutrit. *Pers.* 5. 149. Quid petis? ut nummi, quos hic quincunce modesto Nutrieras, pergant avidos sudare deunces? *h. e.* moderato lucro auxeras.

NŪTRĪTĬO, ōnis, f. 3. his verbis affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Priscian. super* XII. *vers. Æn. p.* 262. *Putsch.* Nomen verbale *nutritor* et *nutrix*; ipsa res *nutritio.*

NŪTRĪTOR, ōris, m. 3. *nutritore, nutricatore*, τροφεύς, qui nutrit. *Stat.* 10. *Theb.* 228. volucrum nutritor equorum. *Sueton. Gramm.* 7. M. Antonius Gnypho, ingenuus, in Gallia natus, sed expositus, a nutritore suo manumissus. *Lamprid. Alex. Sev.* 13. Nutritor Alexandri Severi. *ajo, balio.* Adde *Inscript.* apud *Orell.* 2816. Alia *Inscript.* apud *Henzen.* 6210. GLAVCOPI VENERI GELLIAE AGRIPPINAE C. ♀ AVRELIA SOTERIS ET MYSSIVS CHRYSONICVS NVTRITORES LACTANEI. Et *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 373. Apollinei nemoris nutritor Orontes.

NŪTRĪTŌRĬUS, a, um, adject. ¶ 1. Est qui nutrit, *nutritivo. Theod. Priscian. de diæt.* 3. Lac omne nutritorium est. ¶ 2. Item qui nutriendis pueris inservit. *Augustin.* 12. *Confess.* 27. *sub fin.* Nutritoriæ cunæ.

NŪTRĪTUS, a, um. *V.* NUTRIO.

NŪTRĪTUS, us, m. 4. idem ac nutrimentum. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 24. 53. (114). Multi senectam longam mulsi tantum nutritu toleravere.

NŪTRIX, īcis, f. 3. Antiqui scribebant *notrix*, teste *Quintil.* 1. 4. 16. — *Priscian.* 4. *ad fin. Putsch. Nutritor* quoque *nutritrix* debuit facere, quod, euphoniæ causa sive alternitatis, mediam syllabam concidit: *nutrix* enim dicimus. — Nutrix est quæ lac præbet, nutrit, educat, τιτθήνη (It. *nutrice, balia*; Fr. *nourrice, celle qui allaite, qui nourrit, qui élève*; Hisp. *ama, nutrix*; Germ. *die Erzieherin, Ernährerin, Amme*; Angl. *a nurse, female suckling or bringing up young*).

I.) Proprie. — *a*) De hominibus. *Ter. Eun.* 5. 2. 52. jam frater ipse hic aderit virginis: Nutricem arcessitum iit, quæ illiam aluit parvulam. *Cic.* 2. *Orat.* 39. 162. Omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris, in os inserant. *Id.* 3. *Tusc.* 1. 2. Ut pæne cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. — *b*) De brutis animantibus. *Colum.* 8. *R. R.* 11. 13. Gallina nutrix. *chioccia. Ovid.* 5. *Fast.* 127. capra nutrix Jovis. *Propert.* 4. 1. 55. Optima nutricum lupa Martia. — *c*) Latiori sensu. *Horat.* 1. *Od.* 22. 15. Jubæ tellus leonum arida nutrix. *Arnob.* 4. 35. Virgines perpetui nutrices et conservatrices ignis. ¶ 2. *Mater nutrix* dicitur, quæ, ut legitur in *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 188. *n.* 428., filios suos propriis uberibus educavit: qua de re optime disputat *Favorinus* philosophus apud *Gell.* 12. 1. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 187. *n.* XXXVIII. LICINIAE PROCESSAE MATRI PIAE NVTRICI DVLCISSIMAE CRESCENS FECIT. Alia apud *Murat.* 2055. 3. AVR. CASTAE FILIAE QVAE VIX. ANN. VIII. M. VII. AVREL. FORTVNATA MATER NVTRIX ANN. II. D..... Alia apud *Guarin. Hic.* di *Eclano p.* 83. CANTRIAE PAVLLAE CN. ENNIVS DEXTER MATRI ET NVTRICI SVAE FECIT. — *d*) Proverbii genus est in illo *Plaut. Bacch.* 3. 3. 29. si unam peccavisses syllabam, Fieret corium tam maculosum, quam est nutricis pallium. *scilicet* nutrices dum assidue gestant puellos et lavant, ab iis varie conspurcantur et commaculantur.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Cic. Orat.* 11. 37. Est enim quasi nutrix ejus oratoris, quem informare volumus. *Ovid.* 8. *Met.* 81. curarum maxima nutrix Nox. *Claudian.* 1. *in Rufin.* 30. nutrix Discordia belli. ¶ 2. Speciatim *nutrices*, mammæ, quibus pueri nutriuntur. *Catull.* 64. 18. Nymphæ Nutricum tenus exstantes e gurgite vasto. *Apul.* 2. *Met.* Ex familia Plutarchi ambæ prognatæ sumus, et eamdem nutricem simul bibimus. ¶ 3. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 10. 12. (66). loquens de arborum satione, *nutricem* vocat eam terram, in quam tenella germina deponuntur, alio deinde transferenda, quum adoleverint. *Plaut.* quoque *Trin.* 2. 4. 111. *nutricem* appellat agrum, unde familiæ alimenta suppetunt.

NŪTUS, us, m. 4. *Nutu* pro *nutui* V. in JUSSUS, us. — Nutus, ab inusit. *nuo* νεύω, est motus capitis, quo quippiam significamus, νεῦμα (It. *cenno*; Fr. *mouvement, signe*; Hisp. *movimiento, signo*; Germ. *das Winken, Nicken mit dem Kopfe, der Wink*; Angl. *a nod, beck, sign made by shaking the head*).

I.) Proprie. *Virg.* 9. *Æn.* 106. et 10. *ibid.* 115. Annuit, et totum nutu tremefecit Olympum. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 30. 35. (188). Quibusdam pro sermone nutus motusque membrorum est. *Lucan.* 4. 173. tantum nutu, motoque salutant Ense suos. *Ovid.* 2. *Amor.* 5. 16. Multa supercilio vidi vibrante loquentes: Nutibus in vestris pars bona vocis erat. *Id.* 2. *Trist.* 453. digitis sæpe est nutuque locutus. *et* 1. *Art. am.* 138. Nec tibi per nutus accipienda nota est. *Tibull.* 1. 2. 21. Illa viro coram nutus conferre loquaces. *Liv.* 34. 62. Unus Scipio vel notitia rei, vel auctoritate, finire nutu disceptationem potuisset. *Cic.* 12. *Fam.* 22. Nutus tuus potest hominem in civitate retinere. *Sueton. Vesp.* 8. Adolescentulum fragrantem unguento nutu asperna-tus, vore etiam gravissima increpuit. *Tertull. advers. Hermog.* 27. Nutus digiti. *h. e.* quo supputamus.

II.) Translate. ¶ 1. Est inclinatio motusque

rei pondere vergentis deorsum, *inclinazione, piegamento. Cic.* 1. *Tusc.* 17. 40. Terrena et humida suopte nutu et suo pondere ad pares angulos in terram et in mare ferri. *Id.* 3. *Orat.* 45. 178. Terra media est, eaque sua vi nutuque tenetur. *Val. Flacc.* 6. 381. ille diu conjectis sufficit hastis: Queis gravior, nutuque cadens exterruit Idam. ¶ 2. Metonymice est voluntas, quæ nutu declaratur, sive negando, sive affirmando. *Cic. Quinct.* 30. 94. Si fas est respirare Quinctium contra nutum ditionemque Nævii. *Id. Orat.* 8. 24. Ad arbitrium et nutum alicujus totum se fingere et accommodare. *Id.* 7. *Verr.* 13. 34. Jura omnia prætoris nutu atque arbitrio meretriculæ gubernari. *Id.* 3. *Fam.* 10. 10. Totum se ad alicujus voluntatem nutumque convertere. *Id.* 3. *Cat.* 9. 21. Hæc omnia deorum nutu atque potestate administrari. *Id.* 1. *Orat.* 43. 194. Auctoritate nutuque legum dominas habere libidines. *Id.* 4. *Verr.* 27. 67. et 2. *leg. Agr.* 36. 98. Ad nutum cujuspiam aliquid facere. *Id.* 7. *Phil.* 6. 18. Paratum esse ad nutum. *Id.* 3. *Verr.* 31. 78. Ad nutum præsto esse. *Lucret.* 4. 115. alteries sub nutu degitur ætas. *Virg.* 7. *Æn.* 592. sævæ nutu Junonis eunt res. *a voglia. Sil. It.* 4. 714. ac sub nutu castra fuere. *h. e.* sub potestate.

NUX, nŭcis, f. 3. *Nucerum* in Genit. plur. pro *nucum* dixit *Cælius* apud *Charis.* 1. *p.* 40. *Putsch.* — Nux nomen generale est omnium pomorum, quæ operimentum, seu corticem durum habent, ut sunt juglandes, avellanæ, castaneæ, amygdalæ, nuces pineæ etc., item arbores, quæ tales fructus ferunt. *Macrob.* 2. *Saturn.* 14. varia earum genera enumerat. Quomodo a *malo* differat et a *pomo* *V.* in MĂLUM. Gr. καρύα, κάρυον (It. *noce*; Fr. *noix, noisette*; Hisp. *nuez*; Germ. *die Nuss*; Angl. *a nut, a nuttree*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Seren. Sammon.* c. 29. *p.* 67. *retro* ed. *Ald.* Proderit et pueris quos dentis origo fatigat Castaneas coxisse nuces. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 5. 10. (51). In nucum genere pistacia nota. *Id.* 16. *ibid.* 25. 41. (97). Inter primas germinant populus, ulmus, salix, nuces. — Interdum a castaneis distinguuntur. *Id.* 15. *ibid.* 28. 34. (112). Putamine clauduntur nuces, corio castaneæ. — *b*) Sæpe dicitur de juglande. De hac enim intelligendus est mos spargendi per pavimentum nuces in veterum nuptiis: de quo *Virg.* 8. *Ecl.* 30. Sparge, marite, nuces, etc. Cujus rationem hanc reddit *Varro* apud *Servium ibid.*, ut Jovis omine matrimonium celebretur, et nupta matrona sit, sicut Juno. Nam nuces in tutela Jovis sunt, ideo juglandes dictæ, quasi Jovis glandes. Alii tradunt, ideo spargi nuces, ut eo strepitu puellæ vox non exaudiatur, virginitatem deponentis. Alii (*in quibus est etiam* Festus) quod projectæ in terram tripudium solistimum faciant, quod optimum ad rem ordiendam auspicium est. Alii quod earum esca Venerem incitet. Hæc *Servius ibid.*, ubi addit fabulam de Carya Dionis regis Laconiæ filia, quam Liber quum adamaret, et custoditam a sororibus habere nequiret, ipsas quidem in saxa convertit, Caryam vero in arborem sui nominis. Aliam ejus moris causam affert *Plin.* 15. *Hist. nat.* 22. 24. (86). his verbis: Honor his (*juglandibus*) naturæ peculiaris, gemino protectis operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis. Quæ causa eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fetu munito: quod est verisimilius, quam quia cadendo tripudium sonivium faciant. — *c*) Nucis juglandis cortex inter fucos olim fuit, quo cani crines flavescerent. *Tibull.* 1. 9. 43. ut annos Dissimulet viridi cortice tincta nucis. Hinc *Plin.* 15. *Hist. nat.* 22. 24. (87). Rufatur capillus primum prodeuntibus nuculis. — *d*) Quod olim Cerealibus nuces mittere mos fuerit, *Sinnius Capito* apud *Festum p.* 177. 20. *Müll.* omnia missilium genera nucum nomine in eo festo significari ait, parte totum significante; nuces autem illas ustas, seu tostas, mitti consuevisse, quod supra alia missilia a populo diligerentur. Hæc *Fest.* Fortasse *Sinnius* castaneas nuces intelligit. — *e*) *Nuces relinquere* est omittere studia nugasque pueriles, et ad graviora viroque digna converti. Pueri enim nucum lusibus delectantur. *Pers.* 1. 10. nucibus facimus quæcumque relictis. *Sueton. Aug.* 83. Modo talis, aut ocellatis, nucibusque ludebat cum pueris minutis. Hinc in *Inscript.* apud *Henzen.* 7128. DIVIDI IVSSIT XII. K. OCTOBR. DIE NATALIS SVI *decurionibvs* ET XVIRIS - SPORTVLAS ITEM POPVLO FIERI *divisiones* ET PVERIS NVCES SPARGI. Cf. *aliam* apud *Gruter.* 461. — *f*) *Nux cassa*, quævis res minima et nullius pretii. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 35. Eripiet quivis oculos citius mihi, quam te Contemptum cassa nuce paupêret. *V.* CASSUS. — *g*) *Nuce vitiosa non emam*, proverb. de quo *V.* in CICCUM. — *h*) *Nil extra est in nuce duri*, aliud proverb. de quo *V.* in OLEA.

II.) Translate. ¶ 1. *Nux amara* est amygdala amara, *mandorla amara. Cels.* 3. 10.; *Colum.* 7. *R. R.* 13. 1.; et *Plin.* 15. *Hist. nat.* 7. 7. (24). ¶ 2. *Castaneæ nuces* sunt poma castanea, *le castagne. Virg.* 2. *Ecl.* 52. Castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat. ¶ 3. A similitudine *nux* dicitur fructus tithymali cognomine caryitæ. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 40. (66). ¶ 4. Poetice de arbore amygdalarum *Virg.* 1. *G.* 187. quum se nux plurima silvis Induet in florem et ramos curvabit olentes.

NY

NYCTĂLŌPA, æ, f. 1. est morbus nyctalopis. *Marcell. Empir.* 8. *sub fin.* Ad nyctalopas abolendas lychniten lapidem etc.

NYCTĂLŌPĬA, æ, f. 1. νυκταλωπία, idem ac nyctalopa. *Isid.* 4. *Orig.* 8.

NYCTALOPS, ōpis, adject. νυκταλώψ, ωπος ¶ 1. Est qui vespere, et noctu parum, aut nihil videt: ὁ τὰς νυκτὸς ἀλαούς, ut ait *Galenus*. Est autem vox Græca, a νύξ, νυκτός *nox*, et ὤψ, ὠπός *oculus*. Latine *lusciosus* dicitur. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 50. 76. (203). *de capris*. Tradunt et noctu non minus cernere, quam interdiu: ideo si caprinum jecur vescantur, restitui vespertinam aciem his, quos nyctalopas vocant. *et* 28. *ibid.* 11. 47. (170). *de iisd.* Et quoniam capræ noctu æque quoque cernant, sanguine hircino sanari lusciosos putant, nyctalopas a Græcis dictos: capræ vero jocinore in vino austero decocto. *Ulp. Dig.* 21. 1. 10. *a med.* Ubi homo neque matutino tempore videt, neque vespertino: quod genus Græcis νυκτάλωπας vocant. ¶ 2. Est etiam, contraria significatione, qui interdiu parum, noctu magis cernit. Utramque notionem agnoscit *Galen.* in *Isagog.* c. 15. *ad fin.*, utroque modo accipitur etiam Latinum *lusciosus*, ut ibi dictum est. *Theod. Priscian.* 1. 10. *ad fin.* Nyctalopes vero, qui per noctem vident, et per diem obscuritatem patiuntur, sic curandi sunt. ¶ 3. Est etiam *nyctalops* nomen herbæ. *V.* CHENOMYCHON.

NYCTĒGRESĬA, æ, f. 1. *Paul. Diac. p.* 78. 4. *Müll.* Egretus et adgretus (*corrige* Egertus et agertus) ex Græco sunt ducta, a surgendo et prodiscendo. Unde et nyctegresia (*corrige* nyctegersia) quasi noctisurgium. Cl. *Furlanetto*, qui vocabulorum correctionem uncis inclusam proposuit, in *I. Lexici Append.* hæc addit: Ex his patet egertus et agertus, vel potius Græce ἔγερτος et ἄγερτος esse nomina verbalia per syncopem facta ex ἐγείρω et ἀγείρω *excito*, unde sunt ἔγερσις et ἄγερσις *collectio* et *excitatio*, atque hinc derivata vox νυκτεγερσία seu νυκτέγερσις noctisurgium. Hæc cl. Furlanetto. At *V. Mülleri* adnotat. ad voc. *Adgretus p.* 6.

NYCTĒGRĒTON, i, n. 2. νυκτέγρετον, herba, quæ noctu lucet. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 11. 36 (62). *V.* CHENOMYCHON.

NYCTĒRIS, idis, f. 3. νυκτερίς, herba, quam memorat *Theod. Priscian. l.* 4. *p.* 310. *retro* ed. *Ald.* Sic halicacabi, sic nycteridis radices medentur. *Quænam illa fuerit, viderint eruditi.*

NYCTĬCŎRAX, ăcis m. 3. νυκτικόραξ, corvus nocturnus, bubo: a νύξ, νυκτός *nox* et κόραξ *corvus*. Hanc avem memorant *Hieronym. Ep.* 106. *n.* 86. et *Isid.* 12. *Orig.* 7.; at eamdem *noctuam* perperam interpretantur.

NYCTOSTRĂTĒGUS, i, m. 2. νυκτοστράτηγος, vox Græca, a νύξ *nox* et στρατηγός *dux militum*: in municipiis fuit idem qui Romæ præfectus vigilum, h. e. qui cum militibus, vel familia noctu oppidum obibat arcendis incendiis, furibus terrendis, rixis dirimendis, etc. *Arcad. Dig.* 50. 4. 18. § 12., ubi minus recte alii *nicostrategus*.

NŸMA. *V.* NIGMA.

NYMPHA, æ, *et* nymphe, es, f. 1. νύμφη. De Dat plur. num. *V.* in ONOM. — Nympha

I.) Proprie est Græca vox sponsam, vel etiam uxorem significans. *Festus p.* 170. 14. *Müll.* Nuptam Græci appellant νύμφην. *Ovid. Heroid.* 1. 27. Grata ferunt nymphæ pro salvis dona maritis. Addi solet et *Tibulli* locus 3. 1. 21. Sed primum nympham longa donate salute. *h. e.* amicam, dominam. Sed jam pridem critici *meritam* reposuere. *Broukus.* autem contendit. *nuptæ* apud *Ovid.* legi debere: quod et *Heinsio* placebat. *Burmann.* monet, etiam 2 *Fast.* 605. et 3. *ibid.* 205. et 5. *ibid.* 205. *nympham* pro *nuptam* lectum a quibusdam fuisse. Sed hæc omnia incerta; eaque significatio Græcis relinquenda est, dum certior Latina auctoritas appareat. — Etymon est, ὅτι νεα φαίνεται, quia nuptæ tunc primum se conspiciendas præbent, novoque ornatu, quum nubunt. — *NB.* A Poetis *Nymphæ* vocantur deæ, de quibus *V.* in ONOM.

II.) Figurate. ¶ 1. De puellis nobilioribus. *Ovid. Heroid.* 5. 125. ventisque ferentibus usus Applicor in terras, Œbali Nympha, tuas. *h. e.* Helena. ¶ 2. Metonymice ut Ceres pro pane, Liber pro vino, sic Nympha pro aqua ponitur. *Propert.* 3. 14. 4. Et cadit in patulos Nympha Aniena lacus. *Al. leg.* lympha *Broukus.* defendit *nympha*, et ex MS. ita legit etiam cum *Bentlejo* apud *Horat.* 3. *Od.* 13. 15. unde loquaces Nymphæ desiliunt tuæ. Sic *Martial* 6. 43 Canaque sulphureis nympha natatur aquis. ¶ 3. *Nymphæ* dicuntur a *Plin.* 11. *Hist. nat.* 16. 16. (48). apes quum formam capere cœperunt. Sic de vespis *ibid.* 21. 24. (71). Fetus ipse inæqualis, ut barbaris: alius evolat, alius in nympha est, alius in vermiculo.

NYMPHAEA, æ, f. 1. νυμφαία, herba, de qua *Plin.* 25. *Hist. nat.* 7. 37. (75). Nymphæa nata traditur Nympha zelotypia erga Herculem mortua. Quare heracleon vocant aliqui, alii rhopalon a radice clavæ simili. Nascitur in aquosis, foliis magnis et in summa aqua et aliis ex radice, flore lilio simili, et quum defloruit capite papaveris, tenui caule. Est et alia nymphæa in Thessalia, amne Peneo, radice alba, capite luteo, rosæ magnitudine. Hæc *Plin.* — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

NYMPHĂLIS, is, adject. ad nymphas, huc est lymphas pertinens. *Theod. Priscian. l.* 4. *p.* 313. *retro* ed. *Ald.* Id decoques diligenter in aqua nymphali, quam colatam calidam dabis ei bibere. *et paullo post.* Apium in aqua nymphali discoque.

NYMPHARĒNA, æ, f. 1. gemmæ nomen apud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 64. (175). Nympharena urbis et gentis Persicæ nomen habet similis hippopotami dentibus.

NYMPHĔUM, i, n. 2. Scribitur et *nymphæum* νυμφαῖον, ut in *Inscript.* apud *Orell.* 3317.; item *nymfeum* in *Inscript.* apud *eumd.* 57. et 5049.: sed *Salmas.* loco infra cit. præfert *nympheum.* — Nympheum, ὑδρεῖον, νυμφεῖον, est fons manu exstructus e lapide, cum salientibus, unde aqua effluit, ad ornatum urbis præcipue factus: a nympha pro aqua. Alii interpretantur ædes Nymphis sacras, marmorum varietate, pictis tabulis et aquarum copia spectabiles. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 43. (151). Eumque typum servatum in nympheo, donec Corinthum Mummius everteret, tradunt. *Capitolin. Gordian.* 32. Opera Gordiani Romæ nulla exstant, præter quædam nymphea et balneas. *Impp. Theodos. et Valent. Cod.* 11. 42. 5. *a med.* Quid in publicis thermis, quid in nympheis pro abundantia civium conveniat deputari. *et ibid.* 6. Malumus aquæductum nostri palatii publicarum thermarum ac nympheorum commoditatibus inservire. *Salmas.* ad *loc. Capitolin. cit.* reprehendit *Cujac.*, qui putarit esse ædes publicas, in quibus nuptias celebrarent, qui carebant ædibus ad choreas capacibus. V., si varat, *Vales.* et *Gronov.* ad *Ammiani* 15. 7. Sic *Auct. Colon. l.* 2. *p.* 260. ed. *Rudorff.* Corfinius ager-finitur terminis Tiburtinis et rivis, arboribus peregrinis vel ante missis, monumentis, viis, nymphis. *ubi legendum videtur* nympheis, *h. e.* aquarum receptaculis. Adde *Inscript.* apud *Orell.* 3317. et 5049. et apud *Henzen.* 6753. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

NYMPHĬGĔNA, æ, comm. gen. 1. qui ex Nym-

pha genitus est. *Vet. epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 1. p. 84. *Burmann.* Sors nova nymphigenæ votum post fata meretur: Quam pepigit thalamis, hanc habet in tumulis. *h. e.* Achillis e Peleo et Nympha Thetide nati, ad cujus tumulum jugulata est Polyxena, quam uxorem ducturus erat, nisi a Paride interfectus fuisset.

NYMPHON, ōnis, m. 3. νυμφών, conclave, seu thalamus sponsi et sponsæ. *Tertull. advers. Valentinian.* 32. *a med.*

NYSION, ii, n. 2. νυσιον, hedera, a Nyseo, seu Baccho. *Apul. Herb.* 98.

De Littera O

O est *A*) Alphabeti littera, et *B*) Interjectio vel adverbium.

A) *O* alphabeti littera — 1.°) Est quarta Latinorum vocalis, rotundæ figuræ et rotundo ore proferenda, sonum plenissimum habens supra ceteras. Antiqui tamen Grammatici inter o correptam, quæ Græcorum ο μικρόν valet, et productam, quæ Græcorum ω μεγα refert, enunciationis discrimen notarunt: o enim qui correptum enunciat, ait *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2454. *Putsch.*, nec magno hiatu labra reserabit et retrorsum actam linguam tenebit; longum autem productis labiis, rictu tereti, lingua arcu oris pendula sonum tragicum dabit. Cf. *Terentian. p.* 2386. *Putsch.* — Ejus autem plurimæ sunt mutationes. — *a*) *O* in *u* et *u* in *o* sæpissime transit tum in iis, quæ Græca lingua sumpta sunt, tum in aliis. Sic, ex. gr., *autrον antrum*, *κόθορνος cothurnus*, *ὄγκος uncus*, *ἀμόργη amurca*, *ὄλκος sulcus*, *πορφύρα purpura*, *ὠλένη ulna*, *ὠρη cura*, *ϝώρ fur*. In ceteris vero, quæ Italica aut Latina sunt, pro *u* scribitur o, præsertim quum, teste *Plinio* apud *Priscian.* 1. p. 553. *Putsch.*, aliquot Italiæ civitates o non habebant, sed loco ejus ponebant *v*, et maxime Umbri et Thusci; hinc *macestratos* pro *magistratus*, *exfocionf* pro *effugiunt*, *primos* pro *primus*, *captom* pro *captum* legitur in *Column. rostr. Duil.* apud *Orell.* 549., et *honc oino* pro *hunc unum cosentiont* in *Monum. Scipion.* apud *Orell.* 552., et *faciondam dedicont* pro *faciundam dederunt* in *Inscript.* apud *Orell.* 1585., *hoc tomolo* pro *hoc tumulo* in *alia* apud *eumd.* 4858. etc. Hinc etiam ad seriora usque sæcula duplex scribendi ratio usu venit in multis, cujusmodi sunt *adolescens* et *adulescens*, *epistola* et *epistula*, *soboles* et *suboles*, *frondes* et *frundes*, *quom* et *quum*, *avos* et *avus*, *noros* et *novus*, *vivos* et *vivus*, *volt* et *vult*, *voltis* et *vultis*, *volgo* et *vulgo*, *Davos* et *Davus*, *notrix* et *nutrix*: similiter *ruoustis* pro *robustis* in *Cenot. Pisan.* apud *Orell.* 642., *numenclator* pro *nomenclator* in *Inscript.* apud *Gruter.* 630. 5., *consubrinus* pro *consobrinus* in *alia* apud *eumd.* 1107., *sacerdus* pro *sacerdos* in *alia* apud *eumd.* 34. 5., *unu locu* pro *uno loco* apud *eumd.* 840. 1. *V. Priscian.* 1. *p.* 554. *Putsch.*; *Quintil.* 1. 4. 16 et 1. 6. 22.; *Caprum p.* 2243. *Putsch.*; *Vel. Long. p.* 2116.; *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2458.; et *Servium* ad *Virg. Æn.* 10. — *b*) Sæpe o et *e* altera in alteram mutantur. Sic in Græcis, ut ἐμὸ *homo*, ϝέλω *volo* quocum cf. *velim* (*V. Priscian.* 9. *p.* 847. *Putsch.*), νέος *novus*, κτε et κτεα *cor*, γενος *genus* etc.; similiter in Latinis, ut *legere* et *loqui* (*V. Priscian.* 1. *p.* 552. *Putsch.*), *hemo* et *homo* (*V. Paul. Diac. p.* 100. 1. *Müll.*), *tenores* et *tonores* (*V. Quintil.* 1. 5. 22.), *amplecti* et *amplecti* (*V. Priscian.* 1. *p.* 552. *Putsch.*), *Veturius* et *Voturius* (*V. Charis.* 2. *p.* 174 *Putsch.*), *votare* et *vetare* (*V. Non. p.* 45. 5. *Merc.*), *convolvere* et *convellere* (*V. Cassiod. p.* 2283. *Putsch.*) etc.; sæpissime vero apud *Plaut.*, *Sall.* et alios *vortex* et *vertex*, *vorsus* et *versus* (*V. Quintil.* 1. 7. 25.), item *voster* et *vester*; demum in flexionibus *facinus*, *facinoris* et *facineris*, unde *facinerosus*, *pignus*, *pignoris* et *pigneris*, *tempus*, *temporis* et *temperi*. — *c*) Aliquando o et *a* commutantur tum in Græcis, tum in Latinis: hinc λογχη *lancea*, μάρμαρον *marmor*, βοσκω *pasco*, Ἑκαβα *Hecoba* (*V. Quintil.* 1. 4. 16.), ἀρχαικῶς *Fovii* pro *Favii* vel *Fabii* (*Paul. Diac. p.* 87. 7. *Müll.*), item *fovea* et *favissa*, *fovere* et *favilla*. — *d*) Raro admodum o transit in *i*, ὄμβρος *imber*, *illico* h. e. *in loco*, *ollus* et *ille*, *illim* et *olim*, *sospes* et *sispes* (*V. Festum p.* 343. 7. *Müll.* et *Inscript.* apud *Orell.* 1309. — *e*) Diphthongus *au* in o convertitur, ut in *cauda coda*, *plaudo plodo* etc., præcipue in compositis *causa accuso incuso*, *claudo occludo præcludo* etc. — 2.°) *O* nota in Inscriptionibus est *optimus*, ut I. O. M. *h. e.* Jovi optimo maximo; sic in *Inscript.* apud *Orell.* 4135. o. v., *h. e.* optimo viro: aliquando est *omnis*, ut *Inscript.* apud *eumd.* 4415. o. n. f., *h. e.* omnium nomine facienda: in sepulcralibus vero est *ossa*, ut *Inscript.* apud *eumd.* 4489. o. b. b. q. c., *h. e.* ossa ejus bene quiescant condita.

B) *O* est etiam interjectio vel adverb. — Quod ad quantitatem attinet, in carmine fere producitur sequente vocali. *Horat. Art. P.* 302. o ego lævus, Qui purgo bilem etc. Adde *eumd.* 1. *Ep.* 19. 19., et *Tibull.* 2. 4. 7. Corripitur Græco more uno in loco *Virg.* 2. *Ecl.* 65. Te Corydon, o Alexi, trahit sua quemque voluptas. — *O* est interjectio exclamantis, admirantis, exsultantis, dolentis, indignantis, irridentis; et occurrit — *a*) Cum Nominibus: in prosa oratione suo nomini fere præponitur; in carminibus vero interdum postponitur, ut apud *Virg.* 2. *Æn.* 281. O lux Dardaniæ, spes o fidissima Teucrum, et *Ovid.* 2. *Met.* 279. Quid o tua fulmina cessant! Adjungitur autem — *a*) Accusativo. *Ter. Eun.* 2. 3. 5. O faciem pulcram, deleo omnes dehinc ex animo mulieres. *Id. Andr.* 1. 1. 78. o factum bene! Beasti me. *Lucret.* 2. 14. O miseras hominum mentes, o pectora cæca! Qualibus in tenebris vitæ quantisque periclis Degitur hoc ævi quodcumque est! *Cic.* 3. *Orat.* 2. 7. O fallacem hominum spem fragilemque fortunam! *Id.* 14. *Fam.* 4. 3. O me perditum, o me afflictum! *Id.* 1. *Cat.* 1. 2. O tempora, o mores! *Id.* 3. *Phil.* 11. 27. O præclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum! — Interdum o omittitur: et, sicut ait *Donatus* ad illud *Ter. Eun.* 3. 1. 28. hominem perditum, Miserumque, et illum sacrilegum! majoris stuporis est sententia hoc modo pronunciata, et quandoque melius sonat. *Cic. Pis.* 1. 3. Miserum me! cum hac me nunc peste atque labe confero? *Id.* 10. *Att.* 10. 1. Me cæcum, qui hæc ante non viderim! — *b*) Vocativo. Est optati adventus, aut repente perculsi, ut ait *Donatus*, in illo *Ter. Andr.* 1. 5. 32. o salve, Pamphile. Sic 4. 5. 7. o Mysis, salve. *Ennius* apud *Cic.* 1. *de republ.* 41. O Romule, Romule die, Qualem te patriæ custodem di genuerunt! O pater, o genitor, o sanguen dis oriundum! *Cic. Pis.* 26. 62. O paterni generis oblite, materni vix memor! *Id.* 10. *Fam.* 26. O mi Furni, quam tu causam tuam non nosti! *Furcillinus* hoc loco ait, *o* esse adverbium vocandi. — *O dii immortales* Latini dicunt cum veneratione, sed sæpius ita, ut o ad reliquam sententiæ partem referatur. *Cic. Mil.* 38. 104. O, dii immortales! fortem et a vobis, judices, conservandum virum! — *c*) Nominativo. *Ter. Phorm.* 2. 2. 10. O vir fortis atque amicus! *Juvenal.* 10. 157. O qualis facies, et quali digna tabella! — 2.°) Aliquando cum *utinam* jungitur, ita tamen ut o præcedat, *utinam* sequatur. *Ovid. Heroid.* 1. 5. O utinam tunc, quum Lacædemona classe petebat, Obrutus insanis esset adulter aquis! — 3.°) Interdum o tantum pro *utinam* ponitur. *Virg.* 2. *Ecl.* 28. O tantum libeat tecum mihi sordida rura Atque humiles habitare casas! *Id.* 8. *Æn.* 579. nunc o liceat crudelem abrumpere vitam! — 4.°) Jungitur quoque ei particula *si*. *Virg.* 11. *Æn.* 415. Quamquam o si solitæ quicquam virtutis adesset! *Id.* 8. *Æn.* 560. O mihi præteritos referat si Juppiter annos!

OB

OB, præpos. quæ Accus. jungitur. — Quod ad etymon attinet, plerique viri docti putant, præpositionem *ob* a Græco ὀπί (e quo ὀπίσω natum sit), quod pro ἐπί dicatur, factam esse. Sed hæc incerta sunt. — Antiquam formam *obs*, cum *abs* comparandam, *Priscian.* 9. *p.* 872. *Putsch.*, *Cæselius* apud *Cassiod. p.* 2315. et *Beda p.* 2340. In compositis verbis *obsolesco*, *obstineo* agnoverunt. *Cæselii* verba sunt: *Obsolevit s* quidem habet, sed non ipsius verbi, verum præpositionis, quæ est *obs*, ut *ab*, *abs*. *Priscian. loc. cit.* et 2. *p.* 568. et 571. etiam *obscurus* et *obscænus* eo facta putat, quod *ob*, quum componatur cum dictione a *c* incipiente, assumat *s*. *V.* OBSCÆNUS et OBSCURUS loco suo. — Ceterum præpositio *ob*

I.) Proprie ¶ 1. In antiquo usu significat motum ad aliquem locum, aliquem locum versus, atque adeo est etiam ex adverso, e regione, coram, *verso*, *a*, *contra*, *di faccia*. Hinc — 1.°) Cum Verbis motum significantibus est idem ac versus, ad. *Lex XII. Tab.* apud *Festum p.* 233. 29. *Müll.* CUI TESTIMONIUM DEFFERIT, IS TERTIIS DIEBUS OB PORTUM OBVAGULATUM ITO. *Paul. Diac. p.* 179. 8. *Müll.* Ob præpositio alias ponitur pro *ad*, ut *Ennius*: Ob Romam noctu legiones ducere cœpit. Sic *Festus p.* 178. 20. *Müll. Ennius* alibi: Ob Trojani duxit exercitum. et *p.* 201. 8. *Ennius*: Acherontem nunc obibo, ubi mortis thesauri objacent. *Id. ibid.* 29. Ob os, ad os significat: quibus verbis fortasse respicit illud *Vet. Poet.* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 18. 39. et 9. *Fam.* 26. Quem aspectabant? cujus ob os Graji ora obvertebant sua? *Plaut. fragm.* apud *Non. p.* 397. 2. *Merc.* Intro ad uxorem: sufferamque meum tergum ob injuriam. *V.* alia huc pertinentia in OBEO. — 2.°) Cum Verbis quietem significantibus *ob* est ante, circum, in. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 23. Quin, quum it dormitum, follem obstringit ob gulam, ne quid animæ forte amittat dormiens. *Cic. Tim.* 14. Ignis, qui est ob os offusus. Rursus *Plaut. Mil. glor. a.* 5. v. 37. ille, qui lanam ob oculum habebat, nauta non erat. *Id. ibid.* 2. 4. 51. Nunc demum experior, prius ob oculos mihi caliginem obstitisse. *Cic. Rabir. Post.* 14. 39. Mors ob oculos sæpe versata est. Adde *eumd. Sext.* 21. 47.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim, apud classicos quosque auctores, præpositio *ob* transfertur ad id, quod causam offert, ut aliquis aliquid sentiat, aut faciat, aut patiatur; proprie enim intelligitur res vel causa obversans: itaque est *propter*, *a cagione*, *per cagione*, *per*, *a motivo*, *in causa*, διά, ἕνεκα. — *a*) Universim. *Plaut. Merc.* 1. 1. 37. Dic ob hæc dona, quæ ad me miserit, me illum amare plurimum omnium hominum. *Ter Andr.* 3. 5. 4. Pretium ob stultitiam fero. *Id. Phorm.* 2. 3. 23. Numquam tam graves Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam. *Id. Heaut.* 5. 2. 3. Quodnam ob facinus? *et ibid. v.* 37. An tu ob peccatum hoc esse iratum putas? *Cic. Fontej.* 8. 17. Qui ob aliquod emolumentum suum cupidius aliquid dicere videntur. *Id.* 1. *de republ.* 19. *ext.* Aut scire istarum rerum nihil, aut, etiamsi maxime sciemus, nec meliores ob eam scientiam, nec beatiores esse possemus. *Id. Amic.* 7. 25. Qui, ob eam (amicitiam) summa fide servatam, maximam gloriam reperit. *Id.* 2. *de republ.* 2. Is (*Romulus*) cum Remo fratre dicitur ab Amulio rege Albano ob labefactandi regni timorem ad Tiberim exponi jussus esse. *Virg.* 1 *Æn.* 255. Navibus (infandum!) amissis, unius ob iram Prodimur. Cf. *eumd. ibid.* 8. *Tac.* 2. *Hist.* 49. Quidam militum juxta rogum interfecere se, non nova, neque ob metum, sed æmulatione decoris. *Id.* 2. *Ann.* 83. Germanicum mortem ob rem publicam obiisse. *Id.* 6. *ibid.* 5. Cum quibus ob rem pecuniariam disceptabat. — *b*) Speciatim occurrunt sæpe formulæ *ob eam rem*, *ob eam causam*; ut apud *Plaut. Bacch.* 4. 4. 33. Bacchidem atque hunc suspicabar propter crimen, Me male consuluisse: ob eam rem omne aurum iratus reddidi Meo patri. *Ter.*

Adelph. 5. 6. 7. Tibi ob eam rem, si quid usus venerit, Lubens bene faxim. *Id. ibid.* 5. 9. 20. MI. Ob eam rem? DE. Ob eam. Similiter *Id. Hecyr.* 5. 3. 2. Næ meam herus esse operam deputat parvi pretii, Qui ob rem nullam misit, frustra ubi totum desedi diem. *Cæs.* 1. *B. G.* 13. Ne ob eam rem ipsos despiceret. *Cic. Fat.* 10. *ad fin.* Hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem, quod veritus est, ne etc. *Id.* 1. *de republ.* 7. Hæc pluribus a me verbis dicta sunt, ob eam causam, quod etc. *Id.* 1. *Orat.* 7. 26. Quam ob causam venerant. *Id.* 1. *de republ.* 21. Non solum ob eam causam fieri volui, quod *etc.*; sed etiam quod etc. *Id.* 2. *ibid.* 1. Ob hanc causam, quod etc. *Id. Amic.* 20. 74. Nec ob aliam causam ullam etc. — *c)* Item speciatim *quam ob rem*, vel junctim *quamobrem*, sæpissime occurrit apud *Cicer.*, ut *Amic.* 11. 36. Quam ob rem id primum videamus, quatenus etc. *Id. ibid.* 4. 16. Mihi vero (*pergratum feceris*): atque id ipsum quum tecum agere conarer, Fannius antevertit: quam ob rem utrique nostrum gratum admodum feceris. Adde *eumd. ibid.* 2. 10., 3. 12., 4. 15. etc. — *d)* Item, *ob industriam* est idem ac de industria. *Plaut. Cas.* 4. 3. 6. quid illæc nunc Tamdiu intus remoratur, quasi ob industriam? *Idem* eodem modo locutus est 2. 3. 58. ¶ 2. Speciatim *ob* est *pro*, ubi aliquid præmio vel pœna compensatur, et in negotiis de rebus pecunia redimendis, aut de mercede conducta agitur. *Plaut. Asin.* 2. 2. 80. ob asinos ferre argentum. *Id. Rud.* 3. 6. 23. arrhabonem a me accepisti ob mulierem. *Ter. Phorm.* 4. 3. 56. ager oppositus est pignori ob decem minas. *C. Gracchus* apud *Gell.* 11. 10. *sub fin.* Talentum magnum ob unam fabulam datum esse: iidem nunc ipsi pretia maxima ob tacendum accipiunt. *Cic.* 4. *Verr.* 32. 78. Si est flagitiosum, ob rem judicandam pecuniam accipere, quanto illud flagitiosius, eum, a quo pecuniam ob absolvendum acceperis, condemnare? Cf. *Tac.* 4. *Ann.* 14. — *Forcellinus* addit etiam, quod huc minime pertinet, illud *Festi p.* 190. 2. *Müll.* Ob vos sacro, in quibusdam precationibus est, pro vobis obsecro. At rectius legit *Müllerus* pro vos obsecro, ut sub vos placo, pro supplico. ¶ 3. Item speciatim, *ob rem* est in rem, cum lucro, utiliter: cui opponitur *frustra. Ter. Phorm.* 3. 2. 41. non pudet Vanitatis? DO. minime, dum ob rem. *Sall. Jug.* 33. Verum id frustra an ob rem faciam, in vestra manu situm. ¶ 4. Recentiores scriptores inde a Livio *ob id* usurparunt pro *ideo*, et dixerunt *ob id ipsum*, *ob hæc*, *ob hoc*. Sic *Liv.* 28. 2. Ibi in cava valle atque ob id occulta considere militem et cibum capere jubet. Adde *Vellej.* 2. 112. 2.; et *Tac.* 2. *Ann.* 66. et 3. *ibid.* 75. *Curt.* 4. 16. Præfectum equitatus avidum certaminis et ob id ipsum incautius in se ruentem hasta transfixit. *Liv.* 8. 23. Ob hæc quum legatos mitti placuisset prius ad Samnites quam bellum fieret etc. Adde *eumd.* 21. 50. et 37. 34. *Id.* 25. 37. Ob hoc quum omnia neglecta apud hostes essent, Marcius ad consilium-animum adjecit. Sic *Seneca Ep.* 98. Si et liberos et conjugem atque patrimonium sic habuerit, tamquam non utique semper habiturus: et tamquam non futurus ob hoc miserior, si habere desierit. Adde *Colum.* 11. *R. R.* 3. 38. Similiter *Liv.* 40. 1. Ob ea novos exercitus conscribi placuit. Adde *eumd.* 40. 45. et *Sall. Jug.* 39. Ob ea consul Albinus ex delicto fratris invidiam ac deinde periculum timens senatum de fœdere consulebat. *Tac.* 2. *Ann.* 30. *extr.* Ob quæ posterum diem reus petivit.

In Compositione suam consonantem retinet sequente vocali, aut liquida, item *b*, *d*, *s*, *t*, et *v* consonante: ut *obba*, *obduco*, *obloquor*, *obmutesco*, *obnubo*, *obruo*, *observo*, *obtundo*, *obverto*: cum aliis aut mutat, aut retinet, ut *obcæco* et *occæco*, *officio* et *obficio*, *oggannio* et *obgannio*, *oppeto* et *obpeto* etc., quamquam frequentius mutare videatur. Significat interdum *ad*, ut *obcensi*, accensi apud *Ennium*, *obstetrix*: item *ante*, ut *obversor*: sæpe *circum*, ut *obeo*, *obligo*: item *contra*, ut *oppono*, *objicio*, *obsto*.

OBĂCERBAT, exacerbat. *Paul. Diac. p.* 187. 10. *Müll.*

OBĂCĒRO, as, are, a. 1. Obacerare, obloqui, atque alterius sermonem moleste impedire: quod sumptum videtur a paleis, quas Græci ἄχυρα vocant. Hæc *Paul. Diac. p.* 187. 6. *Müll.* Sunt qui suspicantur legendum *Obacerbare.* Addunt in veterib. libr. legi etiam *obacorare*, ab *acore* ductum, ut sit acorem, h. e. molestiam exhibere.

ŌBÆMŪLOR, āris, ari, dep. 1. contra æmulor, irrito, provoco. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 31. *a med.* ex *Deuter.* 32. 21. Illi obæmulati sunt me in non Deo: et ego obæmulabor eos in non natione. Ubi *Vulgata* verbo *provocare* utitur.

ŌBÆRĀRĬUS, ii, m. 2. qui ære alieno obstrictus, operam suam agriculturæ præstare cogitur. *Varro* 1. *R. R.* 17. 2. Liberi colunt agros cum iis, quos obærarios nostri vocitarunt. Quidam Codd. habent *obæratos*, sed præstantiores *obærarios*: alii tamen legendum putant *operarios*.

ŌBÆRĀTĬO, ōnis, f. 3. (obæratus) æs alienum. *Gloss. Cyrill.* Ὑπαρχρεωσις, obæratio.

ŌBÆRĀTUS, a, um, adject. vel potius particip. ab inusit. *obærare*. Comp. *Obæratior* sub *a*. — Obæratus est ære alieno ita obstrictus, ut, quum solvendo non sit, corpore et opera servire cogatur, addictus, nexus, atque etiam simpliciter ære alieno obstrictus, *obligato a servire per debiti*, *indebitato*. — *a)* Adjective. *Varro* 7. *L. L.* 105. *Müll.* Liber, qui suas operas in servitutem pro pecunia quadam debebat, dum solveret, nexus vocatur, ut ab ære obæratus. *Liv.* 6. 27. Obæratam plebem objectari aliis atque aliis hostibus. *Sueton. Cæs.* 46. Villam magno sumptu absolutam, quia non tota ad animum ei responderat, totam diruit, quamquam tenuis adhuc et obæratus. *Tac.* 6. *Ann.* 17. Quanto quis obæratior, ægrius distrahebant. — *b)* Absolute, substantivorum more. *Cæs.* 1. *B. G.* 4. Orgetorix ad judicium omnem suam familiam undique coegit, et omnes clientes obæratosque suos eodem conduxit. *Liv.* 26. 40. *ad fin.* Exsules, obærati, capitalia ausi plerique.

ŌBĂGĬTO, as, are, a. 1. agitare, exagitare. *Ennius* apud *Non. p.* 147. 9. *Merc.* Restitant, occurrunt, obstant, obstringillant, obagitant. *Al. minus recte leg.* obganniunt. Apud *Festum p.* 189. 2. *Müll.* habetur *obigitat*, mutata vocali, qui mos est in compositis frequens, ut *subigitat*. Obigitat, inquit, antiqui dicebant, pro ante agitat, ut obambulare. Recte itaque cl. *Vahlen.* in *Ennian. poes. reliq.* in laudato *Ennii* loco edidit *obigitat*.

ŌBAMBŪLĀTĬO, ōnis, f. 3. *Vandare innanzi e indietro, passeggiamento*, περιοδευσις, actus obambulandi, discursus. *Cic.* 3. *Herenn.* 19. 31. Commodius est in derelicta, quam in celebri regione locos (*memoriæ*) comparare; propterea quod frequentia et obambulatio hominum conturbat et infirmat imaginum notas.

ŌBAMBŪLO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (ob *et* ambulo). Part. *Obambulans* 2. — Obambulare ¶ 1. Stricto sensu est adversum alios ambulare, ante aliquid discurrere, perambulare, ultro citroque ambulare, *passeggiare dinanzi a qualcheduno o a qualche cosa. Paul. Diac. p.* 187. 4. *Müll.* Obambulare adversum alios ambulare; et quasi ambulanti se se opponere. Occurrit — *a)* Cum Dativo. *Liv.* 36. 34. Obambulare muris, ut facile ab Ætolis nosceretur, cœpit. *Virg.* 5. *G.* 538. nec (*lupus*) gregibus nocturnus obambulat. — *b)* Cum Accusat. vi præposit. *Ovid.* 14. *Met.* 188. totam fremebundus obambulat Ætnam. — *c)* Cum præpos. *præter* apud *Plaut. Pœn. prol.* 19. Neu dissignator præter os obambulet. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate, ut aliis placet, est circum ambulare, circumire, *girare, andare attorno, in volta*, περιοδεύω, περιπατέω. *Liv.* 25. 39. Milites obambulantes ante vallum portasque. *Ovid.* 2. *Met.* 851. Mugit, et in teneris formosus obambulat herbis. *Sueton. Tib.* 11. Sine lictore gymnasia obambulans. *Sunt qui leg.* gymnasio. — Absolute. *Ovid.* 2. *Trist.* 459. Scit, cui latretur, quum solus obambulet ipse. *Sueton. Tib.* 25. *extr.* Dextramque obambulantis, veluti incumbens, quoad peragueretur sermo, continuit.

ŌBĂRĀTOR. *V.* IMPORCITOR.

ŌBARDĒO, ardes, *vel* obardesco, ardescis, arsi, ardescere, n. 3. (ob *et* ardesco) contro, vel ante aliquem ardere. *Stat.* 9. *Theb.* 856. quum torva clipei metuendus obarsit Luce Dryas, tremor ora repens ac viscera torsit Arcados.

ŌBĀRESCO, ārescis, ārŭi, ārescere, n. 3. (ob *et* aresco) circumquaque arescere, περιξηραινομαι. *Lactant. Opif. D.* 10. Membrana illa (*oculi*) quam siccari et obarescere non oportet. *Quædam MSS. habent* arescere.

ŌBARMĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

ŌBARMO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* armo). Part. *Obarmans* I.; *Obarmatus* II. — Obarmare est idem quod armare, aut contra aliquem armare.

I.) Proprie. *Horat.* 4. *Od.* 4. 20. Amazonia securi Dextras obarmet. *Apul.* 9. *Met. init.* Ille carnifex contra me manus impias obarmabat. *Auson. epigr.* 25. Mater Lacæna clipeo obarmans filium, Cum hoc, inquit, aut in hoc redi.

II.) Translate. *Apul.* 2. *Met.* Perfrictis oculis et obarmatis ad vigilias.

ŌBĂRO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (ob *et* aro) περιαρόω, circum aro, vel arando excolo. *Liv.* 23. 19. *a med.* Et quum hostes obarassent quidquid herbidi extra murum est.

ŌBARRHĂTUS *vel* obarratus, a, um, adject. arrha obligatus. *Sulpic. Sev. ep. ad Bassul. sub init.* Si quid ad amicum familiariter scripsi, si quid forte, quod ludimus, quod velim tamen occultum esse, dictavi, omnia ad te prius pæne quam fuerint scripta aut dictata, perveniunt. Nimirum obarratos habes notarios meos, per quos tibi nostræ ineptiæ publicantur.

ŌBĂTER, a, um, adject. ὑπομελας, quodammodo ater, subater. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 79. (349). Nascens luna si cornu superiore obatro surget. *Harduin.* in MSS. invenit *obatrato*, quam lectionem *Sillig.* in textum recepit.

ŌBĂTRĀTUS, a, um. *V.* voc. præced.

ŌBĂTRESCO, is, ere, n. 3. (ob *et* ater) ater flo. *Firmic. præf. Mathes.* Lacus liventibus spumis obatrescit.

ŌBAUDĬENS, entis, particip. ab *obaudio*, obediens. Hinc Comp. *Obaudientior* apud *Ambros. orat.* subject. *ep.* 21. Quid obaudientius potest esse, quam ut Christi sequamur exemplum?

ŌBAUDĬENTĬA, æ, f. 1. obedientia. *Tertull. Exhort. ad castit.* 2. *a med.* Voluntas Dei in obaudientiam venerat.

ŌBAUDĬO, is, ivi *vel* ii, ire, n. 4. idem atque obedio. *Apul.* 3. *Met.* Secreta, quibus obaudiunt Manes. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 2. *extr.* Adam non obaudiit. — Part. *Obaudiens* V. loco suo.

ŌBAUDĬTĬO, ōnis, f. 3. obaudientia. *Gloss. Philox.* Obauditio, ὑπακοή. *Vulgat. vet. Ital.* (ed. *A. Maio*) 1. *Petr.* 1. 14. Quasi filii obauditionis, non commiscentes vos illis prioribus ignorantiæ vestræ desideriis.

ŌBAURĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *obauro*: *indorato*, inauratus. *Apul.* 11. *Met.* Alius soccis obauratis, indutus serica veste, mundoque pretioso.

OBBA, æ, f. 1. *sorta di bicchiere, o vaso da vino. Gloss. Philox.* Obba (leg. *Obba*, ut monet *Voss.* in *Etymol.*) ἄμβιξ, ἐν ᾧ τοῖς νεκροῖς σπένδουσιν, h. e. quo libant mortuis. Ἄμβιξ autem aliis est calix, poculum: aliis olla, aut cadus. Videtur esse ab Hebr. אוּב *ob* uter, Italice *otre. Plin.* 33. *Hist. nat.* 8. 41. (123). vertens locum *Dioscorid. l.* 5. *c.* 110. ubi de hydrargyro conficiendo sermo est, ἄμβικα vertit calicem, seu opereculum, quo ferrea concha contegitur. *Athenæus l.* 11. *c.* 8. *ad fin.* dicit, ἄμβικας esse pocula in acutum fastigiata. Quare si *Gloss.* credimus, obbas esse ἄμβικας, erunt eæ similes iis, quæ Itali dicunt *caraffe*, aut *caraffini*, fundo et ventre lato, collo et ore angusto. *Nonius* quoque *p.* 146. 8. *Merc.* scribit obbam esse poculi genus, quod nunc ubba dicitur. *et p.* 545. 2. esse poculi genus vel ligneum, vel ex sparto. *Varro ibid. et* 20. Dolia, atque apothecas triclinares, melicas Calenas, obbas, et Cumanos calices. *Id. ibid.* Utrum meridie, an vesperi lubentius ad obbam accedas, locus, actus, adventus declarabit. In his *Varronis* verbis et poculum intelligi potest, et vas: at vas aptius intelligitur et quidem non modicum, et lato fundo, ut facile sedeat, (Itali dicunt *barile*) in illo *Persii* 5. 146. Tun' mare transilias? tibi torta cannabe fulto, Cœna sit in transtro? Vejentanumque rubellum Exhalet vapida læsum pice sessilis obba? *Tertull. Apolog.* 13. Quo differt ab epulo Jovis silicernium? a simpulo obba? ab haruspice pollinctor?

Ex his patet, obbam esse vas ad funeris usum, h. e. illud, quod sæpe in sepulcris defodimus, *caraffa*, scil. lato fundo et ventre, angusto collo et ore. — *Obbam* panico tribuit *Plinius*, cujus hæc verba sunt 18. *Hist. nat.* 7. 10. (53). Panicum a paniculis dictum, cacumine languide nutante, paullatim extenuato culmo pæne in surculum, prædensis acervatur granis, cum longissima pedali obba. Ubi *Harduin.* in MSS. legit *Obfa*. Libentius vero, inquit, multo agnoverim, litteris permutatis, *foba*, vel potius *phoba*. Est enim φόβη *Theophrasto Hist. plant. l.* 8. c. 3. arundinacea coma frugum omnium, quæ ad milii similitudinem surgunt: τὰ μὲν ἔχει στάχυν, τὰ δὲ χεδροπὰ λοβόν, τὰ δὲ κεγχρώδη φόβην. ἡ γὰρ καλαμώδης ἀπόφυσις, φόβη. Hinc in allato *Plinii* loco *Sillig.* legit *phoba*.

OBBĀTUS, a, um, adject. in obbæ figuram factus. *Apul.* 10. *Met.* Castor et Pollux, quorum capita cassides obbatæ stellarum apicibus insignes contegebant. Apud *Helmenhorst. p.* 254. legitur *obatæ*: unde quidam suspicantur esse pro *ovatæ*, facili mutatione *b* in *v*. Apud *Pricæum p.* 234. est *æratæ*. Si *obbatæ* retinemus, erunt cassides infra latæ, supra in acutum desinentes, ut in *Obba* est dictum. Si *ovatæ*, quod rectius videtur, erunt in dimidii ovi formam, quales habent capita Dioscororum in nummis gentis Antestiæ, Cordiæ, aliarumque. *V.* PILEATUS et PILEUM.

OBBĪBO, is, ere, a. 3. idem ac bibo, vel celeriter bibo. *Cic.* 1. *Tusc.* 40. 96. Theramenes quum conjectus in carcerem triginta jussu tyrannorum venenum ut sitiens obbibisset. *P. Victor* et *Gruter.* ex MSS. quamplurimis leg. *obduxisset*, quam lectionem probavit *Orellius*.

OBBLĀTĔRĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *obblatero*, contra aliquem blateratus. *Apul.* 9. *Met.* His et aliis similibus affaniis frustra obblateratis. *Al. leg.* adblateratis, *quod rectius videtur*; *al.* adblaterantes; *al.* blateratis.

OBBLĂTĔRO *vel* obblactero, as, are. *V.* OBLATRO sub *a*.

OBBRŪTESCO, tescis, tŭi, tescere, inchoat. n. 3. Part. *Obbrutescens*. — Obbrutescere est brutum fieri, sensum, rationem, vitam amittere, *perdere la ragione*, ἄλογος γίνομαι. *Paul. Diac. p.* 187. 2. *Müll.* Obbrutuit (*quod in Codd. unico* b *scribitur*) obstupuit, a bruto, quod antiqui pro gravi, interdum pro stupido dixerunt. *Afranius*: «Non possum verbum facere, obbrutui». *Lucret.* 3. 546. et apud *Non. p.* 77. 32. *Merc.* An contracta suis e partibus obbrutescat. *Prudent. Hamartig.* 652. Damna aures, Pater alme, meas et claude meatus Obbrutescentis capitis. *Al. leg.* obbrutiscentis.

OBCÆCĀTĬO, OBCÆCO, OBCÆDES, OBCALLESCO, OBCĂNO et similia. *V.* OCCÆCATIO, OCCÆCO, OCCÆDES etc.

OBDĂTUS, a, um, adject. qui obviam datus, seu factus est: ab *ob* et *datus*. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 1. Obdati cives, populares, incolæ, accolæ, advenæ omnes, Date viam, qua fugere liceat. Ita edidit *Bothe*, quum alii *optati* legerint, quod huic loco minus aptum videtur.

OBDENSĀTĬO, ōnis, f. 3. densatio. Sunt qui *obdensationem* legunt apud *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. 47.; alii contra divisim *ob densationem*.

OBDĪTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBDO, dis, dĭdi, dĭtus, dere, n. 3. (ob *et* do). Part. *Obditus* I. 1., 2. et 3. — Obdere est opponere, objicere, ἐπιτίθημι (It. *opporre, collocare dinanzi*; Fr. *mettre, placer devant*; Hisp. *poner, colocar, meter ante, delante*; Germ. *vor etwas egen,-setzen,-stellen, vormachen, vorlegen*; Angl. *to oppose or place against*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, opponere, objicere. *Ter. Eun.* 3. 5. 55. pessulum ostio obdo. Sic *Id. Heaut.* 2. 3. 36. Continuo hic se conjecit intro: ego consequor. Anus foribus obdit pessulum: ad lanam redit. *Flor.* 3. 6. *a med.* Propontidis fauces Porcius Cato sic obditis navibus, quasi portam observavit. *Seneca Ep.* 31. Sapiens eris si clauseris aures, quibus ceram parum est obdere. ¶ 2. Latiori sensu et claudere, occludere. *Plaut. Cas.* 5. 2. 15. forem obdo, ne senex me opprimat. et *Tac.* 13. *Ann.* 5. Obditis a tergo foribus. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 11. 12. (30). Portæ Caucasiæ, ingens naturæ opus, montibus interruptis repente, ubi fores obditæ ferratis trabibus etc. *Apul.* 5. *Met.* Domus seris et catenis obdita. ¶ 3. Item latiori sensu est involvere, implicare, *involgere, intrecciare*. *Apul.* 10. *Met.* Feralibus amiculis instrictus atque obditus, deportatur ad judicium puer. *et* 3. *ibid.* Sic illos capillos in mutuos nexus obditos atque nodatos, cum multis odoribus dat vivis carbonibus adolendos.

II.) Translate. *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 41. Da, precor, accessum lacrimis, mitissime, nostris, Nec timidis rigidam vocibus obde forem. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 59. nullique malo latus obdit apertum.

OBDORMĬO, is, īvi, ītum, ire, n. 4. (ob *et* dormio). Part. *Obdormiturus* sub *a*. — Obdormire est idem quod dormire, aut valde dormire, καταχοιμῶμαι, ἀφυπνόω (It. *dormire*; Fr. *s'endormir*; Hisp. *adormecerse*; Germ. *einschlafen*; Angl. *to sleep, fall a sleep*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Plaut. Amph.* 1. 1. 116. Credo, hac noctu Nocturnum obdormivisse ebrium. Adde *eumd. Curc. a.* 3. *v.* 45. *Cic.* 1. *Tusc.* 38. 92. Endymion nescio quando in Latmo obdormivit: nondum, opinor, est experrectus. *Cels.* 3. 18. Somnus medicamentis arcessendus est, habita moderatione, ne, quem obdormire volumus, excitare postea non possimus. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 20. (51). Qui obdormiant sub taxo, cibumve capiant, moriantur. *Sueton. Aug.* 94. Aliam, posita in templo lectica, dum ceteræ matronæ dormirent, obdormisse. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 14. 56. (158). Nepetam substernere obdormituris, utile est. — *b*) Speciatim *Obdormire crapulam* est obdormiendo crapulam concoquere. *Plaut. Most.* 5. 2. 1. omnem obdormivi crapulam. *V.* EDORMIO.

II.) Translate est torpescere. *V.* loc. *Veget.* in v. INDORMIO.

OBDORMISCO, is, ere, n. 3. *inchoat. ab* obdormio, obdormire incipio, dormito; item simpliciter dormio, obdormio, *dormitare*, καταυστάζω. *Sueton. Claud.* 33. Ut interdiu nonnunquam in jure dicendo obdormisceret. *et ibid.* 8. Quoties post cibum obdormisceret, olearum ac palmularum ossibus incessebatur. *Est qui leg.* addormisceret. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 10. 12. (36). Testudines summa in aqua obdormiscere: id prodi stertentium sonitu. *Cic.* 1. *Tusc.* 49. 117. Si supremus ille dies perimit ac delet omnino, quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiscere, et ita conniventem somno consopiri sempiterno?

OBDORMĪTĬO, ōnis, f. 3. obdormiendi actus, *dormizione, sonno. Augustin.* in *Ps.* 75. 10. Duritia enim cordis, obdormitio est.

OBDORMĪTO, as, are, a. 1. idem quod obdormio. Occurrit Part. *Obdormitans* apud *Venant. Fortun. carm.* 3. 4. Qui adhuc more solito graviter obdormitans etc.

OBDŪCO, cis, xi, ctum, cere, a. 3. (ob *et* duco). *Obduxe* pro *obduxisse* legitur in *argum.* 1. *Merc. Plaut.* 7. — Part. *Obducens* II. 1. *c.*; *Obductus* I. et II. 1. 2. 4. et 5. — Obducere est contra ducere, adducere, super ducere, adducendo opponere; ex *ob*, quod et *contra* et *ad* valet, ἐπισάγω (It. *condurre o condur contra, condurre o trarre dinanzi, condurre o trar sopra*; Fr. *conduire, amener vers, devant ou sur*; Hisp. *traer, llevar delante ó sobre*; Germ. *vor-, überziehen,-führen, heranführen*; Angl. *to lead or conduct against, to bring, draw, lay, or put, over, to obduce, induce, superiaduce*).

I.) Proprie. *Plaut. Pseud.* 2. 1. 13. Post ad oppidum hoc vetus continuo mecum exercitum protinus obducam. *Accius* apud *Non. p.* 224. 12. *Merc.* Vim Gallicam obduc contra in acie, exercituve. *Cic.* 1. *Att.* 1. Thermus cum Silano contendere existimatur: qui sic inopes et ab amicis, et existimatione sunt, ut mihi videatur non esse ἀδύνατον, Curium obducere. *h. e.* adducere, ut, iis adversetur in consulatu petendo, tamquam rivalis et æmulus. *Auct. argum.* 1. *Merc. Plautini*, 6. eum putat uxor illius Obduxe scortum. — Similiter *Cæs.* 2. *B. G.* 8. Ab utroque latere collis transversam fossam obduxit. *Plin.* 7. *Ep.* 21. Cubicula obductis velis opaca, nec tamen obscura facio. *h. e.* adductis, oppositis, objectis. *et* 2. *ibid.* 17. *a med.* Diæta, specularibus et velis obductis reductisque, modo adjicitur cubiculo, modo auferetur. *Virg.* 2. *Æn.* 604. nubes obducta tuenti Mortales hebetat visus. *h. e.* prætenta, objecta. *Curt.* 6. 5. *ad fin.* Vestis non toto Amazonium corpore obducitur. *Id.* 8. 5. *a med.* Quum (*rex*) post aulæa, quæ lectis, obduxerat, staret. *Apul.* 1. *Met.* Tigillo injecta atque obducta parte funiculi, et altera firmiter in nodum coacta. *h. e.* circumvoluta. — Hinc *obducere fores* est claudere. *Propert.* 4. 5. 47. Janitor ad dantes vigilet: si pulset inanis, Surdus in obductam somniet usque seram. *Seneca Herc. Œt.* 1548. Obductæ fores. *chiuse*. Cf. *Petron. Satyr.* 94. Ostium cellæ obduxit. *Al. leg.* adduxit. Et poetice *Lucan.* 5. 69. multosque obducta per annos Delphica fatidici reserat penetralia Phœbi.

II.) Translate. ¶ 1. Est super ducere, inducere, offundere, circumdare, *tirar sopra, distendere sopra, circondare*; et occurrit — *a*) Cum Accusativo rei, quæ inducitur, et Dativo rei, cui quid inducitur. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 4. 3. (27). Terra rubiginem ferro obducit. *Id.* 23. *ibid.* 7. 63. (124). Fici cinis rosaceo subactus ambustis cicatricem tenuissimam obducit. Sic *Curt.* 8. 10. *ad fin.* Ad ea visenda rex, nondum obducta vulneri cicatrice, processit. *non ancora rammarginata*, nondum superinducta vulneri et clausa. *Id.* 4. 7. *circa med.* Obductæ cælo nubes condidere solem. Cf. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 6. 16. Clarissimis rebus tenebras obducere. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 71. (146). Elelisphacos torporem obducit percusso loco. — *b*) Cum Accusativo tantum rei, quæ inducitur. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 9. (46). Caryotæ macro corpore exiles crustam verius, quam cutem obducunt. *Cic.* 9. *Fam.* 2. *a med.* et 2. *Tusc.* 15. 36. Obducere callum. *V.* CALLUM. *Colum.* 3. *R. R.* 18. 6. Malleolus radices e capite, qua recisum est, æque mittit: quæ quum excreverunt, cicatricem obducunt. *Ovid.* 1. *Art. am.* 285. Myrrha patrem, sed non quo filia debet, amavit: Et nunc obducto cortice pressa latet. *Tac.* 13. *Ann.* 35. Ut obducta glacie, nisi effossa humus, tentoriis locum non præberet. *Virg.* 1. *G.* 116. Amnis et obducto late tenet omnia limo. *Tac.* 4. *Ann.* 70. Et trahebatur damnatus, quantum, obducta veste et adstrictis faucibus, niti poterat, clamitans. *h. e.* capiti obvoluta. *Lucan.* 3. 572. cruor altus in undis Spumat, et obducto concrescunt sanguine fluctus. *Al. leg.* obducti, *h. e.* fluctus tecti sanguine. *Nepos Hann.* 5. Obducta nocte, sarmenta in cornibus jumentorum deligata incendit. *h. e.* quum se nox cælo obtendisset. — *c*) *Obducere se tenebræ* dicuntur, quum contrahuntur et densantur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 54. (143). Ferunt Tiberio Cæsari fuisse naturam, ut expergefactus noctu paullisper, haud alio modo quam luce clara contueretur omnia paullatim tenebris sese obducentibus. Cf. *Propert.* 3. 14. 5. obductis committam mene tenebris? *h. e.* contractis, densis. ¶ 2. Hinc est involvere, tegere, operire, circumdare, *ravvolgere, coprire, circondare*: et occurrit — *a*) Cum Accusativo rei, quæ operitur, et Ablativo rei, qua quid tegitur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 47. 121. Animantium pluma alias, alias squama videmus obductas, *et ibid.* § 120. Obducuntur libro aut cortice trunci, quo sint a frigoribus et caloribus tutiores. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 7. 36. (119). Semina obducta cortice. *Id.* 24. *ibid.* 12. 66. (108). Folia obducta araneosa lanugine. *Id.* 29. *ibid.* 4. 22. (73). Faciem lentigine obducit. *Lucan.* 9. 109. caput ferali obduxit amictu. *incappucciò*. *Stat.* 12. *Theb.* 700. clipeis obducunt pectora fractis. *Cic.* 2. *Legg.* 22. 56. Redditur terræ corpus, et ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 26. 40. (96). Venam in crure vulnerat, et plagam limo rursus obducit. *h. e.* involvit, tegit et claudit. *Virg.* 1. *Ecl.* 48. quamvis lapis omnia nudus Limosoque palus obducat pascua junco. *Lucan.* 4. 31. Et prope consertis obduxit castra maniplis. *coprì, nascose*. Et poetice *Seneca Œdip.* 851. Obducta longo temporum tractu moves. *h. e.* tecta oblivione. *Flor.* 4. 1. *a med.* Obducere castra vallo. *circondare*. — *b*) Cum Accusativo tantum rei, quæ tegitur. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 14. (48). Lanata mala lanugo obducit. Similiter *Id.* 2. *ibid.* 63. 63. (159). Terra tandem ipsa se obducit, et scelera quoque mortalium occultat. *Ovid.* 2. *Met.* 329. Nam pater (*sol*) obdu-

ctos, luctu miserabilis ægro, Cnndiderat vultus. *Seneca Hippol.* 586. Et ora morti similis obduxit color. — Sic *obducere oculos*, tegere, obscurare, caligine offusa. *Petron. Satyr.* 19. *extr.* Mors non dubia miserorum oculos cœpit obducere. *Lucan.* 3. 735. Nox subit, atque oculos vastæ obduxere tenebræ. ¶ 3. Item est educere, ebibere, exhaurire: et notat aviditatem sitientis. *Seneca Prov.* 3. *a med.* Socrates illam potionem publice mixtam, non aliter quam medicamentum immortalitatis obduxit. *Petron. fragm.* 42. *Burmann.* Quum mulsi pultarium obduxi. *Seneca Troad.* 1162. non stetit fusus cruor, Humoque summa fluxit; obduxit statim Sævusque totum sanguinem tumulus bibit. Aliud ex *Cic.* exemplum *V.* in OBBIBO. ¶ 4. *Obducere frontem, vultum*, contrahere, *restringere*; quod tristitiam significat. *Horat. Epod.* 13. 5. obducta solvatur fronte senectus. Adde *Quintil.* 10. 3. 13. (*ubi tamen alii pro* frontis obductæ *legunt* adductæ); et *Juvenal.* 9. 2. Sic *Seneca Consol. ad Marc.* 1. Vultus, quem tot annorum continua tristitia, ut semel obduxit, tenet. — Hinc *obductus* est etiam obliquatus. *Cic.* 2. *Nat. D.* 43. 110. Sub læva Geminorum obductus parte feretur. *Capell.* 6. *p.* 230. Alia species, quæ obducti circuli diversitates ostendit. ¶ 5. Metaphorâ ductâ a cicatrice superinducta vulneri et clausa, obducere est tegere, claudere, abscondere: ad rem *Cic.* 3. *leg. Agr.* 2. 4. Ne refricare obductam jam reipublicæ cicatricem viderer. Hinc *Virg.* 10. *Æn.* 63. quid me alta silentia cogis Rumpere, et obductum verbis vulgare dolorem? Cf. *Ovid.* 12. *Met.* 542. quid me meminisse malorum Cogis, et obductos annis rescindere luctus? ¶ 6. *Obducere diem* est educere, ducere, conterere, transigere, insumere. *Cic.* 16. *Att.* 6. Nono cal. ad Sicam: ibi tamquam domi meæ scilicet: itaque obduxi posterum diem. *mi trattenni, vi consumai, vi passai.* ¶ 7. Pro detegere, aperire afferturillud *Lucilii* apud *Non. p.* 360. 29. *Merc.* Vos interea lumen afferte, atque aulæa obducite. Al. leg. *lumen auferte*: qua ratione contrarium fortasse significat.

OBDUCTĬO, ōnis, *f.* 3. obducendi actus, atque adeo tegumentum, obvolutio. ¶ 1. Generatim. *Arnob.* 1. 9. Nubila inimica obductione pendent. ¶ 2. Speciatim reis morti addicti caput obnubebatur. Hinc illud apud *Cic. Rabir. perduell.* 4. 13.; et *Liv.* 1. 26. Caput obnubito, arbori infelici suspendito. *Cic. ibid.* 5. 16. Carnifex vero, et obductio capitis, et nomen ipsum crucis absit. *incappucciamento. Ammian.* 14. 7. *sub fin.* Causarum legitima silente defensione, carnifex rapinarum sequester, et obductio capitum, et bonorum ubique multatio versabatur per orientales provincias. Apud *Cicer.* est qui malit *obnuptio*: sed nihil est mutandum. V. et *Lucani loc. cit.* in OBDUCO II. 2. et *Taciti ibid.* II. 1.

OBDUCTO, as, are, a. 1. frequentat. vel potius intens. ab obduco. *Plaut. Merc.* 4. 4. 46. Nec pol ego patiar, sic me nuptam tam male, Measque in ædes sic scorta obductarier. *h. e.* induci.

OBDUCTUS, a, um. *V.* OBDUCO.

OBDULCĀTUS, a, um. *V.* OBDULCO.

OBDULCESCO, is, ere, n. inchoat. 3. dulcis fio. *Gloss. Philox.* Obdulcesco, παρεγλυκύνομαι.

OBDULCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Obdulcans* et *Obdulcatus*. — Obdulcare est dulcem facere, edulcare, indulcare. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 1. *ad fin.* Coquentes atque obdulcantes sale et oleo. *h. e.* condientes. *Id.* 3. *ibid.* 8. *a med.* Obdulcatus panis. *Vulgat. interpr. Judith* 5. 15. Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum.

OBDŪRĀTĬO, ōnis, *f.* 3. actus obdurandi, *indurumento*.

I.) Proprie. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 316. *bis* ed. *Aldo.* Unde fit totius corporis obduratio, stomachi, epatis, splenis, *etc.* Et propterea prohibetur fel ad vasculum permeare, quod Græce holedon vocamus.

II.) Translate. *Augustin. Ep.* 105. *ante med.* et *Enarr. in Psalm.* 77. et alibi, de ea, qua Deus obdurat impios non impertiendo misericordiam.

OBDŪRĀTUS, a, um. *V.* OBDURO.

OBDŪRĒFĂCĬO, is, ere, a. 3. obdurare. Est *Nonii p.* 23. 7. *Merc.*

OBDŪRĒO, es, ere, n. 2. obduresco. *Gloss. Lat. Gr.* Obdureo, σκληρύνομαι.

OBDŪRESCO, rescis, rŭi, rescere, n. 3. Part. *Obdurescens* I. et II. — Obduresco est idem ac durus fio, σκληρύνομαι (It. *indurare, indurire*; Fr. *se durcir, devenir dur*; Hisp. *endurecerse*; Germ. *hart werden, verharten*; Angl. *to grow hard, become hardened or callous*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 50. Ea postremum arato, dum ne prius obdurescant. *Varro* 3. *R. R.* 14. 5. Cochlearum semen minutum ac testa molli diuturnitate obdurescit. *Propert.* 2. 19. 53. Gorgonis et satius fuit obdurescere vultu. *Plaut. Truc. a.* 5. *v.* 24. Ita miser cubando in lecto hic exspectando obdurui. *Veget.* 3. *Veterin.* 57. 3. Sparteam veterem contundes, ex aceto in olla nova decoques, ex quo ungulam obdurescentem obvolves.

II.) Translate est hebetem ac stupidum fieri, non sentire, callum obducere, sicut membra callosa, aut gelu obdurata dolorem non sentiunt. *Cic.* 13. *Att.* 2. Jam ad ista obduruimus, et humanitatem omnem exuimus. *Id. Mil.* 28. 76. Sed nescio quomodo jam usu obduruerat et percalluerat civitatis incredibilis patientia. *Id.* 10. *Att.* 9. Adventus Philotimi exanimavit omnes, qui mecum erant, nam ipse obdurui. *Id.* 2. *Fam.* 16. Nisi diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem novum. *Id.* 2. *Phil.* 42. 108. His quidem jam inveteratis consuetudine obduruimus. *Id.* 7. *Verr.* 13. 34. Quum in ejusmodi patientia turpitudinis, aliena, non sua satietate obduruisset. *Id.* 3. *Tusc.* 28. 67. Idque indicatur eorum patientia, qui quum multa sint sæpe perpessi, facilius ferunt quidquid accidit: obduruisseque sese contra fortunam arbitrantur. *h. e.* constantiam induisse. *Id.* 5. *Fam.* 15. Ad amicos ne confugiam? quorum alii occiderunt, alii nescio quo pacto obduruerunt. *h. e.* benevolentia in me minime moveri videntur. *Id.* 1. *ad Brut.* 18. *a med.* Obdurescunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi. *h. e.* non flectuntur, resistunt, recusant. Est qui malit *obsurdescunt*. *Quintil.* 1. 12. 9. Dociliora sunt ingenia, priusquam obduruerunt. *Ammian.* 17. 14. Quum obstinatissimum regem obdurescentem ad suscipiendam cernerent pacem, (*legati*) negotio redierunt infecto.

OBDŪRO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Obduratus* sub *A.* — Obdurare occurrit *A*) Active; et *B*) Absolute, h. e. neutrorum more.

A) Active est durum facere, *indurare*, σκληρύνω; et occurrit translate tantum Part. *Obduratus* apud *Nazar. Paneg. ad Constantin.* 13. Ingestos quotidie luctus callo quodam obduratæ patientiæ sustinere. *Capitolin. Pertin.* 9. Alimentaria compendia, quæ novem annorum debebantur, obdurata verecundia (*corrige* inverecundia) sustulit. *V.* INVERECUNDIA. *Imp. Constantin. Cod.* 10. 19. 2. Si quis in obdurata nequitia permanebit.

B) Absolute, h. e. neutrorum more et translate obdurare est durare, firmare animum, perstare, sustinere, patienter et constanter ferre, *star saldo, sofferire, persistere. Plaut. Asin.* 2. 2. 56. Pernegabo, atque obdurabo, perjurabo denique. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 39. Persta, atque obdura. *Ovid.* 5. *Trist.* 11. 7. Perfer, et obdura: multo graviora tulisti. Sic *Catull.* 8. 10. Nec quæ fugit sectare, nec miser vive, Sed obstinata mente perfer, obdura. Vale, puella, jam Catullus obdurat, Nec te requiret etc. *et ibid.* 19. At tu, Catulle, destinatus obdura. — Passive impersonaliter. *Cic.* 12. *Att.* 3. Quare obduretur hoc triduum. *si pazienti, si soffra.*

OBĒDĬENS, entis. *V.* OBEDIO in fin.

OBĒDĬENTER, adverb. Comp. *Obedientius* et Sup. *Obedientissime*. — Obedienter est cum obedientia, *obbedientemente, obbedendo*, εὐπειθῶς. *Liv.* 5. 12. *extr.* Collatum obedienter, missumque ad exercitum est. *Id.* 21. 34. Obedienter imperata facere. *Id.* 39. 53. *ad fin.* facere adversus aliquem. *h. e.* alicui parere. *Id.* 38. 34. Nihil obedientius fecerunt, quam ut muros diruerent. *Augustin.* 22. *Civ. D.* 8. *a med.* Obedientissime paruit.

OBĒDĬENTĬA, æ, *f.* 1. obtemperatio, obsequium, ὑπακοή, εὐπείθεια (It. *obbedienza*; Fr. *obéissance, soumission, dépendance*; Hisp. *obediencia, sujetion*; Germ. *der Gehorsam*; Angl. *obedience, submission, dutifulness*). *Cic.* 5. *Parad.* 1. 35. Servitus est obedientia fracti animi, et arbitrio carentis suo. *Id.* 1. *Off.* 29. 102. Appetitus relinquunt et abjiciunt obedientiam, nec rationi parent. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 17. 17. (53). *de apib.* Mira plebi circa regem obedientia. *Id.* 8. *ibid.* 1. 1. (1). *de elephant.* Intellectus illis sermonis patrii, et imperiorum obedientia.

ÓBĒDĬO, is, Ivi, Itum, ire, n. 4. Est ex *ob* et *audio*; hinc et OBAUDIO legitur, quod *V.* loco suo; immo in *Plaut. Pers.* 2. 4. 2. et 3. 1. 50. in MSS. est *obœdire* apud *Taubmann.*, atque ita etiam apud *Cic.* 3. *de republ.* 29. et *Fronton. de fer. Als. ep.* 3. *sub init.* et *loc.* infra *cit.* sub I. 2. *c.* — *Obedibam* et *obedibo* pro *obediebam* et *obediam* positiones sunt in quarta conjugatione ab antiquis usitatæ. *Afranius* apud *Non. p.* 507. 30. *Merc.* Meo ut obsequar amori, obedibo tibi. Hæc *Forcellinus*, qui formæ *obedibam* nullum attulit exemplum. — Part. *Obediens* I. 2. et in fin.; *Obeditурus* et *Obediendus* II. — Obedire

I.) Proprie ¶ 1. Generatim et raro est auscultare, alterius verbis aurem præbere et consilium sequi. *Nepos Datam.* 5. Quod quibus rex maxime obediat, eos habeat inimicissimos. ¶ 2. Speciatim et sæpe est parere, obtemperare, obsequi, audientem esse, inservire, πείθομαι (It. *obbedire*; Fr. *obéir, être soumis*; Hisp. *obedecer*; Germ. *gehorchen, gehorsam sein, dienen*; Angl. *to obey, give obedience to, give ear to, comply with*). Occurrit — *a*) Cum Dativo. — Activa forma. *Cic.* 5. *Tusc.* 12. 36. Parere et obedire præcepto. *Id.* 1. *Nat. D.* 8. 19. Obedire et parere voluntati. *Id.* 3. *Legg.* 2. 5. Obtemperare et obedire magistratibus. *Nepos Epam.* 8. Obedire legi. *Cic.* 3. *de republ.* 29. Ut qui adhuc voluntate nobis obediunt, terrore teneantur. *Id. Cœcin.* 18. 52. Si servulis hoc nostris concesserimus, ut ad verba nobis obediant, non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperent. *Id.* 6. *de republ.* 26. Impulsu libidinum voluptatibus obedientium. *Sall. Cat.* 1. Veluti pecora, quæ natura prona et ventri obedientia finxit. *h. e.* inservientia. Sic *Cic. Brut.* 69. 242. Multorum obedire tempori, multorumque vel honori vel periculo servire. *accomodarsi.* — Passive impersonaliter. *Liv.* 4. 26. *extr.* Utrimque enixe obeditum dictatori est. — *b*) Absolute *Sueton. Cal.* 29. Monenti Antoniæ aviæ, tamquam parum esset non obedire: Memento, ait, omnia mihi et homini licere. — *c*) Cum Accusativo. *Apul.* 10. *Met.* Atque hæc omnia perfacile obediebam. *Fronto ad Verum Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 7. Ut neque illum pigeret, neque me puderet, ea illum obœdire mihi, quæ clientes, quæ liberti fideles ac laboriosi obsecuntur.

II.) Translate de inanimis et abstractis. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 19. 30. (137). Ramus oleæ quam maxime sequax atque obediturus. *h. e.* facile flectendus. *Tertull. Cult. Fem.* 8. An et nobis quædam respectu obediendæ gravitatis propter metum debitum domino detrahuntur? — Hinc Part. præs., cujus et supra exempla retulimus.

Obediens, entis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Obedientior* I.; et Sup. *Obedientissimus* I. et II.: est autem parens, obsequens, morem gerens, *obbediente*, εὐπειθής.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat. D.* 30. 77. Nulli est naturæ obediens, aut subjectus Deus. *Id.* 1. *Off.* 36. 132. Appetitum rationi obedientem præbere. *Id. Pis.* 34. 84. Natio semper obediens huic imperio. *Sall. Jug.* 35. Obedientem esse jussis alicujus. *et ibid.* 36. Vivere obedientem alicui. *Liv.* 25. 38. Ut imperiis vivorum nemo obedientior me uno fuerit. *Id.* 28. 16. *a med* Ut ad nova consilia gentem quoque suam obedientem haberet. *Id.* 7. 13. Imperiis obedientissimus miles. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 35. populi prius honorem capiebat suffragio, Quam magistro desinebat esse dicto obediens. Sic *dicto audientem esse alicui*, V. AUDIO. Utrumque junxit *Liv.* 5. 3. *ad fin.* Vos interdicitis Patribus commercio plebis; ne nos comitate ac munificentia nostra provocemus plebem, nec plebs nobis dicto audiens atque obediens sit. — Interdum *obediens* dicitur qui servus est, subjectus, obnoxius. *Sall. Jug.* 36. *ad fin.* Quid erit reliquum, nisi ut illis, qui ea fecere, obedientes vivamus? Sic absolute. *Liv.* 2. 59. Ferox Appii animus quum insuper sævire vellet contionemque advocaret, concurrunt ad

eum legati tribunique, monentes, ne utique experiri vellet imperium, cujus vis omnis in consensu obedientium esset.

II). Translate de inanimis. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 43. 83. (228). Obedientissima quocumque in opere fraxinus. *h. e.* quæ facillime cædi, duci, flecti potest. *Sall. Jug.* 17. Virtute, ac diis volentibus magni estis et opulenti: omnia secunda et obedientia sunt. *prospere e soggette.*

ŌBĒDĬTĬO, ōnis, f. 3. idem atque obedientia, ὑπακοή. *Vulgat. interpr. ad Rom.* 5. 19. Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obeditionem justi constituentur multi. Adde *ibid.* 6. 16. et 16. 26.

ŌBĒLĀTUS a. um. *V.* OBELO.

OBELISCOLYCHNĬUM, ii, n. 2. ὀβελισκολύχνιον, instrumentum militare, scilicet lucerna parvo veru præfixa. Legit apud *Quintil.* 6. 3. 33. *Turnebus l.* 12. *Adversar. c.* 11. dubitanter tamen. Alii alia; est enim insanabile vulnus in hoc loco.

ŌBĒLISCUS, i, m. 3. ὀβελίσκος, vox Græca deminutiva, parvum veru. Hinc apud Latinos per similitudinem ¶ 1. Dictus est lapis, artificum manu elaboratus et ad rei memoriam erectus, *obelisco, quadia*, quem ita definit *Ammian.* 17. 4. *de Thebis Ægypti.* In hac urbe inter labra ingentia, diversasque moles, figmenta Ægyptiorum numinum exprimentes, obeliscos vidimus plures, aliosque jacentes et comminutos: quos antiqui reges, bello domitis gentibus, aut prosperitatibus summarum rerum elati, montium venis, vel apud extremos orbis incolas perscrutatis, excisos erectosque diis superis in religione dicarunt. Est autem obeliscus asperrimus lapis, in figuram metæ cujusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsam, utque radium imitetur, gracilescens, paullisper specie quadrata in verticem productus angustum, manu levigatus artifici. Hæc *Ammian.* Dicti sunt *obelisci*, quia in cuspidem desinunt veruculo similem. Differunt a pyramidibus, quæ longe sunt latiores, et structiles. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 8. 14. (64). Trabes ex Syenite marmore fecere reges quodam certamine, obeliscos vocantes, Solis numini sacratos. V. ibi, et *cap.* 9. 10. *et* 11. et apud *Ammian. loc. cit.* varias obeliscorum historias. V. *Zoega de orig. et usu obeliscor. Romæ* ann. 1797.; et adde *Isid.* 18. *Orig.* 31. *Sueton. Claud.* 20. *extr.* Navem demersit, qua magnus obeliscus ex Ægypto fuerat advectus. ¶ 2. *Auson. Edyll.* 14. 27. *de rosa.* Hæc aperit primi fastigia celsa obelisci, Mucronem absolvens purpurei capitis. *obeliscum* vocat ipsam rosam adhuc clausam, et coni, seu pyramidis parvæ figuram referentem. ¶ 3. Præterea obeliscus est virgula jacens veruculi figura, adscripta in libris, adnotandi gratia: quæ et *obelus* dicitur. *Augustin. Ep.* 10. *V.* ASTERISCUS, et OBELUS.; et *Rufin.* 2. *Invectiv. in Hieronym.* 36.

ŌBĔLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Obelatus.* — Obelare est obelo notare. *Isid.* 1. *Orig.* 20. Quoties multi versus improbantur, nec per singulos obelantur. *et ibid.* Diple superne obelata ponitur.

ŌBĔLUS, i, m. 2. ὀβελός, veru apud Græcos. Sic dicitur etiam nota quædam, veru jacentis figura, quæ adscribebatur libris, ubi quid esset notatu dignum, præsertim si dubium, aut improbandum. *nota critica* quæ et *obeliscus. Hieronym. Ep.* 112. *n.* 19. Miror quomodo Septuaginta Interpretum libros legas ab Origene emendatos sive corruptos per obelos et asteriscos. *Isid.* 1. *Orig.* 20. Obelus, idest virgula jacens, apponitur in verbis, vel sententiis superflue iteratis, sive in iis locis, ubi lectio aliqua falsitate notata est, ut quasi sagitta jugulet supervacua, atque falsa confodiat. Sagitta enim Græce ὀβελός dicitur. *Auson. procem. VII. Sapient.* 13. Pone obelos igitur, spuriorum stigmata vatum.

ŌBĔO, is, ivi *et* ii, itum, ire, 4. (ob *et* eo). *Obiunt* pro *obeunt*. *V.* OBIUNT loco suo. — *Obiet* pro *obibit*. *V.* EO, is, sub init. — Part. *Obiens, euntis* sub *A.* 2. *B.* 6. *b.*; *Obitus* sub *B.* 7. *b.*; *Obiturus* sub *A.* 4.; *Obeundus* sub *B.* 4. *a.* et 5. — Passive *obiri* sub *B.* 3. et 6. *b.* — Obire est idem atque ire versus, ad, in locum aliquem (It. *andare verso, a, in qualche luogo*; Fr. *aller vers, in, dans*; Hisp. *ir, andar hácia, en, dentro*; Germ. *an, zu, in etwas gehen oder kommen*; Angl. *to go to and fro, go through or all over, go all about*). Occurrit *A*) Absolute, h. e. Neutrorum more; et *B*) Active, h. e. cum Accusativo.

A) Absolute, h. e. Neutrorum more. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 1. 222. Donec vis obiit, quæ res diverberet ictu. *h. e.* intervenit, incurrit, occurrit, *intravenne.* Sic *Id. ibid.* 246. Incolumi remanent res corpore, dum satis acris Vis obeat pro textura cujusque reperta. *Cic. Arat.* 474. obit infera Perseus in loca. *Liv.* 31. 21. Prætor secum duos legatos, Cn. Lætorium et P. Titinium, habebat: cum quibus circumspicere et obire ad omnes hostium subitos conatus posset. Sic *Id.* 10. 25. Ne ad omnia simul obire unus non posset. ¶ 2. Speciatim *obire sidera* dicuntur, quum occidunt, aut evanescunt. *Lucret.* 4. 433. In pelago nautis ex undis ortus, in undis Sol fit ut videatur obire et condere lumen. *Cic.* 6. *de republ.* 20. In reliquis orientis, aut obeuntis solis partibus. *Id. Arat.* 467. Abditur Orion, obit et Lepus abditus umbra. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 26. 24. (95). An sidera obirent, nascerenturve. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 209. omnia functa, Aut moritura vides: obeunt noctesque diesque Astraque. ¶ 3. Item oppida, quæ intereunt excidio, aut ruina. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 39. (139). Et Agamede obiit, et Hiera. *et ibid.* 29. 31. (117). Obiit et Archæopolis etc. ¶ 4. Hinc *obire* absolute de hominibus est mori. *Plaut. Epid.* 3. 4. 76. Malo cruciatu ut pereas, atque lubeas cito. *Lucret.* 3. 1056. Ipse Epicurus obit decurso lumine vitæ. *Horat.* 3. *Od.* 9. *in fin.* Tecum vivere amem, tecum obeam libens. *Liv.* 5. 39. *ad fin.* Simul se cum illis palam dicere obiturus. Adde *Horat.* 2. *Sat.* 8. 59. et 2. *Od.* 20. 7. Sic *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (180). Obire gaudio. *et* 11. *ibid.* 37. 71. (187). morbo.

B) Active, h. e. cum Accusativo, est ire ad locum, aut personam aliquam, adire, subire. ¶ 1. Generatim. *Ennius* apud *Festum p.* 201. 8. *Müll.* Acherontem nunc obibo, ubi mortis thesauri objacent. *Al. leg.* adibo. *Cic.* 3. *Cat.* 10. 25. Tantum restitisset urbis, quantum flamma obire non potuisset. Huc *Forcellinus* refert et illud *Livii* 1. 54. Apud milites vero obeundo pericula ac labores, tanta caritate erat, ut etc. ¶ 2. Speciatim est incurrere, aggredi, *andare incontro, assalire. Sil. It.* 5. 644. Dumque ea commemorat, densosque obit obvius hostes, etc. *Id.* 4. 343. Ufentem collapsum poplite cæso Ensis obit. *h. e.* ensis incurrit in Ufentem eumque transabit. Sic *Id.* 17. 491. Jamque ardore truci lustrans fortissima quæque Nomina obit ferro. *h. e.* aggreditur, invadit. ¶ 3. A Poetis de rebus usurpatur pro circumdare, *circondare. Virg.* 10. *Æn.* 482. clipeum, tot ferri terga, tot æris, Quum pellis toties obeat circumdata tauri, etc. *Ovid.* 5. *Met.* 51. chlamydem limbus obibat Aureus. *Id.* 11. *ibid.* 417. Obit ora pallor. *h. e.* tegit, perfundit, occupat. *Val. Flacc.* 3. 179. Sonitus obit oculos. — Passive. *Ovid.* 1. *Fast.* 464. Hic ubi virginea campus obitur aqua. *h. e.* aditur, alluitur. ¶ 4. *Loca obire* — *a*) Dicuntur homines, qui ea circumeunt, percurrunt, peragrant, lustrant, *scorrere, girare. Cic.* 5. *Fin.* 29. 87. Tantas regiones barbarorum pedibus obiit. *Id.* 7. *Fam.* 1. Ut nostras villas obire, et mecum simul lecticula concursare possis. *Virg.* 6. *Æn.* 802. Nec vero Alcides tantum telluris obivit. *Cic.* 7. *Verr.* 12. 29. Prætores tum putant obeundam esse maxime provinciam, quum ea areis frumenta sunt. *Ovid. Heroid.* 16. 175. Sceptra parens Asiæ, qua nulla beatior ora Finibus immensis vix obeunda, tenet. — *b*) Sæpe est huc illuc ire, hic illic adesse quippiam præstandi causa, quum scilicet de iis sermo est, quæ præsentiam hominis variis in locis requirunt, *assistere, andar in persona, trovarsi presente, intervenire, girare qua e la per far qualche cosa. Nepos Dion.* 1. Legationes illustriores per Dionem administrabantur, quas ille diligenter obeundo, fideliter administrando, etc. *Cæs.* 5. *B. G.* 33. Quum propter longitudinem agminis minus facile per se omnia obire, et quid quoque loco faciendum esset, providere possent. *Cic.* 1. *Att.* 4. Venia, ad id tempus, quod scribis: obieris Q. fratris comitia. *et* 9. *ibid.* 13 *a med.* Obire cœnas. *h. e.* discurrere cœnandi gratia modo apud hunc, modo apud illum. *Sueton. Cal.* 11. Ganeas-capillamento celatus et veste longa noctibus obibat. *Liv.* 7. 15. *extr.* Ex rogatione novorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas et conciliabula obire soliti erant, compressam credebant. ¶ 5. Hinc *obire oratione* et *obire oculis*. — *a*) *Obire oratione* est dicendo percurrere. *Cic.* 4. *Verr.* 51. 125. Nolite exspectare, dum omnes obeam oratione mea civitates. — *b*) *Obire oculis* est lustrare, circumspicere, *scorrere con l'occhio. Plin.* 3. *Ep.* 7. *ad fin.* Xerxem, quum immensum exercitum oculis obisset, illacrimasse. *Virg.* 10. *Æn.* 447. obitque truci procul omnia visu. Adde *Sil. It.* 3. 169. Rursus *Plin.* 8. *Ep.* 18. *a med.* Quippe omnibus membris extortus et fractus, tantas opes solis oculis obibat. *h. e.* videbat tantummodo, non fruebatur. ¶ 6. Ratione habita significationis, quam paragr. 4. *b.* retulimus, *obire* ponitur pro peragere, perficere, exsequi, fungi, *fare, esequire, esercitare, maneggiare*. — *a*) Generatim. *Cic. Arch.* 6. 13. Quantum ceteris ad res suas obeundas conceditur temporis. *Id.* 1. *Orat.* 38. 173. Judicia privata magnarum rerum obire. *Liv.* 2. 8. Non sufficientibus viribus ad consularia munera obeunda. *Id.* 3. 6. *sub fin.* Munus vigiliarum senatores, qui per ætatem ac valetudinem poterant, per se ipsi obibant. *Justin.* 41. 3. 4. Equis omni tempore vectantur: illis bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt. *Cic. Manil.* 17. 53. Ita clausa erant maria, ut neque privatam rem transmarinam, neque publicam jam obire possemus. *et ibid.* 12. 34. Obeundi negotii, aut consequendi quæstus studio tot loca adire. *Colum.* 12. *R. R.* 3. 6. Quum frigoribus aut pruinis mulier sub dio rusticum opus obire non poterit. *Plin. Paneg.* 71. Obire omnes numeros comitatis. *Cic.* 1. *leg. Agr.* 3. 8. Obeundarum hereditatum causa. *h. e.* visendarum, et adeundarum. *Liv.* 4. 7. Quia duo consules obire tot simul bella nequirent. *Id.* 1. 20. Obire sacra. *Cic.* 1. *Cat.* 10. 26. facinus. *Stat.* 1. *Achill.* 149. imperia. *eseguire i comandi. Val. Flacc.* 3. 710. ministeria. — *b*) Speciatim *obire vadimonium* est ad vadimonium ire, ad diem se sistere. *Cic. Quinct.* 17. 54. Vadimonium mihi non obiit quidam socius meus. — Et passive *Id. ibid.* 16. 53. Qua tibi vadimonium non sit obitum, eadem te hora consilium cepisse etc. — Et absolute *Plin.* 8. *Ep.* 12. Si litibus tererer, obstrictum esse me crederem obeunti ad vadimonia mea. *h. e.* discurrenti et ausistenti mihi, dum mea vadimonia exsequor. — *c*) Item speciatim *obire diem, annum*, est certo statutoque die adesse, præsto esse, se præsentem exhibere, ad diem se sistere. *Cic.* 10. *Fam.* 24. Multi clarissimi viri, quum reipublicæ darent operam, annum petitionis suæ non obierunt. *lasciarono correre, non si presentarono a concorrere.* et *Amic.* 2. 7. Quum in hortos Bruti commentandi causa venissemus, tu non affuisti, qui diligentissime semper illum diem, et illud munus solitus esses obire. *Id.* 3. *Phil.* 8. 20. Antonius diem edicti obire neglexit. *Id.* 13. *Att.* 14. Obire auctionis diem facile poterunt. ¶ 7. Hinc *obire diem* et *obire mortem*. — *a*) *Diem suum, supremum obire*, et *diem obire* est mori, *morire*: quasi sistere se ad diem a Deo constitutam. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 12. *a med.* Paullo ante lucem Marcellum diem suum obiisse. *Nepos Miltiad.* 7. *extr.* et *Dion.* 2. *extr.* Somno sopitus diem obiit supremum. *Id. ibid.* 10. *in fin.* et *Sueton. Vesp.* 1. Diem obiit circiter annos quinquaginta natus. — *b*) *Obire mortem*, quasi adire, *incontrar la morte, morire. Paul. Diac. p.* 147. *Müll.* Mortem obiisse ea consuetudine dicitur, qua diverunt antiqui, ob Romam legiones ductas, et, ob Trojam duxit exercitum. (*V.* OB) pro ad: similiter vadimonium obiisse, id est ad vadimonium isse, et obviam, ad viam. *Ter. Andr.* 1. 3. 18. et *Plaut. Aulul. prol.* 15. fuit olim quidam senex mercator: Is obiit mortem. *Cic.* 5. *Phil.* 17. 48. Alexander tertio et tricesimo anno mortem obiit. *Id. Cluent.* 17. 48. Quis dubitet, quin aut obeunda mors Cluentio, aut suscipienda accusatio fuerit? — *Letum obire* poetice *Lucret.* 5. 1420. Ut letum insidiis qui gessit primus obiret. — Ceterum passive *morte obita* apud *Cic. Sext.* 38. 83. Quos a majoribus nostris morte obita positos in illo loco atque in rostris collo-

catos videtis. *Virg.* 10. *Æn.* 641. eodem loquendi modo utitur; item *Lucret.* 1. 135., et *Auson.* non semel. — *Obitus*, qui mortuus est, *defonto*, ὁ τεθνεώς, ut est apud *Priscian.* 9. p. 869., ubi affert hæc verba ex *Livio Andron.* in *Protesilao*: Cupidius miserulo obitus. *Apul. de Mundo.* Genlis ministratur, obitis libatione profunditur. *V.* OBII. *Paulin. carm.* 24. 568. Ergo probant obiti, quod damnavere magistri. *Inscript.* non optimæ notæ apud *Gruter.* 741. 1. FILII POSVERVNT MEMORIAM PATRI SVO SATVRNIANO POTIO OBITO CVM COMPARE SVA VALENTINIANA VOLVSIA. Alia *inscript.* optimæ notæ apud *Orell.* 2673. CONCVBINAE OBITAE. Adde *aliam* apud *eumd.* 4408.

ŌBĒQUĪTO, as, āvi, are, n. 1. (ob *et* equito). Part. *Obequitans* I. *b.* — Obequitare est circumequitare, καθιππεύω (It. *cavalcare intorno*; Fr. *chevaucher auteur ou devant, parcourir à cheval*; Hisp. *cabalgar al derredor ó delante*; Germ. *an etwas hinreiten, heranreiten*; Angl. *to ride round*).

I.) Proprie. — *a*) Sæpissime cum Dativo. *Liv.* 2. 45. Obequitando castris provocandoque. *Id.* 21. 54. Obequitare jubet hostium portis, jaculandoque in stationes elicere ad pugnam hostem. Adde *eumd.* 29. 34. Sic *Curt.* 8. 10. Obequitare mœnibus. *et* 10. 9. peditibus. *et* 3. 10. Quum agmini obequitaret, varia oratione milites alloquebatur. *Ita legit* Mützell.; Forcellinus *et alii* agmen. *Ammian.* 24. 1. Obequitare ordinibus. — *b*) Cum Accus. *Ammian.* 24. 2. Cujus (*urbis*) obequitans mœnia imperator. — *NB.* Pro equitare simpliciter affertur illud *Livii* 24. 31. *a med.* Tanto clamore ad arma discursum est, ut prætores inter tumultum obequitaverint Syracusas. *Al. rectius leg.* adequitaverint.

II.) Translate. *Quintil.* 10. 9. 3. Si juris anfractus, aut eruendæ veritatis latebras adire cogetur (*oratio*), non obequitabit, nec illis vibrantibus concitatisque sententiis velut missilibus utetur.

ŌBERRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

ŌBERRO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (ob *et* erro). Part. *Oberrans* II. 1.; *Oberratus* I. — Oberrare est circum errare, hac et illac vagari, πλανάομαι (It. *errare intorno, andare vagando qua e là*; Fr. *errer autour*; Hisp. *errar al derrero*; Germ. *umherirren, -schweifen*; Angl. *to wander up and down, wander about, stray over*).

I.) Proprie. *Tac.* 1. *Ann.* 65. Quum ipsi passim adjacerent vallo, oberrarent tentoriis, insomnes magis, quam pervigiles. *Curt.* 6. 5. Ignotis locis plerique oberrabant. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 16. (60). Mustela, quæ in domibus nostris oberrat. *Pers.* 4. 26. Dives arat Curibus, quantum non milvus oberret. *Seneca Hippol.* 1077. sequitur assiduus comes, Nunc æqua carpens spatia, nunc contra obvius Oberrat. *h. e.* vagatur contra vel ante illum. *Pers.* 5. 155. subeas alternus oportet, Ancipiti obsequio dominos alternus oberres. — Part. *Oberratus* passiva signific. *Apul.* 9. *Met.* Paucis casulis atque castellis oberratis, divertimus ad quempiam pagum. *girati intorno.*

II.) Translate. ¶ 1. Oberrare dicuntur etiam inanima et abstracta. *Curt.* 3. 4. Crebris oberrantibus rivis, qui ex radicibus montium manant. Cf. *Sil. It.* 7. 139. Qualis Mæonia passim Mæandrus in ora, Quum sibi gurgitibus flexis revolutus oberrat. *Claudian.* 2. *in Rufin.* 93. Magna quidem per rura lues, sed major oberrat Intra tecta timor. *Id.* 1. *Rapt. Pros.* 260. Vitales utrimque duas (*zonas, plagas cœli*) quas mitis oberrat Temperies. ¶ 2. Metaphora inest in his. *Seneca Herc. Fur.* 1280. jamdudum mihi Monstrum Impium sævumque oberrat. *h. e.* obversatur. Sic *Curt.* 8. 6. *ad fin.* Rex, quum tanti periculi imago oculis oberraret, etc. — *Horat. Art. P.* 355. et citharædas Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem. *h. e.* peccat, errat.

ŌBESCET, oberit, vel aderit. *Paul. Diac. p.* 188. 9. *Müll.* Nempe *escit* dicebant pro erit, et *superescit*, supererit. Ergo hic *obescet* est pro *obescit.*

ŌBESCO, as, are, a. 1. ὀλισθάνω, escam præbeo, pasco. *Colum.* 8. *R. R.* 7. 4. Madefacto triticeo pane obescant avem. Al. leg. *obesant*, hoc est saginant.

ŌBĒSĬTAS, ātis, f. 3. (obesus) pinguedo, *grassezza*, πολυσαρκία. — *a*) De hominibus. *Sueton. Domit.* 18. Postea calvitio quoque deformis, et obesitate ventris, et crurum gracilitate. *Id. Claud.* 41. Obesitate cujusdam fractis subselliis. *Colum.* 6. *R. R.* 24. 3. Ne steriles eas reddat nimia corporis obesitas. — *b*) De plantis. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (219). Laborant arbores et fame, et eruditate: aliquæ vero et obesitate.

ŌBĒSO, as, are, a. 1. *ingrassare*, sagino. *V.* OBESCO.

ŌBĒSUS, a, um, adject. Comp. *Obesior*, et Sup. *Obesissimus* sub *B.* I. 1. — Obesus

A) Ab inusit. *ŏbĕdo, ŏbēsum, ŏbĕdĕre*, est ¶ 1. Idem atque exesus, adesus, *corroso. Sever. Ætn.* 434. nec obesa cavamine terra est. ¶ 2. Hinc est *magro, consunto, esile, gracile*, exilis, macer. *Nævius* apud *Gell.* 19. 7. Corpore, pectoreque undique obeso, ac mente exsensa, tardigenulo senio oppressum. Ubi *Gellius*: Obesum hic notavimus proprie magis, quam usitate dictum pro exili atque gracilento. *Nonius p.* 361. 17. *Merc.* eadem docet eumdem *Nævii* locum afferens.

B) Ἀκύρως vel κατ' ἀντίφρασιν, ut ait *Gell. ibid.*, h. e. improprie, vel per antiphrasim significat uberem, pinguem, *grasso, pingue, corpulento. Paul. Diac. p.* 188. 12. *Müll.* putat ita dici, quasi ob edendum factus: quod non placet. Recentiores vero philologi volunt, *obesum* hoc sensu mediam Verborum apud Græcos vim præ se ferre.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cels.* 2. 1. Corpus habilissimum quadratum est: neque gracile, neque obesum. *Virg.* 5. *G.* de notis equi generosi. 80. brevis alvus, obesaque terga. *Apul.* 7. *Met. de equo.* Ille terga pulposis toris obesa convertens. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 40. quum sit obeso Nil melius turdo. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 15. Habilis et modica corporatura pecoris operarii debet esse, nervisque et musculis robusta, non adipibus obesa. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 79. (200). Iidem minus solertes, quibus obesissimus venter. *Id.* 8. *ibid.* 26. 40. (96). Hippopotamus adsidua satietate obesus. *Martial.* 13. 84. Scarus obesus. *Claudian.* 1. *in Eutrop.* 132. obesus Lacte canis. *Sueton. Ner.* 51. Obesa cervix. *Apul.* 10. *Met.* Cibis affatim saginatus, corpus obesa pinguitie compleveram. ¶ 2. Latiori sensu dicitur *obesus* tumens, amplus, crassus, sine respectu ad pinguedinem. *Colum.* 7. *R. R.* 10. 6. *de sue.* Non est contentum potione aquæ, nisi obesam illuviem, atque distentam pabulis alvum demerserit ac refrigeraverit. *Apul.* 11. *Met.* Cutis crassa tenuatur, venter obesus resident. *Virg.* 3. *G.* 497. quatit ægros Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis. *h. e.* angina tumentibus. *Cassiod.* 11. *Variar.* 14. Addua in septentrionem obesiore alvei ventre generatur.

II.) Translate est hebes, tardus, obtusus, stupidus, *ottuso, tardo, rozzo, grosso*, quia pinguedo sagacitatem et solertiam impedit et acrem sensum. *Horat. Epod.* 12. 2. Munera quid mihi, quidve tabellas Mittis nec firmo juveni, neque naris obesæ? Namque sagacius unus odoror, Polypus, an gravis hirsutis cubet hircus in alis. *Calpurn.* 4. *Ecl.* 147. Rustica credebam nemorales carmina vobis Concessisse deos, et obesis auribus apta. *Auson. epigr.* 7. 20. Numerumque doctis involutum ambagibus Ignorat alto mens obesa viscere. — *Obeso somno mori* dicuntur apes a *Sulpicia. Satyr.* 56., quum oblitæ favorum desidiæ se dedere, et situ veluti marcescunt.

ŌBEX (*pro* obiex), ōbĭcis *et* objĭcis, m. et f. 3. (objicio). Etiam in casu Nominativo *obex* primâ syllabâ longâ dixit *Alcim.* 1. 288. tunc redditur alveo Pristina riparum conclusis fluctibus obex. et *Sidon. Paneg.* 2. 492. Cerea destituit resolutis axibus obex. — Quod ad scriptionem attinet, apud *Virg.* 2. *G.* 480., loco infra cit. sub I., *obicibus* simplici *i* legebat *Sulpicius Apollinaris* apud *Gell.* 1. 17., sed ita ut *i* litteram, quæ in vocabulo quoque gemina esse debet, paullo uberius largiusque pronunciaret. Nam verbum istud, cui particula *ob* præposita est, non *icio* est, sed *jacio.* Etiam *Pierius* ad *Virg.* 10. *Æn.* 377. testatur, *obice* unico *i* scribi in antiquis codicibus, quamvis ibi sit dactylus. Usus vero obtinuit, ut omnia ex *jacio* composita nonnisi unico *i* scriberentur, ut *conicere, obicere, subicere*, in quibus *i* modo longa est, quia pro duplici *ii* esse censetur, modo brevis, quia pro simplici accipitur. — Feminino genere, certa lectione exhibent *Virg.* 10. *Æn.* 377.; *Plin. Paneg.* 47. *a med.*; *Gell.* 17. 11. *in fin.*; *Apul.* apud *Priscian.* 3. p. 615. *Putsch.*; et *Ammian.* 21. 12. et 27. 10.; dubia *Ovid.* 14. *Met.* 780. et *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 34. — *Obex*, ab *objicio*, est quidquid objicitur et opponitur ad claudendum et impediendum: hinc *Paul. Diac. p.* 187. 1. *Müll.* Obices pessuli, seræ. (It. *sbarra, sbarro, serrame, ostacolo*; Fr. *tout obstacle matériel, verron, barre, traverse, barrières*; Hisp. *obstáculo, barra, barrera*; Germ. d. *Vorgeschobene, der Riegel, Wall*; Angl. *a bar or bolt, to secure a gate; any obstruction or obstacle*).

I.) Proprie. — *a*) De portis. *Virg.* 8. *Æn.* 227. fultosque emuniit obiice postes. *Ovid.* 14. *Met.* 780. portasque petunt, quas obiice firma Clauserat Iliades. *Al. leg.* firmo. *Priscian.* 2. *p.* 582. *Putsch.* leg. obiice fultas. *Tac.* 3. *Hist.* 30. Ferrati portarum obices. *et* 13. *Ann.* 39. Obices portarum subversi. *Sil. It.* 4. 24. robora portis Et fidos certant obices arcessere silva. *Apul.* apud *Priscian.* 3. *p.* 615. *Putsch.* Infirma scamellorum obice fultæ fores. *Ammian.* 21. 12. *a med.* Alii ferratas portarum obices effringendas adorti. — *b*) De aliis rebus. *Virg.* 4. *G.* 422. Intus se vasti Proteus tegit obiice saxi. *Id.* 10. *ibid.* 377. Ecce maris magna claudit nos obiice pontus. Ubi *Servius*: Modo usus habet, ut *hic obex* dicamus; unde quidam *magno obiice* legunt. Rursus *Virg.* 2. *G.* 480. maria alta tumescunt, Obiicibus ruptis. *rotti gli argini, i ripari.* Sic *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 34. victa proruperat obiice Nereus. *Al. leg.* victo. et *Stat.* 3. *Theb.* 673. Quum vagus in campos frustra prohibentibus exit Obiicibus. *Seneca Herc. Fur.* 999. Huc eat et illuc aula dejecto obiice. *et* 237. Utrimque montes solvi abrupto obiice, Et jam ruenti fecit Oceano viam. *Inscript.* apud *Orell.* 708., quæ pertinet ad a. post Chr. n. 46. VIAM CLAVDIAM AVGVSTAM QVAM DRVSVS CAESAR PRIVS OBICIB. PATEFACTIS ITER EXSICCATO FLVMINE PVRGAV. *etc. Gell.* 17. 11. *in fin.* Quadam quasi obice sustentatus. *Ammian.* 27. 10. *med.* Princeps ulterius tendens, quum prope locum venisset, cui Solicinio nomen est, velut quadam obice stetit, doctus procursantium relatione verissima Barbaros longe conspectos. *Id.* 16. 12. *med.* Pertinax miles scutorum obicibus vertices tegens. *h. e.* scutis.

II.) Translate. *Plaut. Pers.* 2. 2. 21. commorandum est mihi apud hanc obicem. *h. e.* apud hanc ancillam, quæ me remoratur. Al. aliter leg. *Liv.* 9. 3. Per obices viarum, per adversa montium, per silvas eamus. *Plin. Paneg.* 47. *a med.* Nullæ obices, nulli contumeliarum gradus.

OBFĪDES. *V.* OBSES.

OBFIRMĀTĒ, OBFIRMĀTUS, OBFIRMO et similia. *V.* OFFIRMATE, OFFIRMATUS, OFFIRMO, etc.

OBGANNĬO, OBGANNĪTUS. *V.* OGGANNIO, OGGANNITUS.

ŌBHERBESCO, is, ere, n. 3. (ob *et* herbesco) herbam circumfundere. *Gloss. Lat. Gr.* Obherbesco, περιβοτανίζω. *V.* OBHERBESCERE.

ŌBHÆRĔO, es, ere, n. 2. (ob *et* hæreo). Præter. perf. *Obhæsi V.* in voc. seq. — Part. *Obhærens.* — Obhærere est idem ferme quod hærere, adhærere, *attaccarsi, appiccarsi, fermarsi*, προσέχομαι, προσκολλάομαι. *Sueton. Tib.* 2. Claudia navem cum sacris Matris Deum Ideæ obhærentem Tiberino vado extraxit. *Lactant. Opif. D.* 11. Ne qui forte obhæreant ac resistant. *stieno appesi.*

ŌBHÆRESCO, hærescis, hæsi, hærescere, inchoat. n. 3. (ob *et* hæresco) idem ferme atque adhærescere, *essere attaccato.*

I.) Proprie. *Apul.* 6. *Met.* Lanosum aurum reperies, quod passim stirpibus connexum obhæresci. *Lucret.* 4. 421. ubi in medio nobis equus acer obhæsit Flumine. *Sueton. Ner.* 19. Quum in æde Vestæ resedisset, consurgenti ei lacinia obhæsit.

II.) Translate. *Seneca Tranquill.* 8. Utrisque (*pauperibus et locupletibus*) pecunia sua obhæsit, nec sine sensu revelli potest.

ŌBHERBESCERE, herbam increscere. *Festus p.* 190. 5. et *Paul. Diac. p.* 191. 8. *Müll. V.* OBHERBESCO.

ŌBHORRĔO, es, ere, a. 2. (ob *et* horreo) horridus usquequaque sum. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 34. (113). Cujus alterum genus sanguineis punctis obhorret. *Ita* Areval. *ad* Isid.; *at* Sillig. *abhorret.*

ŌBHŪMO, as, are, a. 1. (ob *et* humo) humo opplere, *riempire di fango. Tertull. Pall.* 2. *ante med.* Ceteri quoque ejus (*terræ*) ornatus, si quid non aliud ex alio mutant, eo montium scapulæ decurrendo, et fontium venæ cavillando, et fluminum viæ obhumando. *h. e. il dorso del monte crollando, le vene de' fonti nascondendosi, le vie de' fiumi riempiendosi di fango.*

ŌBĬENS, ēuntis. *V.* OBEO.

ŌBĬGĬTO. *V.* OBAGITO.

ŌBĬI, ōrum, m. plur. 2. mortui. *Apul. de Mundo.* Geniis ministratur, obiis libatione profunditur. Alii rectius leg. *obitis.* V. *Obitus, a, um* in OBEO.

ŌBĪNĀNIS, e, adject. idem atque inanis. *Varro* 3. *R. R.* 9. 11. *de ovo gallin.* Quum ad lumen sustuleris, quod perluceat, id esse obinane, ajunt. Alii melius divisim leg. *ob inane.*

ŌBĪNDUCTUS, a, um, adject. qui clam irrepsit: ab *ob* et *inductus. Gloss. Philox.* Obinoctus, παρεισακτος.

ŌBĪNUNT, obeunt. *Festus p.* 189. 4. et *Paul. Diac. p.* 188. 4. *Müll.* Sic *nequinunt*, nequeunt.

ŌBĪRĀSCOR, asceris, ātus sum, asci, dep. 3. (ob *et* irascor). Part. *Obirascens* et *Obiratus.* — Obirasci est idem quod irasci, vel contra irasci. *Liv.* 1. 31. Aut fortunæ obirati cultum reliquerant deum. Adde *Senec. Constant.* 19. et *Ep.* 56. *a med.*, ubi similiter Part. *Obiratus* occurrit. *Id. Seneca Tranquill.* 2. *a med.* Obirascens fortunæ animus. *Apul. de Mag.* Quum male audiunt, obirascuntur. Adde *eumd. Florid. n.* 17.

ŌBĪRĀTIO, ōnis, f. 3. *sdegno*, iracundia. *Cic.* 6. *Att.* 3. *a med.* Abiit iratus. Hujus nebulonis obiratione si Brutus moveri potest, licebit eum solus ames; me æmulum non habebis. *Ita edidit* Orell. *Codicem* γ. B. 3. 1. 2. *secutus; alii vero Codices miram exhibent lectionis varietatem.*

ŌBĪRĀTUS, a, um. *V.* OBIRASCOR.

ŌBĪTER, adverb. ex *ob* et *iter* factum, ut *Priscian.* 15. *p.* 1014. *Putsch.* docet, proprie significat per iter, in via, inter eundum, in transeundo, ἐν παρόδῳ (It. *per via, di passaggio, in passando*; Fr. *en voyageant, en voyage, en chemin*; Hisp. *viajando*; Germ. *auf dem Wege, im Vorbei-Vorübergehen*; Angl. *by the way, in going along, as one goes along*).

I.) Proprie. *Juvenal.* 3. 239. turba cedente vehetur Dives, et ingenti curret super ora Liburno, Atque obiter leget, aut scribet, aut dormiet intus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 23. (97). Major pars Italiæ utitur rotis, quas aqua verset obiter, et molat. *in correndo.* et 11. *ibid.* 37. 55. (148). Angustiæ pupillæ obiter incidentia facile declinant. *et* 29. *ibid.* 3. 11. (48). *de ovis.* Cibo quot modis juvent, notum est, quum transmeant faucium tumorem, calfactuque obiter foveant. *in passando.* et 33. *ibid.* 4. 21. (74). Alius par labor: flumina ad lavandam hanc ruinam jugis montium obiter ducere a centesimo plerumque lapide. *h. e.* ita flectendo eorum cursum, ut ire ac fluere non cessent, et inter fluendum lavent. — Etiam aurea Latinæ Linguæ ætate in usu fuit. Unde *Augustus* apud *Charis.* 2. *p.* 187. *Putsch.* reprehendebat Tiberium, quod scriberet *per viam* ἀντὶ τοῦ *obiter.* Etiam *Laberius* usurpasse dicitur, teste *eod. ibid.* Integrum *Charisii* locum adscribo: Obiter divus Hadrianus sermonum primo quærit, an Latinum sit: Quamquam, inquit, apud Laberium hæc vox esse dicatur, et quum Scauros Latinum esse neget, Addit, quia veteres *eadem* soliti sint dicere, non addentes *via*, ut sit κατ' ἔλλειψιν, ut Plautus (*Bacch.* 1. 1. 15.), inquit, Eadem bibes, eadem tibi dedero savium. — De Augusto ita subdit: Divus Hadrianus: Tametsi, inquit, Augustus non pereruditus homo fuerit, ut id adverbium usu potius, quam lectione protulerit. Hæc *Charisius.*

II.) Translate. ¶ 1. Universim *obiter aliquid facere* dicimus, quum aliud agentes simul et illud facimus, per occasionem, eodem tempore, eadem opera, in transitu, *incidentemente, di passaggio. Petron. Satyr.* 31. Ne in hoc quidem tam molesto tacebant officio, sed obiter cantabant. *et* 92. Interrogo ego, quot estis? obiterque per rimam speculari cœpi. *Seneca* 3. *Ira* 1. *a med.* Ira non in ea tantum, in quæ destinavit, sed in occurrentia obiter sævit. *Juvenal.* 6. 481. Verberat, atque obiter faciem linit. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 37. (118). Libet obiter vanitatem magicam hic quoque coarguere. *Id.* 29. *ibid.* 5. 30. (96). Sevum struthiocamelinum tunc venisse sestertiis triginta, obiter dictum sit. *Id.* 33. *ibid.* 8. 44. (127). Inficitur ita ramentum obiter, dum uritur. *Pompon. Dig.* 18. 5. 1. *extr.* Dicendum est, patre paciscente et liberato adversario, filium quoque obiter liberari. *per consequenza, in conseguenza.* ¶ 2. Pro eodem tempore, e vestigio, protinus. *Gloss. Philox.* Ἐν τῷ αὐτῷ, inibi, obiter. *Quintil. declam.* 10. 16. *sub fin.* Pessimus parentum, qui dum liberos suos sepeliunt, flere contenti, ut obiter ab rogo siccis oculis revertantur. *Apul.* 6. *Met.* Multis onustos rebus rursum, ne breviculo quidem tempore refectos, obiter reducunt. ¶ 3. *Obiter* est etiam idem ac fere, quasi. *Sidon.* 7. *Ep.* 2. *de adolescente et puella nupturis.* Anni obiter thalamo pares.

ŌBĬTUS, a, um. *V.* OBEO.

ŌBĬTUS, us, m. 4. (obeo). *Obitus, i*, m. 2. ἀρχαϊκῶς, ut *senati* pro *senatus, tumulti* pro *tumultus. Apul.* 2. *Dogm. Plat.* Sed neque obiti causa lamentationes suscipi oportet — Obitus ¶ 1. Est aditus, interventus, occursus, *venuta, incontro. Paul. Diac. p.* 188. 7. *Müll.* Obitu dicebant pro aditu. *Nonius p.* 357. 21. *Merc.* Obitus rursus adventus. *Accius* apud *eumd. ibid.* Attat, nisi me fallit in obitu sonitus. *Turpilius* apud *eumd. ibid.* Equis est, qui interrumpit sermonem meum obitu suo? *Ter. Hecyr.* 5. 4. 17. Antiquam adeo tuam venustatem obtines, Ut voluptati obitus, sermo, adventus tuus, quocumque adveneris Semper sit. Ubi *Donat.* Inter obitum et adventum hoc interest, quod obitus est, quem casus affert: adventus, quem voluntas et destinatus locus. *Apul.* 9. *Met.* Nec immerito priscæ poeticæ divinus auctor apud Grajos, summæ prudentiæ virum monstrare cupiens, multarum civitatum obitu et variorum populorum cognitu summas adeptum virtutes cecinit *Homerus Odyss. l.* 1. *v.* 1. eumdem πολύτροπον vocat. Hinc *Horat. Art. P.* 142. Qui mores hominum multorum vidit et urbes. ¶ 2. Item est occasus, et dicitur de stellis, *occaso, il tramontare. Cic.* 1. *Divinat.* 56. 128. Solis et lunæ reliquorumque siderum ortus, obitus motusque cognoscere. Adde *eumd.* 1. *Orat.* 42. 187. et 2. *Nat. D.* 7. 19. Sic *Lucret.* 4. 393. longos obitus (*sidera*) exorta revisunt, Quum permensa suo sunt cælum corpore claro. *Catull.* 66. 2. Qui stellarum ortus comperit atque obitus. *Virg.* 1. *G.* 257. Nec frustra signorum obitus speculamur et ortus. ¶ 3. Prægnanti, uti ajunt, significatione est mors, interitus, pernicies, *morte, obito, disfatta, rovina. Cic.* 2. *de republ.* 31. Tantum odium populum Romanum regalis nominis tenuit, quantum tenuerat post obitum, vel potius excessum Romuli desiderium. *et* 1. *ibid.* 41. Sicut ait Ennius post optimi regis obitum. *Sulpicius* apud *Cic.* 4. *Fam.* 5. Posteaquam mihi renunciatum est de obitu Tulliæ, filiæ tuæ. *Brutus* apud *eumd.* 11. *ibid.* 10. Quantam perturbationem rerum urbanarum afferat obitus consulum. *Cæs.* 2. *B. G.* 29., et *Nepos Timoth.* 4. Post eorum obitum. *Ovid* 3. *Met.* 136. dicique beatus Ante obitum nemo supremaque funera debet. *Sueton. Cal.* 8. Obitus immaturus. *Tac.* 3. *Ann.* 19. Vipsania excessit, una omnium Agrippæ liberorum miti obitu. *Virg.* 4. *Æn.* 493. longum miserata dolorem Difficilesque obitus. *Cic.* 2. *Divinat.* 16. 37. Non ergo omnium interitus atque obitus natura conficiet. *Orellius* ortus: *V.* ibi varr. lectt., et *Moser.* ad h. l. *Id. Pis.* 15. 34. Qui dies post obitum occasumque nostrum rei publicæ primus illuxit. *h. e.* post exilium nostrum. ¶ 4. Item est exsecutio, sicut dicimus *obire munus* pro exsequi. *Tertull. Fug. in persecut.* 1. Ante determinari oportet de statu ipsius persecutionis, utrum a Deo obvenit, an a diabolo, quo facilius de obitu ejus constare possit.

OBJĂCĔO, ces, cŭi, cere, n. 2. (ob *et* jaceo). Part. *Objacens.* — Objaceo est idem atque contra, ante, vel e regione, aut obviam, aut circum jaceo, seu positus sum, ἀντίκειμαι; hinc *Festus p.* 205. 9. *Müll.* Objacuisse ante jaculsse. (It. *giacere contra, o all'incontro, dinanzi, presso, all'intorno*; Fr. *être couché devant, être situé auprès, autour ou en face*; Hisp. *estar acostado delante, junto, cerca*; Germ. *vor-, bei etwas liegen, vorliegen*; Angl. *to tie against or in the way*). Occurrit — *a*) Generatim. *Ennius* apud *Festum p.* 201. 8. *Müll.* Acherontem obibo, ubi mortis thesauri objacent. *Liv.* 2. 65. Saxa objacentia pedibus ingerit in subeuntes. Sic *Id.* 9. 2. Saxorum ingentium objacens moles. *Colum.* 2. *R. R.* 17. 2. *Schneid.* Omnes lapides, et si qua objacent faicibus noxia, colligi debent. *Frontin. Aquæd.* 93. Paucis circa ipsum oppidum objacentibus cultis. — *b*) Speciatim de regionibus. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 19. (57). Spiræo promontorio objacent Eleusa, Adendros, etc. *Tac.* 5. *Hist.* 6. *de Judæa.* A meridie Ægyptus objacet: ab occasu Phœnices et mare. *Mela* 2. 3. Græcia Ioniis fluctibus objacet. *Plin.* 6. *Ep.* 31. *a med.* In ore portus insula assurgit, quæ illatum vento mare objacens frangat. *Stat.* 4. *Theb.* 61. quaque objacet alto Isthmos, et terris maria inclinata repellit.

OBJECTA, ōrum, n. plur. 2. *V.* OBJICIO in fin.

OBJECTĀCŬLUM, i, n. 2. (objecto) obex, obstaculum. *Varro* 3. *R. R.* 17. 9. Objectaculo, quo æstus (*maris*) bis quotidie ab exorta luna ad proximam novam introire ac redire rursus in mare posset. *Pontedera Oper. post. T.* 1. *p.* 106. conjectabat legendum ex Codd. vestigiis *objecto spiraculo*; at *Schneider.* præfert *objecta mole.*

OBJECTĀMEN, ĭnis, n. 3. (objecto) objectatio, exprobratio. *Gloss. Lat. Gr.* Objectamen, ἐγκλημα.

OBJECTĀMENTUM, i, n. 2. (objecto) *rinfacciamento*, objectatio, exprobratio. *Apul. de Mag. sub init.* Quæ quum intelligerem non tam crimina judicio, quam objectamenta jurgio prolata, etc.

OBJECTĀTĬO, ōnis, f. 3. actus objectandi, h. e. opponendi, exponendi, atque adeo interveniendi.

I.) Proprie. *Capell.* 6. *p.* 313. Benignitate largissima sensim ipsam notionem meæ objectationis aperui. *h. e.* monstravi, quid utilitatis meo interventu proveniat.

II.) Translate est oppositio, exprobratio, *rinfacciamento. Cæs.* 1. *B. C.* 60. Quum ex aliorum objectationibus, tum etiam ex domestico judicio atque animi conscientia intelligebant.

OBJECTĀTUS, a, um. *V.* OBJECTO.

OBJECTĬO, ōnis, f. 3. actus objiciendi, h. e. opponendi contra aliquem.

I.) Proprie. *Arnob.* 6. 3. Deos convenit tectorum munitionibus claudere, saxorum aut objectione tutari? *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *n.* 20. Iis rebus, quæ commovere caput valent, ut sunt ea, quæ cum objectione plurima corporis fieri jubentur. *h. e.* jactatione.

II.) Translate. ¶ 1. Est exprobratio. *Tertull.* 2. *ad Uxor.* 5. *extr.* Objectio nominis. *Capell.* 5. *p.* 142. Intentio est objectio ejus facti, quod in judicium venit. ¶ 2. Item id, quod adversario objicitur. *Augustin. de Natur. et Grat.* 10. Oblitus est jam se illi respondere, qui rem non negat, cujus objectionem paullo ante proposuerat. Sic *Vet. Schoniast.* ad *Juvenal.* 10. 324. *Sed casto quid forma nocet?* Quasi objectio. Adde *eumd. ibid.* ad *v.* 346.

OBJECTO, as, āvi, atum, are, a. 1. frequentat. vel intens. ab *objicio.* — Part. *Objectans* I.; *Objectatus* II. 2. — Objectare est ante aliquem jacere, opponere, προβάλλω. (It. *gittare dinanzi, opporre*; Fr. *mettre devant, opposer*; Hisp. *poner, meter delante, oponer*; Germ. *vor-entgegenwerfen, -stellen*; Angl. *to throw in the way of, expose*).

I.) Proprie. *Virg.* 1. *G.* 386. pelagi volucres Nunc caput objectare fretis, nunc currere in undas. *h. e.* injicere, immergere, *attuffare, cacciare il capo nell'acqua. Stat.* 2. *Theb.* 601. non segnius ardet Iluc illuc clipeum objectans.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est objicere, exponere, *esporre, mettere a cimento. Sall. Jug.* 7. Statuit eum objectare periculis. Sic *Virg.* 2. *Æn.* 721. caput objectare periclis. *Id.* 4. *G.* 218.

corpora bello. *Tac.* 1. *Ann.* 5. aliquem dolo et casibus. *Virg.* 12. *Æn.* 229. Non pudet, o Rutuli, pro cunctis talibus unam Objectare animam? — Huc referri potest et illud *Ovid. Halieut.* 91. Objectare moras. *h. e.* interponere. ¶ 2. Speciatim est exprobrare, opponere, crimini dare, *opporre, rinfacciare, accusare.* — *a*) Cum Accusat. rei et Dativo personæ. *Plaut. Trin.* 3. 2. 28. Objectare alicui inopiam. *Cic. Dom.* 29. 76. In isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum objectas, sed etiam laudem illustras meam. Adde *Sall. Jug.* 85. ed. *Kritz. Cæs.* 3. *B. C.* 48. Quum in colloquiis Pompejani famem nostris objectarent. *Sall. Jug.* 94. ed. *Kritz.* Objectare alicui vecordiam. *Liv.* 9. 34. *a med.* Contagio ejus, quod quærebat ipse, criminis objectata ab inimicis est. *Justin.* 12. 6. 4. Qua cæde exsultans, mortuo patrocinium Philippi laudemque paternæ militiæ objectabat. *Tac.* 4. *Ann.* 52. Objectare alicui crimen impudicitiæ, veneficia in principem et devotiones. *Apul. Florid. n.* 3. *sub fin.* Hoc genus crimina Apollini objectata. *Ovid.* 2. *Met.* 400. natumque objectet et imputat illis. — *b*) Cum Infinito. *Plaut. Merc.* 2. 3. 76. uxori meæ Mihique objectant lenocinium facere. ¶ 3. Item universim quippiam alicui dicere, quod displiceat. *Plaut. Most.* 3. 2. 123. cave tu, illi objectes nunc in ægritudine, Te has emisse.

OBJECTOR, ōris, m. 3. *oppositore,* qui aliquid objicit. *Non. p.* 130. 25. *Merc.* Inficiatores sunt falsi criminis objectores.

OBJECTUS, us, m. 4. (objicio) objectio, oppositio, προβολή (It. *il porre dinanzi, opposizione, interposizione*; Fr. *action de mettre devant, interposition, obstacle, barrière*; Hisp. *interposicion, obstáculo, barrera*; Germ. *das Vorstellen, d. Vorliegen, Entgegenstellen, -liegen*; Angl. *a placing before or between, an opposition, interposition*).

I.) Proprie. *Lucret.* 4. 846. *Lachmann.* Et vulnus vitare prius natura coegit, Quam daret objectum parmai læva per artem. *h. e.* quam daret parmam objiciendam ad ictum vitandum. *Virg.* 1. *Æn.* 163. insula portum Efficit objectu laterum. *Tac.* 3. *Hist.* 9. Tutus loco, quum terga flumine, latera objectu paludis tegerentur. *Gell.* 12. 13. *sub fin.* Regiones, quæ Tauri montis objectu separantur. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 10. 7. (47). Solem interventu lunæ occultari, lunamque terræ objectu. *Justin.* 1. 8. 2. Hostibus fluminis objectu fuga difficilior. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 10. Sic maris atrocitas objectu crepidinis frangitur. *Tac.* 5. *Hist.* 14. Addiderat Civilis obliquam in Rhenum molem, cujus objectu revolutus amnis adjacentibus superfunderetur. *Quintil.* 12. 2. 11. Aqua objectu lapillorum resultans. *Tac.* 14. *Ann.* 8. Hi molium objectus, hi proximas scaphas scandere. *le prominenze.*

II.) Translate est id quod visui objicitur, oggetto. *Nepos Hann.* 5. Sarmenta in cornibus jumentorum deligata incendit, ejusque generis multitudinem magnam dispalatam immisit. Quo repentino objectu viso, tantum terrorem injecit exercitui Romanorum, ut etc.

OBJĬCIO, jĭcis, jēci, ctum, jĭcere, a. 3. (ob *et* jacio). Altero i abjecto, primam corripit *Claudian. IV. cons. Honor.* 364. Cur annos obicis? pugnæ cur arguor impar? *Lucan.* 8. 796. Cur obicis Magno tumulum? Adde *eumd.* 9. 188.; et *Sil. It.* 4. 149. — *b*) *Objexim, is, it,* pro *objiciam,* ut *faxim* pro *faciam,* est *Plauti Cas.* 2. 6. 52. et *Pœn.* 1. 3. 37. — Part. *Objiciens* I. 1.; *Objectus* in omnibus paragr. et in fin.; *Objecturus* I. 1.; *Objiciendus* II. 3. — Objicere est ante jacere, porrigere, exhibere, proponere, προβάλλω (It. *gettare o mettere innanzi, esibire, presentare, dare*; Fr. *jeter, mettre ou placer devant, sur, en face*; Hisp. *echar, poner, meter delante, sobre, en cara*; Germ. *vor-, entgegenwerfen, entgegenhalten, stellen, vorhalten, hinwerfen, geben*; Angl. *to throw or put before, throw to, hold out, offer, proffer, present, give*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim, et usurpatur sæpissime cum Dativo. *Varro* 2. *R. R.* 5. 16. Quum creverunt vituli, levandæ matres, pabulo viridi objiciendo in præsepiis. *Id. ibid.* 4. 15.; et *Plin.* 8. *Hist. nat.* 40. 61. (145). Objicere cibum canibus. *Virg.* 6. *Æn.* 420. Melle soporatam et medicatis frugibus offam Objicit (*Cerbero*): ille fame rabida tria guttura pandens Corripit objectam. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 8. (17). Pisces diripiunt carnes objectas. *Sillig.* abjectas. *Cic. Rosc. Am.* 26. 71. Parricidæ corpus feris objicere. *Sueton. Cal.* 27. Equitem Romanum objectum feris, quum se innocentem proclamasset, reduxit. *Justin.* 44. 4. 5. Canibus primo jejunis, - mox etiam suibus (*nepotem*) objecit. *Sueton. Ner.* 37. Polyphago cuidam homines laniandos absumendosque objicere. *Ter. Phorm.* 5. 2. 3. nonne id sat erat, Accipere ab illo injuriam? etiam argentum est ultro objectum. — *Objicere glœbam* apud *Paul. Diac. p.* 223. 20. *Müll.* est injicere cadaveri et humare, *sotterrare. V.* GLÆBA. *Varro* 5. *L. L.* 23. *Müll.* eodem sensu: Si in sepulcrum ejus abjecta glæba non est. — *Plaut. Curc.* 1. 2. 1. Flos veteris vini meis naribus objectus est. *m'è venuto al naso. Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 16. 49. Si tale visum objectum est a deo dormienti. *Id.* 1. *Divinat.* 16. 30. Signo objecto monuit Crassum, quid eventurum esset. *Virg.* 5. *Æn.* 522. Hic oculis subito objicitur magnoque futurum Augurio monstrum. *Id.* 2. *ibid.* 200. Hic aliud majus miseris multoque tremendum Objicitur magis. *Ovid.* 1. *Met.* 725. Horriferamque oculis animoque objicit Erynnin. — Sic *Cic. Mil.* 14. 37. Huic (*sicæ*) ego vos objici pro me non sum passus. *Cæs.* 1. *B. C.* 64. Timebat tantæ magnitudinis flumini exercitum objicere. *Liv.* 37. 10. Quas naves objecturus certamini foret. *Id.* 22. 34. Duas legiones hosti ad cædem objectas. *Curt.* 8. 7. Pater ipsius (*Hermolai loquentis*) consurgit, et, ad os manu objecta, scelere et malis insanientem ultra negat audiendum. Cf. *Plaut. Cas.* 2. 6. 52. Ne objexis manum. *h. e.* ne attigeris. *Lucret.* 5. 753. Nam cur luna queat terram secludere solis Lumine - Objiciens cæcum radiis ardentibus orbem etc.? *Virg.* 3. *G.* 252. Ac neque eos (*equos*) jam frena virum, neque verbera sæva, Non scopuli rupesque cavæ atque objecta retardant Flumina. — Similiter de locis, quæ ante posita sunt, e regione sita, *porre in faccia, a dirimpetto. Cæs.* 3. *B. C.* 112. Hæc insula objecta Alexandriæ portum efficit. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (129). Cyprus Syriæ objecta. ¶ 2. Speciatim, præcipue in re militari, significat opponere ad se tuendum, tegendum, defendendum. *Cic. Harusp. resp.* 23. 49. Omnium objecta tela virtute perfregit. *Liv.* 2. 10. Quæ (*tela*) quum in objecto cuncta scuto hæsissent, etc. *Id.* 36. 18. Pulsi loco intra munimenta - concesserunt: inde ex vallo prope alterum vallum, hastis præ se objectis, fecerunt. *Virg.* 2. *Æn.* 444. clipeosque ad tela sinistris Protecti objiciunt. Et poetice *Ovid.* 12. *Met.* 32. Victa dea est; nubemque oculis objecit etc. Sic *Horat.* 1. *Ep.* 16. 62. fraudibus objice nubes. Rursus *Liv.* 28. 6. Et ibi positi erant, qui fores portæ objicerent: ita exclusi etc. Sic *Virg.* 9. *Æn.* 45. Objicere portas. *serrare in faccia al nemico.* Cf. *Horat. Art. P.* 472. ursus Objectos caveæ valuit si frangere clathros. *Cic. Fontej.* 1. 3. Propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum et objectum. *Cæs.* 1. *B. G.* 26. Carros pro vallo objecerant. *Id.* 3. *B. C.* 39. Faucibus portus navem onerariam submersam objecit. *Id.* 6. *B. G.* 9. Silva pro nativo muro objecta, Cheruscos a Suevis incursionibus prohibet. *Cic. Pis.* 33. 81. Alpium vallum contra ascensum Gallorum objicio et oppono. Sic *Liv.* 25. 36. Ut tamen aliquam imaginem valli objicerent, clitellas illigatas oneribus - circumdabant; cumulo sarcinarum omnis generis objecto, ubi ad moliendum clitellæ defuerant. Rursus *Cic.* 2. *de republ.* 6. Ut unus aditus, qui esset inter Esquilinum Quirinalemque montem, maximo aggere objecto, fossa cingeretur vastissima. *Liv.* 38. 7. Pari celeritate novus pro diruto murus objiciebatur. *Id.* 44. 11. Munimenta, cervis etiam objectis, ut viam intercluderet, a Macedonico ad Toronaicum mare perducit. *et mox.* Romanis in fossa complenda, quam nuper objecerat Perseus. Adde *eumd.* 31. 39. — Similiter de personis. *Cic.* 1. *Tusc.* 37. 89. Quæ (*mors*) si timeretur -, non cum Latinis decertans pater Decius - se hostium telis objecisset. *Cæs.* 3. *B. C.* 66. Quum se legio Cæsaris objecisset Pompejanis copiis. *Virg.* 12. *Æn.* 372. Objecit sese ad currum, et spumantia frenis Ora citatorum dextræ detorsit equorum. *Curt.* 8. 14. *ad fin.* Itaque sistit fugam, peditemque sequenti hosti objecit.

II.) Translate. ¶ 1. Est offerre, afferre, injicere, proponere. — *a*) Active. *Plaut. Merc.* 5. 2. 40. Objicere alicui religionem. *far venire scrupolo. Id. Amph.* 1. 1. 35. Qui multa Thebano populo acerba objecit funera. *h. e.* intulit, attulit. *Id. Curc.* 4. 2. 45. Objicere alicui lucrum. *offerire, dare.* et *Mil. glor.* 3. 1. 29. sollicitudinem. *dare travaglio. Ter. Heaut.* 1. 2. 12. Ut hanc lætitiam nec opinanti primus objicerem! *Cic. Rosc. Am.* 14. 40. furorem. *h. e.* immittere, injicere. Sic *Virg.* 7. *Æn.* 479. rabiem canibus. *Liv.* 27. 1. terrorem hosti. *far paura.* et 6 14. *ad fin.* spem. *dare speranza.* et 5. 15. *ad fin.* cuipiam eam mentem, ut patriam prodat. *mettere in pensiero.* et 4. 51. Aptissimum tempus erat, vindicandis seditionibus, delenimentum animis Volani agri divisionem objicere. — Huc pertinet et illud *Plaut. Pœn.* 1. 3. 37. et *Trin.* 5. 1. 8. Objicere moram alicui. *infrapporre ritardo.* — *b*) Passive. *Plaut. Merc.* 2. 3. 5. mihi mala res objicitur aliqua. *Ter. Adelph.* 4. 3. 1. hocine de improviso mali mihi objici tantum? *Id. Hecyr.* 3. 1. 6. quibus est alicunde aliquis objectus labos. *Cic.* 2. *Tusc.* 4. 10. Tamen objiciebatur interdum animo metus quidam et dolor cogitanti etc. *Id.* 1. *Fin.* 14. 47. Plerique victi et debilitati objecta specie voluptatis, tradunt se libidinibus constringendos. *Tac.* 4. *Ann.* 60. Spes objecta principis loci. *Sueton. Aug.* 6. Huc introire, nisi necessario et caste, religio est: concepta opinione veteri, quasi temere adeuntibus horror quidam et metus objiciatur. ¶ 2. Est etiam exponere, *esporre, mettere a cimento.* — *a*) Cum Dativo. *Cic. Vatin.* 9. 23. Qui consulem morti objeceris, inclusum obsederis, extrahere e suis tectis conatus sis. *Id. Dom.* 57. 145. Objeci meum caput, pro vestris cæremoniis atque templis, perditissimorum civium furori atque ferro. *Id. Mur.* 40. 87. Objicitur consulatus contionibus seditiosorum, insidiis conjuratorum, telis Catilinæ: ad omne denique periculum atque ad omnem invidiam solus opponitur. *Id.* 1. *Tusc.* 46. 111. Objectus fortunæ. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 8. (20). Cato objectus invidiæ. *Ter. Phorm.* 3. 2. 18. Objici malo. *incontrare il malanno.* — *b*) Cum Accusativo et præpos. *ad, in, adversus,* ut apud *Cic.* 6. *Fam.* 4. *circa med.* Quod ad omnes casus subitorum periculorum magis objecti sumus, quam si absessemus. *Id. Arch.* 6. 14. Numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus objecissem. *Liv.* 2. 58. Se unico consule objecto adversus tribuniciam potestatem perlatam legem esse. V. *Drakenborg.* ad *h. l.* ¶ 3. Sæpe translate ponitur pro exprobrare, crimini dare, accusare, *rinfacciare, gettare al volto, apporre, accusare.* — *a*) Cum Accusat. rei, quæ exprobratur, et Dat. personæ. *Cic.* 2. *Orat.* 70. 285. Quum ei M. Flaccus multis probris objectis P. Mucium judicem tulisset. *Id.* 3. *Phil.* 6. 15. Objicere alicui ignobilitatem. *et Dom.* 35. 93. furta, largitiones, libidines. *Sueton. Tib.* 66. parricidia et cædes et ignaviam et luxuriam. *Id. Claud.* 16. cælibatum, aut orbitatem, aut egestatem. *Tac.* 3. *Ann.* 12. Oro, ne objecta crimina pro approbatis accipiatis. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (22). Praxitelis Cupido objectus a Cicerone Verri. *Cic.* 7. *Verr.* 18. 45. Fuit quondam ista severitas in judiciis, ut istam rem accusator in magnis criminibus objiciendam putaret. Sic *Virg.* 3. *Ecl.* 7. Parcius ista viris tamen objicienda memento. — Similiter passive. *Cic. Cluent.* 23. 62. Doce, in illorum judiciis, quid, præter hoc venenum Oppianici, non modo in criminis, sed in maledicti loco sit objectum. — Et cum Accus. personæ et præpos. *in. Cic. Cluent.* 41. 113. Nego, rem esse ullam in quemquam illorum objectam, quæ Fidiculanio objecta non sit. — *b*) Cum Infinito. *Cic.* 1. *Att.* 16. *a med.* Objicit mihi, me ad Bajas fuisse. *Sueton. Aug.* 4. M. Antonius despiciens etiam maternam Augusti originem, proavum ejus Afri generis fuisse, et modo unguentariam tabernam, modo pistrinum Ariciæ exercuisse, objicit. — Et passive. *Ovid.* 3. *Amor.* 7. 17. Ecce novum crimen, solers ornare Cypassis Objicitur dominæ contemerasse torum. — *c*) Sequente *quod,* ut apud *Cic.* 1. *Tusc.* 2. 3. Cato objecit, ut probrum, M. Nobi-

liori, quod is in provinciam poetas duxisset. *Id.* 6. *Verr.* 17. 37. Non tibi objicio, quod hominem omni argento spoliasti. *Nepos Epam.* 5. Idem ille Meneclides, quum huic objiceret, quod liberos non haberet etc. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 3. 7. (13). Camillo inter crimina objecit Carvilius, quod etc. — d) Sequente *quasi* et passive. *Sueton. Aug.* 28. De reddenda republica cogitavit; primo post oppressum statim Antonium, memor objectum ab eo sibi sæpius, quasi per ipsum staret ne redderetur. — e) Cum Ablat. et præpos. *de*, ut apud *Cic. Planc.* 31. 75. De Cispio mihine tu objicies, quem etc.? *Brutus et Cassius ad Anton.* apud *Cic.* 11. *Fam.* 3. Te miramur non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæsaris objiceres. — Et passive *Cic. Cæl.* 3. 6. Nam quod objectum est de pudicitia etc. — Hinc a Part. præter. perf. *Objectus*, cujus plurima exempla retulimus.

Objecta, ōrum, n. plur. 2. substantivorum more et translate usurpantur, et ¶ 1. Sunt edita, excelsa, *le prominence, le cime. Ammian.* 27. 10. *ad fin.* Quum ad rupium objecta venissent, trudentibusque Alamannis evadere ad celsiora conarentur, etc. ¶ 2. Item sunt res objectæ, crimina (Cf. II. 3.), *obbiezioni accuse, rinfacciamenti. Cic. Dom.* 35. 93. Non tam sum existimandus de gestis rebus gloriari, quam de objectis non confiteri. *Quintil.* 7. 2. 29. Patrono id agendum est, ut objecta vel neget, vel defendat, vel minuat. *Id.* 4. 2. 26. et 9. 2. 93. Objecta diluere.

OBJURGĀTĬO, ōnis, f. 3. actus objurgandi, castigatio, reprehensio: sic *Paul. Diac. p.* 196. 7. *Müll.* Objurgatio post turpe factum castigatio; monitio vero est ante commissum. *ἐπιτίμησις* (It. *riprensione, rimprovero, sgridamento*; Fr. *reproche, réprimande, blâme*; Hisp. *reproche, reprimenda, reprehension, correccion*; Germ. d. *Schelten*, d. *Verweis, Tadel*; Angl. *a scolding, chiding, rebuking, reproving, reprimanding, reproof*). *Cic. Amic.* 24. 89. Ut monitio acerbitate, objurgatio contumelia careat. *Id.* 2. *Orat.* 83. 339. Tum objurgatio, si est auctoritas: tum admonitio, quasi lenior objurgatio. *Id.* 3. *Att.* 10. Ut potius relevares me, quam aut castigatione, aut objurgatione dignum putares. *Id.* 3. *Off.* 21. 83. Qua hunc objurgatione, aut quo potius convicio a tanto errore coner avellere? *Id. Cæl.* 11. 27. Deliciarum objurgatio fuit longa, et ea lenior, plusque disputationis habuit, quam atrocitatis. *Quintil.* 1. 3. 7. Hunc mordebit objurgatio, hunc honor excitabit. *et ibid.* 14. Si cui tam est mens illiberalis, ut objurgatione non corrigatur. *Gell.* 1. 2. *a med.* et 10. 19. Severa atque vehementi objurgatione incessere aliquem.

OBJURGĀTOR, ōris, m. 3. *riprensore, ἐπιτιμητής*, qui objurgat. *Cic.* 3. *leg. Agr.* 3. 11. Quantas concessiones agrorum hic noster objurgator uno verbo facere conetur. *Id.* 1. *Divinat.* 49. 111. Objurgatores suos convincere. *Id.* 5. *Verr.* 2. 4. Non modo accusator, sed ne objurgator quidem ferendus est is, qui etc.

OBJURGĀTŌRĬUS, a, um, adject. *riprensivo, ἐπιτιμητικός*, ad objurgandum pertinens. *Cic.* 13. *Att.* 6. Una cum illius objurgatoria (*epistola*) tibi meam quoque, quam ad eum rescripseram, misi. *Gell.* 9. 2. Atque ille, vultu sonituque vocis objurgatorio, philosophum sese esse dicit. *Id.* 1. 26. Verba seria et objurgatoria. *Ammian.* 16. 12. *a med.* Objurgatorio clamore prohibere.

OBJURGĀTUS, a, um. *V.* OBJURGO.

OBJURGĬTO, as, are, intens., a. 1. vehementer objurgo. *Plaut. Trin.* 1. 2. 30. Malis te ut verbis multis multum objurgitem. Adde *ibid.* 32.

OBJURGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* jurgo). Part. *Objurgatus* usurpatur etiam active quasi ab *objurgor* deponentium more. *Cælius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 9. Hirrus Curionem prorsus Curionem non mediocriter objurgatus, hac repulsa se mutavit. Alii leg. *objurgat*: at *Schützius* contendit, *objurgatus* legendum, tum quia in *objurgatus* consentiunt libri veteres, tum quia prior lectio historiæ et huic ipsi loco repugnat. — Ceterum Part. *Objurgans* I. et II. 1.; *Objurgatus* I.; *Objurgandus* I. et II. 2. — Objurgare est jurgare contra aliquem. Proprie, si vim spectes, dicitur de eo, qui injuste contra aliquem litigat, ut *Varro* 7. *L. L.* 93. *Müll.* docet (Objurgat is, qui id facit, *scil. jurgat*, juste). Sed si usum, significat verbis reprehendere, arguere, increpare, asperius castigare, sive jure, sive injuria, *ἐπιτιμάω* (It. *sgridare, riprendere, rimproverare*; Fr. *blâmer, réprimander*; Hisp. *reprehender, corregir, reñir de palabra*; Germ. *schelten, tadeln, zurechtweisen, Vorwürfe machen*; Angl. *to chide, reprehend, rebuke, reprove, scold, reprimand, objurgate*).

I.) Proprie. — *a*) Cum Accusativo. — Cum Accus. personæ. *Ennius* apud *Rufinian. de fig. sent. et eloc.* § 11. p. 205. *Ruhnk.* Menelaus me objurgat? id meis rebus regimen restitat. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 97. Chrysalus med objurgavit plurimis verbis malis, Et me meliorem fecit præceptis suis. *Ter. Andr.* 1. 1. 115. Nam si illum objurges, vitæ qui autillum tulit; Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum? *Cic. Cæl.* 11. 25. Fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister: objurgavit M. Cœlium, sicut neminem unquam parens. *Id. Amic.* 24. 88. Monendi amici sæpe sunt et objurgandi. *et ibid.* 90. Objurgari moleste ferunt. *Id.* 3. *Fam.* 8. 6. Ne, in quo te objurgem, id ipsum videar imitari. *Id.* 2. *Att.* 1. Quod me quodammodo molli brachio de Pompeji familiaritate objurgas. *Id.* 2. *Fam.* 9. Quum objurgarer, quod nimia lætitia pæne desiperem. *Val. Max.* 2. 2. *sub init.* Vehementer objurgatus. Huc pertinet et illud *Phædr.* 5. 10. Hic tum venator dolens, Canem objurgabat. — Cum Accus. nominis abstracti. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 3. *ad fin.* Cæsar meam in rogando verecundiam objurgavit. *et ibid.* 2. *ad fin.* Ea villa, quæ nunc est, tamquam philosophia videtur esse, quæ objurget ceterarum villarum insaniam. *Quintil.* 6. 5. 8. Si objurgaret populi segnitiem. — *b*) Cum duplici Accusativo. *Plaut. Merc.* 1. 1. 46. Objurgare pater hæc me noctes et dies. — *c*) Absolute. *Sueton. Tib.* 57. Subinde in objurgando appellans eum etc. *Id. Ner.* 22. Objurgante magistro, ementitus est. *Quintil.* 2. 2. 7. Sic objurgant, quasi oderint. *Id.* 3. 4. 3. Quum objurgamus, maledicimus. *Id.* 6. 3. 75. Ut Cicero objurgantibus, quod sexagenarius Publiliam virginem duxisset, etc. *objurgare*, ait *Forcellinus* qui postremum hunc locum singulari paragrapho distinxit, est pro exprobrare: valde enim est affine, et pæne idem. — *d*) Cum Dativo. *Diomed.* 1. *p.* 305. *Putsch.* Idiomata, quæ veteres per accusativum extulerunt, nos per dativum secundum Græcos efferimus. Objurgo filium, veteres dicebant: nos, Objurgo filio, ut Græci.

II.) Translate. ¶ 1. Prægnanti, uti ajunt, significatione, est objurgando hortari, atque adeo dehortari aut exhortari, prout ea postulant, quæ adduntur. *Plaut. Trin.* 3. 2. 54. tu objurgans me a peccatis, rapis in deteriorem viam. *h. e.* objurgando retrahens, dehortans, deterrens. Contra *Cic.* 3. *Att.* 15. *init.* Epistola tua me objurgas, ut sim firmior. *h. e.* objurgando exhortaris. ¶ 2. Item, cum Accusativo personæ et Ablativo rei, est punire, plectere, *castigare. Petron. Satyr.* 34. Colaphis objurgare puerum. *Seneca* 3. *Ira* 12. *ad fin.* verberibus. *Sueton. Cl.* 20. ferulis. *Id. Oth.* 2. flagris. *Pers.* 5. 169. solea, puer, objurgabere rubra. *Seneca* 4. *Benef.* 36. Non committam, ut sestertio centies objurgandus sis. *h. e.* multandus.

OBJŪRO, as, are, n. 1. (ob *et* juro). *Paul. Diac. p.* 188. 6. *Müll.* Objurare, jurejurando obstringere. Apud *Festum p.* 189. 4. Objurare (*desunt aliqua*), ut est in Penthesilea: Formidabant objurare.

OBLANGUĒO *vel* oblanguesco, guescis, gŭi, guescere, n. 3. (ob *et* languesco) *inchoat. a* langueo, idem ac languescere. Translate *Cic.* 16. *Fam.* 10. Litterulæ meæ, sive nostræ, tui desiderio oblanguerunt.

OBLĀQUĒĀTĬO, ōnis, f. 3. oblaqueandi actio. *Kalend.* apud *Orell. Inscript. vol.* 2. *p.* 381. DOLIA PICANTVR POMA LEGVNT. ARBORVM OBLAQVEATIO. RPVLVM MINERVAE. Cf. *Isid.* 17. *Orig.* 5. Vitibus, inter cetera, magis ista conveniunt: oblaqueatio, putatio etc. *V.* ABLAQUEATIO.

OBLĀQUĒO, as, are, a. 1. ¶ 1. Speciatim de arboribus dicitur: *V.* ABLAQUEO. *Colum.* 2. *R. R.* 14. 3. Dum etiam vites et arbores oblaqueatæ sunt. *Sic* Schneid.; *alii* ablaqueatæ. *Isid.* 17. *Orig.* 5. Oblaqueare est circa caudicem terram aperire. ¶ 2. Generatim est laqueo cingere, ligare, circumdare. *Tertull. Resurr. carn.* 7. *a med.* Argento gemmas oblaqueare. *incastonare. V.* MITRA.

OBLĀTĒRO. *V.* OBLATRO.

OBLĀTĪCĬUS *vel* oblatĭtius, a, um, adject. qui offertur. *Sidon. in conc. post epist.* 9. *l.* 7. *a med.* Oblaticium impendium. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 6. 2. 5. *et* 9. Oblaticium aurum. *h. e.* quod senatus singulari studio erga imperatorem certis temporibus, velut initio principatus, vel quinquennalibus, aut decennalibus, ultro offerebat. *dono gratuito.*

OBLĀTĬO, ōnis, f. 3. actus offerendi, *offerta, oblazione, προφορά, ἀνάθημα.* ¶ 1. Abstracte est ipsa offerendi actio. — 1.°) Generatim. *Pseudo-Ascon. in Cic.* 4. *Verr.* 2. Genus omne pensitationis in hoc capite positum est, canonis, oblationis, indictionis. Ubi *oblationem* intelligit tributum ultro oblatum. *Eumen. Paneg. ad Constantin.* 16. Milites tui te omnibus donis, omnibus honorum oblationibus prætulerunt. et *Ulp. Dig.* 5. 2. 8. § 10. Si forte oblatio ei fiat ejus, quod relictum est, quasi ex voluntate testatoris oblato eo. — 2.°) Speciatim in auctionibus. *Cod. Theod.* 5. 13. 18. Qui ceteros oblatione superavit. *con una offerta maggiore all'incanto.* ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu est ipsum donum quod sponte fit, *dono gratuito, presente. Ulp. Dig.* 24. 1. 5. *a med.* Si maritus ad oblationem dei uxori donavit. *Ammian.* 27. 3. *ad fin.* Futuri sunt ita securi, ut ditentur oblationibus matronarum. *Impp. Theodos. et Arcad. Cod. Theod.* 6. 2. 14. Oblationem amplissimi ordinis prompta liberalitate promissam partim remittimus vobis, partim patriæ communi largimur. *h. e.* oblaticium aurum, de quo in voce præced.

OBLĀTĪVUS, a, um, adject. *Servius* in *Virg.* 9. *Æn.* 190. Auguria aut oblativa sunt, quæ non poscuntur: aut impetrativa, quæ optata veniunt. *Symmach.* 10. *ep.* 43. (*al.* 50.) Oblativis functionibus obnoxius. *et infra.* Oblativa munera.

OBLĀTOR, ōris, m. 3. qui offert. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 26. *ad fin.* Oblatorem animæ suæ pro populi salute.

OBLĀTRĀTOR, ōris, m. 3. qui oblatrat, maledicus. *Sidon.* 1. *ep.* 3. Ille obiter stertentum oblatratorum aures rauci voce præconis everberat.

OBLĀTRĀTRIX, īcis, f. 3. quæ oblatrat, maledica. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 86. Licuit uxorem dotatam genere summo ducere, sed mihi nolo oblatratricem in ædes intromittere.

OBLĀTRO, as, are, n. 1. (ob *et* latro). Part. *Oblatrans* sub *a.* et *b.* — Oblatrare proprie est contra latrare; sed occurrit translate tantum et est dictis carpere, maledicere, *abbajar contro, dir male, καθυλακτέω.* — *a*) Absolute. *Seneca* 3. *Ira* 43. Quid illum oblatrantem tibi exterrere tentas? *Ammian.* 14. 9. *init.* Abnuens et reclamans adulatorum oblatrantibus turmis. *Id.* 17. 11. *ad fin.* Oblatrantes argumento subfrigido. *paullo ante dicuntur* obtrectatores iniqui. — Apud *Prudent.* 10. *περὶ στεφ.* 902. Præfectus ergo ratus elinguem virum Cogi ad sacrandum posse, quum verbis carens Nil in deorum oblacteraret dedecus, etc. *sunt qui legunt* oblatraret, *vel* oblateraret *poetice pro* oblatraret. — *b*) Cum Accusativo. *Sil. It.* 8. 251. Infima dum vulgi fovet, oblatratque senatum. Sic *latrare* et *allatrare aliquem*: quæ *V.* suis locis. Cf. etiam *Sueton. Vesp.* 13. Demetrium cynicum in itinere obvium sibi ac neque assurgere, neque salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit canem appellare.

OBLĀTUS, a, um. *V.* OFFERO.

OBLECTĀBĬLIS, e, adject. *dilettevole*, jucundus. *Auson. epist.* 19. *extr.* Oblectabile negotium.

OBLECTĀMEN, ĭnis, n. 3. idem atque oblectamentum. *Ovid.* 9. *Met.* 342. Carpserat hinc Dryope, quos oblectamina nato Porrigeret flores. *Stat.* 3. *Silv.* 5. 95. Nec desunt variæ circum oblectamina vitæ.

OBLECTĀMENTUM, i, n. 2. *diletto, divertimento*, oblectatio. *Cic. Senect.* 15. 52. Ut meæ senectutis requietem oblectamentumque noscatis. *Id.* 5. *Parad.* 2. 38. Oblectamenta puerorum. *Id.* 6. *Verr.* 60. 134. Oblectamenta et solatia servitutis. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 11. 39. (68). Cauliculi inter oblectamenta gulæ condiuntur. *Sueton. Tib.* 72. Erat ei in oblectamentis serpens draco.

OBLECTĀNEUS, a, um, adject. oblectabilis. *In-*

script. apud *Gruter.* 304. 1. OPTO SI QVID OBLECTAMENVM APVD MANES EST PRO NEQVITIIS LOCISQVE QVIBVS COARVOS CAPIENS ME OBLECTARE SOLEBAT INSONTEM ANIMVLAM REFICIANT.

OBLECTĀTĬO, ōnis, f. 3. *dilettazione, diletto, divertimento, spasso,* τέρψις, delectatio. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 41. 127. Indagatio ipsa rerum quum maximarum, tum etiam occultissimarum, habet oblectationem. *Id.* 1. *Orat.* 26. 118. Oblectatio animi. *Id. Amic.* 27. 103. Requies plena oblectationis. *Id.* 5. *Fin.* 19. 53. Non solum beatæ vitæ istam esse oblectationem videmus, sed etiam levamentum miseriarum.

OBLECTĀTOR, ōris, m 3. *sollazzatore,* qui oblectat. *Apul. Florid. n.* 17. Arion belluarum oblectator. *Tertull. Cor. mil.* 8. *sub fin.* Deus oblectator hominis sui.

OBLECTĀTŌRĬUS, a, um, adject. *dilettevole,* oblectabilis. *Gell.* 18. 2. *in lemmate.* Quædam sophismata et ænigmata oblectatoria.

OBLECTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* lacto) est delectare, recreare, τέρπω (It. *dilettare, divertire, recreare*; Fr. *divertir, amuser*; Hisp. *divertir, entretener, recrear*; Germ. *ergötzen, er-, aufhei-tern, unterhalten*; Angl. *to delight, amuse, entertain, please, solace, divert*).

I.) Proprie usurpatur — *a*) Cum Accusativo personæ vel nominis abstracti et Ablativo rei. — Activâ formâ. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 88. Num hi falso oblectant gaudio nos? *Ter. Eun.* 1. 2. 115. de me cogites, Me speres, me te oblectes, mecum tota sis. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 1. Ut quam diutissime te jucunda opinione oblectarem. *Id* 1. *de republ.* 17. Quum eorum inventis scriptisque se oblectent. *Id. Senect.* 16. 56. Qui se agri cultione oblectabant. *Catull.* 67. 7. Quem-Nec veterum dulci scriptorum carmine Musæ Oblectant. *Sueton. Domit.* 21. Alea se oblectare. — Cum abstractis. Ironice *Plaut. Asin.* 1. 2. 15. Quæ, priusquam istam adii, Sordido vitam oblectabas pane. *era le tue delizie un tozzo di pan di crusca.* Ceterum *Tac.* 2. *Hist.* 50. Fictis oblectare legentium animos. — Passive ac Mediorum apud Græcos verborum vi. *Cic. Mur.* 19. 39. Ludis oblectamur et ducimur. *Id.* 2. *Fam.* 16. *a med.* In communibus miseriis hac oblectabar specula, Dolabellam meum fore ab iis molestiis liberum. *Justin.* 36. 4. 4. Ceris fingendis, et ære fundendo procudendoque oblectabatur. — *b*) *Oblectare se cum aliquo,* ut apud *Cic.* 2. *Orat.* 14. 61. Poetas non conor attingere: cum his me oblecto, qui res gestas scripserunt. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 13. *extr.* Oblecta te cum Cicerone nostro quam bellissime. Et per ellipsin *Id.* 12. *Att.* 3. Ego me interea cum libellis. — *c*) *Oblectare se in aliqua re,* ut apud *Ter. Adelph.* 1. 1. 23. Eduxi a parvulo, habeo, amavi pro meo; in eo me oblecto. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 14. Ego me in Cumano et Pompejano, præterquamquod sine te, ceterum satis commode oblectabam. — d) Cum Accusativo tantum personæ vel nominis abstracti. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 9. Ubi te oblectasti tam diu? *Id. ibid. v.* 10. Minime equidem me oblectavi. *Cic.* 3. *Off.* 14. 58. Se hortulos emere velle, quo invitare amicos et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 3. *in fin.* Quid agas, et ut te oblectes, scire cupio. *Horat. Art. P.* 320. Fabula nullius Veneris, sine pondere et arte, Valdius oblectat populum meliusque moratur. — Cum Abstractis. *Cic. Arch.* 7. 16. Hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant. *Ovid. Remed. am.* 169. Rura quoque oblectant animos studiumque colendi.

II.) Translate. *Ovid.* 5. *Trist.* 12. 1. ut oblectem studio lacrimabile tempus. *Tac.* 12. *Ann.* 49. Oblectare iners otium. *passar l'ozio.*

OBLĒGĀTUS, a, um, part. (ob *et* lego) legatus, mandatus. *Gloss. Placid.* ed. *Maio* in *Class. Auct. T.* 3. p. 491. Oblegatum, injunctum, mandatum.

OBLĒNĬO, is, īvi, ītum, ire, a. 4. (ob *et* lenio) idem ac lenire, delenire, mitigare, *raddolcire, mitigare. Seneca* 3. *Ira* 9. Lectio illum carminum obleniat.

OBLĪDO, dis, si, sum, dere, a. 3. (ob *et* lædo). Part. *Oblidens* et *Oblisus* 1. et 2. — Oblidere ¶ 1. Est vehementer comprimere comprimendo vehementer lædere, suffocare, *comprimere, comprimendo soffocare,* κατάγχω. *Cic. Scaur.* § 10. ed. *Orell.* Sed cælum digitulis duobus oblideret. *Tac.* 5. *Ann.* 9. Exin oblisis faucibus id ætatis corpora in Gemonias objecta. *Prudent. Psychom.* 589. Invadit trepidam Virtus fortissima duris Ulnarum nodis, obliso et gutture frangit Exsanguem siccamque gulam. *Ammian.* 24. 4. *ad fin.* Architectus-post machinam scorpionis forte assistens, reverberato lapide quem artifex titubanter aptaverat fundæ, obliso pectore supinatus profudit animam. *Apul. Florid. de elephantis.* Necesse sit ultionem a ruina molis suæ petere ac retentores suos (scil. *dracones*) toto corpore oblidere. *Capell.* 2. *p.* 39. Serpentes idem (*Hercules*) parvus oblidens vim numinis approbavit. *Arnob.* 7. 23. Obliti animam necesse est. ¶ 2. Item comprimendo elidere, frangere, *schiacciare. Colum.* 7. *R. R.* 3. 8. Nec angustiæ (*stabulorum*) fetus oblidant. *Plin.* 6. *Ep.* 20. *ad fin.* Oblisus pondere.

OBLĪGĀMENTUM, i, n. 2. (obligo) colligatio, alligatio.

I.) Proprie. *Tertull. Cor. mil.* 14. Caput ne velamento quidem obnoxium, nedum obligamento.

II.) Translate. *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 22. Quum legis obligamenta et onera Evangelica jam libertate mutarent.

OBLĪGĀTĬO, ōnis, f. 3. (obligo) colligatio, alligatura, ἐπίδεσμος (It. *legame, vincolo*; Fr. *lien, attache*; Hisp. *atadura, ligamento, liga, ligadura*; Germ. *das Binden, Gebunden-sein*; Angl. *a tie, bond*).

I.) Proprie. Linguæ obligatio, *impedimento di lingua,* quum non est satis soluta ad verba exprimenda. *Justin.* 13. 7. 1. Cui nomen Battos propter linguæ obligationem fuit. Sic *Firmic.* 6. *Mathes.* 17. Ut verba linguæ obligatione confundantur.

II.) Translate. ¶ 1. Universim. *Martian. Dig.* 48. 10. 1. Qui societatem coierit ad obligationem Innocentium. *h. e.* ad irretiendos et implicandos litibus innocentes. ¶ 2. Specialim et sæpe est civile vinculum, quo alicui, et ad quippiam præstandum adstringimur, *obbligazione, obbligo, impegno. Cic.* 1. *ad Brut.* 18. Est autem gravior et difficilior animi et sententiæ, maximis præsertim in rebus, pro altero, quam pecuniæ, obligatio. *Papinian. Dig.* 3. 3. 67. Obligationis onere levari. *Cajus ibid.* 44. 7. 1. Obligationem contrahere. ¶ 3. Frequentissime hoc sensu adhibetur a JCtis. *Paul. Dig.* 44. 7. 3. Obligationum substantia non in eo consistit, ut aliquod corpus nostrum, aut servitutem nostram faciat, sed ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid, vel faciendum, vel præstandum. *Papinian. ibid.* 3. 3. 67. Obligationis vinculum suscipere pro aliquo. *Ulp. ibid.* 2. Obligationes fiunt consensu in emptionibus, venditionibus, etc. *Cajus ibid.* 4. Ex maleficio nascuntur obligationes. *Ulp. ibid.* 46. 4. 8. Per unum atque eumdem servum et constituitur, et tollitur obligatio. *Venulej. ibid.* 45. 1. 108. Conditio parere obligationem potest. *Paul. ibid.* 58. Obligatione exspirante. *et* 140. Obligatio exstinguitur. *et* 2 14. 21. *in fin.* dissolvitur. *et ibid.* 27. *a med.* solvitur. *et ibid.* submovetur. *Modestin. ibid.* 45. 1. 100. Obligationem perimere. ¶ 4. Hinc apud ipsos JCtos obligatio interdum est chirographum, vel quidquid civili obligationi contrahendæ inservit, *il documento di obbligazione. Modestin. Dig.* 20. 1. 23. Pignoris obligatio etiam inter absentes recte ex contractu obligatur. *h. e.* contrahitur, fit. *et ibid.* 48. 11. 28. Si a debitore prolato die pignoris obligatio mentiatur, falsi criminis locus est.

OBLĪGĀTŌRĬUS, a, um, adject. *obbligatorio,* obligandi vim habens. *Cajus Dig.* 17. 1. 2. *extr.* Magis est consilium, quam mandatum: et ob id non est obligatorium. Adde *Justinian.* 3. *Institut. tit.* 26.

OBLĪGĀTŪRA, æ, f. 1. obligatio. *Gloss. Philox.* Obligatura, καταδεσμος.

OBLĪGĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBLĪGO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (ob *et* ligo). Part. *Obligans* II. 1.; *Obligatus* in omnibus paragr. et in fin.; *Obligaturus* II. 4. *b.*; *Obligandus* II. 3. et 4. *b.* — Obligare est circum ligare, colligare, devincire, ἐπιδέω (It. *legare attorno, fasciare*; Fr. *lier, attacher sur ou dans*; Hisp. *ligar, atar, enlazar, liar sobre, cerca, en*; Germ. *um-, unbinden, befestigen*; Angl. *to tie round, bind about, bind, tie*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est circum ligare, alligare, devincire. *Cic.* 1. *Herenn.* 13. 23. Obvolutus et obligatus corio devehatur in profluentem. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 11. 66. (105). Muscus recens articulis obligatus. ¶ 2. Latiori sensu est in unum colligare, *legare insieme. Plaut. Truc. a.* 5. *v.* 64. Pecus ad hanc in crumina ego obligata defero. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 40. Nec minus mille ducentos manipulos unus obligat. — Sic de epistolis. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 96. Cedo tu ceram ac linum actutum: age obliga, obsigna cito. ¶ 3. Item est fasciis et aliis hujusmodi obvolvere, devincire; et de vulneribus præcipue usurpatur. *Plaut. Men.* 5. 3. 9. medicus Ait, se obligasse crus fractum Æsculapio, Apollini autem brachium. *Cic.* 3. *Nat. D.* 22. 57. Æsculapius, qui specillum invenisse, primusque vulnus dicitur obligavisse. *Tac.* 6. *Ann.* 9. Obligare venas. *h. e.* incisas apertasque claudere. Similiter *Cic* 2. *Tusc.* 16. 38. Medicum requirens, a quo obligetur. Sic *Sueton. Vitell.* 2. Scalpro librario venas sibi incidit: nec tam mortis pœnitentia, quam suorum obtestatione obligari curarique se passus. — *Varro* 1. *R. R.* 41. 2. Surculum argilla oblinere, et libro obligare. *Seneca* 3. *Ira* 11. *in fin.* Si quis obligatis oculis in se incurrisset. *bendati.* et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (65). Augeronæ ore obligato obsignatoque simulacrum habet. *Horat. Epod.* 17. 67. Prometheus obligatus aliti. *h. e.* ligatus ad saxum, ut ales ei jecur exedere possit. Sic *Ritterus;* alii aliter interpretantur. ¶ 4. Item est densare, spissare. *Apic.* 4. 2. Obligare cibum ovis. *legare, unire, inspessire.* Sic *Id.* 2. 2. Amylo spisso obligare.

II.) Translate. ¶ 1. Universim est se vel alium morali ratione adstringere, alligare, *obbligare, impegnare:* qua significatione latissime patet: namque — *a*) Est se morali ratione ad aliquid adstringere, subjicere, *obbligare, legare, impegnare, soggettare. Cic.* 1. *Off.* 11. 36. Ut si eum pateretur in exercitu remanere, secundo cum obligaret militiæ sacramento. *Id. Mur.* 2. 3. In rebus, quæ mancipi sunt, is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit. *Id.* 2. *Legg.* 16. 41. Voti sponsio, qua obligamur Deo. *Liv.* 9. 11. In civitatem obligatam sponsione commissâ redeant. *Id.* 38. 33. *a med.* Obligari fœdere. Similiter apud JCtos, *Ulp. Dig.* 39. 5. 12. Obligare se ex donatione. — Cum Dativo rei, cui se quis obligat. *Liv.* 3. 13. *a med.* Unum vadem tribus millibus æris obligarunt. *h. e.* solvendis. *Ulp. Dig.* 29. 2. 8. Hereditas obligat nos ære alieno. — Cum Accus. et præpos. *in, ad. Tib. in orat.* apud *Sueton. Tib.* 67. Cavendum, ne se senatus in acta cujusquam obligaret. *h. e.* obligaret se ad sequenda acta alicujus, quod erat jurare in acta. *Modestin. Dig.* 30. 2. 100. Cautione vel chirographo obligare se ad aliquid. — Cum Ablat. et præpos. *in. Cic. Cæl.* 3. 7. Si quis, quod spopondit, qua in re verbo se uno obligavit, id non facit, etc. Sic *Liv.* 9. 9. Si quid est, in quo obligari populus possit, in omnia potest. — Cum Infinito. *Justin.* 3. 3. 11. Jurejurando obligat civitatem, nihil eos de ejus legibus mutaturos, priusquam reverterentur. — Cum Conjunct. et part. *ut. Ovid.* 1. *Trist.* 2. 83. Obligor, ut tangam lævi fera littora Ponti. *h. e.* cogor, jubeor. — Cum Supino, si tamen salva est lectio, *Ammian.* 28. 4. *ante med.* Et abundare omni cultu humanitatis peregrinum putantes (*nobiles et senatores*), cujus forte etiam gratiâ sunt obligati, interrogatum, quibus thermis utatur aut aquis. *h. e.* putant nobiles illi Romani et senatores, abunde cultum a se esse peregrinum et humanissime exceptum, si dignati fuerint eum interrogare, quibus thermis utatur etc. — Absolute *Cic.* 1. *ad Brut.* 18. *a med.* Magis enim illum, pro quo spopondi, quam me obligavi. Et poetice *Horat.* 2. *Od.* 7. 17. Ergo obligatam redde Jovi dapem. *h. e.* promissam, addictam, *promessa.* — *b*) Item est beneficio devincire, *obbligare, far suo, guadagnare a se. Cic.* 2. *ad Q. fr.* 14. *sub fin.* Quem fac, ut tua liberalitate tibi obliges. *et* 3. *ibid.* 1. 5. Scaurum beneficio defensionis valde obligavi. *Cælius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 6. Quam velis eum obligare, in tua manu est. *Plin.* 4. *Ep.* 4. Obligabis me, obligabis Calvisium nostrum, obligabis ipsum non minus idoneum debitorem, quam nos putas. *Id.* 10. *ibid.* 3. Indulgentia tua hortatur me, ut audeam tibi etiam pro amicis obligari. *restarti obbligato. et Ovid.* 9. *Met.* 247. Nam quam-

quam ipsius datur hoc immanibus actis, Obligor ipse tamen. — Sæpe hoc sensu occurrit Part. *obligatus*, h. e. beneficio devinctus, obstrictus, *obbligato, tenuto. Cic. 6. Fam.* 11. Dolabellam antea tantummodo diligebam; obligatus ei nihil eram: nunc tanto sum devinctus ejus beneficio, etc. *Id.* 13. *ibid.* 18. *extr.* Quibuscumque officiis Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore. *et* 11. *ibid.* 16. Magno præterea beneficio ejus magnoque merito sum obligatus. *Seneca* 1. *Benef.* 4. Per quem obligantium obligatorumque animi certent. ¶ 2. Speciatim est se cujusquam rei debitorem facere, aliquo juris vinculo adstringere et obnoxium reddere, atque adeo aliquo scelere obstringi, *rendersi debitore, rendersi colpevole di un delitto. Cic. Dom.* 8. 20. Quum populum Romanum scelere obligasses. Cf. *eumd. Harusp. resp.* 13. 27. Nihil te igitur permovit, quominus castissimos ludos omni flagitio pollueres, dedecore maculares, scelere obligares? et *Sueton. Cæs.* 42. Obligare se scelere. *Cic.* 1. *Divinat.* 4. 7. Est enim periculum, ne aut, neglectis rebus divinis, impia fraude; aut susceptis, anili superstitione obligemur. *Horat.* 2. *Od.* 8. 5. Obligare caput suum votis. *h. e.* devovere, non implendo vota. *Scævola* apud *Gell.* 7. 15. Obligare se furti. *farsi reo.* Sic *Ulp. Dig.* 27. 3. 1. *sub fin.* Obligari tutelæ et furti. *scil.* actione. *Paul. ibid.* 2. Utraque actione obligari. *Modestin. ibid.* 48. 20. 30. Lege Cornelia testamentaria obligatur, qui signum adulterinum fecerit. ¶ 3. Item speciatim apud JCtos est aliquo juris vinculo alicui ad aliquid præstandum se adstringere, *legalmente obbligarsi. Ulp. Dig.* 2. 13. 6. § 3. Ultro citro dandi, accipiendi, credendi, obligandi, solvendi sui causa obligatio. *et ibid.* 4. 2. 7. § 1. Si quis in furto deprehensus vel dedit aliquid, vel se obligavit. *et* 21. 1. 25. § 9. Quanta pecunia pro eo homine soluta—, cujusve pecuniæ quis eo nomine obligatus erit. ¶ 4. Item apud JCtos dicitur de iis, qui pignori quidpiam subjiciunt, *impegnare, obbligare, ipotecare.* — *a)* Occurrit de prædiis et aliis rebus. *Vitruv. præf. l.* 10. Tradita æstimatione, magistratui bona ejus obligantur. *Sueton. Vesp.* 4. Rediit nihilo opulentior, ut qui, prope labefacta jam fide, omnia prædia fratri obligavit. *Cajus Dig.* 44. 7. 4. *circa med.* Rem suam creditori obligare. *African. ibid.* 39. 2. 44. Ædes pignori obligatæ. *et Scævola ibid.* 20. 4. 21. Obligare pignori omnia bona sua. *Ulp. ibid.* 46. 3. 20. Res pignoris nomine alii obligata. — Et absolute. *Plaut. Truc.* 2. 1. 4. Nam fundi et ædes obligatæ sunt ob amoris prandium. *Cic.* 3. *leg. Agr.* 2. 9. Prædia soluta meliore in causa sunt, quam obligata. *Ulp. Dig.* 27. 9. 5. *ad* 51. Distrahere vel obligare possessionem. — *b)* Hinc translate *obligare fidem suam*, data fide se obligare, *impegnare la sua parola. Cic.* 5. *Phil.* 18. 51. Audebo etiam obligare fidem meam, P. C., vobis populoque Romano. *Deinde statim subdit*: Promitto, recipio, spondeo, C. Cæsarem talem semper fore. Sic *Sueton. Claud.* 9. *in fin.* Quum obligatam ærario fidem liberare non posset. *Curt.* 7. 10. Interroganti, quo pignore fidem obligaturi essent, dixerunt et . — *Obligare fidem in aliquid* dixit *Liv.* 30. 12. Amore captivæ victor captus data dextera in id, quod petebatur, obligandæ fidei, in regiam concedit. ¶ 5. Refertur interdum ad veneficia, et *obligare aliquem* est omnem prorsus agendi vim ei detrahere. *Paul. Sententiar. l.* 5. *tit.* 23. Qui sacra impia, ut quem obcantarent, defigerent, obligarent, fecerint. ¶ 6. Item est implicare, irretire. *Cic.* 2. *Verr.* 9. 24. Me hoc judicio districtum atque obligatum futurum. *occupato, impedito. V.* DISTRINGO. — Hinc Part. præter. nass., cujus plurima exempla retulimus,

Obligatus, a, um, qua significat beneficio devinctum, obstrictum, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Obligatior* apud *Plin.* 8. *Ep.* 2. *in fin.* Quanto quis melior et probior, tanto mihi obligatior abit

OBLĪGŪRĪO *vel* obligurrio, is, ire, a. 4. (ob *et* ligurio) prorsus ligurio, et translate consumo, absumo, κατατρώγειν. *Ennius* apud *Donatum* ad *Ter. Phorm.* 2. 2. 25. Iupino exspectans impetu, Mox quum alterius obligurias bona. *At. cl.* Vahlen. *legit* obligurias. Similiter *Cic.* 2. *Cat.* 5. 10. Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt. *Al., inter quos* Orell., *leg.* abligurierunt: *alii* obligaverunt. *V.* LIGURIO. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* ed. *A. Maio* 1. 26. Aves eodem advolavisse, raptimque omnem illam de farina lineam obligurisse.

OBLĪGŪRĪTOR *vel* obligurritor, ōris, m. 3. qui prorsus ligurit, qui omnia consumit, absumit, *dissipatore, mangione. Firmic.* 5. *Mathes.* 5. Homines audaces, temerarii, obliguritores.

OBLĪMĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBLĪMO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* limus). Part. *Oblimatus* I. — Oblimare est limo obducere, limo replere, περιπλάττω (It. *infangare, imbrattare, ricoprire di fango*; Fr. *couvrir de limon, obstruer par de la boue*; Hisp. *cubrir con limon, con lodo, encerrar con cieno*; Germ. *mit Schlamm überziehen, ver-, überschlämmen*; Angl. *to cover with mud or slime*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat. D.* 52. 130. Nilus Ægyptum irrigat, mollitosque et oblimatos agros ad serendum relinquit. *Sueton. Aug.* 18. Fossas, in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit. *Virg.* 3. *G.* 136. et sulcos oblimet inertes.

II.) Translate. ¶ 1. Est obligurire, consumere, absumere. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 61. bonam deperdere famam. Rem patris oblimare, malum est ubicumque. *h. e.* rem patris limo obducere, ait *Ritterus*, ut portus oblimati et viæ limo obductæ nullius usus sunt. *Acron* ad *loc. cit.* Vertere, consumere; tractum a lima qua fabri utuntur (quam notationem probavit *Forcellinus*), aut certe a limo, ut sit obducere, ut dicimus quædam limo obducta perisse. ¶ 2. Item ponitur pro obcæcare, quasi limo meatus claudere, seu obtundere. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 29. sed quod dissuasor honesti Luxus, et humanas oblimat copia mentes. *Solin.* 11. Pronius est Cretam dicere, quam absolvere, in quo mari jaceat. Ita enim circumflui illius nomina Græci permiscuerunt, ut, dum aliis alia inferunt, pæne oblimaverint universa. — *Terentian. de pedibus v.* 1663. *p.* 2419. *Putsch.* Quum (*littera c*) venit in medium, vocesque oblimat adhærens.

OBLINGO, is, ere, a. 3. (ob *et* lingo) circum lingere, *leccare all'intorno. Marcell. Empir. c.* 8. *sect.* 5. *p.* 96. *retro* ed. *Ald. de oculorum vitiis.* Folia oleagina commanducato diligenter, eorumque succo, quem in ore collegeris, quotidie jejunus oculos oblingito, vel inlinito per linguam. *Est qui ita leg.*; Aldus *edidit* ablingito, *h. e.* auferto, *leva via leccando, quod præferendum videtur.*

OBLĪNĪO, is, īvi *vel* ĭi, ītum, ire; a. 4. *et*

OBLĪNĪTUS, a, um. *V.* voc. seq. sub init.

OBLĪNO, līnis, lēvi *et raro* lini, litum, linere, a. 3. (ob *et* lino). *Oblini* in præterito ab antiquis dictum est. *Varro* apud *Priscian.* 10. *p.* 898. *Putsch.* Quum oblinerunt vasa. — Est et alia forma *oblinire*, a qua Part. *Oblinitus*: hac usi sunt *Colum.* 5. *R. R.* 9. 3. Et imas partes misto fimo cum cinere oblinire. *Id.* 12. *ibid.* 15. 2. Vasa operculare et oblinire. *Scribon. Compos.* 230. Eadem res et palpebram pilosam remediat, si quis radices adversus naturam pilorum natas oblinierit. *Id. ibid.* 245. Cinis de filice facta, aqua conspersa, oblinita. *Paul. Dig.* 47. 11. 1. Si quis cœno luto oblinierit. *Sic* Forcellinus; *al.* obliniverit. *Varro* 1. *R. R.* 41. 2. Surculus argilla obliniendus. *At* Schneider. *leg.* oblinendus, *quod præstat.* Similiter *Colum.* 12. *R. R.* 39. 2. Passum secundarium statim vasis oblinitis includere. *At* Schneider. *leg.* oblitis. — Ceterum Part. *Oblitus* in omnibus paragr.; *Oblinendus V.* paullo supra, ubi de forma *oblinire.* — Oblinere est circum linere, ἐπιχρίω, περιχρίω (It. *ungere intorno, spalmare, infonacare, impeciare, impiastrare*; Fr. *enduire, oindre, appliquer sur*; Hisp. *enyesar, enjalbegar, untar, aplicar encima de*; Germ. *über-, bestreichen*; Angl. *to daub or smear over, bedaub, besmear*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Most.* 1. 3. 101. Cerussa malas oblinere. *Quadrigarius* apud *Gell.* 15. 1. *extr.* Omnem materiam obleverat alumine. *Varro* apud *Non. p.* 25. 2. *Merc.* Obbom (*al.* bovam) luto oblevisse. *Id.* 3. *R. R.* 7. 7. Accipitres ita decipiuntur, quum se obleverunt visco. *Cic.* 2. *Cat.* 5. 10. Sertis redimiti, unguentis obliti. *Id.* 2. *Att.* 21. Si Protogenes Ialysum illum suum cœno oblitum videret. *imbrattato. Plin.* 17. *Hist. nat.* 11. 16. (87). Plagam a trunco oblini fimo et foliis præligari. *Varro* 1. *R. R.* 58. *init.*; et *Plin.* 18. *Hist. nat.* 30. 73. (307). Legumina in oleariis vasibus oblita cinere servantur. Rursus *Varro* 3. *ibid.* 7. 3. Quam levissimo marmorato toti parietes ac cameræ oblinuntur. *vengono intonacate*, tectorium scil. parietibus ac cameris inducitur. *Tac.* 2. *Ann.* 17. Oblitus faciem suo cruore. Sic poetice *Ovid.* 4. *Met.* 97. Cæde læna boum spumantes oblita rictus. *intrisa. Id. Heroid.* 11. 1. Si qua tamen cæcis errabunt scripta lituris, Oblitus a dominæ cæde libellus erit. *macchiato.* Sic *Propert.* 4. 3. 3. Si qua tamen tibi lecturo pars oblita deerit, Hæc erit e lacrimis facta litura meis. ¶ 2. Speciatim est delere, inducere, *cancellare. Gell.* 20. 6. *sub fin.* Quum in Catilina scriptum esset (*Sall. Cat.* 34.) *Sæpe majores vestrum miseriti plebis Romanæ, vestrum* obleverunt et *vestri* superscripserunt. ¶ 3. Item lutare, conspurcare, *infangare, imbrattare. Eucilius* apud *Non. p.* 420. 22. *Merc.* Quid tu istuc curas, ubi ego oblinar atque voluter? *Varro* 2. *R. R.* 9. 13. Cubilia substernenda frondibus, ne catuli oblinantur. ¶ 4. Item linendo obturare, *riturare, stuccare. Cato R. R.* 36. Si bene deacinata erunt dolia, oblinito. *Id. ibid.* 127. Oblinito amphoram, et post dies triginta aperito, et utitor. *Colum.* 12. *R. R.* 16. 4. Ora urceolorum oblita. *h. e.* picata, obturata. *sigillate, impeciate, riturate.* Sic *Plin.* 20. *Hist. nat.* 9. 39. (98). Gypso oblitus radus. ¶ 5. Item est implere, plus æquo implere, *riempiere, sopraccaricare. Varro* 3. *R. R.* 2. 5. Villa oblita tabulis pictis, nec minus signis ornata. *Plin.* 7. *Ep.* 3. Stomachus dulcibus cibis obtusus et oblitus. *quasi impastricciato, sopraccarico.*

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro fœdare, inquinare, polluere, contaminare. *Cic. Brut.* 13. 51. Ut semel e Piræeo eloquentia evecta est, ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus, omnemque illam salubritatem Atticæ dictionis, quasi sanitatem, perderet. *h. e.* imbueret et fœdaret. *Id.* 5. *Verr.* 4. 8. Sunt omnia quum summo dedecore ac turpitudine, tum singulari stultitia atque inhumanitate oblita. *Id.* 11. *Phil.* 12. 27. Dolabella tanto parricidio oblitus. *et* 14. *ibid.* 3. 9. Libido flagitiosa, qua Antoniorum oblita est vita. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 30. Nec socerum quærit, quem versibus oblinat atris. *h. e.* infamet. ¶ 2. Item pro aspergere, implere, atque adeo aspergendo vel implendo inquinare. *Cic.* 9. *Fam.* 15. Facetiæ oblitæ Latio. *Id.* 4. *Herenn.* 11. 16. Exornationes, si raræ disponentur, distinctam, sicuti coloribus; si crebræ collocabuntur, oblitam reddunt orationem. *Sueton. Gramm.* 10. Sallustii scripta reprehendit, ut nimia priscorum verborum affectatione oblita. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 204. Divitiæque peregrinæ, quibus oblitus actor Quum steiit in scæna, concurrit dextera lævæ. *h. e.* coopertus, indutus.

OBLĪQUĀTĒ, adverb. oblique, transverse. Est *Vet. Scholiast.* ad *Lucan.* 3. 253.

OBLĪQUĀTĬO, ōnis, f. 3. *torcimento*, obliquitas. *Macrob.* 7. *Saturn.* 1. *a med.* Hedera thyrso per obliquationem circumfusa.

OBLĪQUĀTUS, a, um. *V.* OBLIQUO.

OBLĪQUĒ, adverb. (obliquus) transverse, non recte, πλαγίως, λοξῶς (It. *obliquamente, tortamente, a traverso, a sghembo, per fianco*; Fr. *obliquement, de biais*; Hisp. *obliquamente, al sesgo, al través*; Germ. *seitwarts, schräge, schief*; Angl. *obliquely, on one side, sideways, athwart, astant, askaunt, askew*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 41. 2. *Schneid.* Si vitis vitem contingit, vitem utrimque teneram præcauto oblique. *Cic.* 1. *Fin.* 6. 20. Atomi, quæ recte, quæ oblique ferantur. *Al. leg.* rectæ, obliquæ. ut apud *Cæs.* 4. *B. G.* 17. Subliciæ ad inferiorem partem fluminis oblique agebantur. *Quintil.* 11. 3. 140. Sinus togæ, qui sub humero dextro ad sinistrum oblique ducitur. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 30. 50. (95). Locustæ in pavore oblique in latera procedunt. *Id.* 2. *ibid.* 15. 13. (63). Signifer oblique inter polos situs.

II.) Translate. *Pseudo-Ascon.* in *Cic. Divin. in Q. Cæcil* 15. 49. Oblique Cicero removere conatur Cæcilium etiam a subscribendi spe. *indirettamente, tacitamente.* Sic *Tac.* 3. *Ann.* 35. Castigatis per

litteras oblique patribus, quod cuncta curarum ad principem rejicerent. *et* 5. *ibid.* 2. Increpuit amicitias muliebres, Fufium consulem oblique perstringens. *Gell.* 3. 2. *extr.* His versibus oblique admonere voluit, diem a sexta noctis hora oriri. *h. e.* non exposite atque aperte, sed recondita et quasi operta veteris ritus significatione, ut ipsemet loquitur *paullo sup.* et *Id.* 7. 17. Tum vero ego permotus, agendum jam oblique cum homine stulto, existimavi. *dissimulatamente. Ammian.* 20. 9. *init.* Legati, hæc secum ferentes quæ prædiximus, intentique ad viandum, quum venirent ad judices celsiores, oblique tenebantur: morasque per Italiam et Illyricum perpessi diuturnas et graves, tandem etc. *h. e.* maligne detinebantur.

OBLĬQUĬTAS, ātis, f. 3. *obliquità, sghembo,* λοξότης, curvitas.

I.) Proprie. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (43). Ni talis obliquitas in latus digredi videretur. *Id.* 2. *ibid.* 19. 17. (81). Inæqualitatis causa obliquitas est Signiferi. Adde *eumd. ibid.* 8. 6. (31). et 10. 7. (48).

II.) Translate de sermone est perplexitas, obscuritas, ambages. *Priscian.* 18. *p.* 1137. *Putsch. de oraculi responso:* Ajo te Æacida *etc.* Sed aptissimum maxime fuit responso, etiam in confusione ordinis, propriam oraculi obliquitatem servare.

OBLĬQUO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (obliquus). Part. *Obliquans* I.; et *Obliquatus* I. et II. — Obliquare est transverse sive in latus flectere, curvare, torquere, in obliquum flectere, πλαγιόω, λοξόω (It. *piegare, torcere, fare andar a traverso, per fianco, per isghembo*; Fr. *faire aller de travers ou obliquement, porter de côté, placer de biais, incliner*; Hisp. *torcer, inclinar, hacer ir al fesgo, al traves, poner obliquamente*; Germ. *seitwärts-, schief-schräg richten, -neigen, -biegen, -krümmen, -lenken*: Angl. *to make oblique, bend obliquely, turn sideways or awry, cause to go transverse, turn aside*).

I.) Proprie. *Seneca Ep.* 121. *ante med.* Animalia tergi durioris inversa tamdiu se torquent, ac pedes exserunt et obliquant, donec ad locum reponantur. *Apul.* 6. *Met.* Obliquata cervice. *Ovid.* 7. *Met.* 410. Tirynthius heros Restantem, contraque diem radiosque micantes Obliquantem oculos, nexis adamante catenis Cerberon extraxit. *Stat.* 1. *Achill.* 323. lætumque rubet, visusque superbos Obliquat. *Apul.* 3. *Met. sub init.*; et *Ammian.* 28. 4. *a med.* Obliquato aspectu conspicere. *con occhio torto, biecameate.* Rursus *Stat.* 12. *Theb.* 749. ille paventes Obliquavit equos. *Sil. It.* 15. 624. qua curvatas sinuosis flexibus amnis Obliquat ripas. *Lucan.* 4. 117. vastos obliquent flumina fontes. *h. e.* torqueant, et in se vertant. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 15. (38). *de Caspio mari.* Irrumpit arctis faucibus *etc.*, atque ubi cœpit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus. *Ammian.* 16. 12. *a med.* Præruptas undarum occursantium moles obliquatis meatibus declinantes. *Tac. Germ.* 38. Insigne gentis obliquare crinem, nodoque substringere. Sic Suevi a ceteris Germanis, sic Suevorum ingenui a servis separantur. *h. e.* non sinere recta descendere, sed flectere retro, vel in verticem, et nodo colligare. *Virg.* 5. *Æn.* 16. Obliquatque sinus in ventum. *h. e.* vela torquet in ventum, ut eum transverse flantem excipiat: quod nos dicimus *andare a poggia, o ad orza.* Sic *Lucan.* 5. 527. et flexo navita cornu Obliquat lævo pede carbasa. *V.* PES. *Ovid.* 12. *Met.* 485. in latus ensem Obliquat. *h. e.* obliquo ictu et cæsim feriendo, qui punctim antea ceciderat.

II.) Translate. *Stat.* 3. *Theb.* 381. sic variis prætentat pectora dictis, Obliquatque preces. *h. e.* non quidem directo et aperte, sed tecte, et aliud velle se simulans, preces adhibet. *Arnob.* 3. 23. Cur obliquata, dubia, cur obscuritatis submersa caligine (*Pythius*) dat sæpius subministratque responsa? Cf. *Pacuvius* apud *Non. p.* 237. 4. *Merc.* Flexa, non falsa autumare dictio Delphis solet. et *Virg.* 6. *Æn.* 99. *de Sibylla.* Horrendas canit ambages. *V.* et voc. seq. — De littera Q scribit *Quintil.* 1. 4. 9. similem esse litteræ K, nisi quod paulum a nostris obliquatur. *h. e.* liquidæ more pronunciatur, ut audire est in *cui* et *qui.* In priore enim durior est sonus, in altero flexus et tenerior quodammodo.

OBLĬQUŌLŌQUUS, i, m. 2. (obliquus *et* loquor) cognomen Apollinis, in *Gloss. Philox.*, quod Græce Λοξίας dicitur. *V.* LOXIAS. *V. Arnob. loc.* in voc. præced. sub II.

OBLĬQUUM, nom. et adverb. *V.* voc. seq. I.

OBLĬQUUS, a, um, adject. ab *ob* et *liquis*, quam vocem vide suo loco. De notatione vide *Voss.* et *Martin.* ubi multa. — Quod ad scriptionem attinet ut *anticus* pro *antiquus*, sic *oblicus* pro *obliquus* scribebant veteres; V. *Wagner, Orthogr. Virgil. p.* 449. Hinc *oblicum*, minime vero, ut vulgatæ Edd., *oblitum* legendum est apud *eumd. Virg.* 3. *G.* 236. — Comp. *Obliquior* I. — Obliquus est a recto deflexus, curvatus, transversus, λοξός, πλάγιος (It. *obliquo, torto, piegato, bieco, che va a sghembo, a traverso, in banda*; Fr. *oblique, qui est ou qui va de biais, de travers, incliné*; Hisp. *oblicuo, inclinado*; Germ. *seitwarts, schief, schräge, von der Seite*; Angl. *oblique, awry, sidelong, thwart, turned sideways, slant, slanting, transverse*).

I.) Proprie. — *a)* Generatim *Cic. de Divin.* II. 53. 120. Animal omne, ut vult, ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino. *Ovid.* 2. *Amor.* 17. 20. *de Vulcano.* Turpiter obliquo claudicat ille pede. *Cæs.* 4. *B. G.* 17. Sublicæ ad inferiorem partem fluminis obliquæ adigebantur. *Al.* oblique. *et* 7. *ibid.* 73. Obliqui ordines in quincuncem dispositi. *Id.* 1. *B. C.* 76. Obliquo itinere locum aliquem petere. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (90). *de Apelle.* Pinxit Antigoni regis imaginem altero lumine orbam, primus excogitata ratione vitia condendi; obliquam namque fecit. *in profilo. V.* CATAGRAPHUS. *Id.* 2. *ibid.* 77. 79. (188). Positio Signiferi circa media sui obliquior est, juxta solstitium rectior. *Horat.* 3. *Od.* 22. 7. Verres obliquum meditans ictum. *scil.* quia dentes exsertos habet a lateribus oris. *Ovid. Heroid.* 4. 104. obliquo dente timendus aper. *et ibid.* 6. 87. refrenat aquas, obliquaque flumina sistit. *et* 9. *Met.* 18. Amnis cursibus obliquis fluens. *et* 1. *ibid.* 39. Fluminaque obliquis cinxit declivia ripis. *et* 10. *ibid.* 491. obliqua radix. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 29. 46. (86). Polypi natant obliqui in caput. *Id.* 8. *ibid.* 24. 36. (88). Obliquo capite speculari. *col collo torto. Ovid.* 2. *Fast.* 457. Jam levis obliqua subsidit Aquarius urna. *h. e.* inversa. — *Obliquus* etiam dicitur, qui a latere situs est, non adversus, nec aversus. *Cic.* 6. *de republ.* 19. Hos, qui incolunt terram, partim obliquos, partim aversos, partim etiam adversos stare vobis. *Ovid.* 5. *Met.* 132. Hujus in obliquo missum stetit inguine ferrum. *Val. Flacc.* 2. 7. Templaque Tisææ mergunt obliqua Dianæ. *Propert.* 4. 3. 21. *obliquum* dicit torquentem funes, quia cessim graditur, et obliquo corpore. — *b)* Specialim, *Obliquo oculo aspicere* est in latus deflexo, *mirare con occhio bieco*; quod faciunt invidentes, et dolentes alienis bonis: cui contrarium est *rectis oculis. Ovid.* 2. *Met.* 707. Illa deam obliquo fugientem lumine cernens. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 37. Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat. *Stat.* 3. *Theb.* 377. Respectentque truces obliquo lumine matres. *Id.* 2. *Silv.* 6. 102. obliquoque notat Proserpina vultu. — *c) Ab obliquo*, oblique, a latere. *Ovid. Remed. am.* 121. Stultus ab obliquo qui quum descendere possit, Pugnat in adversas ire natator aquas. Adde *eumd.* 10. *Met.* 675. — *d) Ex obliquo*, idem. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 31. 31. (99). Plures soles simul cernuntur, nec supra ipsum, nec infra, sed ex obliquo. — *e) Per obliquum*, idem. *Horat.* 3. *Od.* 27. 6. serpens per obliquum similis sagittæ Terruit mannos. — *f) In obliquum*, idem. *Virg.* 1. *G.* 97. Et qui, proscisso quæ suscitat æquore terga, Rursus in obliquum verso perrumpit aratro. *Ovid.* 2. *Met.* 130. *de Zodiaco.* Sectus in obliquum est lato curvamine limes. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 55. (152). Cancri in obliquum aspiciunt. *Id.* 27. *ibid.* 9. 55. (79). Filicis radices longæ in obliquum. — *g) Obliquum* adverbii more, idem. *Apul.* 3. *Met.* Oculis obliquum respiciens.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de transversa hominum cognatione. Hinc poetice *obliquum genus* ejus est, qui non ex eadem matre mecum, sed ex concubina patris mei progenitus est. *Stat.* 5. *Theb.* 221. quibus ubera mecum Obliquumque a patre genus. *Lucan.* 8. 286. obliquo maculat qui sanguine regnum. Al. hic expon. ex femina descendens, quia cognatio ex feminis transversa est, recta autem ex viris. ¶ 2. De oratione; et — *a) Obliquum dictum, obliquus sermo* est, in quo non directo et aperte, sed velut per ambages et tacite quippiam significamus, aut perstringimus. *Tac.* 14. *Ann.* 11. Temporum Claudianorum obliqua insectatione cuncta ejus dominationis flagitia in matrem transtulit. *Quintil.* 9. 2. 79. Ut si pater, qui infamem in matrem filium secreto occidisset, reus malæ tractationis, jacularetur in uxorem obliquis sententiis. *Martial.* 7. 62. Ne quid liberti narrent servique paterni, Et notet obliqua garrulitate cliens. *Suet. Domit.* 2. *extr.* Obliquis orationibus carpere aliquem. *Aurel. Vict. Epit.* 9. Quum etiam causidicorum obliqua dicta contemneret. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 27. Cessent mendaces obliqui carminis astus. *h. e.* in alicujus laudem, dissimulato tamen nomine, compositi. *Ammian.* 15. 5. *post init.* Velut Silvano rogante verbis obliquis oranteque amicos-, ut se altiora cœptantem et propediem solium Principis adituram juvarent. Sic *Id.* 29. 1. *circa fin.* Confutabant Theodorum litteræ suæ, per ambages obliquas ad Hilarium scriptæ. — *b) Obliqua oratio* est, quæ non recta constructione dirigitur ad eum, ad quem habetur, sed per obliquos casus, et infinitivum modum, *parlar indiretto*: cui opponitur *directa. Quintil.* 9. 2. 37. Apud historicos reperiuntur obliquæ allocutiones, ut in T. Livii primo statim libro (c. 9.): Urbes quoque, ut cetera, ex infimo nasci: deinde etc. *Justin.* 38. 3. 11. Quam orationem obliquam Pompejus Trogus exposuit, quoniam in Livio et in Sallustio reprehendit, quod contiones directas, pro sua oratione operi suo inserendo, historiæ modum excesserint. — *c) Obliqui casus* apud Grammaticos sunt reliqui præter rectos. *Varro* 8. *L. L.* 49. *Müll.* Alia casus habent et rectos et obliquos, alia rectos solum, alia modo obliquos. *Quintil.* 1. 6. 25. Similes quoque positiones in longe diversas figuras per obliquos casus exeunt. — *d) Obliqua positio* in verbis est, quæ a prima descendit, ut *laudavi* a *laudo, pepigi* a *pago. Id.* 1. 6. 10. Prima aliquando positio ex obliquis invenitur, ut memoria repeto convictos a me, qui reprehenderant, quod hoc verbo usus essem, *pepigi.* ¶ 3. De hominibus, *obliquus adversus aliquem*, infensus, inimicus, invidus. *Flor.* 4. 2. Cato adversus potentes semper obliquus, detrectare Pompejum, actisque ejus obstrepere. — Hinc

Obliquum, i, n. 2. substantivorum more, et

Obliquum, adverbii more usurpatum *V.* sub I. *c.*, *d.*, *e.*, *f.*, et *g.*

OBLĪSUS, a, um. *V.* OBLIDO.

OBLĪTĔRĀTĬO, OBLĪTĔRĀTOR, OBLĪTĔRO. *V.* OBLITTERATIO, OBLITTERATOR, OBLITTERO.

OBLĪTESCO, tescis, tŭi, tescere, n. 3. (ob *et* latesco) delitescere, abscondi, *nascondersi, stare celato*, ἐπιλανθάνω. *Cic. Tim.* 10. *ad fin.* Quibusque temporibus a nostro aspectu oblitescant. *Varro* 1. *R. R.* 51. 1. Aream esse oportet solidam terra pavita, ne in rimis ejus grana oblitescant. *Seneca Ep.* 55. *ante med.* Qui, velut timidum atque iners animal, metu obliruit.

OBLĪTOR, ōris, m. 3. qui oblitus est, vel oblivisci tur, *chi ha dimenticato, o dimentica. Hieronym.* in *Ps.* 88. *v.* 30. Derelictores legis, judiciorum oblitores.

OBLITTĔRĀTĬO *vel* obliteratio, ōnis, f. 3. (oblittero) *cancellamento, abolizione*, actus oblitterandi, deletio, et translate oblivio. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 7. 18. (47). Tanto magis deprehenditur æris oblitteratio. *h. e.* fundendi æris scientia oblitterata. *Arnob.* 6. 7. Vetustatis oblitteratione celari. *Ammian.* 30. 6. Pacem cum præteritorum oblitteratione obsecrantes.

OBLITTĔRĀTOR *vel* obliterator, ōris, m. 3. (oblittero) qui delet, aut memoriam aufert, et translate qui obliviscitur. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 26. *ad fin.* Commemorator, non oblitterator vetustatum.

OBLITTĔRĀTUS *vel* obliteratus, a, um. *V.* voc. seq.

OBLITTĔRO *vel* oblitero, as, āvi, ātum, are, a. 1. (oblino, ob *et* littera). Part. *Oblitterans* II.; *Oblitteratus* I. et II.; *Oblitterandus* II.; *Oblitteraturus* II. — Oblitterare est litteris aliquid

superducere, oblinere, atque adeo abradere, abolere, delere, *ἀφανίζω, cancellare, cassare, distruggere.*

I.) Proprie. *Tac.* 13. *Ann.* 23. Exsiliumque accusatori irrogatum, et tabulæ exustæ sunt, quibus oblitterata ærarii nomina retrahebat. *Alii pro* nomina *leg.* monimenta.

II.) Translate est oblivisci, memoriam auferre, ex animo delere, *togliere dalla memoria, dimenticare, mettere in dimenticanza. Accius* apud *Non. p.* 146. 30. *Merc.* Inimicitias exstinctas atque oblitteratas memoria renovare. *Cic. Valin.* 6. 15. Quod maximis rebus, quas postea gessit, oblitterandum esset. *Id. post redit. in senat.* 8. 21. Publici mei beneficii memoria privatam offensionem oblitterarunt. *Catull.* 64. 232. Hæc vigeant mandata, nec ulla oblitteret ætas. *Liv.* 3. 59. Peccata oblitterata repetere. *Id.* 39. 20. *extr.* Non tamen oblitterare famam rei male gestæ potuit. *Id.* 21. 29. *extr.* Oblitterare memoriam. *Id.* 3. 71. Res oblitterata vetustate. *Id.* 41. 24. Suo beneficio paternas simultates oblitterans. *et* 43. 2. Præterita silentio oblitterare. Sic *Sueton. Tib.* 22. Silentio rem oblitterare. *Tac.* 11. *Ann.* 15. Ne ritus sacrorum oblitterarentur. *Id.* 1. *ibid.* 51. Tempus oblitterandæ seditionis. *Id.* 6. *ibid.* 32. Bona juventæ senectute flagitiosa oblitteravit. *Id. Dial.* 8. Libentius enim novis et recentibus, quam remotis et oblitteratis exemplis utor. *et ibid.* 22. Ut jam oblitterata et olentia. *Lactant.* 6. *Instit.* 24. Deus promittit, se oblitteraturum omnes iniquitates ejus, qui justitiam denuo cœperit operari. *Liv.* 26. 41. Adversæ pugnæ in Hispania nullius in animo, quam meo, minus oblitterari possunt. *V. Drakenborg.* ad *h. l.*

OBLITTĔRUS *vel* obliterus, a, um, adject. *Gell.* 19. 7. Nævius oblitteram gentem pro oblitteratam dixit.

OBLĪTUS, a, um. *V.* OBLINO.

OBLĪTUS, a, um. *V.* OBLIVISCOR.

OBLĪTUS, us, m. 4. (oblino) linitio. *Gloss. Cyrill.* Χρίσις, liniatura, oblitus.

OBLĪVIĀLIS, e, adject. oblivionem inducens, ut Obliviale poculum apud *Prudent.* 6. *Cathemer.* 16.

OBLĪVIO, ōnis, f. 3. actus obliviscendi, memoriæ defectus, λήθη (It. *oblivione, dimenticanza*; Fr. *action d'oublier, oubli*; Hisp. *el acto de olvidar, olvido*; Germ. *das Vergessen, d. Vergessenheit*; Angl. *oblivion, forgetfulness*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. — Sæpissime in singul. num. *Cic. pro leg. Manil.* 4. 9. Omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit. *Id.* 2. *Orat* 2. 7. Laudem alicujus ab oblivione atque a silentio vindicare. *Liv.* 1. 31. et 32. 21. *a med.* Dare aliquid oblivioni. *metter in obblio. Cic.* 2. *Fam.* 1. *ad fin.* Meam tuorum erga me meritorum memoriam ulla numquam delebit oblivio. *Id. Dejot.* 13. 37. Senatus judicia de illo quæ unquam vetustas obruet, aut quæ tanta delebit oblivio? *Id. Brut.* 15. 60. Id ipsum nisi esset Ennii testimonio cognitum, hunc vetustas oblivione obruisset. *Id.* 9. *Phil.* 5. 10. et *Marcell.* 9. 30. Nulla ejus legationem posteritatis obscurabit oblivio. *Id.* 1. *Fam.* 9. *a med.* Omnes ejus gravissimas injurias voluntaria quadam oblivione contriveram. *Id.* 6. *Verr.* 35. 79. Existimavit, homines in oblivionem totius negotii esse venturos. *che si scorderebbero. Seneca Brevit. vit.* 13. *in fin.* Satius erat, ista in oblivionem ire. *Cic.* 3. *Verr.* 39. 101. Jacere in oblivione. *Plin. Paneg.* 75. Quæ vos, ne qua interciperet oblivio, in acta mittenda censuistis. *Pseudo-Sall. orat.* 1. *ad Cæs. med.* An illa, quæ in Pompejum increpabantur, oblivio abstulit? *Cic.* 1. *Off.* 8. 26. Capit me oblivio alicujus rei. *mi dimentico.* et eod. sensu *Plin.* 7. *Hist. nat.* 24. 24. (90). Ex prælto tecto lapsus, matris et affinium cepit oblivionem. Sic 8. *ibid.* 22. 34. (84). Subrepit mihi oblivio. *Id.* 25. *ibid.* 2. 5. (12). et 31. *ibid.* 2. 11. (15). Oblivionem alicui afferre. *Horat. Epod.* 14. 1. Mollis inertia diffundit Oblivionem sensibus. — *Per oblivionem*, adverbii more, *per dimenticanza. Sueton. Cæs.* 28. Acciderat, ut is, legem de jure magistratuum ferens, ne Cæsarem quidem excipere, per oblivionem; ac mox, lege jam in æs incisa et in ærarium condita, corrigeret errorem. — In plur. num. *Horat.* 4. *Od.* 9 32. Non ego tot tuos patiar labores Impune, Lolli, carpere lividas Obliviones. *Gell.* 9. 5. Critolaus Peripateticus et malum esse voluptatem ait, et multa alia mala parere ex sese, injurias, desidias, obliviones, ignavias. — *b*) Speciatim oblivio est idem atque amnestia, quam voc. *V.*, *ἀμνηστία. Vellej.* 2. 58. 4.; et *Sueton. Claud.* 11. Decreta oblivio rerum præteritarum. *che non si parli più del passato.* Cf. *Nepos Thrasyb.* 3. Legem tulit, ne quis ante actarum rerum accusaretur, neve multaretur: eamque illi legem oblivionis appellarunt. et *Val. Max.* 4. 1. *extern.* 4. Hæc oblivio, quam Athenienses *ἀμνηστίαν* vocant. *Justin.* 5. 10. 11. Et, ne qua dissensio ex ante actis nasceretur, omnes jurejurando obstringuntur, discordiarum oblivionem fore.

II.) Translate. ¶ 1. Subjective, uti ajunt, est memoriæ imbecillitas, *difetto, mancanza di memoria. Sueton. Claud.* 39. In eo (*Claudio*) mirati sunt homines et oblivionem et inconsiderantiam, vel, ut Græce dicam, *μετεωρίαν* et *ἀβλεψίαν.* ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu *oblivio litterarum* dictus est a *Bibaculo* Orbilius Pupillus Beneventanus grammaticus, quia in senectute memoriam omnem amiserat. *Sueton. Gramm.* 9. — *NB.* De nomine fluminis proprio *V.* ONOM.

OBLĪVĬŌSUS, a, um, adject. Sup. *Obliviosissimus* 1. — Obliviosus ¶ 1. Est qui cito obliviscitur, *scordevole, smemorato*, ἐπιλήσμων. *Cic. Senect.* 11. 36. Hos significat credulos, obliviosos, dissolutos. *Id.* 1. *Invent.* 24. 35. Acutus, an hebetior: memor, an obliviosus; comis, officiosus, pudens, patiens, an contra. *Tertull. Anim.* 24. Homo obliviosissimus. ¶ 2. *Horat.* 2. *Od.* 7. 21. Oblivioso levia Massico Ciboria exple. *h. e.* oblivionem inducente.

OBLĪVISCOR, oblīviscĕris, oblītus sum, oblīvisci, dep. 3. Ratione habita etymi illud *litus*, quod in part. *oblitus* inest, videtur cum Græca voce λήθη *oblivio* conjungi posse. — Interdum *obliviscor* passive usurpatur; *V.* sub I. *e.* — Part. *Obliviscens* II 1.; *Oblitus* I. et II. 1.; *Obliviscendus* I. — *Oblivitus* pro *oblitus* est *Commodian.* 27. 8. Oblivitos esse mortuos de gesto priore. — Oblivisci est memoriam alicujus personæ aut rei amittere; atque adeo negligere, nam cui aliquid curæ est, oblivisci non solet, ἐπιλανθάνομαι (It. *scordarsi, dimenticarsi, obbliare*; Fr. *oublier, mettre en oubli, perdre le souvenir de*; Hisp. *olvidar, perder la memoria de alguna cosa*; Germ. *vergessen*; Angl. *to forget, let slip from the memory, lose all recollection of*).

I.) Proprie usurpatur *a*) Cum Genitivo. — Cum Genit. personæ. *Cic.* 5. *Fin.* 1. 3. Vivorum memini, nec tamen Epicari licet oblivisci. *Justin.* 11. 5. 9. Obliti omnes conjugum liberorumque Pursicum aurum et totius Orientis opes jam quasi suam prædam ducebant. *Ter. Eun.* 2. 3. 14. Nescio hercule neque unde eam, nec quorsum eam. Ita prorsum oblitus sum mei. *Cic.* 9. *Fam.* 12. Dum tu ades, sunt oblitæ sui. *Virg.* 3. *Æn.* 629. Oblitusve sui est Ithacus discrimine tanto. Adde *Sil. It.* 4. 124. — *Oblitos sui* dixit *Seneca Herc. Fur.* 292. de mortuis, qui epota aqua Lethes vitam omnem præteritam oblivisci dicuntur. — Cum Genit. rei. *Cic. Planc.* 42. 101. Memini, nec unquam obliviscar noctis illius. Sic *Id.* 1. *Fam.* 9. § 8. Num potui magis oblivisci temporum meorum, meminisse actionum? *et Pis.* 26. 62. O paterni generis oblite, materni vix memor! *Id.* 1. *Fam.* 7. § 7. Ut nostræ dignitatis simus obliti. *Id.* 4. *Att.* 18. Me oblitum consuetudinis et instituti mei rarius ad te scribere. *Cæs.* 1. *B. G.* 14. Oblivisci veteris contumeliæ. *et* 7. *ibid.* 34. controversiarum et dissensionum. *Nepos Eumen.* 6. injuriarum omnium. *Liv.* 4. 40. decoris. *Virg.* 4. *Æn.* 267. heu regni rerumque oblite tuarum! *et ibid.* 528. corda oblita laborum. *Horat.* 3. *Od.* 5. 10. Anciliorum et nominis et togæ Oblitus (*miles Crassi*) æternæque Vestæ. *Tac.* 2. *Hist.* 1. *extr.* Obliviscendum offensarum de bello agitantibus. *Quintil.* 9. 2. 86. Oblitl tot exemplorum. *Sil. It.* 3. 301. Ad quarum cantus serpens oblita veneni, etc. — Joculariter *Plaut. Trin.* 4. 3. 10. Tribusne te poteris memoriæ esse oblitum? *h. e. devendo tre soli bicchieri di vino hai perduto la memoria?* — *b*) Cum Accusativo. *Cic. Cœl.* 20. 50. Obliviscor jam injurias tuas, Clodia, depono memoriam doloris mei. *Id. Rosc. Am.* 17. 49. Artificium obliviscatur et studium deponat. *Id. Brut.* 60. 217. Subito totam causam oblitus est. *Id. Mil.* 23. 63. In quibus (*civibus*) homines non modo res præclarissimas obliviscuntur, sed etiam nefarias suspicantur. *Id. Rosc. Am.* 31. 87. Ut alia obliviscar. *Liv.* 5. 5. Num oblivisci nos hæc tam crebra Etruriæ concilia de mittendis Vejos auxiliis patiuntur? *Nepos Datam.* 11. Datamem revocavit, simulans, se quiddam in colloquio esse oblitum. *Justin.* 30. 1. 8. Omnem magnitudinem nominis ac majestatis oblitus. *Virg.* 2. *Æn.* 148. Quisquis es, amissos hinc jam obliviscere Grajos. — *c*) Cum Infinito. — Addito Accus. *Cic. Rosc. Com.* 17. 50. Obliviscor, Roscium et Cluvium viros esse primarios. — Sine Accus. *Ter. Andr.* 5. 1. 22. Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui, dicere. *Ovid.* 2. *Met.* 440. pæne est oblita pharetram Tollere cum telis. *Sueton. Cal.* 26. Consulibus oblitis de natali suo edicere, abrogavit magistratum. — *d*) Cum Relativo. *Cic. Brut.* 60. 218. Etiam in scriptis obliviscebatur, quid paullo ante posuisset. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 62. Quid deceat, quid non, obliti. — *e*) Passive. — Part. *Obliviscendus* apud *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 49. Muliebres mores discendi, obliviscendi stratiotici. *Horat.* 1. *Ep.* 11. 9. Oblitusque meorum, obliviscendus et illis. — Part. *Oblitus, dimenticato*, apud *Virg.* 9. *Ecl.* 53. Nunc oblita mihi tot carmina. *Val. Flacc.* 2. 388. si Martius aures Clamor, et obliti rursus fragor impleat æris. *Id.* 1. 791. Tuque excite parens umbris, ut nostra videres Funera, et oblitos superum paterere dolores. *h. e.* mortalium in terris viventium, qui ibi jam memoria exciderant Lethen transgresso. — *Oblivisci*, si salva est lectio, apud *Paul. Dig.* 23. 2. 60. § 6. Quia post emancipationem in totum adoptivæ familiæ obliviscuntur.

II.) Translate. ¶ 1. De inanimis apud Poetas. *Catull.* 68. 43. Ne fugiens sæclis obliviscentibus ætas Illius hoc cæca nocte tegat studium. *h. e.* oblivione posteritatis obscuret. *Id.* 64. 207. oblito dimisit pectore cuncta, Quæ mandata prius constanti mente tenebat. *Ovid.* 4. *Fast.* 533. *de Proserpina.* oblito fertur gustare palato, Longamque imprudens exsoluisse famem. *Virg.* 2. *G.* 59. Pomaque degenerant succos oblita priores. *Colum.* 10. *R. R.* 408. *de persicis.* Ambrosios præbent succos oblita nocendi. Apud *Manil.* 3. 259. *nox* dicitur *oblita diei*, quum in solstitio hiberno et in regionibus septentrionalibus adeo producitur, ut videatur oblita diei sequentis, cui cedere locum debet. ¶ 2. *Oblivisci nomen suum* proverbio dicitur, qui nullius memoriæ est. *Petron. fragm. Tragur.* 66. *Burmann.* Tam bonæ memoriæ sum, ut frequenter nomen meum obliviscar.

OBLĪVĬTUS, a, um. *V.* voc. præced. sub init.

OBLĪVĬUM, ii, n. 2. idem quod oblivio, *obblio, dimenticanza*; — *a*) Sed fere poetica vox, et usum habens in plurali num. *Lucret.* 6. 1212. Atque etiam quosdam capere oblivia rerum Cunctarum. *Virg.* 6. *Æn.* 714. Lethæi ad fluminis undas Securos latices et longa oblivia potant. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 62. somno et inertibus horis Ducere sollicitæ jucunda oblivia vitæ. *h. e.* oblivisci. Sic *Val. Flacc.* 4. 536. longæ ducentem oblivia pœnæ. *Ovid.* 5. *Trist.* 7. 29. Non tamen ingratum est quodcumque oblivia nostri Impedit. *et* 1. *ibid.* 8. 11. Tanta ne te, fallax, cepere oblivia nostri? *Id.* 12. *Met.* 539. Agere oblivia laudis Herculeæ. *h. e.* oblivisci, tacere, præterire. *Id.* 4. *Pont.* 10. 19. succi, patriæ faciunt qui oblivia. *Sil. It.* 4. 723. omnia somni Condiderant, ægrisque dabant oblivia curis. *Stat.* 10. *Theb.* 89. Limen (*Somni*) opaca Quies et pigra Oblivia servant. — *b*) In singulari num. *Tac.* 4. *Hist.* 9. Eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde oblivio transmisit. *Mar. Victorin.* 1. p. 2469. *Putsch.* Contagio, apud omnes fere veteres scriptum est nominativo casu, ut obsidio quoque et oblivio: sed poetarum licentia primo fecit contagia *et obsidia* et oblivia, postea dici cœpit et oblivium et obsidium et contagium.

OBLĪVĬUS, a, um, adject. *messo in obblivione, disusato*, obsoletus, oblivione deletus. *Varro* 5. *L. L.* 10. *Müll.* Hæc sunt tripartita verba, quæ

sunt aut' nostra, aut aliena, aut oblivia: de nostris dicam cur sint, de alienis unde sint, de obliviis relinquam. *voci antiquate.*

OBLŎCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBLŎCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* loco). Part. *Oblocatus.* — Oblocare est idem quod locare. *Sueton. Cæs.* 26. Quæ ad epulum pertinebant, macellariis oblocata. *Al. leg.* ablocata. *Justin.* 11. 10. Quum operam oblocare ad puteos exhauriendos solitus esset.

OBLŎCŪTIO *et* OBLŎCŪTOR. *V.* OBLOQUUTIO, OBLOQUUTOR.

OBLONGŪLUS, a, um, adject. deminut. oblongi. *Gell.* 17. 9. Surculi teretes oblonguli.

OBLONGUS, a, um, adject. (ob *et* longus). Comp. *Oblongior.* — Oblongus est idem ferme quod *longus,* sed præpositio quippiam auget, ἐπιμηκης, παραμήκης (It. *ben lungo, bislungo*; Fr. *allongé, oblong*; Hisp. *oblongo*; Germ. *länglich*; Angl. *of a good lenght, oblong, longer than broad*). *Liv.* 21. 8. *ad fin.* Falarica, missile telum hastili oblongo. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 12. 75. (196). *de gemmis.* Figura oblonga maxime probatur. *Id.* 10. *ibid.* 52. 74. (145). Quæ oblonga sint ova, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. (2. *Sat.* 4. 12. Longa quibus facies ovis erit, illa memento, Ut succi melioris, etc.) *Id.* 25. *ibid.* 3. 6. (21). Herba folia habens oblonga. *Id.* 13. *ibid.* 15. 30. (96). Oblongus venarum discursus in mensis. *Tac. Agric.* 10. Formam Britanniæ oblongæ scutulæ assimilavere. *Scribon. Compos.* 231. Cantharides variæ et oblongæ. *Vitruv.* 21. 8. *ad fin.* Foramen oblongius fit tanto, quantum etc.

OBLŎQUĬUM, ii, n. 2. contradictio, calumnia. *Sidon.* 7. *Ep.* 9. *in contione.* Nosse vos par est, in quas me obloquiorum Scyllas turbo conjecerit. *Claud. Mamert.* 2. *Stat. anim.* 9. *ad fin.* At si quis nunc monendi locus est, moneo atque denuncio: Quique isti, quique sunt alii, qui vel in magnos viros obloquia, vel de rebus summis deliramenta quædam cum compotoribus mussitant, aut palam loquantur, aut taceant.

OBLŎQUOR, lŏqueris, lŏqui, lŏcūtus *vel* lŏquūtus sum, lŏqui, dep. 3. (ob *et* loquor). Part. *Obloquens* I. *a.*; *Obloquutus* I. *b.* — Obloqui est ob aliquem loqui, atque adeo contra loqui, loquendo interpellare, παραλαλέω (It. *parlare in faccia ad alcuno, parlar contro, contraddire, trovar che dire, interrompere*; Fr. *parler contre quelqu'un ou quelque chose, interrompre, contredire*; Hisp. *hablar en cara, contradecir, interromper*; Germ. *gegen Jemanden reden, sprechen, daher darein reden, widersprechen*; Angl. *to speak while another is speaking, interrupt, gainsay*).

I.) Proprie occurrit — *a)* Cum Dativo personæ. *Plaut. Men.* 1. 2. 46. Te morare, mihi dum obloquere. *Cic. Cluent.* 23. 63. Vocat me alio jamdudum tacita vestra exspectatio, quæ mihi obloqui videtur, quid ergo? negas ne etc? *Plin.* 36. *Hist. nat.* 16. 25. (126). Dederat natura vocem saxis, respondentem homini, immo vero et obloquentem. — Absolute *Afranius* apud *Non. p.* 78. 33. *Merc.* Quid est istuc, te blaterare atque obloqui? *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 10. Tu metuis ne me interpelles *etc.* Tu vero ut me et appelles et interpelles, et obloquare et colloquare velim. *Gell.* 1. 26. Servo suo tunicam detrahi, cædique cum loro jussit. Cœperat verberari: obloquebatur, non meruisse, ut vapulet. *Curt.* 10. 2. *sub fin.* Notatis, qui ferocissime oblocuti erant, singulos manu corripuit. *supra dixerat*: Tumultuoso clamore et militari violentia volentem loqui inhibebant. — *Tertull. de Fug. in Persec.* 1. Ibidem ego, obloquutus aliquid, pro loco ac tempore-, semitractatam materiam abstuli mecum.

II.) Translate. ¶ 1. Poetice per catachresin. *Ovid.* 13. *Pont.* 1. 21. Non avis obloquitur. *h. e.* cantu non obstrepit. *Virg.* 6. *Æn.* 646. Threicius longa cum veste sacerdos Obloquitur numeris septem discrimina vocum. *h. e.* versibus, quos ore canit, interponit sonum lyræ septem chordas habentis. ¶ 2. Ponitur pro male dicere, conviciari. *Plaut. Curc.* 1. 1. 42. Nempe obloqui me jusseras. *V.* integr. loc. *Catull.* 83. 3. *de Lesbia.* si nostri oblita taceret, Sana esset: quod nunc gannit et obloquitur, Non solum meminit, sed quæ multo acrior est res, Irata est: hoc est, uritur et loquitur. ¶ 3. Item pro improbare, vituperare, damnare, rejicere. *Seneca Ep.* 121. Non desistam votis obstrepere. Quid ni? quum maxima malorum optaverimus, et ex gratulatione natum sit, quidquid obloquimur.

OBLŎQUŪTOR *vel* oblocutor, ōris, m. 3. qui obloquitur, interpellat, obstrepit. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 43. neque ego unquam oblocutor sum alteri in convivio. Incommoditate abstinere me apud convivas commode Commemini, et meæ orationis justam partem persequi, et meam partem itidem tacere, quum aliena oratio est.

OBLŎQUŪTIO *vel* oblocutio, ōnis, f. 3. actus obloquendi. *Cassiod.* 4. *Variar.* 31. Defectus rerum aut consilium titubare, aut vires arguit defuisse. Quapropter sanctitas vestra a tali obloquutione refugiens (*h. e. schivando tale diceria*), quæ in aquæductu reficiendo probabili cura ex nostra auctoritate suscepit, celeriter ad effectum faciat pervenire. *Ennod. Opusc.* 6. *sub init.* Si dente tangatur invidi splendor vitæ, umbram venenatæ obloquutionis excludit.

OBLŪCĪNASSE. *V.* OBLUCUVIASSE.

OBLUCTĀTIO, ōnis, f. 3. actus contra aliquid obluctandi.

I.) Proprie. *Capell.* 6. *p.* 208. Cujus (*Ætnæ*) crater-immensos fragores intonans obluctatione flammarum. *Cassiod.* 12. *Variar.* 14. *a med.* Exormiston nequit undis elevantibus contraria obluctatione demergere.

II.) Translate. *Arnob.* 2. 50. Qui cum suis voluptatibus pugnant, et affectus ex animis pellere, pertinaci moliuntur obluctatione virtutis.

OBLUCTOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (ob *et* luctor). Part. *Obluctans* et *Obluctatus* I. — Obluctari est acrius contra aliquid niti, luctari, ἀντιπαλαίω (It. *sforzarsi all'incontro, lottare contro*; Fr. *lutter contre*; Hisp. *luchar contra*; Germ. *sich anstregen gegen Jemanden, gegen ihn ringen oder ankämpfen, widerstreben*; Angl. *to strive against, struggle or contend with*).

I.) Proprie — *a)* Cum Dativo — Rei sæpe. *Virg.* 3. 38. genibusque adversæ obluctor arenæ. *Colum.* 18. *R. R.* 14. 8. Fruticibus aut solidioribus herbis obluctatur ita pertinaciter, ut collum abrumpat. *Curt.* 4. 8. Diu fluminis obluctatus, in ripam semianimis evasit. *avendo contrastato un pezzo. Claudian. Cons. Mall. Theod.* 103. Sidera cur septem retro mittantur in ortus Obluctata polo. *h. e.* contra cæli motum nitentia ab occidente in orientem. — Cum Dat. personæ. *Sil. It.* 8. 10. soli obluctandum Fabio. *h. e.* gerendum bellum contra solum Fabium et soli resistendum. — *b)* Absolute. *Curt.* 4. 9. *extr.* Præfectum equitatus ex equo præcipitavit, et obluctanti caput gladio dempsit. *Stat.* 3. *Silv.* 1. 20. obluctantia saxa Submovit nitens, et magno pectore montem Impulit. *resistenti alle spinte.*

II.) Translate. *Curt.* 6. 6. *a med.* Ut erat animi semper obluctantis difficultatibus. *Id.* 7. 1. Obluctans oblivioni. *contrastante colla dimenticanza.* et *Augustin.* 2. *Civ. D.* 5. Qui flagitiosissimæ consuetudinis vitiis oblectari magis, quam obluctari student.

OBLŪCŪVIASSE dicebant antiqui mente errasse, quasi in luco deorum alicui occurrisse. *Paul. Diac. p.* 187. 11. *Müll. Al. leg.* OBLUCINASSE. *Ceterum* obluruviasse *videtur esse* obvium in luco viare, *h. e.* fieri.

OBLŪDO, dis, si, sum, dere, n. 3. (ob *et* ludo) idem ac ludo, παίζω, *giuocare, scherzare.* ¶ 1. Absolute est coram aliis ludere. *Plaut. Truc.* 1. 2. 10. obludunt, quo custodem Oblectent per joculum et ludum. ¶ 2. Cum Dativo personæ est imponere, ludibrio habere, *farsi giuoco, prendersi giuoco. Prudent. Hamartig.* 6. Terrarum tibi forma duplex obludit, ut excors Dividuum regnare Deum super æthera credas. *h. e.* tibi imponit.

OBLŪRĬDUS, a, um, adject. idem ac luridus, aut valde luridus. *Ammian.* 14. 6. *a med.* Spadones obluridi, distortaque lineamentorum compage deformes.

OBMĂNENS, entis. *V.* OMMANENS.

OBMARCESCO, is, ere, n. 3. idem quod marcesco. *Lucilius* apud *Non. p.* 2. 30. *Merc.* Obmarcescebat febris, senium, vomitus, pus.

OBMENTANS. *V.* OMMENTANS.

OBMĒRĬTUS, a, um, adject. meritus; proprie est solemnis formula *ob merita* perperam declinata. *Inscript.* apud *Rénier.* 966. PARENTES OPTIME OBMERITAE FECERVNT. *Alia* apud *eumd.* 3593. APRONIVS VICTOR FRATRI ET FILIIS AMANTISSIMIS OBMERITIS FECIT ET DEDICAVIT. Adde *aliam* apud *eumd.* 444.

OBMITTO, is, etc. *V.* OMITTO init.

OBMŎLĬOR, īris, ītus sum, iri, dep. 4. (ob *et* molior). Part. *Obmoliendus* 2. — Obmoliri ¶ 1. Proprie et stricto sensu est molem objicere, προβάλλω. *Curt.* 6. 6. *a med.* Arborum truncos et saxa obmoliuntur. *h. e.* advolvunt muniendi causa. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate, ut aliis placet, est facta mole obstruere. *Liv.* 37. 32. Ad muniendæ et obmolienda, quæ ruinis strata erant. *h. e.* obstruenda oppositis molibus. Sic *Id.* 33. 5. Duo, aut summum tres juvenes connisi arborem unam (*ex iis, quibus ante objectis castra sæpta erant*) evellebant: qua evulsa, portæ instar extemplo patebat, nec in promptu erat, quod obmolirentur.

OBMORDĔO, es, ere, a. 2. valde mordeo. *Isid.* 20. *Orig.* 16. 1. Frena quod hæc equi frendant, id est imprimant dentibus et obmordeant.

OBMŎVĔO, es, ere, a. 2. (ob *et* moveo). Part. *Obmovendus.* — Obmovere est admovere, teste *Festo p.* 203. 33. *Müll.* Obmoveto pro admoveto dicebatur apud antiquos. *Cato R. R.* 141. Cultro facito struem, et fertum uti adsiet: inde obmoveto. *et* 134. Fertum Jovi moveto, et mactato sic: Juppiter, te hoc ferto obmovendo bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi, etc. *V. Drakenborg.* ad *Liv.* 9. 37.

OBMURMŪRĀTĬO, ōnis, f. 3. murmuratio et clamor contra aliquem. *Ammian.* 26. 2. Obmurmuratio gravis exoritur, concrepantibus centuriis, etc.

OBMURMŪRO, as, āvi, are, n. 1. (ob *et* murmuro) contra murmurare. — *a)* Cum Dativo. *Ovid. Heroid.* 18. 47. precibusque meis obmurmurat ipse. — *b)* Cum Accusat. *Sueton. Oth.* 7. *extr.* Identidem obmurmurasse: Τί γάρ μοι καὶ μαχαίρᾳ αὐλοῖς; *h. e.* submissa voce locutum esse.

OBMUSSĬTO, as, a. 1. frequentat. *et*

OBMUSSO, as, are, a. 1. obmurmuro, summusso. *Tertull. Pall.* 4. Tacendum, ne quid et illi de Cæsaribus obmussitent. *Id. Anim.* 18. Poetæ hæc nobis semper obmussant.

OBMŪTESCENS, entis. *V.* voc. seq.

OBMŪTESCO, tescis, tŭi, tescere, n. 3. (ob *et* mutesco). Part. *Obmutescens* I. — Obmutescere est mutum fieri, vocem amittere. κωφοῦμαι (It. *ammutire, ammutolire, divenir muto*; Fr. *devenir muet, perdre la voix*; Hisp. *enmudecer, quedar mudo, perder la palabra*; Germ. *verstummen, sprachlos werden*; Angl. *to become dumb, be struck dumb or mute*).

I.) Proprie. *Cels.* 2. 6. Qui epoto veratro exceptus distentione nervorum est, aut qui ebrius obmutuit. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 104. (127). Quantalibet lassitudine recreari defessos, etiam quum obmutuerint. *Id.* 20. *ibid.* 5. 20. (40). Ex aqua bibendum (*succum cæparum*) dedere repente obmutescentibus. *Est qui leg.* obtumescentibus: *at Sillig., nulla prolata var. lectione,* obmutescentibus. *Id.* 8. *ibid.* 30. 44. (106). Umbræ ejus (*hyænæ*) contacto canes obmutescere.

II.) Translate. ¶ 1. De hominibus est universim tacere. *Cic. Mil.* 35. 98. De me omnes gentes loquentur: nulla unquam obmutescet vetustas. *Id.* 2. *Orat.* 7. 27. Ego neque Antonium verbum facere patiar, et ipse obmutescam. *Id. Dom.* 52. 135. Quis est, qui existimare possit, huic vocem mittenti non et linguam obmutuisse, et manum obtorpuisse? *Ovid.* 13. *Met.* 538. obmutuit illa dolore. *Virg.* 4. *Æn.* 279. Æneas aspectu obmutuit amens.

OBNĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *obnascor: nato all'intorno, circum natus. Liv.* 23. 19. Ibi hærentia (*dolia*) inter obnata ripis salicta conspiciuntur.

OBNECTERE, obligare, maxime in nuptiis frequens est. *Festus p.* 190. 11. *Müll. Al. leg.* maxime in nexis frequens est.

ORNEGATOR, oris, m. 3. *V.* ABNEGATOR.

OBNEXUS, us, m. 4. nexus, vinculum. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 37. Dissolvens violentiorum contractuum obnexus.

OBNĪGER, gra, grum, adject. niger, vel subniger, vel admodum niger. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 23. 94. (253). Radicibus multis et obnigris. *Harduin.* in MSS. invenit *obolis, nigris*: unde suspicatur *obtongis, nigris*. At *Sillig.* ex optimis Codd. legit *multis obliquis nigris*.

OBNĪSĒ. *V.* OBNIXE.

OBNĪSUS, a, um. *V.* OBNITOR.

OBNĪSUS, ūs, m. 4. (obnitor) nisus, conatus, qui contra aliquid fit. *Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 41. Damascum capit obnisu levi, opum conditorium Persicarum.

OBNĪTOR, tĕris, sus *et* xus sum, ti, dep. 3. (ob *et* nitor). De scriptione *obnisus* et *obnixus*, V. *Nisus* in v. NITOR. — *Obnitier* pro *obniti* est *Lucret.* 4. 438. — Part. *Obnitens* I. et II. 1.; *Obnixus* I. et II. 2. — Obniti est contra niti, atque adeo resistere, obluctari, ἀντερείδω (It. *sforzarsi all'incontro, puntarsi contro, contrastare, resistere*; Fr. *faire effort contre, lutter, résister*; Hisp. *esforzarse contra, luchar, resistir*; Germ. *gegen etwas sich stemmen, sich entgegen stemmen*; Angl. *to struggle or strive against, contend with, strive, endeavour*).

I.) Proprie. — *a*) De brutis animalibus et hominibus. *Ennius* apud *Probum* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 31. Et deusis aquila pinnis obnixa volabat Vento. *Virg.* 3. *G.* 232. et 12. *Æn.* 105. *de tauro.* Irasci in cornua tentat Arboris obnixus trunco. *h. e.* urgens; impelleps, impetens vi summa truncum. *Id.* 9. *Æn.* 724. Portam vi multa converso cardine torquet, Obnixus latis humeris. *Val. Flacc.* 7. 595. Obnixusque genu superat, cogitque trementes Sub juga aena toros. *Liv.* 34. 46. *a med.* Diu in angustiis pugnatum est, nec dextris magis gladiisque gerebatur res, quam scutis corporibusque ipsis obnixi urgebant. *Est qui leg.* obnisi. *Id.* 6. 12. *ad fin.* Ne procurri quidem ab acie velim, sed obnixos vos stabili gradu impetum hostium excipere. *et* 8. 38. In suo quisque gradu obnixi urgentes scutis, sine respiratione ac respectu pugnabant. *Nepos Chabr.* 1. Obnixo genu scuto. *h. e.* in scutum. *Quintil.* 5. 13. 11. Toto corpore obnitendum. *Amm.* 16. 12. *circa med.* Obnixi genibus quidam barbari peritissimi bellatores hostem propellere laborabant. *Claudian.* 1. *in I. cons. Stilich.* 289. nunc obliquante carina Callidus et pelagi cælique obnititur iræ. *Virg.* 5. *Æn.* 21. Obniti contra. Sic 10. *ibid.* 359. stant obnixi omnia contra. — *b*) De inanimis. *Lucret.* 4. 438. Navigia, aplustris fractis, obnitier undis. *Virg.* 5. *Æn.* 206. acuto in murice remi Obnixi crepuere, illisaque prora pependit. *avendo urtato impetuosamente. Stat.* 5. *Theb.* 366. obnixi lacerant cava nubila venti. *Id.* 11. *ibid.* 337. obnixi frangunt mala murmura dentes. *h. e.* stricti, et invicem malis cocuntibus velut urgentes: quod ita expressit *Seneca* 3. *Ira* 4. Adjice dentium inter se arietatorum, et aliquem esse cupientium, non alium sonum, quam est apris tela sua attritu acuentibus.

II.) Translate. ¶ 1. Morali ratione est contra niti, obluctari: utramque significationem, propriam et translatam, junxit *Tac.* 2. *Hist.* 5. Vespasianus nocte diuque consilio, ac, si res posceret, manu hostibus obniti. *Vellej.* 2. 89. 5. Quum sæpe obnitens repugnasset. *Id.* 2. 123. 2. Quamquam inclinatæ in deterius principia valetudinis senserat, tamen, obnitente vi animi, prosecutus filium etc. *Tac.* 15. *Ann.* 11. Obniti adversis. — Cum Infinito. *Vellej.* 1. 9. 6. Quum Anicii Octaviique triumphum nemo interpellaret, fuere, qui Pauli impedire obniterentur. *Ita Codd.*; *at* Rubkopf. *legendum ducit* anniterentur. — Apud *Cic. Mil.* 13. 34. At nunc, Clodio remoto (*al.* At non P. Clodio mortuo), usitatis jam rebus obnitendum est Miloni, ut tueatur dignitatem suam. *At* Orellius *rectius leg.* enitendum. ¶ 2. Hinc *obnixus* est idem ac firmus, constans, tenax. *Virg.* 4. *Æn.* 331. ille Jovis monitis immota tenebat Lumina, et obnixus curam sub corde premebat. *costante, fermo, resistendo alle preghiere. Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (105). *de cloacis Romæ.* Pugnant diversi aquarum impetus intus, et tamen obnixa firmitas resistit. *Apul.* 4. *Met.* Obnixum silentium. — Hinc

Obnixum, adverbii more. *Auson. epist.* 25. 28. Obnixum, Pauline, taces. *h. e.* obstinate, pertinaciter, constanter.

OBNIXE *vel* obnise, adverb. (obnixus). Comp. *Obnixius.* — Obnixe occurrit translate tantum et est cum conatu, enixe, instanter, totis viribus, *con ogni forza*, συντόνως. *Ter. Andr.* 1. 1. 134. Pedibus manibusque obnixe omnia facturum. *Seneca Ep.* 35. Quum te obnixe rogo, ut studeas, meum negotium ago. *et ibid.* 95. Interdum enim obnixe petimus id, quod recusaremus, si quis efferret. Sic *Ammian.* 24. 2. *med.* Hormisdæ et indigenæ colloquia petentes obnixe. *Id.* 29. 2. *ante med.* Obnixe inflexibilis mansit; ut videretur aures occlusisse ceris. *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 3. Obnixius argumentari.

OBNIXUM, adverb. *V.* OBNITOR in fin.

OBNIXUS *vel* obnisus, a, um. *V.* OBNITOR.

OBNOXĬĒ, adverb. (obnoxius). ¶ 1. Stricto sensu est more ejus, qui noxæ, seu crimini subjectus est, *in modo punibile, in modo previsto dal codice penale. Plaut. Stich.* 3. 2. 41. Perii hercle vero plane, nihil obnoxie. *h. e.* minime leniter, seu leviter et clementer: nam qui obnoxii sunt, leniter et cum respectu agere solent cum iis, quibus sunt obnoxii. Ita *Acidalius.* Aliter *Salmas.*, aliter *Sculting.* ad *Quintil. declam.* 1. 6., aliter *Gronov.*, qui etiam videtur ita distinguere: Perii hercle vero, plane nihil obnoxie. *Gell.* ita refert 7. 17. Nunc ego hercle perii plane, non obnoxie. Sed non explicat. *V.* OBNOXIOSE. Recentiores vero Plautinum illud *nihil obnoxie* interpretantur innocenter omnino. ¶ 2. Latiori sensu est timide, trepide, more ejus, qui debitor et obnoxius alteri est. *Liv.* 3. 39. Sed magis obedienter ventum in curiam, quam obnoxie dictas sententias accepimus.

OBNOXĬĒTAS, ātis, f. 3. (obnoxius) translate tantum occurrit, et est obligatio, *soggezione, dipendenza. Cassiod. de anim.* 10. Anima per corporis illecebras sumit de ejus obnoxietate victorias. *Ennod.* 9. *Ep.* 29. Me sub fasce vestri muneris constitutum sola manet de obnoxietate confessio. Adde *eumd. Opusc.* 7. *ad fin.*; et *Majorani loc. cit.* in SUPERINDICTIGIUS.

OBNOXĬO, as, are, a. 1. facio me obnoxium alicui. Occurrit tantum Part. *Obnoxians* apud *Claud. Mamert.* 2. *Stat. anim.* 9. *a med.* Et alienis semet noxiis obnoxiantes.

OBNOXĬŌSĒ, adverb. idem quod obnoxie; sed occurrit translate tantum et est timide, cum respectu. *Plaut. Epid.* 5. 2. 29. Cedo manus igitur. EPID. morantur nihil: atque arcte colliga. Nihil vero obnoxiose. *senza soggezione e rispetto.*

OBNOXĬŌSUS, a, um, adject. idem quod obnoxius; sed occurrit translate tantum, et ¶ 1. Est subjectus, addictus. *Plaut. Trin.* 4. 3. 30. Mores leges perduxerunt jam in potestatem suam, Magis queis sunt obnoxiosi; quam parentes liberis. *h. e.* mores certe sunt obnoxii, et subjecti legibus, et quidem magis, quam nunc sunt parentes liberis, qui nimia scilicet indulgentia quidlibet iis concedunt: tamen isti mores perduxerunt jam leges in potestatem suam, easque sibi servire coegerunt. *Al. leg.* obnoxii. ¶ 2. Item damnum afferens, damnosus: quo sensu tribuitur *Ennio* apud *Gell.* 7. 17. Ea libertas est, qui pectus purum et firmum gestitat: Aliæ res obnoxiosæ nocte in obscura latent. *Al.* obnoxiæ: *at cl.* Vahlen. *leg.* obnoxiosæ.

OBNOXĬUS, a, um, adject. (ob *et* noxa). Comp. *Obnoxior* tantum apud *Senec.* 1. *Clem.* 13. Omnibus reis obnoxior ac sollicitior. *Ita* Lips.; *alii leg.* noxior. — Obnoxius (de quo fuse disputat *Gell.* 7. 17.) est propter noxam vel crimen obligatus, ideoque pœna dignus, pœnæ subjectus, ἔνοχος (It. *soggetto, obbligato per una colpa o un delitto e perciò punibile*; Fr. *sujet par un crime, punible*; Hisp. *subdito ó sujeto por un crime, digno de punicion*; Germ. *wegen Schuld unterworfen, daher straffällig*; Angl. *liable, subject, obnoxious*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, propter crimen obligatus, ideoque pœna dignus, pœnæ subjectus, ut docet *Paul. Diac. p.* 191. 1. *Müll.* Obnoxius pœnæ obligatus ob delictum. *Plaut. Truc.* 4. 3. 61. Ego tibi me obnoxium esse fateor, culpæ compotem. *h. e.* ego tibi me ob noxiam subditum esse fateor, ut *Forcellinus* interpretatur; Italice *io sono colpevole verso di te e degno di punizione. Brutus* inter *ep. Cic.* 1. *ad Brut.* 17. *ad fin.* Vivat hercule Cicero, qui potest, supplex et obnoxius. *Ulp. Dig.* 48. 15. 1. Si liberum hominem emptor sciens emerit, capitale crimen adversus eum nascitur: quo venditor quoque fit obnoxius. *Paul. ibid.* 11. 3. 14. Ego lege Aquilia obnoxius sum. *Liv.* 8. 34. *extr.* Horum criminum vos reos in omnia sæcula offerte, tribuni plebi: vestra obnoxia capita pro licentia Q. Fabii objicite. ¶ 2. Latiori sensu est qui noxæ, seu crimini subjectus est, *reo, colpevole.* — *a*) Cum Dativo. *Sall. Cat.* 56. Animus in consulendo liber, neque delicto, neque lubidini obnoxius. *Tibull.* 3. 4. 15. Si mea nec turpi mens est obnoxia facto. *Ovid.* 1. *Art. am.* 395. communi obnoxia culpæ. — *b*) Cum Genitivo. *Liv.* 8. 28. *extr.* Pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus, obnoxium esset. Ita nexi soluti; cautumque in posterum, ne necterentur. *Paul. Sentent.* 2. *tit.* 17. Venditor auctoritatis manebit obnoxius. *Impp. Diocl. et Maximian. Cod.* 3. 44. 11. Obnoxii criminum.

II.) Translate. ¶ 1. Obnoxius dicitur qui alteri subjectus est, qui in alterius est potestate ac jure. — *a*) Generatim. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 18. Omnia faciet Juppiter, faxo: nam mihi est obnoxius et me metuit. *Sall. Cat.* 14. Postremo neque sumptui, neque modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios fidosque sibi faceret. *Liv.* 7. 30. Subjectum atque obnoxium esse alicui. — *b*) Speciatim de populis, aut regibus, qui aliorum imperio parent, vel bello subacti, vel potentiam veriti. *Sall.* in *ep. Mithrid. ad Arsac.* Ille enim obnoxius, qualem tu voles, societatem accipiet. *et infra.* Te remoto procul, omnibus aliis obnoxiis, rursus tamen bellum cœpi. *Liv.* 42. 46. Servus atque obnoxius. *Tac.* 2. *Hist.* 56. Obnoxiis ducibus et prohibere non ausis. *Ammian.* 23. 5. *a med.* Narseus primus Armeniam Romano juri obnoxiam occuparat. ¶ 2. Est obligatus, obstrictus, devinctus per beneficia accepta vel aliâ de causâ. — *a*) De hominibus. — Generatim. *Plaut. Asin.* 2. 2. 18. ætatem ambo nobis sunt obnoxii, Nostro devincti beneficio. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 21. uxori obnoxius sum. *Sall. Cat.* 49. Plerique Crasso ex privatis negotiis obnoxii. *Liv.* 35. 31. Totam Græciam beneficio libertatis obnoxiam Romanis esse. Cf. *eumd.* 23. 4. *init.* Hoc modo Pacuvius quum obnoxium vitæ beneficio senatum multo sibi magis, quam plebi, fecisset, sine armis, jam omnibus concedentibus, dominabatur. — Speciatim de eo, qui jure aliquo obligatur ad quippiam præstandum, *obbligato, tenuto, soggetto. Sueton. Cal.* 40. *extr.* Additum ad caput legis, ut tenerentur publico et qui lenocinium fecissent, nec non et matrimonia obnoxia essent. *soggetti a pagar la gabella.* Cf. *Scævola Dig.* 18. 1. 81. *extr.* Quæro, an emptor Sejo ad præstationem frumenti sit obnoxius. — *b*) De rebus, a Poetis illa commode translata sunt. *Virg.* 1. *G.* 396. Luna radiis fratris obnoxia. *h. e.* exposita lumini solis, et quæ illi debet lumen suum. *et* 2. *ibid.* 438. juvat arva videre Non rastris hominum, non ulli obnoxia curæ. *h. e.* quibus cultura hominum non imperat, ut fruges ferant (nam *imperare arvis* dixit *Id.* 1. *ibid.* 99., ipsaque arva, si respondent votis et laboribus agricolarum, *parere* dicuntur 1. *Æn.* 3.): vel non debentia fertilitatem suam culturæ hominum. Sic *Propert.* 1. 2. 21. Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis. *h. e.* nullis gemmis pulcritudine subjecta, et inferior: vel, quæ non debebat pulcritudinem suam ullis gemmis, sed ipsa per se sine ornatu satis commendabatur. ¶ 3. Hinc obnoxius est etiam timidus, obediens, submissus, obsequens, servi personam agens; cujusmodi sunt, qui alteri debent, qui timent, qui sperant aliquid, verenturque eos offendere, a quibus sperant, aut timent, *sommesso, soggetto, timido, schiavo, ligio. Cæcilius* apud *Gell.* 7. 17. *in fin.* Quamquam ego mercede huc conductus tua Advenio, ne tibi me esse ob eam rem obnoxium Reare: audibis male, si male dixis mihi. *Liv.* 23. 12. Si reticeam, aut superbus, aut obnoxius videar: quorum alterum est hominis alienæ libertatis obliti, alterum suæ. *Ovid.* de Phineo in lapidem verso a Perseo, dum veniam precaretur, 5. *Met.* 235. Submissæque manus, faciesque obnoxia mansit. *h. e.* demissa et speciem precantis servans. *Sueton. Tib.* 12. Enimvero tunc non pri-

vatum modo, sed etiam obnoxium et trepidum egit. *Sall. Cat.* 24. Minari interdum ferro, nisi obnoxia foret. *h. e.* morigera. *Liv.* 9. 10. Emersisse civitatem ex obnoxia pace. *h. e.* quæ obnoxios, obligatos atque adeo demissos timidosque reddit eos, quibus a victoribus data est. *Phædr.* 3. *prol.* 34. servitus obnoxia, Quia quæ volebat, non audebat dicere, etc. — Sic *obnoxius animus* est abjectus, demissus, servilis, imbecillus, timidus, diffidens. *Plin. Hist. nat. præfat.* (23). Obnoxii profecto animi et infelicis ingenii est, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere. ¶ 4. Hinc frequenter est objectus et patens injuriis, expositus, subjectus, *esposto, soggetto*: et occurrit — *a*) Sæpissime cum Dativo. *Tibull.* 2. 4. 9. insanis cautes obnoxia ventis. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 73. terra nulli obnoxia bello. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 10. 58. (180). Olera nulli animalium obnoxia. *erbaggi non soggetti ad essere rosi. Tac.* 15. *Ann.* 38. Urbs incendiis obnoxia. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 7. pars hominum-modo recta capessens, Interdum pravis obnoxia. *Tac.* 5. *Hist.* 13. Gens superstitioni obnoxia. *Seneca* 2. *Ira* 23. *a med.* Nemo tam obnoxius iræ fuit. *Tac.* 3. *Hist.* 55. *extr.* Incertus animi, et infidis consiliis obnoxius. *Id.* 14. *Ann.* 40. Orbitate et pecunia insidiis obnoxius. *et* 2. *ibid.* 75. fortunæ. *et* 3. *ibid.* 58. *in fin.* æmulationi, odio, privatis affectionibus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (221). morbo. *Phædr.* 2. 7. *extr.* Magnæ periclo sunt opes obnoxiæ. — *b*) Cum Accus. et præpos. *ad. Plin.* 2. *Hist. nat.* 82. 84. (197). Terra solida ad tales casus obnoxia. *scil.* terræ motibus. — *c*) Cum Accus. et præpos. *in. Flor.* 3. 20. Et ipsi per fortunam in omnia obnoxii. — *d*) Absolute. *Seneca Ep.* 65. *a med.* In hoc obnoxio domicilio animus liber habitat. *h. e.* in hoc corpore multis malis subjecto et veluti servo. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 32. (60). Non alibi corpora magis obnoxia. *più malaticci, più cagionevoli.* Sic *Id.* 14. *ibid.* 2. 4. (27). Fecenia vitis, et cum ea florens Biturigiaca, numquam floris obnoxii, quoniam antecedunt ventisque et imbribus resistunt. *Flor.* 4. 4. Juvenis tener, obnoxius, et opportunus injuriæ. *h. e.* expositus injuriæ, et cui facile injuria inferri potest. Sic *Quintil.* 1. *declam.* 6. *extr. de cœcitate.* Quis calamitatem tam obnoxiam majore reverentia proteget? — *e*) *Obnoxium est*, periculosum est et offensioni expositum. *Tac. Dial. de orat.* 10. *a med.* Tamquam minus obnoxium sit offendere poetarum, quam oratorum studium. ¶ 5. *Obnoxius*, noxius, noceus, *nocevole. Colum.* 2. *R. R.* 18. 2. Omnes lapides, et si qua objacent falcibus obnoxia, colligi debent, ac longius exportari. *At meliores Codd. habent* noxia, *quam lectionem probarunt* Gesner. *et* Schneider.

OBNŪBĬLĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBNŪBĬLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* nubilo). Part. *Obnubilans* 1.; *Obnubilatus* 2. — Obnubilare est nubibus obducere, nubilum inferre, obtenebrare, ἐπινεφόω, *annuvolare, annebbiare*; sed occurrit translate tantum, et ¶ 1. Est serenitatem vultus et splendorem virtutis imminuere. *Gell.* 1. 2. Oris et vultus serenitatem Stoici hominis numquam ulla posse ægritudine obnubilari. *rattristarsi.* et *Ammian.* 28. 4. Calumniarum insectator, justorum distinctor, in subjectis admodum temperatus. Sed obnubilabat hæc omnia vitium, parum quidem nocens rei communi, sed in alto judice maculosum. *oscurava.* Similiter *Id.* 22. 10. Ni quædam suo agcret, non legum arbitrio, errans-que aliquoties obnubilaret gloriarum multiplices cursus. *Id.* 16. 1. Præclara hujus indolis rudimenta tunc multis obnubilantibus tegebantur. ¶ 2. Item est in causa esse, cur quis mente atque animo deficiat. *Apul.* 9. *Met.* Acerrimo gravique odore sulfuris juvenis inecatus atque obnubilatus, intercluso spiritu diffluebat. *offuscato il cervello.* Hellenismus est in illo *ejusd.* 8. *ibid.* Cbarite, velut gravi tonitru, procellaque sideris, vel etiam ipso dialı fulmine percussa, corruit corpus, et obnubilavit animam. *h. e.* corpore corruit, animo defecta est, *perdè i sensi.*

OBNŪBĬLUS, a, um, adject. nubibus obductus, tenebrosus, obscurus. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 21. 48. Acherusia templa alta Orci-Pallida leti, obnubila tenebris (*atris, æternis*) loca. V. *Vahlen. Enn. poes. reliqq. p.* 102.

OBNŪBO, bis, psi (*et* bi), ptum, bere, a. 3. (ob *et* nubo). Perf. *Obnubi* exhibent *Gloss. Placid.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 490. Obnuberat, cooperuerat. Item *Ennod. Dict.* 1. *p.* 467. Quum marcens incuria splendidissima dudum atria situ vetusti humoris obnuberat. — Part. *Obnuptus* 1. *a.* — Obnubere est velare, operire, tegere, involvere, σκεπάζω, ἐπικαλύπτω (It. *velare, coprire, involgere*; Fr. *couvrir, voiler, envelopper*; Hisp. *velar, cubrir, envolver*; Germ. *verhüllen, bedecken*; Angl. *to veil, cover, inwrap*).

I.) Proprie. — *a*) Cum Accusativo. *Vetus formula* apud *Cic. Rabir. perduell.* 4. 13.; et *Liv.* 1. 26. I, lictor, colliga manus, caput obnubito, infelici arbori suspendito. *Virg.* 11. *Æn.* 77. arsurasque comas obnubit amictu, *h. e.* velat caput cadaveris in rogum imponendi. *Val. Flacc.* 2. 254. Obnubitque caput, tacitumque ad conscia Bacchi Templa rapit. *Stat.* 11. *Theb.* 583. et durus sanguine crinis Obnubit furiale caput. *Sil. It.* 11. 257. obnubitur atra Veste caput, trahiturque ferox ante ora suorum. *Val. Flacc.* 7. 853. *de tauro ignem spirante.* bis fulmineis se flatibus infert, Obnubitque virum. *Claudian. de phœnice* 76. stipantque volantem Atituum suspensa cohors: exercitus ingens Obnubit vario late convexa meatu. *Macrob.* 1. *Saturn.* 21. Simulacrum Veneris in monte Libano fingitur capite obnupto, specie tristi. *et mox.* Terra hiemalis, obnupta nubibus, sole viduata stupet. — *b*) Absolute. *Paul. Diac. p.* 184. 4. *Müll.* Obnubit, caput operit; unde et nuptiæ dictæ a capitis opertione.

II.) Translate. *Varro* 5. *L. L.* 72. *Müll.* Mare terras obnubit, ut nubes cælum.

OBNUNCĬĀTĬO *vel* obnuntiatio, ōnis, f. 3. actus obnunciandi, ἀντένδειξις. *V.* vocem seq. init. et I. — *a*) In singul. num. *Cic.* 1. *Divinat.* 16. 29. M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnunciatione neglecta. *b*) In plur. num. *Id.* 4. *Att.* 16. Obnunciationibus per Scævolam interpositis. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 3. Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnunciationibus. *Arnob.* 2. 67. Servatis de cælo, aut otiosas facitis obnunciationibus actiones?

OBNUNCĬO *vel* obnuntio, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Obnuncians* I. *a.* — Obnunciare est verbum augurum proprium, et significat mali aliquid, aut impedimenti nunciare, quo minus quidquam publice agatur, καταγγέλλω (It. *annunziare qualche male*; Fr. *annoncer un mauvais présage*; Hisp. *anunciar un malo presagio*; Germ. *ein Unglück bedeutendes Zeichen melden, anzeigen, verkündigen*; Angl. *to tell any thing bad or infortunate*), ex *ob* contra et *nuncio*, non ex *omen* et *nuncio*, ut vult *Donatus* ad *Ter. Adelph.* 4. 2. 7. bis verbis: Qui malam rem nunciat, obnunciat: qui bonam, annunciat. Nam proprie obnunciare dicuntur augures, qui aliquid mali ominis scævumque viderint. Hæc *Donat.* Porro obnunciabant non solum augures, sed etiam magistratus, et tribuni pleb. aliquando etiam contrarium omen mentiti, ut comitia turbarent, ut legis lationem impedirent, ut deliberationem aliquam publice disjicerent.

I.) Proprie. — *a*) Activâ forma. *Cic.* 1. *Divinat.* 16. 29. Si enim ea causa calamitatis fuit, non in eo est culpa, qui obnunciavit, sed in eo, qui non paruit. Veram enim fuisse obnunciationem, ut ait idem augur et censor, exitus approbavit. *Id.* 2. *Phil.* 33. 83. Augur auguri, consul consuli obnunciasti. *Id. post red. in senat.* 5. 11. Legem tribunus plebis tulit, ne auspiciis obtemperaretur, ne obnunciare concilio, ne legi intercedere liceret. *Id. Sext.* 37. 79. Fretus sanctitate tribunatus, obnunciavit consuli, etc. *et* 36. 78. Si obnunciasset Fabricio is prætor, qui se servasse de cælo dixerat. *Liv.* 22. 42. *a med.* Paulus quum ei pulli non addixissent, obnunciari jam efferenti porta signa collegæ jussit. *Sueton. Cæs.* 20. Lege agraria promulgata, obnunciantem collegam foro expulit. *et mox.* Ut domo abditus, nihil aliud, quam per edicta obnunciaret. — *b*) Passive impersonaliter. *Cic.* 4. *Att.* 3. *a med.* Metellus postulat, ut sibi postero die in foro obnuncietur.

II.) Figurate. *Ter. Adelph.* 4. 2. 7. Primus sentio mala nostra; primus rescisco omnia; Primus porro obnuncio.

OBNUPTĬO, ōnis, *f.* 3. *V.* OBDUCTIO.

OBNUPTUS, a, um. *V.* OBNUBO.

ŌBŒDĬENTER, ŌBÆDĬENTĬA, ŌBÆDĬO et similia. *V.* **OBEDIENTER, OBEDIENTIA** et præcipue **OBEDIO** init.

ŌBŌLĔO, es, ŭi, ere, a. 2. (ob *et* oleo) olere, redolere, odorem emittere contra vel in aliquem, ὀζέω (It. *rendere, spirare odore*; Fr. *exhaler une odeur*; Hisp. *exhalar olor*; Germ. *riechen nach etwas*; Angl. *to smell strong, stink*).

I.) Proprie. — *a*) Cum Accusativo. *Plaut. Most.* 1. 1. 38. te dii omnes perdant: obboluisti allium. Sic *Sueton. Vesp.* 8. Maluissem allium obboluisse. *Id. Cal.* 23. Silanum ad necem compulit, causatus, quod antidotum obboluisset, quasi ad præcavenda venena sua sumptum. — *b*) Absolute. *Plaut. Amph.* 1. 1. 165. MER. Olet homo quidem malo suo. so. Hei! numnam ego obolui? — Et cum Dativo personæ. *Apul. de Mag.* Cui enim cani, cui vulturio Alexandrini cæli quidquam abusque Œensium finibus oboleat?

II.) Translate. Urbane, et joculariter *Plaut. Cas.* 4. 3. *extr.* Dii hercle me cupiunt servatum: jam obolui Casina procul. *si fa sentire all'odore.* et *Men.* 2. 3. 33. obolui marsupium Huic istuc, quod habes.

ŌBŌLĪTĬO, ōnis, f. 3. abolitio. *Apul. de Mundo.* Nebula est exhalatio vaporata, cui serenitas obolitionem infert. *At plerique rectius leg.* abolitionem.

ŌBŌLOSTĀTES, æ, m. 1. ὀβολοστάτης, fenerator. Est titulus unius ex comœdiis Cæcilii Statii. *Non. p.* 779. 30. *Merc.* Cæcilius in Obolostate. Adde *p.* 277. 26. et alibi. Eadem comœdia *Fenerator* dicitur *ibid. p.* 150. 2. et 543. 28.

ŌBŌLUS, i, *m.* 2. ὀβολός. ¶ 1. In numis, vel stricto sensu, est numus æreus minutus, parva moneta apud Græcos, ut quadrans, teruncius, as apud Latinos, sexta pars drachmæ. *Vitruv.* 3. 1. *a med.* Civitates Græcorum æreos signatos, uti asses, ex æquo sex, quos obolos appellant, in drachma constituerunt. — Sumitur generatim pro parvo pretio, levi impensa, exiguo pecuniæ sumptu, in illo *Ter. Andr.* 2. 2. 32. Olera et pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni. ¶ 2. In ponderibus, vel latiori sensu, est minimum; sicuti talentum est summum. *Fann. de ponderib. et mens.* 37. Cecropium superest post hæc docuisse talentum, Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis. Nam nihil his, obolove minus, majusve talento. *Cels.* 5. 17. docet pondus ejus esse sextam partem ponderis denarii. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 12. 91. (142). Hyoscyami semen bibunt obolo, tantumdem meconii adjicientes. *Id.* 21. *ibid.* 25. 96. (169). Folia ejus trita trium obolorum pondere sistunt etc. — Dividitur tamen in semiobolos duos, et in decem chalcos. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 34. 109. (185). Drachma Attica sex obolos pondere efficit, obolus decem chalcos. *Id.* 20. *ibid.* 1. 3. (8). Modus portione virium a dimidio obolo ad solidum.

ŌBŌMĪNĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *obominor*, male ominatus. *Apul.* 9. *Met.* Crurum ei fragium obominata. *h. e.* imprecata. Alii minus recte leg. *abominata.*

ŌBŌRĬOR, ōrĕris, ortus sum, īriri, dep. 4. ob *et* orior). Part. *Oboriens, Obortus* et *Oborturus.* — Oboriri est contra vel ante vel ex improviso oriri, ἐπιγίνομαι (It. *nascere contro, o avanti, o all'improviso*; Fr. *naître, paraître, se montrer, éclater*; Hisp. *nacer, dexarse ver ó sobrevenir de repente*; Germ. *entstehen, sich zeigen, zum Vorschein kommen*; Angl. *to rise or spring up, rise on a sudden*). Occurrit — *a*) In malam partem. *Plaut. Curc.* 2. 3. 30. tenebræ obortuntur, genua inedia succidunt. Cf. *Ovid.* 2. *Met.* 180. Palluit, et subito genva intremuere timore; Suntque oculis tenebræ per tantum lumen obortæ. *Nepos Eumen.* 9. Antigonus, tenebris obortis, ignes conspicatur. *venuta la notte:* quo in loco *Forcellinus* ait, *obortis* esse pro simplici *ortis.* Rursus *Plaut. Stich.* 1. 3. 11. Uteri dolores mihi oboriuntur quotidie. *Lucret.* 6. 586. terræ motus obortus. *Liv.* 21. 8. Acrius de integro obortum est bellum. *Al. leg.* coortum. *Virg.* 11. *Æn.* 41. lacrimis ita fatur obortis. *Ovid.* 2. *Art. Am.* 88. Nox oculis pavido venit oborta metu. *Stat.* 8. *Theb.* 32. expavit oborta sidera. *Flor.* 1. 1. *sub fin.* Sed oborta tem-

pestas, solisque defectio consecrationis speciem præbuere. *Sueton. Ner.* 34. *a med.* Ad visendum interfectæ cadaver accurrisse, sitique interim oborta bibisse. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 40. 56. (115). Capris cæcitas oboritur. *Gell.* 13. 27. *extr.* Ne qua in re adversa et repentina incursio imparatis improtectisque nobis oboriatur. *Apul. Florid. n.* 9. Quis mihi incondita et vitiosa verba temere oborientia permiserit blaterare? *Ovid.* 5. *Met.* 202. Gorgone conspecta, saxo concrevit oborto. *Gell.* 19. 12. Videt vicinum rubos late atque alte obortas excidentem. *Prosper. Aquitan. carm. de ingrat.* 69. sancta fides examine in illo Vicit oborturam diro de semine prolem. — *b*) In bonam partem. *Festus p.* 190. 7. *Müll.* Oboritur, adnascitur, nam præpositionem *ob* pro *ad* solitam poni, testis est versus: Tantum gaudium oboriri ex tumultu maximo. Quod *Festus* affert exemplum, a simplici *orior* nihil discedere, *Forcellinus* ait. *Ter. Heaut.* 4. 3. 2. tanta hæc lætitia oborta est. *Lucret.* 6. 869. ubi sol radiis terram dimovit obortis. *Lachmann.* obortus. *Cic. Ligar.* 3. 6. Vide quanta lux liberalitatis et sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur.

OBORSUS, a, um, particip. idem atque obortus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 151. Orsus, oborsus, exorsus.

ŌBORTUS, a, um. *V.* OBORIOR.

ŌBORTUS, us, m. 4. ortus, accessio. *Lucret.* 4. 218. Perpetuoque fluant certis ab rebus obortu. Ita legit *Lambinus.* Ceteri (inter quos ipse *Lachmannus*) *odores*, ut et 6. 924., ubi eadem verba repetit.

ŌBOSCŪLOR, āris, ari, dep. 1. osculor. *Petron. Satyr.* 126. Quæ flagellorum vestigia obosculantur. *Plerique al. leg.* osculantur.

OBPALLĒO, OBPRŌBRO et similia. *V.* OPPALLEO, OPPROBRO etc.

OBRĂDĬO, as, are, n. 1. radiis contra splendeo. *Isid.* 16. *Orig.* 18. Obryzum aurum dictum, quod obradiet splendore.

OBRAUCĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *obrauco: fatto roco.* raucus factus. *Solin.* 10. *de gruib.* Volatus desidiam castigat voce, quæ cogit agmen: ea ubi obraucata est, succedit alia.

OBRĔLICTUS, a, um, particip. ab inusit. *obrelinquo*, derelictus. *Commodian.* 42. 8. Obrelictæ duæ tribuum et dimidia.

OBRENDĀRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

OBRENDĀRĬUS, a, um, adject. qui obruendus, sive defodiendus est: pro *obruendarius*, ut *obri* pro *obrui* in *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 341. LAOLENAE TYCHENI NARCISSVS CONSERVAE BENE MERENTI FECIT QVOD SE VOLVIT OBRI. Hinc *Obrendaria vasa*, seu fictilia sarcophaga in *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 14. *n.* 63. MAGNIA TYCHE FECIT SIBI ET CARIS SVIS T. MAGNIO ANICETO ET T. MAGNIO EVTYCHO ET Q. TILLIO FIGVLIANO BENE MERENTIBVS ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM. H. M. D. M. A. (h. e. *huic monumento dolus malus abesto*). ITEM TI. CLAVDIO HONORATO ET CLAVDIAE MARCELLAE AMICIS FIDELISSIMIS VASA OBRENDARIA DVA FECIT ET DONAVIT. Hic vero vides, locum sepulturæ nobiliorem datum fuisse a Magnia Tyche tribus prioribus, qui ei cognatione vel affinitate juncti fuisse videntur, *cari* enim vocantur cognati (*V.* COGNATIO), duobus deinde postremis, qui amici solummodo ejus erant, vasa tantum humo obruenda donata fuisse. Hinc *Fronto* 1. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Mato*) *ep.* 8. *a med.* Sive maria naufragos devorent, sive flumina præcipites trahant, sive arenæ obruant, sive feræ lacerent, sive volucres discerpant corpus humanum, satis sepelitur, ubicumque consumitur. — Hinc

Obrendarium, ĭi, n. 2. absolute, substantivorum more, est locus in pavimento ad vasa seu dolia sepulcralia cum integris corporibus obruenda relictus. *V.* DOLIUM. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 15. *n.* 66. L. POMPONIVS CLADVS ET CLAVDIA PARRESIA FECERVNT SIBI ET SVIS POSTERISQVE EORVM ET M. QVINTINO CLAVDIANO OLLARVM N. XII. AB IMO IN SVMMO CVM OBRENDARIO (*V. ibid.* plura huc pertinentia). Alia apud *Donat.* 393. 13. P. AELIVS VICTOR IVLIAE SCRIBONIAE CONIVGI DVLCISSIMAE SIBI LIBERTIS LIBERTABVSQVE EORVM MACERIAM A FVNDAMENTIS SVA IMPENSA CIRCVMCLVSIT CVM PARIETE QVI HABET OLLAS N. XX. AB IMO IN SVMMO CVM OBRENDARIO.

OBRĔPO, pis, psi, ptum, ere, n. 3. (ob *et* repo). Part. *Obrepens* I. et II. 1.; *Obreptus* in v. OBREPTICIUS.—Obrepere est contra et clam, aut sensim repere, latenter et tacite advenire: ductum a bestiis, quæ sensim, paullatim et tacito motu ingrediuntur, ὑπερειτέρχομαι, παρέρπω (It. *venire o andare occultamente o insensibilmente, penetrare, insinuarsi, senza ch'uom se ne avveda*; Fr. *se glisser furtivement, se trainer, se couler*; Hisp. *ecurrir furtivamente, arrastrarse, deslizarse con sutileza*; Germ. *heran-,her-zukriechen, schleichen, überraschen*; Angl. *to creep on, steal on by degreess or imperceptibly, come upon by surprise*).

I.) Proprie. — *a*) Absolute. *Tibull.* 1. 9. 59. Et possim media quamvis obrepere nocte, Et strepitu nullo clam reserare fores. *Gell.* 17. 21. Manlius Gallos in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat. — *b*) Cum Dativo. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 73. 94. (202). Feles quidem quo silentio, quam levibus vestigiis obrepunt avibus! *Cic. fil.* apud *Cic.* 16. *Fam.* 21. Sum totos dies cum eo (*Cratippo*) noctisque sæpenumero partem: exoro enim, ut mecum quam sæpissime cœnet. Hac introducta consuetudine, sæpe inscientibus nobis et cœnantibus obrepit. *ci sorprende sopraggiungendo.*

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de iis, quæ accedendo sensum fallunt, ut de tempore, senectute, somno, morte, luce etc. — *a*) Absolute. *Plaut. Pseud.* 2. 3. 20. In labore atque in dolore mors obrepit interim. *sopravviene. Cic.* 6. *Att.* 3. Obrepsit dies, et vides (mihi enim a. d. ter. cal. Sext. de provincia decedendum est), nec succeditur. *s'avvicina il tempo. Ovid. Heroid.* 19. 46. Sed movet obrepens somnus anile caput. *Flor.* 4. 10. Neque causa, nec consilio, ac ne imaginaria quidem belli indictione, quasi hoc quoque ex arte ducis esset, obrepere: repente in Parthos impetum facit. *sopravvenire e sorprendere.* — *b*) Cum Dativo. *Cic. Senect.* 2. 4. Quid enim? citius adolescentiæ senectus, quam pueritiæ adolescentia obrepit? *Horat. Art. P.* 360. Verum operi longo fas est obrepere somnum. *Ita* Ritter.; *al.* opere in longo. *Seneca Ep.* 45. Vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt. *Id.* 3. *Benef.* 1. *extr.* Mihi obrepsit oblivio. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 21. 24. (46). *de gallis gallinaceis.* Nec solis ortum incautis patiuntur obrepere. *Id.* 36. *ibid.* 3. 3. (7). Scaurus rudi et hujus mali improvidæ civitati obrepsit. — *c*) Cum Accusativo. *Plaut. Pœn. prol.* 14. *de præcone.* Nam nisi clamabis, tacitum te obrepet fames. — *d*) Cum Accus. et præpos. *in. Cic.* 2. *Divinat.* 67. 139. Imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus. *s'insinuano, entrano.* — *e*) Cum Accus. et præpos. *ad. Cic. Planc.* 7. 17. et *Pis.* 1. 1. Plancium non obrepsisse ad honorem, sed eo venisse cursu, qui semper patuit ortis equestri loco. *non essersi intruso con furberie.* ¶ 2. Item de iis qui decipiendi causa tacite adeunt. — *a*) Activâ formâ. *Plaut. Trin.* 1. 2. 23. Numquam tu, credo, mihi imprudenti obrepseris. *et* 4. 2. 132. Nimis argute obrepsisti in eapse occasiuncula. *Ulp. Dig.* 37. 10. 3. Si, quum esset pubes, quasi impubes obrepserit. — Sic de iis, quæ falsa quum sint, specie tamen veri in animum influunt. *Gell.* 6. 12. Obrepsisse videtur Servio falsa quidem, sed non abhorrens, neque inconcinna quasi mentis quædam in hoc vocabulo significatio. Sicut C. quoque Trebatio eadem concinnitas obrepsit. *scil.* quod *testamentum a mentis contestatione* dictum sit. — *b*) Passive impersonaliter. *Quintil. declam.* 291. *extr.* Obreptum est credulitati tuæ: non amabat, qui potuit occidere. *Imp. Sever.* apud *Ulp. Dig.* 27. 1. 1. Si potuerit probari, obreptum esse prætori.

OBREPTĬCIĒ *vel* obreptitie, adverb. per obreptionem. *Prosper. Aquitan. deprom.* 3. 38. Edictum obrepticie scalpere. V. *Barth.* ad *Rutil. Itiner.* 1. 305. Hæc cl. *Klotz.*; ipse locum minime inveni.

OBREPTĬCĬUS *vel* obreptitius, a, um, adject. *surrettizio*, per obreptionem factus. *Impp. Honor. et Theodos. Cod.* 3. 6. 3. Obrepticia petitio alteri obesse non debet. In *Cod. Theod.* 4. 22. 6., ubi eadem hæc lex habetur, pro *obrepticia* legitur *obrepta.*

OBREPTĬO, ōnis, f. 3. latens et fallax aditio, παράδυσις, κλέμμα. *Arnob.* 5. 9. Quum incautus et properus obreptionis, esset rejectus a furto. *Frontin.* 2. *Strateg.* 5. *a med.* Ventidius Parthos aggressus per obreptionem. *Ulp. Dig.* 2. 4. 10. Adrogari per obreptionem. *scil.* reticendo aliquid, quod adrogationem impediisset: quæ et *subreptio* dicitur. *Impp. Honor. et Theodos. Cod.* 5. 8. 1. Vetusti juris ordine prætermisso, obreptione precum aliquid postulare. *mox* dicitur *ibid.* precum subreptio.

OBREPTĬVĒ, adverb. per ŏbreptionem, latenter. *Imppp. Valentinian., Theodos. et Arcad. Cod. Theod.* 16. 1. 4. *extr.* Qui contra hanc dispositionem nostram obreptive, aut clanculo supplicare tentaverint.

OBREPTĪVUS, a, um, adject. clandestinus, obrepens, ut Obreptiva supplicatio, *Symmach.* 5. *ep.* 64. (*al.* 66.). — Obreptivum oraculum est quod quis obrepens extorsit, *colto per sorpresa. Imppp. Gratian., Valentin. et Theodos. Cod. Theod.* 16. 10. 8. Neque huic rei obreptivum officere sinimus oraculum.

OBREPTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. frequentat. vel intens. ab *obrepo.* Part. *Obreptans.* — Obreptare est magna vi obrepere. *Plaut. Pers.* 1. 2. 27. Opertæ ne fuerint, ne quis obreptaverit. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (109). Pinxit et Apollinem ac Dianam,—item nobilis Bacchas obreptantibus Satyris. *Ita legit* Sillig. *ex Cod. Bamb.*; *al.* arreptantibus. — Apud *Cic.* 6. *Att.* 5. *sub fin.* Et mihi decessionis dies λελῃδότως obreptat. *legendum est* obrepebat, *ut exhibent etiam boni Codd.*: *V. Orellii.* adnotat. ad h. l.

OBREPTUS, a, um, particip. ab *obripio. V.* OBREPTICIUS.

OBRĒTĬO, is, īvi, ītum, ire, a. 4. ἐμπλέκω, reti aliquem circumdo, obvium rete accipio. *Lucret.* 3. 385. neque aranei tenuia fila Obvia sentimus, quando obretimur euntes.

OBRĪDĔO, des, si, dere, n. 2. tribuitur *Ovid.* 3. *Amor.* 1. 33. Altera, si memini, limis obrisit ocellis. *At al. rectius leg.* subrisit.

OBRĪGĔO *et rectius*

OBRĪGESCO, gescis, gŭi, gescere, n. inchoat. 3. est idem ac totus frigore contrahor, induresco, rigidus fio, πήγνυμαι (It. *indurarsi per il freddo, intirizzire*; Fr. *se durcir*; Hisp. *endurecerse*; Germ. *erstarren*; Angl. *to be frozen, become stiff*).

I.) Proprie. *Lucilius* apud *Non.* p. 97. 12. *Merc.* Pars difflatur vento, pars obrigescit frigore. *Cic.* 1. *Nat. D.* 10. 24. Pars (*terræ regionum*) obriguerit nive pruinaque. Sic *Id.* 6. *de republ.* 20. E quibus (*cingulis*) duos obriguisse pruina vides, medium autem illum solis ardore torreri. *Id.* 6. *Verr.* 40. 87. Ita Sopater de statua, quum jam pæne obriguisset, vix vivus aufertur.

II.) Figurate. *Seneca Ep.* 82. Quid ergo? Viro non vel obrigescere satius est? *scilicet* animo, quam mollem et effeminatum fieri.

OBRĪGŌRĀTĬO. *V.* OBROBORATIO.

OBRĬPĬO, ripis, reptum, ripere, a. 3. (ob *et* rapio) est furtim corripere, *prendere furtivamente. Venant. Vit. S. Martin.* 4. 5. Obripit (*me*) inde sopor; fessus quoque colla reclino.

OBROBŌRĀTĬO, ōnis, f. 3. *irrigidimento de' nervi*, rigor nervorum. *Veget.* 3. *Veterin.* 85. (5. *Veterin.* 84. 3. *Schneid.*) Quod si a nimio dolore etiam obroboratio fuerit subsecuta. *Pelagon. Veterin.* 7. *ad fin.* Sane si a dolore et obroboratio fuerit subsecuta. *Schneider.* apud *Veget. loc. cit.* pro *obroboratio* legendum putat *obrigoratio* ex *Hippiatricis* p. 217., ubi εἰ δὲ φρίκη τις etc. legitur in loco simili.

OBRŌDO, dis, si, sum, dere, a. 3. (ob *et* rodo) circumrodere, *rodere d'intorno*, περιτρώγω. *Plaut. Amph.* 2. 2. 92. Ut quod obrodat, sit, animo si male esse occeperit. *h. e.* quod gustet, sumat in cibum. Nonnulli legunt etiam apud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 7. (18). Potavit ex eo (*murrino*) ante hos annos consularis, ob amorem obroso margine ejus, ut tamen injuris illa pretium augeret. *At* Sillig. *leg.* adroso; *al.* abroso.

OBRŌGĀTĬO, ōnis, f. 3. actus obrogandi. *Cic.* 2. *Herenn.* 10. 15. Quum duæ leges inter se diffe-

runt, videndum est, num qua obrogatio, aut derogatio sit. *V.* vocem sequent.

OBRŎGO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (ob *et* rogo) contra rogare, contra sciscere. ¶ 1. Stricto sensu, *obrogare*, quum de legibus agitur (neque vero alia in re usum habet), est legis prioris infirmandæ causa legem aliam ferre, ut sit *Paul. Diac. p.* 187. 5. *Müll.* Cf. *Ulp. Dig. tit.* 1. 3. Obrogatur, id est mutatur aliquid ex prima lege. *Cic.* 3. *de republ.* 22. Huic legi nec obrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. *Id.* 1. *Phil.* 9. 23. Quid, quod obrogatur legibus Cæsaris, quæ jubent, etc? *Sueton. Claud.* 23. Capiti Papiæ legis edicto obrogavit. *Liv.* 9. 34. Quum duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ obrogat nova. *Al. leg.* abrogat: *V. Drakenborg.* ad *h. l.* ¶ 2. Latiori sensu est intercedere, opponere se, ne lex perferatur. *Flor.* 3. 15. Obrogare ausо legibus suis Minucio, Capitolium invasit, *et* 17. *ad fin.* Ausus tamen obrogare de legibus consul Philippus.

OBRŌSUS, a, um. *V.* OBRODO.

OBRUCTANS, antis, particip. ab inusit. *obructo*, in faciem alicui ructans. *Apul. de Mag.* Hanc fabram technam animadverti in medio foro tibi obructantem.

OBRUMPO, rumpis, rūpi, ruptum, rumpere, a. 3. idem ac rumpere, vel magna vi rumpere. *Varro* 3. *R. R.* 10. 5. *de anserib.* In pascendo, si radicem prehenderunt, quam educere velint e terra, obrumpunt collum. Al. leg. *abrumpunt*: quæ lectionis varietas est etiam in illo *Pallad.* 1. *R. R.* 19. Horreo providendum structuræ diligentia, ne rimis possit obrumpi. Lectionem *obrumpere Gesnerus* tuetur; alteram *Schneider.*

OBRŬO, rŭis, rŭi, rŭtum, rŭere, a. 3. (ob *et* ruo). Part. *Obrutus* I. 1. et 5. et II.; *Obruendus* II. 1. — *Obruere* (cui contrarium est *eruere*, ut apud *Cic.* 4. *Fin.* 4. 10. Si quid obrutum erit, potuerit eruere.) est operire, tegere, sepelire, προσεπιχοῦν (It. *coprire, ricoprire, sotterrare, seppellire*; Fr. *couvrir, enfouir, ensevelir*; Hisp. *cubrir, ahondor, exterrar, sepultar*; Germ. *mit etwas überdecken, -schütten, verschütten, verscharren, vergraben*; Angl. *to cover over, overwhelm, hide in te ground, bury*).

I.) Proprie. ¶ 1. Usurpatur de rebus physicis; et quidem generatim. — *a*) Cum addito per Ablativum, quo quid aut quis obruitur. *Lucret.* 4. 924. cinere ut multa latet brutus ignis. *Cic.* 2. *Nat. D.* 49. 125. Ranæ marinæ dicuntur obruere sese arena solere. *Ovid. Remed. am.* 173. Obrue versata Cerealia semina terra. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 42. 81. (224). Pinus, piceæ, alni obrutæ terra plurimis durant annis. *Id.* 26. *ibid.* 3. 8. (16). Obrudere ægros veste, sudoresque omni modo ciere. *Id.* 9. *ibid.* 35. 55. (111). Conchæ multo obrutæ sale in vasis fictilibus. *asperse e coperte.* Similiter *Liv.* 5, 2. Nivibus et pruinis obrutus. *Ovid.* 6. *Fast.* 194. classis obruta aquis. *sommersa.* et 7. *Met.* 355. tellus obruta ponto. *inondata. Flor.* 3. 3. *a med.* Amnem ingesta obrutum silva transiluere. *empiuto, ingombrato.* Poetice *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 4. interea fax Occidit Oceanumque rubra tractim obruit æthra. et *Lucret.* 6. 864. roriferis terram nox obruit umbris. — *b*) Absolute. *Cato R. R.* 143. Uvas in urceis habeat, in terra obrutas. *Cic.* 2. *Nat. D.* 52. 129. Crocodilos dicunt, quum in terra partum ediderint, obruere ova. *Id. Senect.* 7. 21. Nec vero quemquam senum audivi oblitum, quo loco thesaurum obruisset. Cf. *Nepos Datam.* 11. Mithridates compluribus locis separatim gladios obruit, eaque loca diligenter notat. Rursus *Cic. Mil.* 31. 85. Albanorum obrutæ aræ. *h. e.* super jactis molibus opertæ. *Id.* 2. *Nat. D.* 52. 130. Ægyptum Nilus tota æstate obrutam oppletamque tenet. *Virg.* 1. *Æn.* 73. submersasque obrue puppes. *Id.* 6. *ibid.* 336. quos obruit Auster. *sommerse. Ovid.* 1. *Trist.* 2. 34. Dumque loquor, vultus obruit unda meos. *Ulp. Dig.* 9. 2. 29. *a med.* Si navis alteram contra se venientem obruisset. *h. e.* mersisset. ¶ 2. De rebus physicis, sed speciatim, est sepelire, *seppellire. Sueton. Cal.* 59. Cadaver levi cæspite obrutum est. *Tac.* 1. *Ann.* 29. Tradunt plerique intra tabernaculum ducis obrutos. *Festus p.* 290. 15. *Müll.* Cujus ossa intra urbem relata in Vulcanali, quod est supra Comitium, obruta sunt. *Inscript.* apud *Murat.* 39. 4. SEO ARGEIANVM ME OBRVERET SOLVM. *Alia* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 341. QVOD SE VOLVIT OBRI. *h. e.* obrui. ¶ 3. Item de rebus physicis, et speciatim, est serere, *seminare*; quia terra obruuntur semina. *Ovid.* 1. *Met.* 124. et 3. *Trist.* 12. 11. herba obruta sulcis. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 72. Milium circa calend. Novemb. melius obruitur. *et paullo post* § 81. Ad novam sementim potest lupinum obrui. *et ibid.* 3. 42. Beta semine obruitur. ¶ 4. Demum de rebus physicis speciatim, *obruta fulmina* sunt, quibus jam prius percussa, nec procurata feriuntur. *Cæcina* apud *Senec.* 2. *Quæst. nat.* 49. ¶ 5. De hominibus generatim est opprimere, oppressum tenere, subigere, *opprimere, caricare*; et præcipue locum habet in re militari. *Cic.* 3. *Off.* 11. 48. Cyrsilum quemdam lapidibus obruerunt. *Ita legit* Non. *p.* 384. 2. Merc. *et multi Codices*; Orellius *vero ex nonnullis Codicibus legit* cooperuerunt. Sic *Curt.* 3. 4. Obrui potuisse vel saxis confitebatur (*Alexander*), si fuissent, qui in subeuntes propellerent. *Virg.* 2. *Æn.* 411. telis Nostrorum obruimur. Sic *Curt.* 3. 8. Nihil tutius fore, quam circumdatos eos exercitu toto obrui telis. Adde *eumd.* 7. 7. *sub fin.* et alibi. Similiter *Id.* 9. 4. *extr.* Nec subire milites poterant, quia superne vi telorum obruebantur. *Stat.* 11. *Teb.* 573. Concidit, et totis fratrem gravis obruit armis. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 1. 5. 13. Palatinus, qui exactionem sibi audeat vindicare, ad audientiam viri illustris comitis sacri ærarii ferro obrutus dirigatur. *Val. Flacc.* 4. 160.; et *Stat.* 1. *Achill.* 190. Obruere alicui ora cæstu. *Val. Flacc.* 2. 533. recipitque ruentem Alcides, saxoque prior surgentia colla Obruit. *h. e.* sternit, *abbatte, atterra.* Sic *Lucan.* 6. 198. Hunc aut tortilibus vibrata falarica nervis Obruat. Cf. *Virg.* 5. *Æn.* 691. Vel tu (*Juppiter*), quod superest, infesto fulmine morti, Si mereor, demitte, tuâque hic obrue dextra. — Similiter *Lucan.* 9. 672. Sopor obruit aliquem. Cf. *Stat.* 10. *Theb.* 194. stupet obruta somno Aonidum legio. — Huc referri potest et illud *Flor.* 3. 21. Male obrutum resurrexit incendium (*scil.* civile bellum). *oppresso.* — Videtur poni pro simplici *ruo*, h. e. cado, *cadere, ruinare*, apud *Lucret.* 3. 775. An metuit conclusa manere in corpore putri, Et domus ætatis spatio ne fessa vetusto Obruat? *Possis tamen subaudire Accus.* se. ¶ 6. De hominibus, speciatim, *obruere se vino*, inebriari, *imbriacarsi*: quasi vino se totum immergere. *Cic. Dejot.* 9. 26. Hac lætitia Dejotarum elatum vino se obruisse, in convivioque nudum saltavisse. Adde *eumd.* 3. *Phil.* 12. 31. Sic *Nepos Dion.* 4. Obrui vino epulisque. *et Petron. Satyr.* 5. Obruere vino mentis calorem.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 1., est tegere, celare, delere, abolere, *coprire, nascondere. Cic.* 1. *Fin.* 17. 57. Ut adversa quasi perpetua oblivione obruamus, et secunda jucunde ac suaviter meminerimus. *Id. Dejot.* 13. 37. Quæ unquam vetustas obruet, aut quæ tanta delebit oblivio? *Id. Arch.* 10. 24. Idem tumulus, qui corpus ejus contexerat, nomen etiam obruisset. *Id.* 5. *Tusc.* 19. 56. Marius talis viri interitu sex suos obruit consulatus, et contaminavit extremum tempus ætatis. *Id.* 6. *de republ.* 23. *extr.* Sermo omnis ille et obruitur hominum interitu, et oblivione posteritatis exstinguitur. *Id. Partit. orat.* 5. 15. Firmamenta ad fidem posita aut per se diluenda, aut obscuranda, aut degressionibus obruenda. *h. e.* ad alia digrediendo tegenda quodammodo ac celanda. *Id. Harusp. resp.* 20. 42. Quod dii omen obruant. *Ovid.* 13. *Met.* 446. Obrutaque est mecum virtutis gratia nostræ. *sepolta.* Achillis sunt mortui verba. *Seneca Thyest.* 786. tenebris obruere facinus. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 17. 17. (52). Reliqua vetustatis situ obruta. *Claudian.* 2. *in I. cons. Stilich.* 121. non obruta virtus Paupertate latet. *Seneca Herc. Œt.* 1102. Obrutæ leges. *h. e.* abolitæ. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 5., est morali ratione opprimere, subigere. *Cic.* 3. *Verr.* 7. 20. His criminibus, his testibus sic obrutus atque oppressus est, ut etc. *Id.* 2. *Orat.* 70. 285. Ut testem omnium risus obrueret. *Id.* 2. *Tusc.* 1. 3. Obrui copia sententiarum atque verborum. *Ovid.* 2. *Pont.* 5. 29. Obruit audentem rerum gravitasque nitorque. *Quintil.* 1. 8. 18. Detinere atque obruere ingenia. *et* 1. 11. 15. Corporis cura mentem obruere. *Claudian. B. Get.* 225. tandemque libido Hæsit avaritiæ, gravioribus obruta curis. *oppressa, sopraffatta. Seneca Octav.* 103. miseriis, luctu obruta, mœrore pressa. Rursus *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 1. Obrui magnitudine negotii, tamquam fluctu. *Id.* 1. *Orat.* 21. 94. Obrui ambitione et foro. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 67. Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui Semper in augenda festinat et obruitur re. *Nepos Pausan.* 1. Ut virtutibus eluxit, sic vitiis est obrutus. *Liv.* 3. 19. At enim, divinis humanisque obruti sceleribus, legem vos hoc anno perlaturos dictitatis? *Justin.* 12. 8. 5. Obrutus multis vulneribus. Cf. *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 11. obruta corpora morbo. *oppressi.* Rursus *Cic.* 2. *Att.* 1. *ad fin.* Obrui ære alieno. et *Liv.* 6. 14. et 35. 7. fenore. ¶ 3. Hinc est etiam longe vincere, superare, *superare, vincere, sopraffare, superchiare. Virg.* 2. *Æn.* 424. Ilicet obruimur numero. *Tac. Agric.* 17. Quum Cerialis alterius successoris curam famamque obruisset. *Vellej.* 2. 69. 3. M. Brutus Vatinium dignatione obruerat. *Val. Flacc.* 1. 319. Femineis tantum illa furens ululatibus obstat, Obruit Idæam quantum tuba Martia buxum. *Quintil.* 12. 10. 75. Lana tincta fuco citra purpuram placet, at si contuleris etiam lacernæ, conspectu melioris obruitur, ut Ovidius ait. *Stat.* 1. *Achill.* 293. quantum virides pelagi Venus addita Nymphas Obruit. *Val. Max.* 1. 1. *n.* 9. Obruitur tot illustribus consularibus L. Furius Bibaculus.

OBRŪSSA, æ, f. 1. De scriptione et etymo *V.* infra sub I. — Obrussa est experimentum ignis, quo auri bonitas probatur, *prova dell'oro al fuoco.*

I.) Proprie. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 19. (59). Auri experimentum ignis est, ut simili colore rubeat, ignescatque: id ipsum obrussam vocant. Ita *Harduin.* et *Stilig.* ex MSS. — Græci ὄβρυζον χρυσόν vocant aurum excoctum purumque: unde *obrussa*, ut a ποῤφυρίζον *purpurissum. V.* dicta in BADIZO. Legitur tamen et *obrusa.* — Item *obryza*, et est aurum obryzum, teste *Beda de Orthogr. p.* 2794. *Putsch.* Obriza, æ, generis feminini, et Obrizum, i, neutri. *Cod. Theod.* 12. 6. 12. In massam obrizæ soliditatemque redintegrentur. *et ibid.* 7. 3. Sub flammæ edacis examine in ea obryza detinetur. — *Aurum ad obrussam*, excoctum, probum, purum, *oro di coppella. Sueton. Ner.* 44. Exegit ingenti fastidio et acerbitate numum asperum, argentum pustulatum, aurum ad obrussam. — Sunt qui Græcam scriptionem retinentes legunt apud *Plin.* id ipsum obryzum vocant. Porro *aurum obryzum* habetur in S. Scriptura 2. *Paralip.* 3. 5., *Dan.* 10. 5. et alibi: estque idem quod *ad obrussam.* Sic *obryzum, i*, absolute apud *Petron. fragm. Tragur.* 67. *Burmann.* Ultimo et periscelides resolvit, et reticulum aureum, quem ex obryzo esse dicebat. Al. leg. *obrusso.* Adde *Vulgat. Interpr. Job* 28. 16. et 31. 24.; et cf. *Isid.* 16. *Orig.* 17. Hinc *obryzatus, a, um*, ex auro obryzo factus. *Imppp. Gratian., Valent. et Theodos. Cod.* 11. 10. 3. Obryzatorum omnium solidorum uniforme pretium. Adde *Impp. Arcad. et Honor. ibid.* 12. 49. 1.

II.) Translate. *Cic. Brut.* 74. 258. Quo magis expurgandus est sermo, et adhibenda, tamquam obrussa, ratio, quæ mutari non potest. *Seneca Ep.* 13. Sic verus ille animus, et in alienum non venturus arbitrium, probatur: hæc ejus obrussa est. *Id.* 4. *Quæst. nat.* 5. Si omnia argumenta ad obrussam cœperimus exigere, silentium indicetur, pauca enim admodum sunt sine adversario.

OBRŬTESCO. *V.* OBBRUTESCO.

OBRŪTUS, a, um. *V.* OBRUO.

OBRYZA, æ, f. 1. *et*

OBRYZĀTUS, a, um, adject. *V.* OBRUSSA I.

OBRYZIĀCUS, a, um, adject. idem atque obryzus. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 7. 24. 1. Quando votis communibus felix annus aperitur in una libra auri solidos septuaginta duos obryziaci principibus offerendi devotionem animo libenti suscipimus. Cf. *Papyr.* apud *Marini Pap. dipl.* (*a.* 539.) *n.* 114. *lin.* 38. Acceperunt pretii nomine auri solidos dominicos probatos obryziacos optimos pensantes numero centum decem.

OBRYZUM : n. 2. absolute, substantivorum more, *et*

OBRYZUS , um, adject. *V.* OBRUSSA I.

OB , præpositio, qua utuntur aliquando Latini in c mpositione. *V.* OB et OBSORDESCO II.

OBSÆPIO *vel* obsēpio, pis, psi, ptum, pire, a. 4. (ob et sæpio). Olim *obsipio* dixerunt, teste *Diomed.* 1. *p.* 378. *Putsch.*, ubi recitat hæc *Cæcilii* in *Hymnide*: Habes Miletida: ego illam huic dego, debo, et nato saltum obsipiam. — Part. *Obsæptus* I. et II. — Obsæpire est sæpibus circumdare, claudere, περιφράττω (It. *assiepare, circondare di siepe, chiudere*; Fr. *clore d'une enceinte, barrer, fermer*; Hisp. *cerrar, vercar, encerrar, atrancar, tapar*; Germ. *verzäunen, vermachen, daher verschliessen, den Durchgang unmöglich machen*; Angl. *to hedge in, shut, stop, or block up, enclose*).

I.) Proprie. In *vet. S. C.* apud *Frontin. Aquæd.* 129. NEQVE QVIS IN EO LOCO POST HANC LEGEM ROGATAM QVID OPPONIT, MOLIT, OBSÆPIT, FIGIT, STATVIT etc. *Plaut. Cas.* 5. 2. 35. Ubi illum saltum video obsæptum, rogo, ut altero sinat ire. *Liv.* 25. 29. Alii obsæptis itineribus super vallum saliunt. *Tac.* 15. *Ann.* 27. Mox iter, apertis quæ vetustas obsæpserat, pergit. *Sil. It.* 12. 110. Obsæpta viarum. *Apul.* 1. *Met.* Obsæpto utero.

II.) Translate. *Cic. Mur.* 23. 48. Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsæpiebant. *Id. fragm. orat. Scaur.* (edente *A. Peyronio*) *p.* 83. Conjuratio vi intercludatur, obsæpiatur insidiis. *Liv.* 9. 34. Hæc plebi ad curules magistratus iter obsæpsit. Sic *Id.* 4. 25. Eorum ambitione artibusque fieri, ut obsæptum plebi sit ad honorem iter. Cf. *eumd.* 2. 6. Postquam dolo viam obsæptam vidit, bellum aperte moliendum ratus, etc. *Arnob.* 2. 66. Ad cælum redeunti ne vias cludant atque obsæpiant transitum. *Plin. Pan.* 66. Obsæpta diutina servitute ora reseramus, frenatamque malis linguam resolvimus.

OBSÆPTUS *vel* obseptus, a, um. *V.* voc. præced.

OBSÆVIO. *V.* OBSERO, is.

OBSALŪTĀRE, offerre salutandi gratia dicebant antiqui, ut consalutare, persalutare. *Festus p.* 193. 31. *Müll.*; quocum cf. *Paul. Diac. p.* 192. 3.

OBSĂTŪLIO, is, ire, a. 4. *V. Festi loc. cit.*, in OBSTRUDO, ubi tamen alii rectius legendum putant *obsatullent*, vel potius *obsaturent*.

OBSĂTŪRO, as, are, a. 1. ἀποκορέννυμι, saturare, saturitatem usque ad fastidium inducere. Translate *Ter. Heaut.* 4. 8. 28. næ tu propediem, Ut istam rem video, istius obsaturabere.

OBSCÆNĒ, OBSCÆNĬTAS et similia. *V.* OBSCENE, OBSCENITAS etc.

OBSCÆNO *vel* obscēno, as, etc. *V.* voc. seq.

OBSCÆVO, as, avi, atum, are, a. 1. vox composita ex *ob*, et *scævus*, usurpaturque *a Plauto* pro male ominari (teste ipso *Non. p.* 145. 33. *Merc.*), malo omine rem aliquam impedire, vitiare, turbare, ubi ait *Asin.* 2. 1. 18. Metuo, quod illic obscævavit meæ falsæ fallaciæ. Al. leg. *obscænavit*, seu *obscenavit*, ab *obscœnus*, seu *obscenus*, eodem sensu. *V.* SCÆVA.

OBSCĒNA, ōrum, n. plur. 2. *V.* OBSCENUS in fin.

OBSCĒNĒ *vel* obscæne *vel* obscœne, adverb. (obscenus). Comp. *Obscenius* et Sup. *Obscenissime*. — Obscene translate tantum occurrit, et est turpiter, impure, impudice, *oscenamente, disonestamente*, αἰσχρῶς. *Cic.* 1. *Off.* 35. 128. Latrocinari, fraudare, adulterare, re turpe est, sed dicitur non obscene. *Id.* 3. *Nat. D.* 22. 55. Cujus (*Mercurii*) obscenius excitata natura traditur. Adde *eumd. Orat.* 45. 154. *Eutrop.* 8. 22. Impudicissime et obscenissime vixit.

OBSCĒNĬTAS *vel* obscænitas *vel* obscœnitas, ātis, f. 3. (nomen abstractum ab adject. *obscenus*).

I.) Proprie est abstracta qualitas, qua quid malum augurium, triste omen affert. *Arnob.* 1. 16. Lævum augurium non sum, nec adversus spes bonas mali ominis obscenitate traducor. *V.* OBSCENUS I.

II.) Translate. ¶ 1. Abstracte est impuritas, turpitudo, impudicitia, *oscenità, disonestà*, αἰσχρότης, τὸ ἀσελγές. — *a)* Generatim. *Cic.* 1. *Off.* 29. 101. et 35. 127. et 2. *Orat.* 59. 242. Rerum, verborum, orationis obscenitas. *Id.* 9. *Fam.* 22. Si quod sit in obscenitate flagitium, id aut in re esse, aut in verbo. *Quintil.* 6. 3. 29. Obscenitas non a verbis tantum abesse debet, sed etiam a significatione. — *b)* Speciatim est turpioris libidinis flagitium, de quo *Sueton. Tib.* 45., *Claud.* 15. *a med.* et *Ner.* 29.; et *Phædr.* 4. 13. Sic *Ulp. Dig.* 1. 12. 1. In obscenitatem aliquem compellere. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu sunt turpia ipsa corporis membra. *Arnob.* 5. 27. Propudiosa corporum monstratur obscenitas. *Plin.* 33. *Hist. nat. procem.* 2. (4). In poculis libidines cælare juvit, ac per obscenitates bibere. *h. e.* quod ait *Juvenal.* 2. 95. vitreo bibit ille Priapo. *et Lamprid. Elagab.* 19. Vasa schematibus libidinosissimis inquinata.

OBSCENO, as, etc. *V.* OBSCÆVO.

OBSCENUS *vel* obscænus *vel* obscœnus, a, um, adject. Quod ad etymon attinet, alii alia. Sunt qui deducunt ex *ob* et *scena*, quia quæ turpia sunt, nisi in scena palam dici non debent, ut ait *Varro* 7. *L. L.* 96. *Müll.*: vel quasi *obscœvinum*, quod bonæ scævæ obstat, ut *Id. ibid.* 97. ait; unde et *obscœnus* scribi quibusdam placet: vel ab *Oscis*, qui olim *Opsci*, qui turpi consuetudine olim laborasse dicuntur; quæ fuit opinio *Verrii* apud *Festum p.* 198. 32. *Müll.*: vel ab *obs* et *cano*, quia in auguriis contrarium significat: vel ab *obs* et *cœnum*, quia turpia immunda sunt: vel a κοινόν, quod interdum notat sordidum: quæ tria postrema *Priscian.* 9. *p.* 872. *Putsch.* tradit. Fuse de his in suo *Etymol. Voss.* disputat. — Comp. *Obscenior* II. 2. *a.*; Sup. *Obscenissimus* I. et II. 2. *a.* — *Obscenus* proprie, ut plerique putant, est malum augurium, triste omen afferens, propter turpitudinem, deformitatem et immunditiam, ἀπαίσιος (It. *di mal augurio, infausto, portentoso*; Fr. *de mauvais augure, sinistre, funeste*; Hisp. *de malo aguero, siniestro, funesto*; Germ. *von ungünstiger Vorbedeutung, daher ungünstig, unglücklich*; Angl. *unlucky, inauspicious, ill-boding, ominous, of omen, portentous, obscene*).

I.) Proprie. *Festus p.* 199. 33. et 201. 1. *Müll.* Apud antiquos omnes fere obscena dicta sunt, quæ mali ominis habebantur. *Matius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 96. *Müll.* Obsceni interpres funestique ominis auctor. *Paul. Diac. p.* 7. 3. *Müll.* Alliensis dies dicebatur apud Romanos obscenissimi ominis. *Accius* apud *Non. p.* 357. 16. *Merc.* Cives ominibus faustis augustam adhibeant Faventiam, ore-obscena dicta segregent. *h. e.* verba male ominata. *Lucilius* apud *eumd. ibid. v.* 17. Deum rixa vertat verba obscena. *Ennius* apud *Servium* ad *Virg.* 8. *Æn.* 361. contra carinantes Verba (*atra*) atque obscena profatus. *Messala* apud *Gell.* 13. 14. *ad fin.* Idcirco omnes, qui pomœrium protulerunt, montem istum excluserunt, quasi avibus obscenis ominosum. *h. e.* Aventinum, unde Remo auspicanti, ut est apud *Liv.* 1. 7., aves infaustæ adfuerunt. *Virg.* 12. *Æn.* 876. Obscenæ volucres. *h. e.* noctuæ. *Id.* 1. *G.* 470. Obscenæ canes. *Sueton. Galb.* 4. Ceterisque, ut obscenum ostentum, abhorrentibus, solus pro lætissimo accepit. *Ovid. Heroid.* 5. 119. obscenam ponto, di, mergite puppim. *h. e.* navem, qua vehebatur Helena a Paride rapta, excidium Trojæ futura. *Catull.* 68. 99. Troja obscena. *h. e.* malis auspiciis condita: vel quam rursus condere fata et religiones vetant. Unde *Horat.* 3. *Od.* 3. 61. Trojæ renascens alite lugubri Fortuna tristi clade iterabitur. Et ipse *Horat. Epod.* 5. 97. Vos turba vicatim hinc et hinc saxis petens Contundet obscenas anus. *le vecchie streghe*. Sunt qui afferunt etiam illud *Lucret.* 5. 1293. Versaque in obscenum species est falcis aheneæ. *At* Lachmannus *legit* in obprobrium: *V. eumd.* ad *h. l.*

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est turpis, deformis, immundus, dirus, præcipue apud Poetas. *Virg.* 7. *Æn.* 417. *de Alecto.* in vultus sese transformat aniles, Et frontem obscenam rugis arat. *Id.* 3. *ibid.* 241. et 262. Obscenæ pelagi volucres. *h. e.* harpyiæ. *Ovid.* 2. *Amor.* 6. 51. volucrum ille piarum Dicitur, obscenæ quo prohibentur aves. *h. e.* vulturli, milvii etc. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 44. (86). Obscena avis. *h. e.* upupa, quæ e stercore humano nidum conficere traditur. *Liv.* 31. 12. Jam animalium obsceni fetus pluribus locis nunciabantur: in Sabinis incertus infans natus, masculus an femina esset; Frusinone agnus cum suillo capite; Sinuessæ porcus cum capite humano natus. Fœda omnia et deformia, errantisque in alienos fœtus naturæ visa. *Virg.* 3. *Æn.* 367. Obscena fames. *Id.* 4. *ibid.* 465. Fusaque in obscenum se vertere vina cruorem. *Lucan.* 4. 312. obscenos haustus *dixit* quum miles colluviem limo turbidam siti adactus bibit. *Albinov.* 1. 280. Obscenæ viæ. *h. e.* in quibus projiciebantur a carnifice damnatorum cadavera, quia tamquam ominosa, ut ait *Forcellinus*, vel quia tamquam immunda et dira vitari solebant. — Hinc *obscena, orum*, absolute, substantivorum more. *Seneca Ep.* 70. *a med.* podicem *obscena* appellat. *Sueton. Domit.* 10. Conscios, investigato novo quæstionis genere, distorsit, immisso per obscena igne. Adde *eumd. Cal.* 58. *Ovid. Remed. am.* 437. Obscena reddere. *h. e.* ventrem exonerare. Sic *Scren. Sammon. c.* 32. *v.* 9. *p.* 68. *col.* 1. ed. *Ald.* urinam *obscenum imbrem* appellat. et *Id. ibid. v.* 24. Necnon obscenus capræ potabitur humor. ¶ 2. Speciatim et sæpissime morali ratione est turpis, impudicus, impurus, *osceno, disonesto, impudico*, αἰσχρός. — *a)* De rebus et abstractis. *Varro* apud *Non. p.* 357. 2. *Merc.* Obscena verba. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 3. Obscenissimi versus. *Id.* 5. *Tusc.* 38. 112. Illud Antipatri est paullo obscenius. *Id.* 1. *Off.* 29. 104. Jocandi genus illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum. *Id.* 1. *Nat. D.* 40. 111. Delicatæ et obscenæ voluptates. *Ovid.* 2. *Trist.* 212. Obscenum adulterium. *et* 409. Obsceni risus. *Propert.* 2. 5. 19. Obscenas tabellas pingere. *Tac.* 15. *Ann.* 37. Gestus motusque obsceni. *Val. Max.* 3. 5. *in fin.* Abjectior et obscenior vita. *Vellej.* 2. 83. 1. Obscenissimarum rerum auctor et minister. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 25. 23. (93). Obsceni mores. *Marcell. Empir. c.* 12. *p.* 103. ed. *Ald.* Digito obsceno, id est medio, dentes fricabis. — *b)* De hominibus. *Obscenus homo*, qui obscenis voluptatibus deditus est, impudicus, impurus, mollis. *Ovid.* 3. *Met.* 537. Obscenique greges, et inania tympana. *h. e.* Galli Cybeles. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 1. 2. (9). Æque moriere, etiam quum obscenus vixeris, aut nefandus. *Seneca* 4. *Excerpt. controv. procem. sub fin.* Ex eo impudici et obsceni aliquandiu officiosi vocati sunt. — Hinc

Obscena, ōrum, n. plur. *et*

Obscenum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, τὰ αἰδοῖα. *Justin.* 1. 6. 14. Obscena corporis. *Ovid.* 9. *Met.* 347. Lotis erat Nymphe fugiens obscena Priapi. *h. e.* obscenam partem; nam *Id.* 1. *Fast.* 437. *de eod. Priapo.* At deus obscena nimium quoque parte paratus. *Mela* 3. 7. Pars nudi agunt, pars tantum obscena velati. Adde *Sueton. Cal.* 58. *et Domit.* 10. — *Ovid.* 6. *Fast.* 631. Obscenum virile. *Jul. Obseq.* 84. Puer duplici obsceno natus. *Lactant.* 1. 21. Inter aselli Priapumque ortum certamen de obsceni magnitudine. — *Obscena*, absolute, alia quoque significatione usurpantur, ut supra dictum est sub II. 1. in fin.

OBSCINDO, scindis, scidi, scindere, a. 3. idem atque abscindere. *Ennod.* 1. *Ep.* 16. Rhetoricam in me dixisti esse versutiam, quum diu sit, quod oratorium schema affectus a me orationis obscinderit, et nequeam occupari verborum floribus, quem ad gemitus et preces evocat clamor officii. Hæc cl. *Furlanetto* in I. *Append.* Videtur tamen illud *obscindo*, si sana est lectio, ab *obscīdo, obscīdis, obscīdi* potius derivandum.

OBSCŪRĀTĬO, ōnis, f. 3. actus obscurandi, obscuritas, σκότωσις, *oscuramento, oscurazione*.

I.) Proprie. *Cic. fragm.* apud *Augustin.* 3. *Civ. D.* 15.; *Quintil.* 1. 10. 47.; et *Plin.* 36. *Hist. nat.* 27. 69. (202). Obscuratio solis. *ecclisse. Auct. B. Hisp.* 6. Incidit, ut matutino tempore nebula esset crassissima. Itaque in illa obscuratione etc. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 9. *sub init.* Dehinc ob obscurationis proprietatem strictura laborantes in lucido atque tepido et amplo mediocriter locamus.

II.) Translate. *Cic.* 4. *Fin.* 12. 29. In quibus voluptatibus, propter earum exiguitatem, obscuratio consequitur, sæpe accidit, ut nihil interesse nostra fateamur, sint illa, nec ne sint: ut in sole lucernam adhibere nihil interest. *et ibid.* 13. 32.

De istis ipsis obscurationibus, quæ propter exiguitatem vix, aut ne vix quidem apparent.

OBSCŪRĀTUS, a, um. *V.* OBSCURO, as.

OBSCŪRĒ, adverb. (obscurus). Comp. *Obscurius* II. 1. et 3.; Sup. *Obscurissime* II. 1. 2. et 3. — Obscure est sine lumine, ἀμαυρῶς (It. *oscuramente*; Fr. *d'une manière obscure*; Hisp. *obscuramente*; Germ. *dunkel*; Angl. *darkly, obscurely*).

I.) Proprie. *Cic.* apud *Non. p.* 474. 28. *Merc.* Si quando nos demersimus, ut qui urinantur, aut nihil superum aut obscure admodum cernimus.

II.) Translate. ¶ 1. Refertur ad tenebras orationis. *Cic.* 2. *Fin.* 5. 15. Heraclitus, cognomento qui σκοτεινός perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit. V. *Orellii* et aliorum adnotata ad hunc locum. *Id.* 1. *Cat.* 4. 8. Non agam obscure. *parlerò chiaro. Quintil.* 3. 4. 3. Obscure dicta. *Id.* 4. 1. 79. Ut non abrupte cadere in narrationem, ita non obscure transcendere. *Id.* 8. 2. 24. Quæ causa dicta obscurius est. *Gell.* 11. 16. *in fin.* Qui ne pluribus quidem verbis potuerim non obscurissime dicere, quod a Græcis uno verbo planissime dicitur. *Id.* 17. 13. Quadrigarium particula ista usum esse obscurissime. ¶ 2. Et ad ignobilitatem generis. *Macrob.* 7. *Saturn.* 3. *a med.* Commendat scomma et conditio dicentis, ut si irrideat obscure natum natus obscure. *Ammian.* 29. 1. Palladius quidam obscurissime natus. ¶ 3. Sæpe est tecte, clam: cui opponitur aperte, palam, *copertamente, celatamente, occultamente. Cic.* 4. *Cat.* 3. 6. Malum obscure serpens multas jam provincias occupavit. *Id. Quinct.* 15. 50. De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem tacite obscureque conceditur. *Id.* 6. *Verr.* 24. 53. Avertere aliquid de publico quam obscurissime per magistratum solebant. *Id.* 1. *Fam.* 5. *sub fin.* Amicum ex consularibus neminem tibi esse video præter Hortensium et Lucullum: ceteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati. — *Non obscure,* manifesto, palam. *Auct. B. G.* 8. 54. Neque obscure hæ duæ legiones uni Cæsari detrahuntur. *Sueton. Vesp.* 6. *in fin.* Deposita simultate, quam ex æmulatione non obscure gerebat. — *Non obscure ferre aliquid,* minime dissimulanter ferre, sed ita ut omnes agnoscant notas animi commoti, *con aperto sentimento e spiacere. Cic.* 6. *Parad.* 1. 44. Itaque istam paupertatem tuam numquam obscure tulisti. *Id. Cluent.* 19. 54. Neque id obscure ferebat, nec dissimulare ullo modo poterat.

OBSCŪRĒFĂCĬO, is, ere, a. 3. obscurare. Est *Nonii p.* 146. 28. *Merc.* Obtitterare est obscurefacere et in oblivionem ducere.

OBSCŪRĪDĪCUS, a, um, adject. qui obscura dicit. *Accius* apud *Non. p.* 15. 10. *Merc.* Quid hi tam obscuridicum est tamve inenodabile? *Mercerus* ita legendum conjecit, quum libri habeant *obscuro dicunt.*

OBSCŪRĪTAS, ātis, f. 3. (obscurus) obscuratio, tenebræ, opacitas, caligo, σκότος (It. *oscurità, scurezza*; Fr. *obscurité, ténèbres*; Hisp. *obscuridad*; Germ. *die Dunkelheit, das Dunkelsein*; Angl. *darkness, obscurity, opacity*).

I.) Proprie. — *a)* In singul. num. *Tac.* 3. *Hist.* 11. Obscuritas latebrarum, quibus occulebatur, vacantium forte balnearum fornacibus abditus. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 18. 16. (79). Atra obscuritas. *Id.* 23. *ibid.* 1. 20. (35). Falernum creditum est obscuritatem visus facere. *Ammian.* 18. 2. *a med.* Tenebrarum equorumque adjumento, quo dubius impetus trusit abreptos: lixas vero vel servos-, nisi quos exemit discrimine temporis obscuritas, occiderunt. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 9. *n.* 62. Obscuritas vel tenebræ si fuerint ægrotantibus odiosæ et curationi necessariæ, erunt artis astutia componendæ. — *b)* In plur. num. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 3. 12. (51). Medetur oculorum obscuritatibus. Adde *eumd.* 28. *ibid.* 11. 47. (167). Priore tamen loco *Sillig.* in sing. num. vocem exhibet; sunt tamen qui leg. in plur.

II.) Translate. ¶ 1. Est obscuratio orationis, aut rei, unde oritur intelligendi difficultas et dubitatio. — *a)* In singul. num. *Cic.* 3. *Orat.* 13. 50. Tanta insolentia ac turba verborum, ut oratio quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem et tenebras afferat. *Id.* 2. *Divinat.* 54. 111. Adhibuit etiam latebram obscuritatis, ut iidem versus alias in aliam rem posse accommodari viderentur. *Id.* 1. *de republ.* 10. *extr.* Leporem Socraticum subtilitatemque sermonis cum obscuritate Pythagoræ et cum illa plurimarum artium gravitate contexuit. *Quintil.* 8. 2. 12. Obscuritas fit etiam verbis ab usu remotis. *Sueton. Gramm.* 10. Nihil aliud suadere, quam ut noto civilique et proprio sermone utatur, vitetque maxime obscuritatem Sallustii. *Cic.* 2. *Fin.* 5. 15. Quum rerum obscuritas, non verborum, facit, ut non intelligatur oratio. *Id. Cluent.* 27. 73. In ea obscuritate ac dubitatione omnium, Canutio placuit etc. *Id.* 1. *Divinat.* 18. 35. Non reperio causam. Latet fortasse obscuritate involuta naturæ. — Huc referri potest et illud *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *n.* 6. Pejorante passione sequitur vultus depravatio, pulsus obscuritas. *il polso si nasconde e non si lascia sentire che assai difficilmente.* — *b)* In plur. num. *Cic.* 2. *Divinat.* 64. 132. Obscuritates et ænigmata somniorum. *Gell.* 20. 1. *sub init.* Obscuritates non assignemus culpæ scribentium, sed inscientiæ non assequentium. *Arnob.* 1. 62. Incredibile dictu est et cæcis obscuritatibus involutum, si velis, non etc. ¶ 2. Item ignobilitas generis, *oscurità di natali,* qua quis parum notus est aliis. *Cic.* 2. *Off.* 13. 45. Quorum prima ætas, propter humilitatem et obscuritatem, in hominum ignoratione versatur. *Tac.* 1. *Hist.* 84. Cujus splendore et gloria sordes et obscuritatem Vitellianarum partium perstringimus. *Flor.* 1. 6. Nec obscuritas inhibuit, quamvis matre serva natum. *Id.* 3. 1. *a med.* Obscuritas generis.

OBSCŪRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (obscurus). Part. *Obscurans* II. 1.; *Obscuratus* I. et II. 1. et 6.; *Obscuraturus* et *Obscurandus* II. 6. — Obscurare est obscurum reddere, tenebras afferre, noctem offundere, opacare, ἐπισκιάζω, σκοτόω (It. *oscurare, offuscare*; Fr. *rendre obscur, sombre, obscurcir*; Hisp. *obscurecer, hacer obscuro*; Germ. *verfinstern, vendunkeln, des Lichtes berauben*; Angl. *to darken, obscure*).

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Fin.* 14. 45. Obscuratur et offunditur luce solis lumen lucernæ. *Id.* 2. *Nat. D.* 38. 96. Tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Ætnæorum ignium finitimas regiones obscuravisse dicuntur. *Sall. Jug.* 42. Cælum nocte atque nubibus obscuratum. *Id. fragm.* apud *Non. p.* 189. 10. *Merc.* Nebula cælum obscurabat. *Virg.* 12. *Æn.* 253. Volucres æthera obscurant pennis. *Cic.* 1. *de republ.* 16. et 2. *ibid.* 10.; *Tac.* 14. *Ann.* 12.; et *Val. Max.* 8. 11. *n.* 1. *extern.* Obscuratus sol. *ecclissato.* Sic *Plin.* 2. *Hist. nat.* 10. 7. (47). Nullum aliud sidus eodem modo obscuratur. *si ecclissa.* quo sensu usurpat etiam *Catull.* 66. 3. Rursus *Plin.* 8. *ibid.* 27. 41. (99). Anguis hiberna latebra visu obscurato, marathro herbæ sese afficiens, oculos inungit ac refovet. *Dig.* 8. 2. 9. Obscurare ædes. *togliere loro la luce.* et *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 9. *n.* 62. Si (ægroti) ita fuerint alienatione commoti, qua obscurari totum vel luminari velint, erit conjiciendum, ut quibus obscurum aerem fecerimus, calidum tamen faciamus, quibus autem luridum, e contrario frigidum faciamus.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro contegere, obvolvere, *coprire, involgere. Cic.* 1. *Cat.* 3. 6. Neque nox tenebris obscurare cœtus nefarios potest. *Petron. Satyr.* 134. Obscuratum dextra caput super pulvinar inclinavi. *Val. Max.* 7. 3. *n.* 8. Quid illa necessitate miserius, quæ magistratum populi R. abjecta honoris prætexta, alienigenæ religionis obscuratum insignibus, etc? *mascherato.* Loquitur de ædili pleb. sub Isiaci habitu proscriptionem vitante. Sic *Horat.* 2. *Sat.* 7. 55. caput obscurante lacerna. (Huc trahit *Burmann.* et illud *Val. Flacc.* 3. 526. Crinis ad obscuræ decurrens cingula mammæ. *h. e.* tectæ, vestitæ, præcintæ. Al. aliter leg. aut explicant.) *Sall. Jug.* 53. Inter virgulta equi Numidæque consederant, neque plane occultati humilitate arborum, et tamen incerti, quidnam esset, quum natura loci, tum dolo ipsi, atque signa militaria obscurati. *coperti, nascosti. Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 3. Obscurato pulsu et per profectum cessante. ¶ 2. Est etiam tenebras menti sive animæ offundere. *Plaut. Trin.* 3. 2. 40. Scio, te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi Pectus obscurasse. ¶ 3. Item dicendo involvere, ut minus intelligatur. *Cic.* 2. *Att.* 20. Si erunt mihi plura ad te scribenda, ἀλληγορίαις obscurabo. *le dirò sotto metafora.* et *Cluent.* 1. 1. Nihil me subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo. *Sueton. Tib.* 70. Affectatione, et morositate nimia obscurabat stilum. *Quintil.* 8. 2. 18. Apud T. Livium invenio, fuisse præceptorem aliquem, qui discipulos obscurare, quæ dicerent, juberet, Græco verbo utens, σκότισον. ¶ 4. Speciatim. *Obscurare litteras* est loquendo parum exprimere. *Quintil.* 9. 4. 40. M littera quoties ultima est, et vocalem verbi sequentis ita contingit, ut in eam transire possit, etiam si scribitur, tamen parum exprimitur, ut (*Virg.* 1. *Æn.* 7.) Multum ille. *etc.,* adeo ut pæne cujusdam novæ litteræ sonum reddat: neque enim eximitur, sed obscuratur, et tantum aliqua inter duas vocales velut nota est, ne ipsæ coeant. — *Obscurare vocem,* minus claram reddere, fuscam, obtusam. *Id.* 11. 3. 20. Ut tibiæ, eodem spiritu accepto, alium clausis, alium apertis foraminibus, alium non satis purgatæ, alium quassæ sonum reddunt; ita fauces tumentes strangulant vocem, obtusæ obscurant, rasæ exasperant, convulsæ fractis sunt organis similes. ¶ 5. Item ignobilem, seu ignotum reddere. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. *a med.* Multi alii adventant, paupertas quorum obscurat nomina. *Sall. Cat.* 8. Fortuna res cunctas ex lubidine magis, quam ex vero, celebrat, obscuratque. *Plin. Paneg.* 69. Nobilitas non obscuratur, sed illustratur a principe. *Id. ibid.* 55. Arcus et statuas, aras etiam templaque demolitur et obscurat oblivio, negligit carpitque posteritas. ¶ 6. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. II. 1., sæpe est tegere, abscondere, supprimere, ut videri cernique plane non possit, *coprire, nascondere. Cic.* 4. *Fin.* 12. 29. Quæ minimæ sint voluptates, eas obscurari sæpe et obrui. *et ibid.* 31. Numus in Crœsi divitiis obscuratur. *si perde.* et 5. *Verr.* 57. 131. Magnitudo lucri obscurabat periculi magnitudinem. *non lasciava vedere.* et *Marcell.* 9. 30. Tuas laudes nulla unquam obscuratura est oblivio. *et Arch.* 11. 26. Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest: sed præ nobis ferendum. Trahimur omnes laudis studio, etc. *Quintil.* 4. 2. 64. Qui obscurare veritatem vult, narrat falsa pro veris. *Cic. Partit. orat.* 5. 15. Firmamenta ad fidem posita aut per se diluenda, aut obscuranda, aut degressionibus obruenda. *h. e.* declinanda, et dissimulatione tegenda. *Cic.* 2. *Orat.* 23. 95. Posteaquam exstinisct his, omnis eorum memoria sensim obscurata est et evanuit. *Id. fragm.* apud *Capell.* 5. *p.* 168. Latent ista, Varro, magnis obscurata et circumfusa tenebris. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 115. Obscurata diu populo bonus eruet, atque Proferet in lucem speciosa vocabula rerum.

OBSCŪRUM, adverb. et **OBSCŪRUM**, i, n. 2. *V.* voc. seq. sub I. *c.* et *d.* et II. 1. 2.

OBSCŪRUS, a, um, adject. Ratione habita etymi, sunt qui putant esse ex *ob* et inusitato *scurus*, quod sit a σκιερος *umbrosus*: at *Doderlinius* (*Latein. Synonym. vol.* 1. *p.* 183. et *vol.* 3. *p.* 167.) ait, vocem *obscurus* esse pro *obsculsus* (ex *ob* vel *obs* et *celo*), scil. *occultus.* — Comp. *Obscurior* II. 1. 2. 3. et 4.; Sup. *Obscurissimus* II. 1. et 3. — Obscurus est luce carens, tenebricosus, caliginosus, opacus, σκοτεινός (It. *oscuro, tenebroso, bujo*; Fr. *obscur, sombre, ténébreux*; Hisp. *obscuro, tenebroso*; Germ. *dunkel, finster, ohne Licht*; Angl. *obscure, dark, darksome, dusky, dun, shady, opaque, gloomy*).

I.) Proprie. — *a)* Generatim. *Virg.* 6. *Æn.* 452. quam Troius heros Ut primum juxta stetit, agnovitque per umbram Obscuram; qualem etc. *Id.* 9. *ibid.* 87. lucus Nigranti picea trabibusque obscurus acernis. *Ovid.* 4. *Met.* 100. Obscurum antrum. *Virg.* 6. *Æn.* 139. Obscuræ convalles. *Horat. Art. P.* 229. tabernæ. *Liv.* 10. 1. In eam speluncam penetratum cum signis est: et ex eo loco obscuro multa vulnera accepta. *Forcellinus* interpretatur locum abditum, occultum: *V.* mox sub *b. Ennius* apud *Gell.* 7. 17. Aliæ res obnoxiosæ nocte in obscura jacent. Sic *Virg.* 2. *Æn.* 420. Obscura nox. Cf. *Liv.* 24. 21. Post occasum solis, jam obscura luce. *et Sall. Jug.* 24. Ubi

plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine. *Virg.* 1. *G.* 468. Sol caput obscura nitidum ferrugine texit. *Horat.* 1. *Od.* 7. 15. Albus ut obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus. *Virg.* 12. *Æn.* 416. Venus obscuro faciem circumdata nimbo. *Id.* 4. *G.* 60. Obscuræ nubes. — *b*) Speciatim. *Obscura funda*, tecta, occulta, non visa. *Val. Flacc.* 6. 193. Dysanta Caresus Strymonaque obscura spargentem vulnera funda Dejicit. — *Obscura mamma* apud *eumd.* 3. 526. est tecta, vestita, strophio præcincta. *V.* OBSCURO II. 1. — *Ovid.* 4. *Fast.* 758. Obscuræ aquæ. *torbide.* — *c*) *Obscurum*, i, absolute. *Tac.* 4. *Hist.* 50. Obscuro adhuc cæptæ luris. *Virg.* 1. *G.* 478. sub obscurum noctis. — *d*) *Obscurum*, adverbii more, obscure. *Lucan.* 5. 621. nec fulgura currunt Clara, sed obscurum nimbosus dissilit aer. — *e*) *Obscurus* etiam dicitur, qui in tenebris est, qui non cernitur, qui latet. *Virg.* 9. *Æn.* 268. Ibant obscuri sola sub nocte per umbram. *et* 2. *ibid.* 135. Limosoque lacu per noctem obscurus in ulva Delitui. *et* 4. *G.* 424. ipsa procul nebulis obscura resistit. *Martial.* 1. 50. Æstus serenos aureo franges Tago, Obscurus umbris arborum.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur de oratione, quæ est involuta, implicita; item de homine, qui in dicendo est implicatus, obstrusus, difficilis; item de rebus, quæ involutæ sunt, cerni intelligive difficiles, *oscuro, involuto, coperto, difficile. Lucret.* 1. 640. Heraclitus init quorum dux prœlia primus, Claruś ob obscuram linguam. Cf. *Cic.* 2. *Divinat.* 64. 132. Quid? poeta nemo, nemo physicus obscurus? ille vero nimis etiam obscurus, Euphorio: valde Heraclitus obscurus. *cui a Græcis cognomen inditum* ὁ σκοτεινός. — Et cum Infinito. *Fronto ad Ver.* 1. Heraclitus obscurus involvere omnia. — Ceterum *Horat. Art. P.* 25. brevis esse laboro, Obscurus fio. *Cic.* 2. *Divinat.* 56. 115. Oracula flexiloqua et obscura, ut interpres egeat interprete. *Ovid.* 14. *Met.* 57. et obscurum verborum ambage novorum Ter novies carmen magico demurmurat ore. *Quintil.* 4. 5. 26. Et divisa et simplex propositio primum debet esse aperta atque lucida: nam quid sit turpius, quam id esse obscurum, quod in eum solum adhibetur usum, ne sint cetera obscura? — *Obscura vox*, fusca, obtusa, non plene emissa. *Quintil.* 11. 3. 64. Vox in miseratione debet esse flexa et flebilis, et consulto quasi obscurior: at in egressionibus fusa, et securæ claritatis. — *Obscurus cantus*, vocis conformatio cantui proxima. *Id.* 11. 3. 60. Non et Cicero dicit, esse aliquem in oratione cantum obscuriorem? — Sic de rebus. *Cic.* 1. *Divinat.* 51. 116. Quod erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitæ sunt interpretun. *Id.* 1. *Orat.* 39. 177. Obscurum et ignotum jus. *Id.* 3. *Nat. D.* 39. 93. Hoc fere dicere habui de natura deorum, non ut eam tollerem, sed ut intelligeretis, quam esset obscura et quam difficiles explicatus haberet. *Lucret.* 4. 8. obscura de re tam lucida pango Carmina. *Cic.* 2. *Orat.* 36. 153. Videre res obscurissimas. *Lucret.* 1. 136. Nec me animi fallit Grajorum obscura reperta Difficile illustrare Latinis versibus esse. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 14. 36. Cur hoc tam est obscurum atque cæcum? *Horat.* 2. *Od.* 5. 21. Quem (*puerum*) si puellarum insereres choro, Mire sagaces falleret hospites Discrimen obscurum solutis Crinibus ambiguoque vultu. — Hinc absolute. *Cels.* 1. *præfat.* Causæ in obscuro positæ. — Speciatim apud Rhetores, *obscurum genus causæ*, ut docet *Cic.* 1. *Invent.* 15. 20., dicitur illud, in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa implicita est. *Græce* δυσπαρακολούθητον. ¶ 2. Obscurus est etiam ignotus, latens. *Ovid.* 6. *Met.* 36. Talibus obscuram reserata est Pallada dictis. *h. e.* sub imagine anus latentem. *Nepos Datam.* 1. Obscuriora sunt ejus gesta pleraque. *Cæs.* 1. *B. C.* 61. Cæsaris autem in Barbaris erat nomen obscurius. *Virg.* 7. *Æn.* 205. Atque equidem memini (fama est obscurior annis) Auruncos ita ferre senes. *h. e.* quamquam fama illa minus nota est ob vetustatem. Cf. *Ovid.* 6. *Fast.* 103. Unde datas habeat vires, obscurior ævo Fama; sed e nostro carmine certus eris. et *Stat.* 5. *Silv.* 3. 109. si famæ obscura jaceres. *h. e.* famæ incognita, ut ait *Liv.* 42. 52. — Et absolute *Ammian.* 24. 1. *ad fin.* Et quia per regiones ignotas de obscuris erat suspectior :a, astus gentis et ludificandi varietas timebatur. — *Per obscurum*, latendo. *Seneca Ep.* 19. Vitam per obscurum transmittere. — *Non obscurus*, manifestus, patens. *Cic.* 13. *Fam.* 70. Non est obscura tua in me benevolentia. *Virg.* 1. *G.* 229. Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes. Sic *Sueton. Claud.* 43. Sub exitu vitæ, signa quædam nec obscura pœnitentis de matrimonio Agrippinæ deque Neronis adoptione dederat. Huc pertinet et illud *Cic.* 2. *Off.* 13. 44. Nullum obscurum potest nec dictum ejus esse, nec factum. ¶ 3. Hinc ignobilis: metaphorâ inde ductâ, quod viri nobiles omnibus conspicui sunt et cogniti; contra qui humili genere sunt orti, tamquam in tenebris agentes, nemini innotescunt. *Cic.* 7. *Verr.* 70. 181. Pompejus humili atque obscuro loco natus. Sic *Liv.* 26. 6. Ieppius Lesius, loco obscuro tenuique fortuna ortus. *Vellej.* 2. 76. 4. Salvidienus natus obscurissimis initiis. *Sueton. Vesp.* 1. Gens Flavia, obscura illa quidem ac sine ullis majorum imaginibus. *Cic.* 1. *Off.* 32. 116. Obscuris orti majoribus. *Id.* 4. *Fam.* 13. Qui antea aut obscuris hominibus, aut etiam sontibus opitulari poteram. *Quintil.* 11. 1. 21. Si nobilis obscurum se vocet. *Id.* 2. 3. 9. Erit ergo obscurior etiam, quo quisque deterior. ¶ 4. Moralii ratione est tectus, simulatus, fictus, astutus, cujus animum non facile perspicias. *Cic.* 3. *Off.* 13. 57. Hoc celandi genus non est hominis aperti, simplicis, ingenui; versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 94. plerumque modestus Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi. *Tac. Agric.* 42. Domitiani natura præceps in iram, et quo obscurior, eo irrevocabilior. *Id.* 4. *Ann.* 1. Tiberium variis artibus devinxit adeo, ut obscurum auversum alios, sibi uni incautum intectumque efficeret. *Cic.* 1. *Verr.* 2. 5. Quod si, quam audax est ad conandum, tam esset obscurus in agendo, fortasse aliqua in re nos aliquando fefellisset. *Id.* 3. *Fam.* 10. 6. Ut in obscuro odio apertas inimicitias ostenderem.

OBSĒCRĀTĬO, ōnis, f. 3. (obsecro) actus obsecrandi, obtestatio, deprecatio, λιτή, κατευχή (It. *preghiera affettuosa, scongiuro, supplica*; Fr. *prières instantes, supplications*; Hisp. *instancia, súplica, suplicacion*; Germ. *d. inständige Bitten, Flehen, Beschwören*; Angl. *a praying or beseeching earnestly, entreating, conjuring, supplication, obsecration*). Occurrit ¶ 1. Generatim et est quæcumque obtestatio, vel deprecatio. *Cic.* 1. *Invent.* 16. 22. Prece et obsecratione humili ac supplici uti. *Id. Fontej.* 17. 38. Alicujus obsecrationem repudiare. *Quintil.* 6. 1. 33. Obsecratio judicum, per carissima pignora, utilis erit. *h. e.* ad judices facta. *Justin.* 24. 8. 7. Proinde ne cunctarentur hostem cædere, et victoriæ deorum socios se adjungere, summis obsecrationibus monebant. *Sueton. Claud.* 22. Ut, dira avi in Urbe, aut in Capitolio visa, obsecratio haberetur, eamque ipse jure maximi pontificis, commonito pro rostris populo, præiret, submotaque operatiorum servorumque turba. ¶ 2. Speciatim de publica supplicatione. *Cic. Harusp. resp.* 28. 63. Constituendæ nobis quidem sunt procurationes et obsecratio. *Liv.* 4. 21. Obsecratio a populo, duumviris præeuntibus, est facta. *Id.* 26. 23. et 27. 11. Supplicatio circa omnia pulvinaria, et obsecratio in unum diem indicta. (In supplicatione liberum erat cuilibet quibus liberet verbis uti: in publica obsecratione præscripta formula utebantur.) *Id.* 31. 9. Supplicationibus habitis jam, et obsecratione circa omnia pulvinaria facta. *Supplicatio* his locis est universus ille ritus, qui erga deos in obsecrando publice adhibebatur: *obsecratio* ipsæ preces. ¶ 3. Item exsecratio, juramentum, vel quid simile, in quo Deus invocatur. *Justin.* 24. 2. 5. Quo præsente apud deos patrios, quibus vellet obsecrationibus, se obligaret. — Hoc sensu a *Cicerone* 3. *Orat.* 53. 205. inter figuras sententiarum enumeratur: fitque cum per deos et sacra quippiam exposcimus. *V.* dicta in DEPRECATIO. Græce est δέησις. *Jul. Rufinian. de fig. sent. et eloc.* Deesis obsecratio, vel obtestatio, qua deos oramus, aut homines. *Cic. Dejot.* 3. 8. Per dexteram istam tuam ego obtestor, etc. *Orellius* leg.: Per dexteram te istam oro, etc. *Virg.* 3. *Æn.* 599. per sidera testor, Per superos, atque hoc cæli spirabile lumen, Tollite me, Teucri.

OBSĒCRĀTOR, ōris, m. 3. qui obsecratur, qui enixe orat. *Venant. Vit. S. Germ.* 6. Quasi ante se habens præsentiam Domini pro voto supplicis obsecrator accedit.

OBSĒCRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBSĒCRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Inverso ordine olim dixere *ob vos sacro* in antiquis precationum formulis, pro *vos obsecro*, teste *Festo* p. 190. 2. *Müll.* Sic *sub vos placo* pro *supplico.* — Part. *Obsecrans, Obsecratus, Obsecraturus* et *Obsecrandus* 1. — *Obsecro*, ex *ob* et *sacer*, quasi per sacra et deos peto, vel, ut ait *Paul. Diac.* p. 188. 11. *Müll.*, opem a sactis peto, plus est, quam oro. Ceterum homines, non dii obsecrabantur; ait enim *Fronto* 1. *ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 2. *a med.* In oratione tua Cyzicena, quum deos precareris, et = si fas est, obsecro = addidisti; quod ego me non memini legisse: obsecrari enim et resecrari populus aut judices solebant. Attamen *Plaut. Rud.* 3. 3. 36. Venus alma, te obsecramus, ut *etc.* Sic *Augustus* apud *Sueton. Tib.* 21. Deos obsecro, ut te nobis conservent. *et Ammian.* 28. 1. Commonitorium repertum est manu scriptum Hymetii, petentis, ut obsecrata ritu sacrorum solemnium numina erga se imperatores delenirent. *V. Drakenborg.* ad *Liv.* 5. 31. *init.*; quamquam sit qui aliter legendum putet. — Itaque *obsecrare* est enixe orare, precari, obtestari, deprecari, καταδέομαι, προλιπαρέω (It. *pregare istantemente, supplicare, scongiurare*; Fr. *prier instamment, supplier, conjurer*; Hisp. *suplicar, rogar, conjurar*; Germ. *inständigst bitten, flehen, Jemanden beschwören*; Angl. *to entreat or pray earnestly, beseech, implore, supplicate, conjure*). Occurrit ¶ 1. Generatim. — *a*) Cum Accusativo — Et quidem personæ. *Cic.* 4. *Verr.* 17. 42. Quod, multis lacrimis quum eum oraret atque obsecraret, impetrare non potuerat. *Id. Quinct.* 30. 91. Te obsecrat obtestaturque Quinctius per senectutem ac solitudinem suam. *Id. post redit. ad Quir.* 7. 16. Pro mea vos salute non rogavit solum, verum etiam obsecravit. — Et passive *Cæs.* 2. *B. C.* 5. Nominatim evocati atque obsecrati. *Sall. Jug.* 27. A Numidis obsecrati, triduo navim ascendere. — *Obsecrare aliquem precibus* apud *Marcell.* ad *Cic.* 4. *Fam.* 11. Quum non solum consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret. Cf. locc. *Plinior.* sub *d.* et *e.* — Cum Accusativo rei raro admodum occurrit. *Plaut. Amph.* 1. 1. 217. et *Truc.* 4. 3. 30. Tuam fidem obsecro. Adde *eumd. Most.* 2. 2. 97. et *Pœn.* 5. 2. 7. *Sed* tuam fidem *potest ab* obsecro *non pendere. Plin.* 9. *Ep.* 29. *extr.* Laus potius speranda, quam venia obsecranda est. *Ammian.* 17. 11. *a med.* Cimon coegit (*Persarum*) gentem, insolentiâ semper latam, obsecrare suppliciter pacem. *et* 18. 2. *ad fin.* Legationis nomine precator venerat pro Urio et Ursicino pacem itidem obsecrans. — *b*) Cum Accusativo et personæ et rei. *Ter. Heaut.* 4. 1. 31. Mi Chreme, peccavi, fateor; vincor: nunc hoc te obsecro, ut etc. Sic *Cic. Quinct.* 31. 97. Itaque te hoc obsecrat, ut etc. — *c*) Cum Ablativo personæ et præpos. *ab. Plaut. Bacch.* 4. 9. 102. Nunc si me fas est obsecrare abs te, pater, Da mihi ducentos nummos, te obsecro. — *d*) Cum Conjunctivo et part. *ut* (quæ interdum omittitur), *ut ne, ne. Ter. Adelph.* 3. 2. 36. qui se dicebat Ita obsecraturum, ut liceret sibi hanc uxorem ducere. *Cic.* 11. *Att.* 1. et *Sext.* 69. 147. Id ut facias, te obtestor atque obsecro. *Nepos Dion.* 3. Quumque Dion non desisteret obsecrare Dionysium, ut Platonem Athenis arcesseret etc. *Ter. Heaut.* 5. 5. 5. pater, obsecro, mihi ignoscas. *Sunt tamen qui leg.* ut mihi. *Plin.* 4. *Ep.* 9. *circa med.* Bassus multis precibus, pæne etiam lacrimis obsecrabat, implerem meum tempus. *Ter. Andr.* 2. 1. 26. nunc te per amicitiam et per amorem obsecro, Principio ut ne ducas. *Id. Heaut.* 5. 5. 4. mi vir, te obsecro, Ne facias. *Nepos Att.* 22. Quum quidem Agrippa eum flens atque osculans oraret atque obsecraret, ne id, ad quod natura cogeret, ipse quoque accelleraret. — *e*) Absolute. *Ter. Adelph.* 3. 4. 26. Venit ipsus ultro, lacrumans, orans, obsecrans. Ubi *Donatus*: Orare est placidos petere; obsecrare, iratos rogare: unde plus facit obsecrans, quam orans. *Cic.* 11. *Att.* 2.

ad fin. Oro, obsecro, ignosce. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 3. (11). Vidimus certis precationibus ob secrasse magistratus. ¶ 2. Speciatim, *obsecro*, formula deprecantis verbera. *Ter. Eun.* 4. 4. 2. at etiam restitas, Fugitive? prodi, male conciliate. DO. obsecro. Adde *Plaut. Amph.* 1. 1. 217. et *Men.* 5. 7. 27. ¶ 3. Item speciatim, *obsecro* sæpe interseritur sermoni, more adverbii, ut *quæso*, *amabo*. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 12. Viden' limulis, obsecro, ut intuentur? *Id. Asin.* 1. 1. 14. Dic, obsecro, hercle serio, quod te rogem. *Turpilius* apud *Non. p.* 132. 15. *Merc.* Eho dic mihi, an oblita, obsecro, es crebras ejus mansiones, etc? *Ter. Eun.* 5. 5. 21. Obsecro, an is est? *dimmi di grazia.* et *Adelph.* 4. 5. 21. Miletum usque, obsecro? MI. ita. *Cic.* 13. *Att.* 13. *in fin.* Attica mea, obsecro te, quid agit? *Id.* 5. *Parad.* 2. 38. Sed obsecro te, ita venusta habeantur ista, non ut vincula virorum sint, sed ut oblectamenta puerorum. *Gell.* 20. 1. *med.* Quæ, obsecro te, ista acerbitas est, si idem fiat in te, quod tute in alio feceris?

OBSĔCUNDANTER, adverb. *secondando*, obsecundando. *Nigidius* apud *Non. p.* 147. 26. *Merc.* Obsecundanter naturæ vivere. *Nonius* interpretatur *obsequenter*.

OBSĔCUNDĀTĬO, ōnis, f. 3. obsequium. *Imppp. Gratian., Valentinian. et Theodos. Cod. Theod.* 12. 1. 92. Qui immemor libertatis et generis, infamissimam suscipiens vilitatem, existimationem suam servili obsecundatione damnaverit, deportationis incommodo subjugetur.

OBSĔCUNDĀTOR, ōris, m. 3. *Imppp. Gratian., Valentinian. et Theodos. Cod. Theod.* 6. 26. 3. Obsecundatoribus sacrorum scriniorum, quorum mentibus ingeniisque committimus, quidquid in allos quoque perennium sæpe proferimus sanctionum, etc. *h. e.* qui obsequium præbent, et navant operam, in sacris scriniis militantes.

OBSECUNDATUS, a, um. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. V.* INSECUNDUS.

OBSĔCUNDO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (ob *et* secundo). Part. *Obsecundans.* — Obsecundare est obsequi, omnia ad alterius nutum facere, συνεγγέω (It. *secondare, compiacere, andare a verso*; Fr. *céder, se prêter à, se conformer à, seconder, favoriser*; Hisp. *ceder, condescender, favorecer*; Germ. zu *Willen sein, willfährig sein, nachgeben, willfahren, folgen*; Angl. *to humour, comply with, follow implicitly, second*). *Ter. Heaut.* 4. 6. 23. et *Adelph.* 5. 9. 37. Obsecundare in loco. *Cic. pro leg. Manil.* 16. 48. Ut ejus semper voluntatibus non modo cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint, sed etiam venti tempestatesque obsecundarint. *Liv.* 3. 35. Propalam obviam ire cupiditatibus parum ausi, obsecundando mollire impetum aggrediuntur. *Ammian.* 17. 10. *in fin.* imperiis. *h. e.* imperata facere. *Quintil.* 11. 3. 92. Est gestus ille maxime communis, quo medius digitus in pollicem contrahitur explicitis tribus, modice prolatus, simul capite atque humeris sensim ad id, quo manus feratur, obsecundantibus. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 5. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 35. Quare cupio omnia ei ex indulgentia domini mei patris obsecundare.

OBSECUNDUS, a, um, adject. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. V.* INSECUNDUS.

OBSĔCŬTĬO *vel* obsequutio, ōnis, f. 3. obsequium. *Arnob.* 7. 7. *extr.* Inviolabili obsecutione servare. *et* 6. 17. Voluntariæ obsecutionis assensus.

OBSĔCŬTOR *vel* obsequutor, ōris, m. 3. qui obtemperat. *Tertull. 4. advers. Marcion.* 9. *ad fin.* Obsecutores legis.

OBSEPIO, pis, psi, ptum, pire, a. 4. *et*

OBSEPTUS, a, um. *V.* OBSÆPIO.

OBSĔQUĔLA, æ, f. 1. *condiscendenza, compiacenza*, θεραπεία, morigeratio, obsequium. *Plaut. Asin.* 1. 1. 50. Omnes parentes, Libane, liberis suis, Qui mihi auscultabunt, facient obsequelam. *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 215. 33. *Merc.* Qui regi per obsequelam orationis cari erant. *h. e.* quia ad voluntatem loquebantur. *Turpilius ibid.* Neque erat tuæ benignitatis atque obsequelæ. Adde *Afran. ibid.* Sic *Prudent.* 7. *Cathemer.* 51. Hanc obsequelam præparabat nuncius (*Joannes Baptista*) Mox affuturo construens iter Deo. *Id.* 8. *ibid* 17. Tantus æterni favor est magistri, Doctor indulgens ita nos amico Lactat hortatu, levis obsequela ut Mulceat artus. — Apud *Plautum, Turpilium* et *Afranium* sunt qui metri causa leg. *obsequentia*: V. *Neukirch. Fab. tog. p.* 236.

OBSĔQUENS, entis. *V.* OBSEQUOR.

OBSĔQUENTER, adverb. Sup. *Obsequentissime.* — Obsequenter est obsequendo, obedienter, *obbedientemente, ossequiosamente, condiscendendo*, πειθηνίως. *Liv.* 41. 10. *sub fin.* Hæc collegæ obsequenter facta. *Plin.* 4. *Ep.* 11. *ad fin.* Vides, quam obsequenter paream tibi; qui non solum res urbanas, verum etiam peregrinas tam sedulo scribo. *Id.* 7. *Ep.* 24. Vixit in contubernio aviæ delicatæ severissime, et tamen obsequentissime. *Apul.* 11. *Met. init.* Ipsa etiam corpora — nunc incrementis (*lunæ*) consequenter augeri, nunc decrementis obsequenter imminui.

OBSĔQUENTĬA, æ, f. 1. *condiscendenza*, idem atque obsequium. *Cæs.* 7. *B. G.* 29. Factum imprudentia Biturigum, et nimia obsequentia reliquorum, uti hoc incommodum acciperetur. *V.* OBSEQUELA in fin.

OBSĔQUĬÆ, ārum, f. plur. 1. idem quod exsequiæ. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 702. *n.* 235. ME DECVIT MORTI PRIVS OCCVBVISSE SVPREMÆ TEQVE MIHI TALES NATE DARE OBSEQVIAS. At in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 120. *Burmann.* legitur *exsequias*.

OBSĔQUĬĀLIS, e, adject. obsequiosus. *Venant.* 6. *carm.* 7. 274. Solvit et exsequias obsequialis amor.

OBSĔQUĬBĬLIS, e, adject. *obbediente*, θεραπευτικός, qui obsequitur. *Gell.* 2. 29. *a med.* Cognatos affinesque nullos ferme tam obsequibiles esse ait.

OBSĔQUĬŌSUS, a, um, adject. ὑπηρετικός, qui facile obsequitur. *Plaut. Capt.* 2. 3. 57. nam si servus meus esses, nihilo secius Mihi obsequiosus semper fuisti. *Firmic.* 1. *Mathes.* 12. Homines obsequiosi.

OBSĔQUĬUM, ii, n. 2. (obsequor) officium, quo quis id sequitur et facit, quod alteri placiturum novit, indulgentia, obedientia, morigeratio, patientia, ὑπηρεσία (It. *obbedienza, compiacimento, condiscendenza, connivenza*; Fr. *obéissance, soumission, complaisance, condescendance, déférence*; Hisp. *obediencia, complaciencia, condescendencia*; Germ. *Nachgiebkeit, Gefälligkeit, Folgsamkeit, Gehorsam*; Angl. *obedience, compliance, obsequiousness, complaisance, condescension, connivance*).

I). Proprie. ¶ 1. Universim. — 1.°) De hominibus. — *a*) Scribit *Quintil.* 8. 3. 35. putasse *Ciceronem*, primum omnium *obsequium* dixisse *Terentium*: idque colligere videtur ex illo *Amic.* 24. 89. In obsequio autem (quoniam Terentiano verbo libenter utimur) comitas adsit, assentatio procul amoveatur. Idem cum *Quintil.* sentit *Donatus* ad *loc. Terent. cit.*, reprehendens idcirco *Tullium*, quia et *Plautus* et *Nævius* ante usurpaverant. Fallitur uterque tamen. Nam quod *Terentianum verbum* appellat *Cicero*, non ideo facit, quod adhibitum primo a *Terentio* putet, sed quia ibi eo utitur ter in illa significatione, qua in ea sententia *Terentius* usurpaverat. — *b*) Generatim. — Sæpe in singul. num. *Ter. Andr.* 1. 1. 41. Obsequium amicos, veritas odium parit. *Cic.* hunc *Terentii* locum referens, *Amic.* 24. 89. ita subdit: Molesta veritas, si quidem ex ea nascitur odium: sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri sinit. *Id. Pis.* 2. 5. Ego Antonium collegam, multa in republica molientem, patientia atque obsequio meo mitigavi. *Id.* 1. *Legg.* 23. 60. Quum animus a corporis obsequio indulgentiaque discesserit, voluptatemque, sicut labem aliquam dedecoris, oppresserit, etc. *Id.* 6. *Att.* 6. Delectari obsequio et comitate alicujus. *et* 10. *ibid.* 4. *ante med.* Omne meum obsequium in illum (*Q. Ciceronem fratris filium*) fuit cum multa severitate. *Liv.* 5. 3. *sub fin.* Indulgere potius comitati patrum atque obsequio plebis oportuit. *secondare la rassegnazione e 'l rispetto della plebe verso i patrizi. Horat.* 1. *Ep.* 18. 10. Pronus in obsequium plus æquo. *Ovid.* 5. *Trist.* 6. 30. Obsequium alicui tribuere. *Id.* 3. *Amor.* 4. 12. Obsequio vincas aptius illa (*vitia*) tuo. *h. e.* obsecundando potius, quam obsistendo. *Sueton. Cal.* 10. *extr.* Tant'que in avum, et qui juxta erant, obsequii, ut non immerito sit dictum: Nec servum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuisse. — In plur. num. *Plancius* apud *Cic.* 10. *Fam.* 11. *ad fin.* Omnia ei obsequia polliceor, si modo rempubl. respicere volet. *Curt.* 8. 4. *ad fin.* Oculi regis, minus jam cupiditatibus imperantis inter obsequia fortunæ. *Apul.* 10. *Met.* Paucis interjectis diebus, quis feralia mortuis litantur obsequia. Adde *Ammian.* 30. 1. *sub init.* ¶ 2. Speciatim de obedientiæ et fidei officio in magistratus vel principem. *Justin.* 13. 2. 14. Jurare in obsequium alicujus. *giurar fedeltà.* et 3. 2. 9. Populum in obsequia principum, principes ad justitiam imperiorum formavit. *Tac.* 3. *Ann.* 12. Legatus officii terminos, obsequium erga imperatorem exuit. *gli ha perduto il rispetto.* et *Agric.* 42. Obsequium ac modestiam, si industria ac vigor adsint, eo laudis excedere, quo etc. *rispetto e obbedienza al principe.* et 6. *Ann.* 8. Tibi, Cæsar, summum rerum judicium dii dedere: nobis obsequii gloria relicta est. Cf. *Sueton. Aug.* 21. Alias item nationes male quietas ad obsequium redegit. ¶ 3. Item de militum officiis. *Veget.* 2. *de re mil.* 19. Milites obsequiis deputare. ¶ 4. Item de indulgentia et patientia in re turpi. *Petron. Satyr.* 113.; et *Curt.* 6. 7. et 10. 1. — Similiter de brutis animalibus *Colum.* 6. *R. R.* 27. 10. et 37. 9.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur de iis, qui animo indulgent et pergræcantur. *Plaut. Bacch.* 4. 10. 7. Ego dare me ludum meo gnato institui: ut animo obsequium Sumere possit, æquum esse puto. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 104. Obsequium ventris, *golosità*. ¶ 2. Eleganter refertur ad res inanimas. *Ovid.* 2. *Art. am.* 179. Flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus: Frangis, si vires experiere tuas. Obsequio tranantur aquæ: nec vincere possis Flumina, si contra, quam rapit unda, nates. *Id.* 9. *Met.* 116. Nec dubitat, nec qua sit clementissimus amnis Quærit, et obsequio deferri spernit aquarum. *a seconda.* et *Stat.* 6. *Theb.* 770. Et patria vigil arte Lacon hos rejicit ictus, Hos cavet: interdum nutu, capitisque citati Integer obsequio, manibus nunc obvia tela Discutiens, etc. ¶ 3. Apud serioris ævi scriptores abstractum pro concreto, uti ajunt, *obsequia* dicuntur qui principes sequuntur et custodiunt, scil. satellites. *Veget.* 2. *Milit.* 19. Totius legionis ratio, sive obsequiorum, sive militarium numerorum, sive pecuniæ quotidie adscribitur actis. Hinc *Capitolin. Pertin.* 11. Qui ad obsequium venerant, redire in castra cœperunt. et *Veget. loc. cit.* Ad obsequia judicum, vel tribunorum necnon etiam principalium deputabantur milites, qui vocantur accensi, postea additi, quam fuisset legio completa, quos nunc supernumerarios vocant.

OBSĔQUOR, sĕquĕris, sĕquūtus *vel* sĕcūtus sum, sĕqui, dep. 3. (ob *et* sequor). Part. *Obsequens* in fin.; *Obsecuturus* I. c. — Obsequi est alterius voluntatem sequi, morem gerere, indulgere, gratificari, ὑπηρετέω, χαρίζομαι (It. *secondare, compiacere, condiscendere, obbedire, andare a verso, accomodarsi all'altrui genio*; Fr. *céder, déférer aux volontés de, condescendre, avoir de la complaisance pour*; Hisp. *ader, condescender, deferir, adherir, acomodarse al gusto de otro*; Germ. *sich fügen, richten nach Jemandes Willen, ihm willfahren, willfährig, zu Willen sein, folgen, gefallig sein*; Angl. *to comply with, humour, oblige, obey, serve, gratify, give way to, make much of*).

I.) Proprie. Verbo *obsequi* opponitur *repugnare*, ut apud *Cic.* 5. *Tusc.* 20. 60. Quum huic obsecutus sis, illi est repugnandum. Ceterum occurrit — *a*) Cum Dativo personæ, cui quis obsequitur. *Cato R. R.* 5. Bubulcis obsequitor, partim. quo libentius boves curent. *Ter. Heaut.* 3. 1. 7. Ita ut filium meum amico atque æquali suo Video inservire et socium esse in negotiis; Nos quoque senes æquum est senibus obsequi. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 11. Publicanis obsequi in omnibus rebus. *Id. Cluent.* 54. 149. Quamobrem, Cluenti, de te tibi obsequor. *Tac.* 1. *Hist.* 84. Ne miles centurioni, ne centurio tribuno obsequatur. — Similiter *Cic.* 2. *Fin.* 6. 17. Obsequi voluntati alicujus. *Juvenal.* 10. 343.; *et Seneca Phæ. viss.* 591. imperio. Huc referri potest et illud *Quintil.* 11. 3. 69. *de*

gestu. Caput manibus ac lăteribus obsequatur. *h. e.* manŭum ac laterum motum sequatur. — *b*) Cum Accus. communi. *Plaut. Asin.* 1. 1. 61. Et id ego percupio obsequi gnato meo. *Gell.* 2. 7. Sed ea tamen, quæ obsequi non oportet, leniter et verecunde declinanda esse. *h. e.* in quibus non est parendum. — *c*) Absolute sine casu. *Plin.* 8. *Ep.* 6. In hoc præcipue non obsecuturi, si in ulla re putasset fas esse non obsequi. *Ammian.* 18. 2. *circa med.* Milites ad obsequendi sedulitatem Juliani blanditiis deflexi.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro inservire, operam dare. — *a*) Deponentium formâ. *Plaut. Trin.* 2. 1. 5. amorin' me, an rei Obsequi potius par siet. *Cic. Quinct.* 30. 91. Nihil aliud, nisi ut vestræ naturæ bonitatique obsequamini. *Id.* 16. *Fam.* 9. Sed, quoniam pudori tuo maluisti obsequi quam valetudini, reliqua cura. *Id.* 1. *Orat.* 1. 3. Sed tamen obsequar studiis nostris, et, quantum mihi res publica tribuet otii, ad scribendum potissimum conferam. Sic *Nepos Att.* 2. Idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis, Athenas se contulit. *Curt.* 5. 8. Mavult ille gloriæ suæ, quam iræ obsequi. *Cæs.* ad *Cic. post ep.* 8. *l.* 10. *ad Att.* Obsequi fortunæ. *Cic.* 1. *Fam.* 9. *a med.* Navigando tempestati obsequi, artis est. *Quintil.* 6. 2. 6. Judex æstu fertur, et velut rapido flumini obsequitur. — Huc pertinet et illud *Plin.* 30. *Hist. nat.* 2. 6. (16). Lentiginem habentibus non obsequi numina. *h. e.* in magicis incantamentis non obedire, non adesse, non favere. *V. Obsequens* in fin. sub II. — *b*) Passive impersonaliter. *Plaut. Asin.* 1. 1. 62. Volo amori obsecutum illius: volo ămet me patrem. ¶ 2. Tribuitur et rebus inanimis. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 20. (94). Æs regulare malleis obsequitur, ab aliis ductile appellatum. *cede al martello.* — Hinc Part. præs.

Obsequens, entis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Obsequentior* et Sup. *Obsequentissimus* I. — *Plaut. Merc.* 1. 2. 39. Vin'tu te mihi ob esse sequentem? *tmesis.* Ita in MSS. et veterib. edit. *Taubmann.* — Obsequens est obediens, morigerus, indulgens, *obbediente, compiacente, ossequioso,* εὐπειστος, ἐπιπειθής.

I.) Proprie. *Ter. Heaut.* 2. 3. 18. meo patri minus sum obsequens. *Plancus* ad *Coss.* apud *Cic.* 10. *Fam.* 8. *a med.* Legiones haneo nostra liberalitate nobis obsequentes. *Curt.* 6. 3. *extr.* Persas obsequentiores fore. — Similiter *Plaut. Bacch.* 3. 3. 55. Obsequens obediensque est mori et imperiis patris. *Inscript.* apud *Henzen.* 6869. D. M. AVREL. PAVLINAE CASTISSIMAE ET OBSEQVENTISSIMAE CONIVGI M. AVRELIVS REGVLVS PRAEF. CLASS. RAVENN. MARITVS. *Colum.* 3. *R. R.* 8. 5. Curæ mortalium obsequentissimam esse Italiam, quæ pæne totius orbis fruges, adhibito studio colonorum, ferre didicerit. *Seneca Ep.* 50. *a med.* Quanto facilius animus accipit formam, flexibilis et omni humore obsequentior?

II.) Translate *dii obsequentes,* sunt faciles, benigni, clementes, propitii. *Plaut. Rud.* 1. 5. 3. Bonam atque obsequentem deam atque haud gravatam Patronam exsequuntur, benignamque multum. *scil.* Venerem. *V.* POSTVOTA. — Speciatim hoc nomine culta olim est Fortuna. *Inscript.* apud *Gruter.* 74. 6. FORTVNAE OBSEQVENTI ORD. COMENS. VOTO PRO SALVTE CIVIVM SVSCEPTO. Alia apud *Murat.* 94. 8. OCCVSIA VENVSIA MAGISTRA DEAE OBSEQVENTI D. P. *Victor* vicum Fortunæ obsequentis collocat in prima regione Urbis Romæ. *Plaut. Asin.* 3. 3. 126. Quem te autem nominem deum? LE. Fortunam, atque obsequentem. — *NE.* De nomine urbis et de cognom. Rom. *V.* ONOM.

OBSĒRĀTIO, ōnis, f. 3. *chiavatura,* seræ appositio. *Venant. Vit. S. Menard* 6. Dum viator quidam juxta domum ejus præteriret, capiens illius juvencum, furti scelere tintinnabulum collo præripuit, atque hiatum illius impressi graminis fraude condemnans, nullius contemplatione deprehensus abscessit; et quum jam se censuit vel criminis evasisse periculum, vel sortitum compendia fuisse per furtum, obstaculo nullo serata ipsa dedit præda tinnitum; quæ quamlibet abditis penetralibus studio diligenti locata, vel ferrata claustrorum obseratione retrusa maneret, tinniente ambitu sceleris nullo modulante vulgabat.

OBSĒRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBSĒRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* sera). Part. *Obseratus* I. et II. — Obserare est sera claudere, occludere, ἐπικλέω (It. *serrare, chiudere;* Fr. *verrouiller, fermer;* Hisp. *cerrar con el cerrojo, cerrar, tapar;* Germ. *ver-, zuschliessen, -riegeln;* Angl. *to lock or bolt fast, bar, fasten, or shut up*).

I.) Proprie. *Ter. Eun.* 4. 6. 25. Tu abi, atque obsera ostium intus. *chiudi a catenaccio. Nepos Dion.* 9. At illi, ut limen ejus intrarunt, foribus obseratis in lecto cubantem invadunt. Sic *Sueton. Tit.* 11. Obseratis adhuc foribus, deinde apertis. *Catull.* 32. 5. Ne quis liminis obseret tabellam. *Martial.* 7. 20. *extr.* Sequo obserata clausit anxius cella. *Liv.* 5. 41. Plebis ædificiis obseratis, patentibus atriis principum. *Colum.* 9. *R. R.* 1. 3. Per transversa laterum cava transmittuntur ramices, qui exitus ferarum obserent. *Propert.* 4. 11. 8. Obserat herbosos lurida porta rogos.

II.) Translate. *Horat. Epod.* 17. 53. Quid obseratis auribus fundis preces? *Catull.* 55. 21. Vel si vis, licet obseres palatum. *h. e.* os claudas, silentio utaris.

OBSĔRO, sĕris, sēvi, sĭtum, sĕrere, a. 3. (ob *et* sero, sevi). *Obsesse* syncope pro *obsevisse* est *Accii* apud *Non. p.* 395. 27. *Merc.* — Part. *Obsitus* I. 2. et II. 1. — Obserere est idem ac serere, vel supra, aut circum serere, seminare, plantare, ἐπισπείρω (It. *seminare, piantare;* Fr. *semer sur ou autour, planter, ensemencer;* Hisp. *arrojar las semillas a la tierra, sembrar, plantar;* Germ. *hinsäen, hinpflanzen;* Angl. *to sow, plant*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu dicitur de sementibus. *Plaut. Trin.* 2. 4. 129. frumenti quum alibi messis maxima est, Tribus tantis illi minus reddit, quam obseveris — Joculariter. *Id. Men.* 5. 7. 23. Hisce ego jam sementem in ore faciam, pugnosque obseram. ¶ 2. Latiori sensu, vel, ut allis placet, translate, dicitur de loco vel terra, in qua quid seritur vel plantatur. *Varro* 1. *R. R.* 14. 1. Naturale sæpimentum, quod obseri solet virgultis aut spinis. *Cic.* 2. *Legg.* 25. 63. Hoc jus terra humandi: quam quum proximi fecerant, obductaque terra erat, frugibus obserebatur. *Colum.* 2. *R. R.* 9. 1. Uberem campum in singula jugera tritici quinque et adorei octo modiis obserere præcipiunt. *Id. Arbor.* 3. *a med.* Agrum vineis obserere. *Varro* 1. *R. R.* 44. 2. Multum interest, in rudi terra, an in ea seras, quæ quotannis obsita sit.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de rebus physicis, et est tectus, involutus, obtectus, *coperto, involto;* hac enim significatione usurpatur tantum Part. præter. pass. Latissime vero patet, et — *a*) Est obsessus occupatusque variis plantis. *Lucret.* 5. 1377. Omnia, quæ pomis intersita dulcibus ornant Arbustisque tenent felicibus obsita circum. *Liv.* 28. 2. Confragosa loca et obsita virgultis. *Ovid.* 13. *Met.* 719. Proxima Phæacum felicibus obsita pomis Rura petunt. *Id.* 3. *Amor.* 6. 1. Amnis arundinibus limosas obsite ripa. *Id.* 11. *Met.* 234. Myrtea silva subest bicoloribus obsita baccis. — *b*) Item pannis, vel aliis hujusmodi obtectus atque involutus. *Virg.* 7. *Æn.* 790. Io jam sætis obsita, jam bos. *Ovid.* 4. *Met.* 724. terga (*marinæ belluæ*) cavis super obsita conchis. *Sueton. Cal.* 35. Hunc constringi sine mora jussit, et pannis obsitum vicatim circumduci. *involto in uno straccio di veste. Curt.* 5. 6. *a med.* Montes obsiti nivibus. *Lucan.* 2. 367. Obsita funerea celatur purpura lana. *Horat.* 1. *Od.* 18. 11. non ego te, candide Bassareu, Invitum quatiam, nec variis obsita frondibus Sub divum rapiam. *Gell.* 2. 6. *ad fin.* Quidquid nimis inculcatum obsitumque aliqua re erat, ut incuteret visentibus facie nova horrorem, id squalore dicebatur. — *c*) Hinc de aliis est specie sua sentus, squalidus, horridus. *Ter. Eun.* 2. 2. 5. Video sentum, squalidum, ægrum, pannis annisque obsitum. *Virg.* 8. *Æn.* 307. obsitus ævo. *Tac.* 4. *Ann.* 28. illuvie ac squalore. *Seneca Herc. Fur.* 627. et *Agam.* 991. Unde tam fœdo obsiti pædore nati? *h. e.* situ et sordibus ex diuturno carcere aut ex inopia. *Liv.* 2. 23. Obsita squalore vestis. *Id.* 29. 16. Legati obsiti squalore et sordibus. *Val. Max.* 3. 9. *n.* 5. Horridæ vetustatis rubigine obsitum imperium. *Lucan.* 5. 627. Non cæli nox illa fuit: latet obsitus aer Infernæ pallore domus. *Seneca Troad.* 20. nube ceu densa obsitus, Ater favilla squalet Iliaca dies. *Festus p.* 210. 11. *Müll.* Pedibus obsitus, *pidocchioso.* et *Prudent.* 1. *in Symmach.* 576. obsita nugis ingenia. — *Forcellinus* attulit etiam illud *Ennii* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 21. 48. obsita tenebris loca. *At cl.* Vahlen. *et alii leg.* obnubila, *et* obsita *omittunt.* ¶ 2. De animo. *Plaut. Epid.* 4. 1. 30. tun'is es, Qui per voluptatem tuam in me ærumnam obsevisti gravem? *h. e.* in me ærumnam conjecisti. Alii minus recte leg. *obsævisti,* ut sit ab *obsævire,* contra sævire, *incrudelire.*

OBSERVĀBĬLIS, e, adject. *osservabile,* quem observare possumus. *Quintil.* 9. 1. 20. Manus aversæ et tectæ minus sunt observabiles. *h. e.* minus caveri possunt. *Apul.* 11. *Met.* Patientia observabilis. *degna di osservazione e perciò di ammirazione. Sicul. Flacc. de condit. agr. p.* 151. *Lachmann.* Unius agri extremitas potest multis finiri generibus, quum ex uno latere finiatur terminis, ex alio arboribus, ex alio supercilio, ex alio rivo, quæque alia observabilia in finibus sunt.

OBSERVANS, antis. *V.* OBSERVO.

OBSERVANTER, adverb. Comp. *Observantius* et Sup. *Observantissime.* — Observanter est observando; atque inde latiori sensu, vel translate, ut aliis placet, est diligenter, accurate. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 1. Idem observanter secutus est in illis præcipue voluminibus, quibus statum reipubl. formandum præcepit. *h. e* diligenter, constanter. *Apul. de Mag.* Facit omnia circa honorem meum observanter, circa salutem sollicite. *Ammian.* 23. 6. *a med.* Ita observantius hæc aliaque pudenda declinant. *Gell.* 10. 21. *in lemmate.* Cicero his omnino verbis *norissime* et *norissimus* uti observantissime vitavit. *Plin. Valerian.* 5. 45. Duodecim diebus proximis venereo usu observantissime abstinendum.

OBSERVANTĬA, æ, f. 1. (observo). ¶ 1. Stricto sensu est observatio, animadversio, *osservazione. Vellej.* 2. 106. 2. Felicitate et cura ducis, temporumque observantia, classis, quæ Oceani circumnavigaverat sinus, flumine Albi subvecta. ¶ 2. Latiori sensu est custodia, obedientia, *osservanza, custodia, obbedienza. Val. Max.* 2. 7. *extern.* Massilienses quoque ad hoc tempus usurpant disciplinæ gravitatem, prisci moris observantia conspicui. *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. *ante med.* Verginius indignatus, quod vetustissima juris observantia in persona filiæ suæ defecisset, etc. *Ulp. ibid.* 29. 1. 1. Testamenta, quæ possint in controversiam deduci, si ad diligentiam legum et observantiam revocentur. ¶ 3. Præterea observantia est, inquit *Cic.* 2. *Invent.* 22. 66. per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes veremur et colimus, *rispetto, osservanza, riverenza. Id. Balb.* 28. 63. Constitum hominis probavit, fidem est complexus, officia observantiamque dilexit. *Id.* 11. *Att.* 17. Tullia mea venit ad me pridie Idus Jun., deque tua erga se observantia benevolentiaque mihi plurima exposuit. *Id. Mur.* 34. 71. Nulla est enim pœna, quæ possit observantiam tenuiorum (*hominum*) ab hoc vetere instituto officiorum excludere. *Liv.* 1. 35. Obsequio et observantia in regem cum omnibus certasse. *Cic. Quinct.* 18. 159. Id egit, ut amicos observantia, rem parsimonia retineret. *Id.* 12. *Fam.* 27. Sex. Aufidius observantia, qua me colit, accedit ad proximos. *Id.* 13. *Fam.* 23. *extr.* Hominem summa probitate, humanitate, observantiaque cognosces. *et ibid.* 28. Est enim in eo quum virtus, et probitas, et summum officium, summaque observantia; tum studia illa nostra *etc. Quintil.* 11. 1. 66. Eadem pro libertis adversus patronos observantia. ¶ 4. Pro cultu divino et religione. *Imppp. Gratian., Valentinian. et Theodos. Cod. Theod.* 16. 5. 12. Sectæ, quas veræ religionis venerabili cultu Catholicæ observantiæ fides sincera condemnat. *Impp. Honor. et Theodos. ibid.* 54. Nisi ad observantiam Catholicam, mentem propositumque converterit.

OBSERVĀTĒ, adverb. observanter, diligenter. *Gell.* 2. 17. Observate, curioseque animadvertit M. Tullius.

OBSERVĀTĬO, ōnis, f. 3. actus observandi, παρατήρησις (It. *osservazione;* Fr. *observation, remarque;* Hisp. *observacion, anotacion;* Germ. *die Beobactung; Wahrnehmung;* Angl. *an ob-*

serving, noting, marking, observation). ¶ 1. Stricto sensu, h. e. ratione habita hominis qui observat, est ipse actus observandi, animadversio, notatio. *Plaut. Mil. glor.* 2. 6. 5. observationi operam dare. *stare in osservazione. Cic. Brut.* 8. 33. Verborum quasi structura et quædam ad numerum conclusio-natura magis tum casuque nonnunquam, quam aut ratione aliqua aut observatione fiebat. *Id.* 1. *Divinat.* 1. 2. Chaldæi diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse. *Id.* 2. *Off.* 24. 86. Valetudo sustentatur notitia sui corporis, et observatione, quæ res aut prodesse soleant aut obesse. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate ut aliis placet, ratione habita rei quæ observata fuit, observatio significat normam vel præcepta ex ipsius rei animadversione hausta et derivata, *osservanza, regola, norma. Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (163). Quondam in observatione erat, ut defringerentur ex imputata buxo. *si osservava, si costumava. Id.* 18. *ibid.* 25. 61. (228). Varro in fabæ satu hanc observationem custodiri præcepit. *Id.* 22. *ibid.* 23. 47. (99). Dare observationes aliquas coquendi. *Id.* 2. *ibid.* 46. 45. (117). Græci veteres prodidere de his (*ventis*) observationes. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 51. 52. (171). *Sueton. Gramm. in fin.* Reliquit non mediocrem silvam observationum sermonis antiqui. *Quintil.* 8. 3. 51. Ταυτολογία vitium videri potest: in quod sæpe incidit etiam Cicero, securus tam parvæ observationis. ¶ 3. Item est cautio, prudentia. *Cic.* 1. *Off.* 11. 37. Adeo summa erat observatio in bello movendo. *circospezione, riguardo.* ¶ 4. Item observantia, reverentia, cultus, *osservanza. Val. Max.* 1. 1. *n.* 8. Quo minus religionibus suus tenor suaque observatio redderetur. *Imppp. Gratian., Valentinian. et Theodos. Cod. Theod.* 12. 1. 112. Observatio Christianitatis. *Iidem ibid.* 104. Animi divina observatione devincti.

OBSERVĀTOR, ōris, m. 3. qui observat, *osservatore*, σκοπός. ¶ 1. Stricto sensu est qui animadvertit ac notat. *Plin., Paneg.* 40. Nemo observator, nemo castigator assistet. *Seneca Ep.* 41. Sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator et custos. ¶ 2. Latiori sensu est qui servat et obtemperat. *Ammian.* 25. 4. *a med.* Superstitiosus magis, quam sacrorum legitimus observator, innumeros sine parcimonia victimas mactans. *Imp. Constantin. Cod. Theod.* 16. 5. 1. Catholicæ legis observatores.

OBSERVĀTRIX, icis, f. 3. *osservatrice*, quæ observat. *Tertull. Cor. mil.* 4. Consuetudo confirmatrix, fides observatrix.

OBSERVĀTUS, a, um. *V.* OBSERVO.

OBSERVĀTUS, us, m. 4. idem atque observatio. *Varro* 2. *R. R.* 7. 3. Ex observatu dicunt, eum equum habere annos sexdecim.

OBSERVĬO, is, ire, a. 4. inservio, subservio. *Apul.* 1. *Dogm. Plat.* Cetera membra ancillari et observire capiti. *Al. leg.* subservire.

OBSERVĬTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. frequentat. ab *observo. Cic.* 1. *Divinat.* 45. 102. Deorum voces Pythagorei observitaverunt. *Al. leg.* observaverunt. Eadem lectionis varietas est apud *eumd. ibid.* 1. 2. *Massur. Sabin.* apud *Gell.* 10. 15. *ad fin.* Eædem ferme cærimoniæ sunt, quas flaminicas Diales seorsum ajunt observitare. *Apul. de Deo Socrat.* Observitare omina. Adde *eumd.* 8. *Met.*

OBSERVO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* servo). Part. *Observans* 1. et in fin.; *Observatus* 1., 4. et 5.; *Observaturus* 4.; *Observandus* 3., (quod particip. legunt nonnulli et in *epist. Lepidi* apud *Cic.* 10. *Fam.* 35. Exercitus consuetudinem suam in civibus observandis retinuit. *Sed* Orellius *et plerique leg.* conservandis; *præcedentia enim et subsequentia hanc significationem expostulant.*). — Observare est circum servare, oculis animoque advertere, notare, speculari, ἐπισκοπέω, παρατηρέω (It. *osservare, avere l'occhio, por mente, speculare, guardare*; Fr. *faire attention à, diriger son attention vers, observer*; Hisp. *observar, acechar, advertir, especular con cuidado y atencion*; Germ. *Acht geben auf etwas, beobachten, merken, aufpassen*; Angl. *to observe, watch, note, mark, mind, heed, take notie of, attend to, have an eye upon, espy*). Occurrit ¶ 1. Universim. — *a*) Generatim. — Cum Accusativo rei observatæ et addito interdum Relativo. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 14. Oculos ego istos, improba, effodiam tibi, Ne me observare possis, quid rerum geram. *Id. Truc.* 4. 1. 11. procul hinc observabo, meis fortunis quid fuat. *starò a vedere. Id. Trin.* 1. 2. 133. Lupus observavit, dum dormitarent canes. Cf. *Virg.* 4. *G.* 512. philomela Amissos queritur fetus, quos durus arator Observans nido implumes detraxit. *h. e.* captans insidiose. *Plaut. Cist.* 1. 3. 20. clam observavit servus, Quo hæc puellam deferat. *Id. Men.* 1. 2. 13. Malo cavebis, si sapis; virum observare desines. *spiare i fatti del marito. Cic.* 2. *Verr.* 16. 46. Homines in speculis sunt, observant, quemadmodum sese unusquisque gerat. *Q. Cic. Petit. cons.* 14. 55. Fac, ut se abs te custodiri atque observari sciant. *Trabea* apud *Cic.* 4. *Tusc.* 31. 67. Lena delenita argento nutum observabit meum, quid velim, quid studeam. *starà attenta a' miei cenni. Cic.* 1. *Divinat.* 1. 2. Observare motus stellarum. *Alii vero, inter quos* Orellius, *leg.* observitare. *Id. Rosc. Am.* 8. 22. occupationem alicujus, et aucupari tempus. *Id.* 11. *Fam.* 16. tempus epistolæ alicui reddendæ. *Id.* 2. *Nat. D.* 48. 123. Araneolæ ex inopinato observant, et si quid incidit, arripiunt. *Id. Orat.* 62. 210. Insidiari et observare. *Varro* 3. *R. R.* 9. 12. In supponendo ova observant, ut numero sint imparia. *Quintil.* 5. 9. 15. Quæ, quia plerumque observata sunt, vulgo signa creduntur. — Similiter Part. *Observatus* apud *Virg.* 2. *Æn.* 754. et 9. *ibid.* 393. vestigia retro Observata legit. *Ovid.* 15. *Met.* 373. res observata colonis. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 51. 52. (171). Signa letalia Hippocrati observata. *Val. Max.* 5. 4. *n.* 7. Curiosius observatus. *Gell.* 14. 1. *ante med.* Stellæ a Chaldæis observatæ. — *Observatum est* cum Infinito. *Sueton. Galb.* 18. Observatum etiam est cal. Januariis sacrificanti coronam de capite excidisse. Sic *Id. Ner.* 46. *extr.* Observatum etiam fuerat, novissimam fabulam cantasse eum publice etc. *Quintil.* 6. *procem.* 10. Observatum fere est, celerius occidere festinatam maturitatem. — *b*) Speciatim est etiam verbum augurum, ut *servare. Virg.* 6. *Æn.* 198. Observans, quo signa ferant (*columbæ*), quo tendere pergant. Ubi *Serv.* Observare, et de cælo, et de avibus verbo augurum dicitur. — *c*) Item de iis, qui animadvertunt reprehendendi causa. *Ter. Adelph. prol.* 1. Postquam poeta sensit, scripturam suam Ab iniquis observari. *Cic. Brut.* 82. 283. Nimium inquirens in se, atque ipse sese observans, metuensque, ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat. ¶ 2. Speciatim ponitur pro custodire, *far la guardia, aver la custodia. Plaut. Asin.* 2. 2. 7. Illic homo ædes compilavit. Væ illi, qui indiligenter observat januam. *Id. Mil. glor.* 2. 3. 57.; et *Seneca Hippol.* 223. Observare fores. *Ovid.* 1. *Met.* 513. Non ego sum pastor: non hic armenta gregesque Horridus observo. Sic *Cic.* Sophoclem vertens 2. *Tusc.* 9. 22. *loquitur Hercules.* Hæc (*dextra*) interemit tortu multiplicabili Draconem, auriferam obtutu observantem arborem. *Ita* Orellius; *al.* asservantem. ¶ 3. Latiori sensu est etiam considerare, mente inspicere. *Cic.* 2. *Divinat.* 21. 47. Etsi causæ non reperiantur istarum rerum, res tamen ipsæ observari animadvertique possunt. *Tac.* 14. *Ann.* 6. Observans etiam Aceroniæ necem, simul suum vultus aspiciens. — Et sequente Relativo, vel part. *ne. Quintil.* 11. 3. 35. Observandum etiam, quo loco sustinendus sermo sit, quo deponendus. *Callistrat. Dig.* 5. 1. 46. Observandum est, ne is judex detur, quem altera nominatim pars petit. ¶ 4. Latissimo sensu, vel translate ut aliis placet, est servare, tueri, obtemperare, *osservare, obbedire, adempire. Cic.* 2. *Off.* 11. 40. Quin etiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas observent. *Cæs.* 5. *B. G.* 35. Observare præceptum diligentissime. *Sall. Jug.* 82. imperium. *Sil. It.* 17. 78. fœdus. *Tac.* 4. *Ann.* 37. Facta dictaque Augusti vice legis observare. *Cic. Cluent.* 42. 117. Neque perinde, ut rem judicatam, observaverunt animadversionem auctoritatemque censoriam. *Id.* 13. *Fam.* 27. Gratias ago, quod meas commendationes tam diligenter observes. *Tac. Germ.* 9. *extr.* Auspicia sortesque, ut qui maxime, observant. *Sall. Jug.* 55. Pars cedere, alii insequi: neque signa, neque ordines observare. *Cic.* 5. *Att.* 21. *a med.* Observare centesimas cum anatocismo anniversario. *Liv.* 9. 30. Negaverunt, eam lectionem se observaturos. *Justin.* 21. 4. 5. Idque (*decretum*) observari non ab uno, sed ab universis jubent. *Gell.* 7. 18. *in lemmate.* De observata custoditaque apud Romanos jurisjurandi sanctimonia. — Cum Infinito. *Justin.* 7. 1. 9. Religioseque postea observavit, quocumque agmen moveret, ante signa easdem capras habere. — Cum part. *ut, ne. Sueton. Claud.* 22. Observavitque sedulo, ut, quoties terra in urbe movisset, ferias advocata contione prætor indiceret. *Id. Aug.* 57. Observatum etiam est, ne, quoties introiret urbem, supplicium de quoquam sumeretur. — Animadvertendum est etiam illud *Cic.* 3. *Att.* 23. *circa med.* Quum lex abrogatur, illud ipsum abrogatur, quo non eam abrogari oporteat. Hoc quum re vera ita, quum semper ita habitum observatum sit, etc. ¶ 5. Hinc sæpe est colere, venerari, assidue cum aliquo esse honoris et officii causa: quasi attente observando tempora et loca, quibus adesse, inservire et gratificari alicui possis, *coltivare, rispettare, riverire, onorare, servire. Festus p.* 190. 12. *Müll.* Observare dicitur, qui observat, quid cujusque causa facere debeat, ita quod is observat, coluisse aliquem dicitur. *Cic. Planc.* 18. 45. Neque hoc liberis nostris interdicendum est, ne observent tribules suos, ne diligant. *Virg.* 4. *G.* 210. regem non sic Ægyptus, et ingens Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes Observant. *Cic.* 5. *Fam.* 8. *a med.* Me, ut alterum parentem, et observat et diligit. *et* 4. *ibid.* 3. *extr. et* 2. *Att.* 19. *extr.* Colere et observare aliquem. *et* 6. *Fam.* 10. Aliquem observare et colere. *et* 9. *ibid.* 20. *ad fin.* Observare aliquem perofficiose et amanter. *et* 6. *ibid.* 10. diligenter. *Id. Planc.* 16. 39. Eas tribus officiis ab hoc observatas, non largitione. *Orellius et alii addunt* corruptas. *Justin.* 11. 7. 11. Iterato quærentibus (*ab oraculo*) de persona regis, jubentur eum regem observare, quem reversi primum in templum Jovis eumtem plaustro reperissent. — Hinc Part. præs., cujus exempla et supra retulimus,

Observans, antis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Observantior* et Sup. *Observantissimus* 1. et 2. Est autem ¶ 1. Qui servat, obedit, obtemperat, *osservante, obbediente, che adempie*: V. supra § 4. *Claudian. IV. Cons. Honor.* 296. observantior æqui Fit populus. *Plin.* 7. *Ep.* 30. Observantissimus omnium officiorum *Apul. de mundo circa fin.* Sublimitates regionum tenent astra cælestia et mundi lumina. Ac merito illis licet ordine perpetuo frui, nec diversis spatiis temporum observantissimam legem suorum aliquando itinerum mentiuntur. *h. e.* legem observantissimam itinerum. ¶ 2. Item est qui colit, veneratur, *rispettoso, riverente, che onora. Cic. Quinct.* 11. 39. Hominem propinquum, tui observantem, virum bonum-nolebas, aut non audebas appellare. *Id.* 16. *Att.* 16. A. *init.* Ut mehercule paucos æque observantes atque amantes me habere existimem. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 2. 3. Observantissimus mei homo. *Grat. Cyneg.* 104. Haud fuit in terris divûm observantior alter.

OBSES, sidis, m. et f. 3. *Opses* pro *obses* legitur in *Scipionum Inscript.*, quam *V.* infra sub I. init., et in *alia* apud *Jahn. Spec. epigr. p.* 5. *n.* 11. — Obses est qui in bello traditur alterius partis imperio, ea lege, ut si qui dedit, a fide recedat, is qui accepit, jus habeat et potestatem in corpus vitamque ejus, qui traditus est. Ita porro videtur appellatus ab *obsidendo*. Hinc male *Paul. Diac. p.* 179. 6. *Müll.* Obsides pro obfides, qui ob fidem patriæ præstandam dantur. ὅμηρος (It. *ostaggio, statico, gaggio*; Fr. *ôtage de guerre*; Hisp. *rehen*; Germ. *die Geissel*; Angl. *a hostage*).

I.) Proprie. — *a*) Mascul. gen. *Inscript. Scipion.* apud *Orell.* 550. SVBIGIT. OMNE. LOVCANA. OBSIDESQVE. ABDVCIT. *Nævius* apud *Non. p.* 474. 17. *Merc.* Captivos plurimos Siculienses paciscit, obsides ut reddant. *Cæs.* 1. *B. G.* 14. Ut obsides accipere, non dare consueverint. *Cic. Manil.* 12. 35. Obsides alicui imperare. *Sall. Jug.* 58. dedere. *Justin.* 7. 3. 2. dare in pignus futuræ pacis. *Liv.* 34. 35. *sub fin.* Obsides, ea ita futura, daret quinque, quos imperatori Romano placuisset. *Nepos Themist.* 7. Retinere aliquem obsidem. — *b*) Femin. gen. *Ovid.* 8. *Met.* 47. Me tamen accepta poterat deponere bellum Obside. Cf. *Sueton.*

Aug. 21. A quibusdam vero novum genus obsidum feminas exigere tentavit.

II.) Translate. ¶ 1. Ita dicitur extra bellum quicumque in alicujus rei fidem traditur, sponsor. *Nepos Phoc.* 2. *a med.* Phocion negavit esse periculum: seque ejus rei obsidem fore, pollicitus est. *Cic.* 5. *Verr.* 53. 124. Tantum quod aratoribus Metellus obsides non dedit, se nulla in re Verri similem futurum, *sicurtà*. et *Cluent.* 66. 188. Accipere aliquem obsidem nuptiarum. *et* 4. *Cat.* 2. 3. Parvulus filius, quem mihi videtur amplecti respublica, tamquam obsidem consulatus mei. *Cæs.* 6. *B. G.* 2. Civitates jurejurando inter se confirmant, obsidibusque de pecunia cavent. *Ovid. Heroid.* 2. 34. Qui mihi conjugii sponsor et obses erat. *Seneca Hippol.* 89. Cur me in penates obsidem invisos datam, Hostique nuptam, degere ætatem in malis Lacrimisque cogis? ¶ 2. De rebus inanimis. *Cic.* 4. *Cat.* 5. 9. Habemus a C. Cæsare sententiam, tamquam obsidem perpetuæ in rempublicam voluntatis. *Id. Cæl.* 32. 78. Habet a M. Cælio respublica duas accusationes, vel obsides periculi, vel pignora voluntatis. *h. e.* certa argumenta, ne periculum ab eo timeatur. *Quintil.* 12. 7. 3. Crediti sunt etiam clari juvenes obsidem reipublicæ dare malorum civium accusationem. Adde *Cic. Cluent.* 30. 83.

OBSESSĬO, ōnis, f. 3. actus obsidendi sive circa sedendi, sed occurrit speciatim tantum in re militari, πολιορκησις (It. *assedio, blocco*; Fr. *siége, blocus*; Hisp. *sitio, cerco que se pone delante de una plaza, bloquio*; Germ. *d. Umlagerung, Einschliessung, Blokade*; Angl. *a besieging, obsession*). *Cic. Dom.* 3. 5. Obsessione templorum, occupatione fori. *Cæs.* 3. *B. C.* 24. Obsessionem omittere. *levar l'assedio. Sueton. Cæs.* 58. Obsessione castrorum nunciata. *Cic. Pis.* 17. 40.

Obsessio militaris viæ. *h. e.* interclusio, occupatio.

OBSESSOR, ōris, m. 3. qui obsidet. ¶ 1. Generatim est qui sedet et moratur in aliquo loco. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 18. *de coquo.* Hoc ego fui hodie solus obsessor fori. *Ovid.* 2. *Fast.* 259. hydrus obsessor aquarum. ¶ 2. Speciatim in re militari est qui oppidum vel locum armis claudit expugnandi causa, *assediatore*, πολιορκητης. *Cic. Dom.* 5. 13. Fori depopulator, obsessor curiæ. *Liv.* 9. 15. Obsessor Luceriæ urbis. *Tac.* 3. *Hist.* 73. Plus pavoris obsessis, quam obsessoribus intulit.

OBSESSUS, a, um. *V.* OBSIDEO.

OBSIĀNUS, a, um, adject. pro *Obsidianus* (quam vocem *V.*) apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 26. 67. (196). et alibi, itemque *Obsius* pro *Obsidius* ibid. legit *Sillig.* atque hæc adnotat: Formam a nobis receptam comprobant *Orpheus Lith.* 282., *Arrian. peripl. mar. Erythr. p.* 3. ed. *Hudson., Scriptor. ined.* apud *Salmas. Exerc. p.* 64. a. F., et scriptura vulgata neque e *Plinii* editionibus interpolata *Isid.* 16. *Orig.* 4. et 16. Forma vulgata *obsidianus* apud nullum scriptorem invenitur.

OBSĪBĬLO, as, are, a. 1. sibilo, exsibilo. *Apul.* 11. *Met.* Arbores austrinis laxatæ flatibus, clementi motu brachiorum dulces strepitus obsibilabant.

OBSĪDĀTUS, us, m. 4. ὁμηρεια, obsidum traditio, obligatio. *Ammian.* 23. 7. *ad fin.* Ne quid committeretur per indutias contrarium pactis, obsidatus specie viri celebres altrinsecus dantur. *Id.* 16. 12. *ante med.* Pater ejus diu obsidatus pignore tentus in Galliis. Sic *Id.* 18. 6. *ad fin.* Obsidatus sorte in Syriis detentus. Adde *Alcim. Ep.* 10. *V.* OBSIDIUM.

OBSĪDĔO, sides, sēdi, sessum, sidere, n. 2. (ob *et* sedeo). Part. *Obsidens* sub *B.* I. 2. et 3.; *Obsessus* sub *B.* I. 2., 3., 5., 6. et II. 2. et 3.; *Obsessurus* sub *B.* I. 3.; *Obsidendus* sub *B.* I. 3. 4. et II. 2. — Obsidere

I.) Proprie occurrit *A*) Neutrorum more; et *B*) Cum Accusativo.

A) Neutrorum more raro admodum occurrit, et est aliquo in loco sedere, subsistere, morari, *fermarsi, trattenersi, stare. Ter. Adelph.* 4. 6. 5. nunc vero domi Certum obsidere est, donec redierit. *Val. Flacc.* 2. 237. Effugiunt properæ: sed dira in limine conjux Obsidet. *Plaut. Pœn. prol.* 23. Servi ne obsideant, liberis ut sit locus. *non occupino i seggi.*

B) Cum Accusativo frequentissime usurpatur, et ¶ 1. Generatim est circa sedere, considere, apud aliquam rem vel aliquo in loco subsistere, *sedere, stare da presso, su qualche cosa*, παρικαθιζομαι. *Plaut. Rud.* 3. 3. 36. Venus alma, te obsecramus, ut hanc tua pace aram obsidere patiare etc. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 18. 19. (62). Ranæ stagna et rivos obsident. *Sil. It.* 8. 634. Obseditque frequens castrorum limina bubo. Huc pertinere videtur et illud *Vet. Poet.* apud *Cic.* 2. *Divinat.* 56. 115. et *Varron.* 7. *L. L.* 17. *Müll.* O sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum (*h. e.* Delphos) obsides. Apud *Varronem Müllerus* leg. *obtines.* ¶ 2. Speciatim est custodiendo occupare, detinere, insidere, *sopravvegliare, tenere occupato sopravvegliando. Cic.* 2. *Phil.* 35. 89. Veni in ædem Telluris, et quidem invitus, quum omnes aditus armati obsiderent. Cf. *Justin.* 1. 5. 10. Epistola, quia palam ferri nequibat, regis custodibus omnes aditus obsidentibus, lepori inseritur. et *Virg.* 2. *Æn.* 802. Danaique obsessa tenebant Limina portarum. *Cæs.* 3. *B. G.* 23. Obsidere vias. Sic *Id. ibid.* 24. Obsessis viis, commeatu intercluso. *Curt.* 6. 8. *ad fin.* Jam ad omnes aditus dispositi equites, itinera quoque obsidere jussi, ne quis ad Parmenionem occultus evaderet. *Virg.* 3. *Æn.* 400. Et Sallentinos obsedit milite campos Lyctius Idomeneus. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 28. 75. Totam Italiam suis præsidiis obsidere atque occupare cogitat. *Id. Rosc. Am.* 11. 30. Pater occisus nefarie, domus obsessa. Cf. *eumd.* 4. *Cat.* 9. 18. Patria obsessa facibus et telis impiæ conjurationis. *Nepos Hann.* 12. Quum multitudine domum ejus circumdedissent, Hannibal imperavit puero, ut omnes fores ædificii circumiret, ac propere sibi renunciaret, num eodem modo undique obsideretur. ¶ 3. Item speciatim in re militari est circumsidere locum aliquem, ut oppidum, armisque et militibus claudere expugnandi causa, *cinger d'assedio, assediare. Sall. Jug.* 110. Proficiscitur in loca sola, obsessum turrim regiam, quo etc. *Cæs.* 2. *B. G.* 36. Curio Uticam obsidere, et vallo circummunire instituit. *Liv.* 2. 11. Consiliis ab oppugnanda urbe ad obsidendam versis. *Id.* 30. 7. Ut Carthaginem crederent extemplo Scipionem obsessurum. *Cic. Harusp. resp.* 4. 6. Carthaginem obsidere, oppugnare, labefactare. *Liv.* 25. 11. Propius inopiam erant obsidentes, quam obsessi. Similiter *Vellej.* 2. 51. 2. Inopia obsidentibus, quam obsessis gravior. — Ab *obsidere* differt *assidere*, quo postremo segnis quædam et languida oppugnandi ratio significatur; hinc *Liv.* 21. 25. Mutinæ quum obsiderentur, et gens, ad oppugnandarum urbium artes rudis, segnis intactis assideret muris. Cf. *Sall.* apud *Priscian.* 8. *p.* 830. *Putsch.* Amisumque assideri sine præliis audiebat. *et Tac.* 6. *Ann.* 43. Assidendo castellum dedit spatium exuendi pacta. — Ceterum *Justin.* 11. 2. 9. Præsidia Macedonum obsideri. *Sall. Jug.* 26. Quintum jam mensem armis obsessus teneor. *Nepos Epam.* 7. Locorum angustiis clausi, ab hostibus obsidebantur. *Cæs.* 1. *B. C.* 84. Tandem omnibus rebus obsessi, petunt etc. *chiusi e privati.* ¶ 4. Hinc est etiam homines cohibere, in officio per vim retinere. *Nepos Timol.* 3. Arcem Syracusis munierat Dionysius ad urbem obsidendam. *per tenere in freno. Justin.* 22. 2. 11. Immissis militibus populum obsidet, senatum trucidat. ¶ 5. Item de locis obsessus est cinctus, circumdatus, *circondato. Sil. It.* 8. 477. Obsessæ campo squalente Fregellæ. *Ovid.* 15. *Met.* 717. Trachasque obsessa palude. *Sil. It.* 7. 358. obsessis naribus igni Luctantur frustra rabidi mugire juvenci. ¶ 6. Latissimo sensu est etiam possidere. *Tibull.* 4. 1. 139. Tyrio tellus obsessa colono. *posseduta, tenuta. Cic.* 1. *Nat. D.* 23. 65. Corporibus omnis obsidetur locus: ita nullum inane, nihil esse individuum potest. *è occupato, pieno, ingombrato.* Sic *Ovid.* 11. *Met.* 363. palus densis obsessa salictis. *h. e.* obsita. *Sil. It.* 1. 199. Herculeo dirimente freto, diducta propinquis Europes videt arva jugis: ultra obsidet æquor. *Cels.* 7. 22. Si totum id ramex obsederit. *Ovid.* 9. *Met.* 581. Et pavet obsessum glaciali frigore pectus. *et* 5. *ibid.* 652. Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus. *Virg.* 3. *G.* 508. it naribus ater Sanguis, et obsessas fauces premit aspera lingua.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a super. paragr. *B.* 1., ponitur pro instare, *stare addosso. Cic. Flacc.* 24. 57. Speculatur atque obsidet rostra vindex temeritatis et moderatrix officii curia. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a super. paragr. *B.* 3., est alicujus lateri hærere ad ejus animum, gratiam etc. captandum. *Cic. Orat.* 62. 210. Quum is, qui audit, ab oratore jam obsessus est ac tenetur. *Liv.* 40. 20. *ad fin.* Minus in dies patris animo fidebat, quum obsideri aures a fratre cerneret. *h. e.* assidue fratrem cum eo colloqui. *Justin.* 42. 4. 21. Obsidere alicujus animum. *essergli di continuo intorno per cattivarselo. Cic.* 1. *Cat.* 10. 26. Jacere humi ad obsidendum stuprum. *h. e.* captandam occasionem stupri patrandi. — Similiter *Stat.* 9. *Theb.* 490. quid faciat bellis obsessus et undis? ¶ 3. Metaphorâ ductâ a super. paragr. *B.* 6., est invadere, occupare atque adeo possidere. *Cic.* 1. *Phil.* 1. 3. Dictaturam, quæ vim regiæ potestatis obsederat, funditus ex republ. sustulit. *h. e.* occupaverat, obtinuerat. *Id.* 2. *Verr.* 2. 6. Hominem ab isto quæsitum esse, non qui reum suum adduceret, sed qui meum tempus obsideret. *h. e.* occuparet, et me accusantem impediret. *Justin.* 29. 4. 9. Quibus tot tantisque rebus obsessus, cui rei primum occurreret, ambigebat. *Seneca Herc. Fur.* 1112. Pectora tantis obsessa malis. *Id. Agam.* 136. Obsessa mens. *Petron. Satyr.* 99. Feras quidem mentes ira obsidet, eruditas prælabitur. *si ferma e le invade.*

OBSĪDĬÆ, ārum. *V.* OBSIDIUM sub *A.*

OBSĪDĬĀLIS, e, adject. (obsidium) ad obsidionem pertinens. *Auct. Itiner. Alex. M.* edente *A. Maio* 47. Admotisque obsidialibus machinamentis. *Al. leg.* obsidionalibus. *Plerique tamen Codd.* obsidialis *exhibent etiam apud Liv.* 7. 37., *ubi V.* Drakenborg.

OBSĪDĬĀNUS, a, um, adject. ad Obsidium pertinens, quod est nomen R. hominis. De Obsidiano lapide, et vitro hæc *Plin.* 36. *Hist. nat.* 26. 67. (196). In genere vitri et Obsidiana numerantur, ad similitudinem lapidis, quem in Æthiopia invenit Obsidius, nigerrimi coloris, aliquando et translucidi, crassiore visu, atque in speculis parietum pro imagine umbras reddente. Gemmas multi ex eo faciunt: vidimus et solidas imagines Divi Augusti, capaci materia hujus crassitudinis: dicavitque ipse pro miraculo in templo Concordiæ Obsidianos quatuor elephantos, *etc.* Xenocrates Obsidianum lapidem et in India et in Samnio Italiæ, et ad Oceanum in Hispania nasci tradit. Fit et tincturæ genere Obsidianum, ad escaria varia vasa et totum rubens vitrum etc. De *Obsidiano lapide* egit accurate *Caylus* in *Mém. de l'Acad. des Inscript.* etc. *T.* 30. *p.* 457.—502., et *Corsi, Delle pietre ant. p.* 261., qui eum vocat *vetro vulcanico.* — *Id. Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 65. (177). et *ibid.* 13. 76. (200). *Obsidianas gemmas* memorat, quæ ita appellatæ videntur, quia cum Obsidiano lapide colore et ceteris qualitatibus conveniunt. — *Isid.* 16. *Orig.* 4. eumdem lapidem *Opsidium*, et *ibid.* 16. *Obsidianum* vocat. *V.* tamen OBSIANUS.

OBSĪDĬO, ōnis, f. 3. (obsideo) proprie usurpatur in re militari, et est actus, quo milites circumsident locum aliquem armisque claudunt expugnandi causa, περικαθησις (It. *assedio*; Fr. *siége, blocus*; Hisp. *sitio, bloquio*; Germ. *d. Besetzung, Einschliessung, Blokade*; Angl. *a siege, blockade*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu in re militari, ut diximus. *Festus p.* 198. 19. *Müll.* Obsidionem potius dicendum esse, quam obsidium, adjuvat nos testimonio suo *Ennius* in Telamone quum ait: «Scibas natum ingenuum Ajacem, cui tu obsidionem paras». Item alio loco: «Hector, qui haud cessat obsidionem obducere». *Cic. Mur.* 9. 20. Partim vi, partim obsidione urbes capere. *Liv.* 5. 2. Quum spes major Romanis in obsidione, quam in oppugnatione esset. *Nepos Epam.* 8. Urbem obsidione claudere. *Id. Alcib.* 4. In obsidione tenere. *Cæs.* 3. *B. C.* 31. habere. *Quintil.* 1. 10. 48. Trahere obsidionem in longius. *Nepos Timoth.* 1. Obsidione liberare. *Liv.* 38. 15. eximere. *Justin.* 14. 2. 4. Ab obsidione recedere. *Virg.* 10. *Æn.* 26. levari obsidione. *et* 8. *ibid.* 647. premere. *et* 3. *ibid.* 52.; et *Justin.* 22. 4. 1. cingere. *Id. Justin.* 5. 8. 1. circumdare. *Tac.* 15. *Ann.* 4. Obsidionem exsequi. *far un assedio.* et *ibid.* 5. omit-

tere. *levar l'assedio*. et *Liv.* 24. 41. *in fin.* solvere. *Tac.* 1. *Hist.* 33. tolerare. *Justin.* 41. 6. 4. pati. *Id.* 3. 4. 3. Annis decem in obsidione urbis teneri. *Ovid.* 6. *Fast.* 352. Fecerat obsidio jam diuturna famem. ¶ 2. Est etiam detentio, occupatio: *V.* OBSIDEO *B.* I. 2. *Frontin. de colon. p.* 108. et 141. *Goes.* Terebentum, oppidum: eger ejus in præcisuras et strigas est assignatus post tertiam obsidionem limitibus Julianis.

II.) Translate. ¶ 1. Obsidio est, qua quis captivus, aut in vinculis detinetur, *schiavitù, prigionia. Justin.* 2. 12. 6. Quin vos in hæc nostra castra ex ista obsidione transitis? *Id.* 15. 1. 3. Alexandri filium cum matre obsidione Amphipolitana liberare. Adde *eund.* 39. 1. 1. ¶ 2. Ponitur etiam de gravi periculo, in quo quis versatur: ad rem *Plaut. Asin.* 2. 2. 14. Herum in obsidione linquet, inimicum animos auxerit. *h. e.* herum in discrimine linquet. *Cic. Rabir. perduell.* 10. 29. Atque obsidione rempublicam liberasset. *h. e.* gravi periculo. Sic *Id.* 5. *Fam.* 6. Nec putant ei nummos deesse posse, qui ex obsidione feneratores exemerit. *li tolse al pericolo di perdere il loro danaro. Plin. Paneg.* 81. Summota campis (*per venationes*) irruptio ferarum et obsidione quadam liberatus agrestium labor.

OBSĬDIŌNĀLIS, e, adject. ad obsidionem pertinens, πολιορκητικός. Obsidionalis corona, inquit *Festus p.* 190. 21. *Müll.* est, quæ datur imperatori ei, qui obsidione liberavit ab hostibus obsessos. Ea fit ex gramine viridi, fere ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi. Nobilissima fuit omnium, quæ virtutis ergo dabatur, quod fuse persequitur *Plin.* 22. *Hist. nat. c.* 3. 4. 5. et 6., enumerans eos omnes, qui ad sua usque tempora illam sunt consecuti. Adde *Gell.* 5. 6.; et *Sex. Aurel. Vict. Vir. Illustr.* 59., ubi narrat, P. Scipionem Æmilianum corona obsidionali aurea a militibus fuisse donatum. *Liv.* 7. 37. Graminea corona obsidionalis. *Ammian.* 24. 1. *med.* Obsidionales machinæ. *Id.* 17. 2. moræ. *Id.* 14. 2. *a med.* Obsidionale commentum. *Id.* 16. 4. Malis obsidionalibus expediri. *Inscript.* apud *Gruter.* 375. 1. et emendatior apud *Kellermann. Vig. Rom. laterc. p.* 37. *n.* 42. M. BASSAEO M. F. STEL. RVFO TOTIDEM VEXILLIS OBSIDIONALIBVS DONATO.

OBSĬDĬOR, āris, ari, dep. 1. *far insidie*, περιεδρεύω, insidias facere. *Colum.* 9. *R. R.* 14. 10. Crabrones, qui ante alvearia plerumque obsidiantur apibus prodeuntibus. *Commodian.* 62. 11. Obsidiando perit, et ideo perit iniquus. *h. e.* obsidione diuturna, Satanas circa fortissimum Christianum tandem fatigatur et frangitur.

OBSĬDĬUM, ii, n. 2. duo diversa significat, prout est *A*) Ab *obsidendo*, aut *B*) Ab *obside*.

A) Obsidium ab obsidendo est idem quod obsidio, *assedio*; *Festus* vero *p.* 198. 19. *Müll.* obsidionem tamquam usu frequentiorem præfert.

I.) Proprie. *Festus p.* 193. 19. *Müll.* Obsidium, tamquam præsidium, subsidium, recte dicitur, cujus etiam auctor C. Lælius pro se apud populum: «Ut in (*scribendum* Uti) nobis terra marique simul obsidium facerent». Et Sallustius historiarum primo: «Magnis operibus perfectis, obsidium cepit per L. Catilinam legatum». Hæc *Festus*. Cl. *Kritz., C. Sall. Crispi Histor. fragm. p.* 109., ad *h. l.* ait: Luce clarius est, *Festum* non de tuta vocis potestate loqui, qua valet *obsessionem* sive *obsidionem*, sed inusitatam subsidii significationem proborum auctoritate scriptorum firmare ac defendere. Quare unice vere putandum est *cepit* (alii enim legunt *cœpit*), ipsa sententia hoc verbum flagitante; sensus enim hic est: Quum magna opera perfecisset, i. e. magnas munitiones instituisset (sc. imperator aliquis ab hostibus valde pressus), auxilium accepit per Catilinam. Hæc *Kritz.* Sed bona tanti viri venia, *Festus* mihi affirmare videtur, ab uno eodemque verbo *sedeo* cum præpositione composito, eadem forma, qua *præsidium* et *subsidium*, *obsidium* quoque recte dici: porro ex *Lælii* et *Sallustii* fragmentis nihil certi erui posse, nemo est qui non videat. *Varro* 5. *L. L.* 90. *Müll.* Obsidium dictum ab obsidendo, quo minus hostis egredi possit. *Ennius* apud *Non. p.* 216. 29. *Merc.* Sævo obsidio premere aliquem. *Tac.* 13. *Ann.* 41. circumdare. *et* 4. *ibid.* 51. *extr.* subigere. *Id.* 1. *Hist.* 28. Obsidium urgere. *et ibid.* 58. tolerare. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 24. facere Ilio. *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 17. Consulem obsidio liberare. *et ibid.* 74. Urbem obsidio solvere. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 67. Curre in obsidium perduelles. *h. e.* ad perduelles obsidendos. *coge* pro *curre* quidam leg. ex conjectura: alii *cura obsidium*.

II.) Translate. ¶ 1. Obsidium pro insidiis ponitur. *Colum.* 9. *R. R.* 7. 6. *de apib.* Quum licet vitare pestis obsidia, per aliud vadentibus effugium. *h. e.* Incerti, qui vestibulum alveorum obsidet, ut prodeuntes apes mactet. *Id.* 8. *ibid.* 2. 7. *de gallinis.* Dum tamen anus sedula, vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum, aut insidiatorum animalium diripiantur. *h. e.* observatione, insidiis, et veluti obsidione hominum gallinas captantium. (Ex hoc loco quidam fecere *obsidiæ, arum*, ut *insidiæ*. Ita profecto legitur apud *Commodian.* 44. 13. Obsidiæ nullæ, sicut nunc, neque rapinæ. *V.* OBSIDIOR). ¶ 2. Item pro magna cura, cautione. *Colum.* 9. *R. R.* 9. 1. Curam postulant diligentiorem, quum vernant et exundant novis fetibus: qui nisi curatoris obsidio protinus excepti sunt, diffugiunt. *continua assistenza e osservazione.* ¶ 2. Item pro gravi periculo, malo: *V.* OBSIDIO II. 2. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 64. *herus loquitur servo.* Viden' hostis tibi adesse? tuoque tergo obsidium? consule. *h. e.* verbera; idem enim herus paullo ante dixerat *ibid. v.* 60. vigila, ne somno stude: Nisi quidem hic agitari mavis varius virgis.

B) Obsidium ab *obside*, ut *servitium* pro *servus*, est idem atque obses, vel status obsidis: *V.* OBSES et OBSIDATUS. *Tac.* 11. *Ann.* 10. Meherdates obsidio nobis datus. *datoci in ostaggio.* Fortasse (ait *Böttticher. Lexic. Tacit. p.* 326.) restituenda est hæc lectio, libris scriptis faventibus, *Tac. Germ.* 20. et 15. *Ann.* 1.

OBSĬDO, is, ere, a. 3. (ob *et* sido). Part. *Obsidens.* — Obsido est idem atque obsideo, occupo, teneo, *occupare. Lucilius* apud *Non. p.* 21. 25. *Merc.* Ne auriculam obsidat caries, ne vermiculique. *Lucret.* 4. 350. cuncta foramina complet, Obsiditque vias oculorum. *et ibid.* 1085. Quæ quoniam certas possunt obsidere partes, etc. *Sall. Cat.* 46. Occulte pontem obsidunt. *h. e.* militibus circumdant. *Virg.* 9. *Æn.* 159. vigilum excubiis obsidere portas. *h. e.* observare, custodire. *Id.* 7. *ibid.* 333. neu connubiis ambire Latinum Æneadæ possint, Italosve obsidere fines. *occupare. Tibull.* 2. 6. 23. Prædator cupit immensos obsidere campos. *Stat.* 10. *Theb.* 270. Pro pudor! Argolicas hi ne ausi obsidere portas? *assediare.* et *Catull.* 64. 345. Troicaque obsidens longinquo mœnia bello.

OBSIGILLO. *V.* OBSTRIGILLO.

OBSĬGNĀTĬO, ōnis, f. 3. *suggellamento*, ἐπισφράγισις, actus obsignandi. *Gell.* 14. 2. *ante med.* Probari debere pecuniam datam chirographi exhibitione, tabularum obsignatione, testium intercessione. Cf. *Arnob.* 2. 56. Quid est enim, quod humana ingenia labefactare non audeant, quamvis illud, quod infirmare moliuntur, sit purum et liquidum et veritatis obsignatione munitum?

OBSIGNĀTOR, ōris, m. 3. qui obsignat, ἐπισφραγιστής. ¶ 1. Generatim. *Cic. Cluent.* 66. 186. Litterarum obsignator. ¶ 2. Specialim *obsignatores* dicti sunt testes, qui testamentum signis suis obsignabant. *Cic.* 12. *Att.* 18. *a med.* Terentiam de obsignatoribus mei testamenti loqui. — Et absolute. *Id. Cluent.* 13. 37. Oppianicus obsignatores ad eum adducit.

OBSIGNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBSIGNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* signo). Part. *Obsignans* II. 2.; *Obsignatus* I. 1.; *Obsignandus* I. 1. *b.* — Obsignare est signi impressione occludere, firmare, signare, ἐπισφραγίζω (It. *sigillare, suggellare, bollare*; Fr. *fermer d'un sceau, sceller, cacheter*; Hisp. *sellar, cerrar con sello alguna cosa*; Germ. *siegeln, versiegeln*; Angl. *to seal, seal up*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) De re quacumque. *Plaut. Cas.* 2. 1. 1. Obsignate cellas: referte annulum ad me. *Id. Amph.* 1. 1. 265. patera est in cistula, Amphitruonis obsignata signo. *Id. Men.* 5. 7. 47. obsignatum in vidulo marsupium Cum viatico. *Id. Epid.* 2. 3. 3. Occlusum atque obsignatum armarium. *Id. Pers.* 2. 3. 14. Tripartici homines, qui alium servo obsignant cum sale. *Q. Cic.* 16. *Fam.* . Obsignare lagenas. *S. eton. Aug.* 46. Sub die . nitiorum obsignata (*suffragia*) Romani (*cole* . mitterent. *Id. Tib.* 3. tes obsignatæ de . que Romam. *Cic.* 2. *Or.* 61. 248. Solur . (*servum*), cui domi nihil nce obsignato occlusum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (65). D. agerona ore obligato obsignatoque simulacrum habet. *Cic.* 2. *Divinat.* 70. 1 5. Obsignatam habere naturam. *V.* NATURA. — *b*) De epistolis. *Plaut. Bacch.* 4. 5. 15. Cedo tu ceram ac linum actutum: age obliga, obsigna cito. *Id. ibid.* 4. 9. 11. Tabellæ obsignatæ, consignatæ. *Id. Curc.* 2. 3. 68. Tabulæ annulo meo obsignatæ. *Id. Pseud.* 4. 7. 105. Epistola heri imagine obsignata. *Cic.* 6. *Verr.* 63. 140. Quas ego litteras obsignandas publico signo deportandasque curavi. *Curt.* 3. 7. *ad fin.* Epistola obsignata annulo, cujus signum haud sane notum erat. *Id.* 6. 6. *sub init.* Litteras quoque, quas in Europam (*Alexander*) mittebat, veteris annuli gemma obsignabat. Similiter *Id.* 10. 6. *sub init.* Annulum, quo ille (*Alexander*) regni atque imperii vires obsignare erat solitus, reddo vobis. ¶ 2. Speciatim *obsignare tabulas, testamenta* dicuntur testes, qui et scribendo adsunt testimonii gratia, et annulo suo signant. *Cic. Cluent.* 66. 185. Istam ipsam quæstionem, dicite, quis obsignavit? unum aliquem nominate: neminem reperietis. *Id. ad Planc.* 1. *post ep.* 16. *l.* 16. *ad Att.* Decretum quod est obsignatum ab amplissimis viris. *Id. Quinct.* 21. 67. Ejus rei conditionisque tabellas obsignaverunt viri boni complures. *Id. Cluent.* 14. 41. Testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignavit. — Hinc idem *Cic.* 5. *Tusc.* 11. 33. Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum. *h. e.* convincis me testimonio scriptorum meorum. Proverb. ductum, opiner, a fori consuetudine, ubi tabellæ rite obsignatæ si proferantur, iis refragari non licet. ¶ 3. Item speciatim *obsignare* absolute idem est atque obsignare annulo suo accusationem adversus aliquem. *Cic. fragm. Orat. Scaur.* apud *Ascon.* Qui contra Scaurum patrem suum obsignaverat: ceteras eas sibi inimicitias non susceptas, etc. Ita ex MS. edidit *A. Maius*; editiones perperam habent *obsignaverat stateras eas.* ¶ 4. *Obsignari pecunia* dicitur quæ creditori oblata, et ab eo recusata, in sæculum a debitore conjicitur, et a bonis viris obsignata deponitur. *Papinian. Dig.* 17. 1. 56. et *ibid.* 22. 1. 7. ¶ 5. Item est signo impresso et nomine subscripto obligare, *impegnare, ipotecare. Val. Max.* 4. 4. *n.* 7. Fria agri jugera, quæ pro amico ad ærarium obsignaverat, multæ nomine amisit.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice ponitur pro conficere, quia tum demum obsignantur tabulæ, quum testamentum confectum, et contractus conclusus est. *Cæs.* 1. *B. G.* 39. Vulgo totis castris testamenta obsignabantur. *Cic. Pis.* 28. 69. Retinere quod acceperat, testificari, tabellas (*al.* tabulas) obsignare velle, Epicurum disertum dicere. ¶ 2. Pro imprimere. *Lucret.* 4. 566. In multas igitur voces vox una repente Diffugit, in privas quoniam se dividit aures, Obsignans formam verbis clarumque sonorem. *Id.* 2. 581. Illud in his obsignatum quoque rebus habere Convenit et memori mandatum mente tenere. *bene impresso.* ¶ 3. Videtur etiam poni pro claudere, circumdare. *Festus p.* 178. 14. et *Paul. Diac. p.* 179. 5. *Müll.* Ob præpositio alias ponitur pro circum, ut quum dicimus urbem obsideri, obsignari, obvallari.

OBSĬMŬLĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *obsimulo*, idem ac simulatus. *Ammian.* 28. *in fin.* Quum frustra se tractus obsimulatis documentis probabilibus ostendissent. *Alii rectius pro* obsimulatis *leg.* ob simulates.

OBSĬPIO, is. *V.* OBSEPIO.

OBSĬPO, as, are, a. 1. (ob *et* supo) objicere, παραβάλλω. *Paul. Diac. p.* 105. 11. *Müll.* Insipare farinulam (*Müll.* Insipere far in olam), jacere pullis. Unde dissipare, obsipare, ut quum rustici dicunt: Obsipa pullis escam. *Id. p.* 311. 6. Supat jacit, unde dissipat disjicit, et obsipat objicit, et insipat, hoc est injicit. Cf. *Festus p.* 310. 23. Sic *Plaut. Cist.* 2. 3. 37. Obsipat aquulam. *h. e.* adspergit: nempe recreat me, ut fit iis qui animo defecti aqua adspersa recreantur.

OBSISTO, sistis, stĭti, stĭtum, sistere, n. 3. (ob *et* sisto). Quæ in præterito efferuntur, ad *Obsto* etiam referri possunt, quocum est illud commune. — Part. *Obsistens* 2.; *Obstitus* in fin. — Obsistere est sistere se coram, vel contra, consistere, manere, ἐνίστασθαι (It. *stare, fermarsi, porsi di contro*; Fr. *s'arrêter ou se mettre devant*; Hisp. *pararse, meterse delante*; Germ. *vor etwas hintreten, sich stellen*; Angl. *to stand, take up one's stand*). ¶ 1. Generatim. *Plaut. Mil. glor.* 2. 3. 62. Hic obsistam, ne imprudenti hoc ea se surrepsit mihi. *et in fin.* hoc, quod ago, id me agere oportet, hoc observare ostium. Hac obsistam. *Id. Capt.* 4. 2. 11. et *Amph.* 3. 4. 2. Eminor, ne quis mi obstiterit obviam. *Liv.* 10. 16. Plures abeunti Volumnio obsistere atque obtestari, ne etc. ¶ 2. Speciatim et sæpe est resistere, adversari, obstare, se opponere, *opposti, ostare, fare resistenza, impedire* et occurrit — *a*) Cum Dativo. *Cic.* 1. *Off.* 7. 23. Qui non defendit, nec obsistit, si potest, injuriæ, etc. *Id.* 3. *Cat.* 7. 17. Omnibus ejus consiliis occurri atque obstiti. *Id.* 2. *Tusc.* 12. 28. Obsistere dolori. *Id.* 2. *Off.* 7. 23. odiis. *et ibid.* 10. 37. vitiis. *Phædr.* 3. 15. legibus. *Cic.* 3. *Fin.* 9. 31. visis, assensusque suos firme sustinere. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 34. 108. Repugnare visis, obsistere opinionibus, assensus lubricos sustinere. *Id. Amic.* 8. 26. Studiis generorum, præsertim in re bona, quum difficile est, tum ne æquum quidem, obsistere. *Id. Senect.* 20. 72. Audacter obsistere alicui. *Justin.* 3. 1. 2. Voto suo obsistentes filios ejus dolo aggreditur. *Seneca Hippol.* 788. nullaque lucidis Nubes sordidior vultibus obstitit. *si frappose.* — *b*) Sequente part. *ne. Nepos Milliad.* 3. Ad hoc consilium quum plerique accederent, Histiæus Milesius, ne res conficeretur, obstitit, dicens etc. — *c*) Cum Infinito. *Tac. Germ.* 34. Obstitit Oceanus in se simul, atque in Herculem inquiri. *h. e.* impediit, vetuit. — *d*) Passive impersonaliter. *Cic.* 4. *Fin.* 7. 17. Magnitudine animi facile potest repugnari obsistique fortunæ. *Ovid.* 1. *Met.* 58. vix nunc obsistitur illis. *h. e.* ventis. — *e*) Absolute. *Cic.* 6. *Verr.* 43. 94. Qui quum obsistere ac defendere conarentur, male mulcati repelluntur. *Liv.* 7. 36. Quo præpediti, nec arma impigre capere, nec obsistere, nec insequi poterant. *Id.* 41. 26. Obsistentibus ad exitum Celtiberis. *Curt.* 3. 2. *ad fin.* Obsistere, circumire, discurrere in cornu, mutare pugnam, non dures magis, quam milites (*Macedonum*) callent. — Hinc Part. præter.

Obstĭtus, a, um, (quod *Vossius* et alii ab *obsistendo* deducunt, at alii ab *obstando* et *obstĭtus* legunt) proprie est qui contra stetit, qui obstitit, adversarius; sed ¶ 1. In re sacra sive augurali est de cælo tactus. *colpito dal fulmine. Festus* p. 193. 4. *Müll.* Obstitum Cloatius et Ælius Stilo esse ajunt violatum attactumque de cælo. Cincius quum qui deo deæve obstiterit, id est qui viderit, quod videri nefas esset. *Cic.* 2. *Legg.* 9. 21. ETRVRIAE (*Orell.* et *Vahlen.* Etruria) PRINCIPES DISCIPLINAM DOCENTO (*Orell.* et *Vahlen.* docelo). QVIBVS DIVIS CREVERINT, PROCVRANTO: IDEMQVE FVLGVRA ATQVE OBSTITA PIANTO. ¶ 2. Ceterum obstitus est obliquus. *Apul. de Deo Socrat. sub init.* Luna alienæ lucis indiga, denso corpore, seu lævi, seu quodam speculo, radios solis obstiti, vel adversi usurpat. — Qui legunt *obstĭtum*, afferunt etiam *Ennium, C. Licinium Imbricem* et *Lucret.* apud *Festum* p. 193. 30. *Müll.*; sed in his pro *obstitum* legendum est *obstipum.* — Hinc

Obstĭtum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est obliquitas. *Apul. de Deo Socrat.* Pro situ et flexu et obstito circulorum.

OBSITUS, a, um. *V.* OBSERO, is.

OBSŌLĒFĂCIO, facis, fēci, factum, facere, a. 3. *et* Obsolĕfio, fis, factus sum, fieri, pass. (obsoleo *et* facio). Part. *Obsolefactus* sub *b.* — Obsolefacere est idem ac facere, ut aliquid exolescat, desuescat, deficiat, vim aut splendorem amittat. — *a*) Activâ formâ. *Arnob.* 5. 160. Ne illam (*historiam*) vis temporis et vetustatis obsolefaceret longitudo. — *b*) Part. præter. pass. *Seneca Ep.* 90. *ad fin.* Rivi non opere, nec fistula, nec ullo coacto itinere obsolefacti, sed sponte currentes. *contaminati. Id. Ep.* 29. Auctoritas obsolefacta. *avvilita, sprezzata. Val. Max.* 3. 5. n. 1. Candida toga turpitudinis maculis obsolefacta. *h. e.* inquinata vitiis. *Tertull. Virg. veland.* 11. Jam et vox obsolefacta est, et membra completa sunt, et pudor ubique vestitur, et menses tributa dependunt. *h. e. ingrossata.* — *c*) Passive. *Sueton. Aug.* 89. *extr.* Admonebat, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri. *rendersi volgare ed essere avvilito. Cic.* 2. *Phil.* 41. 105. In homine enim turpissimo obsoleflebant dignitatis insignia. *Ita* Orellius; *al.* obsolebant, *al.* obsolescebant.

OBSŌLĒFACTUS, a, um, *et*

OBSŌLĒFĬO, fis, etc. *V.* voc. præced.

OBSŌLĒO, les, lere, *n.* 2. non esse in usu, antiquum esse. Præsens *obsoleo* agnoscitur a *Priscian.* 9. *p.* 872. *Putsch.* — Imperf. *obsolebant* legunt nonnulli apud *Cic.* 2. *Phil.* 41. 105. *V.* OBSOLEFACIO sub *c* in fin. — Præter. *obsolevi V.* in voc. seq.

OBSŌLESCO, lescis, lēvi (lui), lētum, lescere, inchoat. 3. (ob *et* soleo, *vel rectius ex* obs *et* oleo *cresco*, V. *Cassiod.* loc. cit. in OBSORDESCO II.). Part. *Obsoletus* in fin. — Obsolescere est exolescere, desuescere, paullatim deficere, veterem fieri, vim aut splendorem amittere, ἀπαρχαιοῦμαι (It. *invecchiare, andare in disuso, mancare a poco a poco, perdere il suo vigore o il suo lustro*; Fr. *passer, vieillir, tomber en désuétude, perdre sa valeur, sa force, s'affaiblir*; Hisp. *pasar, envejecer, perdere el vigor, descaecer*; Germ. *nach und nach vergehen, alt werden, veralten, sich abnutzen, ausser Gebrauch kommen, seinen Werth-, seine Bedeutung verlieren*; Angl. *to become antiquated, grow out of use, fase, decay, lose its worth or importance*). *Varro* 9. *L. L.* 16. *Müll.* His (*verbis*) oportet, si possis, non uti: sic enim obsolescent. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 3. 11. Hæc inclusa habebam; et, ne obsolescerent, renovabam, quum licebat, legendo. *Id. Sext.* 28. 60. Virtus spendet per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit. *Id.* 1. *leg. Agr.* 7. 21. Solum hoc in republ. vectigal est, quod amissis aliis, remanet; intermissis, non conquiescit: in pace nitet, in bello non obsolescit: militem sustentat, hostem non pertimescit. *Id. leg. Manil.* 17. 52. Obsolevit jam ista oratio, re multo magis, quam verbis refutata. *Id.* 1. *Invent.* 26. 39. Quæ (*chartæ*) propter vetustatem obsoleverunt. *Est qui leg.* obsoluerunt. *Id. Cæl.* 17. 40. Verum hæc genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix jam in libris reperiuntur. Chartæ quoque, quæ illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt. *Al. leg.* obsoluerunt. *Seneca* 3. *Benef.* 1. Quæ recentia apud illos viguerunt, ea interjecto spatio obsolescunt. *Plin. Paneg.* 4. Enituit aliquis in bello, sed obsolevit in pace. *Gell.* 2. 23. Quæ Latina sunt, Græcarum (*comœdiarum*), quas æmulari nequiverunt, facetiis atque luminibus obsolescunt. *si oscurano.* et *Tac.* 4. *Ann.* 26. Ne laus obsolescat. *Curt.* 9. 6. *circa med.* Cito gloria obsolescit in sordidis hostibus. *Apul. Florid. n.* 17. Tragœdi adeo ni quotidie proclament, claritudo arteriis obsolescit. *si perde la voce.* — Hinc Part. præter.

Obsoletus, a, um, adjective usurpatur, unde Comp. *Obsoletior* 1. et 2.; et Sup. *Obsoletissimus* 1. — Obsoletus ¶ 1. Est vetus, priscus, atque adeo usurpari desitus, aut in pretio haberi, *disusato, antico, che ha perduto l'uso, o il pregio*, ῥικνίας, ἔωλος. — *a*) De veste, et est vetus, detrita, atque adeo vilis, sordida, *vecchia, logora, vile. Liv.* 27. 34. Erat veste obsoleta, capilloque et barba promissa. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 5. 13. Vestitu obsoletiore, corpore inculto et horrido, capillatior, quam ante, barbaque majore. *Nepos Agesil.* 8. Vestitu humili atque obsoleto. *Curt.* 6. 9. *a med.* Philotas, religatis post tergum manibus, obsoleto amiculo velatus. — Sic *obsoletus homo*, obsoleto ac vili cultu. *Cic. Pis.* 36. 89. In villa Euchadiæ jacuisti mœrens aliquot dies, atque inde obsoletus Thessalonicam, omnibus inscientibus noctuque, venisti. Cf. *Apul. Florid. n.* 19. Qui exsequias venerant, circumstare omnes tristissimos et obsoletissimos vestitu. — *b*) De aliis rebus. *Obsoletæ ædes*, vetustæ, sordidæ, nullo artificio ædificatæ, aut ruinosæ. *Horat.* 2. *Od.* 10. 5. Auream quisquis mediocritatem Diligit, tutus caret obsoleti Sordibus tecti, caret invidenda Sobrius aula. Sic *Prudent. præf. περὶ στεφ.* 26. obsoletum vasculum. — Similiter *Cic.* 3. *Orat.* 37. 150. Abjecta atque obsoleta verba fugere. *Id. Quinct.* 18. 56. Hæc vulgaria atque obsoleta sunt: res autem nova atque inaudita. *Id.* 3. *Verr.* 21. 56. Vereor, ne hæc forte culpiam nimis antiqua et jam obsoleta videantur. *Id. fragm.* apud *Augustin.* 2. *Civ. D.* 21. Antiquos mores ita oblivione obsoletos videmus, ut non modo non colantur, sed etiam ignorentur. *Justin.* 30. 4. 15. Ferentes in bellum alii majorum suorum antiquam et obsoletam gloriam, alii nitentem recentibus experimentis virtutis florem. *Cic. Fontej.* 15. 32. Studiis militaribus apud juventutem obsoletis. *dismessi.* ¶ 2. Item est communis, vulgaris, atque adeo vitiatus, corruptus. *Cic.* 7. *Verr.* 44. 117. Non vult populus Romanus obsoletis criminibus accusari Verrem: nova postulat, inaudita desiderat. *delitti comuni, volgari.* Sic *Liv.* 30. 42. *a med.* Populo R. usitata ac prope jam obsoleta ex victoria gaudia esse. *Nepos Milliad.* 6. Populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues, ob eamque causam gloriosi: nunc autem effusi atque obsoleti. *Cic.* 3. *Orat.* 9. 33. Si paullo obsoletior fuerit oratio. — *Obsoletus color*, vetus et dilutus, turpis, vitiatus, corruptus, *brutto, smorto, svanito*: ut sunt quæ olim depicta paullatim decolorata sunt. *Colum.* 4. *R. R.* 30. 4. Græca salix flavi coloris est, Gallica obsoleti purpurei. *et* 2. *ibid.* 10. 35. *Schneid.* Cicera sapore nihilo differt a cicercula, colore tantum discernitur: nam est obsoletior, et nigro propior. — De muliere *Horat. Epod.* 17. 46. O nec paternis obsoleta sordibus. *h. e.* inquinata. Cf. *Seneca Agam.* 976. cæde respersam viri, Atque obsoletam sanguine hoc dextram abluc. *h. e.* pollutam, contaminatam.

OBSŌLĒTĒ, adverb. antique, sordide. Occurrit tantum Comp. *Obsoletius* apud *Cic.* 3. *Verr.* 58. 152. Paullo tamen obsoletius vestitum videret. Cf. *eumd. Pis.* 36. 89. allatum in *Obsoletus* in fin. voc. præced. sub 1. *a.*

OBSŌLĒTO, as, āvi, are, a. 1. obsoletum reddere, obsolefacere, *macchiare, oscurare.*

I.) Proprie. *Tertull. advers. Gnost.* 6. *a med.* Qui vestitum obsoletassent nuptialem.

II.) Translate. *Tertull. Apolog.* 15. Majestatis vestigia obsoletant.

OBSŌLĒTUS, a, um. *V.* OBSOLESCO in fin.

OBSŌLĪDĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *obsolido: assodato*, solidatus, firmatus. *Vitruv.* 2. 3. Tectorio inducto, rigideque obsolidato permanente.

OBSOLIDUS, a, um, adject. idem atque obsolidatus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. V.* EXSOLIDO.

OBSŌNĀTĬO *vel* opsonatio, ōnis, f. 3. obsonii coemptio. *Donatus* ad *Ter. Andr.* 2. 2. 32. *V.* OBSONATUS.

OBSŌNĀTOR *vel* opsonator, ōris, m. 3. qui emit obsonia, *spenditore*, ὀψωνης. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 73. Primarius parasitus, obsonator optimus. *Seneca Ep.* 47. Obsonatoribus dominici palatus subtilis notitia est. *Martial.* 14. 217. cui lemma *Obsonator.* Die, quotus, et quanti cupias cœnare, nec unum Addideris verbum: cœna parata tibi est. — Fuit etiam inter officia domus Augustæ. Hinc in *Inscript.* apud *Murat.* 916. 10. TAVRIO OBSONATOR POPPAEAE AVG. *Spartian. Hadrian.* 17. Ad deprehendendas obsonatorum fraudes, quum plurimis sumentibus pasceret, fercula de aliis mensis etiam ultimis quibusque jussit apponi.

OBSŌNĀTUS *vel* opsonatus, us, m. 4. ὀψωνεία, obsonium, vel obsonii apparatus, *provigione di companatico. Plaut. Truc.* 4. 2. 27. Dare minam in obsonatum. *Id. Men.* 2. 2. 14. Menæchme, numero huc advenis ad prandium: Nunc obsonatu redeo.

OBSŌNĬTO *vel* opsonito, as, āvi, ātum, are, n. 1. frequentat. vel intens. ab *obsono*, sæpe obsonare. *Festus* p. 201. 31. *Müll.* Obsonitavere sæpe obsonavere. *Cato* in suasione ne legi Orchiæ derogaretur: «Qui antea... obsonitavere, postea ea tenis obsonitavere». Significat autem convivari.

OBSŌNĬUM *vel* opsonium, ii, n. 2. ὄψον, ὀψώνιον. *Dausquio* placet *opsonium* scribi, sequendo Græcas litteras. *V.* ABSIS. — Obsonium (It. *companatico, vivanda, camangiare*; Fr. *viande, fricot, mets, plat*; Hisp. *vianda, manjar, guisa-*

do, plato; Germ. *die Zukost*; Angl. *meat, fish, flesh, any thing eaten with bread, victuals, viands*) est quidquid præter panem et vinum cibi gratia paratur et coquitur: et præsertim pisces: unde ὀψοφάγοι apud *Plutarch. in Sympos. 4. probl. 4.* et *Athen. l. 7. c. 3.* sunt, qui piscibus delectantur. *Nepos Themist. 10.* narrat, donasse Persarum regem Themistocli Myuntem urbem in Ionia, *quæ ei obsonium præberet*, quia ad mare sita erat, et piscosa. Quanto autem in pretio apud Romanos fuerint pisces, *Macrob. 2. Saturn. 11. et 12.* docet. *Juvenal. 4. 64.* Exclusi exspectant admissa obsonia patres. *h. e.* rhombum. Simile quid habes apud *Plaut. Bacch. 1. 1. 64. et 69.* et *Cas. 2. 8. 57. et seqq.* Et *Petron. fragm. Tragur. 39. Burmann.* ait, in signo Piscium obsonatores nasci. *Plin. 31. Hist. nat. 7. 41. (87). de sale.* Ad obsonium et cibum utilior quisquis facile liquescit. — Ceterum *Plaut. loc. cit. Bacch.* Tu facito obsonatum nobis sit opulentum obsonium. *Horat. 1. Sat. 2. 9.* Obsonia coemere. *Plaut. Merc. 3. 3. 22.* Obsonium curare. *Plin. 20. Hist. nat. 13. 49. (126).* condire. *Sueton. Cal. 37.* et panes convivis apponere. *Plaut. Stich. 3. 1. 36.* obsonare. *Seneca Vit. beat. 17.* scindere. *trinciare.* et *Petron. fragm. Tragur. 36. Burmann.* carpere. *et ibid.* Scissor ad symphoniam gesticulatus laceravit obsonium. *Juvenal. 11. 134.* Obsonia rancidula. — Dici potest etiam de pomis et nucibus, quæ cum pane comeduntur. *Plutarch. loc. cit. Plin. 15. Hist. nat. 19. 21. (82).* Fici panis simul et obsonii vicem siccatæ implent.

OBSŌNO *vel* opsono, as, āvi, ātum, are, a. *et* Obsonor *vel* opsonor, āris, ātus sum, ari, dep. 1. est obsonium parare, cibos in cœnam coemere, ὀψέω, ὀψωνέω (It. *comperare il companatico, il pranzo*; Fr. *acheter des provisions de bouche, faire son marché*; Hisp. *comprar los manjaros*; d. *Küche einkaufen, Speise einkaufen*; Angl. *to cater, purvey, buy meat or any thing to be eaten with bread*).

I.) Proprie. *Plaut. Aulul. 2. 4. 1.* Postquam obsonavit herus, et conduxit coquos. *et ibid. 15.* hic non poterat de suo Senex obsonari filiæ in nuptiis? *Ter. Andr. 2. 6. 20.* Vix drachmis est obsonatus decem. *Plaut. Stich. 3. 1. 36.* egomet ibo, atque obsonabo obsonium. *Id. Mil. glor. 3. 1. 154.* obsonatum pergam. *Id. Men. 2. 2. 45.* satin'hoc, quod vides, Tribus vobis obsonatum est? an obsono amplius? *Apul. de Mag.* Tu mihi vitio dabis-, quod vivo gracili lare, quod pauciores habeo, parcius pasco, levius vestio, minus obsono? *Id. 1. Met. extr.* Si quid obsonare cupis.

II.) Translate. ¶ 1. Est convivia agitare, laute vivere. *Ter. Adelph. 1. 2. 37.* Obsonat, potat, olet unguenta de meo. Adde *eumd. ibid. 5. 9. 7.* ¶ 2. *Obsonare famem*, acuere, excitare, *eccitar l'appetito. Cic. 5. Tusc. 34. 97.* Socratem ferunt, quum usque ad vesperum contentius ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse, se, quo melius cœnaret, obsonare ambulando famem.

OBSŌNO, as, are, n. 1. a *sono, as*: obsonare alicui sermone, est alicui loquenti obstrepere. *Plaut. Pseud. 1. 2. 74.* male facis mihi, quum sermone huic obsonas. PS. taceo.

OBSŌPĬO, is, īvi, ītum, ire, a. 4. (ob *et* sopio). Part. *Obsopitus.* — Obsopire est somno vehementer corripere, *addormentare fortemente. Scribon. Compos. 180. extr.* A somni tempore prohibere, ne obsopiantur. *Solin. 12. ad fin.* Odoris novitate obsopitus. *et ibid. 30. a med.* Somno obsopitus.

OBSORBĔO, es, bŭi, ere, a. 2. (ob *et* sorbeo). Part. *Obsorbendus* I. — Obsorbere est idem quod sorbere, vel totum sorbere.

I.) Proprie. *Plaut. Mil. glor. 3. 2. 21.* Dii me perdant, Si bibere potui. P. qui jam? L. quia enim obsorbui. Nam nimis calebat. *Id. Curc. 2. 3. 34.* Vin'aquam? CURC. si frustulenta est, da obsecro hercle, obsorbeam. *Lactant. Mort. persecut. 21.* Ursis homines non plane comedendi, sed obsorbendi objectabantur.

II.) Translate. *Plaut. Truc. 2. 3. in fin.* sentio aperiri fores, Quæ obsorbent quidquid venit intra pessulos.

OBSORDESCO, descis, dŭi, descere, n. inchoat. 3. sordidus fio.

I.) Proprie. *Prudent. Apotheos. 214.* Ne coma fusa humeris fumo obsordescat amaro.

II.) Translate. *Cæcilius* apud *Non. p. 147. 7. Merc.* Obsorduit jam hæc in me ærumna. *h. e.* obsolevit, ut *Non. ibid.* explicat. *Cassiod. de Orthogr. p. 2315. Putsch. Obsolevit* autem *s* quidem habet, sed non ipsius verbi, verum præpositionis quæ est *obs*, sicut *a ab abs*, quasi *abolevit*, id est inveteravit et absorduit (*lege* obsorduit) diuturnitate.

OBSTĬNĀCĬTAS, ātis, idem atque obstinatio. *Auct. Collat. Mos. et Rom. leg. 15. § 2.* Præterea interdicta est mathematicorum callida impostura et obstinacitate persuasio. *Alii leg.* obstinata persuasio, *sed* Schultingius *nihil mutandum putat.*

OBSTĀCŬLUM, i, n. 2. *ostacolo*, κώλυμα, impedimentum. *Prudent. Hamartig. 601.* Rumpere obstacula. *Nazar. Paneg. Constantin. 7.* Quis crederet, tantis successibus tuis ullum obstaculum fore? Adde *Arnob. 2. 28.*; et *Apul. Florid. n. 18. a med.* Singulare est illud *Ammian. 21. 10. med.* Camporum planities ita resupina et panda, ut nullis habitetur obstaculis adusque Fretum et Propontidem. *h. e.* montibus. — Qui *Plauto* tribuunt *Pseud. 1. 5. 10.*, male tribuunt.

OBSTANS, antis. *V.* OBSTO.

OBSTANTĬA, æ, f. 1. *resistenza, ostacolo*, obstaculum, impedimentum. *Vitruv. 6. 1. a med.* Propter obstantiam aeris. *et 8. 1. sub fin.* Obstantia umbrarum.

OBSTERNO, sternis, strāvi, strātum, sternere, a. 3. ante sterno, substerno. *Apul. de Mag.* Uxorem fratris misero puero objicit et obsternit. Addunt quidam *Ennii* fragmentum ex quodam Glossario, referente *Merula* ad *fragm. Enn. p. 551.* Fulviu' Nobilis obstravit certamine crebro. *Sed al. leg.* Fulviu' Nobilior stravit etc. Cl. *Vahlen.* hunc versum *Ennio* abjudicavit, *Ennian. poes. reliqq. p. 184.-185.*

OBSTĔTRĪCĬA, ōrum, n. plur. *V.* voc. seq. in fin.

OBSTĔTRĪCĬUS, a, um, adject. ad obstetricem pertinens.

I.) Proprie. *Arnob. 3. 10.* Manus obstetricias quærere.

II.) Translate. *Fronto de oration.* (edente iterum *A. Maio*) *p. 246.* Sensum dictu periculosum, et pæne opstetricium, pulcherrimo cultu et honestissimo ornatu protulisti. *h. e.* tua dexteritate mollitum, et quasi obstetricia manu in lucem editum. — Hinc

Obstetricia, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt obstetricum officia. *Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (140).* Jove Liberum parturiente et muliebriter ingemiscente inter obstetricia dearum.

OBSTĔTRĬCO, as, are, n. 1. Part. *Obstetricans.* — Obstetricare est obstetricis officio erga aliquam fungi. *Tertull. 2. ad Nation. 12. ante med.* Hunc (*Saturnum*) vobis patriarcham deorum Cælum et Terra, poetis obstetricantibus, procreaverunt. Hinc *Vulgat.* interpres *Exod. 1. 16.* Quando obstetricabitis Hebræas mulieres, etc. *et ibid. 19.* Ipsæ enim obstetricandi habent scientiam.

OBSTĔTRIX, īcis, f. 3. (ob *pro* ad *vel* circum, *et* sto *vel* sisto). In duobus lapidibus apud *Gruter. 636. 5. et 6.*, in alio in *Effemer. Rom. T. 11. p. 303. et* apud *Fronton. loc. cit.* in § 1. scriptum est *opstetrix*, ex facili nempe permutatione litterarum *b* et *p*. *V.* et OBSTETRICIUS II. et OBTINEO sub init. — Obstetrix est femina quæ parturientibus adsidet, μαῖα (It. *ostetrice, mammana, levatrice*; Fr. *sage-femme, accoucheuse*; Hisp. *partera, comadre*; Germ. *die Hebamme*; Angl. *a midwife, woman who assists in childbirth*). *Ter. Adelph. 3. 1. 5.* Mittere ad obstetricem. *et 3. 2. 56.* Obstetricem arcessere. *Plaut. Cist. 1. 2. 22.* peperit Sine obstetricis opera, et sine doloribus. *Id. Capt. 3. 4. 96.* an tu fuisti meæ matri obstetrix? *Horat. Epod. 17. 51.* et tuo Cruore rubros obstetrix pannos lavit. *Plin. 28. Hist. nat. 6. 18. (67).* Obstetricum nobilitas. *Fronto ad Verum Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep. 1. a med.* Regum pueris in utero matris summa jam potestas destinata est; opstetricis manu imperium adipiscuntur.

OBSTĪNĀTĒ, adverb. (obstino). Comp. *Obstinatius* et Sup. *Obstinatissime.* — Obstinate est obstinato animo, pertinaciter, perseveranter, *ostinatamente, pertinacemente*, ἀνενδότως. — *a*) In malam partem. *Plaut. Asin. 1. 1. 10.* Ita me obstinate aggressus, ut non audeam Profecto etc. *Ter. Andr. 1. 5. 8.* Ita ne obstinate operam dat, ut me a Glycerio miserum abstrahat? *Cæs. 5. B. G. 6.* Postquam id obstinate sibi negari vidit. *Liv. 28. 14.* Obstinate credere. *Plin. 1. Ep. 12. a med.* indurare. *Sueton. Cæs. 29.* Obstinatius omnia agere. *Id. Tib. 67.* Obstinatissime recusare. — *b*) In bonam partem, *costantemente*, firmiter, constanter. *Id. Tit. 8.* In ceteris desideriis omnium hominum obstinatissime tenuit, ne quem sine spe dimitteret.

OBSTĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. (obstino) perseverantia, pertinacia, ἐπιμονή (It. *ostinazione, fermezza*; Fr. *obstination, persévérance, fermeté, constance*; Hisp. *obstinacion, tenacidad, firmeza*; Germ. *die Hartnäckigkeit, Beharrlichkeit, Starrsinn, das beharrliche Festhalten*; Angl. *obstinacy, pertinacity, firmness*). Occurrit — *a*) In malam partem. — In singul. num. *Cic. Prov. cons. 17.* 41. Quæ ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiavi: quam sapienter, non disputo; multis enim non probabo; constanter quidem et fortiter certe. *August. Mon. Ancyr. tab. 1.* Respublica obstinatione factionis oppressa. *Nepos Att. sub fin.* Preces ejus taciturna sua obstinatione compressit. *Plin. 10. Ep. 97.* Pervicacia et inflexibilis obstinatio debet puniri. — In plur. num. habet *Tertull. 1. ad Nation. 17.* — *b*) In bonam partem firmitas, constantia. *Seneca Ep. 94.* In dolore pro remedio futura est obstinatio animi. *Tac. 3. Hist. 39.* Blæso super claritatem natalium, et elegantiam morum, fidei obstinatio fuit.

OBSTĬNĀTUS, a, um. *V.* OBSTINO in fin.

OBSTĪNET dicebant antiqui, quod nunc est *ostendit*, ut in veteribus carminibus: «Sed jam de cælo candens (*Müll.* se cælo cedens) aurora obstinet suum patrem». Hæc *Festus p. 197. 6. Müll.*

OBSTĬNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Obstinatus* in fin. — Ratione habita etymi, *Forcellinus* deducit ab *ob* et obsoleto *stino*, quod a στένω seu στερῶ *arcto, angusto*, unde etiam *destino* et *præstino*; *Festus p. 193. 8. Müll.* ab *obs* et *teneo* ducere videtur; sunt etiam qui ab *obsto* derivatum volunt. — Ceterum *obstinare* est obfirmato et perseveranti animo quippiam expetere, obfirmare animum in aliqua re (It. *volere ad ogni patto, ostinarsi in qualche cosa, intestarsi*; Fr. *vouloir fortement, s'opiniâtrer*; Hisp. *querer con firmeza, porfiar, obstinarse*; Germ. *mit Ausdauer, Beharrlichkeit betreiben, vornehmen, auf etwas bestehen*; Angl. *to resolve firmly, persist in one's purpose, determine*). Occurrit — *a*) Cum Accusativo. *Plaut. Aulul. 2. 2. in fin.* Credo illum jam inaudisse, mihi esse thesaurum domi: Id inhiat, ea affinitatem hanc obstinavit gratia. — *b*) Absolute, sequente Infinito. *Liv. 23. 29.* Obstinaverant animis aut vincere, aut mori. — *c*) Passive. *Pacuvius* apud *Festum loc. cit.* Obstinari exorsus. — Hinc Part. præter. pass.

Obstinatus, a, um, adjective occurrit, unde Comp. *Obstinatior* et Sup. *Obstinatissimus*; et est constans, pertinax, immotus, obfirmatus, perseverans, ut tenere possit, ut ait *Festus loc. cit.*, ἀνένδοτος, *ostinato, pertinace, immoto, risoluto.* Usurpatur — *a*) Absolute. — De animo et animi qualitate. *Accius* apud *Festum loc. cit.*; *Sall. Cat. 37.*; et *Liv. 3. 47.* Obstinato animo aliquid facere. *Cic. 1. Att. 11.* Incredibile est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinatior, et in hac iracundia obfirmatior. *Catull. 8. 11.* Sed obstinata mente perfer, obdura. *Seneca Hippol. 854.* Obstinatum necis consilium. *Liv. 1. 58.* Vincere obstinatam pudicitiam. *Tac. 5. Hist. 5.* Obstinata fides. *Seneca Ep. 71. ante med.* Popularium pro rege suo virtus obstinatissima. *Horat. 3. Od. 11. 7.* Dic modos, Lyde, quibus obstinatas Applicet aures. — De hominibus. *Liv. 2. 10.* Quæ quum in objecto cuncta scuto hæsissent, neque ille (*Cocles*) minus obstinatus ingenti pontem obtineret gradu, etc. *Justin. 14. 6. 9.* Sed Olympias ubi obstinatos (*Macedones*) venire ad se armatos vidit, etc. *Ammian. 17. 14.* Rex obstinatissimus.

— *b*) Sequente Infinito. *Liv.* 9. 25. Obstinati portas claudere, si exercitus admoveatur. *risoluti.* et 42. 65. Jam obstinatis mori spes affulsit. — *c*) Cum præpos. *ad* et Gerund. *Liv.* 6. 3. *ad fin.* Quibus animi in spe ultima obstinati ad decertandum fuerant. *Curt.* 4. 6. *ad fin.* Videtisne obstinatum ad tacendum? *Sueton. Cæs.* 15. Quos-frequentes obstinatosque ad resistendum concurrisse cernebat. — Cum Substantivo nom. *Liv.* 5. 41. Turba seniorum, domos regressa, adventum hostium obstinato ad mortem animo exspectabat. — *d*) Cum præpos. *adversus. Liv.* 2. 40. Multo obstinatior adversus lactimas muliebres erat. *Id.* 3. 47. Adversus quæ omnia obstinato animo Appius in tribunal escendit. — *e*) Cum præpos. *contra. Quintil.* 12. 1. 10. Obstinatus contra veritatem. — *f*) Cum præpos. *erga. Ammian.* 15. 3. Gesta retulerunt ad Principem, erga hæc et similia palam obstinatum et gravem. — *g*) Cum præpos. *in. Ammian.* 17. 11. Obstinatæ in perniciem Romæ urbes. — *h*) *Obstinatum est mihi*, statutum, deliberatum, certum est. *Liv.* 2. 15. *ad fin.* Quando id certum atque obstinatum est, etc. *Plin. Paneg.* 5. Obstinatum tibi non suscipere imperium, nisi etc.

OBSTĬPĒO, es, ŭi, ere, n. 3. obstupesco; quasi stipes fio. *Tertull. carm. de Judicio Dom.* 360. Obstipuere quidem plures, patuisse sepulcra, etc. *Id. carm. ad senat.* 3. Obstipui monitus. Alii rectius leg. *obstupuere*, et *obstupui.* Tribuunt et *Plauto Pœn.* 1. 2. 49. quid, malum, Adstans obstipuisti? *Al. leg.* obstupuisti. *Pier.* tamen ad 5. *Æn.* 404. et 2. *ibid.* 774. et alibi testatur, se in optim. MSS. tum, *Virgil.* tum *Horat.* et *Terent.* vidisse *stipeo* et *obstipeo* pro *stupeo* et *obstupeo. V.* OBSTUPESCO init.

OBSTĬPO, as, are, a. 1. *Plaut. Merc.* 4. 5. 16. in veterib. editionib., teste *Taubman. p.* 1272. Gradus grandit, emittit oculos, circumfert sese, obstipat verticem, *h. e.* caput quodammodo stipat et abscondit: obstipo capite incedit. At plerique alii hæc spuria esse existimant. Sunt qui addunt alium ejusdem locum *Cist.* 2. 3. 37., sed ibi *obsipat* legendum. — Quidquid sit de *Plauti* loco, *obstipare* est inculcare, calcando et densando vehementer injicere apud *Marcell. Empir. c.* 1. *p.* 89. ed. *Ald.* Ex quacumque causa gravedinem capitis exortam sine dolore discutit, si quis impetigines in asini cruribus naturaliter natas detrahat, easque in scobem delimatas, immixto aceto, naribus penitus obstipet.

OBSTĬPUS, a, um, adject. (ob *et* stipes) obliquus, inclinatus, incurvatus, cui *rectus* opponitur (It. *torto, obbliquo, piegato*; Fr. *penché, incliné*; Hisp. *inclinado*; Germ. *steif nach einer Seite geneigt*, Angl. *crooked, ben to one side, oblique*). Occurrit — *a*) Generatim. *Ennius* apud *Festum p.* 193. 26. *Müll.* Montibus obstipis obstantibus unde oritur nox. *et ibid.* Amplius exaugere obstipo lumine solis. *Cæcilius* apud *eumd. ibid.* Resupina obstipa capitulo sibi ventum fecere tunicula. *Festus* ubique habet *obstitus*, quemadmodum apud *Lucret.*, quem addit, 4. 513., ubi tamen ita legit *Lachmann.* Denique ut in fabrica, si pravast regula prima, Normaque si fallax rectis regionibus exit, Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum, Omnia mendose fieri atque obstipa necesse est Prava cubantia prona supina atque absona tecta, etc.

OBSTĬPUSCŬLUS, a, um, adject. deminut. obstipi. *Gloss. Placid.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 491. Obstipusculus, inclinato capite, ut solent adseverantes.

OBSTITUS, a, um. *V.* OBSISTO et OBSTIPUS.

OBSTO, stas, stĭti, stātum, stare, n. 1. (ob *et* sto). Præteritum commune cum *obsisto* habet. — Part. *Obstans* 2. *b.* et in fin.; *Obstaturus* 2. *a.* — Obstare ¶ 1. Stricto sensu est ex adverso stare (It. *stare di fronte, stare in faccia, impedire il passaggio*; Fr. *être ou se tenir devant, en face, barrer le passage*; Hisp. *estar delante, barrear los pasos*; Germ. *an-, gegen etwas stehen*; Angl. *to stand in the way, oppose*). *Obstare ab aliquo loco* apud *Stat.* 4. *Theb.* 16. pueri, innuptæque, patresque Funduntur mixti, summisque a postibus obstant. *Id.* 1. *Silv.* 2. 23. et dominæ niveis a vultibus obstas. Cf. *Lucan.* 1. 59. pars ætheris illa sereni Tota vacet, nullæque obstent a Cæsare nubes. et *Fronto Laud. fum.* (edente iterum *A. Maio*). Poetæ ferunt, Jovi Junonique cubantibus nubem ab arbitris obstitisse. V. *Homer. Iliad. l.* 14. *v.* 350. — *Obstare obviam*, apud *Plaut. Stich.* 2. 1. 14. Si rex obstabit obviam, regem ipsum prius pervortito. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate ut aliis placet, est contra stare, obsistere, impedire, officere, adversari, impedimento esse, quominus quippiam alteri succedat, ἀνθίστασθαι, *ostare, opponi, impedire*; et occurrit — *a*) Cum Dativo. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 6. Eos metuo, mihi ne obsint, neve obstent uspiam. *Cic. Rosc. Am.* 38. 112. Cur mihi te offers, ac meis commodis officis et obstas? *et ibid.* 2. 6. Quoniam ei pecuniæ vita Sex. Roscii obstare et officere videtur. *Id. Mil.* 35. 96. Sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare. *Nepos Con.* 2. Hic multum summum ducem impedivit, sæpeque ejus consiliis obstitit. *Virg.* 11. *Æn.* 434. tantumque bonis communibus obsto. *Val. Flacc.* 1. 517. Quid regio immanis, quid barbarus amnibus illis Phasis, et aversis proles mea gentibus obstat? *Stat.* 7. *Theb.* 247. spesne, obstatura Pelasgis Hæc vexilla, pater? (Part. *Obstaturus* legitur etiam apud *Quintil.* 2. 11. 1.; et *Frontin. Aquæd.* 123.). *Ovid. Heroid.* 18. 174. nobis tam brevis obstat aqua. *et* 15. *ibid.* 195. dolor artibus obstat. *h. e.* impedit ingenium et industriam. *Id.* 3. *Fast.* 435. Ne tamen ignaro novitas tibi nominis obstet, Dicse, quis iste deus, etc. *Sall. Cat.* 56. *a med.* Videlicet vita cetera eorum huic sceleri obstat. *h. e.* adeo sancte acta est, ut ab hoc scelere eos defendat et purget. — *b*) Absolute. *Ennius* apud *Non. p.* 147. 9. *Merc.* Restitant, occurrunt, obstant, obstringillant, obigitant. *Plaut. Trin.* 1. 1. 15. Quæ in rebus multis obstant odiosæque sunt. *Lucret.* 2. 793. contra pugnare et obstare. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*). 7. 19. Maxima est in sensibus veritas, si omnia removentur, quæ obstant et impediunt. *Sall. Cat.* 58. Exercitus hostium duo obstant. *Liv.* 40. 25. Conferti in portis, obstando magis, quam pugnando castra tutabantur. *Sueton. Tib.* 10. Quidam existimant, adultis jam Augusti liberis, sponte cessisse, ne aut obstare, aut obtrectare præsens videretur. — Sic Part. præs. *Obstans* apud *Horat.* 1. *Ep.* 14. 9. obstantia claustra. *Ovid.* 1. *Amor.* 11. 8. Moras obstantes pellere. — *c*) Sequente *quin. Sall.* in *epist. Mithrid. ad Arsac. ad fin.* Quibus non humana ulla, neque divina obstant, quin etc. — *d*) Sequente *quominus. Cic.* 1. *Nat. D.* 34. 95. Quid obstat, quominus sit beatus? *Plin. Paneg.* 91. Obstat verecundia, quominus percenseamus, quo etc. — *e*) Sequente *ne. Cic.* 7. *Verr.* 2. 5. Obstitisti videlicet, ne ex Italia transire in Siciliam fugitivorum copiæ possent. Adde *Nepot. Miltiad.* 3. — *f*) Sequente *cur. Ter. Andr.* 1. 1. 76. Quid obstat, cur non veræ nuptiæ fiant? — *g*) Passive impersonaliter. *Cic.* 13. *Phil.* 6. 14. Nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur. *Ovid.* 11. *Met.* 787. Indignatur amans, invitum vivere cogi, Obstarique animæ misera de sede volenti Exire. — Hinc Part. præs.

Obstantia, n. plur. substantivorum more, apud *Tac.* 1. *Ann.* 50. Cæcinna præire et obstantia silvarum amoliri jubetur.

OBSTRĀGŬLUM, i, n. 2. (obsterno) *tomajo*, ἐπίβλημα, obstragula in calceamentis sunt corrigiæ, quæ decussatæ supra pedem, atque inter digitos ductæ soleam continebant; quod in caligis veterum videre est. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 56. (114). Quin et pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis succulis (*margaritas*) addunt. Hucusque *Forcellinus.* At cl. *Furlanetto* in I.ª *Append.* recte ait hoc vocabulo significari lorum seu corrigia, *correggia* Italorum, quo crepidæ vel calcei pedibus obstringuntur; ac præterea, quoniam *Salmasius* in *Solin.* putat *obstrigillis* scribendum esse pro *obstragulis*, ad ejusdem conjecturam propendet, quum notum sit, crepidas stragulo seu operimento, quod nos *tomajo* dicimus, caruisse, et quibusdam tantum vinculis seu corrigiis per infimum crus circumductis aptari solitas fuisse pedibus: hujusmodi porro interpretatio confirmatur etiam ex his verbis *Æliani Var. Hist.* 9. 11., ubi hæc habentur: Χρυσοῖς ἀνασπάστοις ἐπεσφιγγετοὺς ἀναγωγέας τῶν βλαυτῶν. *h. e.* aureis corrigiis constringebat ansulas crepidarum. *V.* OBSTRIGILLUS.

OBSTRANGŬLĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *obstrangulo*, strangulatus. Translate *Prudent.* 7. *Cathemer.* 10. Obstrangulata mens.

OBSTRĔPĔRUS, a, um, adject. obstrepens. *Apul. Florid. n.* 13. Occinunt carmine cicadæ obstrepero.

OBSTRĔPĪTĀCŬLUM, i, n. 2. oblocutio, strepitus oppositio. *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 20. Defensio necessaria adversus obstrepitacula diversæ partis.

OBSTRĔPĪTO, as, are, n. 1. frequentat. ab *obstrepo*, sæpe strepo. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 355. Obstrepitant lamenta choris.

OBSTRĔPO, pis, pŭi pitum, pere, n. 3. (ob *et* strepo). Part. *Obstrepens* I. — Obstrepere est circum vel contra strepere, obloqui, παρενοχλέω (It. *fare strepito intorno o contra qualcuno, romoreggiare*; Fr. *faire du bruit devant ou auprès, retentir*; Hisp. *hacer sonido al rededor, ó cerca, ó contra*; Germ. *bei oder gegen etwas rauschen, hören, ertönen lassen*; Angl. *to make a noise at, against, or before, harass with clamour, be obstreperous*).

I.) Proprie occurrit — *a*) Absolute. *Liv.* 21. 56. *ad fin.* Nihil sensere Pœni, obstrepente pluvia. *Horat. Epod.* 2. 27. Fontesque lymphis obstrepunt manantibus: Somnos quod invitet leves. *Propert.* 4. 4. 3. Lucus erat felix hederoso consitus antro: Multaque nativis obstrepit arbor aquis. *Sueton. Aug.* 94. *med.* Obstrepentes forte ranas silere jussit. *Seneca Œdip.* 454. Garrula per ramos avis obstrepit. *Ovid.* 4. *Met.* 391. Tympana quum subito non apparentia raucis Obstrepuere sonis. *Stat.* 11. *Theb.* 247. pulsis exercitus obstrepit armis. — De iis, qui queruntur, et lugent. *Seneca Herc. Œt.* 759. fata ne, mater, tua Privata credas, jam genus totum obstrepit. Hunc, ejulatu quem gemis, cuncti gemunt. — *b*) Cum Dativo. *Horat.* 2. *Od.* 18. 20. Mare Bajis obstrepens. *Liv.* 22. 50. Per hos, qui inordinati atque incomposiți obstrepunt portis, erumpamus. — *c*) Passive. *Ovid.* 6. *Fast.* 9. secretus ab omni Voce locus, si non obstreperetur aquis.

II.) Translate. ¶ 1. Est loquentem aliquem obturbare, interrumpere strependo, strependo impedire, quominus loquens audiatur vel orationem prosequatur, *interrompere, frastornare, soverchiare strepitando, schiamazzando*: ad rem *Quintil.* 6. 4. 11. Obstrepere ingenti clamore et medios sermones intercipere. — *a*) Cum Dativo. *Liv.* 1. 40. *ad fin.* Primo uterque vociferari et certatim alter alteri obstrepere. *Cic.* 3. *Orat.* 13. 50. Tanta insolentia est ac turba verborum, ut quodammodo ipsi sibi obstrepere videantur. *Ovid.* 11. *Met.* 17. Bacchei ululatus Obstrepuere sono citharæ. — Et passive impersonaliter. *Liv.* 3. 49. In contionem Appius adscendit. Sequuntur Horatius Valeriusque. Eos contio audit: decemviro obstrepitur. — *b*) Absolute. *Sall. Cat.* 31. *Kritz.* Ad hæc maledicta alia quum (*Catilina*) adderet, obstrepere omnes, hostem atque parricidam vocare. *Tibull.* 2. 1. 84. palam pecori, clam sibi quisque (*deum Amorem*) vocet: Aut etiam sibi quisque palam, nam turba jocosa Obstrepit et Phrygio tibia curva sono. *Quintil.* 12. 6. 5. Adversarius obstrepit. — Similiter de abstractis. *Curt.* 4. 9. *ad fin.* Rex monere, ut satis haberent arma retinere (*milites per Tigrim vadentes*), cetera se redditurum. Sed neque consilium, neque imperium accipi poterat. Obstrepebat hinc metus; præter hunc, invicem natantium mutuus clamor. *Id.* 8. 1. *ad fin.* Tum vero Ptolemæus et Perdiccas genibus advoluti orant, ne *etc.* Sed clausæ erant aures obstrepente ira. *Id.* 6. 10. *circa med.* Scelerati conscientia obstrepente dormire non possunt. — Sic de sono. *Id.* 6. 9. *sub init.* Fremitus undique indignantium querentiumque tota contione obstrepebat. *h. e.* vehementer strepebat, circumsonabat. *Seneca Ep.* 29. *in fin.* Si te videro celebrem secundis vocibus vulgi: si, intrante te, clamor, plausus, et pantomimica ornamenta obstrepuerint, etc. *risuoneranno.* — *c*) Passive. *Cic. Marcell.* 3. 9. Tamen ejusmodi res, etiam quum leguntur, obstrepi cla-

more militum videntur, et tubarum sono. *Val. Max.* 8. 15. *n.* 8. Quæ in Cn. Pompejum et ampla et nova congesta sunt, hinc assensione favoris, illinc fremitu invidiæ litterarum monumentis obstrepuntur. — *d*) Impersonaliter. *Plin.* 9. *Ep.* 13. *ad fin.* Incipit respondere Vejento: nemo patitur, obturbatur, obstrepitur. ¶ 2. Item est incommodo esse, obtrectare, detrahere, adversari. *Cic.* 5. *Fam.* 4. Sermones eorum, qui hac iter faciebant, animum tuum immutatum significabant: quæ res fecit, ut tibi litteris obstrepere non auderem. *h. e.* incommodo tibi esse. *Seneca Herc. Fur.* 1031. Remove parentem, ne tuæ laudi obstrepat. *Flor.* 4. 2. Cato adversus potentes semper obliquus, detrectare Pompejum, actisque ejus obstrepere. *Id.* 2. 19. Ne scelera virtutibus obstrepant, separatim proferentur. *Gell.* 6. 2. Huic definitioni ita obstrepunt. — Per catachresin dicitur de lumine. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 55. (148). *de pupilla oculi.* Aliis nigri, aliis ravi, aliis glauci coloris orbibus circumdatis, ut habili mixtura et accipiatur circumjecto candore lux, et temperato repercussu non obstrepat. *h. e.* non præstringat et visu impediat.

OBSTRICTĒ, adverb. arcte, obstringendo Occurrit tantum Comp. *Obstrictius* apud *Augustin.* 2. *Civ. D.* 24. Ut per hæc ipsis etiam dæmonibus multo obstrictius subderetur. Adde *eumd. ibid.* 28.

OBSTRICTUS, a, um. *V.* OBSTRINGO.

OBSTRICTUS, us, m. 4. *Seneca* 5. *Quæst. nat.* 14. *ad fin.* Per hæc loca quum se, exitum quærens, spiritus torsit, accendat flammam ipso obstrictu, necesse est. *h. e.* ipsis locorum angustiis, quibus veluti obstringitur. Al. rectius leg. *affrictu*, quam vorem vide.

OBSTRIGILLĀTOR *vel* obstringillator, ōris, m. 3. obstans, morator, reprehensor. *Varro* apud *Non. p.* 492. 18. *Merc.* Æmulus illius artis, et obstrigillator.

OBSTRIGILLO *vel* obstringillo, as, āvi, ātum, are, a. 1. Apud *Non.* semper est *obstringillo*, probante cl. *Vahlen., Ennian. poes. reliqq. p.* 155. — Ratione habita etymi, dicunt esse a *strigillo*, quod in *Gloss. Philox.* exponitur ξύω *rado*: aut a *strigo*, quiesco, sto: unde *obstrigillo*, obsto: aut demum ab *obstringo*, quod mihi rectius videtur. — Obstrigillare est obstare, obsistere, officere, *ostare, opporsi, impedire*; ita enim *Non. p.* 147. 9. *Merc.* Obstrigillare obstare. *Gloss. Philox.* Ἀντικοπῶ, obstrigillo, obtrecto, officio. *Ennius* apud *Non. loc. cit.* Restitant, occurrunt, obstant, obstrigillant, obigitant. *Varro* 1. *R. R.* 2. 24. Tu invides tanto scriptori, et obstrigillandi causa figlinas reprehendis. *Id.* apud *Non. loc. cit.* Lex neque innocenti propter simultatem obstrigillat, neque nocenti propter amicitiam ignoscit. *et ibid.* Ut illi renunciaretur se obstrigillaturum, ne triumphus decerneretur. *Seneca Ep.* 95. *de facie viri boni.* Nemo non amore ejus arderet, si nobis illam videre contingeret. Nunc enim multa obstrigillant, et aciem nostram aut splendore nimio reperculiunt, aut obscure retinent. *Alii leg.* obsigillant.

OBSTRĪGILLUS, i, m. 2. Obstrigilli, inquit *Isid.* 19. *Orig.* 34., sunt calcei, qui per plantas consuti sunt, et ex superiori parte corrigia trahitur, ut constringantur; unde et nominantur. Ita etiam *Salmas.* in *Solin.* per conjecturam legit in *Plinii* verbis, quæ in voce OBSTRAGULUM attulimus, eique et *Grævius* assentitur. Verum priorem eam lectionem tuentur *Harduinus* et *Sillig.* editis libris omnibus, et pluribus etiam MSS.

OBSTRINGO, stringis, strinxi, strictum, stringere, a. 3. (ob *et* stringo). Part. *Obstrictus* in omnibus paragr. et in fin. — Obstringere est obligare, circum vel supra ligare, constringere, circum stringere, devincire, καταδέω (It. *legare, stringere all'intorno o sopra*; Fr. *lier, attacher sur, à, autour*; Hisp. *liar, atar, enlazar al rededor, cerca, sobre*; Germ. *an-, oder vorbinden, binden, befestigen, festbinden*; Angl. *to bind fast, tie hard*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est aliquid alicui rei obligare, *attaccare, fermare. Plaut. Aulul.* 2. 4. 23. Follem obstringit ob gulam, ne quid animæ amittat. *Val. Flacc.* 7. 602. tauros obstringere aratro. ¶ 2. Latiori sensu est aliquid aliqua re circumligare, constringere, vincire. *Plaut. Aul.* 1. 1. *in fin.* Meum laqueo collum quando obstrinxero. *Colum.* 4. *R. R.* 29. 10. Vinculi genus ad insitionem non unum est: alii viminibus obstringunt etc. — Similiter absolute *Plaut. Amph.* 3. 2. *extr.* Amphitruonem collo hic obstricto traham. *Horat.* 1. *Od.* 3. 4. Obstrictis aliis præter Iapyga. *h. e.* constrictis et coercitis aliis ventis. *Ammian.* 30. 6. Tamquam ictus e cælo, vitalique via voceque simul obstricta. — Et figurate *Flor.* 4. 11. Purpurea vestis ingentibus obstricta gemmis. *affibbiata.*

II.) Translate est devincire, obligare, constrictum tenere, *obbligare, legare moralmente, far suo.* — *a*) In bonam partem. — De hominibus. *Cic. Planc.* 30. 72. Maximis beneficii vinculis obstrictus. *Id. Cluent.* 66. 190. Dotis muliebribus, spe hereditatis aliquem obstringere. *Id. Cæl.* 32. 80. Quem si vobis, si suis conservatis, addictum, deditum, obstrictum vobis ac liberis vestris habebitis. *Cæs.* 1. *B. G.* 9. Quamplurimas civitates suo sibi beneficio habere obstrictas volebat. Rursus *Cic.* 3. *Fam.* 18. *extr.* Te ita existimare volo, quibuscumque officiis Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore. *Inscript.* apud *Gruter.* 408. 1. VT QVAMVIS ADMODVM ADVLESCENS, SENILIBVS TAMEN AC PERFECTIS OPERIBVS AC FACTIS PATRIAM SVAM NOSQVE INSVPER SIBI VNIVERSOS OBSTRINXERIT. — *Cic.* 2. *Phil.* 33. 83. et 2. *Orat.* 66. 268. Obstrinxisti populum Romanum religione. Sic *Id.* 12. *Att.* 43. Obstrictus religione. *et Tac.* 12. *Ann.* 34. Religione obstringitur miles, non telis, non vulneribus cessurum. *h. e.* jurejurando pollicetur, *con giuramento s'impegna. Cæs.* 1. *B. G.* 31. Obstringere civitatem jurejurando. Sic *Justin.* 14. 4. 3. Obstrictus jurejurando. *Cic.* 2. *Invent.* 45. 132. legibus. *Cæs.* 1. *B. C.* 17. fide. *impegnato. Cic. Pis.* 13. 29. fœdere. Sic *Tac.* 1. *Hist.* 54. Obstringuntur inter se tacito fœdere legiones. *si collegano. Id.* 15. *Ann.* 53. Matrimonio obstringere se alicui. *legarsi in matrimonio. Cic.* 6. *Att.* 1. *ante med.* Sex libris, tamquam prædibus, me ipsum obstrinxi. *Id.* 11. *Fam.* 10. *ad fin.* Obstringere aliquem ære alieno. *Seneca* 6. *Benef.* 11. aliquem debito. *renderlo debitore. Suetan. Cæs.* 27. Obstrictus fenore. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 203. nec limina virgo Linquere, nec virides audebat visere saltus, Præceptis obstricta tuis. *Cic. Cæl.* 19. 47. Obstrictum voluptatibus teneri. *Tac.* 14. *Ann.* 48. Nulla necessitate obstrictus. *costretto, astretto.* — Huc referri potest et illud *Senec. Agam.* 276. Obstrictus conjugi animus. *soggetto,* addictus. — De abstractis. *Plin.* 4. *Ep.* 13. *sub fin.*; et *Plin. alter* 7. *Hist. nat.* 1. 1. (8). Obstringere alteri fidem suam. *impegnare. et Justin.* 2. 15. 14. Proditionis præmium cum Xerse, nuptias filiæ ejus paciscitur, redditis captivis, ut fides regis aliquo beneficio obstringeretur. — *Clementiam suam obstringere crebris orationibus,* apud *Tac.* 13. *Ann.* 11. profiteri se clementia usurum. — *b*) In malam partem. — De hominibus. *Aliquo se crimine obstringere,* est *farsi reo,* alligare, adstringere se crimine. *Cic.* 11. *Phil.* 12. 29. Nefario patriæ se parricidio obstrinxit. Sic *Id. Sull.* 2. 6. Obstrictum esse patriæ parricidio. *Id.* 3. *Verr.* 3. 8.; et *Cæs.* 2. *B. C.* 32. Qui se tot sceleribus obstrinxerit. *Liv.* 26. 48. *ad fin.* Obstringere perjurio non se solum suumque caput, sed signa militaria et aquilas, sacramentique religionem parati. *Tac.* 4. *Ann.* 37. Principem societate scelerum obstringere. — Et cum Genitivo. *Sabinus JCtus* apud *Gell.* 11. 18. *in fin.* Qui alienum jacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur. — *b*) De abstractis. *Conscientia aliquem obstringere,* apud *Tac.* 4. *Hist.* 55. ad se trahere, conscium conjurationis faciendo. — Hinc Part. præter. pass., cujus plurima exempla retulimus,

Obstrictus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Obstrictior* apud *Paulin. carm.* 24. *Nat.* 9. *S. Fel.* 145. nemo obstrictior est me Debitor huic.

OBSTRUCTĬO, ōnis, f. 3. ἔμφραξις, actus obstruendi occludendique.

I.) Proprie. *Arnob.* 2. 28. Animæ sciunt, doctissimas se fuisse, et obstructione corporum amisisse quæ noverant?

II.) Translate. *Cic. Sext.* 9. 22. Etenim animus ejus vultu, flagitia parietibus tegebantur: sed hæc obstructio nec diuturna est, nec obducta ita, ut curiosis oculis perspici non possit. *questo chiudimento, o coprimento.*

OBSTRUCTUS, a, um. *V.* OBSTRUO.

OBSTRŪDO, dis, etc. *V.* OBTRŪDO.

OBSTRUDULENTUS, a, um. *V.* OBTRUDULENTUS.

OBSTRŪO, strŭis, struxi, structum, strŭere, a. 3. (ob *et* struo). *Opstruo* pro *obstruo. V.* dicta in ABSIS. — Part. *Obstruens* I. 1.; *Obstructus* I. 1. et II. 1. 2.; *Obstructurus* I. 2.; *Obstruendus* I. 2. — Obstruere est aliquid ex adverso struere, aliquid contra aliquem struere, atque adeo struendo et inædificando claudere, ἐμφράττω (It. *costruire, fabbricare di fronte, chiudere, turare con muro od altro*; Fr. *construire devant, murer, obstruer*; Hisp. *construir delante, murar*; Germ. *entegegenbauen, daher verbauen, verstopfen, verrammeln, versperren, unzugänglich machen*; Angl. *to block or shut up, stop up by building against, barricade*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Liv.* 38. 29. Interiorem semper juxta validum pro diruto obstruentes murum. *Id.* 5. 1. *in fin.* Frons castrorum in Etruriam spectans, auxiliis, si qua forte venirent, obstruebatur. *Ovid.* 3. *Met.* 570. quacumque trabes obstructaque saxa tenebant. *h. e.* struendo opposita. — *Cæs.* 1. *B. C.* 27. Ne milites oppidum irrumperent, portas obstruit, vicos plateasque inædificat. *et* 5. *B. G.* 49. Portæ obstructæ cæspite. Cf. *Sil. It.* 11. 197. hostis adire Si parat, obstructas replete cadavere portas. *Nepos Pausan.* 5. Hinc ne exire possit, statim ephori valvas ejus ædis obstruxerunt. *murarono. Sueton. Cæs.* 88. Curiam, in qua occisus est, obstrui placuit. *Varro* 1. *R. R.* 4. 5. Obstructæ fenestræ. *Inscript.* opt. notæ apud *Gruter.* 207. *col.* 2. OSTIVM ET FENESTRAS PARIETEM (*lege* pariete) OBSTRVITO. ¶ 2. Speciatim *obstruere luminibus vicini* est ædificando, et altius tollendo fabricam, luminibus vicinarum ædium officere, *torre il lume. Cic. Dom.* 44. 115. Primo, se luminibus ejus esse obstructurum, minabatur. — Hinc *jus luminum obstruendorum redimere* est soluta pecunia a vicino impetrare, ut ipse fenestram aliquam suæ domus, unde in proximam ædem prospectus est, obstrui sinat, licet legitimum inter ambas spatium (quod ex *Paul. Diac. p.* 5. 4. *Müll.* est duorum pedum et semis) intermissum sit. *Inscript.* apud *R. Guarinium Comment. in vet. monum.* 1. *p.* 64. DVVMVIRI IVRE DICVNDO EX D. D. IVS LVMINVM OBSTRVENDORVM HS. CIↃ CIↃ CIↃ REDEMERVNT PARIETEMQVE PRIVATVM COL. VEN. COR. VSQVE AD TEGVLAS FACIVNDVM COERARVNT.

II.) Translate est claudere, occludere, claudendo impedire, prohibere. ¶ 1. De rebus physicis. *Cic. Fat.* 5. 10. Stupidum esse Socratem dixit, quod jugula concava non haberet: obstructas eas partes et obturatas esse dicebat. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 14. 24. (114). Duo imbrices utrimque terra obstructi. *Cæs.* 3. *B. C.* 48. Omnia flumina et rivos, qui ad mare pertinebant, Cæsar aut averterat, aut magnis operibus obstruxerat. Cf. *Sil. It.* 13. 743. refluunt obstructi stragibus omnes. *Auct. B. Alex.* 19. Lapidibus aliquid opplere atque obstruere. *Ovid. Ib.* 617. Obstructoque famem patiaris limine tecti. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 28. (49). Aquarum venas obstruere. — *Obstruere aures* surdum facere. *Seneca* 3. *Benef.* 17. An tu infelicem vocas, qui caret acie oculorum, cujus aures morbus obstruxit? Cf. *Sil. It.* 12. 210. Vincebat clamore tubas, vocisque vigore Quamvis obstructas sævus penetrabat in aures. — Similiter *Cic. Brut.* 4. 16. Omnis aditus obstructus. Cf. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 7. 6. (16). Omnes frigoris, aut injuriæ aditus obstruere. *Cic. Senect.* 20. 75. Duo Scipiones, qui iter Pœnis vel corporibus suis obstruere voluerunt. *Justin.* 24. 7. 3. Interjecta nocte, vias, quæ tunc pateant, obstructum iri. ¶ 2. Intellectuali et morali ratione. — *a*) Metaphorâ ductâ a superiori paragr. I. 2. *Cic. Brut.* 17. 66. Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. *V.* LUMEN. — *b*) Metaphorâ ductâ a superiori paragr. II. 1. *Virg.* 4. *Æn.* 440. placidasque viri deus obstruit aures. Cf. *Sil. It.* 17. 83. Sic Latius permixta minis, at cassa movebat Ductor; nam surdas conjux obstruxerat

aures. *V.* loc. *Senecæ* et *Silii* supr. allatum sub II. 1.; et *Ammian.* 27. 11. *ad fin.* — *c*) Generatim. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (102). Traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul et famem sustinerent et sitim, ne sensus nimia dulcedine obstrueret. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 3. 7. Omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus. *Tac.* 3. *Hist.* 21. Is terror obstructas mentes consiliis ducis aperuit. *Cic. Sull.* 28. 79. Monite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum.

OBSTRŪSĬO, ōnis, f. 3. *ostruzione*, idem fere atque obstructio. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 37. *ante med.* Probandam asperginem, quæ suo frigore ac propria virtute vel obstrusione constringat, indicamus. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 316. *bis retro* ed. *Ald.* Ileon fieri humore generato dixit in ore coli, liquidorum humorum obstrusione. *et infra.* In obstrusione venæ, quæ ex corde sumit initium.

OBSTRŪSUS, a, um. *V.* OBSTRUDO.

OBSTŬPĔFĂCĬO, fācis, fēci, factum, fācere, a. 3. et pass. Obstŭpĕfĭo, fis, factus sum, fieri, (obstupescere *et* facio), *V.* infra sub I. et II. Part. *Obstupefactus*, quod per tmesin dividitur apud *Commodian.* 25. 13. Obstupe jam factus. *V.* similem tmesin in CEREBRUM, CONSUEFACIO et EXCANDEFACIO. — Obstupefacere est stupidum reddere, ἐκπλήττω (It. *stupefare, rendere stupido*; Fr. *étourdir, frapper de stupeur, rendre stupéfait*; Hisp. *aturdir, hacer espantado, asombrado*; Germ. *stutzig machen, in Erstaunen setzen, betäuben, sinnlos, gefühllos machen*; Angl. *to astonish, amaze, confound, stupify*).

I.) Proprie. — *a*) Activâ formâ. *Ter. Phorm.* 2. 1. 54. cum timidum obstupefecit pudor. *Liv.* 2. 10. Ipso miraculo audaciæ obstupefecit hostes. *Id.* 25. 38. Nisi metus mœrorem obstupefaceret. *Tac.* 4. *Hist.* 72. Nec perinde periculum aut metus, quam pudor ac dedecus obstupefecerant. — *b*) Part. *Obstupefactus* apud *Cic.* 2. *Cat.* 7. 14. Obstupefactus ac perterritus. *Id. Dejot.* 12. 34. Obstupefactis hominibus. *Liv.* 5. 39. *init.* Gallos quoque velut obstupefactos miraculum victoriæ tam repentinæ tenuit. *Tac. Agric.* 18. Obstupefacti hostes. *Val. Max.* 3. 8. *n.* 6. *extern.* Ex nimio haustu rigoris obstupefactis nervis, ac torpore hebetatis artubus. *Trebell. Gallien.* 9. Nec tamen Gallienus ad talia movebatur, obstupefacto voluptatibus corde. — *c*) Passive. *Dictys* 4. *B. Trojan.* 21. Ænonen, viso cadavere Alexandri, adeo commotam, uti amissa mente obstupefieret.

II.) Translate. *Capell.* 1. *p.* 19. Sol rosulenti splendoris gratia totam aulæ ipsius curiam, obstupefactis cæteris ornatibus, luminavit. *h. e.* obscuris factis.

OBSTŬPĔFACTUS, a, um, *et*

OBSTŬPĔFĬO, fis, etc. *V.* voc. præced.

OBSTŬPENDUS, a, um, particip. ab *obstupeo*, qui admirationi est, *stupendo*. Hinc *Cassiod.* 6. *Variar.* 23. Inter cetera vetustatis inventa et ordinatarum rerum obstupenda præconia, hoc cunctis laudibus meretur efferri.

OBSTŬPESCO *vel* obstipesco, pescis, pŭi, pescere, n. inchoat. 3. (ob *et* stupesco). Lexicographi ponunt *Obstupeo, es*, unde est *obstupui*, sed ceteræ voces inde derivatæ adhuc carent exemplo: hinc *obstipesco* legendum est pro *obstipeo*, quod *V.* loco suo. — In plerisque MSS. et editionib. apud *Plaut. Pœn.* 1. 2. 49., *Ter. Andr.* 1. 5. 21. et *Adelph.* 4. 4. 3. legitur *obstipui*. *V.* OBSTIPEO. — Obstupescere est stupidum fieri, ἐκπλήττομαι (It. *divenire stupido, istupidire*; Fr. *s'étourdir, perdre le sentiment, devenir insensible*; Hisp. *aturdirse, entorpecerse*; Germ. *gefühllos, betäubt werden, erstarren*; Angl. *to be astonished or amazed, become senseless or dull*). ¶ 1. Generatim. *Varro* 3. *R. R.* 16. 35. Apes si multo sunt aspersæ, propter odorem avidius applicant se atque obstupescunt potantes. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 7. 11. (56). Obstupescit corpus, nec sentit cruciatum. *Scribon. Compos.* 11. Capitis dolorem tollit torpedo viva nigra, imposita eo loco qui in dolore est, donec desinat dolor et obstupescat ea pars. *Pelagon. Veterin.* 17. *a med.* Si frigore maxillæ obstupuerint, *h. e.* obriguerint, *istupidiscano pel freddo.* — *Ter. Andr.* 1. 5. 20. Id mihi visus' st dicere: Abi cito et suspende te. Obstupui: censen' me verbum potuisse ullum proloqui? *Id. Adelph.* 4. 4. 3. Membra metu debilia sunt, animus timore obstupuit. *Cic.* 2. *Divinat.* 23. 50. Ejus aspectu quum obstupuisset bubulcus. *Id.* 3. *Cat.* 5. 13. Argumenta atque indicia sceleris certiora color, oculi, vultus, taciturnitas. Sic enim obstupuerant, sic terram intuebantur, etc. *Virg.* 2. *Æn.* 774. Obstupui, steteruntque comæ, et vox faucibus hæsit. Adde *eumd. ibid.* 120. *Liv.* 34. 27. *ad fin.* Hoc terrore obstupuerant multitudinis animi ab omni conatu novorum consiliorum. *Id.* 39. 50. Obstupuerant ad magnitudinem pristinæ ejus fortunæ virtutisque. ¶ 2. Speciatim vel translate ut aliis placet, est vehementer admirari. — *a*) Absolute. *Cic.* 5. *Att.* 21. *ante med.* Ob hæc beneficia, quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi, nisi verborum, decerni sino. *Id. Marcell.* 9. 28. Obstupescent posteri, triumphos audientes et legentes tuos. — *b*) Cum Accusativo activorum more. *Cassiod.* 2. *Variar.* 39. Sed non his tantum beneficiis Antenorea terra fecunda est; infert et alia, quæ multo grandius obstupescas.

OBSTŬPĬDUS, a, um, adject. *stupido*, stupidus, aut valde stupidus. *Plaut. Mil. glor.* 4. 6. 39. quid adstitisti, obstupida? cur non pultas? *Gell.* 5. 1. *in fin.* Consiluisse universos, quasi attonitos et obstupidos. *Apul.* 1. *Met. sub fin.* Consternatus ac prorsus obstupidus.

OBSTŬPRĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *obstupro*: *stuprato*, stupro corruptus. *Lamprid. Commod.* 3. Appellatus a mimis, quasi obstupratus.

OBSUFFLO, as, are, a. 1. insuffio. *Quintil. declam. de tribuno Mariano*, 7. Enititur de propinquo tuo etiam confusionis nebulam obsufflare.

OBSUM, ŏbes, obfŭi *et* offui, ŏbesse, n. anom. (ob *et* sum). Antiqua futuri forma *obsecet* affertur a *Paul. Diac. p.* 188. 9. *Müll.* Obsecet oberit vel aderit. — Part. *Offuturus.* — *Obesse*, contrarium τῷ *prodesse*, est nocere, damnum afferre, quasi contra esse, obstare, βλάπτω (It. *nuocere, danneggiare, pregiudicare*; Fr. *être nuisible, causer du tort, porter préjudice*; Hisp. *estar dañoso, nucir, dañar, perjudicar*; Germ. *entgegen, kinderlich sein, schaden*; Angl. *to hinder, hurt, be prejudicial to*). Occurrit — *a*) Cum opposito *prodesse*. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 31. 66. Men obesse, illos prodesse; me obstare, illos obsequi! *Plaut. Capt.* 3. 5. 48. Nunc falsa prosunt, nec. at tibi oberunt. *Ter. Hecyr.* 3. 5. 13. id quod reliquit, profuit. ex. immo obfuit. *Cic.* 1. *Orat.* 26. 122. Fuit mirificus quidam in Crasso pudor, qui tamen non modo non obesset ejus orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. *Ovid.* 5. *Trist.* 1. 66. vel totos tolle libellos, Hoc, mihi quod prodest, si tibi, lector, obest. — *b*) Sine opposito. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 12. 26. Nolite, hospites, ad me adire! illico istic! Ne contagio mea bonis umbrave obsit. *Cic.* 4. *Herenn.* 23. 33. Subjicimus id, quod nobis adjumento futurum sit, aut offuturum illis e contrario. *Nepos Datam.* 7. *extr.* Non multum obesse multitudo hostium suæ paucitati posset. *Ovid.* 7. *Met.* 562. obsunt auctoribus artes. *et* 11. *ibid.* 320. an obest gloria multis? Obfuit huic certe, quæ etc. — *c*) Cum Infinito, quod substantivi nominis vicem gerit. *Ovid.* 4. *Fast.* 755. nec, dum degrandinat, obsit Agresti fano supposuisse pecus.

OBSŬO, sŭis, sŭi, sūtum, sŭere, a. 3. (ob *et* suo). Part. *Obsutus* 2. — Obsuere ¶ 1. Stricto sensu est circum suere, *cucire all'intorno*. *Ovid.* 2. *Fast.* 577. quod acu trajecit ahena, Obsutum mænæ torret in igne caput. ¶ 2. Latiori sensu est simul suere, atque adeo claudere, occludere. *Virg.* 4. *G.* 301. huic geminæ nares et spiritus oris Multa reluctanti obsuitur. *Est qui leg.* obstruitur. *Sueton. Tib.* 64. Obsuta lectica. *h. e.* clausa. Al. aliter leg. *Id. Rhet.* 1. *extr.* Sporta auri obsuta.

OBSURDĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *obsurdare*, surdus factus. *Augustin.* in *Ps.* 57. 15. Et ipsos (*hæreticos*) invenimus esse serpentes indignatione obsurdatos, nolentes audire medicamentum a sapiente.

OBSURDĔFĂCĬO, fācis, fēci, fācere, a. 3. surdum facere. *Augustin. contra Faust.* 33. 6. Quos contra testimonia Scripturarum obsurdefecit iniquitas.

OBSURDESCO, descis, dŭi, descere, n. inchoat. 3. (ob *et* surdesco). Part. *Obsurdescens.* II. — Obsurdescere est surdum fieri, *divenire sordo*, ἐκκωφοῦμαι.

I.) Proprie. *Cic.* 6. *de republ.* 18. Hoc sonitu completæ aures obsurduerunt.

II.) Figurate. *Cic. Amic.* 24. 88. Obsurdescimus tamen, nescio quomodo, nec ea, quæ ab ea (*natura*) monemur, audimus. *Ammian.* 19. 12. *med.* Qui (*imperator*) ut erat angusti pectoris, obsurdescens in aliis etiam nimium serilis, in hoc titulo imâ, quod ajunt, auriculâ mollior et suspicax et minutus, acri felle canaluit. *Augustin.* 19. *Civ. D.* 4. Si obsurdescat sapiens.

OBSUTUS, a, um. *V.* OBSUO.

OBTECTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBTĔGO, tĕgis, texi, tectum, tĕgere, a. 3. (ob *et* tego). *Obtigo* pro *obtego* legitur apud *Plaut. Most.* 1. 3. 8. *V.* sub I. — Part. *Obtegens* II.; *Obtectus* I. et II.; *Obtegendus* 1. — Obtegere est contegere, obducere, καταχαλύπτω (It. *coprire*; Fr. *couvrir*; Hisp. *cubrir*; Germ. *bedecken*; Angl. *to cover, hide, conceal*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 40. Insuper lingua bubula obtegito, si pluat, ne aqua in librum permanet. *Plaut. Most.* 1. 3. 8. In pectus (*amor*) perpluit meum, neque jam unquam obtigere possum: Madent jam in corde parietes. *Al. leg.* obtegere. *Cæs.* 3. *B. C.* 19. Quorum mediam orationem interrumpunt undique subito tela immissa, quæ ille obtectus armis militum vitavit. *Cic. Sext.* 35. 76. In comitio jacuit, seque servorum et libertorum corporibus obtexit. *Phædr.* 5. 5. simulans se se vestimentis rusticus Porcellum obtegere. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 10. Et quod durum est, summis glæbis obtegatur. *Virg.* 2. *Æn.* 300. arboribusque domus obtecta recessit. *Cels.* 3. 22. Os obtegendum, fauces velandæ. *Sueton. Tib.* 68. Capillo (*erat*) pone occipitium submissiore, ut cervicem etiam obtegeret. *Sil. It.* 15. 670. et obtectus senium fera prælia miscet. *h. e.* galea canitiem abscondens.

II.) Translate. *Plaut. Trin.* 3. 2. 23. Nunc te hoc pacto credis posse obtegere errata? *Cic.* 1. *Att.* 18. Qui me amet, qui sapiat, quocum ego colloquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam. *niente celi. Id. Vatin.* 5. 11. Ut adolescentiæ turpitudo obscuritate et sordibus tuis obtegatur. *Id. Cœl.* 18. 43. Vitia multis virtutibus obtecta. *Sueton. Ner.* 29. Dissimulare vitium et calliditate obtegere. *Tac.* 4. *Ann.* 19. Scelera super reperta priscis verbis obtegere. *Sil. It.* 8. 44. Multa retro rerum jacet, atque ambagibus ævi Obtegitur densa caligine mersa vetustas. — Part. præs. cum Genitivo apud *Tac.* 4. *Ann.* 1. Animus audax, sui obtegens, in alios criminator.

OBTEMPĔRANTER, adverb. obedienter. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 5. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 11. Caluit et hodie Faustina: sed æquiorem animum mihi facit ipsa, quod se tam obtemperanter nobis accommodat. *Prudent.* 2. περὶ στεφ. 112. Obtemperanter annuit.

OBTEMPĔRANTĬA, æ, f. 1. obtemperatio. *Gloss. Cyrill.* Πειθαρχία, obtemperantia, obedientia. *et alibi.* Πειθώ, suadela, obtemperantia. *et alibi.* Ὑπακοή, obauditio, obtemperantia, obsequium.

OBTEMPĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. *ubbidienza*, ὑπακοή, obedientia. *Cic.* 1. *Legg.* 15. 42. Justitia est obtemperatio scriptis legibus, institutisque populorum.

OBTEMPĔRĀTOR, ōris, m. 3. qui obtemperat, obediens. *Augustin. in Ps.* 13. 1. Veneratores nominis sui, obtemperatores mandati sui id docet, ut etc.

OBTEMPĔRO *vel* optempero, as, āvi, ātum, are, n. 1. (ob *et* tempero). Part. *Obtemperans* et *Obtemperaturus* sub *a.* — Obtemperare (ex ob pro ad et *tempero*, quasi ad alterius voluntatem se temperare) est morem gerere, obsequi, obedire, προσέχω (It. *obbedire*; Fr. *obtempérer, obéir, se prêter*; Hisp. *obtemperar, obedecer*; Germ. *zu Willen sein, willfahren, gehorchen*; Angl. *to obey, comply with, submit to, obtemperate*). Occurrit — *a*) Sæpissime cum Dativo. *Cic. pro leg. Manil.* 19. 56. Sed tamen in salute communi idem populus Romanus dolori suo maluit, quam auctori-

tali vestræ obtemperare. *Id.* 2. *Fam.* 7. Te audi, tibi obtempera. *Id.* 2. *Tusc.* 4. 11. Qui obtemperet ipse sibi, et decretis suis parest. *Id. Planc.* 39. 94. Cum tempestate pugnem periculose potius, quam illi obtemperem et paream? *Auct. B. Afr.* 51. Jubæ barbaro potius obedientem fuisse, quam Scipionis obtemperasse nuncio. *Cæs.* 4. *B. G.* 21. Obtemperare imperio populi R. *Id.* 1. *B. C.* 35. voluntati alicujus. *Cic. Quinct.* 2. 7. alterius cupiditati. *Varro* 9. *L. L.* 6. *Müll.* rationi. *Auct. B. Alex.* 74. auspiciis et religionibus. *Cæs.* 1. *B. C.* 1. auctoritati senatus. *Nepos Timol.* 1. legibus. *Sueton. Tib.* 59. Naturæ obtemperans. *secondando e sfogando il genio. Ovid.* 4. *Trist.* 6. 7. Quæque sui monitis obtemperat Inda magistri Bellua. *Ter. Adelph.* 4. 5. 70. tibi deos certo scio obtemperaturos magis. — *b)* Cum præpos. *ad. Cic. Cæcin.* 18. 52. Imperium domesticum nullum erit, si servulis hoc nostris concesserimus, ut ad verba nobis obediant, non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperent. — *c)* Cum Accusativo communi. *Plaut. Amph.* 1. 1. 293. Non ego illi obtempero quod loquitur. *Id. Most.* 2. 2. 89. etiamne adstas, nec, quæ dico, obtemperas? *Ter. Hecyr.* 3. 5. 62. nec gnatus, neque hic mihi quidquam obtemperant: Quæ dico, parvi pendunt. — *d)* Passive impersonaliter. *Lex Jul. Municip.* apud *Haub. p.* 133. NEVE QVID FACITO, QVOMINVS EIS OBTEMPERETVR. *Cic.* 1. *Off.* 11. 35. Si mihi esset obtemperatum. — *e)* Absolute. *Sueton. Tib.* 36. Reliquos urbe submovit, sub pœna perpetuæ servitutis, nisi obtemperassent. — *NB.* Pro simplici temperare affertur illud *Ulp. Dig.* 24. 1. 1. Ne inter virum et uxorem donatio valeret, receptum est: ne mutuo amore se invicem spoliarint donationibus non obtemperantes, et profusa erga se facilitate utentes. *Torrentin.* et *Gothofred.* habent *temperantes.*

OBTENDO, dis, di, tum, dere, a. 3. (ob *et* tendo). Part *Obtendens* II. 1.; *Obtentus* I. et II. 1. — Obtendere est ante tendere, prætendere, opponere, objicere, προΐσχω, προτείνω (It. *stendere innanzi, opporre*; Fr. *tendre devant, mettre devant*; Hisp. *extender delante, parar delante*; Germ. *worspannen vor etwas, vormachen, vorziehen*; Angl. *to stretch, spread, or place before, oppose, obtend*).

I.) Proprie. — *a)* Active. *Virg.* 10. *Æn.* 82. Proque viro nebulam et ventos obtendere inanes. *Sueton. Ner.* 48. Ante faciem obtento sudario. *Val. Flacc.* 3. 718. obtenta mulcebat lumina palla. *Claudian.* 2. *in Rufin.* 128. murique locata In speciem cæsis obtendit plaustra juvencis. — Poetice *Virg.* 1. *G.* 248. obtenta densantur nocte tenebræ. — *Forcellinus* addit etiam illud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 7. 28. (100). Commendatio (*gemmæ*) summa, quod velut in translucido ignis obtentus, celantesque se transfulgent auratæ guttæ. *Sillig.* vero leg.: ignis optentus stellantibus fulget intus aureis guttis. — *b)* Passivâ formâ et Mediorum apud Græcos verborum vi. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 55. (153). Oculis membrana vitri modo translucida obtenditur. — Sic de regionum situ. *Id.* 5. *ibid.* 20. 17. (77). Libano mons adversus Antilibanus obtenditur. *Tac. Agric.* 10. Britannia spatio ac cælo in orientem Germaniæ, in occidentem Hispaniæ obtenditur.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro excusare, prætendere, *portare o allegare in iscusa. Plin.* 8. *Ep.* 6. *ad fin.* Nec puduit rationem turpitudini obtendere. *h. e.* turpe factum ratione excusare. *Tac.* 3. *Ann.* 17. Matris preces obtendens. *et ibid.* 35. Intentius excusante se Lepido, quum valetudinem corporis, ætatem liberum, nubilem filiam obtenderet. *Quintil.* 12. 10. 15. Suæ imbecillitati sanitatis appellationem obtendit. *Gell.* 10. 22. Qui, obtento philosophiæ nomine, inutile otium et linguæ vitæque tenebras sequuntur. Rursus *Tac.* 11. *Ann.* 17. Falso libertatis vocabulum obtendi ab iis, qui privatim degeneres, in publicum exitiosi, nihil spei, nisi per discordias, habeant. *et* 15. *ibid.* 12. Quos (*milites*) diversas fugæ causas obtendentes, redire ad signa monebat. *Lucan.* 8. 339. quid causa obtenditur armis Libertatis amor? ¶ 2. Per hypallagen est obtegere, velare. *Stat.* 2. *Theb.* 248. fractisque obtendunt limina silvis. *h. e.* tegunt, ornant ramis arborum. Sic *Sil. It.* 10. 228. contraria venti Exarmat vis, atque obtendit pulvere lucem. *h. e.* pulverem excitando visum adimit. Priore loco rectus ordo erat, *obtendere silvas limini*: altero, *pulverem luci obtendere.* Cf. *Tac.* 3. *Hist.* 56. Contionanti (prodigiosum dictu) tantum fœdarum volucrum supervolitavit, ut nube atrâ diem obtenderent. *Seneca Œdip.* 625. Pædore fœdo squalidam obtentus comam. *h. e.* comam habens pædore obsitam. ¶ 3. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. II. 2. *Cic.* 1. *ad Q. Fr.* 1. 5. Multis simulationum involucris tegitur, et quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura.

OBTĒNĒBRĀTUS, a, um. *V.* OBTENEBRO.

OBTĒNĒBRESCO, is, ere, n. inchoat. 3. *oscurarsi*, tenebris obvolvor. *Hieronym.* 5. *in Isaj.* 12. 1. Obtenebrescat sol in ortu suo. *Vulgat. interpr. Iob* 18. 6. Lux obtenebrescet in tabernaculo illius (*impii*), et lucerna, quæ super eum est, extinguetur.

OBTĒNĒBRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Obtenebratus* I. et II. — Obtenebrare est tenebras inducere, tenebrosum reddere, *coprire di tenebre.*

I.) Proprie. *Lactant.* 4. 19. (ex *Amos* 8. 9.) Occidet sol meridie, et obtenebrabitur dies lucis. *Al. leg.* tenebrabitur. *Hieronym.* 6. *in Isaj.* 13. 10. Quod stellæ obtenebrentur sole oriente. *Id. ibid.* 12. Quando obtenebratus fuerit sol in ortu suo.

II.) Translate. *Ambros. de dignit. sacerd.* 5. 6. Et nunc quadam lippitudine et caligine vitiorum obtenebratus.

OBTENSUS, us, m. 4. idem atque obtentus. *Fronto* 2. *ad amic.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 6. *ad fin.* Ut pro severitate, qua carebant, obtensui sævitiam subornarent. *V.* OBTENTUS, us sub II. 1.

OBTENTĬO, ōnis, f. 3. obtentus, actus obtendendi; et figurate id quod obtegit ac velat. *Arnob.* 5. 35. Si textus omnis expositionis et series obtentionibus allegoricis clausa sunt. *h. e.* quibusdam obtentis quasi velis allegoriæ. *et* 36. Partes alias esse communiter conscriptas, alias vero dupliciter, et ambifaria obtentione velatas.

OBTENTO, as, are, a. 1. frequentat. ab *obtineo*, teneo, possideo, κατέχω. *Cic.* 9. *Att.* 10. *ante med.* Tamen spes quædam me obtentabat, fore ut etc. *Al. leg.* sustentabat; *al.* se ostendebat; *al.* se ostentabat. V. *Orell.* ad *h. l.*

OBTENTUS, a, um. *V.* OBTENDO et OBTINEO.

OBTENTUS, us, m. 4. (obtendo). Alia forma *obtensus*, quam *V.* loco suo. — Obtentus est actus obtendendi, obtentio, extentio.

I.) Proprie. *Virg.* 11. *Æn.* 66. Exstructosque toros obtentu frondis inumbrant. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 1. 1. (2). Nubium obtentu vitalem spiritum strangulat. *Seneca Herc. Fur.* 355. Ipsa tristi vestis obtentu caput velata. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 25. stridentia colla Gorgonos obtentu pallæ fulgentis inumbrat.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro prætextu, specie: *V.* OBTENDO II. 1. *pretesto, scusa, colore, apparenza. Liv.* 1. 56. Bruti quoque haud abnuit cognomen, ut sub ejus obtentu cognominis liberator ille populi Romani animus latens opperiretur tempora sua. *Sall. orat. Lepidi ad pop. R. ad fin.* Secundæ res mire sunt vitiis obtentui. *servono di coperta ai vizi.* Cf. *Demosth. Olynth.* 2. *p.* 23. Αἱ γὰρ εὐπραξίαι δεινοὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη; et V. *Senec.*, qui hunc *Sallustii* locum tractavit 4. *Controv.* 24. *Pseudo Sall. orat.* 2. *ad Cæs. de Republ. ordin. a med.* Tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat. *Tac.* 2. *Hist.* 14. *extr.* Victorem exercitum attinuit obscurum noctis, obtentui fugientibus. *Id.* 12. *Ann.* 7. Cupido auri immensa obtentum habebat, quasi subsidium regno pararetur. *avea questo pretesto.* et 1. *ibid.* 10. Pietatem erga parentem et tempora reipubl. obtentui sumpta. *presi per pretesto, per coonestare*, etc. *Justin.* 5. 8. 12. Ne iterum rempubl. sub obtentu liberationis invaderet. *sotto spezie.* ¶ 2. Est quidquid obtegit ac velat; *V.* OBTENDO II. 2. et OBTENTIO. *Lactant.* 1. 11. Vera sunt, quæ loquuntur poetæ, sed obtentu aliquo specieque velata. *Arnob.* 3. 10. *extr.* Nonne multo est rectius maledicere, convitiari atque alia ingerere diis probra, quam obtentu pio talia de his monstra opinionum indignitate præsumere? — *Nazar. Paneg. Constantin.* 5. Non terror obtentui est. *h. e.* non obtenditur terror, ut arceantur qui visere principem cupiunt. Alii vero interpretantur: Non terror impedimento est.

OBTĔRO, tĕris, trīvi, trītum, tĕrere, a. 3. (ob *et* tero). *Obtrisset* pro *obtrivisset* per syncopen legitur apud *Liv.* 3. 56. — Part. *Obtritus* I. et II. 1. et 2.; *Obterendus* II. 1. — Obterere proprie est conterere, conculcare, proterere, atque adeo conterendo et conculcando frangere, illidere, κατατρίβω, καταπατέω (It. *pestare, calpestare, rompere pestando*; Fr. *écraser, broyer, briser, casser*; Hisp. *machacar, majar, romper, quebrar*; Germ. *zerreiben, zertreten, zermalmen, zerbrechen*; Angl. *to crush, bruise, or trample upon*).

I.) Proprie. *Phædr.* 1. 30. Taurus ranas proculcatas obterit duro pede. *Varro* 2. *R. R.* 5. 5. Ne in stabulo infantes grex boum obtereret. *Sueton. Ner.* 5. Repente puerum citatis jumentis haud ignarus obtrivit. *Liv.* 27. 41. Ita pecorum modo incomposito toto passim campo se fudisse, ut sterni (*ab equitibus*) obterique, priusquam instruantur, possint. *Lucan.* 6. 82. pabula terræ, Quæ curreus obtrivit eques. *et ibid.* 276. caput obterit ossaque saxo. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 29. 35. (105). Locustarum ova obterere — Et pro frangere, illidere, *rompere, spezzare. Colum.* 8. *R. R.* 8. *sub fin.* Pulli (*columbarum*) facilius pinguescunt, si paucas subtrahas pinnas, et obteras crura. *h. e.* frangas illidasque, *rompa, spezzi.* Similiter Part. *Obtritus* apud *Cic.* 2. *Orat.* 86. 353. Ruinâ conclavis obtritos internoscere. *Lucret.* 3. 907. (893. *Lachmann.*). Urgerive superne obtritum pondere terræ. *Curt.* 8. 14. *a med.* Obtriti ergo pedibus earum (*belluarum*, h. e. *elephantorum*), ceteris, ut parcius instarent, fuere documentum. *Liv.* 7. 23. *extr.* Impulsi retro (*Galli*) ruere alii super alios, stragemque inter se cæde ipsa fœdiorem dare: adeo præcipiti turba obtriti plures, quam ferro necati. *Lucan.* 3. 656. Obtrita ossa. — Huc pertinet et illud *Colum.* 6. *R. R.* 4. 3. Pellem serpentis obtritam cum vino miscent. *pesta nel mortajo.*

II.) Translate. ¶ 1. In re militari *obterere* ponitur pro delere, *disfare, ridurre al niente. Liv.* 9. 38. Itaque armis virisque ad obterendum C. Marcium consulem concurrunt. Sic *Curt.* 3. 2. *med.* Percontari cœpit, fatisne ei videretur instructus ad obterendum hostem. *Id.* 4. 15. *med.* Multi ergo Macedonum primo impetu obtriti sunt: plures ad Alexandrum refugerunt. *Tac.* 15. *Ann.* 11. Vi ac minis alarios exterruit, legionarios obtrivit. *disfece.* Sic *Id. Agric.* 18. Alam prope universam obtriverat. *Val. Max.* 1. 6. *n.* 11. Sed illæ clades aliquanto majores: legionum interitus, signa hostilibus intercepta manibus, obtritum equitatum etc. *Al. tamen aliter leg.* Cf. *Justin.* 24. 8. 14. Assidui imbres, fames et lassitudo miseras infelicis belli reliquias obterebant. ¶ 2. Generatim est deprimere, contundere, deterere, ad nihilum redigere. *Plaut. Curc.* 4. 4. 17. Meæ pugnæ prætiares plurimæ obtritæ jacent. *h. e.* contemptæ, spretæ. *Lucret.* 5. 1232. Usque adeo res humanas vis abdita quædam Obterit, et pulcros fasces sævasque secures Proculcare ac ludibrio sibi habere videtur. *Id.* 1. 79. religio pedibus subjecta vicissim Obteritur. *Liv.* 3. 56. Implorare præsidium populi, qui omnia jura populi obtrisset. *Cic. Cæcin.* 7. 18. Ita calumniam stultitiamque obtrivit ac contudit. *Vatinius* ad *Cic.* 5. *Fam.* 9. Malevolorum obtrectationes prosternere atque obterere. *Vet. poeta* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 16. 29. Quum Achivi cœpissent Inter se strepere, aperteque artem obterere extispicum. *h. e.* rejicere, improbare, nullam esse dicere. *Liv.* 23. 43. Hannibalis virtutem fortunamque extollit: populi R. obterit senescentem cum viribus majestatem. *et* 24. 15. Quum utrinque duces, Romanus Bruttium Lucanumque toties a majoribus suis victos, Pœnus mancipia Romana et ex ergastulo militem verbis obtereret. *screditando, strapazzando, avvilendo. Cic.* 7. *Verr.* 1. 2. Obteri laudem imperatoriam criminibus avaritiæ. Sic *Nepos Timol.* 1. Hoc præclarissimum ejus facinus non pari modo probatum est ab omnibus. Nonnulli enim invidia laudem virtutis obterebant. *Curt.* 8. 1. Silentium tamen

habuere seniores, donec Philippi res orsus obterere. *Justin.* 5. 2. 12. Domesticis bellis Græciam obterere, ne externis vacet. *Forcellinus* ita leg.; at plerique alii *atterere.* — Pro evertere, diruere. *Seneca Œdip.* 645. incestam domum Vertam, et Penates impio Marte obteram. — Pro gravare, opprimere. *Catull.* 65. 8. Troia Rhœteo quem subter litore tellus Ereptum nostris obterit ex oculis. ¶ 3. Pro fricare, *fregare*, dixit *Apul. de Mag.* Carbone dentes obterere.

OBTĒSTĀTĬO, ōnis, f. 3. actus obtestandi, obsecratio, seu rectius, ¶ 1. Stricto sensu, ut docet *Paul. Diac. p.* 184. 15. *Müll.*, Obtestatio est, quum Deus testis in meliorem partem vocatur; detestatio, quum in deteriorem, ἐξορκισμός, *scongiuro fatto invocando gli dei. Cic. Dom.* 48. 125. Quid ergo illa tua obtestatio tibicinis? quid foculus? quid preces? quid prisca verba voluerunt? *h. e.* deorum invocatio facta a tibicine in ritu consecrationis. *Liv.* 26. 25. Qui victus acie excessisset, eum ne quis urbe, tecto, mensa, lare recipere, diram exsecrationem in populares, obtestationem quam sanctissimam potuerunt adversus hospites, composuerunt. *Cic. Cluent.* 12. 35. Quæ mulier obtestatione viri decem illis mensibus ne domum quidem ullam, nisi socrus suæ, nosse debuit. *h. e.* quia vir eam obtestatus fuerat. *Cælius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 10. *in fin.* Mei officii est meminisse, qua obtestatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris. ¶ 2. Latiori sensu ponitur pro sollicitis precibus. *Liv.* 27. 50. Matronæ in preces obtestationesque versæ, per omnia delubra vagæ, suppliciis votisque fatigare deos. Adde *eumd.* 8. 35. *Tac.* 1. *Ann.* 12. Senatus ad infimas obtestationes procumbens. *Sueton. Vesp.* 6. Exemplar epistolæ defuncti Othonis ad Vespasianum extrema obtestatione ultionem mandantis. Adde *eumd. Tib.* 40. et *Vitell.* 2. Sic *Ammian.* 17. 7. *med.* Quidam, inter vitæ mortisque confinia, aliorum adjumenta implorantes cum obtestatione magna deserebantur.

OBTESTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBTESTOR, āris, ātus sum, āri, dep. 1. (ob *et* testor). Part. *Obtestans*; sub 1.; *Obtestatus* active sub 1. et passive sub 2. — Obtestari ¶ 1. Generatim est palam testari, protestari, ἐπιμαρτύρομαι (It. *chiamare in testimonio, giurare*; Fr. *attester, prendre à témoin*; Hisp. *llamar, tomar á alguno por testigo*; Germ. *zum Zeugem anrufen, betheuern, bezeugen*; Angl. *to call solemnly to witness, protest*). *Cic. Sext.* 20. 45. De quo te, te, inquam, patria, obtestor, et vos Penates, patriique dii, me propter salutem meorum civium dimicationem cædemque fugisse. *Plerique alii leg.* testor. *Brut.* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 13. Oro atque obsecro te, Cicero, necessitudinem nostram tuamque in me benevolentiam obtestans. *Sall. Cat.* 46. Multa prius de salute sua Pomptinum obtestatus: *Liv.* 2. 10. Obsistens, obtestansque deum et hominum fidem, testabatur nequidquam deserto præsidio eos fugere. *Sueton. Cal.* 15. *sub fin.* Commentarios convectos in forum, et ante clare obtestatus deos, neque legisse, neque attigisse quidquam, concremavit. *Tac.* 2. *Ann.* 65. Sacra regni, ejusdemque familiæ deos et hospitales mensas obtestans. *Id.* 3. *Hist.* 10. Aut militum se manibus, aut suis moriturum, obtestans. *protestando.* et 12. *Ann.* 5. Summam rempubl. agi obtestans, veniam dicendi ante alios exposcit. ¶ 2. Specialim et sæpius est cum adjuratione precari, obsecrare, *supplicare, scongiurare*, ἐξορκίζω, καταλιπαρέω, et cum verbis *orare, implorare, obsecrare* et similibus frequenter jungitur. — *a)* Sequente *ut* vel Conjunctivo omissa part. *ut. Cic.* 11. *Att.* 2. Per omnes deos te obtestor, ut etc. *Id. Sext.* 69. 147. Vos obtestor atque obsecro, ut etc. *Id.* 7. *Verr.* 72. 188. Ceteros item deos deasque omnes imploro atque obtestor, ut etc. *Id. Cæl.* 32. 78. Oro obtestorque vos, judices, ut etc. *Plaut. Aulul.* 4. 9. 4. obsecro vos ego, mihi auxilio, Oro, obtestor, sitis. *Sall. Cat.* 34. *extr.* Te atque senatum obtestamur, consulatis miseris civibus. — *b)* Cum part. *ne* et Conjunctivo. *Cic. Sull.* 32. 89. Id sibi ne eripiatis, vos obtestatur. *Sall. Jug.* 74. Lacrumans obtestatur per amicitiam, ne etc. *Plin. Paneg.* 67. *in fin.* Quæso et obtestor, ne etc. — *c)* Sequente Imperativo. *Vellej.* 2. 131. 1. Vos publica voce obtestor atque precor: custodite, servate etc. — *d)* Cum uno tantum Accusativo. *Cic. Flacc.* 40. 102. Quum ego te, Flacce, cælum noctemque contestans, flens flentem obtestabar. *Id. ibid.* 2. 4. Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? *Id. Mur.* 40. 86. Vestram fidem obtestatur, misericordiam implorat. — *e)* Cum duplici Accusativo. *Cic. Quinct.* 30. 91. Te obsecrat obtestaturque Quinctius per senectutem ac solitudinem suam nihil aliud, nisi ut etc. *Virg.* 12. *Æn.* 819. Illud te, nulla fati quod lege tenetur, Pro Latio obtestor, pro majestate tuorum, ne etc. — *f)* Absolute. *Sall. Jug.* 53. Postremo, pro cujusque ingenio, pollicendo, minitando, obtestando alium alio modo excitare. — *g)* Part. *Obtestatus* passive, *scongiurato, supplicato*, obsecratus. *Ammian.* 31. 9. *a med.* Ni obtestatus prece impensa superstitibus peperciisset. *Apul.* 2. *Met.* Obtestata fide præsentium. *Al. leg.* fidem.

OBTEXO, xis, xŭi, xere, a. 3. (ob *et* texo). Part. *Obtexens* II. — Obtexere est ante, vel supra, vel contra texere, ἀντιδιαπλέκω, *tessere sopra.*

I.) Proprie. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 19. 21. (65). Papilio fila araneosa, quacumque incessit, alarum maxime lanugine obtexit.

II.) Translate est obtegere, *coprire. Virg.* 11. *Æn.* 610. fundunt simul undique tela Crebra nivis ritu: cælumque obtexitur umbra. Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 38. 38. (104). Subinde per nubes cælum aliud obtexens. *Stat.* 2. *Achill.* 115. Omne fretum longa velorum obtexitur umbra. *Claudian.* 1. *in I. cons. Stilich.* 258. Pœnus jaculis obtexitur aer. *Ambros. Ep.* 5. *n.* 4. Sol nubibus obtexitur. *Id.* 2. *Off.* 5. cælum nubibus.

OBTĬCENTĬA, æ, f. 1. *reticenza*, reticentia. *Quintil.* 9. 2. 54. Ἀποσιώπησις, quam Cicero reticentiam, Celsus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant. *V.* APOSIOPESIS.

OBTĬCĔO, ces, cŭi, cere, a. 2. (ob *et* taceo). *Obticeo* legitur semel tantum apud *Ter.* et *Donat.*; ceterum apud alios Perf. *obticui*: *V.* et voc. seq. — Obticeo est idem fere quod taceo, vel contra cupientem me loqui, sileo, *tacere*, καταστιγάω. *Ter. Eun.* 5. 1. 4. Virgo conscissa veste lacrumans obticet. *Id. Phorm.* 5. 8. 2. ehem, quid nunc obticuisti? *Justin.* 32. 2. 3. Turba querelarum confusus adolescens repente obticuit. *Donatus* ad *loc. cit. Ter. Eun.* ita distinguit: Tacemus consilia: reticemus dolores: obticemus, quorum nos pudet. Quæ discrimina perpetua non sunt. Nam *Horat. Art. P.* 284. chorusque Turpiter obticuit, sublato jure nocendi. *Martial.* 10. 17. Solemnesque jocos, nec tristia carmina poscit: Et queritur, nugas obticuisse meas. *Ovid.* 14. *Met.* 522. Addidit obscenis convicia rustica dictis. Nec prius obticuit, quam guttura condidit arbor.

OBTICESCO, is, ere, n. inchoat. 3. occurrit tantum in *Not. Tir.*, quæ auctoritate carent, p. 90. Obticuit, obticescit. — Perf. *Obticui V.* in voc. præced.

OBTĬGO, tĭgis, etc. *V.* OBTEGO.

OBTĬNENTĬA, æ, f. 1. (obtineo) habendi actio, vel significatio. *Priscian.* 18. *p.* 1163. *Putsch.* Et quæ (*verba*) per obtinentiam, id est κατὰ ἐπικράτειαν, dicuntur superpositiva, *habeo, possideo, teneo.*

OBTĬNEO *vel* optineo, tines, tĕnui, tentum, tinere, 2. (ob *et* teneo). In Pandectis Florentinis scribitur *optineo*, ut videre est apud *Torrentin.* et *Brissonius* testatur. *Quintil.* 1. 7. 7. Quum dico *obtinuit*, *b* litteram ratio poscit, aures magis audiunt *p.* Sic *Inscript.* in *Monum. Scip.* apud *Visc. tab.* 5. et *Orell.* 554. MAIORVM OPTENVI LAVDEM. — Part. *Obtinens* sub *A.* 1. 2.°; *Obtentus* sub *A.* 3.; *Obtenturus* sub *A.* 1. 1.°; *Obtinendus* sub *A.* 1. 3.° et 4.°, 2., 3. — Obtinere usurpatur *A)* Active; et *B)* Neutrorum more.

A) Active obtinere est tenere, habere, possidere, quasi circum tenere, vel contra aliquem tenere, κατέω, κατέχω (It. *tenere, avere, possedere*; Fr. *tenir, avoir, posséder*; Hisp. *tener, poseer yqozar*; Germ. *bei etwas halten, inne haben, in Besitz halten, behaupten, besitzen*; Angl. *to hold, have, possess*). Occurrit ¶ 1. Generatim, et latissime patet; ita tamen, ut omnia ad quatuor potissimum capita redigi possint. — 1.°) Est tenere, habere, possidere, *tenere, tener fermo, possedere. Plaut. Cas.* 3. 5. 16. obtine aures, amabo. *tienmi per le orecchie. Cic.* 2. *Phil.* 19. 48. Suam quisque domum tum obtinebat, neque erat usquam tua. *Liv.* 2. 10. Neque ille (*Horatius Cocles*) minus obstinatus ingenti pontem obtinebat gradu. *Cæs.* 1. *B. G.* 1. Una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano. *Liv.* 30. 19. Galliam atque Italiam armis obtinere. Rursus *Cæs.* 1. *B. G.* 3. Cujus pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat. *et mox.* Propterea quod ipse suæ civitatis imperium obtenturus esset. *et paullo ante.* Qui eo tempore principatum in civitate sua obtinebat. Sic *Nepos Pelop.* 3. Qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat. *Cæs.* 1. *B. G.* 7. Cujus legationis Numejus et Verodoctius principem locum obtinebant. *Cic. Quinct.* 2. 8. Quum præsertim Q. Hortensius, qui hoc judicio partes accusatoris obtinet, contra me sit dicturus. Cf. *eumd.* 3. *Orat.* 60. 224. Ad actionis autem usum atque laudem, maximam sine dubio partem vox obtinet. *Liv.* 1. 16. Romana pubes, velut orbitatis metu icta, mœstum aliquando silentium obtinuit. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 3. 2. (8). Sepiæ sanguinis vicem atramentum obtinet. *et ibid.* 42. 97. (241). Caseus medicamenti vim obtinet. *Sillig.* vero leg. *vitium*: *V.* integrum locum. *Cic.* 4. *Tusc.* 16. 36. Proverbii locum obtinet. *Id. Sull.* 6. 19. Quorum alter apud me parentis gravitatem, alter filii suavitatem obtinebat. *Id.* 4. *Fam.* 13. *ante med.* Obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem. *Id.* 3. *Nat. D.* 20. 51. Errantes stellæ numerum deorum obtinebunt. *h. e.* inter deos numerabuntur. Sic 2. *Off.* 12. 43. Numerum obtinent jure cæsorum. *Quintil.* 10. 5. 18. Obtinere summam opinionem in scholis. *aver un gran concetto.* et *Plin.* 34. *Hist. nat.* 2. 2. (2). admirationem. *h. e.* in admiratione esse. *Id.* 15. *ibid.* 18. 19. (69). Africanæ ficus patriæ nomen obtinent. *tengono. Sall. Jug.* 20. Quamquam ab ea fama, quæ plerosque obtinet, divorsum est — *Pro vero obtinere* cum Infinito, *tenere o ritenere per fermo e vero*, est *Apul. de Mag. init.* Certus equidem eram, proque vero obtinebam Sicinium Æmilianum accusationem mei solis conviciis impleturum. *V.* loc. *Pseudo-Sall.* infra sub *B.* — 2.°) Specialim *obtinere provinciam*, regere, administrare, in provincia cum jurisdictione esse. *Cæs.* 1. *B. C.* 30. Sardiniam obtinebat M. Cotta, Siciliam M. Cato, Africam sorte Tubero obtinere debebat. *Cic.* 1. *Fam.* 9. *ante med.* Quum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres. *Id.* 5. *Att.* 21. *ante med.* Ex qua insula nummus nullus, me obtinente, erogabitur. *sotto il mio reggimento.* — 3.°) Item pro retinere, conservare, custodire, *ritenere, conservare. Plaut. Asin.* 2. 2. 54. si istam firmitudinem animi obtines, salvi Sumus. *Ter. Hecyr.* 5. 4. 18. Antiquam adeo tuam venustatem obtines, Ut voluptati obitus, sermo, adventus tuus, quocumque adveneris, Semper siet. *Liv.* 26. 20. Collaudavit milites, quod duabus tantis cladibus deinceps icti, provinciam obtinuissent. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 12. Ut facilitate sua nos eam necessitudinem, quæ est nobis cum publicanis, obtinere et conservare patiantur. *Id. Quinct.* 9. 34. Neque nobis adhuc, præter te, quisquam fuit, ubi nostrum jus contra illos obtineremus. *Id. Rosc. Am.* 17. 49. Quod tametsi miserum et indignum est, feret tamen æquo animo, judices, si per vos vitam et famam potest obtinere. *et ibid.* 48. 139. Obtinere in perpetuum auctoritatem suam. *Liv.* 29. 1. *a med.* Pertinaces ad obtinendam injuriam. *h. e.* ad retinendum sibi, quod injuria aliis ademerant. *Tac.* 1. *Ann.* 32. Non tribunus ultra, non castrorum præfectus jus obtinuit: vigilias, stationes ipsi (*milites*) partiebantur. — Huc pertinet et illud *Cic. Partit. orat.* 37. 130. Quæ autem scripta non sunt, ea aut consuetudine, aut conventis hominum, et quasi consensu obtinentur. *sussistono, si conservano.* et 5. *Tusc.* 41. 118. Lex, quæ in Græcorum conviviis obtinetur. *si osserva.* Orellius *aliquot Codicum auctoritate fretus leg.* obtinet. — 4.°) Item occupare, *occupare. Plin.* 12. *Hist. nat.* 1. 5. (9). Platanus nemorosa vertice, et se vastis protegens ramis, agros longis obtinet umbris. *Lucret.* 3. 1002. Qui non sola novem dispersis ju-

gera membris Obtineat, sed qui terrai totius orbem. *Curt.* 6. 1. Emensus curru omne spatium, quod acies Laconum obtinuerat. *Liv.* 29. 27. Noctem insequentem eadem caligo obtinuit. *Tac.* 3. *Hist.* 14. *extr.* Legiones, quas Cæcina ad obtinendam Cremonam præmiserat. ¶ 2. Speciatim in re oratoria est probare, sustinere, defendere, evincere, *provare, sostenere, far vedere.* — *a*) Cum Accusativo rei, quæ probatur. *Cic.* 5. *Verr.* 71. 168. Possumus hoc teste, possumus litteris hominum honestissimorum, possumus auctoritate societatis, quod dicimus, obtinere? an aliqua firmiora, aut graviora quærenda sunt? *Id. Quinct.* 23. 75. Non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum auctoritatem adjuvare. *Id.* 2. *Fin.* 22. 71. Non metuet, sive celare potuerit, sive opibus magnis, quidquid fecerit, obtinere. *et* 4. *ibid.* 28. 78. Stoici se posse putant duas contrarias sententias obtinere. *Quintil.* 6. 4. 15. Diu pugnare in iis, quæ obtinere non possis. *et* 12. 10. 53. Ad obtinendum quod intendimus. — *b*) Cum Infinito. V. *Varronis* loc. 2. *R. R.* 1. 9. infra allatum sub *E.* extr. *Arnob.* 4. 11. *extr.* Possumus obtinere, falsum esse quod dicitur. *Apul.* 1. *Dogm. Plat.* Tres partes philosophiæ congruere inter se, primus obtinuit, *h. e.* affirmavit, asseruit, monstravit. Cf. *Quintil.* 5. 13. 24. Si defecerint omnia, tum videndum erit, an obtineri possit, ne illud quidem recte factum. ¶ 3. Item est impetrare, consequi, adipisci, vincere, superiorem esse, *impetrare, ottenere, conseguire, vincere.* — *a*) Cum Accusativo. *Cic.* 1. *Legg.* 22. 59. Quanta instrumenta habeat (*homo*) ad obtinendam adipiscendamque sapientiam. *Gell.* 12. 14. *in fin.* Impetrare et obtinere. Rursus *Cic.* 7. *Att.* 25. Malos causas semper obtinuit, in optima concidit. *Id. Rosc. Com.* 4. 10. Ad judicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus. *Id.* 1. *Fam.* 8. *a med.* Eo tu consule omnia, quæ voles, obtinebis. *Cæs.* 7. *B. G.* 85. Romani, si rem obtinuerint, finem laborum omnium exspectant. *h. e.* si victoriam reportaverint. *Justin.* 37. 1. 1. Legati veniam his a senatu obtinuere. *Cic. Balb.* 27. 61. Voluimus quædam, contendimus, experti sumus: obtenta non sunt. *Justin.* 2. 4. 24. Obtenta in præmium captiva. *Id.* 21. 6. 5. Hamilcar per Parmenionem aditu regis obtento. *ottenuta udienza. Id.* 20. 2. *fin.* Litatis hostiis, obtentoque, ut rebantur, quod petebant. — *b*) Cum Ablat. et præpos. *de. Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 6. *ad fin.* Quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum. — *c*) Cum Conjunctivo et part. *ut* aut *ne. Liv.* 35. 10. His obtinuit, ut præferretur candidato, quem etc. *Justin.* 12. 8. 6. Æque est ab eo obtentum, ut vellet vivere. *Quintil.* 4. 2. 100. Factum ejus fortasse ut sit tutum (*h. e.* ne puniatur), obtinebit. *Sueton. Cæs.* 23. Appellato demum collegio, obtinuit, ne reus fieret. *Quintil.* 4. 5. 27. Obtinendum, ne quid in ea desit, ne quid supersit. Adde *eumd.* 11. 2. 45. — *d*) Sequente *quin. Sueton. Tib.* 31. Obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris esset. — *e*) Cum Infinito. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 30. Earumque artem et disciplinam obtineat colere. *Ita legit* Fleckeisen. *atque hanc lectionem ex analogia verb.* sustineo *et* abstineo *tuetur: vulgati libri leg.* Paret artem et disciplinam: obtineat colorem. *Cic.* 2. *Fin.* 22. 71. Mallet obtinere existimari bonus vir, ut non sit, quam etc. *Al. rectius leg.* Malet existimari bonus vir, etc. — *f*) Absolute, Accusativus enim facile intelligitur. *Sueton. Aug.* 37. Exegit etiam, ut quotics consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet: nec obtinuit, reclamantibus cunctis etc. Adde *eumd. Cæs.* 11. ¶ 4. Est etiam *circa se tenere,* ex præpositionis *ob* significatione sumptum. *Vopisc. Aurel.* 43. Facit judices, quos fieri non oportet; amovet a republica, quos debebat obtinere.

B) Neutrorum more obtinere est prævalere, *prevalere, durare. Sall. Jug.* 80. *Kritz.* Ita animus multitudine (*uxorum*) distrahitur: nulla pro socia obtinet, pariter omnes viles sunt. *Al. leg.* nullam: at V. *Kritz.* ad h. l. *Liv.* 5. 49. *ad fin.* Ibi cædes obtinuit: castra capiuntur, etc. *Al. leg.* omnia obtinuit. *Ulp. Dig.* 2. 4. 4. Cassius in infinitum omnes parentes dicit: quod et honestius est, et merito obtinuit. *Paul. ibid.* 42. 1. 36. Et si dissentirent, sententia plurium obtineret. *Petron. Satyr.* 2. Simulque corruptæ eloquentiæ regula stetit et obtinuit. — Sic *obtinere* dicitur consuetudo, quæ invaluit, durat et servatur. *Ulp. Dig.* 1. 16. 7. Ferias secundum mores et consuetudinem, quæ retro obtinuit, dare. Et absolute *Id. ibid.* 13. 1. Hodie obtinuit, indifferenter quæstores creari tam patricios, quam plebejos. Sic *fama obtinet,* apud *Liv.* 21. 46. *in fin.* Malim equidem de filio verum esse, quod et plures tradidere auctores, et fama obtinuit. *Pseudo-Sall. initio orat.* 1. *ad Cæs. de Republ. ordin.* Pro vero antea obtinebat, regna atque imperia Fortunam dono dare, *etc.,* sed res docuit, id verum esse, quod in carminibus Appius ait, fabrum esse quemque fortunæ. *correa per vero: si tenea per certo.* Al. leg. *Populus R. antea obtinebat.* h. e. verum putabat, pro certo tenebat. *Varro* 2. *R. R.* 1. 9. Non ipsos quoque (*Romulum et Remum*) fuisse pastores obtinebit, quod Parilibus potissimum condidere urbem? *h. e.* pro certo habebitur. Vel, non hoc obtinebit, quod etc. h. e. evincet, probabit.

OBTINGO, tingis, tigi, tingere, 3. (ob *et* tango) usurpatur *A*) Impersonaliter; et *B*) Active.

A) Impersonaliter obtingere ¶ 1. Est obvenire, λαγχάνω (It. *toccare*; Fr. *arriver, survenir, echoir*; Hisp. *sobrevenir, caer, caer en suerte*; Germ. *zu Theil werden, zufallen, zustossen*; Angl. *to fall to by lot*). Usurpatur — *a*) Cum Nominativo rei, quæ obtingit. *Pacuvius* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 23. 36. Orestes modo fuit rex, modo mendicus factus est: Naufragio res contigit. Nempe ergo haud fortuna obtigit. *Plaut. Cas.* 2. 4. 21. Mihi obtinget sors. *Id. Bacch.* 3. 6. 14. Nullus est, cui non invideant rem secundam obtingere. *Id. Men.* 5. 5. 1. Edepol næ hic dies pervorsus atque advorsus mihi obtigit. *Cic.* 1. *Off.* 7. 21. Eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. *Id.* 1. *Att.* 20. Eam, quam mihi dicis obtigisse, σπάρταν, numquam deseram. *Quintil.* 3. 7. 13. Omnia, quæ extra nos bona sunt quæque hominibus forte obtigerunt, non ideo laudantur, quod etc. *Id. præfat.* 27. Quæ (*vox, latus* etc.) si modica obtigerunt, possunt ratione ampliari. — Sæpe de magistratibus. *Cic.* 2. *Fam.* 19. Quum optatissimum nuncium accepissem, te mihi quæstorem obtigisse. Cf. *Nepos Cat.* 1. Quæstor obtigit (*Cato*) P. Cornelio Scipioni Africano consuli. Rursus *Cic. Vatin.* 5. 12. Quum tibi aquaria provincia sorte obtigisset. *Sueton. Cæs.* 5. Tribunatu militum, qui primus Romam reverso per suffragia populi honor obtigit etc. *Id. Aug.* 10. Ludos autem victoriæ Cæsaris non audentibus facere quibus obtigerat id munus, ipse edidit. — Et in plurali num. *Id. ibid.* 31. Quia hoc (*mense*) et primus consulatus et insignes victoriæ obtigissent. — *b*) Sequente *ut. Plaut. Rud.* 4. 2. 21. nunc hæc tibi Occasio, Gripe, obtigit, ut liberet ex populo prætor te. *Cic.* 1. *Divinat.* 46. 103. Quum ei (*L. Paullo*), bellum ut cum rege Perse gereret, obtigisset. *Id.* 2. *Verr.* 8. 21. Quum prætores designati sortirentur, et M. Metello obtigisset, ut is de pecuniis repetundis quæreret etc. ¶ 2. Item est evenire, accidere, contingere, *accadere, avvenire. Plaut. Rud.* 4. 6. 7. eloquere, ut hæc res obtigit de filia. *Ter. Heaut.* 4. 3. 5. Istuc tibi ex sententia tua obtigisse lætor. *Id. Andr.* 3. 5. 2. atque hoc confiteor Jure mihi obtigisse, quandoquidem tam iners sum. *Cic.* 4. *Cat.* 2. 3. Si quid mihi obtigerit, æquo animo paratoque moriar. *h. e.* humanitus acciderit. — Et in plurali num. *Plaut. Asin.* 3. 3. 136. animo sis bono face: exoptata obtingent.

B) Active ponitur pro simplici tangere. *Plaut. fragm.* Nam ita mustulentus æstus nares obtigit. Ita *Non. p.* 415. 16. *Merc.* Sed *Idem p.* 64. 2. habet *attigit,* hunc eumdem locum referens.

OBTINNĪO, is, ire, n. 4. (ob *et* tinnio) idem ac tinnire. *Apul. de Mag.* Ecquid illi aures obtinnirent, et ultra earum magis.

OBTISTRŌTUM. *V.* OPTOSTROTUM.

OBTORPĒO, es, ere, n. 2. idem atque obtorpescere. *Gloss. Philox.* Obtorpeo, καταναρκῶ. Exhibent hanc vocem et *Not. Tir. p.* 94.

OBTORPESCO, pescis, pŭi, pescere, n. inchoat. 3. (ob *et* torpesco) valde torpescere, obstupescere, languescere, ἀπαναρκάω (It. *istupidire, intormentire, intirizzire, intorpidire*; Fr. *s'engourdir, devenir immobile*; Hisp. *entorpecerse*; Germ. *enstarren, starr, -gefühllos werden*; Angl. *to grow numb or stiff, become torpid*).

I.) Proprie. *Liv.* 22. 3. *sub fin.* Signum effodiant, si ad convellendum manus præ metu obtorpuerint. Adde *Cic. Dom.* 52. 135. *Seneca* 1. *Controv.* 1. *a med.* Oculi subita caligine obtorpuerunt. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 42. 67. (143). Novit torpedo vim suam, ipsa non torpens, mersaque in limo se occultat, piscium qui securi supernatantes obtorpuere, corripiens. *Id.* 8. *ibid.* 27. 41. (99). Anguis, si squamæ obtorpuere, spicis juniperi se scabit. *h. e.* duriores factæ sunt. *Marcell. Empir.* 1. *p.* 87. *retro* ed. *Ald.* Remediattorpedo nigra viva imposita ei loco, qui in dolore est, donec desinat dolere et obtorpescat pars.

II.) Translate de animo. *Cic.* vertens *Eurip.* versus 3. *Tusc.* 28. 67. Sed jam subactus miseriis obtorpui. *Liv.* 34. 38. *in fin.* Circumfuso undique pavore ita obtorpuit, ut nec dicere, quid in rem esset, nec audire posset. *Id.* 32. 20. Obtorpuerant quodammodo animi. *Curt.* 10. 3. *init.* Quis crederet sævam paullo ante contionem obtorpuisse subito metu? *Apul. de Mag.* Repentino mentis nubilo obtorpescunt.

OBTORQUĒO, ques, si, tum. quere, a. 2. (ob *et* torqueo). Part. *Obtortus* 2. — Obtorquere ¶ 1. Est aliquid a recta linea in aliam partem torquere, συστρέφω, *volgere fuori della retta, torcere. Stat.* 5. *Theb.* 414. dextrasque obtorquet in undas Proram. ¶ 2. Item valde torquere, in circulum torquere, *torcere forte, torcere o volgere in giro. Aurel. Vict. Vir. illustr.* 66. M. Livius Drusus consuli legibus agrariis resistenti ita collum in comitio obtorsit, ut sanguis efluueret e naribus. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 45. Obtorto collo ad prætorem trahi. *Cic.* 6. *Verr.* 10. 24. Obtorta gula in vinculo abripi jussit. *Petron. fragm.* apud *Fulgent. de prisc. serm. p.* 566. 2. *Merc.* Obtorto valgiter labello. *Virg.* 5. *Æn.* 559. it pectore summo Flexilis obtorti per collum circulus auri. *Hieronym.* 2. *in Jovinian.* 36. Obtortus fustis. *Apul.* 3. *Met.* Domus januas, cardinibus obtortis, evellere gestientes.

OBTORTĬO, ōnis, f. 3. *torcimento,* tortio, contortio. *Fulgent. de prisc. serm. p.* 565. 33. *Merc.* Valgia sunt labellorum obtortiones. *V.* integrum loc. in SUBATIO.

OBTORTUS, a, um. *V.* OBTORQUEO.

OBTRACTAT contra sententiam tractat. *Paul. Diac. p.* 187. 13. *Müll. Al. leg.* Obtractat.

OBTRĂHO, is, ere, a. 3. *Tertull. Virg. veland.* 15. Si tentationibus gradum obtraxerit. *Al. leg.* obstruxerit.

OBTRECTĀTĬO, ōnis, f. 3. actus obtrectandi, reprehensio, vituperatio, maledictio, διασυρμός, ζηλοτυπία (It. *sparlamento, maldicenza*; Fr. *dénigrement, détraction jalouse, jalousie, envie*; Hisp. *conversacion denigrativa, detraccion*; Germ. *die Verkleinerung, Missgunst*; Angl. *a detracting, disparaging, slandering, detraction, obtrectation*). *Cic.* 1. *Fam.* 7. *a med.* Quorum malevolentissimis obtrectationibus nos scito de vetere illa nostra sententia prope jam esse depulsos. *Tac.* 1. *Hist.* 1. Obtrectatio et livor pronis auribus accipiuntur. *et* 3. *ibid.* 37. Nulla in oratione cujusquam erga Flavianos duces obtrectatio. — Definitur a *Cicer.* ipsa ægritudo 4. *Tusc.* 8. 18. Obtrectatio est ea, quam intelligi ζηλοτυπίαν volo, ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupierit. *invidia, malignità, astio.* Differt ab *invidia,* ut *ibid.* colligitur, quia hæc dolet rebus secundis alterius, a quo nihil læditur: *obtrectatio* est in his, quibus lædi se quis putat. *V.* OBTRECTO 1. *Vatinius* ad *Cic.* 5. *Fam.* 9. Malevolorum obtrectationes et invidias prosternere. *Cæs.* 1. *B. C.* 7. Injurias inimicorum in se commemorat, a quibus diductum et depravatum Pompejum queritur invidia atque obtrectatione laudis suæ. *Liv.* 28. 40. Obtrectatio atque invidia adversus crescentem in dies gloriam fortissimi consulis. *Cic. Fontej.* 8. 16. Inimicum esse alicui ex civilibus studiis atque obtrectatione domestica. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 15. Obtrectatione et malevolentia liberatus. *Justin.* 32. 2. 6. Quæ res Demetrio non

gratiam legationis, sed odium obtrectationis comparavit. *Nepos Att.* 20. Inter quos maximarum rerum non solum æmulatio, sed obtrectatio tanta intercedebat, quantam etc. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 18. Hæc res habet obtrectationem. *h. e.* obtrectationi est subjecta. *Cic. Brut.* 42. 156. Tantum abest ab obtrectatione invidiæ, etc. *Al. leg.* invidiaque. *Liv.* 2. 40. Non inviderunt laudes suas mulieribus viri Romani: adeo sine obtrectatione gloriæ alienæ vivebatur.

OBTRECTĀTOR, ōris, m. 3. *Paul. Diac. p.* 199. 1. *Müll.* Obtrectator est qui facit quid contra recte tractantem. — Itaque est qui obtrectat, maledicus, invidus, calumniator (qui quomodo ab *invido* differat, *V.* in voce præced.), καταλαλος, διαβολος (It. *invidioso, maldicente, sparlatore*; Fr. *détracteur, envieux, jaloux*; Hisp. *detractor, maldiciente, envidioso*; Germ. *d. Missgünstige, Neider, Verkleinerer*; Angl. *a detracter, disparager, slanderer, calumniator, envious*). *Cic. Flacc.* 1. 2. Si forte beneficii hujus obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis invidus exstitisset. *Id. Planc.* 23. 57. Nonnulli nostri iniqui, multi communes obtrectatores atque omnium invidi multa finxerunt. *Id.* 1. *Fam.* 4. A tuis invidis et obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis. *Id. Brut.* 1. 2. Dolebam, quod non adversariam, aut obtrectatorem laudum mearum, sed socium potius et consortem gloriosi laboris amiseram. *Id. Flacc.* 28. 68. In tam suspiciosa ac maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. *Nepos Epam.* 5. Habuit obtrectatorem Meneclidem quemdam indidem Thebis et adversarium in administranda re publica. *Sueton. Cæs.* 55. Purgare se adversus obtrectatorum criminationes. *et ibid.* 45. Calvitii deformitatem iniquissime ferebat, sæpe obtrectatorum joris obnoxiam expertus. *Justin.* 31. 6. 1. Huic sententiæ obtrectatores amici regis erant, *riprensori, contrari.*

OBTRECTĀTŌRIĒ, adverb. obtrectando, per obtrectationem. *Acron* ad *Horat.* 1. *Sat.* 2. 3. Mutato nomine per invidiam, cantorem pro musico obtrectatorie dicit.

OBTRECTĀTUS, us, m. 4. idem atque obtrectatio. In sexto casu sing. *Gell. præf. a med.* Ut sine vano obtrectatu considerent.

OBTRECTO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (ob *et* tracto). Part. *Obtrectans* sub *a.* et *d.* — *Gloss. Philox.* Obtrectat, ἀντιπράττει. Cf. loc. *Paul. Diac.* in v. OBTRECTATOR init. — Obtrectare est ex invidentia male dicere, dicta et facta alicujus vituperare, calumniari, reprehendere, διασύρω, διαβάλλω (It. *invidiare, sparlare*; Fr. *dénigrer, rabaisser, blâmer*; Hisp. *detractar, denigrar, envidiar*; Germ. *Jemanden verkleinern, ihm schaden, entgegen sein, feindlich sein, ihn herabsetzen*; Angl. *to disparage, detract, from, slander, traduce, dispraise, calumniate*). Usurpatur — *a*) Cum Dativo. *Cic.* 4. *Tusc.* 26. 56. Obtrectare vero alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ rivalitati similis est, æmulari, quid habet utilitatis? quum sit æmulantis angi alieno bono, quod ipse non habeat; obtrectantis autem angi alieno bono, quod id etiam alius habeat. *V.* OBTRECTATIO. *Id.* 4. *Acad.* (2. pr.). 6. 16. Arcesilas Zenoni obtrectans nihil novi reperienti. *Sueton. Tib.* 52. Germanico usque adeo obtrectavit, ut et prælara facta ejus pro supervacuis elevaret, et gloriosissimas victorias ceu damnosas rei publicæ increparet. Rursus *Cic. pro leg. Manil.* 8. 21. Qui huic obtrectant legi atque causæ. *Liv.* 36. 36. Iratus Ætolis, quos solos obtrectasse gloriæ suæ, quum liberaret Græciam, meminerat. *Sueton. Cal.* 35. Alicujus commodis obtrectare. — *b*) Cum Accusativo pro damnare, culpare, carpere. *Phædr.* 2. *epil.* Si livor obtrectare curam voluerit. *Id.* 5. *prol.* Hunc (*libellum*) obtrectare si volet malignitas, Imitari dum non possit, obtrectet licet. *Liv.* 45. 37. Cui nullum probrum dicere poterat, ejus obtrectare laudes voluit. *Tac.* 1. *Ann.* 17. *extr.* Non obtrectari a se urbanas excubias. *Id. Dial. de Orat.* 25. Invicem se obtrectaverunt. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 58. (119). Lautitiam omnem apparatumque obtrectans. Addunt et ex *Cic.* 10. *Phil.* 3. 6. Consuetudo plerisque in rebus bonos obtrectandi. *Al. tamen rectius leg.* bonis. — *c*) *Obtrectare inter se* est *Nepot. Arist.* 1. Æqualis fere fuit Themistocli. Itaque cum eo de principatu contendit. Namque obtrectarunt inter se. *si perseguitarono l'un l'altro.* — *d*) Absolute. *Cic.* 4. *Tusc.* 20. 46. Ipsum illud æmulari, obtrectare, dicunt non esse inutile, quum aut se non idem videat consecutum, quod alium; aut alium idem, quod se. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 24. 76. Arcesilam vero non obtrectandi causa cum Zenone pugnavisse, sed verum invenire voluisse. *Sueton. Tib.* 10. Ne aut obstare, aut obtrectare præsens videretur. — Sic de abstractis *Sil. It.* 16. 12. pravi obtrectante suorum Invidia. — *e*) Passive impersonaliter. *Cic.* 3. *Att.* 26. Mihi in animo est legum lationem exspectare: et si obtrectabitur, utar auctoritate senatus. *Liv.* 8. 36. Cessatum a milite, ac de industria, ut obtrectaretur laudibus ducis, impedita victoria est. — *NB.* Obtractat (*al.* Obtrectat), inquit *Paul. Diac. p.* 187. 13. *Müll.*, contra sententiam tractat. Hinc *obtrectare aliquid manibus* pro attrectare, contrectare contra alicujus voluntatem, dixit *Hieronym. Vit. Pauli, n.* 3. Sunt qui *adtrectare* legunt.

OBTRĪTĬO, ōnis, f. 3. actus obterendi. *Augustin. serm.* 8. *de divers.* 4. Accedite ad eum in obtritione cordis.

OBTRĪTUS, a, um. *V.* OBTERO.

OBTRĪTUS, us, m. 4. actus obterendi. In sexto casu sing. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 67. (258). Ne herbæ obtritu hebetentur.

OBTRŪDO *vel* obstrudo, dis, si, sum, dere, a. 3. (ob *et* trudo). Part. *Obtrudens* I. 3.; *Obtrusus* II. 2. — Obtrudere est valde trudere, vel aliquid in aliud trudere, contra aliquem trudere, vi pellere, προσωθίζομαι (It. *spingere con forza, spingere dentro o contro*; Fr. *pousser violemment, enfoncer, fourrer dans*; Hisp. *pujar violentamente, hundir, introducir*; Germ. *hineinstossen, gegenanstossen*; Angl. *to thrust against, thrust or push violently against*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Apul.* 7. *Met. in fin.* Ardentem titionem mediis inguinibus obtrudit. ¶ 2. Speciatim apud *Plaut.* usurpatur pro avide vorare, in os cibum trudendo infercire, *Stich.* 4. 2. 13. stans obstrusero aliquid strenue. Verba sunt parasiti, qui quum audiret, non esse sibi ad recumbendum in cœna locum, ait, nihilominus stantem rem suam acturum. *Id. Curc.* 2. 3. 87. aliquid prius obstrudamus, pernam, sumen, etc. Alii hic leg. *obtrudamus. Festus p.* 193. 14. *Müll.* Obstrudant, obsatulient, ab avide trudendo in gulam, non sumendo, cibum. Unde obstrudulentum dixit Titinius: Obstrudulenti aliquid quod pectam sedens Aut hic lætuster (*Müll.* luculentaster), aut formaster frigidus. Hæc *Fest.*, ad quæ verba non una est criticorum conjectura. ¶ 3. Item speciatim est alium contra alium impellere. *Ammian.* 16. 12. *med.* Pulvis æquali motu assurgens, et prospectum eripiens, arma armis, corpora corporibus obtrudebat. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 37. *n.* 197. Cujus generis frigerantia atque obtrudentia tactu et densantia sunt hæc etc. *emplastici.*

II.) Translate. ¶ 1. Sæpissime ponitur pro invito et repugnanti offerre, aut dare, *dar per forza. Ter. Andr.* 1. 5. 15. ea quia nemini obtrudi potest, Itur ad me. *Id. Hecyr.* 3. 1. 16. numquam ausus sum recusare eam, quam mihi obtrudit pater. — Hinc *obtrudere palpum alicui* est *far carezze, o adulare chi non ne ha voglia,* αἰκαλλεῖν. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 35. Ego istuc aliis dare condidici: mihi obtrudere non potes palpum. ¶ 2. Interdum pro claudere, occludere. *Plaut. Men.* 3. 3. 26. Jamne abiit intro? abivit, obtrusit fores. *Al. leg.* operuit. *Prudent.* 5. περὶ στεφ. 95. Conclamat: os obstrudite, Ne plura jactet improbus. *Al. leg.* obtrudite; *eliso s. Seneca Ep.* 68. Multi aperta transeunt, condita et obstrusa rimantur. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 17. *sub init.* Ait quosdam medicantes Græco nomine (*passionem hanc*) phragmon vocare, siquidem obtrusis naturalibus ventris officiis fieri videatur. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 317. ed. *Ald.* Diffuso liquore obstrudentem hydropem nasci sive perfici ad tumorem totius corporis. *et paullo ante.* Obstruso meatu, qui ad ventrem ducit. — *NB.* Ad hoc vocabulum refertur etiam a nonnullis illud *Cic.* 6. *Verr.* 36. 79. Qui non obtrusit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, sed funditus sustulit et delevit. *h. e.* loco movit, evertit. Sunt qui suspicantur legendum *obtrivit*, alii *obruit*: sed *Orellius* ex opt. Cod. leg. *obstruxit*, quod probandum videtur.

OBTRŪDŪLENTUS *vel* obstrudulentus, a, um, adject. qui trudi potest, vel debet; ridicule conficta vox ad risum captandum. *V. Festi* locum in voce præced. I. 2. Cf. *Placidi Gloss.* in *Class. Auct. T. III.* edente *A. Maio.* Obstrulenta (*lege* Obstrudulenta) appetenda.

OBTRUNCĀTĬO, ōnis, f. 3. *troncamento*, κατακοπή, actus obtruncandi. *Colum.* 4. *R. R.* 29. 4. Quod tamen totius obtruncatione vitis et cum ejusdem resectionis fissura præcipit fieri.

OBTRUNCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBTRUNCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* trunco). Part. *Obtruncatus* et *Obtruncaturus* 2. — Obtruncare ¶ 1. Stricto sensu in re agraria est aliquid ex arboris trunco abscindere, cædere; κατακόπτω, (It. *troncare, tagliar via dall'albero*; Fr. *tailler, couper*; Hisp. *tajar, cortar, partir, dividir*; Germ. *ab-, be-, verschneiden, einstutzen*; Angl. *to cut off the head or limbs, cut or lop off, cut away*). *Colum.* 4. *R. R.* 29. 4. Atque ita superficies insitæ vitis usque ad receptum surculum obtruncatur. ¶ 2. Latiori sensu est concidere, trucidare, occidere, *tagliare a pezzi, ammazzare. Vet. Poeta* apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 26. 67. Puerum interea (*Medea*) obtruncat, membraque articulatim dividit, Perque agros passim dispergit corpus. *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 497. 27. *Merc.* Ceteri vice pecorum obtruncabantur. *Id. Jug.* 102. Equites, pedites permixti cædere alios, alios obtruncare. *Curt.* 6. 1. 1. Obtruncatis, qui promptius resistebant. *Liv.* 1. 5. *in fin.* Ita regem obtruncant. *Justin.* 33. 2. 2. Veluti jacentem obtruncaturus. *Virg.* 3. *Æn.* 331. scelerum Furiis agitatus Orestes Excipit (*illum*) incautum, patriasque obtruncat ad aras. *Id.* 3. *G.* 374. cervos Comminus obtruncant ferro. *Plaut. Aulul.* 3. 4. 10. Capio fustem, obtrunco gallum furem manifestarium.

OBTRŪSĬO *vel* obstrusio, ōnis, f. 3. obtrudendi actus. ¶ 1. Generatim est immissio per vim, *intrusione. Cæl. Aurel.* 1. *Acut. præfat. n.* 6. Asclepiades-, phrenitis, inquit, est corpusculorum statio, sive obtrusio in cerebri membranis frequenter sine sensuum alienatione et febribus. *Sunt Græca στάσις* et *ἔμφραξις.* Adde *eumd. ibid.* pluries, etiam in plur. num. ¶ 2. Item vehemens alterius rei in alterum impulsio. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 37. *n.* 197. At si sudorum perseveraverit fluor, probandam etiam asperginem, quæ suo frigore ac propria virtute, vel obstrusione constringat, judicamus. Cf. *ejusd.* verba, quæ proxime sequuntur, allata in OBTRUDO I. 3.

OBTŪĒOR, ēris, eri, dep. 2. (ob *et* tueor). Aliam formam *obtuor, tui*, exhibet *Accius* apud *Non. p.* 160. 3. *Merc.* Quibus oculis quisquam poterit illorum obtui vultus? Confer INTUOR et CONTUOR. — Ceterum *Obtuerier* pro *obtueri παραγωγή* est apud *Plaut. Most.* 3. 2. 153. et *Amph.* 3. 2. 19. — Obtueri ¶ 1. Est intentis oculis adspicere, contra intueri, *guardare fiso o in faccia,* ἐφοράω. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 17. numqui nummi exciderunt, here, tibi, quod sic terram Obtuere? *Id. Most.* 1. 1. 66. quid tu me nunc obtuere, furcifer? *Id. Amph.* 3. 2. 18. Quonam te avertisti? ALC. Ita ingenium meum est: Inimicos semper osa sum obtuerier. *Forcellinus* hunc locum ad sequentem paragr. retulit. — Facete *Id. Most.* 3. 2. 151. At tu isto ad vos obtuere. *h. e.* in eam partem, ubi vos estis. ¶ 2. Pro simplici intueri, aut videre. *Plaut. Most.* 3. 2. 153. nullam pictam conspicio hic avem. TRA. ignosco: ætate non quis obtuerier.

OBTŪĪTUS, us, m. 4. *V.* OBTUTUS.

OBTUMESCENS. *V. Obmutescens* in voc. OBMUTESCO.

OBTUNDO, tundis, tŭdi, tūsum *et* tunsum, tundere, a. 3. (ob *et* tundo). *Obtunsus* pro *obtusus* legunt nonnulli (inter quos *Pierius*) ex MSS. apud *Plaut. Cas.* 5. 1. 8., *Virg.* 1. *G.* 262. et 3. *ibid.* 135., *Gell.* 13. 24. *a med.*, *Auct. Paneg. ad Constantin.* 12. *extr.*, et *Apul.* 9. *Met.* Alii passim *n* exterunt. — Part. *Obtundens* II. 2.; *Obtusus* in fin. — Obtundere est super tundere, aut contra tundere, καταχόπτω (It. *battere sopra o contro, percuotere*; Fr. *frapper contre, ou sur*; Hisp. *cascar, herir, golpear contra, ó sobre*; Germ. *auf oder gegen etwas schlagen*; Angl. *to beat, strike*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Cas.* 5. 2. 50. Obtundit os mihi. *Id. Amph.* 2. 1. 59. Nam sum obtusus pugnis pessume. *Firmic.* 5. *Mathes.* 5. Qui aliquo dolore perculsi et caput plangant et pectora pugnis obtundant. ¶ 2. Latiori sensu, *obtundere aciem ferri* est ita tundere, ut crassior fiat et hebetetur, cædendoque inepta sit. *Lucret.* 6. 398. In terraque patris cur telum perpetiuntur Obtundi? *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 166. Nonne vides, ut nostra soror Clementia tristes Obtundat gladios? *rintuzza, spunta, rende ottusi. V.* OBTUSUS I. 2.

II.) Translate. ¶ 1. Ab acie ferri transfertur — *a)* Ad oculos, quum hebetiores fiunt, et minus vident. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 70. (142). Lens aciem oculorum obtundit et stomachum inflat. *Claudian. VI. cons. Honor.* 51. acies stupet igne metalli, Et circumfuso trepidans obtunditur auro. — *b)* Item ad aures, præsertim quum vel nimio clamore, vel eadem sæpius repetendo, molesti sumus. *Cic. Orat.* 66. 221. Ne brevitas defraudasse aures videatur, neve longitudo obtudisse. *averle stordite e stancate.* Sic *Timarch.* apud *eumd.* 5. *Verr.* 67. 157. Obtuderunt ejus aures, te socium prætoris fuisse. *gli assordarono le orecchie.* — Item ad aures, quum minus audiunt. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 11. 50. (87). Arundinum lanugo illita auribus obtundit auditum. — *c)* Item ad vocem, quum minus acuta et sonora fit. *Lucret.* 4. 612. *Lachmann.* Et tamen ipsa quoque hæc, dum transit clausa domorum, Vox obtunditur atque aures confusa penetrat, Et sonitum potius quam verba audire videmur. *Cic.* 2. *Orat.* 70. 282. Quum patronus vocem in dicendo obtudisset. Adde *Liv.* 7. 2. *a med.* Sic *Plin.* 32. *Hist. nat.* 9. 31. (96). Myaces fauces vexant vocemque obtundunt. — *d)* Sæpe ad animum. *Cic.* 1. *Tusc.* 33. 80. Multa e corpore exsistunt, quæ acuant mentem, multa, quæ obtundant. *Id.* 3. *Orat.* 24. 93. Non quo acui ingenia adolescentium nollem, sed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. — *Obtundere ægritudinem*, ejus vim infirmare. *Cic.* 3. *Tusc.* 16. 34. Nihil est, quod tam obtundat enervetque ægritudinem, quam etc. ¶ 2. Metaphorâ ductâ vel a fabris qui ferrum sæpe malleis tundendo hebetant, vel a superiori paragr. II. 1. *b.*, *obtundere aliquem* est molestia illum afficere, *importunare*, præsertim vel eadem sæpius repetendo, vel diutius, quam par est, loquendo vel rogando. *Ter. Adelph.* 1. 2. 33. ne me obtundas de hac re sæpius. *Id. Eun.* 3. 5. 6. rogitando (*me*) obtundat, enecet. *Id. Heaut.* 5. 1. 6. Ohe, jam desine deos, uxor, gratulando obtundere. *Id. Andr.* 2. 2. 11. obtundis, tametsi intelligo. *Cic.* 6. *Verr.* 49. 109. Non obtundam diutius: jamdudum vereor, ne oratio mea aliena ab judiciorum ratione videatur. *Orellius et al. leg.* Non obtundam diutius aures vestras. *At V. ibi adnotat.*, et cf. *Liv.* 2. 15. Quando id certum atque obstinatum est, neque ego obtundam sæpius eadem nequidquam agendo, nec etc. *Cic.* 8. *Att.* 1. *extr.* Ego si somnum capere possem, tam longis te epistolis non obtunderem. *Luccejus* ad *Cic.* 5. *Fam.* 14. *sub fin.* Cupio non obtundere te, si non delectare nostro studio. *Apul.* 9. *Met.* Non cessat obtundere, totam fabulam (*ut*) promeret. — Similiter *idem obtundere*, eadem repetere, apud *Liv.* 26. 38. Nec Blasius ante obstitit tamen tam audaci incepto, quam idem obtundendo, docendoque quam res ipsis patriæque salutaris esset, pervicit. — *Verba obtundentia* sunt molesta. *Gell.* 4. 9. *sub fin.* Verba, si perpetua atque infrunita et obtundentia, neque laudabilia, neque utilia sunt. — Hinc Part. præter. pass.

Obtusus vel *obtunsus, a, um*, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Obtusior* II. *a., d., f.* et g.; et est verberatus, percussus, *percosso, battuto.*

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Cas.* 5. 1. 8. Obtunso ore nunc pervelim progrediri senem. *h. e.* pugnis verberato. *Apul.* 9. *Met.* Offenso lapide atque obtunsis digitis, terræ prosteritur. ¶ 2. Latiori sensu est retusus, crassus, acumine carens, et pungendo, cædendove minime aptus, *ottuso, spuntato* ἀμβλύς. *Colum.* 4. *R. R.* 24. 21. Obtusa et hebes et mollis falx putatorem moratur. *Tac.* 15. *Ann.* 54. Pugionem vetustate obtusum saxo asperare. *Ovid.* 1. *Met.* 471. Obtusum telum. *Auct. Paneg. ad Constantin.* 12. *extr.* Collisi obtunsique gladii. *Virg.* 1. *G.* 361. durum procudit arator Vomeris obtusi dentem. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 79. (347). Cornua lunæ obtusa pluviam, erecta et infesta ventos significant. *Lucret.* 4. 356. Obtusus angulus. *Capell.* 6. *p.* 229. Angulus major directo obtusus dicitur, minor directo acutus.

II.) Translate, metaphorâ ductâ a superiori paragr. 2., dicitur — *a)* De acie oculorum, quæ hebes est, et minus videt: et translate de acie mentis, et ingenii. *Cic. Senect.* 23. 83. Nonne vobis videtur animus is, qui plus cernat et longius, videre se ad meliora proficisci; ille autem, cujus obtusior sit acies, non videre? — *b) Obtusæ aures*, tardæ, subsurdæ. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 170. Jamque cadunt vultus, oculisque novissimus error, Obtusæque aures, nisi quum vox sola mariti Noscitur. Adde *Cels.* 2. 8. et 8. 14. — Item *intronate, stordite. Cic.* 3. *Herenn.* 9. 17. Si vehementer aures auditorum obtusæ videbuntur, atque animi defatigati ab adversariis multitudine verborum. *Sil. It.* 11. 289. obtusæ aures immiti murmure tubæ. — *c) Obtusa vox*, minus clara. *Quintil.* 11. 3. 15. Vox candida et fusca, plena et exilis, dura et flexibilis, obtusa et clara. — *Obtusæ fauces. Id. ibid.* 20. Fauces tumentes strangulant vocem, obtusæ obscurant, rasæ exasperant, quum nempe vox obtunditur. *V.* OBTUNDO. II. 1. — *d) Obtunsior usus* alicujus membri a *Virg.* dicitur 3. *G.* 135., quum illud sensu acuto caret et vivido, *men sensitivo.* Sic *obtusus stomachus*, languidus, *svogliato. Plin.* 7. *Ep.* 3. Si cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutosque miscerem, ut obtusus illis et oblitus stomachus, his excitaretur. — *e)* Et de aliis physicis rebus. *Obtusæ vires*, infirmæ, fractæ, languidæ. *Lucret.* 3. 453. obtusis ceciderunt viribus artus. — *Obtusa lux*, parum nitens, subobscura, caliginosa. *Virg.* 1. *G.* 395. Nam neque tum stellis acies obtusa videtur, etc. — *Obtusum venenum*, sine vi. *Calpurn.* 5. *Ecl.* 94. *de angue.* Marcet, et obtuso jacet exarmata veneno. — *f)* Hinc translate de animo. *Liv.* 5. 18. Sensus oculorum atque aurium hebetes, vigor animi obtusus. *Gell.* 13. 21. *a med.* Obtuso ingenio esse. *Tac. Agric.* 9. Castrensis jurisdictio secura et obtusior, ac plura manu agens, calliditatem fori non exercet. *grossolana. Cic.* 1. *Nat. D.* 25. 70. Totum hoc aut etiam aut non, negavit esse necessarium: quo quid dici potest obtusius? — *g)* Hinc de ipsis hominibus. *Cic. fragm.* apud *Lactant.* 3. 14. *a med.* Mihi autem non modo ad sapientiam cæci videmur, sed ad ea ipsa, quæ aliqua ex parte cerni videantur, hebetes et obtusi. Sic *Arnob.* 1. 28. Nos hebetes, stolidi, fatui, obtusi et bruti. *et* 2. 22. Ita ille non omni pecore, ligno, saxo obtusior atque hebetior stabit? — Et translate, morali ratione, *Virg.* 1. *Æn.* 567. Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni. *h. e.* non adeo stupidi sumus, aut rustici, aut crudeles.

OBTĒNSĬO, ōnis, f. 3. *V.* OBTUSIO.

OBTUNSUS, a, um. *V.* OBTUSUS in fin. v. OBTUNDO.

OBTŪOR, ēris, ūi, dep. 3. *V.* OBTUEOR init.

OBTŪRĀCŬLUM, i, n. 2. *turacciolo*, obturamentum. *Marcell. Empir.* 35. *ante med.* Diligenter et spisse foramen ejus (*cacabi*) obturandum erit, atque ubi congelaverit se adeps, extrahendum obturaculum erit.

OBTŪRĀMENTUM, i, n. 2. *turacciolo, turamento*, ἔμφραξις, ἐπιστόμισμα, id quo quippiam obturatur. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 8. 13. (34). *de subere.* Usus ejus cadorum obturamentis. *Id.* 33. *ibid.* 4. 21. (75). Repleto stagno, excussis obturamentis, erumpit torrens tanta vi, ut saxa provolvat. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. *n.* 165. *de hæmorrhagiæ curatione.* Siquidem (*medicamina supra dicta*) sint frigidæ atque constrictivæ virtutis convenientia obturamenta.

OBTŪRĀTĬO ōnis, f. 3. ἐμφραγμός, obstructio. *Vulgat. interpr. Eccli.* 27. 15. Irreverentia ipsius (*multum jurantis*) obturatio (*est*) aurium.

OBTŪRĀTUS, a, um, *V.* OBTURO.

OBTURBĀTOR, ōris, m. 3. *turbatore*, qui obturbat. *Pseudon-Ascon.* in illud *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 15. 49. Nisi quem forte ex illo grege moratorum, etc. Obturbatores quosdam, sordidosque causidicos significat, qui adhibebantur ad moram faciendam, etc. *V.* MORATOR.

OBTURBĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBTURBO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* turbo). Part. *Obturbatus* I. — Obturbare est turbare, conturbare, perturbare, παρενοχλέω, ὑποκρούω, *turbare, perturbare.*

I.) Proprie. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 18. 26. (68). Obturbata proculcatione prius aqua, cameli bibunt.

II.) Translate. — *a)* Speciatim est obstrepere, obloqui, reclamare, impedire loquentem vel legentem, *interrompere, frastornare. Plaut. Pœn.* 1. 2. 49. sine amem: ne me obturba, ac tace. *Ter. Andr.* 5. 4. 23. Itane vero obturbat? Similiter absolute *Tac.* 6. *Ann.* 24. Obturbabant patres specie testandi. Ceterum *Id.* 3. *Hist.* 10. Obturbabatur militum vocibus Aponius, quum loqui cœptaret. *Sueton. Aug.* 86. Obturbare lectorem. — Et passive impersonaliter. *Plin.* 9. *Ep.* 13. Obturbatur, obstrepitur. — *b)* Generatim. *Cic.* 12. *Att.* 18. Obturbare solitudinem. *et ibid.* 16. *extr.* Me scriptio et litteræ non leniunt, sed obturbant. *Tac.* 3. *Hist.* 25. Obturbare hostes. *disordinare, scompigliare.* Adde *eumd.* 1. *Ann.* 66.

OBTURGESCO, turgescis, tursi, turgescere, n. inchoat. 3. idem ac turgescere, vel rectius vehementer turgescere, *gonfiarsi, gonfiarsi assai. Lucret.* 6. 658. Obturgescit enim subito pes. *Al. leg.* obbrutescit. *Paul. Diac. p.* 30. 13. *Müll.* A qua (*bova serpente*) icti obturgescunt. *Lucilius* apud *Priscian. 9. p.* 870. *Putsch.* Obtursi ebrius.

OBTŪRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *Obturarier* pro *obturari* est *Catonis*: *V.* infra sub I. — Part. *Obturans* et *Obturatus* I.; *Obturandus V.* in OBTURACULUM. — Ratione habita etymi, *Paul. Diac. p.* 184. 12. *Müll.* ducit a Θύρα *ostium*: unde quidam scripsere *obthuro*; quod plerisque aliis non placet. *Voss.* In *Etymol.* derivat a *tus*, his fretus *Varronis* apud *Nonium* verbis, quæ tamen reperire minime nobis datum fuit: Atque etiam sacerdotes aures suas ture replebant, ne peregrinis verbis intercedentibus confusa carminum memoria turbarentur. Ceterum obturare est obstruere, occludere, oppilare, ἐμφράττω, ἐπιστομίζω (It. *turare, otturare, intasare, chiudere*; Fr. *boucher, fermer*; Hisp. *tapar, cerrar*; Germ. *verstopfen*; Angl. *to stop or close up, stop by obturation*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 154. Labrum imum pertundito: ea fistulam subdito, uti obturarier recte possit. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 25. Obturare gutturem. *Id. Stich.* 1. 2. 57. os. *Varro* 3. *R. R.* 16. 8. *de apib.* Extra ostium alvei obturant omnia, qua venit inter favos spiritus. *Vitruv.* 7. 12. Dolia operculis obturant, ne spiramentum obturata emittant. *Colum.* 12. *R. R.* 50. 4. Amphoras fasciculis fœniculi obturare. *Vitruv.* 10. 12. Axibus obturantibus foramina. *Scribon. Compos.* 47. Et maxime quum utraque obturata spisse necessario sunt foramina narium, qua spirandi facultas eripitur. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 10. 58. (178). Limo aut cinere obturare foramina. *Id.* 34. *ibid.* 18. 54. (175). Obturati urcei. *Id.* 20. *ibid.* 6. 21. (44). Obturatæ nares. *Horat.* 2. *Ep.* 105. Obturare aures. *Cic. Fat.* 5. 10. Stupidum esse Socratem dixit, quod jugula concava non haberet: obstructas eas partes et obturatas esse dicebat.

II.) Translate. *Lucret.* 4. 867. *Lachmann.* Propterea capitur cibus, ut sulfulciat artus Et recreet vires inter datus, atque patentem Per membra ac venas ut amorem obturet edendi. *h. e.* sedet, comprimat, ut *Virg.* 8. *Æn.* 184. loquitur.

OBTŪSĒ, adverb. Comp. *Obtusius* 1. — Obtuse est obtusa acie: sed occurrit translate tantum; et ¶ 1. De oculorum acie. *Solin.* 32. *a med.* Crocodili in aqua obtusius vident, in terra acutissime. *Augustin. Doctr. Christ.* 4. 5. Et hæc quidem cuncta, quæ dixi, omnes fere homines in his, quæ loquendo arguunt, facere non quiescunt. Sed quum faciant alii obtuse, deformiter, frigide, alii acute, ornate, vehementer etc.

OBTŪSIANGŬLUS, a, um, adject. qui obtusum angulum habet. *Boeth. Geom. p.* 1182. Triangulum amblygonium, quod Latine obtusiangulum dicitur, est quod obtusum habet angulum.

OBTŪSIO *vel* obtunsio, ōnis, f. 3. actus obtundendi, percussio.

I.) Proprie. *Lamprid. Commod.* 10. Quem vidisset albescentes inter nigros capillos quasi vermiculos habere, sturno apposito, qui se vermes sectari crederet, capite suppuratum reddebat obtunsionibus. *Tertull.* 2. *Resurr. carn.* 57. Cujuscum-

que membri detruncatio, vel obtusio, nonne membri mors est?

II.) Translate. *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 6. Obtusio sensuum. *h. e.* stupiditas. Sic *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *sub init.* Obtusio visus. *et mox.* Omnes sensus obtusione afficiuntur.

OBTŪSUS, a, um. *V.* OBTUNDO.

OBTŪTUS, us, m. 4. (obtuor). De alia forma *obtuitus V.* infra sub I. *a.* — Obtutus est aspectus, inspectio, πρόσοψις (It. *l'atto del guardare, il guardare, sguardo*; Fr. *action de regarder, regard, vue*; Hisp. *la accion de mirar, mirada*; Germ. *das Sehen, der Blick, Hinblick*; Angl. *a looking at, beholing earnestly, look, aspect*).

I.) Proprie. — *a*) In singulari num. *Cic.* 3. *Orat.* 5. 17. Qui vultum ejus, quum ei dicendum esset, obtutumque oculorum in cogitando probe nosset. *Id.* in *Arat.* 2. *Nat. D.* 42. 107. Obtutum aliquo figere. *Id. Tim.* 8. Effugit obtutum oculorum animus. *Quintil.* 1. 2. 11. Visus fatigatur continuo obtutu oculorum. *Seneca Agam.* 137. circuit pallor genas, Jacensque vultus languido obtutu stupet. *Virg.* 1. *Æn.* 499. Dum stupet, obtutuque hæret defixus in uno. *et* 7. *ibid.* 249. defixa Latinus Obtutu tenet ora, soloque immobilis hæret. *et* 12. *ibid.* 666. Obtutu tacito stetit. *Val. Flacc.* 7. 88. et tandem obtutu consurgit ab alto. *h. e.* in terram diu defixo: ut dicitur *altus sopor, altus timor*, etc. Quidam codex, teste *Burmann.*, habet *obtuitu. Sil. It.* 17. 341. Hæc procul aeria speculantem nube sororem Ut vidit divûm genitor, mœstosque sub acri Obtutu vultus, etc. *Ammian.* 17. 7. Et amandato solis splendore, nec contigua vel apposita cernebantur: ita oculorum obtutu præstricto, humo involutus crassæ caliginis æqualor insedit. *Festus p.* 186. 18. *Müll.* Obtutu, quasi obtuitu, a verbo quod est tuor et significat video. Similia habet *Paul. Diac. p.* 187. 14. — *b*) In plurali num. *Prudent. Hamartig.* 915. Nil intercurrens obtutibus.

II.) Translate. ¶ 1. Apud serioris ævi scriptores pro oculo usurpatur. *Apul.* 1. *Met.* Isto gemino obtutu circulatorem asperi. *con questi due occhi.* — Et in plur. num. *Ammian.* 17. 8. *extr.* Quorum legatis, humi prostratis sub obtutibus ejus, pacem hon tribuit pacto, ut ad sua redirent incolumes. *Id.* 24. 6. Equitum turmæ sic confertæ, ut laminis coaptati corporum flexus splendore præstringerent occursantes obtutus. ¶ 2. Pro cogitatione. *Ovid.* 4. *Trist.* 1. 39. Semper in obtutu mentem vetat esse malorum. *nel pensiero.*

ŌBULTRŌNĔUS, a, um, adject. qui obviam ultro progreditur. *Gloss. Philox.* Obultroneus, αὐθαίρετος. Habent et *Not. Tir. p.* 83. Ultroneus, obultroneus.

ŌBUMBRĀTĬO, ōnis, f. 3. *oscuramento, adombramento*, actus obumbrandi. *Arnob.* 5. 41. Si allegoricæ cæcitatis obumbratio tolleretur, facilis ad discendum res esset. *Vulgat. interpr. Jacob.* 1. 17. Apud quem (*Deum*) non est transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 14. *ante med.* Fictis ea rationibus et quibusdam obumbrationibus sæpiunt.

ŌBUMBRĀTRĪX, īcis, f. 3. quæ obumbrat. *Tertull. Apolog.* 9. Arbores templi obumbratrices scelerum. *V.* integrum locum in VOTIVUS.

ŌBUMBRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

ŌBUMBRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* umbro). Part. *Obumbrans* II. *A.* 1. et 2.; *Obumbratus* I. et II. *A.* 1. et 2. et *B.* 2. — Obumbrare est umbra tegere, umbram inducere, ἐπισκιάζω (It. *inombrare, adombrare*; Fr. *ombrager, couvrir de son ombre*; Hisp. *sombrear*; Germ. *beschatten, mit Schatten bedecken*; Angl. *to shade, overshadow, cloud, inumbrate, obumbrate*).

I.) Proprie. — *a*) De more cum Accusativo. *Ovid.* 2. *Amor.* 16. 10. Gramineus madidam cæspes obumbrat humum. *Id.* 13. *Met.* 844. coma plurima torvos Prominet in vultus, humerosque, ut lucus, obumbrat. *et* 14. *ibid.* 836. duce me lucum pete, colle Quirino Qui viret et templum Romani regis obumbrat. *Justin.* 1. 4. 2. Vitem enatam, cujus palmite omnis Asia obumbraretur. *Curt.* 5. 4. Obumbratus (*platanis*) amnis. — *b*) Cum Dativo. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (165). Melior vino ea vitis, quando sibi ipsa non obumbrat, assiduoque sole coquitur.

II.) Translate occurrit *A*) De rebus physicis; et *B*) De abstractis, sive morali ratione.

A) De rebus physicis ¶ 1. Est obscurare. *Virg.* 12. *Æn.* 578. Ferrum alii torquent, et obumbrant æthera telis. *Ammian.* 19. 2. Nec minores in civitate luctus aut mortes, sagittarum creberrima nube auras spissa multitudine obumbrante. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 42. 42. (111). Nubes solem obumbrant perspicuum alias. *et ibid.* 41. 41. (109). Heliotropium abeuntem solem intueri semper omnibusque horis cum eo verti vel nubilo obumbrante. *Capell.* 1. *p.* 5. Scopulus perpetua nube obumbratus. ¶ 2. Item est tegere, cooperire. *Apul.* 11. *Met. in fin.* Non obumbrato, vel obtecto calvitio, sed quoquoversus obvio. *Id.* 2. *ibid.* Palmula rosea obumbrans glabellum feminal. *Pallad.* 12. *R. R.* 1. Locis frigidis dicunt in fabæ satione glæbas non esse frangendas, ut per eas gelicidiorum tempore possint germina obumbrata defendi.

B) De abstractis, sive morali ratione. ¶ 1. Est obscurare (Cf. II. *A.* 1.). *Tac.* 2. *Hist.* 32. Senatum et populum, numquam obscura nomina, etsi aliquando obumbrentur. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 23. (41). In proverbium cessit, sapientiam vino obumbrari. *offuscarsi. Mamert. Grat. act. ad Julian.* 5. Obumbrare candorem æquitatis. *Quintil.* 8. *proœm.* 23. Illa, quæ curam fatentur, sensus obumbrant. ¶ 2. Item tegere, celare (Cf. II. *A.* 2.). *Petron. Satyr.* 101. Poteris hanc simulationem et lacrimis et vultus confusione obumbrare. *coprire, colorire questa finzione. Ovid. Heroid.* 17. 48. nec ullus Error, qui facti crimen obumbret, erit. *Id.* 3. *Pont.* 3. 75. Tu licet erroris sub imagine crimen obumbres, etc. *Ammian.* 15. 2. *extr.* Justitia concinnatis mendaciis obumbrata. *Id.* 29. 1. *post init.* Qui, dum formidine successoris agitaretur in dies, obumbratis blanditiarum concinnitatibus cavillando Valentem sibi varie commulcebat. ¶ 3. Demum est tueri, defendere: ducta metaphora ab arboribus, quæ solem frondibus defendunt. *Virg.* 11. *Æn.* 222. Multa simul contra variis sententia dictis Pro Turno: et magnum reginæ nomen obumbrat.

ŌBUNCĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *obunco*: obuncus factus. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 14. Digitorum summitates crassescunt obuncatis unguibus: quod Græci γρυπωσιν vocant. Cf. *eumd.* 2. *Acut.* 32. *n.* 168. Unguium uncatio, quam γρύπωσιν vocant.

ŌBUNCTUS, a, um, particip. ab inusit. *obungo*: *unto*, circum unctus, oblitus, illitus, delibutus. *Apul.* 2. *Met.* Capillus guttis Arabicis obunctus. *et* 8. *ibid.* Facie cœnoso pigmento delita, et oculis obunctis graphice.

ŌBUNCŪLUS, a, um, adject. deminut. obunci. *Titinius* apud *Non. p.* 536. 19. *Merc.* Tunica et cingula obuncula adimetur: pannos possidebit fœtidos. *h. e.* aduncа fibula instructa. *Bothe* legend. putat, *togula obunculæ* h. e. anui curvæ. *Mercerus* leg. *toqula obuncula.*

ŌBUNCUS, a, um, adject. aduncus, deorsum versum curvatus; et opponitur *reduncо*, qui est sursum versum curvatus, ἐπίγρυπτος, *adunco, uncinato, grifagno.*

I.) Proprie. *Virg.* 6. *Æn.* 597. rostroque immanis vultur obunco. *Ovid.* 6. *Met.* 516. pedibus prædator obuncis Deposuit nido leporem Jovis ales in alto. *Id. de nuce* 115. quia nec noceo, nec obuncis vindicor hamis. *Arnob.* 6. 12. Saturnus cum obunca falce formatur et fingitur. *Dares* 13. Nestor obunco naso.

II.) Translate. *Claudian. B. Gild.* 470. *de aquila anguem lacerante.* reluctantem morsu partitur obunco.

ŌBUNDĀTĬO, ōnis, f. 3. *inondazione*, exundatio. *Flor.* 4. 2. *ante med.* Interim obundatione verni fluminis commeatibus prohibetur. *Est qui leg.* abundatione.

ŌBUNDO, as, are, n. 1. circum undo, exundo.

I.) Proprie. *Stat.* 1. *Achill.* 102. lateque deæ Sperchios obundat Obvius, et dulci vestigia circuit unda. *Al. leg.* abundat.

II.) Translate. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 3. Semper obundantes hastas frangitque quatitque. *Ita cl.* Vahlen.; *alii* abundantes.

ŌBURVO *vel* oburbo, as, are, a. 1. (ob *et* urvo *vel* urbo) est circumscribere, circumducere. *Gloss. Placid.* edit. ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 491. Obarbas (*lege* Oburbas), circumscribis: dictum ab arbo (*lege* urbo) qui est in curvatura aratri, vel a sulco urbium, quia primus aratri circumductus propter altitudinem murus appellatur.

ŌBUSTUS, a, um, particip. ab inusit. *oburo*: *abbruciato all'intorno, abbrustolito*, circum ustus. περικεκαυμένος.

I.) Proprie. *Virg.* 11. *Æn.* 894. Stipitibus ferrum sudibusque imitantur obustis. *et* 7. *ibid.* 506. hic torre armatus obusto. *Sil. It.* 4. 282. Contorquet nodis et obusto robore diram Vel portas quassare trabem. Cf. *Virg.* 11. *Æn.* 552. Telum immane manu valida quod forte gerebat Bellator, solidum nodis et robore cocto.

II.) Translate. *Ovid.* 5. *Trist.* 2. 66. Glæbaque canenti semper obusta gelu.

OBVĀGĬO, is, ire, n. 4. ἀντιβεβάζω, vagitu obstrepo, contra, seu circum vagio. *Plaut. Pœn. prol.* 31. Ne esurientes hic quasi bædi obvagiant.

OBVĀGŪLĀTUM ire, prisca formula in Leg. XII. Tab., ut est apud *Fest. p.* 233. 25. *Müll. Id. p.* 375. 12. Vagulatio in lege duodecim Tabularum significat quæstionem cum convicio. Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito. *h. e.* tribus continuis nundinis eat ad domum adversarii sui, ibique obversetur, et cum clamore et convicio sua repetat. *Portus* enim ibi pro domo positus est. Putant autem ipsam vocem esse a *vagio*, unde fieri *vagulo*, seu *vagulo*, et *obvagulo*. Alii a *vagor* deducunt. *V.* PIPULUM.

OBVALLĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBVALLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* vallum). Part. *Obvallans* II. — Obvallare est vallo claudere, *munire al vallo.*

I.) Proprie. *Paul. Diac. p.* 179. 5. *Müll.* Ob præpositio alias ponitur pro circum, ut quum dicimus, urbem obsideri, obsignari, obvallari.

II.) Figurate. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 1. 3. Eum locum, quem nobilitas præsidiis firmatum atque omni ratione obvallatum tenebat, me duce rescidistis, virtutique in posterum patere voluistis. *h. e.* quasi vallo opposito munitum et clausum. *Haterian.* ad *Virg.* 9. *Æn.* 397. ab *A. Maio* editus inter *Vet. interpr. Virg. p.* 62. Terror, quem incutiebat et nox et locus ignotus et tumultus obvallantis comitatus.

OBVĀRĬCĀTOR, ōris, m. 3. qui cuipiam occurrit, quominus rectum iter conficiat. *Festus p.* 194. 1. *Müll.* et *Paul. Diac. p.* 195. 9. *V.* et voc. seq.

OBVĀRO, as, are, a. 1. *torcere, guastare*, διαστρέφω, depravo, perverto: a *varis*, id est qui introrsum pedes intortos habent. *Ennius* apud *Non. p.* 147. 22. *Merc.* Nam consiliis obvarant.

OBVĒLO, as, āvi, are, a. 1. (ob *et* velo) operire. Translate *Cassiod.* 10. *Hist. Eccl.* 26. Populus undas Bosphori lampadibus et cereis obvelavit.

OBVĒNĬENTĬA, æ, f. 1. *avvenimento*, eventus, qui aliunde obvenit. *Tertull. advers. Valentinian.* 29. De obvenientia superducant.

OBVĒNĬO, vēnis, vēni, ventum, vēnire, n. 4. (ob *et* venio). Part. *Obventurus* I. — Obvenire est obviam, vel contra, sive coram venire, ἀντάω (It. *venire incontro*; Fr. *venir à, se présenter au-devant*; Hisp. *venir á, presentarse delante, comparecer ante*; Germ. *entegegen kommen, begegnen*; Angl. *to meet or come in the way by chance*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Att.* 12. *sub fin.* Eas daturus eram ei, qui mihi primus obvenisset. *Al. melius leg.* obviam venisset. *Liv.* 29. 34. Jubet cedere paullatim: se in tempore pugnæ obventurum. *Al. leg.* venturum: *Forcellinus* interpretatur adventurum.

II.) Translate. ¶ 1. Est obtingere, *toccare in sorte, toccare.* — *a*) De hereditate. *Cic.* 4. *Verr.* 7. 20. Quod hereditas ei obvenisset. *Varro* 1. *R. R.* 12. 2. Istiusmodi mi fundus hereditate obvenit. *Justin.* 38. 5. 4. Paphlagonia, quæ non vi, non armis, sed adoptione testamenti hereditaria patri suo obvenisset. *Plin.* 5. *Ep.* 1. *init.* Legatum mihi obvenit modicum, sed amplissimo gratius. — *b*) Hinc generatim. *Cæs.* 7. *B. G.* 81. *sub fin.* Quibus eæ partes ad defendendum obvenerant. *Plaut. Truc.* 2. 6. 40. haud ab re tibi obvenit iste labos. *Forcellinus* hunc locum ad paragr. proxime sequentem retulit. — *c*) Speciatim de provinciis, etc. *Cic.* 4. *Verr.* 6. 17. Simul atque ei sorte provincia Sicilia obvenit. *Cæs.* 1 *B. C.* 6. Provinciæ decernuntur: Scipioni obvenit Syria, Domitio Gallia. *Sueton. Cæs.*

7. Quæstori ulterior Hispania obvenit. *Liv.* 9. 31. *init.* Consules inter se provincias partiti: Junio Samnites, Æmilio novum bellum Etruria sorte obvenit. *Id.* 40. 35. Prætores inde sortiti sunt. A. Hostilio urbana, Ti. Minucio peregrina obvenit. *Id.* 30. 40. Uti consules provincias inter se compararent, sortirenturve, uter Italiam, uter classem navium quinquaginta haberet. Cui classis obvenisset, in Siciliam navigaret. ¶ 2. Item contingere, evenire, accidere, *avvenire, accadere. Plaut. Asin.* 2. 2. 15. Obvenit occasio. *s'è presentata.* Sic *Curt.* 8. 6. *init.* Cujus (*iræ*) explendæ matura obvenit occasio. *Cic.* 2. *Phil.* 33. 83. Id igitur (*in auspiciis*) obvenit vitium, quod tu jam cal. Januar. futurum esse provideras. *Id.* 2. *Off.* 21. 74. Sin quæ necessitas hujus muneris alicui rei publicæ obvenerit etc. *Sueton. Vesp.* 21. Post decisa, quæcumque obvenissent, negotia.

OBVENTĬCĬUS *vel* obventitius, a, um, adject. *casuale, accidentale*, qui obvenit, qui casu contingit. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 3. Obventicia bonitas.

OBVENTĬO, ōnis, f. 3. *entrata, profitto*, quidquid præter agrorum fructus alicui accedit ex industria, ut mercedes ex vectura jumentorum, navium, locatione, pensionibus, etc. *Ulp. Dig.* 14. 1. 1. *a med.* Exercitorem cum dicimus, ad quem obventiones et reditus omnes pervenlunt. *Id. ibid.* 27. 9. 12. *circa med.* Vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum spe atque obventionum. Adde *ibid.* 7. 1. 7.

OBVENTUS, us, m. 4. occursus, adventus. *Tertull. Anim.* 41.

OBVERBĔRO, as, are, a. 1. Part. *Obverberans.* — Obverberare est idem quod verberare. *Apul.* 7. *Met.* Inscensum (*asinum*) baculo obverberans. *et* 9. *ibid.* Ferula nates ejus obverberans. *et ibid.* Comites ejus pugnis obverberant.

OBVERSĀTĬO, ōnis, f. 3. παρίσταοις, actus obversandi, huc illuc itio. *Cic. Mur.* 24. 49. Mœstos amicos, obversationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptorum animadvertebant. Ita quidam *lexicographi*: verum in optimis codicib. legitur *observationes.*

OBVERSĀTUS, a, um. *V.* OBVERSOR.

OBVERSĔ, adverb. *verso, in faccia. Colum.* 9. *R. R.* 7. 5. Domicilia apum obverse ad hibernum orientem componi debebunt, ut apricum habeant apes matutinum egressum, et sint experrectiores. *At* Schneider. *cum plerisque leg.* obversa.

OBVERSO, as, etc. *V.* voc. seq. init.

OBVERSOR, āris, ātus sum, ari, d. 1. (ob *et* verso). Etiam *obverso, as*, dictum est, teste *Prisciano* 8. *p.* 799. *Putsch.* — Part. *Obversans* sub *A.* I. et II.; *Obversatus* sub *A.* I. et II.; *Obversaturus* sub *A.* I. — Obversari

A) Apud optimos quosque usurpatur pro versari ante aliquem, apparere, adesse, παρίσταμαι, διατρίβω (It. *stare o praticare innanzi a qualcheduno, bazzicare, farsi vedere*; Fr. *se mouvoir devant, ou en face, se tenir devant, se montrer, se laisser voir*; Hisp. *moverse delante, moverse en cara, mostrarse*; Germ. *vor etwas sich hin-und herbewegen, sichtzeigen*; Angl. *to be present under one's view, appear in view, be on the spot*).

I.) Proprie. *Liv.* 31. 11. Magnam partem eorum (*transfugarum*) palam Carthagini obversari dici. *Id.* 33. 47. Obversatus eo die in foro avertendæ suspicionis causa primis tenebris est egressus. *Id.* 2. 54. Tandem, qui obversati vestibulo tribuni fuerant, nunciant, domi mortuum esse inventum. *Id.* 35. 15. Magni tamen luctus species per aliquot dies regiam tenuit: legatusque Romanus, ne alieno tempore incommodus obversaretur, Pergamum concessit. *Plin.* 5. *Ep.* 21. Sedebant judices, obversabantur advocati. *Id.* 6. *ibid.* 16. *a med.* Nam meatus animæ ab iis, qui limini obversabantur, audiebatur. *Id. Paneg.* 48. Obversabantur foribus horror et minæ, et par metus admissis et exclusis. *Tac.* 3. *Ann.* 37. Obversans in urbe inter cætus et sermones hominum. — *Porc. Latr. in Catil.* 36. Putate matronas Urbis ac liberos nostros ad genua vestra sese obversaturos? *Ubi* obversari est *pro* sese advolvere, provolvi.

II.) Figurate et sæpe dicitur de iis, quæ oculis aut menti apparent, ut spectra, visa, species, *presentarsi, apparire. Lucret.* 4. 978. *Lachmann.* Per multos itaque illa (*simulacra*) dies eadem obversantur Ante oculos. *Cic. Sext.* 3. 7. Sed mihi ante oculos obversatur reipublicæ dignitas, quæ me ad se rapit. *et Justin.* 26. 2. 5. Obversantibus ante oculos Manibus interemptorum. *Cic.* 2. *Tusc.* 22. 52. Obversantur animo honestæ species. *Liv.* 35. 11. Caudinæ cladis memoria non animis modo, sed prope oculis obversabatur. *Id.* 2. 36. Ægro animi eadem illa in somnis obversata species, visa est rogitare etc. *Sueton. Claud.* 37. Sibi quoque eamdem speciem aliquot jam noctibus obversari retulit. *Id. Aug.* 94. *sub fin.* Affirmavit, ipsum esse, cujus imago secundum quietem sibi obversata sit. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 102. (164). Hac pota lymphari homines, obversantibus miraculis. *h. e.* animo miras rerum species imaginante. *Lucret.* 4. 1055. Illius et nomen dulce obversatur ad aures.

B) Pro adversari. *Tertull. advers. Gnost.* 5. Malo obniti et obversari nisi bonum non potest.

OBVERSUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBVERTO, tis, ti, sum, tere, a. 3. (ob *et* verto). Part. *Obversus* I. et II. — Obvertere est versus, erga, aut contra aliquem vertere, convertere ἀντιστρέφω (It. *voltare verso, o contra, o in faccia*; Fr. *tourner vers ou contre, diriger vers*; Hisp. *volver hácia ó contra*; Germ. *etwas gegen etwas hinkehren, zuwenden, zukehren, hindrehen*; Angl. *to turn towards or against, turn so as to face or be opposite to, turn about, obvert*).

I.) Proprie. — 1.°) De hominibus, qui se, aut rem aliquam obvertunt. — *a*) Active. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 18. 39. et 9. *Fam.* 26. Quem aspectabant: cujus ob os ora Graji obvertebant sua. *Plaut. Pseud.* 4. 3. 3. Nimis ego illum hominem metuo, Ne in re secunda nunc mihi obvertat cornua. *Virg.* 3. *Æn.* 549. Cornua velatarum obvertimus antennarum. *Id.* 6. *ibid.* 3. Obvertunt pelago proras. Cf. *Cic. Arat.* 131. quum cœptant tutos contingere portus, Obvertunt navem magno cum pondere nautæ, Adversamque trahunt magno cum pondere puppim. *Ovid.* 3. *Met.* 676. obstantes dum vult obvertere remos. *Id.* 12. *ibid.* 605. arcus obvertit in illum, Certaque letiferi direxit spicula dextra. *Liv.* 27. 28. *a med.* Inde primo turbata acies est, dum ad circumsonantem undique clamorem flectere cornua et obvertere ordines volunt. *voltarli in faccia al nemico.* — *b*) Passive, sed Mediorum apud Græcos more ac vi. *Ovid. Heroid.* 19. 191. cæruleas quoties obvertor ad undas. *Liv.* 6. 24. Ut circumagi signa, obvertique aciem viderunt in hostem etc. — Similiter Part. *Obversus* apud *eumd.* 6. 7. Camillus in equum insilit, et, ante signa obversus in aciem etc. *Ovid.* 12. *Met.* 467. faciemque obversus in agmen utrumque. *Sil. It.* 10. 110. Obversam spectans ora ad Phaetontia prolem. *Tac.* 4. *Ann.* 54. Obversus ad matrem, non mirum, ait, si etc. *Flor.* 2. 6. *ante med.* Romani adversus solem, pulverem, Eurum obversi. — Et cum Accus. sine præpositione. *Apul.* 2. *Met.* Tunc orientem obversus, et incrementa solis tacitus imprecatus. — Absolute. *Tac.* 12. *Ann.* 14. Carrhenem, profligatis obversis longius evectum, integer a tergo globus circumvenit. *h. e.* adversis et resistentibus. — 2.°) De locis est vergere. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 24. Ne pascentium capita sint obversa soli. *Sic vulgati libri*: *at* Schneider. *legit.* adversa. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 21. 27. (133). Fenestras cellæ vinariæ obverti in aquilonem oportere. *et* 17. *ibid.* 3. 2. (23). In aquilonem obversas vites et arbores poni suasere. Cf. *Tac.* 4. *Ann.* 67. Æstas in Favonium obversa, et aperto circum pelago peramœna.

II.) Translate. *Tac.* 3. *Hist.* 83. Miles ad sanguinem et cædes obversus. *datosi. et ibid.* 11. Uni Antonio vis ac potestas in utrumque exercitum fuit, cedentibus collegis, et obversis militum studiis. — *Obversus* opponitur *diverso* apud *Claud. Mamert.* 5. *Stat. an.* 10. *sub init.* Juvat modo quid obversum vero, quidve diversum eadem veritas aut depellat, aut proterat.

OBVĬAM, adverb. Scribitur et divisim *ob viam.* — Obviam est *ob*, id est contra viam, (ut sit *Paul. Diac. p.* 147. 11. *Müll. Ob Trojam duxit exercitum* pro *ad*, similiterque *vadimonium obisse*, id est *ad vadimonium isse*, et *obviam ob viam.*); hinc adversus, contra, εἰς ἀπάντησιν (It. *incontro, contro*; Fr. *sur le chemin, sur le passage, au-devant, à la rencontre, devant*; Hisp. *delante en la ruta, delante en el camino*; Germ. *den Weg entlang, daher entgegen*; Angl. *in the way, so as to meet or fall in with*).

I.) Proprie. *Plaut. Amph.* 3. 4. 2. omnes de via decedite, Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obviam obsistat mihi. *C. Gracchus* apud *Gell.* 10. 3. Ei obviam bubulcus de plebe Venusina advenit. *Cic. Mil.* 10. 29. Fit obviam Clodio ante fundum ejus. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 16. quem quæro, optime ecce obviam mihi est. *Cic.* 2. *Phil.* 32. 78. Cæsari ex Hispania redeunti obviam longissime processisti. *et ibid.* 24. 58. et 3. *Fam.* 7. Prodire obviam alicui. *Id. Mur.* 33. 69. venire. *et* 32. 67. ire. et 14. *Fam.* 5. properare. *Cæs.* 7. *B. G.* 12. proficisci. *et* 28. contra venire. *et* 1. *B. C.* 18. exire. *Liv.* 7. 10. progredi. *Cic.* 3. *Fam.* 7. et 12. *Att.* 5. mittere. *Plaut. Asin.* 2. 3. 24. *et* 2. 4. 6. occedere. *Id. Epid.* 2. 2. 30. occurrere. *Id. Men.* 5. 8. 8. præcurrere. *Id. Pseud.* 1. 3. 20. accedere. *Cic. Planc.* 40. 96. ferre se. *Ter. Adelph.* 3. 2. 24. offerre se. *Liv.* 1. 16. *a med.* dare se. *Id.* 5. 23. Adventus dictatoris, omnibus ordinibus obviam effusis, celebratior fuit. *Ter. Phorm.* 1. 4. 19. ipse est, quem volui obviam. *Plaut. Pseud.* 2. 1. 18. quis hic est, Qui oculis meis obviam objicitur? *si presenta, si fa vedere*? et 4. 8. 5. minas, Quas promisi, obviam ei ultro deferam. *Gell.* 17. 4. Eum quum habuisset forte obviam, quæso, inquit, etc. *Cic.* 11. *Att.* 16. De obviam itione ita faciam.

II.) Translate. — 1.°) Generatim. *Plaut. Capt.* 3. 3. 6. Nec sycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam est. *h. e.* adest, in promptu est. *Id. Cas.* 3. 4. 28. amanti mihi tot obviam eveniunt moræ. *h. e.* interponunt se, mihi obsistunt. *Id. Stich.* 4, 1. 19. si tibi nulla segritudo est animo obviam. *h. e.* sese offert. *Sall. Jug.* 7. Obviam ire periculis. *h. e.* pericula adire. — 2.°) Speciatim. *Obviam ire* — *a*) Sæpe est opponere se, obsistere, resistere, *resistere, opporsi. Cic.* 3. *Verr.* 41. 106. Cupiditati hominum obviam ire. *Sall. Jug.* 5. Tum primum superbiæ nobilitatis obviam itum est. *Liv.* 9. 14. Lætari milites, obviam itum iræ suæ. *Id.* 23. 28. *a med.* Ambo duces junctis copiis, ire obviam cœptis atque obsistere parant. *Sall. Cat.* 6. Hostibus obviam ire. *Id. Jug.* 17. *sub fin.* injuriæ. *et ibid.* 25. sceleri. *et ibid.* 46. Gracchorum actionibus. *Tac.* 6. *Ann.* 16. fraudibus. *et* 2. *Hist.* 33. sententiæ. Sic *Cic.* 4. *Att.* 16. *a med.* Pomptinius vult triumphare: huic obviam Cato et Servilius prætores aperte. — *b*) Cavillandi et irridendi causa duplicem adverbii significationem, in bonam scilicet et in malam partem, simul complexus est his verbis *Cic.* 2. *Att.* 1. *ante med.* Quum neque sibi ex Sicilia Romam venientis obviam quemquam prodire potuisse, et noctu se introisse, in contione jactasset Clodius; nihil ei novi dixi accidisse: noctu introisse item ante, non esse itum obviam, ne tum quidem, quum iri maxime debuit. *h. e.* noctu item Cæsaris domum introisse, quum ibi mulieres Bonæ Deæ sacra facerent, nec quemquam inde ad eum expellendum contra prodiisse, quod maxime fieri debuisset, ne ipsius deæ sacra viri præsentia pollucrentur. — *c*) Pro remedium afferre, mederi, *rimediare, ovviare. Tac.* 4. *Ann.* 64. Ni Cæsar obviam isset, tribuendo pecunias pro modo detrimenti. *et* 13. *ibid.* 5. Obviam ire dedecori. *et* 4. *ibid.* 6. infecunditati terrarum. *et* 4. *Hist.* 46. timori.

OBVĬĀTĬO, ōnis, f. 3. (obvio) occursus. *Gloss. Cyrill.* Ἀπαντήσις, obviatio, occursus.

OBVĬGĬLĀTO, adverb. ab

OBVĬGĬLO, as, ātum, are, n. 1. vigilare. *Plaut. Bacch.* 3. 2. 14. Qua me causa magis eum cura esse ea, quam obvigilato'st opus. *Al. leg.* atque advigilare est opus.

OBVĬO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (ob *et* vio). Part. *Obvians* sub 1. — Obviare ¶ 1. Est obviam ire, *andare incontro*, ἀπαντάω. *Hieronym. ep.* 5. *n.* 1. Reciprocæ epistolæ inter nos currant: illæ sibi obvient, illæ nobiscum loquantur. *Veget.* 3. *Milit.* 4. In scutis invicem obviantibus niti. ¶ 2. Item est obsistere, resistere, *andar contro, opporsi. Macrob.* 7. *Saturn.* 5. Ubi tot impellentium procerum, quibus obviandum non erat, hortatui succubuit. *Marcell. Dig.* 39. 5. 20. Ut non possit suæ confessioni obviare. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 12. 1. 161. Plectibili severitate eorum fraudibus obviandum est. ¶ 3. Item impedire, re-

medium afferre. *Pallad.* 1. *R. R.* 35. *a med.* Grandini creditur obviare, si quis crocodili pellem, vel hyænæ, vel marini vituli per spatia possessionis circumferat. *Id.* 4. *ibid.* 10. Asini urina vermibus obviabit. ¶ 4. Est etiam obvius, seu proximus est. *Auct.* incert. *Orb. descript.* ab *A. Maio* editus in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 399. Inde-obviat Galatia provincia optima sibi sufficiens. *V.* OCCURRO.

OBVĬŌLO, as, āvi, are, a. 1. (ob *et* violo) idem ac violare. *Inscript.* apud *Gruter.* 996. 13. QVISQVIS ES HOMO, NE MEA OSSA OBVIOLES. *Alia* apud *Fabrett. p.* 109. *n.* 269. OLLAM EIVS SI QVIS OVIOLAVERIT, AD INFEROS NON RECIPIATVR. *Forcellinus* attulit etiam illud *Varron.* 6. *L. L.* 80. *Müll.* Atticum (*al.* antiquum, *Müllerus* Attianum) illud: Obviolavit qui vidit invidendum. *At* Müllerus *leg.* Oculis violavit etc. *V.* ibi adnotat.

OBVĬUS, a, um, adject. (ob *et* via) qui obviam fit, qui occurrit, ἀπαντῶν (It. *chi si fa incontro*; Fr. *qui se trouve sur le passage, c.-à-d. qui rencontre, qui va au-devant*; Hisp. *el que está en el sitio par donde se pasa*; Germ. *entgegen, begegnend*; Angl. *meeting in the way*). Occurrit ¶ 1. Generatim. — *a)* De hominibus. *Cic. Mil.* 18. 46. Quippe qui ei obvius futurus omnino non erat. *Justin.* 1. 6. 1. Ut quem primum postera die obvium habuisset, socium cœptis assumeret. *Auct. B. Afr.* 89. Cui in itinere fit obvius L. Cæsar. *Liv.* 1. 16. *a med.* Dare se obvium alicui. *Ovid.* 11. *Met.* 138. labentibus obvius undis Carpe viam. *al contrario del fiume. Sall. Jug.* 81. Quo loco inter se obvii fuissent. *Sueton. Cæs.* 81. Libellus insidiarum ab obvio quodam porrectus. *Propert.* 2. 22. 3. Obvia, nescio quot pueri, mihi turba minuta Venerat. *Virg.* 1. *Æn.* 318. Cui mater media sese tulit obvia silvâ. *et* 11. *ibid.* 498. Obvia cui, Volscorum acie comitante, Camilla Occurrit. *Quintil.* 10. 3. 29. Ut obvius non videamus. *Liv.* 37. 23. Esse in obvio alicui. *h. e.* in loco, ubi obvius esse possis. *Cic.* 1. *de republ.* 4. Non dubitaverim me gravissimis tempestatibus ac pæne fulminibus ipsis obvium ferre conservandorum civium causa. — *b)* De rebus. *Cic.* 6. *Att.* 5. Obvias mihi litteras mittas. *et ibid.* 4. *extr.* Fac ut mihi tuæ litteræ volent obviæ. *Tibull.* 1. 3. 45. ultroque ferebant Obvia securis ubera lactis oves. — Hinc *obvia res* aliqua est, quæ eunti occurrit, seu ex adverso et ante pedes sita est. *Nepos Eumen.* 9. Montes, qui obvii erant itineri adversariorum. *Val. Flacc.* 3. 583. taurus tactus asylo, Obvia quæque ruit. *quanto gli si para dinanzi. Virg.* 4. *G.* 23. Vicina invitet decedere ripa calori, Obviaque hospitiis teneat frondentibus arbos. *Ovid.* 1. *Met.* 527. nudabant corpora venti, Obviaque adversas vibrabant flamina vestes. *Lucret.* 3. 384. neque aranei tenuia fila Obvia sentimus, quando obretimur euntes. *Catull.* 64. 108. illa procul, radicibus extirbata, Prona cadit, lateque et comminus obvia frangens. *Val. Flacc.* 1. 389. Et levis Elis equis, et fluctibus obvius Aulon. *sul mare.* et 4. 656. et fuga ponti obvia. *h. e.* cursus maris navi contrarius et obsistens. ¶ 2. Speciatim de homine *obvius* dicitur, qui alteri occurrit resistendi et oppugnandi gratia. *Cic. Cæcin.* 27. 76. Si ingredienti cum armata multitudine obvius fueris. *Sall. Jug.* 24. Necessario copias parat, et Jugurthæ obvius procedit. *et* 54. Qui firmioribus animis obvii hostibus fuerant. *Virg.* 11. *Æn.* 504. Audeo Tyrrhenos equites ire obvia contra. *et* 10. *ibid.* 552. Obvius ardenti se se obtulit. *et* 877. infesta subit obvius hasta. *et* 9. *ibid.* 56. Non æquo dare se campo, non obvia ferre Arma viros, sed castra fovere. ¶ 3. Item speciatim et in malam partem obvia res quæ exposita est injuriæ, et cui noceri facile potest. *Virg.* 10. *Æn.* 694. rupes Obvia ventorum furiis, expostaque ponto. *Id.* 3. *ibid.* 498. melioribus opto Auspiciis, et quæ fuerit minus obvia Grajis. *Seneca Herc. Fur.* 485. Vulneri et ferro obvius. *h. e.* vulnerabilis. ¶ 4. Item speciatim sed in bonam partem usurpatur de iis, quæ facile occurrunt sine labore quærendi. *ovvio. Tac.* 16. *Ann.* 2. Nova ubertate provenire terras, et obvias opes deferre deos. *Quintil.* 9. 3. 5. Secretæ (*figuræ orationis*) et extra vulgarem usum positæ, ideoque magis nobiles, ut novitate aurem excitant, ita copia satiant: nec se obvias fuisse dicenti, sed conquisitas, et ex omnibus latebris extractas congestasque declarant. *Gell.* 5. 1. Obvias vulgatasque laudes effutire. *Quintil.* 12. 2. 2. Ut ea quidem, quæ manu fiunt, confiteantur egere doctoribus: virtutem vero obviam et illaboratam, tantum quia nati sumus, habeamus. *Martial.* 11. 6. Quidquid venerit obvium, loquamur, Morosa sine cogitatione. *Gell.* 3. 14. *a med.* Quum obvium, proximumque esset dicere, etc. *Quintil.* 2. 16. 14. Ex obvio fere victus (*animalibus*). *Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 19. (48). Obvium, serpentes extrahi cantu. *At* Sillig. *legit* obviam. ¶ 5. Hinc *homo obvius*, qui facile adiri potest, comis, affabilis. *Plin.* 1. *Ep.* 10. Est enim obvius et expositus plenusque humanitate. *Quintil.* 8. 4. 23. Obvia voluntas. *h. e.* prompta, obsequens, indulgens. *Tac. Ann.* 2. Prompti aditus, obvia comitas.

OBVŎLĬTO, as, are, n. 1. *volare intorno*, circum volito, vagor. *Porc. Latro declam. in Catil.* 11. Quos in foro quotidie, in oculis civium passim obvolitare cernimus. *et* 32. Gladiatoriis agminibus stipatum per ora vulgi palam obvolitare.

OBVŎLŪTĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *obvoluto: avvoltolato*, circum volutatus. *Veget.* 4. *Veterin.* 18. *Schneid.* Bos in proscindendo duritiam soli obviis radicibus obvolutatus convellit armos. *h. e.* obluctatus. *Sic vulgati libri*; *at* Schneider. *leg.* obluctatus.

OBVŎLŪTĬO, ōnis, f. 3. *avvolgimento*, obvolvendi actus. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 11. *sub fin.* In singulis sphæris, quæ cælo subjectæ sunt, ætherea obvolutione vestitur. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 11. Prætactis membris, quæ frigido mortis torpore afficiuntur, calefactionibus etiam adhibitis cum obvolutione atque modica strictione ex lanis effecta.

OBVŎLŪTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OBVOLVO, volvis, volvi, vŏlūtum, volvere, a. 3. (ob *et* volvo). Part. *Obvolutus* I. et II.; *Obvolvendus* I. — Obvolvere est circum volvere, obnubere, obducere, contegere, περιειλέω, περισπειράω (It. *involgere, avvolgere*; Fr. *envelopper, couvrir, voiler*; Hisp. *envolver, cubrir*; Germ. *einwikkeln, -hüllen, verhüllen*; Angl. *to wrapp round, muffle up*).

I.) Proprie. *Cic. Orat.* 22. 74. Pictor ille vidit, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari. *Sueton. Cal.* 51. Ad minima tonitrua et fulgura connivere, caput obvolvere. *et Cæs.* 82. Toga caput obvolvit, et sinistra manu sinum ad ima crura deduxit. Similiter Part. præter. apud *Cic.* 2. *Invent.* 50. 149. *de parricidis.* Os obvolutum folliculo et præligatum. *Id.* 1. *Herenn.* 13. 23. Obvolutus et obligatus corio devehatur in profluentem. *Id.* 7. *Verr.* 28. 72. Cives R. ne cognoscerentur, capitibus obvolutis ad necem rapiebantur. *incappucciati, camuffati.* et *Liv.* 4. 12. *extr.* Capitibus obvolutis se in Tiberim præcipitaverunt. *Sueton. Domit.* 17. Brachium lanis fasciisque obvolutum. *Apul.* 11. *Met.* Limpido tegmine crines madidos obvolutus. *Id. de Mag.* Res in sudario obvolutæ.

II.) Translate. *Pacuvius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 31. 67. Adest fax obvoluta sanguine atque incendio. — *Horat.* 2. *Sat.* 7. 42. verbisque decoris Obvolvas vitium. *h. e.* obtegas.

OC

OCCA, æ, f. 1. *erpice*, instrumentum rusticum ad occandum.

I.) Proprie. *Gloss. Isid.* Occa, rastrum. *Gloss. Philox.* Occa, βωλοκόπημα. *Veget.* 1. *Veterin.* 56. Crates, quæ occa vocatur a vulgo. *Colum.* 2. *R. R.* 17. 4. Tum glæbas surculis resolvemus, et inducta occa coæquabimus. *Alii leg.* inducta crate.

II.) Figurate ob similitudinem *occa* vocatur præsæpe, *greppia*, quod supra caput jumentorum ponitur et pabulum recipit. *Veget.* 2. *Veterin.* 28. 5. *Schneid.* Cratis, quæ occa vocatur a vulgo, pro equorum statura nec nimis alta sit etc. *Codices habent* iacca, corca, zaca: *sed* occa *legendum esse videtur* Schneidero, *cujus V. adnotata ad* h. l.

OCCĂBUS, i, m. 2. ὄκκαβος, τὰ περὶ τὸν βραχίονα φέλλια, armillæ circa brachium, ut est apud *Hesych.* Item torquis circa collum. *Inscript.* apud *Murat.* 333. Q. SAMMIO SECVNDO AB XV. VIRIS OCCABO ET CORONA EXORNATO etc. Alia apud *Romanelli Topogr. Napol. T.* 3. *p.* 512., quæ est apud *Orell.* 2263. et pertinet ad a. post Chr. n. 289. XV. SACRIS FACIVNDIS SACERDOTI MATRIS DEVM LICINIO SECVNDO PERMISIMVS ET OCCAVO ET CORONA DVMTAXAT INTRA FINES COLONIAE VESTRAE VTI. *Occavo* scriptum pro *occabo*. V. *Philipp. a Turre* apud *Sallengr.* in *Nov. Thesaur. Antiquit. T.* 3. *p.* 862. Apud *Polluc.* 5. 101. et 7. 65. et 95. ὄχδοιβος vocatur. Secundo autem loco hæc exhibentur: Ὀχδοίβους δὲ ὀνομάζεσθαί φασι τὰς ἐν τοῖς χιτῶσι τῶν ῥαφῶν συμβολάς. *Inscript.* apud *Franzium Elem. epigr. Gr. p.* 160. Ὀχδοιβος χρυσία ἔχων δώδεκα δακτύλια. *Etymol. M.* Ἐγκόμβωμα, ὁ δεσμὸς τῶν χειριδων, ὁ λέγεται παρ' Ἀθηναίοις ὀχδοιβος, ὑπὸ δὲ ἄλλων κωσύμβη.

OCCÆCĀTĬO *vel* obcæcatio, ōnis, f. 3. idem est atque occatio, hoc est occultatio seminis terra superinducta. *Serenus* apud *Non. p.* 61. 31. *Merc.* Occatio occæcatio est. *Id. Nonius p.* 42. 15. Occæcationem (*al.* Occationem) ab occæcatis seminibus, qua id efficitur, dici, M. Tullius voluit de Senectute. *V.* OCCÆCO II. 2. Ex his autem discimus, *occæcationem* de occatione metaphorice dici: nam proprie est *accecamento*, τύφλωσις. Adde *Isid.* 17. *Orig.* 2.

OCCÆCĀTUS *vel* obcæcatus, a, um. *V.* voc. seq.

OCCÆCO *vel* obcæco, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Obcæcans* II. 1.: *Occæcatus* in omnibus paragr. — Occæcare est cæcum facere, cæcum reddere; ἐκτυφλόω (It. *acciecare*; Fr. *aveugler, frapper de cécité*; Hisp. *cegar, quitar la vista á otro*; Germ. *blind machen, blenden*; Angl. *to make blind, blind, obscure, cloud, darken*).

I.) Proprie. *Cels.* 8. 4. Aliquando evenit, ut ex ictu vena aliqua in cerebri membrana rupta aliquid sanguinis mittat, isque ibi concretus magnos dolores moveat, oculosque occæcet. *Id.* 6. 6. *n.* 57. Quidam sine ulla manifesta causa subito occæcati sint. *Id.* 8. 4. Ubi calvaria percussa est, protinus requirendum est, num bilem is homo vomuerit, num oculi ejus occæcati sint.

II.) Translate. ¶ 1. Physica ratione est obscurare, obscurum facere, lucem vel visum adimere. *Plaut. Men.* 1. 2. 66. solem vides, Satin' ut occæcatus est præ hujus corporis candoribus. *h. e.* obscuratus. *Liv.* 33. 7. Densa caligo occæcaverat diem. — Et absolute *Vet. Poeta* apud *Cic.* 3. *Orat.* 39. 157. inborrescit mare, Tenebræ conduplicantur, noctis et nimbûm occæcat nigror. ¶ 2. Item physica ratione, *occæcare semen* est occultare, terra obruere. *Cic. Senect.* 15. 51. Terra quum sparsum semen excepit, primum id occæcatum cohibet: ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est. *Non. p.* 42. 15. *Merc.* videtur legisse, *ex quo occæcatio.* — *Occæcare fossas* est obtegere, ne pateant. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 9. Ubi solutior est humus, aliquæ fiunt patentes, quædam etiam occæcantur, ita ut in patentes ora hiantia cæcarum competant. *V.* FOSSA. ¶ 3. De oratione est obscurare, tenebris involvere. *Cic.* 2. *Orat.* 80. 329. Obscura narratio totam occæcat orationem. ¶ 4. Morali ratione de animo est mentem obtenebrare: ad rem *Colum.* 3. *R. R.* 7. 3. Quæ ratio (*h. e. modus colendi vites*) velut ignorantiæ tenebris occæcata, luce veritatis caruit. *Cic.* 15. *Fam.* 1. *a med.* Quod ego negotium, non stultitia occæcatus, sed verecundia deterritus, non recusavi. *Id.* 1. *Fin.* 10. 33. Qui quas molestias excepturi sint, occæcati cupiditate non provident. Sic *Colum.* 6. *R. R.* 36. 4. Velut incensus et occæcatus cupidine. *Liv.* 5. 37. Occæcat animos fortuna. *Id.* 38. 21. Nec, quid agerent, ira et pavore occæcatis animis, cernebant. *Id.* 28. 24. *ad fin.* Mors Scipionis falso credita occæcabat animos. *Id.* 42. 43. Ni spes vana pacis occæcasset consilia. ¶ 5. Poetice. *Virg. Cul.* 198. timor occæcaverat artus. *h. e.* stupidos reddiderat.

OCCÆDES *vel* obcædes, is, f. 3. idem ac cædes. *Plaut. Stich.* 5. 4. 52. Ohe, jam satis: nolo occædes. *h. e.* nolo hic quicquam tragicum et cruentum. *Bothe* multo rectius edidit *obcædas, h. e.* occidas. *V.* OCCĪDO; et *Taubman.*

OCCALLĀTUS *vel* obcallatus, a, um, particip. ab inusit. *occallo*: *incallito*, callo obductus. *Seneca* 4. *Quæst. nat.* 13. Quid sentire possunt emortuæ fauces et occallatæ cibis ardentibus?

OCCALLESCO *vel* obcallesco, callescis, callŭi, callescere, n. inchoat. 3. est callum obducere, durum et callosum fieri, ἐντυλόω (It. *incallire, fare il callo*; Fr. *devenir calleux, dur*; Hisp. *hacer callo, hacerse duro*; Germ. *dickhäutig werden, eine harte, dicke Haut bekommen*; Angl. *to be or grow hard, become callous, harden*).

I.) Proprie. *Plaut. Asin.* 2. 4. 13. Utinam nunc stimulus in manu mihi sit! Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis. *Cels.* 4. 24. Ubi dolor vehemens urget, interest, sine tumore is sit, an tumor cum calore, an tumor jam etiam occalluerit. *Ovid.* 14. *Met.* de homine in suem verso, 282. Osque meum sensi pando occallescere rostro.

II.) Translate. *Cic.* 2. *Fam.* 18. *in fin.* De Statio manumisso, et nonnullis aliis rebus angor equidem: sed jam prorsus occallui. *h. e.* diutina malorum consuetudine jam obfirmavi animum ad ferendum. *Plin.* 2. *Ep.* 15. Longa patientia occallui. *Colum.* 8. *R. R.* 16. 6. Sic mores occalluere, ut non hæc usitata, verum ut maxime laudabilia et honesta judicentur.

OCCĀMEN, ĭnis, n. 3. idem atque occatio. *Gloss. Isid.* Occamen, concisio. *scil.* glæbarum.

OCCĂNO *vel* obcano, nis, nŭi, nere, n. 3. (ob *et* cano) idem quod occino, et occurrit in re militari. *Sall. fragm.* apud *Diomed.* 1. *p.* 370. *Putsch., Priscian.* 10. *p.* 898. et *Serv.* ad *Virg.* 2. *G.* 384. Jussu Metelli cornicines occanuere. *Tac.* 2. *Ann.* 81. Tum Sentius occanere cornua tubasque, et peti aggerem, erigi scalas jussit. *Servius* ad *Virg.* 2. *G.* 384. laudat etiam *cornua occanuere.* — De Perfecto *V.* in OCCINO.

OCCANTĀTUS *vel* obcantatus, a, um. *V.* voc. seq.

OCCANTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* canto). Part. *Occantatus.* — Occantare est incantamentis devincire, lædere, *incantare, ammaliare. Paul.* 5. *Sentent. tit.* 23. *n.* 9. Qui sacra impia, ut quem occantarent, defigerent, obligarent, fecerint etc. *Apul. de Mag.* Mulier occantata, vecors, amans, amens.

OCCĀSĬO, ōnis, f. 3. (occĭdo) est opportunitas temporis casu quodam proveniens (ut ait *Festus* p. 178. 11. *Müll.*), tempus opportune oblatum faciendi aliquid, facultas, ansa, campus; ex *ob* et *casus*, quasi casus se offerens, εὐκαιρία, καιρός (It. *occasione, opportunità*; Fr. *occasion, moment favorable, temps propice*; Hisp. *ocasion, oportunidad*; Germ. *die günstige Gelegenheit, der rechte Augenblich, -Moment*; Angl. *an occasion, opportunity, fit or convenient season*). Occurrit ¶ 1. Generatim — *a*) Definitur a *Cic.* 1. *Invent.* 27. 40. Occasio est pars temporis, habens in se alicujus rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. Quare cum tempore hoc differt: nam genere quidem utrumque idem esse intelligitur; verum in tempore spatium quodam modo declaratur, quod in annis, aut in anno, aut in aliqua anni parte spectatur; in occasione, ad spatium temporis, faciendi quædam opportunitas intelligitur adjuncta. *Id.* 1. *Off.* 40. 142. Tempus actionis opportunum, Græce εὐκαιρία, Latine appellatur occasio. — *b*) Jungitur plurimis Verbis, atque hinc elegantes dicendi rationes. *Plaut. Men.* 3. 3. 29. quid ego cesso, dum datur mihi occasio Tempusque, abire ab his locis? *Id. Pseud.* 4. 2. 3. Heus tu, nunc occasio est et tempus. *Ter. Heaut.* 2. 2. 4. Concurrunt multæ opiniones, animum quæ mihi exaugeant, Locus, occasio, ætas. *Afranius* apud *Non. p.* 308. 13. *Merc.* Occasionem nacta mulier involat in collum. *Liv.* 4. 58. Ex incommodo alieno suam occasionem petere. *cogliere il tempo di vantaggiarsi. Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 4. *sub fin.* Ne inter aliena vitia hæ gentes nostra mala suam putent occasionem. *il buon punto per sè. Cic. Mil.* 14. 38. Quem si interficere voluisset, quantæ, quoties occasiones, quam præclaræ fuerunt! *Id.* 5. *Att.* 18. *a med.* Si fuerit occasio, manu; sin minus, locis nos defendemus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 8. (47). Fossas, si sit occasio, silice vel glarea sterni. *Cic.* 3. *Verr.* 13. 34. Simul ac primum ei occasio visa est, exercitum provinciamque deseruit. *Id.* 12. *Fam.* 24. Ut primum occasio data est, meo more rempubl. defendi. *Id.* 1. *Legg.* 2. 5. Teneo, quam optabam occasionem, neque omittam. *Al. leg.* amittam. *Ter. Eun.* 3. 5. 56. An ego occasionem tantam, tam brevem, tam optatam, tam insperatam amitterem? *Cic. Cæcin.* 5. 15. amittere. *Nepos Miltiad.* 3. dimittere. *Id. Dion.* 4. dare alicui. *Cæs.* 3. *B. C.* 25. prætermittere. *et ibid.* 79. Non deesse occasioni. *Petron. Satyr.* 12. Occasione bellissima uti cœpimus. *Id. fragm. Tragur.* 78. *Burmann. extr.* Occasionem opportunissimam nacti. *Sueton. Galb.* 17. præbere alicui. *Plin.* 2. *Ep.* 13. avidissime amplecti. *Liv.* 35. 12. *ad fin.* arripere. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 1. 1. (3). sumere. *Seneca* 3. *Benef.* 14. *extr.* quærere. *Plaut. Pseud.* 4. 3. 5. capere. *Cic. Harusp. resp.* 25. 55. captare. *Impp. Leo et Anthem. Novell.* 3. § 2. Hanc constitutionem in causa etiam Domninæ et Fortunati, quæ huic legi præstitit occasionem, valere præcipimus. — *c*) *Data, capta, oblata occasione, per* et *ad occasionem, ex occasione*, et *occasione* absolute, formulæ sunt frequentes. *Cic.* 7. *Phil.* 6. 18. Qui familiarem jugulari, quid hic, occasione data, faciet inimico? *Auct. B. Afr.* 56. Gætuli, occasione capta, perfugiunt in Cæsaris castra. *Sueton. Cæs.* 73. Occasione oblata simultates deponere. *Liv.* 30. 3. Hæc spem fecerant castra hostium per occasionem incendendi. *Sueton. Claud.* 11. Fratris memoria per omnem occasionem celebrata. *Id. Aug.* 41. Liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit. *et ibid.* 97. De nocte ad occasionem auræ evectus est. *Id. Cæs.* 60. Prælia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat. *Seneca Tranquill.* 1. Hostes vagi, et occasionibus adsilientes. *Sueton. Claud.* 42. Græcæ linguæ amorem occasione omni professus. — *In occasionem* dixit *Justin.* 12. 1. 6. Namque post profectionem Alexandri Græcia ferme omnis in occasionem reciperandæ libertatis ad arma concurrerat. — *d*) Cum addito Genitivo. *Ter. Phorm.* 5. 6. 45. Summa eludendi occasio est mihi senes. *Cic. Mil.* 15. 40. Quæ tum non modo occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit! *Id.* 4. *Verr.* 25. 61. Iste amplam occasionem calumniæ nactus. *Justin.* 16. 3. 11. Heraclienses honestiorem beneficii, quam ultionis occasionem rati, etc. — *e*) Cum Accus. et præpos. *ad. Cic. pro leg. Manil.* 2. 4. Occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 8. Si in eo mihi temperavissem, majores occasiones ad opitulandum haberem. *Liv.* 37. 26. Eam occasionem Polyxenidæ ad rem gerendam fore. — *f*) Cum Infinito. *Plaut. Capt.* 2. 3. 63. nunc adest occasio Bene facta cumulare. — *g*) Sequente part. *ut. Plaut. Epid.* 5. 1. 38. Non habeo ullam occasionem, ut apud te falsa fabuler. *Cic. Partit. orat.* 8. 30. Sit autem hoc etiam in præceptis, ut, si quando tempus ipsum, aut locus, aut interventus alicujus dederit occasionem nobis aliquam, ut dicamus aliquid ad tempus apte, ne derelinquamus. ¶ 2. Speciatim pro commoditate, facilitate, facultate. *Tac.* 15. *Ann.* 50. Hic occasio solitudinis, ibi ipsa frequentia tanti decoris testis. ¶ 3. Item speciatim aliquando ponitur pro facultate et copia. *Colum.* 9. *R. R.* 1. 3. Genus id clathrorum fabricatur ex robore, quercu, vel subere: nam oleæ rara occasio est. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 26. 65. (191). Quum sparsi per litus epulas pararent, nec esset cortinis attollendis lapidum occasio. *Id.* 23. *ibid.* 4. 40. (82). Si vetusti olei non sit occasio. ¶ 4. Item, Occasio dea habita est: ejusque simulacrum ita describit *Phædr.* 5. 8. Cursu volucri pendens in novacula, Calvus, comosa fronte, nudo corpore: Quem si occuparis, teneas, elapsum semel Non ipse possit Juppiter reprendere; Occasionem rerum significat brevem. Effectus impediret ne segnis mora, Finxere antiqui talem effigiem temporis. Hic porro virili effigie fingitur Occasio, quia ea Græcis ὁ Καιρός dicitur, de quo exstat *Posidippi* epigramma in *Anthol. Gr.*, cujus initium: Τίς, πόθεν ὁ πλάστης; *Auson. epigr.* 12. 3. Sum dea, quæ rara, et paucis Occasio nota. *Id.* præterea alas in pedibus ei tribuit, et comitem Metanœam, seu Pœnitentiam. *Cato Distich.* 2. 62. Fronte capillata post est Occasio calva.

OCCASĬUNCŬLA, æ, f. 1. parva occasio. *Plaut. Trin.* 4. 2. 132. Nimis argute obrepsisti in eapse occasiuncula. *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Planc.* 34. (edente iterum *A. Maio*). Hic mutuatus est occasiunculam quamdam amarius lacessendi.

OCCĀSĪVUS, a, um, adject. ad occasum pertinens. *Gloss. Gr. Lat.* Occasibus (*lege* Occasivus) δυτικός. *Capell.* 5. *p.* 193. In ortu si accidant (*solis lunæque deliquia*) a tota Britannia atque occasivis regionibus ignorantur. *Ita* Kopp. *pro* occasus, *ut edidit* Grot., *licet et ipse* Grot. *in adnotat.* occasivis *ex Cod. afferat.*

OCCĀSUS, a, um, particip. ab *occĭdo*, quod *V.*

OCCĀSUS, us, m. 4. (occĭdo) occidendi actus, casus, πτῶμα (It. *caduta*; Fr. *chute*; Hisp. *caida, el acto de caer*; Germ. *der Untergang*; Angl. *fall*).

I.) Proprie *occasus astrorum* est, quum ad inferius hemisphærium decidendo, vel in sole condendo se, oculis nostris subtrahuntur, *tramontamento, occaso*, δύσις. — *a*) Cum Genit. *Virg.* 1. *G.* 225. Multi ante occasum Maiæ cœpere. *Quintil.* 1. 4. 4. Ortus occasusque signorum. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 15. 12. (61). Stellæ Veneris et Mercurii Solem insequuntur, adeptæque occasu matutino conduntur. *Cæs.* 1. *B. G.* 50. Solis occasu suas copias in castra reduxit. *et* 2. *ibid.* 11. *extr.* Sub occasum solis sequi destiterunt. *et* 3. *ibid.* 15. *extr.* Ab hora quarta usque ad solis occasum. *et* 5. *ibid.* 8. Ad solis occasum naves solvit. *Sall. Jug.* 71. Equites pariter cum occasu solis expeditos educit. — *b*) Absolute. *Tac.* 3. *Hist.* 86. Præcipiti in occasum die. *Stat.* 1. *Theb.* 686. Quique bibit Gangen, aut nigrum occasibus intrat Oceanum.

II.) Translate. ¶ 1. Occasus dicitur ea pars cæli, ubi sol occidit, *occidente, sera, occaso. Cæs.* 1. *B. G.* 1. *extr.* Aquitania spectat inter occasum solis et septentriones. *Cic.* 2. *Nat. D.* 19. 49. Quum duo sint genera siderum, quorum alterum spatiis immutabilibus ab ortu ad occasum commeans, nullum unquam cursus sui vestigium inflectat, alterum etc. *Virg.* 9. *Æn.* 668. Quantus ab occasu veniens pluvialibus Hædis Verberat imber humum. *et* 11. *ibid.* 317. Ager longus in occasum. — Et in plurali num. *Ovid.* 2. *Met.* 189. Et modo, quos illi fato contingere non est, Prospicit occasus; interdum respicit ortus. ¶ 2. Per metaphoram est interitus, mors, obitus, casus, *caduta, morte, rovina*; et dicitur — *a*) De hominibus. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 2. 8. Post L. Ælii nostri occasum. *Id. Pis.* 15. 34. Qui dies post obitum occasumque nostrum reipubl. primus illuxit. Adde *Nepot. Eumen.* 13. — *b*) De urbibus, regnis, etc. *Virg.* 2. *Æn.* 431. Iliaci cineres et flamma extrema meorum, Testor, in occasu vestro, etc. *et* 1. *ibid.* 242. occasum Trojæ tristesque ruinas. *Cic. Sull.* 11. 33. et *Pis.* 8. 18. Ad occasum interitumque reipubl. — *c*) De abstractis. *Occasus odii*, quum odium deponitur. *Quintil. declam.* 9. 18. Semper odiorum honestus occasus est. *scil.* quia inimicitiæ mortales esse debent. ¶ 3. Olim pro occasione usurparunt. *Ennius* apud *Festum p.* 178. 14. *Müll.* Hic occasus datust. *et ibid.* tenet occasus, juvat res. *et ibid.* Ast occasus ubi tempusve audere repressit.

OCCĀTĬO, ōnis, actus occandi, *erpicamento*, βωλοκοπία. *Serenus* apud *Non. p.* 61. 31. *Merc.* Occatio occæcatio est. *Cic. Senect.* 15. 51. Terra quum sparsum semen excepit, primo id occæcatum cohibet: ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est. *At V.* OCCÆCO II. 2. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 60. Pulverationem faciunt quam vocant rustici occationem, quum omnis glæba in vineis refringitur, et resolvitur in pulverem. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 20. 49. (180). Aratione per transversum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate vel rastro.

OCCĀTOR, ōris, m. 3. qui occat, *erpicatore. Colum.* 2. *R. R.* 13. 1. Tritici modii quatuor bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris unam, sarritoris duas. *Festus p.* 181. 21. *Müll.* Occatorem Verrius putat dictum ab occædendo, quod cædat grandes globos terræ, quum Cicero venustissime dicat ab occæcando fruges satas. — Joculariter *Plaut. Capt.* 5. 5. 3. Sartor, satorque scelerum, ac messor maxume. TYN. Non occatorem dicere audebas prius? Nam semper occant prius, quam sarriunt rustici. — De deo Occatore. *V.* IMPORCITOR.

OCCĀTŌRĬUS, a, um, adject. ad occatorem pertinens. *Colum.* 2. *R. R.* 13. 2. Hordei modii quin-

que bubulci operas tres exigunt, occatoriam unam, sarritoriam unam et dimidiam.

OCCĂTUS, a, um. *V.* OCCO.

OCCĒDO, cēdis, cessi, cessum, cēdere, n. 3. (ob *et* cedo) obviam ire, accedere, *andare incontro*, ἀντιβαίνω. *Plaut. Most.* 5. 2. 4. Ait, se metuere in conspectum illius occedere. *Id. Asin.* 2. 3. 24. et 2. 4. 6. et *Stich.* 5. 2. 24. obviam occessit mihi. — Pro *occedo* dixerunt etiam *occīdo*. Unde *Festus p.* 181. 10. *Müll.* Occidamus Plautus ponit pro contra cedamus, quum plurimæ aliæ præpositiones familiares huic verbo sint. *Plauti* locus videtur esse *Pseud.* 1. 3. 20., ubi nunc sic legimus: *Accedamus hac obviam*; alii autem malient *occedamus*. Etiam *Varro* 3. *R. R.* 17. 10. Designato ædili nos occedimus, et gratulati in Capitolium prosequimur. *Alii leg.* occidimus.

OCCENSUS *vel* obcensus, a, um, particip. ab inusit. *occendo*, incensus, accensus, combustus. *Ennius* apud *Festum p.* 201. 7. *Müll.* Omnes occisi obcensique in nocte serena.

OCCENTASSĔRE. *V.* OCCENTO I. 2.

OCCENTĀTĬO, ōnis, f. 3. idem atque occentus. *Symmach. orat.* 2. *in Valentinian.* (edente *A. Maio*) 14. Crassus percontanti filio, quid noctis moveri castra jussisset: Verēris, inquit, ne tuas aures forte non penetret occentatio bucinarum?

OCCENTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* canto). Part. *Occentans* II. — Occentare est ob, seu ad, vel contra aliquem cantare.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu, sive in bonam partem. Absolute *Plaut. Curc.* 1. 2. 57. Quid si adeam ad fores atque occentem? *occentare* hoc loco habet eamdem prope sententiam, quam quum nos dicimus *fare una serenata, o mattinata*. *V.* ibi sequentia. ¶ 2. Latiori sensu, sive in malam partem. *Festus p.* 181. 12. *Müll.* Occentassint antiqui dicebant, quod nunc, convicium fecerint, dicimus: quod id clare et cum quodam canore fit, ut procul exaudiri possit; quod turpe habetur, quia non sine causa fieri putatur. Cf. *Anal. gramm. p.* 211. ed. *Eichenfeld.* Occentassere, in alios conviciosa carmina dicere. *Cic. fragm.* apud *Augustin.* 2. *Civ. D.* 9. (4. *de republ.* 10.) Nostræ XII. Tabulæ quum perpaucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sanciendam putaverunt, si quis occentavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam afferret, flagitiumve alteri. Ita optimi critici ex MSS. Al. perperam leg. *actitavisset*. Fortasse ex hoc *Ciceronis* loco ipsa verba legis XII. Tab. ita concinnavit *Scalig.* ad *Festum*: Si quis carmen occentassit, quod alteri flagitium faxit, capital esto. *Gloss. Isid.* Occentare, male ominare. — *Occentare ostium*, est ad ostium alicujus malum carmen occentare. *Plaut. Pers.* 4. 4. 20. At illi noctu occentabunt ostium, exurent fores. Adde *eumd. Merc.* 2. 3. 73.

II.) Figurate dicitur de avibus infausto omine occinentibus. *Ammian.* 30. 5. *a med.* Bubo culminibus regii lavacri insidens, occentansque funebria.

OCCENTUS, us, m. 4. actus occinendi, cantus. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 57. 82. (223). Soricum occentu dirimi auspicia annales refertos habemus. *Val. Max.* 1. 1. *n.* 5. Occentus soricis auditus Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magisterium equitum deponendi causam præbuit. *Ammian.* 16. 8. *init.* Si quis super occentu soricis, vel occursu mustelæ, vel similis signi gratia consuluisset quemquam peritum-, raptus in judicium, pœnaliter interibat.

OCCEPSO. *V.* OCCIPIO sub init.

OCCEPTO, as, āvi, are, a. 1. frequentat., vel rectius intens. ab *occipio*. *Plaut. Men.* 5. 5. 18. *et* 32. Jam hercle occeptat insanire primulum. *Id. Rud.* 3. 4. 70 maximo malo suo, Si attigerit, sive occeptassit. ἀρχαικῶς pro *occeptaverit*. Alii leg. *occentassit*.

OCCIHI, ōrum, m. plur. 2. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 8. 18. (34). In Hyrcaniæ convallibus ficis similes esse arbores, quæ vocentur occhi, ex quibus defluat mel boris matutinis duabus.

OCCĪDĀNĔUS, a. um, adject. occidentalis, ut ventus occidaneus, *Innocent. de cas. litter. p.* 228. *Goes.*

OCCĪDENS, entis. *V.* OCCĪDO.

OCCĪDENTĀLIS, e, adject. *occidentale*, δυτικός, qui vergit ad occidentem. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 34. 77. (338). Ab occasu solstitiali, et occidentali latere septentrionis. *Gell.* 2. 22. Occidentalis ventus. *Ammian.* 15. 10. *sub init.* Ubi (*Gallia*) occidentali subjecta est sideri, Oceano et altitudine Pyrenæi cingitur; unde ad solis ortus attollitur, aggeribus cedit Alpium Cottiarum.

OCCĪDĬO, ōnis, f. 3. (occīdo) occisio, cædes, qua deletur genus aliquod viventium, ἀναίρεσις (It. *uccisione e strage totale, disfacimento*; Fr. *carnage, tuerie, massacre, destruction*; Hisp. *estrago de gente, matanza, carniceria, destruccion*; Germ. *die Niedermetzelung, Vertilgung, Vernichtung*; Angl. *carnage, slaughter, utter destruction, extermination*). Occurrit. — *a*) De hominibus. *Liv.* 3. 28. *ad fin.* Hostes a prœlio ad preces versi orare consulem, ne in occidione victoriam poneret. — Hinc *occidione occidere*, est occidendo delere, ad internecionem redigere. *Cic.* 15. *Fam.* 4. *ante med.* Equitatus occidione occisus. *Liv.* 28. 43. Quum duo exercitus prope occidione occisi essent. *Justin.* 26. 2. 5. et 28. 2. 1. Omnes occidione cæsi. *Id.* 2. 14. 8. Mardonii copias occidione occidisse. *essere state disfatte*. et *Tac.* 12. *Ann.* 38. Ni cito subventum foret, copiæ tum occidione occubuissent. *et* 13. *ibid.* 57. Equi, viri, cuncta victa occidioni dantur. *et* 12. *ibid.* 56. *extr.* Pugnatum fortium virorum animo: ac post multum vulnerum occidioni exempti sunt. — *b*) De brutis animantibus et plantis. *Colum.* 9. *R. R.* 15. 3. *de apib.* Nec ad occidionem gens interimenda est. *Id.* 7. *ibid.* 5. 16. Occidionem gregis prohibens. *Id.* 4. *ibid.* 7. 3. *de vitib.* Nec ad occidionem universum genus perduci patimur.

OCCĪDĬUM, ii, n. 2. occidio, interitus. *Prudent. Apotheos.* 695. rota lurida solis Hæret, et occidium sentit jam jamque futurum. Alii rectius leg. *excidium*, quam vocem postulat ipsa versus herametri ratio.

OCCĪDO, cīdis, cīsi, cīsum, cīdere, a. 3. (ob *et* cædo). *Occisit ἀρχαικῶς* pro *occiderit* exhibet *Lex Num. Pompil.* apud *Festum p.* 178. 21. *Müll.* et *Lex XII. Tabul.* apud *Macrob.* 1. *Saturn.* 4. — Part. *Occisus* I. 2., II. et in fin.; *Occisurus* et *Occidendus* I. 2. — Occidere est valde, vehementer cædere, *percuotere, battere assai*.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est vehementer cædere. *Ter. Adelph.* 4. 2. 19. Ctesipho me pugnis miserum et istam psaltriam Usque occidit. *Varro* 1. *R. R.* 31. 1. Occare id est comminuere, ne sit glæba: quod ita occidunt, occare dictum. ¶ 2. Latiori sensu et sæpius est *uccidere, ammazzare*, ἀποκτείνω, ἀναιρέω, ad necem cædere, necare, interficere, trucidare. De discrimine inter *neco* et *occido*, *V.* NECO. *Ennius* apud *Paul. Diac. p.* 123. 14. *Müll.* Summus ibi capitur meddix: occiditur alter. *Cic.* 2. *Fin.* 20. 66. L. Virginius filiam sua manu occidit. *Id.* 14. *Phil.* 14. 37. Quum copias hostium, quæ ad castra accesserant, profligarit, occiderit. *Id. Rosc. Am.* 35. 100. Nullus modus est hominis occidendi, quo etc. *Cæs.* 5. *B. G.* 36. Ipse pro castris fortissime pugnans occiditur. *Liv.* 3. 23. Hos ignominiosa fuga domum se recipientes consul ad unum omnes occidit. *Id.* 40. 10. Qui occisurus fratrem fuit. *Sueton. Claud.* 44. Veneno aliquem occidere. — Et Part. *Occisus* apud *Liv.* 3. 10. *a med.* Occidione prope occisi. *Cic.* 1. *Cat.* 10. 26. Vigilare non solum ad insidiandum somno maritorum, versum etiam bonis occisorum. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 18. (65). Occisa morsu aspidum animalia. — *Morientes occidere*, proverbialis locutio apud *Petron. Satyr.* 98., ut *perditum perdere* apud *Cic.* 14. *Fam.* 1.

II.) Translate est excruciare, tantaque molestia afflicere, ut prope occidere videaris. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 21. Occidis me, Quum istuc rogitas. *Id. Men.* 5. 5. 23. Alia occidis fabula. *Ter. Phorm.* 4. 3. 67. Hei mihi, Geta, occidisti me tuis fallaciis. *Horat. Epod.* 14. 5. Candide Mæcenas, occidis sæpe rogando. *Id. Art. P.* 475. Quem vero arripuit, tenet, occiditque legendo. *Neco* et *eneco* eadem ratione usurpantur. Cf. et *Occisus* infra. — Locum habet etiam in re venerea. *Apul.* 2. *Met. p.* 131. *Oudend.* Comminus in aspectum, si vir es, dirige; et grassare naviter, et (*me*) occide moriturus. — Hinc Part. præter., cujus exempla supra retulimus,

Occisus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Occisissimus*; occurrit autem translate, et est perditus, disperatus. *Plaut. Capt.* 3. 4. 7. Occisa est hæc res, nisi reperio atrocem mihi aliquam astutiam. *Id. Cas.* 3. 5. 52. occisissimus sum omnium, qui vivunt.

Homonym. De discrimine inter *necare* et *occidere*, *V.* NECO.

OCCĪDO, cīdis, cīdi, cāsum, cīdere, n. 3. (ob *et* cado). Part. *Occidens* I. 2., II. et in fin.; *Occasus* I. 2.; *Occasurus* I. 2. 3. et II. — Occidere est cadere, ruere, decidere, accidere, καταπίπτω (It. *cadere*; Fr. *tomber*; Hisp. *caer*; Germ. *nieder-, hinfallen*; Angl. *to fall, fall down*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu et generatim est, ut dixinus, cadere, ruere, decidere. *Plaut. Rud. prol.* 8. Et alia signa de cælo ad terram occidunt. *Id. Amph.* 5. 1. 10. ut subito, ut propere, ut valide tenuit! Ubi quisque insiterat, concidit crepitu. Ibi nescio quis-Exsurgite, inquit, qui terrore meo occidistis præ metu. *Liv.* 21. 35. *extr.* Ut neque sustinere se a lapsu possent, aliique super alios, et jumenta et homines, occiderent. *Id.* 23. 24. Arbores ita inciderant, ut immotæ starent, momento levi impulsæ occiderent. ¶ 2. Item stricto sensu, sed speciatim, *occidere astra* dicuntur, vel quum sub hemisphærium nostrum cadunt, vel subeunt solem et cenduntur. *tramontare*, καταδύω. Cf. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 4. Interea fax Occidit Oceanumque rubra tractim obruit æthra. *Pacuvius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 14. 24. Prope jam occidente sole. *Catull.* 5. 4. Soles occidere et redire possunt: Nobis, quum semel occidit brevis lux, Nox est perpetua una dormienda. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 94. XV. cal. Januar. Capra occidit mane. *et mox.* IV. cal. Januar. Aquila vespere occidit. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 25. 23. (92). Cometes numquam in occasura parte cæli est. *h. e.* occidua. — Et Part. *Occasus* habet *Lex XII. Tabul.* et *Claud. Quadrigarius* apud *Gell.* 17. 2. et *Censorin. de die nat.* 24. 3. Sol occasus suprema tempestas esto. (Aliter hæc leguntur apud *Varron.* 6. *L. L.* 5. et 7. *ibid.* 51. *Müll.*: *V.* tamen *Müllerl* adnotata ad postremum hunc locum). *Plaut. Epid.* 1. 2. 41. Ante solem occasum. Ipse *Gell.* 3. 2. Post solem occasum. *Id. citat. l.* 17. *Sole occaso* non insuavi venustate, est, si quis aurem habeat non sordidam, nec proculcatam. Adde *Lucilium* apud *Priscian.* 9. *p.* 869. *Putsch.* qui et ipse cum *sole* jungit: nam alia ratione usum, quod sciam, non habet. ¶ 3. Prægnanti, uti ajunt, significatione est perire, interire, mori, exstingui, *morire, finire, perire*. — *a*) De hominibus. *Cic.* 2. *Nat. D.* 9. 23. Refrigerato et exstincto calore, occidimus ipsi et exstinguimur. *Id.* 9. *Fam.* 5. Illos vereor, qui in bello occiderunt. *Id.* 1. *Divinat.* 25. 53. Eudemus prœlians ad Syracusas occidit. *Virg.* 2. *Æn.* 581. Occiderit ferro Priamus? Troja arserit igni? *et* 12. *ibid.* 659. Regina tui fidissima, dextra Occidit ipsa sua. Cf. *Ennius* apud *Senec. Ep. mor.* 80. 8. Quod nisi quieris, Menelae, hac dextra occides. *Sall. Jug.* 7. Sperans vel ostentando virtutem, vel hostium sævitia facile eum occasurum. *Ovid.* 13. *Met.* 596. primisque sub annis Occidit a forti (sic dii voluistis) Achille, *mori per mano* etc. et 6. *ibid.* 265. minimo tamen occidit ille Vulnere, non alte percusso corde sagitta. *Id.* 2. *Amor.* 6. 37. Occidit ille loquax, humanæ vocis imago, Psittacus. — *b*) De plantis. *Virg.* 4. *Ecl.* 24. Occidet et serpens, et fallax herba veneni Occidet. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 13. 20. (95). Quæ cito occidunt, velocia sunt, ut ficus, punica, prunus. Cf. *Val. Flacc.* 7. 283. Occidat æterna tandem Cadmeia morte Jam seges.

II.) Translate est ad nihilum redigi, *andare in rovina, perdersi affatto*; et occurrit — *a*) De hominibus. — Generatim. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 4. *a med.* Sin plane occidimus, ego omnibus meis exitio fuero. *se siamo rovinati, perduti affatto*. Sic *Virg.* 11. *Æn.* 413. Funditus occidimus, nec habet Fortuna regressum. *Cic.* 4. *Fam.* 3. Eos, qui auctoritatem et consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia occidisse. *h. e.* de pristina dignitate et statu decidisse. — Hinc speciatim *occidi* est desperantis exclamatio, comicis frequens, perii, interii, nullus sum, actum est de me, *son morto, sono spedito, ella è spedita per me*. *Ter. Andr.* 3. 4. 26. Sed eccum ipsum video: occidi. *Plaut. Cas.* 3. 5. 1. Nulla sum, nulla sum: tota tota occidi. — *b*) De rebus inanimis et abstractis. *Plaut. Truc.* 1. 2. 72. Non hercle occiderunt mihi etiam

fundique atque ædes. *h. e.* non omnino amisi: habeo etiamnum. *Petron. Satyr.* 22. *sub fin.* Trichilnierches lucernis occidentibus oleum infuderat. *Virg.* 12. *Æn.* 828. Occidit occideritque sinas cum nomine Troja. *Cic.* 4. *Fam.* 1. Aliquid opis occidenti rei publicæ tulissemus. *Id.* 1. *Tusc.* 45. 109. Cum suis se laudibus vita occidens consolari potest. *Plaut. Most.* 2. 1. 2. Occidit spes nostra. *è svanita.* et *Horat.* 4. *Od.* 4. 70. occidit, occidit Spes omnis, et fortuna nostri Nominis. *Cic.* 2. *Legg.* 19. 48. Ne morte patris familias sacrorum memoria occideret. Adde *eumd. Amic.* 27. 104. *Lucret.* 3. 416. Oculorum lumen occidit. *s'estingue.* et 2. 788. Causa occidit. *h. e.* nulla est, sublata est. *Id.* 1. 668. Occidet ad nihilum nimirum funditus ardor Omnis. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 38. 119. Nulla vis tantos queat motus moliri, ut hic ornatus (*mundi*) umquam dilapsus occidat. *Id. Mil.* 36. 100. Vos obsecro, judices, ut vestra beneficia, quæ in me contulistis, aut in hujus salute augeatis, aut in ejusdem exitio occasura esse videatis. — Hinc Part. præs., cujus supra exempla retulimus,

Occidens, entis, substantive ponitur pro occasu, locus nempe seu plaga, in qua sol occidit, *occidente, ponente,* δύσις. *Cic.* 2. *Nat. D.* 66. 164. Qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt. *Horat. Epod.* 1. 13. Vel occidentis usque ad ultimum sinum.

OCCIDO. *V.* OCCEDO.

OCCĬDŪĀLIS, e, adject. *occidentale. Prudent.* 2. *advers. Symmach.* 597. Omnibus in terris quas distinet occidualis Oceanus, roseoque Aurora illuminat orbe. Adde *eumd. Psychom.* 832.

OCCĬDŪUS, a, um, adject. (occido) occidens, occasus, *che cade.*

I.) Proprie de stellis et sideribus dicitur, *che tramonta. Gell.* 19. 7. Quum rediremus in urbem sole jam fere occiduo. — Hinc etiam *Ovid.* 4. *Fast.* 832. oriens occiduusque dies. *Calpurn.* 3. *Ecl.* 82. Qui metere occidua ferales nocte lupinos Dicitur. *Stat.* 3. *Theb.* 33. sub occiduas versæ jam noctis habenas, Astrorumque obitus.

II.) Translate. ¶ 1. Est ad occidentem situs, *occidentale. Ovid.* 5. *Fast.* 558. Seu quis ab Eoo nos impius orbe lacesset, Seu quis ab occiduo sole domandus erit. Cf. *Ammian.* 23. 6. Venitur ad Armeniæ sinum orienti objectum: intervallo Cantichus nomine panditur sinus australis: haud procul inde alius, quem vocant Chaliten, occiduo obnoxius sideri. Rursus *Ovid.* 1. *Fast.* 313. Octipedis frustra quæruntur brachia Cancri: Præceps occiduas ille subivit aquas. *Stat.* 1. *Silv.* 4. 73. et 1. *Theb.* 200. Occiduas, primasque domos. *h. e.* regiones occidentales, et orientales. *Lucan.* 3. 294. Quidquid ab occiduis Libye patet arida Mauris. *et* 4. 672. Cardine ab occiduo vicinus Gadibus Atlas. *Val. Flacc.* 2. 621. occiduis regnator montibus Atlas. *Arnob.* 2. 58. Quidnam fuerit rationis et causæ, ut non ab occiduis partibus dies primus exsurgeret, et lucem in oriente finiret? *Gell.* 2. 22. Hi sunt igitur tres venti orientales, Aquilo, Vulturnus, Eurus.-His oppositi et contrarii sunt alii tres occidui, Caurus etc. — *Occidua hora,* vesper. *Calpurn.* 5. *Ecl.* 34. rursusque premetur Mane, quod occiduæ mulsura redegerit horæ. ¶ 2. Item occiduus dicitur qui morti est proximus. *Ovid.* 15. *Met.* 226. emensis medii quoque temporis annis, Labitur occiduæ per iter declive senectæ. Cf. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 49. 50. (161). Ingens turba scansili annorum lege occidua. ¶ 3. Pro caduco. *Paulin. Nolan. carm.* 34. 306. Exsortes animæ carnis ab occiduo.

OCCILLĀTOR, ōris, m. 3. *V.* voc. seq.

OCCILLO, as, are, a. 1. videtur esse deminut. ab *occo,* quod glæbas comminuere significat. Nam pro comminuere, seu contundere usurpat *Plaut. Amph.* 1. 1. 28. qui mi advenienti os occillet probe. *Alii leg.* oscillet. *Gloss.* quoque *Philox.* Occillare, συγκόπτειν. Occillator, βωλοκόπος. *h. e.* occator.

OCCĬNO, nis, nŭi, nere, n. 3. (ob *et* cano). De Perfecto *Diomed.* 1. *p.* 370. *Putsch.* Occino, occini: est enim a cano, cecini. Sed in compositione iterativum amittit unam syllabam. Sed Sallustius occanuere. *Priscian.* 10. *p.* 898. A canendo quoque composita similiter præteritum in *ui* divisas finiunt, succino succinui, occino occinui: quidam autem et occano occanui protulerunt, ut Sallustius-. Sed Probus occini quoque existimat posse dici quum simplex cano cecini faciat; quomodo a cado cecidi incido incidi, a tango tetigi, contingo contigi. — Supinum *occentum* affertur a *Priscian.* 10. *p.* 899. et 11. *p.* 930. *Putsch.* nullo tamen auctore laudato. — Part. *Occinens* 1. et 2. — Occinere ¶ 1. Stricto sensu est contra canere, occentare, κατᾴδω. *Liv.* 6. 41. *ad fin.* Quid enim est, si pulli non pascentur? si ex cavea tardius exierint? si occinuerit avis? *h. e.* cantu sinistrum augurium dederit. Sic *Id.* 10. 40. *in fin.* Ante consulem hæc dicentem corvus voce clara occinuit. et *Val. Max.* 1. 4. *n.* 2. Occinentes in eum adversum corvi. ¶ 2. Latiori sensu est idem ac simplex canere. *Apul. Florid. n.* 13. Hæc animalia inter se vario tempore et vario modo occinunt. *Ammian.* 31. 15. *sub fin.* Sed buccinis optimatum monitu occinentibus, instauratum est prælium. et 16. 12. *ad fin.* Post exactum jam diem, occinente liticine revocatus invictissimus miles.

OCCĬPĬO, cĭpis, cepi *vel* cœpi, ceptum *vel* cœptum, cĭpere, 3. (ob *et* capio). In præteritis scribitur et per œ, ut sit a *cœpi, isti.* — *Occepso* antique pro *occepero. Plaut. Asin.* 4. 1. 49. Forte si tussire occepsit, ne sic tussiat, Ut etc. *Id. Cas.* 5. 4. 22. Si unquam posthac amasso, aut occepso modo. Adde *Amph.* 2. 2. 41. — Occipere occurrit *A*) Active, seu cum Accusativo; et *B*) Neutrorum more.

A) Active, seu cum Accusativo, occipere est incipere, instituere, aggredi, ἐπιτάμαι (It. *cominciare, principiare*; Fr. *saisir, prendre, commencer, entreprendre*; Hisp. *comenzar, empezar, tomar, asir*; Germ. *anfangen, beginnen, unternehmen*; Angl. *to commence, begin*). Usurpatur — *a*) Cum Accusativo. — Activâ formâ. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 154. Nunc, quod occepi, obsonatum pergam. *Id. Stich.* 5. 5. 19. suavem cantionem aliquam occipito. *Id. ibid.* 1. 2. 17. Principium ego quo pacto cum illis occipiam, id ratiocinor. *Ter. Andr.* 1. 1. 52. Occipere quæstum. *Id. Eun.* 4. 1. 8. sermonem cum aliquo. — *Occipere magistratum,* ingredi, inire. *Tac.* 3. *Ann.* 2. Jam consules magistratum occeperant. Adde *Liv.* 5. 9. *extr. et ibid.* 11. *a med.* ubi al. leg. *accipere.* — Passive. *Ter. Heaut.* 4. 1. 36. istuc quidquid est, Qua hoc occeptum est causa, loquere. — *b*) Cum Infinito. — Activâ formâ. *Plaut. Trin.* 4. 3. 35. metuo, si compellabo, ne aliam rem occipiat loqui. *Id. Mil. glor.* 4. 8. 52. si forte liber fieri occeperim. Cf. *eumd. Pseud.* 1. 4. 6. Neque exordiri primum, unde occipias, habes. *Liv.* 1. 7. Ex loco infesto agere porro armentum occepit. — Passive. *Ter. Eun. prol.* 22. fabula occepta est agi. Cf. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 13.

B) Neutrorum more est incipere, *incominciare, avere principio. Ter. Adelph.* 8. 1. 2. modo dolores occipiunt primulum. *Lucret.* 5. 887. Tum demum pueris ævo florente juventas Occipit et molli vestit lanugine malas. *Tac.* 12. *Ann.* 12. *extr.* Hiems occipiebat.

OCCĬPĬTĬUM, ii, n. 2. (ob *et* caput) posterior pars capitis a vertice ad cervicem, ἰνίον (It. *nuca, coppa*; Fr. *l'occiput, le derriere de la tète*; Hisp. *occiput*; Germ. *das Hinterhaupt*; Angl. *the occiput or hinder part of the head*).

I.) Proprie. — *a*) De hominibus. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 25. in occipitio quoque habet oculos, pessima. *Varro* 1. *R. R.* 8. 6. Ibi dominus simul ac vidit occipitium vindemiatoris, furcillas reducit hibernatum in tecta. *h. e.* simul ac vindemiator, resectis uvis pertransiit, et terga dedit. *Cels.* 4. 2. Cucurbitulas temporibus et occipitio admovere. *Quintil.* 11. 3. 160. Humeris ad occipitium ductis. *Sueton. Tib.* 68. Colore erat candido, capillo pone occipitium submissiore, ut cervicem etiam obtegeret. — *b*) De brutis animantibus. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 29. 35. (106). *de locustis.* Vox earum proficisci ab occipitio videtur. — *c*) *Frons occipitio prior,* id est potior, proverbium, de quo *V.* in FRONS.

II.) Figurate. *Varro* apud *Non. p.* 245. 15. *Merc.* Cæsar reversionem fecit, ne post occipitium, in Hispania exercitus qui erant, relinqueret. *alle spalle.* Cf. *Ammian.* 16. 12. *post init.* Tunc tripertito exitio premebantur: Imperatore urgente per Rætias, Cæsare proximo nusquam elabi permittente, finitimis, quos hostes fecere discordiæ, modo non occipitia conculcantibus hinc indeque cinctorum.

OCCĬPUT, cĭpĭtis, n. 3. idem quod occipitium: ex *ob,* et *caput. Pers.* 1. 61. Vos, o patricius sanguis, quos vivere fas est Occipiti cæco, posticæ occurrite sannæ.

OCCĪSĬO, ōnis, f. 3. In libris MSS. variant aliquando *occisio* et *occidio* quod est frequentius, ut apud *Cic.* 14. *Phil.* 14. 36. et *Liv.* 3. 10. et 28. — Occisio est actus occidendi, cædes, *uccisione,* φόνος. *Cic.* 1. *Invent.* 26. 37. Parentis occisio, patriæ proditio. *Id. Cæcin.* 14. 41. Si cædes et occisio facta non erit. *Apul.* 6. *Met.* Nec quicquam idonei lucri exinde cepimus, sed vulnera et fortissimorum occisiones. — *Occisione occidere,* est usque ad internecionem delere. *Cic.* 14. *Phil.* 14. 36. Ejusque copias occisione occiderit, suo exercitu ita incolumi, ut ne unum quidem militem desideraverit. *Al. leg.* occidione: *V.* supra. *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 14. Fabii in insidias delapsi, ad unum occisione perierunt.

OCCĪSĪTANTUR sæpe occiduntur. *C. Gracchus pro rostris in P. Popilium.* Homines liberi nunc in oppido occisitantur. Hæc *Festus p.* 201. 16. *Müll.*

OCCĪSOR, ōris, m. 3. *uccisore,* φονεύς, necator, interfector. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 64. Urbicape, occisor regum.

OCCĪSŌRĬUS, a, um, adject. ut Animalia occisoria *h. e.* quæ mactari possunt, apud *Tertull. Anim.* 33.

OCCĪSUS, a, um. *V.* OCCĪDO.

OCCLĀMĬTO, as, are, a. 1. frequentat. ab *occlamo,* contra clamito, clamitando obstrepo. *Plaut. Curc.* 1. 3. 27. dormio, ne occlamites. Adde *eumd. Amph.* 3. 2. 3., ubi tamen alii aliter legunt.

OCCLĀMO, as, are, a. 1. contra clamo, clamore obstrepo. *Vellej.* 2. 4. 4. Quum omnis contio occlamasset. *Seneca Ep.* 47. *a med.* Hoc loco occlamabit mihi tota manus candidatorum. *Plerique alii utrobique leg.* acclamo.

OCCLAUDO *vel* obclaudo. *V.* voc. seq.

OCCLŪDO, dis, si, sum, dere, a. 3. (ob *et* claudo). *Obclaudo* habent *Imp. Constant. et Julian. Cæs. Cod. Theod.* 11. 24. 1. Aditum implendæ devotionis obclaudant. — *Occlusti* syncope pro *occlusisti* apud *Plaut. Trin.* 1. 2. 151. Occlusti linguam: nihil est qui respondeam. — Part. *Occlusus* 1. et in fin.; *Occludendus* 1. — Occludere est idem quod claudere, vel contra aliquem claudere, ἐπικλῄω (It. *chiudere, serrare*; Fr. *clore, fermer*; Hisp. *cerrar, cercar, tapar*; Germ. *ver-, zuschliessen*; Angl. *to shut against, shut up, shut close, occlude*).

I.) Proprie. *Plaut. Most.* 2. 1. 78. Clavim cedo, atque abi hinc intro, atque occlude ostium: Et ego hinc occludam. *Id. ibid.* 2. 2. 14. Sed quid hoc? occlusa janua est interdius? Pultabo: heus, ecquis istas aperit mi fores? *Id. Men.* 4. 3. 24. Abiit intro, occlusit ædes: nunc sum exclusissimus. *et Most.* 2. 1. 53. ædes jam fac occlusæ sient. Sic *Ter. Eun.* 4. 7. 14. Occludendæ ædes. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 47. 144. Quid me in invidiam et tamquam in contionem vocas? et quidem, ut seditiosi tribuni solent, occludi tabernas jubes? Sic *Id.* 4. *Cat.* 8. 17. Quæstus, occlusis tabernis, minui solet. *Plaut. Epid.* 2. 3. 3. Occlusum atque obsignatum armarium. Similiter *Cic.* 2. *Orat.* 61. 248. Furax servus, cui domi nihil sit nec obsignatum, nec occlusum. *Atta* apud *Non. p.* 139. 8. *Merc.* Ego occlusero fontem. — *Plaut. Men.* 4. 2. 108. me non excludet ab se, sed apud se occludet domi.

II.) Translate. — *a*) De rebus physicis. *Apul.* 9. *Met.* Exhorruit Myrmex inauditum facinus, et occlusis auribus effugit protinus. — *Occludere linguam,* impedire, ne quis loquatur. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 10. si resciverint inimici consilium tuum, Tuopte tibi consilio occludunt linguam, et constringunt manus. Adde *eumd. loc. cit.* sub init. — *b*) De abstractis. *Ter. Andr.* 3. 3. 25. Dum ejus lubido occlusa est contumeliis. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus.

Occlusus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Occlusior* II., et Sup. *Occlusissimus* I.

I.) Proprie. *Plaut. Curt.* 1. 1. 15. Ostium occlusissimum.

II.) Translate. *Plaut. Trin.* 1. 2. *in fin.* Pauci sint, faxim, qui sciant quod nesciunt, Occlusiorem-

que habeant stultiloquentiam. *h. e.* minus stulte loquantur.

OCCLŪSUS, a, um. *V.* voc. præced.

OCCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Occatus* et *Occandus* sub *a.* — Occo est idem ac glæbas infringo et comminuo et in pulverem redigo, ut jacta semina operiri possint. Aratur enim terra semel, aut bis, deinde crate vel rastro franguntur glæbæ aratro excitatæ; et hoc est *occare*: dictum vel ab *occædendo*, seu *occidendo*, ut putant *Varro* 1. *R. R.* 31. 1. et *Verrius* apud *Festum p.* 181. 25. *Müll.* (*V. Mythogr.* in fin. hujus vocis) quia glæbæ cæduntur et comminuuntur: vel, ut ait *Cic. Senect.* 15. 51. ab *occæcando*, quia operiuntur semina. *V.* OCCATIO. Hoc fiebat tum ante sationem, tum post, pro ratione agri id postulantis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 20. 49. (*n.* 3.) Aratione per transversum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate, vel rastro, et sato semine iteratio. (*Virg.* hæc ita exsequitur 1. *G.* 94. Multum adeo, rastris terras qui frangit inertes, Vimineasque trahit crates, juvat arva). Gr. βωλοκοπέω (It. *erpicare*; Fr. *herser*; Hisp. *rastrillar*; Germ. *eggen*; Angl. *to harrow or break clods*). Occurrit — *a*) De segetibus. *Plaut. Merc. prol.* 71. Tibi aras, tibi occas, tibi seris tibi eidem metis. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 161. Quum segetes occat tibi mox frumenta daturas. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 21. 50. (184). Siliginem, far, triticum occato, sarrito, runcato. *Id. ibid.* 16. 45. (145). Mox aratum et occatum (*solum*) integitur. *Colum.* 2. *R. R.* 4. 2. Compluribus iterationibus sic resolvatur vervactum in pulverem, ut vel nullam, vel exiguam desideret occationem, quum seminaverimus. Nam veteres Romani dixerunt male subactum agrum, qui satis frugibus occandus sit. — *b*) Habet locum etiam in cultura vineæ. *Varro loc. cit.* Vites novellas fodere, aut arare, et postea occare, id est comminuere, ne sit glæba. Quod ita occidunt, occare dicunt. *Pallad.* 6. *R. R.* 4. Hoc mense arbores et vites, quæ ablaqueatæ fuerant, occare, hoc est operire jam convenit. — *c*) Pro infringere, abrumpere legitur in *Mythogr.* 2. ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 267. Clotho colum baiulat, Lachesis trahit, Atropos occat. Cf. *Mythogr.* 3. *ibid. p.* 202. Una colum baiulat, trahit altera, tertia rumpit.

OCCŒNO, as, are, a. 1. Falsa lectio: affertur enim *Plaut. fragm.* apud *Varron.* 7. *L. L.* 67. *Müll.* de lumbo obcœnabis cera. *At* Müllerus (*V. ejusdem* adnotata ad *h. l.*) *recte legendum conj*: de lumbo obscæna viscera.

OCCŒPI. *V.* OCCIPIO.

OCCŬBĪTUS, us, m. 4. occasus. *Hieronym. Ep.* 108. *n.* 34. Post solis occubitum.

OCCŬBO, as, are, n. 1. (ob *et* cubo). Præteritum *occubui* cum *occumbo* est commune. — Occubare est occumbere, jacere, *giacere*, *cadere*, *morire*. *Virg.* 5. *Æn.* 371. ad tumulum, quo maximus occubat Hector. *morto giace.* Sic 10. *ibid.* 706. Paris urbe paterna Occubat. *Id.* 1. *ibid.* 550. si vescitur aura Ætheria, neque adhuc crudelibus occubat umbris. *h. e.* degit inter mortuos. *Seneca Hippol.* 997. Hippolytus flebili leto occubat.

OCCULCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

OCCULCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* calco). Part. *Occulcatus.* — Occulcare est proculcare, conculcare, calcare, *calpestare*, καταπατέω. *Cato R. R.* 49. Ponito in scrobe, aut in sulco, operitoque, et bene occulcato. *Varro* 1. *R. R.* 13. 3. Chors exterior operta stramentis ac palea, occulcata pedibus pecudum. *Al. leg.* conculcata. *Liv.* 27. 14. Et partim occulcatis, partim dissipatis qui circa erant, nudaverant una parte aciem. *Hic quoque alii leg.* conculcatis. *At V.* Drakenborg. *ad* h. l.

OCCŪLO, cŭlis, cŭlŭi, cultum, cŭlere, a. 3. *Oquoltus* pro *occultus* legitur in *Senat. Cons. de Bacchan.* — Part. *Occulens* 2.; *Occultus* in fin. — Ratione habita etymi, ajunt esse ex *ob* et *colo*: et proprie dici volunt, quum agrum colendo, arando, occando, semina aut plantas terra condimus et contegimus; unde illud *Virg.* infra sub 1. allatum. Ceterum *occulere* est operire, abdere, condere, tegere, καλύπτω (It. *coprire*, *celare*, *nascondere*, *occultare*; Fr. *cacher*, *celer*; Hisp. *esconder*, *ocultar*, *cubrir*; Germ. *zu-*, *ver-*, *bedecken*; Angl. *to cover over*, *hide*, *conceal*). Occurrit ¶ 1. Stricto sensu et est, ut diximus, semina aut plantas terra condere et contegere. *Virg.* 2. *G.* 346. quæcumque premes virgulta per agros, Sparge fimo, et pingui, et multa memor occule terra. ¶ 2. Universim adhibetur pro abscondere, celare. *Plaut. Most.* 1. 3. 118. istæ Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt. *Cic.* 5. *Att.* 15. Appii vulnera non refrico: sed apparent, nec occuli possunt. *Id.* 2. *Tusc.* 15. 36. Feminæ parietum umbris occuluntur. *Virg.* 1. *Æn.* 313. Classem in convexo nemorum sub rupe cavata Occulit. *Liv.* 33. 1. Hastatos anfractus viarum vallesque interjectæ occulebant. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 21. Fors me sermoni testem dedit, illa monebat Talia: me duplices occuluere fores. *Id.* 2. *Fast.* 216. Silvaque montanas occulere apta feras. *Id.* 14. *Met.* 816. Annuit omnipotens, et nubibus aera cæcis Occuluit. *Justin.* 1. 9. 11. Apud Persas persona regis sub specie majestatis occulitur. *Capell.* 9. *p.* 305. Ipse ego pallentem speculabor luce puellam Sese occulentem visibus. *Cic.* 2. *Orat.* 41. 177. Puncta argumentorum plerumque ut occulas, ne quis ea numerare possit. *Nepos Alcib.* 9. In Thraciam se abdidit, sperans ibi facillime suam fortunam occuli posse. *Quintil.* 12. 8. 10. Sæpe ipsis ea (*vitia*), qui sanandi sunt, occulentibus. *Seneca Hippol.* 875. Effare: fido pectore arcana occulam. *Tac.* 3. *Ann.* 16. Quorum neutrum adseveraverim: neque tamen occulere debui narratum ab iis, qui etc. *passare sotto silenzio*, *omettere.* — *Tibull.* 1. 2. 37. Si quis et imprudens aspexerit, occulat ille. *h. e.* celet, quidquid aspexerit. ¶ 3. Speciatim de mortuis humandis. *Festus p.* 205. 8. *Müll.* Occultum efferre (*al.* offerre) significat sub terram ferre, ponere. — Hinc Part. præter. pass.

Occultus, *a*, *um*, adjective usurpatur, unde Comp. *Occultior* et Sup. *Occultissimus* sub *a.*; et est latens, abditus, absconditus, abstrusus, involutus, *occulto*, *secreto*, *nascosto*, κρυπτός. — *a*) De rebus physicis et abstractis. *Plaut. Curc.* 4. 2. 21. Hi saltem in occultis locis prostant, vos in foro ipso. *Cic.* 1. *Nat. D.* 19. 49. Epicurus, qui res occultas et penitus abditas non modo viderit animo, sed etiam sic tractet, ut manu nos ducat. *Id.* 3. *Verr.* 15. 39. Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam eæ, quæ latent in simulatione officii. Nam eum, qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis; hoc vero occultum, intestinum ac domesticum malum etc. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 4. 15. Res occultæ et ab ipsa natura involutæ. *Id. Rosc. Am.* 36. 104. Occultior atque tectior cupiditas. *Id.* 11. *Fam.* 21. *extr.* Si quid erit occultius, et, ut scribis, reconditum. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 19. 62. Res occultissimas aperire in lucemque proferre. *Virg.* 9. *Æn.* 383. Rara per occultos ducebat semita calles. *et* 3. *ibid.* 695. Occultas vias agere sub mare. *Ovid.* 3. *Art. am.* 630. Et feret occultas pura tabella notas. *Virg.* 3. *G.* 397. Et salis occultum referunt in lacte saporem. *Horat.* 1. *Od.* 12. 45. Crescit, occulto velut arbor ævo, Fama Marcelli. *Sall. Cat.* 24. Tale periculum reipubl. haud occultum habuit. *non tenne secreto.* — *b*) *Occultus homo*, tectus, fictus, dissimulator. *Cic.* 8. *Fam.* 10. *a med.* Si me astutum et occultum lubet fingere. *Liv.* 25. 16. Ab occultis cavendum hominibus, consultisque. *Tac.* 6. *Ann.* 51. Occultus ac subdolus fingendis virtutibus. — Cum Genitivo. *Id.* 4. *ibid.* 7. Occultus odii. *h. e.* odium celans. — *Occultus* pro *occulte*. *Id.* 3. *ibid.* 29. Neque tum fuisse dubitaverim, qui ejusmodi preces occulti illuderent. *et* 4. *ibid.* 12. Domum Germanici revirescere, occulti lætabantur. *et* 40. Excessisse te jampridem equestre fastigium, non occulti ferunt. *h. e.* palam ægre ferunt. — Hinc

Occultum, *i*, n. 2. absolute — 1.°) Substantivorum more usurpatur in plur. num. — *a*) Sine additis. *Cic. Cæl.* 23. 57. Servi, quibus occulta creduntur. *si affidano i secreti.* — *b*) Cum Genitivo. *Tac.* 15. *Ann.* 74. Occulta conjurationis retexere. *et* 1. *ibid.* 61. Occulta saltuum scrutari. *Stat.* 1. *Achill.* 498. quando Parcarum occulta recludes? — 2.°) Adverbiorum more, in singul. num., occurrit — *a*) *In occulto*, h. e. occulte. *Senat. Cons. de Bacchan.* SACRA IN OQVOLTOD NE QVIQVAM FECISE VELET. *Ennius* apud *Festum p.* 298. 31. *Müll.* Intus in occulto mussabant. *Plaut. Trin.* 3. 2. 86. Nihil ego in occulto agere soleo. *Cic. Cluent.* 28. 78. Stare in occulto. *stare na scosto.* et *Liv.* 21. 22. *extr.* Sineret, fata in occulto esse. *Tac.* 3. *Ann.* 18. In occulto tenere aliquid. — *b*) *Ex occulto*, h. e. ex occulto loco, occulte. *Ter. Eun.* 4. 7. 17. fundam tibi vellem dari, Ut illos procul hinc ex occulto cæderes. *Sall. Jug.* 59. Jugurtha ex occulto repente nostros invadit. *Cic. Cluent.* 16. 47. Multi viri boni quum ex occulto intervenissent. *Liv.* 1. 37. Ex occulto etiam additur dolus. — *c*) *Per occultum*, occulte. *Tac.* 4. *Ann.* 71. *extr.* et 5. 4. et 6. 7. Delationes exercebant alii propalam, multi per occultum. *occultamente.* Adde *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 124.

OCCULTA, ōrum, n. plur. 2. *V.* voc. præced. in fin.

OCCULTĀTĒ, adverb. occulte. *Cic. Dejot.* 6. 18. Quod igitur et occultatius conari, et efficere cautius potuit. *Meliores codices habent* occultius. — Comp. *Occultatius* legitur apud *Aurel. Vict. Cæsar.* 17. 7. Et Commodum quidem primo occultatius veneno petivere, anno regni tertio fere atque decimo.

OCCULTĀTĬO, ōnis, f. 3. actus occultandi, κατάκρυψις, *nascondimento*, *occultazione*.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat. D.* 50. 127. Cornibus tauri, apri dentibus, morsu leones: aliæ fuga se, aliæ occultatione tutantur. *Cæs.* 7. *B. G.* 21. *extr.* Cujus rei nulla est occultatio, quod et promiscue in fluminibus perluuntur etc. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 45. 46. (148). Occultatio in spelunca. *Capell.* 8. *p.* 300. Occultationes vero eorum (*planetarum*) fiunt, quum radio solis consequente proprii luminis vibratum amittunt.

II.) Figurate. *Cic.* 2. *Fin.* 22. 73. Quæ libido non se proripiet ac projiciet aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia?

OCCULTĀTOR, ōris, m. 3. *nasconditore*, *occultatore*, καταχρύπτων, qui occultat, celator. *Cic. Mil.* 19. 50. Sustinuisset hoc crimen ipse ille latronum occultator et receptator locus.

OCCULTĀTUS, a, um, *V.* OCCULTO, as.

OCCULTE, adverb. (occulo). Alias formas OCCULTIM et OCCULTO *V.* loco suo: item *in occulto*, *ex occulto*, *per occultum*, V. *Occultus* in fin. v. OCCULO. — Comp. *Occultius* et Sup. *Occultissime.* — Occulte est clam, abscondite, latenter, κρύφα (It. *di nascosto*, *occultamente*; Fr. *en cachette*, *en secret*, *secrètement*; Hisp. *a escondidas*, *escondidamente*; Germ. *heimlich*, *insgeheim*, *verborgen*; Angl. *secretly*, *closely*, *privately*, *privily*, *underneat*). Occurrit — *a*) Posit. *Ter. Adelph.* 3. 2. 30. amare occepit aliam; Neque id occulte fert. *e non si nasconde. Cic.* 1. *leg. Agr.* 1. 1. Quæ res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. *Id.* 7. *Att.* 7. De honore nostro, nisi quid occulte Cæsar per suos tribunos molitus erit, cetera videntur esse tranquilla. *Id.* 1. *Fin.* 16. 50. Si vero molita quidpiam est, quamvis occulte fecerit, numquam tamen id confidet fore semper occultum. *Id.* 2. *leg. Agr.* 16. 41. Quid Alexandria, cunctaque Ægyptus? ut occulte latet! ut recondita est! *Cæs.* 7. *B. G.* 83. Quid agi placeat, occulte inter se constituunt. *Id.* 1. *B. C.* 66. Cum paucis equitibus occulte ad exploranda loca proficiscitur. *Lucret.* 1. 314. Ferreus occulte decrescit vomer in arvis. *insensibilmente.* Sic *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 49. Labitur occulte, fallitque volubilis ætas. — *b*) Comp. *Sall. Cat.* 17. Erant præterea complures paullo occultius consilii hujus participes. *Quintil.* 9. 4. 21. Dissimulat eos (*numeros*) et tantum communit occultius. *V.* OCCULTATE et adde *Sueton. Cæs.* 56. — *c*) Sup. *Cic.* 2. *Verr* 6. 15. Sed video, quid agat; neque enim agit occultissime. *Cæs.* 3. *B. C.* 67. Diverso itinere, quam potuit occultissime, reliquas cohortes duxit. *Sall. Jug.* 92. ed. *Kritz.* Ubique quam occultissime potest, cum omnibus copiis opperitur.

OCCULTERĪPĒDA. *V.* OCULICREPIDA.

OCCULTIM, adverb. occulte. *Solin.* 4. Occultim reptare.

OCCULTO, adverb. occulte. *Afran.* apud *Charis.* 2. *p.* 186. *Putsch.* Age, curre cursim ad Numisium occulto.

OCCULTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. frequentat., vel rectius intens. ab *occulo*. — *Occultassis* ἀρχαϊκῶς pro *occultaveris*, *V.* infra. — Part. *Occultans*, *Occultatus* et *Occultandus*. — Occul-

tare est abscondere, abdere, celare, obtegere, ἀποκρυπτω (It. *nascondere, coprire, occultare*; Fr. *cacher, derober aux regards, faire disparaître*; Hisp. *esconder, cubrir, ocultar*; Germ. *verbergen, verstecken, verheimlichen, verhehlen*; Angl. *to hide, cover, conceal, keep secret, disguise*). Occurrit — *a*) Cum Accus. *Plaut. Trin.* 2. 2. 2. neque latebrose me abs tuo Conspectu occultabo. *et* 3. 2. 1. Sta illico, noli aversari, neque te occultassis mihi. *Cic. pro leg. Manil.* 3. 7. Occultare se latebris. *Cæs.* 7. *B. G.* 83. se post montem. *et* 6. *ibid.* 30. se in insulis. *Sall. Jug.* 53. Neque plane occultati humilitate arborum. *Petron. Satyr.* 123. Occultare gremio Penates. *Cæs.* 1. *B. G.* 45. legionem silvis. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 39. 122. Latent ista omnia crassis occultata et circumfusa tenebris. *Cæs.* 7. *B. G.* 85. Occultare aliquid in terram. *et ibid.* 16. aliquid apud se. *Cic.* 1. *Off.* 35. 127. Quæ enim natura occultavit, eadem omnes, qui sana mente sunt, removent ab oculis. *Liv.* 29. 14. Occultantibus id, credo, patribus, ne etc. *Cæs.* 2. *B. C.* 31. Quippiam dissimulare et occultare. *Cic.* 1. *Off.* 30. 105. Dissimulare et occultare appetitum voluptatis. *Id.* 2. *Fin.* 24. 77. Ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur. *Id. post redit. in senat.* 7. 16. Ad occultanda tanta flagitia. *Cæs.* 1. *B. G.* 27. Occultare fugam. *et* 7. *ibid.* 73. insidias. *Stat.* 9. *Theb.* 617. culpam sub antris. *Ovid.* 1. *Pont.* 1. 17. et epistola cui sit, Non occultato nomine, missa docet. — *b*) Mediorum apud Græcos more ac significatione. *Cic.* 2. *Nat. D.* 20. 51. Stellæ tum occultantur, tum rursus aperiuntur. — *c*) Sequente Infinito. *Plaut. Pers.* 4. 3. 22. res est quædam, quam occultabam Tibi dicere.

OCCULTUM, i, n. 2. *et*

OCCULTUS, a, um. *V.* OCCULO in fin.

OCCUMBO *vel* obcumbo, cumbis, cŭbŭi, cŭbĭtum, cumbere, n. 3. (ob *et* cubo). Part. *Occumbens* 2. *a. et c.* — Occumbere est occidere, incidere, cadere, deorsum cadere, καταπλίνομαι (It. *cadere, cadere sopra o al basso*; Fr. *tomber*; Hisp. *caer*; Germ. *nieder-, hinstürzen, -sinken, -fallen*; Angl. *to fall, set*). Occurrit ¶ 1. Universim et raro admodum. *Vellej.* 2. 70. 30. Et ita in gladium occubuit. *Alii, inter quos* Rubkopf., *legunt* incubuit. ¶ 2. Speciatim et raro de stellis, quæ sub hemisphærium nostrum cadunt, aut solem subeunt, et conduntur, *tramontare. Justin.* 37. 2. 3. Cometes, quum oriretur occumberetque, quatuor horarum spatium consumebat. ¶ 3. Item speciatim et sæpissime de casu mortis dicitur, *morire, cadere morto*, quasi ob mortem cadere, morti succumbere: et præsertim illata ab alio nece cadere. Dicimus autem *occumbere* absolute, *occumbere mortem, morte, morti.* — *a*) Absolute. *Ennius* apud *Priscian.* 3. p. 607. *Putsch.* Quum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo. *Cic.* 3. *Att.* 15. Aut occubuissem honeste, aut victores bodie viveremus. *Ovid.* 3. *Art. am.* 18. Fertur et ante annos occubuisse suos. *Sueton. Aug.* 12. *extr.* Pro libertate eos occubuisse. *Id. Tit.* 4. Circa se dimicans occubuerat. *Justin.* 7. 5. 4. Insidiis matris oppetitus occubuit. *Inscript.* apud *Gruter.* 926. 8. RELIQVOS (*annos*) SEPTEM ET D. XIIX DECVBVIT ET OCCVBVIT NAT. LVD. SAECVL. VIII. OBIIT SEQVENT. *Lucan.* 9. 567. occumbere in armis. *morire armato. Ovid.* 12. *Met.* 207. occumbere ferro. *Sil. It.* 1. 143. certamine sævo. *Sueton. Ner.* 2. acie Pharsalica. *Val. Flacc.* 3. 169. occumbens Herculis armis. — Sic *occumbere aliquo*, vel, ut aliis placet, *alicui*, manu alicujus. *Sil. It.* 5. 260. Rullo ditissimus agri Occumbis, generose Volunx. *per manu di Rullo.* et *Claudian. B. Get.* 74. dum vellere Pelion Otus Nititur, occumbit Phœbo. — *b*) *Occumbere mortem, letum* etc., ut *Ennius* apud *Priscian.* 6. p. 725. et p. 708. *Putsch.* Occumbunt multi letum ferroque lapique. Cf. *Sil. It.* 13. 380. licuit pugnanti occumbere letum. *Cic.* referens dictum cujusdam Lacænæ, 1. *Tusc.* 42. 102. Idcirco genueram, ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere. *Al. leg.* morte. *Curt.* 4. 15. *a med.* Ante oculos sui quisque regis mortem occumbere ducebant egregium. *Liv.* vertens Græcam Inscription. 26. 25. *a med.* Qui pro patria pugnantes mortem occubuerunt. *Al. leg.* oppetierunt. *Id.* 31. 18. Qui pugnantes mortem occubuissent. *Al. leg.* morte. *Sueton. Aug.* 13. Filius quoque voluntariam occubuisset necem. *Hic quoque al.* voluntaria nece. — *c*) *Occumbere morte*, ut *Liv.* 1. 7. Cæcus ictus clava morte occubuit. *Id.* 8. 10. Pro vestra victoria morte occumbentis. *Id.* 38. 58. Ambo pro re publica morte occubuisse. *V. et* supra in *a. et* infra in *d.* — *d*) *Occumbere morti, leto* poetice. *Ennius* apud *Servium* ad *Virg.* 2. *Æn.* 62. ut vos vostri liberi Defendant, pro vostra vita morti occumbant obviam. *Virg. loc. cit.* Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti. *Ovid.* 15. *Met.* 499.; et *Phædr.* 4. 1. Occumbere neci. *Val. Flacc.* 1. 633. segni occumbere leto. *ubi* leto *potest esse et Ablativus.* ¶ 3. *Occumbere* est etiam contra accumbere, nempe cœnæ. *Afranius* apud *Non. p.* 97. 29. *Merc.* Immo jamdudum occubuisse, degulasse oportuit. Sunt qui velint interpretari *oppetiisse, gulam fregisse. V.* DEGULO.

OCCŪPĀTĪCĬUS *vel* occupatitius ager κατειλημμένον χωρίον, qui desertus a cultoribus propriis, ab aliis occupatur. *Paul. Diac. p.* 180. 8. *Müll.*

OCCŪPĀTĬO, ōnis, f. 3. actus occupandi, obsessio, invasio, πρόληψις, καταλήψις (It. *occupazione, occupamento*; Fr. *action d'occuper, de prendre possession, de s'emparer, d'envahir*; Hisp. *ocupacion, el acto de ocupar, de tomar posesion*; Germ. *die Besetzung, Besitznahme, Einnahme*; Angl. *a seizing violently, seizure, occupation*).

I.) Proprie. *Cic. Dom.* 3. 5. Obsessio templorum, occupatio fori, oppressio curiæ. *Id.* 1. *Off.* 7. 21. Sunt autem privata nulla natura; sed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt, aut victoria, aut lege, etc.

II.) Translate. ¶ 1. Apud Rhetores — *a*) Est figura sententiæ, quæ et *præsumptio* dicitur, quum id quod objici potest, occupamus et diluimus. *Ante occupatio* dicitur a *Cic.* 3. *Orat.* 53. 205. et *præsumptio* a *Quintil.* 9. 2. 17. ubi plures ejus species, præmunitionem, confessionem, prædictionem, emendationem, præparationem etc., subjectis etiam exemplis, exponit. *Occupationis* exempla vide in voce AT. — *b*) Præterea *Occupatio* est, quum dicimus, nos præterire, aut non scire, aut nolle dicere id, quod tunc maxime dicimus. Ita *Cic.* 4. *Herenn.* 27. 37. Aliis dicitur *præteritio.* ¶ 2. Sæpe est negotium, res agenda, quæ detinet animum et impedimento est, ne aliis rebus vacet, *occupazione, affare*, ἀσχολία. — *a*) Absolute. *Cic. Orat.* 10. 34. In maximis occupationibus tuis numquam intermittis studia doctrinæ. *Nepos Att.* 20. Quum propter suas infinitas occupationes minus sæpe Attico fruerctur. *Cic.* 7. *Fam.* 17. *a med.* Quum ille aut occupatione, aut difficultate tardior tibi erit visus. *Id.* 1. *Att.* 19. Vix huic tantulæ epistolæ tempus habui, atque id ereptum e summis occupationibus. *et* 3. *ibid.* 20. Ab omni occupatione se expedire. *et* 16. *ibid.* 16. Relaxare se occupatione. *liberarsi, sbrigarsi.* et 10. *Fam.* 28. et 12. *ibid.* 30. Maximis occupationibus impediri. *Id.* 1. *Nat. D.* 19. 51. implicari. *Id.* 2. *Att.* 23. Ex eo colligere poteris, quanta occupatione distinear. *Seneca Consol. ad Marc.* 1. *a med.* Studia, hereditarium et paternum bonum, surdas aures, irrito ac vix ad brevem occupationem proficiente solatio transeunt. *h. e.* avocamentum a dolore. — *b*) Cum Genitivo. *Cæs.* 4. *B. G.* 22. Neque has tantularum rerum occupationes sibi Britanniæ anteponendas judicabat.

OCCŪPĀTĪVUS, a, um, adject. qui occupat. *Gloss. Philox.* Occupativa, καταληπτικά (*sic*).

OCCŪPĀTOR, ōris, m. 3. qui occupat invadendo, qui invadit. *Novell. Valent. tit.* 8. 1. Si quos occupatores fortasse cum quibuscumque personis de eadem domo in præjudicium domini inire voluerunt.

OCCŪPĀTŌRĬUS Ager, idem fere, quod occupaticius. *V.* ARCIFINALIS. Similiter *Sicul. Flacc. de condit. agror. p.* 63. *Goes.* Occupatoria conditio.

OCCŪPĀTUS, a, um. *V.* OCCUPO.

OCCŪPĀTUS, us, m. 4. occupatio. *Claud. Mamert.* apud *Sidon.* 4. *ep.* 2. Ecquo tam ex occupatu unquam implicabere, quin etc?

OCCŪPO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* capio). *Occupassim, is, it*, antique pro *occupaverim* etc. apud *Plaut. Asin.* 4. 2. 9. et *Most.* 5. 1. 48. — Part. *Occupans* II. 3. *a.*; *Occupatus* I., II. 1., 2., 6. et 7., et in fin.; *Occupaturus* II. 3. *a.*; *Occupandus* I. et II. 3. *a.* — Occupare est invadere, obsidere, capere, usurpare, tenere, præsertim quum aut subito, aut celeriter id fit, καταλαμβάνω (It. *occupare, invadere, impossessarsi*; Fr. *s'emparer de, se saisir de, envahir, occuper*; Hisp. *ocupar, tomar posesion, apoderse de alguna cosa*; Germ. *sich bemachtigen, einen Ort, Gegenstand erlangen, besetzen*; Angl. *to lay hands on, seize forcibly, take forcible possession of, make himself master of, invade, occupy*).

1.) Proprie. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 28. 75. Totam Italiam suis præsidiis obsidere atque occupare cogitat. *Id.* 3. *Fin.* 20. 67. Theatrum quum commune sit, recte tamen dici potest, ejus esse eum locum, quem quisque occuparit. *Id.* 13. *Phil.* 5. 12. Agri Lucani possessiones occupare. *Liv.* 33. 31. Patent urbes opportunæ ad occupandum. *Cæs.* 1. *B. C.* 11. *extr.* Pisaurum, Fanum, Anconam singulis cohortibus occupat. *Tac.* 1. *Hist.* 62. Occupanda urbs. Rursus *Cæs.* 6. *B. G.* 11. Partem finitimi agri per vim occupatam possidebant. *Auct. B. Alex.* 78. Tetrarchia occupata et possessa a Dejotaro. *Tac.* 4. *Hist.* 47. Valida manu montem occupat. *Horat.* 1. *Od.* 14. 2. Occupare portum. *Virg.* 6. *Æn.* 424. Occupat Æneas aditum, custode sepulto. *Tac.* 3. *Hist.* 35. Transitus Alpium præsidiis occupat. *Cic. Amic.* 12. 41. et 5. *Phil.* 6. 17. Occupare regnum. *et* 3. *Off.* 23. 90. tyrannidem. *Justin.* 21. 4. 1. Hanno opes suas ad occupandam dominationem intendit, regnumque invadere, interfecto senatu, conatus est. Similiter *Id.* 22. 7. 6. Itaque quum ad belli societatem cum ingenti exercitu ipse (*Ophellas*) venisset, Agathoclesquum sæpius simul cœnassent, incautum interfecit; occupatoque exercitu ejus etc. *et* 11. 10. 4. Parmenione ad occupandam Persicam classem, aliosque amicos ad recipiendas Asiæ civitates misit. *Sall. in orat. Lepidi contra Sull.* Nisi forte speratis-, eum (*Sullam*) per scelus occupata periculosius dimissurum. *Plaut. Trin.* 5. 2. 12. Occupare familiam optimam. *h. e.* ingredi, nancisci. — Poetice *Ovid.* 3. *Fast.* 509. Occupare aliquem amplexu. *tenere abbracciando.*

II.) Translate. ¶ 1. De locis usurpatur pro implere, impedire, *ingombrare, occupare. Horat.* 3. *Od.* 24. 3. Cæmentis licet occupes Tyrrhenum omne tuis. *Curt.* 5. 1. *a med.* Ac ne totam quidem urbem tectis occupaverunt. *Liv.* 5. 55. *extr.* Festinatio curam exemit vicos dirigendi, dum, omisso sui alienique discrimine, in vacuo ædificant. Ea est causa, ut forma urbis sit occupatæ magis, quam divisæ similis. *h. e.* plenæ quidem ædificiis, sed sine ordine. *Id.* 1. 38. *extr.* Aream ad ædem in Capitolio Jovis, quam voverat bello Sabino, occupat fundamentis. *Horat.* 3. *Od.* 29. 44. atra nube polum, pater, occupato. *Justin.* 37. 2. 3. Stella cometes magnitudine sui quartam partem cæli occupaverat. *Auct. B. Afr.* 54. Navem commeatu, familia sua atque jumentis occupavit. *Martial.* 3. 82. Jacet occupato galbanatus in lecto. *h. e.* quem totum mole sui corporis implet. *Propert.* 2. 5. 28. Et mala desertos occupat herba deos. — Sic pro implere serendo. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 16. *de lente.* Jugerum agri paullo plus quam modius occupat. Adde *eumd. ibid.* 11. 10. ¶ 2. De hominibus et brutis animantibus usurpatur pro aggredi ex improviso, atque adeo ferire, interficere, aut tenere, capere, ligare, prehendere, *sorprendere, assalire. Liv.* 39. 31. Hispani, postquam in citeriore ripa duo Romanorum agmina conspexerunt, et, priusquam se jungere atque instruere possent, occuparent eos, castris repente effusi cursu ad pugnam tendunt. *Justin.* 5. 8. 13. Citato itinere miserunt, qui eum interciperent: a quibus occupatus etc. *raggiunto, sorpreso, oppresso.* et 2. 12. 21. Græci adventu hostium occupati prælium capessunt. *Curt.* 3. 1. *ad fin.* Quum deinde Darium, ubicumque esset, occupare statuisset etc. *Id.* 9. 7. *a med.* Macedo gladium cœperat stringere: quem occupatum complexu, pedibus repente subductis, Dioxippus arietavit in terram. *Cæs.* 3. *B. C.* 109. Alter accepto vulnere occupatus, per suos pro occiso sublatus est. *Virg.* 10. *Æn.* 699. Sed Latagum saxo, atque ingenti fragmine montis Occupat os faciemque adversam.

Ubi *Servius*: pro Latagi os occupat: et est Græca figura in Homero frequens, ut si dicas, ἔκρουσεν Ἀχιλλέα τὸν πόδα, Achillem percussit pedem, pro Achillis pedem. Similiter *Id.* 9. *ibid.* 770. Gladio occupare aliquem. *h. e.* ferire, *percuotere, ferire.* Item *Ovid.* 3. *Met.* 48. aliquem morsu. *Propert.* 4. 4. 82. vocales occupat ense canes. — Huc pertinent et sequentia. *Propert.* 4. 10. 13. Hunc videt ante cavas vibrantem spicula turres Romulus, et votis occupat ante ratis. *h. e.* aggreditur et conficit, *assale ed ammazza.* Cf. *Ter. Andr.* 1. 5. 62. mors continuo ipsam occupat. — *Virg.* 4. *G.* 440. Cum clamore ruit magno, manicisque jacentem Occupat. *h. e.* tenet, capit, ligat, prehendit. Similiter *Id. ibid.* 190. fessos sopor occupat artus. Cf. *Tibull.* 1. 2. 2. Occupet ut fessi lumina victa sopor. Rursus *Virg.* 7. *Æn.* 446. juveni subitus tremor occupat artus. — Hinc pro detinere, *trattenere. Tibull.* 1. 11. 39. Quam potius laudandus hic est, quem prole parata Occupat in parva nigra senecta casa. — Γνώμη est illud *Senec. Troad.* 497. Miser occupet præsidia, securus legat. *h. e.* quod primum se offert, arripiat. ¶ 3. De inanimis et abstractis est anteire, præire, *andare innanzi, precorrere. Ovid.* 1. *Trist.* 10. 5. *de navi.* Nec comites volucri contenta est vincere cursu: Occupat egressas quamlibet ante rates. — Est etiam verbum circense de iis bigis, trigis et quadrigis usurpatum, quæ priores carceribus egressas anteeunt. *Inscript.* apud *Gruter.* 337. OCCVPAVIT ET VICIT DCCCXV., SVCCESSIT ET VICIT LXVII., ERIPVIT ET VICIT DCC. *scil.* occupavit et vicit, quia e carceribus omnium primus alios semper antecessit; successit et vicit, quia licet posterior esset, tamen alios currendo prægressus est; eripuit et vicit, quia fraudulenter alios præcessit. — Hinc sæpissime est prævenire, ante capere, antevertere, præsumere, præcipere, *prevenire, preoccupare,* φθάνειν. Hanc *Nonius p.* 355. 5. *Merc.* putat primam et propriam hujus verbi vim et notionem. Occurrit — *a*) Cum Accusativo rei. *Plaut. Stich.* 3. 1. 33. ego per hortum amicam transibo meam, Mihi hanc occupatum noctem. *ad inpegnare, a fermare per me, prima che altri mi tolga il luogo.* Adde *Pacuvium* et *Varron.* apud *Non. loc. cit.* Sic *Cic. Orat.* 40. 138. Ut ante occupet, quod videat opponi. *Id.* 5. *Tusc.* 9. 27. Occupavi, inquit, te, Fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos intercludi, ut ad me adspirare non posses. *Phædr.* 5. 8. Calvus, comosa fronte, nudo corpore, Quem si occuparis, teneas. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 64. Vultejum manu Philippus Occupat, et salvere jubet prior. *Liv.* 4. 29. Qui prior auctor tam sævi exempli foret, occupaturus insignem titulum crudelitatis fuerit. *h. e.* A. Postumius Tubertus, quem tradunt securi feriri jussisse filium suum, quod injussu ejus contra hostes pugnaverit. *V.* POSTUMIANUS in ONOM. *Curt.* 6. 4. *ad fin.* Folia (*quercus*) multo melle tinguntur. Sed, nisi solis ortum incolæ occupaverint, vel modico tepore succus extinguitur. *Id.* 8. 9. *ad fin.* Apud hos (*sapientes*) occupare fati diem, pulcrum: et vivos se cremari jubent, quibus aut segnis ætas, aut incommoda valetudo est. *Id.* 5. 6. *post init.* Multi ergo hostium manus voluntaria morte occupaverunt-e muris semetipsos in præceps jactantes. *Tac.* 2. *Hist.* 13. Milites faciles occupantibus, et melioribus incuriosi. *Seneca Ep.* 70. *ante med.* Stultitia est, timore mortis mori. exspecta. quid occupas? *Seneca alter Phœniss.* 416. Occupa, mater, preces. *h. e.* festina precari, antequam fratres se mutuo petant. *Id. Herc. Œt.* 435. et *Agam.* 193. et *Thyest.* 203. Occupare scelus. *h. e.* facere, antequam alter faciat. Sic *Justin.* 34. 4. 2. Occupet insidias et in auctorem retorqueat scelus. *et* 38. 10. 1. Antiochus, occupandum bellum ratus etc. *Sil. It.* 9. 567. atque inde superbis Hasta comes dictis murali turbine pectus Transforat, et voces venturas occupat ictu. — *b*) Cum Infinito. *Ennius* apud *Non. loc. cit.* Hector vi summa armatos educit foras, Castrisque castra inferre jam fere occupat. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 15. Volo tu prior ut occupes adire. Adde *eumd. Pœn.* 1. 2. 107. et alibi; et *Titinium* et *Varron.* apud *Non. loc. cit.* Sic *Liv.* 1. 11. Priusquam tantum roboris esset, quantum futurum apparebat, occupant bellum facere. *et ibid.* 30. *ad fin.* Occupat Tullus in agrum Sabinum transire. *Horat.* 2. *Od.* 12. 28. rapere occupat. *Sil. It.* 5. 519. At juvenis dubio tantæ discrimine pugnæ Occupat eventum telo tentare priorem. — *c*) Sequente part. *ne. Phædr.* 2. *Epil.* Quoniam occuparat alter, ne primus forem, Ne solus esset, studui. — *d*) Absolute. *Plin. Paneg.* 10. Ille jure principis occupavit, primusque fecit, quod omnes facturi erant. — Sic de eo, qui prior loquitur. *Stat.* 7. *Theb.* 538. Hic justæ Tideus memor occupat iræ: Me potius, socii, me opponite regi. ¶ 4. *Occupare sibi aliquod consilium* apud *Plaut. Men.* 5. 2. 94. est ante capere, invenire. ¶ 5. Occupare est etiam accelerare, ut apud *Curt.* 4. 11. *ante med.* Nisi moderationem animi tui notam haberem, non dicerem, hor esse tempus, quo pacem non dare solum, sed etiam occupare deberes. ¶ 6. Translate a prima significatione et sæpe. *Cic. Fontej.* 5. 10. Vult magnitudine rei sic occupare animos eorum, qui audiunt, ut difficilis aditus veritati relinquatur. *Liv.* 27. 10. Beneficiis Scipionis occupatos omnium animos publice privatimque esse. Rursus *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 13. Ante occupatur animus ab iracundia, quam providere ratio potuit, ne occuparetur. *Id.* 6. *Verr.* 51. 113. Superstitio mentes Siculorum occupavit. *Cæs.* 1. *B. G.* 39. Tantus timor omnem exercitum occupavit. *Liv.* 5. 38. Pavor fugaque occupaverat animos. *Virg.* 3. *Æn.* 294. incredibilis rerum fama occupat aures. *et* 4. *ibid.* 499. pallor occupat ora. *Tibull.* 4. 4. 5. macies tabentes occupat artus. ¶ 7. Nonnunquam est distinere, impedire, ita ut ad alia nequeas animum et operam advertere, *tenere occupato*: qua significatione frequenter occurrit Part. *Occupatus*, quod *V.* et mox in fin. — *a*) Sæpissime de hominibus. *Plaut. Most.* 4. 3. 16. nisi quid magis Es occupatus, operam mihi da. *Id. Men.* 3. 1. 6. illum Dii omnes perduint, qui primus commentus est Contionem, hacque re homines occupatos occupat. *Ter. Phorm.* 3. 2. 17. Alia quum occupatus esset sollicitudine. *Liv.* 33. 40. *ad fin.* Occupari aliarum rerum cura. *Ter. Hecyr. prol.* 1. 4. Ita populus studio stupidus, in funambulo Animum occuparat. *Cic.* 1. *Off.* 17. 57. Quo est detestabilior istorum immanitas, qui lacerarunt omni scelere patriam et in ea funditus delenda occupati et sunt et fuerunt. *Nepos Hann.* 7. Quum in apparando acerrime esset occupatus. *Id. Alcib.* 8. In eo erat occupatus, ut bellum quam diutissime duceret. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 131. Da operam, quæso, mihi, Ne quod te ad aliud occupes negotium. *Id. Merc.* 2. 2. 16. Quamquam negotium est, si quid vis, Demipho, Non sum occupatus unquam amico operam dare. *h. e.* quin amico operam dem, aut dare queam. — Scribebat meretrix in fronte cellæ, *occupatam esse se*, quum, uno admisso amatore, alios exclusos volebat. *Plaut. Asin.* 4. 1. 15. — *b*) De tempore. *Cælius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 10. Hæc causa primos menses occupabit. *Sueton. Aug.* 32. Ne quod autem maleficium negotiumve impunitate vel mora elaberetur, xxx. amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodavit. — *c*) De pecunia, et *occupare pecuniam* est ponere, collocare vel fenore, vel in emptione rei cujusquam, *investire. Plaut. Epid.* 2. 2. 113. Atque id non decem tibi erit occupatum argentum dies. *Cic. Flacc.* 21. 51. Pecuniam adolescentulo grandi fenore, fiducia tamen accepta, occupavisti. *Id.* 3. *Verr.* 36. 91. Pecunias occuparat apud populos, et syngraphas fecerat. *Colum.* 1. *R. R.* 8. 12. Occupare pecuniam animalibus, aut aliis rebus promercalibus. *et* 11. *ibid.* 1. 24. pecuniam in pecore. Contra *otiosam pecuniam* dicimus, quæ in arca detinetur, et nullas parit usuras: V. OTIOSUS. — Hinc Part. præter. pass., cujus plura exempla supra retulimus,

Occupatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Occupatior* et Sup. *Occupatissimus* sub *a.*; et est distentus, districtus, implicatus, impeditus negotio aliquo, ita ut non possit alii rei operam dare, *occupato, imbarazzato, impedito,* ἀσχολος, cui opponitur otiosus, vacuus, liber. — *a*) Absolute. *Cic.* 1. *Tusc.* 3. 5. Ut si occupati profuimus aliquid civibus nostris, prosimus etiam, si possumus, otiosi. *Id.* 10. *Att.* 9. Festinabam eramque occupatior. *Cælius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 4. Comitiorum dilationes occupatiorem me habebant. *Cic.* 12. *Att.* 38. Non dubito, quin occupatissimus fueris, qui ad me nihil litterarum. *Id.* 1. *Orat.* 56. 239. Suspenso et occupato animo aliquid facere. *Id. Cæl.* 19. 44. Amores autem et hæ, deliciæ quæ vocantur, numquam hunc occupatum impeditumque tenuerunt. — Et de tempore et opera. *Id. Planc.* 27. 66. Ecquid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem unquam otiosum? *Id.* 1. *Legg.* 3. 8. Neque enim occupata opera, neque impedito animo res tanta suscipi potest. — *b*) Cum præpos. *in* et Ablativo. *Phædr.* 2. 5. Est ardelionum quædam Romæ natio Trepide concursans, occupata in otio, Gratis anhelans, multa agendo nihil agens. *Justin.* 1. 7. 11. Occupato in aliis bellis Cyro, Lydi rebellavere. — *c*) Cum præpos. *circa. Sueton. Ner.* 23. Ac, ne quid circa hæc occupatum avocaret detineretve, rescripsit his verbis etc. — *d*) *Occupatus alicui rei,* h. e. in aliqua re. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 2. 6. (11). Sedere his in scholis auditioni occupatos gratius erat, quam etc. Ita quædam editiones, præsertim veteres: sed *Harduin.* (et *Sillig.* cum *Aldo,* et al. *operatos.*

OCCŪPO, ōnis, m. 3. cognomen Mercurii, qui furum deus est aliena bona occupantium. *Petron. fragm. Tragur.* 58. *Burmann. a med.* Sed res et lectio incerta est.

OCCURRO *vel* obcurro, curris, curri *et aliquando* cūcurri, cursum, currere, n. 3. (ob *et* curro). Perf. *occucurri* est *Plauti*, cujus verba *V.* infra I. 1. *c.* Pro *occucurri* dixerunt etiam *occecurri*, ut *memordi, peposci,* Græcorum exemplo, qui verbi τύπτω, *verbero,* præterit. τέτυφα habent. *Ælius Tubero* apud *Gell.* 7. 9. Si generalis species occecurrerit. — Part. *Occurrens* I. 1. *c.*, et II. 4.; *Occursurus* II. 2. *a.* — Occurrere est obviam ire, aut venire, ἀπαντάω (It. *andare, o venire, o correre, o farsi incontro*; Fr. *aller ou venir au devant, rencontrer, tomber sur, aborder*; Hisp. *ir adelante, venir adelante*; Germ. *entgegengehen, begegnen*; Angl. *to go, come, or run up to, meet*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Cum Dativo personæ. *Plaut. Epid.* 2. 2. 30.; et *Liv.* 4. 40. Occurrere obviam alicui. *Cæs.* 3. *B. C.* 72. *extr.* Domitius ad Æginium Cæsari venienti occurrit. *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 6. Scripsi ad eum, ut mihi Heracleam occurreret. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 135. sic dulcis amicis Occurram. *Sueton. Cal.* 49. Vetuit etiam quemquam senatorum sibi occurrere. — *b*) Cum præpos. *adversum. Sall. fragm.* apud *Priscian.* 10. p. 882. *Putsch.* Quos advorsum multi ex Bithynia volentes occurrere. — *c*) Absolute. *Plaut. Merc.* 1. 2. 88. illico Occucurri, et interpello. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 94. Si curtatus inæquali tonsore capillos Occurri, rides. *se mi ti presento, se mi fo vedere.* et *Sueton. Cal.* 4. Tradunt, quoties aliquo adveniret, vel sicunde discederet, præ turba occurrentium prosequentiumve nonnunquam eum discrimen vitæ adisse. — Et passive impersonaliter. *Cic.* 2. *Att.* 22. *med.* Domus celebratur: occurritur: renovatur memoria consulatus. ¶ 2. Speciatim in re militari est obviam fieri resistendi, et pugnandi causa, *opporsi. Cæs.* 1. *B. C.* 40. Legiones quatuor transjecit, duabusque Fabianis legionibus occurrit. *et* 2. *ibid.* 27. Etiam inermes armatis occurrebant. *Liv.* 28. 16. Eques levisque armatura, nunc ab tergo, nunc ab lateribus occurrendo, fatigabat morabaturque. *Id.* 32. 25. Quum Philocles signis infestis ad subjectum arci forum vaderet, instructa acies ex adverso occurrit. Cf. *Virg.* 10. *Æn.* 924. Obvius adversoque occurrit, seque viro vir Contulit. — Et passive impersonaliter. *Liv.* 5. 37. Quippe quibus, velut tumultuario exercitu raptim ducto, ægre ad undecimum lapidem occursum est.

II.) Translate. ¶ 1. Est incidere, casu incurrere, *abbattersi. Cæs.* 4. *B. G.* 26. Quibuscumque signis occurrerat, se aggregabat. *et* 3. *ibid.* 6. Allo sese in hiberna consilio venisse meminerat, aliis occurrisse rebus videbat. — Et de inanimis. *Liv.* 36. 25. Subtus Macedones cuniculis oppugnabant; et in asperis locis silex sæpe impenetrabilis ferro occurrebat. ¶ 2. Est etiam accurrere, advenire in tempore, *accorrere*: nam *ob* pro *ad* olim usurpatum est. — *a*) Absolute. *Plaut. Pœn. prol.* 43. Nunc dum scriblitæ æstuant, occurrite. *Cic.* 1. *Phil.* 4. 9. Non quo me ad tempus occursurum pu-

tarem, sed etc. — *b*) Cum Dativo personæ. *Liv.* 31. 29. Consilium Ætolorum futurum erat. Huic ut occurrerent, legati regis iter acceleraruut. *Id.* 39. 6. *init.* Quibus (*comitiis*) quin M. Æmilius, cujus sortis ea cura erat, occurrere non potuit, etc. — *c*) Cum Accus. et præpos. *ad. Liv.* 31. 29. Atheniensium quoque legati ad id concilium occurrerunt. *Val. Max.* 4. 4. *n.* 7. Quod ad causam dicendam non occurrisset. *Sueton. Cal.* 39. Litigatorum plerique, quod occurrere absentes ad vadimonium non possent, causa caderent. — *d*) Cum Accus. et præpos. *in. Cic.* 5. *Verr.* 27. 67. Quamprimum in aliam civitatem occurrere. *h. e.* ad aliam civitatem festine transire. *Ita leg. recentiores:* Forcellinus *autem,* Orellius *et al. præpos.* in *omittunt.* — *e*) Cum Infinito. *Lucret.* 3. 895. *Lachmann.* nec dulces occurrent oscula nati Præripere. ¶ 3. *Alicui rei occurrere* dicitur qui eam conficiendam aggreditur vel conficit. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 1. Hoc te primum rogo,-ne te obrui, tamquam fluctu, sic magnitudine negotii sinas: contraque erigas ac resistas, sive etiam ultro occurras negotiis. *Cæs.* 3. *B. G.* 6. Alio sese in hiberna consilio venisse meminerat, aliis occurrisse rebus videbat. *Liv.* 28. 8. Philippus mœrebat quidam et angebatur, quum ad omnia ipse raptim isset, nulli tamen se rei in tempore occurrisse. *Justin.* 29. 4. 9. Quibus tot tantisque rebus obsessus, cui rei primum occurreret, ambigebat. ¶ 4. Ratione loci est contra situm esse, adversum stare, oppositum esse. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 20. (84). *de Euphrate.* Apud Elegiam occurrit ei Taurus mons. *Id.* 6. *ibid.* 26. 29. (114). Media obliqua Parthiæ occurrens, *et* 3. *ibid.* 10. 15. (95). Quem locum occurrens Therinæus sinus pæninsulam efficit. *Stat.* 1. *Theb.* 114. abrupta qua plurimus arce Cithæron Occurrit cælo. *h. e.* contra cælum erigitur. ¶ 5. Per metaphoram est resistere, repugnare, opponere se, *opporsi. Cic.* 3. *Cat.* 7. 17. Omnibus ejus consiliis occurri atque obstiti. *Id. Fat.* 18. 41. Itaque illi rationi, quam paullo ante conclusi, sic occurrit: si omnia fato fiant, etc. *Brutus* ad *Cic.* 11. *Fam.* 11. Malivolentiæ hominum in me, si poteris, occurres. *Lucret.* 3. 523. *Lachmann.* Usque adeo falsæ rationi vera videtur Res occurrere et effugium præcludere eunti, Ancipitique refutatu convincere falsum. *Propert.* 1. 20. 3. Sæpe imprudenti Fortuna occurrit amanti. ¶ 6. Hinc ponitur pro impedire, prævenire, mederi, remedium afferre, *ovviare, rimediare, provvedere*: præsertim si de malo agatur, quod nondum accidit. *Cic. Cluent.* 23. 63. Sed ego occurram exspectationi vestræ, judices. *Id.* 6. *Verr.* 47. 105. Sentio occurrendum esse satietati aurium animorumque vestrorum. Cf. *Nepos Pelop.* 1. Utrique rei occurram quantum potero, et medebor quum satietati, tum ignorantiæ lectorum. *Pers.* 1. 62. posticæ occurrite sannæ. *Cic.* 7. *Verr.* 9. 24. Apollonius ceteros docuit, ante istius (*Verris*) avaritiæ ac sceleri occurrere. Sic de morbis *Pers.* 3. 64. venienti occurrite morbo. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 9. 31. (99). Torminibus et inflationibus occurrunt. — Et cum part. *ne. Val. Max.* 8. 5. *n.* 1. Ne potentia inimicorum oppressisse videretur, occursum est. ¶ 7. Item est alicui auxilio venire, *venire o andare in ajuto di qualcheduno. Cic. Dejot.* 14. 40. Non debeo, C. Cæsar, tentare, quonam modo misericordiam tuam commovere possim. Nihil opus est: occurrere ipsa solet supplicibus et calamitosis, nullius oratione evocata. *Forcellinus* h. l. interpretatus est: ultro venire, ultro offerri. *Auct. B. Afr.* 68. Suppetias occurrere alicui. *et ibid.* 78. Cæsar alteram alam mittit, quæ satagentibus occurreret. *Liv.* 36. 24. Adversus quos undique ad opem ferendam occurrunt Ætoli. Cf. *eumd.* 37. 32. Quum eo multitudo occurreret ad defendendum etc. ¶ 8. Item est respondere. *Virg.* 12. *Æn.* 623. Atque huic-soror-Talibus occurrit dictis: Hac, Turne, sequamur Trojugenas etc. *Val. Flacc.* 7. 222. tum cetera rumpit, Occurritque Venus: tu nunc mihi causa viarum, etc. *Quintil.* 1. 5. 36. Ut si dicenti, *quem video?* ita occurras, *ego.* — Passive impersonaliter. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 14. 44. Si negabunt, vera a falsis posse distingui, qui poterunt longius progredi? occurretur enim, sicut occursum est. *si risponderà, si obbietterà.* et 2. *Off.* 2. 7. Occurritur autem nobis, et quidem a doctis et eruditis, quærentibus, satisne constanter facere videamur, qui etc. *Quintil.* 7. 6. 5. Contra scriptum tribus generibus occurritur. ¶ 9. Sæpissime de quibuscumque rebus est offerre se vel oculis, vel animo, in mentem venire, *farsi vedere, presentarsi, sovvenire.* — *a*) De iis, quæ se oculis offerunt. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 15. Oculis ejus tot paludes, tot etiam campi salinarum occurrerent. *Ovid. Heroid.* 2. 135. Ad tua me fluctus projectam litora portent, Occurramque oculis intumulata tuis. *Curt.* 10. 5. *ante med.* Vigor ejus (*Alexandri*) et vultus educentis in prælium milites, obsidentis urbes, evadentis in muros occurrebant oculis. — *b*) De iis, quæ cogitanti vel loquenti se offerunt. *Cic.* 4. *Fin.* 17. 47. Qui quodcumque in mentem veniat, aut quodcumque occurrat, se sequi dicent. *Id.* 1. *Orat.* 33. 151. Omnes loci anquirentibus nobis ostendunt se et occurrunt. *et* 2. *ibid.* 34. 147. Omne, quod erit in re, occurret atque incidet. *Id.* 3. *ibid.* 49. 191. Neque vos pæon, aut herous ille conturbet. Ipsi occurrent orationi: ipsi, inquam, se offerent et respondebunt non vocati. *Id.* 1. *Nat. D.* 29. 81. Quid si-falsum illud omnino est, nullam aliam nobis de deo cogitantibus speciem nisi hominis occurrere? *Seneca Prov.* 6. Isti, quos pro felicibus aspicitis, si non, qua occurrunt, sed qua latent, videritis, miseri sunt. *h. e.* apparent, videntur. *Cic. Orat.* 32. 115. Hæc tenenda sunt oratori: sæpe enim occurrunt. *h. e.* offeruntur et usuveniunt, *occorrono.* — Cum Infinito. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 99. (156). Occurrit aliqua dicere et de magicis herbis. — *c*) Et frequenter de iis, quæ in mentem veniunt. *Cic. Senect.* 1. 2. Sed mihi, quum de senectute vellem aliquid scribere, tu occurrebas dignus eo munere. *Id.* 15. *Att.* 23. Permulta mihi de nostro itinere in utramque partem occurrunt. — Et cum Infinito. *Id. Mil.* 9. 25. Occurrebat mancam ac debilem præturam suam futuram, consule Milone. *Cæs.* 7. *B. G.* 85. Utrisque ad animum occurrit, unum illud esse tempus, quo maxime contendi conveniat. *h. e.* ad animum addendum. — Similiter cum Dat. *animo, cogitationi, memoriæ,* ut apud *Cic.* 2. *Orat.* 24. 104. Quum rem penitus causamque cognovi, statim occurrit animo, quæ sit causa ambigendi. Sic *Liv.* 23. 48. Occurrebat animis, quantos exercitus terrestres navalesque tuerentur, quantaque nova classis mox paranda esset. et *Ovid. Heroid.* 10. 81. Occurrunt animo pereundi mille figuræ. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 1. (2). Occurrit cogitationi, quonam modo etc. *Justin.* 14. 6. 10. Qua (*Olympiade*) visa, percussores attoniti fortuna majestatis prioris, et tot in ea memoria occurrentibus regum suorum nominibus, substiterunt. Et *Curt.* 7. 1. *circa med.* Modo Indiam adire et Oceanum libet; modo conjugum et liberorum patriæque memoria occurrit. Sed has cogitationes etc. ¶ 10. Singulare est illud *Pallad.*, ubi *occurrere* est prævenire, occupare, *anticipare, 9. R. R.* 7. Nunc etiam, quæ Julio non occurrimus, exsequamur. *Forcellinus* cum vett. libris ita leg. et ait τὸ *quæ* esse Accusativum communem; at *Schneiderus* alios Codd. secutus leg. *non occurrimus facere,* quod rectius videtur. *Gesner.* enim cum Græco ἐρῶσαμεν ποιεῖν comparavit.

OCCURSĀCŬLUM, i, n. 2. quidquid alicui occurrit. *Apul. de Mag.* Noctium occursacula. *h. e.* spectra.

OCCURSĀTĬO, ōnis, f. 3. actus occursandi, ἀπάντησις. *Cic. Planc.* 12. 29. Facilis est illa occursatio et blanditia popularis. *h. e.* ultro citroque, sursum prorsum cursitatio vel salutandi, vel conveniendi, vel prensandi causa. *Id. Mil.* 35. 95. Vestras et vestrorum ordinum occursationes, studiâ, sermones secum ablaturum esse dicit.

OCCURSĀTOR, ōris, m. 3. qui occursat. *Auson. Edyll.* 2. 25. Non occursator, non garrulus obvia cernens. *h. e.* opportune importune aliis occurrens sciscitandi, colloquendi, salutandi causa.

OCCURSĀTRIX, īcis, f. 3. occursans. *Festus p.* 333. 1. *Müll.* Occursatrix artificum, perdita spinturnix.

OCCURSĬO, ōnis, f. 3. *incontramento, incontro,* ἀπάντησις, occursus. *Seneca Consol. ad Marc.* 18. Videbis nocturnam lunæ successionem a fraternis occursionibus lene remissumque lumen mutuantem. *Al. leg.* occursibus. *Sidon.* 7. *Ep.* 10. Superest, ut sollicito veneratori culpam raro occursionis indulgeas. *h. e.* quod raro te visat. *Sulpic. Sever. dial.* 1. 21. Gaudet salutationibus, inflatur occursionibus.

OCCURSĬTO, as, are, n. 1. frequentat. ab *occurso. Solin.* 24. *de elephantis.* Si confertis pecoribus occursitent.

OCCURSO, as, āvi, ātum, are, n. 1. frequentat. vel intens. ab *occurro.* Part. *Occursans* I. 1. et 2. — Occursare est idem atque obvium fieri, *farsi incontro,* ἀπαντάω.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Virg.* 9. *Ecl.* 24. et inter agendum Occursare capro, cornu ferit ille, caveto. *Tac.* 3. *Ann.* 20. Promptus inter tela occursat fugientibus, increpat signiferos. — De inanimis. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 2. 2. (6). Occursantes inter se radices. *Id.* 11. *ibid.* 51. 112. (266). Mobili occursante membrana intus. *h. e.* adversa et quasi se opponente. ¶ 2. Speciatim in re militari. *Cæs.* 5. *B. G.* 43. *a med.* Occursat ocius gladio, comminusque rem gerit Varenus. *Gell.* 3. 7. Promptissimus ad occursandum pugnandumque. *Liv.* 21. 28. Galli occursant in ripam cum variis ululatibus cantuque moris sui. *et* 22. 15. Numidæ, alii atque alii, occursantes refugientesque, ad castra prope ipsum protraxere. — Similiter *Id.* 38. 40. *ad fin.* Romanos iniquitas locorum barbaris per calles notos occursantibus, et latentibus interdum per cavas valles, prodebat. *et* 2. 45. His freti occursant portis, ingerunt probra, etc.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro accurrere, advenire. *Plaut. Truc.* 2. 2. 27. Quid tu huc occursas, in urbem quotiescumque advenimus? ¶ 2. Item pro resistere, contra niti. *Plin. Paneg.* 25. *sub fin.* Intercedere casibus, occursare fortunæ. *h. e.* obviam ire, et prævenire. *Sall. Jug.* 87. Et ea agere inter invidos, occursantes factiosos, opinione, Quirites, asperius est. *h. e.* contra nitentes, adversantes. ¶ 3. Item est sistere se. *Plin. Paneg.* 81. Pia mente adire lucos, occursare numinibus. *h. e.* ante ea se sistere et adorare. ¶ 4. Item in mentem venire. *Plin.* 2. *Ep.* 3. Occursant verba, sed qualia? quæsita et exculta. *et* 5. *ibid.* 5. *ad fin.* Occursant animo mea mortalitas, mea scripta. — Cum Accusat. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 56. ita me occursant multæ: meminisse haud possum.

OCCURSOR, ōris, m. 3. qui occurrit. *Augustin.* 6. *Music.* 6. *V.* PROGRESSOR.

OCCURSŌRĬUS, a, um, adject. *Apul.* 9. *Met.* Ut primum occursoriam potionem et inchoatum gustum extremis labiis contingebat adolescens, etc. *h. e.* quæ prima occurrit et gustatur in cœna, *gustatio* etiam dicta, et *promulsis*; vel potius est potio myrrhina, vel alia huic similis, quam Veneris prælio occursuri sumere solebant. *V.* FORTIUSCULUS.

OCCURSUS, us, m. 4. (occurro) actus occurrendi, obviam itio, incursio, ἀπάντησις (It. *incontramento, incontro, scontro*; Fr. *action de venir à la rencontre, rencontre*; Hisp. *el acto de encontrarse, reencuentro*; Germ. *das Begegnen, Aufstossen*; Angl. *a meeting, running up to*). Usurpatur — *a*) De hominibus et brutis animalibus. *Liv.* 5. 41. Vanuis occursu hominum viis. *h. e.* quin ullus hominum in vacuis viis occurreret. *Ovid.* 14. *Met.* 255. Mille lupi, mixtæque lupis ursæque, leæque Occursu fecere metum. *Tac.* 4. *Ann.* 60. Occursum alicujus vitare. *et* 3. *Hist.* 85. declinare. — Hinc *ex occursu,* Italice *incontrando per via,* apud *Sueton. Tib.* 7. Senec omnino ex occursu visam (*Agrippinam*), adeo contentis et tumentibus oculis prosecutus est, ut etc. *et Ner.* 1. Cui rure quondam revertenti juvenes gemini augustiore forma ex occursu imperasse traduntur etc. Adde *eumd. ibid.* 23. — *b*) De inanimis. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (85). *de labyrintho.* Itinerum ambages, occursusque ac recursus inexplicabiles. *Ovid.* 15. *Met.* 522. Rota stipitis occursu fracta ac disjecta. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 61. (160). Dentes serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occursu atterantur. *Id.* 2. *ibid.* 47. 46. (121). Jugi modici occursu tantus ille ventorum coercetur. *h. e.* objectu. *Id.* 7. *ibid.* 49. 50. (160). Occursus maleficorum siderum.

ŌCĒĀNENSIS, e, adject. ad Oceanum pertinens, ut *Bononia Oceanensis* urbs maritima Morinorum in Gallia Belgica, quæ prius Gessoriacum, nunc

Boulogne appellatur, unde in Britanniam olim trajectus erat. *Auct. Excerpt.* ad *Ammian.* n. 4. Qui (*Constantinus*) ad patrem Constantium venit apud Bononiam, quam Galli prius Gessoriacum vocabant. Hinc in *nummo* apud *Eckhel. D. N. V. T.* 8. *p.* 110. BONONIA OCEANENSIS.

ŌCĔĀNĪNUS, a, um, adject. ad Oceanum pertinens. *Vel. interpr.* ad *Virg.* 7. *Ecl.* 37. ab *A. Maio* editus *p.* 9. Nerine Galatea oceanina.

ŌCĔĀNĪTIS, ĭdis, f. 3. filia Oceani, Ὠκεανῖτις. *Virg.* 4. *G.* 341. Clioque et Beroe soror, Oceanitides ambæ. Adde *Hygin. præf. fab.*

ŌCĔĀNĬUS, a, um. adject. ad Oceanum pertinens. *Isid.* 12. *Orig.* 7. Halcyon pelagi volucris dicta, quasi ales oceania. Habet etiam *Priscian. de ponderib. p.* 1275. *Putsch.*, sed nullo auctore laudato.

ŌCĔĂNUS, a, um, adject. ad Oceanum pertinens. *Oceano fluctu, oceano litore* quidam leg. apud *Juvenal.* 11. 94. *et* 113., ubi alii utroque loco *Oceani. Venant.* 3. *carm.* 9. 4. Qua vagus (*sol*) oceanas exit et intrat aquas. *Al. leg.* Oceanu... 42. 56 Quidquid ab oceanis circulus ambit aquis. *Al. leg.* Oceani.

ŌCĔĂNUS, i, m. 2. Ὠκεανός, mare magnum, quo tota cingitur terra, de quo *V.* multa in ONOM. — Translate pro maximo balneo dixit *Lamprid. Alex. Sev.* 25. Oceani solium primus inter principes Alexander appellavit, quum Trojanus id non fecisset, sed diebus solia deputasset.

ŌCELLĀTUS, a, um, adject. (ocellus) ocelli formam referens. Hinc absolute *ocellatis ludere* apud *Sueton. Aug.* 83. Animi laxandi causa modo piscabatur hamo, modo talis, aut ocellatis nucibusque ludebat cum pueris minutis. *h. e.* parvis lapillis rotundis et ocellum referentibus. *Varro* apud *Non. p.* 213. 29. *Merc.* Altera evorat patrem libram ocellatorum, altera virum semodium margaritarum. Apud *Sueton.* sunt qui lectionem sollicitant. *V.* UMBILICUS. — *NB.* De nomine proprio *V.* ONOM.

ŌCELLŬLUS, i, m. 2. *occhiettino*, parvus ocellus. Agnoscitur a *Diomed.* 1. *p.* 313. *Putsch.*

ŌCELLUS, i, m. 2. deminut. ab *oculus*, parvus oculus, *occhietto*, ὀφθαλμίδιον, ὀμματίδιον. Vox fere poetica. Adhibetur autem tum significandæ parvitatis causa, tum sæpius blanditiæ.

1.) Proprie. — *a*) Stricto sensu de parvo oculo. *Plaut. Rud.* 2. 4. 8. Ut in ocellis hilaritudo est! eja corpus cujusmodi! *Catull.* 3. 17. meæ puellæ Flendo turgiduli rubent ocelli. *Ovid.* 3. *Fast.* 19. Blanda quies victis furtim subrepit ocellis. *Id.* 2. *Amor.* 8. 15. iratos in te defixit ocellos. — *b*) Latiori sensu de oculo universim. *Propert.* 2. 10. 17. Quandocumque igitur nostros nox (*al.* mors) claudet ocellos. *Id.* 1. 3. 19. intentis hærebam fixus ocellis. — *c*) De re valde cara. *Plaut. Trin.* 2. 1. 18. Ocelle mi, fiat: et istuc, et si amplius vis dari, dabitur. *Id. Most.* 1. 3. 11. Volo meo placere Philulachi, meo ocello, meo patrono. *Id. Asin.* 3. 3. 101. O Libane, ocellus aureus. *Augustus* apud *Gell.* 15. 7. Ave, mi Cai, meus ocellus jucundissimus. *Catull.* 50. 18. Nunc audax, cave, sis: precesque nostras, Oramus, cave despuas, ocelle. — *d*) De re præstanti, aut valde pulcra. *Cic.* 16. *Att.* 6. Cur ocellos Italiæ, villulas meas non video? *Catull.* 31. 1. *de Sirmione.* Pæninsularum, Sirmio, insularumque ocelle.

II.) Translate. Bulbus radicis arundinis, qui *oculus* dicitur a *Plin.* 17. *Hist. nat.* 20. 33. (144), et 16. *ibid.* 36. 67. (173)., appellatur etiam *ocellus* ab eod. 21. *ibid.* 4. 10. (20). *Draconl.* 1. *Hexæm.* 246. *de avibus* Albentes aliis pennæ solidantur ocellis. *h. e.* radicibus pennarum, sive calamis, quibus infixæ sunt olorum pennæ.

ŌCHĒMA, ătis, n. 3. ὄχημα, currus. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 30. 35. (197). A media ejus (*Æthiopiæ*) parte imminens mari mons excelsus æternis ardet ignibus, Theon ochema dictus Græcis. *At Græcis litteris hæ duæ voces scribendæ videntur, ut in simili loco apud* Melam 3. 6. *scribuntur.*

OCHRA, æ, f. 1. *terra gialla, ocra*, ὤχρα, genus terræ lutei coloris: ab ὠχρὸς *pallidus*: cujus duo sunt genera, aliud enim nascitur, aliud fit. Hoc exsistit ex rubrica exusta in ollis novis luto circumlitis, ut *Plin.* docet 35. *Hist. nat.* 6. 16. (35). Adde *Vitruv.* 7. 7.; et *Cels.* 5. 18. *n.* 19. Romanis ochra appellatur *sil*, quam vocem *V.* suo loco. Allata vero *Plinii* verba valde dubia sunt: *V.* adnotata *Sillig.* ad *loc. cit.*

ŌCĬMŌĪDES, is, adject. ὠκιμοειδές, ocimo similis. *Apul. Herb.* 109. Carduum silvaticum alii ocimoides vocant.

ŌCĬMUM, i, n. 2. *Ocimus, i*, fem. genere. *Charis.* 1. *p.* 55. *Putsch.* Ocimum consuetudo neutraliter dicit. Sed *Æmilius Macer* ait: Inter præteritas numerabitur ocimus herbas. — Cetera, ocimum, *ocimo, bassilico*, est nomen peculiare herbæ hortensis odoratæ, quæ ab ὠκύς *celer*, scilicet a celeritate nascendi, nomen habet, ut *Varro loc.* mox *citando* in OCIMUM tradit. *Hesychius*: Ὤκιμον, βοτάνη εὐώδης, τὸ λεγόμενον βασιλικόν. Sunt qui *ozimum* scribere malunt, ut sit ab ὄζω *oleo. Plin.* 19. *Hist. nat.* 7. 36. (120). Nihil ocimo fecundius; cum maledictis et probris serere præcipiunt, ut letius proveniat; sato pavitur terra. Hinc *Colum.* 10. *R. R.* 319. Tum quoque proscisso riguoque inspersa novali Ocima comprimite, et gravibus densate cylindris. *Pers.* 4. 21. pannucea Baucis Quum bene discincto cantaverit ocima vernæ. *h. e.* quum vetula olerum et olentium herbarum venditrix clara voce servum invitat ad olera emenda. Vires porro ejus varias in medicina prosequitur *Plin.* 20. *Hist. nat.* 12. 48. (121). Enumerat *Cels.* 2. 22. inter herbas, quæ acrem habent succum.

ŌCĬMUS, i, f. 2. *V.* voc. præced. init.

ŌCĪNUM, i, n. 2. ὤκιμον, pabuli genus ex trifolio, antiquioribus Latinis usitatum. *Cato R. R.* 54. Ubi ocinum tempestivum erit, dato primum. Manibus carpito: id renascetur: quod falcula secueris, non renascetur; usque ocinum dato, donec arescat. *Varro* 1. *R. R.* 31. 4. Omne pabulum, primum ocinum, farraginem, viciam, novissime fœnum secari: ocinum dictum a Græco verbo ὠκύς, quod venit cito. Similiter, quod ocimum in horto. Hoc amplius dictum ocinum, quod citat alvum bubus, et ideo iis datur, ut purgentur: id ex pabuli segete viridi desecta, antequam genat siliquas. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (198). Ocinum antiqui appellabant pabulum umbræ patiens, quod celerrime proveniat. *Id.* 18. *ibid.* 16. 42. (143). Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocinum vocat, quo sistebant (*lege* ciebant) alvum bubus. Id erat e pabuli segete viride desectum, antequam genicularet (*al.* siliquaret. *Sillig.* gelaret). Varro interpretatur appellatum a celeritate proveniendi, e Græco quod ὠκέως dicunt. *Callimach. hymn. in Dian.* 165. hoc idem ὠκύδοον τριπέτηλον vocat. Hinc *Hesychius*: Ὠκύδοον, πόα τὶς ἡ τρίφυλλος καλουμένη. — In locis supra allatis sunt qui *ocinum*, vel *ocymum* scribunt, sed prior lectio ceteris præstat.

ŌCĬOR *vel* ocyor, us, *unde Superlat.* Ocissimus *vel* ocyssimus, a, um, adject. Qui scribunt per y, a Græco positivo ducunt: qui per *i*, a comparativo. Retinent *i Vossius, Dousqu.* et alii ex veteribus libris. Hos libentius sequimur. — *Priscian.* 11. *p.* 923. *Putsch.* Ocior quasi ab oco, quod in usu non est, licet a Græco sit ὠκύς. Ceterum *Ocior* est Comparativum ab ὠκύς *celer* (unde ὠκίων et ὤκιστος), et est velocior, celerior, citior (It. *più presto, più veloce*; Fr. *plus rapide*; Hisp. *mas rápido, mas veloz*; Germ. *schneller, geschwinder*; Angl. *swifter, more swift or fleet*).

I.) Proprie. *Virg.* 10. *Æn.* 247. fugit illa per undas Ocior et ventis, et fulminis ocior alis. *Horat.* 2. *Od.* 16. 23. Ocior cervis, et agente nimbos Ocior Euro. *Id.* 2. *ibid.* 20. 13. Jam Dædaleo ocior Icare Visam gementis litora Bospori. *Grat. Cyneg.* 204. Ocior affectu mentis pinnaque (*canis*) cucurrit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 18. 25. (66). Tigris pondere ocior acta remeat, iterumque consequitur. *Id.* 2. *ibid.* 8. 6. (39). Mercurii sidus inferiore circulo fertur (*quam Venus*), novem diebus ociore ambitu. *et ibid.* 19. 17. (81). Signa, quæ obliqua consurgunt, ociore transeunt spatio. *più breve.*

II.) Translate de tempore. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 2. 2. (4). Omnium venenorum ocissimum est aconitum. *Id.* 15. *ibid.* 15. 16. (53). Ocissima pira. *h. e.* quæ celerrime maturescunt. *Id.* 16. *ibid.* 31. 56. (130). Ficorum longissimæ radices, ocissima senectus. *Id.* 8. *ibid.* 43. 68. (168). *de asinis.* Partus a tricesimo mense ocissimus.

ŌCĬOR, āris, etc. *V.* OTIOR.

ŌCISSĪME. *V.* voc. seq.

ŌCĬTER *vel* ocyter, adverb. ὠκέως. De ratione scribendi *V.* ŌCIOR primo loco. — Comp. *Ocius* vel *ocyus* sub 2.°; Sup. *Ocissime* vel *ocyssime* sub 3.° Cf. *Festus p.* 181. 27. *Müll.* Ocius secundæ collationis, et deinde tertiæ ocissime frequentata sunt. — Pro *ocissime* dixerunt etiam *oxime*, teste *Paul. Diac. p.* 195. 1. *Müll.*; scil. a stirpe *oc*, ut *maxime* a *mag.* — Ceterum *Ociter* est cito, celeriter (It. *velocemente, presto*; Fr. *promptement, rapidement*; Hisp. *prontamente, rapidamente*; Germ. *schnell, rasch, geschwind*; Angl. *swiftly, quickly*). Occurrit — 1.°) Posit. raro admodum. *Ennius* apud *Non. p.* 277. 21. *Merc.* ociter Serva cives, defende hostes, quum potes defendere. *Ita cl.* Vahlen.; *alii aliter. Apul.* 1. *Met.* Cetera huic eidem usui præfer ociter. *et* 2. *ibid.* Ociter surrexit. — 2.°) Compar. — *a*) Stricto sensu. *Ter. Eun.* 3. 5. 61. Perlonge est: sed tanto ocius properemus. *Cic.* 6. *de republ.* 26. Quibus (*curis*) agitatus animus velocius in hanc sedem et domum suam pervolabit: idque ocius faciet, si etc. *Id. Quinct.* 13. 43. Ut ocius ad tuum pervenias. *Id.* 4. *Tusc.* 14. 32. Illi in morbum et incidunt tardius, et recreantur ocius. *Horat.* 2. *Od.* 3. 26. omnium Versatur urna, serius, ocius Sors exitura. — *b*) Nonnunquam *ocius* pro positivo usurpatur, h. e. sine ulla comparatione, saltem aperta. *Plaut. Amph.* 5. 1. 17. ocius accurro, ut sciscam quid velit. *Id. Curc.* 2. 2. 26. Heus exi, Phædrome, exi, exi, exi, inquam, ocius. *Ter. Heaut.* 4. 7. 4. sequere hac me ocius. *Cæs.* 5. *B. G.* 43. *a med.* Occursat ocius gladio, comminusque rem gerit Varenus. *Virg.* 12. *Æn.* 681. e curru saltum dedit ocius arvis. *et* 7. *Ecl.* 8. ocius, inquit, Huc ades, o Melibœe. Adde *eumd.* 8. *Æn.* 555. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 34. nemon' oleum fert ocius? ecquis Audit? *Ovid.* 12. *Met.* 226. Femineo clamore sonat domus. Ocius omnes Surgimus. — *c*) Pro facilius, aut potius, *più tosto, più facilmente. Horat.* 1. *Ep.* 14. 23. Angulus iste feret piper, et tus ocius uva. — 3.°) Superl. *Plaut. fragm.* apud *Festum p.* 181. 33. *Müll.* Ocissime nos liberi possumus fieri. *Ter. Heaut.* 4. 8. 27. Tanto ocius te ut poscat, et tu id, quod cupis, Quam ocissume ut des. *Sall. Jug.* 27. Quam ocissume ad provinciam accedat. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 11. 16. (87). Ficus, si in scilla seratur, ocissime ferre traditur pomum. *Id.* 34. *ibid.* 18. 50. (167). Plumbi fornacium halitus pestilens canibus ocissime. *et ibid.* 10. 22. (100). Ulcera ocissime sanantur.

ŌCĬUM cum derivatis. *V.* OTIUM.

OCIUS *vel* ocyus *et* Ocissime *vel* ocyssime, adverb. *V.* OCITER.

OCLĬFĔRĬA. *V.* ODORIFER.

OCLUS. *V.* OCULUS init.

OCQUĪNISCO *vel* obquinisco, is, ere, n. 3. inchoat. a stirpe *quino*, quæ cum Gr. κνίω conjungi potest; *V.* CONQUINISCO: est autem inclinari, ut ait *Non. loc.* infra *cit.*, atque adeo se demittere ad stuprum patiendum. *Pomponius* apud *Non. p.* 146. 22. *Merc.* Ut nullu' civem pædicavi per dolum, Nisi ipsus orans ultroque ocquiniscere. *Id. ibid.* Nisi nunc aliquis subito obviam occurrit mihi, Qui ocquiniscat, quo compingam terminum in tutum locum. *V.* TERMINUS.

ŌCREA, æ, f. 1. Ratione habita etymi. *Varro* (*V.* loc. infra cit.) ducit ab *ob* et *crus*; at *Festus p.* 181. 23. *Müll.* ab *ocris*, mons confragosus, quod sit inæqualiter tubersta. Hoc magis probandum videtur; prima enim syllaba ambiguæ est quantitatis, quæ longa esset et *obcrea*, vel *occrea*, scriberetur, si *Varronis* etymon probum esset. *V.* OCRIS. — Ocrea est munimentum crurum militare, tibialis armatura, tibiale, κνημίς, περικνημίς (It. *armatura della gamba, schiniera, gambaruolo*; Fr. *cuissard, jambière*; Hisp. *escarcela*;

Germ. *Beinharnisch, Beinschiene*; Angl. *a boot or greave*). Occurrit — *a*) Stricto sensu in re militari. *Varro* 5. *L. L.* 118. *Müll.* Lorica a loris: balteum, quod cingulum e corio habebant bullatum: ocrea, quod opponebatur ob crus. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (200). Galeam, gladium, hastam invenere Lacedæmonii; ocreas et cristas Cares. — Erat lamina ferrea, vel ærea admixto stanno, quo lentior esset et cruri aptaretur: anteriorem cruris partem tegebat infra genua, et nexibus ex posteriore parte decussatim obligatis stringebatur. Barbaræ tamen gentes ocreis supra genua exstantibus utebantur: ut patet ex antiquis monumentis marmoreis, in quibus utriusque earum genus passim videre est. *Virg.* 7. *En.* 634. Aut leves ocreas lento ducunt argento, *h. e.* stanno ĕri admixto. *Sidon.* 3. *Ep.* 3. Alii de concavo tibi cassidis exituro flexilium laminarum vincula diffibulant, alii explicandis ocrearum nexibus implicantur. — Unicam cruri sinistro ocream opponebant olim Samnites, veteresque Italiæ populi. *Liv.* 9. 4. *de militib. Samnitium.* Spongia pectori tegumentum, et sinistrum crus ocrea tectum. *Juvenal.* 6. 256. *de gladiatore Samnite.* Balteus, et manicæ, et cristæ, crurisque sinistri Dimidium tegmen: vel, si diversa movebit Prœlia, tu felix, ocreas vendente puella. *Apul.* 11. *Met.* Alium ocreis, scuto, galea, ferroque insignem e ludo putares gladiatorio procedere. *Sil. It.* 8. 419. *de Sabinis.* ac lævo tegmina crure. — Romanorum pedites gravis armaturæ, qui gladio pugnabant dextrum tantummodo crus ocrea tegebant; qui vero nunc gladio, nunc missilibus decertabant, utrumque crus ocrea muniebant. Hinc in antiquis anaglyptis, et in columna Trajani, quæ etiamnum Romæ exstat, videre est milites tum unica, tum binis ocreis contectos. *Veget.* 1. *Milit.* 20. Pedites scutati, præter cataphractas et galeas, etiam ferreas ocreas in dextris cruribus cogebantur accipere: sic erant armati principes, hastati, et triarii. *et mox.* Sciendum præterea, quum missilibus agitur, sinistros pedes inante milites habere debere: ita enim vibrandis spiculis vehementior ictus est. Sed quum manu ad manum gladiis pugnatur, tunc dextros pedes inante milites habere debent, ut proximior dextra sit, quæ plagam possit inferre. — *b*) Etiam venatores ocreis usos fuisse, discimus ex *Horatio*; et vellentes spartum, ex *Plinio* (*V.* vocem sequent.); et aratores ex *Virg. Mor.* 121. Ambit crura ocreis paribus. Verum in his locis ocreæ sunt pro peronibus. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

ŎCRĔĀTUS, a, um, adject. ocreis crura munitus. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 234. Tu (*al.* In) nive Lucana dormis ocreatus, ut aprum Cœnem ego. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 2. 7. (27). *de sparto.* Ad reliquos usus laboriose evellitur, ocreatis cruribus, manu textisque manicis etc.

ŎCRIS, is, m. 3. *Festus p.* 181. 17. *Müll.* Ocrem antiqui, ut Atejus Philologus in libro Glossematorum refert, montem confragosum vocabant, ut apud Livium: Sed qui sunt hi, qui ascendunt altum ocrim? Et: Celsosque ocres, arvaque putria, et mare magnum. Et: Namque Tænari celsos ocres. Et: Haud ut quem Chiro in Pelio docuit ocri. Unde fortasse etiam ocreæ sint dictæ, inæqualiter tuberatæ. Hæc *Festus*. Est autem Græca vox, qua illi summum cacumen significant: ὄκρις ab ἄκρος *summus*.

OCTĂCHORDOS *vel* octochordos, on, adject. ὀκταχορδος, octo habens chordas. *Vitruv.* 10. 13.

OCTĂCHŌRUS, a, um, adject. ὀκτάχωρος, qui octo loculamenta seu recessus habet; ab ὀκτω octo et χῶρος *locus*. *Ambros.* in *Inscript.* apud *Grater.* 1166. 8. Octachorum sanctos templum surrexit in usus. Octagonus fons est munere dignus eo. *Scilicet* hic perperam pænultima in *octachorum* et *octagonus* corripitur vitio sæculi, quum nempe Græcus potius accentus, quam vocalium quantitas, servabatur. *V.* TRICHORUS.

OCTĂĔDROS, i, adject. m. et f. ὀκτάεδρος, *octaedro*, ita appellatur corpus solidum, quod octo sedes, seu bases habet triangulas et æquilateras: ab ὀκτω octo et ἕδρα *sedes*. *Capell.* 6. *p.* 233. His adduntur octaedros, item δωδεκάεδρος, item εἰκοσάεδρος.

OCTĂGŌNOS. *V.* OCTOGONOS.

OCTĂMĔTER, tra, trum, adject. ὀκτάμετρος, qui octo metris, seu pedibus constat: ab ὀκτω *octo* et μέτρον *mensura*. *Mar. Victorin. p.* 2528. *Putsch.* Admonemur, Boiscum Cyzicenum supergressum hexametri legem, iambicum metrum in octametrum versum extendisse. Adde *Mar. Plot. Sacerd. Art. gramm.* 3. *p.* 2647. et *Rufin.* in *Metr. Terent. p.* 2712. *Putsch. Auct. incert. de vers. p.* 518. *ed. Vindob.* Octametrum catalecticum, quo usus est Stesichorus in Sicilia: Audiat hæc nostri mela carminis, et tunc pervia rura volabit.

OCTĂNGULUS, a, um, adject. *octangulare*, ὀκταγωνος, res. vel figura, quæ octo angulos habet. *Apul.* 1. *Dogm. Plat.* Octangula sphæra. Hic *Apuleius* male interpretatur Platonis ὀκταεδρον.

OCTĀNS, antis, m. 3. *l'ottava parte*, pars octava. *Vitruv.* 10. 11. Dividuntur circinationes tetrantibus in partes quatuor, vel octantibus, in partes octo ductis lineis.

OCTĀNUS, a, um, adject. qui ad octavam legionem pertinet, teste *Priscian. de ponderib. p.* 1354. *Putsch.* De aliis derivationibus numerorum. *Primanus*, primæ legionis: *secundanus*, secundæ legionis: similiter *tertianus*-, *octanus*, *nonanus*, *decimanus*.

OCTĂPHŌRON. *V.* OCTOPHORON.

OCTAS ădis, f. 3. ὀκτάς, id quod octavo numero constat. *Capell.* 7. *p.* 242. Primus numerus imparium trias, secundus pentas, ambo octadem faciunt.

OCTĀSĒMUS, a, um, adject. ὀκτασημος, octo tempora habens; ab ὀκτω *octo* et σῆμα *signum*, *tempus*. *V. Capellæ loc. cit.* in ORTHIUS.

OCTASTŸLOS, on, adject. ὀκτάστυλος, octo columnas in fronte habens. *Vitruv.* 3. 2. *V.* AMPHIPROSTYLOS.

OCTĀTEUCHUS, i, m. 2. ὀκτάτευχος, octo volumina continens: ab ὀκτω *octo* et τεῦχος *liber*. *Cassiod. Instit. Divin.* 1. Primus scripturarum divinarum codex est octateuchus. *V.* HEPTATEUCHUS.

OCTĀVĀNI, ōrum, m. plur. 2. milites legionis octavæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (35).; et *Mela* 2. 5. Forum Julii Octavanorum colonia. Hæc urbs nunc *Frejus* appellatur. — In nummo Augusti apud *Goltzium*, referente *Harduin.* ad *loc. Plin. cit.* habetur Col. Julia Octavianorum. Sed hic nummus falso confictus est.

OCTĀVĀRĬUS, a, um, adject. ad octavam rei partem pertinens. *Cod. Justin.* 7. 4. 65. Octavarium vectigal. *Al. leg.* octavarum. *V. Octava* in fin. v. OCTAVUS. — Hinc

Octavarius, ĭi, m. 2. absolute, substantivorum more, est receptor, sive exactor vectigalis, quod *octava* dicebatur. *V.* OCTAVUS in fin. *Imppp. Grat., Valent. et Theodos. Cod.* 4. 61. 8. Octavarii vectigal accipiant. — *Octavarium*, ĭi, n. 2. ipsum octavæ vectigal. Sunt qui in *loc. cit.* illud *Octavarii* putant esse genitivum sing., alii rectius nominat. plur.

OCTĀVĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced.

OCTĀVA, æ, f. 1. *et*

OCTĀVUM, adverb. *V.* voc. seq. in fin.

OCTĀVUS, a, um, adject. (octo) primus post septimum, ὄγδοος (It. *ottavo*; Fr. *huitième*; Hisp. *octavo*; Germ. *d. achte*; Angl. *the eighth*). *Cic.* 15. *Att.* 26. Octava pars. *Cæs.* 2. *B. G.* 23. legio. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 47. Hora octava. *Cæs.* 3. *B. C.* 53. Ab octavis ordinibus ad primipilum transducere aliquem. *Martial.* 9. 65. octavum marmor ad Urbe. *h. e.* octavus lapis, octavum milliarium a. — *Sapientum octavus* dicitur ab *Horat.* 2. *Sat.* 3. 296. eo fere sensu, quo *Juvenal.* 2. 40. Tertius e cælo cecidit Cato. Duo enim Catones cerebrantur, et Sapientes septem. — Hinc

Octava, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Subaudi *hora*, quæ in Urbe erat balneo, palæstræ et hujusmodi exercitationibus assignata: post quam erat cœnæ ineundæ tempus. *Martial* 4. 8. Sufficit in nonam nitidis octava palæstris. *Juvenal.* 1. 49. Exsul ab octava Marius bibit, *h. e.* intempestivis conviviis indulget. ¶ 2. *Octava* genus quoddam fuit vectigalis, quod in octava parte cujuspiam rei pendebatur: Cf. *Auct. B. Afr. in fin.* Pro decumis octavas pendere jubet. Hinc *Imp. Alex. Sever. Cod.* 4. 65. 7. Quum Hermes vectigal octavarum in quinquennium conduceret. *Impp. Valens et Valent. ibid.* 61. 7. Octavas more solito constitutas omne hominum genus, quod commerciis voluerit interesse, dependat. *V.* OCTAVARIUS. Ceterum *octavæ vectigal* in legibus *Cod. Theod.* et *Justin.* memoratur tantum ann. 222.-235., 379.-383. et 457.-474.; eius tamen origo ignoratur. *V. Venckii* adnotat. ad *Cod. Theod. libros V. priores p.* 247.

Octavum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, subaudi *granum*, apud *Cic.* 5. *Verr.* 47. 112. Ager (*Leontinus*) sfucil cum octavo, bene ut agatur: verum, ut omnes dii adjuvent, cum decumo.

Octavum, adv. hii ritu, *l'ottava volta*, octava vice. *Liv.* 6. 36. Sextius et Licinius jam octavum tribuni plebis refecti. Sic *Augustin. Ep.* 53. *Generosa.* Diocletiano octavum et Maximiano septimum consulibus.

OCTĀVUSDĒCĬMUS, a, um, adject. *decimo ottavo, diciottesimo*, decimus octavus. *Vitruv.* 3. 3. *ante med.* Octavadecima parte scapi. *Tac.* 13. *Ann.* 6. Octavodecimo ætatis anno. *Marcian. de asse* § 41. Octavadecima pars assis dicitur semuncia sextula.

OCTENNIS, e, adject. *di otto anni*, ὀκταέτης, octo annos habens. *Ammian.* 18. 6. Puer, ut conjectabamus, octennis.

OCTENNIUM, ii, n. 2. ὀκταετηρίς, spatium annorum octo. *V.* NOVENNIUM.

OCTIES *vel* octiens, adverb. *otto volte*, ὀκτάκις, octo vicibus. *Cic.* 6. *de republ.* 12. Septimus octies anfractus. *Colum.* 8. *R. R.* 8. 9. Octies anno pullos educat, si est bona matrix. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 28. 29. (101). Octies ex provocatione victor.

OCTIESDĔCĬES, adverb. octo et decem vicibus, *diciotto volte*. Agnoscitur a *Priscian. de ponderib. p.* 1355. *Putsch.*, nullo tamen allato scriptoris exemplo.

OCTĬGĒSĬMUS, a, um, adject. syncope pro *octingentesimus*, agnoscitur a *Priscian. de ponderib. p.* 1353. *Putsch.*

OCTINGĒNĀRĬUS, a, um, adject. habens octingenta, ut Octingenarii greges, *Varro* 2. *R. R.* 10. 11. — *Octingentenarius* eodem sensu affertur a *Priscian. de ponderib. p.* 1355. *Putsch.*, sed nullo auctore laudato.

OCTĬNGĒNI *et*

OCTINGENTĒNI, æ, a, adject. *ottocento*, ὀκτακόσιοι, dispertitiv. octingenti. Agnoscitur a *Priscian. de ponderib. p.* 1353. *Putsch.* A priore est *octingenarius*: alterum creatur ab *octingenti*.

OCTINGENTĒSĬMUS, a, um, adject. *ottocentesimo*, ὀκτακοσιοστός, nomen numerale ordinis. *Cic. Senect.* 2. 4. Qui minus gravis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent, quam si octogesimum?

OCTINGENTI, æ, a, adject. *ottocento*, ὀκτακόσιοι, nomen numerale cardinale. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 25. 81. Mille et octingenta stadia quod abesset, videbat. *At* Orell *leg* octoginta. *Ad. Planc.* 25. 60. Quem magistratum jam octingenti fere consecuti sunt. Adde *Colum.* 5. *R. R.* 2. 3.

OCTINGENTĬES, adverb. *ottocento volte*, octingentis vicibus. *Vopisc. Tacit.* 10. Patrimonium suum publicavit sestertium bis mille octingenties. Adde *Capell.* 6. *p.* 198.; et *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 2. *Verr.* 18.

OCTIPES, pĕdis, m. et f. 3. adject. ὀκτάπους, octo habens pedes. *Ovid.* 1. *Fast.* 312. Octipedis frustra quærentur brachia Caneri. Adde *Propert.* 4. 1. 150.

OCTŌ, ὀκτω. Ultima quamvis Græce natura longa, fere tamen corripitur. *Martial.* 7. 53. Munera, quæ grandes octo tulere Syri, *et* 9. 3. Octo Syris sufflato datur lectica parisc. Adde *ibid.* 32. et 14. 87.; *Juvenal.* 1. 485. et 5. 334.; *Juvenal.* 6. 228. et 7. 142. — Octo est nomen numerale cardinale, indeclinabile (It. *otto*; Fr. *huit*; Hisp. *ocho*; Germ. *acht*; Angl. *eight*). *Ennius* apud *Priscian.* 1. *p.* 556. *Putsch.* Insignita fere tum

millia militum octo Duxit dilectos bellum tolerare potentes. *Cæs.* 1. *B. G.* 21. Millia passuum ab ipsis castris octo. *Virg.* 1. *G.* 171. pedes temo protentus in octo. *Cic.* 2. *de republ.* 10. Centum et octo annis, postquam Lycurgus leges scribere instituit, prima posita est Olympias. *Liv.* 10. 21. Justitium remittitur, quod fuerat dies decem et octo. *Gell.* 3. 10. *med.* Quater septenis, id est octo et viginti diebus conficit iter luna suum.

OCTŌAS, ădis, f. 3. idem atque octas. *Tertull. Præscript.* 49. Hanc esse Æonum triacontada, quæ sit in pleromate ex octoade, et decade, et duodecade.

OCTŌBER, bris, m. 3. De ratione et etymo nominis *V.* DECEMBER et NOVEMBER. — October est mensis octavus a Martio, γαμηλιών vel πυανεψιών, *Ottobre.* — *a*) Substantivorum more. *Colum.* 11. *R. R.* 3. *a med.* Ultima parte Octobris circa calendas Novembris. — *b*) Adjective. *Vellej.* 2. 56. 3. Quum mense Octobri in urbem revertisset. *Martial.* 12. 67. Octobres Maro consecravit Idus. *et* 10. 87. Octobres age sentiat calendas Facundi pia Roma Restituti. — *c*) *October equus,* inquit *Festus p.* 178. 24. *Müll.*, appellatur, qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum victricum dexterior: de cujus capite non levis contentio solebat esse inter Suburanenses et Sacravienses, ut hi in regiæ pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent; ejusdemque coda tanta celeritate perfertur in regiam, ut ex ea sanguis destillet in focum, participandæ rei divinæ gratia. Quem hostiæ loco quidam Marti bellico deo sacrari dicunt, non ut vulgus putat, quia velut supplicium de eo sumatur, quod Romani Ilio sunt oriundi, et Trojani ita effigie in equi (*Müll.* leg. putat: Trojani lignea effigie equi etc.) sint capti. *V. Niebhur, Hist. Rom. T.* 1. *p.* 259. ibique *Polybii* locum. *Paul. Diac. p.* 220. 21. *Müll.* Panibus redimibant caput equi immolati Idib. Octobr. in campo Martio, quia id sacrificium fiebat ob frugum eventum: et equus potius, quam bos immolabatur, quod hic bello, bos frugibus pariendis aptus.

OCTOCHORDOS. *V.* OCTACHORDOS.

OCTŌDĒCIM, nomen numerale indeclin. *diciotto,* duodeviginti, decem et octo. *Frontin.* 2. *Strateq.* 5. *circa med.* Octodecim cohortes in obscura valle posuit.

OCTŌGĂMUS, i, m. 2. qui octies uxorem duxit. Vox Græca. *Hieronym.* 1. in *Jovinian. n.* 15. Non damno digamos, imo nec trigamos, et, si dici potest, octogamos. Cf. *ejusd præfat.* in *Comment. Ieremiæ.*

OCTŌGĒNĀRĬUS, a, um, adject. *ottuagenario,* ὀγδηκονταέτης, octoginta annos habens. *Plin.* 6. *Ep.* 33. Exheredata ab octogenario patre. — *Octogenaria fistula* apud *Vitruv.* 8. 7. et *Frontin. Aquæd.* 58. est, quæ digitos habet diametri decem: vel cujus lamina, antequam rotundaretur, octoginta digitos habuit. — Hinc

Octogenarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, in militia navali est, qui octoginta militibus præest, ut nonagenarius, qui nonaginta. *Inscript.* apud *Gor. Inscr. Etr. T.* 3. *p.* 66. c. ARRVNTIVS VALENS OCT. LIB. (*h. e.* octogenarius liburna) NEREIDE.

OCTŌGĒNĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

OCTŌGĒNI, æ, a, adject. numerus octoginta dispertitivus. ¶ 1. Stricto sensu. *Liv.* 10. 30. *in fin.* Data ex præda militibus æris octogeni bini, sagaque, et tunicæ. *ottanta due per uno. Varro* 2. *R. R.* 10. 10. Ego in octogenas birtas oves singulos pastores constitui, Atticus in centenas. ¶ 2. Sine distributione. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 51. 75. (165). Torpedo octogenos fetus habens invenitur. *ottanta. Frontin. Aquæd.* 59.; et *Pallad.* 8. *R. R.* 12. Fistula octogenumquinum.

OCTŌGĒSĬMUS, a, um, adject. *ottuagesimo, ottantesimo,* ὀγδοηκοστός, numerus octoginta ordinalis. *Cic. Senect.* 10. 32. Quartum annum ago et octogesimum. *Juvenal.* 4. 92. Sic multas hiemes, atque octogesima vidit Solstitia. *Colum.* 5. *R. R.* 1. 9. Pars ducentesima octogesima octava pedes (*efficit*) centum. — *Octuagesimus* improbatur a Grammaticis, quamvis *octuaginta* legatur et *septuagesimus. Alvar. l.* 1. *c.* 14. *schol.* 3., *Valla elegant. l.* 3. *c.* 5.

OCTŌGESSIS, is, m. 3. octoginta asses. *Varro* apud *Priscian. de ponderib. p.* 1357. *Putsch.*; quocum cf. *Varron.* 5. *L. L.* 170. et 9. *L. L.* 81. *Müll.*; et *V.* NONAGESSIS. — *Octogessis* inscribitur etiam *Satura Menipp. M. Ter. Varronis,* de qua *V. Oehler. p.* 173. et cl. *Jo. Vahlen.* in *M. Ter. Varronis Saturarum Menipp. reliquias Conjectanea p.* 83.

OCTŌGĬES *vel* octogiens *et seriori ævo* octiēgies, adverb. *ottanta volte,* octoginta vicibus, octuagies. *Cic. Fis.* 35. 86. Nonne sestertiûm centies et octogies ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti? *Plin.* 2. *Hist. nat.* 108. 112. (242). Octuagies quinquies sexaginta octo millia passuum.

OCTOGINTA, *ottanta,* ὀγδοηκοντα, nomen numerale cardinale, octies decem continens. *Cic. Senect.* 19. 69. Octoginta regnavit annos. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 117. si et stramentis incubet unde-Octoginta annos natus, cui stragula vestis, etc. — Legitur et *octuaginta,* ut *septuaginta. Colum.* 11. *R. R.* 2. 40. Una opera novellas circumfodiet arbores octuaginta. *Vitruv.* 10. 17. *bis.* Octuaginta pondo. *Gell.* 3. 10. Post ducentos octuaginta dies. Al. hic leg. *septuaginta.* Sunt etiam qui dubitant de locis *Colum.* et *Vitruv.* quod in MSS. numeri fere scribantur notis, quas libra rii per litteras exscripserint. At *Inscripti.* apud *Murat.* 1953. 5. LIVIACVM SOCIIS OCTVAGINTA TENET.

OCTŌGŌNOS, (*vel* octagonos), i, m. f. et 2. et octogonus, a, um, *ottangolare,* ὀκτάγωνος, octo habens angulos, octangulus: Græcum ab ὀκτώ, et γωνία *angulus. Vitruv.* 1. 6. Turris marmorea octogonos. *Incert. auct. de limit. p.* 284. *Goes.* In montem se colligit, in octogonum jacet, per medium flumen habet. *V.* et OCTACHORUS; et adde *Boeth. Germ.* 2. *p.* 1532.

OCTOJŪGIS, e, adject. qui octo equos jugo junctos habet, et *currus* subauditur. V. *Inscript.* in DECEMJUGIS. — Translate. *Liv.* 5. 2. *a med.* Antea trina loca cum contentione summa patricios explere solitos: nunc jam octojuges ad imperia obtinenda ire. *h. e.* octo tribunos militum creatos esse. — Hinc

Octojugis, is, m. 3. absolute, substantivorum more, dicitur Ogdoas illa Valentinianorum, unus nempe ex eorum Æonibus; ὀγδοάς autem numerum octonarium significat. *Tertull. advers. Valentinian.* 36. Sed mappa, quod ajunt, missa semel octojugem istam, etc. Alludit scilicet ad ludos circenses, in quorum missibus mappæ usus erat. *V.* MAPPA.

OCTŌMĬNŪTĀLIS, e, adject, qui octo minutis numis argenteis, minutulis etiam nuncupatis, constat: V. *Vopisci loc. cit.* in MINUTULUS. *Lamprid. Alex. Sev.* 22. *extr.* Tantum intra biennium porcinæ carnis fuit, ut quum fuisset octominutalis libra, ad duos unumque carnis libra redigeretur. *h. e.* octo argenteis minutis nummis valuisset.

OCTŌNĀRĬUS, a, um, adject. *di otto, ottonario,* octo continens. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 31. (58).; *Frontin. Aquæd.* 28. *et* 42.; et *Pallad.* 8. *R. R.* 12. Octonaria fistula. *h. e.* quæ constat ex lamina, quæ antequam curvetur, octo digitorum latitudinem habet, ut *Plin. ibid.* explicat; vel quæ diametrum habet octo quadrantes latum, ut *Frontin. Aquæd.* 25. docet. *Varro* 9. *L. L.* 86. *Müll.*; et *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 5. Octonarius numerus. *Diomed.* 3. *p.* 514. *Putsch.* Octonarius versus est, ut *Varro* docet, quum duo iambi pedes iambico metro præponuntur, et fit versus talis: *Pater meus dicens docendo, qui docet, dicit docens.* Tolle hinc primos duos iambos, et erit talis, quale illud (*Horatii Epod.* 1. 1.) *Ibis Liburnis inter alta navium. Terentian. de metris p.* 2434. *Putsch.* Sed hic trimetrus quando duplicem pedem A capite sumet, tunc quadratus dicitur, Idemque dictus est et octonarius. Ante ergo etc. Adde *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2499. et 3. *p.* 2572.; et *Censorin. de Metris p.* 2726. *Putsch.*

OCTŌNI, æ, a, adject. numerus octo dispertitivus. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Capt.* 3. 5. 66. quum octonos alii lapides effodint. *otto per uno. Liv.* 32. 28. *ad fin.* Prætoribus octonæ duillia peditum data. *Varro* 9. *L. L.* 30. *Müll.* Quum animæ hominum sint divisæ in octonas partes. *si dividono ognuna in otto parti. Plin.* 36. *Hist. nat.* 9. 14. (65). Obelisci quadragenum octonum cubitorum longitudine *Horat.* 1. *Sat.* 6. 75. Ibant octonis referentes Idibus æra. *h. e.* quæ octo diebus constant, a Nonis incipiendo. ¶ 2. Extra distributionem pro cardinali *octo. Ovid.* 13. *Met.* 753. octonis iterum natalibus actis, Signarat dubia teneras lanugine malas. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 50.

OCTŌNŌPES, pĕdis, adject. octameter, octo pedibus constans. *Rufin.* in *Metr. Terent. p.* 2712. *Putsch.* Græca vertens: Boiscus is de Cyzico, novi repertor carminis: Nam primus octonopedem versum deo dicavit. *In Græcis est* τὸν ὀκτάπουν στίχον.

OCTŌPHŌRON, i, n. 2. ὀκτάφορον, lectica, quæ ab octo servis gestatur. *Sueton. Cal.* 43. Interdum adeo segniter et delicate incessit, ut octophoro veheretur. *Cic.* 2. *ad Q. Fr.* 10. Quum hominem porterem Neapoli ad Bajas octophoro Aniciano. Adde *Martial.* 6. 84., ubi in quibusdam editionib. *octaphoro* legitur. — Vox est adjectiva. *Cic.* 7. *Verr.* 11. 27. Nam, ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur.

OCTOPHTHONGUS, a, um, adject. qui octo habet sonos, h. e. qui sonat ut diapason. *Boeth.* 4. *Music.* 13. *p.* 1464.

OCTŌSYLLĂBUS, a, um, adject. qui octo syllabis constat. *Mar. Victorin. p.* 2598. *Putsch.* Metrum Priapeium constat duobus metris, quorum prius est Glyconium octosyllabum.

OCTŌTŌPI, ōrum, m. plur. 2. ὀκτὼ τόποι, h. e. octo loci Vox Græca astrologorum, qua significant octo locos, seu sedes et stationes stellarum, quæ inter quatuor cardines cæli sunt. *Manil.* 2. 968. Cui parti nomen posuit, qui condidit artem, Octotopos, per quos stellæ etc.

OCTŌVIR, iri, m. 2. *ottouiro,* unus aliquo ex magistratu, qui octo virorum numero constat. *Inscript.* mendosa apud *Murat.* 80. 7., emendata ex autographo a *Giovenazz. Aveja p.* 124. T. VINIO RVFO T. TITISIENO OCTOVIR. Q. ORFIO FVLGINIO C. IEGIO AED. PRAEFECTVRA AMITERNINA PRO REDITV IMP. CAESARIS AVG.... FORTVNAE. Alia Reatina mendosa apud *Gruter.* 471. 6., emendata a *Morcell. de stil. inscr. Lat. T.* 2. *p.* 82. *edit. Pat.* SEX. TADIVS SEX. F. VOL. LVSIVS X VIR. STLIT. IUD. VIII. VIR. I. Q. Q. Alia Faleriensis mendosa apud *Murat.* 687. 7., emendata a *Calalani Antic. Ferm. p.* 30. C. VALERIO C. L. ONESIMO VIII. VIR. etc. Alia Interamniensis apud *Delfico Interamn. Pret. p.* 122. L. AGVSIVS CN. F. L. N. MVSSVS C. ARRENVS T. F. RVFVS OCTOVIRI ITERVM BALNEAS REFIC. D. C. S. C. Adde alias apud *Fabrett. p.* 369. *n.* 132. *et p.* 401. *n.* 297. — *Octoviri* fuerunt etiam in collegio Augustalium, quum sæpius *seviri* fuerint. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 402. *n.* 298. C. FVFICIO C. L. GENIALI VIII. VIR. AVG. FIRMI ET FALERIONE. — De octoviris V. *Borghesi* in *Bullett. dell'Instit. archeol. a.* 1839. *p.* 53.; et *De Minicis* in *Annali dell'Institut. T.* 11. *p.* 9.

OCTUĀGĒSIMUS. *V.* OCTOGESIMUS.

OCTUĀGIES. *V.* OCTOGIES.

OCTUĀGINTA. *V.* OCTOGINTA.

OCTŪPLĬCĀTIO, ōnis, f. 3. multiplicatio per octo. *Capell.* 7. *p.* 267. Numerum aliquem octuplicatione metiri.

OCTŪPLICĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *octuplico,* multiplicatus octo vicibus. *Liv.* 4. 24. Octuplicatoque censu ærarium fecerunt. *h. e.* ut qui pro censu pendere debuerat e. gr. assem unum, octo deinceps solveret: nimirum quasi cum censum haberet, pro quo essent octo solvenda. V. *Gronov. de pecun. vet. l.* 4. *c.* 1.

OCTŪPLUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

OCTŪPLUS, a, um, adject. *moltiplicato otto volte,* ὀκταπλάσιος, octies major. *Cic. Tim.* 7. Pars sexta octupla primæ. — Hinc

Octuplum, i, n. 2. absolute, substantivorum more. *Damnare aliquem octupli*, h. e. multa octies majore, quam debeatur, *Cic.* 5. *Verr.* 11. 28. Sic pœna octupli, et judicium in octuplum. Adde *eund. ibid. et* 10. 26. *et* 12. 30.

OCTUSSIS, is, m. 3. octo assium pecunia, seu valor, aut summa octo assium, ut *centussis, decussis. Horat.* 2. *Sat.* 3. 156. Quanti emptæ? parvo. quanti ergo? octussibus. *Bentlej.* merito *Lambinum*, aliosque arguit, qui *octo assibus* reposuere. Cf. *Festus p.* 237. 19. *Müll.* Tarpeja lege cautum est, ut bos centussibus, ovis decussibus æstimaretur.

ŌCŬLĀRĬĀRĬUS, a, um, adject. *Oculariarius faber* est, qui oculos conficit, statuis apponendos. *Inscript.* apud *Gruter.* 645. 1. C. LICINIVS L. L. PATROCLVS FABER OCVLARIARIVS. Veteres enim solebant statuis præsertim deorum, oculos addere ex vitro, ex argento, aut ex lapillis. Proinde artificium hoc apud eos florebat: et M. Rapilius Serapio in *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 611. *n.* 357. laudatur, *quod oculos reposuerit statuis, quoad vixit, bene.* V. Dissertat. Italicam Dominici Vanni *degli Occhiali*; et *Murator. Antiquit. Ital. diss.* 24., qui ex aliorum etiam opinione putat, fabros ocularios fuisse, qui aureos, vel argenteos oculos conficerent votivæ tabellæ affigendos dis, adjutoribus, ut recepti visus beneficium testarentur voti compotes facti.

ŌCŬLĀRE, is, n. 3. *V.* voc. seq. in fin.

ŌCŬLĀRIS, e, adject. ad oculos pertinens, ut Ocularis tunicæ, *Veget.* 2. *Veterin.* 17. Ocularis medicus, *Inscript.* apud *Murat.* 927. 5. Similiter *Ammian.* 19. 4. Accolentes loca palustria, vel humecta, tusses et oculares casus et similia perferunt. — Hinc

Ocularе, is, n. 2. absolute, substantivorum more, est medicamentum oculis adhibendum. *Pelagon. Veterin.* 30. Ocularе ad percussum. *et mox.* ad cicatrices discutiendas. *et mox.* ad lippitudines equorum etc.

ŌCŬLĀRĪTER, adverb. *ocularmente*, per oculos. *Sidon.* 7. *Ep.* 14. *ante med.* Qui amicos ludificabundi non tam judicialiter, quam ocullariter intuentur.

ŌCŬLĀRĬUS, a, um, adject. ad oculos pertinens, ut *Ocularius medicus*, qui oculis medetur, apud *Cels.* 6. 6. *n.* 8.; *Marcell. Empir.* c. 8. *sect.* 5. *p.* 96. ed. *Ald.*; et in *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 300. *n.* 274. 275. 276. et 277., qui et *ocularius* absolute dicitur a *Scribon. Compos.* 37. *et* 38. Sic chirurgus ocularius, in *Inscript.* apud *Gruter.* 400. 7 Ocularia claritas, apud *Solin.* 24. *a med.* Ocularia ægritudo, *mal d'occhi*, apud *eund.* 4. *sub fin.*

ŌCŬLĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced.

ŌCŬLĀTA, æ, f. 1. *occhiata*, genus piscis, sic dicta ab oculorum magnitudine *Plin.* 32. *Hist nat.* 11. 53. (149).; et *Cels.* 2. 18. Eadem dicitur etiam *ophthalmias*, quam vocem *V.* suo loco.

ŌCŬLĀTĬO, ōnis, f. 3. desectio geminarum superfluarum in vitibus. *Colin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (165.) Pampinationi quoque, et oculationi, omnique operi facilior. *Meliores Codices habent* occationi, *quam lectionem probavit et* Sillig.

ŌCŬLĀTUS, a, um, adject. Comp. *Oculatior* I.; Sup. *Oculatissimus* II. 2. — Oculatus est qui oculos habet, *occhiuto*, πολυόμματος.

I.) Proprie. *Plaut. Truc.* 2. 6. 8. Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem. *testimonio di vista. Id. Asin.* 1. 3. 50. se *super* oculatæ nostræ sunt manus: credunt quod vident. Cf. *Arnob.* 2. 9. *init.* Quid? illa de rebus ab humana cognitione sepositis, quæ conscribitis ipsi, quæ lectitatis, oculata vidistis inspectione et manibus tractata tenuistis? *Sueton. Rhet.* 5. Sex. Clodius male oculatus et dicax. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 25. Oculatior Deus.

II.) Translate. ¶ 1. Oculatus dicitur qui oculorum imaginem refert. *Capell.* 1. *p.* 17. Insidebat autem ex pavonum pennis intertextæ oculatæque pallæ. *hoc loco* palla *significat cœlum stellis distinctum.* V. *Macrob.* 1. *Saturn.* 19.; et OCULEUS I. *Solin.* 17. Oculati circuli. *h. e.* instar oculorum facti. Loquitur de pelle maculosa pantherarum, de quibus *Plin.* 8. *Hist. nat.* 17. 23. (62). Pantheris in candido breves macularum oculi. — Similiter *Cassiod.* 1. *Variar.* 4. *a med.* Genus ejus gemino senatui decenter optatum, tamquam duobus luminibus oculatum parissima claritate radiavit. *h. e.* instar oculorum ornatus. Sic *Venant.* 3. *carm.* 7. 47. Tota (*ædes*) capit radios, patulis oculata fenestris. ¶ 2. Item est conspicuus. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 6. 11. (25). Statuam poni jussit quam oculatissimo loco, in Rostris. *h. e.* maxime conspicuo. ¶ 3. Dies oculata, *V.* in CÆCUS. — *Cic.* 4. *Att.* 6. *ad fin.* Sed mehercule incipiendo (*ab illis Hortensianis scribendis*) refugi: ne βαθυστης mea, quæ in agendo apparuit, in scribendo sit oculatior. *Ita leg.* Orell.; *al.* occultior.

ŌCŬLĔĀTUS, a, um, adject. *occhiuto, pieno d'occhi*, πανόπτης, plenus oculis.

I.) Proprie. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 19. Quos si Argus servet, qui totus oculeus fuit, etc. — *Capell.* 8. *p.* 273. Et ecce subito prosilit quædam (*Astronomia*) gemmata, nec minus totis artubus decenter oculea. *h. e.* stellantibus oculis (*scil.* stellis) interstincta, ut *Id.* 1. *p.* 17. ait.

II.) Translate pro perspicaci ponitur, quasi qui totus ex oculis constet. *Apul.* 2. *Met.* Perspicaciorem ipso Lynceo, vel Argo, et oculeum totum.

ŌCŬLĔUS, i, m. 2. deminutivum esse ab *oculus* ait *Priscian.* 3. *p.* 618. *Putsch.*, nullo tamen auctore confirmat.

ŌCŬLĪCRĔPĪDA, æ, m. 1. vox ficta a *Plauto Trin.* 4. 3. 14.: significat autem eum, cui oculi pugnis contundi et crepare solent. Al. leg. *occulteripeda*, h. e. occulto rapiens; quod minus placet.

ŌCŬLĪFĔRĬA *vel* ocliferia, ōrum, n. plur. 2. quæ oculos feriunt, et perstringunt, et sunt res maxime splendidæ. *V.* ODORIFER.

ŌCŬLĪSSĪMUS, a, um, adject. superlat. fictum a *Plauto* joculariter, pro carissimo instar oculorum, *Curc.* 1. 2. 28. Salve, oculissime homo. *et* 1. 1. 17. valuistin' oculissimum ostium? Alii hic leg. *occlusissimum.* Sed *oculissimum* legebat etiam *Festus*, qui ita habet *p.* 178. 21. *Müll.* Oculissimum, carissimum. Plautus: Oculissimum ostium amicæ. Priore autem loco *Ursinus oculissimum* interpretatur, qui clare aspicit. At profecto erravit, nam apud *Plaut. loc. cit.* legendum omnino est *oculissimum ostium.* Cf. *Paul. Diac. p.* 179. 8. *Müll.* — Priore loco illud *oculissime* utrum adverbium sit, an adjectivum, dubitat *Charis.* 2. *p.* 170. *Putsch.*

ŌCŬLĪTUS, adverb. ὀφθαλμηδόν, ita care, ut oculus carus est. *Plaut. fragm.* apud *Non. p.* 147. 28. *Merc.* Qui amant ancillam meam Hedylium oculitus. *Paul. Diac. p.* 179. 81. *Müll.* Oculitus quoque dicitur ut funditus, penitus, quo significatur tam carum esse, quam oculum.

ŌCŬLO, as, are, a. 1. Part. *Oculandus* II. 2. — Oculare est oculorum usum præbere.

I.) Proprie. *Tertull. Pœnit.* 12. Ibi hirundo si excæcaverit pullos, novit istos oculare rursus de chelidonia sua.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro illuminare. *Tertull. Apolog.* 2. Qui (*Christus*) jam expolitos homines et ipsa urbanitate deceptos in agnitionem veritatis ocularet. Sic *Cyprian. Idol. van.* 7. 6. Cæcos et ignaros ad agnitionem veritatis oculare. ¶ 2. Item pro manifestum facere, conspiciendum dare. *Tertull. Pudic.* 8. Quem exitum in vestibus purpura oculandis sæpissime evenire est. *h. e.* ornandis.

ŌCŬLUS, i, m. 2. *Oquulus* (ut *coquus, arquus, quur* etc.) scripsisse veteres, testis est *Priscian.* 1. *p.* 561. *Putsch.* — *Oclus* syncope pro *oculus. Prudent.* 10. περι στεφ. 592. Sanus videbit, lippus oclos obteget. Alii leg. *oculos*, ita ut quartus iambi senarii pes sit tribrachys. — Ratione habita etymi, *Varro* apud *Lactant. Opif. D.* 10. *init.* et *Isid.* 11. *Orig.* 1. haud recte deducit a verbo *occulo*, perinde ac si *oculus* sit *ciliorum tegminibus occultus.* Rectius videtur hujusce vocis thema oc cum Græco οπ, unde ὄπτομαι *video* et similia, conjungendum esse, Græca enim littera π in Latinis vocabulis haud raro transit in c vel aliam gutturalem (*V.* de litt. P); præsertim quum pro οπ apud Græcos antiqua forma esset οκ, unde ὄσσε pro ὀκιε apud *Homer.* haud raro, et ὄσσων, ὄσσοις apud Tragicos, et verbum ὄσσομαι pro ὀκίομαι. — Ceterum *oculus* est nobilissimum et pretiosissimum, ut ait *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 52. (139)., animalis membrum, quo luce fruitur, cujus usus vitam distinguit a morte, ὀφθαλμός (It. *occhio*; Fr. *œil*; Hisp. *ojo*; Germ. *d. Aug*; Angl. *the eye*).

I.) Proprie. — *a*) Universim. *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 142. Quæ (*natura*) primum oculos membranis tenuissimis vestivit et sæpsit: sed lubricos oculos fecit et mobiles, ut et declinarent, si quid noceret, et aspectum, quo vellent, facile converterent. *V. ibid.* oculi descriptionem; et cf. *Cels.* 7. 7. *n.* 13.; et *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 54. (142). et 55. (148). — Varias oculorum vires in affectibus animi significandis *Id. Plin.* recenset *loc. cit.* 54. (145). Neque ulla, inquit, ex parte majora animi indicia cunctis animalibus, sed homini maxime, id est moderationis, clementiæ, misericordiæ, odii, amoris, tristitiæ, lætitiæ. Contuitu quoque multiformes, truces, torvi, flagrantes, graves, transversi, limi, submissi, blandi. Profecto in oculis animus habitat: ardent, intenduntur, humectant, connivent. Hinc illa misericordiæ lacrima etc. *Quintil* 11. 3. *ante med.* Oculi motu intenti, remissi, superbi, torvi, mites, asperi fiunt. Rigidi vero, et extenti, aut languidi, et torpentes, aut stupentes, aut lascivi, et mobiles, aut natantes, et quadam voluptate suffusi, aut limi, et, ut sic dicam, venerei, aut poscentes aliquid. pollicentesve nonnunquam esse debebunt. Nam opertos, compressosve eos in dicendo quis, nisi plane rudis et stultus, habeat? *Cic.* 3. *Orat.* 59. 222. Oculi sunt, quorum tum intentione, tum remissione, tum conjectu, tum hilaritate, motus animorum significemus apte cum genere ipso orationis. *Id. Planc.* 27. 66. Oculos acres et acutos habere. *Id.* 5. *Tusc.* 16. 46. Oculi venusti. *Id.* 1. *Nat. D.* 28. 79. perversi. *Id. Valin.* 2. 4. eminentes. *Sueton. Tib.* 7. contenti et tumentes. *Id. Ner.* 49. exstantes et rigentes. *Id. Cæs.* 45. nigri et vegeti. *Ovid.* 2. *Amor.* 4. 11. modesti. *Lucan.* 2. 26. minaces. *Sall. Cat.* 15. fœdi. *h. e.* turbati, lividi, deformes. *Virg.* 5. *Æn.* 654. maligni. *Id.* 1. *ibid.* 228. nitentes. *Ovid.* 2. *Met.* 502. immoti. *Horat.* 1. *Od.* 3. 18. sicci. *Stat.* 6. *Theb.* 622. madentes. *Lucret.* 1. 324. Oculorum acies. *Nepos Hann.* 4. morbus. *Justin.* 21. 2. 1. valetudo. *Plin.* 3. *Ep.* 1. *ad fin.* vigor. — *Estimantibus pretia oculis* dixit *Solin.* 50. 4. Primum eorum (*Serum*) mercatores ipsum transeunt, in cujus ripis nullo inter partes linguæ commercio, sed depositarum rerum pretia oculis æstimantibus sua tradunt, nostra non emunt. — *b*) Jungitur plurimis Verbis, quorum præcipua hæc sunt. *Cic. Cluent.* 19. 54. Oculos conjicere in aliquem. *gettare gli occhi addosso.* et 4. *Verr.* 15. 37. adjicere alicui rei. *et* 2. *leg. Agr.* 10. 25. ad rem aliquam. *Id* 1. *Phil.* 1. 1. dejicere ab aliqua re. *voltar l'occhio.* et 6. *Verr.* 15. 33. de aliquo nusquam dejicere. *Tac.* 4. *Hist.* 72. in terram figere. *Quintil.* 1. 11. 9. dejicere in terram. *Ovid.* 15. *Met.* 612. demittere. *et* 4. *ibid.* 146. erigere. *et* 8. *ibid.* 696. flectere. *Lucret.* 1. 66. tendere. *Virg.* 4. *Æn.* 688. attollere. *et ibid.* 220. torquere. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 65. distorquere. Rursus *Virg.* 4. *Æn.* 363. volvere huc illuc. *Sil. It.* 11. 262. circumferre. *girare.* et *Virg.* 2. *Æn.* 570. ferre per cuncta. *Lucan.* 9. 1036.; et *Ovid.* 2. *Met.* 770. avertere. *Cic. Mil.* 31. 85. aperire. *Seneca Herc. Fur.* 824. comprimere. *et Med.* 388. rigare fletu. *Lucret.* 4. 1139. nimium jactare. *Scribon. Compos.* 170. laborare oculis. *Sueton. Domit.* 11. parcere oculis. *Petron. Satyr.* 26. Applicare oculum curiosum per rimam. *et ibid.* 96. Alternos oculos opponere foramini ostii. *Id. ibid.* 11.; et *Lucan.* 7. 795. lustrare oculis urbem. *Seneca Herc. Œt.* 1694. quærere aliquid. *et Troad.* 23. metiri aliquid. *Virg.* 4. *Æn.* 372. sequis aspicere. *Lucret.* 1. 301. usurpare aliquid *h. e.* videre. *Nepos Timol.* 2. cernere. *Seneca Herc. Œt.* 1977. Cessit, ex oculis abiit. *mi si tolse dagli occhi, sparve.* et *Tac.* 2. *Hist.* 20. Auferri ex oculis. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 20 53. Ponere

sibi aliquid ante oculos. *et Sull.* 26. 72. proponere. *et Sext.* 7. 17. Proponere oculis suis aliquid. *Liv.* 3. 69.; et *Sueton. Aug.* 18. Subjicere aliquid oculis. *Cic. Amic.* 11. 38. Esse ante oculos. *Id. Rosc. Am.* 9. 24. et 35. 98. versari. Cf. *Justin.* 31. 2. 3. In oculis hominum obversari. *lasciarsi vedere.* — *c*) Facere aliquid in oculis alicujus, est aliquo vidente atque inspectante. *Liv.* 22. 12. Agitare ac tentare animum (*dictatoris*) movendo crebro castra, populandoque in oculis ejus agros sociorum, cœpit. *Id.* 26. 12. Abiisse eum (*Hannibalem*) in Bruttios, velut avertentem sese, ne Capua in oculis ejus caperetur. Sic *Curt.* 9. 1. *ante med.* In oculis duo majora omnium navigia submersa sunt. — *c*) Res posita in oculis, et ante oculos. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 2. 5. et 1. *Orat.* 43. 192. et 1. *ad Q. Fr.* 1. 2. h. e. manifesta, patens, omnibus nota. Sic *Sall. Cat.* 21. Divitiæ, decus, gloria, in oculis sita sunt. — *d*) *Sub oculis,* ante oculos. *Vellej.* 2. 79. 3. Gravi sub ipsius Cæsaris oculis accepta clades. *su gli occhi.* Adde *eumd. ibid.* 21. 3. *Colum.* 9. *R. R.* 2. Sub oculis domini esse. *essere sotto l'occhio.* Sic *Ovid. Heroid.* 21. 82. Inque meis oculis candida Delos erat. *h. e.* in conspectu meo erat. — *e*) *Esse in oculis, habitare in oculis,* apud *Liv.* 35. 10., et *Cic. Planc.* 27. 66. h. e. se conspiciendum dare, versari inter cives, prodire, apparere. Sic in ore et oculis omnium aliquid fieri, *Id.* 4. *Verr.* 33. 81., h. e. palam, coram omnibus. Cf. *eumd.* 1. *Off.* 1. 3. Ita qui in maxima celebritate atque in oculis civium quondam viximus, nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos, quantum licet, et sæpe soli sumus. — *f*) Habere in oculis, *tener sotto l'occhio, aver l'occhio,* diligenter observare. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 66. edico tibi, ut hujus oculos in oculis habeas tuis: Quoquo ille spectabit, tu spectato simul: Si quo hic gradietur, pariter progrediminor. — *g*) Aliquando de re dicitur valde cara. *Id. ibid.* 1. 2. 46. ubi sunt isti, Quibus vos oculi estis? quibus vitæ? quibus suavia? *et Curc.* 1. 3. 47. Bene vale, ocule mi. *Catull.* 82. 1. Quinti, si tibi vis oculos debere Catullum, Aut aliud, si quid carius est oculis; Eripere ei noli, multo quod carius illi Est oculis, si quid carius est oculis. Adde *eumd.* 14. 1.; et *Ter. Adelph.* 4. 5. 67. et 5. 7. 5. — *h*) Oculi dicuntur principes viri in regum aula, ut habet *Pollux l.* 2. *c.* 37. Ἐκαλοῦντο δέ τινες ὦτα καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως etc. Hinc *Plaut. Pœn.* 3. 3. 80. Ego id quæro hospitium, ubi ego curer mollius, quam regi Antiocho oculi curari solent. *V.* OTACUSTA. — *i*) *Par oculorum* de duobus amicissimis. *Sueton. Rhet.* 5. Par oculorum in amicitia M. Antonii triumviri exstitisse se ajebat. — *j*) Esse in oculis alicujus, *aut* alicui, carum esse, diligi. *Cic.* 6. *Att.* 2. *ante med.* Itaque publicanis in oculis sumus. *Id.* 2. *Tusc.* 26. 63. Esse in oculis multitudinis. — *l*) Ferre, gestare in oculis, idem. *Id.* 6. *Phil.* 4. 11. Trebellium valde jam diligit: oderat tum, quum *etc.*: jam fert in oculis. Adde *eumd.* 3. *ad Q. Fr.* 1. 3. et *Harusp. resp.* 23. 48. et *Q. Cic.* 16. *Fam.* 27. Sic *Ter. Eun.* 3. 1. 11. Rex te ergo in oculis gestare. — *m*) *Per oculos* etiam jurare interdum mos fuit. *Plaut. Men.* 5. 9. 1. Si voltis per oculos jurare, nihilo magis facietis, etc. *Ovid.* 2. *Amor.* 16. 43. At mihi te comitem juraras usque futuram, Per me, perque oculos, sidera nostra, tuos. — *n*) *Clausis oculis aliquid facere,* proverb. secure, temere, nullo respectu, *alla cieca, senza riguardo, a chius' occhi. Hieronym.* 1. *advers. Jovinian.* 21. Melius est clausis, quod dicitur, oculis andabatarum more pugnare, quam directa spicula clineo non repellere veritatis. Sic *Petron. Satyr.* 82. Nemo cœlum putat, nemo jusjurandum servat, nemo Jovem pluris facit, sed omnes opertis oculis bona sua computant.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de facultate videndi, *vista. Cic.* 1. *Divinat.* 24. 48. Ut eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret. *Cæs.* 3. *B. C.* 53. Quatuor ex una coborto centuriones oculos amiserunt. *Cic. Harusp. resp.* 18. 37. Oculos perdere. *Sueton. Vesp.* 7. restituere alicui. ¶ 2. Per similitudinem transfertur ad solem, et stellas. *Ovid.* 4. *Met.* 227. Omnia qui video, per quem videt omnia tellus, Mundi oculus. *h. e.* sol, qui *oculus Jovis* dicitur a *Macrob.* 1. *Saturn.* 21.; et *mundanus oculus* a *Capell.* 2. *p.* 43. Similiter *Plin.* 2. *Hist. nat.* 5. 4. (10). Inde tot stellarum illos collucentium oculos. ¶ 3. Item ad notas seu maculas instar oculorum, in pellibus pantherarum, in cauda pavonum, et hujusmodi. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 15. 30. (96). *de mensis.* Sunt et undatim crispæ, majore gratia, si pavonum caudæ oculos imitentur. *Id.* 8. *ibid.* 17. 23. (62). Pantheris in candido breves maculæ rotundæ oculi. — Similiter *Vitruv.* 3. 5. 6. *Schneid. de voluta.* Tunc in eo loco, qui locus dividit quatuor et dimidiam et tres et dimidiam partem, centrum oculi signetur, ducaturque ex eo centro rotunda circinatio, tam magna in diametro, quam una pars ex octo partibus est: ea erit oculi magnitudo. ¶ 4. Item ad arborum gemmas. *Virg.* 2. *G.* 73. Nec modus inserere, atque oculos imponere, simplex. *h. e.* inoculare. *Colum.* 4. *R. R.* 24. 16. Devexam resectionem facere post gemmam, ne superlacrimet et gemmantem cæcet oculum. *Id.* 10. *ibid.* 259. Et conniventes oculos violaria solvunt. *h. e.* violæ sinum aperiunt. ¶ 5. Est etiam in radicibus arundinum, et asparagorum oculus, aliis bulbus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 20. 33. (144). Seritur arundo bulbo radicis, quem alii oculum vocant. *Cato R. R.* 6.; et *Varro* 1. *R. R.* 24. 4. Oculos arundinis pedes ternos alium ab alio serito. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 45. Stirpes præfractæ angunt oculos spongiarum, et quasi excæcant, nec patiuntur asparagum emittere. Adde *Pallad.* 4. *R. R.* 9. *a med.* ¶ 6. *Oculus* apud *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 102. (160). est etiam nomen herbæ, quam et aizoum majus Græca appellatione, et zoophthalmon dicunt. — *Oculus Beli* est gemma. *V.* BELUS in ONOM. ¶ 7. Per metaphoram dicitur de re valde illustri et præstanti, et quæ sit præcipuum cujuspiam loci ornamentum. *Cic.* 3. *Nat. D.* 38. 91. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt. *h. e.* Corinthum, et Carthaginem. *Justin.* 5. 8. 4. Negarunt se Spartani ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos. *V.* OCELLUS I. *d.* ¶ 8. Transfertur universim etiam ad animum. *Cic. Orat.* 29. 101. Mentis oculis videre aliquid. *Colum.* 3. *R. R.* 8. 1. Rerum naturam velut acrioribus mentis oculis intueri. — Hinc *aperire oculos* est cognoscere, quod Itali etiam nunc *aprire gli occhi* dicunt. *M. Aurel. ad Fronton.* 3. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Mai*). Cotidie non desinis in viam me veram inducere, et oculos mihi aperire, ut vulgo dicitur. — Sic *in oculis esse* dicuntur ea, quæ imaginandi vi tamquam præsentia menti objiciuntur. *Liv.* 26. 39. *extr.* Frumenti spes, quæ in oculis fuerat, utrosque frustrata pariter. *Curt.* 4. 13. *init.* Tum vero universa futuri discriminis facies in oculis erat. Armis insignibus equi virique splendebant etc. *Id.* 3. 6. *de Alexandro ægroto.* Omnia facilius, quam moram (*medendi*) perpeti poterat. Arma et acies in oculis erant; et victoriam in eo positam esse arbitrabatur, si tantum ante signa stare potuisset. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 10. 25. Quum ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adjecissent. Sic *Martial.* ad significandam vehementem rei cujuspiam visæ cupiditatem, 9. 60. Oculis comedere aliquid. *et* 1. 97. Spectare aliquid oculis devorantibus. et *Cic.* 7. *Verr.* 26. 65. Quum ejus cruciatu atque supplicio pascere oculos, animumque exsaturare vellent. *h. e.* spectando oblectari. Sic *Sueton. Vitell.* 14. Quemdam eorum interfici jussit, velle se dicens pascere oculos. et *Nepos Eumen.* 11. Qui propter odium fructum oculis ex ejus casu capere vellent. ¶ 9. Speciatim de animo, *dolere oculi* dicuntur ei, qui videt aliquid, quod videre nollet, qui invidet, qui ægre patitur. *Ter. Phorm. in fin.* Vin' facere quod ego gaudeam, Et quod viro tuo oculi doleant? me ad cœnam voca. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 14. Numquam tibi oculi doluissent, si in repulsa Domitii vultum vidisses. Sic *Plaut. Asin.* 5. 1. 3. Numquidnam tibi molestum est, si *etc*? AR. Pietas, pater oculis dolorem prohibet. Sic *Cic.* 2. *Fam.* 16. Nosti non modo stomachi mei, sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium.

ŌCȳMUM. *V.* OCIMUM.
ŌCȳOR *et*
ŌCȳTER *et*
ŌCȳUS. *V.* OCIOR, OCITER, OCIUS.

OD

ŌDA, æ. *V.* ODE.

ŌDĂRĬĂRĬUS, ii, m. 2. (odarium) cantilenarum magister. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 716. *n.* 376., quæ est apud *Orell.* 2634. CN. VERGILIVS EPAPHRODITVS MAGISTER ODARIARIVS MINERVA MEDICA. *Reines. cl.* 11. *n.* 81. legit *odorarius,* et myrobrecharium significare putat.

ŌDĂRĬUM, ii, n. 2. ᾠδάριον, ode, cantilena, carmen. *Petron. fragm. Tragur.* 53. Puerumque jussit odaria saltare.

ŌDE, es, *vel* oda, æ, f. 1. *oda, canzone,* ᾠδή, cantio, carmen, præsertim lyricum. Sic enim vulgo inscribuntur et a *Mar. Victorin. de Metris Horat.* ed. *Keil.* appellantur *Horatii* carmina. Vox est Græca ab ἀείδω *cano.* — Pro ipso cantu, *Auct. carm. de Philom.* 13. Et merulus modulans sat pulcris tinnitat odis. *Auct. Laud. Philom.* 25. Porrige dulcisonas attentis auribus odas. — Sic autem *ode,* ratione habita Græci etymi, definitur a *Mar. Victorin. loc. cit. p.* 183. *Keil.* Ode est dulcedine soni verbum lexisve pronunciata.

ŌDĒFĂCIT dicebant pro olfacit, quæ vox a Græco ὀσμή tracta est. *Paul. Diac. p.* 179. 12. *Müll.*

ŌDĒUM, i, n. 2. *odeo,* ᾠδεῖον, est parvum theatrum, tecto in tentorii speciem fastigato, Athenis prius a Themistocle post pugnam Salaminiam ann. ab U. C. CCLXXIV. exstructum, a Pericle post annos XL. instauratum exornatumque, mox ab Ariobarzane Cappadociæ rege restitutum; in quo musica certamina habebantur, deinde etiam poetæ et historici opera sua recitabant: est ab ᾠδή *cantus:* Latini *theatrum tectum* appellant. *V.* THEATRUM. *Vitruv.* 5. 9. Itemque Athenis Patris Liberi fanum, et exeuntibus e theatro sinistra parte odeum, quod Themistocles columnis lapideis, navium malis et antennis e spoliis Persicis pertexit; idem incensum Mithridatico bello rex Ariobarzanes restituit. *Sueton. Domit.* 5. Excitavit Flaviæ templum gentis, et stadium, et odeum, et naumachiam. Adde *Tertull. Resurr. carn.* 42.; *Ammian.* 16. 10.; et *Eutrop.* 7. 24.

ŌDI, disti, disse, a. 4. verbum defectivum, carens præcipue temporibus præsentis et imperfecti. Præsens Indicativi *Odio* (quod exhibent etiam *Gloss. Cyrill.* Μισῶ odio.) videtur olim in usu fuisse. Nam *Festus p.* 201. 18. *Müll.* Osi sunt, inquit, ab odio declinasse antiquos, testis est C. Gracchus etc. Hinc *Boeth. Aristot. Topic.* 8. *p.* 732. Qui amant et odiunt. Et *Vulgat. interpr. Deuter.* 7. 10. Et reddens odientibus se statim. Sic Part. *Odiens* apud *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 16. Benedicere odientes. Tribuitur etiam *Petron. Satyr.* 132., sed alii *audiens* legunt. Hinc etiam Gerund. *Odiendi* apud *Apul.*; et Fut. *Odies* apud *Tertull.* locis infra citt. sub I. Hinc demum Pass. *Oditur* et *Odiemur* apud *Tertull.* et *Hieronym.* locis infra citt. Et Infinit. apud *Cassiod.* 6. *Hist. Eccl.* 1. *a med.* Sciebat, Constantium ab omnibus populis odiri. — *Oderem* et *Odere* (*Keilius* rectius legit *Odirem* et *Odire*) in Optativo et Infinitivo præsenti, afferuntur a *Charis.* 3. *p.* 228. *Putsch.*, si sana est lectio. *Odire* est etiam apud *Boeth. Aristot. Topic.* 8. 5. *p.* 52. — Perf. *Osus sum* est *C. Gracchi.* loc. supra cit.; item *Plauti* et *Gellii* locis infra citt. sub I. — Perf. *Odivit* est *Antonii* apud *Cic.* loc. cit. sub I. Sic *odivi* apud *Vulgat. interpr. Ps.* 118. 104. Propterea odivi omnem viam iniquitatis. Part. *Osurus* I. — Ceterum *odisse* est odio habere, μισέω (It. *odiare*; Fr. *haïr*; Hisp. *odiar*; Germ. *hassen*; Angl. *to hate, detest, abhor*).

I.) Proprie de hominibus usurpatur. — *a*) Cum Accus. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Off.* 7. 23. Quem metuunt, odere: quem quisque odit, periisse expetit. *Plaut. Mil. glor.* 4. 9. 15. eum odere qua viri, qua mulieres. *Cic. Mil.* 13. 35. Quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiam suæ gloriæ, præter hoc civile odium, quo omnes improbos odimus? *Cf. Liv.* 2. 58. Odisse plebem plus quam paterno odio. *et Catull.* 14. 3. Odissem te odio Vatiniano. *Cæs.* apud *Cic.* 14. *Att.* 1. Non dubito, quin me male oderit. Rursus *Cic. Cluent.* 61. 171. Hunc acerbe et penitus oderat. *Id.* 7. *Fam.* 2. Oderam multo pejus hunc, quam Clodium. *Horat.* 3. *Od.* 1. 1. Odi profanum vulgus, et arceo. *C. Gracchus* apud *Festum loc. cit.* Mirum si quid his injuriæ fit, semper eos osi sunt. *Gell.* 4. 8. Osusque eum morum causa fuit. *M. Antonius* apud *Cic.* 13. *Phil.* 19. 42. Mihi constat, nec deserere partes, quas Pompejus odivit, nec etc. *Tertull. Anim.* 10. Qui hominem odiit, ut nosset. *Al. leg.* odit. *Id.* 4. *advers. Marcion.* 35. ex *Levit.* 19. 17. Non odies fratrem tuum in animo tuo. *Vulgata habet* non oderis. — Dictum fuit Thraseæ apud *Plin.* 8. *Ep.* 22. Qui vitia odit, homines odit. — Passive. *Hieronym. Ep.* 43. *n.* 2. Si de mundo non esseinus, odiremur a mundo. — *b*) Cum Infinito. *Plaut. Amph.* 3. 2. 19. Inimicos semper osa sum obtuerier. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 51. Oderunt peccare boni virtutis amore. *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 16. *circa med.* Servire et pati contumelias pejus odero malis omnibus aliis. — *c*) Absolute. *Cic. Amic.* 16. 59. Ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus. *Sall. Cat.* 50. *a med.* Neque studere, neque odisse, sed minume irasci decet. *Seneca* 1. *Ira* 16. *a med.* Vox dira et abominanda: Oderint, dum metuant. *Cf. Sueton. Cal.* 30. Et *Id. Sueton. Tib.* 59. Dicebatque identidem: Oderint, dum probent. *Apul. Dogm. Plat.* 3. *sub init.* Orationis variæ sunt species, ut imperandi, irascendi, odiendi, invidendi, favendi etc.

II.) Translate ponitur pro fastidire, aversari; et tribuitur etiam plantis et rebus inanimis. *Ter. Adelph.* 4. 1. 7. illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia prope est. *Horat.* 1. *Od.* 38. 1. Persicos odi, puer, apparatus. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 23. (65). Cucumeres oleum odere mire, nec minus aquas diligunt. *et ibid.* 8. 45. (156). Ruta odit hiemem et humorem ac fimum. *Id.* 12. *ibid.* 25. 54. (115). Balsamum odit ferro vitalia lædi. — Passive. *Tertull. Apolog.* 3. *ad fin.* Oditur ergo in hominibus innocuis etiam nomen innocuum.

ODIATUS, a, um, adject. *odiato*, exosus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 77., ubi *odietas* pro *odiatus* exhibetur.

ŌDĪBĬLIS, e, adject. *odioso*, odio dignus. *Accius* apud *Priscian.* 6. *p.* 709. *Putsch.* Falsidica, audax, gnati mater pessimi, odibilis, natura impos, etc. *Lamprid. Elagab.* 18. Vita, moribus, improbitate ita odibilis, ut etc.

ODICUS, a, um, adject. ᾠδικός, canorus, ut Odicus versus, qui alteri adjunctus, ᾠδήν, sive harmoniam facit, ut est pentameter subjunctus hexametro. *Mar. Victorin. p.* 2501. *Putsch.* Et quæque alia, qualia et metro scripta sequentes clausulas quorumlibet metrorum ad se trahunt, ita appellabuntur, quia odicis versibus ἐπᾴδουσαι, id est accinuntur. Ceterum ex iis, quæ in ANTECANTATIVUS annotata sunt, patet, hic pro *odicis* legendum *epodicis*. Sed rectius legendum videtur PRODICUS: *V.* hanc vocem.

ODIETAS, atis. *V.* ODIATUS.

ŌDĬO. *V.* ODI.

ŌDĬŌSĒ, adverb. (odiosus). Sup. *Odiosissime.* — Odiose, *odiosamente, in maniera odiosa*, ἀηδῶς, est idem atque odium aut fastidium movendo, molestе. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 139. cape vero: odiose facis. *mi muovi a sdegno. Ter. Adelph.* 4. 2. 49. Æschinus odiose cessat: prandium corrumpitur. *Cic. Brut.* 82. 284. Qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide. *Id.* 2. *Orat.* 65. 262. Odiose interpellare aliquem. *Gell.* 4. 1. Quum nimis odiose sibi placeret. *Id.* 3. 19. Superstitiose, et nimis moleste atque odiose. *Augustin. de Don. Persever.* 61. Res abominabilis dicitur, et durissime atque odiosissime quasi in audientium frontem compellando colliditur.

ŌDĬŌSĬCUS, a, um, adject. *odioso*, idem quod odiosus. *Plaut.* joculariter *Capt.* 1. 1. 19. Prolatis rebus, parasiti invenatici Sumus: quando rure redierunt, molossici, odiosicique, et multum incommodistici. *V.* INVENATICUS.

ŌDĬŌSUS, a, um, adject. (odium). Quod ad scriptionem attinet, *Mar. Victorin.* 1. *Art. gramm. p.* 2456. *Putsch.* Iidem (*antiqui*) voces, quæ pressiore sono eduntur, ausus, causa, fusus, odiosus, per duo *s* scribebant. — Comp. *Odiosior* et Sup. *Odiosissimus* sub *b.* — Odiosus est qui odio habetur, molestus, gravis, μισητός (It. *odioso, spiacevole, nojoso, molesto*; Fr. *détesté, odieux, déplaisant, désagréable, fâcheux, qui est a charge*; Hisp. *odioso, aborrecible, detestable*; Germ. *verhasst, widrig, lästig, unaugenehm*; Angl. *hateful, odious, unwelcome, troublsome, tiresome*). Usurpatur — *a*) De hominibus. *Plaut. Truc.* 1. 1. 65. Quem (*h. e.* me) infestum atque odiosum sibi esse memorabat. *Id. Pseud.* 1. 1. 28. odiosus mihi es. Lege, vel tabellas redde. *mi fai rabbia: mi muovi a sdegno. et Ter. Phorm.* 5. 7. 44. si esse odiosi pergitis. *Plaut.* dixit *Curc.* 1. 1. 16. Mihi si pergis molestus esse. *Lucret.* 4. 1165. *Lachmann.* At flagrans, odiosa, loquacula, Lampadium fit. *Ovid. Remed. am.* 471. Quid lacrimas, odiose senex? — *b*) De rebus et de abstractis. *Plaut. Rud.* 4. 5. *in fin.* Inepta et odiosa amatio. *Id. Truc.* 4. 1. 7. Dona odiosa ingrataque. *Cic. Amic.* 20. 71. Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium. Cf. *Phædr.* 2. 5. ardelionum natio Sibi molesta et aliis odiosissima. Rursus *Cic. Senect.* 2. 4. Quæ (*senectus*) plerisque senibus sic odiosa est. *et* 1. *Off.* 36. 130. Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores. *Ovid.* 1. *Art. am.* 489. Neve aliquis verbis odiosas offerat aures. *Id. Heroid.* 19. 21. odioso concita vento æquora. *Cic. Orat.* 8. 25. Nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat. *Id.* 6. *Att.* 3. Odit enim provinciam et hercule nihil odiosius, nihil molestius. *Id. Rosc. com.* 6. 16. Quorum alterum est gravius, et odiosius; alterum levius et facilius. *Id.* 3. *Orat.* 13. 51. Quoniam hæc satis spero, molesta et putida videri, ad reliqua aliquanto odiosiora pergamus. *Al. leg.* operosiora. *Nepos Alcib.* 2. Odiosa multa delicate jocoseque fecit. — *Odiosum est*, ingratum est, *riesce dispiacevole. Cic. Senect.* 14. 47. Cupidis rerum talium, odiosum et molestum est carere. — De eo, quod simul cum molestia periculum aut incommodum conjunctum habet. *Cic.* 1. *Phil.* 11. 27. Video, quam sit odiosum, habere eumdem iratum et armatum. *Ter. Hecyr.* 3. 4. 9. Ita usque adversa tempestate usi sumus. PAR. Odiosum!

ŌDĬUM, ii, n. 2. (odi) invidia, offensio, μῖσος (It. *odio, avversione*; Fr. *haine, aversion, dégoût, répugnance, éloignement, inimitié*; Hisp. *aversion, odio, inimicicia*; Germ. *der Hass*; Angl. *hatred, hate, grudge, ill-will, malevolence, animosity, aversion*).

I.) Proprie. — *a*) In singulari num. *Cic.* 4. *Tusc.* 9. 21. Odium est ira inveterata. *Id. Balb.* 13. 30. Gens dissidens a populo R. odio quodam atque dissidio. *Veget.* 3. *Milit.* 10. *a med.* Odium civile ad inimicorum perniciem præceps est, ad utilitatem suæ defensionis incautum. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Tum Cn. Domitius, ut erat vehemens natura, præterea accensus odio quod ex æmulatione avidissimum est, etc. *Cic.* 2. *Verr.* 12. 35. In odium offensionemque populi R. irruere. *Tac.* 3. *Ann.* 10. Odium et invidia apud multos valent. *Cic.* 2. *Fin.* 24. 79. et 10. *Att.* 8. Venire in odium acerbissimum perditæ multitudini. *Nepos Lysand.* 1. Pervenire in odium Græciæ. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 27. (106). Omnibus odio venire. *Cic. Prov. cons.* 10. 24. Est mihi odium cum aliquo. *Id.* 12. *Fam.* 10. *ad fin.* et *Mur.* 40. 87. Esse odio alicui. *essere in odio.* et 2. *Att.* 21. Esse alicui in odio. *Id. pro leg. Manil.* 22. 65. apud aliquem. *Id.* 2. *Verr.* 14. 42. Magno odio esse apud aliquem. *Ovid. Remed. am.* 124. Odio habere verba monentis. *Plaut. Men.* 1. 2. 2. et *Pers.* 2. 2. 24. Quod viro esse odio videas, tute tibi odio habeas. *Cic. Amic.* 1. 2. Capitali odio dissidere ab aliquo. *Id.* 11. *Att.* 17. Aliquorum odium subire. *et* 1. *Off.* 42. 150. Incurrere in odia hominum. *Id. Vatin.* 3. 6. Quum odium diuturnum, quod in bonos jam inveteratum habebatis, saturare cupieretis. *Juvenal.* 15. 34. Immortale odium, et numquam sanabile vulnus. *Nepos Att.* 10. Magno odio in aliquem ferri. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 29. (117). Odium conciliare alicui. *Id.* 8. *ibid.* 18. 26. (68). gerere adversus aliquem. *Cic. ad Quirit.* 1. 1. concipere in aliquem. *Ovid.* 3. *Amor.* 11. 43. movere. *Cic.* 2. *Orat.* 51. 208. struere. *et ibid.* creare. *et* 1. *Invent.* 53. 100. concitare. *Id. Dom.* 17. 44. placare. *Id. Rabir. Post.* 6. 13. restinguere. *Id. Marcell.* 10. 31. inflammare. *et ibid.* lenire. *Id.* 9. *Att.* 1. incendere alicujus in alterum. *Liv.* 4. 32. *extr.* explere. *Tac.* 13. *Ann.* 15. intendere. *et* 1. *ibid.* 10. remittere. *Cic. post red. ad Quirit.* 9. 23. Odium vel precibus mitigari potest, vel temporibus reipublicæ communique utilitate deponi, vel difficultate ulciscendi teneri, vel vetustate sedari. *Id.* 1. *leg. Agr.* 1. 2. Nomen imperii in commune odium vocare. *revulere odioso a tutti. Plin.* 17. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Odio accensum esse. *Id.* 9. *ibid* 62. 88. (185). flagrare. *Id.* 7. *ibid.* 27. 28. (100). laborare. *Cic.* 2. *Phil.* 36. 91. Magnum me cujuspiam rei odium cepit. *Ovid.* 11. *Met.* 71. In odium alicujus quippiam facere. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 18. 76. (199). Odium vitæ facere. *far venire in odio la vita.* Sic *Quintil.* 1. 3. 11. Facere odium studiorum. — *Habere odium*, odio esse, odio laborare. *Cic.* 3. *ad Q. Fr.* 9.; *Petron. Satyr.* 84.; et *Seneca Ep.* 105. — Pro odisse *Cic.* 5. *Phil.* 14. Habere magnum odium servitutis. — *Suscipere odium*, subire, *incontrare. Cic.* 6. *Att.* 1. *a med.* Magnum odium Pompeji suscepisti. — Pro concipere, *concepire. Nepos Datam.* 10. *extr.* Suscipere odium erga aliquem. — *b*) In plurali num. *Cic. Mil.* 15. 39. Omnia in illum odia civium ardebant. *Id. Dejot.* 6. 18. Omnium odia in se convertere. *Cælius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 3. Odia, quæ premunt aliquem, sublevare. *Virg.* 1. *Æn.* 622. Tum vos, o Tyrii, stirpem et genus omne futurum Exercete odiis. *Curt.* 4. 11. *post init.* Quid opus est armis, inter quos odia sublata sunt? *Justin.* 13. 3. 6. Sed nec procerum inter se odia cessabant. *Tac.* 4. *Hist.* 43. Quum glisceret certamen, hinc multi bonique, inde pauci et validi, pertinacibus odiis tenderent etc.

II.) Translate. ¶ 1. Transfertur ad naturalem discordiam rerum inanimatarum. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 26. (87). Odium raphanis cum vite maximum; refugitque juxta satos. *Id.* 2. *ibid.* 103. 106. (225). Quidam amnes odio maris subeunt vada, sicut Arethusa. *Id.* 24. *ibid.* 1. 1. (1). Quercus et olea tam pertinaci odio dissident, ut altera in alterius scrobe depactæ moriantur. ¶ 2. Metonymice est molestia, fastidium, *noja, molestia, fastidio*; ex his enim odium nascitur. *Plaut. Truc.* 1. 2. 23. Pessima mane. ASTAPH. optime, odio es. *Ter. Eun.* 5. 6. 2. Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit. *Plaut. Pœn. prol.* 50. nisi molestum est, nomen dare vobis volo Comœdiæ: sin odio est, dicam tamen. *Id. Curc.* 4. 2. 13. genus est lenonium, Uti muscæque, culicesque, pedesque, pulicesque, Odio, et malo, et molestiæ. ¶ 3. De hominibus est — *a*) Odiosa assiduitas et molesta instantia, *importunità, assedio. Ter. Hecyr.* 1. 2. 48. Tundendo atque odio denique effecit senex. *Plaut. Asin.* 2. 4. 40. Perii hercle jam, hic me abegerit suo odio. *et* 5. 2. 71. me quidem Miseram odio enecavit. *Horat.* 1. *Sat.* 7. 6. odio qui posset vincere regem. — *b*) Item aversatio, abominatio, *abborrimento, avversione. Cic.* 4. *Att.* 2. Quum horas tres fere dixisset, odio et strepitu senatus coactus est aliquando perorare. ¶ 4. Per convicium dicitur de homine odioso. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 48. rogare mirum est, Populi odium quin noverim. *et Rud.* 2. 2. 13. Deorum odium atque hominum. *et Bacch.* 4. 7. 22. Qui terræ odium inambulat, et jam nihil sapit. ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. *Cf. Justin.* 11. 3. 10. Odium eos (*Thebanos*) omnium populorum esse. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 62. Dum pœnas odio per vim (*iracundus*)

festinat inulto. *h. e.* adhuc inulto eo, quem odit. ¶ 5. De eo, qui odit alterum. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 139. *et* 180. Obsecro hercle te, voluptas hujus, atque odium meum, Hujus amica mammeata, mea inimica et malevola.

ODO, onis. *V.* UDO.

ŌDONTĀGŌGUM, i, n. 2. ὀδονταγωγόν, ab ὀδούς, όντος *dens* et ἄγω, ἀγάγω *duco*, instrumentum, quo dentes e gingivis educuntur. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 4. *n.* 84. Erasistratus plumbeum inquit odontagogum (quod nos dentiducum dicere poterimus) apud Delphos in Apollinis templo ostentationis causa propositum, quo etc.

ŌDONTĪTIS, Idis. f. 3. ὀδοντῖτις, herba inter fœni genera est, cauliculis densis ab eadem radice, geniculatis, triangulis, nigris: in iis folia habet parva, et semen in alis hordeo simile, florem purpureum. Cauliculi decocti dentium dolori medentur: unde nomen; nam ὀδούς, όντος *dens*. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 84. (108).

ŌDONTŌTȳRANNUS, i, m. 2. ὀδοντοτύραννος, bestiæ nomen ab ὀδούς, όντος *dens*, et τύραννος *tyrannus*: aliis ea videtur quam *mastodonte*, aliis vero quam *liocorno* nos Itali vocamus. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 3. 33. Non tamen prius numerata sævities animantium receptui consulit, quam id animal supervenisset, quod regnum quidem tenere in hasce bestias dicitur: nomen autem odontotyrannum vocant eæ (*V.* IS.) bestiæ: facie elephantus quidem est, sed magnitudine etiam hujus animantis longe provectus, nec minor etiam sævitudine hominibus egregie sævientibus. *Odontotyrannum* memorant etiam *Cedrenus Collect. Bysant. T.* 9. *p.* 153. et *Glycas ibid. T.* 11. *p.* 142.-143.

ŌDOR, ōris, m. 3. Dicitur et *odos* in recto, ut *colos*. *labos, vapos* etc. *Lucret.* 6. 952. permanat odos, frigusque, vaposque. Ita legit etiam *Non. p.* 487. 8. *Merc.*, (sed *Lachmann. leg. odor*). Adde *Plaut. Capt.* 4. 2. 35., quemadmodum legit etiam *Priscian.* 1. *p.* 557. *Putsch.*; et *Sall. Jug.* 44. ed. *Kritz. V.* COLOS init. — Odor (quod, ratione habita etymi, conjungi potest cum ὀδμή et sæpius ὀσμή *odor*, unde et ὄζω *oleo, odorem emitto*) est qualitas rerum, quæ naribus et odorando percipitur (It. *odore, ulimento*; Fr. *odeur*; Hisp. *olor*; Germ. *der Geruch*; Angl. *a scent, smell, savour, odeur*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 2. *Nat. D.* 56. 141. Nares, eo quod omnis odor ad supera fertur, recte sursum sunt. *Lucret.* 4. 675. res multas esse necesse est, Unde fluens volvat varius se fluctus odorum. *Catull.* 68. 144. Odore fragrans. *Cic. Senect.* 17. 59. Suavitas odorum, qui afflantur e floribus. *Id.* 5. *Verr.* 9. 23. Ut odor Apronii teterrimus oris et corporis, quem ne bestiæ quidem ferre possent, uni isti suavis et jucundus videretur. *Phædr.* 3. 1. Odorem avide trahere naribus. *Cels.* 7. 29. Odor fœdus. *Virg.* 4. *G.* 49. gravis odor. *Sall. fragm.* apud *Philargyr.* ad *loc. Virg. cit.* levis. *h. e.* suavis et gratus. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 25. 96. (169). non inelegans. *Id.* 27. *ibid.* 8. 41. (84). asper. *Id.* 20. *ibid.* 17. 71. (182). excitatissimus. *Id.* 12. *ibid.* 19. 43. (97). mollissimus. *Id.* 21. *ibid.* 7. 18. (36). acer. *et ibid.* (37). acutus. *Id.* 15. *ibid.* 28. 33. (110). dilutus. *Id.* 12. *ibid.* 17. 40. (79). aggravans capita. *et ibid.* 37. (76). ferus, et quodammodo solitudinem redolens. *Id.* 15. *ibid.* 3. 4. (18). argutus. *Id.* 13. *ibid.* 2. 3. (19). potentissimus. *Id.* 7. *ibid.* 15. 13. (64). dirus. *Id.* 21. *ibid.* 4. 10. (14). angustus. *h. e.* minus late se spargens. *Id.* 12. *ibid.* 25. 44. (120). Succus odore austerus. *Val. Flacc.* 4. 493. fragrat acerbus odor. *Juvenal.* 11. 74. odoris mala recentis. *Virg.* 2. *G.* 132. arbor late jactans odorem. *Id.* 1. *Æn.* 407. Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem Spiravere. *Horat.* 2. *Od.* 15. 7. Violaria spargunt odorem. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 335. arbores, quæ sunt odori, quæque vernant esui. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 7. 18. (35). Odor hebetatur. *Id.* 13. *ibid.* 1. 2. (7). evanescit et defluit. *Id.* 28. *ibid.* 9. 38. (143). aboletur. *Id.* 13. *ibid.* 8. 16. (59). Odoris vehementia. *Id.* 12. *ibid.* 25. 54. (119). ignavia. *Id.* 31. *ibid.* 6. 32. (60). vastitas. *Id.* 19. *ibid.* 3. 12. (36). suavitas. *Id.* 5. *ibid.* 1. 1. (14). gravitas. ¶ 2. Speciatim, *odores* interdum sunt res odoratæ, aromata, unguenta, *odori, aromi, profumi. Cic.* 3. *Tusc.* 18. 43. Fasciculum ad nares admovere, incendere odores. *Colum.* 12. *R. R.* 20. 5. Ad prædictum modum musti adjici debent ii odores, nardi folium, iris Illyrica, costum etc. *Horat.* 1. *Od.* 5. 2. Perfusus liquidis odoribus. *Tac.* 16. *Ann.* 6. Corpus differtum odoribus conditur. *Tibull.* 1. 3. 7. Assyrii odores. *h. e.* nardus, amomum etc. Sic *Lucan.* 8. 731. odores Eoi. — In singulari num. *Catull.* 68. 144.; et *Seneca Hippol.* 393. Assyrius odor. — Hoc sensu fere tus excipitur. *Cic.* 6. *Verr.* 35. 77. Ture, odoribusque incensis. *et* 7. *ibid.* 56. 146. Purpuram Tyriam, tus, atque odores proferebant. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 269. vicum vendentem tus, et odores. Adde *Tibull.* 2. 2. 3.; et *Plin.* 5. *Ep.* 16. ¶ 3. Item interdum absolute de malo odore dicitur, *puzza. Varro* 5. *L. L.* 25. *Müll.* Locus putidus odoribus ex sulfure et alumine. 41. At *Müllerus* legit: Quod putidus odor ibi ex etc. *Sall. Cat.* 55. ed. *Kritz.* Locus odore fœdus. *Id. Jug.* 44. ed. *Kritz.* Quum odos, aut pabuli egestas locum mutare subegerat. *Petron. Satyr.* 117. *sub fin.* Tollebat subinde altius pedem, et strepitu obscæno simul et odore implebat. *Catull.* 71. 6. Odore affligere aliquem. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 2. 28. (59). Acetum scillinum odorem oris tollit. *Sueton. Cal.* 26. *sub fin.* Offensus putrefacti cerebri odore. Adde *Val. Flacc.* 4. 455. Sic *Ovid.* 7. *Met.* 547. Omnia languor habet: silvisque agrisque viisque Corpora fœda jacent; vitiantur odoribus auræ. *h. e.* cadaverum odoribus.

II.) Translate est indicium, præsensio, *sentore, indizio. Cic. Cluent.* 27. 73. Canutius peritus homo, qui quodam odore suspicionis Stajenum corruptum esse sensisset etc. *h. e.* leviuscula suspicione. *Id.* 4. *Att.* 16. Res fluit ad interregnum, et est nonnullus odor dictaturæ. *Id.* 7. *Verr.* 61. 160. Odore aliquo legum recreatus. (de quo *Cic.* loco agit *Capell.* 5. *p.* 166.). *Id.* 3. *Orat.* 40. 161. Odor urbanitatis. *Lactant.* 6. 12. *a med.* Quasi odore quodam veritatis retenti.

ŌDŌRĀBĪLIS, e, adject. idem atque odorus. *Isid.* 4. *Orig.* 12. Thymiama, lingua Græca, quod sit odorabile.

ŌDŌRĀMEN, ĭnis, n. 3. idem atque odoramentum. *Macrob.* 1. *Saturn. præf. a med.* Confusura videlicet omnium succos odoraminum in spiramentum unum.

ŌDŌRĀMENTUM, i, n. 2. *cosa odorifera, aromi, odore*, ἄρωμα, res odorata, odores. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 71. Odoramenta, quibus condire vina consueverint. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 7. 7. (29). Pretiosiora odoramenta admiscere. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 37. At si odorandi officium fuerit paralysi vitiatum, erunt adhibenda acriora odoramenta, ut ex aceto et sale etc. *V.* et ODORATIO II. *Inscript.* apud *Gruter.* 1122. 12. D. D. GEMINIAE P. FIL. MAXIMAE STATVTA ODORAMENTA EX HS. ∞ ∞ ∞ ∞ PRIMA MATER MISERRIMA FILIAE CARISSIMAE ANN. XVIII.

ŌDŌRĀRĬUS, a, um, adjeet. ad odores pertinens, ut Odoraria myrrha, *Plin.* 12. *Hist. nat.* 16. 35. (70). MAGISTER ODORARIVS, *Inscript.* apud *Reines. cl.* 11. *n.* 81. h. e. qui odoramenta, aut unguenta conficit et vendit, myrobrecharius: etenim in *Gloss. Philox.* Odorarius, ἀρωματοπώλης. *V.* ODARIARIUS.

ŌDŌRĀTĬO, ōnis, f. 3. ¶ 1. Est actus odorandi, olfactus, *odoramento, odorato*, ὄσφρησις. *Cic.* 4. *Tusc.* 9. 20. Qualis est hæc aurium delectatio, tales sunt oculorum, et tactionum, et odorationum, et saporum. ¶ 2. Item ipse odorandi sensus, *l'odorato. Lactant. Opif. D.* 10. Auditus in duas aures, visus in duas acies, odoratio in duas nares a summo artifice divisa est. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 38. Post sternutationem vero magis odoramenta utenda probamus. Hæc enim vehementius odorationis movent officium.

ŌDŌRĀTĪVUS, a, um, adject. odoratus. *Apul. Herb.* 79. *sub fin.* Semen nigrum odorativum.

ŌDŌRĀTUS, a, um. *V.* ODORO et ODOROR.

ŌDŌRĀTUS, us, m. 4. (odoror) olfactus, actus odorandi, *l'odorare*, ὄσφρησις.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat. D.* 63. 158. Eorum jucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam et adspectus.

II.) Translate. ¶ 1. Est sensus, seu facultas odorandi, *odorato, il senso dell'odorato. Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 7. 20. Nihil necesse est de gustatu et odoratu loqui. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 4. 3. (10). Insecta habent oculos, aliqua et odoratum. ¶ 2. Item odor, *odore. Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 95. (151). Cicutæ folia coriandri teneriora, gravi odoratu.

ŌDŌRĪFER, fĕra, fĕrum, adject. (odor et fero) gratum odorem ferens, odorus, odoratus, *odorifero, odoroso*, πολυοσμος.

I.) Proprie. *Propert.* 2. 10. 23. Desit odoriferis ordo mihi lanicibus. *Sil. It.* 16. 310. odoriferis aspergit floribus aras. — *Plin.* 5. *Hist. nat.* 11. 12. (65). Arabia odorifera. *h. e.* odoramentorum ferax; nam, ut est apud *Tibull.* 4. 2. 18. Cultor odoratæ dives Arabs segetis. Sic *Ovid.* 4. *Met.* 209. Gens odorifera. *h. e.* Persæ.

II.) Translate. *Seneca Ep.* 33. Desideras adscribi aliquas voces nostrorum procerum. Non fuerunt circa flosculos occupati; totus contextus illorum virilis est. *et mox.* Non est ergo, quod exigas excerpta et repetita: continuum est apud nostros, quidquid apud alios excerpitur. Non habemus itaque ista odorifera, nec emptorem decipimus, nihil inventurum, quum intraverit, præter illa, quæ in fronte suspensa sunt. *h. e. antologie.* Alii perperam leg. *ocliferia*, vel *oculiferia*, quæ sunt monstra verborum. *V.* ANTHOLOGICA et ANTHOLOGUMENA.

ŌDŌRĪFĪCĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *odorifico*, odoratus. *Ambros. Ep.* 8. 64. Propago vitis odorificata myrrha et ture.

ŌDŌRĪSĒQUUS, a, um, adject. odorem sequens, odorans, odore vestigans. *Liv. Andronicus* apud *Terentian. de metr. p.* 2426. *Putsch.* Dirige odorisequos ad certa cubilia canes. *Versus* μοῦρος. Agnoscit hanc vocem etiam *Servius* ad illud *Virg.* 4. *Æn.* 132. et odora canum vis.

ŌDŌRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (odor). Part. *Odoratus* in fin. — Odorare est odore imbuere, odorum facere, *dare odore, profumare*, ἀρωματίζω. *Ovid.* 15. *Met.* 734. et odorant aera fumis. *Colum.* 9. *R. R.* 4. 4. Crocus colorat odoratque mella. *Avien. Arat.* 1430. et cælum sulphure odorat. — Hinc Part. præter. pass.

Odoratus, a, um, adjective usurpatur, unde Comp. *Odoratior* et Sup. *Odoratissimus* 1. ¶ 1. Est gratum odorem habens, odorifer, εὐώδης (It. *odoroso, odorifero*; Fr. *qui a de l'odeur, odoriférant*; Hisp. *odorifero*; Germ. *riechend, duftend, wohlriechend*; Angl. *sweet-smelling, fragrant, odorous*). *Virg.* 2. *G.* 119. Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsama? *Id.* 7. *Æn.* 13. Urere odoratam cedrum. *Ovid.* 2. *Fast.* 703. Hortus odoratis suberat cultissimus herbis. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 13. Odorata pabula. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 7. 18. (35). Dulcia raro odorata itaque et vina mustis odoratiora. *Id.* 28. *ibid.* 8. 28. (108). Odoratissimi flores. *Id.* 26. *ibid.* 8. 50. (83). Herba odorati saporis et jucundi. *Ovid.* 1. *Art. am.* 521. Nec male odorati sit tristis anhelitus oris. — *Sil. It.* 17. 658. Odorati Indi. *h. e.* quorum regio odoramentorum ferax. Sic *Tibull.* 1. 5. 36. odorati Armenii. *et Propert.* 4. 3. 64. Raptave odorato carbasa lina duci. *h. e.* regi, vel imperatori Parthorum vel Assyriorum, quorum contermina est Arabia odorum ferax. ¶ 2. Item odorem aliunde habens, odore imbutus, *profumato, odoroso. Horat.* 3. *Od.* 20. 14. Sparsum odoratis humerum capillis. *Id.* 2. *ibid.* 11. 15. rosa Canos odorati capillos. Ἑλληνισμος. *Claudian.* 1. *Laud. Stilich.* 58. odoratæ aræ. *h. e.* ture fumantes. *Ovid.* 2. *Art. am.* 734. Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ. Adde *Propert.* 3. 12. 28.; et *Val. Flacc.* 6. 129.

ŌDŌROR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (odor). Part. *Odorans* I. et II.; *Odoratus* et *Odorandus* II. — Odorari est olfacere, odorem percipere, ex odore aliquid deprehendere, ὀσφραίνομαι (It. *odorare, annasare, fiutare*; Fr. *sentir, chercher, à reconnaître à l'odeur*; Hisp. *oler*; Germ. *rie-*

chend untersuchen, wittern; Angl. *to smell at, smell, smell out, scent, hunt out, track*).

I.) Proprie. *Plaut. Men.* 1. 2. 55. Agedum, odorare hanc, quam ego habeo pallam: quid olet? *Id. Mil. glor.* 2. 2. 113. Ibo odorans, quasi canis venaticus. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 5. Nares boum perfricato, ut hominem discant odorari. *Horat. Epod.* 6. 10. projectum cibum odorari. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 69. 88. (191). Aquilæ clarius cernunt, vultures sagacius odorantur.

II.) Translate est explorare, investigare, quærere, tentare, *ricercare, indagare, spiare, andar in traccia. Cic.* 6. *Verr.* 13. 31. Ita odorabantur omnia et pervestigabant, ut, ubi quidque esset, aliqua ratione invenirent. *Id. post redit. in Senat.* 6. 15. Ili voluptates omnes vestigant, atque odorantur. *et* 4. *Verr.* 54. (135). Quid cuique accidisset, quid cuique esset necesse, indagare et odorari solebat. *Id.* 4. *Att.* 8. *extr.* Tu velim e Fabio, si quem habes aditum, odorere, et istum convivam tuum degustes. *Id.* 2. *Orat.* 44. 186. Omni mente in ea cogitatione curaque versor, ut odorer, quam sagacissime possim, quid sentiant, quid existiment, quid exspectent. *Id.* 14. *Att.* 22. Cupio odorari diligentius, quid futurum sit. *Id. Pis.* 34. 83. An tu parum putas investigatas esse a nobis labes imperii tui stragesque provinciæ? quas quidem nos non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis et cubilibus persecuti sumus. *Id. Cluent.* 30. 82. Albiana pecunia vestigiis ne nobis odoranda est, an ad ipsum cubile, vobis ducibus, venire possumus? *Id.* 2. *leg. Agr.* 24. 65. Committite his hominibus hæc omnia, quos odorari hunc decemviratum suspicamini. *h. e.* cupide petere, anxie quærere. *Id.* 4. *Att.* 14. Tu velim, si quid forte novi habes, et si quid forte de comitiis, de republica (soles enim hæc festine odorari), scribas ad me. *presentire, aver sentore.* Al. leg. *festive.* — *Tac. Dial. de Orat.* 19. Si quis odoratus philosophiam, et ex ea locum aliquem orationi suæ insereret, in cælum laudibus ferebatur. *h. e.* leviter degustasset.

ŎDŌRUS, a, um, adject. (odor). Comp. *Odorior* et Sup. *Odorissimus* 1. — Odorus, vox fere poetica, ¶ 1. Est gratum odorem emittens, *di buon odore, odoroso*, ἐυοσμος. *Ovid.* 9. *Met.* 87. Odorus flos. *Id.* 1. *Art. am.* 287. odora arbor. *h. e.* myrrha. *Stat.* 6. *Theb.* 101. et odoro vulnere pinus Scinditur. *Seneca Œdip.* 496. odorum thymum. *Martial.* 6. 80. Tantus veris bonos, et odoræ gratia Floræ. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 17. 69. (177). Optimum autem Creticum; nam et jucunde olet. Proximum Smyrnæum, odorius. *Isid.* 17. *Orig.* 9. Herba fulva, comosa, odorissima. *et ibid.* Radicibus nigris, odorissimis atque acerrimis. ¶ 2. Item graveolens. *Claudian. VI. cons. Honor.* 324. Lustralem sic rite facem, cui lumen odorum Sulfure cæruleo nigroque bitumine fumat etc. *et Cons. Prob. et Olybr.* 236. et Nar vitiatus odoro Sulfure. ¶ 3. Item qui sagaciter odoratur. *Virg.* 4. *Æn.* 132. Massylique ruunt equites, et odora canum vis.

ŎDOS. *V.* ODOR init.

ŎDŸNŌLŸTES, æ, m. 1. ὀδυνολύτης, h. e. solventem dolores (ab ὀδύνη *dolor* et λύω *solvo*) appellarunt moram piscem, quod adalligata gravidis partus solveret, et dolores sedaret, teste *Plin.* 32. *Hist. nat.* 1. 1. (6)., ubi al. leg. *odynolyontem*, quod idem significat.

OE

ŒCŌNŌMĬA, æ, f. 1. *economia*, οἰκονομία, rei familiaris cura, dispositio, distributio et recta administratio. Græca vox, et Græci usus: ab οἶκος *domus* et νέμω *distribuo.* — Translate accipitur pro quavis dispositione atque ordine, *disposizione, ordine, distribuzione. Quintil.* 3. 3. 9. Hermagoras judicium, partitionem, ordinem, quæque elocutionis sunt, subjicit œconomiæ, quæ, Græce appellata ex cura rerum domesticarum et hic per abusionem posita, nomine Latino caret. *Id.* 1. 8. 17. Præcipue vero illa infigat animis, quæ in œconomia virtus, quæ in decore (*al.* decoro) rerum. Adde *Auson. Perioch Iliad. init.* Utuntur etiam *Cic.* 6. *Att.* 1. et *Vitruv.* 1. 2., sed Græce.

ŒCŌNŌMĬCUS, i, m. 2. *economico*, οἰκονομικός, ad œconomiam, hoc est rectam rei familiaris curam et distributionem pertinens.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Off.* 24. 87. Has res commodissime Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro, qui Œconomicus inscribitur: quem nos e Græco in Latinum convertimus. *Gell.* 15. 5. *in fin.* Cicero in Œconomico: *Quum vero affecta ætate* etc.

II.) Translate, ut dictum est in voce præced, *Quintil.* 7. 10. 11. Illa enim potentissima est, quæque vere dicitur œconomica totius causæ dispositio, ubi assumendum proœmium, ubi omittendum, ubi utendum expositione continua, ubi partita etc.

ŒCŌNŌMUS, i, m. 2. *economo*, οἰκονόμος, rei familiaris administrator et custos. *Imp. Justinian. Cod.* 1. 3. 42. *a med.* usurpat de eo, cui cura rerum Ecclesiasticarum commissa est. Sic *Impp. Leo et Anthem. ibid.* 33. *a med.* In causis Ecclesiasticis nullum alium conveniri fas sit, nisi eum, quem dispensatorem pauperum, idest œconomum Ecclesiæ episcopi tractatus elegerit. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 9. 45. 3. Etiam ii, quos œconomos vocant, hoc est qui Ecclesiasticas consuerunt tractare rationes. Adde *Hieronym. Ep.* 18. *ad Eustoch.* Quod, decano redditum, fertur ad œconomum. *Isid.* in *epist.* ad *Leudefr.* § 5. enumerat munia œconomi. *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

ŒCŪMĒNĒ, es, f. 1. οἰκουμένη, *scil.* γῆ. habitabilis terra: particip. præs. pass. ab οἰκέω *habito. Aggen. Urbic. de controv. agror. p.* 62. 3. *Lachmann.* Œcumene autem, hoc est habitabilis et cognita terreni portio, ad notitiam spatiorum incrementis redigitur umbrarum. Adde *ibid. p.* 61. 17.

ŒCŪMĒNĬCUS, a, um, adject. οἰκουμενικός, ad universam terram habitabilem pertinens. *V.* vocem præced. In nummo Caracallæ coloniæ Heliopolitanæ apud *Eckhel. D. N. V. T.* 3. *p.* 336. CERTAMEN SACRVM CAPITOLINVM OECVMENICVM ISELASTICVM HELIOPOLITANVM. in alio Elagabali urbis Sidonis apud *eumd. ibid. p.* 372. CERTAMEN SACRVM PERIODICVM OECVMENICVM ISELASTICVM.

ŒCUS, i, m. 2. οἶκος, apud Græcos domum significat. Dicitur etiam de certa domus parte, *sala ad uso di triclinio. Vitruv.* 6. 10. In his locis introrsus constituuntur œci magni, in quibus matresfamiliarum cum lanificis habent sessiones. *et mox.* Habent eæ domus ad meridiem spectantes œcos quadratos tam ampla magnitudine, ut faciliter in eis triclinia quatuor stratis *etc.* In his œcis fiunt virilia convivia. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 25. 60. (184). Sosus Pergami stravit quem vocant asaroton œcon, quoniam purgamenta cœnæ in pavimentis etc.

ŒNANTHE, es, f. 1. οἰνάνθη, ab οἶνος *vinum* et ἄνθος *flos.* ¶ 1. Est uva vitis silvestris, quum floret, idest quum optimæ olet: seu ipse vitis labruscæ flos. Utuntur eo ad oleum faciendum, siccato in umbra, et in cados condito. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 28. 61. (132). et 23. *ibid.* 1. 14. (19).; item *Pallad.* 7. *R. R.* 11., ex quibus apparet, sic dici etiam ipsam ex eo confectam condituram. ¶ 2. Item herba in petris nascens, folio pastinacæ, radice magna, numerosa. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 24. 95. (167). ¶ 3. Item avis quædam statos latebræ dies habens, nempe exoriente Sirio occultans se, prodiensque in ejus occasu. *Id.* 10. *ibid.* 29. 45. (87). qui 18. *ibid.* 29. 69. (292). parram appellat. *V.* VITIPARRA.

ŒNANTHĪNUS, a, um, adject. οἰνανθῖνος, ex œnanthe confectus, ut Œnanthinum vinum, *Plin.* 14. *Hist. nat.* 16. 18. (98). oleum, *Id.* 15. *ibid.* 7. 7. (29). unguentum, *Id.* 13. *ibid.* 1. 2. (5). Sic *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. *n.* 158.; et *Theod. Priscian.* 2. *part.* 2. *c.* 13. *init.* Œnanthinum oleum.

ŒNANTHĪUM, ii, n. 2. absolute, *scil.* unguentum, oleum. *Lamprid. Elagab.* 23. Fertur in eu-ripis vino plenis navales circenses exhibuisse, pallia de œnanthio fudisse. *h. e.* perfudisse.

ŒNĒLÆUM, i, n. 2. medicamentum vel unguentum, quod ex vino et oleo constat, ab οἶνος *vinum* et ἔλαιον *oleum. Marcell. Empir. c.* 6. *p.* 91. *retro* ed. *Ald.* Ladani uncia una et œnelæi unciis duabus, tritis et permixtis, caput perunges.

ŒNĪGĒNAE, apud *Paul. Diac. p.* 195. 2. *Müll.*, sunt vino geniti: ab οἶνος *vinum* et γένος *genus.* Pro *vini geniti* mallent alii legi *unigeniti*: ex antiquo more scribendi per *æ*, quæ per *u* nunc scribuntur, ut *mærus* pro *murus*, *mœnio* pro *munio.* Ipse *Müllerus* legit: Œnigenos unigenitos. *V.* ŒNUS.

ŒNŌCOCTUS, a, um, adject. idem atque œnogaratus, *h. e.* coctus cum vino: ab οἶνος *vinum. Petron. fragm. Tragur.* 47. *Burmann.* Mei cœci etiam vitulos œnococtos solent facere. *Id. ibid.* 74. Gallus adlatus est, quem Trimalchio jussit, ut œnococtus fieret. *Burmannus* male *aeno coctos* et *aeno coctus* legit. *Apic.* 8. 7. Exossas porcellum, et aptabis, sicut œnogaratum. *Cod. Vatic.* habet *œnococtum.*

ŒNŌFĔRUS, a, um, adject. vinum ferens. *Probus gramm. de nomine excerpta p.* 211. *Keil.* OEnoferi, non oenofera, quoniam masculino genere singulari numero hic oenoferus, non oenofer facit. Ceterum *Œnophorus* legitur tantum apud *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (70). et est nomen statuæ Praxitelis.

ŒNŌGĂRĀTUS, a, um, adject. œnogaro conditus. *Apic.* 8. 7. Porcellus œnogaratus.

ŒNŌGĂRUM, i, n. 2. οἰνόγαρον, condimenti genus ex vino et garo mixtum, cujus conficiendi rationem docet *Apic.* 1. 31. Sic *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 114. ed. *Ald.* Stomacho laboranti cochleæ prosunt, si aqua ferveant et sic carbonibus torreantur, atque ita ex œnogaro sumantur impari numero. — Divisim *Seren. Sammon.* 18. 320. vinoque garoque Perfusas (*cochleas*) cape.

ŒNŌMEL, mellis, n. 3. *V.* voc. seq.

ŒNŌMELI, ĭtos, n. 3. οἰνόμελι, potio ex austero vino et meile composita, quam Latini mulsum appellant. Ejus conficiendi rationem *Colum.* 11. *R. R.* 41. et *Pallad.* 11. *R. R.* 17. tradit. Legitur apud *Ulp. Dig.* 33. 6. 9.; et *Marcell. Empir. c.* 8. *sect* 7. *p.* 98. et *c.* 28. *p.* 128. *retro* ed. *Ald.* — Aliam formam *œnomelum, i*, n. 2 exhibet *Isid.* 20. *Orig.* 3. Œnomelum, mustum melle admixtum. — Apud *Theod. Priscian. l.* 2. *part.* 2. *c.* 14. ed. *Ald.* legitur *struthii pulvis in œnomelle*; item apud *eumd. ibid.* 16. *p.* 305. *retro* legitur *Ipsi vero stomacho pingues dactylos in œnomelle coctos et tritos impono.* Videtur itaque tertia hæc vocabuli forma admittenda, *œnomel, mellis. V.* et OXYMEL, mellis.

ŒNOMĒLUM, i, n. 2. *V.* voc. præced.

ŒNŌPHŌRĬUM, ii, n. 2. οἰνοφόριον, deminut. œnophori. *Paul. Senient. recept.* 3. 6. 90. Pateræ, calyces, scyphi, urceoli, œnophoria et conchæ.

ŒNŌPHŌRUM, i, n. 2. *bottaccio, boraccia, bariletto, fiasco*, οἰνοφόρον, vas ferendo vino in itinere aptum: ab οἶνος *vinum* et φέρω *fero. Horat.* 1. *Sat.* 6. 108. Quum Tiburte via prætorem quinque sequuntur Te pueri, lasanum portantes œnophorumque. *Cic.* 2. *Fin.* 8. 23. Quibu' vinum Defusum e pleno siet œnophoro, ut ait Lucilius. Al. aliter leg. *V.* HIR. Adde *Lucilium* apud *Non. p.* 173. 16. *Merc.* et apud *Isid.* 1. *Orig.* 36. et 20. *ibid.* 6.; item *Pers.* 5. 140.

ŒNOPHORUS. *V.* ŒNOFERUS.

ŒNŌPŌLĬUM, ii, n. 2. *magazzino da vino, taverna, bettola*, οἰνοπωλεῖον, taberna vinaria. *Plaut. Asin.* 1. 3. 48. Quum a pistore panem petimus, vinum ex œnopolio.

ŒNOTRŌPUS, a, um, adject. οἰνοτρόπος, qui in vinum omnia vertit; ab οἶνος *vinum* et τρέπω *verto. Dict. Cret.* 23. Ceterum frumenta, vinum aliaque cibi necessaria Anius et ejus filiæ præbuere, quæ œnotropæ et divinæ religionis antistites memorabantur. *V.* ANIUS in ONOM.

ŒNŌTHĒRA, æ, f. 1. οἰνοθήρα, *et*

ŒNŌTHĒRIS, idis, f. 3. οἰνοθηρίς, herba, quæ

in vino pota vigilias sedat: ab οἶνος *vinum* et θήρα *fera*. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 11. 69. (111). Œnothera, sive onuris, hilaritatem afferens in vino. Hæc in potu data feras quoque mitigat. *Id.* 24. *ibid.* 17. 102. (167). Cratevas (*adjecit*) œnotheridem, cujus aspersu e vino feritas omnium animalium mitigaretur. *Sillig.* vero in *lib.* 26. *loc. cit.* legit *Onotheras, sive onear, hilaritatem* etc.

ŒNUS, a, um, adject. unus, apud priscos, ut *cæro* curo, *œsus* usus, *mœrus* murus, *œtier* utier. *Cic.* 3. *Legg.* 3. 9.

ŒŌNISTĬCĒ, es, f. 1. οἰωνιστική, scientia auguralis: ab οἰωνός *augurium*. *Capell.* 9. *p.* 303. Tunc Phœbus inquit: Œonistice tertia est, per quam tripus illa ventura denunciat, atque omnis eminuit nostra cortina.

ŒSTRUS, i, m. 2. *assillo, tafáno*, οἶστρος, insecti genus, quod a Latinis *asilus* appellatur.

I.) Proprie. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 16. 16. (47). Nascuntur in extremis favis apes grandiores, quæ ceteras fugant: œstrus vocatur hoc malum. *Virg.* 3. *G.* 146. Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo Romanum est, œstrum Graji vertere vocantes, Asper, acerba sonans, quo tota exterrita silvis Diffugiunt armenta.

II.) Translate. Per metonymiam sumitur pro furore: quia hoc animali Juno in pellicem suam Io immisso, eam in furorem convertit, ut *Virg.* ait *loc. cit.* Unde poetæ divino furore correpti, œstro perciti dicuntur. *Stat.* 1. *Theb.* 32. Tempus erit quum Pierio tua fortior œstro Facta canam. *Nemesian. Cyneg.* 3. Aonio jam nunc mihi pectus ab œstro Æstuat: ingentes Helicon jubet ire per agros. *Juvenal.* 4. 123. ut fanaticus œstro Percussus, Bellona, tuo divinat. *Paul. Diac. p.* 195. 3. *Müll.* OEstrum furor Græco vocabulo. *Forcellinus* putat *œstrum* in hoc *Paul. Diac.* loco esse neutr. gen., nam et Græce οἶστρον; *Müllerus* vero accusativum esse suspicatur.

ŒSUS, usus. *V.* ŒNUS.

ŒSŸPUM, i, n. 2. *lana succida*, οἴσυπος, οἰσύπη, pinguedo et immundities hærens in ovium velleribus nondum purgatis, vel succus lanæ sordidæ immundæque: ab οἶς *ovis* et πάτος *sordes*, unde compositum οἰσπάτη, mox οἴσπη, tandem οἰσύπη. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 2. 10. (35). Quin ipsæ sordes pecudum, sudorque feminum et alarum adhærentes lanis (œsypum vocant) innumeros prope usus habent. In Atticis ovibus genito palma. *Id.* 30. *ibid.* 4. 10. (28). Maculas in facie œsypum cum melle Corsico extenuat: item scobem cutis in facie cum rosacco impositum vellere. *Ovid.* 3. *Art. am.* 213. Œsypa quid redoleant, quamvis mittantur Athenis, Demptus ab immundæ vellere succus ovis? Adde *Remed. am.* 354. Cf. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 58. Dehinc lanam succidam, quam œsypon appellant, capiti jubet imponi. — Habet etiam varios usus in medicina. Nam medetur capitis doloribus, morbis comitialibus, igni sacro, podagris, sedis vitiis, rimis, vulneribus, ut est apud *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 36. (112). et 30. *ibid. c.* 4. 8. 10. 11. *sub fin.* 12. *et* 13.; et *Marcell. Empir. c.* 35. *p.* 138. ed. *Ald.*

ŒTĬER pro *utier*, h. e. uti, antiquitus, ut *mœrus* pro *murus*, et *cærator* pro *curator* etc. *Festus p.* 246. 2. *Müll.* Hinc in *Vet. Tab. ænea Legis Thoriæ*, quæ pertinet ad ann. U. C. DCXLVI., apud *Gruter. p.* 202. *lin.* 11. et ed. *Rudorff. p.* 147. *lin.* 11. NEI QVIS FACITO, QVOMINVS EI OETANTVR, FRVANTVR, HABEANT, POSSIDEANT. *V.* ŒNUS.

ŒTUM, i, n. 2. οἶτον, herbæ genus in Ægypto, quæ fortasse est eadem atque arum. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 15. 52. (88). Mandunt et œtum, cui pauca folia minimaque, verum radix magna.

OF

OFELLA, æ, f. 1. *deminut. ab* offa (alterum *f* abjicit et primam corripit, ut *mamilla* a mamma), parva offa, præsertim carnis translaticiæ ac vilioris impensæ, *picciolo pezzo di carne, o altra cosa comestibile*, ζωμίδιον, ψωμίον.

I.) Proprie. *Juvenal.* 11. 142. Nec frustum capreæ subducere, nec latus Afræ Novit avis noster tirunculus, ac rudis omni Tempore, et exiguæ frustis imbutus ofellæ. *Martial.* 12. 48. Me meus ad subitas invitet amicus ofellas: Hæc mihi, quam possum reddere, cœna placet. *Id.* 14. 221. cujus lemma *Craticula cum vero.* Parva tibi curva craticula sudet ofella: Spumeus in longa cuspide fumet aper. *braciuola.* et 10. 48. Et quæ non egeant ferro structoris ofellæ. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 383. Aras ofellis obsecrare bubulis. — *Ofellas Ostienses, Apicianas, aprugnas* etc. memorat *Apicius* auctor culinarius 7. 4., earumque conficiendarum rationem tradit. Sunt autem frusta carnis varie condita, et cocta.

II.) Figurate, a similitudine *Seren. Sammon.* 46. 840. Manabit lactens caprilici succus ofellam. *h. e.* conglobatum et siccatum lac, seu succum. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

OFFA, æ, f. 1. massa ex farre glomerata, et cocta in cibum: est ab Æol. ὄππα pro ὄμπη, quod ab ὀπή *foramen. Hesych.* Ὄμπαι, θυμάτα, καὶ πυροὶ μέλιτι δεδευμένοι. *V. Virg. loc. cit.* in I. *b.* μάζα (It. *boccone, schiacciata, focaccia*; Fr. *morceau, bouchée, boule*; Hisp. *pedazo, bocada, bola*; Germ. *ein Bissen, e. Klöschen*; Angl. *a piece, cake, morbel*).

I.) Proprie. — *a) Festus p.* 242. 26. *Müll.* Antiqui offam vocabant abscisum globi formam, ut manu glomeratam pultem. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 8. 19. (84). Ennius antiquissimus vates, obsidionis famem exprimens, offam eripuisse plorantibus liberis patres commemorat. *Cic.* 2. *Divinat.* 35. 73. Avis inclusa in cavea et fame enecta, si in offam pultis invadit, et si aliquid ex ore cecidit, etc. — *b)* Sic dicitur conglobatus cibus ex frugibus, aut pane, et variis condimentis. *Virg.* 6. *Æn.* 420. Melle soporatam et medicatis frugibus offam Objicit. *Varro* 3. *R. R.* 5. 4. *de avib. saginaml.* Cibatui offas positas: eæ maxime glomerantur ex ficis, et farre mixto. *bocconi. Colum.* 8. *R. R.* 7. 3. *de gallin.* Cibus autem præbetur hordeacea farina, quæ quum est aqua conspersa et subacta, formantur offæ, quibus aves saginantur. *et ibid.* 9. 2. *de turdis.* Hieme offæ panis vino madefactæ celerius opimant. *et* 17. 15. *de piscib.* Sordidi panis offæ, vel si qua sunt temporis poma concisa præbentur. *Pallad.* 4. *R. R.* 12. *a med. de bubus.* In gulam demitte præsulsi adipis librales offas. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 51. (140). Negat canes latrare, quibus in offa rana viva data sit. — *c) Inter os et offam multa interveniunt*, proverb. *Catonis*, de quo *V.* in ANCÆUS.

II.) Translate. ¶ 1. Est frustum carnis (unde *ofella*). Hinc *offa penita* absegmen carnis cum cauda, ut ex *Nævio Festus loc. cit.* docet. *Arnob.* 7. 24. Offa penita est, cum particula visceris cauda pecoris amputata. Ipse *Festus p.* 239. 23. *Müll.* Offa porcina cum cauda in cœnis puris ofia penita vocatur. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 165. tolle hanc patinam, remove pernam, Aufer illam offam penitam. — Urbane *Id. Mil. glor. a.* 1. *v.* 49. Edepol memoria est optima. ARTROT. offa me monet. ¶ 2. Per similitudinem dicitur de quacumque re in globi et rotundæ massæ modum convoluta et conformata. *Colum.* 12. *R. R.* 15. 4. *de fico condiendo.* Hæc quum bene proculcaverint, et totam massam comminutæ fici permiscuerint, modicas offas foliis ficulneis involvunt. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 9. 19. (35). Gummi in offas convolutum. *Id.* 13. *ibid.* 10. 19. (64). *de pomo pruni Ægyptiæ.* Purgatum tundunt, servantque ejus offas. *Id.* 33. *ibid.* 6. 34. (103). Stimmi uritur offis bubuli fimi circumlitum in clibanis. *Id.* 15. *ibid.* 7. 7. (26). Amygdalinum oleum fit ex amaris nucibus arefactis et in offam contusis. — Et de tumore ex ictu. *Juvenal.* 16. 11. Et nigram in facie tumidis liveribus offam. ¶ 3. Item de quacumque massa informi. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 48. 72. (155). *de lepore marino.* In nostro mari offa informis, colore tantum lepori similis. *Juvenal.* 2. 52. Quum tot abortivis fecundam Julia vulvam Solveret, et patruo similes effunderet offas. *h. e.* fetus informes. *Pers.* 5. 5. quantas robusti carminis offas Ingeris?

OFFARCĪNĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *offarcino: carico di fagotti, o fardelli*, suffarcinatus. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 24. Profectionem filiorum Israelis creator, etiam illis spoliis aureorum et argenteorum vasculorum, et vestium, præter oneribus consparsionum offarcinatam eduxit ex Ægypto.

OFFĂRĬUS, a, um, adject. *Isid.* 20. *Orig.* 2. Offa est proprie frustum dentium, unde offarii coci, qui particulatim, id est offatim, excoquunt.

OFFĀTIM, adverb. λεπτομερῶς, particulatim, per frusta. *Plaut. Truc.* 2. 7. 52. Jam hercle ego te hic hac (*machæra*) offatim conficiam. *ti farò in bocconi. V.* CONCIPILO et vocem præced.

OFFĂVĒO *vel* obfaveo, es, ere, n. 2. (ob *et* faveo) multum favere. *Cyprian. Ep.* 1. *ante med.* Sic vitiis adhærentibus obsecundans eram, et desperatione meliorum malis meis veluti jam propriis ac vernaculis offavebam.

OFFECTĬO, ōnis, f. 3. *tintura*, infectus. *Arnob.* 5. 12. *de malis punicis.* Quia de rubro exorta sunt sanguine, idcirco illis color est purpurei luminis offectione subluteus. *Ita legit* Salmas.; Orellius *vero* suffectione.

OFFECTOR, ōris, m. 3. *tintore*, infector. *Paul. Diac. p.* 192. 10. *Müll.* Offectores, colorum infectores. *Id. p.* 112. 6. Infectores, qui alienum colorem in lanam conjiciunt: offectores, qui proprio colori novum officiunt. *V. Guarini, Continuaz. de' Fasti duumv. p.* 13.; et *Bullettin. Archeol. Napol.* 12. *p.* 6. et 84. *Inscript.* apud *Henzen.* 7264. POSTVMIM PROCVLVM AEDilem OFFECTORES BOG. — *Corn. Fronto de differ. verbor. p.* 2201. *Putsch.* alio sensu interpretatur. Infector, inquit, colorem mutat: offector officio obest.

OFFECTUS, a, um. *V.* OFFICIO.

OFFECTUS, us, m. 4. malum fascinum: a particip. *offectus, a, um. Grat. Cyneg.* 406. Ac sic offectus, oculique venena maligni Vicit tutela pax impetrata deorum.

OFFENDĬCŬLUM, i, n. 2. *intoppo, impedimento*, πρόσκομμα, id in quod offenditur, impedimentum, offensaculum. *Plin.* 9. *Ep.* 11. Sunt enim in hac offendicula nonnulla: circumfer oculos, et occurrent. *Paulin. Nolan. carm.* 27. 96. Tamquam offendiculi causam cognosceret ultro. Adde *Vulgat. interpr. Levit.* 19. 14., *Prov.* 4. 12., *Eccli.* 17. 22. et alibi sæpe.

OFFENDĬMENTUM. *V.* in voce sequent.

OFFENDIX, icis, f. 3. *Festus p.* 205. 2. *Müll.* Offendices ait esse Titius nodos, quibus apex (h. e. *sacerdotum pileus*) retineatur et remittatur. At Veranius coriola existimat, quæ sint in loris apicis, quibus apex retineatur et remittatur, quæ ab offendendo dicantur: nam quum ad mentum perventum est, offendit mentum. *h. e.* in mentum incidit et incurrit, quum sub eo religetur. Hunc *Festi* locum compendio describens *Paul. Diacon. p.* 204. 1. sic habet: Offendices dicebant ligaturæ nodos, quibus apex retinebatur. Id quum pervenisset ad mentum, dicebant offendimentum. Sed hoc *offendimentum* neque est ex mente *Festi*, et aures Latinas offendit. — Fortasse ea lora ita sunt appellata, quia hinc et inde dependebant, et quasi *fendicæ* quædam erant, quam vocem vide suo loco. Hinc *Gloss. Isid.* Offendices, nodi, quibus libri signantur (*corrige* ligantur). Italice *legacci.*

OFFENDO, ĭnis, f. 3. offensio *Afranius* apud *Non. p.* 146. 32. *Merc.* Quoque nunc offendo semper nostra sit mala procul.

OFFENDO, dis, di, sum, dere, a. 3. (ob *et obsoleto* fendo, teste ipso *Priscian.* 11. *p.* 923. *Putsch.*: cf. *defendo* et *infensus*). Part. *Offendens* II. 3.; *Offensus* I. 1. et 2. et in fin.; *Offensurus* II. 1.: *Offendendus* II. 3. — Offendere est incurrere, impingere, incidere in liquid, ἐμποδὼν ἔχω, προσκόπτω (It. *urtare, inciampare, incon-*

trare, dar dentro; Fr. *heurter contre, donner contre, rencontrer*; Hisp. *achocar contra, echar contra, encontrar*; Germ. *stossen oder treffen an oder auf etwas, anstossen, antreffen*; Angl. *to hit, strike, or run against, run or fall into*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de rebus physicis est, ut diximus, incurrere, impingere, incidere in aliquid, quo interdum fit, ut læsio, aut damnum accipiatur: et occurrit — *a*) Cum Accusativo tantum, et quidem — Offendi dicitur id corporis membrum, quo in aliquid impingimus, sive quod percutimus atque lædimus. *Turpilius* apud *Non. p.* 358. 24. *Merc.* Caput ut offendit. Sic *Liv.* 8. 6. Lapsus per gradus, capite graviter offenso, impactus imo ita est saxo, ut sopiretur. *h. e.* graviter percusso læsoque. *Cic. Cluent.* 62. 175. Cecidisse ex equo dicitur et latus offendisse vehementer. *Colum.* 5. *R. R.* 9. 11. Arando ne coxam hos aliamve partem corporis offendat. *Auct. B. Hisp.* 23. Parumper ingressus pedem offendit. Hujus concidentis viri casu audito, etc. *col piede inciampò e cadde.* Sic *Ovid.* 2. *Fast.* 720. et 10. *Met.* 452. Ter pedis offensi signo est revocata. *Martial.* 8. 75. Expulit offenso vitiatum pollice talum. — Item ea ipsa res, in quam offendimus, *offensa* dicitur, h. e. currendo vel alio modo icta et percussa. *Ovid. Heroid.* 13. 87. Quum foribus velles ad Trojam exire paternis, Pes tuus offenso limine signa dedit. *Liv.* 7. 36. Superscandens vigilum strata somno corpora miles, offenso scuto præbuit sonitum. *Apul.* 9. *Met.* Offenso lapide atque obtunsis digitis terræ prosternitur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 24. 28. (82). *de tela aranei.* Atque ut in plagis lineæ offensæ præcipitant in sinum. *Martial.* 8. 33. Crassior offensæ bulla tumescit aquæ. — Sic allegorice *Cic. Rosc. Am.* 29. 79. Restare tibi videbatur servorum nomen, quo quasi in portum confugere posses: ubi scopulum offendis ejusmodi, ut etc. — Similiter figurate *Id. Cic.* 9. *Fam.* 2. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? *et* 2. *Orat.* 74. 301. Permulta sunt in causis circumspicienda, ne quid offendas, ne quo irruas. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 13. alter Sublegit quodcumque jaceret inutile, quodque Posset cœnantes offendere. — *b*) Cum Accusativo ejus corporis membri, quod percutimus, et Accusativo cum præpos. *ad* vel Dativo rei, in quam incurrimus. *Quintil.* 6. 3. 67. Caput eum ad fornicem Fabium offendisse. *sunt qui leg.* demisisse. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 26. Ne cornu bos ad stipitem vehementius offendat. *V.* infra sub *d. Horat.* 2. *Sat.* 1. 77. fragili quærens illidere dentem, Offendet solido. *Forcellinus* addit et illud *Papinian. Dig.* 22. 1. 1. Arbitrio judicis usurarum modus ex more regionis constituitur, ita tamen, ut legi non offendat. Ita *Torrentin*; alii *legem.* — *c*) Cum Accusativo personæ aut rei in quam impingimus, et Ablativo rei qua personam aut rem aliam percutimus. *Plaut. Curc.* 2. 3. 2. fugite omnes, abite et de via decedite, Ne quem in cursu capite, aut cubito, aut pectore offendam, aut genu. *Id. Pœn. a.* 2. *v.* 37. Quid multa verba? ut quemque visco offenderant, Tam crebri ad terram accidebant, quam pira. *toccavano. Lucret.* 6. 791. *Lachmann.* Nocturnumque recens extinctum lumen ubi acri Nidore offendit nares, consopit ibidem. *Varro* 3. *R. R.* 16. 37. Si quando imbris guttis uberibus offensæ (*apes*) jacent prostratæ et afflictæ. — *d*) Cum præpos. *ad* aut *in* et Accusativo vel Ablativo loci, in quem quis offendit, adverbii more. *Liv.* 28. 43. Tamquam M. Atilius primo accessu ad Africam offenderit. Sic figurate *Phædr.* 4. 14. Prometheus auctor vulgi fictilis, Qui simul offendit ad Fortunam, frangitur. — Rursus proprie *Solin.* 40. *ante med.* Cornua in se recurrentia, ut si quis in ea offenderit, non vulneretur. *Ovid.* 4. *Pont.* 14. 21. Ad veteres scopulos iterum devertor, ad illas, In quibus offendit naufraga puppis, aquas. *naufragò.* ¶ 2. Latiori sensu, est invenire, reperire, quasi in rem incidendo, *trovare, abbattersi, incontrare.* — *a*) Cum Accusativo tantum personæ aut rei, quam invenimus. *Ennius* apud *Cic. Rabir. Post.* 11. 29. et 7. *Att.* 36. *init.* Si te secundo lumine hic offendero, Moriere. *Ter. Eun.* 5. 9. 34. Si te in platea offendero hac post unquam, peristi. *et* 4. 4. 5. paululum si cessassem, Domi non offendissem; ita jam adornabat fugam. *Claud. Quadrigarius* apud *Non. p.* 359. 7. *Merc.* Indè postquam aliquantum recessit, offendit montem, loca munita, res omnes habere quæ militibus opus sunt, ligna, aquam, pabulum. *Varro* apud *Non. ibid.* Romam regressus, ibi nihil offendi, quod ante annos quinquaginta reliqui. *Cic.* 1. *Fam.* 9. *circa med.* Non offendes eumdem bonorum sensum, Lentule, quem reliquisti. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 13. 27. (84). Cn. Terentium, agrum suum repastinantem, offendisse arcam, in qua etc. *At* Sillig. *ex optimo Cod. leg.* effodisse. *Stat.* 7. *Theb.* 18. tot instant Plausibus, offensique sedent ad justa sepulcri. *h. e.* morantur in celebrandis justis funeris, in quod in itinere casu inciderunt. — *b*) Cum duplici Accusativo. *Plaut. Mil. glor.* 2. 6. 4. Nam egomet cubantem eam modo (*nostræ*) offendi domi. *Id. Pseud.* 1. 2. 30. Hæc, quum a foro revertar, facite ut offendam parata. *Ter. Heaut.* 2. 3. 44. tenentem telam studiose ipsam offendimus. *Id. Phorm.* 5. 1. 31. offendi adveniens, Quicum volebam, atque ut volebam, collocatam filiam. *Cic.* 6. *Verr.* 28. 64. Quod nondum perfectum templum offenderant. *Id.* 2. *Fam.* 3. Quid sentiam, aut scribam ad te postea pluribus, aut, ne ad ea meditere, imparatum te offendam. *h. e.* adibo, superveniam, *ti coglierò*. Cf. *Nepos Agesil.* 2. Quo factum est, ut omnes imparatos imprudentesque offenderet. — *c*) Cum Adverbiis. *Cic.* 1. *de republ.* 38. Quum ad villam venisset, et omnia aliter offendisset ac jusserat.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe est injuriam facere, lædere, offensionem offerre, *offendere, disgustare, dare fastidio, nuocere*: et occurrit — 1.°) Cum Accusativo, præcipue personæ; et quidem — *a*) Activa forma. *Cic.* 3. *Fam.* 8. Ex quo suspicio nata est, me exquisisse aliquid, in quo te offenderem. *Id. Balb.* 26. 58. Neminem unquam non re, non verbo, non vultu denique offendit. *Id.* 1. *Fam.* 9. 17. Neque vero ego mihi quidquam adsumo, quod quemquam malevolentissimum jure possit offendere. *Id.* 1. *ibid.* 7. *a med.* Eos non tam constantia in republ. nostra delectat, quam splendor offendit. *Id.* 14. *ibid.* 1. *extr.* Si me offendet loci celebritas, alio me conferam. *Id.* 5. *ibid.* 7. Quod verere, ne cujus animum offenderes. Sic *Id.* 1. *Att.* 11. Quæ jam tum offendere ejus animum intelligebam. *Id.* 3. *Fam.* 8. Hi sermones tuam existimationem non offendunt. *Liv.* 4. 44. Ratis (*iis*), perseverantem (*Sempronium*) sub judicii tempus plebem offensurum. V. *Drakenborgh.* ad h. l. *Horat. Art. P.* 451. cur ego amicum Offendam in nugis? *Nepos Att.* 7. Ipsum Pompejum non offendit. *et ibid.* 2. Neque sibi facultatem dari pro dignitate vivendi, quin alterutram partem offenderet. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 37. (58). Polypodion offendit stomachum. *Id.* 35. *ibid.* 10. 36. (97). Ne colorum claritas aciem oculorum offenderet. — *b*) Passive. *Cic.* 7. *Verr.* 13. 31. Quum iste versaretur in conviviis muliebribus, non offendebantur homines in eo, neque moleste ferebant. *Id.* 2. *Invent.* 2. 4. Si quo in vitio ejus offenderemur. *Id.* 4. *Att.* 15. Verita est enim pusilla, quæ nunc laborat, ne animi in Publio offenderer. *Al. leg.* ne aliquid (*Orellius* animum) in P. offenderem. *Id.* 1. *Fam.* 9. Multis rebus meus offendebatur animus. *Id.* 6. *Att.* 3. Cumulate publicanis satisfactum, offensus contumelia nemo, decreto justo et severo perpauci. *Id.* 4. *Verr.* 76. 187. Statim suspicione offensi, ad ea ipsa nomina oculos animumque transtulimus. *Nepos Cim.* 4. Quum aliquem offensum fortuna videret. *Cels.* 1. 9. Quoties offensum corpus est, vitiosa pars maxime sentit. *Martial.* 12. 57. Quies nullis offensa linguis. *sturbata.* — *c*) Passivum *offendi* interdum jungitur Infinito. *Phædr.* 4. 10. Ista munera sunt mihi invisa, ut non offendar subripi. *Sueton. Aug.* 89. *extr.* Componi aliquid de se, nisi et serio et a præstantissimis, offendebatur. — *d*) *Offendere* interdum minus est quam *lædere*, ut in illo *Senec.* 3. *Ira* 28. *a med.* Quid quod pleraque eorum, propter quæ irascimur, offendunt nos magis, quam lædunt? *h. e.* dolorem afferunt, non injuriam. — 2.°) Absolute — *a*) Offendere est offensionem incurrere, in odium incidere, *cadere in odio, rendersi odioso, perdere l'amore o la grazia. Cic.* 10. *Att.* 4, *a med.* Cæsarem perturbatum, quod intelligeret, se apud ipsam plebem offendisse de ærario. *Nepos Phoc.* 2. Neque in eo solum offenderat, quod patriæ male consuluerat, sed etiam quod amicitiæ fidem non præstiterat. *Liv.* 3. 12. *ad fin.* Quod offendat in eo, fervorem et audaciam ætatem quotidie auferre; quod desideratur consilium, id in dies crescere. — *b*) Offendere dicuntur etiam ea, quæ quum sint absona nec deceant, nobis displicent et molestiam afferunt. *Cic. Orat.* 22. 73. Etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum. *Quintil.* 8. 6. 51. Illa in agendis causis jam detrita inde sunt, nec offendunt tamen. ¶ 2. Est etiam peccare, errare, *fallere, mancare, peccare*; atque adeo *offendere* dicitur, cui quippiam infeliciter cessit, sive culpa, sive fortuna; et occurrit — *a*) Absolute, aut additis adverbialibus dicendi modis. *Cic. Cluent.* 36. 98. Quod in eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent. *Lucceius* ad *Cic.* 5. *Fam.* 14. *extr.* Nunc duæ res istæ contrariæ me conturbant, ex quibus aut in altera mihi velim, si potes, obtemperes, aut in altera non offendas. *Cic.* 2. *Invent.* 2. 5. Quod si vellent, minus in arrogantiam offenderent. *h. e.* minus arrogantia peccarent. *cadere in arroganza, divenire arrogante. Orellius* leg. *in arroganzia*; *Forcellinus* incertus hæret inter *arrogantiam* et *arrogantia*. Rursus *Cic. Cluent.* 23. 63. Potius illum, qui bis apud judices offendisset, quam eum, qui bis causam iis probavisset. *Id.* 7. *Verr.* 50. 131. Amissionem classis objicere, quum multi viri fortes communi incertoque periculo belli et terra et mari sæpe offenderint. *Cæs.* 3 *B. C.* 8. Serius a terra provectæ naves, neque usæ nocturna aura, in redeundo offenderunt. *Forcellinus* hunc locum inter propria retulit sub 1. 1. et interpretatus est *diedero ne' nemici. Liv.* 35 26. *extr.* Si in re navali, cujus esset ignarus, offendisset. — Ipsa etiam res, quæ male cessit, aut pessum iit, *offendere* dicitur. *Seneca Ep.* 96. Familia decubuit, fenus offendit, domus crepuit. — *b*) Cum Accusativo, præcipue communi. *Cic.* 2. *Fam.* 18 *sub fin.* Qui si dignum se majoribus suis præbuerit, tua laus ex aliqua parte fuerit: sin quid offenderit, sibi totum, tibi nihil offenderit. *Liv.* 2. 2. Consulis enim alterius, quum nihil aliud offenderit, nomen invisum civitati fuit. — Hinc passive *offensum est*, ut apud *Cic.* 1. *Fam.* 7. Si cecidisset, ut volumus et optamus, omnes te et sapienter et fortiter; sin aliquid esset offensum, eosdem illos et cupide et temere fecisse, dicturos. *Id.* 3. *Orat.* 50. 196. At in his si paullum modo offensum est etc. *Cæs.* 3. *B. C.* 72. Quoties vel culpa ducis, vel tribuni vitio in exercitu esset offensum. *V.* et *Offensum* in fin. h. voc. ¶ 3. Præterea *offendere* est aversari, offendi, molestiam capere: quasi impingere, incurrere in aliquid, quod displiceat, *offendersi, disgustarsi.* — *a*) Sine Accusativo. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 4. *extr.* Si quis est, in quo jam offenderis, de quo aliquid senseris; huic nihil credideris, nullam partem existimationis tuæ commiseris. *Cæs.* 2. *B. C.* 32. *a med.* At credo, si Cæsarem probatis, in me offenditis. *Gell.* 9. 15. Juvenis promptus, et proficiens, et offendens jam in eo, quod ille periculum sui facere audebat. — *b*) Et cum Accusativo communi. *Cic. Mil.* 36. 99. Si in me aliquid offendistis, cur non id meo capite potius luitur, quam Milonis? *et* 3. *Verr.* 25. 64. Hospes veritus, ne quid in ipso se offenderit, hominem summa vi retinere cœpit. *Alii hic aliter leg.* Hæc fere omnia collegit *Manut.* ad *cit.* 5. *Fam.* — *c*) Passive. *Cic. Cæcin.* 36. 104. Si quid in contraria parte in homine offendendum sit. Cf. *eumd.* 3. *Orat.* 12. 44. In qua (*voce*) nihil offendi, nihil displicere, nihil animadverti possit. — Hinc Part. præter. passivum, cujus multa supra exempla retulimus,

Offensus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Offensior* sub 1. *a.* et *b.*; et translate ¶ 1. Est qui læsus est, et propterea alienatus,

iratus, infensus, inimicus, *disgustato, sdegnato, avverso.* — *a)* Absolute. *Cic.* 1. *Att.* 5. Quem quum esse offensiorem arbitrarer, eas litteras ad eum misi, quibus et placarem etc. *Id. ibid.* 17. *a med.* Alienatus et offensus animus. *et* 5. *Tusc.* 37. 106. Aliena et offensa populi voluntas. *Auct. B. Alex.* 32. Offensos iratosque animos regum precari. *Ovid. Heroid.* 21. 48. Offensos videar ne incruisse deos. *Justin.* 1. 9. 2. Offensus superstitionibus Ægyptiorum, Apis ceterorumque deorum ædes dirui jubet. *Id.* 22. 4. 1. Quum a sociis crudelitate ejus offensis desertus esset. — *b)* Cum Dativo, vel præpos. *in* et Accusativo personæ, cui quis offensus est. *Cic. Cluent.* 62. 172. Quem sibi offensiorem, Oppianico familiarissimum esse sciebat. *Sueton. Ner.* 2. Pontificibus offensior; quod alium, quam se, in patris sui locum cooptassent. *Id. Vitell.* 14. Nullis offensior, quam vernaculis. — *Cic.* 1. *Att.* 5. *a med.* Quod scribis, etiam si cujus animus in te esset offensior, a me recolligi oportere, etc. *Nepos Dion.* 7. Offensa in eum militum voluntate. ¶ 2. Item est qui offensionem incurrit, invidia laborans, invisus, *caduto in disgrazia, odiato.* — *a)* Absolute. *Cic.* 5. *Verr.* 62. 145. O miserum atque invidiosum offensumque paucorum culpa atque indignitate ordinem senatorium! *Id.* 4. *ibid.* 47. 117. Si me animus atque amor in rempublicam existimatioque offensa nostri ordinis ac judiciorum non hoc facere coegisset, etc. — *b)* Sæpius cum Dativo. *Cic. Sext.* 58. 125. Offensum et invisum esse alicui. *Id. Cluent.* 58. 158. Etiam si is invidiosus, aut multis offensus esse videatur, etiam si eum oderitis, etc. *Id.* 15. *Att.* 8. Qui se scribit vehementer offensum esse veteranis. *et* 2. *ibid.* 19. *sub init.* Scito nihil unquam fuisse tam infame, tam turpe, tam peræque omnibus generibus, ordinibus, ætatibus offensum, quam hunc statum, qui nunc est. — Hinc

Offensum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est id quod lædit, *ciò che offende, ciò ch'è offensivo. Cic.* 1. *Invent.* 49. 92. Offensum est, quod eorum, qui audiunt, voluntatem lædit: ut, si quis apud equites Romanos cupidos judicandi Cæpionis legem judiciariam laudet. Cf. *eumd. ibid.* 48. 89. In ipso (*genere argumentationis*) vitium erit, si falsum sit, si leve, si turpe, si offensum, si contrarium, etc.

OFFENSA, æ, f. 1. (*ab* offendo, *ut* repulsa *a* repello) est offensio, offensatio (It. *intoppamento, l'urtare*; Fr. *action d'heurter*; Hisp. *el acto de achocar*; Germ. *das Anstossen oder Antreffen, der Anstoss*; Angl. *a striking against*).

I.) Proprie. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 10. 22. (104). Lapidem exustum aqua macerat, iterumque terit quod subsedit, donec cerussæ similis fiat, nulla dentium offensa. *h. e.* ut dentes nihil durum ac resistens inveniant. *Id.* 35. *ibid.* 15. 52. (184). Aluminis liquidi probatio, ut sit limpidum lacteumque sine offensa fricantium. *At* Sillig. *leg.* sine offensis fricandi.

II.) Translate. ¶ 1. Refertur ad corpus, et est quicumque motus vel tactus molestus, atque adeo læsio, noxa, incommodum, *movimento molesto, nocumento, incomodo. Seneca Ep.* 107. Et labaris oportet, et arietes, et cadas, et lasseris-; per ejusmodi offensas emetiendum est confragosum hoc iter. *Id. ibid.* 7. Quod ægris evenit, quos longa imbecillitas usque eo affecit, ut numquam sine offensa proferantur. *Petron. Satyr.* 131. Postero die quum sine offensa corporis animique consurrexissem. *Cels.* 1. 6. Si quid offensæ in cœna sensit, vomere debet. *Seneca Tranquill.* 2. Qui ex longa et gravi valetudine expliciti, motiunculis levibusque interim offensis perstringuntur. *Colum.* 12. *R. R.* 21. 6. Ut exploratum habeat, quantum plurimum salsæ aquæ vinum sine offensa gustus pati possit. *senza pregiudizio del gusto, o del sapore. Pallad.* 4. *R. R.* 12. Ut ante stabulum loca nullis concludantur angustiis, et producti boves non aliqua vitientur offensa. ¶ 2. Refertur ad animum, et generatim — *a)* Est id quo aliquis offenditur et alienus atque inimicus fit, offensio, invidia, simultas, inimicitia, *disgusto, dispiacere, disgrazia.* Hoc sensu opponitur *gratiæ* apud *Plin. Paneg.* 18. Offensæ gratiæque, pariter securi instant cperibus, adsunt exercitationibus. et *Quintil.* 4. 2. 39. Verum hæc omittamus, ne minus gratiæ præcipiendo recta, quam offensæ reprehendendo prava mereamur. — Item opponitur favori apud *Justin.* 5. 4. 18. Sic Alcibiades numquam mediocribus, nec in offensa, nec in favore studiis suorum exceptus est. — Ceterum *Cic.* 9. *Att.* 2. Magna in offensa sum apud Pompejum. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 16. Offensam subire. Sic *Plin.* 2. *Ep.* 18. *extr.* Nec ignoro suscipiendas offensas in eligendo præceptore. Sed oportet me non modo offensas, verum simultates pro fratris tui filiis tam æquo animo subire, quam parentes pro suis. *Sueton. Vesp.* 4. Offensam gravissimam contrahere. *Petron. Satyr.* 87. Offensa omni deposita, redire in gratiam cum aliquo. *Quintil.* 9. 2. 67. Vitare offensam. *et ibid.* 72. Hæc res habet offensam. *h. e.* invidiam. *Frontin. Aquæd.* 130. Officii fidem etiam per offensas tueri præstat. *anche coll'incontrare disgusti.* Adde *eumd.* 76. *Plin.* 8. *Ep.* 5. Vixit cum hac (*uxore*) triginta novem annis sine jurgio, sine offensa. — *b)* Et pro injuria accepta, *offesa, ingiuria. Vellej.* 2. 29. 3. Amicitiarum tenax, in offensis exorabilis, in reconcilianda gratia fidelissimus. *Ovid.* 3. *Trist.* 8. 40. offensas vindicet ense suas. — *c)* Videtur etiam active usurpari de injuria, quæ alteri fit. *Petron. Satyr.* 87. Quum ob hanc offensam præclusissem mihi aditum. Cf. *Tac.* 3. *Hist.* 38. Ubi asperatum Vitellium, et posse Blæsum perverti, satis patuit iis, qui Principum offensas acriter speculantur, datæ L. Vitellio delationis partes. ¶ 3. Specialim in jure, offensa dicitur quidquid in legem peccatur. *Ulp. Dig.* 3. 1. 6. Puto autem omnes, qui non sponte, sed necessario officio funguntur, posse sine offensa edicti postulare. *Cod. Theod.* 4. 11. 1. Levis offensæ contrahere culpam. *et* 6. 10. 1. Sub qualibet culpæ aut erroris offensa.

OFFENSĀCŬLUM, i, n. 2. (offenso) id, quod ponitur, ut aliquis in ipsum incidat, offendiculum, *πρόσκομμα, intoppo, inciampo.*

I.) Proprie. *Apul.* 9. *Met.* Crebris offensaculis et assiduis lapsibus contusa crura.

II.) Translate. *Lactant. Opif. D.* 1. Adversarius noster offensacula pedibus latenter opponit. *Prudent. Apotheos.* 45. Lapis ecce nostro fixus offensaculo est, Impingat in quem vanitas. *Id. Psychom.* 484. Cæcum errare sinit perque offensacula multa Ire.

OFFENSĀTĬO, ōnis, f. 3. (offenso) *l'urtare, l'inciampare, intoppamento, πρόσκοψις*, actus offensandi, seu incidendi in aliquid, offenso, lapsus.

I.) Proprie. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 16. 62. (221). Perniones sanat apri pulmo impositus, etsi subtriti sint, contusive offensatione. *Quintil.* 11. 3. 130. Jactantur et humeri: quod vitium Demostbenes ita dicitur emendasse, ut quum in angusto quodam pulpito stans diceret, hasta humero dependens immineret, ut si calore dicendi vitare id excidisset, offensatione illa commoneretur.

II.) Translate. *Offensatio memoriæ*, quum sæpe in recitando memoria hæret, et quasi offensans subsistit. *Seneca* 5. *Benef.* 25. Ut magistri puerorum discentium, debemus patienter ferre offensationes memoriæ labentis.

OFFENSĀTOR, ōris, m. 3. qui sæpe offendit, seu in aliquid incurrit. *Quintil.* 10. 3. 20. Ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut inertior in legendo, velut offensator fuerit. *At recentiores rectius leg.* offensatus.

OFFENSĪBĬLIS, e, adject. qui offendere, h. e. incidere et impingere potest. *Lactant.* 4. 26. Is vere claudus existimandus est, qui offensibilibus et caducis gressibus per viam mortis incedit. *Al. leg.* offensilibus.

OFFENSĪLIS. *V.* vocem præced.

OFFENSĬO, ōnis, f. 3. actus offendendi, h. e. incidendi in aliquid et impingendi, incursus in aliquam rem, *πρόσκοψις* (It. *intoppamento, l'urtare*; Fr. *action de heurter, de donner contre*; Hisp. *el acto de echocar*; Germ. *der Anstoss, oder d. Anstossen*; Angl. *a striking against, tripping, stumbling*).

I.) Proprie. — *a)* Abstracte. *Cic.* 2. *Divinat.* 40. 84. Pedis offensio nobis et abruptio corrigiæ et sternutamenta erunt observanda. Sic *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (24). In auguriis sternutamenta et offensiones pedum. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 12. *sub init.* Eadem ratione (*ob vehementiam spirationis*) etiam ætates medias et pueros (*difficile curabiles ait*): celerius enim inquit spiritum ferri et in sputis perficiendis offensione carnium retardari. — *b)* Concreto, uti ajunt, sensu. *Cic. Tim.* 6. Mundum ita tornavit, ut nihil effici possit rotundius, nihil ut asperitatis haberet, nihil offensionis. *h. e.* nihil, quo offendere et subsistere tactus possit.

II.) Translate. ¶ 1. Est læsio, noxa, incommodum, *lesione, nocumento. Cic.* 16. *Fam.* 10. Graves solent offensiones esse ex gravibus morbis, si qua culpa commissa est. *Id.* 4. *Tusc.* 14. 31. Animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt: sed corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item. *le malattie.* Sic *Scribon. Compos.* 213. Alterum medicamentum facit ad canis morsum et omnium quadrupedum: item et ad offensionem in stirpe et cetera vulnera mediocria. *et Marcell. Empir. c.* 36. *p.* 139. *retro* ed. *Ald.* Hedera contrita podagræ et chiragræ et nervorum offensionibus medetur imposita. ¶ 2. Item calamitas, infortunium, *incontro infelice, disdetta, disgrazia, calamità. Cic. pro leg. Manil.* 10. 28. cujus adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperiis, non offensionibus belli, sed victoriis est erudita. *Cæs.* 3. *B. C.* 47. Hostes aut prælio superatos, aut aliqua offensione permotos continere. *Cic.* 1. *Off.* 21. 71. Sed videntur labores et molestias tum offensionum et repulsarum quasi quamdam ignominiam timere et infamiam. ¶ 3. Sæpissime significat aversum animum, simultatem, inimicitiam, invidiam, odium, *avversione, disgrazia, disgusto, odio*: et est ejus, qui offenditur: cui opponitur gratia, benevolentia, favor. *Cic. Mur.* 20. 41. Sapiens prætor offensionem vitat æqualitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi. *Id.* 4. *Verr.* 55. 137. Suscipere invidiam atque offensionem apud aliquem. *et* 2. *ibid.* 12. 35. In odium offensionemque alicujus irruere. *et* 1. *Nat. D.* 30. 85. cadere. *Id.* 1. *Invent.* 21. 30. Offensionem excipere. (*h. e.* subire, quod *Plin.* 35. *Hist. nat.* 4. 7. (23). dixit.) *et ibid.* 30. lenire. *et post redit. in Senat.* 8. 21. oblitterare memoria beneficii. *Id.* 3. *Verr.* 40. 103. vitare atque effugere. *Id.* 1. *Att.* 17. accipere. et deponere. *et ibid.* afferre. *Tac.* 2. *Ann.* 57. Offensiones accendere. *Cic.* 1. *Invent.* 53. 100. Indignatio est oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem gravis offensio concitetur. *Id.* 13. *Att.* 23. Mihi majori offensioni sunt, quam delectationi possessiunculæ meæ. *h. e.* molestiæ. *Id.* 4. *Tusc.* 10. 23. Habere ad res aliquas offensionem atque fastidium. *h. e.* aversari et fastidire. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 2. (9). Hoc apud alios gratiam, apud alios offensionem habet. *h. e.* aliis placet, displicet aliis. *Inscript.* apud *Henzen.* 7383. QVAE MECVM VIXIT IN MATRIMONIO ANNIS XVIII. DIEBVS XX. SINE VLLA LAESVRA NEC ANIMAE OFFENSIONE.

OFFENSĬUNCULA, æ, f. 1. *deminut. ab* offensio, levis offensio: et occurrit translate tantum. *Cic.* 13. *Fam.* 1. Velim, si qua offensiuncula facta est animi tui perversitate aliquorum, des te ad lenitatem. *se ti sei alquanto disgustato.* et *Planc.* 21. 51. Vidit, M. Pisonem, in ista ædilitate offensiuncula accepta, summos a populo R. esse honores adeptum. *avendo provato il disgusto della ripulsa.*

OFFENSO, as, āvi, ātum, are, a. 1. frequentat. vel rectius intens. ab *offendo*. — Part. *Offensans* et *Offensatus* II. — Offensare est incurrere, impingere.

I.) Proprie. *Lucret.* 2. 1057. Sponte sua forte offensando semina rerum, etc. *h. e.* occursando, et unum in alterum impingendo et incurrendo. *Id.* 6. 1051. Cogitur offensare igitur pulsareque fluctu Ferrea tecta suo. *urtare.* — *Offensare caput,* ad parietem, aut aliud quippiam allidere, *dar del capo nel muro,* quod in desperatione

rerum fieri solet. *Liv.* 25. 37. Flere omnes repente, et offensare capita.

II) Translate. *Quintil.* 10. 7. 10. Si non intersistentes offensantesque brevia illa atque concisa singultantium modo ejecturi sumus. *h. e.* sæpe hærentes in dicendo, ut qui ambulando impingunt in aliquid. *Id.* 10. 3. 20. Si tardior (*al. addunt* in) scribendo, aut incertior (*al.* in) legendo velut offensatus fuerit. *Al. minus recte leg.* offensator.

OFFENSOR, ōris, m. 3. *offensore*, qui offendit, h. e. lædit. *Arnob.* 7. 8. Iras atque animos ponant, et in gratiam suis cum offensoribus redeant.

OFFENSUS, a, um. *V.* OFFENDO.

OFFENSUS, us, m. 4. (offendo) incursus, occursatio.

I.) Proprie. *Lucret.* 2. 223. Nec foret offensus natus, nec plaga creata Principiis. *Id.* 4. 359. Cogit hebescere eum crebris offensibus aer. *h. e.* crebro incursu, seu occursatione. *Id.* 6. 332. eod. sensu. Non igitur multis offensibus in remorando Hæsitat. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 39. Lapides sancti oppositi omnium offensui.

II) Translate. ¶ 1. Est id, in quod quis incurrit vel impingit. *Stat.* 12. *Theb.* 283. Sola per offensus armorum et lubrica tabo Gramina. *Seneca Ep.* 107. Per ejusmodi offensus emetiendum est confragosum hoc iter. *per questi intoppi.* Al. rectius leg. *offensas.* ¶ 2. Item læsio, molestia, incommodum. *Lucret.* 3. 940. Sin ea, quæ fructus cumque es, periere profusa Vitaque in offensu'st, cur amplius addere quæris?

OFFERCĬO *vel* obfercio, is, ire, a 4. (ob *et* farcio) valde farcire, opplere. *Gloss. Lat. Gr.* Offercio, ἐμπλήζω.

OFFĔRENTĬA, æ, f. 1. verbale ab *offero*. *Tertull. advers. Marcion.* 24. Considera causarum offerentiam. *h. e* causas, quæ sese offerunt.

OFFĔRO *vel* obfero, fers, tŭli, lātum, ferre, a. anom. (ob *et* fero). Part *Offerens* 2.; *Oblatus* 2. et in seqq. omnibus paragr.; *Oblaturus* et *Offerendus* 2. — Offerre est ante aliquem ferre, opponere, præsentem sistere, exhibere, προσφέρω (It. *portare o mettere innanzi, presentare*; Fr. *porter vers, porter devant, présenter*; Hisp. *llevar, traer hácia, llevar, traer delante, presentar*; Germ. *entgegentragen oder bringen*; Angl. *to bring or put before, present*). Occurrit ¶ 1. Stricto sensu de rebus physicis est, ut diximus, ante aliquem ferre, opponere, præsentem sistere. *Accius* apud *Festum p.* 145. 29. *Müll.* Signa extemplo canere ac tela ob mœnia offerre imperat. *Cic. Rosc. Am.* 31. 87. Ex tot sicariis, solus tu inventus es, qui cum accusatoribus sederes atque os tuum non modo ostenderes, sed etiam offerres. *Virg.* 6. *Æn.* 290. Corripit hic-ferrum Æneas, strictamque aciem venientibus offert. *h. e.* opponit. *Quintil.* 1. 1. 26. Eburneas litterarum formas (*pueris*) in lusum offerre. ¶ 2. Latiori sensu usurpatur de personis aut rebus, quæ ante alicujus oculos se sistunt. *Ter. Hecyr.* 3. 3. 9. Sed continuo vultum earum sensi immutari omnium, Quia tam incommode illis fors obtulerat adventum meum. Cf. *Ovid.* 3. *Trist.* 9. 23. Cujus (*fratris*) ut oblata est præsentia: Vincimus, inquit. *Cic.* 1. *Divinat.* 37. 81. Quæ (*formæ*) reapse nullæ sunt, speciem autem offerunt. *Sall. Jug.* 12. Quem ille casu ministrum oblatum promissis onerat. *Liv.* 6. 20. *extr.* Nec diis cordi fuisse pœnam ejus oblatam prope oculis suis. *eseguita quasi sugli occhi loro. Virg.* 1. *Æn.* 454. Hoc primum in luco nova res oblata timorem Leniit. *et* 2. *ibid.* 340. oblati per lunam Hyanisque Dymasque. *Quintil.* 6. 1. 10. Si-, quoties respexisset patronus, offerebant (*imaginem*) palam. — Sæpe *offerre se alicui* hoc sensu occurrit. *Ter. Adelph.* 3. 2. 24. et *Hecyr.* 5. 3. 10. Oppido opportune te obtulisti mihi obviam. *Cic.* 3. *Att.* 10. Ne me, quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi afflictumque offerrem. *Id.* 5. *ibid.* 13. Græci quasi Ephesio prætori se alacres obtulerunt. Adde *eumd.* 1. *Divinat.* 36. 79. — *Priscian.* 18. *p.* 1202. *Putsch.* ait, Romanos Atticorum more dixisse: oblati sunt vobis et ad vos; sed nullo auctore laudato. ¶ 3. Item latiori sensu, in bonam partem usurpatur de iis, quæ alicui personæ aut rei sunt utilitati, et est afferre, exhibere, præbere, tradere, deferre, ultro dare. Hinc cum v. *dare* haud raro jungitur, ut apud *Cic. pro leg. Manil.* 16. 49. Hoc tantum boni, quod vobis ab diis immortalibus oblatum et datum est. *et* 2. *Verr.* 1. 1. Id, non humano consilio, sed prope divinitus datum atque oblatum vobis summo reipubl. tempore videtur. — Ceterum *Ter. Hecyr.* 5. 3. 18. Quantam obtuli adventu meo lætitiam Pamphilo hodie! *Id. Adelph.* 5. 9. 21. Di tibi, Demea, omnes semper omnia optata offerant. *Lucilius* apud *Non. p.* 360. 25. *Merc.* Ut nunc hac re mihi opem et auxilium offeras. *Cic.* 6. *Verr.* 49. 107. Multis in difficillimis rebus præsens auxilium ejus (*numinis*) oblatum est. *Id. Rosc. Am.* 37. 107. Num ergo dubium est, quin ii obtulerint hanc prædam Chrysogono, qui ab eo partem prædæ tulerunt? *Cæs.* 6. *B. G.* 41. Optatissimum Ambiorigi beneficium obtulerant. *Id.* 1. *B. C.* 72. Petrejus atque Afranius, oblata facultate, in castra sese referunt. Sic *Virg.* 4. *G.* 438. Cujus Aristæo quoniam est oblata facultas. *et Cic. Cluent.* 28. 77. et 3. *Cat.* 2. 4. Oblatam sibi facultatem putavit, ut etc. Similiter *Sall. fragm.* 3. *Hist.* 77. 11. ed. *Kritz.* Offerre pugnam. *h. e.* pugnæ copiam facere. Rursus *Cic. pro leg. Manil.* 2. 4. Occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitrari. Sic *Auct. B. G.* 8. 18. Quum sibi oblatam occasionem rei gerendæ existimaret. *Cic.* 2. *Att.* 22. Quod fors obtulerit, id acturus videtur. *Nepos Pelop.* 2. Ut quemque ex proximo locum fors obtulisset, eo patriam recuperare niterentur. *Liv.* 35. 6. Cujus (*hostium exercitus*) delendi oblata fortuna fuerit. *Sall. Cat.* 40. Ubi primum dubiis rebus novandis spes oblata est. *Cic.* 1. *Phil.* 2. 4. Lux quædam videbatur oblata, non modo regno-, sed etiam regni timore sublato. *Horat.* 3. *Od.* 16. 43. bene est cui Deus obtulit Parca quod satis est manu. *Phædr.* 2. 1. Attende cur negare cupidis debeas, Modestis etiam offerre quod petierint. *Liv.* 32. 21. *ad fin.* Nolite, si quod omnibus votis petendum erat, ultro offertur, fastidire. *Id.* 40. 23. In omnia ultro suam offerens operam. *Quintil.* 4. 2. 17. Offerre aliquid alicui muneri. *Virg.* 12. *Æn.* 109. Offerre fœdus. Huc pertinet et illud *Livii* 9. 3. Ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus est hostis. — Hinc etiam *offerre se* frequenter occurrit. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 5. 12. Finem feci offerendi mei, ne forte mea sedulitas aut insidiosa, aut impudens videretur. *Id. Planc.* 10. 24. Ultro mehercules se mihi etiam offerentes, ultro pollicentes rogavi. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 31. 99. Si nihil se offeret, quod sit probabilitati illi contrarium. *Id.* 3. *Orat.* 49. 191. Ipsi (*versus*) se offerent et respondebunt non vocati. *Quintil.* 2. 7. 4. Figuris jam non quæsitis, sed sponte et reposito velut thesauro se offerentibus. *Id.* 9. 1. 4. Communi et primum se offerente ratione. — Pro donare, dicare, consecrare Deo, vel Ecclesiæ, Christiani sæpe usurpant. *Prudent.* 5. *Cathemer.* 159. et 2. περὶ στεφ. 75. — Offerre sacrificium, *Sulpic. Sever.* 2. *dial.* 2. h. e. Missam agere. ¶ 4. Item latiori sensu, sed in malam partem, usurpatur de iis, quæ alicui sunt impedimento, incommodo, damno, et est afferre, inferre, opponere. *Plaut. Rud.* 2. 6. 30. Mendicitatem mihi obtulisti opera tua, Dum tuis asseculto magnidicis mendaciis. *Id. Pœn.* 2. 3. 17. et 4. 2. 30. Offerre moram alicui. *Ter. Hecyr.* 5. 1. 14. immerenti injuriam. *et* 3. 3. 23. vitium virgini. *Lucilius* apud *Non. p.* 360. 22. *Merc.* Homines ipsi hanc sibi molestiam ultro atque ærumnam offerunt; ducunt uxorem. *Cic. Sext.* 21. 48. Qua (*manu*) mortem sæpe hostibus obtulisset. *Id. Rosc. Am.* 13. 37. mortem parenti. *Id. Vatin.* 10. 24. In senatu confessus esset, se cum telo fuisse, Cn. Pompejo-suis manibus necem offerre voluisse. *Id.* 2. *Phil.* 38. 99. stuprum alicui. Sic *Id.* 5. *Fin.* 22. 64. Quæ per vim oblatum stuprum voluntaria morte lueret. *Id. Amic.* 18. 65. Ab aliquo oblatas criminationes repellere. *Al. leg.* illatas; *al.* allatas. *Id. ibid.* Ut ne criminibus inferendis delectetur, aut credat oblatis. *Liv.* 1. 51. Oblato falso crimine insontem oppressit. *Catull.* 64. 247. Theseus qualem Minoidi luctum Obtulerat mente immemori, talem ipse recepit. Cf. *Plaut. Cas.* 3. 5. 49. tu mihi offers mœrorem. *Tac.* 4. *Ann.* 59. Ac forte illis diebus oblatum Cæsari anceps periculum auxit vana rumoris. *Cic.* 13. *Fam.* 1. *a med.* Neque multi sunt, et diffugiunt qui sunt, metu oblato. *h. e.* injecto, ut *Forcellinus* interpretatur. Sic *Id.* 10. *ibid.* 12. Recitatis litteris, oblata religio Cornuto est pullariorum admonitu. — Fere autem dicitur de iis, quæ inferuntur extrinsecus: et oblatum opponitur intestino. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 15. 48. Neque ut quidquam interesset inter intestinum et oblatum. *et* 1. *ibid.* (*post.*) 11. 40. Impulsio oblata extrinsecus. Sic *Id. Dom.* 24. 62. Domus ardebat non fortuito, sed oblato incendio. *h. e.* immisso. *Lucret.* 2. 950. Nam quid præterea facere ictum posse reamur Oblatum, nisi discutere et dissolvere quæque? — *Oblatum furtum*, cujus meminit *Gell.* 11. 18., dicitur, quum res furtiva tibi ab aliquo oblata sit, eaque apud te concepta sit, utique si eâ mente data tibi fuerit ut apud te potius, quam apud eum, qui dederit, conciperetur: nam tibi, apud quem concepta sit, propria adversus eum, qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblati. Ita *Cajus* 3. *Institut. tit.* 1. Brevius in *Epit.* ejusdem *Caji Institut. l.* 2. *tit.* 10. Oblatum furtum dicitur, quum res furtiva alicui ita a fure datur, ut apud ipsum furem inveniri non possit. — Ceterum eadem, de qua diximus, significatione *se offerre* usurpatur a *Cic.* 1. *ad Brut.* 15. *ante med.* Romam ut veni, statim me obtuli Antonii sceleri atque dementiæ. *h. e.* opposui, ut *Forcellinus* interpretatur. *Liv.* 2. 16. *ad fin.* Fusoque ingenti exercitu, qui se ingredientibus fines consulibus ferociter obtulerat. *Id.* 2. 60. Huic tantæ concordiæ ducis exercitusque non ausi offerre se, Æqui vagari populabundum hostem per agros passi. Cf. *Tibull.* 4. 1. 148. Nulla tibi adversis regio sese offeret armis. ¶ 5. Item est se, vitam suam, aliam personam aut rem periculis, aut morti objicere, exponere. *Plaut. Capt.* 2. 1. 33. Nam tu nunc vides pro tuo caro capite Carum offerre meum caput vilitati. *Accius* apud *Cic. Sext.* 56. 120. Re dubia haud (*al.* nec) dubitarit vitam offerre, nec capiti pepercerit. *Id.* apud *Non. p.* 95. 24. *Merc.* Nosque ut seorsum dividos leto offeras. Cf. *Lucret.* 3. 1041. Sponte sua leto caput obvius obtulit ipse. *Cic. Sull.* 30. 84. Caput meum obtuli pro patria periculis omnibus. *Id. Sext.* 28. 61. Consule me-obtulit in discrimen vitam suam. *Id. ibid.* 1. 1. Se et salutem suam in discrimen offerre pro statu civitatis et pro communi libertate. *Liv.* 3. 11. Multum et consules se abstinebant, ne cui in colluvione rerum majestatem suam contumeliæ offerrent. Huc referri potest et illud *Cic. Rabir. Post.* 8. 22. In custodia etiam fuit regia, et vita ejus oblata pœnæ est. *h. e.* exposita, subjecta, *esposta, soggettata. At* Orellius *legit* ablata pæne est. — *Se offerre* sæpissime occurrit. *Cic. Sext.* 28. 61. Non offert se ille istis temeritatibus. *Id. Pis.* 9. 21. His (*tempestatibus*) unum me pro omnium salute obtuli. *Id.* 3. *Cat.* 12. 28. Eos, qui se pro salute vestra obtulerint invidiæ periculisque omnibus. Cf. *Liv.* 3. 50. *extr.* Nec satis audentibus singulis invidiæ se offerre. Rursus *Cic.* 1. *Off.* 24. 88. Ne offeramus nos periculis sine causa. *Cæs.* 3. *B. C.* 73. *extr.* Atque ii, qui ante dimicare timuissent, ultro se prælio offerrent. *Cic.* 1. *Tusc.* 15. 32. Offerre se ad mortem pro patria. *Id. Mil.* 34. 94.; et *Cæs.* 7. *B. G.* 77. ultro se morti pro aliquo.

OFFERTOR, ōris, m. 3. *offertore*, oblator. *Commodian. Instruct.* 39. *de Abele.* In fratris exitio offertor mactatus a fratre.

OFFERTŌRĬUM, ii, n. 2. locus, in quo sacrificia offeruntur. *Isid.* 6. *Orig.* 19. Offertorium tali ex causa sumpsit vocabulum. Fertum enim dicitur oblatio, quæ altari offertur, et sacrificatur a pontificibus, a quo offertorium nominatur, quasi propter fertum.

OFFERTUS. *V.* EFFERTUS.

OFFĔRŬMENTA, æ, f. 1. *staffilata, botta, lividura, cicatrice*, plaga, et vibex oblata impres-

saque tergo: metaphorice ab offerumento, quod dicitur de donariis, quæ in templorum parietibus hærent. *Plaut. Rud.* 3. 4. 48. Nisi offerumentas habebis plures in tergo tuo, Quam ulla navis longa clavos; tum ego ero mendacissimus.

OFFĔRŪMENTA, ōrum, n. plur. 2. *ἀναθήματα*, donaria, quæ diis offeruntur. *Paul. Diac. p.* 188. 10. *Müll.* Offerumenta dicebant quæ offerebant, *scil.* diis.

OFFEX, icis, m. 3. qui officit. *Gloss. Isid.* Offex impeditor, qui officit.

OFFĪBULO *vel* oblibulo, as, are, a. 1. infibulare. *Gloss. Isid.* Obfibulare, concludere, circumdare.

OFFĪCĬĀLIS, e, adject. τὸ περὶ καθήκοντος, ad officium pertinens, vel de officio tractans. *Ulp. Dig.* 38. 1. 6. Fabriles operæ ad heredes transeunt, officiales non transeunt. *h. e.* quæ in officii et obsequii præstatione consistunt. *Id. ibid.* 12. 6. 26. *a med.* Si libertus operas patrono exhibuit non officiales, sed fabriles. *Lactant.* 6. 11. *et* 18. *ante med.* M. Tullius in suis officialibus libris hoc idem suadet. — Hinc

Officialis, is, m. 3. absolute, substantivorum more, est minister magistratus, *officiale.*

I.) Proprie. *Apul.* 1. *Met.* Ædilis jubet officialem suum insuper pisces inscendere, et pedibus suis totos obterere. *Inscript.* apud *Gruter.* 422. 7. L. IVLIO L. F. PAL. IVLIANO PRO PR. PROVINCIAE AQVITANIAE CONSVLI OFFICIALES EIVS PROVINCIAE AQVITANIAE OPTIMO PRAESIDI. *Ulp. Dig.* 36. 4. 5. *ad fin.* Aut per viatorem, aut per officialem præfecti introducendus est in possessionem. *Cod. Theod.* 8. 7. 2. Universi officiales diversorum officiorum. *Inscript.* apud *Orell.* 2952. TVSANDER AVG. LIB. OFFICIALIS. — *Officiales* etiam dicuntur, qui in aliquo collegio munere funguntur, quique fortasse iidem sunt atque *initiales*, quam voc. *V. Inscript.* apud *Allegranza, Opusc. erud. p.* 320. PROVISIONES IN PERPET. PER OFFICIALES C. CENT. *h. e.* collegii centonariorum.

II.) Figurate. *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 25. *ad fin.* Æmulationi occurrant necesse est officiales suæ, ira, discordia, odium etc.

OFFĪCĪNA, æ, f. 1. Ratione habita etymi, sunt qui hanc vocem cum nomine *officium* conjungunt; plerique tamen putant *officinam* esse per syncopen ab *opificina*, quæ forma legitur apud *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 7. et *Jul. Valer. Res gest. Alex. M.* edente *A. Maio*, 3. 83. *in fin.* — Ceterum officina

I.) Proprie ¶ 1. Abstracte raro admodum occurrit, et est operæ præstatio alicui adhibita in opere aliquo faciendo, *lavoro, facimento, operazione*, ἀποτέλεσμός. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 2. 1. (2). In magnis corporibus facilis officina, sequaci materia, fuit: in his (*insectis*) tam parvis quæ ratio, quanta vis, quam inextricabilis perfectio! ¶ 2. Sæpissime usurpatur concreto, uti ajunt, sensu, et generatim est locus, in quo artifices opera faciunt, ἐργαστήριον (It. *bottega, officina, fabbrica*; Fr. *atelier, laboratoire, fabrique, manufacture*; Hisp. *oficina, manufactura*; Germ. *die Werkstäte, Werkstatt, Arbeit-ort, Fabrik*; Angl. *a workhouse, workshop*). Differt ab apotheca, in qua res conditæ asservantur: et a taberna, in qua venales prostant. *Cic.* 1. *Off.* 42. 150. Opifices omnes in sordida arte versantur; nec enim quidquam ingenuum potest habere officina. *Id.* 6. *Verr.* 24. 54. Postea quam tantam multitudinem collegerat emblematum, ut ne unum quidem cuiquam reliquisset: instituit officinam Syracusis in regia maximam. Palam artifices omnes, cælatores ac vasculatios convocari jubet: et ipse suos complures habebat. *Liv.* 6. 20. Quum domus ejus fuisset, ubi nunc ædes atque officina Monetæ est. *Vopis. Agesil.* 3. Officinis armorum institutis, magna industria bellum apparavit. Adde *Cæs.* 1. *B. C.* 34. *Horat.* 1. *Od.* 4. 7. dum graves Cyclopum Vulcanus ardens urit officinas. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (85). Apelles Alexandro in officina imperite multa disserenti silentium comiter suadebat. *Id* 16. *ibid.* 6. 8. (23). Officinæ ærariorum. *Id.* 9. *ibid.* 38. 62. (133). tingentium. *Id.* 36. *ibid.* 22. 47. (165). tonstrinarum. *et* 35. *ibid.* 11. 40. (143). fullonum. *et ibid.* 12. 45. (155) plastarum. *et* 18. *ibid.* 10. 20. (89). ærariæ et chartariæ. *Colum.* 8. *R. R.* 12. 17. cetariorum. *h. e.* in quibus piscium salsamenta fiunt. — Videtur dici etiam de taberna. *Sueton. Gramm.* 23. Quum officinas promercalium vestium exerceret. ¶ 3. Hinc speciatim *Colum.* 8. *R. R.* 3. 1. et 8., et 4. 3. et 5. 19. *Officinam cohortalem* vel absolute *officinam* vocat ornithonem, seu gallinarium in villa: quia ibi gallinæ ova pariunt.

II.) Translate. *Cic.* 2. *Phil.* 14. 35. Cujus domus quæstuosissima est falsorum commentariorum et chirographorum officina. *Al., inter quos* Orellius, *leg.* domi, *quod rectius videtur. Id. Rosc. Am.* 46. 134. Officina nequitiæ, et deversorium flagitiorum omnium. *Liv.* 39. 8. *ad fin.* Falsi testes, falsa signa, testimoniaque ex eadem officina exibant. *Cic. Brut.* 8. 32. Isocratis domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam atque officina dicendi. *Id.* 1. *Legg.* 13. 36. Philosophi, qui quasi officinam instruxerunt sapientiæ. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 72. (188). Pulmo spirandi officina, attrahens ac reddens animam.

OFFĪCĪNĀTOR, ōris, m. 3. *artiere, mastro, fabbro, artefice, padron di bottega*, δημιουργός, officinam exercens, in officina laborans, artifex, faber. *Vitruv.* 6. 11. *sub fin.* Quum magnificenter opus perfectum aspicietur, ab omni potestate impensæ laudabuntur: quum subtiliter, officinatoris probabitur exactio. *h. e.* fabri diligentia in extruendo. *Apul.* 9. *Met.* Forensi negotio officinator noster attentus ferias nobis fecit. *Inscript.* apud *Gruter.* 74. 1. OFFICINATORES MONETAE AVRARIAE CAESARIS FELIX LIB. OPTIO ET EXACTOR AVRI ARGENTI AERIS etc. *Alia* apud *eumd.* 313. 5. EVTYCHES AVGG. LIB. OFFICINATOR A STATVIS. Adde *ibid.* 1066. 5. *Alia* apud *Orell.* 3226. HERCVLI AVG. SACRVM OFFICINATORES ET NVMMVLARI OFFICINARVM ARGENTARIARVM FAMILIAE MONETARI. Adde *aliam* apud *eumd.* 1090.

OFFĪCĪNATRIX, icis, f. 3. *bottegaja*, quæ officinam exercet. *Inscript.* apud *Zaccaria, Stor. lett. d'Ital. T.* 9. *p.* 494., quæ est apud *Orell.* 4257. IVNIA CROCALE OFFICINATRIX.

OFFĪCĬO, fĭcis, fēci, fectum, fĭcere, 3. Part. *Officiens* et *Offectus* I. — Officere, ex *ob* et *facio*, proprie est *facere se obviam alicui rei* vel *personæ*, tam auxiliandi et obsequendi, quam impediendi et obsistendi causa. Apud *Lucret.* 5. 889., quod a nonnullis in bonam partem affertur. *Lachmannus* pro *officit* recte legit *occipit.* Itaque *officere* in malam semper partem accipitur, et est impedire, obstare, obesse, nocere, ἀντιπράττω (It. *impedire, far contro, nuocere, pregiudicare*; Fr. *faire obstacle à, obstruer, intercepter, empêcher*; Hisp. *impedir, obstruir, interceptar*: Germ. *versperren, in den Weg oder in's Licht treten, sich verhindernd entgegenstellen*; Angl. *to hinder, stop, obstruct, stand in the way of, be hurtful to, hurt*).

I.) Proprie occurrit — *a*) Sæpissime cum Dativo. *Cic.* 5. *Tusc.* 32. 92. Diogenes Alexandro roganti, ut diceret, si quid opus esset, Nunc quidem paullulum, inquit, a sole. Officerat videlicet apricanti. *h. e.* officerat se, seu corpus suum. — Hinc in jure *Cic. Rabir. Post.* 16. 43.: et *Cujus* 2. *Instit.* 31. et *Dig.* 8. 2. 2. et 10. et 23: et *Ulp. Dig.* 8. 2. 15. et 39. 1. 5. Officere luminibus. *V.* LUMEN. Similiter *Cic.* 1. *Orat.* 39. 179. Cuicumque particulæ cæli officeretur. — Ceterum idem *Cic.* 2. *Nat. D.* 19. 49. Umbra terræ soli officiens noctem efficit. *Sall. Jug.* 62. *in fin.* Quum alii in angustiis ipsi sibi properantes officerent. *Id. ibid.* 56. Aciem, quo hostium itineri officeret, latius porrigit. *Auct. B. Afr.* 52. Nisi pulvis vento flatus omnium prospectui officeret. *Al. leg.* prospectu: *al.* prospectibus. *Cic.* 3. *Off.* 16. 66. Demoliri ædes, quarum altitudo officeret auspiciis. *Id. Arat.* 590. Sin autem officiens signis mons obstruet altus, Aut adimet lucem cæca caligine nubes. *Varro* 1. *R. R.* 7. 2. Quæ suo quidque loco posita sunt, ea minus loci occupant et minus officit aliud alii ab sole ac luna, et vento. *Virg.* 1. *G.* 69. officiunt lætis frugibus herbæ. — *b*) Cum Accusativo. *Auct. B. Afr.* 61. Cæsar adversariorum excursionibus iter officere non intermittit. *impedire, chiudere.* Alii pro *iter* legendum putant *ita.* — *c*) Passive. *Lucret.* 2. 154. corpuscula inter se retrahuntur et extra Officiuntur, uti cogantur tardius ire. *h. e.* impediuntur. *Id.* 4. 763. *de somno.* omnes Corporis offecti sensus per membra quiescunt. *Id.* 5. 774. Quove modo soleant offecto lumine obire. *mox contra dicit* aperto lumine. — *d*) Sequente *quominus*, affertur a *Forcellino* illud *Lucret.* 1. 975. prohibere et officere, quominus etc. At *Lachmannus* legit *efficere.*

II.) Translate. — *a*) Cum Dativo. *Cic. Brut.* 17. 66. Horum concisis sententiis officit Theopompus-altitudine orationis suæ. *Id. Rosc. Am.* 38. 112. Cur te mihi offers, ac meis commodis, officio simulato, officis et obstas? Sic *Id. ibid.* 2. 6. Ei pecuniæ vita Sex. Roscii obstare atque officere videtur. et *Liv.* 2. 2. *med.* Id officere, id obstare libertati. *Id. præfat. lib.* 1. Officere nomini. *h. e.* famæ. *Sall. Cat.* 28. *extr.* consiliis alicujus. *et ibid.* 6. Timor animi auribus officit. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 7. 26. (63). Lactucæ officiunt claritati oculorum. — *b*) Sequente *quominus. Plin. alter* 6. *Ep.* 29. Nec vero Isocrati, quo minus haberetur summus orator, officit, quod infirmitate vocis impediebatur.

OFFĪCĬŌSĒ, adverb. Comp. *Officiosius* et Sup. *Officiosissime.* — Officiose est idem ac cum officio, *officiosamente, cortesemente*, ἐπιμελῶς. *Afranius* apud *Charis.* 2. *p.* 187. *Putsch.* Te istuc facere officiose scio. Sic *Cic. Amic.* 20. 71. Quod officiose et amice et cum labore aliquo suo factum quoad dicere. *Id.* 6. *Att.* 1. *ad fin.* Officiosius fecit, quod etc. *M. Scaurus* apud *Charis. loc. cit.* M. Brutum ita officiose atque observanter tractavere. Rursus *Cic.* 1. *Att.* 20. *sub init.* Quum ad me ita suaviter, diligenter, officiose et humaniter scripseris, ut-ne exspectare quidem abs te-tantum facilitatis ac mansuetudinis potuerim etc. *Plin.* 10. *Ep.* 32. Officiosissime venit ad me. *Apul. de Mag. ad fin.* In quo (*testamento*) mei officiosissime et honestissime meminit.

OFFĪCĬŌSĪTAS, ātis, f. 3. *offiziosità, cortesia. Sidon. carm.* 23. 178. Seu nos eximii simul tenebat Nectens officiositas Marini.

OFFĪCĬŌSUS, a, um, adject. (officium). Comp. *Officiosior* et Sup. *Officiosissimus* I. — Officiosus ¶ 1. Generatim est qui libenter, vel probe officium, seu beneficium alicui exhibet, sive qui obsequi alteri multum studet, θεραπευτικός (It. *offiziozo, pronto a far piacere, cortese, obbligante*; Fr. *officieux, obligeant, serviable, favorable, empressé, zélé*; Hisp. *oficioso, obligante, servidero, apresurado*; Germ. *dienstergeben, -fertig, gefällig, zuvorkommend, voller Gefälligkeit und Dienstfertigkeit*; Angl. *ready to serve, kind, obliging, courteous, officious*). Usurpatur — *a*) De hominibus, et quidem absolute. *Cic.* 13. *Fam.* 21. *extr.* Hominem pudentem et officiosum cognosces. *Id. Rosc. com.* 6. 18. Est ne quisquam, qui tibi purior, pudentior, humanior, officiosior, liberaliorque videatur? *Id.* 13. *Att.* 45. *ad fin.* Equidem, si ex omnibus esset eligendum, nec diligentiorem, nec officiosiorem, nec nostri studiosiorem facile delegissem Vestorio. *Id.* 11. *Fam.* 22. Homo summo ingenio, summa virtute, officiosissimus præterea et gratissimus. *Id. Pis.* 23. 55. Officiosissima natio candidatorum. — Et cum præpos. *in. Cic.* 14. *Fam.* 16. Volumnia debuit in te officiosior esse, quam fuit. *Id.* 3. *Verr.* 24. 63. Homines Lampsaceni summe in omnes cives R. officiosi. Cf. *Ovid.* 4. *Trist.* 7. 3. Tempore tam longo cur non tua dextera versus Quamlibet in paucos officiosa fuit? — *b*) De abstractis et aliis. *Cic. Planc.* 19. 46. Officiosa amicitia. *Ovid.* 3. *Pont.* 2. 17. voluntas. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 8. sedulitas. *Ovid.* 4. *Pont.* 2. 5. Orba tamen numeris cessavit epistola numquam Ire per alternas officiosa vices. ¶ 2. Aliquando *officiosi* per jocum dicti sunt impudici et obscæni, in rebus turpibus facile obsequentes. *Seneca præf. l.* 4. *Excerpt. controv. ad fin. V.* OFFICIUM I. 4. c. — *Officiosus dolor* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 28. 70. est

qui recte et ratione suscipitur, et justam causam habet, ita ut ad officium pertineat dolere, ut si quis doleat, quod sapiens non sit. Sic *Id. Mil.* 5. 12. Officiosi labores. *Seneca Ep.* 99. *a med.* Officiosa pietas. — Hinc

Officiosus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est servus, qui in balineis vestimenta lavantium servat. *Petron. Satyr.* 92. At ego ne mea quidem vestimenta ab officioso recepissem, nisi notorem dedissem. *Al. aliter leg.*

OFFĬCĬŌSUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

OFFĬCĬPERDA, æ, m. 1. *et* Officiperdus, i, m. 2. qui officium, seu beneficium perdit, dum gratiam non reddit. *Cato* 3. *distich.* 87. Gratior officiis, quo sis mage carior, esto, Ne nomen subeas, quod dicitur officiperdæ. — Alio sensu in *Gloss. Isid.* Officiperdi, qui sui laboris non habent remunerationem. Catoni quoque dicuntur officiperdi. Hæc *Isid.* qui allatos *Catonis* versus respicere videtur. Sed uterque locus parum habet auctoritatis in lingua Latina. De distichis *Catonis* multa *Fabric.* in *Biblioth. Lat. l.* 4. *c.* 1. *sect.* 8.

OFFĬCĬUM, ii, n. 2. Ratione habita etymi, *Forcellinus* hanc vocem a verbo *officio* deducit, et addit: Observandum porro est, verbum *officio* in malam partem, nomen vero *officium* inde derivatum in bonam semper accipi. Sunt tamen, præcipue inter recentiores, qui ut ab *opificina* per syncopen *officina*, ita ab *opificium*, h. e. *opus facere*, nomen *officium* factum esse putant. Ceterum *officium* universim est id, quo quis vel quid pro natura sua fungi debet: præstatio ejus operis, quod quisque vel quidque præstare debet; quod quisque efficere debet, observata locorum, temporum et personarum ratione; congruus actus uniuscujusque personæ; id, in quod quisque debet incumbere, ut ipsum pro loci, temporis et personæ qualitate reddat effectum. Unde ex. gr. in familia bene instituta dicimus, omnes in officio esse oportere, id est agere quæ debent, τὸ καθῆκον (It. *funzione, esecuzione di ciò che si deve prestare, azione conforme all' obbligo, dovere, obbligo, carico, assunto, puntualità, offizio*; Fr. *fonction, accomplissement de ce qu'on doit, ce qui en est obligé de faire, devoir, office, rôle*; Hisp. *funcion, accion y exercicio de algun empleo, la obra que cada uno debe hacer, oficio, deber*; Germ. *die Werkverrichtung, Vollziehung dessen, was Jemandem zu thun obliegt, pflichtgemässe Handlung oder Leistung, Pflichterfüllung, Dienstleistung, oder Verrichtung, bisweinfach Pflicht, Aufgabe, Schuldigkeit wiederzugeben*; Angl. *a duty, office, charge, trust, engagement, that to which a man is by any natural or legal obligation bound, business*).

I.) Proprie. ¶ 1. Universim. — *a)* De humani corporis membris, et aliis hujusmodi *Ter. Eun.* 4. 5. 3. Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum officium facit. *h. e.* impedita omnia sunt vino, quo minus etc. *Lucret.* 1. 336. *Lachmann.* namque officium quod corporis exstat, Officere atque obstare, etc. *Cic.* 2. *Divinat.* 52. 107. Si sine oculis non potest exstare officium et munus oculorum, possunt tamen aliquando oculi non fungi suo munere. *Ovid.* 1. *Met.* 744. Officioque pedum Nymphe contenta duorum Erigitur. Cf. *eumd.* 12. *ibid.* 91. removebitur omne Tegminis officium. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 37. Si odorandi officium erit paralysi vitiatum. *Id.* 2. *Acut.* 38. *n.* 222. Siquidem (*aqua*) adjuvet solutionem (*corporis*); faciat etiam delectatione quadam ventris officium provocari. — *b)* De brutis animantibus. *Cic.* 4. *Herenn.* 34. 46. Nam quum canes funguntur officiis luporum, cui præsidio pecua credemus? *Horat.* de mure, qui tamen vicem servi gerit, 2. *Sat.* 6. 107. velut succinctus cursitat hospes Continuatque dapes, nec non verniliter ipsis Fungitur officiis. — c) De hominibus. *Plaut. Stich.* 1. 1. 34. An id dolet, soror, quia illi suum officium non colunt, quum tu tuum facis? *et ibid.* 39. Quia pol meo animo omnes sapientes Suum officium æquumst colere et facere Quamobrem ego te hoc, soror, tametsi's major, Monco ut tuum memineris officium. *Ter. Heaut.* 1. 1. 13. quasi nemo siet, Ita tute attente illorum (*servorum*) officia fungere. *Id. Andr.* 1. 1. 141. Nunc tuumst officium, has bene ut adsimules nuptias. *Propert.* 4. 9. 47. Idem ego Sidonia feci servilia palla Officia et Lydâ pensa diurna colo. *Colum.* 12. *R. R.* 4. 3. His autem omnibus placuit, eum, qui rerum harum officium susceperit, castum esse continentemque oportere. ¶ 2. Speciatim, ratione habita artis, in qua se quis exercet, vel magistratus, quo fungitur, et similium, — *a)* Officium est id, in quo quisque pro personæ qualitate debet incumbere, *incombenza, parte, sfera d'azione, dovere, obbligo. Cic.* 1. *Orat.* 31. 138. Oratoris officium est, dicere ad persuadendum accommodate. Sic *Id.* 2. *Herenn.* 1. 1. Hoc et priore libro egimus, quum de quinque oratoris officiis tractaremus. *Cincius* apud *Festum p.* 173. 10. *Müll.* De officio juris consulti. *Quintil. præfat.* 21. Rhetoris officium. *Id.* 8. 5. 35. Officium grammaticorum. *Cic.* 16. *Att.* 14. Id autem, quid dubitas, quin etiam in rem publicam præclare caderet? Nonne dicimus, consulum officium, senatus officium, imperatoris officium? *Cæs.* 3. *B. C.* 5. *in fin.* Præerat Ægyptiis navibus Pompejus filius, Asiaticis D. Lælius, Syriacis C. Cassius: - toti tamen officio maritimo M. Bibulus præpositus cuncta administrabat. Et *Id. ibid.* 8. Huic officio præpositus erat Fufius Kalenus legatus. *Id. ibid.* 103. Confecto legationis officio — *b)* Augustorum præcipue temporibus, magistratus quoque *officium* dicitur, quia jus, quod cuique debetur, reddit, vel quia populo opem fert, vel quia honoris gratia institutus est, *carica, magistratura. Sueton. Vesp.* 21. Deinde perlectis epistolis, officiorumque omnium breviariis. *Id. Aug.* 37. Nova officia excogitavit. *Plin. Paneg.* 91. *de præfectura ærarii.* Nondum biennium compleveramus in officio laboriosissimo et maximo. Hinc illa *JCtorum*, Cavere apud officium, deponere apud officium, etc. *Paul. Dig.* 2. 4. 17. et *Ulp. ibid.* 9. 7. *extr. V.* et infra sub II. — *c)* Hinc ex officio, *per debito, per obbligo. Ulp. Dig.* 21. 1. [illegible] *a med.* Id in tutore et curatore dicendum erit, ceterisque, qui ex officio pro aliis interveniunt. ¶ 3. Item speciatim, morali ratione, officium est congruus actus uniuscujusque personæ, sive id quod cuique agendum est ex moralis legis præcepto, *dovere morale. Cic.* 1. *Off.* 3. 8. Et medium quoddam officium dicitur, et perfectum. Perfectum officium rectum opinor vocemus, quod Græci κατόρθωμα: hoc autem commune καθῆκον vocant. *Id. ibid.* 2. 4. Latissime patere videntur ea, quæ de officiis tradita et præcepta sunt. Nulla enim vitæ pars neque publicis neque privatis, neque forensibus neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrabas, vacare officio potest; in eoque et colendo sita vitæ est honestas omnis et in negligendo turpitudo. *Id.* 3. *Fin.* 17. 58. Est autem officium, quod ita factum est, ut ejus probabilis ratio reddi possit. *et infra.* Quod autem ratione actum sit, id officium appellamus. *Ter. Andr.* 1. 5. 1. Hocine 'st officium patris? *Pacuvius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 21. 50. Conqueri fortunam advorsam, non lamentari decet. Id viri est officium: fletus muliebri ingenio additus. *Cic.* 14. *Fam.* 1. *ad fin.* Si erunt in officio amici, pecunia non deerit. *Id.* 3. *Verr.* 51. 135. Summo officio præditus homo. *h. e.* qui omnino id, quod decet, strenue facit. *Cæs.* 4. *B. G.* 25. Ego certe meum rei publicæ atque imperatori officium præstitero. — Elegantissimæ sunt hujus vocis locutiones. *Liv.* 8. 19. *ad fin.* Esse in officio. *stare in dovere. Ter. Adelph.* 1. 1. 44. Officium suum facere. *fare il suo debito. Nepos Miltiad.* 7. et *Cim.* 2. Redire ad officium. *ritornare a' suoi doveri.* Cf. *eumd. Datam.* 2. Reducere aliquem ad officium. *Cic.* 15. *Fam.* 20. Esse frequenter in officio. *h. e.* sæpe in officio suo adimplendo versari. *Id.* 5. *ibid.* 17. Omnia officia amicitiæ diligenter sancteque servare. et *Id.* 2. *Invent.* 22. 65. Pietas, quæ erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine conjunctos officium conservare moneat. *Id.* 3. *Att.* 15. Exsequi officia. Sic *Id. Senect.* 10. 34. Exsequi regis officia et munera. *Id.* 3. *Fam.* 8. Fungi officio (quod *Ter. Heaut.* 3. 3. 19. fungi officium dixit). *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 14. 47. Satis facere officio suo. *Plin.* 10. *Ep.* 56. Implere officii sui partes. *Ovid.* 7. *Met.* 337. Præstare officium patri. *Sueton. Tib.* 11. Officii duxit, exorare patrem. *stimò suo debito.* Alio sensu *Quintil.* 4. 1. 7. Duci officio vel cognationis, vel amicitiæ. *Cic. Rosc. Am.* 25. 70. Retinere aliquem in officio. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 17. Commonere aliquem officium suum. *Id. Trin.* 3. 2. 71. Meminisse officium suum. *Cic.* 1. *Att.* 3. Manere in officio. Contra *Id.* 1. *Off.* 9. 28. Officium suum deserere. *et* 10. 32. Discedere ab officio. *Id.* 7. *Fam.* 3. Deesse officio suo. *Id.* 1. *Verr.* 10. 28. Decedere de officio ac dignitate. *Id.* 5. *ibid.* 1. 2. Declinare ab religione officii. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 4. Præterire officium. *Liv.* 45. 23. Cessare in officio. *Cic. Amic.* 2. 8. Abducere aliquem ab officio. ¶ 4. Item, ratione habita amicitiæ, societatis et similium, officia dicuntur quæ quis benevolentiæ, amoris, obsequii etc. causa alteri præstat, ut si quis benevolentiæ, amoris, obsequii etc. causa alteri pro viribus prodest, gratificatur, benefacit, *attenzioni, riguardi, gentilezze, beneficii, servigi.* — *a)* Generatim. *Cic.* 13. *Fam.* 55. *ad fin.* Peto abs te pro nostra conjunctissima necessitudine plurimisque officiis paribus ac mutuis, ut voluntate, auctoritate, studio tuo perficias etc. *Id.* 5. *ibid.* 5. *init.* Quum T. Pomponius, homo omnium meorum in te studiorum et officiorum maxime conscius, ad te proficisceretur etc. Sic *Id. Amic.* 14. 49. Nihil est remuneratione benevolentiæ, nihil vicissitudine studiorum officiorumque jucundius. *et Flacc.* 22. 52. Multa et magna studia et officia in aliquam civitatem conferre. *Id. Amic.* 20. 71. Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium; quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit. (Cf. *Id. Sull.* 20. 58. Vir singulari officio in rem publ. *h. e.* qui de re publ. optime est meritus.) Ceterum *Id.* 13. *Att.* 20. Torquato nostra officia grata esse facile patior, eaque augere non desinam. *Id.* 7. *Fam.* 31. Reliquum est, ut officiis certemus inter nos. *Id.* 7. *Verr.* 71. 182. Suis officiis benevolentiam alicujus allicere. *Id.* 5. *Fam.* 2. *ad fin.* Nec in te, ut scribis, animo fui mobili. Sed ita stabili, ut in mea erga te voluntate etiam desertus ab officiis tuis permanerem. *Id.* 3. *ibid.* 9. *init.* Vir tandem legi litteras dignas Appio Claudio, plenas humanitatis, officii, diligentiæ. *Virg.* 2. *Æn.* 548. officio ne te certasse priorem Pœniteat. *Colum.* 2. *R. R.* 15. 6. Licet filicem sine injuriâ vicini, etiam cum officio decidere. — *b)* Speciatim animadvertenda sunt *urbana officia*, quum quis honoris causa alteri aderat, ex. gr. in urbem venienti obviam prodibat, alterum salutabat et sectabatur, domo deducebat, domum reducebat, etc. V. *Cic. Mur.* 33. 69. et 34. 71., qui hoc postremo loco ait: Nulla est pœna, quæ possit observantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere. *Nepos Att.* 4. Nihilo minus amicis urbana officia præstitit: nam et ad comitia eorum ventitabat, et, si qua res major acta est, non defuit. *Auct. B. G.* 8. 50. Officia præstare alicui honores petenti. *Sueton. Claud.* 26. *extr.* Celebrare officium nuptiarum alicujus. *Juvenal.* 2. 134. Quæ causa officii? quid quæris? nubit amicus. *Plin.* 1. *Ep.* 9. Officio togæ virilis interfui. Cf. *Sueton. Claud.* 2. Togæ virilis die sine solemni officio lectica in Capitolium latus est. *Id. Tib.* 12. Vitans præternavigantium officia, quibus frequentabatur assidue. *Id. Cæs.* 71. Officia prosequentium. — *Suprema officia* sunt funera. *Tac.* 5. *Ann.* 2. Quod supremis in matrem officiis defuisset. — *c)* Item, in re obscæna *officium* est turpe obsequium, et tum active, tum passive accipitur. Active *officium virile* dixit *Theod. Priscian.* 2. 11. Et *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 9. *extr.* In iis vero, qui senectute defecti virili veneris officio caruerint, etc. Adde *Propert.* 2. 18. 24.; et *Ovid.* 3. *Amor.* 7. 24. Passive, de feminis *Petron. Satyr.* 140.; de puerls *officium puerile* vo-

cat *Plaut. Cist.* 4. 1. 5. Adde *Senec. præf.* 4. *Excerpt. controv. ad fin.*

II.) Translate, metaphora ductâ a superiori paragr. 1. 2. *b.*, vel concreto, uti ajunt, sensu ¶ 1. Officium ponitur pro apparitore, aut officiali. *Ulp. Dig.* 1. 18. 6. Sub prætextu adventus officiorum, vel militum, *h. e.* corporis officialium. *Hermogenian. Dig.* 21. 2. 74. Si jussu judicis rei judicatæ pignus, captum per officium distrahatur. *Tertull. Fuga in persecut.* 14. Officia militaria redimere. ¶ 2. *Officium prætoris* est locus, ubi prætor jus dicit, vel comitatus, qui honoris causa prætori adest. *Plin.* 1. *Ep.* 5. Paucos post dies ipse me Regulus convenit in prætoris officio: illuc me persecutus, secretum petit.

OFFĪDŪCIĀTUS *vel* obfiduciatus, a, um, particip. ab inusit. *offīdūcio*: idem atque infiduciatus. *Papyr. diplom. (a.* 540.) apud *Marin. n.* 115. *lin.* 7. Nullique antea portiones juris sui a se donatæ, cessæ, neque distractæ, nec alicui offiduciatæ. *V.* INFIDUCIATUS. Hæc cl. *Furlanetto* in Append.: sed est vocabulum inter barbara recensendum.

OFFĪGO *vel* obfīxo, gis, xi, ctum, gere, a. 3. (ob *et* figo) infigere, configere, figendo firmare, *ficcare, attaccare, conficcare*, καθηλόω. *Cato R. R.* 48. Eam terram tabula aut pedibus complanato, furcas circum offigito. *Al. leg.* affigito. *Plaut. Most.* 1. 1. 12. dabo ei talentum, primus qui in crucem excucurrerit: Sed ea lege, ut offigantur bis pedes, bis brachia. *Inscript.* opt. notæ apud *Gruter.* 207. *col.* 1. MVTVLOS ROBVSTOS PROFICITO EXTRA PARIETEM IN VTRAMQVE PARTEM INSVPER SIMAS FICTAS FERRO OFFIGITO. *Liv.* 33. 5. *ad fin.* Ita densos offigunt implicantque ramos. *Al. leg.* affigunt. *Apul.* 4. *Met.* Grandi clavo manum ducis nostri nisu fortissimo ad ostii tabulam offigit.

OFFĪMENTUM *vel* obfimentum, i, n. 2. lutum. *Gloss. Philox.* Offimentum, πηλός.

OFFIRMĀTĒ *vel* obfirmate, adv. (obfirmo) constanter, maxima firmitate, obstinate, *constantemente, ostinatamente*, βεβαίως. *Sueton. Tib.* 25. Quamquam offirmate resistentem.

OFFIRMĀTUS *vel* obfirmatus, a, um. *V.* voc. seq.

OFFIRMO *vel* obfirmo, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* firmo). Part. *Offirmatus* I. et in fin. — Offirmare est firmum facere, durum reddere, βεβαιόω (It. *rassodare, saldare*; Fr. *rendre solide, affermir*; Hisp. *afirmar, asegurar alguna cosa, hacer que sea estable, endurecer*; Germ. *fest machen*; Angl. *to make firm*).

I.) Proprie. *Apul.* 7. *Met.* Pertica, qua stabuli fores offirmare solebant. *et ibid.* Nam corium offirmatum cineris inspersu dominis referemus. *h. e.* induratum, perfectum. *V.* AFFIRMATUS.

II.) Translate de animo usurpatur, quem *offirmare* dicimur, quum adversus quippiam reddimus firmum, constantem, invictum, obstinatum. — *a) Offirmare animum* legitur apud *Plaut. Merc. prol.* 81. ut ut animum offirmo meum: Dico: esse iturum me mercatum, si velit. Sic *Pacuvius* apud *Non. p.* 406. 9. *Merc.* Et tamen offirmato animo mitescit metus. — *b) Offirmare se*, propositum tueri suum, perstare, obdurare, *ostinarsi, persistere, star saldo, intestarsi. Ter. Heaut.* 5. 5. 8. age quæso, ne tam offirma te, Chreme. *Accius* apud *Non. p.* 256. 16. *Merc.* Tute ipse te te offirma et compara. *V. Offirmatus* in fin. — *c) Offirmare viam*, tenere propositum, sequi consilium semel initum, in incepto perstare. *Ter. Hecyr.* 3. 5. 4. Certum offirmare est viam me, quam decrevi, persequi. Ubi *Donatus*: Adversus omnia obstinate agere. — *d) Offirmare* absolute, id est offirmare animum. *Ter. Eun.* 2. 1. 11. censen' posse me offirmare, et Perpeti, ne redeam interea? — Et cum Infinito *Plaut. Pers.* 2. 2. 40. Offirmastin' occultare, quo te immittas, possume? *ti se' tu ostinato a nascondere?* — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla attulimus.

Offirmatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Obstinatior*, et est firmus, constans, *costante, pertinace. Plaut. Amph.* 2. 2. 15. perferam Abitum ejus animo forti atque offirmato. *Cic.* 1. *Att.* 11. Incredibile est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinatior et in hac iracundia offirmatior.

OFFLA. *V.* OFFULA.

OFFLECTO *vel* obflecto, is, ere, a. 3. (ob *et* flecto) *piegare*, ἐπικάμπτω, contra flecto, deflecto. *Plaut. Rud.* 4. 3. 74. At egò hinc offlectam navem, ac quo abeas: mane.

OFFŌCO *vel* obfŏco *et* offŭco *vel* obfŭco, as, are, a. 1. (ob *et* faux). Part. *Offocandus.* — Offocare est fauces constringere, suffocare, *strangolare. Flor.* 2. 11. Quum offocandas invicem fauces præbuissent. *Al. leg.* effocandas, *al.* offucandas. *Tertull. Idolol.* 24. Quicumque fluctus ejus offocant: omnis vortex ejus ad inferos desorbet. *Marcell. Empir. c.* 15. *ad fin. p.* 107. *retro* ed. *Ald.* Ad os, sive quid aliud hæserit faucibus, bi versus vel dicendi in aurem ejus qui offocabitur, vel scribendi in charta etc. — Dixerunt etiam *offuco*, ab eadem radice. *Paul. Diac. p.* 192. 9. *Müll.* Offucare, aquam in fauces ad sorbendum dare. *Müllerus leg.* obsorbendam.

OFFRĒNĀTUS *vel* obfrenatus, a, um, particip. ab inusit. *offreno*: *frenato, imbrigliato*, frenatus. Translate. *Plaut. Capt.* 3. 5. 96. Absque hoc esset, usque offrenatum suis me ductarent dolis. *Apul.* 6. *Met.* Cerberum offrenatum unius offulæ præda facile præteribis. *Id. de Mag.* Iuvenis novæ nuptæ illecebris obfrenatus.

OFFRINGO *vel* obfringo, fringis, frēgi, frāctum, fringere, a. 3. (ob *et* frango) est idem ac confringere, perfringere, *rompere*, ἐγκλάω, περικλάω: sed occurrit tantum in re rustica quum terra iterum aratur, quapropter valet idem atque *iterare*. Offringi terra dicitur, inquit *Paul. Diac. p.* 199. 3. *Müll.*, quum iterum transverso sulco aratur. *Varro* 1. *R. R.* 29. 2. Terram quum primum arant, proscindere appellant: quum iterum, offringere dicunt. *et* 32. 1. Quum prosciderís, offringi oportet, id est iterare, ut frangantur glæbæ. *Colum.* 2. *R. R.* 11. 3. Locum proscindito circa cal. Octobr., deinde cal. Februar. diligenter iterato, et lapides omnes egerito (*al.* eligito) glæbasque offringito.

OFFŪCIA *vel* obfucia, æ, f. 1. (ob *et* fucus) idem quod fucus, quo mulieres faciei candorem inducunt, aut ruborem, παρεόρεις (It. *belletto*; Fr. *fard*; Hisp. *betun*; Germ. *der Ueberzug von Schminke*; Angl. *a varnish, paint, wash*).

I.) Proprie. *Plaut. Most.* 1. 3. 107. Non istanc ætatem oportet pigmentum ullum attingere, Neque cerussam, neque melinum, neque aliam ullam offuciam.

II.) Translate accipitur pro fallacia, vel techna, *inganni, furberie. Plaut. Capt.* 3. 4. 123. Ita mihi stolido sursum vorsum os sublevere offuciis. *Gell.* 14. 1. Id prætigiarum atque offuciarum genus commenti sunt homines æruscatores, et cibum quæstumque ex mendaciis captantes. — Huc pertinere videtur et illud *Paul. Diac. p.* 192. 6. *Müll.* Offudas (*Scal.* offucias) fallacias.

OFFŪCO *vel* obfuco. *V.* OFFŌCO.

OFFŪDAS. *V.* OFFUCIA II. in fin.

OFFŪLA, æ, f. 1. *Offla* per syncopen pro *offula*, V. sub II. — *Offula*, deminut. ab *offa*, est parva offa, ofella, frustum carnis, et præcipue suis, ζωμίδιον (It. *fetta o pezzo di qualche cosa, o specialmente di carne, bracciuola*; Fr. *petit morceau*; Hisp. *pequeño pedazo*; Germ. *der kleine Bissen, ein Bisschen oder Stückhen*; Angl. *a small chop or piece of flesh, a collop, steak*).

I.) Proprie. — *a)* De frusto carnis, et præcipue suis. *Varro* 5. *L. L.* 100. *Müll.* Ex abdomine ejus (*sueris*, h. e. suis) offula, dicta ab offa minima e suere. *Id.* 2. *R. R.* 4. 12. Sus quum esset occisus, dicebat missam esse offulam cum duabus costis, quæ penderet tria et viginti pondo. *Colum.* 12. *R. R.* 55. 4. Offulæ carnis spissæ componuntur, et alternis sal ingeritur. *Sueton. Claud* 40. Quum de laniis ac vinariis ageretur, exclamavit in curia: rogo vos, quis potest offula vivere? — *b)* De allis cibis. *Apul.* 1. *Met.* Dum polentæ caseatæ offulam modico securius grandiorem contruncare gestio. *Pallad.* 1. *R. R.* 29. Unius modii triticea farina, in brevissimas offulas redacta, clauso phasiano per triginta dies ministrata sufficiat. *in piccioli bocconi. et Veget.* 4. *Veterin.* 18. Offula panis vino infusa faucibus boum inseratur.

OFFULCĪO *vel* obfulcio, fulcis, fulsi, fultum, fulcire, a. 4. (ob *et* fulcio) infulcire, inculcare, *riempire, turare*. Occurrunt tantum Part. *Offulciens et Offultus* apud *Apul.* 1. *Met.* Vulnus, qua maxime patebat, spongia offulciens. *Id.* 4. *ibid.* Multis laciniis offulto vulnere.

OFFULGĒO *vel* obfulgeo, ges, si, gere, n. 2. (ob *et* fulgeo) fulgendo apparere, fulgere, *apparire risplendendo*, προσαστράπω.

I.) Proprie. *Virg.* 9. *Æn.* 110. *et* 731. Continuo nova lux oculis offulsit. *Sil. It.* 3. 114. Quum subito dextrum offulsit conatibus omen. *Quintil. Declam.* 9. 7. Inopinata subito amici mei species offulsit. *His omnibus locis al.* effulsit, *aut* affulsit *agnoscunt.*

II.) Translate. *Quintil. Declam.* 12. 4. Undecumque offulsit lucrum. *Al. leg.* effulsit, *al.* affulsit. *Cod. Theod.* 2. 8. 25. Etsi fortuito in ea (*die*) imperii nostri ortus offulserit.

OFFULTUS, a, um. *V.* OFFULCIO.

OFFUNDO *vel* obfundo, fundis, fūdi, fūsum, fundere, a. 3. (ob *et* fundo). Part. *Offusus* sub *A.* I. et II. et sub *B.* I. et II. — Offundere occurrit *A)* Cum Accusativo rei quæ offunditur sive objicitur; aut *B)* Cum Accusativo rei vel personæ, quæ aliâ offusâ sive injectâ obscuratur, vel impletur.

A) Cum Accusativo rei, quæ offunditur sive injicitur

I.) Proprie offundere est ante vel circum fundere, objicere, injicere, περιχέω, ἐπιχέω (It. *spargere, spandere o gittare intorno o dinanzi*; Fr. *répandre devant, verser, jeter*; Hisp. *derramar delante, echar, verter*; Germ. *entgegenschütten oder giessen, verschütten oder vergiessen*; Angl. *to pour or sprinkle upon, pour round, spread over*). Occurrit — *a)* Active. *Plaut. Asin.* 1. 3. 64. Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum. *Id. Trin.* 4. 3. 84. ST. visne aquam Tibi petam? CH. res quum animam agebat, tum esse offusam oportuit. Cf. *Liv.* 26. 45. Quum altitudo caliginem oculis offudisset. — *b)* Mediorum apud Græcos more. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 25. *fin.* Ut piscibus aqua, sic nobis aer crassus offunditur. *Id. Tim.* 14. Ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os, offusus etc. *Seneca Ep.* 11. Rubor gravissimis quoque viris subitus offunditur. *Meliores tamen Codd. leg.* affunditur, *quod præferendum. Apul.* 4. *Met.* Asinus offunditur. *si getta a terra.*

II.) Translate usurpatur de caligine et nocte, et præcipue de errore, pavore, etc. *Cic. Rosc. Am.* 23. 91. Tamquam si offusa rei publicæ sempiterna nox esset. *Id.* 1. *Nat. D.* 3. 6. Mirabile videri, eam nobis probatam esse philosophiam, quæ lucem eriperet, et quasi noctem quamdam rebus offunderet. *Id.* 3. *Tusc.* 34. 82. Si quid tenebrarum offudit exsilium. *Id. Dom.* 53. 137. Rei publicæ tenebris offusis. *Id.* 5. *Tusc.* 2. 6. Hic error et hæc indoctorum animis offusa caligo. *Capell.* 8. *p.* 287. Diversa varietas mortalibus caligines intentionis offundit. *Liv.* 34. 6. Offundere errorem alicui. *Id.* 28. 29. Offundere omnium rerum terrorem oculis et auribus. *Id.* 39. 15. Si omnia nudavero, ne nimium terroris offundam vobis vereor. *Phædr.* 2. 4. Terrore offuso. *Liv.* 10. 5. Offundere subitum pavorem incompositis. *Id.* 2. 40. *de Coriolano.* Ut qui nec publica majestate in legatis, nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animoque religione motus esset. *messa innanzi. Ascon. in fin. argum. orat.* Cic. *pro Scaur.* Magnopere judices movit squalore et lacrimis et ædilitatis offusa memoria. *rinnovata. Sed al. leg.* effusa.

B) Cum Accusativo rei vel personæ, quæ aliâ re offusâ sive injectâ obscuratur, obtegitur, impletur.

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Fin.* 14. 45. Obscuratur et offunditur luce solis lumen lucernæ. *Val. Max.* 2. 7. *n.* 6. Oculi clarissima in luce tenebris offusi.

II.) Translate. *Cic. Marcell.* 4. 10. Quum Marcelli lacrimas modo vobiscum viderem, omnium Marcellorum meum pectus memoria offudit. *h. e.* implevit et affecit. *Al. leg.* effodit, *quod non videtur commodam habere sententiam. Tac.* 11. *Ann.* 31. Offusus pavore Claudius. *ripieno.*

OFFUSCĀTĬO *vel* obfuscatio, ōnis, f. 3. offuscandi actus: sed occurrit translate tantum. *Tertull.* 1. *ad Nation.* 10. Pertinet ad offuscationem deorum vestrorum. *h. e.* ad elevandam existimationem. Adde *eund. Resurr. carn.* 43.; et *Vulgat. interpr. Eccli.* 41. 24.

OFFUSCO *vel* obfusco, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* fuscus) obtenebrare, fuscum reddere, *offuscare*: sed occurrit translate tantum apud *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 12. Offuscare justitiam. *Id. Spectac.* 22. Quale judicium est, ut ob ea quis offuscetur, per quæ promeretur? *h. e.* ignominia afficiatur.

OFFŪSĬO *vel* obfusio, ōnis. f. 3. offundendi actio, objectio, obtentus, *lo spargimento all'intorno*

I.) Proprie. *Ambros.* 1. *Hexæm.* 8. Nisi quod (*antrum*) atro inhorrescat situ atque offusione tenebrarum.

II.) Translate. *Ambros. de Fug. sæc.* 1. Irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, et vanitatum offusio mentem occupat.

OFFŪSUS *vel* obfusus, a, um. *V.* OFFUNDO.

OFFŪTŪRUS. *V.* OBSUM.

OG

OGDŎAS, ădis, f. 3. ὀγδοάς, octonarius numerus. *Hieronym. Ep.* 36. *n.* 9. Qui (*psalmus*) septem conficitur septimanis, et in principium ogdoadis erumpit. — Est item unus ex æonibus apud *Tertull. advers. Valentin.* 7. *et* 20. et *Anim.* 37.

OGGANNĬO *vel* obgannio, is, Ivi *et* Ii, Itum, ire, n. 4. (ob *et* gannio). Part. *Obgannitus.* — Obgannire est idem quod gannire, vel contra aliquem gannire, mussare, murmurare, secreto et sæpius dicere. *Plaut. Asin.* 2. 4. 14. sine, me hunc perdere, qui semper me incendit ira, Cui numquam unam rem me licet semel præcipere furi, Quin centies eadem imperem atque ogganniam. *ridica e ricanti. Ter. Phorm.* 5. 8. 41. Habet hæc, si quod, dum vivat, usque ad aurem ogganniat. *ridica e rinfacci. Apul.* 2. *Met. sub fin.* Et statim, incertum quidnam, in aurem mulieris ogganniit. *susurrò, pispigliò all'orecchio.* et *Id. ibid.* His et talibus ogganitis sermonibus, discessum est. — Tribuunt etiam *Ennio*; at apud eum legendum est OBIGITO, quam voc. *V.*

OGGĔRO *vel* obgero, gĕris, gessi, gestum, gerere, a. 3. (ob *et* gero) cumulate gerere, ingerere, apportare, injicere, *recare in copia, apportare,* ἐπιφέρω. Occurrit in præsenti tantum tempore apud *Plaut. Pseud.* 3. 2. 22. Qui mihi condita prata in patinis proferunt, Boves qui convivas faciunt herbasque oggerunt. *Id. Truc.* 1. 2. 8. Osculum amicæ usque oggerit. *Id Cist.* 1. 1. 72. Amor amarum ad satietatem usque oggerit.

OGGRASSOR *vel* obgrassor, āris, ari, dep. 1. (ob *et* grassor) circum grassari, vel in aliquem grassari. *Gloss. Lat. Gr.* Oggrassari, ἐγκατασκήπτειν.

OH

OH, ὦ, interjectio (It. *o, oh, ah*; Fr. *oh! ah!*; Hisp. *o! ah!*; Germ. *oh*: Angl. *o! oh! ah!*), Comicis usitata. ¶ 1. Est dolentis: sic — *a*) Est dolentis et deprehensi apud *Plaut. Cas.* 2. 3. 19. ob perii! manifesto miser Teneor. — *b*) Aliquando dolentis et reprehendentis. *Ter. Heaut.* 5. 3. 8. Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta postules. — *c*) *Oh, oh, oh,* ejulantis est. *Plaut. Capt.* 2. 1. 6. oh, oh, oh. LOR. Ejulatione haud opus est. ¶ 2. Aliquando est admirantis: sic — *a*) Hac interjectione utimur, ubi ex intervallo notos videmus. *Ter. Adelph.* 5. 6. 3. Oh, qui vocare? *Al. scribunt* o, *ut sit simpliciter vocantis. Plaut. Epid.* 1. 1. 3. Oh, Epidicumne ego conspicor? — *b*) Est etiam admirantis cum contemptu quodam. *Ter. Andr.* 3. 5. 12. Oh, tibi ego ut credam, furcifer? — *c*) Item admirantis ac reprehendentis. *Ter. Phorm.* 5. 6. 17. Oh, tu quoque aderas, Phormio? *Id. ibid.* 5. 7. 52. Oh, tune is eras? ¶ 3. Aliquando est exsultantis. *Plaut. Pers.* 5. 1. 12. Oh, nil magis dulce' st. *Id. Most.* 1. 4. 12. Oh, oh, ocellus es meus, tuus alumnus sum. *Alii leg.* ohoho *conjunctim*; *plerique* oh *tantum.* — Sic est exsultantis ob rem bene gestam apud *eumd. ibid.* 1. 3. 86. Oh, probus homo sum! ¶ 4. Aliquando est affirmatis ac propemodum certi. *Ter. Adelph.* 3. 4. 38. Oh, quem egomet produxi. *Id. Phorm.* 1. 2. 20. oh, regem me esse oportuit.

ŌHĒ, interjectio. Ratione habita etymi, nonnulli *ohe* volunt esse ὠῆ: sed Græci dicunt ὠῆ alio prorsus usu quam Latini *ohe*, V. *Etymol. M.* Latina interjectione *ohe* aliquem alloquimur ac quadam ira monemus, ne vel eundo vel agendo pergat, heus (It. *olà*; Fr. *hé! ho là!*; Hisp. *he! hola!*; Germ. *oh he, halt*; Angl. *hoa! holla! soho!*). Occurrit — *a*) Sine additis. *Plaut. Asin.* 2. 3. 4. Quis nostras sic frangit fores? ohe, inquam, si quid audis. *h. e.* ne pulta amplius. *Id. Aulul.* 1. 1. 16. Abscede: etiamnunc: etiamnunc: etiam, ohe! *Ter. Phorm.* 2. 3. 71. PH. ohe, Actum, ajunt, ne agas. DE. non agam? immo haud desinam, Donec perfecero hoc. — Sæpe interjectio hæc præcedit verbis *desine, jam satis.* et est Italice *olà basta. Ter. Phorm.* 2. 3. 30. ohe, desine. *h. e.* tace, *finiscila, taci.* et *Id. Heaut.* 5. 1. 6. Ohe, jam desine deos, uxor, gratulando obtundere. Ubi *Donatus*: Interjectio est satietatem usque ad fastidium significans. — *Plaut. Cas.* 2. 3. 32. Ohe, jam satis, uxor, est: comprime te: nimium tinnis. *Id. Stich.* 5. 4. 52. Ohe, jam satis! nolo obcædes. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 12. ohe, Jam satis est. *Martial.* 4. 91. Ohe, jam satis est, ohe libelle. — *Ohe, jam* intellige *satis est. Ter. Adelph.* 4. 7. 5. Ohe, jam. *Codices quidam addunt* desine. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 96. Importunus amat laudari? donec, ohe jam, Ad cœlum manibus sublatis, dixerit; urge, e Crescentem tumidis infla sermonibus utrem.

OHO, interjectio admirantis aliquid fieri repente. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 51. Oho, inabo, quid illuc non properas? *Al. leg.* ohe — Aliquando agnoscentis cum gaudio. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 32. oho, Polymachæroplacides Purus p ttus est ipsus. *Recentiores recte leg.* eho.

OHOHO. *V.* OH 3.

OI

OICA, æ, f. 1. gemma barbari nominis e nigro et fulvo viridique et candido placet. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 65. (176). sic legente *Cod. Bamberg.* et edente *Sillig.*; *Harduinus* leg *olca*, alii *orca.* Itaque *oica* legendum videtur etiam apud *Isid.* 16. *Orig.* 12. 1.

OIEI, interjectio dolentis et ejulantis, heu! heu! *ahi! ahi! Plaut. Mil. glor.* 5. 1. 13. Oiei, satis sum verberatus, obsecro. *Al. paullo aliter leg.*; *optimi Codd. habent* olei *vel* olvi. *Ter. Phorm.* 4. 3. 58. Oiei, nimium'st. *Al. leg.* boi hui! Adde *eumd. Eun.* 4. 4. 48.

OINOS *vel* oinus, a, um. *V.* UNUS, a, um.

OINVORSEI. *V.* UNIVERSUS.

OISUS. *V.* USUS.

OL

OLA summi humeri pars. *Isid.* 11. *Orig.* 1. 62.

ŎLĀCĬTAS, ātis, f. 3. (oleo) graveolentia. *Gloss. Isid.* Olacitas, fœtulentia, odor.

OLAX, ācis, adject. *olente, olezzante*, olidus, olens. *Capell.* 1. *p.* 21. *de Baccho.* Hujus gressus incerti, atque olacis temeti madoribus implicati. *putente.* et 2. *p.* 46. Acerram illam olacem aromatis refundens. *odorosa. Gloss. Isid.* Olax, olidus.

OLCA, æ. f. 1. *V.* OICA.

ŎLĔA, æ, f. 1. In Dativo plur. est *oleis. Virg.* 2. *G.* 420. Contra, non ulla est oleis cultura. *Oleabus* dixit *Cn. Gellius*, sed reprehenditur a *Charis.* 1. *p.* 40. *Putsch. V.* **ASINA**. — Ratione habita etymi, vox est conjungenda cum Græca ἔλαια, ut *oleum* cum Græca ἔλαιον, teste ipso *Varron.* 5. *L. L.* 108. *Müll.* Olea ab elaea. — Ceterum ¶ 1. Olea est arbor, quæ olivam producit, ἐλαία (It. *olivo, oliva*; Fr. *olivier*; Hisp. *olivo*; Germ. *der Oliven-oder Oelbaum*; Angl. *an olive-tree, olive*). *Cato R. R.* 61. Qui oletum sæpissime et altissime miscebit, is tenuissimas radices exarabit: si male arabit, radices sursum adibunt, crassiores lient, et in radices vires oleæ abibunt. *Varro* 1. *R. R.* 24. 2. Qui ager frigidior et macrior sit, ibi oleam Licinianam seri oportere. *Cic.* 2. *Divinat.* 6. 16. Agricola quum florem oleæ videt, baccam quoque se visurum putat. *Ovid.* 4. *Fast.* 741. Ure mares oleas, tedamque, herbasque Sabinas. — Olearum genera Latinis, qui sedulo coluerunt, cognita enumerant *Cato R. R.* 6. *et* 7.; *Virg.* 2. *G.* 86.; *Varro* 1. *R. R.* 24. 1.; *Colum.* 5. *R. R.* 8. 3.; *Plin.* 15. *Hist. nat.* 5. 6. (20).; *Pallad.* 3. *R. R.* 18.; et *Macrob.* 2. *Saturn.* 16. — Curam et colendi rationem persequitur ex *Catone Plin.* 17. *Hist. nat.* 18. 29. (125). — Sacra fuit Minervæ (ut est apud *Plin.* 12. *Hist. nat.* 1. 2. (3).) quæ ejus inventrix dicitur a *Virg.* 1. *G.* 18. *V. Phæd.* 3. 17.; et *Servium* ad *Virg.* 8. *Æn.* 128. Hinc Atheniensium propria fuit arbor, qui sub tutela Minervæ erant. *Seneca Herc. Fur.* 193. Te ramus oleæ fronde gentili tegat, Theseu. — Fuit etiam symbolum pacis: unde pacem petentes oleæ ramum præferebant vittis circumdatum. *Liv.* 24. 30. *et* 29. 16., ubi ait proprium Græcorum hunc morem fuisse, *et* 30. 36.; *Virg.* 8. *Æn.* 116. *et* 128.; et *Stat.* 12. *Theb.* 492. etc. — De coronis ex olea, *V.* in OLEAGINUS. ¶ 2. Sumitur sæpe pro oleæ fructu. *Cato R. R.* 58. et 117. Oleas caducas et albas condire. *et* 144. Oleam cogere, legere, stringere, verberare. *et* 145. faciundam locare. *h. e.* faciundum ex ea oleum. *Lex* apud *Plin.* 15. *Hist. nat.* 2. 3. (12). Olivantibus lex antiquissima fuit: Oleam ne stringito, neve verberato. *Plaut. Stich.* 5. 4. 7. hoc convivium est Pro opibus nostris satis commodule, nucibus, fabulis, ficulis, Olea in tryblio, lupilli commiauto crustulo. *Varro* 2. *R. R.* 11. 4. Coagulum magnitudine oleæ. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 31. Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. Quod proverbium usurpatur in eos, qui concessa negant, et manifesto falsa pro veris affirmant: nam et olea interius, et nux exterius partem osseam duramque habet (Itali dicunt, *negare il pan nolo in capo*).

ŎLĔĀCĔUS, a, um, adject. (olea). ¶ 1. Est oleæ similis, *simile all'olivo. Plin.* 21. *Hist. nat.* 4. 10. (19). Alia funditur e caule malvaceo, folia oleacea habente. Ita edition. vet. 1470. et 1472.; ceteræ et *Harduin.* habent *folia oleæ*, quemadmodum et *Sillig.* ¶ 2. Item oleosus, oleo similis, *simile all'olio*, ἐλαιώδης. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 15. 51. (179). Bitumen pingue liquorisque oleacei. *Harduin.* in MSS. nusquam se reperisse ait *oleacei*, sed in aliis aliud: *Sillig.* ex *Cod. Bamberg.* leg. *oleique liquoris.*

ŎLĔĀGĪNA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

ŎLĔĀGĪNĔUS *vel* oleaginius, *et*

ŎLĔĀGĪNUS, a, um, adject. (olea). ¶ 1. Stri-

cto sensu qui est ex olea arbore, *di olivo*, ἐλαΐνος. *Cato R. R.* 48. Oleagineum seminarium. *Varro* 1. *R. R.* 40. 4. Oleaginea semina. *Virg.* 2. *G.* 31. Traditur e sicco radix oleagina ligno. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 18. 29. (125). Taleas oleaginas tripedaneas facito. *V.* JUNIPEREUS. *Auct. Grom. Colon. p.* 211. ed. *Lachmann.* Sunt et cyppi oleaginei, qui loco termini observantur. — Inter militares coronas postrema est *oleaginea*, qua uti solent, qui in prælio non fuerunt, sed triumphum procurant, ut *Gell.* 5. 6. docet. Quo pertinet illud *Paul. Diac. p.* 192. 4. *Müll.* Oleagineis coronis ministri triumphantium utebantur, quod Minerva dea belli esse putabatur. Hinc *Virg.* 3. *G.* 21. *de Cæsare triumphante.* Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ Dona feram. Ea donati sunt etiam cives, qui pacis componendæ et servandæ in civitate fuissent auctores. *Nepos Thrasyb.* 4. Huic pro tantis meritis honoris corona a populo data est, facta duabus virgulis oleaginis. Cf. et *Gell. l. cit.* — Præterea etiam victores universim hujusmodi serto Athenis coronabantur, ut *Plin.* 15. *Hist. nat.* 4. 5. (19). tradit: item in minoribus triumphis ovantes: et turmæ equitum Idibus Juliis in transvectione. *Id. ibid.* — Primus ea corona ornatus est Pericles, utpote qui bonus civis reputatus fuisset, ut narrat *Val. Max.* 2. 6. *n.* 5. ¶ 2. Est etiam oleæ similis. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 27. inter varia vitium genera *oleagineam*, seu *oleaginiam* enumerat. *Plin.* quoque *oleagineam uvam* memorat, 14. *Hist. nat.* 3. 4. (38). nuper, inquit, inventam, a similitudine olivæ. ¶ 3. Item colorem olei habens. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 20. (77). Berylli oleagini, hoc est colore olei. *Veget.* 3. *Veterin.* 17. 1. Si vero spissa fuerit, colore oleagineo, muco similis etc. — Hinc

Oleagina, æ, f. 1. (subaudi *arbor*) absolute, substantivorum more, est olea. *Venant. carm.* 7. 12. *in fin.* Plusque liquore placet quam fert oleagina succo.

ŌLĔĀMEN, ĭnis, *et*

ŌLĔĀMENTUM, i, n. 2. voces a *Scribon. Compos.* 222. *et* 269. usurpatæ, quibus significatur aliquid ex oleo factum, v. gr. unguentum.

ŌLĔĀRIS, e, adject. ¶ 1. Est ad oleam pertinens. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 42. Hoc eodem mense in pastinato seminario novissima positio est olearis taleæ, eamque oportet, quum panxeris, fimo et cinere mistis oblinere. *Ita* Schneider.; *al. leg.* olearii. ¶ 2. Item ad oleum pertinens, *da olio. Plin.* 34. *Hist. nat.* 14. 41. (146). Oleares cotes. *h. e.* quæ oleo perfunduntur, ut *aquariæ*, quæ aqua. *Sillig.* vero ex *Cod. Bamberg.* leg. *olearicæ. Pallad.* 1. *R. R.* 20. *init.* Olearis cella meridianis sit objecta partibus et contra frigus munita. *h. e.* cella, in qua oleum premitur.

ŌLĔĀRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

ŌLĔĀRĬUS, a, um, adject. ad oleum pertinens, *da olio*, ἐλαιηρός. *Cato R. R.* 3.; et *Cic. Senect.* 16. 56. Cella vinaria, olearia. *Cato R. R.* 18. Orbem olearium ex ulmo aut ex corylo, latum pedibus quatuor, Punicanis coagmentis facito. *h. e.* tabulam rotundam ligneam, super qua olearum massa, quæ premendæ sunt, ponitur. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (147). Cochleæ rotundæ in usu olario. *h. e.* ad oleum hauriendum et decapulandum. *Id.* 15. *ibid.* 8. 8. (33). Dolia olearia et cados amurca imbui, ne bibant oleum. *Scævola Dig.* 50. 4. 5. Olearii mercatores. *Inscript.* apud *Murat. p.* 948. 1. NEGOTIATOR OLEARIVS. — Hinc

Olearius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui oleum facit, aut vendit, *oliandolo*, ἐλαιοστής, ἐλαιοπώλης. *Plaut. Capt.* 3. 1. 29. Omnes compacto rem agunt, quasi in Velabro olearii. *Colum.* 12. *R. R.* 52. 13. Diligentes olearii. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* 646. 8. et 9.

Olearium, ii, n. 2. (subaudi *vas*) absolute, substantivorum more, est vas olearium, sive oleo continendo inserviens. *Scribon. Compos.* 161. Hæc reponebat in oleario fictili.

OLĔĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

ŌLĔASTĔLLUS, i, m. 2. ¶ 1. Est genus oleæ Calabricæ, ita dictæ a similitudine oleastri. *Colum.* 12. *R. R.* 51. 3. ¶ 2. Item parvus frutex, cujus flos ligustrum. *V.* LIGUSTRUM.

ŌLĔĀSTER, stri, m. 2. *olivo selvatico, oleastro*, olea silvestris, φυλίη, κότινος. *Gloss. Philox.* Oleaster, ἀγριελαία. *Virg.* 2. *G.* 182. Indicio est tractu surgens oleaster eodem Plurimus. *et ibid.* 314. Infelix superat foliis oleaster amaris. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 18. 30. (129). Inseritur oleaster calamo et inoculatione. *Id.* 16. *ibid.* 44. 89. (240). Olympiæ oleaster, ex quo primus Herculis coronatus est, et nunc custoditur religiose. *Id.* 15. *ibid.* 4. 5. (19). Athenæ quoque victores olea coronant, Græci oleastro Olympiæ. Adde *Cic.* 5. *Verr.* 23. 57.; et *Colum.* 8. *R. R.* 10. 4. Et *Venant.* 5. *carm.* 2. 30. Quodque oleaster erat, pinguis oliva viret.

ŌLĔASTRUM, i, n. 2. idem quod oleaster. *Calpurn.* 2. *Ecl.* 44. Me teneras salices juvat, aut oleastra putare. *Incertus Auct. de dubiis nomin. p.* 585. ed. *Keil.* Oleastrum generis neutri, sed Virgilius (2. *G.* 314.): foliis oleaster amaris.

ŌLĔĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *oleo*: ἐξ ἐλαίου, cum oleo factus, ut Pultes oleatæ apud *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 37. *a med.*; et Panis oleatus apud *Vulgat. interpr. Num.* 11. 8.

ŌLĔFĂCĬO. *V.* OLFACIO.

ŌLĔĪTAS, ātis, f. 3. *raccolta dell'olive*, collectio olearum et confectio olei, item oleæ legendæ tempus, olivitas. *Cato R. R.* 68. Ubi vindemia et oleitas facta erit, prela extollito. *et* 144. Sese oleam non surripuisse ea oleitate ex fundo L. Manlii.

ŌLENS, entis. *V.* OLEO.

ŌLENTĬA, æ, f. 1. odor. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 22. Suavis olentia gratiæ.

ŌLENTĪCA, ōrum, n. plur. 2. oleta, loca mali odoris. *Paul. Diac. p.* 192. 5. *Müll.*

ŌLENTĪCĒTUM, i, n. 2. sterquilinium. Translate locus immundus. *Claud. Mamert.* 2. *Stat. anim.* 9. Cernas hinc alios situ fœtutinarum turpium ex olenticetis suis ac tenebris cloacam ventris et oris inhalare sentinam. *Apul. de Mag.* Nocens lingua semper in fœtutinis et olenticetis suis jaceat. *Alii leg.* oleticetis, *ab* oletum.

ŌLĔO, les, lŭi, (*et* olevi *in compositis*), lere, n. 2. *Olo, is*, in 3. conjugat. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 56. Quæ tibi olant stabulum, sellam etc. Adde *fragm.* apud *Diomed.* 1. *p.* 378. *Putsch.*; *Afran.* et *Pompon.* apud *Non. p.* 147. 5. *Merc.* Sic in illo *Plauti Most.* 1. 1. 41. Non omnes possunt olere unguenta exotica, Ut tu oles. *Priscian.* 8. *p.* 838. et 9. *p.* 866. vult *olere* pœnultima correpta dici, ut constet iambici metri ratio. Cf. *Eutych. p.* 2188. *Putsch.* — Part. *Olens* in fin. — Olere, quod ratione habita etymi conjungi potest cum Græca v. ὄζω, *oleo* enim est pro *odeo*, significat odorem spirare, redolere; et tum de bono, tum de malo odore dicitur (It. *olire, ulire, olezzare, mandar odore*; Fr. *avoir ou répandre une odeur*; Hisp. *olire, derramar olor*; Germ. *riechen, einen Geruch von sich geben*; Angl. *to emit a smell, smell of*).

I.) Proprie occurrit — *a*) Absolute. *Plaut. Truc.* 2. 4. 3. ver vide: Ut tota floret! ut olet! ut nitide nitet! Cf. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 7. 18. (35). Rosa recens a longinquo, sicca propius olet. Rursus *Plaut. Pœn.* 1. 2. 34. Nisi multa aqua usque et diu macerantur (*muriatica*), Olent, salsa sunt, tangere ut non velis. *Ulp. Dig.* 21. 1. 12. Is, cui os oleat, an sanus sit, quæsitum est. *cui puzza il fiato.* Adde *Martial.* 12. 86. — *b*) Cum Adverbiis. *Plaut.* apud *Diomed. loc. cit.* Facite, olant ædes Arabice. *h. e.* Arabicis thymiamatis. *Varro* 3. *R. R.* 16. 6. Nulla harum assidit in loco inquinato, aut eo, qui male olet. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 19. Deterius Lybicis olet, aut nitet herba lapillis? *Plin.* 20. *Hist. nat.* 17. 69. (177). Optimum Creticum heraclium; nam et jucunde olet. *Plaut. Most.* 1. 3. 115. ecastor mulier recte olet, ubi nihil olet. Cf. *Cic.* 2. *Att.* 1. Mulieres ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur. — *Non bene olet, qui bene semper olet* ab *Hieronymo Ep.* 130. *n.* 19. tribuitur *Petronio*: sed habetur etiam apud *Martial.* 2. 12. (Hoc mihi suspectum, quod oles bene, Postume, semper: Postume, non bene olet, qui bene semper olet.), et dicitur de iis, quibus quum vel corpus morbo aliquo, vel vitiis fœteat animus, exquisitiore cultu utuntur. — *c*) Cum Ablativo rei, cujus odorem quis aut quid spirat. *Propert.* 4. 7. 32. Cur nardo flammæ non oluere meæ? *Ovid. Heroid.* 15. 76. Non Arabo noster rore capillus olet. *Id.* 5. *Met.* 405. Perque lacus altos et olentia sulphure fertur Stagna Palicorum. — *d*) Cum Accusativo rei, cujus odorem quis aut quid spirat. *Plaut. Most.* 1. 1. 41. Non omnes possunt olere unguenta exotica, Si tu oles. *Id. Asin.* 5. 2. 79. Murrham olet. *Id. Most.* 1. 3. 120. quum una multa jura confundit coquus, Quid oleant, nescias, nisi id unum, ut male olere intelligas. *Ter. Adelph.* 1. 2. 37. Obsonat, potat, olet unguenta de meo. *Cic.* 3. *Orat.* 25. 99. Unguentum magis laudari, quod ceram, quam quod crocum olere videatur. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 5. Vina fere dulces oluerunt mane Camenæ. *Id.* 1. *Sat.* 2. 27. Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.

II.) Translate est indicare, prodere, *sapere, mostrare.* — *a*) Absolute. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 39. Aurum huic olet. *h. e.* quasi odore se prodit. *Cic. Orat.* 45. 154. Quid illud? non olet, unde sit? — *b*) Cum Accusativo rei, quæ indicatur vel proditur. *Plaut. Men.* 1. 2. 59. Olfacta, quid olet? PR. furtum, scortum, prandium. *Cic. Rosc. Com.* 7. 20. Supercilia illa penitus abrasa olere malitiam et clamitare calliditatem videntur. *Id.* 1. *Nat. D.* 26. 72. Epicurus nihil olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem disciplinis. *Id.* 3. *Orat.* 12. 44. Quædam certa vox Romani generis urbisque propria, in qua nihil sonare, aut olere peregrinum possit. *Varro* 5. *L. L.* 74. *Müll.* Et aræ Sabinorum linguam olent. *Quintil.* 8. 1. 3. Et verba et vox hujus alumnum urbis oleant, ut oratio plane Romana videatur, non civitate donata. — Hinc Part. præs.

Olens, entis, adjective quoque usurpatur, et est odorus, odorifer, odoratus, *odorifero, odoroso*, εὐώδης.

I.) Proprie. — *a*) Interdum est bene olens. *Virg.* 1. *G.* 188. Induet (*se nux*) in florem et ramos curvabit olentes. *Ovid.* 1. *Art. am.* 95. Aut ut apes saltusque suos, et olentia nactæ Pascua. *Id.* 10. *Met.* 729. olentes mentæ. *Stat.* 12. *Theb.* 622. olens Hymettus. *Id.* 1. *Silv.* 2. 21. thymbra. *Juvenal.* 14. 269. saccus. *h. e.* aromatum plenus. — Aliquando additur *bene, suave*, ut apud *Virg.* 2. *Ecl.* 48. Narcissum et florem jungit bene olentis anethi. *Catull.* 60. 6. Cinge tempora floribus Suave olentis amaraci. — *b*) Sæpius est male olens, putidus, *putente, puzzolente*, δυσωδής. *Plaut. Men.* 5. 2. 111. Hunc proteram lenonem olentem, edentulum. *Virg.* 2. *G.* 134. animas, et olentia Medi Ora fovent illo. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 30. olente in fornice stantem. *Id.* 1. *Od.* 17. 7. Olentis uxores mariti. *h. e.* hirci. *Ovid.* 2. *Pont.* 10. 25. et olentia stagna Palici. *h. e.* olentia sulphure, ut *Id.* ait 5. *Met.* 405. *Lucan.* 7. 821. olentes agri. *h. e.* inhumatis cadaveribus. — Cum addito *male, graviter* etc. *Cic.* 2. *Orat.* 61. 249. In male olentem. *Scribon. Compos.* 42. Hi pastilli benefaciunt et ad exulceratas aures qualibet ex causa et graviter olentes.

II.) Translate. *Tac. Dial. de orat.* 22. *sub fin.* Quædam procul arceantur, ut jam oblitterata et olentia. *h. e.* quasi situm et mucorem redolentia.

ŌLĔŌMELLA, æ, f. 1. est quædam arbor fructifera in Syria, teste *Isid.* 17. *Orig.* 7. 11. *Lindmann.* Oleomella nascitur in Palmyra, Syriæ civitate, ex eo ita appellata, quod ex trunco oleum defluat in crassitudinem mellis, sapore suavi. *Al. leg.* elæomella.

ŌLĔŌSĔLĪNUM, i, n. 2. est quædam selini species, quam memorat *Isid.* 17. *Orig.* 11. 3.

ŌLĔŌSUS, a, um, adject. *pieno d'olio, olioso*, ἐλαιώδης, oleo plenus, vel pinguis ad similitudinem olei. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 81. (106). *de myagro herba.* Semen oleosum. *Id.* 28. *ibid.* 9. 35. (134). Quod supernatat, butyrum est, oleosum natura. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. *n.* 174. Deco-

ctio ptisanæ calidæ, sed non oleosæ, ac potius siccæ, vel ex oleo viridi confectæ. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 3. *n.* 56.

ŌLĔRĂCĔUS, a, um, adject. oleri similis. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 53. (85). Hypericon oleraceo frutice, tenui, cubitali.

ŌLĔRĀRĬUM, ĭi, n. 2. olerum hortus. *Gloss. Lat. Gr.* Olerarium, λαχανώριον.

OLĔRĀTOR, ōris, m. 3. olitor, qui olera vendit. *Gloss. Philox.* Olerator, λαχανοπώλης.

OLERATUS, a, um, adject. *coltivato ad erbaggi,* oleribus consitus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 168.

ŌLĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. olera semino. *Cn. Mattius* apud *Priscian.* 6. *p.* 722. *Putsch.* Meos hortulos plus stercoro, quam olero. In *Not. Tir. p.* 168. legitur *oleratus.* Ab *Eutych.* vero *p.* 2157. *Putsch.* offertur *oleror, oleraris.*

ŌLESCO, is, ĕre, n. 3. *crescere,* cresco, adolesco. *Lucret.* 2. 1128. Donicum olescendi summum tetigere cacumen. *Plerique al., et ipse* Lachmann. *leg.* alescendi. Sed *olescendi* legisse etiam *Nonium p.* 248. 3. *Merc.* quidam putant. *Festus p.* 309. 19. *Müll.* Suboles ab olescendo, id est crescendo, ut adolescentes quoque, et adultæ, et indoles dicitur. Cf. *Paul. Diac. p.* 308. 4. Similiter *Id. Paul. Diac. p.* 5. 7. *Müll.* Et exoletus, qui excessit olescendi, id est crescendi, modum; et inolevit, id est crevit.

OLETICETUM. *V.* OLENTICETUM.

ŌLĔTO, as, āvi, are, a. 1. *sporcare,* inquino, conspurco, olidum facio. *Frontin. Aquæd.* 97. In iisdem legibus adjectum est ita: NE QVIS AQVAM OLETATO DOLO MALO VBI PVBLICE SALIRT. SI QVIS OLETARIT, SESTERTIORVM X. MILLIA MVLTA ESTO. *Oletato* videtur esse olidam facito. Hæc *Frontin.*

ŌLĔTUM, i, n. 2. duo diversa significat, prout est *A*) Ab *olea;* aut *B*) Ab *oleo, es.*

A) Oletum ab *olea* est olivetum, locus oleis consitus, *oliveto, uliveto,* ἐλαιών. *Cato R. R.* 1. De omnibus agris vinea est prima, secundo loco hortus irriguus, tertio salictum, quarto oletum, quinto pratum. Adde *eumd. ibid.* 3., 6. *et* 61.

B) Oletum ab *oleo, es,* est locus mali odoris, ut ubi cacatur, et mejitur: et metonymice stercus, aut urina hominis, unde malus odor exsistit. *Paul. Diac. p.* 203. 1. *Müll.* Oletum, stercus humanum. Veranius: Sacerdotula in sacrario Martiali fecit oletum. *Pers.* 1. 112. hic, inquis, veto, quisquam faxit oletum. Pinge duos angues: pueri, sacer est locus, extra Mejite. *V.* OLOR sub *B.*

ŌLĔUM, i, n. 2. (olea). In plurali numero usurpari *olea,* affirmat *Pompejus* in *Comm. p.* 1617. ed. *Keil.,* nullo tamen auctore laudato. — Oleum est pinguis liquor olivæ, ἔλαιον (It. *olio;* Fr. *huile d'olive;* Hisp. *aceyte de oliva;* Germ. *d. Oel, Baumöl;* Angl. *oil*).

I.) Proprie. — *a*) Universim. *Cato R. R.* 64. *extr.* Oleum, si poteris, bis in die depleto. Nam oleum quam diutissime in amurca et in fracibus erit, tam deterrimum erit. *Cic. Senect.* 11. 36. Instillare oleum lumini. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 125. Caules ungere oleo meliore. *Virg.* 5. *Æn.* 135. juventus Nudatos humeros oleo perfusa nitescit. *Ovid.* 3. *Trist.* 12. 21. ubi perfusa est oleo labente juventus. *Colum.* 12. *R. R.* 50. 1. docet, triplicis generis oleum fieri, acerbum, quod et æstivum, quia ante initium Decembris ex oleis immaturis; viride circa mensem eumdem ex oleis non permaturis; maturum ex nigris post Decembrem: optimæ notæ esse viride. — A veteribus oleo celebratur Istria (*V. Plin.* 15. *Hist. nat.* 2. 3. (8).; et *Martial.* 12. 63.), et Liburnia (*V. Pallad.* 12. *R. R.* 18. ibique *Schneideri* adnotat.). — Oleo uti feminæ in pectendo solitæ fuerunt, teste *Marcell. Empir. c.* 7. *sect.* 1. *p.* 92. ed. *Ald.* — *Inscript.* apud *Orell.* 748., quæ pertinet ad imp. Vespasiani tempora. HIC OB DEDICATIONEM STATVARVM EQVESTRIS ET PEDESTRIS OLEVM PLEBEI VTRIVSQVE SEXVI (*sic*) DEDIT. *Alia* apud *Henzen.* 7336. DIE NATAL. EIVS (*defunctæ*) III. ID. APRILIS DECVR. SPORTVL. EX ✕ CCC. INTER PRAESENT. ARBITR. SVO DIVID. OLEVM ET PROPIN. EX ✕ CCL. PRAEBEANT. — *b*) Olei conficiendi rationem tradit accurate *Colum.* 12. *R. R.* 50. Adde *Caton. R. R.* 64. *et seqq., Varron.* 1. *R. R.* 55. et *Plin.* 15. *Hist. nat.* 6. 6. (21). — *c*) *Oleo tranquillior,* proverb. de leni minimeque iracundo, quia omnium liquorum lenissimum oleum est, *più quieto dell'olio. Plaut. Pœn.* 5. 4. 66. Ita hanc canem faciam tibi oleo tranquilliorem. — *d*) *Oleum et operam perdere,* aliud de iis, qui sumptum et laborem incassum impendunt, et frustra conantur: *perdere il vanno e 'l sapone:* ductum, opinor, a lucubrantibus: vel a coquis, qui quum cibos corruperint, et condimentum et laborem perdidere: vel denique a palæstritis, qui inungebant nudata corpora antequam sese luctæ committerent. *V.* infra sub II. 1. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 119. Tum pol ego et oleum et operam perdidi. *Cic.* 7. *Fam.* 1. Pompejus confitetur se et oleum et operam perdidisse. Sic *Id. Cic.* 2. *Att.* 17. Hæc non deflebimus, ne et opera et oleum philologiæ nostræ perierit. Ad lucubrationem certe referuntur illa *ejusd.* 13. *ibid.* 28. Ante lucem quum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo et opera exaravi nescio quid ad te. *Juvenal.* 7. 98. Vester porro labor fecundior, historiarum Scriptores: petit hic plus temporis, atque olei plus. — *e*) *Oleum camino addere,* aliud, de quo *V.* in CAMINUS.

II.) Figurate. ¶ 1. Olei usus fuit maxime in palæstra. Ungebantur enim ut firmiores essent, et ut adversarii manibus facilius elaberentur. Hinc metonymice pro palæstra ponitur. *Catull.* 63. 65. Ego gymnasii fui flos, ego eram decus olei. *Cic.* 1. *Orat.* 18. 81. Nitidum quoddam genus est verborum et lætum, sed palæstræ magis et olei, quam hujus civilis turbæ ac fori. *h. e.* contentionis, disputationis, quasique palæstræ litterariæ. ¶ 2. Olei licticii plura sunt genera, nempe liquoris olei similis ex variis rebus expressi. Recenset ea *Plin.* 15. *Hist. nat.* 7. 7. (24). ¶ 3. *Oleum vivum,* et absolute *oleum* vocatur id, quod Itali nunc *petrolio* dicunt. *Grat. Cyneg.* 434. Vulcano condicta domus, quam subter eunti Stagna sedent, venis oleoque madentia vivo. *Hieronym.* in *Chron.* ad ann. U. C. DCCLIII. E taberna meritoria trans Tiberim oleum terra erupit, fluxitque toto die sine intermissione.

OLFĂCĬO, fācis, fēci, factum, făcere, n. 3. Alia forma *olefacio* legitur in quibusd. Codd. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 17. 71. (183). et in *Not. Tir. p.* 167. — Part. *Olfaciens, Olfactus* et *Olfaciendus* I. — *Olfacere,* quod est per syncopen pro *olefacere,* hoc autem pro *odefacere* (ab *odor* et *facio*) quo veteres usi sunt teste *Paul. Diac. p.* 179. 12. *Müll.,* quocum cf. *Festum p.* 178. 31., significat odorari, odorem percipere, ὀσφραίνομαι (It. *odorare, fiutare, annasare;* Fr. *flairer, sentir;* Hisp. *oler, percibir con el olfato;* Germ. *etwas riechen;* Angl. *to smell, smell out, scent, perceive by the nose*).

I.) Proprie. *Cic.* 5. *Tusc.* 38. 111. Quidam disputant, quæ aspectu percipiantur, ea non versari in oculorum ulla jucunditate, ut ea, quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus. *Verburg.* reperit *olefaciamus* in quodam MS. *Catull.* 13. 13. Quod (*unguentum*) tu quum olfacies, deos rogabis, Totum ut te faciant, Fabulle, nasum. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 50. (137). Delphini sagacissime olfaciunt. *Id* 23. *ibid.* 8. 80. (157). Laurus folia trita, olfactaque subinde, pestilentiæ contagia prohibent. *Id.* 20. *ibid.* 17. 71. (183). Gith destillationem narium discutit tunsum in linteolo, olfactum. *Id. ibid.* 13. 51. (138). Dederunt (*rutæ succum*) lethargicis ex aceto olfaciendum. *Paulin. Nolan. carm.* 27. 346. (*sus*) olfaciens motando dat oscula rostro.

II.) Translate. ¶ 1. Est præsentire, deprehendere, *subodorare, scoprire. Cic.* 1. *leg. Agr.* 4. 11. Quisnam tam abstrusus usquam nummus videtur, quem non architecti hujusce legis olfecerint? *Ter. Adelph.* 3. 4. 32. (*al.* 3. 3. 42.) Non sex totis mensibus olfecissem, Prius quam ille quidquam cœperit? *Petron. Satyr.* 93. Si aliquis ex his nomen poetæ olfecerit, totam concitabit viciniam. ¶ 2. *Olfacere labra lacte,* imbuere sapore lactis, per catachresin. *Varro* 2. *R. R.* 2. 16. Si agnus ad matris mammam non accedet, admovere oportet, et labra agni ungere butyro, aut adipe suilla, et olfacere labra lacte. To *labra* repetitum videtur a *Varrone* non esse.

OLFACTĀTRIX. *V.* OLFACTRIX.

OLFACTĀTUS, a, um. *V.* OLFACTO.

OLFACTĬO, ōnis, f. 3. odoratus. *Gloss. Cyrill.* Ὀσφρησις, odoratus, odoratio, olfactio. *Gloss. Philox.* Olfactio, ὄσφρησις.

OLFACTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *frequentat.* vel *intens.* ab olfacio. — Part. *Olfactans, Olfactatus et Olfactandum.* — Olfacto est idem ac sæpe olfacio, et olfacio simpliciter. *Plaut. Men.* 1. 2. 56. Summum me olfactare oportet vestimentum. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 88. (361). Boves cælum olfactantes. *Id.* 20. *ibid.* 14. 54. (155). Pulegii ramum in tertianis olfactandum dari. *Id.* 28. *ibid.* 16. 63. (225). Membrana partus asinarum, olfactata accedente morbo comitialium, resistit. *At* Sillig. *ex optimis Codd. legit* olefacta, *h. e.* olfacta.

OLFACTŌRĬA, æ, f. 1. idem atque olfactorium. *Fronto de oration.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 1. *ante med.* Refricant eamdem unam sententiam sæpius quam puellæ olfactoriæ sucina. Fortasse legendum *olfactoria,* ita ut sit ab adject. *olfactorius, a, um.*

OLFACTORĬŌLUM, i, n. 2. deminut. olfactorii. *Isid.* 19. *Orig.* 31. Olfactoriola vascula sunt muliebria, in quibus odoramenta gestantur. *Hieronym.* 2. in *Isaj.* 3. 18. Describit et olfactoriola, ut Christi bonus odor simus.

OLFACTORĬUM, ĭi, n. 2. florum, vel odorum fasciculus, olfactus gratia, ὀσφραντήριον. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 11. 29. (97). Sicuti lethargum olfactoriis excitari. *Id.* 20. *ibid.* 9. 36. (92). Brassicæ aridæ farina in olfactorio collecta. *cunziera. V.* RETICULUM. *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 113. *bis* ed. *Ald.* Aliquem olfactariis (*lege* olfactoriis) reficere.

OLFACTRIX, ĭcis, f. 3. quæ olfacit. Sic *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (239). vocat vitem, quæ raphanum et laurum odore sentit, et ab eis recedit. Ita legit *Harduin.* ex MSS. Alii *olfactatrix,* quam lectionem exhibet et *Silliq.*

OLFACTUS, a, um. *V.* OLFACIO.

OLFACTUS, us, m. 4. actus olfaciendi, *l'odorare, odoramento,* ὄσφρησις.

1.) Proprie. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 21. 89. (156). *de thymo.* Datur et comitialibus, quos correptos olfactus excitat thymi. *At* Sillig. *legit* olfactum excitat thymum. *Id.* 32. *ibid.* 3. 13. (28). Testes libris sternutamenta olfactu movent.

II.) Translate est ipsa odorandi facultas et sensus, *l'odorato. Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 50. (137). Delphini nec olfactus vestigia habent, quum olfaciant sagacissime. *Id.* 10. *ibid.* 70. 90. (194). Piscibus olfactum esse, manifeste patet, quippe non omnes eadem esca capiuntur, et, prius quam appetant, odorantur.

ŌLĬDUS, a, um, adject. (oleo). Sup. *Olidissimus* sub *a.* — Olidus — *a*) Absolute, est qui male olet (*V.* OLOR *B.*), *di cattivo odore,* δυσώδης. *Horat.* 1. *Ep.* 5. 29. Sed nimis arcta premunt olidæ convivia capræ. *Petron. Satyr.* 21. Nos basilis olidissimis inquinavit. *Sueton. Tib.* 45. Hirsutus atque olidus senex. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 18. (41). Succum olidis auribus instillare. *Martial.* 10. 37. olida vulpes. *Seren. Sammon.* p. 66. ed. *Ald.* Si iungas olidæ grave quod minxere capellæ. Rursus *Martial.* 1. 50. olidæ vestes muricæ. *V.* MUREX. — *b*) Cum addito *bene* est odoratus, *odoroso. Colum.* 12 *R. R.* 17. 1. Acetum in vasa picata bene olida diffunditur. *et ibid.* 38. 4. Vinum purgatur, et in amphoras bene picatas et bene olidas diffunditur. — *c*) Item simpliciter olens, *che ha odore. Rutil.* 1. *Itiner.* 624. Atque olidum doctas nosse cubile canes.

ŌLĬGŌCHRŌNĬUS, a, um, adject. *di corta vita,* ὀλιγοχρόνιος, qui brevem vitam vivit. Græca vox, ab ὀλίγος *paucus, brevis,* et χρόνος *tempus. Firmic.* 3. *Mathes.* 5. et 4. *ibid.* 1. *et* 8.

ŌLIM, adverb. De vocis etymo alii alia; sed nihil certi afferunt. — *Olim* generatim est idem

atque illo quod definitur tempore, certo aliquo tempore, aliquando (It. *una volta, un giorno*; Fr. *autrefois, un jour, une fois*; Hisp. *otra vez, en otro tiempo, una vez*; Germ. *einst, einmal*: Angl. *sometimes*). ¶ 1. Refertur ad tempus præteritum, sive longinquum, sive proximum: et quidem — *a*) Dicitur de eo, quod aliquo tempore ante est actum, addito ipsius temporis nomine aut ejus designatione per particulam *quum*. *Ennius* apud *Varron. 7. L. L.* 36. *Müll.* et apud *Cic. Brut.* 19. 76 Versibus quos olim Fauni vatesque canebant. *Plaut. Amph.* 4. 2. 11. Prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia. *Id. Asin.* 3. 3. 113. Adsta igitur ut consuetus es puer olim. *Cic.* 6. *Att.* 2. *circa med.* Ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus. — *Plaut. Asin.* 1. 3. 53. Longe aliam, inquam, præbes nunc atque olim, quum dabam. *Ter. Andr.* 5. 3. 12. Olim istuc, olim, quum ita animum induxisti tuum, quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi. *Cic.* 12. *Att.* 39. Si essent ullæ necessariæ litteræ, ut erant olim quum brevioribus diebus tamen quotidie respondebant tempori tabellarii. — *b*) *Olim* per se, sine additis, significat tempus præteritum: et hac particula ii præsertim utuntur, qui fabulas narrant, ut Græci ποτέ. *Plaut. Epid.* 4. 2. 42. Illa minis olim decem puellam parvolam emi. *Cic.* 2. *Orat.* 43. 183. Sic enim olim loquebantur. *Id.* 10. *Att.* 1. Qui mihi, quod sæpe soleo recordari, dixit olim etc. — *Plaut. Stich.* 4. 1. 33. fuit olim senex: ei filiæ Duæ erant etc. *Ter. Andr.* 5. 4. 20. Attius quidam olim, navi fracta, apud Andrum ejectus est etc. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 79. olim Rusticus urbanum murem mus paupere fertur Accepisse cavo etc. Adde *eumd.* 1. *Ep.* 1. 73.; et *Phædr.* 3. 2. 2. et alibi. — De propiore tempore, pro *nuper*. *Cic.* 15. *Fam.* 20. 2. Quum ad amorem aliquantum olim discedens addidisti, quo tolerabilius feramus igniculum desiderii tui etc. *Curt.* 8. 1. 43. Enimvero olim mero sensibus victis ex lecto repente prosiluit. — *c*) Τῷ *olim* opponuntur vocabula *nunc, hoc tempore, nuper*, et apud recentiores scriptores *mox, deinde, tunc, dehinc*. *Plaut. Epid.* 1. 2. 32. Illam amabam olim: nunc jam alia cura impendet pectori. *Ter. Phorm.* 5. 8. 19. Olim quum honeste potuit, tum non est data: nunc viduam extrudi turpe 'st. *Cic.* 15. *Fam.* 4. 13. Eum honorem, qui a senatu tribui rebus bellicis solet, neglectum a me olim, nunc mihi expetendum puto. *Virg.* 8. *Æn.* 348. Aurea (*Capitolia*) nunc, olim silvestribus horrida dumis. *Ter. Andr.* 3. 3. 13. Alium esse censes nunc me, atque olim, quum dabam. *h. e.* nuper. *Cic.* 7. *Fam.* 24. Olim quum regnare existimabamur, non tam ab ullis, quam hoc tempore observor a familiarissimis Cæsaris. *Id.* 2. *Divinat.* 25. 55. Quid ostenta-vel Lacedæmonios olim, vel nuper nostros adjuverunt? *Tac.* 1. *Hist.* 67. Gallica gens olim armis, mox memoria nominis clara. *Id.* 12. *Ann.* 18. Frater Cotys olim proditor, deinde hostis metuebatur. *Id.* 3. *Hist.* 11. Ut olim virtutis modestiæque, tunc procacitatis et petulantiæ certamen erat. *Sueton. Domit.* 8. Corneliam absolutam olim, debinc longo intervallo repetitam atque convictam, defodi imperavit. *Sallust. orat. Philippi contra Lepid.* Tumultum ex tumultu serunt, Saturnini olim, post Sulpicii, dein Marii, nunc Lepidi satellites. — *d*) *Non olim*, non multo ante, apud *Apul.* 11. *Met.* Da nomen huic sanctæ militiæ, cujus non olim sacramento etiam rogaberis. *Id.* 10. *ibid.* Mecum non olim convenerat. — *e*) *Olim furores* apud *Catull.* 68. 129. et *olim amicitias*, 94. 4. et *olim annis* apud *Val. Flacc.* 1. 53. dicta quidam putant per ὑστέρ. h. e. οἱ πάλαι ξυμοί, αἱ πάλαι φίλιαι, τὰ πρὸ ἔτη: qua ratione dixit *Virg.* ante malorum, *Ter. Andr.* 1. 2. 4. semper lenitas, *Propert.* 1. 22. 2. semper amicitia. *V.* HYPHEN. In *Catulli* tamen *loc. cit.* sunt qui melius leg. *horum furores*, ut ipse *Lachmann*. ¶ 2. Per *olim* significatur etiam id, quod inde ab aliquo tempore etiamnunc et continuo sit: hinc, si tempus, ex quo aliquid fit, longius est, *olim* est jamdudum, jampridem, jamdiu, et cum præsenti quoque conjungitur, sicut Græcum πάλαι. *Plin.* 2. *Ep.* 10. Recita saltem, ut tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te non temere præsumo. *Id.* 8. *ibid.* 9. Olim non librum in manus, non stilum sumpsi: olim nescio, quid sit otium, quid quies. *è gran tempo, che* etc. Sic *Seneca Ep.* 77. Olim jam nec perit quidquam mihi, nec acquiritur. *Juvenal.* 6. 345. Audio, quid veteres olim moneatis amici. *da gran tempo*. Sic *Sueton. Aug.* 30. Alveum Tiberis laxavit; ac repurgavit completum olim ruderibus. *Phædr.* 3. 12. Hoc si quis pretii cupidus vidisset tui, Olim redisses ad splendorem pristinum. *Petron. Satyr.* 22. Syri illi stertere, tamquam olim dormientes, cœperunt. *come se fosse buona pezza che dormivano*. *Lucan.* 5. 769. nonne olim casu pendemus ab uno? *non è egli gran tempo, che* etc? h. e. nonne per longum tempus unc nobis erat sors? *Al. leg.* non olim casu pendemus ab uno, *h. e.* non olim modo, sed etiam nunc. — Hac significatione *olim* componitur cum vocabulis *quondam, jam, primum* et *prius*. *Ter. Eun.* 2. 2. 15. Olim isti fuit generi quondam quæstus apud sæclum prius. *Forcellino* τὸ *olim* pleonasmus hoc in loco visus est, ut apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* loco infra cit. *Quintil.* 5. 12. 17. Olim jam ab illa vera imagine orandi recesserunt. Adde *Senec. Ep.* 77. paullo supra allatum. *Ter. Heaut.* 3. 1. 34. Primum olim potius quam paterere filium commeare ad mulierc'am, proterruisti hinc. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (59). Oppidum Formiæ, Hormiæ prius olim dictum. *Ai* Sillig. *verba* prius olim *bonis Codd. fretus omisit*. ¶ 3. Refertur etiam ad tempus futurum, pro aliquando, posthac, *una volta*. *Turpilius* apud *Non. p.* 358. 5. *Merc.* Deinde quam ad te redierit res olim post mortem patris Adde *Lucilium* et *Afranium* apud *eumd. ibid. Horat. Art. P.* 386. si quid tamen olim Scripseris, in Mœci descendat judicis aures. *Id.* 2. *Od.* 10. 17. Non, si male nunc, et olim Sic erit. *Id.* 2. *Sat.* 5. 27. Magna minorve foro si res certabitur olim. *Id.* 1. *ibid.* 6. 85. Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret olim, Si etc. *Virg.* 1. *Æn.* 289. Hunc tu olim cælo spoliis Orientis onustum Accipies secura. *Tibull.* 3. 5. 23. Elysios olim liceat cognoscere campos. *Phædr.* 4. 10. Olim quum adscriptus venerit pœnæ dies. *Ovid.* 3. *Amor.* 11. 7. dolor hic ubi proderit olim. *Id.* 2. *Trist.* 165. Sospite sic te sit natus quoque sospes, et olim Imperium negat hoc cum semine senex. *Id.* 1. *Fast.* 517. Montibus his olim totus promittitur orbis. *Quintil.* 10. 1. 94. Sunt clari bodieque, et qui olim nominabuntur. *Plin. Paneg.* 15. Verum hæc olim: in præsentia quidem etc. Cf. *Cic.* 11. *Att.* 4. Utinam coram tecum olim potius, quam per epistolas! — *Nunc, olim*, formula, qua poetæ omne tempus designant. *Virg.* 4. *Æn.* 625. Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor, Qui face Dardanios ferroque sequare colonos Nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires. Adde *Lucan.* 9. 603. ¶ 4. Interdum ponitur pro aliquando, certo suo tempore: sic — *a*) Ponitur pro quando, tunc, sequente *quum*, aut *ubi*. *Plaut. Truc.* 1. 1. 45. nunc lenonum plus est fere, Quam olim muscarum' st, quum caletur maxime. *Id. Mil. glor.* 1. 1. 1. Curate, ut splendor meo sit clupeo clarior, Quam solis radii esse olim, quum sudum est, solent. Adde *eumd. Pœn.* 1. 2. 142. et *Trin.* 2. 4. 122. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 60. Non magis audierit, quam Fufius ebrius olim, Quum Ilionam edormit. *Virg.* 5. *Æn.* 125. *de scopulo*. tumidis submersum tunditur olim Fluctibus, hiberni condunt ubi sidera cori: Tranquillo silet. *Lucret.* 6. 148. calidis candens ferrum fornacibus olim Stridit, ubi in gelidum propter demersimus orbem. — *b*) Item pro unquam. *Plaut. Asin.* 3. 3. 128. An quid est olim salute melius? *evvi mai cosa?* Ita *Forcellinus*: at *Handius, Tursell.* etc., si integra est Plauti scriptura, putat, *olim* hoc loco esse idem ac certo aliquo tempore, suo tempore; nisi de eo dictum est, quod fieri solet. — *c*) Item pro aliquando, *qualche volta*, nullo designato tempore, vel tempore. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 25. ut pueris olim dant crustula blandi Doctores, elementa velint ut discere prima. *Virg.* 8. *Æn.* 391. Non secus atque olim tonitru quum rupta corusco Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. *Servius* exponit: Fere, ut solet. — *d*) *Si olim*, si quando, si unquam, *se mai una volta*. *Virg.* 10. *Ecl.* 33. o mihi tum quam molliter ossa quiescant, Vestra meos olim si fistula dicat amores!

ŌLĬTOR *vel* bolitor, ōris, m. 3. (olus). De scribendi ratione *V.* OLUS init. — Olitor est qui olerum hortum exercet et olera vendit, κηπωρός, λαχανοπώλης (It. *ortolano*; Fr. *jardinier*; Hisp. *hortolano*; Germ. *der Kohlgärtner, Küchengärtner*; Angl. *a gaodener*). *Varro* 6. *L. L.* 20. *Müll.* Vinalia rustica dicuntur ante diem XIV. cal. Sept., quod tum Veneri dedicata ædes, et horti ei deæ dicantur, ac tum fiunt feriati olitores. *Cic.* 16. *Fam.* 18. Parhedrum excita, ut hortum ipse conducat: sic olitorem ipsum commovebis. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 23. (64). Pensiles cucumerum hortos promoventibus in solem rotis olitoribus. *Colum.* 10. *R. R.* 228. Quæ (*carmina*) canat inter opus, Musa modulante, putator Pendulus arbustis, olitor viridantibus hortis. *Id.* et *cit. l.* 10. et 11. *ibid.* 3. olitoris curam et officia fuse describit.

ŌLĬTŌRĬUS *vel* holitorius, a, um, adject. De scribendi ratione *V.* OLUS init. — Olitorius est ad olitorem et hortum pertinens, *da ortolano, da erbaggi*, κηπουρικός. *Varro* 5. *L. L.* 146. *Müll.*; *Liv.* 21. 62.; et *Tac.* 2. *Ann.* 49. Olitorium forum, *h. e.* ubi olera venduntur. *Ulp. Dig.* 50. 16. 198. Olitorii horti. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 38. (125). Lactucæ genus lati caulis, adeo ut ostiola olitoria ex his factitari prodiderint.

ŌLĪVA, æ, f. 1. ἐλαία,

I.) Proprie ¶ 1. Est fructus oleæ, *oliva, uliva*. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 3. 3. (9). Olivæ constant nucleo, oleo, carne, amurca. *et mox*. Suus olivæ succus oleum est: idque præcipue ex immaturis intelligimus. *Colum.* 2. *R. R.* 22. 4. Olivas conditui legere. *Plaut. Curc.* 1. 1. 90. Voltisne olivas, aut pulpamentum, aut capparim? *Afranius* apud *Non. p.* 478. 26. *Merc.* Nutricatur oliva. *Horat. Epod.* 2. 55. lecta de pinguissimis Oliva ramis arborum. ¶ 2. Item ipsa arbor, *olivo, ulivo*. *Cic.* 3. *Nat. D.* 18. 45. Aristæus, qui olivæ inventor dicitur. *Id.* 2. *ibid.* 8. 22. Si ex oliva modulate canentes tibiæ nascerentur. *Virg.* 8. *Ecl.* 16. Incumbens tereti Damon sic cœpit olivæ. *Id.* 2. *G.* 425. pinguem, et placitam paci nutritor olivam. *V.* OLEAGINEUS, ubi et de coronis ex oliva dictum est. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 2. herum an baccis opulentet olivæ. *Id. Epod.* 16. 45. oliva numquam fallens. — Fuit sacra Minervæ. *V.* OLEA. Hinc *Pallad.* 1. *R. R.* 6. § 14. Græci jubent, olivam, quum plantatur ac legitur, a mundis pueris atque virginibus operandam: credo, recordati arbori huic esse præsulem castitatem, *scil.* ei præesse castam Minervam.

II.) Translate. — *a*) De ipsius olivæ ramo. *Horat.* 1. *Od.* 7. 7. Undique decerptam fronti præponere olivam. — *b*) De ipsius olivæ ligno. *Ovid.* 2. *Met.* 680. Illud erat tempus, quo te (*o Apollo*) pastoria pellis Texit; onusque fuit dextræ silvestris oliva. *Sic leg. nonnulli ex optimis Codd.*; *vulgati libri vero* onusque fuit baculum silvestre sinistræ.

ŌLĪVANS, antis, particip. ab inusit. *olivo*: olivas colligens. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 3. 3. (11). Olivantibus lex antiquissima fuit: oleam ne stringito, neve verberato.

ŌLĪVĀRIS, e, adject. idem atque olivarius. *Servius* ad *Virg.* 3. *G.* 519. Trapetis autem, molis mobilibus olivaribus.

ŌLĪVĀRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

ŌLĪVĀRĬUS, a, um, adject. *da uliva*, ἐλαιηρός, ad olivam pertinens, olearius. *Colum.* 12. *R. R.* 49. 11. Olivariæ metretæ. *Al. leg.* olearie. *Pompon. Dig.* 33. 7. 21. Molæ olivariæ. *Auct. Grom. p.* 303. ed. *Lachmann*. Ager olivarius, *h. e.* olivis arboribus satus. *Auct. incert. de limitib. p.* 296. *Goes.* Ager olivarius, *h. e.* olivis consitus. — Hinc

Olivarium, ĭi, n. 2. absolute, substantivorum more est olivetum. *Gloss. Cyrill.* Ἐλαών, olivaria (*lege* olivarium), hoc olivetum.

ŏLĪVASTELLUS, i, m. 2. deminut. olivastri, seu oleastri. *Auct. incert. de limitib. p.* 259. *Goes.* Nam et in limitibus pro terminis plantavimus dactylum, amygdalos, et mala cotonea, et maxime olivastellum, et ficum Cypriam in fine constituimus. *Id. p.* 266. Si olivastellum inveneris unum in terminum, demonstrat aquam vivam, et convallia loca significat. *Id. p.* 267. Olivastellum in fine pro termino invenies.

ŏLĪVĀTĬO, ōnis, f. 1. olei confectio. *Gloss. Cyrill.* Ἐλαιοποιία, olivatio.

ŏLĪVĒTA, æ, f. 1. olivitas. *Fest. V.* OLIVINA.

ŏLĪVĒTUM, i, n. 2. (oliva) locus olivis consitus, oletum (quam vocem *V.*), *uliveto*, ἐλαιών. *Varro* 1. *R. R.* 22. 3. Oliveti jugera CCXL. qui coleret, eum instruere ita oportere, ut etc. *Cic.* 3. *de republ.* 9. Nos Transalpinas gentes oleam et vitem serere non sinimus, quo pluris sint nostra oliveta nostræque vineæ. *Id.* 3. *Nat. D.* 36. 86. Vineta, segetes, oliveta. *In tabula auctionis* apud *eumd.* 2. *leg. Agr.* 25. 67. Jugera CC., in quibus olivetum fieri potest. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 18. 30. (127). Olivetum putare. *Colum.* 5. *R. R.* 9. 15. Meminisse convenit veteris proverbii, eum, qui aret olivetum, rogare fructum; qui stercoret, exorare; qui cædat, cogere. *Eumen. Gratiar. act.* 13. Jam tum in illa vetere republica ad censorum laudem pertinebat, si lustrum felix condidissent, si horrea messis implesset, si vindemia redundasset, si oliveta larga fluxissent.

ŏLĪVĪFER, fĕra, fĕrum, adject. *ferace di ulivi*, ἐλαιοφόρος, olivarum arborum ferax. *Virg.* 7. *Æn.* 711. oliviferæque Mutuscæ. *Ovid.* 3. *Fast.* 151. Primus oliviferis Romam deductus ab arvis Pompilius. *h. e.* Sabinis. *Martial.* 12. 99. Olivifera corona. *h. e.* ex oliva. *Stat.* 4. *Theb.* 227. et oliviferi Eurotæ Dura manus. Alii leg. *oloriferi*, nam Eurotas a *Theognide v.* 789. dicitur δοναχοτρόφος, arundinifer, quales amnes amant olores. Sed *Virg.* 6. *Ecl.* 83. lauros ad Eurotam memorat.

ŏLĪVĪNA, æ, f. 1. reditus olei, vel olei maxima copia, vel cella olivaria. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 76. Cujus amatores domi olivinam habent maximam. Alii rectius leg. *olivi dynamin domi habent maximam.* Est autem *dynamis* Græce δύναμις, vis, copia. Alii *olivitam*, scil. pro *olivetam*, seu *olivitatem*, de qua *Festus p.* 202. 19. *Müll.* Olivitam antiqui dicebant, quum olea colligebatur; ut messem, quum frumenta; aut vindemiam, quum uvae. Quod vocabulum potius frequentari debebat, quam nullum ejus significationis haberemus: quamvis quidam *olivitatem* eam dicant. *Paul. Diac. p.* 192. 6. *Müll.* Olivetam dicebant ab oleis, ut a vino vindemiam.

ŏLĪVĪTAS, ātis, f. 3. *il raccolto delle ulive*, olivarum proventus, collectio, et legendarum tempus, oleitas. *Varro* apud *Non. p.* 148. 4. *Merc.* Omnis quum lucerna combusta est in lucubrando, olivitasque consumpta est. *Colum.* 1. *R. R.* 1. 5. Regiones, mitigato frigore, largissimis olivitatibus Liberique vindemiis exuberant. *Id.* 12. *ibid.* 50. 1. Media est olivitas plerumque initium mensis Decembris. *Mamertin. Gratiar. act.* 22. Una certe unius est hiemis olivitas. *V.* voc. præced.

ŏLĪVĪTOR, ōris, m. 3. qui olivas arbores colit. *Sidon.* 2. *Ep.* 9. Colles exercentur vinitori et olivitori. *Apul. Florid. n.* 15. Ager fecundior oliveto, nec vinitori, nec olivitori scalpitur. *Al. rectius leg.* olitori.

ŏLĪVO, as, are, n. 1. olivas legere. *Gloss. Lat. Gr.* Oliva (*lege* olivo), as, ἐλαιολογῶ.

ŏLĪVUM, i, n. 2. oleum ex olivis, *olio*, ἔλαιον. Vox fere poetica.

I.) Proprie. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 67. Eme die cæca hercle olivum, id vendito Oculata die. Adde *eumd. ibid.* 1. 2. 76. et *Asin.* 2. 4. 26. *Lucret.* 2. 391. subito per colum vina videmus Perfluere: at contra tardum cunctatur olivum. *Virg.* 5. *Ecl.* 68. Craterasque duo statuam tibi pinguis olivi. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 50. pisces perfundere olivo. *Val. Flacc.* 6. 358. bovis exuvias multo frangere olivo. *Ovid.* 10. *Met.* 176. Corpora veste levant, et succo pinguis olivi Splendescunt. Adde *Martial.* 4. 96.; *Sil. It.* 14. 137.; *Pers.* 2. 64. etc. Prosæ scriptorem, qui usurpaverit, præter *Apul.* 9. *Met.*, inveni adhuc neminem.

II.) Translate. ¶ 1. Per metonymiam pro palæstra dixit *Horat.* 1. *Od.* 8. 8. cur olivum Sanguine viperino Cautius vitat? *h. e.* cur luctam fugit? ¶ 2. Pro unguento *Catull.* 6. 8. Sertis, ac Syrio fragrans olivo. *Propert.* 3. 15. 31. Levis odorato cervix manabit olivo.

OLLA, æ, f. 1. Antiquis *aula* pro *olla* in usu fuit: *V.* AULA. — Ratione habita etymi, *Döderlinius, Latein. Synonym. vol.* 6. *p.* 246., *ollam* ab *orcula* per syncopen factam esse putat: alii vero hanc cum Græca voce αὐλός *cavus* conjungunt. — Olla est vas plerumque fictile ad coquendum, aut servandum: cujus varios usus ex subjectis exemplis colliges, et ex iis, quæ in AULA sub *B* dicta sunt, χύτρος (It. *olla, pignatta, pentola*; Fr. *pot, marmite*; Hisp. *alla, marmita*; Germ. *der Topf*; Angl. *a pot, vessel made of earth, jar*). Occurrit — *a*) Generatim. *Varro* apud *Non. p.* 543. 12. *Merc.* Oculis observare ollam pultis, ne aduratur. *Cic.* 9. *Fam.* 18. Ollam denariorum implere. *Colum.* 12. *R. R.* 43. 2. Ternæ, aut etiam quaternæ uvæ, pro capacitate vasorum, in ollas demittuntur. *et* 3. Bibulas, aut male coctas ollas emere. *Id.* 8. *ibid.* 8. 7. Olla fictilis. *Inscript.* apud *Murat.* 917. 11. Olla ossuaria. *Martial.* 12. 32. plena turpi olla resina, Summœnianæ qua pilantur uxores. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 54. (142). Achates in olla plena olei cocta. *Id.* 30. *ibid.* 9. 23. (77). Sal cum vipera crematum in olla nova. *Id.* 17. *ibid.* 10. 11. (64). Pineæ seruntur nucleis septenis fere in ollas perforatas additis. *Id.* 15. *ibid.* 22. 24. (90). Nuces conditas ollis in terra servari virides. — Etiam ex ære ollæ fiebant. *Avien. fab.* 11. Arripiens (*flumen*) geminas ripis cedentibus ollas, Ære prior fusa est, altera ficta luto. *V.* OLLARIUS. — *b*) Speciatim. Sæpe fit mentio ollarum sepulcralium, quibus pauperiorum cineres condebantur, in *vet. Inscript.*, ut apud *Gruter.* 865. 10. CLAVDIA APHRODISIA V. A. XXV. L. ANTONIVS POTHVS OLLAM CVM TITVLO BENEMERENTI et 883. 15. ITA DECREVERVNT LOCVM L. SEMPRONII D. L. HILARI ET OLLAS V. DARI ADSIGNARI etc. *Alia* apud *Reines. cl.* 16. *n.* 53. CN. MANLIVS SCTERICVS FECIT SCHOLAM OLLARVM XX. SIBI ET SVIS. *h. e.* sepulcrum et in eo ollas viginti. *V.* SCHOLA *in fin.* — *c*) *Fervet olla, vivit amicitia*, ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία, proverbium de parasitis, qui eo usque colunt aliquem, dum cœnandi apud illum locus est. *Petron. fragm. Tragur.* 38. *Burmann.* Sociorum olla male fervet, et ubi semel res inclinata est, amici de medio. — *d*) *Ipsa olera olla legit*, aliud apud *Catull.* 94. 2. quod ita quidam interpretantur, ut originem duxerit a quodam fure, qui olera furtiva auferret, deprehensusque culpam a se in ollam, qua olera exceperat, transtulerit.

OLLAR, aris, n. 3. ollæ operculum. *Varro* 3. *R. R.* 15. 2. Quum ollar impositum est. Ita legit *Scalig.* Alii *quum cumulatim impositum est* quam lectionem tuetur *Schneider.*, qui hac de re plurima.

OLLĀRIS, e, adject. χυτραῖος, ad ollam pertinens, ut *Ollares uvæ*, quæ in ollis fictilibus conduntur, de quibus *Colum.* 12. *R. R.* 45. 1. *Martial.* 7. 20. Illic et uvæ collocantur ollares. *Marcell. Empir. c.* 35. *p.* 138. ed. *Ald.* Œsypum ollare. Adde *Plin. Valerian.* 3. 14.

OLLĀRĬUM, ĭi, n. 2. loculus, in quo olla ossuaria vel una, vel binæ, quandoque etiam quatuor reponebantur; idem ac columbarium. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 13. *n.* 60. Q. CANVSIVS PRAENESTINVS MACERIAM ET OLLARIA LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS FECIT. *V.* plura huc pertinentia apud *eumd. p.* 10. *et seqq. Alia* apud *Orell.* 4545. C. TRAVS. PVDENS ET ASIATICVS ET CAESIA VENERIA COIVN. ET TRAVSIA FORTVNATA F. PROTECTVM ANTE OLLARIA SVA IMPENSA DIS MANIBVS FECER.

OLLĀRĬUS, a, um, adject. ad ollam pertinens. *Inscript.* apud *Gruter.* 630. 9. DOMITIVS ABASCANTVS FVSOR OLLARIVS. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 9. 20. (98). Novissima æris temperatura est, quæ vocatur ollaria, vase nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas æris additis.

OLLE pro ille. *V.* ILLE.

OLLIC pro illic. *Paul. Diac. p.* 196. 6. *Müll. V.* OLLUS.

OLLĬCŬLA, æ, f. 1. deminut. ollæ. *Theod. Priscian.* 4. 1. *ante med.* In cacabo aquæ ferventis deponitur alia ollicula ærea.

OLLŬLA, æ, f. 1. deminut. ollæ, χυτρίον. *Varro* 1. *R. R.* 54. 2. Inde uva in ollulas addatur. *Apul.* 2. *Met.* Quam pulcre ollulam istam intorques! *h. e.* circumfers. *Marcell. Empir. c.* 9. *p.* 99. retro ed. *Ald.* Favum contundes et suspendes in linteo, et quod decurrerit suscipies in calice, quem calicem postea pones in ollula fabri cum calida ferventissima.

OLLUS, a, um, pronom. *quegli, colui, quella*, (quod est ab ὦλλος pro ὁ ἄλλος *alius*) idem quod ille, illa, illud, sed apud antiquos. *Varro* 7. *L. L.* 42. *Müll.* Apud Ennium, Olli respondit suavis sonus Egeriai. Olli valet dictum illi, ab olla et ollo, quod alterum comitiis quum recitatur a præcone, dicitur, olla centuria, non illa: alterum apparet in funeribus indictivis, quum dicitur, ollus leto datus est. *Cic.* 2. *Legg.* 9. 21. Nocturna mulierum sacrificia ne sunto, præter olla, quæ etc. *Lucret.* 6. 207. Flammeus est plerumque colos et splendidus ollis. *Virg.* 1. *Æn.* 258. Olli subridens hominum sator atque deorum. *et* 5. *ibid.* 197. olli certamine summo Procumbunt. *Quintil.* 8. 3. 25. Propriis verbis dignitatem dat antiquitas: namque et sanctiorem, et magis admirabilem faciunt orationem, quibus non quilibet fuerat usurus: eoque ornamento acerrimi judicii P. Virgilius unice est usus: *olli* enim, et *quianam*, et *mis*, et *pone*, pellucent, et aspergunt illam, quæ etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilem arti auctoritatem. Sed utendum modo, nec ex ultimis tenebris repetenda. Hæc *Quintilian.* Ceterum *V.* ILLE.

OLMA, æ, f. 1. dicitur a Dacis planta, quæ Latinis ebulum. *Apul. Herb.* 92.

OLO, is. *V.* OLEO init.

OLOES. *Paul. Diac. p.* 19. 3. *Müll.* Ab oloes, dicebant pro ab illis: antiqui enim litteram non geminabant.

ŏLŏLўGON, ŏnis, m. 3. ὀλολυγών, clamor ranarum marium, feminas ad coitum evocantium. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 65. (172). Ranis prima lingua cohæret, intima absoluta a gutture, qua vocem mittunt mares, quam vocant ololygonem. *Harduin.* leg. *quum vocantur ololygones*, quam lectionem tuetur *Sillig.*

ŏLOR, ōris, m. 3. duo diversa significat, scilicet

A) Olor apud Poetas est idem qui cycnus, κύκνος (It. *cigno*; Fr. *cygne*; Hisp. *cisne*; Germ. *der Schwan*; Angl. *a swan*). Quidam putant esse Græcam vocem, alii Latinam. V. *Voss.* in *Etymol. Plin.* 10. *Hist. nat.* 23. 32. (63). Olorum morte narratur flebilis cantus (falso ut arbitror) aliquot experimentis. *Ovid. Heroid.* 7. 1. Sic, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis Ad vada Mæandri concinit albus olor. *Virg.* 9. *Ecl.* 35. Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna Digna, sed argutos inter strepere anser olores. *Martial.* 1. 54. Inter Ledæos ridetur corvus olores. *Id.* 8. 28. Olor Spartanus. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 142. Amyclæos ad frena citavit olores. *Val. Flacc.* 6. 102. Olores nivei. *Horat.* 4. *Od.* 1. 10. purpurei. *Sil. It.* 13. 116. Quæ candore nivem, candore anteiret olores. *V.* CYCNUS.

B) Olor, ab *oleo, es*, est idem atque odor: cum hoc tamen discrimine, quod *odor* fere de bono, *olor* fere de malo dicitur, *odore grave, puzza. Varro* 6. *L. L.* 83. *Müll.* Littera commutata dicitur odor, olor; hinc olet et odorari et odoratus et odora res. *Apul.* 1. *Met.* Ille olo-

re spurcissimi humoris perfusus. *et mox.* Causas cœpit hujus oloris comiter inquirere. *Arnob.* 2. 59. Ut non alios sapores, alios odores, alios colores habere debuerint. *Al. leg.* odores. *et mox.* Amara sunt elementa, vel dulcia? odoris sunt alicujus, vel oloris? Al. rectius leg. *coloris.* Etiam apud *Pallad.* 1. *R. R.* 19. *et* 33. in MSS. legitur *olor*: in editis non item.

ŌLŌRĪFER, fĕra, fĕrum, adject. *Claudian. ep. ad Seren.* 12. Cycnus oloriferi venit ab amne Padi. *h. e.* ubi plures olores habitant. *V.* OLIVIFER.

ŌLŌRĪNUS, a, um, adject. *di cigno,* ad olorem pertinens. *Virg.* 10. *Æn.* 187. Olorinæ pennæ. *Ovid.* 10. *Met.* 718. alæ. *Stat.* 3. *Silv.* 4. 45. *de Venere.* leves secum ipsa per auras Tollit, olorinaque jubet considere biga. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 59. (163). Gasidanem (*gemmam*) Medi mittunt, coloris olorini. *h. e.* albi. *Sillig.* leg. *orobini. Inscript.* apud *Gruter.* 99. 3. MVNVS OLORINO DE IOVE LEDA DEDIT. *Fabrett.* corrigit *tulit* pro *dedit.* scil. de Jove in cycnum converso.

ŌLŌSĒRĪCUS, a, um, adject. idem atque holosericus. Ita porro sine adspiratione scribitur in *Edict. Diocl. loc. cit.* in APERTURA.

ŌLUS *vel* holus, ĕris, n. 3. Ratione habita etymi, volunt esse ab *oleo,* cresco. Unde recte sine adspiratione scribitur, probante *Martinio.* in *Lexico,* et *Cellar. in Orthogr.,* item *Varron.* qui 5. *L. L.* 22. *Müll.* ducit ab *olla,* seu, ut olim scribebant, *ola,* in qua coquuntur. Quæ notatio si vera esset, dicerentur *olera* proprie, quæ cocta eduntur, ut *acetaria,* quæ cruda. *Manut.* et *Dausqu.* scribi volunt cum adspiratione, quibus favent *Paul. Diac.* qui *p.* 100. 1. *Müll.* docet, *helus* olim pro *holus* dictum esse, et *Scalig.* qui ab ὅλος deducit, et fragmentum veteris Calendarii apud *Gruter.* 134., ubi *forum holitorium* habetur, et *Non.* qui *p.* 490. 23. et *p.* 550. 15. (ubi *Mercerus* habet *olus*) *Merc.* et *Priscian.* qui 6. *p.* 722. *Putsch.* ita scribunt. Item *holitor* in *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 529. Ceterum *Döderlinius, Latein. Synonym. vol.* 6. 159. vocem *olus* conjungendam putat cum Gr. χλοερός *gramineus* et χλόη *gramen.* — *Olerorum* in plural. Genitivo pro *olerum* dixit *Lucilius* apud *Non. p.* 490. 25. *Merc.*; et *oleris* pro *oleribus* in plural. Dat. et Ablat. *Cato R. R.* 149. Oleris, asparagis, lignis etc. — *Olus* vel *holus* est omnis herba sativa, quæ in cibum hominum venit, λάχανον (It. *erbaggi, camangiare;* Fr. *toute herbe potagère, légume*; Hisp. *legumbre;* Germ *jede Art Küchenkraut, Kohl, Gemüse, Rüben* etc.; Angl. *any garden herbs for food potherbs*). — *a*) Olus fuit quotidianus antiquorum victus, qui frugali tenuique mensa contenti, parvo coemptos cibos adamaverunt. Crescentibus inde divitiis, invectoque carnium et piscium usu, pauperiorum cœnas instruxit. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 74. donec Discoqueretur olus. *Id.* 2. *Ep.* 2. 168. Emptum cœnat olus, *et* 1. *ibid.* 17. 13. Si pranderet olus patienter, regibus uti Nollet Aristippus: si sciret regibus uti, Fastidiret olus, qui me notat. *Pers.* 6. 19. solis natalibus est qui Tingat olus siccum muria vafer in calice empta. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 38. *et* 39. (80). Olus silvestre. *h. e.* herba edulis quidem, sed non sativa. — *b*) De rapis, eorumque foliis. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 22. Magis utilia rapa sunt, quia non hominem solum, verum etiam boves pascunt, præcipue in Gallia, ubi hiberna cibaria prædictis pecudibus id olus præbet. — *c*) Per antonomasiam dicitur de brassica, *cavolo,* quia hæc veteribus usitatissima. *Varro* 1. *R. R.* 16. 6. Vitis adscita ad olus. *Virg. Mor.* 72. Hic olus, hic late fundentes brachia betæ, Fecundusque rumex, malvæque, inulæque virebant. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 8. 30. (54). Folia trita, cocta cinere in folio oleris. *et* 28. *ibid.* 11. 47. (171). Fel caprinum assumunt ad palpebras cum succo oleris. *Id.* 29. *ibid.* 4. 25. (80). et 32. *ibid.* 9. 31. (94). Olus marinum. *h. e.* brassica marina. Loca etiam allata *Horatii* et *Persii* de brassica commode intelliguntur. — *d*) *Multa Syrorum olera,* πολλὰ Σύρων λάχανα, proverb. Græcum, quia Syria in hortis operosissima est, inquit *Plin.* 20. *Hist. nat.* 5. 16. (33). — *V.* et voc. seq.

ŌLUSĀTRUM, olusatri, *et* Olus atrum, oleris atri, n. 3. ἱππομάλινον, herba miræ naturæ, inquit *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 48. (162)., e lacrima caulis sui nascitur. Seritur et radice. Succum ejus colligunt, et myrrhæ saporem habere dicunt; auctorque est Theophrastus, myrrha sata natum. *Id. ibid.* 12. 62. (187). Libanotis radicem habet olusatri. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 18. Circa Vulcanalia optima satio napi et siseris, nec minus oleris atri. *Id.* 10. *ibid.* 123. olus pullum vocat. *Id.* 11. *ibid.* 3. 36. Atrum olus, quod Græcorum quidam vocant ἱππομάλινον, nonnulli σμύρνιον, pastinato loco semine debet conseri, maxime juxta maceriam; quoniam et umbra gaudet, et qualicumque convalescit loco: idque quum semel severis, si non totum radicitus tollas, sed alternos frutices in semen submittas, ævo manet, parvamque sarritionis exigit culturam. *V.* SMYRNION.

ŌLUSCŬLUM, i, n. 2. *piccioli, o pochi erbaggi,* deminut. *oleris,* pauca olera, vel minuta. *Cic.* 6. *Att.* 1. *a med.* In filicatis lancibus, et splendidissimis canistris olusculis nos soles pascere. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 64. Uncta satis pingui ponuntur oluscula lardo. *Juvenal.* 11. 78. Curius, parvo quæ legerat horto, Ipse focis brevibus ponebat oluscula, quæ nunc Squalidus in magna fastidit compede fossor.

OLVATUM Antistius Labeo ait esse mensuræ genus. *Festus p.* 205. 7. *Müll.* Censet *Scalig.* legendum *olusatrum,* et interpretationem corruptam esse. Alii cum edit. *Ald. olvatium* retinent, et esse ajunt, quod in olla coctum est, ut testuatium apud *Varron.* quod in testa, seu sub testu. Sed potius, ait *Müllerus loc. cit.,* olvatum oleris mensuram putaverim, dictam ab *olu* (olim *helu*) pro *olere,* cujus formæ aliud documentum sunt *helvola* et *helvella.*

ŌLYMPĬA, ōrum, n. plur. 2. *V.* OLYMPIUS in fin.

ŌLYMPĬAS, ădis, f. 3. Ὀλυμπιάς, spatium annorum quatuor, vel, ut quidam tradunt, quinquaginta mensium, ex eo ita dictum, quod juxta Olympiam Pisæi agri, mox Pisa ab Eleis eversa, Elidis parvam regionem, quinto quoque anno ineunte fierent certamina gymnica in honorem Jovis Olympii. Græci enim tempora per Olympiadas supputare cœperunt, ita numerantes, Olympiadis primæ, aut secundæ, aut centesimæ anno primo, vel secundo, vel tertio, vel quarto. Atque ut consules, ita et in Olympiis victores *iterum,* et *tertium* dicebantur. Initium Olympiadum est XXIII. annis ante urbem R. conditam, secundum alios XXV., sunt etiam qui aliter computant, ut est in ducendis temporum rationibus multiplex et varia valdeque incerta sententia. *Vellej.* 1. 8. 4. Sexta Olympiade, post duos et viginti annos, quam prima constituta fuerat, Romulus Martis filius Romam urbem Parilibus in Palatio condidit. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 8. 6. (37). Olympiade circiter XXXII. qui fuit urbis Romæ annus CXIII. (*Harduin.* corrigit XCIII. *V.* ejus notas; *Brotier.* vero legit *Olympiade Circiter LII.* qui *fuit urbis R. annus CCXXII.* At *Sillig.* rectius legit *Olympiade circiter XLII., qui fuit urbis Romæ annus CXLII.*). *Id. ibid.* 12. 9. (53). Olympiadis XLVIII. anno quarto. *Manil.* 3. 592. numero nisi deesset Olympias una. — Poetæ, qui liberiore licentia uti solent, Olympiadem pro lustro accipiunt, h. e. quinque annorum spatio. *Ovid.* 4. *Pont.* 6. 5. In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est: Jam tempus lustri transit in alterius. *Martial.* 7. 40. *de Etrusco patre.* Hic prope ter senas vidit Olympiadas. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 146. *de eodem Etrusco.* Dextra bis octonis fluxerunt sæcula lustris, Atque ævi sine nube tenor.

ŌLYMPĬAS, æ, m. 1. Ὀλυμπίας, est ventus Euboææ proprius, qui et Argestis, ut Iapyx et Atabulus Apuliæ. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 46. (120). et 17. *ibid.* 24. 37. (232).

ŌLYMPĬĒUM, i, n. 2. Ὀλυμπιεῖον, templum Jovis Olympii. *Vellej.* 1. 10. 1. Antiochus Epiphanes, qui Athenis Olympieum inchoavit, etc. *V.* OLYMPIUS in ONOM.

ŌLYMPĬŌNĪCES, æ, m. 1. Ὀλυμπιονίκης, qui in Olympiaco certamine victor evasit: ab *Olympia,* et νίκη victoria. *Cic. Flacc.* 13. 31. Quid, si etiam occisus est a piratis Adramytenus, homo nobilis, cujus est fere nobis omnibus nomen auditum, Atyanas pugil, Olympionices? hoc est apud Græcos (quoniam de eorum gravitate dicimus) prope majus et gloriosius, quam Romæ triumphasse. *Id.* 1. *Tusc.* 46. 111. Quum Rhodius Diagoras, Olympionices nobilis, uno die duos suos filios victores Olympiæ vidisset. *et mox.* Permagnum existimans, tres Olympionicas una e domo prodire. — Adjective. *Colum.* 3. *R. R.* 9. 5. Nos quoque velut Olympionicarum equarum, ita feracissimarum Aminearum seminibus electis, largæ vindemiæ spem capiamus.

ŌLYMPĬUM, ĭi, m. 2. *V.* voc. seq. in fin.

ŌLYMPĬUS, a, um, adject. Ὀλύμπιος, ad Olympum montem, vel Olympiam regionem pertinens, ut *Olympius Juppiter,* de quo et de aliis *V.* plura in ONOM. — Hinc

Olympia, ōrum, n. plur. 2. Ὀλύμπια. Juppiter prope Olympiam nobile templum habuit, ibique ludos ei celeberrimos post quartum quemque annum, Græciæ totius conventu, Hercules primum instituit, Augia Elidis tyranno superato (alii Pelopem auctorem faciunt, aut Atreum ejus filium. *Vellej.* 1. 8. 2.), deinde Iphitus intermissos instauravit: qui proinde *Olympia, orum,* dicti sunt. *V.* ELEUS. In iis Græca juventus cursu, saltu, disco, pugilatu, palæstra per dies quinque se exercebat: victores oleastro coronabantur, tantusque eis honos habebatur, ut non per portas urbis patriæ, sed per muri ruinam aditu patefacto, sublimes in curru ad proprios lares reverterentur. *V.* ISELASTICUS. *Ennius* apud *Cic. Senect.* 5. 14. Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo Vicit Olympia. *Cic. Brut.* 69. 243. Pugiles etiam si pugnos et plagas, Olympiorum cupidi, ferre possunt, solem tamen sæpe ferre non possunt. *Id.* 2. *Divinat.* 70. 144. Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 49. Quis circum pagos, et circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia? *Justin.* 7. 2. 14. Olympium certamen. *Liv.* 28. 7. *a med.* Olympiorum solemne ludicrum parantes Elei.

Olympium, ĭi, n. 2. absolute, substantivorum more, Ὀλύμπιον, est templum Jovis Olympii, idem atque *Olympieum,* quam voc. vide suo loco. *Liv.* 24. 33. Romanus exercitus ad Olympium, Jovis id templum est, mille et quingentos passus ab urbe (*Syracusis*) castra posuit. — Ceterum *Olympium* Pisistratus inchoavit, Antiochus Epiphanes Syriæ rex persecutus est; serius aliquas inde columnas Sylla Romam advexit, Hadrianus vero id perfecit et dedicavit. V. *Polyb.* 26. 10.; *Dion.* 69. 16. ibique adnotat.; *Pausan.* 1. 18.; *Liv.* 44. 20.; *Vellej.* 1. 10. 1.; et *Spartian. Hadrian.* 13. Videsis *Raoul-Rochette, Peint. antiq. inéd. p.* 172.

ŌLYMPUS, i, m. 2. Ὄλυμπος, mons insignis altitudinis in Thessalia, Bithynia, Lesbo etc., de quo *V.* in ONOM. Hinc — Translate a Poetis pro cælo ponitur, *cielo*: cf. *Varron.* 7. *L. L.* 20. *Müll.* Cælum dicunt Græci Olympum. *Virg.* 6. *Ecl.* 86. invito processit vesper Olympo. *Id.* 1. *G.* 96. Flava Ceres alto nequidquam spectat Olympo. *Id.* 9. *Æn.* 106. *de Jove.* Annuit et totum nutu tremefecit Olympum. *et* 6. *ibid.* 579. Olympus ætherius. *Ovid.* 1. *Met.* 212. summo delabor Olympo, Et deus humana lustro sub imagine terras. *Seneca Herc. Œt.* 1907. Olympus stelliger.

ŌLȳRA, æ, f. 1. ολύρα, genus frumenti, quod *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 20. (92). et 22. *ibid.* 25. 57. (121). idem esse docet cum arinca, et ab *Homero,* ολύραν quum dixit (*Iliad. l.* 5. *v.* 196. et *l.* 8. *in fin.*), arincam significari. Quidam putant esse *scandella. Id.* 18. *ibid.* 7. 11. (62). Far in Ægypto ex olyra conficitur. *Id.* 22. *ibid.* 25. 57. (121). Ex olyra decocta fit medicamen-

tum, quod Ægyptii atheram vocant, infantibus utilissimum: sed et adultos illinunt eo. Adde *Cæl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *n.* 48.

OM

ŌMA. *V.* ONA.

ŌMĀSUM, i, n. 2.

I.) Proprie. *Gloss. Philox.* Omasum, βόειον κόπρεον λιπαρόν, τῇ τῶν Γαλλων γλώττῃ, *h. e.* frustum pingue bubulæ carnis, Gallorum lingua: item ἔχινος, venter bubulus, h. e. ut opinor, intestina bubula, quæ Itali *trippe* et *busecchie* dicunt: fortasse est ab *omentum*. Unde alii intelligunt intestinum bubulum crassius et pinguius: quod erat apud plebejos in cibo gratissimum. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 45. 70. (180). Damnatus a populo, die dicta, qui concubino procaci rure omasum edisse se negante, occiderat bovem. *Horat.* 1. *Ep* 15. 34. patinas cœnabat omasi, Vilis et agninæ. *un buon piatto di trippe. Plin.* 28. *Hist. nat.* 10. 45. (161). Omasi jure poto venena expugnari putant.

II.) Figurate pro ipso ventre. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 40. pingui tentus omaso Furius.

OMBRĬA, æ, f. 1. ὀμβρία, gemmæ species, quam nonnulli notiam vocant, quæ cum imbribus et fulminibus fertur in terram decidere, quemadmodum ceraunia et brontia: et eumdem, quem illæ, effectum habet. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 65. (176).

ŌMEN, Inis, n. 3. Antiqui *osmen* dixerunt, teste *Varron.* 6. *L. L.* 76. *Müll.* Omen quod ex ore primum elatum est, osmen dictum. *et* 7. *ibid.* 97. Osmen, e quo s extritum. — Omen proprie est augurium, quod hominum ore fit, ut explicat *Cic.* 1. *Divinat.* 45. 102., quasi *oremen*, inquit *Paul. Diac.* (*p.* 195. 4. *Müll.* Omen velut oremen, quod fit ore augurium, quod non avibus aliove modo fit.): etiam *Varro loc.* supra *cit.* ab ore derivat. Sunt tamen, qui hanc vocem conjungunt cum Græcis ὄσσα et ὄψ; item qui deducunt ab *opimen*, quod ab inusit. *opere*, unde *optio* et *optare*. Sed accipitur etiam pro quovis auspicio et augurio sive læto, sive tristi, οἰωνός (It. *augurio, presagio*; Fr. *présage, pronostic, augure*; Hisp. *presagio, pronóstico, augures*; Germ. *die Vorbedeutung, Ahnung, das Anzeichen, Wahrzeichen*; Angl. *an augury, omen, token of good or bad luck*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cic.* 1. *Divinat.* 45. 102. Neque solum deorum voces Pythagoræi observaverunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina; quæ quia valere censebant majores nostri, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix fortunatumque esset, præfabantur. *Id.* 11. *Phil.* 5. 11. Hoc detestabile omen avertat Juppiter. *Id. Harusp. resp.* 20. 42. Quod dii omen obruant. *Virg.* 2. *Æn.* 178. Nec posse Argolicis exscindi Pergama telis, Omina ni repetant Argis. *Ovid.* 5. *Met.* 550. Bubo dirum omen mortalibus. *Liv.* 1. *præf. in fin.* Cum bonis ominibus aliquid incipere. *Horat.* 3. *Od.* 11. 50. Ire secundo omine. *Cic.* 3. *Fam.* 12. Faustis ominibus prosequi. *h. e.* precationibus. *Ovid.* 3. *Amor.* 12. 1. tristia semper amanti Omina non albæ concinuistis aves. *Propert.* 2. 21. 38. Nigraque funestum concinit omen avis. *et* 4. 1. 67. date candida, cives, Omina. *Ovid.* 10. *Met.* 453.; et *Plin.* 15. *Hist. nat.* 19. 21. (83). Omen facere alicui. *Tac.* 1. *Hist.* 86. *in fin.* Id ipsum a fortuitis vel naturalibus causis in prodigium et omen imminentium cladium vertebatur. — *b*) Speciatim cum *auspiciis* jungitur apud *Sueton. Ner.* 46. Terrebatur ad hæc evidentibus portentis somniorum et auspiciorum et ominum. *Id. Aug.* 92. Auspicia quædam et omina pro certissimis observabat. Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero induceretur, ut dirum; si terra marive ingrediente se longinquam profectionem forte rorasset, ut lætum. Adde *eumd. Galb.* 9. — *c*) *Accipere omen* est fortuitum alicujus dictum in omen faustum vertere rei cujuspiam. *Cic.* 1. *Divinat.* 46. 103. L. Paulus, quum ei, bellum ut cum rege Perse gereret, obtigisset, filiolam suam Tertiam osculans, animadvertit tristiculam: Quid est, inquit, mea Tertia? Mi pater, inquit, Persa periit. Tum ille arctius puellam complexus: Accipio, inquit, mea filia, omen; erat autem mortuus catellus eo nomine. *Liv.* 5. 55. Centurio in comitio exclamavit: Signifer, statue signum: hic manebimus optime; qua voce audita, senatus accipere se omen exclamavit. Adde *eumd.* 1. 7. Simile est illud *ejusd.* 29. 27. *a med. de Scipione*. Quod esset proximum promontorium percontatus, quum Pulcri promontorium id vocari audisset: Placet omen, inquit: huc dirigite naves. *V.* alia apud *Val. Max.* 1. 5. — *d*) Veteres, quum aliquid mali ominis accidisset, aut dictum esset, ejus eventum hostibus imprecari solebant, formulâ *dii omen avertant* utentes. *Virg.* 2. *Æn.* 190. quod dii prius omen in ipsum Convertant. *Sil. It.* 2. 54. Effundunt gemitus, atque omina tristia vertunt In stirpem Æneadum, ac stimulant clamoribus iras. *et ibid.* 378. Tum vero attoniti, ceu templo irrumperet hostis, Exsiluere Patres, Latioque id verteret omen Oravere deum. V. *Heynium* ad *Tib.* 3. 4. 1. et *Virg.* 3. *G.* 513. — *e*) Omina tristia bene multa recenset *Sil. It.* 8. a *v.* 626., plura *Lucan.* 1. a v. 526., aliquot *Apul.* 9. *Met. a med.*

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro certa conditione. *Ter. Andr.* 1. 2. 28. Verberibus cæsum te, Dave, in pistrinum dedam usque ad necem, Ea lege atque omine, ut, si te inde evemerim, ego pro te molam. ¶ 2. Item pro actione, quæ cum ominibus arcte connectebatur. *Virg.* 1. *Æn.* 49. Cui (*Sichæo*) pater intactam (*Didonem*) dederat, primisque jugarat Ominibus. *h. e.* primis nuptiis: cf. *Cic.* 1. *Divinat.* 46. 104. L. Flaccum ego audivi quum diceret, Cæciliam Metelli, quum vellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa: quod fieri more veterum solebat. Rursus *Virg.* 7. *Æn.* 173. Hinc sceptra accipere et primos attollere fasces Regibus omen erat. *h. e.* initium; veteres enim, gravissimarum rerum initio, captare omina solebant.

ŌMENTĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *omento*: omento involutus, ut Isicia omentata, *Apic.* 2. 1.

ŌMENTUM, i, n. 2. Ratione habita etymi, aliis videtur *omentum*, qua pingue atque adipem significat, esse ab σπός *succus* et cum *opimus* conjungendum; aliis vero, qua membranam significat, esse ab ὑμήν *membrana*. — Ceterum

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim *omentum* est adeps ac pingue, *grasso. Pers.* 6. 74. ast illi tremat omento popa venter. ¶ 2. Speciatim est membrana pinguis, qua intestina involvuntur, *rete, zirbo, omento*, ἐπίπλουν. *Cels.* 4. 1. *a med.* Contegit universa hæc omentum, ex inferiore parte læve et adstrictum, ex superiore mollius: cui adeps quoque innascitur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 80. (204). Ventriculus atque intestina pingui ac tenui omento integuntur. Adde *Senec. Œdip.* 370. ¶ 3. Non membranam solum, sed etiam ipsa viscera, seu exta significat. *Pers.* 2. 47. Tot tibi quum in flammis junicum omenta liquescant. *Juvenal.* 13. 116. In carbone tuo charta pia tura soluta Ponimus, et sectum vituli jecur, albaque porci Omenta.

II.) Figurate ponitur de membrana, qua involvitur os et cerebrum. *Macrob.* 7. *Saturn.* 9. *circa med.* Ut os secetur, omentum, quod impositum est ossi, cruciatum, dum sectionem patitur, importat. περιόστεον. *et paullo post.* Cerebrum, quod tactu sui hominem torquet, non suo sensu, sed vestitus sui, idest omenti hunc importat dolorem. *h. e.* duræ, ut vocant anatomici, et piæ matris.

ŌMĒTIS, Idis, f. 3. *Ovid.* 3. *Art. am.* 273. Conveniunt tenues scapulis ometides altis. *h. e.* humerales fasciæ: ab ὦμος *humerus*. Ita legit et exponit *Turneb.* *V.* ANALECTIDES.

ŌMĪNĀLIS, e, adject. idem atque ominosus. *Gell.* 5. 17. Ante diem quoque quartum calendas, vel nonas, vel idus tamquam ominalem diem plerique vitant. Ita habent optimæ editiones; alii leg. *inominalem*.

ŌMĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. *augurio*, actus ominandi. *Paul. Diac. p.* 88. 6. *Müll.* Faventia bonam ominationem significat.

ŌMĪNĀTOR, ōris, m. 3. qui ominatur. *Plaut. Amph.* 2. 2. 90. Ob istuc omen ominator capies, quod te condecet.

ŌMĪNĀTUS, a, um, particip. *et*

OMINO, as, are, a. 1. *V.* voc. seq.

ŌMĪNOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (omen) *Omino, as*, apud veteres legitur. *Pomponius* apud *Non. p.* 474. 9. *Merc.* Ita sit et tibi bene, qui recte ominas. *Propert.* 1. 17. 3. Nec mihi Cassiope solito visura carinam Ominat: ingrato littore vota cadunt. *h. e.* nec auguror, nec spero, carinam et nautas visuros Cassiopeæ astrum, et alia sidera, quæ cursum dirigunt navigantium. Alii rectius leg. *carinam; Omniaque ingrato*, etc. — Part. *Ominans* I. 2.; *Ominatus* II. — Ominari est omen capere, augurari, futurum aliquid pronunciare, οἰωνίζω (It. *trarre un presagio, augurare*; Fr. *présager, augurer, tirer un présage*; Hisp. *presagiar, aguerar, divinar*; Germ. *eine Vorbedeutung, ein Wahrzeichen von sichgeben, weissagen, prophezeihen*; Angl. *to augur, divine, forebode, presage, predict, ominate*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cic.* 2. *Off.* 21. 74. Malo enim alteri, quam nostræ rei publicæ ominari. *Vellej.* 2. 71. 2. Vera de exitu Antonii ominatus est. *Liv.* 26. 18. Clamore et favore ominati sunt felix faustumque imperium. ¶ 2. Latiori sensu est precari, optare, *desiderare. Plin.* 4. *Ep.* 15. Optamus enim tibi ominamurque in proximum annum consulatum. Alter *Plin.* 28 *Hist. nat.* 2. 5. (22). Primum anni incipientis diem lætis precationibus invicem faustum ominamur. *Sueton. Ner.* 48. Clamor militum et sibi adversa et Galbæ prospera ominantium.

II.) Figurate de inanimis et abstractis. *Liv.* 29. 5. Naves, quæ prædam in Siciliam vexerant, cum commeatu rediere, velut ominatæ, ad alteram prædam repetendam sese venisse. *Horat.* 3. *Od.* 14. 11. male ominatis Parcite verbis. *Al. fortasse rectius leg.* nominatis.

ŌMĪNŌSĒ, adverb. *cum mal augurio*, malo omine. *Quintil. declam.* 6. 5. Prorsus ominose retentus.

ŌMĪNŌSUS, a, um, adject. *di mal augurio*, δυσοιωνιστος, qui est mali ominis. *Plin.* 3. *Ep.* 14. *ad fin.* Notabilis, atque etiam, ut exitus docuit, ominosa res accidit. *Messala* apud *Gell.* 13. 14. *ad fin.* Mons avibus obscœnis ominosus.

ŌMISSĬO, ōnis, f. 3. *omissione*, actus omittendi, prætermissio. *Symmach.* 3. *Ep.* 48. Istam veluti omissionem laudis suæ plus honoris habuisse. Adde *eumd.* 10. *Ep.* 62. (*al.* 70.)

ŌMISSUS, a, um. *V.* voc. seq.

ŌMITTO, mittis, mīsi, missum, mittere, a. 3. (ob *et* mitto: sed tamen primam syllabam corripit: ut ait etiam *Priscian.* 2. *p.* 568. *Omitto* pro *ommitto* dicimus). *Obmitto* quidam tribuunt *Columellæ* 1. *R. R.* 1. 1. et 7. *ibid.* 5. 5. et *Haloander Ulpiano Dig.* 39. 1. 5. *a med.*; sed plerique alii leg. *omitto*. — Part. *Omittens* II. 1.; *Omissus* I. et II. 1. et in fin.; *Omissurus* et *Omittendus* II. 1. — Omittere est idem atque amittere, dimittere, atque adeo abjicere, deponere (It. *lasciar andare, congedare, mandar via, gettar via, deporre*; Fr. *renvoyer, mettre de côté, lacher, laisser aller*; Hisp. *despedir, dexar ir*; Germ. *von sich lassen, fahren oder gehen lassen, loslassen, von sich geben*; Angl. *to lay aside, leave off, omit, pass by or over, let alone, let go*).

I.) Proprie. *Plaut. Mil. glor.* 4. 3. 2. nullo pacto potest Prius hæc in ædes recipi, quam illam omiserim. *Ter. Adelph.* 2. 1. 18. hem serva. PA. omitte mulierem. *Id. Phorm.* 2. 1. 91. nunc omitte quæso hunc. *Plerique al. leg.* amitte. *Nepos Eumen.* 9. Certos omittit homines ad infimos montes. *Al. rectius leg.* mittit, *spedisce. Liv.* 21.

11. *extr.* Omittere arma. *Tac.* 1. *Hist.* 86. Prodigia insuper terrebant: in vestibulo Capitolii omissas habenas bigæ, cui Victoria insisterat. *h. e.* dimissas. — *Omittere animam,* emittere, mori. *Plaut. Amph.* 1. 1. 85. Animam omittunt, priusquam loco demigrent. Sic ibi *Taubmann* legendum monet ex MSS. et veterib. editionib., non *amittunt.*

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est prætermittere, relinquere, missum facere, abjicere, atque adeo negligere, aspernari. *Ter. Adelph.* 2. 4. 3. Omittere tristitiam. *h. e.* abjicere, deponere. *Id. ibid.* 4. 7. 36. iracundiam. *Cic.* 3. *Off.* 10. 41. Omisit hic et pietatem et humanitatem, ut id, quod utile videbatur, assequi posset. *Justin.* 2. 4. 5. Nubendi quoque finitimis animum omisere. Rursus *Cic.* 6. *de republ.* 10. *extr.* Ades, inquit, animo, et omitte timorem. *Id.* 1. *Fin.* 10. 36. Ut voluptates omittantur majorum voluptatum adipiscendarum causa. Cf. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 30. Si virtus hoc una potest dare, fortis omissis Hoc age deliciis. *Id. ibid. v.* 48. Hoc primum repetas opus, hoc postremus omittas. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 6. Primam navigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. *Sueton. Cal.* 14. Ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine etc. *Val. Max.* 3. 10. *n.* 2. *extern.* Nec ideo institutum deorum cultum omittendum curavit. *Liv.* 37. 10. Dixit omnium se rerum apparatum omissurum. *Cæs.* 7. *B. G.* 34. Ut omnibus omissis rebus, huic bello servirent. *Sall. Jug.* 70. Omissa deditione bellum incipit. — Huc pertinent et illa *Justin.* 1. 8. 6. Ignarus rei militaris adolescens, veluti ad epulas, non ad prælium venisset, omissis hostibus, insuetos barbaros vino se onerare patitur. *et* 11. 9. 8. Nec Darii segnis opera in ordinanda acie fuit: quippe, omissis ducum officiis, ipse omnia circumire, singulos hortari etc. — Item illa *Horat.* 1. *Ep.* 1. 98. Quod petiit, spernit, repetit quod nuper omisit. *h. e.* neglexit, sprevit. *Tac.* 6. *Ann.* 15. Quos (*honores*) omiserit recepturive, in incerto fuit. *Justin.* 17. 2. 11. Sed nec Pyrrhus rex Epiri omissus, ingens momentum futurus, utri parti socius accessisset. *h. e.* haud neglectus. ¶ 2. Speciatim in oratione est silentio præterire, *passare sotto silenzio*: et occurrit — *a*) Cum Accusativo. *Cic. Sext.* 24. 54. Omitto gratulationes, epulas, prædam, lætitiam etc. *Id. Brut.* 76. 266. Næ ego, ut omittam cetera, quæ sunt innumerabilia, doleo, nihil tuam auctoritatem valuisse. *Id. Quinct.* 22. 70. Ut alia omittam, hoc satis est. *Id.* 8. *Att.* 3. Omitto illa vetera, quod istum in rem publicam ille aluit. *Horat. Art. P.* 44. Pleraque differat, et præsens in tempus omittat. *Cic.* 1. *de republ.* 1. Omittam innumerabiles viros. *Nepos Hann.* 2. Nam, ut omittam Philippum, omnium potentissimus Antiochus fuit. *per non dir nulla. Cic. Sext.* 12. 27. Omitto, quid ille tribunus, omnium rerum divinarum humanarumque prædo, fecerit. — *b*) Cum Ablativo et præpos. *de. Cic. Pis.* 22. 51. De reditu Gabinii omittamus. *Id. Rabir Post.* 12. 34. At de me omittamus: ad Alexandrinos istos revertamur. ¶ 3. Item speciatim cum Infinito usurpatur de eo, quod in præsenti agimus, et est cessare, desinere. *Plaut. Pers.* 3. 3. 26. Jam omitto iratus esse. *et* 4. 4. 90. Jam de hoc rogare omitte. *Ter. Eun.* 5. 5. 19. Omitte de te dicere. *Cic. Brut.* 76. 266. Itaque omittamus lugere. *Id. Cæl.* 22. 54. Et quod facinus in alienum hominem illatum severe acciperet, id omisisset curare in hospitem? *Horat.* 2. *Od.* 29. 11. Omitte mirari beatæ Fumum et opes strepitumque Romæ. — Hinc Part. prætet pass., cujus exempla supra retulimus,

Omissus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Omissior*; et translate est remissus, negligens, ut qui ea omittit, quæ ad rem suam pertineret, *negligente, trascurato, disattento. Ter. Heaut.* 5. 2. 9. Ubi te vidi animo esse omisso, et, suavia in præsentia Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem. *Id. Adelph.* 5. 3. 44. at enim metuas, ne ab re sint tamen Omissiores paullo. *Forcellinus* addit etiam illud *Sall. orat. Philipp. contra Lepid. sub init.* Pro di boni, qui hanc urbem, omissa cura, adhuc tegitis. *Al. leg.* regitis. At *omissâ curâ* significat cujus cura omissa est, scil. ab iis, quos illam tueri decebat, ut recte adnotavit *Kritz.* quem videsis.

OMMENTO *vel* obmento, as, are, n. 2. (ob *et* manto *frequentat. vel intens. a* maneo). *Festus p.* 190. 14. *Müll.* Ommentans, Livius in Odyssea quum ait: *In Pylum adveniens aut ibi ommentans*: significat obmanens, sed ea significatione, qua sæpe fieri dicitur, id enim est mantare. *Gloss. Placid.* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 492. ed. *Maio.* Omentat exspectat, dictum a mantando, id est diu manendo.

OMNĪCĂNUS, a um, adject. omnia canens, vel semper canens. *Apul. Florid. n.* 13. Philosophi ratio et oratio tempore jugis est, et auditu venerabilis, et intellectu utilis, et modo omnicana.

OMNĪCARPUS, a, um, adject. omnia carpens. *Varro* 5. *L. L.* 97. *Müll.* ex *vet. Scriptore.* Omnicarpæ capræ.

OMNĪCŎLOR, ōris, adject. *di ogni colore,* ut Omnicolor pictura, apud *Prudent.* 12. περὶ στεφ. 39.

OMNĪCRĔANS, antis, m. 3. idem quod omnicreator. *Augustin.* 11. *Confess.* 13. Deum omnipotentem et omnicreantem et omnitenentem.

OMNĪCRĔĀTOR, ōris, m. 3. παντογόνος, omnia creans. *Prosper Aquit. epigr.* 2. 1. Æternus vere est solus Deus omnicreator. *Id. ibid.* 51. 7. Qui Patris in deitate manens, Deus omnicreator, Verus de sacra Virgine natus homo est.

OMNĪFĂRĬAM, adverb. *in ogni parte, in tutte le parti,* in omnibus partibus: etymon vocis vide in BIFARIAM. *Gell.* 12. 13. *a med.* Quum Oceanus omnes terras omnifariam et undiqueversum circumfluat. *Macrob.* 7. *Saturn.* 13. *ante med.* Senarius numerus omnifariam plenus, perfectus, atque divinus est. *Capitolin. M. Aurel.* 11. Gladiatoria spectacula omnifariam temperavit. *Vopisc. Aurelian.* 27. Pones profecto supercilium, quo nunc mihi deditionem, quasi omnifariam victor, imperas. *Apul.* 2. *Met.* Ore undique omnifariam deformato. *Id. Florid. n.* 23. Lapis probe omnifariam complanatus. Adde *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 19. — *Priscian.* 15. *p.* 1016. *Putsch.* Omnifariam in omnem partem vel ex omni parte. *et* 18. *p.* 1197. Nos omnifariam quidem pro per omnes partes ponimus.

OMNĪFĂRĬUS, a, um, adject. omnimodus. *Gloss. Philox.* Omnifarius, παντοῖος. *Cœl. Aurel.* 7. *Acut.* 16. Est enim omnifaria mitigatione passioni providendum.

OMNĪFER, fĕra, fĕrum, adject. παντοφόρος, omnia ferens. *Ovid.* 2. *Met.* 275. Tellus Sustulit omniferos collo tenus arida vultus.

OMNĪFLŬENTĬA, æ. f. t. (omnis *et* fluo) abundantia. *Lactant. Placid.* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 118. ed. *Maio.* Isis per fistulam, quam sinistra retinet, omnifluentiam lacrimarum significat.

OMNĪFORMIS, e, adject. omnium formarum, παντόμορφος. *Apul. Trismeg.* Mundus receptaculum omniformium specierum. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 339. Verbo creavit omniformem machinam. Adde *Sidon.* 9. *Ep.* 15. *in carm.*

OMNĪGĔNER, is, adject. idem atque omnigenus, (sic *multigenus* et *multigener*). *Gloss. Cyrill.* παντοῖος, omnigeneris. *Legendum videtur* omnigener, ĕris.

OMNĪGĔNUS, a, um, adject. duo diversa significat, scilicet

A) Ab *omnis* et *genus, eris,* est idem atque omnis generis, *di ogni genere, di ogni sorta,* παντοῖος. *Lucret.* 2, 758. E quibus omnigenos gignunt variantque colores. *Id.* 5. 440. omnigenis e principiis. *Lachmannus* in duobus locis citt. et aliis pro *omnigenus* legit *omne genus. Gell.* 14. 6. Dat mihi librum doctrinis omnigenis præscatentem. *Virg.* 8. *Æn.* 698. Omnigenumque deûm monstra, et latrator Anubis. *pro* omnigenorum. Loquitur autem de diis Ægyptiorum, apud quos numen erant pisces, canes, porrum, cæpe etc. V. *Juvenal.* 15. 7. Ceterum est qui apud *Virg.* mallet *Niligenum. Capell.* 2. *p.* 35. Tunc vero illa nausea ac vomitio laborata in omnigenûm copias convertitur litterarum.

B) Ab *omnis* et *gigno, geno,* est omnia gignens. *Prudent.* 1. *in Symmach.* 12. quæ Patris ars est omnigeni.

OMNĪMĔDENS, entis, adject. παναίκης, qui omnibus medetur. *Paulin. Nolan. carm.* 26. 45. cupiens avertere morbos Omnimedens Dominus.

OMNĪMŎDĔ, adverb. *in ogni modo,* παντα χῆ, omnibus modis. *Lucret.* 2. 488. Omnimode expertus fueris, quam quisque det ordo, etc. *Al. et ipse* Lachmann. *leg.* Omnimodis expertus eris. *Fronto* 2. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 1. *ad fin.* Vale, et me, obsecro, omnimode ames qua joco, qua serio.

OMNĪMŎDIS, adverb. *in tutti i modi,* παντοδαπῶς, omnibus modis, ut *multimodis,* multis modis. *Lucret.* 2. 700. Nec tamen omnimodis connecti posse putandum est Omnia: nam vulgo fieri portenta videres. Adde *eumd.* 1. 683., 3. 407. et alibi. *Apul. Florid. n.* 4. Tibicen omnis voculæ melleus modulator, et idem omnimodis peritus modificator. *Al. leg.* omnis modi.

OMNĪMŎDO, adverb. (quod scribi potest etiam divisim) *in ogni modo,* παντοδαπῶς, omnino, omnimodis. *Seneca* 2. *Benef.* 1. Evitemus omnimodo, ne deliberasse videamur. *Cels.* 7. 4. *n.* 3. *extr.* Sed non omnimodo res ea desperationem habet. *Gell.* 18. 15. Quod omnimodo quintus semipes verbum finiret. *Pompon. Dig.* 29. 2. 11. Impuberibus liberis omnimodo abstinendi potestas fit. *Lactant.* 6. 12. Tenendum est omnimodo, ut ab officio misericordiæ spes recipiendi absit omnino.

OMNĪMŎDUS, a, um, adject. *di ogni modo, d'ogni sorta,* παντοδαπός, qui est omnis modi, aut generis. *Apul. de Mag.* Cutim vitiligine insignit, et omnimodis macuiationibus convariat. *Id.* 5. *Met.* Eam voculas omnimodas edocens recinere. *Lucret.* 1. 683. Ignis enim foret omnimodus. *Al. et ipse* Lachmann. *leg.* omnimodis.

OMNĪMORBĬA, æ, f. 1. herba, cujus ita meminit *Isid.* 17. *Orig.* 9. *a med.* Polion a Græcis, a Latinis omnimorbia, quod multis morbis subveniat. *V.* POLION.

OMNĪNO, adverb. (omnis) prorsus, plane, funditus, usquequaque, παν, ὅλως, παντελῶς (It. *totalmente, del tutto, affatto, onninamente*; Fr. *tout à fait, entièrement, pleinement*; Hisp. *de todo, enteramente, plenamente*; Germ. *im Ganzen, in Allem*; Angl. *wholly, entirely, altogether, utterly*). ¶ 1. Inservit rei, qua ipsa latissime patet, significandæ, vel rei toti significandæ. — *a*) Absolute. *Ter. Andr.* 3. 2. 44. Non impulit me, hæc nunc omnino ut crederem. Ubi *Donatus*: Quum dixit *omnino,* ostendit quædam se credidisse, in quibusdam jam esse circumventum. *Cæs.* 2. *B. C.* 12. Si omnino turris concidisset, non posse militem contineri. *h. e.* tota turris, non pars tantum, quæ conciderat. *Quintil.* 8. 3. 85. Sequens (*species*) posita est in voce aut omnino suppressa, aut etiam abscisa. — *b*) Interdum toti res partes vel singulæ, vel plurimæ opponuntur. *Cic.* 1. *Tusc.* 1. 1. Quum defensionum laboribus senatoriisque muneribus aut omnino, aut magna ex parte essem aliquando liberatus. *Id.* 9. *Fam.* 15. *circa med.* Mihi licere res has non omnino quidem, sed magnam partem relinquere. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 2. 5. Sunt enim multi, qui omnino Græcas non ament litteras; plures, qui philosophiam. *h. e.* litteras omnes. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Orat.* 37. 156. Decrevi philosophari paucis: nam omnino haud placet. — *c*) Ponitur etiam quum a specie ad genus, vel a singulis ad speciem fit gradus, ita ut sæpe accipias *omnino* pro universim, generaliter, adeo. *Cic.* 5. *Fin.* 11. 33. De hominum genere, aut omnino de animalium loquor? *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 3. 9. Plurimumque poetis nostris, omninoque Latinis et litteris luminis attulisti et verbis. *Cæs.* 1. *B. G.* 34. Sibi autem mirum videri, quid in sua Gallia aut Cæsari, aut omnino populo Romano negotii esset. *Cic.* 2. *Invent.* 6. 20. Si dominationis, si pecuniæ, si amicitiæ, si inimicitiarum et omnino quidquid erit, quod causæ fuisse dicet, id summe augere debebit. *Id.* 10. *Fam.* 1. Nec leges ullæ sunt, nec judicia, nec omnino simulacrum aliquod aut vestigium civi-

tatis. — Et cum *ne quidem*. *Id.* 4. *Att.* 18. Duo consulares, qui se dicerent in ornandis provinciis consularibus scribendo adfuisse, quum omnino ne senatus quidem fuisset. — *d*) Ponitur et pro solum, tantummodo, *solamente*; et sæpissime verba *non modo, non solum* in altera sententiæ parte præcedunt, ut per adverbium *omnino* adscendat oratio. *Cic. Quinct.* 24. 77. Mihi perdifficile esse, contra tales oratores non modo tantam causam perorare, sed omnino verbum facere conari. *Id.* 5. *Parad.* 1. 33. Dum quidem his (*voluptatibus*) obediet non modo imperator, sed liber habendus omnino non erit. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 29. 92. Nec hoc in acervo tritici solum-, sed nulla omnino in re. *Id. Cæcin.* 13. 36. Novum est, non dico inusitatum, verum omnino inauditum. *Plin.* 5. *Ep.* 4. Pleraque tacta tantum et omnino commota, latissime serpunt. — *e*) Aliquando ad verbium *omnino* indicat universam sententiam uno verbo comprehendi. *Plaut. Most.* 3. 2. 153. Omnino, ut te absolvam, nullam pictam conspicio hic avem. *in somma, in una parola.* — *f*) Nominibus numeralibus additur *omnino*, ut indicet totum esse eum numerum; et habet vim τοῦ admodum. *Cic. Cluent.* 28. 76. Quinque omnino fuerunt, qui Oppianicum absolverent. *cinque e non più, cinque in tutti. Id.* 2. *ad Q. fr.* 1. Sane frequentes fuimus: omnino ad ducentos. *Cæs.* 4. *B. G.* 19. *extr.* Diebus omnino decem et octo trans Rhenum consumptis. *Id.* 1. *ibid.* 6. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent. *Nepos Pelop.* 2. Quum omnino non essent amplius centum, qui tanto se offerrent periculo. *Sueton. Claud.* 17. Expeditionem unam omnino suscepit eamque modicam. *Curt.* 4. 10. 24. Semel omnino eam viderat. ¶ 2. Adverbium *omnino* usurpatur etiam ad minimum rei alicujus gradum significandum; et est fere idem quod prorsus, penitus. — *a*) Universim. *Plaut. Capt.* 3. 4. 83. nunc ego omnino occidi. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 17. Me omnino lapidem, non hominem putas. *Cic. Amic.* 19. 69. Q. vero Maximum fratrem, egregium virum omnino, sibi nequaquam parem-colebat. *Id. Senect.* 13. 45. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice. *Id.* 1. *Divinat.* 39. 86. Si-rationem, cur id fiat, afferre nequeam; fieri omnino neges? *Id.* 16. *Fam.* 9. *med.* Quæ (*litteræ*) me molestia valde levarunt; utinam omnino liberassent. *Id. Balb.* 19. 43. Quæ quotidie, labore hujus et studio, aut omnino, aut certe facilius consequuntur. *Catull.* 98. 5. Si nos omnino vis omnes perdere, Vetti, hiscas: omnino, quod cupis, efficies. — *b*) Speciatim cum Superlativo. *Cic.* 1. *Off.* 25. 87. Miserrima est omnino ambitio honorumque contentio. *Id. Senect.* 3. 9. Aptissima omnino sunt, Scipio, arma senectutis, artes exercitationesque virtutum. — *c*) Item cum adjectivo *omnis* ad augendam sententiæ vim. *Plaut. Capt.* 2. 2. 75. Non ego omnino lucrum omne esse utile homini existimo. *Cic.* 2. *Orat.* 1. 1. M. autem Antonium omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse. *Id.* 6. *Fam.* 2. Sin omnino interierint omnia. — *Ter.* et *prorsus* addidit *Adelph.* 5. 9. 33. Quia non justa injusta prorsus omnia omnino obsequor. — *d*) Cum negatione. *Plaut. Asin.* 1. 3. 80. Non omnino jam perii: est reliquum, quo peream magis. *Id. Bacch.* 2. 3. 116. Exorsa hæc tela non male omnino mihi est. *Cic.* 5. *Verr.* 35. 80. Nunc illud, quod pæne præterii, non omnino relinquendum videtur. *Id.* 3. *Att.* 23. Clodium sanxisse, ut vix, aut omnino non posset infirmari sua lex. *Id. Arch.* 8. 17. Qui quum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem videbatur omnino mori non debuisse. *Id. Amic.* 4. 14. Sensu enim amisso fit idem, quasi natus non esset omnino. *Id. Orat.* 5. 18. Disertos ait se vidisse multos, eloquentem omnino neminem. *Id.* 6. *Att.* 3. *ad fin.* Omnino nullas unquam ad me litteras misit Brutus. *Cæs.* 2. *B. C.* 32. Nulla omnino nave desiderata. *Id.* 1. *Tusc.* 3. 5. Ut non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 93. quem nos sic fugimus ulti, Ut nihil omnino gustaremus. *Martial.* 3. 45. Sed nihil omnino, te recitante, placet. *Id.* 2. *Orat.* 13. 57. Causas omnino numquam attigerunt. *Id. Amic.* 6. 21. Eos omittamus, qui omnino nusquam reperiuntur. *Cæs.* 2. *B. C.* 16. Neque quidquam omnino relinqueretur, quo etc. *Plaut. Trin.* 3. 2. 27. Ne omnino inopiam cives objectare possint tibi. *Cic.* 1. *Fam.* 7. 4. Auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habet, etc. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 6. ne faciam, inquis, Omnino versus. — *Non tamen omnino, nil tamen omnino* apud Poetas haud infrequenter leguntur. *Virg.* 9. *Æn.* 248. Non tamen omnino Teucros delere paratis. Adde *Martial.* 12. 40. et 10. 68. ¶ 3. Adverbium *omnino* maximam alicujus testimonio vim addit, et est vere, certe, *veramente, certamente.* — *a*) Universim. *Cic. Cluent.* 60. 168. Nego illum adolescentem-omnino illo die esse mortuum. *Id. Amic.* 25. 93. Quod amici genus adhibere omnino levitatis est. *Id. Marcell.* 9. 27. Quid est enim omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum? — *b*) Cum addita propositione adversativa. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 26. 84. Pugnas omnino, sed cum adversario facili. — *c*) In principio sententiæ, ut *Cic.* 1. *Off.* 20. 66. Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur. *in fatti, certamente. et ibid.* 23. 79. Omnino illud honestum, quod ex animo excelso magnificoque quærimus, animi efficitur, non corporis viribus. *Id. Amic.* 26. 98. Omnino est amans sui virtus. *et ibid.* 21. 78. Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio est etc.

OMNĪPAR, păris, adject. omn. gen. in omnibus par, omnino par. *Ruric. Helpid. carm.* 86. Illic omniparis succrevit gloria Verbi.

OMNĪPĂRENS, entis, adject. παντοτόκος, qui omnia parit, seu gignit: ab *omnis* et *parens*. *Virg.* 6. *Æn.* 595. Nec non et Tityon teriæ omniparentis alumnum. *Al. leg.* omnipotentis. *Lucret.* 2. 705. per terras omniparentes. *Apul.* 8. *Met.* Omnipotens et omniparens dea Syria. *Id. de Mundo.* Omniparentis mundi amœnitas. Adde *Nemesian.* 1. *Ecl.* 35.; et *Theod. Prisc. ian.* 4. *post init. p.* 310. *retro* ed. *Ald.*

OMNĪPĀTENS, entis, adject. omnino, vel omnibus patens. *Virg.* 10. *Æn.* 1. Panditur interea domus omnipatentis Olympi. *et* 12. *ibid.* 791. rex omnipatentis Olympi. Ita quidam leg., sed invitis MSS. teste *Pierio*, qui ubique *omnipotentis* reperit: invito etiam *Erythræo*, qui multa in indice hac de re, et *Heynio*, qui plurima attulit ad *loc.* prius *cit.*; et *Cœl. Rhodig.* apud *A. Maium* in *Juris Antejustin. reliq. ined. p.* LXXV.

OMNĪPĂTER, tris, m. 3. omnium rerum pater. *Prudent.* 3. περὶ στεφ. 70. omnipatremque negare Deum.

OMNĪPĂVUS, a, um, adject. qui omnia timet. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 12. Andreæ sectatores memorant esse pantophobos, quos nos omnipavos dicere poterimus.

OMNĪPĒRĪTUS, a, um, adject. omnium peritus. *Albinov.* 2. 110. Viscera directi mutaverat arietis agno Æetis succis omniperita suis. Al. leg. *omne perita* per hyphen, ὑφ' ἕν.

OMNĪPOLLENS, entis, adject. omnipotens. *Prudent. Apotheos. præf.* 31. Statum lacessunt omnipollentis Dei.

OMNĪPŌTENS, entis, adject. Sup. *Omnipotentissimus.* — Omnipotens est omnia potens, *onnipotente*, παντοδύναμος. *Ennius* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 254. Juppiter hic risit, tempestatesque serenæ Riserunt omnes risu Jovis omnipotentis. *Turpilius* apud *Cic.* 4. *Tusc.* 34. 73. Teque, omnipotens Neptune, invoco. *Catull.* 64. 171. Juppiter omnipotens. *Val. Flacc.* 1. 81. regina. *h. e.* Juno. *et* 8. 70. Somne omnipotens. *Virg.* 8. *Æn.* 334. Fortuna omnipotens, et ineluctabile fatum. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 17. *a med.*; et *Augustin.* 1. *Confess.* 4. Deus ille omnipotentissimus.

OMNĪPŌTENTĬA, æ, f. 1. *onnipotenza*, παντοδυναμία, rerum omnium facultas. *Macrob.* 1. *Saturn.* 16. Omnipotentiam quoque Fortunæ tribuit.

OMNIS, e, adject. Primam in *omnibus* corripit *Lucret.* more Græco, propter *m n*, ut in *Clytemnestra*: 3. 440. Quum semel ex omnibus membris ablata recessit. Hæc *Forcellinus.* At *Lachmannus* legit: Quum semel ex hominis membris etc. — Omnis ¶ 1. Refertur ad quantitatem discretam, uti vocant, h. e. ad numerum: in quo differt a *totus*, quod pertinet ad continuam, et integrum corpus aliquid significat, nulla cui desit pars, itaque est cunctus, universus, uquisque, πᾶς, ἅπας (It. *ogni, ciascuno, ognuno, tutti*; Fr. *tout, toute*; Hisp. *todo, toda*; Germ. *aller, alle, alles*; Angl. *all, every*). Occurrit — 1.°) Adjective. — *a*) Generatim. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 9. Omnium nomine, quicumque ludos faciunt, pecunia erogatur. *Id.* 1. *Off.* 35. 128. Ab omni, quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione, fugiamus. *Id.* 5. *Tusc.* 23. 66. Quis est omnium, qui modo cum Musis habeat aliquod commercium, qui non malit etc? *Id.* 1. *Orat.* 22. 99. Quum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptumque cognossem. *Id. Rabir. perduell.* 7. 20. Omnes omnium ordinum homines. — *b*) Speciatim cum addito *undique*. *Liv.* 3. 63. Undique omnes connisi hostem avertunt. *Curt.* 3. 1. *a med.* Undique omnes copias contrahit, totis viribus tanti belli discrimen aditurus. *Flor.* 4. 2. Contractis in unum undique omnibus copiis. — *c*) Item pro quilibet, quicumque, *qualunque. Cæs.* 5. *B. G.* 6. Omnibus precibus petere contendit, ut etc. *con ogni sorta di preghiere. Horat.* 1. *Ep.* 5. 2. Nec modica cœnare times olus omne patella. — *d*) *Omnes* de duobus aut tribus tantum. *Cic. Mur.* 15. 33. Perfecta ab Lucullo hæc sunt omnia, ut urbs fidelissimorum sociorum defenderetur, et omnes copiæ regis diuturnitate obsidionis consumerentur. *Quintil.* 3. 7. 28. Quamquam omnes tres status cadere in hoc opus possint. — 2.°) Sæpissime Substantivi naturam induit. — *a*) Masc. gen. plur. *omnes*, interdum cum Genitivo. *Cic.* 1. *Off.* 6. 18. Quod vitium effugere qui volet, (omnes autem velle debent), adhibebit ad considerandas res et tempus et diligentiam. *Id.* 3. *ibid.* 6. 26. Ergo unum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas uniuscujusque et universorum. *Liv.* 31. 45. Macedonum fere omnibus, et quibusdam Andriorum, ut manerent, persuasit. *Id.* 24. 32. *ad fin.* Prætorumque (nisi qui inter tumultum effugerunt) omnes interficiuntur. — *b*) Neutr. gen. sing. *omne. Ter. Adelph.* 2. 4. 16. ut. omne reddat. sv. omne reddet: tace modo. *Lucret.* 1. 520. Tum porro si nil esset, quod inane vacaret, Omne foret solidum. *et* 999. Omne quidem vero nihil est quod finiat extra. *et* 1022. Sed quia multa modis multis mutata per omne, etc. *Cic.* 5. *Verr.* 10. 25. Poscet omne, quantum exaravero. Quid omne? Immo plus etiam, si volet. *et ibid.* 77. 180. Unum da mihi, qui sibi dicat pro frumento omne esse, quod oportuerit, solutum. *Propert.* 4. 8. 30. Sobria grata parum; quum bibit, omne decet. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 30. tu pulses omne quod obstat. — *c*) Neutr. plur. num. *omnia*. — Universim. *Cic.* 2. *Orat.* 2. 5. Omnia, quæcumque in hominum disceptationem cadere possunt. *Quintil.* 7. 10. 15. Cui omnia adfuerint, natura, doctrina, studium. *Id.* 4. *proœm.* 3. Ut in omnibus, ita in eloquentia quoque, eminentissimus. — Speciatim, *omnia facere*, tentare, experiri, *far di tutto*, ἅπαντα ποιεῖν. *Cic. Amic.* 10. 35. Profiteri, omnia se amici causa esse facturos. *Id.* 1. *Fam.* 9. *ad fin.* Scribis, te omnia facturum, ut negotium conficias. *Petron. Satyr.* 107. Quid ita omnia fecisti, ut quos tuebaris, absconderes? *Martial.* 6. 93. Omnia quum fecit, Thaida Thais olet. Sic *Ter. Andr.* 2. 1. 11. omnia experiri certum est, priusquam pereo. — *Omnia fore prius arbitror, quam* etc. *h. e.* cælum ruiturum. *Cic. ad Pompej. post ep.* 11. *l.* 8. *ad Att.* Nam suspicione assequi non potui, quod omnia prius arbitratus sum fore, quam ut hæc reipubl. causa in Italia non posset, duce te, consistere. — *Omnia mihi sunt cum aliquo*, concordes invicem sumus in omnibus, vel omnia sunt mihi

cum aliquo vincula et officia familiaritatis et amicitiæ. *Cic.* 13. *Fam.* 1. Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt: nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio. Contra *Id.* 12. *Att.* 17. Mihi ante ædilitatem meam nihil erat cum Cornificio. — *Esse omnia in aliqua re dicimus,* quum in ea re omnia præsidia et vim inesse affirmamus. *Cic.* 2. *Legg.* 10. 24. Caste jubet lex adire ad deos, animo videlicet, in quo sunt omnia. *Id.* 15. *Fam.* 14. *ad fin.* Sic velim enitare, quasi in eo sint mihi omnia. *stia il tutto.* — *Esse omnia alicui,* esse alicui in summo gradu existimationis et gratiæ, instar omnium esse, unum valere, quod omnes alii, εἶναι τὰ πάντα. *Ovid. Heroid.* 12. 161. Deseror (amissis regno, patriaque, domoque) Conjuge, qui nobis omnia solus erat. *Liv.* 40. 11. Demetrius iis unus omnia est: eum jam regem vivo patre appellant. Sic *Petron. Satyr.* 37. Nunc, nec quid, nec quare, in cælum abiit, et Trimalchionis tapanta (*vel, ut alii edidere,* τὰ πάντα) est. — *Ante omnia. V.* in ANTE. — *Per omnia,* omnibus rebus, in omni re, omnino, *in tutto. Quintil.* 5. 2. 3. Vix ulla res est per omnia alteri similis. *Colum.* 4. *R. R.* 2. 3. Quare per omnia prætulerim, duobus potius seminibus depositis, quam unico periclitari. *Vellej.* 2. 33. 1. Vir alioqui per omnia laudabilis. *et* 40. 2. Pompejus per omnia fortunam hominis egressus. *Inscript.* apud *Gruter.* 613. 2. T. FLAVIVS AVG. L. FELIX CONIVGI KARISSIMAE DE SE PER OMNIA BENE MERITAE. — *Eadem omnia,* ταυτὰ πάντα. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 2. Utin' omnes mulieres eadem æque studeant, nolintque omnia. *Plaut. Asin.* 3. 3. 23. Mihi certum est efficere in me omnia eadem, quæ tu in te faxis. *Plin.* 7. *Ep.* 17. Supervacuum tamen est recitare, quæ diveris: etiam: si eadem omnia, si iisdem omnibus, si statim recites. — *Alia omnia,* contrarium. *Id.* 7. *Ep.* 15. Requiris quid agam? quo nosti destringor officio, amicis deservio, studeo interdum, *etc.* Te alia omnia, quam quæ velis, agere, moleste ferrem, etc. *tutt'altro.* — Aliquando *alia* omittitur, sequente *quam. Cic. Quinct.* 26. 32. Quid hæc festinatio tanta significat? non vim? non scelus? non latrocinium? non denique omnia potius, quam jus, quam officium, quam pudorem? *Liv.* 2. 39. Plebs omnia, quam bellum malebat. *Sall. Cat.* 26. Sed ei cariora semper omnia, quam decus atque pudicitia fuit. — *Ire, transire, discedere in alia omnia* est senatoris dissentientis in senatu ab alterius sententia. Utebantur autem his verbis *alia omnia,* omnis causa, ne dicerent, *qui non censetis,* vel *qui contrarium censetis,* quæ verba mali ominis esse videbantur, ut *Festus* docet p. 261. 27. *Müll. V.* EO, is. — *Omnia* absolute, Græco more, per omnia, omnino. *Seneca Consol. ad Marc.* 25. *in fin.* Tramites, omnia plani, et ex facili mobiles. *Lips.* vellet aliter legi, invito *Gronov.* Sic *Aurel. Vict. Cæsar.* 9. Vespasianus sanctus omnia, facundiæ haud egens. — 3.) Aliquando — *a) Omnes* valet idem ac singuli. *Cic.* 2. *Fin.* 31. 101. Itemque omnibus mensibus, vicesimo die lunæ, dent ad eorum epulas etc. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (117). *de balsami arbore.* Ter omnibus percutitur æstatibus, postea deputatur. — *b) Omnis* sing. num. pro *omnes,* et eadem significatione. *Val. Flacc.* 1. 707. et visu lassatur inani Omnis eques. *Albinov.* 1. 202. Funeris exsequiis adsumus omnis eques. *Cato* apud *Gell.* 3. 7. Omnis Græcia decoravere. *Ovid.* 1. *Amor.* 9. 1. Militat omnis amans. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 85. huc omnis turba coimus. Rursus *Val. Flacc.* 2. 202. pariterque toris exhorruit omnis Mater. *et* 1. 14. Spargentemque faces, et in omni turre furentem. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 129. Proteaque atque omnem Nereida quærere jussi. *Cic.* 7. *Att.* 3. *circa med.* Hic omnia facere omnis debet, ne armis decernatur. *Al. leg.* omnes debent; *al. aliter.* — *c)* Redundat in illo *Varronis* 10. *L. L.* 74. *Müll.* Harum analogiarum primam sequi debet populus, secundam omnes singuli e populo, tertiam poetæ. ¶ 2. *Omnis* refertur etiam ad quantitatem continuam, et pro *totus* ponitur. *Cæs.* 5. *B. G.* 13. *extr.* Omnis insula est in circuitu vicies centena millia passuum. *Cic.* 2. *Fin.* 34. 112. Omne cælum totamque cum universo mari terram mente complexus. *Id.* 2. *Tusc.* 23. 56. In profundenda voce omne corpus intenditur. *Id. Cluent.* 6. 18. Sanguinem suum omnem profundere. *Id.* 2. *Orat* 21. 89. Tota mente atque omni animo intueri. *Id. Quinct.* 21. 67. Ut in hoc singulare judicium causa omnis concluderetur. *Id.* 3. *Tusc.* 15. 31. M. Crassus, quem semel ait in omni vita risisse Lucilius. *Horat.* 1. *Ep.* 11. Quid verum atque decens, curo et rogo: et omnis in hoc sum. *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 34. Censuram solus omni quinquennio obtinuit. *cinque anni interi. Stat.* 6. *Theb.* 766. at ille nocendi Prodigus, incautusque sui, ruit omnia, et ambas Consumit sine lege manus. ¶ 3. *Omnis* pro ullus legitur apud *Ter. Andr.* 2. 3. 17. Sine omni periclo.

OMNISONE. *V.* voc. seq.

OMNĪSŌNUS, a, um, adject. *d'ogni suono,* omnem sonum reddens. *Paulin. Nolan. carm.* 24. 81. Omnisona harmonia. *Capell.* 9. *p.* 309. *in carm.* chelys, Bis plenum omnisona cui recinunt mela. *et p.* 312. Melodia omnisonis conveniens pulsibus modulorum. — Hinc adverb. *omnisone* quidam leg. apud *Quintil.* 9. 2. 5. Disponenda atque varianda sunt, ut auditorem, quod in fidibus fieri videmus, omnisone permulceant. *Sed lege cum aliis* omni sono.

OMNĪTĒNENS, entis, adject. omnia tenens, παντοκράτωρ. *Tertull.* 5. *carm. advers. Marcion.* 202. Omnitenentis enim solus quia verba ministrat. *Prosper. Aquit. epigr.* 25. 5. Nam Deus omnipotens simul omnitenensque potestas Nil perdit proprium, nil capit occiduum. Adde *Augustin. loc. cit.* in OMNICREANS.

OMNĪTŪENS, entis, adject. πανόπτης, qui omnia tuetur et cernit. *Lucret.* 2. 940. Contulit inter se motus, quibus omnituentes Accensi sensus animantum concuterentur. *Lachmannus* ita leg.; *vulgati libri* animantem quamque tuentur. *Val. Flacc.* 5. 247. *de Sole.* fatorum genitor tutela meorum Omnituens. *Apul. de Mundo.* Sol quidem omnituens ortu suo diem pandit.

OMNĪVĂLENS, entis, adject. qui omnia potest. *Gloss. Lat. Gr.* Omnivalens, παντοδύναμος.

OMNĪVĂGUS, a, um, adject. παντοπλανής, qui per omnia loca vagatur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 27. 68. Diana omnivaga dicitur, non a venando, sed quod in septem numeratur tamquam vagantibus. *Al. leg.* annivaga. *V.* OMNIVOMUS.

OMNĪVŎLUS, a, um, adject. *che vuole ogni cosa,* omnia volens. *Catull.* 68. 140. Noscens omnivoli plurima furta Jovis. *h. e.* appetentis quidquid est formosarum mulierum.

OMNĪVŎMUS, a, um, adject. qui omnia vomit. *Varro Atacin.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 337. *Burmann.* Omnivomo Oceano Hyperion fulgurat Euro. *Alii leg.* omnivago.

OMNĪVŎRUS, a, um, adject. παντοφάγος, qui nullo discrimine quibuslibet vescitur. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 8. 53. (94). Quoniam boves omnivoræ fere sunt in herbis.

ŌMŌPHĂGĪA, æ, f. 1. ὠμοφαγία, crudæ carnis usus in cibis: ab ὠμός *crudus* et φάγω *vescendo. Arnob.* 5. 19. Bacchanalia prætermittamus immania, quibus nomen Omophagiis Græcum est: in quibus furore mentito, et sequestrata pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus; atque ut vos plenos Dei numine ac majestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis. Sic ab *Homero Il.* v, 592. lupi vocantur ὠμαφάγοι.

OMPHĂCĪNUS, a *et* e, um, adject. ὀμφάκινος, η, ον, acerbus, immaturus. *Cæl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *a med.* Galla viridis, quæ appellata est omphacine. *h. e.* immatura. *Id. ibid. n.* 39. Dehinc cerotaria apponenda ex oleo murtino, aut viridi-, vel ex omphacino, aut œnanthino. Adde *Theod. Priscian.* 4. *p.* 314. ed. *Ald.*

OMPHĂCIS, idis, f. 3. videtur herba esse apud *Plin. Valerian.* 2. 28. *ad fin. p.* 184. ed. *Ald.* Recipe acaciæ unciam unam, omphacidis unam, balaustii unam etc.

OMPHĂCĪTÆ gallæ mentio est apud *Plin. Valerian.* 3. 45. *p.* 199. *retro* ed. *Ald.* Fortasse cum hoc *Plinii Valerian.* loco conferenda sunt verba *Lucilii* apud *Non. p.* 445. 18. *Merc.,* quæ allata sunt in v. GALLA.

OMPHĂCĬUM, ii, n. 2. *agresto,* ὀμφάκιον, succus ex olea, aut uva expressus, priusquam cibo aut vino maturæ sint. Ex olea quidem, quum adhuc alba est, vel quum colorem quidem mutare incipit, adhuc tamen est cibo immatura: ex uva autem aut psythia, aut amminea, quum sunt acini ciceris magnitudine: vel quum in mortariis uva immatura teritur, siccataque in sole, postea degeritur in pastillos. Hæc *Plin.* 12. *Hist. nat.* 27. 60. (130)., ubi, et 14. *ibid.* 16. 18. (98). inter varia oleorum, seu unguentorum genera recenset, et 23. *præf.* 4. (7). *et ibid.* 4. 39. (79). refert varios ejus usus in medicina. Adde *Marcell. Empir. c.* 11. *ad fin. p.* 102. ed. *Ald.*

OMPHĂCŌCĂRPOS, i. f. 2. ὀμφακόκαρπος, herba eadem quæ aparine. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 5. 15. (32). Hic alii melius leg. *omphalocarpos,* ὀμφαλόκαρπος; quæ ita appellatur, quod ejus fructus umbilici figuram exhibet: ab ὀμφαλός *umbilicus* et καρπος *fructus.* Ipse *Sillig.* legit *omphalocarpas,* collato etiam *Dioscor.* 3. 94.

OMPHĂCŌMEL, ellis, n. 3. conditura ex omphacio, h. e. uvæ semiacerbæ succo, et melle. Legitur apud *Pallad.* 9. *R. R.* 13. *in lemmate. Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 4. *n.* 62. Adhibenda quoque putat ecplasmata ex lini semine et sesamo et pollinibus et eo quod omphacomel appellant. *Al. Gr. leg.* ὀμφακόμελι. *Plin. Valerian.* 5. 21. Dabis etiam eis potionem aquæ frigidæ, aut omphacomellis, aut hydromellis. Cf. *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 4. *n.* 62.

OMPHĂLŌCARPOS. *V.* OMPHACOCARPOS.

OMPHĂLOS, i, m. 2. *umbilico,* ὀμφαλός, umbilicus: et per metaphoram meditullium. Græca vox. *Auson. Edyll.* 11. 60. Bisque quaternorum secernitur omphalos idem. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

ON

ŌNA, æ, f. 1. fici Tarentinæ genus. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 18. 19. (71). Tarenti tantum prædulces nascuntur (*ficus*), quas vocant onas. *Harduinus* interpretatur ὠνίας, venales, pretiosas; sed *Gesnerus* probat antiquam lectionem *omas,* et interpretatur crudas, quæ etiam ante maturitatem dulcescant. At *Sillig.* lectionem *onas* tuetur.

ŌNĂGER *et* onagrus, gri, m. 3. *asino selvatico,* ὄναγρος, asinus silvestris, et ferus: ab ὄνος *asinus* et ἀγρός *rus, ager.*

I.) Proprie. *Varro* 2. *R. R.* 6. 3. Ad seminationem onagrus idoneus, quod e fero fit mansuetus facile. *Colum.* 6. *R. R.* 37. 3. Mula non solum ex equa et asino, sed ex asina et equo, itemque onagro et equa generatur. *Virg.* 3. *G.* 409. Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros. *Martial.* 13. 100. Pulcher adest onager. *et* 97. Quum tener est onager. Adde *Plin.* 8. *Hist. nat.* 44. 69. (174). et (175).

II.) Figurate est hoc nomine et machina bellica, magnis saxis torquendis apta, quæ describitur ab *Ammian.* 23. 4. et *Veget.* 4. *Milit.* 22. Hic a scorpione distinguit: ille eamdem facit. Scorpio, inquit *Ammianus,* appellatur, quoniam aculeum desuper habet erectum: cui etiam onagri vocabulum indidit ætas novella, ea re, quod asini feri, quum venatibus agitantur, ita eminus lapides post terga calcitrando emittunt, ut perforent pectora sequentium, aut perfractis ossibus capita ipsa displodant. *V.* SCORPIO. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

ŌNĀGOS, i, m. 2. ὀνηγος, *asinajo,* asinarius, asinorum ductor: ab ὄνος *asinus* et ἄγω *duco. Plaut. Asin. prol.* 10. huic nomen Græce est onagos Fabulæ.

ONCO, as, are, n. 1. rudo, vocem asinorum emitto, ογκάομαι. *Auct. carm. Philom.* 55. oncat asellus.

ONCŌMA, ătis, n. 3. ὄγκωμα, tumor. ab ὀγκόω *tumefacio*. *Veget.* 3. *Veterin.* 30. *init.* Sciendum est, tubera in corporibus frequenter excrescere, quæ Græci oncomata vocant.

ŌNĒRĀRĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

ŌNĒRĀRĬUS, a, um, adject. φορτικός, qui onera ferre potest. *Liv.* 41. 1. Oneraria jumenta. *bestie da soma.* et *Id.* 22. 11. et *Nepos Themist.* 2. Navis oneraria. *nave da carico.* Sic *Sisenna* apud *Non. p.* 536. 4. *Merc.* Quibus occisis, actuarias ad viginti, naves item complures onerarias incendunt. — Hinc

Oneraria, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est navis oneraria. *Cic.* 10. *Att.* 12. Occulte in aliquam onerariam corrependum. *Nævius* in *Bello Pœn.* Onerariæ onustæ stabant in flostris.

ŌNĒRĀTĬO, ōnis, f. 3. gravatio, ingravatio. *Gloss. Cyrill.* Ἐπιφορτισμός, oneratio.

ŌNĒRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

ŌNĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (onus). Part. *Onerans* II. 2. *a.* d.; *Oneratus* I. 1., II. 1. 2. et in fin.; *Oneraturus* I. 2.; *Onerandus* II. 2. *d.* — Onerare est idem atque onus imponere, onere premere, ἐπιφορτίζω (It. *caricare*; Fr. *charger*; Hisp. *cargar*; Germ. *beladen, bepacken, befrachten*; Angl. *to load, burden, onerate*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim occurrit — *a*) Absolute. *Cæs.* 5. *B. G.* 1. Naves ad celeritatem onerandi subductionesque, facit humiliores. — *b*) Cum Accusativo tantum. *Sall. Jug.* 75. *Kritz.* Ipse ex flumine, quam proximam oppido aquam supra diximus, jumenta onerat. *Ovid.* 4. *Pont.* 7. 9. Onerata plaustra. *Seneca Constant. Sap.* 14. Quid refert, quantum habeat, quot lecticarios, quam oneratas aures? *h. e.* multis lapillis pendentibus ornatas. *Sall. orat.* 1. *de republ. ordin. ad fin.* Quibus bis die ventrem onerare mos est. — *c*) Cum Accusativo rei vel personæ, quæ oneratur, et Ablativo rei, qua quis aut quid oneratur. *Sall. Jug.* 91. Commeatu, stipendio, armis aliisque utilibus naves onerat. *Virg.* 1. *G.* 274. aselli costas onerare pomis. *Ovid.* 1. *Art. am.* 19. tauri cervix oneratur aratro. *Horat.* 3. *Od.* 11. 45. Onerare aliquem catenis. Sic *Ovid.* 1. *Art. am.* 219. Ibunt ante duces onerati colla catenis. *Id.* 1. *Amor.* 13. 15. arva colentes onerati bidente. *Ter. Heaut.* 3. 1. 42. ancillas secum adduxit plus decem Oneratas veste atque auro. *Id. Phorm.* 5. 6. 4. Onerare humerum pallio. *mettersi il mantello. Ovid.* 3. *Art. am.* 129. aures onerare lapillis. *Id. Heroid.* 15. 127. cervice lacertos alicujus. *h. e.* collo premere lacertos alicujus amplectentis. *Id.* 2. *Trist.* 143. pampineis oneratam vitibus ulmum. *Id.* 10. *Met.* 101. pomoque onerata rubenti Arbutus. *Id.* 1. *Pont.* 10. 31. Onerari epulis. *mangiare assai.* et *Justin.* 1. 8. 6. vino. et *Sall. Jug.* 79. Onerati vino et epulis. ¶ 2. Speciatim *onerare* et cibi dicuntur, qui difficiles concoctu sunt et stomacho graves. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 3. 11. (48). *de ovis.* Nullus est alius cibus, qui in ægritudine alat, neque oneret. *Id.* 19. *ibid.* 4. 19. (58). Acetaria facilia concoqui, nec oneratura sensum cibo. ¶ 3. Item speciatim, *onerare vaccas* apud *Pallad.* 8. *R. R.* 4. est submittere ad feturam, ut partus onera perferant.

II.) Translate. ¶ 1. Figurate est cumulare, implere, *empire, colmare,* sic enim onus adjicitur; itemque tegere, obtegere, *coprire. Virg.* 4. *G.* 133. et *ibid.* 378. Onerare mensas dapibus. *h. e.* implere. *Id.* 10. *Æn.* 620. limina donis. *Id.* 8. *ibid.* 284. cumulantque oneratis lancibus aras. *h. e.* plenis. Sic *Ovid.* 8. *Met.* 781. gravidis oneratos messibus agros. Rursus *Virg.* 10. *Æn.* 868. et 11. *ibid.* 574. manusque ambas jaculis oneravit acutis. *h. e* armavit, instruxit. Sic *Ovid.* 3. *Met.* 109. onerati brachia telis. — *Virg.* 10. *Æn.* 557. non te optima mater Condet humi, patriove onerabit membra sepulcro. *h. e.* teget. et 11. *ibid.* 212. confusa ruebant Ossa foci, tepidoque onerabant aggere terræ. *Phædr.* 3. 2. Onerare aliquem saxis. *lapidare.* — Huc referri potest et illud *Liv.* 32. 11. In eo saltu, qui regiis tunc oneratus castris erat. *h. e.* obsessus, insessus, occupatus. ¶ 2. Translate, metaphorâ sumptâ a superiori paragr. I. 1., multiplicem variumque habet usum. — *a*) Universim. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 28. Onerare aliquem præceptis. *dare molti precetti, caricare di commissioni. Id. Pers.* 2. 1. 13. Conveniam hunc Tocilum: ejus aures, quæ mandata sunt, onerabo. Cf. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 9. verbis lassas onerantibus aures. *Cic.* 3. *Nat. D.* 3. 8. Te quoque animadverti sæpe, quum in foro diceres, quam plurimis posses argumentis onerare judicem. *Id.* 3. *Fam.* 10. *circa med.* Multis mendaciis onerare aliquem. *h. e.* falsa multa narrare, in multis alicui imponere. *ficcargliene molte. Virg.* 9. *Æn.* 24. Multa deos orans, oneravitque æthera votis. *Fronto* 3. *ad M. Cæs.* 13. Proposueram vel dvsidiæ culpam a te subire rarius scribendo tibi, potius quam te multis rebus occupatum epistolis meis onerarem et ad rescribendum provocarem. *Plin.* 1. *Ep.* 8. Onerabit hoc modestiam nostram, quod cogimur de nostra munificentia disputare. *Liv.* 31. 15. *ad fin.*: et *Papinian. Dig.* 3. 2. 20. Onerare pudorem. *accrescere il rossore, la vergogna. Ovid.* 11. *Met.* 180. Oneratus pudore. *Plin.* 9. *Ep.* 18. Memoria onerata et quasi oppressa. — *b*) Speciatim et eleganter illa *onerare* dicuntur, quæ nos premunt, urgentque necessitate quadam recte agendi et laudabiliter, *mettere in impegno, obbligare. Plin.* 8. *Ep.* 24. *a med.* Onerat te quæsturæ tuæ fama, onerat testimonium principis, onerat tribunatus. Sic 3. *Ep.* 3. *ad fin.* A te meque admonebitur, quibus imaginibus oneretur, quæ nomina et quanta sustineat. *Stat.* 6. *Theb.* 565. onerat celeberrima natum Mater. Simile est illud *Cic.* 3. *Off.* 2. 6. Sustines non parvam exspectationem imitandæ industriæ nostræ: suscepisti onus præterea grave et Athenarum et Cratippi. — *c*) Illa præterea valde commoda sunt, in bonam partem, *Plauti Capt.* 4. 1. 7. Ita hic me amœnitate amœna amœnus oneravit dies. *h. e.* cumulavit, implevit, affecit. *Ter. Phorm.* 5. 6. 1. O Fortuna, o Fors fortuna, quantis commoditatibus, Quam subito, meo hero ope vestra hunc onerastis diem! *Liv.* 4. 13. *sub fin.* Onerare aliquem laudibus. *et* 35. 11. spe præmiorum. Sic *Id.* 34. 61. Partim donis, partim spe præmiorum oneratus. *et* 10. 14.; et *Sall. Jug.* 12. promissis. Sic *Liv.* 32. 11. Promissis ingentibus oneratus. *Justin.* 5. 4. 13. honoribus. *Plaut. Stich.* 4. 1. 27. se voluptatibus. — *d*) In malam. *Ter. Andr.* 5. 1. 8. Onerare aliquem injuriis. *Cic.* 2. *Phil.* 38. 99. contumeliis. *Seneca Hippol.* 126. probris. *Virg.* 4. *Æn.* 549. malis. Sic *Seneca Octav.* 5. Oneratus malis. Rursus *Virg.* 11. *Æn.* 342. Onerare aliquem dictis. *h. e.* urgere accusando, arguendo. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 122. maledictis. *Id. Amph.* 1. 1. 172. pugnis. *Plin. Paneg.* 24. Onerasset alium hujusmodi introitus. *sarebbe stato gravoso. Propert.* 3. 13. 15. famulam pensis oneravit iniquis. *Liv.* 39. 3. *extr.* Jam tum multitudine allenigenarum urbem onerante. *Sueton. Tib.* 32. Provinciæ tributo onerandæ. *Ulp. Dig.* 47. 11. 6. Onerare annonam. *incarire. Colum.* 2. *R. R.* 9. 18. et 4. *ibid.* 2. 1. gravi impensa. ¶ 3. Prægnanti, uti ajunt, significatione est augere, graviorem acerbioremque rem vel alicujus conditionem facere, *accrescere, aggravare. Tac.* 2. *Hist.* 52. Onerare curas. *h. e.* augere. *et* 16. *Ann.* 30. pericula alicujus. *aggravare.* Sic 1. *ibid.* 69. Accendebat hæc, onerabatque Sejanus, peritia morum Tiberii odia in longum jaciens. *et* 4. *Hist.* 14. Delectum, suapte natura gravem, onerabant ministri avaritia et luxu. *h. e.* graviorem reddebant et odiosum. *et* 4. *Ann.* 68. Audentius onerat Sejanum, sævitiam, superbiam, spes ejus. *h. e.* accusat, reprehendit. *et* 2. *Hist.* 64. Onerare licentiam alicujus. *h. e.* in invidiam adducere. Sic *Liv.* 38. 56. *ad fin* invidia injuriam alicujus. ¶ 4. Poetice est rem aliquam in vas magna copia injicere. *Virg.* 1. *Æn.* 199. Vina, bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes Litore Trinacrio etc. *Id.* 8. *ibid.* 180. onerantque canistris dona laboratæ Cereris. — Hinc Part. præter. pass., cujus plurima exempla supra retulimus,

Oneratus, a, um, adjective quoque cum Genitivo, ut *plenus. Pacuvius* apud *Non. p.* 498. 12. *Merc.* Postquam est oneratus frugum et floris Liberi. *Al. leg.* honoratus.

ŌNĔRŌSĒ, adverb. Comp. *Onerosius.* — Onerose est cum onere, sed translate tantum occurrit. *Cassiod. de Anim.* 11. Hi tantum expeditius ad superna volant, quantum se onerosius in humana conversatione castigant. *h. e.* gravius *Paulin. Volan. ep.* 11. (*al.* 5.) *n.* 6. Cur in nos onerose loqueris? *h. e.* odiose.

ŌNĔRŌSĬTAS, ātis, f. 3. onus. *Tertull. Cult. fem.* 7. Tanta ornandi capitis onerositas.

ŌNĔRŌSUS, a, um, adject. Comp. *Onerosior* II. — Onerosus est qui oneri est, ponderosus, καταβαρτικός, δυσαχθεις (It. *pesante, grave*; Fr. *lourd, pesant, accablant*; Hisp. *pesante*; Germ. *lästig, schwer, drückend*; Angl. *burdensome, heavy, weighty, ponderous, onerous*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Virg.* 9. *Æn.* 384. Eurvalum tenebræ ramorum, onerosaque præda impediunt. *Ovid.* 1. *Met.* 53. aer est onerosior igne. *Id.* 3. *Amor.* 9. 68. Et sit humus cineri non onerosa tuo. — *b*) Speciatim de cibis, qui difficiles concoctu sunt et stomacho graves. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 7. 62. (115). Pirorum omnium cibus etiam valentibus onerosus. *gravoso.* et 22. *ibid.* 25. 73. (153). Ervum capiti et stomacho onerosum.

II.) Translate est molestus, gravis, sumptuosus, laboriosus. *Ovid.* 9. *Met.* 674. Quæ voveam, duo sunt, minimo ut relevere labore, Utque marem paries: onerosior altera sors est. *Id.* 2. *Pont.* 4. 33. Constantique fide veterem tutare sodalem, Qua licet, et quantum non onerosus ero. *et ibid.* 8. 30. Et cui majestas non onerosa tua est. *Plin.* 2. *Ep.* 4. Nec est quod vereariis, ne sit mihi onerosa ista donatio. *et Ep.* 14. *circa med.* Onerosum est accusare damnatum. *h. e.* invidiæ onus afferens.

ŌNĪRŌCRĬTES, æ, m. 1. *interprete de' sogni*, ὀνειροκρίτης, somniorum interpres: ab ὄνειρο, *somnium* et κριτής *judex. Fulgent.* 1. *Mythol. sub init.* Onirocriten soporis nugas hariolantem advertas.

ŌNĪROS, i, m. 2. ὄνειρος, somnium. Hoc nomine vocatur papaver silvaticum apud *Apul. Herb.* 53., quia ejus semen soporiferum est, et somnia inducit.

ŌNĪSCUS, i, m. 2. ὀνίσκος, a Græcis dicitur animal e vermibus terræ, pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 39. (136). et 30. *ibid.* 8. 21. (68)., ubi millepedam oniscon vocat. Adde *Theod. Priscian.* 2. 1. *a med. V.* MILLEPEDA.

ŌNĪTIS, ĭdis, f. 3. ονῖτις, herba eadem cum origano, sed folio candidiore. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 17. 67. (175).; et *Apul. Herb.* 122.

ŌNŌBRYCHIS, ĭdis, f. 3. ὀνόβρυχις, herba, quæ et palmes asini: ab ὄνος *asinus* et βρύκω *rodo. Plin.* 24. *Hist. nat.* 16. 98. (155).

ŌNŌCARDĬON, ii, n. 2. herba eadem ac chamæleon apud *Apul. Herb.* 25. Est vox composita ab ὄνος *asinus* et καρδία *cor.*

ŌNŌCENTAURUS, i, m. 2. ὀνοκένταυρος, fabulosum animal: ex ὄνος *asinus* et κένταυρος *centaurus*. Ejus meminit *Ælian. de nat. anim. l.* 17. c. 9. Item *Isid.* 11. *Orig.* 3. *ad fin.* Onocentaurus vocatur, eo quod media hominis species, media asini esse dicatur; sicut et hippocentaurus, quod equorum hominumque in eo natura conjuncta fuisse putatur. *Hieronym.* 6. *in Isaj.* 13. 22. Porro onocentauri nomen, ex asinis centaurisque compositum, videtur mihi significare eos, qui ex parte aliquid humanum sapiunt, et rursum voluptatibus et cœno turpitudinis abducuntur ad vitia. *Vulgat. interpr. Isaj.* 34. 14. Et occurrent dæmonia onocentauris.

ŌNŌCHĪLES, is, n. *et* Onochelis, is, f. 3. ὀνόχειλος, et ονοχειλές, h. e. asini labium: ab ὄνος *asinus* et χεῖλος *labium*, nomen est herbæ, quam aliqui anchusam vocant, alii enchrysam, alii rhexiam, etc., frutice parvo, flore purpureo, asperis foliis et ramis, radice messibus sanguinea, cetero nigra: efficacis contra serpentes, maximeque vi-

peras. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 21. 25. (51). At *Sillig.* habet *onochilon, i, n.* 2.

ŌNŌCŒTES, æ, m. 1. ὀνοκοίτης, dictus est a Gentilibus Christianorum Deus, quem illi fingebant asininis auribus: est ab ὄνος *asinus* et κοίτη *cubile*, concubitus; quasi vero is ex asini cum muliere concubitu natus fuerit. *Tertull. Apolog.* 16. Sed nova jam Dei nostri in ista civitate proxime editio publicata est, ex quo quidam in frustrandis bestiis mercenarius noxius picturam proposuit cum ejusmodi inscriptione: *Deus Christianorum Onocœtes.* Is erat auribus asininis, altero pede ungulatus, librum gestans, et togatus. Alii leg. *Ononychites.* His similia habet *Id.* 1. *ad Nation.* 14. Hinc per contemptum Christiani vocabantur asinarii. *V.* ASINARIUS.

ŌNŌCRŌTĂLUS, i, m. 2. *grotto*, ὀνοκρόταλος, avis est aquatica, ansere major, oioris similitudine, mira voracitate: habet enim in faucibus alterum quasi uterum, quovis cibo inexplebilem. Dicta est ab ὄνος *asinus* et κρόταλος *crepitus*, quia capite in aqua merso spiritus ruditum asinino similem edere dicitur. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 47. 66. (131). *Martial.* 11. 21. Turpe Ravennatis guttur onocrotali.

ŌNŌMĂTŌPŒĪA, æ, f. 1. ὀνοματοποιία, fictio nominis, figura est apud Rhetores, qua rei, cui nomen non sit, aut non satis idoneum, nomen imponimus, aut imitationis, aut significationis gratia: ab ὄνομα *nomen* et ποιέω *fingo*: ut quum dicimus, hinnire equos, balare oves, stridere valvas. *Charis.* 4. *p.* 245. *Putsch.* et *Diomed.* 2. *p.* 453. *V.* et *Fronton.* 3. ad *M. Cæs.* 13.; et *Donat. art. gramm.* 3. *p.* 1776. *Putsch.*

ŌNŌNIS, idis. f. 3. herba. *V.* ANONIS.

ŌNŌNYCHĪTES, æ, m. 1. ὀνονυχίτης, qui ungulam asini habet: ab ὄνος *asinus* et ὄνυξ *unguis*. *V.* ONOCŒTES.

ŌNŌPORDON, i, n. 2. ὀνόπορδον, herba, quam si comederint asini, crepitus reddere dicuntur: unde et nomen habet. ab ὄνος *asinus* et πορδὴ *crepitus ventris*: hinc Gallis dicitur *vet d'âne.* Trahit urinam et menses, alvum sistit, suppurationes et collectiones discutit. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 86. (110). *Sillig.* optimorum Codd. auctoritate fretus leg. *onopradon.*

ŌNŌPRADON. *V.* voc. præced.

ŌNŌPYXOS, i, m. 2. herba spinosa ex carduorum genere: ab ὄνος *asinus* et πύξος *buxus*. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 16. 56. (94).

ŌNOS, i, m. 2. Græca vox ὄνος, asinus. *Lamprid. Commod.* 10. *ad fin.* Habuit et hominem pene prominente ultra modum animalium, quem onon appellabat, sibi carissimum, quem et ditavit et sacerdotio Herculis rustici præposuit.

ŌNOSMA, ătis, n. 3. ὄνοσμα, herba folia habens longa fere ad tres digitos, in terra jacentia, tria, ad similitudinem anchusæ incisa, sine caule, sine flore, sine semine. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 86. (110).

ŌNŌRIS, is, f. 3. ὀνωρις, herbæ nomen: ab ὄνος *asinus* et οὐρά *cauda*. *V.* ŒNOTHERA.

ŌNUS, ĕris, n. 3. *Oneri* in Ablativo pro *onere* legitur apud *Plaut. Pseud.* 1. 2. 64. — Onus dicitur et est res quæ pondus habet, moles, sarcina, et ipsum pondus. φορτίον, ἄχθος (Il. *peso, carico, soma, salma*; Fr. *charge, fardeau, poids*: Hisp. *carga, peso*; Germ. *die Last, Lädung, Fracht*; Angl. *a burden, load, weight*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Asin.* 3, 3. 68. AR. Hic pone, hic istam colloca crumenam in collo plane. LE. Nolo ego te, qui herus sis mihi, onus istuc sustinere. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 20. Demitto auriculas, ut iniquæ mentis asellus Quum gravius dorso subiit onus. *Vitruv.* 10. 8. Examinare paucis manibus oneris maximi pondus. *un carico di grandissimo peso.* Sic *Ovid.* 14. *Met.* 148. consumptaque membra senecta Ad minimum redigantur onus. *Cæs.* 2. *B. G.* 30. Quibus viribus homines tantulæ staturæ tanti oneris turrim in muros sese collocare confiderent. *Justin.* 4. 1. 1. Superum mare toto undarum onere illuc vehitur. *con tutto il peso e la forza.* ¶ 2. Speciatim onera dicuntur merces, commeatus, impedimenta et similia, quæ jumentis, plaustris, navibus etc. importantur vel exportantur. *Cic. pro leg. Manil.* 18. 55. Insula Delos, quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant. *Cæs.* 5. *B. G.* 1. Naves ad onera et ad jumentorum multitudinem transportandam paullo latiores. *Id.* 1. *B. C.* 80. Neque jumentis onera deponunt. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 26. (105). Onera afferuntur et egeruntur lintribus. ¶ 3. Item specialim a Poetis onus dicitur partus. *Phædr.* 1. 18. Onus naturæ deponere. *h. e.* fetum, *il parto.* Al. leg. *onus maturum.* Sic *Ovid.* 2. *Fast.* 451. Parce, precor, gravidis, facilis Lucina, puellis, Maturumque utero molliter effer onus. *Id.* 2. *Amor.* 13. 1. Labefactare onus gravidi ventris. *Id. Heroid* 4. 58. Enixa est utero crimen onusque suo. ¶ 4. Denique onus dicuntur excrementa corporis. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 27. 41. (97). Ciborum onera reddere. Sic *Martial.* 13. 29. duri solvere ventris onus.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim onus dicitur quidquid molestiam ac laborem affert: ad rem *Cic. Senect.* 2. 4. Quæ (*senectus*) plerisque senibus sic odiosa est, ut onus se Ætna gravius dicant sustinere. Hinc — *a*) Est munus, officium, quod cum labore et molestia exercetur. *carico, impiego, impegno. Ovid.* 1. *Fast.* 616. et 2. *ibid.* 197. Suscipere onus urbis, aut orbis. *il peso del governo.* et *Cic.* 1. *Orat.* 25. 116. Magnum quoddam est onus atque munus, suscipere atque profiteri, se esse, omnibus silentibus, unum maximis de rebus audiendum. *Id. Rosc. Am.* 4. 10. Fide sapientiaque vestra fretus plus oneris sustuli, quam ferre me posse intelligo. Hoc onus si ves aliqua ex parte allevabitis, feram, ut potero, studio et industria, judices: sin a vobis deserar, tamen animo non deficiam, et id quod suscepi, quoad potero, perferam. Quod si perferre non potero, opprimi me onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere. *Cels. Dig.* 31. 1. 22. *in fin.* Onus probandi mutatam esse voluntatem defuncti, ad eum pertinet, qui etc. *l'obbligo, l'impegno.* — *b*) Item quæcumque molestia et labor, *molestia, peso, fatica. Ovid.* 1. *Pont.* 10. 28. Vix mens tristitiæ mœsta tulisset onus. *Ter. Phorm.* 1. 2. 44. nunquam æque, ac modo Paupertas mihi onus visum est et miserum et grave. *Sall. Cat.* 10. Iis otium, divitiæ oneri miseriæque fuere. *Cic.* 5. *Fam.* 12. Neque tamen eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum, et jam institutarum. *Seneca* 5. *Tranquill.* 1. Necesse est opprimant onera, quæ ferrate majora sunt. *Catull.* 31. 8. Quum mens onus reponit. *Liv.* 23. 43. Exercitum se non in agrum Samnitem, ne et ipse oneri esset, sed in loca sociorum populi R. adducturum. *Sall. Jug.* 14. Ad vos confugi, P. C., quibus cogor prius oneri, quam usui esse. ¶ 2. Speciatim onus dicitur sumptus, impensa, jactura: his enim oneratur res familiaris, *spesa, gravezze, danno. Cic.* 13. *Fam.* 7. His temporibus hoc municipium maximis oneribus pressum, summis affectum est difficultatibus. *Liv.* 1. 43. *a med.* Hæc omnia in dites a pauperibus inclinata onera. *Sueton. Cal.* 42. Filia nata, paupertatem, nec jam imperatorio modo, sed et patria conquerens onera, collationes in alimoniam atque dotem puellæ recepit. *Id. Domit.* 12. Hærere in explicandis oneribus. *nel regolare e sminuire le spese. Tac.* 4. *Ann.* 6. Et, ne provinciæ novis oneribus turbarentur, utque vetera sine avaritia et crudelitate magistratuum tolerarent, providebat.

ŌNUSTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

ŌNUSTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (onustus) idem atque onerare. Occurrunt tantummodo Participia *Onustatus* I. et II. et *Onustandus* I.

I.) Proprie. *Augustin. Serm.* 3. *in Nat. Dom.* 2. *de Virgine.* Dignum plane erat, ut regali onustanda partu, prius a cælestis regis sanctificaretur ingressu. *Vulgat. interpr. Judith* 15. 7. Reliqui autem, qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, et prædam, quam fugientes Assyrii reliquerant, abstulerunt et onustati sunt valde.

II.) Translate. *Cassiod.* 5. *Hist. Eccl.* 4. Monens, ut sub schemate privato quiesceret; quod utique ejus ætati potius conveniret, quam habere nomen solicitudinibus onustatum.

ŌNUSTUS, a, um, adject. (onus). Sup. *Onustissimus* est tantum *Jul. Valer. Alex. M. res g.* 26. Qui fluvius plerumque ex vehementia nivium adeo stringitur, ut etiam carris onustissimis viabilem se præbeat. — Onustus est onus habens impositum, gravis (It. *caricato, carico*; Fr. *chargé*; Hisp. *cargado*; Germ. *beladen, belastet, beschwert, bepackt, befrachtet*; Angl. *laden, loaded, burdened*).

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Off.* 12. 50. Naves onustæ frumento. *Id.* 3. *Att.* 16. *a med.* Asellus onustus auro. *Tac.* 2. *Ann.* 41. currus quinque liberis. *et* 1. *ibid.* 63. miles sarcinis, armisque. *Phædr.* 4. 10. fur sacrilegio. *h. e.* rebus e fano ablatis. *Nepos Alcib.* 5. *extr.* Præda onusti. *Virg.* 1. *Æn.* 293. spoliis Orientis onustus. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 47. Reticulum panis venales inter onusto Forte vehas humero. *Id. Epod.* 8. 13. Nec sit marita, quæ rotundioribus Onusta baccis ambulet. *Lucret.* 3. 113. molli quum somno dedita membra, Effusumque jacet sine sensu corpus onustum. *aggravato dal cibo.* Cf. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 77. corpus onustum Hesternis vitiis.

II.) Translate. ¶ 1. Est idem ac plenus, *pieno.* — *a*) Sæpissime cum Ablativo. *Sall. Jug.* 92. In agrum fertile et præda onustum proficiscitur. *Tac.* 12. *Ann.* 13. Pharetræ onustæ telis. *Id.* 2. *ibid.* 15 Milites, quorum pars onusta vulneribus tergum, pars etc. — *b*) Cum Genitivo. *Plaut. Aulul.* 4. 2. 10. Se aulam onustam auri abstrusisse hic intus in fano. ¶ 2. De saturo. *Id. Cist.* 1. 2. 7. quia sum onusta mea ex sententia, Quiaque adeo me complevi flore Liberi. ¶ 3. Item universim est gravis, oneratus, sed translate. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 7. Omnes exegit foras onustos fustibus. *carichi di bastonate. Id. Men.* 5. 2. 5. consitus sum Senectute, onustum gero corpus, vites reliquere. *grave, pesante, tardo. Tac.* 12. *Ann.* 28. Præda, famaque onusti ad montem Taurum revertuntur. *Plaut. Stich.* 2. 1. 3.; et *Afranius* apud *Priscian.* 10. *p.* 879. *Putsch.* onustum pectus porro lætitia lubentiaque. *Id. Epid.* 3. 2. 39. fidicinam præmeditatam, meis doliis astutiisque onustam Mittam.

ŌNŸCHINĪNUS. *V.* ONYCHITINUS.

ŌNŸCHĪNA, ōrum, n. plur. 2. *V.* voc. seq. in fin.

ŌNŸCHĪNUS, a, um, adject. ὀνύχινος ab ὄνυξ *unguis*, ad unguem pertinens.

I.) Proprie. Onychina pira, a *Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 16. (55). et Onychina pruna, a *Colum.* 12. *R. R.* 10. 2. dicta sunt a colore unguis, quem referunt.

II.) Translate. Inter ea, quæ nimium poetica, et prosæ orationis usu alieniora notasse se in Nævii carminibus, scribit *Gell.* 19. 7., est et illud, quod flumina gelu concreta *tegmine* esse *onychino* dixit, quasi marmorea crusta cooperta. — Hinc

Onychina, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt vasa ex onyche lapide facta. *Lamprid. Elagab.* 32. Onus ventris auro excepit: in myrrhinis et onychinis minxit.

ŌNŸCHĪPUNCTA, æ, f. 1. gemma, quæ et iasponyx vocatur (h. e. ex genere iaspidum, sed distincta punctis onychis) et nubem complexa, et nives in summitate. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 37. (118). At *Sillig.* ex Cod. Bamb. legit *onychi juncta.*

ŌNŸCHĪTES, æ, m. 1. ὀνυχίτης, lapis idem, qui onyx. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 10. 22. (103). Ita *Forcellinus* secutus *Harduinum*, qui *onychitæ maculis* legebat; sed *Sillig.* legit *onychis maculis.*

ŌNŸCHĪTĪNUS, a, um, adject. ὀνυχίτινος, qui ex onychite lapide est. *Sidon.* 9. *Ep.* 7. *a med.* Structura (*sermonis*) liquida prorsus et ductilis, veluti quum crystallinas crustas aut onychitinas non impacto digitus ungue perlabitur. *In editis libris perperam legitur* onychintina.

ŌNŸCHĪTIS, is, f. 3. ὀνυχῖτις, genus cadmiæ

maculas intus habens onychitæ lapidis similes. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 10. 22. (103).

ŌNȲCHĪUS, a, um, adject. ad onychem lapidem pertinens *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 10. Onychius lapis. *h. e.* onyx.

ŌNYX, ȳchis, m. 3. ὄνυξ Græca vox unguem significans, unde

A) Datum est nomen marmori, et

I.) Proprie, marmori colore unguis humani, ex quo potoria primum vasa, deinde pedes lectorum et scilæ factæ sunt: deinde et amphoræ et columnæ, majore copia reperta et luxu crescente. Hunc aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cavant ad vasa unguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur. Probatur quam maxime mellei coloris, in vertices maculosus, atque non translucidus. Vitium in eo corneus color, aut candidus, et quidquid simile vitro est. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 7. 12. (59). *et ibid.* 8. 12. (60). *Lucan.* etiam pavimenta eo strata innuit 10. 116. stabatque sibi non segnis achates, Purpureusque lapis, totaque effusus in aula Calcabatur onyx. Sic *Martial.* 12. 50. Et tua centenis stat porticus alta columnis, Calcatusque tuo sub pede lucet onyx. *V.* OSTRACIUM.

II.) Translate per synecdochen est vas ex onyche confinendis unguentis. *Horat.* 4. *Od.* 12. 17. Nardi parvus onyx eliciet cadum. *Propert.* 3. 8. 22. Et crocino nares murrheus ungat onyx. *et* 2. 10. 30. Syrio munere plenus onyx. *Martial.* 11. 50. Profertur Cosmi nunc mihi siccus onyx. — Hoc sensu est etiam femin. genere. *Id.* 7. 94. Unguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat. *Gronov.* et *Broukus.* mallent *onyx modo parve gerebas*: quia unus est hic locus, in quo feminine usurpetur.

B) Est etiam gemma hoc nomine, de qua *Plin.* 37. *Hist. nat.* 6. 24. (90). Exponenda est et onychis ipsius natura, propter nomilis societatem: hoc aliubi lapidis, hic gemmæ vocabulum est. Sudines dicit, in gemma esse candorem, unguis humani similitudinem, item chrysolithi colorem et sardæ et iaspidis. Zenothemis Indicam onychem plures habere varietates, igneam, nigram, corneam, cingentibus candidis venis oculi modo, intervenientibus quarumdam et obliquis venis. Sotacus et Arabicam onychem tradit nigram candidis zonis. Satyrus carnosas esse Indicas, etc.

C) Item piscis e genere pectinum, qui et solen dicitur: nam si sit mas, donax, et aulus; si femina, onyx appellatur. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 9. 32. (103). et *ibid.* 11. 53. (151). *V.* UNGUIS. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

OP

ŌPA, æ, *et* Ōpē, es, f. 1. ὀπή, Græca vox foramen significat: item cavum in pariete, in quod tignum immittitur: quod et cubile dicitur, et columbarium. *Vitruv.* 4. 2. *a med. V.* METOPA.

ŌPĀCĀTUS, a, um. *V.* OPACO.

ŌPĀCĪTAS, ātis, f. 3. (opacus) *opacità, ombrosità, rezzo, σκιασμα,* umbratus locus, umbra. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 5. Plus nocet putris unda, quam prodest opacitas. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 30. 35. (197). Colles modici, amœna opacitate vestiti. *Id.* 32. *ibid.* 6. 21. (60). Opacitas ostrearum incrementum cohibet. *Id.* 2. *ibid.* 11. 8. (52). Opacitas noctium terras reficit. *Id.* 17. *ibid.* 1. 1. (5). Loti patula ramorum opacitate lascivæ. *Gargil.* 4. 7. ed. *A. A. Scottio.* Nec intervalla majora desiderat (*persicus*), ejusmodi folia sortita, quorum tenuis umbra opacitatis incommodum non parat, quam scilicet binos pedes. *Tac.* 11. *Ann.* 3. *extr.* Viso tamen ante rogo, jussoque transferri partem in aliam, ne opacitas arborum vapore ignis minueretur.

ŌPĀCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Opacatus* II. 2.; *Opacandus* I. — Opacare est opacum reddere, umbram inducere, inumbrare, συνηρεφῶ (It. *inombrare, fare ombra*; Fr. *ombrager, donner de l'ombre*; Hisp. *sombrear, hacer sombra*; Germ. *beschatten, mit Schatten bedecken*; Angl. *to darken, shade, cloud, cover, obscure, opacate*).

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Orat.* 7. 28. Platanus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis. *Id. fragm.* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 4. Neque dum satis ab his novellis arboribus omnis hic locus opacatur. *Id.* 2. *Nat. D.* 19. 49. Sol quum terras larga luce compleverit, easdem modo his, modo illis ex partibus opacat. *Lucan.* 6. 645. humum Phœbo non pervia taxus opacat.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro tegere. *Pacuvius* apud *Paul. Diac. p.* 94. 8. *Müll.* Nunc primum opacat flore lanugo genas. *Sil. It.* 13. 331. Cingit acuta comas et opacat tempora pinus. ¶ 2. Item est tenebrosum reddere, obscurare, sed translate. *Augustin.* 1. *Mor. Eccles. Cathol.* 2. Ut in lucem veritatis aciem titubantem veluti ramis humanitatis opacata inducat auctoritas.

ŌPĀCUS, a, um, adject. Comp. *Opacior* I. 1.; Sup. *Opacissimus* I. 1. et 2. — Opacus (quod nonnullis videtur esse a παχυς *densus* et o particula intentiva, est umbrosus (teste ipso *Festo* qui *p.* 185. 32. *Müll.* ait: Opaca vocantur umbrosa.), umbra tectus, obscurus; et *aprico* opponitur, σκιώδης, συνηρεφής (It. *ombroso, opaco, oscuro*; Fr. *ombragé*; Hisp. *sombreado*; Germ. *schattig*; Angl. *shady, darksome, dun, dusky, obscure, cloudy, opaque, opacous*).

I.) Proprie. ¶ 1. Passive dicitur de iis, quæ in umbra posita sunt. — *a*) Adjective. *Plin.* 7. *Ep.* 21. Cubicula obductis velis opaca, nec tamen obscura facio. *Cic.* 1. *Legg.* 5. 15. In viridi opacaque ripa inambulantes. *Virg.* 1. *G.* 156. ruris opaci Falce premes umbras. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 5. Opaca vallis. *Ovid.* 3. *Met.* 438. opaca fusus in herba. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *a med.* Locus cupressis ambitur et tegitur, densiore umbra opacior nigriorque. *Colum.* 6. *R. R.* 22. 2. Opacissima nemorum pascua. *Virg.* 1. *Ecl.* 53. inter flumina nota, Et fontes sacros frigus captabis opacum. *il fresco all'ombra, il rezzo.* Sic *Stat.* 3. *Silv.* 5. 17. opaca quies. *ritiro in casa.* et *Sil. It.* 1. 395. Nemorum et vitæ laudandus opacæ. *h. e.* in opacis silvis actæ. — *b*) Absolute, substantivorum more — *In opaco,* in umbra, *all'ombra. Plin.* 10. *Hist. nat.* 20. 22. (43). Colores, qui in opaco clarius micant. — Neutr. plur. *opaca. Virg.* 2. *Æn.* 725. ferimur per opaca locorum. *Coripp.* 6. *Johann.* 394. Temperat ille suas per opaca latebras. ¶ 2. Active de iis, quæ umbram inducunt. *Virg.* 3. *Æn.* 508. Sol ruit interea, et montes umbrantur opaci. *Id.* 8. *ibid.* 107. opacum nemus. *et* 11. *ibid.* 851. opaca ilex. *Plin.* 1. *Ep.* 3. Πλατανῶν opacissimus. *Stat.* 6. *Theb.* 686. Solis opaca soror. *h. e.* Luna.

II.) Translate. ¶ 1. Est tenebrosus, obscurus, *tenebroso, oscuro. Virg.* 4. *Æn.* 123. et 10. *ibid.* 161. Opaca nox. *et* 3. *ibid.* 619. domus Cyclopis. *Ovid.* 10. *Met.* 54. trames caligine densus opaca. *Id.* 2. *Art. am.* 619. Opaca nubes. *Id.* 10. *Met.* 20. Tartara. *et* 2. *ibid.* 274. fontes, Qui se condiderant in opacæ viscera matris. *h. e.* terræ. *et* 14. *ibid.* 122. Dumque iter horrendum per opaca crepuscula carpit. *h. e.* per vias inferorum, ubi lux maligna, caligo, tenebræ. *Stat.* 2. *Theb.* 95. longævi vatis opacos Tiresiæ vultus. *h. e.* oculorum luce carentes. *Gell.* 10. 3. *a med.* Opaca vetustas. *h. e.* obscura. ¶ 2. Item densus. *Catull.* 37. 19. Egnati, opaca quem bonum facit barba. *h. e.* densa, et quæ genas opacat, ut *Pacuvius* ait.

ŌPĀLĬA, ium, n. plur. 3. festa in honorem Opis, quæ mense Decembri, h. e. XIV. Cal. Januar. qui dies est tertius Saturnalium, celebrabantur, ut *Macrob.* 1. *Saturn.* 10. docet. *Varro* 6. *L. L.* 22. *Müll.* Saturnalia dicta ab Saturno, quod eo die feriæ ejus: ut post diem tertium Opalia, Opis. *Festus p.* 185. 33. *Müll.* Opalia, dies festi, quibus supplicatur Opi, appellantur. *Macrob. loc. cit.* Deam Opim Saturni conjugem credidérunt: et ideo hoc mense Saturnalia, itemque Opalia celebrari, etc. *et mox.* Huic deæ sedentes vota concipiunt, terramque de industria tangunt, demonstrantes et ipsam matrem esse terram mortalibus appetendam. Cf. et *Kal. Maff. Amitern.*

ŌPĀLIS, e, adject. ad Opem pertinens, ut Opale sacrum, *Auson. Ecl. de Fer. Rom.* 15. Vis et Opale sacrum, vel Saturnalia dicam? *Al. rectius leg.* Vis ne Opis ante sacrum.

ŌPĀLUS, i, m. 2. (ὀπαλλιος dicitur ab *Orph.* Λιθ. v. 279.) *opale,* gemma de qua *Plin.* 37. *Hist. nat.* 6. 21. (80). Plurimum ab iis (*beryllis*) differunt opali, smaragdis tamen cedentes. India sola et horum est mater. Est in his carbunculi tenuior ignis, est amethysti fulgens purpura, est smaragdi virens mare, cuncta pariter incredibili mixtura lucentia. Alii summam fulgoris Armenio colori pigmentorum æquare credunt, alii sulphuris ardentis flammæ, aut ignis oleo accensi. Magnitudo nucem avellanam æquat. Vitia opali, si color in florem herbæ, quæ vocatur heliotropium exeat, aut in crystallum, aut grandinem: si sal interveniat, aut scabritia, aut puncta oculis occursantia: nullosque magis fraus, similitudine indiscreta, vitro adulterat. *et mox.* Hanc gemmam propter eximiam gratiam plerique appellavere praderota. Adde *Isid.* 16. *Orig.* 12.

ŌPELLA, æ, f. 1. deminut. ab opera, *picciola fatica, operetta, operina,* parva opera, exiguus labor. *Lucret.* 1. 1107. Hæc, scio, pernosces parva perdoctus opella *Horat.* 1. *Ep.* 7. 8. Officiosaque sedulitas, et opella forensis Adducit febres. *Al. cl.* Vahlen. *leg.* Quivit pro factis reddere opræ pretium. *Al. cl.* Vahlen. *leg.* Quivit pro factis reddere opis pretium. — Opera est actio operantis, administratio, officium et industria agentis aliquid, ἐργασία (It. *opera, operazione, industria, lavoro*; Fr. *travail*; Hisp. *trabajo, exercicio en alguna obra*; Germ. *die Arbeit, die Mühe, Bemühung, die auf etwas verwendet wird*; Angl. *work, labour, service, endeavour, pains, help, assistance, aid, exertion*).

I.) Proprie de opera, quam quis corpore præstat. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 13. Multi-reperiuntur-Lingua factiosi, inertes opera. *Ter. Phorm.* 2 3. 15. homo jam grandior, Pauper, cui opera vita erat, ruri fere Se continebat, *h. e.* cui labor et opus victum præbebat. ᾧ τὸ ἔργον ἦν ὁ βίος. *che vivea delle sue braccia.* Ne audias hic *Donatum* docentem, *opera* esse sexti casus, *vita* nominativi: et *opera* pro victu usurpari. Nam utraque vox rectus casus est, et *vita* non *opera* victum significat. *Cic.* 1. *Off.* 13. 41. Servis uti ut mercenariis, operam exigendam, justa præbenda. *et ibid.* 42. 150. Sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. *Id.* 2. *ibid.* 4. 14. Quæ utilitates ex rebus iis, quæ sunt inanimæ, percipiuntur, eas nos nullo modo sine hominum manu atque opera capere potuisse. *Id.* 1. *Orat.* 28. 126. Non patiebatur, eos, quos judicabat non posse oratores evadere, operam apud se perdere, dimittebatque. *Nepos Cat.* 1. Castra secutus est C. Claudii Neronis, magnique ejus opera æstimata est in prælio apud Senas, quo etc. *Cic. Brut.* 47. 174. L. Gellius multam operam amicis et utilem præbuit. *Id. Cluent.* 57. 157. Omnem curam atque operam ponere in omnium periculis defendendis. *Id.* 2. *Fam.* 6. Omnia mea studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi et locavi. *Id.* 1. *Off.* 6. 19. Ponere operam, curamque in rebus honestis. *et ibid.* 39. 141. Eam curam et operam suscipere, quam causa postulat. *Id.* 2. *Divinat.* 2. 7. Operam tribuere reipublicæ. *Id.* 1. *Orat.* 55. 234. Operam et laborem consumere in re aliqua. *Id.* 1. *Off.* 6. 19. Magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferre. *Id.* 1. *ad Brut.* 8. Operam et studium navare alicui. *Id.* 6. *Verr.* 31. 69. Tibi hæc cura suscipienda, tibi hæc opera sumenda est, ut etc. *Plaut. Cas.* 2. 7. 1. Operam ludere. *V.* LUDO. *Cic.* 6. *Verr.* 30. 68. impendere. *Liv.* 10. 18. *extr.* frustra insumere. *Cic. Divinat. in Q. Cæcil.* 19. 63. interponere. *Ovid.* 2. *Art. am.* 673. afferre alicui. *Sueton. Vitell.* 10. edere in re aliqua. *Plin.* 2.

Ep. 11.; et *Plaut. Rud.* 2. 4. 22. commodare. *Id. Pseud.* 1. 5. 147.; et *Ter. Phorm.* 1. 2. 12. dicare alicui. *Cic. ad Planc.* 2. *post ep.* 16. *l.* 16. *ad Att.* Magna cura, multa opera et labore rem conficere. *et* 14. *Att.* 14. Omni ope atque opera eniti, ut etc. *Id. fragm.* apud *Colum.* 12. *R. R. præf.* 4. Hæc operam et diligentiam desiderant. *Id.* 13. *Fam.* 27. Non parcam operæ. ¶ 2. Speciatim *esse in operis, dare operas* dicuntur, qui negotia aliorum tractant, præsertim provincialia publicanorum. *Cic.* 13. *Fam.* 29. Cn Pupius, qui est in operis ejus societatis. *Id. ibid.* 65. et 11. *Att.* 10. P. Terentius, qui operas in portu et scriptura pro magistro dat. Adde *eumd.* 4. *Verr.* 70. 171. Quo pertinet illud *Planc.* 19. 47. Multis benigne fecit, pro multis spopondit, in operas plurimos patris auctoritate et gratia misit. *trovò a moltissimi impiego nelle provincie.* ¶ 3. Item speciatim, *dare, reddere, edere operas* et similia, est facere, præstare, præbere alicujus commodo, alicui inservire. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 11. ut revehatur domum, Ubi ei dediderit operas. *h. e.* inservierit, præstiterit operas. *Cic.* 6. *Verr.* 26. 59. Ipse dabat purpuram tantum, amici operas. *et* 16. *Fam.* 10. Tu Musis nostris para ut operas reddas: nostra ad diem dictam fient. *h. e.* edas, facias. *Seneca Prov.* 2. *a med.* Ferrum istud bonas tandem ac nobiles edet operas: libertatem, quam patriæ non potuit, Catoni dabit. *farà di belle cose.* Cf. *Liv.* 3. 63. Castigati fortium statim virorum operam edebant. — Huc pertinent et illa *Sall. Cat.* 28. Dubitantibus ceteris Cornelius operam suam pollicitus. *Justin.* 14. 1. 14. Operam suam certatim ad custodiam salutis ejus offerunt. *Vellej.* 2. 111. 1. Senatorum equitumque Romanorum exactæ ad id bellum operæ.

II.) Translate. ¶ 1. Opera est animi cura, labor, nisus: qua significatione — 1.°) *Dare operam alicui personæ* aut *rei* frequentissimum est; et — *a) Operam dare alicui,* adesse, inservire. *Plaut. Merc.* 2. 2. 17. Non sum occupatus unquam amico operam dare. *Id. Trin.* 3. 2. 25. In foro operam amicis da. *Ter. Eun.* 2. 2. 50. Paullulum da mihi operæ: fac ut admittar ad illam. — *b) Dare operam alicui,* eum audire, *ascoltare, badare, dar udienza. Plaut. Trin* 4. 2. 52. Ita ut occepi, si animum advortas, dicam. CHARM. dabo operam tibi. *Id. Cas. prol.* 21. Vos omnes esse oratos volo, Benigne ut operam detis ad nostrum gregem. (Adde *ibid.* 6.) *Cic. Brut.* 89. 306. Ego autem, juris civilis studio, multum operæ dabam Q. Scævolæ. *Id.* 13. *Att.* 49. et 7. *Fam.* 24. Dixit, judicem operam dare sibi constituisse eo die ipso, quo etc. *Id.* 2. *Legg.* 1. 1. Sermoni reliquo demus operam sedentes. Adde *Ter. Heaut.* 3. 1. 95. Huc pertinent et illa *Lucret.* 4. 971. quicumque dies multos ex ordine ludis Assiduas dederunt operas. *h. e.* ludis spectandis incubuerunt. *et Sueton. Aug.* 84. Dabatque assidue phonasco operam. — *c)* Universim *dare operam alicui rei* usurpatur pro attendere, curare, laborare, niti, ut aliquid fiat, *procurare, attendere, fare di tutto, applicare.* — Cum Dativo. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 48. 107. Curantes magna cum cura, tum cupientes Regni, dant operam simul auspicio augurioque. *Cic.* 2. *Legg.* 11. 26. Dare operam rebus divinis. *Id.* 1. *Orat.* 62. 265. valetudini. *et* 15. *Att.* 1. *a med.* funeri. *h. e.* adesse, exsequias ire, funus curare. *Ovid. Remed. am.* 165. bellis, aut foro. *Ter. Heaut.* 1. 1. 58. amori. *Cic.* 9. *Fam.* 22. liberis. *h. e.* generationi. *Cælius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 1. memoriæ alicujus. *h. e.* inservire. *Sueton. Aug.* 79. tonsori. *h. e.* se tondendum præbere. — *Forcellinus* affert etiam illud *Cic.* 1. *Tusc.* 4. 7. In quam exercitationem ita nos studiose operam dedimus, ut etc. *At* Orellius *vocabulum* operam *omittit.* — Sequente part. *ut. Metellus* apud *Cic.* 5. *Verr.* 53. 124. Summa vi data est opera a me, ut quam plurimo decumas venderem. *Id. ad Planc.* 1. *post ep.* 16. *l.* 16. *ad Att. in fin.* Da operam, ut valeas. Huc pertinet et illud *Ter. Andr.* 1. 1. 130. Et nunc id operam do, ut etc. — Sequente part. *ne. Cæs.* 7. *B. G.* 9. Daturum se operam, ne longius triduo ab castris absit. *Id.* 1. *B. C.* 5. Dent operam Coss., ne quid respublica detrimenti capiat. — *d) Data,* et *dedita opera. V.* DO et DEDO. — 2.°) *Mea, tua opera,* mea, tua industria, studio, labore: item mea, tua culpa, *per opera mia,* etc. utrumque est in illo *Cic. Senect.* 4. 11. Salinatori dicenti: Mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepisti. Certe, inquit ridens: nam nisi tu amisisses, numquam recepissem. *Nepos Alcib.* 6. Sic populo erat persuasum, et adversas superiores, et præsentes secundas res accidisse ejus opera. *Plaut. Capt.* 3. 5. 21. fateor Abiisse eum abs te, mea opera atque astutia. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 31. Non mea opera, neque pol culpa evenit. *Justin.* 5. 4. 4 Pacem ne acciperent, opera eorum effectum est, quibus ea res quæstum præbebat. *Catull.* 3. 16. o miselle passer! Tua nunc opera meæ puellæ Flendo turgiduli rubent ocelli. *per tua cagione.* — 3.°) *Eadem, una opera,* eodem, uno labore, eodem, uno tempore. *Plaut. Capt.* 2. 3. 89. Sequere me, viaticum ut dem hinc a trapezita tibi: Eadem opera a prætore sumam syngraphan. *Id. Most.* 1. 3. 101. PHI. Cedo cerussam. SCA. quid cerussa opus nam? PHI. qui malas oblinam. SCA. Una opera ebur atramento candefacere postules. *Id. Pseud.* 1. 3. 84. qua opera sic credam tibi, Una opera alligem canem fugitivam agninis lactibus. Sic *Id. Capt.* 3. 4. 31. Alcmæo atque Orestes et Lycurgus postea Una opera mihi sunt sodales, qua iste. *h. e.* uno et eodem modo. — 4.°) *Operæ pretium. V.* PRETIUM. — 5.°) Speciatim *opera* ponitur etiam pro re divina, *sacrificio. Afranius* apud *Non. p.* 523. 17. *Merc.* Jubeo hominem tolli, et collocari, et confoveri: solvo operam Dianæ. ¶ 2. *Operæ est mihi* vacat, otiosus sum, commodum est, utile est: et videtur *pretium* subaudiri. *Plaut. Truc.* 4. 4. 30. fac valeas: operæ ubi mihi erit, ad te venero. Adde *eumd. Mil. glor.* 3. 2. 6. Sic *Liv.* 5. 15. Causatus de privati portenti procuratione, si operæ illi esset, consulere velle, ad colloquium vatem elicuit. *Id.* 4. 8. Neque consulibus, quum tot populorum bella imminerent, operæ erat id negotium agere. *et* 43. 36. *ad fin.* Non operæ sit stanti nunc in acie docere, quibus de causis, etc. Adde *eumd.* 21. 9., 33. 20. *extr.* et 41. 25. *extr.*; et *Gell.* 1. 11. *a med.*; et *V.* PRETIUM. — *Opera est mihi,* eadem sententia. *Plaut. Merc.* 2. 2. 15. Dicam, si tibi videam esse operam, aut otium. LY. Quamquam negotium est, si quid vis. Non sum occupatus. — *Deest mihi opera,* spatium et facultas operandi. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 4. *a med.* De versibus, quos tibi a me scribi vis, deest mihi quidem opera, quæ non modo tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat. ¶ 3. Contrario sensu opera est negotium. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 93. ibo, atque illam adducam, Quam propter opera est mihi. *h. e.* est mihi negotium. ¶ 4. Apud rusticæ rei scriptores *opera* est quantum uno die quis in agro operatur, *giornata, opera, giorno lavorativo. Varro* 1 *R. R.* 18. 2. Quaternis operis singula jugera confodere. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 44. Puerilis una opera jugerum vineti pampinabit. *Id.* 2. *ibid.* 13. 1. Tritici modii quatuor bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris unam, etc. *et sic toto cap.* et *ad fin.* Cetera legumina occupant operas sexaginta, id est menses duos. ¶ 5. Ipse etiam homo, cujus opera utimur, *opera* dicitur; *opera, operajo, lavoratore. Cic.* 4. *Att.* 3. *ante med.* Qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerunt. *Id.* 1. *Phil.* 9. 22. Quis enim aut accusator tam amens reperietur, qui reo condemnato, objici se multitudini conductæ velit? aut judex, qui reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercenarias statim protrahatur? *Id. Sext.* 17. 38. Erat mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis et ad diripiendam urbem concitatis. *Horat.* 2. *Sat.* 7. *in fin.* Ocius hinc te Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino. *Colum.* 3. *R. R.* 21. 10. Plures operas quantocumque pretio conducere. *Tac.* 1. *Ann.* 16. Theathrales operæ. *Inscript.* apud *Gruter.* 467. 7. Operæ veteres a scæna. ¶ 6. Hinc etiam *Ab opera publica* servus. *Inscript.* apud *Gruter.* 624. 6. ¶ 7. Est etiam factum, qua *consilio* opponitur. *Plaut. Trin.* 4. 1. 6. te omnes sævumque severumque, atque avidis moribus commemorant: contra operâ expertus. Nam pol placido te et clementi usus sum. *h. e.* re ipsa, *in facti.* Cf. *eumd. Capt.* 2. 3. 69. Istæc dicta te experiri et operis et factis volo. ¶ 8. *Opera,* concreto, uti ajunt, sensu, pro *opere* est in illo *Plaut. Asin.* 2. 4. 19. Jussin' dumnis dejici operas aranearum? *le telline.* Sic *Cic.* 15. *tt.* 3. *d fin.* Nos hic φιλοσοφοῦμεν, et τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnifice explicamus, προσφωνοῦμενque Ciceroni. Quid quæris? exstabit opera peregrinationis hujus.

ŌPĔRANS, antis. *V.* OPEROR.

ŌPĔRĀRĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

ŌPĔRĀRĬUS, a, um, adject. ad operam pertinens, *da opera, da lavoro,* ἐργαστικός. — *Operarius homo* est qui operam præbet, opera, mercenarius, bajulus (*V. Operarius, ii,* in fin.). *Cic.* 7. *Att.* 2. *ad fin.* Nam de altero illo minus sum admiratus, operario homine. — *Operarium vinum* quod operis et familiæ datur: fitque maceratis aqua vinaceis: idque tribus modis, quos persequitur *Plin.* 14. *Hist. nat.* 10. 12. (86). — *Operarium pecus,* quo in colendis agris utimur, vel ad jugum, vel ad clitellas. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 15. Habilis et modica corporatura pecoris operarii debet esse. *et ibid.* 24. 4. Operariæ vaccæ alternis annis submitti debent. — *Operarii lapides,* qui ad opus aliquod accommodari possunt, *da fabbrica, da lavoro. Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 47 (164). Nunc ad operarios lapides transisse conveniat, primumque cotes ferro acuendo. *Operarius usus,* usus operandi. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 3. 4. (8). *de elephantis.* Circa hos (*dentes*) belluis summa cura: alterius mucrone parcunt, ne sit præliis hebes, alterius operario usu fodiunt radices, impelliunt moles. — Hinc *Operarius, ii,* m. 2. absolute, substantivorum more, est qui operam præbet, opera, mercenarius, bajulus, *operajo, lavoratore, opera,* ἐργάτης. *Cassius* apud *Varron.* 1. *R. R.* 17. 3. Operarios parandos esse, qui laborem ferre possint, ne minores annorum XXII. et ad agriculturam dociles. *Cato R. R.* 10. Olivetum agri CCXL. Jugerum *habere oportet* villicum, villicam, operarios quinque, bubulcos tres, subulcum unum, asinarium unum, opilionem unum. *et ibid.* 11. Vinea centum jugerum *habeat* villicum, villicam, operarios decem, bubulcum unum, etc. (*Varro loc. cit.* 18. 6. hos omnes mancipiorum nomine complectitur.) *Cic.* 5. *Tusc.* 36. 104. An quidquam stultius, quam, quos singulos sicut operarios barbarosque contemnas, eos aliquid putare esse universos? *Id. Brut.* 73. 257. Pauci pingere egregie possunt, aut fingere: operarii autem, aut bajuli deesse non possunt. *Id.* 1. *Orat.* 18. 83. *et* 62. 263. Mnesarchus hos, quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat, nisi quosdam operarios lingua celeri et exercitata: oratorem autem, nisi qui sapiens esset, esse neminem. *Cælius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 1 Si quid in re publica majus actum erit, quod isti operarii (*h. e.* amanuenses) minus commode persequi possint, diligenter tibi perscribemus.

Operaria, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est mercenaria, atque adeo meretrix. *Plaut. Bacch.* 1. 1 41. Equidem tibi do hanc operam. PI. At nimium pretiosa es operaria.

ŌPĔRĀRĬUS, ii, m. 2 *V.* voc. præced. in fin.

ŌPĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. actus operandi, opera, labor, opus, ἐργασία (It. *operazione, lavoro, opera*; Fr. *action de travailler, travail, ouvrage, opération*; Hisp. *el acto de trabajar, operacion*; Germ. *das Arbeiten, die Verrichtung*; Angl. *a being employed, working, operation, toil, labour*). ¶ 1. Generatim. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 18. 19. (62) Insidiantur quantibus (*apibus*) ranæ, quæ maxima earum est operatio, quum sobolem faciunt. *et ibid.* 24. 28. (80). Araneorum tertium genus, erudita operatione conspicuum. — De inanimis. *Vitruv.* 2. 9. *ante med.* Esculus operatione humidæ pot-

estatis vitiatur. — Sunt qui putant etiam *Cicer.* usum esse 6. *Att.* 3. *a med.* Hujus nebulonis operatione si Brutus moveri potest. Sed *obiratione* alii rectius substituunt, alii *oratione*, alii *oberratione*. ¶ 2. Speciatim pro sacrificio. *Plaut. fragm.* Ut istæc operatio crimen expiet. Ita refert *Pareus* in *Lex. Crit.*, sed unde hauserit, nondum comperimus. *Festus p.* 242. 27. *Müll.* Privatæ feriæ vocantur sacrorum propriorum, velut dies natales, operationes denicales. *Al. leg.* operationis, denicales. *Müllerus* ad *h. l. privatas feriis* esse ferias proprias familiarum, ait verbis usus *Macrob.* 1. *Saturn.* 16.; - *operationes* vero dicta esse sacrificia et convivia a privatis in privatis locis celebrata, significant poetæ, *Virg.* 1. *G.* 339., *Horat.* 3. *Od.* 14. 6.; *Juvenal.* 12. 92. coll. *Servio* ad *Virg.* 3. *Æn.* 136. et *Nonio p.* 523. 9. *Merc.*: - *denecales* demum vel *denicales* per se ferias manium deorum significant, V. *Cic.* 2. *Legg.* 22. 55. *Inscript.* apud *Orell.* 2234., quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 286. CORLIAE CLAVDIANAE VV. (*h. e.* Virgini Vestali) MAXIMAE SANCTISSIMAE PIISSIMAEQVE CVIVS EGREGIAM SANCTITATEM ET IN DEORVM INFATIGABILEM SACRORVM OPERATIONEM - NVMEN QVOQVE VESTAE COMPROBAVIT etc. *V.* OPEROR I. 2. ¶ 3. Item speciatim ab Ecclesiasticis scriptoribus sumitur interdum pro opere misericordiæ, h. e. pro benignitate erga inopes, *virtù della limosina. Lactant.* 6. 12. *circa med.* Ægros quoque curandos fovendosque suscipere, summæ humanitatis et magnæ operationis est. *Prudent. Psychom.* 573. Tum subito in medium frendens Operatio campum Prosilit auxilio sociis. *V.* quæ sequuntur, et adde *Cyprian.* in *lib. de opere et eleemosyn.*, ubi et verbum *operari* sæpissime usurpat pro largiri indigentibus.

ŌPĔRĀTĪVUS, a, um, adject. qui operatur, operans. *Augustin. Quæst.* 63. Illa, quæ per Verbum facta sunt operativa virtute.

ŌPĔRĀTOR, ōris, m. 3. qui operatur. *Firmic.* 3. *Mathes.* 9. Artes, ex quibus vigiliæ perpetuæ operatoribus exiguntur. *Tertull. Exhort. ad castit.* 3. Indulgentia patrocinatur operatori. Adde *eumd. Apolog.* 23. *ad fin.*; *Paulin. Nolan. carm.* 27. 305.; et *Sedul.* 5. 69.

ŌPĔRĀTŌRĬUS, a, um, adject. qui operatur. *Ambros.* in *Ps.* 118. *serm.* 3. Aliis verbum operatorium est datum. *Isid.* 7. *Orig.* 3. Ut ejus (*Spiritus Sancti*) operatoria virtus cum Patre et Filio significetur.

ŌPĔRĀTRIX, īcis, f. 3. quæ operatur. *Tertull. Anim.* 11. *ad fin.* Sancti Spiritus vis operatrix prophetiæ, *et* 52. Operatrix mortis.

ŌPĔRĀTUS, a, um. *V.* OPEROR.

ŌPERCULĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

ŌPERCULO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (operculum). Part. *Operculatus.* — Operculare est operculo operire, *coprire*, πωμάζω. *Colum.* 12. *R. R.* 30. 1. Ab eo tempore, quo primum dolia operculaveris. *et ibid.* 15. 2. Operculare vasa. *Id.* 11. *ibid.* 2. 50. Si sunt pleni atque operculati favi.

ŌPERCŬLUM, i, n. 2. (operio) instrumentum, quo aliquid tegitur, πῶμα (It. *coperchio*; Fr. *couvercle*; Hisp. *cobertera*; Germ. *der Dekel*; Angl. *a cover, lid*). *Varro* 5. *L. L.* 167. *Müll.* Quibus operibantur, operimenta, et pallia opercula dixerunt. *Cato R. R.* 104. Operculum in dolium imponito *Cic.* 2. *Nat. D.* 54. 136. Aspera arteria tegitur quasi quodam operculo. *Colum.* 12. *R. R.* 16. 4. Sorba in urceolos picatos adjicito, et opercula picata imponito. *Inscript.* apud *Murat.* 1756. 7. OLLAE QVAE SVNT OPERCVLIS ET TITVLIS MARMOREIS. Adde *Marcell. Empir. c.* 13. *p.* 103. *retro ed. Ald.* — *Operculum ambulatorium*, quod facile huc, vel illuc movetur. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 14. 47. (80). Operculum a tergo esse ambulatorium. — Est etiam idem ac tabulatum in tectis, *l'intavolato. Vetus Inscript.* optimæ notæ apud *Gruter.* 207. *col.* 2. OPERCVLA ABIEGNEA IMPONITO EX TIGNO PEDARIO. — *Accessit patellæ dignum operculum*, et *Invenit patella operculum* proverb. est apud *Hieronym. Ep.* 7. *n.* 5. et *Ep.* 127. *n.* 9., quum scilicet pravo magistro pravus discipulus contigit: et universim quum malus malo accessit.

ŌPĔRĪMENTUM, i, n. 2. (operio). *Opermentum* syncope. *Prudent. Psychom.* 461. Quos læva celante tegit, lateríque sinistri Velat operimento. *Al. rectius leg.* oprimento. — Operimentum est id quo aliquid tegitur, *coprimento, coperta*, ἐπίβλημα. V. *Varronis* loc. cit. in OPERCULUM init. *Cato R. R.* 10. *extr.* Instrazula octo, pulvinos sexdecim, operimenta decem. *Sall. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 11. *Æn.* 770. Equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 22. 24. (86). Nuces gemino protectæ operimento. *Id.* 8. *ibid.* 42. 64. (156). Equus detracto oculorum operimento. *Id.* 2. *ibid.* 51. 52. (137). Fulmen, quo dolia exhauriuntur, intactis operimentis. *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 2. *n.* 21. Convenit eum (*ægrotum*) jacere loco lucido atque calido mediocriter, adhibito straminum atque operimentorum calidorum usu. *Marcell. Empir. c.* 11. *p.* 101. *retro* ed. *Ald.* Alii tunicula vel operimentum pari modo labiis profuturum ut bærescat, imprimitur. — *Cic.* 2. *Legg.* 22. 56 Redditur terræ corpus, et ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur.

ŌPĔRĬO, peris, pĕrui, pertum, pĕrire, a. 4. *Operibo* pro *operiam* in futuro: quod in quarta conjugat. est frequens. *Pomponius* apud *Non. p.* 507. 33. *Merc.* Negato esse hic me: operibo caput. — Part. *Operiens, Operturus* et *Operiendus* 1. 1.; *Opertus* in omnibus paragr. et in fin. — Operire (ex *ob* et inusit. *perio*, quod recta opponitur τῷ *aperire*) est tegere, sæpius vel multum tegere (It. *coprire*: Fr. *couvrir, envelopper, voiler*; Hisp. *cubrir, envolver*; Germ. *überdecken, zudecken, bedecken*; Angl. *to shut up, close*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est tegere. *Plaut. Pœn.* 3. 4. 34.; et *Petron. Satyr.* 7. 20. et 90. Operire caput. *scil.* vel pudoris, vel celandi se causa. Cf. *Gell.* 19. 9. *a med.* Permittite mihi, quæso, operire pallio caput: quod in quadam parum pudica oratione Socratem fecisse ajunt. Rursus *Plaut. Amph.* 5. 1. 42. Invocat deos immortales manibus puris, operto capite. *Cic. Senect.* 10. 34. Nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite operto sit. *Quintil.* 11. 3. 141. Operiri humerum cum toto jugulo. *Id. ibid. proœm.* 24. Quæ (*ossa*) corpore operienda sunt. *Cels.* 3. 7. *sub fin.* Æger multa veste operiendus est. *Propert.* 2. 12. 4. Opertus tunica. *Ovid.* 5. *Met.* 672. pennas exire per ungues Aspexere suos, operiri brachia plumis. *Cic.* 6. *Verr.* 53. 118. Fons fluctu totus operiretur, nisi etc. *Nepos Hann.* 9. Amphoras complet plumbo, summas operit auro et argento. *Tibull.* 2. 1. 40. Exiguam viridi fronde operire casam. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 44. 61. (126). Scrobes crate consternere et operire terra. *Id.* 5. *ibid.* 5. 5. (38). Operientibus arenis iter. *Hieronym.* 1. *advers. Jovinian. n.* 12. Culmen operturum cuncta desuper. *Ovid.* 4. *Pont.* 5. 5. Mons opertus nubibus. *Virg.* 4. *Æn.* 351. humentibus umbris Nox operit terram. — Joculariter *Ter. Adelph.* 2. 1. 27. Nam si molestus pergis esse, jam intro abripiere; atque ibi Usque ad necem operiere loris. — Per euphemismum pro sepelire dixit *Tac.* 15. *Ann.* 28. Operire reliquias malæ pugnæ imperavit. ¶ 2. Latiori significatione est claudere, *chiudere, serrare*, κλείω. *Plaut. Men.* 2. 3. 1. Sine fores sic: nolo operiri. *Ter. Heaut.* 5. 1. 31. ubi abiere intro, operuere ostium. *Catull.* 67. 39. *de janua* huic suffixa tigillo Tantum operire soles, aut aperire domum. *Ovid.* 2 *Fast.* 563. Pl quoque templorum foribus celentur opertis. *Val. Max.* 9. 13. *in fin.* Forem cubiculi extrinsecus a custodibus opertam. *Cic.* 2. *Phil.* 41. 106. Iste - operta lectica latus est per urbem. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 55. (150). Operire oculos morientibus, rursusque in rogo patefacere. *Quintil.* 11. 3. 76. Operti compressive oculi. *Seneca* 4. *Benef.* 37. Opertis oculis donare multa. *a chius' occhi.*

II.) Transiate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. I. 1., est onerare, *coprire, caricare.* — *a)* Sæpissime in malam partem. *Cic.* 6. *Verr.* 50. 111. Contumeliæ, quibus operti oppressique erant. *Id. Cluent.* 22. 61. Judicia operta dedecore et infamia. Sic *Tac.* 3. *Ann.* 69. Ne quis vita probrosus et opertus infamia provinciam sortiretur. — *b)* Poetice in bonam partem. *Martial.* 10. 96. Mensa ibi divitiis ruris operta sui. *Carica. Stat.* 1. *Achill.* 443. operta carinis stagna. *Claudian.* IV. *cons. Honor.* 54. Flavaque Bistonios operirent agmina campos. ¶ 2. Latiori significatione est celare, *nascondere. Ter. Hecyr.* 4. 4. 6. Quid respondebo his? aut quo pacto hoc operiam? *Al. leg.* aperiam. *Plin.* 3. *Ep.* 16. Abdere lacrimas, operire luctum. *Tac.* 3. *Ann.* 18. Domestica mala tristitia operienda. *Id.* 1. *Hist.* 53. Privata vulnera reipublicæ malis operire statuit. *Quintil.* 2. 13. 12. In oratione operienda sunt quædam, sive ostendi non debent, sive exprimi pro dignitate non possunt. *Id.* 5. 12. 18. Illam vim stricte robusteque dicendi tenera quadam elocutionis cute operimus. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus.

Opertus, a, um, adjective quoque occurrit, et transiate est celatus, absconditus, *nascosto. Plaut. Capt.* 3. 3. 9. Operta quæ fuere, aperta sunt: patent præstigiæ. *Cic.* 2. *Fin.* 2. 5. Hæc patefactio quasi rerum opertarum, quum, quid quidque sit, aperitur, definitio est. *Virg.* 1. *G.* 465. operta tumescere bella. — Hinc

Opertum, i, n. 2. absolute, substantivorum more,

I.) Proprie est locus clausus. — *a)* In sing. num. *Cic.* 4. *Parad.* 2. 32. Ut si in opertum Bonæ Deæ accessisses, exsulares. — *b)* In plur. num. cum Genit. *Virg.* 6. *Æn.* 140. telluris operta subire.

II.) Transiate operta dicuntur quæ celata sunt *a)* In sing. num. *Gell.* 17. 9. *ad fin.* Comminiscitur opertum hoc litterarum admirandum. *arcano.* — *b)* In plur. num. *Cic.* 1. *Divinat.* 50. 115. et 2. *ibid.* 55. 113. Apollinis operta, *h. e.* oracula, responsa, quæ tectis, abstrusis, ambiguis verbis reddi solebant. Cum Genit. *Tac.* 3. *Hist.* 65. Offensarum operta metuebantur.

OPERIOR. *V.* OPPERIOR.

ŌPERMENTUM. *V.* OPERIMENTUM init.

ŌPERO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (opus). Part. *Operatus.* — Opero est idem atque operor. *Commodian.* 30. 14. Subveniat utique tibi quod nunc operasti si forte. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 33. Calamum acutum in ejus femore jussit immitti. Quumque id crebro ejiceretur et rursus induceretur, ineffabiles ei dolores operabantur. *Tertull. Præscript.* 29. Tot opera Fidei perperam administrata, tot charismata perperam operata. *adoperati, usati. Lactant.* 7. 27. Susceptis operatisque. *praticate, esercitate.*

OPERŌR, āris, ātus sum, āri, dep. 1. (opus). Part. *Operans* II. et in fin.; *Operatus* 1. 1. et 2. et in fin. *Operatus* pass. *V.* in voc. præced. — Operari est operam in aliqua re ponere, opus facere, laborare, ἐργάζομαι (It. *lavorare, operare, affaticarsi intorno a qualche cosa*; Fr. *travailler, être occupé*; Hisp. *trabajar, ocuparse en qualquier exercicio*; Germ. *arbeiten, werkthätig oder beschäftig sein, sich Mühe geben*; Angl. *to worke, toil, labour, operate*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a)* Sæpissime occurrit cum Dativo, et est operam dare, incumbere, *occuparsi, impiegarsi, attendere. Virg.* 3. *Æn.* 136. Connubiis arvisque novis operari. *Ovid.* 2. *Amor.* 7. 23. Adde quod ornandis illa (*ancilla*) est operata capillis. *Tibull.* 2. 1. 65. Operari textis Minervæ. *Tac.* 5. *Hist.* 29. materiis cædendis. *Id.* 3. *Ann.* 43.; et *Val. Max.* 8. 7. *n.* 4. *extern.* studiis litterarum. *Quintil.* 10. 3. 13. scholæ. *Ulp. Dig.* 48. 5. 15. reipublicæ. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 2. 6. (11). auditioni in scholis. *Examen. de restaur. schol.* 4. *extr.* commodis alicujus. *Colum.* 12. *R. R.* 4. 3. Rebus Veneriis si fuit operatus vel vir, vel femina, debere eos flumine ablui placuit. Huc pertinet et illud *Ovid.* 3. *Art. Am.* 411. operataque doctis Cura vigil Musis nomen inertis habet. — *b)* Cum Ablat. et præpos. *in*, vel absolute.

Horat. 1. *Ep.* 2. 29. In cute curanda plus æquo operata juventus. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 10. 10. (21). *de apib.* Quibus est adolescentia, ad opera exeunt: seniores intus operantur. *Ulp. Dig.* 28. 5. 35. Servi, qui operari in agro consueverunt. *Apul.* 2. *Met.* Quod in ceteris membris Coridæ vestis hilaris color, hoc in capite nativus operatur. ¶ 2. Speciatim, sæpissime significat rebus divinis dare operam et sacra facere, *attendere alle cose sacre, fare sacrifizi*: adeoque hac notione usitatum est, ut putent nonnulli, alias ab ista tamquam per translationem descendere. Ceterum *Nonius p.* 523. 9. *Merc.* Operari est deos religiose et cum summa veneratione sacrificiis litare, vel convivari. *Pomponius ibid.* Ad Veneris profectus est mane vetulus, votum ut solveret: ibi nunc operatus est. *Afranius ibid* Proficiscor; res, tempus, locus, simul otium hortabatur, ut operatum illum Dianæ degerem sanctum diem. *Virg.* 1. *G.* 339. Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis. *Horat.* 3. *Od.* 14. 6. Justis operata divis. *Tibull.* 2. 1. 9. Omnia sint operata deo. *et ibid.* 5. 95. Tunc operata deo pubes discumbet in herba. *Propert.* 2. 24. 1. Tristia jam redeunt iterum solemnia nobis: Cynthia jam noctes est operata decem. *h. e.* sacra Isidis suscepit, in quibus feminæ a viris remotæ secubabant. *Liv.* 1. 31. *ad fin.* Operari sacris. *Tac.* 2. *Ann.* 14. Viditque se operatum, et sanguine sacro respersa prætexta, etc.

II.) Translate apud serioris ævi scriptores usurpatur ¶ 1. Pro valere, vim, aut effectum habere. *Capitolin. Maxim.* 13. Nihil denique prætermitteret, quod ad crudelitatem videretur operari. *Imp. Gordian. Cod.* 5. 12. 7. Ad sui dispendium operari. *Imp. Alexand. ibid.* 7. 16. 5. ad præscriptionem. *Lamprid. Commod.* 17. Primum ei venenum dederunt: quod quum minus operaretur, etc. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 8. *a med.* Clysteres vehementius operantes. ¶ 2. Pro eleemosynam largiri. *V.* OPERATIO 2. — Hinc Part. præs.

Operans, antis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Operantior* et Sup. *Operantissimus,* et est qui operatur. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 14. 17. (80). Operantes apes spectare. *Apul.* 3. *Met.* Conspicio istum crudelissimum juvenem mucrone districto passim cædibus operantem. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 4. Bonitas operantior. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 39. Clysteres adhibere operantissimos. *et ibid.* 9. *init.* Omnium inquit præstantius atque operantius esse sinopi tritum etc.

Operatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Operatior* apud *Tertull. Anim.* 57. Fallaciæ vis operatior. *h. e.* magis efficax. *Nisi forte legendum sit* operantior.

ŌPĔRŌSĒ, adverb. Comp. *Operosius* II. — Operose est idem ac cum labore, multa cura et opera, *con fatica, ἐπιπόνως, ἐργατικῶς.*

I.) Proprie. *Cic. Orat.* 44. 149. Ut fiat quasi structura quædam, nec tamen fiat operose. nam esset quum infinitus, tum puerilis labor. *Auct. B. G.* 8. *præf.* Nihil tam operose ab aliis esse perfectum, quod non horum elegantia commentariorum superetur. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 30. 73. (301). Horrea operose et tripedali crassitudine, pariete laterizio exædificari jubent. *Ovid.* 5. *Fast.* 269. Vina quoque in magnis operose condita cellis Florent. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 11. 14 (75). Plantas ex seminario transferre in aliud, priusquam suo loco ponantur, operose præcipi arbitror.

II.) Translate. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 65. (238). Unde spiret is ventus, dicemus mox paullo operosius. *h. e.* accuratius.

ŌPĔRŌSĬTAS, ātis, f. 3. *fatica, travaglio, τὸ ἐπίπονον,* magnus labor, multa cura, multa opera. *Quintil.* 8. 3. 55. Est etiam, quæ περιεργία vocatur, supervacua, ut sic dixerim, operositas, ut a diligenti curiosus, et a religione superstitio distat. *Tertull. Anim.* 2. *sub fin.* Quanta difficultas probandi, tanta operositas suadendi. *Vopisc. Tacit.* 11. Vitreorum diversitate, atque operositate vehementer est delectatus. *fattura, lavoro.*

ŌPĔRŌSUS, a, um, adject. (opera). Comp. *Operosior* I. 2.; Sup. *Operosissimus* I. 1. et 2. — Operosus

I.) Proprie ¶ 1. Est qui multum operæ impendit, actuosus, laboriosus, studiosus, *pieno di faccende, occupato, attivo, ἐργατικός, ἐνεργός. Cic. Senect.* 8. 26. Videtis, ut senectus non modo languida atque iners non sit, verum etiam sit operosa et semper agens aliquid et moliens. *Ovid. de nuce* 57. Sed, puto, magna mei est operosa cura colono. *Id.* 2. *Amor.* 10. 5. Utraque formosa est: operosæ cultibus ambæ. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 5. 16. (33). Syria in hortis operosissima, *h. e.* hortos maxime excolens. *Forcellinus* hunc locum ad paragr. proxime sequentem retulit. — Cum Accusativo Græcorum more. *Propert.* 4. 8. 52. Cynthia non operosa comas. ἑλληνισμός. *Alii rectius leg.* comis. — Cum Genitivo. *Ovid.* 1. *Fast.* 101. et 3. *ibid.* 177. Disce Latinorum vates operose dierum, Quod petis. ¶ 2. Item qui multo cum labore et opera fit, laboriosus, *faticoso, di molta fattura. Cic.* 2. *ad Q. fr.* 14. Scribebam πολιτικα spissum sane opus et operosum. *Id.* 2. *Legg.* 26. 64. Ne quis sepulcrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo. *Id.* 2. *Nat. D.* 23. 59. Labor operosus et molestus. *Id.* 2. *Off.* 5. 17. Operosæ artes. *Auct. B. Alex.* 9. machinationes. *Ovid.* 15. *Met.* 667. templa operosa. *Id.* 1. *ibid.* 258. et mundi moles operosa laboret. *la immensa fabbrica dell'universo. Id.* 2. *Amor.* 16. 33. operosi vitibus (al. *cultibus*) agri. *Id. Heroid.* 3. 31. fulvos operoso ex ære lebetas. *Horat.* 4. *Od.* 2. 31. operosa carmina fingere. *Propert.* 4. 6. 18. operosa via. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (184). Operosissima securitas mortis. *h. e.* quæ difficillima creditu est. — *Operosum tempus,* quo multum operæ lit, *di molte faccende. Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 65. (238). — Castaneas operosas cibo *Id.* 15. *ibid.* 23. 25. (93). vocat, *di non facile digestione.*

II.) Translate est valde operans, efficax, magnam vim habens, *efficace. Ovid.* 14. *Met.* 22. Utere tentatis operosæ viribus herbæ. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 39. *sub init.* Siquidem (*clysteris injectio*) commoveat atque turborem corporis efficiat, quando fuerit operosior ac frequens.

ŌPĔRTA, ōrum, n. plur. 2. *V.* OPERIO in fin.

ŌPĔRTĀNĔUS, a, um, adject. (opertus). *Opertanea sacra, μυστηρια,* sacrificia, quæ in operto fiebant, quæ et seclusa dicebantur, ut ait *Festus p.* 318. 15. *Müll.*, ne profanorum oculis polluerentur. Hujusmodi erant sacra Bonæ Deæ. *V.* OPERIO. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 56. 77. (156). Ad rem divinam, luteo rostro pedibusque, puræ non videntur; ad opertanea sacra, nigræ. — *Opertanei dii,* qui in operto et in terræ visceribus habitare creduntur. *Capell.* 1. *p.* 16. Dii Consentes, Penates, Lares, Opertanei etc. *Id.* 8. *p.* 273. Aerii, terrestres, marinique Divi, et si quos clausa telluris operiunt.

ŌPĔRTĔ, adverb. *copertamente,* tecte. *Gell.* 4. 11. Operte et symbolice, more Pythagoræ.

ŌPĔRTĬO, ōnis, f. 3. idem atque operimentum. *Varro* 5. *L. L.* 72. *Müll.* Neptunus (*dictus*), quod mare terras obnubit, ut nubes cælum: ab nupta, id est, opertione, ut antiqui.

ŌPĔRTO, as, are, a. 1. σκεπάζω. frequentat. ab *operio. Ennius* apud *Non. p.* 223. 30. *Merc.* tergus igitur sagu' pinguis opertat. *Paul. Diac. p.* 191. 1. *Müll.* Opertat sæpe operit.

ŌPĔRTŌRĬUM, ii, n. 2. *coperta, περικαλυμμα,* operimentum. *Seneca Ep.* 87. Ex duabus penulis altera stragulum, altera opertorium facta est. *Theod. Priscian. l.* 2. *part.* 1. *c.* 12. *sub fin. p.* 301. ed. *Ald.* Interea eos (ægrotos) quiescere convenit: uti plumis et molloribus opertoriis, vel straminibus convenit. *Vulgat. interpr. Exod.* 36. 19. Fecit et opertorium tabernaculi de pellibus arietum. Adde *eumd. ibid.* 39. 34. et *Ps.* 101. 28. — Speciatim est sepulcrum. *Sidon.* 3. *Ep.* 12. Supra ipsum senis nostri opertorium torsi latrones.

ŌPĔRTŪRA, æ, f. 1. operimentum. *Ammian.* 20. 7. Petitus ballistarum ictibus certis, et sagittarum densitate, opertura armorum abscessit innoxius. *Al. rectius leg.* ictibus certis et sagittarum, densitate opertus armorum etc.

ŌPĔRTUM, i, n. 2. *et*

ŌPĔRTUS, a, um. *V.* OPERIO in fin.

ŌPĔRTUS, us, m. 4. operimentum. *Apul. de Mag.* Mundissima lini seges non modo indutui et amictui, sed opertui quoque in rebus sacris usurpatur. *Paulin. Nolan. carm.* 20. 282. Quod solidi totum crasso complebat opertu Orbem oculi.

ŌPĔRŬLA, æ, f. 1. *deminut. ab* opere, opella.

I.) Proprie. *Ulp. Dig.* 50. 14. 3. In quo operula ista defuncti sunt, et ministerium quale quale accommodaverunt. *Arnob.* 4. 30. Operulam suscipere. *Augustin. Ep.* 154. Ne tuæ dilectioni denegarem operulam meam.

II.) Translate. *Apul.* 1. *Met.* Operulas merere. *h. e.* mercedulas levis operæ.

ŌPES, um. *V.* OPS.

ŌPĔTIS, is, f. 3. herba eadem quæ aristolochia. *Apul. Herb.* 19.

ŌPHEOSTĀPHŸLE, es, f. *V.* OPHIOSTAPHYLE.

ŌPHĬĀCA, ōrum, n. plur. 2. τὰ ὀφιακά, quæ ad serpentes et venena pertinent: ab ὄφις *serpens. Plin.* 20. *Hist. nat.* 23. 96. (258). Petrichus, qui ophiaca scripsit, et Micton, qui rhizotomumena, adversus serpentes nihil hippomarathro efficacius putavere.

ŌPHĬCARDĒLUS, i, m. 2. gemmæ nomen apud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 65. (177). Ophicardelon barbari vocant, nigrum colorem binis lineis albis includentibus.

ŌPHĬDĬON, ii, n. 2. ὀφίδιον, pisciculus congro similis: quasi parvus serpens. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 9. 35. (109). et *ibid.* 11. 53. (149).

ŌPHĬŌGĔNĬTUS, a, um, adject. serpente genitus. Ex *Varron.* affert *Priscian.* 10. *p.* 894. *Putsch.* Tango præteritum tetigi fuit, et pungo pupugi vel punxi. Varro in I. Human. Ut habent Pharii, qui vocantur ὀφιογενεῖς, et in Africa Psylli, quorum ophiogenitum arbitrantur suppositum esse in stirpe aliquem, si admoneant ut pungat colubra, quum pupugerit, si de genere sit, vivere, si non sit, mori.

ŌPHĬŌMĀCHUS, i, m. 2. ὀφιομάχος et ὀφιομάχης, qui serpentes oppugnat; locustarum genus, quæ, ut ait *Plin.* 11. *Hist. nat.* 29. 35. (102)., serpentem, quum libuit, necant singulæ, faucibus ejus apprehensis mordicus, de quibus consule *Bochart. Hieroz. P.* 2. *lib.* 4. *c.* 1. *p.* 449. Hujus meminit *Vulgat. interpr. Levit.* 11. 22. Quidquid ambulat super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram, comedere debetis, ut est bruchus in genere suo et attacus atque ophiomachus ac locusta.

ŌPHĬON, ōnis, m. 3. ὀφίων, animal quoddam Sardiniæ peculiare, ita fortasse appellatum quia serpentibus adversetur, quod idem videtur esse ac musimo. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 42. (151). Invenio apud auctores Græcos animal cervo minus, et pilo demum simile, quod ophion vocaretur. Sardiniam tantum ferre solitam. *Id.* 30. *ibid.* 15. 52. (146). In Sardinia est ophion, cervis tantum pilo similis, nec alibi nascens. Ut docet *Gazzera, decr. di patronato p.* 4., ophion est *Ophis Ammon Linn.*, quem Itali vocant *muffione. V.* MUSIMO. — *NB.* De nomine proprio *V.* ONOM.

ŌPHĬOSTĀPHŸLE *vel* opheostaphyle, es, f. 1. ὀφιοσταφύλη, frutex idem ac capparis: ab ὄφις *serpens* et σταφύλη *uva*: quasi uva anguina. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 23. 44. (127). Capparis firmioris ligni frutex, seminisque et cibi vulgati: quidam id cynosbaton vocant, alii ophiostaphylen. *V.* CYNOSBATOS.

ŌPHĬOSTĀPHŸLON, i, n. 2. ὀφιοσταφύλον, unum ex multis nominibus, quo *vitis alba* appellatur. Affertur a nonnullis Lexicographis ex *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 16. (21).: at ibi *Sillig.* legit *staphyle,* et in notis: Scripturam, ait, a nobis receptam tuentur etiam Codd. Indicis hujus libri.

ŌPHĪTES, æ, m. 1. ὀφίτης λίθος, marmoris genus, serpentis maculas habens: ab ὄφις *serpens,* ut *echites* a maculis viperæ. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 7. 11. (55). Ophites serpentium maculis similis, unde et nomen accepit. Duo ejus genera, molle candidum, nigricans durum. Contra serpentes autem a quibusdam laudatur præcipue ex his, quem

tephriam appellant a colore cineris. *Lucan.* 9. 714. Quam parvis tinctus maculis Thebanus ophites. *h. e.* ex Thebis Ægyptiis. *Martial.* 6. 42. Et flamma tenui calent ophitæ. Adde *Isid.* 16. *Orig.* 5. 3.; et *V.* voc. seq.

ŌPHĪTIS, ĭdis, f. 3. ὀφῖτις πέτρα, eadem atque ophites lapis. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 43. (158). Est hoc genus ophitis, ex quo vasa etiam et cados faciunt.

ŌPHĬŪCHUS, i, m. 2. Ὀφιοῦχος, Anguitenens, signum cæleste, hominis effigie anguem manu tenentis: ab ὄφις *serpens* et ἔχω *teneo*. Nonnulli Herculem esse putaverunt, qui adhuc in cunis vagiens angues a Junone immissos præfocavit: alii Æsculapium, alii Carnabontem Getarum regem, alii Phorbantem Triopæ Thessalorum regis filium: quæ omnia fuse persequitur *Hygin.* 2. *Astron.* 14., cujusque appellationis causas et historiam referens. Constat stellis XVII., ipse autem anguis XXIII. Situs est supra Scorpionem, cujus testudinem videtur pedibus premere, humeris autem æstivum circulum, h. e. Æquatorem tangit. *Id.* 3. *ibid.* 13. *Manil.* 1. 331. Serpentem magnis Ophiuchus nomine signis Dividit. *Avien. Arat.* 204. vertice quippe Sideris innixi clarum nosces Ophiuchum. *V.* ANGUIFER.

ŌPHĪŪSA, æ, f. 1. ὀφιοῦσα, herba in Elephantine Æthiopiæ regione nascens, livida difficilisque aspectu, qua pota minas terroremque serpentum animo obversari tradidit Democritus, adeo ut mortem sibi eo metu damnati consciscant. Quare et sacrilegis bibenda dari consuevit. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 102. (163). — *NB.* De nomine proprio *V.* ONOM.

ŌPHRYS, yos, f. 3. ὄφρυς, herba denticulato oleri similis, foliis duobus, quæ capillis nigredinem inducit. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 15. 93. (164).

ŌPHTHALMĬA, æ, f. 1. ὀφθαλμία, *oftalmia, ottalmia,* oculi inflammatio. *Boeth.* 4. *Aristot. Topic.* 3. p. 689. Ut febris et ophthalmia et unumquodque aliorum.

OPHTHALMĬAS, æ, m. 1. ὀφθαλμίας, ὁ, piscis, Latine oculata dictus, ab oculorum magnitudine: ὀφθαλμός enim est *oculus. Plaut. Capt.* 4. 2. 70. Pernam, atque ophthalmiam, boræum, scombrum etc.

OPHTHALMĪCUS, i, m. 2. ὀφθαλμικός, medicus ocularius: ab ὀφθαλμός *oculus. Martial.* 8. 74. Hoplomachus nunc es: fueras ophthalmicus ante: Fecisti medicus, quod facis hoplomachus.

ŌPĪCERDA, æ, f. 1. stercus ovillum, ut sucerda suillum. Ita interpretes ad *Festus* p. 302. 13. *Müll.*, ubi vox quidem *opicerda* legitur, sed cum *sucerda* confundi videtur. At fortasse *opicerda* scriptum est pro *ovicerda*: quam cl. *Furlanetti* conjecturam *Müllerus* probavit.

ŌPĪCILLUM, i, n. 2. videtur esse deminutivum ab *ops, opis,* et significare parvum auxilium, seu remedium. Alii putant opicillum significare vasculum picatum, quo vinum conditur et asservatur; vel translate usurpari pro vesica, quæ est quasi vas aliquod aut receptaculum potus, ut venter cibi. *Varro* apud *Non.* p. 83. 25. *Merc.* Cupas vinarias sirpare noli; adde cyathum vini in uxorculæ opicillum. *Oehlerus* ex conjectura legit *vinopocillum;* quod recte improbat cl. *Vahlenus,* præstat enim (ut idem *Vahlen.* ait in *Analect. Nonian.* p. 11.) in simplici *pocillum* acquiescere,

ŌPĪCONSĪVA *vel* Opeconsiva, ōrum, n. plur. 2. dies ab dea Ope Consivia, cujus in Regia sacrarium: quod ideo actum, ut eo præter virgines Vestales et sacerdotem publicum, introeat nemo. Is quum est, suffibulum haud habeat. Hæc *Varro* 6. *L. L.* 21. *Müll. Scalig.* legend. putat *suffibulum habeat.* Hic vero dies *Opiconsivæ* sacer erat VIII. Kal. Sept., ut patet ex quatuor vetustis Kalendariis apud *Foggininm* ad *A. Verrii Flacci Fast.* p. 129. Tradit autem *Macrob.* 3. *Saturn.* 9. hanc deam integra voce *Opem Consiviam* dictam esse, et in ejus tutela urbem Romam fuisse: quod alii de Jove, alii de Luna, de Angerona alii putaverunt. *V.* CLUSIUS in ONOM. — *Festus* p. 106. 23. *Müll.* docet esse uxorem Saturni, nempe ipsam terram, cujus cultor diligens Saturnus fuit, ideoque cum falce pingitur, quod est insigne agricolæ. Quare *consiva,* seu *consivia* a conserendo est.

ŌPĪCUS, a, um, adject. *rozzo, ignorante,* rudis, agrestis, ignarus, ab Opicis populis antiquissimis Italiæ in Campania, quod rudes præ ceteris et agrestes fuerint. *M. Cato* apud *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 7. (14). Nos (*Græci*) dictitant barbaros, et spurcius nos, quam alios opicos, appellatione fœdant. *Fronto* 2. *ad M. Cæsar.* 1. *ad fin.* Tu prior (*epistolam*) lege, et si quis insit barbarismus, tu qui a Græcis litteris recentior es, corrige, atque ita retro redde: nolo enim me mater tua ut opicum contemnat. *Juvenal.* 6. 454. Nec curanda viris opicæ castigat amicæ Verba. *Id.* 3. 207. Et divina opici rodebant carmina mures. *h. e.* litterarum imperiti. *Tiro Tull.* apud *Gell.* 13. 9. Ὑαδὲς οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, ita ut nostri opici putaverunt, sed ab eo, quod est ὕειν, appellantur. *Auson. Profess.* 22. Exesas tineis opicasque evolvere chartas. *h. e.* scripta priscorum ruui impolitoque stilo confecta. Adde *Gell.* 2. 21. et 11. 16. — Sunt qui *opicus* interpretantur sordidus, spurcus. *Festus* enim *p.* 198. 31. *Müll.* scribit, *opicum* interdum dici pro Osco: Oscis autem frequentissimum usum fuisse libidinum spurcarum. *Auson. epigr.* 128. Opicum magistrum appellat Eunum obscænæ libidinis hominem, notans in eo impudicitiam simul et ignorantiam. *V.* OSCI in ONOM.

ŌPĪDUM, i. *V.* OPPIDUM.

ŌPĪFER, fĕra, fĕrum, adject. *ajutatore,* βοηθεύων, opem ferens. *Ovid.* 15. *Met.* 653. de *Æsculapio.* Quum deus in somnis opifer consistere visus. *Inscript.* apud *Gruter.* 41. 8. Dianæ opiferæ Nemorensi. *et* 75. 9. Fortunæ opiferæ. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 13. 24. (64). Folia fraxini imposita ulceri opifera ac nihil æque reperiuntur.

ŌPĪFEX, fĭcis, m. et f. 3. (opus *et* facio) qui opus facit, operator, fabricator, artifex, χειρώναξ, δημιουργός (It. *artefice, facitore, fabbro*; Fr. *celui qui fait un ouvrage, ouvrier*; Hisp. *oficial, obrero, hacedor*; Germ. *der Werkmeister, Arbeiter*; Angl. *a workman, maker, framer, artificer, opificer*)

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 1. *Nat. D.* 8. 18. Opifex ædificatorque mundi Deus. *Ovid.* 1. *Met.* 79. Ille opifex rerum. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 1. 1. (1). Opifex natura. *Varro* 3. *R. R.* 16. *circa med.* Apes silvestres minores sunt (*cicuribus*) magnitudine, et pilosæ, sed opifices magis, *fanno più lavoro, più mele.* — Et de rebus parvis. *Horat.* 3. *Od.* 27. 30. Debitæ Nymphis opifex (*Europa virgo*) coronæ. *Id.* 1. *Sat.* 3. 132. Tonsor erat, sapiens operis sic optimus omnis Est opifex solus. ¶ 2. Speciatim de iis dicitur qui artem quamlibet illiberalem quæstus et vitæ causa exercent, *artista, artigiano, artiere. Cic.* 1. *Off.* 42. 150. Opifices omnes in sordida arte versantur. *Sall. Jug.* 76. Opifices agrestesque omnes, quorum res fidesque in manibus sitæ sunt. *Id. Cat.* 49. Opifices atque servitia sollicitare. *Cic. Flacc.* 8. 18. Opifices et tabernarios, atque illam omnem fæcem civitatum etc. *Id.* 2. *Nat. D.* 60. 150. Adhibitis opificum manibus omnia nos consecutos, ut tecti, ut vestiti, ut salvi esse possemus; urbes, muros, domicilia, delubra haberemus. Adde *eumd.* 1. *de republ.* 22. *Inscript.* apud *Orell.* 2947. P. AELIVS AVG. LIB. PRAEPOSITVS OPIFICIBVS DOMVS AVGVSTANAE. *Alia* apud *eumd.* 4208. OPIFICES LAPIDARII.

II.) Translate. *Cic.* 5. *Tusc.* 12. 34. Zeno Cittieus ignobilis verborum opifex. *Quintil.* 2. 15. 4. Esse rhetoricem persuadendi opificem. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 10. (53). Nilus feris et beluis frequens, silvarumque opifex. *h. e.* multas silvas producens. *Claudian. VI. cons. Honor.* 533. profecitque opifex decori timor. — Cum Infinito. *Pers.* 6. 3. Mire opifex numeris veterum primordia vocum, Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ.

ŌPĪFĪCĪNA, æ, f. 1. officina. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 6. Stultitia maxima sit, me tibi meam operam pollicitari, si ea in opificina nesciam aut mala esse, aut fraudulenta. *scil.* in cella meretricia. *Jul. Valer. res gest. Alex. M. edit. Hom. III.* 51. Mira opificinæ majestas. *h. e.* opificii.

ŌPĪFĪCĬUM, ĭi, n. 2. *lavoro,* χειρούργημα, operis confectio. *Varro* 3. *R. R.* 16. 20. Nisi opificii eas (*apes*) urget tempus. *Apul. Florid. n.* 9. Plura mea exstant in Camenis, quam Hippiæ in opificiis, opera. Al. leg. *opificiis operibus,* ut sit adjectivum pro arte factis.

ŌPĪFĬCĬUS, a, um. *V.* in voce præced.

ŌPĪFĬCO, as, are, a. 1. operari. *Gloss. Cyrill.* Χειρουργῶ, opifico.

ŌPĪGĒNA, æ, f. 1. (opem *et* geno, gigno). Opigenam Junonem, inquit *Paul. Diac. p.* 200. 7. *Müll.*, matronæ colebant, quod ferre eam opem in partu laborantibus credebant. *Capell.* 2. *p.* 38. Opigenam te, quas vel in partus discrimine, vel in bello protexeris, precabuntur. Al. leg. *Sotigenam,* sed *Grotio* invito. — Sunt qui sic dictam putant, quod sit Ope genita, h. e. Rhea Saturni uxore.

ŌPĪLĬO, ōnis, m. 3. ¶ 1. Est is, quem nos Itali appellamus *pecorajo, pastore,* ποιμήν, pastor ovium, qui ovium gregem servat, et pascit: quasi *ovilio,* quomodo legitur apud *Jabolen. Dig.* 33. 7. 25.: alii rectius deducunt ab αἰπόλος, seu οἰπόλος, quod componitur ex ὄις, ὄιος *ovis* et πολέω *pasco*; ut αἰπόλος *caprarius,* est ab eodem πολεω, et αἴξ, αἴγος *capra*: unde, Græca diphthongo οι in Latinam æ, mox in *u* conversa, factus est *vāpĭlio, V.* MURUS init., aut abjecta altera vocali diphthongi factus est *ŏpĭlio,* ut putat *Servius* ad illud *Virg.* 10. *Ecl.* 19. Venit et opilio, tardi venere bubulci. *Plaut. Asin.* 3. 1. 36. Etiam opilio, qui pascit alienas oves, aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 13. Post feturam deinde longinquæ regionis opilio fere omnem sobolem pastioni reservet. ¶ 2. Est etiam genus avis. *Paul. Diac. p.* 191. 2. *Müll.*, qui de lectione dubitat

ŌPĪMA, ōrum, n. plur. 2. *V.* OPIMUS I. et II. 3.

ŌPĪMĀTUS, a, um. *V.* OPIMO.

ŌPĪMĒ, adverb. *abbondevolmente,* πολυτελῶς, abundanter et laute. *Plaut. Bacch.* 3. 1. 6. Omnium ad perniciem instructa domus opime atque opipare. *V.* et *Varronis* locum cit. in OPIMUS II. 2.

ŌPĪMIĀNUS, a, um, adject. ad Opimium pertinens, quod est nomen propr. civis R. *Opimianum vinum* (quod et *Opimianum* absolute) celebre fuit apud Romanos, dictum a L. Opimio, qui ann. U. C. DCXXXIII. consul fuit una cum Q. Fabio Maximo Allobrogico, ut est apud *Vellej.* 2. 7. 5., teste *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 6. (55). *et ibid.* 14. 16. (94). quo anno quum mira cæli temperies, et ad maturanda vina aptissima fuisset, ea condita, et in multos annos servata, in deliciis postea fuere: durabantque adhuc post ducentos annos *Plinii* tempore, ut idem testatur *cit. c.* 4., tametsi negat *Vellej. loc. cit.* Sæpe laudatur a *Martial.* 1. 27., 2. 40., 3. 82., 9. 88., 10. 49. et 13. 113. Meminit et *Cic. Brut.* 83. 287. *Petron. Satyr.* 34. Allatæ sunt amphoræ vitreæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: Falernum Opimianum annorum centum. *et mox.* Verum Opimianum præsto.

ŌPĪMĬTAS, ātis, f. 3. *abbondanza, gran fortuna,* abundantia, lautitia. *Plaut. Capt.* 4. 1. 2. Maximas opimitates opiparasque offers mihi. *Id. Asin.* 2. 2. 16. Maximas opimitates gaudio effertissimas suis heris pariet. *Ammian.* 19. 11. Expletus prædarum opimitate exercitus. Apud *Plaut.* qui *optimitates* legunt, male legunt.

ŌPĪMO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Opimatus* I. — Opimare est opimum reddere, pinguefacere, *ingrassare,* πιαίνω.

I.) Proprie. *Colum.* 8. *R. R.* 7. 5. et *ibid.* 9. 2. Offæ panis vino madefactæ celerius opimant turtures, quam ceteri cibi. *Auson. Edyll.* 10. 105. opimato fluens abdomine venter. *Sidon.* 8. *Ep.* 12. Opimata vivariis ostrea.

II.) Translate. ¶ 1. Est fertilem reddo. *Apul. de Mundo.* Terra imbribus madefacta ad educan-

dos fetus suos opimatur. ¶ 2. Item dito, copiosum reddo, impleo, onero, *arricchire, empire. Auson. Ecl. de mensib.* 9. Auctumnum, Pomona, tuum September opimat. *Vopisc. Tacit.* 11. Mensam suam numquam nisi agrestibus opimavit. ¶ 3. Figurate. *Auson. epist.* 15. 1. O qui venustos uberi facundia Sales opimas, Tetradi.

ŎPĪMUS, a, um, adject. Comp. *Opimior* et Sup. *Opimissimus* I. — Opimus (quod est ob *ops, opis*, vel, ut aliis placet, a πίος, εος *pinguedo* unde πιμελής *pinguis*) est pinguis, πιμελής, πίων (It. *grasso, pingue*; Fr. *gras*; Hisp. *graso, gordo*; Germ. *wohlgenährt, fett, feist, voll*; Angl. *fat, well-grown*).

I.) Proprie.— 1.°) Active est ferax, fertilis, *ferace, abbondante. Cic. pro leg. Manil.* 6. 14. Regio opima et fertilis. *Virg.* 2. *Æn.* 782. Arva opima virum. *campagne popolate. Plin.* 14. *Hist. nat.* 3. 4. (36). Opima vitis. — Et neutr. plur. cum Genitivo. *Symmach. orat.* 1. *in Valentinian. Aug.* (edente iterum *A. Maio*) 16. Triumphales viri amœna litorum, terrarumque opima sectantur. — Hinc poetice *opimus cibus*, quia opimos facit. *Virg.* 5. *Æn.* 224. Exstruimusque toros, dapibusque epulamur opimis. *Sil. It.* 11. 282. stupet inconsuetus opimæ Sidonius mensæ miles. *Hæc duo tamen commode referri possunt ad paragr.* II. 2. — 2.°) Passive est pinguis, corpulentus: et dicitur de corporibus animalium. Et — *a*) Primo *opimi* dicuntur boves altiles, ad sacrificia publica saginati, ut docet *Varro* 2. *R. R.* 1. 20. Hinc *Cic.* 5. *Tusc.* 34. 100. Ructantes, refertos epulis, tamquam opimos boves. *et* 1. *Divinat.* 52. 119. In extis opimi bovis cor non fuit. *Ovid.* 4. *Pont.* 9. 50. Albave opimorum colla ferire boum. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 21. 24. (49). Galli extis etiam fibrisque, haud aliter quam opimæ victimæ, diis grati. *Sillig.* vero pro *victimæ* legit *victoriæ*. — *b*) Deinde universim quisquis habitior est et pinguedine crassus. *Colum.* 7. *R. R.* 9. 8. Cultus ager opimas reddit sues. *Gell.* 9. 4. Pecudes pastu atque cultu opimæ. *Id.* 5. 14. *ad fin.* Nam quas venabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggerebat. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 181. Palma negata macrum, donata reducit opimum. *Val. Flacc.* 6. 613. Opima stabula. *h. e.* in quibus opimi sunt greges. *Tertull. ad Nation.* 2. 8. *a med.* Boves septem opimissimos.

II.) Translate. ¶ 1. Est ditans, abundans, copiosus, utilis, *che arricchisce, copioso, abbondante, utile, vantaggioso. Cic. Flacc.* 33. 81. Opimam accusationem deferre alicui. *h. e.* ex qua magnus quæstus accusatori accedat. Sic *Stat.* 4. *Silv.* 6. 65. Opimæ acies. *h. e.* prœlia, ex quibus multa præda paritur. et *Val. Flacc.* 3. 143. opima cadavera. *h. e.* corpora in acie cæsorum, unde spoliantes ditescant. Rursus *Cic.* 3. *Verr.* 50. 132. Indignum videri cœpit, ex tanta æde se non opimum præda discedere. *Tac.* 1. *Hist.* 1. Opus aggredior opimum casibus, atrox prœliis. *abbondante di accidenti.* ¶ 2. Hinc generatim est dives, opulentus, magnificus, *ricco, magnifico, spiendido. Varro* 5. *L. L.* 92. *Müll.* Opulentus ab ope, cui eæ opimæ. *Ita leg. vulgati libri*; Müllerus vero cui ea opime. *Plaut. fragm.* apud *Non. p.* 72. 18. *Merc.* Divitiis maximis, dote altili atque opima. *Id. Capt.* 2. 2. 31. Opimæ divitiæ. *Cic. Rosc. Am.* 3. 8. Opima et præclara præda. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 51. 72. (141). Opimi quæstus. *grossi guadagni. Sil. It.* 16. 684. et opima pace quieta Stat tellus. *h. e.* quæ divitias et copiam affert, vel divitiis abundat. ¶ 3. Speciatim — *a*) *Opima spolia* dicebantur κατ' ἐξοχήν, quæ dux summus exercitus summo duci hostium cæso detraxisset, ut docet *Liv.* 1. 10. et 4. 20. Hujusmodi trina tantummodo populo R. contigerunt intra annos DXXX.; prima, quæ Romulus, de Acrone Cæniensium duce reportavit: altera, quæ A. Cornelius Cossus de Larte Tolumnio Vejentium rege: tertia, quæ M. Claudius Marcellus de Viridomaro, seu Virdumaro rege Gallorum Insubrium. V. *Liv. locis cit.*; *Flor.* 2. 4.; *Val. Max.* 3. 2. *n.* 3.; *Propert.* 4. 10.; *Festum p.* 186. 31. *Müll.*; *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 2. 25. *et* 45.; *Fragmenta Capitolina* apud *Gruter.* 297. *col.* 2. *extr.*; et *Servium* ad illud *Virg.* 6. *Æn.* 856. Aspice, ut insignis spoliis Marcellus opimis Ingreditur. — Sed etsi dux summus non fuerit, qui hostem singulari certamine occidit, spoliavitque, *opima* dicuntur spolia inde relata. Exemplum habes apud *Virg.* 10. *Æn.* 449.; *Liv.* 23. 46. *extr.*; *Flor.* 2. 17.; atque *Livii Epit.* 48. Etiam *Varro* apud *Festum loc. cit.* ait, opima spolia esse, etiam si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium. — *b*) *Opima* absolute, opima spolia. *Flor.* 2. 17. De quibus Scipio ille posterior singulari certamine, quum a rege fuisset provocatus, opima retulerat. *Seneca Herc. Fur.* 47. Effregit ecce limen inferni Jovis, Et opima victi regis ad superos refert. *Plin. Paneg.* 17. Nec tibi opima defuerint, si quis regum venire in manus audeat. Adde *Sil. It.* 12. 280. — *c*) *Opimus triumphus*, quasi qui opimis spoliis captis agitur. *Horat.* 4. *Od.* 4. 51. quos opimus Fallere et effugere est triumphus. — *d*) *Opima gloria*, tamquam opimis spoliis acquisita. *Val. Max.* 4. 3. *n.* 10. *extr.* Quoniam paternæ hereditati, præter opimam gloriam, nihil erat, quod acceptum referretur. *Curt.* 7. 4. *extr.* Opimum belli decus. ¶ 4. Item speciatim, apud Rhetores opima dicitur oratio, in qua sunt quæ redundant. *Cic. Orat.* 8. 25. Opimum quoddam, et tamquam adipatæ dictionis genus. Et *Id. Brut.* 16. 64. *de Lysia.* Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consectentur. *Gell.* 17. 10. Pindarus nimis opima pinguique esse facundia existimatus est. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM. — Hinc

Opima, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, *V.* sub I. 1.° et. sub II. 3. *b.*

ŎPĪNĀBĬLIS, e, adject. *opinabile*, δοξαστός, qui opinione concipitur, in opinione consistens. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 8. 31. Itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. *Id.* 3. *Tusc.* 31. 74. Mediocritates si naturales sunt, natura ipsa terminabit modum: sin opinabiles, opinio tota tollatur. *Id.* 1. *Divinat.* 14. 24. Artes, quæ conjectura continentur, et sunt opinabiles. *Gell.* 12. 1. *sub fin.* Non naturalis ille amor est, sed civilis, et opinabilis. *h. e.* pendens ab opinione.

ŎPĪNĀBĬLĬTER, adverb. ἐνδόξως, secundum opinionem. *Boeth.* 2. *Aristot. elench.* 2. *p.* 746. Opinabiliter quandoque magis, quam vere eligere oportet.

ŎPĪNĀMENTUM, i, n. 2. opinatio, opinio. *Apul. de Deo Socrat.* Aliquando eorum nonnulla opinamenta habere. *Al. rectius leg.* hortamenta.

ŎPĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. *opinione*, δόξασμα, actus opinandi, et fere in malam partem accipitur. *Cic.* 4. *Tusc.* 11. 26. Opinatio est judicare (*al.* judicatio) se scire quod nesciat. *Id. ibid.* 7. 15. Opinationem (*al.* opinionem), quam in omnes definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem. *Val. Max.* 1. 8. *extern. n.* 8. Sophista ineptæ et mordacis opinationis. — Pro simplici opinione. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 24. 78. Opinatione et perceptione sublata, sequitur omnium assensionum retentio. Adde *Lactant. Opif. D.* 12. *a med.*; et *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 9. *extr.*

ŎPĪNĀTĪVUS, a, um, adject. qui opinionem significat. *Priscian.* 18. *p.* 1163. *Putsch.* Suspectiva etiam, vel opinativa (*verba*) *suspicor, opinor, arbitror, existimo, reor.*

ŎPĪNĀTO. *V.* NECOPINATO.

ŎPĪNĀTOR, ōris, m. 3. ¶ 1. Est qui opinionem tantum, non scientiam habet, qui rebus probabilibus assentitur. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 20. 66. Ego vero ipse et magnus quidam sum opinator: non enim sum sapiens. ¶ 2. Speciatim *opinatores* a JCtis dicuntur, qui in provincias mittebantur ad militarem annonam exigendam. *Impp. Arcad. et Honor. Cod.* 12. 38. 11. Opinatoribus, id est exactoribus militaris annonæ, nullum sit cum provincialibus commercium. Adde *Cod. Theod.* 11. *tit.* 7. *qui inscribitur* De exactionib. *l.* 16. et *ibid.* 7. 4. 26. Ita dicti videntur, inquit *Tabor* apud *Brisson.* de V. S., quod spectarent et æstimarent annonam, cum judicio opinantes, an bona esset, nec ne. Plura *de* his *V.* apud *Gothofred.* ad *cit. Cod. Theod.* 7. 4. 26.

ŎPĪNĀTUS, ., um. *V.* OPINOR.

ŎPĪNĀTUS, us, m. 4. idem atque opinio. *Lucret.* 4. 465. pars horum maxima fallit Propter opinatus animi.

ŎPĪNĬO, ōnis, f. 3. (opinor). ¶ 1. Generatim est assensus rei non exploratæ, existimatio, judicium, conjectura, sententia, cui *veritas* opponitur, δόξα (It. *opinione, parere, avviso, credenza*; Fr. *opinion, conjecture, croyance, avis, pensée*; Hisp. *opinion, dictamen, sentir, parecer*; Germ. *die Meinung, der Glaube, die Vermuthung, Einbildung, Annahme*; Angl. *opinion, imagination, belief, fancy, conjecture, supposition*). — *a*) Universim. *Cic. fragm. orat. Scaur.* (edente iterum *A. Maio*) 7. Apud homines barbaros opinio plus valet sæpe, quam res ipsa. *Id.* 1. *Orat.* 23. 108. Res penitus perspectæ planeque cognitæ, atque ab opinionis arbitrio sejunctæ, scientiaque comprehensæ. *Id.* 4. *Tusc.* 7. 14. Omnes perturbationes judicio censent (*Stoici*) fieri et opinione. *et mox.* Ægritudo est opinio recens mali præsentis, *etc.* lætitia, opinio recens boni præsentis, *etc.* metus, opinio impendentis mali, *etc.* libido, opinio venturi boni. *et paullo post* 15. Opinionem (*Orell.* opinationem) autem, quam in omnes definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem. *Id.* 2. *Orat.* 1. 1. Magna, nobis pueris, opinio fuit, L. Crassum non plus attigisse doctrinæ, quam etc. *Id.* 9. *Att.* 8. In his locis opinio est, conjectura magis, quam nuntio aut litteris, Cæsarem Formiis a. d. 11. cal. Apr. fore. *Id.* 2. *Verr.* 1. 1. Inveteravit opinio, et omnium sermone percrebuit. *Id.* 9. *Fam.* 11. Brevi tempore, ut opinio mea est, te sum visurus. *Id. Fontej.* 13. 29. et 13. *Fam.* 66. et 6. *Verr.* 10. 23. Homo, ut opinio mea fert, ingeniosissimus. *Colum.* 1. *R. R.* 3. 7. Quantum mea fert opinio. *et* 3. *ibid.* 11. 8.; et *Cic. Cluent.* 16. 46. Ut mea fert opinio. *Ulp. Dig.* 24. 1. 32. *circa med.* Mea fert opinio, ut etc. *Colum.* 2. *R. R.* 12. 6. Cujus opinionis etiam Cornelius Celsus est. *Cic. Mur.* 30. 62. Non re ductus es, sed opinione. *Id. Dom.* 5. 11. Res erat non in opinione dubia, sed in præsenti atque ante oculos proposito periculo. *Id.* 1. *Nat. D.* 22. 61. Esse deos, persuaderi mihi non opinione solum, sed etiam ad veritatem plane velim. *et* 3. *ibid.* 4. 11. Opinio de diis immortalibus et omnium est, et quotidie crescit. *Id.* 2. *Divinat.* 33. 70. Romulus habuit opinionem, esse in providendis rebus augurandi scientiam. *Id. Cluent.* 51. 142. Esse in opinione aliqua. *Id. Cœcin.* 5. 13. Adducere aliquem in eam opinionem, ut putet etc. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 10 Venit in eam opinionem Cassius, ipsum finxisse bellum, etc. *h. e.* opinio erat, Cassium finxisse bellum. *Nepos Miltiad.* 7. *et Att.* 9. Venit mihi in opinionem, rem ita esse. *h. e.* ego veni in opinionem, opinatus sum, existimavi. *Sueton. Aug.* 6. Tenet me opinio, tamquam res ita se habeat. *Cæs.* 3. *B. G.* 17. Præbere opinionem timoris. *far credere d'aver paura. Cic. Cluent.* 1. 4. evellere ex animo. *et ibid.* 2. 6. mente comprehendere. *et ibid.* convellere et labefactare. *et* 51. 142. deponere. *Id.* 2. *Verr.* 14. 42. animo imbibere. *Id. Orat.* 28. 97. novam inserere. *et* 2. *Off.* 13. 46. afferre alicui. *far credere, dare speranza.* et 2. *Orat.* 52. 210. minuere. *Cæs.* 5. *B. G.* 55. *extr.* augere. *Cels.* 8. 4. facere fractis ossis. *far credere che l'osso sia rotto.* et *Dolabella* ad *Cic.* 9. *Fam.* 9. Incidere in opinionem. *Cic.* 6. *Fam.* 14. discedere. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 45. 138. Labi ad opinionem aliquam. *Id. Mur.* 31. 65. Quantum opinione auguror. — Pro indicio, argumento, *indizio, argomento, Forcellinus* attulit illud *Ter. Heaut.* 2. 2. 2. Vereor ne mulier me absente hic corrupta sit. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant: locus, occasio, ætas, etc. *Alii tamen leg.* Concurrunt multa, opinionem hanc quæ mihi animo exaugeant, etc. — *b*) *Contra, præter opinionem*, contra ac putatur, præter id, quod puta-

tur. *Cic. Rosc. Am.* 15. 45. Dicere contra rerum naturam, contra consuetudinem hominum, contraque opiniones omnium. *Nepos Miltiad.* 2. Etsi præter opinionem res ceciderat. Adde *Cic.* 4. *Verr.* 74. 182. — *c*) Cum Adverb. Comparativis. *Cic.* 14. *Fam.* 23. Ipse opinione celerius venturus esse dicitur. *più presto di quel che si stima.* et *Brut.* 1. 1. et 1. *Orat.* 35. 164. Formam totius negotii opinione majorem, melioremque video. *Id.* 10. *Fam.* 31. Quod familiarem meum in tuorum numero habes, opinione tua mihi gratius est. *Plaut. Mil. glor.* 4. 6. 23. Istuc curavi, ut opinione illius pulcrior sis. *Sall. Jug.* 87. Ea agere inter invidos, opinione asperius est. *et ibid.* 57. Opinione amplius morari. *Varro* apud *Non.* p. 356. 27. *Merc.* Opinione citius. Adde *Cæs.* 2. *B. G.* 3. ¶ 2. Speciatim est bona opinio, existimatio, spes, *concetto, stima, speranza. Cic. Amic.* 9. 39. Ego admiratione quadam virtutis ejus, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit. *Id.* 7. *Att.* 2. *a med.* Opinio, quam is vir habet, integritatis meæ. *Cæs.* 2. *B. G.* 24. Equites, quorum inter Gallos virtutis opinio est singularis. *Cic.* 1. *Fam.* 7. *a med.* Magna est hominum opinio de te, magna memoria consulatus tui. *Id. Cluent.* 51. 142. Si quam huc graviorem de illo judicio opinionem attulistis, hanc, causa cognita, deponatis. *Id.* 1. *Fam.* 6. *extr.* A me omnia summa in te studia exspecta: non fallam opinionem tuam. *et* 5. *ibid.* 12. Genus scriptorum tuorum etsi erat a me vehementer exspectatum, tamen vicit opinionem meam. *Id.* 3. *leg. Agr.* 1. 2. Parvam exigui temporis usuram bonæ de me opinionis postulo. *Id.* 5. *Verr.* 24. 59. Falsam de illis opinionem habuit, malam de vobis. *Nepos Thrasyb.* 2. Neque tamen pro opinione Thrasybuli auctæ sunt opes. *come Trasibulo sperava. Quintil.* 1. 2. 4. Sunt multa ejus rei exempla, tam læsæ hercle, quam conservatæ sanctissime opinionis. *la buona fama.* ¶ 3. Item speciatim est fama, rumor, *fama, voce. Cic.* 2. *Off.* 11. 39. Ergo etiam solitario homini atque in agro vitam agenti opinio justitiæ necessaria est; eoque magis, quod, si eam non habebunt, injusti habebuntur. *Cæs.* 7. *B. G.* 59. Bellovaci, quæ civitas in Gallia maximam habet opinionem virtutis, instabant. *Liv.* 43. 1. Omnia iis sua concessit, ut opinione clementiæ eos, qui Carnuntem munitam urbem incolebant, alliceret. *Id.* 45. 38. Ne invidiæ et ingrati animi adversus clarissimum quemque civem opinionem habeat. *Id.* 3. 36. Opinio etiam sine auctore exierat, non in præsentis modo temporis eos injuriam conspirasse, sed etc. *Sueton. Ner.* 53. Exiit opinio, proximo lustro descensurum eum ad Olympia inter athletas. *Justin.* 8. 3. 8. Mittit, qui opinionem sererent, regem locare etc. *Id.* 12. 8. 2. Bellum jampridem, audita Alexandri opinione, in adventum ejus parabat.

ŌPĪNĬŌSUS, a, um, adject. Sup. *Opiniosissimus.* — Opiniosus est magnus opinator, multa opinans, opinionibus abundans. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*). 47. 143. Duo vel principes dialecticorum, Antipater et Archidemus, opiniosissimi homines, nonne multis in rebus dissentiunt? *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 35. *ante med.* Si cui tam opiniosus videbitur Christus.

ŌPĪNĬUNCŬLA, æ, f. 1. deminut. opinionis. *Salvian.* 4. *advers. avarit.* 5. Tanto magis tibi relinqueres, si profutura ea tibimet vel tenui opiniuncula judicares. Adde *eumd. Ep.* 7.

ŌPĪNO, as. *V.* voc. seq. sub init.

ŌPĪNOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Olim *opino, as,* dictum est. *Ennius* apud *Non.* p. 475. 3. *Merc.* Ita sapere opino esse optumum, ut pro viribus Facere ac fabulari tute noveris. *Plaut. fragm.* apud *Non. ibid.* Prænestinum opino esse: ita erat gloriosus. Adde *Pacuvium* et *Cæcilium ibid.*, et *Priscian.* 8. p. 796. *et* 800. *Putsch.* Hinc etiam Part. præter. pass. *Opinatus,* quod *V.* in fin; et *Opinandus* sub *c.* — Part. *Opinans* sub *b.*; *Opinaturus* sub *a.* — Ratione habita etymi, nonnulli τὸ *opinari* deducunt a themate *op* cum Græcis ὄπτεσθαι, ὀφθῆναι etc., h. e. *videre,* conjungendo; alii vero ab οἴομαι et inserto digammate ϝοἴομαι idem significante: alii vero ab ὑπονοέω, Usurpatur autem absolute, aut cum Accusativo rei, aut cum Ablativo rei et præpos. *de,* aut cum Accus. et Infinito. Ceterum — *a*) Opinor stricto sensu est idem atque opinionem habeo, opinio mea est, feror ad credendum ea, quæ plane percepta et explorata non sunt, δοξάζω, οἴομαι (It. *avere opinione;* Fr. *avoir telle ou telle opinion;* Hisp. *tener opinion;* Germ. *vermuthen, vermuthungsweise glauben;* Angl. *to have an opinion*). *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*). 48. 148. Ad patris revolvor sententiam, ut percipi nihil putem posse; assensurum autem non percepto, idest opinaturum sapientem, existimem; sed ita, ut intelligat se opinari, sciatque nihil esse, quod comprehendi et percipi possit. *Id. Mur.* 30. 63. Nostri illi a Platone et Aristotele ajunt, sapientem sæpe aliquid opinari, quod nesciat. *Cæs.* apud *Sueton. Cæs.* 66. Scitote paucissimis his diebus regem affuturum cum X. legionibus, equitum XXX., levis armaturæ C. millibus. Proinde desinant quidam quærere ultra, aut opinari: mihique, qui compertum habeo, credant. *Claud. Mamert.* 3. *Stat. an.* 2. Opinari ignorantis est, ignorantia vero contraria est scientiæ; nescit ergo quisquis opinatur. — *b*) Universim est existimo, censeo, judico, puto, mihi videtur, *stimare, giudicare, esser di parere, avvisare. Cic.* 7. *Fam.* 17. Quoad opinatus sum, me in provinciam exiturum, quæ ad te attulerim, meminisse te credo. *et Brut.* 35. 131. Doctus etiam Græcis T. Albucius, vel potius pæne Græcus. Loquor, ut opinor. *Id. Dom.* 40. 105. Ex quo intelligitur, multa in vita falso homines opinari. *Nepos Att.* 4. *extr.* Remigravit Romam, ut opinor, L. Cotta et L. Torquato Coss. *Sueton. Cæs.* 60. Quo sæpius vicisset, hoc minus experiendos casus opinans. — *c*) Imaginari, fingere animo, *immaginarsi. Plaut. Pers.* 2. 3. 5. Quod ego non magis somniabam, neque opinabar, neque censebam, eam fore mihi occasionem, ea nunc quasi decidit de cælo. *Cic.* 3. *Tusc.* 23. 55. Hæc oratio tantummodo affert, nihil evenisse, quod non opinandum fuisset. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 8. (26). Illa, quæ timuit Cato atque providit, innocentiora multo, et parva opinatu. — *d*) *Bene,* aut *male opinari de aliquo,* bene, aut male sentire et loqui, *esser bene o mal affetto, dir bene o male, aver buona o sinistra opinione o cattivo concetto. Justin.* 12. 5. 8. In unam cohortem eos, qui de rege durius opinati fuerant, contribuit. *Sueton. Aug.* 51. Quum Æmilio Æliano objiceretur, quod male opinari de Cæsare soleret. *et ibid.* 61. Gravissime opinari de aliquo. *Cic. Pis.* 20. 45. De vobis hic ordo opinatur, non secus ac de teterrimis hostibus. — *e*) *Opinor, ut opinor,* interseritur sermoni, ut *credo, puto,* et Græce οἶμαι. *Cic.* 7. *Fam.* 24. Cipius, opinor, olim: non omnibus dormio. *V.* DORMIO. *Id.* 9. *Att.* 6. Sed, opinor, quiescamus, ne nostram culpam coarguamus. *Id.* 2. *Fin.* 10. 31. A primo, ut opinor, animantium ortu petitur origo summi boni. — *f*) *Opinabar* refertur a *Cic.* 3. *Orat.* 38. 153. inter poetica, sed quod etiam in prosa oratione locum habere cum dignitate aliquando possit. Sunt qui pro *poetica* malint legere *pervetusta,* alii *prisca.* — Hinc Part. præter. pass.

Opinatus, a, um, est ¶ 1. Opinione conceptus, *stimato, creduto. Cic.* 4. *Tusc.* 6. 11. Partes perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci, et ex duobus opinatis malis. — *Opinatum* absolute pro opinione, quidam adstruunt ex *Quintil.* 8. 5. 15., sed ibi non *ex opinato,* sed *ex inopinato* est legendum. ¶ 2. *Opinatus,* is, de quo magna opinio est, illustris, celebris, *rinomato, celebre. Ennius* apud *Gell.* 11. 4. Quum opinati loquuntur pariter atque ignobiles. Ita quidam leg., sed plerique alii et ipse cl. *Vahlen., opulenti. Ammian.* 21. 6. Ludis circensibus quum certamen opinatum emitteretur. *h. e.* ἐνδόξου, *famoso. Flor.* 2. 7. Rhodos opinatissima insula, et totius Asiæ insularum metropolis. In optim. editionib. hæc verba desunt, et vero abesse debent. Addit *Alciat. parerg. l.* 8. *c.* 12 etiam *Gell.* dixisse *opinatissimos auctores*: sed neque locum indicat, neque mihi adhuc compertum est. Certior tamen est locus *Cassiod.* 3. *Variar.* 21. Habitatio Romana subtractis incolis, terrarum opinatissima non rarescat. et *Vulgat. interpr. Judith* 2. 13. Effregit autem civitatem opinatissimam Melothi. *NB. alii munitissimam.*

ŌPĪNUS. *V.* NECOPINUS.

ŌPĬŌSUS. *V.* APPIOSUS.

ŌPĬPĂRE, adverb. copiose, *copiosamente, sontuosamente,* ἀφθόνως. *Plaut. Bacch.* 3. 1. 6. Instructa domus opime atque opipare. *Cic.* 3. *Off.* 14. 58. Opipare a Pythio apparatum convivium. *Apul.* 5. *Met.* Mensæ lautitiis opipare refici aliquem. *et* 6. *ibid.* prandium sumere. *Id. de Deo Socrat.* villas struere.

ŌPĬPĂRIS, e, adject. idem quod opiparus. *Apul.* 1. *Met.* Piscatum opiparem expositum video. *et* 2. *ibid.* Opipares cibi. *et* 9. *ibid.* Opipari prandio participare aliquem.

ŌPĬPĂRUS, a, um, adject. (ops *et* paro) *sontuoso, abbondante, splendido,* πολυτελής, splendidus, sumptuosus, opulento apparatu instructus: ab *opis,* seu *opum apparatu,* ut ait *Paul. Diac.* p. 188. 8. Opiparum magnarum copiarum apparatum (h. e., ut *Müllerus* putat, *apparatu instructum*). *Plaut. Pers.* 4. 4. 1. Satin'Athenæ tibi visæ fortunatæ atque opiparæ? *Id. Mil. glor.* 2. 1. 29. Vino, ornamentis opiparisque obsonis. *Id. Pœn.* 1. 1. 1. Sæpe res multas tibi mandavi, dubias, egenas, inopiosas consilii, quas tu mihi reddidisti opiparas opera tua. *Apul.* 5. *Met.* Opiparis muneribus onustare aliquem.

ŌPIS, vis, auxilium. *V.* OPS. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

ŌPISTHŌDŌMUS, i, f. 2. ὀπισθόδομος, postica templi, vel domus pars. *Fronto* 1. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Mai*) *ep.* 8. *a med.* Olim testamenta ex deorum munitissimis ædibus proferebantur, aut tabulariis, aut archiis, aut opisthodomis. *Forder. Osann.* in *Syllog. Inscript. ant. Græc. et Lat. p.* 62. ostendit, ὀπισθόδομον fuisse muro cinctum ædificium extra templum, ubi thesaurus publicus condebatur. *V. Beckeri trad. Grec. p.* 286. et 306.

ŌPISTHŌGRĂPHUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

ŌPISTHŌGRĂPHUS, a, um, adject. *scritto dall'una e l'altra parte,* ὀπισθογραφος, dicitur de charta, quæ utraque parte scripta est: ab ὄπισθεν *a tergo* et γράφω *scribo.* Solebant autem veteres in adversa tantum parte paginæ scribere, quia scripta in volumen complicare mos erat: nisi si longum opus, aut chartæ inopia, aut parsimonia, aut tædium alterius sumendæ, etiam in aversa id facere suasisset. Hac enim ratione scribebant maxime adversaria, et primas studiorum curas, et quidquid sub limam revocandum esset, quod nos dicimus *mala copia:* quæ deinde emendata et purgata in mundiorem chartam, et ab una tantum parte conscriptam transferrentur. *Juvenal.* 1. 5. summi plena jam margine libri, Scriptus et in tergo, necdum finitus Orestes. *Plin.* 3. *Ep.* 5. *a med.* Electorum commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opisthographos quidem, et minutissime scriptos: qua ratione multiplicatur hic numerus. *V. Salmas.* ad *Vopisc. Firm.* 3.; et *Morcelli, dello scrivere de' Romani p.* 63. — Hinc

Opisthographum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est id, quod nos dicimus *mala copia. Ulp. Dig.* 37. 11. 4. Testari in opisthographo.

ŌPISTHŌTŌNĪA, æ, f. 1. ὀπισθοτονια, idem atque opisthotonos. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 6. Ejus (*morbi*) species sunt emprosthotonia, et opisthotonia, quas nos pronum raptum, atque supinum appellare poterimus, alterum ab eo, quod in anteriora conductionem facit, alterum quod ad posteriora.

ŌPISTHŌTŌNĬCUS, a, um, adject. ὀπισθοτονικός, opisthotono laborans. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 6. Opisthotonicis contractus ad posteriores partes fit, cum nimia tensione, atque dolore dorsi et cluniun: emprosthotonicis autem colla conducuntur in anteriorem partem, atque mentum pe-

ctori configitur. Sic *Theod. Priscian. lib. 2. part. 1. c. 10. p. 300. retro* ed. *Ald.* Quos vero pronos contractio habet, emprosthotonicos dicimus: quos autem ad posteriora reclinatos, opisthotonicos appellamus. *Plin. 20. Hist. nat. 18. 75. (197).* Sanat et vertigines, tremulos, opisthotonicos etc. Adde *Scribon. Compos. 170. extr.* — *Opisthotonici* equi opponuntur tetanicis: hi sunt, qui in anteriore corporis parte tetano seu robore laborant: illi, qui in posteriore. *Veget. 3. Veterin. 24.* Quæ potio roborosos, tetanicos et opisthotonicos salubriter curat. *V.* ROBOROSUS.

ŌPISTHŌTŌNOS, i, m. 2. ὀπισθότονον. ¶ 1. Est morbus cervicis, quo caput scapulis adnectitur, et retro inclinatur cum dolore dorsi et clunium: ab ὄπισθεν *retro* et τείνω *tendo, contrazione di nervi nel collo e nella schiena. Cels. 4. 3.* Is morbus, quodam rigore nervorum, modo caput scapulis, modo mentum pectori adnectit, modo rectam et immobilem cervicem intendit. Priorem Græci ὀπισθότονον, insequentem ἐμπροσθότονον, ultimum τέτανον appellant: quamvis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus utuntur. Adde *Cœl. Aurel. 3. Acut. 6.* qui *opisthotonon* et *emprosthotonon* Latinis litteris scribit. Etiam *Plin. 28. Hist. nat. 12. 52. (192).* Dolorem inflexibilem (opisthotonon vocant) levat urina capræ auribus infusa. (Hæc eadem verba, auctore non laudato, habet *Marcell. Empir. c. 18. sub init. p. 111. bis* ed. *Ald.*). *Id. 23. ibid. 1. 24. (48).* Vinum non dandum in febri, neque in opisthotono, tetano etc. *Id. 24. ibid. 12. 66. (108).* Folia spinæ, vel radices ad remedia opisthotoni bibuntur. *Id. 30. ibid. 12. 36. (110).* Serpentium senectus adalligata spasmos fieri prohibet: opisthotonos mitvi jecur aridum potum. ¶ 2. *Opisthotonus* dicitur etiam morbus, quo quis correptus subito supinus cadit, et moritur, *apoplessia. Hieronym. 3. in Ep. ad Ephes. 6. 4.* Eli sacerdos retrorsum ruit, et opisthotono insanabili lapsus est in tergum. Adde *eumd. Ep. 147. n. 10.*, ubi de eadem re scribens Græce usurpat.

ŌPĪTER, ĭtĕris *et* ĭtris, m. 3. *Paul. Diac. p. 184. 18. Müll.* Opiter est, cujus pater avo vivo mortuus est, ducto vocabulo, aut quod obitu patris genitus sit, aut quod avum ob patrem habeat, id est pro patre. *Auct. Epit. de nom. R.* Opiter, qui patre mortuo, avo vivo gignebatur. *Placid. Gloss.* (in *Class. auct. T. 3. ed. A. Maio*) *p. 491.* Opiteros (*lege* Opiter), qui obito patre, et avo vivente natus est. — Ceterum *V.* ONOM.

ŌPĪTŪLĀTĬO, ōnis, f. 3. *ajuto, sovvenimento,* βοήθεια, auxilium, quasi opis latio. *Ulp. Dig. 4. 4. 1.* Auxilium eis prætor hoc edicto pollicitus est, et adversus captiones opitulationem. *Arnob. 4. 4.* Gratiosis opitulationibus præsto esse. *Marcell. Empir. c. 10. p. 100. retro* ed. *Ald.* Qua ratione utrumque præstari possit, ut neque spiratio impediatur, nec remedium efficacissimum, per quod opitulatio naribus efficitur, excludatur. Adde *Vulgat. interpr. 1. Cor. 12. 28.*

ŌPĪTŪLĀTOR, ōris, m. 3. *sovvenitore, ajutatore,* βοηθός, opis lator, auxiliator. *Apul. de Deo Socrat.* In rebus periculosis tutator, egenis opitulator. *Id. Florid. n. 16.* Patruus objurgator, et sodalis opitulator. *Paul. Diac. p. 184. 11. Müll.* Opitulus Juppiter, et opitulator dictus est, quasi opis lator.

ŌPĪTŪLĀTUS, a, um. *V.* OPITULOR

ŌPĪTŪLĀTUS, us, m. 4. opitulatio. *Fulgent. 3. Mythol. 8.* Ejus opitulatu cuncta germinum adolescit nativitas.

ŌPĪTŪLO, as. *V.* voc. seq.

ŌPĪTŪLOR, āris, ātus sum, āri, dep. 1. (ops *et inus.* tulo, *a quo* tetuli, tuli). Etiam *opitulo, as,* a veteribus dictum est. *Liv. Andron.* apud *Non. p. 475. 11. Merc.* Da mihi hasce opes, quas peto, quas precor, corrige, opitula. — *Opitularier* per paragogen est apud *Plaut. loc.* infra *cit.* — Opitulari est opem ferre, subvenire, auxiliari, succurrere, βοηθέω (It. *ajutare, sovvenire-soccorrere*; Fr. *secourir, porter secours, aider, assister*; Hisp. *socorer, ayudar*; Germ. *Hülfe leisten, helfen, beistehen*; Angl. *to help, aid, assist, succeur, relieve*). — *a*) Generatim cum Dativo. *Plaut. Curc. 2. 3. 54.* Amicum amico opitularier. *Id. Mil. glor. 3. 1. 27.* Amanti ire opitulatum. *Cic. 1. Off. 43. 154.* Si subito sit opitulatum periculum discrimenque patriæ, cui subvenire opitularique possit. *Id. 12. Fam. 30.* De sumptu, quem te in rem militarem fecisse dicis, nihil sane possum tibi opitulari. *Sall. Cat. 34.* Majores vostrum miseriti plebis, decretis suis inopiæ ejus opitulati sunt. *Cic. 4. Fam. 13. circa med.* Qui antea aut obscuris hominibus, aut etiam sontibus opitulari poteram. *Id. Rosc. Am. 10. 27.* Hospiti oppresso jam, desperatoque ab omnibus, opitulata est. — *b*) Speciatim in re medica cum præpos. *contra. Plin. 28. Hist. nat. 8. 27. (103).* E dorso medullam adalligatam contra vanas species opitulari.

ŌPĪTŪLUS. *V.* in OPITULATOR.

ŌPĬUM *vel* opion, ĭi, n. 2. *opio,* ὄπιον, succus, sive lac ex inciso papaveris scapo profluens: ab ὀπός *succus,* sive *humor.* Habet per somnum vim mortiferam, si copiosus sumatur. *Plin. 20. Hist. nat. 18. 76. (199).* Papaveris succus largus densatur, et in pastillos tritus in umbra siccatur, non vi soporifera modo, verum, si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnos: opion vocant. *Id. 25. ibid. 10. 81. (130).* Bibitur artemisia ex vino adversus opium.

ŌPŌBALSĂMĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *opobalsamo, as,* opobalsamo conditus. *Inscript.* apud *Tochon, cachets des ocul. p. 56.* L. IVNII PHILINI STACTVM OPOBALSAMATVM AD CLARITATEM. *Alia* apud *eumd. ibid. p. 61.* Q. IVLII MVRANI STACTVM OPOBALSAMATVM AD CALIGINEM. *Alia,* quæ est apud *Henzen. 7249.*, apud Theodonis villam, nunc *Thionville,* in Belgio reperta. Q. VALERII SEXTI STACTVM AD CALIGINES OPOBALSAMATVM. *Veget. 3. Veterin. 16. 2.* Inunges etiam collyrio opobalsamato, quod suffusionibus prodesse consuevit. *Ita legit* Schneiderus; *veteres libri* opobalsamo. *V.* OPOPANACATUS.

ŌPŌBALSĂMĒTUM, i, n. 2. locus, ubi plures sunt arbores opobalsamum ferentes. *Justin. 36. 3. 3.* Silva palmeto et opobalsameto distinguitur.

ŌPŌBALSĂMUM, i, n. 2. ὀποβάλσαμον, succus e balsamo manans, qui præfertur omnibus odoribus: ab ὀπός *succus* et βάλσαμον *balsamum. Stat. 3. Silv. 2. 141.* Candida felices sudent opobalsama virgæ. *V.* BALSAMUM. Adde *Martial. 11. 8.*; et *Juvenal. 2. 41. Pallad. 4. R. R. 9. 3.* Si semina (*carduorum*) madefeceris per triduum opobalsamo etc. — Hoc in sarcophagis condiebant aliquando cadavera. *Inscript.* apud *Gruter. 692. 10.* MATER AD LVCTVM ET GEMITVM RELICTA CVM LACRIMIS ET OPOBALSAMO VDVM HOC SE PVLCHRO CONDIDIT.

ŌPŌCARPĀTHON, i, n. 2. ὀποκάρπαθον, est succus carpathi, quem inter venena enumerat *Plin. 28. Hist. nat. 10. 45. (158).* et *32. ibid. 9. 31. (97).* *V.* CARPATHUM.

ŌPŌNE, es, f. 1. ab ὀπός *succus,* est compositio ex multarum rerum succis. *Plin. Valerian. 4. 40. extr.* Fit et hæc compositio de punicis, apud Græcos opone dicta, contra marcorem stomachi ac fastidium necessaria.

ŌPŌPĂNĂCĀTUS, a, um, adject. opopanace mixtus. *Veget. 3. Veterin. 16. 6. Schneid.* Præterea inunges collyrio opopanacato et opobalsamato.

ŌPŌPĂNAX, ăcis, m. 3. ὀποπάναξ, succus panacis, seu panaceæ herbæ. *Plin. 20. Hist. nat. 24. 100. (264).* Serpylli duum denariorum pondus, opopanacis et mei tantumdem singulorum etc. *Marcell. Empir. in carm. v. 58.* Andrachnen, acoronque, opopanaca, pompholygemque. Hic licenter antepænultima in *opopanaca* producitur. *Theod. Priscian. 1. 19. ad fin. p. 295. retro* ed. *Ald.* Addendum laser, addenda et opopanace. *ubi* opopanace, es, *dici videtur, nisi mendum sit pro* opopanax.

ŌPŌRĬCĒ, es, f. 1. ὀπωρική, nomen medicamenti ex fructibus arborum, nempe cotoneis, punicis, sorbis in musto decoctis: ab ὀπώρα *auctumnus* et *fructus auctumnales.* Fit ad dysentericos, et stomachi vitia, ea ratione, quam tradit *Plin. 24. Hist. nat. 14. 79. (129).*

ŌPŌRŌTHĒCA, æ, *et* oporothece, es, f. 1. *conserva di frutta,* ὀπωροθήκη, locus, ubi fructus auctumnales conduntur: ab ὀπώρα *auctumnus* et θήκη *repositorium. Varro 1. R. R. 59. 3.* In oporotheca mala manere putant satis commode. *et ibid. 1.* Oporothecas facere. *et ibid. 2.* Poma inferre in oporothecen instruendam convivii causa.

ŌPORTET, tĕbat, tĭtit, tere, impers. 2. (opus). *Oporteto* pro *oporteat* quidam leg. in vetere lege Numæ Pompilii apud *Festum p. 174. 23. Müll.*, ubi *Müllerus* legit *oportet.* — Oportet est idem ac convenit, ratio postulat, attinet, opus est, necesse est, δεῖ, χρή (It. *bisogna, è d'uopo, è necessario, si deve, conviene*; Fr. *il est nécessaire, il faut, il est juste, raisonnable, convenable*; Hisp. *es necesario, es justo, razonable, convenible*; Germ. *es muss, es ist nöthig, billig, zweckdienlich, ersprieszlich, es geziemt sich, gebührt sich*; Angl. *it behoves, it is meet, fit, or proper, it ought, it must needs be*). Construitur cum Accusativo et Infinito, cum Participio præter. pass., in quo subauditur Infinitus, cum Conjunctivo, et absolute. — 1.°) Impersonal. — *a*) Universim. *Ennius* apud *Cic. 2. Tusc. 16. 38.* qui alteri exitium parat, Eum scire oportet, sibi paratum, pestem ut participet parem. *Id.* apud *Non. p. 490. 12. Merc.* Ted ipsum oportet hoc profiteri et proloqui Advorsum illam mihi. *Cæs. 7. B. G. 33.* Quum doceretur, alio tempore, atque oportuerit, fratrem a fratre renunciatum. *Nepos Thrasyb. 2.* Nihil in bello oportet contemni. *Cic. 1. Orat. 6. 20.* Ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio. *Horat. 1. Ep. 2. 49.* valeat possessor oportet, Si comportatis bene rebus cogitat uti. *Cic. Amic. 17. 61.* Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium. *Id. 5. Verr. 75. 174.* Pecunia, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari. *et 6. ibid. 17. 37.* Apollinis signum ablatum certe esse non oportuit. *Ter. Andr. 1. 5. 3.* Uxorem decrerat dare sese mihi hodie: nonne oportuit præscisse me ante? *Id. Heaut. 2. 3. 6.* Non oportuit relictas. *h. e.* relictas esse ancillas. *Id. Adelph. 2. 2 6.* Adolescenti morem gestum oportuit. *Id. Heaut. 1. 2. 26.* Ut ut erat, mansum tamen oportuit. — *b*) Minus est quam *necesse est. Cic. 6. Verr. 39. 84.* Tamquam ita fieri non solum oporteret, sed etiam necesse esset. *et 7. ibid. 14. 37.* Ut hæc ipsa ædilitas non, quia necesse fuerit, alicui candidato data, sed quia sic oportuerit, recte collocata esse videatur. — *c*) Differt etiam a *decere,* et *licere. Cic. Orat. 22. 74.* Oportere, perfectionem declarat officii, quo et semper utendum est, et omnibus: decere, quasi aptum esse, consentaneumque tempori et personæ. *Id. Balb. 3. 8.* Ait accusator, fecisse Pompejum, quod ei facere non licuerit: quod gravius est, quam si id factum ab eo diceret, quod non oportuisset. Est enim aliquid, quod non oportet, etiam si licet: quidquid vero non licet, certe non oportet. *Id. 3. Parad. 2. 25.* Quidquid non oportet, scelus esse; quidquid non licet, nefas putare debemus. — *d*) Item ab *opus est*: nam *oportet* officium significat, rationem, justam causam; *opus est* utilitatem, usum et commodum. *Id. 4. Att. 6.* Ego vero, qui, si loquor de republ. quod oportet, insanus; si quod opus est, servus existimor; si taceo, oppressus et captus: quo dolore esse debeo? *et 13. ibid. 25.* Hoc fieri et oportet, et opus est. — *e*) Neque tamen hæc differentia perpetua est. *Cic. 7. Phil. 1. 3.* Irritari Antonium non oportuit. — *f*) Interdum refertur ad conjecturam. *Plaut. Pœn. 5. 2. 70.* Servum hercle te esse oportet et nequam et malum. *convien credere.* — *g*) Item ad probabilem, aut necessariam rerum consecutionem. *Plaut. Cist. 4. 2. 50.* Nostram hæc rem fabulatur: hanc scire oportet, filia tua ubi sit. *Lucret. 1. 1072.* Omnis enim locus ac spatium, quod inane vocamus, Per medium, per non medium concedat, oportet etc.

Lachmannus concedere debet. *Flor.* 3. 20. *in fin.* Et quod sub gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est. — *b*) Cum Dativo. *Plaut. Mil. glor.* 2. 6. 80. Homini servo domitos habere oportet oculos et manus. Ita *Voss. l.* 7. *de Gramm. c.* 36., sed frustra; nam plerique alii *hominem servum.* — 2.°) Personal. in plur. num. *Ter. Heaut.* 3. 2. 25. Hæc facta ab illo oportebant. *h. e.* oportebat, illum hæc facere. *Id. Andr.* 3. 2. 1. Quæ assolent, quæque oportent signa esse ad salutem, omnia huic esse video. Utroque loco plerique al. leg. *oportet. Cœcilius* apud *Priscian.* 8. *p.* 827. *Putsch.* Ut ea, quæ oportuerint, facta non sint. Hinc *Priscian.* 8. *p.* 827. et 11. *p.* 922. *Putsch. oportet* ab eo, quod veteres *oporteo* dicebant, esse opinatur.

ŎPOS, i, m. 2. ὀπός, succus laserpitii. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 8. *ad fin.* Laser, quem Græci opon Cyrenaicum vocant. Græce scribit *Pallad.* 3. *R. R.* 29. Tunc ὁπὸν Κυρηναϊκόν, quod Græci sic appellant, in excavata parte suffundunt. *Gloss. Placid.* ed. *A. Maio* (in *Class. auct. T.* 3. *p.* 489.). Et, ni fallor, opus sucus (*sic*) dicitur.

OPPALLĒO *et* obpalleo, les, lŭi, n. 2. *vel*

OPPALLESCO *et* obpallesco, lescis, lŭi, lescere, n. 3. (ob *et* palleo *vel* pallesco) expallescere. *Prudent.* 1. περὶ στεφ. 92. Carnifex stupore oppalluit. *Coripp.* 6. *Joanneid.* 156. subitoque tremens oppalluit ore.

OPPANDO *vel* obpando, pandis, pansum *vel* passum, pandere, a. 3. (ob *et* pando). Part. *Oppansus* et *Oppassus.* — Oppandere est idem quod pandere, vel contra pandere, *stendere, spiegare. Grat. Cyneg.* 55. Illa vel ad flatus helices oppande serenæ, Vel caligineo laxanda reponito fumo. *Prudent. Psychom.* 410. *de ligno Crucis Christi.* Cornibus oppansis, et summa fronte coruscum. *Tertull. Apolog.* 48. *a med.* Quæ illi dispositioni æternitatis aulæi vice oppansa est. *Id. ibid.* 16. Solis sacerdotibus adire licitum, et conspectus ceterorum velo oppasso interdicebatur. *Al. leg.* oppanso. *Vulgat. interpr. Exod.* 2. 21. Extra velum, quod oppansum est. *et ibid.* 35. 12. Velum, quod ante illud oppanditur. — Hinc *Oppansum* vel *oppassum, i,* n. 2. absolute, substantivorum more, est operimentum, tegumentum. *Tertull. Anim.* 33. *sub fin.* Certe de oppanso sui corporis erumpit in apertum ad meram et puram et suam lucem. *Al. leg.* oppasso.

OPPANGO *vel* obpango, pangis, pĕgi, pactum, pangere, a. 3. (ob *et* pango) affigere, conjungere, *attaccare. Plaut. Curc.* 1. 1. 60. Ubi savium oppegit, fugit. *Festus p.* 281. 8.; et *Paul. Diac. p.* 280. 2. *Müll.* Repagula, quæ ex contrario oppanguntur.

OPPANSUM, i, n. 2. *et*

OPPANSUS, a, um, *et*

OPPASSUS, a, um. *V.* OPPANDO.

OPPECTO *vel* obpecto, ctis, ctere, a. 3. (ob *et* pecto) circum pectere. *Plaut. Pers.* 1. 3. 30. Ut muræna et conger ne calefierent; nam nimio melius oppectuntur frigida. *h. e.* digitis, quasi pectine, circum carpuntur, et comeduntur.

OPPĔDO *vel* obpedo, dis, dere, n. 3. (ob *et* pedo) καταπέρδω, contra pedo, crepitum ventris in aliquem emitto. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 70. curtis Judæis oppedere. *h. e.* summa Judæos afficere contumelia; hic enim *oppedere* est Gr. καταπαρδεῖν, ut apud *Aristophan. Plut.* 618. τῆς πηνίας καταπαρδεῖν.

OPPĔRĪOR *vel* obperior, pĕrīris, pĕrītus *vel* pertus sum, pĕriri, dep. 4. Part. *Opperiens* et *Opperiendus* sub *b.* — Part. *Oppertus* affertur a *Priscian.* 10. *p.* 905. *Putsch.*, nullo tamen auctore laudato. — Ratione habita etymi, *Voss.* in *Etymol.* in voce *Aperio* ducit ab *ob* et *pario* (*V. A. Maium* in *Class. auct. T.* 8. *p.* 408.), et proprie significare ait, parturienti adsidere, partumque, obstetricis modo, exspectare: hinc primum *opperior* absolute sine Accusativo usurpatum fuit, deinde hunc etiam admisit. Recentiores vero volunt esse ex *ob* et inusit. *perior,* unde *experior* et *peritus.* — Ceterum opperiri est idem quod exspectare, manere, περιμένω (It. *aspettare;* Fr. *attendre;* Hisp. *aguardar;* Germ. *auf Jemanden oder etwas warten, Jemanden erwarten oder etwas abwarten;* Angl. *to wait or tarry for, expect*). Usurpatur — *a*) Absolute neutrorum more. *Cic.* 3. *Att.* 10. Aut ibidem opperiar, aut me ad te conferam. *Id.* 10. *ibid.* 3. Ego in Arcano opperior, dum ista cognosco. *Sall. Jug.* 91. Pervenit in locum tumulosum-, ibique quam occultissime potest cum omnibus copiis opperitur. Sic *Liv.* 33. 14. *in fin.* Cum iis copiis opperiebantur. — *b*) Cum Accusativo personæ, aut rei etiam abstractæ. *Ter. Andr.* 3. 2. 42. Abi intro: ibi me opperire. *Virg.* 10. *Æn.* 771. Hostem magnanimum opperiens. *Tac.* 4. *Ann.* 66. Senatus opperiendum imperatorem censuit. — *Nepos Dion.* 5. In Italia classem opperiebatur. *Plaut. Most.* 3. 2. 101. Seni non otium erat, id sum opperitus. *Ter. Phorm.* 3. 2. 29. Unam præterea horam ne oppertus sies. *Liv.* 1. 56. Opperiri tempora sua. *Sil. It.* 5. 85. tempusque ad prælia dextrum Opperiare.

OPPESSŪLĀTUS *vel* obpessulatus, a, um, particip. ab inusit. *oppessulo: chiuso a catenaccio,* pessulo clausus, μεμοχλευμένος. *Apul.* 1. *Met.* Januam firmiter oppessulatam pulsare. *et* 9. *ibid.* Foris diligentissime oppessulata. *Ammian.* 31. 13. *a med.* Oppessulatas januas perrumpere. Legitur etiam in *Suppositis Amphitr. Plaut. scæna* quæ incipit *Dii vostram fidem* 22.

OPPĔTĪTUS *vel* obpetitus, a, um. *V.* voc. seq.

OPPĔTO *vel* obpeto, tis, tīvi *vel* ĭi, tītum, tere, a. 3. (ob *et* peto). Part. *Oppetitus* et *Oppetendus* sub *a*; *Oppetiturus* sub *b* — Oppetere, quasi contra petere, est adire, obire, subire (It. *incorrere, soggiacere, incontrare*; Fr. *aller contre;* Hisp. *andar contra;* Germ. *entgegengehen;* Angl. *to excounter, gothrough*). Occurrit — *a*) Cum Accusativo. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 16. 38. auxilium et vestras manus Peto, priusquam oppeto malam pestem mandatam hostili manu. *Plaut. Asin.* 1. 1. 7. Atque illa (*uxore*) viva vivus ut pestem oppetas. *Phædr.* 3. 16. Oppetere pœnas superbiæ. — Præcipue *oppetere mortem, letum* etc. *Ennius* apud *Non. p.* 494. 2. et 507. 18. *Merc.* Senex sum: utinam mortem oppetam, priusquam evenat. *pro* eveniat. *Cic.* 1. *Tusc.* 48. 116. Claræ mortes pro patria oppetitæ. *Id.* 12. *Phil.* 12 30. Mors necessitatem habeat fati: aut si ante oppetenda est, oppetatur cum gloria. *Seneca Troad.* 369. Turre de summa cadat, et letum oppetat. *Catull.* 64. 102. Aut mortem oppeteret Theseus, aut præmia laudis. — *b*) *Oppetere* absolute, est oppetere mortem, *morire. Virg.* 1. *Æn.* 99. Queis ante ora patrum Trojæ sub mœnibus altis Contigit oppetere. *Tac.* 2. *Ann.* 24. Quem vix cohibuere amici, quin eodem mari oppeteret. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 3. 4. (14). *de aquilis.* Oppetunt non senio, sed fame. *Macrob.* 3. *Saturn.* 7. Sacratum Halesum facit, quia erat oppeturus. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 65. gloriosa morte oppetere.

OPPEXUS *vel* obpexus, us, m. 4. verbale ab oppecto. *Apul.* 11. *Met.* Flexu digitorum ornatum atque oppexum crinium regalium fingerent. *la pettinatura.*

OPPĪCO *vel* obpico, as, are, a. 1. (ob *et* pico) *impeciare, impegolare,* πισσόω, idem quod pico, idest pice illino. *Cato R. R.* 120. In amphoram mustum indito, et corticem oppicato. *h. e.* corticem suberis amphoræ orificio immissum pice oblinito.

OPPĪDĀNĒUS, a, um, adject. oppidanus. *Impp. Constantius, et Constans Cod. Theod.* 12. 1. 38. 40. 43. 45. 46. *et* 47.

OPPĪDĀNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq. in fin.

OPPĪDĀNUS, a, um, adject. *castellano, municipale,* πολιτικός, ad oppidum aliquod pertinens extra urbem Romam: eo modo quo *urbanus* dicitur ad ipsam urbem Romam pertinens. *Cic.* 2. *Orat.* 59. 240. Senex quidam oppidanus. *h. e.* Tarracinensis. *Id. Brut.* 69. 242. Oppidano quodam et incondito genere dicendi. *Id. Planc.* 12. 30. Vetere quodam in scænicos jure, maximeque oppidano. *Tac.* 14. *Ann.* 17. Oppidana lascivia invicem incessentes. *Id.* 6. *ibid.* 15. Cæsar-L. Cassium, M. Vinicium legit. Vinicio oppidanum genus: Calibus ortus, patre atque avo consularibus, cetera equestri familia erat. *Id.* 4. *Hist.* 18. *extr.* Claudius Labeo oppidano certamine æmulus Civili. — Hinc

Oppidani, ōrum, m. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt cives alicujus oppidi extra urbem Romam, *cittadini, castellani,* οἱ πολῖται. *Cæs.* 2. *B. G.* 33. Milites ex oppido exire jussit, ne quam noctu oppidani injuriam acciperent. *Sall. Jug.* 60. Oppidanos hortatur, mœnia defendant. *Liv.* 36. 25. Per colloquia principum oppidanos tentabat rex, ut urbem dederent. Adde *Nepot., Flor., Tac., Gell.* etc.

OPPĪDĀTIM, adverb. κατὰ πόλεις, per oppida. *Sueton. Aug.* 59. Ludos quinquennales pæne oppidatim constituerunt. *Id. Galb.* 18. Quum oppidatim victimæ cæderentur.

OPPĬDO, adverb. *Paul. Diac. p.* 184. 6. *Müll. de etymo* sic scripsit: Oppido, valde, multum. Ortum est et hoc verbum ex sermone inter se confabulantium, quantum quisque frugum faceret, utque multitudo significaretur, sæpe respondebatur, Quantum vel oppido satis esset. Hinc in consuetudinem venit, ut diceretur oppido pro valde, multum. Itaque si qui in aliis rebus eo utuntur, ut puta, si qui dicat, Oppido didici, spectavi, ambulavi, errat, quia nulli eorum subjici potest, vel quod satis est. Hæc *Paul. Diac.*, quocum consentit *Donatus* ad *Ter. Hecyr.* 2. 1. 41. At *Quintil.* 8. 3. 25. interpretatur *satis.* Ejus verba sunt. *Satis* est vetus: quæso, quid necesse est dicere, *oppido?* quo sunt usi paullulum tempore nostro superiores: vereor ut jam nos ferat quisquam. Certe *antiqerio,* cujus eadem significatio est, nemo, nisi ambitiosus, utetur. Hæc *Quintil*; unde discimus, hujus vocis usum, in significatione τοῦ *satis, Quintiliani* tempore pæne desiisse. — Demum *Charis.* quum 2. *p.* 187. *Putsch.* per *vero, statim* explicat, ipse significationem ignorasse videtur. — Ceterum *oppido* (quod *Lindemanno* est pro *firmiter, valde, oppidum* enim significat *firmum*) est idem ac valde, multum, admodum, κομιδῇ, (It. *molto*; Fr. *beaucoup, fort, très*; Hisp. *mucho;* Germ. *stattlich, sehr, bedeutend, gar sehr*; Angl. *much, very much, exceedingly*): *Oppido* est antiquum vocabulum, in familiari sermone apud Comicos sæpe obvium, numquam ab oratoribus acceptum, sed a *Cicerone* tantum in doctrinarum libris et in epistolis usurpatum: et conjungitur — *a*) Cum Adjectivis. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 40. Nam benignitas quidem hujus oppido ut adolescentuli est. *h. e.* admodum. Sic *Liv.* 42. 28. In Fulvii (*locum*) pontifex Cn. Domitius Ænobarbus oppido adolescens sacerdos lectus. *Ter. Heaut.* 4. 2. 2. Ita hac re in angustum oppido nunc meæ coguntur copiæ. *Id. ibid.* 4. 4. 12. Dic, me hic oppido esse invitam. *Id. Phorm.* 2. 2. 3. Oppido iratus. *Cic.* 2. *Orat.* 64. 259. Mimus vetus oppido ridiculus. *Id.* 14. *Fam.* 4. *a med.* Servirent præterquam oppido pauci. *Id.* 3. *Fin.* 10. 33. Eorum definitiones paullum oppido inter se differunt. — In hoc lusit *Apulejus de Mag.* Lignum a me toto oppido, et quidem oppido quæsitum. — *b*) Cum Adverbiis. *Plaut. Merc.* 2. 1. 21. Oppido hercle bene velle illi visus sum. *Id. Most.* 1. 2. 55. Illico oppido. *Ter. Adelph.* 3. 2. 24. Oppido opportune te obtulisti mi obviam. — *c*) Cum Verbis. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 5. Totus doleo atque oppido perii. *Id. Amph.* 1. 1. 143. Oppido interii. — *d*) *Oppido quam* dicitur, sicut *sane quam, nimis quam, admodum quam,* et magis auget. *Liv.* 39. 47. Pleraque oppido quam parva erant. *Id.* 36. 25. Quia Lamia quum posita est in tumulo, tum regionem maxime Octæ spectat oppido quam breve intervallum videtur. *Ita ex optimo Cod.* Göllerus; *alii aliter leg. Vitruv.* 8. 3. *circa med.* Fonticulus oppido quam parvus. *Gell.* 17. 12. Favorinus oppido quam libens in eas materias dicebat. Adde *eund.* 15. 30. et 16. 7. — *e*) Apud Comicos est vero, maxime, in responsionibus. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 29. MNE. Patri aurum omne cum ramento reddidi. CHRY. reddidi-

sti? MNE. reddidi. CHRY. omne ne? MNE. oppido. *Ter. Phorm.* 5. 8. 12. estne ita, ut dixi, liberalis? D. oppido.

OPPĬDŬLUM, i, n. 2. *deminut.* parvum oppidum, *castelletto, piccola terra*, πολίχνη, χωρίον. *Cic.* 10. *Att.* 7. Nec tamen in acie, sed Melitæ aut alio in loco simili oppidulo futurum puto. Adde *eumd.* 2. *ad Q. fr.* 12. Et *Horat.* 1. *Sat.* 5. 87. Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est.

OPPĬDUM, i, n. 2. Genit plur. num. *oppidum* pro *oppidorum* est *Sulpicii* apud *Cic.* 4. *Fam.* 5. Quum uno loco tot oppidum cadavera projecta jaceant. — Ratione habita etymi, *Varro* ait 5. *L. L.* 141. *Müll.* Oppidum ab opi dictum, quod munitur opis causa, ubi sit, et quod opus est ad vitam gerundam (ubi habitent tuto: vel oppida, quod opere munibant mœnia, quo munitius essent). Hæc quoque ex vulgatis libris addidit *Forcellinus*, quæ uncis inclusimus: quæ vero sic se habent apud *Müllerum*: Uti haberent tuta oppida quod operis muniebant, mœnia dicta. Quo mœnitius esset quod exaggerabant. aggeres dicti. *Cicero* apud *Festum p.* 202. 25. *Müll.* (*V.* tamen *Müllerî* adnotat. ad *h. l.*) dictum putat ab eo, quod opem det eo confugientibus: vel quod, ut ipse addit, ibi homines opes suas conferant. Ex his apparet, quid sint secuti, qui unico *p* scribunt: quibus etiam favet antiquus mos, nullas geminandi consonas. Ea tamen scriptio, quæ *p* geminat, tutior est et multo usitatior. V. *Cellarii Orthogr. rat. T.* 2. *p.* 1149. *n.* 16. — Ceterum ¶ 1. Stricto sensu *oppidum* est locus mœnibus conclusus, in quem homines multi habitandi causa conveniunt, πόλις (It. *città, castello, terra, luogo murato*; Fr. *ville*; Hisp. *ciudad, castillo*; Germ. *d. Stadt*; Angl. *a walled toum, burgh*). Usurpatur — *a*) Generatim a Latinis de aliis urbibus præter Romam dicitur. *Ennius* apud *Priscian.* 9. p. 868. *Putsch.* Deque totondit agros lætos, atque oppida cepit. *Cic. ad Pompej. post ep.* 11. *l.* 8. *ad Att.* Etsi præsidia in oppidis nulla sunt. *Id.* 6. *Verr.* 33. 72. Segesta est oppidum pervetus in Sicilia. *Virg.* 2. *G.* 176. Ascræumque cano Romana per oppida carmen. *Sueton. Oth.* 1. Urbe (*h. e.* Roma) oppidove ullo. — Interdum peculiari nomini adjicitur. *Nepos Cim.* 3. *extr.* In oppido Citio est mortuus. *et ibid.* 2. Oppidum Amphipolim constituit. Sic dicimus *urbem Romam, flumen Rhenum*, etc. — *b*) Speciatim de ipsa quoque Roma, qua cingitur mœnibus, usurpatum legitur. *Varro* 6. *L. L.* 14. *Müll.* Liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes Liberi, etc. *Liv.* 42. 36. Per idem tempus legati ab rege Perseo venerunt: eos in oppidum intromitti non placuit, *etc.* In ædem Bellonæ in senatum introducti, etc. *Martial.* 10. 30. Vos, quum sevi fugit oppidum Martis, etc. *h. e.* Romam. *Nepos Miltiad.* 4. et *Themist.* 2. *extr.* oppidum absolute vocat ipsas Athenas, caput reipublicæ, et *Pelop.* 1. ipsas Thebas, Thebanorum primariam urbem. Hæc autem Græcorum imitatione dicuntur, quibus αστυ eodem modo usurpatur. ¶ 2. Latiori sensu *oppidum* Britanni vocant quum silvas impeditas vallo atque fossa munierunt, quo, incursionis hostium vitandæ causa, convenire consueverunt. *Cæs.* 5. *B. G.* 21. ¶ 3. *Oppidum* etiam dictum fuit locus in circo, unde quadrigæ emittebantur, qui et *carceres*: quia prope muros olim fuit. *Nævius* apud *Varron.* 5. *L. L.* 15. 3. *Müll.*; et *Paul. Diac. p.* 184. 5. *Müll.*

OPPIGNĔRĀTOR *vel* obpignerator, ōris, m. 3. *pignoratario*, qui pignus pro re, vel pecunia data accipit. *Augustin. Ep.* 215. Quum frater noster Fascius debito decem et septem solidorum ab oppigneratoribus urgeretur, ut redderet.

OPPIGNĔRO *vel* obpignero, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* pignero) aliquid pignori dare, *impegnare, dare in pegno*, ἐνεχυράζω.

I.) Proprie. *Cic. Sext.* 51. 110. Libelli pro vino etiam sæpe oppignerabantur. *Martial.* 2. 57. Oppigneravit Claudii modo ad mensam Vix octo nummis annulum, unde cœnaret.

II.) Translate. *Ter. Heaut.* 4. 5. 46. Num illa oppignerare filiam meam, me invito, potuit? *Seneca* 3. *Benef.* 5. Nemo non deditum se et devotum professus est: et si quod est humilius verbum, quo se oppigneraret, invenit.

OPPĪLĀTĬO *vel* obpilatio, ōnis, f. 3. obstructio, ἔμφραξις, ut Oppilatio narium, apud *Scribon. Compos.* 47.

OPPĪLĀTUS *vel* obpilatus, a, um. *V.* voc. seq.

OPPĪLO *vel* obpilo, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Oppilatus.* — Oppilare est occludere, ἐμφράττω *serrare: a* πιλόω *constipo*; vel quasi pilâ objectâ claudo. *Lucret.* 6. 724. Est quoque uti possit magnus congestus arenæ Fluctibus adversis oppilare ostia contra. *Cato R. R.* 100. Metretam novam amurca colluito, oppilato, agitatoque diu. Alii omittunt *oppilato*; at *Schneiderus* primus ex *Pontedera* in textum admisit. *Cic.* 2. *Phil.* 9. 21. Scalis tabernæ oppilatis.

OPPLĔO *vel* obpleo, ples, plēvi, plētum, plere, a. 2. (ob *et* simpl. *inusit.* pleo). Part. *Oppletus* I. et II.; *Opplendus* apud *Gran. Licinian.* edente *Pertz. p.* 31. Nec opplendæ sunt hujusmodi cognitionibus chartulæ. — Oppiere est circumquaque, sive maxime implere, *empire*, ἀναπληρόω.

I.) Proprie. *Plaut. Truc.* 2. 6. 42. Oppleta tritici granaria. *Id. ibid. v.* 41. Ædes opplere spoliis. *Varro* 1. *R. R.* 8. 5. Nisi totas vineas oppleris muscipulis, pro *oppleveris*, syncope. *Liv.* 1. 46. Nives jam omnia oppleverant. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 6. 5. (15). Oppletum unda navigium. Alter *Plin. Paneg.* 22. Videres referta tecta et laborantia, oppletas undique vias. *piene di gente.*

II.) Translate. *Varro* 3. *R. R.* 4. *extr.* Alienus odor nares opplet. — Et figurate. *Plaut. Rud.* 4. 1. 14. Jam meas opplebit aures sua vaniloquentia. *Id. Pseud.* 2. 1. 14. Me et omnes meos præda onerabo atque opplebo. *Cic. post redit. in senat.* 4. 10. Quorum mentes angustæ, humiles, pravæ, oppletæ tenebris ac sordibus. *Id.* 2. *Nat. D.* 24. 63. Nam vetus hæc opinio Græciam opplevit.

OPPLĒTUS *vel* obpletus, a, um. *V.* voc. præced.

OPPLŌRO *vel* obploro, as, are, n. 1. καταδύρομαι, contra ploro, plorando obtundo. *Cic.* 4. *Herenn.* 52. 65. Ac vos auribus meis opplorare non desinitis?

OPPŌNO *vel* obpono, pōnis, pŏsŭi, pŏsĭtum, pōnere, a. 3. (ob *et* pono). Præter. perf. *oppositi* legunt plerique apud *Plaut. Curc.* 2. 3. 77.; *V.* infra sub II. 1. — *Oppostus* per syncopen. *Lucret.* 4. 150. At quum splendida quæ constant, opposta fuerunt. *Al. leg.* opposita. — Part. *Opponens* II. 2.; *Oppositus* I. *a.*, II. 1. et in fin.; *Oppositurus* I. *b.* — Opponere est contra ponere, ex adverso statuere, objicere, ἀνθίστημι (It. *opporre, contrapporre*; Fr. *mettre, placer devant, en face, ou contre*; Hisp. *poner, meter, colocar ante, contra*; Germ. *gegen, vor, an etwas hinsetzen, stellen, legen, halten*; Angl. *to place against, oppose*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Ovid.* 4. *Fast.* 177. Trojæ spectare ruinas Non tulit: ante oculos opposuitque manus. Sic 3. *ibid.* 45. Vestæ simulacra feruntur Virgineas oculis opposuisse manus. *et* 2. *Met.* 276. Opposuitque manum fronti. *Petron. Satyr.* 96. Alternos opponebam foramini oculos. *h. e.* ponebam contra foramen, applicabam foramini. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 76. licet antestari? ego vero Oppono auriculam. *h. e.* præbeo admovendo caput. *Ovid. Heroid.* 17. 7. Nec tibi diversa quamvis e gente venires, Opposita habuit regia nostra fores. *chiuse a te in faccia.* — *b*) Speciatim opponi dicuntur, quæ quisque ad se tuendum et hostes arcendos objicit. *Cæs.* 3. *B. C.* 39. Turrim ad ipsum introitum portus opponit. Cf. *Cic. Cæcin.* 8. 21. Ad omnes introitus armatos homines opponit. *Id. Cic. Pis.* 33. 81. Cujus ego imperio non Alpium vallum contra adscensum transgressionemque Gallorum, non Rheni fossam Germanorum immanissimis gentibus objicio et oppono. *Liv.* 5. 5. Munitiones non in urbem modo, sed in Etruriam etiam spectantes, si qua inde auxilia veniant, opposuere. *Id.* 6. 23. *extr.* Subsidia Camillus firmat, validamque stationem pro castris opponit. *Cic.* 2. *Nat. D.* 52. 129. Gallinæ pullos quum excluserint, ita tuentur, ut et pennis foveant, ne frigore lædantur, et, si est calor a sole, se opponant. *Cæs.* 3. *B. C.* 30. Ut venientibus in itinere se opponerent. *et* 45. Huic suos Cæsar equites opposuit. *Nepos Eumen.* 3. Perdiccas unum Eumenem opposuerat Europæis adversariis. *Tac.* 2. *Ann.* 77. Si quid hostile ingruat, quam justius arma oppositurum, qui Legati auctoritatem et propria mandata acceperit?

II.) Translate. ¶ 1. Est deponere, vel rectius contra alium provocantem pignus ponere. *Plaut. Curc.* 2. 3. 77. Pono pallium: ille suum annulum opposuit. Est qui leg. *opposivit*: quæ positio invenitur etiam in *appono, compono, depono*, etc. *Id. Pseud.* 1. 1. 85.; et *Ter. Phorm.* 4. 3. 56. Ager oppositus est pignori ob decem minas. Sic *Seneca* 7. *Benef.* 14. Rebus meis in securitatem creditoris oppositis. *h. e.* in pignus depositis. *impegnati*. et *Juvenal.* 11. 17. Ergo haud difficile est perituram arcessere summam Lancibus oppositis. — Huc pertinet illud *Catulli* 26. 1. Furi, villula nostra non ad Austri Flatus opposita est, nec ad Favoni; Verum ad millia quindecim et ducentos. O ventum horribilem atque pestilentem! *impegnata, ipotecata.* Ludit in ambiguo cum prima significatione. ¶ 2. *Opponere se periculis* et similibus, se exponere, *esporsi. Cic. Balb.* 10. 26. Opponere se periculis pro re publica. *Liv.* 21. 8. *a med.* Saguntinis pro nudata mœnibus patria corpora opponentibus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 28. 47. (262). Nudatas radices hiberno frigori opponunt. ¶ 3. De oppositione, quæ verbis fit, — *a*) Opponere est verbis objicere, h. e. verbis proponere, ponere ante oculos, vel animum, *mettere innanzi. Cic. Quinct.* 14. 47. Pericula intendantur, formidines opponantur, ut victus et perterritus ipse cedat. *Id. Sext.* 19. 42. Eos, qui plurimum possent, opponi omnibus contionibus, falso, sed formidolose tamen, auctores ad perniciem meam. Cf. *Virg.* 2. *Æn.* 127. Prodere voce sua quemquam, aut opponere morti. — *b*) Item est interponere, *interporre. Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 20. 64. Auctoritas tanta plane me movebat, nisi tu opposuisses non minorem tuam. *Id.* 5. *Verr.* 57. 131. Quum decumani aratoribus ad pactiones faciendas non suam vim, sed tuum scelus ac nomen opponerent. — *c*) De oppositione in disputando. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 42. 131. Introducebat Carneades, non quo probaret, sed ut opponeret Stoicis, summum bonum esse frui iis rebus etc. *Id.* 2. *Phil.* 4. 8. Sed quid opponas tandem, si negem, me unquam istas litteras ad te mississe? *Liv.* 44. 39. *a med.* His difficultatibus illud opponitur: Quid si etc? — *d*) Item est in excusationem afferre, prætexere, *portare in iscusa. Cic.* 2. *ad Q. fr.* 10. Opposuisti semel Ciceronis nostri valetudinem: conticui. *Id.* 3. *Off.* 10. 41. *de Romulo.* Et tamen muri causam opposuit, speciem honestatis neque probabilem, nec sane idoneam. ¶ 4. Refertur etiam ad comparationem, *mettere a confronto. Cæs.* 3. *B. C.* 73. Ne his rebus terrerentur, multisque secundis prœliis unum adversum, et id mediocre, opponerent. *Phædr.* 2. *epil.* Quod si labori faverit Latium meo, Plures habebit, quos opponat Græciæ. ¶ 5. *Opponi* est etiam adversari, contrarium esse. *Cic.* 2. *Orat.* 83. 339. His quatuor causis totidem medicinæ opponuntur. *Id.* 3. *Fin.* 12. 40. Nunc omni virtuti vitium contrario nomine opponitur. ¶ 6. *Opponere alicui jusjurandum*, h. e. imponere, adigere. *Paul. Dig.* 37. 14. 6. *extr.* Remittitur jusjurandum, quod liberto in hoc oppositum est. ¶ 7. Nonnullis est etiam apponere, imponere medendi causa, *applicare. Nigidius* apud *Gell.* 7 9. Serpens si memordit, gallina deligitur, et opponitur. *Cato R. R.* 157. Luxatum si quod est, brassicam tritam opponito: cito sanum faciet. *et ibid. in fin.* Deinde petigini parce brassicam opponito: sanam faciet. *Al. u-*

bique leg. apponito. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus,

Oppositus, a, um, adjective quoque usurpatur, et est contra positus, objectus, *opposto, contrapposto,* ut apud *Cic. Fontej.* 1. 3. Propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum et objectum. *Id.* 2. *Off.* 4. 14. Moles oppositæ fluctibus. *Id.* 2. *Divinat.* 6. 17. Luna opposita soli. *Tubero* apud *Gell.* 6. 4. *de Regulo.* Adversus ictus solis oppositum continebant, atque intendere in cælum oculos cogebant. *Ovid.* 14. *Met.* 147. Oppositamque petens contra Zancleia saxa, Rhegion ingreditur. *posta a dirimpetto.* — Cum Infinito. *Lucan.* 1. 463. Et vos crinigeros bellis arcere Caycos Oppositi. — Hinc

Oppositum, i, n. 2. absolute, substantivorum more. *Gell.* 16. 8. *a med.* Omnia quæ disjunguntur, pugnantia esse inter sese oportet, eorumque opposita (ἀντικείμενα Græci dicunt) ea quoque ipsa inter sese adversa esse. *et mox.* Sic uti hoc est, in quo quæ opposita, non sunt contraria: *aut curris, aut ambulas, aut stas;* nam ipsa quidem inter sese adversa sunt. sed opposita eorum non pugnant: *non ambulare* enim, et *non stare,* et *non currere* contraria inter sese non sunt. *Opposita* hoc loco sunt, quæ in scholis dicunt contradictoria.

OPPORTO *vel* obporto, as, are, a. 1. contra portare. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 11.

OPPORTŪNĒ *vel* obportune, adverb. Comp. *Opportunius* et Sup. *Opportunissime.* — Opportune est idem ac commode, loco et tempore, *opportunamente, a tempo e luogo,* εὐκαίρως. *Ter. Adelph.* 1. 2. 1. *et* 2. 4. 2. Ehem, opportune: te ipsum quærito. *Id. Andr.* 2. 2. 8. Ambo opportune: vos volo. *Cic.* 1. *Nat. D.* 7. 16. Atqui mihi quoque videor venisse opportune. *Id.* 1. *Fam.* 9. *ante med.* Accidere opportunius nihil potest. *Cæs.* 3. *B. C.* 101. Nunciis opportunissime allatis. *Liv.* 32. 18. Anticyra ad id opportunissime sita visa est *V.* et voc. seq. sub 2.

OPPORTŪNĪTAS, ātis, f. 3. (opportunus). ¶ 1. Generatim est commoditas, apta ratio loci, temporis et personarum, *opportunità,* εὐκαιρία. *Cic.* 3. *Fin.* 14. 45. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit major productione temporis. *Sall. Jug.* 6. Opportunitas ætatis. *Cæs.* 3. *B. G.* 19. loci. — *Cic.* 1. *Legg.* 9. 27. Omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis. *h. e.* aptitudines, ut interpretatus est *Forcellinus,* qui hunc locum singulari paragrapho distinxit. *Id.* 1. *Nat. D.* 33. 92. Considerantes, quæ sit utilitas quæque opportunitas in homine membrorum. — Pro facilitate. *Plin.* 1. *Ep.* 24. Tranquilli stomachum multa sollicitant, vicinitas urbis, opportunitas viæ. ¶ 2. Speciatim est tempus opportunum; hinc opportunitate venire, *venire a tempo. Plaut. Epid.* 2. 2. 19. Optima opportunitate ambo autem venistis. Cf. *Cic.* 1. *Off.* 40. 142. Scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. — *Opportunitas* veluti dea habetur apud *Plaut. Pseud.* 2. 3. 3. Nam ipsa mihi Opportunitas non potuit opportunius advenire, quam hæcce allata est mi opportune epistola. ¶ 3. Concreto, uti ajunt, sensu est utilitas. *Cic. Amic.* 6. 22. Tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet. *Cæs.* 3. *B. G.* 17. *extr.* Nisi æquo loco, aut opportunitate aliqua data, legato dimicandum non existimabat.

OPPORTŪNUS *vel* obportunus, a, um, adject. Comp. *Opportunior* 1. et 4.; Sup. *Opportunissimus* 1. — Opportunus (ex *ob* et *portus,* quasi ob, seu ante portum situs, ut proprie de loco dicatur, inquit *Voss.* in *Etymol.,* in quo navigantes portum in propinquo habent) est idoneus, commodus, pro desiderio et in tempore obtingens, εὔκαιρος, ἔγκαιρος (It. *opportuno, comodo, proprio, a proposito;* Fr. *commode, avantageux. favorable, opportun;* Hisp. *comodo, convenible, oportuno;* Germ. *bequem, gelegen, günstig, passend;* Angl. *commodious, fit, convenient, suitable, proper, seasonable, opportune).* ¶ 1. Generatim. *Cic.* 1, *Off.* 40. 142. Tempus actionis opportunum, Græce εὐκαιρία, Latine appellatur occasio. *Id. Rosc. Am.* 24. 68. Locus opportunus captus est ad eam rem. *Tac.* 4. *Ann.* 24. Locorum opportuna permunivit. *Cic.* 7. *Fam.* 7. Imperatorem liberalissimum, ætatem opportunissimam, commendationem certe singularem habes. *et* 10. *ibid.* 16. Nihil ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi, quam tuas litteras. *Sall.* in *epist. Mithr. ad Arsac. sub init.* Tibi perpetua pace frui liceret, nisi hostes opportuni et scelestissimi. *h. e.* qui quasi ante portum sunt, i. e. vicini et prope instantes impetumque minantes. ¶ 2. Speciatim aliquando ponitur pro utili, *utile, giovevole. Cic. Amic.* 6. 22. Ceteræ res, quæ expetuntur, opportunæ sunt singulæ rebus fere singulis: amicitia res plurimas continet; quoquo te verteris, præsto est. ¶ 3. Item pro apto, idoneo. *Ter. Eun.* 5. 9. 47. Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo, nemo est. *Lucret.* 6. 317. Opportuna fuit si forte et idonea flammis. ¶ 4. Item in malam partem, pro obnoxio, exposito, *esposto, soggetto. Liv.* 6. 24. Romanus cedentem hostem effuse sequendo, in locum iniquum pertractus, opportunus huic eruptioni fuit. Adde *eumd.* 1. 54. *ad fin. Cels.* 2. 10. *a med.*; et *Plin.* 9. *Hist. nat.* 31. 51. (98). Opportunus iujuriæ. *Liv.* 7. 23. Perculsos pavore rata, simul opportuniores, quod intenti tum maxime operi essent. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 12. (68).; et *Cels.* 1. 5. *ad fin.* Opportuniora morbis corpora. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 51. (172). Structura rimis opportuna. *Liv.* 25. 30. Opportuna loca dividenda præfectis esse.

OPPŌSĪTĒ *vel* obposite, adverb. ex opposito, *oppositamente, in opposizione,* ἀντικειμένως. *Boeth. Analytic. prior.* 2. 8. *p.* 509. Differt autem opposite, aut contrarie convertere conclusionem.

OPPŌSĪTĬO *vel* obpositio, ōnis, f. 3. *opposizione,* ἀντίθεσις, actus opponendi, oppositus. *Cic.* 1. *Invent.* 28. 42. Disparatum est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo: sapere, non sapere. *Gell.* 6. 1. Quid fortitudo intelligi posset, nisi ex ignaviæ oppositione?

OPPŌSĪTUM *vel* obpositum, i, n. 2. *et*

OPPŌSĪTUS *vel* obpositus, a, um. *V.* OPPONO.

OPPŌSĪTUS *vel* obpositus, us, m. 4. ¶ 1. Generatim est oppositio, *opponimento, opposizione. Cic. Marcell.* 10. 32. Non modo excubias et custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus et corporum pollicemur. *Sil. It.* 10. 212. dum consternata moratur Agmina, et opposito membrorum sistere certat. ¶ 2. Speciatim est objectus, interpositio. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 71. 73. (181). Oppositu globi noctem afferente. *Gell.* 4. 5. Inferior locus, quem sol oppositu ædium numquam illustraret. ¶ 3. Item actus, quo quid in oratione allatum est contra, *contrapposizione. Gell.* 14. 5. *ad fin.* Quum ille paullisper oppositu horum vocabulorum commotus reticuisset.

OPPRESSĬO *vel* obpressio, ōnis, f. 3. actus opprimendi, *pressione.*

I.) Proprie. *Vitruv.* 10. 3. 3. *Schneid.* Oneris oppressio. *Ita legit etiam* Schneiderus, *quamquam in eadem paragrapho simplex* pressio *pluries occurrat.* Certior est lectio apud *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *n.* 26. Tum quum omnis fuerit folliculus complicatione vacuatus, sive oppressione manus refusus quo medicamina pervenisse sentiemus, erit etc. *Capell.* 1. *p.* 20. Despuens (*mare ad litus*) divitias oppressione præsitas. *h. e.* naves opprimendo. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 316. *bis retro* ed. *Ald.* Necessario materiæ tenduntur et oppressione ventris perurgentur.

II.) Translate. *Ter. Adelph.* 2. 2. 29. Hoccine incipere Eschinum, per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet? *cogliendomi alle strette.* Supra diverat *v.* 20. O scelera! illud vide, ut in ipso articulo oppressit! *Cic. Dom.* 3. 5. Obsessio templorum, occupatio fori, oppressio curiæ. *h. e.* subita invasio. *Id.* 3. *Off.* 21. 83. Probat legum et libertatis interitum, earumque oppressionem tetram et detestabilem, gloriosam putat. *oppressione.*

OPPRESSĬUNCULA *vel* obpressiuncula, æ, f. 1. *deminut.* parva oppressio, *compressioncella. Plaut. Pseud.* 1. 1. 65. Teneris labellis molles morsiunculæ, papillarum horridularum oppressiunculæ.

OPPRESSOR *vel* obpressor, ōris, m. 3. *oppressore,* qui opprimit. *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 16. *circa med.* Ut vindices et oppressores dominationis salvi sint.

OPPRESSUS *vel* obpressus, a, um. *V.* OPPRIMO.

OPPRESSUS *vel* obpressus, us, m. 4. pressio, oppressio. In Ablat. sing. *Lucret.* 1. 851. Nam quid in oppressu valido durabit eorum? *Sidon.* 9. *Ep.* 11. *ad fin.* Si saxei montis oppressu fontium conditorum vena celetur.

OPPRĪMO *vel* obprimo, prĭmis, pressi, pressum, primere, a. 3. (ob *et* premo). Part. *Oppressus* in omnibus fere paragr.; *Oppressurus* II. 3. et 4.; *Opprimendus* I. 1. et II. 4. — Opprimere est idem quod premere, contra aut valde premere, comprimere, καταπιέζω (It. *premere, calcare, comprimere, opprimere;* Fr. *presser, comprimer;* Hisp. *comprimir, apretar, oprimir, estrechar;* Germ. *herab-oder niederdrücken, zudrücken, zuhalten;* Angl. *to press, press or bear doum, press strongly or agaiast, oppress*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cato R. R.* 46. Taleam demittito opprimitoque pede. *Lucan.* 3. 678. et vulnera læva Oppressere manu. *Ovid.* 3. *Art. am.* 721. Vidit ut oppressam, vestigia corporis, herbam. *calcata.* Sic *Martial.* 14. 159. Oppressa pluma. *scil.* culcitæ, seu lecti. *Cic. Cluent.* 40. 110. Quod Rostra jamdiu vacua locumque illum a tribunicia voce desertum oppresserat. *h. e.* calcaverat, occupaverat, pede presserat. *Id.* 2. *Divinat.* 23. 51. Quomodo potuit terra oppressus vivere? Cf. *Virg.* 1. *Æn.* 133. Fluctibus oppressos Troas cælique ruina. *Gell.* 10. 6. Majore copia populi oppressa. *stretta dalla calca. Seneca Herc. Fur.* 52. Vinctus et oppressus catenis. — Sic pro comprimere, claudere, *chiudere. Plaut. Asin.* 3. 2. 40.; et *Ter. Phorm.* 5. 7. 97. Os opprime. *taci.* et *Ovid.* 3. *Met.* 295. voluit deus ora loquentis Opprimere: exierat vox jam properata per auras. *Val. Max.* 2. 6. *n.* 8. Filiarum manus ad supremum opprimendorum oculorum officium advocavit. ¶ 2. Latiori, vel prægnanti, uti ajunt, significatione, est obruere, opprimendo obterere, suffocare, *schiacciare, soffocare. Cic.* 2. *Divinat.* 8. 20. Qui (*Dejotarus*) nisi revertisset, in eo conclavi ei cubandum fuisset, quod proxima nocte corruit. Ruina igitur oppressus esset. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 21. (70). Sidunt rimæ subito et opprimunt operatos. *Tac.* 6. *Ann.* 50. *extr.* Opprimere senem injectu multæ vestis. *soffocare. Ennius* apud *Cic.* 2. *Orat.* 54. 222. Flammam ore in ardente opprimere. *chiudere e soffocare.* et *Liv.* 29. 31. Orientem ignem opprimere. ¶ 3. Hinc latissimo sensu est etiam sternere. *Sueton. Ner.* 41. Quum annotasset insculptum monumento, militem Gallum ab equite Romano oppressum trahi crinibus. *Val. Flacc.* 3. 24. Oppressit jaculo redeuntem ad frena leonem.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro compescere, continere, cohibere, reprimere, atque adeo tegere, obruere, occultare, *frenare, reprimere, nascondere, sopprimere. Sall. Jug.* 75. Bomilcare aliisque multis, quos socios insidiarum cognoverat, interfectis, iram oppresserat, ne qua ex eo negotio seditio oriretur. *Seneca Consol. ad Helv.* 16. *init.* Optimum inter pietatem et rationem temperamentum est et sentire desiderium et opprimere. *Cic.* 2. *Tusc.* 14. 33. Dolorem opprimi dico patientia. *Liv.* 23. 22. *ad fin.* Ita ejus rei oppressa mentio est. *et* 38. 50. Oppressit mentionem memoriamque contentionis hujus majus certamen ortum. *Seneca Troad.* 517. Opprimere questus. *h. e.* continere. *Nepos Alcib.* 3. Ne qua repentina vis in civitate exsisteret, quæ libertatem opprimeret populi. *Id. Dion.* 6. *in fin.* Invidiam non lenire obsequio, sed acerbitate op-

primere studuit. *Justin.* 12. 13. 10. Re vera insidiæ fuerunt, quarum infamiam successorum potentia oppressit. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 11. 36. Notum iis esse debebit insigne veri: quo obscuro et oppresso, quod tandem sibi verum vindebuntur attingere? *Id. Rosc. Am.* 41. 121. Est quiddam, quod occultatur; quod quo studiosius ab ipsis opprimitur et absconditur, eo magis eminet et apparet. — Hinc *litteræ oppressæ* in loquendo, quum earum sonus obscure profertur. *Cic.* 1. *Off.* 37. 133. Sonus erat dulcis: litteræ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset, aut putidum. *borbottate.* ¶ 2. Item pro gravare, affligere, frangere, fere semper passive: ad rem *Cic. Rosc. Am.* 4. 10. Opprimi me onere officii malo, quam etc. *Id. post redit. in senat.* 7. 18. Senatus oppressus et afflictus. *Id.* 6. *Verr.* 50. 111. Operti oppressique contumeliis. *et* 3. *ibid.* 7. 20. Criminibus et testibus obrutus atque oppressus. *Id. Cluent.* 10. 30. Innocens oppressus et circumventus judicio. *Auct. B. G.* 8. 5. Oppressi Carnutes hiemis difficultate, terrore periculi. *Liv.* 24. 33. Oppressus metu. *Cæs.* 4. *B. G.* 15. Timore, lassitudine, et vi fluminis oppressi perierunt. *Nepos Thrasyb.* 1. Patriam a tyrannis oppressam e servitute in libertatem vindicare. *Id. ibid.*; et *Cic. Dom.* 51. 131. Servitute oppressas Athenas tenere. *Cic.* 9. *Fam.* 14. Oppressus totius corporis doloribus. *Id.* 4. *Fam.* 6. Opprimor interdum, et vix resisto dolori, quod ex me solatia deficiunt, quæ etc. *Gell.* 17. 10. Oppressus morbo. *Cic.* 2. *Cat.* 4. 8.; et *Sall. Cat.* 41. ære alieno. *Cic.* 2. *Cat.* 2. 4. invidia. Sic *Quintil.* 7. 2. 30. Opprimere aliquem invidia. ¶ 3. Item est arripere, in tempore capere, atque adeo occupare, deprehendere, subito invadere, *afferrare, cogliere, sorprendere. Plaut. Asin.* 2. 2. 15. Si mecum occasionem opprimere hanc, quæ obvenit, studet. *togliere, attrappare l'occasione. Ter. Andr.* 1. 3. *in fin.* Conveniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat. *colga, sorprenda. Id. ibid.* 1. 2. 10. Id voluit, nos interea oscitantes opprimi. *Id. Adelph.* 2. 2. 20. O scelera! illud vide, ut in ipso articulo oppressit! *Plaut. Cas.* 5. 2. 15. Forem obdo, ne senex me opprimat. *Liv.* 26. 12. Rhegium eo cursu contendit, ut prope repentino adventu incautos oppresserit. *Cæs.* 4. *B. G.* 4. Inscios inopinantesque Menapios oppresserunt. *Auct. B. Alex.* 75. Cæsar neque opinans imparatusque oppressus. *et ibid.* 45. Parabant se Vatiniani repente oppressi. *Cæs.* 7. *B. G.* 46. Tanta fuit in capiendis castris celeritas, ut rex subito in tabernaculo oppressus vix se eriperet. *Sueton. Aug.* 16. Oppressus ex improviso a præfectis Pompeji, uno demum navigio ægerrime effugit. *Justin.* 2. 8. 1. Matronas Atheniensium in Eleusinis sacris noctu oppressuri naves conscendunt. *Cic. Rabir. Post.* 10. 27. Qui quum a Mithridate Mytilenis oppressus esset, crudelitatem regis in togatos vestitus mutatione vitavit. *Id.* 15. *Att.* 1. Quum hominem temperantem tantus improviso morbus oppresserit. Cf. *eumd.* 5. *Verr.* 91. 213. Antonium, quum multa contra sociorum salutem et faceret et cogitaret, in mediis ejus injuriis et cupiditatibus mors oppressit. *Id. Senect.* 14. 49. Quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, quum mane cœpisset! *Auct. B. G.* 8. 14. Oppressi luce copias instruunt. ¶ 4. Item subigere, vincere, domare, subvertere, ita ut surgere amplius et restituere se quis nequeat: qua significatione usurpatur — *a*) Sæpissime in re militari. *Cic. Fontej.* 12. 26. Nationem Allobrogum armis confidere atque opprimere. *Id. Mur.* 15. 32. Mithridatem Muræna repressum magna ex parte, non oppressum reliquit. *et ibid.* 14. 31. Quam laudem ille, Africa oppressa, cognomine ipso præ se ferebat. *Id. Dom.* 10. 26. Oppressa captaque respublica. *Nepos Themist.* 8. Quod societatem cum rege Persarum ad Græciam opprimendam fecisset. *per opprimere e soggiogare. Id. Datam.* 9. Postquam bello eum opprimi non posse animadvertit, insidiis interficere studuit. *Vellej.* 2. 118. 2. Arminius haud imprudenter speculatus, neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret. *Cic.* 10. *Fam.* 20. Qui reliquias hujus belli oppresserit, eum totius belli confectorem fore. *Liv.* 30. 9. Oppressurus navalia castra. — *b*) In re judiciali et politica. *Cic. Quinct.* 2. 7. Iniquo judicio opprimere aliquem. *Liv.* 1. 51. Quia pro imperio palam interfici non poterat, oblato falso crimine insontem oppressit. Cf. *Justin.* 3. 1. 6. Rem prodit Artaxerxi, ut pater ejus occisus sit, ut frater falsa parricidii suspicione oppressus, ut denique etc. *Nepos Datam.* 5. Quo facto cuncti ad eum opprimendum consenserant. *a rovinarlo.* — *c*) Huc referri possunt et illa *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 14. 44. Numquam me ille opprimet consilio, numquam me ullo artificio perrertet. *mi sopraffarà. Id. Rosc. Am.* 13. 36. Hominum perniciosam atque intolerandam potentiam exstinguere atque opprimere. *Justin.* 12. 1. 8. Quem motum contractis militibus in ipso ortu oppressit. *Sueton. Tib.* 65. Oppressa conjuratio. *soppressa colla forza. Cic. Amic.* 21. 78. Danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant: sin tale aliquid evenerit, ut exstinctæ potius amicitiæ, quam oppressæ esse videantur. *distrutte per forza.* ¶ 5. Item e medio tollere, necare. *Phædr.* 5. 3. Calvi momordit musca nudatum caput. Quem opprimere captans, alapam sibi duxit gravem. *Sueton. Claud.* 37. Confestimque is pro deprehenso ad pœnam raptus est. Pari modo oppressum ferunt App. Silanum. *Id. Tit.* 6. Suspectissimum quemque sibi haud cunctanter oppressit. ¶ 6. De eo, qui precibus onerando et obtundendo pervicit, et quod volebat, extorsit. *Plaut. Mil. glor.* 4. 5. 9. Nam si posset ullo modo impetrari, ut abiret, ne te abduceret, operam dedi: verum oppressit.

OPPRŌBRĀMENTUM *vel* obprobramentum, i, n. 2. idem atque opprobrium. *Plaut. Merc.* 2. 3. 87. Quam opprobramentum, aut flagitium muliebre inferri domo.

OPPRŌBRĀTIO *vel* obprobratio, ōnis, f. 3. ὀνειδισμός, actus opprobrandi. *Gell.* 12. 12. Tum Cicero inopinata opprobratione permotus. *esprobazione, rinfacciamento.* et 2. 7. Sine opprobratione acerba reprehensionis.

OPPRŌBRĀTOR, ōris, m. 3. qui opprobrat, qui exprobrat, censor. *Apul. de Mag.* Ita et tibi umbra ignobilitatis opprobratori obstitit, et ego numquam studui malefacta cujusdam cognoscere. *Oudendorp.* leg. *a probatore*; alii aliter; cl. *Quicherat.* legit *opprobratori*, quod probandum videtur.

OPPRŌBRĀTUS *vel* obprobratus, a, um. *V.* OPPROBRO.

OPPRŌBRĬŌSUS *vel* obprobriosus, a, um, adject. *obbrobrioso*, opprobrii plenus. *Imp. Justinus Cod.* 1. 3. 41. Absurdum clericis est, immo etiam opprobriosum.

OPPROBRĬUM *vel* obprobrium, ii, n. 2. (ob *et* probrum) probrum, infamia, dedecus, ὄνειδος (It. *obbrobrio, disonore, infamia, vilupero*; Fr. *opprobre, déshonneur, honte, infamie*; Hisp. *oprobrio, ignominia, afrenta, deshonra*; Germ. *d. schimpfliche Vorwurf, Schimpf, die Beschimpfung*; Angl. *a disgrace, scandal, dishonour, infamy*).

I.) Proprie. *Horat.* 1. *Ep.* 9. 10. majoris fugiens opprobria culpæ. *Nepos Con.* 3. *sub fin.* Vereor, ne civitati meæ sit opprobrio, si etc. *Ovid.* 2. *Trist.* 445. Nec fuit opprobrio celebrare Lycerida Gallo. *Quintil.* 3. 7. 19. Et turpitudo generis opprobrio multis fuit, et quosdam claritas ipsa notiores circa vitia et invisos magis fecit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 66. (249). Dedecus habetur opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi.

II.) Translate. ¶ 1. Est convicium, exprobratio, *villania, rinfacciamento. Horat.* 2. *Ep.* 1. 146. Versibus alternis opprobria rustica fudit. *Id.* 1. *ibid.* 16. 38. Morderi opprobriis falsis. *Ovid.* 1. *Met.* 758. pudet hæc opprobria nobis Et dici potuisse, et non potuisse referri. *Sueton. Aug.* 53. Domini appellationem, ut maledictum et opprobrium, semper exhorruit. *et ibid.* 7. Pro opprobrio objicere alicui nomen suum. *Quintil. Declam.* 15. 2. Maledictis opprobriisque vulgi pulsari. *et Declam.* 19. 1. Facile prorumpere in opprobria. *Inscript.* apud *Henzen.* 6086. SI QVIS IN OBPROBRIVM ALTER ALTERIVS DIXERIT, EI MVLTA ESTO HS XII. N. SI QVIS QVINQVENNALI INTER EPVLAS OBPROBRIVM AVT QVID CONTVMELIOSE DIXERIT, EI MVLTA ESTO HS. XX. N. ¶ 2. Abstractum pro concreto, uti ajunt, dicitur de homine, qui opprobrio est. *Catull.* 28. 14. At vobis mala multa dii deæque Dent, opprobria Romuli Remique. *Tac.* 3. *Ann.* 66. Opprobrium majorum Mamercus.

OPPRŌBRO *vel* obprobro, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ob *et* probrum). Part. *Opprobratus.* — Opprobrare est opprobrio dare, objicere, *rinfacciare, villaneggiare, esprobare,* ὀνειδίζω. *Paul. Diac. p.* 187. 9. *Müll.* Obprobrare probrum objicere. *Plaut. Most.* 1. 3. 143. Egone id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier? *Id. Truc.* 2. 2. 25. Rus tu mihi opprobras? *Gell.* 17. 1. *in fin.* Ut opprobraret adversariis. *Id.* 3. 5. *in lemmate.* Mollitia cuidam opprobrata acerbe simul et festiviter.

OPPUGNĀTĬO *vel* obpugnatio, ōnis, f. 3. actus oppugnandi, *oppugnazione, attacco, assalto,* πολιορκία.

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Orat.* 48. 210. De signorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus. *Liv.* 4. 29. Non segnior oppugnatio est, quam pugna fuerat. *Cæs.* 5. *B. G.* 36. Oppugnationem sustinere. *Cic. Cæl.* 9. 20. inferre. *et ibid.* propulsare. *Tac.* 13. *Ann.* 41. incipere. *et* 15. *ibid.* 16. relinquere. *Sall. Jug.* 27. *in fin.* Ab oppugnatione desistere.

II.) Translate de accusatione et insectatione forensi. *Cic. Vatin.* 2. 5. Veterem meum amicum defenderim, quum in hac civitate oppugnatio soleat, qua tu nunc uteris, nonnumquam, defensio numquam vituperari. Adde *eumd.* 2. *ad Q. fr.* 8.

OPPUGNĀTOR *vel* obpugnator, ōris, m. 3. qui oppugnat, *oppugnatore, assalitore,* πολιορκητής.

I.) Proprie. *Cic.* 12. *Phil.* 3. 8. Hostis et oppugnator patriæ Antonius. *Tac.* 3. *Hist.* 71. Ignem tectis oppugnatores injecerunt.

II.) Figurate. *Cic. Planc.* 31. 76. Meæ salutis non modo non oppugnator, sed etiam defensor fuit.

OPPUGNĀTŌRĬUS *vel* obpugnatorius, a, um, adject. ad oppugnationem pertinens. *Vitruv.* 10. 22. Hostes comparant res oppugnatorias. Adde *eumd. ibid.* 19.

OPPUGNĀTRIX *vel* obpugnatrix ĭcis, f. 3. quæ oppugnat. *Augustin. Serm.* 30. Hæc est enim salus animarum, dissipatrix vitiorum, restauratrix virtutum, oppugnatrix dæmonum.

OPPUGNĀTUS *vel* obpugnatus, a, um. *V.* voc. seq.

OPPUGNO *vel* obpugno, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Oppugnans, Oppugnaturus* et *Oppugnandus* sub *A* I.; *Oppugnatus* sub *A.* I. et II. — Oppugnare duo diversa significat, prout est *A*) A verbo *pugno, as*; vel *B*) A nomine *pugnus, i.*

A) Oppugnare, ex *ob* et verbo *pugno*, est contra pugnare, armis aggredi, oppugnationem inferre: cui contrarium est *propugnare*, ut apud *Gell.* 9. 1. Oppidum a Metello oppugnari: contra ab oppidanis desuper e muris propugnari. Gr. πολιορκέω, πολεμέω (It. *assalire, attaccare, combattere, oppugnare*; Fr. *combattre, attaquer, assaillir, assiéger*; Hisp. *combatir, atacar, sitiar*; Germ. *angreifen, bekämpfen, belagern, bestürmen*; Angl. *to fight against, assail, attack, assault, combat, engage, try to take by force, storm*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Fam.* 10. Ibi quintum et vigesimum jam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum Pindenissum, tantis operibus tantoque negotio, ut etc. *Id. pro leg. Manil.* 8. 20. Urbe obsessa et oppugnata vehementissime. *Id. Harusp. resp.* 4. 6. Carthaginem a multis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactatam, pæne captam aliquan-

do, solus evertit. *Cæs.* 7. *B. G.* 41. Summis copiis oppugnata castra. Sic *Id.* 6. *ibid.* 41. Germani castra oppugnaturi. *et* 5. *ibid.* 21. Oppugnare locum. *et* 2. *ibid.* 6. magno impetu oppidum. *et* 1. *ibid.* 44. Omnes Galliæ civitates ad se oppugnandum venisse, ac contra se castra habuisse. *Justin.* 9. 5. 4. Sive adjuvandus ea manu rex oppugnante aliquo foret. *Tac.* 3. *Hist.* 30. Magna pars Italiæ stato in eosdem dies mercatu congregata: quod defensoribus auxilium ob multitudinem, oppugnantibus incitamentum ob prædam, erat. *Liv.* 2. 11. Consiliis ab oppugnanda urbe ad obsidendam versis. *Propert.* 3. 9. 13. Ausa ferox ab equo contra oppugnare sagittis Mæotis Danaum Penthesilea rates. *Gell.* 6. 3. Serpens ballistis et catapultis diu oppugnatus.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe transfertur ad civilem et forensem insectationem, accusationes, inimicitias, *perseguitare, accusare, travagliare, far guerra, impugnare. Cic.* 5. *Fam.* 2. *a med.* Quare ego non oppugnavi fratrem tuum, sed fratri tuo repugnavi. *Id. Quinct.* 12. 40. Credamus hoc, Sex. Nævium, cujus caput oppugnet, ejus auribus pepercisse. *Sall. Cat.* 49. Piso oppugnatus in judicio repetundarum. *Metell.* ad *Cic.* 5. *Fam.* 1. Metellum fratrem ob dictum capite et fortunis per te oppugnatum iri. *Id.* 1. *ibid.* 1. Regis legatus aperte pecunia nos oppugnat. *Id.* 2. *Orat.* 38. 161. Carneades nullam unquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnavit, quam non everterit. *Id. Orat.* 66. 223. Clandestinis consiliis oppugnare aliquem. *Id. Cæcin.* 24. 67. verbis æquitatem. *impugnare, far contro. Plaut. Most.* 3. 1. 154. Oppugnare consilia alicujus. *tentar di rompere i disegni, frastornare, impedire.* et *Bacch.* 5. 2. 52. delictum aliquod. *perseguitare. Propert.* 2. 12. 45. Roma propriis circum oppugnata triumphis. ¶ 2. Est etiam idem ac repugno, resisto. *Coripp.* 4 *Joanneid.* 468. sonipes celer æquore toto Oppugnat frenis.

B) Oppugnare, ex *ob* et nomine *pugnus*, est pugno tundere. *Plaut. Cas.* 2. 6. 59. Malo, Chaline, tibi cavendum censeo. CHA. temperi postquam oppugnatum est os.

OPPŬTO *vel* obputo, as, are, 1. 1. (ob *et* puto) *tagliare, potare*, idem quod puto, *h. e.* arborum ramos cædo. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (156). Opputatur autem quidquid proximo tulit fructum.

OPPŬVĬAT verberat. *Paul. Diac. p.* 191. 4. *Müll.* Alii leg. *obpuvit.* Hinc *obpuvia* vel *oppuvium*, verberatio, verber. *Afranius*: Obpuviis pueri coercentur. Ita Lexicographi: et videntur hujus fragmenti vestigia esse in ipsis *Paul.* verbis, ubi ait: Obpuviat verberat, a puviendo, id est feriendo. Unde pueri, quod puniendo (*Müllerus* leg. *puviendo*) coercentur, id est plagis, unde et *pavimenta. Legunt alii:* Unde pueri, quod obpuviis coercentur. V. *Jan. Douzam ad fragm. Lucil. n.* 88. Aliter tamen sentit *Müllerus. l. c.*

OPPUVIUM *vel* obpuvium. *V.* voc. præced.

ŌPRĪMENTUM. *V.* OPERIMENTUM.

OPS, ŏpis, f. 3. Olim vox fuit adjectiva, opulentum significans, ut *Festus p.* 190. 18. *Müll.* docet: unde ejus contrarium *inops.* V. COPS. Fuit etiam *ops* auxilium ferens. Unde *Accius* apud *Priscian.* 7. *p.* 752. *Putsch. de Hercule.* Quorum genitor fertur esse ops gentibus. Potest tamen, inquit *Priscian.*, etiam feminino genere hic intelligi figurate conjunctum masculino, ut si dixisset: Quorum genitor auxilium fuit gentibus. — Verum tum hæ significationes, tum usus recti casus, atque etiam dativi, jam obsolevit, solumque *opis, opem, ope* remansit: cf. *Phocæ art. p.* 1709. *Putsch.* In plurali autem numero *opes, opum, opibus* frequentissime usurpantur. — Ratione habita etymi, *ops* est a themate *op*, quod cum verbis *opus, copia, opulens* est conjungendum; vel, ut aliis placet, ab *Ops*, quæ est terra, cujus sunt omnia, unde ditescimus, fruges, pecora, pecuniæ etc. — Ceterum *ops* est vis, facultas, potentia, virtus, seu quidquid, ad ea, quæ grandia et maximi momenti sunt, perficienda plurimum confert (It. *forze, potere, potenza, facoltà, mezzi potenti a compiere cose grandi*; Fr. *force, puissance, pouvoir, faculté, moyen, ressource*; Hisp. *fuerza, potencia, poder, dominio, facultad, medios*; Germ. *die Macht, das Vermögen, überhaupt jedes Mittel zur Ausrichtung grosser und wichtiger Dinge*; Angl. *power, weight, influence, authority, forces, resources*).

I.) Proprie. ¶ 1. Quoniam omnia regina pecunia donat, ut ait poeta, *opes* in plur. num. sunt divitiæ, opulentia, *ricchezze, facoltà, beni, averi*, πλοῦτος. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 19. 44. Pol mihi fortuna magis nunc defit, quam genus. Namque regnum suppetebat mi, ut scias, quanto e loco, Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna occidat. *Plaut. Stich.* 5. 4. 13. Nos tamen efficimus pro opibus nostris mœnia. *Ovid.* 1. *Trist.* 10. 44. meritæ cadet agna Minervæ: Non facit ad nostras hostia major opes. *Virg.* 2. *G.* 507. Condit opes alius, defossoque incubat auro. *Horat.* 3. *Od.* 16. 28. magnas inter opes inops. *Ovid.* 13. *Met.* 434. sceleris nisi præmia magnas Adjecisset opes, animi irritamen avari. *Id.* 3. *Trist.* 10. 59. Ruris opes parvæ, pecus et stridentia plaustra. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 58. (117). Nec dona prodigi principis fuerant, sed avitæ opes, provinciarum scilicet spoliis captæ. *et ibid.* 59. (122). Relictus ab eo in amplis opibus heres. *Id.* 35. *ibid.* 9. 36. (62). Opes tantas acquisivit, ut in ostentatione earum etc. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 112. puer hunc ego parvus Ofellum Integris opibus novi non latius usum, Quam nunc accisis. *Tac.* 3. *Ann.* 55. Ut quisque opibus, domo, paratu speciosus, per nomen et clientelas illustrior habebatur. *et ibid.* 30. Opumque, quis domus illa immensum viguit, primus accumulator. ¶ 2. Sæpius significant potentiam, quæ maxime quidem divitiis, tum vero auctoritate, gratia, amicorum et cognatorum copia, eloquentia, gloria militari, aliisque bonis, aut pravis artibus comparatur, *potenza, autorità, credito, forze.* Itaque latius patent opes, quam divitiæ, quia illis hæ includuntur, non contra. Unde *Cic.* fere opes et divitias distinguit, ut 8. *Att.* 11. *sub init.* Moderatori reipublicæ beata civium vita proposita est: ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. et *Id. Quinct.* 1. 2. P. Quinctius, cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt, cum adversario gratiosissimo contendit. *Id.* 5. *Fin.* 27. 81. Certe in bonis numerabis divitias, honores, opes. *Id.* 2. *leg. Agr.* 30. 82. Ad paucos opibus et copiis affluentes totum agrum Campanum perferri videbitis. *Id. Amic.* 6. 22. Ceteræ res opportunæ sunt singulæ rebus fere singulis, divitiæ ut utare, opes ut colare, honores ut laudere, etc. *Id.* 1. *Phil.* 12. 29. Opes violentas et populo R. minime ferendam potentiam concupiscere. *Id.* 3. *Tusc.* 11. 25. His perturbationibus, quas stultitia immittit, omnibus viribus atque opibus repugnandum est. *et* 1. *Off.* 3. 9. Consultant, ad vitæ commoditatem jucunditatemque, ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam conducat id, nec ne, etc. *Cæs.* 1. *B. G.* 20. Quibus opibus ac nervis ad perniciem suam uteretur. *Horat.* 3. *Od.* 3. 26. nec Priami domus Perjura pugnaces Achivos Hectoreis opibus refringit. *h. e.* viribus et virtute, *col valore.* ¶ 3. Dicitur sæpe de potentia reipubl. et viribus imperii, quæ constant multitudine et opulentia civium, vectigalium et ærarii copia, studio et peritia rei militaris, *forze, potenza, eserciti.* — *a*) In plur. num. *Virg.* 2. *Æn.* 4. Trojanas ut opes et lamentabile regnum Eruerint Danai. *Liv.* 2. 21. Tarquinius mortuus est Cumis, quo se post fractas opes Latinorum contulerat. *Nepos Epam.* 6. *extr.* Lacedæmoniorum opes concussit. *Id. Alcib.* 5. Atheniensium opes senescere, contra Lacedæmoniorum crescere. *et ibid.* 10. Regis opes minuere. *Id. Miltiad.* 5. *extr.* Nulla unquam tam exigua manus tantas opes prostravit. *Id. Con.* 4. Ducem fortem et prudentem regiis opibus præfuturum, ac secum dimicaturum videbant. *Tac.* 12. *Ann.* 44. Iberos Pharasmanes, vetusta possessione: Armenios frater ejus Mithridates obtinebat opibus nostris. *Liv.* 9. 22. Tum in minime pertinaci genere pugnæ sic fortuna exercuit opes, ut insignes utrimque clades et clara ipsorum ducum ederet funera. *Virg.* 8. *Æn.* 171. Auxilio lætos dimittam opibusque juvabo. Ubi *Servius*: id est militibus: *opes* antiqui vocabant milites. — *b*) In sing. num. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 19. 44. Vidi ego te (*o Troja*) adstante ope barbarica Tectis cælatis, laqueatis etc. *h. e.* integris Trojæ rebus et Priami imperio manente. Adde *Virg.* 8. *Æn.* 685. ¶ 4. De viribus corporis, et animi, quibus unusquisque pollet. — *a*) De viribus corporis. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. Romani scalis summa nituntur opum vi. *Virg.* 12. *Æn.* 552. Pro se quisque viri magna nituntur opum vi. — *b*) Generatim de viribus corporis et animi, fere in sing. num. *Sall. Cat.* 1. Omnes homines, qui sese student præstare ceteris animalibus, omni ope niti decet ne vitam silentio transeant. *Cic.* 14. *Att.* 14. *ad fin.* Omni ope atque opera enitar, ut senatus consultum fiat. *Id. Mil.* 11. 30. Ut omnem semper vim, quacumque ope possent, a vita sua propulsarent. *Virg.* 1. *Æn.* 604. grates persolvere dignas Non opis est nostræ, Dido. *Liv.* 8. 16. Itaque (*Patres*) omni ope adnisi sunt, ut maximum ea tempestate imperatorem M. Valerium Corvum consulem quartum facerent. ¶ 5. Sæpe est vis et potentia, qua alteri auxiliamur, *ajuto, soccorso*, βοηθεια. — *a*) Frequenter in sing. num. et — In bonam partem. *Cic.* 9. *Att.* 16. Cæsar jam opes meas, non, ut superioribus litteris, opem exspectat. *Id.* 1. *Off.* 15. 49. Ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. *Id.* 16. *Att.* 13. *sub fin.* Hæc nec institui, nec effici potest sine tua ope. *Id.* 4. *Fam.* 1. Aliquid opis occidenti reipubl. tulissemus. *Plin.* 4. *Ep.* 15. *sub fin.* Omni ope, labore, gratia juvare quempiam in petendis honoribus. *Virg.* 2. *G.* 428. Vi propria nituntur, opis non indiga nostræ. *Cic.* 5. *Tusc.* 2. 5. Ad te confugimus, a te opem petimus. *Id. Fontej.* 11. 23. Confugere ad opem alicujus. *Id. fragm.* apud *Priscian.* 7. *p.* 733. *Putsch.* Ab Jove opem auxiliumque petamus. *Id.* 2. *Fin.* 35. 118. Opem indigentibus salutemque ferre. *Flor.* 1. 21. implorare adversus aliquem. *et* 3. 2. et auxilium flagitare. *Plin. Paneg.* 30. *ad fin.* alicujus invocare. *Sueton. Vesp.* 7. valetudinis orare. *Stat.* 10. *Theb.* 51. exposcere. *Ovid. Heroid.* 21. 174. salutiferam dare cuipiam. *Id.* 8. *Met.* 601. afferre. *Id. Remed. am.* 116. admovere. *Id.* 2. *Amor.* 9. 8. Ope medica juvare aliquem. *Id.* 1. *Trist.* 3. 9. Non mihi servorum, comitis non cura legendi, Non aptæ profugo vestis, opisve fuit. *provvisione.* — In malam partem. *Liv.* 44. 7. *ad fin.* Adeo sine ulla ope hostis, quæ aggravaret, cum ipsa difficultate pugnandum erat. — *b*) In plur. num. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 36. minor in certamine longo Imploravit opes hominis, frenumque recepit. *et* 2. *ibid.* 2. 136. Hic ubi cognatorum opibus curisque refectus, etc.

II.) Translate. *Ovid.* 2. *Art. am.* 343. *de amne.* Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo. *et* 652. Firmaque adoptivas arbor habebit opes. *h. e.* fructus ex insitione. *Sever. Ætn.* 293. Spiritus collectus pellit opes aquæ. *h. e.* vim et copiam aquæ. *Val. Flacc.* 6. 449. Ergo opibus magicis et virginitate tremendam Juno duci sociam conjungere quærit Achivo. *h. e.* facultate et scientia rerum magicarum. — *NB.* De nomine deæ proprio, *V.* in ONOM.

OPSŌNĬUM, li, n. 2. *V.* OBSONIUM init.

OPTĀBĬLIS, e, adject. Comp. *Optabilior.* — Optabilis est qui optari debet, optandus, expetendus, optatus, *desiderabile, bramato*, αἱρετὸς σπευκτός. *Cic.* 1. *Orat.* 51. 221. Quæ vulgo expetenda atque optabilia videntur. *Ovid.* 9. *Met.* 758. venit ecce optabile tempus, Luxque jugalis adest. *Cic.* 1. *Off.* 14. 45. Quæ ut concurrant omnia, optabile est; si minus, etc. *Id. Pis.* 14. 33. Utrum bono viro optabilius putas, sic exire, ut *etc.* an, ut etc?

OPTĀBĬLĬTER, adverb. Comp. *Optabilius.* — Optabiliter est cum desiderio, *desiderabilmente*, ἐυκτῶς. *Cic.* 1. *Tusc.* 40. 96. Quam optabiliter iter illud jucundum esse debet? Optimæ quæque editt. ex MSS. τὸ *optabiliter* omittunt. *Val. Max.*

5. 1. *in fin.* Ut optabilius in patria, ita speciosius pro patria etc.

OPTĀTĬO, ōnis, f. 3. ¶ 1. Generatim est optio, eligendi facultas, *scelta. Cic.* 3. *Off.* 25. 94. Theseo quum tres optationes Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti. Est qui legit *optiones.* Adde *Symmach.* 1. *Ep.* 1. *sub fin.* cum ead. var. lect.; *Paul. Diac. p.* 184. 13. *Müll.*; et *Donat.* ad *Ter. Eun.* 5. 9. 27. ¶ 2. Speciatim est rhetorum figura, in sententiis, εὐχή. *Cic.* 3. *Orat.* 53. 205. Purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atque exsecratio. *Quintil.* 9. 2. 3. Qui affectus erunt concitati, detracta voce libera, effrenatiore iracundia, objurgatione, optatione, exsecratione? — Exemplum sit illud *Cic. Flacc.* 2. 5. Atque utinam inimici nostri mecum potius contendant! *et ibid.* 31. 75. Vellem tantum habere me otii, ut etc.

OPTĀTĪVĒ, adverb. optativo modo. *Priscian.* 18. *p.* 1157. *Putsch.* Virgilius in VI. *Hac Trojana tenus fuerit fortuna secuta.* Ecce hic *fuerit*; optative posuit in precatione Æneæ hoc verbum, quod etc.

OPTĀTĪVUS, a, um, adject. *ottativo*, εὐκτικός, qui optationem continet, ut *Modus optativus* in verbis quo optandi actus significatur, apud *Diomed.* 1. *p.* 330. *Putsch.*; *Priscian.* 8. *p.* 807. *et* 821.; et *Capell.* 3. *p.* 83. Optativa adverbia, *Priscian.* 15. *p.* 1021. Optativæ conjunctiones, *Charis.* 2. *p.* 200. — Ceterum extra rem grammaticam *Servius* ad illud *Virg.* 1. *Æn.* 730. tum facta silentia tectis *hæc habet*: mos erat apud veteres, ut lumini incenso silentium præberetur, ut optativam sibi laudem loquendo nullus averteret.

OPTĀTŌ, adverb. εὐκτῶς, optabiliter, ex voto. *Plaut. Amph.* 2. 2. 26. Certe me illi exspectatum optato venturum scio. *come ei desidera. Cic.* 13. *Att.* 28. *sub fin.* Nisi quid te aliud impedit, mihi optato veneris. Adde *Ter. Andr.* 3. 3. 1.; et *Virg.* 10. *Æn.* 405. *Lamprid. Alex. Sev.* 43. Si id optato evenisset.

OPTĀTUM, i, n. 2. *et*

OPTĀTUS, a, um. *V.* OPTO in fin.

OPTĬCĒ, es, f. 1. *ottica*, ὀπτική, ars et facultas, qua visus ratio dirigitur; vox Græca, ab ὄπτομαι *video. Vitruv.* 1. 1. Ut sit peritus graphidos, eruditus geometria, et optices non ignarus. *V. Gell.* 16. 18., ubi Græce scribitur.

OPTĬMAS *vel* optumas, ātis, *et sæpius in plur. num.*

OPTĬMĀTES *vel* optumates, um *et* ium, commun. gen. 3. (optimus). *Optimas* in singulari numero effertur a *Charis.* 1. *p.* 20.; *Priscian.* 4. *p.* 620.; et *Consent. p.* 2039. *Putsch.* — *a*) Substantivorum more, *optimates* sunt qui optimis suam causam probatam volunt. Duo enim fuere in republ. hominum genera, qui excelliere cuperent: alii ea, quæ agebant ac dicebant, populo jucunda esse volebant, eoque dicti populares: alii ita sua instituebant, ut optimo cuique suam causam probarent, atque inde appellati optimates. Hanc utriusque nominis causam affert *Tullius* ipse *Sext.* 45. 96. — Sunt etiam optimates optimi quique in republica: sunt, inquit *Cic. ibid.*, principes consilii publici, et qui eorum sectam sequuntur: sunt maximorum ordinum homines, quibus patet curia: sunt municipales rusticique Romani: sunt negotia gerentes: sunt etiam libertini optimates: numerus late et varie diffusus: sed genus universum brevi circumscribi et definiri potest: Omnes optimates sunt qui neque nocentes sunt, nec natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. Hæc *Cic.*; unde patet, duplex hominum genus hac voce significari, et optimum quemque, cujuscumque sit conditionis; et qui voluntati, commodis, opinioni optimi cujusque in gubernanda republ. servit. Verum hæc oratorie dicit *Cic.*, et ut causæ suæ inserviat, et optimatium nationem ab invidia liberet, qua apud populum laborabat. Ceterum hoc nomine fere significantur nobiliores, opulentiores, potentiores, quorum in manibus plerumque est reipublicæ administratio, proceres, primores, patres, senatus: uno verbo ea pars civium, quæ numero minor est, dignitate et potentia major, et a plebe distinguitur, *primati, nobili, ottimati, οἱ δυνατοί, ἀριστῆες, ὀλίγοι.* — In plur. num. *Cic.* 1. *de republ.* 26. Quum (*summa rerum*) est penes delectos, tum illa civitas optimatium arbitrio regi dicitur. *et ibid.* 27. In optimatium dominatu. *Id.* 2. *Invent.* 17. 52. Contra voluntatem omnium optimatum. *Nepos Alcib.* 5. Erat enim populi potentiæ non amicus, et optimatum fautor. *Tac.* 4. *Ann.* 32. Plebis et optimatium certamina. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 21. (52). Cui plebs adstans plausit, optimates vero bellum Marsicum imputavere. Adde *Cic.* 2. *Off.* 23. 80. et *Sueton. Cæs.* 19., *Aug.* 10. *et Tib.* 2. — In sing. num. *Cœlius* ad *Cic. post ep.* 9. *l.* 10. *ad Att.* Vide, ne dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter, quod optimum sit, eligas. — *b*) Adjective. — In plur. num. *Ennius* apud *Cic.* 7. *Fam.* 6. Quæ Corinthum arcem altam habetis, mationæ opulentæ, optimates. — In singulari num. *Cic.* apud *Non. p.* 342. 31. *Merc.*, h. e. 2. *de republ.* 23. Statu esse optimo constitutam rempublicam, quæ ex tribus generibus illis, regali, et optumati, et populari confusa modice.

OPTĪMĒ *vel antiqu.* optume, adverb. *V.* BENE.

OPTĪMĪTAS, ātis, f. 3. vox est minime Latina. *Capell.* 4. *p.* 109. Cognoscendum est, dici quasdam substantias ex qualitatibus, quarum nomina non inveniuntur. Nam ut bonum dicimus a bonitate, non ita optimum ab optimitate. *V.* OPIMITAS. *Gloss. Lat. Gr.* Optimitas, εὐχρήστημα.

OPTĪMUS *vel antiqu.* optumus, a, um, adject. *V.* BONUS.

OPTĬO ōnis, 3. (opto) duo diversa significat, prout *A*) Est gen. feminini, vel *B*) Gen. masculini.

A) *Optio* fem. gen. est electio, eligendi facultas arbitriumque, αἵρεσις (It. *elezione, arbitrio di eleggere, libertà*; Fr. *choix, option, volonté libre*; Hisp. *escoqimento, opcion*; Germ. *die Wahl, freie Wahl, der freie Wille zum Wählen*; Angl. *choice, liberty to choose, option*). *Plaut. Cas.* 2. 4. 13. Optio hæc tua est, utram harum vis conditionem, accipe. *Cic. Fat.* 2. Utro frui malis, optio sit tua. *Id. Cæcin.* 23. 64. et *fragm.* apud *Quintil.* 5. 10. 69. Optio vobis datur, utrum velitis, etc. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 14. 45. Potestatem optionemque facere alicui, ut eligat etc. *Id. Vatin.* 17. 40. An erit hæc optio et potestas tua, ut etc? *Id. Brut.* 50. 189. Dare alicui optionem eligendi patroni. *Id.* 5. *Fin.* 29. 88. Si optio esset. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 75. Si optio eveniat tibi. *Sall. Jug.* 81. *sub fin.* Græci optionem Carthaginiensium faciunt, *h. e.* dant Carthaginiensibus optionem, ut etc. Codices plerique et vulgati libri omnes leg. *Carthaginiensium*, quam lectionem ipse *Gronovius* ad *Liv.* 27. 8. tuetur: *Kritzius* vero trium Codd. (*Bern.* 1. et *Vat.* 1. et 5) auctoritate fretus *Carthaginiensibus* præfert. *Plaut. Cas.* 2. 2. 15. Vir me habet pessumis despicatam modis, nec mihi jus meum obtinendi optio est. *non ho liberta, non posso.*

B) *Optio* masc. gen. ¶ 1. Generatim dicitur de cujusque rei adjutore. *Plaut. Asin.* 1. 1. 88. Tibi optionem sumito Leonidam: fabricare quidvis, quidvis comminiscere. *Aurel. Arcad. Dig.* 50. 6. 6. Optio fabricæ. Adde *Callistrat. ibid.* 48. 20. 6., ubi spiculatorum optiones, etc. Plura de Optionibus congessit *Reines. Inscript. cl.* 1. *n.* 3. *p.* 11. — Sub his qui curabant, adjutorum subadjuvæ, *suboptiones* dicti. *Inscript.* apud *Gruter.* 529. 8. M. AVRELIVS MACEDO VETeranus NATIONE DELMata EX SVBOPTIONE etc. ¶ 2. Speciatim in veteri R. militia dicebantur optiones, qui a tribunis, centurionibus aliisque dignioribus in gradu militari constitutis adoptati vicariam eisdem operam præstabant; sed paullatim eo res pervenit, ut ordinarium esset munus, ita ut optio certæ rei, aut operi constitutus suo proprio jure atque nomine præesset, *luogotenente, ajutante, sostituto.* Hinc *Festus p.* 198. 11. *Müll.* Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur accensus. Is adjutor dabatur centurioni a tribuno militum: qui ex quo tempore, quem veliut, centurionibus permissum est optare, etiam nomen ex facto sortitus est. *Varro* 5. *L. L.* 91. *Müll.* Quos hi (*decuriones*) primo administros ipsi sibi adoptabant, optiones vocari cœpti: quos nunc propter ambitiones tribuni faciunt. *Veget.* 2. *Milit.* 7. Optiones ab optando appellati, quod antecedentibus ægritudine præpeditis, hi tamquam adoptati eorum atque vicarii solent universa curare. *Non. p.* 67. 32. *Merc.* Optiones in cohortibus, qui sunt honesti gradus, ut optatos, quod est electos; et adoptatos, quod ascitos, Varro de vita populi R. lib. III. existimat appellatos: Referentibus centurionibus adoptati in cohortes subibant, ut semper plenæ essent legiones: a quo optiones in turmis decurionum et in cohortibus centurionum appellati. *Inscript.* mendosa apud *Don. cl.* 6. *n.* 70., emendata apud *Malvas. Marm. Fels. p.* 317. SEX. CLAVDIVS SEX. F. PALATINA AVSPICALIS OPTIO TRIBuni LEGionis I. VOLVNTARIorum etc. Alia apud *Gruter.* 551. 3. C. LVCILLIVS C. F. VEL. VINDEX PRINCIPALIS BENEFICIARIVS TRIBVNI DEINDE OPTIO IN CENTVRIA. *h. e.* optio centurionis. Alia mendosa apud *eumd.* 431. 9., emendata apud *De-Vita Antiqu. Benev. cl.* 7. *n.* 10. C. LVCCIVS C. F. STEL. SABINVS ADIVTOR TRIBVNI ORFITI SECVTOR OPTIO VALETVDinarii OPTIO ARCARII OPTIO SIGNIFERI OPTIO AB-ACTIS etc. *V. ibid. Dissert.* 9. *p.* 243. *et seqq.*

OPTIŌNĀTUS, us, m. 4. gradus et munus optionis. *Cato* apud *Festum p.* 201. 26. *Müll.* Majores seorsum atque diversum pretium parare bonis atque strenuis, decurionatus, optionatus, hastas donaticas, aliosque honores.

OPTĪVUS, a, um, adject. adoptivus, adscitus, adjunctus. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 99. Discedo Alcæus puncto illius: ille meo quis? Quis nisi Callimachus? si plus adposcere visus, Fit Mimnermus, et optivo cognomine crescit. — *Optivus tutor* apud *Cajum* 1. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 154. Vocantur autem hi, qui nominatim testamento tutores dantur, dativi; qui ex optione sumuntur, optivi. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

OPTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *Optassis* pro *optaveris* habes apud *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 75. Cf. *Inscript.* apud *Gruter.* 940. 1. QVOD QVISQVE VESTRVM MORTVO OPTARIT MIHI ID ILLI EVENIAT SEMPER VIVO ET MORTVO. — Part. *Optans* 2. sub 2.°; *Optatus* 2. *sub* 3.° et in fin.; *Optandus* 1. et 2. sub 1.° et 2.° — Ratione habita etymi, alii volunt esse ab ὄπτω seu ὄπτομαι *video, considero*, quia qui electurus est, prius videt et considerat, quid sit melius: hinc *coopto, adopto.* Alii vero volunt esse frequentativum ab obsoleto *opĕre*, a quo *optio* et *omen* quod sit per syncopen pro *opimen*, et quocum quadam veluti affinitate vox *optimus* jungatur; afferuntque illud *Festi p.* 186. 19. *Müll.* Optatam hostiam, alii optimam, appellant eam, quam ædilis tribus constitutis hostiis optat, quam immolari velit. — Ceterum ¶ 1. Stricto sensu, optare est idem atque eligere, malle, αἱρέομαι (It. *scegliere, eleggere, volere*; Fr. *choisir, faire choix de, opter pour*; Hisp. *escoger, eligir, optar*; Germ. *wählen, sich ausersehen*; Angl. *to wish, choose, prefer*). *Plaut. Rud.* 3. 6. 14. Opta ocius, rapi te obtorto collo mavis, an trahi. Utrum vis, opta, dum licet. *Id. Aulul. prol.* 11. Inopemque optavit potius eum relinquere, Quam eum thesaurum commonstraret filio. *Ter. Andr.* 4. 5. 2. Quæ se se inhoneste optavit parere hic divitias, potius quam in patria honeste pauper vivere. *Lucilius* apud *Non. p.* 358. 13. *Merc.* Non video hic quid magnopere optem. Adde *Catull.* 63. 82. Et *Cic. Rosc. Am.* 11. 30. Hanc conditionem misero ferunt, ut optet, utrum malit cervices Roscio dare, an insutus in culeum-vitam amittere. *Sic leg.* Orell.; *at illud* optet *suspectum est* Grut. *et alii leg.* optetur. *Liv.* 6. 25. Permissoque, ut ex collegis optaret quem vellet, contra spem omnium L. Furium optavit. Sic *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 358. 14. *Merc.* Atque eum Curio laudatum accensumque præmiorum spe, quibuscum optavisset, ire jubet. *h. e.* cum iis, quos optavisset. *Virg.* 1. *Æn.* 429. Pars optare locum tecto et concludere sulco. *et* 3. *ibid.* 132. Ergo avidus muros optatæ molior urbis. *et ibid.* 109. Opta-

vitque locum regno. *et* 6. *ibid.* 501. Quis tam crudeles optavit sumere pœnas? Cui de te tantum licuit? Huc pertinet et illud *ejusd.* 8. *ibid.* 502. Nulli fas Italo tantam subjungere gentem: Externos optate duces. *h. e.* sumite, adsciscite, *pigliate,* ut interpretatus est *Forcellinus,* qui hunc locum singulari paragr. distinxit. *Quintil.* 12. 10. 56. Sermo ipse, qui facile judicem doceat, optandus. *Colum.* 10. *R. R.* 277. Tellurisque comas sacris optate canistris. *h. e.* legite, colligite. *Alii leg.* artate; *Schneider.* aptate. ¶ 2. Latiori sensu est cupere, expetere, exoptare, *desiderare, bramare* (quo sensu quidam ducunt a ποθῶ, quod idem significat, per metathesin); atque adeo est petere, quærere, velle, *cercare, chiedere,* nam qui petit, jam elegit quod peteret: et occurrit — 1.°) Generatim — *a*) Cum Accus. rei tantum. *Ter. Phorm.* 1. 3. 12. Nam tua quidem hercle certe vita hæc expetenda optandaque est. *Cic. Pis.* 14. 32. Optandam duco mihi fuisse illam expetendamque fortunam. *Id.* 1. *Off.* 20. 66. Nihil homines, nisi quod honestum sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportet. *Id.* 14. *Phil.* 1. 2. Quum semel ad eum, quem cupimus optamusque, vestitum redierimus. *Id.* 1. *Off.* 32. 118. Quæque majori parti pulcherrima videntur, ea maxime optant. *Al.* exoptant. *Virg.* 1. *Æn.* 80. Tuus, o regina, quid optes, Explorare labor. *Id.* 2. *ibid.* 655. Rursus in arma feror mortemque miserrimus opto. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 43. Optat ephippia bos piger. — Similiter *Virg.* 10. *Æn.* 279. Optare aliquid votis. *Ovid.* 1. *Trist.* 1. 80. Optare aliquid stulte. *Id.* 2. *Met.* 101. Ne dubita, dabitur (Stygias juravimus undas) Quodcumque optaris: sed tu sapientius opta. — *Cic. Cœcin.* 10. 30. Visus est mihi primo veterator intelligere præclare, quid causa optaret. *Alii tamen aliter leg.* — *b*) Cum Accus. rei et præpos. *ab* et Ablat. personæ, a qua quid optamus. *Ter. Eun.* 5. 9. 27. Hoc si effeceris, quodvis donum et præmium a me optato, id optatum feres. Ubi *Donatus*: Totum militariter; nam et *optatio* dicitur et *optari* a militibus, et alibi: *vir fortis optet quod volet præmium.* Sic *Liv.* 21. 43. Quibus ampliora homines ne ab diis quidem immortalibus optare solent. *Id.* 28. 39. Ob hæc, quibus majora neque sperare, neque optare ab diis immortalibus poteramus, etc. — *c*) Cum Accus. rei et præpos. *de* et Ablat. personæ, cujus ratione habita aliquid optamus. *Cic. Pis.* 20. 46. Hæc ego semper de vobis expetivi, hæc optavi, hæc precatus sum. — *d*) Cum Accus. rei et Dativo personæ, et est precari, vel imprecari, *augurare, pregare, fare imprecazioni,* tum in bonam partem, tum in malam. *Plaut. Asin.* 3. 3. 35. Tibi equidem, non mihi (*id*) opto. *Cic. Brut.* 97. 331. Tibi favemus, te tua frui virtute cupimus: tibi optamus eam rempublicam, in qua etc. *Id. Cluent.* 66. 188. Nihil est mali-, quod illa non ab initio filio voluerit, optaverit, cogitaverit. *Id. Pis.* 20. 46. Mihi non veniret in mentem, furorem et insaniam optare vobis, in quam incidistis. *Id.* 1. *Tusc.* 44. 107. Cui se hic cruciatum censet optare. — *e*) Cum Infinito. *Plaut. Asin.* 3. 3. 18. Cur tu, obsecro, immerito meo me morti dedere optas? *Ter. Hecyr.* 4. 4. 29. Hunc videre sæpe optabamus diem. *Liv.* 9. 14. Perdere prius, quam perire optantes. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 43. optat arare caballus. — *f*) Cum Accus. et Infinito. *Ter. Andr.* 5. 5. 6. Sed quem ego mihi potissimum optem nunc, cui hæc narrem, dari? *Cic.* 10. *Fam.* 20. *ad fin.* Mea quidem-hæc sententia est: Qui reliquias hujus belli oppresserit, eum totius belli confectorem fore; quem te et opto esse et confido futurum. *Quintil.* 1. 1. 6. In parentibus vero quam plurimum esse eruditionis optaverim. — *g*) Sequente Conjunctivo cum part. *ut, ne,* aut sine ulla part. *Ter. Adelph.* 5. 4. 20. Illum, ut vivat, optant, meam autem mortem exspectant. *Cic.* 2. *Cat* 7. 15. Numquam a diis immortalibus optabo, ut etc. *Id.* 3. *Off.* 25. 94. Sol Phaetonti filio facturum se esse dixit, quidquid optasset. Optavit, ut in currum patris tolleretur. *Quintil.* 12. 9. 7. Optandum, ut amici quam minimas lites habeant. *Sall. orat. Philippi contra Lepid. a med.* Qui videmini intenta mala, quasi fulmen, optare, se quisque ne attingat. *Quintil.* 12. 9. 13. Solebat optare, ne quod sibi verbum in mentem veniret etc. *Ovid.* 2. *Trist.* 57. Optavi, peteres cælestia sidera tarde. — 2°) Speciatim *optare,* quum jungitur Verbis *sperare, conari* et similibus, rectius definitur et interiorem tantum animi statum vel motum significat. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 12. 4. Quantum autem conjectura consequebar, id erat ejusmodi, ut magis optandum, quam sperandum putarem. *Id.* 4. *Fam.* 1. *a med.* Itaque mihi venire in mentem nihil potest, non modo quid (*al.* quod) sperem, sed vix jam quid (*al.* quod) audeam optare. *Liv.* 4. 15. Cui tribunatus plebis magis optandus, quam sperandus fuerit. Cf. *Cic.* 1. *Orat.* 21. 96. Insperanti mihi et Cottæ, sed valde optanti utrique nostrum cecidit, ut etc. *et Sall. orat. Philippi contra Lepid.* § 3. *Kritz.* Vos, mussantes et retractantes verbis et vatum carminibus, pacem optatis magis, quam defenditis. — 3°) Item speciatim, *optare hoc quidem est, non docere,* et *optare hoc quidem est, non disputare,* dicitur a *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 38. 121. et 2. *Tusc.* 13. 30. et *Fat.* 20. de iis, qui ita disputant ac docent, ut potius ostendant, quid ipsi maxime velint, quam quid maxime verum sit: quod est eorum, qui non pro veritate, sed pro affectu pugnant. *Plato l.* 6. *de republ.* Οὕτω γὰρ ἂν ἡμεῖς δικαίως καταγελώμεθα, ὡς ἄλλως εὐχαῖς ὅμοια λέγοντες. Similiter *Id. Cic.* 1. *Nat. D.* 8. 19. Quæ talia sunt, ut optata magis, quam inventa videantur. — Hinc Part. præter. pass.

Optatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Optatior* et Sup. *Optatissimus;* et est cupitus, expetitus, optabilis, gratus, jucundus, εὐκταῖος, *desiderato, bramato, grato:* et dicitur — *a*) De rebus et abstractis. *Ter. Eun.* 3. 5. 56. an ego occasionem Mihi ostentatam, tantam, tam brevem, tam optatam, tam insperatam Amitterem? *Catull.* 63. 22. O nimis optato sæclorum tempore nati Heroes salvete. *Virg.* 1. *Æn.* 176. optata potiuntur Troes arena. *Horat. A. P.* 412. Qui cupit optatam cursu contingere metam. *Cic. fil.* 16. *Fam.* 21. Gratos tibi optatosque esse, qui de me rumores afferuntur, non dubito. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 3. 7. Quid est, quod aut populo Romano gratius esse debeat, aut sociis optatius esse possit? *Id.* 1. *Fam.* 5. Nihil mihi fuit optatius, quam ut etc. *Pseudo-Sall. orat.* 2. *ad Cæs. de republ. ordin.* Quin optatius habent ex tua calamitate periculum libertatis facere, quam etc. *Cic. Rosc. Am.* 15. 43. Patresfamilias optatissimum sibi putant esse, filios suos rei familiari maxime servire. *Id.* 2. *Fam.* 19. *init.* Quum optatissimum nuncium accepissem etc. *et* 14. *Phil.* 6. 16. Post hanc habitam contionem optatissimi nuncii et litteræ venerunt. — *b*) De personis. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 1. Optati cives, populares, incolæ, date viam, qua fugere liceat. h. e. *cari, diletti. Cic.* 2. *Fam.* 19. *ad fin.* Mihi quæstor optatior obtingere nemo potest. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 8. *extr.* Vale, mi optime et optatissime frater. *Id.* 14. *Fam.* 5. *extr.* Mea suavissima et optatissima Terentia. — Hinc

Optatum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est votum, desiderium, *desiderio, brama, voto.* — *a*) In plur. num. *Plaut. Capt.* 2. 2. 105. Di tibi omnes omnia optata afferant. Sic *Ter. Adelph.* 5. 9. 21. Di tibi semper omnia optata offerant. Rursus *Plaut. Asin.* 3. 3. 34. Si optata fiant, velim etc. *Cic.* 2. *Fam.* 1. In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondit. *Id. ibid.* 13. Cur mihi non in optatis est complecti hominem florentem ætate, opibus etc.? *Ovid.* 11. *Met.* 104. Annuit optatis. — *Cic.* 1. *leg. Agr.* 1. 1. Hæc utrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur? — *b*) In sing. num. *Cic. Pis.* 20. 46. Illud etiam accidit præter optatum meum: sed valde ex voluntate. *Id.* 3. *Off.* 25. 94. Impetrare optatum.

OPTOSTROTUM, i, n. 2. *ammattonato, pavimento di mattoni,* pavimentum lateribus coctilibus stratum: ab ὀπτός, coctus, hinc Græcis ὀπτὴ πλινθος, coctus later, et στρωτόν, stratum; ut *lithostrotum* est e lapidibus stratum. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 164. Chamæstrotum, lithostrotum, optostrotum. Perperam hic scribitur *obtistrotum.*

OPTUTU quasi optuitu a verbo, quod est tuor et significat video. *Festus p.* 186. 18. *Müll.* At *Paul. Diac. p.* 187. 14. habet Obtutu. V. OBTUTUS.

ŌPŪLENS, entis, *et* Ŏpŭlentus, a, um, adject. Forma *opulens* est minus usitata et occurrit apud *Sall. Jug.* 72.; *Nepot. Chabr.* 3.; *Apul.* 8. et 10. *Met.*; et *Auson. Edyll.* 2. 7. — Comp. *Opulentior* I. 1. et 2.; Sup. *Opulentissimus* I. 1. et II. — Ratione habita etymi est ab *ops;* hinc *Festus* de *Ope* agens *p.* 186. 28. *Müll.* Ergo et opulenti dicutur terrestribus rebus copiosi. et *Varro* 5. *L. L.* 92. *Müll.* Opulentus ab ope, cui ea opime. Ab eadem inops, qui ejus indiget. Similiter *opulenti* et *inopes* opponuntur apud *Cic. Amic.* 13. 47. Ex eo fieri, ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant quam viri, et inopes quam opulenti, et calamitosi, quam ii qui putantur beati. Cf. *eumd.* 2. *Off.* 20. 70. — Ceterum *opulens* et *opulentus* est opibus abundans, locuples, dives, copiosus, λουσιος (It. *dovizioso, opulente, ricco, abbondante*; Fr. *riche, abondante, copieux*; Hisp. *rico, abundante, copioso*; Germ. *reich, wohlhabend*; Angl. *rich, wealthy, opulent, abundant*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, opibus abundans, locuples, dives: et occurrit — *a*) Absolute. *Plaut. Aulul.* 3. 4. 1. Facinus audax incipit Qui cum opulento pauper homine cœpit habere negotium aut rem. *Cic.* 2. *Off.* 20. 70. Si opulentum fortunatumque defenderis -: sin inopem etc. *Nepos Chabr.* 3. Neque animo æquo pauperes alienam opulentium intuentur fortunam. *Apul.* 10. *Met.* Matrona pollens et opulens. *Auson. Edyll.* 2. 7. Non opulens, nec egens. *Cic.* 3. *Nat. D.* 33. 81. Opulentissima et beatissima civitas. *Sall. Jug.* 72. Civitas magna et opulens pœnæ cuncta, aut prædæ fuit. *Cæs.* 3. *B. C.* 88. Potiri oppido pleno atque opulento. *Apul.* 8. *Met.* Castellum frequens et opulens. *Liv.* 9. 36. Arva Etruriæ opulenta. *Id.* 21. 43. Opulenta ac ditia stipendia facere. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 64. Tu facito, obsonatum sit nobis opulentum obsonium. *Sueton. Aug.* 30. Ædes sacras opulentissimis donis adornavit. — *b*) Cum Ablativo. *Plaut. Epid.* 2. 2. 115. Adolescens auro opulentus. *Liv.* 1. 30. Gens opulentissima viris armisque. *Id.* 4. 34. Victor exercitus opulentus præda. *Id.* 7. 24. Victorem exercitum opulentumque Gallicis spoliis Romam reduxit. *Sall. Jug.* 19. Quæ pars Numidiæ Mauritaniam attingit agro virisque opulentior. *Virg.* 1. *Æn.* 450. Hic templum Junoni ingens Sidonia Dido Condebat, donis opulentum et numine divæ. — *c*) Cum Genitivo. *Horat.* 1. *Od.* 17. 14. hic tibi Copia Manabit ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu. *Tac.* 2. *Hist.* 6. *sub fin.* Provinciæ nec virorum inopes, et pecuniæ opulentæ. *Liv.* 35. 1. *sub fin.* Eo victorem opulentum prædæ exercitum P. Cornelius reduxit. *Al. leg.* præda. ¶ 2. Prægnanti, uti ajunt, significatione est potens, *potente. Liv.* 32. 32. Opulentior factio, exclusis Ætolis, tenuit urbem. *Sall. Cat.* 57. Cognoveram, parvis copiis bella gesta cum opulentis regibus. ¶ 3. Item nobilis, *nobile. Ennius* apud *Gell.* 11. 4. Nam quum opulenti loquuntur pariter atque ignobiles, Eadem dicta eademque oratio æqua non æque valet.

II.) Translate. *Gell.* 7. 3. *sub fin.* Opulenta oratio, *copiosa, piena di facondia.* et 14. 6. *sub fin.* Opulentissimus liber *ricco d'erudizione.*

ŌPŪLENTE *et sæpius*

ŌPŪLENTER, adverb. Comp. *Opulentius.* — Opulenter est cum opulentia, sumptuose, splendide, large, copiose, *riccamente, abbondantemente, splendidamente,* εὐπορως. *Sall. Jug.* 89. Neque illos arcte colam, ne opulenter. *Apul. de Mag.* Grandis domus opulente ornata. *Liv.* 1.

35. *a. med.* Ludos opulentius instructiusque, quam priores reges, fecit. *Justin.* 3. 3. 5. Nec epulari opulentius, ne imitatio in luxuriam verteretur.

ŌPŬLENTĬA, æ, f. 1. (opulentus). Aliam formam *V.* in voc. seq. — Opulentia est opum copia, divitiæ, εὐπορία (It. *opulenza, abbondanza, ricchezza*; Fr. *richesse, opulence, abondance*; Hisp. *riqueza, opulencia, abundancia*; Germ. *der Reichthum*; Angl. *opulence, wealth, riches, plenty, abundance*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est opum copia, divitiæ. — *a)* In sing. num. *Plaut. Rud. prol.* 12. Ut quemque adjuvet opulentia. *Sall. Cat.* 56. Habemus publice egestatem, privatim opulentiam. *Liv.* 10. 38. Omni opulentia insignium armorum adornare bellum. *Ovid.* 4. *Pont.* 3. 37. divitis opulentia Cræsi. *Virg.* 7. *Æn.* 261. non vobis, rege Latino, Divitis uber agri Trojæve opulentia deerit. *Justin.* 2. 14. 6. Castra relicta regalis opulentiæ capta. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 93. 95. (207). Metallorum opulentia tam varia, tam dives, tam fecunda, tot sæculis suboriens. — *b)* In plur. num. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 22. Antequam illa meis opulentiis ramenta fiat gravior, etc. *Gell.* 20. 5. *a med.* Doctrina anteire malim, quam copiis atque opulentiis. δυνάμεσι. ¶ 2. Prægnante, uti ajunt, significatione *opulentia* non divitias modo, sed potentiam simul, quas *opes* dicimus, significat. *Sall. Cat.* 6. Postquam res eorum civibus, moribus, agris aucta, satis prospera satisque pollens videbatur, invidia ex opulentia orta est. *Nepos Cim.* 2. *sub fin.* Thasios opulentia fretos suo adventu fregit. *Tac.* 4. *Ann.* 55. *ad fin.* Auctam Lydorum opulentiam, missis in Græciam populis.

II.) Translate. *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 21. Mox undare foro victrix opulentia linguæ, Tutarique reos.

ŌPŬLENTĬTAS, ātis, f. 3. idem atque opulentia. *Plaut. Mil. glor.* 4. 4. 35. Quasi ejus opulentitatem revereare. *Cæcilius* apud *Non. p.* 146. 14. *Merc.* Opulentitate nostra sibi injuriam factam.

OPULENTO, as, are, a. 1. *arricchire, rendere abbondante*, πλουτίζω, opulentum, copiosum facio. *Horat. 1. Ep.* 16. 1. Ne perconteris, fundus meus, optime Quinti, Arvo pascat herum, an baccis opulentet olivæ. *Colum. 8. R. R.* 1. 2. Villaticæ pastiones mensam pretiosis dapibus opulentant.

ŌPŬLENTUS, a, um. *V.* OPULENS.

ŌPŬLESCO, is, ere, n. 3. *arricchire*, ditesco. *Furius* apud *Gell.* 18. 11. Quo magis in patriis possint opulescere campis. *Cæsellius Vindex* grammaticus hoc verbum reprehendebat, ut minus Latinum: *Gellius* defendit et probat. *Furii* verba afferuntur etiam a *Non. p.* 148. 17. *Merc.* qui tamen legit *opuliscere.*

ŌPŬLISCO. *V.* voc. præced.

OPULUS, i, f. 2. acer minus, arbor maritandis idonea vitibus, in *Gloss.* κισσόφυλλος (It. *oppio*; Fr. *sorte d'érable, érable commun*; Hisp. *acer comun*; Germ. *eine kleine Art Ahorn, Masholder*; Angl. *the ople-tree*). *Varro* 1. *R. R.* 8. 3. Arbusta, ubi traduces possint fieri vitium, ut Mediolanenses faciunt in arboribus, quas vocant opulos. *Colum.* 5. *R. R.* 6. 4. et *Arbor.* 16. Vitem maxime opulus alit, deinde ulmus, deinde fraxinus. *Id.* 5. *R. R.* 6. 5 Opulus, quia rarum, neque idoneam frondem pecori præbet, a plerisque repudiata est. *et ibid.* 7. 1. Est et alterum genus arbusti Gallici, quod vocatur rumpotinum. Id desiderat arborem humilem, nec frondosam: cui rei maxime videtur idonea opulus: ea est arbor corno similis. Ceterum *Schneiderus* in allatis *cap.* 6. locis legit *populus*: *V.* ibi adnotat.

OPUNCULO, ōnis, m. 3. avis genus, quod opilionis cantus imitatur. *Paul. Diac. p.* 191. 3. *Müll.*

ŌPUS, ĕris, n. 3. id quod fit operando. Differt ab *opera*, quæ est actio, qua fit opus. *Probus* ed. *Keil. p.* 203. Inter opus et operam hoc interest, quod opus id quod fit significat, operam vero a quo fit esse demonstrat. Utrumque *Ter.* complectitur *Heaut.* 1. 1. 21. Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ. *h. e.* in agro colendo. ἔργον (It. *opera, lavoro, faccenda*; Fr. *travail, ouvrage*; Hisp. *trabajo, obrage*; Germ. *das Werk, die Arbeit*; Angl. *a work, labour, performance, task*).

I.) Proprie, sive abstracte *opus* latissime patet. — *a)* Generatim de hominibus. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 36. Ut ego te hodie accipiam lepide, ubi effeceris hoc opus! *Id. Most.* 2. 1. 65. Verum id videndum 'st, id viri docti 'st opus-, Ne quid patiatur, quamobrem pigeat vivere. *Ter. Eun.* 2. 1. 14. Opus faciam, ut defatiger usque, ingratiis ut dormiam. *Cic.* 3. *Tusc.* 34. 84. Hæ sunt illæ fibræ - persequendæ et elidendæ, ne illa unquam possit exsistere. Magnum opus et difficile: quis negat? *Id. Senect.* 9. 29. An ne has quidem vires senectuti relinquimus, ut adolescentes doceat, instituat, ad omne officii munus instruat? quo quidem opere quid potest esse præclarius? *Id.* 9. *Att.* 11. Utinam aliquod in hac miseria reipublicæ πολιτικὸν opus efficere et navare mihi liceat! *Cæs.* 1. *B. C.* 32. *extr.* Se vero, ut operibus anteire studuerit, sic justitia et æquitate velle superare. *Liv.* 1. 57. Quod se in fabrorum ministeriis ac servili tamdiu habitos opere ab rege indignabantur. *Id.* 38. 9. Amynander, quod sui maxime operis erat, impigre agebat, ut Ambracienses compelleret ad deditionem. *Virg.* 6. *Æn.* 128. Sed revocare gradum superasque evadere ad auras, Hoc opus, hic labor est. *h. e.* opus arduum, δυσεργον. *Id.* 10. *ibid.* 468. sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 21. dies longa videtur opus debentibus. *Ovid.* 1. *Met* 663. Admonitorque operum cælo clarissimus alto Lucifer ortus erat. — Hinc illa *Stat.* 6. *Theb.* 242. Accelerare opus. *Virg.* 2. *Æn.* 235. Accingere operi. *Liv.* 1. 42. Aggredi ad opus. *Tac.* 1. *Hist.* 2. Aggredi opus. *Cæs.* 1. *B. C.* 62. Continuare opus diem noctemque. *Ovid.* 1. *Art. am.* 409. Differre opus. *Id.* 14. *Met* 268. Exigere opus. *Id.* 8. *ibid.* 200. Impedire opus. *Virg.* 1. *Æn.* 508. Instare operi. *Quintil.* 10. 1. 48. Ingredi opus. *Ovid.* 11. *Met.* 214. Negare mercedem operis. *Id.* 2. *Art. am.* 480. Peragere opus. *Quintil.* 12. 11. 24. Perficere opus. *Id.* 10. 1. 4. Procedit opus. *Id.* 2. 18. 4. Recedere ab opere. — De bestiis, et præcipue de mellificio et melle. *Cic.* 2. *Off.* 3. 11. Expertes rationis equi, boves, reliquæ pecudes, apes, quarum opere efficitur aliquid ad usum hominum atque vitam. *Id.* 2. *Divinat.* 27. 59. Ita leves atque inconsiderati sumus, ut si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc unum, monstrum putemus. *che fanno questo solo mestiere.* Ubi *Forcellinus* ait, *opus* sumi pro opera. *Ovid.* 7. *Met.* 538. Concidere infelix validos miratur arator Inter opus tauros. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 45. 70. (179). Boves excellentes in opere. *Varro* 3. *R. R.* 16. 5. Ab his opus facere (*apes*) discunt, ab his ædificare, ab his cibaria condere. Tria enim harum cibus, domus, opus. *et ibid.* Foris pascuntur, intus opus faciunt: quod, dulcissimum quod est, et diis et hominibus est acceptum. *Virg.* 4. *G.* 169. Fervet opus (*apum*) redolentque thymo fragrantia mella. *et ibid.* Omnibus (*apibus*) una quies operum, labor omnibus unus. *Phædr.* 3. 13. Alveos accipite, et ceris opus infundite. — *b)* Speciatim de opere rustico, seu agricultura. — Cum adject. *rusticum* vel *rura*, ut apud *Plaut. Merc.* 1. 1. 65. Multo opere immundo rustico se exercitum. *Ter. Heaut.* 1. 1. 90. Ancillas, servos, nisi eos, qui opere rustico faciundo facile sumptum exercerent suum, Omnes produxi ac vendidi. *Id. Phorm.* 2. 1. 20. Opus ruri faciundum. *Colum.* 12. *R. R.* 3. 6. Quum mulier sub dio rusticum opus obire non poterit. *et* 11. *ibid.* 2. 1. Itaque præcipiemus, quid quoque mense faciendum sit, sic temporibus accommodantes opera ruris, ut permiserit status cæli. — Absolute. *Cato R. R.* 5. Opera omnia mature conficias face. Nam res rustica sic est: si unam rem sero feceris, omnia opera sero facies. *Ter. Adelph.* 4. 1. 1. Apud villam 'st. Nunc quum maxume operis aliquid facere credo. Adde *eumd. Heaut.* 1. 1. 21. *Cic. Senect.* 7. 24. Quibus (*senibus*) absentibus numquam fere ulla in agro majora opera fiunt, non serendis, non percipiendis, non condendis fructibus. *Virg.* 1. *G.* 276. Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna Felices operum. *et* 2. *ibid.* 472. Et patiens operum parvoque adsueta juventus. *Ovid.* 11. *Met.* 34. operisque (*coloni*) relinquunt Arma sui. *Flor.* 1. 11. Quum patricium virum innixum aratro suo in ipso opere deprehendit. — *c)* Item speciatim de artificum operibus. *Cic.* 6. *Verr.* 24. 54. Instituit officinam Syracusis in regia maximam. Palam artifices omnes, cælatores ac vasculatios convocari jubet: et ipse suos complures habebat. Eo conducit magnam hominum multitudinem. Menses octo continuos opus his non defuit, quum vas nullum fieret, nisi aureum. *Id.* 2. *Nat. D.* 22. 57. Quod in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere. *Liv.* 5. 3. Tamquam artifices improbi opus quærunt. Cf. infra II. 3. — *d)* De opere, quod in publicis vel privatis ædificiis exstruendis, instaurandis etc. impenditur. *Cic.* 3. *Verr.* 55. 143. Dicetis, eumdem conscripsisse, qui illud edictum de hereditate: LEX OPERI FACIVNDO. Adde *eumd. ibid.* 54. 141. Et *Id. Dom.* 20. 51. Quid operum publicorum exactio? *Id.* 14. *Phil.* 12. 33. Erit igitur exstructa moles opere magnifico, incisæque litteræ, divinæ virtutis testes sempiternæ. *Id. Marcell.* 4. 11. Nihil est opere, aut manu factum, quod aliquando non conficiat et consumat - vetustas. *opere factum* est, quod arte fit; *manu*, virtute bellica: vel *opere*, quod ingenio maxime; *manu*, quod artificio: vel *aut* ponitur pro *et. Nepos Themist.* 6. Interim omnes servi atque liberi opus facerent. *Virg.* 5. *Æn.* 119. Urbis opus. *h. e.* navis, in qua tantum operis fuerat, quantum in urbe positum. — *e)* Item de operibus militaribus; et interdum concreto, uti ajunt, sensu vox usurpari videtur. *Cæs.* 1. *B. G.* 8. A lacu Lemanno - ad montem Juram - murum in altitudinem pedum XVI. fossamque perducit: eo opere perfecto præsidia disponit. *Id.* 3. *ibid.* 3. Quum opus hibernorum munitionesque plene essent perfectæ. *Id.* 2. *B. C.* 26. Postero die Uticam exercitum ducit, et prope oppidum castra ponit. Nondum opere castrorum perfecto, equites ex statione nunciant etc. *et mox.* Ipse celeriter ab opere deductis legionibus aciem instruit. *Id.* 5. *B. G.* 21. Locus egregie natura atque opere munitus. *per sito e per arte. Sic Liv.* 21. 57. Emporium opere magno munitum. Cf. infra II. 1. *b.* — *f)* Item de ipsa militia, *il servizio militare. Virg.* 8. *Æn.* 515. sub te tolerare magistro Militiam et grave Martis opus, tua cernere facta Assuescat. *fatica*; ubi *Forcellinus* ait, *opus* sumi pro opera. *Vell.* 2. 97. 2. Cujus (*Drusi Claudii*) ingenium utrum bellicis magis operibus, an civilibus sufficerit artibus, in incerto est. Cf. *Sueton. Aug.* 18. Fossas omnes, in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit. *facendori lavorare i soldati.* — Similiter *opera* dicuntur omnes militares labores præter pugnas, quibus opponuntur apud *Liv.* 21. 11. Fessum militem præliis operibusque habebat. *Id.* 39. 28. Quam diu fatigatus ibi præliis operibusque esset. — *g)* De opere litterario. *Cic. Brut.* 54. 200. Si præteriens (*quis*) adspexerit *senectos, intuentes judices* etc. - oratorem versari in illo judicio, et opus oratorium fieri, aut perfectum jam esse, profecto intelliget. *Id.* 2. *Orat.* 17. 72. Oratio in causarum contentionibus magnum est quoddam opus, atque haud sciam, an de humanis operibus longe maximum. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 1. 2. Habeo opus magnum in manibus. *Liv. præfat. extr.* Ut orsis tanti operis successus prosperos darent. *Id.* 21. 1. In parte operis mei licet mihi præfari. — *h)* Dicitur etiam de actu Venereo. *Ovid.* 3. *Art. am.* 14. 28. Opus obscœnum. Et absolute *Plaut. Asin.* 5. 2. 23. Ille foris opere faciundo lassus noctu advenit. *Auct. Priap.* 1. rogatque tentes, Si pictas opus edat ad figuras.

Martial. 7. 18. Accessi quoties ad opus, mixtisque movemur Inguinibus.

II.) Translate. ¶ 1. Concreto, uti ajunt, sensu *opus* dicitur id quod operando effectum est. — *a*) Generatim. *Cic.* 1. *Tusc.* 28. 70. Hæc igitur et alia innumerabilia quum cernimus, possumus ne dubitare, quin his præsit aliquis vel effector, vel moderator tanti operis et muneris? *et mox.* Deum agnoscis ex operibus ejus. *Id.* 1. *Nat. D.* 36. 100. Tu quod opus tandem magnum et egregium habes, quod effectum divina mente videatur, ex quo etc? *Liv.* 1. 57. Exhaustus magnificentia publicorum operum. *Id.* 1. 29. Una hora cccc. annorum opus, quibus Alba steterat, excidio ac ruinis dedit. — *b*) Speciatim de ædificiis. *Cic.* 2. *Verr.* 4. 12. et *Dom.* 20. 51. Ædium sacrarum publicorumque operum depopulatio. *delle pubbliche fabbriche.* et *Sueton. Tib.* 30. Ad patres conscriptos referre de vectigalibus ac monopoliis, de exstruendis reficiendisve operibus. — *c*) De militaribus munitionibus. *Nepos Miltiad.* 7. Urbem operibus clausit. *h. e.* vallo, fossa, aggere, vineis, turribus etc. *Cic.* 13. *Phil.* 9. 20. Mutinam operibus munitionibusque sæpsit. *Liv.* 35. 22. *extr.* Fusis Vectonibus, operibus Toletum cepit. *Id.* 37. 5. *a med.* Non corona, sed operibus oppugnare urbem est adortus. *Vellej.* 2. 4. 2. Circumdatam operibus Numantiam excisamque æquavit solo. — *d*) De artium operibus. *Cic.* 1. *Off.* 41. 147. Ut enim pictores et ii, qui signa fabricantur, et vero etiam poetæ suum quisque opus a vulgo considerari vult. *Id.* 6. *Verr.* 57. 126. Silanionis opus tam perfectum, tam elegans, tam elaboratum. *Virg.* 3. *Ecl.* 37. pocula ponam Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis. — *e*) De opere litterario. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 248. Nec magis expressi vultus per aenea signa, Quam per vatis opus mores animique virorum Clarorum apparent. *Id. ibid.* 2. 91. Carmina compono, hic elegos. Mirabile visu Cælatumque novem Musis opus! *Cic.* 16. *Fam.* 18. *ad fin.* An pangis aliquid Sophocleum? Fac opus appareat. ¶ 2. Ponitur etiam pro effectu. *Ovid.* 12. *Met.* 112. opusque meæ bis sensit Telephus hastæ. *h. e.* vulnus et auxilium. *et* 1. *ibid.* 468. Eque sagittifera prompsit duo tela pharetra Diversorum operum: fugat hoc, facit illud amorem. *Cic. Topic.* 16. 62. Atque etiam est causarum dissimilitudo, quod aliæ sunt, ut sine ulla appetitione animi, sine voluntate, sine opinione suum quasi opus faciant. ¶ 3. Nonnunquam ponitur pro artificio, *fattura, lavoro, artificio. Cic.* 6. *Verr.* 56. 124. Bullas aureas omnes ex his valvis non dubitavit auferre: quarum iste non opere delectabatur, sed pondere. *et ibid.* 14. 32. Hydria Boethi manu facta, præclaro opere et grandi pondere. *et ibid.* 21. 46. Hæc autem omnia antiquo opere et summo artificio facta. *Valerian. Imp.* in *epist.* apud *Trebell. Claud.* 14. Argenti in opere annua pondo quinquaginta. *h. e.* argenti facti. ¶ 4. Ablativus *opere* est magnopere, *sommamente. Plaut. Truc.* 2. 7. 27. Jussit opere orare, ut hæc grata haberes tibi. — Hinc *magno opere, maximo opere, tanto opere, quanto opere. V.* MAGNOPERE, MAXIMOPERE, TANTOPERE, QUANTOPERE.

ŌPUS, indeclin. indigentiam, necessitatem significat, *uopo, bisogno, necessità*: et ratione habita originis unum idemque est cum vocabulo præcedenti; eadem enim significatione usurpatur *negotium est* apud *Plaut. Mil. glor.* 2. 6. 42. Heus Philocomasium, cito Transcurre curriculo ad nos; ita negotium est. *h. e.* ita opus est, ita res postulat. — Item *usus est* et *opus est* idem esse videntur apud *Plaut. Amph.* 1. 3. 7. Citius, quod non facto 'st usus, fit, quam quod facto 'st opus. — *Opus est* minus est quam *necesse est. Cato* apud *Senec. Ep.* 94. *ante med.* Emas non quod opus est, sed quod necesse est. Quod non opus est, asse carum est. *ciò che è puramente necessario.* — Aliquando idem sunt. *Cic.* 2. *Divinat.* 4. 11. Sorites, quem, si necesse sit, Latino verbo liceat acervalem appellare: sed nihil opus est. *Id.* 1. *Fam.* 9. *ad fin.* Legem curiatam consuli ferre opus esse, sibi necesse esse. — Differt etiam a verbo *oportet*, ut apud *Cic.* 13. *Att.* 25. Hoc fieri et oportet et opus est. — Item differt a verbo indigere, ut patet ex *Seneca Ep.* 9. Ait (*Chrysippus*) sapientem nulla re indigere et tamen multis illi rebus opus esse; contra stulto nulla re opus est, nulla re enim uti scit, sed omnibus eget. — Ceterum *opus est mihi* (nam cum Verbo *esse* fere jungitur, et raro admodum occurrit *opus habeo*) est idem atque est mihi usui, necesse habeo, indigeo, ὅσι, προσδεῖ (It. *ho bisogno, mi fa d'uopo, ho necessità*; Fr. *il est besoin, il est nécessaire, il faut*; Hisp. *es menester, se necesita*; Germ. *es ist nöthig, es ist nothwendig, es oder man bedarf*; Angl. *it is expedient or necessary*). Usurpatur — 1.°) Personaliter, vel Adjective. — *a*) Absolute, h. e. sine Dativo personæ. *Cato R. R.* 13. In torcularium in usu quod opus est. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 16. Si quid opus est, impera. *Ter. Heaut.* 4. 8. 14. Des qui aurum, ac vestem, atque alia quæ opus sunt, comparet. *Cic.* 5. *Fam.* 11. Ut quidquid opus esset, mihi denunciaret. et *Varro* 1. *R. R.* 18. 4. Minus multi opus sunt boves. *Liv.* 2. 3. Ubi jus, ubi injuria opus sit. — *b*) Sæpissime cum Dativo personæ. *Cato R. R.* 14. Eæ rei materiem, et quæ opus sunt, dominus præbebit. *Plaut. Capt.* 1. 2. 61. Maritumi omnes milites opus sunt tibi. *Ter. Heaut.* 5. 1. 20. Sponsæ vestem, aurum, ancillas opus esse. *Claudius Quadrigar.* apud *Gell.* 17. 2. Nihil sibi divitias opus esse. *Lucret.* 5. 230. Nec crepitacula eis opus sunt. *At* Lachmannus *leg.* Nec crepitacillis opus est. *Varro* 3. *R. R.* 14. 3. Cochleis parvus cibus opus est. *Cic.* 2. *Fam.* 6. *a med.* Dux nobis et auctor opus est. *Id.* 2. *Invent.* 19. 57. Hujus nobis exempla permulta opus sunt. *Id.* 3. *Verr.* 48. 126. Multa sibi opus esse, multa canibus suis. Adde *ejusd. fragm. de republ.*; et *Varron.* apud *Non. p.* 497. 19. *Merc.* Sic *Cæs.* 1. *B. G.* 34. Si quid ipsi a Cæsare opus esset, sese ad eum venturum fuisse. *Plancus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 8. Sed aliquantum nobis temporis et magni labores et multæ impensæ opus fuerunt. *Nepos Att.* 7. Quæ amicis opus fuerant. *Liv.* 1. 41. Quæ curando vulneri opus sunt, sedulo comparat. — *c*) Animadvertendum illud *Livii*, cum Accus. et præpos. *ad*, 37. 18. Pararique, quæ ad transitum Hellesponti opus essent. Sic *ibid.* 22. *init.* Inde placuit Eumenem domum dimitti, et præparare consuli atque exercitui, quæ ad transitum Hellesponti opus essent. — *d*) Interdum cum Ablativo rei, quæ fieri opus est. *Cato R. R.* 2. Quæ opus sient locato, locentur. *Plaut. Amph.* 2. 1. 81. Nam mihi istuc primum exquisito 'st opus. *Ter. Adelph.* 5. 9. 39. Plus scis quid opus facto est. Sic *Pacuvius* apud *Non. p.* 126. 23. *Merc.* Quod ego inaudivi, accipite, et quid sit facto opus, decernite. et *Cæs.* 1. *B. G.* 42. Ut præsidium amicissimum, si quid opus facto esset, haberet. — 2.°) Impersonaliter occurrit — *a*) Absolute. *Cato R. R.* 29. Partem quartam circum oleas ablaqueatas, qua maxime opus erit, addito. *Ter. Heaut.* 1. 2. 13. Cave faxis; non est opus, pater. *Cic.* 5. *Fam.* 11. Eamque, si opus esse videbitur, conveniam. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 116. Unde mihi lapidem? - quorsum est opus? — *b*) Sæpissime cum Ablativo rei, quæ opus est, et addito haud raro Dativo personæ. — Ablativus rei per Substantivum effertur apud *Plaut. Capt.* 1. 2. 56. Multis et multigeneribus opus est tibi militibus. *Ter. Andr.* 1. 1. 6. Nihil istac opus est arte ad hanc rem, quam paro. *Cic.* 3. *Fam.* 3. *init.* Q. Fabius monuit, præsidio firmiori opus esse ad istam provinciam. *Id.* 12. *Att.* 27. *a med.* Apud Terentiam gratia opus est nobis tua tuaque auctoritate. *Id.* 11. *Phil.* 10. 26. Expedito nobis homine et parato opus est. *Nepos Miltiad.* 4. Ut nunciaret, quam celeri opus esset auxilio. *Liv.* 6. 6. Nec dictatore unquam opus fore reipublicæ. *Virg.* 6. *Æn.* 261. Nunc animis opus, Æneа, nunc pectore firmo. — Ablativus rei per Participium præter. effertur. *Plaut. Capt.* 2. 1. 29. Viso opu 'st, cauto est opus. *Ter. Heaut.* 1. 1. 29. Mihi sic est usus: tibi ut opus facto 'st, face. *Cic. Mil.* 19. 49. Nihil erat, cur properato opus esset. *Sall. Cat.* 1. Prius quam incipias, consulto; et, ubi consulueris, mature facto opus est. *Liv.* 1. 58. Ita facto et maturato opus esse. — Ablativus rei per Substantivum et Participium præter. simul effertur. *Plaut. Curc.* 2. 3. 23. Ita res subita est: celeriter mihi hoc homine convento est opus. Sic *Cic.* 10. *Att.* 3. *ad fin.* Sed opus fuit Hirtio convento. Rursus *Plaut. Pseud.* 2. 4. 42. Sed quinque inventis opus est argenti minis Mutuis, quas hodie reddam. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 42. Vosmet videte jam, Lache et tu Pamphile, Remissan' opus sit, an reducta domum. *Liv.* 43. 19. Nihil Œneo capto opus esse. *Ovid.* 2. *Amor.* 19. 1. Si tibi non opus est servata, stulte, puella; At mihi fac serves. — Cum Supino passivo, quod Ablativi vicem gerit. *Ter. Heaut.* 5. 1. 68. Sed ita dictu opus est, si me vis salvum esse. *Cic.* 1. *Invent.* 20. 28. Et si non longius, quam quod scitu opus est, in narrando procedetur etc. — *c*) Cum Genitivo rei, quæ opus est. *Liv.* 22. 51. Ad consilium pensandum temporis opus esse. *et* 23. 21. In stipendium, quanti argenti opus fuit, et sex mensium frumentum accepit. — *d*) Cum Infinito, vel cum Accusativo et Infinito. *Cic.* 7. *Att.* 8. *init.* Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? *Id. Amic.* 14. 51. Atque haud scio, an ne opus sit quidem, nihil unquam omnino deesse amicis. *Id.* 13. *Fam.* 33. Nihil jam opus est expectare te, quibus eum verbis tibi commendem. *Ovid.* 1. *Amor.* 11. 23. Quid digitos opus est graphio lassare tenendo? *Plin.* 28. *Hist. nat.* 13. 56. (198). Quæcumque molliri opus est. — Si quando vocibus *opus est* Accusativus jungitur, Infinitus alicujus verbi est subaudiendus. *Cato R. R.* 15. *extr.* Ad opus (*dominus*) præbeat omnia: calcis in p. singulos longitudinem opus est modium unum, arenæ modios duos. *h. e.* præbere. Sunt tamen qui aliter leg. *Cic. Senect.* 1. 3. Sed quid opus est plura? *h. e.* dicere. Neque aliter putandum videtur de illo *Plaut. Truc.* 5. 10. Puero opu' st cibum, opus est matri autem quæ puerum lavit, Opus nutrici autem, utrem ut habeat veteris vini largiter, Ut dies noctes potet. — *e*) Cum Conjunctivo et *ut* particula. *Plaut. Truc.* 2. 6. 19. Nunc tibi opu 'st, ægram ut te assimules. *et ibid.* 2. 3. 7. Mi quoque præ lassitudine opus est ut lavem. — 3.°) *Opus habeo aliqua re*, opus est mihi. *Colum.* 9. *R. R.* 1. 5. Feræ pecudes in vivariis ut graminibus, ita frugibus roburneis opus habent.

ŌPUSCŬLUM, i, n. 2. deminut. parvum opus, *operetta*, ποιημάτιον. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 38. 120. Ut etiam inter deos Myrmecides aliquis, minutorum opusculorum fabricator, fuisse videatur. *et proœm. Parad.* 5. Accipies igitur hoc parvum opusculum, lucubratum his contractioribus noctibus. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 35. mea cur ingratus opuscula lector Laudet, ametque domi. *et ibid.* 4. 3. Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat.

OQ

ŌQUĔLUS, i, m. 2. pro *oculus* ab antiquis scribebatur, teste *Priscian.* 1. *p.* 560. *Putsch.* Apud antiquos frequentissime loco *cu* syllaba *quu* ponebatur et e contrario, ut *arquus, coquus, oquulus* pro *arcus, cocus, oculus.*

OR

ŌRA, æ, f. 1. Ratione habita etymi, volunt esse ab ὅρος *terminus*, quamvis obstet quantitas et aspiratio in priori vocali: recentiores vero deducunt a voce *os*, unde *ostium.* — Ceterum *ora*

est extrema cujusque rei pars, ἐσχατιά (It. *estremità, margine, fine*; Fr. *bord, extrémité*; Hisp. *borde, el extremo, y erilla*; Germ. *der Rand, der Saum*; Angl. *the extremity, edge, margin, or border of any thing*).

I.) Proprie. ¶ 1. Speciatim dicitur de extremitatibus, quæ rerum haud maximarum superficiem ac speciem efficiunt. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 48. 107. Exspectant, veluti consul quum mittere signum Vult, omnes avidi spectant ad carceris oras. *Lucret.* 4. 13. prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci flavoque liquore. *gli orli. Virg.* 4. *G.* 39. *de apib.* tenuia cera Spiramenta linunt, fuco et floribus oras Explent. *Id.* 10. *Æn.* 243. clipei oras ambiit auro. *Cels.* 5. 26. *n.* 23. Oras vulneris sutura jungit. *Scribon. Compos.* 240. Oras ulceris tangere. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 66. (180). Ora gemmæ. *Festus p.* 182. 19. *Müll.* Ora vestimentorum. *orlo, lembo.* ¶ 2. Item sæpissime dicitur de fine terrarum, qua mare alluit, *spiaggia, lido, littorale.* Differt tamen a *litore*, quia *ora* latius patet; quia est alicubi *ora*, ubi tamen *litus* non est. — *a) Ora maritima, ora maris* hoc sensu dicitur. *Cic. pro leg. Manil.* 18. 54. Quæ civitas antea unquam fuit, quæ non portus suos et agros et aliquam partem regionis atque oræ maritimæ per se ipsa defenderet? *Cæs.* 3. *B. G.* 8. Hujus civitatis (*Venetorum*) est longe amplissima auctoritas omnis oræ maritimæ regionum earum. *Liv.* 9. 2. Ora superi maris. *et* 9. 19. Adjunctàque omni ora Græcorum inferi maris. *Virg.* 2. *G.* 44. primi lege litoris oras. *costeggia.* — *b)* Absolute, præcipue si de classibus vel navibus est sermo. *Plaut. Men.* 2. 1. 11. Mare superum omne, Græciamque exoticam, Orasque Italicas omnes, qua aggreditur mare, Sumus circumvecti. *Cic.* 2. *Nat. D.* 39. 100. Multitudo et varietas insularum, amœnitates orarum et litorum. *Id.* 12. *Fam.* 5. A prima ora Græciæ usque ad Ægyptum. *Nepos Alcib.* 5. *ad fin.* Multas præterea Græcas urbes, quæ in ora sitæ sunt Asiæ. *Liv.* 21. 51. Decem navibus oram Italiæ legens. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (34). Intus regio Allobrogum: at in ora Massilia Græcorum etc. *Virg.* 1. *Æn.* 311. quas vento accesserit oras. *Horat.* 1. *Od.* 37. 23. nec latentes Classe cita reparavit oras. — *c)* Hinc *oram solvere* est a litore funem solvere, et navim in altum immittere, *sciogliere dal lido, salpare. Liv.* 22. 19. *ad fin.* Vix dum omnes conscenderant, quum alii resolutis oris in ancoras evehuntur. *sciolti li cavi, si pongono sull'áncora. Id.* 28. 36. *ad fin.* In ipsis quoque trepidatum est navibus, dum, ne hostes cum suis simul irrumperent, trahunt scalas, orasque et ancoras, ne in moliendo mora esset, præcidunt. *h. e.* incidunt funes nauticos, et ancoralia. *tagliano li cavi, e le gómene. Quintil.* 4. 2. 41. Navim prospexi, conscendi, sublatæsunt ancoræ, solvimus oram, provecti sumus. *Oram* multi his locis (quibus adde *Quintil. ep. ad Tryphon.* 3.) funem nauticum intelligunt, quo ad oram litoris navis religatur. Sunt etiam qui putant, *oram* minime mutare significationem, sed esse veluti formulam nautarum, qui dicerent *oram solvere*, pro solvere funem, quæ oræ navem adnectit, vel pro oram linquere, ab ora abscedere. ¶ 3. Item de cujusque terræ vel spatii fine. *Cic.* 2. *Fin.* 31. 102. Qui innumerabiles mundos infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, mente peragravisset. *Id.* 2. *Nat. D.* 40. 101. Restat ultimus omnia cingens et coercens cæli complexus, qui idem æther vocatur, extrema ora et determinatio mundi. *Liv.* 21. 31. Per extremam oram Vocontiorum agri.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochen sumitur pro quavis regione, etiam si mari non alluatur, *paese, tratto. Cic.* 2. *Nat. D.* 66. 164. Omnibus hominibus, qui ubique sunt, quacumque in ora ac parte terrarum. *Id. Balb.* 4. 9. Qui (*Pompejus*) habet tot triumphos, quot oræ sunt partesque terrarum. *Horat.* 1. *Od.* 26. 3. quis sub Arcto Rex gelidæ metuatur oræ. *Virg.* 3. *Æn.* 97. Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris. *Id.* 10. *ibid.* 706. ignarum Laurens habet ora Mimanta. *Horat.* 1. *Od.* 12. 5. in umbrosis Heliconis oris. — Similiter de mundo seu terra. *Virg.* 2. *Æn.* 90. Invidia postquam pellacis Ulyssei (Haud ignota loquor) superis concessit ab oris etc. *h. e.* ex hoc mundo superiore abiit. — Et de cælo. *Lucret.* 5. 85. quæ-ætheriis cernuntur in oris. et *Ovid.* 9. *Met.* 254. Idque ego defunctum terrâ cælestibus oris Accipiam. — *Oræ Acherontis* sunt Inferi. *Lucret.* 6. 763. hinc animas Acherontis in oras Ducere forte deos Manes inferne reamur. ¶ 2. Pro zona terræ. *Cic.* 1. *Tusc.* 28. 68. Globum terræ fixum in medio mundi, duabus oris distantibus habitabilem: quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita, altera Australis ignota nobis, quam vocant Græci ἀντίχθονα: ceteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore. ¶ 3. Est etiam plaga, cardo, pars cæli. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 2. 2. (19). Connexa arbustorum ratio est, quas in oras debeant spectare. Virgilius ad occasus seri damnavit, etc. ¶ 4. *Oras luminis* vocant Poetæ regionem hanc terrarum, ubi luce fruimur et vita. *Ennius* apud *Cic.* 1. *de republ.* 41. Tu produxisti nos intra luminis oras. Adde *eumd.* apud *Festum p.* 298. 5. *Müll.* Sic *Lucret.* 1. 22. Nec sine te quidquam dias in luminis oras Exoritur. Adde *eumd. ibid.* 170. 179. et 2. 577. *et alibi.* Sic *Virg.* 7. *Æn.* 660. Furtivum partu sub luminis edidit oras. Al. leg. *auras*, ut 2. *G.* 47. Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras. Alicubi apud *Lucret.* quoque *auras* quidam legendum putarunt: et est etiam qui credat *oras* eum pro *auras* dixisse, ut *plostrum* dicitur pro *plaustrum*, *coda* pro *cauda*, etc. Sed non est necesse ad hæc recurrere. ¶ 5. Intellectuali ratione *oræ* dicuntur extrema rerum. *Oram*, inquit *Festus p.* 182. 22. *Müll.*, pro initio rei posuit *Cæcilius* (est enim initium altera rei extremitas) quum ait: Oram reperire nullam, quam expediam, queo. *Al. leg.* qua me expediam. *Varro* 8. *L. L.* 2. *Müll.* De hujusce multiplici natura discriminum oræ sunt hæ, cur et quo et quemadmodum in loquendo declinata sunt verba. *h. e.* discriminum e multiplici declinationum natura prodeuntium *oræ*, scilicet extrema et summa, in quæ omnia inter se diversissima exeunt, sunt etc. *Oræ* omnes Codd. exhibent, quam lectionem tuetur *Lachmannus* ad *Lucret.* 4. 142.; *Müllerus* vero *rationes* legendum conjecit. — Sic *ingentes belli oræ* sunt summa belli discrimina. *Virg.* 9. *Æn.* 528. Et mecum ingentes oras evolvite belli. Ubi *Servius*: Narrate non tantum initia, sed etiam extrema bellorum; nam oræ sunt extremitates. Est autem *Ennianum*: Quis potis ingentes oras evolvere belli? Sic *Ennius* apud *Quintil.* 6. 3. 86., *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. *et Dioned.* 1. *p.* 381. *Putsch.* — *NB.* De *Ora* vel *Hora* dea *V.* in ONOM.

ŌRĀBĬLIS, e, adject. qui orari, vel rogari potest. *Gloss. Cyrill.* Ἐξεομενιατός, orabilis. *Ibid.* Ἐξιλεωτός, orabilis, placabilis. Occurrit etiam in *Not. Tir. p.* 106.

ŌRĀCŬLUM, i, n. 2. *Oraclum* syncope, ut *periclum. Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 21. 42.; *Accius* apud *Non. p.* 488. 2. *Merc.*; et *Ovid.* 1. *Met.* 321., quæ *V.* infra. Est etiam qui legat in prosa oratione apud *Cic.* 2. *Divinat.* 6. 16. et alibi, sed minus recte. — Oraculum (ab *oro*, ut docet *Cic. Topic.* 20. 77. Oracula ex eo ipso appellata sunt, quod inest in his deorum oratio.) est deorum responsum, χρησμός, μαντεῖον (It. *oracolo*; Fr. *oracle*; Hisp. *oráculo*; Germ. *der göttliche Auspruch, Orakelspruch, das Orakel*; Angl. *an oracle, oracular reply*).

I.) Proprie. *Seneca* 1. *Controv. præf. ante med.* Quid est enim oraculum? nempe voluntas divina hominis ore enunciata. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 21. 42. Ibi ex oraclo voce divina edidit Apollo. *Accius* apud *Non. p.* 488. 4. *Merc.* Pro certo arbitrabor sortis oracla, adytus augura. *Cic.* 1. *Divinat.* 18. 34. Cujus generis oracula etiam habenda sunt, non ea, quæ æquatis sortibus ducuntur, sed illa, quæ instinctu divino afflatuque funduntur. *et* 43. 95. Lacedæmonii de rebus majoribus semper aut Delphis oraculum, aut ab Hammone, aut a Dodona petebant. *Id.* 1. *Tusc.* 48. 116. Quod oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore. *et mox.* Menœceus, oraculo edito, largitus est patriæ suum sanguinem. *Id.* 2. *Off.* 22. 77. Apollo Pythius oraculum edidit, Spartam nulla re alia, nisi avaritia, perituram. *Al. leg.* oraculo. *Id. Rosc. Am.* 24. 66. Quum præsertim deorum immortalium jussis atque oraculis id fecisse dicantur. *Id. Senect.* 21. 78. Socrates, qui est omnium sapientissimus oraculo Apollinis judicatus. *Virg.* 2. *Æn.* 114. Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi Mittimus. *Id.* 4. *G.* 449. Venimus hinc lapsis quæsitum oracula rebus. *Id.* 3. *Æn.* 456. Oracula poscere. *Ovid.* 5. *Met.* 8. consulere. *Id.* 1. *ibid.* 321. Fatidicamque Themin, quæ tunc oracla tenebat.

II.) Translate. ¶ 1. Oraculum dicitur etiam, quum in somnis parens, vel alia sancta gravisque persona, seu sacerdos, vel etiam Deus, aperte eventurum quid, aut non eventurum, faciendum, vitandumve denunciat. Ita *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 3. Itaque accipitur pro vaticinio universim, sive a Deo, sive ab homine fiat. *Cic.* 1. *Divinat.* 50. 115. Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent. *et ibid.* 32. 70. Exposui somnii et furoris oracula. ¶ 2. De ipso loco, in quo deorum responsa dantur. *Cic.* 1. *Divinat.* 19. 37. Numquam illud oraculum Delphis tam celebre et tam clarum fuisset, neque tantis donis refertum omnium populorum atque regum, etc. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 23. 49. (107). Hammonis oraculum, juxta quod gignitur arbor. Adde *Liv.* 23. 11. — Hinc figurate *Cic.* 1. *Orat.* 45. 200. Est enim sine dubio domus Jurisconsulti totius oraculum civitatis. Testis est hujusce Q. Mucii janua et vestibulum, quod-maxima quotidie frequentia civium ac summorum hominum splendore celebratur. ¶ 3. Item pro dicto et sententia celebri ac notatu digna. *Cic.* 1. *Nat. D.* 24. 66. Hæc ego nunc physicorum oracula fundo: vera, an falsa, nescio. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 8. (*n.* 1.). Inde illa reliqua oracula: nequam agricolam esse, etc. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 26. Nam illud verum est M. Catonis oraculum: Nihil agendo homines male agere discunt. Rursus *Plin.* 18. *Hist. nat.* 4. 6. (25). Ac primum omnium (*in re rustica*) oraculis majore ex parte agemus, quæ non in alio vitæ genere plura certiorave sunt. Cur enim non videantur oracula a certissimo die maximeque veridico usu profecta?

ŌRĀMENTUM, i, n. 2. oratio, preces. *Plaut. Truc.* 2. 2. 62. Illum spero mutari blandimentis, oramentis ceteris meretriciis. Ita leg. *Meursius*, et *Goldast.*, alii *ornamentis.*

ŌRĀRĬUM, ii, n. 2. (os, oris) *fazzoletto, moccichino*, parvum linteum ori tergendo. *Casaubon.* ad *Vopisc. Aurel.* 48. *extr.* docet, fuisse linteum oblongum et latum: cujusmodi vocant Ecclesiastici scriptores, quod sinistro brachio sacerdotis imponitur. *Vopisc. loc. cit.* Ipsum primum donasse oraria populo R., quibus uteretur populus ad favorem. *h. e.* in plausibus circi et theatri; quum antea togas jactare mos esset. *Lips. elect. l.* 2. *c.* 10. putat fuisse velum, quo facies et os velaretur, fieretque vox acclamantium resonantior: quod *Casaubon.* merito improbat. *Augustin.* 22. *Civ. D.* 8. *n.* 7. Tunc sicut potuit, oculum lapsum atque pendentem, loco suo revocatum, ligavit orario. *Prudent.* 1. περὶ στεφ. 86. Hic sui dat pignus oris, ut ferunt, orarium. Etiam *Lucilium* hac voce usum quidam putarunt illo versu apud *Non. p.* 539. 22. *Merc.* Ricini aurati, ricæ, atque oraria, mitræ. Sed *Casaubon.* duo tantum priora verba *Lucilii* esse censet, cetera *Nonii* illa explicantis. Usurpat etiam *Hieronym. Ep.* 52. *n.* 9., et cum sudario conjungit. — De aliis *orarii* usibus sequiori ævo multa ibi *Casaubon.*, item *Ducang.* in *Glossar.*

ŌRĀRĬUS, a um, adject. ab ora, ut Oraria navis, parvæ molis, et ad legendas tantum oras litorum apta. *Plin.* 10. *Ep.* 26. Nunc destino partim orariis navibus, partim vehiculis provinciam petere.

ŌRĀTA, æ, f. 1. genus piscis appellatum a colore auri, quod rustici *orum* dicebant, et auriculas, oriculas. Itaque Sergium quemdam prædivitem, quod duobus anulis aureis, et grandibus uteretur, Oratam dicunt esse appellatum. *Festus p.* 182. 17. *Müll.* At *Varro* 3. *R. R.* 3. 10.; et *Colum.* 8. *R. R.* 16. 5. Sergium illum inde dictum volunt, quod ejus piscis studiosissimus fuerit. *V.* AURATA in ONOM.

ŌRĀTIM, adverb. per oras, ut oppidatim, vicatim. *Solin.* 3. Ut oratim omnes insulas legamus. *Al leg.* ut moratim omnium insularum oras legamus.

ŌRĀTIO, f. 3. (oro) locutio, sermo, compositum ex pluribus dictionibus seu vocibus, quo homines animi sui sensa exprimunt, λογος (It. *discorso, parlare*; Fr. *discours, langage, mots*; Hisp. *discurso, lenguage, palabras*; Germ. *das Reden, die Rede*: Angl. *speech, discourse, language*). Occurrit ¶ 1. Generatim et est, ut diximus, compositum ex pluribus dictionibus, seu vocibus, quo homines animi sui sensa exprimunt, ut ait *Cic.* 3. *Orat.* 42. 167. In oratione, id est in continuatione verborum. — *a)* Ponitur pro consueta hominum locutione, pro sermone. *Ennius* apud *Gell.* 11. 4. Nam opulenti quum loquuntur pariter atque ignobiles, Eadem dicta eademque oratio æqua non æque valet. *Cato* apud *Plin. Hist. nat. præfat.* 30. Scio, quæ scripta sunt, si palam proferantur, multos fore qui vitiligent. Eorum ego orationes sivi præter fluere. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 9. Quam orationem hanc aures dulcem devorant! *Ter. Andr.* 1. 5. 16 Oratio hæc me miseram exanimavit metu. *Cic.* 1. *Off.* 4. 12. Natura vi rationis hominem conciliat homini et ad orationis et ad vitæ societatem. *Id.* 7. *Verr.* 2. 5. Quid dices? an bello fugitivorum Siciliam virtute tua liberatam? Magna laus; honesta oratio. *Id.* 1. *Nat. D.* 44. 123. Epicurus re tollit, oratione relinquit deos. Cf. *Plaut. Epid.* 1. 2. 13. quid te igitur retulit, Beneficum esse oratione, si ad rem auxilium emortuum est? Rursus *Cic.* 5. *Tusc.* 16. 47. Qualis cujusque animi affectus esset, talem esse hominem; qualis autem homo ipse esset, talem ejus esse orationem; orationi autem facta similia, factis vitam. *Id.* 6. *Fam.* 14. Non solum ex oratione Cæsaris, quæ sane mollis et liberalis fuit, sed etiam ex oculis et vultu hanc in opinionem discessi, ut mihi tua salus dubia non esset. *Cæs.* 1. *B. C.* 2. Ingressus in eam orationem, non oportere etc. *avendo cominciato a dire, che* etc. — Et cum addito Genitivo rei, de qua oratio agit. *Cic.* 4. *Verr.* 69. 167. Eripient tibi istam orationem contemnendorum Siculorum atque aratorum statuæ illæ equestres. *et* 5. *ibid.* 44. 106. Sed mihi Ætnensium brevis est oratio. — *b)* De loquendi forma et ratione, *stile, maniera di esporre nel discorso. Ter. Phorm. prol.* 4. dictitat, quas antea fecit fabulas, Tenui esse oratione et scriptura levi. *Cic. Orat.* 19. 64. Mollis est enim oratio philosophorum et umbratilis. *Id. Brut.* 31. 120. Stoicorum est adstrictior oratio aliquantoque contractior, quam aures populi requirunt. *Id.* 1. *Off.* 1. 2. Orationem autem Latinam efficies profecto legendis nostris (*scriptis*) pleniorem. — *c)* De ipsa lingua, *lingua, favella. Cic.* 1. *Off.* 1. 1. Ut ipse ad meam utilitatem semper cum Græcis Latina conjunxi, idem tibi censeo faciendum, ut par sis in utriusque orationis facultate. *Gell.* 11. 1. In historiis, quas Timæus oratione Græca de rebus populi Romani composuit. *in Greco.* Adde *eumd.* 18. 10. *in fin.* ¶ 2. Speciatim dicitur de prosa oratione. *Cic. Orat.* 21. 70. Sæpissime et in poematis et in oratione peccatur. ¶ 3. Item speciatim et sæpissime dicitur de locutione oratoria. *Cic. Orat.* 19. 64. Quamquam omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. *Cato* apud *Fronton.* 1. *Ep. ad Antonin.* 1. Jussi caudicem proferri, ubi mea oratio scripta erat de ea re. *Liv.* 39. 42. Catonis et quidem acerbæ orationes exstant in eos, quos aut senatorio loco movit, aut quibus equos ademit: longe gravissima in L. Quinctium oratio est. *Cic.* 3. *Orat.* 43. 172. Collocatio verborum junctam orationem efficit, cohærentem, lenem, æquabiliter fluentem. *et ibid.* 25. 96. Oratio gravis, erudita, liberalis, admirabilis, polita, conspersa quasi verborum sententiarumque floribus. *et* 1. *ibid.* 54. 231. diserta et oratoria. *et* 3. *ibid.* 25. 100. concinna, distincta, ornata, festiva. *et ibid.* 97. exilis, inculta, vulgaris, obsoleta. *et* 2. *ibid.* 53. 214. varia, copiosa. *et Brut.* 79. 273. splendida et grandis. *et ibid.* 24. 93. incitata, gravis, vehemens. *et ibid.* 55. 203. incitata et volubilis, nec ea redundans tamen, nec circumfluens. *et ibid.* 95. 326. quum incitata et vibrans, tum accurata et polita. *Id.* 2. *Orat.* 43. 183. Non semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, submissa, lenis. *Quintil.* 4. 1. 60. simplex atque illaborata. *Id.* 10. 1. 115. sancta, gravis et castigata. *et* 8. 3. 74. sublimis, florida, jucunda. *et ibid.* 49. bebes, sordida, jejuna, tristis, ingrata, vilis. *Cic. Orat.* 20. 66. contorta et acris. *et ibid.* tracta et fluens. *Petron. Satyr.* 2. Grandis, et, ut ita dicam, pudica oratio non est maculosa, nec turgida, sed naturali pulcritudine exsurgit. *Cic.* 3. *Orat.* 48. 184. et *Brut.* 8. 30. Oratio polita, accurata, et facta quodam modo. *et ibid.* 79. 273. faceta et perurbana. *et Orat.* 5. 20. aspera, tristis, horrida, neque perfecta, neque conclusa. *et ibid.* lævis, instructa, terminata. *Id.* 4. *Herenn.* 10. 15. Oratio, quæ turget et inflata est. *et* 11. 16. Aridum et exsangue genus orationis, quod non alienum est, exile nominari. *Id. Sull.* 16. 47. Orationis aculei. *Quintil.* 2. 16. 10. claritas. *Id.* 6. 3. 19. condimentum. *Cic. Brut.* 95. 325. cursus admirabilis. *Id.* 4. *Fam.* 4. divitiæ. *Id. Brut.* 17. 66. elatio atque altitudo. *Id. Orat.* 16. 53. mæstitia. *Id.* 1. *Fin.* 5. 14. ornamenta. *Id.* 4. *Fam.* 4. paupertas. *Id. Orat.* 23. 76. subtilitas. *Id. Brut.* 95. 327. vestitus. *Quintil.* 11. 1. 85. asperitas. *Id.* 11. 3. 111. celeritas. *Id.* 10. 1. 116. color et gravitas. *Id.* 5. 12. 18. virilis habitus. *Id.* 9. 2. 4. motus atque actus. *Id.* 11. 3. 154. suavitas. *Id.* 9. 1. 21. vultus. *Cic.* 1. *Orat.* 14. 63. Orationem facere et polire. *Id.* 2. *Invent.* 15. 49. distinguere et illustrare. *Id.* 3. *Orat.* 43. 170. translatis verbis, tamquam stellis quibusdam, notare et illuminare. *Cæs.* 2. *B. C.* 18. habere adversus rempublicam. *Cic.* 5. *Tusc.* 33. 94. habere multam de re aliqua. *Id. Planc.* 30. 74. habere in senatu. *et ibid.* recitare. *et ibid.* de scripto dicere. *Quintil.* 3. 1. 11. scribere. *Cæs.* 3. *B. C.* 17. instituere. *Cic.* 15. *Att.* 1. *a med.* Oratio scripta elegantissime. *Petron. Satyr.* 2. Levibus atque inanibus sonis ludibria quædam excitando, effecistis, ut corpus orationis enervaretur et caderet. *Nepos Cat.* 3. Orationes conficere. *Cic.* 2. *Fin.* 1. 3. Quum fertur, quasi torrens, oratio, quamvis multa cujusque modi rapiat; nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas. *Id. Senect.* 10. 31. *de Nestore.* Ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio. *Id.* 5. *Fin.* 28. 84. Proclivis currit oratio. *Id. Brut.* 2. 8. Canescit oratio habetque suam quamdam maturitatem. *Id.* 3. *Orat.* 51. 198. In orationem nostra aliquid claudicat. *Id. de opt. gen. orat.* 6. 18. Convertere orationes e Græco. *Id.* 2. *leg. Agr.* 5. 13. Explicare orationem sane longam et verbis valde bonis. *Id.* 1. *Att.* 13. Includere aliquid orationi suæ. *Id.* 7. *Phil.* 3. 8. Ingredi in orationem. *Cæs.* 3. *B. C.* 19. Mediam alicujus orationem interrumpere. — *Oratio directa* opponitur *obliquæ*: illa autem est, quum quis historicus alicujus principis vel ducis verba, quasi ab eodem ita recitata fuerint, exponit: hæc vero, quum ipse historicus, quid ille dixerit, summatim strictimque narrat. *Justin.* 38. 3. 11. Quam orationem dignam duxi, cujus exemplum brevitati hujus operis insererem; quam obliquam Pompejus Trogus exposuit, quoniam in Livio et in Sallustio reprehendit, quod contiones directas pro sua oratione operi suo inserendo historiæ modum excesserint. ¶ 4. Hinc figurate ponitur pro facultate dicendi, seu eloquentia. *Pacuvius* apud *Non. p.* 113. 32. *Merc.* et apud *Cic.* 2. *Orat.* 44. 187. O flexanima atque omnium regina rerum oratio. *Cic. Brut.* 45. 165. Satis in eo fuit orationis atque ingenii, quo etc. *Martial.* 5. 28. Pietate fratres Curtios licet vincas, Oratione Regulos, jocis Paulos. ¶ 5. Interdum publici libelli et litteræ, in quibus aliquid ad rempublicam pertinens perscribitur, orationes vocantur. *Sueton. Ner.* 15. De quibusdam rebus orationes ad senatum missas, præterito quæstoris officio, per Coss. plerumque recitabat. *Id. Tit.* 6. Orationesque in senatu recitaret, etiam quæstoris vice. *Tac.* 16. *Ann.* 27. Et oratio principis per quæstorem ejus audita est. Patres arguebat, etc. Cf. *Sueton. Aug.* 65. De filia absens, ac libello per quæstorem recitato, notum senatui fecit. ¶ 6. Apud Ecclesiasticos scriptores est sermo et precatio, quæ ad Deum habetur, *preghiera, orazione*: nam orare est etiam precari, petere. *Tertull., Hieronym., Augustin.* multis in locis. — Quod ait *Gell.* 13. 22. Comprecationes deorum immortalium, quæ ritu Romano fiunt, expositæ sunt in libris sacerdotum populi R. et in plerisque antiquis orationibus. *orationes* intellige habitas in causis, in quibus oratores interdum solent deos invocare, et ad eos verba dirigere: quod *Cic.* facit 7. *Verr.* 72. 184., *Mil.* 31. 85., *Dom.* 57. 144. etc.

ŌRĀTIUNCŪLA, æ, f. 1. deminut. parva oratio, *orazioncella*, λογάριον. *Cic. Brut.* 19. 77. Indicant orationculæ, tum historia quædam Græca, scripta dulcissime. *Id.* 3. *Nat. D.* 17. 43. Oratiuncula aureola. Adde *eumd.* 13. *Att.* 19. et 15. *ibid.* 3.; et *Fronton.* 2. *ad M. Cæs.* 13. Sic *Quintil.* 4. 3. 17. Ciceroni quoque in proœmio, quum diceret pro Milone, digredi fuit necesse, ut ipsa oratiuncula, qua usus est, patet.

ŌRĀTIŌNĀLIS, e, adject. qui oratione constat. *Priscian. de Præexercit. Rhet. p.* 1331. *Putsch.* Usus est, quem Græci χρειαν vocant, commemoratio alicujus orationis, vel facti, vel utriusque simul. Usuum autem alii orationales, alii activi, alii mixti. Orationales sunt, quibus inest oratio sola.

ŌRĀTOR, ōris, m. 3. qui orat, qui loquitur; occurrit vero speciatim et ¶ 1. Est legatus, *ambasciadore*: vel quia *orare* etiam agere significat, ut *Festus p.* 198. 23. *Müll.* docet (*V.* ORO), vel ab oratione, ut placet *Varroni*, qui ait 7. *L. L.* 41. *Müll.* Orator dictus ab oratione; qui enim verba orationum haberet publice adversus eum quo legabatur, ab oratione orator dictus. Quum res major erat, oratores legabantur potissimum qui causam commodissime orare poterant. *Ennius* apud *Varron. loc. cit.* Orator sine pace redit, regique refert rem. *et mox.* Oratores doctiloqui. *Cato* apud *Festum p.* 182. 5. *Müll.* Ætolos pacem velle: de ea re oratores Romam profectos. *et ibid.* Clælius prætor Albanus oratores misit Romam. *Plaut. Stich.* 32. 34. At ii oratores sunt populi, summi viri; Ambracia veniunt huc legati publice. *Cic. Brut.* 14. 55. C. Fabricius ad Pyrrhum de captivis recuperandis missus orator. *Id.* 2. *Legg.* 9. 21. Fœderum, pacis, belli, induciarum oratores fetiales judicesve sunto. *Num legend.* oratorum? *V.* cl. *Vahlen.* adnotat. ad h. l. *Liv.* 1. 15. *a med.* Vejentes pacem petitum oratores Romam mittunt. *Id.* 30. 16. Oratores ad pacem petendam mittunt triginta seniorum principes. *Id.* 9. 45. *extr.* Ut Frentani mitterent Romam oratores pacis petendæ, amicitiæque. *et* 43. *ad fin.* Ad senatum pacis oratores missi. *Virg.* 7. *Æn.* 153. Centum oratores augusta ad mœnia regis Ire jubet (*Æneas*), ramis velatos Palladis omnes, Donaque ferre viro, pacemque exposcere Teucris. Adde *eumd.* 11. *ibid.* 331. — Neque solum petendi causa aliquid, sed et repetendi *orator* dicitur. *Ovid.* 15. *Met.* 196. Mittor et Iliacas audax orator ad arces, Accusoque Parin, prædamque Helenamque reposco. *Al. leg.* hortator. *Varro* apud *Non. p.* 529. 27. Feciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos oratores vocabant. ¶ 2. *Orator*, simpliciter, precator, rogator, *pregatore*: nam *orare* est precari, petere. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 144. MI. Quid faciam? AGOR. exora, blandire, expalpa. MI. faciam sedulo. Sed vide sis, ne tu oratorem hunc pugnis pectas postea. *Id. Rud.* 3. 2. 38. quum Epignomus dixisset parasito, petenti admitti ad cœnam

v. 38., non æquum esse eum inter oratores Ambracienses accipi; respondet parasitus *v.* 39. Equidem hercle orator sum, sed procedit parum. *h. e.* peto quidem cœnam, sed parum proficio. *Ter. Hecyr. prol. alt.* 1. Orator ad vos venio ornatu Prologi: Sinite etc. Adde *Afranium* apud *Festum p.* 182. 11. *Müll.* ¶ 3. Sæpius orator, *oratore, avvocato, ἀγορητής*, qui dicendi peritus est, et publicas privatasque causas agit: qui potest dicere prudenter, copiose et ornate de omnibus rebus, quæcumque in disceptationem cadunt; ab *oro*, dico. De universa ejus facultate, officio, et laudibus legendi aurei sunt *Ciceronis* libri, et studioso eloquentiæ vel memoriter addiscendi. — Differt a rhetore, qui oratoriam artem alios docet: orator autem exercet. *Sidon.* tamen oratorem pro rhetore posuit, 5. *Ep.* 5. Pueritiam tuam competenter scholis liberalibus memini imbutam, et sæpenumero acriter eloquenterque declamasse coram oratore, etc. Contra rhetorem pro oratore posuisse videtur *Cic.* 2. *Fin.* 6. 17. et 2. *Orat.* 3. 10. *V.* RHETOR. Ceterum — *a*) Generatim. *Nævius* apud *Cic. Senect.* 6. 20. Proveniebant oratores novi, stulti adolescentuli. *Ennius* apud *Cic. Mur.* 14. 30. Pellitur e medio sapientia, vigeritur res, Spernitur orator bonus, horridus miles amatur. Adde *eumd.* apud *Cic. Brut.* 15. 58. *Cato* apud *Quintil.* 12. 1. 1. Orator est vir bonus, dicendi peritus. *Cic.* 1. *Orat.* 49. 213. Eum puto esse (*oratorem*), qui et verbis ad audiendum jucundis et sententiis ad probandum accommodatis uti possit in causis forensibus atque communibus. Hunc ego appello oratorem, eumque esse præterea instructum voce et actione et lepore quodam volo. *et ibid.* 15. 65. Si quis universam et propriam oratoris vim definire complectique vult, is orator erit, mea sententia, hoc tam gravi dignus nomine, qui, quæcumque res inciderit, quæ sit dictione explicanda, prudenter et composite et ornate et memoriter dicet cum quadam actionis etiam dignitate. — *b*) Per antonomasiam *orator* est Cicero. *Lactant.* 1. 9. — *c*) *Orator* inscribitur liber, de quo *Cic.* 15. *Fam.* 20. Oratorem meum, sic enim inscripsi, Sabino tuo commendavi.

ŌRĀTŌRĬA, æ, f. 1. *V.* ORATORIUS in fin.

ŌRĀTŌRĬĒ, adverb. *oratoriamente, ῥητορος δίκην*, more oratorum. *Cic. Orat.* 68. 227. Nihil est enim aliud pulcre et oratorie dicere, nisi optimis sententiis verbisque lectissimis dicere. *Quintil.* 9. 1. 13. A simplici dicendi modo oratorie mutatum.

ŌRĀTŌRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

ŌRĀTŌRĬUS, a, um, adject. *oratorio, ῥητορικός*, ad oratorem spectans. *Cic.* 1. *Orat.* 54. 231. Sic illam orationem disertam sibi et oratoriam, fortem et virilem non videri. *Id. Brut.* 75. 261. Ornamenta oratoria. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 8. 32. Oratoria vis dicendi. *Quintil.* 11. 3. 125. Oratorius gestus. *Id.* 9. 4. 57. numerus. *Id.* 3. 1. 20. In oratoriis, *scil.* libris. *Id.* 6. 3. 39. Narrare quæ salsa sint, in primis est subtile et oratorium. — Hinc

Oratoria, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est oratoria ars. *Quintil.* 2. 14. 1.

Oratorium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est locus fundendis ad Deum precibus destinatus, *oratorio. Augustin. Ep.* 109. In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est: unde et nomen accepit. *Alcim. Ep.* 6. *sub fin.* Istud, quod de oratoriis vel basilicis privatis interrogasti, perinde ut de ecclesiis eorum (*hæreticorum*) difficile definitur. *Vulgat. interpr. Judith* 9. 1. Quibus abscedentibus, Judith ingressa est oratorium suum: et induens se cilicio: et prosternens se Domino etc.

ŌRĀTRIX, īcis, f. 3. ¶ 1. Est mulier quæ orat, *oratrice. Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 80. Me oratricem haud sprevisti. *Cic.* 2. *de republ.* (edente *A. Maio*) 8. Ex Sabinis virgines raptæ postea fuerant oratrices pacis et fœderis. *Id. ibid.* 7. easdem Sabinas *orantes* dixerat. ¶ 2. Alio sensu *Quintil.* 2. 14. 1. Rhetoricen in Latinum transferentes, tum oratoriam, tum oratricem nominaverunt.

ŌRĀTUM, i, n. 2. *et*

ŌRĀTUS, a, um, particip. *V.* ORO.

ŌRĀTUS, us, m. 4. *priego*, precatio, rogatio. In sexto casu. *Cic. Flacc.* 37. 92. An etiam scripsit oratu tuo? *Coripp.* 2. *Laud. Justin.* 4. Ipse etiam procerum magnis oratibus actus. — Etiam in secundo casu usurpatur. *Sidon.* 9. *Ep.* 14. *sub init.* Si accidat, ut nec intra unum conclave amici decumbant, nulla sunt verba, nulla sunt solatia, nulla mutui oratus vicissitudo.

ORBĀTĬO, ōnis, f. 3. *privazione, στέρησις*, privatio. *Seneca Ep.* 87. *sub fin.* Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur, vel, ut antiqui dixerunt, per orbationem: Græci dicunt κατὰ στέρησιν. *Capell.* 4. *p.* 115. Opponuntur autem sibi ita, ut aut relative opponantur, ut magnum parvo et dimidium duplo; aut ut contraria, ut stultitia sapientiæ; aut ut habitus orbationi, ut cernentia cæcitati.

ORBĀTOR, ōris, m. 3. qui privat. *Ovid.* 13. *Met.* 500. Exitium Trojæ, nostrique orbator Achilles. *h. e.* qui nos filiis privavit.

ORBĀTUS, a, um. *V.* ORBO.

ORBĀTRIX, īcis, f. 3. quæ privat. *Dracont.* 3. *Hexæm.* 325. *de Bruto.* in sobolis vertit pia colla secures Civibus hostiles orbatricesque suorum.

ORBĔFĂCĬO, is, ere, a. 3. orbum, seu orphanum facio. *Gloss. Philox.* Orbefacio, ὀρφανίζω.

ORBĬCŬLĀRIS, e, adject. qui in orbem ducitur. Ita appellabant Itali antiqui, teste *Apul. Herb.* 17., herbam, quæ Græce eodem sensu κυκλάμινος, et Latine cyclaminos et cyclaminis dicitur. *Marcell. Empir.* 1. Aqua, vel succo herbæ cyclaminis, quæ orbicularis dicitur, caput lavato. Adde *eumd. c.* 30 *p.* 131. *retro* ed. *Ald.*

ORBĬCŬLĀTIM, adverb. *in giro*, κυκληδόν, per orbes et circulos, quasi circulatim. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 67. (177). Sed quibus cervix, e multis, vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis, etc.

ORBĬCŬLĀTUS, a, um, particip. ab *orbiculor*: *tondo, rotondo*, κυκλικός, in orbem et circuitum conformatus. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 13. 109. (133). Caulium capita orbiculata. *Id.* 24. *ibid.* 15. 87. (137). Orbiculatus foliorum ambitus. *Cælius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 15. Quid est? nunc tibi nostri milites, qui durissimis et frigidissimis locis teterrima hieme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis pasti videntur? *h. e.* delicate et laute nutriti. Nam mala orbiculata, quæ, ut *Plin.* docet 15. *Hist. nat.* 14. 15. (51)., dicta sunt a figura orbis in rotunditatem circumacti, inter laudatiora recensentur a *Varron.* 1. *R. R.* 59. 1.; *Colum.* 5. *R. R.* 10. 19.; *Plin. loc. cit.*; et *Macrob.* 2. *Saturn.* 15. Ea sine cura toto anno servari posse, scribit *Pallad.* 3. *R. R.* 25. *a med.* Inter ea, quæ stomacho idonea sunt, *Cels.* enumerat 2. 24. *Plin.* vero *loc. cit.* in Epiro primum provenisse, argumento ait esse Græcos, qui Epirotica vocant. Etiam pira orbiculata memorat *Macrob. loc. cit.*; *Theod Priscian.* 4. *p.* 315. *retro* ed. *Ald.*; *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 113. ed. *Ald.*; et *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 37.

ORBĬCŬLOR, āris, ari, dep. in orbem ago. *Gloss. Philox.* Orbiculatur, κυκλεῖται.

ORBĬCŬLUS, i, m. 2. *circoletto, rotella, girella, σφαιρίδιον*, parvus orbis, circulus, rotula. *Cato R. R.* 3. Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus sparteis ducantur. Orbiculis superioribus octonis, interioribus senis citius duces. *girelle.* Sic *Vitruv.* 10. 5. Hoc genus machinæ polyspaston appellatur, quod multis orbiculorum circuitionibus et facilitatem summam præstat, et celeritatem. *Colum.* 4. *R. R.* 30. 4. Orbiculus dipondiarius. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 94. (148). Radix concisa in orbiculos servatur in vino. *Varro* 1. *R. R.* 52. 1. Tragulum ex assibus dentatis cum orbiculis, quod vocant plostellum Pœnicum. *V. Inscript.* apud *Murat.* 717. 2. *Arnob.* 3. 13. Oculorum orbiculi mobiles, superciliorum marginibus obumbrati. *Inscript.* apud *Orell.* 2519. et apud *Henzen.* 6753. inter donaria memorat etiam ORBICVLVM CVM COLVMBELLA.

ORBĬCUS, a, um, adject. *circolare, περιδρομος*, in orbem actus. *Varro* apud *Non. p.* 148. 16. *Merc.* Sidera cæli divum, circum terram atque axem quæ volvuntur moto orbico. Adde *Arnob.* 2. 58. — At *Oehlerus, M. Ter. Varron. Sat. Menipp. p.* 139. cum *Mercero* legit *orbitus*, quam lectionem exhibet etiam cl. *Vahlenus*, *In M. Ter. Varron. Sat. Menipp. Conject. p.* 50. Apud *Arnob.* autem *loc. cit.* Potestis inducere atque expedire rationem, cur non fixus atque immobilis maneat (*mundus*), sed orbico semper circumferatur in motu? *Oehlerus* loc. cit. cum aliis legit *orbe toto*, adversante *Orellio.*

ORBĬFĬCO, as, are, a. 1. orbum facio, privo. *Accius* apud *Non. p.* 179. 26. *Merc.* Pernici orbificor liberorum leto tabificabili.

ORBĬLE, is, n. 3. volunt esse externum rotæ partem, quæ radiis sustinetur in illo *Varron.* 3. *R. R.* 5. 15. Ita ut ad extremum, ubi orbile solet esse acutum, tabula cavata sit, ut tympanum. *Schneiderus* legend. putat: *ubi orbis solet esse ligneus.*

ORBIS, is, m. 3. *Orbs* in recto dictum est a *Venant.* 8. *carm.* 5. *in fin.* et 9. *carm.* 2. *sub fin.* non imitando. — In Ablativo habet etiam *orbi. Lucret.* 5. 75. terrarum qui in orbi sancta tuetur Fana, lacus, lucos etc. *Varro* 3. *R. R.* 5. 16. Quum et aqua calida et frigida ex orbi ligneo-fluat. *P. Rutilius* apud *Charis.* 1. *p.* 112. *Putsch.* Ex orbi terrarum. *Cic. fragm.* apud *eumd. ibid.* Orbi terrarum comprehensus. — Ratione habita etymi, volunt esse ab antiquo *urcus*, reflexus, sursum inflexus; alii *orbem* cum voce *urbs* conjungunt. Ceterum *orbis* est circulus, sphæra, globus, κύκλος, σφαῖρα (It. *circolo, cerchio, sfera, ruota, giro*; Fr. *cercle, rond, figure sphérique ou circulaire*; Hisp. *circulo, cerco, redondez*; Germ. *der Kreis, Ring, Zirkel, die Rundung oder Runde*; Angl. *a circle, ring, orb, globe, sphere*).

I.) Proprie, latissime patet; usurpatur enim *A*) De circulo vacuo et inani, cujus modi est anulus; et *B*) De circulo solido seu de solido circulari.

A) De circulo vacuo et inani. ¶ 1. Stricto sensu. Proprie differt a globo: *orbis* enim de plano corpore circulari dicitur, *globus* de solido rotundo. *Cic.* 2. *Nat. D.* 18. 47. Quum duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim σφαῖραν interpretari placet), ex planis autem circulus, aut orbis, qui κύκλος Græce dicitur. *Id.* 6. *de republ.* 17. Novem orbibus, vel potius globis connexa sunt omnia. — Hoc tamen discrimen non semper servatur. Dicitur enim orbis de re quacumque rotunda. *V.* infra sub *B.* — Ceterum *Cic. Fat.* 8. 15. et 16. In sphæra maxime orbes medii inter se dividuntur. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 56. (112). Dos omnis unionum in candore, magnitudine, orbe. *h. e.* rotunditate, *rotunditā. Propert.* 4. 6. 6. Terque focum circa laneus orbis eat. *h. e.* lanea vitta. Sic *Virg.* 8. *Ecl.* 64. molli cinge hæc altaria vitta. — Sic de circulo rotæ, quem radii sustinent, *cerchio della ruota*; et de ipsa rota, *ruota. Ovid. Ib.* 178. Quique agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ. *Virg.* 3. *G.* 361. Undaque jam tergo ferratos sustinet orbes. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 19. (52). Rotarum orbes circumacti. *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 554. 33. *Merc.* Saxaque ingentia et orbes axe juncti per pronum incitabantur. *h. e.* rotæ axibus inditæ eoque ad decurrendum compositæ. *V. Kritz.* ad *h. l.* — Sic de choreis. *Cic. Pis.* 10. 22. Ne tum quidem, quum illum suum saltatorium versaret orbem, fortunæ rotam pertimescebat. Cf. *Arnob.* 2. 42. Multitudo incompositos corporum dissolveretur in motus, saltitaret et cantaret, orbes saltatorios verteret etc. — De circulis, quæ oculorum pupillam circumdant. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 55. (148). Aliis nigri, aliis ravi, aliis glauci coloris orbibus (*pupillæ*) circumdatis. ¶ 2. Generatim. — *a*) De animalibus. Sic de *spiris*

anguium. *Virg.* 2. *Æn.* 204. immensis orbibus angues Incumbunt pelago. *et* 2. *G.* 153. Nec rapit (*anguis*) immensos orbes per humum. *Ovid.* 3. *Met.* 77. Ipse modo immensum spiris facientibus orbem Cingitur. *et* 9. *ibid.* 64. Qui (*anguis*) postquam flexos sinuari corpus in orbes etc. *Stat.* 5. *Theb.* 513. nunc ille (*serpens*) dei circumdare templa Orbe vago labens. — Et de equis, qui in gyrum aguntur. *Ovid.* 12. *Met.* 468. certumque equitavit in orbem. *Id. Heroid.* 4. 79. Sive ferocis equi luctantia colla recurvas, Exiguo flexos miror in orbe pedes. *Val. Flacc.* 6. 239. Orbibus hos rapidis mollique per equora Castor Anfractu levioris equi deludit anhelos. *con presti giri.* — Similiter *Ovid.* 2. *Met.* 714. Inde revertentes deus aspicit ales: iterque Non agit in rectum, sed in orbem curvat eumdem. *Lucan.* 5. 715. Glomerantur in orbes grues. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 34. 52. (104). Columbarum crebris pedum orbibus adulatio. *Id.* 10. *ibid.* 24. 35. (72). Sturnorum generi proprium catervatim volare et quodam pilæ orbe circumagi. *Scribon. Compos.* 39. Bestiolæ multorum pedum, quæ tactæ conduplicant se in orbem pilulæ rotundissimæ similem. — *b*) De inanimis. *Lucret.* 5. 663. Idæis fama est e montibus altis Dispersos ignes orienti lumine cerni, Inde coire globum quasi in unum et conficere orbem. *Cic. Tim.* 7. *ad fin.* Hanc omnem conjunctionem in orbem torsit. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 33. 52. (102). In quibus (*conchis*) magna ludentis naturæ varietas; tot colorum differentiæ, tot figuræ, planis, concavis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe cæsis, in dorsum elatis etc. *Ovid.* 6. *Met.* 19. Sive rudem primos lanam glomerabat in orbes. *Juvenal.* 6. 495. pectitque comas, et volvit in orbem. Sic *Claudian. II. Rapt. Pros.* 15. crinis multiplices insinuatur in orbes. *Ovid.* 2. *Amor.* 15. 6. *de anulo.* Et digitum justo commodus orbe teras. — Similiter de re convoluta. *Ovid.* 12. *Met.* 96. telum Torsit in Æacidem, quod et æs, et proxima rupit Terga novena boum, decimo tamen orbe moratum. — *Orbis ablaqueationis* est fossura in orbem facta circa imos arborum truncos. *Colum.* 4. *R. R.* 4. 2. Dum exaltare fortius orbem ablaqueationis fossor studet, obliquam vitem plerumque sauciat. *Id.* dixit 5. *ibid.* 9. 17. altis gyris ablaqueare. ¶ 3. Speciatim de sideribus. — *a*) *Orbes* dicuntur ipsi cursus astrorum circumvolventium se, *corso delle stelle. Cic.* 6. *de republ.* 15. Sidera circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. *Id.* 2. *Nat. D.* 19. 49. Circuitus solis orbium V. et LX. et CCC. quarta fere diei parte addita conversionem efficiunt annuam. — *b*) Item *orbes* dicuntur cælestes circuli, quibus infixa astra assiduo volvuntur, *sfere. Cic.* 3. *Nat. D.* 14. 37. Cur se sol referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe itemque brumali. *Id.* 6. *de republ.* 16. Splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos, ut a Grajis accepistis, orbem lacteum nuncupatis. *la via lattea. Lucan.* 1. 77. fratri contraria Phœbe Ibit, et obliquum bigas agitare per orbem Indignata, diem poscet sibi. *Cic.* 2. *Nat. D.* 20 53. Mercurii stella anno fere vertente signiferum lustrat orbem. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 3. 3. (6). Circumactorum simul tinnitus siderum, suosque volventium orbes. *Virg.* 4. *G.* 426. medium sol igneus orbem Hauserat. *h. e.* meridiem transierat. ¶ 4. Hinc de cursu annuo, *anno, corso d'un anno*, quod ex motu siderum conficitur. *Virg.* 1 *Æn.* 273. Triginta magnos volvendis mensibus orbes Imperio explebit: *regnerà trent'anni.* et 5. *ibid.* 46. Annuus exactis completur mensibus orbis. ¶ 5. Sæpe etiam de ordine aciei in gyrum dispositæ. (V. *Gell.* 10. 9. et v. QUADRATUS). *Cæs.* 5. *B. G.* 33. Ut impedimenta relinquerent, atque in orbem consisterent. *et* 4. *ibid.* 37. Quum illi, orbe facto, se defenderent. *Sil. It.* 13. 683. Tunc hostis socio desertos milite, multum Ditior ipse viris, spisso, circumdedit orbe. *h. e.* densa militum corona. *Sall. Jug.* 102. *extr.* Romani orbes facere, atque ita ab omnibus partibus simul tecti et instructi hostium vim sustentabant. *Liv.* 4. 28. Orbem volventes suos increpans. *h. e.* alio fugæ causa inclinantes aciem.

B) Orbis dicitur etiam de circulo solido, seu de solido rotundo. ¶ 1. De plurimis manu hominum factis, quæ domestico usui sunt, aut bellico. — *a*) De operculo rotundo, *coperchio*, ut videtur. *Cato R. R.* 10. *a med.* Abacum unum, orbes aheneos duos. Adde *eumd. ibid.* 135. — *b*) De mola, quæ in trapeto vertitur ad exprimendum oleum. *Id. ibid.* 22. et 135. — *c*) De tabula rotunda lignea, quæ oleas prelo premendas sustinet. *Id. ibid.* 18. — *d*) De mensa rotunda, *tavola, mensa. Martial.* 2. 43. Tu Lybicos Indis suspendis dentibus orbes: Fulcitur testa fagina mensa mihi. Adde *eumd.* 9. 60. Orbem mensæ dixit *Ovid. Heroid.* 17. 87. — *e*) De speculo. *Martial.* 9. 18. Addidit et nitidum sacratis crinibus orbem, Quo felix facies judice tota fuit. — *f*) De marmoribus. *Seneca Ep.* 86. Nisi parietes magnis et pretiosis orbibus refulserunt. *h. e.* marmoribus in rotundum sectis. Sic *Juvenal.* 11. 173. Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem. *V.* PYTISMA. — *g*) De lancibus libræ. *Tibull.* 4. 1. 43. inæquatum si quando onus urget utrimque, Instabilis natat alterno depressior orbe. — *h*) De disco. *Ovid. Ib.* 590. Quo puer Œbalides, ictus ab orbe cadas. Adde *Stat.* 6. *Theb.* 656. — *i*) De scuto, *scudo. Petron. Satyr.* 89. Gladios retractant, commovent orbes manu. *Val. Flacc.* 6. 345. ingentem Telamon procul extulit orbem, Exanimem te, Canthe, tegens. *Stat.* 4. *Theb.* 130. latus omne sub armis Ferrea scuta terunt: humeros ac pectora late Flammeus orbis habet. Adde *eumd.* 2. *Achill.* 177.; *Virg.* 10. *Æn.* 783.; et *Sil. It.* 4. 328. ¶ 2. De rebus physicis rotundis generatim. — *a*) De disco, seu corpore solis et lunæ. *Virg.* 1. *G.* 458. At si, quum referetque diem condetque relatum, Lucidus orbis erit, frustra terrebere nimbis. *Ovid.* 7. *Met.* 530. quater junctis implevit cornibus orbem Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem. *Id. ibid.* 179. ut cornua tota coirent, Efficerentque orbem. *facessero il tondo.* — *b*) De cavis oculorum foraminibus, *le casse degli occhi. Ovid.* 14. *Met.* 200. *de Polyphemo.* Crudelesque manus, et inanem luminis orbem. *Stat.* 1. *Theb.* 53. *de Œdipo cæco.* Tum vacuos orbes, crudum ac miserabile vitæ Supplicium, ostentat cælo. — *c*) De ipsis oculis, *gli occhi. Ovid.* 1. *Amor.* 18. 16. gemino lumen ab orbe venit. *Val. Flacc.* 4. 235. Sanguineosque rotat furiis ardentibus orbes. *Id.* 6. 246. lævum per luminis orbem Transigitur. *Virg.* 12. *Æn.* 670. Ardentes oculorum orbes ad mœnia torsit. — *d*) *Orbis* est etiam genus piscis, qui durissimus omnium habetur, rotundus, et sine squamis, totusque capite constans. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 5. (14). ¶ 3. De rebus physicis rotundis speciatim, hoc est — *a*) De mundo, *il mondo. Ovid.* 1. *Fast.* 85. Juppiter arce sua totum quum spectet in orbem. Apud *Sil. It.* 5. 56. *orbis renatus* est dies oriente sole rediens. — *b*) De terra: et — *Orbis terræ* vel *terrarum* est terræ globus: et metonymice ipsi homines. *Cic.* 6. *Verr.* 48. 106. Ceres dicitur orbem omnium peragrasse terrarum. *Id.* 2. *leg. Agr.* 13. 33. Permittitur infinita potestas orbis terrarum gentiumque omnium. *et* 28. 76. Ager Campanus orbis terræ pulcherrimus. *Id.* 5. *Fam.* 7. *ad fin.* Scito, ea, quæ nos pro salutæ patriæ gessimus, orbis terræ judicio ac testimonio comprobari. *Tibull.* 3. 3. 30. Nec, quas terrarum sustinet orbis, opes. — *Orbis* absolute dicitur eodem sensu. *Virg.* 4. *Ecl.* 17. Pacatumque reget patriis virtutibus orbem. *Ovid.* 5. *Fast.* 93. Hic, ubi nunc Roma est orbis caput, arbor et herbæ etc. Similiter *Virg.* 3. *Ecl.* 41. Descripsit radio totum qui gentibus orbem. et *Ovid.* 1. *Met.* 187. Nunc mihi, qua totum Nereus circumtonat orbem, Perdendum mortale genus. *Id.* 1. *Art. am.* 174. atque ingens orbis in urbe fuit. — *c*) De parte terræ, seu regione. *Virg.* 1. *Ecl.* 67. toto divisos orbe Britannos. *Ovid.* 8. *Met.* 99. Certe ego non patiar Jovis incunabula Creten, Quæ meus est orbis, tantum contingere monstrum. *Tac. Germ.* 2. Adversus Oceanus raris ab orbe nostro navibus aditur. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 12. 26. (45). In nostro orbe proxime laudatur Syriacum, mox Gallicum. *Juvenal.* 2. 108. Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe Fecit. *Ovid.* 3. *Fast.* 466. Eoo dives ab orbe redit. *Id.* 1. *Met.* 94. Nondum cæsa suis, peregrinum ut viseret orbem, Montibus, in liquidas pinus descenderat undas.

II.) Translate, metaphorâ sumptâ a superiori num. *A.* ¶ 1. Orbis dicitur de periodo in oratione. *Cic.* 3. *Orat.* 51. 198. Quum circuitum et quasi orbem verborum conficere non possent. *Id. Orat,* 71. 234. In Thucydide orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent. *et* 44. 149. Ut forma ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum. *Quintil.* 9. 4. 129. Historia non tam finitos numeros, quam orbem quemdam contextumque desiderat. ¶ 2. De iis, quæ certo spatio recurrunt. *Liv.* 3. 16. Ecce, ut idem in singulos annos orbis volveretur, Hernici nunciant, Volscos et Æquos reficere exercitus. *et* 36. Quum ita priores decemviri servassent, ut unus fasces haberet, et hoc insigne regium in orbem, suam cujusque vicem, per omnes iret. *in giro.* Sic *Id.* 1. 17. Quinque dierum spatio finiebatur imperium ac per omnes in orbem ibat. *Id.* 6. 4. *extr.* Quum in sex partes divisus exercitus Romanus senis horis in orbem succederet prælio. *Virg.* 2. *G.* 401. redit agricolis labor actus in orbem, Atque in se sua per vestigia volvitur annus. ¶ 3. Item orbis dicitur circulus quidam, quo certæ res continentur. *Quintil.* 1. 10. 1. Ut efficiatur orbis ille doctrinæ, quam ἐγκύκλιον παιδείαν vocant. *Cic.* 5. *Fin.* 8. 23. Jam explosæ ejectæque sententiæ Pyrrhonis, Aristonis, Herilli, quod in hunc orbem, quem circumscripsimus, incidere non possunt, adhibendæ omnino non fuerunt. *Horat. Art. P.* 132. Non circa vilem patulumque moraberis orbem. *h. e.* fabularum orbem, κύκλον, copiam. — Huc referri potest et illud *Juvenal.* 5. 21. Tota salutatrix jam turba peregerit orbem. ¶ 4. Metaphorica sunt etiam illa, quæ ad politicam rem ac vitam referuntur, *Cic.* 2. *Att.* 9. Minore sonitu, quam putaram, orbis hic in republica est conversus. Cf. *eumd. ibid.* 21. *Id. Planc.* 38. 93. Stare omnes debemus, tamquam in orbe aliquo reipublicæ: qui quoniam versatur, eam deligere partem, ad quam nos illius utilitas salusque converterit. — *NB.* De nom. proprio *V.* ONOM.

ORBĪTA, æ. f. 1. (*est ab* orbis: hinc *Isid. de agris* (h. e. 15. *Orig.* 16.) *p.* 370. ed. *Lachmann.* inter *Gromat. vett.* Orbita vestigium carri, ab orbe rotæ dicta.) vestigium rotæ decurrentis (It. *rotaja, carreggiata;* Fr. *trace d'une roue, ornière;* Hisp. *carril;* Germ. *der Einschritt, das Geleis, d. Wagenspur;* Angl. *the track or rut of a chariot-wheel, an orbit*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cic.* 2. *Att.* 21. Equidem sperabam - sic orbem reipublicæ esse conversum, ut - vix impressam orbitam videre possemus. *Id.* 5. *Verr.* 3. 6. Qui ex thensarum orbitis prædari sit ausus. *h. e.* exigendo vias, per quas thensæ, h. e. sacra vehicula ducebantur. V. 3. *ibid.* 59. 154. et 7. *ibid.* 72. 186. — Orbita, inquit *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 3. *Verr.* 59., duas res significat: nam orbita et rota ipsa intelligitur, et vestigium in molli solo. Hinc *Marcell. Empir.* c. 32. *p.* 133. *retro* ed. *Ald.* Mus araneus, qui quum in orbitam inciderit, moritur. — Ceterum *Liv.* 32. 17. Rota una in altiorem orbitam depressa ita turrim inclinavit, ut speciem ruentis hostibus - præbuerit. — Poetice *Virg.* 3. *G.* 293. juvat ire jugis, qua nulla priorum Castalium molli devertitur orbita clivo. ¶ 2. Latiori sensu, vel figurate, ponitur pro vestigio vinculi, quo vitis alligatur. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 23. 35. (210). Orbitas vinculi sentiunt vexatione non dubia. ¶ 3. Item *Sever. Ætn.* 230. Solis scire modum, et quanto minor orbita lunæ. *h. e.* cursus in orbem circumactus.

II.) Translate. *Varro* apud *Non. p.* 542. 28. *Merc.* Neque id ab orbita matrum familias in-

stituti, quod etc. *Juvenal.* 14. 37. Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ, *h. e.* pravum exemplum. Cf. *Quintil.* 2. 13. 16. Si tamen rectam viam, non unam orbitam monstrent.

ORBĪTAS, ātis, f. 3. privatio liberorum, aut parentum, id est status patrum post amissos liberos, vel filiorum, quum parentes amiserunt, ὀρφανία (It. *privazione, orfanezza, orbità*; Fr. *perte de ses enfants, état d'orphelin, perte de ses parents*; Hisp. *perdidad de los hijos, perdidad de los parientes*; Germ. *das Beraubtsein der Kinder und der Aeltern, das Verwaistsein, die Verwaisung*; Angl. *the being without children or parents, orbity, orphanism*).

I.) Proprie. — *a*) De statu patrum post amissos liberos. *Plaut. Capt.* 3. 5. 105. Quasi in orbitatem liberos produxerim. *h. e.* quasi filios procreaverim, ut iisdem orbus essem. *Cic.* 5. *Fin.* 28. 84. Bonum liberi, misera orbitas. *Liv.* 26. 41. Familiaris pæne orbitas ac solitudo frangit animum. *Curt.* 6. 9. *ante med.* Orbitas quoque mea, quod sine liberis sum, spernitur. *et* 7. 1. *init.* Posteaquam (*Philota*) desierat esse, quem odissent, invidia in misericordiam vertitur. Moverat et claritas juvenis, et patris ejus senectus atque orbitas. *Justin.* 24. 5. 9. Nunc orbitatem amissorum filiorum dolebant: nunc excidia urbium metuebant. *Stat.* 4. *Silv.* 7. 33. Orbitas omni fugienda nisu, Quam premit votis inimicus heres: - Orbitas nullo tumulata fletu. — Et in plurali num. *Cic.* 3. *Tusc.* 24. 58. Similiter, commemorandis exemplis, orbitates quoque liberorum prædicantur. Adde *Arnob.* 5. 44.; et *Solin.* 40. *circa med.* — *b*) De statu filiorum, quum parentes amiserunt. *Cic.* 1. *Orat.* 53. 228. Ac se populum Romanum tutorem instituere dixisset filiorum orbitati. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 3. *ad fin.* Filiam meam et tuam Ciceronemque nostrum quid ego, mi frater, tibi commendem? quin illud mœreo, quod tibi non minorem dolorem illorum orbitas afferet, quam mihi. Sed, te incolumi, orbi non erunt. — *c*) De viduitate, *vedovanza*, dixit *Justin.* 2. 4. 4. Horum uxores quum viderent exsilio additam orbitatem etc.

II.) Translate pro quacumque privatione. — *a*) De hominibus. *Cic.* 10. *Fam.* 3. *a med.* Maxima orbitate reipublicæ virorum talium. *Liv. de Romuli morte* 1. 16. Romana pubes - ubi vacuam sedem regiam vidit, etsi satis credebat - sublimem raptum procella; tamen, velut orbitatis metu icta, mœstum aliquandiu silentium obtinuit. *Cic.* 3. *Orat.* 1. 3. Deploravit enim (*Crassus*) casum atque orbitatem senatus: cujus ordinis a consule, qui quasi parens bonus, aut tutor fidelis esse deberet, tamquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis. — *b*) De rebus physicis. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 37. 37. (124). Citra deformitatem oris curata orbitas luminis. *Id.* 35. *ibid.* 3. 6. (17). Orbitas tecti.

ORBĪTŌSUS, a, um, adject. multis rotarum orbitis impressus. *Virg. Catal.* 8. 17. *de Sabino.* Et inde tot per orbitosa millia Jugum tulisse, læva, sive dextera Strigare mulas, sive utrimque cœperat.

ORBĪTŪDO, ĭnis, f. 3. idem atque orbitas, apud veteres. *Pacuvius* apud *Non. p.* 146. 19. *Merc.* Vel quum illum videas sollicitum orbitudine. *Accius* apud *eumd. ibid.* Miseret lacrimarum, luctuum, orbitudinis. *Turpilius* apud *eumd. ibid.* Hoc te oro, ut illius commiserescas orbitudinis.

ORBĪTUS, a, um. *V.* ORBICUS.

ORBO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Orbatus* I. et II.; *Orbaturus* I.; *Orbandus* II. — Orbare est parentes filiis, vel filios parentibus privare. ὀρφανίζω, *privare alcuno dei figli o dei genitori.*

I.) Proprie. — *a*) De parentibus, qui filiis privantur. *Pacuvius* apud *Cic.* 2. *Orat.* 46. 193. *de Telamone.* Quem ætate exacta, indigem Liberûm, lacerasti, orbasti, exstinxti. *Cic.* 1. *Off.* 10. 32. Theseus Hippolyto filio non esset orbatus. *Id. Cluent.* 15. 45. Mater orbata filio. *et* 1. *Tusc.* 35. 85. Priamus tanta progenie orbatus. *Ovid.* 2. *Met.* 391. Orbatura patres aliquando fulmina ponat. — Et de brutis animalibus. *Ovid.* 13. *Met.* 547. Utque furit catulo lactente orbata leæna, etc. Adde *Val. Flacc.* 8. 457. — *b*) De sorore, quæ fratre privata est. *Seneca Octav.* 109. Orbata fratre.

II.) Translate sumitur pro privare generatim. — *a*) De hominibus. *Cic. post redit. in senat.* 2. 4. Quum respublica non solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset orbata. *Id. Pis.* 24. 57. Quum orbabas Italiam juventute. *Id.* 4. *Fam.* 9. *ad fin.* Patria multis claris viris orbata. *Id. Sext.* 16. 37. Orbare rempublicam multis fortibus civibus. *Id. Amic.* 3. 10. Tali amico orbatus. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 8. 18. (33). Pæne equitatu orbavit Alexandrum. — *b*) De abstractis. *Cic.* 6. *Fam.* 6. Omni spe salutis orbatus. *Id.* 1. *Tusc.* 6. 12. Cn. Pompejus, qui tanta gloria sit orbatus. *Id. Mur.* 39. 83. Orbare rempublicam auxilio. *Id.* 5. *Fin.* 20. 57. Gerendis negotiis orbatus. — *c*) De rebus physicis. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 23. 74. Num ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus, si etc? *Ennius* apud *Charis.* 4. *p.* 250. *Putsch.* Pater me lumine orbavit. Sic *Sueton. Vesp.* 7. Luminibus orbatus. *Cic.* 3. *Tusc.* 12. 26. Tu te, Thyesta, damnabis orbabisque luce propter vim sceleris alieni? *Id. Brut.* 2. 6. Forum voce erudita spoliatum atque orbatum. *Colum.* 4. *R. R.* 29. 11. Qui (*pampinus*) quum excrevit, nepotibus orbandus est.

ORBUS, a, um, adject. (quod, ratione habita etymi, a nonnullis conjungitur cum Græca voce ὀρφανός et Germanica *erbe*) est qui sine filiis est, ἄτεκνος, vel sine parentibus, ὀρφανός, *senza figliuoli, orfano.*

I.) Proprie — *a*) Absolute. *Cic.* 5. *Parad.* 2. 39. Quem nutum locupletis orbi senis non observat? *Quintil.* 7. 4. 23. Liberalitas in paupere gratior, quam in divite: patre, quam orbo. *et* 5. 10. 26. Parens liberorum, an orbus sit. — De brutis animalibus *Juvenal.* 6. 269. orba tigride pejor. — *Ter. Phorm.* 1. 2. 75. Ut orbæ, qui sunt genere proximi, iis nubant. *et Andr.* 1. 3. 18. Hanc ejectam Chrysidis patrem recepisse orbam, parvam. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 3. *sub fin.* Filii mei, te incolumi, orbi non erunt. *orfani. Liv.* 3. 3. Censa civium capita CIV. millia et CCXIV. dicuntur, præter orbos orbasque. — *b*) Cum Ablat. sine præpos. *Ter. Adelph.* 4. 5. 16. hæc virgo orba 'st patre. *Liv.* 1. 26. Orabat, ne se - orbum liberis facerent. Et de brutis animalibus *Colum.* 7. *R. R.* 4. 3. Orbæque natis suis matres (*agnorum*) alienæ soboli præbent ubera. Et figurate *Ovid.* 1. *Trist.* 7. 35. Orba parente suo quicumque volumina tangis. — *c*) Cum Ablat. et præpos. *ab. Ovid. Heroid.* 6. 156. A totidem natis orba sit atque viro. — *d*) Cum Genit. *Ovid.* 13. *Met.* 595. Memnonis orba mei venio.

II.) Translate. — *a*) Absolute, vel sæpius cum Ablativo. — De hominibus. *Cic.* 3. *Fam.* 11. *med.* Tanta penuria est in omni vel honoris vel ætatis gradu, ut tam orba civitas tales tutores complecti debeat. *Id. post redit. ad Quir.* 5. 11. Posteaquam orba respublica consulis fidem, tamquam legitimi tutoris, imploravit. *Id.* 3. *Legg.* 3. 9. Neve plebem orbam tribunis relinquunto. *Id. Flacc.* 23. 54. Usque eo orba fuit ab optimatibus illa contio. *Liv.* 27. 33. Duo consules, sine memorando prælio interfecti, velut orbam rempublicam reliquerant. *et* 2. 47. Republica ex parte orba consule altero amisso. Sic *Justin.* 21. 4. 3. Ut, poculis veneno infectis, secretius senatum et sine arbitris interficeret, orbamque rempublicam facilius invaderet. — Sæpe de rebus physicis et abstractis, universim sumitur pro carente quacumque re. *Cic.* 4. *Fam.* 13. *ante med.* Orbus iis rebus omnibus, quibus et natura me et voluntas et consuetudo assuefecerat. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 19. 44. Arce et urbe orba sum. *Liv.* 1. 54. *extr.* Sensus malorum adimi, donec, orba consilio auxilioque, Sabina res regi Romano sine ulla dimicatione in manum traditur. *Horat.* 4. *Od.* 2. 43. Forum orbum litibus. *Ovid.* 3. *Trist.* 2. 11. mare portubus. *Id.* 3. *Pont.* 2. 52. stat basis orba dea. *Id.* 1. *Met.* 72. regio orba animantibus. *Id. Heroid.* 3. 93. orba fratribus. *et* 1. *Pont.* 2. 44. solitis nox venit orba malis. *et* 4. *ibid.* 2. 5. Epistola orba numeris. *lettera in prosa. et* 1. *ibid.* 3. 54. æquora semper Ventorum rabie, solibus orba, tument. *Id.* 13. *Met.* 195. lintea orba ventis. *Id.* 2. *Amor.* 2. 42. pectora fide. *et Heroid.* 21. 142. verba viribus. *Vellej.* 1. 5. 4. Orbus omnibus sensibus. *Stat.* 1. *Theb.* 74. visu regnisque. *et* 10. *ibid.* 7. Funera orba rogis. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 55. (150). Altero lumine orbus. — Etiam absolute *orbus* idem est atque orbus luminibus, cæcus; hinc Itali *orbo* nunc dicunt. *V.* EPILEPTICUS. — *Orbi palmites* dicuntur, qui oculo, seu gemma carent, et nihil pariunt. *Colum.* 4. *R. R.* 27. 4. Nec orbos tantum detrahere palmites, verum etiam frugiferos. — *Orbum cubile,* nuptialis thalamus altero conjuge viduus, *vedovo letto. Catull.* 66. 21. Et tu vero orbum luxti deserta cubile. — *b*) Cum Genitivo. *Plaut. Rud.* 2. 3. 19. Orbus auxilii opumque. *Lucret.* 5. 840. Orba pedum. *Ovid.* 3. *Met.* 518. et 14. *ibid.* 189. Orbus luminis. *cæco, orbo.* Sic *Plin.* 7. *Hist. nat.* 43. 45. (141). Orbam luminibus senectam exigere. *Sil. It.* 13. 725. Hic fraudes pacis, Pyrrhumque a limine portæ Dejecit, visus orbus. *h. e.* Appius Claudius cæcus. Sed *visus* potest esse etiam Accusat. pluralis. *Id.* 14. 407. Orba gubernacli subeuntem munera Taurum.

ORCA, æ, f. 1. *orca,* ὄρυξ, ὄρυγος, belluæ marinæ genus: ita vero appellatur ab accusativo Græcæ vocis allatæ ὄρυγα, et per syncopen ὄργα, hinc *orca* Latine et Italice.

I.) Proprie. *Paul. Diac. p.* 180. 10. *Müll.* Orca genus marinæ belluæ maximum dicitur: ad cujus similitudinem vasa quoque ficaria orcæ dicuntur; sunt enim teretes, atque uniformi specie. Cf. *Festus p.* 181. 28. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 6. 5. (12). In Gaditano oceano balænas tradunt condi statis temporibus in quodam sinu placido et capaci, mire gaudentes ibi parere. Hoc scire orcas, infestam his belluam, et cujus imago nulla repræsentatione exprimi possit alia, quam carnis immensæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in secreta, ac vitulos earum, aut fetas, vel etiamnum gravidas lancinant morsu, incursuque, ceu Liburnicarum rostris, fodiunt, etc.

II.) Figurate. ¶ 1. Orca est vas fictile salsamentis, ficis, vinis quoque condendis usum habens. Hoc sensu quidam volunt esse ab ὑρχή, vas fictile, Æolica lingua. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 65. At pingui miscere mero, muriaque decebit Non alia, quam qua Byzantia putruit orca. *barile, orcio. et Pers.* 3. 76. Mænaque quod prima nondum defecerit orca. *Colum.* 12. *R. R.* 15. 2. In orcas bene picatas ficum condere. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 19. 21. (82). Ubi ficorum copia abundat, implentur orcæ in Asia, cadi autem in Ruspina Africæ urbe. *Varro* 1. *R. R.* 13. 6. Ubi conditum novum vinum, orcæ ut in Hispania fervore musti ruptæ, nec non dolia ut in Italia. *Vopisc. Aurelian.* 50. Phagon usque eo multum comedit, ut uno die ante mensam ejus aprum integrum, centum panes, vervecem et porcellum comederet, biberet autem infundibulo apposito plus orca. Ex hoc *Vopisci loc. cit.* et *Cassiodori* mox citando videtur fuisse ignotæ mensuræ quoddam genus. *Cassiod.* 3. *Variar.* 7. Joannes flebili nos allegatione pulsavit, sanctitatem vestram a se sexaginta orcas olei ad implenda luminaria accepisse. — Habet etiam alios usus. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 6. 20. (38). *de cerussa.* Cerussa in orcis cremata. ¶ 2. Etiam pyrgum talorum *orcam* dici vult *Voss.* in *Etymol.*, afferens illud *Pers.* 3. 48. quid dexter senio ferret, Scire erat in voto, damnosa canicula quantum Raderet, angustæ collo non fallier orcæ. *et Pompon.* apud *Priscian.* 3. *p.* 615. *Putsch.* Interim dum contemplor orcam, taxillos perdidi. V. *Casaubon.* in *Pers.* ¶ 3. De *orca* gemma *V.* OLCA. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

ORCĒ, es, f. 1. legunt nonnulli apud *Plin.* 11. *Hist. nat.* 47. 107. (257)., ubi *Sillig.* legit *oce.*

ORCHAS, ădis, *f.* *V.* ORCHIS.

ORCHESTA *vel* orchestes, æ, m. 1. ὀρχηστής, saltator, pantomimus. *Cassiod.* 4. *Variar.* 51. His sunt additæ horcistarum (*lege* orchestarum) loquacissimæ manus, linguosi digiti, silentium clamosum, expositio tacita, quam Musa Polyhymnia reperisse narratur.

ORCHESTŌPŌLĀRĬUS, ii, m. 2. ὀρχηστοπώλης, qui rotando et circumagendo se saltat: ab ὀρχήστης *saltator* et πολέω *verto*. *Firmic.* 8. *Mathes.* 15. Ephalmator, orchestopolarius, petaurista. *Alii leg.* orciscopalarius, *et urinatorem intelligunt.*

ORCHESTRA, æ, *f.* 1. ὄρχηστρα, ab ὀρχέομαι *salto*, apud Græcos locus erat in theatro, ubi chorus saltabat. Apud Latinos, eodem theatri loco sita alium usum habuit, nempe destinata fuit senatoribus ad spectandum, scilicet ann. V. C. DLVIII., quum, ut ait *Liv.* 34. 54., ludos primum senatus a populo secretus spectavit.

I.) Proprie. ¶ 1. De orchestra senatoribus ad spectandum destinata. *Vitruv.* 5. 6. In orchestra senatorum sunt sedibus loca destinata. *Sueton. Cæs.* 39. Ludis D. Laberius eques R. mimum suum egit, donatusque quingentis sestertiis et anulo aureo, sessum in quatuordecim e scæna per orchestram transiit. *Id. Aug.* 35. Senatoribus excusantibus servavit insigne vestis, et spectandi in orchestra epulandique publice jus. *Id. Cæs.* 76. Honores nimios recepit, perpetuum consulatum, statuam inter reges, suggestum in orchestra. *Id. Claud.* 66. Ludos dedicationis Pompejani theatri e tribunali posito in orchestra commisit. *Inscript.* apud *Orell.* 5047.... AVG. GERMANICO... PO. T. MAX. TRIB. POT. III. IMP. III. COS. II. DESIGNATO III..... OSCAENIVM. (*h. e.* proscænium) ET. ORCHESTRAM. CVM. ORNAMEN..... VSTALIS. PERPETVVS C. HEIVS. PRIMVS. ¶ 2. *Festus* p. 181. 22. *Müll.* Orchestra locus in scæna, in quo antea, qui nunc planipedes dicuntur, agebant, in quem non admittebantur histriones, nisi tantum interim dum fabulæ explicarentur, quæ sine ipsis explicari non poterant. Ita *Müllerus* mutilum hunc locum restituit, et hæc adnotavit: *Orchestra* a *Festo* eo sensu intelligitur, quo id vocabulum neque in antiquo Græco, neque in Romano theatro instructum erat, sed in scænicis ludis senescentis Græciæ, apud Alexandrinos, puto, et Antiochenos. In his proscænio additum erat pulpitum inferius, ab aliis thymele, ab aliis orchestra dictum, in quo musici artifices, saltatores, mimi committerentur. *V.* præcipue *Suid.* et *Etymol. M.* s. v. σκηνή, et cf. *Vitruv.* 5. 8., *Phrynich. p.* 163. *Lob., Lucian. de saltat.* 76., et *Isid.* 18. *Orig.* 43., 44. et 47.

II.) Improprie. Metonymice est ipse senatus. *Juvenal.* 3. 177. Æquales habitus illic, similemque videbis Orchestram et populum.

ORCHĪLOS *vel* orchilus, i, m. 2. ὄρχιλος, avis, quæ alio nomine regulus dicitur. *Avien. Prognost.* 437. Orchilos infestus si floricomis bymenæis Ima petit.

ORCHĬON, ii, n. 2. herba eadem ac mercurialis, quæ et testiculata: ab ὄρχις *testiculus*. *Apul. Herb.* 82. *V.* TESTICULATUS.

ORCHIS, is *et* ĭdis, *f.* 3. ὄρχις. ¶ 1. Est herbæ genus. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 10. 62. (95). Inter pauca mirabilis est orchis herba, sive serapias, foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice testiculis simili (*unde et nomen: nam* ὄρχις testiculus *est*). Quidam folio scillæ esse dicunt, læviore ac minore, caule spinoso. — Alia est, quæ et *cynosorchis*. V. ¶ 2. Item genus oleæ, escæ magis, quam oleo aptæ. *Colum.* 5 *R. R.* 8. 4. et *Arbor.* 17.; et *Pallad.* 3. *R. R.* 18. De his *Virg.* 2. *G.* 86. Orchites, et radii, et amara pausia bacca. Al. rectius leg. *orchades* ab *orchas, adis*, eod. sensu.

ORCHĪTA *et*

ORCHĪTES, æ, *f.* 1. *et*

ORCHĪTIS, is, *f.* 3. ὀρχίτης et ὀρχῖτις, genus oleæ, quæ et *orchis* dicitur, a forma nempe, quæ testiculos imitatur. *Cato R. R.* 6. Oleam conditivam, radium minorem, orchitem, poseam. *et* 7. Orchites, ubi nigræ erunt et siccæ, sale confricato, etc. *Varro* 1. *R. R.* 60. 1. Oleas esui optime condi scribit Cato, orchites et pauseas aridas. *Colum.* 12. *R. R.* 49. 2. Albam pauseam, vel orchitem, vel radiolum, etc. *et post* 7. Eadem conditura posset etiam regia componi, vel orchita. *Paul. Diac. p.* 180. 9. *Müll.* Orchitis genus oleæ ex Græco dictum, quod magnitudine sit instar testiculorum.

ORCHĬUS. *V.* ORTHIUS.

ORCĪNĬĀNUS, a, um, adject. ad Orcum pertinens. *Martial.* 10. 5. Vocet beatos, clamitetque felices, Orciniana qui feruntur in sponda. *nel feretro, nella bara. V.* SANDAPILA.

ORCĪNUS, a, um, adject. ad Orcum pertinens. *Nævius* apud *Gell.* 1. 24. Ita, postquam est Orcino traditus thesauro, Obliti sunt Romæ loquier Latina lingua. *h. e.* Acheronti, ubi mortis thesauri objacent, ut *Ennius* loquitur apud *Festum p.* 201. 9. *Müll.* Sunt qui leg. *Orci traditus thesauro*: item qui *Orcio*, et *Orcivo*, eodem sensu quidem, sed minus recte. — *Orcini liberti*, a domino testamento libertate donati, quam solum viderunt, quum is Orco traditus est, et in Orci familia numeratus, ut *Apul.* 3. *Met.* loquitur. *Ulp. Dig.* 33. 4. 1.; *Julian. ibid.* 28. 5. 8.; *Jabolen. ibid.* 33. 8. 22. etc. Item *Justinian.* 2. *Institut. tit.* 24. — *Orcini senatores*, Χαρωνῖται, dicti sunt Augusti tempore, qui post Cæsaris necem in senatum irrepserant, ejus commentariorum auctoritate jactantes, eum se ab illo gradum obtinuisse. *Sueton. Aug.* 35.

ORCŬLA, æ, *f.* 1. deminut. *orciuolo*, parva orca, parvum vas. *Cato R. R.* 117. Oleas in orculam calcato manibus siccia. *Cajus*, et *Theodos.* inter *Auct. de limit. p.* 253. *Goes.* Lagenas et orculas in finibus posuimus.

ORCŬLĀRIS, e, adject. ad orculam pertinens. *Auct. de limit. p.* 351. *Goes.* Termini lagenares, vel orculares, a lagena, vel orcula, distant a se in ped. IV., etc.

ORCUS, i, m. 2. deus Inferorum, idem qui Pluto et Dis pater, de quo *V.* multa in ONOM. — Hinc ¶ 1. Metonymice est ipse Inferorum locus, *l'Inferno*, Ἅιδης. *Virg.* 6. *Æn.* 273. Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci. *Propert.* 3. 17. 27. Minos sedet arbiter Orci. ¶ 2. Item est ipsa mors, *morte*. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 178. si metit Orcus Grandia cum parvis, non exorabilis auro. *Lucret.* 5. 996. tremulas super ulcera tetra tenentes Palmas, horriferis accibant vocibus Orcum. — Mittere, demittere, mactare aliquem Orco, *ammazzare*, sunt *Horat.* 3. *Od.* 4. 75.; *Virg.* 2. *Æn.* 398.; *Liv.* 9. 40. — *Orcum morari* apud *Horat.* 3. *Od.* 27. 50. est mortem differre ultra quam par est. — *Cum Orco rationem habere* apud *Varron.* 1. *R. R.* 4. 3. est periculo mortis sese exponere, quod faciunt agricolæ, qui pestilentem agrum colunt. Verba *Varronis* sunt: Etenim ubi ratio cum Orco habetur, ibi non modo fructus est incertus, sed etiam colentium vita. *Colum.* in eamdem sententiam ita loquitur 1. *R. R.* 3. 2. Nam ubi sit cum Orco ratio ponenda, ibi non modo perceptionem fructuum, sed et vitam colonorum esse dubiam vel potius mortem quæstu certiorem. Itaque *rationem cum Orco ponere*, aut *habere* est subjici Orci dominio, et quasi debitorem se ei facere: qui scilicet crebris mortibus incolas ad calculos quodammodo vocet.

ORCȲNUS, i, m. 2. ὄρκυνος, piscis marinus, pelamidum generis maximus, similis tritoni, vetustate melior. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (149)., ubi *Hordum* adscribit, a Narbonensibus dici *ton*, ab *Athenæo* Ξύνον μέγαν, ab *Oppiano* Ξύνον μεγακήτεα. Videtur igitur esse, qui Italice *tonno* dicitur.

ORDĔĀCĔUS *et*

ORDĔUM. *V.* HORDEACEUS et HORDEUM.

ORDĬA. *V.* PRIMORDIA.

ORDĪNĀBĬLIS, e, adject. *ordinabile*, qui ordinari potest, qui ordinatim ponitur. *Boeth.* 1. *Arithm.* 1. *p.* 1007. *de tabula Pythagorica.* Hisque (*numeris*) est ordinabilis super se progressio, ut primus numerus primum (*numerum*) tribus superet, ut quatuor unitatem. *et* 2. *ibid.* 25. *p.* 1340. Est alia rursus quædam corporum solidorum ordinabilis compositio.

ORDĪNĀLIS, e, adject. *ordinale*, ordinem significans, ut Ordinale nomen, v. gr. *primus, secundus, tertius* apud Grammaticos. *Prisc.* 2. *p.* 581. *Putsch.*

ORDĪNĀRĬĒ, adverb. *ordinatamente*, ordinate, ordine. *Tertull. Resurr. carn.* 2. Hæretici ex conscientia infirmitatis numquam ordinarie tractant.

ORDĪNĀRĬUS, a, um, adject. ad ordinem pertinens, ordine dispositus, ordinatus, τακτός (It. *ordinato*; Fr. *mis par ordre, rangé dans un ordre convenable*; Hisp. *ordenado, pesado en órden*; Germ. *zur Reihe gehörig, sie bildend und nach ihr sich wieder richtend*; Angl. *set in order, avrunged*).

I.) Proprie. *Ordinarii silices* qui ita secti et dispositi sunt, ut ordines æquales in structura faciant. *Vitruv.* 2. 8. Ex rubro saxo quadrato, aut ex testa, aut ex silicibus ordinariis struat bipedales parietes, et cum his ansis ferreis et plumbo frontes vinctæ sint. Ita enim non acervatim, sed ordine structum opus poterit esse sine vitio sempiternum. *Colum.* 3. *R. R.* 16. 1. Malleolus ordinariis vitibus interserendus est. *h. e.* vitibus ordine dispositis. Sic *Id. ibid.* 13. 5. Consitis compluribus inter ordinaria semina malleolis. — Ordinarium hominem Oppius ait dici solitum scurram et improbum, qui assidue in litibus moraretur, ob eamque causam in ordine staret adeuntium prætorem. At Ælius Stilo, qui minime ordine viveret. Cato in ea oratione, quam scribit de suis virtutibus contra Thermum: Quid mihi fieret, si non ego stipendia in ordine omnia ordinarius meruissem semper? Sunt quidam etiam, qui manipularem eum, qui infimi ordinis sit, appellatum credant ordinarium. Hæc *Festus p.* 182. 32. *Müll.* Ex verbis *Catonis* colligitur, *ordinarium* dici militem gregarium. *Vopisc. Bonos.* 14. Militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites. *Ordinarii* hic videntur esse pedites legionarii. V. *Salmas.* et cf. *Gloss. Isid.* Ordinarius miles, qui in integro ordine est vel numero. Porro *ordinarium* opponi *contubernali* monet *Lips. Anal. ad Dial. de milit. Rom.* 2. 7. Præterea *ordinarii* in legione sunt principes, qui primum in acie locum tenent, primique pugnam ineunt ante hastatos et triarios, ut *Veget.* 2. *Milit.* 15. docet. At in *Inscript.* apud *Gruter.* 542. 8. *Ordinarius legionis* videtur esse, qui in legione ordinem ducit.

II.) Translate ordinarius dicitur, in quo servatur ordo et mos et lex, nihilque disceditur a consuetudine et veteri instituto, *ordinario*. *Liv.* 27. 43. Non id tempus esse reipubl. ratus, quo consiliis ordinariis provinciæ suæ quisque finibus bellum gereret: audendum ac novandum aliquid improvisum, inopinatum, etc. *Sueton. Claud.* 15. Alium interpellatum ab adversario de propria lite, negantemque cognitionis rem, sed ordinarii juris esse, agere causam confestim apud se coegit. *V.* COGNITIO; et hanc voc. in fin. *Seneca Ep.* 53. *a med.* Philosophia non est res subcisiva: ordinaria est, domina est. *h. e.* non est subinde exercenda et subcæsivis horis, sed semper et perpetuo ordine actionum vitæ. *et Ep.* 39 Vide, ne plus profectura sit oratio ordinaria, quam hæc, quæ nunc vulgo breviarium dicitur: olim, quum Latine loqueremur, summarium vocabatur. *h. e.* oratio perpetua, longa, et integre fuseque res persequens, qualis philosophis in usu fuit. — *Ordinarius consul* est, ejusque *consulatus* (cujus mentio fit jam inde a tertio sæculo: V. *Borghesi* in *Bullettin. dell' Instit. archeol. a.* 1833. *p.* 66.) dicitur, qui initio anni consul factus est: opponitur autem suffecto, qui aliquot post mensibus, vel etiam diebus ordinario successit. *V.* CONSUL. *Liv.* 41. 18. *extr.* Quando duo ordinarii consules ejus anni, alter morbo, alter ferro periisset, suffectum consulem negabant comitia habere posse. *Sueton. Galb.* 6. Mox consulatum per sex menses ordinarium gessit. *Inscript.* apud *Gruter.* 607. 1. III. NON. NOVEMB. ANTIO POLLIONE ET OPIMIANO COS.; ORDINARIIS SE-

VERO ET SABINIANO COS. *h. e.* ann. a Chr. n. CLV. *Auson. Gratiar. act.* 14. Sed consuiatus ille cujusmodi? ordinario suffectus, bimestri spatio interpositus, in sexta anni parte consumptus. — *Ordinarii gladiatores*, qui legitimo et consueto modo, loco, tempore et apparatu inducebantur. *Seneca Ep.* 7. Hoc plerique ordinariis paribus et postulaticiis præferunt. *Sueton. Cal.* 26. *extr.* Gladiatorio munere, remoto ordinario apparatu, rabidis feris vilissimos senio confectos subjiciebat. *Id. Aug.* 45. Spectavit pugiles, non legitimos atque ordinarios modo, sed et catervarios oppidanos. — *Servus ordinarius* est, qui certum aliquod ministerium in familia, et interdum etiam vicarios servos, sua pecunia emptos, sibi subditos habebat, iisque vulgari et omnis generis servitio fungentibus præerat: ipsumque ejus officium *ordinarium* dicitur. *V.* NARCISSIANUS. *Seneca Ep.* 110. Unicuique nostrum pædagogum dari deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ovidius (1. *Met.* 595.) ait, de plebe deos. *Id.* 3. *Benef.* 28. Te isti efferunt ad hortos alicujus, ne ordinarium quidem habentis officium. *Ulp. Dig.* 14. 4. 5. Si vicarius servi mei negotietur, ordinario sciente. *Sueton. Galb.* 12. Ordinario dispensatori breviarium rationum offerenti, etc. — *Ordinarium oleum* dicitur a *Colum.* 12. *R. R.* 50. 22., quod ex oleis maturis legitime et ex more exprimitur: cui opponitur *cibarium*, quod ex oleis fit caducis, vel in lutum defluentibus, atque adeo est multo deterius. *V.* CIBARIUS. — *Ordinarium est*, ejusmodi est, in quo nihil discediur a lege, consuetudine et veteri instituto. *Ulp. Dig.* 38. 6. 1. Posteaquam prætor locutus est de bonorum possessione ejus qui testatus est, transitum fecit ad intestatos, eum ordinem secutus, quem et lex duodecim tabularum secuta est. Fuit enim ordinarium, ante de judiciis testantium, dein sic de successione ab intestato loqui.

ORDĪNĀTĒ, adverb. Comp. *Ordinatius* et Sup. *Ordinatissime.* — Ordinate est ordine, ex ordine, composite, *ordinatamente, con ordine*, εὐκόσμως, τεταγμένως. *Cic.* 4. *Herenn.* 56. 69. Distincte et ordinate disponere. *At hæc verba omni prorsus carent auctoritate, quia et multi Codices leg.* ordine, *et omnia, quibus liber concluditur, spuria esse docent eruditi.* Ceterum *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 19. Quo plenius et ordinatius retractentur. *Augustin.* 1. *Retract.* 24. Ordinatissime subjunxit.

ORDĪNĀTIM, adverb. idem atque ordinate, ordine, ex ordine, *ordinatamente.*

I.) Proprie. *Cæs.* 2. *B. C.* 10. Musculus ita fastigiatus, atque ordinatim structus. *Brutus* ad *Cic.* 11. *Fam.* 13. Antonius itinera fecit multo majora fugiens, quam ego sequens: ille enim iit passim, ego ordinatim.

II.) Translate. *Sulpicius* apud *Cic.* 4. *Fam.* 5. Honores ordinatim petere in republica.

ORDĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. actus ordinandi, dispositio, distributio, administratio, ordo, διακόσμησις (It. *disposizione, regolamento, amministrazione, ordinamento, ordine*; Fr. *action de mettre en ordre, ordonnance, arrangement, disposition convenable, régularisation*; Hisp. *ordenamiento, ordenanza, disposicion*; Germ. *die Einrichtung, Ordnung, Anordnung oder Regulirung einer Sache*; Angl. *a setting in order, arranging, disposing, disposition, arrangement*).

I.) Proprie de rebus physicis est actus ordinandi, ipsa ordinata rerum dispositio. In architectura *ordinatio* quid sit, docet his verbis *Vitruv.* 1. 2. Architectura constat ex ordinatione, quæ Græce τάξις dicitur, et ex dispositione: hanc autem Græci διάθεσιν vocant, *etc.* Ordinatio est modica membrorum operis commoditas separatim, universæque proportionis ad symmetriam comparatio. *aggiustatezza del modello. Bald.* in *Lex. Vitruv.* sic breviter definit: Ordinatio est totius, et partium, per mediocris moduli sumptionem, commoda dispositio. — Similiter *Colum.* 4. *R. R.* 29. 12. Atque hæc vitium per fissuram insitarum est ordinatio. *Apul.* 10. *Met.* Puelli puellæque-Græcanicam saltantes Pyrrhicham dispositis ordinationibus decoros ambitus inerrabant. *Id. de mundo.* Mundus est ornata ordinatio, Dei munere etc.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Vellej.* 2. 124. 3. Primum principalium ejus operum fuit ordinatio comitiorum, quam manu sua scriptam Augustus reliquerat. *Sueton. Aug.* 31. Annum a d. Julio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum, rursus ad pristinam rationem redegit: in cujus ordinatione Sextilem mensem e suo cognomine nuncupavit. *Colum.* 12. *R. R.* 3. 10. Postremo his rebus omnibus constitutis, nihil hanc arbitror distributionem profuturam, nisi dominus aut matrona consideraverit animadverteritque, ut ordinatio instituta conservetur. *Plin.* 9. *Ep.* 28. Quum certius de vitæ nostræ ordinatione aliquid audieris. ¶ 2. Speciatim in re publica est compositio, administratio, gubernatio, *governo, amministrazione. Sueton. Ner.* 40. Spoponderunt tamen quidam destituto ei ordinationem orientis. *Plin.* 8. *Ep.* 24. Te meminisse oportet, quale quantumque sit ordinare statum liberarum civitatum. Nam quid ordinatione civilius? Porro quam turpe, si ordinatio eversione, libertas servitute mutetur? ¶ 3. In ordinationibus provinciarum illud erat præcipuum, idoneos creare magistratus, qui ad eas regendas mitterentur: unde *ordinatio* pro creatione magistratuum. Qua ratione in Ecclesia sumitur pro creatione sacrorum ministrorum: *V.* infra 5. *Sueton. Domit.* 4. Ecquid sciret, cur sibi visum esset ordinatione proxima Ægypto præficere Metium Rufum. *V.* ORDINO II. 4. ¶ 4. *Ordinationes* etiam dicuntur constitutiones principum ad ordinandam rem publicam pertinentes. *Nerva Imp.* in quadam epist. apud *Plin.* 10. *post Ep.* 66. Quum rerum omnium ordinatio, quæ prioribus temporibus inchoatæ consummatæque sunt, observanda sit, tum epistolis etiam Domitiani standum est. ¶ 5. Apud Scriptores Ecclesiasticos est clericorum, presbyterorum et episcoporum ordinatio, quæ nunc *ordinazione*, et, si de episcopis sermo est, *consecrazione* appellatur: cf. superior. paragr. 3. *Ambros. Ep.* 10. *n.* 82. Ordinationem meam occidentales episcopi judicio, orientales exemplo probarunt. *Novell. Valent. tit.* 16. De ordinatione episcoporum. *et ibid.* Ordinationes episcoporum sola temeritate usurpans. *Sidon.* 7. *Ep.* 6. *ad fin.* Agite, quatenus hæc sit amicitia, concordia principalis, ut, episcopali ordinatione permissa, populos Galliarum, quos limes Gothicæ sortis incluserit, teneamus ex fide, etsi non tenemus ex fœdere. *Cassiod.* 9. *Hist. Eccl.* 36. Agellius Sicinnium presbyterum ordinavit episcopum, quumque populus Novatianorum culparet ordinationem etc.

ORDĪNĀTĪVUS, a, um, adject. *ordinativo*, ordinem significans. *Tertull. advers. Hermog.* 19. *sub fin.* Principii vocabulum, quod est ἀρχή, non tantum ordinativum, sed et potestativum capit principatum. *Priscian.* 15. *p.* 1022. *Putsch.* Ordinativa adverbia sunt: deinde, continuo, postea, etc.

ORDĪNĀTOR, ōris, m. 3. *ordinatore*, διαθέτης, qui ordinat et disponit. *Seneca Ep.* 109. *a med.* Advocatus, et litis ordinator. *Apul. Dogm. Plat.* 1. Ceterum ille rerum ordinator (*Deus*) ita reversiones earum (*stellarum*), ortus, obitus, recessus, moras, progressusque constituit, ut ne modico quidem errori locus esset. Adde *Augustin.* 19. *Civ. D.* 12.; et *Vulgat. interpr. Jerem.* 48. 12.

ORDĪNĀTRIX, icis, f. 3. *ordinatrice*, quæ ordinat. *Augustin. Ep.* 56. *post med.* Mens ordinatrix et moderatrix rerum omnium.

ORDĪNĀTUS, a. um. *V.* voc. seq.

ORDĪNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (ordo). Part. *Ordinans* II. 3.; *Ordinatus* I., II. 1. 2. et in fin.; *Ordinaturus* II. 3.; *Ordinandus* I. — Ordinare est ordine ponere, disponere, componere, dirigere, τάττω (It. *ordinare, disporre, distribuire*; Fr. *ordonner, mettre en ordre*; Hisp. *ordenar, poner en orden*; Germ. *in die gehörige Reihe bringen, nach Reihen abtheilen oder ordnen, reihen, in Reihe und Ordnung aufstellen*; Angl. *to set or place in order, arrange, dispose, distribute, regulate, order, ordain*).

I.) Proprie de physica rerum ordinatione vel distributione. *Horat.* 3. *Od.* 1. 9. Est ut viro vir latius ordinet Arbusta sulcis. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 5. Ordinare vineam paribus intervallis. *Id.* 5. *ibid.* 3. 7. locum vitibus. *et* 4. *ibid.* 18. 1. Ordinare vineta. *Martial.* 3. 58. villa Non otiosis ordinata myrtetis. *h. e.* myrtetis ordine positis ornata. *Sueton. Gramm.* 21. Cura ordinandarum bibliothecarum. — Sic in re militari. *Nepos Iphicr.* 2. Ut quum prælii signum ab imperatore esset datum, copiæ sine ducis opera sic ordinatæ consisterent, ut singuli a peritissimo imperatore dispositi viderentur. *Horat. Epod.* 17. 9. Ordinare agmina. *Justin.* 11. 9. 8. aciem. *Liv.* 29. 1. Scipio voluntarios milites ordinavit centuriavitque. *h. e.* in ordines militares redegit et distribuit, *divise, ridusse in compagnie.* Sic *Flor.* 3. 19. *ad fin.* Familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat. Rursus *Liv.* 22. 5. Nova de integro pugna exorta est; non illa ordinata per principes hastatosque ac triarios, nec ut pro signis antesignani, post signa alia pugnaret acies. Fors conglobat, et animus suus cuique ante aut post pugnandi ordinem dabat.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ sumptâ a superiori paragr., usurpatur de tempore et de aliis rerum rationibus. *Horat.* 4. *Od.* 11. 18. ex hac Luce Mæcenas meus affluentes Ordinat annos. *Seneca Ep.* 12. Ordinare diem. *Liv.* 2. 21. Tanti errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magistratibus. *h. e.* alio annorum ordine collocatis. Pro scribere ordine *Horat.* 2. *Od.* 1. 10. mox, ubi publicas Res ordinaris, grande munus Cecropio repetes cothurno. Sic apud Græcos συντάττειν: unde σύνταγμα *liber.* Ceterum *Seneca Ep.* 10. Nemo est ex imprudentibus, qui sibi relinqui debeat. Tunc mala consilia agitant: tunc cupiditates improbas ordinant. *h. e.* disponunt tamquam in acie milites, ut ordine quodam unam post aliam expleant. Sic *Vit. beat.* 6. Ordinare spes suas, et dum corpus in præsenti sagina jacet, cogitationes ad futura præmittere. *Cic.* 1. *Invent.* 14. 19. Ordinare partes orationis. — Est etiam apte ita cædere marmora, ut ex iis tituli fiant. *Inscript.* bilinguis apud *Ignarra de palæstr. Neapol. p.* 51. et *Orell.* 4222. Στῆλαι ἐνθάδε τυποῦνται καὶ χαράσσονται νικῶς ἱεροῖς σὺν ἀνεργείαις δημοσίαις. TITVLI HIC ORDINANTVR ET SCVLPVNTVR AIDIBVS SACREIS CVM OPERVM PVBLICORVM. ¶ 2. In re privata seu generatim, est statuere quo ordine et qua norma aliquid tractandum sit vel perficiendum, disponere, constituere. *Curt.* 4. 14. 20. Forsitan ita deorum fata ordinaverunt, ut Persarum imperium magno motu concuterent magis, quam affligerent. *Colum.* 12. *R. R.* 3. 9. Valetudinaria bene ordinata et salubria præbeantur. *ben all' ordine. Plin.* 7. *Hist. nat.* 60. 60. (214). Horologium diligentius ordinatum. *Martian. Dig.* 5. 2. 2. *et* 5. Ordinare testamentum. *Seneca* 4. *Benef.* 1. Quum in ipso vitæ fine consistimus, quum testamentum ordinamus, non beneficia nobis nihil profutura dividimus? et *Id. Ep.* 9. *a med.* Suo arbitrio res suas ordinare. *Quintil.* 1. 2. 12. In totum diem velut ordinetur opus. *Liv.* 9. 17. Disciplina militaris, jam inde ab initiis urbis tradita per manus, in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat. *Cic.* 2. *Orat.* 10. 43. Ordinare litem. *mettere all'ordine, allestire, piantare. Alii tamen leg.* ornare, *recentiores vero* orare. *Paul. Dig.* 40. 12. 24. causam. *Cajus ibid.* 25. Judicium. *Seneca Thyest.* 713. Quem prius mactet sibi, Dubitat; secunda deinde quem cæde immolet: Nec interest, sed dubitat, et sævum scelus Juvat ordinare. ¶ 3. Speciatim est politicum verbum, et significat regere, administrare, constituere, *dar sesto, mettere in assetto, regolare*: non mutata gubernandi ratione, sed restituta quæ intercideret. *Flor.* 4. 3. Gratulandum tamen in tanta perturbatione est, quod potissimum ad Augustum summa rerum redit, qui sapientia sua atque solertia perculsum

undique et perturbatum ordinavit imperii corpus. *Plin.* 8. *Ep.* 24. Ordinare statum liberarum civitatum. *Sueton. Galb.* 7. provinciam intestina dissensione et barbarorum tumultu inquietam. *Id. Aug.* 17. desideria militum. *Id. Claud.* 25. Equestrem militiam ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret. *fece tale regolamento, che* etc. *Flor.* 2. 16. Metello, ordinanti tum maxime Macedoniam, mandata est ultio. *Curt.* 3. 3. *post init.* Ipse sexaginta diebus gentem Evergetarum ordinavit. *Justin.* 22. 2. 10. Atque ita veluti reipublicæ statum formaturus, populum in theatrum ad contionem vocari jubet, contracto in gymnasium senatu, quasi quædam prius ordinaturus. ¶ 4. Item specialim *ordinare magistratus,* constituere, creare homines regendæ rei publicæ. *Sueton. Cæs.* 76. Eadem licentia spreto reipublicæ more, magistratus in plures annos ordinavit. *Justin.* 30. 2. 5. Agathocles civitatem regebat; tribunatus et præfecturas et ducatus mulieres ordinabant. — Similiter *Ordinare aliquem,* in magistratu collocare, creare, destinare reipubl. administrandæ. *Sueton. Vesp.* 23. Quemdam e caris ministris dispensationem cuidam, quasi fratri, petentem quum distulisset, ipsum candidatum ad se vocavit, exactaque pecunia, quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinavit. *Justin.* 17. 1. 4. Filius, quem in successionem regni ordinaverat. ¶ 5. Est etiam promovere clericos ad ordines sacros. *Lamprid. Alex. Sev.* 45. Hortans populum, ut, si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus: si non probasset, subiret pœnam capitis: dicebatque, grave esse, quum id Christiani et Judæi facerent in prædicandis sacerdotibus, qui ordinandi sunt, non fieri in provinciarum rectoribus, quibus et fortunæ hominum committerentur et capita. Adde *Cassiod. loc. cit.* in ORDINATIO II. 5. — Hinc Part. præter., cujus multa exempla supra retulimus,

Ordinatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Ordinatior* et Sup. *Ordinatissimus,* et est ordine positus, dispositus. Translate. *Cic.* 2. *Nat. D.* 40. 101. Igneæ formæ cursus ordinatos definiunt. *Seneca Vit. beat.* 8. Compositus ordinatusque vir. *Id. Ep.* 74. *a med.* Non dices vitam justiorem salvis liberis, quam amissis, nec ordinatiorem, nec prudentiorem, nec honestiorem. *Apul. de Deo Socrat.* Stellæ certo et stato cursu meatus longe ordinatissimos efficiunt. — Et cum Dativo *Hygin. de limit. constit. p.* 187. ed. *Lachmann.* Quum sol orbem medium conscendit, umbras omnium rerum meridiano axi facit ordinatas.

ORDĬOR, ordīris, orsus sum *et raro admodum* ordītus, ordiri, dep. 4. *Ordibor* pro *ordiar, ἀρχαϊκῶς. Accius* apud *Non. p.* 39. 22. *Merc.* Non parvam rem ordibor. — *Ordio, is, ivi,* active legitur apud *Isid.* 19. *Orig.* 20. Hanc (*Minervam*) etiam telam ordisse et colorasse lanam perhibent. — Hinc Part. *Orditus* pro *orsus,* inceptus, *incominciato,* passive usurpatum. *Sidon.* 2. *Ep.* 9. *a med.* Narratiunculas bifariam orditas lætitia peritiaque comitabantur. *Venant.* 2. *carm.* 10. *ad fin.* Versibus orditum carmen amore trahit. Adde *Diomed.* 1. *præf.* Sic *Hieronym.* in *Isai. c.* 30. Orditam autem telam *μεταφορικῶς* posuit, ut pravum consilium demonstret. — Ceterum, ait *Priscian.* 1. *p.* 373. *Putsch. Ordior orsus sum* facit, et tam incipientem significat, ut Virgilius *sic orsus ab alto,* quam desinentem, ut idem *Sic orsus Apollo* etc. — Part. *Ordiens, Orsus* et *Ordiendus* 2. — Ordior, quod ratione habita etymi cum voce *ordo* est jungendum, ¶ 1. Stricto sensu, vel proprie, ut aliis placet, sed raro, est idem ac tramæ fila ita deduco, partior et alterno, ut jugo imponi, et tela, immisso inter eadem fila alternantia subtemine, detexi possit, *ordire la tela, ὑφαίνω. Isid.* 19. *Orig.* 29. 7. Ordiri est texere. Cf. *Festus p.* 185. 31. *Müll.* Ordiri est rei principium facere, unde et togæ vocantur exordia. *Seneca Apocoloc.* At Lachesis plena orditur manu, et Neroni multos annos de suo donat. *Ita ex MSS. legit* Lips. epist. quæst. I. 2. 24. *et alii. Plin.* 11. *Hist. nat.* 24. 28. (80). Araneus orditur telas. Cf. *Virg. Cul.* 1. Lusimus, Octavi, gracili modulante Thalia Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum. et *Plaut. Pseud.* 1. 4. 6. Neque exordiri primum, unde occipias, habes, Neque ad deterundam telam certos terminos. et *Plin.* 25. *Hist. nat.* 11. 83. (132). Verum et generatim membratimque singulis corporum morbis remedia subtexemus orsi a capite. ¶ 2. Latiori sensu, vel figurate, ut aliis placet, et sæpius est rei principium facere, ut ait *Festus loc. cit.,* incipere, inchoare (It. *cominciare, principiare;* Fr. *commencer, entamer;* Hisp. *comenzar, empezar;* Germ. *etwas anspinnen, aufnehmen und beginnen;* Angl. *to begin, commence, enter upon*). Occurrit — *a*) Cum Accusativo rei, quam ordimur. *Pacuvius* apud *Festum p.* 133. 26. *Müll.* Machinam ordiris novam. *Afranius* apud *Non. p.* 39. 23. *Merc.* Tamen animo ordire oportet me paulla paullulum. *Cic.* 4. *Att.* 1. *in fin.* Alterius vitæ quoddam initium ordimur. *Id.* 1. *Legg.* 3. 9. Ego animi pendere soleo, quum semel quid orsus traducor alio. *Id. ibid.* 7. 21. Ab eo nobis causa ordienda est potissimum. *Id.* 1. *Orat.* 21. 98. Crassus princeps ejus sermonis ordiendi fuit. *Liv.* 41. 26. Orsique bellum sunt ab repentina oppugnatione castrorum Romanorum. *Virg.* 7. *Æn.* 386. Majus adorta nefas, majoremque orsa furorem. *Cic.* 5. *Fam.* 12. Dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri. Sic *Liv. præfat. sub fin.* Sed querelæ ab initio tantæ ordiendæ rei absint. *et Nepos Alcib.* 11. Sed satis de hoc: reliquos ordiamur. *et Horat. Art. P.* 147. Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo. *et Propert.* 3. 7. 49. Celsaque Romanis decerpta palatia tauris Ordiar, et cæso mœnia firma Remo. *h. e.* canere aggrediar. *Stat.* 1. *Theb.* 80. tu saltem debita vindex Huc ades, et totos in pœnam ordire nepotes. *h. e.* incipe punire filios et prosequere usque ad nepotes omnes. — *Orsus* passive, ut videtur. *Colum.* 1. *R. R.* 5. 9. Quum ex depressiore loco fuerint orsa fundamenta, pro fultura et substructione fungentur. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 51. 77. (207). Tridui inedia saginatione orsa. *Hæc duo tamen rectius referenda sunt* ad *c.* — *b*) Cum Infinito. *Cic. Brut.* 6. 22. Eloquentia, de qua disputare ordimur. *et ibid.* 88. 101. Hortensius igitur quum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, etc. *Virg.* 6. *Æn.* 125. Quum sic orsa loqui vates. — *c*) Absolute. — De personis; et quidem pro loqui, sine additis. *Virg.* 1. *Æn.* 329. Sic Venus; et Veneris contra sic filius orsus. *h. e.* cœpit dicere. *Id.* 9. *ibid.* 656. sic orsus Apollo Mortales medio aspectus sermone reliquit. *h. e.* loquutus. Similiter *Id.* 12. *ibid.* 806. sic Juppiter orsus, Sic dea submisso contra Saturnia vultu. — Cum addita, per Ablativum et præpos. *ab* vel *de,* re a qua ordimur. *Cic.* 2. *Phil.* 18. 44. Visne igitur te inspiciamus a puero? Sic opinor. A principio ordiamur. *Id.* 5. *Tusc.* 13. 37. Unde igitur ordiri rectius possumus, quam a communi parente natura? *Id.* 1. *Fin.* 5. 13. Ut autem a facillimis ordiamur, prima veniat in medium Epicuri ratio. *Nepos Themist.* 1. Ab initio est ordiendum. *Plin.* 20. *Hist. nat. proœm.* (2). A minimis ordienti. *Cic.* 6. *Verr.* 47. 105. De quo si paullo altius ordiri, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoscite. — De rebus. *Cic. Marcell.* 11. 33. Unde est orsa, in eodem terminetur oratio. *Cels.* 2. 8. 2 *med.* Tormina ab atra bile orsa, mortifera sunt. — Hinc a Part. *Orsus,* cujus multa exempla retulimus,

Orsa, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt res inceptæ, conatus, *principii, tentativi. Liv.* 1. *proœm. extr.* Ut orsis tanti operis successus prosperos darent. *Manil.* 2. 57. Nostra loquor: nulli vatum debebimus orsa. *Val. Flacc.* 1. 21. nunc nostra serenus Orsa juves. *et* 5. 196. Tu precor orsa regas. *et* 292. altos tunc ipsa dolos, alia orsa movebo. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 114. Attica facundi decurreret orsa Menandri. *h. e.* carmina. Sic *Auson. Edyll.* 4. 46. amabilis orsa Menandri Evolvenda tibi. — *Orsa,* dicta, ut *orsus,* loquutus. *Virg.* 7. *Æn.* 435. Hic juvenis vatem irridens sic orsa vicissim Ore refert. *et* 10. *ibid.* 632. et in melius tua, qui potes, orsa reflectas. *Val. Flacc.* 5. 472. Talia miranti propius tulit orsa tyranno. *Stat.* 1. *Silv.* 4. 28. seu plana solutis Quum struis orsa modis. *h. e.* quum prosa oratione uteris.

ORDĪTŪRA, æ, *f.* 1. *orditura,* textura, ratio ordiendi fila in conficienda tela. Translate de versibus per acrostichidem ita dispositis, ut tam litteræ quæ et in initio et in fine versuum positæ sunt, quam quæ decussatim junguntur, sententiam aliquam exprimant. *Venant.* in *epist. præm. carm.* 6. *l.* 5. Quia præfixo termino, non erat nec ubi prolixitas se excuteret, aut brevitas angularet, nec evagari propter descendentes versus, frænante repagulo, orditura permisit. *h. e.* totius artificii ordo et textura.

ORDĪTUS, a, um. *V.* voc. præced.

ORDO, dĭnis, m. 3. (quod, ratione habita etymi, cum v. *ordiri* et *oriri* conjungi potest) est digestio, dispositio unius rei post aliam, suo quamque loco collocando, *τάξις, εὐταξία* (It. *ordine, disposizione, distribuzione, serie;* Fr. *rang, ordre, disposition, arrangement, série, rangée;* Hisp. *orden, disposicion, serie;* Germ. *die Reihe, Ordnung, Klasse;* Angl. *order, arrangement, disposition, distribution, regularity, method*).

I.) Proprie occurrit *A*) De rebus physicis; et *B*) De hominibus.

A) De rebus physicis. ¶ 1. Generatim de plurimis usurpatur; et quidem — *a*) Sæpe dicitur de dispositione arborum in agris, *filare. Cic. Cæcin.* 8. 22. Ejus fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. *Id. Senect.* 17. 59. Quum admiraretur Lysander et proceritates arborum et directos in quincuncem ordines, tum ei Cyrum respondisse: Atqui ego omnia ista sum dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio. *Varro* 1. *R. R.* 7. 4. Quæ arbores in ordinem satæ sunt, eas æquabiliter ex omnibus partibus sol ac luna coquunt. *h. e.* in quincucem satæ. *Virg.* 2. *G.* 276. Sin tumulis acclive solum, collesque supini, Indulge ordinibus. *h. e.* vitium ordines fac laxiores. *Id.* 1. *Ecl.* 84. pone ordine vites. *Colum.* 5. *R. R.* 3. 1. In eo vites disponendæ sunt ita, ut quini pedes inter ordines relinquantur. *et ibid.* § 2. Extremi ordines, quos vocant angulares. — *b*) De trabibus in ædificiis exstruendis. *Cæs.* 7. *B. G.* 23. His (*trabibus*) collocatis et coagmentatis alius insuper ordo additur. *et mox.* Alternis trabibus ac saxis, quæ rectis lineis suos ordines servant. *Id.* 5. *ibid.* 51. Obstructis in speciem portis singulis ordinibus cæspitum. — *c*) De aliis. *Vitruv.* 3. 2. Hæc utraque genera (*pycnostylos* et *systylos*) vitiosum habent usum: matres enim familiarum quum ad supplicationem gradibus ascendunt, non possunt per intercolumnia amplexæ adire, nisi ordinem fecerint. *h. e. se non si dispongono in fila.* Cf. *Virg.* 2. *Æn.* 766. pueri et pavidæ longo ordine matres Stant circum. Adde *eund.* 6. *ibid.* 482. et 8. *ibid.* 722. *Ovid.* 3. *Met.* 34. Tresque vibrant linguæ: triplici stant ordine dentes. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 63. (167). Timarchus duos ordines habuit maxillarum. *Cic. Senect.* 15. 51. Herba fundit frugem spici ordine structam. *Virg.* 1. *G.* 239. Obliquus qua se signorum verteret ordo. ¶ 2. Speciatim in re navali *ordines remorum* sunt eorum series, una super aliam, utrimque dispositæ: porro duplex est series in biremibus, triplex in triremibus, etc. *V.* DECEMREMIS. *Virg.* 5. *Æn.* 119. triplici pubes quam Dardana versu Impellunt, terno consurgunt ordine remi. *h. e.* triplici remigum remorumque ordine; hic enim *versus* et *ordo* unum idemque significant. *Lucan.* 3. 529. Cornua Romanæ classis, validasque triremes, Quasque quater surgens exstructi remigis ordo Commovet, etc. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (208). Sex ordinum navem invenit Xenagoras. ¶ 3. Item speciatim In theatris ordines subselliorum, seu graduum distincti erant, et variis populi ordinibus assignati. Primus subselliorum ordo in municipiis et coloniis sena-

toribus Romanis vacabat, Romæ in orchestra senatores sedebant: sui erant etiam plebi, sui militibus, maritis, prætextatis, feminis, etc. V. *Sueton. Aug.* 44. Sed post senatores ex vetere instituto quatuordecim graduum ordines equestri ordini assignati fuere. *Cic.* 2. *Phil.* 18. 44. Sedisti in quatuordecim ordinibus, quum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus. *Sueton. Aug.* 14. Quum spectaculo ludorum gregarium militem in quatuordecim ordinibus sedentem excitari per apparitorem jussisset. *Juvenal.* 14. 323. effice summam Bis septem ordinibus, quam lex dignatur Othonis. Hinc *sedere in quatuordecim* apud *Sueton. Cæs.* 39. Sessum in quatuordecim e scæna per orchestram transiit. Adde *eumd. Aug.* 40. ¶ 4. Item speciatim de verborum collocatione in oratione. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 56. His, ego quæ nunc, Olim quæ scripsit Lucilius, eripias si Tempora certa modosque, et quod prius ordine verbum est Posterius facias, præponens ultima primis etc. *Quintil.* 9. 3. 43. Interim sententia repetitur, sed eodem verborum ordine. — Hinc apud Grammaticos *ordo* est naturalis, et non artificiosa verborum compositio et structura. *Festus p.* 249. 28. *Müll.* In eo versu, qui est in Iphigenia Ennii: Procede: gradum proferre pedum Nitere: cessas? id ipsum baculum significari quum ait Verrius, mirari satis non possum, quum ordo sit talis, et per eum significatio aperta: gradum proferre pedum Nitere: cessas?

B) De hominibus. ¶ 1. In re militari ordo maximi est momenti, ut ait *Colum.* 12. *R. R.* 2. 5. In exercitu neque miles, neque imperator sine ordine ac dispositione quidquam valet explicare. Itaque — 1.°) In militia primo est ipsa aciei dispositio, *ordinanza, file. Auct. B. Alex.* 14. Post hunc ordinem reliquas naves subsidio distribuit. *Cæs.* 2. *B. C.* 26. Auxilia regis nullo ordine, et sine timore iter fecerant. *Sall. Jug.* 102. Sine signis, sine ordinibus, equites pedites permixti. *et ibid.* 54. Conturbare ordines. *et* 55. observare. *et ibid.* restituere. *Liv.* 2. 46. Vix explicandi ordinis spatium Etruscis fuit. *et ibid.* 50. Jam continenti agmine armatorum sæpti (*Fabii*), quo magis se hostis inferebat, cogebantur breviore spatio et ipsi orbem colligere. Quæ res et paucitatem eorum insignem, et multitudinem Etruscorum, multiplicatis in arcto ordinibus, faciebat. *Id.* 8. 8. Triarii consurgentes, ubi in intervalla ordinum suorum principes et hastatos recepissent, extemplo compressis ordinibus velut claudebant vias: unoque continenti agmine, jam nulla spe post relicta, in hostem incidebant. *Id.* 9. 27. Signaque et ordines peditum atque equitum confundit, donec universam ab ea parte avertit aciem. — 2.°) Deinde est certa militum manus, *schiera, compagnia, banda. Cic.* 1. *Phil.* 8. 20. Viri fortissimi atque honestissimi, qui ordines duxerunt. *Cæs.* 1. *B. C.* 13. L. Pupius primipili centurio, qui hunc eumdem ordinem in exercitu Pompeji antea duxerat. *Inscript.* apud *Gruter.* 391. 4. ORDINEM ACCEPIT IN LEGIONE QVINTA. *Vet. Tab. œn. Heracleens.* apud *Mazoch. p.* 423. *n.* 47. QVIVE APVD EXERCITVM IGNOMINIAE CAVSA ORDO ADEMPTVS EST. *h. e.* centurionatus. Sic *Inscript.* apud *Orell.* 3456. HVIC PRIMO OMNIVM-IMP. CAESAR ANTONINVS AVG. PIVS P. P. ORDINEM ALEXANDRIAE DEDIT QVOD PER GRADVS MILITIAE SVAE TAM INDVSTRIE SE ADMINISTRAVERIT. — Non solum imperatoris, sed etiam tribunorum militum erat assignare cuilibet *ordinem* ducendum, ut colligitur ex *Liv.* 42. 34. *a med.* Hic autem ordo fere erat militum manus minor centuria, v. gr. manipulus. *Liv. ibid.* Tertio anno virtutis causa mihi T. Quintius decumum ordinem hastatum assignavit. *et mox.* Me imperator dignum judicavit, cui primum hastatum prioris centuriæ assignaret. — 3.°) Ipsi centuriones, qui ordinibus præsunt, *ordines* dicuntur. *Cæs.* 6. *B. G.* 6. *ad fin.* Labienus noctu tribunis militum, primisque ordinibus convocatis, quid sui consilii sit, proponit. *Inscript.* apud *Cotugno, Mem. di Venafro p.* 283. L. DVINIVS L. F. TER. RVFVS PRIM. ORDO COHORTIVM PRAET. DIVI AVGVSTI PRIM. PIL. LEG. XIII. GEM. ¶ 2. In re politica usurpatur de statu et conditione hominum in civitate, *rango, grado, condizione*: ut Ordo senatorius, equester, plebejus (triplex divisio celebris apud Romanos), aratorum, mercatorum, publicanorum, etc. *Cic. Cluent.* 37. 104. Fidiculanius cujus erat ordinis? senatorii. *Id. Dom.* 28. 74. Proximus est huic dignitati equester ordo. *Id.* 4. *Verr.* 6. 17. Si cuiquam generi hominum sive Siculorum, sive nostrorum civium; si cuiquam ordini sive aratorum, sive pecuariorum, sive mercatorum probatus sit. *Sueton. Aug.* 41. Liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit. *Cic.* 13. *Fam.* 9. Quum universo ordini publicanorum semper libentissime tribuerim. *Sueton. Gramm.* 18. L. Crassitius, genere Tarentinus, ordinis libertini. *Cic.* 3. *Verr.* 48. 127. Homo ornatissimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis. In *Inscript.* apud *Gruter.* legitur etiam Ordo sacerdotum, haruspicum, VIviralium, etc. 320. 12., 304. 7., 302. 2. etc. — Simliter *Plaut. Aulul.* 2. 2. 55. et meus me ordo irrideat. *Ter. Eun.* 2. 2. 3. Conveni hodie adveniens quemdam mei loci hinc atque ordinis hominem. *Accius* apud *Priscian. de metr. p.* 1325. *Putsch.* Quin cuique tribuit fortuna ordinem. *Virg.* 7. *Æn.* 152. Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni Centum oratores augusta ad mœnia regis Ire jubet. *Horat.* 3. *Od.* 3. 35. et adscribi (*Romulum*) quietis Ordinibus patiar deorum. — *Amplissimus ordo* est senatorius. *Cic. Cœl* 2. 5. Quem absentem in amplissimum ordinem cooptarunt. *V.* AMPLUS. Sic *Splendidissimus ordo* in *Inscript.* apud *Gruter* 390. 5. Sic absolute *Ordo Beneventanus* apud *eumd. ibid.* 1. h. e. senatus, vel decuriones Beneventanorum. et *Ordo Mutinensis* apud *Tac.* 2. *Hist.* 52., quibus adde *Inscript.* apud *Gruter.* 425. 1., item 1094. 3., ubi Ordo populusque Salernitanus. In *vet. Tab.* apud *Gruter.* 443. 6. PELTVINI (in) VESTINIS IN CVRIA AVG. ORDINEM HABENTIBVS T. AVIDIACRO RESTITVTO ET BLAESIO NATALE AEDD. QQ. etc. *h. e.* senatum habentibus. Sic *Ulp. Dig.* 50. 9. 3. Ut ordo non aliter habeatur, quam duabus partibus (*senatorum*) adhibitis. — Quamquam plebs tertius est ordo populi, sæpe tamen *ordo* solet de duobus prioribus usurpari. *Sueton. Aug.* 15. Scribunt quidam trecentos ex dediticiis electos utriusque ordinis, ad aram hostiarum more mactatos. *Vellej.* 2. 100. 5. Aliique minoris nominis utriusque ordinis viri.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim quid sit ordo, docet *Cic.* 1. *Off.* 40. 142. Ordinem sic definiunt, compositionem rerum aptis et accommodatis locis. *Quintil.* 7. 1. 1. Ordo recta quædam collocatio prioribus sequentia adnectens. Rursus *Cic.* 1. *Off.* 40. 142. Vis ordinis et collocationis. *Colum.* 12. *R. R.* 2. 4. Nihil est pulcrius, in omni ratione vitæ, dispositione atque ordine. — *Ordo* nonnunquam est series rerum fluentium, et invicem succedentium, *serie, corso. Cic. Brut.* 4. 15. Explicatis ordinibus temporum, uno in conspectu omnia videre. *Virg.* 4. *Ecl.* 5. Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo. *Id.* 3. *Æn.* 376. sic fata deum rex Sortitur, volvitque vices: is vertitur ordo. *Id.* 7. *ibid.* 44. major rerum mihi nascitur ordo. — Item fatum et series causarum divinitus dispositarum. *Pers.* 3. 66. Discite, o miseri, et causas cognoscite rerum, Quid sumus, et quidnam victuri gignimur, ordo Quis datus. *Manil.* 1. 531. Non casus opus est, magni sed numinis ordo. *Cic.* 1. *Divinat.* 55. 125. Fatum appello ordinem seriemque causarum. *Id. Harusp. resp.* 9. 19. Quæ tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum ac necessitudinem (*al. leg.* vicissitudinem) persequi possit. — Hinc universim. *Plaut. Trin.* 2. 4. 50. Mearum me rerum novisse æquum 'st ordinem. *Ter. Eun.* 5. 4. 48. Tu isti narra omnem ordinem ut factum siet. *Pacuvius* apud *Non. p.* 15. 17. *Merc.* Gnate, ordinem omnem ut dederit, enodo patri. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 97. mea quum pugnat sententia secum, Quod petiit, spernit, repetit quod nuper omisit, Æstuat et vitæ disconvenit ordine toto. *Id.* 4. *Od.* 15. 8. vacuum duellis Janum Quirini clausit, et ordinem Rectum evaganti frena licentiæ Injecit emovitque culpas. *Cic.* 1. *Off.* 5. 17. Adhibere modum quemdam et ordinem rebus. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 20. 66. Ut præpostere tecum agam, mox referam me ad ordinem. *Id. Rosc. Com.* 2. 6. Ordinem conservare. *Id.* 5. *Phil.* 13. 35. eumdem tenere. *Id. Brut.* 69. 244. sequi. *et* 62. 223. perturbare. *Id. Orat.* 63. 214. immutare. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 37. 118. et *Tim.* 3. Res in ordinem adducere. *Id.* 3. *Herenn.* 9. 16. redigere. *Quintil.* 10. 5. 1. Puerorum studiis ordinem dare. *Ovid.* 1. *Amor.* 11. 10. Nec tibi simplicitas ordine major inest. *più dell'ordinario, singolare.* ¶ 2. Speciatim *cogere*, seu *redigere in ordinem* dicitur privatus, qui magistratui resistit, eumque jure suo uti vetat, vel ejus majestatem lædit: quod a militari disciplina petitum videtur, quum is, qui tribunus, vel centurio est, in ordinem gregariorum militum cogitur, seu redigitur: quod quidem contumeliosum habebatur. *V.* ORDINARIUS I. *Plin.* 1. *Ep.* 23. Tribunatum esse potestatem sacrosanctam, et quam in ordinem cogi, ut a nullo, ita ne a se quidem deceat. *Liv.* 3. 51. *extr.* Decemviri querentes, se in ordinem cogi, non ante, quam perlatis legibus, deposituros imperium se ajebant. *Sueton. Claud.* 38. Ostiensibus, quia sibi subeunti Tiberim scaphas obviam non miserant, graviter correptis, eaque cum invidia, ut in ordinem se coactum conscriberet, etc. Adde *Liv.* 6. 38. *sub fin.*, 25. 3. *extr.* et 43. 16. Sic *Sueton. Vesp.* 15. Helvidio Prisco non ante succensuit, quam altercationibus insolentissimis pæne in ordinem redactus. Adde *Senec. Consol. ad Helv.* 13. *circa med.* — Hinc translate. *Seneca* 1. *Clem.* 26. *sub fin.* Tyrannus unum occidi jubere, aut alterum, parum imperatorium credit: nisi eodem tempore grex miserorum subjectus stetit, crudelitatem suam in ordinem coactam putat. *Plin.* 2. *Ep.* 6. Gula reprimenda, et quasi in ordinem redigenda est. *Liv.* 3. 35. Appium nimium in ordinem se ipsum cogere, et vulgari cum privatis. *Quintil.* 1. 4. 3. Grammatici, auctores alios in ordinem redegerunt, alios omnino exemerunt numero. *h. e.* alios in turba scriptorum posuerunt, alios ne scriptorum quidem nomine dignos putarunt. *Id.* 10. 1. 53. Apollonius in ordinem a grammaticis datum non venit, quia Aristarchus et Aristophanes, poetarum judices, neminem sui temporis in numerum redegerunt. *non fu posto nella lista de' poeti.* Sic etiam *Liv.* 30. apud *Priscian.* 18. *p.* 1173. *Putsch.* Tribuni plebis in ordinem redacti *h. e.* pro contemptissimis habiti sunt. Ita quidem *Priscian.* ed. *Putsch*: at *Spaldingius* ad *Quintil.* 1. 4. 3. et *Krehlius* ad *Priscian. T.* 2. *p.* 189. negant ea verba legi apud *Livium.* — *Uno ordine* est eodem modo. *Virg.* 2. *Æn.* 102. si omnes uno ordine habetis Achivos. ¶ 3. Item speciatim *ordine, in ordinem, in ordine, per ordinem, ex ordine, extra ordinem* adverbiorum more usurpantur. — *a) Ordine* — Sine additis est secundum ordinem, *in ordine, di seguito, l'una cosa dietro l'altra. Plaut. Pseud.* 5. 2. 15. Omnia ut quidque egisti ordine, scio. *Id. Mil. glor.* 3. 3. 1. Rem omnem tibi-Domi demonstravi ordine. *Id. Pœn.* 3. 2. 13. MI. Sed isti jam sciunt negotii quid sit? AG. omnem rem ordine. *Ter. Adelph.* 3. 2. 53. Hegioni rem enarrato omnem ordine. *Accius* apud *Non. p.* 463. 18. *Merc.* Age nunc, tuam progeniem ede ordine. *Cic. Partit. orat.* 1. 2. Aliquem ordine interrogare. *Liv.* 42. 25. Relatis ordine, quæ vidissent quæque audissent. — *Ordine* interdum cum *recte* jungitur et est secundum ordinem, *normalmente, regolarmente* atque adeo sapienter, prudenter. *Cic. Quinct.* 7. 28. Existima, modo et ratione omnia Romæ Nævium fecisse, si hoc recte atque ordine factum videtur. *Id.* 5. *Verr.* 84. 194. An id recte, ordine, e republica, factum esse defendes? *Liv.* 28. 39. Suos imperatores recte et ordine et ex voluntate senatus fecisse. — *b) In ordinem*, secundum ordinem lege vel consuetudine constitutum. *Cic. Rosc. Com.* 2. 7. Tabulæ in ordinem confectæ. — *c) In ordine*, secundum ordinem unus post alium. *Virg.* 7. *Ecl.* 20. Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis. *Id.* 8. *Æn.* 628. illic genus anne futurum

Stirpis ab Ascanio, pugnataque in ordine bella. — *d) Per ordinem*, h. e. ordine, *con ordine e di seguito. Quintil.* 4. 2. 72. Sortiti nocte singuli per ordinem cum ferro cubiculum intrarant. — *e) Ex ordine*, ordinate, *ordinatamente, l'uno dopo l'altro per ordine e di seguito. Cic.* 6. *Verr.* 64. 143. Ut quisque ætate et honore antecedebat, ita sententiam dixit ex ordine. *Id.* 3. *Herenn.* 18. 30. Locis (*memoriæ*) ex ordine collocatis. *et ibid.* 17. 30. Ex ordine hos locos habere. — *Ex ordine* est etiam sine intermissione, *successivamente.* Item continuo, *l'un dopo l'altro. Cic.* 1. *leg. Agr.* 2. 4. Vendit Italiæ possessiones ex ordine omnes: sane in eo est diligens; nullam enim prætermittit. *Virg.* 4. *G.* 507. Septem illum foros perhibent ex ordine menses Flevisse. Cf. *eund.* 7. *Æn.* 139. Idæumque Jovem, Phrygiamque ex ordine matrem Invocat et duplices cæloque Ereboque parentes. — *f) Extra ordinem* est neglecta et posthabita ordinis ratione, præter consuetudinem, aut leges, *straordinariamente. Cic. Dom.* 8. 18. Pompejo plurima, maxima terra marique bella extra ordinem esse commissa. *Id. Prov. cons.* 8. 19. Provinciam alicui extra ordinem decernere. *Paul. Dig.* 48. 1. 8. Durante tamen pœna legum, dum extra ordinem crimina probantur. *h. e.* omissis juris solemnitatibus. — Item incidenter, *incidentemente. Quintil.* 10. 3. 33. Debet etiam (*in ceris*) vacare locus, in quo notentur, quæ scribentibus solent extra ordinem, id est ex aliis, quam qui sunt in manibus loci, occurrere. — Item eximie, et quasi præter ceteros. *Cic.* 6. *Fam.* 5. Ad eam spem, quam extra ordinem de te ipso habemus, accedunt tua præcipua etc.

ŌRĔÆ, ārum, f. plur. 1. *morso, freno,* χαλινος, frenum, ita dictum, quod *ori* inseritur, ut ait *Festus p.* 182. 23. *Müll.*; vel ab *aurea, æ,* quod V. suo loco. *Titinius* apud *Festum loc. cit.* Etsi tacebit, tamen gaudebit sibi promitti oreas. *Nævius ibid.* Deprandi autem leoni si obdas oreas. *Cato ibid.* Oreas mihi inde, tibi cape flagellum. *Cælius ibid.* Oreas equo detrahere.

ŌRĒON, i, n. 2. ὄρειον, herba in montibus nascens, refertur a *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 91. (115). inter species polygoni, arundini teneræ similis, uno caule, densis geniculis et in se infarctis, foliis piceæ.

ŌRĒŌSĔLĪNON, i, n. 2. ὀρεοσελινον, genus apii. V. HELIOSELINON.

ŌRESTĪON, ii, n. 2. herba eadem atque helenium, ac nectarea. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 16. 19. (108).

ŌREXIS, is, f. 3. *fame, appetito,* appetitus, esuritio, ὄρεξις: ab ὀρέγομαι *appeto*: V. PHAGEDÆNA. *Juvenal.* 11. 217. hinc surgit orexis, Hinc stomacho vires. *Id.* 6. 426. sextarius alter Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim. *Lamprid. Elagab.* 29. *extr.* Amabat sibi pretia majora dici earum rerum, quæ mensæ parabantur, orexin convivio hanc esse asserens.

ORGĂNĀRĬUS, ii, m. 2. ὀργανικός, qui organa tractat, vel fabricatur. *Firmic.* 3. *Mathes.* 14. Mercurius cum Venere facit organarios et myropolas. Adde *Ammian.* 28. 1. Et *Gloss. Cyrill.* Ὀργανικός, organarius. Cf. *Incert. gramm.* (h. e. *Beda*) *de orthogr. p.* 2793. *Putsch.* Organarius est qui utitur organo.

ORGĂNĬCUS, a, um, adject. ὀργανικός, ad organum pertinens. ¶ 1. Generatim est ad machinas pertinens, mechanicus, *meccanico, organico. Vitruv.* 10. 1. Quemadmodum telarum organicis administrationibus connexus staminis ad subtegmen, non modo corpora tegendo tueantur, sed etiam ornatus adjiciant honestatem. *Firmic.* 8. *Mathes.* 30. *a med.* Nauticos quoque, et quibus organicæ machinationis officia credantur. ¶ 2. Speciatim est ad musicum organum pertinens. *Varro* apud *Non. p.* 77. 7. *Merc.* Melos alterum in cantibus est bipartitum, unum quod est in assa voce, alterum, quod vocant organicon, *h. e.* quod per organa musica fit. *Lucret.* 3. 132. redde barmoniai Nomen ab organico saltu delatum Heliconis. *h. e.* musicis carminum et sonorum exercitationibus celebrato. *At* Lachmannus *deg.* Nomen, ad organicos alto delatum Helicone. *Capell.* 2. *p.* 28. Ac tunc omnis ille chorus canoris vocibus dulcique modulatu prævertit omnes organicas suavitates. *Est qui leg.* harmonicas. *Id.* 9. *p.* 314. Xenocrates organicis modulis lymphaticos liberabat. *et mox.* Elephantes organica voce permulsi. *Inscript.* apud *Orell.* 4258. M. LVCILIO M. L. DIOCLI TIBICIN. ARTIFIC. ORGAN. (*h. e.* artilici organico, ut leg. *Orell.*, vel organorum, ut vult *De-Vita*) LIBERTIS ET LIBERTABVS EIVS ARBITRATV M. OFILII TERTII. — Hinc

Organicus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui organa facit, aut tractat, *sonatore. Lucret.* 5. 334. modo organici melicos peperere sonores. *et* 2. 412. Ac musca mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant. *V.* et alium *Lucret.* locum supra § 2.

ORGĂNĬCUS, i, n. 2. *V.* voc. præced. in fin.

ORGĂNĬCŌS, adverb. *V.* MECHANICŌS.

ORGĂNŬLUM, i, n. 2. deminut. organi. ὀργανιον. Translate de rostris avium. *Fulgent.* 1. *Mythol. præf. ante med.* Me avium quædam vernilitas, quæ fragili quadam dulcedine crispantes sibilos corneis edunt organulis, ad hoc opus adlexerat.

ORGĂNUM, i, n. 2. Vox Græca inde ducta, quia eo utimur πρὸς τὸ ἔργον, quasi ἔργανον, quod nempe tractatur, vel subigitur. Est autem instrumentum, machina ad aliquid faciendum, ὄργανον (It. *istrumento, macchina*; Fr. *instrument*; Hisp. *instrumento*; Germ. *das Werkzeug*; Angl. *an instrument, machine, engine, argan*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 12. Sic compositum organum quum in sulcum demissum est, litem domini et conductoris sine injuria diducit. *Id.* 12. *ibid.* 52. 7. Est et organum erectæ tribulæ simile, quod tudicula vocatur. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 26. 24. (95). Excogitatis organis, per quæ stellarum ac siderum loca atque magnitudines signaret. *Id.* 26. *ibid.* 3. 8. (17). Anginas curare in fauces organo demisso. *Id.* 24. *ibid.* 12. 67. (109). Folliculis in pila tusis, succus exprimitur organis. — Dicitur de architectonicis et bellicis. Differt tamen a machina, quod hæc pluribus operibus, aut vi majore cogitur effectus habere, ut balistæ et torcularium prælæ: organum autem unius opere, prudenti tactu perficit quod propositum est, uti scorpionis, seu anisocyclorum versationes. Ita *Vitruv.* 10. 1. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 20. (60). Hortos e putec rota, organisve pneumaticis, vel tollenonum haustu rigatos. ¶ 2. Speciatim de instrumentis musicorum, *istrumento musicale.* — *a)* Ea sunt tripliciis generis: alia ἐμπνευστα, quæ spiritu inflantur, ut tibiæ, fistulæ, tubæ: alia ἔγχορδα, quæ nervis intenduntur, ut lyra, cithara: alia κρουστα, quæ manu pulsantur, ut tympana, sistra. *Quintil.* 11. 3. 20. Fauces tumentes strangulant vocem, obtusæ obscurant, rasæ exasperant, convulsæ fractis sunt organis similes. *Juvenal.* 6. 378. Si gaudet cantu, nullius fibula durat Vocem vendentis prætoribus: organa semper In manibus: densi radiant testudine tota Sardonyches, crispo numerantur pectine chordæ. — *b)* Sæpe de hydraulico accipitur. *Sueton. Ner.* 41. Reliquam diei partem per organa hydraulica novi et ignoti generis circumduxit. *Id. ibid.* 44. In præparanda expeditione primam curam habuit deligendi vehicula portandis scænicis organis. *Lamprid. Alex. Sev.* 27. Lyra, tibia, organo cecinit, tuba etiam. *Id. Elagab.* 32. Tuba cecinit, pandurizavit, organo modulatus est. *V.* HYDRAULUS. *Inscript.* apud *Henzen.* 7231. DOCTOR HOC NEMO FVIT *potuit* QVEM VINCERE NEMO ORGANA QVI NOSSET FACERE AQVARVM AVT DVCERE CVRSVM. — *c)* De organis musicis hydraulicis, eorumque inventore, *Vitruv.* 9. 9. et 10. 13.; et *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 316. *et seqq.* — *d Organum* vero pneumaticum nostris persimile, quibus in templis nunc utimur, describit his verbis *Cassiod. Expos. in Psalm.* 150. Organum est quasi turris quædam diversis fistulis fabricata, quibus flatu follium vox copiosissima destinatur; et, ut eam modulatio decora componat, linguis quibusdam ligneis ab interiori parte construitur, quas disciplinabiliter magistrorum digiti reprimentes grandisonam efficiunt et suavissimam cantilenam. *Id.* 1. *Variar.* 45. Organa extraneis vocibus insonare facit, et peregrinis flatibus calamos complet, ut musica possint arte cantare. *Augustin. Enarr. in Psalm.* 150. *n.* 7. Organum generale nomen est omnium vasorum musicorum; quamvis jam obtinuerit consuetudo, ut organa proprie dicantur ea, quæ inflantur follibus. *Coripp.* 4. *Johann.* 576. sic disponuntur et arte Organa, plectra, lyræ, digitis pulsanda magistri. Quam movet ille, sonat contactu fistula vento. Non chordæ, non æra gemunt; ni sponte regentis Carmina percussis resonent expressa cicutis. *V.* FOLLIGENA, et *Wernsdorf.* ad *Poet. Lat. min. T.* 2. *p.* 394.—413., ubi multa habentur docte et subtiliter disputata de organis tum hydraulicis, tum pneumaticis; et *Eckhel. D. N. V. T.* 8. *p.* 303.

II.) Figurate. ¶ 1. *Organum oris* apud *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 2. est lingua hominis. ¶ 2. Metaphora ductà a superiori paragr. I. 1. *Quintil.* 1. 2. 30. Maxima pars eloquentiæ constat animo. Hunc affici, hunc concipere imagines rerum necesse est. Is porro, quo generosior celsiorque est, hoc majoribus velut organis commovetur. ¶ 3. Proverbii genus est in illo *Quintil.* 11. 3. 40. Vox velut tractabilis, utique habens omnes in se, qui desiderantur, sonos intentionesque, et toto, ut ajunt, organo instructa. Ubi *Turneb.* Metaphora ducta est ab organis musicis, quæ quum sunt omnibus chordis intensa, aut omnibus fistulis instructa, ut nihil desit, suavem efficiunt concentum. At rectius fortasse ita interpretatur *Gesnerus.* Cui non unus modo atque alter sonus respondeat, sed quicumque sunt in polychordo, vel hydraulico organo, toni parent. *Spalding.* legit *toto organo instructa*, ut attulimus; at *Zumptius* præfert *tota organa.* V. adnotat. ad h. l.

ORGĬA, ōrum, n. plur. 2. *feste di Bacco,* Ὄργια, sacra nocturna Liberi Patris, quæ tertio quoque anno celebrabantur, unde et trieterica, h. e. triennalia dicta sunt: ἀπὸ τῆς ὀργῆς a furore, quem simulabant bacchantes ululatibus, discursu per saltus, thyrsorum agitationibus, aliisque signis ebrietatis aut veræ, aut fictæ, vel ἀπὸ τῶν ὄρων, quia in montibus fiebant: vel ab *εἴργω arceo, prohibeo,* quod profani, ab his arcerentur: vel ab ἔοργα, præterit. τοῦ ῥέζω *facio,* quod et sacrificare significat. Unde Græcis non sola sacra Bacchi, sed quælibet alia ὄργια dicuntur, quemadmodum *cæremoniæ* apud Latinos, ut *Servius* ad *Virg.* 4. *Æn.* 302. et 6. *ibid.* 517. docet. Instituta dicuntur ab Orpheo (teste *eod.* ad 6. *Æn.* 645.) qui postea in ipsis Orgiis a Bacchis discerptus fuit, ut *Ovid.* 11. *Met. init.* narrat.

I.) Proprie. *Virg.* 4. *Æn.* 301. qualis commotis excita sacris Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron. *Catull.* 64. 259. Pars obscura cavis celebrabant Orgia cistis, Orgia, quæ frustra cupiunt audire profani. *Seneca Herc. Œt.* 594. Nos Cadmeis Orgia ferre Tecum solitæ condita cistis, *h. e.* sacram supellectilem, cujus in Orgiis usus erat. Sic in illo *Virg.* 6. *Æn.* 517. Ille chorum simulans, evantes Orgia circum Ducebat Phrygias: *Servius* inepte orgia intelligit cantharos maximos, plenos vino, qui in Orgiis adhibebantur.

II.) Improprie. ¶ 1. De aliis sacris. *Stat.* 6. *Silv.* 6. 3. quæ vestra sorores, Orgia, Pieriæ, quas incestavimus aras? *Juvenal.* 2. 91. Talia secreta coluerunt Orgia tarda Cecropiam soliti baptæ lassare Cotytto. ¶ 2. Translate. *Propert.* 3. 1. 2. Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos Itala per Grajos Orgia ferre choros, *h. e.* more modoque Græcorum amores canere. *Colum.* 10. *R. R.* 217. Ista canat majore Deo, quem Delphica laurus Impulit, et rerum causas, et sacra moventem Orgia naturæ, secretaque fœdera cæli, *h. e.* arcana, mysteria.

ORGĬOPHANTA, æ, m. 1. Ὀργιοφάντης, artistes, qui ritus Orgiorum alios docet: ab Ὄργια et φαίνω *ostendo. Inscript.* mendosa apud *Murat.* 175. 1., emendata apud *Gruter.* 66. 9. LIBERO PATRI SACRVM T. T. FLAVII ECLECTIANVS ET OLYM-

PIANVS FILIVS EIVS SACERDOTES ORGIOPHANTAE. Offertur et alia *Inscript.* apud *Orell.* 1483., quæ merito tamen ab *Orellio* ipso condemnatur (V. *Mommsen. Inscr. Neap.* 199.), et est apud *Murat.* 2019. 5. LIBERO PATRI SAC. LVDIS TRIENNAL. DATIS ET POPVL. EPVLIS DISTRIBVTIS L. OPIMIVS CELSVS ORGIOPHANTA MAXIMVS D. D. IV. KAL. DECEMBR. M. LVCVLLO ET C. CASSIO COS. *h. e.* ann. U. C. DCLXXXI.

ŌRĬA. *V.* HORIA.

ŌRĪBĂTA, æ, m. 1. ὀρειβάτης, montes ascendens: ab ὄρος *mons* et βαίνω *scando. Firmic.* 8. *Mathes.* 17. Erunt funambuli, oribatæ, neurobatæ, et qui talia pertractent. *h. e.* per præcipitia, et loca pendentia et invia ambulantes.

ŌRĪCHALCUM. *V.* AURICHALCUM.

ŌRĪCILLA. *V.* AURICILLA.

ŌRĪCŬLA. *V.* AURICULA.

ŌRĪCŬLĀRĬUS, a, um, adject. *auricolare,* ὠτικός, ad aures pertinens. ¶ 1. Est idem atque auricularius, ut *Oricularius clyster* apud *Cels.* 5. 28. *n.* 12. et 6. 7. *n.* 3., quo in aures aliquid injicitur. *Oricularium specillum* apud *eumd.* 7. 30. ¶ 2. *Oricularii servi* apud *Petron. fragm. Tragur.* 43. *Burmann.* videntur fuisse ὠτακουσταί, auscultatores emissari per quos domini cognoscerent occulta, quæ vellent. Ita *Reines.* et *Burmann. V.* OTACUSTA.

ŌRĪCŬLO. *V.* AURICULO.

ŌRĪDŪRĬUS, a, um, adject. qui duro ore est, proprie de equis usurpatur. *Gloss. Philox.* Oridurius, ὀκληροστόμος.

ŌRĬENS, entis, particip. ab *orior,* surgens, nascens, quod *V.* in ORIOR: sed absolute quoque usurpatur substantivorum more et subauditur *sol.* ut legitur apud *Cic.* 6. *de republ.* 20. Quis in reliquis orientis aut obeuntis solis partibus tuum nomen audiet? Hinc ¶ 1. *Oriens* est ea pars cæli, unde sol oritur, *oriente, mattina, levante,* ἀνατολή. *Cic.* 2. *Nat. D.* 66. 164. Qui bas noBiscum terras ab oriente ad occidentem colunt. *Virg.* 1. *Æn.* 293. Hunc (*Julium*) tu olim cælo, spoliis orientis onustum, Accipies. *Horat.* 1. *Od.* 12. 55. Sive subjectos orientis oræ Seras et Indos. *Ovid.* 1. *Art. Am.* 177. Ecce parat Cæsar domito, quod defuit, orbi Addere: nunc, oriens ultime, noster eris. Sic *Id.* 7. *Met.* 266. Adjicit extremo lapides oriente petitos. *Sueton. Tit.* 5. Regnum orientis. *Justin.* 1. 8. 1. Cyrus, subacta Asia et universo oriente in potestatem redacto, Scythis bellum infert. *et* 5. 1. 9. Ad opprimendam unam urbem totius orientis vires concurrunt. — Alius est vernus, seu æquinoctialis, alius hibernus, etc., pro ut in his, vel illis signis positus sol oritur. *Gell.* 2. 22. Qui ventus ab oriente verno, idest æquinoctiali venit, nominatur Eurus. *Colum.* 1. *R. R.* 5. 7. Ut frons villæ ad orientem æquinoctialem directa sit. *et* 6. 2. Cœnationes prospectent hibernum orientem. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 14. 24. (105). Certum est, ab humeris arborum orientem æstivum spectantibus surculos esse petendos. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 1. Spectent hiemalis temporis cubicula brumalem orientem. *Gell.* 2. 22. Oriens solstitialis. ¶ 2. Item metonymice ipse sol, qui oriens initium diei affert, et per synecdochen ipse dies, *sole, giorno. Ovid.* 1. *Fast.* 653. Septimus hinc oriens quum se demiserit undis, Fulgebit toto jam Lyra nulla polo. *Virg.* 5. *Æn.* 739. Et me sævus equis oriens afflavit anhelis. Cf. *eumd.* 1. *G.* 250.

ŌRĬENTĀLES, ium, m. et f. plur. 3. *V.* voc. seq. in fin.

ŌRĬENTĀLIS, e, adject. ad orientem situs, *orientale, di levante,* ἀνατολικός. *Pallad.* 3. *R. R.* 17. Surculi ab orientali arboris parte decisi. *Gell.* 2. 22. Orientales venti. *Justin.* 14. 2. 8. Nunc commilitones suos, nunc patronos appellans, periculorum orientalium socios. *et ibid.* 4. 19. Elephanti quoque et auxilia orientalia subsequuntur. — Hinc

Orientales, ium, m. plur. 3. (subaudi *homines*) absolute, substantivorum more, sunt qui orientales incolunt terras. *Justin.* 36. 3. 9. Primi omnium ex orientalibus libertatem acceperunt.

Orientales, ium, f. plur. 3. (subaudi *feræ*) absolute, substantivorum more, dicuntur feræ, quæ in oriente ad spectacula venationum capiebantur, quales fuerunt leones, tigres, pantheræ, etc. *Inscript.* apud *Murat.* 654. 1. IN QVA MIRATVS NVMEROSAS ORIENTALES MERIDIE IN VTRISQVE CAVEIS VARIIS MISSIONIBVS etc.

ŌRĪFĬCĬUM, ii, n. 2. *orifizio, apertura,* angustus aditus, vel exitus quasi per os. *Macrob.* 7. *Saturn.* 4. *circa med.* Ventris sunt duo orificia, quorum superius recipit devorata, inferius vero intestinis inseritur, et inde via egerendis. *et infra.* Retrimenta inferiori orificio labuntur. *Apul.* 2. *Met.* Lagena orificio cessim dehiscente patescens. *et* 9. *ibid. sub fin.* Orificium cistulæ. *et* 11. *ibid.* urnulæ. Adde *Marcell. Empir. c.* 15. *p.* 107; et *Theod. Priscian.* 1. 23. *p.* 296. *retro* ed. *Ald.*

ŌRĪGA. *V.* PERORIGA.

ŌRĪGĀNĪTES Vinum, origano conditum. *Cato R. R.* 127., ubi in genitivo pro *origanitæ* habet *origaniti,* ut *Pericli, Themistocli* Latina ratione. *V.* ABROTONITES.

ŌRĪGĀNUM *et* origanon, i, n. *et* origanus, i, m. 2. ὀρίγανον, seu ὀρίγανον, et ὀρείγανος, seu ὀρίγανος, herba parvo frutice, folio et ramis serpyllo silvestri similis, sapore cunilæ. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 17. 67. (175). Origanum, quod in sapore cunilam æmulatur. *Seren. Sammon.* 47. 879. Cumque hoc absumi debebit origanus herba. Adde *Pallad.* 1. *R. R.* 35.

ŌRĪGĪNĀLIS, e, adject. *originale,* ἀρχικός, qui est ex origine. *Apul.* 11. *Met. sub init.* Ceres frugum parens originalis. *Macrob.* 11. *Saturn.* 2. Originales rerum species, quæ ideæ dictæ sunt. *Tertull. Apolog.* 21. Judæis erat apud Deum gratia, ubi et insignis justitia, et fides originalium auctorum. *h. e.* qui ab ipsa origine fidem hauserant, aliisque transdiderant. *Id. Anim.* 2. His consiliis tot originalia instrumenta Christi delere Marcion ausus est. *Impp. Constantinus et Constans Cod. Theod.* 11. 1. 14. Originales coloni. *originarii. Inscript.* apud *Fabrett. p.* 398. *n.* 286., quæ est apud *Orell.* 3766. Patronus longe a majoribus originalis. *Charis.* 1. *proœm.* Originalis patria.

ŌRĪGĪNĀLĬTER, adverb. secundum originem, ab origine. *Augustin.* 3. *Trin.* 9. et 1. *Retract.* 15.

ŌRĪGĪNĀRĬUS, a, um, adject. *originario, oriondo,* ad originem pertinens, originalis. *Ennod. Paneg. ad Theodor.* 12. Puderet me recensere levitatem originariam, nisi eam viderem tuis laudibus obsequentem. — *Originarius colonus,* qui ab ipsa origine conditioni adstrictus est terræ colendæ. *Impp. Valentin. et Valens Cod.* 11. 48. 7. et *Arcad. et Honor. ibid.* 11. Est etiam *titulus* 38. *l.* 10., qui inscribitur *De municipibus, et originariis,* h. e. de his, qui nati sunt eo loco, de quo sermo est.

ŌRĪGĪNĀRĬUS, ii, m. 2. absolute. *V.* voc. præced. sub fin.

ŌRĪGĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. *Quintil.* 1. 6. 28. Etymologia, quæ verborum originem inquirit, a Cicerone dicta est notatio. Sunt, qui vim potius intuiti, originationem vocent.

ŌRĪGĪNĪTUS, adverb. ab origine. *Ammian.* 31. 2. *a med.* Persæ, qui sunt originitus Scythæ, pugnandi sunt peritissimi.

ŌRĪGO, ginis, f. 3. (orior) ortus, nativitas, principium, causa, γένεσις (It. *origine, nascita, principio;* Fr. *origine, source, principe, cause, naissance;* Hisp. *origen, principio, nacimiento, causa;* Germ. *der Ursprung, die Abstammung, Herkunft, Ausgangs punct, Anfang;* Angl. *a beginning, head, source, cause, fountain, root, origin, original*). Occurrit ¶ 1. Abstracto sensu. *Cic.* 1. *Tusc.* 23. 54. Principii autem nulla est origo: nam e principio oriuntur omnia. *Id. Tim.* 2. Nullius rei, causa remota, reperiri origo potest. *Id. ibid.* 3. Quæramus causam, quæ eum impulerit, ut originem rerum et molitionem novam quæreret. *Id.* 2. *Fin.* 10. 31. A primo animantium ortu petitur origo summi boni. *Id.* 4. *ibid.* 7. 17. Omnium virtutum et originem et progressionem persequi. *Juvenal.* 14. 226. Mentis causa malæ tamen est et origo penes te. *Lucret.* 5. 176. rerum genitalis origo. *Liv. præf. sub init.* Et legentium plerisque haud dubito, quin primæ origines proximaque originibus minus præbitura voluptatis sint. *Horat.* 4. *Od.* 14. 45. fontium qui celat origines, Nilus. *Nepos Att.* 1. Ab origine ultima stirpis Romanæ generatus. *Virg.* 3. *G.* 471. nec singula morbi Corpora corripiunt, sed tota æstiva repente. Spemque gregemque simul, cunctamque ab origine gentem. *sino all'ultima.* et 1. *Æn.* 276. si prima repetens ab origine pergam. *Horat.* 3. *Od.* 17. 5. Originem ducere ab aliquo. *Quintil.* 5. 11. 19. Fabulæ illæ, quæ etiam si originem non ab Æsopo acceperunt (nam videtur earum primus auctor Hesiodus), nomine tamen Æsopi maxime celebrantur. *Id.* 1. 5. 57. Gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audivi. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (76). Originem deducere ab aliquo. *Id.* 15. *ibid.* 14. 15. (49). ab aliquo habere. *Id.* 5. *ibid.* 24. 21. (86). et 6. *ibid.* 28. 32. (157). trahere. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 101. *n.* 232., quæ est apud *Orell.* 3767. Patronus ab origine. *h. e.* qui ab avo et majoribus, vel ab atavis alicujus municipii patrocinium habet. *V.* ORIGINALIS *in fin. Plin.* 10. *Hist. nat* 37. 53. (110). Multi nobilitatem singularum (*columbarum*) et origines narrant. — Singulare est illud *Seren. Sammon. l.* 39. *p.* 67. *retro* ed. *Ald.*. Proderit et pueris, quos dentis origo fatigat, Castaneas coxisse nuces. — Refertur ad natalium et generis conditionem. *Ovid. Heroid.* 19. 147. Nobilis ille quidem est, et clarus origine. *illustre per nascita. Sueton. Vitell.* 1. Vitelliorum originem alii aliam tradunt: partim veterem et nobilem, partim vero novam et obscuram, atque etiam sordidam. *Tac.* 6. *Ann.* 39. Poppus Sabinus, modicus originis. — *Origines* inscripsit *Cato* historias suas, de quibus *Nepos Cat.* 3. Senex scribere historias instituit, quarum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum populi R. Secundus et tertius, unde quæque civitas orta sit Italica; ob quam rem omnes Origines videtur appellasse. *Fronto Princip. hist.* (edente iterum *A. Maio*) *p.* 314. Ita Cato oppidatim statuis ornandus, qui primam Latini nominis sobolem et Italicarum originum pueritias illustravit. Adde *Cic. Planc.* 27. 66., *Brut.* 20. 80., *Senect.* 11. 38. et alibi; *Varron.* 1. *R. R.* 2. 7. et 2. *ibid.* 3. 3; *Liv.* 34. 5. et alios. In singulari numero *Gell.* 15. 13. M. Cato in quinta Origine: Exercitum, inquit, suum etc. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu, *origo* dicitur is aut id, a quo quis aut quid ortum habuit. — *a)* De personis. *Virg.* 12. *Æn.* 166. Hinc pater Æneas, Romanæ stirpis origo. *Ovid.* 11. *Met.* 754. et, si descendere ad ipsum Ordine perpetuo quæris, sunt hujus origo Ilus et Assaracus, raptusque Jovi Ganymedes etc. *Id.* 1. *ibid.* 79. Ille opifex rerum, mundi melioris origo. *h. e.* auctor et creator. Sic *Tac. Germ.* 2. Celebrant carminibus antiquis Tuisconem deum terra editum, et filium Mannum, originem gentis conditoresque. *Stat.* 1. *Theb.* 680. Cadmus origo patrum, tellus Mavortia Thebe, Et genitrix Iocasta mihi. *Sil. It.* 14. 93. tam præcipiti materna furori Pyrrhus origo dabat stimulos. — *b)* De urbibus. *Sall. Jug.* 22. Æque urbes brevi multum auctæ, pars originibus suis præsidio, aliæ decori fuere. *alle loro metropoli, ai loro fondatori.* — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

ŌRINDA, æ, f. 1. ὀρίνδης, panis genus apud Æthiopes ex orindio semine, quod iIlis est peculiare, et sesamo non absimile, ut habetur apud *Hesych.* in Ὀρίνδην, et *Polluc. l.* 6. c. 11. Hinc *Apic.* 2. 2. Quum cocta fuerint, addes piper, apii semen; deinde orindam infusam teres, etc.

ŌRĬŎLA. *V.* HORIOLA.

ŌRĬON, ōnis, *et* ōnis, m. 3. Ὠρίων et Οὐρίων. Apud Poetas habet primam syllabam indifferentem. Nam olim a Græcis per ου diphthongum scribebatur, quæ Dorice in ω solet commutari: qua ratione constat posse produci. Poterit tamen etiam corripi, si abjiciamus ex prima syllaba vocalem subjunctivam more Græcorum. Media autem syllaba fere semper producitur. Pænultima obliquorum rursus est indifferens. *Virg.* 1. *Æn.* 539. Quum subito assurgens fluctu nimbosus Orion.

etc. *Lucan.* 9. 836. Teste tulit cælo: victi decus Orionis. (Versus est spondaicus.) *Ovid.* 8. *Met.* 207. strictumque Orionis ensem. — Per epenthesin Poetæ dicunt *Oarion.* V. suo loco. — Orion, ut fabulantur Poetæ, est filius Jovis, Neptuni et Mercurii, quasi Urion, ab οὖρον *urina.* Nam olim Juppiter, Neptunus et Mercurius quum terram peragrarent, superveniente nocte ad pauperem quemdam nomine Œnopionem (ut habet *Hygin. fab.* 32. ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 12.) diverterunt, qui eos hilari animo suscepit, quumque deos esse animadvertisset, occiso bove, iisdem sacrificium obtulit. Quo officio motus Juppiter, præcepit, ut aliquid muneris a se peteret, statim voti compos futurus. Ille nihil sese magis cupere respondit, quam filium, conjugem tamen se non habere, neque velle ducere, quod morienti uxori fidem dedisset, se aliam non ducturum. Juppiter igitur, et reliqui dii corium immolati bovis sumpserunt, in quod quum urinam emisissent, jusserunt, ut terra obrutum completis maternis mensibus solveret. Quod quum fecisset, invenit puerum, quem ab urina *Urionem* nominavit: sed perdidit antiquum littera prima sonum, ut ait *Ovid.* 5. *Fast.* 536. Hic postea adultus evasit venator maximus, adhæsitque Dianæ. Sed quum viribus fidens gloriaretur, nullam esse feram, quam non conficeret, dii insolens verbum ulturi effecere, ut terra scorpionem pareret, cujus ictu Orion exstinctus est. Diana satellitis sui obitum gravissime ferens, eum in cælum juxta Tauri sidus constituit. Alii dicunt occisum fuisse a Diana ipsa, quum ei vim inferre aggrederetur. Addunt etiam, fuisse corpore tam procero, ut nulla maris profunditate vinceretur. Fabulam narrant integram, aut ex parte *Ovid.* 5. *Fast.* 495.; *Hygin. fab.* 195. et 2. *Astron.* 26. *et* 34.; *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 539. et 10. *ibid.* 763.; *Horat.* 3. *Od.* 4. *sub fin.*; et *Lucan.* 9. 836., sed aliter atque aliter fere omnes. Neque enim in fabulis constantiam scriptorum invenies. — Situs est in ipso circulo æquinoctiali, prope Taurum, quocum pugnare fingitur, et constat, secundum *Hygin.* 3. *Astron.* 33., ex decem et septem; secundum alios, ex octo et triginta stellis. Rosem habere videtur stellarum fulgore terribilem. Si fulget, serenitatem; si obscuratur, tempestatem denotat.

ŌRĬOR, ōrĕris, ortus sum, oriri, dep. 3. In Infinitivo præsenti habet *orīri* quartæ conjugat.; in ceteris temporibus est tertiæ, ut patet ex iis, quæ afferuntur. Hinc fallitur *Phoca*, qui *p.* 1721. *Putsch.* ait, secundam personam numeri singularis esse quartæ conjugationis. *V. Priscian.* 10. *p.* 889. *Putsch.* — In compositis *exorĕretur*, et *exorīrentur*, tertia brevi, dixit *Lucret.* 2. 507. et 1. 180. et *orĕretur*, secundâ itidem brevi, in simplici *Paulin. Nolan. carm.* 15. 59. Cibis ut affectu nostris oreretur in oris. *V.* SCATEBRA. — Particip. *Oriens* et *Ortus* sub I. et II.; (Quæritur, ait *Priscian.* 11. *p.* 920. *Putsch.*, ortum ortu, unde ortus; an oritum oritu unde oriturus); *Oriturus* II. *c.*; etiam *Orturus* per syncopen scribitur a *Prosp. Aquit. epigr.* 55. 8. Orturis toto corpore martyribus — *Oriri*, quod cum Græco themate ορ, unde ὄρνυμι, jungendum, est surgere, se extollere, prodire, exsistere, ἀνατέλλω (It. *sorgere, levarsi, innalzarsi, spuntare*; Fr. *se lever, paraître*; Hisp. *levantarse, salir, parecer*; Germ. *sich emporheben oder aufsteigen*· Angl. *to rise, arise, grow up, spring*).

I.) Proprie. — *a*) Stricto sensu de astris, et *oriri* opponitur τῷ *occidere*; ut apud *Liv.* 22. 7. *extr.* Senatum prætores per dies aliquot ab orto usque ad occidentem solem in curia retinent. Cf. *Ovid.* 1. *Fast.* 295. Quid vetat et stellas, ut quæque oriturque caditque, Dicere? *Virg.* 3. *G.* 155. armentaque pasces Sole recens orto. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 112. Orto sole. *Ovid.* 1. *Met.* 774. Unde oritur (*Phœbus*), terræ domus est conterminа nostræ. *Id.* 8. *ibid.* 11. Sexta resurgebant orientis cornua Phœbes. *Id.* 4. *ibid.* 664. Lucifer ortus erat. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 4. XV. Cal. Febr. Aquarius incipit oriri. *et ibid.* 20. XVI. Cal. Mart. vespere Crater oritur. *Virg.* 7. *Æn.* 138. tum Noctem (*invocat*), noctisque orientia signa. — *b*) Similiter de aurora vel die. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 39. Postera lux oritur multo gratissima. *Catull.* 62. 373. Non illam nutrix orienti luce revisens etc. *Cæs.* 5. *B. G.* 8. Ipse ad solis occasum naves solvit: - media circiter nocte, vento intermisso, cursum non tenuit; et - orta luce, sub sinistra Britanniam relictam conspexit. *Tibull.* 4. 1. 124. oriente die duce fertilis anni. — *c*) Item de ventis qui certis temporibus et locis flant. *Nepos Miltiad.* 1. *extr.* Hic enim ventus (*aquilo*) a septem trionibus oriens adversum tenet Athenis proficiscentibus. *Horat.* 3. *Od.* 27. 22. Sentire motus orientis austri. Cf. *Virg.* 3. *Æn.* 481. surgentes demoror austros. — *d*) Latiori sensu. *Ennius* apud *Non. p.* 169. 1. *Merc.* per subjces Humidas (*h. e.* nubes), unde oritur imber. *Nepos Timoth.* 3. Accidit, quum ad insulam appropinquarent, ut magna tempestas oriretur. — *e*) *Liv.* 8. 23. Consul oriens nocte, silentio dicit dictatorem. *sorgendo dal letto*, vel *alzandosi in piedi.* Nam *Vel. Long. p.* 2234. *Putsch.* Oriri, inquit, apud antiquos surgere frequenter significabat, ut apparet in eo quod dicitur: *Oriens consul magistratum populi dicat.* Alii tamen apud *Liv.* leg. *oriente nocte.*

II.) Translatè est nasci, in lucem prodire, exire, exsistere, incipere. — *a*) De rebus physicis. *Ennius* apud *Non. p.* 205. 28. *Merc.* Crassa pulvis oritur, omnem pervolat cæli fretum. *Id.* apud *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 28. 89. unde hæc flamma oritur? Cf. *Liv.* 29. 31. Orientem ignem opprimere. *Pacuvius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 57. 131. Indidemque eadem quæ oriuntur, de integro æque eodem occidunt. *Cæs.* 4. *B. G.* 9. Rhenus oritur Lepontiis. *Ovid.* 10. *Met.* 735. flos e sanguine concolor ortus. *Id. ibid.* 166. Tu toties oreris viridique in cæspite flores. *Cels.* 6. 13. *a med.* Alia quoque ulcera in gingivis oriuntur. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 2. (6). Ana fluvius ortus Laminitano agro citerioris Hispaniæ. *et ibid.* 12. 17. (109). Anio in monte Trebanorum ortus. — Similiter *Lucret.* 5. 1403. Unde oriebantur risus dulcesque cachinni. *Cæs.* 5. *B. G.* 51. Quum ad portas castrorum clamor oriretur. *Liv.* 2. 40. Fletus ab omni turba mulierum ortus. *Cic.* 11. *Att.* 25. Rumor ortus ex Sulpicii litteris. Similiter *Cic. Amic.* 1. 5. Fannius et Mucius ad socerum veniunt post mortem Africani: ab his sermo oritur; respondet Lælius. *n. e.* incipit, *comincia.* Sic *Horat.* 2. *Sat.* 6. 71. Sermo oritur, non de villis domibusve alienis etc. *Cic. Orat.* 64. 218. Pæon est aptissimus orationi vel orienti, vel mediæ: putant illi etiam cadenti. Contra *Sisenna* apud *Non. p.* 449. 5. *Merc.* De contrario silentium oritur. — Huc referri potest et illud *Cæs.* 1. *B. G.* 1. Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur: pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni. *incominciano.* — *b*) Sæpe de hominibus, et est nasci, in lucem edi, proficisci. *Cic.* 2. *Divinat.* 42. 89. Utcumque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari. *Id.* 2. *Legg.* 2. 4. Factus sum amicior huic omni solo, in quo tu ortus et procreatus es. *Sall. Jug.* 116. Pater ejus ex concubina ortus erat. *Horat.* 4. *Od.* 6. 31. Virginum primæ puerique claris Patribus orti. *Id.* 1. *Sat.* 6. 10. Multos sæpe viros nullis majoribus ortos etc. *Cic. Planc.* 27. 67. et 6. *Phil.* 6. 17. Homo a se ortus. *Liv.* 2. 6. Ne se ortum ejusdem sanguinis extorrem perire sinerent. *V.* integr. loc., ubi *Gronov.* ita distinguit *ne se ortum, ejusdem sanguinis*, etc. ut se ad Tarquinienses, non ad Tarquinium referatur. Sunt etiam qui leg. *ortu*: quod minus placet. *Ter. Eun.* 2. 2. 10. Ex eodem loco ortus. *Liv.* 26. 6. *ad fin.* Loco obscuro tenuique fortuna ortus. *Cic.* 1. *leg. Agr.* 9. 27. Quem equestri loco ortum consulem videt. *Cæs.* 2. *B. G.* 4. Plerosque Belgas esse ortos a Germanis. *oriondi. Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. (51). Colonia Falisca Argis orta. — Similiter *Colum.* 1. *R. R.* 1. 7. Fontibus orti sapientiæ Democritus, Xenophon, Archytas. *Auct. Paneg. ad Maximian. et Constantin. initio.* Maximiane, velis nolis, semper Auguste, et Constantine oriens imperator. *h. e.* qui nunc imperator fis. — *c*) De abstractis et aliis. *Plaut. Pœn.* 4. 4. 67. Facinus ex te ortum. *Ter. Andr.* 3. 2. 9. Vel hoc quis non credat, qui norit te, ab te esse ortum? *essere invenzion tua.* instructum, commentum et compositum, inquit *Donatus.* et *Adelph.* 3. 5. 3. Ex illan' familia tam illiberale facinus esse ortum? *et* 2. 1. 35. Tibi a me nulla orta est injuria. *Cic.* 2. *Fin.* 24. 78. Ipsum a se oritur et sua sponte nascitur. *et* 5. *ibid.* 24. 69. Ea officia, quæ oriuntur a suo cujusque genere virtutis. *Id. Cluent.* 59. 161. Quum quædam in collibus controversia pastorum orta esset. *Sall. Cat.* 6. Invidia ex opulentia orta. *Liv.* 7. 12. Orientem seditionem comprimere. *Id.* 2. 9. Ne orientem morem pellendi reges inultum sineret. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 17. Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes. *et ibid. v.* 130. Recte facta refert; orientia tempora notis Instruit exemplis. *h. e.* instantia. *Quintil.* 9. 4. 115. Ante carmen ortum est, quam observatio carminis. *Id.* 2. 2. 5. Ne inde odium, hinc contemptus oriatur. *Id.* 8. 6. 11. Præcipue ex his oritur sublimitas. *Id.* 7. 2. 31. Alii a propositione accusatoris loci oriuntur. *Plin.* 23. *Hist. nat. procem.* 3. (6). Nervorum dolores frigore orti. — Hinc Part. præs.

Oriens, entis, m. 3. absolute, substantivorum more usurpatur. *V.* ORIENS loco suo.

ŌRĬPĔLARGUS, i, m. 2. ὀρειπέλαργός, genus aquilæ vulturina specie, alis minimis, reliquas magnitudine antecellens, sed imbellis et degener, ut quam verberet corvus: ab ὄρος *mons* et πέλαργός *ciconia*, quasi ciconia montana. Eadem dicitur etiam percnopterus, περκνοπτερος, a pennarum colore nigro: nam περκνός *nigrum*, πτερά *alam* significat. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 3. 3. (8).

ŌRĪPŪTĬDUS, a, um, adject. cui os putet. *Gloss. Philox.* Oriputidus, ὀζόστομος.

ŌRĪTIS, is *vel* ĭdis, f. 3. ὀρῖτις, gemma globosa specie, a quibusdam et sideritis dicta, ignem non sentiens: ab ὄρος *mons*, quia globum monti similem refert. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 65. (176).

ŌRĬUNDUS, a, um, adject. vel rectius particip. ab *orior*. — Etiam *horiundus* quandoque scribitur. *Inscript.* apud *Kellermann. Vigil. R. laterc. p.* 59. *n.* 164. HORIVNDVS EX PROVINCIA DACIA. — Trisyllab. est apud *Lucret. loc.* infra *cit.* sub *b.* Oriundus est originem ducens, ἔκγονος, ἐκγενέτης (It. *oriondo, discendente*; Fr. *originaire, issu, qui tire son origine de, né de*; Hisp. *originario, procedido, descendido*; Germ. *abstammend, herkommend, entspringend*; Angl. *spinging from, descended from*). — *a*) Differt ab *ortus*, quia *oriundus* refertur ad personam vel locum, unde parentes nostri sunt; *ortus* idem est ac *natus*, et refertur ad personam vel locum, unde ipsi nati sumus. *Liv.* 24. 6. Hippocrates et Epicydes nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis exsule avo, Pœni ipsi materno genere. *Inscript.* apud *Don. cl.* 6. *n.* 167. Oriundus Lepti. *et n.* 168. Oriundus Gaza. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 94. Haud repudio hospitium, neque Carthaginem: inde sum oriundus. *Liv.* 2. 9. Ne se oriundos ex Etruscis exsulare pateretur. *et* 32. *a med.* Placuit oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum virum, et, quod inde oriundus erat, plebi carum. — *b*) Sæpe adhibetur sine respectu ad illud discrimen. *Cic. Topic.* 6. 29. Gentiles sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt. *nati. Ennius* apud *Priscian.* 6. *p.* 708. *Putsch.* O pater, o genitor, o sanguen dis oriundum! *Lucret.* 2. 991. Denique cælesti sumus omnes semine oriundi. *syneresis. Colum.* 1. *R. R.* 3. 5. Quum a primis cunabulis, si modo liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit. — *c*) De rebus inanimis. *Plaut. Curc.* 1. 1. 10. Egon' apicularum opera congestum non feram, ex dulci oriundum, melliculo dulci meo? *Liv.* 1. 20. Virgines Vestæ legit, Alba oriundum sacerdotium. *Colum.* 1. *R. R.* 5. 2. Fluens aqua e montibus oriunda.

ORMĪNĀLIS *et rectius* horminalis, is, f. 3. herba eadem ac satyrion, apud *Apul. Herb.* 15. (Græci ὄρμινον vocant.

ORNĀMEN, ĭnis, n. 3. ornamentum. *Capell.* 6. *p.* 192. Quia Cyllenium excludit ornamen. *h.*

e. artem oratoriam. Ita vulgati libri: at *Koppius* ex Cod. Monacensi *A* legit *ornamentum*.

ORNĀMENTĀRĬUS, a, um, adject. ¶ 1. Generatim est qui ornat. *Gloss. Cyrill.* Κοσμητής, ornamentarius, ornator. ¶ 2. Speciatim est qui alicujus dignitatis ornamentis insignitus est, quamvis ipsam dignitatem minime sit consecutus, *honorario. V.* vocem seq. I. 2. *c. Inscript.* apud *Murat.* 199. 1..... IIIIIII. VIR. AVG. ET DECVRIONI ORNAMENTARIO etc. *et* apud *eumd.* 200. 4. L. LAELIVS MARVLLVS IIIIIII. VIR. AUG. ET DECVR. ORNAM. Alia apud *Donat.* 349. 1. DECVRIO ORNAMENTARIVS COL. AVG. NEMAVSI. Alia apud *Spon. Miscell. antiq. p.* 238. T. COMMIVS IIIIII. VIR. AVG. T. COMMIO ORNAMENTARIO. *Corrige* ornamentario. *V.* FALACER.

ORNĀMENTUM, i, n. 2. (orno) ornatus, insigne, decus, κόσμος (It. *ornamento, ornatura, fornimento, fornitura, guarnizione, fregio*; Fr. *ornement, parure*; Hisp. *ornamento, adorno, compostura, atavio*; Germ. *das Rüstzeug, die Ausstattung*; Angl. *an ornament, decoration, garnishment, garniture, accontrement, equipment, furniture, equipage, trappings*).

I.) Proprie physica ratione usurpatur; et quidem ¶ 1. Generatim est apparatus. — *a) Ornamenta boum, equorum,* etc. sunt, quæ ipsis insternuntur, imponunturque, ut ephippia, clitellæ, capistra, funes etc. *Cato R. R.* 11. Ornamenta bubus, ornamenta asinis instrata tria. Adde *eumd. ibid.* 10. *et* 135. Sic *Auct. B. Afr.* 86. Elephantos ornatos armatosque cum turribus et ornamentis capit. *fornimenti, arredi.* — *b)* Pro quocumque apparatu, seu instrumento. *Cic.* 2. *Cat.* 11. 24. Neque vero ceteras copias, ornamenta, præsidia vestra cum illius latronis inopia atque egestate conferre debeo. *Id.* 7. *Verr.* 32. 83. Ubi quæstores? ubi legati? ubi ternis denariis æstimatum frumentum? ubi muli? ubi tabernacula? ubi tot tantaque ornamenta a senatu populoque Romano permissa et data? *Seneca Ep.* 14. *a med.* Ars ei constat, qui per ornamenta percussus est. *h. e.* per ipsa arma: ductum a gladiatoribus, quorum instrumenta pugnandi ornamenta dicta sunt. *Sueton. Tit.* 9. Oblata sibi ornamenta pugnantium inspicienda porrexit. Rursus *Seneca* 4. *Quæst. nat. præf.* Scias, non posse te consequi, ut sis impenetrabilis: quum omnia caveris, per ornamenta feriet. *Juvenal.* 3. 203. urceoli sex, Ornamentum abaci. ¶ 2. Speciatim ornamenta sunt ea, quæ pulcrum et decorum aliquid faciunt. — *a)* Ornamenta sunt vestes, ornatus peculiaris alicujus, ut comicorum, mulierum etc. *abbigliamento, vestito. Plaut. Capt.* 3. 4. 83. Ornamenta absunt. Ajacem, hunc quum vides, ipsum vides. *Id. Trin.* 4. 2. 16. Ipse ornamenta a chorago hæc sumpsit. *Id. Men.* 5. 2. 53. Me despoliat, mea ornamenta clam me ad meretrices degerit. *Ter. Heaut.* 4. 7. 7. Minas quidem jam decem habet a me filia, Quas pro alimentis esse nunc duco datas: Hasce ornamentis consequentur alteræ. *h. e.* pro vestimentis solvendas. *Cic.* 3. *Verr.* 58. 152. Ornamentum pueritiæ. *h. e.* bulla aurea. *Quintil.* 11. 1. 3. Ornamenta feminarum. *Justin.* 20. 4. 12. Consecutusque erat, ut matronæ auratas vestes, ceteraque dignitatis suæ ornamenta, velut instrumenta luxuriæ, deponerent. *Sueton. Ner.* 35. Uxoria ornamenta. — *Servus ab ornamentis* fuit inter officia domus Augustæ. *Inscript.* apud *Gruter.* 578. 9. T. FL. AVG. LIB. PARTHENOPABI POPPAEANI EVNVCHI AB ORNAM. *et* apud *Murat.* 900. 2. FELIX C. CAESARIS AB ORNAM. *Alia* apud *Henzen.* 6332. AMOENVS MESSALINAE TI. CLAVDI CAESARIS AB ORNAMENTIS. — *b)* Item sunt honoris insignia et ea quæ templa, triumphum et similia condecorant. *Cic.* 3. *Cat.* 11. 26. In animis ego vestris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriæ, laudis insignia condi et collocari volo. *Id. Sull.* 31. 88. Omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta unius judicii calamitate occiderunt. *Cæs.* 2. *B. C.* 18. Pecuniam omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum contulit. *Quintil.* 5. 11. 7. Marcellus ornamenta Syracusanis hostibus restituit. *Auct. B. Afr.* 28. Ornamenta triumphi. — *c) Ornamenta triumphalia, consularia, prætoria, ædilicia, censoria* etc. erant insignia gestari solita a triumphantibus, consulibus, ædilibus, censoribus etc., ut fasces, lictores, sella curulis, prætexta etc. *insegne, divise.* Ea interdum ab imperatoribus dari consueverunt illustribus viris ob res præclare gestas, ita ut iis non secus uterentur, quam si triumphum egissent, consulatum, præturam etc. gessissent. Exempla habes apud *Sueton. Aug.* 38. Pluribus triumphalia ornamenta decernenda curavit. *Id. Cæs.* 76. Decem prætoriis viris consularia ornamenta tribuit. *Id. Claud.* 29. Narcissum quæstoriis, Pallantem prætoriis ornamentis honorari libens passus est. Adde *Tac. Agric.* 40. et 44.; et *Plin.* 7. *Ep.* 29. *Inscript.* mendosa apud *Gruter.* 409. 7., emendata apud *Maff. Antiq. Gall. p.* 65. DIS MANIB. FIRMI LVCANI L. IIIIII. VIR. AVG. ORNAMENTIS DECVRION. NEMAVSI HONORATO. *V.* ORNAMENTARIUS et adde *Inscript.* apud *Orell.* 3016. Alia apud *Orell.* 3897. L. LABERIO L. L. OPTATO ORNAMENTIS CENSOR. HONORATO VIX. A. XXII. etc. Alia apud *eumd.* 3986. Ornamenta ædilicia. — Qui consularibus tantum ornamentis decorabatur, si deinceps consulatum ordinarium consecutus esset, minime dicebatur in publicis monumentis *consul iterum*; sic tamen omnium primus est appellatus, teste *Dione l.* 46. *c.* 46., L. Fulvius Plautianus, qui, quum antea ornamentarius dumtaxat consul fuisset, ann. a Chr. n. CCIII. consulatum gessit cum P. Septimio Geta, L. Septimii Severi Aug. fratre. Præterea qui consularia tantummodo ornamenta consecuti fuerant, in provincias proconsulari dignitate regendas numquam mittebantur, ut patet ex eodem *l.* 78. *c.* 13.: sed, ut ipse ibidem affirmat, Macrinus Augustus omnium primus id sibi non observandum curaverat, quum Marcium Agrippam virum prætorium, qui consularibus solum ornamentis fuerat honoratus, in Pannoniam ann. CCXVII. proconsulari cum potestate miserit administrandam.

II.) Translate, seu morali ratione. ¶ 1. Ornamenta dicuntur morales apparatus, moralia, ut ita dicam, instrumenta a *Plaut. Pœn.* 1. 3. 15. ego intus interim Jam et ornamentis meis et sycophantiis Tuum exornabo villicum, *et Truc.* 2. 2. 62. Verum ego illum, quamquam violentus est, spero mutari potest Blandimentis, ornamentis ceteris meretriciis. *Meursius* mallet legere *oramentis*. ¶ 2. Generatim et sæpius est ornatus, insigne, decus. *Cæs.* 7. *B. G.* 15. Pulcherrima totius Galliæ urbs, quæ præsidio et ornamento est civitati. *Cic.* 1. *Orat.* 45. 199. Mihi hoc subsidium comparavi ad decus atque ornamentum senectutis. *Id. Mil.* 14. 37. Q. Hortensius, lumen atque ornamentum reipublicæ. *Id.* 4. *Verr.* 31. 77. Splendorem ordini, atque ornamentum curiæ constituere. *Plin.* 8. *Ep.* 12. Vir optimus, et inter præcipua sæculi ornamenta numerandus. *Nepos Dion.* 2. Nam quanto (*Dion*) esset sibi ornamento, (*Dionysius*) sentiebat. — Hinc refertur ad honores, dignitates, divitias, quibus ornantur homines. *Nepos Att.* 7. Ipsum Pompejum conjunctum non offendit: nullum enim ab eo habebat ornamentum, ut ceteri, qui per eum aut honores, aut divitias cœperant. *Cic. Balb.* 19. 43. Omitto, quantis ornamentis populum istum C. Cæsar affecerit. *Id.* 2. *Fam.* 19. *ad fin.* Quæcumque a me ornamenta ad te proficiscentur, ut omnes intelligant, a me habitam esse rationem tuæ dignitatis. *Id.* 3. *ibid.* 10. *med.* Præsertim quum tu omnibus vel ornamentis, vel præsidiis redundares; illi, ut lenissime dicam, multa deessent. *et* 4. *ibid.* 6. *med.* Mihi autem, amissis ornamentis iis, quæ ipse commemoras, quæque eram maximis laboribus adeptus, unum manebat solatium. ¶ 3. Speciatim refertur ad facultatem et elegantiam sermonis. *Cic.* 2. *Orat.* 28. 122. Neminem omnium tot et tanta, quanta sunt in Crasso, habuisse ornamenta dicendi. *Id. Brut.* 37. 140. Sententiarum ornamenta et conformationes. *Id.* 1. *Fin.* 5. 14. Ista Platonis, Aristotelis, Theophrasti ornamenta orationis neglexit. *Horat. Art. P.* 446. Culpabit duros (*versus*), incomptis allinet atrum Transverso calamo signum, ambitiosa recidet Ornamenta. *Quintil.* 1. 8. 10. Qui veterum poemata vel ad fidem causarum, vel ad ornamentum eloquentiæ assumunt. *Id.* 8. *proœm.* 26. Non ornamenta, sed lenocinia quærimus.

ORNĀTĒ, adverb. (orno). Comp. *Ornatius* et Sup. *Ornatissime*. — Ornate est cum ornatu, *ornatamente*, κοσμίως; et fere de oratione usurpatur. *V.* ORNAMENTUM. II. 3. *Cic.* 3. *Orat.* 14. 53. Illuminate et rebus et verbis dicere, et in ipsa oratione quasi quemdam numerum, versumque conficere, id est, quod dico, ornate. *h. e.* adhibito orationis ornatu. *Id.* 1. *Fin.* 3. 8. Res vero bonas, verbis electis, graviter ornateque dictas, quis non legat? *Id.* 1. *Off.* 1. 4. Ornate splendideque facere. *Id. Cæl.* 3. 8. Dicere ornate politeque. *Plin.* 1. *Ep.* 16. Agere causas polite et ornate. *Cic.* 1. *Orat.* 11. 48. Composite, ornate, copiose eloqui. *Id.* 2. *Tusc.* 3. 7. Profitentur ipsi illi se neque distincte, neque distribute, neque eloquenter, neque ornate scribere. *Id.* 9. *Fam.* 21. Causas agere ornatius. *Id. Orat.* 14. 46. In utramque partem ornatius et uberius dicere. *Quintil.* 9. 4. 130. Alia ornatius, alia gracilius esse dicenda. *et* 4. 2. 128. Ut, quia narratio brevis esse debet, fusius et ornatius res posset exponi. *Cic. Brut.* 5. 21. Causam ornatissime et copiosissime defendere.

ORNĀTĬO, ōnis, f. 3. *ornamento*, κόσμησις, exornatio, ornatus. *Vitruv.* 7. 7. *sub fin.* In singula tres sint species ornationis, quæ *etc.* mutentque speciem ornationis in frontes. *Inscript.* in *Nov. lett. di Firenze T.* 11. *p.* 600. DEDVCTA ORNATIONE STATVAE HS. C. N. *h. e.* deducta summa sestertiorum centum ad statuæ ornatum insumenda. *Alia* apud *Orell.* 775. ITEM HOC AMPLIVS IN TVTELA ET ORNATIONIBVS TEMPLI HS. V. M. N. SVB EADEM CONDICIONE INFERRET. *Alia* apud *Henzen.* 7116. *Hæc pecunia* VSQVE AD ASSEM (*inter præsentes*) DIVIDIATOR (*sic*) DEDVCTA ORNATIONE STATVAE.

ORNĀTĪVUS, a, um, adject, qui ornatum auget. *Pompej. Comment. art. Donat. p.* 381. Quare dictæ sunt conjunctiones expletivæ, et non ornativæ? Nam illæ ornativæ dicuntur, quæ additæ ornant, detractæ non obsunt. Si enim voluissent dicere ornativas, manifestum esset, quod additæ ornarent, ablatæ nihil nocerent. Adde *Cledon. p.* 1932. *Putsch.*

ORNĀTOR, ōris, m. 3. *adornatore*, κοσμητής, exornator. *Firmic.* 3. *Astron.* 6. *n.* 9. Facit deorum ornatores, sive templorum conditores. *Inscript.* apud *Orell.* 3171., quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 438. ANILIVS ACILIVS GLABRIO FAVSTVS V. C. LOCI HVIVS ORNATOR TOGATAM STATVAM LIBENS POSVI. — Fuit inter officia domus Augustæ. *Inscript.* apud *Gruter.* 578. 8. DIOPHANTVS TI. CAESARIS ORNATOR GLABR. *h. e.* glabrorum, seu puerorum delicatorum. Alia apud *Reines. cl.* 9. *n.* 62. EPERASTVS IVLIAE LIB. ORNATOR. *V.* GLABER.

ORNĀTRIX, īcis, f. 3. *ornatrice*, κοσμήτρια, ψεκάς, quæ ornat. *Ornatrices* erant ancillæ, quæ dominarum crinem componebant, quas nos dicimus *conciateste. Ovid.* 3. *Art. am.* 238. Tuta sit ornatrix; odi quæ sauciat ora Unguibus, et rapta brachia figit acu. Hinc *Id.* 2. *Amor.* 8. 1. Ponendis in mille modos perfecta capillis, Comere sed solas, docta Cypassi, deas. *Sueton. Claud.* 40. Hæc matris meæ liberta et ornatrix fuit. *Inscript.* apud *Gruter.* 579. 5. APONIAE SVCCESSAE A TVTVL. ORNATR. C. BATONIVS EPIGONVS ATRIENSIS. *h. e.* a tutulis ornatrici. V. *Juvenal.* 6. 487. *et seqq. Alia* apud *Orell.* 4443., quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 152. LINERIBVS GEMELLAE TORQVATAE ORNATRICIS AVGVST. SEX. SERVILIVS TORQVATVS DISPENSATOR etc. Adde *alias* apud *eumd.* 2878. et 2933.

ORNĀTŪLUS, a, um, deminut. ornati. *Plaut. Cist. fragm.* (edente *A. Maio*) *p.* 19. Mulierula mea ornatula si sit, ut quidem hercle scita.

ORNĀTŪRA, æ, f. 1. *ornatura. Papias* in *Lex.* Limbus est, quam nos ornaturam dicimus, quæ ambit extremitatem vestium. *Edict. Diocl.*

p. 20. Bracario pro excisura, et ornatura X..... *V.* BRACARIUS. *Gloss. Philox.* Ornatura, κόσμησις.

ORNĀTUS, a, um. *V.* ORNO.

ORNĀTUS, ūs, m. 4. (orno). Genit. *ornati* pro *ornatus*, antique, ut *senati*, legitur apud *Ter. Andr.* 2. 2. 28. et *Eun.* 2. 2. 6. Cf. *Sergii explanat. in Donat.* 1. ed. *Keil. p.* 515. — *Ornatu* in Dativo pro *ornatui*, ut *aspectu, concubitu*, et alia. *C. Cæs.* apud *Gell.* 4. 16. Ibi isti, quorum in ædibus fanisque posita et honori erant et ornatu. *V.* ASPECTUS, us, init. — Ornatus est idem atque ornamentum, κόσμος, κόσμησις (It. *ornamento, ornato, abbellimento, ornatura*; Fr. *ornement, parure*; Hisp. *ornamento, compostura, ornato*; Germ. *die Ausstattung, Zurüstung*; Angl. *ornament, embellishment, decoration, finery, adornment, garniture*).

I.) Proprie, physica ratione usurpatur, et quidem ¶ 1. Generatim est instrumentum, supellex, copia rerum earum, sine quibus re aliqua uti non licet. *Cato R. R.* 22. Ornatus trapeti. *Sunt tamen qui aliter legunt. Liv.* 9. 40. Campani, ab superbia et odio Samnitium, gladiatores (quod spectaculum inter epulas erat) eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine compellarunt. — Sic de mundo. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 38. 119. Mundum ita esse undique aptum, ut nulla vis tantos queat motus mutationesque moliri, nulla senectus diuturnitate temporum exsistere, ut hic ornatus unquam dilapsus occidat. Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 4. 3. (8). Quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellavere, eum et nos a perfecta absolutaque elegantia mundum. Rursus *Cic.* 2. *Nat. D.* 44. 115. Hæc omnis descriptio siderum atque hic tantus cœli ornatus ex corporibus huc et illuc casu et temere cursitantibus potuisse effici, cuiquam sano videri potest? ¶ 2. Speciatim, ornatus sunt ea, quæ pulcrum et decorum aliquid faciunt. — *a*) Est vestitus, cultus, fere peculiaris, ut mulierum, comicorum etc., ut docet *Festus p.* 185. 12. *Müll.* Ornatus appellatur cultus ipse, quo quis ornatur. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 93. Pulcrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt. Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant. *Id. Pseud.* 4. 1. 24. Sed vide, ornatus hic satin' me condecet? *Id. Mil. glor.* 4. 4. 41. Facito, ut venias huc ornatu nauclerico. *et ibid.* 4. 6. 66. nescio quis eccum incedit Ornatu quidem thalassico. *h. e.* marino. *Ter. Hecyr. prol. alt.* 1. Orator ad vos venio ornatu prologi. *Cic.* 1. *Off.* 18. 61. Statuas videmus ornatu fere militari. *in uniforme.* Adde *Nepot. Datam.* 9.; et *Liv.* 9. 40. Rursus *Cic.* 2. *Fin.* 21. 69. Voluptaspicta in tabula pulcherrimo vestitu et ornatu regali, in solio sedens. Sic *Nepos Eumen.* 13. Iidem, post hujus occasum, statim regium ornatum nomenque sumpserunt. *Liv.* 2. 12. Scriba cum rege sedens pari fere ornatu. *Cic. Senect.* 17. 59. Tum Lysandrum, intuentem purpuram ejus (*Cyri*) et nitorem corporis ornatumque Persicum multo auro multisque gemmis, dixisse etc. *Phædr.* 4. 4. Agros abjiciet mœcha, ut ornatum paret. *h. e.* mundum muliebrem. *Virg.* 1. *Æn.* 647. Munera præterea Iliacis erepta ruinis Ferre jubet, pallam signis auroque rigentem Et circumtextum croceo velamen acantho, Ornatus Argivæ Helenæ, quos illa Mycenis-Extulerat. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 64. (154). Equus regio ornatu instratus. *At* Sillig. *legit* regio instratu ornatus *etc.* — Et de compositione capillorum. *Ovid.* 3. *Art. am.* 133. non sint sine lege capilli: Admotæ formam dantque, negantque manus. Nec genus ornatus unum est: quod quamque decebit, Eligat, et speculum consulat ante suum. Adde *Virg.* 7. *Æn.* 74. — Inter cultum et ornatum quid sit discriminis, *V.* in CULTUS. — *b*) Ornatus dicuntur etiam, quæ domos, templa, urbes et publica loca condecorant. *Ter. Andr.* 2. 2. 28. In ædibus nihil ornati, nihil tumulti. *Cic.* 6. *Verr.* 54. 120. In ornatu urbis (*Syracusarum*) habuit (*Marcellus*) victoriæ rationem, habuit humanitatis. *Id. Orat.* 39. 134. Quæ in amplo ornatu scænæ aut fori appellantur insignia. *Id. Dom.* 43. 111. Hoc simulacrum quidam ad ornatum ædilitatis suæ deportavit. *Auct. B. G.* 8. 51. Nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum, itinerum, locorumque omnium, qua Cæsar iturus erat, excogitari posset. *Liv.* 10. 46. Quorum (*spoliorum*) tanta multitudo fuit, ut non templum tantum forumque his ornaretur, sed sociis etiam colonisque finitimis, ad templorum locorumque publicorum ornatum, dividerentur. — Huc referri potest et illud *Varron.* 3. *R. R.* 9. 17. Gallinæ in ornatibus publicis solent poni cum psittacis ac merulis albis. *h. e.* in publicorum conviviorum apparatibus.

II.) Translate, morali ratione usurpatur. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 1. *Orat.* 55. 235. Sed vide, Crasse, ne, dum novo et alieno ornatu velis ornare juris civilis scientiam, suo quoque eam concesso et tradito spolies atque denudes. *Id.* 3. *ibid.* 6. 23. Una est eloquentia, quascumque in oras disputationis regionesve delata est, *etc.* et quocumque ingreditur, eodem est instructu ornatuque comitata. ¶ 2. Speciatim, de ornamento orationis, quod præcipue consistit in delectu et compositione verborum, et usu schematum. (*V. Quintil.* 8. *toto c.* 3.) *Cic. Orat.* 24. 81. Collocata verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat, manente sententia. *Id. Brut.* 79. 275. Erant et verborum et sententiarum illa lumina, quæ vocant Græci σχήματα, quibus tamquam insignibus in ornatu omnis distinguebatur oratio. *Id. Orat.* 39. 134. Magnum afferre ornatum orationi. Sic *Id. Brut.* 75. 262. Nudi enim sunt (*Cæsaris Commentarii*), recti et venusti, omni ornatu orationis, tamquam veste detracta.

ORNĔUS, a, um, adject. *di orno, μελίνος*, qui est ex orno. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 83. Fraxineam; si minus, orneam; si nec hæc sit, iligneam frondem bubus recte præbebimus.

ORNĪTHĪAS, æ, m. 1. ὀρνιθίας, venti nomen: ab ὄρνις, ὄρνιθος *avis*. De eo *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 47. (122). Favonium quidam a. d. VIII. cal. Mart. Chelidoniam vocant, ab birundinis visu: nonnulli vero Ornithian, uno et LXX. die post brumam, ab adventu avium, flantem per dies novem. — Etiam Etesiæ ipsi, quum spirant a bruma lenius, et paucis diebus, Ornithiæ vocantur. *Id. ibid.* — Ornithias memorant etiam *Vitruv.* 1. 6. *a med.* et *Colum.* 11. *R. R.* 2. 21., sed ille circa Solanum, h. e. ab Oriente flare dicit: hic a Septentrione.

ORNĪTHŎBOSCĬON, ĭi, n. 2. ὀρνιθοβοσκεῖον, locus ad pascendas aves. Habet *Varro* 3. *R. R.* 9. 2. et 4. et 15., sed Græcis litteris.

ORNĪTHŎGĂLE, es, f. 1. ὀρνιθογαλῆ, herba caule tenero, candido, semipedali radice, bulbosa, molli, tribus aut quatuor agnatis. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 17. 62. (102).

ORNĪTHON, ōnis, m. 3. *gallinajo, uccelliera*, ὀρνιθών, aviarium, gallinarium, locus in villa, ubi aluntur gallinæ, pavones, turdi et hujusmodi altilia: ab ὄρνις, ὄρνιθος *avis*. Est autem duplicis generis, vel fructus causa institutus, vel voluptatis. *Varro* 3. *R. R.* 3. 1. Villaticæ pastionis genera sunt tria, ornithones, leporaria, piscinæ. Nunc ornithonas dico omnium alitum, quæ intra parietes villæ solent pasci. Adde *eumd.* 2. *ibid. proœm.* 5.; et *Colum.* 8. *R. R.* 3. 1.

ORNĪTHŎTRŎPHĪON, ĭi, n. 2. ὀρνιθοτροφεῖον, locus, in quo aves educantur, idem atque ornithon. Habet *Varro* 3. *R. R.* 5. 8., sed Græce scribit.

ORNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *Ornavet* pro *ornavit* legitur in *Columna rostr. Duilii Inscript.* apud *Orell.* 549. — Part. *Ornans* I. 2. *a.*; *Ornatus* in omnibus paragraphis et in fin., *Ornaturus* I. 2. *a.*; *Ornandus* I. 1. 2. et II. 2. — Ornare est apparare, instruere rem iis, quæ ipsi necessaria sunt, vel ad ipsam pertinent: et τῷ *spoliare* opponitur (ut apud *Cic. Flacc.* 25. 59. Quis erat, qui non sciret in ornandis studiosiorem Mithridatem, quam in spoliandis Trallianis fuisse?) παρασκευάζω (It. *provvedere, apparecchiare, allestire, fornire*; Fr. *préparer, apprêter, équiper, fournir*; Hisp. *preparar, aparejar, equipar, fornir*; Germ. *ausstatten, aus-oder zurüsten*; Angl. *to provide, prepare, furnish, equip, accoutre, fit out, supply*).

I.) Proprie physica ratione usurpatur. ¶ 1. Generatim. — *a*) Absolute. *Plaut. Epid.* 2. 2. 10. Age nunc jam orna te, Epidice, et palliolum in collum conjice. *Id. Trin.* 4. 2. 15. Ut ille me exornavit, ita sum ornatus. *Liv.* 1. 43. Ornato exercitu pedestri distributoque. *Plaut. Rud.* 1. 2. 53. Jubere melius est prandium ornari domi. Cf. *Cic.* 6. *Verr.* 20. 44. Ornare et apparare convivium. Rursus *Plaut. Capt.* 4. 4. 12. Dicam ut sibi penum aliud ornet. *Cic. Cluent.* 5. 14. Ornare et sternere lectum. *Id. pro leg. Manil.* 4. 9. Posteaquam maximas ædificasset ornassetque classes. Sic *Liv.* 40. 26. *ad fin.* Ornare naves. *et* 9. 30. Classis ornandæ reficiendæque causa. — *Ornare provincias* est senatus consulto decernere certum militum numerum, et iis stipendium, item viaticum in legatos et comitatum, terminare ipsius provinciæ fines, jurisdictionis formam modumque præscribere, et hujusmodi alia, quæ honori et ornatui erant tum provinciæ ipsi, tum magistratui eam regenti. *Cic.* 3. *Att.* 24. Quum ad me scripsissetis, vestro consensu consulum provincias ornatas esse. Adde *eumd.* 15. *Fam.* 4. *a med. Sueton. Cæs.* 18. Ulteriorem sortitus Hispaniam, retinentes creditores interventu sponsorum removit: ac neque more, neque jure, antequam provinciæ ornarentur, profectus est. — Ea quum gerent, etiam ipsi magistratus *ornari* dicebantur. *Cic. loc. cit.* Se nostra causa voluisse, suam potestatem esse de consulibus ornandis. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 3. Referebatur de provinciis quæstorum, et de prætoribus ornandis. *Il. leg.* prætoriis. — *b*) Cum Ablativo rei, qua quis aut quid ornatur. *Ennius* apud *Gell.* 16. 10. et *Non. p.* 155. 21. *Merc.* Proletarius publicitus scutisque feroque Ornatur ferro. *Lucret.* 2. 43. Legiones ornatas armis. *Cic. Cæcin.* 21. 60. Eos, qui scutis telisque parati ornatique sunt. *Virg.* 12. *Æn.* 344. Ornare aliquem armis. *Nepos Dion.* 9. Navem armatis ornat. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 13. 32. Decemviros ornat apparitoribus, scribis, librariis, præconibus, architectis, præterea mulis, tabernaculis, centuriis, supellectili. *Liv.* 42. 1. Magistratus mulis, tabernaculisque, et omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent sociis. *Horat.* 1. *Od.* 37. 3. Saliaribus Ornare pulvinar deorum dapibus. *Plin.* 3. *Ep.* 21. Ornare aliquem pecunia. ¶ 2. Speciatim ornare est pulcrum facere, decorum, insignem reddere, comere, exornare, distinguere, ornatum afferre, κοσμέω, *ornare, adornare, abbellire, guarnire*. — *a*) Absolute. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 2. Ornatum delubrum. *Ter. Heaut.* 2. 3. 47. Sine auro tum ornatam, ita uti quæ ornantur sibi. Cf. *Hieronym. Ep. ad Gaudent.* Φιλόκοσμον genus feminarum est, multasque etiam insignis pudicitiæ, quamvis nulli virorum, tamen sibi scimus libenter ornari. *Liv.* 9. 40. Ut aurata scuta dominis argentariorum ad forum ornandum dividerentur. *Cic.* 2. *Off.* 22. 76. Italiam ornare, quam domum suam, maluit: quamquam, Italia ornata, domus ipsa mihi videtur ornatior. *Ovid.* 5. *Met.* 52. ornabant aurata monilia collum. *Lucan.* 7. 18. Currus ornante toga. *Claudian.* 2. *in Rufin.* 449. Ornatura suos exstruxit culmina manes. *Propert.* 3. 4. 12. Ornabat niveas nullane gemma manus? — Speciatim dicitur de capillis comendis. *Ovid.* 1. *Amor.* 14. 5. Quid, quod erant tenues, et quos ornare timeres? *et* 2. *ibid.* 7. 17. solers ornare Cypassis. *Id. ibid.* 7. 23. Adde quod ornandis illa est operata capillis. *Fronto de eloq.* (edente iterum *A. Maio*) *init.* Capillus, etsi non cotidie acu ornandus, tamen pertine cotidie expediendus est. Hinc *ornatus, us*, et *ornatrix*. — *b*) Cum Ablativo rei. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 88. Bono ingenio me esse ornatam, quam auro multo mavolo. *Nepos Datam.* 3. Ornavitque (*eum*) etiam torque et armillis aureis ceteroque regio cultu. *Virg.* 7. *Æn.* 488. Mollibus intexens ornabat cornua sertis. *Id.* 7. *Ecl.* 25. Pastores, hedera crescentem ornate poetam.

II.) Translate morali ratione usurpatur. ¶ 1.

Generatim est aliquid morali ratione apparare, vel moralibus, ut ita dicam, instrumentis munire. — *a*) Absolute. *Plaut. Capt.* 3. 3. 15. Jam ne ornata res est? Sic *Id. Pseud.* 2. 3. 10. Jam instituta, ornata, cuncta in ordine, animo ut volueram, Certa, deformata habebam. *Ter. Eun.* 4. 4. 6. Ornare fugam. *h. e.* parare se ad fugiendum. *Al. leg.* adornare. Rursus *Plaut. Aulul.* 4. 9. 10. perii, male perditus, pessume ornatus eo. *per εἰρωνείαν dictum*, ut festiva ironia est in illo *Ter. Adelph.* 2. 1. 21. SA. Quid hoc rei est? regnum ne, Æschine, hic tu possides? AES. Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus. *Tavrei formito da festa come ti meriti.* — *b*) Cum Ablativo. *Cæs.* 7. *B. G.* 33. Civitas, quam ipse semper aluisset, omnibusque rebus ornasset. *Nepos Themist.* 2. In quo quum divitiis ornavit, tum etiam peritissimos belli navalis fecit Athenienses. *Plin.* 2. *Ep.* 1. Suffragio candidatum ornare. ¶ 2. Speciatim est morali ratione decorare, beneficiis, honoribus, præmiis augere, decorare, insignem reddere. — *a*) Absolute. *Accius* apud *Non. p.* 338. 23. *Merc.* Non genus virum ornat, generi vir fortis loco. *h. e.* generi vir fortis est decori. *Vet. Poeta* apud *Charis.* 5. *p.* 254. *Putsch.* Homo locum ornat, non hominem locus. *Cic. Dejot.* 1. 2. Quem (*regem*) ornare antea cuncto cum senatu solebam *Id. Dom.* 33. 88. Qui a populo Romano semper sim defensus, amplificatus, ornatus. *Id.* 1. *Tusc.* 47. 112. Tu vero istam (*artem*) ne reliqueris, quam semper ornasti, et quidem jure. illa enim te ornaverat. *Id.* 1. *Orat.* 45. 199. Senectuti celebrandæ et ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quam juris interpretatio? — Refertur etiam ad eloquentiam, et significat insignem reddere laudando aut vituperando. *Cic.* 1. *Orat.* 21. 94. Eum statuebam eloquentem, qui mirabilius et magnificentius augere posset atque ornare quæ vellet. *et* 2. *ibid.* 28. 124. Non dubitavit seditiones ipsas ornare. *Plin.* 2. *Ep.* 3. Proœmiatur apte, narrat aperte, ornat excelse. — Similiter *Manil.* 3. 39. Ornari res ipsa negat, contenta doceri. — *b*) Cum Ablativo. *Ter. Eun.* 2. 1. 8. Munus nostrum ornato verbis, quod poteris. *Cic.* 15. *Fam.* 4. *a med.* Qui me tuis sententiis sæpissime ornasti. *Id.* 6. *Att.* 1. *ante med.* et *post redit. ad Quir.* 5. 12. Maximis beneficiis ornare aliquem. *Id.* 2. *Phil.* 11. 25 Qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam oneraret alienis. *Id. Pis.* 13. 31. Homines frequentia sua vestrum egressum ornant atque celebrant. *Id. Planc.* 9. 22. Tota illa regio se hujus honore ornari, se augeri dignitate arbitrabatur. — Refertur etiam ad eloquentiam. *Cic.* 3. *Orat.* 6. 25. Illa conor attingere, quibus orationem ornari atque illuminari puto. *Id.* 3. *Fin.* 7. 26. Potest id quidem fuse et copiose et omnibus electissimis verbis gravissimisque sententiis rhetorice (*quod adverbium Codd. aliqui deteriores omittunt*) et augeri et ornari. *Id.* 4. *Cat.* 10. 21. Ornetur alter eximia laude Africanus, qui etc. — Hinc Part. præter., cujus exempla et supra attulimus,

Ornatus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Ornatior*, et Sup. *Ornatissimus*; et

I.) Proprie physica ratione usurpatur, ac ¶ 1. Generatim est paratus, instructus, *provveduto, fornito.* — *a*) Absolute. *Cato R. R.* 10. Asini ornati clitellarii. *Liv.* 27. 19. *extr.* Æquus ornatus. *Nepos Hann.* 3. Ornatus elephantus. *Cic. Quinct.* 31. 98. E fundo ornatissimo dejectus. — *b*) Cum Ablativo. *Cæs.* 3. *B. G.* 14. Naves paratissimæ atque omni genere armorum ornatissimæ. *Cic. Pis.* 2. 5. Provincia exercitu et pecunia instructa et ornata. *Id. pro leg. Manil.* 8. 21. Civitates omnibus rebus ornatæ atque refertæ. ¶ 2. Speciatim est ornamentis decoratus, comptus, politus, *ornato, adornato, abbellito, guarnito*, κεκοσμημένος. — *a*) Cum Ablativo rei, qua quis aut quid ornatur. *Cic. Senect.* 16. 57. Agro bene culto nihil potest esse nec usu uberius, nec specie ornatius. *Id. Flacc.* 38. 95. Sepulcrum floribus ornatum. *Id.* 10. *Phil.* 4. 9. Græcia copiis non instructa solum, sed etiam ornata. *h. e.* non solum quod ad usum satis est, sed etiam ad ornamentum. — *b*) Cum addito Accusativo rei, quæ ornata est, Græcorum more. *Virg.* 6. *Ecl.* 68. Floribus atque apio crines (*Linus pastor*) ornatus amaro. *Id.* 3. *G.* 21. Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ Dona feram. *Horat.* 4. *Od.* 8. 33. Ornatus viridi tempora pampino Liber. Adde *Ovid.* 11. *Met.* 385.

II.) Translate morali ratione usurpatur. ¶ 1. Generatim est ingenio, virtutibus et similibus paratus, instructus. *Cic.* 2. *Fin.* 34. 112. Sapiens plurimis et gravissimis artibus atque virtutibus instructus et ornatus. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 15. 47. Omnibus rebus, qui princeps in agendo est, ornatissimus et paratissimus esse debet. ¶ 2. Speciatim est morali ratione decorus et insignis factus, honore affectus. — 1.°) Universim. — *a*) Absolute. *Cic. pro leg. Manil.* 1. 1. Locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus. *h. e.* honorificus. — *Ornatus vir*, bonis artibus instructus, dignitate, honoribus, auctoritate præditus. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 9. 29. Lectissimus atque ornatissimus adolescens. *Id. Flacc.* 20. 48. Vir splendidissimus atque ornatissimus civitatis suæ. — Hinc *ornatus vir, ornata femina* est titulus honoris in *Inscript.* apud *Gruter.* 355. L. L. ANNIVS L. F. COL. MODESTVS ANNII NVMISIANI ORNATI VIRI FILIVS. *Alia* apud *Marin Iscriz. Alb. p.* 18. FLAVIAE OCTAVIAE QVAE ET LVCRETIAE O. F. etc. *h. e.* ornatæ feminæ. — *b*) Cum Ablativo. *Cic.* 3. *Verr.* 48. 127. Homo ornatissimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis. *Id.* 1. *ad Brut.* 18. Imperator honoribus amplissimis, fortunisque maximis, conjuge, liberis, vobis affinibus ornatus. *Id. ibid.* 12. Honoribus amplissimis a senatu ornatus. *Id. Haruspic. resp.* 13. 29. Dejotarus clarissimorum imperatorum testimoniis ornatus. — 2.°) Refertur ad ornatum orationis; et usurpatur — De hominibus. *Cic.* 1. *Orat.* 10. 42. Homines ornati in dicendo et graves. *et ibid.* 11. 49. Eloquentes et in dicendo suaves atque ornati. — De oratione. *Cic.* 1. *Orat.* 12. 50. Composita oratio et ornata et artificio quodam et expolitione distincta. *Id. Orat.* 11. 36. Omnes apud Pacuvium ornati elaboratique sunt versus. *Id. Brut.* 95. 325. In his (*oratoribus*) erat admirabilis orationis cursus, ornata sententiarum concinnitas non erat.

ORNUS, i, f. 2. ὀρεινός μελία, (It. *orno*; Fr. *orne, frêne sauvage*; Hisp. *fresno salvage*; Germ. *die Bergäsche*; Angl. *a wild ash, mountain-ash*).

I.) Proprie ornus est fraxinus silvestris, arbor procera, caudice tereti, levi cortice; ab ὀρεινός *montanus*, per syncop., quia montes amat, ut *Plin.* 16. *Hist. nat.* 18. 30. (73). docet. *Colum. Arbor.* 16. Orni silvestres fraxini sunt, paullo latioribus tamen foliis, quam ceteræ fraxini, nec deteriorem frondem, quam ulmi, præstant. Capræ quidem, et oves libentius etiam hanc frondem appetunt. *Virg.* 2. *G.* 111. Nascuntur steriles saxosis montibus orni. *Id.* 6. *Ecl.* 71. Cantando rigidas deducere montibus ornos. *Id.* 10. *Æn.* 766. Aut summis referens annosas montibus ornos. *Horat.* 3. *Od.* 27. 58. potes hac ab orno Pendulum zona bene te secuta Lædere collum.

II.) Translate. *Auson. epist.* 24. 108. vibrabilis ornus Achilli. *h. e.* hasta. synecdoche.

ŌRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (os, oris). *Orassis* antiquum pro *oraveris*, est *Plauti Epid.* 5. 2. 63. — Part. *Orans* 1. *a.*, 2. 1.° et 2.°; *Oratus* 2. 3.°; *Oraturus* 2. 2.°; *Orandus* 1. *b.* — Orare, ab *ore*, ut *Varro* 6. *L. L.* 76. *Müll.* docet, generatim est dicere, loqui; et speciatim est causas agere, ut *Festus* ait *p.* 198. 23. *Müll.* Orare antiquos dixisse pro agere testimonio sunt et oratores, et qui nunc quidem legati, tunc vero oratores, quod reipublicæ mandatas partes agebant. Gr. ῥέω (It. *dire, parlare, trattar cause*; Fr. *parler, dire, plaider une cause*; Hisp. *hablar, abogar en juicio las causas*; Germ. *reden, sprechen, etwas redend verhandeln*; Angl. *to speak, utter, to plead a cause, plead as an orator*). ¶ 1. Generatim est loqui, dicere, causas agere, et occurrit — *a*) Absolute. *Lex XII. Tabul.* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 13. 20. REM VBI PAGVNT ORATO. *Cic.* 2. *de republ.* 7. Matronis ipsis, quæ raptæ erant, orantibus. *Id. post redit. in senat.* 1. 1. Non dicam complecti orando, sed percensere numerando. *Est qui legit* ornando. *Virg.* 10. *Æn.* 96. Talibus orabat Juno. *Quintil.* 1. 2. 31. Vel declamantis habitum, vel orantis vocem, incessum etc. *Id.* 1. *proœm.* 4. Qui artem orandi litteris tradidorunt. *et* 11. 1. 1. Ex tempore orandi facultas. *Id.* 3. 3. 1. Omnis orandi ratio quinque partibus constat. — *b*) Cum Accusativo rei, de qua orando agitur. *Plaut. Most.* 3. 1. 151. Videndum est primum, utrum eæ velint ne, an non velint. THEV. bonum æquumque oras. *Ter. Phorm.* 2. 1. 62. Servum hominem causam orare leges non sinunt. *Cic. Brut.* 12. 47. Quo nemo unquam melius ullam oravit capitis causam. Cf. *Virg.* 6. *Æn.* 850. Orabunt causas melius. *Cic.* 3. *Off.* 10. 43. Orandæ liti tempus accommodare. — *c*) *Cum aliquo de re aliqua orare* est *Cæs.* 1. *B. C.* 22. Cum eo de salute sua orat, atque obsecrat, sibi ut parcat. *Alii tamen leg.* agit ¶ 2. Speciatim et multo frequentius in usu est pro rogare, petere, precari, *pregare, dimandare*; et occurrit — 1.°) Absolute. *Ter. Adelph.* 3. 4. 26. Venit ipsus ultro lacrumans, orans, obsecrans. Ubi *Donat.* Orare est placidos petere; obsecrare, iratos rogare; unde plus facit obsecrans, quam orans; plus vero orans, quam rogans. *Id. Andr.* 5. 1. 2. Satis pericli cœpi adire: orandi jam finem face. *Liv.* 42. 12. Sororem dedisse Prusiæ precanti atque oranti. *Virg.* 4. *G.* 537. Sed modus orandi qui sit, prius ordine dicam. *Ovid.* 2. *Pont.* 9. 25. Juppiter oranti surdas si præbeat aures. *et ibid.* 9. 65. Ad vatem vates orantia brachia tendo. *Al. leg.* tollo. — 2.°) Cum addito quod vel propter quod quis orat. — *a*) Per Accusativum rei. *Plaut. Men.* 5. 9. 86. Optumum atque æquissumum orat, frater: fac causa mea. Adde *Ter. Heaut.* 2. 3. 125. Sic *Liv.* 21. 6. Legati Romam missi auxilium ad bellum orantes. et *Tac.* 2. *Ann.* 46. Misit legatos ad Tiberium oraturos auxilia. *Liv.* 2. 2. Eadem multis precibus oranti. *Virg.* 1. *G.* 100. Humida solstitia atque hiemes orate serenas, Agricolæ. *Ovid.* 1. *Met.* 733. Cum Jove visa queri finemque orare malorum. — Et cum addito Dativo personæ, aut rei, cujus commodo aliquid oramus. *Ter. Andr.* 3. 2. 48. Chremem conveniam, orabo gnato uxorem. *Ovid.* 8. *Met.* 683. Et veniam dapibus nullisque paratibus orant. — *b*) Per Conjunctivum et part. *ut* vel *ne*. *Ter Andr.* 3. 4. 12. Gnatam ut det oro vixque id exoro. *Liv.* 30. 12. Morte me ut vindices ab Romanorum arbitrio oro obtestorque. — Et cum addito *verbis, precibus. Cic.* 12. *Att.* 37. Orat multis et supplicibus verbis, ut liceat et ut sibi rescribam. *Auct. B. Afr.* 91. Postquam Juba precibus orasset, uti se ad suos deos penates admitterent. *Plaut. Cas.* 2. 5. 13. ST Quid agit? quid loquitur tecum? OL. orat, obsecrat, Ne Casinam uxorem ducam. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 1. 3. Rogare et orare, ne illos supplices aspernarer. — *c*) Per Conjunctivum sine part. *Plaut. Amph.* 1. 1. 101. Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum. *Virg.* 5. *Æn.* 796. Quod superest, oro, liceat dare tuta per undas Vela tibi. *Ovid.* 4. *Pont.* 1. 19. Idque sinas, oro. — *d*) Per Imperativum. *Sil. It.* 11. 336. Absiste inceptis, oro. *et* 350. parce, oro, et desine velle. — *e*) Per Infinitum. *Virg.* 2. *Ecl.* 43. Jampridem a me illos abducere Thestylis orat. *Id.* 9. *Æn.* 230. Tum Nisus et una Euryalus, confestim alacres admittier orant. *Ovid.* 6. *Met.* 412. urbesque propinquæ Orarere suos ire ad solatia reges. — Et cum Infinito et Accusativo. *Sueton. Ner.* 47. Vel Ægypti præfecturam concedi sibi oraret. — 3.°) Cum addita persona, quam oramus. — *a*) Per Accusativum personæ tantum. *Ennius* apud *Non. p.* 517. 15. *Merc.* Quum desubito me orat mulier lacrimansque ad genua accidit. *Livius Andronicus* apud *Diomed.* 1. *p.* 379. *Putsch.* Utrum genua amplectens virginem oraret. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 176. Quare per divos oratus uterque Penates, Tu cave ne etc. *Id.* 1. *Ep.* 13. 18. oratus multa prece, nitere porro. — *Oro te* eleganter inseritur orationi, ut *quæso. Cic.* 4. *Att.* 8. Dic,

oro te, clarius. *Liv.* 5. 5. Si nos tam justum odium nihil movet, ne illa quidem, oro vos, movent? *Horat.* 1. *Od.* 8. 1. Lydia, dic, per omnes te deos oro. *Seneca Ep.* 77. *ante med.* Quid enim, oro te, liberale habent isti jejuni vomitores? — *b*) Per Accusativum personæ et Conjunctivum cum part. *ut* vel *ne*. *Ter. Andr.* 5. 1. 15. Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere, Quibus id maxime utile 'st. *Cic.* 5. *Fam.* 18. Ego te magnopere non hortor solum, sed etiam pro amore nostro rogo atque oro, te ut colligas etc. *Id.* 10. *ibid.* 5. Itaque te non hortor solum, sed plane etiam oro, ut etc. *Id. Rosc. Am.* 49. 144. Rogat oratque te, Chrysogone, ut etc. *Id. Planc.* 42. 101. Te, C. Flavi, oro et obtestor, ut etc. *Id. ad Planc. in fin.* 1. 16. *ad Att.* Rogo te et etiam oro, ut etc. *Macrob.* 5. *Saturn.* 2. Oratus sis, inquit, Eustathi, ut hæc quoque communicata nobiscum velis. *Cic.* 4. *Verr.* 39. 96. Rogat eos atque orat, ne oppugnent filium suum. *Nepos Timol.* 5. Timoleon oravit omnes, ne id facerent. *Vellej.* 2. 70. 1. Ipse Cæsar oratus etiam ab Antonio medico, ne in castris remaneret, etc. — *c*) Per Infinitum cum verbo Passivo. *Plaut. Mil. glor. a.* 5. *v.* 12. Oratus sum ad te venire hoc. — *d*) Per Accusativum et personæ et rei, quam oramus. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 62. Non ita est. Sed scin' quid te orem, Syre? *Ter. Andr.* 1. 5. 54. Quod ego te per hanc dextram oro. *et Adelph.* 5. 8. 18. Age quid, si quid te majus oret? *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. *sub fin.* Illud te ad extremum et oro et hortor. *Liv.* 28. 5. Hi omnes suis quisque urbibus, quæ pericula portendebantur, memorantes, auxilia regem orabant. *Virg.* 9. *Æn.* 24. Multa deos orans. *Sueton. Vesp.* 16. Orare aliquem libertatem. — *e*) Per Accusativum personæ et Ablat. rei cum præpos. *pro*. *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 16. Orare quempiam pro salute alicujus. Cf. *Plaut. Asin.* 4. 1. 38. tu pro illa ores, ut sit propitius. — Et cum Dativo pro Ablativo. *Ter. Phorm.* 1. 2. 90. Ad precatorem adeam, qui mihi sic oret. *h. e.* pro me. — *f*) Per Ablativum personæ cum præp. *ab* et Accus. rei. *Plaut. Amph. prol.* 64. Hoc me orare a vobis jussit Juppiter, ut etc. *Pacuvius* apud *Non. p.* 184. 6. *Merc.* Primum hoc abs te oro, ni me inexorabilem faxis etc. — *g*) *Orare mecum, tecum*, pro me, te. *Ennius* apud *Festum p.* 198. 28. *Müll.* Tu vero face, quod tecum precibus pater orat. *Ita legit. cl.* Vahlen. *cum* Hand. Tursell. 2. 148.; Müllerus *vero* te cum precibus. *Plaut. Cas.* 2. 5. 15. Negavi, ipsi me concessurum Jovi, si is mecum oraret. *Id. Curc.* 3. 1. 62. Tecum oro et quæso, ut etc. *Id. Asin.* 3. 3. 72. *et* 96. Hanc jube petere et orare mecum. Adde *Pers.* 1. 3. 37. et *Rud.* 3. 4. 68. Sic *Ter. Hecyr.* 4. 4. 64. Egi, atque oravi tecum, uxorem ut duceres. — Hinc a Part. præter.

Orata, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt postulata, preces, *preghiere*. *Ter. Hecyr.* 3. 3. 25. Quum orata ejus reminiscor. *Id. ibid* 4. 1. 60. Vereor, ne orata nostra nequeat diutius celare. *Cic.* 2. *Legg.* 9. 21. Fœderum, pacis, belli, indutiarum oratorum fetiales judices, nuntii sunto. *Ita legit cl.* Vahlen. *et hæc adnotat*: Oratorum *videndum est, possitne ita fortasse obtineri, ut Genitivus accipiatur neutrius* orata, *i. e.* acta, postulata, *et sensus sit*: Fœderum, pacis, belli, indutiarum orata fetiales judicanto, nuntianto.

ŌRŌBANCHĒ, es, f. 1. *coda di lione*, ὀροβαγχη, cauliculus sine foliis altitudine sesquipedali, subrubens, flore subalbido in luteum vergente: ab ὄροβος *ervum* et ἀγχω *strangulo*, quod ervum et cicer, in quibus fere nascitur, circumligando præfocet. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 80. (162). et 18. *ibid.* 17. 44. (155). — Creditur esse eadem ac scandulaca, de qua *Festus. p.* 330. 10. *Müll.* Scandulaca genus herbæ frugibus inimicæ, quod eas velut hedera implicando necat.

ŌRŌBĪAS, æ, m. 1. turis genus, minoribus constans guttis: ab ὄροβος *ervum*, ob similitudinem. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 32. (62).

ŌRŌBĪNUS, a, um, adject. ὀροβινος. Orobinus color est luteo similis, h. e. ervo herbæ, quæ Græce ὄροβος. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 59. (163). Gassinnaden Medi mittunt, coloris orobini.

ŌRŌBĪTIS, is, f. 3. ὀροβῖτις, chrysocolla molita, cribrata, et alumine lutoque herba tincta. Ita dicta quod in globulos resolvitur ervi similitudine. Ervum enim ὄροβον dicunt. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 5. 27. (89).

ŌRŌBUS, i, m. 2. ὄροβος, idem atque ervum. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 19. Utendum etiam hordeo, vel orobo, in aceto miti macerato, calefacto et celeriter sacello incluso, tum apposito. *Plin. Valerian.* 1. 58. *ad fin. p.* 174. *retro* ed. *Ald.* Et hæc de aqua fingis ad magnitudinem oropi (*lege* orobi) majoris.

ŌROZĒLUM, i, n. 2. herba eadem ac chamæpitys. *Apul. Herb.* 26.

ORPHĂNĪTAS, ātis, f. 3. idem atque orbitas, *orfanità, orfanezza*, ὀρφανία. *Alcim. Ep.* 5. *ad fin.* Numquam respublica orphanitatis incurrit perniciem, quamdiu sustentantibus vobis mater Ecclesia non senserit orbitatem.

ORPHĂNŌTRŌPHĪUM, ii, n. 2. *spedale da orfanelli*, ὀρφανοτροφεῖον, locus, in quo aluntur pueri parentibus orbati. *Imp. Anastas. Cod.* 1. *tit.* 2. *qui est* de sacrosanct. Eccles. *l.* 17. et *Imp Justinian. ibid.* 22. Adde *titul. sequent. qui* de Episc. et cler. etc. *inscribitur*. Est ab ὀρφανός *parentibus carens*, et τρέφω *nutrio*.

ORPHĂNŌTRŌPHUS, i, m. 2. *nutritore di orfanelli*, ὀρφανοτρόφος, qui pueros nutrit orbos parentibus. *Imp. Leo et Anthemius Cod.* 1. 3. 32. — Videtur etiam passive sumere pro orphano, qui nutritur, ὀρφανότροφος, *Venant.* 2. *Vit. S. Martin.* 405. Quantum voce valens viduis atque orphanotrophis? Hic male pænultima vocalis producitur.

ORPHĂNUS, a, um, adject. *orfano*, ὀρφανός, qui caret parentibus. Vox Græca. Item qui filiis privatus est, fato functis ante tempus. *Inscript.* non optimæ notæ, apud *Gruter.* 770. 9. Mater orphana viva sibi et suis posuit, et sub ascia dedicavit. — Sed certa est lectio apud *Vulgat. interpr. Ps.* 9. 34. Orphano tu eris adjutor. *et Ps.* 67. 6. Patris orphanorum et judicis viduarum. Adde *eumd. Ps.* 108. 9., *Baruch* 6. 37. et *Joann.* 14. 18.

ORPHUS, i, m. 2. ὀρφός, piscis marinus rubens. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 54. (152). et 9. *ibid.* 16. 24. (57). Adde *Plin. Valerian.* 5. 9. et 16.

ORRHŌPŸGĪUM, ii, n. 2. ὀρροπυγιον, pars illa corporis animalis, quæ suturæ similis sub pene, scrotum medium intersecans, per taurum usque ad anum tendit; ab ὄρρος *pars subjecta testiculis*, et πυγή *nates*. *Apul. fragm.* 10. *Met.* apud *Oudend. p.* 717. Et hercule orrhopygium perterete Lyæi fragrantis et oleæ rosaceæ lotionibus expurgavit. *V.* UROPYGIUM. Alii vero apud *Apul.* legunt *orthopygium*: alii *orrhum in pygam perteretem*; ita ut *orrhus*, ὄρρος, sit ea pars corporis; quum *perteres*, non *perteretes* sit nominativus singularis.

ORSA, ōrum, n. plur. 2. *et*

ORSUS, a, um. *V.* ORDIOR.

ORSUS, us, m. 4. *principio, cominciamento, intraprendimento*, principium, conatus, exordium. *Cic.* vertens *Homeri* versus 2. *Divinat.* 30. 63. Auguris ut nostri Calchantis fata queamus Scire, ratos ne habeant, an vanos pectoris orsus. *Virg. Cul.* 1. Lusimus, Octavi, gracili modulante Thalia, Atque, ut araneoli, tenuem formavimus orsum.

ORTHĂGŌRISCUS. *V.* ORTHRAGORISCUS.

ORTHAMPĒLOS, i, f. 2. ὀρθάμπελος, vitis ipsa se sustinens, sine pali adminiculo: ab ὀρθός *rectus* et ἄμπελος *vitis*. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 3. 4. (40). Nec orthampelos indiget arbore aut palis, ipsa se sustinens.

ORTHEMBASIS, is, f. 3. rectus incessus: ab ὀρθός *rectus* et ἔμβασις *incessus*. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 152., ubi perperam scribitur *ortimbassis*.

ORTHĬOPSALTĬCUS. *V.* ORTHOPHALLICUS.

ORTHĬUS, a, um, adject. ὄρθιος, rectus. *Capell.* 9. *p.* 332. Orthius (*pes*), qui ex tetrasemi eatilone, id est arsi, et octasemi positione constabit: ita ut duodecim tempora hic pes recepisse videatur. *et mox.* Orthius propter honestatem positionis est nominatus. — *Orthium carmen* est numeris altissimis constans, et intensissima voce prolatum; alii interpretantur lugubre, a Diana, quæ apud Lacedæmonios Ὀρθία est appellata, ad cujus aram adolescentes virgis cædebantur. *Gell.* 16. 19. Arion stans in summæ puppis foro carmen quod orthium dicitur, voce sublatissima cantavit. V. *Alb. Lionis* adnotat. ad *h. l.*

ORTHŌCISSOS, i, f. 2. ὀρθόκισσος, genus hederæ erectæ, et chamæcisso oppositæ: ab ὀρθός *rectus* et κισσός *hedera*. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 30.

ORTHŌCŌLUS, a, um, adject. ὀρθόκωλος, recta, seu inflexibilia membra habens: ab ὀρθός *rectus* et κῶλον *membrum*. *Veget.* 3. *Veterin.* 54. Orthocola jumenta sunt, quæ contractionem nervorum patiuntur in pedibus, et de capitibus ungularum calcant, et sunt rigidis articulis, et plenas ungulas in terram ponere non possunt: quod vitium nascitur ex enormitate onerum, et labore confragosarum viarum.

ORTHŌCYLLUS. *V.* ORTHOGILLUS.

ORTHŌDOXUS, a, um, adject. *ortodosso*, ὀρθόδοξος, qui de Fide recte sentit: ab ὀρθός *rectus* et δόξα *sententia*. *Damasus* ad *Hieronym. ep.* 19. *init.* Commentaria a nostris, hoc est orthodoxis viris scripta. *Impp. Valent. et Marcion. Cod.* 1. 2. 12. Sacrosanctæ Ecclesiæ orthodoxæ religionis. *Impp. Leo et Anthem. ibid.* 14. Sacrosancta orthodoxa Ecclesia. *Hieronym.* 3. *in Rufin. n.* 8. Aut aliter orthodoxus esse non poteris, nisi me hæreticum comprobaveris?

ORTHŌGILLUS, a, um, adject. ab. ὀρθός *erectus* et γυῖον *membrum*: aliis vero videtur esse ab ὀρθόκυλλος contracta membra habens, ab ὀρθός *rectus* et κυλλός *curvus, claudus*, ideoque scribendum *orthocyllus*. *Pelagon. Veterin.* 16. *ad fin.* Orthogilli (*equi*) sunt quibus pedes priores spanditi fuerint introrsum, contra ventrem ungulis tortis. *Orthogilli* scribitur pro *orthogylli*.

ORTHŌGŌNĒUS *et*

ORTHŌGŌNĬUS *et*

ORTHŌGŌNUS, a, um, adject. *rettangolo*, ὀρθογώνιος, rectos habens angulos: ab ὀρθός *rectus* et γωνία *angulus*. *Vitruv.* 10. 11. *sub fin.* Pythagoricum trigonum orthogonium. *Auson. præf. ad Edyll.* 13. Ossicla æquilatera, isoscela, isopleura, orthogonia, scalena. *Auct. Gromat. p.* 301. ed. *Lachmann.* Si datum fuerit trigonum et orthogonium et dati fuerint omnes numeri ejus, etc. — Legitur etiam *ibid. p.* 106. *orthogonios*; *p.* 249. *orthogoneus*; et *p.* 404. *orthogonus*.

ORTHŌGRAMMUS, a, um, adject. ὀρθόγραμμος, qui ex rectis lineis constat. *Boeth.* 1. *Arithm. p.* 1208. Rectus angulus est orthogrammus, id est, rectis lineis comprehensus, Latine normalis appellatus.

ORTHŌGRĂPHĬA, æ, f. 1. ὀρθογραφία, ab ὀρθός *rectus* et γράφω *scribo*. ¶ 1. Apud *Vitruv.* 1. 2. Orthographia est erecti operis, adversique descriptio, cui opponitur descriptio vestigii, seu plantæ. ¶ 2. Apud Grammaticos est recta scriptura, scientia recte scribendi. *Sueton. Aug.* 88. Orthographiam, idest formulam rationemque scribendi a grammaticis institutam, non adeo custodiit. Adde *Quintil.* 1. 7. 11. Sic *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2456. *Putsch.* Nunc quoniam res admonuit, non absurdum videtur de orthographia paucis scribere. — De orthographia a Græcis servata, a Latinis neglecta, consule *Cassiod. Instit. div. litt. præf. sub fin.*

ORTHŌGRĂPHUS, a, um, adject. ὀρθόγραφος, recte scriptus, æquus: ab ὀρθός *rectus* et γράφω *scribo*. *Capell.* 1. *p.* 17. Clotho vero, Lachesis, Atroposque, quoniam sententias Jovis orthographæ studio veritatis excipiunt, utpote librariæ superum, archivique custodes. *Ita Grot., Munck.* et *Kopp.* ex MSS.; editiones male *orthographiæ*. — Hinc

Orthographus, i. m. 2. ὀρθογράφος, absolute, substantivorum more, est, qui rectam scribendi rationem docet. *Cassiod. Orthogr. p.* 2320. *Putsch.* Congregatis igitur, quæ apud supradictos or-

thographos necessario comperi fuisse conscripta, nunc finem libro faciam.

ORTHŌMASTĬUS, a, um, adject. ὀρθομάστιος. *Orthomastia poma*, genus malorum, quod refert erectam mammam: ab ὀρθός *rectus* et μαστός *mamma*. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 15. (51). Mammarum effigie orthomastia mala. *Ita* Harduin. *ex MSS. legit, probante* Sillig.; *veteres libri leg.* orthomastica.

ORTHŌPHALLĬCUS, a, um, adject. obscenus: ab ὀρθός *erectus* et φαλλός, τὸ αἰδοῖον. *Varro* apud *Non. p.* 101. 2. *Merc.* Orthophallica attulit psalteria. *Al. aliter leg.* Oehlerus, *M. Ter. Varr. Satyr. Menipp. reliqq. p.* 180., *mallet* orthiopsalticus, *h. e.* acutos sonos vel hilares et jucundos modos edens; sed *cum cl. Vahlen. scribendum est* orthopsalticus, ὀρθοψαλτικός, h. e. *erectum sonans*, collato *Johan. Chrysost.* in *Ps.* 49. v. *J. Vahleni in M. Ter. Varronis Sat. Menipp. reliquias Conject. p.* 9.-10.

ORTHŌPNŒA, æ, f. 1. *difficoltà di respiro*, ὀρθόπνοια, difficultas illa spirandi, qua nisi erecta cervice, trahi spiritus non potest: ab ὀρθός *rectus* et πνέω *spiro*. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 21. 92. (160). Abrotonum utile tussi, orthopnœæ, convulsis. *Id.* 32. *ibid.* 4. 14. (37). Testudinum sanguis anhelitus discutit, quasque orthopnœas vocant. Apud *Cels.* 4. 4. Græce scribitur. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 1. *init.* Anhelatio, sive suspirium-vocatur secundum aliquos spirationis difficultas, quam Græci δύσπνοιαν vocant, sive ὀρθόπνοιαν; siquidem sese prælocari sentiunt quum jacuerint ægrotantes, atque erecti facilius spirent. Item, ut alii dicunt, contrario vocabulo suæ virtuti nomen accepit. Nam quum spirationem evertat ac depravet, tamquam corrigat, orthopnœa nuncupatur, quam nos spirandi dicere correctionem poterimus.

ORTHŌPNŎĪCUS, a, um, adject. ὀρθοπνοϊκός, orthopnœa laborans. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 17. 73. (193). Anisum prodest orthopnoicis. *Id.* 24. *ibid.* 16. 92. (145). Arron dare tussientibus, suspiriosis, orthopnoicis. *Veget.* 5. *Veterin.* 45. *Schneid.* Orthopnoicum jumentum his agnoscitur signis: etiam si trahatur, ambulare detractat, anhelat graviter, frequenter suspirat etc. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 10.; et *Marcell. Empir. c.* 22. *p.* 118. ed. *Ald.*

ORTHOPSALTĬUS. *V.* ORTHOPHALLICUS.

ORTHŌPŸGĬUM. *V.* ORRHOPYGIUM.

ORTHOSTĂTA, æ, m. 1. ὀρθοστάτης, *pilastro*: ab ὀρθός *rectus* et ἵστημι *sto*: structura, erecta in modum columnæ ad aliquid fulciendum; Græco enim vocabulo ὀρθοστάτης appellata est, quæ Latino pila vocatur: *V.* hanc vocem suo loco. *Vitruv.* 2. 8. Medio cavo servato secundum orthostatas intrinsecus, ex saxo quadrato struat bipedales parietes. *et mox.* Neque orthostatas inter se religatos labi patietur. *Id.* 10. 19. *ad fin.* Machina in medio habens collocatum in orthostatis canalem.

ORTHŌTŌNĪCUS, a, um, adject. *Veget.* 5. *Veterin.* 46. 1. Orthotonicus est, qui totus est rigidus; opisthotonicus, cui in posterioribus partibus morbus insederit. Sic *Schneid.* edidit.

ORTHRĂGŌRISCUS, i, m. 2. ὀρθραγόριαχος, piscis marinus figura tereti, qui grunnire porcorum more dicitur, quum capitur. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 9. (19). *At* Sillig. *e vestigiis Codd. scripsit* orthagoriscus.

ORTĪVUS, a, um, adject. ad ortum pertinens. *Manil.* 3. 188. A sole ad lunam numerabis in ordine partes Signorum: ortivo totidem de cardine duces. *h. e.* de ortu, de horoscopo. *Apul.* 3. *Met.* Coruscat in modum ortivi solis ignis et mucro. *h. e.* orientis. Sic *Capell.* 6. *p.* 224. Sol ortivus in læva conspicitur. *Id. ibid. p.* 197. Ortivusque circulus æquinoctialis illis est. *et p.* 225. Rubrum mare sinu gemino disparatur: verum ortivus Persicus dicitur propter habitationem Persarum-; ex adverso alter Arabicus vocatur. *Id.* 4. *p.* 99. Possumus animalia dividere in ætates, quod alia sunt ortiva, alia juventutis, alia senilia.

ORTUS, a, um. *V.* ORIOR.

ORTUS, us, m. 4. (orior) exortus, origo, γένεσις (It. *il sorgere, l'originarsi, l'apparire*; Fr. *action de se lever, de se montrer*; Hisp. *el acto de levantarse, de salir, de mostrarse*; Germ. *das Sicherheben*; Angl. *a rising, springing up, birth, nativity, a beginning, origin*).

I.) Proprie. *a*) De stellis et sideribus. *Cic.* 1. *Divinat.* 56. 128. Solis et lunæ reliquorumque siderum ortus, obitus motusque cognoscere. *il nascere, il tramontare.* et 1. *Invent.* 34. 59. Signorum ortus et obitus definitum quemdam ordinem servant. *Id.* 2. *Divinat.* 44. 92. Ortus occasusque siderum. *Virg.* 6. *Æn.* 255. Ecce autem primi sub lumina solis et ortus etc. *Id.* 1. *G.* 432. Sin ortu in quarto (namque is certissimus auctor) Pura (*luna*) etc. *nel quarto giorno.* et 4. *ibid.* 544. ubi nona suos aurora ostenderit ortus. — Hinc *solis ortus* per metonymiam est oriens, *l'oriente. Cic.* 3. *Cat.* 8. 20. Si illud signum solis ortum conspiceret. *fosse rivolto a oriente.* et 2. *Nat. D.* 19. 49. Sol ab ortu ad occasum commeans. Sic *Liv.* 29. 14. Facem Setiæ ab ortu solis ad occidentem porrigi visam. — *b*) De ventis. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 9. 8. (57). Id plerique prave intelligunt a Favonii ortu faciendum.

II.) Translate — *a*) De hominibus et brutis animantibus occurrit et est nativitas, origo, *natività, nascimento, origine. Cic.* 2. *Divinat.* 43. 91. Quum ortus nascentium luna moderetur. *Id. ibid.* 45. 94. Ad puerorum ortus pertinet. *Id.* 2. *Fin.* 10. 31. A primo, ut opinor, animantium ortu petitur origo summi boni. *Id.* 2. *Legg.* 2. 5. Quum Cato ortu Tusculanus esset, civitate Romanus. *Ovid.* 5. *Met.* 494. Pisa mihi patria est, et ab Elide ducimus ortum. — *b*) De mundo et plantis. *Cic. Tim.* 2. Consideremus, semperne fuerit mundus, nullo generatus ortu. *et mox.* Quæ ortum habere gignique dicuntur. *Lucret.* 5. 211. Terraique solum subigentes cimus (*herbas et plantas*) ad ortus. — *c*) De abstractis. *Cic.* 1. *Legg.* 6. 20. Ipsius juris ortum a fonte repetamus. *et* 3. *ibid.* 8. 19. Tribunicia potestas, cujus primum ortum inter arma procreatum videmus. *Id. Amic.* 9. 32. Erit ejus (*amicitiæ*) ortus a natura, quam ab imbecillitate, et gravior et verior.

ORTŸGA, æ, f. 1. ὄρτυξ, coturnix. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 315. ed. *Ald.* Pili ne nascantur, corpus pueri vel puellæ, priusquam pilos emittant, ovis ortigarum (*scribe* ortygarum) linito: in perpetuum nitidum præstas, si sæpius in locis consuetis perfrices.

ORTŸGOMĒTRA, æ, f. 1. ὀρτυγομήτρα, *re delle quaglie*, rex coturnicum, major aliquanto ac nigrior: ab ὄρτυξ *coturnix*, et μήτηρ *mater*. Alii dicunt esse avem alterius generis. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 23. 33. (66). Aquilone ergo maxime volant, ortygometra duce. — *Tertull. advers. Psichom.* 16. de quacumque coturnice usurpat. Ita et *Hieronym.* 2. *advers. Jovinian.* 17. Adde *Vulgat. interpr. Sap.* 16. 2. et 19. 13. *et Ruric. Helpid. tristich.* 13. Hic avidos carnis missa ortygometra refecit. Cf. *Vulgat. interpr. Num.* 11. 31. et seqq.; et adde *Tertull. Jejun.* 16.

ORTYX, ygis, f. 3. ὄρτυξ, plantago, herba. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 17. 61. (101).

ŌRUM, pro aurum dicebant rustici, teste *Festo p.* 182. 15. *Müll.*

ŎRYX, ygis, m. 3. *orige*, ὄρυξ, bestia in Gætulia, bisulca et unicornis, alioqui capræ non dissimilis, pilo contra aliorum animalium naturam ad caput verso, quæ sub ortum Caniculæ, tamquam ejus sideris adventum præsentiens, fixis oculis eam plagam cæli intuetur, ubi primum signum hoc exoritur, eoque conspecto sternutat, et veluti venerabunda adorat. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 40. 40. (107)., 8. *ibid.* 53. 79. (214). et 11. *ibid.* 46. 106. (255). ob figuræ similitudinem, nunc cervis, nunc capris accenset. Adde *Colum.* 9. *R. R.* 1. 1. Nomen est ex eo, quia unicum illud cornu, quod gestat, refert instrumentum illud fossorium, quod Græcis ὄρυξ, ab ὀρύσσω *fodio*. *Gloss. Philox.* Ὄρυξ, sarculum, ligo, dolabra. *Juvenal.* 11. 140. Et Gætulus oryx, hebeti lautissima ferro, Cæditur etc. Ex hoc *Juvenalis* loco colligimus, fuisse orygem in lautioribus cibis habitum. *Martial.* 13. 95. Matutinarum non ultima præda ferarum Sævus oryx, constat qui mihi morte canum. *Vulgat. interpr. Deuter.* 14. 4. Hoc est animal quod comedere debetis, bovem et ovem, et capram, cervum et capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalum.

ŎRYZA, æ, f. 1. (quod scribitur et *oriza*) *riso*, ὄρυζα, ὄρυζον, genus frumenti ex India invecti, quod in aqua colitur, et in ptisanis maxime probatur. Simile est milii radice, caule, foliis, flore: crescitque ad duos treve pedes, habens in summo jubam, in qua grana aristis munita, durisque glumis involuta, quas in tritura non deponunt, ideo pila tunduntur, ut liberentur. Alia videtur esse, quæ describitur a *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 13. (71). folio carnoso, porro simili, sed latiore, altitudine cubitali, flore purpureo, radice gemmeæ rotunditatis. *Cels.* 2. 21. enumerat inter eos cibos, qui boni succi sunt. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 155. sume hoc ptisanarium oryzæ.

OS

OS, ōris, n. 3. In Genitivo plur. qui usurpaverit, inveni adhuc neminem. — Os est cavum in facie animalis, lingua et dentibus instructum, στόμα (It. *bocca*; Fr. *bouche*; Hisp. *boca*; Germ. *der Mund, das Maul*; Angl. *the mouth*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim de cavo in facie animalis, lingua et dentibus instructo, qua idem cibo sumendo et sonis edendis inservit. *Ennius* apud *Non. p.* 512. 6. *Merc.* et *Charis.* 2. p. 178. *Putsch.* Quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit. *Cato R. R.* 90. Ex ore in ejus os inflato aquam dato palumbo. *Cic.* 2. *Nat. D.* 54. 134. Quum tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potione, spiritu, ad hæc omnia percipienda os est aptissimum.-Dentibus autem in ore constructis manditur cibus. *et* 47. 122. Animalia cibum partim oris hiatu et dentibus ipsis capessunt, partim unguium tenacitate arripiunt etc. *Id. ibid.* 59. 149. Deinde in ore sita est lingua finita dentibus. Ea-sonos vocis distinctos et pressos-ad dentes et ad alias partes pellit oris. *Virg.* 6. *Æn.* 625. Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum, etc. *et* 12. *ibid.* 373. Ora equorum spumantia frenis. *et* 10. *ibid.* 566. *de Ægæone.* quinquaginta oribus ignem Pectoribusque arsisse. *Lucret.* 3. 122. forasque per os est editus aer. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 126. Os tenerum pueri balbumque poeta figurat. *Cic.* 1. *Divinat.* 15. 27. Cadit frustum ex ore pulli. *Id. Sull.* 26. 72. Excidit ex ore verbum. *Cels.* 3. 4. Eluere os. *Id.* 1. 2. Fovere os aqua. Sic *Virg.* 2. *G.* 135. Fovere olentia ora aliqua re. *Cic.* 1. *Divinat.* 36. 78. Ingerere alicui aliquid in os. *Id.* 2. *Orat.* 39. 162. Inserere aliquid in os. *Virg.* 3. *G.* 188. Dare ora capistris. *Ovid.* 5. *Met.* 643. Coercere ora frenis. *Id.* 3. *ibid.* 296. Opprimere os loquentis. — *Ore tenus*, usque ad os, *fino alla bocca. Tac.* 1. *Ann.* 70. Sternuntur fluctibus, hauriuntur gurgitibus jumenta, sarcinæ. Permiscentur manipuli, modo pectore, modo ore tenus exstantes. Et *Id.* 15. *ibid.* 45. Græcâ doctrinâ ore tenus exercitus, animum bonis artibus non induerat. Cf. *Quintil.* 12. 2. 17. Ille vir bonus, qui hæc non vocibus tantum sibi nota atque nominibus aurium tenus in usum linguæ percepit, sed qui virtutes ipsas mente complexus ita sentiat, nec in cogitando laborabit, sed, quod sciet, vere dicet. ¶ 2. Speciatim de ore, qua id est instrumentum ad loquendum. — *a*) *In ore esse* de eo dicitur, de quo vulgo sermo est. *Ter. Adelph.* 1. 2. 13. Hoc advenienti quot mihi, Micio, dixere! in ore est omni populo. *se ne parla comunemente: va per le bocche di tutti.* Sic *Cic.* 3. *Verr.* 46. 121. Istius nequitiam in ore vulgi, atque in communibus proverbiis esse versatam. *et* 4. *ibid.* 23. 56. Res percrebuit, in ore atque sermone omnium cœpit esse. *Ovid. Heroid.* 17. 34. Ne quando nomen non sit in ore meum. *Tac. Agric.* 41. Poscebatur ore vulgi dux Agricola. *pena comunemente chiesta. Cic.* 6. *Fam.* 18. *extr.* Habere aliquid in ore. *aver in*

bocca, frequenter loqui de re aliqua. Cf. *Ennius* apud *Charis.* 2. *p.* 214. *Putsch.* His erat in ore Bromius, his Bacchus pater. et *Cic.* 1. *Legg.* 2. 6. Aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem venias etc. Adde *eumd.* 2. *Fin.* 23. 76. — *b*) *Ire per ora virûm, vulgi, hominum*, et absolute *ire per ora*, vel *venire in ora*, fama celebrem esse, *andare per le bocche*. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 15. 34. volito vivu' per ora virum. *Catull.* 40. 5. Anne ut pervenias in ora vulgi? *Liv.* 2. 36. Ne in ora hominum pro ludibrio abiret. *Sil. It.* 3. 135. ire per ora Nomen in æternum paucis mens ignea donat. *Propert.* 3. 1. 24. Majus ab exsequiis nomen in ora venit. Sic *Lorat.* 1. *Ep.* 3. 9. Quid Titius Romana brevi venturus in ora? — *c*) *Uno ore*, uno omnium consensu, *di comun consenso, ad una voce*. *Ter. Phorm.* 4. 3. 19. Amici omnes modo uno ore auctores fuere, ut præcipitem hanc daret. *Virg.* 11. *Æn.* 132. uno omnes eadem ore fremebant. Rursus *Ter. Andr.* 1. 1. 69. Quum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia Bona dicere, et laudare fortunas meas. *Cic. Amic.* 23. 86. Una est enim amicitia in rebus humanis, de cujus utilitate omnes uno ore consentiunt. — *d*) Huc pertinent et illa *Virg.* 2. *Æn.* 246. Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora. *et* 3. *ibid.* 373. Atque hæc deinde canit divino ex ore sacerdos. *Ovid.* 3. *Met.* 146. Quum juvenis placido-Particípes operum compellat Hyantius ore. *Cic.* 1. *Tusc.* 17. 39. Errare malo cum Platone, quem tu quanti facias, scio, et quem ex tuo ore admiror, quam cum istis vera sentire. *Virg.* 4. *Æn.* 78. Iliacosque iterum demens audire labores Exposcit, pendetque iterum narrantis ab ore. *Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 1. *ad fin.* Hæc inter paucos, quos tu nosti, palam secreto narrantur; at Domitius, quum manus ad os apposuit.

II.) Translate occurrit *A*) De hominibus; et *B*) De rebus.

A) De hominibus, per synecdochen est vultus, facies, *viso, faccia, volto;* et dicitur etiam de brutis animantibus, *muso:* quo sensu per varios veluti gradus hæc vox procedens, varia significat. Itaque — 1.°) Est vultus, facies. — *a*) De hominibus. *Plaut. Epid.* 3. 3. 1. Non oris causa modo homines æquum fuit Sibi habere speculum, ubi os contemplarent suum. *Ter. Eun.* 2. 3. 25. Nova figura oris, color verus, corpus solidum et succi plenum. *Cic.* 1. *Off.* 29. 102. Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt. *Virg.* 6. *Æn.* 495. Deiphobum vidit lacerum crudelitate ora. *et* 8. *ibid.* 486. Componens manibusque manus, atque oribus ora. *et* 10. *ibid.* 821. ut vultum vidit morientis et ora, Ora modis Anchisiades pallentia miris. *Cic. Dejot.* 2. 5. In tuis oculis, in tuo ore vultuque acquiesco. *Liv.* 2. 5. *ad fin.* Quum inter omne tempus pater vultusque et os ejus spectaculo esset, eminente animo patrio inter publicæ pœnæ ministerium. *Id.* 21. 4. *sub init.* Hamilcarem juvenem redditum sibi veteres milites credere; eumdem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris lineamentaque intueri. — *b*) De brutis animalibus. *Virg.* 4. *G.* 92. hic melior (*rex apum*), insignis et ore. Et rutilis clarus squamis. Affertur et illud *Plin.* 10. *Hist. nat.* 56. 77. (156). Gallinarum generositas spectatur crista erecta-, pinnis nigris, ore rubicundo, digitis imparibus. — 2.°) Hinc sæpe ponitur pro præsentia, conspectu, *presenza, vista. Ter. Heaut.* 3. 3. 11. Concedas hinc aliquo ab ore eorum aliquantisper. *Id. Adelph.* 2. 4. 5. Laudare aliquem coram in os. *sul viso, in faccia.* et 5. 4. 10. Nulli lædere os, arridere omnibus. *h. e.* nullum præsentem lædere. *Virg.* 11. *Æn.* 887. ante oculos atque ora parentum. *et* 1. *ibid.* 98. O terque quaterque beati, Queis ante ora patrum, Trojæ sub mœnibus altis, Contigit oppetere! *Seneca* 7. *Benef.* 19.; et *Tac.* 3. *Hist.* 77. Jugulare filios in ore parentum. *Cic.* 4. *Verr.* 33. 81. Quæ in foro palam Syracusis, in ore atque in oculis provinciæ gesta sunt. *Id. Rosc. Am.* 6. 16. In foro, atque in ore omnium quotidie versari. Sic *Sall. fragm.* apud *Donatum* ad *Ter. Adelph.* 1. 2. 13. In ore gentibus ageus. *Id. Jug.* 31. Neque eos, qui ea fecere, pudet aut pœnitet, sed incedunt per ora vestra magnifici, sacerdotia et consulatus, pars triumphos suos ostentantes. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 65. nitidus qua quisque per ora Cederet, introrsum turpis. *Justin.* 16. 5. 5. Victor captivos senatores per ora civium trahit *et* 36. 1. 5. Traductus per ora civitatum. Cf. *Liv.* 2. 38.; *Tac.* 3. *Hist.* 77.; et *Seneca* 7. *Benef.* 19. — *Præbere os* est offerre se contumeliis, verberibus. *Liv.* 4. 35. *sub fin.* Præbere ad contumeliam os. *Ter. Adelph.* 2. 2. 6. Adolescenti morem gestum oportuit. SAN. Qui potui melius, qui hodie usque os præbui? — 3.°) De vultu habitum animi præferente, et præsertim audaciam, impudentiam, qua quis etiam in periculo, aut re turpi nihil vultum mutat aut pudore, aut metu. *Ter. Eun.* 4. 7. 35. CHR. Eam esse dico liberam. THR. hem! CHR. civem Atticam. THR. hui! CHR. meam sororem. THR. os durum! *Cic. Quinct.* 24. 77. Mihi videri ore durissimo esse, qui præsente Roscio gestum agere conarentur. *Ter. Eun.* 3. 5. 49. Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem. *Id. Phorm.* 5. 7. 24. Quo redibo ore ad eam, quam contempserim? *con quale fronte?* et *Heaut.* 4. 3. 22. Quo ore appellabo patrem? et 5. *Phorm.* 7. 53. Quo ore illum objurgabis? Sic *Liv.* 26. 31. Si ab infidis exsistat rex Hiero, fidissimus imperii Romani cultor, quo ore aut Syracusas, aut Romam ei ostendi posse? — Pro ipsa impudentia, *arditezza, sfacciataggine. Cic.* 1. *Orat.* 38. 175. Quod tandem os est illius patroni, qui ad eas causas sine ulla scientia juris audet accedere? *Id.* 4. *Verr.* 20. 48. Nostis os hominis, nostis audaciam: tamen tum rumore populi et clamore perturbatus est. *Martial.* 9. 95. Os hominis mulsum me rogat Hippocrates. *Seneca Const. sap.* 17. *a med.* Duritia oris. *Ovid. Heroid.* 17. 101. Non tu plus cernis, sed plus temerarius audes: Nec tibi plus cordis, sed magis oris inest. — Contra *os molle* est frons tenera, facile erubescens, verecunda. *Seneca Ep.* 11. Nihil erat mollius ore Pompeji: numquam non coram pluribus erubuit. *Probum os* eod. sensu *V.* in PROBUS. — *Os alicui sublinere. V.* SUBLINO. — *Os concurrit. V.* CONCURRO. — 4.°) Aliquando ponitur pro toto capite. *Cic.* 6. *Verr.* 56. 124. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum (al. *cinctum*) anguibus. *Tac.* 1. *Ann.* 61. Truncis arborum antefixa ora. *Catull.* 61. 138. Nunc tuum cinerarius Tondet os. *Stat.* 3. *Theb.* 131. pars molliter aptant Brachia trunca loco, et cervicibus ora reponunt.

B) De rebus. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. I. 1., sumitur pro foramine, aditu, ostio, *apertura, imboccatura, bocca. Virg.* 2. *Æn.* 482. excisa trabe firma cavavit Robora, et ingentem lato dedit ore fenestram. *Tac.* 4. *Ann.* 59. Os specus. *Quintil.* 1. 2. 28. Vascula oris angusti. *Pallad.* 3. *H. R.* 25. *ante med.* Oribus vasculorum gypso clausis. *Juvenal.* 14. 138. pleno quum turget sacculus ore. *Virg.* 3. *G.* 454. ferro rescindere summum Ulceris os. *Seneca Herc. Fur.* 664. Hic ora solvit Ditis invisi domus, Hiatque rupes alta. *Cic.* 6. *Verr.* 58. 129. In Ponti ore et angustiis. *et* 7. *ibid.* 12. 30. In ipso aditu atque ore portus. — *Os fluminis* est ubi flumen in mare exit, *imboccatura, bocca. Liv.* 1. 33. *sub fin.* In ore Tiberis Ostia urbs condita. *Cels.* 2. 7. *et* 6. 18. *n.* 9. Ora venarum, *morroidi, morici.* — Interdum est ipsa origo et caput, unde flumen exit, *sorgente, sorgiva, scaturigine. Virg.* 1. *Æn.* 249. fontem superare Timavi, Unde per ora novem vasto cum murmure montis It mare proruptum. *Claudian. VI. cons. Honor.* 197. inque novem consurgens ora Timavus. Hinc *Mela* 2. 4. Interfluit Timavus novem capitibus exsurgens, uno ostio emissus. *V.* TIMAVUS in ONOM. — *Ora*, oræ, ripæ, agger. *Colum.* 8. *R. R.* 15. 3. Ora lacus ne corrumpantur, opere signino consternuntur: eaque non in gradus oportet erigi, sed paullatim clivo subsidere, ut tamquam e litore descendatur in aquam. ¶ 2. *Os leonis*, flos cujusdam herbæ leoninum os apertum referens. *Colum.* 10. *R. R.* 98. Narcissique comas, et hiantis sæva leonis Ora feri. ¶ 3. Per metonymiam a superiori paragr. I. 2. ductam est lingua, sermo, *linguaggio, parlare. Virg.* 2. *Æn.* 422. clipeos mentitaque tela Agnoscunt, atque ora sono discordia signant. ¶ 4. Per synecdochen, ratione habita superioris paragraphi II. *A.* 1.°, aliquando ponitur de navium rostris. *Horat. Epod.* 4. 17. Quid attinet tot ora navium gravi Rostrata duci pondere? Sic *frontem Tacitus* proram dixit in *Germ.* 44.

OS, ossis, n. 3. Rectus casus corripitur: unde *exos* ultima brevi. *Lucret.* 3. 722. Exos et exsanguis tumidos perfluctuat artus. At in *os, oris*, producitur, quod et *Augustin.* docuit *Grammat. p.* 1980. *Putsch.* et 3. *Doctr. Christ.* 3. — Etiam *ossum, i*, declinatum est. *Varro* apud *Charis.* 1. *p.* 112. *Putsch.* Olivo et osso putat fieri. *Cn. Gellius ibid.* et apud *Priscian.* 7. *p.* 750. Calvariæ ejus ipsum ossum expurgaverunt inauraveruntque. *Pacuvius* apud *Priscian. ibid.* Ossum inhumatum. *Accius ibid.* Fraxinu' fissa ferox infensa infunditur ossis. *Tertull. carm.* 2. *advers. Marcion.* 196. De Christi nova carne caro, deque ossibus ossum. Adde *Augustin.* in *Psalm.* 138. ad illum versum: *Non est absconditum os meum a te.* Hinc *Probus p.* 1460. *Putsch.* falso affirmat, eos errare, qui hoc ossum dicunt. — Etiam *ossu, us*, n. 4. agnoscitur a *Charis.* 1. *p.* 12. et 112. *Putsch.* — Etiam *hoc osse* in recto pro *os*, aut *ossum* agnoscit *id. Charis. loc. cit. p.* 40., sed hæc carent exemplis. — *Ossuum* pro *ossium* habet *Prudent.* 5. περὶ στεφ. 111. ossuum compago. — In plur. *ossua* pro *ossa*, ab *ossu, us*, sæpe usurpatur in *Inscript.* apud *Gruter.* 575. 3., quæ est apud *Orell.* 2906. OSSVA POSITA SVNT VI. ID. NOVEMB. CRISPINO ET AELIANO CAES. Adde aliam 799. 8. et 875. 3. et apud *Don. cl.* 2. *n.* 181.; et alias apud *Orell.* 4361., 4806. etc. Hinc sæpius *ossuarium*, quam *ossarium*. — Ceterum *os, ossis*, est solidamentum corporis, quod nervis natura alligavit: a voce Græca ὀστοῦν (It. osso, Fr. os; Hisp. *hueso*; Germ. *der Knochen, das Bein*; Angl. *a bone*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cato* apud *Priscian.* 6. *p.* 710. *Putsch.* Si quis membrum rupit, aut os fregit, talione cognatus proximus ulciscitur. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 28. Qui ossa atque pellis totus est, ita cura macet. Sic *Virg.* 3. *Ecl.* 102. *de macie confectis.* vix ossibus hærent. *Cels.* 8. 2. Omne autem os, ubi injuria accessit, aut vitiatur, aut finditur, aut frangitur, aut foratur, aut colliditur, aut de loco movetur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 55. 139. Quid dicam de ossibus, quæ subjecta corpori mirabiles commissuras habent, et ad stabilitatem aptas, et ad artus finiendos accommodatas, et ad motum et ad omnem corporis actionem? *Lucret.* 1. 835. Ossa, videlicet, e pauxillis atque minutis Ossibus (*consistere posse*). *Virg.* 3. *G.* 484. omniaque in se Ossa minutatim morbo collapsa trahebat. *Id.* 6. *Æn.* 54. gelidus Teucris per dura cucurrit Ossa tremor. *Ovid.* 5. *Met.* 291. Seque jacit vecors e summæ culmine turris: Et cadit in vultus, discussique ossibus oris Terram dedit humum moriens. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 18. 18. (78). Concretis quosdam ossibus ac sine medullis vivere accepimus. *Apul.* 9. *Met.* Multi senes - costas perpetua castigatione ossium tenus renudati. *Marcell. Empir. c.* 19. *p.* 113. ed. *Mid.* Gladiolum herbam palustrem arundine aut osse acuto radicitus avelles, observans prorsus ne ferro eam contingas. — *b*) Speciatim *canis* et *ossa* junguntur, quum sermo est de cadaveribus veterum more combustis. *Cic.* 7. *Verr.* 49. 128. Ex tua calamitate cineri atque ossibus filii sui solatium vult aliquod reportare. *et* 3. *ibid.* 44. 113. Cur hunc dolorem cineri ejus atque ossibus inussisti? — *Ossa legere*, combusto cadavere in rogo, quæ post ignem inconsumpta remansissent, maxime propinquorum munus fuit. *Seneca* 2. *Ira* 33. *sub fin.* Dignus fuit, cui permitteret a convivio ad ossa filii legenda discedere. In *Gloss. Philox.* dicitur *ossilegium*, Græce ὀστολογιον, cujus ritum ac cæremonias *Tibull.* persequitur 3. 2., quem locum illustrat *Kirchman.*

de funerib. l. 3. *c.* 6. *Servius* ad *Virg.* 11. *Æn.* 210. dicit, id factum tertio die post crematum cadaver. V. *Ulp. Dig.* 48. 24. 1. *ad fin.* — *Ossa avium* in urnis cinerariis sæpe inveniuntur. V. *Bullettin. dell' Instit. archeol. a.* 1834. *p.* 234. — Similiter *condere ossa terræ* apud *Virg.* 5. *Æn.* 46 Annuus exactis completur mensibus orbis, Ex quo reliquias divinique ossa parentis Condidimus terra, mœstasque sacravimus aras. et *Ovid.* 2. *Met.* 336. Exanimesque artus primo, mox ossa requirens, Reperit ossa tamen peregrinâ condita ripa. — *c) Ossa legi* dicuntur iis quoque, quibus aut casu, aut ictu fracta, aut collisa sunt, et medici ope extrahuntur. *Seneca* 5. *Benef.* 24. *sub fin.* Postea ad Mundam in acie oculus mihi effossus est, et in capite lecta ossa. *Id. Prov.* 3. Remedii causa quibusdam et radi ossa et legi, et quædam amputari membra. *Id. Consol. ad Marc.* 22. Adde lacerationes medicorum ossa vivis legentium, et totas in viscera manus demittentium. — *d) In ossibus*, in medullis, in visceribus, in corde. *Virg. G.* 3. 258. Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem Durus amor? *Id.* 5. *Æn.* 172. Tum vero exarsit juveni dolor ossibus ingens. — *e)* Olim ossibus exacutis in libro et cera scribebant, antequam ferrei stili excogitarentur. Testis *Varro* apud *Charis.* 1. *p.* 112. *Putsch.* Hinc *Titin. ibid.* Velim ego osse arare campum cereum.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorice. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 27. 43. (252). Arborum ossa terebrare. *h. e.* intimum lignum ac medullæ circumpositum. *Sueton. Claud.* 8. Olearum ac palmularum ossibus incessebatur. *h. e.* nucleis. Sic *Pallad.* 12. *R. R.* 7. *init.* Persici ossa in pastinatis areis sunt ponenda. et 3. *ibid.* 25. *ad fin.* Ossa duracinorum et ossa prunorum. *et* 11. *ibid.* 12. *ad fin.* Cerasa ut sine osse nascantur, ita fieri Martialis hoc dicit. ¶ 2. Ossa orationis sunt subtilitas, argumenta, nervi et vires. *Cic. Brut.* 17. 68. Attico genere dicendi se gaudere dicunt. Sapienter id quidem atque utinam imitarentur, nec ossa solum, sed etiam sanguinem! Cf. *Quintil. præfat.* 24. Nudæ illæ artes - omnem succum ingenii bibunt et ossa detegunt: quæ, ut esse et astringi nervis suis debent, sic corpore operienda sunt.

OSCĔ, adverb. Oscorum lingua. *Titinius* apud *Festum* in *Oscum* (ut ait *Forcellinus*; ipse in *Mülleri* editione locum non inveni). Qui Osce et Volsce fabulantur: nam Latine nesciunt. *Varro* 5. *L. L.* 131. *Müll.* Osce dicere aliquid. *Gellius* 17. 17. Ennius tria corda habere se dicebat, quod loqui Grece et Osce et Latine sciret.

OSCĔDO, dĭnis, f. 3. (oscito). ¶ 1. Est vitium, quo quis sæpius oscitat, *sbadigliamento, oscitanza, χάσμη. Gell.* 4. 20. Tenerique eo vitio, quod oscedo appellatur. ¶ 2. Est etiam oris ulcus. *Seren. Sammon.* 14. 231. Hinc oscedo fugit, linguæ quoque vulnera cedunt. *Isid.* 4. *Orig.* 8. Oscedo est, in qua infantum ora exulcerantur, dicta ex languore oscitantium. *Apul. Herb.* 29. Herba britannica sumpta viridis oscedinem tollit. *Marcell. Empir. c.* 11. *p.* 101. *retro* ed. *Ald.* Oscedinem herba britannica viridis, sumpta in cibo, lactucæ modo, sanat. *Marcell.* in hoc *capite* agit de vitiis oris et faucium, et ulceribus quæ in ore fiunt.

OSCEN, ĭnis, m. 3. In recto singulari *hic oscinis* dixisse *Ciceronem* testis est *Plin.* apud *Charis.* 1. *p.* 112. *Putsch.* — *Oscen* ab auguribus dicitur avis, quæ ore canens facit auspicium, ut corvus, cornix, noctua: quasi *ore canens. Varro* 6. *L. L.* 76. *Müll.* et *Appius Claud.* apud *Festum p.* 197. 8. *Müll.* Hinc *Servius* ad *Virg.* 5. *Æn.* 361. Aves aut oscines sunt, aut præpetes: oscines, quæ ore futura prædicunt; præpetes, quæ volatu augurium significant. Adde *Plin.* 10. *Hist. nat.* 19. 22. (43)., ubi innuit, alites et oscines dici eas tantum, quæ digitos in pedibus habent. *Cic.* 6. *Fam.* 6. 7. Non igitur ex alitis involatu, nec e cantu sinistro oscinis, ut in nostra disciplina est, - tibi auguror. *Id.* 1. *Divinat.* 53. 120. Eademque efficit in avibus divina mens, ut tum huc, tum illuc volent alites: - tum a dextra, tum a sinistra parte canant oscines. *Horat.* 3. *Od.* 27. 11. Oscinem corvum prece suscitabo. *Auson. Edyll.* 11. 15. Tres quorum (*corvorum*) ætates superat Phœbeius oscen. *h. e.* corvus a Phœbo in nigrum ex albo mutatus, ut est apud *Ovid.* 2. *Met.* 632. *V.* ALES. Hinc *corvus* a *Stat.* 3 *Theb.* 506. *comes obscurus tripodum* dicitur. *Apul. de Deo Socrat.* Vel oscinibus erudiendis, vel vatibus inspirandis.

OSCILLA, festa in honorem Bacchi, in quibus homines se per funes jactabant. Alii putant fuisse Erigones. *Paul.* ex *Festo.* V. OSCILLUM. Hucusque *Forcellinus.* Ipse *Pauli Diac. locum cit.* in editione *Mülleri* non inveni.

OSCILLANS, antis, particip. ab *oscillo*, oscillatione se jactans. *Festus p.* 194. 13. *Müll.* Oscillantes, ait Cornificius, ab eo, quod os celare sint soliti personis propter verecundiam, qui eo genere lusus utebantur.

OSCILLĀTĬO, ōnis, f. 3. *altalena, αἰώρα*, jactatio per funem. *Petron. Satyr.* 140. Oscillatione ludere. *Hygin. fab.* 130. Dies festus oscillationis. *Festus p.* 194. 17. *Müll.* Itaque solitos iis diebus feriatos liberos servosque requirere eum (*Latinum regem*) non solum in terris, sed etiam qua videretur cælum posse adiri per oscillationem. *V.* OSCILLUM sub *B.*

OSCILLO, as, are, n. 1. *V.* OSCILLANS et OCCILLO. *Festus p.* 194. 8. *Müll.* Oscillum Santra dici ait, quod oscillent (sic *Codices*; *at* Müllerus *legendum ait* os cillant), id est inclinent præcipitesque efferantur. — *Oscillor* pass. vel dep. legitur in *Mythogr. prim.* (edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3.) *p.* 7. Unde oscilla dicta sunt ab eo, quod in his (*arboribus*) oscillarentur, id est moverentur, ora.

OSCILLOR. āris, etc. *V.* voc. præced.

OSCILLUM, i, n. 2. duo diversa (*V.* sub *B* in fin.) significat, scilicet

A) Oscillum, utpote deminutivum ab *ore*, est ¶ 1. Parvum os, *bocchino, στομάτιον. Colum.* 2. *R. R.* 10. 3. Si humor invasit, vermes gignit; qui simul atque oscilla lupinorum adederunt, reliqua pars enasci non potest. Quod *Colum.* os vocat lupinorum, id *Plin.* 18. *Hist. nat.* 14. 36. (136). vocat umbilicum. ¶ 2. Oscilla etiam parvæ imagunculæ, seu parvæ statuæ erant, quæ arte fictili fingebantur, et venales proponebantur, quibus homines pro se atque suis Diti patri et Saturno piacula faciebant. *Macrob.* 1. *Saturn.* 7. *a med.* et *ibid.* 11. *sub fin.* — Etiam *Servius* ad *Virg. loc.* infra *cit.* sub *B* oscilla intelligit imagunculas in oris humani effigiem, quas pro se suspendebant in extentis funibus, quia sæpe acciderat, ut homines in iis se jactando, graviter conciderent. Adde *Lactant.* ad *Stat.* 11. *Theb.* 644.

B) Oscillum ab *os* et *cillo*, h. e. moveo (*V.* infra ad fin.), est ludi genus, in quo fune altrinsecus de tigno, arboreve religato, in aere quis libratus subvectatur, *bindolo.* Hoc ludi genus fiebat tamquam sacrificium iis, qui suspendio mortui essent. Nam oscillatione, sive jactatione per funem optime exprimitur mors suspendiosorum: quibus quum justa fieri jus non sit, suspensis oscillis, veluti per imitationem mortis parentatur, ut ait *Varro* apud *Serv.* ad *Virg.* 12. *Æn.* 603. Hinc oscillationem Athenienses instituerunt in Erigones gratiam, quæ se suspenderat. *Servius* ad *Virg.* 2. *G.* 389.; et *Hygin. fab.* 130. et 2. *Astron.* 4. — *Festus p.* 194. 13. *Müll.* aliam affert causam, scilicet quod rex Latinus in prælio contra Mezentium Cæritum regem nusquam apparuerit, judicatusque sit Juppiter Latiaris factus. Itaque per sex dies, feriatos liberos servosque requirere eum, non solum in terris, sed etiam, quia videretur cælum posse adiri, per oscillationem. Addit, id etiam fieri solitum in memoriam et imaginem vitæ humanæ, in qua altissima interdum in infima dejiciuntur, infima in altum efferuntur. *Servius loc. cit.* refert etiam illorum sententiam, qui dicunt, oscilla membra esse virilia de floribus facta, quæ suspendebantur per intercolumnia, ita ut in ea homines acceptis clausis personis impingerent, et ea ore cillerent, idest moverent, ad risum populo commovendum. *Virg. ibid.* Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis, Et te, Bacche, vocant per carmina læta, tibique Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. — Ex his omnibus fit, *oscillum* primo esse parvum os, ut diximus: deinde parvam imaginem oris, seu figuræ humanæ similitudinem, ut a *tantum tantillum*, ab *os osculum, oscillum*: tertio ipsum sacrum, seu festum, in quo hujusmodi oscilla adhibebantur. Alii derivant ab *os, oris*, addita positione deminutivi: alii ab *os*, et *cillo*, h. e. moveo, quod in illa jactatione in funibus ora et capita sursum deorsum moverent (ut habet *Hygin. fab.* 19. ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 6.): alii denique, ut *Cornific.* apud *Fest.* ab *os* et *celo, as*, quod personis ora tegerent.

OSCĪNIS, is, comm. gen. *et*

OSCĪNES. *V.* OSCEN.

OSCINUM tripudium, inquit *Festus p.* 197. 3. *Müll.* est, quod oris cantu significat quid portendi, quum cecinit corvus, cornix, noctua, parra, picus. Oscinum augurium, inquit *Paul. Diac. p.* 196. 1. *Müll.*, a cantu avium. His locis *oscinum* potest videri adjectivum. Sed *Gloss. Lat. Gr.* Oscinum, *οἰωνοπολία.*

OSCĪTĂBUNDUS, a, um, adject. *oscitante, sbadigliante*, sæpe oscitans. *Sidon.* 2. *Ep.* 2. Discipulis exponere oscitabundus ordiris: *Samia mihi mater fuit.* Legitur etiam apud *Gell.* 4. 20. *in leminate.*

OSCĪTANS, antis, particip. *V.* OSCITO.

OSCĪTANTER, adverb. *sbadigliando, negligentemente*, oscitando, negligenter, *ὑπτίως. Cic. Brut.* 80. 277. Quod ille tam solute egisset, tam leniter, tam oscitanter.

OSCĪTĀTĬO, ōnis, f. 3, actus oscitandi.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est oris apertio, *aprimento di bocca. Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 54. (107). Conchas pandentes sese quadam oscitatione, impleri roscido conceptu tradunt. ¶ 2. Speciatim est actus aperiendi os præ somnolentia aut tædio, *sbadigliamento, χάσμη. Plin.* 7. *Hist. nat.* 6. 5. (42). Oscitatio in enixu letalis est. *Gell.* 4. 2. Quum ille dejerasset, invitissimum sese ac repugnantem oscitatione victum. *Martial.* 2. 6. Longas oscitationes trahere. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 2. *med.* In ægrotante oscitatio jugis, extensio crurum.

II.) Translate. *Stat.* 4. *Silv.* 9. 20. Sed Bruti senis oscitationes De capsa miseri libellionis. *h. e.* libelli negligenter scripti. *Quintil.* 11. 3. 3. Non ipse (*judex*) nostra oscitatione solvatur.

OSCĪTĀTUS, us, m. 4. oscitandi actus, oscitatio. *Placid. Gloss.* (ed. *A. Maio* in *Class. auct. T.* 3. *p.* 497.). Rictus vocatur omnis apertio oris vel patefactio, oscitatus, tam feræ quam hominis. Dicitur et rictus os ipsum simpliciter.

OSCĪTO, as, āvi, are, n. *et*

OSCĪTOR, āris, ari, dep. 1. De duplici forma *Priscian.* 8. *p.* 799. *Putsch.* Sunt quæ tam activa, quam passiva voce unum atque idem significant, ut - oscito et oscitor. — Part. *Oscitans* I. 1. et in fin. — Oscitare et oscitari (ab *os* et *cito* moveo) est os late aperire, *aprire largamente la bocca.*

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Ennius* apud *Servium* ad *Virg.* 10. *Æn.* 396. Oscitat in campis caput a cervice revulsum. *boccheggia. Colum.* 10. *R. R.* 260. Oscitat et leo. *h. e.* pandit se flos ille, qui appellatur os leonis. *V.* OS, oris II. *B.* 3. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 24. 36. (88). Omnium (*arborum*) folia quotidie ad solem oscitant. *h. e.* superne convertuntur. — *Catull.* 25. 5. Quum de via mulier alites ostendit oscitantes. *h. e.* hiulco ore clangentes. ¶ 2. Speciatim est os late aperire præ somnolentia, aut tædio, *sbadigliare, χασμάομαι. Plaut. Men.* 5. 2. 80. Ut pandiculans oscitatur. *Turpilius* apud *Non. p.* 322. 19. *Merc.* Timere occœpit et interdum oscitarier, *παραγωγή. Lucret.* 3. 1065. Oscitat extemplo, tetigit quum limina villæ, Aut abit in somnum gravis atque oblivia quærit. *Seneca* 2. *Tranquill. anim.* 6. Qui marcent et oscitantur. *Gell.* 4. 20. In jure stans, clare nimis ac sonore oscitavit. — Et cum Accusativo. *Augustin. Ver. Relig.* 3. Quid adhuc oscitamus crapulam hesternam?

II.) Translate. *Cic.* 4. *Herenn.* 36. 48. Maximas calamitates accepistis: quum majores im-

pendere videantur, sedetis et oscitamini. *h. e.* negligitis. — Hinc Part. præs., cujus exemplum sub. I. 1. attulimus,

Oscitans, antis, est qui oscitat, χασμῶν, *sbadigliante, sonnacchioso, attediato*; et translate negligens, segnis, tædio affectus. *Ter. Andr.* 1. 2. 10. Interea (*al.* inter) oscitantes opprimi. *h. e.* securi, nihil providentes. *Cic. Mil.* 21. 56. Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis. *Id. fragm.* apud *Quintil.* 8. 3. 66. Quosdam ex vino vacillantes, quosdam hesterna potatione oscitantes. *Id. Brut.* 54. 200. Videt oscitantem judicem, loquentem cum altero. *Id. 1. Nat. D.* 26. 72. Quæ Epicurus oscitans alucinatus est. *Id.* 2. *Orat.* 33. 144. Tibi mecum in eodem est pistrino, Crasse, vivendum: et istam oscitantem et dormitantem sapientiam Scævolarum et ceterorum beatorum otio concedamus. *Val. Max.* 9. 1. 4. Sermo transmarinorum stipendiorum abundantia oscitans.

OSCŬLĀBUNDUS, a, um, adject. osculans. *Sueton. Vitell.* 2. *ad fin.* Detractum socculum dextrum (*Messalinæ*), inter togam tunicasque gestavit assidue, nonnumquam osculabundus. — Et cum Accus. *Apul.* 11. *Met. ante med.* Volut manum sacerdotis osculabundus. Sic *Id. de Mag. sub fin.* Flens et manus nostras osculabundus.

OSCŬLĀTĬO, ōnis, f. 3. *baciamento*, φίλημα, actus osculandi. ¶ 1. Generatim. *Cic. Cæl.* 20. 49. Sed etiam complexu, osculatione, aquis, navigatione, conviviis procax videatur. *Catull.* 48. 5. Non si densior aridis aristis Sit nostræ seges osculationis. ¶ 2. Speciatim, in re medica *osculatio venarum* est earumdem aperitio, quam Græci ἀναστόμωσιν vocant, ut *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 10. affirmat. *Id. ibid.* 13. Si osculatio venarum, ex redundantia materiæ veniens, fluorem faciat, convenit uti detractione. Adde *Theod. Priscian.* 4. *p.* 316 *bis* ed. *Ald.*

OSCŬLĀTUS, a, um. *V.* vocem seq.

OSCŬLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. olim dictum fuit pro *osculor*, et est osculum dare, suaviari, *baciare. Titinius* apud *Non. p.* 476. 32. *Merc.* Laudor, quod osculavi privignæ caput. — Hinc Part. *Osculatus* passive, *baciato. Apul.* 2. *Met.* Osculato tuo capite, quam invita discederet, vultu prodidit. Sic *Hieronym. Ep.* 3. *Vit. Paul. erem.* Osculatis ejus oculis manibusque. *Cledonius p.* 1872. *Putsch.* Osculor tunc activum significat, quando accusativum casum regit, ut osculor illum; tunc passivum, quando ablativum, ut osculor ab illo. - Dicimus enim osculor te et osculor a te.

OSCŬLOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Aliam formam *osculo* V. in voc. præced. — *Ausculor* dixisse veteres, testis est *Paul. Diac. p.* 28. 9. *Müll.* Auscultari dicebant antiqui pro osculari, quod est os cum ore conferre. et *Placid. Gloss.* (in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 435. ed. *A. Maio*), Ausculatus osculatus. *V.* et voc. seq. init. Hanc porro scribendi rationem optimi, qui exstant, *Plauti* Codices confirmant. — Part. *Osculans*, *Osculatus* et *Osculandus* I. — Osculari est osculum dare, suaviari, φιλέω (It. *baciare*; Fr. *baiser*; Hisp. *besar*; Germ. *küssen*; Angl. *to kiss, buss*).

I.) Proprie. — *a*) Absolute. *Plaut. Asin.* 1. 3. 69. Bene salutando consuescunt, compellando blanditer, Osculando. *Id. Mil. glor.* 2. 2. 19. Nescio quis inspectavit Philocomasium atque hospitem osculantes. *et. ibid. v.* 88. Eam vidisse cum alieno osculari. *paragoge.* et *ibid.* 5. 1. 39. Nam postquam exierunt porta, nihil cessarunt illico Osculari atque amplexari inter se. *Ter. Heaut.* 5. 1. 27. Mitto jam osculari atque amplexari. — *b*) Cum Accusativo, sed tamen alii verbo junctum. *Plaut. Epid.* 4. 2. 12. quid tu, quæ patrem Tuum vocas me atque osculare? *Cic.* 6. *de republ.* 14. Ille me complexus et osculans flere prohibebat. *Id.* 16. *Att.* 5. Eum complexus osculatusque dimisit. *Id.* 6. *Fam.* 43. Id simulacrum non solum venerari, verum etiam osculari solent. *Id. Mur.* 41. 88. Quæ (*mater*) misera modo consulem osculata filium suum, nunc etc. *Nepos Att.* 22. Quum quidem Agrippa eum flens atque osculans oraret etc. *Justin.* 12. 15. 2. Alexander dextram suam osculandam flentibus porrexit. *Trebell. Gallien.* 16. Matronis manum sibi osculantibus quaternos aureos sui nominis dedit. *Seneca* 2. *Benef.* 12. C. Cæsar (*Caligula*) agenti gratias porrexit osculandum sinistrum pedem.

II.) Figurate. ¶ 1. Est blandimentis fenire, permulcere. *Cic.* 1. *Fam.* 9. Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me præsente osculabantur, etc. *Io accarezzavano.* Sic *Id. Mur.* 10. 23. Mihi videris istam scientiam juris tamquam filiolam osculari tuam. ¶ 2. In re medica dicitur de venis, quæ aperiuntur. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 10. *med.* Osculari enim inquit corpora nimia plenitudine, sive virtute medicaminum osculantium, quæ Græci anastomotica vocant; et magis inquit venarum ultimos fines; exprimi etiam sanguinem, sive excludi per venarum latera. *V.* OSCULATIO 2.

OSCŬLUM, i, n. 2. *deminut. ab* os, oris. Antiqui, ut ipsi *Plauti* Codices fidem faciunt, *ausculum* scribebant, quemadmodum docet *Priscian.* 1. *p.* 562. *Putsch. Au* transit in o productam more antiquo, ut *lotus* pro *lautus*: sicut etiam contra pro o *au*, ut *austrum* pro *ostrum*, *ausculum* pro *osculum*, frequentissimeque hoc faciebant antiqui. *V.* et OSCULOR init. — Ceterum.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim *osculum* est parvum os, *bocchina, boccuccia*, στομάτιον. *Petron. Satyr.* 126. Osculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit. *Ovid.* 1. *Met.* 499. videt igne micantes, Sideribus similes, oculos: videt oscula, quæ etc. *Martial.* 11. 91. Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi: Nec data sunt nigris tota labella rogis. *Sueton. Aug.* 94. *a med.* Osculum pueri delibatum digitis ad os suum detulisset. *h. e.* quod ait *Apul.* 6. *Met.* Juppiter prehensa Cupidinis buccula, manuque ad os suum relata, consaviat. et ipse *Sueton. Galb.* 4. Augustus apprehensa pueri buccula dixit etc. Adde *Phædr.* 4. 23.; et *Virg.* 12. *Æn.* 434. ¶ 2. Speciatim, vel metonymice pro suavio, sive basio accipitur, *bacio*, φίλημα. Nam basiando os coarctamus atque minuimus, et quasi ex ore osculum facimus. Osculum, basium, et suavium quomodo differant, *V.* in BASIUM. *Plaut. Epid.* 4. 2. 4. PH. Quis istæc est, quam tu osculum mihi ferre jubes? PE. tua filia. PH. Hæccine? PE. hæc. PH. egone osculum huic dem? *Cic.* 12. *Att.* 1. Utinam continuo ad complexum meæ Tulliæ, ad osculum Aticæ possim currere. *Id. fragm.* apud *Non. p.* 306. 5. *Merc.* Osculum alicui ferre. *Sueton. Domit.* 12. offerre. *Plaut. Truc.* 1. 2. 8. oggerere. *Sueton. Gramm.* 23. *extr.* ingerere. *Petron. Satyr.* 115. alicui dare. *et* 138.; et *Ovid. Heroid.* 13. 120. capere. *Virg.* 1. *Æn.* 691 et 2. *ibid.* 490. figere. *et* 1. *ibid.* 260. libare. *Ovid. Heroid.* 11. 117. carpere. *et ibid.* 13. 141. sumere. *Tac.* 1. *Hist.* 36. jacere. *Phædr.* 5. 7.; et *Juvenal.* 4. 118. jactare. *V.* JACIO. *Catull.* 68. 127. decerpere. *Val. Flacc.* 1. 264. rapere. *et* 4. 701. pallentia jungere. *Ovid. Heroid.* 2. 94. Oscula per longas jungere pressa moras. *Id.* 3. *Amor.* 7. 55. Oscula blanda. *et* 2. *ibid.* 5. 23. improba. *Id.* 3. *Met.* 451. liquidis porrigere lymphis. *et* 10. *ibid.* 344. admovere. *Sueton. Ner.* 37. Osculo impertire aliquem. *Tac.* 15. *Ann.* 71. Genua alicujus advolvi, et dextram osculis fatigare. *caricare di baci.* et *Tibull.* 2. 5. 91. natusque parenti Oscula comprensis auribus eripiet. *V.* LABELLUM; et cf. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 163. Sine te exorem, sine te prendam auriculis, sine dem suavium. *Ovid.* 3. *Amor.* 7. 9. Osculaque inseruit cupidæ luctantia linguæ. Hujusmodi genus osculi Græce μανδαλωτὸν καταγλώπισμα dicitur. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 5. 23. et 3. *ibid.* 14. 23. et *Heroid.* 15. 131.; et cf. *Apul.* 6. *Met. p.* 395. *Oudend.* Accepturus ab ipsa Venere septem savia suavia, et unum blandientis appulsu linguæ longe mellitum. *Plin. Paneg.* 71. Osculo occurrere alicui. *et ibid.* 23. Osculo aliquem excipere, et osculo dimittere. *et ibid.* 24. Osculum manu reddere. *Plin. alter* 11. *Hist. nat.* 45. 103. (250). Osculis dextram aversam appetere. *Id.* 28. *ibid.* 2. 5. (25). In adorando dexteram ad osculum referimus. *h. e.* ori admovemus et osculamur. *Martial.* 12. 59. te pilosus Hircoso premit osculo colonus. — In salutationibus et congressionibus, quanto inter amiciores et familiariores fiebant, tanto osculis inhærebant diutius. Hinc illæ apud *Senec.* querelæ, 2. *Ira* 2. Ille me parum humane salutavit: ille osculo meo non adhæsit, ille inchoatum sermonem cito abrupit. *Tac. Agric.* 4. Noctu in palatium venit, exceptusque (*a Domitiano*) brevi osculo et nullo sermone, turbæ servientium immixtus est. *Id.* 13. *Ann.* 4. Quoties ipse illuc ventitaret, sæptus turba centurionum, et post breve osculum digrediens. Adde *Quintil. Declam.* 5. 18. Græci similiter usurpant ἀσπασμὸν et φίλημα. — De more osculandi etiam ab imperatoribus servato, *V. Plin. Paneg.* 23. *et* 71. — Honoris causa mos fuit osculandi manus, atque etiam pedes virorum principum, quod tamen postremum sero invectum, et servile semper habitum fuit. *Seneca Ep.* 118. Candidatus eorum manus osculis conterat, quibus designatus contingendam manum negaturus est. *Sueton. Domit.* 12. Osculum offerenti, manum præbuit. *Plin. Paneg.* 24. Non tu civium amplexus ad pedes tuos deprimis, nec osculum manu reddis. *Coripp.* 1. *Laud. Justin.* 157. et poplite flexo Plurima divinis supplex dabat oscula plantis. *Id.* 1. *Johann.* 119. pedibus celer ille benignis Oscula læta dedit. *V.* OSCULOR I. *b.* — *Osculi jus* apud *Sueton. Claud.* 26. est consuetudo Romanorum, qua licebat cognatis utriusque sexus sese invicem osculis excipere. — *Osculo interveniente*, formula est legis ab *Imp. Constantin. Cod.* 5. 3. 16., qua cautum fuit, ut, si, postquam sponsus sponsæ aliquid donaret, eique coram testibus osculum dedisset, illum aut illam ante nuptias obire contigerit, dimidia rerum donatarum pars ad superstitem, dimidia ad defuncti vel defunctæ heredes pertineret; *osculo* autem *non interveniente*, tota donatio infirmaretur: si vero sponsa, *interveniente*, vel *non interveniente osculo*, sponso aliquid donasset, alterutro defuncto, irrita omnino donatio esset. Hinc etiam num apud nos usus obtinet, ut sponsi, expletis in Ecclesia matrimonii ritibus, sese invicem osculentur, quamvis ea Constantini lex jamdiu obsoleverit. Hujusmodi sese osculandi consuetudinem ante Constantinum viguisse, apparet ex *Tertull. Virg. veland.* 11. Si ad desponsationem velantur, quia et corpore et spiritu masculo mixtæ sunt per osculum et dextram, etc.

II.) Translate, metaphorâ sumptâ a superiore paragr. I. 1. *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 8. Sed hoc commune est etiam iis, qui in osculo vesicæ, quam urethram vocant, ulcus habent. *Id.* 2. *ibid.* 10. *ad fin.* Oscula venarum. *Marcell. Empir.* c. 4. *p.* 90. retro ed. *Ald.* Oleastri caulículi teneri decocti et cum melle impositi carnes supra oscula in vulneribus quælibet prohibent excrescere.

ŌSĪRĔOSTĀPHĒ, es, f. 1. herba eadem atque osiritis, apud *Apul. Herb.* 86. Est ab Ὄσιρις, εως *Osiris* et ταφή *sepulcrum*.

ŌSĪRĪTIS, idis, f. 3. herba eadem ac cynocephalea, et osireostaphe. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 2. 6. (18). Cynocephalea herba, quæ in Ægypto vocaretur osiritis.

OSMEN antique pro *omen. Varro* 6. *L. L.* 76. *Müll.* Omen, quod ex ore primum elatum est, osmen dictum.

OSNĀMENTUM olim dicebant, quod nunc *ornamentum*, et adhuc ita dicunt plerique scænici. Ita *Varro* 6. *L. L.* 76. *Müll.* Ceterum *Scioppius* ita legebat; *Müllerus* vero aliter.

ŌSOR, ōris, m. 3. *odiatore, nemico*, μισῶν, qui odit. *Plaut. Asin.* 5. 2. 9. Osorem uxoris suæ. *Apul. de Deo Socrat.* Osores et amatores quorundam hominum deos fingere. *Pacat. Paneg. Theodos.* 20. Regii nominis Brutus osor. *Paul. Diac. p.* 196. 5. *Müll.* Osorem dixerunt, qui aliquem odisset.

OSPĪCOR, āris, ari, dep. 1. auspicor, apud veteres. *Claud. Quadrigar.* apud *Diomed.* 1. *p.* 378. *Putsch.* Flacco ospicatur. *V.* ORUM.

OSPRĀTŪRA, æ, f. 1. cura ὀσπρίων, *h. e.* leguminum coemendorum, mercatura leguminaria, *mercanzia de' legumi. Arcad. Dig.* 50. 4. 18. § 19. Elæemporia et ospratura apud Alexandrinos patrimonii munus existimatur. Alii minus recte leg. *hospitatura. V.* ELÆMPORIA et LEGUMINARIUS.

OSPRĬOS, ĭi, m. 2. ὄσπριος, leguminarius, vox Græca ab ὄσπριον *legumen*. Titulus est *l.* 5. *Apicii*, quia in eo de leguminibus condiendis, pulmentisque faciendis agitur.

OSSĀRĬUM, ĭi, n. 2. ὀστοθήκη, ὀστοδοχεῖον, urna sepulcralis, in qua ossa defunctorum componebantur. *Inscript.* apud *Gruter*. 1043. 1. SEX. TVRRANIVS SEX. F. CAVSENVS ET TVRRANIA. PACATA OSSAR. FECERVNT. Adde aliam apud *eumd.* 1041. 10. Item *Ulp. Dig.* 47. 12. 2. Hic alii leg. *ossuarium. V.* OSSUARIUS.

OSSĔUS, a, um, adject. (os, ossis) ad ossa pertinens. ¶ 1. Osseus est ex osse factus, *di osso*, ὀστέινος. *Colum.* 5. *R. R.* 11. 4. Cuneum ferreum, vel osseum inter corticem, et materiem demittere. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (115). Ossei cultelli. *Juvenal.* 11. 133. Manubria ossea cultellorum. *Atta* apud *Isid.* 6. *Orig.* 9. Osseus mucro. ¶ 2. Item ossi similis, ὀστώδης. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 38. 73. (186). Totum e carne corpus fico: tota ossea est ilex, cornus, robur, et quæ sine medulla. *Id.* 13. *ibid.* 17. 32. (106). Osseus nucleus. *Juvenal.* 5. 53. nigri manus ossea Mauri. *h. e.* macra, arida, horrida. *Cassiod.* 10. *Variar.* 30. Ossea cutis elephantum.

OSSICLUM, i, n. 2. *V.* OSSICULUM.

OSSĬCŬLĀRIS, e, adject. ad ossiculum pertinens. *Veget.* 4. *Veterin.* 28. *ante med.* Ossiculare medicamentum, quod facit ad omnia ossicula.

OSSĬCŬLĀTIM, adverb. per ossicula, minutatim. *Cæcilius* apud *Non.* p. 147. 30. et 332. 9. *Merc.* Ossiculatim Parmenonem de via liceat legant. *Al.* legam; *sed V.* Bothe p. 33.

OSSĬCŬLUM, i, n. 2. *deminut ab* os, ossis. *Ossiclum* per syncopen dixit *Auson. loco* infra *cit.* — Ossiculum est parvum os, *ossetto, ossicino*, ὀστάριον. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 49. (134). Omnium cerebro insunt ossicula parva. *Gell.* 6. 1. *ad fin.* Ut tenuissimis minutisque ossiculis caput compingeret. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 420. *n.* 381. QVI OSSICVLA MEA HIC SITA ESSE GEMIS. Alii leg. *ossucula. Marcell. Empir. c.* 32. *ad fin. p.* 133. *retro* ed. *Ald.* Inguinibus mirabile exhibet remedium ex gallinacea ala ossiculum extremum. *Auson. præf. Edyll.* 13. *de centone.* Simile ut dicas ludicro, quod Greci ὀστομάχιον vocavere: ossicla ea sunt: ad summam quatuordecim figuras geometricas habent. *h. e.* frustula et lamellæ eboris; quo sensu cl. *Furlanetto* translate accepit.

OSSĬFRĂGUS, a, um, adject. (os, ossis, *et* frango). ¶ 1. Est qui ossium fractura debilitat quempiam. *Cass. Sever.* apud *Senec.* 5. *Controv.* 33. In quemque sæviens ossifragus iste, alterius brachia amputat, alterius enervat. ¶ 2. *Ossifraga* etiam, et *ossifragus* dicitur aquilæ quoddam genus, a frangendis ossibus, quia, teste *Isid.* 12. *Orig.* 7., ossa ab alto demittit et frangit, *frosone, frusone. Plin.* 30. *Hist. nat.* 7. 20. (63). Unum est ossifrago intestinum mirabili natura etc. *Marcell. Empir. c.* 29. *init. p.* 129. ed. *Ald.* eadem exhibet verba. *Lucret.* 5. 1078. Accipitres atque ossifragæ.

OSSĬGŌNĬUS, a, um, adject. ὀστεογενής, ex osse genitus. *Boeth. Aristot. Topic.* 612. Ut Plato ciliumbrem oculum, aut araneum putrinordacem, aut medullam ossigeniam dixit: nam omne obscurum, quod insuetum est.

OSSĬLĂGO, ginis, f. 3. callus vitiosus et ossis durities imitans. *Veget.* 2. *Veterin.* 22. Jumentum in osse percussum, si tumorem fecerit durum, callosum et ossilagini similem, hac ratione est curandum. *Id.* 4. *ibid.* 14. Et glandulas et ossilaginem curare creditur. *Pelagon. Veterin.* 16. *ante med.* Ad ossilagines, vel nervos crassos, vel ad rhagadia in nervis, aut si forte ab axe fuerit percussus, sic curabis. — *NB.* De Ossilagine dea, *V.* OSSIPAGINA in ONOM.

OSSĬLĔGĬUM, ĭi, n. 2. ossium collectio post rogum. *Gloss. Philox.* Ossilegium, ὀστολογιον.

OSSĬLĔGUS, a, um, adject. ossium collector. *Gloss. Philox.* Ossilegus, ὀστολόγος.

OSSŪĀRĬUM, ĭi, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

OSSŪĀRĬUS, a, um, adject. ad ossa pertinens. *Inscript.* apud *Murat.* 917. 1. TICHICO IMP. DOM. SER. TI. CLAVDIVS PRIMVS OLLAM OSSVARIAM DONAVIT. Alia apud *Gruter.* 626. 6. AEDICVLAM CVM OLLIS OSSVARIIS EMIT. — Hinc

Ossuarium, ĭi, n. 2. absolute sæpe usurpatur pro ossario. *Inscript.* apud *Gruter.* 915. 3. IVLIA FVSCINIA OSSVARIVM VIVA SIBI FECIT. *Fabrett.* in *Inscript. p.* 16. *n.* 69. exhibet figuram urnæ, in qua insculptum est *ossuarium. Inscript.*, quæ pertinet ad ann. U. C. DCCLIV., apud *Henzen.* 7368. NEPOS DEC. PAVIMENTVM IN OSSVARIO ET SVBSCALARIA D. S. P. D. C. CAESARE L. PAVLLO COS. Adde *Dig.* 47. 12. 2.

OSSŬCŬLUM *V.* OSSICULUM.

OSSUM, i, n. 2. *V.* OS, ossis, init.

OSSŬŌSUS, a, um, adject. ossibus plenus. *Veget.* 3. *Veterin.* 13. Loci ossuosi et commissurales.

OSTENDO, tendis, tendi, tentum *et* tensum, tendere, a. 3. (obs *et* tendo, *ut* aspello *pro* abspello). — *Ostende* pro *ostendam* dixisse veteres, affirmat *Festus p.* 201. 23. *Müll.*; ubi *ostende* a *Catone* usurpatum fuisse videtur *Mülle.o*, cujus adnotata *V.* loc. cit., et *p.* 26. ad voc. *Attinge.* — Part. *Ostendens* I. *a.*; *Ostentus* (quod est *Catonis, Ter., Pacuvii, Accii* et *Varron*). et *Ostensus* (quod est *Varronis, Lucan.* et *Priscian.*) I. *a.* et *c.* et II. 1.; *Ostenturus* (quod est *Catonis*), et *Ostensurus* (quod est *Sueton.*).— Ostendere est ex adverso vel ante oculos ponere, præ oculis ponere, monstrare, exponere, se videndum præbere (It. *porre dinanzi, esporre, mettere sotto gli occhi, mostrare, far vedere*; Fr. *tenir vers, présenter, tendre, exposer*; Hisp. *tender, presentar, exponer, mostrar*; Germ. *entgegen, oder vorhalten, zeigen, sehen lassen*; Angl. *to show, hold forth or expose to view, let one see, point out, make to appear, represent*).

I.) Proprie physica ratione usurpatur. — *a*) Generatim de hominibus, qui res aut se aliis ostendunt. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 86. HA. si ita est, tesseram Conferre si vis hospitalem, eccam attuli. AG. Agedum Luc ostende. *mostra qua. Ter. Eun.* 5. 3. 5. Jamne ostendisti signa nutrici? *Pacuvius* apud *Festum p.* 375. 5. *Müll.* Suspensum lævo brachio ostendo ungulum. *h. e.* anulum. *Cic.* 3. *Verr.* 1. 1. Os suum populo Romano ostendere audet. *Id. Amic.* 26. 97. In qua (*amicitia*) nisi, ut dicitur, apertum pectus videas tuumque ostendas, etc. *Id.* 6. *de republ.* 11. Videsne illam urbem (ostendebat autem Carthaginem de excelso - loco). *Virg.* 6. *Æn.* 716. Has (*animas*) equidem memorare tibi et ostendere coram - cupio. *Ovid.* 2. *Art. am.* 629. Ne desint (*puellæ*), quas tu digitis ostendere possis. *Id.* 3. *Met.* 723. Non habet infelix quæ matri brachia tendat; Trunca sed ostendens disjectis corpora membris: Adspice, mater ait. *Sil. It.* 2. 669. Pectora nudatis ostendens sæva lacertis. *Sueton. Aug.* 1. Ostendebatur ara Octavio consecrata. — Pro ostentare, jactare, *Forcellinus* attulit illud *Phædr.* 1. 13. At ille stultus, dum vult vocem ostendere, Emisit ore caseum. Item illud *Virg.* 5. *Æn.* 376. Ostenditque humeros latos alternaque jactat Brachia. — *Ter. Hecyr.* 4. 4. 4. Opportune te mihi in ipso tempore ostendis, *mi ti fai vedere*. Sic *Pacuvius* apud *Festum p.* 194. 33. *Müll.* Atque eccum in ipso tempore ostentum senem. *Accius* apud *eumd. p.* 197. 2. Stipatoribus - sese ultro ostentum obtulit. *Cic. Tim.* 11. Quando igitur omnes et qui moventur palamque ostenduntur, et qui etc. Huc referri potest et illud *Varron.* 1. *R. R.* apud *Priscian.* 10. *p.* 892. *Putsch.* Ostensus sol. — *b*) Speciatim *ostendere se*, aut *aciem, copias*, sæpe dicuntur, qui hostis terrendi causa procul se videndos præbent. *Liv.* 29. 7. Quum haud procul ad terrorem hostium aciem ostendisset. *Cæs.* 1. *B. C.* 73. Quum Petrejus et Afranius castra movissent, equites repente sese ad novissimum agmen ostendunt. *Auct. B. Afr.* 66. Cujus vim multitudinis quum equites pauci Cæsariani jam sustinere non possent, Cæsar instructas legiones hostium copiis ostendit. Cf. *Calba* apud *Cic.* 10. *Fam.* 30. Antonius tantum equitatum et levem armaturam ostendebat. — *c*) Item speciatim de locis et similibus est obtendere, convertere, objicere, exponere. *Cato R. R.* 6. Ager, qui in ventum Favonium spectabit, et soli ostentus erit. *et mox.* Qui locus vino optimus dicetur esse, et ostentus soli, ibi Aminæum minusculum conserito. Hæc verba etiam *Varro* 1. *R. R.* 24. 1. *et* 25. 1. et *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 5. (46). referunt. *Virg.* 2. *G.* 261. Ante supinatas Aquiloni ostendere glæbas. *Stat.* 6. *Theb.* 90. lucos ostendere Phœbo. *Nemesian. Cyneg.* 208. catulosque canesque maritas Ungere profuerit, tepidoque ostendere soli.

II.) Translate est significare, manifestare, declarare, docere, *mostrare, far conoscere, dimostrare, dichiarare*, ἐνδείκνυμι. ¶ 1. Generatim ponitur pro significare, declarare. — *a*) Cum Accusativo rei. *Plaut. Asin.* 5. 2. 12. Illum antehac hominem semper sum frugi ratus: verum hoc facto sese ostendit. *s' è fatto conoscere chi egli è.* et *Most.* 5. 1. 21. Astute mihi captandum est cum illo: non ego illi extemplo ita meum ostendam sensum. *non gli aprirò il mio animo. Ter. Heaut.* 2. 1. 7. Qui mihi per alium ostendit suam sententiam. *Id. Eun.* 5. 9. 2. In me plane dii potestatem suam omnem ostendere. *hanno fatto mostra. Id. Phorm.* 5. 4. 7. Nisi mihi esset spes ostenta. *Forcellinus* ex vett. editionibus leg. *ostensa.* Sic *Liv.* 26. 38. Nec consul Romanus tentandis urbibus, sicunde spes aliqua se ostendisset, deerat. Rursus *Ter. Eun.* 5. 8. 59. postquam eis mores ostendi tuos, Et collaudavi secundum facta et virtutes tuas, Impetravi. *Id. Heaut.* 4. 1. 19. certo scio, Te inscientem atque imprudentem dicere ac facere omnia: Tot peccata in hac re ostendis. *Varro* apud *Priscian.* 10. *p.* 892. *Putsch.* Salute ostenta. *Cic. Harusp. resp.* 12. 24. Hæc populo Romano et scelerum indicia ostendit, et periculorum signa patefecit. *Id.* 6. *Verr.* 34. 75. Tum spem, tum metum ostendere. *Id.* 6. *de republ.* 12. Hic tu, Africane, ostendas oportebit patriæ lumen animi, ingenii consiliique tui. *Nepos Epam.* 4. Micythus Epaminondam convenit, et causam adventus Diomedontis ostendit. *Id. Alcib.* 6. Ostendere se inimicum alicui. *Lamprid. Commod.* 1. Ut cantaret, saltaret, sibilaret, scurram denique et gladiatorem perfectum se ostenderet. *Ita legunt plerique; at* Salmasius *illud se omittit, et* ostendere gladiatorem *idem esset atque agere, gerere. Liv.* 1. 11. Nec ostenderunt bellum prius, quam intulerunt. Adde *eumd.* 2. 44. *extr. Horat.* 1. *Ep.* 19. 22. Parios ego primus iambos Ostendi Latio. *Sueton. Ner.* 13. Quum destinato per edictum die ostensurus (*eum*) populo propter nubilum distulisset etc. *Lucan.* 2. 192. Ut scelus hoc Sullæ cædesque ostensa placeret. — *b*) Sequente Relativo. *Ter. Andr.* 5. 2. 25. Iam pol hodie si vivo, tibi ostendam, berum quid sit pericli fallere. ubi, ut *Forcellinus* ait, ostendere est stomachantis et quippiam minitantis, quemadmodum apud *eumd. Ter.* loco cit. infra sub *c.* Ceterum *Id. Eun.* 2. 3. 15. nunc, Parmeno, te ostendes, qui vir sies. *et Andr.* 1. 1. 27. Aut (*si sensero te*) velle in ea re ostendi, quam sis callidus etc. — *c*) Absolute. *Ter. Phorm.* 5. 3. 9. Virum me natam vellem: ego ostenderem. *V.* paullo supra in *b.* ¶ 2. Speciatim est verbis vel oratione demonstrare: et occurrit — *a*) Cum Accusativo. *Cato* apud *Priscian.* 10. *p.* 892. *Putsch.* Quod ego me spero ostenturum. Sic *Cic.* 5. *Fam.* 19. *init.* Exstatque id, quod mihi ostenderas quibusdam litteris, hoc te studiosiorem in me colendo fore, quam etc. — *b*) Cum Infinito. *Ter. Adelph.* 1. 2. 25. Te plura in hac re peccare ostendam. *Nepos Con.* 3. Ad chiliarchum accessit, seque ostendit cum rege colloqui velle. *V.* alia infra sub 3. — *c*) Sequente Relativo. *Cæs.* 1. *B. G.* 21 T. Labienum cum duabus legionibus - summum

Jugum montis adscendere jubet: quid sui consilii sit, ostendit. — *d*) Absolute. *Cic.* 2. *Herenn.* 16. 23. De his primum partibus ostendendum est: deinde ad deprecationem revertendum videtur. *h. e.* disserendum, explicandum. *Id. Cœcin.* 4. 10. Sicut et vivus multis ipse rebus ostendit, et in morte sua testamento declaravit. *Nepos Agesil.* 1. *extr.* Lysandro suffragante, homine, ut ostendimus supra, factioso. *h. e.* narravimus, diximus. *V.* et paragraphum proxime seq. ¶ 3. Interdum est polliceri, promittere se facturum, *promettere*: quæ tamen sequuntur, et ad paragraphum proxime antec. referri possunt. *Cic.* 1. *Att.* 1. *a med.* Demonstravi hæc Cæcilio: simul illud ostendi, si ipse unus cum illo uno contenderet, me ei satisfacturum. *Id.* 9. *Fam.* 8. Munus flagitare, quamvis quis ostenderit, ne populus quidem solet, nisi concitatus. *et* 2. *ibid.* 3. Sed aliter, atque ostenderam, facio, qui ingrediar ad explicandam rationem sententiæ meæ. Sic *Cæs.* 1. *B. G.* 8. Negat se - posse iter ulli per provinciam dare; et, si vim facere conentur, prohibiturum ostendit. ¶ 4. Pro obtendere, prætendere. *Cic.* 7. *Verr.* 1. 1. Sed quædam mihi magnifica et præclara ejus defensio ostenditur. *Liv.* 4. 59. Anxur urbs prona in paludes: ab ea parte Fabius oppugnationem ostendit. *fè mostra*, vel *minacciò di attaccare.* — Hinc a Part. præter. pass.

Ostentum, i, n. 2. absolute, substantivorum more. *V.* loco suo.

OSTENSĬO, ōnis, f. 3. *ostensione*, ἔνδειξις, actus ostendendi. *Apul.* 3. *Met.* Luctans ac renitens præcedens facinus instaurare nova ostensione. Adde *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 11. — *Salmas.* ad *Lamprid. Alex. Sev.* 33. affert vet. *Inscript.*, in qua legitur: *Temporibus Claudii Tiberii facta hominum armigerorum ostensione.* ubi *ostensio* est, ipso interprete, transvectio, lustratio, recognitio, *la mostra.*

OSTENSĬÓNĀLIS, e, adject. *Ostensionales milites* dicuntur apud *Lamprid. Alex. Sev.* 33. qui ad ostentationem et pompam principem comitabantur. *soldati da parata.*

OSTENSĬVĒ, adverb. δεικτικῶς, demonstrative: *V.* OSTENDO II. 2. *Boeth. Aristot. prior. analyt.* 2. 14. *p.* 487. Differt autem quæ ad impossibile demonstratio ab ea quæ est ostensiva, eo quod ponat, quod vult interimere, deducens ad confessum falsum, ostensiva autem incipit a confessis positionibus veris. Omnis enim quæ ostensive concluditur, et per impossibile monstrabitur, et quæ per impossibile, ostensive concluditur, et per impossibile monstrabitur.

OSTENSĬVUS, a, um, adject. δεικτικός, demonstrativus, qui ostendi potest. *V.* voc. præced.

OSTENSOR, ōris, m. 3. *mostratore*, δείκτης, monstrator. *Tertull. Apolog.* 11. *circa med.* Novæ frugis auctor, quia inventor et ostensor.

OSTENSUS, a, um. *V.* OSTENDO.

OSTENTĀBĬLIS, e, adject. qui ostendi potest. *Gloss. Philox.* Ostentabilis, ἐπιδεικτικός. Cf. *Cassiod. Rhetor. sub fin.* Ostentabile (*enthymema*) est quod certa rei demonstratione constringit. Sic *Isid.* 2. *Orig.* 9. Secundum (*enthymema*) ostentabile.

OSTENTĀBĬLĬTER, adverb. aperte, ostensive. *Placid. Gloss.* edente *A. Maio* (in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 459.). Exerte, indissimulanter atque ostentabiliter.

OSTENTACULUM, i, n. 2. idem atque ostentum. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 19. Ostentat, ostentaculum.

OSTENTĀMEN, ĭnis, n. 3. *ostentazione*, ostentatio. *Prudent. Psychom.* 203. Ergo humilem postquam malesana Superbia mentem Vitibus instructam nullo ostentamine telis Aspicit, etc.

OSTENTĀRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

OSTENTĀRĬUS, a, um, adject. ad ostenta pertinens. *Capell.* 2. *p.* 38. Plerumque (*numina*) quærentes admonent vel sideris cursu, vel fulminis jaculo, vel ostentaria novitate. *Al. male leg.* ostentatoria. — Hinc

Ostentarium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more. *Macrob.* 2. *Saturn.* 16. Tarquitius Priscus in ostentario arborario sic ait. *h. e.* in libro, in quo agit de ostentis arborum. *et* 3. *ibid.* 7. Est super hoc liber Tarquitii transcriptus ex ostentario Tusco.

OSTENTĀTĪCĬUS, a, um, adject. ad ostentationem compositus, ut Ostentaticia virginitas, apud *Tertull. Virg. veland.* 3.

OSTENTĀTĬO, ōnis, f. 3. (ostento) proprie est idem atque ostensio, *mostra.*

I.) Proprie. *Plin. Paneg.* 56. *ad fin.* Hostilem terrorem non armorum magis, quam togarum ostentatione compescere. *Liv.* 7. 4. Ante omnia invisum ipsum (*L. Manlii*) ingenium atrox, cognomenque Imperiosi grave liberæ civitati, ab ostentatione sævitiæ adscitum.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpissime est jactantia, venditatio, *ostentazione, pompa, vanto*, ἀλαζονεία, ἔνδειξις. *Cic.* 2. *Orat.* 82. 333. Vitanda etiam ingenii ostentationisque suspicio. *Id. Flacc.* 22. 52. Magnifica et gloriosa ostentatio. *Id.* 6. *Parad.* 1. 42. Quæ est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio? *Id. Rabir. Post.* 14. 38. Quod genus tandem est istud ostentationis et gloriæ? *Id.* 2. *Off.* 12. 43. Qui simulatione et inani ostentatione stabilem se gloriam consequi posse rentur, vehementer errant. *collo spacciarsi quei che non sono.* et *Amic.* 23. 86. A multis ipsa virtus contemnitur, et venditatio quædam atque ostentatio esse dicitur. *Id.* 2. *Orat.* 8. 31. Ostentatione uti. *Cæs.* 1. *B. C.* 4. Scipionem impellit - judiciorum metus, adulatio atque ostentatio sui et potentium, qui in republica judiciisque tum plurimum pollebant. *Nepos Att.* 17. Præceptis philosophorum ad vitam agendam, non ad ostentationem utebatur. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 5. (10). Videbamus senes usque in ostentationem rigentes. *h. e.* præ frigore. — In plurali num. *Cic.* 5. *Att.* 13. Ex quo te intelligere certo scio, multorum annorum ostentationes meas nunc in discrimen esse adductas. ¶ 2. Interdum est simulata ostensio, *finta, mostra. Cic.* 1. *leg. Agr.* 7. 23. Consul veritate, non ostentatione popularis. *Petron. Satyr.* 17. Exspectavimus lacrimas ad ostentationem doloris paratas. *Seneca Ep.* 99. *circa med.* Plus ostentatio doloris exigit, quam dolor. *Cæs.* 3. *B. C.* 71. Labienus - omnes (*captivos*) productos ostentationis, ut videbatur, causa, quo major perfugæ fides haberetur, commilitones appellans - in omnium conspectu interficit. Cf. *eumd.* 7. *B. G.* 45. Qui (*milites*) latius ostentationis causa vagarentur.

OSTENTĀTOR, ōris, m. 3. qui ostentat, sed occurrit translate tantum, et est qui jactat, gloriosus, *ostentatore, millantatore, vantatore*, ἀλαζών. — *a*) Absolute. *Plaut. Curc.* 4. 1. 15. In medio propter Canalem, ibi ostentatores meri: Confidentes garrulique et malevoli supra Lacum. *Cic.* 4. *Herenn.* 50. 63. Ut si velis non divitem, sed ostentatorem pecuniosum describere. *Auson. Epist.* 4. 36. Inde ostentator volitat. — *b*) Cum Genitivo. *Liv.* 1. 10. Ipse quum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor. *Tac.* 2. *Hist.* 80. Omnium, quæ diceret atque ageret, arte quadam ostentator.

OSTENTĀTŌRĬUS. *V.* OSTENTARIUS in fin.

OSTENTĀTRIX, īcis, f. 3. *vantatrice, millantatrice*, quæ ostentat. — *a*) Substantivorum more. *Apul. de Mag.* Quam immodica sui ostentatrix. — *b*) Adjective. *Prudent. Psychom.* 439. Pompa ostentatrix vani splendoris. *Pacat. Paneg. Theodos.* 17. Eat nunc sui ostentatrix antiquitas, et illa innumeris litterarum vulgata monumentis jactet exempla. *Macrob.* 7. *Saturn.* 4. Superba et contumax, et veluti sui ostentatrix continentia.

OSTENTĀTUS, a, um. *V.* OSTENTO.

OSTENTĪFER, fĕra, fĕrum, adject. qui ostenta exhibet. *Gloss. Lat.-Isr.* Ostentiferum, τερατώδες.

OSTENTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. frequentat. vel intensivum ab *ostendo*. — Part. *Ostentans* in omnibus paragr.; *Ostentatus* II. 1. et 3.; *Ostentaturus* et *Ostentandus* II. 2. — Ostentare sæpe pro *ostendo* usurpatur, *mostrare, porre sotto gli occhi, far vedere*, προσαποδεικνύω.

I.) Proprie physica ratione usurpatur. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 18. Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera. *h. e.* exhibet, *mostrà, esibisce. Accius* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 44. in pectore - flammam ostentabat - Jovis. *Cic.* 1. *Att.* 16. *ante med.* Ut aperto jugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. *h. e.* præbuerint, obtulerint. *Cæs.* 7. *B. G.* 48. Matresfamilias - more Gallico passum capillum ostentare, liberosque in conspectum proferre cœperunt. *Liv.* 2. 20. M. Valerius - conspicatus ferocem juvenem Tarquinium, ostentantem se in prima exsulum acie etc. *Virg.* 12. *Æn.* 479. Jamque hic germanum, jamque hic ostentat opantem, Nec conferre manum patitur. *et* 6. *ibid.* 677. Dixit, et ante tulit gressum, camposque nitentes Desuper ostentat. *et* 3. *ibid.* 703. Arduus inde Agragas ostentat maxima longe Mœnia. *Id.* 5. *ibid.* 565. frontemque ostentans (*equus*) arduus albam. *Sueton. Cæs.* 33. Quum in alloquendo exhortandoque sæpius digitum lævæ manus ostentans affirmaret etc. *Id. Vesp.* 23. Cavam manum ostentans. *Tac.* 3. *Hist.* 31. Mox velamenta et infulas pro muris ostentant. ¶ 2. Speciatim est — *a*) Ad jactantiam ostendere. *Ter. Eun.* 3. 2. 29. Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas Ostentat. *Liv.* 1. 26. Inter hæc senex, juvenem amplexus, spolia Curiatiorum fixa eo loco ostentans flunccine, ajebat etc. — *b*) Item terrendi causa ostendere. *Cæs.* 7. *B. G.* 55. *ad fin.* Equitatumque omnibus locis, injiciendi timoris causa, ostentare cœperunt. *Sueton. Tib.* 54. Pulsant Neronem ad voluntariam mortem coactum, quum ei carnifex, quasi ex senatus auctoritate missus, laqueos et uncos ostentaret. — *c*) Item alliciendi causa ostendere. *Liv.* 30. 33. Liguribus campi uberes Italiæ - in spem victoriæ ostentantur. *Tac.* 1. *Hist.* 22. Aulam Neronis - et regnorum libidines avido talium, si auderet, ut sua ostentantes.

II.) Improprie de iis, quæ sub sensus non cadunt. ¶ 1. Generatim est idem ac demonstrare, præbere, exhibere, indicare, facere ut quis aliquid videat atque intelligat, *dimostrare, esibire, indicare, far conoscere.* — *a*) Cum Accus. *Ter. Eun.* 3. 5. 56. An ego occasionem mihi ostentatam, tantam, tam optatam amitterem? *Cic. Cluent.* 7. 22. Recuperandi filii spes ostentata. *Id. Marcell.* 9. 28. Illa vita est tua, quæ vigebit memoria sæculorum omnium, quam posteritas alet, quam ipsa æternitas semper tuebitur. Huic tu inservias, huic te ostentes, oportet. *h. e.* præbeas, offeras. *Liv.* 2. 42. Prodigia cælestia prope quotidianas in urbe agrisque ostentantia minas. *h. e.* exhibentia. *Plin. Paneg.* 4. *sub fin.* Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis et dignitas oris nonne longe lateque principem ostentant? *h. e.* indicant. — *b*) Cum Infinito. *Cic.* 9. *Fam.* 6. Et simul ostentavi tibi me istis esse familiarem et consiliis eorum interesse. *ti feci conoscere. Sueton. Aug.* 87. *init.* Quotidiano sermone quædam frequentius et notabiliter usurpasse eum, litteræ ipsius autographæ ostentant. — *c*) Sequente Relativo. *Sueton. Cæs.* 14. Identidem ostentans, quanta eos in posterum a plebe Romana maneret invidia. ¶ 2. Speciatim est jactare, gloriari, venditare, *vantare, millantare, far pompa. Cic.* 4. *Herenn.* 21. 29. Hic, qui se magnifice jactat atque ostentat. *et* 2. *ibid.* 30. 47. Ingenii venditandi, aut memoriæ ostentandæ causa. *Id.* 10. *Fam.* 3. Ut potius amorem tibi ostenderem meum, quam ostentarem prudentiam. *Id. Cœl.* 28. 67. Sed, si me audiant, navent aliam operam, in aliis se rebus ostentent. *Id.* 9. *Fam.* 9. Quas (*regum ac nationum clientelas*) ostentare crebro solebat. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 5. (51). Ostentaturo tradere palmam. ¶ 3. Item speciatim est demonstrando suadere, commendare, et sæpius demonstrando polliceri, promittere, aut, si de adversis agitur, minitari, ostendere terrendi causa. *Plaut. Cist.* 2. 1. 10. Amor modo quod suasit, dissuadet, quod dissuasit, id ostentat. *lo*

mette in vista, lo mostra cercando di persuaderlo. Cic. 2. *leg. Agr.* 4. 10. Largitio verbis ostentari potest, re vera fieri, nisi exhausto ærario, nullo pacto potest. *et mox.* Si aliud quidem obscure moliuntur, aliud spe ac specie simulationis ostentant. *Id. ibid.* 28. 78. Agrum Campanum, quem vobis ostentant, ipsi concupiverunt. *Id. Rosc. com.* 6. 16. Pecunia ex liberalitate hujus promissa et ostentata. *Sall. Jug.* 70. Civitates, quæ ab se defecerant, formidine aut ostentando præmia adfectare. *et ibid.* 71. *ad fin.* Præterea prædam benigne ostentat. Sic animis eorum arrectis etc. *Tac.* 4. *Hist.* 59. *extr.* Pergere ad obsessos jubet, veniam ostentantes, si præsentia sequerentur. *et* 5. *ibid.* 24. Batavis pacem, Civili veniam ostentans. *Sall. Jug.* 25. *a med.* Defensoribus mœnium præmia modo, modo formidinem ostentare. *Liv.* 30. 33. Carthaginiensibus - nihil aut in metum, aut in spem medium ostentatur. *Cic.* 2. *Att.* 23. *ad fin.* Ille non mediocres terrores - ceteris præ se fert et ostentat. *I Cluent.* 8. 25. Qui sibi delationem nominis et periculum capitis ostentarat. *Plin.* 2. *Ep.* 7. Ostentato bello ferocissimam gentem terrore perdomuit. Rursus *Cic.* 4. *Fam.* 14. Bellum ex altera parte cædem ostentat, ex altera servitutem.

OSTENTUM, i, n. 2. (ostendo). *Priscian.* 10. *p.* 494. *Krehl.* Ostentum quoque, quando monstrum significat, nomen est participiale, quo modo factum et dictum et visum, ab ostendendo futura dictum. — Ostentum itaque est prodigium, monstrum, portentum: inter quæ discrimen quod sit, *V.* in MONSTRUM et PORTENTUM. φάσμα, τέρας (It. *prodigio, mostro, miracolo*; Fr. *prodige, merveille, miracle*; Hisp. *prodigio, milagro*; Germ. *das Wunder - oder Anzeichen, Wunder*; Angl. *a prodigy, portent, ostent, any thing ominous, a strange, incredible thing*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat. D.* 3. 7. et 1. *Divinat.* 42. 93. Prædictiones vero et præsensiones rerum futurarum quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quæ sint, ostendi, monstrari, portendi, prædici (al. *prodici*)? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur. *Ulp. Dig.* 50. 16. 38. Ostentum Labeo definit, omne contra naturam cujusque rei genitum factumque. Duo autem genera sunt ostentorum: unum, quoties quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte, aut pedibus: alterum, quum quid prodigiosum videtur, quomodo Græci φάσματα vocant. Hæc *Ulpian. Cic.* 1. *Divinat.* 53. 121. Herodotus scribit, Crœsi filium, quum esset infans, locutum: quo ostento regnum patris et domum funditus concidisse. *Id.* 6. *Verr.* 49. 108. Quum magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur. *Liv.* 26. 6. *ad fin.* Procurare ostentum familiare. *Petron. Satyr.* 122. Hæc ostenta brevi solvit Deus. *Sueton. Cæs.* 32. Cunctanti ostentum tale factum est: Quidam eximia magnitudine et forma apparuit, etc. *Id. Galb.* 4. Ceteris, ut obscœnum ostentum, abhorrentibus, solus pro lætissimo accepit. *Id. Aug.* 94. *circa med.* Alexandro simile provenit ostentum. *Id. Cæs.* 77. Nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset.

II.) Translate dicitur de re incredibili. *Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 14. *a med.* Scis Appium censorem hic ostenta facere? *h. e.* res incredibiles meditari, suscipere. *Justin.* 10. 1. 6. Ostenti prorsus genus, ubi in tanto populo sileri parricidium potuit.

OSTENTŬŌSUS, a, um, adject. portentuosus. *Gloss. Lat.-Gr.* Ostentuosus, τερατώτιος.

OSTENTUS, a, um. *V.* OSTENDO.

OSTENTUS, us, m. 4. (ostendo) ostentatio, ostensio: sed occurrit tantum in sing. num. Dativus frequenter, Ablativus vero semel.

I.) Proprie. *Tac.* 1. *Ann.* 29. *extr.* Corpora extra vallum abjecta ostentui. *affinchè servissero di spettacolo. Gell.* 20. 1. *ad fin.* Sed eam capitis pœnam, sanciendæ fidei gratia, horrificam atrocitatis ostentu reddiderunt.

II.) Impropriе est species: hinc *ostentui esse* ab speciem et ostentationem inservire. *Sall. Jug.* 26. *ad fin.* Quoniam eo natus sum, ut Jugurthæ scelerum ostentui essem. *h. e.* ut inservirem ad ostendenda scelera Jugurthæ. *Tac.* 12. *Ann.* 14. Auribus decisis vivere jubet, ostentui clementiæ suæ, et in nos dehonestamento. *in ostentazione di clemenza. et* 1. *Hist.* 78. Nova jura Cappadociæ dedit, nova Africæ, ostentui magis, quam mansura. *Id.* 15. *Ann.* 64. Ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut ostentui esset, multum vitalis spiritus egestum. *che ben mostrava, che* etc. Rursus *Sall. Jug.* 50. Metellus, pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa deditionis signa ostentui credere. *credea che fossero solo in apparenza. Tac.* 3. *Hist.* 35. In Galliam Julium Calenum, in Germaniam Alpinum Montanum, quod hic Trevir, Calenus Æduus, uterque Vitelliani fuerant, ostentui misere.

OSTES, æ, m. 1. ὦστης, species terræmotus, quo solum ita quatitur, ut cuncta trudantur et subvertantur. Græca vox ab ὠθέω *impello, trudo, propello.* Habet *Apul. de Mundo.*

OSTIĀRĬA, æ, f. 1. *et*

OSTIĀRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

OSTIĀRĬUS, a, um, adject. ad ostium pertinens. *Vulgat. interpr. Johann.* 18. 17. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Numquid et tu etc. — Hinc

Ostiarius, ii, m. 2. (subaudi *servus* vel *famulus*) absolute, substantivorum more, est ostii custos, *portinaio,* θυρωρός. *Varro* 1. *R. R.* 13. 2. Vilici proxime januam cellam esse oportet, præsertim si ostiarius est nemo. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 32. (64). Præter hos et custodes satellitesque et ostiarii et ministri populantur. *Seneca Const. Sap.* 14. Contumeliam vocant ostiarii difficultatem, cubicularii supercilium. *et mox.* Qui sibi placet, quod ostiario libere respondit, quod virgam ejus fregit. Hanc *virgam* arundinem fuisse, colligi potest ex *Propert.* 4. 7. 21. et *Petron. Satyr.* 134., quod et *Brouchus.* ad *Propert.* adnotavit. Porro *ostiarii* vilissimi servorum fuere, quippe qui catena vincti ante potentiorum januam excubabant. *Sueton. Rhet.* 3. L. Otacilius Pilitus servisse dicitur, atque etiam ostiarius veteri more in catena fuisse. — De primo gradu Ecclesiastici Ordinis, *Imppp. Valent., Valens et Gratian. Cod.* 1. 3. 6. et 16. 2. 24.

Ostiaria, æ, f. 1. (subaudi *ancilla* vel *famula*) absolute, substantivorum more, est quæ ostium custodit. *Vulgat. interpr.* 2. *Reg.* 4. 5. Et ostiaria domus purgans triticum obdormivit. *et Johann.* 18. 16. Exivit ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, et dixit ostiariæ, et introduxit Petrum.

Ostiarium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est tributi genus, quod ostiorum nomine pendebatur. *Cæs.* 3. *B. C.* 32. Columnaria, ostiaria, frumentum, vecturæ imperabantur. *Cic.* 3. *Fam.* 8. *circa med.* exactionem ostiorum vocat.

OSTIĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

OSTIĀTIM, adverb. per singula ostia, κατὰ θύρας, *a porta per porta.*

I.) Proprie. *Cic.* 6. *Verr.* 24. 53. Uno imperio, ostiatim totum oppidum compilarit. *casa per casa. et ibid.* 22. 48. Dum ego hoc crimen agam ostiatim. *h. e.* singulas domos enumerans, in quibus furatus est.

II.) Translate pro singillatim. *Quintil.* 5. 10. 122. Nec scrutanda singula et velut ostiatim pulsanda. *Vopisc. Carin.* 17. *extr.* Longum est, si de ejus luxuria plura velim dicere. Quicumque ostiatim cupit noscere, legat etc.

OSTĪGO, Iginis, f. 3. ita a rusticis hominibus vocabatur morbus, qui et mentigo dicitur: videtur autem dictus ita fuisse pro *ustigine,* quamdam enim uredinis speciem præ se fert morbus ille. *V.* MENTIGO.

OSTIŎLUM, i, n. 2. deminut. *porticella,* θυρίδιον, exiguum ostium. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 38. (125). Adeo ut ostiola olitoria ex his factitari prodiderint. *Colum.* 8. *R. R.* 14. 1. Aditus singuli firmis ostiolis muniti. Adde *Vulgat. interpr.* 3. *Reg.* 6. 31., *Ezech.* 41. 24. et *Dan.* 14. 20.

OSTĪTOR, ōris, m. 3. ostii custos. *Gloss. Isid.* Hostitor (*sic*), janitor, portitor.

OSTĪUM, ii, n. 2. Quod ad etymon attinet, *Virg.* 6. *Æn.* 43. antrum, Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum. ubi *Servius*: Non sine causa et aditus dixit, et ostia: nam Vitruvius, qui de architectonica scripsit, ostium dicit, per quod ab aliquo arcemur ingressu, ab *obstando* dictum; aditum ab *adeundo,* per quem ingredimur. Recentiores tamen philologi a voce *os, oris* deducunt. — Ostium est janua domus, θύρα (It. *porta, uscio*; Fr. *porte de maison, porte*; Hisp. *puerta*; Germ. *die Thür*; Angl. *a door, gate*).

I.) Proprie. *Plaut. Merc.* 2. 4. 9. Omnia istæc auscultavi ab ostio. *Afranius* apud *Paul. Diac. p.* 18. 16. *Müll.* Inscribat aliquis *arse verse* in ostio. *Cic.* 5. *Tusc.* 5. 13. Extra ostium limenque carceris. *Id.* 2. *Orat.* 68. 276. Quum Nasicæ ab ostio quærenti Ennium ancilla dixisset, domi non esse. *Ulp. Dig.* 43. 23. 11. Si quis ostium sepulcri evellat, aut effringat. *Julian. ibid.* 6. 1. 59. Habitator in aliena ædificia fenestras et ostia imposuit: eadem post annum dominus ædificiorum dempsit. *Plaut. Mil. glor.* 2. 3. 81. et 2. 4. 46. Observare ostium. *custodire. Ter. Heaut.* 2. 3. 35. aperire. *Id. Phorm.* 5. 3. 33. operire. *Id. Eun.* 4. 6. 25. obserare intus. *Id. Adelph.* 4. 5. 3. pultare. *Id. Eun.* 3. 5. 55. Ostio pessulum obdere. *et* 5. 2. 4. Ante ostium stare. *et* 5. 6. 5. præstolari aliquem. *et Andr.* 4. 1. 59. Concrepuit a Glycerio ostium. *Plaut. Mil. glor.* 2. 3. 58. Nihil est, qua hinc huc transire ea possit, nisi recto ostio. *per la porta davanti*: cui opponitur *posticum. Cic.* 3. *Fam.* 8. *med.* Principes civitatum a me postularunt, ne in venditionem tributorum et illam acerbissimam exactionem, quam tu non ignoras, capitum atque ostiorum inducerentur sumptus minime necessarii.

II.) Translate de quocumque aditu et e itu, ingressu et egressu. — *a*) Generatim. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 16. 37. Unde animæ excitantur obscura umbra, aperto ostio Alti Acheruntis. *Plaut. Trin.* 2. 4. 124. Acherontis ostium in nostro' st agro. Sic *Virg.* 4. *G.* 467. Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis - Ingressus. *Plaut. Truc.* 4. 4. 16. Ætatem qui (*mus*) uni cubili numquam committit suam. Quia si unum ostium obsideatur, aliud perfugium gerit. — Sic *aperire ostium,* aditum, ingressum præbere. *Varro* 1. *R. R.* 51. 1. Ne in rimis areæ grana oblitescant, et ostia aperiant muribus ac formicis. *Lucret.* 4. 90. Præterea omnis odor, fumus, vapor - diffusa e rebus abundant, Ex alto quia dum veniunt, extrinsecu' torte Scinduntur per iter flexum, nec recta viarum Ostia sunt, qua contendant exire coorta. — *b*) Speciatim de faucibus. *Cic.* 2. *Nat. D.* 54. 136. Quum aspera arteria ostium habeat adjunctum linguæ radicibus. — *c*) Item speciatim de ingressu et aditu portus, *la bocca del porto. Cic.* 6. *Verr.* 53. 118. In utriusque portus ostium aditumque projecta est. *Liv.* 25. 30. Ipsi (*Merico*) regio evenit ab Arethusa fonte usque ad ostium magni portus. *Virg.* 1. *Æn.* 404. Aut portum subit, aut pleno subit ostia velo. — *d*) Item de aditu fluminis in mare, *bocca, foce, sboccatura,* εἰσβολή, στόμα. *Cic.* 2. *Phil.* 11. 26. In Cilicia ad ostium fluminis Cydni. *Virg.* 6. *Æn.* 801. Et septemgemini turbant trepida ostia Nili. *Cæs.* 2. *B. C.* 1. Qua est aditus ad ostium Rhodani. — *e*) Ostium Oceani, *lo stretto,* fretum Gaditanum, qua Oceanus in Mediterraneum influit. *Cic. pro leg. Manil.* 12. 33. Ut vos, qui modo ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani ostium prædonum navem esse audiatis.

OSTŎCŌPOS, i, m. 2. *dolor di ossa,* ὀστόκοπος, ossium dolor: ab ὀστοῦν *os, ossis,* et κόπος *labor, molestia. Seren. Sammon.* 48. 892. Ostocopon lento conducit melle perungi. *Pelagon. Veterin.* 3. 1. De labore, vel de ostocopo talia eveniunt. *et* 10. Ad ostocopum.

OSTŎMĂCHĬON, ĭi, n. 2. ludus ossiculorum, qui et loculus Archimedius dicitur. Græcis litteris legitur apud *Auson. Eidyll.* 13. Simile ut dicas ludicro, quod Græci ὀστομάχιον vocavere. Ossicla ea sunt, ad summam quatuordecim; figuras geometricas habent. Sunt enim æquilatera, vel triquetra, extentis lineis, aut rectis angulis vel obliquis, isoscela vel isopleura, orthogonia quoque vel scalena. Harum verticularum variis coagmentis simulantur species mille formarum; elephantus bellua, aut aper bestia, anser volans, et mirmillo in armis, subsidens venator, et latrans canis, quin et turturis (*lege* turris) et cantharus et alia hujusmodi innumerabilium figurarum, quæ alius alio scientius variegant, sed peritorum concinnatio miraculum est, imperitorum junctura ridiculum. *Latinis* litteris occurrit tantum in *lemmate* apud *Ennod. epigr.* 133. *De stomatio* (lege *ostomachio*) *eburneo*. Sollicitata levi marcescunt corda virorum Tormento: fas est ludere virginibus. Frangunt, Marmaricis elephas quod misit ab arvis Per micas sparsum, mox solidatur opus. De pœna teneræ discunt cum fraude jocari: Nam ridere necis munere, femineum est. Angusta norunt res mille includere capsa: Omne ebur hic, mulier, pectoris arca tui est. De eodem *Mar. Victorin.* 3. *p.* 2547. *Putsch.* Metrorum innumerabilis copia est, ut ille loculus esse Archimedius e quatuordecim crustis eburneis, nunc quadratis, nunc triangulis, nunc ex utraque specie varie figuratis, et velut quibusdam membris artis struendæ causa compositus proditur. Nam ut in illo præfinito ac determinato crustarum numero, multiplici earumdem varia specie, nunc naves, nunc gladii, nunc arbuscula et si qua alia figurantur; ita metrorum certo ex origine numero infra decem prototypa comprehenso, multiplex admodum varietatis copia propagatur. Nam ut ea exercentis aut ingenium aut voluntatis arbitrium est, ita variæ ac multiformes metrorum species proferuntur. Similia habet *Atil. Fortunatian. p.* 2684. *Putsch.*

OSTRĂCĬAS, æ, m. 1. *et* ostracītis, ĭtĭdis, f. 3. ὀστρακίας, et ὀστρακῖτις. ¶ 1. Est gemma duritie ostreorum testas imitata. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 65. (177). Ostracias, sive ostracitis est testacea durior ceramitide, achatæ similis, nisi quod illa quum politur pinguescit: huic tanta duritia inest, ut aliæ gemmæ scalpantur fragmentis ejus. Ostritidi ostrea a similitudine nomen dedere. Hæc *Plin.* edente *Sillig.* ¶ 2. Est etiam ostracitis cadmiæ genus nigrum, et e ceteris sordidissimum. *Id.* 34. *ibid.* 10. 22. (103).

OSTRĂCŎDERMA, æ, f. 1. ab ὄστρακος *testa* et δέρμα *pellis*, dicitur quicumque piscis testa munitus est, *un testaceo. Plin. Valerian.* 5. 13. Pectines autem qui dicuntur et omnia ostracoderma (*sic*) fugienda sunt. *et ibid.* Sæpias et ostragodermas (*lege* ostracodermas), id est astaginas et ciretias (*fortasse* astacinos et cirratos) et pectines, etiam cochleas comedant.

OSTRĂCISMUS, i, m. 2. ὀστρακισμός, genus relegationis apud Athenienses, idest exsilium annorum decem: ab ὄστρακον *testa*. Testula enim inscriptum ferebant nomen ejus, quem exterminare volebant. Differebat plurimum ab exsilio. Nam exsilium fiebat ob flagitia; ostracismus, quod nimia potentia suspecta esset. Deinde eorum, qui exsilio damnati erant, bona publicabantur; iis vero, qui per testulam e civitate erant summoti, pecuniam populus non adimebat. Præterea ostracismo damnatis tempus et locus præfiniebatur; ii autem, qui exsulabant, neutrum horum habebant. *Nepos Cim.* 3. Testarum suffragiis, quod illi ostracismum vocant, decem annorum exsilio multatus est. *Quædam edition. habent* ὀστρακισμόν.

OSTRĂCĪTES, æ, m. 1. ὀστρακίτης, lapis testæ similitudinem habens: ab ὄστρακον *testa*. Usus ejus pro pumice ad levigandam cutem. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 19. 31. (139). Cf. *Isid.* 16. *Orig.* 4. 25.

OSTRĂCĪTIS. *V.* OSTRACIAS.

OSTRĂCĬUM, ĭi, n. 2. ὀστράκιον, testa, sive operimentum certi concharum generis, et fortasse purpuræ, inquit *Harduin.* Dicitur etiam onyx. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 46. (134). *Pelagon. Veterin.* 24. 4. Si sanguis nimius per venam percussam perruperit, hosticinum (*lege* ostracium) conterito minute et apponito in plagam. *Ita fortasse legendum; ceterum alii viderint.*

OSTRĂCUS, i, m. 2. *Isid.* 15. *Orig.* 8. Ostracus est pavimentum testaceum, eo quod fractis testis calce admixta feriatur. Testam enim Græci ὄστρακον dicunt.

OSTRĔA, æ, f. 1. *et* ostreum, i, n. 2. ὄστρεον. — *a*) De forma *ostrea*, æ, hæc *Charis.* 1. *p.* 42. *Putsch.* Hæc ostrea feminino genere singulari numero, an hoc ostreum neutrale dicendum sit, quæritur; et dicenda hæc ostrea feminine singulari numero. Hæc *Charis.*; et sane habent *Lucilius* apud *Non. p.* 216. 6. *Merc.* Ostrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris. *Varro* apud *eumd. ibid.* Neque ostrea ulla magna capta quivit palatum suscitare. *Gell.* 20. 8. Ostrea tenuis et exsucta. — *b*) *Ostreæ*, *arum* in plur. num. femin. gen. est *Plauti et Cicer. locc. infra citt.*, et *Turpilii* apud *Non.* loc. supra cit., et *Plin.* 9. *Hist. nat.* 54. 79. (168). — *c*) *Ostreum* n. 2. in sing. num. est tantum *Pallad.* 1. *R. R.* 51. Ostrei testas siccas simul tundes. — *d*) *Ostrea*, *orum*, in plur. num. neutr. gen. est *Ennii* apud *Apul. de Mag.*, *Lucilii*, *Horat.*, *Ovid.*, *Plin.* etc. locc. infra citt. — *e*) Dativus et Ablativus *ostreis*; quos exhibent *Ennius* apud *Non. p.* 169. 21.; *Cic.* 2. *Divinat.* 14. 33. et 7. *Fam.* 27.; et *Plin.* 9. *Hist. nat.* 54. 79. (168). — Ceterum *ostrea* (It. *ostrica*; Fr. *huître*; Hisp. *ostra*; Germ. *die Auster*; Angl. *an oyster*) est genus marinæ conchæ, aspera rotundaque testa, carne grati saporis, et ditiorum mensis conquisita. Plura eorum genera enumerat *Auson. epist.* 9., item *Plin.* 32. *Hist. nat.* 6. 21. (62). Cyzicena, Lucrina, Britannica, Medula, Leptica, Lucensia, Circejensia etc. Commendat in his spissa et crassiora, neque in luto capta, neque in arenosis, sed solido vado, spondylo brevi, atque non carnoso etc. *Seneca Ep.* 95. *ante med.* Quid? illa ostrea, inertissimam carnem cœno saginatam, nihil existimas limosæ gravitatis inferre? *Plaut. Rud.* 2. 1. 8. Echinos, lepadas, ostreas, balanos captamus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 54. 79. (168). Ostrearum vivaria primus omnium Sergius Orata invenit in Bajano, nec gulæ causa, sed avaritiæ. *Ennius* apud *Non. p.* 169. 22. *Merc.* Scrupeo investita saxo, atque ostreis squamæ scaprent. *Cic. fragm.* apud *eumd. p.* 216. 13. Solertia ea, quæ posset vel in tegulis proseminare ostreas. *Lucilius* apud *Gell.* 20. 8. Luna alit ostrea, et implet echinos. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 33. Ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini. *Juvenal.* 4. 140. Circeis nata forent, an Lucrinum ad saxum, Rutupinove edita fundo Ostrea, callebat primo deprendere morsu. *Ovid.* 6. *Fast.* 173. Piscis adhuc illi populo sine fraude natabat: Ostreaque in conchis tuta fuere suis. — Quos *Martial.* 7. 20. memorat *ostreorum lividos cirros*, putat *Rader.* intelligi fibras in carne ostreæ, crine purpureo ambiente, quam generosarum ostrearum notam esse volunt peritiores harum rerum, ut est apud *Plin.* 32. *Hist. nat.* 6. 21. (61).

OSTRĔĂRĬUM, ĭi, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

OSTRĔĂRĬUS, a, um, adject. ad ostrea spectans, ut *ostrearius panis*, quo veteres cum ostreis vesci solebant. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 27. (105). Panis ipsius varia genera persequi supervacuum videtur, alias ab obsoniis appellati, ut ostrearii, alias etc. — Hinc

Ostrearium, ĭi, n. 2. absolute, substantivorum more, est ubi ostreæ vivunt et reperiuntur. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 51. 74. (161). Nuper compertum est in ostreariis, humorem iis fetificum lactis modo effluere. *Macrob.* 2. *Saturn.* 11. Sergius Orata primus ostrearia in Bajano locavit.

OSTRĔĀTUS, a, um, adject. ὀστρώδης, muricatus, ostreis munitus; et figurate durus atque asper, *duro, aspro. Plaut. Pœn.* 1. 2. 186. Itaque jam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito.

OSTRĔŌSUS, a, um, adject. ostreis abundans. *Auct. Priap.* 77. Cyzicus ostreosa. — Comp. *Ostreosior* apud *Catull.* 18. 4. ora Hellespontia ceteris ostreosior oris.

OSTRĬĀGO, ăgĭnis, f. 3. genus herbæ, circa sepulcra, aut in parietibus, qui sunt circa montium radices, nascentis. *Apul. Herb.* 28.

OSTRĬCŎLOR, ōris, adject. ostri colorem habens. *Sidon. carm.* 5. 18. Ostricolor pepli textus.

OSTRĬFER, fĕra, fĕrum, adject. *abbondante di ostriche*, ostreas ferens, ostreosus. *Virg.* 1. *G.* 207. Pontus, et ostriferi fauces tentantur Abydi. *Val. Flacc.* 1. 456. Surgis ab ostrifero medius, Neptune, Geræsto. *Lucan.* 9. 959. et ostriferam dirimat Chalcedona cursu.

OSTRĪNUS, a, um, adject. *di color d'ostro*, ὀστρεῖος, ostri colorem habens, purpureus. *Varro* apud *Non. p.* 549. 10. *Merc.* Ostrinum supparum. *Turpilius* apud *eumd. ibid.* Ricula ostrina. *Propert.* 3. 11. 7. Et Tyros ostrinos præbet Cadmea colores. *et* 1. 14. 20. Ostrinus torus. *et* 2. 22. 26. Ostrina tunica. *Non. loc. cit.* colorem hunc subrubeum esse dicit.

OSTRĪTIS, ĭdis, f. 3. *V.* OSTRACIAS. 1.

OSTRUM, i, n. 2. ὄστρον (It. *ostro, porpora, scarlato, grana*; Fr. *pourpre*; Hisp. *purpura*; Germ. *der Saft der Purpurschrecke, der Purpur*; Angl. *purple, scarlet, crimson*).

I.) Proprie est sanies illa, vel liquor, qui ex ostreis, seu conchyliis, vel purpuris, vel muricibus eximitur ad pretiosarum lanarum infecturam: et color ille, qui ex hac sanie conficitur. *Plin.* 9. *Hist. nat. c.* 36. *et* 37. distinctas facit species, conchylium, purpuram, muricem. Similiter *Nonius p.* 549. 9.-17. *Merc.* ostrinum colorem distinguit a colore muricis, quod ille sit subrubeus, hic sanguineus. Sed hæc a scriptoribus confunduntur. Et sane ostrum, ut de ejus natura tradiderunt scriptores, non habet in omnibus locis, quibus nascitur, unius generis colorem, sed solis cursu naturaliter temperatur. Itaque quod legitur in Ponto et Galatia, quia hæ regiones sunt proximæ ad Septentrionem est atrum: progredientibus inter Septentrionem, et Occidentem, invenitur lividum: quod autem legitur ad Æquinoctialem Orientem et Occidentem, invenitur violaceo colore: quod vero Meridianis regionibus excipitur, rubra procreatur potestate, ut ait *Vitruv.* 7. 13. ubi rationem etiam tradit ostrini coloris conficiendi. *Virg.* 5. *Æn.* 111. Vestes ostro perfusæ. — In plur. num. *Propert.* 4. 3. 51. Nam mihi quo, Pœnis si purpura fulgeat ostris?

II.) Translate. ¶ 1. A Poetis pro purpurea veste usurpatur. *Lucret.* 2. 34. Nec calidæ citius decedunt corpore febres, Textilibus si in picturis ostroque rubenti Jacteris, quam si in plebeja veste cubandum est. Sic *Virg. l. Æn.* 704. stratoque super discumbitur ostro. *h. e.* lectis purpureis. *et* 2. *G.* 506. Ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro. *Id.* 4. *Æn.* 134. insignis ostro sonipes. *et* 7. *ibid.* 814. velare humeros ostro. *Horat.* 3. *Od.* 29. 14. Mundæque parvo sub lare pauperum Cœnæ sine aulæis et ostro. ¶ 2. Pro splendore, luce. *Sever. Ætn.* 332. Purpureoque rubens surgat jubar aureus ostro.

OSTRUS, a, um, adject. qui ad Orientem situs est. *Paulin. Pell.* 21. altera cujus Pars Orientis erat patria, in qua scilicet Ostrus Possessorque et jam non ultimus esse videbar. Ita cl. *Furlanetto* in Append.; mihi illud *ostrus* mendum esse videtur.

OSTRŸA, æ, *et* ostrys, yos, f. ὄστρυα, ὄστρυς, arbor materia dura atque firma, similis fraxino cortice et ramis, folio pyri, tamen paullo longioribus, crassioribusque ac rugosis incisuris, quæ per tota discurrunt, semine hordeo simili et colore, solitaria nascitur circa sava aquosa. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 21. 37. (117). Gignit arborem ostryn, quam et ostryam vocant, etc. V. *Theophrast.* 3. *Hist. plant.*

OSUS, a, um. *V.* ODI.

ŌSŸRIS, is, f. 3. ὄσυρις, herba ramulos ferens nigros, tenues, lentos, et in his folia nigra ceu lini, semenque in ramulis nigrum initio, deinde colore mutato rubescens. Smegmata mulieribus.

faciunt ex his. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 88. (111)., ubi *Harduin.* adscribit, ab *Anguillara* dici *le scope di Padova.*

OT

ŌTĂCUSTA *vel* otacustes, æ, m. 1. *spia,* ὠταχουστής, ab οὖς, ὠτός *auris* et ἀκούω *audio,* apud *Apul. de Mundo* est emissarius, clam aliorum sermones captans. Omnia, inquit, quæ ibi gererentur, ille otacustarum relatione discebat. Hos *Apulej.* paullo supra *aures regias* vocat, quod iis Darius rex Persarum ad excipienda, quæcumque a subjectis gererentur, uteretur: item *imperatoris oculos,* quod per eos videret quidquid se absente fieret. *V.* ORICULARIUS et OCULUS.

ŌTĂNĪTĒS, es, 1. ab οὖς, ὠτός *auris,* est, ut mihi videtur, morbus aurium, in quibus vulnera insunt. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 312. ed. *Ald.* In aure vulnus si fuerit, excavas malum granatum, et mittis illic myrrham, pediasimos (*sic*), mel et acetum, et ad dimidium coquis, et eo mittis tepidum per folium lauri; oteniten (*lege* otaniten) sanat.

ŌTHONNA, æ, f. 1. ὄθονα, herba in Syria nascens, similis erucæ, perforatis crebro foliis, flore croci: quare quidam anemonen vocaverunt. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 85. (109).

ŌTHOS. *V.* OTUS.

ŌTĬA, æ, f. 1. piscis marinus, e genere ostrearum: ab ὠτίον *auricula. Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (149).

ŌTĬĂBUNDUS *vel* ociabundus, a, um, adject. *pien di ozio,* otio abundans. *Sidon.* 4. *Ep.* 18. Multis diebus otiabundus.

ŌTĬĀTUS *vel* ociatus, a, um. *V.* OTIOR.

ŌTĬCUS, a, um, adject. Græca vox ὠτικός, ad aures pertinens, auricularis. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 23. Otico clystere, quem nos auricularem dicere poterimus.

ŌTĬŎLUM *vel* ociolum, i, n. 2. deminut. *μικρὰ σχολή,* breve otium. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 3. Quum otiosus sim, plane ubi delectem otiolum meum, non habeo.

ŌTĬOR *vel* ocior, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Otiatus.* — Otiari est in otio esse, cessare, vacare, otio frui, *stare in ozio, essere ozioso, riposarsi,* ἀργέω, σχολάζω. *Cic.* 3. *Off.* 14. 58. Quum se Syracusas otiandi, non negotiandi causa contulisset. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 127. Pransus non avide quantum interpellet inani Ventre diem durare, domesticus otior. *Sidon.* 3. *Ep.* 1. Ipsi iisdem temporibus nati, magistris usi, artibus instituti, lusibus otiati.

ŌTĬŌSĒ *vel* ociose, adverb. nihil agendo, per otium, animo vacuo, σχολῇ, ἀργῶς, *oziosamente, in riposo, senza far nulla.*

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Off.* 26. 97. Utile Ulyssi Ithacæ vivere otiose cum parentibus, cum uxore, cum filio. *Liv.* 23. 7. *ad fin.* In foro otiose inambulare.

II.) Translate. ¶ 1. Est idem ac lente, sine festinatione, *a bell' agio, lentamente, adagio. Cato R. R.* 76. *sub fin.* Videto, ut bene et otiose percoquas. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 14. Ambula ergo cito. SY. imo otiose volo. *Id. Truc.* 1. 2. 60. Vostra hercle factum injuria, quæ properavistis olim rapere: otiose oportuit, diu ut essem incolumis vobis. *h. e.* lente, paullatim. *adagio, a poco a poco.* et *Liv.* 2. 57. *a med.* Segniter, otiose, negligenter, contumaciter omnia agere. *Cic.* 6. *Verr.* 15. 33. Accessit ad argentum, contemplari unumquodque otiose et considerare cœpit. *Id.* 4. *Fin.* 13. 32. Quo constituto, tum licebit otiose ista quærere. ¶ 2. Item secure, tranquille, *tranquillamente. Ter. Heaut.* 2. 3. 100. Ademptum tibi jam faxo omnem metum, in aurem utramvis otiose ut dormias.

ŌTĬŌSĬTAS *vel* ociositas, ātis, f. 3. *oziosità, ozio,* otium. *Sidon.* 2. *Ep.* 10. Suas otiositates trepidanter edere. *h. e.* carmina per otium composita. *Vulgat. interpr. Eccli.* 32. 28. Mitte illum (*servum*) in operationem, ne vacet: multam enim malitiam docuit otiositas.

ŌTĬŌSUS *vel* ociosus, a, um, adject. (otium). Comp. *Otiosior* sub *B.* II. 2.; Sup. *Otiosissimus* sub *A.* I. 1. 3. et sub *B.* II. 3. — Otiosus est vacuus, cessans, nihil agens, opere solutus, otio fruens, tum in bonam, tum in malam partem. Et in bonam quidem quinam sint re vera otiosi, multis *Seneca Brevit. vit.* 12. *et seqq.,* item *Ep.* 55. docet. σχολαῖος, ἀργός (It. *ozioso, disoccupato, scioperato;* Fr. *qui est sans occupation, qui est de loisir, oisif;* Hisp. *ocioso, holgazar;* Germ. *müssig, unthätig, in Musse;* Angl. *unoccupied, disengaged from business, idle*). Usurpatur autem *A*) De hominibus; et *B*) De rebus et abstractis.

A) De hominibus, et quidem

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim *otiosus* dicitur is, cui nec publicum, nec privatum negotium est ullum. *Plaut. Truc.* 1. 2. 33. Nimis otiosum arbitror hominem esse te. *Ter. Adelph.* 2. 4. 15. Quamvis etiam maneo otiosus hic. *Cic. Brut.* 3. 10. Quum inambularem in xysto et essem otiosus domi. *Id.* 3. *Nat. D.* 39. 93. Rebus humanis aliquos otiosos deos præficere. *Id.* 12. *Att.* 39. Necesse ne habeas scribere, nisi eris valde otiosus. — *Satius est otiosum esse, quam nihil agere,* scite dictum ab Attilio apud *Plin.* 1. *Ep.* 9. *extr.* h. e. ab omni plane opere cessare, quam rebus nihili, inanibus, futilibus, frigidis operam dare: quibus qui implicatur, re vera nihil agit. ¶ 2. Speciatim *otiosus* dicitur, qui cessat a re publica gerenda, et privata aliqua exercitatione et præcipue litteris occupatur. *Cic.* 1. *Orat.* 51. 219. Quo in studio (*philosophiæ*) hominum quoque ingeniosissimorum otiosissimorumque totas ætates videmus esse contritas. *Id.* 11. *Phil.* 8. 20. Otioso vero, et nihil agenti privato quando imperium senatus dedit? *Id.* 3. *Off.* 1. 1. P. Scipionem dicere solitum, numquam se minus otiosum esse, quam quum otiosus. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 21. 70. Sic *Id. Brut.* 24. 93. Quum (*Galba*) otiosus (*h. e.* domi) stilum prehenderat motusque omnis animi (*quo incendebatur, quum in foro ageret*), tamquam ventus, hominem defecerat, flaccescebat oratio. *Id. Sext.* 51. 110. Græculum se atque otiosum putari voluit, studio litterarum se subito dedidit. *Seneca Ep.* 55. Otiosum enim hominem seductum existimat vulgus et securum et se contentum. — Et cum Genitivo. *Plin. præf. Hist. nat.* (6). Humili vulgo scripta sunt, agricolarum, opificum turbæ, denique studiorum otiosis. *per gli studiosi.* ¶ 3. Item speciatim in bello otiosi dicuntur, qui neutri favent parti, *indifferente, neutrale. Cic.* 2. *Off.* 7. 26. Quid? Lacedæmonios injuste imperantes nonne repente omnes fere socii deseruerunt, spectatoresque se otiosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis? *Id. Marcell.* 6. 18. Quidam enim non modo armatis, sed interdum etiam otiosis minabantur. *Id.* 9. *Fam.* 6. *med.* Extremum malorum omnium esse civilis belli victoriam: quam quidem ego etiam illorum timebam, ad quos veneramus. Crudeliter enim otiosis minabantur. — Huc referri potest et illud *ejusd. Cic.* 2. *leg. Agr.* 37. 102. Non modo vos eritis in otio, qui semper esse volueritis, verum etiam istos, quibus otiosi negotium facessimus, otiosissimos reddam. *li farò star cheti:* efficiam, ne quid turbulenti conflent: totus tamen locus est corruptus; *V.* Criticos.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice *otiosus* est securus, tranquillus, ut esse solent, qui in otio sunt, *tranquillo, quieto. Ter. Phorm.* 2. 2. 25. Ten' asymbolum venire, unctum atque lautum e balneis, otiosum ab animo? *Gell.* 2. 29. a metu. *Ter. Adelph.* 4. 1. 17. Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulcre calleo. *h. e.* ne cura, ne labora, ne sollicitus sis. — *Reddere aliquem otiosum,* efficere, ut tranquillo quietoque animo sit, levare cura. *Cic.* 9. *Fam.* 25. *extr.* Mihi gratum feceris, si otiosum Fabium reddideris. ¶ 2. In re oratoria *otiosus* est supervacaneus, inanis, *superfluo. Tac. Dial. de Orat.* 22. *de Cicerone.* Lentus est in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus. *perde il tempo.* Sic *Id. ibid.* 18. *ad fin.* Brutum videri otiosum et disjunctum.

B) De rebus et abstractis, et quidem

I.) Proprie. ¶ 1. Otiosum dicitur quidquid et publicis et privatis caret occupationibus. *Ennius* apud *Gell.* 19. 10. Otioso in otio animus nescit quid velit. Cf. *Cic. Planc.* 27. 66. Ecquid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem unquam otiosum? *Id. Senect.* 23. 82. An censes-me tantos labores diurnos nocturnosque domi militiæque susceptum fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus? Nonne melius multo fuisset, otiosam ætatem et quietam sine ullo labore et contentione traducere? *Horat. Epod.* 5. 43. Et otiosa credidit Neapolis. Cf. *Tac.* 14. *Ann.* 58. Vana hæc-credentium otio augebantur. *Id.* 13. *ibid.* 3. Adnotabant seniores, quibus otiosum est vetera et præsentia contendere. *Al. leg.* quibus otium est, *che hanno ozio e tempo.* — Huc referri potest et illud *Frontin.* 2. *de controv. agr. p.* 53. ed. *Lachmann.* Attigui possessores vacantia loca, quasi invitante otiosi soli opportunitate, invaserunt. ¶ 2. Speciatim *otiosum tempus* et simile aliud dicitur, in quo cessatur ab opere publico, et privata aliqua exercitatio fit. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 8. Revertar ad institutum (*poema*) idque perficiam his supplicationum otiosis diebus. *Id. Senect.* 14. 49. Si vero habet aliquod tamquam pabulum studii atque doctrinæ, nihil est otiosa senectute jucundius. *et Amic.* 27. 104. Nam quid ego de studiis dicam cognoscendi semper aliquid atque discendi? in quibus remoti ab oculis populi omne otiosum tempus contrivimus. ¶ 3. Item speciatim *otiosum* est pacatum et bello atque armatis opponitur. *Plaut. Truc.* 1. 1. 55. Postremo in magno populo, in multis hominibus, Re placida atque otiosa, victis hostibus, oportet etc. *Cic. Sext.* 45. *et* 46. 98. Quid est igitur propositum his rei publicæ gubernatoribus, quod intueri, et quo cursum suum dirigere debeant? Id quod est præstantissimum, maximeque optabile omnibus sanis et bonis et beatis, cum dignitate otium. - Hujus autem otiosæ dignitatis hæc fundamenta sunt etc.

II.) Translate ponitur ¶ 1. *Otiosus* pro lento, tardo. *Pallad.* 1. *R. R.* 37. Fons, vel rivus huc conveniat otiosus, qui humiles transeundo formet lacunas. ¶ 2. De animo quum dicitur, est securus, tranquillus. *Ter. Andr.* 5. 2. 1. Animo nunc jam otioso esse impero. *Seneca* 2. *Ira* 13. *a med.* Quid quiete otiosius animi, quid ira laboriosius? ¶ 3. Interdum est supervacaneus, inutilis, nihil efficiens, inanis, *vano, superfluo, inutile. Quintil.* 1. 1. 35. Ii quoque versus, qui ad imitationem scribendi proponentur, non otiosas velim sententias habeant, sed honestum aliquid monentes. *Id.* 8. 2. 19. Ego otiosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio non intelligit. *Plin.* 9. *Ep.* 6. *extr.* Per hos dies libentissime otium meum in litteris colloco, quos alii otiosissimis occupationibus perdunt. *scil.* circensibus spectandis. — *Otiosa pecunia* est, quæ nihil acquirit, *danaro infruttuoso:* cui opponitur *occupata,* quæ usuras parit. *Plin.* 10. *Ep.* 62. Pecuniæ publicæ vereor ne otiosæ jaceant. Adde *Scævol. Dig.* 22. 1. 13.

ŌTIS, idis, f. 3. ὠτίς, avis est, quam Hispani avem tardam vocant, teste *Plin.* 10. *Hist. nat.* 22. 29. (57)., damnata in cibis propter malum odorem, quem emissa ex ejus ossibus medulla reddit. *Id.* 30. *ibid.* 14. 45. (131). Mammis otidum adipem utilem esse. *V. Winkelmann. T.* 2. *p.* 125., cui otis est *ottarda.*

ŌTĬUM *vel* ocium, ii, n. 2. Scribitur per *t,* et per *c,* ut posuimus: sed *t* magis placet *Pierio* ad *Virg.* 1. *Ecl.* 6., *Manutio, Dausquio* et *Cellario* in *Orthogr.,* adstipulantibus lib. veterib. et lapidib. — Otium (cujus in adsignanda notatione valde laborant etymologi) est vacuum tempus, cessatio ab opere, remissio laboris, lasamentum, tempus liberum atque otiosum: cui contrarium est *negotium,* σχολή, ἀργία (It. *ozio, disoccupa-*

zione, scioperataggine, riposo, tempo, agio; Fr. *loisir, moments de loisir, repos que laissent les affaires, temps disponible*; Hisp. *lugar, tiempo desocupado, tiempo libre*; Germ. *die Geschaftslosigkeit, Musse, Ruhe*; Angl. *ease, leisure, recreation, freedom from business, spare time, idleness*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Ennius* apud *Gell.* 19. 10. Otioso in otio animus nescit quid velit. *Cic.* 3. *Off.* 1. 1. Illum et in otio de negotiis cogitare, et in solitudine secum loqui solitum. *et mox.* Otium et solitudo, quæ languorem afferunt ceteris, illum acuebant. *Id.* 2. *leg. Agr.* 33. 91. Inertissimum et desidiosissimum otium. *et ibid.* 37. 103. Qui propter desidiam in otio vivunt. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 2. 6. Hebescere et languere in otio. *Id* 2. *Att.* 14. Otio tabescere. *Id.* 3. *Orat.* 29. 131. Græci otio diffluentes. *Tac.* 4. *Hist.* 70. Segne otium trahere. *Seneca Ep.* 82. Otium sine litteris mors est, et hominis vivi sepultura. ¶ 2. Speciatim et sæpe accipitur pro tempore vacuo, et libero a negotiis forensibus, ab administratione reipublicæ, ab occupationibus civilibus, a labore rustico aut militari, et hujusmodi, quum licet ad litterarum studia privatim incumbere, aliisve honestis exercitationibus animum recreare, *tempo, agio, disoccupazione, vacanza. Cato* apud *Cic. Planc.* 27. 66. Clarorum virorum non minus otii, quam negotii rationem exstare oportet. *Id. Brut.* 2. 8. Tamquam in portum confugere non inertiæ, neque desidiæ, sed otii moderati atque honesti. *Id.* 3. *Orat.* 15. 57. Doctissimi homines, otio nimio et ingeniis uberrimis affluentes, multo plura curanda sibi esse et investiganda duxerunt. *et* 1. *ibid.* 1. 3. Quantum mihi vel fraus inimicorum, vel causæ amicorum, vel respublica tribuet otii, ad scribendum potissimum conferam. *et* 2. *ibid.* 13. 57. Philistus otium suum consumpsit in historia scribenda. *et* 14. 59. Horum libros delectationis causa, quum est otium, legere soleo. *Id. Partit. orat.* 1. 1. Si modo tibi est otium, et si vis. *Id.* 1. *Orat.* 52. 224. Philosophorum libros reservare sibi ad Tusculani requiem atque otium. *Horat. Epod.* 1. 7. Utrumne jussi persequemur otium Non dulce, ni tecum simul? *Ter. Hecyr. prol.* 2. 35. Nunc turba nulla est: otium et silentium est: Agendi tempus mihi datum est. *Id. Adelph.* 3. 4. 55. Non hercle otium est nunc mihi auscultandi. *Id. Heaut.* 1. 1. 23. Tantum ne ab re tua est otii tibi, aliena ut cures? *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 165. Haud centesimam partem dixi, atque, otium rei si sit, possim expromere. *se io avessi tempo. Ter. Phorm.* 5. 5. 4. Habere otium ad aliquid faciendum. *Cic. Amic.* 27. 104. In studiis omne otium tempusque conterere. *Al. leg.* otiosum tempus. *Dolabella* ad *Cic.* 9. *Fam.* 9. Referre se in otium. *Id.* 1. *Herenn.* 1. 1. Otium studio suppeditare. *Phædr.* 3. *prol.* dare corpori. *dar riposo. Cic.* 1. *Orat.* 13. 57. De his rebus omnibus in angulis, consumendi otii causa, disserunt. *per passar l'ozio.* ¶ 3. Item speciatim et sæpe dicitur de tranquillo statu, pace, rebus compositis, *tranquillità, pace, stato pacifico. Cic.* 2. *leg. Agr.* 37. 102. Nihil est tam populare, quam pax, tranquillitas, otium. *Nepos Amilo.* 2. *extr.* Tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuisse. *Id. Timol.* 3. Ex maximo bello tantum otium toti insulæ conciliavit, ut etc. *Cæs.* 2. *B. C.* 36. Multitudo insolens belli diuturnitate otii. *et* 1. *ibid.* 5. Res ad otium deducere. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 5. *ad fin.* Valde me ad otium pacemque converto. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 5. 15. et 2. *Phil.* 34. 87. Perturbare otium. — *Per otium*, otii, aut pacis tempore. *Cic.* 1. *Invent.* 3. 4. Studia recta et honesta per otium concelebrata. *Liv.* 2. 39. *ad fin.* Si præda belli per otium frui velint. *Tac.* 15. *Ann.* 6. Cur deserta per otium, quæ bello defenderant? *Liv.* 27. 2. *a med.* Ubi nemo hostium adversus prodiit, spolia per otium legere. *a suo bell'agio.*

II.) Translate. ¶ 1. De loco ubi otio frui licet. v. gr. villa, secessu. *Cic.* 1. *Att.* 7. Omnem spem delectationis nostræ, quam quum in otium venerimus, habere volumus, in tua benignitate positam habemus. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 30. nautæque per omne Audaces mare qui currunt, hac mente laborem Sese ferre, senes ut in otia tuta recedant, Ajunt. ¶ 2. De iis, quæ fiunt otii tempore. *Ovid.* 2. *Trist.* 223. Excutiasque oculis otia nostra tuis. *h. e.* carmina. ¶ 3. *Otio*, otiose, tarde, lente, paullatim. *Phædr.* 1. 25. quum currens bibere cœpisset canis, Sic crocodilus: quam libet, lambe otio, Accede, pota leniter. *con tuo comodo.* Al. aliter leg.

ŌTŌPĒTA *vel*

ŌTŌPĒTES, æ, m. 1. ὠτοπετής, b. e. auritus, ut in *Gloss. Philox.* exponitur, apud *Petron. Satyr.* 35. videtur leporem significare. Sed locus ille varie vexatur a criticis. V. *Burmann.*

ŌTUS, *i*, m. 2. ὠτός, et ὦτος, avis bubone minor, noctuis major, auribus plumeis eminentibus: unde et nomen illi. (οὖς, ὠτός, aurem significat.) Quidam Latine asionem vocant: imitatrix alias avis, ac parasita, et quodam genere saltatrix. Capitur haud difficulter, ut noctuæ, intentam in aliquo circumeunte alio. Quod si ventus agmen adverso flatu cœpit inhibere, ponduculis lapidum apprehensis, aut gutture arena repleto, stabilitæ volant. Hæc *Plin.* 10. *Hist. nat.* 23. 33. (68)., ubi alii leg. *otis* invito *Harduino. V.* OTIS; et *Winkelmann. T.* 2. *p.* 125. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

OV

ŌVĀLIS, e, adject. ad ovationem spectans, ut *Ovalis corona*, de qua *V.* in OVATIO. *Gell.* 5. 4.; et *Paul. Diac. p.* 195. 7. *Müll.*

ŌVANTER, adverb. ovando, exsultando. *Tertull. advers. Valentin.* 28. Propere et ovanter accurrit.

ŌVĀRĬUM, ĭi, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

ŌVĀRĬUS, ĭi, m. 2. qui gallinis præest, ut suo tempore ova pariant, quique edita servat, et quæ succi melioris sunt, ea domino cœnaturo, aut statim a balneo exeunti exhibet, quemadmodum *aviarius* et *altiliarius*, qui aves et altilia curat et farcit, uti dictum est suo loco, et quemadmodum memoratur a *Varron.* 3. *R. R.* 5. 5, curator aviarii. *et ibid.* 9. 7. gallinarius. *Inscript.* in *Collect. Ferrar. opusc. T.* 9. *p.* 179. CN. MVRCIVS CN. T. L. ARGENTILLVS OVARIVS. Hanc inscriptionem ad quingentos circiter ab urbe Mevania passus in villa Cupri omnium primus detexit, descripsit, vulgavit et illustravit *Jo. Dom. Coletius loc. cit.*, cujus rude marmor, solaque pueri effigie ad pectus usque conspicuum, Argentillum Cnæi et Titi Murciorum libertum exhibet. Is eam, de qua diximus, ovorum curam exercuisse videtur. Fuisse id etiam munus apud veteres, et quidem puerile, allatis scriptorum testimoniis probat idem Auctor. Est apud Græcos verbum ὠοφυλακτέω *ova custodio.* Quæ fuerit et quanta apud veteres cura servandi et supponendi ova, abunde docet *Colum.* 8. *R. R.* 5. 4. — Hinc

Ovarium, ĭi, n. 2. absolute, substantivorum more. *Inscript.* apud *Rénier.* 3575. DECIMVS CLAVDIVS IVVENALIS SARDICVS PERFECTIS METIS ET OVARIIS ITEMQVE TRIBVNALI IVDICVM QVAE OB MEMORIAM GLAVDIORVM *etc. anno* PROVINCIÆ CLXXXVIII. *Ovarium*, nisi fallor, est locus in circo prope metas conspicuus, in quo ponebant ova, b. e. pilas ligneas ovali figura, quibus pro notis utebantur ad numeranda quadrigarum curricula, ut in OVUM I. 5. dictum est: *V. Liv.* 41. 27. et *Varron.* 1. *R. R.* 2. 11. ibidem *citt.* Cf. et *Cassiod.* 3. *Variar.* 51. Nec illud putetur irritum, quod metarum circuitus ovorum exceptionibus, (*al.* erectionibus, *al.* exemptionibus) exprimatur. *Dio* quoque *lib.* 49. scribit, Agrippam, quod videret, errare homines in circo propter circuituum numerum, delphines et ovata opera (ὡσεὶ δημιουργήματα) posuisse, quibus cursuum circuitiones et conversiones ostenderentur.

ŌVĀTĬO, ōnis, f. 3. (ovo) *triunfo minore*, θρίαμβος ελάττων, minor triumphus, quum belli duces rebus quidem prospere gestis, non tamen ita magnis, ut justo triumpho dignæ essent, ex S. C. pedites, vel, ut aliis placet, uno equo vecti urbem ingrediebantur, myrteam coronam, quam ob id *ovalem* vocabant, in capite gestantes, et a plebejis, vel ab equitibus Romanis deducebantur in Capitolium, ibique ovem immolabant. *Servius* ad *Virg.* 4. *Æn.* 543. Ovandi autem, et non triumphandi, teste *Gell.* 5. 6. et *Paul. Diac. p.* 195. 7. *Müll.*, causæ erant, quum aut bella non rite erant indicta, neque cum justo hoste gesta; aut quum hostium nomen humile erat et non idoneum, ut servorum piratarumque; aut quoties deditione repente facta victoria citra magnam sanguinis effusionem contigerat. Ob quam etiam causam coronam ovalem ex myrto, quæ arbor Veneri est sacra, conficiebant, quod incruentas hujusmodi victorias Venereas potius judicarent, quam Martias. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 29. 38. (125). tradit, primum, qui ovans Urbem ingressus sit, fuisse A. Postumium Tubertum, in consulatu devictis Sabinis, quoniam rem leviter sine cruore gesserat: et myrto Veneris victricis coronatum incessisse. *Flor.* 3. 19. *a med.* Fuitque de servis ovatione contentus, ne dignitatem triumphi servili inscriptione violaret.

ŌVĀTĬO, ōnis, f. 3. a nom. *ōvum, i*, tempus est, quo gallinæ ova faciunt, dictum ea forma, qua *pullatio, mellatio*, etc. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 3. 12. (53). Tamquam congruere ovationem etiam serpentium humani sit arbitrii. *Al. leg.* operationem, *rectius.*

ŌVĀTUS, a, um, particip. ab *ōvo. Pers.* 2. 55. auro sacras quod ovato Perducis facies. *h. e.* triumphato, victoria acquisito. Sunt qui aliter explicant.

ŌVĀTUS, a, um, adject. a nom. *ōvum, i*, It. *ovato, fatto in forma d'ovo*, ωοειδής, in similitudinem ovi factus. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 21. 23. (85). Aliis turbinatio pyri, aliis ovata species, ceu malorum aliquibus. — Item diversi coloris maculis variegatus, ovi speciem referentibus. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Ut ovatus esset lapis Numidicus, ut purpura distingueretur Synnadicus. *Inscript.*, quæ ad Theodosii junioris tempora pertinet, apud *Fabrett. p.* 677. *n.* 31. ARCVS PILAS ET PLVTEVM EX VTRAQVE PARTE OVATA INSTAVRATVM. *h. e.* amphitheatrum.

ŌVĀTUS, us, m. 4. ovantium et exsultantium lætus clamor. *Val. Flacc.* 6. 187. hinc barbarici glomerantur ovatus, Hinc gemitus.

ŌVĔCŬLA. *V.* OVICULA.

ŌVĬĀRĬA, æ, f. 1. *V.* OVIARIUS in fin.

ŌVĬĀRĬCUS. *V.* in voc. sequent.

ŌVĬĀRĬUS, a, um, adject. ad oves pertinens. *Oviarium pecus*, oves. *Colum.* 7. *R. R.* 6. 1. Et quoniam de oviario satis dictum est, ad caprinum pecus nunc revertar. Al. leg. *oviarico.* Sic *Inscript.* apud *Gruter.* 513. 1. et *Murat.* 606. 1. ABSTINEATIS INIVRIIS FACIENDIS CONDVCTORIBVS GREGVM OVIARICORVM etc. quæ vox bis infra repetitur in eod. lapide. — Hinc

Oviaria, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est grex ovium. *Varro* 2. *R. R. præfat.* 6. Et ipse pecuarias habui grandes, in Appulia oviarias, et in Reatino equarias.

ŌVĪCERDA, æ, f. 1. stercus ovium. *V.* OPICERDA.

ŌVĪCO, as, are, a. 1. ovo permiscere, ita ut glutinosa massa fiat. *Plin. Valerian.* 1. 17. *p.* 166. *retro* ed. *Ald.* Clinicam in mortario minutissime conteres, et ovo crudo ovicabis, et frontem illinies.

ŌVĪCŬLA *vel* ovecula, æ, f. deminut. *pecorella, προβάτιον*, parva ovis. *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 43. Q. Fabius Max. Cunctator Ovicula dictus est a morum clementia. *Augustin.* 3 *Doctr. Christ.* 21. Oviculam ei exhibuit epulandam *Marcell. Empir.* c. 1. *p.* 89. ed. *Ald.* Lanam oviculæ de inter femora velles et combures etc. apud *Tertull. Pall.* 3. legitur *ovecula.*

ŌVĪFER, fĕra, fĕrum, adject. ova pariens, oviparus. *Gloss. Lat.* — *Gr.* Ovifera, ωοτόκος.

ŌVĪFER, fĕri, m. 2. (ut *equifer*) ovis silvatica.

Aplc. 8. 4. Jus in ovifero ferveas. *Alii scribunt divisim.* Sic *Gloss. Cyrill.* Ovifer (Græcum vocabulum excidit).

ŎVĪLE, is, n. 3. *V.* OVILIS.

ŎVĪLĬO, ōnis, m. 3. *pecoraio*, μηλοβότης, ovium pastor, opilio. *Jabolen. Dig.* 33. 7. 26. *in fin.* Cum instrumentum omne legatum esset, excepto pecore; pastores oviliones, ovilia quoque legato contineri, Oūlius non recte putat.

ŎVĪLIS, e, adject. ad oves pertinens. *Apul.* 4. *Met.* Spelunca ovili stabulationi commoda. *Plin. Valerian.* 1. 62. Ovile lac. — Hinc

Ovile, is, n. 3. (subaudi *stabulum*) absolute, substantivorum more, est stabulum ovium, κλίσιον, *stalla da pecore, ovile.*

I.) Proprie. *Varro* 8. *L. L.* 54. Primum quum dicatur ut ab ove et sue ovile et suile, sic a bove bovile non dicitur. Cf. *eumd.* 9. *ibid.* 50. *Cato R. R.* 39. *Schneid.* Bubile, ovile, cortem, villam bene purgato. *Virg.* 3. *G.* 537. Non lupus insidias explorat ovilia circum. *Ovid.* 4. *Trist.* 1. 79. Utque rapax pecudem, quæ se non texit ovili, Per sata per silvas fertque trahitque lupus; Sic etc. *Horat.* 4. *Od.* 4. 9. mox in ovilia Demisit (*aquilam*) hostem vividus impetus. *Id. Epod.* 16. 51. Nec vespertinus circumgemit ursus ovile. *Colum.* 7. *R. R.* 4. 5. Perforatis tabulis, quibus ovilia consternuntur, ut grex supercubet.

II.) Improprie. ¶ 1. Per catachresin dicitur de stabulo caprarum. *Ovid.* 13. *Met.* 828. Sunt, fetura minor, tepidis in ovilibus agni: Sunt quoque, par ætas, aliis in ovilibus hædi. Adde *Tibull.* 2. 1. 57. ¶ 2. Per similitudinem *ovile* dictus est locus in campo Martio, cancellis conclusus, quo tribus Romanæ comitiis suffragia laturæ per ordinem conveniebant. Nomen inde habuit, quia initio ligneo vallo in morem ovilli stabuli circumdatus fuit, ut est apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Ecl* 34., quamvis postea marmoribus cinctus fuerit et ornatus. *Liv.* 26. 22. Citatis Veturiæ senioribus, datum secreto in ovili cum his colloquendi tempus. *Juvenal.* 6. 527. A Meroe portabit aquas, ut spargat in æde Isidis, antiquo quæ proxima surgit ovili. *Lucan.* 2. 197. Tunc flos Hesperiæ, Latii jam sola juventus Concidit, et miseræ maculavit ovilia Romæ. Loquitur de cæde a Sulla facta multorum millium R. in campo Martio vel in ovili ipso, vel prope eum locum. *Flor.* 3. 21. *ad fin.* et *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 75. id factum dicunt in villa publica, quæ itidem in campo Martio fuit. *V.* SÆPTUM.

ŎVILLĪNUS *et*
ŎVILLUS *et*

ŎVĪNUS, a, um, adject. *di pecora, pecorino*, προβατικός, προβάτειος, ad oves pertinens. *Varro* 2. *R. R.* 2. 6.; et *Colum.* 7. *R. R.* 2. 1. Ovillum pecus. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 33. (124). lac. *Id.* 19. *ibid.* 42. 8. (150). fimum. *Cato R. R.* 36.; et *Varro* 1. *R. R.* 38. 3. stercus. *Cato R. R.* 76. Ovillus caseus. *Liv.* 22. 10. grex. *Capell.* 2. *p.* 35. Ex ovillis multi (*libri*) quoque tergoribus. *Seren. Sammon.* 14. 254. Aut tu sume pilam, quæ caudis bæret ovinis. *Theod. Priscian. de diæta* 3. Ovillinum lac. *et* 6. Ovillina caro. — Ceterum *Priscian.* 2. *p.* 594. *Putsch.* Ovinus quoque ab ove et suinus a sue: nam ovilla et suilla deminutiva sunt.

ŎVĪPĂRUS, a, um, adject. ὠοτόκος, ova pariens. Ovipara animalia sunt, quæ ova pariunt: *vivipara*, quæ vivos fetus edunt. *Apul. de Mag.* Quibus membris et causis discreverit natura viviparos eorum (*piscium*) et oviparos: ita enim appello, quæ Græci ζωοτόκα, καὶ ὠοτόκα. *Auson. Edyll.* 10. 132. Gobio non major geminis sinpollice palmis, Præpinguis, teres, ovipara congestior alvo.

ŎVIS, is, f. 3. — *a*) Olim masculino genere extulerunt, ut ait *Nonius* 3. 153., duo afferens *Varronis* loca: idque præcipue usurpabant in multa dicenda, quæ quum olim in pecore constitueretur, bubus præsertim et ovibus, ita loqui solebant: *Quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ego ei unum ovem multam dico*, quæ sunt verba *Varronis ibid.* et apud *Gell.* 11. 1. *V.* MULTA. *Paul. Diac. p.* 195. 5. *Müll.* Ovem masculino genere dixerunt, ut ovibus duobus, non duabus. *Festus* quoque *p.* 286. 18. *Müll.* testatur, in libris Pontificalibus frequenter dici *hic ovis.* Huc pertinet quod ait *Varro* 5. *L. L.* 98. *Müll.* Ovi mari testiculi dempti. — *Semimaris ovis viscera* apud *Ovid.* 1. *Fast.* 588. sunt exta maris ovium castrati, h. e. vervecis. — *b*) *Ovim* pro *ovem* in quarto casu. *Plaut. Merc.* 3. 1. 26. Ovim etiam tibi ancillam dabo, natam annos sexaginta. Al. leg. *ovim tibi eccillam*: alii *quin etiam tibi.* — *c*) In sexto *ovi* pro *ove. Varro* 8. *L. L.* 66. *Müll.* Sine reprehensione vulgo alii dicunt *hac ovi* et *avi*, alii *hac ove* et *ave.* — Ratione habita etymi, *Varro* ait 5. *L. L.* 96. *Müll.* Ex quo fructus major, hic est qui Græcis usus.-Taurus, quod ταῦρος, item ovis, quod ὄϊς, ita enim antiqui dicebant, non ut nunc πρόβατον. — Ceterum ovis est pecus lanigerum, πρόβατον (It. *pecora, pecorella*; Fr. *brebis*; Hisp. *oveja*; Germ. *d. Schaaf*; Angl. *a sheep*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 5. *ad fin.* Stramenta si deerunt, frondem iligneam legito; eam substernito ovibus bubusque. *Plaut. Trin.* 2. 4. 140. Oves scabræ sunt, tam glabræ, hem, quam hæc est manus. *Ter. Adelph.* 4. 1. 18. Quum fervit maxime, tam placidum quasi ovem reddo. *Cic.* 2. *Nat. D.* 63. 158. Quid enim oves aliud afferunt, nisi ut earum villis confectis, atque contextis homines vestiantur? *Phædr.* 1. 5. Vacca, et capella, et patiens ovis injuriæ Socii fuere cum leone in saltibus. *Horat. Epod.* 2. 16. Tondere infirmas oves. *Virg.* 6. *Ecl.* 4. pastorem, Tityre, pingues Pascere oportet oves. *Horat.* 2. *Od.* 6. 10. Dulce pellitis ovibus Galesi Flumen. *Ovid.* 1. *Fast.* 333. ita rex placare sacrorum Numina lanigeræ conjuge debet ovis. *h. e.* ariete. *Id.* 13. *Met.* 927. Nec placidæ carpsistis oves, hirtæve capellæ. *Id.* 5. *Trist.* 10. 26. Proque lupo pavidæ bella verentur oves. *et* 4. 1. 12. Pastor arundineo carmine mulcet oves. — Proverbium est illud apud *Ter. Eun.* 5. 1. 16. lupo ovem commisisti. Cf. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 8. Ut mavelis lupos apud oves linquere, quam hos domi custodes. *et Cic.* 3. *Phil.* 11. 27. O præclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum!

II.) Translate. ¶ 1. *Ovis* dicitur homo simplex, stolidus, fatuus, quique decipi ac spoliari facile potest. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 3. Quis has huc oves adegit? NI. oves nos vocant pessumæ. Sic *Propert.* 2. 13. 7. Quare si sapis, oblatas ne desere messes, Et stolidum pleno vellere carpe pecus. ¶ 2. Metonymice est ipsa lana. *Tibull.* 2. 4. 28. Et nigram Tyrio murice tingit ovem.

ŎVO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (ovis). Caret prima persona præsentis (Sunt quædam verba, ait *Priscian.* 1. *p.* 375. *Putsch.*, quæ primam personam amittant, veluti *ovas, ovat*; raro enim reperimus *ovo* dictum. Similia exhibet *Macrob. de differ. Gr. Lat. verb. p.* 2769. *Putsch.*), et usum habet præcipue in Participiis *Ovans* 1. et 2.; *Ovatus* et *Ovaturus* 1. — Quod ad etymon attinet, *Servius* ad *Virg.* 4. *Æn.* 543. dictum esse ait ab ove, quæ ab ovante mactabatur. *Paul.* vero *Diac. p.* 195. 6. *Müll.* ab *o* geminata, nempe ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminata o littera. Prior notatio probabilior videtur. — Ceterum ovare ¶ 1. Speciatim vel stricto sensu est triumphum agere, *trionfare*; et quidem — *a*) Minorem illum triumphum agere, de quo in OVATIO diximus. *Gell.* 6. 6. *in fin.* Scripserunt, qui ovaret, introire solitum equo vehentem. *Cic.* 2. *Orat.* 47. 195. Quem ego ovantem in Capitolium ascendisse meminissem. *Liv.* 5. 31. Valerio, quod perseverantior cædendis in fuga fuit, triumphus; Manlio, ut ovans urbem ingrederetur, decretum est. — *b*) Item triumphare, universim. *Solin.* 45. *a med.* Quum prælio Antiochus Galatas subegisset, equum insiluit ovaturus. — *c*) Translate ovans triumphasse dicitur, qui tantum ovatione contentus fuit. Hinc adulatorie *Vellej.* 2. 96. 3. *de Tiberio.* Hujus victoriæ compos Nero, ovans triumphavit. *et* 122. 2. Quis enim dubitare potest, quin ex Armenia recepta, et ex rege ei præposito, ordinatisque rebus Orientis, ovans triumphare debuerit? *Sueton. Tib.* 9. Quas ob res ovans, et curru Urbem ingressus est primus, ut quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus. Porro animadvertendum est, Tiberium ann. U. C. DCCXLII. triumphalibus ornamentis honoratum fuisse (*Dion. l.* 54. *c.* 31.); ann. DCCXLV. ovasse (*Id. l.* 55. *c.* 2. et *Vellej.* 2. 96.); ann. tandem DCCXLVII. curru justum triumphum egisse (*Dion. l.* 55. *c.* 8.). *Suetonius* autem *loc. cit.* res diverso tempore actas conjunxit: addit etiam, primum triumphalibus ornamentis honoratum, ut quidam putant; quia *Dion. l.* 54. *c.* 24. affirmat, idem obtigisse antea Agrippæ. *Aug.* in *Monum. Ancyrano Tab.* 1. *l.* 22. BIS OVANS TRIVMPHAVI. Hoc idem sic enarrat *Sueton. Aug.* 22. Bis ovans ingressus est Urbem post Philippense, et rursus post Siculum bellum. ¶ 2. Generatim est lætari, exsultare, præ gaudio exclamare, aut cantare, *esultare, trionfare, cantare per allegrezza.* — *a*) De hominibus. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 146. Ut ovans præda onustus incederem. *Cic.* 14. *Phil.* 5. 12. Quum hesterno die propter eorum res gestas me ovantem et prope triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulerit. *Liv.* 1. 25. *ad fin.* Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt. *Id.* 8. 7. *circa med.* Spoliis lectis ad suos revectus, cum ovante gaudio turma in castra tendit. *Val. Flacc.* 4. 342. Lætus ovat nunc laude virum, nunc vatis honoro Carmine. *et* 5. 67. At velut ille, gregis cessit cui regia taurus Fertur ovans. *et* 2. 545. regem inde petens superabat ovante Litora tuta gradu. *Virg.* 10. *Æn.* 500. Quo nunc Turnus ovat spolio, gaudetque potitus. — *b*) De brutis animalibus. *Id.* 1. *G.* 423. Et lætæ pecudes, et ovantes gutture corvi. — *c*) De rebus inanimis. *Propert.* 3. 7. 53. Prosequar et currus utroque ab litore ovantes. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 248. eat enthea vittis, Atque hederis redimita cohors, ut pollet ovanti Quisque lyra. *Val. Flacc.* 4. 416. hæc procul Io Spectat ab arce Phari, jam divis addita, jamque Aspide cincta comas. et ovanti persona sistro. *et* 2. 506. non Africus alto Tantus ovat. *h. e.* medio mari furit, et veluti triumphat. *Stat.* 4. *Silv.* 1. 7. plusque ante alias Euandrius arces Collis ovet.

ŎVUM, i, n. 2., quod a Græca voce ὠόν, est fetus avium, piscium et quorumdam animalium terrestrium, unde pulli fovendo excluduntur. Ovi partes sunt vitellus, seu luteum ovi; et albumen, seu album, quod putamine, seu cortice, seu calyce continetur (It. *uovo*; Fr. *œuf*; Hisp. *huevo*; Germ. *das Ei*; Angl. *an egg*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.). 18. 57. Deli fuisse complures, qui quum ovum inspexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebant. *Id.* 2. *Nat. D.* 51. 129. Pisces ova quum genuerunt, relinquunt. *et* 52. Quum gallinæ ex ovis pullos excluserint. *Colum.* 8. *R. R.* 3. 4. Excisa per ordinem gallinarum cubilia, in quibus aut ova edantur, aut excludantur pulli. *et ibid.* 11. 9. Pavones perticis insistentes enituntur ova. *Ovid.* 1. *Fast.* 443. Quæ facitis nidos, quæ plumis ova fovetis. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 10. Diebus, quibus animantur ova, et in speciem volucrum conformantur. *et* 11. 11. Ut Rhodiæ aves pavoninis ovis incubent. *Varro* 3. *R. R.* 9. 2. Incubare ova. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 11. Quum quis volet quamplurimos mares excludi, longissima quæque et acutissima ova subjiciet; et rursus quum feminas, quam rotundissima. *Cic.* 2. *Nat. D.* 48. 124. Anatum ova gallinis sæpe supponimus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 51. 75. (165). Ova concipere. *et* 10. *ibid.* 9. 11. (26). parere. *et* 9. *ibid.* 57. 83. (177). Ova in sicco maturari, ut testudinum. *h. e.* ad pullum perduci. *Varro* 3. *R. R.* 9. 8. Ova aut inæquabiliter maturescunt, aut consenescunt. *et ibid.* 11. Ova plena sint atque utilia, nec ne, animadverti ajunt posse, si demiseris in aquam: quod inane, natat; plenum, desidit. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 12. Remedia adversus tonitrua, quibus vitiantur ova. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 58. 79. (158). Ova irrita. *et ibid.* 58. 74. (145). et *Colum.* 8. *R. R.* 5. 14. Ovi putamen.

Seren. Sammon. 29. 551. Torridus ex vino cortex potabitur ovi. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 4. (19). Ovorum quæ exsorbuerit quisque calyces protinus frangi. *Lucret.* 2. 927. Qua tenus in pullos animales vertier ova Cernimus alituum. *Virg.* 1. *G.* 379. Sæpius et tectis penetralibus extulit ova Angustum formica terens iter. *Ovid.* 8. *Met.* 258. Propter humum volitat (*perdix*): ponitque in sæpibus ova. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 51. 74. (158). Piscium ova in mari crescunt. *Petron. Satyr.* 33. Ova concepta. *scil.* quæ, ut ipse ait *ibid.*, jam in pullum coierunt, *h. e.* pullum intus habent ex incubatione formatum et sorbilibus opponuntur. — Multa de ovis habet *Macrob.* 7. *Saturn.* 16. et *Vet. Scholiast.* ad *Pers.* 5. 185.; nonnulla *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 4. (14). *et seqq.* — Ovum in antiquis sepulcris est metempsychoseos symbolum. V. *Bollettin. archeol. a.* 1845. *p.* 14. In sacris lustralibus etiam ova gallinacea in usu fuerunt: fortasse quia omnium ciborum purissima sunt; vel quia sunt symbola fertilitatis (V. *Annal. dell' Institut. archeol. T.* 12. *p.* 18.); vel potius quia, ut ait *Macrob.* 7. *Saturn.* 16. In sacris Liberi patris hac veneratione ovum colitur, ut ea forma tereti ac pæne sphærali, atque undiqueversum clausa et includente intra se vitam, mundi simulacrum vocetur. *Ovid.* 2. *Art. am.* 329. Et veniat quæ purget anus lectumque locumque, Præferat et tremula sulphur et ova manu. *Juvenal.* 6. 518. metuique jubet Septembris et Austri Adventum, nisi se centum lustraverit ovis. ¶ 2. Speciatim, ovorum inter se similitudo in proverbio est, ut ait *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*). 18. 57., quum de rebus loquimur adeo similibus, ut internosci non queant. *Quintil.* 5. 11. 30. Non ovum tam simile ovo. *Seneca Apocoloc. a med.* Occidit socerum suum tam similem sibi, quam ovo ovum. *V.* AQUA. ¶ 3. *Ova* erant cœnæ initium, sicut *mala* finis. *Cic.* 9. *Fam.* 20. Integram famem ad ovum affero. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 6. si collibuisset, ab ovo Usque ad mala citaret, Io Bacche. ¶ 4. In fabulis Leda Thestii filia, Tyndari uxor, ab Jove sub specie cycni compressa, ova duo peperisse dicitur, ex quorum altero Pollux et Helena ex Jove; ex altero Castor et Clytæmnestra ex Tyndaro nati sunt. Quo pertinet illud *Horat. Art. P.* 147. Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo. *et* 2. *Sat.* 1. 26. Castor gaudet equis: ovo prognatus eodem Pugnis. *h. e.* eodem partu. Vel dicas, ex eodem ovo Castorem et Pollucem fuisse progenitos, ut in ONOM. ad v. CASTOR diximus. ¶ 5. In circo *ova* fuerunt pilæ ligneæ ovali figura, quibus pro notis utebantur ad numeranda quadrigarum curricula. Ea conspicuo loco posita, tot numero, quot cursus erant conficiendi (septem scilicet, ex *Seneca Ep.* 30. *a med.*, *Propert.* 2. 19. 66., *Varron.* apud *Gell.* 3. 10. *sub fin.*; aliquando a Domitiano ad quinque redacti, *Sueton. Domit.* 4.), et ad eorum singulos vel subtracta, vel apposita, monebant aurigas, quid ad certamen finiendum restaret. *Liv.* 41. 27. Censores locaverunt carceres in circo, et ova ad notas (*al.* ad metas) curriculis numerandis. *Varro* 1. *R. R.* 2. 11. Non modo ovum illud sublatum est, quod ludis circensibus novissimi curriculi finem facit quadrigis; sed ne illud quidem ovum vidimus, quod in Cereali pompa solet esse primum. *Cerealem pompam* vocat longum illud ferculorum ordinem, quæ in Cereali epulo, quod præbebatur ab ædilibus in templo Telluris post peractos circenses, inferebantur: quorum primum ordine erat ovorum, ut dictum est. De ovis circensibus vide plura apud *Panvin. l.* 1. *de Circensib. c.* 14. Scribit *Tertull. Spectac.* 8. fuisse adscripta honori Castorum, quos ovo genitos credebant, ut dictum est. V. *Mus. Borbon. T.* 8. *tav.* 28. *p.* 5.; et v. FALA.

II) Translate. ¶ 1. Ovum dicitur de ovi putamine, *guscio d'uovo*: et significat quantum illo capi potest. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 67. (137). Semuncia amyli, cum ovo, et passi tribus ovis suffervefacta. ¶ 2. Ad ovi figuram respicit illud *Calpurnii* amphitheatrum describentis, 7. *Ecl.* 34. Sic tibi planitiem curvæ sinus ambit arenæ, Et geminis medium se molibus alligat ovum.

OX

OXĂLIS, idis, f. 3. ὀξαλίς, lapathi genus, sativo proximum, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima. Latini rumicem, aut lapathum cantherinum vocant. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 85. (231).

OXALMĒ, es, f. 1. ὀξαλμη, acida muria, *Plin.* 23. *Hist. nat.* 2. 29. (61). *Id.* 24. *ibid.* 4. 5. (10). acetum salsum vocat. Est autem ab ἁλμη *muria* et ὀξύς *acidus*.

OXĪMĒ. *V.* OCIUS.

OXŸBĂPHUS, i, m. 2. ὀξύβαφον, idem atque acetabulum, mensura liquidorum, appendens drachmis quindecim. *Rhemn. Fann. de ponder.* 75. Bis quinque hunc (*cyathum*) faciunt drachmæ, si appendere tentes; Oxybaphus fiet, si quinque addantur ad istas. *Fid* ic. *Orig.* 26. Cyathi pondus decem ad libras appenditur. Oxybaphus fit, si quinque drachmæ adduntur ad decem. *Æmil. Macer p.* 238. *retro* ed. *Ald.* Cum mulsa bibitum (*origanum*) choleram deponere nigram Dicunt, oxybaphi fuerit si pondere sumptum.

OXŸCĒDROS, i, f. 2. ὀξύκεδρος, species cedri folio duro, acuto et spinoso: ab ὀξύς *acutus*. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 5. 11. (52).

OXŸCŌMĪNA *vel* oxycominia, oleæ sale conditæ, aut aceto, unde acrem saporem inducunt. *Petron. fragm. Tragur.* 66. *Burmann.* Etiam in alveo circumlata sunt oxycomina. Al. leg. *oxycominia*. Porro *cominia* inter olearum genera enumeratur a *Vallad.* 3. *R. R.* 18. Alii leg. *sycamina* etc.

OXYCRĀTUM, i, n. 2. ab ὀξύς *acer* et κεράννυμι *misceo* (*V.* MELICRATUM), videtur esse *aqua* cum aceto. *Plin. Valerian.* 1. 63. *extr.* Hæc tundes, teres et cribrabis, omniaque simul miscebis, et facies trochiscos habentes drachmam unam; dabisque cum oxycrate (*lege* oxycrato). *Sic ipse conjeci; ceterum viderint eruditi.*

OXŸGĂLA, æ, f. 1. ὀξύγαλα, lactis in acorem redacti pars coactior, quam a sero separatam origano, cæpa, mentha, coriandro, thymo, cunila, et sectivo porro, et sale condiebant: ab ὀξύς *acidus* et γαλα *lac. Colum.* 12. *R. R.* 8. 1. Oxygalam sic facito, etc. — Græce neutri est generis, et *oxygala, alactis*. Unde *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 35. (134). Quod est maxime coactum, in summo fluitat: id exemptum, addito sale, oxygala appellant.

OXŸGĂRUM, i, n. 2. ὀξύγαρον, garum ex aceto, idest liquaminis genus ex minutioribus pisciculis confici solitum, cui acoris conciliandi gratia nonnihil aceti solet admisceri, quod in principio mensæ adponebatur: ab ὀξύς *acidus* et γάρον *garum*, liquamen piscium sale conditorum. *Martial.* 3. 50. affertur protinus ingens Inter lactucas oxygarumque liber. *Sidon.* 9. *Ep.* 13. Dum rex convivii circa ordinandum moras nectit oxygarum. *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 116. *retro* ed. *Ald.* Mel, rutam, cyminum, piper simul tere, et utere pro oxygaro ad inhibendum stomachi dolorem.

OXŸGŌNĬUS, a, um, adject. ὀξυγώνιος, angulum acutum habens, ex ὀξύς *acutus* et γωνία angulus. *Front. Exposit. formar. p.* 35. *Goes.* Tertia (*linea*) quæ acutis angulis continetur, et efficit triangulum, quem Græci oxygonion appellant. *Nips.* in *Gromat. vet. p.* 299. *Goes.* Erit minor præcisura ejusdem oxygonii. *Boeth. de differ. Topic.* 3. *p.* 876. Alias (*formas*) dicat tribus acutis angulis contineri, quæ sunt oxygoniæ.

OXŸLĂPĂTHUM, i, n. 2. ὀξυλάπαθον, lapathi species acutis foliis. Quidam tamen putant, dictum a saporis aciditate. Officinæ lapathum acutum nominant. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 85. (231). et (233). Adde *Marcell. Empir. c.* 27. *p.* 127. ed. *Ald.*

OXŸMEL, mellis, *et*

OXŸMĒLI, ĭtis, n. 3. *ossiméle*, ὀξύμελι, acetum mulsum: ab ὀξύς *acidus* et μελι *mel. Plin.* 23. *Hist. nat.* 2. 29. (60). Oxymeli antiqui hoc modo temperabant: mellis minas decem, aceti veteris heminas quinque, salis marini pondo libram et quadrantem, aquæ marinæ sextarios quinque pariter coquebant, decies defervescente cortina: atque ita diffundebant, inveterabantque. Eadem ferme habet *Id.* 14. *ibid.* 17. 21. (114)., nisi quod pro aqua marina pluviam substituit. *Id.* 19. *ibid.* 8. 38. (128). Lactucas servari etiam in alienos menses oxymelite, repertum est. *V* infra. — Aliam formam *oxymel, mellis*, exhibet *Cato R. R.* 157. Brassica ex aceto oxymelli, et sale sparsa. Al. leg. *oxymelle*, alii *oxymela*. *Colum.* 12. *R. R.* 58. 2. Siseris radicem eximes de fidelia, et oxymelli cum exiguo oleo superfunde. *Veget.* 2. *Veterin.* 48. Calcem vivam vino subigito ad crassitudinem oxymellis. *Gargil.* 4. *de re hortensi* (edente *A. A. Scotti*) 11. Persici pomum, nisi conditum muria et oxymelle, asservari diu non potest. Adde *Pallad.* 12. *R. R.* 7. *ante med.*; et *Plin.* 19. *Hist. nat.* loco supra cit., de quo *V.* adnotata a *Sillig.*

OXŸMŌRA Verba, ὀξυμωρα, h. e. *acutistulta*, sunt quibus subest sententia ejusmodi, quæ vera quidem sit et acute dicta, primo tamen aspectu stulta videatur nimisque affectata: ab ὀξύς *acutus* et μωρός *stultus*. Itaque *Pseudo-Asconius* in illud *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 1. 3. Sese jam ne deos quidem suis urbibus, ad quos confugerent, habere, quod eorum simulacra Verres sustulisset: Mire, *inquit*, imitatus est verba Siculorum dolore oxymora et inania: quasi deos non habeant, qui simulacra perdiderunt. *et* ad illud *ibid.* 6. Etiam si taceant, satis dicunt: Tale, *inquit*, est illud (1. *Cat.* 8.) quum tacent, clamant: et (*Marcell.* 4.) victoriam ipsam vicisse videris: et (*Quintil.* 5. 10. 70.) philosophandum est, etiamsi non est philosophandum. Hæc in loco nec oxymora, nec cacozela judicanda sunt: aut enim inferioribus dictis, aut supra positis leniuntur. Hæc *Pseudo-Ascon. Servius* ad illud *Virg.* 7. *Æn.* 295. Num capti potuere capi? hæc habet: Cum fallet dictum est; nam, si hoc removeas, erit oxymorum. Plura *V.* apud *Voss. institut. orator. l.* 5. *c.* 12. § 7.

OXŸMYRSĪNĒ, es, f. 1. ὀξυμυρσίνη, acuta myrtus, frutex, qui habet folia myrto similia, sed acutiora et rigidiora, et producit baccas rufas ad cerasorum similitudinem. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 7. 7. (27). et 23. *ibid.* 9. 83. (165). et (166). Alio nomine *ruscus* dicitur.

OXŸŌDONTES, um, m. plur. 3. ὀξυόδοντες, acutis dentibus instructi. Vox Græca ab ὀξύς *acutus* et ὀδούς *dens*. *Lucilius* apud *Non. p.* 117. 33. *Merc.* Illo quid fiat Lamia et Pytho oxyodontes. *Al. scrib. Græcis litteris.*

OXŸORUS, a, um, adject. legitur apud *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 1. in *lemmate*. De oxyoris, seu acutis passionibus. Illud *oxyoris* est certe ab ὀξύς *acutus*; quanam vero forma, viderint eruditi.

OXŸPÆDĒRŌTĪNUS, a, um, adject. colorem referens gemmæ, quæ pæderota appellatur. *Vopisc. Aurel.* 46. Vestes oxypæderotinæ. *V.* omnino *Salmas.* ad *hunc loc.*; et PÆDEROTINUS.

OXŸPĬPER, ĕris, n. 3. piper cum aceto mixtum. *Theod. Priscian.* 4. 1. Petroselini Macedonici, oxypiperis unciæ singulæ. Hæc cl. *Quicherat.*; ipse vero locum non inveni.

OXŸPŌRĬUM, ĭi, n. 2. ὀξυπόριον, medicamentum venas et tenues corporis partes facile transiens. *Gargil. de pomis* (edente *A. Maio* in *Class. auct. T.* 3. *p.* 425.). Fit ex eisdem (*pinorum nucleis*) oxyporium utile: nucleos purgatos lasere, nitro, cymino, palmulis admixtos cum melle dato; phlegmaticos curant. *Plin. Valerian.* 2. 8. Ad hoc oxyporium diacyminon. Piper, cyminum et rutam siccam in pulverem redacta commiscebis etc. *et mox.* Oxyporium, quod facit ad digestionem, malaxat ventrem, inflationem tollit, facit et ad colum. Adde *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 114. *retro* ed. *Ald.*

OXŸPŌRUS, a, um, adject. ὀξυπόρος, Græce est

cito transiens, ab ὀξύς *celer* et πείρω *transeo*: item penetrans, pervadens, ab ὀξύς *acutus*. Dicitur itaque de cibis, qui acri sapore sunt, et statim, alteque gustum afficiunt ut sunt qui aceto condiuntur: item qui cito conficiuntur in stomacho: item de medicamentis, quæ cito operantur. Apud *Colum.* lemma 12. *R. R.* 56. sic habet: Moretum oxyporum, ut alii, oxygarum quemadmodum componas. Ibi *Colum.* longam ejus compositionem tradit. (Adde *Apic.* 1. 32.) In fine subdit: At si pretiosius oxyporum facere voles, hæc eadem etc. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 7. 26. (65). Oxypori obolis asperitatem addito dulci ad intinctum aceti temperantes. *et ibid.* 23. 96. (256). Hippomarathrum condimentis prope omnibus inseritur, oxyporis etiam aptissime. *Id.* 24. *ibid.* 8. 36. (55). Juniperus miscetur et antidotis oxyporis. *Stat.* 4. *Silv.* 9. 36. Non sal, oxyporumve, caseusve, Aut panes viridantis aphronitri.

OXŸRHŎDON, onis, m. 3. ex ὀξύς *acutus* et ῥόδον *rosa*; videtur esse unguentum vel oleum ex rosis aceto mixtum. *Theod. Priscian.* 1. 7. *p.* 292. *retro* ed. *Ald.* Si vero sonare aures cœperint, oxyrhodone tepido curandæ erunt. Si autem idem ex ægritudine sonitus obvenerit, ex aqua primo vaporabis aures, in qua absinthium ponticum coques, et continuo oxyrhodonem infundes, aut raphanorum succum cum oleo, aut hellebori nigri pulverem cum aceto, aut solum acetum tepidum cum melle commixtum, aut porri succum cum lacte muliebri et oleo roseo.

OXYS, ўos, f. 3. ὀξύς. ¶ 1. Est ea, quæ Italice dicitur *luggiola, acetosella, trifoglio acetoso*, scil. herba terna folia habens: datur ad stomachum dissolutum. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 89. (112). ¶ 2. Item genus junci acuti et sterilis. *Id.* 21. *ibid.* 18. 69. (112).

OXŸSACCHĂRUM, i, n. 2. ὀξυσάκχαρον, potio ex aceto et saccharo constans. *Constant. Afer* 7. 1. Oxysaccharum dare cum succo mali granati.

OXYSCHŒNOS, i, m. 2. ὀξύσχοινος, genus junci marini acutioris. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 18. 69. (112).

OXŸTŎNON, i, n. 2. ὀξύτονον, papaver agreste. *Apul. Herb.* 53.

OXŸTRĬPHYLLON, i, n. 2. ὀξυτρίφυλλον, genus trifolii acuto folio. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 9. 30. (54).

OXYZŌMUS, a, um, ὀξύζωμος, acido seu acri jure conditus: ab ὀξύς *acidus, acer*, et ζωμός *jus esculentum*. *Apul.* 6. 9. Pullus oxyzomus. *Theod. Priscian. de Dieta* 6. Oxyzoma nutriunt competenter.

OZ

OZÆNA, æ, f. 1. ὄζαινα. ¶ 1. Est piscis ex polyporum genere, caput habens gravissimi odoris: ab ὄζω *oleo*. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 30. 48. (89). Polyporum generis est ozæna, dicta a gravi capitis odore. ¶ 2. Est item ozæna, *ozena*, narium morbus, concursu acrium humorum ulcera et plures crustas intra nares gignente, quæ gravissimum spirant odorem. Nomen trahit ab ozæna pisce. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 104. (165). Narium ozænam emendat aristolochia cum cypero. Adde *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *ante med.*; *Marcell. Empir.* c. 10. *p.* 100.; et *Theod. Priscian.* 1. 11. *p.* 294. ed. *Ald.*

OZÆNĪTIS, ĭdis, f. 3. ὀζαινῖτις, pseudonardus, herba ex genere nardi ad Gangem Indiæ fluvium nascens, odore virus referens: ab ὄζω *oleo*. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 12. 26. (42). Alterum genus damnatur in totum, ozænitidis nomine.

OZÆNŌSUS, a, um, adject. ὀζαινικός, qui ozæna laborat. *Pelagon. Veterin.* 16. *a med.* Loca, quæ ozænosa sunt.

De Littera P

P littera muta duriorem habens sonum, quam *b*, — 1.°) In vocibus germanæ Latinitatis — *a*) Duabus tantum consonantibus juncta præmittitur, quæ sunt *l* et *r*, ut in v. *plaudo, plebs, præ, pro, prudens, pruina*. Jungitur tamen aliquando etiam litteris *s* et *t*, et litteræ *b* vicem gerit, quod apud antiquissimos usu venisse videtur; apud serioris autem ævi scriptores profecto in desuetudinem abiit: hinc in Inscriptionibus præcipue legimus *opsides, opsonium, apsens, supsignare, pleps, optenui* etc. Demum in præteritis perfectis et in supinis verborum, in quibus *m* cum *s* et *t* concurrit, *p* littera euphoniæ gratia interseritur, ut in *sumpsi, prompsi, contempsi, sumptum, promptum, contemptum, emptum, demptum* etc. His *pte* suffixum addatur. — *b*) Una est tantum vox, quæ *p* litterâ finitur per apocopen, *volup*. — *c*) Inter litteras *p, b* et *f* maxima cognatio intercedit; hinc naturâ suâ alia cum alia sæpe mutatur, ut in *bibo* et *poto, potus* (*V.* quæ de littera *B* diximus); *pa(n)go* et *figo, plecto* et *flecto, puteo* et *fœteo* etc. Interdum *p* cum *v* mutatur, ut in *opilio* pro *ovilio*, et in *bixit* pro *virit* quod in Inscriptionibus legitur. — *d*) In compositis littera *f* sequente, *p* in *f* transit, ut in *officium* pro *opficium* ab *opificium* et in *officina* pro *opficina* ab *opificina*. — 2.°) In Græcis dictionibus — *a*) Aspirationem post se recipit, ut *philosophia, pharmacum*, et valet fere quod φ. In vocabulo autem *triumphus*, quod ἀρχαϊκῶς *triumpus*, aspiratio a prima syllaba in postremam transisse videtur. — *b*) Græca omnino sunt vocabula, quæ apud Latinos *pn, ps* et *pt* incipiunt, ut *pneumaticus, psallo, pteroma*. — *c*) Si Græca cum Latinis conferantur, interdum Græca gutturalis per Latinam *p* effertur, ut in λύκος *lupus*, λαγώς *lepus*, σηκός *sæpes*, σκῦλον *spolia*, etc.: contra Græca littera π per Latinam gutturalem interdum effertur, ut ἵππος *equus*, λειπω *li(n)quo*, *reliquus*, ἕπομαι *sequor, secundus*, ἦπαρ *jecur*, πέντε et Æol. πέμπε *quinque*, etc. Raro Græca littera τ per Latinam *p* redditur, ut ταώς *pavo*, τέ encl. *pe* in *quippe* et *nempe* (unde in posterum encl. *que*); quemadmodum raro Græca π per latinam *t* redditur, ut σπεύδω σπουδή *studeo studium*. — 3.°) In notis P valet *Publius*, vel etiam *parte, pater, pedes, pius, pondo, populus, posuerunt, publicus* etc.: P. F. *Publii filius*; item *pius felix*: P. C. *Patres conscripti, patronus civitatis, patronus coloniæ, ponendum curavit, potestate censoria* etc.: P. M. *Pontifex maximus, patronus municipii, posuit merito*: P. P. *pater patriæ, præpositus, primipilus, pro parte*: P. R. *populus Romanus*.: P. S. *pecunia sua*. — Demum littera P, quæ in tabellis inscripta dabatur judicibus, *prævaricatorem* significabat, teste *Cic. Partit. orat.* 36. 126.

PA

PA pro parte (*recentiores critici leg.* patre) et po pro potissimum (*alii leg.* pro populo) positum est in Saliari carmine. Hæc *Festus p.* 205. 11. *Müll.* Similia fuere *do* pro *domo*, *cœl* pro *cœlum*, *gau* pro *gaudium*, quæ sunt *Ennii*.

PĂBILLUS, i, m. 2. *deminut.* pabonis (*V.* voc. seq.), parvum vehiculum. *Lamprid. Elagab.* 29. Junxit et quaternas mulieres pulcherrimas, et binas ad pabillum, vel ternas et amplius, et sic vetatus est. *In editionibus legitur nullo idoneo sensu* ad papillam. V. *Ducang. Gloss. med. et inf. Latinit.* in PAVO.

PABO, ōnis, m. 3. *Gloss. Isid.* Pabo, vehiculum unius rotæ.

PĂBŬLĀRIS, e, adject. *da pascolo, νομαδικός*, ad pabulum pertinens, pabulo idoneus. *Colum.* 2. *R. R.* 14. 1.; et *Pallad.* 1. *R. R.* 6. *a med.* Pabularis vicia. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 16. 41. (142). Farrago, vicia, hordeum, omnia hæc pabularia.

PĂBŬLĀRĬUS, a, um, adject. pabularis. *Pabulariorum collegium* memoratur in duobus lapidib. apud *Don. cl.* 9. *n.* 3. *et* 20., et videntur esse similes, aut iidem cum pecuariis, h. e. qui pascua publica pabuli causa conducebant. *Muratorio* ad *Inscript.* 527. 3. *et* 4. sunt, qui pabula militibus in castris hieme degentibus parabant: *Sponio* in *Miscell. Antiq. p.* 68. milites, qui ad pabula colligenda pro exercitu mittebantur, et *pabulatores* usitatiore vocabulo dicuntur. *Murator.* suspicatur ubique legendum *Tabularii*, quod minime probandum.

PĂBŬLĀTĬO, ōnis, *f.* 3. actus pabulandi, προνομή, *pascolo*.

I.) Proprie. *Varro* 3. *R. R.* 16. 21. *de apib.* Si e bono loco transtuleris eo, ubi idonea pabulatio non est, fugitivæ fiunt. *Colum.* 7. *R. R.* 9. 14. Quamvis sus in pabulationem spurce versetur, mundissimum tamen cubile desiderat.

II.) Translate usurpatur de collectione pabuli, quæ fit a militibus, *foraggio*. *Cæs.* 7. *B. G.* 16. Omnes nostras pabulationes frumentationesque observabat. *et* 1. *ibid.* 15. Hostem rapinis, pabulationibus, populationibusque prohibere. *et* 1. *B. C.* 78. Premebantur Afraniani pabulatione, aquabantur ægre. *et* 7. *B. G.* 44. Pabulatione intercludi. *et* 20. Servi, quos in pabulatione exceperat. *Auct. B. G.* 8. 7. *extr.* Pabulatio propter anni tempus quum exigua, tum disjecta erat.

PĂBŬLĀTOR, ōris, m. 3. pastor, qui armentis pabula præbet.

I.) Proprie legitur tantum in *Gloss. Isid.* Pabulator, pastor, qui bubus pabula præbet.

II.) Translate in re militari est pabuli collector, *foraggiere*. προνομεύων. *Cæs.* 1. *B. C.* 55. Inopinantes pabulatores et sine ullo dissipatos timore aggredi. *Liv.* 29. 2. Quum in pabulatores impetus repente ab equitibus factus esset. *Id.* 27. 43. Quatuor Galli equites, duo Numidæ-incertis itineribus Tarentum delati, a vagis per agros pabulatoribus Romanis ad Q. Claudium proprætorem deducuntur.

PĂBŬLĀTŌRĬUS, a, um, adject. ad pabulum, et pabulatorem pertinens. *Colum.* 6. *R. R.* 3. 5. et 11. *ibid.* 2. 99. Frondis aridæ corbis pabulatoria modiorum viginti sufficit.

PĂBŬLĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PĂBŬLOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Pabulans* I. et II. 2.; *Pabulatus* I.; *Pabulandus* II. 3. — Pabulari est pabulum absumere, pasci, νέμομαι, νομεύω, *pascolare, pascersi*.

I.) Proprie. *Colum.* 7. *R. R.* 6. 9. Capella compesci debet, ne procurrat, sed placide ac lente pabuletur. *Id.* 8. *ibid.* 15. 6. Sic enim pabulatur id genus avium. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 310. *retro* ed. *Ald.* Horrida sus nebulam discutit, campo pabulata. — *Pabulantia*, jumenta, quæ pabulo utuntur. *Frono de different. vocum, p.* 2203. *Putsch.*

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Rud.* 2. 1. 6. Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum. *h. e.* ad piscandum, unde pabulum victumque paremus. ¶ 2. Speciatim in re militari est pabulum colligere in usum castrorum, *foraggiare*. *Cæs.* 1. *B. C.* 59. Non longo ab castris progressi spatio, angustius pabulabantur. *Id.* 5. *B. G.* 17. Quum Cæsar pabulandi causa tres legiones misisset. *Tac.* 12. *Ann.* 38. *extr.* Nec multo post pabulantes nostros profligant. *Auct. B. G.* 8. 10. Pabulatum frumentatumque longius erat proficiscendum. Rursus *Cæs.* 1. *B. C.* 40. His pontibus pabulatum mittebat. et *Liv.* 40. 25. Pabulatum lignatumque milites irent. ¶ 3. De plantis. *Colum.* 5. *R. R.* 9. 13. Fimo pabulandæ sunt oleæ. *h. e.* stercorandæ: nam fimum est veluti pabulum arborum. Sic *Id.* 2. *ibid.* 14. 3. Omni solo una præsens medicina est, ut stercore

adjuves, et absumptas vires hoc velut pabulo refoveas.

PĂBŬLŌSUS, a, um, adject. *abbondante di pascoli, πολύφορβος*, pabulo abundans. *Solin.* 22. *de Britannia.* Ita pabulosa, ut pecua in periculum agat satias.

PĂBŬLUM, i, n. 2. (pasco, *quocum cf. πάω* vescor) est cibus proprie brutorum animalium, ut herba, fœnum, palea, frondes, segetes etc. *φορβή, νομή* (It. *pascolo, pasto, pastura, foraggio*; Fr. *pâture, nourriture, aliment*; Hisp. *pasto, alimento*; Germ. *das Futter, die Nahrung*; Angl. *grass, pasture, fodder*).

I.) Proprie de brutis animalibus. *Cato R. R.* 54. Bubus pabulum hoc modo parari dariique oportet. *Id. ibid.* 60. Pabulum quum seres, multas sationes facito. *Varro* 1. *R. R.* 23. 1. Sic ad pabulum quæ pertinent, in quo est ocimum, farrago, vicia. *Sall. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 445. Frugum pabulique lætus ager. ubi *fruges* de hominum, *pabulum* de animalium alimento dicitur: V. *Kritz. Lucret.* 4. 684. ad sua quemque Pabula ducit-eoque modo servantur sæcla ferarum. *Virg.* 1. *Æn.* 476. Ardentesque avertit equos in castra, prius quam Pabula gustassent Trojæ Xanthumque bibissent. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 50. Viciam secare in pabulum. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 24. 35. (72). Sturni visi sæpe ibi, quo hibernum pabulum petunt. *Ovid.* 4. *Fast.* 750. pabula carpit ovis. *Id.* 13. *Met.* 943. decerpere. *Virg.* 12. *Æn.* 475. hirundo pabula parva legens. *Petron. Satyr.* 100. Luna etiam feras ducit ad pabulum. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 57. 83. (175). Pisces exire ad pabula, pinnulis gradientes. *Id.* 8. *ibid.* 32. 50. (117). Cervi noctu procedunt ad pabula. *Id.* 11. *ibid.* 53. 115. (279). Subus serpentes in pabulo sunt. *Id.* 10. *ibid.* 47. 64. (130). Himantopodi pabulum muscæ. *Id.* 18. *ibid.* 12. 30. (120). Fabarum siliquæ caulesque gratissimo sunt pabulo pecori. *Flor.* 4. 7. Assuetæ cadaverum pabulo volucres. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 122. Quique suis homines pabula fecit equis. — Hinc dicitur etiam de magicis et veneficis herbis. *Ovid. Remed. am.* 249. Viderit Hæmoniæ si quis mala pabula terræ, Et magicas artes posse juvare putat. *Id.* 14. *Met.* 42. Venerisque offensa repulsa, Protinus horrendis infamia pabula succis Conterit; et tristis Hecateia carmina miscet.

II.) Improprie. ¶ 1. De cibo jumentorum in castris, *foraggio. Nepos Eumen.* 8. Imperat comparari pabulum, præterea cibaria cocta diem decem. *Cæs.* 7. *B. G.* 14. Secare pabulum. *et* 18. consumere. *et* 74. Pabulum frumentumque convectum habere. *Id.* 3. *B. C.* 58. supportare. *Auct. B. G.* 8. 10. conquirere. ¶ 2. Universim de quocumque cibo etiam hominum. *Lucret.* 5. 941. Multaque præterea novitas tum florida mundi Pabula dura tulit, miseris mortalibus ampla. *Ita legit* Lachmann., *alii* dira, *alii* dia. *Val. Flacc.* 4. 105. sicubi sævis Advectet ratis acta Notis tibi pabula dira, Et miseras, Polypheme, dapes. *Capell.* 9. *p.* 309. Sicque ignem superûm lambere pabula, Ut etc. *h. e.* humores marinos et terrenos longo intervallo extenuatos, quibus *ali sidera* ex Stoicorum placitis *Cic.* 2. *Nat. D.* 16 43. tradit. Cf. *eumd. ibid.* 15. 40. Quum Sol igneus sit Oceanique alatur humoribus, quia nullus ignis sine pastu possit permanere. — De stercore. *Colum.* 2. *R. R.* 5. 1. Prius tamen quam exilem terram iteremus, stercorare conveniet: nam eo quasi pabulo gliscit. *et ibid.* 1. 5. Terra multorum annorum frondibus et herbis, quas suapte natura progenerabat, velut saginata largioribus pabulis, facilius edendis educandisque frugibus sufficit. *et* 10. *ibid.* 84. Pabula nec pigeat fesso præbere novali, Immundis quæcumque vomit latrina cloacis. ¶ 3. Translate de iis, quibus animus pascitur. *Cic. Harusp. resp.* 3. 5. Quid enim hunc persequar, pecudem ac beluam, pabulo inimicorum meorum et glande corruptum? *Lucret.* 4. 1056. Sed fugitare decet simulacra, et pabula amoris Abstergere sibi. *h. e.* quæ amorem nutriunt. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 41. 127. Est enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatioque naturæ. *Id. Senect.* 14. 49. Si vero habet aliquod tamquam pabulum studii atque doctrinæ, nihil est otiosa senectute jucundius. *Ovid.* 8. *Met.* 876. dederatque gravi nova pabula morbo. — *Acheruntis pabulum* de eo, qui Acherunti debetur, quasi devorandus, (ut apud *Horat.* 2. *Od.* 3. 24. Orci victima.) *Plaut. Cas.* 2. 1. 11. Faciam, uti, proinde ut est dignus, vitam colat, Acheruntis pabulum.

PĂCĀLIS, e, adject. *pacifico, εἰρηνικός*, pacifer, pacem significans. *Ovid.* 6. *Met.* 101. Circuit extremas oleis pacalibus oras. *Id.* 15. *ibid.* 591. pacalis laurus. *scil.* olea et laurus pacis insignia erant. *V.* PACIFER. *Id.* 1. *Fast.* 719. Tura, sacerdotes, pacalibus addite flammis. *h. e.* quæ sunt in ara Pacis deæ.

PĂCĀTĒ, adverb. sedate, pacifice, tranquille, *pacificamente, quietamente, εἰρηνικῶς. Onomast. Lat. Gr.* Pacate, *εἰρηνικῶς*. Ceterum occurrit tantum Comp. *Pacatius* et Sup. *Pacatissime* apud *Petron. Satyr.* 10. Itaque ex turpissima lite in risum diffusi, pacatius ad reliqua secessimus. *Augustin.* 2. *Soliloq.* 7. *extr.* Pacatissime et commodissime. — Quod afferunt quidam ex *Cæs.* 1. *B. G.* 6. *vel* 7. Pacate per provinciam iter facere: *ibi tantum habetur*: sine ullo maleficio iter per provinciam facere.

PĂCĀTĬO, ōnis, f. 3. *pacificamento*, pax, seu pacis constitutio. *Frontin. Strateg. præf.* Quæ ad prælium et confectam pacationem pertinent. *Vet. Scholiast.* ad *Germanici Arat.* 146. Nigidius dicit, Castorem et Pollucem Geminorum honore decoratos, quod principes pacationis dicantur, quod mare tutum prædonibus maleficisque pacatum reddidissent.

PĂCĀTOR, ōris, m. 4. *pacificatore, εἰρηνοποιός*; pacis conciliator, turbarum et belli compositor. *Seneca Herc. Œt. sub fin.* Sed tu domitor magne ferarum, orbisque simul pacator ades. *Sil. It.* 2. 483. Nemeæ pacator. *Claudian. II. cons. Stilich.* 13. Rheni pacator et Istri. *Seneca* 5. *Benef.* 15. *in fin.* Ille victor pacatorque gentium populus. *Sil. It.* 16. 246. terræ pacator Iberæ. *h. e.* Scipio. *Inscript.* Signina apud *Orell.* 859. IMP. CAES. M. AVRELIO ANTONINO AVG. DIVI ANTONINI FILIO D. HADRIANI NEPOTI PACATORI ORBIS etc. In nummo *Severi Aug.* apud *Eckhel. D. N. V. T.* 7. *p.* 190. Pacator orbis. *et* in nummo *Commodi Aug.* apud *eumd. ibid. p.* 121. Marti pacatori.

PĂCĀTŌRĬUS, a, um, adject. *pacifico. Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 29. *sub fin.* Judicium justum et pacatorium. Ex *Zachar.* 8. 16. ubi Vulgata habet *judicium pacis.*

PĂCĀTUS, a, um. *V.* PACO.

PĂCĬFER, fĕra, fĕrum, adject. pacem ferens, pacificus, *pacifico, pacifero, εἰρηνεύων.* — *a*) Generatim. *Lucan.* 3. 304. duramque viri deflectere mentem Pacifero sermone parant. — *b*) Est appositum Mercurii, Apollinis, Minervæ, Herculis. *Ovid.* 14. *Met.* 291. Pacifer huic dederat florem Cyllenius album. *Inscript.* apud *Gruter.* 38. 7. DEO SANCTO APOLLINI PACIFERO EX VOTO etc. *et* 49. 1. HERCVLI PACIFERO INVICTO SANCTO SACR. VOTO SVSCEPTO L. CORNELIVS L. F. PAL. TERENTIANVS etc. In hac eadem, quæ Græce quoque habetur, legitur *Παλλοφόρῳ*. Adde et apud *eumd.* 1013. 4. (In alia apud *Spon. Miscell. Antiq. p.* 86. dicitur Apollo *placifer*, quod idem est ac *pacifer*, a *placo, as*: si modo vera est lectio.) *Claudian.* 2. *Rapt. Pros. præf.* 9. Inachiis Alcides missus ab Argis Thracia pacifero contigit arva pede. *Inscript.* apud *Reines. cl.* 1. *n.* 228. MINERVAE PACIFERAE L. TITINIVS L. L. AMAZON GRAMMATICVS V. S. L. M. — *c*) Etiam Jovi tribuitur in *Inscript.* opt. notæ apud *Gud.* 7. 7. *V. De Vita Antiq. Benev. dissert.* 2. *c.* 1. — *d*) Et Marti, in nummis quam plurimis apud *Mediobarb. Vaillant.* etc. — *e*) Et Genio in *Inscript.* opt. notæ apud *Murat.* 78. 1. — *f*) De pacis insignibus. *Virg.* 8. *Æn.* 116. Paciferæque manu ramum prætendit olivæ. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 40. (133). Laurus pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium. *Val. Flacc.* 4. 139. Paciferæque manu nequicquam insignia virgæ.

PĂCĬFĔRO, as, are, n. 1. pacem ferd. *Gloss. Cyrill.* Εἰρήνην ἄγω, pacifero.

PĂCĬFĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. *pacificamento, riconciliazione, accordo, trattato di pace, σύμβασις*, actus pacificandi, compositio, reconciliatio. *Cic.* 7. *Att.* 8. Quod quæris, ecqua spes pacificationis sit, quantum ex Pompeji sermone perspexi, ne voluntas quidem est. *et* 9. *ibid.* 11. Opem et gratiam alicujus ad pacificationem quærere. *Id.* 10. *Fam.* 27. Sapientius facies, si te in istam pacificationem non interpones. *Gell.* 7. 3. Connixi sunt Rhodienses id bellum inter eos componere. Sed ubi ista pacificatio perpetrari nequivit, etc.

PĂCĬFĬCĀTOR, ōris, m. 3. *pacificatore, paciere, mezzano di pace, mediatore, εἰρηνοποιός*, pacis conciliator, medius pacis faciendæ. *Cic.* 1. *Att.* 13. Scito, præpositum esse nobis pacificatorem Allobrogum. *Id.* 10. *ibid.* 1. Emptus pacificator. *h. e.* Cajus Scribonius Curio magna pecunia a Cæsare corruptus. Adde *eumd.* 15. *ibid.* 7. *Liv.* 27. 30. Adhibitus ab Ætolis pacificator Amynander rex Athamanum. *Justin.* 18. 2. 4. Mago, quasi pacificator Carthaginiensium, Pyrrhum adiit, speculaturus consilia ejus. *Quintil.* 11. 3. 119. Fit et ille habitus, qui esse in statuis pacificator solet.

PĂCĬFĬCĀTŌRĬUS, a, um, adject. *di pace*, ad pacificatorem pertinens, *εἰρηνικός. Cic.* 12. *Phil.* 1. 3. Posteaquam nos pacificatoria legatione implicatos putant.

PĂCĬFĬCĀTUS, a, um. *V.* PACIFICO.

PĂCĬFĬCĒ, adverb. *pacificamente, εἰρηναίως*, sedate, placide. *Cyprian. ep.* 41. *in fin.* Pacifice et fideliter consulere. *Messala Corvin. de progen. August.* 3. Dardania pacifice aliquandiu stetit. *Dares* 17. Postulat, ut pacifice discedat.

PĂCĬFĬCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pax *et* facio). *Priscian.* monet 8. *p.* 799. *Putsch.* hoc esse unum ex iis verbis, quæ multa Latini utraque forma, et activa et passiva, protulerunt, eadem significatione, ut *partio* et *partior, munero* et *muneror, meto* et *metor* etc. — Part. *Pacificans* et *Pacificatus* I. et II. — Pacificare est pacem petere, de pace agere, pacem conciliare, *εἰρηνοποιέω* (It. *trattare di pace, dimandar pace*; Fr. *traiter de la paix*; Hisp. *tratar, negociar la paz*; Germ. *Frieden machen, -schliessen, -stiften*; Angl. *to treat about or make proposals of peace, mak or desire peace*).

I.) Proprie. *Liv.* 5. 23. *extr.* Inter hæc pacificatum legati a Volscis et Æquis venerunt: impetrata pax. *Id.* 7. 40. *a med.* Nunc ad pacificandum bene atque honeste inter primos stabis, et colloquii hujus salutaris interpres fueris. *Sall. Jug.* 70. Igitur Vegenses, quo Metellus initio, Jugurtha pacificante, præsidium imposuerat. (V. *ibid.* 50.) — Deponentium more. *Justin.* 6. 1. 2. Quum videret, sibi adversus duos dimicandum, pacificandum cum altero statuit. *pacificarsi.* Sic *Id.* 23. 1. 1. Agathocles pacificatus cum Carthaginiensibus.

II.) Translate — *a*) Est placare, pacare, *placare. Plaut. Stich.* 4. 1. 13. Satin' ego tecum pacificatus sum, Antipho? *Catull.* 68. 75. nondum cum sanguine sacro Victima cælestes pacificasset heros. *Sil. It.* 15. 423. Festa coronatis agitabat gaudia signis, Pacificans divos. — *b*) Item tranquillare, sedare. *Seneca Agam.* 224. comprime affectus truces, Mentemque tibimetipsa pacifica tuam. — *c*) Item lenire, mulcere. *Claudian.* 2. *in Rufin. præf. in fin.* Fertur et indomitus tandem post prœlia Mavors Lassa per Odrysias fundere membra nives, Oblitusque sui, posita clementior hasta, Pieriis aures pacificare modis.

PĂCĬFĬCUS, a, um, adject. *pacifico, autore di pace, quieto, tranquillo, εἰρηνοποιός*, pacem faciens, pacis studiosus, pacatus, tranquillus, quietus. *Cic.* 8. *Att.* 12. *a med.* Velim in posterum prospicias, fingasque, quem me esse deceat: ecquæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia. *Lucan.* 7. 63. Romani maximus auctor Tullius eloquii, cujus sub jure togaque Pacificas sævus tremuit Catilina secures. *Martial.* 8. 66. Pacificus Janus. *et* 12. 62. Numa. *Claudian. II.*

cons. Stilich. 254. Pacifici mores. *Ammian.* 30. 5. Pacificâ prece.

PĂCĬO, is. *V.* PACISCOR init.

PĂCĬO, ōnis, f. 3. vetus forma pro pactio. *Festus p.* 250. 23. *Müll.* Pacionem antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus, unde et pacisci adhuc et paco in usu remanet. *Id. p.* 170. 27. *Müll.* Nuptias dictas esse ait Curiatius, quod nova pacio fiat. *Sic legunt* Forcellinus, Dac. *et alii; at* Müllerus *leg.* ratio.

PĂCISCOR, piscĕris, ctus sum, cisci, dep. 3. Olim *pacisco* activâ formâ dictum est. *Nævius* apud *Non. p.* 174. 17. *Merc.* Id quoque paciscunt. *Id. ibid.* Paciscit, obsides ut reddant. Hinc Part. *Pactus* passive: *V.* in fin. — Et *pacio*, ut *Forcellino*, vel *paco*, ut aliis placet, *pacis*, 3. conjug. apud antiquos usu venit. *Lex XII. Tab.* apud *Gell.* 20. 1. et *Festum p.* 363. 5. *Müll.* Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto. — *Servius* ad *Virg.* 11. *Æn.* 133. ad verbum *pacisci* pertinere ait aliud etiam præteritum *pepigi*, quod sane significatione congruit, sed aliam tamen habet originem. *V.* PANGO. — Part. *Pactus* I. 1. et 2. et in fin.; *Paciscendus* I. 1. — *Pacisci*, ab antiquo *pacio*, est pactum facere, convenire, constituere, pactione spondere aut postulare, συντίθεμαι, συμβάλλω (It. *patteggiare, pattuire, convenire, accordarsi, fare patto, promettere*; Fr. *faire un traité, un pacte, une convention avec quelqu'un, traiter, conclure un arrangement, s'arranger, convenir*; Hisp. *negociar, hacer, concluir una, convencion, un pacto, un concierto y tratado*; Germ. *einen Vertrag oder Vergleich abschliessen, Abrede treffen über etwas, sich vergleichen, vertragen, vereinbaren, ausbedingen, übereinkommen*; Angl. *to bargain, make a bargain, conclude a contract, covenant, agree, stipulate, engage, promise*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim occurrit — 1.°) Neutrorum more. — *a*) Absolute. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 24. Pacisci cum illo paullula pecunia potes. *Cic.* 5. *Verr.* 14. 37. Attendite, cujusmodi edicta sint: *ne tollat*, inquit, *ex area, nisi erit pactus.* Satis hæc magna vis est ad inique paciscendum: malo enim plus dare, quam non mature ex area tollere. *a fare un accordo disavvantaggioso.* — Interdum ad pacta sordida et lucri causa facta refertur. *Cic.* 6. *Parad.* 1. 43. Si quotidie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis. *V.* EJURO. — *b*) Sequente part. *ut* vel *ne*. *Liv.* 25. 33. Paciscitur magna mercede cum Celtiberorum principibus, ut copias inde abducant. *Ovid.* 4. *Fast.* 613. Et factura fuit: pactus nisi Juppiter esset, Bis tribus ut cælo mensibus illa foret. Adde *eumd.* 4. *Met.* 702. *Justin.* 3. 6. 10. Lacedæmonii cum Thebanis paciscuntur, ut Bœotiorum imperium his restituerent. *Id.* 1. 10. 4. Pactique sunt inter se, ut die statuta etc. *Horat.* 3. *Od.* 29. 59. votis pacisci, Ne Cypriæ Tyriæque merces Addant avaro divitias mari. — *c*) Cum Ablat. et præpos. de. *Sueton. Gramm.* 7. Numquam de mercedibus pactus etc. — 2.°) Active, h. e. — *a*) Cum Accusativo rei, quam quis paciscitur. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 89. Ea pacisci modo scis, sed quæ pacta es, non scis solvere. *Cic. Sext.* 25. 55. Ut Gabinio pro illa sua Cilicia, quam sibi, si rempublicam prodidisset, pactus erat, Syria daretur. *Sall. Jug.* 28. Adherbali suadent, uti seque et oppidum Jugurthæ tradat, tantum ab eo vitam paciscatur. *Auct. B. Alex.* 55. Nam (*Cassius*) palam H-s decem cum Calpurnio paciscitur, et cum Q. Sextio quinquaginta. Sic *Liv.* 10. 46. Pactus centum millia gravis æris et stipendium ejus anni militibus. *et* 36. 32. Pecuniam pactus insulam Achæis tradidit. *Ovid.* 7. *Met.* 306. Jamque petunt, pretiumque jubent sine fine pacisci. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (99). Pinxit prælium cum Persis, centum homines ea tabula complexus, pactusque in singulos minas denas a tyranno. *Vellej.* 2. 77. 2. In hoc pacis fœdere placuit, Siciliam Achajamque Pompejo concedere. - Id unum tantummodo salutare accessu suo patriæ attulit, quod omnibus proscriptis aliisque, qui ad eum ex diversis causis fugerant, reditum salutemque pactus est. *Id.* 2. 38. 1. Haud absurdum videtur paucis percurrere, quæ, cujusque ductu, gens ac natio, redacta in formulam provinciæ, stipendia pacta sit. *h. e.* sub pactione stipendii sive tributi pendendi in ditionem venit. Ita sæpissime de illis pacisci dicitur, quibus duræ conditiones imponuntur: V. *Perizon.* ad *Liv.* 38. 9. At *Ruhnkenius* cum *Lipsio* legitimam formulam *stipendiaria facta sit* apud *Vellejum* revocare se malle dicit. — 3.°) Cum Infinito. *Ovid.* 5. *Fast.* 702. Leucippo fieri pactus uterque gener. *Calpurn.* 6. *Ecl.* 46. Hunc (*cervum*) ego, qualemcumque vides, in valle paciscor Pendere. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 7. 7. (18). Dimitti (*eum*) pactus, si elephantum interemisset. — 4.°) Part. *Paciscendus* apud *Ammian.* 31. 12. *a med.* Ut firma fierent paciscenda, optimates poscens idoneos mitti. *h. e.* ea, quæ pacis firmandæ causa tractanda erant et constituenda. — 5.°) Part. *Pactus* passive usurpatum *V.* in fin. ¶ 2. Speciatim ad nuptialia refertur. *Justin.* 2. 15. 14. Pausanias proditionis præmium cum Xerse nuptias filiæ ejus paciscitur. *Id.* 7. 4. 7. Eurydice nuptias generi pacta. — Hinc Part. *Pacta*, quod *V.* in fin.

II.) Translate eleganter. *Virg.* 5. *Æn.* 230. vitamque volunt pro laude pacisci. *et* 12. *ibid.* 48. letumque sinas pro laude pacisci. *Stat.* 1. *Theb.* 317. si quando humilem decedere regno Germanum, et semet Thebis opibusque potitum Cerneret, hac ævum cupiat pro luce pacisci. *darebbe per questo giorno tutta la vita.* — Hinc

Pactus, a, um, part. præter, quod passive usurpatur, et est pactione constitutus, promissus, *pattuito, accordato, convenuto, promesso*, διομολογηθείς. *Cic.* 3. *Off.* 29. 107. Si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 3. Tanta invidia sunt consules propter suspicionem pactorum a candidatis præmiorum. *Id. Sext.* 14. 33. Pacto jam fœdere provinciarum. *Id.* 1. *Off.* 10. 33. Triginta dierum cum hoste pactæ induciæ. *Horat.* 3. *Od.* 3. 21. ex quo destituit deos Mercede pacta Laomedon. Similiter *Quintil.* 11. 2. 11. Quum pugili coronato carmen, mercede pacta, scripsisset. Adde *Liv.* 24. 49. *Ovid.* 4. *Met.* 115. velamina Thisbes ToHit, et ad pactæ secum fert arboris umbram. *Justin.* 8. 5. 3. Victi igitur (*Phocenses*) necessitate, pacta salute se dediderunt. *Cic.* 1. *Cat.* 9. 24. Cui sciam pactam et constitutam esse cum Mallio diem? — Hinc *pacto* absolute. *Liv.* 28. 21. Quidam, pacto inter se, ut victorem res sequeretur, ferro decreverunt. Adde *Sil. It.* 14. 97.

Pacta, æ, f. 1. sæpe dicitur de muliere in matrimonium promissa, *promessa in moglie*. Dicebatur enim *sperata*, quum ejus nuptiæ petebantur: *pacta*, quum promissa: *sponsa*, quum interposita stipulatione desponsa erat, ut est apud *Arnob.* 4. 20. *Plaut. Trin.* 5. 2. 58. Si frugi esse vis, hæc tibi pacta est Callicli filia. *Cic.* 5. *Att.* 21. Cujus filio pacta est Artavasdis filia. *Liv.* 1. 2. Turnus, cui pacta Lavinia fuerat. *Tac.* 1. *Ann.* 55. Arminius filiam ejus (*Segestis*), alii pactam, rapuerat. — Hinc *pacta* absolute. *Virg.* 10. *Æn.* 79. Quid soceros legere, et gremiis abducere pactas? *Vellej.* 1. 1. 3. Quod pactæ ejus nuptias occupaverat. — De sponso. *Stat.* 3. *Theb.* 171. puerique rudes, tua, Phædime, proles Amissum didicere patrem, Marpissaque pactum Phyllea.

Pactum, i, n. 2. absolute, substantivorum more: *V.* PACTUM loco suo.

PĂCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pax). Part. *Pacatus* I. et in fin.; *Pacandus* I. — Pacare est pacatum reddere, paci restituere, tranquillare, quietum reddere bellum et turbas sedando, atque adeo domare, subigere, εἰρηνεύω, καταπραΰνω (It. *pacificare, tranquillare, mettere in pace, sottomettere, soggiogare, domare*; Fr. *pacifier, rétablir la paix, apaiser, vaincre, dompter, soumettre*; Hisp. *pacificar, apaciguar, someter, sujetar, domar*; Germ. *zum Frieden, zur Ruhe bringen, friedlich machen, beruhigen, zähmen*; Angl. *pacify, tranquillize, make still or quiet, to subdue, conquer, bring into subjection*).

I.) Proprie. *Auct. B. Alex.* 26. *extr.* Omnes eas regiones, per quas iter faciebat, auctoritate ea, quæ plerumque adest victori, pacarat. *Virg.* 6. *Æn.* 803. Fixerit æripedem cervam licet, aut Erymanthi Pacarit nemora. *Al. leg.* placarit. In *Monum. Ancyr. sub fin.* apud *Gruter.* 233. Mare pacavi a prædonibus. *Ovid.* 7. *Met.* 405. Qui (*Theseus*) virtute sua bimarem pacaverat Isthmon. *h. e.* latronibus interfectis. *Cic.* 15. *Fam.* 4. Pacare Amanum, et perpetuum hostem ex eo monte tollere. *Cæs.* 1. *B. C.* 7. Hortatur, cujus imperatoris ductu piurima prœlia secunda fecerint, omnem Galliam Germaniamque pacaverint, ut ejus existimationem ab inimicis defendant. *Id.* 1. *B. C.* 85. Nihil horum ad pacandas Hispanias, nihil ad usum provinciæ provisum. *Id.* 7. *B. G.* 65. Cæsar mittit ad eas civitates, quas superioribus annis pacaverat. *Justin.* 38. 7. 2. Quarum gentium nullam neque Alexander ille, qui totam pacavit Asiam, nec quisquam successorum ejus attigisset. *Ovid.* 2. *Fast.* 17. placido mea munera vultu Respice, pacando si quid ab hoste vacas. — Huc referri potest et illud *Vellej.* 2. 59. 4. Pacatis bellis civilibus. *h. e.* peractis compositisque. *Alii tamen aliter legunt.*

II.) Translate. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 45. inculte pacantur vomere silvæ. *h. e.* fertiles fiunt; pacantur enim silvæ (ait *Lachmann.* ad *Lucret.* 5. 1203.), quum feræ, ut aratro locus sit, vel fugantur, vel trucidantur. Similiter *Manil.* 4. 182. Et pacare metu silvas. Item *Stat.* 4. *Theb.* 250. *de Atalanta.* tum saltus forte remotos Pacabat cornu. *h. e.* feras arcu occidendo. *Claudian. IV. cons. Honor.* 225. et incertos animi pacaverit æstus. *h. e.* sedaverit. *Id. de Apono, in fin.* Pacaturque ægro luxuriante dolor. *h. e.* mitigatur, lenitur, tollitur. *Id. de mulab. Gall. in fin.* Miraris si voce feras pacaverit Orpheus. *h. e.* mansuefecerit, cicuraverit. — Hinc Part. præter. pass.

Pacatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Pacatior* I. et II. et Sup. *Pacatissimus* I., et est pace reddita compositus, quietus, tranquillus, pacificus, *pacificato, pacifico, quieto, tranquillo*, εἰρηναῖος, εἰρηνευόμενος.

I.) Proprie. *Ovid.* 4. *Met.* 31.; et *Stat.* 3. *Silv.* 1. 39. Pacatus mitisque adsis. *Cic.* 1. *Orat.* 8. 30. Pacatæ tranquillæque civitates. *Id. Ligar.* 2. 4. In provincia pacatissima. *Id.* 7. *Phil.* 8. 24. Huic tali viro poterit ne esse pacatus Antonius? *Ovid* 1. *Fast.* 3. Excipe pacato, Cæsar Germanice, vultu Hoc opus. *Sil. It.* 6. 367. fert lumina contra Pacatus vultum. *Cæs.* 7. *B. G.* 50. Insigne pacatum. h. e. *segnale di pace.* et 5. *ibid.* 37. Morini, quos Cæsar in Britanniam proficiscens pacatos reliquerat. *et* 24. Pacatissima et quietissima pars. *Liv.* 21. 20. Nec hospitale quicquam, pacatumve prius auditum, quam etc. *Sil. It.* 7. 560. pacata fuissent Ni consulta viro, mensque impenetrabilis iræ. *Lucret.* 3. 293. pacati status aeris. *Horat.* 4. *Od.* 5. 19. Pacatum volitant per mare navitæ. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 146. horrorque recessit Martius, et cristæ pacato fulgure vernant. *h. e.* fulgore minime terribili. *Lucret.* 5. 1154. placidam ac pacatam degere vitam. — Comp. neutr. gen. cum Genitivo junxit *Ammian.* 24. 6. Quique cœtu militarium nexi ad pacatiora jam vitæ discesserant. — Hinc *pacatum* absolute, pro *solo pacato. Liv.* 8. 34. Sine commeatu vagi milites in pacato, in hostico errent. Ita *Dionys. Halic. l.* 8. *p.* 526. Ὁ Μάρκιος, τὴν στρατιὰν ἀπῆγεν ὡς διὰ φιλίας. h. e. διὰ τῆς γῆς φιλίας. *Sall. Jug.* 37. Ex pacatis prædas agere. *h. e.* ex his regionibus, quæ pacem cum populo Romano habebant. *Seneca* 6. *Quæst. nat.* 7. Qui medius inter pacata et hostilia fuit, Danubius et Rhenus.

II.) Translate. *Cic. Brut.* 31. 121. Hujus oratio in philosophiam transiata, pugnacior, ut ita dicam, videtur, et illorum in judicia pacatior. *Id.* 5. *Phil.* 9. 24. Cujus ne pacatam quidem nequitiam quisquam ferre posset. — Hinc

Pacatum, i, n. 2. absolute, substantivorum more. *V.* PACATUS I. in fin.

PACTA, æ, f. 1. *V.* PACISCOR in fin.

PACTICĬUS *vel* pactitius, a, um, adject. pactione constitutus, conventionalis. *Gell.* 1. 25.

Græci significantius cessationem istam pugnæ, pacticiam (h. e. indutias) ἐκεχειρίαν dixerunt.

PACTĪLIS, e, adject. σύμπηκτος, qui ex pluribus partibus, aut rebus compactis et conjunctus est, compactilis, compactus, plexus, plectilis. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 3. 8. (11). Summa erat auctoritas pactili coronæ. *h. e.* multiplici flore et folio contextæ.

PACTĬO, ōnis, f. 3. (pacisco) actus paciscendi, pactum, conditio, promissio, ὁμολογία (It. *patto, condizione, accordo, legge, convenzione*; Fr. Fr. *conclusion d'un traité, convention, accord, traité*; Hisp. *convencion, pacto, ajuste, concierto y tractado*; Germ. *das Uebereinkommen, d. Vertrag, Vergleich, die Verabredung, Ausbedingung*; Angl. *an agreement, bargain, contract, covenant, engagement, condition, paction*). ¶ 1. Generatim. *Ulp. Dig.* 2. 14. 1. Pactum a pactione dicitur. Est autem pactio duorum pluriumve in idem placitum et consensus. *Nepos Dion.* 5. *in fin.* Eo rem perduxit, ut talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet. *Atticus* ad *Cic.* 9. *Fam.* 10. *a med.* Si res ad pactionem non venit, longius bellum puto fore. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 12. In pactionibus faciendis legem spectare. *Id. Rosc. Com.* 12. 34. et 14. 40. Pactionem facere de aliqua re. *Id.* 4. *Att.* 18. cum aliquo, ut etc. *Justin.* 35. 1. 3. inire cum aliquo. *et* 7. 6. 5. Bella, interposita pactione, componere. *Nepos Agesil.* 2. Summa fide in pactione manere. *Cic.* 3. *Off.* 29. 108. Condictiones pactionesque bellicas perturbare perjurio. *Id. Harusp. resp.* 20. 42. Nefarias cum multis scelerum pactiones societatesque conflare. *Liv.* 9. 11. Recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt. *in virtu dell' accordo. Id.* 4. 4. Nemo invitum pactionem nuptialem quemquam facere coegisset. ¶ 2. Speciatim dicitur de pactis, quæ fiunt inter publicanos aut decumanos, et eos, qui pendere decumas aut portoria debent. *Cic.* 13. *Fam.* 65. Ut pactiones cum civitatibus reliquis conficiat. *Id.* 5. *Att.* 13. In nostra provincia confectæ sunt pactiones. Adde 5. *Verr.* 14. 37. et *Prov. cons.* 5. 10. ¶ 3. Interdum absolute de pacto sordido, et lucri causa inito. *Cic. Prov. cons.* 5. 12. Qui de sociis cum hostibus, de civibus cum sociis faciat pactiones. *Id.* 3. *Verr.* 7. 17. In rejiciendis judicibus nonnullos pactionis suspicionem non vitasse. *Sall. Jug.* 42. Denique Aulum spe pactionis perpulit, uti etc. *h. e.* ab rege pecuniæ capiundæ ut *ibid.* 41. dixerat. ¶ 4. De promissione, *promessa. Sall. Cat.* 27. Collegam suum Antonium pactione provinciæ perpulerat, ne contra rempubl. sentiret. *Cic. in Senat.* 13. 32. Alter consul, ut me desererent, pactionibus eos suorum præmiorum obligarat. ¶ 5. *Pactio* de indutiis. *Flor.* 4. *sub fin.* Sic ubique cuncta atque continua totius generis humani aut pax fuit, aut pactio. *At* Iahnius *legit* fatigatio; Titzeus *hæc interpolata putat.* ¶ 6. *Pactio verborum*, formula, certa verborum ratio, *formola. Cic. Rosc. Com.* 16. 46. Non enim ex pactione verborum, quibus jusjurandum comprehenditur, sed ex perfidia et malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui, dii immortales hominibus irasci et succensere consueruni.

Homonym. Quum de publicis pactionibus sermo est, differt *pactio* a *fœdere, sponsione* (quæ simul memorantur a *Cic. Balb.* 12. 29.) et *indutiis.* Hæ enim erant cessatio a bello ad tempus: *sponsio* erat conventio facta arbitrio imperatoris cum hoste, adhibitis sponsoribus sine auctoritate senatus, aut consensu populi; ut Caudina, et Numantina: *fœdus* pactio societatis jussu populi et auctoritate senatus firmata, in perpetuum, per fetiales, etc.: *pactio* consensus societatis facta per sponsores, datis acceptisque obsidibus, arbitrio imperatoris, sine jussu populi, aut senatus auctoritate. *Cic. Cœcin.* 18. 51. Quæ lex, quod fœdus, aut pactio, quod testamentum, quæ stipulationes, aut pacti conventi formula non infirmari potest, si ad verba rem deflectere velimus, etc?

PACTIUNCULA, æ, f. 1. *deminut.* parva pactio. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 71.

PACTO. *V.* PACTUM in fin.

PACTOR, ōris, m. 3. *patteggiatore, mezzano, mediatore*, qui paciscitur, vel qui fœdus pangit. *Cic.* 7. *Verr.* 21. 55. En fœderum interpretes, societatis pactores, religionis auctores!

PACTŌRĬUM, ii, n. 2. (pango) instrumentum, quod plantando inservit. Legitur in *Gloss. Vatic. T. VI. p.* 537., *Gloss. Paris.* et *Gloss. Vat. T. VII. p.* 572. Fortasse legendum est *pactorio* apud *Gargil.* 4. 5. edente *Scott.*, ubi legitur *punctorio.*

PACTUM, i, n. 2. (paciscor) pactio, conventum, condicio, lex, συνθήκη (It. *patto, convenzione, accordo, legge*; Fr. *traité, accord, convention, pacte, contrat*; Hisp. *tratado, ajuste, convenio, contrato, asiento*; Germ. *die Verabredung, das Uebereinkommen, der Vertrag*; Angl. *a bargain, agreement, covenant, pact, convention, contract, engagement, law, rule, condition*). ¶ 1. Stricto sensu; et quidem — *a*) Generatim. *Cic.* 2. *Invent.* 22. 68. Pactum est, quod inter aliquos convenit: quod jam ita justum putatur, ut jure præstare dicatur. *Id.* 2. *Herenn.* 13. 20. Pacta sunt, quæ legibus observanda sunt. *et mox.* Sunt item pacta, quæ sine legibus observantur ex conventu, quæ jure præstare dicuntur. *Id.* 3. *Off.* 24. 92. Pacta et promissa semper ne servanda sint, etc. *Id.* 2. *Verr.* 6. 16. Mansit in conditione atque pacto, usque ad eum finem, dum etc. *Liv.* 9. 11. Stare pacto. *Cic. Cœcin.* 18. 51. Pacti conventi formula. *V.* CONVENTUM. *Ovid. Heroid.* 20. 151. Nec mihi credideris: recitetur formula pacti. *Sall. epist. Mithrid. ad Arsac.* Pacto vitam dare alicui. *h. e.* interposita pactione. *Nepos Miltiad.* 2. Lemnum revertitur, et ex pacto postulat, ut sibi urbem tradant. *Liv.* 1. 11. Sunt, qui eam (*Sp. Tarpeji filiam*) ex pacto tradendi, quod in sinistris manibus esset, directo arma petisse dicant. *Propert.* 4. 4. 81. Hoc Tarpeja suum tempus rata, convenit hostem, Pacta ligat, pactis ipsa futura comes. *Sil. It.* 1. 5. sacri quum perfida pacti Gens Cadmea (*h. e.* Carthaginienses) super regno certamina movit. *et* 2. 273. movet hinc fœdusque fidesque Et testes Superi juratæque pacta parentum. *Tac.* 6. *Ann.* 43. Assidendo castellum dedit spatium exuendi pacta. *h. e.* recedendi a pactis. — *b*) Speciatim de fœdere conjugii. *Val. Flacc.* 8. 401. Quamquam jura deum, et sacri sibi conscia pacti Religio, dulcisque movent primordia tædæ. ¶ 2. Latiori sensu Ablativus *pacto* sæpe significat modo, ratione, *modo, forma, maniera. Nœvius* apud *Non. p.* 474. 7. *Merc.* Blande et docte percontat, Æneas quo pacto Trojam urbem liquerit. *Plaut. Amph. prol.* 137. Ibi nunc meus pater Memorat, legiones hostium ut fugaverit, Quo pacto sit donis donatus plurimis. *Cæs.* 7. *B. G.* 83. Quid, quoque pacto agi placeat, inter se constituunt. *Cic. Mur.* 21. 43. Nescio quo pacto semper hoc fit. *non so come. Ter. Heaut.* 4. 4. 13. Aliquo pacto verba his dabo. *Id. Adelph.* 4. 7. 14. O Juppiter! istoccine pacto oportet? et *Cic.* 1. *Cat.* 7. 17. Servi mei, si me isto pacto metuerent. et *Horat.* 1. *Ep.* 16. 56. Damnum est, non facinus, mihi pacto lenius isto. *Virg.* 2. *G.* 248. Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto Discimus. *Justin.* 38. 10. 7. Tunc Phrahates Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cum Parthico præsidio mittit, ut eo pacto Antiochus ad sua tuenda a Parthia revocaretur. *Plaut. Rud.* 5. 3. 46. Non tacebo unquam alio pacto, nisi talento comprimor. *Cic.* 1. *Invent.* 21. 30. Ut nostra nihil intersit eos alio pacto docere. *Ter. Phorm.* 2. 1. 71. Sumeret alicunde: postremo, si nullo alio pacto, fenore. *Id. Adelph.* 3. 2. 44. Quapropter quoquo pacto tacito est opus. *ad ogni modo. Ennius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 16. 38. Neque sanguis ullo potis est pacto profluens consistere. *Ter. Andr.* 1. 5. 12. Nullon' ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero? et *Cic.* 1. *Fin.* 8. 27. Fieri nullo pacto potest, ut etc.

PACTUS, a, um, particip. a PACISCOR, quam vocem *V.*

PACTUS, a, um, particip. a PANGO, quam vocem *V.*

PACTUS, i, m. 2. *V.* PACISCOR in fin.

PACTUS, us, m. 4. idem ac pactio. *Petron. Satyr.* 81. Unius noctis pactu omnia vendidit. Alii leg. *tractu*, alii *tactu.*

PĂDI, ōrum, m. plur. 2. arbores piceæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (122). Metrodorus Scepsius dicit, quoniam circa fontem (*Padi*) arbor multa sit picea, quales Gallice vocentur padi, hoc nomen accepisse.

PÆAN, ānis, m. 3. Παιάν, Apollo, de quo *V.* multa in ONOM. — Hinc translate ¶ 1. *Pæan* est hymnus in honorem Apollinis, aut etiam aliorum deorum: et in victoria cani solitus. *Virg.* 10. *Æn.* 738. Conclamant socii lætum pæana secuti. *Val. Flacc.* 6. 512. Victores contra patrium pæana Geloni Congeminant. *Propert.* 3. 13. 42. victorque canebat Pæana Amphion rupe, Aracynthe, tua. *Stat.* 8. *Theb.* 224. Tum dulces Superos, atque omne ex ordine alumnum Numen, ubique sacri resonant pæanes. *et* 4. *ibid.* 157. Herculeum pæana canunt, vastataque monstris Omnia. *Colum.* 10. *R. R.* 224. Delie te Pæan, et te euie euie Pæan. — Est etiam læta inclamatio, ut *hymenæe*, apud *Ovid.* 2. *Art. am.* 1. Dicite io Pæan, et io bis dicite Pæan. ¶ 2. Pæan, παιάν, est etiam idem ac pæon, pes metricus. *Vet. Poet.* in *Analect. gramm.* Doctus Aristoteles pæanem laudat utrumque. Hæc vox legitur etiam apud *Cic.* 1. *Orat.* 59. 251., ubi tamen omnia satis obscura; ibique *Orellius* laudat *Aristot. Poet. p.* 90. Ὁ δὲ νόμος δοκεῖ μὲν ἀπὸ παιᾶνος ῥυῆναι. Adde *Rufin. p.* 355. et 356. *Capper.*

PÆĀNĪTIS, idis. *V.* voc. seq.

PÆANTIS, idis, f. 3. gemma, cujus meminit *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 66. (180).; *Solin.* 9. *ad fin.*; et *Isid.* 14. *Orig.* 4. At *Sillig.* apud *Plin. loc. cit.* legit *peanitis*: et *pœanites* legitur apud *Priscian. Perieg.* 439. Concipit et parit hic naturæ munere gemma, Quam pæaniten perhibent. *Ita etiam aliqui leg. pro* pæantidem *apud Solin.* loc. cit.

PÆDĂGĪUM. *V.* PÆDAGOGIUM sub II.

PÆDĂGŌGA, æ, f. 1. quæ puellæ curam habet. *Hieronym. Ep.* 128. *n.* 4. Sit ei magistra comes; pædagoga custos: non multo vino dedita, etc. *V.* PÆDAGOGUS.

PÆDĂGŌGĀTUS, us, m. 4. instructio, educatio. *Tertull. advers. Valentin.* 13.

PÆDĂGŌGĬĀNUS, a, um, adject. qui est in pædagogio, ut Pædagogianus puer. *Ammian.* 26. 6. Indutus a calce ad pubem in pædagogiani pueri speciem. Adde *eumd.* 29. 3. — *Cod. Theod.* 8. 7. 5. Qui ministeriales et pædagogiani et silentiarii et decuriones exsistunt. *paggi nobili al servizio della corte imperiale.*

PÆDAGOGIARIUS, a, um, adject. ad pædagogium pertinens. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 9. Pædagogus, pædagogium, pædagogiarius.

PÆDĂGŌGĬUM, ii, n. 2. *abitazione de' paggi*, παιδαγωγεῖον, locus in ædibus, ubi servi puerilis ætatis, et ad nobiliora et delicatiora ministeria destinati, sub pædagogo versantur.

I.) Proprie. *Plin.* 7. *Ep.* 27. *a med.* Puer in pædagogio mixtus pluribus dormiebat.

II.) Translate *pædagogium* dicuntur ipsi pueri servi, vel cœtus et veluti collegium puerorum, qui sub pædagogo educantur, *i paggi, compagnia di paggi. Seneca Vit. beat.* 17. Pædagogium pretiosa veste succingitur. *Id. Ep.* 123. *ante med.* Omnium pædagogia oblita facie vehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem lædat. — Obscæno sensu. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 12. 54. (152). Jam vero pædagogia in transitu virilitatis custodiantur argento. *Inscript.* apud *Gruter.* 585. 11., quæ est apud *Orell.* 2941. PHILONICVS TI. CAESARIS GERM. DE PAEDAGOGIO. *Alia* apud *Maff. Mus. Ver.* 134. 5. HELENO AVG. VERNAE EX PAEDAGOGIO P. *h. e.* puerorum. Adde *Sueton. Ner.* 28., ubi notat, Neronem, stupri causa, non servilis, sed ingenuæ conditionis pædagogia habuisse (est qui leg. proagogia, προαγωγεῖα, perductiones, prostitutiones), item *Ulp. Dig.* 37. 7. 12. *a med.* et *Tertull. Apolog.* 13. *a med.*, quæ congessit jam *Lips.* in excursu B. ad *l.* 12. *Annal. Taciti.* Is autem in allata *Plinii* epistola

legi vult *puer e pædagogio*, non *in pædagogio*, quia negat pro loco unquam accipi, sed solum pro cœtu. Contra stat librorum consensus. Eodem *Plinii* loco *Catanæus* legebat *pædagium*, quo significaretur locus, ubi servi quicumque degunt: a παῖς, qua servum significat, et *ago*, *is*.

PÆDĂGŌGO, as, are, a. 1. Part. *Pædagogans* et *Pædagogandum*. — Pædagogare est instruere, educare, docere. *Fulgent. Planciad. de contin. Virg. ad fin.* Ergo pædagogantis suspectione sepulta. *Pacuvius* apud *Festum p.* 281. 5. *Müll.* Depulsum mamma pædagogandum accipit.

PÆDĂGŌGUS, i, m. 2. παιδαγωγός, a παῖς *puer* et ἀγωγός *ductor, institutor*, est custos et institutor pueri, *pedagogo, pedante*.

I.) Proprie. — *a*) Substantivorum more. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 18. Nego tibi hoc annis viginti fuisse primis copiæ, Digitum longe a pædagogo pedem ut efferres ædibus. *Cic. Amic.* 20. 74. Isto enim modo nutrices et pædagogi jure vetustatis plurimum benevolentiæ postulabunt. *Seneca Ep.* 89. *circa med.* Nam eum locum, qui monitiones continet, sustulit, et pædagogi esse dixit, non philosophi: tamquam quicquam aliud sit sapiens, quam humani generis pædagogus. *et ibid.* 123. *a med.* Istos-alienæ vitæ censores, suæ hostes, publicos pædagogos, assis ne feceris. *Inscript.* apud *Gruter.* 585. 6. P. AELIVS AVG. LIB. LYCVS PAEDAGOGVS PVERORVM. Alia apud *Gor. Columb. Liv. p.* 99. HYMNVS PAEDAGOGVS IVLIAE GERMANICI FILIAE. — Differunt autem pædagogus, et præceptor: nam hujus munus est puerum liberalibus instituere disciplinis: ille proprie custos est vitæ et morum. *Seneca* 2. *Ira* 22. Pertinebit ad rem, præceptores pædagogosque pueris placidos dari. *Quintil.* 1. 1. 8. De pædagogis hoc amplius, ut aut sint eruditi plane, quam primam esse curam velim; aut se non esse eruditos sciant etc. — Aliquando tamen pædagogus idem est ac præceptor, qui nempe pueros litteras docet. *Vopisc. Bonos.* 14. Bonosus fuit, ut ipse dicebat, rhetoris filius; ut ab aliis comperi, pædagogi litterarii. — Lepide *pædagogus* dicitur a *Ter. Phorm.* 1. 2. 94. adolescens, qui puellam in ludum ducere et reducere amoris causa solebat. — *b*) Adjective. *Paulin. Nolan. carm.* 21. 681. Hunc lacte primo per prophetarum ubera Lex pædagoga nutriat.

II.) Translate. ¶ 1. Universim pædagogus dicitur, qui alios velut dux monet ac regit. *Colum.* 1. *R. R.* 1. 12. et 13. M. Catonem censorium memoremus, qui agricolationem Latine loqui primus instituit: post hunc duos Sasernas, deinde Scrofam Tremellium, *etc.* Nec postremo, quasi pædagogi ejus, meminisse dedignemur, Julii Hygini etc. *Sueton. Galb.* 14. Regebatur trium arbitrio, quos una habitantes, nec unquam non adhærentes, pædagogos vulgo vocabant. *Seneca Ep.* 50. pædagogum vocat servum, qui cæco pro baculo est, eumque huc illuc manu ducit. *Id. Ep.* 110. Unicuique nostrum pædagogum dari Deum inferioris notæ etc. ¶ 2. Interdum pædagogus est in contemptu, ut apud Italos *pedante*. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 32. Hic dux, hic ille est pædagogus: hunc ego cupio excruciari. *Sueton. Ner.* 37. Pæto Thraseæ objectus est tristior et pædagogi vultus.

PÆDĒROS, ōtis, f, 3. παιδέρως. ¶ 1. Gemma est, in quam transiucidam crystallum coeunt viridis suo modo aer, simulque purpuræ et quidam vini aurei nitor semper extremus in visu, sed purpura semper coronatus; madere videtur et singulis his et pariter omnibus: nec gemmarum esse ulla liquidior potest jucunda suavitate oculis. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 46. (129). ¶ 2. Item genus amethysti, cui in suspectu inest nitor quidam leviter roseus velut ex carbunculo refulgens. *Id. ibid.* 40. (123). ¶ 3. Etiam opalus gemma sic vocatur a multis propter eximiam gratiam. *Id. ibid.* 6. 22. (84). ¶ 4. Item genus acanthi lævis. *Id.* 22. *ibid.* 22. 34. (76). *V.* MELAMPHYLLON. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PÆDEROTINUS, a, um, adject. παιδερώτινος, ad pæderotem gemmam pertinens. Absolute *pæderotinum*, i, est vestimentum, quod colorem pæderotis gemmæ repræsentat, ut amethystinum amethysti. Hinc *oxypederotinæ* vestes dicuntur, quæ ejusdem gemmæ colorem quam maxime referunt, ὀξύς enim Græcis in compositione est multus, maximus. Hæc cl. *Furlanetto* in I. *Append.* Sed est vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 159. Pæderos, pæderotinus.

PÆDĬA, æ, f. 1. παιδεία, doctrina. Pro ipsa tamen Arithmetica occurrit apud *Capell.* 7. p. 236. Quæ dum geruntur, Pædia, quæ dudum egressa, cum alia femina miri decoris ingreditur.

PÆDĬCĀTOR, ōris, m. 3. idem ac pædico. *Licinius Calv.* apud *Sueton. Cæs.* 49. Bithynia quidquid, Et pædicator Cæsaris unquam habuit. *V.* FORNIX.

PÆDĬCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PÆDĬCO, as, are, a. 1. Prima syllaba sine diphthongo scribitur vitio serioris ævi, quo vixit *Auct. Priap.* 68. *Penelopes* primam *Didonis* prima sequatur, Et primam *Cani* syllaba prima *Remi*. Quodque fit ex illis, mihi tu deprensus in horto Fur dabis; hac pœna culpa luenda tua est. Ita etiam *pedagogus* pro *pædagogus* insculptum est in *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 425. — Part. *Pædicatus* I. 1. — Pædicare, a παῖς, παιδός *puer*,

I.) Proprie ¶ 1. Est cum puero rem turpem habere, πυγίζω. *Catull.* 21. 4. Pædicare cupis meos amores. *Martial.* 11. 94. Pædicas puerum, verpe poeta, meum. *Gloss. Philox.* Percisus, pædicatus, πεπυγισμένος. ¶ 2. Item cum muliere. *Martial.* 11. 104. *ad uxorem.* Pædicare negas; dabat hoc Cornelia Graccho. ¶ 3. Usurpatur etiam de muliere τῷ ὀλισβῳ subligata et pueros corrumpente. *Id.* 7. 67. Pædicat pueros tribas Philænis. Hanc ita per circuitionem describit *Seneca Ep.* 95. § 21. Dii illas (*feminas*) deæque male perdant: adeo perversum commentæ genus impudicitiæ viros ineunt.

II.) Translate de tunica, quæ importune nates ficosas intrat. *Martial.* 11. 99. De cathedra quoties surgis, jam sæpe notavi, Pædicant miseram, Lesbia, te tunicæ.

PÆDĬCO, ōnis, m. 3. πυγιστής, qui cum puero rem turpem habet. *Martial.* 6. 32. Nil miserabilius, Matho, pædicone Sabello Vidisti. Adde *eumd.* 12. 86. *Firmic.* 7. *Mathes.* 13. *ad fin.* Ut cum cinædis publicis impuræ libidinis cupiditate jungantur sintque Socratici pædicones. *h. e.* cum pueris casta in domo degentibus jungantur.

PÆDĬDŌSUS. *V.* PEDICOSUS.

PÆDĬDUS, a, um, adject. (pædor). Sup. *Pædidissimus*. — Pædidus est qui pædore fœdatur. *Paul. Diac. p.* 222. 6. *Müll.* Pædidos sordidos significant atque obsoletos: tractum vocabulum a Græco, quia παῖδες, id est pueri, talis sint ætatis, ut a sordibus nesciant abstinere. *Lucilius* apud *Non. p.* 163. 13. *Merc.* Quod deformi senex, quod pædidus ac podagrosus. *Al. leg.* perditus. *Petron. Satyr.* 34. Pædidissimi servi.

PÆDOR, ōris, m. 3. squalor, illuvies, sordes, putor ex paupertate, aut morbo, aut carcere, aut negligentia cultus, *squallidezza*, ῥύπος.

I.) Proprie. — *a*) In sing. num. *Accius* apud *Non. p.* 72. 8. *Merc.* Misera obvallata saxo, senio, pædore, alguque et fame. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 12. 26. Barba pædore horrida atque intonsa. *Lucret.* 6. 1268. Languida semianimo cum corpore membra videres Horrida pædore. *Seneca Agam.* 991. Inops, egens, inclusa, pædore obsita. *Id. Herc. Œt.* 392. Cessere vultus penitus, et pædor sedet. *Id. Œdip.* 625. Pædore fœdo squalidam obtentus comam. *Lucan.* 2. 72. mox vincula ferri Exedere senem, longusque in carcere pædor. *Tac.* 6. *Ann.* 44. Neque exuerat pædorem, ut vulgum miseratione adverteret. — *b*) In plurali num. *Cic.* 3. *Tusc.* 26. 62. Ex hac opinione sunt illa varia et detestabilia genera lugendi: pædores; muliebres lacerationes genarum; pectoris, femnum, capitis percussiones.

II.) Translate idem ist ac fœtor. *Augustin.* 14. *Civ. D.* 24. Nonnullieab imo sine pædore ullo ita numerosos pro arbitrio sonitus edunt, ut ex illa etiam parte cantare videantur. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 3. Sequitur aliquando vultus inflatio, oris pædor, quibusdam etiam gingivarum putredo.

PÆGNĬĂRĬUS, a, um, adject. Pægniarii appellati sunt gladiatores, qui non vera, sed ludicra armorum conflictione pugnabant: a παίγνιον *ludicrum oblectamentum. Sueton. Cal.* 26. *extr.* Gladiatorio munere, reductis interdum flagrantissimo sole velis, emitti quemquam vetabat: remotoque ordinario apparatu, rabidis feris vilissimos senio confectos, gladiatores quoque pægniarios, patresfamilias notos, sed insignes debilitate aliqua corporis, subjiciebat. Vet. interpres Italus vertit *gladiatori di poca importanza*. (*V. Cavedoni* in *Bullett. archeol. a.* 1846. *p.* 191.) *Inscript.* apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 12. APRILIS PAEGNIAR. Alia, quam in *Mus. Vatican.* exscripsit *Barpt. Borghesius*, et est apud *Henzen.* 6176. D. M. SECVNDO PEGNIARIO LVDI MAGN. BENE MERENTI - FAMILIA Ludi *magni* FECE... Apud *Sueton. loc. cit.* alii perperam leg. *pegmares* cum *Casaubono*, qui multa hac de re.

PÆMENTUM, i, n. 2. monstrum verbi, ortum ex falsa lectione marmoris, in quo PA/IMENTUM pro PAVIMENTUM insculptum fuit, ut recte scribitur in *Inscript.* apud *Gruter.* 39. 4. Hinc in alia apud *eumd.* 102. 1. SPEI ARAM CVM PAEMENTO (*corrige* pavimento) SOMNIO MONITVS SVMPTV SVO D. D. Alii simili errore *palmentum* legere maluerunt in duabus *Inscript.* apud *Gud.* 127. 1. CVM PALMENT. MARMORAT. *et* 195. 4. PALMENT. etc. Utrobique legendum est *paviment.* V. *Marin. Frat. Arv. p.* 668. *col.* 2. *not.* 151.; *Apian. p.* 462.; et *Steiner. Corp. Inscript. Rom. Rhen. p.* 5.

PÆMĬNŌSUS, a, um, adject. *Varro* 1. *R. R.* 51. 1. Aream esse oportet solidam terra pavita, maxime si est argilla, ne æstu pæminosa, in rimis ejus grana oblitescant. *h. e.* arens, hiscens, rimosa, si ad aream referas: si vero ad grana (quod rectius) sordida, squalida, situ corrupta, et mali odoris. *Non. p.* 163. 14. *Merc.* a pædore ducit, et in *Varrone* pro æstu legit *situ*: alii etiam *peminosa*, tamquam a πέμαινω *noceo*: alii fortasse melius *perrimosa*.

PÆNE, adverb. Qui *pene* scribunt sine diphthongo, invitis lapidibus id faciunt, antiquis libris, *Manutio, Cellario, Dausquio*. Hæc *Forcellinus*. Sed *Handius Tursell. vol.* 4. *p.* 417. putat *pene* sine diphthongo scribendum. — Ex hoc *Priscian.* 3. *p.* 608. et 15. *p.* 1008. *Putsch.* derivat superlat. *penissime*: de quo *V.* in PENITUS, adverb. — Ceterum qui particulâ *pæne* utitur, intelligendus est, ut ait *Handius loc. cit.*, totam et summam rem enunciare, quum id, quod rei desit, tam exiguum aut tam simile videatur, ut nullam habeat rationem: - et quum verba *prope dicam* pronunciet is, qui dubitat dicere, verbis *pæne dicam* utitur is qui profitetur, se audere ita dicere. Itaque *pæne* (quod sæpissime suo vocabulo præponitur, interdum tamen, recentiore præsertim usu, postponitur) est idem ac minimum abest quin, fere, quasi, prope, propemodum, μικροῦ δεῖν, παρ' ὀλίγον (It. *quasi, per poco, per pochissimo*; Fr. *presque, peu s'en faut*; Hisp. *casi, cerca, poco falta*; Germ. *beinahe, fast*; Angl. *almost, well near, nearly, all but, as it were, in a manner*). Occurrit — *a*) Absolute, hoc est sine ulla alia particula. *Plaut. Capt. prol.* 61. Nam hoc pæne iniquum est comico choragio Conari de subito nos agere tragœdiam. *Ter. Heaut.* 4. 6. 10. Quam pæne tua me perdidit protervitas! *Id. Phorm.* 5. 3. 14. Hei video uxorem, pæne plus, quam sat erat. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 26. 67. Postquam pater appropinquat jamque pæne ut comprehendatur parat. *Cæs.* 1. *B. G.* 38. Flumen Dubis, ut circino circumductum, pæne totum oppidum cingit. *h. e.* dici potest totum oppidum, nam, ut ait *Id. ibid.*, reliquum spatium, qua flumen intermittit, mons continet. *Curt.* 4. 4. Coloniæ certe ejus (*urbis Tyri*) pæne toto orbe diffusæ sunt, Carthago in Africa, in Bœotia Thebæ, Gades ad Oceanum. *Liv.* 7. 32. Qui (*popu-*

lus Romanus) triumphos pæne plures, quam annos ab urbe condita, numeret. *et* 21. 40. Quum plures pæne perierint, quam supersunt. *Alii legendum putant* plane, *alii* fæde. *Cic.* 2. *Orat.* 53. 202. Rerum, quæ gerantur, sub adspectum pæne subjectio. *Id. Sext.* 43. 93. Duo illa reipublicæ pæne fata. *Id.* 1. *Off.* 35. 128. Nec vero audiendi sunt Cynici, aut si qui fuerint Stoici pæne Cynici. *Id.* 15. *Att.* 1. Ibi pæne valentem videram Piliam. *Virg.* 9. *Ecl.* 18. Pæne simul tecum solatia rapta, Menalca. *Horat.* 2. *Od.* 13. 21. Quam pæne furvæ regna Proserpinæ - vidimus! *Id.* 3. *ibid.* 6. 13. Pæne occupatam seditionibus Delevit urbem Dacus et Æthiops. *Ovid.* 4. *Pont.* 12. 20. Pæne mihi puero cognite mihi puer. *Quintil.* 7. 1. 2. Patronus omnia pæne ante jus posuerit. *Ita Codices*: *vulgati libri habent* omnia vel pæne omnia. Sic *Id.* 6. 4. 4. Oratio - quæstionem finitionis, actionis plerumque satis explicat et omnia pæne, in quibus de facto constat. *Cæs.* 1. *B. G.* 11. Ita se omni tempore de populo Romano meritos esse, ut pæne in conspectu exercitus nostri agri vastari - non debuerint. *Ter. Adelph.* 2. 4. 8. Hoc mihi dolet, nos pæne sero scisse et pæne in eum locum redisse, ut, si omnes cuperent, nil tibi possent auxiliarier. *Varro* 3. *R. R.* 16. 2. Quum interea nihilo minus pæne quotidie in convivio omnibus darem mulsum. *Quintil.* 11. 1. 68. Utitur hac moderatione Cicero pro Cælio contra Atratinum, ut eum non inimice corrigere, sed pæne patrie monere videretur. *h. e.* dici potest patrie. *Cic.* 2. *Phil.* 39. 100. Quemadmodum illinc abieris, vel potius pæne non abieris, scimus. Cui tu urbi minitaris. Utinam conere, ut aliquando illud pæne tollatur. *Ovid. Heroid.* 18. 179. Pæne manu quod amo, tanta est vicinia, tango: Sæpe sed, heu! lacrimas hoc mihi pæne movet. — *b*) *Pæne* et *prope* differunt inter se, ut patet ex *Cic.* 1. *Orat.* 16. 70. Est enim finitimus oratori poeta, numeris adstrictior paullo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius et pæne par: in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat aut definiat jus suum. *et ibid.* 28. 128. In oratore autem acumen dialecticorum, sententiæ philosophorum, verba prope poetarum, memoria jurisconsultorum, vox tragœdorum, gestus pæne summorum actorum est requirendus. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 8. 30. — Conferantur et hæc ejusd. *Cic. Quinct.* 13. 44. Jam tu potes discedere liberatus molestia prope dicam non minore, quam Quinctius. *h. e.* ne dicam. *et Rosc. Com.* 6. 16. Si qua sunt privata judicia summæ existimationis, et pæne dicam capitis, tria hæc sunt, fiduciæ, tutelæ et societatis. *h. e.* adeo dicam. Sic *Id.* 5. *Att.* 20. Brutum abjectum, quantum potui, excitavi: quem non minus amo, quam tu: pæne dixi, quam te. *Herzog.* ad *Cæs.* 3. *B. G.* 18. docet, discrimen inter *pæne* et *prope*, utpote quæ promiscue usurparentur, haud facile posse constitui, nisi forte ita videretur, ut *pæne* magis ad rationes sola mente percipiendas, singulasque menti factas informationes pertinere diceres; *prope* ad oculorum conspectum, temporis atque actionis significatione adjuncta, referres. *Zumpt. Gramm. Lat.* § 279. demonstrat, pæne in rebus gradatim positis adhiberi; *prope* continere accedendi significatum. — *c*) *Et pæne, ac pæne* inservit gradationi, item *pæne etiam* et *pæne jam. Cic.* 1. *de republ.* 1. Non dubitaverim me gravissimis tempestatibus ac pæne fulminibus ipsis obviam ferre. *Curt.* 3. 5. Ingens sollicitudo et pæne jam luctus in castris erat. *Quintil.* 11. 1. 32. In juvenibus etiam uberiora paullo et pæne periclitantia feruntur. *Id.* 10. 1. 76. Quorum longe princeps Demosthenes ac pæne lex orandi fuit. — *Cic.* 1. *Am.* 4. Eo die accubuimus Curionem Bibulum multo jactiorem, pæne etiam amicum. *Quintil.* 11. 3. 143. Quo magis miror Plinii secundi, docti hominis et in hoc utique parum pæne etiam nimium curiosi, persuasionem. *Id.* 9. 3. 4. Sunt quædam figuræ ita receptæ, ut vereare jam hoc ipsum nomen effugerint. *et* 8. *ibid.* 29. Dicendis ergo breviter hoc desiderio jam pæne publico, ne omittamus etc. — *d*) *Non solum - sed pæne etiam, non modo - sed pæne* idem fere significant quod *non modo - sed adeo. Cæs.* 1. *B. G.* 20. Quibus opibus ac nervis non solum ad minuendam gratiam, sed pæne ad perniciem suam uteretur. *et* 6. *ibid.* 10. Non solum in omnibus civitatibus atque in omnibus pagis partibusque, sed pæne etiam in singulis domibus factiones sunt. *Cic.* 3. *Legg.* 18. 40. Actor fingit non modo mentes et voluntates, sed pæne vultus eorum, apud quos agit. — *e*) *Tam pæne* occurrit apud *Cic.* 1. *Fin.* 2. 4. Quis enim tam inimicus pæne nomini Romano est, qui Ennii Medeam - spernat? Sunt quibus *tam pæne* est Italicum *tanto appunto*; aliis videtur illud *pæne* leniendæ orationi inservire; *Madvigius* vero *pæne* cum *nomine Romano* conjungit.

PÆNINSŬLA, æ, f. 1. Scribitur et *peninsula*; immo sæpius divisim *pæne insula*. — Pæninsula, *penisola*, χερσόνησος, terra undique fere aquis clausa, una tantum parte, eaque angusta continenti adhærens: a *pæne* et *insula*, quia quasi insula est; nam insula undique omnino aquis cingitur. *Catull.* 31. 1. Pæninsularum, Sirmio, insularumque ocelle. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 10. 15. (95). Quem locum occurrens Terinæus sinus pæninsulam efficit.

PÆNŬLA *vel* pēnŭla, æ, f. 1. Sunt qui ducunt a Græca voce φαινόλης et per æ scribunt: quibus favet *Manut.* lapidem antiquum afferens, qui exstat etiam apud *Gruter.* 715. 10. Adde alium infra in PÆNULARIUS. Alii origine Latinam esse ajunt, et Græcam vocem ex ea factam; et per simplex *e* scribi volunt: a quibus stat *Dausquius*: et in *epist. Pauli*, 2. *ad Timoth.* 4. 13. φελόνες, et in *Gloss. Philox.* etiam φαιλόνη; ubi *Bimardus* ad *Murat. Thesaur. Inscript. T.* 1. *p.* 119. legendum putat φαινόλη. — Ceterum pænula est vestis spissa et fere villosa, quæ supra tunicam induitur, frigori et pluviæ arcendæ, φαινόλη (It. *gabbano da inverno e da pioggia, palandrano*; Fr. *pénule, manteau, ou casaque de voyage*; Hisp. *capa, capote, casaca*; Germ. *Mantel, der den ganzen Körper umschloss und besonders gegen Regen und auf Reisen diente*; Angl. *a thickriding-coat, roquelaure or roccelo, overall, surtout*).

I.) Proprie. — *a*) Forma pænulæ fuit rotunda, undique clausa, adstrictior et brevior, quam toga, sine manicis, et brachia quoque ipsa protegens, si demitterentur (unde *Cic. Mil.* 20. 54. Quum pænula irretitus, rheda impeditus, uxore pæne constrictus esset.), si vero exserere opus esset, ab inferiori parte ejus ora utrimque extollebatur. *Pomponius* apud *Non. p.* 537. 8. *Merc.* Pænulam in caput induce, ne te noscat. Quod *Plin.* scribit 24. *Hist. nat.* 15. 88. (138). herbam centunculum folia habere ad similitudinem capitis pænularum, significari videtur fuisse pænulis adsutum aliquid circa collum, quo caput protegi posset, nempe cucullus, *il cappuccio*. — *b*) Materia fuit vel lanea, vel scortea, seu e corio. Laneæ pænulæ villo breviore fuerunt. *Martial.* 14. 145. cujus lemma *Pœnula gausapina*. Is mihi candor inest, vilorum gratia tanta, Ut me vel media sumere messe velis. *h. e.* mediis caloribus, quia pænula vestis erat gravior et hiberna. Unde *Horat.* 1. *Ep.* 11. 17. Incolumi Rhodos, aut Mitylene pulcra facit, quod pœnula solstitio, campestre nivalibus auris. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 73. (190). Lanæ oppulæ breves villo, nec nisi pænulis celebres. De scorteis *Martial.* 14. 130. cujus lemma *Pœnula scortea*. Ingrediare viam cælo licet usque sereno, Ad subitas numquam scortea desit aquas. *Seneca* tamen pænulam a scortea distinguit 4. *Quæst. nat.* 4. Hi quum signum dedissent, adesse jam grandinem, quid exspectas? ut homines ad pænulas discurrerent, aut ad scorteas? Hoc ideo, quia *pœnulæ* nomine fere laneæ intelligitur. Usus fuit primo extra Urbem in itinere, frigoris aut pluviæ causa, ut dictum est: deinde etiam in Urbe iisdem de causis laneæ pænulæ gestari cœptæ. *Juvenal.* 5. 76. Scilicet hoc fuerat, propter quod sæpe, relicta Conjuge, per montem adversum gelidasque cucurri Esquilias, fremeret sæva quum grandine vernus Juppiter, et multo stillaret pænula nimbo. *Varro* apud *Non. p.* 537. 14. *Merc.* Non quærenda est homini, qui habet virtutem, pænula in imbri. — *c*) Fuit vestis communis virorum et mulierum. *Ulp. Dig.* 34. 2. 24. *ad fin.* Communia vestimenta sunt, quibus promiscue utitur mulier cum viro, veluti si ejusmodi pænula, palliumve est, etc. *Quintil.* 8. 3. 54. Quum Hirtius in Pansam declamans, filium a matre decem menses in utero latum dixisset. Quid? aliæ, inquit Cicero, in pænula solent ferre? *Al. leg.* perula. *Lamprid. Alex. Sev.* 27. Pænulis intra Urbem frigoris causa ut senes uterentur, permisit, quum id vestimenti genus semper itinerarium, aut pluviæ fuisset. Matronas tamen intra Urbem pænulis uti vetuit, in itinere permisit. — *d*) Servos quoque et milites, et pueros pænula usos, observavit *Lips. l.* 1. *elector. c.* 25. et *Seneca* 3. *Benef.* 28. et 5. *ibid.* 24. — *e*) Quo tempore mos obtinuerat, ut in Urbe pænulæ gestarentur, aliquando et oratores in foro causas agentes iis usi leguntur: quod tamen brevi sublatum puto. *Tac. Dial. de Orat.* 39. Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attulisse pænulas istas, quibus adstricti, et velut inclusi cum judicibus fabulamur? Plura V. apud *Ferrar. de re vestiar. par.* 2. *l.* 2. etc. — *f*) *Pœnulam alicui scindere* dicitur, qui hospitem impensius invitat, et pæne cogit, ut apud se maneat. *Cic.* 13. *Att.* 33. De Varrone loquebamur: lupus in fabula. Venit enim ad me, et quidem id temporis, ut retinendus esset: sed ego ita egi, ut non scinderem pænulam. (*nol trassi pel ferrajuolo.*) Paullo post C. Capito cum T. Carrinate: horum ego vix attigi pænulam: tamen remanserunt. *non si fecero stracciare i panni.*

II.) Translate per catachresin ponitur pro quocumque integumento, aut involucro. *Varro* apud *Non. p.* 448. 26. *Merc.* Quum corrigias disruptas tenet, pænula reliquum pedem scortea pertegere. *Martial.* 14. 1. Ne toga cordylis, et pænula desit olivis. *Vitruv.* 10. 12. *de machina Ctesibica.* Supra catinum pænula, ut infundibulum inversum, est attemperata etc. *h. e.* operculum. *Inscript.* apud *Murat.* 339. 2., quæ est apud *Orell.* 3284. PRO SALVTE IMP. CAES. M. AVR. ANTONINI AVG. TECTVMPORTICVS CVM SVIS COLVMNIS ET PAENVL. DVAB. ET OPER. TECT. SEX. VIREIVS SEXTVS DECVR. D. P. S. D. POLLIONE II. ET AFRO II. CS. *h. e.* ann. a Chr. n. CLXXVI. Hic *Bimardus loc. cit.* sub init. contendit, *pœnulis* esse pro *pennulis*, h. e. pinnis, seu pinnaculis, quæ Græci πτερύγια et ἀετώματα, Latini fastigia dicunt. *Inscript.* Amiterni non multis abhinc annis effossa. Q. LESIVS Q. L. HERMAISCVS III. (*corrige* VI.) VIR. AVG. PAENVLAM COLVMN. PONDERA D. S. *V.* PONDERARIUM. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PÆNŬLĀRĬUM, ii, n. 2. (pænula) locus, ubi pænulæ reponuntur. *Onomast. Lat. Gr.* Penularium (*pro* Pænularium), φαινολοθήκη.

PÆNŬLĀRĬUS, ii, m. 2. qui pænulas conficit, aut vendit. *Inscript.* apud *Gruter.* 646. 5. CN. COSSVTIVS ATIMETVS PAENVLARIVS. Adde aliam apud *Murat.* 907. 2. *Novius* apud *Non. p.* 148. 33. *Merc.* Consequitur pænularium, psilothrum petit. Hic *Nonius* minus recte, ut videtur, *pœnularium* interpretatur: quasi theca et vagina pænulæ. *V.* PÆNULEUS.

PÆNŬLĀTUS, a, um, adject. pænula indutus. *Cic. Mil.* 10. 28. et 20. 54. Quum hic cum uxore veheretur in rheda, pænulatus. *Seneca* 3. *Benef.* 28. *ad fin.* Quo te pænulati isti, in militum, et quidem non vulgarem cultum subornati? quo, inquam, te isti efferunt? *h. e.* geruli lecticæ pænula induti. Adde *Martial.* 2. 57. et 5. 27. *Lamprid. Commod.* 16. Pænulatos jussit spectatores convenire. *Capell.* 3. *p.* 49. Grammatica ritu Romuleo senatum deûm ingressa est pænulata.

PÆNŬLĔUS, a, um, adject. a pænula. *Lamprid. Anton. Diadum.* 2. Paraverat pænulas populo coloris rosei dare Macrinus in honorem filii sui, quæ vocarentur Antoninianæ, ut Caracallæ Bassiani dictæ sunt, asserens melius fi-

lium suum Pænuleum, vel Pænularium dicendum, quam Caracallus esset dictus Bassianus.

PÆNULTĬMUS *vel* pēnultimus, a, um, adject. Scribitur et divisum. *Auson. Technopægn. de litter. monosyllab. in fin.* Furca tricornigera specie pæne ultima sum ϕ. — Pænultimus, *penultimo, innanzi all'ultimo*, παρατέλευτος, qui est pæne ultimus, qui ultimum proxime præcedit. *Gell.* 4. 7. Pænultimam circumflectere. *Auson. Eclogar. quotæ Cal. sint men.* 12. Sextilis, Junius, atque Aprilis, post quos pænultima mets November. Adde *Hyeronym. Ep.* 58. *n.* 8; et *Macrob* 2. *Somn. Scip.* 4.

PÆNŪRĬA. *V.* PENURIA.

PÆON, ōnis, m. 3. παιών, pes metricus quadrisyllabus tribus brevibus constans, et longa, sive hæc sit initio, ut *conticuit*, sive secundo loco, ut *colonia*, sive tertio, ut *retulisset*, sive postremo, ut *celeritas*: totidem enim ejus species tradunt *Diomed.* 3. *p.* 447. *Putsch., Donat. edit.* 2. *p.* 1739., *Mar. Victorin. p.* 1957. et alii. *Cicero* autem loco mox laudando duas tantum agnoscit, primam, et ultimam. Habet locum maxime in numero oratorio: qua de re *Cic. Orat.* 64. 215. et 3. *Orat.* 47. 183.; et *Quintil.* 9. 4. 87. *Plotius p.* 2626. *Putsch.*. Pæones a Pæone poeta nomen inditum possederunt.

PÆŌNĬA, æ, f. 1. *peonia*, παιονία, herba nascens in opacis montium, caule inter folia digitorum quatuor, ferente in cacumine velut Græcas nuces quatuor, aut quinque, in quibus inest semen copiosum, rubrum, nigramque. Nomen habet a Pæone medico inventore. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 4. 10. (29).; et *Apul. Herb.* 65. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

PÆŌNĬCUS, a, um, adject. ad pæonem pedem pertinens, ut Pæonicum metrum, apud *Diomed.* 3. *p.* 506.; et *Priscian. Partit. XII. vers. Æn. p.* 1215. Pæonicus rhytmus, *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2485. *Putsch.*

PÆŌNĬUS, a, um, adject. Παιόνιος, pertinens ad pæoniam herbam, cujus vis in medicina celebris, vel ad Pæonem medicum, ejus inventorem, vel ad Apollinem auctorem medicinæ artis, qui non solum Παιάν, sed etiam Παιών dicitur. *Virg.* 7. *Æn.* 768. superas cæli venisse sub auras, Pæoniis revocatum herbis, et amore Dianæ. *et* 12. *ibid.* 391. ille retorto Pæonium in morem senior succinctus amictu, Multa manu medica etc. *Ovid.* 15. *Met.* 534. Nec nisi Apollineæ valido medicamine prolis Reddita vita foret, quam postquam fortibus herbis, Atque ope Pæonia, Dite indignante, recepi etc. *Sil. It.* 14. 27. *de Sicilia.* Hic et Pæonios arcano sulphure fontes. *h. e.* medicam vim habentes, salubres. Sic *Claudian. de Apono* 67. Salve Pæoniæ largitor nobilis undæ. *Id. B. Get.* 121. Ulcera Pæoniæ tractat solertia curæ. *Id. II. cons. Stilich.* 172. vectumque per undas Insula Pæonium texit Tiberina draconem. *h. e.* Æsculapium sub forma serpentis, de quo *Ovid.* 15. *Met.* 622. *et seqq. Rehmn. Fann. de ponderib. et mensur.* 1. Pondera Pæoniis veterum memorata libellis. *h. e.* in medicorum libris. — *NB.* Ceterum *V.* ONOM.

PÆTŬLUS, a, um, adject. *guercietto*, deminut. pæti. *Cic.* 1. *Nat. D.* 29. 88. Redeo ad deos; ecquos si non tam strabones, at pætulos esse arbitramur?

PÆTŬŌSUS, a, um, adject. *Gloss. Philox.* Pætuosus, μύωψ.

PÆTUS, a, um, adject. *guercio*, (in *Gloss. Philox.* est μύωψ τοὺς ὄμμασιν) qui oculos habet leviter obliquatos, et transversa tuentes, ita tamen ut ad strabonem non accedat; hoc enim formam vitiat, non illud: quin immo solent puellæ interdum affectare, ut pætæ videantur, dum videntes non videre videri volunt. Hinc *pæta* dicta est ipsa Venus: et si sit alicui filius strabo, pætus dici solet, vitii minuendi causa. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 55. (150). Uni animalium homini depravantur oculi: unde Strabonum et Pætorum cognomina. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 45. strabonem Appellat pætum pater; et pullum, male parvus Si cui filius est. *Auct. Priap.* 37. Minerva flavo lumine est, Venus pæto. *Ovid.* 2. *Art. am.* 659. Si pæta est, Veneri similis; si flava, Minervæ. *Varro* apud *Priscian.* 6. *p.* 684. *Putsch.* Non hæc res de Venere pæta strabam facit? Adde *Plaut. fragm.* apud *Festum p.* 375. 20. *Müll.* — Ex hoc oculorum vitio cognomen accessit pluribus Romanis gentibus, ut Æliæ, Æmiliæ, Autroniæ, Considiæ etc. *V.* PÆTILLA et PÆTINUS.

PĀGĀNĀLĬA, ium, n. plur. 3. κωμητικά, festa paganorum: de quibus *Ovid.* 1. *Fast.* 669. Pagus agat festum: pagum lustrate coloni, Et date paganis annua liba focis. *Varro* 6. *L. L.* 24. *Müll.* Feriæ non populi, sed montanorum modo, ut Paganalibus, qui sunt alicujus pagi. *Ita leg. Codd.*; *at* Ald. *et* Müllerus *ediderunt* Paganalia. *Macrob.* 1. *Saturn.* 16. enumerat inter ferias conceptivas.

PĀGĀNĬCUS, a, um, adject. ad pagum pertinens.

I.) Proprie. — *a) Paganicæ feriæ*, quæ in pagis agitabantur. *Varro* 6. *L. L.* 26. *Müll.* Paganicæ ejusdem agriculturæ causa susceptæ, ut haberent in agris omnes pagi, unde paganicæ (*feriæ*) dictæ sunt. *Inscript.* apud *Gruter.* 21. 11. IOVI PAGANICO SACR. etc. *h. e.* qui in pagis colebatur. Adde *aliam* apud *Bianchi, Marm. Crem. p.* 295. — *b) Paganicum peculium*, quod ex prædiis, aliisque rusticis reditibus provenit: cui *castrense* opponitur. *Imp. Antonin. Cod.* 6. 21. 1. Frater tuus miles si te specialiter in bonis, quæ in paganico habebat, heredem fecit, bona quæ in castris reliquit, petere non potes. *V.* PAGANUS I. 4. — *c) Pila paganica*, quæ et *paganica* absolute, erat pila lusoria pluma farcta, major trigone et mollior, folle minor, sed durior, seu arctior et firmior, in pagis inventa ad voluptatem rusticorum, deinde in urbes translata, et frequentata in gymnasiis, præsertim ante balneas. *Martial.* 14. 45., cui titulus *Pila paganica.* Hæc, quæ difficilis turget paganica pluma, Folle minus laxa est, et minus arcta pila. *Id.* 7. 32. Non pila, non follis, non te paganica thermis Præparat.

II.) Translate, apud Ecclesiasticos Scriptores *paganicus* est ad paganorum, h. e. Gentilium superstitionem pertinens. *V.* PAGANUS II. 2. *Salvian.* 3. *advers. Avar.* 7. Paganica irreligiositas. *Id.* 1. *Gubern. D.* 1. Paganica incredulitas.

PĀGĀNĪTAS, ātis, f. 3. *paganesimo*, paganorum superstitio. *Impp. Theodos. et Valentin. Cod. Theod.* 15. 5. 5. Stolidæ paganitatis errore atque insania detineri. *V.* vocem sequent. II. 2.

PĀGĀNUS, a, um, adject. ad pagum pertinens, *di villaggio*, κωμητικός.

I.) Proprie. ¶ 1. Geueratim, et adjective. *Ovid.* 1. *Fast.* 670. Et date paganis annua liba focis. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (28). Pagana lege in plerisque Italiæ prædiis cavetur, ne per itinera ambulantes, etc. *Inscript.* apud *Orell.* 3793. PAGVS HERCVLANEVS SCIVIT A. O. X. TERMINA.... CONLEGIVM SEIVE MAGISTREI IOVEI COMPAGEI S... VTEI IN PORTICVM PAGANAM REFICIENDAM PEQVNIAM CONSVMERENT EX LEGE PAGANA ARBITRATV CN. LAETORI CN. F. MAGISTREI PAGEIEI. etc. *Mazochius* ita interpretatur: Pagus Herculaneus scivit ante diem X. Terminalia (i. e. die XIV. Februarii), uti collegium, sive magistri sunt Jovi compagi (id est pagi vicini, qui cum Herculaneo communis administrationis societate vinciebatur) pecuniam (quam apud se habebant) consumerant in reficiendam porticum paganam (quæ in pagi Herculanei theatro erat) ex hac lege pagana (scil. pagi scito) idque facerent arbitratu Cn. Lætorii Cn. F., magistri pagi etc. ¶ 2. Speciatim et fere semper substantivorum more, *paganus*, κωμήτης, qui in pagis habitat, *chi sta in villa. Cic. Dom.* 28. 74. Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani, qui etc. *Auct. B. Alex.* 36. Jussit paganos et oppidanos in iis locis obversari. ¶ 3. *Pagani* sæpe opponuntur militibus. Nam in pagis qui vivunt, otiosam securamque vitam ducunt, remoti a curis publicis ac laboribus. Paganus ergo est, qui non militat, etiamsi in urbe vivat, ἀπόλεμος. *Plin.* 10. *Ep.* 18. Apud me et milites et pagani certatim ei testimonium retribuerunt. *Juvenal.* 16. 33. citius falsum producere testem Contra paganum possis, quam vera loquentem Contra fortunam armati. *Sueton. Galb.* 19. Lo forum usque processit. Ibi equites quum per publicum, dimota paganorum turba, equos adegissent etc. *h. e.* plebis, aut civium. Adde JCtos in multis *Digestor.* locis. Hinc *pagani* per contumeliam dicuntur milites segnes, et virtutis militaris obliti, et urbis otio commodisque dediti: quemadmodum Quirites dicti sunt olim a C. Cæsare, apud *Sueton.* 70. et ab Alex. Severo apud *Lamprid.* 52. *Tac.* 3. *Hist.* 24. Mox infensus prætorianis, vos, inquit, nisi vincitis pagani, quis alius imperator, quæ castra alia excipient? ¶ 4. Etiam peculium paganum et castrense, tamquam diversi generis, opponuntur. *Imp. Justinian. Cod.* 3. 28. 37. Vel paganum est peculium, vel castrense, vel quod medietatem inter utrumque obtinet, quod quasi castrense nuncupatur. *V.* PAGANICUS I. *b.*

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 3. *Plin.* 7. *Ep.* 25. *extr.* Sunt enim, ut in castris, sic etiam in litteris nostris plures cultu pagano, quos cinctos et armatos, et quidem ardentissimo ingenio, diligenter scrutatus invenies. *h. e.* latentes quidem in secessu atque otio, nec professos palam se litterarum studiosos, doctos tamen et eruditos. Hinc *Pers. prol.* 6. se ipsum *semipaganum* dicit, quasi non plane in castris poetarum merentem stipendia, sed quasi semipoetam. Nisi malis intelligere semidoctum, quia in pagis degentes solent esse rudiores. ¶ 2. Apud Ecclesiasticos Scriptores *paganus* est, qui Gentilium superstitionem retinet et falsos deos colit, quia quum Christiana religio passim vigere cœpit in urbibus, in solis pagis et villis illa servabatur (hinc *Sever. Sanct. de cura boum* 109. Signum, quod perhibent esse crucis Dei, Magnis qui colitur solis in urbibus Christus, perpetui gloria numinis.); vel quia Gentiles non militant sub duce JESU CHRISTO. V. *De-Vita Antiq. Benev. p.* 275., ubi plura huc pertinentia et docte disputata invenies. *Impp. Honor. et Theod. Constit.* 14. a *Sismondo* edita. Gentiles, quos vulgo paganos appellant. *Tertull. Cor. mil.* 11. *a med.* Apud hunc (JESUM) tam miles est paganus fidelis, quam paganus est miles infidelis. *Hieronym. in Psalm.* 41. Pagani deos suos digito ostendunt. *Augustin.* 2. *Retract.* 43. Deorum falsorum multorumque cultores paganos vocamus. Sic *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 296. Non erubescis stulte, pago dedite, Te tanta semper perdidisse obsonia, Quæ dis ineptus obtulisti talibus? *et* 2. *advers. Symmach.* 450. Sint hæc barbaricis gentilia numina pagis etc. V. *Desider. Herald. initio animadversion. in Arnob.* — Quandonam desierit cultus paganicus, *V.* apud *Avellino Opusc. p.* 289.-292.

PĀGĀNUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. I. 2. et 3. et II. 2.

PĀGĀTIM, adverb. κατὰ κώμας, per singulos pagos, ut *oppidatim* per singula oppida. *Liv.* 31. 26. *ad fin.* Templa deum, quæ pagatim sacrata habebant. *Id. ibid.* 30. Delubra sibi fuisse, quæ quondam pagatim habitantes in parvis illis castellis vicisque consecrata, ne in unam urbem quidem contributi majores sui deserta reliquerint. *Inscript.* apud *Orell.* 360. C. VALER. C. F. FAB. CAMILLO QVOI PVBLICE FVNVS MAEDVORVM CIVITAS ET HELVET. DECREVERVNT ET CIVITAS HELVET. QVA PAGATIM QVA PVBLICE STATVAS DECREVIT IVLIA C. IVL. CAMILLI F. FESTILLA EX TESTAMENTO.

PĀGELLA, æ, f. 2. deminut. *facciuola*, σελίδιον, parva pagina. *Cic.* 11. *Fam.* 25. Sed quid ago? non imitor λαχωνισμόν tuum: altera jam pagella procedit. Vince, et vale.

PĀGES, is, f. 3. *Non. p.* 64. 28. *Merc.* Pages compactio, unde compages et propagare. Hæc *Non.*, sed sine ulla scriptoris auctoritate.

PĀGĪNA, æ, f. 1. charta, seu pars chartæ: a *pago* pro *pango*, quia charta fit ex philuris, seu tunicis papyri compactis et compressis: vel potius quia constat ex multis scripturæ versibus, hique ex pluribus litteris in unum compaginatis fiunt; ita ut non universa chartæ superficies, sed ejus pars scripto comprehensa proprie pagina appel-

letur: hinc *Paul. Diac. p.* 221. 7. *Müll.* Paginæ dictæ a pangendo, quod in illis versus panguntur, id est figuntur. Gr. σελίς (It. *faccia, facciata, pagina*; Fr. *feuille de papier, page d'une lettre, d'un livre*; Hisp. *pagina, plana de la hoja de algun libro*; Germ. *de beschriebene Blatt, d. Seite eines beschriebenen Blattes*; Angl. *a page or leas of a book*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 24. (80). Sed ratio deprehendit vitium, unius schedæ revulsione plures infestante paginas. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 2. 3. Nam quum hanc paginam tenerem, L. Flavius ad me venit, etc. *Id.* 13. *Att.* 34. Sed complere paginam volui. *Id.* 4. *Fin.* 19. 53. Et ais, si una littera commota sit, fore, tota ut labet disciplina. Utrum igitur tibi litteram videor, an totas paginas commovere? *Plin.* 8. *Hist. nat.* 51. 77. (209). Hinc censoriarum legum paginæ, interdictaque cœnis abdomina. V. *Cardinali, Dipl. imp. p.* VI. *oss.* VII.; et CERA in hoc Lexico. — *b*) Speciatim pagina est etiam columella, *colonna di una pagina*. V. locum *Rufin.* cit. in COLUMELLA. — *c*) Item *pagina* etiam dicitur in eo scripturæ genere, quo plures versuum series juxta se disponuntur, ut apud *Gruter. p.* 240. et 241., ubi nomina tribus seriebus in prima pagina, et quinque in altera distributa sunt. *V.* et *Kellermann. Vig. Rom. laterc.*, ubi pluries hoc ipsum usu venit; et *Labus.* ad *Morcelli dello scrivere de' Romani p.* 61. — *d*) Item *paginam utramque facere* is dicitur, cujus tanta est in re aliqua vis et potentia, ut omnia illi tribuantur, sive prospera, sive adversa: sumpta metaphora a mercatorum libris, in quibus altera pagina expensum, altera acceptum ostendit. Sic in rebus humanis fortuna utramque facit paginam, id est si quid homini succedit, ea laudatur, quasi dederit: si quid mali evenit, incessitur et damnatur. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (23) Huic omnia feruntur accepta, et in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice dicitur de scriptis. *Cic.* 16. *Fam.* 4. Varie sum affectus tuis litteris: valde priore pagina perturbatus, paullum altera recreatus. *Id.* 6. *Att.* 2. *ante med.* Quoniam respondi postremæ tuæ paginæ prima mea, nunc ad primam revertar tuam. *Martial.* 1. 5. Lasciva est nobis pagina, vita proba. *Id.* 5. 2. Matronæ puerique virginesque, Vobis pagina nostra dedicatur. *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 57. Non te nesciri patitur mea pagina. V. *P. Mazzucchelli* adnot. ad *Coripp.* 3. *Iohann.* 404., ubi *pagina* est pro epistola. ¶ 2. Per synecdochen *pagina* sumitur pro *fastis*: *V.* PAGINULA. *Liv.* integre appellat *paginas fastorum*, 8. 18. Paginas in annalibus fastisque percurrere licet consulum dictatorumque, quorum nec virtutis, nec fortunæ, ullo die populum Romanum pœnituit. Et *Ammian.* 22. 7. Quum nomina suscepissent paginæ consulares. — Hinc *pagina* ponitur pro serie, *serie, sequenza. Plin. Paneg.* 92. Ergo non alia nos pagina, quam (quæ) te consulem accipiet; et nostra quoque nomina addentur fastis, quibus ipse præscriberis. *Auson. Grat. act. ad Gratian.* 13. Scis, inquam, septem ac decem Domitiani consulatus, quos ille invidia alteros provebendi continuando conseruit, ita in ejus aviditate derisos, ut hæc eum pagina fastorum suorum, immo fastidiorum, fecerit insolentem, nec potuerit præstare felicem. *Claudian. II. cons. Stilich.* 244. Cur nondum legitur fastis? cur pagina tantum Nescit adhuc nomen, quod jam numerare decebat? Cf. *Juvenal.* 10. 57. Quosdam - mergit longa atque insignis honorum pagina. ¶ 3. In vineis *pagina* videtur esse area, seu spatium interjectum inter certum numerum jugatarum vitium: fortasse quia vitibus ita dispositis, spatium illud figuram orthogoniam refert, qualis est in pagina. Vel sumitur *pagina* a *pangendo*, h. e. plantando, pro certo numero vitium consitarum, *una piantata. Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (169). Semper vero quintanis semitari, hoc est ut quinto quoque palo singulæ jugo paginæ includantur. *Innocent.* inter *Script. rei agrim. p.* 222. *Goes.* Si (*fundus*) in monte fuerit - constitutus, excogitemus finem habere contra duas paginas fundorum. *h. e.* duo spatia terræ. V. *Fleetwood. Inscript. Syll. p.* 437. et 438., ubi pagina vocatur *interturrium*. ¶ 4. *Pagina marmorea* est lamina e marmore, paginæ figura. *Pallad.* 6. *R. R.* 11. *de pavimentis.* Tunc tessellas latiores, vel tabellas qualescumque marmoreas, aut paginas imprimemus: et hanc constructionem res nulla vitiabit. *Paulin. Nol. carm.* 28. 535. *al.* 587. sit pagina quædam, Marmoris adfixo argenti vestita metallo. ¶ 5. In illo *Plin.* 16. *Hist. nat.* 42. 82. (225). Firmissima in rectum abies: eadem valvarum paginis, et ad quæcumque libeat intestina opera aptissima. *paginæ* sunt (ita enim legi in MSS. et opt. lib. testantur *Harduin.* et *Salmas.* ad *Solin.*, in aliis est *repagulis*) ipsæ valvæ, inquit *Salmas.*, quæ complicantur instar paginarum et replicantur. *Harduin.* vero intelligit ipsos asseres, quibus valvæ compinguntur et veluti compaginantur. *Vitruv.* vocat *pagmenta*. At *Schneiderus* ad *Vitruv.* 4. 6. 4. ait, *Plinium* loc. cit. dixisse *paginas*, quæ *Vitruvius tympana* vocat.

PĂGĬNĀLIS, e, adject., ad paginam pertinens, atque adeo scriptionalis, epistolaris: *V.* PAGINA II. 1. *Ennod.* 2. *Ep.* 13. Pæne vos sola putaremus paginalis stili cura et assiduitate macerari. *et* 3. *ibid.* 13. Paginalis usus. *et ibid.* 14. Paginale alloquium. *Id.* 6. *ibid.* 19. Postquam desideriis meis videndi vos facultas elapsa est, iterum ad litteras meas revertitur: cogitur abjuratum poscere paginale subsidium.

PĂGĬNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PĂGĬNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Paginatus* sub *A.* — Pagino

A) Pro *pango*, est idem ac compingo, unde *Paginatus* apud *Paulin. Nolan. carm.* 21. 353. Solidoque navem paginatam robore Ad pervehendum præparat.

B) A *pagina*, paginare significat scribere. *Ambros.* 6. *Ep.* 38. Quia me vis aliquid de veterum scriptorum interpretationibus paginare.

PĂGĬNŬLA, æ, f. 1. σελίδιον, deminut. paginæ. *Cic.* 4. *Att.* 8. Ut non minus longas jam in codicillorum fastis futurorum consulum paginulas habeat, quam factorum. Habent et *Not. Tir. p.* 124.

PAGMENTUM, i, n. 2. compactio, et ipsa materia compacta, seu impacta et infixa. *Vitruv.* 4. 6. *ad fin.* Qui sunt ante secundum pagmentum. *h. e. il battente della porta.* V. REPLUM. *Schneiderus* hæc verba uncis inclusit.

PĂGO, is. *V.* PANGO init.

PĂGRUS *vel* phagrus, i, m. 2. πάγρος et φάγρος, piscis marinus et fluviatilis, de quo *Plin.* 9. *Hist. nat.* 16. 24. (57). Prægelidam hiemem omnes sentiunt, sed maxime qui lapidem in capite habere existimantur, ut lupi, chromes, sciænæ, pagri. *Id.* 32. *ibid.* 10. 38. (113). Pagri fluviatilis longissimus dens capillo adalligatus. *V.* PHAGER.

PĂGUR, i, *et* is, m. 2. et 3. piscis idem fortasse qui pagrus. *Ovid. Halieut.* 108. Et rutilus pagur, et fulvi synodontes, et ex se Concipiens channe.

PĂGŪRUS, i, m. 2. *granciporro, grancevola*, πάγουρος, marinus piscis ex genere cancrorum, ut *Plin.* docet 9. *Hist. nat.* 31. 51. (97).; et *Pallad.* 1. *R. R.* 35.

PĂGUS, i, m. 2. Gen. *pageïei*, fortasse pro *pagei*, legitur in *Inscript.* apud *Orell.* 3793., quam *V.* in PAGANUS I. 1. — Pagus sunt plures vici, aut villæ simul positæ, nullo mœnium ambitu: a παγά, Dorice pro πηγή, *fons*, ut *Paul. Diac. p.* 221. 7. *Müll.* et *Servius* ad *Virg.* 2. *G.* 382. docent, quia circa fontes villæ condi consueverunt; vel potius a πάγος *tumulus, collis*, quia in collibus primo plures domus in unum junctæ sunt ad habitandum: nec obstat prioris syllabæ quantitas, quæ in Græca voce brevis, in Latina vero est longa, ut in aliis sexcentis. Ita sentit *Dionys. Halic. l.* 4. *c.* 15. qui de Servio Tullio hæc habet: Κατὰ τοὺς ἐρεινοὺς ὄχθους κρηπφύγετα κατεσκεύασεν Ἑλληνικοῖς ὀνόμασιν αὐτὰ κολῶνας πάγους. *V.* AREOPAGUS. *Döderlinio* vero (*Latein. Synonym. vol.* 3. *p.* 6.) et *Mommsenio* (*Tribus p.* 16.) vox hæc cum v. *pasco* jungenda videtur, ut *pagus* (eadem ratione conferendus cum *pavisse*, qua *focus, jocus* cum *fovisse, juvisse*) proprie sit *pascui communio*: coll. Gr. νομή et νομος. Ceterum differt a vico, ut totum a parte, quia vicus pluribus casis, pagus pluribus vicis constat. Interdum et pro vico ponitur. Gr. κώμη (It. *villaggio, casale, borgo*; Fr. *village*; Hisp. *lugar, village, aldea*; Germ. *der Gau, die Gemeinde*; Angl. *a village, country town*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Liv.* 25. 5. Senatus - triumviros binos creari jussit: alteros, qui citra, alteros, qui ultra quinquagesimum lapidem in pagis forisque et conciliabulis omnem copiam ingenuorum inspicerent. *Virg.* 2. *G.* 382. Præmiaque ingeniis pagos et compita circum Thesidæ posuere. *Tac.* 1. *Ann.* 56. Reliqui, omissis pagis vicisque, in silvas disperguntur. *Apul.* 9. *Met.* Pater familias de pago proximo. — *b*) Speciatim, Germaniæ et Galliæ populi, eorumque regio in pagos dividebatur, qui erant pars ampla regionis, oppida non una, vicos, pagosque complexa, quæ nomus, præfectura, tribus, aut etiam provincia dici posset. Itaque apud *Cæs. de B. G.* Germanorum, Morinorum, Arvernorum, Suevorum, Helvetiorum pagi memorantur: et apud *Tac. in Annal. Histor.* et *de Germ.* Sequanorum, Nerviorum, Æduorum, Semnonum, Gugernorum. Hujus appellationis ratio videtur esse, quia olim eæ gentes raris oppidis habitabant, et per agros dispersi sine mœnium præsidio degebant, multitudine et viribus satis se munitas arbitrantes. Ut autem commode posset administrari res publica, certis divisionibus regiones definiebant, totiusque civitatis quasi corpus in membra distribuebant, in quibus haberentur conventus, et ex iis delecti principes in unum, quum opus esset, de maximis rebus acturi, congregarentur. Horum pagorum alii amplissimi fuerunt, ut in Helvetia, quæ universa in quatuor tantum pagos divisa erat, ut est apud *Cæs.* 1. *B. G.* 12., quos nunc dicimus *cantoni*. Alii erant minores; nam Suevis centum attribuit *Id.* 4. *ibid.* 1. et totidem *Tac.* Semnonibus *Germ.* 39., quorum tamen universa civitas haud multum Helvetiorum civitatem superabat, ut affirmat *Cluver. l.* 1. *Germ. antiq. c.* 13. *sub fin.* Verum et isti satis ampli erant: nam de Suevis ita habet *Cæs. loc. cit.* Ii centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula millia armatorum bellandi causa suis ex finibus educunt: reliqui domi manent, pro se atque illis colunt. De administratione rei publicæ *Id. Cæs.* 6. *ibid.* 23. In pace nullus communis est magistratus, sed principes regionum atque pagorum jus inter suos dicunt. Hi pagi rursus in minores partes dividebantur. *et ibid.* 10. In Gallia non solum in omnibus civitatibus atque pagis, partibusque, sed pæne etiam in singulis domibus factiones sunt. — *c*) *Pago deditus* apud *Prudent.* quid sit, *V.* PAGANUS II. 2.

II.) Translate, h. e. metonymice, *pagus* dicuntur ipsi pagi incolæ. *Horat.* 3. *Od.* 18. 11. Festus in pratis vacat otioso Cum bove pagus. *Ovid.* 1. *Fast.* 669. Pagus agat festum: pagum lustrate coloni.

PĂLA, æ, f. 1. Ratione habita etymi, a *pangendo* vult esse *Varro* 5. *L. L.* 134. *Müll.*, quasi *paga, g* in *l* mutato, quia in terra pangitur: sed videtur esse a πάλη, quippe quæ terram hac illac versat, πάλλω enim significat agitare, unde aor. ἔπηλα. Potest tamen esse a *pango*, h. e. *pago*, per syncopen pro *pagela*, ut *scala* a *scando* pro *scandela* et similia haud pauca. — Ceterum pala est instrumentum ferreum, rusticum, ligoni simile, sed planum et latius, quo terra versatur, egeritur, vel aggeritur ξύστρον (It. *pala, badile*; Fr. *bèche*; Hisp. *pala*; Germ. *der Spaten*; Angl. *a shovel or spade*).

I.) Proprie. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 58. Palas vendundas sibi ait et mergas datas, Ut hortum fodiat atque ut frumentum metat. Adde *Caton. R. R.*

10. *Liv.* 3. 26. *a med.* Fossam fodiens palæ innixus. *Colum.* 10. *R. R.* 45. Tum mihi ferrato versetur robore palæ Dulcis humus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 8. (46). Juncosus ager verti pala debet, aut in saxoso bidentibus. *Id.* 17. *ibid.* 17. 27. (123). Ramo seruntur et Punica, palis laxato prius meatu.

II.) Translate. ¶ 1. Quas *Cato R. R.* 11. *in fin.* memorat *palas ligneas*, instrumentum rusticum describens, possunt usum habere vel ad panem in furnum immittendum et extrahendum (quod nunc a viris doctis probatur); vel ad ventilandum in area frumentum, quod πτυον Græce dicitur, de quo *Tertull. Præscript.* 3. Palam in manu portat ad purgandam aream suam. Sic *Juvenc.* 1. 371. ruralis pala. ¶ 2. Item instrumentum ad ventilandum in area frumentum. *V.* paragr. proxime præced. ¶ 3. In anulo est pars latior, cui gemma infixa est, funda, *castone*, σφενδόνη. *Cic.* 3. *Off.* 9. 38. Quum palam ejus anuli ad palmam converterat, a nullo videbatur. ¶ 4. Apud *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 35. et 3. *ibid.* 3. *ad fin.* et 3. *Tard.* 2. *palæ* sunt scapularum ossa duo lata, quæ Græce ὠμοπλάται appellantur. Haud rectum etymon exhibet *Isid.* 11. *Orig.* 1. Palæ sunt dorsi dextra lævaque eminentia membra, dicta quod in luctando eas premimus, quod Græci παλαιειν dicunt. ¶ 5. Est etiam palæ nomine arbor Indica folio alas avium imitante, longitudine trium cubitorum, latitudine duum: fructum cortice mittit, admirabilem succi dulcedine, ut uno quaternos satiet: ei nomen est ariena. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 6. 12. (24). Est autem *Musa Paradisiaca* Linn.

PĂLĂBUNDUS, a, um, adject. palans, dispersus huc et illuc. *Tertull. Apolog.* 21. Judæi dispersi palabundi, et cæli et soli sui extorres. *Auct. Itiner. Alex. M.* (ed. *A. Maio*, Mediolani a. 1817. in 8.) 56. Palabundi equites. *Cyprian. de idolor. van. ad fin.* Judæi dispersi et palabundi vagantur, soli et cæli sui profugi per hospitia aliena jactantur.

PALĂCRA *et*

PALĂCRĀNA, æ, f. 1. major auri massa. Utraque vox legitur apud *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 21. (77). et Hispanica esse dicitur. *At* Sillig. *legit* palagas *et* palacurnas: *alii vero aliter.*

PALACURNA. *V.* voc. præced.

PĂLÆSTES, æ, m. 1. παλαιστης, idem qui palæstrita. *Lamprid. Alex. Sev.* 27. *extr.* Palæstes primus fuit, in armis magnus.

PĂLÆSTRA, æ, f. 1. a παλαιω *luctor*, quod a παλη *lucta*. — *Palæstrum*, i, generis neutri usurpat non imitandus *Ennod.* 1. *Ep.* 9. Sic se equidem exercita litterarum gymnasiis palæstra dilucidant, sic madefacta studiorum oleo loquendi artificiis oris membra submittunt, etsi inter indigenas etc. *Id.* 2. *Ep.* 6. Inter studiorum suorum palæstra versatos fulget Latinitas, mirum dictu, si amat extraneos. *Id. Dict.* 9. *ante med.* Te inter palæstra tua originaria linguæ palma sollicitat. Hæc cl. *Furlanetto* in 1. *Append.*: sed hæc eadem mihi librariorum menda videntur. — Ceterum *palæstra* est locus (*V.* infra sub II. 1.) in quo antiqui lucta exercebantur, gymnasium, παλαίστρα (It. *palestra, ginnasio o luogo adatto alla lotta e agli altri giuochi ginnastici*; Fr. *palestre, lieu où l'on s'exerçait à la lutte, gymnase*; Hisp. *gimnasio*; Germ. *der Ringplatz, Ringbahn, Ringschule*; Angl. *a school for wrestling, and other exercises*).

I.) Proprie. — *a*) De publica palæstra. *Plaut. Amph.* 4. 1. 3. Apud emporium, atque in macello in palæstra atque in foro. *Catull.* 63. 60. Abero foro, palæstra, stadio, gymnasiis. *Cic.* 4. *Verr.* 14. 36. Statuas in palæstra ponere. *Virg.* 6. *Æn.* 642. Pars in gramineis exercent membra palæstris, Contendunt ludo, et fulva luctantur arena. — *b*) In palæstra non sola lucta exercebantur, sed cursu etiam, pugilatu, pila, saltu, ponderum jactatione, etc. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 20. Ante solem exorientem nisi in palæstram veneras, gymnasii præfecto haud mediocres pœnas penderes. *et ibid.* 24. Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila, saliendo se exercebant. *Cic.* 4. *Herenn.* 46. 59. Quemadmodum in palæstra, qui tædas candentes accipit, non est celerior in cursu, quam ille qui tradit; ita etc. — *c*) Hæ palæstræ non solum publicæ erant, sed etiam in privatis ditiorum ædibus et in urbe, et ruri. *Varro* 3. *R. R.* 13. 1. Quum e superiore loco e palæstra apris effunderetur glans, capreis vicis. Adde *eumd. procem. l.* 2. 3.; et *Cic.* 2. *Legg.* 3. 6. et 3. ad *Q. fr.* 1. 2. et *ibid. ep.* 9. — *d*) Universam palæstrarum rationem, earumque membra accurate describit *Vitruv.* 5. 11. V. etiam *Mercurial. l.* 1. *de re gymn. c.* 9.

II.) Translate. ¶ 1. Palæstra dicitur ipsa luctatio, luctatorum exercitatio et certamen: immo hanc esse propriam vocabuli significationem *Forcellinus* putavit. — *a*) Universim. *Ter. Eun.* 3. 2. 23. fac periculum in litteris, Fac in palæstra, in musicis. *Cic.* 1. *Orat.* 16. 73. Ut qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ, sed indicat ipse motus, didicerintne palæstram, an nesciant. *Nepos Epam.* 2. Postquam ephebus factus est, et palæstræ dare operam cœpit etc. — *b*) Luctaturi oleo prius nudata membra inungebant. *Virg.* 3. *Æn.* 281. Exercent patrias oleo labente palæstras Nudati socii. *Ovid. Heroid.* 18. 11. uncta palæstra. *et ibid.* 16. 149. nitida palæstra ludere. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 110. Sive catenatis curvatus membra palæstris Staret, Amyclæa conceptum matre putares. *Lucan.* 4. 614. perfudit membra liquore Hospes, Olympiacæ servato more palæstræ. — *c*) Ejus auctor est Mercurius. *Horat.* 1. *Od.* 10., *Lucan.* 9. 661. Theseo tribuit *Pausan. l.* 1. *c.* 39. A Græcis certe est, inter quos Spartani et Athenienses maxime frequentarunt. *Seneca Herc. Fur.* 1124. Non Argiva membra palæstra flectere docti. — *d*) Palæstræ descriptionem habes apud *Ovid.* 9. *Met.* 32.; *Stat.* 6. *Theb.* 847.; et *Lucan.* 4. 612. ¶ 2. A Comicis metaphorice de infami loco usurpatur. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 33. Homo adolescentulus penetrare hujusmodi in palæstram, ubi dominæ desudascitur, ubi pro disco damnum capiam, pro cursura dedecus? *Ter. Phorm.* 3. 1. 20. Eccum ab sua palæstra exit foras. *h. e.* e domo lenonis, ubi exercentur assidue amatores. ¶ 3. Sæpissime ad rhetorum scholas et exercitationes transfertur et varia ratione. — *a*) *Cic.* 1. *Orat.* 18. 81. Nitidum quoddam genus est verborum et lætum, sed palæstræ magis et olei, quam hujus civilis turbæ ac fori. *h. e.* exercitationis domesticæ et umbratilis: spectat nimirum in primis eam artem oratoriam, quæ est sophistarum et philosopborum potius, quam oratorum forensium. Huc pertinet etiam locus, quem *Forcellinus* infra ad litt. *d* retulerit, *Cic. Brut.* 9. 37. Phalereus successit, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus, quam palæstra. Itaque delectabat magis Athenienses, quam inflammabat. *h. e.* non tam in foro, quam in scholis philosophorum et rhetorum institutus. Cf. etiam *Ellendt.* — *b*) Qui palæstræ dabant operam, non id solum assequebantur, ut luctando adversarium deprimerent, sed etiam ut in aliis actionibus membra decenter et corpus moverent, apteque gestum componerent. *Cic. Orat.* 4. 14. Positum sit in primis, sine philosophia non posse effici, quem quærimus, eloquentem: non ut in ea tamen omnia sint, sed ut sic adjuvet, ut palæstra histrionem. *Id.* 3. *Orat.* 59. 220.; et apud *Quintil.* 1. 11. *sub fin.* Omnes hos motus subsequi debet gestus, non hic verba exprimens, scænicus, sed universam rem et sententiam non demonstratione, sed significatione declarans, laterum inflexione hac forti ac virili, non ab scæna et histrionibus, sed ab armis, aut etiam a palæstra. — *c*) Refertur etiam ad numerum orationis, unde illa decens fit et delectabilis. *Cic. Orat.* 56. 186. Numerus oratorius serius aliquanto notatus et cognitus, quasi quamdam palæstram et extrema lineamenta orationi attulit. *Id. ibid.* 68. 228. Ut enim athletas, nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere cauta, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæstram quamdam; ut quidquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustum: sic oratio nec plagam gravem facit, nisi petitio fuit apta; nec satis recte declinat impetum, nisi etiam in cedendo, quid deceat, intelligit. Itaque qualis eorum motus, quos ἀπαλαίστρους Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias. — *d*) Item universim ad ornatum. *Cic.* 1. *Legg.* 2. 6. Antipater habuit (*in scribenda historia*) vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palæstra. ¶ 4. Sumitur interdum pro loco, in quo disputatur, et exercitationes litterariæ aguntur, sicut gymnasium. *Cic.* 1. *Orat.* 21. 98. et 2. *ibid.* 5. 20. ¶ 5. Dicitur palæstra etiam de prudentia politica. *Cic.* 5. *Att.* 13. Sed, ut spero, utemur ea palæstra, quam a te didicimus; omnibusque satisfaciemus. *h. e.* in administranda provincia, ea utemur prudentiâ, quam a te didicimus, ut et provincialibus et publicanis satisfacere possimus. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PĂLÆSTRĬCA, æ, f. 1. *V.* PALÆSTRICUS in fin.

PĂLÆSTRĬCĒ, adverb. *da lottatore*, παλαιστρικος, more palæstritæ. *Cic. opt. gen. Orat.* 3. 8. Palæstrice spatiari in xysto iis liceat, non ab Olympiis coronam petant. *h. e.* ut disputationibus potius philosophicis apti sint, quam ut in foro aut in curia oratores excellant et vincant.

PĂLÆSTRĬCŌS, adverb. Græca positione παλαιστρικῶς, pro *palæstrice*, dixisse videtur *Afranius* apud *Non.* p. 154. 12. *Merc.* Etiam depellis mihi manum palæstricos.

PĂLÆSTRĬCUS, a, um, adject. *da lotta, atletico*, παλαιστρικός, ad palæstram pertinens. *Plaut. Rud.* 2. 1. 7. Exercitus gymnasticus et palæstricus. *Cic.* 1. *Off.* 36. 130. Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores. *scil.* quia nimis sunt artificiales, h. e. adstricti certis temporum intervallis. *Apul. de Mag.* Facies decora, et succi palæstrici plena. *Prudent.* 10. περι στεφ. 189. Ephebus palæstricus. *h. e.* Hyacinthus puer disco percussus, dum in palæstra cum Phœbo exercetur. *Quintil.* 12. 2. 12. Palæstrici doctores. *et* 2. 8. 7. Palæstricus magister. *Terentian. de litt., syllab., pedib. et metr. præfat. v.* 48. *p.* 2384. *Putsch.* Mos certaminis et modus, Sudor dum solitus cadat, Nulla mole palæstrica. *Capell.* 2. *p.* 25. Unctio palæstrica. — Ironice *palæstricus* dicitur, qui palæstritis, lucri faciendi causa, nimis favet. *Cic.* 4. *Verr.* 22. 54. Numquam vos prætorem tam palæstricum vidistis? verum ita palæstritas defendebat, ut ab illis ipse unctior discederet. *h. e.* prætorem ita palæstritarum fautorem, ut ab illis hereditatem per summam injuriam adeuntibus donatus, divitior inde evaderet. — Hinc

Palæstricus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est is, qui palæstricam exercet, eamque alios docet, idem ac palæstrita. *Quintil.* 1. 11. 15. Ne illos quidem reprehendendos putem, qui paullum etiam palæstricis vacaverint. Non de his loquor, quibus pars vitæ in oleo, pars in vino consumitur; qui corporis cura mentem obruerunt: sed nomen est idem iis, a quibus gestus motusque formantur, ut recta sint brachia, ne indoctæ rusticæve manus, ne status indecorus, ne qua in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculique ab alia corporis inclinatione dissideant. *At* Spalding. *mavult* palæstritis.

Palæstrica, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est ars palæstræ. *Quintil.* 2. 21. 11. Nec medicina ideo non erit ars, quia unctio et exercitatio cum palæstrica, ciborum vero qualitas etiam cum cocorum ei sit arte communis.

PĂLÆSTRĬCUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

PĂLÆSTRĪTA, æ, m. 1. *lottatore*, παλαιστριτης, qui in palæstra se exercet, et alios palæstram docet. *Martial.* 3. 58. Nec perdit oleum lubricus palæstrita. *Petron. Satyr.* 21. Intraverunt palæstritæ quamplures, et nos legitimo perfusos oleo refecerunt. *Pers.* 4. 39. Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant. *h. e.* dropacistæ. Adde *Cic.* 4. *Verr.* 14. 36. et 22. 54.; et *Martial.* 3. 82.

PĂLÆSTRIZO, as, are, n. 1. παλαιστρίζω, palæstram exerceo, palæstrita sum. *Boeth.* in *Aristot. Categor.* 3. p. 183. A cursu cursores, a palæstra palæstrici, a pugilatoria pugiles, distinctis qualitatum vocabulis, appellantur: cursus enim (*est*) potentia naturalis secundum quam cursores vocamus, et rursus potentia pugilandi, vel potentia palæstrizandi suo nomine distincta non est. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 2. 53. Paucæ palæstrizant. *Vet. Scholiast.* ad *Lucan.* 4. 612. More palæstrizantium.

PĂLÆSTRO, as, are, n. 1. exercere se palæstra. Occurrit translate tantum Part. *Palæstrans* apud *Fulgent.* 1. *Mythol. præf.* p. 615. *Staver.* Sudore hic opus est palæstrantis ingenii, ne tam magnifici assumpta operis moles ipso fere medio conaminis impetu vivacissimis destituta vanescat tractatibus.

PĂLÆSTRUM, i, n. 2. *V.* PALÆSTRA init.

PALAGA. *V.* PALACRA.

PĂLAM, est idem ac coram pluribus, ut ait *Ulp. Dig.* 50. 16. 33., manifeste, aperte, in conspectu, in oculis omnium; cui *clam, obscure* et similia (*V.* sub *A.* I. *a.*) opponuntur: sed *coram* magis ad personas, *palam* ad omnia accipitur, ut *Priscian.* 14. p. 999. *Putsch.* ait. Gr. φανερῶς (It. *pubblicamente, manifestamente*; Fr. *publiquement, en public, ouvertement, devant le monde*; Hisp. *publicamente, abiertamente, manifiestamente*; Germ. *laut, vor aller Welt, von aller Augen, von der Leuten*; Angl. *openly, manifestly, publicly, in open view, before all the world*). Usurpatur autem *A*) Adverbii more, h. e. absolute; et *B*) Præpositionis more, h. e. cum Ablativo.

A) Adverbii more

I.) Proprie. — *a*) Τῷ *palam* opponuntur *clam, occulte, secreto, obscuro, tacite, intus,* ut apud *Cic. Cæl.* 9. 20. Palam in eum tela jaciuntur, clam subministrantur. *Ter. Adelph.* 3. 2. 30. Neque id occulte fert: ab lenone ipsus eripuit palam. et *Cic.* 6. *Verr.* 22. 49. Qui hæc, quæ dico, jam non occulte-, sed palam de loco superiore ageret. et *Tac.* 4. *Ann.* 71. *extr.* Quæ (*Augusta*), florentes privignos quum per occultum subvertisset, misericordiam erga afflictos palam ostentabat. *Liv.* 44. 34. Nec palam, nec secreto jactare consilia sua. et *Tac.* 2. *Ann.* 72. Hæc palam, et alia secreto. *Cic. Mil.* 16. 42. Omnia non modo quæ reprehendi palam, sed etiam quæ obscure cogitari possunt, timemus. *et* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 5. 13. Crassum et Scævolam auctores legum fuisse; alterum, ut videmus, palam, alterum, ut suspicamur, obscurius. *Liv.* 24. 14. Qui jam alterum annum libertatem tacite mereri, quam postulare palam maluerunt. *Tac.* 4. *Ann.* 1. Palam compositus pudor, intus summa apiscendi libido. — *b*) Item τῷ *palam* opponuntur quæ perplexa sunt, aut ex præstigiis vel ex insidiis aguntur. *Liv.* 30. 20. Non perplexe, sed palam revocant. *apertamente, schiettamente. Cic.* 6. *Verr.* 24. 53. Non per præstigias, sed palam per potestatem totum oppidum compilavit. *Id. Orat.* 12. 38. Non ex insidiis, sed aperte ac palam elaboratur. — *c*) *Palam* componitur cum similibus vocabulis *aperte, ante oculos omnium, luce, libere* etc. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 67. Auferimus inde argentum omne illis præsentibus palam atque aperte. Cf. *Cic. Mil.* 9. 25. Palam agere cœpit et aperte dicere, occidendum Milonem. *Id.* 7. *Verr.* 26. 85. Palam ante oculos omnium. *et* 4. *ibid.* 33. 81. Quæ in foro palam Syracusis in ore atque in oculis provinciæ gesta sunt. *Id. Pis.* 10. 23. Quum arma in templum luce et palam comportarentur. *Id.* 3. *Off.* 24. 93. Luce palam in foro saltare. *Id.* 2. *Nat. D.* 63. 157. Bestiæ furtim, domini palam et libere frumento fruuntur. — *d*) Universim. *Ter. Heaut.* 4. 1. 26. Illi anui prodita abs te filia est planissime, per te - uti veniret palam. *h. e.* in publica auctione, in catasta. *Cic.* 5. *Phil.* 6. 17. Palam secum habuii armatos. *Sueton. Aug.* 32. Grassatum plurimi palam se ferebant succincti ferro. *h. e.* in conspectu hominum apparebant, grassabantur. *Id. Ner.* 27. Nulla dissimulandi cura ad majora palam erupit. *Horat.* 4. *Od.* 6. 17. palam captis gravis. *h. e.* non dolo et fraude irretitis. Sic *Tac.* 1. *Ann.* 59. Palam adversus armatos bellum tractare. *h. e.* non proditione. *Sueton. Cæs.* 27. *extr.* His plane palam bello civili opus esse dicebat. — *Testamentum palam facere* juris erat formula, de qua ita *Ulp. Dig.* 28. 2. 21. Licebit ergo testanti vel nuncupare heredes, vel scribere; sed si nuncupat, palam debet. Quid est palam? non utique in publicum, sed ut exaudiri possit; exaudiri autem non ab omnibus, sed a testibus, et si plures fuerint testes adhibiti, sufficit solemnem numerum exaudire.

II.) Translate. — *a*) *Palam est,* notum est omnibus, manifestum est. *Plaut. Aulul.* 4. 9. 18. Oppido ego interii: palam est res. *Ter. Eun.* 1. 2. 24. Quæ vera audivi, taceo: sin falsum, aut verum aut fictum est, continuo palam 'st. *si divulga. Cic. Pis.* 5. 11. Mitto enim domestica, quæ negari possunt: hæc commemoro, quæ sunt palam. — Et cum Infinito. *Plaut. Mil. glor.* 2. 5. 65. Et quidem palam est eam esse, ut dicis. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 70. 89. (193). Pisces audire, palam est. *è manifesto.* — Eodem sensu *Ter. Phorm.* 1. 3. 17. Palam beatus, ni unum hoc desit. *h. e.* manifesto beatus. — Quo sensu *palam est, Cic.* dixit 13. *Att.* 21. Palam factum est. *s'è pubblicato, s'è reso manifesto.* — *b*) *Palam facere* et *fieri* præcipue dicitur, quum alicujus mors vulgatur. *Liv.* 1. 41. Quum expirasset Tarquinius, celata morte, suas opes firmavit: tum demum palam facto, etc. Sic *Id.* 22. 55. Quum - ne consilium quidem satis expedirent, obstreperetque clamor lamentantium mulierum, et, nondum palam facto, vivi mortuique per omnes pæne domos promiscue complorarentur, etc. *Seneca Tranquill.* 15. Cato incumbens gladio cogitur simul de se ac de republica palam facere. *Nepos Dion.* 10. Hujus de morte ut palam factum est, mirabiliter vulgi mutata est voluntas. Adde *Sueton. Ner.* 8., *Tib.* 22., *Cal.* 6. et *Tit.* 11. Cf. et *Cic. post redit. in senat.* 7. 18. Nondum palam factum erat occidisse rempublicam, quum tibi arbitria funeris solvebantur. — Pro *nunciare* dixit *Nepos Hann.* 11. Ut palam faceret (*Hannibal*) suis, quo loco Eumenes esset, tabellarium-mittit. — *c*) *Palam proferre* est aperte ac libere. *Ter. Adelph.* 3. 2. 41. Nam si hoc palam proferimus, ille infitias ibit. *Cic. Flacc.* 28. 68. Quæsitum et prolatum palam, non negas. Cf. *Tac.* 1. *Ann.* 74. Se quoque (*proclamavit*) in ea causa laturum sententiam palam et juratum. *h. e.* libere et aperte; alii tamen interpretantur: non itione in partes. — *d*) *Palam mentiri* est ita mentiri, ut negari non possit. *Plaut. Truc.* 1. 2. 89. Palam quum mentiuntur, verum esse insciti credimus.

B) Præpositionis more cum Ablativo pro *coram. Horat. Epod.* 11. 19. Ubi hæc severus te palam laudaveram. *Liv.* 6. 14. Inde rem creditori palam populo solvit. *Ovid.* 5. *Trist.* 10. 39. et 2. *Art. am.* 549. Meque palam de me tuto mala sæpe loquuntur. *Albinov.* 1. 444. Et flevit populo Cæsar utrumque palam. *Aurel. Vict. Cæsar.* 5. Palam senatu.

PĂLANGÆ. *V.* PHALANGÆ.

PĂLĂRA, æ, f. 1. avis, de qua *Auct. carm. de Philom.* 11. Dulce palara sonat, quam dicunt nomine drostam. (Sed hæc barbariem sapiunt.)

PĂLĂRĬA, ĭum, n. plur. 3. *V.* voc. seq. in fin.

PĂLĀRIS, e, adject. ad palum spectans, ut Palaris silva, ex qua pali sumuntur. *Ulp. Dig.* 7. 1. 9. *ad fin.* Nisi forte salicti ejus, vel silvæ palaris, vel arundineti usufructus sit legatus. — Hinc

Palaria, ĭum, n. plur. 3. absolute est genus militaris exercitii, quo milites ad palum pugnandi disciplinam ediscunt; item locus talis exercitii, de quo multa habet *Veget.* 1. *Milit.* 11. et 2. *ibid.* 23. *Charis.* 1. p. 21. *Putsch.* Hæc palaria, quum milites ad palos exercentur.

PALASEA *et* plasea, æ, f. 1. pars bovis in sacrificio mactati, una cum cauda resecta, siligine et sanguine delibuta. Hæc eadem in mactato sue *offa penita,* in equo Octobri *caviar* dicebatur. *Arnob.* 7. 24.

PĂLĂTHA, æ, f. 1. παλάθη, massa ficuum. *Vulgat. interpr.* 2. *Reg.* 16. 1. Asini onerati ducentis panibus, et centum alligaturis uvæ passæ, et centum massis palatharum, et utre vini. *et ibid.* 2 Panes et palathæ ad vescendum pueris tuis.

PĂLĂTĪNUS, a, um, adject. ad Palatium collem pertinens. *V.* in ONOM. — Generatim sæpe refertur ad Cæsares, qui domum in Palatio habuere. *Sueton. Aug.* 29. Palatina domus. *Id. Cal.* 57. Palatinus atriensis. *Ovid.* 4. *Fast.* 953. Palatina laurus. *h. e.* qua ornabatur janua Palatinæ domus, ut est apud *eumd.* 3. *Trist.* 1. 39. *Martial.* 4. 55. Parthenius Palatinus. *h. e.* qui erat Domitiani cubiculo præpositus, *Sueton. Domit.* 17. teste. *Id.* 8. 28. Toga Palatina. *h. e.* qua idem Parthenius Martialem donaverat. *Id.* 9. 40. Palatinus Tonans. *h. e.* Domitianus ipse. *Id.* 5. 5. Sexte, Palatinæ cultor facunde Minervæ. *h. e.* qui es Domitiani a studiis. *Claudian. IV. cons. Honor.* 11. Palatinus senatus. *h. e.* qui imperatori in Palatio adsidet. *Aurel. Vict. Epit.* 14. *ad fin.* et *Trebell. Gallien.* 17. Palatina officia. *h. e.* eorum, qui imperatori in Palatio inserviunt. In utroque *Cod. Justin.* et *Theodos.* est titulus, qui inscribitur *de Palatinis sacrarum largitionum,* qui erant apparitores et ministri comitis sacrarum largitionum, et rerum privatarum. V. *Zirardini* ad *Novell. p.* 223. — Prima syllaba, adjecta altera liquida, producitur. *Martial.* 8. 39. Qui Pallatinæ caperet convivia mensæ. *Id.* 9. 25. Quis Pallatinos imitatus imagine vultus? *h. e.* Domitiani formam. Adde *eumd.* 9. 80., *ibid.* 87., 11. 8. et 13. 91.

PĂLĂTĬO, ōnis, f. 3. *palificata, palafitta,* σταύρωσις, χαρακισμός, defixio palorum, qualis est, qua utimur in fundamentis et substructionibus, ubi solum parum firmum est, defigendo crebros palos, eosque fistucis adigendo, ut iis paries innitatur. *Vitruv.* 2. 9. *circa med.* Alnus in palustribus locis, infra fundamenta ædificiorum, palationibus crebre fixa, sustinet immania pondera structuræ.

PĂLĂTĬUM, ĭi, n. 2. Mons Palatinus, *Monte Palatino,* Παλάτιον, Παλλάντιον, unus ex septem collibus urbis Romæ, in quo urbs primum condita est: *V.* plura in ONOM. — Hinc *Palatium* nominatur decima regio Urbis Romæ, apud *Varron.* 5. *L. L.* 53. *Müll.* quarta, ceterarum antiquissima et nobilissima, quia ibi casa Romuli et prima exordia Urbis fuere, et quia sub imperatoribus ab Augusto ibi ædes maximæ et amplissimæ eorum fuere immensis sumptibus et Romana magnificentia exstructæ: unde factum est, ut domus principis palatium vocaretur, hodieque apud nos *palazzo, palagio* dicitur quæcumque domus sumptuosior. *Ovid.* 3. *Art. am.* 119. Quæ nunc sub Phœbo, ducibusque Palatia fulgent; Quid nisi araturis pascua bubus erant? *Id.* 1. *Met.* 176. *de regia Jovis.* Hic locus est, quem, si verbis audacia detur, Haud timeam magni dixisse palatia cæli. *Apul.* 5. *Met. sub init.* Ut equidem illud recte videatur ad conversationem humanam magno Jovi fabricatum cæleste palatium. — In illo *Juvenal.* 9. 23. advectæ secreta Palatia matris; intellige fanum Cybeles in Palatio, ut est apud *Liv.* 29. 14. *sub fin.*

PĂLĂTŬAL. *V.* PALATUAR.

PĂLĂTŬĀLIS Flamen constitutus est, quod in tutela ejus deæ Palatium est. *Festus* p. 245. 12. *Müll.*: et *Varro* 7. *L. L.* 45. *Müll.* Cf. et *Paul. Diac.* p. 244. 5. *Müll.*

PĂLĂTŬAR, sacrificium, quod fiebat Romæ in Palatio, feriis Septimontialibus. *Festus* p. 348. 26. et *Paul. Diac.* p. 349. 16. *Müll. Sunt qui leg.* palatual: *at V.* Müll. loc. cit. in not. *et* Freund. Lex. Lat. p. XXXVII. et seqq.

PĂLĀTUM, i, n. 2. Legitur etiam masc. gen. *Palatus, i,* apud *Cic.* 2. *Fin.* 8. 24. Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. — Ceterum *palatum* est interius et superius oris

cavum, in quo gustus est cibi, οὐρανός, ὑπερῴη, (It. *palato*; Fr. *palais*; Hisp. *el sentido del gusto*; Germ. *der Gaumen*; Angl. *the palate or roof of the mouth*).

I.) Proprie. — *a*) De palato, quo cibis gustandis inservit. — In sing. num. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 65. (174). Intellectus saporum est ceteris in prima lingua, homini et in palato. *Lucret.* 4. 659. Illi, cui suave est, levissima corpora debent caulas intrare palati. *Cic.* 2. *Fin.* 10. 29. Voluptatem palato percipere. *Colum.* 10. *R. R.* 110. et torpenti grata palato Intyba. *Varro* 3. *R. R.* 3, 7. Aviaria, quæ palatum suave domini paravit. *Id.* apud *Non. p.* 216. 10. *Merc.* Suscitare palatum. *eccitar l'appetito. Ovid.* 15. *Met.* 141. Dare membra boum palato. *h. e.* vesci. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 38. Fervida subtile exsurdant vina palatum. *Ovid.* 1. *Pont.* 10. 13. Non tamen exacuet torpens sapor ille palatum. *Seneca Consol. ad Helv.* 9. *ad fin.* O miserabiles, quorum palatum nisi ad pretiosos cibos non excitatur! *Favorin.* apud *Gell.* 15. 8. Superiorem partem avium atque altilium qui edunt, palatum non habent. *buon gusto.* et *Virg.* 3. *G.* 388. *de ariete.* Nigra subest udo tantum cui lingua palato. *Ovid.* 6. *Met.* 306. Ipsa quoque interius cum duro lingua palato Congelat. — In plur. num. *Colum.* 8. *R. R.* 16. 4. Docta et erudita palata fastidire docuit fluvialem lupum. — *b*) Refertur etiam ad loquendum. *Ovid.* 2. *Amor.* 6. 47. Nec tamen ignavo stupuerunt verba palato. *h. e.* non tacuit. *Pers.* 1. 35. tenero supplantant verba palato. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 274. cum balba feris annoso verba palato.

II.) Translate. ¶ 1. Palatum dicitur ipsa de rebus bonis et pulcris judicandi vis et facultas. *Cic.* 2. *Nat. D.* 18. 49. Dum palato quid sit optimum (*Epicurus*) judicat. Ita *Freundius* et *Orell.*; at recentiores leg. *indicat. Quintil.* 6. 3. 19. Salsum igitur erit, quod non erit insulsum, velut quoddam simplex orationis condimentum, quod sentitur latente judicio, velut palato, excitatque et a tædio defendit orationem. *palato sentire* hic dicitur is, qui ne ipse quidem conscientiam habet judicii, quod fert. ¶ 2. *Palatum cæli* dixit *Ennius* apud *Cic.* 2. *Nat. D.* 18. 49., quia palati cavitatem refert quodammodo: et apud Græcos vox una οὐρανός et cælum et palatum significat, ut affirmat *Augustin.* 7. *Civ. D.* 8.

PĂLĂTUS, a, um. *V.* PALO.

PĂLĂTUS, i, m. 2. *V.* PALATUM init.

PĂLĒ, es, f. 1. *lotta*, πάλη, lucta, palæstra, vox Græca. *Stat.* 2. *Achill.* 439. Œbalios in nubila condere discos, Et liquidam nodare (*al.* nudare) palen, et spargere cæstus. *Id.* 6. *Theb.* 829. sed corde labores Ante alios erat uncta pale sic otia Martis Degere, etc. *Sidon. carm.* 23. 302. Cannas, plectra, locos, palem, rudentem. *Id.* 9. *Ep.* 13. *in carm.* Bimari remittat urbe Thymelen, palenque doctas Citharistrias Corinthus.

PĂLĔA, æ, f. 1. Ratione habita etymi, *Varro* 1. *R. R.* 50. 3. ducit a *palam*, quod corbibus in locum apertum, h. e. in aream, deferatur: alii a παλλω *moveo, vibro.* Ceterum *palea* est stipula et folia minutiora in culmo et circa grana frumenti (*V.* CULMUS) et hujusmodi, ἄχυρον (It. *paglia, pula, loppa*; Fr. *menue paille*; Hisp. *paja*; Germ. *die Spreu*; Angl. *chaff, short straw*).

I.) Proprie. *Colum.* 2. *R. R.* 21. 5. Ubi paleis immixta sunt frumenta, vento separentur. *Id.* 6. *ibid.* 3. 3. Minus commode tuemur armentum paleis: eæ probantur maxime ex milio, tum ex hordeo, mox etiam ex tritico. *Id.* 7. *ibid.* 3. 22. Necessariæ tamen, ubi cetera defecerunt, etiam ex leguminibus paleæ. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 30. 72. (299). Palea plures gentium pro fœno utuntur. Melior ea, quo tenuior minutiorque et pulveri propior: ideo optima e milio, proxima ex hordeo, pessima ex tritico, præterquam jumentis opere laborantibus. *Virg.* 3. *G.* 134. Surgentem ad Zephyrum paleæ jactantur inanes. *Cic.* 3. *Parad.* 1. 1. Auri navem evertat gubernator, an paleæ; in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 88. palea porrectus in borna.

II.) Translate. ¶ 1. *Palea æris*, æris excocti levior pars, v. gr. ramenta, micæ, *pagliuola. Plin.* 34. *Hist. nat.* 13. 36. (134). *V.* SMEGMA. ¶ 2. Palea dicitur etiam cartilago illa rubens, quæ de collo galli gallinacei dependet, *barbigli, barbiglione*, χάλλαιον. *Varro* 3. *R. R.* 9. 5. Gallos animadvertunt, si sunt rubente crista, rostro brevi, palea rubra subalbicanti. *Colum.* 8. *R. R.* 2. 9. Paleæ ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ barbæ dependent.

PĂLĔĀLIS, e, adject. palearis, ut *Palealis uva* apud *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 37. *a med.* et 3. *ibid.* 21. est in palea condita et servata.

PĂLĔAR, āris, n. 3. pellis dependens ex gutture boum: ita dicta, quia gallinaceorum paleæ similis quodammodo est (It. *giogaja, pagliolaja, soggiogo*; Fr. *fanon du bœuf*; Hisp. *papada*; Germ. *d. Wamme, Wampe*; Angl. *the skin that hangs down from the neck of oxen, the dewlap or dewlaps*).

I.) Proprie. — *a*) Fere adhibetur in plurali. *Virg.* 3. *G.* 53. Et crurum tenus a mento palearia pendent. *Varro* 2. *R. R.* 5. 7. Cervicibus crassis ac longis, a collo palearibus demissis. *Ovid.* 7. *Met.* 117. palearia pendula. Adde *Colum.* 6. *R. R.* 1. 3.; *Plin.* 8. *Hist. nat.* 45. 70. (179. ubi narrat, Syriacis bubus non adesse; et *Stat.* 3. *Theb.* 332. — *b*) In sing. num. *Seneca Hippol.* 1044. *de tauro marino.* Musco tenaci pectus ac palear viret.

II.) Translate. Per synecdochen sumitur pro ipso gutture, aut rumine. *Calpurn.* 3. *Ecl.* 17. *de tauro.* Et matutinas revocat palearibus herbas.

PĂLĔĀRIS, e, adject. *di paglia*, ex palea. *Venant.* 3. *Vit. S. Martin.* 284. Immanemque hostem palearis arista removit.

PĂLĔĀRĬUM, ii, n. 2. *pagliajo, ἀχυρών*, locus in quo reconditur et asservatur palea. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 9. Pars villæ fructuaria dividitur in cellam olearium, vinariam, fœnilia paleariaque, et apothecas, et horrea, etc.

PĂLĔĀTUS, a, um, adject. *misto di paglia*, palea mixtus, ut Paleatum lutum, apud *Colum.* 5. *R. R.* 6. 13., 12. *ibid.* 44. 1. et *Arbor.* 8. *et* 26.; et *Plin.* 15. *Hist. nat.* 17. 18. (65).

PĂLĬLĬA, ium, n. plur. 3. *V.* PALILIS. in fin.

PĂLĬLĬCĬUS, a, um, adject. ad Palilia festa pertinens. *Sidus Palilicium*, λαμπαδίας, est stella ingens in capite Tauri, una Hyadum: a Palilibus, quia quum sidus sit natura pluvium, tamen XI. Cal. Maji, quo Romæ Palilia celebrabantur, serenitatem adducere soleat. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 66. (247). Hoc est vulgo appellatum sidus Palilicium, quoniam XI. Cal. Majas urbis Romæ natalis habetur, quo fere serenitas redditur: claritatem observationi dedit etc. *Harduin.* notat. in MSS. *Parilicium* legi. *V.* PALILIS in fin. *Sillig.* ex *Codd.* et ex *Scholiast. German.* legit *Parilicium*; porro verba *claritatem observationi dedit* suppositicia esse putat.

PĂLĬAMBĬCUS, a, um, adject. *Paliambicum metrum*, si sana est lectio, id vocatur, in quo post alios pedes primo et tertio loco constanter adhibitos positi sunt iambi. *Mar. Plot. Sacerd.* 3. *p.* 2643. *Putsch.* et *p.* 522. *Keil.*

PĂLĬLIS, e, adject. ad Palem pertineus. *Ovid.* 4. *Fast.* 798. Hoc argumenti flamma Palilis habet. *h. e.* quæ ex fœno et stipula Palilibus accendi solet. — Sic et *festa Palilia* apud *eumd.* 14. *Met.* 773. Numitorque senex amissa nepotum Munere regna capit: festisque Palilibus urbis Mœnia conduntur. *Tibull.* 2. 5. 87. At madidus Baccho sua festa Palilia pastor Concinet. — Hinc

Palilia, ium, n. plur. (de scribendi ratione *V.* infra) absolute, substantivorum more — *a*) Est Palis deæ festum, quod a pastoribus celebrabatur XI. Cal. Maj., qui dies natalis est urbis Romæ, quæ a pastoribus condita est. Eo die lustrabantur in Urbe et in agris homines et pecora suffimento e sanguine equino, cineribus vituli, stipulis fabalibus, sulfure etc.; lac, sapam, milium Pali offerebantur, et accendebatur ignis acervo fœni et stipulæ, eamque flammam pastores transiliebant: quos ritus, eorumque originem et causas fuse persequitur *Ovid.* 4. *Fast.* 721. *et seqq.* Tangunt etiam *Varro* 6. *L. L.* 15. *Müll.*; *Tibull. loc. cit.*; *Propert.* 4. 1. 19. *et ibid.* 4. 75.; et *Servius* ad *Virg.* 3. *G. initio. Cic.* 2. *Divinat.* 47. 98. Urbis etiam nostræ natalem diem repetebat ab iis Palilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus. — Ad morem accendendi fœnum et stipulas respicit *Pers.* 1. 72. Et focus, et porci, et fumosa Palilia fœno. — Legitur et *Parilia* tum apud *Festum p.* 245. 34. *Müll.* ita poscente serie litterarum, tum apud *Plin.*, ita exhibentibus MSS. 19. *Hist. nat.* 5. 24. (69). et 18. *ibid.* 25. 66. (247). teste *Harduino.* Ita habetur etiam in plerisque lib. apud *Ovid. loc. sup. cit.*, ut *Heins.* observavit. Sic apud *Varron.* 2. *R. R.* 1. 9. et in vet. Calendar. apud *Gruter.* 133. Ex Grammaticis sunt, qui omnino ita docent scribi oportere. *Val. Prob.* ad *Virg.* 3. *G. init.* Pales dea est pastorum, cui diem sacrum appellant Parilia, transposita littera, quæ si suo loco esset, Palilia potius dicerentur. *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2470. *Putsch.* Parilia dicuntur, non Palilia; non a Pale dea, sed quod eo tempore omnia sata arboresque et herbæ parturiant pariantque. Alii quoque apud *Paul. Diac. p.* 222. 12. *Müll.* ducunt a *partu* pecoris: alii apud *Charis.* 1. *p.* 43. *a partu Iliæ.* Nihilominus et *Palilia* optime scribitur. — *b*) Item *Palilia* dictus est ex SCto dies septimus et decimus Cal. April., quo Caligula cepit imperium, quod narrat *Sueton. Cal.* 16., ut scilicet argumentum rursus conditæ urbis.

PĂLĬLŎGĬA *et rectius* palillogia, æ, f. 1. παλιλογία, figura, qua idem bis dicitur: ut *Virg.* 3. *Æn.* 237. et scuta latentia condunt. *Sil. It.* 9. 99. sepulcro Ætoli condit membra occultata Thoantis. *Capell.* 5. *p.* 174. Palilogia, iteratio. Hæc figura repetito verbo aut nomine non diversa vult intelligi, sed vehementius repetita significat, ut est: Nos, nos, dico aperte, nos consules desumus. Hæc *Capell.* ex *Aquila Rom. de fig. sent. et eloc.* 28. ed. *Ruhnken.* Cf. et *Jul Rufinian. De schem. lex. p.* 9.

PĂLĬMBACCHĬUS, ii, m. 2. παλιμβάκχειος, idem atque antibacchius, genus pedis ex prima, et secunda longis, et ultima brevi, ut *Augustus. Quintil.* 9. 4. *a med.*; *Diomed.* 2. *p.* 461 *et* 3. *p.* 476. *Putsch.*

PĂLĬMPISSA, æ, f. 1. παλίμπισσα, pix liquida iterum decocta et inspissata: a πάλιν *rursus* et πισσα *pix. Plin.* 24. *Hist. nat.* 7. 24. (40). Quidam iterum decoquunt, et vocant palimpissam.

PĂLĬMPSESTUS, i, m. παλίμψηστος, membrana iterum abstersa spongia, ut in ea scribi pluries possit: a πάλιν *rursum* et ψάω *abstergeo. Cic.* 7. *Fam.* 18. Nam quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam, sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod deleri malueris, nisi forte tuas formulas. *Catull.* 22. 3. Idemque longe plurimos facit versus. Puto esse ego illi millia aut decem, aut plura Perscripta: nec sic, ut fit, in palimpsesto Relata: chartæ regiæ, novi libri, Novi umbilici etc. *V.* DELETICIUS. — Δελτίον ἐξηλειμμένον memorat *Chrysostom. T.* 7. *p.* 729. ed. *Maur.* — Non modo in membranis, sed etiam in papyris palimpsesta scriptura reperitur, docente *A. Maio in præf.* ad *Cic. de republ.* libros *p.* LII. — Legitur et *palinxestus* a ξέω *rado.*

PĂLĬNŌDĬA, æ, f. 1. παλινῳδία, a παλινῳδέω *recanto, rursus canto.*

I.) Proprie est cantio quædam, quæ sæpe repetitur. *Ammian.* 18. 5. Cohors palinodiam in exitium concinens nostrum.

II.) Translate est contrarius cantus, recantatio, retractatio: a παλινῳδέω quod est recantare, retractare, diversa superioribus sentire, et, quod semel dictum est, revocare. Græce usurpat *Cic.* 2. *Att.* 9. et 4. *ibid.* 5. et 7. *ibid.* 7. — Hinc *palinodiam canere* est, contraria iis, quæ prius diximus, affirmare. *Macrob.* 7. *Saturn.* 5. Nec

abnego, potuisse me quoque tamquam palinodiam canere.

PĂLINTRŎCHAĬCUS, a, um, adject. *Palintrochaicum metrum*, incerta tamen significatione, affertur a *Mar. Plot. Sacerd.* 3. *p.* 2649. *Putsch.* et *p.* 530. *Keil.*

PĂLĪTANS, antis, particip. ab. inusit. *palito*: errabundus, errans, vagans, frequentat. a *palans. Plaut. Bacch.* 5. 2. 4. Pastor harum (*ovium*) dormit, quum hæ eunt sic a pecu palitantes. *Camerarius* ita legendum conjecit: *MSS. codd.* habent *balitantes*, quam lectionem *Ritschel.* in textum recepit; *Charis.* legit *halitantes.*

PĂLIŪRÆUS, a, um, adject. qui paliuro abundat. *Fulgent.* 1. *Mythol. sub init.* Paliurea prata incedente premere planta.

PĂLIŪRUS, i, m. 2. παλίουρος, frutex spinosus et asper. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 13. 71. (115). et 16. *ibid.* 30. 53. (124). *Virg.* 5. *Ecl.* 39. Carduus, et spinis surgit paliurus acutis. Adde *Colum.* 7. *R. R.* 9. 6. et 11. *ibid.* 3. 4.

PALLA, æ, f. 1. Ratione habita etymi, ducit *Varro* a palam. Sic enim habet 5. *L. L.* 131. *Müll.* Alterius generis item duo: unum, quod foris ac palam, palla: alterum quod intus, a quo intusium. *Id.* autem apud *Servium* ad *Virg.* 1. 1. *Æn.* 652. rectius duxit ἀπὸ τοῦ πάλλειν *vibrare*, ab irrugatione et mobilitate, quæ est in fine hujusmodi vestis, hæc enim pedibus in incedendo vibrari et jactari solet. Unde *Sidon. carm.* 15. 15. *habitum Palladis describens.* tegit extima limo Circite palla pedes, qui quum sub veste moventur, Crispato rigidæ crepitant in syrmate rugæ. — Cetcrum palla est vestis exterior talaris, ampla et fluens, propria honestarum feminarum, ut ait *Non. p.* 537. 32. *Merc.*, species togæ, aut pallii muliebris: unde *tunicopallium* ab eo *ibid.* vocatur, a *Servio loc. cit.*, ab *Scholiast.* ad *Horat.* 1. *Sat.* 2. 99., quod a *Palluce Onom. l.* 7. *c.* 13. ξυστὶς ἐνδυμά τε ἅμου, καὶ περίβλημα, καὶ χιτὼν appellatur. Hujus figuram et descriptionem habes in *Mus. Borbon. Neap. T.* 2. *tab.* 4. *p.* 2. *V.* QUADRATUS et ROTUNDUS. Gr. περίβλημα, πέπλος, χλαῖνα (It. *gonna, tunica, veste talare, o sopravveste da donna*; Fr. *grande mantille de femme, mante, echarpe ou châle*; Hisp. *mantilla, vestito decente de muger*; Germ. *ein langes röm. Frauenbergewand, Saloppe, Mantel*; Angl. *a gown, robe, mantle, cloak, tunic, pall*).

I.) Propric. — *a*) Universim. *Plaut. Asin.* 5. 2. 35. Egon' ut non domo uxori meæ Surripiam pallam, quam habet, atque ad te deferam? *Id. Truc.* 5. 54. ST. Dedi ego huic aurum. STR. At ego argentum. ST. At ego pallam et purpuram. *Virg.* 11. *Æn.* 576. Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ, Tigridis exuviæ per dorsum a vertice pendent. *Ovid.* 3. *Amor.* 13. 26. Et tegit auratos palla superba pedes. *Martial.* 11. 104. *ad uxorem.* Fascia te tunicæque tegunt, obscuraque palla. *Varro* apud *Non.* p. 549. 33. *Merc.* Funere ipso pullis pallis amictæ. — *b*) Pro fascia male quidam intelligunt illud *Senec. Troad.* 91. Cingat tunicas palla solutas. *et Horat.* 1. *Sat.* 2. 99. Ad talos stola demissa, et circumdata palla Plurima. Est enim his locis *palla* proprie dicta, quæ vestem interiorem ambit et cingit quodammodo; *plurima* vero dicitur ab *Horat.*, quia lata est et fluens et rugis abundans. Plura volenti consuiendi sunt *Ruben., Ferrar., Bayf., Salmas.*, qui data opera hæc tractavere; ac præcipue *Viscont. Mus. Pio-Clem. T.* 1. *p.* 105. *et seqq. edit. Mediol.* — *c*) Etiam Furias, et turpes feminas, ut Canidiam *Horat.* 1. *Sat.* 8. 23. et Tisiphonem *Ovid.* 4. *Met.* 481. et *Val. Flacc.* 2. 106. palla amictas faciunt. — *d*) Ejus formam ita describit *Apul.* in Lunæ specie sibi apparente 11. *Met. post init.* Palla nigerrima, splendescens atro nitore, quæ circumcirca remeans, et sub dextrum latus ad humerum lævum recurrens umbonis vice, dejecta parte laciniæ multiplici contabulatione dependula ad ultimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat.

II.) Translate. ¶ 1. Poetæ pro sua libertate etiam viris tribuunt, iis præsertim, quos ample, magnifice et decore indutos describere volunt. Hinc tribuitur Tragœdiæ ab *Ovid.* 2. *Amor.* 18. 15. et 3. *ibid.* 1. 12. (Quo pertinet illud *Horat. Art. P.* 278. personæ, pallæque repertor honestæ Æschylus. *scil.* actores tragœdiarum suarum personatos, et talari gravique veste amictos induxit.), Vatibus a *Val. Flacc.* 1. 385., Osiridi a *Tibull.* 1. 8. 46., citharœdis a *Cic.* 4. *Herenn.* 47. 60., Arioni ab *Ovid.* 2. *Fast.* 107. et Phœbo 11. *Met.* 166. et 1. *Amor.* 8. 59. et a *Tibull.* 3. 4. 35., Mercurio a *Stat.* 7. *Theb.* 39., deæ Concordiæ a *Petron. Satyr.* 124., Polynici regi Thebano a *Stat.* 12. *Theb.* 312., Iasoni ductori Argonautarum a *Val. Flacc.* 3. 718., Baccho a *Stat.* 1. *Achill.* 262. Bacchus autem veste fluenti libenter utitur. V. *Propert.* 3. 15. 32. et *Senec. Œdip.* 425. Boreas quoque apud *Ovid.* 6. *Met.* 705. Pulvereamque trahens per summa cacumina pallam, Verrit humum. Sed hæc est species poetica subjiciens oculis venti furentis impetum cuncta perflantem. ¶ 2. Videtur etiam dici de veste interiori, cui alia superindultur. *Cic.* 4. *Herenn.* 47. 60. Uti citharœdus quum prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamide purpurea. *Ovid.* 14. *Met.* 261. *de Circe.* pulcro sedet illa recessu Sublimis solio, pallamque induta rigentem, Insuper aurato circumvelatur amictu. Verius tamen est his locis *pallam* non proprie accipi, sed pro tunica talari et fluxa. Unde *Apul. Florid. n.* 15. citharœdum inducit tunica variegata deorsus ad pedes usque amictum. *et Varro* 3. *R. R.* 13. 3. citharœdum item stola et cithara instructum facit. Ex quibus fit, pallam, tunicam, stolam interdum usurpari promiscue, præsertim a poetis. Quin de veste breviori, tunicæ simili *Val. Flacc.* 3. 525. *describens habitum Nympharum venantium.* levis omnibus arcus, Et manicæ virides, et stricta myrtus babena Summo palla genu. *Martial.* 1. 93. Dimidiasque nates Gallica palla tegit. Etiam *Stat.* Mercurio pallam tribuens 7. *Theb.* 39. breviorem vestem intelligere videtur. ¶ 3. Pro aulæo. *Gloss. Philox.* Περιπέτασμα, velum, palla. *h. e. velo, cortina, tenda che tramezza. Seneca* 3. *Ira* 22. Duo manipulares incumbentes regio tabernaculo, de rege suo male existimabant. Audierat Antigonus, utpote quum inter dicentes et audientem palla interesset: quam ille leviter commovit, et, Longius, inquit, discedite, ne vos rex audiat. — *Pallas inter pecus*, proverbium est apud *Cic.* 4. *de republ.* (edente *A. Maio*) 4. Lacedæmonii ipsi quum omnia concedunt in amore juvenum, præter stuprum, tenui sane muro dissæpiunt id, quod excipiunt: complexus enim concubitusque permittunt: pallas inter pecus. *h. e.* inter juvenes, qui ut pecus lascivientes sunt, si quis pallas objicere velit, insanus videatur. V. *ejusd.* annotata *ibid.* At ipse cl. editor *A. Maius* in altera editione allatum locum *Ciceronis* emendavit ex iterata codicis inspectione, et simili loco *Januarii Nepotiani*, qui *Valerii Maximi* breviator est, ab eodem editi in *Collect. Vatic. script. vet. T.* 3. *p.* 112., ubi pro *pallas inter pecus* legendum monet perspicua et probabili sententia *palliis interjectis*, nullique propterea proverbio locus remanet.

PALLĂCA, æ, f. 1. *concubina*, παλλακή, Græca vox idem quod Latine *pellex* significans. *Sueton. Vesp.* 21. Accubante aliqua pallacarum. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (86). Dilectam sibi e pallacis suis nomine Pancasten. — Quidam ita distinguunt, ut pellex sit habentis uxorem, pallaca non habentis. Sane tum Vespasianus, de quo *Suelon.*, tum Alexander M., de quo *Plin.*, videntur justa uxore caruisse, quum hæc de iis scriberentur.

PALLĂCĀNA. *V.* GETHYUM.

PALLĂDĬUM, ii, n. 2. Παλλάδιον, deminut. a Παλλάς — *a*) Quo generatim significatur quodvis parvum Palladis simulacrum: sed per excellentiam sic vocatum est id, quod regnante Ilo, Priami avo, in Ilium cælitus cecidit eo tempore, quo arx templumque ejus deæ ædificabatur, et in templo nondum tecto sibi locum delegit. Quæ res quum omnibus maximo esset miraculo, Apollo consultus respondit, tamdiu urbem incolumem fore, quamdiu simulacrum illud intra mœnia servaretur. Itaque tempore belli illius, quod communibus viribus Græcia tota adversus Trojanos gessit, quum alia spes capiendæ Trojæ non esset, nisi prius sublato Palladio, datum negotium est Ulyssi et Diomedi, ut per cloacas in arcem ascenderent, ac fatale Minervæ simulacrum auferrent. Quo facto, urbem tutelari Palladis numine spoliatam, infirmam, captuque non admodum difficilem reddiderunt. Tandem a Græcis Romam pervenit, ubi collocatum est in æde Vestæ, qua flagrante, a Metello ex incendio est ereptum, ut *Plin.* 7. *Hist. nat.* 43. 45. (141). narrat. *Virg.* 2. *Æn.* 165. Fatale aggressi sacrato avellere templo Palladium, cæsis summæ custodibus arcis. V. ibi *Servium* et ad *v.* 227. Adde *Cic.* 11. *Phil.* 10. 24.; et *Sil. It.* 9. 531 et 13. 50. — Etiam Romanis pro pignore imperii habebatur. *V.* ANCILE. — *b*) Græca positione *Palladion* legunt nonnulli apud *Lucret.* 4. 1161., ubi *Lachmannus* rectius *Palladium* legit: Nigra melichrus est, immunda et fetida acosmos, Cæsia Palladium. *h. e.* parva Pallas, *è una Palladetta.*

PALLĂDĬUS, a, um, adject. Παλλάδιος, ad Palladem pertinens: *V.* multa in ONOM. — Hinc universim quodcumque opus ingeniosum et singularis artificii Palladium dicitur, h. e. Palladi adscribitur tamquam artium inventrici. *Stat.* 1. *Silv.* 1. 5. Ante Palladiæ talem, Germanice, nobis Effinxere manus? *Martial.* 6. 13. Vel quis Palladiæ non putet artis opus?

PALLARIS, e, adject. ad pallam pertinens. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 157.

PALLAS, ădis *vel* ădos f. 3. Παλλάς, Græcum nomen ejus deæ, quæ Latino Minerva appellatur, de qua *V.* multa in ONOM. Hinc translate ¶ 1. Metonymice est oleum, ut Ceres panis, Bacchus vinum. *Ovid.* 4. *Trist.* 5. 3. Cujus ab alloquiis anima hæc moribunda revixit, Ut vigil infusa Pallade flamma solet. Adde *eumd. Heroid.* 19. 44. ¶ 2. Et pro Palladio ponitur. *Ovid.* 13. *Met.* 99. Priamidenque Helenum rapta cum Pallade captum. *Id.* 3. *Trist.* 1. 29. Hic focus est Vestæ, qui Pallada servat et ignem. *V.* PALLADIUM. ¶ 3. *Pallas* est appellatus numerus septenarius. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 6. Huic autem numero, id est septenario, adeo opinio virginitatis inolevit, ut Pallas quoque vocitetur. Nam virgo creditur, quia nullum ex se parit numerum duplicatus, qui intra denarium coarctetur, quem primum limitem constat esse numerorum. Adde *Capell.* 7. *p.* 241.

PALLENS, entis, particip. *V.* PALLEO.

PALLĔFACTUS, a, um, particip. ab inusit. *pallefacio*, pallens factus, affertur, sed nullo confirmatur auctore, a *Diomed.* 1. *p.* 334. *Putsch.* Per aliam tamen transfigurationem hæc verba quidam declinare consueverunt, ut pallesco pallefactus sum, liquesco liquefactus sum.

PALLĔO, es, ŭi, ere, n. 2. Part. *Pallens* in fin. — Palleo est idem ac pallore suffundor, pallidus sum, ὠχριάω (It. *impallidire, essere pallido*; Fr. *être pâle, devenir pâle*; Hisp. *ponerse pálido*; Germ. *blass, bleich sein*; Angl. *to be or look pale or wan, turn pale*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cic.* 2. *Phil.* 34. 80. Apparet, esse commotum: sudat, pallet. *Ovid.* 2. *Met.* 824. pallent amisso sanguine venæ. *et* 8. *ibid.* 465. Sæpe metu sceleris pallebant ora futuri. *Tibull.* 3. 5. 25. Quum mea rugosa pallebunt ora senecta. *Martial.* 3. 38. pallet cetera turba fame. *Juvenal.* 2. 50. Pallere morbo. — *b*) Speciatim *pallere* dicuntur amantes, quia impurus amor morbus quidam est. *Propert.* 1. 9. 17. Nec dum etiam palles, vero nec tangeris igni. *Ovid.* 1. *Art. am.* 729. Pallcat omnis amans: hic est color aptus amanti. — *c*) Item *pallere otio* dixit *Martial.* 3. 58., quia otio, velut quodam situ, pallor contrahitur. Non segnis albo pallet otio caupo.

II.) Translate. ¶ De rebus physicis usurpatur, et *pallere* dicuntur, quæ similem pallentis colorem habent. *Ovid.* 11. *Met.* 110. *de Mida.* Tollit humo saxum: saxum quoque palluit auro. *Mar-*

tial. 8. 44. Superba densis arca palleat nummis. *Id.* 9. 55. Si mihi Picena turdus palleret oliva. ¶ 2. Item de rebus, et *pallere* dicuntur quæ nativum colorem amittunt. *Propert.* 4. 7. 82. Et nunquam Herculeo numine pallet ebur, *h. e.* semper candorem servat. *Rutil.* 1. *Itiner.* 479. ubi flagrantes admovit Sirius ignes, Quum pallent herbæ. *Ovid.* 1. *Fast.* 688. Ne vitio cæli palleat ægra seges. *Seneca Œdip.* 45. Tristisque mundus nubilo pallet novo, *s'oscura.* Sic *Stat.* 12. *Theb.* 406. jam sidera pallent Vicino turbata die, *si scoloriscono.* et *Lucan.* 7. 177. vultus tenebris mirantur opertos, Et pallere diem, galeisque incumbere noctem. *et* 6. 500. Phœbe diris obsessa venenis Palluit, et nigris terrenisque ignibus arsit, *si scolorì.* et *Ovid.* 7. *Met.* 208. currus quoque carmine nostro Pallet avi: pallet nostris Aurora venenis. — Græca syntaxis est in illo *Propert.* 1. 15. 39. Quis te cogebat multos pallere colores? *h. e.* in multos colores vultum mutare. Hic vero sermo est de homine. ¶ 3. De hominibus, universim. — *a*) Neutrorum more. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 78. Ambitione mala aut argenti pallet amore, *h. e.* laborat, æger est. *Pers.* 4. 47. viso si palles improbe numino, *h. e.* præ cupiditate habendi. *Quintil.* 7. 10. 14. Nemo exspectet, ut alieno tantum labore sit disertus: vigilandum ducat, nitendum, pallendum, *h. e.* assidue studendum: unde pallor. Sic *Juvenal.* 7. 96. nunc utile multis Pallere et vinum toto nescire Decembri. Cf. *Pers.* 5. 62. nocturnis juvat impallescere chartis. — *b*) Cum Accusativo. *Pers.* 1. 124. Iratum Eupoliden prægrandi cum sene palles, *h. e.* ex assidua lectione Eupolidis pallorem contrahis: et est Græca loquendi ratio. ¶ 4. Item de hominibus, metonymice est timere: quia metus indicium et effectus pallor est. — *a*) Neutrorum more. *Pers.* 5. 8. Marco sub judice palles? *Horat.* 1. *Ep.* 7. 7. Dum pueris omnis pater et matertera pallet. *Juvenal.* 13. 223. Hi sunt, qui trepidant, et ad omnia fulgura pallent. — *b*) Cum Accusativo. *Petron. Satyr.* 122. pavitans fraternos palluit ictus. *Horat.* 3. *Od.* 27. 26. scatentem Beluis pontum, mediasque fraudes Palluit audax. *Pers.* 5. 184. recutitaque sabbata palles, *h. e.* nimia superstitione vereris et servas. *Sil. It.* 1. 101. Non ille evantis Massylæ palluit iras. *Al. minus recte leg.* expalluit aras. *Id.* 7. 702. ferrumque super cervice tremiscens Palluit infelix subducto sanguine Maurus. — Hinc

Pallens, entis, particip. præs., vox Poetis perfamiliaris, est pallore perfusus, pallidus, ὠχρῶν, ὠχρός.

I.) Proprie. — *a*) Cum Ablativo causæ. *Virg.* 8. *Æn.* 709. pallens morte futura. *Ovid.* 3. *Art. am.* 487. pallentes terrore puellæ. — *b*) Absolute. *Seneca Agam.* 762. genæ. *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 40. Quidquid luce procul, venas rimata sequaces, Abdita pallentis fodit solertia Bessi, *h. e.* ex longa sub terris mora pallorem contrahentis. — Sæpe tribuitur Manibus et Inferorum diis: exsangues enim esse videntur. *Lucret.* 1. 124. Quo neque permanent animæ, neque corpora nostra, Sed quædam simulacra modis pallentia miris. *Virg.* 4. *Æn.* 26. Pallentes umbras Erebi, *et* 243. Tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco Pallentes. *Seneca Herc. Œt.* 1012. Tisiphone pallens. *Id. Œdip.* 583. Ipse pallentes deos vidi inter umbras. *Sil. It.* 13. 408. pallentia regna. *Tibull.* 3. 5. 21. Pallentes undæ, *h. e.* Cocyti, Stygis etc.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpissime de rebus dicitur; et quidem — *a*) De iis, quæ colore sunt livido, et pallenti simili, *di colore smorto, scolorito. Virg.* 2. *Ecl.* 47. Pallentes violæ. *Martial.* 13. 17. caules. *et* 1. 42. pallentia sulfurata. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 33. (110). Gemma e viridi pallens. *Val. Flacc.* 5. 106. pallens Cytorus, *h. e.* quia buxo abundans, cui pallor tribuitur. V. *Ovid.* 4. *Met.* 134. et 11. *ibid.* 417. Idem dic de auro, cui color similis. *Ovid.* 11. *Met.* 145. Arva rigent auro madidis pallentia glæbis. — *b*) Est etiam obscurus, ater. *Tibull.* 2. 5. 76. Sol pallentes jungit equos. *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 130. Phœbe pallens, *h. e.* luna deficiens. *ecclissata. Martial.* 9. 58. Nec pallens toga mortui tribulis. — *c*) Dicitur et de virore in obscurum et fuscum inclinante. *Virg.* 3. *Ecl.* 39. Pallens edera. *et* 6. *ibid.* 54. bos pallentes ruminat herbas. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 212. *de Tiberi.* ilicet herbis Pallentes thalamos, et structa cubilia musco Deserit. *Martial.* 5. 78. Pallens faba, *h. e.* propter folia fusciora. Sic *Ovid. Medic. fac.* 69. pallentes lupini. ¶ 2. Metonymice, pallorem inducens. *Virg.* 6. *Æn.* 275. Pallentes morbi. *Martial.* 11. 6. curæ. *Ovid.* 2. *Art. am.* 105. pallentia philtra. *Pers.* 5. 55. pallentis grana cumini. ¶ 3. Est etiam malus, periculosus. *Tac. Dial. de Orat.* 13. Nec insanum ultra et lubricum forum famamque pallentem trepidus experiar, *h. e.* lubricam, periculosam, ancipitem. *Pers.* 5. 15. pallentes radere mores, *h. e.* pravos: unde timor consciis. Nam *Horat.* 1. *Ep.* 1. 61. Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

PALLESCO, is, ere, n. 3. Part. *Pallescens* II. — Pallesco est idem ac pallere incipio, pallidus fio, *impallidire.*

I.) Proprie. *Gell.* 19. 4. Ut qui timent, sanguine ex ore decedente pallescant. *Propert.* 1. 13. 7. Perditus in quadam tardis pallescere curis Incipis. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 61. Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. *Id. Art. P.* 428. clamabit enim, pulcre, bene, recte! Pallescet, *h. e.* præ admiratione, tamquam si deliquio laboret. *Quintil.* 1. 12. 18. Ante omnia futurus orator assuescat jam a tenero non reformidare homines, neque illa solitaria et velut umbratili vita pallescere.

II.) Translate de rebus. *Ovid.* 3. *Art. am.* 703. Palluit, ut seræ, lectis de vite racemis, Pallescunt frondes quas nova læsit hiems. *si scolorisconо. Val. Flacc.* 7. 586. viso pallescit flamma veneno. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 30. (66). Mullus rubentium squamarum multiplici mutatione pallescens.

PALLĬASTRUM, i, n. 2. *tristo mantello,* τριβώνιον, vile pallium, scissum, tritum, sordidum. *Apul. Florid. n.* 14. Ni Zeno procinctu palliastri a circumstantis coronæ obtutu magistrum in secreto defendisset. *Id.* 1. *Met.* Humi sedebat scisili palliastro semiamictus.

PALLĬĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *pallio* (quam tamen vocem *V.* loco suo), *vestito di mantello,* pallio amictus: et fere apud Latinos de Græcis dicitur.

I.) Proprie. *Plaut. Curc.* 2. 3. 9. Isti Græci palliati, capite operto qui ambulant. *Cic.* 5. *Phil.* 5. 14. Græculus judex modo palliatus, modo togatus. *Apul. Florid. n.* 9. Quædam palliata mendicabula obambulant. *Sueton. Cæs.* 48. Convivatum assidue per provincias duobus tricliniis: uno quo sagati, palliative; altero quo togati discumberent. *Val. Max.* 2. 6. *n.* 10. Dicerem stultos, nisi idem bracati sensissent, quod palliatus Pythagoras credidit. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (54). Palliata signa Phidiæ. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 2. § 5. *de Græcis statuis.* Illi palliati topiariam facere videantur. *Capell.* 2. *p.* 46. Multusque palliatorum populus studiis discrepantibus dissonabat, *h. e.* turba philosopborum Græcorum. *Id.* 4. *p.* 135. Populum Cecropidarum bene quo palliatarum Bromius conciperet contumias nosse dolere. *Hic perperam tertia syllaba corripitur.* — *Fabulæ palliatæ* sunt, quæ Græcos mores, Græcosque homines inducunt: contra *togatæ,* quæ Romanos, Italosve. *Varro* apud *Diomed.* 3. *p.* 487. *Putsch.*, et *Donat. fragm. de Com. et Trag. quod ejus commentar. in Terent. præponi solet.*

II.) Translate. *Val. Max.* 3. 8. *n.* 3. *extern.* Socratis virilitatis robore palliatus animus, *h. e.* fortitudine præditus et munitus, philosophiæ præceptis instructus. Est tamen qui malit *vallatus.*

PALLĬDĬTAS, ātis, f. 3. pallor. *Gloss. Cyrill.* Ὠχρότης, palliditas.

PALLĬDŬLUS, a, um, adject. *pallidetto, palliduccio,* deminut. pallidi. *Catull.* 65. 6. Pallidulum manans alluit unda pedem. *Hadrian.* apud *Spartian. Hadrian.* 25. Pallidula loca.

PALLĬDUS, a, um, adject. (palleo). Comp. *Pallidior* I. et II. 2.; Sup. *Pallidissimus* I. — Pallidus est pallore suffusus: et tam late sumitur, quam *pallens,* totidemque modis, ὠχρός (It. *smorto, scolorito, pallido*; Fr. *pâle, blême*; Hisp. *pálido, descolorido*; Germ. *bleich, fahl*; Angl. *pale, wan, pallid, paly, deadly pale, of a dead colour*).

I.) Proprie. — *a*) De hominum membris. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 76. Vides, ut pallidus omnis Cœna desurgat dubia? *Ovid.* 4. *Met.* 134. oraque buxo Pallidiora gerens exhorruit. *Id.* 15. *ibid.* 627. Pallidaque exsangui squalebant corpora tabo. *Lucan.* 4. 298. Asturii scrutator pallidus auri. Sic *Stat.* 4. *Silv.* 7. 14. Dite viso Pallidus fossor redit erutoque Concolor auro. — *b*) De rebus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 20. (76). Berylli pallidiores. *et ibid* (77). Pallidius genus, chrysoprasum. *Id.* 18. *ibid.* 35. 78. (342). Pallidus oriens. *et ibid.* 84. (357). Pallidi ignes. *et* 2. *ibid.* 25. 22. (89). Stellæ, quæ sunt omnium pallidissimæ. *Id.* 10. *ibid.* 33. 51. (99). Avis pallido intus colore pennarum, superne cyaneo. *Propert.* 4. 5. 70. immundo pallida mitra situ. *Lucan.* 1. 618. pallida tetris Viscera tincta notis, *h. e.* livida, lurida. *Marcell. Empir. c.* 13. *p.* 103. *retro* ed. *Ald.* Pallidi dentes. — *c*) Pallidi dicuntur etiam Inferi et Manes. *Ennius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 6. *Müll.* Pallida leti-loca. *Stat.* 8. *Theb.* 18. Umbriferæque gemit sulcator pallidus undæ. *Lucan.* 1. 456. Ditis profundi pallida regna. *Tibull.* 1. 11. 38. Errat ad obscuros pallida turba lacus.

II.) Translate. ¶ 1. Per metaphoram dicuntur *pallidi* amantes: *V.* PALLEO I. *b. Propert.* 3. 6. 28. Semper in irata pallidus esse velim. *Ovid.* 1. *Art. am.* 731. Pallidus in Lyrice silvis errabat Orion: Pallidus in lenta Naide Daphnis erat. Adde *eumd.* 3. *Amor.* 6. 25. ¶ 2. Item timentes. *Ovid. Heroid.* 12. 97. Ipsa ego, quæ dederam medicamina, pallida sedi. *et ibid.* 1. 14. Nomine in Hectoreo pallida semper eram. ¶ 3. Metonymice est pallorem inducens. *Propert.* 4. 7. 44. cum insidiis pallida vina bibi. *Horat.* 1. *Od.* 4. 13.; et *Seneca Herc. Fur.* 555. Pallida mors. *Lucan.* 4. 322. aconita. *Martial.* 14. 162. cura. ¶ 4. Item *pallida ficus* dicitur a *Varron.* 1. *R. R.* 67. 1. quæ situm trahit, et sapore corrumpitur. Vetustate, inquit, ficus fit pallidior, palmula cariosior, nux aridior. *V.* PALLOR II. 3.

PALLĬO, as, are, a. 1. est pallio vel palla amicire, et translate obtegere. *Gloss. Isid.* Clanculare, palliare. *V.* PALLIATUS loco suo. Ceterum *Not. Tir. p.* 157. Pallium, pallidum (*lege* palliolum), palla, pallare (*lege* palliare). Ita *Kopp.*

PALLĬŌLĀTIM, adverb. cum pallio. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 29. Sed palliolatim amictus sic incessi ludibundus. *Fronto de oration.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 1. *ante med.* Ut histriones, quum palliolatim saltant, caudam cycni, capillum Veneris, Furiæ flagellum eodem pallio demonstrant.

PALLĬŌLĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *palliolo*: τριβώνιον ἔχων, palliolo indutus, vel opertus. *V.* vocem seq. I. *b. Sueton Claud.* 2. Palliolatus novo more præsedit. *Martial.* 9. 33. quæ palliolata vagatur. — *Tunicæ palliolatæ,* quæ leguntur apud *Vopisc. Bonos.* 15., videntur *Casaubono* fuisse genus vestis, quod formam et usum haberet tunicæ simul et pallioli: et posse dici pallas manicatas. *Salmasio* vero tunicæ cum adjuncto palliolo, h. e. brevi capitis operimento muliebri. Sic *Scævola Dig.* 34. 2. 39. Semproniæ tunicas tres cum palliolis, quæ elegerit, dari volo. Ceterum *Salmasii* interpretatio est una, quæ ferenda videtur.

PALLĬŌLUM, i, n. 2. *mantelluccio, mantellina,* parvum aut vile pallium: item idem quod pallium, viris et feminis commune

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cæcilius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 23. 56. Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. *Plaut. Epid.* 2. 3. 10. Orna te, Epidice, et palliolum in collum conjice. *Apul.* 1. *Met.* Opertus palliolo. *Martial.* 11. 27. Succida palliolo vellera quinque petit, *h. e.* lanæ vellera poscit ad palliolum faciendum. — *b*) Speciatim parvum pallium, quo mulieres pectus humerosque tegunt. *Hieronym. Ep.* 117. *n.* 7. *de puella.* Palliolum interdum cadit, ut candidos nudet bu-

meros, et quasi videri noluerit, celat festina, quod volens deteverat.

II.) Translate est operimentum capitis, cucullus, pileolus, *cappuccetto, berretta, cuffia.* Gestabatur a viris fere in adversa valetudine. *Quintil.* 11. 3. 144. Palliolum, sicut fascias et focalia et aurium ligamenta, sola excusare potest valetudo. *Ovid.* 1. *Art. am.* 733. Arguat et macies animum: nec turpe putaris Palliolum nitidis imposuisse comis. *Seneca* 4. *Quæst. nat.* 13. § 9. Videbis quosdam graciles, et palliolo focalique circumdatos, pallentes et ægros, etc. *V.* vocem præced. A figura hujus est illud *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 35. (56). Epithymum (*h. e. florem thymi*) tradunt sine radice nasci, tenue, similitudine pallioli. Cf. *Dioscor.* 4. 179. Ἐπίθυμον ἔχει κεφάλια λεπτά. V. *Gesner.* ad *Quintil. loc. cit.*; et *Ruhnk.* ad *Rutil. Lup.* 2. 7. *p.* 158. ed. *Frotscher.*

PALLĬUM, ĭi, n. 2. ab eadem origine, a qua *palla*, est quidquid cooperiendo corpori inservit, φᾶρος (It. *coprimento, coperta, velo*; Fr. *couverture*; Hisp. *cubierta, manta*; Germ. *die Hülle, Bedeckung*; Angl. *upper bed-clothes, coverlets*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Pallis lecti insternuntur, *coperte da letto. Sueton. Ner.* 48. Decubuit super lectum modicella culcita, vetere pallio strato instructum. *Ovid. Heroid.* 21. 169. torrentur febribus artus, Et gravius justo pallia pondus habent. *Propert.* 4. 3. 31. Tunc queror in toto non sidere pallia lecto. Adde *Ovid.* 1. *Amor.* 2. 27.; et *Juvenal.* 6. 235. — *b*) Etiam lecti funebres, et in his cadavera pallio contegebantur. *Apul.* 3. *Met.* Arrepto pallio, retexi corpora. *Id. Florid. n.* 4. Pallio cadavera operiri, et philosophos amiciri. — *c*) De velis, quibus ornantur ædes. *Prudent.* 2. *advers. Symmach.* 726. Quos spargam flores? quibus insertabo coronis Atria? quæ festis suspendam pallia portis? ¶ 2. Speciatim pallium, *mantello, manto*, ἱμάτιον, ἀναβολαιον, φᾶρος, vestis longa, fusa, et ampla, quæ tunicæ superinduitur: propria Græcorum, tum virorum, tum mulierum; sicut toga Romanorum, et Italorum. In feminis idem est ac palla. Erat apertum, et fere ita gestabatur, ut sederet humeris, et pars ejus dextera ab imo in sinistrum humerum rejiceretur, vel in sinistrum brachium imponeretur, aut illi subjiceretur, et nihilominus totum corpus amiciret, solaque dextera manus ad pectus exstaret, brachio tamen involuto, interdum ipsa quoque manu operta. — *a*) Universim. *Liv.* 29. 19. *ad fin.* Cum pallio et crepidis inambulare in gymnasio. *Sueton. Tib.* 13. Redegitque se ad pallium et crepidas. *Cic. Rabir. Post.* 10. 27. Consularis homo soccos habuit et pallium. *Id.* 7. *Verr.* 13. 31. Quum iste cum pallio purpureo talarique tunica versaretur in conviviis muliebribus. *Quintil.* 11. 3. 143. Togam veteres ad calceos usque demittebant, ut Græci pallium. *Seneca Ep.* 114. Pallio velare caput. *Petron. Satyr.* 20. operire. *et* 80. Intorto circa brachium pallio, composui ad prœliandum gradum. *Cic.* 2. *Divinat.* 69. 143. Alcibiades paullo ante interitum visus est in somnis amicæ esse amictus amiculo. Is quum esset projectus inhumatus, amica corpus ejus texit suo pallio. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 93. Eme, mi vir, lanam, unde tibi pallium malacum et calidum conficiatur, tunicæque hibernæ bonæ. *Id. Cap.* 4. 1. 13. Pallium in collum conjicere. Qui enim, ut ait *Lindem.* ad *h. l.*, gnavi et actuosi haberi vellent, si quid diligentius faciendum incideret, vel ponebant pallium, vel in humeros rejiciebant, vel alio modo colligebant. *Id. Truc.* 2. 5. 26. Soleas mihi date: pallium injice me huc, Archilis. *Ter. Phorm.* 5. 6. 4. Humerum pallio onerare. *Plaut. Capt.* 4. 2. 8. Ergasilus est ne hic, procul quem video? collecto quidem est pallio: quid nam acturus est? *tirato su, raccolto. et Ter. Eun.* 4. 6. 31. Attolle pallium. Ubi *Donat.* Vel quia simplex est, vel quia ebrius, pallium trahit Chremes. — *b*) De pallio feminarum R. sunt præterea loca *Ovid.* 3. *Amor.* 2. 25. et 1. *Art. am.* 153.; et *Petron. Satyr.* 17. — *c*) *Pallium* fuit præcipue vestis philosopborum Græcorum. *Gell.* 9. 2. Video, inquit, barbam et pallium, philosophum nondum video. *Apul.* 11. *Met.* Qui pallio, baculoque, et baxeis, et hircino barbitio philosophum fingeret. *Id. Florid. n.* 7. Pallio tenus philosophos imitari. — *d*) Plura de *Pallio* dabunt *Tertull.* et *Ferrar. de re vest. par.* 2. *l.* 4., item *Salmas.* ad *Tertull.* et ad *hist. Aug.* variis in locis, et *Lamius de erud. Apost. c.* 4. — *e*) *Tunica propior pallio est*, proverb. quo significatur, magis affici nos rebus nostris, quam alienis, et magis curæ esse nobis eos, qui arctiore vinculo propinquitatis, vel amicitiæ nobiscum juncti sunt: neque eamdem rerum omnium, aut hominum habendam esse rationem: *stringe più la camicia, che la gonnella.* Habetur apud *Plaut. Trin.* 5. 2. 30. *V.* TUNICA. — *f*) *Manum intra pallium continere*, proverb. *h. e.* lente et remisse agere, sedata oratione uti: nam qui contentione utuntur in dicendo, totum brachium exserunt, et multiplici gesticulatione vibrant. *Quintil.* 12. 10. 21. Mihi falli multum videntur, qui solos esse Atticos credunt tenues et lucidos et significantes, sed quadam eloquentiæ frugalitate contentos, ac semper manum intra pallium continentes.

II.) Translate. Multa sunt apud *Martial.* loca, in quibus *pallium* vel pro toga, vel pro quavis veste superiore, poetica libertate, poni videtur, ut 3. 63., 8. 39., 11. 16. *et* 23.

PALLOR, ōris, m. 3. (palleo) color ille, qui in pelle accidit, decedente sanguine, vel ex metu, vel ex morbo, ὠχρος, ὠχρότης (It. *pallidezza, pallidore, pallore*; Fr. *teint pâle, teint blême, pâleur*; Hisp. *tez pálido*; Germ. *die Blässe, d. Bleiche, blasse Farbe*; Angl. *paleness, wanness, want of colour*).

I.) Proprie. — *a*) Universim. *Cic.* 4. *Tusc.* 8. 19. Pudorem rubor, terrorem pallor et tremor consequitur. *Horat. Epod.* 7. 15. albus ora pallor inficit. *et ibid.* 10. 15. O quantus instat navitis sudor tuis, Tibique pallor luteus! *Ovid.* 4. *Met.* 266. Membra ferunt hæsisse solo: partemque coloris Luridus exsangues pallor convertit in herbas. *Id.* 1. *Trist.* 4. 11. Navita confessus gelido pallore timorem. *Virg.* 4. *Æn.* 499. pallor occupat ora. *Plin. Paneg.* 48. *de Domitiano.* Superbia in fronte, ira in oculis, femineus pallor in corpore. — In plur. num. *Tac. Agric.* 45. Quum denotandis tot hominum palloribus sufficeret sævus ille vultus etc. — *b*) Speciatim tribuitur amantibus, quia morbus est amor. *Propert.* 1. 5. 21. Nec jam pallorem toties mirabere nostrum. *Horat.* 3. *Od.* 10. 14. tinctus viola pallor amantium. *Stat.* 12. *Theb.* 735. Pallor exanimis. *Ovid.* 8. *Met.* 790. facit comitem Famis. — *c*) Item in librorum studium incumbentibus. *Capell.* 1. *p.* 13. An vero quisquam est, qui Philologiæ se asserat pervigilia laborata et lucubrationum perennium nescire pallorem? Cf. *Pers.* 5. 62. At te nocturnis juvat impallescere chartis. — *g*) Item Inferis. *Lucan.* 5. 628. latet obsitus aer Infernæ pallore domus. *Al. leg.* squalore. *Id.* 6. 517. terribilis Stygio facies pallore. *Ovid.* 4. *Met.* 436. Pallor hiemsque tenent late loca senta.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice est timor, cujus est indicium. *Propert.* 2. 4. *in fin.* Hic tibi pallori, Cynthia, versus erit. *Plaut. Men.* 4. 2. 46. Nihil equidem paveo: palla pallorem incutit. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 70. quantus pro conjuge pallor! — Hinc in fabulis est deus timorem injiciens. *Lactant.* 1. 20. Pavorem, Palloremque Tullus Hostilius figuravit et coluit. *Liv.* 1. 27. Tullus in re trepida duodecim vovit Salios, fanaque Pallori. ¶ 2. Metaphorice dicitur de colore squalido cujuscumque rei, *scolorimento. Lucan.* 7. 200.; et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 30. 30. (98). obscurus solis pallor. *Ovid.* 8. *Met.* 759. Et pariter frondes, pariter pallescere glandes Cœpere, ac longi pallorem ducere rami. *Lucret.* 4. 311. Quæ contage sua palloribus omnia pingunt. — Primus Auroræ pallor *Statio* 2. *Theb.* 333. est, quum primum Aurora incipit albescere. — Apud *Colum.* 12. *R. R.* 57. 1. *pallor* dicitur naturalis color seminis sinapis. ¶ 3. Item marcor, qui ex situ et humore provenit. *Vitruv.* 6. 7. Bibliothecæ ad orientem spectare debent. Nam in his, quæ ad meridiem et occidentem spectant, a tineis et humore vitiantur, quod venti humidi advenientes procreant eas et alunt, infundentesque humidos spiritus, pallore volumina corrumpunt. *di muffa*: vel simpliciter intellige de pallore, quo litteræ decolores fiunt et vanescunt. *Colum.* 12. *R R.* 52. 16. Nova dolia liquida gummi perluere, siccataque suffumigare alba cera, ne pallorem capiant. *et ibid.* 42. 3. Refrigeratum medicamentum adjicitur in vas fictile novum picatum, idque gypsatum alte suspenditur, ne pallorem trahat. *Lucilius* apud *Non. p.* 462. 26. *Merc.* Lanæ opus omne perit: pallor, tineæ omnia cædunt. *V.* PALLIDUS II. 4.

PALLŬLA, æ, f. 1. deminut. pallæ. *Plaut. Truc.* 1. 1. 32. Conscissa pallula est. Adde *eumd.* 2. 2. 16. *et* 2. 6. 55.

PALMA, æ, f. 1. Quod ad scriptionem attinet, *palma* pro *parma* constanter in omnib. libr. teste *Brouckus.* legitur in illo *Tibull.* 1. 10. 82. Fixa notet casus aurea palma meos. Sic apud *Propert.*, sed non eadem libror. constantia, 2. 19. 44. Et vetus in templo bellica palma vacat. *et* 4. 10. 40. Belgica cui vasti palma relata ducis. *Turneb. l.* 3. *Adversar. c.* 7. palmam a parma originem trahere putat: unde nil mirum, si altera pro altera scribitur. Sic in *Vitruvii* loco infra allato *parmam* esse in MSS. testatur. — *Palma*, quæ ratione habita etymi, jungenda est cum Græca voce παλάμη (quæ idem significat, quemque dicunt esse a πάλλω *vibro*) est planum illud, et ex parte concavum in manu, quæ et vola dicitur, παλάμη, θέναρ (It. *palma della mano*; Fr. *la paume ou le creux de la main*; Hisp. *palma*; Germ *die flache Hand*; Angl. *the palm of the hand*).

I.) Proprie. *Cic. Orat.* 32. 113. Quum pugnum fecerat, dialecticam ajebat ejusmodi esse: quum autem manum dilataverat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. *Cels.* 8. 18. In palma quoque ossa interdum suis sedibus promoventur. *Virg.* 8. *Æn.* 69. cavis undam de flumine palmis Sustulit. *Petron. Satyr.* 95. Os hominis palma excussissima pulsat. *con pesantissima guanciata. Plin.* 3. *Ep.* 14. Aliquem palma percutere. *dare uno schiaffo.* Sic *Juvenal.* 13. 128. plane faciem contundere palma. *Id.* 2. 142. Nec prodest agili palmas præbere Luperco. *h. e.* palmas percutiendas præbere, ut pueri solent negligentiores in ludo litterario.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochen est ipsa manus, *mano. Plaut. Cas.* 2. 6. 33. Compressan' palma, an porrecta ferio? *Cic. Sext.* 55. 117. Voces quidem, et palmarum intentus, et maledictorum clamorem omnes profuderunt. *Cæs.* 3. *B. C.* 98. Passis palmis, projecti ad terram, flentes ab eo petierunt salutem. *Virg.* 2. *Æn.* 406. teneras arcebant vincula palmas. *et* 1. *ibid.* 97. duplices tendens ad sidera palmas. *Ovid.* 5. *Met.* 103. amplexus tremulis altaria palmis. *Val. Flacc.* 8. 44. primis supplex dedit oscula palmis. *Sil. It.* 17. 143. Scæptriferas arcta palmas vinxere catena. ¶ 2. Ab eadem similitudine manus hominis *palma* vocatur pes anserinus. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 22. 27. (52). Palmas pedum anseris torrere. ¶ 3. Item remi pars ima latior. *Vitruv.* 10. 8. *a med.* Quum remi impelluntur, extremis progredientibus palmis in maris undis. *Laberius* apud *Non. p.* 151. 27. *Merc.* Nec palmarum pulsus, nec porticuli. *Catull.* 64. 7. Cærula verrentes abiegnis æquora palmis. ¶ 4. *Palma* item, Græce φοῖνιξ, *palma, palmizio*, arbor est, cujus fructus dactylus dicitur: ita dicta, quod expansis est ramis in modum manus hominis explicatæ: quemadmodum fructus ejus dactylus, h. e. digitus, dicitur. In Italia sterilis est: in Hispaniæ maritimis fructum quidem fert, sed immitem: dulcem in Africa, sed statim evanescentem. At in Ægypto, Judæa et Oriente fructuosissima est, et plurima provenit multosque vitæ usus præbet. Nam ex fructu et vinum conficitur, et gentium aliquibus etiam panis, plurimis vero etiam quadrupedum cibus, ut docet *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 6. (27). — Foliis utuntur ad funes, vitiliumque nexus, et capitum levia umbracula: ligno ad ma-

teriæ. *Varro* 1. *R. R.* 22. 1. Quæ fiunt de cannabi, lino, junco, palma, scirpo, ut funes, restes, tegetes. Cf. *Colum.* 5. *R. R.* 5. 15. Patruus meus-, agricola Bæticæ provinciæ, sub ortu caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat. — Ex palmis etiam scopæ fiebant: *V.* infra 6. *b.* — *Plin.* 13. *Hist. nat.* 11. 21. (68). ex *Varrone* tradit, ante chartarum usum scriptitatum primum palmarum foliis. — Palmarum genera usque ad undequinquaginta esse ait *Plin.* 13. *ibid.* 4. 9. (10), ubi fuse multa de hac arbore. *Id.* 16. *ibid.* 42. 81. (223. validam arborem esse dicit, et imposito pondere in diversum curvari. h. e. non in inferiora, ut ceteræ, sed fornicatim se flectere. *et Theophrast. l.* 5. *c.* 7. *de hist. plant.* Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ὁ φοῖνιξ ἀνάπαλιν γὰρ καὶ ἡ κάμψις, ἢ τοῖς ἄλλοις γίνεται. Τὰ μὲν γὰρ εἰς τὰ κάτω κάμπτεται, ὁ δὲ φοῖνιξ εἰς τὰ ἄνω. Clarius *Gell.* 3. 6. ex *Aristotele*. Si super palmæ arboris lignum magna pondera imponas, ac tam graviter urgeas oneresque, ut magnitudo oneris sustineri non queat, non deorsum palma cedit, sed adversus pondus resurgit, et sursum nititur recurvaturque. — Universim. *Cic.* 1. *Legg.* 1. 2. Homericus Ulixes Deli se proceram et teneram palmam vidisse dixit. *Lucan.* 3. 216. arbusto palmarum dives Idume. Cf. *Virg.* 3. *G.* 12. et *Cæs.* 6. *B. G.* 26. Est bos cervi figura: cujus a media fronte inter aures unum cornu exsistit excelsius magisque derectum his, quæ nobis nota sunt, cornibus. Ab ejus summo, sicut palmæ, rami quam late diffunduntur. *Ita legit* Herzog.; *vulgati vero libri* Ab ejus summo sicut palmæ ramique etc. ¶ 5. *Palma* etiam dicitur dactylus, palmæ fructus. *Pers.* 6. 38. postquam sapere Urbi Cum pipere, et palmis venit nostrum hoc maris expers. *Ovid.* 1. *Fast.* 185. Quid vult palma sibi rugosaque carica? *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 7. (34). Et in Arabia languide dulces traduntur esse palmæ. ¶ 6. Item palmæ ramus. — *a*) Pro ramis, qui in mustum immittebantur quo dulcius fieret vinum. *Cato R. R.* 113.; at *Colum.* 12. *R. R.* 20. 5. — *b*) Et quoniam ex palmis, h. e. palmarum ramis, etiam scopæ fiebant, palma pro scopa est apud *Horat.* 2. *Sat.* 4. 83. Ten' lapides varios lutulenta radere palma? Adde *Martial.* 14. 82. ¶ 7. *Palma* — *a*) Sæpe ponitur pro victoria, immo pro signo, præmio victoriæ. Dabatur enim victori corona ex ea, vel ramus manu gestandus, ut qui ingruenti adversario minime cessisset, sed præsenti virtute non restitisset modo, sed contra ivisset superassetque. *Liv.* 10. 47. Eodem anno (*h. e.* ann. U. C. CCCCLXI.) coronati primum ob res bello bene gestas ludos Romanos spectaverunt: palmæque tum primum, translato e Græcia more, victoribus datæ. *Sueton. Cal.* 32. More victorum cum palma discucurrit. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv.* p. 607. IMP. CAES. EX SICILIA EID. NOV. TRIUMPHAVIT, PALMAM DEDIT. *h. e.* in gremio Jovis Capitolini collocavit. *V.* LAUREA. — *b*) Hinc illa translate *Cic. Rosc. Am.* 6. 17. Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur. *Id. Brut.* 47. 173. Nec in quadrigis eum secundum numeraverim aut tertium, qui vix e carceribus exierit, quum palmam jam primus acceperit. *Horat.* 4. *Od.* 2. 17. quos Elea domum reducit Palma cælestes. *Cic. Senect.* 6. 18. De Carthagine vereri non ante desinam, quam illam excisam esse cognovero. Quam palmam utinam dii immortales tibi, Scipio, reservent. *Id.* 3. *Orat.* 35. 143. Sin quærimus, quid unum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est. *Ovid.* 2. *Art. am.* 3. Palma donare aliquem. *Cic.* 4. *Att.* 15. Ne diutius pendeas, palmam tulit. *Id.* 11. *Phil.* 5. 11. Vopiscus, me defendente, quinquies absolutus est. Sexta palma urbana etiam in gladiatore difficilis. V. *Apuleji* loc. cit. in LEMNISCATUS. *Varro* 3. *R. R.* 16. 14. Siculum mel fert palmam, quod ibi thymum bonum et frequens est. *porta la palma*: præcipuum est et optimum. *Juvenal.* 11. 178. Conditor Iliados cantabitur, atque Maronis Altisoni dubiam facientia carmina palmam. *Cic.* 2. *Orat.* 56. 227. Cujuspiam rei palmam deferre alicui. *h. e.* primam laudem, principatum. *Justin.* 12. 6. 3. Clitus fiducia amicitiæ regiæ, cujus palmam tenebat. *h. e.* primum locum. *Ter. Heaut.* 4. 3. 31. Huic equidem consilio palmam do. *h. e.* optimum esse judico ad obtinendum quod volumus. *Horat.* 3. *Od.* 20. 11. Arbiter pugnæ posuisse nudo Sub pede palmam Fertur. *h. e.* nihil curasse, utri palmam victoriæ daret. *Varro* 2. *R. R.* 1. 11. Scrofa noster, cui hæc ætas defert rerum rusticarum omnium palmam. *Sueton. Ner.* 5. Ut in prætura mercede palmarum aurigarios fraudaverit. *h. e.* præmiis victoriæ. *et ibid.* 22. Velle se palmarum numerum ampliare. *h. e.* auctis certaminibus adeoque præmiorum numero. — Palmæ ramis ornari solitas fores causidicorum, qui vicissent, ut laurea imperatorum, ex *Martial.* 7. 28. Sic fora mirentur, sic te Pallatia laudent, Excolat et geminas plurima palma fores. *Juvenal.* 7. 117. rumpe miser tensum jecur, ut tibi lasso Figantur virides, scalarum gloria, palmæ. *V.* PALMARIUS. — *c*) Palma pro ipso victore. *Virg.* 5. *Æn.* 339. Post Helymus subit, et nunc tertia palma Diores. *Sil. It.* 16. 504. *et* 574. Tertia palma babuit geminos (*canes*) insignis Aconteus. — *d*) Et pro eo, qui vincendus est. *Sil. It.* 4. 392. Ultima restabat fusis jam palma duobus, Virbius. ¶ 8. *Palma* dicitur etiam majus flagellum in vite, unde uvæ nascuntur: videturque *Varroni* 1. *R. R.* 31. 3. dictum primum *parilema*, a *pariendo*: exin mutatis litteris, *palma* aliis multo rectius a similitudine *palmæ*, seu manus hominis. *V.* PALMES, quod idem est. Usurpatur hoc sensu ab *eod.* etiam 1. *ibid.* 8. 6.; et a *Colum.* 3. *R. R.* 17. 4. et 4. *ibid.* 15. 3., 21. 3. *et* 24. 11. Neque solum de vitibus, sed de aliis quoque arboribus, ut de populo a *Plin.* 24. *Hist. nat.* 1. 1. (quem locum minime inveni; alii numeri sint oportet), de ulmo 17. *ibid.* 23. 35. (202.) Significatur autem pars ea teres materiæ, cujus ab utroque latere ramuli, ceu digiti enascuntur. Huc referri potest et illud *Liv.* 33. 5. Ut neque, quæ cujusque stipitis palma sit, pervideri possit. ¶ 9. Est etiam hoc nomine fructus arboris in Ægypto, similem proximumque usum habens myrobalano in unguentis. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 22. 47. (103). Male autem *Plinius* hanc arborem palmam vocat, quum reapse eadem sit ac myrobalanus. *V.* BALANUS. ¶ 10. Item arbor in locis sitientibus nascens in Ammoniaca Africæ regione, in Ægypto et Syria, odorata, pingui lacrima, quæ in unguenta additur, ad domandum oleum. Alii elatem vocant, alii spathen. *Id. ibid.* 28. 62. (131). ¶ 11. Item genus fruticis marini. *Id.* 13. *Hist. nat.* 25. 49. (138). ¶ 12. Palma est etiam vestigium formæ cauterii, quod palmam refert. *Veget.* 5. *Veterin.* 40. *ad fin.* Cervices eorum (*jumentorum*) uruntur, non qua contractus est, sed ex parte contraria de cautere accipit palmas ab armo usque ad cervicem auriculæ. Similiter *ibid.* mox *et stella* et *virgula* nominantur. *V.* et PALMULA. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PALMĀLIS, e, adject. ad palmum pertinens. *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2494. *Putsch.* Bioticum metrum est, quod in usu vitæ et humana conversatione tavatur: quod ipsum accipietur modis quatuor. Primo per spatium longitudinis, ut metrum cubitale, pedale, palmale. Secundo etc.

PALMĀRIS, e, adject. qui duo diversa significat, prout est *A*) A *palmo*, vel *B*) A *palma*.

A) *Palmaris* a *palmo*

I.) Proprie est palmi mensuram habens, *di un palmo*, σπιθαμαῖος vel παλαιστιαῖος. *Varro* 1. *R. R.* 35. 1. Rosetum conciditur radicitus in virgulas palmares, et obruitur. *Colum.* 8. *R. R.* 3. 9. et 11. *ibid.* 3. 21. Palmaria spatia. (hoc posset esse etiam a *Palmarius*.) *Pallad.* 3. *R. R.* 24. Palmares scrobes. *Arnob.* 6. 18. Signa modo parvula fieri, et palmarem in minutiem contrahi, modo in immensum tolli.

II.) Figurate. *Marcell. Empir. c.* 36. *p.* 140. ed. *Ald.* Omnia reliqua quum coveris, colabis, et sic de permixtis omnibus emplastrum facies: miraberis remedium podagræ, quia palmare est. *h. e.* manifestum, *chiaro, che si tocca con la mano.* Adde *eund. c.* 16. *p.* 109.

B) *Palmaris* a *palma*

I.) Proprie est ad palmam arborem pertinens. *Ammian.* 24. 4. Jumenta quæ in lucis palmaribus vescebantur.

II.) Improprie est ad victoriam pertinens, qui ceteris præstat, qui præcipuus, eximius, optimus est. *Cic.* 6. *Phil.* 5. 15. Illa statua palmaris, de qua non possem sine risu dicere. *h. e.* quæ excellit inter omnes, et veluti palmam fert. *Manut.* — Item qui palmam meretur. *Id.* 1. *Nat. D.* 8. 20. Sed illa (*sententia*) palmaris quidem, quod etc. *h. e.* optima, et quasi palma digna: et est eo loco ironia. Ita vero legit *Orellius*; alii tamen aliter. *Cassiod.* 6. *Variar.* 19. Causarum periti palmares, quum magna negotia defenderint singulorum. *V.* PALMARIUS in fin. sub 2. — *Palmaris dea* apud *Apul.* 2. *Met.* est Victoria, cujus insigne palma. — De ludis Palmaribus, qui memorantur in fragmento veteris Lapidis Beneventani, qui refertur etiam a *Murat.* 619. 3., variæ sunt conjecturæ, quas *V.* apud *De-Vita Antiq. Benev. T.* 1. *p.* 273., qui putat, ita dictos esse, quod in his palmæ rami victori darentur.

PALMĀRĬUS, a, um, adject. a *palma*, ad palmas pertinens; unde *Palmaria insula*, de qua *V.* in ONOM. — Hinc translate

Palmarium, ĭi, n. 2. absolute, substantivorum more ¶ 1. Est id quod palma dignum est, optimum, præcipuum. *Ter. Eun.* 5. 4. 8. Id vero est, quod ego mihi puto palmarium, me reperisse, quomodo adolescentulus meretricum ingenia posset noscere. ¶ 2. Item merces, quæ datur causidico post causam actam et litem obtentam. *Gloss. Philox.* Palmarium, ἀξιωτικόν. *Ulp. Dig.* 50. 13. 1. § 12. Si post causam actam cauta est honoraria summa, peti poterit, usque ad probabilem quantitatem, etsi nomine palmarii cautum sit: licita autem quantitas intelligitur pro singulis causis usque ad centum aureos. Hæc *Ulp.* Sunt qui putant, palmarium successisse in locum palmæ appendendæ pro foribus: quamvis et palmam appendi, et palmarium seu honorarium causidicis simul dari solitum fuisse, appareat. *V.* PALMA II. 7.

PALMĀRĬUS, a, um, adject. a *palmus*, palmi mensuram habens. *V.* PALMARIS I.

PALMĀTĬĀNUS, a, um, adject. qui palmam meretur. *Cassiod.* 12. *Variar.* 12. Vinum quoque, quod laudare cupiens palmatianum nominavit antiquitas, non stypsi asperum, sed gratum suavitate perquire. *et inox.* Ita redolet ore ructatum, ut merito illi a palma nomen videatur impositum.

PALMĀTĬAS, æ, m. 1. παλματίας, species terræmotus, cujus agitatione illa, quæ trepidant, sine inclinationis periculo nutant, quum directi tamen rigoris statum retineant, ut describit *Apul.* de *Mundo*. Est autem Græca vox, a παλλω *vibro, quatio, agito.*

PALMĀTA, æ, f. 1. *V.* PALMO in fin.

PALMĀTŌRĬUM, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est flagellum, vel instrumentum e palmitibus sive ramis vitium confectum. *Vetus Scholiast.* ad *Juvenal.* 2. 142. ed. *D. A. G. Cramero.* Percussæ (*mulieres steriles*) palmatorio gignebant.

PALMĀTŌRĬUS, a, um, adject. ad manus palmam pertinens. *Gloss. Isid.* Palmatoria ferula. *h. e.* qua manus palma percutitur. *V.* et voc. præced.

PALMĀTUS, a, um. *V.* PALMO in fin.

PALMENTUM. *V.* PÆMENTUM.

PALMES, ĭtis, m. 3. sarmentum, flagellum, vitis ramus utilis ad fructum: scilicet materia illa, quæ quotannis ex vitis brachio emergit, et gemmas producit, et indurescit (nam dum adhuc viridis ac tenera est, *pampinus* proprie dicitur), quæ deinde in ramusculos abeunt, et palmæ cujusdam digitos faciunt. *Paul. Diac. p.* 220. 8. *Müll.* Palmites vitium sarmenta appellantur, quod in modum palmarum humanarum virgulas, quasi digitos, edunt Hic notant eruditi factum esse a *palma vitis*, unde per syncop. *palmitis*, seu *palmetis*, inde *palmes*: quæ tamen nihili facienda. Gr. χλῆμα (It. *tralcio, palmite*; Fr. *sarment, bois de la vigne*; Hisp. *sarmiento*; Germ. *ein Zweig des Weinstockes, ein Rebenschoss*; Angl. *the shoot, or young branch, of a vine*).

I.) Proprie. *Colum.* 5. *R. R.* 6. 29. Palmitum duo genera sunt: alterum quod ex duro provenit; quod quia primo anno plerumque frondem sine fructu affert, pampinarium vocant; alterum quod ex anniculo palmite procreatur; quod quia protinus creat, fructuarium appellant. (eadem fere *Plin.* habet 17. *Hist. nat.* 22. 35. (174, 175, et 177). *Id.* 4. *ibid.* 21. 1. Hæc brachia sat erit interim singulis palmitibus in fructum submitti. *et ibid.* 17. 4. Si oculi singuli sub jugo binos pampinos emiserint, quamvis largos fructus ostendant, detrahendi sunt singuli palmites, quo lætior, quæ superest materia consurgat. (Hic palmes pro pampino sumitur. Adde *ibid.* 7. 1.). *Plin. loc. cit.* (180). Palmes duas tresve gemmas sub jugo habere debet, ex quibus materia nascatur: tunc per jugum mergi alligarique, ut sustineatur jugo, non pendeat. *Id.* 14. *ibid.* 1. 3. (10). Vites tonsura annua coercentur, et vis earum omnis evocatur in palmites. *Virg.* 7. *Ecl.* 48. jam læto turgent in palmite gemmæ. *Ovid.* 1. *Fast.* 152. Et nova de gravido palmite gemma tumet.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochen est ipsa vitis, aut vinea. *Stat.* 3. *Silv.* 1. 147. Icario nemorosus palmite Gaurus. *Martial.* 8. 40. Non horti, neque palmitis beati, Sed rari nemoris, Priape, custos. ¶ 2. Dicitur etiam de ramis minoribus aliarum arborum. *Lucan.* 4. 316. Tunc herbas frondesque terunt, et rore madentes Destringunt ramos, et si quos palmite crudo Arboris, aut tenera succos pressere medulla. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 7. (30). *de palma.* Pomum non inter folia, ut in ceteris, sed suis inter ramos palmitibus racemosum. *Curt.* 4. 3. 10. Occulto lapsu ad molem usque penetrabant, falcibus palmites arborum eminentium ad se trahentes. *Mützellius* pro *palmites* mallet *palmas.*

PALMESCO, is, ere, n. inchoat. 3. palmam fieri. Affertur a *Diomed.* 1. *p.* 335. *Putsch.*, nullo tamen auctore laudato.

PALMĒTUM, i, n. 2. *palmeto*, φοινικών, locus palmis consitus. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 184. ungi Præferat Herodis palmetis pinguibus. *Justin.* 36. 3. 3. Silva ubertate et amœnitate insignis: siquidem palmeto et opobalsameto distinguitur. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 14. 15. (70). Hiericus palmetis consita. *Id.* 6. *ibid.* 32. 37. (205). Canaria insula palmetis caryotas ferentibus abundat. Adde *Tac.* 5. *Hist.* 6.

PALMĔUS, a, um, adject. ¶ 1. Est qui palmi mensuram habet. *V.* PALMARIS. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 10. 62. (95). Orchis herba, sive serapias, foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice testiculis simili. *Dioscorid. l.* 3. *c.* 141., cujus verba interpretatur *Plinius*, habet Ἔχει καυλὸν σπιθαμῆς τὸ μῆκος. ¶ 2. Item qui est ex palma arbore, φοινίκινος, φοινίκειος. *Vitruv.* 10. 20. *ad fin.* Palmeæ tabulæ. *Colum.* 5. *R. R.* 5. 15. Palmeis tegetibus vineas adumbrare. *Pallad.* 3. *R. R.* 27. Palmea sporta colare aliquid. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 17. 40. (79). Palmeum vinum.

PALMĪCĔUS *vel* palmicius, a, um, adject. palmeus, ut Palmicea sporta, ex palmarum foliis texta. *Sulpic. Sever. Dial.* 1. 11. *et* 14. Sic *Flin. Valerian.* 2. 14. *p.* 194. *retro* ed. *Ald.* Sportella palmicea.

PALMĪFER, fĕra, fĕrum, adject. ¶ 1. Est ferens palmas, *che produce palme*, φοινικοφόρος. *Ovid.* 2. *Amor.* 13. 8. et Memphin, palmiferamque Pharon. *Propert.* 4. 5. 25. palmiferæ Thebæ. *Sil. It.* 3. 600. palmifera Idume. Cf. *Virg.* 3. *G.* 12.; et *Lucan.* 3. 216. *Capell.* 6. *p.* 226. Omnes insulæ Fortunatæ nemorosæ, palmiferæ. Rursus *Ovid.* 10. *Met.* 478. Palmiferos Arabas Panchæaque rura relinquit. *h. e.* apud quos multæ palmæ nascuntur. ¶ 2. Item qui palmam ex victoria reportat. *Vet. Poeta* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 597. *Burmann.* Et dum palmiferis post præmia tanta quadrigis Garrula victores turba resolvit equos.

PALMĪGER, gĕra, gĕrum, adject. palmam gerens. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 4. 10. (27). Nemeam sedentem supra leonem, palmigeram ipsam, adstante cum baculo *sene*, etc.

PALMĪPĔDĀLIS, e, adject. *d'un piede e un palmo*, pedis et palmi mensuram habens. *Varro* 2. *R. R.* 4. 14. In haris limen inferius altum palmipedale, ne porci ex hara, quum mater prodit, transilire possint. *Vitruv.* 10. 20. Cardines crassitudine quoquo versus palmipedales. *Colum.* 3. *R. R.* 19. 1. Palmipedalis malleolus. — Apud *Vitruv.* 10. 21. in plerisque edit. et MSS. apud *Polenum* habetur *palmopedalis*: sed prius est Latinius.

PALMĪPES, pĕdis, m. et f. 3. latos instar palmæ manus habens pedes, et unica membrana junctos, *chi ha i piedi larghi*, στεγανόπους. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 11. 13. (29). Volucres aut aduncos ungues habent, aut palmipedum in genere sunt, ut anseres. Adde *eumd.* 11. *ibid.* 47. 107. (256). — Item mensuram pedis et palmi habens, palmipedalis, *di un piede e un palmo. Plin.* 17. *Hist. nat.* 20. 32. (143). Populus alba scritur palmipedi intervallo. — Legitur et *palmopes* apud *Vitruv.* 5. 6. *extr.* Gradus spectaculorum ne minus alti sint palmopede. Ita pleræque edit. et MSS. apud *Polenum*: sed *palmipes* rectius est.

PALMĪPRĪMUS, a, um, adject. ut Palmiprimum vinum, e ficis factum, ita dictum, quasi primum sit post illud, quod fit e palmis. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 16. 19. (102).

PALMO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (palma). Part. *Palmatus* in fin. — Palmare

I.) Proprie est palma signum et notam imprimere. *Quintil.* 1. *Declam.* 12. Præterea quum manus ex parte, qua palmare vestigium potest, plicetur in capulo, etc. *V.* PALMATUS in fin. I.

II.) Translate est palmas vitium ligare: *V.* PALMA II. 2. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 96. Cetcrum palmare, hoc est materias alligare, hoc tempore non expedit. — Hinc Part. præter. pass.

Palmatus, a, um, adjective usurpatur, et

I.) Proprie est manus palmam referens. — *a) Palmatus paries*, vestigio palmæ manus sanguine imbutæ aspersus. *Quintil.* 1. *Declam.* 11. *et* 12. *V.* PALMO I. — *b) Palmati cervi* apud *Capitolin. Gordian.* 3. *ad fin.* cornua habentes lata et ramosa, instar palmæ manus cum digitis. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 45. (123). Natura aliorum cornua fudit in palmas, digitosque emisit ex iis: unde platycerotas vocant. *Dracont.* 1. *Hexaem.* 275. Cervus in arva fugax palmatis cornibus errat. — *c)* De *Palmatis equis V.* HERMOGENIANUS. — *d) Palmati lapides* dicuntur, qui fracti palmæ intus figuram referunt: cujusmodi apud Mundam urbem Hispaniæ reperiri, scribit *Plin.* 36. *Hist. nat.* 18. 29. (134).

II.) Translate est ad palmam arborem pertinens. *Liv.* 30. 15. *ad fin.* Massinissam regem appellatum toga picta et palmata tunica donat. *h. e.* quæ palmæ folia habet intexta. Sic *Id.* 10. 7. *a med.* Tunica palmata et toga picta et corona triumphali honorare aliquem. *Martial.* 7. 1. Palmataque ducem sed cito redde togæ. *Val. Max.* 9. 1. *n.* 5. Metellus Pius cum palmata veste convivia celebrabat. — Fuit propria triumphantium (cf. *Nitschii Antiquitt. Rom. vol.* 1. *p.* 355. et 359. *edit.* III.), et dictam putat *Festus p.* 209. 23. *Müll.* non a palma arbore, sed quod clavos intextos haberet latos instar palmæ manus: qua re putasse videtur, palmatam tunicam a laticlavia non differre. quod præter alios *Manut.* rejicit *de quæst. per epist.* ubi *de Tunica, p. m.* 48. *et* 49. Itaque sive toga, sive tunica, palmata a palma arbore dicta est: quæ quia victoriæ signum est, merito intexebatur vestibus triumphantium. Quum de toga dicitur, eadem est quæ toga picta. Nam quum *Sueton. Claud.* 17. ait, triumphum Claudii secutos eos, qui triumphalia ornamenta erant adepti, sed ceteros in prætexta, Crassum Frugi in veste palmata, quod eum honorem iteraverat; videtur prætextam palmatæ quodammodo opponere, *h. e.* togam cum assuta purpura togæ pictæ: ut observat *Manut. loc. cit.* ubi *de Toga, p. m.* 18. Palmatam togam memorant etiam *Servius* ad *Virg.* 11. *Æn.* 334. et *Apul. de Mag.*, qui eodem modo intelligendi videntur: item *Martial.* supra allatus. Qui vero palmatam vestem dixere, tum de tunica, tum de toga intelligi possunt. Potius tamen de tunica. Nam sæpius et magis proprie de ea dicitur, et cum toga picta vel purpurea conjungitur, ut a *Liv. locis cit.*; quibus adde 31. 11., *Trebell. Gallien.* 8. et *Flor.* 1. 5., ubi effigiem ejus ex Augusti nummo *Grævius* exhibet. Ceterum, ut recte *Kritz.* ad *Sall.* 2. *Hist.* 29. 4., *toga picta* per se non plane eadem est quæ *palmata*: sed ita differunt, ut *picta*, quippe aliis quoque figuris intextis vel acu factis ornata, latius pateat et *palmatam* comprehendat; hæc vero species sit pictæ. — *Palmata* absolute. *Pacat. Paneg. ad Theodos.* 9. Datos serentibus fasces, et missas cum curulibus suis per rura palmatas. *Gratian. in ep. ad Auson. in hujus Gratiar. act.* 22. Palmatam tibi misi, in qua Constantius parens noster intextus est. *Sidon. carm.* 5. 4. meritisque laborum Post palmam palmata venit. Adde 1. *Ep.* 5. *sub fin.* et *Id.* 8. *Ep.* 6. Et illam Sarranis ebriam succis inter crepitantia segmenta palmatam plus picta, plus aurea oratione convenustat. Adde *eumd. ibid.* 8.; item *Vopisc. Prob.* 7. Porro ex *Sidon.* et *Auson.* discimus, et alia quoque, præter folia palmarum, procedente tempore, interi hujusmodi vesti consuevisse, et a consulibus etiam sine triumpho fuisse gestatam. Fortasse etiam ab his cum trabea consulari confunditur. — *Palmatus consul*, palmata tunica indutus. *Hieronym. Ep.* 23. *n.* 3. — *Tunicam Jovis* appellat *Juvenal.* 10. 38., tum quia tali habitu Juppiter Capitolinus indutus erat, tum quia triumphaturi eam ex Capitolio sumebant. *Liv.* 10. 7.; et *Lamprid. Alex. Sev.* 40.

PALMŌPES. *V.* PALMIPES ad fin.

PALMŌSUS, a, um, adject. φοινικώδης, palmis abundans. *Virg.* 3. *Æn.* 705. Teque datis linquo ventis, palmosa Selinus.

PALMŬLA, æ, f, f. *deminut. a* palma, est planum illud et ex parte concavum in manu, quod et vola dicitur.

I.) Proprie. *Varro* apud *Non. p.* 372. 29. *Merc.* Valete, et me palmulis producite. *Apul.* 8. *Met.* Decora brachia sævientibus palmulis converberat. Adde *eumd.* 2. 3. 11. etc. *ibid. V.* GLABELLUS.

II.) Translate. ¶ 1. Est extrema pars remi a similitudine palmæ humanæ, teste *Paul. Diac. p.* 220. 7. *Müll.*, quod in modum palmæ hominis protensa est. *Virg.* 5. *Æn.* 163. et lævas stringat, sine, palmula cautes. *Apul. Florid. n.* 12. Color psittaco viridis et intimis plumulis et extimis palmulis. *h. e.* alis, quæ sunt veluti remi ad volandum: unde *remigium alarum* dixit *Virg.* 1. *Æn.* 305. et 6. *ibid.* 19. Tamen apud *Apul.* in ed. *Elmenth.* est *parmulis.* ¶ 2. Sunt et *palmulæ* fructus palmæ, qui et dactyli, et caryotæ dicuntur. *Varro* 1. *R. R.* 67. 1. Nucem juglandem. et palmulam, et ficum Sabinam quanto citius promas, jucundiore utare. Sic *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 37. *n.* 200. Palmulæ nucales, quas caryotas appellant. Adde *Cels.* 2. 20. *Sueton. Aug.* 76. et *Claud.* 8.; et *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 11. ¶ 3. Est etiam vestigium cauterii parvam palmam referentis apud *Veget.* 1. *Veterin.* 28. Interdum autem puncta infiguntur, interdum ad similitudinem lineæ condens deducitur ferrum, aliquando velut palmulæ fiunt. *V.* PALMA II. 12.

PALMŬLĀRIS, e, adject. ad palmulam, h. e. parvam manum, pertinens. *Capell.* 8. *p.* 271. *in carm.* Frictuque palmulari Madida detergit ora.

PALMŬLĀRĬUM, ii, n. 2. locus palmis consitus. *Gloss. Cyrill.* Φοινίκιον (*lege* Φοινικών), palmularium. Cf. *Gloss. Philox.* Palmetum, φοινικών.

PALMUS, i, m. 2. idem ac palma.

I.) Proprie *palmus* pro *palma* usurpatur a *Vitruv.*, quum ait 2. 3. Doron Græci appellant palmum, quod munerum datio Græce δῶρον appellatur: id autem semper geritur per manus palmum. Sic *Plin.* 35. *Hist. nat.* 14. 49. (171). Græci antiqui doron palmum vocabant: et ideo dora munera, quia manu darentur.

II.) Translate est mensuræ genus, *palmo, spanna*, quod manu explicata fit. Duplex est, major et minor. Minorem *Vitruv.* docet 3. 1. *a med.* habere digitos quatuor (intellige compressos et

cohærentes) et esse quartam partem pedis, quia pes sexdecim digitos habet. Hinc *Frontin. Aquæd.* 24. digitum esse ait sextamdecimam partem pedis. Hic palmus Græce dicitur παλαιστή, δῶρον, δοχμή et δακτυλοδόχμη. Major, Græce σπιθαμή, continet digitos duodecim, nempe illud spatium, quod est inter summum pollicem et minimum digitum expansos. Dicitur etiam *dodrans*, quia ad pedem quarta pars deest. *Varro* 3. *R. R.* 7. 4. Columbaria esse oportet intus ternorum palmorum ex omnibus partibus. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 13. 28. (48). Amomum frutex myrtuosus, palmi altitudine. V. *Hieronym.* 12. in *Ezech.* 40. 5.

PĂLO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (palus). Part. *Palatus* et *Palandus*. — Palare est palis fulcire, munire, pedare, *palare*, *πασσαλεύω*. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 11. Vineæ, quæ sunt palatæ et ligatæ, recte jam fodiuntur. *et ibid.* 16. Reliquæ partes vinearum nunc palandæ et alligandæ sunt. *et ibid.* 95. Ut vitis paletur, et capite tenus alligetur. *Pallad.* 12. *R. R.* 15. Si humidus locus ad accipienda fundamenta palandus est. *si dee palificare.* — Pro *palari* V. in voce sequenti init.

PĂLOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Etiam *palo, as*, hoc sensu dixere. *Sulpicia Sat.* 43. in *Poet. Latin. min.* ed. *Wernsdorf. vol.* 3. *p.* 90. Sic nostri palare senes dicuntur. — Part. *Palans* (cujus Genitivum *palantum* pro *palantium* V. infra sub I.) I. et II.; *Palatus* I. — *Palor* est idem atque huc illuc vagor, dispersus erro, verbum castrense, inde fortasse ductum, quod milites, dum palos ad opus faciendum in silvis cæderent, ordinibus neglectis hac illac spargebantur, *περιφέρομαι, ῥίμβομαι, πλανάομαι* (It. *andare qua e là, dispergersi, sbandarsi*; Fr. *aller çà et là, errer, être dispersés ou épars*; Hisp. *errar, andar vagando, ser esparcido*; Germ. *hin-und her schweifen, umherschweifen,-streifen, sich zerstreuen, sich von Andern, zu denen man gehört, entfernen*; Angl. *to wander to and fro, wander up and down, straggle, be dispersed*).

I.) Proprie. — *a*) De hominibus. *Liv.* 27. 47. *a med.* Desertum a ducibus agmen per agros palatur. *Tac.* 3. *Hist.* 80. Palantur comites, occiditur proximus lictor. *et* 4. *ibid.* 18. Auxilia totis campis palantur. *et* 3. *ibid.* 17. *extr.* Qui modo per agros fuga palabantur. — Sæpe usum habet in Particip. *Sall. Jug.* 21. Vagi, palantes, quas nox coegerat, sedes habebant. *dispersi. Lucret.* 4. 575. Palantes comites quum montes inter opacos Quærimus et magna dispersos voce ciemus. *Liv.* 1. 11. Palantes in agris oppressit. *Flor.* 1. 17. Inconditos et palantes aggressus. *Justin.* 15. 3. 11. Insectari palantes hostes. *Tac.* 1. *Ann.* 30. Palantes extra castra. *Sil. It.* 5. 445. vesanos palantum in terga ferebat Cum fremitu vultus. — Part. præter. *Liv.* 8. 24. Contra heros suos ex fuga palatos. *Id.* 35. 51. Repente Menippus palatos passim aggressus eos cecidit. — *b*) De brutis animalibus. *Liv.* 22. 17. In quosdam boves, palatos ab suis gregibus, inciderunt. Adde *eumd.* 3. 5. Sic *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 55. (111). Palantes conchas retibus includere. *Val. Flacc.* 4. 506. atque oculis palantia monstra sequuntur. *h. e.* Harpyias diffugientes. — *c*) De rebus. *Virg.* 12. *Æn.* 738. terga dabant palantia Teucri. *h. e.* palantes Teucri. *Lucret.* 2. 1031. palantia sidera. *Virg.* 9. *Æn.* 21. Palantesque polo stellas. *errantes. Plin. Paneg.* 30. *de Nilo.* Pars magna terrarum mergi palanti amne consueta. *inundante. Ammian.* 17. 7. Palantes abrupto flammarum ardores.

II.) Translate. *Lucret.* 2. 9. Despicere unde queas alios, passimque videre Errare, atque viam palantes quærere vitæ. *Ovid.* 14. *Met.* 150. Palantesque animos (*al.* homines) passim, ac rationis egentes Despectare procul, trepidosque, obitumque timentes.

PALPĂBĬLIS, e, adject. *palpabile*, ψηλαφητός, qui palpari et tangi potest. *Oros.* 1. 10. Tenebræ imaginibus diræ, crassitudine palpabiles, diuturnitate ferales. *Hieronym.* 10. in *Isaj.* 32. 14. Adyta templi et secreta mysteria palpabiles tenebræ possederunt. *Cassiod. de Anim.* 4. Corpus solidum atque palpabile.

PALPĀMEN, ĭnis, n. 3. palpatio, tactus, ψηλάφημα. *Prudent. Hamartig.* 302. Ipse etiam, toto pollet qui corpore, tactus Palpamen tenerum blandis e fotibus ambit.

PALPĀMENTUM, i, n. 2. palpamen, palpatio. Translate. *Ammian.* 27. 12. Eunuchus Cylaces, aptusque ad muliebria palpamenta, prope mœnia ipsa propere venit. *h. e.* ad se insinuandum muliercularum more.

PALPĀTĬO, ōnis, f. 3. ψηλάφησις, actus palpandi. Translate. *Plaut. Men.* 4. 2. 42. Vin' hunc rogem? PE. aufer hinc palpationes.

PALPĀTOR, ōris, m. 3. qui palpat. Translate. *Plaut. Men.* 2. 1. 35. Sycophantæ et palpatores plurimi in urbe hac habitant. *h. e.* blandi adulatores. *Id. Rud.* 1. 2. 38. Malus, perjurus, palpator.

PALPĀTUS, a, um. *V.* PALPO.

PALPĔBRA, æ, *et sæpius*

PALPĔBRÆ, ārum, f. plur. 1. *Charis.* 1. *p.* 81. *Putsch.* tradit, *Varronem* dixisse *palpetræ*: quosdam vero ita distinguere, ut *palpetræ* genas, *palpebræ* ipsos pilos significent. Sed hæc nugæ videntur. — Et *palpebrum, i*, n. 2. *Non. p.* 218. 19. *Merc.* suo tempore dictum esse testatur. Hinc *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *ante med.* Palpebrum superius paralysi vitiatum laxius fit. Item inferius palpebrum intrinsecus flectitur. Quod est utrique palpebrorum vitio commune. *Dracont.* 3. *Hexæm.* 619. Et palpebra tegunt luces, mundantque fenestras. *V.* FENESTRA. — Ratione habita etymi, *Lactant. loc. cit.* sub I. ducit a *palpitando*, quia leviter et crebro moventur: alii a *palpando*, quia leviter et blande tangunt oculos: alii a Græca voce *βλέφαρα*. V. *Voss.* — Ceterum *palpebræ* sunt tunicæ, seu tegumenta oculorum, quæ et *genæ* dicuntur, *βλέφαρα* (It. *palpebre*; Fr. *paupière*; Hisp. *parpcdo*; Germ. *das Augenlid*; Angl. *the eye-lids*).

I.) Proprie. — *a*) In plurali num. *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 142. Palpebræ, quæ sunt tegumenta oculorum, mollissimæ tactu, ne læderent aciem, aptissime factæ, et ad claudendas pupulas, ne quid incideret, et ad aperiendas: idque providit, ut identidem fieri posset cum maxima celeritate. Munitæque sunt palpebræ tamquam vallo pilorum etc. *Id. Pis.* 19. 43. Regulum, resectis palpebris, vigilando necaverunt. *Pallad.* 4. *R. R.* 14. Si asinus discolores pilos in palpebris, aut auribus geret. Adde *Lucret.* 4. 952.; *Tuberon.* apud *Gell.* 6. 4.; *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 24. (49). et 32. *ibid.* 7. 24. (75).; et *Lactant. Opif. D.* 10. — *b*) In sing. num. *Cels.* 5. 26. *n.* 23. Si discissa auris ima est, vel palpebra, vel labrum.

II.) Translate. Per synecdochen sunt ipsi pili in extremis palpebris nascentes. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 56. (154). Palpebræ in genis homini utrimque. *Id.* 25. *ibid.* 13. 99. (156). Capnos evulsas palpebras renasci prohibet.

PALPĔBRĀLIS, e, adject. ad palpebras pertineus, ut Palpebrales setæ, *Prudent. Hamartig.* 880.

PALPĔBRĀRIS, e, adject. palpebralis. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 2. *sub fin.* Collyria palpebraria.

PALPĔBRĀTĬO, ōnis, f. 3. palpebrarum motus. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 3. Sine ulla palpebratione. Adde *eumd.* 1. *Tard.* 5.

PALPĔBRO, as, are, n. 1. Part. *Palpebrans.* — Palpebro est idem ac palpebras frequenter moveo. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 10. Palpebrant ægrotantes. *Id.* 1. *Acut.* 2. Visus attentus, vel frequenter palpebrans.

PALPĔBRUM. *V.* PALPEBRÆ sub init.

PALPĪTĀTĬO, ōnis, f. 3. *palpitazione*, παλμός, frequens et continuus motus cordis, item partium singularum corporis animalis. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 5. 18. (49). Imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti. *et ibid.* 10. 46. (132). Palpitatio oculorum. *Id.* 11. *ibid.* 4. 3. (10). Insectis divulsis præcipua vivacitas et partium singularum palpitatio.

PALPĪTĀTUS, us, m. 4. palpitatio. In Ablat. sing. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 30. 48. (90). Imposito lapillo extra corpus, ne palpitatu ejiciatur.

PALPĪTO, as, āvi, ātum, are, n. 1. Part. *Palpitans* I. et II. — Palpitare, quod plerique a v. *palpo* ducunt, est leviter ac frequenter moveri, et præcipue de corde dicitur, *πάλλομαι* (It. *palpitare*; Fr. *s'agiter, remuer, battre, palpiter*; Hisp. *agitarse, menearse à una parte y otra, palpitar*; Germ. *sich oft, schnell oder rasch bewegen, zappeln, zukken, zittern, klopfen*; Angl. *to throb, pant, beat quick, palpitate*).

I.) Proprie. — *a*) Universim. *Cic* 2. *Nat. D.* 9. 24. Quum cor animantis alicujus evulsum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 49. (134). Cerebrum uni homini in infantia palpitat. *Id.* 9. *ibid.* 57. 83. (177). Pisces qui ad pabula petenda palpitant exiguis branchiis. *Id.* 10. *ibid.* 53. 74. (148). In ovo gutta sanguinis salit palpitatque. *Ovid.* 6. *Met.* 559. *de lingua recisa.* Utque salire solet mutilatæ cauda colubræ, Palpitat. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 65. (173). *de ranis.* Palpitante lingua ululatus elicitur. *Scribon. Compos.* 194. Toxicum potum cogit exululare, et palpitare lingua similiter decollatorum capitibus. *Apul.* 1. *Met.* Ut grabatulus etiam succussus et inquietus super dorsum meum palpitando saltaret. — *b*) Speciatim de moribundis ex vulnere. *Sueton. Tib.* 61. Citati ad causam dicendam partim se domi vulneraverunt-; partim in media curia venenum hauserunt; et tamen, colligatis vulneribus, ac semianimes palpitantesque, in carcerem rapti. *Ovid.* 5. *Met.* 40. Qui postquam cecidit ferrumque ex osse revulsum est, Palpitat, et positas aspergit sanguine mensas. *Est tamen qui aliter legat. Stat.* 8. *Theb.* 439. jam palpitat arvis Phædimus. *et* 9. *ibid.* 756. hic sævi miser inter funera belli Palpitat, et mortem sociusque hostesque precatur. Sic de victima *Calpurn.* 2. *Ecl.* 62. Sæpe vaporato mihi cæspite palpitat agnus. — Et cum Accusativo. *Dracont. carm.* 5. 281. moriens tremebundos palpitat artus. — *c*) Sensu obscæno. *Juvenal.* 3. 132. alter enim, quantum in legione tribuni Accipient, donat Calvinæ, vel Catienæ, Ut semel atque iterum super illam palpitet. *V.* SINGULTIO. — *d*) De inanimis. *Stat.* 12. *Theb.* 70. his arduus ignis Palpitat. *h. e.* tot rebus cremandis impositis laborat et leniter movetur.

II.) Translate. *Petron. Satyr.* 10. Animum palpitantem percussit.

PALPO, as, āvi, ātum, are, n. 1. *et* Palpor, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Palpans, Palpatus* et *Palpandus* I. — Palpare (quod nonnulli volunt esse a Θάλπω *foveo*) est leviter et blande tangere, contrectare, *ψηλαφάω* (It. *palpare, accarezzare toccando*; Fr. *palper, tâter, toucher, caresser, flatter avec la main*; Hisp. *palpar, tocar, halagar, acariciar*; Germ. *streicheln, sanft berühren*; Angl. *to touch softly, feel gently, stroke, to caress, soothe*).

I.) Proprie. *Ovid.* 2. *Met.* 866. modo pectora præbet Virgineæ palpanda manu. *Al. leg.* plaudenda. *Manil.* 5. 702. Et palpare lupos, pantheris ludere captis. *Ulp. Dig.* 9. 1. 1. Si quum equum permulsit quis, vel palpatus est, calce eum percusserit. *Seneca* 3. *Ira* 8. *sub fin.* Nihil asperum tetrumque palpanti est. *a chi tocca leggermente. Prudent.* 11. *περὶ στεφ.* 89. duo cogunt animalia freni ignara, insueto subdere colla jugo, Non stabulis, blandive manu palpata magistri.

II.) Translate est blandiri, adulari, *accarezzare, adulare, lusingare*; et occurrit — *a*) Absolute. *Plaut. Merc.* 1. 2. 57. Hoc sis vide, ut palpatur! nullus, quum occepit, blandior. *Lucilius* apud *Non. p.* 472. 6. *Merc.* Hic me ubi videt, subblanditur, palpatur, caput scabit. *Cic.* 9. *Att.* 9. Palpaboque, ecquonam modo possim voluntate ejus, nullam reipublicæ partem attingere. *h. e.* blandiendo tentabo. — *b*) Cum Dativo. *Plaut. Amph.* 1. 3. 9. Observatote, ut blande mulieri palpabitur. *Pollio* apud *Cic.* 10. *Fam.* 33. Sed scribenti ad me ejusmodi litteras palparer necesse erat, si vellem commeatus per provinciam ejus iter faciens habere. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 18. nisi dextro tempore, Flacci Verba per at-

tentam non ibunt Cæsaris aurem: Cui male si palpere, recalcitrat. — *c)* Cum Accusativo. *Juvenal.* 1. 35. quem Massa timet, quem munere palpat Carus. *Ipsi.* 5. *Met.* Tunc illæ palpare Veneris iram sævientem sic adortæ.

PALPO, ōnis, m. 3. palpator, adulator. *Pers.* 5. 176. Jus habet ille sui palpo, quem ducit hiantem Cretata ambitio? *h. e.* an liber est et sui juris adulator ille, quem etc? nam qui honores petit in republica, adulator est populi. *Casaubon.* Sunt qui putant, *palpo* esse ablativum, ut sit sensus: ille ne jus sui habet, quem ambitio adulatione, blanditiis et spe oblata honorem ducit, trahit, agitat?

PALPUM *vel* Palpus, i, m. vel n. 2. *adulazione, carezze,* blanda contrectatio, adulatio. *Plaut. Amph.* 1. 3. 28. Timidam palpo percutit. *V.* alium loc. in OBTRUDO.

PĂLŪDĀMENTUM, i, n. 2. Si *Festo p.* 253. 2. *Müll.* est fides, significat omne militare ornamentum. Hinc in libris auguralibus *paludati* sunt armati, ornati, ut ait *Veranius* apud *Fest.* Sic *Lucilius* apud *Non. p.* 553. 1. *Merc.* Pone paludatus stabat rorariu' velox. Est tamen qui leg. *paludatum*, h. *e.* imperatorem. Ceterum

I.) Proprie. ¶ 1. Raro admodum sumitur pro veste militari, quæ super tunicam et armaturam induitur, aperta et ad dexterum humerum constricta: eadem fere quæ sagum et chlamys (*V.* paragr. proxime seq. in fin. et CHLAMYS) *sopravveste, paludamento, clamide,* χλαμύς. *Liv.* 1. 26. Cognito super humeros fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat. ¶ 2. Sæpius vero dicitur de veste militari imperatorum et ductorum exercitus: *sagum* enim in universum appellabatur vestis militaris, sed imperatoris proprium erat paludamentum (*V. Nieupoort. de Rit. Rom.* 6. 1. 3.; *Lips. de Milit. Rom.* 2. 12.; *Nitsch. Antiqu. Rom. vol.* 1. *p.* 361. edit. III.; et *Gronov.* et *Duker* ad *Liv.* 41. 10.). *Varro* 7. *L. L.* 37. *Müll.* Paludamenta sunt insignia atque ornamenta militaria. Ideo ad bellum quum exit imperator ac lictores mutant vestem et signa incinuerunt, paludatus dicitur proficisci. Quæ propterea quod conspiciuntur qui ea habent, ac fiunt palam, paludamenta dicta. Hæc *Varro*, cujus etymologiam *Voss.* minime probat, et ex Hebræo petendam putat. *Apul. de Mag.* Hoc Diogeni pera et baculus, quod regibus diadema, imperatoribus paludamentum, pontificibus galerum, lituus auguribus. *Liv.* 9. 5. *sub fin.* Tum a consulibus abire lictores jussi, paludamentaque detracta. *Id.* 25. 16. *ad fin. de Graccho propræt.* Paludamento circum lævum brachium intorto (nam ne scuta quidem secum extulerant) in hostes impetum fecit. *Sall.* apud *Non. p.* 538. 32. *Merc.* Et eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo sanguine suorum defensum, postquam ex sarcinis paludamenta ostentari et delectæ cohortes intelligi cœpere etc. *Kritz.* ita legit. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 2. 3. (3). Coccum imperatoriis dicatum paludamentis. *Val. Max.* 1. 6. *n.* 11. M. Crassus ducturus erat adversus Parthos exercitum: ei pullum traditum est paludamentum, quum in prœlium exeuntibus album, aut purpureum dari soleret. *Aurel. Vict. Epit.* 3. *extr.* Indutus aureo paludamento. — Agrippinam Neronis matrem, aureo paludamento indutam, spectasse naumachiam Claudii principis, narrat *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 19. (63)., ubi *Dio l.* 60. *c.* 33. habet χλαμύδι διαχρύσῳ, et *Tac.* 12. *Ann.* 56. chlamyde aurata.

II.) Translate. *Plin. Paneg.* 56. Consulatus gestus juxta barbaras gentes, ut illi solebant, quibus erat moris paludamento mutare prætextam. *h. e.* magistratu urbano ad regendos exercitus transire. *Sall. fragm.* apud *Isid.* 19. *Orig.* 24. 9., *Vet. Scholiast. Juvenal.* 6. 400. et *Servium* ad *Virg.* 1. *G.* 8. Togam paludamento mutavit. *h. e.* pacem cum bello. *metonymia.*

PĂLŪDĀTUS, a, um, adject. χλαμυδωτός, paludamento, seu chlamyde indutus. Nam paludamentum nomen est genericum vestium militarium superiorum. *V.* vocem præced. ¶ 1. Raro de militibus. *Liv.* 41. 10. et 45. 39. *paludatos* lictores memorat, qui tamen sagati in exercitu apparere solebant: sed utrobique alii aliter leg. et quidem rectius; *V. Drakenborg.* ad *locc. citt. Sidon.* vero *paludatos* pro militibus posuit, 5. *Ep.* 7. Ili sunt, qui invident tunicatis otia, stipendia paludatis. ¶ 2. Sæpius dicitur de imperatoribus, qui in expeditionem exeuntes togam, aut prætextam mutabant paludamento, quæ eorum propria vestis militaris erat. *V.* vocem præced. 2. *Cic.* 15. *Fam.* 17. Pansa noster paludatus a. d. tert. Cal. Jan. profectus est. *Cæs.* 1. *B. C.* 6. Neque exspectant, ut paludati, votis nuncupatis, exeant consules. (*V. Liv.* 42. 49. et 31. 14.; et *Cic.* 7. *Verr.* 13. (34). *Sueton. Claud.* 24. *a med.* Edidit in Martio campo expugnationem direptionemque oppidi, præseditque paludatus. *Id. Galb.* 11. Iter ingressus est paludatus. *Juvenal.* 6. 399. Cumque paludatis ducibus, præsente marito, Ipsa loqui recta facie. — Poetice. *Claudian. VI. Cons. Honor.* 596. Jure paludatæ jam curia militat aulæ. *h. e.* imperatoris. ¶ 3. Extra rem militarem. *Festus p.* 329. 18. *Müll.* Salias virgines Cincius ait esse conducticias, quæ ad Salios adhibebantur cum apicibus paludatæ.

PĂLŪDESTER, tris, tre, adject. paluster. *Cassiod.* 2. *Variar.* 32. Paludestris illuvies. *et ibid. paulto ante.* Paludestre mare.

PĂLŪDĬCŎLA, æ, comm. gen. 1. qui ad paludem incolit, ut Paludicolæ Sicambri. *Sidon.* 1. *Ep.* 1. *ad fin.* Paludicola Ravenna, *Id.* 7. *Ep.* 17. *in carm.*

PĂLŪDĬFER, fĕra, fĕrum, adject. paludem faciens. *Auct. carm. de Philom.* 42. Inque paludiferis butio bubit aquis.

PĂLŪDĬGĔNA, æ, comm. gen. 1. in palude genitus. *Vet. Epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 462. *Burmann.* Lenta paludigenam vestivit cera papyrum. *scil.* papyrus in paludibus circa Nilum nasci solet.

PĂLŪDĬVĂGUS, a, um, adject. qui per paludes vagatur. *Avien. Perieg.* 312. Mœsta paludivagos Germania flevit alumnos.

PĂLŪDŌSUS, a, um, adject. *paludoso,* ἑλώδης, paludem habens. *Ovid.* 15. *Met.* 268. Eque paludosi fecunda licentia Nili. *Sil. It.* 8. 602. Lenta paludosæ proscindunt stagna Ravennæ.

PĂLŪDUS, a, um, adject. paludatus. *Ennius* apud *Varron* 7. *L. L.* 37. *Müll.* Corpore Tartarino prognata Paluda virago. *h. e.* Pallas militari habitu; Ἀγήοχος, ex Varronis mente, ut *Müllerus* adnotat. *Turneb.* mallet legere *palude;* nam Pallas ad Tritonidem paludem nata est. Cl. *Vahlen., Ennian. poes. reliq. p.* 75., legit *Paluda.* Et sane *Varro* addit *loc. cit.* Paluda a paludamentis.

PĂLUM, i, n. 2. *V.* PALUS, i, init.

PĂLUMBA, æ, f. 1. *V.* PALUMBES.

PĂLUMBĂCEUS *vel*

PĂLUMBĂCĬUS, a, um, adject. ad palumbem pertinens. *Incert. auct. de limit. p.* 259. *Goes.* Sunt termini marmorei in limite, alii virides, alii palumbacii, alii prasini. *h. e.* cinerei coloris, qualis est palumbes.

PĂLUMBĂRĬUS, ii, m. 2. genus quoddam accipitris, qui palumbes interficit. *Gloss. Philox.* Palumbarius, φασσοφόνος. A *φασσα palumbes* et φόνος cædes.

PĂLUMBES, is, m. et f. 3. Dicitur etiam *palumbus, i,* m. *Cato R. R.* 90. Palumbum recentem sic farcito: uti prensus erit, ei fabam coctam tostam dato. *Colum.* 8. *R. R.* 8. 1. Palumbos columbosque cellares pinguissimos facere. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 9. 23. (78). Palumborum pennæ. *Id. ibid.* 7. 20. (60). Palumbus ferus. *Martial.* 13. 67. palumbi torquati. Adde *Scribon. Compos.* 16.; et de loco *Lucilii V.* infra sub I. — Item *palumba, æ,* f. *Cels.* 6. 6. *n.* 39. Sanguine vel columbæ, vel palumbæ, vel hirundinis oculos inungere. *et mox.* Sanguis hirundinis optimus, deinde palumbæ, minus efficax columbæ. — Ceterum *palumbes* et *palumbus* et *palumba* est silvestris columbus in arboribus quibusque nidificans, *colombo selvatico,* φάττα, φάσσα, οἰνάς, φάττος.

I.) Proprie. — *a)* Universim. *Lucilius* apud *Non. p.* 219. 6. *Merc.* macrosque palumbes. *Mercerus* ita leg.; *Forcellinus* vero *palumbos. Varro* 3. *R. R.* 9. 21. Eodem modo palumbes farciunt ac reddunt pingues. *Cic.* in quadam eleg. apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Ecl.* 58. Jam mare Tyrrhenum longe penitusque palumbes Relliquit. *Virg.* 1. *Ecl.* 58. raucæ, tua cura, palumbes. *Id.* 3. *ibid.* 69. aerie palumbes. *Horat.* 3. *Od.* 4. 11. ludo fatizatumque somno Fronde nova (*me*) puerum palumbes Texere. *Id.* 2. *Sat.* 8. 90. tum pectore adusto Vidimus et merulas poni et sine clune palumbes. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 35. 52. (106). Vivere palumbes ad XXX. annum, aliquas et ad XL. habemus auctores. — *b) Palumbem alicui ad aream adducere,* proverb. quod significat offerre alicui occasionem rei gerendæ. Nam palumbes capiuntur area frumento strata. *Plaut. Pers.* 3. 3. 63. Nos tibi palumbem ad aream usque adduximus. — *c)* Palumbes est etiam Italice *palomba di mare. Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 41. (78). In agrum Volaterranum palumbium vis e mari quotannis advolat. — *d)* De Palumbo quodam gladiatore, de quo frigidum jocum Claudii narrat *Sueton. Claud.* 21. *V.* in POSTULO.

II.) Translate. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 17. Duæ unum expetitis palumbem. *h. e.* amatorem. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĂLUMBĪNUS, a, um, adject. *di colombo selvatico,* qui est e palumbe. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 12. 36. (110). Palumbina caro. *et ibid.* 8. 21. (67). Palumbinum limum. *Lamprid. Alex. Sev.* 13. ovum. Adde *Marcell. Empir. c.* 8. *sect.* 6. *p.* 97. et *c.* 35. *p.* 137. *retro* ed. *Ald.*

PĂLUMBŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* palumba, parva palumba. *Onomast. Lat. Gr.* Palumbula, φάττιον.

PĂLUMBŬLUS, i, m. 2. deminut. parvus palumbus, et adhibetur in blanditiis. *Apul.* 10. *Met.* Teneo te meum palumbulum, meum passerem. Adde *eumd.* 8. *ibid.* de cinædis.

PĂLUMBUS, i, m. 2. *V.* PALUMBES init

PĂLUS, i, m. 2. *Palum* neutr. gen. *Varro* apud *Non. p.* 219. 18. *Merc.* Quid? tu non vides, in vineis, quod tria pala habeant, tripales dici? — *Palus* (quod contractum ex *paxillus* a *pago* plerique volunt, alii vero a Gr. πάσσαλος derivant) est sudes, lignum acutum, quod solet in terram defigi ad fulcienda ædificiorum fundamenta, aut castra munienda, aut claudendos hortos, aut sustinendas vites, aut similes usus, σκόλοψ (It. *palo;* Fr. *poteau;* Hisp. *poste, visa;* Germ. *der Pfahl;* Angl. *a stake, post, pole, prop, stay, pale, a peg or pin*).

I.) Proprie. — *a)* Universim. *Tibull.* 1. 8. 33. Hic docuit teneram palis adjungere vitem. *Cic.* 7. *Verr.* 5. 11. Homines sceleris damnati, ad supplicium traditi, ad palum alligati, repente multis inspectantibus soluti sunt. *Ovid.* 1. *Fast.* 665. Rusticus emeritum palo suspendat aratrum. *Vitruv.* 5. 12. Si mollis locus erit, palis ustulatis alneis, aut oleagineis, aut robusteis conjugatur. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 90. Palos et ridicas dolare. *et ibid.* 12. Palos decem, ridicas quinque conficere. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 63. (233). præpararc. *C. Gracchus* apud *Gell.* 10. 3. destituere. *piantare.* et *Plaut. Mil. glor.* 4. 4. 4. figere in parietem. — Fuit inter exercitia militaria, quæ *palaria* dicebantur, quum defixo in terram palo, eum sudibus eminus, et cominus gladiis ligneis feriebant, latera, vel pedes, aut caput hostis petere condiscentes. Hinc *Juvenal.* 6. 246. aut quis non vidit vulnera pali? Quem cavat assiduis sudibus, scutoque lacessit, Atque omnes implet numeros. Adde *Veget.* 1. *Milit.* 11. et 2. *ibid.* 23. — *c)* In illo *Plaut. Men.* 2. 3. 53. Quasi supellex pellionis, palus palo proximus est: sermo est de navi, in cujus costis tam crebri sunt pali affixi, quam in officina pellionis, in qua ad extendendas et poliendas pelles pali multi infixi sunt.

II.) Translate. ¶ 1. Ducta metaphora a militaribus exercitiis *Seneca Ep* 18. Exerceamur ad palum: et ne imparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. ¶ 2. *Palus primus,* et conjunctim *palusprimus,* qui a *Dion. l.* 72. *c.* 19. ξύφος ξύλινος, et a *Capitolin. Pertin.*

8. machæra Herculanea appellatur, fuit ensis ligneus gladiatorius secutorum proprius. Hinc princeps secutorum *primus palus* appellabatur. *Lamprid. Commod.* 15. Appellatus est inter cetera triumphalia nomina etiam sexcenties vicies palus primus secutorum. Hinc *Dion. l.* 72. *c.* 22. *de Commodo.* Πρωτόπαλος σεκουτόρων, ἀριστερὸς μόνος νικήσας δωδεκάκις χιλίους. *Inscript.* mendosa apud *Murat.* 617. 1., emendata apud *Marin. Frat. Arv. p.* 694. VRBICO SECVTORI PRIMO PALO NATIONE FLORENTIN. QVI PVGNAVIT XIII. etc. *Alia* apud *Henzen.* 7419. C. D. M. PEREGRINO MVRMILLONI PRISCA COIVX PRIMO PALO BENE *merenti.* Sic *primum palum* interpretantur *Caj. Marinius Frat. Arv. p.* 694., quem secuti sunt *Labusius* ad *Inscript.* apud *Orell.* 2572., *Cavedonius* in *Bullettin. Archeol. a.* 1846. *p.* 189., cl. *Henzen.* in *Actis Acad. pont. archeol. Rom. p.* 37. et ipse *Jos. Furlanetto;* qui tamen, postquam superiora Lexico addiderat, in *I.ª Appendice* eadem retractanda esse statuit secutus sententiam *Reimari* ad *Dion. loc. cit. not.* 149.; hac autem sententia *palus primus* idem denotat, quod apud *Lamprid. Alex. Sev.* 27. *palæstes primus,* h. e. præcipuus. Qua significatione *palus* primam syllabam correptam haberet, ut *palæstes* et *palæstrita.* ¶ 3. *Palus* est etiam mentula. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 5. Obscænoque ruber porrectus ab inguine palus.

PĂLUS, ūdis, f. 3. Priorem habet correptam, posteriorem fere semper producit. *Virg.* 4. *G.* 479. Cocyti, tardaque palus inamabilis unda. Adde *Ovid.* 2. *Met.* 46. Invenitur tamen etiam cum ultima correpta. *Horat. Art. P.* 65. Sterilisque diu palus aptaque remis. *Bentlej.* quamvis fateatur, ita legi etiam a *Servio* (ad *Virg.* 2. *Æn.* 69. et 6. *ibid.* 107.), *Prisciano* (6. *p.* 718. *Putsch.*) et aliis, et ita in omnibus codicib. reperiri, contendit tamen legendum *sterilisve palus prius aptaque remis.* Alii legunt *sterilisque palus, pulsataque remis.* — In Genit. plur. *paludum* habet et *paludium. Cæs.* 4. *B. G.* 38. Propter siccitates paludum. *Justin.* 44. 1. 10. Aeris spiritus nulla paludium gravi nebula inficitur. Adde *Liv.* 21. 54., ubi al. leg. *paludum,* al. *paludium.* — *Palus* est aqua stagnans, quæ æstate plerumque siccatur; in quo differt a lacu, qui perpetuam habet aquam, λίμνη (It. *palude*: Fr. *marais, marécage, étang*; Hisp. *marjal, pantano, cenagal, estanque*; Germ. *der Pfuhl, Sumpf, Pfütze*: Angl. *a marsh, morass, bog, fen, swamp, pool, lake*).

I.) Proprie. *Cic.* 5. *Phil.* 3. 7. Ille paludes siccare voluit. *Id.* 2. *leg. Agr.* 27. 71. Arenam aliquam, aut paludes emere. *Cæs.* 2. *B. G.* 16. Quo propter paludes exercitui aditus non esset. *Horat.* 3. *Od.* 27. 9. stantes paludes. *Virg.* 3. *G.* 432. Postquam exusta palus, terræque ardore dehiscunt, etc. *Ovid.* 15. *Met.* 269. Quæque sitim tulerant, stagnata paludibus hument. *Sil. It.* 8. 380. nebulosa palus. — Poetice *Virg.* 6. *Æn.* 413. Gemuit sub pondere cymba Sutilis et multam accepit rimosa paludem. *h. e.* aquam.

II.) Translate. Metonymice est panicula, pappus seu lanugo ulvæ, qua utebantur Romani pro tomento. *Martial.* 14. 160. Tomentum concisa palus Circense vocatur. Hæc pro Lingonico stramina pauper emit. *Id.* 11. 32. de bibula sarta palude teges.

PALUSCA Ficus inter genera ficorum recensetur a *Cloatio* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 16. an *Falisca*? an *Libysca*? an *marisca*?

PĂLUSTER, stris, stre, adject. De Nominativo *paluster* V. *Charis.* 1. *p.* 63. et *Priscian.* 4. *p.* 628. *Putsch.* — Dicitur *palustris* etiam in recto masculino. *Colum.* 8. *R. R.* 14. 2. Palustris quoque, sed herbidus ager destinetur. — Paluster est ad paludem pertinens, paludosus, ἕλειος, *palustre, paludoso.*

I.) Proprie. *Liv.* 36. 22. *ad fin.* Ager Heracleensis paluster omnis, et frequens arboribus. *Id.* 22. 2. Nocturno humore, palustrique cælo gravante caput. *Vitruv.* 3. 3. Locus congesticius, aut paluster. *Colum.* 1. *R. R.* 5. 3. Deterrima aqua palustris. *Virg.* 3. *G.* 175. salicum frondes, ulvamque palustrem. *Ovid.* 8. *Met.* 625. Nunc celebres mergis fulicisque palustribus undæ. — Hinc *palustria, ium,* absolute. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 16. 19. (110). Saporem salicum redolent Patavinorum in palustribus vindemiæ.

II.) Translate. *Pers.* 5. 60. Tum crassos transisse dies, lucemque palustrem, Ingemuere. *h. e.* vitam in cœno vitiorum actam. — Hinc

Palustria, ium, n. plur. 3. absolūte, substantivorum more. *V.* I. in fin.

PAMMĂCHĂRĬUS, ii, m. 2. qui pammachio certat. *Auct.* incert., qui sub Constantio Imp. vixit, in *Orb. descript.* ab *A. Maio* editus in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 396. Laodicia mittit aliis civitatibus agitatores optimos, Tyrus et Berytus mimarios, Cæsarea pantomimos, Heliopolis choraulas, Gaza paumacharios (*lege* pammacharios), Ascalon athletas, luctatores etc. Cod. *Jureti* Græcus habet ἀκροαματικούς, Latinus *pammacharios.*

PAMMĂCHIUM, i, n. 2. παμμάχιον (a πᾶς *omnis* et *μάχη pugna*), certamen gymnicum idem ac pancratium, quod constabat ex lucta et pugilatu simplici, qui nudis, non armatis pugnis agebatur, ut apparet ex *Ambros. Enarrat. in Psalm.* XXXVI. *de pancratiastis.* Alii qui eædem, et pulveris jactum membrorum nexibus miscent, omni sibi verberandi jure permisso, quos παμμάχους vocant, eo quod omnis litis et pugnæ adversus se habent potestatem. *Hygin. fab.* 273. Fecit Hercules Olympiæ (*ludos*) gymnicos Pelopi Tantali filio, in quibus contendit pammachum, quod nos pancratium vocamus, cum Achæreo. *Alii leg.* pammacho. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 100. *n.* 226., quæ est apud *Orell.* 2588. VALENTINIAN. VALENS ET GRATIANVS SEMP. AVGG. FILVMENVM IN OMNI ATHLETICO CERTAMINE AB ORIENTE AD OCCIDENTE. VSQ. VICTOREM PAMMACHO LVCTA PANCRATIO CESTIBVSQ. ID EST PVCME LOCATIONE STATVAE IN ATHLETARVM CVRIA AETERNITATIS GLORIA DIGNVM ESSE IVDICARVNT. Pertinet hæc ad finem quarti a Chr. n. sæculi. Utrobique sunt qui legendum putant *pammachio,* est enim a Græca voce παμμάχιον. Animadvertendum porro est, ex hac inscriptione videri *pammachium* aliud fuisse a pancratio, quum utriusque hic fiat mentio; verum unum idemque fuisse apparet tum ex *Pollux. Onom. l.* 3. *c.* 30. *n.* 150., tum ex aliis auctorum locis allatis a *Fabro Agonist. l.* 1. *c.* 9. 11. *et* 30.

PAMPĪNĀCEUS. *V.* CAMPANICUS.

PAMPĪNĀRĬUS, a, um, adject. *pampanajo, pampinario,* οἰνάρεος, ad pampinum pertinens. *Colum.* 5. *R. R.* 6. 29. Palmitum duo genera sunt: alterum, quod, quia primo anno plerumque frondem sine fructu affert, pampinarium vocant: alterum, quod ex anniculo palmite procreatur; quod, quia protinus creat, fructuarium appellant. (Adde *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. 181). Sic 3. *ibid.* 10. 15. Pampinarium sarmentum. *et* 4. *ibid.* 24. 11. Pampinariæ materiæ. — Absolute *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (157). Serere e pampinariis sterile est, nec nisi fecundo oportet.

PAMPĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. *spampanazione,* βλαστολογία, actus pampinandi, detractio pampinorum et nepotum, quæ manu et sine ferro fit, quum vitis frondere cœpit. *Colum.* 4. *R. R.* 6. 1. Ut frequenti pampinatione supervacua detrahantur. *et* 7. 1. Omnis pampinationis est tempestivitas, dum adeo teneri palmites sunt, ut levi tactu digiti decutiantur. *et* 28. 1. Tempus pampinationis, antequam florem vitis ostendat, maxime est eligendum; sed et postea licet eamdem repetere. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 1. 1. (7). Unde et pampinatio inventa primo Stoloni dedit nomen. *h. e.* L. Licinio Stoloni. Adde *eumd. ibid.* 22. 35. (193).

PAMPĪNĀTOR, ōris, m. 3. *spampanatore,* βλαστολόγος, qui pampinat. *Colum.* 4. *R. R.* 10. 2. Vites nepotibus, quos pampinator in superiore parte omiserat, liberare. *et* 27. 5. Pampinator industrius. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 5. 13.

PAMPĪNĀTUS, a, um, particip. *V.* PAMPINO.

PAMPĪNĀTUS, a, um, adject. pampinos habens.

I.) Proprie. *Gallien.* in *ep.* apud *Trebell. Claud.* 17. Lanceam argenteam pampinatam librarum triginta. *h. e.* pampinis cælatis ornatam.

II.) Translate est χληματοειδής, pampini similitudinem habens. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 42. 82. (225). Abies ramentorum crinibus pampinato semper orbe se volvens, ad incitatos runcinarum raptus. *h. e.* instar tortilis pampini, vel capreoli vitium.

PAMPĪNĒUS, a, um, adject. *di pampano,* οἰνάρεος, qui est e pampino, pampinarius: et universim ad vites et vinum pertinens. *Tac.* 11. *Ann.* 4. Pampinea corona. *Virg.* 7. *Ecl.* 58. Liber pampineas invidit collibus umbras. *Id.* 2. *G.* 5. tibi pampineo gravidus autumno Floret ager. *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 13. Nec tibi pampineas auctumnus porrigit uvas. *et ibid.* 8. 13. Non hic pampineis amicitur vitibus ulmus. *Martial.* 10. 93. Pictaque pampineis videris arva jugis. *Propert.* 3. 15. 25. Curvaque Tyrrhenos delphinum corpora nautas In vada pampinea desiluisse rate. *h. e.* pampinis ornata. (V. *Ovid.* 3. *Met. fab.* 9.) *Virg.* 6. *Æn.* 805. pampineis victor juga flectit habenis Liber. *et* 7. *ibid.* 396. Pampineasque gerunt incinctæ pellibus hastas. *h. e.* pampineis frondibus velatas, ut *Ovid.* 3. *Met.* 667. loquitur. *Val. Flacc.* 5. 79. *de Bacch.* Udaque pampinea nectentem cornua vitta. *Propert.* 2. 24. 29. Icare Cecropiis merito jugulate colonis, Pampineus nosti quam sit amarus odor. *h. e.* odor vini. *Calpurn.* 2. *Ecl.* 59. Pampineæ ulmi. *h. e.* quæ pampinos vitesque sustinent.

PAMPĪNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Pampinatus* 1. et 2. — Pampinare, *spampanare,* βλαστολογέω, οἰναρίζω, ¶ 1. Stricto sensu est pampinos decerpere, decutere, h. e., ut ait *Varro* 1. *R. R.* 31. 2., ex sarmento coles, qui nati sunt, de iis, qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare succum. *V.* PAMPINATIO. — *a)* Absolute. *Cato R. R.* 33. Ubi vinea frondere cœperit, pampinato. *Colum.* 5. *R. R.* 5. 14. Pampinandi modus is erit, ut opacis locis humidisque et frigidis æstate vitis nudetur, foliaque palmitibus detrahantur etc. — *b)* Cum Accusativo. *Id. Arbor.* 11. Ante dies decem, quam vinea florere incipit, pampinatam habeto. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 27. 67. (254). Vineam pampinare: et huic lex sua, quum pampini quatuor digitos longitudine expleverint. Pampinat una opera jugerum. ¶ 2. Item universim frondes et ramulos tenellos detrabo. *Colum.* 4. *R. R.* 31. 2. Salix non minus, quam vinea, pampinatur. *Id.* 5. *ibid.* 10. 21. Ut dum teneros ramulos habent, veluti pampinentur. *Id.* 11. *ibid.* 2. 79. Seminaria quæ suo tempore pampinata non sunt, arbusculæque ficorum in seminariis putari debent: quæ tamen melius, dum teneræ sunt, per germinationem pampinantur.

PAMPĪNŌSUS, a, um, adject. *pampinoso,* pampinis et frondibus abundans. *Colum.* 5. *R. R.* 5. 14. Si parum pampinosa vitis est, advectis frondibus, et interdum stramentis, fructus muniatur. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 16. (21). Vitis albæ folia pampinosa ad magnitudinem hederæ.

PAMPĪNUS, i, m. et f. 2. De feminini generis usu *V.* 1. ad fin. — Pampinus est sarmentum, seu coles vitis tenellus, qui quum induruit, *materia* et *palmes* vocatur: fortasse est a πεμπω *mitto,* ita ut *pampinus* proprie sit sarmentum emissum, χλῆμα (It. *pampano, pampino*: Fr. *pampre, rejeton, bourgeon, nouveau jet*; Hisp. *renuevo, vástago, pimpollo, tallo nuevo*; Germ. *die Weinrauk, das Weinlaub*; Angl. *the tender shoot of a vine with its leaves, a vine shoot*)

I.) Proprie. — *a)* De sarmento, seu cole vitis tenello. *Colum.* 4. *R. R.* 22. 4. Ubi unius aut alterius folii pampinus prorepsit e duro, vehementem fundit materiam. *Id.* 3. *ibid.* 18. 4. Ex gemmis pampini pullulant vel steriles, vel certe minus feraces, quos rustici vocant racemarios. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 27. 67. (254). Vineas pampinare, quum pampini quatuor digitos longitudine expleverint. *Id.* 17. *ibid.* 22. 35. (175). Pampinos

detergere. *et ibid.* (193). detrahere. — *b)* Sæpe dicitur de vitium frondibus et foliis. *Cic. Senect.* 15. 53. Uva vestita pampinis. *Virg.* 1. *G.* 448. Heu, male tum mites defendet pampinus uvas: Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 12. Vitis propter pampini densitatem sæpe parum recte defloresci. *Horat.* 4. *Od.* 8. 34. Ornatus viridi tempora pampino Liber. *Claudian. III. cons. Stilich.* 366. matum circumflua vestit Pampinus. *et Epithal. Pallad. et Celer.* 6. crispatur opaca Pampinus. Etiam *Donatus in edit.* 2. *p.* 1747. *Pulsch.* numerat inter ea, quæ masc. et fem. generis sunt. et *Servius* ad *Virg.* 7. *Ecl.* 58. ait, Varronem sæpius in feminino uti.

II.) Improprie est folium pampini convolutum, vel capreolus, seu clavicula, aut huic simile. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 35. 63. (153). Smilax spinosis fruticosa ramis, folio hederaceo, a pediculo emittente pampinos. *Id.* 27. *ibid.* 11. 70. (94). Isopyron aliqui phasiolon vocant, quoniam folium, quod est anisi simile, in phasioli pampinos torquetur. *Id.* 9. *ibid.* 51. 74. (163). Polypi pariunt ova tortili pampino. *h. e.* cirro torto.

PANĂCA, æ, f. 1. genus testæ, seu vasis fictilis potorii, apud *Martial.* 14. 100. *in lemmate.* Quidam affirmant, Panacos esse populos Rhœtiæ, unvibrata de hæc dicta sit.

PĂNĂCĒA, æ, f. 1. *et* panaces, is, n. *et* panax, acis, m. 3. ¶ 1. Est Italice *panacea*, παν̆άκεια, πάνακες et πάναξ, herba, cujus multa genera *Plin.* 25. *Hist. nat.* 4. 11. 12. 13. et 14. recenset, ab inventoribus præcipue nominata, Asclepion, Heraclion, Chironion etc. Est a πᾶν *omne* et ἄκος *medela. Plin. ibid.* 11. (30). Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit. *Virg.* 12. *Æn.* 418. spargitque salubres Ambrosiæ succos et odoriferam panaceam. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 58. (89). Ischiadici sanantur panace poto. *et ibid.* 11. 72. (118). Carbunculos rumpit panaces. *et* 25. *ibid.* 11. 84. (134). Capitis dolori medetur panacis omnium generum radix. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 29. Panax levi et subacta terra rarissime disseritur. ¶ 2. Huc nomine quidam appellant etiam ligustrum silvestre, apud *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 50. (165)., item millefolium panacen heraclion aliqui dicunt, *Id.* 25. *ibid.* 5. 19. (42). ¶ 3. *Panacea* dicta est etiam cunila bubula, efficax contra serpentes, *Plin.* 20. *ibid.* 16. 61. (169).

PĂNĂCĪNUS, a, um, adject. παν̆άκινος, ad panacem pertinens, seu qui ex herba panace fit. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 7. Injiciunt etiam clysterem rutaceum, aut anethinum, aut panacinum. *et mox.* Cerotaria ex oleo Sabino, aut laurino, aut panacino.

PĂNĂCOS Ceras, nempe πάναχος κέρας, *h. e.* panacis cornu vocatur herba Pæonia *Apul. Herb.* 64.

PANARICĬUM, ii, n. 2. *panereccio*, morbus circa ungues digitorum. Vox est barbara, corrupta ex *paronychium. Apul. Herb.* 42. Scyllæ radix pisata cum aceto et pane, imposita panaricium mirifice sanat. *V.* PARONYCHIA.

PĂNĂRĬŎLUM, ii, n. 2. *panieruzzo*, vasculum vimineum, in quo panis servatur: deminut. panarii. *Martial.* 5. 49. Cum panariolis tribus redisti. Intelligit ea, de quib. *Sueton. Cal.* 18. Panaria cum obsonio viritim divisit.

PĂNĂRĬUM, ii, n. 2. Etiam *panarius*, ii, m. 2. legitur in *Inscript.* apud *Romanelli Topogr. Napolit. T.* 3. *p.* 32., quæ est apud *Orell.* 3289. PANARIOS FABRICANDOS CVRAVERVNT. — Panarium, *credenza, panattiera, paniere*, ἀρτοθήκη, locus, et vas, ubi panis servatur, panis repositorium. *Varro* 5. *L. L.* 105. *Müll.* Hinc panarium, ubi id (panis) servabant; sicut granarium, ubi granum frumenti condebant. *Plin.* 1. *Ep.* 6. Proinde quum venabere, licebit auctore me, ut panarium et lagunculam, sic etiam pugillares feras. *Sueton. Cal.* 18. Panaria cum obsonio viritim divisit. *h. e.* canistra panibus referta. *Stat.* 1. *Silv.* 6. 31 Hi panaria, candidasque mappas Subvectant, epulasque lautiores. Al. leg. *pannaria* a *pannus*, quia in congiariis, de quibus *Stat.* loquitur, etiam vestes aliquando distributas legimus. *Inscript.* in *Ann. dell'Instit. archeol. T.* 10. *p.* 226. QVOTVS CORPORIS RELIQVIVS QVOD (*sic pro* quot) SVPERANT SVNT IN HOC PANARIO. Ita vocatur sarcophagum in panarii formam a pistore factum.

PĂNĂRĬUS, ii, m. 2. qui panem vendit. *Gloss. Lat. Gr.* Panarius, ἀρτοπώλης. — Alio sensu *V.* voc. præced. init.

PĂNĂTHĒNĂĬCA, ōrum, n. plur. *V.* PANATHENAICUS.

PĂNĂTHĒNĂĬCON, i, n. 2. παναθηναϊκόν, genus unguenti, quod Athenæ perseveranter obtinuere, inquit *Plin.* 13. *Hist. nat.* 1. 2. (6).

PĂNĂTHĒNĂĬCUS, i, m. 2. *subaudi* liber, est liber Isocratis, sic dictus, quoniam in Panathenæis (sic vocabant festa Palladis quinto quoque anno celebrata ab Atheniensibus) erat recitandus. Continet autem Athenarum encomium, et rerum ab Atheniensibus gestarum. *Cic. Orat.* 12. 38. et *Senect.* 5. 13. Hinc *Auson. Profess.* 1. 13. Sive panegyricos placeat contendere libros, In Panathenaicis tu numerandus eris — Hinc

Panathenaica, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt solemnia, seu festa Palladis, de quibus dictum est supra. *Servius* ad *Virg.* 3. *G.* 113. Varro in libro, qui Mirabilium inscribitur: Erichthonium primum junxisse equos ludis, qui Panathenaica appellantur.

PĂNAX, ăcis. ¶ 1. *V.* in PANACEA. ¶ 2. Est etiam ferula unguentaria quinque cubitorum, foliis primo quaternis, mox senis in terra jacentibus, ampla magnitudine rotundis, in cacumine vero oleagineis, semine in muscariis dependente, ut ferulæ. Excipitur succus inciso caule messibus, radice in autumno. Laudatur candor ejus coacti. Sequens pallido statera; niger color improbatur. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 26. 57. (127).

PANCARPĪNĔUS, a, um, adject. *Varro* apud *Non. p.* 264. 27. *Merc. de hirundine.* Et pullos peperit fritinientes, Quos non lacte novo levata pascat, Sed pancarpineo cibo coacto, Libamenta legens caduca victus. *h. e.* cibo ex fructibus omnis generis arborum: a πᾶς *omnis* et καρπός *fructus.*

PANCARPĬUS *et* pancarpus, a, um, adject. *mescolato di più cose*, παγκάρπιος et πάγκαρπος, ex multis variisque rebus compositus; a πᾶς *omnis* et καρπός *fructus.* Pancarpiæ coronæ, inquit *Paul. Diac. p.* 220. 20. *Müll.*, ex vario genere florum factæ. Hinc *Apul.* 11. *Met.* Individuo nexu corona totis floribus totisque constructa pomis adhærebat. *Tertull. advers. Valentin.* 12. *ad fin.* Iesum cognominant Soterem, et Christum, et Sermonem, et omnia jam, ut ex omnium defloratione constructum, graculum Æsopi. Pandoram Hesiodi, *etc.* Quam propius fuit de Atticis historiis pancarpiam vocari a tam otiosis auctoribus nominum. Respicit *Tertull.* ad ramum oleæ onustum uvis, ficubus aliisque variis fructibus, quem pueri circumferebant Athenis festo quodam die. *Justinian. novell.* 105. *c* 1. πάγκαρπον vocat spectaculi genus, in quo varii generis bestiæ simul inducebantur, et contra eas homines depugnantes. *Augustin. advers. Secundin.* 23. Nomine pancarpi, qui in ludicris muneribus edi solet, propter omnium generum, quæ inerant, bestias, exagitatis Arcam Noe. V. *Salmas.* ad *Capitolin. Gordian.* 33. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PANCHRESTĀRĬUS, ii, m. 2. *pasticciere, confortinaio*, pistor dulciarius; nam veluti παγχρηστος, h. e. omnino utilis, vel omnibus accommodus est dulciarius panis. Ita *Turneb.* interpretatur *l.* 13. *Adversar. c.* 14. ad illud *Arnob.* 2. 38. Fullones, lanarios, phrygiones, coquos, panchristarios. Alii leg. *panchrestarios.* V. vocem seq. init.

PANCHRESTUS, a, um, adject. Est qui mallet *panchristus* et *panchristarius* a παγχριστος, qui ad omnia illinitur, a χρίω *ungo.* Sed præstat scribere *panchrestus* et *panchrestarius*, tum quia ungendi notio minime huc spectat, tum quia prior scriptio est a vulgari pronunciatione; notum quippe est η Græcorum tam in Græcia, quam Romæ vulgus imperitum per litteram *i* extulisse. — Ceterum *panchrestus* est omnino utilis, a πᾶς *omnis* et χρηστός *utilis*, παγχρηστος, *utilissimo.*

I.) Proprie. *Plin.* 36 *Hist. nat.* 20. 38. (146). Hematites Æthiopicus oculorum medicamentis utilissimus, et iis quæ panchresta appellant. *Id.* 23. *ibid.* 7. 71. (136). Fit ex pomo panchrestos stomatice. *Theod. Priscian. l.* 4. *p.* 311. ed. *Ald.* Et (*hoc collyrium*) dicitur panchriston. Facit autem ad multas passiones, et est approbatum. *Salvian.* 6. *Gubern. D.* 16. Quos parvulos morigeros minæ ac ferulæ non efficiunt, interdum panchresta atque blanditiæ ad obedientiam trahunt. Nostrates vulgo dicunt *i bomboni.*

II.) Translate. *Cic.* 5. *Verr.* 65. 152. Quum omnes ejus comites iste sibi suo illo panchresto medicamento amicos reddidisset. *h. e.* pecunia, quæ ad omnia utilis est. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PANCHRŌMOS, i, m. 2. πάγχρωμος, totus coloratus; a πᾶν *omne* et χρῶμα *color.* Ita vocatur herba verbenaca apud *Apul. Herb.* 3.

PANCHRUS, i, m. 2. πάγχρους, gemma fere ex omnibus coloribus constans, inquit *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 66. (178)., a πᾶς *omnis* et χρόα *color.* V. *Isid.* 16. *Orig.* 12. 1.

PANCHRŸSOS, i, m. et f. 2. πάγχρυσος, totus aureus: a πᾶν *omne* et χρυσός *aurum. Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (170). Berenice urbs, quæ Panchrysos cognominata est.

PANCRA, æ, f. 1. *Gloss. Isid.* et *Gloss.* edit. ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 7. *p.* 572. Pancra, rapina. *Hinc fortasse* impancrare, *quam vocem* V. *loco suo.*

PANCRĂTĬĂRĬUS, ii, m. 2. pancratii certator. *Gloss. Lat. Gr.* Παγκρατιάριοι, pancratiarii.

PANCRATIAS, æ, m. 1. legitur a nonnullis apud *Gell.* 13. 27. Esse oportet animo semper prompto atque intento, ut sunt athletarum, qui pancratiæ vocantur. *Sed plerique rectius leg.* pancratiastæ.

PANCRĂTĬASTES, æ, m. 1. παγκρατιαστής, certator et victor pancratii. *Gell.* 3. 15. Diagoras tres filios adolescentes habuit, unum pugilem, alterum pancrastiasten, tertium luctatorem. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (57). Myron fecit Satyrum, Minervam, Delphicos pentathlos, pancratiastas. *Quintil.* 2. 8. 13 Ille exercendi corpora peritus, non, si docendum pancratiasten susceperit, pugno ferire vel calce tantum, aut nexus modo atque in his certos aliquos docebit. *V.* et voc. præced.

PANCRĂTĬCĒ, adverb. robuste, ut Pancratice valere, id est, robustum esse, et firma corporis valetudine, ut solent ii, qui pancratio exercentur. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 14. Bene ne usque valuit? CHRYS. Pancratice, atque athletice. *da Rodomonte.*

PANCRATĬON *vel* pancratium, ii, n. 2. παγκράτιον, gymnicum certamen, quod constabat pugilatu et luctatione; a πᾶν *omne* et κρατος *robur*, quod omnium nervorum viriumque contentione transigeretur. Nam non pugnis modo, sed et calcibus et cubitis utebantur, ut indicat *Quintil.* 2. 8. 13., ubi ait: Sicut ille exercendi corpora peritus, non, si docendum pancratiasten susceperit, pugno ferire, vel calce tantum, aut nexus modo, atque in his certos aliquos docebit: sed omnia, quæ sunt ejus certaminis. *Suidas* quoque pancratiastas esse dicit, οἱ ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶ πυκτομαχοῦσι. *Propert.* 3. 12. 8. Et patitur duro vulnera pancratio. *Seneca* 5. *Benef.* 3. Lacedæmonii vetant suos pancratio, aut cæstu decernere. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (79). Autolycos pancratii victor. *et* 35. *ibid.* 11. 40. (139). Qui pancratii vicit Olympia. *V.* PAMMACHUM.

PANCRATĬON, ii, n. 2. deminut. a παγκράτης ¶ 1. Appellatur herba cichorium propter singularem vim et salubritatem, quasi omnia potens. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 8. 30. (74). ¶ 2. Item scilla pusilla propter eamdem rationem. *Id.* 27. *Hist. nat.* 12. 92. (118).

PANCRĂTĬUS, a, um, adject. ad pœtam Pancratium, ut videtur, pertinens. *Pancratium metrum* apud *Servium* in *Centimetr. p.* 1819. *Pulsch.* est trochaicum, et constat monometro hypercatalecto, ut *Auctor optimus.*

PANCTĬLIS, e, adject. a *pango*, qui plantatur

vel plantatus est. *Servius* ad illud *Virg.* 4. *G.* 130. Hic rarum tamen in dumis olus. *hæc habet.* h. e. panctile.

PANCTĬO, ōnis, f. 3. *piantagione*, actus pangendi, plantatio. *Pallad.* 11. *R. R.* 3. *in lemmate.* De notanda vitium fertilitate, qua providebimus panctioni. Sed hæc *Palladii* verba non sunt.; et profecto in editt. *Gesn.* et *Schneider.* desunt.

PANDĀNA, æ, f. 1. una ex tribus, aut quatuor portis priscæ Romæ ab Romulo conditæ, ita dicta, quod semper pateret, ut *Paul. Diac. p.* 220. 17. *Müll.* docet. *Varro* 5. *L. L.* 42. *Müll.* Saturnia porta, quam Junius scribit ibi, quam nunc vocant Pandanam. Adde *Solin.* 1.

PANDĀTĬO, ōnis, f. 3. actus pandandi, curvatio, curvatura. *Vitruv.* 7. 1. Contignationes humore crescentes, aut siccitate decrescentes, seu pandationibus sidentes, movendo se faciunt vitia pavimentis.

PANDĀTUS, a, um. *V.* PANDO, as.

PANDECTA, æ. *V.* voc. seq. sub init.

PANDECTÆ, ārum, m. plur. 1. De genere non conveniunt grammatici: usus Latinus obtinuit, ut per femininum efferatur: quia tamen apud Græcos masculinum est, alii contra communem usum inclamant. Ceterum non est novum Græca masculina transire apud Latinos in feminina, ut docet *Priscian.* 7. *p.* 753. *Putsch.* ex *Varrone*, ut ὁ κοχλίας *hæc cochlea*, ὁ χάρτης *hæc charta*, etc. At genere masculino utitur *Cassiod. Instit. div. litt.* 5. Tabernaculum templumque quæ picta subtiliter lineamentis propriis in pandecte Latino corporis grandioris competenter optavi. *Id. ibid.* 12. Hunc autem pandecten (*h. e.* syllogen librorum sacrorum) propter coplam lectionis minutiore manu in quaternionibus quinquaginta tribus æstimavimus conscribendum. — In singul. num. est *pandecta*, æ Latina et *pandectes*, æ Græca positione. *Charis.* 2. *p.* 186. Novissime, Tiro in Pandecte non recte ait dici. — Ceterum *pandectæ*, οἱ πανδέκται, volumina, quæ omnia continent, seu in quibus de omnibus rebus disseritur: a πᾶν *omne* et δεκτός, quod a δέχομαι *complector.* Πανδέκτας primus Tullius Tiro Ciceronis libertus libros quosdam suos de variis ac promiscuis quæstionibus inscripsit, tanquam omne rerum atque doctrinarum genus continentes, teste *Gell.* 13. 9. *Plin. præf. Hist. nat.* (23). ponit hanc inscriptionem inter illecebrosas et magna promittentes, propter quas, ut ipse ait, vadimonium deseri possit. — Eodem modo inscripti sunt a *Justiniano* in *epist. ad Senat. et omn. pop.* libri Digestorum, qui ex triginta septem Jurisconsultis sunt coagmentati, quia omnes leges atque jura, et omnes Jurisconsultorum disputationes seu responsa de jure continent, *le Pandette.*

PANDECTER, πανδεκτήρ, titulus est libri quarti *Apicii* de arte coquin., et significat *omnia continens*, eadem origine, qua *Pandecta.*

PANDĒMUS. *V.* in EPIDEMUS.

PANDĬA, æ, f. 1. gemma, in qua unus se fulgor non potest continere, fluctuat aspectibus tremulis, dum lapis teneatur immobilis. Hæc *Cassiod.* 5. *Variar.* 34.

PANDĬCŪLĀRIS dicebatur dies, idem et communicarius, in quo omnibus diis communiter sacrificabatur. *Paul. Diac. p.* 220. 19. *Müll.*

PANDĬCŪLĀTĬO, ōnis, f. 3. brachiorum extensio cum oscitatione. *Onomast. Lat. Gr.* Pandiculatio, σκορδινισμός.

PANDĬCŪLOR, āris, ari, passiv. 1. *protendersi, prostendersi, allungarsi scontorcendo la vita e le braccia, stender le cuoja*, σκορδινάομαι. *Paul. Diac. p.* 220. 18. *Müll.* Pandiculari dicuntur, qui toto corpore oscitantes extenduntur: eo quod pandi fiunt. *Plaut. Men.* 5. 2. 80. Ut pandiculans oscitatur!

PANDIUM, ii, n. 2. πανδῖον, sacrum quoddam Athenïensium, Jovialia, in honorem Jovis: a πᾶς *omnis* et Ζεύς, Διὸς *Juppiter.* Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 474. Pandium, Panathenæum. *Perperam hic legitur* Pantadium, Pantathenæum.

PANDO, as, āvi, ātum, are, 1. *Capell.* 3. *p.* 91. Sunt alia, quæ una verbi positione duas conjugationes teneant, ut *pando, mando*; faciunt enim *pandas* et *pandis, mandas* et *mandis.* — Part. *Pandans* sub *c.*; *Pandatus* sub *b.* — Pandare est curvare, inflectere, pandum facere, *piegare, incurvare*, κυρτόω. — *a*) Active. *Quintil.* 11. 3. 122. Pectus ac venter ne projiciantur, observantur: pandant enim posteriora, et odiosa est omnis supinitas. — *b*) Passive. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 10. 10. (21). *de apib.* Quæ flores comportant, prioribus pedibus femina onerant: totæque onustæ remeant sarcina pandatæ. *Quintil.* 11. 3. 100. Sunt et illi breves gestus, quum manus leviter pandata, qualis voventium est, parvis intervallis, et subassentientibus humeris movetur. *V.* adnotat. *Buttmanni* ibid.; et *Annal. dell'Instit. archeol. a.* 1845. *p.* 236. *not.* 1. — *Pandari* speciatim dicuntur arbores, tigna, quum flectuntur et oneri cedunt. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 23. (66). *de cucumerib.* Desecti quoque ad aquas modice distantes adrepunt: aut si quid obstet, versi pandantur curvanturque. *At* Sillig. *leg.* ac, si quid obstet vel si pendeant, curvantur. *Id.* 16. *ibid.* 42. 81. (223). Cetera omnia inferiora pandantur, palma ex contrario fornicatim. Adde *eumd. ibid.* 39. 74. (219). et *ibid.* 40. 79. (219). *Colum.* 4. *R. R.* 16. 4. Firmiora juga sunt alliganda, ut rigorem habeant, nec pandentur onere fructuum. Similiter — *c*) Neutrorum more. *Vitruv.* 2. 9. *circa med.* Ulmus et fraxinus celeriter pandant. *Id.* 6. 11. Limina et trabes structuris quum sint onerate, medio spatio pandantes frangunt sua lysi structuras.

PANDO, pandis, pandi, pansum et passum, pandere, a. 3. Præteritum *pandi* agnoscitur a *Priscian.* 10. *p.* 891. *Putsch.* — Part. *Pandens* II. 1.; *Pansus* et *Passus* in fin.; *Pandendus* I. — Ratione habita etymi, Varro, inquit *Non. p.* 44. 3. *Merc.*, lib. de vita populi Romani existimat ea causa dici, quod qui ope indigerent et ad asylum Cereris confugissent, panis daretur. Pandere ergo quasi panem dare, quod numquam fanum talibus clauderetur. Sed hæ nugæ videntur. Ceterum pandere est expandere, explicare, patefacere, πετάννυμι (It. *allargare, disviluppare, sciorinare, spiegare*; Fr. *étendre, tendre, déployer, développer, dérouler, étaler, écarquiller*; Hisp. *extender, tender, desplegar, desarrollar*; Germ. *auseinander-breiten, ausbreiten, auspannen, ausspreizen*; Angl. *to stretch, stretch or spread out, extend, expand, unfold*).

I.) Proprie. — *a*) Universim. *Lucret.* 5. 1200. Nec procumbere humi prostratum et pandere palmas Ante deûm delubra. Cf. *Virg.* 6. *Æn.* 282. ulmus brachia pandit. *Cic.* 4. *Tusc.* 5. 9. Pandere vela. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 9. (30). Locum pandendis retibus habilem effugere festinant delphini. *Virg.* 1. *G.* 398. Pandere pennas ad solem. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 27. (87). Araneus telas muscis in parietibus latissime pandit. *Id.* 21. *ibid.* 4. 10. (14). Rosa paullatim dehiscit, ac sese pandit. *Tac.* 2. *Hist.* 25. et 4. *ibid.* 33. Pandere aciem. *h. e.* explicare ordines. — Passive. *Liv.* 32. 4. Repente velut maris vasti, sic immensa panditur planities, ut subjectos campos terminare oculis haud facile queas. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 15. (38). Ubi mare cœpit in latitudinem pandi. — *b*) Speciatim in re agraria et domestica de fructibus usurpatur, et significat disponere siccandi, desiccandi causa. *Colum.* 2. *R. R.* 22. 3. Feriis ritus majorum etiam illa permittit, far pinsere, faces incidere, mala, pira, ficos pandere etc. *et* 12. *ibid.* 39. 1. Pandere uvas in sole. *V.* plura in fin. sub *Passus* I. *b.*

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur — *a*) Stricto sensu pro aperire, patefacere, *aprire, spalancare.* *Plaut. Bacch.* 3. 1. 1. Pandite atque aperite propere januam hanc. Cf. *Virg.* 6. *Æn.* 525. Intra tecta vocat Menelaum, et limina pandit. *et* 2. *ibid.* 234. Dividimus muros, et mœnia pandimus urbis. *Ennius* apud *Festum p.* 343. 21. *Müll.* Pandite sulti' genas et corde relinquite somnum. *aprite le palpebre. Virg.* 6. *Æn.* 421. *de Cerbero.* ille fame rabida tria guttura pandens. *Petron. Satyr.* 102. Pandere crura in orbem. *Lucret.* 5. 1248. Pandere agros pingues, et pascua reddere rura. *h. e.* aratro aperire, solvere, colere. Cf. *Liv.* 21. 37. Ita torridam incendio rupem ferro pandunt. *h. e.* diffindunt, perfringunt, *spaccano.* — *b*) Et metaphorâ hinc ductâ. *Liv.* 10. 41. Panduntur inter ordines viæ: provolat eques. *et ibid.* 5. *a med.* Pandere viam fugæ. *Id.* 4. 15. Nulla merita cuiquam ad dominationem pandunt viam. — *c*) Prægnanti, uti ajunt, significatione est se patefaciendo indicare, ostendere. *Virg.* 2. *G.* 257. piceæ tantum talique nocentes Interdum aut hederæ pandunt vestigia nigræ. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 26. *de pavone.* et picta pandat spectacula cauda. *Val. Flacc.* 4. 99. Proxima Bebrycii panduntur litora regni. *h. e.* ostendunt se navigantibus. *Cic.* 5. in *Arat.* 453. quum cauda omnis jam panditur Hydra. *h. e.* tota exoritur et se conspiciendam præbet. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a superiori num. 1. *Lucret.* 6. 359. Et quum tempora se veris floremtia pandunt. *Cic.* 5. *Tusc.* 27. 76. Illa divina bona longe lateque se pandunt cælumque contingunt. *h. e.* patent. Huc referendum esse videtur et illud *Nemesian. Cyneg.* 104. quum Janus temporis auctor Pandit in occiduum bissenis mensibus annum. ¶ 3. Est etiam verbis enarrare, explicare, atque solemnis est vox poetarum et vatum. *Lucret.* 5. 54. Atque omnem rerum naturam pandere dictis. *Plin.* 14. *Hist. nat. proœm.* 1. (3). Hesiodus præcepta agricolis pandere orsus. *Ovid.* 4. *Met.* 679. Pande requirenti nomen terræque, tuumque, Et cur vincla geras. *Seneca Herc. Fur.* 1301. Pande, quid fieri jubes? *Virg.* 6. *Æn.* 267. Pandere res alta terra et caligine mersas. *Val. Flacc.* 1. 740. Talia libato pandebat sanguine Cretheus. *et ibid.* 12. versam proles tua pandet Idumen. Namque potest. *h. e.* carmine persequetur, illustrabitque. *Petron. Satyr.* 89. Itaque conabor opus versibus pandere. *Stat.* 1. *Silv.* 5. 29. vestra est, quam carmine molli Pando, domus. Adde *ibid.* 4. 92. et 3. *ibid.* 2. 40. et 5. *ibid.* 3. 156. *et* 235. *Nemesian. Cyneg.* 1. hilaresque labores, Discursusque citos, securi prœlia ruris, Pandimus. *Virg.* 3. *Æn.* 479. Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo. *et ibid.* 252. Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit, vobis Furiarum ego maxima pando. *Id.* 6. *ibid.* 723. Suscipit Archises atque ordine singula pandit. *Lucan.* 6. 590. O decus Æmonidum, populis quæ pandere fata, Quæque suo ventura potes devertere cursu. *Claudian. præf. II. Eutrop.* 37. Miror, cur aliis qui pandere fata solebas etc. — Hinc

Passus, *a, um*, particip. præter. pass., de quo *Gell.* 15. 15. Ab eo quod est *pando* veteres *passum* dixerunt, non *pansum*; et cum præpositione *expassum*, non *expansum. V.* tamen *Pansus* infra. Ceterum *passus* est extensus, expansus, explicatus, patens, apertus, *steso, spiegato, disteso, aperto.*

I.) Proprie. — *a*) Universim. *Ovid.* 3. *Amor.* 2. 45. fertur passis victoria pennis. *Plaut. Stich.* 2. 2. 45. In portum vento secundo, velo passo pervenit. *Cic.* 1. *Tusc.* 49. 119. Quo utinam velis passis pervehi liceat. *h. e.* celeri cursu, quia expansis velis cita navis fertur. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 17. 17. (77). Quod sit homini spatium a vestigio ad verticem, id esse passis manibus inter longissimos digitos, observatum est. *le braccia stese e allargate.* Ita vulgati libri: at *Sillig.* legit *pansis. Cæs.* 3. *B. C.* 98. et *Ennius* apud *Non. p.* 370. 22. *Merc.* Passis palmis. *Nemesian. Cyneg.* 142. *de catulis canum.* Queis nondum gressus stabiles, neque lumina passa Luciferum videre jubar. — *Crines passi* sunt soluti et expansi, *sciolti, distesi*, κόμη ἀνειμένη: quales habere mulieres solent in luctu et in supplicationibus. *Cæs.* 1. *B. G.* 51. *extr.* Mulieres in prœlium proficiscentes milites, passis crinibus, flentes implorabant, ne se in servitutem Romanis traderent. *Virg.* 1. *Æn.* 483. ad templum non æquæ Palladis ibant Crinibus Iliades passis. Adde *Liv.* 1. 13., ubi de Sabinis feminis prœlium dirimentibus loquitur, et 7. 40. *a med.* et alibi. In singulari *Ter. Phorm.* 1. 2. 56. Capillus passus,

nudus pes, ipsa horrida. *et Heaut.* 2. 3. 49. Capillus passus, prolixus, circum caput rejectus negligenter. *Cæs.* 7. *B. G.* 48. *a med.* Matresfamilias suos obtestari, et more Gallico passum capillum ostentare. *Gell.* 15. 15. Capillo esse mulier passo dicitur, quasi porrecto et expanso. — Pro *passus* al. leg. *sparsus* in allatis exemplis, et promiscue in libris hæ duæ voces reperiuntur. Videntur tamen *sparsi crines* aliquando plus esse, quam *passi*, nempe non solum expansi, sed turbati et disjecti, *scarmigliati*: cujusmodi sunt in furentibus, vaticinantibus, Bacchantibus. *Ovid.* 3. *Art. am.* 709. per medias sparsis furibunda capillis Evolat, ut thyrso concita Baccha, vias. Adde *eumd.* 8. *Met.* 107. etc. — *b*) Speciatim in re agraria et domestica. *Uva passa* (inquit *Forcellinus*, qui *passus* a *patior* hoc sensu ducit) dicitur, quæ post maturitatem diu in vite pendens solem passa est, et etiam post vindemiam soli exposita ejus ardorem sensit, *uva passa*. Sunt qui hoc sensu ducunt a *pando*, ut sit uva ad solem expansa: etenim *Colum.* 12. *R. R.* 39. 1. docens rationem passi conficiendi, ait oportere *in sole pandere uvas*. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (17). A patientia nomen acinis datur passis. *Virg.* 4. *G.* 269. psythia passos de vite racemos. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 98. suspende te. mt. siquidem tu es mecum futurus pro uva passa pensilis. Sic *Plin.* 18. *Hist. nat.* 13. 34. (127). Rapa durant et in sua terra servata, et postea passa, pæne ad alium proventum. *seccate ut sole. Fronto* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 4. Istas uvas multo commodius passas, quam puberes, manducare. — Hinc *passum, i*, n. 2. absolute est vinum expressum ex uvis passis, *vino d'uva passa, passo*, γλυκύ. *Colum.* 12. *R. R.* 39. 1., *Plin.* 14. *Hist. nat.* 9. 11. (81). et *Pallad.* 11. *R. R.* 19. ejus conficiendi rationem docent. *Varro* apud *Non. p.* 551. 27. *Merc.* Passum nominabant, si in vindemia uvam diutius coctam legerent, eamque passi essent in sole adurl. *Virg.* 2. *G.* 93. Et passo psythia utilior. *Cels.* 2. 18. *ad fin.* Passum quo ex sicciore uva est, eo valentius est. *Ulp. Dig.* 33. 6. 9. Si quis vinum legaverit, œnomeli plane continebitur et passum: defrutum non continebitur. — *c*) *Lac passum* apud *Ovid.* 14. *Met.* 274. est coctum.

II.) Translate. ¶ 1. *Lucilius* apud *Non. p.* 12. 5. *Merc.* Rugosi passique senes eadem omnia quærunt. *h. e.* exsucci, exsangues, *smunti*. ¶ 2. *Passa verba*, prosa oratio. *Apul. Florid. n.* 15. *a med.* Pherecydes primus, versuum nexu repudiato, conscribere ausus est passis verbis, soluto locutu, libera oratione. — Hinc

Passum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, subaudi *vinum*. *V.* supra in *Passus* I. *b*.

Pansus, a, um, alia forma participii præter. pass., de qua *V.* paullo supra *Gell. loc. cit.* in *Passus* init., expansus, explicatus, *spiegato, allargato. Vitruv.* 3. 1. Si homo collocatus fuerit supinus, manibus et pedibus pansis. *Germanic.* in *Arat.* 68. suppliciter pansis ad numina palmis. *Ammian.* 29. 5. *a med.* Sago porrectius panso. *Prudent.* 12. *Cathemer.* 170. Pansis in altum brachiis. *et* 1. *advers. Symmach. præf.* 48. Vix panso poterat currere carbaso. Est qui leg. *passis* et *passo*: sed *Heins.* prius præfert.

PANDOX, ocis, m. 3. πανδοκεύς, πάνδοξ, stabularius, caupo. *Ambros. super Hegesipp.* 3. Sed et eos, qui de cauponibus et pandocibus vitam agunt. *Gloss. Isid.* Panden (*lege* Pandox) qui semper pandit ora ad potandum. *Etymon sane ineptum quod habet et* Thom. Thesaur. nov. Latinit. *p.* 448.

PANDŪRA. *V.* voc., eq. et PANDURIZO.

PANDŪRĬUM, ii, n. 2. πανδουρίον, instrumentum, de quo *Cassiod.* in *Psalm.* 141. 1. Psalmus autem est, ut a majoribus traditur, organum musicum, sicut cithara, pandurium aliaque, quæ vocibus nostris dulcissima modulatione respondent. *Id. de Music. p.* 587. Inflatilia (*instrumenta*), ut sunt tubæ, calami, organa, panduria et cetera hujusmodi. *Isid.* 3. *Orig.* 20. Pandurium ab inventore vocatum. *et ibid.* Ut sunt tubæ, calami, organa, pandoria (*lege* panduria) et cetera hujusmodi. *Areval.* in utroque *Isidori* loco *pandura* legendum conjecit. *Pandura* vero, nulla variante lectione, est apud *Capell.* 9. *p.* 307. et 313.; porro Græce apud *Athenæum* 4. 82. Πυθαγόρας δέ ὁ γραφεὺς περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης τοὺς Τρωγλοδύτας φησὶ κατασκευάζειν τὴν πανδοῦραν ἐκ τῆς ἐν τῇ θαλάσσῃ φυομένης δαφνης. *V.* voc. seq.

PANDŪRIZO, as, āvi, are, n. 1. πανδουρίζω, pandurium pulso. Est autem pandurium musicum quoddam instrumentum a Pane inventum, ut ait *Isid.* 3. *Orig.* 20. *Pollux* vero *Onom. l.* 4. *c.* 9. § 60. tradit esse instrumentum trichorde ab Assyriis inventum, *Athenæus l.* 4. *c.* 60. Troglodytis tribuit, *Hesychius* in Ξύριγγες ait esse multas tibias cera junctas. *Capell.* 9. *p.* 307. Quidam agrestes canorique semidei, quorum hircipedem (*h. e.* Pana) pandura, Silvanum arundinis enodis fistula sibilatrix rurestris Faunum tibia docuerunt. *et p.* 313. *loquitur Harmonia*. Panduram Egyptios attentare permisi. *Lamprid. Elagab.* 32. Ipse ad tibias dixit, tuba cecinit, panduriza-vit, organo modulatus est.

PANDUS, a, um, adject. pandatus, incurvus, leviter inflexus, κυρτός (It. *curvo, piegato alquanto*; Fr. *courbé, courb, recourbé*; Hisp. *corvo, encorvado*; Germ. *krumm, gekrümmt, gebogen*; Angl. *bent or bowed inward or downward in the middle, somewath bent, crooked*). Occurrit — *a*) Sæpissime in carminibus. *Ovid.* 14. *Met.* 660. Suspiciens pandos auctumni pondere ramos. *Virg.* 2. *G.* 445. pandas ratibus posuere carinas. *et* 194. Lancibus et pandis fumantia reddimus exta. *Ovid.* 1. *Amor.* 13. 16. Prima vocas tardos sub juga panda boves. *et* 10. *Met.* 271. juvencæ pandis cornibus. *Id.* 3. *Trist.* 10. 43. pandi delphines. *Id.* 3. *Met.* 674. *de eo, qui in delphinum vertitur*. et lati rictus, et panda loquenti Naris erat. *h. e.* sursum inflexa et resima. *et* 10. *ibid.* 713. *de apro*. Protinus excussit pando venabula rostro. *Sil. It.* 3. 277. panda manus est armata cateja. *Martial.* 14. 106. panda urceus ansa. *Ovid.* 1. *Art. am.* 543. Ebrius ecce senex pando Silenus asello Vix sedet. *h. e.* qui curvato dorso est et aliquantum depresso. — *b*) Raro in prosa oratione. *Vitruv.* 2. 9. Cupressus et pinus, habentes humoris abundantiam, in operibus solent esse pandæ. *Quintil.* 6. 3. 58. Junium hominem nigrum et macrum et pandum, fibulam ferream dixit. *Priscian. de accent. p.* 1287. *Putsch.* Quid est brevis linea? Nota jacens similiter, sed panda, sicut pars interior circuli, ita *V. Apul. fragm.* in *lib.* 10. *Met. p.* 717. *Oudend.* Ipsoque priapo pando et repando ventrem sæpiuscule taxabam. *h. e.* modo tento, modo retento. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PANĔFĬCĬUM. *V.* PANIFICIUM.

PANĔGŸRĬCUS, a, um, adject. πανηγυρικος, ad universi populi conventum, vel solemnia atque sacra pertinens. — Hinc

I.) Proprie. *Panegyricus, i*, m. 2. absolute, substantivorum more, dicta est oratio, qua Isocrates publice summis Athenienses laudibus prosecutus universam Græciam ad bellum in Persas suscipiendum hortatus est. *Cic. Orat.* 11. 37. Laudationum, scriptionum, et historiarum, et talium suasionum, qualem Isocrates fecit panegyricum. subaudi *sermonem*. Sic *Quintil.* 10. 1. 1. Panegyricum Isocratis decem annis dicunt elaboratum.

II.) Translate est idem ac laudatorius. — *a*) Adjective. *Auson.* 1. *Profess.* 13. Sive panegyricos placeat contendere libros. — *b*) Absolute, substantivorum more. *Hieronym. Ep.* 118. *n.* 4. Laudent te alii, et tuas contra diabolum victorias panegyricis prosequantur. *Lactant.* 1. 15. *ante med.* Etiam malos panegyricis mendacibus adulantur. *Lamprid. Alex. Sev.* 35. Oratores et poetas non sibi panegyricos dicentes (quod exemplo Nigri Pescennii stultum dicebat), sed aut orationes recitantes, aut facta veterum, quos ante retuli, libenter audivit; libentius tamen, si quis ei recitavit Alexandri Magni laudes. — Hinc

PANĔGŸRĬCUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. I. et II. *b*.

PANĔGŸRIS, is, f. 3. πανήγυρις, conventus publicus, vel nundinæ, quales quinto quoque anno Athenis celebrari solitas, scribit *Herodot. l.* ὃ. a πᾶν *omne* et Æolico ἄγυρις pro ἀγορά *cœtus*. *Cic.* 1. *Att.* 14. Græcis litteris scribit. Erat, inquit, in eo ipso loco illo die nundinarum πανηγυρις. — *Claudiani* carmina omnia, quæ alicujus laudes continent, *panegyris* titulum habent, *h. e.* elogium magno populi conventu pronunciatum.

PANĔGŸRISTA, æ, m. 1. *panegirista*, πανηγυριστης, laudator. *Sidon.* 4. *Ep.* 1. Si quid heroicus arduum, comicus lepidum, panegyrista plausibile condiderunt.

PANĒRASTOS, i, f. 2. a quibusdam dicta est gemma, quæ a pleris que paneros, ut ait *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 66. (178). *Codices nonnulli et vulgati libri* pansebatos; *Cod. Bamberg. hanc vocem in textu omisit. sed in* Indice *habet* panerastos. *V.* Sillig. *ad* h. l.

PANĒROS, ūlis, f. 3. πανέρως, quasi omni amore digna: a πᾶν *omne* et ἔρως *amor*: gemma est, aliis pansebatos dicta, quæ fecunditatem afferre creditur. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 66. (178). *V.* voc. præced. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PANGĪTO, as, are, a. 1. *frequentat. a* pango. *Gloss. Isid.* Pangitare, laudare.

PANGO, pangis, panxi, panctum, *item* pĕgi *et* pĕpĭgi, pactum, pangere, a. 3. Præteritum *pegi*, ut tradit *Priscian.* 10. *p.* 894. *Putsch.*, et *pepigi*, ut *Quintil.* docet 1. 6. 11., est a *pago*, *is*. *Pago* autem vel *paco*, ratione habita etymi, conjungendum est cum Dorico πάγω pro πήγω, unde πήγνυμι et *paciscor*, et significat idem ac *pango* inde formatum. *Priscian. loc. cit.* Antiqui *pago* dicebant pro *paciscor*. *Cic.* 2. *Herenn.* 13. 20. *ex leg. XII. Tabul.*, ut constat ex *Quintil. loc. cit.* Rem ubi pagunt, orato: ni pagunt, in comitio aut in foro ante meridiem causam conicito. *Al. leg.* conscito, *al. aliter. h. e.* quo in loco litigatores paciscuntur, ibi orato, seu causam agito: si nullum pactum intercessit, in comitio, aut in foro agito. *V. Gell.* 17. 2. — *Paxim* antique pro *pepigerim*, dato pignore certaverim, *scommetterò. Plaut. Amph.* 1. 3. 13. Ego paxim, te Amphitruonem esse malis, quam Jovem. *Id. Merc.* 4. 6. 10. Ecastor paxim, si itidem plectantur viri, plures viri sint vidui, quam nunc mulieres. *Id. Truc.* 1. 1. 43. Paxim. lenonum et scortorum minus siet. Al. ubique melius *faxim* leg. — Part. *Pancturus* I. 1.; *Pangendus* I. 2. — *Pangere* est figere, infigere, serere, plantare, πηγνυμι (It. *piantare, ficcare*; Fr. *enfoncer, fixer, ficher*; Hisp. *hundir, echar á lo hondo, fijar, fixar*; Germ. *befestigen, einschlagen, einsenken*; Angl. *to drive in, fix, infix, to set, plant*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Festus p.* 213. 32. *Müll.* Pangere, figere: unde plantæ pangi dicuntur. *Pacuvius* apud *Festum p.* 356. 32. *Müll.* et apud *Priscian.* 1. *p.* 894. *Putsch.* Tonsillam pegi lecto (*al.* lævo) in litore. Hinc *impegi* et *compegi*. Ceterum *Liv.* 7. 3. Ut qui prætor maximus sit, idib. Septembr. clavum pangat. *V.* CLAVUS. *Colum.* 3. *R. R.* 3. 12. Vicena millia malleolorum per vineæ jugerum inter ordines panzimus. *Id.* 11. *ibid.* 3. 26. Lactuca mense Martio recte pangitur. *et ibid.* 2. 42. Talcam olearum quum panneris, oportet limo oblinire. *Id.* 10. *ibid.* 251. ceu littera proxima primæ Pangitur in cera ducti mucrone magistri. *s'imprime*. — Et absolute *Pallad.* 3. *R. R.* 9. *a med.* Is qui pacturus est, projecta circa surculos sarmenta sine ullo errore deponet. ¶ 2. Speciatim — *a*) Ponitur pro plantare. *Sueton. Gall.* 1. Pangi ramutum placuit. — *b*) *Pangere locum aliquem aliqua re* dixit *Propert.* 3. 15. 15. Ipse seram vites, pangamque ex ordine colles. et *Colum.* 11. *R. R.* 2. 18. Vitiaria diligenter facienda, malleolisque quam recentissimis curiosissime pangenda. *At* Schneider. *ex optim. libris probante* Pontedera *leg.* Vitiaria diligenter facienda malleolusque [quam recentissimus] curiosissime pangendus.

II.) Translate. ¶ 1. *Pangere filios*, h. e. procreare, dixit *Tertull. Apolog.* 9. *ad fin.* ¶ 2.

Pangere versus est facere et scribere, quia litteræ stilo in cera panguntur, ut ait *Paul. Diac. p.* 108. 6. *Müll. Ennius* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 15. 34. Hic vestrum panxit maxima facta patrum. *Cic.* 16. *Fam.* 18. *sub fin.* Sed tu nullos ne tecum libellos? an pangis aliquid Sophocleum? *Lucret.* 4. 8. obscura de re tam lucida pango Carmina. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 40. Pangere poemata. *Martial.* 11. 3. At quam victuras poteramus pangere chartas, Quantaque Pieria prælia flare tuba! *Val. Max.* 2. 1. *sub fin.* Egregia superiorum opera carmine comprensa pangebant. *Tac.* 14. *Ann* 16. Carminum quoque studium affectavit; contractis quibus aliqua pangendi facultas. — Universim. *Virg.* 8. *Æn.* 143. Iis fretus, non legatos, neque prima per artem Tentamenta tui pepigi. *h. e.* feci; non prius te tentavi per legatos et callida consilia. ¶ 3. Per metaphoram præteritum *pepigi* universim ponitur pro constituere, definite statuere. *Cic. Pis.* 16. 37. Obtinuisti provinciam consularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat. *Id.* 1. *Legg.* 21. 56. Requiri placere terminos, quos Socrates pepigerit. (*Vahlen. et alii* pegerit), iisque parere. ¶ 4. Speciatim idem præteritum *pepigi* fere habet paciscendi significationem, *pattuire, accordare, far patti.* — *a*) Cum Accusativo. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 38. Ducentis Philippis rem pepigi. *Virg.* 10. *Æn.* 902. Nec tecum meus hæc pepigit tibi fœdera Lausus. *et* 11. *ibid.* 133. Bis senos pepigere dies, et pace sequestra etc. *Liv.* 9. 11. et 24. 29. Pacem nobiscum pepigistis, ut legiones vobis captas restitueremus. *Id.* 27. 30. *a med.* Ne antea quidem se de pace audisse, aut inducias pepigisse. *Ovid.* 1. *Amor.* 10. 49. Non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas, Ut etc. *Tac.* 14. *Ann.* 31. Resumere libertatem occultis conjurationibus pepigerant. *et ibid.* 42. Pedanium servus ipsius interfecit, negata libertate, cui pretium pepigerat. — *b*) Cum part. *ne. Cic.* 3. *Off.* 24. 92. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, ne illo unquam postea uteretur. *Tac.* 13. *Ann.* 14. Pepigerat Pallas, ne cujus facti in præteritum interrogaretur. — *c*) Sæpe idem præteritum refertur ad pacta nuptialia, *promettere in isposa. Ovid. Heroid.* 16. 36. Te peto, quam lecto pepigit Venus aurea nostro. *et ibid.* 20. 157. Hæc mihi se pepigit: pater hanc tibi. *Catull.* 62. 28. Quod pepigere viri, pepigerunt ante parentes, Nec junxere prius, quam etc.

PANGŌNĬUS *vel*

PANGŌNUS, i, m. 2. παγγώνιος, gemma pluribus angulis. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 66. (178). Est a πᾶς *omnis* et γωνία *angulus. Sillig.* legit *pangonus.*

PĂNĬCELLUS, i, m. 2. deminut. panis, magdalium. *Plin. Valer.* 1. 6. Post hæc supermittis panicellos debuccellatos, quos conficis ita. *et mox.* Hoc ergo apozema conspergi facies buccellari farina, et sic facies, ut dixi, panicellos latos et subtiles etc.

PĂNĬCĔUS, a, um, adject. a *panis.* Hinc *Plaut. Capt.* 1. 2. 59. per jocum appellat milites paniceos, pistorienses, et placentinos. Alii paniceos dictos putant respectu ad Panam urbem Samnii, de qua *Strabo l.* 5., sed hic ibidem *Paunam,* non *Panam* memorat: itaque alia est quærenda urbs, cujus incolæ joculariter panicei appellandi sint: hæc fortasse est Panopolis urbs Ægypti. *Servius* ad *Virg.* 3. *Æn.* 257. Majores nostri bas mensas habebant in honorem deorum: paniceas scilicet. *h. e.* magnas placentas e pane confectas.

PĂNĬCĬUM, ii, n. 2. duo diversa significat, scilicet

A) Est idem ac panificium, seu frumentum. *Cassiod.* 9. *Variar.* 5. Primo tempore panicii speciem coemptam in propriam redegere substantiam. spectantes caritatem mediocribus gravem, ut parcius reponentibus detestabilem inferant nuditatem, quando homines in famis periculo constituti etc.

B) *Panicium* est etiam panicum, unde nostrates nunc vulgo *panizzo* appellant. *Edict. Diocl. p.* 12. Milii integri K. M. ✕ quinquaginta, panicii K. M. ✕ quinquaginta. *Paulin. Nolan. ep.* 3. *ad Sever.* Fabam tantum milio panicioque confundens. Huc pertinere videtur illud *Isid.* 17. *Orig.* 3. 13. Panicium dictum, quod multis in regionibus ex eo panis vice homines sustentantur, quasi panificium. Adde *Not. Tir. p.* 112., ubi perperam *pannicium* legitur.

PĂNĬCŪLA, æ, f. 1. deminut. *panus*, ut *Paul. Diac.* docet *p.* 220. 16. *Müll.*, ubi tamen *Müllerus* legit *panucula*, quod idem est: ceterum *panicula* deminut. a *panus* agnoscitur etiam a *Prisciano* 3. *p.* 618. *Putsch.* — Panicula est lanugo, sive capillamentum, sive coma lanosa in milio, panico, arundine, avellanis, in omnibus fere arboribus picei generis, in qua semen dependet: denique quicquid oblonga et subrotunda forma tumet, φοβη, ἀνθηλη (It. *pannocchia, spiga*; Fr. *panicule des végétaux*; Hisp. *paniculo de los vegetales*; Germ. *der Büschel, die Rispe an den Gewächsen*; Angl. *the gossamer or down upon millet, panic, reeds* etc., *a cat's tail, gosling, catkin or kat-kin*).

I.) Proprie. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 19. (49). E ramis generum horum panicularum modo nucamenta squamatim compacta dependent. *Id.* 18. *ibid.* 7. 10. (53). Panicum a paniculis dictum, cacumine languide nutante. *Id.* 21. *ibid.* 4. 10. (18). Græcula rosa convolutas habet foliorum paniculas. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 17. Cujus tu legiones diffluvisti spiritu, quasi ventus folia, aut paniculam tectoriam. *h. e.* paniculam arundinum, qua quidam utebantur tegendis villaticis domibus, ut *Plin.* 16. *Hist. nat.* 36. 64. (156). tradit, et significat etiam ipse *Plaut. Rud.* 1. 2. 34. Ita legit et interpretatur *Turneb l.* 2. *Adversar. c.* 28. Al. leg. *peniculum tectorium,* quod minus huic loco convenire videtur. Recentiores vero plerique *peniculum* probant.

II.) Translate *panicula* dicitur tumor mammosus circa inguina præcipue nascens. *Apul. Herb.* 13. Quum caluerit, impones super paniculam, et panno ligabis lineo. *Scribon. Compos.* 82. Malagma ad mammarum duritiem. ad paniculas, ad tubera, et cetera, quæ subito adnascuntur.

PĂNĬCŬLUS, i, n. 2. *deminut. a* panis, parvus panis. *Isid.* 17. *Orig.* 9. Crocomagma, expressis aromatibus crocini unguenti atque informato sedimine, in paniculos fit, et ideo sic appellatur. *Vulgati libri habent* pannusculos; *unus Codex vel.* panniculis. *V.* et PANUCULUS.

PĂNĪCUM, i, n. 2. *panico,* ἕλυμος, μελίνη, genus frugis, a paniculis sic dictum, cacumine languide nutante, paullatim extenuato culmo pæne in surculum, ut *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 10. (53). describit. *Cæs.* 2. *B. C.* 22. Panico vetere atque hordeo corrupto omnes alebantur. *Cassiod.* 12. *Variar.* 27. Petimus, ut de horreis Ticinensibus et Dertonensibus panici speciem tertiam portionem esurienti populo ad XXV. modios per solidum distrahi sub nostra ordinatione faciatis.

PĂNĪCUS, a, um, adject. ad Panem deum spectans. — *a*) *Panicus terror* est pavor repentinus sine causa obortus, terriculamentum inane, quicquid cum stupore contingit. Causa appellationis est, quia veteres existimabant, Panem deum repentinos terrores et animi consternationes immittere. *V.* PAN in ONOM. Hujusmodi timoris exemplum habes apud *Curt.* 4. 12. *a med.* Alexandri, inquit, exercitum pavor, cujus causa non suberat, invasit: quippe lymphati trepidare cœperunt, omnium pectora occulto metu percurrente, etc. *Hygin.* 2. *Astron.* 28. *de Capricorno.* Hic dicitur, quum Juppiter Titanas oppugnarel, primus objecisse hostibus terrorem, qui Πανικὸς appellatur. *Cicero* hanc vocem Græcis litteris scribit 14. *Att.* 3. Rdmorem magnum afferunt Πανικὸν certe. *senza sussistenza.* Sic *Id.* 5. *ibid.* 20. Scis enim dici quædam Πανικά. Adde *eund.* 16. *ibid.* 1. — *b*) *Panicum metrum* inter antispastica memorat *Servius Centim. p.* 1822. *Putsch.* Panicum constat trimetro brachycatalecto, ut est hoc: *Fauni semideum numen adest.*

PĂNĪFEX, icis, m. 3. *pistore,* qui panem conficit. *Theod. Priscian.* 4. 2. Ut illud quod in panificio separant panifices, fermento relicto, alterius panis confectioni profuturo. *Gloss. Philox.* Panifex, ἀρτοποιός.

PĂNĪFĬCA, æ, f. 1. quæ panes conficit, quæ operam dat panificio. *Vulgat. interpr.* 1. *Reg.* 8. 13. Filias quoque vestras (*rex*) faciet sibi unguentarias et focarias et panificas.

PĂNĪFĬCĬUM, ii, n. 2. (panis *et* facio). In *Cod. Theod.* 14. 3. 4. et 22. legitur *panificium.* — Ceterum panificium

I.) Proprie est panis confectio, *il far pane,* ἀρτοποιΐα. *Varro* 5. *L. L.* 105. *Müll.* Panis, quod primo figura faciebant, ut mulieres in panificio, panus; postea ei figuras facere instituerunt alias. A pane et facieudo panificium cœptum dici.

II.) Figurate, per metonymiam est ipse panis, *pane,* vel rectius placentulæ, pani similes. *Cels.* 2. 18. Scire oportet omnia legumina, quæque ex frumentis panificia sunt, generis valentissimi esse. *et ibid. a med.* Quum panificia omnia firmissima sint. *Sueton. Vesp.* 7. Verbenas coronasque et panificia libertus obtulisse ei visus est. *h. e.* πόπανα, Serapidi et Osiridi offerri solita. *V. Rupert.* ad *Juvenal.* 6. 540.

PĂNĪFĬCUS, i, m. 2. panifex. *Gloss. Cyrill.* Ἀρτοποιος, pistor, panificus. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 8. 159. Unguentarii et panefici, id est pistores et coci.

PĂNĬON, ii, n. 2. πανεῖον, ita appellatur ab *Apul. Herb.* 15. herba, quæ et satyrion, et priapiscus dicitur. *V.* PRIAPISCUS.

PĂNIS, is, m. 3. Olim *hoc pane, is,* declinabant. *Plaut. Curc.* 2. 3. 88. Hæc sunt ventri stabilimenta, pane, et assa bubula, poculum grande, aula magna. Ita legit *Non. p.* 218. 12. *Merc.* et *Charis.* 1. *p.* 69. *Putsch.* Sic *Arnob.* 1. 59. Nonne alius hæc utria, alius dicitis hos utres? non item apud vos est positum hoc pane, et hic panis? etc. — In Genit. plur. habet *panum,* et *panium*: illud *Verrio* placuit et *Prisciano* 7. *p.* 771. *Putsch.* et *Diomed.* 1. *p.* 283., hoc *Cæsari* 2. *de analog.* apud *Charis.* 1. *p.* 69. *et* 114. — Panis, ratione habita etymi, ita dictus est, quia Panis figuram olim referebat, teste *Varrone loc. cit.* in PANIFICIUM I. *Cassiod.* 6. *Variar.* 18. Ceres frumenta dicitur invenisse: Pan autem primus conspersas fruges coxisse perhibetur: unde et nomine ejus panis est appellatus. Recentiores vero deducunt ab eodem them., a quo πάω et *pasco.* — Est autem cibus ex farina et aqua, qui igne coctus sit, ἄρτος, σῖτος (It. *pane*; Fr. *pain*; Hisp. *pan*; Germ. *das Brod*; Angl. *bread, a loaf*).

I.) Proprie. *Seneca Ep.* 90. *circa med.* Tunc farinam aqua sparsit, et assidua tractatione perdomuit, finxitque panem, quem primo cinis calidus et fervens testa percoxit: deinde furni paullatim reperti, etc. *Plaut. Asin.* 1. 3. 48. A pistore panem petimus, vinum ex œnopolio. *Id. Pers.* 4. 3. 2. Ego hodie compendifeci binos panes in dies. *Id. Bacch.* 4. 1. 8. Comesse panem tres pedes latum potes, fores pultare nescis? *Id. Cas.* 2. 5. 1. In furnum calidum condito atque ibi torreto me pro pane rubido. *Cic.* 5. *Tusc.* 34. 97. Ptolemæo quum cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane jucundius. *pan di cruschello. V.* CIBARIUS. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 16. 63. (225). Edere aliquid cum pane. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 17. cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet. *et* 1. *ibid.* 5. 88. venit vilissima rerum Hic aqua, sed panis longe pulcherrimus, ultra Callidus ut soleat humeris portare viator. Nam Canusi lapidosus. *Id.* 2. *Ep.* 1. 123. vivit siliquis et pane secundo. *Lamprid. Alex. Sever.* 31. Panis sequens. *Juvenal.* 5. 70. Panis tener et niveus mollique siligine factus. *Ter. Eun* 5. 4. 17. Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent. *Vatinius* apud *Quintil.* 6. 3. 60. Panem candidum edere. *Inscript.* in *Atti dell'Accad. archeol. Rom. T.* 2. *p.* 462. Panes albi. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 68. (134). Vetus, aut nauticus panis. *vecchio o biscotto. Juvenal.* 14. 128. Mucida cærulei panis consumere frusta. *Seneca Ep.* 119. Esurio: edendum est: utrum hic panis sit plebejus, an siligineus, ad na-

turam nihil pertinet. *Id. Ep.* 18. Panis durus ac sordidus. *Id. Ep.* 83. siccus, *h. e.* sine obsonio. *pan solo. Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 26. (82). Mollia panis. *molsa, midolla.* et 29. *ibid.* 4. 23. (75). Panis crusta. *Id.* 18. *ibid.* 11. 27. (105). Panis varia genera persequi, supervacuum videtur: alias ab obsoniis appellati, ut ostreatil; alias a deliciis, ut artolagani; alias a festinatione, ut speustici; nec non a coquendi ratione, ut furnacei, vel artopticei, aut in clibanis cocti; non pridem etiam a Parthis invecto, quem aquaticum vocant, quoniam aqua trahitur a tenui et spongiosa inanitate. Summa laus siliginis bonitate et cribri tenuitate constat. Quidam ex ovis, aut lacte subigunt, etc. V. *Senec. Ep.* 90. *circa med.*, ubi panis conficiendi rationem pluribus persequitur. — Varia panis genera ex aliis nationibus sumpta habuere Romani: V. *Migliore* ad *Inscript. M. Junii Pudentis p.* XIV. — De usu *panis* in fucis mulierum. *V.* in PANUS.

II.) Translate *panis* dicitur massa cujusque rei in modum panis formatæ. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 11. 24. (107). Quum panes æris aqua refrigerantur. *Stat.* 4. *Silv.* 9. 37. Aut panes viridantis aphronitri.

PANNĀRĬA, ōrum, n. plur. 2. *V.* PANARIUM.

PANNELUM. *V.* PANUCELLIUM.

PANNĔUS, a, um, adject. idem ac pannosus. *Gloss. Philox.* Panneus, ῥακινος. *Paulin. Nolan. carm.* 21. 327. Si veste Teucer pannea pervaderet Castella, vicos, oppida.

PANNĬCŪLĀRĬA, ōrum, n. plur. 2. *V.* voc. seq.

PANNĬCŪLĀRĬUS, a, um, adject. ad panniculum pertinens. *Ulp Dig.* 48. *tit.* 20. *qui est* de bonis damnator., 6. Pannicularia sunt ea, quæ in custodia receptus secum attulit, spolia, quibus indutus est, quum quis ad supplicium ducitur. *Hadrian. Imp. ibid. initio legis:* Pannicularīæ (*rationis*) causa quemadmodum intelligi debeat, ex ipso nomine apparet. Non enim bona damnatorum pannicularia significari, quis probe dixerit: nec si zonam circa se habuerit, protinus aliquis sibi vindicare debebit, sed vestem, qua is fuerit indutus, aut nummulos, quos victus sui causa in promptu habuerit, aut leves anulos, qui rem non excedant aureorum quinque: alioquin si quis damnatus in digito habuerit aut sardonycha, aut aliam gemmam magni prætii, vel si quod chirographum magnæ pecuniæ in sinu habuerit, nullo jure illud in pannicularia ratione retinebitur. — Hinc

Pannicularia, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more. *V.* supra init.

PANNĬCŪLUS, i, m. 2. parvus pannus, vel panni particula, pannulus. *Cels.* 6. 18. *n.* 8. Vinculum autem ei loco linteolum, aut panniculus quadratus est, qui ad duo capita duas ansas, ab altera vero parte totidem fascias habet. *una pezza.* et 7. 20. Si cui intestinum descendit, fascia ejus rei causa fit, cui uno loco pila assuta est ex panniculis facta, quæ ad repellendum intestinum ipsi illi subjicitur. *una palla di pezze. Juvenal.* 6. 258. Hæ sunt, quæ tenui sudant in cyclade, quarum Delicias et panniculus bombycinus urit. *h. e.* vestis brevis, aut levissimi ponderis. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PANNŌSĪTAS, ātis, f. 3. figurate est ῥάκωσις, pannosa macies. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 11. *circa med.* Corporis defluvio, et cutis veluti ruginosa, vel sulcata pannositas, quam Græci ῥάκωσιν vocant. *h. e.* sulcata et instar detritæ vestis laceræque rugositas. *V.* vocem seq. II. 1.

PANNŌSUS, a, um, adject. *vestito grossolanamente, mal vestito, cencioso, lacero,* δυσείμων, κατάῤῥαφος, vili, crassoque panno indutus, sordida, aut lacera veste amictus.

I.) Proprie. *Cic.* 4. *Att.* 3. *a med.* Clodii vestibulum vacuum sane mihi nunciabatur, paucis pannosis, sine laterna. *Justin.* 2. 6. 19. *de Codro.* Permutato regis habitu, pannosus, sarmenta collo gerens. *Id.* 21. 5. 5. *de Dionysio Corinthi exulante.* Pannosus et squalidus incedere,

II.) Translate. ¶ 1. Pannosus dicitur qui instar detritæ vestis laceræque rugosus est. *Seneca* 2. *Clem.* 6. Æruscantis civis arida et pannosa macies. *h. e. smunto, sparuto, e cencioso,* ut maciem pannosam pro macro et pannoso posuerit. Vel *pannosam maciem,* intelligit cutem aridam et rugosam instar panni detriti et laceri, *grinzosa, crespa.* Quo sensu *Martial.* 3. 72. Aut tibi pannosæ pendent a pectore mammæ. *h. e.* rugis corruptæ et deciduæ. Etiam *pannuceus* simili significatione usurpatur. — *Pers.* 4. 32. Pannosam fæcem morientis sorbet aceti. *h. e.* panni instar aceto obductam. ¶ 2. Item pauperum proprius. *Apul.* 4. *Met.* Quid paupertinas pannosasque rescutas miserrimæ anus donas vicinis divitibus?

PANNŪCĔĀTUS, a, um, adject. pannuceus, pannosus. *Pomponii* veteris Atellanarum scriptoris una comœdia *Pannuceati* inscribebatur: atque ex ea fragmenta aliquot servavit *Nonius* p. 18. 21., 19. 22., 39. 8., 537. 8. *Merc.* et alibi non semel.

PANNŪCĔUS. *V.* PANNUCIUS.

PANNŪCĬA, ōrum, n. plur. 2. *V.* voc. seq. sub I. in fin.

PANNŪCĬUS *vel* pannūcĕus, a, um, adject. pannosus, rugosus, *grinzoso, grinzo, crespo.*

I.) Proprie. *Pannucia vestis* est pannis consuta, *rattoppata. Petron. Satyr.* 14. *in fin.* Pro illa parte vindicabant pretiosissimam vestem, pro hac pannuciam ne centonibus quidem bonis dignam. *Isid.* 19. *Orig.* 22. Pannucia nuncupata quod sit diversis pannis obsita (*fortasse* assuta). — Hinc

Pannucia, ōrum, n. 2. absolute, substantivorum more, sunt pannuciæ vestes apud *Paulin. Nolan.* 2. *carm.* 12. (edente *A. Maio* in *Class. auct. T.* 5. *p.* 380.). Quos (*natos*) vix pannuciis, quis valet, illa (*mater*) tegit.

II.) Translate. Inter varia malorum genera *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 15. (52). et *Cloat.* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 15. ponunt et *pannucea,* ita dicta, quia, ut ait *Plin.*, celerrime in rugas marcescunt. — Sic de mentula adhibuit *Martial.* 11. 46. — Similiter *pannucea*, vel *pannucia Baucis* apud *Pers.* 4. 21. est anus vieta, squalida, rugis deformata: et potest etiam referri ad vestes ejus viliores et detritas.

PANNŪLUS, i, m. 2. *deminut. a* pannus, panni frustum.

I.) Proprie. *Ammian.* 31. 2. *de Hunnis.* Semel obsoleti coloris tunica collo inserta non ante deponitur, aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos defluxerit defrustata. *in pezze, in cenci, in istracci.*

II.) Figurate est vestis vilis, sordida, detrita. *Apul.* 7. *Met.* Nec me putetis egenum, vel abjectum, neve de pannulis istis virtutes meas æstimetis. *Id.* 9. *ibid.* Cuncti sic tunicati, ut essent per pannulos manifesti. *h. e.* scissiles centunculos, ut paullo ante dixerat.

PANNUNCULARIA, orum, n. plur. 2. idem ac pannicularia. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 105. Pannus, pannunculus, pannuncularia.

PANNUNCULUS, i, m. 2. *V.* voc. præced.

PANNUS, i, m. 2. Olim *pannum* neutro genere dixere. Ita accipit *Non. p.* 218. 27. *Merc.* illud *Novii*: Qui habet uxorem sine dote, pannum positum in purpura est. Est autem in his verbis proverbii ratio similis, ac si dicas, humano capiti cervicem equinam jungere: quum pannus purpuræ maxime disconveniat. — *Pannibus* in Dat. plur. pro *pannis* dixit *Ennius* apud *Charis* 1. *p.* 40. *Putsch.* et *Pomponius* apud *Non.* p. 488. 32. *Merc.* — Ceterum *pannus* (idem quod τὸ πῆνος et Dorice πᾶνος *textum*) est textum, ex quo vestes fiunt, item ipsa vestis, ὕφασμα (It. *panno, drappo, veste;* Fr. *morceaux d'étoffe, habit;* Hisp. *paño, trapajo, vestido;* Germ. *das Stück Tuch, das Kleid;* Angl. *cloth, garb, drapery, a garment*) Usurpatur ¶ 1. Generatim. — *a*) Est textum ex quo vestes fiunt, *panno, drappo. Horat.* 1. *Od.* 35. 21. Te Spes, et albo rara Fides colit Velata panno. *Martial.* 2. 46. Quantum erat, infelix, pannis fraudare duobus? — *b*) In illo *ejusd.* 10. 5. Et, quum supremæ fila venerint horæ, Diesque tardus, sentiat canum litem, Abigatque moto noxias aves panno: *pannus* aut vestis stragula, aut sudarium intelligi potest. — *c*) De veste lacera, aut interpolata, aut vili, *veste rattoppata, o lacera, o grossolana. Petron. Satyr.* 83. *in fin.* Sola ruinosis horret facundia pannis. *Seneca Ep.* 20. *a med.* Magnificentior sermo tuus in grabato videbitur et in panno. (Adde *Lucret.* 6. 1269.) *Ter. Eun.* 2. 2. 5. Video sentum, squalidum, ægrum, pannis annisque obsitum. (Adde *Senec.* 1. *Controv.* 6.) Hic *panni* aptius intelliguntur segmenta scissuris vestis adsuta, *toppe, pezze*: et *pannis obsitus* est, *colle vesti tutte rappezzate, e rattoppate.* Eodem modo *Id. Heaut.* 2. 3. 52. locutus est. Sæpissime enim *pannus* dicitur de panni frusto, *pezza,* ῥάκιον. *Horat. Art. P.* 15. Purpureus, late qui splendeat, unus et alter Assuitur pannus. *Id. Epod.* 17. 51. Cruore rubros obstetrix pannos lavit. *Ovid. Ib.* 235. Membraque vinxerunt tinctis ferrugine pannis. *fascie.* — *d*) Et præsertim de iis, quæ adhibentur in medendo. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 7. 24. (74). Ranæ oculus suspensus e collo nativi coloris panno. *Id.* 29. *ibid.* 6. 36. (114). Cochleæ caput lineo panno alligant capitis doloribus licio. *Colum.* 6. *R. R.* 12. 2. Pannis aceto et sale et oleo madentibus inculcatis. *taste. Seneca* 3. *Ira* 19. *sub fin.* Scindi vestimenta miserorum, et in os farciri pannos imperavit. *stracci.* — *e*) Diadema, quæ fascia est capiti circumvoluta, *pannum* vocat *Val. Max.* 7. 2. *n.* 5. *extern.* et 6. 2. *n.* 7. — *f*) Et sacculus e panno, *sacchetto, sacchetta. Petron. Satyr.* 135. Pannum de carnario detulit furca, in quo faba erat ad usum reposita, *etc.* Ut solvit ergo licio pannum, partem leguminis super mensam effudit. ¶ 2. A similitudine *pannus* a *Plin.* vocatur, quod in ægilope præter glandem nascitur: et ita describitur ab *eod.* 16. *Hist. nat.* 8. 13. (33). E glandiferis sola, quæ vocatur ægilops, fert pannos arentes, muscoso villo canos, non in cortice modo, verum et e ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos, ut diximus inter unguenta. *Est qui legit* panos.

PANNŪVELLĬUM, ii, n. 2. *V.* PANUCLIUM.

PĂNŌTĬOS *vel* panotius, a, um, adject. παν-ώτιος, ex πᾶς *omnis* et οὖς, ὠτός *auris. Isid.* 11. *Orig.* 3. Panotios (*homines*) apud Scythiam esse ferunt tam diffusa aurium magnitudine, ut omne corpus ex eis contegant.

PANNŸCHISMUS, i, m. 2. *veglia di tutta la notte,* παννυχισμός, in *Gloss. Philox.* exponitur pervigilium, h. e. vigilatio per totam noctem: a πᾶν *omne* et νύξ *nox. Arnob.* 5. 24. Quibus mysteriis pervigilia consecrata sunt et pannychismi graves.

PANNŸCHĬUS, a, um, adject. παννύχιος, qui ad totam noctem spectat: a πᾶν *omne* et νύξ *nox. M. Aurel.* inter *oper. Fronton.* 3. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 5. Ita neque fidem in negotio pannychio, neque modestiam in existimatione tua læseris. *h. e.* in litibus tota nocte orandis.

PĂNOMPHÆUS, i, m. 2. πανομφαῖος, Jovis epithetum: a πᾶν *omne* et ὀμφή *vox*, quod omnium voce celebretur, vel quod omnium voces audiat, vel quod sit πασῶν τῶν ὀμφῶν causa, h. e. omnium vaticiniorum et oraculorum. *Ovid.* 11. *Met.* 198. Ara Panomphæo vetus est sacrata Tonanti.

PĂNŌSUS, a, um, adject. pani similis, et alendi facultate præditus. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 14. *ante med.* Cibus quoque sorbilis, calidus et magis panosus. *Id.* 1. *ibid.* 4. Cibus panosus.

PANSA, æ, m. 1. qui est pedibus pansis, seu latis et extensis: a *pansum* sup. verbi *pando. Plin.* 11. *Hist. nat.* 45. 105. (253). Pedes homini maximi: sure homini tantum, et crura carnosa. Vola homini tantum, exceptis quibusdam. Namque et hinc cognomina inventa, Planci, Plauti, Scauri, Pansæ; sicut a cruribus Vari, Vaciæ, Vatinii. Adde *Quintil.* 1. 4. *a med. Plaut. Merc.* 3. 4. 55. Subnigris oculis, oblongis malis, pan-

sam sliquantulum, canum, varum etc. Ceterum *Gloss. Isid.* Pansa, qui ambulat pedibus in diversa tendentibus. Adde alias *Gloss.*, quas videsis in *Prodrom. Glossar. Latin.* ed. *G. Löve, Lips.* 1876.

PANSĒBASTUS, i, f. 2. πανσέβαστος, gemma sic dicta quasi prorsus augusta et veneranda, eadem ac paneros: a πᾶν *omne* et σεβαστός *augustus*. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 66. (178). *At* Sillig. *legit* panerastos: *V.* PANEROS.

PANSUS, a, um. *V.* PANDO, is.

PANTĂGĂTHUS, i, m. 2. παντάγαθος et πανάγαθος, omnino bonus, vel ad omnia bonus. ¶ 1. Generatim. *Lampríd. Anton. Diadum.* 4. *extr.* Pantagathi in domo patris ejus nidum posuerunt. *h. e.* aves in auguriis sic dictæ, quia omen præbebant, si auspicanti advolassent, omnino faustum et optima quæque portendens. ¶ 2. Speciatim, sic dicitur etiam herba, quæ alio nomine pulegium. *Apul. Herb.* 92. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PANTĔLIUM, ii, n. 2. παντελεῖον (a πᾶν *omne* et τελος *finis*) vox sacrorum Mitriacorum, quæ consummationem significare videtur, idest eorum complementum. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 358., quæ est apud *Orell.* 2336. EGITIVM TAVROBOLIVM (*in honor. M. D. M. I. et*) VENERIS CAELESTIS ET PANTELIVM (*fecit*) HERENNIA FORTVNATA PER TI. CLAVDIVM FELICEM SACERDOTEM ITERATA EST. Hic fortasse memoratur *Ægyptium taurobolium*, quod a Persico diversum fuisse videtur, ideoque cum Magna Deum Matre Idæa Veneris Cælestis mentio fit, quæ eadem ac Nephthys fuit Isidis soror, de qua *V. Jablonsk. Panth. Ægypt. l.* 5. *c.* 3. § 3.—5., quæque τελευταία, *h. e.* terminalis est cognominata, quia termino terræ fertilis in Ægypto præerat. *V.* TAUROBOLIUM. Sed ex *Borghesio, Bullett. Napol. T.* 3. *p.* 98. legendum est EGITIVM.

PANTEX, icis, m. 3. *la ventraja, lo entragno*, nostrates vulgo *il pantazzo*, ventriculus, seu saccus, quo cibi adhuc indigesti continentur: videtur esse a *pandus*, quia laxus est, ideoque legitur in *Gloss. Isid.* Pandex, quia semper pandit ora ad potandum. Rectius fortasse deduxeris a παντα, quia omnes cibos simul recipit. Sæpius plurali numero effertur. *Festus p.* 249. 20. *Müll.* Pantices, frus ventris. Alii leg. *rugas*, quia rugosus est. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 50. Vino modo madidæ (*testis*): eo vos, vestros panticesque adeo madefacitis, quum sim ego hic siccus. *Virg. Catal.* 5. 31. Et æstuantes docte solvis pantices. *h. e.* farcimina. *Martial.* 6. 64. Ne valeam, si non multo sapit altius illud, Quod cum panticibus lanis, et cum pede grandi, Et rubro pulmone vetus nasisque timendum Omnia crudelis lanius per compita portat. *Vespæ judic.* edente *Wernsdorf. T.* 2. *p.* 236. Est Bromio Pentheus. est et mihi (coco) de bove pantex. *Auct. Priap.* 83. inter atra cujus inguina latet jacente pantice abditus specus. *h. e.* abdomine laxo, flaccido, *pancia*. Hic tamen versus, qui apud *Scalig.* legitur, ab aliis rejicitur. — Aliud quidpiam significatur in illo *Gloss. Philox.* Panceps, ἕλκος κτήνους ἐπὶ τραχήλου. *Meursius* legit *Pantex, h. e.* ulcus vel vulnus in cervice jumenti.

PANTHĔON *et* Pantheum, i, n. 2. Πανθεῖον et Πανθεῖον, (a πᾶν *omne* et Θεός *Deus* vel θεῖον *divinum*) ¶ 1. Est templum Romæ Jovi Ultori exstructum seu perfectum a M. Agrippa Augusti genero, opere Corinthio, forma rotunda, ædificiorum Urbis, præsertim templorum, facile pulcherrimum, unica tantum janua, unico quoque foramine in supremo culmine lumen admittens. Altitudo ejus tanta est, quanta latitudo, CXLIV. pedum in circuitu. Habet pronaon XVI. columnis suffultum. Restauratum fuit ab Hadriano, M. Aurelio, Septimio Severo, et Caracalla. Existimatum a plerisque est balneum ab initio fuisse, non templum; quod Pantheon dictum ait *Dio l.* 53. *c.* 27., quia in Martis Venerisque simulacris in ipso templo constitutis omnium deorum imagines essent effictæ; sive quia ipsum rotunditate cælo persimile esset. Nunc vocatur *tempio di S. Maria Rotonda*, quod Bonifacius IV. Pont. Max. anno DCVIII. ab Imp. Phoca dono acceptum Deiparæ Virgini et omnibus Sanctis Christi martyribus consecravit. ut narrat *Paulus* diaconus *de gest. Langob.* 4. 37. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (102). Pantheon Jovi Ultori ab Agrippa factum. *Ita vulgati libri; at* Sillig. *leg.* tectum diribitorii ab Agrippa facti: *et* Becker. *scribi potuisse suspicatur* Pantheum et tectum diribitorii ab Agrippa facta. *Spartian. Hadrian.* 19. Romæ instauravit Pantheum, Sæpta, basilicam Neptuni, sacras ædes plurimas, forum Augusti, lavacrum Agrippæ. *Capitolin. M. Aurel.* 8. Romæ instauratum amphitheatrum, sepulcrum Hadriani, templum Agrippæ. *Inscript.* apud *Gruter.* 1. 1. IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVERVS *etc.* ET IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS (*h. e.* Caracalla) *etc.* PANTHEVM VETVSTATE CORRVPTVM CVM OMNI CVLTV RESTITVERVNT. *Ammian.* 16. 10. Constantius Pantheum velut regionem teretem, speciosa celsitudine fornicatam collustrans etc. *V. Cassiod.* 6. *Hist. Eccl.* 28. — Est etiam nomen dei, vel simulacri ex plurium numinum imaginibus, seu symbolis efficti. *Inscript.* apud *Gruter.* 1. 3. PANTHEO AVG. SACRVM. *et* 4. HERCVLI MERCVRIO ET SILVANO SACRVM ET DIVO PANTHEO EX VOTO. *et* 5. SIGNVM PANTHEI TESTAMENTO FIERI IVSSIT. *et* 6. (adjective) SIGNVM PANTHEVM SVA PECVNIA D. D. *et* apud *eumd.* 1005. 1. DIVO PANTHEO SALVIS ASTERIIS L. CASSIVS INGENVVS V. S. L. M. — Figuram signi Panthei exhibet *Spon. Miscell. antiq. p.* 19., quæ deum aliquem repræsentat, sed adjectis multis symbolis, ex quibus aut omnium, aut plurium aliorum deorum numen significatur. Habet enim in capite ornamentum Isidis, et semicirculum Lunam significantem, pharetram Cupidinis, cornucopiæ Cereris, et alia. Sic *Auson. epigr.* 30. *Pantheum* vocat signum Liberi Patris in villa sua positum, omniumque deorum argumenta habens. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PANTHER, ēris, m. 3. duo diversa significat; scilicet

A) Panther, ēris, est πάνθηρον δίκτιον, genus retis, quasi omnibus feris capiendis apti: a πᾶν *omne* et θήρ *fera*. *Varro* 5. *L. L.* 100. *Müll.* Ferarum vocabula peregrina, ut panthera, leo, utraque Græca: a quo etiam et rete quoddam panther.

B) Panther, ēris, m. 3. Gr. et sæpius Latine *Panthera, æ*, f. 1. *pantera, lonza*, πάνθηρ, πάρδαλις, pardus femina, animal maculosum et prorsus ferum: a πᾶν *omne* et θήρ *fera*, quia cetera fere animalia feritate superat, vel, ut alii volunt, quia pæne omnium in ea ferarum colores cernere est. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 17. 23. (62) Panthera et tigris macularum varietate prope solæ bestiarum spectantur; ceteris unus ac suus cuique generi color est: pantheris in candido breves macularum oculi. *Phædr.* 3. 2. Panthera imprudens olim in foveam decidit. *Ovid.* 3. *Met.* 669. Pictarumque jacent fera corpora pantherarum. *Isid.* 12. *Orig.* 2. 8. Panthera bestia est minutis orbiculis superpicta, ita ut, oculatis ex fulvo circulis, nigra vel alba distinguatur varietate. — Tam mas, quam femina Latine *panthera* dicitur, ut et *Varro* monet 9. *L. L.* 55. *Müll.* Græcis ille πάνθηρ est, hæc πάρδαλις. — Magnus pantherarum erat usus in ludis publicis Romanorum: unde apud *Cic.* 2. *Fam.* 11. et 8. *ibid.* 4. *et* 9. de iis conquirendis et Romam mittendis mentio fit. — Alia forma *panther*, quæ idem significat ac panthera, vel ferum animal, vel, ut aliis placet, quem lupum cervarium appellant, legitur apud *Auct. carm. Philom.* 50. Panther caurit amans, pardus biando felit. — *Varro loc. cit.* Contra (*affirmant*) dici pantheram, merulam, non dici pantherum, merulum.

PANTHĒRA, æ, f. 1. duo diversa significat; scilicet

A) Est pardus femina, ut dictum est in voc. præced. sub *B*.

B) Panthera, æ, a πᾶν et θήρα *venatio*, est retis genus. *Ulp. Dig.* 19. 1. 11. § 18. Veluti quum futurum jactum retis a piscatore emimus, aut indaginem plagis positis a venatore, vel pantheram ab aucupe. Ita *Torrentin.* et *Haloand.* Est tamen qui *panthera* legendum putat, accusativum Græcæ positionis, vel *pantherem* Latinæ, a recto *panther*. Itali quoque *pantera* vocant rete quoddam ad capiendas aves. Hanc vocis significationem confirmat *Venant.* in *epist. præmissa carm.* 6. *l.* 5. *a med.* Ego incautus passer quasi mentita per nubila incurri pantheram, quia quod cavere volebam, hic pinna ligabar, aut magis velut plumis illitis quinquefida viscata tendebat. *Venantius* hic loquitur de acrostichi carminis difficultatibus.

PANTHĒRINUS, a, um, adject. ad pantheram pertinens.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (138). Sed nobilissimo Satyro cum pelle pantherina. ¶ 2. Speciatim *pantherinæ mensæ*, quæ intorto discursu maculatæ sunt. *Id.* 13. *Hist. nat.* 15. 30. (96). Illud oblongo evenit discursu, ideoque tigrinum appellatur: hoc intorto, et ideo tales pantherinæ vocantur.

II.) Translate pantherini homines sunt, qui variis artibus et dolis agunt, fraudulenti, versipelles. *Plaut. Epid.* 1. 1. 16. Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

PANTHĒRUS. *V.* PANTHER sub *B.* ad fin.

PANTHĔUM. *V.* PANTHEON.

PANTĬCES. *V.* PANTEX.

PANTĬCŌSUS, a, um, adject. (pantex) dixit *Servius* ad *Virg.* 3. *Æn.* 217. Quidam volunt *proluvies* quum stercus ventris significat, a Virgilio hoc loco figuram ventris significatam; ergo quasi annosum et panticosum ventrem. *Hæc tamen mendosa esse videntur.*

PANTŌMIMA, æ, f. 1. quæ pantomimum agit. *Seneca Consol. ad Helv.* 12. Quorum pantomimæ decies HS nubunt. *V.* LYRISTRIA.

PANTŌMIMĬCUS, a, um, adject. ad pantomimum pertinens, ut Pantomimica ornamenta, *Seneca Ep.* 29. *in fin.*

PANTŌMIMUS, i, m. 2. ¶ 1. Est παντόμιμος, ὀρχηστής, genus histrionum, qui fabulas in scæna non voce et cantu, sed solo gestu et saltando repræsentabant: quare et saltare fabulas dicebantur: ἀπὸ τοῦ πάντα μιμεῖσθαι, quod omnia gestu, saltatione, motuque corporis exprimerent atque imitarentur. *V.* ORCHESTA. Ili primum Romam inducti sunt sub Augusto, celebresque fuerunt Pylades, Hylas, Bathyllus, quos refert *Macrob.* 2. *Saturn.* 7. et *Suetan. Aug.* 45. De his plura vide in *Syntagmate de mimis et pantomimis Nicol. Calliachii* edito *Patavii* 1713. et in *Dissert. Octavii Ferrarii* edita *Wolfenbuttelii* 1715., item *Cassiod.* 4. *Variar.* 51. *Tertull. Spect.* 23. Quum in lege præscribit, maledictum esse qui muliebribus vestietur; quid de pantomimo judicabit, qui etiam muliebribus utetur? *Sidon.* ita Caramali et Phabati pantomimorum gestus describit *Ep.* 23. 268. Coram te Caramalus, aut Phabaton Clausis faucibus, et loquente gestu, Nutu, crure, genu, manu, rotatu, Toto in schemate vel semel latebit. *mox* sequitur fabularum recensio satis longa, quas illi saltabant. *Cassiod.* 1. *Variar.* 20. et 33. Pantomimus prasiuæ partis. *h. e.* partis, quæ colore prasino utebatur, ut in factionibus circi. *Inscript.* apud *Orell.* 884., quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 184. vel 187. M. AVREL. AVG. LIB. AGILIO SEPTENTRIONI PANTOMIMO SVI TEMPORIS PRIMO etc. ¶ 2. Interdum *pantomimus* accipitur pro ipsa fabula, quæ a pantomimo agitur. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (184). Duo equestris ordinis in eodem pantomimo mythico. (*al.* Mystico). *scil.* repente obiere. ¶ 3. De symphoniacis et musicis est illud *Petron. Satyr.*, ubi quum divisset omnes ministrantes in convivio Trimalchionis cantasse, Pantomimorum, inquit *c.* 31., non patrisfamiliæ, triclinium credores. Ubi al. leg. *pantomimi chorum.*

PANTŌPHŌBUS, a, um, adject. παντόφοβος, qui omnia timet: a πάντα *omnia* et φόβος *timor*. *V.* OMNIPAVUS.

PANTŌPŌLA, æ, m. 1. παντοπώλης, qui mi-

nuta quæque vendit. *Novell. Valent. tit.* 5. Græcos itaque mercatores, quos pantopolas dicunt, etc. *V.* alia in SEPLASIARIUS.

PĂNUCLĬUM, ii, n. 2. glomus lanæ et ad nendum paratæ, vel fusus filis involutus, vel potius alveolus, navicula textricum, cui fusus cum subtemine inditur, *spola*. Hinc *Hesychius*: Πανούκλιον, ἡ ἄτρακτος, εἰς ὃν εἱλεῖται ἡ κρόκη. *Varro* 5. *L. L.* 114. *Müll.* Panus, Græcum: panuclium dictum a pano, et volvendo filo. Alii leg. *panuelum*, a πῆνος *filum* et εἰλέω *volvo*. At *Müllerus* cit. loc. *Varronis* ita legit: Pannus Græcum. Qui eum faciunt, pannuvellium dictum a panno et volvendo filo. Idem *Müllerus* in nota docet, rectius apud *Hesychium* scribi: Πηνίον πανουηλιον ἡ ἄτρακτος etc.

PĂNUCULUS *vel* paniculus, i, m. 2. *deminut. a* panus, parvus panus, qua tumorem in cute significat. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 314. *retro* ed. *Ald.*

PĂNŬLA, æ, f. 1. parvus panus. Agnoscitur a *Priscian.* 3. *p.* 618. *Putsch.* et *Non. p.* 149. 23. *Merc.*, ubi alii leg. *panucla. Gloss.* vero *Cyrill.* Πήνιον, penus (*lege* panus), bæc penucula (*lege* panucula).

PANUNCULA, æ, f. 1. deminut. pani. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 160. Licium, liciamentum, panuncula, floccus.

PĂNUS, i, *m.* 2. πῆνος et Dorice πᾶνος. ¶ 1. *Non. p.* 149. 22. *Merc.* Panus est tramæ involucrum, quem deminutive panulam vocamus. *Lucilius* apud *Priscian.* 3. *p.* 618. *Putsch.* et *Non. l. c.* Intus modo stet rectus subteminis panus. *Al. leg.* Intu' vero modo stet rectus subtemine panus. ¶ 2. A similitudine sic dicitur tumor quidam in cute non altus, sed latus, in quo quiddam pustulæ simile est. Dolor distentioque vehemens est, et major, quam pro magnitudine tumoris; interdum etiam febricula: idque tarde maturescit, neque magnopere in pus convertitur. Fit maxime aut in cervice, aut in alis, aut in inguinibus. Græce est φύγεθλον. Ita *Cels.* 5. 28. *n.* 10. describit. *Novius* apud *Non. loc. cit.* Qui me miserum miseriorem reddidit, quam panus puerum. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 21. 92. (161). Abrotonum concoquit panos cum farina hordeacea. *Id.* 23. *ibid.* 2. 32. (66). Fæx aceti panos discutit nondum exulceratos. *Id.* 35. *ibid.* 17. 57. (195). Cimolia panos et parotidas cohibet. *Id.* 20. *ibid.* 20. 82. (216). Coriandrum sanat panos ex aceto tritum. *Id.* 30. *ibid.* 8. 22. (75). Panos aperit sevum pecudum. *Id.* 24. *ibid.* 6. 14. (23). Hammoniacum maturat panos. *et ibid.* 4. 6. (11). Viscum panos mitigat. *Id.* 22. *ibid.* 25. 74. (156). Lupini panos et strumas minuunt, aut maturant. — Pro *panus* quidam leg. *panis* apud *Cels.* Et sane *panis* pro *panus* adhiberi credit *Rhod.* ad *Scribon. Compos.* 263. a *Juvenale* 6. 460. Interea fœda aspectu, ridendaque multo Pane tumet facies. Sed ibi *Juvenal.* loquitur de fucis mulierum, ut 2. 107. Et pressum in faciem digitis extendere panem. *et Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 68. (139). tradit, sitanium panem cum melle curare incussa in facie, aut desquamata. ¶ 3. Item a similitudine *panum* vocat *Plin.* totam mitii spicam. Mammosa, inquit 18. *Hist. nat.* 7. 10. (54)., panici genera e pano parvis racemata paniculis. — *NB.* De pano in arboribus *V.* PANNUS.

PĀPA duo diversa significat; scilicet

A) Papa vel *pappa*, æ, f. 1. est vox infantium petentium cibum. *Varro* apud *Non. p.* 81. 3. *Merc.* Quum cibum ac potionem buas ac papas dicunt.

B) Papa masc. gen. est pater, aut senex: nam παππας Græce patrem significat. *V.* PAPPAS. Itaque ea voce honoris causa compellare mos fuit Christianis scriptoribus episcopos, et alios in sacra dignitate constitutos. *Prudent.* 11. περὶ στεφ. 127. Rorantes saxorum apices vidi, optime papa. Adde *Tertull. Pudic.* 13. et *Sidon.* in *epist.* passim. — Per excellentiam vero sic vocatur Summus Romanus Pontifex, qui est pater patrum et episcopus episcoporum. *V.* BEATUS. *Arator eleg. ad Vigil.* 3. Publica libertas, Vigili, sanctissime Papa, Advenis incluso solvere vincla gregi. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĂPÆ, interjectio, βαβαί, unde et *babæ* dicitur eodem usu. Inservit — *a*) Admirationi, βαβαί *capperi! cappita! Plaut. Rud.* 5. 2. 33. Papæ! divitias tu quidem habuisti luculentas. *Id. Bacch.* 2. 2. 29. PL. Unice unum plurimi pendit. CH. Papæ! *Ter. Eun.* 2. 1. 23. ducit secum unam virginem dono huic: papæ! Facie honesta. *Id. ibid.* 3. 1. 26. Pulcre mebercle dictum et sapienter! papæ! Jugularas hominem! *Pers.* 5. 79. Marcus Dama? papæ! Marco spondente recusas Credere tu nummos? — *b*) Habet etiam vim affirmandi et assentiendi. *Ter. Eun.* 2. 2. 48. Et quid beo te? PAR. men'? papæ! *o quanto! .e come!*

PĂPAS, æ, m. 1. *et* atis, m. 3. παπας, nutricius, nutritor, idem ac pappas. *Inscript.* Romæ effossa ann. 1785., a *Cajet. Marin.* illustrata, et Mutinæ ann. 1790. edita *p.* 15., quæ est apud *Henzen.* 6259. PERPETVAM SEDEM NVTRITOR POSSIDES IPSE: — HIC POSITVS PAPAS ANTIMIO QVI VIXIT ANNIS LXX. DEPOSITVS D. N. ARCADIO II. ET FL. RVFINO VV. CC. *h. e.* viris clarissimis consulibus, nempe ann. a Chr. n. CCCXCII. Alia apud *Murat.* 1297. 11. L. ANTISTIVS ZOSIMVS SEPTICIO ADIVTORI PAPATI OPTIMO. *V.* PAPPAS.

PĂPĀVER, ĕris, m. et n. 3. Masc. gen. extulerunt antiquioris ævi scriptores, ut *Cato* apud *Charis.* 1. *p.* 64. *Putsch.* Papaver Gallicanus. *Varro ibid.* et apud *Non. p.* 220. 11. *Merc.* Infria seni papaverem. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 113. Sesamum, papaveremque, triticum et frictas nuces. Adde *eumd. Trin.* 2. 4. 7., ut infra. — Ceterum *papaver* est herba vim somni inducendi habens: cujus tum sativi, tum sponte nascentis plura genera *Plin.* refert 19. *Hist. nat.* 8. 53. (168). et 20. *ibid. c.* 18. et 19. *V.* CEREALIS. μήκων (It. *papavero*; Fr. *pavot*; Hisp. *ababol, amapola*; Germ. *der Mohn*; Angl. *the poppy or chesboul*).

I.) Proprie. *Catull.* 61. 195. Papaver luteum. *scil.* propter semina in flore lutea. *Liv.* 1. 54. Summa papaverum capita dicitur (*Tarquinius*) baculo decussisse. *Virg.* 4. *Æn.* 486. Spargens humida mella, soporiferumque papaver. *et* 9. *ibid.* 436. lassove papavera collo Demisere caput, pluvia quum forte gravantur. *et* 4. *G.* 131. vescumque papaver. (*Plin. cit. l.* 19. tradit, candidi papaveris semina tosta in secunda mensa cum melle apud antiquos inferri solita. *V.* COCETUM. Huc pertinet et illud *Petron. Satyr.* 31. Glires melle et papavere sparsi.) *Id.* 1. *Æn.* 212. Cereale. *et ibid.* 78. Lethæo perfusa papavera somno. *et* 4. *ibid.* 545. Lethæa papavera. *Propert.* 1. 21. 38. Lilia purpureis mixta papaveribus. *Ovid.* 4. *Fast.* 661. Interea placidam redimita papavere frontem Nox venit, et secum somnia nigra trahit. — Proverbium de re, quæ brevissimo tempore fit. *Plaut. Trin.* 2. 4. 7. Confit cito, quasi si tu objicias formicis papaverem. — *Servius* ad *Virg.* 2. *Ecl.* 47. narrat, ut Narcissi flos a puero cognomine in eum verso dictus est, ita papaveris et anethi: hos enim omnes pueros fuisse a diis in flores sui nominis transformatos.

II.) Improprie. ¶ 1. Occurrit de semine seu granis ficorum. *Tertull. Præscript.* 36. *sub fin.* Etiam de papavere fici gratissimæ et suavissimæ ventosa et vana caprificus exsurgit. ¶ 2. Figurate. *Petron. Satyr.* 1. *extr.* Melliti verborum globuli, et omnia dicta factaque quasi papavere et sesamo sparsa. *h. e.* affectata exquisitaque verborum suavitate condita.

PĂPĀVĔRĀTUS, a, um, adject. ut Papaverata vestis, μηκωνοειδὴς χιτών, vestis tenuis ac delicata, a *papavere*. Sic a *Lucilio* vocatur Græcorum exemplo, quibus μήκων non solum notat papaver, sed etiam textum byssinum, sive lineum. Nam Hesychius ὕφασμα βυσσινόν exponit. Sed de causa nominis non consentiunt. Aliquibus videtur appellatio esse ex eo, quia quoddam papaveris genus esset, e quo, ut *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 4. (21). ait, candorem lintea præcipuum trahunt. Alii censent, sic dici, quia mollis papaveris lanugo neretur, vestisque ex ea texeretur. *Harduin.* in *Plin.* contendit esse vestes laneas, sed eo papaveris genere candentes. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 74. (195). Crebræ papaveratæ antiquiorem habent originem, jam sub Lucilio poeta in Torquato notatæ. *Aliqui leg.* paveratæ.

PĂPĀVERCŬLUM, i, n. 2. *deminut. a* papaver, herba eadem, quæ leontopodion, apud *Apul. Herb.* 7.

PĂPĀVĔRĔUS, a, um, adject. *di papavero*, qui est ex papavere, ut Papavereæ comæ, *Ovid.* 4. *Fast.* 438.

PĂPHIĒ, es, f. 1. Venus a Papho Cypri, *V.* PAPHIE in ONOM. — Apud *Colum.* 10. *R. R.* 193. est genus lactucæ folio puniceo, caule candido: quia in Cypro circa Paphum plurima provenit, ut *ibid.* ait 187.

PĂPĬLĬO, ōnis, m. 3. Ratione habita etymi, nonnullis videtur esse a Græca voce πτίλιος, præmissa littera π, et Dorice conversa η in α, quæ vox idem significat. *Aristot. Hist. an.* 8. 27. Ὁ πτίλιος ὁ περὶ τὸν λίχνον πετομενος. Cf. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 19. 21. (65). Papilio luminibus accensis advolitans. — Ceterum *papilio* est insectum alatum luminibus accensis advolitans, ignavum et inhonoratum, apibus inimicum, cerasque earum depascens, et excrementa relinquens quibus teredines gignuntur: fila etiam araneosa, quacumque incessit, alarum maxime lanugine obtexens. Ita *Plin.* 11. *Hist. nat.* 19. 21. (65). Adde *eumd.* 21. *ibid.* 14. 47. (81). et 28. *ibid.* 10. 45. (162). ubi addit, cornicula his ante oculos ignava prætendi. De his loquitur etiam *Colum.* 9. *R. R.* 14. 8., item *Pallad.* 4. *R. R.* 15. *sub fin.*, ψυχή (It. *farfalla, parpaglione*; Fr. *papillon*; Hisp. *moriposa*; Germ. *d. Schmetterling, Zwiefalter, Sommervogel*; Angl. *a butterfly*).

I.) Proprie et quidem ¶ 1. Stricto sensu. *Ovid.* 15. *Met.* 376. Quæque solent canis frondes intexere filis Agrestes tineæ (res observata colonis) Ferali mutant cum papilione figuram. *feralem* dicit, quia, ut est apud *Plin.* 28. *Hist. nat.* 10. 45. (162)., inter mala medicamenta, h. e. inter venena numeratur. ¶ 2. Latiori sensu dicitur et de aliis volantium insectorum generibus. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 32. 37. (112). Eruca araneo accreta, quam chrysallidem appellant; rupto deinde cortice volat papilio. *et ibid.* 23. 27. (77). Bombycas et in Coo insula nasci tradunt: fieri autem primo papiliones parvos nudosque, etc.

II.) Translate est militare tentorium, *padiglione, tenda da campo*, σκήνωμα, quia expansa vela habet ad similitudinem alarum papilionis. *Isid.* 15. *Orig.* 10. Papiliones vocantur a similitudine parvi animalis volantis, quod maxime abundat florentibus malvis. Hæ sunt aviculæ, quæ lumine accenso conveniunt et circumvolitantes ab igne proximo interire coguntur. *Hygin. Gromat. p.* 1. *col.* 1. Papilioni dantur pedes X. *Schelius* hæc habet: Forma papilionis fuit plerumque quadrata: hoc nomen illi datum fuit, quod binis a fronte et a tergo pellibus, in medio ad exitum apertis et divisis, in modum quatuor alarum tegerentur. *Lamprid. Alex. Sev.* 51. In procinctu, atque in expeditionibus, apertis papilionibus prandit atque cœnavit. Adde 61. *Spartian. Pescenn.* 11. In omni expeditione ante omnes militarem cibum sumpsit ante papilionem. *Trebell. in XXX. Tyrann.* 16. *de Herode.* Homo Græcæ luxuriæ, cui erant sigillata tentoria et aurati papiliones et omnia Persica. — Si discrimen est inter *papiliones* et *tentoria*, fortasse est, quod illi minoris molis et apparatus sint. *Tertull. ad Martyr.* 3. Nemo miles ad bellum cum deliciis venit, nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de papilionibus expeditis et substrictis etc. — Non modo milites, sed etiam Fratres Arvales utebantur papilionibus, dum in luco deæ Diæ sacrificium eidem faciebant. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. n.* 41. PROMAGISTER PRAETRATAM DEPOSVIT ET IN PAPILIONE SVO REVERSVS etc. Hoc actum est Ro-

mæ ann. a Chr. n. CCXVIII. imperante Elagabalo.

PĂPĬLĬUNCŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* papilio, parvus papilio, *farfalletta. Tertull. Anim.* 32. Siccitatibus gaudent locustæ, papiliunculi, chamæleontes.

PĂPILLA, æ, f. 1. caput, seu apex mammæ, quod infans vel pullus ore comprehendit, ita dicta, ut ait *Paul. Diac. p.* 220. 12. *Müll.*, quia papulæ similis est, a qua *deminut.* videtur quasi parva papula; vel, ut ait *Isid.* 11. *Orig.* 1. 75., quod eas infantes quasi pappant, dum lac sugunt. Sunt qui et a v. Græca πάλλας per reduplicationem deducunt, θηλή (It. *capezzolo, papilla*; Fr. *tetine, mamelon*; Hisp. *pezon de la mamila ó teta*; Germ. *die Warze an den Brusten der Menschen und Thieren, die Zitze*; Angl. *a nipple, teat*).

I.) Proprie. *Varro* apud *Non. p.* 486. 7. *Merc.* Candidum lacte papilla quum fluit, signum putant partuis, quod hic sequatur mulierem e partu liquor. et 2. *R. R.* 9. 5. Feminas mammosas æqualibus papillis. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 40. 95. (235). Ursæ mammas quaternas gerunt; delphini binas in ima alvo papillas tantum, nec evidentes et paullum in obliquum porrectas. *Colum.* 9. *R. R.* 11. 4. In ipso fine cerarum velut papilla uberis apparet eminentior. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 3. 17. *Ennod.* 4. 41. Fulserant raro sub hiante filo Pectoris gemmæ in roseis papillis.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochen est ipsa mamma, *mammella.* — *a*) Dicitur de mulieribus. *Catull.* 66. 81. nudantes rejecta veste papillas. *Virg.* 11. *Æn.* 803. Hasta sub exsertam donec perlata papillam Hæsit. *Ovid.* 1. *Amor.* 4. 37. babiles. *Id. Remed. am.* 337. tumidæ. Adde *eumd.* 2. *Amor.* 15. 11.; *Petron.* et *Martial.* — *b*) Dicitur etiam de viris. *Plin.* 3. *Ep.* 6. Signum effingit senem stantem: rari et cedentes capilli, lata frons, contracta facies, exile collum: pendent lacerti, papillæ jacent etc. *Sueton. Oth.* 11. Uno se trajecit (*Otho*) ictu infra lævam papillam. ¶ 2. Interdum dicitur de parva papula, seu tuberculo in cute, *tubercoletto, pustola. Seren. Sammon.* 10. 133. *de elephantiasi.* turpans infandis ora papillis. *et* 61. 1100. Interdum exsistit turpi verruca papilla. ¶ 3. Et de rosarum germine papillam imitante, Itali *bocciuolo* vocant. *Auct. Pervigil. Ven.* 14. Ipsa surgentes papillas de Favoni spiritu Urget in notos penates. *et* 21. Mane virgines papillas solvit humenti peplo. ¶ 4. Pro aurea catella, ornamento mammarum. *Juvenal.* 6. 122. nuda papillis Constitit auratis. ¶ 5. A similitudine ita dicitur fistula vel epistomium. *Varro* 3. *R. R.* 14. 2.; *ubi tamen al. leg.* mamillas. *V.* hanc vocem.

PĂPILLĀTUS, a, um, adject. in papillæ modum formatus. *Vet. Epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 699. *Burmann.* Nascebantur (*rosæ*) adhuc, neque erat par omnibus ætas: Prima papillatos ducebat gemma corymbos, Altera puniceos apices umbone levabat. *Hieronym. Ep.* 66. *n.* 1. Quis parturientem rosam, et papillatum corymbum, antequam in calathum fundatur orbis, et tota rubentium foliorum pandatur ambitio, immature demessum æquis oculis marcescere videat?

PĂPO. *V.* PAPPO.

PAPPA. *V.* PAPA.

PAPPĀRĬUM, ii, n. 2. (pappa) cibus, qui infantibus datur, quum a lacte sugendo removendi sunt, *pappa.* Translate adhibetur a *Seneca* 2. *Controv.* 9. *a med.* Dominicæ libidini papparium facere. *Al. leg.* pararium.

PAPPAS, æ, m. 1. πάππας, nutricius. *Juvenal.* 6. 632. timidus prægustet pocula pappas. *V.* PAPA et PAPAS.

PAPPO *vel* păpo, as, are, a. 1. ad pueros pertinet, quum vel cibum petunt, vel papam comedunt. *Pers.* 3. 16. at cur non potius teneroque columbo, Et similis regum pueris pappare minutum Poscis, et iratus mammæ lallare recusas? *Plaut. Epid.* 5. 2. 62. Novo liberto opus est, quod pappet. PE. dabitur: præbebo cibum. Joci causa *pappet* dixit, quia *novum libertum* ali postulat.

PAPPUS *vel* pappos, i, m. 2. πάππος, antiqua lingua idem quod senex. Unde *Sponsa pappi*, et *Agricola*, et *Hermia pappi*: quibus nominibus fabulas scripsit *Pomponius.* Confirmat eam significationem *Varro* 7. *L. L.* 29. *Müll.* Item, inquit, significant in Atellaneis aliquot pappum (sic ex vett. libris emendant *Turneb.* et *Scalig.* pro quo vulgo *pupum*; at *Müllerus* Pappum) senem, quod Osci *casnar* appellant. V. *Scalig.* ad *Varron.* 6. *L. L.* 5. *p.* 88.; et *Voss.* in *Etymol.* — Est autem a voce Græca allata, et significat avum, quo sensu etiam Latini interdum utuntur.

I.) Proprie. *Auson. Edyll.* 4. 13. pappos aviasque trementes Anteferunt patribus seri, nova cura, nepotes.

II.) Translate. ¶ 1. A similitudine senilis canitiei sic vocatur Græcis lanugo carduorum, unde hanc quoque acceptionem habent Latini. *Paul. Diac. p.* 220. 11. *Müll.* Pappi carduorum flores. *Lucret.* (3. 386). Vestem, nec plumas avium papposque volantes. ¶ 2. Item *pappus* dicitur lanugo cacti herbæ. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 16. 57. (97). Semen ei lanuginis, quam pappon vocant. ¶ 3. Item herba, quæ vocatur erigeron, vel senecio, vel acanthis. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 106. (168). Quare eam Callimachus acanthida appellat, alii pappum. — *NB. Turnebus* etiam putabat, ut ex postumis in *Varronem* 7. *L. L.* 96. *Müll.* notis liquet, *pappum mœsium* antiquitus a rusticis dictum pro lanugine messium, sive segetis. Aliter vero *Scaliger* quum de *pappi*, tum de *mœsii* voce: et recte; V. *Müllerum* ad *loc. cit.* — *NB. Papus*, altera extrita littera *p*, quia prisci Romani consonantes numquam geminabant, est cognomen Rom., de quo *V.* ONOM.

PĂPŪLA, æ, f. 1. *pustola, bollicola, bolla,* ἐξάνθημα, tuberculum, pustula in cute. *Cels.* 5. 28. *n.* 18. Papularum duo genera sunt. Alterum est, in quo per minimas pustulas cutis exasperatur et rubet leviterque roditur: medium habet paullo lævius, tarde serpit. Alterum est, quam ἀγρίαν Græci appellant: in qua similiter quidem, sed magis cutis exasperatur exulceraturque, ac vehementius et roditur et rubet et interdum etiam pilos remittit. Hæc *Cels. Virg.* 3. *G.* 564. Ardentes papulæ atque immundus olentia sudor Membra sequebatur. *Colum.* 6. *R. R.* 31. 2. *de equor. curat.* Papulæ ferventissimo sole usque eo strigile raduntur, quoad eliciatur sanguis. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 7. 26. (66). Lactucæ eruptiones papularum leniunt. *Id.* 26. *ibid.* 11. 73. (120). Rubentes papulas sanare. *Id.* 23. *ibid.* 7. 63. (120). movere. *far venire. Id.* 35. *ibid.* 17. 57. (196). cohibere. *Vulgat. interpr. Levit.* 14. 56. Ista est lex omnis lepræ et percussuræ, cicatricis et erumpentium papularum. — Proverbium est illud *Senec. Vit. beat.* 27. *a med.* Papulas observatis alienas, obsiti plurimis ulceribus.

PĂPŪLO, as, are, n. 1. papulas emitto. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. et 3. *ibid.* 4.

PĂPŸRĂCĔUS, a, um, adject. qui est ex papyro. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 11. 47. (168). Ellychnium papyraceum. *Id.* 6. *ibid.* 22. 24. (82). Papyraceæ naves.

PĂPŸRĬFER, fĕra, ferum, adject. παπυροφόρος, papyrum ferens. *Ovid.* 15. *Met.* 753. papyriferi septemflua flumina Nili. Adde *eumd.* 3. *Trist.* 10. 27.

PĂPŸRĬNUS, a, um, adject. παπυρινος, ad papyrum pertinens. *Varron. fragm.* apud *Non. p.* 168. 14. *Merc.* Stilus papyrinus videtur esse, quo in papyro scribebant. Hæc *Forcellinus.* At cl. *Vahlen.* (In *M. T. Varron. Sat. Menipp. conject. p.* 133. et *seq.*) laudatum *Varron. fragm.* ita emendavit: Mihique divi, dum stilo nostro papyri inlevi scapulo novom partum poeticon. *Papyrinus* itaque est vox valde dubia.

PĂPŸRĬO *vel* papyrion, ōnis, m. 3 παπυρίων, locus papyris consitus. *Vulgat. interpr. Exod.* 2. 5. Quæ quum vidisset fiscellam in papyrione, misit unam etc.

PĂPŸRĬUS, a, um, adject. papyraceus. *Auson. epist.* 7. 48. Fac campum replices Musa papyrium.

PĂPŸRUS, m. *et* f. *et* Papyrum, i, n. 2. πάπυρος, arbuscula Ægypti. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 11. 23. (71). Papyrum ergo nascitur in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagatæ stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radicis obliquæ crassitudine, trianguli lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem fastigatum, thyrsi modo cacumen includens, nullo semine, aut usu ejus alio, quam floris, ad deos coronandos. Hæc *Plin.* V. *Guilandinum*, et quæ adversus eum *Jos. Scalig.*; item adi *Salmas. Exercitat. in Solin.*

I.) Proprie, ratione habita materiei, qua constat papyrus, ejusque usus: de quibus hæc generatim *Plin. l. cit.* (72). Radicibus papyri incolæ pro ligno utuntur, nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoque utensilia vasorum. Ex ipso quidem papyro (*h. e.* e ligno) navigia texunt; et e libro vela tegetesque, necnon et vestem, etiam stragulam, ac funes. Mandunt quoque crudum, decoctumque, succum tantum devorantes. *et* 12. 23. (74). Præparantur ex eo chartæ, diviso (*libro interiore*) acu in prætenues sed quam latissimas philuras. Principatus medio, atque inde scissuræ ordine *etc.* Enumeratis deinde variis chartæ generibus, et postremo loco emporetica: Post hanc, inquit *ibid.* (76)., papyrum est (*h. e.* extimus papyri cortex) extremumque ejus scirpo simile, ac ne funibus quidem, nisi in humore, utile. Texitur omnis madente tabula Nili aqua; turbidus liquor vim glutinis præbet. In rectum primo supina tabulæ scheda adnitur longitudine papyri, quæ potuit esse, resegminibus utrimque amputatis: transversa postea crates peragit. Premitur deinde prelis, et siccantur sole plagulæ, atque inter se junguntur, proximarum semper bonitatis deminutione ad deterrimas. Numquam plures scapo, quam vicenæ. Hactenus *Plin.* Adde *Cassiod.* 11. *Variar.* 38.; et *Isid.* 6. *Orig.* 10. — Hinc specialim. — *a*) De navigiis ex papyro. *Lucan.* 4. 135. sic quum tenet omnia Nilus, Conseritur bibula Memphitis cymba papyro. — *b*) Item de funiculo, aut vinculo papyraceo. *Cels.* 5. 28. *n.* 12. *a med.* Satis est papyrum intortum eo illinere. *Colum.* 6. *R. R.* 6. 4. Quum sanguis satis profluxit, inhibetur papyri ligamine. *Pallad.* 3. *R. R.* 33. Sarmenta vitium papyro ligabis stricto et molli. — *b*) De gallicis seu calceis papyraceis. *Capell.* 2. *p.* 28. Calceos præterea ex papyro textili subligavit, ne quid ejus membra pollueret morticinum. *Tertull. carm. ad senator.* 22. *de Isiacis.* caligaque remota Gallica sit pedibus molli redimita papyro. Hinc *Herodot.* 2. 37. Οἱ ἱρέες Αἰγύπτιοι φορέουσι ὑποδήματα βύβλινα. — *c*) De ellychnio papyraceo, quod Itali *lucignolo*, nostrates vulgo *pavero* dicunt. *Veget.* 2. *Veterin.* 57. Papyrum candelarum purgatam subtiliter carpis, intingis in ovi albumento. *Paulin. Volan. carm.* 20. 114. Quem (*æstum*) fumosa dabat ceratis cella papyris. *Isid.* 11. *Orig.* 2. Dictum funus a funibus accensis, quos ante feretrum papyris cera circumdatis ferebant. — *d*) Papyro struebantur rogi. *Martial.* 10. 97. Dum levis arsura struitur Libitina papyro. *Id.* 8. 44. Fartus papyro dum tibi torus crescit. *h. e.* torus funereus, rogus.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de veste. *Juvenal.* 4. 24. hoc tu Succinctus patria quondam, Crispine, papyro? ¶ 2. Item pro charta, libello, epistolio. *Catull.* 35. 1. Poetæ tenero, meo sodali, Velim Cæcilio, papyre, dicas, Veronam veniat. *Martial.* 3. 2. *ad libr. suum.* Ne nigram cito raptus in culinam Cordyllas madida tegas papyro. *Juvenal.* 7. 100. Namque oblita modi millesima pagina surgit Omnibus, et crescit multa damnosa papyro.

PAR, păris, omn. gen. adject. *Paris* in recto feminino pro *par. Atta* in *Socru* apud *Priscian.* 7. *p.* 764. *Putsch.* Ad hanc fortunam accessit et fortuna paris. — Ablativus sing. numeri et *pari* habet et *pare*, ut *Charis.* docet 1. *p.* 14. et *Priscian.* 7. *p.* 763. *Putsch.*; sed hoc minus frequens est, et fere poeticum. *Ovid.* 4. *Fast.* 98. Illa (*Venus*) rudes animos hominum contraxit

in unum: Et docuit jungi cum pare quemque sua. *et* 3. *ibid.* 193. Cum pare quæque suo coeunt volucresque feræque. Adde *eumd. ibid.* 526. His autem locis *par* est conjux, *consorte:* qua ratione etiam *compar* usurpatur. — In Genit. plur. est *parium*, non *parum*: quamquam *Plin.* apud *Charis.* 1. *p.* 110. aliter docuerit. — Superl. *Parisumus* et *Parissimus* sub *A.* I. 5. — Par est æquus, æqualis, parilis, compar, similis quantitate seu gradu. *Cic* 2. *Invent.* 22. 68. Par est, quod in omnes æquabile est. ἴσος (It. *pari*, *uguale*; Fr. *égal*, *pareil*; Hisp. *igual*, *parejo*; Germ. *gleich kommend*, *gleich*; Angl. *equal*, *even in number*, *like*). Usurpatur *A*) Adjective, et *B*) Substantivorum more.

A) Adjective occurrit

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Absolute. *Cic.* 1. *Orat.* 18. 83. Virtutes esse inter se æquales et pares. *Id. Orat.* 12. 38. Ut verba verbis quasi dimensa et paria respondeant. *Id.* 4. *Herenn.* 40. 52. In æquos et pares fastidiosus, in inferiores crudelis. *Id. Topic.* 4. 23. Æquitas paribus in causis paria jura desiderat. *Id. Sull.* 2. 5. Intelliges de hoc judicium meum et horum par atque unum fuisse. *Id. Mur.* 9. 21. Quam ego pari atque eadem in laude pono. *Id.* 1. *Nat. D.* 19. 40. Necesse est eam esse naturam, ut omnia omnibus paria respondeant. *Id.* 2. *ibid.* 61. 153. E quibus vita beata exsistit, par et similis deorum. *Id.* 1, *Off.* 34. 124. Æquo et pari jure cum civibus vivere. *Id.* 1. *de republ.* 32. Si ingenia omnia paria esse non possunt, jura certe paria debent esse eorum inter se, qui sunt cives in eadem republica. *Id. ad Planc.* 1. *post ep.* 10. *l.* 16. *ad Att.* Ad paternas necessitudines magnam attulit accessionem tua voluntas erga me, meaque erga te par atque mutua. *Id.* 5. *Fam.* 2. Quod ita scribis, *pro mutuo inter nos animo*: quid tu existimes esse in amicitia mutuum, nescio; equidem hoc arbitror, quum par voluntas accipitur et redditur. *Cæs.* 1. *B. G.* 43. Legionem Cæsar passibus cc. ab eo tumulo constituit: item equites Ariovisti pari intervallo constituerunt. *Id.* 7. *ibid.* 74. Pares ejusdem generis munitiones. *h. e.* forma pares et viribus. V. *Herzog.* ad *h. l. Id.* 1. *B. C.* 51. Pari certamine res geri potuit. *Nepos Themist.* 3. Pari prælio discesserant. *h. e.* in quo eadem fortuna idemque eventus, ut neutri victoria inclinaret. Adde *Liv.* 41. 26.; et *Auct. B. Alex.* 29. *Liv.* 45. 43. Similia omnia magis visa hominibus, quam paria. *Virg.* 5. *Æn.* 114. pares ineunt certamina. *Plin.* 32. *Hist. nat. præfat.* 1. (1). Nec par aut simile potest inveniri. — *b*) Cum addita persona aut re, cui quis aut quid par est. — Per Dativum. *Cic. Orat.* 36. 123. Erit rebus ipsis par et æqualis oratio. *Id. Cluent.* 38. 107. Diligentia et religione par iis, quos antea commemoravi. *Id. Fontej.* 12. 26. Isti par in belligerando. *Id.* 2. *Fin.* 4. 13. Verbum Latinum (*voluptas*) par Græco ἡδονῇ et idem valens. *Id.* 1. *Divinat.* 3. 5. Parem summis Peripateticis judico. — Per Genit. pro Dativo. *Plaut. Rud. prol.* 49. ei erat hospes, par illius. *Cic. Pis.* 4. 8. Cujus paucos pares hæc civitas tulit. *Lucan.* 10. 382. Quem metuis, par hujus erat. *Phædr.* 4. 15. 6. Pares dum sint vestræ fortitudinis. *Al. leg.* fortitudini. *Fronto* 1. *ep. ad amic.* 6. Ubique eum parem sui invenies. — Per Ablativ. pro Dativo. *Sall. Hist. fragm.* apud *Arusian. Mess.* 4. Scalas pares mœnium altitudine. *Ovid.* 6. *Fast.* 804. In qua par facies nobilitate sua. Sic 4. *ibid.* 306. Nec facies impar nobilitate sua. — Per Ablativ. et præpos. *cum. Sall. Jug.* 14. Quem tu parem cum liberis tuis regnique participem fecisti. *Cic. Ligar.* 9. 27. Ut cetera paria Tuberoni cum Varo fuissent. *Id.* 1. *de republ.* 4. Parem cum ceteris fortunæ conditionem subire. *Id. Brut.* 59. 215. Erant ei quædam ex his paria cum Crasso, quædam etiam superiora. — Per formulam *inter se*. *Cic.* 1. *Parad.* 2. 11. Omitto reliquos (*reges Romanos*): sunt enim omnes pares inter se præter superbum. *Id.* 1. *Orat.* 55. 236. Præclaras duas artes constituere atque inter se pares et ejusdem socias dignitatis. — Sequentibus particulis *et, ac, atque, quam. Cic. Brut.* 11. 43. Omnia fuisse in Themistocle paria, et Coriolano. *Id.* 1. *de republ.* 34. Quum par habetur bonos summis, et infimis. *Sall. Cat.* 2. Tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem, et auctorem rerum. *Plaut. Mil. glor.* 4. 6. 36. Si parem sapientiam hic habet, ac formam, mihi ignoscet. *Cic.* 3. *Nat. D.* 1. 3. Neque mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecum fuit. *Sall. Jug.* 102. In quo offensæ minimum, gratia par, ac si prope adessemus. *Nepos Hann.* 5. Minutium magistrum equitum, pari ac dictatorem imperio, fugavit. *Cæs.* 5. *B. G.* 13. Pari spatio transmissus, atque ex Gallia est in Britanniam. *Id.* 1. *ibid.* 28. Quos in parem juris libertatisque conditionem, atque ipsi erant, receperunt. *Id.* 5. *ibid.* 8. Ipse cum legionibus quinque et pari numero equitum, quam in continente reliquerat, naves solvit. *Al. leg.* quem, *idque probant recentiores plerique omnes: et recte quidem; nam* quam *post vv.* par, similis, talis *etc. a* Livio *demum et serioribus ponitur.* V. Zumpt. Gramm. Lat. § 340. p. 295. — Poetice cum Infinito. *Virg.* 7. *Ecl.* 5. Et cantare pares et respondere parati. — *c*) Cum addita re, qua quis alii est par. — Per Ablativum. *Cic.* 1. *Orat.* 16. 70. Est finitimus oratori poeta, multis ornandi generibus socius ac pæne par. *Id.* 1. *Phil.* 14. 34. Libertate esse parem ceteris, principem dignitate. *Id.* 6. *Fam.* 6. Hominem cuivis summorum tuæ ætatis vel ingenio, vel industria, vel fama parem. *Id. Planc.* 11. 27. Omni illi et virtute et laude par. *Virg.* 1. *Æn.* 709. totidemque pares ætate ministri. — Per Ablativum et præpos. *in. Cic. Amic.* 9. 32. Ut sint pares in amore et æquales. *Id. Fontej.* 12. 26. Excitandus nobis erit ab inferis C. Marius, qui Induciomaro isti par in belligerando esse possit. — Per Genitivum pro Ablativo. *Sil. It.* 4. 370. ætatis mentisque pares. — Per Accusat. et præpos. *ad. Liv.* 26. 16. Virum se fortissimum a nequaquam pari ad virtutem occidi. *non pari nel valore.* ¶ 2. Speciatim de iis dicitur, qui satis habent virium aut facultatis ad aliquid agendum, aut ad resistendum; qui sunt idonei, apti, *idonei, sufficienti, di forze bastanti, capaci di stare a fronte.* — *a*) Absolute. *Cic.* 12. *Att.* 15. Mihi omnis sermo est cum litteris: eum tamen interpellat fletus, cui repugno quoad possum; sed adhuc pares non sumus. *Seneca Prov.* 2. Athletas videmus cum fortissimis quibusque confligere, et exigere ab his, per quos certamini præparantur, ut totis contra ipsos viribus utuntur: et si non inveniunt singulos pares, pluribus simul objiciuntur. *Nepos Themist.* 4. Themistocles unus restitit, et universos esse pares ajebat, dispersos testabatur perituros. *Id. Alcib.* 6. Nam postquam exercitui præesse cœperat, neque terra, neque mari hostes pares esse potuerant. — *b*) Cum Dativo. *Cæs.* 4. *B. G.* 7. Sese unis Suevis concedere, quibus ne dii quidem immortales pares esse possint. *Justin.* 7. 6. 4. Quoniam omnibus bellis par esse non poterat, dispensanda ratus. *et* 16. 4. 13. Parem esse crudelitati alicujus. *h. e.* ad resistendum crudelitati. *Val. Flacc.* 1. 110. velit ille quidem, sed dextera nondum Par oneri, clavæque capax. *Plin.* 3. *Ep.* 17. Exime hunc mihi scrupulum, cui par esse non possum. *non posso acquetare. Quintil. Declam.* 15. 4. Aspicio par laboribus corpus, sufficientem animam serils actibus. — Similia sunt hæc, quibus *par* dicitur qui alteri est virtute similis, et cum ni componi et committi potest. — *a*) Absolute. *Liv.* 28. 44. Habebo, Q. Fabi, parem, quem das, Hannibalem. — *b*) Cum Dativo. *Liv.* 22. 27. Unicum ducem ac parem quæsitum Hannibali. *Horat.* 1. *Od.* 6. 15. ope Palladis Tydidem Superis parem. *Sil. It.* 16. 616. composuit propioribus ausis Dignum te Fortuna parem. Adde *Stat.* 6. *Theb.* 843. — *c*) Cum Accus. et præpos. *adversus* usurpavit. *Justin.* 6. 4. 12. Victis adversus victores vires non pares fuere. — Item *par* dicitur de iis, qui honoribus, dignitate, auctoritate, potentia in republica pari modo fruuntur. *Vellej.* 2. 33. 3. Nam neque Pompejus, ut primum ad rempublicam aggressus est, quemquam æquo animo parem tulit. *et* 2. 29. 3. Civis in toga (*Pompejus*), nisi ubi vereretur, ne quem haberet parem, modestissimus. Cf. *Lucan.* 1. 125. Nec quemquam jam ferre potest Cæsarve priorem, Pompejusve parem. ¶ 3. Interdum absolute refertur ad ætatem similem: hinc *pares*, æquales, *coetanei*, ἡλικιῶται. *Petron. Satyr.* 25.; et *Auct. Priap.* 51. Huc pertinet illud *Cic. Senect.* 3. 7. Sepe interfui querelis meorum æqualium: pares autem cum paribus, veteri proverbio, facillime congregantur. ¶ 4. Item universim qui aliqua re æqualis est et similis alteri; quam vim habet proverb. ex *Cicer.* allatum. *Plaut. Curc.* 4. 2. 20. Eosdem hercle vos pono: parissimi estis iibus. *Horat.* 1. *Ep.* 5. 24. ne fidos inter amicos Sit, qui dicta foras eliminet: ut coeat par, Jungaturque pari. *Ovid. Heroid.* 9. 32. Si qua voles apte nubere, nube pari. *Seneca Troad.* 408. Et par sollicito fabula somnio! *Inscript.* apud *Viscont. Monum. Scipion. tab.* 3. QVOIVS FORMA VIRTVTEI PARISVMA FVIT. ἀρχαϊκῶς pro *parissima.* ¶ 5. Item speciatim *paria facere*, æquare, pariare; et dicitur de rationibus, *uguagliare, o saldar le partite. Colum.* 1. *R. R.* 8. 13. et 11. *ibid.* 1. 24. Negotiatio curam villici avocat, nec unquam patitur eum cum rationibus domini paria facere: sed ubi numeratio exigetur, rem pro nummis ostendit. ¶ 6. *Par, impar*, ludi genus, *a pari e caffo. Horat.* 2. *Sat.* 3. 248. Ludere par impar, equitare in arundine longa, Si quem delectet barbatum, amentia verset. Adde *Augustum* in *epist. ad filiam*, apud *Sueton. Aug.* 71.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ a superiori paragrapho 4. ductâ *Seneca* 3. *Benef.* 9. *extr.* Quum aliter beneficium detur, aliter reddatur, paria facere difficile est. *Id.* 3. *Ira* 25. Denique debet pœnas: non est quod cum illo paria faciamus. *Id. Ep.* 101. Sic itaque formemus animum, tamquam ad extrema ventum sit: nihil differamus, quotidie cum vita paria faciamus. Sic *Ep.* 19. *ad fin.* Poteram tecum et hac Mæcenatis sententia parem facere rationem. *soddisfare pienamente al mio debito.* Adde *Plin. Paneg.* et *extr.*; et *Quintil. Declam.* 6. 6. et 9. 17. et 12. 24.; et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 86. 88. (202). et 37. *ibid.* 1. 2. (3). ¶ 2. *Par pari referre* aut *respondere*, par, tantumdem, æquale rependere, *rendere la pariglia, o il contraccambio, rendere pan per focaccia, o frasche per foglie,* τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι. *Ter. Eun.* 3. 1. 55. Denique par pari referto, quod eam mordeat. *Al. leg.* par pro pari. *Plaut. Truc.* 5. 1. 47. Par pari respondet. *Cic.* 6. *Att.* 1. *a med.* Habes ad omnia, non ut postulasti, χρύσεα χαλκείων, sed parla paribus respondimus. *Atticus* ipse apud *eumd.* 16. *ibid.* 7. *ad fin.* Provide, si cui quid debetur, ut sit; unde par pari respondeatur. Huc pertinet et illud *Fronton.* 2. *ad M. Cæs.* 1. *a med.* Remuneratus est igitur a me mutuo. Paria habet: ne ullum hinc versum audiret. — Apud *Cic.* 3. *Orat.* 54. 206. paria paribus referre, est ἰσοκωλῶ uti. *V.* COMPAR *B.* 2. ¶ 3. Adverbialiter *ex pari*, ex æquo, pari conditione. *Seneca Ep.* 59. *a med.* Sapiens cum diis ex pari vivit. *Quintil. Declam.* 379. Sed inimicum occidi. Quem? pauperem, qui nihil in curia, nihil in contione poterat. Inimici sunt ex pari. ¶ 4. *Par est*, conveniens est, decens est, æquum est, *conviene, è di dovere, è ragionevole,* εἰκός ἐστι. — *a*) Sæpissime cum Infinito. *Cic. Amic.* 22. 82. Par est primum ipsum esse virum bonum, tum alterum similem sui quærere. *Id.* 2. *Off.* 23. 83. Sic par est agere cum civibus. *Id. Mur.* 7. 15. Quibus (*ornamentis*) fretum ad consulatus petitionem aggredi par est. *Id.* 9. *Att.* 11. *ante med.* Dubitans, quid me facere par sit. *et* 15. *ibid.* 17. *extr.* Tu vero quidquid erit, quod me scire par sit, statim scribe. *Nepos Datam.* 6. Relinqui eum non par esse, sed omnes confestim sequi. *Tac.* 1. *Ann.* 25. Quum neque gratiæ neque severitatis expertem haberi par esset. — *b*) *Ut par est, erat* etc. *Cic.* 2. *Divinat.* 55. 114. Casum prælii nemo nostrum erat quin timeret, sed ita, ut constantibus hominibus

par erat, non aperte. *Id.* 7. *Verr.* 4. 10. Statim, ut par fuit, jussu ejus homines, qui fuerant nominati, comprehensi sunt. — c) Raro sequente partic. *ut* cum Conjunctivo. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 31. Non par videtur, pædagogus ut siet. — *d) Pares* interdum pro duobus sumuntur. Hinc paribus equis, idest duobus Romani utebantur in prælio, ut sudante altero, transirent in siccum. Ita *Paul. Diac. p.* 221. 13. *Müll.*

B) Absolute, substantivorum more, Par, paris, n. 3., est *un paio, una coppia,* ζεῦγος. *Cic.* 11. *Phil.* 1. 2. Geminum in scelere par. *Id. opt. gen. Orat.* 6. 17. Gladiatorum par nobilissimum. *Id. Amic.* 4. 15. Ex omnibus sæculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum. *Id. Dom.* 11. 27. Quod par amicitiæ consularis fuit unquam conjunctius, quam ego et Cn. Pompejus? *Id.* 4. *Verr.* 19. 47. Scyphorum paria complura Verri data esse. *Ovid.* 13. *Met.* 83. Par columbarum. *Seneca Ep.* 7. Paria ordinaria et postulaticia. *scil.* gladiatorum. *Justin.* 6. 2. 7. Aliud par ducum. *Sueton. Rhet.* 5. Par oculorum. *Cajus* 3. *Institut.* (edente iterum *Goes.*) 212. Par mularum. — *Paria duo* differt a *paria bina*; illud duo tantum, hoc quatuor significat. *Labeo Dig.* 32. 30. Qui quatuor pocula oleaginea habebat, ita legavit: pocula oleaginea paria duo. Respondi, unum par legatum esse, quia non ita esset: bina paria; nequa ita: poculorum paria duo. Idem et Trebatius.

Homonym. *V.* in fin. v. ÆQUE.

PĂRĂBĬLIS, e, adject. (paro) qui facile acquiri et haberi potest, *facile da avere,* εὐπόριστος. *Cic.* 1. *Fin.* 13. 46. Natura divitias, quibus contenta sit, et parabiles, et terminatas habet. Cf. *eumd.* 5. *Tusc.* 33. 93. Parabiles divitiæ naturæ. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 119. namque parabilem amo Venerem, facilemque. *Seneca Ep.* 5. *a med.* Quemadmodum delicatas res desiderare, luxuriæ est; ita usitatas et non magno parabiles fugere, dementiæ est. *Curt.* 3. 5. Levi ac parabili cultu corporis esse contentum. *di poca spesa. Id.* 6. 4. Parco ac parabili victu.

PĂRĂBŎLA, æ, *et* **părăbŏlē**, es, f. 1. παραβολη, *comparazione, similitudine,* a παραβάλλω *confero.* ¶ 1. Est comparatio, collatio rerum genere dissimilium, ut ait *Donatus de trop. p.* 1778. *Putsch.*, et fit octo modis, quos apud *Diomed.* 2. *p.* 459. videre licet. *Quintil.* 5. 11. 23. Παραβολή, quam Cicero collationem vocat, longius res, quæ comparentur, repetere solet. *Id.* 8. 3. 77. In omni parabole aut præcedit similitudo, res sequitur; aut præcedit res, similitudo sequitur. Præcedit similitudo illa (*Virg.* 2. *Æn.* 355.) inde, lupi ceu Raptores atra in nebula, etc. Sequitur in primo Georgicon, post longam de bellis civilibus conquestionem (*in fin.*) ut quum carceribus sese effudere quadrigæ, Addunt se in spatia, etc. *Id.* 6. 5. 59. Adhibetur autem similitudo interim patam; interim inseri solet parabolæ: cujus est generis id Augusti, qui militi libellum timide porrigenti: Noli, inquit, dubitare, tamquam assem elephanto des. *Seneca Ep.* 59. Qui simpliciter, et demonstrandæ rei causa eloquebantur, parabolis referti sunt: quas existimo necessarias non ex eadem causa, qua poetis, sed ut imbecillitatis nostræ adminicula sint, et ut discentem et audientem in rem præsentem adducant. Adde *Macrob.* 5. *Saturn.* 13. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu, est narratio rei fictæ, sed verisimilis, quaque utimur causa similitudinis ad exponendam rem veram: cujusmodi multæ occurrunt in N. Testam., *parabola. Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 5.; *Augustin.* 2. *Quæst. Euangel.* 45.; *Hieronym.* etc.

PĂRĂBŎLĀNUS, i, m. 2. dicitur de hominibus pauperrimæ sortis, qui operam suam nosocomiis et xenodochiis accommodant. Quandoquidem quum alias, tum imprimis grassante peste, vitam propriam summo exponunt periculo, maxime verisimile est, venire a παράβολος, quod notat ad audendum projectum, ut *Cic.* 3. *Verr.* 1. 2. loquitur. *Impp. Honor. et Theodos. Cod.* 1. 3. 18. Parabolanos, qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, sexcentos constitui præcipimus. Adde *Cod. Theod.* 16. 2. 42. *et* 43. Ubique autem de urbe Alexandriæ sermo est.

PĂRĂBŎLĬCĒ, adverb. per parabolam. *Sidon.* 5. *Ep.* 17. *sub fin.* Parabolice, seu figurate dictare aliquid.

PĂRĂBŎLUS, i, m. 2. παράβολος, audax, temerarius: de iis dicitur qui cum bestiis in amphitheatro certant. *Cassiod. Hist. trip.* 11. 17. *a med.* Crudeli bestiæ artifex parabolus pugnet.

PĂRĂBUNDUS, a, um, adject. qui parat. *Gloss. Cyrill.* Εὐτρεπίζων, parabundus.

PĂRĂCENTĒRĬUM, ii, n. 2. παρακεντήριον, instrumentum, quo paracentesis fit. *Veget.* 3 *Veterin.* 17. 2. *Schneid.* Paracenterium inter tunicas oculares subjicito. *Al. leg.* paracenteterium, *quod et* Forcellinus *probavit.*

PĂRĂCENTĒSIS, is, f. 2. παρακέντησις, curatio, quæ manu fit pungendo et perforando, ut quum tunica oculi perforatur acu ad removendam suffusionem, vel abdomen ad extrahendam aquam collectam, etc. Vox Græca, a κεντέω *pungo,* παρακεντέω *a latere pungo. Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 92. (144). Anagallidis succus pupillas dilatat: et ideo hoc inunguntur ante, quibus paracentesis fit. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. sæpius memorat paracentesin abdominis in hydropicis. Adde *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 19.

PĂRĂCENTĒTĒRĬUM. *V.* PARACENTERIUM.

PĂRĂCĪMĒNOS, on, adject. παρακείμενος a παρακείμαι. Absolute (subaudi χρόνος) *paracimenos* est tempus præteritum. Hæc vox legitur apud *Macrob. de diff. Gr. Lat. verb. p.* 2743. *Putsch.*; sed Græce scribenda esse videtur.

PĂRĂCHĂRACTES, æ, m. 1. παραχαράκτης, qui falsam monetam cudit, *monetario*: a παραχαράσσω, falsum characterem imprimo. *Imppp. Valentinian.*, *Theodos. et Arcad. Cod. Theod.* 9. 21. 9.

PĂRĂCHĂRAXĪMUS, a, um, adject. adulterinus: a παραχαράκτης, falsus monetarius. *Cassian.* 1. *Collat.* 20. Tamquam adulterina nomismata et paracharaxima reprobemus, utpote quæ falsam imaginem regis, non legitime signatam, continent. Adde 21. et 22.

PĂRĂCLĒTUS *vel etiam* paraclitus, i, m. 2. παράκλητος. Pænultimam, quæ natura longa est, corripuit *Prudent.* 5. *Cathemer.* 160. Spirat de patrio corde Paracletum. Adde *eumd.* 10. περὶ στεφ. 430. ¶ 1. Est advocatus, consolator, adhortator, deprecator: a παρακαλέω. Hoc nomine Ecclesiastici scriptores designant tertiam Sanctissimæ TRINITATIS personam. *Tertull. Virg veland.* 1., *Anim.* 55., *Resurr. carn. in fin.* ¶ 2. Fuit etiam unum ex æonibus Valentiniani. *Tertull. advers. Valentin.* 8.

PĂRĂCŸNANCHĒ, es, f. 1. παρακυνάγχη, genus quoddam morbi, cujus descriptionem habes his verbis apud *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 1. Synanche alia est intra oris spatium, alia exterius, alia ex utroque hoc exteriore atque interiore, parte dextra vel sinistra, aut in utraque. Quæ in utraque parte interior fuerit, cynanche vocanda: quæ in altera fuerit parte, paracynanchen vocaverunt.

PĂRĀDA, æ, f. 1. *coperta, o tenda della barca,* tegmen, vel umbraculum naviculæ. Videtur esse vox Gallica. *Auson. epist.* 5. 25. Puppe citus propera, sinuosaque lintea veli Pande: Medullini te ferat aura noti Expositum subter paradas, lectoque jacentem. *sotto 'l felce,* nunc dicunt Veneti: huc etiam fortasse pertinet illud *mettere in parada la nave,* quum eam velis aliisque ornant instrumentis nauticis. *Sidon.* 8. *Ep.* 12. *a med.* Hic, ne tibi pendulum tingat volubilis sentina vestigium, pandi carinarum ventres abiegnarum trabium textu palpitabuntur: hic superflexa crate paradarum sereni brumalis infida vitabis. — *NB.* Est etiam nomen oppidi, de quo *V.* ONOM.

PĂRĂDĬASTŎLĒ, es, f. 1. παραδιαστολη, disjunctio, distinctio, separatio. Vox Græca, et Græce adhibenda, qua significatur rhetoricum schema: de quo *Quintil.* 9. 3. 65. Συνοικείωσιν vocant, quæ duas res diversas colligat. Huic diversam volunt esse distinctionem, cui dant nomen παραδιαστολήν, qua similia discernuntur: *Quum te pro astuto sapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem*: quod totum pendet ex finitione; ideoque an figura sit, dubito. *Rutil.* tamen *Lupus l.* 1. *de figur. sentent.* et *Jul. Rufinian.* inter figuras sententiarum enumerant.

PĂRĂDIGMA, ătis, n. 3. παράδειγμα, exemplum quo utimur ad aliquid ostendendum probandumque. Vox Græca: inter figuras dictionis est rei præteritæ relatio, adhortationem dehortationemve significans: adhortationem, ut (*Virg.* 1. *Æn.* 246.) Antenor potuit mediis elapsus Achivis Illyricos penetrare sinus. Dehortationem, ut (*Id.* 9. *ibid.* 144.) an non viderunt mœnia Trojæ, Neptuni fabricata manu, considere in ignes? Ita *Charis.* 4. *p.* 248. *Putsch.*, cui paria habent *Diomed.* 2. *p.* 460. et *Donat. de trop. p.* 1779. Fit autem tribus modis: vel enim in exemplum adducimus personam sine sermone; vel sermonem sine personis; vel simul utrumque, ut est apud *Jul. Rufinian. de fig. sentent.* (V. *Quintil.* 5. 11. 1.). *Tertull. Anim.* 43. *a med.* Paradigmate Platonico plenius.

PĂRĂDIGMĂTĬCOS, on, adject. παραδειγματικός, exemplaris, exemplum præbens. *C. Jul. Victor.* (ab *A. Maio* editus) *art. rhet.* 11. *p.* 67. Enthymematon et epichirematon formæ sunt quinque, electicon, item dicticon, item gnomicon, item paradigmaticon, item syllogisticon. Paradigmaticon enthymema quamquam ad exemplum se refert, hoc tamen differt ab exemplo, quod exemplum per se positum probationem adjuvat, conversum autem in speciem argumenti, formam accipit paradigmatis enthymematici.

PĂRĂDISĬĂCUS, a, um, adject. ad paradisum pertinens. — *a*) Generatim de paradiso sive de horto amœno. *Venant.* 6. *carm.* 8. 1. Hic ver perpetuum viridantia gramina gignit, Et paradisiacas spargit odore rosas. — *b*) Speciatim de paradiso terrestri, ubi primi hominum parentes a Deo positi sunt. *Alcim.* 1. 299. Interea primi, summus quos junxerat auctor, In paradisiaca ponuntur sede parentes.

PĂRĂDISĬCŎLA, æ, comm. gen. 1. (paradisus *et* colo) qui paradisum cælestem incolit. *Prudent. Hamartig.* 936. *de Lazaro.* Et paradisicolæ post ulcera dira beato.

PĂRĀDISUS, i, m. 5. pomarium, viridarium, hortus consitus, *giardino, orto.* Vox a Persis, atque inde Hebræis originem ducit: Hebr. פַּרְדֵּס *pardès,* hortus conclusus, ex פָּרַךְ *paràd,* separavit. Ceterum in Zendica lingua est *pairidaêza,* in antiqua Persica *paradaiza,* in Sanscrita *paradesa,* et proprie significat *sæptum,* atque hinc etiam *hortum.*

I.) Proprie. *Augustin. Serm.* 343. *n.* 1. *de Susanna.* Conscripta sunt verba ejus, quæ habuit in paradiso, hoc est in viridario suo. Græce *Gell.* 2. 20. Vivaria quæ nunc vulgus dicit, sunt quos παραδείσους Græci appellant: quæ leporaria Varro dicit.

II.) Translate. ¶ 1. In sacris libris accipitur pro amœnissimo loco in Oriente, in quo primi nostri generis auctores a Deo constituti fuere, *paradiso terrestre. Hieronym. Ep.* 52. *n.* 5. Memento semper, quod paradisi colonum de possessione sua mulier ejecerit. *et Ep.* 69. *n.* 6. Plantatus paradisus in Eden. ¶ 2. Speciatim est locus beatorum in cælis, *paradiso celeste. Tertull. Apolog.* 47. Si paradisum nominemus, locum divinæ amœnitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, macerie quadam igneæ illius zonæ a notitia orbis communis segregatum, Elysii campi fidem occupaverunt. *Id. in carm. de Judic. Domini* 195. — 260. fusam habet et poeticam ejus descriptionem. — *NB.* Est etiam nomen fluvii, et oppidi, de quo *V.* ONOM.

PĂRĂDOXUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PĂRĂDOXUS, a, um, adject. παράδοξος, ad-

mirabilis, inauditus, præter opinionem: a *παρά* *præter* et *δόξα* *opinio*. — Usurpatur tantum substantivorum more; hinc

Paradoxus, i, m. 2. Speciatim dicitur — *a*) Qui præter exspectationem eodem die lucta pariter et pancratio vicit, Græce παραδοξονίκης appellatus. *Augustin. Princip. rhet. n.* 9. Tametsi quidam parum diligenter Græce loquentes, paradoxa pro his, quæ sunt bonæ opinionis, accipiunt: unde vulgo etiam Olympionicas, et ceteros victores sacrorum certaminum paradoxos vocant, magis consuetudine, quam ratione ducti. *Plutarch. comparat.* inter *Cimon.* et *Lucull. n.* 2. hæc illustrat his verbis: Τῶν ἀθλητῶν τοὺς ἡμέρᾳ μιᾷ πάλῃ ἅμα, καὶ παγκρατίῳ στεφανουμένους ἔθος τινὶ παραδοξονίκας καλοῦσιν. In Græcis Inscriptionib. passim dicitur παραδοξος, qui a *Plutarcho* παραδοξονίκης, in quo is cum *Augustino* consentit. *V. Ignarra de palæstra Neapol. p.* 34. — *b*) Item mimus. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 8. 184. Siparium velum est, sub quo latent paradoxi, quum in scænam prodeunt. *Salmas.* ad *Vopisc. p.* 384. eosdem παραδοξολόγους dictos observat. — Et

Paradoxum vel *paradoxon, i*, n. 2. — 1.°) Sing. num. — *a*) Est schema orationis, de quo in *Rufinian. de fig. sentent.* Parodoxon sive hypomone, sustentatio, vel inopinatum. Hoc schema suspendit sensum: deinde subjicit aliquid contra exspectationem auditoris, sive magnum, sive minus; et ideo sustentatio, vel inopinatum dicitur. *Cic. pro Lig.* (*c.* 9.). Hinc prohibitus, non ad Cæsarem, ne iratus; non ad domum, ne iners: non aliquam in regionem, ne condemnare causam illam, quam secutus esset, videretur. Hæc *Rufinianus*. — *b*) Sic dicitur etiam quoddam paralyseos genus. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 15. Erasistratus memorat paralyseos genus, et paradoxon appellat, quo ambulantes repente sistuntur ut ambulare non possint et tum rursum ambulare sinuntur. — 2.°) Plur. num. *paradoxa* dicuntur sententiæ, quibus philosophi Stoici gaudent a communi sensu abhorrentibus. *Cic.* 4. *Fin.* 27. 74. Hæc παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus. *Id. Parad. procem.* 3. Ego vero illa ipsa, quæ vix in gymnasiis et in otio Stoici probant, ludens conjeci in communes locos. Quæ, quia sunt admirabilia contraque opinionem omnium, ab ipsis etiam παράδοξα appellantur, tentare volui, possentne proferri in lucem.

PĂRĂDOXUS, i, m. 2. *V.* voc. præced.

PĂRÆNĔSIS, i, f. 3. παραίνεσις, præceptio, admonitio, adhortatio: vox Græca a παραινέω *præcipio*. *Vulcat. Avid. Cass.* 3. Per ordinem paræneseon, hoc est præceptionum, per triduum disponunt.

PĂRĂGAUDA, æ, f. 1. *et* Paragaudis, is, f. 3. De vocis etymo *V.* sub II. in fin.

I.) Proprie est fascia vel aurea, vel serica auro ornata, quæ vesti intexebatur, non, ut instita, assuebatur.. *Imppp. Gratian., Valent. et Theodos. Cod.* 11. 8. 2. Nemo vir auratas habeat aut in tunicis, aut in lineis paragaudas.

II.) Translate per synecdochen sumitur pro ipsa veste, quæ hisce fasciis distincta et insignita erat. Hujusmodi vestium quædam monolores erant, quibus una tantum paragauda, seu fascia intexta erat, aliæ dilores, quibus duæ, aliæ trilores, quibus tres, aliæ tetralores, quibus quatuor, aliæ pentalores, quibus quinque. *Valerian. Imp.* in *epist.* apud *Vopisc. Prob.* 4. Interulas paragaudas duas. *Gallien.* in *ep.* apud. *Trebell. Claud.* 17. Paragaudem triuncem unam. *V.* ibi *Salmas.* qui docet esse vocem Persicam, et *Casaubon.* qui Syram; (*Chald.* vero פַּרְגּוֹד *pargòd*, est velum, aulæum) uterque autem mallet, legi *paragaudiam*, aut *paragaudeam*, ut sit adjectivum. Adde *Vopisc. Aurelian.* 46. et ibi quoque ab iisdem notata.

PĂRĂGŌGA Verba, παράγωγα, dicuntur a Grammaticis, quæ a primitivi verbi declinatione et mutationem et adjectionem litterarum capiunt, et nihilominus interdum variant significationem, ut *lacesso* et *facesso*, ex eo quod est *lacero* et *facio*. Ita *Charis.* 3. *p.* 226. *Putsch.* Adde *Diomed.* 1. *p.* 309., qui ita appellat verba derivativa, ut *fontanus, montanus, villaticus* etc. Ipsa vox Græca, et Græce adhibenda, est a παράγω *produco, deduco, derivo*. Cf. *Capell.* 5. *p.* 166. — Similiter *paragoga metra* dicuntur ab *Atil. Fortunatian. p.* 2696. et 2698. *Putsch.*, quæ ab aliis deducta sunt.

PĂRĂGŌGĒ, es, f. 1. παραγωγή, productio, deductio, Græca vox, et Græce adhibenda: a παράγω *produco, deduco*: figura est poetica, qua in fine vocis aliquid adjungitur, ut *admittier* pro *admitti, tis* pro *te, potestur* pro *potest.* Ita *Diomed.* 2. *p.* 436. *Putsch.* Hanc alii προσπαράληψιν, prosparalepsin vocant, a προσπαραλαμβάνω, ultra accipio, aut assumo. *Charis.* 4. *p.* 248.; *Diomed.* 2. *p.* 436.; et *Donatus de schematib. p.* 1772.

PĂRĂGŌGĪA, ōrum, n. plur. 2. παραγωγια, a παράγω *deduco, derivo*, sunt aquarum ductus, aquæductus. *Imp. Zeno Cod.* 11. 42. 10.

PĂRĂGŌRĬCUS, a, um, adject. παρηγορικός, et Dorice παραγορικός, leniendi vim habens. *Theod. Priscian.* 1. 15. *ante med.* Adhibitis hordei, vel lini seminibus paragoricis. *et ibid.* 8. Paragoricis vero iisdem adjutoriis sic morigerandum erit, ut etc. *V.* PAREGORICUS.

PĂRĂGRAMMA, ătis, n. 3. παράγραμμα, sphalma in scribendo. *Hieronym. Ep.* 71. *n.* 5. Opuscula mea, quæ desiderare te dicis, ad describendum hominibus tuis dedi. *et mox.* Si paragrammata repereris, vel minus aliqua descripta sunt, quæ sensus legentis impediant, non mihi debes imputare, sed tuis, et imperitæ notariorum librariorumque incuriæ, qui scribunt non quod inveniunt, sed quod intelligunt, et dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos.

PĂRĂGRĂPHUS, i, comm. gen. παράγραφος (subintelligitur γραμμή) nota critica figura litteræ Γ, quæ, ut ait *Isid.* 1. *Orig.* 21., ponitur ad separandas res a rebus, quæ in connexu concurrunt.

PĂRĂLEPSIS, is, f. 3. παραλῆψις, assumptio a παραλαμβάνω. Est figura eadem, quæ paragoge, hoc est adjectio litteræ syllabæve ad finem dictionis. Hæc *Consent.* p. 388. ed. *Keil.*, qui *paralempsis* legit.

PĂRĂLĬPŌMĔNON, παραλειπομένων Græcus genit. plur. neut., h. e. rerum omissarum, aut relictarum: a παραλείπω *omitto, prætermitto*. Sic inscribuntur duo libri Vet. Testamenti, in quibus supplentur ea, quæ in præcedenti Regum historia aut omissa, aut non plene relata fuere. *Hieronym. Ep.* 53. *n.* 8.; *et Isid.* 6. *Orig.* 2. *V.* PRÆTERITUS.

PĂRĂLIPSIS *et minus recte* paralepsis, is, f. 3. παράλειψις, figura rhetorica, præteritio. *Capell.* 5. *p.* 171. Paralipsis est præteritio, quum quasi prætermittentes quædam, nihilominus dicimus. Adde *Aquil. Rom.* § 8. ed. *Rhunken.*

PĂRĂLĬUS *et* paralios, ii, m. 2. παράλιος, marinus, maritimus: a παρά *prope* et ἁλς, ἁλος *mare*. Apud *Plin.* 20. *Hist. nat.* 19. 78. (206). est appositum primi et tertii generis papaveris, quia maritimis in locis nascitur. Item tertii generis tithymali apud *eumd.* 26. *ibid.* 8. 41. (68).

PĂRALLĔLĒPĬPĒDUM, i, n. 2. παραλληλεπίπεδον, *parallelepipedo*, figura geometrica e superficiebus constans, quarum duæ invicem parallelæ sunt, a παράλληλος *e regione collocatus* et ἐπίπεδον *superficies*. *Boeth.* 2. *Arithm.* 25. *p.* 1032. Est alia rursus quædam corporum solidorum ordinabilis compositio, eorum qui dicuntur cubi, vel asseres, vel laterculi, vel cunei, vel sphæræ, vel parallelepipedi, quæ sunt quoties superficies contra se sunt, et ductæ in infinitum numquam concurrent. *In veteri edit. Basil.* paralletepipedæ.

PĂRALLĔLŌGRAMMA, ătis, n. 3. παραλληλόγραμμα, nomen figuræ geometricæ. *Boeth. de divis.* 1. *p.* 644. Distribuimus tetragonum in triangula, alias in parallelogrammata.

PĂRALLĔLŌGRAMMUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PĂRALLĔLŌGRAMMUS, a, um, adject. παραλληλόγραμμος, lineis parallelis constans, ut Parallelogramma mensura apud *Frontin. de colon. p.* 116. *et* 130. *Goesii.* — Hinc

Parallelogrammum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est *un parallelogramma* apud Italos. *Boeth.* 1. *Geometr.* 1183. Omnia parallelogramma, quæ in eisdem basibus et in eisdem alternis lineis fuerint constituta, sibi invicem probantur æqualia.

PĂRALLĔLONĬUS, a, um, adject. idem ac parallelus, ut Parallelonius terminus apud *Auct. de limit. p.* 310. *Goes. V.* PIPERACEUS.

PĂRALLĔLOS, on, *Græca positione*, et

PĂRALLĔLUS, a, um, adject. παράλληλος, invicem comparatus, æqualiter distans, *parallelo, equidistante*: a παρά *ad* et ἀλλήλων *invicem*. — Apud *Vitruv.* 5. 8. legitur *parallelos linea*, more Græcorum, quibus παράλληλος communis generis est. *Lineæ* vero *parallelæ* sunt, quæ in immensum protensæ, æqualibus semper spatiis inter se distant, et numquam concurrunt. Rursus *Vitruv.* 10. 15. de *catapult.* Tabulæ, quæ sunt in summo et in imo capituli, parallelique vocantur. — *Circuli paralleli*, et *paralleli* absolute, sunt segmenta sphæræ, ab Or. in Occ. ducta, axem mundi habentia pro centro, omnique ex parte a se invicem æqualiter distantia. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 33. 39. (211). Plura sunt autem segmenta mundi, quæ nostri circulos appellavere, Græci parallelos. *Solin.* 37. Quod gnomonici similibus parallelis accidere contendunt, quos pares in terrarum positione æqualitas normalis efficit lineæ. *Capell.* 8. *p.* 276. Decem dici mundi circulos assevero: quorum alii paralleli, quos æquidistantes Latine possumus memorare, eosdem polos habent, quos ipse mundus, *etc.* Pergit deinde æquatorem describens, et tropicos, et polares circulos. — Hinc

Paralleli, ōrum, m. plur. 2. absolute, substantivorum more, *V.* supra.

PĂRĂLŌGISMUS, i, m. 2. παραλογισμός, *paralogismo*, falsa ratiocinatio. *Boeth. Analyt. prior.* 2. *p.* 515. In paralogismis nihil prohibet fieri hypotheseos contradictionem. Adde *eumd. Analyt. poster.* 1. *p.* 530.

PĂRĂLŸSIS, is, f. 3. παράλυσις, dissolutio, nervorum resolutio, ut *Cels.* vocat 2. 1., *paralisia*: a παραλύω *resolvo*. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 3. 8. (14). Intestinorum omnium vitiis medetur et renium et lumborum et paralysi. *et ibid.* 15. 59. (165). Ferunt eos, qui cappari quotidie edunt, paralysi non pericitari. *Petron. Satyr.* 120. Adolescens paralysin cave. Adde *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1.; et *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 113. ed. *Ald.*

PĂRĂLŸTĬCUS, a, um, adject. παραλυτικός, qui paralysi laborat, *paralitico*, *Plin.* 20. *Hist. nat.* 9. 34. (85). Ideo paralyticis et tremulis dari jubet. *Claudian. epigr.* 49. *extr.* Jussus post multos graditur paralyticus annos. Hic metri necessitate antepænultima in *paralyticus* producitur, ut etiam apud *Paulin. Petrocor.* 6. 164. Experta est tantam paralytica virgo medelam. *Petron. Satyr.* 131. Quid est, paralytice? ecquid hodie totus venisti? — *Restringere paralyticos*, est sanare, quum paralysis nihil aliud sit, quam nervorum dissolutio, quæ aliter sanari non potest, nisi nervi illi dissoluti et justo laxiores restringantur. *Tertull. Apolog.* 21. Quum ille verbo dæmonia excuteret, leprosos mundaret, paralyticos restringeret.

PĂRĂMĔSĒ, es, f. 1. παραμεση, h. e. prope, vel ad mediam: a παρά *ad* et μέση *media*.

I.) Proprie apud *Vitruv.* 5. 4. nomen est chordæ musicæ, quæ recentioribus musicis est *b fa b mi*. Cf. *Capell.* 9. *p.* 316., 319.-320. et 322.; et *Censorin. fragm. de metris p.* 2733. *Putsch.*

II.) Translate ita appellatur digitus medio proximus, qui et anularis. *Apul.* in *fragm.* 10. *Met. p.* 717. *Oudend. V.* HYPATE II.

PĂRAMMA, ătis, n. 3. πάραμμα, a παράπτω *annecto*, Italice *paramento, fornimento*, quidquid onerariis jumentis ad onera portanda adjun-

gitur. *Edict. Dioclet. p.* 24. Paramma mulare ✂ octingentis.

PĂRĂNĀTELLON, παρανατέλλων, simul oriens. Vox Græca, qua usus est *Servius* ad *Virg. G.* 1. 218

PĂRĂNĒTĒ, es, f. 1 παρανήτη, h. e. ultimæ proxima, pænultima, a παρά *ad* et νήτη *ultima*. Apud *Vitruv.* 5. 4. est nomen chordæ musicæ. *Id* 6. 1. *circa med.* Paranetarum acutissimam sonitu vocis perficiunt tenuitatem. V. *Bald. in Lex. Vitruv. Capell.* 9. *p.* 319. Διάτονος, quæ et paranete dicitur, quam Latine pænultimam perhibemus. Adde *Censorin. fragm. de metris p.* 2723. *Putsch.*

PĂRANGĂRĬA, æ. f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

PĂRANGĂRĬCUS, a, um, adject. quod fit præter angariam. *Imp. Constantin. Cod.* 1. 3. 2. Ad parangariam præstationem non vocentur. — Hinc *Parangaria*, æ, f. 1. absolute, substantivorum more. Angariæ dicuntur operæ publice ob negotium aliquod impositæ: parangariæ vero sunt, in quibus et operæ personarum, et rerum impendia imponuntur propter publicam aliquam necessitatem. De utrisque fit mentio in *Cod. Justin.* 12. *tit.* 51. et alibi, et *Cod. Theod.* 8. *tit.* 5. Alii ita interpretantur, ut *angariæ* sint onera et labores, qui imponebantur in cursu publico: *parangariæ*, quæ extra illum, h. e. in viis transversis; atque ita interpretatur *Morisan. Inscript. Regin. p.* 427., ut *paraveredus* est, qui in via transversa; *veredus* qui in via recta seu cursu publico vehiculum agit.

PĂRĂNYMPHA, æ, f. 1. pronuba. *Isid.* 9. *Orig.* 7.

PĂRĂNYMPHUS, i, m. 2. παράνυμφος, pronubus, auspex, qui nuptias conciliat. *Augustin.* 14. *Civ. D.* 18. Nonne omnes famulos atque etiam ipsos paranymphos, ante mittit foras, quam vel blandiri conjux conjugi incipiat? Adde 6. *ibid.* 9. *ante med. Venant.* 8. *carm.* 5. 305. Angelus inde tuos repetens paranymphus honores.

PARAPÆSTUS, i, m. 2. παράπαιστος, delirus, mente captus, nomen est pedis in carmine. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantummodo in *Not. Tir. p.* 184. Anapæstus, parapæstus.

PĂRĂPEGMA, ătis, n. 3. παράπηγμα, Græce est tabula ænea, quæ columnæ affigitur, cujusmodi tabulis leges inscribebantur, a παραπηγνύω *affigo*. Astrologi etiam sic dixere tabulas, quibus describerent canonem astronomicum, sive prædictiones siderum, eclipsium, aliarumque rerum cælestium. Sic Democritum scripsisse parapegmata, auctor est *Diog. Laert.* Meminit et *Vitruv.* 9. 7. *sub fin.* Quorum inventa secuti siderum ortus et occasus, tempestatumque significatus Eudoxus, Euctemon ceterique ex astrologia invenerunt, et parapegmatorum disciplinas posteris explicatas reliquerunt. Hic pro *parapegmatum* est *parapegmatorum* a *parapegmatum, i*, n. 2. V. EMBLEMA.

PĂRĂPĔTĂSĬUS, a, um, adject. qui affigitur, adjungitur, applicatur ita, ut aliquid obvelet obtegatque: a παραπετάζω *obvelo, obtego. Impp. Arcad. et Honor. Cod.* 8. 12. 14. *Cod. Theod.* 15. 1. 39. Ædificia, quæ vulgo parapetasia nuncupantur, vel si qua alia opera mœnibus, vel publicis operibus ita sociata cohærent, ut ex his incendium, vel insidias vicinitas reformidet, aut angustentur spatia platearum, vel minuatur porticibus latitudo, dirui ac prosterni præcipimus.

PĂRĂPĔTEUMA, ătis, n. 3. παραπέτευμα, nomen tesseræ frumentariæ, quæ et πιτός dicitur. Vox Græca. *Imppp. Theodos., Arcad. et Honor. Cod.* 11. *tit.* 24. *qui est* de annonis civilibus 2. Centum et viginti quinque modios frumenti præter solitum canonem, per singulos dies de præsenti sexta indictione, ex die calend. Januar. nomine parapeteumatis, de horreis publicis hujus almæ Urbis, insita nostræ liberalitatis pietate tribuimus.

PĂRĂPHŌROS, on, adject. παράφορος, depravatus, adulterinus, non sincerus: a παραφέρω *depravo*. Ita vocatur genus quoddam aluminis pallidi et scabri, et quod galla inficiatur. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 15. 52. (185).

PĂRĂPHRĂSIS, is, f. 3. παράφρασις, *parafrasi*, ejusdem sententiæ per alium sermonem explicatio et liberior interpretatio, quum quædam mutantes et addentes, copiosius ac dilucidius rem aliquam explicamus. *Quintil.* 1. 9. 2. Versus primo solvere, mox mutatis verbis interpretari; tum paraphrasi audacius vertere, qua et breviare quædam, et exornare, salvo modo poetæ sensu, permittitur. *et* 10. 5. 5. Græcis litteris scribit: Neque ego, inquit, παράφρασιν esse interpretationem tantum volo, sed circa eosdem sensus certamen atque æmulationem. *Spalding.* vero Latinis litteris edidit.

PĂRĂPHRASTES, æ, m. 1. παραφραστής, *parafraste*, qui paraphrasi utitur. *Hieronym. præf.* ad *libr. Regum sub fin.*, sed Græce.

PĂRĂPĬĒNOS, i, m. 2. pes metricus ex brevi et longa et tribus brevibus, temporum sex: est a παρα *trans*, et πίησις *pinguis*. *Diomed.* 3. *p.* 478. *Putsch.*

PĂRĂPLECTUS, a, um, adject. παράπληκτος, qui paraplexia correptus est. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut* 5. *a med.* Inquiunt enim apoplectos toto corpore vitiato paralysi, paraplectos particulis.

PĂRĂPLEXĬA, æ, f. 1. παραπληξία, *paraplessia*, apoplexia, quæ partes tantum quasdam corporis corripit. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 5. *ante med.* Vocatur etiam apoplexia a quibusdam paraplexia. *V.* voc. præced.

PĂRAPSIS, idis, f. 3. *V.* PAROPSIS.

PĂRĂRENCHON, ontis, m. 3. *V.* DORMIO I.

PĂRĂRĬUS, a, um, adject. a *par*. Pararium æs appellabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Ita *Paul. Diac. p.* 221. 13. *Müll.* Nempe *pares equos* dicebant duos equos, ut in PAR II. 4. *d.* adnotavimus. — Hinc *Pararius*, ĭi, m. 2. absolute, substantivorum more, est conciliator, μεσίτης, *mezzano di contratti, sensale*. Videtur esse a *paro, as*, quia parat utrimque animos et conjungit, ut ait *Lips.* ad illud *Senec.* 3. *Benef.* 15. Ille per tabulas plurium nomina, interpositis pariis, facit. *et* 2. *ibid.* 23. Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec signatores advocari, nec chirographum dare. — Et de conciliatore amoris, seu lenone. *Seneca* alter 2. *Controv.* 9. *a med.* Dixit, arcessitum a domino servum, qui inter se medius et dominam, cum domina rem haberet, illam non esse passam: maritum indignatum, prosiluisse quasi in corruptorem. Usus est colore: dixit enim arcessitum, ut dominicæ libidini pararium faceret. *In quibusdam editionib. perperam. pro* pararium *legitur* paparium.

PĂRĂSANGA, æ, f. 1. παρασάγγης, mensura viarum apud Persas, ut *Paul. Diac. p.* 222. 1. *Müll.* docet. Sed quot stadia, aut passuum millia contineat, incertum est, quia ut ait *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (125). ipsi quoque Persæ alii alia mensura determinant. Sunt enim qui triginta ei stadia tribuunt; sunt qui quadraginta; sunt qui sexaginta. *Romé de l' Isle Métrolog. p.* 15. parasangam Herodoti vocat, quæ quatuor fere millib. passuum par erat, h. e. triginta circiter stadia continebat. — Ceterum vox Persica *parathanha*, juxta Oppert (*Nouveau Journal Asiatiqu. v.* XVII. *p.* 267.), idem est ac *terminus*, ducta significatione a terminis seu columellis, quas miliarias appellamus, uti erant *lapides* apud Romanos.

PĂRASCĒVASTĬCUS, a, um, adject. παρασκευαστικός, ad parascevem, h. e. ad præparationem pertinens. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. *n.* 186. Asclepiades vero ad ipsum (*Erasistratum*) scribens libro Parascevasticos, ligationem excludit.

PĂRASCĒVĒ, es, f. 1. παρασκευή, Græce *præparationem* significat. ¶ 1. Apud Hebræos ita vocabatur dies ante Sabbatum, quia eo die parabantur necessaria, ne præceptum cessandi ab opere die festo Sabbati violaretur. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 12. et *advers. Psych.* 14. ¶ 2. Est etiam hoc nomine sententiarum figura, præmunitio, qua utimur ad confirmandum id, quod subjecturi sumus. *Jul. Rufinian. de fig. sent. et eloc.* 32. ed. *Ruhnken.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĂRĂSĒMUM, i, n. 2. παράσημον, insigne navis. *V.* NAVIS. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 4. 77. Pegasus trierarchi filius, ex cujus liburnæ parasemo nomen accepit.

PĂRĂSĬŌPĒSIS, is, f. 3. παρασιώπησις, reticentia: vox Græca, et Græce adhibenda: est figura rhetorica, quum aliquid nos reticere dicimus, et tamen tacitum intelligitur. Et hoc utendum est, quum aut notam rem esse auditoribus arbitramur, aut suspicionem excitare majorem reticendo possumus. Ita *Rutil. Lupus* 2. *de figur. sentent.*

PĂRĂSĪTA, æ, f. 1. *V.* PARASĪTUS in fin.

PĂRĂSĪTASTER, tri, m. 2. vilis et infelix parasitus, *parassitello*. Hæc enim positio deminutiva est, ut *Priscian.* 3. 610. *et* 618. et 4. *p.* 628. *Putsch.* docet, et contemptum aliquem significat. *Ter. Adelph.* 5. 2. 4. Est alius quidam parasitaster parvulus.

PĂRĂSĪTĂTĬO, ōnis, f. 3. actus parasitandi, assentatio, blanditiæ parasitorum cibi captandi gratia, *adulazione, piacenteria. Plaut. Amph* 1. 3. 23. Nequiter pæne expedivit prima parasitatio.

PĂRĂSĪTĬCUS, a, um, adject. ad parasitum pertinens, *parassitico, adulatorio*, παρασιτικός. *Plaut. Stich.* 1. 3. 77. Perjuratiunculæ parasiticæ. *Id. Capt.* 3. 1. 9. Parasitica ars. *Augustus in ep. ad Mœcenat.* apud *Sueton. Vit. Horat.* Veniet ab ista parasitica mensa ad hanc regiam.

PĂRĂSĪTOR, āris. āri, dep. 1. parasitum ago, cibi gratia adulor, cœnas capto, *far da parassito, scroccare, adulare*, παρασιτέω. *Plaut. Stich.* 4. 2. 54. Vides, ridiculos nihili fieri, atque ipsos parasitarier, h. e. eos ipsos, quorum mensas ridiculi, h. e. parasiti, captant, aliorum cœnas captare. *Id. Pers.* 1, 2. 3. Numquam quisquam meorum majorum fuit, quin parasitando paverint ventres suos.

PĂRĂSĪTŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* parasitus. *Gloss. Cod. Vatican.* Parasituli, bucellatorii. *et alibi.* Parasituli, bucellatarii.

PĂRĂSĪTUS, i, m. 2. παράσιτος; a παρά *ad* et σῖτος *cibus*. Ex *Plaut. Curc.* 2. 3. 79. colligimus parasitos sub tutela Herculis fuisse. Quum enim ei deo decimæ bonorum offerrentur, epulumque ea re publice præberi mos esset, ad id parasiti in primis invitabantur. Nempe res sancta et venerabilis olim parasiti fuere: erant enim ministri sacrorum apud Athenienses sub sacerdotibus constituti, et cum iis partem capientes victimarum, quæ offerebantur, alia insuper munia habentes, de quibus multa *Athenæus l.* 6. *c.* 6. *et seqq.* Paullatim vero in vilem, sordidam ridiculamque sortem delapsi sunt. Hinc — ¶ 1. In malam partem sæpissime occurrit — *a*) Pro eo qui cibi gratia assentatur, risum movet, aut contumelias patitur: his enim fere artibus ad ditiorum mensas parasiti perveniunt, *parassito, scroccone, adulatore*. Parasiti mores *Plaut. Capt.* 1. 1., *Pers.* 1. 2. et *Stich.* 1. 3., item *Sidon.* 3. *Ep.* 13. lepide describunt. *Cic. Amic.* 26. 98. Nec parasitorum in comœdiis assentatio nobis faceta videretur, nisi essent milites gloriosi. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 173. Quantus sit Dorsennus edacibus in parasitis. — *b*) Joculariter *Plaut. Epid.* 2. 3. 5. Quod pol ego metuo, si senex resciverit, Ne ulmos parasitos faciat, quæ usque attondeant. h. e. sicut parasiti mensas aliorum attondent et consumunt, ita ulmi corium et dorsum meum. — *c*) *Parasitum* vocat idem *Plaut. Truc.* 3. 2. 12. penem, quia virum semper comitatur, vel quia, etiamsi invocatus, adesse tamen convivio solet. ¶ 2. In bonam partem accipitur. — *a*) Pro conviva. *Parasitos Jovis* appellat *Augustin* 6. *Civ. D.* 7. ex *Varrone*, deos, qui in Capitolio, in Jovis epulo, mensæ ejus adhibebantur. — *b*) Pro mimo et histrione, qui *Parasiti Phœbi* seu *Apollinis*, poetarum patroni, dicebantur. *Martial.* 2. 29. *de Latino.* Vos me laurigeri parasitum dicite Phœbi, Roma sui famulum dum sciat esse Jovis. *Verrius* apud *Festum p.* 326. 34. *Müll.* hujus appellationis eam reddit causam, quam *V.* in SALTO. Apud *Gruter.* 329. *et* 330. quatuor habentur *Inscript.*, quæ sunt apud *Orell.* 884., 2203., 2625. et 2627., in quibus

Parasiti histrionis et *Parasiti Apollinis* mentio fit. *Parasitus histrio* est, qui in fabula parasitum agit. — Hinc

Parasita, æ, f. 1. mulier, quæ mensas alienas et cibaria sequitur. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 98. Custodes, lectica, ciniflones, parasitæ, Ad talos stola demissa. — De avibus usurpavit *Plin.* 10. *Hist. nat.* 23. 33. (68). Otus bubone minor, noctuis major: quidam Latine asionem vocant: imitatrix alias avis ac parasita, et quodam genere saltatrix. *h. e.* assentatrix cibi gratia.

PĂRASTĂDA, æ, *et*

PĂRASTAS, ădis, f. 3. παραστάς, lignum aut lapis ab utroque latere januæ stans et fulciens, a παρίσταμαι *adsto, prope adsisto. Vitruv.* 10. 15., ubi de catapultis faciendis agit, *parastadas*, et *parastades* vocat trabes, vel tabulas arrectarias, quibus transversariæ in summo et imo affigebantur.

PĂRASTĂTA, æ, m. et f. 1. παραστάτης. ¶ 1. Generatim est adjutor, quo sensu videtur usurpari in *Inscript.* apud *Henzen.* 6128. LIBERO PATRI SACRVM XX. ANNALE (*h. e.* vicennale) T. FL. EGLECTIANI SACERD. AVREL. AVG. LIB. DRACO PARASTATA CONSACRAVIT. ¶ 2. Speciatim est pila quadrata, aut lapis pilæ modo ad columnæ latus appositus: a παρίσταμαι *adsto, prope adsisto et fulcio*, quia una cum ipsa columna partem ponderis sustinet, *contraccolonna, pilastro.* Feminino gen. extulit *Vitruv.* 5. 1. Columnæ habentes post se parastatas altas pedes XX., latas pedes duos semis, crassas pedem unum semis, quæ sustinent trabes, in quibus invehuntur porticuum contignationes. Supraque eas aliæ parastatæ pedum XVIII., latæ binum, crassæ pedem, etc. *Plinii* locum V. in voce sequenti. *Inscript.* apud *Henzen.* 6124. AEDEM MARMOream *Apollinis* CONSACRAVIT ITEM PRO PRONAO COLVMNAS IIII. ET PARAstatas ET PODIVM ET PAVIMENTVm collocavit. — Eodem ferme sensu *Isid.* 19. *Orig.* 2. Parastatæ stipites sunt pares stantes, quibus arbor sustinetur. Cato: Malum deligatum, parastatæ junctæ. *Vulgati libri* vinctæ.

PĂRASTĂTĭCUS, a, um, adject. παραστατικός, ad parastatam pertinens. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 688. *n.* 100. IMP. CAES. NERVAE TRAIANI AVG. IMAGINES ARGENT. PARASTATICAS CVM SVIS ORNAMENTIS ET REGVLIS ET BASIBVS ET CONCAMERATIONE FERREA C. IVLIVS NYMPHIVS SVA PECVNIA POSVIT DONVMQVE DEDIT etc. *h. e.* προτομάς, Italice *busti*, parieti inhærentes, neque integre exstantes, quemadmodum et parastatæ in ædificiis muro inserti minus eminent, quam columnæ, quæ fere parietem nec tangunt, ut ait *Morcell. de stil. Inscript. Lat. T.* 3. *p.* 97. *edit. Patav.* — Hinc

Parastatica, æ, f. 1. idem ac parastata.

I.) Proprie. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 15. (52). Et illius aureæ cameræ, argenteæ trabes et columnæ atque parastaticæ narrantur. Ita ex MSS. *Harduinus* (probante *Sillig.*; *V.* et *Schneider.* ad *Vitruv.* 5. 1. 6. p. 318.), alii *parastatæ* habent. *Vitruv.* 9. 9. In his etiam aut in columna, aut parastatica horæ describuntur. *Inscript.* apud *Labus. Epigrafe Lat. scop. in Egitto p.* 7., quæ est apud *Orell.* 1243. QVOD PRIMITER IVXTA PHILAS NOVAE LAPICAEDINAE ADINVENTAE TRACTAEQVE SVNT PARASTATICAE ET COLVMNAE GRANDES ET MVLTAE etc. Hæc pertinet ad ann. a Chr. n. 203.—211. *Not. Tir. p.* 163. Columna, parastatica.

II.) Translate *Veget.* 4. *Veterin.* 1. *parastaticas* duas esse dicit in genibus equorum, duo ossa intelligens majori ossi apposita instar parastatarum.

PĂRASTĬCHIS, ĭdis, f. 3. παραστιχίς, *alfabeto, indice*, ordo, series litterarum continuata, qualis in librorum indicibus servari solet, ut facilius rerum summæ reperiantur. *Sueton. Grammat.* 6. *de Aurel. Opilio.* Hujus cognomen in plerisque Indicibus et titulis per unam litteram scriptum animadverto: verum ipse id per duas effert in parastichide libelli, qui inscribitur Pinax. *h. e. Opillium* effert, ut etiam M. Opelius Macrinus Aug. apud historicos *Opilius* dicitur, apud Græcos duplici lambda scribitur. *Gell.* 14. 6. Græcis litteris scribit.

PĂRĂSŸNANCHĒ, es, f. 1. παρασυνάγχη, morbus, qui et angina dicitur, sed qui in altera tantum gutturis parte habetur. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 1. *ante med.* Si interius atque exterius, et in utraque parte fuerit tumor, tunc proprio nomine synanchen memorant nuncupandam: at si in altera fuerit parte, parasynanchen.

PĂRĂSŸNAXIS, is, f. 3. παρασύναξις, conventiculum et coitio contra leges facta ab hæreticis, sacrorum causa: a παρά *præter* et συνάγω *congrego. Impp. Valent. et Marcian. Cod.* 1. 5. 8. § 3. Parasynaxes et conventicula tam diurna, quam nocturna non contrahant.

PĂRĂSYNTHĔTOS, on, *vel*

PĂRĂSYNTHĔTUS, a, um, adject. παρασύνθετος, ex vocabulo composito derivatus. *Macrob. de diff. Gr. Lat. verbi p.* 2735. *Putsch.* Verba autem ex compositis nominibus parasyntheta vocantur, et a prima syllaba declinantur, ut Φιλιππος, φιλιππίζω, ἐφιλιππίζον.

PĂRĀTĂRĬUS, a, um, adject. qui facile parari potest, parabilis. Ubi legitur apud *Apic.* 8. 6. Coques cum phaseolis parataris. *Lister* corrigit *parietariis.* h. e. qui ad parietes et pergulas scandere apti sunt. *Al. retinent* parataris.

PĂRĀTĂTĬCUS, a, um, adject. παρατατικός (subaudi χρονος), a παρατείνω, est tempus imperfectum. *Macrob. de differ. Gr. Lat. verbi p.* 2749. *Putsch.* In illis verbis, qui in οι mittunt parataticon.

PĂRĀTĒ, adverb. (paro). Comp. *Paratius* I. et II. 2.; Sup. *Paratissime* II. 2. — Parate

I.) Proprie est cum præparatione, *con apparecchio*, κατασκευασμένως. *Cic.* 1. *Orat.* 33. 150. Etsi utile est, etiam subito dicere, tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere. *Id. Brut.* 68. 241. Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quam parate.

II.) Translate. ¶ 1. Est diligenter, exacte. *Plaut. Rud.* 1. 3. 9. Id parate curavi, ut caverem. ¶ 2. Item expedite, prompte. *Cic. Rosc. Am.* 26. 72. Si hunc apud bonorum emptores ipsos accusares, eique judicio Chrysogonus præsset; tamen diligentius paratiusque venisses. *Plin.* 3. *Ep.* 9. *a med.* Paratissime respondere.

PĂRĀTĬO, ōnis, f. 3. (paro). — ¶ 1. Est actus parandi, paratus, comparatio. *Afranius* apud *Non. p.* 219. 27. *Merc.* Silentio opus est: nulla inest paratio. *Paul. Dig.* 30. 1. 39. *ad fin.* Constat, res alienas legari posse, utique si parari possint: etiam si difficilis earum paratio sit. ¶ 2. Prægnanti, uti ajunt, significatione est actus nitendi ad aliquid comparandum. *Sall. Jug.* 33. Sed sane fuerit regni paratio, plebi sua restituere. *Alii minus recte leg.* reparatio.

PĂRĀTRĂGŒDĬO, as, āre, n. 1. παρατραγωδέω, exaggero, magnifice dictis utor, tragœdorum more magna eloquor, jacto, mentior. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 17. Ut paratragœdiat carnifex! *Al. leg.* paragœdat.

PĂRĀTŪRA, æ, f. 1. (paro) *apparato*, apparatus, paratus. *Tertull. Pall.* 4. *ad fin.* Paratura materiarum. *Id. Spectac.* 3. Universa paratura spectaculorum. Adde *eumd. Cor. mil.* 1., et *Virg. veland.* 12. etc.

PĂRĀTUS, a, um. *V.* PARO.

PĂRĀTUS, us, m. 4. (paro) idem ferme ac paratio, *apparecchio, apparato*, κατασκευή. — *a*) Generatim est apparatus, comparatio rerum ad aliquid faciendum. *Sall. fragm.* apud *Gell.* 2. 27. Sertorius magno usu bello Marsico paratu militum et armorum fuit. Similiter *Tac.* 2. *Hist.* 84. Navium, militum, armorum paratu strepere provinciæ. Et sine Genit. *Id. Agric.* 25. Caledoniam incolentes populi paratu magno metum addiderant. *Liv.* 10. 41. Quippe in oculis erat omnis ille occulti paratus sacri et armati sacerdotes. *V. Drakenborg.* ad *h. l. Ovid.* 6. *Met.* 451. Venit magno dives Philomela paratu. *Id.* 3. *Pont.* 4. 5. Est opus exiguum, vastisque paratibus impar. *Tac.* 13. *Ann.* 17. Proviso ante funebri paratu, qui modicus fuit. *Id.* 2. *Hist.* 95. Natalem Vitellii diem celebravere ingenti paratu, et ante illum diem insolito. *Val. Flacc.* 2. 652. mensæque paratu Regifico. *Gell.* 19. 1. Dives quidam accedit magno cultu paratuque rerum familiæ. *Stat.* 2. *Achill.* 265. neque enim tantos ausim revocare paratus. Adde *eumd.* 9. *Theb.* 170. *Quintil.* 10. 1. 15. Sed ut copiosus verborum sit paratus. *Al. rectius leg.* Sed ut copia verborum sic paratur. — *b*) Speciatim occurrit in plur. numero pro ornatu, et magnificentia vestium et similium. *Ovid.* 8. *Met.* 683. Et veniam dapibus, nullisque paratibus orant. *Id. Heroid.* 16. 191. Hanc faciem largis sine fine paratibus uti, Deliciisque decet luxuriare novis. *Id.* 3. *Fast.* 627. domum intravit Tyrios induta paratus. *h. e.* vestibus Tyriis. *Tac.* 3. *Ann.* 52. Ventris et ganeæ paratus assiduis sermonibus vulgati. Cf. *eumd.* 11. *ibid.* 30. Ne domum, servitia et ceteros fortunæ paratus reposceret.

PĂRAUXĒSIS, is, f. 3. παραύξησις, incrementum. *Mar. Victorin. art. gramm.* 1. *p.* 2485. *Putsch.* Fiunt ex syllabis pedes ordine incrementorum, quam Græci syllabicen parauxesin vocant; item temporum, quam Græci chronicen parauxesin nominant.

PĂRĂVĔRĒDUS, i, m. 2. Vox hybrida a παρά et *veredus.* Est equus cursui publico destinatus, *cavallo grosso da posta.* Differt autem a veredo, quia veredus in viis rectis adhibebatur, per quas cursus publicus constitutus erat: paraveredus etiam in transversis, *V.* PARANGARIA. *Imppp. Constant., Arcad., Honor. et Theodos. Cod.* 12. *tit.* 51. *qui est* de cursu publ. *l.* 2. 19. *et* 23. et alibi; item *Cod. Theod.* 8. *tit.* 15. *qui itidem* de cursu publ. *inscribitur, l.* 7. 15. 16. et alibi; et *Cassiod.* 5. *Variar.* 39. *ad fin.* et 11. *ibid.* 14.

PĂRAZĒLUS, i, m. 1. a παρά et ζῆλος, prava æmulatio. *Ambros.* in *Ps.* 36. Aliudque (*cognosce*) esse zelum, aliud parazelum. Hæc est enim prava æmulatio.

PARAZONA, æ, f. 1. παραζώνη, balteus, idem ac parazonium. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 126. Parazona, parazonium. *In editionib. perperam legitur* Vareza, varezonium. Ceterum in *S. S.* 2. *Reg.* 18. 11. Καὶ ἐγὼ ἂν δεδώκειν σοι δέκα ἀργυρίους καὶ παραζώνην μίαν.

PĂRAZŌNĬUM, ĭi, n. 2. παραζώνιον, cingulum, zona, balteus cum pugiunculo. *V.* CINCTORIUM. *Anton. Augustin. dial.* 2. *antiquitat.* docet, esse gladium sine cuspide ex zona pendentem: et gestari solitum a tribunis militaribus. Quod confirmari videtur illo *Martial.* 14. 32. cujus lemma *Parazonium.* Militiæ decus hoc, et grati nomen honoris: Arma tribunicium cingere digna latus. In *Gloss. Philox.* utrumque affirmatur: Παραζώνιον, pugio, cinctorium. *V.* voc. præced.

PARCĀTUS, a, um, adject. (Parca) idem ac fatalis. *Gloss. Cyrill.* Πεπρωμένον, parcatum.

PARCĒ, adverb Aliam formam *parciter* V. loco suo. Comp. *Parcius* II., et Sup. *Parcissime* I. et II. — Parce, quod ratione habita etymi conjungendum est cum *parum* et παῦρος *paucus*, est restricte, avare, *scarsamente, ristrettamente, parcamente*, φειδομένως.

I.) Proprie, vel stricto sensu. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 35. Ædepol mortalem parce parcum prædicas. *Id. Truc.* 2. 3. 26. Parce victitare. *Ter. Adelph.* 1. 1. 20. Ruri agere vitam, semper parce ac duriter se habere. *et ibid.* 1. 1. 47. Parce et duriter vitam agere. *et ibid.* 2. 6. 19. Nimium parce sumptum facere. *Cic.* 1. *Off.* 30. 106. Intelligemus, quam sit turpe diffluere luxuria, et delicate ac molliter vivere, quamque honestum, parce, continenter, severe, sobrie. *Id.* 2. *Fin.* 13. 42. Nec tamen, cur id tam parce tamque restricte faciant, intelligo. *Cæs.* 7. *B. G.* 71. Frumentum parce et paullatim metiri instituit. *Colum.* 6. *R. R.* 7. 3. Nec potestas aquæ, nisi quam parcissime, facienda est.

II.) Translate, vel generatim, est — *a*) Parum, moderate, sobrie, continenter. *Cic.* 6. *Fam.* 7. Scripsi de te parce, medius fidius, et timide. *et* 1. *ibid.* 9. *ad fin.* Lædere aliquem parce ac molliter. *Id. Mur.* 13. 29. Parcius dicere de laude alicujus. *Virg.* 2. *Ecl.* 7. Parcius ista viris ta-

men objicienda memento. *Ovid. Heroid.* 8. 11. Parcius Andromachen vexavit Achaia victrix. *Phædr.* 4. 16. Parce gaudere oportet, et sensim queri. *Plin.* 7. *Ep.* 21. Vinum parcissime assumere. *et* 5. *Ep.* 16. Parce custoditeque ludere. *et ibid.* 7. Parce et modeste quippiam facere. *Quintil.* 9. 2. 69. Itaque hoc parcius et circumspectius faciendum est. *Sil. It.* 15. 759. parceque petitum Perstrinxit corpus. *leggermente. et* 10. 474. humanos æquantem pectore sensus Haud parce miratus equum. *non poco.* — *b*) Valet etiam raro. *Horat.* 1. *Od.* 25. 1. parcius quatiunt fenestras. *Sueton. Aug.* 40. Civitatem Romanam parcissime dedit.

PARCĬLŌQUĬUM, ii, n. 2. (parcus *et* loquor) sermonis parcitas. *Apul.* 5. *Met.* Fidei atque parciloquii mei perpendisti documenta.

PARCĬMŌNĬA. } *V.* PARSIMONIA et
PARCĬMŌNĬUM. } PARSIMONIUM.

PARCĬPRŌMUS, i, m, 2. (parcus *et* promus) *scarso, stretto nel dar fuori, spilorcio,* qui parce promit. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 22. Parcipromus victu cetero. *Id. Truc.* 1. 2. 81. Qui cum geniis suis belligerant, parcipromi.

PARCĬTAS, ātis, f. 3. (parco) parsimonia, *risparmio, parsimonia,* φειδωλία.

I.) Proprie. *Seneca* 7. *Clem.* 22. Civitatis mores magis corrigit parcitas animadversionum *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 8. *circa med.* Moderatio, parcitas, sobrietas. *Pallad.* 1. *R. R.* 26. Parcitati beneficium ministrat luxuria. *h. e.* parsimoniæ tuæ utilitatem affert aliorum luxus. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 8. *n.* 111. Ii vero, qui lumbricis afficiuntur, magis vexantur parcitate ciborum. *Cassiod.* 2. *Variar.* 2. Privata parcitas liberalitates publicas enutrivit.

II.) Translate occurrit pro moderatione, indulgentia, venia. *Cassiod.* 3. *Hist. Eccl.* 2. *a med.* Sine ulla parcitate eos verberibus laniavit. *Id.* 6. *ibid.* 12. Infantes apud magistros positi deludebant ei, alapis cædentes et graphiis sine ulla parcitate pungentes.

PARCĬTER, adverb. idem ac parce. *Pomponius* apud *Non. p.* 515. 6. *Merc.* Parciter, tamquam frater mihi sis. *Claud. Mamertin. præfat.* Aliquid parciter prælibare.

PARCO, parcis, pĕperci *et rarius* parsi, parcĭtum *et* parsum, parcere, a. 3. Præteritum *parsi* habent *Plaut. Capt. prol.* 32. et *Pseud.* 1. 1. 3.; *Nepos Thras.* 1.; cf. *Festum p.* 242. *Müll.* et *Donatum* ad *Ter. Hecyr.* 3. 1. 2. — *Parcuit* pro *parsit* antiquum. *Nævius* apud *Non. p.* 153. 21. *Merc.* Suo labori nullus parcuit. — *Parso* pro *pepercero* quidam leg. apud *Plaut. Mil. glor.* 4. 9. 2. Ubi ubi est gentium, investigabo: operæ ego non parso meæ. *Al.* parco. — Part. *Parcens* in fin.; *Parsurus* et *Parciturus* II. 1. — Ratione habita etymi, derivant alii a *partem* et *arceo,* alii rectius a *parum,* quocum cf. Gr. παῦρος. — Parcere est parum, parce promere, servare, partem rei reservare, φείδομαι (It. *risparmiare, fare sparagno;* Fr. *épargner, ménager, ne pas être prodigue de quelque chose;* Hisp. *ahorrar, excusar algo de lo que se havia de gastar;* Germ. *etwas sparen, sparsam damit umgehen oder verkehren, schonen;* Angl. *to abstain, spare*).

I.) Proprie. — *a*) Sine addito. *Cæs.* 7. *B. G.* 71. Frumentum se exigue dierum triginta habere, sed paullo etiam longius tolerare posse parcendo. — *b*) Cum Dativo. *Plaut. Capt. prol.* 32. nihil pretio parsit, filio dum parceret. *Cic.* 13. *Fam.* 27. Sed tamen non parcam operæ. *non risparmierò fatica. Id.* 16. *ibid.* 4. Te rogo, sumptui (*al.* sumptu) ne parcas ulla in re, quod ad valetudinem opus sit. *non lasciar di spendere, non risparmiare alcuna spesa. Festus p.* 242. 2. *Müll.* Parsi, non peperci ait Cato in eadem oratione: *Scio fortunas secundas negligentiam prendere solere: quod uti prohibitum irem, quod in me esset, meo labori non parsi.* Similiter *Plaut. Pseud.* 1. 1. 3. Duorum labori ego hominum parsissem lubens, mei te rogandi et tui respondendi mihi. *mei* et *tui* sunt ab *ego* et *tu,* non a *meus* et *tuus.* Sic *Cic.* 2. *Att.* 14. *in fin.* Sed tamen satisfiet a nobis, neque parcetur labori. *Liv.* 35. 44. Nec impensæ, nec labori, nec periculo parsurum, donec etc. *Nepos Pausan.* 2. *extr.* Petit, ne cui rei parcat ad ea perficienda, quæ pollicetur. *non ometta cosa alcuna. Horat.* 2. *Od.* 7. 19. nec Parce cadis tibi destinatis. — *c*) Cum Accus. rei apud antiquioris ævi scriptores. *Cato R. R.* 58. Oleas tempestivas, unde minimum olei fieri poterit, eas condito, parcito, uti quam diutissime durent. *Plaut. Curc.* 3. 10. Qui mature quæsivit pecuniam, nisi eam mature parsit, mature esurit. — Et addito Dativ. personæ. *Virg.* 10. *Æn.* 531. Argenti atque auri memoras quæ multa talenta, Gnatis parce tuis. (*Servius* addit *Lucilium* quoque et *Ennium* ita locutos fuisse. Quod autem ait dixisse *Plaut.* in *Mil. glor.* parce vocem; habetur ibi 4. 6. 5. ut et *Pers.* 4. 5. 10. parce voci.).

II.) Translate. ¶ 1. Est rationem habere, ne quis vel quid lædatur, temperare ab injuria, *avere riguardo, avere rispetto, risparmiarla ad alcuno, lasciar di toccare o di offendere.* — *a*) Generatim. *Ter. Heaut.* 1. 1. 112. Quæso, tandem aliquantulum tibi parce. *abbia riguardo, risparmiati. Cic. Orat.* 26. 88. Ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, nec subobscæno, *etc.* Parcet et amicitiis, et dignitatibus: vitabit contumelias, etc. *Id.* 6. *Verr.* 54. 120. Quum urbem cepisset, - ædificiis omnibus, publicis privatis, sacris profanis sic pepercit, quasi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda, venisset. *Id. Quinct.* 12. 40. Parcere alicujus auribus. *h. e.* tacendo quæ displicent. *Id.* 3. *Orat.* 43. 170. auribus et consuetudini. *h. e.* non utendo verbis, quæ aures et consuetudo non ferunt. *Id.* 11. *Fam.* 27. valetudini. *h. e.* curando. *Id. Planc.* 35. 86. auxilio. *h. e.* non utendo oblato. *Sall. Cat.* 25. Pecuniæ an famæ minus parceret. *Propert.* 1. 16. 11. Nec tamen illa suæ revocatur parcere famæ. *h. e.* inducitur parcere. *Virg.* 2. *G.* 362. dum prima novis adolescit frondibus ætas Parcendum teneris. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 21. (78). Italiæ parcitum est vetere interdicto patrum, ut diximus. *Harduin.* et *Sillig* leg. ex *MSS.* Italiæ parci vetere interdicto patrum, diximus. — Poetice, *parcere oculis,* oculos avertere et non aspicere. *Propert.* 4. 9. 53. Parce oculis hospes, lucoque, age, cede verendo. *Tibull.* 1. 2. 34. Parcite luminibus. — *b*) Speciatim huc pertinet quum ponitur pro ignoscere, condonare, abstinere a puniendo, veniam, impunitatem dare, *perdonare, risparmiare il castigo. Cic.* 2. *Phil.* 24. 59. Ibi me non occidisti. Magnum beneficium! Potuisse enim fateor: quamquam nemo erat, qui mihi non censeret parci oportere. *Cæs.* 7. *B. G.* 28. Non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. *Virg.* 6. *Æn.* 854. Parcere subjectis et debellare superbos. *Sueton. Tib.* 62. *ad fin.* Ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur. *Hieronym. Ep.* 14. 2. Jurasti non te matri parciturum esse, non patri. — Hoc sensu ponitur etiam cum Accus. et præpos. *in. Lucret.* 6. 3: 9. parcere in hostes. et *Apul.* 1. *Met.* in feminam. — *c*) Similiter pro condonare, relinquere, non adimere aliquid alicui. *Gell.* 16. 19. Tum illum pernicie intellecta, pecuniam ceteraque sua, ut haberent, dedisse, vitam modo sibi ut parcerent, oravisse. ¶ 2. Est etiam cessare, desinere, abstinere. — *a*) Cum Dativ. vel Ablativo. *Liv.* 6. 3. Parcere lamentis Sutrinos jussit. *Virg.* 2. *G.* 339. hibernis parcebant flatibus Euri. *Id.* 1. *Æn.* 261. parce metu, Cytherea. *Id.* 9. *ibid.* 656. Cetera parce, puer, bello. *Horat.* 3. *Od.* 14. 11. male ominatis Parcite verbis. (Absolute *Id.* 2. *ibid.* 19. 7. Parce, Liber, Parce.). — *b*) Cum Ablat. et præpos. *a. Liv.* 35. 25. Ut a cædibus et ab incendiis parceretur. *Al. præpos. omittunt.* — *c*) Sæpius et eleganter cum Infinito, pro partic. negativ. *non* vel *ne,* plerumque apud Poetas. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 2. Heu me infelicem! hanccine ego vitam parsi perdere? *Liv.* 34. 32. Proinde parce, sis, fidem ac jura societatis jactare. *Virg.* 3. *Ecl.* 94. Parcite oves nimium procedere. *h. e.* prohibete, curate, ne procedant. *Id.* 3. *Æn.* 41. jam parce sepulto: Parce pias scelerare manus. *Horat.* 3. *Od* 28. 7. Parcis deripere horreo Cessantem Bibuli consulis amphoram. *Id.* 2. *Sat.* 2. 58. mutatum parcit defundere vinum. — *d*) Cum Accusativo. *Paul. Diac. p.* 222. 17. *Müll.* Parcito lingua in sacrificiis dicebatur; id est coerceto, contineto. — Hinc Partic. præs.

Parcens, entis, adjective usurpatur ¶ 1. Pro parco, tenaci. *Horat.* 3. *Od.* 19. 21. Parcentes ego dexteras Odi: sparge rosas. *h. e.* dexteras rosarum florem parce spargentes. ¶ 1. Pro levi, molli. *Stat.* 1. *Achill.* 572. Nunc thyrso parcente ferit. *h. e.* levi mollique ictu thyrsi percutit, quasi cavente thyrso ne gravius lædat. —

PARCUS, a, um, adject. Comp. *Parcior* I. 2. et II. 1.; Sup. *Parcissimus* in omnibus paragr. — Quod ad etymon attinet, *Gabin. Bassus* apud *Gell.* 3. 19. Parcus, inquit, quasi par arcæ, quia sicut in arca omnia reconduntur, ita homo tenax, parvoque contentus, omnia custodita et recondita habet, sicuti arca. Sed hoc superstitiose, et nimis moleste atque odiose, ut *Gell.* subdit, excogitatum est: et *parcus* a *parum* et *parvum* ducitur. — Parcus est sumptibus parcens, parvo contentus, moderatus, frugi, φειδωλός (It. *parco, moderato;* Fr. *économe, qui n'est pas prodigue de, avare, ménager;* Hisp. *casero, económo;* Germ. *sparsam haus hälterisch, genau, nicht verschwenderisch, karg, knikerig;* Angl. *sparing, frugal, trifty, economical, not expensive, penorivus, stingy, near, parsimonicus, careful, chary, moderate*). Occurrit autem tum in bonam partem, et est, ut diximus, sumptibus parcens, moderatus, frugi; tum etiam in malam ita ut sit adstrictus, tenax, prope avarus, oppositus liberali, magnifico.

I.) Proprie. ¶ 1. Speciatim dicitur de sumptu. — *a*) Absolute. *Plaut. Aulul.* 2. 5. 9. Detrusisti me ad senem parcissimum, ubi si quid poscam, usque ad ravim poscam, priusquam quidquam detur. *Cic.* 2. *Orat.* 71. 287. Quum optimus colonus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset. *Id. Cœl.* 15. 36. Illum filiumfamilias patre parco ac tenaci, habere tuis copiis devinctum non potes. *Ovid.* 7. *Met.* 656. parcumque genus patiensque laborum. *Horat.* 2. *Od.* 8. 22. parci senis. *Id.* 3. *ibid.* 16. 43. bene est, cui Deus obtulit Parca quod satis est manu. — *b*) Cum Genitivo. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 62. veteris non parcus aceti. *et ibid.* 5. 79. donandi parca juventus. *Tac.* 1. *Hist.* 49. Galba erat pecuniæ alienæ non appetens, suæ parcens, publicæ avarus. *Sueton. Tib.* 46. Pecuniæ parcus, ac tenax. *Justin.* 6. 8. 6. Pecuniæ adeo parcus fuit, ut sumptus funeri defuerit. *h. e.* moderatus in cupiditate pecuniæ. *Sueton. Cæs.* 53. et *Aug.* 77. Parcissimus vini. Gr. ἐγκρατής. — *c*) Cum Ablativ. vel Accusat. et præpos. *in. Plin. Paneg.* 51. Tam parcus in ædificando, quam diligens in tuendo. *Justin.* 41. 3. 10. In libidinem projecti, in cibum parci. *h. e.* parvo cibo contenti. ¶ 2. Generatim dicitur et de aliis rebus extra sumptus. *Plaut. Rud.* 4. 2. 14. Opera haud fui parcus mea. *Cic. Balb.* 22. 50. Nimium parcus in largienda civitate. *Lucan.* 9. 590. somni parcissimus. *Tac.* 3. *Hist.* 75. Moderatus et civium sanguinis parcus. *Justin.* 11. 13. 2. *de Alexandro.* Quærentibus somni causas inter pericula, cujus etiam in otio semper parcior fuerit. Ubi *Jeepius*: Scriptura optt. Codd. *cum etiam-parciorita* defendi potest, si *ejus* auditur. *Sil. It.* 10. 30. Tandem inclinato cornu sine more ruebat Prima acies non parca fugæ. *h. e.* non parcens fugere. *Plin. Paneg.* 3. Non tam vereor, ne me in laudibus suis parcum, quam ne nimium putet. *Fronto* 3. *ad M. Cæs.* 13. Veritus sum, ne tibi litteræ meæ crebriores oneri essent; nam quo mei amantior es, tanto me laborum tuorum parciorem et occupationum tuarum modestiorem esse oportet. Rursus *Plin. Paneg.* 21. Beneficiorum tuorum parcissimus æstimator. *Id. ibid.* 83. Modica cultu, parca comitatu, civilis incessu. *Trajan. ad Plin.* 10. *Ep.* 25. Parcissimus honorum. *h. e.* temperantissimus in honoribus captandis aut accipiendis. *Claudian. IV. cons. Honor.* 112. pietatis abundans Pœnæ parcus erat. — Poetice cum Infinito. *Sil. It.* 1. 68. *de Fabio Cunct.* Nec

lætus dubiis, parcusque lacessere Martem. *et* 8. 464. haud parci bellum coluisse Tudertes.

II.) Translate. ¶ 1. Est modicus, parvus, exiguus, lenis. *Virg.* 3. *G.* 403. parco sale contingere. *Horat.* 1. *Od.* 34. 1. Parcus deorum cultor et infrequens. *Ovid. Heroid.* 21. 79. Quam sæpe, ut tardis, feci convicia remis! Questaque sum vento lintea parca dari! *vele scarse. Id.* 2. *Trist.* 137. Quippe relegatus, non exsul dicor in illo: Parcaque fortunæ sunt data verba meæ. *h. e.* mitia, lenia. *et* 1. *Pont.* 2. 98. merito parcior ira meo. *minore. Propert.* 3. 3. 40. Optima mors, parco quæ venit apta die. *h. e.* exiguo tempore, post breve vitæ spatium. Ab aliis *parca dies*, ut Gr. ἡ πεπρωμένη ἡμέρα, de morte fatali explicatur. *Id.* 4. 3. 60. parca lucerna. Et *Plin. Paneg.* 49. 8. Parcus et brevis somnus. *Stat.* 4. *Silv.* 5. 13. Parca tellus. *h. e.* exiguus agri modus. *Sil. It.* 16. 111. Et parco summum violasset vulnere corpus. *con leggera ferita. Aurel. Vict. Epit.* 13. Homo parcæ scientiæ et moderate eloquens. *di poca letteratura.* ¶ 2. *Parcus* etiam dicitur, qui pusillo est animo, μικρόψυχος. *Seneca* 2. *Benef.* 34. *a med.* Parcissimum hominem vocamus pusilli animi et contracti.

PARDA, æ, f. 1. *V.* PARDUS init.

PARDĂLĬANCHES, is, n. 3. παρδαλιαγχές, aconitum, ita dictum a παρδαλις *panthera* et ἀγχω *strangulo*, quia venatores eo tingunt carnes, quas pantheræ gustantes strangulantur. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 2. 2. (7). et 8. *ibid.* 27. 41. (99).; et *Solin.* 17. *ad fin.*

PARDĂLĬOS, ĭi, m. 2. παρδάλιος λίθος, gemma colore pellis pantherinæ: nam παρδαλις panthera est. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 73. (190).

PARDĂLIS, is, f. 3. *pantera, lonza*, πάρδαλις, idem quod panthera, quæ est femina pardi. *Curt.* 5. 1. Eum dona sequebantur, greges pecorum equorumque: leones quoque et pardales caveis præferebantur.

PARDĂLĬUM, ĭi, n. 2. unguenti nomen, ita dictum, quod pardalis odorem reddat. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 1. 2. (6). Fuerat et pardalium in Tarso, cujus etiam compositio et mixtura oblitterata est.

PARDUS, i, m. 2. Etiam *parda*, æ, habetur generis feminini. *Hygin. fab.* 39. (edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 15.). Plinius in naturali historia dicit, leonem cum parda, et pardum cum leæna concumbere. Eadem habet *Isid.* 12. *Orig.* 2. — Ceterum pardus, *pardo, leopardo*, πάρδος, πάνθηρ, animal ferum, frequens in Africa et Syria, soloque sexu a panthera differens: mas est enim in eo genere. Quidam dicunt differre colore, qui in pantheris sit candidus. Hæc *Plin.* 8. *Hist. nat.* 17. 23. (63). *V.* PANTHERA. Rursus *Plin.* 10. *Hist. nat.* 73. 94. (202). Insidunt in Africa pardi condensa arbore, occultatique earum ramis in prætereuntia desiliunt, atque e volucrum sede grassantur. *Id.* 11. *Hist. nat.* 37. 65. (172). Leonibus, pardis omnibusque generis ejus, etiam felibus, lingua est imbricatæ asperitatis, ac limæ similis, attenuansque lambendo cutem hominis. *Juvenal.* 11. 123. et magno sublimis pardus hiatu. *Lucan.* 6. 181. non segnior illum Saltus, et in medias jecit super arma catervas, Quam per summa rapit celerem venabula pardum. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PĂRĒAS *vel* părĭas, æ, m. 1. παρεἰας, serpens quidam, quem ita dictum volunt, vel quia τὰς παρειάς, genas magnas et inflatas habet, vel quia genas faciemque extollit, sola posteriore parte repens. De eo *Lucan.* 9. 721. Et contentus iter cauda sulcare pareas. *Isid.* 12. *Orig.* 4. Pareas, serpens, qui semper in cauda ambulat, et sulcum facere videtur.

PĂRECBĂSIS, is, f. 3. παρέκβασις: a παρεκβαίνω *digredior*: idem est quod digressio, excessus, excursus in dicendo, *digressione. V.* DEGRESSIO et DIGRESSIO II. 2. Græce usurpat *Quintil.* 4. 3. 14. Παρέκβασις est, ut mea quidem fert opinio, alienæ rei, sed ad utilitatem causæ pertinentis, extra ordinem excurrens tractatio.

PĂRECCHŸSIS, is, f. 3. παρέκχυσις, suffusio humoris, ex παρά *trans* et ἔκχυσις *effusio. Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. Græci vocant hanc passionem (*hydropen*) παρέκχυσιν. Nam parecchysin appellant sensibilem et manifestam liquoris superfusionem, quæ fit inter peritonæi membranam et intestina.

PĂRECTĀTUS, a, um, adject. qui jam statura est virili, vel quæ non procul abest: quasi παρεκτατος, h. e. extensus, a παρεκτείνω *extendo. Lucilius* apud *Non. p.* 67. 11. *Merc.* Inde parectatæ chlamydes ac barbula prima. (Inde cognoscitur, pænultimam a Latinis produci, quæ Græcis esset brevis.) *Id. ibid.* Tum ephebum quemdam, quem vocant parectaton. *Varro ibid.* Parectatæ adsunt, mulcetque mulier Venus caput.

PĂRĔDROS *vel* paredrus, i, m. 2. πάρεδρος, assidens, assistens: a παρά *prope* et ἕδρα *sedes. Tertull. Anim.* 23. *sub fin.* Paredri spiritus. *V.* PARHEDRUS.

PĂREGMĒNON, i, n. 2. est verborum figura, quum ex supra dicto verbo aliud derivatur, ut (*Virg.* 5. *Æn.* 446.): ultro Ipse gravis, graviterque ad terram pondere vasto Concidit. Et (*Id.* 12. *ibid.* 640.): Oppetere ingentem, atque ingenti vulnere victum. - Latine *derivatio* dicitur. Hæc *Rufinian. de schemat. lexeos* § 14. *p.* 251. ed. *Ruhnken.*

PĂRĒGŎRĬA, æ, f. παρηγορια, solatium, mitigatio. *Apul. Herb.* 24. *extr.* Chamædrys potui data mirifice paregoriam præstat.

PĂRĒGŎRĬCUS, a, um, adject. παρηγορικος, mitigatorius, leniens. *Theod. Priscian.* 1. 9. Paregorica adjutoria. *Marcell. Empir.* 36. *sub init.* Remedium paregoricum ad podagram. *V.* PARAGORICUS.

PĂRELCON, i, n. 2. παρέλκον, productio, figura grammaticalis, quum syllaba, vel etiam integra dictio dictioni alicui in fine adjicitur, ut *vosmet, adesdum, nihil quicquam.* Vox Græca est. *V.* Grammaticos.

PĂRĒLĬON, ĭi, n. 2. παρηλιον, *parelio*: a παρά *prope* et ἥλιος *sol. Seneca* 1. *Quæst. nat.* 11. Parelia sunt imagines solis in nube spissa et vicina, in modum speculi. Quidam parelion ita definiunt: nubes rotunda et splendida, similisque soli. Sequitur enim illum, nec unquam longius relinquit, quam fuit, quum apparuerit. *et* 13. Solent et bina fieri parelia etc.

PĂREMBŎLÉ, es, f. 1. παρεμβολή, quidquid interjicitur alicui operi ornatus causa. *Inscript.* apud *Murat.* 26. 5. SOLI INVICTO L. AVR. SEVERVS CVM PAREMBOLE ET HYPOBASI VOTO FECIT.

PARENS, entis, m. *et* f. 3. Reperitur et masculino genere quamvis de matre sermo sit. *Paul. Diac. p.* 151. 11. *Müll.* Masculino genere parentem appellabant antiqui etiam matrem. *Pacuvius* in Medo, cum ostenderet a Medo matrem quæri, ait: Te, Sol, invoco, ut mihi potestatem duis inquirendi mei parentis. *Gracchus*: suos parentes amat. *h. e.* matrem. Et in alia epistola: Tuus parens sum. *h. e.* mater. et apud *Virg.* 3. *Æn.* 341. Equa tamen puero est amissi cura parentis. *h. e.* Creusæ. Hæc *Charis.* 1. *p.* 79. *Putsch.* Apud *Virg.* tamen plerique omnes leg. *amissæ.* — In Genitivo plur. habet etiam *parentium*: atque ita sæpe dixisse *Ciceronem*, testatur *Charis.* 1. *p.* 111. (*V. Bejer.* ad *Cic. Off.* 1. *p.* 252. et *Drakenborg.* ad *Liv.* 1. 9.). Sic *Horat.* 3. *Od.* 24. 21. Dos est magna parentium Virtus. *Varro* quoque 8. *L. L.* 66. *Müll.* utrumque et *tum*, et *tium* agnoscit. *Inscript.* apud *Gruter.* 681. 1. Parentium fratres. Adde alias apud *Fabrett. p.* 72. *n.* 6. et *p.* 99. *n.* 222. — Proprie est Part. præs. a *pario*, extrita *i*; sed substantive usurpatur pro patre, aut matre, aut utroque simul, γονεῖς, τοκεῖς, parentes (It. *genitori*; Fr. *l'auteur de nos jours, le père, la mère*; Hisp. *el el padre, la madre*; Germ. *der Erzeuger, die Erzeugerin, der Vater, die Mutter*; Angl. *a parent, father or mother*).

I.) Proprie de patre et matre; et quidem — *a*) De hominibus — In sing. num. *Ennius* apud *Non. p.* 153. 28. *Merc.* Sed numquam scripstis, qui parentem aut hospitem Necasset, is quo cruciatu perbiteret. *Cic. Sull.* 29. 81. Parens tuus, Torquate, consul. *Virg.* 10. *Æn.* 252. Alma parens Idæa deûm. *Horat.* 2. *Od.* 13. 5. illum et parentis crediderim sui Fregisse cervicem. *Ovid.* 9. *Met.* 407. ultusque parente parentem Natus. *h. e.* occidens matrem in ultionem patris. Rursus *Horat.* 2. *Sat.* 3. 134. An tu reris eum (*Orestem*) occisa insanuisse parente? *Id. Epod.* 3. 1 Parentis olim si quis impia manu Senile guttur fregerit, Edit etc. *Id. Art. P.* 313. Quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes. *Tac.* 3. *Ann.* 34. *extr.* Se alias ad gentes iturum, haud semper æquo animo, si ab uxore carissima, et tot communium liberorum parente, divelleretur. — In plur. num. *Cic.* 7. *Verr.* 42. 108. Parentes propinquique miserorum adolescentium. *Id. Planc.* 11. 28. In parentum loco quæstoribus suis prætores esse oportere. *Id. Amic.* 1. 28 Quæ (*caritas*) est inter natos et parentes. *Id.* 1 *de republ.* 22. Quum mihi sit unum opus hoc a parentibus majoribusque meis relictum. *Cæs.* 5. *B. G.* 14. Fratres cum fratribus, et parentes cum liberis. *Horat.* 3. *Od.* 6. 16. Ætas parentum pejor avis. *Tac.* 5. *Hist.* 17. Parentum me mores pugnam capessere. — Interdum *parentes* cum *patria* junguntur. *Sall. Cat.* 52. Patriæ, parentibus-bellum paravere. *Id. Jug.* 87. Armis patriam parentesque tegi. *Tac.* 1. *Ann.* 59. *extr.* Si patriam, parentes, antiqua mallent, Arminium sequerentur. — *b*) De bestiis. *Varro* 3. *R. R.* 7. 10. *de columbis.* Parentes eorum, si sunt formosi, veneunt etc. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 66. (165). Amissa parente in grege armenti. Adde *Stat.* 10. *Theb.* 231.; et *Cels.* 6. 6. *n.* 39.

II.) Translate. ¶ 1. Juris prudentes, ut ait *Paul. Diac. p.* 221. 9. *Müll.*, avos etiam et proavos, avias et proavias parentum nomine appellari dicunt, i *maggiori. Cajus Dig.* 50. 16. 51. Appellatione parentis non tantum pater, sed etiam avus et proavus, et deinceps omnes superiores continentur: sed et mater, et avia, et proavia. *Ulp. ibid.* 2. 4. 4. Prætor ait: parentem patronum, patronam, *etc.* Parentem hic utriusque sexus accipe. sed an in infinitum, quæritur. Et quidam usque ad tritavum parentem appellari ajunt: superiores majores dici. Hoc veteres existimasse, Pomponius refert. Sed C. Cassius usque in infinitum omnes parentes dicit: quod et honestius est, et merito obtinuit. *Cic.* 1. *Invent.* 54. 105. Petimus ab iis, qui audiunt, ut ad suas res nostras injurias referant: si ad pueros pertinebit, de liberis suis cogitent; si ad senes, de patribus, aut parentibus. *Ulp. Dig.* 23. 3. 5. Profecticia dos est, quæ a patre, vel parente profecta est. *Virg.* 9. *Æn.* 3. luco tunc forte parentis Pilumni Turnus sacrata valle sedebat. V. 10. *ibid.* 76. *et* 619. Sic 2. *ibid.* 448. veterum decora alta parentum. — Hinc *sine parentibus*, justis familiis non oriundi, vel obscuro genere nati, qui majores ciere non possunt. *Sall.* in *ep. Mithridatis ad Arsac. ad fin.* An ignoras, Romanos-convenas olim, sine patria, sine parentibus, peste conditos orbis terrarum etc. Quos *Horat.* dixit 1. *Sat.* 6. 10. nullis majoribus ortos. Cf. *Tac.* 11. *Ann.* 21. Quum hisce verbis dedecus natalium ejus velavisset: Curtius Rufus videtur mihi ex se natus. ¶ 2. Extenditur interdum ad quoslibet consanguineos affinesque, modo natu, aut gradu majores sint, aut æquales, *parenti. Capitolin. M. Aurel.* 5. *ad fin.* Omnibus parentibus suis tantam reverentiam, quantam privatus exhibuit. *Lamprid. Alex. Sev.* 67. *ad fin.* Parentes Alexander, si malos reperit, punivit. *Curt.* 6. 10. Solent rei capitis adhibere vobis parentes. Duos ego fratres nuper amisi, etc. *Hieronym.* 2. *in Rufin. n.* 2. Nisi forte parentes, militari vulgarique sermone, cognatos et affines nominat. *Firmic.* 3. *Mathes.* 13. *n.* 4. Cum parentibus, vel affinibus assiduas inimicitias exercere. Addunt quidam etiam loca *Liv.* 34. 32. *a med.* et *Petron. Satyr.* 112. et *Flor.* 3. 18., quæ rem tamen non plane conficiunt. ¶ 3. Per metaphoram parens dicitur qui aliquid instituit, vel est alicujus rei causa, principium, origo, fundamentum. *Cic.* 9. *Att.* 9. Nostri principes antiquissimam et sanctissimam parentem, patriam, fame necandam putant. *Id. Tim.* 11. Quorum

operum ego parens effectorque sum. *Id.* 2. *Fin.* 1. 1. Socrates parens philosophiæ jure dici potest. *Id.* 1. *Legg.* 24. 62. Earum rerum parens est educatrixque sapientia. *Id.* 1. *Orat.* 3. 9. Laudatarum artium omnium procreatricem quamdam, et quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Græci vocant, judicari. *Horat.* 1. *Od.* 10. 5. Te (*Mercurium*) canam magni Jovis et deorum Nuncium curvæque lyræ parentem. *Liv.* 4. 3. Cujus urbis parens Romulus *h. e.* conditor. *Flor.* 3. 18. Quum Italia contra matrem et parentem suam Urbem consurgeret. *Sil. It.* 2. 654. Urbs habitata diu fidei, cæloque parentem Murorum repetens. *h. e.* conditorem. — *Parens coloniæ* est ejusdem deductor. *Inscript.* Jaderensis apud *Maff. Mus. Ver. p.* 95. *n.* 1. IMP. CAESAR DIVI F. AVG. PARENS COLONIAE MVRVM ET TVRRES DEDIT. *Alia* apud *Borghesi, Lettera* 16. *settembr.* 1846. *a Gius. Furlanetto.* IMP. CAES. AVG. PONT. MAX. PARENS COLONIAE DEDIT. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (117). Tullius facundiæ Latiarumque litterarum parens. *Id.* 25. *ibid.* 2. 5. (11). Homerus primus doctrinarum et antiquitatis parens. *Id.* 22. *ibid.* 24. 56. (117). Parens illa ac divina rerum artifex. *Id.* 5. *ibid.* 19. 17. (76). Sidon Thebarum Bœotiarum parens. *Id.* 12. *ibid.* 5. 11. (22). *de ficu Indica.* Ipsa se semper serens, vastis diffunditur ramis, quorum imi adeo in terram curvantur, ut annuo spatio infigantur, novamque sibi propaginem faciant circa parentem in orbem. ¶ 4. Item qui aliquid conservat, qui beneficiis afficit, qui alicui est saluti, præsidio. — *a*) Generatim. *Cic.* 9. *Att.* 10. Me, quem nonnulli conservatorem istius urbis, quem parentem esse dixerunt. *Tac.* 1. *Ann.* 14. Multa Patrum et in Augustam adulatio: alii parentem, alii matrem patriæ appellandum censebant. *Id.* 2. *ibid.* 55. Ut sermone vulgi parens legionum haberetur. — *b*) Hinc per antonomasiam *parens* est Juppiter. *Horat.* 1. *Od.* 12. 13. Quid prius dicam solitis Parentis Laudibus? qui res hominum, etc. Sic apud *Stat.* 1. *Silv.* 2. 178. *parens Latius* est Domitianus. — *c*) Tribuitur aliquando honoris causa, ut *pater. Apul.* 2. *Met.* Quin ipse parentem tuam accedis, et salutas? — Sic imperatores appellare solent *parentes* decessores suos, ut congestis ex Codice locis ostendit *Brisson. de V. S.*

PĂRENS, entis, particip. a *pareo*. *V.* PAREO.

PĂRENTĀLĬA, ium, n. plur. 3. *V.* voc. seq. in fin.

PĂRENTĀLIS, e, adject. — *a*) Generatim ad parentes pertinens, aut cognatos affinesque vita functos. *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 87. Fama parentales si vos mea contigit umbræ: Et sunt in Stygio crimina nostra foro. — *b*) Speciatim vero ad annuas inferias, quæ iis fiunt. *Ovid.* 2. *Fast.* 547. At quondam dum longa gerunt pugnacibus armis Bella, parentales deseruere dies. *Id.* 13. *Met.* 619. Memnonides dictæ, quum sol duodena peregit Signa, parentali perituræ marte rebellant. *h. e.* pugna in inferiis Memnonis commissa. Hoc idem ita explicat *Id.* 1. *Amor.* 13. 3. sic Memnonis umbris Annua solemni cæde parentet avis. Respicit autem ad gladiatores, quos erat mos inducere in exsequiis circa rogum pugnantes. *V.* MEMNON in ONOM. — Parentales profusiones. *V.* PROFUSIO in LEXICO. — Hinc

Parentalia, ium, n. plur. 3. Genitivus in Inscriptt. est *parentaliorum*. — Parentalia absolute, substantivorum more, sunt sacrificium atque epulæ; item funebris laudatio, et siqua alia quotannis fiebant in cognatorum defunctorum memoriam, *funerali, esequie*, νεκύσια. *Cic.* 1. *Phil.* 6. 13. Ut parentalia cum supplicationibus misceretur. *Auson. Parental. præf.* Titulus libelli est, *Parentalia:* antiquæ appellationis hic dies, et jam inde ab Numa cognatorum inferiis institutus. *Inscript.* apud *Gruter.* 753. 4. LECTISTERNIVM TEMPORE PARENTALIORVM PRAEBEANT. Alia apud *Don. cl.* 5. *n.* 189. QVOTANNIS DIE PARENTALIVM. *Ovid.* 2. *Fast.* 543. Æneam hujus instituti auctorem facere videtur. *V.* PARENTO.

PĂRENTĀRĬUM, ii, n. 2. Ita hæc vox affertur a *Charisio*, nullo tamen auctore laudato, 1. *p.* 20. *Putsch.* Ubi eos, qui peregre moriuntur, colunt, parentarium dicitur.

PĂRENTĀTĬO, ōnis, f. 3. actus parentandi. *Tertull. Spectac.* 12. Quod mortuis litabatur, utique parentationi deputabatur. *Macrob.* 1. *Saturn.* 10. Cato ait, Larentiam sepulcri magnificentia et annuæ parentationis honore dignatam.

PĂRENTĀTUS, a, um. *V.* PARENTO.

PĂRENTĀTUS, us, m. 4. idem ac parentatio. Affertur, nullo tamen auctore laudato, in *Analect. grammat.* ed. *Eichenfeld. p.* 437.

PĂRENTĒLA, æ, f. 1. *parentela. Capitolin. Gordian.* 23. *a med.* Duxit uxorem filiam Misithei, doctissimi viri, quem causa eloquentiæ dignum parentela sua putavit. Ubi *Casaub*: Dignum judicavit, cui se in filium daret; nam gener socerque patris et filii nomina usurpabant. Hinc initium epistolæ *ibid.* 24. Domino filio et Augusto Misitheus socer. *et ibid.* 25. Imperator Gordianus Augustus Misitheo patri. *V.* TIMESITHEUS in ONOM. *Ennod.* 6. *Ep.* 18. Nec separantur regionibus parentelæ catena sociati. *Cassiod.* 9. *Variar.* 1. Contra fas parentelæ.

PĂRENTHĒSIS, is, f. 3. παρένθεσις, interpositio, interjectio, interclusio, *parentesi.* ¶ 1. Figura est orationis, de qua *Quintil.* 9. 3. 23. Quam nos interpositionem, vel interclusionem dicimus, Græci παρένθεσιν vocant, dum continuationi sermonis medius aliquis sensus intervenit. Adde *Rutil. Lup. de fig. sent. et eloc.* 1. 17.; et *Jul. Rufinian. de schem. lex.* 10. ed. *Ruhnken.* — Parenthesis nota sunt duo semicirculi se invicem respicientes, ut in illo *Virg.* 1. *Æn.* 647. Æneas (neque enim patrius consistere mentem Passus amor) rapidum ad naves præmittit Achatem. — Repetitæ parenthesis exemplum habes apud *Cic.* 7. *Fam.* 1. *ad fin.* Si Romæ esses, tamen neque nos lepore tuo, neque te (si qui est in me) meo frui liceret, propter molestissimas occupationes meas: quibus si me relaxaro (nam ut plane exsolvam, non postulo) te ipsum docebo profecto, quid sit humaniter vivere. *V.* aliud exemplum *Plinii junior.* in HYPERBATON. Longioris parenthesis: apud *Horat.* 1. *Ep.* 15. et quidem duplicis: quarum prior duodecim versibus constat, altera sex. ¶ 2. *Charisio* 4. *p.* 248. *Putsch.* parenthesis est etiam, quum aut littera voci inseritur, ut *relligio, navita*, aut syllaba, ut *Mavortis, induperator, indugredi*, quod et *Valer. Prob.* tradit 1. *p.* 1438. et *Donatus* 3. *p.* 1771.

PĂRENTĬA. *V.* PARIENTIA.

PARENTICIDA, æ, m. *et* f. 1. idem ac parricida. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 79.

PĂRENTĪVUS, a, um, adject. ad parentem pertinens. *Ennod. Dict.* 13. Ecce Paterius et Severus ornamenta curulium, et parentiva vocabula purpurarum, eruditionem originariam in ipsis vitæ præstolantur exordiis. *Valerian. Homil.* 20. *ante med.* Quisque hominum parentivæ mortis exspectatione animam pascit, parricidiali crimine in hereditate succedit.

PĂRENTO, as, āvi, ātum, are, n. 1. Part. *Parentans* et *Parentatus* I.; *Parentaturus* II. 1. et 2. — Parentare est justa parentibus, cognatisque et affinibus vita functis ad eorum sepulcra persolvere, ut in PARENTALIA dictum est, ἐναγίζω, κτερείζω (It. *far l'esequie o il funerale*; Fr. *célébrer une cérémonie funèbre pour ses père et mère ou pour ses parents, faire un sacrifice en leur honneur*; Hisp. *celebrare las exequias, las honras funerales*; Germ. *den Aeltern, Verwandten, oder sonst theueren Personen ein feierliches Todtenopfer darbringen*; Angl. *to perform the funeral rites of parents or near relations, solemnize parental obsequies*).

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Phil.* 6. 13. Ut cujus sepulcrum usquam exstet, ubi parentetur, ei publice supplicetur. *Id. Flacc.* 38. 96. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, revocemus ejectos. *Id.* 2. *Legg.* 21. 53. Februario mense, mortuis parentari voluerunt. (*Hæc vero ex* Lambini *supplemento allata sunt.*). *et mox.* Hostia maxima parentare. *Seneca Ep.* 122. Mortuis certe interdiu parentatur. *Macrob.* 1. *Saturn.* 16. *a med.* Fab. Max. Servilianus pontifex in libro XII. negat, oportere atro die parentare: quia tunc quoque Janum Jovemque præfari necesse est, quos nominari atro die non oportet. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 30. (118). Faba Pythagorica sententia damnata, ut alii tradidere, quoniam mortuorum animæ sint in ea; qua de causa parentando utique assumitur. *Tertull. Resurr. carn.* 1. Defunctis parentant, et quidem impensissimo officio, pro moribus eorum, pro temporibus esculentorum, ut quos negant sentire quidquam, etiam desiderare præsumant. *Id. Testim. anim.* 4. Vocas porro securos, si quando extra portam cum obsoniis et matteis, tibi potius parentans, ad busta recedis, aut a bustis dilutior redis. — Et cum Accusativo. *Inscript.* apud *Henzen.* 7363. AMPLIVS NIHIL INVITEIS L. C. LEVIEIS L. F. ET QVEI EOS PARENTARET (*pro* parentarit) NE ANTEPONAT. *h. e.* amplius nihil ne anteponat. Rursus *Tertull. Spectac.* 13. Non sacrificamus, nec parentamus; sed neque de sacrificato, et parentato edimus.

II.) Translate occurrit ¶ 1. Pro vindicare, ulcisci. *Cæs.* 7. *B. G.* 17. Præstare, omnes perferre acerbitates, quam non civibus Romanis, qui Genabi perfidia Gallorum interiissent, parentarent. *Liv.* 24. 21. Vociferatumque ferociter, parentandum regi sanguine conjuratorum esse. *h. e.* ulciscendam regis mortem. *Ovid.* 1. *Amor.* 13. 3. Memnonis umbris Annua solemni cæde parentet avis. *V.* PARENTALIS. *Curt.* 5. 20. Excidio illius parentandum esse majoribus. *Justin.* 12. 15. 6. Quo cruore mortuo sibi parentatura. *Id.* 39. 3. 12. Ejus supplicio uxoris manibus parentavit. Adde *eumd.* 13. 3. 10. *Flor.* 2. 6. Manibus eorum vastatione Italiæ parentare. ¶ 2. Pro satis facere, placare. *Petron. Satyr.* 81. *extr.* Aut vir ego liberque non sum, aut noxio sanguine parentabo injuriæ meæ. *Curt.* 9. 5. Internecione hostium justæ iræ parentatum est. *Id.* 7. 2. *a med.* Denunciant omnium sanguine duci parentaturos.

PĂRĔO, es, ŭi, ĭtum, ere, n. 2. Part. *Parens B.* II. 1. 4.; *Pariturus B.* II. 7. Ceterum impersonaliter etiam usurpatur sub *A.* II. *b.* — Ducunt a πάρα pro πάρεστι a πάρειμι: *adsum*, quamvis obstet quantitas. — Parere duo præcipue significat, scilicet *A*) Se ostendere, apparere; *B*) Prægnante, uti ajunt, significatione, ad alicujus nutum vel imperium comparere, præsto esse.

A) Parere est se ostendere, apparere, φαίνομαι (It. *apparire, farsi vedere, comparire*; Fr. *paroître, apparaître, se montrer, se faire voir*; Hisp. *parecer, aparecer, dexarse ver, mostrarse*; Germ. *zum Vorschein kommen, erscheinen, sichtbar sein, sich sehen lassen*; Angl. *to appeur, be seen, be present or at hand*).

I.) Proprie. *Martial.* 12. 29. Festinant trepidi substringere carbasa nautæ, Ad portum quoties paruit Hermogenes. *Stat.* 2. *Silv.* 2. 76. Hæc (*fenestra*) videt Inarimen, illi Prochyta aspera paret. *Sueton. Aug.* 95. Immolanti omnium victimarum jocinera replicata paruerunt. *Capell.* 8. *p.* 298. *de stella Mercurii.* Occasus duos habet, unum, quum ante solem parere solitus claritate radii supervenientis occulitur; alium, quum etc. *Quintil.* 1. 12. 4. Electio verborum, compositio gestus, pronunciatio, vultus motusque desiderentur? Quæ si velut sub uno conatu diversa parent simul, cur non etc.

II.) Translate significat manifestum esse, constare, *essere manifesto, chiaro, palese.* — *a*) Verbo finito. *Virg.* 10. *Æn.* 176. hominum Divûmque interpres Asylas, Cui pecudum fibræ, cæli cui sidera parent. *h. e.* cognita et perspecta sunt. *Sueton. Cal.* 8. Abunde arbitror parere, non potuisse ibi nasci Cajum. — *b*) *Paret.* etiam impersonaliter adhibetur pro liquet, clarum est et manifestum: formula forensis, de qua *Festus p.* 233. 25. *Müll.* Parret, quod est in formulis, debuit et producta priore syllaba pronunciari, et non gemino R scribi, ut fieret paret, quod et inveniatur in comparet, apparet. (Posteriores *apparet* dixere, ut est apud *Justinian.* 4. *Institut. tit.* 6. § 14.) *Petron.*

Satyr. 137. Jurisconsultus paret, non paret habetor: Atque esto quidquid Servius et Labeo. *Ulp. Dig.* 6. 1. 5. Si frumentum duorum confusum sit, competit singulis in rem actio in id, quantum paret in illo acervo suum cujusque esse. In illo *Cic. Mil.* 6. 15. Quid porro quærendum est? Factum ne sit? at constat. A quo? at paret. *al. leg.* patet. — Huc pertinet formula *si paret*, si constat, si probatur, *in judiciis dandis*, εἰ φαίνεται. *Cic. Rosc. Com.* 4. 11. *ex edicto.* Si paret, HS. IↃↃↃ dari oportere. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 17. 56. Vocari ad se Agonidem jubet: judicium dat statim, si pareret, eam, se et sua Veneris esse, dixisse. Adde *eumd.* 4. *Verr.* 12. 31. et 5. *ibid.* 22. 55. *et* 28. 69.

B) Parere prægnante, uti ajunt, significatione, est, ad alicujus nutum vel imperium comparere, præsto esse.

I.) Proprie, dicitur de ministris servisque magistratuum, qui præsto sunt iis, jussa facturi: pro quo frequentius est *appareo*: unde *apparitores. Gell.* 10. 3. *sub fin.* Romani Bruttios ignominiæ causa magistratibus in provincias euntibus parere, præministrare, servorum vice, jusserunt. *Spartian. Pescenn.* 7. Ac postea quum unus ad memoriam, alter ad libellos paruisset, statim præfecti facti sunt.

II.) Translate. ¶ 1. Occurrit sæpissime pro obedire, obtemperare, dicto audientem esse, *ubbidire, soggettarsi, fare a modo*, πείθεσθαι. — *a*) Activa forma. *Sall. Cat.* 51.; et *Cæs.* 5. *B. G.* 2. *extr.* Parere imperio. *Cic.* 5. *Tusc.* 12. 36. Hic parebit et obediet præcepto illi veteri. *Id.* 1. *Nat. D.* 8. 19. Quemadmodum obedire et parere voluntati architecti aer, ignis, aqua potuerunt? *Id.* 7. *Phil.* 1. 2. Non ut pareret et dicto audiens esset huic ordini, sed ut conditiones ferret, leges imponeret. *Id.* 2. *Off.* 11. 40. Quin etiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas observent. *Id.* 2. *Nat. D.* 3. 8. Parere religionibus. *Id.* 8. *Att.* 12. consiliis alicujus. *Id. fragm.* apud *Lactant.* 6. 24. *sub fin.* Sanctissimæ ac certissimæ legi parens. *Virg.* 3. *G.* 208. *de equo.* Verbera lenta pati, et duris parere lupatis. — Cum Accusativo communi. *Stat.* 1. *Achill.* 660. non adeo parebimus omnia matri. — *b*) Ponitur eodem sensu passive impersonaliter. *Liv.* 9. 32. Consul tesseram dari jubet, ut prandeat miles, et arma capiat: dicto paretur. *Seneca* 1. *Clem.* 24. Remissius imperanti melius paretur. *Ulp. Dig.* 4. 8. 26. Ut arbitri sententiæ pareatur. *Paul. ibid.* 49. 8. 3. Ab ea sententia, cui pareri rerum natura non potuit, sine causa appellari. *Jabolen. ibid.* 4. 8. 39.; et *Symmach.* 10. *ep.* 36. (*al.* 43.) *ante med.* Causæ, ex quibus arbitri sententiæ paritum non est. *Ulp. Dig.* 40. 4. 12. Si paritum fuerit condicioni. Sic *Inscript.* apud *Henzen.* 7171. QVOD SI DIE PRÆSTITVTO CONDICIONI PARITVM NON FVERIT etc. ¶ 2. Dicitur de iis, qui alicujus ditioni subjecti sunt, *essere, o star soggetto, suddito. Sall. Cat.* 2. Virtuti omnia parent. *Cæs.* 3. *B. C.* 81. Nulla Thessaliæ fuit civitas, præter Larissæos, quin Cæsari pareret, atque imperata faceret. *Nepos Datam.* 4. Aspis saltuosam regionem, castellisque munitam incolens, imperio regis non parebat. *Petron. Satyr.* 133. inclyta paret Cui Lesbos, viridisque Thasos. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (145). Oppidum, quod Characenorum regi paret. *Justin.* 1. 2. 1. Tot gentibus vix patienter uni viro, nedum feminæ parituris. ¶ 3. Eleganter dicitur item de inanimis. *Tibull.* 1. 10. 9. Lucra petituras freta per parentia ventis Ducunt instabiles sidera certa rates. *Ovid.* 8. *Met.* 470. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius æstus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus. *Virg.* 1. *Æn.* 3. Ut quamvis avido parerent arva colono. (Huic respondet *imperare arvis.* V. IMPERO II. 2. Recentiores tamen versum illum *Virgilio* abjudicant.) *Quintil.* 1. 12. 4. Quid? nos agendi subita necessitate deprehensi, nonne alia dicimus, alia providemus, quum pariter inventio rerum, electio verborum, compositio gestus, pronunciatio, vultus, motusque desiderentur? Quæ si velut sub uno conatu tam diversa parent simul, cur non etc? ¶ 4. Hinc accipitur pro indulgere, servire, obsequi, cedere. *Cic.* 1. *Fin.* 16. 53. Quæ cupiditates inanes sunt, his parendum non est. *Id.* 2. *Att.* 21. *a med.* Omni animi impetu dolori et iracundiæ parere. *Id. Orat.* 60. 202. Necessitati parere coguntur. *Id. Vatin.* 1. 2. Debuisti mihi ignoscere, si, in tanto hominis de me optime meriti periculo, et tempori ejus et voluntati parere voluissem. *Nepos Alcib.* 4. *ad fin.* Plus iræ suæ, quam utilitati communi paruisse. *Id. Attic.* 17. Neque id fecit natura solum (quamquam omnes ei paremus), sed etiam doctrina. *Horat* 2. *Sat.* 7. 111. Nil servile gulæ parens habet? *Val. Flacc.* 7. 154. extremo parere furori. ¶ 5. Item — *a*) *Parere promissis* est cedere, obedire alicui propter promissa ab eo facta. *Ovid.* 5. *Fast.* 504. Parent promissis, dissimulantque deos. — *b*) Pro satisfacere, solvere, apud JCtos. *Paul. Dig.* 19. 2. 54. *a med.* Verisimile est, ita convenisse de non expellendo colono intra tempora præfinita, si pensionibus paruerit. *Impp. Diocl. et Maxim. Cod.* 4. 26. 8. Intelligis, et sorti et usuris te parere oportere. *Idem ibid.* 10. 8. *extr.* Successores ejus solutioni parere compellantur. — Hinc Part. præs.

Parens, entis, — *a*) Adjective quoque usurpatur, et est obediens. Comp. *Parentior. Cic.* 1. *Off.* 22. 76. Et parentiores (*al. tamen leg.* pariores) habuerunt exercitus et fortiores. — *b*) Item substantive in plur. num. *Parentes*, ὑπήκοοι, ἀρχόμενοι, *sudditi, soggetti. Sall. Jug.* 3. Vi regere patriam, aut parentes, quamquam et possis et delicta corrigas, tamen importunum est. *Id. ibid.* 109. Parentes abunde habemus: amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium satis fuit. *Vellej.* 2. 108. 2. Principatus constans ex voluntate parentium. *Tac.* 1. *Ann.* 59. Si patriam, parentes, antiqua mallent, quam dominos et colonias novas. *h. e.* subditos, servos, quos amissuri erant, quibusque *domini* opponuntur. Plerique tamen hoc loco *genitores* interpretantur.

PĂRĔŌRON, i, n. 2. παρήορον, h. e. devium. *Apul. Herb.* 49. Pythagoras heliotropion (*vocat*) pareoron.

PĂRERGON, i, n. 2. πάρεργον, quod alicui rei præter propositum additur, appendix, accessio, ut si pictor imaginem pingens, ornandæ tabellæ gratia arbusculas et aviculas et hujusmodi addiderit: a παρά *præter* et ἔργον *opus. Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (101). Adjecerit parvulas naves longas in iis, quæ pictores parerga appellant. *Vitruv.* 9. 9. *ante med.* Versando faciunt effectus, varietatesque motionum, in quibus moventur sigilla, vertuntur metæ, calculi projiciuntur, buccinæ canunt, reliquaque parerga. *Inscript.* apud *Gruter.* 59. 2. VENEREM AVG. CVM PARERGO ITEM PHIALAM ARGENTEAM TESTAM SVO PONI IVSSIS. Alia apud *eumd.* 77. 3. FORTVNÆ PRIMIGENIÆ SIGNVM LIBERI PATRIS PANTHEI CVM SVIS PARERGIS M. POPILIVS M. F. TROPHIMVS etc. *Inscript.* apud *Henzen.* 6137. T. ACILIO. T. F. QVOD IS TESTAMENTO SVO HS. C̄ M. N̄. LEGAVERIT EX QVA SVMMA TENSAE MINERVAE EX ARGENTI LIBRIS CENTVM CVM PARERGIS SVIS totis *factæ sunt.* — Est etiam operis nomen; *Nonius* enim *p.* 61. 23. citat locum *Accii* ex Parergorum libro primo, cujus operis nemo alius mentionem fecit.

PĂRHĔDRUS, i, m. 2. πάρεδρος, assessor, qui in eodem judicio, imperio, templo, ara simul sedet. Translate. *Cic.* 16. *Fam.* 18. Parhedrum excita, ut hortum ipse conducat. Alii *vicinum* exponunt, alii nomen hominis proprium putant.

PĂRHIPPUS, i, m. 2. πάριππος, equus, qui præter, vel juxta ducitur: a παρά *præter* et *apud* et ἵππος, *equus.* In evectione ita appellatur equus cursui publico destinatus, qui præter unum aut duos veredos, quos solos evectio continet, usurpatur extra ordinem, et supra facultatem impetratam: item is ipse, qui hoc pacto formam datæ evectionis excedit, ut *Imp. Julian.* docet *Cod. Theod.* 8. 5. 14. et *Cod. Justin.* 12. 51. 4. Adde *Impp. Valentinian. et Valent. Cod. Theod. ibid.* 22.

PĂRHŎMŒON. *V.* PAROMŒON.

PĂRHŸPĀTĒ, es, f. 1. παρυπάτη, chorda musica, quasi subprincipalis. Parhypate hypaton est, quæ in nostratium musicorum systemate dicitur *C fa ut*: Parhypate meson, quæ *F fa ut. Vitruv.* 5. 4., *Capell.* 9. *p.* 315.

PĂRĬAMBŎDES, is, n. 3. παριαμβώδης, pes quinque syllabarum, constans brevi, longa, brevi et duabus longis, ut *petitionis. Diomed.* 3. *p.* 479. *Putsch.*

PĂRĬAMBUS, i, m. 2. παριαμβος. ¶ 1. Est pes ex duabus syllabis brevibus constans, idem ac pyrrichius; ita appellatus, ut ait *Mar. Victorin. p.* 2486. *Putsch.*, quod minus habeat unum tempus ab iambo: παρά enim Græci minus dicunt. Adde *Diomed.* 3. *p.* 471. ¶ 2. Item pes constans ex brevi et duabus longis, temporum quinque, ut *Athenæ*, idem ac bacchius. *Diomed.* 3. *p.* 475. ¶ 3. Item pes constans ex longa et brevibus quatuor, temporum sex, ut *conticinium. Id. ibid. p.* 478.

PĂRĪAS. *V.* PAREAS.

PĂRĬĀTĬO, ōnis, f. 3. *saldo de' conti*, æquatio, solutio, cui opponitur *reliquatio*: a *pario, as. Scævol. Dig.* 12. 6. 67. An pactum, quod in pariationibus ascribi solet. *pareggiamenti di conti, o di partite.*

PĂRĬĀTOR, ōris, m. 3. qui paria facit, cui *reliquator* opponitur. *Paul. Dig.* 35. 1. 79. An Sticho mortuo, antequam rationes redderet, vel pariatore, vel reliqua habente. Aliqui leg. *paria, vel reliqua habente.*

PĂRĬĀTŌRĬA, æ, f. 1. idem quod pariatio. Translate *Augustin.* in *Psalm.* 61. Pariatoria plenaria passionum omnium non erit, nisi quum sæculum finitum fuerit.

PĂRĬĀTUS, a, um. *V.* PARIO, as.

PARICI Quæstores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quærendarum. *Paul. Diac. p.* 221. 15. *Müll.* Monet *Scalig.* legendum *paricidi*: nam *Festus p.* 258. 31. *Müll.* qui, inquit, quærunt de rebus capitalibus, quæstores paricidi appellantur. Hi sæpius *Quæsitores* dicti sunt. Ceterum *Müllerus* (qui Parrici scribit) in partes *Scaligeri* concedit, allato *Pompon.*, qui *Dig.* 1. 2. 2. § 3. ait: Quæstores parricidii, quorum etiam meminit lex duodecim tabularum.

PĂRĬCĬDA *et*
PĂRĬCĬDĀLIS *et*
PĂRĬCĬDĬUM. *V.* PARRICIDA, PARRICIDALIS, PARRICIDIUM.

PĂRĬENS, entis, *V.* PARIO, is.

PĂRĬENTĬA, æ, f. 1. *ubbidienza, ossequio*, obsequium, obedientia: a *pareo, es. Tac. Agric.* 16. Nisi Paulinus propere subvenisset, amissa Britannia foret, quam unius prœlii fortuna veteri parientiæ restituit. *Al. leg.* patientiæ. *Impp. Theodos. et Valent. Cod.* 3. 4. 1. Parientiam accommodare. *Cassiod.* 3. *Variar.* 24. monstrare. *et* 7. *ibid.* 27. Cui saluberrimam parientiam commodate. *Patientiam* alii omnibus locis reponunt: sed *Marinius Papyr. diplom. p.* 278. *col.* 2. *parientiam* ubique scribendum probat.

PĂRĬES, ētis, m. 3. Apud Poetas in obliquis casibus *parietis, parieti* etc. duplex vocalis *a* et *i* in unam contrahitur, vel rectius vocalis *i* consonantis *j* naturam assumit. V. *Virgilii loc. cit.* sub I. *a.* — Quod ad etymon attinet, conjungi potest cum sanscr. *pari*, et περί *circum*, circumit enim paries domum ejusque membra. — Ceterum paries est murus domum, aliudve privatum ædificium ambiens et sustinens. Differt a muro qui τοῖχος, τό. nam hic est fere publicus et urbem cingens. De parietum generibus et struendi ratione vide sis multa in *Vitruv.* 2. 8. Græce τεῖχος, ὁ (It. *parete, muro*; Fr. *mur, muraille*; Hisp. *muro, muralla, pared*; Germ. *die Wand*; Angl. *the wall off a house or other private building*).

I.) Proprie — *a*) Generatim. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 19. 44. Fana flamma deflagrata, tosti alti stant parietes deformati. *Plaut. Mil. glor.* 2. 1. 64. In eo conclavi ego perfodi parietem, Qua commeatus esset hinc huc mulieri. *Id.*

Cas. 1. 52. Quasi mus, in medio pariete vorsabere. *Id. Trin.* 4. 3. 32. Leges fixæ ad parietem clavis ferreis. *Cic.* 6. *Verr.* 55. 122. His tabulis interiores templi parietes vestiebantur. *Id. Mil.* 27. 75. Parietem sic per vestibulum sororis instituit ducere, ut sororem non modo vestibulo privaret, sed omni aditu et lumine. *Id. Topic.* 4. 22. Directum ad parietem communem adjungere. *V.* DIRECTUS. *Id.* 4. *Parad.* 1. 28. Parietem disturbare. *Cæs.* 2. *B. G.* 9. *ad fin.* Parietes turris lateribus exstruere. *Virg.* 4. *G.* 296. hunc (*locum*) angustique imbrice tecti, Parietibusque premunt arctis. *Id.* 5. *Æn.* 588. Creta fertur Labyrinthus in alta Parietibus, textum cæcis babuisse iter etc. *Ovid.* 4. *Met.* 65. Fissus paries tenui rima. *Procul. Dig.* 8. 12. 2. Incrustare parietem. *Sueton. Domit.* 14. Porticuum parietes phengite lapide distinguere. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 51. (172). Medios parietes farcire fractis cæmentis. *Id.* 19. *ibid.* 8. 55. (172). Serpyllum nascitur in puteorum parietibus. *Colum.* 12. *R. R.* 1. 4. Quibus aliquid in agro faciendum erit servis, eos foras emittere, quibus in villa, eos intra parietes continere. — *b*) Speciatim. *Intra parietes* interdum est domi, privatim, *privatamente*, *in casa*. *Cic. Brut.* 8. 32. Forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam etc. *Id. Quinct.* 11. 38. Si quid in controversiam veniret, aut intra parietes, aut summo jure experiretur. — *c*) Dicitur *paries*, licet non ex calce et lapidibus. *Vitruv.* 2. 8. *ad fin.* Craticii parietes. *Ovid.* 6. *Fast.* 262. Et paries lento vimine textus erat. — *d*) *In caducum parietem inclinare*, proverb. de eo, qui nititur rei parum firmæ. *Spartian. Hadrian.* 23. Commodum secundum consulem fecit: quem quum minus sanum videret, sæpissime dictitavit: In caducum parietem nos inclinavimus. — *e*) *Utrosque parietes linere*, δυο τοιχη ἀλειφειν, aliud proverb. de iis qui apud omnes, etiam adversos inter se, gratiam inire quærunt: habeturque apud *Petron. fragm. Tragur.* 39. *Burmann* Est autem valde simile illi: *duos parietes de eadem fidelia dealbare*: de quo V. in FIDELIA. — *d*) Item proverbialiter dictum est illud *Horat.* 1. *Ep.* 18. 84. Nam tua res agitur, paries quum proximus ardet.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochen pro domo. *Cic.* 2. *Off.* 8. 29. Parietes urbis modo stant et manent: rem vero publicam penitus amisimus. *le case della città.* ¶ 2. Figurate. *Plaut. Truc.* 4. 3. 14. Neve inter vos significetis, ego ero paries. *h. e.* me interponam tamquam parietem, altera ne alteri significare possit. ¶ 3. Est etiam idem ac sæpes. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 10. 11. (62). Democritus myrtum ita seri docet: parietem fore densitatis, ex quo virgulæ differantur. *h. e.* sic fore sæpem e myrto densissimam. *Alii leg.* sic parietem fore miræ densitatis.

PĂRĬĔTĀLIS, e, adject. ad parietem pertinens, ut Parietalis herba, *Marcell. Empir.* 13. *V.* voc. seq.

PĂRĬĔTĀRĬUS, a, um, adject. ad parietem pertinens. *Firmic.* 8. *Mathes.* 24. Architectos faciet, structores parietarios, vel marmorarios. *Inscript.* apud *Reines. cl.* 11. *n.* 112. C. IVLIVS SALVVS STRVCTOR PARIETARIVS IVLIÆ HEVRESI CONIVGI etc. *Edict. Dioclet. p.* 19. Pictori parietario diurni ✠ septuaginta: pictori imaginario diurni ✠ centum quinquaginta. — *Parietaria herba*, quæ et muralis, *parietaria*, *vetriuola*, παρθένιον, ἐλξινη, ita est appellata, quia in parietibus ac muris veteribus nascitur. *Apul. Herb.* 81. Herbam perdicalem Latini muralem et parietariam, alii vitriariam appellant. — Constantinus M. Trajanum Aug. *herbam parietariam*, ob titulos multos ædibus inscriptos, vocare solitus erat, ut narrant *Aurel. Vict. Epit.* 41. et *Ammian.* 27. 3., sed hic pro *parietariam* habet *parietinam*. *V.* PARIETINUS.

PĂRĬĔTĬCŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* paries, *paretello*. *Inscript.* non opt. notæ apud *Passionei cl.* 12. *n.* 11. DOMVS ÆTERNALIS AVR. CELSI ET AVR. HILARITATIS. FECIMVS NOBIS ET NOSTRIS ET AMICIS ARCO SOLIO CVM PARIETICVLO SVO IN PACEM. In lapide corrupte legitur *pareticulo*, quod proxime accedit ad Italicum *paretello*.

PĂRĬĔTĪNÆ, ārum, f. plur. 1. *V.* voc. seq. in fin.

PĂRĬĔTĪNUS, a, um, adject. Quod ad syllabarum quantitatem pertinet (ait cl. *Furlanetto* in I. *Append.*), pænultima longa esse videtur, non brevis, quia adjectiva in *inus* desinentia, si a nomine Latino deriventur, vocalem *i* producunt, ut *arietinus* ab *aries*; si a Græco, corripiunt, ut *crystallinus* a κρυστάλλινος, quod a κρύσταλλος. — Ceterum *parietinus* est ad parietem pertinens. — *Parietina forma* apud *Tertull. Pudic.* 20. est forma parietis. — *Parietina herba*, parietaria. *Ammian.* 27. 3. *de quodam Lampadio præt. urb.* Per omnia civitatis membra nomen proprium inscribebat, non ut veterum instaurator, sed conditor: quo vitio laborasse Trajanus dicitur princeps; unde eum herbam parietinam jocando cognominarunt. *V.* PARIETARIUS. — Hinc

Parietinæ, *ārum*, f. plur. 1. absolute, substantivorum more, parietes veteres et semiruti, parietum reliquiæ, *muri vecchi e mezzo rovinati*, *stamberghe*.

I.) Proprie. *Sisenna* apud *Non. p.* 141. 23. *Merc.* Post villarum macerias ac parietinas quinque cohortes in insidiis reliquit. *Cic.* 3. *Tusc.* 22. 53. Magis me moverant Corinthi subito aspectæ parietinæ, quam ipsos Corinthios. *Id.* 13. *Fam.* 1. Ut nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concederes. *h. e.* semirutam Epicuri et veterem casam. De iisdem loquitur *Id.* 5. *Att.* 19. Quæ de parietinis in militia laboravi. *h. e.* dum proconsul in itinere militari essem. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 102. (161). Aizoum minus in muris parietinisque nascitur. Cl. *Furlanetto* in I. *Append.* quod ad significationem pertinet, hæc adnotavit: *Parietinæ* non modo denotant Italorum *muri vecchi e mezzo rovinati*, sed etiam solum ipsum, quod ex ædificiorum ruinis una cum terra immixtis constat. Prioris quidem significationis exemplum habemus in *Sisennæ loc. cit.* in quo maceriæ distinguuntur a parietinis, et ex *Plinii loc.* item *cit.* quo et muri et parietinæ nominantur; nam maceria ex sicco lapide nulla calcis arenati admixtione solidato conficitur, murus ex lapide seu lateribus calce arenato junctis: parietinæ autem sunt ædificiorum seu parietum ruinæ, ne quid dicam de ruderibus, quæ non ædificiorum stantes adhuc reliquias, ut vulgus eruditorum putat, significant, sed fragmenta lapidum, laterum et duratæ calcis ex ædificiis prolapsis: alterius porro significationis exemplum exstat in *Tab. aliment. Bœbiana*, de qua sermo est in *Bullett. dell' Instit. archeol. T.* 7. *p.* 147. *lin.* 65. 4. STATORIVS RESTITVTVS (*obligavit rem*) *fundi* MARCIANI CVM PARIETINIS AQF. CARS. N. (h. e. *adfini Cæsare nostro*); ac præsertim in *Instrumento* ad ann. CMLXXXVII. a Chr. n. pertinente apud *Nic. M. Nicolai* in *Atti dell' Accad. Rom. di Archeol. T.* 3. *p.* 35. Primum concedimus, ut perpetualiter sit definiendum in terrenis sementariciis in loco, qui dicitur Astura, cum parietinis, in qua (*corrige* quibus) olim fuit Ecclesia S. Mariæ seu Salvatoris, cultis vel incultis, ... *et mox.* Prædicta terra sementaricia, quantum ad boum paria III. sufficere potuerit, juxta portum Asturæ cum pertinentibus suis cultis vel incultis, et cum omnibus ad eam pertinentibus *etc.* Vides igitur *parietinas* esse loca, in quibus fuerant ædificia jam prolapsa, easque vocari *cultas vel incultas*, quia nempe aliquo post tempore ea loca partem culturæ fuerint addicta, partim adhuc inculta remanerent.

II.) Figurate. *Cic.* 4. *Fam.* 3. Quid me ista res consolatur in tantis tenebris, et quasi parietinis reipublicæ?

PĂRĬFĬCO, as, are, a. 1. (par *et* facio). — Parificare est idem ac pariare, exæquare. *Orient. de Trinit.* 19. Trina potestatum conclusio parificatur. Hic perperam prima in *parificatur* producitur.

PĂRĬLĬA. *V.* PALILIA.

PARILICĬUM. *V.* PALILICIUM.

PĂRĬLIS, e, adiect. *uguale*, *pari*, ἴσος, idem quod par, æqualis. Vox fere poetica. *Lucret.* 1. 1065. et noctes pariles agitare diebus. *Ovid.* 8. *Met.* 631. Sed pia Baucis anus, parilique ætate Philemon. *Id.* 1. *Trist.* 8. 26. Accipere et parili reddere voce, vale. *Nemesian.* 4. *Ecl.* 5. parilisque furor de dispare sexu. *Varro* 9. *L. L.* 29. *Müll.* Ut separatim in suo utroque genere similitudines sint pariles. At hic *Müllerus* rectius legit *paria* (*membra*).

PĂRĬLĬTAS, ātis, f. 3. *ugualità*, ἰσότης, æqualitas. *Gell.* 14. 3. *ad fin.* Parilitas virtutum inter se consimilium. *Apul. Florid. n.* 22. *ad fin.* Cuique operi accommodabo vel inæqualitate aspera, — vel rotunditate volubilia, sine regulæ correctione et mensuræ parilitate et perpendiculi solertia. *Id.* 2. *Met.* Parilitas amoris. *Cassiod. Instit. liberal. litt.* 4. *sub init.* Intentio arithmeticæ est, docere nos naturam abstracti numeri, et quæ ei accidunt, ut, verbi gratia, parilitas, imparilitas, et cetera.

PĂRĬLĬTER, adverb. æqualiter, pariter. Agnoscitur a *Charis.* 2. *p.* 191. *Putsch.*

PĂRĬO, as, āvi, ātum, are, 1. (par). — Part. *Pariatus* sub *A* 2. — Pariare

A) Active est parem facere, exæquare. ¶ 1. Generatim occurrit passive. *Tertull. Resurr. carn.* 6. Non rapinam existimavit pariari Deo. ¶ 2. Speciatim est paria in rationibus facere, rationes ita reddere, ut paria sint expensis accepta, *uguagliar le partite*, *saldare i conti*: cui *reliquari* opponitur. *Ulp. Dig.* 40. 1. 4. *ante med.* Si ei nummos prorogavit emptor, quum ei pariaverit, poterit ad libertatem pervenire. *Inscript. Lanuv.*, quæ pertinet ad ann. post Chr. n. CXXXVI., in *Atti dell' Accad. Archeol. Rom. T.* 2. *p.* 462. QVISQVIS MENSIB. CONTINENTER NON PARIAVERIT. *non avrà pagata la sua contribuzione.* Et Particip. præter. mediorum apud Græcos more, *ibid.* QVISQVIS EX HOC CORPORE NOSTRO PARIATVS DECESSERIT (*al.* DISCESSERIT.). *h. e.* postquam solvit quidquid debuit.

B) Neutrorum more pariare est parem esse. *Tertull. Anim.* 30. *sub fin.* Quia nec pariasset commeatus hic vitæ milliario tempori. *Id. Resurr. carn.* 53. *a med.* Utraque substantia pariant inter se Christus et Adam, scilicet et carne et anima.

PĂRĬO, păris, pĕpĕri, părĭtum *et* partum, părĕre, a. 3. *Parii* pro *peperi*. *Cato R. R.* 89. Gallinas teneras, quæ primum parierint, concludat. *At* Schneiderus *recte legit* parient. — *Paribit* pro *pariet*. *Pomponius* apud *Non. p.* 508. 3. *Merc.* Si prægnans non es, paribis numquam. — *Parire* pro *parere*. *Ennius.* apud *Varron.* 5. *L. L.* 59. *Müll.* et *Diomed.* 1. *p.* 378. *Putsch.* Ova parire solet genu' pennis condecoratum. *Plaut. fragm.* apud *Philargyr.* ad *Virg.* 2. *Ecl.* 63. Nam audivi feminam ego leonem semel parire. — Part. *Pariens* I. 3. et in fin.; *Partus* II. 3 et in fin.; *Pariturus* I. 1.; *Pariendus* I. 3. — Parere, quod causativum videtur v. *părere* ejusdemque etymi, quamvis obstet quantitas, est fetum edere: et proprie ad feminas pertinet, τίκτω (It. *partorire*; Fr *enfanter*, *accoucher*, *mettre bas*; Hisp. *parir*; Germ. *gebären*, *hervorbringen*; Angl. *to bear or bring forth young*, *be in travail*, *travail*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu dicitur de feminis tum in hominibus, tum in bestiis. *Cic.* 2. *Orat.* 66. 267. Si quintum pareret mater ejus, asinum fuisse pariturum. *Sulpic.* ad *Cic.* 4. *Fam.* 5. Ut ea beros ex sese pareret. *Stat.* 12. *Theb.* 539. atque hosti veniat paritura marito. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 18. 57. Quum ovum inspexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebant. ¶ 2. Latiori sensu olim tribuebatur et viris, pro generare, procreare, *generare*. Ita locutus est *Cæcilius* apud *Non. p.* 464. 21. *Merc.* et *Cicero* vertens carmina *Sophoclis*, 2. *Tusc.* 8. 20. Œnei partu edita. *Vel. Tragicus* apud *Quintil.* 8. 6. 34. Et jam leo pariet; at pater est. Sic τίκτειν apud Græcos. *Homer. Odyss. l.* 15. *v.* 249. Μάντιος αὖ τέκετο Πολυφείδεά τε, Κλείτόν τε. ¶ 3. Latissimo sensu est gignere, *producere*. *Varro* 1.

R. R. 31. 2. Ut sarmentum in pariendis colibus vires habeat majores. *et ibid.* 41. 5. Ut ficus obrutæ in seminario pariant. *Lucret.* 2. 897. ligna putrefacta per imbres Vermiculos pariunt. *Cic.* 1. *Nat. D.* 2. 4. Fruges et reliqua, quæ terra parit. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 37. 68. (174). Salices pariunt baltheo corticis vincula. *Id.* 31. *ibid.* 10. 46. (112). Spumam nitri negabant fieri, nisi quum ros cecidisset prægnantibus nitrariis, sed nondum parientibus.

II.) Translate sumitur ¶ 1. Pro creare, efficere, *cagionare, fare, produrre.* *Cic.* 4. *Herenn.* 4. 7. Alio tempore utantur ea facultate, non tum, quum parere ipsi et gignere et proferre debent. *Cic.* 2. *Orat.* 87. (356). Ars dicendi habet hanc vim, non ut aliquid pariat et procreet, verum ut educet atque confirmet. *Id.* 1. *Fin.* 15. 49. Illas rejici, quia dolorem pariant: has optari, quia voluptatem. *Lucret.* 1. 220. Parere dissidium. *Quintil.* 9. 4. 43. tædium. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 17. 40. (81). fastidium. *Id.* 19. *ibid.* 8. 38. (126). somnum. *Id.* 3. *ibid.* 1. 3. (16). Quæ causa magnos errores computatione mensuræ sæpius parit. *Id.* 23. *ibid.* 6. 57. (106). Apyrina inflationes pariunt. ¶ 2. Pro afferre, *recare, apportare.* *Plaut. Most.* 2. 1. 71. Ne quidquam nobis pariant ex se incommodi. *Id. Trin.* 2. 2. 35. Parere alicui ægritudinem. *Sall. Orat. Lepidi contra Sull. a med.* Maximam mihi fiduciam parit victor exercitus. *Propert.* 1. 18. 23. alicui curas. *Nepos Datam.* 11. suspicionem. ¶ 3. Pro acquirere, comparare, *acquistare, procacciare.* *Ter. Andr.* 4. 5. 2. Parere divitias. *Cic.* 2. *Off.* 13. 47. L. Crassus sibi ipse peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili et gloriosa. *Id.* 4. *Cat.* 1. 1. Dummodo meis laboribus vobis dignitas salusque pariatur. *Id. Sull.* 17. 49. Afflicto Sulla, consulatus vobis pariebatur, sicuti partus est. *Id.* 1. *ad Brut.* 15. Divinam gloriam alicui parere. *Cæs.* 3. *B. C.* 69. Parere salutem sibi atque exitum per cæsorum corpora. *Sall. Jug.* 10. amicos officio et fide. *Nepos Reg.* 2. sibi tyrannidem virtute. *Id. Alcib.* 7. *extr.* sibi amicitiam cum regibus. *Liv.* 34. 44. gratiam ingentem apud aliquem. *et* 30. 14. *a med.* sibi decus et victoriam. *Vellej.* 2. 120. 4. ferro reditum sibi ad suos. *Val. Flacc.* 7. 291. famam. *Sil. It.* 4. 47. Et metui peperere manu. *h. e.* pugnando et vincendo effecerunt, ut metuerentur. ¶ 4. Pro conciliare. *Tibull.* 1. 7. 27. Sæpe mero somnum peperi tibi. *Ter. Eun.* 5. 2. 32. Ut solidum parerem hoc mihi beneficium. *Id. Andr.* 1. 1. 41. Obsequium amicos, veritas odium parit. *γνώμη.* ¶ 5. Pro conscisceere. *Virg.* 6. *Æn.* 434. qui sibi lethum Insontes peperere manu. *Tibull.* 1. 13. 20. Hoc peperit misero garrula lingua malum. ¶ 6. Pro invenire, formare, comminisci. *Cic. Orat.* 32. 114. Qui dialectici dicuntur, spinosiora multa pepererunt. *Id.* 3. *Fin.* 1. 3. Quibus etiam verba parlenda sunt, imponendaque nova novis rebus nomina. *Justin.* 4. 1. 13. Hinc fabulæ Scyllam et Charybdim peperere. — Hinc Partic. præs.

Pariens, entis, substantivorum more quoque usurpatur pro puerpera. *Ovid.* 9. *Met.* 283. Præpositam timidis parientibus Ilithyam. — Item Part. præter. pass.

Partus, a, um, adjective usurpatur, et est pariendo editus, *partorito,* τετιγμένος.

I.) Proprie. *Virg.* 6. *Æn.* 89. alius Latio jam partus Achilles, Natus et ipse dea.

II.) Translate *partus* est acquisitus, comparatus, collectus, *acquistato, procacciato, guadagnato.* *Cic. Quinct.* 23. 74. Aliquem honeste partis bonis privare. *Id.* 1. *Fin.* 16. 51. Præda improbe parta. *Id.* 2. *leg. Agr.* 6. 16. Plurimo sudore et sanguine majorum vestrorum parta, vobisque tradita libertas. *Id. Sull.* 28. (77). Quod ad tempus existimationis partæ fructus reservabitur? *Cæs.* 6. *B. G.* 39. Ante partam rei militaris laudem amittere. *Ovid.* 1. *Art. am.* 260. Partaque per gladios regna nocente manu.

Parta, æ, f. 1. deponentis more, et absolute, substantivorum more, est quæ peperit. *Colum.* 7. *R. R.* 4. 3. Parta nutrici consociata minus laboret. — Item

Partum, i, vel potius *parta, orum,* n. 2. absolute sunt quæ quis sibi acquisivit, comparavit, *guadagni, acquisti.* *Cic.* 2. *Phil.* 27. 66. Sed, ut est apud poetam nescio quem (*Nævium,* teste *Paul. Diac. p.* 222. 14. *Müll.*), male parta male dilabuntur. *Ter. Phorm.* 5. 3. 5. Patris mei bene parta indiligenter tutatur.

PĂRĬSON, i, n. 2. *παρισον,* Græca vox, qua significatur figura similium membrorum in oratione, ut *non verbis, sed armis,* et *quantum possis, in eo semper experire, ut prosis.* Usurpat *Quintil.* 9. 3. 76. Græce. Latine *Capell.* 5. *p.* 174. Parison prope æquatum est. Hæc *Capell.* ex *Aquila Rom. de fig. sent. et eloc.* 24. ed. *Ruhnken.*

PĂRĬTAS, ātis, f. 3. *parità, uguaglianza,* paritas, æqualitas. *Seneca Suasor.* 7. *ad fin.* Quum in quadam postulatione Hybreas de paritate stultorum locum ad litteram, omnibus agnoscentibus, diceret. *Arnob.* 2. 50. In impari paritas, dulcedo in amaritudine contineri nequit.

PĂRĬTER, adverb. (par) est eque, æqualiter, similiter, *ἴσως* (It. *egualmente, parimente, similmente*: Fr. *également, pareillement, de même*; Hisp. *igualmente, semejantemente*; Germ. *gleich, auf gleiche Weise, ebenso*; Angl. *equally, in like manner, in the same proportion, alike, togheter*). ¶ 1. Generatim. — *a*) Absolute. *Afranius* apud *Non. p.* 375. 1. *Merc.* Dispartiantur patris bona pariter. *Ter. Heaut.* 1. 1. 78. Sumptus domi tantos ego solus faciam? sed gnatum unicum, quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius, eum ego hinc ejeci. *Cic. Amic.* 16. (56). Ut nostra in amicos benevolentia illorum erga nos benevolentiæ pariter æqualiterque respondeat. *Id.* 1. *Fin.* 20. 67. Lætamur amicorum lætitia æque atque nostra, et pariter dolemus angoribus. *Id.* 2. *Off.* 8. 30. Caritate non pariter omnes egemus. *Id. Orat.* 12. 38. Ut pariter extrema terminentur, eumdemque referant in cadendo sonum. *Phædr.* 5. 2. Nunc conde ferrum et linguam pariter futilem. — *b*) Particulis *ac, atque, et, que, ut* eleganter sequentibus. *Ter. Phorm.* 5. 3. 3. Pariter nunc opera me adjuves, ac re dudum opitulata es. *egualmente, come:* vel *tanto, quanto.* et *Sall. Jug.* 50. Pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere. *Liv.* 2. 33. Vir omni vita pariter patribus ac plebi carus. *Plaut. Amph.* 4. 1. 11. pariter hoc fit atque ut alia facta sunt. *Cic.* 6. *Parad.* 2. 46. Qui videt domi tuæ pariter accusatorum atque judicum consociatos greges. *Sall. Jug.* 121. Vultu, colore ac motu corporis pariter atque animo varius. *Liv.* 6. 10. Etrusci pariter armati atque inermes cæsi. *Ter. Adelph.* 5. 8. 34. Nunc tu mihi es germanus pariter animo et corpore. *Liv.* 31. 85. Pariter et ad se tuendum et ad hostem petendum armato. *Id.* 5. 39. Pariter vivi mortuique. *Plaut. Aulul. prol.* 21. Is ex se hunc reliquit filium pariter moratum, ut pater avusque hujus fuit. — *c*) Item sequente præpos. *cum. Cic.* 7. *Verr.* 67. 173. Siculi mecum pariter moleste ferent. *Id.* 3. *Herenn.* 1. 1. Ne impediare, quin ad hanc utilitatem pariter nobiscum progredi possis. *Manil.* 5. 400. Quæstus naufragio petitur, corpusque profundo Immissum pariter cum præda exquiritur ipsa. — *d*) Cum Dativo. *Liv.* 38. 16. *a med.* Tantum terroris omnibus gentibus injecerunt, ut quas adissent, quasque non adissent, pariter ultimæ propinquis, imperio parerent. *h. e.* æque ultimæ ac propinquæ. — *e*) Sequente *qualis. Plaut. Rud.* 3. 6. 37. Pariter suades qualis es. ¶ 2. Specialim pariter est idem ac simul, eodem tempore. — *a*) Absolute. *Plaut. Curc.* 1. 1. 48. Amo pariter simul. Cf. *Flor.* 2. 17. Post illa duo clarissima urbium incendia, late atque passim, nec per vices, sed simul pariter quasi unum undique bellum fuit. *Cæs.* 3. *B. C.* 52. Nam plura castella Pompejus pariter, distinendæ manus causa, tentaverat. *nel medesimo tempo, a un tratto. Plin.* 9. *Ep.* 28. Post longum tempus epistolas tuas sed tres pariter accepi. *Quintil.* 1. 1. 14. Non longe itaque Latina subsequi debent, et cito pariter ire. *Id.* 5. 7. 5. Pariter multos invadere. — Interdum *pariter alternis* opponitur. *Seneca Ep.* 37. *a med.* Interdum alternis imperantes, interdum pariter. *tutti insieme. Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 51. (138). Supercilia homini et pariter et alterna mobilia. *Varro* 3. *R. R.* 16. 9. Omnes (*apes*) ut in exercitu vivunt, atque alternis dormiunt, et opus faciunt pariter, et ut colonias mittunt. — Aliquando *pariter* valet eodem tempore una simul cum alio. *Cic. Fontej.* 16. 35. Venit huic (*Fontejo*) subsidio Massiliensium cuncta civitas, quæ etc. Pugnat pariter pro salute M. Fonteji Narbonensis colonia, quæ etc. *Virg.* 10. *Æn.* 863. Lausique dolorum Ultor eris mecum aut, aperit si nulla viam vis, Occumbes pariter. *h. e.* una mecum. — *b*) Sequente præpos. *cum. Cic.* 2. *Divinat.* 14. 33. Conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant pariterque decrescant. *Id.* 3. *Orat.* 3. 10. Ut ille et vixisse cum republica pariter et, cum illa simul exstinctus esse videatur. *Id. Senect.* 14. 50. Studia pariter cum ætate crescunt. *Id.* 1. *Tusc.* 11. 24. Pariter cum vita sensus amittitur. *Sall. Jug.* 68. Equites pariter cum occasu solis expeditos educit. *Auct. B. Afr.* 69. Numidæ una pariterque cum equitibus accurrere et refugere consueverant. — *c*) Cum partic. *et, atque, que. Quintil.* 10. 5. 14. Inventionem et dispositionem pariter exercent. *Id.* 12. 2. 28. Quibus mens pariter atque oratio insurgat. *Id.* 6. 3. 100. Seriis jocisque pariter accommodato. *Liv.* 3. 22. Ut pariter et socii rem inciperent referrentque pedem. — *d*) Poetice cum Dativo. *Stat.* 5. *Theb.* 121. Rhodopeia conjux Ulta manu thalamos, pariterque epulata marito. *h. e.* simul cum marito. *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 165. pariterque favillis Durescit glacies. *h. e.* juncta favillis. — *e*) Interdum repetitur. *Ovid.* 8. *Met.* 324. Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros Optavit. *Id.* 11. *ibid.* 305. Videre hanc pariter, pariter traxere calorem. *Plin.* 8. *Ep.* 23. *sub fin.* Absens pariter ægrum, pariter decessisse cognovi. *nel medesimo tempo.*

PĂRĬTO, as, are, a. 1. — Paritare est frequentat. vel potius intens. a *paro,* et ejusdem fere significationis. — *a*) Cum Infinito. *Plaut. Merc.* 3. 4. 64. Quid tu ais, quid, quum illuc, quo nunc ire paritas, veneris? — *b*) Sequente partic. *ut. Id. Pseud.* 1. 5. 70. Ecquas viginti minas per sycophantiam paritas ut auferas a me? — *c*) Cum Accus. *Ennod.* 8. *Ep.* 5. Quamvis vobis gaudia paritat fusa apud Deum ubertas illa lacrimarum.

PĂRĬTOR, ōris, m. 3. qui paret, seu apparet, et ad officium præsto est. *Aurel. Vict. Cæsar.* 2. *extr.* Nam ceteros paritorum præsidesque Augustus instituerat. *h. e.* milites, quos in custodiam sui et Urbis apparere jusserat, ut est apud *Sueton. Aug.* 49.

PĂRĬTŪDO. *V.* PARTITUDO.

PĂRĬTŪRA. *V.* PARTURA.

PARMA, æ, f. 1. *Palma* pro *parma*: *V.* dicta in PALMA init. — *Parmai* pro *parmæ* suo more dixit *Lucret.* 4. 845. — Parma, *πάρμη,* est breve scutum et rotundum, quo levis armaturæ pedites equitesque utebantur: ita dicta, si *Varroni* 5. *L. L.* 115. *Müll.* credis, quod e medio in omnes partes par erat, *πέλτη* (It. *targa, brocchiero, rotella*; Fr. *parme, petit bouclier rond*; Hisp. *pequeño escudo redondo*; Germ. *der kleine runde Schild*; Angl. *a small round shield or buckler, a targe or target*).

I.) Proprie. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 3. Conligunt parmam. *Varro* apud *Non. p.* 552. 30. *Merc.* Quem sequuntur cum rotundis velites leves parmis. *Nepos Iphicr.* 1. Peltam pro parma fecit. *Liv.* 2. 20. *a med.* Desiliunt ex equis, provolant in primum agmen, et pro antesignanis parmas objiciunt. *Id.* 31. 35. *sub fin.* Veles Romanus parmam gladiumque habens, pariterque et ad se tuendum et ad hostem petendum armatus. *Id.* 38. 21. *ad fin. de velitib.* Hic miles tripedalem parmam habet, et in dextra hastas, qui-

bus eminus utitur. (De hac mensura tripedali V. *Lips. l.* 3. *de milit. R. dial.* 1.) *Id.* 26. 4. Ex omnibus legionibus electi sunt juvenes maxime vigore ac levitate corporum veloces. Eis parmæ breviores quam equestres, et septena jacula data. *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 554. 20. *Merc.* Hi soliti nectere ex viminibus vasa agrestia, ibi tum, quod inopia scutorum fuerat, ad eam artem se quisque in formam parmæ equestris armabat. *Virg.* 9. *Æn.* 548. Ense levis nudo, parmaque inglorius alba. Ubi *Servius*: quasi tiro; quia picta arma jam probati in bellis habebant. *Propert.* 4. 10. 21. Picta nec inducto fulgebat parma pyropo. *Virg.* 11. *Æn.* 711. *de Camilla.* Ense pedes nudo, puraque interrita parma. Ubi *Servius*: Tunc enim primum in bella descenderat, cum tirones minime pictas gestarent parmas. — Parma Amazonica, apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (43). est pelta lunata.

II.) Translate dicitur ¶ 1. De quocumque scuto. *Virg.* 2. *Æn.* 175. *de Pallad.* Emicuit parmamque ferens hastamque trementem. *Martial.* 9. 21. At te protexit superûm pater, et tibi Cæsar, Pro jaculo et parma fulmen et ægis erat. ¶ 2. Per metonymiam de gladiatore, qui Threx, seu Thrax dictus. Nam a Thracibus parma venit. Unde in *Gloss. Philox.* exponitur Θρακικὸν ὅπλον. *Martial.* 9. 69. Mitior in magno clamor furit amphitheatro, Vincenti parmæ quum sua turba favet. Adde *eumd.* 14. 213. ¶ 3. De tabella lana obducta, quæ valvæ vicem in folle præbet ingredientique aeri aperit se, egressuro clauditur, *animella del mantice. Auson. Edyll.* 10. 267. Sic ubi fabriles exercet spiritus ignes, Accipit alterno cohibetque foramine ventos Lanea fagineis alludens parma cavernis.

PARMĀTUS, a, um, adject. parma tectus. *Liv.* 4. 38. Parmata cohors. Ita recte legit *Gronovius* pro *armata. Id. ibid.* 39. Ut parmatis, novæ cohorti hostium, locus detur.

PARMŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* parma.

I.) Proprie. *Horat.* 2. *Od.* 7. 10. Sensi relicta non bene parmula. *Festus p.* 238. 9. *Müll.* Parmulis pugnare milites soliti sunt; quarum usum sustulit C. Marius, datis in vicem earum Bruttianis. *h. e.* quæ a Bruttiis usurpari solitæ, quæ et ipsæ parmæ erant, sed diversæ magnitudinis. Cf. *Paul. Diac. p.* 31. 19. *Müll.*

II.) Figurate. *Fronto de orat.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 1. *a med.* Uti clipeo te Achillis in orationibus oportet, non parmulam ventilare, neque hastulis bistrionis ludere.

PARMŬLĀRĬUS, ii, m. 2. ¶ 1. Fautor parmularum, seu cujusdam gladiatorum generis, qui parmulis armati pugnabant, et Threces seu Thraces dicebantur: nam parma Thracum propria fuit. *Sueton. Domit.* 10. Patremfamilias, quod Threcem mirmillonі parem, munerario imparem dixerat, detractum spectaculis in arenam, canibus objecit, cum hoc titulo: Impie locutus parmularius. — De ignaro rhetore hæc *Quintil.* 2. 11. 2. Alius percontanti, Theodoreus, an Apollodoreus esset? Ego, inquit, parmularius sum. *h. e.* is declamandi magister tam artis suæ ignarus erat, ut interroganti, Theodori, an Apollodori discipulus esset (*V.* APOLLODOREUS in ONOM.), ratus ea vocabula ad factiones gladiatorum spectare, respondit, se parmularium. *h. e.* Threcum fautorem esse. ¶ 2. Item qui pontificibus parmula armatus apparebat. *Inscript.* apud *Gruter.* 1087. 6. APPARITORI PONTIFICVM PARMVLARIO.

PARNĀCIS. *V.* ARNACIS.

PĂRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Parans A.* I. 1.; *Paratus A.* I. 1. 2. et II. 2.; *Paraturus A.* et *B.* II. 1.; *Parandus A.* II. 1. — Parare duo diversa significat, scilicet *A*) Instituere, instruere, moliri, apparare, adornare; et *B*) Parem facere, æquiparare, comparare.

A) Parare, ab eodem etymo, a quo *pario*, est instituere, instruere, moliri, apparare, adornare, κατασκευάζω (It. *apparecchiare, allestire*; Fr. *préparer, apprêter, arranger*; Hisp. *preparar, aparejar, aprestar, poner en orden*; Germ. *bereiten, zubereiten, verbereiten, rüsten, gehörig einrichten, besorgen, fertig machen, sich zu etwas rüsten*; Angl. *to make or get ready, provide, put in readiness, prepare, go about, shape, contrive, order, dispose, design, furnish, equip*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim — 1.°) Refertur ad rem, et est aliquid instruere, apparare. — *a*) De re, et quidem physica. *Plaut. Men.* 2. 3. 14. Omne paratum est, ut jussisti atque ut voluisti; prandium, ut jussisti, hic Curatum est. *Ter. Andr.* 3. 2. 42. Ibi me opperire, et quod parato opus est, para. *Id. Adelph.* 1. 1. 13. Quemquam ne hominem in animo instituere, aut parare, quod sit carius, quam ipse est sibi? *Cic.* 6. *Verr.* 27. 62. Instruere et parare convivium. *Cæs.* 5. *B. G.* 41. *extr.* Turres ad altitudinem valli, falces testudinesque parare ac facere cœperunt. *Sall. Cat.* 27. Parare incendia. *Id. Jug.* 73. Ad bellum cuncta parat festinatque. *Horat.* 1. *Od.* 15. 11. jam galeam Pallas et ægida Currusque et rabiem parat. *Id.* 2. *Sat.* 3. 215. paret ancillas, paret aurum. — Item de abstractis. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 13. Parare luctum filio. *Id. Phorm.* 1. 4. 14. fugam aut furtum. *Id. ibid.* 5. 4. 2. cupiditates in animo. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 20. 65. Lex parata est sociorum causa. *Orellius* vero aliter omnino legit. *Cæs.* 2. *B. G.* 9. Pro magnitudine periculi bellum parare, et maxime ea, quæ ad usum navium pertinerent, providere instituunt. *Sall. Cat.* 35. Parare defensionem. *Id. ibid.* 43. insidias. *Id. ibid.* 51. leges. *Nepos Alcib.* 9. *sub fin.* Parare bellum alicui. *h. e.* contra aliquem. *Horat.* 1. *Od.* 29. 2. acrem militiam. *Tac.* 4. *Ann.* 49. deditionem. *Id. Agric.* 16. caritatem. *Id. Germ.* 30. victoriam. *Quintil.* 1. 6. 39. gratiam novitati similem. — Passive absolute. *Cic.* 2. *Divinat.* 59. 122. Si ita natura paratum esset, ut ea dormientes agerent, quæ somniarent. *h. e.* comparatum est. Sic *Calpurn. Declam.* 33. Nihil equidem leges clementius paraverunt, quam de lege raptarum. *h. e.* comparaverunt, constituerunt. — *b*) *Parare se*, vel etiam *parari*, interdum usurpatur cum Accus. et præpos. *in. Seneca Med.* 51. Accingere ira, teque in exitium para. *Quintil.* 11. 3. 25. Ut simul in omnia paremur. — Sæpius vero cum Accusat. et præpos. *ad*, vel Dativo. *Cic. Orat.* 35. 122. In quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut paret se ad discendum. Cf. *eumd.* 1. *Fam.* 7. *a med.* Volo, huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas. *Cæs.* 7. *B. G.* 41. Parare se ad similem casum. *Sall. Cat.* 27. *extr.* Docet se Manlium præmisisse ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma paraverat. — *Ter. Eun.* 2. 2. 18. hisce non paro me ut rideant, sed ultro his arrideo. *h. e.* non præbeo me ridendum *Propert.* 2. 17. 18. Et se plus uni si qua (*mulier*) parare potest. *Justin.* 26. 2. 2. Quum et ipsi se prælio pararent. *Vellej.* 2. 43. 2. alterutri se fortunæ. *Sil. It.* 12. 586. se morti. — 2.°) Refertur ad actionem, et est statuere, velle, habere in animo, agitare, conari aliquid facere; occurrit autem — *a*) Absolute. *Sall. Cat.* 6. At Romani domi militiæque intenti festinare, parare, alius alium hortari. *Id. Jug.* 60. Oppidani agere, oppugnare, aut parare omnibus locis. *Liv.* 42. 53. Jussis (*militibus*) ad iter parare. Cf. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 86. Quia prius disperibit faxo, quam unam calcem civerit: ita paratum est. *h. e.* constitutum est, deliberatum est. — *b*) Cum Infinito. *Ennius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 46. *Müll.* Jam cata signa fere sonitum dare voce parabant. *Ter. Phorm. prol.* 3. Maledictis deterrere, ne scribat, parat. *Cæs.* 1. *B. C.* 83. Munitiones institutas parat perficere. *Id.* 7. *B. G.* 71. exspectare. *Sall. Jug.* 13. Omni Numidiæ imperare parat. *Id. Cat.* 46. in Apuliam proficisci. Sic *Nepos Datam.* 4. Quum proficisci pararet. *Virg.* 4. *Æn.* 118. In nemus ire parant. *Id. ibid.* 390. Linquens multa metu cunctantem et multa parantem Dicere. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 13. parat invidiam placare. *Id.* 1. *Ep.* 3. 24. jura civica respondere. *Tac.* 14. *Ann.* 59. maturare nuptias. *Id. Dial. de orat.* 11. accusare. *Justin.* 2. 13. 4. copias reducere in regnum. — *c*) Sequente partic. *ut* vel *ne. Ter. Heaut.* 5. 1. 75. Age jam, uxorem ut arcessat, paret. *Id. Phorm.* 5. 7. 64. Animo virili præsentique ut sis, para. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 132. Æquum fuit, deos paravisse, uno exemplo ne omnes vitam viverent. ¶ 2. Speciatim pertinet ad fatum, et est decernere, destinare. *Virg.* 2. *Æn.* 121. Obstupuere animis gelidusque per ima cucurrit Ossa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo. *Madwigius* legendum conjecit: cui fata paret. *Lucan.* 1. 631. quid fata parent. *Id.* 2. 68. motus fata parent.

II.) Translate est comparare, acquirere, adsciscere, *acquistare, procacciare.* ¶ 1. Generatim. *Plaut. Epid.* 3. 2. 37. Jam ego parabo aliquam dolosam fidicinam, numo conducta quæ sit: Quæ se emptam simulet. *Ter. Adelph.* 3. 4. 31. ille bonus vir nobis psaltriam paravit. *Id. Eun.* 4. 6. 32. Huic ipsi est opus patrem, quem defensorem paro. *Id. Heaut.* 5. 2. 49. eum mihi precatorem paro. *Cic. Amic.* 15. 55. Quid autem stultius, quam quum plurimum copiis, facultatibus, opibus possint, cetera parare, quæ parantur pecunia, equos, famulos, vestem egregiam, vasa pretiosa; amicos non parare, optimam et pulcherrimam vitæ, ut ita dicam, supellectilem? *Id.* 1. *Att.* 10. *a med.* Parare subsidium senectuti. *Sall. Cat.* 5. regnum sibi. *Id. ibid.* 6. Magis dandis quam accipiundis beneficiis amicitias parabant. *Id. ibid.* 29. Parare exercitum. *Id. Jug.* 7. claritudinem. *Id. ibid.* 28. commeatus. *Id. ibid.* 35. Parandi juris et majestatis constituendæ gratia. *Cæs.* 1. *B. G.* 31. Parare locum et sedes. *Id. ibid.* 22. latos fines. *Id.* 1. *B. C.* 29. equitatum. *Ovid. Remed. am.* 449. sibi solatia. *Id.* 1. *Trist.* 2. 75. divitias sine fine. *Justin.* 22. 4. 4. Cetera ex hoste melius, quam ex sociis paraturus. *Id.* 16. 3. 7.; et *Quintil.* 10. 1. 15. Parare brevi tempore magnas opes. *Tac. Dial. orat.* 36. gratiam. ¶ 2. Speciatim accipitur pro emere, *comperare. Cic.* 12. *Att.* 19. Cogito trans Tiberim hortos aliquos parare. *Id. Flacc.* 29. 71. prædia. *Cæs.* 4. *B. G.* 2. Jumenta impenso pretio parare. *Liv.* 41. 6. Argento parata mancipia *Catull.* 10. 20. Non possem octo homines parare rectos. Adde *eumd. ibid.* 30 *et* 32. — Hinc Part. præter pass.

Paratus, a, um, est etiam adject., unde Comp. *Paratior* et Superl. *Paratissimus* in omn. paragr. ¶ 1. Generatim paratus dicitur, sensu quasi passivo, qui in promptu est et in manibus, quandocumque uti velis; activo, qui ad aliquid promptus, præsto, expeditus, *preparato, pronto, alla mano.* — *a*) Absolute. *Plaut. Capt.* 3. 4. 6. Ex parata re imparatam omnem facis. *Id. Pseud.* 1. 1. 94. Quid ego ni fleam, cui nec paratus nummus argenti siet? *Id. Bacch.* 2. 2. 41. Quod ames, paratum est: quod des, invento est opus. *Ter. Heaut.* 2. 3. 114. Hic si quid nobis forte adversi evenerit, tibi erunt parata verba, huic homini verbera. *Cic.* 2. *Orat.* 27. 118. Quos locos multa commentatione atque meditatione paratos atque expeditos habere debetis. *Id. ibid.* 36. 152. Philosophi habent paratum quid de quaque re dicant. *Q. Cic. Petit. cons.* 6. 22. Iis fac, ut propositum ac paratum auxilium tuum esse videatur. *Cæs.* 3. *B. G.* 14. Nares paratissimæ. *Liv.* 5. 6. victoria. *Auct. B. Alex.* 28. Magnam et paratam classem habere. *Val. Flacc.* 1. 690. ad summi solium Jovis omnia circum Prona, parata deo, ventique, imbresque, nivesque, Fulguraque etc. *Plin.* 2. *Ep.* 17. *ad fin.* Quocumque loco moveris humum, obvius et paratus humor occurrit. *Id. Paneg.* 88. Paratum id quidem et in medio positum. — *b*) Cum Accusat. et præpos. *ad* vel *in. Cæs.* 1. *B. C.* 30. Omnia sibi esse ad bellum apta ac parata. *Id.* 2. *ibid.* 22. Panicum atque hordeum ad hujusmodi casus antiquitus paratum. *Id.* 1. *B. G.* 5. Paratiores ad omnia pericula subeunda. *Id. ibid.* 41. et 2. *ibid.* 21. ad bellum gerendum. *Id.* 3. *ibid.* 85. animo ad dimicandum. *Auct. B. Alex.* 10; et *Cic.* 9. *Att.* 6. ad navigandum. *Tac.* 3. *Ann.* 65. ad servitutem. *Ovid.* 13. *Met.* 560. rictuque in verba parato Latravit, conata loqui. *Virg.* 2. *Æn.* 61. *de Sinone.* fidens animi atque in utrumque paratus, Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti. *Tac.* 4. *Hist.* 32. in res novas. *Sueton. Galb.* 19. Gra-

tulabundi et in obsequium, parati.— c) Cum Dat. *Liv.* 33. 6. Quinctius postero die, vallum secum ferente milite, ut paratus omni loco castris ponendis esset, progressus etc. *Virg.* 2. *Æn.* 334. stat ferri acies mucrone corusco Stricta, parata neci. *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 117. placidus facilisque parens, veniæque paratus. *Tac.* 12. *Ann.* 47. animus sceleribus. *Id. Agric.* 6. Provincia dives et parata peccantibus. *Id. Germ.* 44 Parata appulsui frons navium. *Plin.* 3. *Ep.* 9. Paratus quamlibet subitis. *Quintil.* 8. 3. 10. Athleta certamini paratior. — d) Interdum cum Ablat.. et præpos. *in. Cæs.* 2. *B. G.* 9. Parati in armis erant. *stavano in sull' armi, o coll' armi alla mano.* — e) Cum Infinito. *Cic. Quinct.* 2. 8.; et *Nepos Datam.* 9. *ad fin.* Ut parati essent facere, quod ipsum vidissent. *Cæs.* 2. *B. G.* 3. Paratos esse et obsides dare et imperata facere. *Id.* 3. *B. C.* 9. Illi omnia perpeti parati. *Id.* 1. *ibid.* 7. defendere. *Sall. Cat.* 20. Vos servire magis, quam imperare parati estis. *Liv.* 34. 60. trajicere. *Horat.* 2. *Od.* 17. 11. Utcumque præcedes, supremum Carpere iter comites parati. *Id.* 2. *Ep.* 1. 184. depugnare. ¶ 2. Speciatim paratus dicitur, qui quæ sunt necessaria ad agendum, habet, bene instructus, munitus, *provvisto, munito, allestito, corredato. Ter. Andr.* 5. 4. 6. itane huc paratus advenis? *h. e.* malis artibus instructus. *Cic. Orat.* 5. 20. Ad permovendos animos instructi et parati. *Id. Mil.* 9. 25. Homo ad omne facinus paratissimus. *Id.* 1. *Verr.* 3. 7. Intelligit, me ita paratum atque instructum ad judicium venire, ut etc. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 13. 41. Omne tempus in his studiis consumo, quo paratior ad usum forensem promptiorque esse possim. *Id. Cæcin.* 21. 60. Armatos appellamus eos, qui scutis telisque parati ornatique sunt. *Id.* 11. *Phil.* 10. 26. Expedito nobis homine et parato opus est. *Id. Amic.* 26. 98. ad mentiendum. *Id.* 4. *Tusc.* 23. 52. Non desiderat fortitudo advocatam iracundiam: satis est instructa, armata, parata per se. *Id.* 5. *Fam.* 13. Quod te optime contra fortunam paratum armatumque cognovi. *Id.* 6. *ibid.* 21. ad omnem eventum. *Id.* 4. *Verr.* 6. 17. In Siciliam paratus ad prædam meditatusque venire cupiebat. *Varro* 2. *R. R.* 5. 1. Narra isti, inquit, eadem, qui sermones sint habiti et quid reliqui sit, ut ad partes paratus veniat. Sic *Liv.* 3. 10. Fabulam compositam Volsci belli, Hernicos ad partes paratos. — Res, qua quis paratus instructusque est, sexto casu effertur — a) Sine præpos. *Cic.* 9. *Att.* 13. Hunc ita paratum video peditatu, equitatu, classibus, auxiliis Gallorum etc. *Id.* 1. *Orat.* 9. 38. Omnibus vel naturæ, vel doctrinæ præsidiis ad dicendum parati. *Ovid.* 1. *Fast.* 437. *de Priapo.* At deus obscæna nimium quoque parte paratus. — b) Additur etiam præpos. *in*, vel aliquando *ab. Cic. Brut.* 39. 145. Homo acutissimus et in jure paratissimus. *Id. ibid.* 42. 154. Prompta et parata in agendo et in respondendo celeritas. *Id. pro leg. Manil.* 18. 55. Homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque (*majores nostri*) vicerunt. *Plancus ad Coss. etc.* 10. *Fam.* 8. *a med.* Nunc quum deûm benignitate ab omni parte sumus paratiores, bene sperare de nobis homines volumus. *Cœlius ad Cic.* 8. *ibid.* 10. Qui scirem, quam paratus ab exercitu esses. — Hinc *Parata, ōrum*, plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt ea, quæ in promptu sunt. *Horat.* 1. *Od.* 31. 17. Frui paratis et valido mihi, Latoe, dones. *Tac.* 6. *Ann.* 37. At Vitellius, profugo Artabano, et flexis ad novum regem popularium animis, hortatus Tiridaten parata capessere, robur legionum — ripam ad Euphratis ducit.

B) Parare a *par, paris*, est — a) Stricto sensu parem facere, æquiparare. *Plaut. Curc.* 4. 2. 20. Eodem hercle vos pono et paro: parissimi estis iibus. — b) Latiori sensu, *parare inter se* est comparare, *accordarsi*, quod dicitur de magistratibus. *Festus p.* 234. 9. *Müll.* Parare inter se munus dicebantur, quum sortitio fiebat e magistratibus P. R., uter magistratus utramque rem facere deberet, aut inter se comparabant da rebus lege mandatis. *Müllerus* vero legit: Parare inter se munus dicebantur, quum sine sortitione magistratibus P. R. inter se conveniret, quis ex iis munus facere, provinciamve habere vellet. *Id.* post *Pappi.* In Comitio quoque sortiri, aut inter se parare solebant, utrum exire, utrum domi manere oporteret. *et mox.* Lege etiam cavebant, ut certos intra dies designati provincias inter se pararent. Hæc *Forcellinus*: sed duo postrema loca apud *Festum* a *Müllero* editum non inveni. *Sall. Jug.* 47. Metellus et Silanus consules designati provincias inter se paraverant. *Al. omitt.* provincias; *al. leg.* partiverant. *Kritzius* quoque legit: provincias inter se partiverant. *V.* ejusdem adnotat. ad *h. l.* Item *Cic.* 1. *Fam.* 9. Appius dixit, si curiata lex non esset, se paraturum (*provinciam*) cum collega. *V.* COMPARO *A.* 3.

PĂRO, ōnis, m. 3. genus navigii. *V.* MYOPARO. *Cic. fragm. poemat.* apud *Isid.* 19. *Orig.* 1. Tunc se fluctigero tradit mandatque paroni. Adde *Gell.* 10. 25. Cf. *Fest. p.* 222. 15. *Müll.*

PĂRŎCHA, æ, f. 1. παροχή, præbitio eorum, quæ hospitibus ad victum et habitationem sunt necessaria, quæque Latine lautia appellantur. *V.* PAROCHUS.

PĂRŎCHĬA. *V.* PARŒCIA.

PĂRŎCHĬĂLIS, e, adject. *parrochiale*, ad parochiam pertinens. *Bulla Johann. III. P. M.* quæ lata est ann. a Chr. n. DLXX. apud *Marin. Papyr. diplom. n.* 1. *p.* 2. Parochiales termini statuti.

PĂRŎCHUS, i, m. 2. πάροχος, a Græco ductum est nomen, quod vehicula præbeat. Ochemata enim Græce, Latine vehicula appellantur: et est officii genus, quod administrantibus paret. Varro Sesquiulysse: Hic enim omnia erat: idem sacerdos, prætor, parochus: denique idem senatus, idem populi caput. Hæc *Nonius p.* 48. 28. *Merc.* qui ducit vocabuli originem ab ὄχος *currus, vehiculum.* Unde πάροχος apud *Hesych.* est, qui sponso assidet sponsam in curru domum deducenti. Alii ducunt a παρέχω *præbeo*: quæ notatio propius accedit ad munus parochi, qui non solum Græcis, sed etiam Latinis significat hominem, cui cura incumbit præbendi ligna, fœnum, salem, tectum iter facientibus reipublicæ causa.

I.) Proprie igitur est publicus provisor, curator, *commissario, provvisioniere. Horat.* 1. *Sat.* 5. 45. Proxima Campano ponti quæ villula, tectum Præbuit, et parochi, quæ debent, ligna salemque. Huc pertinet illud *Cic.* 5. *Att.* 16. Scito, non modo nos fœnum, aut quod lege Julia dari solet, non accipere, sed ne ligna quidem: nec præter quatuor lectos et tectum, quemquam accipere quidquam, multis locis ne tectum quidem. *Id.* 13. *ibid.* 2. Ariaratbes Romam venit. Omnino eum Sextius noster parochus publicus occupavit. *Al. rectius leg.* parochis publicis, *h. e.* hospitio, et rebus necessariis, quorum præbitio παροχή dicitur. — Hinc *Parochi* in Ecclesia nunc dicuntur, qui curam animarum suscipiunt, et Fidelibus necessaria ad salutem suppeditant.

II.) Translate *parochus* dicitur convivator. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 35. vertere pallor Tum parochi faciem, vil sic metuentis, ut acres Potores.

PĂRŌDĬA, æ, f. 1. παρωδία et παρῳδή, carmen ad alterius similitudinem compositum, et abusive etiam sermo, ut est apud *Quintil.* 9. 2. 35. *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 2. *Verr.* 10. Antiquum Nævii est: *Fato Metelli Romæ fiunt consules.* Cui tunc Metellus consul iratus versu respondérat senario hypercatalecto, qui et Saturnius dicitur: *Dabunt malum Metelli Nævio poetæ.* De qua parodia subtiliter Cicero dixit, *te non fato* etc.

PĂRŒCĬA *et* parochia, æ, f. 1. παροικία, vicinia, accolarum conventus et cohabitatio: a παρά *prope* et οἶκος *domus*: *parochia* vero deductâ videtur a *parocho*, quam voc. *V.* sub I. ad fin. ¶ 1. Sumitur pro ditione et jurisdictione Episcopi, *diocesi. Augustin. Ep.* 261. Castellum simul cum contigua sibi regione ad parœciam Hipponensis Ecclesiæ pertinebat. *Hieronym. Ep.* 51. *n.* 2. In parochia quæ tibi subjecta est. *et mox.* Ad meæ parochiæ videbantur Ecclesiam pertinere. *Alii ubique leg.* parœcia. ¶ 2. Item pro loco jurisdictionis parochi, *parrocchia. Sidon.* 7. *Ep.* 6. *a med.* Nulla in desolatis cura diœcesibus parochiisque. *Id. ibid. ad fin.* Per rusticas solitudo parœcias. *Al. leg.* parochias.

PĂRŒMĬA, æ, f. 1. παροιμία, *proverbio, o parlar proverbiale. Charis.* 4. *p.* 247. *Putsch.* Παροιμία est vulgaris rei usurpatio cum aliqua diversitate, ut *cocta numerabimus exta*, quum significet, ex eventu sciemus: et *contra stimulos calces*, idest rei contrariæ resistere. Eadem habent *Diomed.* 2. *p.* 458. et *Donat. de Trop. p.* 1778. Sic etiam dicitur fabella brevior, et per allegoriam accepta, ut *non nostrum onus: bos clitellas. Quintil.* 5. 11. 21. Græce.

PĂRŒMĬĂCUS, a, um, adject. παροιμιακός, proverbialis: ita porro appellatur metrum anapæsticum dimetrum, quia in parœmiis plerumque utebantur veteres hoc metro, ut narrat *Hephæst. cap.* 8. de anapæstico. *Servius Centim. p.* 1821. *Putsch.* Parœmiacum (*anapæsticum*) constat dimetro catalecto, ut est hoc: *Aditum Veneris fuge virgo.* V. *Santenium* ad *Terentian. p.* 320. A *Mar. Victorin.* 3. *p.* 2553. *Putsch.* Græcis litteris hæc vox exhibetur.

PĂRŒMŒON *et rectius* parhomœon, i, n. 2. παρόμοιον, figura est, quum verba, vel nomina parum inflexa, et tamen similia superioribus inferuntur, ut (*Virg.* 4. *Æn.* 3.) *Multa viri virtus animo, multusque recursat Gentis honos.* Et aliter paromœon fit, quum verba similiter incipiunt, ut *Machina multa minax minatur maxima muris.* Hæc *Diomed.* 2. *p.* 441. *Putsch.* Est autem a παρά *prope* et ὅμοιος *similis. V.* HOMŒOPROPHERON; et adde *Rutil. Lup. de fig. sent. et eloc.* 2. 12. ed. *Ruhnken.*

PĂRŒMŒLŌGĬA *et rectius* parhomologia, æ, f. 1. παρομολογία, figura sententiarum, qua aliquid ultro confitemur, et postea majus inferimus et gravius. *Rutil. Lup. de figur.* 1. *ad fin.*

PĂRŒNŒMĂSĬA, æ, f. 1. παρωνομασία, figura verborum, quæ et agnominatio dicitur, quam vocem vide suo loco. *Fronto* 5. *ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 6. Paronomasia etiam non absurda, nec frivola, sed proba et eleganti (*utitur Sallustius*): Simulator, ac dissimulator. Adde *Rutil. Lup. de fig. sent. et elocut.* 1. 3.; *Aquil. Rom.* 27.; *Jul. Rufinian. de schematis lexeos* 13. ed *Ruhnken.*; et *Capell.* 5. *p.* 174.

PĂRŌNŸMA, παρώνυμα, verba ab aliis derivata, ut *equus eques, doceo doctor. V.* DERIVATIO II. 2.

PĂRŌNŸCHĬA, ōrum, n. plur. 2. *et* paronychiæ, arum, f. plur. 1. παρωνυχία, *panericci*, abscessus et reduviæ circa radices unguium: a παρά *prope* et ὄνυξ, υχος *unguis. Petron. Satyr.* 31. Pueris insequentibus ad pedes, et paronychia cum ingenti subtilitate tollentibus. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 20. 83. (142). Ad paronychias farina ejus utuntur. *Id.* 23. *ibid.* 9. 81. (163). Purgant et lentigines, pterygia et paronychias. *Id.* 24. *ibid.* 19. 119. (182). et 28. *ibid.* 8. 24. (88). neutro genere extulit: *Sillig.* vero omnibus in locis neutro genere legit. Quidam in loco *Petronii* sordes pedum digitis adhærentes intelligunt. *V.* PANARICIUM. Adde *Marcell. Empir. c.* 18. *p.* 111. bis *retro*; et *Theod. Priscian.* 1. 30. p. 297. *retro* ed. *Ald.*

PĂROPSIS *et* parapsis, idis, f. 3. παροψίς, lanx, patina, scutella escaria: a παρά et ὄψον *obsonium*, ut *Charis.* docet 1. *p.* 82. *Putsch.*, quia in eo reponuntur obsonia, et ex eo in mensa comeduntur, *catino, piatto.* Dicitur et *parapsis* a παρά et ἀφίς *curvatura*, quia curvum cavumque vas est: unde et *absis* vas escarium est. *Martial.* 11. 27. Cui portat gaudens ancilla paropside rubra Alecem, sed quam protinus illa voret. *h. e.* fictili. *et* 31. Sic implet gabatas, paropsidasque, Et leves scutulas, cavasque lances. *Juvenal.* 3. 141. quot pascit servos, quot possidet agri Jugera, quam multa magnaque paropside cœnat. *Petron. fragm. Tragur.* 50. *Burmann. de Corinthiorum vasorum origine.* Ex hac massa fabri sustulerunt, et fecerunt catilla et paropsi-

des. *Id. Satyr.* 34. Quum forte parapsis excidisset, et puer jacentem sustulisset, animadvertit Trimalchio, colaphisque objurgare puerum, ac projicere rursus parapsidem jussit. *Ulp. Dig.* 34. 2. 20. *circa med.* Argento facto legato, Q. Mucius ait, vasa argentea contineri, veluti parapsidas, acetabula, trullas, pelves. *Prudent. περὶ στεφ. præfat.* 16. 18. Nec defit expolita pelvis Gravisque et ampla argentea est parapsis.

PĂROPTER, ĕris, m. 3. παροπτήρ, causticum quo assatur caro. *Theod. Priscian.* 3. 9. Locis ilsdem psilothra, paropteres, dropaces et sinapismos appono. *Forte legendum* paropteses.

PĂROPTĒSIS, is, f. 3. παρόπτησις, levis assatio. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 8. *a med.* Quid ultra dicam? quum sit evaporativæ virtutis paroptesis: tetanos autem mitigatione indigeat, ob celeritatem sui. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 5.

PĂROPTUS, a, um, adiect. πάροπτος, assatus, *arrostito*: ab ὀπτάω *asso, torreo*; ut Paroptus pullus apud *Apic.* 6. 9.

PĂRŌTIS, ĭdis, f. 3. παρωτίς, apostema secus aures, *parotide, orecchione*: a παρά *prope, juxta*, et οὖς, ὠτός *auris*.

I.) Proprie. — *a*) Fere in pl. num. usurpatur. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 84. (225). Folia althææ strumas et parotidas purgant. *et ibid.* 9. 36. (95). Parotidas reprimere. *et* 28. *ibid.* 11. 48. (177). comprimere. *et* 35. *ibid.* 17. 57. (195). cohibere. *et* 20. *ibid.* 15. 59. (167). discutere. *et* 28. *ibid.* 7. 23. (82). lenire. *et* 20. *ibid.* 1. 2. (4). sanare. — *b*) In sing. num. *Id.* 24. *ibid.* 5. 10. (15). Cupressi pilulæ parotidi et strumæ imponuntur.

II.) Translate est idem atque ancon. *Vitruv.* 4. 6.

PĂROXŸTŎNUS, a, um, adject. παροξύτονος, in pænultima syllaba acutum tonum habens. *Servius de accentu* § 14. Similiter *Simoentis, Thermodontis* proparoxytona sunt, si ad Græcos respicias, qui sic faciunt Σιμόεντος, Θερμώδοντος; paroxytona autem, si ad nostram redigas regulam, quoniam dicimus *Simoéntis, Thermodóntis*.

PARRA, æ, f. 1. avis, quæ oriente Sirio, ipso die occultatur, nec apparet, donec occidat, ut *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 45. (87). et 18. *ibid.* 29. 69. (292). tradit: sed priore loco œnanthen appellat. Habita est avis mali ominis cantu suo; unde *Horat.* 3. *Od.* 27. 1. Impios parræ recinentis omen Ducat, et prægnans canis etc. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PARRHĒSĬA, æ, f. 1. παῤῥησία, est figura sententiarum, de qua hæc *Jul. Rufinian, de fig. sent. et eloc.* 33. ed. *Ruhnken.* Parrhesia, oratio libera, quam Cornificius licentiam vocat. Cf. *Isid.* 2. *Orig.* 20. Parrhesia est oratio libertatis et fidei plena. Adde *Rutil. Lup. de fig. sent. et eloc.* 2. 18. ed. *Ruhnken.*; cf. *Quintil.* 9. 2. 27. et *ibid.* 3. 99.; et *V. Spalding.* ad *Quintil.* 3. 1. 21. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PARRHĒSĬASTES, æ, m. 1. παῤῥησιαστής, qui nimis libere loquitur: a παῤῥησία *loquendi libertas*. *Seneca* 3. *Ira* 23. Democbares, parrhesiastes ob nimiam et procacem linguam appellatus.

PARRĬCĪDA *et* paricida, æ, comm. gen. 1. (pater *et* cædo). *Lambin.* apud *Cic.* 2. *Phil.* 13. 31. bis *patricida* legit pro *parricida*: quod habetur etiam apud *Plin.* 7. *Hist. nat.* 45. 46. (149). in antiq. editionib. 1469. 1470. *et* 1472. et apud *Prudent. Hamartig.* 567. *Paricidas* una tantum *r* et Græca terminatione pro *parricida* legitur in *fragm. Leg. XII. Tabul.* apud *Paul. Diac. p.* 221. 17. *Müll. V.* PARRICI. — Quod ad vocis compositionem attinet, *Priscian.* 1. *p.* 553. *Putsch.* Parricida vel a *pari* componitur, vel, ut alii, a *patre*. Ergo si est a *pari*, *r* euphoniæ causa additur; si a *patre*, *t* in *r* convertitur (*V. Quintil.* 8. 36. 35.; et *Charis.*. *p.* 244. *Putsch.*): quibusdam tamen a *parente* videtur esse compositum, et pro *parenticida* per syncopen et commutationem *t* in *r* factum *parricida*. — Ceterum parricida est proprie qui patrem vel parentem occidit, πατροκτόνος, (It. *parricida*; Fr. *parricide*; Hisp. *parricida*; Germ. *der Vatermörder*; Angl. *a parricide, murderer of parents or near relations*). Usurpatur autem *A*) Substantivorum more, et *B*) Adjective.

A) Substantivorum more. ¶ 1. Stricto sensu est qui patrem vel parentem occidit. *Cic. Rosc. Am.* 25. 70. Majores nostri supplicium in parricidas singulare excogitaverunt: insui voluerunt in culeum vivos etc. (De supplicio parricidarum *V.* CULEUS). *Id. Mil.* 7. 17. Magis erit parricida, si consularem patrem necarit. Adde *eumd. Orat.* 30. 107. *Horat.* 3. *Od.* 29. 8. Telegoni juga parricidæ. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 45. 46. (149). *de Augusto.* Adulterium filiæ, et consilia parricidæ palam facta. *h. e.* ut *Solin.* loquitur 1. *ante med.*, detectum filiæ adulterium, et voluntas parricidalis. *Seneca* 1. *Clem.* 23. Parricidæ cum lege cœperunt, et illis facinus pœna monstravit. *Val. Max.* 1. 1. 13. Id supplicii genus multo post parricidis irrogatum est. Justissime quidem: quia pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda est. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate, ut aliis placet, ita dicitur etiam qui ex propinquis aliquem vita spoliat. *Paul.* 5. *Sentent. tit.* 24. Lege Pompeja de parricidis tenetur, qui patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem, patronum, patronam occiderit. Hi etsi antea insuti culeo in mare præcipitabantur, hodie tamen vivi exuruntur, vel ad bestias dantur. Apud *Liv.* 3. 50. Virginius, occisa filia, ne se, ut parricidam liberum, aversarentur. Sic *parricida* dicitur a *Floro* 1. 3. Horatius, qui sororem, *et* 3. 1. Jugurtha, qui fratres occiderat. ¶ 3. Latissimo sensu *Paul. Diac. p.* 221. 15. *Müll.* Parricida non utique is, qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcumque hominem indemnatum. Ita fuisse indicat lex Numæ Pompilii regis, his composita verbis: Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, paricidas esto. *Festus p.* 318. 30. *Müll.* Lege tribunicia prima cavetur: SI QVIS EVM, QVI EO PLEBEI SCITO SACER SIT, OCCIDERIT, PARRICIDA NE SIT. Præcipue tamen dicitur de interfectore civium, vel summi reipublicæ moderatoris, qui pater seu parens patriæ appellatur, aut de eo, qui scelus aliquod gravissimum in patriam vel in religionem admittit. *Cic.* 1. *Cat.* 12. 29. Certe verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricida civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundaret. Sic *Sall. Cat.* 14. Præterea omnes undique parricidæ, sacrilegi, convicti judiciis-, hi Catilinæ proximi familiaresque erant. *Cic.* 2. *Phil.* 13. 55. Plus quam sicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse: siquidem est atrocius patriæ parentem, quam suum occidere. *Id.* 12. *Fam.* 3. In statua, quam posuit in rostris, inscripsit PARENTI OPTIME MERITO, ut non modo sicarii, sed jam etiam parricidæ judicemini. *Tac.* 1. *Hist.* 85. Hostem et parricidam Vitellium vocantes. *scil.* quia ab Othone imperatore rebellaverat, et bellum in patriam parabat. *Auson. Cæsar.* 21. *de Severo.* Impiger egelidc movet arma Severus ab Istro, Ut parricidæ regna adimat Didio. *h. e.* qui creditus est Pertinacem decessorem suum interficiendum curasse. (Hic necessitate secundam producit, quæ est brevis apud *Horat. loc. cit.*) *Val. Max.* 6. 4. *n.* 5. M. Brutus suarum prius virtutum, quam patriæ parentis parricida. *Curt.* 5. 19. Parricidæ (*Darii*) procumbentes humi, quem paullo post in vinculis habituri erant, sustinuere venerari. *Sall. Cat.* 31. *sub fin.* Catilinæ obstrepere omnes: hostem atque parricidam vocare. *Cic.* 2. *Legg.* 9. 22. Sacrum, sacrove commendatum qui clepsit, rapsitve, parricida esto. *h. e.* sacrilegus. *V. ibid.* 16. — 41. Adjective occurrit apud *Arnob.* 3. 26. *extr.* Deum ergo dicemus dissensionibus gaudere civilibus, commorientium fratrum parricida nece, etc.

PARRĬCĪDĀLIS. *V.* PARRICIDIALIS.

PARRĬCĪDĀTUS, us, m. 4. parricidium. *Quintil.* 1. 6. 42. scribit hac voce usum Cælium (is est, qui ad *Cicer.* multas scripsit *epistolas l*, 8. *Fam.*), sed vix tolerabilem videri.

PARRĬCĪDĬĀLIS *et* parricidalis, e, adject. ad parricidium pertinens, parricidii scelus continens. Illud a *parricidium*, hoc a *parricida* deducitur. *Flor.* 3. 21. Parricidiale bellum. *h. e.* civile. *Justin.* 27. 1. 10. Parricidiale scelus. *et* 37. 1. 4. venenum. *et* 39. 3. 1. Parricidiales discordiæ. *Quintil. Declam.* 17. 18. Vidi truces loquentis oculos, vultus parricidali ardore suffusos. *et Declam.* 4. 19. Parricidalem agere cogitationem. *Lampríd. Elagab.* 14. Homo parricidialis animi. *Arnob.* 3. 26. Mars gaudet filiorum et patrum parricidali congressionis horrore. *Pareus* in *Lex. crit.* legit *parricidalis* ex antiqu. libris et MSS. in locis *Justini* allatis, quam lectionem *Ieepius* tuetur. Sic *Prudent. præf. Hamartig.* 14. Armat deinde parricidalem manum.

PARRĬCĪDĬĀLĬTER, adverb. cum parricidii scelere. *Lamprid. Alex. Sev.* 1. *extr.* Ista res bella civilia severat, quibus necesse fuit, militem contra hostem paratum parricidialiter perire. Adde *Augustin. epist.* 168.

PARRĬCĪDĬUM, ĭi, n. 2. de cujus notatione cf. PARRICIDA, proprie est occisio patris aut matris, πατροκτονία (It. *parricidio*; Fr. *parricide*; Hisp. *parricidio*; Germ. *der Vatermord*; Angl. *parricide*). De supplicio parricidii, *V.* CULEUS. ¶ 1. Stricto sensu. *Cic.* 3. *Phil.* 7. 18. At etiam gladiator ausus est scribere, hunc de patris parricidio cogitasse. *Id. Rosc. Am.* 26. 73. Agitur de parricidio; quod sine multis causis suscipi non potest. — Figuratum est illud *ejusd.* 5. *Tusc.* 2. 6. Vituperare quisquam vitæ parentem (*philosophiam*) et hoc parricidio se inquinare audet? *Lambin. leg.* patricidio. ¶ 2. Latiori sensu vel, ut aliis placet, translate, de cujuslibet propinqui cæde usurpatur. *Cic. Cluent.* 11. 31. In ipso fraterno parricidio nullum scelus prætermissum videtur. *Id.* 3. *Phil.* 7. 18. De patrui parricidio cogitasse. *Liv.* 8. 11. Funesta duo consulum prætoria, alterum parricidio filii, alterum consulis devoti cæde. *Id.* 40. 24. Parricidium fratris ac Didiæ scelus incusans. *Id.* 1. 13. Ne se sanguine nefando soceri generique respergerent, ne parricidio macularent partus suos, nepotum bi, liberûm bi progeniem. ¶ 3. Latissimo sensu dicitur — *a*) De cujuslibet civis nece. *Cic.* 7. *Verr.* 66. 170. Facinus est vinciri civem R.: scelus, verberari: prope parricidium, necari: quid dicam in crucem tollere? — *b*) De occisione viri principis, qui summam habet reipublicæ, quique patriæ quasi parens censetur. *Curt.* 5. 24. Si Besso tantum animi fuisset ad prælium, quantum ad parricidium (*Darii*) fuerat. *Flor.* 4. 7. Brutus et Cassius sic C. Cæsarem, quasi Tarquinium, depulisse regno videbantur; sed libertatem illo ipso parricidio perdiderunt. Adde *Senec.* 1. *Clem.* 9. 13.; et *Val. Max.* 1. 8. 8. — Hinc *Parricidium* decreto senatus dictæ sunt Idus Martiæ, quo die occisus est C. Cæsar. *Sueton. Cæs.* 88. *extr.* — *c*) De machinatione contra patriam, proditione, rebellione. *Cic.* 2. *Phil.* 7. 17. Quum homines nefarii de patriæ parricidio confiterentur: se urbem inflammare, cives trucidare, vastare Italiam, delere rempubl. consensisse. *Id. Sull.* 2. 6. Quem obstrictum esse patriæ parricidio suspicere. Adde *eumd.* 3. *Off.* 21. 83. *Liv.* 28. 29. Coriolanum revocavit a publico parricidio privata pietas.

PARS, tis, f. 3. Genit. sing. *partus* legitur in *Tab. Bantina.* — Accus. sing. *partim* pro *partem* dixit *Liv.* 26. 46. Partim copiarum ad tumulum expugnandum mittit, partim ipse ad arcem ducit. Adde *eumd.* 23. 11., 31. 36. *et alibi.* Ita *Gronov. Obss.* 3. 2. *p.* 342., *Perizon. ad Sanct. Min.* 4. 13. *p.* 398. *et seq.* ed. *Bacc., Bremius ad Nepot. Att. c.* 7. 2. et *Drakenborch.* ad *Liv. locc. citt. Partim* vero semper ad adverbiorum genus referendum putat *Handius Tursell. vol.* 4. *p.* 892. — Ablat. sing. *parti pro parte. Lucret.* 4. 516. Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum. (Adde *eumd.* 5. 512). *Plaut. Men.* 3. 2. 14. Satur nunc loquitur de me et de parti mea. — Genit. plur. *partum* pro *partium* dixit *Cæs.* in *Analogicis*, teste *Charis.* 1. *p.* 114. *Putsch.* et *Ennius ibid.* Jamque fere quatuor partum. — Vocis etymon recentiores deducere conantur a them. πορ, ut in ἔπορον, cui inest vis et sensus *dandi*, unde et πέπρωται *datum*, *decisum*, de-

stinatum est: id tamen videtur melius convenire cum them. פָּר, ut est in verbis פָּרַם פָּרַר *divisit, separavit.* — Ceterum pars est unum aliquid ex iis, in quæ totum dividitur, portio, membrum, μέρος (It. *parte, porzione;* Fr. *partie, part, portion;* Hisp. *parte, partida, porcion;* Germ. *ein Theil, eine Abtheilung, ein Antheil, e. Portion, e. Stück;* Angl. *a part, portion, piece, share*).

I.) Proprie, et quidem ¶ 1. Generatim. *Ter. Heaut.* 4. 1. 39. Ne expers partis esset de nostris bonis. *Cic.* 7. *Verr.* 32. 85. Quibus illi urbis suæ partem ademerunt, iis tu nostri imperii partem dedisti. *Id.* 2. *Orat.* 90. 366. Quis Antonio permisit, ut et partes faceret, et utram vellet, prior ipse sumeret? *Id.* 5 *Verr.* 19. 49. Quid, si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse, quam populo R. misisse? *Id. Rabir. Post.* 2. 4. Magnas partes habuit publicorum. *h. e.* in exactionibus vectigalium magnam partem habuit. *et ibid.* Mittere in negotium, dare partes. *h. e.* committere aliis partes vectigalium exigendas, vel negotiorum suorum exercendas. *Id. Pis.* 13. 29. Omnes omnium gentium partes. *Id.* 14. *Fam.* 2. Impensa faciendа est in ejus partem. *Cæs.* 1. *B. G.* 1. Belgæ pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni. *Sall. Jug.* 116. Copias in quatuor partes distribuerat. *Plin.* 9. *Ep.* 37. Locare agrum partibus. *alla parte. V.* NUMUS. I. 1. et PARTIARIUS. ¶ 2. Speciatim, adverbiorum more, aut seorsum, aut conjuncte cum præpos. et adject., varii est usus. — 1.°) Pars absolute pro *partim*, vel *alii. Sall. Jug.* 34. Pars triumphos suos ostentantes. *Liv.* 22. 8. Pars, occupatis majore ægritudine animis, levem ducere equitum jacturam: pars non id, quod acciderat, per se æstimare, sed etc. *Id.* 6. 24. *in fin.* Magna pars in ipso certamine cæsi; ceteri in castris. *Virg.* 1. *Æn.* 215. Tergora diripiunt costis, et viscera nudant; Pars in frusta secant, verubusque trementia figunt: Litore ahena locant alii. *Tac.* 5. *Hist.* 11. Poscebantque pericula, pars virtute, multi ferocia et cupidine præmiorum. *Id.* 2. *Ann.* 24. Pars navium haustæ sunt, plures apud insulas longius sitas ejectæ. *Sueton. Vesp.* 8. Milites, pars victoriæ fiducia, pars ignominiæ dolore, ad omnem licentiam audaciamque processerant. — 2.°) *Magna, bona, multa pars*, multi, *major* plures, *maxima* plurimi. *Cic. Balb.* 8. 21. Quum magna pars in iis civitatibus fœderis sui libertatem civitati anteferret. *Horat. Art. P.* 297. bona pars non ungues ponere curat, Non barbam. *Id.* 2. *Sat.* 7. 6. Pars hominum vitiis gaudet, *etc.* pars multa natat. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 9. 22. Majorem partem populi suffragiis prohibuit. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 121. Maxima pars hominum morbo jactatur eodem. — 3.°) *Parte*, partim, *in parte. Ovid.* 3. *Met.* 483. Non aliter, quam poma solent, quæ candida parte, Parte rubent. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 73. (191). Melichloros est geminus, parte flavus, parte melleus. — 4.°) *Pro parte*, pro rata parte, *per la sua parte, o quota. Cic.* 4. *Verr.* 59. 145. Coegisti, ut iidem pro parte in commune Siciliæ conferrent. — 5.°) *Pro mea, tua parte*, pro meis, tuis viribus, pro virili parte, pro officio, *per la mia o tua parte. Cic.* 15. *Fam.* 15. *ad fin.* Quibus aliquid opis fortasse ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset. *Id. Rosc. Am.* 47. 136. Sciunt ii, qui me norunt, me pro illa tenui infirmaque parte-id maxime defendisse, ut etc. *Ovid.* 4. *Fast.* 301. Quisquis adest operi, plus quam pro parte laborat. — 6.°) *Ex parte*, ex una parte, partim, *in parte, da una parte. Cic.* 3. *ad Q. f.* 1. 3. Quod tibi mea permissio mansionis tuæ grata est, id ego summo meo dolore et desiderio, tamen ex parte gaudeo. *Liv.* 6. 41. Tribuni de decemviris sacrorum ex parte de plebe creandis legem pertulere. — 7.°) Hinc *ex aliqua, ex magna, ex maxima parte. Cic. Cæcin.* 13. 38. Si ulla ex parte sententia hujus interdicti infirmata sit. *in qualche parte.* et *Rosc. Com.* 12. 33. Qui ager neque villam habuit, neque ulla ex parte fuit cultus. *Id. Cluent.* 24. 67. Hæc ille et aliqua ex parte habebat, et majore ex parte se habere simulabat. *per la maggior parte.* et 7. *Att.* 3. Etsi ex parte magna tibi assentior. *in gran parte.* et 10. *Fam.* 5. *a med.* Ex maxima parte ea, quæ es adeptus, fortunæ temporibus tribuuntur. *Id.* 1. *Tusc.* 1. 1. Laboribus aut omnino, aut magna ex parte liberatus. *et* 5. *ibid.* 2. 5. Tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradimus. — 8.°) *Multis partibus*, multo. *Cic.* 3. *Fin.* 11. 36. Ut eamdem illam rem, quam adipisci scelere quovis velit, non multis partibus malit ad sese sine facinore quam illo modo pervenire. *Cæs.* 3. *B. C.* 84. Quoniam numero multis partibus esset inferior. *Cic.* 1. *Fam.* 2. et *Cælius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 9. Multis partibus plures. *Cæs.* 3. *B. C.* 80. Fama præcucurrerat de prælio Dyrrachino, quod multis partibus auxerat. *era cresciuto di molto.* — Sic *Cic.* 5. *Fin.* 31. 93. Omnium virorum bonorum vitam omnibus partibus plus habere semper boni, quam mali. *Cæs.* 5. *B. G.* 15. Equites hostium essedariique acriter prælio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt; ita tamen, ut nostri omnibus partibus superiores fuerint. — 9.°) *In parte*, partim, aliqua ex parte. *Quintil.* 5. 7. 22. Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio est. *in parte.* Sic *Id.* 2. 8. 6. In parte verum videtur. Adde *eumd.* 4. 5. 13. et 10. 7. 25. — 10.°) *Magnam, maximam partem*, adverbii more, magna parte: et videtur subaudiri *secundum. Cic. Orat.* 56. 189. Magnam partem ex iambis nostra constat oratio. *in gran parte. Liv.* 5. 14. Patricios omnes, partem magnam honoratissimum quemque creavere. *Cæs.* 4. *B. G.* 1. Maximam partem lacte atque pecore vivunt. — Sic *bonam, minimam partem* dixit *Lucret.* 6. 1249. *et* 1259. — 11.°) *Duæ partes* sæpe sunt duæ ex tribus partibus. *Inscript.* in *Bullett. di corr. archeol. a.* 1846. *p.* 165. QVOD DECRETVM ITA FACTVM ERIT CVM IN DECVRIONIBVS NON MINVS QVAM DVAE PARTES DECVRIONVM ADFVERINT. — 12.°) *In eam partem* — *a*) Italice est *da questo lato, sotto questo aspetto*, eo sensu. *Ter. Eun.* 5. 2. 36. CH. quid si hoc quispiam voluit deus. TH. Equidem pol in eam partem accipioque et volo. *Cic. Rosc. Am.* 20. 56. In eam partem potius peccant, quæ cautior est. *da quella parte.* — *b*) Item Italice *a questo fine*, eo consilio ac fine. *Cic.* 16. *Att.* 1. *ad fin.* Has litteras scripsi in eam partem, ne me motum putares. *a questo fine.* et 4. *Cat.* 2. 3. Moveor his rebus omnibus, sed in eam partem, ut salvi sint vobiscum omnes. — 13.°) *In utramque partem* idem est ac *pro e contro*; cui opponitur *nullam in partem*: his similia sunt *in mitiorem, in optimam partem. Cic.* 15. *Att.* 23. Multa mihi de nostro itinere in utramque partem occurrunt. *per il sì e per il no* et 7. *Verr.* 3. 7. Durum hoc fortasse videatur: neque ego ullam in partem disputo. *nè in pro, nè in contro.* et 2. *Off.* 6. 19. Magna vis est in fortuna in utramque partem, vel secundas ad res, vel adversas. *et mox.* 20. Clades, calamitates, fugæ; rursus secundæ res, honores, victoriæ, sine hominum opibus et studiis neutram in partem effici possunt. et *Mur.* 31. 64. Quod atrociter in senatu dixisti, aut non dixisses, aut mitiorem in partem interpretarere. *Id.* 10. *Att.* 3. Cæsar mihi ignoscit per litteras, quod non venerim: seque in optimam partem id accipere dicit. *Id.* 11. *Phil.* 1. 3. A quo victore, si cruciatus absit, mors in beneficii partem numeretur. *in luogo di beneficio.* Al. tamen leg. *parte.* — 14.°) *Altera parte*, diversa parte, una ex duabus partibus. *Liv.* 23. 17. *extr.* Satis ferme armatorum ad tam exigua mœnia, et flumine (*Vulturno*) altera parte cincta, tuenda erat. *Horat.* 1. *Od.* 15. 29. Quem tu, cervus uti vallis in altera Visum parte lupum graminis immemor, Sublime fugies mollis anhelitu. — 15.°) *Omni* vel *ab omni parte*, omnino, *del tutto. Liv.* 41. 34. Gente ne nunc quidem omni parte pacata. *Cic. Amic.* 21. 79. Quod sit omni ex parte perfectum. *Horat.* 2. *Od.* 16. 28. nihil est ab omni Parte beatum. *Ovid. Heroid.* 15. 45. omnique a parte placebam. — 16°.) *Per partes*, secundum partes, partibus. *Colum.* 1. *R. R.* 4. 5. Quod etsi per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen fit compendiosum. *Id.* 4. *ibid.* 24. 4. Hæc in universum: illa per partes custodienda sunt. *Plin.* 2. *Ep.* 5. *ad fin.* Per partes emendare aliquid. *un poco alla volta.* et *Ulp. Dig.* 12. 1. 13. Si nummos per partes consumpseris, an per partes tibi condicam, quæritur. — 17.°) *In omnes partes*, ad omnia, omnino, prorsus. *Cic.* 4. *Fam.* 10. Quum suspicarer, multum interesse rei familiaris tuæ, te quam primum venire; idque in omnes partes valeret. *Id.* 11. *Att.* 6. Brundisii jacere, in omnes partes est molestum. Contra *Id.* 13. *ibid.* 10. Quamquam hoc nullam ad partem valet scilicet. *et* 13. *Fam.* 1. Id, quod mea intelliges tua nullam in partem multum interesse. — 18.°) *Venire in partem*, participem fieri, *venir a parte. Id.* 14. *ibid.* 2. Doleo, quæ impensa facienda est, in ejus partem te miseram et despoliatam venire. *Id. Cæcin.* 4. 12. Heredem P. Cæsennium fecit: uxori grande pondus argenti, matri partem bonorum legavit: itaque in partem mulieres vocatæ sunt. — 19.°) *Partem facere*, venire in partem, faciendo, ut solidum in partes dividatur, quarum una mihi tribuatur. *Cajus Dig.* 34. 5. 8. Utrum ita postumus partem faciat, si natus sit, an etsi natus non sit, quæritur. Ego commodius dici puto, si quidem natus non est, minime eum partem facere, sed totum ad te pertinere, quasi ab initio tibi solido relicto. ¶ 3. Item speciatim — 1.°) *Partes* in republica sunt factiones, *fazioni.* — Sæpissime in plur. num. *Cic.* 13. *Phil.* 20. 47. Pansa et Hirtius quasi cornua duo tenuerunt Cæsaris tum, quum illæ vere partes vocabantur. Hæ vero quæ sunt partes, quum alteris senatus auctoritas, populi R. libertas, reipubl. salus proposita sit: alteris cædes bonorum, etc? Adde *eumd. ibid.* 18. 38. ubi, ut Antonii rationem loquendi in epistola reprehendat, *partes* dici ait proprie in foro et curia. *Id. Quinct.* 21. 69. Erat, inquit, illarum partium. *Sall. Jug.* 13. In duas partes discedunt Numidæ. *et* 45. Ita omnia in duas partes abstracta sunt: respublica, quæ media fuerat, dilacerata. *Nepos Att.* 2. Alterutram partem offendere, quum alii Sullanis, alii Cinnanis faverent partibus. *Phædr.* 1. 2. Conspiratis factionum partibus. *Tac.* 15. *Ann.* 51. Ducere aliquem in partes. *et* 4. *ibid.* 60. trahere. *et* 1. *Hist.* 70. transire. — Et absolute. *Lucan.* 1. 280. Dum trepidant nullo firmatæ robore partes. *h. e.* Pompejanæ. *Sueton. Cæs.* 35. Reliquias partium in Africa refoventes. *et Aug.* 12. Ceteros consentire pro partibus. *ubi alii inepte* pro patribus. Adde *eumd. Tib.* 4. *et* 57., et *Ner.* 3. — In sing. num. *Cic.* 10. *Fam.* 31. Quum non liceret mihi nullius partis esse. *Id. post redit. ad Quirit.* 5. 13. Quum viderem ex ea parte homines, cujus partis nos vel principes numerabamur. *Ter. Andr.* 2. 5. 8. Timeo huic nostræ parti quid hic respondeat. *Lucan.* 7. 118. Si sine momento rerum partisque ruina Casurum est. *Liv. epit.* 84. Qui partem optimatium secutus erat. V. *Drakenborg.* ad h. l. et *Ruhnken.* ad *Ovid. Heroid.* 6. 101. — Sæpius *pars* dicitur de eo, qui partibus alicujus studet, a quo felix rei eventus pendet, in quo auctoritas, dignitas, salus alicujus rei posita est. *Lucan.* 5. 40. Curio Cæsarei cecidit pars magna senatus. Cf. *Coripp.* 1. 346. Quæstor Anastasius, sancti pars magna senatus. *Virg.* 10. *Æn.* 426. Lausus, Pars ingens belli. *Ovid. Heroid.* 14. 115. pars exiguissima restas. *Lucan.* 2. 236. *de Bruto.* Pars populi lugentis erat. *et* 6. 593. non ultima turbæ Pars ego Romanæ. — 2.°) *Partes* in foro sunt litigantes. *Quintil.* 5. 6. 6. Nec ex advocatis partis adversæ judex eligendus. *et ibid.* 7. A patronis diversæ partis inducuntur in laqueum. *Seneca Apocoloc. a med.* Quo non alius Potuit citius Dicere causas, Una tantum Parte audita, Sæpe et neutra. ¶ 4. Item in re comica *partes* sunt, quod quisque histrionum agere

in scæna debet. Harum aliæ *primæ*, aliæ *secundæ*, aliæ *tertiæ* dicebantur. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 15. 48. Ut in actoribus Græcis fieri videmus; sæpe illum, qui est secundarum aut tertiarum partium, quum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quam maxime excellat. Ubi *Pseudo-Ascon.* Est persona primarum partium, quæ sæpius actu regreditur: secundarum et tertiarum, quæ minus minusque procedunt. *Ter. Phorm. prol.* 27. Primas partes qui aget, is erit Phormio. *Id. Heaut. prol.* 1. Ne cui sit vestrum mirum, cur partes seni Poeta dederit, quæ sunt adolescentium. *et* 10. Nunc, quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. *Cic.* de suis de Oratore libris 13. *Att.* 19. Puero me hic sermo inducitur, ut nullæ esse possent partes meæ.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a re comica, h. e. a superiori paragr. I. 4., *partes* — *a*) Sunt ea, quæ quisque agere debet. *Cic. Harusp. resp.* 28. 61. Hanc orationem tam tristem, tam gravem non suscepissem, nisi hanc personam et has partes deberem et possem sustinere. *Ter. Eun.* 1. 2. 71. Sine, illum priores partes hosce aliquot dies apud me habere. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 4. *a med.* Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quam mihi. *Id.* 1. *Off.* 28. 98. Nobis a natura constantiæ, moderationis, temperantiæ, verecundiæ partes datæ sunt. *Id. Mur.* 3. 6. Ego has partes lenitatis et misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter. *Id. Quinct.* 2. 8. Hortensius, qui hoc judicio partes accusatoris obtinet. *Id. Rosc. Am.* 34. 95. Te ne, quum ceteri socii tui fugerent, potissimum tibi partes istas depoposcisse, ut in judicio versarere, et sederes cum accusatore? *Id. Brut.* 21. 84. Ingenii, litterarum, eloquentiæ, etsi utrique primas, priores tamen libenter deferunt Lælio. *Ubi* partes *subaudiuntur.* — *b*) Eadem translatione *partes* sunt officium, munus. *Cic.* 7. *Att.* 26. Sin erit bellum, partes meæ non desiderabuntur. *non mancherò alle mie parti.* et 3. *Fam.* 10. Promitto atque confirmo, me pro tua dignitate rogando deprecatoris, laborando propinqui, auctoritate cari hominis apud civitates, gravitate imperatoris susceturum officia atque partes. *farò le parti di* etc. *Id.* 11. *Fam.* 5. *a med.* Tuum est hoc munus, tuæ partes; a te hoc civitas exspectat. *Id.* 2. *Orat.* 7. 26. Antonii audio esse partes, ut de tota eloquentia disserat. *Antonius* ad *Cic. post ep.* 8. *l.* 10. *ad Att.* Judicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra. *Quintil.* 6. 1. 24. Nonnumquam et ipse patronus has partes subit. *Nepos Dion.* 8. Excipit has partes ipse Callicrates. *Cic.* 2. *Orat.* 4. 15. Transactis jam meis partibus, ad Antonium audiendum venistis. — *Ad partes,* ad fungendum officio suo, quasi ad suas partes agendas. *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 41. Utque juvent alii, tu debes vincere amicos, Uxor, et ad partes prima venire tuas. *Id.* 1. *Amor.* 8. 87. Servus et ad partes solers ancilla parentur, Qui doceant, apte quid tibi possit emi. *Varro* 2. *R. R.* 5. 2. Narra isti, qui sermones sint habiti, et quid reliqui sit, ut ad partes paratus veniat. *Liv.* 3. 10. *a med.* Fabulam compositam Volsci belli, Hernicos ad partes paratos. — Raro in sing. num. *Quintil.* 11. 3. 174. Videri alia quoque hujus partis atque officii. *Id.* 5. 13. 1. Pars defensoris tota est posita in refutatione. *Id.* 9. 4. 35. Ut negligentiæ est pars hoc pati, ita humilitatis, ubique perhorrescere. ¶ 2. *Pars* est etiam species, quæ subditur generi. *Cic.* 1. *Invent.* 22. 32. Genus est quod plures partes amplectitur, ut animal. Pars est, quæ subest generi, ut equus. Sed sæpe eadem res alii genus, alii pars est. Nam homo, animalis pars est; Thebani aut Trejani, genus. Cf. *Quintil.* 3. 4. 9. Anaximenes judicialem et contionalem generales partes esse voluit, septem autem species. ¶ 3. *Pars* et *partes* de parte ferculi, quæ cœnantibus datur, *porzione. Petron. Satyr.* 33. Ego quidem pæne projeci partem meam: nam videbatur mihi jam in pullum coisse. *Sueton. Cal.* 18. Equiti Romano avidius vescenti partes suas misit. — Et de cœnæ reliquiis. *Apul.* 2. *Met.* Abi, fatue, qui in domo funesta cœnas et partes requiris. ¶ 4. In re litteraria *partes* videntur esse, quæ dantur pueris quotidie ediscendæ, quas nos dicimus *lezioni*: v. gr. in grammatica, aut in oratione, aut poemate memoriæ mandando. Ita enim intelligit *Reines.* loca, quæ subjicio. *Petron. fragm. Tragur.* 46. *Burmann.* Etiam tibi discipulus crescit Cicaro meus: jam quatuor partes dicit: si vixerit, habebis ad latus servulum. *et* 75. Puer frugi est: decem partes dicit: librum ab oculo legit. *et* 58. Lapidarias litteras scio: partes centum dico. *et Inscript.* apud *Gruter.* 625. 8. et apud *Murat.* 980. 1. C. TERENTIVS FRVCTVS SIBI ET ATTICO SER. QVI VIXIT ANN. XX. LITTERATVS GRAECIS ET LATINIS LIBRARIVS. PARTES DIXIT CCC. ¶ 5. *Partes,* locus, regio, *paese, parte, banda. Cic.* 12. *Fam.* 7. *sub fin.* Omnes, quæ in istis partibus essent opes copiæque, tuas esse. *Id. Mur.* 41. 89. Ibit igitur in exsilium miser? Quo? ad Orientis ne partes? *Ovid.* 3. *Trist.* 3. 3. Æger in extremis ignoti partibus orbis. *Horat.* 1. *Od.* 35. 30. juvenum recens Examen Eois timendum Partibus Oceanoque rubro. — Et in sing. num. *Id.* 3. *ibid.* 3. 53. Quicumque mundo terminus obstitit, Hunc tangat armis, visere gestiens Qua parte debacchentur ignes, Qua nebulæ pluviique rores. ¶ 6. *Pars* absolute apud *Auct. Priap.* 30. et 38., *pars tegenda* apud *eumd.* 1., *pars obscœna* apud *Ovid.* 1. *Fast.* 437., *partes obscœnæ* apud *eumd.* 2. *Art. am.* 584. sunt τὰ αἰδοῖα, quæque dicuntur a *Phædr.* 4. 14. Naturæ partes, veste quas tegit pudor. — *Pars virilis* est unus e testiculis. *Colum.* 7. *R. R.* 11. 2. Quum virilem partem unam ferro resectam detraxeris, etc.

PARSĬMŌNĬA *et* parcimonia, æ, f. 1. Ratione habita etymi, illud est a præterit. *parsi,* vel a sup. *parsum,* verbi *parco*: hoc ab ipso *parco,* et magis placet *Manut.* in *Orthogr.,* sicut enim, inquit, *querimonia* et *alimonia* a *queror* et *alo,* ita *parcimonia* a *parco.* Nihilominus illud est in libris frequentius, et agnoscitur a *Diomed.* 1. *p.* 310. *Putsch.* et *Priscian.* 4. *p.* 621. V. vocem sequent. — Ceterum *parsimonia* est moderatio sumptuum, parcitas, diligentia, frugalitas, φειδώ, φειδωλία (It. *parsimonia, risparmio, frugalità*; Fr. *l'économie, l'épargne*; Hisp. *ahorro, parsimonia, economia*; Germ. *die Sparsamkeit*; Angl. *sparingness, frugality, parsimony, thrift, penuriousness*).

I.) Proprie. — *a*) Sæpe in sing. num. *Plaut. Most.* 1. 3. 78. Dies noctesque estur, bibitur, neque quisquam parsimoniam adhibet. *Cic.* 6. *Parad.* 3. 49. et *fragm.* apud *Non. p.* 24. 24. *Merc.* Non intelligunt homines, quam magnum vectigal sit parsimonia. *Id.* 4. *Verr.* 3. 7. Nulla desidia, nulla luxuria: contra summus labor, summa parsimonia, summa diligentia. *Id.* 2. *Off.* 24. 87. Res familiaris conservatur diligentia et parsimonia. *Ter. Heaut.* 3. 1. 31. Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis, aut largitate nimia, aut parsimonia. *strettezza. Sueton. Aug.* 73. Instrumenti et supellectilis parsimonia. — *b*) In plur. num. *Plaut. Trin.* 4. 3. 21. Utinam veteres mores veteresque parsimoniæ majori honori essent. *Prudent.* 7. *Cathemer.* 3. Adesto castis, Christe, parsimoniis, *h. e.* jejuniis. — *c*) Vetus proverb. est apud *Senec. Ep.* 1. *in fin.* Sera parsimonia in fundo est. *h. e.* vana, inutilis est. Non enim tantum minimum in imo, ut *Idem* ait, sed pessimum remanet. *Hesiod. Op. et dies* v. 369. δεινὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ. *h. e.* perniciosa in fundo parsimonia.

II.) Translate. ¶ 1. De oratione. *Cic. Orat.* 25. 84. Sunt pleræque aptæ hujus ipsius oratoris parsimoniæ. — Metonymice res ipsa parsimonia parta. In *argum. Truc. Plauti* 6. Lupæ ne rapiant domini parsimoniam.

PARSĬMŌNĬUM *et* parcimonium, ĭi, n. 2. idem ac parsimonia. *Inscript.* apud *Donat.* 35. 4. HERCVLI C. VOSSIVS P. F. FAB. DE SVO PARCIMONIO V. S.

PARTHĔNĬCĒ, es, f. 1. herba, quæ et Parthenium dicitur. *Catull* 61. 193. Alba parthenice velut, Luteumve papaver.

PARTHĔNĬCON, i, n. 2. παρθενικόν, herba eadem ac pulegium, quæ ita fortasse est appellata, quia veretri pruriginem sedat, ut ait *Apul. Herb.* 92.: παρθενικός enim virgineum significat.

PARTHĔNIS, ĭdis, f. 3. herba, quæ et Artemisia. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 7. 36. (73).

PARTHĔNĬUM, ĭi, n. 2. παρθένιον. ¶ 1. Est herbæ species, *vetriuola,* urceolaris (*V.* hanc vocem suo loco et **PARIETARIUS**), folio similis ocimo, nigrior tantum, in parietinis et tegulis nascens, a παρθένος *virgo,* idest a Minerva, quia, quum vernula carus Pericli Athenis in arce templum ædificaret, repsissetque super altitudinem fastigii, et inde cecidisset, hac herba Pericli a Minerva somnio monstrata sanatus est. Dicitur etiam perdicium, quia est perdicibus grata. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 17. 20. (43). ¶ 2. Parthenium alterum, herba est, quam alii leucanthen, alii amaracum vocant, quæ nascitur in hortorum sæpibus, flore albo, odore mali, sapore amaro. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 30. 104. (176). ¶ 3. Parthenium denique herba est, al. linozostis, et hermupoa, et Mercurialis. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 18. (38).

PARTHĬCĀRĬUS, a, um, adject. ad Parthicas pelles pertinens, ut Parthicarius negotians. *Imp. Constantin. Cod.* 10. 47. 7. Negotiantes vestiarios, linteones, purpurarios, et parthicarios, qui devotioni nostræ deserviunt, visum est secundum veterem consuetudinem ab omni munere immunes esse. *Inscript.* apud *Gruter.* 350. 7. M. ALFIO P. F. GAL. MAXIMO TRIBVNO PLEBEI CANDIDATO PRAETORI PARTHICARIO etc. *h. e.* qui Parthicarum pellium negotiatoribus jus dicit. *V.* vocem sequent.

PARTHĬCUS, a, um, adject. ad Parthos pertinens: *V.* ONOM. — Hinc *Parthica pellis* est corium flammeo magis, quam purpureo colore tinctum, eo nempe qui nunc *scarlatto* dicitur, a Parthis primum inventus, ut constat ex his, quæ habet *Lydus de magistrat. Rom. l.* 2. *c.* 13. Ἐπ' ἐκείνης τῆς νήσου (*scil.* in insula Co) καὶ μόνης ἡ βαθυτέρα βαφὴ τοῦ φοινικοῦ χρώματος τοπρὶν ἐπηνείτο κατασκευαζομένη. ἡ γὰρ ῥέμα πως ἐπὶ τὸ φλογινὸν καὶ οὐ σφοδρα βαθὺ ἀναπτομένη (*lege* ἀναβαπτομένη) πρὸς Παρθυαίων ἐξηυρηται, ὅθεν καὶ Παρθικὰ τὰ φλογοβαφῆ δέρματα συμβαίνει καλεῖσθαι. *h. e.* in illa eaque sola insula ars saturatiore purpuræ colore inficiendi olim comparata celebratur; nam qui flammeo fere propior, neque ita satur, a Parthis inventus est, unde etiam Parthicæ pelles flammeo colore tinctæ dicuntur. Augusti porro, eorumque primores aulici, ex barbarorum consuetudine, sequiori Latinitatis tempore, tum ad cingula seu balteos, tum ad ocreas seu tibialia, quæ zanchæ sunt appellatæ, sibi conficienda his pellibus utebantur; hinc Romanæ Ecclesiæ principes, qui *Cardinali* vocantur, caligas seu tibialia eo colore tincta etiam num usurpant. *Marcian. Dig.* 39. 4. 16. § 7. Species pertinentes ad vectigal, opus byssicum, pelles Babylonicæ, pelles Parthicæ etc. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 94. Parthica quæ tantis variantur cingula gemmis. *Coripp.* 4. *Joann.* 498. Tunc suris ocreas, multo quas vinxerat auro Parthica pellis, habet. *Id.* 2. *Laud. Justin.* 104. Purpureo suræ resonant fulgente cothurno, Cruraque puniceis induxit recia vinclis, Parthica Campano decerant quæ tergora fuco, Sanguineis prælata rosis, laudata rubore, Lectaque pro sacris, tactu mollissima, plantis, Queis solet edomitos victor calcare tyrannos Romanus princeps, et barbara colla domare. Augustis solis hoc cultu competit uti, Sub quorum est pedibus regum cruor. *Gallien. Aug.* in *epist.* apud *Trebell. Claud.* 17. Misi ad eum zanchas de nostris Parthicis, paria tria. *V.* vocem præced., et *Mus. Borbon. T.* 6. *tav.* 5. *p.* 7., ubi de his pellibus multa.

PARTĬĀLĬTER, adverb. peculiariter, in aliqua parte. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 2. *n.* 36. Ordinamus etiam si quid partialiter loco patienti poterit adhiberi, ut capiti passione vexato rasionem capillorum.

PARTĬĀRĬO. *V.* vocem sequent.

PARTĬĂRĬUS, a, um, adject. qui partem alicujus rei cum alio participat, ut Partiarius redemptor, *Cato R. R.* 137., ubi alii aliter leg. Partiarius colonus, *Cajus Dig.* 19. 2. 25. *a med.* h. e. qui agrum colendum societate fructuum suscepit, *alla parte*: cui opponitur is, qui ad pecuniam numeratam conduxit. Partiarius legatarius apud *eund.* 2. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 254. Qui ex fideicommisso reliquam partem hereditatis recipit, legatarii partiarii loco est, id est, ejus legatarii, cui pars bonorum legatur: quæ species legati partitio vocatur, quia cum herede legatarius partitur hereditatem. *Inscript.* apud *Gruter.* 1004. 4. OVINIVS PORCILIANVS PARTIARIVS AGELLVLI. — *Partiaria res*, quæ a pluribus participatur. *Apul.* 4. *Met. ad fin.* En totius orbis alma Venus, quæ cum mortali puella partiario majestatis honore tractor! *Id.* 8. *ibid.* Juvenis satis corpulentus domi promiscuis operis partiarios agebat concubitus. *Imp. Antonin. Cod.* 2. 3. 8. Pecora partiaria pascenda suscipere. *h. e.* ut fetus earum partitionibus, quibus placuit, inter dominum et pastorem dividantur. — *Partiario* absolute, subaudi *jure*, partem laboris et impensæ, item lucri aut fructuum communicando, *alla parte*. *Cato R. R.* 16. Calcem partiario coquendam qui dant, ita dant. Perficit, et coquit, et ex fornace calcem eximit calcarius, et ligna conficit ad fornacem: dominus lapidem, ligna ad fornacem, quod opus siet, præbet. *Apul.* 9. *Met.* Cum uxore mea partiario tractabo, nec herciscundæ familiæ, sed communi dividundo formula dimicabo. *h. e.* venustum adolescentulum, quicum illa dudum concubuit, ipse pædicabo, ne plus in illo auctoritatis uxor, quam maritus habere videatur. — Hinc

Partiarius, *ĭi*, m. 2. absolute, substantivorum more, est particeps, qui est alicujus partis. *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 16. Disce cum partiariis erroris tui Judæis. *Id. Resurr. carn.* 2. Sadducæi partiarii sententiæ illorum.

PARTĬĀTIM, adverb. per partes, per vices. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 11. Partiatim erit adhibenda cucurbita, ut exempli causa nunc præcordiis, nunc capiti, nunc clunibus etc.

PARTĬBĬLIS, e, adject. Comp. *Partibilior.* — Partibilis est qui dividi potest. *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 18. *circa med.* et *in fin.* Animam partibilem putant. *Al. leg.* partilem. *Boeth. Aristot. Topic*, 5. 5. *p.* 704. Magis est proprium animalis sensibile, quam partibile. *Id. p.* 551. Quod in parva est partibilius.

PARTĬCEPS, cĭpis, omn. gen. (*pars* et *capio*). Particeps est qui partem alicujus rei capit, socius, consors, μετοχος (It. *partecipe, partecipante, compagno, consorte*; Fr. *participant, qui a part à, qui a une part de, qui partage*; Hisp. *participante, participa*; Germ. *theilnehmend, theilhaft*; Angl. *partaking, or participating of a sharer, partaker, partner, associate, accomplice, ad herent, companion, fellow*). Usurpatur

A) Adjective. — *a*) Cum Genitivo rei, cujus quis particeps est. *Plaut. Epid.* 2. 2. 81. Fac participes nos tuæ sapientiæ. *Ter. Heaut.* 3. 1. 19. nuncium apporto tibi, Cujus maxime te fieri participem cupis. *Lucret.* 3. 463. Quare participem (*animum*) leti quoque convenit esse. *soggetto. Cic. Tim.* 8. Animus rationis compos et particeps. *Id. Fontej.* 17. 37. Fortunarum omnium socius et particeps. *Cæs.* 3. *B. C.* 82. Ut parta victoria, prædæ ac præmiorum velint esse participes. *et* 60. *extr.* Ad Pompejum transierunt cum iis, quos sui consilii participes habebant. *Nepos Eumen.* 1. *extr.* Utrique consilio semper affuit, et omnium rerum habitus est particeps. *Cic.* 5. *Fin.* 23. 67. Virtutes ita copulatæ connexæque sunt, ut omnes omnium participes sint. *partecipano una dell' altra.* et *Arch.* 10. 24. Participes ejusdem laudis. *Id.* 10. *Fam.* 12. Feci continuo omnes participes meæ voluptatis. *Id.* 2. *Invent.* 30. 92. Particeps factus es in turpissimo fœdere summæ religionis. *Sueton. Vesp.* 8. Victoriæ participibus nihil extra ordinem indulsit. *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 164. Augustum numen adora, Progeniemque piam, participemque tori. *la consorte. Cic.* 1. *Divinat.* 18. 34. Divinationum duo genera: unum quod particeps est artis; alterum quod arte caret. — *b*) Cum Dativo rei aut personæ. *Ovid.* 2. *Pont.* 5. 41. Te juvenum princeps, cui dat Germania nomen, Participem studiis Cæsar habere solet. *Al. leg.* studii. *Senecæ Herc. Fur.* 269. Particeps regno veni: sociemus animos. *Al. leg.* regni. *Curt.* 6. 7. Insidias regi comparatas, seque ejus consilii fortibus viris esse participem. Sic *Id.* 6. 6. Satrapes erat Barzaentes, sceleris in regem suum particeps Besso. *Quintil. Declam.* 3. 3. Prædura priscis moribus mater, et in plerisque ruris operibus marito particeps. *Tac.* 15. *Ann.* 50. Natalis particeps ad omne secretum Pisoni erat. — *c*) Cum Ablat. rei et præpos. de. *Plaut. Truc.* 4. 2. 34. Non licet de obsonii mea me participem fieri. — *d*) Sequente Relativo. *Plaut. Aulul.* 4. 1. 19. Is speculatum huc misit me, ut, quæ fierent, fieret particeps.

B) Substantivorum more. *Plaut. Most.* 1. 3. 154. Conveniunt manuplares, eccos; prædam participes petunt. *Ter. Heaut.* 1. 1. 98. Nec fas esse ulla me voluptate hic frui, nisi ubi ille huc salvus redierit meus particeps. *h. e.* filius meus, qui heres meus est, et partem etiam nunc capere debet de meis bonis. *Cic.* 9. *Att.* 10. Hujus belli ego particeps et socius et adjutor esse cogor. *Sueton. Cal.* 56. In quadam conjuratione quasi participes nominati.

PARTĬCĬPĀLIS, e, adject. particeps. — *a*) In re grammatica. *Varro* 10. *L. L.* 34. *Müll.* Verba, quæ declinantur cum temporibus et casibus, ac vocantur a multis ideo participalia. (*participialia* dicit *Quintil.* 1. 4. 29.). *Macrob. de Diff. Gr. Lat. verbi p.* 2765. *Putsch.* Hanc (*formam*) quidam gerundii modi vel participalem vocant, quia verba ejus pæne omnia similia participiis sunt et sola significatione distantia. — *b*) Generatim. *Aurel. Arcad. Dig.* 1. 11. 1. Quum dictatores magistros equitum sibi eligerent, qui adsociati participales curæ secundam post eos potestatem gererent etc. Ita apud *Torrentin.*, sed addita nota mendi latentis. *Haloander* autem habet *associati principali curæ*

PARTĬCĬPĀTĬO, ōnis, f. *partecipazione*, communicatio, κοινωνία. *Spartian. Julian.* 6. *extr.* Petiit, ut fieret senatusconsultum de participatione imperii. *Augustin. de* 83. *quæst. n.* 24. Summe est illud bonum, cujus participatione sunt bona cetera. Adde *Apulej. de Deo Socrat.*

PARTĬCĬPĀTUM, i, n. 2. idem ac participium. *Capell.* 3. *p.* 50. Grammatice jubebat præpositionibus aut conjunctionibus aut participatis insistere, totaque curandos arte fatigari. *Hoppius* ita edidit, sed testatur in MSS. hæc legi *præpositionibus aut conjunctionibus participatis insistere*, h. e., nisi fallor, communicatis cum verbo, sive additis eidem præpositionibus aut conjunctionibus, quibuscum ex loquendi consuetudine junguntur.

PARTĬCĬPĀTUS, a, um. *V.* PARTICIPO.

PARTĬCĬPĀTUS, us, m. 4. participatio. *Spartian. Sever.* 8. *ad fin.* Quum Severum ad participatum vocaret, contemptus est. *Id. Pescenn.* 5. Ad participatum imperii Severum vocans. *Capitolin. Macrin.* 5. Filio Diadumeno in participatum adscito. *Capell.* 1. *p.* 9. Tunc germano in participatum operis suscepto.

PARTĬCĬPĬĀLIS, e, adject. ad participium pertinens, ut Participialia verba, h. e. participia. *Quintil.* 1. 4. 29. *Dictu* et *factu*: sunt enim hæc quoque verba participialia quidem, non tamen qualia *dicto factoque*. Adde *Priscian.* 2. *p.* 574. *Putsch.* — Idem *Priscian.* 8. *p.* 808. et 823. *participialia* vocat gerundia et supina. Sic *Diomed.* 1. *p.* 333. *Putsch.* Participialis verborum modus est cujus verba, quod sint participiis similia, participialia dicuntur, nec tamen participia sunt, ut *legendi legendo legendum*. — *Participialia nomina*, quæ fiunt ex participiis, ut *amans, negligens. Charis sub init. l.* 5. Et *Max. Victorin. p.* 1950. *Putsch.* Participia nominativa, seu nomina participialia sunt, quæ quasi speciem participiorum habent, ut *comatus, galeatus, hastatus*. Male *Putsch.* habet *astutus*.

PARTĬCĬPĬĀLĬTER, adverb. per participium. *Festus p.* 194. 30. *Müll.* Ostentum non solum pro portento poni solere, sed etiam participialiter. *Id. p.* 352. 27. Torrens participialiter pro exurens. *Charis.* 1. *p.* 43. *Putsch.* Præfectus fabris participialiter, sed elegantius, est ab antiquis usurpatum.

PARTĬCĬPĬO, adverb. *V.* voc. seq. I.

PARTĬCĬPĬUM, ĭi, n. 2. est idem ac participatio, seu communio, *partecipazione.*

I.) Proprie. *Imp. Justinian. Cod.* 1. 4. 34. § 3. Omni ad illa participio in posterum abstinere. — *Participio*, adverbii more, italice *in particolare*, peculiariter. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 315. *retro* ed. *Ald.* Aristoteles autem semen, inquit, aliud principaliter, aliud participio. *et mox.* Participio autem dicunt appellari semen spumam ultimæ digestionis nutrimenti.

II.) Improprie, in re grammatica, participium, *participio*, μετοχή, est pars orationis declinabilis, quæ casus habet et tempora: unde et nominis et verbi vim participat. *Varro* 8. *L. L.* 58. et 9. *ibid.* 110. *Müll.*; *Quintil.* 1. 4. 19.; *Gell.* 9. 6.; *Charis.*; *Diomed.* etc. — De Participii natura *V. Charis.* 1. *p.* 33. *Putsch.*; *Diomed.* 1. *p.* 397.; *Priscian.* 8. *p.* 835., 11. *p.* 293. et alibi; *Sergium p.* 1853.; *Cledon. p.* 1928.; et *Augustin. p.* 2012. Cf. et *Cassiod.* in v. TUNICATUS. — Quæ in recto casu exeunt, in sexto rectius e habere quam *i*, dictum est in IMPOTENS.

PARTĬCĬPO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (particeps). Part. *Participatus* sub *A.* I. et II. et sub *B*; *Participandus* sub *A.* I. et sub *B.* — Participare duo significat; scilicet

A) Est participem facere, partem tribuere, communicare, impertire, κοινωνέω (It. *fare partecipe, dare una parte*; Fr. *faire partager, communiquer*; Hisp. *comunicar, hacer participe á otro de alguna cosa*; Germ. *theilhaft machen, mittheilen*; Angl. *to make partaker of, divide or communicate with, give a share of, acquaint with, make privy to*).

I.) Proprie. — *a*) Activa forma, cum Accus. personæ. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 107. Ille non potuit, quin sermoni suo aliquem familiarium participaverit de amica heri. *Al. leg.* sermone. *Id. Cist.* 1. 3. 17. Paternum servum sui participat consilii. — Et cum Relativo. *Id. Stich.* 1. 1. 32. Ubi sint, quid agant, neque participant nos, neque redeunt. *h. e.* certiores facinnt, *ci danno parte.* — *b*) Passive. *Lucret.* 3. 692. Namque ita connexa est per venas, viscera, nervos Ossaque, uti dentes quoque sensu participentur. *Paulin. Nolan. carm.* 6. 318. Nominis Angelici tu participatus honore. *fatto partecipe.*

II.) Figurate. — Activa forma usurpatur *participare aliquid cum aliquo. Liv.* 3. 12. Lucratius suas laudes participare cum Cæsone. *Spartian. Hadrian.* 26. Venationem semper cum amicis participavit. — *b*) Passive. *Justin.* 34. 2. 8. Participato cum fratre regno. *Trebell. Gallien.* 12. Odenathum, participato imperio, Augustum vocavit.

B) Item est partem capere, participem fieri, *partecipare, venire a parte, avere parte*, μετέχω, μεταλαμβάνω. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 17. 39. Qui alteri exitium parat, Eum scire oportet, sibi paratum, pestem ut participet parem. *Cic.* 1. *Legg.* 12. 33. Sequitur igitur, ad participandum alium alio, communicandumque inter omnes jus nos natura esse factos. *Pompon. Dig.* 17. 2. 55. Æquum enim est, ut cujus participaverit lucrum, participet et damnum. *Gell.* 15. 2. *sub fin.* Si eum forte ad participandas ejusmodi voluptates aut voluntas tulerit, aut casus induxerit. *Mamertin. Gratiar. act. Juliano init.* (et *Pacat. initio Paneg.* ad *Theod.*) Scio, te, imperator, et cunctos, qui consilium tuum participant, posse mirari etc.

PARTĬCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* pars, exigua pars, μορίς (It. *picciola parte, particola, particella*; Fr. *petite partie, particule, parcelle, fragment, brin*; Hisp. *parte ó porcion pequeña, particula, particilla*; Germ. *klein Theil, das Theilchen, Stückchen, Bisschen, ein Wc-*

niges; Angl. *a small part, particle*). — *a*) Generatim. *Cic.* 2. *Orat.* 39. 162. Qui omnes tenuissimas particulas atque omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris, in os inserant. *Horat.* 1. *Od.* 28. 23. At tu, nauta, vagæ ne parce malignus arenæ Ossibus et capiti inhumato Particulam dare. *Quintil.* 3. 11. 21. Tam minutæ rerum particulæ. *Cic.* 1. *Orat.* 39. 179. Cuicumque particulæ cæli officeretur. *Id.* 1. *de republ.* 24. *extr.* Nec enim hoc suscepi, ut tamquam magister persequerer omnia: neque hoc polliceor me effecturum, ut ne qua particula in hoc sermone prætermissa sit. *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 16. Particulam litterarum tuarum, quas misisti Octavio, legi. *Cic.* 2. *Off.* 11. 40. Ne illi quidem, qui maleficio et scelere pascuntur, possunt sine ulla particula justitiæ vivere. — *b*) Speciatim apud Rhetores *particulæ* sunt orationis incisa. *Quintil.* 9. 4. 69. Hæ particulæ prout sunt graves, acres, lentæ, celeres, remissæ, exsultantes, proinde id, quod ex illis conficitur aut severum *etc.* erit. Adde *eumd.* 4. 5. 25., 7. 10. 6. et alibi. — *c*) Item speciatim in re grammatica *particulæ* sunt minores vocalæ indeclinabiles, quæ vel per se, vel cum aliis verbis compositæ peculiarem variumque usum habent. *Gell.* 2. 17. *et* 19., 7. 7., 11. 3., 16. 5. et 17. 13.

PARTĬCŬLĀRIS, e, adject. *particolare*, partem significans. *Apul. Dogm. Plat.* 3. Propositiones aliæ universales, aliæ particulares. *Imp. Gordian. Cod.* 9. 6. 6. Utrum valeat, necne particularis publicatio.

PARTĬCŬLĀRĬTAS, ātis, f. 3. *particolarità*, id quod alicui proprium et particulare est. *Boeth.* in *Aristot. de interpr. ed. sec. p.* 339. Sin vero dictum fuerit *quidam homo*, tunc universale, quod est *homo*, addita particularitate per id quod ei adjectum est *quidam*, particulariter profertur, et dicitur res universalis prolata particulariter. Adde *Cassiod. Dialect. p.* 573.

PARTĬCŬLĀRĬTER, adverb. particulari ratione, per partes, particulatim. *Apul. Dogm. Plat.* 3. Universalis dedicativa non est convertibilis, sed particulariter tamen potest converti, ut quum sit *omnis homo animal*, non potest ita converti, ut sit *omne animal homo*; sed particulariter potest, *quidam animal homo. Firmic.* 1. *Mathes.* 5. *sub fin.* Quia generaliter diximus, quid cæli cardines significent, nunc magis particulariter, quid etc. *Augustin.* 1. *Retractat.* 5. *extr.* Sive universaliter, sive particulariter. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 10. *n.* 64. Chrysippus particulariter signa passionis percurrit.

PARTĬCŬLĀTIM, adverb. *a parte a parte*, μεριχῶς, per particulas, particulariter, membratim, singillatim. *Cic.* 1. *Herenn.* 9. 14. Si summatim, non particulatim, narrabimus. *Seneca Ep.* 24. *circa med.* Hominem particulatim excarnificare. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 4. Grex particulatim facilius quam universus convalescit. *h. e.* divisus in exigui numeri partes. *et ibid.* 6. 5. Melius est unum gregem totum, quam ex pluribus particulatim mercari. *una da questo, e una da quello. Paul. Dig.* 8. 3. 23. Quamvis fundus particulatim veniret, omnes partes servitus sequitur. *Scævola ibid.* 46. 3. 90. Pecuniam Sempronio mutuam dedit, et eamdem particulatim recepit. *Apul. de mundo.* Elementa particulatim quidem rebus ortus atque obitus afferunt, universitatem vero a fine atque exitio vindicant. *Varro* apud *Servium* ad *Virg.* 2. *G.* 267. Terra culturæ causa attributa olim particulatim hominibus, ut Etruria Tuscis, Samnium Sabellis. *Id.* 2. *R. R. præfat.* 2. Nec putant se habere villam, si non multis vocabulis retineant Græcis, quum vocant particulatim loca, προκοιτῶνα, παλαίστραν, ἀποδυτήριον etc. *Veget.* 3. *Milit.* 11. Dum per angusta portarum particulatim procedit exercitus etc. *diviso in piccole porzioni.*

PARTĬCŬLĀTĬO, ōnis, f. 3. divisio in particulas. *Capell.* 9. *p.* 322.

PARTĬCULO, ōnis, m. 3. συμμέτοχος, partiarius. *Non. p.* 20. 6. *Merc.* Particulones dicti sunt coheredes, quod partes patrimonii sumant. *Pomponius ibid.* Age modo, sta, garri, particulones producam tibi. — Apud *Phædr. prol. l.* 4. et alibi, est nomen viri proprium.

PARTĬCUS, a, um, adject. mercator, institor, *un mercatante in dettaglio, un venditore al minuto. Gloss. Isid.* Particus, negotiator, qui partes vendit, institor. Alia *Glossar.* hanc vocem exhibent.

PARTĬLIS, e, adject. *divisibile*, μεριστός, divisibilis, partibilis. *Ammian.* 14. 11. *a med.* Nemesis est substantialis tutela generali potentia partilibus præsidens fatis. *h. e.* fatis singulorum hominum. *Augustin.* 12. *Trin.* 9. Corporeum omne quod partile. *Capell.* 5. *p.* 181. Narrationum aliæ continuæ, aliæ partiles vocantur: continuæ, quæ perpetuo contentu sine ulla interruptione dicuntur; partiles, quibus vel argumentum, vel digressio aliqua interponitur. Adde *Cæl. Aurel. loc. cit.* in PERCUNTATUS.

PARTĬLĬTER, adverb. *divisibilmente*, per partes, divisim. *Arnob.* 1. 12. Quum ea, quæ fiunt, non partiliter fiant, sed ad census summam redeant referanturque totius. *h. e.* non in gratiam unius partis. *et* 6. 4. Deus non partiliter uspiam, sed ubique est totus. Adde *Augustin. Ep.* 120. 3.; et *Firmic.* 5. *Mathes.* 1. Sic *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *n.* 90. Sed neque coacervatim, neque uno tempore omnes erunt partes curandæ, sed partiliter atque diverso, ut nunc stomachus, nunc vesica, nunc interscapulæ releventur.

PARTIM, adverb. Plerique volunt esse Accusativum antiquum τοῦ *pars*: ut enim *restim, puppim* etc., ita *partim* pro *partem* dixere, et *parti* pro *parte*. Accusativum tamen *partim* raro invenies (V. PARS init.); præterea *partim* a nomine *pars* deductum est adverbium, ut alia multa *im* finita. — Ceterum partim est idem ac qua, ex parte quadam, κατὰ μέρος, et quum repetitur τῇ μέν, τῇ δέ, et πῶς μέν, πῶς δέ (It. *parte, in parte*; Fr. *une partie, en partie*; Hisp. *en parte*; Germ. *theilweise*; Angl. *partly, in part, some, some part*).

I.) Proprie usurpatur — 1°) Cum Genitivo, de quo hæc *Gell.* 10. 13. Partim hominum venerant plerumque dicitur, quod significat pars hominum venit, id est, quidam homines: nam partim hoc in loco adverbium est, neque in casus declinatur. — *a*) *Partim* semel tantum ponitur. *Cato* apud *Gell.* 10. 13. Cum partim illorum jam sæpe ad eumdem modum erat. *h. e.* cum parte, seu quibusdam illorum. *et Q. Claud. Quadrigarius ibid.* Utrum negligentia partim magistratuum, an avaritia, an calamitate populi R. evenisse dicam, nescio. *h. e.* aliquorum magistratuum. Rursus *Cato* apud *Gell.* 7. 3. Atque haud scio, an partim eorum fuerint, qui non nostræ contumeliæ causa id noluerint evenire *h. e.* an aliqui eorum. *Lucret.* 5. 840. Orba pedum partim, manuum viduata vicissim. *Liv.* 23. 11. Bruttios Apulosque, partim Samnitium ac Lucanorum defecisse ad Pœnos. Sunt qui h. l. *partim* Accusativum pro *partem* esse putant. *V.* a nobis dicta in voce PARS init. — *b*) *Partim* repetitur. *Ter. Hecyr. prol.* 2. *v.* 7. Partim sum earum (*fabularum*) exactus, partim vix steti. *Cic. Pis.* 21. 48. Quum partim ejus prædæ profundæ libidines devorassent, partim nova quædam et inaudita luxuries, partim etiam emptiones, partim permutationes. *Al. aliter leg. Id.* 2. *Off.* 21. 72. Eorum ipsorum partim ejusmodi sunt, ut ad universos cives pertineant, partim, singulos ut attingant. *Id. Prov. cons.* 10. 24. Quum partim mihi illorum familiares, partim etiam, me defendente, capitis judiciis essent liberati. — 2.°) Cum Ablativo et præpos. *ex. Cic. Vatin.* 7. 16. Reliqui sex fuerunt: ex quibus partim plane tecum sentiebant, partim medium quemdam cursum tenebant. *Id.* 8. *Phil.* 11. 32. Quum partim e nobis ita timidi sint, ut *etc.*, partim ita a republ. aversi, ut *etc. Quintil.* 3. 4. 8. Ex dubiis partim nobis ipsis ad electionem sunt libera, partim aliorum sententiæ commissa. — 3.°) Sæpius absolute, et — *a*) *Partim* repetitur. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 92. Animus partim uxoris misericordia devinctus, partim victus hujus injuriis. *Id. ibid.* 3. 3. 3. Partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 3. 5. Amici partim deseruerint me, partim etiam prodiderint. *Sueton. Aug.* 21. Partim ductu, partim auspiciis suis. *Id. ibid.* 49. Certum numerum partim in urbis, partim in sui custodiam allegit. *Quintil.* 7. 1. 3. Quod partim præceptis, partim usurpatum ratione cognoveram. *Cic.* 1. *Tusc.* 28. 69. Tum multitudinem pecudum, partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda. — Additur in altera parte sententiæ *etiam. Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 43. 134. Multa putat præter virtutem homini partim cara esse, partim etiam necessaria. *Id.* 2. *Cat.* 10. 21. Quartum genus est sane varium et mixtum et turbulentum: qui jampridem premuntur; qui numquam emergent; qui partim inertia, partim male gerendo negotio, partim etiam sumptibus, in vetere ære alieno vacillant. *Id.* 6. *de republ.* 20. Eosque, qui incolunt terram, non modo interruptos esse-, sed partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare vobis. Adde *eumd. Cluent.* 32. 88. et *Pis.* 21. 48. supra cit. — *b*) Haud raro, in partitione, *partim* secundo tantum loco usurpatur. *Cic.* 2. *Divinat.* 9. 23. Cæsar a nobilissimis civibus, partim etiam a se omnibus rebus ornatis, trucidatus. *et* 4. *Verr.* 65. 158. Ut ejus in provincia statuæ, in locis publicis positæ, partim etiam in ædibus sacris, per vim dejicerentur. — *c*) Nonnunquam pro *partim* alia vox synonyma repetitur. *Cic.* 1. *Nat. D.* 37. 103. Bestiarum terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites. *Id.* 1. *Divinat.* 42. 93. Multa inusitata partim e cælo, alia ex terra oriebantur, quædam etiam ex hominum pecudumve conceptu et satu. *Sall. Jug.* 24. Castra hostium invadunt, semisomnos partim, alios arma sumentes fugant funduntque. *Gell.* 2. 22. Legi solitum erat aut vetus carmen, aut historia partim Græcæ linguæ, alias Latinæ. *Auct. B. Afr.* 62. Militibus passim in litore vagantibus, partim in oppidum progressis. *Sed fortasse pro* passim *legendum est* partim. *Apul.* 9. *Met.* Partim stagnanti palude fluidam (*viam*), et alibi subluvie cænosa lubricam. *Id. Florid.* 14. Hæc-partim quum audiret a Diogene Crates, alias sibimet ipse suggereret etc.

II.) Translate. — *a*) Videtur interdum habere vim similem ac præsertim, in primis, *particolarmente, massimamente. Cato R. R.* 5. Bubulcis obsequitor, partim quo libentius boves curent. *et* 6. Circum vias ulmos serito, et partim populos, uti frondem ovibus et bubus habeas. Sunt qui putant *partim* his locis scriptum fuisse compendii causa pro *præsertim*. — *b*) Fortasse etiam pro *magnam partem* ponitur in illo *Plauti Pers.* 3. 3. 28. Mirum, quin tibi ego crederem, ut ipse idem mihi faceres, quod partim faciunt argentarii: ubi quid credideris, citius extemplo a foro fugiunt, quam ex porta ludis cum emissus est lepus. *et Pseud.* 5. 1. 29. Palliolatim amictus sic hac incessi ludibundus: plaudunt partim, clamitant me, ut revertar. At *Handius, Tursell. vol.* 4. *p.* 393., in *Catonis* II. citt. *partim* ait esse *in aliquibus rebus*; in *Plauti* vero *ll. citt.* esse idem ac *nonnulli*. Præterea in medium affert alia, quæ tamen ad superiorem num. I. commode referri possunt.

PARTĬO, ōnis, f. 3. *parto*, τόκος, actus pariendi, partus. (Cf. *Priscian.* 6. *p.* 710. *Putsch.*). *Plaut. Truc.* 1. 2. 92. Horresco misera, mentio quoties fit partionis. Adde *Afranium* apud *Non. p.* 217. 31. *Merc.* Non dolorem partionis veniet in mentem tibi, Quos misera pertulisti? *Gell.* 3. 16. Partio mulieris. *et* 12. 1. Ille non partionem solum, sed aliturum quoque feram et sævam criminatus est. — Et de gallinis *Varro* 3. *R. R.* 9. 4. Hæ ad partiones sunt aptiores.

PARTĬO, is, īvi, ītum, īre, a. 4. *et*

PARTĬOR, īris, ītus sum, īri, dep. 4. (pars). Part. *Partiens* sub *A.* II.; *Partitus* sub *A.* I. et sub *B.* I.; *Partiturus* sub *A.* I.; *Partiendus* sub *A.* I. — Partire est partes facere, dividere, distribuere, communicare, μερίζω (It. *spartire, partire, dividere, distribuire*; Fr. *partager, di-*

viser entre, répartir, distribuer; Hisp. *partir, repartir, distribuir*; Germ. *theilen, zertheilen*; Angl. *to part, share, distribute, divide*).

A) Activa forma; et quidem

I.) Proprie. — *a*) Cum Accus. *Ennius* apud *Gell.* 12. 4. Hæce locutus, vocat quocum bene sæpe libenter Mensam sermonesque suos rerumque suarum Congeriem partit. *Plaut. Asin.* 2. 2. 5. Hanc, quam nactus prædam, pariter cum illis partiam. *Id. Mil. glor.* 3. 1. 112. Mea bona inter eos partiam. *Lucret.* 5. 682. *de sole.* Imparibus currens anfractibus ætheris oras Partit, et in partes non æquas dividit orbem. *Afranius* apud *Non. p.* 475. 21. *Merc.* Quum testamento patria partisset bona. *Sall. Jug.* 43. ed. *Kritz.* Consules provincias inter se partiverant. *Alii leg. conjecerunt* paraverant: at V. *Kritz.* ad h. l. *Tac.* 12. *Ann.* 30. Regnum Vangio ac Sido inter se partivere. — *b*) Absolute *Cic.* 1. *Fin.* 7. 22. Tollit definitiones; nihil de dividendo ac partiendo docet. *Quamquam* partiendo *ad formam* partiri *pertinere potest.* Similiter *partiens* apud *Justin.* 1. 3. 2. Invenit eum-pensa inter virgines partientem. *V.* et *Phædr.* mox sub II. — *c*) Part. *Partitus* pass. *Lucret.* 3. 711. anima partita per artus. *Varro* 1. *R. R.* 37. 4. Divisio in sex partita. *Cic.* 3. *Orat.* 30. 119. Eadem sunt membra in utrisque distributionibus, sed paullo secus a me, atque ab illo, partita ac distributa. *Cæs.* 6. *B. G.* 6. Cæsar partitis copiis cum C. Fabio legato. Sic *Id.* 1. *B. C.* 4. Quos (*exercitus*) se pro necessitudine partiturus cum Pompejo arbitratur. *Illud* partiturus *ad formam* partiri *pertinere potest. Id.* 6. *B. G.* 33. Partito exercitu. *et* 7. *ibid.* 24. Duæ semper legiones pro castris excubabant, plures partitis temporibus erant in opere. *Liv.* 27. 7. Italia ambobus provincia decreta: regionibus tamen partitum imperium. *Ovid.* 3. *Art. am.* 593. rivalem, partitaque fœdera lecti Sentiat. *Id.* 4. *Fast.* 679. Tertia post Hyadas quum lux erit orta remotas, Carcere partitos Circus habebit equos. *h. e.* divisos et emissos carcere. *Pammach.* apud *Fulgent. de prisc. serm.* in *Diobolares.* Diobolare prostibulum, quam ego actutum, ut Dircen, partitam reddam. *h. e.* quam ego in partes dividam, quemadmodum Dirce ab Antiopæ filiis discerpta fuit: vel translate, quam ego ita vehementer futuam, ut ea pæne discerpta ac dilaniata omnibus deinde pateat. — *d*) Ceterum passive. *Cic. Orat.* 56. 188. Pes, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria. — *e*) Part. *Partiendus* apud *Cic. Brut.* 38. 141. Actio partienda est in gestum atque vocem. *V.* supra sub *b.*; et adde *Cypriani locum cit.* in SPORTULA, in quo significat partes accipere.

II.) Translate. *Plaut. Amph.* 4. 3. 1. Vos inter vos partite: ego abeo. *h. e.* hanc controversiam decidite, rixam componite. *Ennius* apud *Non. p.* 475. 24. *Merc.* Eamdem me in suspicionem sceleris partivit pater. *Lucilius ibid.* tu gaudia mecum partisses. *Phædr.* 3. 8. Dulcemque in ambos caritatem partiens. *V.* supra I. *b.*

B) Deponentium forma. *Cic. Orat.* 33. 117. Genus universum in species certas partietur ac dividet. *Id. Rosc. Com.* 17. 53. Si, quod universæ societatis fuisset, petisset; quod tum redactum esset, æqualiter omnes partirentur. *Virg.* 1. *Æn.* 198. prædam socios partitur in omnes. *Id.* 1. *G.* 126. signare, aut partiri limite campum. *Cic. Tim.* 7. Idipsum in ea, quæ decuit, membra partitus est. *Id.* 6. *Verr.* 17. 37. Pupillis bona erepta cum illo partitus es. Cf. *Cæs.* 3. *B. C.* 82. Receptis omnibus in una castra legionibus, suum cum Scipione honorem partitur. *Id.* 1. *ibid.* 73. *extr.* Id opus inter se Petrejus atque Afranius partiuntur. *et ibid.* 38. Officia inter se partiuntur. *Cic.* 14. *Phil.* 6. 15. Quum consilium inirent de cæde nostra, partirenturque inter se, qui Capitolium, qui Rostra, qui Urbis portas occuparent etc. *Tac.* 2. *Hist.* 77. Discrimen ac pericula ex æquo partiemur. *Virg.* 11. *Æn.* 822. Partiri curas cum aliquo. *Val. Flacc.* 6. 424. illum acies curvæ secat undique falcis, Partiturque rotis. *lo fa in pezzi, lo sbrana.*

PARTĬPĒDES versus sunt, qui in singulis pedibus singulas partes orationis adsignant, ut: *Miscent fido flumina candida sanguine sparso.* Hæc *Diomed.* 3. *p.* 498. *Putsch.* Adde *eumd. p.* 497. et cf. Gr. ποδομερεῖς.

PARTĬTĒ, adverb. *partitamente, distintamente*, μεμερισμένως, distribute. *Cic. Orat.* 28. 99. Qui nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, distincte, facete dicere, fugere apud sanos videtur.

PARTĬTIM, adverb. partite, per partes. *Claudian.* 1. *Laud. Stilich.* 30. Sed privata minus, partitim singula quemque Nobilitant, hunc forma decens, hunc robur in armis. *Al. leg.* partitum.

PARTĬTĬO, ōnis, f. 3. divisio, distributio, μερισμός (It. *divisione, partizione, distribuzione*; Fr. *partage, division, distribution*; Hisp. *partimento, particion, division, repartecion*; Germ. *die Theilung, Eintheilung, Abtheilung*; Angl. *a parting, dividing, distributing, sharing*). Usurpatur ¶ 1. Generatim. *Cic.* 3. *Orat.* 30. 119. Si qua in re discrepuit ab Antonii divisione nostra partitio. *Id. Brut.* 88. 302. Partitiones, quibus de rebus dicturus esset. *Id.* 2. *Off.* 11. 40. Æquabilis prædæ partitio. *Id.* 1. *Orat.* 6. 22. Facere partitionem artium. *Id.* 1. *Fin.* 13. 45. Partitione uti. — In re medica. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. *n.* 191. Quippe quum non aversio, sed potius partitio sanguinis fieri intelligatur, et, duplici egestione celerata, nullam mortis habeat dilationem. *h. e.* geminata sanguinis effusio. — Similiter *Cic. Cœcin.* 5. 15. Quum præsertim pecunia ex partitione deberetur. *et Sext.* 24. 54. Omitto gratulationes, epulas, partitionem ærarii, beneficia etc. *Id.* 2. *Legg.* 20. 50. Atque etiam dant hoc Scævolæ, quum est partitio, ut, si in testamento deducta scripta non sit, ipsique minus ceperint, quam omnibus heredibus relinquatur, sacris ne alligentur. *V.* et *Caji* locum cit. in PARTIARIUS. ¶ 2. Speciatim, apud Logicos alia est *divisio*, alia *partitio*: illa est formarum, seu specierum: hæc partium, seu membrorum. *Cic. Topic.* 5. 28. Definitiones aliæ sunt partitionum, aliæ divisionum: partitionum, quum res ea, quæ proposita est, quasi in membra discerpitur; divisionum autem definitio formas omnes complectitur, quæ sub eo genere sunt, quod definitur. *et ibid.* 6. 30. In partitione quasi membra sunt; ut corporis, caput, humeri, manus, latera, crura, pedes et cetera: in divisione formæ sunt, quas Græci ἰδέας vocant, nostri, si qui hæc forte tractant, species appellant. Adde *eumd. ibid.* 8. 34.; et *Quintil.* 5. 10. 63. et 7. 1. 1. ¶ 3. Item speciatim, in re oratoria, est ea, quæ a Græcis dicitur διαίρεσις. *Cic.* 1. *Invent.* 22. 31. Recte habita in causa partitio illustrem et perspicuam totam efficit orationem. Adde *eumd. ibid.* 32. et toto libello *de Partitione oratoria.* Quas memorat *Quintil.* 1. 2. 13. partitiones et declamationes rhetorum, sunt distributiones thematis, quæ solent fieri a præceptoribus, quum illud discipulis proponunt et in suos locos partiuntur, *l'ossatura, l'artificio. Turneb.*

PARTĬTO, as, are, a. 1. affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Priscian.* 10. *p.* 880. *Putsch.* Ut lectum lecturio et lectito, mictum micturio et mictito, dictum dicturio et dictito: sic ergo partum parturio et partito.

PARTĬTŌ, adverb. idem ac partite. *Ulp. regular. tit.* 24. *a med.* Mævius heres meus cum Titio hereditatem meam partito dividito. *Al. ita distinguunt*: partito, dividito.

PARTĬTOR, ōris, m. 3. *divisore*, μεριστής, divisor. *Cic. Vatin.* 5. 12. Quum te non custodem ad continendas, sed partitorem ad partiendas merces missum putares. *Alii rectius leg.* portitorem. *Gloss. Philox.* Partitor, μεριστής.

PARTĬTŪDO, inis, f. 3. *parto*, τέξις, pariendi actio, partus. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 36. Propinqua partitudo cui appetit. *Solin.* 1. *a med.* Si corpusculum in marem figuretur, pronior est partitudo uteri. Utroque loco al. leg. *paritudo*, ab altero supino *paritum* verbi *pario.* At apud *Plaut.* legitur *partitudo* etiam a *Nonio p.* 217. 28. *Merc.*, qui *ibid.* affert et illud *ejusd. ibid.* 2. 3. 9. Nunc probrum atque partitudo prope adest. *Imppp. Gratian., Valens et Theodos. Cod. Theod.* 9. 42. 10. Petantur futuræ partitudinis testimonia.

PARTOR, ōris, m. 3. qui acquisivit. *Plaut. Truc.* 1. 1. 42. Unde ante-parta demus post-partoribus. *h. e.* successoribus et heredibus nostris, qui bona nostra possidebunt post nos. Sed *rectius scribitur* postpartoribus.

PARTŬĀLIS, e, adject. ad partum pertinens, ut Partualis sanguinis fluxus, *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 20. *ad fin.*

PARTUMEJUS, a, um, adject. Partumejus venter dicitur, qui facile concipere et parere potest, a *pario.* Quidam conflatum putant a *partu* et *mejo*, h. e. ea facilitate pariens, ac si mejeret. Sed *mejus* est additamentum, seu terminatio vocis nihil per se significans. *Horat. Epod.* 17. 50. Tuusque venter partumejus, et tuo Cruore rubros obstetrix pannos lavit. V. *Ritter.* ad h. l., qui hanc lectionem tuetur. Alii leg. *Pactumejus*, quam vocem *V.*

PARTŪRA, æ, f. 1. *parto*, partus. *Varro* 2. *R. R.* 1. 26. Deme duas res de mulis, admissuram et parturam. *Schneider.* ita legit; *alii* pariturам.

PARTŪRĬA, æ, f. 1. quæ peperit. *Gloss. Cyrill.* Τοκάς, parturia.

PARTURĬĀLIS, e, adject. qui partu editur. *Cassiod. de anima* 2. Edita est anima, quasi parturiale ovum.

PARTŪRĬO, īris, ūrīvi *vel* ūrĭi, ūrire, a. 4. *desideralivum a* pario. — *Parturibat* pro *parturiebat* V. sub I. in fin. — Præter. *parturivi* est *Ambros.* in *Luc.* 10. 21. Est etiam quæ parturivit injustitiam et peperit iniquitatem. — Part. *Parturiens* 1. — Parturio est idem ac parere cupio, pariendo laboro, enitor, *desiderare di partorire.*

I.) Proprie. *Ter. Hecyr.* 3. 3. *in fin.* Vereor, si clamorem ejus hic crebro audiat, ne parturire intelligat. Aliquo mihi est ablegandus, dum parit Philumena. *Phædr.* 1. 19. Canis parturiens quum rogasset alteram, Ut fetum in ejus tugurio deponeret etc. *Ovid.* 3. *Fast.* 256. tu (*Lucina*) voto parturientis ades. *Horat. Art. P.* 139. Parturiunt montes; nascetur ridiculus mus. proverb. de iis, qui magna pollicentur, et minima præstant. Commodissime *Phædr.* 3. 22. Mons parturibat gemitus immanes ciens: Eratque in terris maxima exspectatio. At ille murem peperit. Hoc scriptum est tibi, Qui magna quum minaris, extricas nihil. *parturibat* pro *parturiebat* non infrequens positio in verbis quartæ conjugat.

II.) Translate. ¶ 1. Speciatim est occulte aliquid moliri, *covare. Cic. Mur.* 39. 84. Hoc quod conceptum respublica periculum parturit, consilio discutiam et comprimam. *Id.* 2. *Phil.* 46. 118. Ut aliquando dolor populi Romani pariat, quod jamdiu parturit. Sic *Liv.* 21. 18. *ad fin.* Et, quod diu parturit animus vester, aliquando pariat. *Ovid. Heroid.* 22. 208. ingentes parturit ira minas. ¶ 2. Item speciatim est laborare, sollicitum esse. *Cic. Amic.* 13. 45. Caput esse ad beate vivendum securitatem, qua frui non possit animus, si tamquam parturiat unus pro pluribus. *h. e.* sollicitus sit et molestias pro aliis suscipiat. ¶ 3. Generatim est parere, edere. *Horat.* 4. *Od.* 5. 26. Quis (*paveat*), Germania quos horrida parturit Fetus? *Virg.* 3. *Ecl.* 56. et 2. *G.* 330. *de vere.* Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos, Nunc frondent silvæ. Sic *Colum.* 10. *R. R.* 10. natura soli, quæ gramine læto Parturit. *Horat.* 1. *Od.* 7. 15. Albus ut obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus, neque parturit imbres Perpetuos. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 204. Felicemque uterum, qui nomina parturit annis. *h. e.* consules fastis. *Id. Cons. Mall. Theod.* 81. Parturit innumeros angusto pectore mundos. *h. e.* imaginatur. — Passive *Hieronym. Epist. Algasiæ T.* 4. *p.* 209. Multis malis atque peccatis, quibus Nero mundum premit, Antichristi parturitur adventus.

PARTURĪTĬO, ōnis, f. 3. actus parturiendi.

I.) Proprie. *Hieronym.* 1. *advers. Jovinian.* n. 22. Quia apud Judæos gloria erat in partubus et parturitionibus; et maledicta sterilis, quæ non habebat semen in Israel.

II.) Translate. *Augustin.* ep. 31. (*al.* 31.) *a med.* Explicare conceptionem et parturitionem cordis sui. *et* 8. *Confess.* 6. *a med.* Turbidus parturitione novæ vitæ.

PARTUS, a, um *V.* PARIO.

PARTUS, us, m. 4. (pario, is.). Olim *partus, i,* declinaverunt. *Pacuvius* apud *Non.* p. 486. 6. *Merc.* Ubi me gravidam sentio aggravescere propinquitate parti. — Et *partuis. Varro ibid.* Candidum lacte papilla quum fluit, signum putant partuis. *V.* FRUCTUS init. — *Partu* in Dativo pro *partui. Propert.* 1. 13. 29. quum sit proxima Ledæ et Ledæ partu. *V.* ASPECTUS, us, init. — Partus est actus pariendi, τόκος (It. *parto;* Fr. *enfantement, accouchement, couches;* Hisp. *parto;* Germ. *das Gebren, die Geburt;* Angl. *a birth or bringing forth*).

I.) Proprie. ¶ 1. Abstracte, vel generatim. — *a*) Stricto sensu. *Cic.* 2. *Nat. D.* 27. 69. Diana adhibetur ad partus, quod ii maturescunt aut septem nonnunquam, aut, ut plerumque, novem lunæ cursibus *et* 46. 119. Luna a sole illuminata graviditates et partus affert maturitatesque gignendi. *Horat. carm. sæc.* 13. Rite maturos aperire partus Lenis, Ilithya. — *b*) Latiori sensu de pariendi tempore. *Cic. Cluent.* 11. 31. Quum esset gravida Auria, et jam appropinquare partus videretur. — *c*) Ut *pario,* ita *partus* viris quandoque tribuitur. *V.* PARIO, is. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu, vel speciatim partus est ipse fetus, proles. *Cic.* 5. *Tusc.* 27. 79. Bestiæ pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant. *Colum.* 3. *R. R.* 8. 1. Ægyptiis et Afris gemini partus familiares, ac pæne solemnes sunt. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 32. 50. (112). et *ibid.* 42. 66. (163). Partum ferre. *h. e.* gravidam esse. *et ibid.* 47. 72. (187). gerere. *Id.* 7. *ibid.* 3. 3. (33). eniti. *Id. ibid.* (35). edere. *Id.* 10. *ibid.* 12. 15. (32). reddere. *Id.* 11. *ibid.* 18. 22. (116). abigere. *Id.* 9. *ibid.* 25. 41. (79). continere. *Id.* 20. *ibid.* 14. 52. (146). necare. *Id.* 25. *ibid.* 3. 7. (25). elidere. *Id.* 32. *ibid.* 1. 1. (6). solvere. *Id.* 24. *ibid.* 6. 20. (30). ejicere. *Id.* 22. *ibid.* 21. 26. (54). pellere. *Id.* 20. *ibid.* 8. 30. (74). trahere. *Id.* 29. *ibid.* 2. 9. (32). evocare. *Id.* 24. *ibid.* 16. 97. (154). ciere. *Flor.* 3. 4. Partus gravidarum extorquere tormentis. *i feti, gli embrioni.* — Transfertur ad plantas. *Varro* 1. *R. R.* 8. 7. Altius vitis tollend, quod in partu et alimonio vinum non, ut in calice, quærit aquam, sed solem. Adde *Colum.* 3. *R. R.* 10. 11.; et *Plin.* 17. *Hist. nat.* 2. 2. (13).

II.) Translate. ¶ Est idem atque initia, principia. *Cic. Brut.* 13. 49. Et Græciæ quidem oratorum partus atque fontes vides. ¶ 2. Transfertur etiam ad animum. *Petron. Satyr.* 118. Neque concipere, aut edere partum mens potest, nisi etc.

PĂRŬLIS, ĭdos, f. 3. suppuratio quæ in gingivis ex transverso fit; ex παρά *trans* et οὖλον *gingiva. Marcell. Empir.* c. 11. p. 101. ed. *Ald.* (si salva est lectio). Hoc medicamine arido uti oportebit, vel etiam cum melle mixto, ad parulidas aut epulidas, id est, ubi ex transverso gingiva suppuratur, vel ubi super extremum molarem increscit.

PĂRUM, adverb. pro neutro *parvum,* extrita altera *u;* vel rectius est neutrum adject. ab inus. *parus* pro *parvus* ex Gr. παῦρος. (*Priscian.* 15. p. 1010. *Putsch. Nimium* quoque pro *nimis* frequenter invenimus, et *parum* pro *parvum.*) — Comp. *Minus V.* infra sub *B.;* Sup. *Minime* sub *C.*

A) *Parum* proprie idem est, atque aliquantum abest, quin justum vel plenum sit; hinc est paullum, modicum, leviter, non satis, μικρόν (It. *poco;* Fr. *peu, trop peu, pas assez, moins que l'on ne désire;* Hisp. *poco, cortamente, tenuamente;* Germ. *zu wenig, nicht hinreichend, nicht genug;* Angl. *a little, but a little, too little, not enough*).

I.) Proprie. ¶ 1. Adverbii more. — *a*) Jungitur cum Verbis. *Ter. Adelph. sub fin.* Magis impense cupitis, consultis parum. *Id. Andr.* 4. 1. 56. Parum procedit quod ago. *Plaut. Amph.* 1. 1. 218. Parum etiam, præut futurum est, prædicas. *Id. Rud.* 4. 4. 59. Divi equidem, sed si parum intellexti, dicam denuo. *Cic.* 3. *Nat. D.* 1. 4. Quæro ex te, quæ parum accepi. *Id.* 1. *Invent.* 47. 88. Quum parum memineris, quod concesseris. *Cæs.* 2. *B. C.* 31. Parum credere alicui. *Sall. Jug.* 11. Confectum annis Micipsam parum animo valuisse. *Tac.* 4. *Hist.* 60. *extr.* Simulata ea fuerint, an retinere sævientes nequiverit, parum affirmatur. — *b*) Cum Adjectivis. *Plaut. Cas.* 3. 3. 21. Vitium tibi istuc maximum est, blanda es parum. *Cic. Amic.* 20. 75. Is et infirmus est mollisque natura, et ob eam ipsam causam in amicitia parum justus. *Id.* 10. *Att.* 11. Quæ de fratre meo scribis, sunt ea quidem parum firma. *Horat. Art. P.* 448. parum claris lucem dare coget. *Liv.* 7. 39. Graves jam ætate, aut viribus parum validos. — Cum negativis *haud* et *non* per litotem *parum* conjungitur. *Liv.* 1. 30. Sabini haud parum memores. *Id.* 27. 20. Consilio in cetera exsequenda belli haud parum opportuni. *Cic. Quinct.* 3. 11. Nam neque parum facetus scurra Sex. Nævius, neque humanus præco est unquam existimandus. — *c*) Cum Adverbiis. *Cic.* 1. *Tusc.* 45. 109. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere. *Cæs.* 3. *B. G.* 18. Cui rei parum diligenter ab iis erat provisum. *Liv.* 21. 3. An hoc timemus, ne filio parum mature serviamus? *Plin.* 2. *Ep.* 15. Me prædia materna parum commode tractant. — Et per litotem. *Liv.* 21. 26. Haud parum callide auram favoris popularis ex dictatoria invidia petiit. *Nepos Att.* 13. Non parum liberaliter. ¶ 2. Substantivi more. — *a*) Generatim. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 103. Obstetrix expostulavit mecum, parum missum sibi. *Liv.* 4. 2. Parum id videri, quod omnia divina humanaque turbentur? *Cic. Opt. gen. orat.* 1. 3. De hominibus dicet aliquid, de re parum. *Id. Orat.* 22. 73. Magis offendit nimium, quam parum. *et* 1. *Off.* 25. 89. Numquam iratus mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium et parum. — *b*) Speciatim *parum est.* — Absolute. *Plaut. Stich.* 4. 1. 44. Immo duas dabo, inquit ille adolescens, una si parum est. *Propert.* 2. 16. 36. nobis una puella parum est. — Sequente *quod. Cic. Sext.* 14. 32. Parum ne est, quod tantum homines fefellisti, ut negligeres auctoritatem senatus? *Liv.* 7. 30. *ad fin.* An parum fuit, quod semel in Sidicino agro legiones nostras cecidere? — Sequente part. *ut. Plin. Paneg.* 60. Parum est, ut in curiam venias, nisi et convocas; ut intersis senatui, nisi et præsides; ut censentes audias, nisi et perrogas. — Cum Infinito. *Liv.* 38. 14. Parum est, non erubuisse absentem. *Ovid.* 2. *Fast.* 415. Non nocuisse parum est: prodest quoque. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 1. 1. (2). Quid esse mirabilius potest aquis in cælo stantibus? At illæ, ceu parum sit in tantam pervenire altitudinem, rapiunt eo secum piscium examina. — Cum addito *nisi, nisi etiam,* ita ut ascendat oratio ad id, quod nimium est. *Plaut. Merc.* 4. 2. 1. Parum ne est malæ rei, quod amat Demipho, ni sumptuosus insuper etiam siet? *Ter. Phorm.* 3. 3. 13. Parum ne est, quod nobis succenset senex, ni instigemus etiam, ut nullus locus relinquatur preci? *Cic. Rosc. Am.* 17. 49. Id erit ei maxime fraudi, ut parum miseriæ sit, quod aliis coluit, non sibi, nisi etiam quod omnino coluit, crimini fuerit. *Liv.* 38. 54. Parum enim fuisse non laudare pro rostris P. Africanum post mortem, nisi etiam accusaretur. — *c*) *Parum habere, parum facere,* ut apud *Liv.* 42. 4. Templum augustissimum regionis ejus, quod non Pyrrhus, non Hannibal violassent, violare parum habuisse, nisi deterrisset fede ac prope diruisset. *Vellej.* 2. 76. 4. Qui natus obscurissimis initiis parum habebat summa accepisse, nisi in id ascendisset etc. *Sall. Jug.* 31. 9. *Kritz.* Hæc talia facinora impune suscepisse parum habuere. *Id. ibid.* 85. 31. Non sunt composita mea verba; parum id facio. *h. e.* exiguam curam ei rei impendo: ita *Kritzius;* sed *Cortius* minus recte interpretatur: non id ago. — *d*) *Parum* cum Genitivo. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 20. Fortassis tu auri dempsisti parum. *Cic. Brut.* 68. 240. In hac enim satis erat copiæ, in illa autem leporis parum *Sall. Cat.* 5. Satis eloquentiæ, sapientiæ parum. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 111. quæcumque parum splendoris habebunt. *Id. Epod.* 7. 3. Parumne campis atque Neptuno super Fusum est Latini sanguinis?

II.) Translate, *parum* pro *minus,* aut *non. Cic. Planc.* 7. 18. Si parum multi sunt, qui nobilitatem ament. *et ibid.* 30. 72. Parum multæ, parum justæ necessitudines. *Quintil.* 6. 2. 3. Semper fuerunt non parum multi, qui etc. *Cælius* ad *Cic.* 10. *Att. post ep.* 9. Dum pudet, te parum optimatem esse. *Horat.* 1. *Od.* 12. *extr.* Tu parum castis inimica mittes Fulmina lucis. *Sueton. Ner.* 34. Consilio per conscios parum celato. *Sall. Jug.* 89. Neque litteras Græcas didici: parum placebat eas discere, quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt. Huc pertinet illud *Festi p.* 238. 20. *Müll.* Parum cavisse videri pronunciat magistratus, quum de consilii sententia capitis quem condemnaturus est. *h. e.* non cavisse. *Fronto de fer. Als.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 3. *a med.* Si quempiam condemnas, parum cavisse videtur, ais. — *NB. Parum fides, parum gloria, fiducia, parum pretium* pro parva fides etc. parvum pretium, affert *Pareus* in *Lex. Crit.* ex *Terent., Plaut., Cic., Senec., Apul.,* sed ubique incerta lectione, aut constructione ambigua. — Incertum etiam atque obscurum est illud apud *Cic.* 6. *de republ.* 12. *extr.* Quæso, ne me e somno excitetis: aut parum rebus: audite cetera. *pax sit rebus* al. leg., *et, per avum, de his audite cetera,* ex conjectura *Gronov.* Qui *parum rebus* retinent, exponunt: parum temporis date rebus tam gravibus.

B) Comp. *Minus* (quod proprie est neutrum adjectivi *minor*) natura sua semper requirit aliquid, quod ut magnum aut majus comparetur; quare altera comparationis pars aut apponitur vel part. *quam* vel Ablativo, aut ex reliquis sententiæ verbis intelligitur, ἐλαττόνως (It. *meno, manco;* Fr. *moins;* Hisp. *ménos;* Germ. *weniger, minder, geringer;* Angl. *less*). ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) Absolute. *Ter. Phorm.* 3. 3. 21. Ne quid plus minusve faxit, quod nos post pigeat. *Cic. Sext.* 50. 108. Ne mea oratio, si minus de aliquo dixero, ingrata; si satis de omnibus, infinita esse videatur. *Id.* 2. *Divinat.* 72. 150. Metus ipsi per se minus valerent, et magis contemnerentur, nisi etc. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (141). Minus diu bibunt. *Varro* 1. *R. R.* 7. 2. Ex arvo æque magno, sed male consito, et minus multum et minus bonum faciebant vinum. *in minor quantità e di minor bontà. Sall. Cat.* 2. Ita imperium semper ad optumum quemque a minus bono transfertur. — *b*) Cum Ablativo. *Plaut. Asin.* 2. 4. 35. Dimidio minus opinor. *Nepos Att.* 13. Nemo illo minus fuit emax. *Varro* 1. *R. R.* 22. 3. Sarcula octo facere, dimidio minus palas. — *c*) Sequente *quam, ac, atque. Cic. Planc.* 30. 72. Respondebo tibi minus fortasse vehementer, quam abs te sum provocatus: sed profecto nec considerate minus, nec minus amice. *Virg.* 3. *Æn.* 561. Haud minus ac jussi faciunt. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 96. Qui peccas minus atque ego? — Et cum Ablat. *Liv.* 41. 13. *extr.* Sociis dimidio minus, quam civibus, datum. *Cic.* 3. *Verr.* 45. 117. Si protulerit, uno signo ut sit minus, quam ex lege oportet, non des possessionem. *Minus* vero in his duobus substantivorum more usurpatur. — Interdum *quam* omittitur. *Cic.* 1. *Divinat.* 32. 68.; et *Nepos Themist.* 5. Madefactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 25. 30. (104). Minus quinquennium est, quod prodiere. — *d*) Præcedente negatione. *Liv.* 42. 6. Cecidere duo millia haud minus peditum. *et ibid.* 28. Quum centum et quinquaginta non minus adessent. *Varro* 2. *R. R.* 2. 20. Ne minus habeamus in

centenas oves hirtas singulos homines; in capras binos. *Colum.* 12. *R. R.* 38. 6. Ut antequam baccæ legantur, ne minus triduum serenum fuerit. *Cic. Sext.* 12. 28. Non minus perturbato animo, quam si in creditorum conventum incidisset. *Nepos Alcib.* 5. Multas urbes Græcas expugnaverant: neque minus multas ad amicitiam adjunxerant. *Id. Epam.* 5. Fuit et disertus, ut nemo Thebanus ei par esset eloquentia: neque minus concinnus in brevitate respondendi. *Id. Att.* 13. Neque vero minus bonus paterfamilias habitus est, quam civis. — *e) Nihil minus* in responsionibus vehementius negat: significat enim, nullam rem minus nos facere, quam id, de quo loquimur. *Ter. Eun.* 3. 1. 14. purgon'ego me de istac Thaidi? GNA. nihil minus: Imo magis auge suspicionem. *et* 3. 3. 28. at tu apud nos hic mane. CHRE. nihil minus. Cf. *Cic.* 2. *Fin.* 17. 55. Num igitur eum postea censes anxio animo, aut sollicito fuisse? Nihil minus, contraque illa hereditate dives. *Id.* 2. *Off.* 20. 81. Cadit ergo in virum bonum mentiri emolumenti sui causa, criminari, præripere, fallere? Nihil profecto minus. — Similiter *Id.* 2. *Att.* 4. His temporibus tam dubia vita optimi cujusque, magis æstimo unius æstatis fructum palæstræ palatinæ, sed ita tamen, ut nihil minus velim, quam Pomponiam et puerum versari in timore ruinæ. — Ironica forma negationis est *multo id minus* apud *Plaut. Most.* 4. 3. 20. quid? a Tranione servo (*accepisti quadraginta minas*)? ST. Multo id minus. — *f) Plus minus* interdum est circiter, *poco più poco meno. Auct. B. G.* 8. 20. Castra non longius abesse plus minus octo millibus passuum dicebantur. — *g)* Quum repetitur, significat rem usque decrescentem. *Ter. Heaut.* 3. 3. 33. Nam mihi jam minus minusque obtemperat. *sempre meno. Virg.* 12. *Æn.* 616. jam minus atque minus successu lætus equorum. *Liv.* 26. 17. Minusque ac minus, cum timore simul fide decrescente, conveniebat. *Horat.* 1. *Od.* 25. 6. Audis minus et minus jam. *Ovid.* 2. *Pont.* 8. 73. Nam minus et minus est facies in imagine tristis. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 10. 10. (26). Apes, quum advesperascit, in alveo strepunt minus ac minus, donec etc. — *h)* Cum Adverbiis comparativorum. *Claudius Quadrigarius* apud *Gell.* 9. 1. Quare milites Metelli sauciabantur multo minus. *Sueton. Tib.* 26. Civilem admodum inter initia, ac paullo minus, quam privatum egit. *h. e.* pæne privatum egit. (Et omisso *quam,* eodem sensu, *Id. ibid.* 39. Quod pau lo minus utrumque evenit. *h. e.* ex parte quidem evenit, non omne.) ὀλίγου δεῖν Græci dicunt. *Quintil. Declam.* 12. 18. *ad fin.* Quantulo minus quam congesti frumenti pulverem vidimus! *h. e.* quam parum abfuit, quin videremus. — *i)* Cum comparativo. *Cels.* 6. 6. *n.* 29. Quanto minor generi huic impetus, tanto finis minus expeditior est. *Al. plerique recte leg.* expeditus. — *l)* Interdum vim habet excipiendi atque excludendi. *Ovid.* 12. *Met.* 554. Bis sex Herculeis ceciderunt, me minus uno, Viribus. *Manil.* 1. 776. Tarquinioque minus reges. *h. e.* reges omnes Romani, Tarquinio Superbo excepto. *Ovid.* 1. *Art. am.* 643. Ludite, si sapitis, solas impune puellas: Hac minus est una fraude tuenda fides. *h. e.* excepta hac una fraude. Al. aliter leg. *Stat.* 1. *Theb.* 533. quum protinus utraque virgo Arcano egressæ thalamo (mirabile visu!) Pallados armisonæ phareträtæque ora Dianæ Æqua ferunt, terrore minus. *h. e.* similem Palladis et Dianæ faciem habent et ostentant, excepto quod terrorem nullum præferunt. V. etiam *Cic.* 3. *Verr.* 57. 149. et ibi *Ascon.* et *Gronov.* ¶ 2. Frequenter accipitur pro non, *non,* οὐ, οὐκ. — *a)* Absolute. *Cic.* 1. *Divinat.* 14. 24. Nonnunquam ea, quæ prædicta sunt, minus eveniunt. *Ter. Eun.* 4. 5. 10. At nesciebam, id dicere illam: nisi quod correxit miles, quod intellexi minus. — *b) Si minus, sin minus,* Ital. *se no. Cic.* 7. *Verr.* 27. 69. Syracusis, si minus supplicio affici, at custodiri oportebat. *Id.* 7. *Fam.* 1. *in fin.* Quod si assecutus sum, gaudeo: sin minus, hoc me tamen consolor, quod etc. *se poi no.* et 1. *Orat.* 23. 109. Non intelligo, quamobrem non, si minus illa subtili definitione, at hac vulgari opinione, ars esse videatur. — *c) Quo minus* (rectius, quam *quominus*: tametsi et hoc non raro legitur) est *ut non,* seu *ne; sicchè non, affinchè non:* et sæpe cum verbis jungitur impedimentum aliquod significantibus. *Cic.* 7. *Fam.* 1. Si te infirmitas valetudinis tenuit, quo minus ad ludos venires. *et sub fin.* Me subinvitaras, ut aliquid ad te hujusmodi scriberem, quo minus te prætermisisse ludos pœniteret. *Cæs.* 2. *B. C.* 13. *extr.* Stetisse per Trebonium, quo minus oppido potirentur, videbatur. *Nepos Cim.* 4. Ne quis impediretur, quo minus ejus rebus frueretur. *Id. Epam.* 8. Neque recusavit, quo minus legis pœnam subiret. *Cic.* 12. *Fam.* 5. Hiemem credo prohibuisse, quo minus de te certum haberemus, quid ageres. *Id.* 2. *Att.* 4. *ad fin.* Præter quercum Dodonæam nihil desideramus, quo minus Epirum ipsam possidere videamur. *Id.* 1. *Tusc.* 38. 91. Deterrere aliquem, quo minus etc. *Ter. Andr.* 1. 2. 25. Si sensero, quidquam in his te nuptiis Fallaciæ conari, quo fiant minus. — *d)* Inverso ordine. *Id. Hecyr.* 4. 4. 8. Ne vereatur, minus jam quo redeat domum. — Ceterum *Tac.* 1. *Ann.* 14. Quo minus idem pro Druso postularetur, ea causa, quod designatus consul Drusus præsensque erat. *h. e.* ea causa impediebat. *et* 4. *ibid.* 51. Reliquis, quo minus vi aut obsidio subigerentur, præmatura montis Hæmi et sæva hiems subvenit. *h. e.* subvenit et impediebat. *Id. Agric.* 20. Nihil interim apud hostes quietum pati, quo minus subitis excursibus popularetur.

C) Sup. *Minime* vel *minume* ¶ 1. Generatim est idem ac minimum, minus quam ceteri: et non tam ad negandum, quam ad maxime minuendum pertinet; continet enim comparationem, ελάχιστα (It. *meno di tutto;* Fr. *le moins;* Hisp. *en grado minimo;* Germ. *am wenigsten, sehr gering;* Angl. *least of all, least*). Occurrit — *a)* Absolute et jungitur Verbis, Adjectivis et Adverbiis. *Virg.* 6. *Æn.* 96. via prima salutis, Quod minime reris, Graja pandetur ab urbe. *Cic. Brut.* 57. 207. Mihi placebat Pomponius maxime, vel dicam, minime displicebat. *Id.* 14. *Fam.* 13. Quod in miserrimis rebus minime miserum putabis, id facies. *Id.* 2. *Orat.* 79. 322. Est id quidem in totam orationem confundendum, nec minime in extremam. *Sall. Cat.* 50. *a med.* In maxuma fortuna minuma licentia est: neque studere, neque odisse, sed minume irasci decet. *ma men di tutto* etc. *Ter. Eun.* 2. 3. 39. Illum, liquet mihi dejerare, his mensibus Sex septem prorsum non vidisse proximis, Nisi nunc, quum minime vellem minimeque opus. *meno che mai. Seneca* 1. *Benef.* 2. Nullius rei, minime beneficiorum, honesta largitio est. *Cic.* 1. *Nat. D.* 3. 6. Quum minime videbamur, tum maxime philosophabamur. *Id. Orat.* 66. 222. Nihil tam debet esse numerosum, quam hoc, quod minime apparet et valet plurimum. — *b)* Cum Genitivo *omnium. Cic. Rosc. Am.* 34. 96. Ad te minime omnium pertinebat. — *c)* Additur interdum Genitivus *gentium,* quod vim addit negationi. *Paul. Diac. p.* 123. 3. *Müll.* dici putat pro eo, quod est, omnium gentium judicio minime esse faciendum. *Ter. Eun.* 4. 1. 10. Heus, inquit, puer, Pamphilam arcesse: illa exclamat, minime gentium. Adde *eumd. Adelph.* 3. 2. 44. Sic *Plaut. Pœn.* 3. 3. 77. LY. Ita illi dixerunt, qui hinc a me abierunt modo, Te quæritare a muscis. CO. Minime gentium. ¶ 2. Speciatim, sæpe ad negandum pertinet, et majorem habet vim, quam non, nequaquam, *non punto. Cic.* 2. *Nat. D.* 10. 26. Aer, qui natura est maxime frigidus, minime est expers caloris. *Id.* 13. *Fam.* 1. *ad fin.* Homo minime ambitiosus, minime in rogando molestus, ut nihil unquam magis. *Ter. Heaut.* 3. 2. 14. Minime miror, Clinia hanc si deperit. *Plaut. Most.* 1. 3. 115. Etiam ne unguentis ungendam censes? SCA. minime feceris. *Cæs.* 1. *B. G.* 1. Minime ad eos mercatores sæpe commeant. *Cic.* 7. *Verr.* 34. 88. In hac quadriremi, propter honorem et gratiam Cleomenis, minime multi remiges et milites deerant. Cf. *Ter. Eun. prol.* 1. Si quisquam est, qui placere studeat bonis quam plurimis et minime multos lædere. ¶ 3. In responsionibus *minime* negat vel pure rejiciendo id quod est quæsitum, vel refutando et respuendo, *mai no, non già, oibò.* — *a)* Antecedente interrogatione. *Sall. Cat.* 52. Placet igitur eos dimitti, et augeri exercitum Catilinæ? minume. *Ter. Heaut.* 4. 4. 20. etiam ne tecum hic res mihi est? SY. Minime: tuum tibi reddo. *Id. Hecyr.* 5. 3. 16. Sed cessas? PAR. minime equidem. *Cic.* 1. *Tusc.* 6. 10. An tu hæc non credis? A. minime vero. *no certamente. Id.* 8. *Att.* 9. Num igitur peccamus? minime vos quidem. *Plaut. Trin.* 3. 3. 21. Ut ego adolescenti thesaurum indicem Indomito, pleno amoris ac lasciviæ? Minime minime hercle vero. *oibò oibò.* — Et cum addito Genit. *gentium. Ter. Phorm.* 5. 8. 44. Meriton' hoc meo videtur factum? DE. Minime gentium. — *b)* Similiter post Imperativum. *Plaut. Most.* 5. 1. 48. surge. TH. minume. *Id. Bacch.* 1. 1. 54. manum da et sequere. PI. aha minume. *Ter. Heaut.* 1. 1. 36. At istos rastros interea tamen appone, ne labora. M. minime. — *c)* Similiter *Plaut. Men.* 5. 7. 45. Apud te habitabo, et quando ibis, una tecum ibo domum. ME. minume. *Id. Most.* 3. 2. 4., *ubi persona secum loquitur.* Nunc dormitum jubet me ire: Minume. ¶ 4. Pro minimum, saltem, *almeno. Cels.* 2. 8. *ad fin.* Is morbus erit longissimus, minimeque annuus. Ita edidit *Targa* ex Mss. et edition. antiquis, *Lindenius* habet *minimumque. Colum.* 1. *R. R.* 6. 6. Lata bubilia esse oportebit pedes decem, vel minime novem. *o almeno almeno.* et 5. *ibid.* 9. 12. Sed id minime bis anno arari debet. *Id. Arbor.* 16. *a med.* Patiere minime duobus mensibus eum tempestatibus verberari. — De forma *minimopere, V.* in PARVUS sub *C.*

PĂRUMPER, adverb. (parum). *Paul. Diac. p.* 221. 18. *Müll.* docet dictum esse per metathesin syllabarum, quasi *perparum* (at *Müllerus* pro *perparum* legit *perparvum*): sed minus recte, quum in *tantisper,* et *paullisper* non valeat. Potius a Græca consuetudine ducas παῦρόν περ, ut ὀλίγον περ, ὅπου περ, etc. Sed *parumper* factum est ex *parum,* adjecta ea syllaba, quæ cum Græco comparari quidem potest, non originis nomine conjungi: adjectio illa *per* augmentum affert; neque aliis nominibus adjungitur nisi quibus temporis notio inest, ut *paullisper, aliquantisper, nuper.* — Ceterum *parumper* est idem ac parvo tempore, paullisper, ἐπὶ μικρόν (It. *per poco tempo, un poco;* Fr. *pour ou pendant un peu de temps, un petit moment, un peu;* Hisp. *en poco, un poco, poquito;* Germ. *auf e kurze Zeit, auf eine kleine Weile, ein Weilchen;* Angl. *for a short time, a little while, awhile*). Occurrit — *a)* Absolute. *Plaut. Amph.* 1. 1. 233. Induciæ parumper fiant, si quid vis loqui. *Id. Aulul.* 2. 2. 22. Da mihi operam parumper. *Id. Curc.* 2. 3. 78. Tace parumper. *Id. Bacch.* 4. 6. 24. Mane dum parumper: jam ad te exeo. *Ter. Phorm.* 3. 2. 1. PH. Dorio, audi obsecro. DO. Non audio. PH. Parumper. DO. Quin omitte me. *Cic.* 3. *Orat.* 35. 143. Hæc quum Crassus dixisset, parumper et ipse conticuit et ceteris silentium fuit. *Id.* 9. *Att.* 4. Abduco parumper animum a molestiis. Sic *Id. Amic.* 1. 5. Tu velim a me animum parumper avertas, Lælium loqui ipsum putes. *Liv.* 40. 32. Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sunt. *et* 45. 12. Obstupefactus tam violento imperio parumper quum hæsitasset, inquit etc. *Curt.* 8. 14. 13. Macedonas-ipsius regis aspectus parumper inhibuit. *Quintil.* 2. 4. 1. Dilata parumper illa arte rhetorica. — Et de oratoria degressione. *Cic. Brut.* 93. 322. Nemo erat, qui (*posset*) delectandi gratia degredi parumper a causa. Adde *eumd. Orat.* 31. 112. — *b)* Addita temporis definitione per part. *dum. Plaut. Amph.* 2. 8. 7. Ipsa de me scio, cui voluptas parumper data' st, dum viri mei mihi potestas videndi fuit noctem unam modo. *Ter. Andr.* 4. 2. 31. Tu, dum exeo, parumper opperire me hic. *Liv.* 4. 32. *ad fin.* Ipse postero die, quum Etrusci in aciem processissent, cunctatus parum-

per, dum speculatores referrent. Adde *Sueton. Ner.* 48. — *c*) Sequente *mox, deinde. Cic.* 1. *Divinat.* 23. 47. Discedo parumper a somniis, ad quæ mox revertar. *Liv.* 31. 39. Pulsatio scutorum parumper succedentes Romanos tenuit. Deinde, iis quoque spretis, etc. Adde *Sueton. Galb.* 19. — *d*) In illo *Virg.* 6. *Æn.* 382. pulsusque parumper Corde dolor tristi: *Servius* interpretatur paullatim: *Nonius* vero *p.* 388. 18. *Merc.* cito, velociter, *in poco tempo*: additque in eamdem sententiam illud *Ennii ex* 1. *Annal.* Hinc campos celeri passu permensa parumper, Conjicit in silvam sese. *et ex eod. lib.* Te sale nata precor Venus, te genetrix patri' nostri, Ut me de cælo visas cognata parumper. Quæ absurda videri non debent, quum *parumper* parvo tempore significet. *Wagnerus* cum *Döderlinio* in allato *Virg.* loco interpretatur: paullo post rediturus dolor.

PĂRUNCULUS, i, m. 2. deminut. paronis. *Cic.* apud *Isid.* 19. *Orig.* 1. 20. Paruncuiis ad litus ludit celeribus.

PĂRUS, i, m. 2. avis genus, *cinciallegra, cingallegra,* cujus multas species refert *Gesnerus*; ab Italis nonnullis *parizola* dicitur. *Auct. carm. Philom.* 9. Parus enim quamvis per noctem tinniat omnem.

PARVĔ, adverb. Sup. *Parvissime.* — Parve est idem ac parum, *poco, μικρῶς. Vitruv.* 9. 6. Parve per eos flectitur delphinus. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 38. Parvissime aliquid memorare. Adde *eumd. ibid.* 34. et 2. *Tard.* 14. *n.* 206.

PARVĪBĪBULUS, a, um, adject. qui parum bibit, *βραχυπότης. Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 15. Phrenetici parvibibuli.

PARVĪCOLLIS, e, adject. parvum collum habens. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 12. Facile curabiles succulentos homines dixit, atque fortes, et parvicolles, quos *μικροτραχήλους* appellavit, hoc est, qui minimæ longitudinis habent colla.

PARVĪFĂCĬO, is, ere, a. 3. *stimar poco,* parvi æstimo. *Pomponius* apud *Non. p.* 13. 15. *Merc.* Ego rumorem parvifacio, dum sit, rumen qui impleam. *V.* MULTIFACIO. — Passive. *Titinius* apud *Priscian. 8. p.* 780. *Putsch.* Consilium bonum gratia parvifaciatur. — Rectius tamen scribitur divisim *parvi facio.*

PARVĪLŌQUĬUM, ii, n. 2. breviloquium, *breviloquio, βραχυλογία. Boeth. Topic. Aristot.* 8. *ad fin. p.* 733. Non oportet adversus quoslibet facile consistere, quandoquidem necesse est parviloquium inde emergere: nam qui exercitati sunt, non possunt abstinere a disputatione sine altercatione.

PARVĪPENDENTĬA, æ, f. 1. (parvipendo) contemptus, *disprezzo, ὀλιγωρία. Boeth. Topic. Aristot.* 4. 6. *p.* 693. Neque promptum nobis est dicere, quodnam eorum genus, ut de ira et tristitia, et opinio parvipendentiæ in eo quod quid est, prædicari videntur; contristatur enim iratus, et opinatur parvipendi.

PARVĪPENDO, is, ere, a. 3. parvifacio. Legitur conjuncte in multis libris apud *Plaut. Bacch.* 3. 6. 29. et *Rud.* 3. 2. 36. et apud *Ter. Hecyr.* 3. 5. 63. etc., in aliis divisim. *Cassiod.* 12. *Hist. Eccl.* 11. Hic autem parvipendebat, si quis de Deo non ita saperet, sicut ipse.

PARVĪPENSĬO, ōnis, f. 3. idem ac parvipendentia. *Boeth. Topic. Aristot.* 8. 1. *p.* 724. Sumatur autem ira appetitus esse pœnæ propter apparentem parvipensionem.

PARVĪTAS, ātis, f. 3. (parvus) exiguitas. *μικρότης picciolezza.*

I.) Proprie, h. e. de rebus physicis. *Cic. Tim.* 13. Vincula talia, quæ cerni non possent propter parvitatem. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 11. 8. (51). Terræ parvitatem declarat sol deficiens. *Gell.* 1. 3. *ad fin.* Parvitates et magnitudines rerum.

II.) Translate, h. e. de abstractis. *Gell.* 7. 17. Illudens levitatem quæstionis parvitatemque. *Val. Max. præf.* Mea parvitas ad favorem tuum decurrit. *h. e.* mea tenuitas ingenii et imbecilitas: vel humilitas conditionis meæ. *Cæl. Aurel.* 5. *Acut.* 2. *n.* 35. Præterea hæc passio initio, parvitatis causa, negligitur et contempta convalescit.

PARVŪLĪTAS, ātis, f. 3. conditio parvulorum, infantia. *Commodian. Instruct.* 6. 2. Et si parvulitas sic sensit.

PARVŪLUM, adverb. *un pochetto,* paullulum. *Cels.* 7. 18. Si scrotum ducitur, aut nihil, aut parvulum intenditur. *Plin.* 8. *Ep.* 17. *sub fin.* Parvulum differt, patiaris adversa, an exspectes. *et* 9. *Ep.* 40. Ut nihil de die perdunt, ita de nocte parvulum acquirunt. Adde *eumd.* 8. *Ep.* 14. *circa med.*, ubi al. leg. *paullulum.*

PARVŬLUS *vel* parvolus, a, um, adject. *deminut. a* parvus, pusillus, levis, brevis, *τυτθός* (It. *piccoletto*; Fr. *petit, tout petit*; Hisp. *pequeñuelo, pequeñito*; Germ. *sehr klein, klein, gering*; Angl. *very small, very little, petty, tiny, puny*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 2. *Invent.* 3. 10. Ne dum parvulum hoc consequimur, illud amittamus, quod maximum est. *et* 8. 25. Parvula impulsio. *Id. Quinct.* 16. 53. In parvula re captionis aliquid vereri. *Cæs.* 2. *B. G.* 30. Parvulis prœliis cum hoste contendere. *et* 5. *ibid.* 50. Non parvulum detrimentum. *Auct. B. Afr.* 35. Parvulum navigium. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 33. Parvula, nam exemplo est, magni formica laboris. *Brutus* ad *Cic.* 11. *Fam.* 10. Parvulam manum militum inermium habere. *Cic. Rosc. Com.* 8. 23. Illa fuit pecunia immanis, hæc parvula. *pochissima somma. Lucret.* 4. 193. Parvula causa. *Juvenal.* 10. 340. mora. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (221). Sonum edere parvuli stridoris. *Id.* 35. *ibid.* 10. 36. (74). Parvula tabella. — Et neutr. plur. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 42. nam tuta et parvula laudo, Quum res deficiunt, satis inter vilia fortis. ¶ 2. Speciatim sæpe refertur ad ætatem, et infantem puellumque significat. — *a*) De hominibus. *Virg.* 4. *Æn.* 328. si quis mihi parvulus aula Luderet Æneas. *Justin.* 15. 4. 5. Ancora, quæ in femore Seleuci nata cum ipso parvulo fuit. *Id.* 12. 4. 10. A parvula ætate laboribus indurati. *Plaut. Merc.* 1. 1. 89. Qui olim a puero parvulo mihi pædagogus fuerat. *Ter. Andr.* 1. 1. 8. Postquam te emi a parvulo. *Cæs.* 6. *B. G.* 20. Ab parvulis labori ac duritiei student. *M. Aurel.* inter opera *Front.* 2. *ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 1. Parvolæ nostræ (*filiæ*) nunc apud Matidiam in oppido hospitantur. — *b*) De bestiis. *Cæs.* 6. *B. G.* 27. Uri assuescere ad homines et mansuefieri, ne parvuli quidem excepti, possunt.

II.) Translate de indocto et imperito, ut sunt parvuli, itemque de stulto. *Plaut. Pseud.* 3. 1. 17. Quam illæ rei ego etiam nunc sum parvulus! *Arnob.* 1. 43. Quid dicitis, o parvuli, incomperta vobis, et nescia temerariæ vocis loquacitate garrientes?

PARVUS, a, um, adject. Gradus sunt Comp. *Minor* sub *B*; Sup. *Minimus* (et raro admodum *Minimissimus* et *Minerrimus*) sub *C.* — Reperitur tamen et *Parvior, Parvissimus. Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *ante med.* Volantum parviores. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 8. *n.* 103. *Varro* apud *Non. p.* 456. 10. *Merc.* Rictus parvissimus. *Lucret.* 1. 615. et 621. et 3. 199. parvissima corpora. *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *init.* Parvissimus guttarum fluor. *et ibid. n.* 29. Oportet igitur radicis cortices in frusta minui parvissima. *et* 2. *ibid.* 13. *n.* 172. Locus parvissimus. — Parvus (quod volunt esse a *παῦρος paucus, brevis*) est exiguus, modicus, levis, *μικρός* (It. *picciolo*; Fr. *petit, qui n'est pas grand, pas gros, pas long, de faible dimension*; Hisp. *pequeño, chico, chiquito*; Germ. *klein, wenig, gering, geringfügig*; Angl. *little, small, puny, slight*).

A) Posit. *Parvus*

I.) Proprie. ¶ 1. Ad rei dimensionem refertur, et est exiguus, atque opponitur *magno, amplo. Cic.* 2. *Nat. D.* 48. 123. Parvi pisciculi. *Id. fragm.* apud *Lactant.* 6. 2. Parvus libellus. *Id. post redit. ad Quirit.* 8. 20. Parva navicula. *Id.* 1. *Legg.* 5. 17. In parvum quemdam et angustum locum concludi. *Id.* 2. *leg. Agr.* 31. 85. Promiscue toto campo Martio, quam proprie parva frui parte malletis. — Huc referri potest illud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 11. 12. (65). Tam parvo distat ibi tanta rerum naturæ diversitas. *Ubi, ut ait* Forcellinus, *subintelligi potest* spatio. ¶ 2. Dicitur et de rei numero ac quantitate. — *a*) Adjective. *Nepos Themist.* 5. *extr.* Parvo numero navium. *Sall. Cat.* 53. Sciebam sæpe numero parva manu cum magnis legionibus hostium contendisse, cognoveram parvis copiis bella gesta cum opulentis regibus. *Auct. B. Afr.* 10. Parva enim cum copia, et ea tironum, neque omni exposita, in Africa contra magnas copias, et insidiosæ nationis, equitatumque innumerabilem se expositos videbant. Huc referri potest illud *Liv.* 10. 45. *a med.* Ut parvo admodum plures caperentur. *h. e.* paullo plures. *Est* tamen qui aliter leg. Item illud *Plin.* 12. *Hist. nat.* 13. 29. (50). Cardamomum odoris parvi. *di poco odore.* Sic 21. *ibid.* 31. 105. (178). Trychnus insaniam facit, parvo quoque succo. — *b*) Hinc *parvum, i,* absolute, est parva, sive angusta res familiaris. *Lucret.* 5. 1118. Divitiæ grandes homini sunt vivere parce Æquo animo: neque enim est unquam penuria parvi. *Cic.* 12. *Att.* 19.; et *Horat.* 2. *Sat.* 2. 110. Contentus parvo. *di poco. Id.* 2. *Ep.* 1. 139. Agricolæ prisci, fortes, parvoque beati. *Id.* 2. *Od.* 16. 13. Vivitur parvo bene. *con poco.* Cf. *Tibull.* 1. 1. 47. contentus vivere parvo. *Seneca Ep.* 123. Necessarium est parvo assuescere. — *c*) Hinc *parvus* et *parvum* pro *parum. Lucan.* 4. 239. si torrida parvus Venit in ora cruor. *h. e.* parum, seu aliquantum cruoris. *Id.* 2. 128. parvum sed fessa senectus Sanguinis effudit jugulo. — *Parvum* pro *parum* cum opposito *plurimum,* dixit *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 11. *n.* 92. Dando pultem, aut sorbilem cibum, ova atque panem, et non alternis, sed quotidianis diebus, et plurimum, comparatione præteriti temporis illorum dierum, quibus parvum dare solebamus. ¶ 3. Item refertur sæpe ad æstimationem et pretium. — *a*) Adjective. *Cic.* 6. *Verr.* 60. 134. Pretio parvo vendere. *Ter. Hecyr.* 5. 3. 1. Meam herus esse operam deputat parvi pretii. *V.* infra sub II. *a.* — *b*) Absolute hoc eodem sensu occurrit Ablativus et Genitivus. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 156. Quanti emptus? parvo. *Cic.* 1. *Att.* 3. Signa abs te diligenter parvoque curata sunt. — *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 41. Parvi ego illos facio. *gli stimo poco. V.* PARVIFACIO. et *Capt.* 3. 5. 24. Parvi æstimo, si ego hic peribo. *Id. Bacch.* 3. 6. 29. Nequam hominis ego parvi pendo gratiam. *Cic. Arch.* 6. 14. Pericula mortis atque exsilii parvi esse ducenda. *Nepos Eumen.* 10. *extr.* Omnes præ illo parvi futuros. *Cic.* 1. *Off.* 22. 76. Parvi sunt foris arma, nisi est consilium domi. *Al. leg.* parva. *Id. pro leg. Manil.* 7. 18. et 1. *ad Q. fr.* 1. 7. Parvi refert, abs te jus dici diligenter, nisi etc. *poco rileva.* ¶ 4. Item refertur ad tempus et brevem significat. — *a*) De tempore, item de iis, quæ tempore constant, vel quæ nos tempore metimur. *Lucret.* 5. 106. Omnia conquassari in parvo tempore cernes. Adde *Val. Flacc.* 8. 273. *Lucan.* 4. 476. parva nox. *et* 6. 806. vita. *Ter. Andr.* 1. 1. 83. Parvæ consuetudinis causa. — Et absolute. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 25. 42. (103). Silvestrium primæ florent sambucus et cornus, parvoque post pirus etc. *h. e.* parvo post tempore, paullo post. Huc referri potest et illud *Gell.* 13. 2. Accius tunc haud parvo junior etc. Item illud *Plin.* 2. *Hist. nat.* 67. 67. (168). Circa Caspium quoque multa Oceani litora explorata, parvoque brevius, quam totus, hinc aut illinc septentrio eremigatus. *h. e.* paullo: potest tamen, ait *Forcellinus,* in his *tempore* subintelligi. — *b*) De hominibus, et refertur ad ætatem pueritiæ et infantiæ. *Cic.* 2. *de republ.* 21. Tarquinius, qui admodum parvos tum haberet liberos, sic Servium diligebat etc. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 70. memini quæ plagosum mihi parvo Orbilium dictare. *a me fanciullo. Sueton. Aug.* 48. Rectorem opponere ætate parvis, aut mente lapsis. — Et absolute. *Cic.* 3. *Fin.* 5. 16. Antequam voluptas, aut dolor attigerit, salutaria appetunt parvi. *Stat.* 1. *Silv.* 5. 43. Una vescitur omnis ordo mensa, Parvi, femina, plebs, eques, senatus. *Id.* 7. *Theb.* 520. liquistis enim parvos-

que senesque. Et lacrimas has quisque domi. — *Parvum* pro *parvorum* hoc sensu habet *Id.* 1. *Theb.* 609. — Sæpe *a parvo, a parvis*, ut apud *Cic.* 2. *Legg.* 4. 9. A parvis didicimus. *da fanciulli. Liv.* 1. 39. *sub fin.* Puer in domo a parvo eductus.

II.) Translate, morali et intellectuali ratione, parva dicuntur quæ sunt parvi aut nullius momenti, quæ parvi ducuntur vel ducenda sunt. — *a*) Universim. *Cic.* 2. *Orat.* 20. 84. Si hoc in parvis, aut mediocribus rebus doctiores assequi possunt, non idem sentio tanta hac in re tamque immensa posse fieri. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 8. Non enim commoda quædam sequebamur parva ac mediocria. *Plin.* 20. *Hist. nat. procem.* 1. (1). Nemo id parvum ac modicum existimaverit. *Cic. Cluent.* 34. 94. Hæc apud Junium parva et infirma sunt. *Id. Cæcin.* 10. 26. Beneficium non parvum. *Virg.* 4. *G.* 176. si parva licet componere magnis. *Id.* 3. *Ecl.* 54. Sensibus hæc imis (res est non parva) reponas. *non è cosa di poca importanza. Horat.* 1. *Sat.* 6. 86. parva merces. — *b*) De animo et ejus affectibus; item de ingenio et ingenii operibus. *Cic.* 1. *Off.* 20. 68. Nihil enim est tam angusti animi tamque parvi, quam amare divitias. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 10. Sordidus atque animi parvi. *Id.* 1. *Ep.* 12. 15. nil parvum sapias. Cf. *eumd.* 3. *Od.* 15. 17. nil parvum loquar. *Id.* 1. *Ep.* 17. 39. hic onus horret, Ut parvis animis et parvo corpore majus: Hic subit et perfert, *poco spirito.* et *Ter. Eun.* 1. 2. 117. Parvam fidem habere alicui. *creder poco.* Rursus *Horat.* 1. *Ep.* 3. 21. non tibi parvum Ingenium, non incultum est et turpiter hirtum. et *Plin.* 6. *Ep.* 29. Homo parvo ingenio. *di poco ingegno.* et *Horat.* 2. *Ep.* 1. 257. Sed neque parvum Carmen majestas recipit tua. *h. e.* humile. Cf. *eumd.* 4. *Od.* 2. 31. operosa parvus Carmina fingo. — *c*) De hominibus. *Horat.* 1. *Ep.* 3. 28. Hoc opus, hoc studium parvi properemus et ampli. *h. e.* pauperes, humiles, ignobiles. *Auct. B. Afr.* 57. Aquinius homo novus parvusque senator. Cf. *Ovid.* 8. *Met.* 637. Ergo ubi cælicolæ parvos tetigere penates etc. Similiter *Horat.* 3. *Od.* 23. 15. Parvi dii. *h. e.* parvæ potentiæ, minorum gentium, ut v. gr. Penates. — Et absolute. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 94. neque ulla est Aut magno aut parvo leti fuga. *Id.* 1. *Ep.* 7. 44. Parvum parva decent: mihi jam non regia Roma, Sed vacuum Tibur placet.

B) Comp. anom. *Minor, us, ōris*, cum Græco μείων conjungendus, ελάττων (It. *minore, inferiore, più piccolo*; Fr. *moins*; Hisp. *mas pequeño*; Germ. *kleiner, geringer, weniger*; Angl. *less, smaller, inferiour*).

I.) Proprie. ¶ 1. Dicitur de rei extensione. *Cæs.* 6. *B. G.* 13. Hibernia dimidio minor, quam Britannia. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 43. calceus olim Si pede major erit, subvertet; si minor, uret. *Id. Art. P.* 189. Neve minor, neu sit quinto productior actu Fabula. *h. e.* neque plures habeat actus, quam quinque, neque pauciores. ¶ 2. Item de numero. *Auct. B. Alex.* 30. Id minori numero militum consequi. *Cic.* 2. *Legg.* 20. 51. Si ea pecunia non minor esset facta. *Liv.* 4. 51. Minus prædæ, quam speraverant, fuit. *Id.* 41. 13. *extr.* Sociis dimidio minus, quam civibus datum. Cf. *Cic.* 3. *Verr.* 45. 117. Si protulerit, uno signo ut sit minus quam ex lege oportet, non des possessionem. ¶ 3. Item ad pretium. *Cic.* 3. *Off.* 12. 51. Vendo meum non pluris, quam ceteri, fortasse etiam minoris. *per meno. Petron. Satyr.* 14. Minoris pallium addicere placuit. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 5. Omnia minoris æstimare. Cf. *Sall. Jug.* 37. Fidem suam non minoris, quam publicam ducebat. *Seneca Ep.* 18. Quam durus sit fenerator Cæcilius, a quo minoris centesimis propinqui nummum movere non possunt. Aliudit ad illud *Cic.* 1. *Att.* 12. Nam a Cæcilio propinqui minore centesimis nummum movere non possunt. *h. e.* minore usura, quam centesima. ¶ 4. Item ad tempus et sæpissime ad ætatem. *Ovid.* 2. *Pont.* 10. 37. Sæpe dies sermone minor fuit. *h. e.* brevior, quia in noctem etiam sermo productus fuit. — Sic de ætate. — *a*) Cum additis. *Cæs.* 3. *B. C.* 112. Filia minor Ptolemæi regis. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 40. minor uno mense, vel anno. *Ovid.* 7. *Met.* 490. ætate minor. *Cic. Amic.* 9. 32. Pro hoc qui minor est natu, meo jure respondeo. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 19. 61. Te aliquot annis minorem natu non dubitabo monere. *Ulp. Dig.* 30. 99. 1. Minor viginti annis. *h. e.* qui nondum vigesimum ætatis annum attigit. *Papinian. ibid.* 50. 2. 6. Minores vigintiquinque annorum decuriones facti. *Julian. ibid.* 38. 5. 8. et *Prætor* apud *Ulp. ibid.* 4. 4. 1. Si minori, quam vigintiquinque annorum, natu filiosfamilias crediderit. *Labeo ibid.* 36. 2. 30. Si pupilla minor, quam viripotens, nupserit. *Cajus* 1. *Instit.* (edente *Goeschenio*) § 73. Si minor anniculo sit filius, filiave, causa probari non potest. — *b*) Absolute. *Horat. Art. P.* 174. *de sene.* censor castigatorque minorum. *de' più giovani.* et 2. *Ep.* 1. 106. Majores audire, minori dicere. *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 55. Utque ego majores, sic me coluere minores. — *c*) *Minores* aliquando sunt pueri. *Sil. It.* 2. 490. Te matres, vincente fame, te mœsta virorum Ora vocant, primaque sonant te voce minores. *Seneca Herc. Œt.* 1787. Si quis minor Busiris, aut si quis minor Antæus etc. *h. e.* filius Busiridis, aut Antæi. — *d*) Apud JCtos sunt minores vigintiquinque annis. *Ulp. Dig.* 42. 1. 57. Si minor prætor, vel consul jus dixerit, valebit. Adde *ibid.* 4. *tit.* 4. qui est *De Minoribus.* — *e*) Interdum sunt posteri. *Virg.* 1. *Æn.* 537. nunc fama, minores Italiam dixisse. *et ibid.* 736. Hunc lætum Tyriisque diem, Trojaque profectis Esse velis, nostrosque hujus meminisse minores.

II.) Translate usurpatur morali et intellectuali ratione, h. e. de rei gradu. — *a*) Universim. *Cic. Topic.* 4. 23. Quod in re majore valet, valeat in minore. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 106. sapiens uno minor est Jove. *Id. ibid. v.* 35. minor in certamine longo Imploravit opes hominis. *h. e.* virtute et viribus inferior. *et* 2. *ibid.* 1. 183. numero plures, virtute et bonore minores. *et* 1. *ibid.* 12. 27. jus imperiumque Phraates Cæsaris accepit, genibus minor. *h. e.* ad genua Cæsaris procumbens et infra ea se submittens. Cf. *Tac. Germ.* 39. Est et alia luco reverentia. Nemo nisi vinculo ligatus ingreditur ut minor et potestatem numinis præ se ferens. *Ovid.* 2. *Trist.* 214. Et sunt notitia multa minora tua. *h. e.* leviora, atque adeo indigna, quæ a te sciantur. *Id.* 6. *Met.* 150. Nec tamen (*Niobe*) admonita est pœna popularis Arachnes Cedere cælitibus, verbisque minoribus uti. *Liv.* 22. 54. *extr.* Nulla ex parte (*hæ clades*) comparandæ sunt, nisi quod minore animo latæ sunt. Et cum Ablativo. *Id. ibid. ad fin.* Itaque succumbam oneri, neque aggrediar narrare, quæ edissertando minora vero fecero. — *b*) Speciatim cum Infinito. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 312. An, quodcumque facit Mæcenas, te quoque verum est Tantum dissimilem, et tanto certare minorem? *h. e.* imparem ad certandum. *Sil. It.* 5. 76. heu Fatis Superi certare minores! — *c*) Cum Accusat. more Græcorum. *Val. Flacc.* 1. 582. Nec scopulos, aut antra minor juxta altera tellus Cernitur. *Sil. It.* 3. 42. frontemque minor truncam amnis Acarnan. *h. e.* Achelous frontem habens truncam, mutilam, spoliatam cornu. Quo sensu *Juvenal.* 8. 4. Et Curios jam dimidios, humeroque minorem Corvinum. *Alii leg.* humerosque: *alii* nasumque minorem Corvini. *Lucan.* 2. 717. Argo rapta puppe minor. — *d*) *Minor capitis* est capite deminutus. *V.* CAPUT. — *e*) Minores magistratus qui sint, *V.* in MAGNUS. — *f*) *Minorum gentium* cives *V.* in GENS.

C) Superl. (a *minor*) est *Minimus* et apud antiquiores *minumus, a, um*, scribitur *Minimissimus* habet *Arnob.* 5. p. 7. et 14. Digitorum minimissimus. Sic Græci a Superlat. ελάχιστος formant Comparat. ελαχιστότερος. — *Minerrimus* pro minimo antiquos dixisse, testatur *Paul. Diac.* p. 122. 17. *Müll.* — *Minimus* est is, quo minor nemo est alius, ελάχιστος (It. *minore di tutti, menomo, minimo*; Fr. *le très-petit, le moindre*; Hisp. *minimo*; Germ. *der, die, das kleinste, geringste, wenigste*; Angl. *least of all, the least or smallest*).

1.) Proprie. ¶ 1. Refertur ad extensionem. *Plaut. Rud.* 3. 4. 15.; et *Plin.* 11. *Hist. nat.* 45. 103. (251). Minimus digitus. *mignolo. Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 7. 27. Quum sit nihil omnino in rerum natura minimum, quod dividi nequeat. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 2. 1. (4). Rerum natura nusquam magis, quam in minimis, tota est. *Cæs.* 1. *B. G.* 8. Vadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat. *Id.* 1. *B. C.* 70. Minima pars temporis. — Et cum Ablativo. *Colum.* 8. *R. R.* 3. 2. Tres exstruuntur cellæ *etc.* Detur unus omnino aditus cellæ mediæ, quæ ipsa tribus minima est. *At* Schneiderus *rectius legit* ipsa e tribus minima est. ¶ 2. Item ad pretium. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 14. Quam minimo sumptu filiam ut nuptum darem. *con la minore spesa, che sia possibile.* et *Epid.* 2. 2. 110. Quanti emi potest minimo (*h. e.* pretio)? EPID. Ad quadraginta fortasse eam posse emi minimo minas. ¶ 3. Item ad ætatem. *Sall. Jug.* 11. Hiempsal, qui minimus ex illis erat. *Justin.* 42. 5. 6. Obsidem Cæsari minimum filium Phraatis ferens. *Cic.* 2. *Orat.* 14. 58. Minimus natu horum omnium Timæus. *h. e.* post hos omnes natus, recentior. *Id. Cluent.* 38. 107. Ex his omnibus natu minimus P. Saturius. *più giovine. Seneca Hippol.* 201. *de Cupidine.* Regnumque tantum minimus e Superis habet. *Est qui leg.* in Superis.

II.) Translate, morali et intellectuali ratione, h. e. de rerum gradu. — *a*) Adjective. *Cic.* 1. *Orat.* 37. 169. Minimæ tenuissimæque res. *Sall. Cat.* 51. In maxima fortuna minima licentia est. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 68. vitiis nemo sine nascitur: optimus ille est, Qui minimis urgetur. *Plaut. Men.* 3. 2. 23. homo pessime et nequissime, Flagitium hominis, subdole, ac minimi pretii. Cf. *eumd. Pseud.* 1. 3. 35. Aliquem minimi facere. — *Licinius* apud *Priscian.* Non minimopere milites quietes volebant esse. Ita Lexicographi: sed legendum *non minimo opere*, ut *Priscian.* refert 6. p. 704. *Putsch.*, h. e. magnopere volebant. — Et præced. particula negat. *Sueton. Aug.* 25. Non minimo discrimine. *et ibid.* 67. Res non minimi periculi. — *b*) Neutrum cum Ablat. vel Genit. — *Minima de malis*, proverb. e duobus malis minus eligendum: e multis malis minimum. *Cic.* 3. *Off.* 29. 105. — *Id. Amic.* 13. 46. Ut quisque minimum firmitatis habeat minimumque virium, ita amicitias appetere maxime. *quanto meno di* etc. *Liv.* 44. 5. Minimum pedibus itineris confectum. *Id.* 27. 15. Unde minimum periculi erat. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 12. Stercus asini minimum herbarum creat. — *c*) Absolute, vel adverbialiter. *Cic.* 1. *Fam.* 9. *ante med.* Præmia apud me minimum valent. *pochissimo. Plin.* 3. *Ep.* 5. Post solem frigida lavabatur: deinde gustabat, dormiebatque minimum. *un pochettino. Horat.* 2. *Ep.* 1. 72. Minimum distare. *Nepos Dion.* 1. Habuit magnam corporis dignitatem, quæ non minimum commendat. *non poco. Plin.* 18. *Hist. nat.* 16. 43. (146). Medica secatur sexies per annos: quum minimum, quater. *il meno che sia.* et *Horat.* 1. *Od.* 11. 8. Quam minimum credulus. *meno che sia possibile.* et *Liv.* 33. 6. In quo non minimum Ætolorum opera regii fugati atque in castra compulsi sunt. *Apul.* 1. *Met.* Minimo minus interii. *h. e. mancò pochissimo che non morissi.* — *Minimum* pro saltem, *per lo meno. Varro* 2. *R. R.* 1. 12. Ita fiunt omnes partes minimum octoginta et una. *et* 3. *ibid.* 3. (3). Harum singula genera minimum in binas species dividi possunt. *Cels.* 2. 8. *ad fin.* Morbus erit longissimus, minimumque annuus. V. *Minime* in v. PARUM in fin. *Quintil.* 5. 10. 5. Quæ (*comprehensio*) ex tribus minimum partibus constat.

PASCĀLIS *et* pascŭālis, e, adject. ad pascua pertinens. *Paul. Diac. p.* 243. 5. *Müll.* Pascales oves Cato posuit pro pascuales. Cf. *Festum p.* 242. 29. *Lucilius* apud *Festum p.* 301. 10. *Müll.* Pascali pecore ac montano, hirto atque soloce. *Vulgat. interpr.* 1. *Reg.* 28. 24. Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo.

et 3. *ibid.* 4. 23. Decem boves pingues et viginti boves pascuales.

PASCĔOLUS, i, m. 2. *borsa, o sacchetto di pelle*, sacculus ex aluta, ut *Non. p.* 151. 10. *Merc.* interpretatur. Volunt esse deminutivum a φάσκωλον, quod est *marsupium*, teste *Suida. Plaut. Rud.* 5. 2. 26. Nummi octingenti aurei in marsupio infuerunt: præterea centum denaria Philippea in pasceolo seorsus. *Cato* apud *Non. loc. cit.* Pueri in ludo solent pasceolos furari. *Adde Lucilium ibid.*

PASCHA, æ, f. 1. *et*

PASCHA, ătis, n. 3. *Pasqua*, Πασχα, festum Hebræorum, et Christianorum circa æquinoctii verni tempus: ab Hebr. פֶּסַח *pésach*, transitus.

Ratio nominis est, quod Angelus, quum cæderet Ægyptios, domos Israelitarum agni sanguine illitas transierit. *Tertull.* 2. *ad Uxor.* 4. Solemnibus Paschæ abnoctare. *Id. in carm.* 2. *advers. Marcion.* 80. Lege dedit Pascham, gaudens atque immolat agnum. *Id. Cor. mil.* 3. A die Paschæ in Pentecosten usque. — Etiam plur. num. *Symmach.* 10. *Ep.* 77. Nec fas est Pascharum dies sine sacerdote celebrare. — *Paschă*, n. indeclin. ut etiam apud Græcos. *Auson. epist.* 10. 17. Nos etenim primis post sanctum Pascha diebus. *Hieronym. Ep.* 96. *n.* 20. Cum Angelis merebimur dominicum Pascha celebrare. — Etiam *Paschă, ătis*, n. 3. apud *Ambros. de myster. Paschatis*, et alios sequioris ævi scriptores. — Ita in postrema *Forcellini* editione. Loci tamen cit. *Ausonii* et *Hieronymi* ad formam *Pascha, atis*, commode referri possunt.

PASCHĀLIS, e, adject. *Pasquale*, ad Pascha pertinens. *Sedul. initio operis.* Paschales quicumque dapes conviva requiris. *et* 20. Paschalia dona. *Impp. Gratian. Valentinian.* etc. *Cod. Theod.* 9. 35. 4. Paschale tempus. *Hieronym. Ep.* 99. *n.* 1. Paschalis liber. *h. e.* qui de Paschate agit.

PASCĬTO, as, are, a. 1. *pascolare*, frequentat. a *pasco. Varro* 3. *R. R.* 16. 19. Feras apes dico, quæ in silvestribus locis pascitant: cicures, quæ in cultis. *Al* Pontedera *probante* Schneidero *leg.* pastitant. Hanc vocem exhibet *Gloss. Lat. Gr.* Pastito, as, διανέμω.

PASCO, pascis, pāvi, pastum, pascere, a. 3. Part. *Pascens* I. 1. 2. et II. 1.; *Pastus* I. 2. 3. et II. 1.; *Pasturus* I. 1.; *Pascendus* I. 1. et 5. — Pascere (quod ratione habita etymi conjungunt cum πάω et βόσκω, quæ idem significant) est comedere, vesci, νέμω, νέμομαι (It. *pascersi, pascolare, mangiare*; Fr. *paître, brouter, manger*; Hisp. *pacer, apacentarse el ganado, comer la yerba*; Germ. *fressen lassen, meiden, füttern*; Angl. *to feed, graze, browse upon, pasture, eat*). Usurpatur autem tum activa positione, præcipue in Participio præsenti (et subintelligitur Accusativus *se*, etc.), tum passiva, h. e. mediorum apud Græcos more.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu et sæpius de pastoribus dicitur, et est pabulum dare, cibum præbere, ad pabulum ducere, *dar da mangiare, pascere, pasturare, condurre al pascolo. Cic.* 2. *Off.* 4. 14. Bestias pascere, aut domare. *Varro* 2. *R. R.* 1. 24. Necesse est constituat numerum, quot greges, et quantos sit pasturus. Adde *eumd. ibid.* 10. 2. *Ovid.* 6. *Met.* 394. et quisquis montibus illis Lanigerosque greges armentaque bucera pavit. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 203. plures calones atque caballi Pascendi. Cf. *Cic.* 6. *Att.* 1. *a med.* Olusculis nos soles pascere. *Id.* 1. *Divinat.* 17. 31. Quum propter paupertatem sues puer pasceret. *Virg.* 1. *Ecl.* 78. non, me pascente, capellæ Florentem cytisum, et salices carpetis amaras. *Cic.* 2. *Off.* 25. 89.; *Plin.* 18. *Hist. nat.* 5. 6. (30).; et *Colum.* 6. *R. R. præf.* 4. A Catone quum quæreretur, quid maxime in re familiari expediret, respondit, bene pascere. *h. e.* bonos greges et armenta alere. Sic *Seneca Ep.* 2. *in fin.* Quid refert, quantum illi in arca, quantum in horreis jaceat, quantum pascat, aut feneret? — Similiter, absolute, in *Inscript.* apud *Gruter.* 541. 2. quæ affertur in v. PECUARIUS, significat greges ovium, aut boves pascere. — Inter pascere et alere discrimen statuit *Non. p.* 440. 12. *Merc.* ut prius sit cibum præbere, alterum sufficiendi generis curam habere. *Varro ibid. et p.* 314. 30. Ubi graves pascantur et alantur pavonum greges. ¶ 2. Latiori sensu *pascere* vel *pasci* dicuntur greges et armenta, quæ in agris campisque versantur atque vescuntur. *Cic. Cluent.* 25. 67. Bestiæ, fame monitæ plerumque ad eum locum, ubi pastæ aliquando sint, revertuntur. *Virg.* 5. *Ecl.* 24. pastos boves agere ad flumina. *Id.* 3. *ibid.* 96. Tityre, pascentes a flumine rejice capellas. *et* 3. *G.* 466. *de ove ægrotante.* Extremamque sequi, aut medio procumbere campo Pascentem. *Plaut. Most.* 4. 1. 22. Ire vis mula pastum foras. *Martial.* 9. 82. Duxerat esuriens locupletem pauper, anumque Uxorem: pascit Gellius, etc. *Plaut. Rud.* 4. 7. 12. Quam si quis avidus pascit escam avariter, decipitur in transenna avaritia sua. *Al. leg.* poscit. *Pers.* 3. 55. juventus Invigilat siliquis et grandi pasta polenta. *Virg.* 3. *G.* 162. Cetera pascuntur virides armenta per herbas. *et* 528. Frondibus et victu pascuntur simplicis herbæ. *Id. ibid.* 231. *taurus* Frondibus hirsutis et carice pastus acuta. — Cum Accusativo Græca ratione. *Id. ibid.* 314. Pascuntur vero silvas, et summa Lycæi, Horrentesque rubos, et amantes ardua dumos. *et* 4. *ibid.* 181. *de apib.* pascuntur et arbuta passim, Et glaucas salices, casiamque, crocumque rubentem. *Id.* 2. *Æn.* 471. coluber mala gramina pastus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 3. 2. (7). Exeunt marinæ belluæ pecori similes ibi in terram, pastæque radices fruticum remeant. Cf. *Tibull.* 4. 1. 186. Cuique pecus denso pascebant agmine colles. *et* 2. 5. 25. Sed tunc pascebant herbosa Palatia vaccæ. *Servius* quoque ad *Virg.* 1. *Æn.* 198. et 2. *ibid.* 215. docet *pasco* et *pascor* unius esse significationis. (Similiter *Consent. p.* 2054. *Putsch. Pascit juvenca* et *pascitur juvenca* recte dicitur. Cf. *Virg.* 3. *G.* 219. Pascitur in silva juvenca.) Addunt Lexicographi duo loca *Ovid.* 4. *Met.* 634. et 1. *Fast.* 381., quæ optimi libri ita exhibent, ut nihil huc pertineant. — *Pastus* est idem ac comesus, in cibo sumptus, *mangiato*, apud *Ovid.* 3. *Amor.* 5. 17. lente revocatus ruminat herbas, Atque iterum pasto pascitur ante cibo. ¶ 3. *Pastus* est qui domi pascitur, saginatus, *ingrassato*, et opponitur agresti, in *Edict. Dioclet. p.* 14. Fasianus pastus ✕ ducentis quinquaginta, fasianus agrestis ✕ centum viginti quinque. Anser pastus ✕ ducentis, anser non pastus ✕ centum. ¶ 4. Est etiam universim alere, nutrire, *alimentare, nutrire, mantenere. Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 4. (15). His moribus non modo sufficiebant fruges, nulla provinciarum pascente Italiam, verum etiam annonæ vilitas incredibilis erat. *Id.* 12. *ibid.* 14. 32. (63). Nam et benigne certo itinerum numero Deus hospites pascit. *fa le spese. Virg.* 7. *Æn.* 684. quos dives Anagnia pascis, quos Amasene pater. *Cic. Mil.* 2. 3. Quos P. Clodii furor rapinis et incendiis et omnibus exitiis pavit. *Juvenal.* 7. 93. Haud tamen invideas vati, quem pulpita pascunt. *et* 12. 28. pictores quis nescit ab Iside pasci? *Virg.* 2. *G.* 189. *campus* silicem curvis invisam pascit aratris. *produce e nutrisce*, ¶ 5. Speciatim dicitur de iis, qui servos alunt, *mantenere servitori. Seneca Ep.* 17. Non circumstat illam turba servorum, ad quos pascendos transmarinarum regionum est optanda fertilitas. Facile est pascere paucos ventres et bene institutos. *Juvenal.* 3. 141. quot pascit servos? quot possidet agri Jugera? *Petron. fragm. Tragur.* 57. *Burmann.* Viginti ventres pasco et canem. *Apul.* 1. *Met.* Neque præter unicam pascit ancillulam. ¶ 6. Item de eo, qui quotidie aut sæpe alios convivio excipit, *fare, o metter tavola. Spartian. Hadrian.* 17. Quum plurimos suis sumptibus pasceret. *Al. leg.* Quum cum plurimis summatibus pasceret. *Lamprid. Alex. Sev.* 41. Argentum et ministros ante, quando pascebat, accipiebat ab amicis.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 35. Pascere barbam. *Virg.* 7. *Æn.* 391. sacrum Baccho crinem. τρέφειν κόμην, *lasciar crescere.* Sic *Stat.* 8. *Theb.* 493. Ille genas Phœbo, crinem hic pascebat Iaccho. *Virg.* 2. *Æn.* 683. Lambere flamma comas, et circum tempora pasci. *Ovid.* 14. *Met.* 467. Danaas paverunt Pergama flammas. *Virg.* 11. *Æn.* 786. pineus ardor acervo Pascitur. *h. e.* ignis nutritur pineis lignis. *Sil. It.* 14. 421. Ignes pasti bitumine. *Stat.* 2. *Achill.* 429. Fluvius imbribus assiduis pastus. *pieno, gonfio. Val. Flacc.* 1. 677. Tunc quocumque loco meritas tibi plurimus aras Pascet bonos. *h. e.* plurima hostia excolet augebitque aras. *Ovid.* 4. *Trist.* 4. 63. ubi Taurica dira Cæde pharetratæ pascitur ara deæ. *Al. leg.* spargitur. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (13). Stat per se vitis sine ullo pedamento, arcus suos in se colligens, et brevitate crassitudinem pascens. *mantenendo, nutrendo.* et 17. *ibid.* 12. 18. (90). Umbra alno pinguis, sed pascens sata. *h. e.* nutriens et crescere faciens. *Virg.* 1. *Æn.* 608. polus dum sidera pascet. *manterrà vive e ardenti.* Alias putabant, sidera terreno humore pasci, ut *Plin.* 2. *Hist. nat.* 9. 6. (46). tradit. Hinc *Rutil.* 1. *Itiner.* 644. *de Oceano.* corusca suis sidera pascit aquis, *et Lucan.* 10. 258. Nec non Oceano pasci Phœbumque polumque Credimus. *Cic. Cluent.* 26. 72. Quæstu judiciario pastus. *Sil. It.* 13. 582. Et Mæror pastus fletu et sine sanguine Pallor. *Martial.* 10. 58. Dura suburbani dum jugera pascimus agri. *h. e.* colimus, et multa impensa sustinemus, pascimusque quodammodo potius, quam ab illo pascamur quum sumptus reditum superent. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 35. nummos alienos pascere. *h. e.* augere, æs alienum contrahendo, et usuras solvendo. ¶ 2. Item de animo, et *pascere oculos, animum*, oblectare, detinere, alere, satiare. *Cic.* 7. *Verr.* 26. 65. Quum ejus cruciatu atque supplicio pascere oculos, animumque exsaturare vellent. *Id.* 11. *Phil.* 3. 8. Ut in ejus corpore lacerando, quum animum satiare non posset, oculos paverit suos. *Virg.* 1. *Æn.* 468. animum pictura pascit inani. *Ovid.* 1. *Pont.* 4. 21. Otia corpus alunt: animus quoque pascitur illis. *Id.* 6. *Met.* 280. Pascere crudelis nostro, Latona, dolore. Pascere, ait, satiaque meo tua pectora luctu. — Similiter *Cic. Pis.* 20. 45. His ego rebus pascor, his delector, his perfruor: quod de vobis hic ordo opinatur, non secus ac de teterrimis hostibus; quod etc. *Id.* 2. *Off.* 11. 40. Qui maleficio et scelere pascuntur. *Id. Sext.* 46. 99. discordiis civicum et seditione. *Id.* 4. *Att.* 10. Ego hic pascor bibliotheca Fausti. — Similiter *Virg.* 10 *Æn.* 627. Spes pascis inanes. *nutri e mantieni* et *Ovid. Remed. am.* 749. pascere amorem. — *Pascito linguam* dicebatur in sacrificiis, idest coerceto, contineto, taceto. *Paul. Diac. p.* 222. 17. *Müll.* ubi est qui vult legi *parcito*, licet obstet litterarum series. Quod *pasco* coero cendi vim olim habuerit, compositum *compesco* argumento est. Hæc *Forcellinus.* Sed *pascere* simpliciter eo significatu inauditum esse, monuit *Salmas. Exerc. Plin. p.* 73. *a.*; quem secutus *Müllerus* legit *Parcito.*

PASCUA, æ, f. 1. idem ac pascuum. Est adjectivum, et *terra* aut *humus* subintelligitur. *Tertull. Apolog.* 22. Quæ illi accuratior pascua est, quam ut etc.

PASCŬĀLIS. *V.* PASCALIS.

PASCŬE, adverb. laute, *h. e.* pascuo abundante. *Apul.* 2. *Met.* In abacum pascue vinolentum. *Alii rectius leg.* In cacabum ad pascua jurulenta. *V. Pascuum* in fin. v. PASCUUS sub II.

PASCŬŌSUS, a, um, adject. idoneus ad pascendum, ut Pascuosa herba, *Apul. Herb.* 92.

PASCŬUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PASCŬUS, a, um, adject. *da pascolo*, νομαδικος, ad pascendum idoneus. *Plaut. Truc.* 1. 2. 47. Non arvus hic, sed pascuus est ager. *Cic.* 5. *de republ.* (edente *A. Maio*) 2. Ob easque causas agri arvi, et arbusti, et pascui lati atque uberes definiebantur. *Lucret.* 5. 1247. Pandere agros pingues, et pascua reddere rura. *Paul Dig.* 50. 16. 30. Pascua silva est, quæ pascuis pecudum destinata est. *Plin.* 18. *Hist nat.* 3. 3.

(11). Etiam nunc in tabulis censoriis pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat. — Hinc

Pascŭum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, (subaudi *solum*, aut quid simile) est locus ubi pecudes pascuntur: item ipsum pabulum, *pascolo, pastura, βόσκημα, νομή.*

I.) Proprie. — *a*) In sing. numero. *Varro* 2. *R. R.* 11. 2. Ad perpurgandum id, quod ab viridi pascuo etc. *Colum.* 8. *R. R.* 14. 8. Ne esuriens mittatur in pascuum. *et* 7. *ibid.* 1. 1. Rus, quod pascuo caret. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 47. 72. (189). Ovium genera duo, tectum et colonicum: illud mollius, hoc in pascuo delicatius; quippe quum tectum rubis vescatur. *Pallad.* 12. *R. R.* 13. Donec agni pascuum matribus possint habere commune. — *b*) Sæpius in plurali utimur. *Cic.* 1. *leg. Agr.* 1. 3. Utrum hanc silvam in relictis possessionibus, an in censorum pascuis invenisti? *Horat. Epod.* 1. 27. Pecusve Calabris ante sidus fervidum Lucana mutet pascua. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 44. 61. (126). Exire in pascua. *Virg.* 3. *G.* 323. In saltus utrumque gregem atque in pascua mittes. *Catull.* 20. 10. Meis capella delicata pascuis In urbem adulta lacte portat ubera. *Ovid.* 1. *Fast.* 243. Hic, ubi nunc Roma est, incædua silva virebat: Tantaque res paucis pascua bubus erat. *et* 4. *ibid.* 476. pascua læta. *Id.* 2. *Met.* 689. herbosa.

II.) Translate significat cibos in usum hominum. *Apul.* 2. *Met.* Quæ (*ancillula*) suis dominis parabat viscum fartim concisum, et pulpam frustatim consectam in cacabum ad pascua jurulenta.

PASSA, æ, f. 1. *V.* PASSUM.

PASSĀLES et oves, et gallinæ appellantur, quod passim pascuntur. *Paul. Diac.* p. 222. 19. *Müll.*

PASSĀRĬÆ Ficus, *fichi seccati al sole,* ad solem passæ. *Capitolin. Albin.* 11. *V.* CALLISTRUTHIA.

PASSĀRĪNUS. *V.* PASSERINUS.

PASSER, ĕris, m. 3. στρουθός et σιτοφάγος, ut in *Gloss. Philox.* dicitur, avis salacissima (It. *passera;* Fr. *moineau, passereau*; Hisp. *gorrion, pardal;* Germ. *der Sperling;* Angl. *a sparrow*).

I.) Proprie. — *a*) Stricto sensu. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 36. 52. (107). Passeri minimum vitæ, cui salacitas palumbis par. Mares negantur anno diutius durare, argumento, quia nulla veris initio apparet nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit. Feminis longiusculum spatium. *et ibid.* 38. 54. (111). Avium ambulant aliquæ, ut cornices: saliunt aliæ, ut passeres. *Id.* 18. *ibid.* 17. 45. (160). Pestem a millo atque panico, sturnorum, passerumve agmina, scio abigi herba, cujus nomen ignotum est. *Id.* 30. *ibid.* 15. 49. (141). Venerem concitant passeres in cibo, vel ova eorum. *Cic.* 2. *Fin.* 23. 75. Voluptas, quæ passeribus nota est omnibus, a nobis intelligi non potest? *Id.* 1. *Divinat.* 33. 72. *et* 2. *ibid.* 30. 63. Apud Homerum Calchas ex passerum numero belli Trojani annos auguratus est. — *b*) Turpem sententiam hoc nomine obtegere videntur *Catull. carm.* 2. *et* 3.; *Martial.* 11. 6. *V.* STRUTHIO, et TURTUR. — *c*) Habet locum in blanditiis. *Plaut. Cas. a.* 1. *v.* 50. Meus pullus passer, mea columba, mi lepus. *V.* PASSERCULUS in fin.

II.) Improprie. ¶ 1. *Passer marinus* est struthiocamelus, *struzzo,* omnium avium maximus, Græce στρουθός: *marinus* autem, quia peregrinus est, et trans mare advehitur. *Plaut. Pers.* 2. 2. 17.; *Auson. in fin. epist.* 11.; et *Paul. Diac.* p. 222. 16. *Müll.* — Etiam absolute *passer* est struthiocamelus. *Inscript.* apud *Gruter.* 484. 6. VENATIONE PASSERUM, DENIS BESTIIS ET QVATVOR FERIS DENTATIS ET QVATVOR PARIBVS (*gladiatorum*) FERRO DIMICANTIBVS. ¶ 2. Est etiam *passer* marinus piscis ex genere planorum. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 20. 36. (72). Marinorum alii sunt plani, ut rhombi, soleæ ac passeres, qui a rhombis situ tantum corporum differunt. Dexter hic resupinatus est illis, passeri lævus. *Ovid. Halieut.* 124. Fulgentes soleæ candore, et concolor illis Passer. Adde *Horat.* 2. *Sat.* 8. 20.; et *Colum.* 8. *R. R.* 16. 7. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PASSĔRĀRĬUS. *V.* CALLISTRUTHIA.

PASSĔRĀTIM, adverb. a *passer,* affertur a *Charis.* 2. p. 162. *Putsch.,* nullo tamen auctore laudato.

PASSERCŬLA, æ, f. 1. deminut. passeris, *passeretta.* Translate dicitur de puella. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 6. Tum ego: Quid autem passerculam nostram, Gratiam minusculam, existimas modo facere? *h. e.* Gratiam, filiam parvulam Frontonis.

PASSERCŬLUS, i, m. 2. deminut. στρουθίον, parvus passer. *Cic.* 2. *Divinat.* 30. 65. Cur autem de passerculis conjecturam facit? — Et figurate *Plin.* 9. *Ep.* 25. Tu passerculis et columbulis nostris inter aquilas vestras dabis pennas. *h. e.* juvenibus, qui carmina componere conantur. — Usurpatur interdum in blanditiis amantium. *Plaut. Asin.* 3. 3. 76. Dic me tuum passerculum, gallinam, coturnicem. *V.* PASSER I. *c.*

PASSĔRĪNUS, a, um, adject. ad passerem pertinens. *Pomponius* apud *Non.* p. 112. 7. *Merc.* Ut te objectes frustatim passerinum prandium. *h. e.* ita discerptum, et minutatim concisum, ut passerum cibus esse possis. *Plin. Valerian.* 1. 19. p. 169. ed. *Ald.* Passerini ovi alborem cum melle Attico mixtum inunges, clareque videbis. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PASSERNĪCES, vox Celtica, qua significantur cotes aciem aqua trahentes. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 47. (165).

PASSĪBĬLIS, e, adject. *passibile,* qui pati potest. *Arnob.* 7. 5. Quidquid vexatur rei alicujus motu, passibile esse constat et fragile. Adde *Tertull. advers. Prax.* 29.; et *Prudent. Apoth.* 74.; et *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 7. Sic *Capell.* 4. p. 108. Secunda species est earum qualitatum, quas recte passibiles dixerimus, ut dulce atque amarum, calidum vel frigidum; non quod ex his eædem substantiæ aliquid patiantur, sed quod sensus nostros aliquid pati cogant.

PASSĪBĬLĬTAS, ātis, f. 3. *passibilità,* aptitudo ad recipiendam passionem. *Arnob.* 2. 26. Quod autem est promptum atque expositum passioni, corruptibile esse ipsa possibilitate interveniente denunciatur.

PASSĪBĬLĬTER, adverb. patiendo. *Tertull. Anim.* 45. Anxie et passibiliter in somniis conterreri.

PASSIM, adverb. a supino *passum* verbi *pando, is,* quasi late et expandendo se, est sparsim, huc illuc sine ordine, omnibus locis, undique, ἀπαντα χῆ (It. *quà e là, senz'ordine, disordinatamente, sparsamente, da per tutto;* Fr. *çà et là, sans ordre, en desordre, de coté et d'autre, de toutes parts, partout;* Hisp. *acá allá, desordenadamente, de todas partes, per todas partes*; Germ. *weit und breit herum zerstreut und ohne Ordnung, daher weit und breit, allenthalben, überall, aller Orten, an vielen Stellen, allenthalben hin, nach allen Richtungen, nach allen Seiten hin;* Angl. *here and there, up and down, loosely, scatteredly, without order, at random, all over, every where, every way*).

I.) Proprie. — *a*) Dicitur de iis, qui nullo ordine sed distracti eunt, vel procedunt, et est sparsim et nullo ordine. *Cæs.* 2. *B. C.* 38. Numidæ quadam barbara consuetudine nullis ordinibus passim consederant. *Brutus* ad *Cic.* 11. *Fam.* 13. Antonius itinera fecit multo majora fugiens, quam ego sequens: ille enim iit passim, ego ordinatim. *Asellio* apud *Servium* ad *Virg.* 12. *Æn.* 121. Triariorum quartum signum accedebat, sive pilatim, sive passim iter facere volebat. *o con ristretta, o con larga e sparsa ordinanza. Stat.* 11. *Theb.* 758. nulli sua signa suusque Ductor: eunt taciti passim. *Quintil. declam.* 4. 13. *extr.* Ista credis passim fortuitoque disposita? *Virg.* 4. *Æn.* 162. Et Tyrii comites passim diversa per agros Tecta metu petiere. — *b*) De iis, qui in diversis locis versantur, neque in unum collecti agunt, et est sparsim, omnibus locis, undique. *Plaut. Trin.* 4. 1. 13. Absque foret te, sat scio in alto Distraxissent disque tulissent satellites tui me miserum fœde, Bonaque item omnia una mecum passim cæruleos per campos. *Cic.* 1. *Orat.* 42. 191. Interea tamen, dum hæc, quæ dispersa sunt, coguntur, vel passim licet carpentem et colligentem undique repleri justa juris civilis scientia. *Virg.* 2. *Æn.* 364. Plurima perque vias sternuntur inertia passim Corpora. *et* 3. *ibid.* 510. passim in litore sicco Corpora curamus. *Tac. Agric.* 37. Passim arma et corpora et laceri artus. *Cic. Sull.* 15. 42. Tabulas non occultavi, non continui domi; sed describi ab omnibus statim librariis, dividi passim et pervulgari atque edi populo Romano imperavi. *Id. Mur.* 35. 73. Senatus num crimen putat ad prandium invitare? Minime; sed vulgo, passim. Quid est vulgo? Universos. *Liv.* 22. 12. Pabulum et ligna nec pauci petebant, nec passim. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 43. (145). Asparagi aliud genus passim etiam in montibus nasci. *Id.* 26. *ibid.* 12. 77. (125). Passim et in quacumque parte corporis nascuntur furunculi. *Quintil.* 4. 1. 70. Non tamen hæc, quia possunt bene aliquando fieri, passim facienda sunt. *Lactant.* 2. 6. *ad fin.* Eo passim confugerunt ex finitimis locis pessimi quique. — Hinc sæpe componitur cum verbis currendi, vagandi, volandi. *Lucret.* 2. 9. Despicere unde queas alios passimque videre Errare atque viam palantes quærere vitæ. *Cic.* 2. *Divinat.* 38. 80. Volucres huc et illuc passim vagantes. *Id.* 2. *Orat.* 6. 23. Volucres passim ac libere, solutas opere, volitare. *Id. Rosc. Am.* 46. 135. Passim per forum volitat cum magna caterva togatorum. *Id. Fontej.* 11. 23. Hi contra vagantur læti atque erecti passim toto foro. *Virg.* 6. *Æn.* 887. sic tota passim regione vagantur. *Liv.* 40. 33. Sparsi enim toto passim campo se diffuderunt. *Id.* 2. 23. Multis passim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur. — *c*) Et de oratione. *Lucret.* 2. 688. Quin etiam passim nostris in versibus ipsis Multa elementa vides etc. *Id.* 6. 29. Exposuit-Quid-mali foret in rebus mortalibu' passim. *Quintil. procem.* 16. Hæc, quæ velut propria philosophiæ afferuntur, passim tractamus omnes.

II.) Translate. ¶ 1. Est idem ac sine discrimine, promiscue, *indistintamente, senza regola, o riguardo. Tibull.* 2. 3. 41. Glans aluit veteres, et passim semper amarunt. *Justin.* 43. 1. 4. Ut Saturnalibus, exæquato omnium jure, passim in conviviis servi cum dominis recumbant. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 117. Scribimus indocti doctique poemata passim. ¶ 2. Item est temere et sine ratione. *Lactant.* 3. 9. Ego hunc puto, non invenientem quod responderet, effudisse hoc passim, ne taceret.

PASSĬO, ōnis, f. 3. (patior) perpessio, *passione, patimento,* πάθος.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Maximian. Gallus* 3. 42. Si nihil imminuit passio, nulla fuit. *Prudent.* 5. περὶ στεφ. 291. Pulcroque mortis exitu Omnis peracta ex passio. Usi sunt præterea *Tertull. advers. Valentinian.* 9. *extr.* et *advers. Gnost.* 13.; *Apul.* 2. *Dogm. Plat.* et *de Deo Socrat.*; et *Sever. Sulpic.* 2. *Hist.* 32. et alii hujus notæ. ¶ 2. Speciatim pro morbo usurpat *Firmic.* 2. *Mathes.* 12.; et *Cœl. Aurelian.* 1. *Acut.* 1., 2., 4. et alibi sæpissime; *Theod. Priscian.* 1. 6.; *Pallad.* 3. *R. R.* 31.; et *Veget.* 2. *Veterin.* 10. et alibi sæpe.

II.) Translate. ¶ 1. Passiones sunt accidentia, quæ in rerum natura contingunt. *Apul. de Mundo post init.* Verum aliæ sunt passiones, quum impulsu frigidioris aeris venti generantur. *et ibid. a med.* His passionibus contingit, ut quædam terræ exspirent halitus, aliæ vomant saxa, nonnullæ cœnum. ¶ 2. Pro ægritudine animi, seu perturbatione, sæpe *Augustin.*, præsertim in libris *de civitate Dei,* ubi notat 8. 17. τὸ πάθος verbum de verbo esse *passionem.* Sic *de nupt. et cupisc.* 33. Passio, inquit, in lingua Latina, maxime in usu loquendi Ecclesiastico, non nisi ad vituperationem consuevit intelligi. Item *Servius*

ad *Virg.* 2. *G.* 499. Ne Virgilius ei daret ceteras animi passiones, quas novimus et a bonis et a malis rebus venire.

PASSIŌNĀLIS, e, adject. ad passionem pertinens, patibilis. *Tertull. Testim. anim.* 3. Si Deus irascitur, corruptibilis et passionalis est, *h. e.* passioni subjectus. Adde *eumd. ibid.* 4.; et *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *n.* 83. — *Priscian. de præexerc. rhet. p.* 1340. *Putsch.* Sunt autem quædam allocutiones passionales, quædam morales, quædam mixtæ. Passionales sunt, in quibus passio, id est commiseratio perpetua induitur, ut: Quibus verbis uti potuisset Andromache mortuo viro.

PASSIVĒ, adverb. passivorum verborum more, *passivamente. Priscian.* 8. *p.* 791. *Putsch.* Lucilius: *A me auxiliatus si est*: passive, βοηθηθείς. — Pro passim, sparsim, sunt qui legunt apud *Apul.* 11. *Met.* Crines uberrimi per colla passive disposîti. Adde *Tertull. advers. Psych.* 2. Utroque autem loco est qui *passim* reponit, quod rectius videtur.

PASSIVĪTAS, ātis, f. 3. duo diversa significat; scilicet

A) A verbo *patior* est status vel conditio verbi passivi. *Palæm. p.* 1379. *Putsch.* Deponentia sunt, quod deponant passivitatem et sumant activitatem, quum passive enuncientur in *r* littera. Sic *M. Claud. Sacerd.* 1. 18. Deponens dictum est tribus (*de*) causis, vel quod passivitatem deponat, vel quod passivitatem in declinatione teneat et activitatem deponat, vel e contrario quod *r* literam deponere non potest. Adde *Asper. jun. p.* 1731. *Putsch.*; et *Probum p.* 1488.

B) Est frequentia promiscua: *passim. Tertull. Pall.* 4. *a med.* Quantum denotatui passivitas offert. *et Apolog.* 9. Suppeditante materias passivitate luxuriæ. *Salvian.* 7. *Gub. D.* 3. Quis conjugi fidem reddidit, immo quantum ad passivitatem libidinis pertinet, quis non conjugem in numerum ancillarum redegit? *V.* SUBVERBUSTUS; et PASSIVUS sub *B.*

PASSIVĪTUS, adverb. *universalmente,* idem ac passim. *Tertull. Pall.* 3. *sub fin. V.* INHABITO et voc. seq. sub *B.*

PASSĪVUS, a, um, adject. duo diversa significat, prout est *A*) A v. *patior*; aut *B*) Ab adverb. *passim,* h. e. a v. *pando.*

A) *Passivus* a v. *patior* ¶ 1. Generatim est qui pati potest, *passibile, παθητικός. Arnob.* 2. 31. Argumenta sunt præsto, quibus anima passiva atque interibilis invenitur. Adde *Apul. de Deo Socrat.,* ubi Dæmones vocat animalia ingenio rationabilia, animo passiva, quod sint iisdem, quibus nos, perturbationibus mentis obnoxii. ¶ 2. Speciatim *Passiva verba* a Grammaticis dicuntur, quæ passionem significant, ut *amor, verberor. Charis.* 2., *Diomed.* 1., *Priscian.* 8. et alii.

B) *Passivus* ab adverb. *passim,* h. e. a v. *pando,* ¶ 1. Generatim dicitur, qui promiscuus est et pluribus communis. Hinc *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 7. passivum nomen Dei dixit, quia et hominibus dictum est, Ego dixi, Dii estis. Sic *Firmic.* 5. *Mathes.* 1. passivas cupiditates, *h. e.* quas passim homines sectantur. ¶ 2. Speciatim passiva dicuntur, quæ, quum varia sint, sunt alia cum aliis permixta. *Apul.* 6. *Met.* Seminum passiva congeries. — Hinc

Passivus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est idem ac popularis. *Augustin. contra Adamant.* 24. Vagi Romanorum, quos passivos appellant. *Vetus Scholiast.* ad *Juvenal.* 8. 182. Populari passivo.

PASSĪVUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

PASSO, as, ĕvi, are, n. 1. passus fio, patior. *Theod. Priscian.* 1. 30. *de paronychiis.* Quibus vero etiam ungues passaverint, foliis myrti viridibus, vel malagranati tunsis cataplasmandi sunt, *h. e.* quibus ungues exciderint.

PASSOR, ōris, m. 3. nomen verbale a *pando,* qui pandit, agnoscitur a *Priscian. de XII. vers. Æneid. p.* 1272. *Putsch.*, nullo tamen auctore laudato.

PASSUM, i, n. 2. et

PASSUS, a, um. *V.* PANDO in fin.

PASSUS, a, um. *V.* PATIOR.

PASSUS, us, m. 4. *Passum,* pro *passuum* per synæresin. *Lucilius* apud *Gell.* 1. 16. Hunc mihi passum qui vicerit atque duobus. *Martial.* 2. 5. Sed duo sunt, quæ nos distinguunt, millia passum. — Ceterum *passus* a *passum* verbi *pando, is,* est extensio pedum in progrediendo, gressus, gradus, βῆμα (It. *passo*; Fr. *pas*; Hisp. *paso*; Germ. *der Schritt*; Angl. *a pace, step*).

I.) Proprie. *Ennius* apud *Non. p.* 378. 18. *Merc.* Hinc campos celeri passu permensa. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 33. Sequere me hac tres unos passus. *Lucret.* 4. 827. proferre viai Proceros passus. *Cic.* 1. *Legg.* 21. 54. Qui me ex nostris (*h. e.* Epicuri) pæne convellit hortulis deduxitque in Academiam perpaucullis passibus. *Id. Marcell.* 2. 5. Nec vero disjunctissimas terras citius cujusquam passibus potuisse peragrari, quam tuis non dicam cursibus, sed victoriis lustratæ sunt. *Virg.* 2. *Æn.* 723. dextræ se parvus Iulus Implicuit, sequiturque patrem non passibus æquis. *et* 7. *ibid.* 156. festinant jussi, rapidisque feruntur Passibus. *et* 11. *ibid.* 907. nec longis inter se passibus absunt. *Val. Flacc.* 5. 357. jam passibus ægris Dilapsæ cum prole nurus. *Ovid.* 2. *Met.* 572. dum per litora lentis Passibus, ut soleo, summa spatiarer arena. *et* 772. passuque incedit inerti. *et* 13. *ibid.* 533. ad litus passu processit anili. *et* 2. *Fast.* 741. cito passu petere aliquem. *Lucan.* 4. 271. effuso decurrere passu. *Ovid.* 1. *Met.* 532. admisso sequitur vestigia passu. *Stat.* 5. *Silv.* 2. 61. deside passu ire. *Ovid.* 11. *Met.* 64. conjunctis spatiantur passibus ambo. *Stat.* 3. *Theb.* 454. associare passus alicui. *h. e.* simul ire. — Et figurate. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (18). Hæc est ad æternam gloriam via: hac proceres iere Romani: hac nunc cælesti passu vadit maximus omnis ævi rector Vespasianus. *Ovid.* 3. *Trist.* 7. 36. senectus strepitum passu non faciente venit. *et* 5. *ibid.* 8. 15. Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de vestigio. *Ovid. Heroid.* 19. 27. Sæpe tui specto si sint in litore passus. *Id.* 2. *Pont.* 6. 21. Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci. *a piè fermo.* ¶ 2. Sumitur etiam pro mensura, ita dicta a pedibus passis, idest extensis. Duplex est. Primus dicitur simplex, et minor, et a nonnullis *gressus,* et est mensura duorum pedum et dimidii. Tantum enim fere in progrediendo spatii est inter digitos prioris pedis et calcaneum posterioris. Secundus dicitur major, et geometricus, quod eo peculiariter geometræ utantur, et constat ex quinque pedibus, sive ex duobus gressibus, idest ex passu minore geminato. Et de hoc intelligendum est, quum dicimus, milliaria singula constare ex mille passibus, et generaliter, quoties apud scriptores passus mentio occurrit. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 23. 21. (85). Stadium centum viginti quinque nostros efficit passus, hoc est pedes sexcentos viginti quinque. *Cic.* 7. *Phil.* 9. 26. Nec exercitum propius urbem millia passuum ducenta admoverit. *Id. Quinct.* 25. 79. Non toto triduo DCC. millia passuum conficiuntur. *Id. Sext.* 12. 29. Edixit, ut ab urbe abesset millia passuum ducenta.

PASTA, æ, f. 1. *pasta, πάστη,* farina aqua subacta, et in massam conversa: a πάσσω *inspergo. Marcell. Empir.* 1. *a med.* Rasamen pastæ, quod in magide adhæret. *Id. c.* 30. *p.* 131. ed. *Ald.* Ita ut scammoniam coquas, ut minus lædat. Coques enim sic: mittes in pastam, et deinde mittes in furnum, ut eum ea coquatur.

PASTĪCUS, a, um, adject. qui pastus est, ut Pasticus agnus, qui a lacte remotus jam herbas pascere cœpit. *Apic.* 8. 6.

PASTILLĀRĬUS, ĭi, m. 2. qui pastillos facit. *Inscript.* apud *Murat.* 527. 5. insculpta ann. a Chr. n. CCCCXXXV., quæ est apud *Orell.* 4112. PATRONVS CORPORIS PASTILLARIORVM.

PASTILLĪCANS, antis, particip. ab inusit. *pastillico,* pastilli figuram repræsentans. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 8. 25. (49). Luteus bellio pastillicantibus barbulis coronatur. *Sipontinus* legit *patulicantibus.* h. e. patulis, patentibus. Verum prior lectio in optimis quibusdam editionibus invenitur, et ab ipso *Sillig.* probatur.

PASTILLĪTAS, ātis, f. 3. forma et natura pastilli. *Theod. Priscian.* 4. 2. *ante med.* Asclepiades ait, essentiam seminis universalis hominum, vel animalium, item principalis corpusculi intellectu sensam, subjectam autem sibi pastillitatis cruditatem, hoc est novum cibum acceptum, sive nova subinde nutrimenta.

PASTILLŪLUS, i, m. 2. *deminut. a* pastillus. *Marcell. Empir. c.* 16. *p.* 109. ed. *Ald.* Eam spissitudinem habeat, ut pastilluli fieri possint, non tamen grandes.

PASTILLUM, i, n. 2. (pastillus). ¶ 1. Est universim parvus panis. *Varro* apud *Charis.* 1. *p.* 24. *Putsch.* ¶ 2. Speciatim in sacris est libi genus rotundi. *Festus* p. 250. 30. *Müll.*, quocum cf. *Paul. Diac. p.* 251. 13.

PASTILLUS, i, m. 2. (panis). *Paul. Diac. p.* 222. 18. *Müll.* Pastillus forma panis parvi utique deminutivum est a pane. et *Charis.* 1. *p.* 69. *Putsch.* Deminutione autem panis pastillus dicitur, ut hodieque in Italia rusticos dicere animadvertimus. *Döderlin. Latein. Synon. T.* 6. *p.* 258. deminutivum voc. παστόν (V. *Hesych.* voc. παστά) esse monuit. It. *pastello,* τροχίσκος.

I.) Proprie. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 12. 14. (29). Radix succo madet, qui aut per se conditur, aut pastillis farinæ ervi.

II.) Translate. ¶ 1. Est aridum medicamentum ex quibusdam metallicis diligenter contritis plerumque confectum, quæ humore aliquo non pingui junguntur, et rursus coacta inarescunt, atque ubi utendum est, ejusdem generis humore diluuntur, illinunturque vulneribus, *trocisco.* Differt ab emplastro, quod utique liquati aliquid accipit, et non illinitur, sed imponitur: item a malagmate, quod maxime ex floribus fit, eorumque surculis. *V. Cels.* 5. 17. *n.* 2. unde hæc sumpsimus, *et* 5. 20., ubi varia eorum genera atque usus recenset. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 22. 43. (126). Radicem tundunt in pila, et succum in sole coctum dividunt in pastillos. *Id.* 12. *ibid.* 27. 60. (131). Digerere aliquid in pastillos. *Id.* 20. *ibid.* 1. 2. (3). cogere. *et* 25. *ibid.* 13. 95. (152). densare. *et ibid.* 12. 91. (143). diluere. *et* 20. *ibid.* 18. 76. (199). terere. ¶ 2. Dicitur et de pilulis unguentariis, quæ odoris gratia gestantur. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 27. et 4. 92. Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. *pastiglie.* Cf. *Senec. Ep.* 86.; et *Martial.* 1. 87.; et V. *Clement. Alexandr. Pædag.* 3. 3.

PASTĪNĀCA, æ, f. 1. ¶ 1. Est herba generis cartilaginei, saporisque vehementis et fervidi; cujus una species agrestis, sponte proveniens, σταφυλῖνος Græce dicta: altera seritur radice, vel semine, primo vere, vel auctumno. Annicula utilis esse incipit, bima utilior. Tertia species hibiscum dicitur, a pastinaca sola gracilitate distans: quarta, Gallica, Græce δαῦκον. Postrema hæc in quatuor rursus dividitur species. V. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 27. (88). et 25. *ibid.* 9. 64. (112). *Isid.* 17. *Orig.* 10. Pastinaca vocata, quod radix ejus præcipuus pastus sit hominis; est enim odoratu jucunda, cibo delectabilis. ¶ 2. Item piscis planus, Græce τρυγών, radium habens super caudam eminulum quincunciali magnitudine, cujus ictus venenati sunt. Arbores infixus radici necat, arma ut telum perforat, vi ferri, et veneni malo. Eo latrocinatur ex occulto, transeuntes pisces quasi telo figens. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 42. 67. (144). *et ibid.* 48. 72. (155).; et *Cels.* 6. 9. *ad fin.*

PASTĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. actus pastinandi, *divelto, scasso, pastinazione,* βωλοστροφία.

I.) Proprie. *Colum.* 3. *R. R.* 12. 6. Pastinationem suscipere. *et ibid.* 13. 6. Pastinationis destinata altitudo.

II.) Translate est ipsa humus pastinata. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 17. Pastinatio vitibus conserenda est. *Id.* 3. *ibid.* 15. 1. Seritur vitis in emundata inoccataque et æquata pastinatione. *et ibid.* 3. 15. Pastinationis reditus.

PASTĪNĀTOR, ōris, m. 3. *zappatore,* σκαπτήρ, qui pastinat. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 12. Qua pastinator sulcum facturus est.

PASTĪNĀTUM, i, n. 2. a particip. *pastinatus,* substantivorum more (subaudi *solum*), est solum

pastinatum. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 7. Neque enim parum refert, suspensissimum esse pastinatum, et, si fieri possit, vestigio quoque inviolatum. *et ibid.* 3. 11. Viviradices, quæ de pastinato eximuntur. *et* 16. 1. Exigue humidum pastinatum sationi convenit. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (172). Vineam in pastinato serere.

PASTĪNĀTUS, a, um. *V.* PASTINO.

PASTĪNĀTUS, us, m. 4. idem ac pastinatio. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 20. 32. (143). Alba populus seritur bipedaneo pastinatu. *At* Sillig. *legit* pastinato.

PASTĪNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Pastinatus* et *Pastinandus*. — Pastinare est terram fodere et præparare, ut in ea pastino pangi quid possit, *divegliere, scassare, zappare*, βωλοστροφέω, σκάπτω: præsertim quum vites serere volumus. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 6. Nunc pastinandi agri propositum est rationem tradere. Ac primum omnium ut sive arbustum, sive silvestrem locum vineis destinaverimus, omnis frutex atque arbor erui ac submoveri debet, ne postea fossorem moretur, neve jam pastinatum solum jacentibus molibus imprimatur. Sic *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (159). Solum in seminario, sive in vinea bidente pastinari debet ternos pedes bipalio alto. *Id.* 18. *ibid.* 26. 65. (240). Pastinare vineas. *et* 14. *ibid.* 1. 3. (14). *et* 4. 5. (50). Pastinatæ de integro vineæ. *Pallad.* 2. *R. R.* 10. Ubi mundæ sunt novales, scrobibus pastinemus, aut sulcis.

PASTĪNUM, i, n. 2. *ferramento biforcuto da piantare, gruccia.*

I.) Proprie. *Colum.* 3. *R. R.* 18. 1. Pastinum vocant agricolæ ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. *Id. ibid.* Prætorto capite et recurvato, ne pastinum effugiat, semen demergere. *et* § 6. Pangendi optima est ratio recti malleoli, cujus imum caput quum consertum est bifurco pastini, angustis faucibus ferramenti facile continetur ac deprimitur.

II.) Translate. ¶ 1. Est pastinatio. *Pallad.* 2. *R. R.* 10. Pastinum fit tribus generibus, aut terra in totum fossa, aut sulcis, aut scrobibus. *Id.* tamen 3. *ibid.* 9. *sub fin.* pastinum a scrobe, et sulco distinguit. Est enim proprie pastinum, quum terra tota foditur, et ad semina recipienda præparatur: improprie quum scrobibus aut sulcis id fit. ¶ 2. Item pastinatum, h. e. ipsa terra pastinata, præsertim quæ vitibus conserendis destinatur. *Id. ibid. a med.* Non est uno genere vitium omne pastinum conserendum. *Id.* 1. *ibid.* 7. Studendo famæ tantum, et latitudini pastinorum. *et ibid.* 34. Semper altius tribus vel quatuor pedibus, ad pastini similitudinem, fodies hortulum. *Ulp. Dig.* 24. 3. 7. *extr.* Pastinum instituere. *fare una vigna.* Al. leg. *piscinam.*

PASTĬO, ōnis, f. 3. (pasco) actus pascendi et alendi pecora et hujusmodi animalia, *νομή, il pasturare e mantenere animali.*

I.) Proprie, h. e. abstracte. *Varro* 1. *R. R.* 2. 13. Tota pastio, quæ conjungitur a plerisque cum agricultura, magis ad pastorem, quam ad agricolam pertinere videtur. *Id.* 3. *ibid.* 2. 13. Duo genera quum sint pastionum: unum agreste, in quo pecuariæ sunt, alterum villaticum, in quo sunt gallinæ ac columbæ et apes et cetera, quæ in villa solent pasci. *Colum.* 8. *R. R.* 1. 2. Quippe villaticæ pastiones, sicut pecuariæ, non minimam colono stipem conferunt.

II.) Figurate, h. e. concreto, uti ajunt, sensu, est locus pascendis animalibus idoneus, et ipsum pabulum, *luogo da pascolo, pastura. Varro* 1. *R. R.* 12. 1. Dandum operam, ut potissimum sub radicibus montis silvestris villam ponas, ubi pastiones sint latæ. *Cic. leg. Manil.* 6. 14. Asia opima et fertilis, et ubertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine pastionis. *Varro* 2. *R. R.* 10. 2. Qui pascunt, eos cogere oportet in pastione diem totum esse.

PASTĪTO, as. n. 1. *V.* PASCITO.

PASTŌMIS. *V.* POSTOMIS.

PASTŎPHŎRI, ōrum, n. plur. 2. παστοφόροι (a παστός *thalamus, ædicula* et φέρω *porto*), sacerdotes præsertim apud Ægyptios, ita appellati, quia in pomparum solemnitate Deorum simulacra ædiculis ligneis ac deauratis, (ut narrat *Herodot. l.* 2. *c.* 63), inclusa circumferebant; quemadmodum etiam apud nos circumforanea mendicabula solent Sanctorum imagines sculptas, pictasve ita plebi venerandas osculandasque, stipis captandæ causa, offerre. *Apul.* 11. *Met.* Sed et antistites sacrorum, proceres illi potentissimorum deum proferebant insignes exuvias, quorum secundus manibus ambabus gerebat altaria, id est auxilia, quibus nomen dedit proprium deæ (*Isidis*) summatis auxiliaris providentia. *et mox.* Paullatim progressi jam ripam maris proximamus. Ibi deum simulacris rite dispositis, etc. *et mox.* Sacrorum geruli sumptis rursum, quæ quisque detulerant, alacres ad fanum reditum capessunt similis ritu pompæ decori. At quum ad ipsum jam templum pervenimus, sacerdos maximus, quique divinas effigies progerebant, intra cubiculum deæ recepti, disponunt rite simulacra spirantia. Tum ex his unus, quem cuncti grammatea dicebant, pro foribus assistens, cœtu pastophororum, quod sacrosancti collegii nomen est, velut in contionem vocato, indidem de sublimi suggestu, de libro, de litteris fausta vota præfatus, etc. *et paullo post.* De pastophoris unum conspexi statim. *et ad fin.* Ac, ne sacris suis gregi cetero permixtus deservirem, in collegium me pastophororum suorum adlegit. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 230., quæ est apud *Orell.* 62. COLLEGIVM PASTOPHORORVM INDVSTRIENSIVM. Effigiem pastophori videre est apud *Torremuzza Inscript. Sicil. p.* 308., et pastophoræ apud *Visconti. Mus. Pio Clem. T.* 7. *tab.* 6.

PASTŌPHŌRĬUM, ii, n. 2. παστοφόριον, conclave prope templum, in quo degebat unus, pluresve pastophori, deorum simulacra ibidem custodientes. Hujus pastophorii mentio est in Græca *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 37. 2. *Hieronym.* 7. in *Isaj.* 22. 15. *Sochen* שֹׁכֵן autem vel tabernaculum interpretatur, vel pastophorium, hoc est thalamus, in quo habitat præpositus templi.

PASTOR, ōris, m. 3. qui pascendorum animalium et in pastione custodiendorum curam habet, ποιμήν, νομεύς (It. *pastore*; Fr. *berger, pâtre, pasteur*; Hisp. *pastor*; Germ. *der Hirt, bes. d. Schaafhirt, Schäfer*; Angl. *a shepherd, herdsman, pastor*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 141. Pastores pecuaque salva servassis. *Cæs.* 1. *B. C.* 24. Servos pastores armat, atque his equos attribuit. *Horat.* 3. *Od.* 29. 21. Jam pastor umbras cum grege languido, Rivumque fessus quærit. *Liv.* 9. 2. Milites decem pastorum habitu mittit; pecoraque diversos, alium alibi, haud procul Romanis pascere jubet præsidiis. — Sæpius dicitur de opilione et caprario, *pecorajo, caprajo*: unde a bubulco distinguitur in illo *Juvenal.* 11. 151. Pastoris duri est hic filius, ille bubulci. — Tiberius Aug. præsidibus onerandas tributis provincias suadentibus, rescripsit: Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. *Sueton. Tib.* 32.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe dicitur de avium altilium custode. *Varro* 3. *R. R.* 6. 5. Pastorem pavonum cum batillo circumire oportet, ac stercus tollere. *et* 7. 5. Pastorem columbarium quoquot mensibus oportet everrere. *Colum.* 8. *R. R.* 2. 7. *de gallinis.* Parandi modus est ducentorum capitum, quæ pastoris unius curam distendant. *Paul. Dig.* 32. 1. 66. Pastores anserum. ¶ 2. Pastorem populi, ποιμένα λαῶν, regem, aut ducem exercitus, item Ecclesiæ, et animarum curatorem recte dicimus, poetice loquendo: nam in prosa oratione, et in agendo, non probatur a *Quintil.* 8. 6. 18., ut justo humilior. Metaphora enim, inquit, aut vacantem occupare locum debet, aut, si in alienum venit, plus valere eo, quod expellit. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PASTŌRĂLIS, e, adject. *pastoreccio, pastorale*, ποιμενικός, ad pastorem pertinens.

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Divinat.* 48. 107. Romuli auguratus pastoralis, non urbanus fuit. *Varro* 2. *R. R.* 1. 5. Pastoralis vita. *Colum. proœm. l.* 1. *R. R.* 25. scientia. *Id.* 7. *ibid.* 12. 3. et 8. canis. *Liv.* 9. 36. habitus. *Ovid.* 2. *Fast.* 365. juventus. *Vellej.* 1. 8. 5. manus. *h. e.* caterva pastorum. *Virg.* 7. *Æn.* 817. myrtus. *h. e.* qua pugnare solent pastores. Sic *Stat.* 1. *Theb.* 300. hi Paphias myrtos a stirpe recurvant, Et pastorali meditantur prælia trunco. *Sil. It.* 13. 334. Pastorale baculum. *Virg.* 7. *Æn.* 513. signum. *Stat.* 12. *Theb.* 268. tectum. *Nemesian.* 2. *Ecl.* 55.; et *Calpurn.* 7. *Ecl.* 22. O montana Pales, o pastoralis Apollo. *V.* ADMETUS in ONOM. — *Pastorale carmen* est idem ac bucolicum. *Terentian. p.* 2430. *Putsch.* Pastorale volet quum quis componere carmen, Tetrametrum absolvat, cui portio demitur ima, Quæ solido a verbo poterit connectere versum; Bucolicum siquidem talem voluere vocari. *V.* BUCOLICUS.

II.) Translate, apud Scriptores Ecclesiasticos, est pertinens ad episcopum, qui animarum pastor est. *Alcim. Avit. Ep.* 80. Pastoralis diligentia. *et* 87. Pastoralis sollicitudo.

PASTŌRĂLĬTER, adverb. more pastorum. *Venant.* 8. *in epist. quæ est post carm.* 17. Pastoraliter desudet.

PASTŌRĬCĬUS *vel* pastoritius, a, um, adject. idem ac pastoralis. *Varro* 1. *R. R.* 2. 16. Quum homines pastoriciam vitam agerent. *Cic.* 1. *Att.* 16. *a med.* Itaque et ludis et gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας sine ulla pastoricia fistula auferebamus. *Id. Cœl.* 11. 26. Fera sodalitas, et plane pastoricia atque agrestis. *Apul.* 9. *Met.* Canes pastoricii.

PASTŌRĬUS, a, um, adject. idem quod pastoralis. *Ovid.* 2. *Met.* 682. quo te pastoria pellis Texit. *Id.* 13. *ibid.* 785. Pastoria sibila. *Id.* 4. *Fast.* 723. sacra. *h. e.* Palilia. *Flor.* 1. 17. 4. Pastorius habitus. *Calpurn.* 5. *Ecl.* 105. Pastoria virtus.

PASTŪRA, æ, f. 1. *pascolo*, pastio, pastus. *Pallad.* 10. *R. R.* 8. Usque in Majum mensem ejus pastura sufficiet.

PASTUS, a, um. *V.* PASCO.

PASTUS, us, m. 4. (pasco) pabulum, pastura, pastio, cibus animalium, *νομή, σίτησις* (It. *pastura, pascolo, pasto*; Fr. *nourriture*; Hisp. *alimento, comida*; Germ. *die Weide, Fütterung, das Futter*; Angl. *a feeding, grazing, pasturing, food, pasture*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Fin.* 34. 111. Bestiis terra fundit ex sese pastus varios atque abundantes. *et* 13. 40. Hominem, ut tardam aliquam et languidam pecudem, ad pastum et ad voluptatem ortum esse voluerunt. *Id.* 1. *Off.* 4. 11. Animantia aquirunt pastum et latibula. *Id.* 2. *Nat. D.* 47. 121. Pastum capessere et conficere. *et ibid.* 122. Animalia alia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt. *Virg.* 11. *Æn.* 494. *equus* in pastus armentaque tendit equarum. *Gell.* 2. 29. *a med.* Avis in pastum proficiscetur. *Lucan.* 2. 604. taurus redit in pastus. *Virg.* 1. *G.* 381. e pastu decedens agmine magno Corvorum increpuit densis exercitus alis. *Gell.* 9. 4. Pecudes pastu atque cultu opimæ.

II.) Translate. ¶ 1. De hominis cibo. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 1. 3. (9). Homines, quibus in pastu est, piscem olent. *Al. rectius leg.* impactus est. *Lucret.* 6. 1126. aut fruges persidit in ipsas, Aut alios hominum pastus pecudumque cibatus. ¶ 2. De abstractis et de animo. *Cic.* 11. *Phil.* 2. 4. Populari agros ad præsentem pastum mendicitatis suæ. *Id.* 5. *Tusc.* 23. 66. Mentem alere cum oblectatione solertiæ, unus suavissimus pastus animorum.

PĂTĂGĬĀRĬUS, ii, m. 2. qui patagia facit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 35. Caupones, patagiarii, indusiarii. *Inscript.* apud *Don. cl.* 8. *n.* 78. SEX. ANTONIVS L. ARISTVS MANVLEARIVS PATAGIARIVS. Adde *Paul. Diac. p.* 221. 2. *Müll.*

PĂTĂGĬĀTUS, a, um, adject. cui patagium adsutum est, ut Patagiata tunica, apud *Plaut. Epid.* 2. 2. 47. Cf. *Paul. Diac. p.* 221. 2. *Müll.* in v. PATAGIUM I.

PĂTĂGĬNO, as, are, n. 1. in modum patagii succresco. *Pelagon. Veterin.* 25. *a med.* Ad vulnera sordida, quæ pataginant. *che fanno orlicci gangrenosi.*

PĂTĂGĬUM, ii, n. 2. παταγεῖον. Ratione habita etymi, videtur esse a *πατάσσω percutio*, quia patagium scapulas pulsat, ut comæ flagellare ora dicuntur. *V.* FLAGELLO et PLAGELLUM. Est autem patagium id quod ornatus causa in muliebri veste circa collum, seu super scapulas addebatur, ut clavus in virili, *collaretto, pistagna*: *V.* tamen sub I. ad fin.

I.) Proprie. *Paul. Diac. p.* 221. 2. *Müll.* Patagium est, quod ad summam tunicam assui solet: quæ et patagiata dicitur et patagiarii, qui ejusmodi opera faciunt. *Non. p.* 540. 4. *Merc.* Patagium aureus clavus, qui pretiosis vestibus immitti solet. *Nævius ibid.* Pallis, patagiis, crocotis, manicis. *Tertull. Pall.* 3. Pavo est pluma omni patagio inauratior, qua terga fulgent. — Aliud vocis etymon aliamque ejusdem significationem attulit *Enn. Quir. Viscont.* in *Monum. Borghes. p.* XXVI. *not.* (27). *tab. B. edit. Mediol.*, dum nobile vas fictile prope Nolam circa ann. 1801. effossum illustraret, in quo Hippolyte, Amazonum regina, cum Theseo pugnans ex equo repræsentatur. Ea vero ibidem tunicam gerit cum fascia pectorali rhombis quibusdam distincta, seu scutulata, quam ipse patagium esse existimat, cujusque descriptionem affert ex *Hieronym.* in *Isaj.* 3. 24. Pro *fascia pectorali*, quam interpretatus est Symmachus, LXX. interpretes *tunicam μεσοπορφύρων*, id est *clavatam purpura* transtulerunt, quod Aquila *cingulum exsultationis* expressit, Theodotio ipsum verbum Hebraicum פְּתִיגִיל (*pethigil*) posuit, quod genus ornamenti muliebris est. Fascia pectus tegit, et eum possidet locum in feminis, quem rationale in pontificibus. Hactenus *Hieronymus*. Ex Hebraica igitur voce פְּתִיגִיל Græcum παταγεῖον est, atque inde Latinorum *patagium*, quod ideo ex *Viscontii* sententia non feminarum collum seu scapulas, sed ipsum pectus, quemadmodum clavus virorum, ornabat.

II.) Figurate. Ad crinium ornatum transtulit *Apul.* 2. *Met.* Uberes crines, leniter emissos, et cervice dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque sinuato patagio residentes, paullisper ad finem conglobatos, in summum verticem nodus adstrinxerat. *Scalig.* interpretatur: Capillus ab imo ad verticem summum nodo collectus humeros tegit patagii modo, et sinum in collo facit. Itali *treccia*, nostrates vulgo *scopelota* et *peta* dicunt.

PĂTĂGO, ĭnis, f. 3. *V.* voc. seq.

PĂTĂGUS, i, m. 2. παταγός, genus morbi, teste *Paul. Diac. p.* 221. 3. *Müll.*, idest, ut putat *Scalig.* in *Conject.*, capitis conquassatio, morbus pestilens, qui nullum sui relinquit indicium præter maculas in corporis partibus: a *πατάσσω pulso*, quod eo homines subito perculsi ac stupefacti moriantur. *Plaut.* quoque *in fragm.* apud *Macrob.* 5. *Saturn.* 19. hujus vocis meminit quum ait: *Me cum habet patagus æs morbus*: sed ne inde quidem explorati quidquam erui potest. — Est et alia forma *Patago, inis*, in *Gloss. Isid.* Ceterum *Atto, Polypt. p.* 58., hæc docet: Inter pataginem et patagium hoc differt: patago est exulceratio oris, quod quum intumuerit, pæne elinguem facit; patagium vero est pallium ex auro purpuraque variatum. *Id.* confirmant *Gloss. Placid.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 493. Pataginem quum propter pituitam non facile labra movent. Cl. autem *Gustavo Löwe* (*Prodromus Corporis Glossar. Latin. p.* 288.) verba *æs morbus*, tamquam interpretamentum *oris morbus*, e Plautino loco ejicienda videntur.

PĂTĂLIS, e, adject. idem ac patulus, ut *Bos patalis*, qui cornua diversa et valde expansa habet. *Paul. Diac. p.* 221. 1. *Müll.* et *Plaut. Truc.* 2. 2. 22. Ego me ruri hamaxari mavelim patalem bovem. Alii eod. sensu leg. *patulum*. *V.* PATULUS.

PATAMEN, ĭnis, n. 3. Falsa lectio: *V.* PATENS.

PĂTĂVĪNĪTAS, ātis, f. 3. proprietas, seu ratio sermonis Patavini. Refert *Quintil.* 1. 5. 56. et 8. 1. 3. Pollionem in T. Livii Historia Patavinitatem deprehendisse; hoc est peculiarem quamdam sermonis inflectendi rationem, quæ ab ipsius Romæ usu aliquantum discederet.

PĂTĔFĂCĬO, fācis, fēci, factum, fācere, a. 3. *et* PĂTĔFĪO, fis, factus sum, fieri, pass. anom. (pateo *et* facio). Secundam syllabam produxit *Lucret.* 4. 320. Atque patefecit, quas ante obsederat ater. Item 6. 1001. Causa patefiet *etc.*; quum tamen et ipse *Lucret.* alibi, et alii fere corripiant: *Lachmannus* divisim scripsit *pate fecit, pate fiet.* — Part. *Patefactus* I. 1. 2. et II.; *Patefacturus* et *Patefaciendus* II. — Patefacere est aperire, patentem facere, ἀνοίγω (It. *aprire, spalancare*; Fr. *ouvrir*; Hisp. *abrir*; Germ. *offen machen, öffnen, aufmachen, gangbar machen*; Angl. *to open, set or lay open, throw open*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est aperire, patentem facere. *Liv.* 2. 15. Hostibus potius, quam regibus, portas patefacere. *Propert.* 1. 16. 1. patefacta triumphis Janua. *Id.* 3. 19. *in fin.* Nec flenti dominæ patefiant nocte fenestræ. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 55. (150). Morientibus operire oculos, rursusque in rogo patefacere. *Cic.* 1. *Off.* 26. 91. Patefacere aures assentatoribus. *Cæs.* 3. *B. G.* 1. Iter per Alpes patefieri volebat. Cf. *Cic.* 2. *Nat. D.* 56. 141. In ea parte oris, qua esculentis et potulentis iter natura patefecit. *et* 13. *Fam.* 78. Huic ego aditum ad tuam cognitionem patefacio et munio. *Virg.* 2. *Æn.* 259. Laxat claustra Sinon: illos patefactus ad auras Reddit equus. *Laurea Tull.* apud *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 3. (8). Locus patefecit fontem. *Liv.* 28. 14. *a med. et* 22. Patefacere ordines, aciem. *aprire e allargare l'ordinanza, le file.* ¶ 2. Prægnante, uti ajunt, significatione, ut ἀνοίγω, est ad locum vel regionem aliquam aditum seu viam facere, in regionem aliquam primo penetrare. *Cæs.* 7. *B. G.* 8. Discussa nive VI. in altitudinem pedum, atque ita viis patefactis, summo militum labore ad fines Arvernorum pervenit. Cf. *Tibull.* 1. 3. 35. Quam bene Saturno vivebant rege, priusquam Tellus in longas est patefacta vias. *Nepos Hann.* 3. Loca patefecit, itinera muniit. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 27. ALPES BELLO PATEFACTAE. *Cic. pro leg. Manil.* 8. 21. Patefactumque nostris legionibus esse Pontum, qui ante populo Romano ex omni aditu clausus fuisset. ¶ 3. Item est patentem, h. e. manifestum facere. *Ovid.* 9. *Met. in fin.* Postera lux radiis latum patefecerat orbem. *h. e.* illuminaverat, illustraverat, ut ait *Forcellinus.* ¶ 4. Item aperiendo facere aliquid. *Ovid.* 3. *Met.* 104. et presso sulcum patefecit aratro. *h. e.* terram aperiendo sulcum duxit.

II.) Translate ponitur pro detegere, deprehendere, declarare, manifestare, palam facere, ostendere, divulgare. *Ter. Phorm.* 5. 4. 6. Si hoc celatur, in metu; sin patefit, in probro sum. *Lucret.* 6. 1000. facile hinc ratio reddetur, et omnis Causa patefiet, quæ ferri pelliciat vim. *Ovid.* 9. *Met.* 314. junctasque manus patefacta remisit Diva potens uteri. *h. e.* detecta, deprehensa, *scoperta*. Sic *Cic.* 3. *Cat.* 6. 15. Lentulus patefactus indiciis et confessionibus suis. *Id. Sull.* 2. 4. Conjuratio patefacta. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 6. Racilius rem patefecit. *Id.* 1. *Att.* 13. Neque hoc tempore, nec antea patefecisset odium suum in me. *Id. Amic.* 26. 97. Patefacere verum et illustrare. *Id.* 6. *Fam.* 10. Liberto tuo me totum patefeci. 5. *Id. Mil.* 37. 103. Patefacere et proferre. *Id.* 1. *Divinat.* 39. 86. Neque ante philosophiam patefactam, quæ nuper inventa est, hac de re communis vita dubitavit. *Id. Sull.* 16. 45. Veritatem patefactam contaminare aliquo mendacio. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 39. 122. Potest fieri, ut patefacta et detecta mutentur. *Id. ibid.* 14. 44. Quumque ipsa natura accuratæ orationis hoc profiteatur, se aliquid patefacturam. *Id. Flacc.* 2. 5. Qui ea proferenda et patefacienda curavit. — Singulare est illud *Tac. Agric.* 14. Monam insulam, ut vires rebellibus ministrantem, adgressus, terga occasioni patefecit. *h. e.* abscedens occasionem præbuit, ut rebelles eum a tergo adorirentur.

PĂTĔFACTĬO, ōnis, f. 3. *aprimento*, ἀνοιξις apertio.

I.) Proprie. *Theod. Priscian.* 1. 19. *p.* 295. *retro.* ed. *Ald.* Si vero etiam nervus fuerit vulneratus, in quo grave periculum frequenter evenit, cujusque patefactio prius custodienda est etc. Adde *eumd.* 3. 4. *p.* 309. Sic *Gloss. Placid.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 497. Rictus vocatur omnis patefactio oris.

II.) Translate est manifestatio. *Cic.* 2. *Fin.* 2. 5. Atqui hæc patefactio quasi rerum opertarum, quum, quid quidque sit, aperitur, definitio est.

PĂTĔFACTUS, a, um, *et*

PĂTĔFĪO, fis, factus sum, fieri. *V.* PATEFACIO.

PĂTELLA, æ, f. 1. *deminut.* patinæ, sed idem fere significans. Est autem vas fictile, aut æreum, cibis tum coquendis, tum mensæ inferendis idoneum, λοπάς (It. *padella, tegame, o piatto, piattello*; Fr. *petit plat servant à cuire et à servir les mets, plat, assiette*; Hisp. *plato, platillo*; Germ. *Schale, Schüssel, Platte, Teller*; Angl. *a dish, plate, platter, charger, porringer, pot, pan*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim — *a*) De fictili. *Martial.* 14. 114. cujus lemma *Patella Cumana*. Hanc tibi Cumano rubicundam pulvere testam, Municipem misit casta Sibylla suam. Adde *Juvenal.* 6. 343. — *b*) De ærea *Id.* 10. 63. ex facie toto orbe secunda Fiunt urceoli, pelves, sartago, patellæ. — *c*) Cibis coquendis *Martial.* 5. 78. Nigra cauliculus virens patella. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 54. (171). Sinapi pro pulmentario in patellis decoctum. *Id.* 30. *ibid.* 8. 21. (68). Cicadæ tostæ in patellis. *Varro* apud *Priscian.* 6. *p.* 681. Multifariam in patellis coquere cæpe. — *d*) Inferendis *Juvenal.* 5. 85. Sed tibi dimidio constrictus cammarus ovo Ponitur, exigua feralis cœna patella. *Martial.* 13. 81. Quamvis lata gerat patella rhombum, Rhombus latior est tamen patella. *Varro* apud *Non. p.* 543. 31. *Merc.* Patella esurienti posita provocat Neapolitanas piscinas. — *e*) Promiscue *Horat.* 1. *Ep.* 5. 2. Nec modica cœnare times olus omne patella. *Pers.* 4. 17. Quæ tibi summa boni est? uncta vixisse patella Semper, et assiduo curata cuticula sole. *h. e.* laute epulari: metonymia. — *f*) *Accessit patellæ dignum operculum*, et *Invenit patella operculum* proverb. est apud *Hieronym.*, quod *V.* in OPERCULUM. ¶ 2. Speciatim est vas in sacrorum usum. *Paul. Diac. p.* 248. 11. *Müll.* Patellæ, vascula parva sacris faciendis apta, quæ erant velut capidulæ quædam. In his apponebantur diis cibi, præsertim Penatibus, Laribusque. *Varro* apud *Non. p.* 544. 2. *Merc.* Oportet, bonum civem legibus parere, et deos colere, in patellam dare *μικρὸν χρέας*. *Cic.* 6. *Verr.* 21. 46. Patella grandis cum sigillis ac simulacris deorum. *Id.* 2. *Fin.* 7. 22. Reperiemus asotos ita non religiosos, ut edant de patella. *Ovid.* 6. *Fast.* 310. Fert missos Vestæ pura patella cibos. *Pers.* 3. 26. cultrixque foci secura patella est. Adde *Ovid.* 2. *Fast.* 634.; *Liv.* 26. 36.; et *Val. Max.* 4. 4. *n.* 3.

II.) Translate. ¶ 1. A similitudine sic dicitur os rotundum latumque, molle et cartilaginosum in genu, ut *Cels.* 8. 1. *ad fin. et* 21. docet, *la patella, ἐπιγουνίς, μύλη.* ¶ 2. Item morbus olearum, de quo *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (223). Olea, præter vermiculationem, clavum etiam patitur, sive fungum placet dici, vel patellam. ¶ 3. Item a similitudine, patella est cujusdam placentæ genus. *Theod. Priscian. l.* 2. *p.* 2. *c.* 18. Ova in aceto cocta sorbilia conveniunt; et ex vitellis eorum patellæ, perfusæ cerebellorum pulvere, aut gallarum, aut roris Syriaci. *V.* PATINA II. 1. — *NB.* De nomine deæ *V.* in ONOM.

PĂTELLĀRĬUS, a, um, adject. ad patellam spectans. Patellarii dii, idem ac Lares, sic vocati, quia non e potu modo in locum, qui Larium sedes, aliquid ils veteres defunderent, sed e cibis quoque in patella aliquid in focum deferrent, quemadmodum monet *Vet. Scholiast.* in illud *Persii* 3. 26. Cultrixque foci secura patella. Ac tangit eum morem quoque *Varro* apud *Non. p.*

544. 2. *Merc.* his verbis: Oportet, bonum civem legibus parere, et deos colere, in patellam dare μικρὸν χρέας. *idest* parum carnis. *Plaut. Cist.* 2. 1. 46. Dii me omnes, magni, minutique, et patellarii faxint, etc.

PĂTĔNA, æ, f. 1. *V.* PATINA.

PĂTENS, entis. *V.* PATEO.

PĂTENTER, adverb. Comp. *Patentius.* — Patenter est aperte, ἀνεωγμένως. *Cic.* 2. *Invent.* 23. 69. Sed patentius et expeditius recti et non recti quæstionem continet. *Frontin. de limit. p.* 40. *Goes.* De loco controversia est, quidquid excedit supra scriptam latitudinem, cujus modus adpatentem non proponitur. *Pro* adpatentem *scribendum* patenter *monet* Goesius. *At* Lachmannus *rectius legit* a petente. *Boeth.* 2. *Geometr. p.* 1215. Quod patenter in subjecta forma declaratur. *Plin. Valerian.* 1. 57. Nasturtium patenter pectoris dolorem emendat.

PĂTĔO, es, ŭi, ere, n. 2. Part. *Patens* I. 2. et in fin. — Patere (quod possis deducere ab Hebr. פָּתַח *pathach*, atque hinc a πετάω *pando*, *aperio*) valet idem atque apertum esse, διακαλύπτομαι, ἀνέῳγμαι, ἔκκειμαι (It. *essere aperto*; Fr. *être ouvert*; Hisp. *estar abierto*; Germ. *offen sein, offen stehen*; Angl. *to be open, lie open*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu pateo est idem atque apertus sum. *Plaut. Asin.* 1. 3. 89. Portitorum simillimæ sunt januæ lenoniæ: Si affers, tum patent; si non est, quod des, ædes non patent. *Id. Aulul.* 3. 1. 2. Date viam, qua fugere liceat, facite totæ plateæ pateant. *Ter. Eun.* 1. 2. 9. Sane, quia vero hæ mihi patent semper fores. *Id. ibid.* 5. 8. 28. postulo, ut mihi tua domus, Te præsente absente, pateat. *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 145. Nares semper propter necessarias utilitates patent. *Virg.* 6. *Æn.* 127. Noctes atque dies patet atri janua Ditis. *Plin.* 2. *Ep.* 17. Fenestræ patent. *Ovid.* 2. *Met.* 768. Concussæ patuere fores. *si aprirono. Cæs.* 7. *B. G.* 8. Ne singulari quidem homini unquam eo tempore anni semitæ patuerant. *Liv.* 27. 18. *sub fin.* Jam ne fugæ quidem patebat locus. *Cic.* 6. *Verr.* 3. 5. Omnibus hæc ad visendum patebant quotidie. — Quid sit *mundum patere, V.* in MUNDUS. — *Patens urbs* est pacata. *Sall. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 303. Simul immanis hominum vis multis e locis invasere patentes tum et pacis modo effusas urbes. ¶ 2. Latiori sensu, expositus sum. *Liv.* 31. 39. *a med.* In patentem vulneri equum equitemque sagittas conjicere poterat. *Virg. Cul.* 194. Horrida squamosi volventia membra draconis, Atque reluctantis, crebris, fœdeque patentis, Ictibus ossa ferit. ¶ 3. Item extendor. *Cæs.* 1. *B. G.* 2. et 2. *ibid.* 7. Helvetiorum fines in longitudinem millia passuum CXL., in latitudinem CLXXX. patebant. *si stendevano. Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 30. (53). Schœnus patet, Eratosthenis ratione, stadia XL., hoc est passuum quinque millibus. *Justin.* 2. 2. 2. Multum (*Scythia*) in longitudinem et latitudinem patet.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est libere licere, acquisitu facilem esse, permitti, concedi. *Cic.* 10. *Att.* 12. Si nobis is cursus, quem speraram, pateret. *Id. Brut.* 4. 16. Ad quos omnis nobis aditus, qui pæne solis patuit, obstructus est. *Id. Balb.* 9. 24. Contumeliosum est, his præmiis et his honoribus exclusos esse fidelissimos socios, quæ pateant stipendiariis, pateant hostibus, pateant sæpe servis. *Nepos Att.* 6. Honores non petiit, quum ei paterent propter vel gratiam, vel dignitatem. *Plin. Paneg.* 70. Patet omnibus gloriæ campus. *Tac.* 4. *Hist.* 81. Vespasianus, cuncta fortunæ suæ patere ratus, nec quidquam ultra incredibile, etc. — Sic speciatim *aures, domus* patere dicuntur, quæ aliis facile præbentur. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 8. § 25. Constare inter omnes video, facillimos esse aditus ad te: patere aures tuas querelis omnium. *Id.* 14. *Phil.* 7. 20. Memoria teneat meam domum measque aures dies et noctes omnium præceptis monitisque patuisse. *Cf. Tac. Germ.* 22. De pace denique ac bello, plerumque in convivils consultant: tamquam nullo magis tempore ad simplices cogitationes pateat animus. ¶ 2. Speciatim patere dicuntur, quæ in potestate sunt. *Cic.* 6. *Fam.* 10. Ut intelligant, omnia Ciceronis patere Trebiano. *Sall. Cat.* 10. Populi vi subacti, Carthago interiit, cuncta maria terræque patebant. *et ibid.* 58. 9. *Kritz.* Si vincimus, omnia nobis tuta erunt, commeatus abunde, coloniæ atque municipia patebunt. *Cic.* 7. *Verr.* 65. 168. Omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maxime patuit, civibus Romanis ista defensione præcluseris. *Liv.* 4. 25. Qui caverint, ne cui patricio plebeji magistratus paterent. *Cic.* 13. *Fam.* 29. Res familiaris Capitonis præsto fuit, et patuit et temporibus et fortunæ meæ. *Plin.* 5. *Ep.* 19. *sub fin.* Rogo, scribas tuis, ut illi villa et domus pateat. — Sic qui alii se præbent in re turpi. *Ovid.* 14. *Met.* 133. et 1. *Art. Am.* 362.; et *Auct. Priap.* 83. ¶ 3. Item est obnoxium, opportunum esse. *Cels.* 2. 1. Longis morbis senectus, acutis adolescentia magis patet. *Cic.* 1. *Off.* 21. 73. In philosophorum vita minus multa patent, quæ fortuna feriat. *Justin.* 2. 4. 26. Frustraque et Ponti sinum et Asiam edomitam esse dicit, si Græcorum non tam bellis, quam rapinis pateant. ¶ 4. Item est vim magnam habere, amplæ naturæ esse, late pertinere. *Cic.* 1. *Off.* 7. 24. In quo vitio latissime patet avaritia. *et ibid.* 26. 92. et 1. *Orat.* 55. 235. Rerumpubl. administratio latissime patet, ad plurimosque pertinet. Adde *eumd.* 3. *Tusc.* 5. 11. ¶ 5. Est etiam *patere* constare, notum fieri, manifestum esse, *esser chiaro, manifesto, conoscersi, apparire.* — *a*) Generatim. *Plaut. Capt.* 3. 3. 9. Operta quæ fuere, aperta sunt: patent præstigiæ. *Cic.* 1. *Orat.* 6. 23. Quum illa pateant, in promptuque sint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint. *Ovid.* 4. *Fast.* 17. Sensimus, et subito causæ patuere dierum. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 45. Piscibus atque avibus quæ natura et foret ætas, Ante meum nulli patuit quæsita palatum. — *b*) Speciatim habet locum in rationibus. *Cic.* 2. *Phil.* 37. 93. Ubi est septies millies sestertium, quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat? *Id. Rosc. Com.* 2. 5. Non habere se hoc nomen in codice accepti et expensi relatum, confitetur: sed in adversariis patere, contendit. — *c*) Sæpe hac notione usurpatur impersonaliter. — Cum Infinito. *Cic.* 1. *Tusc.* 23. 54. Quum pateat, æternum id esse, quod se ipsum moveat. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 33. 38. (210). Quod si misceantur omnes summæ, liquido patebit, Europam totius terræ tertiam esse partem et octavam paullo amplius. — Absolute. *Cic. Mil.* 6. 15. Quid porro quærendum est? Factum ne sit? at constat. A quo? at patet. — Hinc Part. præsens

Patens, entis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Patentior* I.; et Sup. *Patentissimus* I. et II. 1. — Differt a *patulo*, quia *patens* est, quod ad tempus patet, ut janua, *patulum*, quod semper patet, ut cælum, arbor. Ita *Servius* ad *Virg.* 1. *Ecl.* 1. Sed hæc differentia non observatur. — Ceterum patens est apertus, *patente, aperto*, ἀνεωγμένος.

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Divinat.* 1. 2. Quum cælum ex omni parte patens atque apertum intuerentur. *Cæs.* 7. *B. G.* 28. Hostes in foro ac locis patentioribus constiterunt. *Sall. Jug.* 108. *et* 113. Patentes campi. *Sueton. Claud.* 32. Convivia agitavit fere patentissimis locis, ut plerumque sexcenteni simul discumberent. *Liv.* 7. 36. *a med.* Via patentiore ad hostem ducuntur. *Cod. Theod.* 15. 1. 53. Eas vero (*exedras*), quas nulla a platea aditus atque egressus patens pervias facit, veterum ritibus popinarum jubebit adscribi. His tamen ipsis, quæ humiliores aliquanto atque angustiores putantur etc. *Ita* ex palimpsesto *Codice Vatic.*, cujus variæ lectiones editæ sunt ab *A. Maio* Romæ ann. 1823. in *Juris civ. antejustin. reliq. inedit. p.* 96., corrigendus et supplendus est hic locus, qui primum a *Cujacio* Paris. ann. 1588., deinde a *Gothofredo* mendosus et mutilus editus est his verbis: *Eas vero, quas nulla a platea aditus atque egressus patamen, ipsisque* (sic) *humiliores* etc.; ac propterea illud vocabulum monstrum *patamen* a *Glossario* quoque *med. et infim. Latinit.* auct. *Ducang.* ablegandus.

II.) Translate. ¶ 1. Est latus, multum extensus. *Virg.* 2. *G.* 41. pelagoque volans da vela patenti. Sic *Horat.* 2. *Od.* 16. 1. in patenti Prensus Ægæo. *Colum.* 12. *R. R.* 6. 1. Dolium quam patentissimi oris locato in ea parte villæ etc. ¶ 2. Item est facilis acquisitu. *Ovid.* 2. *Amor.* 19. 25. Pinguis amor nimiumque patens in tædia nobis Vertitur. *Alii tamen aliter leg.* ¶ 3. Item permissus, concessus. *Cic. Quinct.* 30. 93. Domus patens et exposita cupiditati et voluptatibus.

PĂTER, tris, m. 3. parens, genitor; scil. *pater* est civili et morali ratione idem, qui *parens* naturali ratione; quod vero ad etymon pertinet, est unum idemque cum Græca voce πατήρ (It. *padre, genitore*; Fr. *père*; Hisp. *padre*; Germ. *Vater*; Angl. *a father, sire*).

I.) Proprie. — *a*) In sing. num. *Lex XII. Tab.* ed. *W. Freund.* in *Lex.* parte 4. SI PATER FILIVM TER VENVM DVIT FILIVS A PATRE LIBER ESTO. *Inscript. Scipion.* apud *Orell.* 550. CORNELIVS LVCIVS SCIPIO BARBATVS GNAIVOD PATRE PROGNATVS. *Ter. Adelph.* 5. 7. 3. Hem pater mi, tu hic eras? DE. tuus hercle vero et animo et natura pater. *Cic. Rosc. Am.* 16. 46. Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo nascerere. *Liv.* 4. 3. *a med.* Servius Tullius captiva Corniculana natus, patre nullo, matre serva. *h. e.* obscuro genere. *Claudian. IV. cons. Honor.* 293. Gerere patrem. *fare, o portarsi da padre. Cic. Amic.* 1. 1. Ego autem a patre ita eram deductus ad Scævolam, sumpta virili toga, ut a senis latere numquam discederem. — *b*) In plur. num. *patres*, h. e. parentes, pater et mater simul, *i genitori*: habetur in *Inscript.* apud *Gruter.* 707. 5. HERMODORVS ET IVLIANA PATRES SVPERSTITES POS. Adde *alias* apud *eumd.* 656. 2., 692. 1. et 704. 1. Quidam huc referunt illud *Ovid.* de Pyramo et Thisbe 4. *Met.* 60. tædæ quoque jure coissent: Sed vetuere patres. Verum quum dixerit *Id. ibid.* 143. miseri, meus illiusque, parentes Componi tumulo non invideatis eodem: videtur per *patres* indicasse patrem tum Pyrami, tum Thisbes; ideoque de hac significatione vocis remanet tantummodo auctoritas inscriptionum supra citatarum, quæ non optimæ notæ sunt.

II.) Translate. ¶ 1. Interdum est nomen — *a*) Paterni affectus. *Ovid.* 12. *Met.* 29. postquam pietatem publica causa, Reique patrem vicit; castumque datura cruorem Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris: Victa dea est. Sic *Id.* 13. *ibid.* 184. duræque jubent Agamemnona sortes Immeritam sævæ natam mactare Dianæ. Denegat hoc genitor: divisque irascitur ipsis: Atque in rege tamen pater est. *Claudian. III. cons. Honor.* 157. Indue mente patrem: crescentes dilige fetus. — *b*) Et paternæ similitudinis. *Id. IV. ibid.* 517. Quantus in ore pater radiat! ¶ 2. *Paterfamilias* et *paterfamiliæ* (quod et divisim scribitur) est familiæ caput, herus, dominus. *V.* in FAMILIA. ¶ 3. Aliquando latius patet, et dicitur de avis, patruis, allisque, qui temporibus avorum vixerunt: nam ultra id tempus *majores* fere dicuntur. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 13. 11. (59). Q. Metellus Macedonicus quum sex liberos relinqueret, undecim nepotes reliquit, nurus vero generosque, et omnes, qui se patris appellatione salutarent, viginti septem. *Cic. Orat.* 5. 18. M. Antonius, cui vel primas eloquentiæ patrum nostrorum tribuebat ætas. *Id.* 3. *Off.* 11. 47. Male, qui peregrinos urbibus uti prohibent, ut Pennus apud patres nostros, Papius nuper. *Id.* 1. *Orat.* 40. 183. Quod usu, memoria patrum, venit, ut etc. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 21. 69. Cujus consuetudinis patres majoresque nostros non pœnitebat. ¶ 4. Est etiam nomen religionis; — *a*) Generatim enim tribuitur diis tum majorum, tum minorum gentium. Hinc *pater* apud Poetas passim Juppiter. *Virg.* 1. *G.* 328. Ipse pater, media nimborum in nocte, corusca Fulmina molitur dextra. Cf. *Ennius* apud *Ma-*

crob. 6. *Saturn.* 1. Tum cum corde suo divum pater atque hominum rex Effatur. *Virg.* 3. *Æn.* 35. Gradivumque patrem, Geticis qui præsidet arvis. *Liv.* 2. 10. *a med.* Tiberine pater, te sancte precor. *Propert.* 4. 3. 47. quum pater altas Africus in glaciem frigore nectit aquas. *Val. Flacc.* 8. 70. Somne pater. *Petron. Satyr.* 120. Ditis pater. *Virg.* 8. *Æn.* 454. Lemnius pater. *h. e.* Vulcanus. *Id.* 2. *G.* 7. Huc, pater o Lenæe, veni. *Lactant.* 4. 3. Omnem Deum necesse est inter solemnes ritus patrem nuncupari: quod Lucilius in deorum concilio irridet: Ut nemo sit nostrum, quin pater optimu' divum. Ut Neptunu' pater, Liber, Saturnu' pater, Mavors, Janu', Quirinu' pater nomen dicatur ad unum. — *b*) Speciatim illi divi dicuntur *patres*, qui effectores, genitores, conditoresque rerum habentur, ut Juppiter, Neptunus, Bacchus: ille qui est *divum pater* apud *Virg.* 1. *Æn.* 69. Neptunus, qui dicitur ab *eod.* 4. *G.* 382. *pater rerum.* Bacchus, quem, ut ait *Augustin.* 7. *Civ. D.* 21., liquidis seminibus, ac per hoc et liquoribus fructuum, et seminibus animalium præfecerunt. Sic *Colum.* 10. *R. R.* 200. pater æquoreus. *h. e.* Oceanus. Cf. *Virg.* 4. *G.* 31. Simul ipsa precatur Oceanum patrem rerum. *Lucret.* 1. 250. Postremo pereunt imbres, ubi eos pater æther In gremium matris terrai præcipitavit. Sic ab *eod.* 3. 9. *pater* dicitur Epicurus novæ philosophiæ et sectæ auctor et conditor. *et Petron. Satyr.* 132. Ipse pater veri doctus Epicurus in arte. Sic Æneas sæpe *pater* dicitur a *Virgil.*, quia primus auctor et parens Romanæ gentis. *et Ennius* apud *Non.* p. 368. 16. *Merc.* Te sale nata precor Venus, et genetrix patri' nostri. Cf. *Ovid.* 2. *Fast.* 127. *de Romulo Romæ conditore,* Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen Hoc dedit. ¶ 5. Item sæpe nomen est reverentiæ. Unde quos Romulus centum senatores delegit, qui in republica administranda sibi consilio adessent, *patres* dicti, eorumque progenies *patricii*, ut *Liv.* 1. 8. *extr.* narrat: idque tum honoris causa; tum quia sic consulere civibus, sicut patres filiis, debebant. *Cic.* 2. *de republ.* (edente *A. Maio*) 8. *init.* Principes (*senatores*), qui appellati sunt propter caritatem patres. Hinc celebre illud discrimen *patrum* et *plebis* apud *Liv.* passim, *Tac., Flor.* etc. *V.* CONSCRIPTUS. — Neque senatoribus solum, sed aliis eximiis reverendisque viris *patris* nomen datur. *Virg.* 9. *Æn.* 449. imperiumque pater Romanus habebit. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 126. non nosti, quid pater, inquit, Chrysippus dicat. *Plaut. Rud.* 1. 2. 15. Pater salveto, amboque adeo. ¶ 6. *Pater patriæ* est honorificentissima appellatio ejus, qui belli, aut pacis artibus patriam servaverit, aut insigniter auxerit. Ita primus omnium, teste *Liv.* 5. 49., a militibus est appellatus M. Furius Camillus, quum, recuperata ab hostibus Gallis patria, triumphans in urbem redlit ann. U. C. CCCLXV., ante Chr. n. CCCLXXXIX.; deinde Cicero, quum ann. U. C. DCLXXXXI., ante Chr. n. LXIII. consul esset, et, detecta Catilinæ conjuratione, patriæ libertatem vindicasset, omnium primus in toga triumphum linguæque lauream meritus, parens patriæ, ut ait *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (117)., in senatu salutatus est; postremus omnium, qui hujusmodi appellatione est honoratus, fuit, ut affirmat *Eckehl. D. N. V. T.* 8. p. 452., Theodosius II., qui obiit ann. a Chr. n. CCCCL. Præterea ita salutatus est C. Julius Cæsar, Octavianus Augustus, aliique deinceps imperatores, pauci ob merita, plerique adulatione. *Juvenal.* 8. 244. sed Roma parentem, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Cf. *Cic. Sext.* 57. 121. Me, me ille absentem, ut patrem deplorandum putabat, quem Q. Catulus, quem multi alii sæpe in senatu patrem patriæ nominarant. Cf. *eumd. Pis.* 3. 6. Sic *Id. Rabir. perduell.* 10. 27. *de Mario.* C. Marium, quem vere patrem patriæ, parentem, inquam, libertatis atque hujusce reipublicæ possumus dicere. *Plin. Paneg.* 21. At tu etiam nomen patris patriæ recusabas. Cf. *Seneca* 1. *Clem.* 14. — De *patris patriæ* titulo in nummis, *V. Spahn. Diss.* 12. p. 445. ¶ 7. *Pater patratus. V.* PATRATUS. ¶ 8. *Pater patrum*, et *pater sacrorum*, et *pater et hieroceryx*, et *pater nominus* dicebatur summus Mithræ sacerdos. *Inscript.* apud *Gruter* 28. 2. PATER PATRVM DEI SOLIS INVICTI MITHRAE. *et* 315. 5. IVNIO POSTVMIANO V. C. PATRI PATRVM DEI SOLIS INVICTI MITHRAE ORDO SACERDOTVM MAGISTRO SVO. *et* 1102. 2. VETTIO AGORIO PRAETEXTATO V. C. HIEROPHANTAE PATRI SACRORVM. *et* 27. 4. ULPIUS EGNATIVS FAVENTINVS V. C. PATER ET HIEROCERYX. *V.* aliam in NOMIMUS. ¶ 9. *Pater decurionum* est honorifica appellatio ejus, qui de decurionibus et patria sua optime meritus est. *Inscript.* apud *Viscont. Monum. Gab. p.* 149. *edit. Mediol.* M. IVLIO ZOTICO DECVRIONI PATRI DECVRIONVM ET SEVIRO AVGVSTALIVM QQ. (*quinquennali*) EIVSDEM ORDINIS DENDROPHORI QQ. (*quinquennali*) SVO PERPETVO ET PATRONO DIGNISSIMO OB MERITA EIVS D. D. D. Sic in *alia* apud *Fabrett. p.* 748. *n.* 554. L. CALIDIVS L. F. STEL. NIGRINVS EST PARENS ET PATRONVS MVNICIPII. V. *Marini Frat. Arv. p.* 94. ¶ 10. Item honoris causa aliquis *pater civitatis* appellabatur. *Imp. Leo Cod.* 10. 43. 3. Si quis conditioni non obnoxius curiali omnia decurionum munera, vel functiones, vel honores nulla imminente necessitate, sed sua sponte peregerit, eum pro sua liberalitate patrem civitatis, in qua voluntarius municeps apparebit, si hoc libuerit ei, fieri constituique hac lege decernimus. ¶ 11. Facete *Catull.* 22. 1. *de valde paupere.* Aureli, pater esuritionum, Non harum modo, sed quot aut fuerunt, Aut sunt, aut allis erunt in annis. — Contra *pater cœnæ* dicitur ab *Horat.* 2. *Sat.* 8. 7. qui cœnam præbet, convivator. ¶ 12. De bestiis. *Ovid.* 1. *Art. am.* 522. virque paterque gregis. *h. e.* hircus. *Petron. Satyr.* 133. *sub fin.* tuas hircus pecoris pater ibit ad aras. Adde *Colum.* 6. *R. R.* 37. 4.

PĂTĔRA, æ, f. 1. (pateo) poculi genus planum ac patens, ut *Macrob.* 5. *Saturn.* 21. docet, cujus usus etiam in sacris plurimus, κρατὴρ (It. *tazza, coppa*; Fr. *patère*; Hisp. *patera*; Germ. *Trink-und Opfergeschirr, Opferschale*; Angl. *a goblet*). In monumentis vero marmoreis tum etiam in nummis symbolum fuit VII. vir. epulonum, ut ostendit *B. Borghesius Dec. numism.* 7. *n.* 7. *Varro* 5. *L. L.* 122. *Müll.* In poculis erant pateræ, eo quod pateant, Latine ita dictæ. Hisce etiam nunc in publico convivio, antiquitatis retinendæ causa, quum magistri fiunt, potio circumfertur; et in sacrificando deis hoc poculo magistratus dat deo vinum. — In plur. num. *Sall. Cat.* 22. Fuere qui dicerent, Catilinam humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĂTERFĂMĬLĬAS. *V.* FAMILIA.

PĂTERNĪTAS, ātis, f. 3. conditio, et affectus patris. *Vulgat. interpr. Ephes.* 3. 14. Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis et in terra nominatur, ut etc. *Augustin. Ep.* 232. Episcopali paternitate Ecclesiæ providere.

PĂTERNUS, a, um, adject. ad patrem pertinens, patrius, πατρῷος, πατρικός, πάτριος (It. *del padre, paterno, da padre*; Fr. *paternel, du père*; Hisp. *paternal*; Germ. *zum Vater gehörig, vom Vater ausgehend und auf ihn gerichtet, väterlich*; Angl. *of or belongin to a father, fatherly, paternal*).

I.) Proprie. *Ter. Heaut.* 5. 2. 38. Matres omnes filiis in peccato adjutrices, auxilio in paterna injuria solent esse. *h. e.* qua filli patres afficiunt. *Id. Adelph.* 3. 4. 3. Ex illan' familia tam illiberale facinus est ortum? o Æschine, pol haud paternum istuc dedisti. *Cic.* 13. *Phil.* 17. 34. Paucis diebus et in domum et in hortos paternos immigrabit. *Id. Cœl.* 14. 34. Bona paterna et avita. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 26. rebus maternis atque paternis Fortiter absumptis. *Virg.* 3. *Æn.* 121. pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducem. *et* 10. *ibid.* 225. Cui genus a proavis ingens, clarumque paternæ Nomen erat virtutis. *Cæs.* 2. *B. C.* 25. Huic paternum hospitium cum Pompejo intercedebat. *h. e.* a patre initum. *Nepos Hann.* 1. Hic velut hereditate relictum odium paternum erga Romanos sic confirmavit, ut etc. *h. e.* quo pater suus Romanos oderat. *Ovid.* 9. *Met.* 273. neque adhuc Stheneleius iras Solverat Eurystheus: odiumque in prole paternum Exercebat atrox. *h. e.* quo prolis patrem oderat. *Id.* 2. *ibid.* 126. monitis parere paternis. *Horat.* 2. *Od.* 2. 5. Vivet extento Proculejus ævo Notus in fratres animi paterni. *Tac.* 2. *Ann.* 43. Præfeceratque Cn. Pisonem, ingenio violentum et obsequii ignarum, insita ferocia a patre Pisone. Sed, præter paternos spiritus, uxoris quoque Plancinæ nobilitate et opibus accendebatur. *Id. Agric.* 7. Admodum juvene Domitiano, et ex paterna fortuna tantum licentiam usurpante. — De Virgine paterna *Statii V.* in PATROUS.

II.) Translate. ¶ 1. De bestiis. *Colum.* 6. *R. R.* 37. 4. Ubi asina et onagro natus admittitur equæ, quidquid ex eo provenit, paternam formam refert. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 2. 5. ¶ 2. *Paternus casus*, qui et *patrius* apud Grammaticos est Genitivus, quia per eum pater demonstratur, ut ait *Priscian.* 5. p. 670. ¶ 3. Item ad patriam pertinens. *Horat.* 1. *Od.* 20. 5. Care Mæcenas eques, ut paterni Fluminis ripæ etc. *Ovid. Heroid.* 13. 100. Non est, quo properes, terra paterna tibi. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĂTESCO, is, ere, n. 3. *inchoat. a* pateo. Legitur et *patisco. Seneca Ep.* 94. *a med.* Fulgores cæli patiscentis. *h. e.* chasmata. *Al. leg.* fatiscentis. — Part. *Patescens* in omnibus paragr. — Patescere est idem ac patentem fieri, aperiri, ἀνοίγομαι (It. *aprirsi*; Fr. *s'ouvrir, être ouvert*; Hisp. *estar abierto*; Germ. *aufgemacht, geöffnet werden, sich öffnen*; Angl. *to be open, lie open*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Virg.* 2. *Æn.* 483. Apparet domus intus, et atria longa patescunt. *et* 3. *ibid.* 530. Crebrescunt optatæ auræ, portusque patescit Jam propior. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 46. (95). Si serpens patescentem fungum adhalaverit. ¶ 2. Latiori sensu, extendor, pateo, *stendersi, allargarsi. Liv.* 22. 4. Via interest perangusta, deinde paullo latior patescit campus. *s'allarga, s'estende. et Tac.* 4. *Hist.* 78. Neque enim poterat patescere acies, impedientibus tentoriis sarcinisque. *Id. Germ.* 30. Non ita effusis ac palustribus locis, ut ceteræ civitates, in quas Germania patescit. *et* 2. *Ann.* 61. *extr.* Syene claustra olim R. imperii, quod nunc rubrum ad mare patescit. *s'estende sino al mare. et Liv.* 32. 27. Cresceatibus jam provinciis, et latius patescente imperio.

II.) Translate est apparere, ostendi, manifestum fieri. *Lucret.* 5. 614. Nec ratio Solis simplex rellata patescit, Quo pacto æstivis e partibus etc. *Virg.* 2. *Æn.* 309. Tum vero manifesta fides, Danaumque patescunt Insidiæ. *Cic.* 14. *Phil.* 6. 15. Quæ res patescit, P. C., sed suo tempore totius hujus sceleris fons aperietur. *si scuopre, si fa manifesta.* Al. aliter. leg. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 26. (101). Nec pigebit totum cursum exponere, nunc primum certa notitia patescente.

PĂTĒTUS, a, um, adject. πατητός, calcabilis, calcatus: a πατέω *calco.* Ita appellatæ sunt palmulæ, seu caryotæ quædam, de quibus sic *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 9. (45). Tertium ex his (*caryotis*) genus, patetæ, nimio liquore abundat, rumpitque se pomi ipsius, etiam in sua matre, ebrietas, calcatis similia. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 18. et 4. *Tard.* 8. Palmulæ, quas patetos appellant.

PĂTHĒTĬCĒ, adverb. παθητικῶς, affectus adhibendo, seu permovendo. *Macrob.* 4. *Saturn.* 6. Utrumque Virgilius bene pathetice tractavit.

PĂTHĒTĬCUS, a, um, adject. *patetico*, παθητικός, qui constat affectibus. *Macrob.* 4. *Saturn.* 2. 5. et 6. Pathetica oratio. *h. e.* quæ ad indignationem, ad misericordiam, et ceteros animi motus dirigitur. *Capell.* 5. p. 154. Fides pathetica. *et p.* 162. Pathetica dictio, cujus vis in communibus locis vel in epilogis maxime continetur.

PĂTHĬCUS, a, um, adject. παθικός. Sup.

Pathicissimus II. — Pathicus est qui præposteram Venerem patitur: a παθέω pro πάσχω *patior*.

I.) Proprie de feminis usurpat *Auct. Priap.* 25. 41. et 76. — Præcipue dicitur de viris, qui muliebria patiuntur. *Catull.* 16. 2. Aureli pathice, et cinæde Furi. *Juvenal.* 2. 99. Ille tenet speculum pathici gestamen Othonis.

II.) Per translationem de rebus inanimatis pro lascivo, vel obscæno. *Martial.* 12. 96. Musæi pathicissimi libelli.

PĂTHŎPŒĬA, æ, f. 1. παθοποιία, commotio affectuum. *Empor. de ethopœia p.* 303. *Capper.* Quum incurrens præponderabit affectus, tum vocabitur pathopœia.

PĂTĪBĬLIS, e, adject. a v. *patior*.

A) Passive est is, quem pati possumus, tolerabilis, *sopportabile*. *Cic.* 4. *Tusc.* 23. 51. Contemnendæ res sunt humanæ: negligenda mors est: patibiles et dolores et labores putandi.

B) Active ¶ 1. Est qui pati potest, *passibile*, παθητικός. *Cic.* 3. *Nat. D.* 12. 29. Quum omne animal patibilem naturam habeat. ¶ 2. Item qui patitur. *Lactant.* 2. 9. *a med.* Ignis quasi masculinum elementum est, aqua quasi femininum: alterum activum, alterum patibile. *passivo*.

PĂTĪBŪLĀTUS, a, um, partic. ab inusit. *patibulo*, patibulum, seu furcam ferens, patibulo affixus. *Plaut. Most.* 1. 1. 53. Ita te forabunt patibulatum per vias stimulis. *Apul.* 4. *Met.* Grandi clavo manum ducis nostri ad ostii tabulam offigit, et exitiabili nexu patibulatum relinquens, etc. Al. leg. *patibulum*, adjective, h. e. patibulo affixum, quo sensu addunt illud *Plauti fragm.* apud *Non. p.* 221. 1. *Merc.* Patibulus ferar per urbem, deinde affigar cruci. Sed hic quoque locus incertam lectionem habet.

PĂTĪBŪLUM, i, n. 2. (pateo). Et *Patibulus*, i, m. 2. *Varro* (at in *Merceri* editione est: *Licinius Rerum Romanarum libro* XXI.) apud *Non. p.* 221. 12. *Merc.* Deligat ad patibulos. — *Patibulum* proprie idem est ac furca, quo nomine intelligitur rectus stipes, sed cum duobus cornibus, qui Græcæ litteræ Y figuram refert. Differt a cruce: nam crux litteræ T similis erat. Veteres pro instrumento supplicii usi sunt. Facinorosi inter cornua patibuli cervices interserebantur, eorumque manus cornibus sive ramis alligabantur: exinde sic gestantes furcam, sive patibulum, a pone sequente carnifice, vel conservis cædebantur virgis, σταυρός (It. *patibolo, forca, croce*; Fr. *patibule, fourche patibulaire*; Hisp. *patibulo, horca*; Germ. *ein gabelförmig Stück Holz, d. Richtholz, d. Galgen*; Angl. *kind of cross or gibbet*).

I.) Proprie. *Plaut. Mil. glor.* 2. 4. 7. Credo tibi esse eundum actutum extra portam, dispessis manibus patibulum quum habebis. *Tac.* 14. *Ann.* 33. *extr.* Sed cædes, patibula, ignes, cruces, tamquam redditurі supplicium, ac prærepta interim ultione, festinabant. *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 366. 12. *Merc.* Patibulo eminens affigebatur. Quo loco *patibulum* pro ipsa cruce usurpari et notavit *Nonius*, et patet ex *affigebatur* verbo. V. *Salmas.* et *Lips. de Cruc.* et *Cic.* 6. *Verr.* 42. *fin.* Tibi Marcelli statua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit.

II.) Translate. ¶ 1. Patibulum usurpatum reperitur pro sera lignea, qua ostia clauduntur, teste *Non. loc. cit.*, qui causam nominis affert, quod hoc ligno remoto valvæ pateant. *Titinius ibid.* Si quisquam hodie præter hanc posticum nostrum pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam. ¶ 2. Est præterea patibulum lignum quoddam curvum, vel duo ligna transversim alligata quibus agricolæ vitium ramos curvant, quo fecundiores sint. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 23. 35. (212). Novariensis agricola traducum turba non contentus, impositis etiamnum patibulis palmites circumvolvit. — ¶ 3. In illo *Caton. R. R.* 26. *et* 68. Vindemia facta, vasa torcula, corbulas fiscinas, funes, patibula, fibulas, jubeto suo quidquid loco condi. *Turneb. l.* 6. *Adversar. c.* 23. *extr.* intelligit binas scalas uno axiculo conjunctas in summo, quæ divaricatæ usum præbent scandendi ad summas vites in vindemia. *Auson. Popma de instrum. fundi, c.* 11. *ad fin.* dicit, esse fustes validiores, quorum usus in torculari ad aliquid moliendum, muniendum, aut ferendum. Similiter exponit locum *Titinii* allatum § 1., qua in re cum *Non.* convenit, qui seram esse quum ajat, vectem ipse quoque intelligit: nam veterum sera vectis seu fustis fuit.

PĂTĪBŪLUS, a, um. *V.* PATIBULATUS.

PĂTĪBŪLUS, i, m. 2. *V.* PATIBULUM. init.

PATICĀBŪLUM, i, n. 2. quid significet, eruditis statuendum relinquo. *Vet. Lex* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 70. IN COLLEGIO AQVAE INTRA PATICABVLVM. Cf. *Ducang. Gloss. med. et inf. Latinit.* in V. *Patichum* et *Paticus*.

PĂTĬENS, entis. *V.* PATIOR.

PĂTĬENTER, adverb. Comp. *Patientius* et Sup. *Patientissime*. — Patienter est idem atque patienti animo, toleranter, constanter, fortiter, τλητικῶς (It. *pazientemente*; Fr. *patiemment, avec patience*; Hisp. *pacientemente*; Germ. *geduldig, gelassen*; Angl. *patiently, contentedly, calmly*). *Cic. Amic.* 25. 91. Alterum patienter accipere, non repugnanter. *Id.* 11. *Phil.* 3. 7. Quæ tulisse illum fortiter et patienter ferunt. *Cæs.* 3. *B. C.* 25. Patienter et æquo animo ferre difficultates. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 14. Si pranderet olus patienter, regibus uti Nollet Aristippus. *Cic.* 1. *Fam.* 8. *a med.* Si quidem homines patientius eorum potentiam ferre potuerint. *Val. Max.* 4. 3. *n.* 11. Ista patientissime Cato toleravit.

PĂTĬENTĬA, æ, f. 1. (patior) est actus et habitus perpetiendi incommoda et mala, ὑπομονή (It. *pazienza, sofferenza*; Fr. *action de souffrir, d'endeurer*; Hisp. *paciencia, tolerancia*; Germ. *das Erdulden, Ertragen eines Gegenstandes*; Angl. *a bearing, suffering, enduring, patience*).

I.) Proprie. — *a)* Generatim. *Cic.* 2. *Invent.* 54. 163. Patientia est honestatis, aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio. *Id.* 1. *Cat.* 10. 26. Habes, ubi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis et frigoris. *Id.* 2. *leg. Agr.* 24. 64. Homines patientia paupertatis ornati. *Quintil.* 11. 2. 8. Audiendi patientia deficit. — *b)* Speciatim, *patientia* absolute est animi constantia in tenuitate et duritie victus, et in laboribus et adversis ferendis. *Cic.* 1. *Off.* 34. 122. Adolescentia a libidinibus arcenda est, exercendaque in labore patientiaque et animi et corporis. *Nepos Alcib.* 11. Eumdem apud Lacedæmonios, quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur, sic duritiæ se dedisse, ut etc. *Id. Ages.* 7. Quam (*domum*) qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriæ videre poterat: contra, plurima patientiæ atque abstinentiæ. Huc referri potest et illud *Tibull.* 3. 2. 5. Non ego firmus in hoc; non hæc patientia nostro Ingenio: frangit fortia corda dolor. Adde *Tac.* 2. *Ann.* 13.

II.) Translate. ¶ 1. Est tolerantia, indulgentia, in bonam partem. *Cic. Ligar.* 9. 26. Quæ fuit unquam in ullo homine tanta constantia? constantiam dico? nescio an melius patientiam possim dicere. *Id.* 1 *Cat.* 1. 1. Quousque tandem abutere, o Catilina, patientia nostra? *Id.* 2. *leg. Agr.* 7. 19. Patientiam alicujus tentare. *Sueton. Tib.* 24. Rumpere patientiam. *Cic. Pis.* 2. 5. Ego Antonium collegam cupidum provinciæ patientia atque obsequio meo mitigavi. *Horat.* 1. *Od.* 24. 19. levius fit patientia Quidquid corrigere est nefas. ¶ 2. Interdum in malam partem accipitur pro nimia tolerantia, seu stupiditate. *Plin.* 6. *Ep.* 31. Maritum non sine aliqua reprehensione patientiæ amor uxoris retardabat. *Porcius Latro* apud *Senec.* 2. *Controv.* 15. Ne quis in me aut nimiam patientiam, aut nimium stuporem arguat. ¶ 3. Item in malam partem ponitur de subjectorum obsequio et de animo abjecto ac servili. *Tac. Agric.* 16. Britanniam unius prœlii fortuna veteri patientiæ restituit. *all'antica soggezione e servitù*. Al. leg. *parentiæ*, aut *parientiæ*. *Id.* 14. *Ann.* 26. Usque ad servilem patientiam demissus. *et ibid.* 64. Neque tamen silebimus, si quod senatus consultum adulatione novum, aut patientia postremum fuit. *h. e.* servili patientia. *Id.* 2. *Hist.* 29. Silentio, patientia, postremo precibus ac lacrimis veniam quærebant. ¶ 4. Demum de mollitie in re turpi. *Petron. Satyr.* 9. *et* 25.; *Cic.* 7. *Verr.* 13. 34.; *Senec.* 1. *Quæst. nat.* 16. et *Vit. beat.* 13. *a med.*; et *Tac.* 6. *Ann.* 1. Sic *Quintil. Declam.* 3. *Trib. Marian. c.* 6. Romano militi meretriciam obscænæ libidinis patientiam aliquis imperat.

PĂTĪNA, æ, f. 1. *Patena*, æ, legitur apud *Phædr.* 1. 26. Vulpes ad cœnam dicitur ciconiam Prior invitasse, et illi patena liquidam Posuisse sorbitionem. Al. leg. *patina*, quæ varietas est etiam in locis *Varron.* apud *Non. p.* 546. 15. *Merc.*; et *Colum.* 12. *R. R.* 47. 1. Apud *Veget.* vero 1. *Veterin.* 56. ita legitur: Patena quæ appellatur, hoc est alveus ad hordeum ministrandum, sit munda semper. Item in *Not. Tir. p.* 164. Calix, patena. — Ceterum *patina* est vasis genus, quo utebantur ad condiendos et coquendos pisces et alia. A *patulo*, seu *pateo* ducit *Varro* 5. *L. L.* 120. *Müll.* Alii a πατάνη, quod idem ferme significat. Vulgo confundunt cum lance, et definiunt vasis genus, quo dapes elixæ et jurulentæ in mensam feruntur. Atqui lanx Græce est πίναξ, patina vero λοπάς: deinde lancibus et cibi simplices apponebantur, ut carnes assæ, fructus et similia; patinis vero id factum nusquam legas, ut bene adversus *Guilandinum* observat *Scaliger*, sed iis ad condiendos coquendosque pisces et alia utebantur. Itaque ut λοπάδες, ita patinæ quoque operculum habebant (It. *tegame*; Fr. *plat, poêle, poissonnière*; Hisp. *plato, sarten, casuela*; Germ. *e. Schüssel, Casserolle, Pfanne*; Angl. *a dish, plate, porringer, pot, pan, patine*).

I.) Proprie. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 51. Ubi patinæ fervent, omnes aperio. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 2. 33. (68). *de fœce sapæ*. Decoquitur in patinis cum sale et adipe. *Id.* 34. *ibid.* 11. 25. (109). Et squama et flos æris uruntur in patinis fictilibus, aut æreis. *Id.* 22. *ibid.* 25. 80. (162). Orobanche estur et per se, et in patinis. *h. e.* et cruda, et cocta. *Cic.* 4. *Att.* 8. Multa me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis, quam patina tyrotarichi. *Ter. Eun.* 4. 7. 46. Jamdudum animus est in patinis. *h. e.* cœnam cogitat. *Colum.* 12. *R. R.* 47. 1. Nonnulli hæc eadem (*cydonia*) in patinas novas sicco gypso ita obruunt, ut altera altera non contingant. — In mensis quoque patinarum usus fuit. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 43. Affertur squillas inter murænа natantes In patina porrecta. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 163. Numquam dicunt, quamquam appositum est ampliter: Jube illud demi: tolle hanc patinam: remove pernam. Possunt tamen hæc metonymice intelligi. Sic *Valgius* apud *Diomed.* 1. *p.* 382. *Putsch.* Comesa patina. *h. e.* cibo qui patina continebatur.—Ceterum *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 46. (163). Vitellius in principatu suo X HS. condidit patinam, cui faciendæ fornax in campis exædificata erat. Propter hanc Mucianus exprobravit patinarum paludes Vitellii memoriæ. *scil.* heic patina vocatur palus ob nimiam amplitudinem. *Sueton. Vitell.* 13. Hanc quoque (*cœnam*) exsuperavit ipse dedicatione patinæ, quam ob immensam magnitudinem clipeum Minervæ πολιοῦχον, dictitabat. *Num pro* πολιοῦχον *scribendum* sit πολυοῦχον, *lector viderit*.

II.) Translate. ¶ 1. Apud *Apic.* 4. 2. patina accipitur pro placenta, nam hæc fiebat ex solo seu diploide, et balteo circumposito, tum spatium illud cavum alternatim tractis seu laganis, et coriis seu farciminis stratis replebatur. ¶ 2. Pro præsepio legitur apud *Veget.* 1. *Veterin.* 56. loco allato sub init. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĂTĪNĀRĬUS, a, um, adject. ad patinas pertinens. *Plaut. Asin.* 1. 3. 27. Piscis recens, is habet succum, is suavitatem: eum quovis pacto condias, vel patinarium, vel assum. *lesso, o in guazzetto*, in patina ex jure coctum. *Id. Men.*

1. 2. 25. Cereales cœnas dat: ita mensas extruit, tantas struices concinnat patinarias. *h. e.* quasi strues ciborum in patinis coctorum. *Sueton. Vitell.* 17. *Aliis* incendiarium et patinarium vociferantibus. *h. e.* gulosum, heluonem. *V.* PATINA sub I. ad fin. — *Patinaria via* memoratur a *P. Vict. de region. Urb. R.* inter vias Romam ferentes. Sed ignoratur et locus et causa nominis.

PĂTĬO, is. *V.* voc. seq. init.

PĂTĬOR, pătĕris, passus sum, pāti, dep. 3. *Patio, is,* pro *patior* apud veteres. *Nævius* apud *Diomed.* 1. *p.* 395. *Putsch.* Populus patitur: tu patias modo. *Cic.* 3. *Legg.* 4. 11. Rem populum docento; doceri a magistratibus privatisque patiunto. — Part. *Patiens* I. 1. et in fin.; *Passus* I. 1. et 3. et II. 1.; *Passurus* II. 1.; *Patiendus* I. 1. — *Pati,* quod ratione habita etymi conjungendum est cum Gr. πάσχω, παθεῖν idem significante, est ferre, sustinere, subire, perpeti (It. *patire, sofferire, tollerare, sopportare*; Fr. *souffrir, subir, éprouver, avoir à supporter, endurer, souffrir de*; Hisp. *padecer, sufrir, tolerar, endurar*; Germ. *leiden, dulden, erdulden, ausstehen, etwas über sich ergehen lassen, sich gefallen lassen oder lassen müssen, hinnehmen oder hinnehmen müssen*; Angl. *to bear, undergo, suffer, endure, brook, tolerate, support*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Cum opposito v. *facere,* ut apud *Cic. Tim.* 6. Mundus se ipse consumptione et senio alebat sui, quum ipse per se et a se et pateretur et faceret omnia. *Liv.* 2. 12. Et facere et pati fortia, Romanum est. *Horat.* 3. *Od.* 24. 42. pauperies jubet Quidvis et facere et pati. *Quintil.* 6. 2. 21. Metum duplicem intelligi volo, quem patimur, et quem facimus. — *b*) Cum Accusativo. — De hominibus. *Virg.* 1. *Æn.* 203. O passi graviora: dabit deus his quoque finem. *Horat.* 1. *Od.* 7. 30. o fortes, pejoraque passi Mecum sæpe viri, nunc vino pellite curas. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 42. Ne mihi mors misero bis patienda foret. *Liv.* 21. 13. *extr.* Hæc patienda censeo potius, quam trucidari corpora vestra etc. *Sall. Jug.* 15. Pati omnia sæva. *Cic.* 6. *Phil.* 7. 19. servitutem. *Id.* 2. *Tusc.* 18. 43. toleranter dolores. *Plaut. Asin.* 2. 2. 58. fortiter malum. *Cæs.* 2. *B. C.* 30. gravissimum supplicium. *Virg.* 2. *Æn.* 638. exsilium. *et* 1. *ibid.* 223. extrema. *Quintil.* 1. 1. 15. laborem. *Id.* 11. 3. 32. incommodum. *Justin.* 18. 2. 1. bellum ab aliquo. *et* 37. 2. 4. insidias alicujus. *Ovid. Ib.* 617. famem. *Id.* 10. *Met.* 627. necem indignam. *et* 1. *ibid.* 243. pœnas. *Horat.* 3. *Od.* 2. 1. pauperiem. *Gell.* 17. 12. quartanam. *Liv.* 1. *proœm.* Nec vitia nostra, nec remedia pati possumus. — De inanimis. *Ovid.* 1. *Fast.* 159. Tum patitur cultus ager et renovatur aratro. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 20. (91). Nec ulla segetum minus dilationem patitur. *et* 17. *ibid.* 10. 14. (70). Semina fruticantia falcem pati consuescere. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 8. Faba nec macrum, nec nebulosum locum patitur. — *c*) Absolute. *Cic.* 2. *Tusc.* 7. 18. Dolor tristis res est, aspera, amara, inimica naturæ, ad patiendum tolerandumque difficilis. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 75. Patiendi usum colligere. — Hinc *patiens* absolute, apud serioris ævi Scriptores, est ægrotus. *Plin. Valerian.* 1. 43. Cochlear unum patiens jejunus gargarizet. ¶ 2. Speciatim est acquiescere, se accommodare, non repugnare. *Ter. Andr.* 1. 1. 35. Sic vita erat: facile omnes perferre ac pati, cum quibus erat cumque una. *Virg.* 10. *Æn.* 866. Jussa aliena pati. *Liv.* 4. 18. longinquam militiam. *Id.* 1. *præf.* imperium alicujus. *Nepos Eumen.* 1. Macedones eum sibi anteponi, indigne ferebant, neque tamen non patiebantur. — Cum Infinito. *Virg.* 8. *Æn.* 576. Si visurus eum vivo, et venturus in unum, Vitam oro: patiar quemvis durare laborem. ¶ 3. Interdum ponitur pro degere, durare, vivere, malam fortunam ferendo. *Plaut. Aulul.* 4. 9. 16. nunc eo (*auro*) alii lætificantur, Meo malo et damno: pati nequeo. *h. e.* nequeo vivere, durare. *Virg.* 10. *Ecl.* 53. Certum est in silvis inter spelæa ferarum Malle pati. *Seneca Thyest.* 470. Immane regnum est, posse sine regno pati. *Lucan.* 5. 313. disce sine armis Posse pati. — *Pati ævum, ætatem,* ætatem ferre, *durare, conservarsi. Colum.* 2. *R. R.* 10. 1. Lupinum repositum in granario patitur ævum. *Seneca Ep.* 36. Vinum non pati ætatem, quod in dolio placuit. *Ovid.* 7. *Met.* 274. caputque novem cornicis sæcula passæ. *h. e.* quæ vitam toleravit. ¶ 4. *Pati,* in re turpi, *Plaut. Capt.* 4. 2. 87.; *Sall. Cat.* 13.; *Petron. Satyr.* 25. et 140.; *Senec.* 1. *Quæst. nat.* 16.; *Justin.* 9. 6. 5. etc.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe est sinere, permittere, concedere, *permettere, comportare, sofferire, lasciare, concedere. Cic.* 1. *Cat.* 5. 10. Nobiscum versari jam diutius non potes: non feram, non patiar, non sinam. *et* 2. *ibid.* 9. 20. Ista non modo homines, sed ne pecudes quidem passuræ esse videntur. *Id.* 2. *Orat.* 1. 3. Quantum illius ineuntis ætatis meæ patiebatur pudor. *Nepos Att.* 8. Si quid Brutus suis facultatibus uti voluisset, usurum, quantum eæ paterentur. *Ter. Phorm.* 3. 3. 3. Itane hunc patiemur fieri miserum, qui me dudum adjuverit comiter? *Plaut. Pseud.* 4. 7. 36. Neque tibi bene esse patere, et illis, quibus est, invides. *Nepos Cim.* 1. Negavit se passuram, Miltiadis progeniem in vinculis interire. *Ovid. Remed. am.* 304. Ante suam quoties passa jacere foremi! *mi lasciò. Cic. Ligar.* 1. 3. Nullo se implicari negotio passus est. *Id. Fontej.* 12. 27. Si in turpi reo patiendum non esset, ut quidquam isti se minis profecisse arbitrarentur. *Id. Brut.* 88. 302. Nullum patiebatur esse diem, quin in foro diceret. *non lasciava passar giorno. et Ter. Heaut.* 4. 5. 13. Non possum pati, quin tibi caput demulceam. *non posso non, a meno di,* etc. — *Facile, æquo animo pati,* libenter sinere, non laborare, non invitum esse, contentum esse: *ægre, iniquo animo, moleste pati,* ægre ferre, nolle, repugnare, invitum esse. *Plaut. Asin.* 2. 2. 108. Quæso, æquo animo patitor. LIB. patitor tu item, quum ego te referiam. *Cic. ad Planc.* 2. *post ep.* 16. *l.* 16. *ad Att.* Non modo facile patiare, sed etiam gaudeas. *Id.* 5. *Fam.* 7. Apud me plus officii residere, facillime patior. *et* 1. *ibid.* 9. *a med.* Facile patior ea me de republica sentire ac dicere, quæ maxime quum mihi, tum etiam reipubl. rationibus putem conducere. *Id.* 15. *Att.* 2. Consilium meum a te probari, quod ea non scribam, quæ tu a me postularis, facile patior. *Id.* 5. *Verr.* 2. 5. Patior non moleste, eam vitam, quæ mihi sua sponte antea jucunda fuerat, nunc jam mea lege et conditione necessariam quoque futuram. *et* 7. *ibid.* 12. 31. Quum indigne pateretur nobilis mulier, honesto loco nata, in conventum suum mimi filiam venisse. *Id.* 12. *Fam.* 18. Perinique patiebar animo, te a me digredi. *Ter. Heaut.* 5. 2. 5.; et *Liv.* 4. 18. Ægre pati aliquid. ¶ 2. *Pati* de re bona. *Plaut. Asin.* 2. 2. 58. Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum. *Id. Pœn.* 3. 3. 82. Siquidem potes esse pati te in lepido loco, in lecto lepide strato, etc. ¶ 3. Verba quæ habent naturam patiendi, *Quintiliano* 1. 6. 10. sunt, quæ *passiva* dicuntur vulgo a Grammaticis. — Hinc Part. præsens *Patiens, entis*, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Patientior* I. 2. et II. 2.; et Sup. *Patientissimus* I. 2.: et est ferens, tolerans, *paziente.*

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu cum Genitivo. *Virg.* 2. *G.* 472. Et patiens operum exiguoque assueta juventus. *tollerante della fatica.* Adde *eumd.* 9. *Æn.* 607. et 10. *ibid.* 610. animus ferox patiensque periculi. *Sueton. Cæs.* 61. Equus patiens sessoris. *Virg.* 2. *G.* 223. Tellus patiens vomeris. *h. e.* quæ facile vomere proscinditur. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *ante med.* Medios ille agros secat, navium patiens. *navigabile.* Alter *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 76. (196). Patiens vetustatis. *h. e.* durans. ¶ 2. Prægnante, uti ajunt, significatione, absolute est qui patientia præditus est, indulgens. *Cic.* 2. *Orat.* 75. 305. In quo ego nimium patiens et lentus existimor. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 14. Meæ quoque literæ te patientiorem leniioremque fecerunt. *Id. Ligar.* 8. 24. Ut ne offendam tuas patientissimas aures. *Cæs.* 3. *B. C.* 96. Miserrimo et patientissimo exercitui Cæsaris luxuriam objiciebant.

II.) Translate. ¶ 1. Est qui permittit, qui concedit. *Horat.* 1. *Od.* 2. 43. patiens vocari Cæsaris ultor. *h. e.* volens, amans, gaudens. *Cic. Brut.* 76. 263. Habent ordinem, et quasdam errare in dicendo non patientes vias. *che non permettono.* Huc referri potest et illud *Virg.* 7. *Æn.* 490. Cervus manum patiens. *che si lascia toccare, mansueto.* ¶ 2. Durus et resistens. *Ovid.* 1. *Amor.* 15. 21. Ergo, quum silices, quum dens patientis aratri Depereant ævo, carmina morte carent. *Propert.* 1. 16. 29. Sit licet et saxo patientior illa Sicano: Sit licet et ferro durior et chalybe. Cf. *Stat.* 10. *Theb.* 356. quamvis patientior artus Ille, nec abruptis adeo lacrimabilis annis. *più robusto nelle membra.*

PĂTISCO. *V.* PATESCO init.

PĂTOR, ōris, m. 3. *apertura,* χάσμα, hiatus, apertio: a *pateo. Apul.* 1. *Met.* Vulnus dehiscit in profundum patorem. *et* 3. *ibid.* Ædium patore perflabili. *Scribon. Compos.* 46. *et* 47. Narium pator.

PĂTRASTER *et* Patrater, tri, m. 2. *patrigno,* πατρωός, vitricus. Vox est minus Latina. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 360. 7. VIBIO VITALIONI BLASII F. QVI V. A. XVIII. ET DIES V. FECIT AP. ANNIUS PRIMITIVVS PATRASTER. Adde tres apud *Murat.* 1510. 2., 1632. 9. *et* 1958. 6. omnes cadentis Latinitatis. In harum postrema, quam V. in FILIASTRA, legitur *patrater,* ut etiam *filiatra.*

PĂTRĂTĬO, ōnis, f. 3. effectio, perfectio, consummatio alicujus rei. ¶ 1. Generatim. *Vellej.* 2. 98. 2. Gentes ferocissimas in pristinum pacis redegit modum, ejusque patratione Asiæ securitatem reddidit. *conchiusione della pace.* ¶ 2. Speciatim obscæno sensu. *Vet. Scholiast.* ad *Pers.* 1. 18. Patratio est rei Venereæ perfectio, vel consummatio; unde et patres dicti, eo quod patratione filios procreant. Adde *Theod. Priscian.* 2. 11. *V.* PATRO. — Patrationis obscænæ definitio exhibetur a *Boeth. p.* 557.

PĂTRĂTOR, ōris, m. 3. alicujus rei auctor, effector. *Tac.* 14. *Ann.* 62. Visus idoneus maternæ necis patrator Anicetus. *Avien. Arat.* 20. unus et idem Auctor agendorum, propriique patrator amoris.

PĂTRĂTUS, a, um. *V.* PATRO; et in fine ejusdem verbi. *V.* PATER PATRATUS.

PĂTRĬA, æ, f. 1. proprie adjectiva vox est, *patrius* (a *pater*), et *terra* subintelligitur; et absolute, substantivorum more, est urbs et locus quilibet, in quo nati sumus, natale solum, πατρίς (It. *patria*; Fr. *patrie, pays natal*; Hisp. *patria, paes en que se ha nacido*; Germ. *das Vaterland, die Heimath, der Geburtsort, das Heimathsland*; Angl. *one's native country or city, one's native soil or native land*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 19. 44. O pater, o patria, o Priami domus. *Id.* apud *eumd.* 1. *de republ.* 11. o Romule, Romule die, Qualem te patriæ custodem di genuerunt. *Cic.* 1. *Orat.* 44. 196. Patriæ tanta est vis, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis, tamquam nidulum, affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret. *Id.* 1. *Off.* 17. 57. Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium caritates patria una complexa est: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? *Id.* 1. *Cat.* 7. 17. Patria, quæ communis est omnium nostrum parens. *Id.* 3. *Fin.* 19. 64. Cariorem esse patriam nobis, quam nosmetipsos. *Id.* 1. *Parad.* 1. 8. Cujus quum patriam Prienem cepisset hostis etc. *Id.* 1. *Tusc.* 43. 104. Quærentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam afferri, etc. *Id.* 1. *Invent.* 24. 35. Natione Grajus, an Barbarus: patria, Atheniensis, an Lacedæmonius. — Nomen patriæ significatur per Ablativum casum. *Cæs.* 1. *B. C.* 24. Cn. Magius Cremona. *et* 3. *ibid.* 71. Duobus his prœliis Cæsar desideravit C. Fulginatem Placentia, A. Gravium Puteolis, M. Sacrativirum Capua. — *Sall.* patriam de integra provincia dixit, in *fragm.* apud *Servium* ad

Virg. 1. *Æn.* 384. Hispaniam sibi antiquam patriam esse. ¶ 2. Latiori sensu. Duplex nobis esse potest patria, una, in qua nati sumus, altera, in qua excepti, ut ait *Cic.* 2. *Legg.* 2. 5. Hoc sensu Æneas apud *Virg.* 1. *Æn.* 384. Italiam quæro patriam. *et* 11. *ibid.* 24. egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo, decorate supremis Muneribus. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 5. *Tusc.* 37. 108. Patria est, ubicumque est bene. Cf. *Senec. Consol. ad Helv.* 9. Ut scires, omnem locum sapienti viro patriam esse.

II.) Translate. ¶ 1. De inanimis. *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 39. Ille fluens dives septena per ostia Nilus, Qui patriam tantæ tam bene celat aquæ. *l'origine. Virg.* 2. *G.* 116. Divisæ arboribus patriæ. *Id.* 1. *Æn.* 55. nimborum in patriam. ¶ 2. Metonymice est respublica, seu cives ipsi, quibus respubl. constat. *Liv.* 4. 60. Ut nemo pro tam munifica patria corpori, aut sanguini suo parceret. *et* 5. 4. Agique, tamquam cum patria, nobiscum, æquum censemus. ¶ 3. Sumitur et universim pro regione. *Virg.* 1. *Æn.* 543. Quod genus hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem Permittit patria? *qual paese sì barbaro.* ¶ 4. In illo *ejusd.* 2. *G.* 514. Hinc anni labor: hinc patriam parvosque nepotes Sustinet: *Donat.* apud *Servium* villam intelligit.

PĂTRĬARCHA *et* patriarches, æ, m. 1. πατριάρχης, *patriarca.* — *Patriarchum* pro *patriarcharum* habet *Paulin. Nolan. carm.* 24. 209. — Patriarcha est princeps patrum, vel primus pater, auctor generis: a πατήρ *pater* et ἄρχων *princeps.*

I.) Proprie. *Tertull. Idolol* 17. Secundum patriarchas et ceteros majores. *Id. Cor. mil.* 9. Quis patriarches, quis prophetes, quis levites etc.? *Prudent. Psychom.* 534. Nobilis, et tali felix patriarcha nepote.

II.) Translate. ¶ 1. In Ecclesia sic dicti sunt principes Episcopi, quatuor præcipue, Alexandrinus, Antiochenus, Constantinopolitanus, Hierosolymitanus: quibus alii postea additi sunt. Alexandrini meminit *Hadrian. Imp.* in *epist.* apud *Vopisc. Firm. Saturn.* etc. 8. Ipse ille patriarcha quum Ægyptum venerit etc. ¶ 2. Figurate. *Tertull. Anim.* 3. Philosophi, patriarchæ, ut ita dixerim, hæreticorum.

PĂTRĬARCHĀLIS, e, adject. *patriarcale,* ad patriarcham pertinens. *Alcim. Ep.* 2. *ad fin.* Quum Eutychiani nec patriarchalibus factis, nec dictis prophetalibus excitentur.

PĂTRĬARCHĬCUS, a, um, adject. ad patriarcham pertinens; et quidem translate ad patriarcham Episcopum principem pertinens. *Justinian. Novell.* 7. Sedes patriarchica.

PĂTRĬCĀLIS, e, adject. *Apul. Herb.* 72. Herbam sideritin Græci, Latini herculariam, alii exsuperam patricalem vocant.

PĂTRĬCE, adverb. more patrum meorum. *Plaut. Cas.* 3. 6. 4. At cesso magnifice, patriceque, aviteque ita hero meo ire advorsum? Ita leg. *Bothe,* alii perperam *patriceque amiciri, atque ita* etc.

PĂTRĬCIĀTUS, us, m. 4. ¶ 1. Est patriciorum dignitas. *Sueton. Aug.* 2. Ac rursus magno intervallo per D. Julium in patriciatum rediit. ¶ 2. Alia fuit *patriciatus* dignitas, Constantini M. et sequentium Augustorum tempore, quæ quidem perpetua erat, et uni consulatui cedebat: erant autem ejus ætatis patricii imperatori ipsi honore proximi, ejusque amici et consiliarii. V. *Cassiod.* 6. *Variar.* 2. et 8. *ibid.* 9.; et *Ducang. Gloss. med. et inf. Latin.* in V. *Patricius.*

PĂTRĬCĬDA. *V.* PARRICIDA.

PĂTRĬCII (et in *Inscriptt.* patritii), ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Sunt qui a primis illis patribus, qui a Romulo, vel ab aliis postea electi sunt, oriundi erant; ita dicti, quia patrum essent progenies, *patrizii,* εὐπατρίδαι. *Liv.* 1. 8. Patres ab honore, patricii, qui progenies eorum appellati. — Qui dicunt patricios vocatos esse, quod patres suos ciere possent, iidem etiam patricios primis Urbis initiis aliud nihil fuisse, quam ingenuos, asserunt. *Cincius* apud *Festum p.* 241. 21. *Müll.*; *P. Decius* apud *Liv.* 10. 8. *a med.* — Differebant a senatoribus. Non enim omnes patricii senatores erant, ut perspicuum est de feminis, pueris et pauperibus. Et præterea etiam ex plebe in senatum legi cæperunt. *Tac.* 11. *Ann.* 25. Iisdem diebus in numerum patriciorum ascivit Cæsar vetustissimum quemque ex senatu. *Aug. Monum. Ancyr.* PATRITIORVM NVMERVM AVXI. — Patricii haud secus ac patres, alii majorum, alii minorum erant gentium. Majorum gentium patricii dicti sunt, qui a primis illis patribus a Romulo allectis sunt profecti: minorum gentium, qui a patribus conscriptis, seu allectis orti sunt. *Tac. loc. cit.* Paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum, et L. Brutus minorum gentium appellaverant. V. ibi *Lips. Juvenal.* 1. 21. Patricios omnes opibus quum provocet unus, Quo tondente, etc. — Exire e patriciis est fieri plebejum. *Cic. Dom.* 14. 37. Sed ut e patriciis exeat, ut tribunus plebis fieri possit. — In sing. num. *Cic. Mur.* 7. 15. Si tibi hoc sumis, nisi qui patricius sit neminem bono esse genere natum. *Id. Brut.* 16. 62. Si ego me a M. Tullio esse dicerem, qui patricius cum Servio Sulpicio consul fuit. — Plura de patriciis apud *Sigon. de antiq. jur. C. Rom. l.* 1. *c.* 7.; *Panvin. in* 1. *Fast.*; et *Manut. de orig. senatus.* ¶ 2. Diversi generis patricii erant illi, qui a Constantino M. instituti fuerunt, et sequentium imperatorum temporibus celebrantur. V. PATRICIATUS 2. *Inscript.* apud *Gruter.* 1076. 2. FL. FELIX V. C. MAGISTER VTRIVSQVE MILITIAE PATRITIVS ET CONSVL ORDINARIVS.

PĂTRĬCĬŎLUS, i, m. 2. deminut. patricii, ut Latinum agnoscitur, nullo tamen auctore laudato, a *Priscian.* 3. *p.* 610. *Putsch.*

PĂTRĬCĬUS *et raro* patritius, a, um, adject. *patrizio, nobile,* ad patricios pertinens. ¶ 1. Stricto sensu, *V.* PATRICII 1. *Cic.* 2. *Legg.* 3. 6. Patricia familia. *Id.* 1. *Brut.* 5. *sub fin.* Patricius magistratus. *Stat.* 1. *Silv.* 4. 97. Carmina patricio pueri sonuistis in ostro. *Claudian. IV. cons. Honor.* 5. armorum proceres, legumque potentes Patricios sumunt habitus. *Id. II. cons. Stilich.* 50. Votaque patricio certant plebeja favori. *Pers.* 1. 61. Vos, o patricius sanguis. *Juvenal.* 10. 332. patricia gens. *Plaut. Capt.* 5. 4. 5. Patricii pueri. *Paul. Diac. p.* 221. 4. *Müll.* Patricius vicus Romæ dictus, eo quod ibi patricii habitaverunt, jubente Servio Tullio, ut, si quid molirentur adversus ipsum, ex locis superioribus opprimerentur. Cf. *Festus p.* 351. 2. *Müll.* ¶ 2. *Patricia familia* post Constantini M. tempora dicitur ea, in qua honor patriciatus fuerit. *Sidon.* 5. *Ep.* 16. *a med.* Sicut nos utramque familiam nostram præfectoriam nacti, etiam patriciam, divino favore reddidimus; ita ipsi quam suscipiant patriciam, faciant consularem. — Hinc

Patricii vel *patritii, ōrum,* et raro in sing. num. *patricius, ii,* absolute, substantivorum more. *V.* PATRICII loco suo.

PĂTRĬCUS, a, um, adject. ad patrem pertinens. *Patricus casus,* h. e. Genitivus, legitur apud *Varron.* 8. *L. L.* 66. et 67. et 9. *ibid.* 54. et 67. *Müll.*; ubique tamen ai. legunt *patrius.* Nihil vero mutandum videtur, ait cl. *Furlanetto* in I. *Append.*; nam *patricus* recte deducitur a Græco πατρικός, qui idem est ac patrius Latine. Hinc inter alia sacrificia Mithriaca erant quædam etiam, quæ patrica dicebantur, ut constat ex *Inscript.* apud *Gruter.* 303. 2. DATIANO ET CEREALE CONS. (h. e. ann. a Chr. n. CCCLVIII.) NONIVS VICTOR OLYMPIVS V. C. P. P. VICTOR AVGENTIVS V. C. TRADIDERVNT PATRICA XIII. KAL. MAI. FELICITER. *V.* PATER II. 8.

PĂTRĬĒ, adverb. *da padre,* affectu paterno. *Quintil.* 11. 1. 68. Ut eum non inimice corripere, sed patrie monere videatur.

PĂTRIMES, f. patrima. *Paul. Diac. p.* 126. 2. *Müll. V.* MATRIMUS.

PĂTRĬMŌNĬĀLIS, e, adject. *patrimoniale,* ad patrimonium pertinens. *Hermogenian. Dig.* 50. 1. 1. Personale munus est, quod cum corporibus exsistit: patrimoniale, in quo sumptus maxime postulantur. *Imp. Constantin. Cod. Theod.* 11. 16. 1. 2. *et* 9. Patrimoniales fundi.

PĂTRĬMŌNĬŎLUM, i, n. 2. *deminut.* exiguum patrimonium. *Hieronym. Ep.* 54. *n.* 15. Patrimoniolum meum quotidie perit.

PĂTRĬMŌNĬUM, ii, n. 2. (pater) proprie significat bona paterna, et rem familiarem a patre relictam: latius autem bona undecumque provenientia, οὐσία (It. *beni paterni, facoltà, patrimonio;* Fr. *biens héritès du père, héritage de famille, patrimoine;* Hisp. *patrimonio;* Germ. *das vom Vater geerbte Gut, das Erbgut, Erbvermögen;* Angl. *a paternal estate, inheritance, patrimony, personal property, an estate*).

I.) Proprie. *Cic. Mil.* 35. 95. Ut plebem tribus suis patrimoniis deleniret. *h. e.* trium hereditatum bonis, patris naturalis, adoptivi, et matris, ut *Asconio* videtur. *Id. Rabir. Post.* 14. 38. Qui duo lauta et copiosa patrimonia accepisset, reinque præterea bonis et honestis rationibus auxisset. *Id. Flacc.* 36. 90. Patrimonium satis lautum, quod hic nobiscum conficere potuit, Græcorum conviviis maluit dissipare. *Id.* 2. *Phil.* 39. 101. Hæ quondam arationes in populi R. patrimonio grandi fenore et fructuosæ ferebantur. *Colum.* 1. *R. R. proœm.* 7. Genus amplificandi relinquendique patrimonii. *h. e. maniera di accrescere e di tramandare il patrimonio. Paul. Dig.* 30. 1. 39. Ea prædia Cæsaris, quæ in formam patrimonii redacta, sub procuratore patrimonii sunt. *Cic. Sext.* 52. 111. Utrum ego tibi patrimonium eripui, an tu comedisti? *Id. Rosc. Am.* 2. 6. Amplum et copiosum innocentis patrimonium obtinere. *et* 50. 147. Expellere aliquem e patrimonio. *Id. Sull.* 20. 58. Patrimonio ornatissimo spoliari. *Id.* 12. *Phil.* 8. 19. Qui ex naufragio luculenti patrimonii ad hæc Antoniana saxa projectus est. *Id.* 2. *Off.* 15. 54. Patrimonia effundere, inconsulte largiendo. *Quintil.* 5. 10. 48. exhaurire. *Cic.* 2. *Phil.* 27. 67. devorare. *Aug. Monum. Ancyr.* EX PATRIMONIO MEO IIS QVADRINGENO CONGIARI VIRITIM TER NVMERAVI.

II.) Translate. *Cic. Dom.* 58. 146. Liberis nostris satis amplum patrimonium paterni nominis ac nostræ memoriæ relinquemus. *Id.* 1. *Orat.* 57. 244. Mucius paterni juris defensor, et quasi patrimonii propugnator sui. In *Mimis Senec.* et *P. Syri* 271. Honestus rumor alterum est patrimonium.

PĂTRIMUS. *V.* MATRIMUS.

PĂTRĬŌTĬCUS, a, um, adject. πατριωτικός, qui ejusdem est patriæ. De Amalasunta, quæ plurium gentium linguas callebat, ita loquitur *Cassiod.* 11. *Variar.* 1. *ante med.* Apud aures prudentissimæ dominæ nullus eget interprete; non enim ante legatus moram, aut interpellans aliquam sustinet de mediatoris tarditate jacturam, quando uterque et geminis verbis auditur, et patriotica responsione componitur. *Id.* 12. *ibid.* 4. Defensorum maxima laus est, si quum illi videantur regiones protegere, isti (*rustici*) non desinant patrioticas possessiones excolere. *Id. ibid.* 12. *ad fin.* Falli non possumus, qui hoc patriotica veritate retinemus. *Id. ibid.* 15. *sub init.* Patriotica affectio. *Venant. Vit. S. Maurit.* 8. Suum patrioticum recognoscens.

PĂTRISSO *vel* patrizo, as, āvi, ātum, are, n. 1. patrem imitor, πατρίζω, πατριάζω. *Ter. Adelph.* 4. 2. 25. Laudo, Ctesipho; patrissas. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 27. Miraris, si patrissat filius? *Apul.* 3. *Florid.* Eo genitus Marsyas, quum in artificio patrissaret tibicinii, etc. *Cassiod. De Orat.* 2. Patrizat: idem est ac patri similis est. — *Diomed.* 1. *p.* 396. *Putsch.* haud recte affirmat verba *patrissare* et *græcissare* esse frequentativa.

PĂTRĬTUS, a, um, adject. πατρῶος, qui est patris, ut *avitus,* qui est avi. *Lex Thoria lin.* 28. TANTIDEM (*quanti*) PRO PATRITO (*prædio*) REDEMPTVM HABEANT SVBSIGNENT. *Cic.* 1. *Tusc.* 19. 45. Hæc enim pulchritudo etiam in terris patritam illam et avitam, ut ait Theophrastus, philosophiam excitavit. Ita legit etiam *Non. p.* 161. 8. *Merc.* et defendit *Manut.* Al. *patriam.* *Varro* apud *Non. ibid.* Patrito et avito more

precabamur. *et mox.* Secundum leges patritas. *Fronto* 2. *ad amic.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 6. *ad fin.* Sibleva misericordia miatem frmiliarem tibi et patritam. *Tertull. advers. Valentin.* 12. Jesum Valentiniard cognominant Soterem, et Christum, et Sermonam de patritis. *h. e.* de superioribus Christianis accepta nomina. Alii leg. *patruitis* eod. sensu. *Arnob.* 2. 62. In sedem patritam referri.

PĂTRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. sepl. in fin.

PĂTRĬUS a, um. adject. (pater) duo diversa significat, scil

A) Est ad patrem pertinens, paternus, πατρικός (It. *paterno, patrio*; Fr. *de père, paternel*; Hisp. *paternal*; Germ. *väterlich, zum Vater gehörig*; Angl. *fatherly, like a father, paternal*.

1) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic. Rosc. Am.* 16. 46. Intelligere posses, qui animus patrius in liberos esset. *Id.* 2. *Verr.* 5. 13. Nulla res tam patria cujusquam atque avita fuit, quæ non ab eo abjudic retur. *Ter. Eun. prol.* 13. Patrium monumentum. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 56. Qui patrium mimæ donat fundumque laremque. *Plin.* 1. *Ep.* 12. Pedum dolore correptus est. Patrius hic illi. *Virg.* 1. *Æn.* 647. patrius amor. *Val. Flacc.* 1. 42. Phrixus Cretheos ut patrias, audisti, effugerit aras. *h. e.* ad quas pater Athamas Cethei fili s rum mactandum adduxerat. Sic *Ovid.* 15. *Met.* 723. patrias Epidaurius aras Linquit. *h. e.* Apollinis patris. *Virg.* 3. *Æn.* 332. Orestes Ex ipit incautum (*Pyrrhum*) patriasque obtruncat ad aras. *h. e* Apollinis: nam Apollo, ut *Macrob.* docet 1. *Saturn.* 17., πατρῷος, h. e. *patrius* cognominatus est, quia sol est auctor progenerandarum omnium rerum. Vel ad aras, quæ et patri ejus fatales fuerunt: nam et Achilles in templo Apollinis occisus est. V. *Servium.* — Dii patrii, πατρῷοι Θεοί, sunt Penates. *Cic.* 2. *Phil.* 30. 75.; *Tibull.* 2 1. 17.; et *Hygin.* apud *Macrob.* 3. *Saturn.* 4. *extr.* *Patrium est*, paternum est, *è cosa da padre. Ter. Adelph.* 1. 1. 49. Hoc patrium est, potius consuefacere filium sua sponte recte facere, quam alieno metu. ¶ 2. Speciatim *patrius casus* a Grammaticis dicitur Genitivus. *Gell.* 4. 16. *V.* PATERNUS.

II.) Translate. ¶ 1. *Patrius mos*, antiquus, tamquam a patribus acceptus. *Cic.* 1. *Orat.* 18. 84. Hic enim mos erat patrius Academiæ, adversari semper omnibus in disputando. ¶ 2. Item, a patre est, natura insitum est. *Val. Flacc.* 2. 157. adde, cruentis Quod patrium sævire Dahis. *Stat.* 11. *Theb.* 32. cui rusticus horror in armis, Rustica tela manu, patriumque agitare tumultus. Pan illi genitor. Sic *Sil. It.* 15. 722. patrius genti pavor.

B) *Patrius* sæpe refertur ad patriam, *della patria.* ¶ 1. Generatim. *Horat. Art. P.* 56. quum lingua Catonis et Enni Sermonum patrium ditaverit. *Virg.* 2. *Æn.* 180. patrias vento petiere Mycenas. *et* 3. *ibid.* 281. Exercent patrias oleo labente palæstras. *Id.* 1. *G.* 16. nemus linquens patrium, saltusque Lycæi Pan ovium custos. *Val. Flacc.* 5. 234. Patria tellus. *Cic.* 2. *Legg.* 9. 22. Patrii ritus. *et* 4. *Parad.* 1. 27. Patrius mos. *Id.* 1. *Fin.* 2. 4. sermo. *Tac.* 1. *Ann.* 69. Spectandas etiam religiones sociorum, qui sacra et lucos et aras patriis amnibus dicaverint. ¶ 2. Speciatim, *patrium nomen* apud Grammaticos est, quo patria significatur, ut *Atheniensis, Romanus. Priscian.* 2. p. 580. *Putsch.* — Hinc

Patrĭa, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, h. e. *terra. V.* PATRIA loco suo.

Patrĭum, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, h. e. *nomen*, est idem quod *patronymicum. Quintil.* 1. 5. 45. In quibus (*vocabulis*) patrium pro possessivo dicitur, (*est solœcismus*). *Forcellinus* hunc *Quintil.* locum ad superiorem paragr. *B.* 2. retulit.

PĂTRIZO. *V.* PATRISSO.

PĂTRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Apud *Lucret.* 5. 385. Quod facere intendunt, neque adhuc conata patrantur. *patrantur* deponentis forma positum videri potest: sed nec est necesse. — Part. *Patrans* 2.; *Patratus* 1. et in fin.; *Patraturus* et *Patrandus* 1. — Patrare, quod ratione habita etymi cum *pario* conjungunt, et rectius cum Gr. πράττω, ¶ 1. Accipitur pro rem quamlibet perficere, aliquid jam inceptum ad finem perducere: vel simpliciter pro efficere, conficere (It. *condurre a fine, terminare, eseguire, fare*; Fr. *exécuter, accomplir, effectuer, consommer, faire*; Hisp. *executar, cumplir, acabar, efectuar, consomar*, Germ. *etwas durchsetzen, vollbringen, zu Stande oder zu Ende bringen, bewerkstelligen, vollführen, ausrichten*; Angl. to *effect, perform, execute, perpetrate, achieve, finish*). Occurrit — *a*) Generatim. *Cato R. R.* 54. Ubi sementim patraveris, glandem parari legique oportet. *Sall. Cat.* 51. Constabat paucorum civium egregiam virtutem cuncta patravisse. *et* 59 Si Romæ socii cœpta patravissent. *Tac.* 2. *Ann.* 66. Maluit patrari, quam incepti facinoris reus esse. *Liv.* 23. 8. *extr.* Si forte abesse, dum facinus patratur, malit. *Cic.* 1. *Att.* 14. *sub fin.* Patrare promissa. *h. e.* præstare. *Tac.* 4. *Hist.* 83. jussa. *h. e.* exsequi. *Vellej.* 2. 123. 1. Patraturus reliqua belli. *Id.* 2. 21. 3. Commissum patratumque prœlium. *Tac.* 11. *Ann.* 28. Multas mortes jussu Messalinæ patratas. *Id.* 4. *Hist.* 81. Patrati remedii gloria penes Cæsarem. *Id.* 13. *Ann.* 41. *sub fin.* Patrata victoria. *Id.* 2. *Hist.* 39. Cœpta patrataque expugnatio. *et ibid.* 88. Patrata cædes. *Vellej.* 2. 80. 3. Non quidquam ausum patratumque fortius. — *b*) Speciatim, *patrare jusjurandum* in antiqua formula fœderis apud *Liv.* 1. 24. est fœdus sancire, ut ipsemet *Livius* interpretatur. Hinc *pater patratus*, de quo in fin. hujus voc. — *c*) *Patrare bellum* dictum est a *Sall. Jug.* 78.; *Vellej.* 2. 79.; *Tac.* 2. *Ann.* 26.; et *Flor.* 2. 15. pro conficere, absolvere, debellare: quam loquendi rationem sancte et antique usurpari affirmat *Quintil.* 8. 3. *circa med. V.* DUCTO. — *d*) *Patrare pacem*, conficere pacem inter bellantes. *Liv.* 44. 25. Modo pacis patrandæ cum Romanis paciscebatur mercedem. ¶ 2. In illo *Pers.* 1. 18. patranti fractus ocello, *Forcellinus* τὸ *patrare* interpretatus est rem turpem perficere, liberis dare operam, a *pater*, παιδοποιῶ: *V.* PATRATIO 2.; nonnulli vero acceperunt pro aliquem intueri oculis paterno amore plenis micantibusque. — Hinc Part. præter.

Patratus deponentium more usurpatum est; namque *pater patratus* dicebatur, qui in fœderibus faciendis, et in bellis indicendis a Fetiali creabatur, verbena caput ejus et capillos contingendo, ut jusjurandum conciperet, quo fœdus firmandum erat et, solemni formula adhibita, bellum indiceret: quod quum faceret, scæptrum manu tenebat, insigne Jovis. Jovis enim simulacrum in iis gerendis olim adhibere mos fuit: postea scæptro tantum sunt usi, quo summi hominum regis potestas indicatur. Dictus est *pater*, quia, ut ait *Servius*, erat Fetialium princeps: *patratus*, quasi patrem habens, quia talis esse non poterat nisi qui patrem vivum haberet: vel quasi creatus, h. e. a Fetiali dictus. Hæc ex *Servio* ad *Virg.* 9. *Æn.* 53., 10. *ibid.* 14. et 12. *ibid.* 206. *Liv.* 1. 24.; et *Voss.* in *Etymol.* — *Inscript.* apud *Orell.* 2276. et apud *Mommsen. Inscript. Neap.* 2211. SP. TVRRANIVS L. F. SP. N. L. PRON. FAB. PROCVLVS GELLIANVS PRAEF. FABR. II. PRAEF. CVRATORVM ALVEI TIBERIS PRAEF. PROPR. I. D. IN VRBE LAVINIO PATER PATRATVS POPVLI LAVRENTIS FOEDERIS EX LIBRIS SIBYLLINIIS PERCVTIENDI CVM P. R. SACRORVM PRINCIPIORVM P. R. QVIRIT. NOMINISQVE LATINI QVAI APVD LAVRENTES COLVNTVR. De hoc *patre patrato* apud *Laurentes*, vide *Ph. Eduard. Huschke, T. Flavii Syntrophi instrumentum donationis ineditum, Uratislaviæ Hirt.* 1838. in 4.; *A. W. Zumpt., De Lavinio et Laurentibus Lavinatibus* etc., *Berolini* 1845.; et *Henzen* in *Ephmer. litter. Jenens.* 1847. *n.* 60.

PĂTRŌCĪNĀLIS, e, adject. ad patrocinium pertinens, ut Patrocinalis tabula ærea, in qua incisum erat decretum curiæ alicujus municipii, vel coloniæ. Ea porro mittebatur ad illum, qui patronus cooptabatur: eadem et hospitalis dicebatur. *V.* HOSPITALIS. *Inscript.* apud *Romanelli, Topogr. Napol. T.* 3. *p.* 147., quocum cf. *Inscript.* apud *Henzen.* 7171. P. MAMMIO P. F. AVFIDIO PRISCINO CORFINIENSIVM PATRONO INDVLGENTISSIMO HVIVS PROPTER MORVM GRAVEM PATIENTIAM MAXIMAMQVE VERECVNDIAM SPLENDIDISSIMVS ORDO CONSENTIENTE POPVLO TABVLAS PATROCINALES AHENEAS LIBERISQVE EIVS OFFERRI CENSVERVNT etc. *V.* PATRONALIS. Adde *aliam* apud *Gazzera, Di un decreto di patron.*

PĂTRŌCĪNĀTUS, a, um. *V.* PATROCINOR.

PĂTRŌCĪNĬUM, ii, n. 2. per syncopen pro *patronocinium* a *patronus*, est tutela, defensio, protectio, συνηγορία (It. *protezione, difesa, patrocinio*; Fr. *protection, patronage, patronat*; Hisp. *proteccion, patronazgo, patronato*; Germ. *die Beschützung, Vertheidigung, das Patrocinium*; Angl. *protection, patronage, support*).

I.) Proprie. Patrocinia, inquit *Festus* p. 233. 31. *Müll.*, appellari cœpta sunt, quum plebs distributa est inter patres, ut eorum opibus tuta esset. Hinc ¶ 1. Speciatim et sæpe dicitur de defensione forensi, quam reis causidici præstant. *Cic. Brut.* 29. 112. Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum videbatur, ad senatoriam vero sententiam vel maxime. *Id. Orat.* 34. 120. Legitimarum et civilium controversiarum patrocinia suscipere. *Id.* 1. *Orat.* 57. 242. Arripere patrocinium æquitatis, et defensionem testamentorum. *Quintil.* 7. 2. 5. Fuerunt tales nostris etiam temporibus controversiæ, atque aliquæ in meum quoque patrocinium inciderunt. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 69. Suscipe Romanæ facundia, Maxime, linguæ, Difficilis causæ mite patrocinium. *Vellej.* 2. 75. 1. Per eadem tempora exarserat in Campania bellum, quod professus eorum, qui perdiderant agros, patrocinium, ciebat T. Claudius Nero etc. *Liv.* 6. 15. Jam dictatorem profiteri patrocinium feneratorum. ¶ 2. Hinc generatim nomen translatum est ad tutelam coloniarum, provinciarum, nationum per nobiles Romanos. *Cic.* 2. *Off.* 8. 27. Nostri magistratus imperatoresque ex hac una re maximam laudem capere studebant, si provincias, si socios æquitate et fide defendissent. Itaque illud patrocinium orbis terræ verius, quam imperium poterat nominari. *Sall. Cat.* 42. Cujus patrocinio civitas plurimum utebatur. *Id. orat. Philippi contra Lepid.* Sibi quisque opes, aut patrocinia quærendo, consilium publicum corruperunt. *Pseudo-Ascon.* in *Cic. Divin.* in *Q. Cæcil.* 1. Metelli, quorum familia Siculis patrocinium præbuit. *Inscript.* apud *Murat.* 1103. 5. PATROCINIVM COLONIAE DECREVIT. ET PER LEGATOS DEFVLIT. *Alia* apud *Gruter.* 354. 1. OB HONOREM PATROCINII SIBI OBLATVM etc. *Alia* in *Bullett. dell' Instit. archeol. a.* 1836. *p.* 152. INDVSTRIVM VIRORVM PATROCINIO FVLCIANTVR OPTIMI CIVES. ¶ 3. Patrocinium dicitur etiam auxilium, quo alicujus civitatis factiones fruuntur. *Nepos Phoc.* 3. Utraque factio Macedonum patrociniis nitebatur.

II.) Translate. ¶ 1. Per metaphoram et urbane *Cic.* 2. *Fin.* 21. 67. Aut hæc tibi sunt vituperanda, aut patrocinium voluptatis repudiandum. *Id.* 1. *Parad.* 3. 15. Voluptas plurimorum patrociniis defenditur. *Liv.* 5. 6. Nec se patrocinium mollitiæ inertiæque mandasse tribunis. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 3. 4. (23). Patrocinia vitiis quærere. *Quintil.* 1. 12. 16. Difficultatis patrocinia præteximus segnitiæ. *Justin.* 32. 2. 4. Modestia sua Demetrius veniam patri, non jure defensionis, sed patrocinio pudoris obtinuit. *Ovid.* 1. *Trist.* 1. 26. Causa patrocinio non bona pejor erit. ¶ 2. Concretum, uti ajunt, pro abstracto, *patrocinia* sunt ipsi clientes, h. e. personæ quæ patrocinio fruuntur. *Vatinius* apud *Cic.* 5. *Fam.* 9. Si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis servas, P. Vatinius cliens advenit, qui pro se causam dicer vult.

PĂTRŌCĪNOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (patronus). Part. *Patrocinans* ad fin.; *Patrocinatus* in fin. — Patrocinari est patrocinio tueri, protegere, defendere, *proteggere, difendere, patrocinare, συνηγορεῖν. Ter. Phorm.* 5. 7. 46. Vos me indotatis modo Patrocinari fortasse arbitramini? *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (147). M. Antonius, edito volumine de sua ebrietate,

patrocinari sibi ausus. *Quintil.* 2. 4. 23. Nam et pro luxuria et pro amore dicimus, et leno interim parasitusque defenditur, sic ut non homini patrocinemur, sed crimini. *Tac. Dial. de orat.* 10. *a med.* Quum præsertim ne ad id quidem confugere possis, quod plerisque patrocinatur, etc. *Auct. B. Hisp.* 29. *extr.* Adversarii patrocinari loco iniquo non desinunt, *h. e.* non deserere, tueri, defendere. *Ulp. Dig.* 2. 11. 2. *a med.* Nonne indignus est, cui exceptio patrocinetur? *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 5. (51). Litteris ejus altioribus contra id pigra vicinitate sibi patrocinante. — Hinc Part. præter.

Patrocinatus, a, um, passive usurpatur a *Tertull. advers. Gnost.* 4. Divinarum et denunciationum et exsecutionum intentio jam tunc martyriis patrocinata.

PĂTRŌNA, æ, f. 1. (patronus). Licenter pænultima corripitur in *Inscript.* non optimæ notæ apud *Gruter.* 931. 9. Dat tamen hæc patronæ pietas solatia fidæ. — Patrona est quæ aliquem defendit.

I.) Propriè. — *a*) Generatim. *Ter. Eun.* 5. 2. 48. Te mihi patronam cupio, Thais. — *b*) Speciatim est, quæ aliquem manumisit. *Plin.* 10. *Ep.* 4. Est manumissus a peregrina: vocatur ipse Harpocras: patronam habuit Thermuthin Theonis.

II.) Translate. *Plaut. Asin.* 2. 2. 26. linguam servi *patronam* dicit, quia si quid sceleste fecit, lingua pro illo pejerat, et a supplicio defendit. — Huc pertinent et illa *Cic.* 2. *Orat.* 48. 199. Provocatio patrona illa civitatis, ac vindex libertatis. *Martial.* 7. 72. Ut vocem mihi commodes patronam, *ubi* videtur adjective usurpari.

PĂTRŌNĀLIS, e, adject. ut Patronalis verecundia, *h. e.* quæ patrono debetur, *Marcell. Dig.* 39. 5. 20. *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CXC., apud *Gruter.* 1101. 1. PETENDVMQVE AB EO VT LIBENTER SVSCIPIAT COLLEGII N. PATRONAL. HONOREM TABVLAMQVE AEREAM CVM INSCRIPTIONE HVIVS DECR. N. DOMO EIVS PONI CENSVERVNT. Hæc eadem habetur apud *Murat.* 563. 1., ibique legitur *patronat. honorem,* et mox *decreti in domo ejus* etc. *V.* PATROCINALIS.

PĂTRŌNĀTUS, us, m. 4. dignitas et conditio patroni. *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CCLXI., apud *Murat.* 564. 1. SI CVNCTIS VIDETVR NVNC TABVLAM AEREAM PATRONATVS EIS OFFERRI VT MERITO HONORE PRO MERITIS INNOTESCANT. *Alia* apud *Reines. cl.* 2. *p.* 255. 17. et apud *Orell.* 3296. M. AVREL. CHRESTVS OB HONORFM PATRONAT. COLL. FABR. *V.* vocem præced. — *Jus patronatus* est, quod habet patronus in libertum. Nam qui aliquem libertate donat, e servo libertum facit, fitque ipse e domino patronus. Itaque in eum, quem a se dimittit, quædam jura sibi retinet, ut opera ejus uti possit in quibusdam casibus: ut ab eo alatur, si opus fuerit: ne accusetur: ne contumelia afficiatur, etc. *V. Dig.* 37. *tit.* 14. *qui de jure patronatus* inscribitur. *Martian. ibid.* 3. Omni commodo patronatus carere. *Terent. ibid.* 21. Amissi patronatus jus recipere.

PĂTRŌNUS, i, m. 2. (pater). Adjective videtur usurpasse *Martial.* 7. 72. *V.* PATRONA II. ad fin. — Patronus est qui alterum tuetur et defendit (*V.* infra sub I. 1. *a.*), προστάτης (It. *patrono, protettore, difensore*; Fr. *patron, protecteur, defenseur*; Hisp. *patron, protector*; Germ. *der Patron, Beschützer, Schutzherr*; Angl. *a protector, defender, patron*).

I.) Propriè. ¶ 1. Stricto sensu — *a*) De singulis hominibus. Patronus est qui alterum tuetur et defendit; cui respondet *cliens*: a *pater*, ut *Festus* innuit *p.* 253. 30. *Müll.* et *Servius* ad *Virg.* 6. *Æn.* 609., quia ut pater filium, ita hic clientem tuetur. *Patroni* enim primo dicti sunt patres, seu patricii, quibus ex instituto Romuli plebs commendata fuit, ut quem quisque plebejus vellet e patribus, eum sibi veluti tutorem eligeret, qui suis in rebus ac periculis sibi adesset. *Fragm. leg. XII. Tab.* apud *Servium l. c.* PATRONVS SI CLIENTI FRAVDEM FECERIT SACER ESTO. *Liv.* 6. 18. Quot enim clientes circa singulos fuistis patronos, tot nunc adversus unum hostem eritis. *et paullo post.* Ego me patronum profiteor plebis, quod mihi cura mea et fides nomen induit. *V. Sigon. de ant. jur. Civ. R. l.* 1. *c.* 7. — *b*) Quoniam vero patronorum officia fuere, ut clientes omnibus in rebus tuerentur, ac potissimum ut iis incognita jura traderent, causamque eorum in foro, re postulante, defenderent; factum est, ut patronus pro oratore, sive actore causarum usurparetur, *advocato. Pseudo-Ascon. Divin. in Q. Cæcil.* 4. Qui defendit alterum in judicio, aut patronus dicitur, si orator est; aut advocatus, si aut jus suggerit, aut præsentiam suam commodat amico; aut procurator, si negotium suscipit; aut cognitor, si præsentis causam novit et sic tuetur, ut suam. *Cic.* 2. *Off.* 14. 51. Judicis est semper in causis verum sequi: patroni nonnunquam veri simile, etiamsi minus sit verum, defendere. *Id.* 2. *Orat.* 69. 280. Ut ille Siculus, cui prætor Scipio patronum causæ dabat hospitem suum. *Id. Mur.* 2. 4. Quempiam constituere alicui causæ patronum. *Id. Rosc. Am.* 2. 5. His de causis ego huic causæ patronus exstiti. *Ascon.* in *argum. orat. pro Scauro, sub fin.* Defenderunt Scaurum sex patroni, quum ad id tempus raro quisquam pluribus, quam quatuor, uteretur: at post bella civilia, ante legem Juliam, ad duodenos patronos est perventum. *Quintil.* 4. 1. 11. Patronus partis adversæ. *Id.* 12. 8. 13. Multa, quæ litigator nihil ad causam pertinere crediderit, eruet patronus. *et* 7. 1. 2. Quum accusator a jure, quo videbatur potentior, cœperit; patronus omnia ante jus posuerit. *Tac. Dial. de orat.* 1. Horum autem temporum diserti causidici et advocati et patroni et quidvis potius, quam oratores, vocantur. *Ovid.* 1. *Art. Am.* 88. Qui modo patronus, nunc cupit esse cliens. — *c*) Præterea *patroni* erant, qui provinciarum, et exterarum nationum, R. imperio subditarum, Romæ apud senatum, magistratus, et populum, auctoritate et gratia res et negotia defendebant. Sic Bononienses patronos habuere Antonios, Syracusani Marcellos, Lacedæmonii Claudios, Afri Scipiones, Allobroges Sangas etc. *Cic.* 1. *Off.* 11. 35. Tantopere apud nostros justitia culta est, ut ii, qui civitates, aut nationes, devictas bello, in fidem recepissent, earum patroni essent more majorum. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 1. 2. Uti quum summum in veteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me præsidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur. *Id. Pis.* 11. 25. Me inaurata statua donarant, me patronum unum adsciverant. *Id. Sull.* 21. 61. Patronus, defensor, custos coloniæ. — *d*) Denique *patronus* est relativum *liberti. V.* vocem præced. ad fin. *Ulp. fragm. tit.* 29. 61. Civis Romani liberti hereditatem lex XII. Tabularum patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit. *Cf. Caj.* 3. *Institut.* 40. Et *Cic.* 13. *Fam.* 21. *sub fin.* Peto a te, ut Ammonium libertum in patroni ejus negotio tueare. *Tac.* 2. *Hist.* 2. Corrupti in dominos servi, in patronos liberti.

II.) Translate. ¶ 1. De quovis defensore dicitur. *Cic.* 3. *leg. Agr.* 1. 3. Eam legem a vestrorum commodorum patrono esse conscriptam. *Id. Balb.* 10. 25. Patronus fœderum ac fœderatorum. *Id. Amic.* 7. 25. Qualis tum patronus justitiæ fuit contra accuratam orationem Phili! — Jocularitер usurpat *Plaut. Truc.* 4. 3. 48. Video ego te, propter malefacta, qui es patronus parieti. *h. e.* qui scelerum conscientia fractus adstas parieti, ut patroni sive advocati solent clientibus adesse in judicio. ¶ 2. Seriori ævo, *patronus* fuit, qui jus in colonos suos, quos vere servos non esse constat, habebat; hinc etiamnum apud Italos *padrone* dicitur, qui servilia opera præstantium dominus est. *Impp. Valentin. et Valens Cod. Theod.* 5. 11. 7. Non dubium est, colonis arva, quæ subigunt, usque adeo alienandi jus non esse, ut, si qua propria habeant, inconsultis atque ignorantibus patronis, in alteros transferre non liceat.

PĂTRŌNŸMĬCĒ, adverb. πατρωνυμικῶς, more nominum patronymicorum. *Charis.* 1. *p.* 99. *Putsch.* Cinna: Jam inde a Belidis natalique urbis ab anno Cecropis atque alta Tyrii ab origine Cadmi. Patronymice dixit *Belidis,* at vero Maro (2. *Æn.* 82.) *Belidæ Palamedis* ait.

PĂTRŌNŸMĬCUS, a, um, adject. ut Patronymicum nomen, πατρωνυμικὸν ὄνομα, est, quod fit ex nomine patris, avi, vel alius ex majoribus, et significat filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel alium ex descendentibus, ut *Pelides,* Achilles filius Pelei; *Æacides,* Achilles nepos Æaci: item ex nominibus regum, urbium, fluminum, etc. *V. Priscian.* 2. *p.* 582. *Putsch.* et alios Grammaticos.

PĂTRŌUS, a, um, adject. πατρῷος, patrius: vox Græca, a πατήρ *pater. Patroa virgo* apud *Catull.* 1. videtur esse Minerva ingeniorum præses, ex capite Jovis patris nata sine ope feminæ. Ita *Voss.* et *Vulpius.* Alii leg. *patrona.* Eadem de causa *paterna virgo* dicitur a *Stat.* 1. *Achill.* 547. Al. tamen aliter aut leg. aut interpret.

PĂTRŪĔLIS, e, adject. *V.* vocem seq. sub *B.*

PĂTRŪĒLIS, is, m. et f. 3. *Charis.* 1. *p.* 113 *Putsch.* vult in Ablativo *patruele* dici, allato exemplo *Nepotis* in *fragm.* — Patruelis est filius, vel filia patrui mei: qui et *frater,* aut *soror patruelis* dicitur. Differt a *consobrino,* qui est filius materteræ, h. e. sororis matris meæ; ἐξάδελφος, ἀναψιός (It. *cugino*; Fr. *cousin germain du coté du père*; Hisp. *primo hermano de parte de padre*; Germ. *vom Vaterbruder stammend*; Angl. *a cousin-german by the father's side, the son or daughter of a father's brother*). Usurpatur

A) Absolute, substantivorum more.

I.) Proprie. *Cajus Dig.* 38. 10. 1. Item fratres patrueles, sororesque patrueles, idest qui, quæve ex duobus fratribus progenerantur *Non. p.* 557. 12. *Merc.* Patrueles, marium fratrum filii. *Cic.* 5. *Fin.* 1. 1. L. Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus. Adde *eumd. Planc.* 11. 27. *Sueton. Domit.* 10. *a med.* Occidit Flavium Sabinum, alterum e patruelibus, quod etc. *et* 15. Flavium Clementem patruelem suum interemit. *Pers.* 6. 52. si mihi nulla Jam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis Nulla manet.

II.) Translate sic appellatur filius sororis patris mei. *Cic. Cæl.* 24. 60. Clodium vocat fratrem patruelem Q. Metelli Celeris, quia mater Clodii soror fuerat patris Q. Metelli.

B) Adjective. *Ovid. Heroid.* 14. 61. Quo meruere necem, patruelia regna tenendo. *h. e.* Danai patrui sui, uxores ducendo ejus filias. *V.* DANAUS in ONOM. Ajax apud *Ovid.* 13. *Met.* 41. Nos inhonorati, et donis patruelibus orbi. *h. e.* armis Achillis, qui fuit filius Pelei fratris Telamonis, quem Ajax patrem habuit. *Id.* 1. *ibid.* 350. Deucalion lacrimis ita Pyrrham affatur obortis: O soror, o conjux, o femina sola superstes, Quam commune mihi genus et patruelis origo, Deinde torus junxit. *scil.* quia filii erant duorum fratrum, ille Promethei, hæc Epimethei.

PĂTRŪĪTUS. *V.* PATRITUS.

PĂTRŪUS, a, um. *V.* voc. seq. sub *B.*

PĂTRŪUS, i, m. 2. (pater) frater patris mei (ut docet *Paul. Dig.* 38. 10. 10.) a *pater,* quia patris loco est, eo mortuo. Differt ab *avunculo,* qui est matris meæ frater, πατράδελφος (It. *zio paterno*; Fr. *oncle paternel*; Hisp. *tio de parte de padre*; Germ. *der Vaterbruder, Oheim von väterlicher Seite*; Angl. *an uncle by the father's side, a father's brother*). Usurpatur

A) Absolute, substantivorum more.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Orat.* 1. 2. Quos tum, ut pueri, refutare domesticis testibus, patre et L. Cicerone patruo solebamus. *Id. Harusp. resp.* 12. 26. Istiusmodi Megalesia fecit pater tuus? istiusmodi patruus? *Horat.* 1. *Sat.* 6. 131. Quæstor avus, pater atque meus, patruusque fuisset. — *Patruus magnus* est frater avi mei paterni, vel materni, *fratello di mio nonno. Patruus major,* frater proavi mei, *fratello di mio bisavo,* (*Paul. Diac. p.* 136. 7. *Müll.* etiam aviæ patruum seu proaviæ meæ fratrem *patruum ma-*

jorem dici ait.) qui et *propatruus* vocatur. *Patruus maximus*, frater abavi mei, *fratello di mio arcavolo*: qui et *abpatruus* dicitur. *Paul. Dig. loc. cit.* — Dupliciter *patruus* intelligendus est, ex patre vel matre: *puta*, avia paterna mea nupsit patri tuo, peperit te: aut avia paterna tua nupsit patri meo, peperit me. Ego tibi patruus sum, et tu mihi. Idem evenit, si mulieres altera alterius filio nupserint: nam qui ex his masculi nati sunt, invicem patrui sunt; quæ feminæ, invicem amitæ. Item masculi feminis similiter patrui, feminæ illis amitæ. Et si vir et mulier, ille filiam ejus duxerit, illa filio ejus nupserit; qui ex patre adolescentis nati erunt, ex matre puellæ natos, fratris filios: illi eos patruos, et amitas appellabunt. *Id. ibid.*

II.) Translate notat severitatem et austeros mores, cujusmodi solent esse patruorum in fratris filios. *Cic. Cœl.* 11. 25. Et qui in reliqua vita mitis esset, fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 87. sive ego prave, Seu recte hoc volui: ne sis patruus mihi. *Pers.* 1. 11. Quum sapimus patruos. *h. e.* graves severosque mores induimus.

B) Adjective est ad patruum pertinens. *Horat.* 3. *Od.* 12. 2. exanimari metuentes patruæ verbera linguæ. *Ovid.* 4. *Fast.* 55. Ense cadit patruo Lausus. Al. leg. *patrui*, al. *patrio*. Eodem lectionis varietas est apud *eumd.* 3. *Amor.* 6. 49. et 11. *Met.* 328. et 12. *ibid.* 597. etc. — Joculariter *Plaut. Pœn.* 5. 4. 24. *et* 26. Patrue mi patruissime. *h. e.* dulcissime, amantissime.

PĂTŬLĒ, adverb. palam, in propatulo. *Gloss. Cyrill.* Προφανῶς, patule.

PĂTŬLĬCANS. *V.* PASTILLICANS.

PĂTŬLUS, a, um, adject. (pateo) patens, apertus; et sæpe de iis dicitur, quæ semper aperta et patentia sunt, ἀνοικτός, εὐρύς (It. *aperto*; Fr. *ouvert, béant*; Hisp. *abierto, boquiancho*; Germ. *offen stehend, offen, ausgemacht*; Angl. *open, large, wide, spreading, spacious, ample*).

I.) Proprie. *Varro* 5. *L. L.* 161. *Müll.* Cavum ædium dictum qui locus tectus intra parietes relinquebatur patulus, qui esset ad communem omnium usum. *Cic.* 2. *Nat. D.* 48. 123. *et* 3. *Fin.* 19. 63. Pinna duabus grandibus patula conchis, cum parva squilla quasi societatem coit comparandi cibi. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 70. patulæ aures. *h. e.* quæ semper apertæ sunt et paratæ ad audiendum. *Virg.* 1. *G.* 375. bucula cælum Suspiciens patulis captavit naribus auras. *Ovid.* 15. *Met.* 513. patulo partem maris evomit ore. Sic *Quintil.* 9. 4. 33. Cavo, aut patulo maxime ore. *Ovid.* 14. *Met.* 752. patulæ fenestræ. *Tac.* 15. *Ann.* 43. *extr.* Patula latitudo et nulla umbra defensa. — Quomodo a *patens* differat, *V.* PATENS.

II.) Translate. ¶ 1. Est latus, amplus. *Lucret.* 6. 107. patuli super æquora mundi. *Cic.* 1. *Orat.* 7. 28. Platanus ad opacandum locum patulis diffusa ramis. *Virg.* 7. *Æn.* 115. patulis nec parcere quadris. *Id.* 3. *G*, 362. patulæ puppes. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 9. 14. (68). in latitudinem naves. *Ovid.* 14. *Met.* 752. Imposito patulos calamo sinuaverat arcus. *Id.* 2. *ibid.* 379. patuli lacus. *et* 8. *ibid.* 675. patula canistra. *Tac.* 15. *Ann.* 40. urbis loca. *Gell.* 6. 6. *extr.* Aves ingentibus alis patulæ atque porrectæ. — *Patuli boves* qui sint, *V.* in CAMURUS. ¶ 2. *Horat. Art. P.* 131. si Non circa vilem patulumque moraberis orbem. *h. e.* omnibus accessibilem, ideoque communem, vulgarem.

PĂTŪRA, æ, f. 1. *apertura*, pator, apertio. *Plin. Valerian.* 3. 22. *ad fin.* Xeron facit ad nomas, et ad paturas sparges, et ligabis.

PAUCI, æ, a, *et*

PAUCI, ōrum. *V.* PAUCUS.

PAUCIĒS *vel* pauciens, adverb. raro, paucis vicibus. *rare volte*, παῦρα, σπανίως. *Titinius* apud *Paul. Diac. p.* 220. 15. *Müll.* et apud *Non. p.* 157. 16. *Merc.* Tuam uxorem pauciens videbo. *Id.* apud *Non. l. c.* In urbem pauciens venire soles. *Cœlius* apud *eumd. ibid.* Consulto non pauciens arcessitum. *Boeth. Elenchor. Sophist.* 2. 4. *p.* 751. Suntne paucies pauca, pauca?

PAUCĬLŌQUĬUM, ii, n. 2. *poche parole*, βραχυλογία, paucitas sermonis. *Plaut. Merc.* 1. 1. 31. Contumelia, et dispendium, multiloquium, pauciloquium.

PAUCĪTAS, ātis, f. 3. exiguus numerus, ὀλιγότης (It. *poco numero, pochezza*; Fr. *petit nombre, petite quantité*; Hisp. *pequeño número*; Germ. *die geringe Anzahl, die Wenigkeit*; Angl. *fewness, scarcity, smallness of number, paucity*). Usurpatur — *a*) Cum Genitivo. *Cic.* 1. *Orat.* 2. 8. Quanta oratorum sit, semperque fuerit paucitas. *Cæs.* 3. *B. G.* 9. Navigatio impedita propter inscientiam locorum, paucitatemque portuum. *Id.* 3. *B. C.* 111. His copiis fidens Achillas paucitatemque militum Cæsaris despiciens, etc. — *b*) Absolute. *Cic.* 2. *Fam.* 11. De pantheris agitur mandatu meo diligenter; sed mira paucitas est. *Cæs.* 3. *B. G.* 2. Quod legionem, neque eam plenissimam-, propter paucitatem despiciebant. *Nepos Pelop.* 2. Qua paucitate perculsa est Lacedæmoniorum potentia. *da sì pochi.* et *Datam.* 7. *extr.* Ut non multum obesse multitudo hostium suæ paucitati posset. *Sall. Cat.* 57. Divitias paupertas, multitudinem paucitas superat. *Curt.* 3. 4. Loci angustiis redactus est ad paucitatem, quam in hoste contempserat. *Cic.* 1. *Invent.* 22. 32. Partitio habere debet brevitatem, absolutionem, paucitatem. *et mox.* Paucitas in partitione servatur, si genera ipsa rerum ponuntur, neque permixte cum partibus implicantur. *Quintil.* 5. 7. 23. Si deficietur numero pars diversa, paucitatem oportebit incessere.

PAUCŬLUS, a, um, adject. *deminut. a* paucus, *assai poco*. — *a*) Sæpissime in plur. num. *Cato* apud *Fronton.* 1. *ep. ad Anton.* 2. Neque manubias inter pauculos meos amicos divisi, ut illis eriperem, qui cepissent. *Plaut. Merc.* 2. 3. 52. Mane: paucula sciscitare prius volo. *Id. Epid.* 3. 4. 24. Volo te verbis pauculis, si tibi molestum non est. *Ter. Heaut.* 4. 6. 24. Quod imperabit, facito: loquitor paucula. — Et absolute, substantivorum more, *Marcell. Empir. c.* 33. *p.* 134. ed. *Ald.* Contusis et compressis testibus cito subvenies, si cicutæ folia trita cum pauculo aceti inducas.

PAUCUS, a, um, adject. In Genitivo plur. *paucum* pro *paucorum* dixit *Ennius* apud *Gell.* 12. 4. *ad fin.* — In Dativo habet *paucis* in omni genere: olim et *paucabus* in feminino dictum est. *Cn. Gell.* apud *Charis.* 1. *p.* 39. *Putsch.* Capite cum aliis paucabus consilium. *V.* ASINA init. — Comp. *Pauciores* et Sup. *Paucissimi* I. — *Pauci* (usurpatur enim sæpissime in plur. numero, raro admodum in sing.) sunt, qui exiguo numero sunt, rari: a παῦρος, quod idem significat. Refertur ad quantitatem discretam, h. e. ad numerum, et contrarium habet *plures, multi*: sicut *parvus* ad quantitatem continuam, h. e. corpus, cui *magnus* opponitur, ὀλίγοι (It. *pochi*; Fr. *peu nombreux, peu considérable*: Hisp. *poco*; Germ. *wenig, wenige*; Angl. *few*).

I.) Proprie. — 1.*) Adjective. — *a*) In plur. num. *Ter. Andr.* 1. 1. 77. Fere in diebus paucis, quibus hæc acta sunt, Chrysis moritur. *Cic. Amic.* 1. 3. Paucis diebus post mortem Africani. *Id.* 2. *Fam.* 7. Paucis diebus eram missurus domesticos tabellarios. *tra pochi dì.* et 2. *Verr.* 6. 17. Ecce autem repente, his diebus paucis, vetera illa consilia repetuntur. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 1. 1. 102. Spero, paucis mensibus opus Diphili perfectum fore. *Id. Amic.* 1. 2. Quum et ego essem una et pauci admodum familiares. *Id.* 5. *Tusc.* 35. 102. Quotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus. *Id.* 2. *Orat.* 32. 140. Causæ modicæ et paucæ. *Tac.* 4. *Hist.* 40. Pauca et modica disseruit. *Auct. B. Afr.* 96. Pauciora ab amplioribus circumventa navigia deprimuntur. *Sall. Jug.* 53. Ne pauciores cum pluribus manum consererent. *Cels.* 7. 2. *a med.* Ut quam minimæ, et quam paucissimæ plagæ sint. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 1. 1. (1). In paucis digna res est, de qua plura dicantur. — *b*) In sing. numero. *Horat. Art. P.* 203. tibia tenuis, simplexque foramine pauco. *Gell.* 20. 1. *a med.* Injurias pauco ære diluere. *Apul.* 11. *Met.* Post paucum tempus nunciatur. — 2.*) Absolute, substantivorum more, — *a*) *Pauci*, pauci homines. *Cic. Cluent.* 46. 128. Ut metus ad omnes, pœna ad paucos perveniret. *et ibid.* 129. In multorum peccato carpi paucos ad ignominiam non oportet. *Id. Mur.* 11. 25. Posset agi lege, nec ne, pauci quondam sciebant. *Phædr.* 5. 4. Paucis temeritas est bono, multis malo. — *Pauci* absolute, sæpe sunt qui præter jus fasque in republica imperio potiti sunt, apud *Sall. Cat.* 30. Ne triumpharent calumnia paucorum. *et ibid.* 39. Plebis opes imminutæ, paucorum potentia crevit. Adde *eumd. Jug.* 3. 31. et 41. — *b*) *Pauca*, pauca verba. *Ennius* apud *Gell.* 5. 15. Philosophandum est paucis, nam omnino non placet. *Afranius* apud *Charis.* 2. *p.* 214. *Putsch.* Pauca sunt, tecum quæ volo. *Id.* apud *Non. p.* 403. 21. *Merc.* Audite, pueri, pauca. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 54. In pauca confer. *Ter. Andr.* 3. 3. 4. Ausculta paucis. *et* 1. 1. 2. Paucis te volo. *et* 5. 3. 22. Pater, licet ne pauca? *Horat.* 1. *Sat.* 6. 60. respondes, ut tuus est mos, Pauca. *Sall. Jug.* 19. *et* 20. *extr.* Cetera quam paucissimis absolvam. — *c*) *Pauci* cum Genit. partitionis, aliqui, nonnulli. *Liv.* 30. 33. *ad fin.* Paucæ tamen bestiarum, intrepidæ in hostem actæ, ingentem stragem edebant.

II.) Translate, vel rectius prægnante significatione, *pauci*, boni, ut *multi*, mali. *Lucilius* apud *Non. p.* 519. 10. *Merc.* Non paucis ac sapientibus esse probatum. *Cic. Orat.* 3. 13. Eloquentia jactationem habuit in populo, nec paucorum judicium reprehensionemque pertimuit.

PAULLĀTIM *vel* paulatim adverb. (paullum) sensim, leniter, minutatim, κατ' ὀλίγον, καταβραχέως (It. *a poco a poco*; Fr. *peu à peu, petit à petit, insensiblement*; Hisp. *poco á poco*; Germ. *allmälich, allgemach, nach und nach*; Angl. *by little and little, by degrees, gradually, leisurelly*). Usurpatur ¶ 1. Stricto sensu, de tempore et de loco. *Plaut. Merc.* 2. 3. 68. Labefacto paullatim. *Ter. Adelph.* 5. 6. 10. Paullatim plebem primulum facio meam. *Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 17. Cujus amicitia me paullatim in hanc perditam causam imposuit. *Cæs.* 1. *B. G.* 33. Paulatim Germanos consuescere Rhenum transire. *Sall. Cat.* 51. Ubi paullatim licentia crevit. *Virg.* 4. *Ecl.* 28. Molli paullatim flavescet campus arista. *Tac.* 2. *Ann.* 10. Paullatim inde ad jurgia prolapsi. *Quintil.* 10. 6. 3. Assumendus usus paullatim, ut pauca primum complectamur animo. — *Cæs.* 2. *B. G.* 8. Collis leniter fastigatus paullatim ad planitiem redibat. *et* 3. *ibid.* 19. Locus erat castrorum editus et paullatim ab imo acclivis. ¶ 2. Latiori sensu, vel speciatim, est idem ac per partes. *Auct. B. G.* 8. 15. Barbari-, quum dimicare non recusarent, -paullatimque copias distributas dimittere-non auderent, -in acie permanserunt. *Cæs.* 4. *B. G.* 30. *in fin.* Paullatim ex castris discedere cœperunt. *pochi alla volta*: non omnes simul, sed subinde pauci. *Paul. Dig.* 49. 14. 47. Æmilius conduxerat a fisco possessionem, eamque paullatim pluribus locaverat. *h. e.* per exiguas partes, particulatim. — More substantivi cum Genitivo. *Cato R. R.* 74. Farinam in mortarium indito, aquæ paullatim addito, subigitoque pulcre. *h. e.* paullum aquæ addito: vel, quod aptius videtur, aquam paullatim addito.

PAULLISPER *vel* paullisper, adverb. (*paullum* et *per*: de compositione *V.* PARUMPER init.) parumper, valde paullum temporis, *poco tempo, per poco tempo*, ὀλίγον χρόνον. — *a*) Absolute. *Plaut. Rud.* 2. 7. 32. Si invitare nos paullisper pergeret, ibidem obdormissemus. *Id. Amph.* 2. 2. 64.; et *Ter. Adelph.* 2. 2. *in fin.* Paullisper mane. Rursus *Plaut. Bacch.* 3. 3. 12. Paullisper est libido homini suo animo obsequi. *Cic.* 6. *Verr.* 18. 39. Abesse a domo paullisper maluit, quam præsens illud optime factum argentum amittere. *Cæs.* 3. *B. G.* 5. Paullisper

intermittere prœlium. *Sall. Jug.* 56. Milites Jugurthini paullisper a rege sustentati. *Virg.* 5. *Æn.* 846. Ipse ego paullisper pro te tua munera inibo. — *b*) Sequente *dum*, vel *donec*. *Plaut. Rud.* 4. 3. 97. Paullisper remitte restem, dum comedo et consulo. *Cic. Mil.* 10. 28. Milo paullisper, dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est. *Liv.* 28. 26. *in fin.* Sedit tacitus paullisper, donec nunciatum est etc. — Et seq. *quantisper*. *Pomponius* apud *Non.* p. 511. 31. *Merc.* Possum orare te, ut recedas a me paullisper modo? Quantisper sat habes? — *c*) Sequente *mox*. *Liv.* 39. 2. Altitudine paullisper se tutati, mox in deditionem concesserunt.

PAULLO *vel* paulo, adverb., vel rectius est Ablat. neutr. gen. a *paullum*, adverbii more usurpatus. De ratione scribendi *V.* in PAULLUS, a, um, init. — *Paullo* est idem ac *paullum*, nisi quod hoc positivis et verbis, *paullo* comparativis et verbis comparationem significantibus, item præpositionibus *ante* et *post* adjungitur, *un poco*. — *a*) Cum Adjectivis et Adverbiis Comparat. *Cic.* 2. *Att.* 12. *ad fin.* Civis haud paullo melior, quam isti nostri. *Id.* 1. *ibid.* 13. Neque Epiroticis paullo liberiores litteras committere audeo. *Id.* 1. *ad Brut.* 15. *a med.* Paullo plures in senatu malevolos esse, quam gratos. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (25). Graviore paullo odore haud difficulter exanimari. — *Plaut. Men.* 4. 3. 7. Tibi dedi equidem illam paullo prius. *Cic. Orat.* 24. 82. Hoc ornamento liberius paullo utetur. *Cæs.* 1. *B. G.* 54. Maturius paullo, quam tempus anni postulabat, et 2. *ibid.* 20. Paullo longius processerant. *Cic.* 3. *Orat.* 30. 119. Paullo secus a me, atque ab illo, distributa. *Ter. Heaut.* 2. 1. 8. Is mihi, ubi adbibit plus paullo, sua quæ narrat facinora! *Cic.* 7. *Fam.* 1. *circa med.* Nec tu haud paullo plus, quam quisquam nostrum, delectationis habuisti. *Id. Quinct.* 3. 11. Una in re paullo minus consideratus. *Sueton. Tib.* 39. Quod paullo minus utrumque evenit. *poco men che non accadde*: propemodum evenit: parum abfuit quin eveniret. *Petron. Satyr.* 107. Qui ignotos lædit, latro appellatur: qui amicos, paullo minus quam parricida. *Est hæc argenteæ ætatis scriptoribus propria dicendi ratio.* Gr. ὀλίγον δεῖν. Sic *Sueton. Ner.* 40. Paullo minus quatuordecim annis. *Id. Tib.* 26. Civilem admodum ac paullo minus quam privatum egit. *Plin.* 7. *Ep.* 24. Paullo minus octogesimo ætatis anno decessit. *Id. Paneg.* 28. Paullo minus quinque millia ingenuarum fuerunt. *Cic.* 2. *Verr.* 5. 14. Deum nullum Siculis, qui ei paullo minus affabre factus videretur, reliquit. *Id. Brut.* 21. 83. Videtur lubenter verbis etiam uti paullo magis priscis Lælius. — *b*) Cum Adverbiis *ante*, *post*. *Sall. Cat.* 18. Post paullo Catilina pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat etc. *Liv.* 22. 60. *circa med.* Hannibalem post paullo audistis jubentem etc. *Nepos Alcib.* 5. Qui paullo ante victores vigerant. *Cic. Partit. orat.* 39. 137. Quæ paullo ante præcepta dedimus ambigui, quæque proxime sententiæ et scripti. *Id.* 6. *Verr.* 3. 6. Nuper homines nobiles: et quid dico nuper? immo vero modo ac plane paullo ante vidimus, qui etc. *h. e.* dudum, nuperrime. — *c*) Cum Verbis, quæ tamen comparationem significant. *Cæs.* 6. *B. G.* 26. Alcium est consimilis capris figura, sed magnitudine paullo antecedunt. — *d*) Jungitur interdum aliis particulis. *Cic.* 2. *Orat.* 21. 88. Verba effervescentia, et paullo nimium redundantia. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 68. (268). Sicut paullo mox docebimus. *Auct. B. Alex.* 21. Hoc prœlio desiderati ex eo numero legionariorum militum circiter CD., et paullo ultra eum numerum classiarii et remiges. *Cæs.* 3. *B. C.* 66. Cæsar paullo ultra eum locum castra transtulit. *Cic.* 3. *Parad.* 2. 26. Histrio si paullo se movit extra numerum etc. Ita edit. vet. a. 1477. Plerique al. *paullum*: et in MS. apud nos *paullulum*. — *e*) Et Verbis. *Catull.* 66. 131. Aut nihil, aut paullo cui nunc concedere digna Lux mea, etc. — *f*) Et positivis. *Ter. Heaut.* 1. 2. 30. Parentum injuriæ uniusmodi sunt ferme, paullo qui est homo tolerabilis. *Cic.* 8. *Att.* 12. Ut non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam paullo salubribus. Quod dictum pro *paullo salubrioribus*. Lectio tamen falsa esse videtur; et sunt qui legendum conjiciunt *sed etiam aliquando salubribus*. — *g*) Cum opposito *aliquanto*. *Cic. Quinct.* 12. 40. Petisses statim; si non statim, paullo quidem post; si non paullo, at aliquanto.

PAULLŬLĀTIM *vel* paululatim, adverb. deminut. a *paullatim*. *Apul.* 5. *Met.* Nudo vestigio pensilem gradum paullulatim minuens. *et* 2. *ibid.* Poculum paullulatim minuens.

PAULLŬLO *vel* paululo, adverb. deminut. a *paullo*, *un pochetto*, aliquantulum. *Ter. Eun.* 1. 1. 30. Si nequeas paululo, at quanti queas. *Luccejus* ad *Cic.* 5. *Fam.* 14. Valeo, sicut soleo: paululo tamen deterius, quam soleo. *Antiquæ editt. habent* paullo.

PAULLŬLUM *et* paululum, adverb. deminut. a *paullum*: *un pochetto*, aliquantulum. *Plaut. Asin.* 5. 2. 75. Abscede paullulum istuc. *Ter. Eun.* 5. 2. 51. Paullulum operirier si vis, jam frater ipse hic aderit. *Cic. Quinct.* 16. 53. Si hæc tecum duo verba fecisses, quid ago? respirasset cupiditas atque avaritia paullulum. *Sall. fragm.* apud *Gell.* 10. 26. *in fin.* Scaphæ paullulum progressæ nimio onere deprimebantur. *Quintil.* 1. 6. 8. Si paullulum intermissa fuerit. *Id.* 8. 3. 25. Si paullulum tempore nostro superiores. *Gell.* 12. 1. Nunciatum est Favorino, uxorem auditoris sui paullulum ante enixam. *pro* paullulo.

PAULLŬLUS *vel* paululus, a, um, adject. deminut. a *paullus*, pauculus, pusillus, *pochetto*, *piccolino*. — *a*) Cum suo nomine. *Cato R. R.* 14. Paullulam pilam, ubi triticum pinsant. *Al. leg.* Paullum latam pilam. *Plaut. Curc.* 1. 2. 31. De paullo paullulum hoc tibi dabo. *Id. Bacch.* 4. 8. 24. Pacisci cum illo paullula pecunia potes. *Al. leg.* paulla. *Ter. Phorm.* 4. 4. 22. Spatium vocandi, sacrificandi dabitur paullulum. *Pallad.* 12. *R. R.* 22. *a med.* Admisto paullulo sale. *Cic.* 2. *ad Brut.* 4. Hoc paullulum exaravi ipsa in turba matutinæ salutationis. *Liv.* 8. 11. Pro paullula via magnam mercedem Romanis esse solvendam. *Id.* 35. 11. Equi hominesque paulluli et gracles. *Martial.* 5. 34. *de puella sexenni*. Paullula ne nigras horrescet Erotion umbras. — *b*) *Paullulum*, neutr. *Ter. Hecyr.* 3. 5. 56. Quia paullulum vobis accessit pecuniæ. *Id. Andr.* 2. 2. 23. Paullulum obsoni. *Id. Eun.* 2. 2. 50. operæ. *Cic.* 1. *Cat.* 4. 9. moræ. *Id.* 3. *Nat. D.* 46. 118. Nihil ut fere intereat, aut admodum paullulum. *At* Orellius *leg.* paullum. *Id.* 5. *Tusc.* 8. 23. Huic paullulum ad beatam vitam deesse dicemus. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PAULLUM *vel* paulum, adverb., vel rectius neutr. adjectivi *paullus* adverbii loco positum, valde parum, ἐπὶ μικρόν, ὀλίγον (It. *un poco*; Fr. *un peu*; Hisp. *un poco*; Germ. *ein wenig*, *wenig*, *etwas*; Angl. *a little*, *somewath*). — *a*) Cum Verbis. *Cic.* 9. *Att.* 6. Epistolæ me paullum recreant. *Id.* 2. *leg. Agr.* 31. 85. Quasi vero paullum differat ager Campanus ac Stellatis. *Id. Rosc. Com.* 10. 28. Alicubi paullum commorari. *Id.* 1. *Orat.* 62. 265. Paullum requiescet, dum se calor frangat. *Id. Brut.* 21. 82. Ætate paullum his antecedens. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 3. 2. (9). Radix incurvatur paullum scorpionum modo. *Curt.* 3. 6. 19. Cultus habitusque paullum a privato abhorrens. — *Nepos Hamilc.* 1. Si paullum modo res essent refectæ. Cf. TANTUM MODO. — *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (9). Quod paullum a mandendo abest. *Justin.* 2. 6. 4. Quibus cæsis Pisistratus paullum a capienda urbe abfuit. *Sueton. Ner.* 28. Acten libertam paullum abfuit quin justo matrimonio sibi conjungeret. — *b*) Cum adverb. et præpos. *Quintil.* 1. 7. 20. Ciceronis temporibus paullumque infra. *Id.* 2. 17. 25. Post paullum clarius ostendemus. *Al. leg.* paullo post. *Id.* 11. 3. 148. Quas componi post paullum vetuit. *Id.* 11. 3. 21. Etiamsi ultra paullum coit. *Sunt*, *quibus videtur* paullum *in his Adjectivi potius vim obtinere*. Sed *Priscian.* 18. p. 1191. *Putsch.* Attici dicunt ὀλίγον πρότερον καὶ ὀλίγῳ πρότερον: nos quoque ante paullum et paullo ante: quomodo et post paullum et paullo post. Hæc *Priscian.* Cf. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 8. 10. (77). Uvæ paullum ante maturitatem decerptæ. et *Cic.* in *Arat.* 2. *Nat. D.* 43. 111. alter paullum prælabitur ante. — *c*) Cum Comparativo. *Sil. It.* 15. 21. haud paullum mortali major imago. *Stat.* 10. *Theb.* 938. paullum tardius.

PAULLUS *vel* paulus, a, um, adject. — Placet *Manutio* scribi *paullus*, *paullulus*, etc. geminata liquida, auctoritate *Terent. Scauri* in *Orthogr.* p. 2256. *Putsch.* et vet. libror. et lapidum, in quibus et adjectivum et nomen propr. *Paullus* legitur, ut apud *Gruter.* multis in locis. Contra sentiunt *Priscian.* 3. p. 614. *extr.* et *Vel. Long. de Orthogr.* p. 2238., quibus adstipulantur plurimæ item Inscription. apud *Gruter.* Utraque ergo ratio scribendi proba et usitata. — *Paullus*, per syncopen a *parvulus*, est deminut. a *parvus* vel *paucus*, admodum paucus, pusillus, μικρός (It. *pochetto*, *piccoletto*; Fr. *petit*, *faible*, *peu considérable*; Hisp. *pequeño*, *chico*; Germ. *wenig*, *klein*; Angl. *little*). Usurpatur — *a*) Adjective, h. e. cum suo nomine substant. *Ter. Andr.* 1. 5. 31. Dum in dubio est animus, paullo momento huc, vel illuc impellitur. *Id. Adelph.* 5. 4. 22. Eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos paullo sumptu. *Varro* 5. *L. L.* 92. *Müll.* Pauper a paullo lare. *Titinius* apud *Non.* p. 249. 19. *Merc.* Cocus magnum ahenum, quando fervit, paulla confutat trua. *h. e.* pusilla, *piccoletta*. — *b*) *Paullum*, *i*, n. 2. substantivorum more. — Absolute. *Plaut. Curc.* 1. 2. 31. De paullo paullulum hoc tibi do. *Ter. Eun.* 4. 4. 15. Quasi vero paullum intersiet. *Id. ibid.* 5. 2. 18. An paullum hoc esse tibi videtur? *et ibid.* 5. 9. 45. Quod des, paullum est, necesse est multum accipere. *Id. Phorm.* 5. 4. 3. Paullo mederi. *con assai poco*. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 33. timidis nil, aut paullum abstulerat. *Quintil.* 12. 3. 12. Paullum aliquid sederunt in scholis philosophorum. *Id.* 9. 4. 19. Sed de propositorum diversitate post paullum. *scil.* tempus: paullo post. Sed *V.* dicta in voc. præced. sub *b*. — Cum Genitivo. *Ter. Adelph.* 5. 8. 26. Agelli est hic sub urbe paullum. *Id. Andr.* 5. 3. 32. Pro peccato magno paullum supplici satis est patri. *Id. Heaut.* 3. 1. 92. paullum negoti. *et ibid.* 4. 4. 25. paullum lucri. *Cic.* 1. *Orat.* 53. 229. Paullum huic Cottæ tribuit partium. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 3. paullum silvæ. *Colum.* 6. *R. R.* 5. 22. Paullum triti salis vulneribus infricatur.

PAUPER, ĕris, adject. In illo *Ter. Andr.* 4. 5. 2. Quæ se inhoneste optavit parere hic divitias, Potius quam in patria honeste pauper vivere: Al. leg. *paupera*. Sic enim et *Plaut.* in *fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 12. *Æn.* 519. Paupera est hæc mulier. *Varro* tamen 8. *L. L.* 77. *Merc.* negat *paupera* recte dici: et *Servius loc. cit.* solis poetis concedit. Ideoque hoc utitur *Commodian.* 71. 9. similiterque soror si paupera lecto Decumbit. Adjective autem *paupera* legitur apud *Vulg. interpr. Ital. Tob.* 4. 23. Et noli commoveri, fili, quod pauperam vitam gessimus: habes enim multa bona, si custodieris hereditatem præceptorum meorum. — *Pauperum* in recto et gen. neutr. est *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *n.* 33. Est natura caput carnibus pauperum, et nervosum. *h. e.* carens. — *Pauperorum* pro *pauperum* est in *fragm. Tragur.* 46. *Burmann.* et lectione etiam incerta: sed certissima est lectio in *Inscript.* non opt. notæ, quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CCCXLI., apud *Fea*, *Framm. de' fast. cons.* p. 90., ubi legitur *amator pauperorum*, et *amatrix pauperorum*. — Comp. *Pauperior* et Sup. *Pauperrimus* I. — Ratione habita etymi, *Forcellinus* ducebat a *paullula re*, ut ait *Varro* 5. *L. L.* 92. (ubi *Müllerus* pro *paullula re* legit *paullo lare*); vel a παῦρος *parcus*; vel ab ἄπορος *indigus*. Fortasse est ex *pauc-per*: cf. *perperus* et *prosperus*. — Cetcrum *pauper*, cui *dives* et *locuples* opponitur, est cui parva et angusta res familiaris est, qui non affluit opibus, nec tamen eget, tenuis,

medius inter egenum et divitem, πένης (It. *povero, che ha una scarsa rendita*; Fr. *pauvre, qui a un revenu très-modeste*; Hisp. *pobre*; Germ. *arm, unbemittelt, ohne Vermögen, nur eben auskommend*; Angl. *poor*).

I.) Proprie. — 1.°) De hominibus. — *a*) Cum addito nomine substant. *Ter. Phorm.* 2. 3. 16. Pauper, cui opera vita erat, ruri fere se continebat. *Id. Eun.* 3. 2. 33. Apparet servum hunc esse domini pauperis miserique. *Cic.* 6. *Parad.* 3. 50. M.' Manilius pauper fuit: habuit enim ædiculas in Carinis et fundum in Labicano. Nos igitur divitiores, qui plura habemus? *Id. Valin.* 12. 29. Sisne ex pauperrimo dives factus. *Liv.* 2. 9. Pauperes satis stipendii pendere, si liberos educarent. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 12. meo sum pauper in ære. *Quintil.* 11. 1. 21. Si abundans opibus pauperem se vocet. *V.* PAUPERTAS I. *Vellej.* 2. 117. Syriam, cui præfuerat, quam pauper divitem ingressus, dives pauperem reliquit. *Inscript.* apud *Henzen.* 6293. C. GARGILIVS. HARMON. PROCVLL. PHILAGRI. DIVI. AVG. L. AGRIPPIAN. F. PARDAGOGVS. - VIXI. - SINE. LITE. - SINE. AERE. ALIENO. AMICIS. FIDEM. BONAM. PRAESTITI. PECVLIO PAVPER. ANIMO. DIVITISSIMVS. — Et in feminino. *Ter. Andr.* 4. 5. 3. Quæ sese inhoneste optavit parere hic divitias, Potius quam in patria honeste pauper vivere. *V.* hanc voc. init. *Ovid. Remed. am.* 748. Nempe quod alter egens, altera pauper erat. — *b*) Cum Genitivo. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 79. horum Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum. et 2. *ibid.* 3. 142. Pauper Opimius argenti positi intus et auri. *Id.* 3. *Od.* 30. 11. Daunus pauper aquæ. — *c*) Absolute. *Ter. Phorm.* 2. 1. 47. Qui (*judices*) sæpe propter invidiam adimunt diviti, Aut propter misericordiam addunt pauperi. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 25. Quod æque pauperibus prodest, locupletibus æque. *Id.* 1. *Od.* 4. 13. Pauperum tabernæ. *Id.* 3. *ibid.* 29. 14. Pauperum cœnæ. *Id. Epod.* 17. 47. Pauperum sepulcra. *Id.* 1. *Sat.* 1. 111. Pauperiorum turbæ. — 2.°) De rebus et de abstractis. — *a*) Cum addito nomine substant. *Plaut. Rud.* 1. 5. 24. Hic pauperes res sunt, inepesque. *Virg.* 1. *Ecl.* 69. Pauperis et tuguri congestum cæspite culmen. *Tibull.* 1. 1. 23. custos pauperis agri. *et ibid.* 29. dona de paupere mensa. — Sic in feminino. *Virg.* 12. *Æn.* 518. piscosæ cui circum flumina Lernæ, Ars fuerat, pauperque domus. *Ovid. Heroid.* 16. 185. quam pauper Achaia nostra est! Adde *eumd.* 3. *Fast.* 668. Rursus *Id.* 4. *Pont.* 2. 20. Et carmen vena pauperiore fluit. *più scarsa. Juvenal.* 5. 165. signum de paupere loro. *di vil prezzo. Quintil.* 10. 5. 5. Nec natura adeo jejunam ac pauperem eloquentiam fecit. *Virg. Mor.* 16. Fusus erat terræ frumenti pauper acervus. *piccolo.* — Metonymice. *Lucan.* 10. 151. Pone duces priscos, et nomina pauperis ævi, Fabricios Curiosque graves. — De eo, qui modico contentus est. *Phædr.* 2. 1. Verum est aviditas dives, et pauper pudor. — *b*) Cum Genitivo. *Sil. It.* 8. 545. pauper sulci cerealis Abella.

II.) Translate. ¶ 1. Pro egeno, *bisognoso, mendico. Cæsilius* apud *Gell.* 2. 23. *extr.* Is demum infortunatus est homo pauper, qui educit in egestate liberos. *Cic.* 6. *Parad.* 3. 52. Improbi et avari, non modo non copiosi ac divites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt. ¶ 2. Metaphora est in illo *Quintil.* 8. *procem.* 28. Miser enim, et, ut ita dicam, pauper orator est, qui nullum verbum æquo animo perdere potest.

PAUPERĀTUS, a, um. *V.* PAUPERO.

PAUPERCŬLUS, a, um, adject. *Pauperclus* per syncopen est *Commodian.* 77. 7. — Pauperculus est deminut. pauperis, *poveretto*, πενιχραλέος. — *a*) De hominibus. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 49. Novistin' hunc senem Euclionem ex proximo pauperculum? *Ter. Heaut.* 1. 1. 44. Est e Corintho hic advena anus paupercula. *Varro* 1. *R. R.* 17. 2. Ut plerique pauperculi cum sua progenie. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 46. paupercula mater. — *b*) De rebus. *Plaut. Pers.* 3. 1. 17. Quamquam res nostræ sunt, pater, pauperculæ, modice et modeste melius est vitam vivere.

PAUPĔRĬA, æ, f. 1. pauperies. *Gloss. Cyrill.* Πενία. pauperia, pauperies. Πτωχεία, inopia, pauperia, egestas, mendicitas.

PAUPĔRĬES, ēi, f. 5. paupertas, *povertà*.

I.) Proprie. *Ennius* apud *Non.* p. 494. 2. et 507. 18. *Merc.* Senex sum: utinam mortem obpetam, priusquam evenat, Quod in pauperie mea senex graviter gemam! *Ter. Heaut.* 1. 1. 59. In Asiam hinc abii propter pauperiem. *Tac.* 4. *Hist.* 47. Vera ne pauperie, an uti videretur, actum in senatu, ut sexcenties sestertium a privatis mutuum acciperetur. *Sueton. Gramm.* 11. Vixit ad extremam senectam, sed in summa pauperie, et pæne inopia. *Horat.* 3. *Od.* 2. 1. Angustam pauperiem pati. *Id.* 2. *Ep.* 2. 199. Pauperies immunda procul absit. *Id.* 3. *Od.* 16. 37. importuna. *et* 4. *ibid.* 9. 49. dura. *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 209. iniqua. *Id. B. Get.* 632. aspera. *Virg.* 6. *Æn.* 437. pauperiem et duros perferre labores. *Horat.* 3. *Od.* 29. 55. et mea Virtute me involvo, probamque Pauperiem sine dote quæro. *Apul.* 11. *Met.* Impœnitendæ paupertei se committere.

II.) Translate. *Pauperiem facere* apud JCtos est damnum afferre, unde quis pauperior fiat, *danneggiare*: et dicitur de bestiis, quæ quippiam nocent. Est in *Dig.* 9. *tit.* 1. qui inscribitur, *si quadrupes pauperiem fecerit*, ex legib. XII. Tab., ubi *Ulp.* 1. Pauperies est damnum sine injuria facientis datum: nec enim potest dici animal injuriam fecisse, quod sensu caret.

PAUPĔRĬUS, adverb. comparat. *più poveramente. Tertull. Cult. femin.* 11. *sub fin.* Ex quo facta est Christiana, pauperius incedit.

PAUPĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Pauperatus* I. et II.; *Pauperandus* I. — Pauperare est pauperem facere, *impoverire*, πτωχίζω.

I.) Proprie. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 27. Boni viri me pauperant, improbi alunt. *Titinius* apud *Non.* p. 157. 9. *Merc.* Nam quid ego feci, quem pauperetis ambo vestris sumptibus? Sic *Varro ibid.* Æquum est me habere quos pauperem sumptu meo. *Sidon.* 6. *Ep.* 12. Defectio civium pauperatorum. *et* 4. *ibid.* 11. Census pauperatus. *Lamprid. Alex. Sev.* 22. Dicens præsides provinciarum fures a republica pellendos ac pauperandos.

II.) Translate. *Pauperare aliqua re quempiam*, spoliare, privare, unde pauperior fiat. *Plaut. fragm.* apud *Non. loc. cit.* Quam ego tanta pauperavi per dolum pecunia. *Id. Mil. glor.* 3. 1. 134. Pro mercis vitio dominum pretio pauperet. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 35. Eripiet quivis oculos citius mihi, quam te Contemptum cassa nuce pauperet. *Firmic.* 1. *Mathes.* 2. Luna pauperata luminibus.

PAUPERTAS, ātis, f. 3. (pauper) angustia rei familiaris, tenuitas, πενία (It. *povertà, scarsezza*; Fr. *pauvreté, défaut de fortune*; Hisp. *pobreza*; Germ. *die Armuth, das spärliche Auskommen*; Angl. *poverty, need, scantiness*).

I.) Proprie. — *a*) In sing. num. *Varro* apud *Non.* p. 43. 33. *Merc.* Pecuniaque (*al.* Pecunia, quæ) erat parva, ab eo (*al.* ab ea) paupertas dicta. — Differt ab *egestate*, quæ est quum res ad vitam necessariæ desunt: paupertas, quum non desunt quidem, sed vix sufficiunt. *Cic.* 6. *Parad.* 1. 45. Istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam numquam obscure tulisti. *Martial.* 11. 32. Non est paupertas, Nestor, habere nihil. *Seneca Ep.* 87. *sub fin.* Paupertas est, non quæ pauca possidet, sed quæ multa non possidet. *Tibull.* 1. 1. 3. Me mea paupertas vitæ traducat inerti, Dum meus assiduo luceat igne focus. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 24. 64. Homines non solum honoribus populi rebusque gestis, verum etiam patientia paupertatis ornati. *Sil. It.* 1. 609. castaque beatus Paupertate patris. *Val. Max.* 4. 8. *n.* 2. Fabius in honorem patriæ paupertatem inopia mutavit. *Seneca Octav.* 895. bene paupertas Humili tecto contenta latet. — *b*) In plur. num. *Varro* apud *Non.* p. 162. 20. *Merc.* Potes animo advertere et horum temporum divitias et illorum paupertates. *Nonius ibid.* Novo positum numero plurali. *Seneca Ep.* 87. *ad fin.* Ex multis paupertatibus divitiæ fiunt.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe cum inopia et egestate confunditur. *Cic.* 5. *Fin.* 28. 84. Paupertas si malum est, mendicus esse beatus nemo potest, quamvis sit sapiens. *Id.* 1. *Divinat.* 17. 31. Quum propter paupertatem sues puer pasceret. *Juvenal.* 3. 152. Nil habet infelix paupertas durius in se, Quam quod ridiculos homines facit. ¶ 2. Metaphora est in illo *Quintil.* 2. 1. 4. Et grammatice fines suos norit præsertim tantum ab hac appellationis suæ paupertate, intra quam primi illi constitere, provecta. *Id.* 8. 3. 33. Iniqui judices adversus nos sumus, ideoque paupertate sermonis laboramus.

PAUPERTĀTŬLA, æ, f. 1. *deminut.* paupertatis. *Hieronym. Ep.* 127. *n.* 14. Et te paupertatulæ suæ, immo per te pauperes reliquit heredes.

PAUPERTĪNUS, a, um, adject. idem quod pauper, tenuis, *povero*, πένης.

I.) Proprie. *Varro* apud *Non.* p. 102. 23. *Merc.* Quod sunt paupertina sine elegantia, ac cum castimonia. *Gell.* 20. 1. *a med.* In jus vocato paupertino homini, vel inopi plaustrum dare. *Apul.* 3. *Met.* Paupertina cœnula perfunctus. *Gell.* 14. 6. *sub fin.* Librum hunc opulentissimum recipe, nihil prorsus ad nostras paupertinas litteras pertinentem. *Ammian.* 25. 2. Paupertina contubernia.

II.) Translate. *Arnob.* 6. 3. Templa, si deorum potentia metiaris, sunt genus angustissimum cavernarum paupertini cordis excogitatione suspensum. *Symmach.* 1. *Ep.* 8. (*al.* 14.) Paupertini ingenii mei conscius.

PAUSA, æ, f. 1. a voce Græca παῦσις, quæ a παύω *cesso*, est cessatio, intermissio, quies (It. *pausa, posa, cessazione*; Fr. *pause, cessation, repos, arrêt, trêve*; Hisp. *pausa, cesacion, reposo*; Germ. *das Innehalten, Aufhören, der Stillstand, d. Ende, d. Pause*; Angl. *a pause, stop, cessation, stay*). Occurrit ¶ 1. Generatim. *Ennius* apud *Philargyr.* ad *Virg.* 4. *G.* 188. quæ denique pausa Pugnandi fieret aut duri finis laboris. *Id.* apud *Varron.* 7. *L. L.* 104. *Müll.* pausam facere ore fremendi. *Id.* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 2. mundus cæli vastus constitit silentio, Et Neptunus sævus undis asperis pausam dedit. *Plaut. Pœn.* *a.* 2. *v.* 12. Quando id, quod sat erat, satis habere noluit, ego pausam feci. Adde *eumd. Rud.* 4. 6. 1. *Lucilius* apud *Non.* p. 158. 9. *Merc.* Hæc ubi dicta dedit, pausam (*facit*) ore loquendi. *Accius ibid.* Nobis datur bona pausa loquendi. *Lucret.* 2. 118. prælia, pugnas Edere turmatim certantia (*corpora*), nec dare pausam, Conciliis et discidiis exercita crebris. *Id.* 1. 747. neque pausam stare fragori, Nec prorsum in rebus minimum consistere quidquam. *Id.* 1. 929. nec quisquam expergitus exstat, Frigida quem semel est vitai pausa secuta. *h. e.* mors. *Gell.* 19. 5. Quum bibendæ nivis pausa nulla fieret. *Apul.* 11. *Met.* Tu sævis exanclatis casibus pausam pacemque tribus. *Inscript.* apud *Gruter.* 690. 5. IAM DATVS EST FINIS VITAE IAM PAVSA MALORVM. ¶ 2. Speciatim, *pausas edere* pertinet ad sacra Isidis, in quibus qui Anubis simulacrum circumferebant in pompa, certis locis, quæ *mansiones* dicebantur, subsistere solebant, ut commodius hymnos canerent, et adoranda sacra spectanti populo exhiberent. Ex quo *pausarii* dicti putantur. *Spartian. Caracall.* 9. *sub fin.* Mihi mirum videtur, quem ad modum sacra Isidis primum per hunc Romam venisse dicantur, quum Antonius Commodus ita ea celebraverit, ut et Anubim portaret et pausas ederet. *Id. Pescenn.* 6. Sacris Isidis Commodus adeo deditus fuit, ut et caput raderet, et Anubim portaret, et omnes pausas expleret.

PAUSĀBĬLIS, e, adject. subinde cessans, ut Pausabilior inspiratio, *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. Habent et *Not. Tir.* p. 194.

PAUSĀRĬUS, ii, m. 2. Speciatim tantum usurpatur; et ¶ 1. Est portitorius, *comito, aguzzino*, κελευστής, ille qui modos dat remigibus: a *pausa*, quia pro ejus imperio remiges vel remigare incipiunt, vel pausam faciunt: de quo *Ovid.* 3. *Met.* 618. et qui requiemque, animum-

que Voce dabat nautis, animorum hortator Epopeus. *Seneca Ep.* 56. Ut audire vel pausarium possim voce acerbissima remigibus modos dantem. *V.* HORTATOR et PORTISCULUS. ¶ 2. *Pausarii* etiam dicti putantur Isidis sacerdotes, qui in ejus deæ sacris pausas explebant. *V.* PAUSA § 2. *Inscript.* apud *Reines. cl.* 1. *n.* 139., quæ est apud *Orell.* 1885. PRO SALVTE DOMVS AVGVSTAE CORPORA PAVSARIORVM ET. ARGENTARIORVM ISIDI ET OSIRI MANSIONEM AEDIFICAVIMVS. *Reines.* tamen *loc. cit.* et *Marin. Frat. Arv. p.* 249. putant legendum *corporati aurariorum* etc., quod ex societate subsequentium *argentariorum*, quos aurariis sodalicio junctos aliunde novimus, clarissime patet. Hæc eadem habetur apud *Fabrett. p.* 488. *n.* 172. et *Murat.* 528. 1., ubi ex falsa conjectura legitur *ex corpore pausariorum* etc. V. *Morcell. de stil. Inscr. Lat. T.* 1. *p.* 340. *ed. Patav.*, ubi hæc inscriptio affertur, et multis illustratur. Hæc cl. *Furlanetto*: at *Henzenio* ad *Inscript. cit.* vox *pausariorum* recte lecta esse videtur, *pausarii* enim in titulo quoque Avenionensi cum cultu Isidis conjunguntur, qui titulus ab eod. *Henzen.* affertur paullo post *n.* 5835. D. M. MAXIMINI FESTI PAVSAR. ISIDIS TP AREL. COLLEGAE.

PAUSĀTĒ. *V. Pausatus* in fin. v. PAUSO.

PAUSĀTĬO, ōnis, f. 3. *pausa*, cessatio, pausa. *Hieronym. Ep.* 28. *n.* 2. Quidam diapsalma commutationem metri dixerunt esse, alii pausationem spiritus, nonnulli alterius sensus exordium. — Significat etiam cessationem malorum, nempe mortem. *Inscript.* apud *Murat.* 381. 1., quæ est apud *Orell.* 4432. SI QVIS POST NOSTRAM PAVSATIONEM HOC SARCOFAGVM APERIRE VOLVERIT INFERAT ECCLESIAE SALON. ARGENTI LIBRAS QVINQVAGINTA. DATIANO ET CEREALE COSS. *h. e.* ann. a Chr. n. CCCLVIII. *V.* PAUSA § 1.

PAUSĀTUS, a, um. *V.* PAUSO sub 1.

PAUSĒA *et* pausia, æ, f. 1. genus olivæ, quam esui optime condi, scribit *Varro* 1. *R. R.* 60. 1., jucundissimam vocat *Colum.* 5. *R. R.* 8. 4., ejusque condiendæ rationem tradit 12. *ibid.* 47. *et* 48., et plurimum carnis habere dicit *Plin.* 15. *Hist. nat.* 3. 4. (13). Si *Servio* credere placet ad *Virg.* 2. *G.* 86., dicta est a paviendo, hoc est tundendo: aliter enim ex se oleum non facit. Eadem et *posea*, et *posia* dicitur. *Cato R. R.* 6. etc.

PAUSILLŬLUM. *V.* PAUXILLULUM.

PAUSĪLȳPON, i, n. 2. παυσίλυπον, a παῦσις *requies, cessatio*, et λύπη *dolor*, vocatur quodvis sepulcrum, quia nempe dolorum omnium requietorium habetur. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 750. *n.* 573. PAVSILYPON METTIAE T. L. HEDONEI. *Hedonei* est Dativus Græcæ positionis pro *Hedone*, ab ἡδονῇ *voluptati*. V. *Inscript. loc. cit.* in PAUSA § 1. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

PAUSO, as, āvi, ātum, are, n. 1. Part. *Pausans* 1. et 2.; *Pausatus* 1. — Pausare ¶ 1. Stricto sensu est pausam facere, cessare, quiescere, *cessare, far pausa*, ἀναπαύομαι. *Plaut. Trin.* 1. 2. 149. Hascine me propter res maledicta differunt? MEG. Pausa: vicisti castigatorem tuum. Hic *pausa* fortasse nomen est, non verbum, adhibeturque ea ratione, qua *pax*. Ceterum *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *n.* 16. Quum capitis pausaverit dolor. *Id.* 3. *Acut.* 21. *a med.* Pausante vomitu. — Et Particip. *pausatus* apud *Arnob.* 5. *p.* 160. Et sauciat pectus pausatæ circa arboris robur. Ubi alii leg. *pausate*, h. e. per pausas, certo modo, τακτῶς: alii melius *pausatæ* retinent, et interpretantur *quiescentis in antro*; quod explicatur ex *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 200. *et seqq.*, ubi, quum omnia in antro Cybeles furerent, pinus eidem deæ dicata quiescere omnino describitur. — De eo, qui requievit. *Veget.* 1. *Veterin.* 38. *a med.* Cave, ne sanguinem calido jumento detrahas, sed requietum pausatumque phlebotomabis. ¶ 2. Prægnante, uti ajunt, significatione, sequiori tempore in Christianis monumentis significat quiescere, seu mortuum esse. *Inscript.* apud *Boldetti, Cimiter. p.* 399. PAVSAT IN PACE. Alia apud *Maff. Gall. antiq. p.* 55. BENE PAVSANTI IN PACE FL. MEMORIO V. P. *etc.* Cf. REQUIESCO; et οἱ κοιμῶντες vel κεκμηκότες.

PAUXILLĀTIM, adverb. *a poco a poco*, κατὰ μικρά, paullulum, sensim, pedetentim. *Plaut. Epid.* 2. 2. 63. Cœpi sursum vorsum ad illas pauxillatim accedere. *Id. Rud.* 4. 2. 24. docte atque astute illi pauxillatim pollicitabor pro capite argentum.

PAUXILLISPER, adverb. paullisper. *Plaut. Truc. a.* 5. *v.* 21. Plus decem pondo amoris pauxillisper perdidi. *Non. p.* 156. 3. *Merc.* interpretatur, per particulas, *a poco a poco.*

PAUXILLĬTAS, ātis, f. 3. exiguitas, statura corporis admodum parva. *Ambros.* 6. *Hexæm.* 9. 54. Ut (*in humani corporis forma*) neque enormis proceritas sit, neque vilis et abjecta pauxillitas.

PAUXILLO, adverb. deminut. a *paullo*: *un pochettino. Cels.* 5. 28. *n.* 18. Medium habet pauxillo levius. *Afranius* apud *Charis.* 2. *p.* 191. *Putsch.* Pauxillo prius me convenit.

PAUXILLŬLUM, adverb. deminut. a *pauxillum*: *un pochettino, un tantino. Plaut. Rud.* 3. 4. 24. Occipito modo illis afferre vim ioculo pauxillulum. *Sic editiones quædam; plerœque tamen habent* pausillulum. *Sidon.* 2. *Ep.* 9. Quum vel pauxillulum bibere desiisset. *Id.* 8. *ibid.* 9. Sepone pauxillulum declamationes.

PAUXILLŬLUS, a, um, deminut. pauxilli. — *a)* Adjective. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 16. In libello hoc obsignato ad te attuli pauxillulo. *Id. Merc.* 1. 2. 81. Lembo advehitur tuus pater pauxillulo. *Id. Stich.* 1. 3. 115. Pauxillulum poculum. *et ibid.* 1. 3. 9. Pauxillula fames. *Gell. præf. a med.* Pauxillulæ admonitiones. — *b)* Neutrum, substantivorum more, cum Genit. *Ter. Phorm.* 1. 1. 3. Jampridem apud me erat reliquum pauxillulum nummorum.

PAUXILLUM, adverb. parum admodum. *Plaut. Capt.* 1. 2. 73. Sed si pauxillum potes contentus esse.

PAUXILLUS, a, um, adject. deminut. paulluli, *pochino*, ὀλίγος. — *a)* Adjective. *Plaut. Truc.* 3. 1. 63. Res est pauxilla. *Turpilius* apud *Non.* 363. 15. *Merc.* Pauxillum peccatum. *Lucret.* 1. 835. Ossa pauxilla atque minuta. *et* 3. 228. mentis naturam animæque Scire licet perquam pauxillis esse creatam Seminibus. — *b)* Neutrum, substantivorum more, cum Genit. *Marcell. Empir. c.* 33. *p.* 134. ed. *Ald.* Nucleos pineos adjecto pauxillo croci simul tritos, si quis ea passi cyatho bibat, etc. *Id. c.* 36. *p.* 139. *retro.* Cui (*medicamento*) adjicitur axungiæ pauxillum.

PĀVA. *V.* PAVO.

PĀVĒFĂCĬO, făcis, fēci, făcĕre, a. 3. *intimorire*, exterrere. *Gloss. Philox.* Pavefacio, δειλοποιῶ. *Augustin. Quæst. in Heptat.* 7. 27. Pavefecit, vel obstupefecit Sisaram, ut traderet eum. — Ceterum *V.* voc. seq.

PĀVĒFACTUS, a, um, particip. a *pavefacio*: *intimorito, spaventato*, ἀτυζόμενος, exterritus. *Ovid.* 13. *Met.* 878. Ast ego vicino pavefacta sub æquore mergor. *et* 15. *ibid.* 636. pavefacta pectora. *Seneca Herc. Fur.* 1022. Pavefactus infans igneo vultu patris, Perit ante vulnus: spiritum eripuit timor.

PĀVENS, entis, particip. *V.* voc. seq.

PĀVĒO, pāves, pāvi, pāvere, n. 2. Præteritum *pavi* agnoscitur etiam a *Diomed.* 1. *p.* 369. *Putsch.* — Part. *Pavens* sub *a*; *Pavendus* sub *c.* — Ratione habita etymi, volunt esse a *pavor*: hoc autem a *pavio*, quia pulsat cor, percellit animum. Unde videtur esse discrimen inter *metuo, timeo* et *paveo*, quod illa occultum animi affectum significent, hoc quum extra se prodit pallore et tremore. Sed hoc servari non solet. Ceterum conjungi potest cum Gr. φέβεσθαι et φόβος et Germ. *beben*: est autem timere, metuere, δειλόομαι (It. *paventare, avere paura, temere*; Fr. *trembler de peur, d'effroi, avoir peur, être effrayé, craindre*; Hisp. *temer, tener miedo, tener espanto*; Germ. *vor Furcht oder Angst beben, zittern, sich ängstigen, in Angst sein, von Schrecken und Furcht befallen sein*; Angl. *to fear, be afraid, be in great fear, dread*).

I.) Proprie. — *a)* Absolute. *Plaut. Cist.* 4. 2. 20. Nam et intus paveo et foris formido. Cf. *Ovid.* 3. *Fast.* 362. Sollicitæ mentes speque metuque pavent. Rursus *Plaut. Amph.* 5. 1. 58. et *Mil. glor.* 3. 3. 21. Ne pave. *Id. Curc.* 2. 1. 10. Paves, parasitus quia non rediit Caria. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 69. Quæras quando iterum paveas iterumque perire Possis. *Seneca Med.* 670. Pavet animus, horret: magna pernicies adest. — Sic Part. *Pavens*, h. e. timens, metuens, pavidus, *impaurito, pien di timore*, ἔκφοβος. *Liv.* 5. 42. Paventes ad omnia. *Sall. Jug.* 114. Repente Maurus incerto vultu pavens ad Sullam accurrit. *Ovid.* 8. *Met.* 89. Pervenit ad regem, quem sic affata paventem. *et* 2. *ibid.* 398. Colligit amentes, et adhuc terrore paventes Phœbus equos. *Apul.* 4. *Met. in fin.* Pavens ac trepida. *et* 5. *ibid.* Paventes cogitationes. *Liv.* 7. 34. Inde admiratione paventibus cunctis. — *b)* Et cum Dativo personæ. *Ter. Phorm.* 1. 4. 10. Tum mihi paveo, tum Antipho me excruciat animi. *Tac.* 2. *Hist.* 63. Sabinus in alieno discrimine sibi pavens. — *c)* Cum Accusativo. *Plaut. Cist.* 2. 1. 59. Et illud paveo, et hoc formido. *Ter. Andr.* 2. 2. 12. Id paves, ne ducas tu illam: tu autem, ut ducas. *Sall. Cat.* 32. Mulieres afflictare se, miserari parvos liberos, rogitare, omnia pavere. *Kritzius* ad h. l. docet Accusativo casu accuratius definiri, circa quam rem pavor versetur; et *pavere omnia* dictum esse eodem modo, quo apud *Liv.* 5. 42. Pavere ad omnia. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 10. 23. navem ut horriseno freto Noctem paventes timidi annectunt navitæ. *Horat.* 4. *Od.* 14. 49. Te non paventis funera Galliæ. *Id. Epod.* 12. 25. pavet acres Agna lupos, capreæque leones. *Petron. Satyr.* 139. et regnum Neptuni pavit Ulyxes. *Tac.* 1. *Hist.* 29. Pavere tristiorem casum. *et ibid.* 50. mores alicujus. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 12. 9. (54). mortem. — Translate. *Id.* 17. *ibid.* 20. 34. (149). *de castanea.* Sed translata nescit hospitari, pavetque novitatem. — *d)* Passive. *Id.* 31. *ibid.* 9. 45. (104). Ita ut paverentur ante hic ulcera. Ita *Harduin.*; at *Sillig.* Ita ut batuerentur ante vincta ulcera. *V.* ibid. adnotat. *Id.* 8. *ibid.* 23. 35. (86). Nec pedibus tantum pavendas serpentes, sed et missili volare tormento. Ita *Harduin.* ex MSS. probante *Sillig.* Al. *cavendas.* — *e)* Cum Infinito. *Ovid.* 1. *Met.* 388. pavetque Lædere jactatis maternas ossibus umbras. *Tac. Germ.* 7. Ad matres, ad conjuges vulnera ferunt: nec illæ numerare, aut exigere plagas pavent.

II.) Translate de inanimis. *Tac.* 5. *Hist.* 6. Balsamum modica arbor: ut quisque ramus intumuit, si vim ferri adhibeas, pavent venæ. Adde *Plin. loc. cit.* sub I. *c.*; et *V.* voc. seq.

PĀVĒRA frumenta dicebant antiqui, quæ de vagina non bene exibant. *Festus p.* 250. 34., ubi *Müll.* leg. *paveri.* Dicta sunt autem a *pavio*, quia pavire ea multum oportet, ut a gluma liberentur. At *Pontedera Op. post. T.* 1. *p.* 30. recte putat, sincerum esse *pavere* pro *paveri*, quasi metu spica extra vaginam se credere non audeat; propterea que dea Patalena colebatur, quæ frumentis, dum e vaginis egrederentur spicæ, præesset, virtutemque præberet. *V.* PATELANA in ONOM.

PĀVĒRĀTUS, a, um, adject. densus, calcatus, ut Paverata vestis: a *pavio*. *V.* PAPAVERATUS.

PĀVESCO, is, ere, n. 3. *inchoat.* a paveo. Part. *Pavescens* sub *c.* — Pavesco est idem ac pavere incipio, extimesco, *farsi paura, spaventarsi, temere*, ἀδημονέω. — *a)* Absolute, h. e. neutrorum more. *Sall. Jug.* 72. Circumspectare omnia et omni strepitu pavescere. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 6. Bobus sub femina manum subjicere, ne ad ejusmodi tactum postmodum pavescant. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 20. (67). Pavescere ad nocturnas imagines. At *Sillig.* ex multis optimisque Codd. *leg.* expavescere. *Gell.* 19. 1. *sub fin.* Pavescere sensim, et quasi albescere. — *b)* Cum Accusat., h. e. active. *Sil. It.* 16. 127. Ne vero,

ne, nate, deûm tu læta pavesce Prodigia. *Tac.* 1. *Ann.* 4. Pavescere bellum. c) Cum Infinito. *Prosp. Aquit. epigr.* 60. 3. Majoris multo est animi, quam ferre pavescens Indocti injustum judicium populi.

PĂVĬBUNDUS, a, um, adject. pavens. *Arnob.* 7. 13. Pavibunda trepidatio. *V. Orell.* adnotat. ad h. l.

PĂVĬCŬLA, æ, f. 1. *mazzeranga,* instrumentum, quo area densatur, æquaturque: a *pavio. Gloss. Philox.* Paviculæ ὁμαλιστῆρες. *Cato R. R.* 91. *de area facienda.* Comminuito glæbas bene, deinde coæquato, et paviculis verberato. *et* 129. Comminuito terram, et cylindro, aut paviculâ coæquato. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 13. Pavimenta testacea-magna vi paviculis inculcantur atque expoliuntur.

PĂVĬCŬLO *vel per syncopen* paviclo, as, are, a. 1. pavire, pavimento tegere. *Gloss. Lat. Gr.* Paviclat. ποδίζει, ἐδαφίζει.

PĂVĬDĔ, adverb. *timidamente,* περιδεῶς, timide, meticulose. *Liv.* 5. 39. Pavide fugere. *Quintil.* 11. 3. 49. dicere. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 21. *ad fin.* Unctionibus utendum pavide persuadet.

PĂVĬDUM, adverbii more, *V.* in voc. seq. I. *d.*

PĂVĬDUS, a, um, adject. Comp. *Pavidior* et Sup. *Pavidissimus* I. — Pavidus est qui pavet, timidus, περιδείς, δειλός (It. *timido, pauroso, intimorito*; Fr. *qui tremble de peur ou d'effroi, effrayé, peureux, timide, craintif*; Hisp. *medroso, temeroso, tímido*; Germ. *bebend, zitternd, furchtsam, ängstlich, schüchtern*; Angl. *timid, timorous, afraid, fearful*).

I.) Proprie. — *a)* Absolute differt a *pavens*: nam *pavidus* dicitur, qui natura talis est; *pavens,* qui ex causa. Ita *Servius* ad illud *Virg.* 2. *Æn.* 489. Tum pavidæ tectis matres ingentibus errant. *Horat. Epod.* 2. 33. Pavidus lepus. *Ovid.* 1. *Fast.* 400. Pavidas aves terrere. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 54. (144). Plerisque naturale, ut nictari non cessent: quos pavidiores accepimus. — Hoc tamen discrimen non est perpetuum. *Plaut. Curc.* 5. 2. 49. Spectacula ibi ruunt: Ego pertimesco: tum ibi me nescio quis arripit Timidam atque pavidam, nec vivam nec mortuam. *Lucret.* 5. 972. Nec plangore diem magno solemque per agros Quærebant pavidi. *Liv.* 3. 26. Castris se pavidus tenebat. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 50. (137). Aures in equis indicia animi præferunt, marcidæ fessis, micantes pavidis, subrectæ furentibus. *Tac.* 2. *Ann.* 23. Miles pavidus, et casuum maris ignarus. *Id.* 2. *Hist.* 68. Vitellius ad omnes suspiciones pavidus. *Sil. It.* 10. 65. talin', pavidissime, dignum Me vita, pulcraque indignum morte putasti? *Sueton. Domit.* 4. Pavidus semper atque anxius. *pavidus* timorem crebro et undique injectum, *anxius* continuum et inhærentem significat. — *b)* Cum Genitivo. *Tac.* 4. *Hist.* 14. Miles armis gravis, et nandi pavidus. *Id.* 4. *Ann.* 38. Offensionum non pavidus. *Seneca Herc. Fur.* 293. Pavidus lucis. *et* 1076. leti. *Lucan.* 8. 811. maris. — *c)* Cum Infinito. *Sil. It.* 1. 406. Kartalo non pavidus fetas mulcere leænas. — *d) Pavidum* adverbii ritu, *Ovid.* 9. *Met.* 567. Deque suis unum famulis pudibunda vocavit, Et pavidum blandita, fer has, fidissime, nostro Dixit, et adjecit longo post tempore, fratri.

II.) Translate. ¶ 1. Intransitive est cum pavore conjunctus. *Sil. It.* 13. 133. pavidaque petebat Consternata fuga positos ad mœnia campos. *Lucan.* 5. 255. pavidum murmur. *et* 2. 168. furtum. *Sueton. Cal.* 50. Quies pavida imaginibus. ¶ 2. Metonymice, pavidum faciens. *Ovid.* 1. *Fast.* 16. Deque meo pavidos excute corde metus. *Stat.* 5. *Theb.* 567. Pavidus lucus. *Lucret.* 2. 45. Pavidæ religiones. *At* Lachmann. *legit* pavide.

PĂVĪMENTĀRĬUS, ii, m. 2. pavimentorum artifex. *Inscript.* apud *Don. cl.* 9. *n.* 35. et *Murat.* 527. 6. GENIO COLLEGI PAVIMENTARIORVM M. ALPIVS ONESIMVS DEDIC. K. MART. M. SIL. L. NORB. COS. *h. e.* ann. a Chr. n. XIX. Hæc *Inscriptio Orellio n.* 4113. Ligoriana videtur; *Henzenio* vero est fortasse genuina, quia in rebus certe nihil suspecti inest. *Calendarium* sive *Fasti Antiat.* apud *Henzen.* 6445., qua pertinent ad ann. post Chr. n. XLVI. PHILippus PAVIMENTarius.

PĂVĪMENTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PĂVĪMENTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. pavimentum facere, pavimento sternere, *fare pavimento,* ἐδαφίζω. Occurrunt tantum Part. *Pavimentatus* et *Pavimentandus* apud *Cic. Dom.* 44. 116. In Palatio, pulcherrimo prospectu, porticum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concupierat. Adde *eumd.* 3. *ad Q. fr.* 1. 1. et *Plin.* 27. *Hist. nat.* 4. 5. (15). Ergo pavimentandum, ubi sata sit, censent.

PĂVĪMENTUM, i, n. 2. (pavio). *Pāvīmentum* correptâ licenter antepænultimâ legitur apud *Auct. Epithal. Laur. et Mar.* ed. *Wernsdorf.* in *Poet. Lat. min. T.* 4. *p.* 495. At modulante melo, pariter cæso pavimento, Cum pede vox resonet, persultent atria larga. — Pavimentum est domus solidamentum, sive incrustatio, quam gradiendo calcamus, ἔδαφος (It. *pavimento, terrazzo, lastrico, battuto*; Fr. *pavé, plancher, carrelage*; Hisp. *pavimiento, enladrillado*; Germ. *d. Estrich, Estrichboden*; Angl. *a pavement, floor*). — *a)* Generatim. *Cato R. R.* 18. *a med.* Ibi de testa arida pavimentum struito: ubi structum erit, pavito, fricatoque oleo, uti pavimentum bonum siet. *Juvenal.* 14. 60. Verre pavimentum et nitidas ostende columnas. *Horat.* 2. *Od.* 14. 26. et mero Tinget pavimentum superbis Pontificum potiore cœnis. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 1. Pavimentum facere. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 25. 61. (105). Pavimenta credo primum facta quæ nunc vocamus barbarica atque subtegulanea, in Italia festucis pavita: hoc certe ex nomine ipso intelligi potest. *h. e. terrazzi alla Veneziana.* — *b)* Pavimentorum plura apud veteres genera recenset *Plin.* 36. *c.* 25. Adde *Vitruv.* 7. 1.; *Caton. R. R.* 9.; et *Pallad.* 1. *R. R.* 9., qui eorum faciendorum rationem docent. — *c)* Aliud est lapide sternere, aliud pavimentum facere. Illud fit quum secto lapide solum operitur; hoc proprie, quum rudere pavito et calce consternitur et solidatur. Illud apud nos est *lastrico,* hoc *terrazzo. Varro* 1. *R. R.* 51. 2. Quidam, aream ut habeant solidam, muniunt lapide, aut etiam faciunt pavimentum. — *d)* Sed et lapide stratus locus, seu lithostrotum *pavimentum* dicitur. *Cæs.* 3. *B. C.* 105. Palma integra inter coagmenta lapidem ex pavimento extitisse ostendebatur. Ita *palma integra* pro *palma in tecto* recte edidit *Oudendorp.*, cujus adnot. vide. *Auct. B. Alex.* 1. Alexandriæ ædificia tecta sunt rudere, aut pavimentis. *Festus p.* 242. 17. *Müll.* Pavimenta Pœnica, marmore Numidico constrata significat Cato.

PĂVĬO, is, īvi, ītum, ire, a. 4. Part. *Pavītus* II. — Pavire, quod cum Gr. παίω conjungi potest, est cædere, ferire, tundere, pulsare, παίω (It. *battere, percuotere*; Fr. *battre, frapper*; Hisp. *pegar, cascar, golpear*; Germ. *schlagen*; Angl. *to beat, strike*).

I.) Proprie. *Lucret.* 2. 375. qua mollibus undis Litoris incurvi bibulam pavit æquor arenam. *Cic.* 2. *Divinat.* 34. 72. Quia quum pulli pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere et terram pavire, terripavium primo, post terripudium dictum est: hoc quidem jam tripudium dicitur.

II.) Translate, *terram,* aut *solum pavire,* tundendo calcandoque solidare, *calcare e assodare battendo.* V. *Caton. loc. cit.* in PAVIMENTUM sub *a. Varro* 1. *R. R.* 51. 2. Aream esse oportet solidam terra pavita. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 25. 61. (185). Pavimenta festucis pavita. *Id.* 9. *ibid.* 10. 12. (37). Testudines pariunt ova, eaque defossa extra aquas, et cooperta terra, ac pavita pectore et complanata incubant noctibus. *Id.* 19. *ibid.* 7. 36. (120). Cum maledictis et probris ocimum serendum præcipiunt, ut lætius proveniat; sato pavitur terra. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 21. Sterquilinia exstructum pavitumque solum habeant, ne humorem transmittant. *lastricato.* — Hinc

PĂVĪTUM, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est pavimentum pavitum. *Paulin. Nolan. carm.* 25. 37. Basilicis hæc juncta tribus patet area cunctis: Atque itidem gremio diversis excipit uno A tribus egressos medio spatiosa pavito.

PĂVĪTĀTĬO, ōnis, f. 3. trepidatio. *Apul. de Mundo.* Palmatiæ, quorum pavitatione illa, quæ trepidant, sine inclinationis periculo nutant.

PĂVĪTENSIS, e, adject. *Isid.* 19. *Orig.* 22. 19. *V.* LEVIDENSIS.

PĂVĪTO, as, are, n. 1. *frequentat. a* paveo. Part. *Pavitans* 1. — Pavitare est sæpe, aut valde et cum tremore pavere, *temere e tremare,* πτοέομαι. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 2. 58. Quæ pueri in tenebris pavitant, finguntque futura. *Virg.* 2. *Æn.* 107. Prosequitur pavitans, et ficto pectore fatur. *Val. Flacc.* 7. 410. effusis pavitantem fletibus. *Seneca Œdip.* 1047. Pavitante gressu sequere fallaces vias. ¶ 2. Speciatim pro ægrotare. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 40. Uxorem Philumenam pavitare nescio quid dixerunt. Ubi *Donatus*: Pavere et timere et ad corporis et ad animi perturbationem veteres referebant.

PĂVĪTUM, i, n. 2. *V.* PAVIO in fin.

PĂVĪTUS, a, um. *V.* PAVIO.

PĂVO, ōnis, m. 3. Femina *pava* dicitur, *paonessa,* apud *Auson. epigr.* 69. Pavaque de pavo constitit ante oculos. Sed tamen Latinius uterque sexus *pavo* appellatur cum appositione nominum *masculus* et *femina. Colum.* 8. *R. R.* 11. 5. Masculus pavo gallinaceam salacitatem habet. *et* § 10. Feminæ pavones, quæ non incubant, etc. — Dicitur et *pavus,* i. Nam *Ennius* apud *Charis.* 1. *p.* 75. *Putsch.* Memini me fieri pavum. *Varro* apud *Gell.* 7. 16. Pavus e Samo, Phrygia attagena, grues Melicæ. *Arnob.* 7. 8. Anser, caper, aut pavus. Adde *Tertull. Pall.* 5. et *Anim.* 33. *a med.*; et *Auson. epigr* 69. et *epist.* 20. 10. — Ceterum *Pavo, onis,* ταώς (It. *pavone, paone*; Fr. *paon*; Hisp. *pavo real*; Germ. *Pfau*; Angl. *a peacock*). est avis vario pennarum fulgore conspicua, quam poetæ Junonis tutelæ assignarunt: cujus illa caudam ornasse fingitur oculis Argi a Mercurio interempti. V. *Ovid.* 1. *Met.* 720. Est a voce Græca allata. Tradunt, hanc avem gloriosam esse. Laudata enim expandit colores adverso maxime sole. Malevola etiam est, quippe quæ fimum suum resorbet invidens hominum utilitati. *Id.* 1. *Art. am.* 627. Laudatas ostentat avis Junonia pennas: Si tacitus spectes, illa recondit opes. *Cic.* 3. *Fin.* 5. 18. Alia (*a natura esse donata videntur*) nullam ob utilitatem, quasi ad quemdam ornatum, ut cauda pavoni, plumæ versicolores columbis etc. *Lucret.* 2. 806. Caudaque pavonis, larga quum luce repleta est, Consimili mutat ratione obversa colores. — Fuit olim in mensarum deliciis. *Juvenal.* 1. 143. et crudum pavonem in balnea portas. Multa de eo *Plin.* 10. *Hist. nat. c.* 20.; et *Colum.* 8. *R. R.* 11. 1. *et seq.* Cf. *Cic.* 9. *Fam.* 18. et 20.; et *Horat.* 2. *Sat.* 2. 23. — Mos fuit flabella ex caudis pavonum facere ad abigendas muscas. *Martial.* 11. 67. cujus lemma *Muscaria pavonina.* Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas, Alitis eximiæ cauda superba fuit. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĂVŌNĂCĔUS, a, um, adject. pavonum caudæ similis. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 41. (159). In Belgica provincia candidum lapidem serra, qua lignum, faciliusque etiam, secant ad tegularum et imbricum vicem; vel, si libeat, ad ea, quæ vocant pavonacea tegendi genera. *Harduinus* hic recte interpretatur e lapide lissili in squamam secto et composito, in pavonum caudæ similitudinem picto. *V.* vocem sequent. et PLUMA.

PĂVŌNĪNUS, a, um, adject. ad pavonem pertinens. *Varro* 3. *R. R.* 9. 10. Si ova gallinis pavonina subjicias. Quidam perperam leg. *pavonia. Colum.* 8. *R. R.* 11. 11. Pavonini pulli. *Martial.* 14. 67. *in lemmate.* Muscaria pavonina. *h. e.* ex caudis pavonum facta. *et* 85. *in lemmate.* Lectus pavoninus. *h. e.* ex citreis tabulis, quæ pavonum caudæ oculos imitantur, ut *Plin.* 13. *Hist. nat.* 15. 30. (96). loquitur.

PĀVŌNĪUS. *V.* vocem præced.

PĀVOR, ōris, m. 3. (paveo). Habetur etiam *pavos* pro *pavor* apud *Cic. Orat.* 46. 155. ex *Pacuvio*, quemadmodum reperire est et *honos, arbos* pro *honor, arbor. V.* HORRIFER. — Pavor est timor, δεῖμα (It. *paura*; Fr. *peur, crainte, effroi, frayeur, épouvante*; Hisp. *miedo, temor, espanto*; Germ. *das Zittern, Beben vor Furcht, Erwartung, Frende, die Beklemmung*; Angl. *fear, dread, alarm, consternation*). — *a*) Generatim. *Cic. 4. Tusc.* 8. 19. Pavorem, metum mentem loco moventem, ex quo illud *Ennii*: Tum pavor sapientiam omnem mi exanimato expectorat. *Lucret.* 3. 141. Hic (*h. e.* in media regione pectoris) exsultat enim pavor ac metus, hæc loca circum Lætitiæ mulcent. *Liv.* 24. 40. *a med.* Tantus terror pavorque omnes occupavit, ut etc. *et ibid.* 42. Pavor ceperat milites, ne mortiferum esset vulnus. *Cæs.* 2. *B. G.* 12. Priusquam se hostes ex pavore ac fuga reciperent. Ita *Aldus*: alii *terrore. Auct. B. G.* 8, 23. Nonnulli pavore coacti longius profugerunt. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 21. (56).; et *Val. Flacc.* 5. 15. Attonitus pavore. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 28. (90). Visu pavorem afferre alicui. *Lucan.* 1. 246. gelidos pavor alligat artus. *Virg.* 1. *G.* 330. mortalia corda Per gentes humilis stravit pavor. *Lucan.* 7. 732. Pavorem pellere. *Ovid.* 10. *Met.* 117. deponere. *Sil. It.* 8. 77. lenire. *Liv.* 28. 3. injicere. *et* 27. 42. incutere. *Val. Flacc.* 3. 74. At Mynias anceps fixit pavor. *Lucret.* 3. 305. gelidis torpet telis perfixa pavoris. *Seneca Herc. Œt.* 27. pavor horridus. — *b*) Est interdum medium aliquid inter spem et metum, quum scilicet animus in discrimine aliquo et successum sperat, et tamen quo res evasura sit, dubitat ac timet. *Sil. It.* 16. 432. successu nimio lætoque pavore Proditus. *Id.* 3. 215. It membris gelidus sudor, lætoque pavore Promissa evolvit somni, noctemque retractat. *Virg.* 3. *G.* 103. quum præcipiti certamine campum Corripuere, ruuntque effusi carcere currus, Quum spes arrectæ juvenum, exsultantiaque haurit Corda pavor pulsans. Facit huc illud *Statii* 6. *Theb.* 392. stant uno margine clausi, Spesque, audaxque una metus, et fiducia pallens. Nil fixum cordi: pugnant exire, paventque. *et* 1. *Silv.* 2. 32. adhuc optas, promissaque numine dextro Vota paves. *et* 1. *Theb.* 493. lætusque per artus Horror iit. — *c*) De religione et metu deorum, δεισιδαιμονία. *Sil. It.* 3. 690. priscoque pavore Arbor numen habet, coliturque tepentibus aris. — *d*) Pavor aquæ, ὑδροφοβία, miserrimum morbi genus, ut ait *Cels.* 5. 27. *n.* 2., quo simul æger et siti et aquæ metu cruciatur. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 2. 6. (17). Rabidi canis morsus pavorem aquæ potusque omnis afferens odium. Adde *eumd.* 29. *ibid.* 5. 32. (98). — *e*) In plur. num. *Val. Flacc.* 7. 147. Turbidus ut pœnis cæcisque pavoribus ensem Corripit, et sævæ ferit agmina matris Orestes. *Lucan.* 1. 521. venia est tantorum danda pavorum. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 29. (115). Contra formidines pavoresque. *Id.* 32. *ibid.* 10. 48. (137). Pavores repentini. *Id.* 28. *ibid.* 8. 27. (98). nocturni, umbrarumque terror. *Tac.* 4. *Hist.* 38. Civitas falsos pavores induerat, descivisse Africam, etc. — *f*) *Pavor*, Deus a Tullo Hostilio consecratus. *V.* PALLOR. Hinc sacerdotes *Pavorii* memorantur a *Servio* ad *Virg.* 8. *Æn.* 285. Salii Collini et Quirinales a Numa instituti, ab Hostilio vero Pavorii et Pallorii.

PĀVUS. *V.* PAVO.

PAX, pācis, f. 3. In nummo gentis Æmiliæ apud *Eckhel. D. N. V. T.* 5. *p.* 123. *Paxs* scribitur, veteri more. — Hoc nomen a *Charis.* 1. *p.* 15. *Putsch.* inter feminina semper singularis recensetur. *Id.* tamen *ibid. p.* 113. ait: Pacium an pacum et lucium an lucum addubitari etiam nunc ait Plinius, quoniam etc. — Quod ad etymon attinet, est a *pacere* quod olim pro *pagere* dictum fuit: unde *paciscor, pacio*, et *pactio*: cf. et πήγνυμι. *Festus p.* 230. 19. *Müll.* Pacem a pactione conditionum putat dictam Sinius Capito, quæ utrique inter se populo sit observanda. — Ceterum *pax* est publica tranquillitas, concordia, compositio, quies, otium, *εἰρήνη* (It. *pace, quiete*; Fr. *paix*; Hisp. *paz*; Germ. *der Friede*; Angl. *peace, quiet, tranquillity*).

I.) Proprie. ¶ 1. Abstracte et stricto sensu. — *a*) In sing. num. *Ennius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 41. *Müll.* Orator sine pace redit regique refert rem. *Id.* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 25. 39. Pacem inter sese conciliant, conferunt concordiam. *Sueton. Aug.* 61. Pace belloque rempublicam regere. *Sall. Jug.* 22. Bocchus neque bello, neque pace antea cognitus. *Id. Cat.* 50. Quum sæpe Carthaginienses et in pace et per indutias multa nefanda facinora fecissent. *Cic.* 13. *Phil.* 1. 2. Videndum est, cum omnibusne pax esse possit, an sit aliquod bellum inexpiabile, in quo pactio pacis lex sit servitutis. *Fronto Princip. Hist. p.* 321. Lucius Verus gloriæ suæ dispendio redimere cupiverat pacem incruentam. Rursus *Cic.* 2. *Phil.* 44. 113. Nomen pacis dulce est, et ipsa res salutaris. Sed inter pacem et servitutem plurimum interest. Pax est tranquilla libertas: servitus postremum malorum omnium. *et* 12. *ibid.* 5. 11. Quæ enim est conditio pacis, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi potest? *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 1. *sub fin.* Tibi data est summa pax, summa tranquillitas. *Id. Cæcin.* 12. 33. In pace et otio copias parare. *Veget. Milit.* 3. *prœm.* Qui desiderat pacem, præparet bellum. *Nepos Datam.* 8. Ad pacem amicitiamque hortari. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 37. 102. Nihil est tam populare, quam pax, tranquillitas, otium. *Id.* 1. *Phil.* 1. 2. Pacem confirmare cum aliquo. *et* 7. *ibid.* 3. 8., 8. 21. *et* 23. Esse cuipiam cum aliquo pacem. *et ibid.* 8. 22. servare. *et* 2. *ibid.* 36. 90. *et* 7. *Att.* 14. habere. *Id. Flacc.* 12. 29. conficere. *Id.* 10. *Fam.* 27. conciliare inter cives. *Id.* 7. *Phil.* 7. 21. coagmentare. *Justin.* 24. 5. 1. offerre. *Liv.* 9. 11. pangere cum aliquo. *Id.* 2. 13. componere. *Justin.* 25. 1. 1. statuere inter aliquos. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 8.; *Varro* apud *Non. p.* 149. 15. *Merc.*; et *Nepos Timoth.* 2. constituere. *Justin.* 43. 5. facere alicui. *h. e.* cum aliquo: vel alicui offerre et concedere. Hæc *Forcellinus*: at in allato *Justini* loco *Gronovius* et *Jeep.* legunt § 5. *pacem cum Massiliensibus fecit*, sine ulla variante lectione: alibi vero allatum locum non inveni. *Sall. Jug.* 15. agitare. *vivere in pace*, et eod. sensu *in ep. Mithrid.* agere. Quod *Virg.* dixit 4. *Æn.* 99. exercere. *Cæs.* 1. *B. G.* 27. petere. *Liv.* 30. 35. *extr.*; et *Nepos Eumen.* 4. impetrare. *Lucret.* 5. 1155. violare fœdera pacis. *Tac.* 12. *Ann.* 65. turbare. *Virg.* 12. *Æn.* 202. rumpere. *Cic. Prov. cons.* 2. 4. Gentes eas, quæ, ut pace uterentur, vim argenti dederant nostro imperatori. *Id. Mur.* 15. 32. Mithridatem Sulla cum pace dimisit. *Liv.* 28. 37. Classis bona cum pace accepta est. *V.* hanc formulam infra sub II. 4. *Propert.* 2. 1. 36. *de Mœcenate.* Et sumpta, et posita pace fidele caput. *h. e.* vir fidelis pacis et belli tempore. — In illo *Sueton. Tib.* 37. *init.* In primis tuendæ pacis a grassaturis ac latrociniis seditionumque licentia curam habuit. *pax* est civitatis interna securitas. — De longis indutiis. *Liv.* 7. 20. *sub fin.* Itaque pax populo Cæriti data: indutiasque in centum annos factas in senatusconsultum referri placuit. *Justin.* 3. 7. 13. Fessi tot malis pacem in annos quinquaginta fecere. — *Pax civilis*, quæ opponitur *bello civili*, tum dicitur, quum a bello inter cives gerendo cessatum est. *Sueton. Claud.* 41. Initium sumpsit historiæ post cædem Cæsaris: sed et transiit ad inferiora tempora, cœpitque a pace civili. *h. e.* quum Augustus bello Actiaco omnia pacasset. — *Pace*, tempore pacis, *in tempo di pace. Stat.* 4. *Theb.* 839. tu pace mihi, tu nube sub ipsa Armorum, festasque super celebrabere mensas. *Liv.* 8. 35. Ut bello ac pace pati legitima imperia possis. — *b*) In plur. num. *Varro* apud *Non. p.* 149. 15. *Merc.* Quemadmodum constituerint paces, et qua fide et justitia eas coluerint. *Plaut. Pers.* 5. 1. 1. Hostibus victis, pacibus perfectis, bello exstincto. *Sall. Jug.* 35. Jura, judicia, bella atque paces penes paucos erant. *Lucret.* 5. 1229. ac prece quæsit Ventorum pavidus paces animasque secundas. *V.* tamen *Lachmann.* ad h. v. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 102. Hoc paces habuere bonæ ventique secundi. ¶ 2. *Pax*, dea habita est. *Nepos Timoth.* 2. Quæ victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut tum primum aræ Paci publicæ sint factæ, eique deæ pulvinar sit institutum. *Petron. Satyr.* 124. Mitis turba deum terras exosa furentes Deserit, *etc.* Pax prima ante alias, niveos pulsata lacertos Abscondit galea victum (*al. leg.* olea vinctum) caput, atque relicto Orbe fugax Ditis petit implacabile regnum. *Sueton. Vesp.* 9. Fecit et nova opera, templum Pacis foro proximum, etc. Adde *Ovid.* 1. *Fast.* 709. *et seqq.*; *Senec. Med.* 63.; et *Inscript.* apud *Orell.* 1823. — Ejus signum spicas manu tenebat, quia pacis tempore coluntur agri. *Tibull.* 1. 10. 67. At nobis Pax alma veni, spicamque tenento.

II.) Translate. ¶ 1. Est reconciliatio, tranquillitas. *Tac.* 1. *Ann.* 10. Sed Pompejum imagine pacis, sed Lepidum specie amicitiæ deceptos. *Horat.* 3. *Od.* 29. 33. cetera fluminis Ritu feruntur, nunc medio alveo Cum pace delabentis Etruscum in mare etc. *Sil. It.* 7. 258. sensim infusa tranquilla per æquora pace, Languentes tacito lucent in litore fluctus. *calma.* Sic *Stat.* 7. *Theb.* 36. Ut si quando ruit, debellatasque reliquit Eurus aquas, pax ipsa tumet. *Flor.* 4. 2. *ante med.* Ubi pax fluminis rediit. *h. e.* obundatio cessavit. *Ovid. Heroid.* 18. 205. pace brevi nobis opus est. *h. e.* mari in breve tempus tranquillo. *Val. Flacc.* 4. 20. pax reddita silvis. ubi V. *Burmann.* — Sic de animi tranquillitate. *Cic.* 1. *Fin.* 14. 47. Temperantia pacem animis affert, et eos quasi concordia quadam placat ac lenit. — *Pax sit rebus, εἰρήνη ἤτω τοῖς πράγμασιν*, apud *Cic.* 6. *de republ.* 12. *extr.* quies et silentium sit. Alii tamen aliter leg. et nihil certi ex Codd. statui potest. Similem locum habet *Apul. de Mag.* Quum undique versum tabulis flagitaretur, et quasi insanus ab omnibus obviis teneretur, Pax, inquit: negat posse dissolvere. — Formula *dormit in pace, in pace quiescit, requiescit in pace*, etc. frequens est in inscriptionibus Christianis, de qua consulendus *Morcell. de stil. Inscr. Lat. T.* 2. *p.* 76. *et seqq. ed. Patav.* ¶ 2. Sæpe ad deos et religionem refertur, et significat propitiationem, placationem, veniam. *Lucret.* 5. 1227. Divum pacem votis adit. *Virg.* 3. *Æn.* 261. Sed votis precibusque jubent exposcere pacem, Sive deæ, seu sint diræ obscenæque volucres. *et ibid.* 369. cæsis de more juvencis Exorat pacem divum. *et* 4. *G.* 534. tu, munera supplex Tende petens pacem. *et* 4. *Æn.* 56. pacemque per aras Exquirunt. *Cic. Rabir. perduell.* 2. 5. Ab Jove Opt. Max. ceterisque diis deabusque immortalibus pacem ac veniam peto, precorque ab iis, ut etc. *Liv.* 7. 2. Insequenti anno pestilentia fuit, *etc.* pacis deûm exposcendæ causa lectisternium fuit. *Justin.* 20. 2. 7. Occupandam Manium et deæ pacem rati, etc. *Plaut. Curc.* 2. 2. 20. Pacem ab Æsculapio petas, ne forte tibi eveniat magnum malum. ¶ 3. *Pax*, voluntas et numen deorum. *Virg.* 10. *Æn.* 31. Si sine pace tua, atque invito numine Troes Italiam petiere. *Plaut. Trin.* 4. 1. 17. Fluctus atque procellæ infensæ frangere malum, ruere antennas, scindere vela, ni tua pax (*Neptune*) propitia foret præsto. *Val. Flacc.* 4. 476. nam vestra voluntas Quo, juvenes, sine pace deûm? ¶ 4. *Pace tua, illius*, formula, qua utimur, quum quippiam dicere, aut facere volumus, quod ne displiceat, veremur. *Cic.* 5. *Tusc.* 5. 12. Cujus ego judicium (pace tua dixerim) longe antepono tuo. *sia detto con tua pace. et Vellej.* 2. 129. 3. Pace majestatis ejus dixerim. *et* 1. 7. 3. Pace diligentiæ Catonis dixerim. *Ovid.* 3. *Amor.* 2. 60. Pace loquar Veneris: tu dea major eris. *Ter. Eun.* 3. 2. 13. Quæso hercle ut liceat, pace quod fiat tua, dare huic quæ volumus. *con tua buona pace, o licenza.* — *Cum bona pace*, pacifice. *Liv.* 21. 24, *extr.* Reguli Gallorum capti donis, cum bona pace exercitum per fines suos transmiserunt. Adde *eumd. ibid.* 32. ¶ 5. *Romana pax* apud ætatis argenteæ Scriptores est

imperium Romanum neque internis, neque externis lacessitum armis. *Vellej.* 2. 131. 1. Juppiter Capitoline, - Gradive Mars, - Vesta, - protegite hunc statum, hanc pacem. *Seneca* 1. *Clem.* 8. Omnes considere gentes, in quibus Romana pax desinit. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Immensa Romanæ pacis majestate. *Tac.* 12. *Ann.* 33. Qui pacem nostram metuebant. *et ibid.* 29. Ne, fortuna elati, nostram quoque pacem turbarent. *Lucan.* 7. 94. potui sine cæde subactum Captivumque ducem Romanæ tradere paci. ¶ 6. *Pax* interdum apud Comicos interjectio est, habetque vim indicendi sibi, aut aliis silentii, abrumpendique sermonis. Est autem Græcum, ut *Priscian.* 14. *p.* 980. *Putsch.* et alii docent. *Hesych.* Παξ ὑποδημα εὐυπόδητον, ἢ ἐπὶ τῷ τὸ τέλος ἔχειν. V. *Voss. l.* 6. *de Grammat. sub fin.*, ubi eos reprehendit, qui admirationis adverbium esse putarunt: simul improbat, quod apud *Priscian. loc. cit.* vertitur παντελῶς, h. e. plene, omnino, absolute. Sed hoc defendi potest, si παντελῶς accipias pro satis, hactenus, aut finis sit; est enim a τέλος *finis*. *Ter. Heaut.* 2. 3. 49. Capillus passus, prolixus, circum caput rejectus negligenter. PAX. *basta: non dico altro.* et 4. 3. 39. Unus est dies, dum argentum eripio. PAX: nihil amplius. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 212. PLEVS. Quam nominem? PAL. Glyceram. PLEVS. nempe eamdem, quæ dudum constituta est. PAL. PAX: abi. Adde *eumd. Pseud.* 5. 1. 33. (item *Stich.* 5. 7. 3., ubi saltationi finis indicitur); et *Auson. in fin. Edyll.* 12. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

PAXILLUS, i, m. 2. Videtur esse a *panxi* præterit. verbi *pango*, quasi *panxillus*: unde postea *palus* per syncopen factum est, ut a *maxilla mala, axilla ala, vexillum velum, taxillus talus*, ut *Cic. Orat.* 45. 153. docet. Sunt tamen, qui hæc censent esse deminutiva, *Priscian., Servius, Fest., Non.*, ut est apud *Voss.* in *Velum.* Sane plerumque *paxillum* deminutivi vim habet. Est autem idem ac palus, *palo, paletto*, πάσσαλος.

I.) Proprie. *Varro* apud *Non. p.* 153. 9. *Merc.* Ut novum cribrum novo paxillo pendeat. *Colum.* 4. *R. R.* 16. 3. Paxillo perforato solo altius adigendus palus, quo facilius et jugum et fructum sustineat. *Id.* 8. *ibid.* 8. 3. Paxillis adactis tabulæ superponuntur, quæ loculamenta, vel fictilia columbaria recipiant. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (154). In fico dodrantales paxilli solo patefacto serunfur.

II.) Translate. *Varro* apud *Non. loc. cit.* Ubi dicatur primus Zenon novam hæresim novo paxillo suspendisse. *h. e.* induxisse, instituisse, quasi novam supellectilem, in philosophia.

PAXIM. *V.* PANGO.

PE

PECCĀMEN, ĭnis, n. 3. peccatum. *Prudent. Apotheos.* 979. tincta malo peccamine principis Adæ. *Id.* 9. *Cathemer.* 96. Dissolutis pristinorum vinculis peccaminum. Adde *Hieronym.* in *Job* 30.

PECCANS, antis. *V.* PECCO.

PECCANTER, adverb. *malamente*, male, prave. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 9. *n.* 40. Hæc peccanter ex epilepticorum curatione transferenda jussit. *et* 3. *ibid.* 1. *a med.* Sed hoc peccanter definiunt.

PECCANTĬA, æ, *et*

PECCĀTĒLA, æ. f. 1. voces sunt, quas usurpat *Tertull. Anim.* 40. *et adv. Jud.* 10.

PECCĀTĬO, ōnis, f. 3. peccatum. *Gell.* 13. 20. *a med.* Peccatus, quasi peccatio, recte Latineque dicitur.

PECCĀTOR, ōris, m. 3. *peccatore*, qui peccat. *Luciant.* 3. 26. De injustum, insipientem, peccatorem. Adde *Tertull. Spectac.* 3.

PECCĀTŌRĬUS, a, um, adject. *Tertull.* 2. *adv. Marcion.* 24. Mala, non peccatoria, sed ultoria. Adde *eumd. Car. Chr.* 8.

PECCĀTRIX, ĭcis, f. 3. *peccatrice*, quæ peccat. *Paulin. Nolan. carm.* 28. 127. Peccator utero peccatricis excidi. *Hieronym. advers. Johann. Jerosol. n.* 4. *de ove.* Dei Filius suis humeris portavit patiens delicatam peccatricem. — Adjective *Prudent. Cathemer. proœm.* 35. Peccatrix anima. *Tertull. Spectac.* 3. gens. Adde *Vulgat. interpr. Tob.* 13. 7., *Isai.* 1. 4. et *Marc.* 8. 38.

PECCĀTUM, i, n. 2. error, delictum, erratum, maleficium, crimen, culpa, ἁμαρτία (It. *fallo, errore, colpa, delitto, peccato*; Fr. *faute, erreur, mauvaise action, péché, crime*; Hisp. *culpa, pecado, crimen, delito*; Germ. *e. Fehler, Irrthum, eine Sünde, ein Vergehen, Verbrechen*; Angl. *a fault, errour, offence, sin*). *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 10. 37. Inter recte factum atque peccatum, officium et contra officium, media locabat quædam: recte facta sola in bonis actionibus ponens; prave, id est peccata, in malis. *Id.* 3. *Fin.* 9. 32. Ut peccatum est, patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, quæ sunt in effectu; sic timere, sic mœrere, sic in libidine esse, peccatum est, etiam sine effectu. *Id.* 5. *Fam.* 21. 43. Præter culpam ac peccatum, quo semper caruisti, homini accidere nihil potest, quod sit horribile ac pertimescendum. *Id.* 2. *Phil.* 17. 43. Quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum peccatorumque largitur. *Id.* 8. *Att.* 13. *in fin.* Id quantis nostris peccatis vitiisque evenerit, non possum sine molestia cogitare. *Id. Cœl.* 30. 71. Quo illi crimine peccatoque perierunt? nempe quod etc. *Id. Amic.* 22. 83. In iis perniciosus est error, qui existimant, libidinum peccatorumque patere in amicitia licentiam. *Id.* 2. *Nat. D.* 4. 11. Vir sapientissimus peccatum suum confiteri maluit, quam hærere in republ. religionem. *Id.* 1. *Orat.* 27. 124. Oratoris peccatum si quod est animadversum, stultitiæ peccatum videtur. *Id.* 7. *Att.* 3. Nostrum si est peccatum, in eo est, quod non, ut de oppido, locutus sum, sed ut de loco. *Virg.* 10. *Æn.* 32. Luere peccata. *Lucret.* 3. 827. Præteritisque male admissis peccata remordent. *Ovid.* 2. *Amor.* 7. 11. Peccati conscius. *Id.* 1. *Pont.* 1. 58. pœnitere. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 118. Peccatis pœnas æquas irrogare. *Tac. Agric.* 19. Parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare. *Ter. Andr.* 5. 3. 17. Pro peccatis supplicium sufferre. *Id. Adelph.* 4. 3. 2. Peccatum corrigere. *Plin.* 8. *Ep.* 22. Abstinere peccatis. *V.* PECCATUS, us.

PECCĀTUS, a, um, particip. a *pecco*: *chi ha peccato*, qui peccavit. *Ter. Hecyr.* 5. 1. 10. Ea jam ætate sum, ut non siet peccato mihi ignosci æquum. Aliqui interpretantur *mihi quum peccavero*, sed non est necesse ad hæc anomala confugere. *V.* ERRO, as.

PECCĀTUS, us, m. 4. idem ac peccatum. *Cic.* 4. *Verr.* 78. 191. Nemo ita in manifesto peccatu tenebatur. Sic legendum putat *Gell.* 13. 20., ita enim scriptum se invenisse in uno atque altero antiquissimæ fidei libro Tironiano. Nihilominus alii *peccato*.

PECCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Peccans* in fin.; *Peccatus* V. loco suo; *Peccaturus* II. et in fin. — Ratione habita etymi, *Döderlinius* (*Lateinisch. Synonym. vol.* 2. *p.* 140.) a præpositione *per* hanc vocem ducit, eadem ratione qua *pejor, perperam* et *pravus*. — Peccare est peccatum admittere, delinquere, labi, errare, offendere, contra legem aut officium agere, ἁμαρτάνω (It. *far male, peccare, fallare*; Fr. *faillir, commettre une faute, manquer, pécher*; Hisp. *faltar, ir contra las leyes, pecar*; Germ. *etwas versehen, sich vergehen, einen Fehler machen, sich versündigen*; Angl. *to do wrong or amiss, commit a fault, err, mistake, transgress, offend, sin*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim usurpatur — *a*) Absolute. *Cic.* 3. *Parad.* 1. 20. Peccare est tamquam transire lineas. *Id.* 3. *Fin.* 14. 48. Alius magis alio vel peccat, vel recte facit. *Id. Orat.* 47. 157. *Eisdem* erat verius, nec tamen (*Ennius*) probavit ut opimius: male sonabat *iisdem*; impetratum est a consuetudine, ut peccare suavitatis causa liceret. — Γνώμη est illud *Colum.* 1. *R. R.* 1. 16. Usus et experientia dominantur in artibus: neque est ulla disciplina, in qua non peccando discatur. — *b*) *In aliquem* vel *erga aliquem*, ut apud *Cic.* 3. *Att.* 15. Si quid in te peccavi, ac potius quoniam peccavi, ignosce; in me enim ipsum peccavi vehementius. *et* 7. *ibid.* 1. Peccare in rempubl. *Al. leg.* in republica. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 62. Si quid erga te imprudens peccavi, aut gnatam tuam. — *c*) *In aliquo* vel *in aliqua re*, ut apud *Cæs.* 1. *B. G.* 47. Visum est C. Valerium, quod in eo peccandi Germanis causa non esset, ad eum mittere. *Cic.* 3. *Parad.* 2. 25. In servo necando semel peccatur; in patris vita violanda multa peccantur. *Id.* 2. *Fin.* 10. 32. In hoc eodem peccat Hieronymus. *Id. Orat.* 21. 70. Decori ignoratione non modo in vita, sed sæpissime et in poematis et in oratione peccatur. — *d*) *Aliqua re*, vel *de aliqua re*, ut apud *Ovid.* 2. *Amor.* 16. 11. At meus ignis abest. Verbo peccavimus uno: Quæ movet ardores, est procul: ignis adest. *Cæcilius* apud *Gell.* 2. 23. *a med.* quæ mihi, Ubi domum adveni ac sedi, extemplo savium Dat jejuna anima. SE. Peccat nil de savio: Ut devomas vult, quod foris potaveris. — *e*) Cum Accusativo rei. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 29. Quum librum legeres, si unam peccavisses syllabam, fieret corium tam maculosum, quam etc. *Ter. Adelph.* 1. 2. 44. Te plura in hac re peccare ostendam. *Cic.* 1. *Nat. D.* 12. 29. Empedocles multa alia peccat. *et* 31. Xenophon paucioribus verbis eadem fere peccat. *Ovid.* 3. *Pont.* 7. 10. Talia peccandi jam mihi finis erit. *Plin.* 9. *Ep.* 24. Dixi de quodam oratore, recte quidem et sane, sed parum grandi et ornato, ut opinor, apte: Nihil peccat, nisi quod nihil peccat. ¶ 2. Speciatim in re turpi. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 63. quid inter-Est in matrona, ancilla, peccesve togata? *Ovid. Heroid.* 16. 295. Nunc ea peccemus, quæ corrigat hora jugalis. Adde *Martial.* 1. 35.; *Ter. Adelph.* 4. 7. 7.; *Propert., Tibull., Petron.* etc.

II.) Translate de brutis animantibus et de inanimis. *Cic. Rosc. Am.* 20. 56. Tametsi bestiæ sunt, tamen in eam partem potius peccant, quæ est cautior. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 9. Solve senescentem mature sanus equum, ne Peccet ad extremum ridendus et ilia ducat. Adde *Stat.* 8. *Theb.* 689. *Pallad.* 11. *R. R.* 14. *circa med.* Si senseris, vina peccatura. *che sono per guastarsi. Martial.* 2. 66. Unus de toto peccaverat orbe comarum Anulus, incerta non bene fixus acu. — Hinc Part. præs.

Peccans, antis, usurpatur — *a*) Absolute, substantivorum more, et est qui peccat, nocens, reus. *Seneca Ep.* 67. *a med.* Ideo non prodest latere peccantibus, quia latendi etiam felicitatem habent, fiduciam non habent. *et mox.* Prima et maxima peccantium est pœna, peccasse. *Nepos Agesil.* 5. Ad officium peccantes redire cogere. *Tac. Agric.* 6. Provincia dives ac parata peccantibus. — *b*) Adjective, unde Comp. *Peccantior* apud *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 8. *n.* 88. Est etiam profecto peccantius, prohibito cibo vinum dare. *h. e.* majus est peccatum.

Peccaturus, a, um, absolute, substantivorum more, est qui facile peccabit. *Tac. Agric.* 19. Officiis et administrationibus potius non peccaturos præponere, quam damnare, quum peccassent.

PECŎRĀLIS, e, adject. ad pecus pertinens. *Festus p.* 202. 16. *Müll.* Facta est æstimatio pecoralis multæ, et boves centenis assibus, oves denis æstimatæ.

PECŎRĀRĬUS, ii, m. 2. qui pecua sive pecora publica redimit *Gloss. Lat. Gr.* Pecorarius, προβατώδης.

PECŎRĪNUS, a, um, adject. ad pecus pertinens. *Plin. Valerian.* 5. 43. Comede-modicum caseum pecorinum. *h. e.* ovillum, vel caprinum.

PECŎRŌSUS, a, um, adject. *abbondante di*

bestiame, pecore abundans. *Stat.* 4. *Theb.* 45. Aptior armentis Midea, pecorosaque Phyllus. *et* 10. *ibid.* 227. sic volucrum nutritor equorum, Cui fetura gregem pecoroso vere novavit, Lætatur. *h. e.* plurimo fetu veris tempore nascente. Adde *Propert.* 4. 9. 3., ubi al. leg. *nemorosus.*

PECTEN, ĭnis, m. 3. a *pecto*, est instrumentum comatorium densis dentibus instructum ad capillos explicandos, κτείς, κτενός (It. *pettine*; Fr. *peigne pour le cheveux*; Hisp. *peyne*; Germ. *d. Kamm*; Angl. *a comb*).

I.) Proprie. *Plaut. Capt.* 2. 2. 18. Utrum strictimne attonsurum dicam esse, an per pectinem, nescio. *h. e.* longius a cute, pectine interposito. *Ovid.* 1. *Amor.* 14. 15. *de capillis.* Non acus abrupit, non vallus pectinis illos. *Id.* 4. *Met.* 311. Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines. *et* 12. *ibid.* 409. ut sit coma pectine levis. *Petron. Satyr.* 126. Flexæ pectine comæ. *Spartian. Hadrian.* 26. Flexo ad pectinem capillo. *Apul.* 2. *Met.* Capillus pectinis arguti dente tenui discriminatus. — In recto sing. *pecten ad calvum* lemma est *epigram.* 25. *l.* 14. *Martial.*

II.) Translate. ¶ 1. Ad comatorii similitudinem ita appellatur instrumentum textorium, suspensum et mobile, in cujus dentes immittuntur fila staminis, intextoque per radium subtemine, tela percutiendo densatur, κερκίς. *Ovid.* 6. *Met.* 55. Tela jugo vincta est: stamen secernit arundo: Inseritur medium radiis subtemen acutis, Quod digiti expediunt, atque inter stamina ductum Percusso feriunt insecti pectine dentes. *Virg.* 7. *Æn.* 14. Arguto tenues percurrens pectine telas. Adde *eumd.* 1. *G.* 294. *Ovid.* 3. *Fast.* 819. *de Pallade.* Illa etiam stantes radio percurrere telas Erudit, et rarum pectine denset opus. — Hinc metonymice est ipsa ars texendi. *Martial.* 14. 150. cujus lemma *Cubicularia polymita.* Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: victa est Pectine Niliaco jam Babylonis acus. ¶ 2. Item instrumentum ferreis acutisque cuspidibus vel rectis, vel uncis instructum ad lanam pectendam et carminandam, *pettine, cardo, scardasso. Plin.* 11. *Hist. nat.* 23. 27. (77). Hanc (*lanuginem*) ab his (*bombycibus*) cogi unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine. *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 382. doctissimus artis Quondam lanificæ moderator pectinis unci. ¶ 3. Item rastrum dentatum, quo fœnum colligitur, *rastrello. Ovid. Remed. am.* 191. Temporibus certis desectas alligat herbas, Et tonsam raro pectine verrit humum. — Similis est in illo *Plin.* 18. *Hist. nat.* 30. 72. (297). Panicum et milium singillatim pectine manuali legunt Galliæ. *h. e.* instrumento instar pectinis, quo subjecto spicis, culmus resecatur, quemadmodum subjecto pectine tondentur capilli. *Colum.* 2. *R. R.* 21. 2. Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus culmum secant: multi mergis, alii pectinibus spicam ipsam legunt, idque in rara segete facillimum, in densa difficillimum est. — Item cratis ferreis dentibus ad terram perstringendam. *V.* PECTINO II. 1. ¶ 4. Pecten dentium *Prudentio* est dentium series in ore, 10. περὶ στεφ. 934. ¶ 5. Translate *pectines* dicuntur, quæ innectuntur invicem, et veluti intexuntur, ut pectines in capillis. *Ovid.* 9. *Met.* 290. digitis inter se pectine junctis. *Lucan.* 3. 609. mixtis obliquo pectine remis. *Al. leg.* pectore. ¶ 6. Hinc in arboribus *pectines* sunt venarum discursus recti et transversi in ipsa ligni pulpa, *vene*, κτηδόνες: qui in materia polita conspicui fiunt et pulcram speciem præbent. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 38. 73. (185). Fagis pectines transversi in pulpa. ¶ 7. Hinc etiam pecten dicitur pubes, *pettignone*, et os ei subjectum κτείς, κῆπος; tam in viris, quam in feminis: ita appellatur, quod ibi sit lanugo, qualis, dum pectinatur lana, vel linum pectini adhærere solet. *Juvenal.* 6. 369. Inguina traduntur medicis, jam pectine nigro. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 8. (27). Itemque pectines in feminis publicati. *Cels.* 8. 1. *a med.* A quibus (*costis*) oritur os, quod pectinem vocant, rectius in viris, recurvatum magis in exteriora in feminis. ¶ 8. Item genus choreæ, qua se invicem saltantes implicant. *Stat.* 2. *Achill.* 156. Multiplicantque gradum, modo quo Curetes in actu, Quoque pii Samothraces eunt: nunc obvia versæ Pectine Amazonio: modo quo citat orbe Lacænas Delia, plaudentesque suis intorquet Amyclis. ¶ 9. Præterea — 1.°) Pecten est instrumentum ad fides pectendas, seu pulsandas, *plettro, archetto*, πλῆκτρον. *Virg.* 6. *Æn.* 646. Obloquitur numeris septem discrimina vocum: Jamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno. *Juvenal.* 6. 381. crispo numerantur pectine chordæ. *Servius* ad *loc. Virg. cit.* vult, hoc sensu esse neutrius generis: sed non probat. — 2.°) Per synecdochen ponitur pro lyra. *Val. Flacc.* 3. 159. dulci festis adsistere mensis Pectine. — 3.°) Metonymice est carmen, poema. *Ovid.* 2. *Fast.* 121. Dum canimus sacras. alterno pectine Nonas. *h. e.* alternis hexametris et pentametris. ¶ 10. Item hoc nomine est piscis marinus leviori testa striata, et pectinis modo dentata armatus, κτείς. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 33. 52. (103). Saliunt pectines et extra volitant seque ipsi carinant. Adde *ibid.* 51. 74. (160). et 11. *ibid.* 37. 52. (139). et *ibid.* 51. 112. (267). et 32. *ibid.* 11. 53. (150)., ubi ait Mitylenis esse laudatissimos; quod et *Ennius* apud *Apul. Apolog.* tradit. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 34. Pectinibus patulis jactat se molle Tarentum. ¶ 11. *Pecten Veneris* herba est, de qua *Plin.* 24. *Hist. nat.* 19. 114. (175). Veneris pectinem appellant a similitudine pectinum, cujus radix cum malva tusa, omnia corpori infixa extrahit.

PECTINA. *V.* voc. seq.

PECTĪNĀRĬUS, a, um, adject. ad pectinem carminatorum pertinens. *V.* PECTEN II. 2. *Inscript.* apud *Spon. Miscell. antiq. p.* 231. et *Murat.* 982. 7. T. VALERIVS L. F. PLACIDVS REFECTOR PECTINAR. etc. Uterque perperam *pectinarum* legit, et falso putat, esse Genit. plur. a sing. *pectina, æ*, f. 1.— Hinc

Pectinarius, ĭi, m. 2. absolute usurpatur, Italice *pettinagnolo*, qui pectines facit. *Inscript.* apud *Alessi, Antich. d'Este p.* 181. l. 8. L. OCTAVII SERVANDI PECTINARII IN F. P. XXII. S. P. XXIIII. — Item cum adjectivo. *Inscript.* apud *Gruter.* 648. 2. et *Fabrett. p.* 701. *n.* 221. ACCEPTO CHIAE SERVO PECTINARII LANARII SODALES POSVERE.

PECTĪNĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

PECTĪNĀTIM, adverb. *a guisa di pettine*, κτενοειδῶς, ad pectinis similitudinem, et quasi denticulatim. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 33. 52. (103). Cuniculatim, pectinatim divisa, imbricatim undata. *Id.* 28. *ibid.* 6. 17. (59). Digitis pectinatim inter se implexis; quod dixit *Ovid.* 9. *Met.* 299. digitos inter se pectine junctos. *h. e.* ita complicatis manibus, ut digiti invicem inserantur. *Vitruv.* 1. 5. *sub fin.* Fundamenta pectinatim disposita, quemadmodum serræ dentes solent esse, collocentur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 61. (160). Dentium tria genera, serrati, aut continui, aut exserti: serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occursu atterantur, ut serpentibus, piscibus, canibus. *et* 8. *ibid.* 25. 37. (89). Pectinatim stipante se dentium serie. *et* 11. *ibid.* 37. 48. (132). Capitis ossa serratis pectinatim structa compagibus. *Pectinatim* in his est denticulata unius partis serie ita cum altera similiter denticulata coeunte, ut acumina non acuminibus, sed intervallis concurrant, ut in suturis calvariæ videre est.

PECTĪNĀTOR, ōris, m. 3. idem ac carminator. *Gloss. Philox.* Pectinator, κτενιστής. *Inscript.* abhinc non multis annis *Ateste* reperta et in *Mus. lapid. ibidem asservata.* L. ALLENIVS L. F. ROM. VESPA PECTINATOR. V. *Furlanetto, Lap. Pat. p.* 210. *n.* 206. et *Henzen. Inscript.* 7265.

PECTĪNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PECTĪNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Pectinatus* I. et II. 2. — Pectinare est pectine deducere, discriminare, explicare, pectere, *pettinare.*

I.) Proprie. *Apul.* 6. *Met.* Caudæ setas incuria congestas et horridas cuncta diligentia pectinabo. *Id. ibid.* Jubam istam tuam probe pectinatam monilibus adornabo. *Paul.* 3. *Sentent. tit.* 7. *ad fin.* Sive succida lana sit, sive lota, sive pectinata.

II.) Translate. ¶ 1. *Pectinare segetem*, crate ferrea subarare, versare, et veluti pectendo diducere ac rariorem facere. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 21. 50. (186). Sunt genera terræ, quarum ubertas pectinari segetem in herba cogat (cratis et hoc genus dentatæ stilis ferreis) eademque nihilominus et depascuntur. ¶ 2. *Festus p.* 213. 6. *Müll.* Pectenatum tectum dicitur a similitudine pectinis in duas partes devexum, ut testudinatum in quatuor. Cf. *Paul. Diac. p.* 212. 1. *Müll.*

PECTĬO, ōnis, f. 3. *pettinatura*, actus pectendi. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *circa med.* Primo capillos decurramus ex pectione, nunc pro capillatura, nunc contra capillaturam, tum tonsuram adhibentes, deinde novacula caput radentes.

PECTĬS, idis, f. 3. herba eadem ac consolida, et symphyton. *Apul. Herb.* 59.

PECTĬTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PECTO, pectis, pexi *et* pectīvi *et* pexŭi, pexum *et* pectĭtum, pectere, a. 3. Veteres Grammatici *Charis.* 3. *p.* 217. et *Asper* apud *Priscian.* 10. *p.* 903. et *p.* 1254. *Putsch.* et *pexui* et *pectivi* præterita agnoverunt. Et reapse *pexui* legitur apud *Alcim. Ep.* 77. Quum in pransu negligens crimen, alvum nimietate concreta pectinibus pexuisti. Hic *pexuisti* translate adhibet auctor, ut nempe ludat in nomine *pecten*, qui tum instrumentum comatorium, tum piscem significat. — Part. *Pectens* I.; *Pexus* I. et in fin; *Pectitus* II. 1. et 3.; *Pectendus* I. — Pectere (quod ratione habita etymi cum Gr. πέκω et πεκτω idem significantibus conjungendum) est pectine explicare, deducere, componere et ornare capillum, depectere, κτενίζω (It. *pettinare, acconciare la chioma, ravviare i capelli*; Fr. *peigner*; Hisp. *peynar*; Germ. *Kämmen*; Angl. *to comb, dress or adjust the hair*).

I.) Proprie. — *a*) De capillis et barba. *Tibull.* 1. 10. 68. Et tenues denso pectere dente comas. *Horat.* 1. *Od.* 15. 14. Pectere cæsariem. *Ovid.* 1. *Art. Am.* 376. pectens ancilla capillos. et *Heroid.* 13. 31. Nec mihi pectendos cura est præbere capillos. *Mæcenas* apud *Priscian.* 10. *p.* 903. *Putsch.* Pexisti capillum naturæ muneribus gratum. *Juvenal.* 11. 149. tonsi erectique capilli, Atque hodie tantum propter convivia pexi. *Martial.* 7. 58. Dum coma te nimium pexaque barba juvat. — Et passive cum Accusativo, Græco more. *Ovid. Heroid.* 13. 39. Ipsa comas pectar, galea caput ille prematur? — *b*) De homine ipso. *Quintil.* 1. 5. 14. At ille pexus pinguisque doctor putabit etc. *Pers.* 1. 15. Scilicet hæc populo perusque togaque recenti Sede leges celsa. Similiter *Virg.* 7. *Æn.* 489. Pectebatque ferum (*cervum*) puroque in fonte lavabat.

II.) Translate. ¶ 1. Linum, lanam pectere, *scardassare, pettinare. Colum.* 12. *R. R.* 3. 6. Præparatæ sint et pectitæ lanæ. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 3. (17). Stuppa pectitur ferreis hamis donec omnis membrana decorticetur. ¶ 2. Joculariter *Plaut. Rud.* 3. 2. 47. Audio tumultum: opinor, leno pugnis pectitur. *Id. Capt.* 4. 2. 116. Nisi mantiscinatus probe ero, fusti pectito. Adde *Men.* 5. 7. 28. Simili sensu adhibetur ab Italis *pettinare*, et a Græcis *ξαίνω*, nam *Ælian.* 2. *Pun.* 26. Ὁ Μάρκελλος Ῥωμαῖον εἶναι νομιζόμενον ἔξηνε ῥάβδοις. *h. e.* pexuit virgis. ¶ 3. *Pectere terram*, subigendo vertendoque purgare, aperire, et sationi parare. *Colum.* 10. *R. R.* 148. ferroque bicorni Pectat, et antecentem sulcis exterminet herbam. *et ibid.* 94. Verum ubi jam puro discrimine pectita tellus Deposito squalore nitens sua semina poscit. ¶ 4. Pectere videtur esse digitis cibum carpere et avide comedere in illo *Titinii* apud *Festum p.* 193. 17. *Merc.* Obstrudulenti aliquid, quod pectam sedens. *V.* OBSTRUDO et OPPECTO. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus,

Pexus, a, um, adjective quoque usurpatur; et ¶ 1. *Pexa vestis* est nova et minime trita,

villis adhuc planis et politis ac texturam tegentibus, ut in laneis pannis recentibus videmus. Patavini eam dicunt *col suo pigno*, Itali *colla sua pelluria*: cui opponitur trita. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 93. si forte subucula pexæ Trita subest tunicæ. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 73. (191). Lana Istriæ Liburniæque pilo propior, quam lanæ, pexis aliena vestibus. — *Pexa munera* apud *Martial.* 7. 46. quidam intelligunt pexam togam: alii aliter. ¶ 2. A similitudine *Colum.* 11. *R. R.* 3. 26. *de lactucæ generib.* Cappadocia, quæ pallido et pexo densoque folio viret. *h. e.* leviter villoso et lævi.

PECTŌRĀLE, is, n. 3. *V.* voc. seq. in fin.

PECTŌRĀLIS, e, adject. *del petto*, στηθαῖος, ad pectus pertinens. *Cels.* 8. 1. *a med.* In exiguo sinu pectoralis ossis. *Apul.* 11. *Met.* Antistites sacrorum candido linteamine cinctum pectorale adusque vestigia strictim injecti. *Ammian.* 14. 9. Tunicula pectoralis. *Hieronym.* 2. *in Isaj.* 3. 24. Feminarum mamillæ pectorali fascia colligatæ sunt. *V.* FASCIA. — Hinc

Pectorale, is, n. 3. absolute, substantivorum more, est armatura pectus protegens, lorica, *corazza, panciera. Varro* 5. *L. L.* 116. *Müll.* Lorica, quod e loris de corio crudo pectoralia faciebant. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 7. 18. (43). Fecit et Sp. Carvilius Jovem, qui est in Capitolio, victis Samnitibus sacrata lege pugnantibus, e pectoralibus eorum ocreisque et galeis.

PECTŌRŌSUS, a, um, adject. Comp. *Pectorosior*. — Pectorosus est qui amplo est pectore, *pettoruto. Auct. Priap.* 37. Nemo est feroci pectorosior Marte. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (140). Ad hoc pertinent peregrinæ exercitationes, et volutatio in cœno ac pectorosa cervicis repandæ ostentatio. *Colum.* 8. *R. R.* 2. 8. *de gallinis.* Sint ergo matrices quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus, etc.

PECTUNCŬLUS, i, m. 2. κτενιον, parvus pecten, qua piscem significat. *Varro* 5. *L. L.* 77. *Müll.* Vernacula (*vocabula piscium*) ad similitudinem, ut surenæ, pectunculi, ungues. *Id.* apud *Gell.* 7. 16. Pectunculus Chius. *Colum.* 8. *R. R.* 16. 7. Limosa regio maxime idonea est concharum pectunculis, balanis, vel sphondylis. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 29. 45. (84). Loligo etiam volitat, extra aquam se efferens, quod et pectunculi faciunt sagittæ modo.

PECTUS, ŏris, n. 3. pars animalis anterior a collo ad ventrem, constans osse pectorali et costis, sub quibus sunt pulmo et cor, στῆθος, στέρνον (It. *petto*; Fr. *poitrine*; Hisp. *pecho*; Germ. *die Brust, der Brustkuchen, das Brustlein*; Angl. *the breast, chest*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. — In sing. num. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 82. (207). Pectus, hoc est ossa præcordiis et vitalibus natura circumdedit. Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum, volucribus magis, et inter eas aquaticis maxime. *Cels.* 8. 7. *ad fin.* et *ibid.* 8. *n.* 2. *pectus* vocat, quod anatomici στέρνον, os pectorale. *Auct. B. Afr.* 82. Quum centuriones adverso pectore resisterent. *Virg.* 9. *Æn.* 347. Pectore in adverso totum cui comminus ensem Condidit. *Ovid.* 4. *Met.* 578. In pectusque cadit pronus. *Seneca Hippol.* 616. ensibus pectus dare. *Virg.* 5. *Æn.* 780. talesque effundit pectore questus. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 28. latum demisit pectore clavum. *Quintil.* 11. 3. 141. Dignitas, quæ est in latitudine pectoris. *et ibid.* 82. Affixum pectori mentum. *et ibid.* 145. Lævam a summo pectore abducere. *et ibid.* 125. Æquo pectore. *h. e.* non projecto. — In plur. num. de uno tantum homine apud Poetas. *Livius Andron.* apud *Priscian.* 7. *p.* 760. *Putsch.* At celeris hasta volans perrumpit pectora ferro. *Ovid.* 4. *Met.* 555. plangore ferire Pectora. — *b*) Speciatim et poetice pro stomacho, ut apud Græcos καρδία. *Ovid.* 6. *Met.* 663. reserato pectore diras Egerere inde dapes demersaque viscera gestit.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice refertur ad cor et animum, quem in corde præcipue habitare olim creditum est. Unde ponitur pro sensu, affectu, amore, ἐπιθυμία. *Cic. Amic.* 26. 97. In amicitia, nisi, ut dicitur, apertum pectus videas tuumque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas. *Id.* 1. *Legg.* 18. 49. Ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur? *con tutto il cuore.* Cf. *Servium* ad *Virg.* 9. *Æn.* 276.; et *Cic.* 2. *Tusc.* 24. 58. Sic *Virg.* 9. *Æn.* 276. Te vero, venerande puer, jam pectore toto Accipio. *Stat.* 4. *Silv.* 6. 55. Sic mitis vultus, veluti de pectore gaudens Hortetur mensas. *di cuore. Sall. Jug.* 11. Quod verbum in pectus Jugurthæ altius, quam quisquam ratus, descendit. *Horat.* 2 *Od.* 12. 15. et bene mutuis Fidum pectus amoribus. *Ovid.* 3. *Amor.* 8. 18. Heu! ubi mollities pectoris illa tui? *Id.* 1. *Art. am.* 759. Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ. *Seneca Med.* 506. ira concitum pectus doma. *et Phœniss.* 582. Ferum et durum geris, sævumque in iras pectus. *Ovid. Heroid.* 19. 192. Nescio quæ pavidum frigora pectus habent. *Virg.* 5. *Æn.* 816. His ubi læta deæ permulsit pectora dictis. *Quintil.* 2. 5. 8. Ut (*orator*) in pectora irrumpat. *Tac. Agric.* 39. Hunc verum statum-, ut Domitianus erat, fronte lætus, pectore anxius, excepit. *V.* infra paragr. 6. *Albinov.* 3. 26. Pectus eram vere pectoris ipse tui. *Hic Mæcenas Augustum alloquitur.* ¶ 2. De fortitudine, et constantia. *Virg.* 9. *Æn.* 249. Quum tales animos juvenum, et tam certa tulistis Pectora. *Horat. Epod.* 1. 11. te vel per Alpium juga, Inhospitalem et Caucasum Forti sequemur pectore. *Val. Flacc.* 6. 288. tua pectora nato Suggere nunc, animamque parem. *Virg.* 6. *Æn.* 261. Nunc animis opus, Ænea, nunc pectore firmo. ¶ 3. De conscientia, et moribus. *Seneca Phœniss.* 216. Pectus conscium scelerum omnium. *Juvenal.* 13. 198. Nocte dieque suum gestare in pectore testem. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 64. vita et pectore puro. *Ovid. Heroid.* 13. 30. Pectora legitimus casta momordit amor. ¶ 4. Sumitur item pro ingenio, prudentia, memoria, cogitationibus. *Horat.* 1. *Ep.* 4. 7. Non tu corpus eras sine pectore. *Liv.* 1. 59. Ibi oratio habita nequaquam ejus pectoris ingeniique, quod simulatum ad eam diem fuerat. *Ovid.* 15. *Met.* 63. et quæ natura negavit Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit. *Id.* 3. *Trist.* 1. 63. Quæque viri docto veteres cepere, novique Pectore. *Cic.* 3. *Orat.* 30. 121. Onerandum complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate. *Seneca Med.* 425. Recipe turbatum malis, hera, pectus. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 77. succinctaque pectora curis. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 90. memori referas mihi pectore cuncta. *Ovid.* 2. *Pont.* 4. 33. Non ego, securæ biberes si pocula Lethes, Excidere hæc credam pectore posse tuo. *Virg.* 1. *Æn.* 661. At Cytherea novas artes, nova pectore versat Consilia. *Cic.* 13. *Att.* 12. De hortis toto pectore cogitemus. *Gell.* 17. 13. *a med.* Dicere aliquis potest de summo pectore, nihil esse in his verbis negotii. *h. e.* re minime inspecta, inconsiderate, temere. ¶ 5. In vatibus est sedes Dei fatidici, et divinationis. *Virg.* 6. *Æn.* 48. sed pectus anhelum Et rabie fera corda tument. *Ovid.* 2. *Met.* 641. Incaluitque Deo, quem clausum pectore habebat. *Stat.* 4. *Theb.* 542. Obruit ora Deus, totamque in pectora lucem Detulit. Adde *Lucan.* 5. 97. *et* 167. ¶ 6. *Pectus* et pro ipso homine ponitur. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 66. O mihi Thesea pectora juncta fide! — Hinc *pectus amicitiæ*, homo amicus. *Martial.* 9. 15. Hunc quem cœna tibi, quem mensa paravit amicum Esse putas fidæ pectus amicitiæ? *Manil.* 2. 600. nihil ex semet natura creavit Pectore amicitiæ majus. Adde *Stat.* 4. *Silv.* 4. 103. Hac ratione *Virg.* 11. *Æn.* 215. Hic matres, miseræque nurus, hic cara sororum Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi. *h. e.* sorores amantes. ¶ 7. Pectus in rebus physicis dicitur de montium declivitate, *il declivio dei monti. Plin.* 3. *Hist. nat.* 20. 24. (133). Verso deinde Italiam pectore Alpium, Latini juris Euganeæ gentes. Cf. *Grat. Cyneg.* 444. ruptoque e pectore montis Venit ovans.

PECTUSCŬLUM, i, n. 2. *picciol petto*, στηθίδιον, parvum pectus. *Hieronym. Ep.* 22. *n.* 30. Vitalis animæ calor, toto frigescente jam corpore, in solo tantum tepente pectusculo palpitabat. Adde *Vulgat. interpr. Exod.* 29. 26. et 27., *Levit.* 7. 30. et 31. et 34., 8. 29. et 10. 14., et *Num.* 6. 20. et 18. 18. Habent et *Not. Tir. p.* 58. Pectus, pectusculum.

PECTUSCUM Palatii. *V.* PECUSCUM.

PĔCU, *dat.* pecui, *in plur.* pecua *et* pecuda, n. 4. idem quod pecus, quam formam *V.* loco suo. — *a*) *Pecu* legitur apud *Plaut. Rud.* 4. 3. 5. Non vides me referre uvidum rete sine squamoso pecu? Adde *eumd. Bacch.* 5. 2. 5. *et* 20. — *b*) *Pecui* dixit *Lucilius* apud *Gell.* 20. 8. Luna alit ostrea et implet echinos, muribus fibras Et pecui addit. — *c*) *Pecua* legitur in veteri precandi formula apud *Caton. R. R.* 141. Mars pater, te precor,-pastores pecuaque salva servassis. *Plaut. Merc.* 3. 1. 10. Non didici bajulare, nec pecua ruri pascere. *Liv.* 35. 21. In agris passim inundatis pecua ablata. *Al. leg.* pecora. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 333. Jumenta, pecua, subjugales beluas. Adde *Nœvium* et *Accium* apud *Non. p.* 159. 6. *Merc.*; *Varron.* 2. *R. R.* 1. 3.; *Plin.* 8. *Hist. nat.* 43. 68. (167).; et *Apul.* 6. *Met.* Item *Servius* ad *Virg.* 3. *G.* 64. legit *pecua* apud *Cic. pro leg. Manil.* 6. 15., ubi Codd. *pecora*. — *d*) Pro *pecua* dixere etiam *pecuda. Cic. fragm.* apud *Non. loc. cit.* Quum adhibent in pecuda pastores. *Accius ibid. et p.* 467. 30. Vagant: pavore pecuda in tumulis deserunt. *Sisenna ibid.* Jumenta et pecuda locis trepidare compluribus. *Nœvius ibid.* Sine ferro pecuda manibus ut ad mortem meant. — *e*) *Pecuum* (ait *Festus p.* 246. 14. *Müll.*) quum dixit M. Cato per casum Genitivum a singulari casus recti formavit, quo utebantur antiqui, id est *pecu*, ac *testu, tonitru, genu, veru*, quorum omnium Genitivus pluraliter geminat *u* litteram: nunc, quia dicimus *pecus*, ut *pectus*, eam, quæ in usu est, formam in declinationibus sequimur. *Cato* apud *Gell.* 7. 3. *n.* 37. Si quis majorem pecuum numerum habere voluerit, tantum damnas esto. *Hostius* apud *Priscian.* 6. *p.* 719. *Putsch.* Sæpe greges pecuum ex hibernis pastubu' pulsi, — *f*) *Pecuis* in sexto casu. *Jul. Valer. de reb. Alex. M. edit. Rom.* 1. 44. Una servitiis pecuisque. — *g*) *Pecubus* legunt nonnuli apud *Lucret.* 6. 1132. pecubus balantibus. *At* Lachmannus *leg.* pigris balantibus.

PĔCŬĀLIS, e, adject. pecuarius. *Sedul.* 1. 146. Edidit humanas animal pecuale loquelas. *Ennod. Opusc. miscell.* 2. *ante med.* Sic vos in stuporem pecualem peccati nebula, aut divinus horror oblimat.

PĔCŬĀRĬA, æ, f. 1. *et*

PĔCŬĀRĬA, ōrum, n. plur. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PĔCŬĀRĬUS, a, um, adject. *da pecore, da bestiame, pastoreccio*, προβατευτικός, κτηνώδης, ad pecudes, et pecora pertinens. *Varro* 2. *R. R.* 5. 17. Pecuarii greges. *et ibid.* 2. 1. Pecuaria quæstio. *Colum.* 8. *R. R.* 1. 1. negotiatio. *Id.* 7. *R. R.* 12. 8. Pecuarius canis. *Cic. Quinct.* 3. 12. Erat ei pecuaria res ampla, et rustica, sane bene culta et fructuosa. *Sall. fragm.* III. 77. 14. ed. *Kritz.* Deinceps monet in laxiores agros magisque pecuarios ut egrediantur. *h. e.* rei pecuariæ aptos, ideoque armentis gregibusque abundantes. — *Forum pecuarium* fuit tum Romæ, tum Falerione, in quo pecudes vendebantur; aliud tamen videtur fuisse a foro boario, in quo boves vendebantur, teste *Paul. Diac. p.* 30. 5. *Müll. Inscript. R.* apud *Fabrett. p.* 68. *n.* 157. D. M. Q. MARCIVS ITALICVS DECVRIALIS NEGOTIATOR FORI PECVARII SIBI ET SVIS VIVVS FECIT LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQUE EORUM H. M. E. H. N. S. *h. e.* hoc monumentum exterum heredem mox sequitur. *Alia* Faleriensis apud *Morcell. de stil. inscr. Latin. T.* 2. *p.* 291. IMP. CAESARE TRAIANO HADRIANO AVG. III. COS. VIA NOVA STRATA LAPIDE PER MEDIVM FORVM PECVAR. A SVMMO VICO LONGO AD ARCVM IVNCTVM CAPITOLIO etc. — Etiam miles *pecuarius* dictus est, qui, dum in regionibus hosticis bellum gerebatur, ideoque ex proximis agris pecudes ad vescendum aptas minime liceret arcessere, in castris eas ad

exercitum nutriendum aleret et custodiret. *Inscript.* apud *Steiner. Cod. inscr. Rom. Rheni n.* 884. L. DECCIVS C. F. PAPIRIA TICIN. MILES LEG. XX. PRQVARIVS ANNOR. XXV. STIPENDIORVM XVI. HIC S. EST. Huc fortasse pertinet alia *Inscript.* apud *Gruter.* 541. 2. FAONIO PATERNO EX EVOCAT. QVI SE PROBAVIT AN. XVII. MILITAVIT COH. XI. VRB. ANN. XIII. PAVIT LEG. X. GEM. *h. e.* pavit pecudes legionis decimæ Geminæ. — Hinc

Pecuarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est qui pecuaria habet. *Varro* 2. *R. R.* 4. 3. Nec de pecore suillo mihi et vobis, magnis pecuariis, ea res non est communis. *Cic. Dejot.* 9. 27. Ut non solum tetrarcha nobilis, sed optimus paterfamilias, et diligentissimus agricola et pecuarius haberetur. ¶ 2. item qui pascua publica redimit, ut *Ascon.* in *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 10. docet. *Liv.* 10. 47. Pecuariis aliquot damnatis. *Inscript.* apud *Don. cl.* 9. *n.* 13. NEGOTIATOR COLLEGII PECVARIORVM.

Pecuaria, æ, f. 1. absolute, substantivorum more ¶ 1. Est res, quæ in pecore habetur, ipsique pecorum greges, *bestiame. Varro* 2. *R. R.* 1. 11. Igitur est scientia pecoris parandi ac pascendi, ut fructus quam possunt maximi capiantur et ea, a quibus ipsa pecuaria nominata est; nam omnis pecuariæ pecus fundamentum. (Ita locum restituit, *Schneidero* approbante, *Pontedera Op. post. T.* 1. *p.* 221.) *Id. ibid. præf.* 6. Ipse pecuarias habui grandes, in Apulia oviarias, in Reatino equarias. *Sueton. Cæs.* 42. Pecuariam facere, *tener bestiame.* ¶ 2. Item ars et ratio pascendorum gregum. *Varro* 3. *R. R.* 1. 9. Duo libros scripsi; primum de agricultura, secundum de pecuaria.

Pecuaria, ōrum, n. plur. 2. absolute, sunt armentorum et pecorum greges. *Virg.* 3. *G.* 64. mitte in Venerem pecuaria primus. *Pers.* 3. 9. Arcadiæ pecuaria rudere credas. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 9. 9. (27). *de elephant.* Pecuaria feminarum separant.

PĔCŬĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

PECUASCO, is, ere, a. 3. inchoat. *pascolare,* pecus alo, pasco, vel in pascua mitto. In vet. decreto arbitrûm finium regundorum, apud *Gruter.* 204. *lin.* 33. IN EO AGRO COMPASCVO QVOMINVS PECVASCERE GENVATES LICEAT. *Gruterus* legit PECVASCERE; *Orellius* 3121. PECVS ASCERE; *Henzenius* vero *Mommsenii,* qui monumentum vidit, correctiones secutus PECVS PASCERE. Itaque *pecuasco* est vocabuli monstrum a Lexico expungendum.

PĔCŬĀTUS, a, um, adject. *Vet. Onomast.* Θηριώδης, pecuatus. *Fulgent.* in *Moral. n.* 53.

PĔCŪDA. *V.* PECU.

PĔCŪDĀLIS, e, adject. idem ac pecualis. *Capell.* 8. *p.* 272. Næ tu, ait, infelix, vel Capella, vel quisquis es, non minus sensus, quam nominis pecudalis hujus incongrui risus adjectione desipere cœpisti?

PĔCŪDĬFER, fĕra, fĕrum, adject. *Inscript.* apud *Murat.* 70. 6. SILVANO SANCTO PATRI ET CVSTODI PECVDIFERO LACTIFERO, etc. *V.* CANNABIFER.

PĔCŪĪNUS, a, um, adject. qui est pecoris. *Cato R. R.* 132. *Schneider.* Daps Jovi assaria pecuina, urna vini Jovi caste. *Ita legit.* Schneider.; *alii aliter*: V. *adnotat. ad h. l.* Ceterum *Apul.* 8. *Met.* Flagro pecuinis ossibus catenato verberare. *h. e.,* ut ipse explicat *paulo sup.,* contortis tæniis lanosi velleris fimbriato, et multijugis talis ovium tessellato. *Id. Apolog.* Non modo humanis animis, verum etiam pecuinis et ferinis.

PĔCŪLĀTOR, ōris, m. 3. κλέπτης τοῦ δημοσίου, qui pecuniam publicam, et ea, quæ ad rempublicam seu principem pertinent, furator. *Cic.* 3. *Off.* 18. 73. Neque enim de sicariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco disserendum est. *Tac.* 1. *Hist.* 53. Hunc (*Cæcinam*) juvenem Galba, quæstorem in Bætica, impigre in partes suas transgressum, legioni præposuit: mox compertum, publicam pecuniam avertisse, ut peculatorem flagitari jussit. *Salvian.* 7. *Gubern. D.* 21. Punit enim judex in alio peculatum, quum sit ipse peculator.

PĔCŪLĀTŌRĬUS, a, um, adject. *Peculatoriæ oves,* h. e. peculiares, privati peculii: legitur quidem apud *Varron.* 5. *L. L.* 95. *Müll.,* sed dubia lectione et sententia. *V.* adnotata a *Müll.* ad *h. l.*

PĔCŪLĀTUS, us, m. 4. (peculor). *Peculatus* ἀρχαϊκῶς legitur in *Lege de apparit.* apud *Gruter.* 628. *lin.* 5. IDQVE EI SINE FRAVDE SVA FACERE LICETO QVOD SINE MALO PEQVLATV FIAT. — Peculatus est furtum pecuniæ publicæ, aut principis, ut docet *Paul. Diac. p.* 212. 2. *Müll.* Peculatus furtum publicum a pecore dictum, sicut et pecunia, eo quod antiqui Romani nihil præter pecora habebant. Cf. *Festus p.* 213. 18. Gr. κλέμμα τοῦ δημοσίου. *furto del denaro pubblico.*

I.) Proprie. *Cic.* 12. *Phil.* 5. 12. Sestertium septies millies avertisse Antonium pecuniæ publicæ judicavistis: num fraude poterit carere peculatus? *Id. Rabir. perduell.* 3. 7. Peculatum facere. *Id.* 1. *Herenn.* 12. 22. Accusari peculatus. *Liv.* 33. 47. Quos paverat per aliquot annos publicus peculatus. *Cic. Flacc.* 18. 43. Peculatus damnari. — Lege peculatus tenebatur si quis pecuniam publicam surripuisset, vel, ut surriperetur, curasset: si quis in aurum, argentumve, aut æs publicum quid indidisset, vel immiscuisset, fecissetque dolo malo, quo id pejus fieret. Hæc præterea sunt in crimine peculatus: si quis imperator pecuniam ex præda captam penes se privatim retinuisset, eamque nec in triumpho tulisset, nec in ærarium retulisset. Ad hæc lege Julia peculatus tenetur, qui pecuniam sacram, religiosam abstulerit, vel interceperit. Pœna peculatus vel pecuniaria fuit, vel capitalis. Nam qui prædam ab hostibus captam surripuerat, in quadruplum damnabatur: ceteris aqua et igni interdicebatur. Postea irrogata est alia lege deportatio, abrogata interdictionis pœna. Et quoniam, ut repetundæ, ita peculatus publicum furtum fuit; propterea, ut in repetundis, sic in peculatu æstimationes fiebant litium, contraque heredes actio dabatur. Vide *Digest.* 48. *tit.* 13. qui inscribitur *Ad legem Juliam peculatus* etc. et P. *Manut. de legib. R.*

II.) Translate. Joculariter de meretricula, quæ uni se amatori sui copiam fecisse narrat, nec omnibus patere quæstus causa velle profitetur. *Plaut. Cist.* 1. 1. 74. Ergo amor in me peculatum facit. *h. e.* quæ publica sunt, sibi uni attribuit. — *Venant. præf. l.* 1. Hi, quos clara linguæ jactitat lux illustres, pomposæ facundiæ florulenta germina nisi misissent in publicum, fecerant peculatum.

PĔCŪLĬĀRIS, e, adject. (peculium). Aliam formam *Peculiarius* V. loco suo. — Peculiaris est ad peculium pertinens.

I.) Proprie. *Peculiaris causa,* quæ de peculio est. *Papinian. Dig.* 41. 2. 44. *a med.* Sic *peculiari nomine,* titulo et causa peculii, *Ulp. ibid.* 40. 12. 16. *Id. ibid.* 2. 13. 4. § 3. Si servus peculiarem faciat argentariam, dominus de peculio tenebitur. h. e. *se il servo fa il banchiere col suo proprio peculio* etc.

II.) Translate. ¶ 1. Est — *a)* ad peculium pertinens sive servi, sive filii familias. *Plaut. Asin.* 3. 1. 36. Etiam opilio, qui pascit alienas oves, aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam. *di sua propria ragione. Varro* 1. *R. R.* 17. 7. Studiosiores ad opus fieri remissione operis, concessioneve, ut peculiare aliquid in fundo pascere liceat. *Pompon. Dig.* 15. *tit.* 1. *qui est* de peculio, 22. *et* 23. Ædes peculiares. *Paul. ibid.* 12. 1. 31. numini. *Ulp. ibid.* 33. 6. 9. *a med.* Si peculiare vinum legatum sit, id continebitur, quod servi habuerunt. — *b) Peculiaris* etiam dicitur res privata et propria alicujus habentis administrationem rei etiam publicæ: et hoc ideo ut a publica distinguatur. *Sueton. Cæs.* 76. Monetæ et publicis vectigalibus peculiares servos præposuit. *h. e.* proprios suos, non publicos. Sic *Id. Galb.* 12. *extr.* Chorauläe denarios quinque donavit, prolatos manu sua e peculiaribus loculis suis.— *c) Peculiaris servus* est etiam qui peculium habet proprium, et super conservos, qui non habent, dignitatis aliquid habere videtur. *Inscript.* apud *Murat.* 892. 1. CAIVS TITI CAESARIS VESPASIANI AVG. SERVVS VERNA PECVLIARIS IVCVNDO VICARIO SVO BENEMEREN. Alia apud *Bianchi, Marm. Cremon. n.* 26. P. PAPIRIVS P. LIB. THEODORVS CORNELIAE GALLITYCHE PRIVIGNAE PECVLIARI ANTEA CONTUbernali. Sunt qui *Suetonii* locum priorem sub *b* allatum huc retrahendum putent. *V.* PECULIUM. I. 5. ¶ 2. Sæpe sumitur pro speciali, proprio, neque cum aliis communi, *particolare, speciale,* ἴδιος, ἰδικός. *Cic. Flacc.* 21. 51. Venio ad Lysaniam, peculiarem tuum, Deciane, testem. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 10. *a med.* Hoc mihi peculiare fuerit, hic etiam isto frui. *Martial.* 4. 64. Et planus modico tumore vertex Cælo perfruitur sereniore: Et curvas nebula tegente valles, Solus luce nitet peculiari. *Plin. Paneg.* 2. Additum a nobis Optimi cognomen, quod peculiare hujus et proprium arrogantia priorum principum fecit. *Sueton. Aug.* 5. Quasi proprio suo et peculiari deo. *Cic.* 5. *Verr.* 14. 36. Exoritur peculiare edictum repentinum, ne quis frumentum de area tolleret. *h. e.* novum, Verrisque proprium, non commune cum aliis prætoribus. *Liv.* 3. 19. De vestra plebe, quam partem, veluti abruptam a ceteto populo, vestram patriam peculiaremque rempublicam fecistis. *h. e.* factionem. *Plin.* 17. *Hist. nat* 18. 30. (129). Africæ peculiare, quod in oleastro inserit. *Id.* 12. *ibid.* 17. 38. (77). Hæc sunt peculiaria Arabiæ, et pauca præterea communia. *Id.* 19. *ibid.* 8. 41. (140). Genus brassicæ Aricinum sub omnibus pæne foliis fruticat cauliculis peculiaribus. ¶ 3. Pro insigni, præcipuo, singulari. *Justin.* 36. 4. 3. *de Attalo Asiæ rege.* Hortos fodiebat, gramina serebat, et noxia innoxiis permiscebat: eaque omnia veneni succo infecta, velut peculiare munus, amicis mittebat. Fortasse tamen hoc loco *peculiare munus* est munus privati hominis, propriaque ejus industria, non de publica confectum. *Sueton. Vitell.* 4. Sed aliquanto Neroni acceptior, quum propter eadem hæc, tum peculiari merito, quod etc. ¶ 4. *Peculiaris* assentatorie idem est ac cliens. *Inscript.* apud *Orell.* 3063. PETRONIO PROBO VIRO CONSVLARI VENETI ATQVE HISTRI PECVLIARES EIVS PATRONO PRAESTANTISSIMO. *Inscriptio* hæc pertinet ad ann. a Chr. n. CCCLXXVIII. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĔCŪLĬĀRĬTER, adverb. Comp. *Peculiarius* II. — Peculiariter est idem atque ex peculio, per modum peculii, peculii nomine.

I.) Proprie. *Paul. Dig.* 41. 2. 3. *circa med.* Quædam etiam ignorantes possidemus, idest quæ servi peculiariter paraverunt. *Martian. ibid.* 20. 6. 8. Quum filius familias et servus peculiariter pignori hypothecam acceperunt, et habent liberam peculii administrationem.

II.) Translate est specialiter, præcipue, *specialmente, particolarmente, singolarmente. Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 33. (50). Folia refrigerant, spissant, peculiariter cruribus vitiosis utilia. *Id.* 25. *ibid.* 2. 3 (7). In reliqua ingenii magnitudine medicinæ peculiariter curiosus. *Id.* 36. *ibid.* 20. 37. (145). Hæmatites croco similis peculiarius splendet. *Al. leg.* clarius. *At* Sillig. *leg.* croco similis, peculiaris explendis oculorum lacunis in lacte muliebri, etc. *Quintil.* 1. 2. 16. Eum, in quo studium ingeniumque perspexerit, in suam quoque gloriam peculiariter fovebit. *Id.* 8. 2. 8. Quod commune est et aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur: ut *urbem,* Romam accipimus. *in particolare:* Græci dicunt κατ' ἐξοχήν. *Theod. Priscian. l.* 2. *p.* 2. *c.* 14. *extr.* Hanc autem peculiarius potionem in balneis dare consuevi. *et Gramm. incert.* ed. *Eichenf. p.* 164. Latini peculiarius infinitis in *i* exeuntibus addunt *er* syllabam, ut *i,* quod longum fuerat, breve efficiant, ut *accingier ense.*

PĔCŪLĬĀRĬUS, a, um, adject. recentiori forma idem ac peculiaris. *Ulp. Dig.* 44. 4. 4. *extr.* Parenti licere deteriorem liberorum conditionem in rebus peculiariis facere. *Al. leg.* peculiaribus.

Pompon. ibid. 15. 1. 4. *ad fin.* Res tamen in causa peculiaria manet. *Al. leg.* peculiari. Incertam JCtorum lectionem obfirma novo exemplo, in quo est cognomen R. *Inscript.* apud *Murat.* 1640. 7. P. Cornelius P. L. Peculiarius. *Not. Tir. p.* 67. Peculium, peculiarius.

PĔCŬLĬĀTUS, a, um, adject. (*V.* tamen voc. seq.) peculio instructus.

I.) Proprie. *Ulp. Dig.* 19. 1. 13. Pluris servum emisset, si ita peculiatus esset. Adde *Cajum ibid.* 21. 1. 18. *extr.*

II.) Translate. ¶ 1. Est universim pecunia instructus. *Asinius Pollio* ad *Cic.* 10. *Fam.* 32. Balbus quæstor magna numerata pecunia, magno pondere auri, majore argenti coacto de publicis exactionibus, trajecit se in regnum Bogudis plane bene peculiatus. ¶ 2. Obscæno sensu *Auct. Priap.* 53. Pulcre pensilibus peculiati. *V.* PECULIUM. II. 2.

PĔCŬLĬO, as, are, a. 1. Part. *Peculiatus,* quod adjective usurpatur (*V.* voc. præced.) ab hoc verbo formatum videtur. — Peculiare est peculio donare, locupletare. *Plaut. Pers.* 2. 2. 10. Scelus tu pueri es: atque ob istam rem ego aliquid te peculiabo. ubi ambigue ludit *Plaut.* in voce *peculium,* quod obscænum etiam sensum habet. *V.* PECULIUM II. 2.

PĔCŬLĬŎLUM, i, n. 2. *deminut.* peculii. *Quintil.* 1. 5. 46. Vitium, quod fit per quantitatem, ut *magnum peculiolum,* erunt qui solœcismum putent, quia pro nomine integro positum sit deminutum.

PĔCŬLĬŌSUS, a, um, adject. χρηματώδης, qui peculii multum habet. *Plaut. Rud.* 1. 2. 24. Peculiosum eum esse decet servum, et probum. *Cassiod.* 8. *Variar.* 33. Calabri peculiosi.

PĔCŬLĬUM, ii, n. 2. *Forcellinus* ait esse deminutivum a *pecunia,* et affert illud *Ulp. Dig.* 15. 1. 5. Peculium dictum est quasi pusilla pecunia, sive pusillum patrimonium. Sed, ut *Duk. de Lat. Ict. Vett.* 60. 4. animadvertit, in *peculium* inflexio non magis deminutivum ostendit, quam in *consilium, domicilium, Capitolium* etc.; *Ulpianus* autem non vocis derivationem spectavit, sed ita locutus est, quod peculia servorum filiorumve familias sæpe non valde magna essent. Hinc *Id. ibid.* 36. 1. 16. plerosque ait ὑποκοριστικῶς patrimonium suum *peculium* dicere, ad indicandam scil. fortunarum suarum tenuitatem. *V.* DIVES. — Ceterum *peculium* a *pecu* proprie significat id, quod quis pecorum possidet.

I.) Proprie. ¶ 1. Quoniam apud antiquos maxima divitiarum pars armentis constaret, peculium in universum dicitur pro bonis, opibus, facultatibus, quæ industria, diligentia etc. comparantur. *Servius* ad illud *Virg.* 1. *Ecl.* 33. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi, docet, antique omne patrimonium peculium dictum esse. *Horat. Art. P.* 330. an, hæc animos ærugo et cura peculi Quum semel imbuerit, speramus etc. *Cic.* 5. *Parad.* 2. 39. An eorum servitus dubia est, quf cupiditate peculii nullam conditionem recusant durissimæ servitutis? ¶ 2. Speciatim ita dicitur pecunia, seu nummi præsidii causa a patrefamilias repositi, *soldo in cassa. Celsus Dig.* 32. 1. 77. Proculus ait, eos nummos, quos præsidii causa repositos haberet, legato contineri: et sæpe audisse se rusticos senes ita dicentes, pecuniam sine peculio fragilem esse; peculium appellantes, quod præsidii causa seponeretur. ¶ 3. Sæpius sumitur pro ea pecunia, seu parte facultatum, quam vel dominus servo, vel pater filio, separatam a rationibus dominicis, utendam fruendamque permittit: qua de re multa JCti *cit. Dig.* 15. *tit.* 1. qui *de peculio* inscribitur, *peculio. Varro* 1. *R. R.* 2. 17. Non solum adimis domino pecus, sed etiam servis peculium, quibus domini dant, ut pascant. (Hinc videmus *peculium servorum* primo et proprie partem aliquam pecoris esse iis concessam a dominis. Adde *ibid.* 17. 7. et *Plaut. Asin.* 3. 1. 36. Hæc adnotavit cl. *Furlanetto*: sed nec *Varro,* nec *Plautus* loc. cit. nominis derivationem spectant.). *Id. ibid.* 17. 5. Præfectos (*mancipiorum*) alacriores faciundum præmiis, dandaque opera, ut habeant peculium, et conjunctas conservas, etc. *Juvenal.* 3. 188. præstare tributa clientes Cogimur, et cultis augere peculia servis. *Liv.* 2. 41. *sub fin.* Sunt, qui patrem auctorem ejus supplicii ferunt, peculiumque filii Cereri consecravisse. *Plaut. Merc. prol.* 94. Lucrum ingens facio, præterquam mihi meus pater dedit æstimatas merces: ita peculium grande conficio. *Sueton. Tib.* 50. Juliam uxorem peculio concesso a patre præbitisque annuis fraudavit. ¶ 4. Item quod marito ab uxore præter dotem traditur, *sopraddote, beni parafernali. Ulp. Dig.* 23. 3. 9. § 3. Ceterum si res dentur in ea quæ Græci παράφερνα dicunt, quæque Galli peculium appellant, videamus, an statim efficiantur mariti. ¶ 5. *Peculii* nomine venit etiam quod servus parsimonia sua sibi paravit, vel officio meruit a quolibet sibi donari, permissu domini. *Florent. Dig.* 15. 1. 39. Cf. *Seneca Ep.* 80. *ante med.* Peculium suum, quod (*mancipia*) comparaverunt ventre fraudato, pro capite numerant. *et Plaut. Pseud.* 1. 2. 88. Tu autem, quæ pro capite argentum mihi jam jamque sæpe numeras, Ea pacisci modo scis: sed quæ pacta es, non scis solvere. Phœnicium, tibi hæc ego loquor, deliciæ summatum virûm: Nisi hodie mihi ex fundis tuorum amicorum omne huc penus affertur; Cras Phœnicium Phœnicio corio invises pergulam.

II.) Translate. ¶ 1. *Seneca Ep.* 12. *ad fin.* Sed jam debeo epistolam includere. Sic, inquis, sine ullo ad me peculio veniet? Noli timere: aliquid secum feret. *h. e.* additamento sapientioris utiliorisque præcepti, quasi pecunia seposita præsidii causa. ¶ 2. Obscæna significatione penem significat. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 92. Mea quidem habeo omnia meo peculio empta. BA. Nempe quod femina summa sustinent. Adde *Petron. Satyr.* 8.; et *Lamprid. Elagab.* 9. *extr. V.* PECULIATUS.

PĔCŬLOR, āris, ari, dep. 1. Part. *Peculans.* — Peculor est idem ac publicam pecuniam, et ea, quæ ad rempubl. pertinent, aufero, intercipio, male administro. *Flor.* 3. 17. Interceptis vectigalibus, peculabantur suo jure rempublicam. *Comodian.* 70. 13. Ipsi jam horrescunt judices peculantia vestra. *h. e.* peculatus vestri crimina. *Lectio tamen est valde dubia.*

PĔCŪNĬA, æ, f. 1. In antiquis Inscriptionibus legitur etiam *pequnia,* quemadmodum *pequdes* et *pequlium.* ¶ 1. *Pecunia* est copia nummorum, h. e. auri, argenti, æris cusi; a *pecu, ἀργύριον* (It. *danaro, soldo, pecunia*; Fr. *monnaie, argent comptant, argent*; Hisp. *moneda, dinero*; Germ. *d. Geld, d. Geldsumme*; Angl. *money, a sum of money*), quia qui primus nummum Romæ cudit (quem *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (43).) Servium Tullium fuisse tradit: *Macrob.* 1. *Saturn.* 7. Janum; sed hic fabulas secutus videtur.) nota pecudum signavit, præsertim ovium, boumve: — vel quod apud antiquissimos summa facultatum in pecoribus posita erat, ut ait *Varro* 5. *L. L.* 95. *Müll.* Pecus ab eo quod perpascebant: a quo pecunia universa, quod in pecore pecunia tum consistebat pastoribus. (Hinc sunt qui primo loco ponunt ea, quæ proxime sequenti paragr. 2. continentur) *Cic. Topic.* 13. 53. Pecuniam numeratam mulieri deberi, cui sit omne argentum legatum. *Id.* 5. *Verr.* 71. 165. Pecunia publica ex ærario erogata, ex vectigalibus populi R. ad emendum frumentum attributa. *Ascon.* in *Cic.* 3. *Verr.* 42. Lex Cornelia nummaria de moneta, ne quis privatus pecuniam faceret. *battesse moneta.* et *Sall. fragm.* apud *Donatum* ad *Ter. Phorm.* 1. 1. 4. Quæ pecunia ad Hispaniense bellum Marcello facta erat. *h. e.* cusa et attributa. ¶ 2. Per synecdochen accipitur non modo pro nummis, sed pro omnibus rebus, quibus facultates, fortunæ et divitiæ constant, sive mobiles sint, sive immobiles: eaque non solum corpora, sed etiam jura continentur, ut *Ulp. Dig.* 50. 16. 178. et *Hermogenian. ibid.* 222. docent, *roba, facoltà, averi, ricchezze,* οὐσία, πλοῦτος. *Scævola* apud *Cic.* 2. *Orat.* 67. 269. Te paucis annis ad maximas pecunias esse venturum. *Liv.* 29. 31. *a med.* Familiæ aliquot cum mapalibus pecoribusque suis (ea pecunia illis est) persecuti sunt regem. *Cic.* 1. *Divinat.* 49. 111. Ut ostenderet, etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse. *far roba, accumulare. Id. Rosc. Am.* 2. 6. In alienam pecuniam, tam plenam atque præclaram nullo jure invasit. *et* 3. 7. Ut pecunia fortunisque nostris contentus sit. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 3. 5. (7). Namque ad certamina in circum per ludos et ipsi descendebant, et servos suos equosque mittebant. Inde illa XII. Tabularum lex: Qui coronam parit ipse, pecuniave ejus, virtutis suæ ergo duitor ei. Quam servi equive meruissent, pecunia partam lege dici, nemo dubitavit. Similiter *Legg. XII. Tabul.* apud *Cic.* 2. *Invent.* 50. 148. Si furiosus est, agnatum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto. Paterfamilias uti super familia pecuniaque sua legassit, ita jus esto. — Huc pertinet illud *Festi p.* 245. 25. *Müll.* Pecunia sacrificium fieri dicitur, quum frugum fructuumque causa mola pura offerebatur in sacrificio, quia omnis res familiaris, quam pecuniam nunc dicimus, ex his rebus constat. — Ad usum loquendi hæc pertinent. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 36. Scilicet uxorem cum dote, fidemque, et amicos, Et genus, et formam regina pecunia donat: Ac bene nummatum decorat Suadela Venusque. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 13. 33. Permittitur infinita potestas pecuniæ conficiendæ de vestris vectigalibus, non fruendis, sed alienandis. *et ibid.* 36. 98. Quum omnem pecuniam ex ærario exhausissetis, ex vectigalibus redegissetis, ab omnibus regibus-coegissetis, tamen omnes vobis pecunias ad nutum vestrum penderent. *Id. Pis.* 16. 38. Pecunias exigere, capere, imperare. *Id.* 5. *Verr.* 76. 175. auferre ab aliquo. *et ibid.* extorquere a civitatibus. *et ibid.* 177. Pecuniam numerare alicui ab ærario. *et ibid.* 176. publicam domum suam convertere. *et ibid.* 73. 171. Ut prætor pecunias, quas civitatibus distribuere debebat, eas omnes avertat atque auferat. *et ibid.* 76. 177. Devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit. *et ibid.* 77. 180. Pecuniam alicui dissolvere. *et ibid.* 78. 181. et 5. *Att.* 21. solvere alicui. *Nepos Timoth.* 1. numeratam accipere ab aliquo. *danaro in contanti.* Rursus *Cic.* 5. *Verr.* 77. 180. conferre ad statuam. *Id. Flacc.* 23. 55. alicui conferre in usum ejus. *et ibid.* 56. transferre in quæstum et fenerationem. *et ibid.* 55. deferre alicui: credere alicui. *et ibid.* 25. 59. gravi fenore occupare. *Id. pro leg. Manil.* 7. 18 collocatam habere. *investita.* et *Sueton. Aug.* 39. *extr.* levioribus usuris mutuari, graviori fenore collocare. *Plaut. Capt.* 2. 2. 8. Præsenti pecunia mercari aliquid. *a contanti. Inscript.*, h. e. *Tabula ænea* apud *Gruter.* 512. *lin.* 24. AGRVM LOCVM PECVNIA PRAESENTI VENDITO. *Horat.* 3. *Od.* 16. 17. Crescentem sequitur cura pecuniam Majorumque fames. *h. e.* Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit, ut ait *Juvenal.* 14. 139. — *Dies pecuniæ* est dies, quo pecunia solvenda est, *giorno del pagamento. Inscript.* opt. notæ apud *Gruter.* 207. *col.* 3. DIES PECVNIAE: PARS DIMIDIA DABITVR VBEI PRAEDIA SATIS SVBSIGNATA ERVNT: ALTERA PARS DIMIDIA SOLVETVR OPERE EFFECTO PROBATOQVE. ¶ 3. *Pecunia,* dea. *Arnob.* 4. 9. Quis deam Pecuniam esse credat, quam, velut maximum numen, vestræ indicant litteræ, donare anulos aureos, loca in ludis atque in spectaculis priora, honorum suggestus summos, amplitudinem magistratus et, quod maxime pigri ament, securum per opulentias otium? Adde *Augustin.* 4. *Civ. D.* 21.

PĔCŪNĬĀLIS, e, adject. pecuniarius, ut Pecunialis quæstus, *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 5.

PĔCŪNĬĀRIE, adverb. modo in pecuniaria causa usitato. *Ulp. Dig.* 16. 2. 10. Si in ea (*causa*) pecuniarie agitur. Adde 47. 1. 3., ubi *Torrentin.* habet *pecuniariter.*

PĔCŪNĬĀRIS, e, adject. pecuniarius, ut Pecuniaris damnatio, *Macer Dig.* 48. 19. 10. *extr.*, ubi *Haloand.* habet *pecuniaria.*

PĔCŪNĬĀRĬTER. *V.* PECUNIARIE.

PĔCŪNĬĀRĬUS, a, um, adject. *pecuniario,* χρηματικός, ad pecuniam pertinens. *Cic.* 1. *ad Brut.* 18. *a med.* Inopia rei pecuniariæ. *Cæs.*

3. *B. C.* 59. Præmia rei pecuniariæ magna alicui tribuere. *Quintil.* 6. 1. 50. Pecuniariam litem agere. *Id.* 12. 1. 26. Pecuniariæ quæstiones. *Ulp. Dig.* 3. 1. 1. *a med.* Pecuniaria pœna multari. *Paul. ibid.* 42. 1. 6. Pecuniaria condemnatio. — Hinc

Pecuniarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, qui totus est in re augenda. *Gloss. Gr. Lat.* Pecuniarius, χρηματιστής.

PĔCŬNĬĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

PĔCŬNĬŎLA, æ, f. 1. *deminut.* a parva pecunia, peculium. Quidam P. Aurelius bello Punico primo *Pecuniola* cognomen habuit, teste *Val. Max.* 2. 7. *n.* 4., ex quo apparet, vocem esse Latinam ut *sententiola, controversiola, familiola, unciola.*

PĔCŬNĬŌSUS, a, um, adject. Comp. *Pecuniosior* et Sup. *Pecuniosissimus* I. — Pecuniosus est pecunia abundans, bene nummatus, dives, *danaroso,* πολυχρήματος.

I.) Proprie, vel passiva ratione. — *a*) De hominibus. *Hieronym. Comment. ad Eccles.* 5. Tullius pecuniosos primitus eos dictos refert (*Cic.* 2. *de Rep.* 9. edente *A. Maio*), qui plura habuissent pecua, id est pecora, ita enim antiquitus appellabant. *Cic. Rosc. Com.* 15. 44. Homines copiis rei familiaris locupletes et pecuniosi (*V.* LOCUPLES). *Id.* 1. *Invent.* 25. 35. In fortuna quæritur, servus sit, an liber: pecuniosus, an tenuis. Adde *eumd.* 2. *Verr.* 1. 1. *Nepos Attic.* 13. Nam quum esset pecuniosus, nemo illo minus fuit emax, minus ædificator. *Sueton. Aug.* 25. Feminæ pecuniosiores. *Cic.* 7. *Verr.* 9. 24. Hominem pecuniosissimum repente e carcere emissum. *Tac.* 13. *Ann.* 6. *extr.* Si ducem, amota invidia, egregium, quam si pecuniosum et gratia subnixum per ambitum deligeret. *Mamertin. jun. Gratiar. act.* 20. Tanto vir quisque melior, quanto pecuniosior habetur. — *b*) De abstractis. *Tac.* 13. *Ann.* 52. Valuitque pecuniosa orbitate et senecta, quam ultra vitam eorum produxit, quorum ambitu evaserat. Sic *Id.* 3. *ibid.* 55. Plerique pecuniosam ad senectam pervenerunt.

II.) Translate, vel active. *Martial.* 5. 56. Artes discere vult pecuniosas? Fac, discat citharœdus, aut choraules. *h. e.* quæstuosas.

PĔCŬĬŌSUS, a, um, adject. *Gloss. Isid.* Pecuosus, qui multa pecora habet.

PĔCUS, pĕcŏris, n. 3. Antiquam formam *pecu V.* loco suo. — Pecus est multitudo bestiarum; et earum præcipue, quæ fructus atque usus causa aluntur, πρόβατον, κτῆνος, θρέμμα (It. *bestiame*; Fr. *le bétail, considéré comme espèce*; Hisp. *ganado*; Germ. *das Vieh, als Gattung gedacht*; Angl. *oxen, horses, swine, sheep, goats* etc., *cattle*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est multitudo bestiarum, vel bestiæ tamquam genus seu species a nostra mente habitæ. — *a*) Universim. *Varro* 2. *R. R.* 1. 13. In bubulo pecore. *Virg.* 3. *G.* 72. pecori est idem delectus equino. *Ovid.* 14. *Met.* 288. Setigerum pecus. *Stat.* 4. *Theb.* 733. sed perfurit arvis Flammatum pecus. *h. e.* equi sitientes. (Adde 1. *ibid.* 275.) *Colum.* 1. *R. R. procem.* 26. Pecus ovillum, caprinum. *Id.* 8. *ibid.* 4. 3. Volatile pecus facile pastoris custodiam decipit. *h. e.* gallinæ, aliæque aves cohortales. *et ibid.* 17. 7. aquatile. *h. e.* pisces. *Horat.* 1. *Od.* 2. 7. Omne quum Proteus pecus egit altos Visere montes. *Colum.* 9. *R. R.* 8. 6. *de apib.* Interdum propter conditionem locorum vel mediocre pecus parandum est. *Virg.* 4. *G.* 168. Ignavum fucos pecus a præsepibus (*apes*) arcent. *Grat. Cyneg.* 265. *de canib.* Qui genuere sua pecus hoc immane juventa. *Hygin. fab.* 125. Solis pecus sacrum quum coquerent in aheno, mugiebat. — *b*) Aliud est majus, aliud minus: in illo sunt boves, equi, asini et hujusmodi: in hoc oves, capræ, porci etc. *Varro* 2. *R. R.* 1. 10. Et quod nomina multa habemus ab utroque pecore: a minore Porcius, Ovinius, Caprilius; sic a majore Equitius, Taurius, Asinius. Et cognomina quod dicuntur, uti Aninii Capræ, Statilii Tauri, Pomponii Vituli, sic a pecudibus alii multi. Ita locum ex *Cod. Politiani* refinxit, probante *Schneidero, Pontedera Op. post. T.* 1. *p.* 220. — *c*) De minore. *Ovid.* 11. *Met.* 276. Quosque greges pecorum, quæ secum armenta trahebat. — *d*) Pauperis est numerare pecus, *Ovidii* dictum 13. *Met.* 824. in proverb. abiit, quum quis jactat copias suas, quasi innumerabiles. Nam, ut ait *Horat.* 1. *Ep.* 6. 45. Exilis domus est, ubi non et multa supersunt, Et dominum fallunt, et prosunt furibus. ¶ 2. Speciatim dicitur de ovibus, *pecore,* ut et πρόβατον. *Cato R. R.* 5. Pecori et bubus diligenter substernatur. *Virg.* 3. *G.* 554. Balatus pecorum. *Ovid.* 1. *Fast.* 384. Lanigerumque pecus, ruricolæque boves. — Et absolute *Plin.* 8. *Hist. nat.* 47. 72. (187). Magna et pecori gratia vel in placamentis deorum, vel in usu vellerum. Ut boves victum hominum excolunt, ita corporum tutela pecori debetur. (Adde *eumd. ibid.* 49. 75. (199).). *Tiberius* apud *Sueton.* 32. *extr.* Boni pastoris est pecus tondere, non deglubere. *Justin.* 2. 2. 3. Hominibus armenta et pecora semper pascentibus, et per incultas solitudines errare solitis. *Tac. Germ.* 7. Terra pecorum fœcunda, sed plerumque improcera: ne armentis quidem suus honor aut gloria frontis.

II.) Improprie. ¶ 1. De una tantum bestia. *Ovid. Ib.* 459. Inque pecus magnæ subito vertere parentis. *h. e.* leonem. ¶ 2. Antiqui omne animal præter hominem *pecus* vocabant, ut *Serv., Philargyr., Acro, Caper de Orthogr. p.* 2244. *Putsch.* et *Non. p.* 158. 26. et *p.* 460. 3. *Merc.* adnotarunt, et ex allatis exemplis videre est. Interdum tamen et de homine dicitur rudi, stulto, vili, ignobili. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 99. Quum prorepserunt primis animalia terris, Mutum et turpe pecus, glandem atque cubilia propter, Unguibus et pugnis, dein fustibus, atque ita porro Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus: Donec verba, quibus voces sensusque notarent, Nominaque invenere, etc. *Id.* 1. *Ep.* 19. 19. O imitatores, servum pecus, ut mihi sæpe Bilem, sæpe jocum vestris movere tumultus! *Catull.* 63. 12. Agite, ite ad alta, Gallæ, Cybeles nemora simul, Simul ite, Dindymenæ dominæ vaga pecora. *At* Lachmannus *leg.* pectora. — *Theod. Priscian.* 3. 6., ubi *De abortivis* agit, haud semel *pecus* pro humano fetu in matris ventre adhuc exstante dixit. Sic *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 21. Non-coagulatus-ex semine et humore, non caro habitus ante formam, non pecus dictus post figuram,-duc infans-, tarde homo, sed de cælo expositus, semel grandis, semel totus. et *Firmic.* 6. *Mathes.* 31. Intra matris viscera impedito partu laniatum pecus miseris lacerationibus dissipatur.

PĔCUS, ūdis, f. 3. Negat *Charis.* 1. *p.* 72. *Putsch.* usurpari in recto, et vocativo singulari: at præter *Plin. infra cit.* habet *Cæsar* in *Auguralib.* apud *Priscian.* 6. *p.* 619. Si sincera pecus erat. — Etiam masculino genere usurpari videtur. *Ennius* apud *Priscian.* 5. *p.* 659. pecudi dare viva marito. Potest tamen, inquit *Priscian.*, figurate hoc esse prolatum, ut si dicam *aquila maritus,* vel *rex avium.* — *Pecuda* in neutro plur. *V.* in PECU. — *Pecus, udis,* est animal brutum cujuscumque generis, bestia, et differt a *pecus, oris,* quod in singulari multas simul pecudes significat (It. *bestia*; Fr. *bête, animal, tête de bétail*; Hisp. *bestia, animal*; Germ. *das Vieh als einzelnes Stück, das Thier*; Angl. *a beast, brute animal*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 45. Hæc ad Neptuni pecudes condimenta sunt: terrestres pecudes cicimandro condio. *Lucret.* 2. 343. Squamigerum pecudes. *Martial.* 5. 37. Nec modo politum pecudis indicæ dentem. *h. e.* elephanti. *Varro* apud *Non. p.* 460. 8. *Merc.* Anates, buxeis rostris pecudes. *Virg.* 4. *G.* 327. pecudum custodia solers. *h. e.* apum. *Varro* 2. *R. R.* 1. 5. Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt aliquot, ut in Phrygia ex ovibus, in Samothrace caprarum, *etc.* de suibus nemini ignotum, *etc.* boves perferi sunt multi in Dardania, *etc.* equi feri in Hispaniæ citerioris regionibus aliquot. *Colum.* 6. *R. R.* 27. 13. *de equis.* Id præcipue genus pecudis amore natorum noxam trahit. *Cic.* 2. *Nat. D.* 64. 160. *de sue.* Qua pecude, quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fecundius. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 23. *de bob.* Plus enim queunt pecudes collo et pectore conari, quam cornibus. — Urbane *Cic.* 2. *Cat.* 9. 20. Ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passuræ esse videntur. *Id.* 1. *Att.* 16. *circa med.* Quod omnes non modo homines, verum etiam pecudes factum esse sciebant. ¶ 2. Speciatim. — *a*) Interdum dicitur de bestiis terrestribus. *Virg.* 3. *G.* 243. Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres. — *b*) Interdum de pecore minori, ut capris, ovibus etc. *Lucret.* 5. 228. At variæ crescunt pecudes, armenta, feræque. *et* 4. 1197. Nec ratione alia volucres, armenta feræque, Et pecudes, et equæ. — *c*) Interdum de ovibus, *pecora. Plin.* 24. *Hist. nat.* 11. 53. (90). Pecus etiam et capræ si aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur. *Lucret.* 2. 367. hædi Cornigeras norunt matres agnique petulci Balantum pecudes. *Ovid.* 4. *Fast.* 903. Et frustra pecudem quæres Athamantidos Helles. *h. e.* Arietem. — *d*) Interdum de iis, quæ in usum et fructum aluntur. *Cic.* 1. *Off.* 30. 105. Quantum natura hominis pecudibus reliquisque bestiis antecedat. *Alii et ipse* Orellius *leg.* belluis.

II.) Translate est convicium in hominem stultum, stolidum, fatuum, *pecorone, bestia. Cic. Pis.* 9. 19. Ego istius pecudis ac putidæ carnis consilio scilicet, aut præsidio niti volebam? *et* 29. 72. Istius impurissimæ atque intemperantissimæ pecudis sordes. *Id.* 8. *Phil.* 3. 9. Atque etiam homines agrestes, si homines illi, ac non pecudes potius, inani spe ad aquas usque et Puteolos provehuntur. Cf. *Tac.* 13. *Ann.* 1. C. Cæsar pecudem auream eum (*Junium Silanum*) appellare solitus est.

PĔCUSCŬLUM, i, n. 2. deminut. pecudis. *Juvenc.* 2. 597. foveam si forte pecuscula vestra Inciderint.

PĔCUSCUM Palatii dicta est ea regio Urbis, quam Romulus obversam posuit, ea parte, in qua plurimum erat agri Romani ad mare versus, et qua mollissime adibatur Urbs, quum Etruscorum agrum a Romano Tiberis discluderet, ceteræ vicinæ civitates colles aliquos haberent oppositos. *Festus p.* 213. 13. *Müll.* ubi legitur quidem *pectuscum* (quocum *Huschkius* comparavit Germ. *Brustwehr,* It. *parapetto*), sed *Dacerius* corrigit *pecuscum,* quod ea parte pecus pasceretur.

PĔDA, æ, f. 1. *pedata,* vestigium. *Festus p.* 210. 2. *Müll.* Pedam, vestigium humani præcipue pedis appellasse antiquos, in commentariis quibusdam inveniri solet. *Gloss. Philox.* Peda, pedatura, ἴχνος. *Capell.* 1. *p.* 18. In hac (*sphæra*) quid cuncti, quid singuli rationum omnium populi quotidianis motibus agitarent, pedæ reformante speculo relucebat. *Ita* Grotius corrigenda putat quæ Codices leg. *agitarent pede ire formante speculo.* At *Koppius* vel nihil mutandum, vel si quid mutandum, censet ex *Codice Reich.*, ubi *pidei reformantis,* legendum *Pythei reformantis.*

PĔDĀLE, is, n. 3. *V.* PEDALIS, e, in fin.

PĔDĀLĬON, ii, n. 2. herba eadem ac proserpinaca, apud *Apul. Herb.* 18.

PĔDĀLIS, e, adject. *di misura d'un piede,* ποδιαῖος, pedis mensuram habens. *Seneca* 1. *Quæst. nat.* 3. *a med.* Solem acies nostra sic contraxit, ut sapientes viri pedalem esse contenderint. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 26. 82. Quid potest esse sole majus? Quantulus nobis videtur! Mihi quidem quasi pedalis. *Cæs.* 3. *B. G.* 13. Transtra ex pedalibus in latitudinem trabibus. *Colum.* 4. *R. R.* 16. 2. Pedale spatium. *et ibid.* 7. 3. Pedalis longitudo. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 22. 91. (91). altitudo. *Id.* 12. *ibid.* 19. 43. (95). mensura. *Id.* 17. *ibid.* 8. 4. (47). crassitudo. *et ibid.* 20. 33. (146). sulcus. *Id.* 21. *ibid.* 4. 10. (21). Pedalia intervalla. *Auct. Grom. Coloniar. p.* 213. ed. *Rudorff.* Termini rotundi pedales. *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2494. *Putsch.* Metrum (*per spatium longitudinis*) cubitale, pedale, palmale. — Hinc

Pedale, is, n. vel *pedalis, is,* f. 3. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est solea. Namque *pedale* vel *pedalem* apud *Petron. fragm. Tragur.* 56. *Burmann.* alii intelligunt fasciam, qua pes involvitur, alii socculum, soleam: sed dubia est et lectio, et interpretatio. *Gloss. Philox.* Pedale, ποδεκμαγεῖον, πεδίον, h. e. quo pedes extergentur. *V.* PEDULIS. ¶ 2. Item mensura, qua metimur aliquid, ut *metro* apud Italos. *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2496. *Putsch.* Quum pedale vel libra metitur aliquid, est in illis uncia, est semuncia, est digitus vel ab eo minus quippiam, per quas portiunculas ipsum pedem computamus et libram.

PĔDĀLIS, is, f. 3. *V.* voc. præced. in fin.

PĔDĀMEN, ĭnis, *et*

PĔDĀMENTUM, i, n. 2. *sostegno delle viti, palo,* κάμαξ, χάραξ, palus, ridica ad vites, aliasve plantas infirmiores fulciendas, statumen, adminiculum: a *pedo, as. Varro* 1. *R. R.* 8. 1. Quibus stat recta vinea dicuntur pedamenta: quæ transversa junguntur, juga. *et mox* 4. Pedamentum fere quatuor generum: unum robustum, et vocatur ridica: alterum palus e pertica: tertium, quod horum inopiæ subsidio misit arundinetum: quartum est pedamentum nativum ejus generis, ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit; quos traduces, quidam rumpos, appellant. *Colum.* 4. *R. R.* 1. 1. Geminis viviradicibus diductis duo continua per ordinem vestire pedamenta. *et ibid.* 30. 1. Pedaminum jugorumque et viminum prospiciendorum tradenda ratio est. *et ibid.* 26. 1. Pedamen teres ex junipero. *Id.* 5. *ibid.* 4. 1. Pedaminibus adnivæ vites. Adde *Plin.* 17. *Hist. nat.* 20. 34. (147). et *ibid.* 22. 35. (174).

PĔDĀNA, æ, f. 1. *pedana. Gloss. Isid.* Pedana, pedulis novus (*al.* nodus), qui caligæ assuitur.

PĔDĀNĔUS, a, um, adject. (pes) idem ac pedalis.

I.) Proprie. *Colum.* 4. *R. R.* 1. 6. Nemo minorem pedanea scrobem vitibus comparat. *Al. leg.* bipedanea.; *Schneider.* tripedanea. *Pallad.* 6. *R. R.* 11. Pedaneum rudus inducere. *Solin.* 2. *a med.* Pedanei ramuli.

II.) Translate. ¶ 1. *Pedanei* judices, χαμαιδικασταί, dicuntur, qui de levioribus tantum causis solent cognoscere. Quidam sic dictos putant, quod humiliore loco, seu in subselliis considerent, atque adeo non uterentur tribunali, nec sellis curulibus, sed in plano judicarent: alii quod non, ut magistratus, curru veherentur, sed pedibus incederent. Prior sententia probabilior videtur, etenim hæc habet *Pseudo-Ascon.* ad *Divin. in Q. Cæcil.* 15. Sunt enim subsellia tribunorum, triumvirorum, quæstorum, et hujusmodi minora judicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec in tribunalibus, sed in subselliis considebant. Hinc *Ulp. Dig.* 3. 1. 1. § 6. Apud judices pedaneos postulare prohibetur. Adde *ibid.* 2. 7. 3. et *Paul. ibid.* 48. 19. 38. § 10. *Inscript.* apud *Henzen.* 6431. QVAEDAM NEGOTIA SVNT IN QVIVVS (*h. e.* quibus) SVPERFLVVM SIT MODERATOREM EXSPECTARE PROVINCIE (*sic*) QVOD NOVIS (*h. e.* nobis) PENDENTIBVS RECTVM ADMODVM VISVM EST VT PEDANEOS IVDICES *id est* EOS QVI NEGOTIA HVMILIA DISCEPTENT CONSTITVENDI DAREMVS PRAESIDIVVS POTESTATEM etc. Hæc *Inscript.* pertinet ad ann. post Chr. n. 362.; constitutio enim est a Juliano imp. data V. Cal. Aug. Antiochiæ Mamertino et Neritta consulibus, cujus partem tantum habemus in *Cod. Justin. l.* 3. *de pedaneis judicibus* 3. 3. Cf. *Cod. Theod.* 8. 1. 16. ¶ 2. *Pedaneos* pro *pedariis,* quum de senatoribus sermo est, barbare dici, notat *Gell.* 3. 18. *extr.,* quia nempe ejus ætate ita appellari cœpissent, quemadmodum etiam *pedani* dicuntur decuriones in Tabula Canusina *loc. cit.* in PEDARIUS.

PĔDĀNUS, a, um, adject. ad Pedum oppidum pertinens: *V.* in ONOM. — *Pedani decuriones. V.* PEDARIUS II. sub *b.*

PEDARIUM, ii, n. 2. quid significet, ignotum est, apud *Pelagon. Veterin.* 16. *ante med.* Ad ozænas apopiras Pelagonii. Pedaria cocta, et in pulverem redacta mittis in acetum, et ferveant.

PĔDĀRĬI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PĔDĀRĬUS, a, um, adject. ad pedes pertinens, idem ac pedalis, qui pedis mensuram habet.

I.) Proprie. *Inscript.* opt. notæ apud *Gruter.* 207. *col.* 2. OPERCVLAQVE ABIEGNEA IMPONITO EX TIGNO PEDARIO. *h. e.* unius pedis latitudinem habente.

II.) Translate. — *a) Pedarii* senatores vocati sunt, ut *Gabius Bassus,* teste *Gellio* 3. 18., scriptum reliquit, qui nondum gesserant magistratum curulem: idque quia pedibus irent in curiam, quum qui magistratus curuli functi erant, soliti essent curru vehi. *Festus p.* 210. 31. *Müll.* et alii sic dictos putant, qui non haberent jus novæ dicendæ sententiæ, sed pedibus irent in sententiam aliorum: senatorum enim alios fuisse principes, qui in solio eburneo sederent ibique sententiam dicerent, alios fuisse minores, qui non haberent in senatu sententiæ dictionem, sed ab aliis dictam approbarent, moventes se loco, et in partem ejus ambulantes, cujus sententiæ assentiebantur. Propter quod qui sententiam aliorum sequuntur, *ire in sententiam pedibus* dicuntur. *Varro* apud *Gell. ibid.* etiam *equites* quosdam *pedarios* fuisse dicit: et *Gellius* censet, equites eos, qui necdum a censoribus in senatum lecti erant, eoque nec senatores dici poterant, si populi honoribus usi essent, habuisse jus veniendi in curiam, dicendæque sententiæ, sed quia in postremis scripti erant, non rogatos fuisse sententias, sed quas principes dixerant, in eas discessisse. Pro *pedarius* dixere etiam *pedaneus*: sed *Gellius* ut minus Latinum rejicit. *Cic.* 1. *Att.* 19. Est illud S. C. summa pedariorum voluntate, nullius nostrum auctoritate factum. *et ibid.* 20. Et raptim in eam sententiam pedarii concurrerunt. *Tac.* 3. *Ann.* 61. Ut non modo primores civitatis, sed omnes consulares, magna pars eorum, qui prætura functi, multique etiam pedarii senatores certatim surgerent, fœdaque et nimia censerent. — Horum sententia *pedaria* appellata est. *Laberius* apud *Gell. loc. cit.* Caput sine lingua pedaria sententia est. — *b)* Etiam *pedarii,* seu *pedani* decuriones erant in coloniis, qui nempe honoribus numquam functi fuissent, ut constat ex Tabula ænea Canusina apud *Fabrett. p.* 598. *n.* 9., quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CCXXIII. sub Alex. Severo, et in qua perscripta sunt nomina eorum, qui curiam Canusinam constituebant. Primo enim nominantur XXX. *patroni* C. C. V. V. *h. e.* clarissimi viri, nempe Romæ senatores, tum VIII. itidem *patroni* E. E. Q. Q. R. R. *h. e.* equites Romani, tum VII. *quinquennalicii,* et IV. *allecti inter quinquennalicios,* XXIX. *duumviralicii,* XIX. *ædilicii,* IX. *quæstoricii,* tum XXXII. *pedani,* tandem XXV. *prætextati;* ex quorum omnium numero si patronos et prætextatos subtrahas remanent centum decuriones, qui ideo et centumviri dicebantur (*V.* CENTUMVIRI.); horum vero qui *pedani* appellantur, nec quinquennales, nec duumviri, nec ædiles, nec quæstores unquam fuerunt. Patet igitur, *pedarios* seu *pedanos* eos dictos fuisse, qui, quum nullo hactenus honore in curia essent functi, non in bisellio, sed in subselliis infimo loco considebant, quemadmodum etiam judices minores, ut patet ex *Pseudo-Asconii loc. cit.* in PEDANEUS II. 1. — Hinc

Pedarii, ōrum, m. plur. 2. absolute, substantivorum more, *Cic.* 1. *Att.* 13. et 20. supra cit. sub II. *a.*

PĔDĀTIM, adverb. κατὰ πόδα, *un piede dopo l'altro,* motu successivo pedum. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 45. 105. (253). Reliqua animalia, ut libitum est, gradiuntur: leo tantum et camelus pedatim, hoc est, ut sinister pedum non transeat dextrum, sed subsequatur. Hæc *Plin.*

PĔDĀTĬO, ōnis, f. 3. χαραχωσις, actus, quo pedamentis vitis fulcitur, vel ipsum pedamentum, aut fulcimentum per pedamenta. *Colum.* 4. *R. R.* 12. 2. Dum se vinea corroboret in pedationem. *Al.* rectius ita leg. ut *corroboret* sit postremum verbum *capitis* 12. deinde sequatur *cap.* 12. Impedationem deinde sequitur alligator.

PĔDĀTŪRA, æ, f. 1. duo diversa significat: scilicet

A) Est idem ac podismus, seu spatium certo pedum numero definitum, et ipsa mensuratio per pedes. *Veget.* 3. *Milit.* 8. *circa med.* Singulæ centuriæ, dividentibus campidoctoribus, accipiunt pedaturas, et fossam aperiunt. *Inscript.* apud *Henzen.* 6739. PEDATVRA FELICITER FINIT PRIMANORVM D. P. *h. e.* militum legionis primæ, quingentos pedes vel passus. *Inscript.* apud *Gruter.* 896. 14. IN QVA PEDATVRA NEQVE HVMARI NEQVE TVMVLVM FIERI VOLO VT HABEAT EA AREA ET A TERGO ET A LATERE ACCESSVM SVVM. Alia apud *Donat.* 168. 1., quæ est apud *Orell.* 4379. P. AEL. AVG. LIB. IOBACCHVS FECIT (*monumentum*), ET PEDATVRAM DEDIT ANTE TITVLum P. XXX., ANTE FRONTEM P. XXX. ET IN AGRO QVOquoversus P. CENTENOS etc. Adde aliam apud *Don. cl.* 13. *n.* 29.; et *Auct. de limit. p.* 245. et 250. *Goesii.*

B) Est idem etiam ac pedamentum. *Inscript.* apud *Gruter.* 315. 2. AB HEREDIBVS MEIS PRAESTARI VOLO EX PRAEDIIS CETERIS MEIS PALVM RIDICAM OMNIEVS ANNIS SVFFICIENS PEDATVRAE VINEAE QVAM AVGVSTALIBVS LEGAVI.

PEDATUS, a, um. *V.* PEDO, as.

PĔDĀTUS, us, *et* i, m. accessus pedis vel pedis ictus. Occurrit tantum Ablativus. *Plaut. Cist.* 2. 1. 49. Nisi tertio pedatu omnes afflixero. *Cato* apud *Non. p.* 64. 18. *Merc.* Igitur tertio pedato bellum nobis facere. *per la terza volta. Id.* apud *eumd. ibid.* Tertio autem pedato item ex fenore discordia excrescebat. *Gloss. Philox.* Tertio pedatu, τριτῃ περιπάτῳ. Sic *Non. loc. cit.* Tertio repetitu, seu accessu quasi per pedem. Rursus *Cato* apud *Charis.* 2. *p.* 191. *Putsch.* In his duobus bellis alteras stipendio, agrique parte multati (al. *multari*); alteras oppidum vi captum; alteras primo pedato et secundo. Nihil hic *Charis.* quod locum satis obscurum illustret. Tò *alteras* dictum est pro *alias,* quum adverbii more adhibetur. *primo pedato et secundo* fortasse est primo et secundo aggressu: sed omisit *Charis.* verba aliquot, quibus integra sententia continebatur. — Ceterum in duobus *Catonis* locis apud *Non.* Codices habent *pedato*; sed *Henricus Iordan.* (*M. Catonis præter librum de R. R. quæ exstant, p.* 9. *in not.*) corrigendum putat in *pedatu,* collato *Flavio Capro* qui *p.* 2243. *Putsch.* ait: Primo pedatu, non pedato, dicendum est.

PĔDĒMA. *V.* PYTISMA.

PĔDĔPLĀNA, ōrum, n. plur. 2. *stanze a piè piano,* τὰ ἐπίπεδα, loca in ædibus solo æqualia, quæque pede plano, h. e. sine ascensione adeuntur. Vox cadentis Latinitatis. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod.* 7. 8. 13. Milites ex procinctu redeuntes singulæ turres in pedeplanis suis recipiant.

PĔDĔPRESSIM, adverb. βάδην, tarde, paullatim, lenta et tarda itione. *Non. p.* 29. 3. *Merc.,* sed sine exemplis.

PĔDES, ĭtis, *m.* 3. (pes *et* eo, itum) qui pedibus incedit, πεζος (It. *pedone, chi va a piede*; Fr. *piéton, qui va à pied*; Hisp. *peon*; Germ. d. *Fussgänger*: Angl. *on foot*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Sall. Cat.* 59. Deinde, remotis omnium equis, quo militibus exæquato periculo animus amplior esset, ipse pedes exercitum pro loco atque copiis instruit. *Liv.* 28. 9. 15. Iret alter consul sublimis curru-multijugis si vellet equis-: Neronem, etiam si pedes incedat, memorabilem fore. *Virg.* 6. *Æn.* 881. seu quum pedes iret in hostem, Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. *Ovid.* 14. *Met.* 363. equique celer spumantia terga relinquit, Spemque sequens vanam silva pedes errat in alta. *Curt.* 8. 1. *ante med.* Macedones scivere, ne pedes venaretur. *Seneca Ep.* 104. Per medias Africæ solitudines pedes duxit exercitum. ¶ 2. Speciatim. — *a)* Sæpe est miles, qui pedibus meretur, *fante, pedone, fanteria,* sicut *eques* qui equo. *Cæs.* 1. *B. G.* 42. Postulavit, ne quem peditem ad colloquium Cæsar adduceret. *Pompej. ad Domit.* 2. *post ep.* 12. *l.* 8. *ad Att.* Quantas equitum et peditum copias contracturus sit. — *b)* Est etiam collectivum nomen, et peditum multitu-

dinem significat, *la fanteria*. *Liv.* 30. 34. Utrimque equite nudata erat Punica acies, quum pedes concurrit, nec spe, nec viribus jam par. *Tac.* 1. *Ann.* 67. Equos fortissimo cuique bellatori tradit, ut hi, mox pedes, in hostem invaderent. *et ibid.* 60. Simul pedes, eques, classis apud prædictum amnem convenere. *Id.* 4. *Hist.* 70. Copias veterano pedite atque equite firmavit. — c) Peditum expeditiones apud *Vellej.* 2. 121. 1. sunt terrestres, et classicis opponuntur.

II.) Improprie *equites peditesque* totum populum significant, scil. patricios et plebejos. *Cic.* 3. *Legg.* 3. 7. Censores equitum peditumque prolem describunto. *Liv.* 1. 44. Omnes cives Romani equites peditesque. *Horat. Art. P.* 113. Si dicentes erunt fortunis absona dicta, Romani tollent equites peditesque cachinnum. — Et in sing. num. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 10. Quodvis genus ibi hominum videas, Equitem, peditem, libertinum, furem ac fugitivum velis.

PĔDESTER, stris, stre, *et* pedestris, e, adject. (pes). *Pedestris* in recto masculino, præter allatum *Nepot.* locum, qui dubius est, legitur etiam apud *Vopisc. Prob.* 21. Longius progredior, quam pedestris sermo desiderat. — Pedester est qui pedibus incedit, pedes, πεζικός, πεζός, (It. *pedone, pedestre*; Fr. *qui va à pied, qui est à pied, pédestre*; Hisp. *pedestre, peon*; Germ. *zu Fusse*; Angl. *on foot, going on foot, pedestrious, pedestrian*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim *pedester equestri* opponitur. *Cic.* 9. *Phil.* 6. 13. Gratior illi videtur statua pedestris futura, quam equestris. *Tac.* 2. *Hist.* 11. *extr.* Nec illi segne, aut corruptum luxu iter: sed lorica ferrea usus est, et ante signa pedester, horridus, incomptus etc. *Virg.* 11. *Æn.* 707. pugnæque accinge pedestri. *a combatter a piedi*. *Sueton. Domit.* 4. Prœlium duplex, equestre ac pedestre commisit, atque in amphitheatro navale quoque. *Cic.* 2. *Fin.* 34. 112. Xerxes cum tantis classibus, tantisque equestribus et pedestribus copiis. *Nepos Eumen.* 4. Equitibus profligatis, pedestris exercitus pacem ab eo petiit. *Al. leg.* pedester. *Tac.* 2. *Ann.* 17. Simul pedestris acies infertur, et præmissus eques etc. *Nepos Iphicr.* 1. Pedestria arma. *della fanteria*. *Aurel. Vict. Cæsar.* 42. Pedestre magisterium. Adde *Cæs.* 2. *B. G.* 17.; *Liv.* 22. 47. *et* 49; et *Justin.* 4. 4. 4. — *Pedestres* absolute, pedites. *Justin.* 11. 9. 10. Cecidere pedestres CXXX., equites CL. — Pedestre scutum, *da pedone*, quo pedites utuntur. *Liv.* 7. 10. Pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio. ¶ 2. Speciatim, sæpe *pedester* est terrester, et navali opponitur, et maritimo. *Cic. Senect.* 5. 13. Pedestres navalesve pugnæ. *Nepos Alcib.* 8. Lacedæmonios eo nolle confligere classe, quod pedestribus copiis, plusquam navibus valerent. *Cæs.* 3. *B. G.* 9. Pedestria esse itinera concisa æstuariis, navigationem impeditam propter inscientiam locorum. *il viaggio per terra*. *et* 2. *B. C.* 32. Ut neque pedestri itinere, neque navibus commeatu juvari possint. *nè per terra, nè per mare*. *et Auct. B. Alex.* 26. Tota Ægyptus maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio munita. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (101). Intervallum maris pedestri continuare transitu, pontibus jactis. *con passaggio a piedi*. *Martial. Spectac.* 28. Abnuit in liquidis ire pedester aquis. *Apul. de Mundo*. Animalia pennata, pedestria, aquatilia. ¶ 3. Pedestria auspicia nominabantur, quæ dabantur a vulpe, lupo, serpente, equo ceterisque animalibus quadrupedibus. *Paul. Diac. p.* 244. 15. *Müll.*

II.) Translate. ¶ 1. *Pedestris oratio*, est prosa oratio, quia humilis est, et quasi pedibus incedens, nec assurgit poetico spiritu, ut carmen, πεζὸς λόγος. *Quintil.* 10. 1. 81. Plato multum supra prosam orationem, et quam pedestrem Græci vocant, surgit. *Horat.* 2. *Od.* 12. 9. tuque pedestribus Dices historiis prœlia Cæsaris, Mæcenas. ¶ 2. Et universim quicumque sermo stilo simplici, vulgari et submisso, sine sublimitate et spiritu tragico. *Id. Art. P.* 95. Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri. *Id.* 2. *Sat.* 6. 17. Quid prius illustrem satyris Musaque pedestri? *Auson. epist.* 16. 78. Æsopiam trimetriam, Quam vertit exili stilo, Pedestre concinnans opus. *Terentian. de carm. Iambico, p.* 2433. *Putsch.* Sed qui pedestres fabulas socco premunt, Ut quæ loquuntur, sumpta de vita putes, etc.

PĔDĔTENTIM *vel* pedetemptim, adverb. Comp. *Pedetentius* II. — Ratione habita etymi, *Donatus* in *Ter. Phorm.* 3. 3. 18. et *Priscian.* 15. *p.* 1005. *Putsch.* et *Augustin. de gramm. p.* 2010. deducunt a *pede* et *tentando*. Ita de iis proprie dicitur, qui priusquam pedem ponant, solum tentant, ut in tenebris, aut molli solo facere solemus. Videturque pro hoc etymo facere illud *Catonis* apud *Charis.* 2. *p.* 190. *Putsch.* Eam ego viam pedetentim tentabam. *Handius* vero a *pedem tenendo* deducit, qui enim pedem tenent, æquali et lento gradu procedunt. — Ceterum *pedetentim* est lento gradu, sensim, paullatim, κατὰ πόδας, βάδην (It. *a poco a poco, a passo a passo, adagio*; Fr. *pas à pas, peu à peu, lentement*; Hisp. *poco á poco, lentamente*; Germ. *Schritt für Schritt, schrittweise, langsam*; Angl. *by little and little, step by step, by degrees*).

I.) Proprie est lento gradu. *Pacuvius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 21. 48. Pedetentim et sedato nisu, ne succussu arripiat major dolor. *Cœlius* apud *Non. p.* 29. 10. *Merc.* A navi ipse cum cetera copia pedetentim sequitur. *Lucilius* apud *eumd*: *ibid.* Ille contra omnia inter plures sensim et pedetentim foris, ne quem lædat. *Liv.* 21. 28. *de elephantis*. Excidere etiam sævientes quidam in flumen; sed pondere ipso stabiles, dejectis rectoribus, quærendis pedetentim vadis, in terram evasere.

II.) Translate est paullatim, caute. *Cic.* 1. *Herenn.* 6. 9. Deinde ad nostram causam pedetentim accedemus. *Id.* 1. *Invent.* 17. 24. Quum jam mitior factus erit auditor, ingredi pedetentim in defensionem. *Id.* 9. *Fam.* 14. *ad fin.* Legi contionem tuam: nihil illa sapientius; ita pedetentim et gradatim tum accessus a te ad causam facti, tum recessus. *Id.* 1. *Off.* 33. 120. Eam mutationem, si tempora adjuvabunt, facilius commodiusque faciemus: sin minus, sensim erit pedetentimque facienda. *Id. Quinct.* 16. 51. Timide et pedetentim istuc descendunt. *V.* INCURSIM. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 32. Properando excrucior. PA. Pedetentim. *Ter. Phorm.* 3. 3. 18. Dii bene vertant, quod agas: pedetentim tamen. *Cic. Cluent.* 42. 118. Caute pedetentimque omnia dicere. *M. Aurel.* inter op. *Fronton.* 3. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 2. Non propterea, quod rectius esse arbitrabor, pedetemptius tibi consulam.

PĔDĬCA, æ, f. 1. laqueus, quo pedes illigantur, πέδη. (It. *laccio, pastoja, ceppo*; Fr. *lien pour les pieds, lacet, lacs*; Hisp. *lazo, corredizo para el pie*; Germ. *Fusschlinge, Dohne, Fussfessel*; Angl. *a fetter, chain or shackle for the feet*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 10. Iste quidem gradus succretus est cribro pollinario: nisi cum pedicis condidicistis sic hoc grassari gradu. *Virg.* 1. *G.* 307. Tunc gruibus pedicas, et retia ponere cervis. *Liv.* 21. 36. *extr.* Ut pleraque jumenta, velut pedica capta, hæterent in durata glacie. *Ovid.* 15. *Met.* 473. Retia cum pedicis laqueosque artesque dolosas Tollite. *Grat. Cyneg.* 92. dentatas illigno robore clausit Venator pedicas. *Apul. Florid. n.* 17. Quid, si manus manicis restringantur? quid, si pedes pedicis coarctentur? ¶ 2. Latiori sensu. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 24. 28. (81). *de araneo*. Quanta arte celat pedicas a scululato rete grassantes!

II.) Translate. *Apul.* 5. *Met.* Ad destinatam fraudum pedicam sermones conferentes. *et* 2. *ibid.* Amoris pedicis alligare aliquem. *et* 6. *ibid.* Luxuria puerilis nuptialibus pedicis alliganda.

PĔDĬCELLUS, i, m. 2. *pidocchietto*, parvus pediculus. *Petron. fragm. Tragur.* 57. *Burmann.* In alio pedicellum vides, in te ricinum non vides? *Al. leg.* peduclum *eod. sensu*. Est autem proverbium vulgi in eos, qui aliena vitia, quamquam levia, acute cernunt, propria, etsi majora, non vident. *Seneca Vit. beat.* 27. *a med.* Papulas observatis alienas, obsiti plurimis ulceribus. Hoc tale est, quale si quis pulcherrimorum corporum nævos, aut verrucas derideat, quem fœda scabies depascitur. Hæc *Senec.*

PĔDĬCĪNUS, i, m. 2. pes tenuis edolatusque, quo arbor inseritur cardini, aut suæ basi. Ita *Popma de Instrum. fundi c.* 11. et *Turneb. l.* 7. *Adversar. c.* 25. ad illud *Caton. R. R.* 18. *de torculari*. Ibi foramen pedicinis duobus facito. Ibi arbores pedicino in lapide statuito. *Schneiderus* ibidem probat, *pedicinum* esse, quem Itali dicunt *piede delle cosce dello stretojo*. *V.* ARBOR.

PĔDĬCLUS. *V.* PEDICULUS init.

PĔDĬCŌSUS, a, um, adject. *pidocchioso*, pediculis obsitus. *Titinius* apud *Festum p.* 210. 13. *Müll.* Rus detrudetur pedicosus, squalidus. *Scalig.* contendit, *pædicosus* legi oportere, *h. e.* pædidus, sordidus. *V. Mülleri* adnotat. ad *Fest.* loc. cit.

PĔDĬCŬLĀRIS, e, *et*

PĔDĬCULĀRĬUS, a, um, adject. *da pidocchi*, ad pediculos pertinens. *Colum.* 6. *R. R.* 30. 8. Cunila bubula, et herba pedicularis cum sale trita. *h. e.* quæ vim habet pediculos necandi. *Scribon. Compos.* 166. Staphis agria, quam herbam pediculariam quidam vocant, quod pediculos necat. — *Pedicularis morbus* est, quum corpus ita corrumpitur, ut pediculos sine fine producat, usque dum conficiatur. Eo L. Sulla, et Alcman ex clarissimis Græciæ poetis periere, ut *Plin.* 11. *Hist. nat.* 33. 39. (114). narrat; item Pherecydes, teste *Seren. Sammon.* 5. 62. *Servius* ad *Virg.* 3. *G.* 564. Immundus sudor, morbus pedicularis, qui est φθειρίασις.

PĔDĬCŬLĀRĬUS, ii, m. 2. in *Gloss. Philox.* exponitur συντονάριος, h. e. qui scabilla pedibus percutit.

PĔDĬCŬLĀTĬO, ōnis, f. 3. morbus pedicularis. *Gloss. Philox.* Pediculatio, φθειρίασις.

PĔDĬCŬLO, as, are, n. 1. pediculos venor, vel a pediculismordeor. *Gloss. Philox.* Pediculo, φθειρίζω.

PĔDĬCŬLŌSUS, a, um, adject. *pidocchioso*, φθειριαζων, qui pediculis plenus est. *Martial.* 12. 59. Hinc menti dominus pediculosi.

PĔDĬCŬLUS, i, m. 2. Secunda syllaba videtur produci metri necessitate. — Legitur et *pediclus*: *V.* sub *A.* I. — Pediculus duo diversa significat, prout est deminut. *A*) A *pes, pedis*; aut *B*) A *pedis, is*.

A) *Pediculus* deminut. a *pes, pedis*, est parvus pes, *picciolo piede, pedino, pedicello*, πόδιον.

I.) Proprie. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 28. 44. (83). Lolligo, sæpia, polypus. His caput inter pedes et ventrem: pediculi octoni omnibus. *Val. Max.* 4. 4. *n.* 3. Fabricius patellam suam corneo pediculo sustineri voluit. *Al. leg.* peduculo, *al.* pediclo. *Paul. Dig.* 34. 2. 33. Pediculis argenteis adjuncta sigilla ænea. *V.* PEDIOLUS.

II.) Translate est id, quo fructus, folia, fungi hærent et sustinentur, petiolus, *picciuolo*. *Colum.* 12. *R. R.* 46. 2. *Schneid.* Quidam pediculos punicorum, sicuti sunt in arbore, intorquent. *et ibid.* 44. 1. Pediculos uvarum impicato dura pice. *et ibid.* 47. 5. Deinde charta subsirata prædicta poma sic componi, ut flosculi sursum, pediculi deorsum spectent, quemadmodum etiam in arbore nata sunt. *V.* SURCULUS. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 24. 38. (91). Pediculo brevi sunt folia oleæ et ilici, longo vitibus, tremulo populis. *Id.* 22. *ibid.* 23. 47. (96). Pediculi fungorum.

B) *Pediculus* deminut. a *pedis, is*, est vermiculus in capite et corpore animalium nascens, infestus et morsu pruritum movens, φθείρ (It. *pidocchio, pollino*; Fr. *pou*; Hisp. *piojo*; Germ. *die Laus*; Angl. *a louse*). Occurrit — *a*) Stricto sensu. *Cels.* 6. 6. *n.* 15. Qui inter pilos palpebrarum pediculi nascuntur: id φθειρίασιν Græci nominant. *Colum.* 8. *R. R.* 7. 2. *de gallinis*. Pluma omnis e capite et sub alis detergetur, ne pediculum creet. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 38. (121). Jus viperæ pediculos e toto corpore expellit, pruritusque etiam summæ cutis.

Id. 20. *ibid.* 12. 48. (120). Ocimi cibus pediculos facit. *Cels. loc. cit.* Necare pediculos, et prohibere, ne similes nascantur. Adde *Festum p.* 210. 12. *Müll.* — *b*) Latiori sensu. *Pediculi terræ* dicuntur a nonnullis scarabæi terrestres ricino similes, corniculis instructi: unde et *tauri* appellantur. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 5. 12. (39). — Sunt et marini pediculi ita dicti a similitudine pediculorum capitis. *Id.* 32. *ibid.* 7. 25. (77). *et ibid.* 8. 28. (89)., *ubi al. et ipse* Sillig. *leg.* pedunculi.

PĔDĬŎLUS, i, m. 2. *pedino*, πόδιον, parvus pes. *Afranius* apud *Non. p.* 160. 15. *Merc.* Atque adeo nolo: nudo pediolo es. *At* Mercerus *legit* petiolo: quam vocem *V. Gloss. Lat. Gr.* Pediculus, pediolus, πόδιον.

PĔDIS, is, m. et f. 3. *pidocchio*, pes, pediculus. *Novius* apud *Non. p.* 220. 26. *Merc.* Est pedis unus ingens in naso. *Plaut. Vidular. ibid.* Ubi quamque pedem videbat, suffurabatur omnes. *Plaut. Curc.* 4. 2. 13. Item genus est lenonium inter homines, ut muscæ, culices, cimices, pedesque, pulicesque. *Livius* in *Gladiolo* apud *Festum p.* 210. 17. *Müll.* Pulices ne, an cimices, an pedes? responde mihi. *Lucilius* apud *eund. ibid.* Ubi me vidit, caput scabit, pedes legit.

PĔDĬSĔQUUS (*rectius quam* Pedissequus), a, um, adject. ἀκόλουθος, pedem sequens, pone sequens, comitans officii, aut honoris causa, assecla, assectator.

I.) Proprie. — *a*) Quum de servis sermo est, intelliguntur, quorum officium erat sequi dominum extra ædes, *staffieri, paggi, lacchè*. De his *Papinian. Dig.* 31. 1. 67. et *Scævola ibid.* 34. 1. 17. et 40. 4. 59. His enim locis plane de servis sermo est. Quod si aliquando a servis distinguuntur, discrimen muneris est, non conditionis. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 27. Mihi æquum est purpuram dari, ancillas, mulos, muliones, pedisequos, salutigerulos pueros. *et ibid.* 4. 10. 77. Gnatæ pedisequa nutrix anus. *Id. Asin.* 1. 3. 31. Vult placere sese amicæ, vult mihi, vult pedisequæ, vult famulis, vult etiam ancillis. *Phædr.* 4. 5. Vestem, uniones, pedisequos et cetera. *Inscript.* apud *Murat.* 928. 6. C. IVLIVS LIVIAE AVGVSTAE SERVVS PEDISSEQVVS. *Lapis habet* pedessequos. Alia similis *ibid.* 5. pedissequos. *Marin. Frat. Arv. p.* 95. et 716. plures alias affert Inscriptiones, in quibus *pedisequus* et *pedisequa* unica littera *s* scribitur. — *b*) Interdum tamen etiam liberti, aut infimæ, sed liberæ sortis homines pedisequi dicuntur. *Cic.* 2. *Att.* 16. Quæ mihi videtur una contiuncula clamore pedisequorum nostrorum esse peritura. *della nostra comitiva. Inscript.* apud *Gruter.* 600. 6. Q. ARTORIVS ANTIOCHVS PRISCVS PEDISEQ. V. A. XX. *Alia* 1112. 10. CINNAMVS TI. CAESARIS AVG. PEDISEQVVS NYMPHAE CONIVGI FECIT. — Joculariter *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 18. Sequere hac me. PYRGOPOL. pedisequus tibi sum. — *c*) Servi pedisequi erant fere ceterorum infimi. *Nepos Att.* 13. Usus est familia, si utilitate judicandum est, optima; si forma, vix mediocri. Namque in ea erant pueri litteratissimi, anagnostæ optimi, et plurimi librarii: ut ne pedisequus quidem quisquam esset, qui non utrumque horum pulcre facere posset. *Colum.* 1. *R. R. proœm.* 12. Si fundum locuples mercatus est, e turba pedisequorum lecticariorumque defectissimum annis et viribus in agrum relegat.

II.) Translate. *Cic.* 4. *Herenn.* 14. 20. Si voles divitias cum virtute comparare, vix satis idoneæ tibi videbuntur divitiæ, quæ virtutis pedisequæ sint. *Id.* 1. *Orat.* 55. 236. Quia sæpe utitur orator subsidio juris in causis, idcirco istam juris scientiam eloquentiæ tamquam ancillulam pedisequamque adjunxisti. *Apul.* 2. *Dogm. Plat.* Sapientem quippe pedisequum et imitatorem Dei dicimus, et sequi arbitramur Deum.

PĔDĬTĀTUS, a, um. *V.* PEDITO.

PĔDĪTĀTUS, us, m. 3. *soldati a piedi, fanteria*, πεζὴ στρατιά, peditum copiæ, sicut *equitatus* (quocum sæpe in oratione conjungitur) equitum. *Cic.* 5. *Phil.* 2. 6. Tu civem sceleratum pecunia, peditatu, equitatu, copiis instrues? *Cæs.* 5. *B. G.* 3. Equitatum peditatumque cogere. *Nepos Eumen.* 3. *extr.* Ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo erat deterior. — In plur. num. *Auct. B. Hisp.* 37. Peditatibus et equitatibus celeriter iter faciens.

PĔDĪTO, as, (āvi), ātum, are, n. 1. Part. *Peditatus.* — Peditare est pedibus iter facere, a *pedes, itis. Gloss. Philox.* Pedito, πεζεύω. Habent et *Not. Tir. p.* 75. Pedes, peditat, peditatus. *Hygin. Gromat. p.* 3. *col.* 1. et *p.* 7. *col.* 2. Quingenaria cohors peditata. *h. e.* quæ solis peditibus constat, et opponitur equitatæ, quæ peditibus admixtos habuit equites.

PĔDO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Pedatus* I. et II.; *Pedandus* II. — Pedare (quod olim videtur pro ire, ambulare usurpatum fuisse; unde *pedatus, us*, et *repedare*) occurrit tantum

I.) Proprie pro pedibus instruere: hinc *pedatus* dicitur is cui sunt pedes, ὑπόπους. *Sueton. Oth.* 12. Fuisse traditur et modicæ staturæ et male pedatus.

II.) Translate. ¶ 1. In re metrica. *Varro* apud *Non. p.* 229. 22. *Merc.* Ne me pedatus versuum tardor Refrenet arte compari rythmon certum. *h. e.* (ut ait cl. *Vahlen. in M. T. Varr. Sat. Menipp. Conject. p.* 138.) ne pedata versuum tarditate retinear æquabilitatem certorum numerorum secutus. ¶ 2. In re rustica est vites et alias arbusculas pedamentis fulcire, *palare. Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (164). Aut pedatæ vineæ simplici jugo. *Colum.* 4. *R. R.* 12. 1. Putationem sequitur vineæ pedandæ cura.

PĔDO, pēdis, pĕpēdi, pēdĭtum, pĕdere, n. 3. *scoreggiare*, πέρδω, crepitum ventris emitto: a βδέω, per metathesin, media conversa in tenuem: vel a πέρδω, extrita littera canina. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 46. Nam displosa sonat quantum vesica, pepedi Diffissa nate ficus. *Martial.* 10. 14. Nil aliud video, quo te credamus amicum, Quam quod me coram pedere, Crispe, soles.

PĔDŌ, ōnis, m. 3. qui pedes latos habet. *Gloss. Philox.* Pedo, plancus, πλατύπους. *Ibid.* Pedo, πλατύπους. Ab hoc est deminutivum *pedunculus*, teste *Priscian.* 6. *p.* 614. *Putsch.* — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PEDOCUCULLUS, i, m. 2. idem videtur esse ac pedule; est enim cucullus seu tegimen pedum. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 157.

PĔDŬCLUS. *V.* PEDICELLUS.

PĔDŬCŬLĀTĬO, ōnis, f. 3. pediculatio, *et*

PĔDŬCŬLŌSUS, a, um, adject. *pidocchioso, et*

PĔDŬCŬLUS, i, m. 2. *pidocchio. Gloss. Philox.* Peduculatio, peduculosus, peduculus, φθειρίασις, φθειράφιος, φθείρ. Ex *peduculus*, per syncopen *peduclus*, unde *pidocchio* Italorum. *Pelagon. Veterin.* 7. *ante med.* Si equus peduculos in intestinis habuerit. Habent et *Not. Tir. p.* 176. Pulex, cimex, peduculus. — Etiam *pedunculus* scribitur. *Pelagon. ibid.* Pedunculos tres humanos in aurem dexteram equi mittito.

PĔDŬLE, is, n. 3. *V.* voc. seq. in fin.

PĔDŬLIS, e, adject. *del piede*, ad pedes pertinens. *Ulp. Dig.* 34. 2. 26. Fasciæ crurales, pedulesque, et impilia vestis loco sunt. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 1. 111. Pedules novi. — Hinc

Pedule, is, n. 3. absolute, substantivorum more, *pedule* item Itali dicunt eam caligæ partem, quæ pedem tantum tegit. *Fronto de differ. voc. p.* 2194. *Putsch.* Pedale mensura est pedis: pedule vero sub pedibus præstat utilitatem. Habent et *Not. Tir. p.* 96. Pes, pedale, pedule. — Ubi apud *Festum p.* 230. 17. *Müll.* legitur: Pedula quæ dicimus, πέδιλα Græcos appellare manifestum est: *pedulia* critici legendum recte putant.

PĔDUM, i, n. 2. *bastone da pastore, pastorale*, χαῖον, καλαῦροψ, οπος. *Festus p.* 249. 24. *Müll.* Pedum est baculum incurvum, quo pastores utuntur ad comprehendendas oves, aut capras a pedibus: cujus meminit etiam Virgilius in Bucolicis, quum ait (5. *Ecl.* 88.) At tu sume pedum. *Servius ibid.* Virga incurvata, unde retinentur pecudum pedes. Cf. *Festum p.* 210. 23. *Müll.* — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PĔDUNCŬLĀRĬA herba, eadem ac pedicularis apud *Marcell. Empir.* 1.

PĔDUNCŬLUS. *V.* PEDICULUS, et PEDO, onis.

PĔDUSCŬLUS, i, m. 2. ποδύφιον, parvus pes. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 10. 10. (24). Apprehensi peduscule lapillis se librant. *Al. leg.* apprehensi ponduscule lapilli, *multo rectius.*

PĒGĂNON, i, n. 2. πήγανον, ruta hortensis. *Apul. Herb.* 89. — Peganon orinon, ruta montana. *Id. ibid.* 115.

PĒGĔ, es, f. 1. *fonte*, fons: a πηγή, quod idem significat. *Propert.* 1. 20. 33. Hic erat Arganthi pege sub vertice montis Grata domus Nymphis humida Thyniasin.

PEGMA, ătis, n. 3. πῆγμα. Sunt qui scribunt *pecma.* ¶ 1. Generatim *pegma* est machina ex pluribus tabulis, aliisve rebus compacta, et confixa: a πήγνυμι *compingo. Cic.* 4. *Att.* 8. Nihil illustrius, quam illa tua pegmata etc. *h. e.* loculi, cancelli, plutei ex tabulis compactis ad reponendos libros. Alii intelligunt quadratas bases, quibus insident statuæ: alii conglutinationes, quibus libri compinguntur: alii *pigmenta* legere mallent. *Ulp. Dig.* 33. 7. 12. *circa med.* In emptionem domus et specularia et pegmata cedere solent, sive in ædificio sint posita, sive ad tempus detracta. *h. e.*, ut videtur *Turnebo l.* 8. *Adversar. c.* 9., antepagmenta, quæ valvarum sunt ornamenta affixa antis: vel potius universim quæcumque in ædibus affiguntur ornatus gratia, ut tabulæ, laminæ marmoreæ, coronæ, et hujusmodi, quibus ornantur parietes, fenestræ, lacunaria etc. *Auson. epigr.* 26. Ceris inurens januarum limina, Et atriorum pegmata. ¶ 2. Præcipue vero *pegmata* in theatro, circo, et ludis fuere moles ligneæ occulto artificio ita compactæ, ut et attollerentur, et deprimerentur, variaque spectacula ad oblectationem repræsentarent, ut incendium, subitam ruinam, ostensionem alicujus numinis, ascensum celerem cujuspiam quasi in aera volantis, et hujusmodi. Hæ interdum ornatus gratia auro aut argento tenui contegebantur. *Seneca Ep.* 88. *circa med.* His annumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, et tabulata tacite in sublime crescentia, et alias ex inopinato varietates, aut debiscentibus quæ cohærebant, aut his, quæ distabant, sua sponte coeuntibus, aut his, quæ eminebant, paullatim in se residentibus. *Phædr.* 5. 7. Is forte ludis, dum pegma rapitur, concidit casu gravi. *Juvenal.* 4. 122. Et pegma, et pueros inde ad velaria raptos. *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 325. Mobile ponderibus descendat pegma reductis, Inque chori speciem spargentes ardua flammas Scæna rotet: varios effingat Mulciber orbes, Per tabulas impune vagus: pictæque citato Ludant igne trabes: et non permissa morari Fida per innocuas errent incendia turres. *Martial.* 8. 33. Hac fuerat nuper nebula tibi pegma peractum. *Vopisc. Carin.* 19. Pegma exhibuit, cujus flammis scæna conflagravit. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 16. (53). Cajus princeps in circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo CXXIV. *Lips. de Amphitheatr. c.* 22. et homines pegmatis impositos, qui subito in subjectas feras deciderent, et captivos et oppida in triumphis ostensa, docet ex *Strab.* et *Josepho.* Etiam gladiatores in pegmate exhibitos depugnantes, scribit *Scalig.* ad *Manil.* 5. 437. *p. m.* 404., unde *pegmares* putantur dicti a *Sueton. Cal.* 26. *extr.*, ubi multa *Casaubon.* hac de re. *V.* PÆGNIARIUS. ¶ 3. Pro ipsa compositione, coagmentatione et compactione sumi videtur in illo *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 1016. Tabulas superne strata texunt pulpita, Rimosa rari pegmatis compagibus.

PEGMĀRIS, e, adject. ad pegma pertinens. *V.* PÆGNIARIUS.

PEGRIS, idis. *V.* PERCIS.

PEGRŸMĒNĒ, es, f. 1. *V.* STERELYTIS.

PEJĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. *spergiuro*, actus pejerandi. *Salvian.* 4. *Gubern. D.* 16. Hic quum ma-

ximi sacramenti sit dejeratio, necesse est, maximi sit reatus et pejeratio.

PEJĔRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PEJĔRO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (per *et* juro). *Perjuro*, unde *perjurium*, legitur in optim. MSS. *Cicer.*, item apud *Plaut.* sæpe (*V.* infra sub I et II.). — Etiam *perjero* legitur apud *Plaut. Truc.* 1. 1. 9. (*V.* infra sub I.). — Part. *Pejerans, Pejeratus, Pejeraturus* et *Pejerandus* I. — Pejerare est falso et animo fallendi jurare, seu juramentum infringere, et id, quod juramento ac verbis concipitur, non facere, ἐπιορκέω (It. *giurare il falso, spergiurare*; Fr. *faire un faux serment, se parjurer*; Hisp. *jurar falso, perjurarse*; Germ. *falsch schwören, meineidig sein*; Angl. *to violate an oath, forswear, be forsworn, be guilty of perjury, perjure one's self, swear falsely*).

I.) Proprie. — *a*) Absolute. *Cic.* 3. *Off.* 29. 108. Non enim falsum jurare, pejerare est, sed quod ex animi tui sententia juraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere perjurium est. *Orellius legit* perjurare. Sic *Plaut. Asin.* 3. 2. 15. Ubi hero infidelis fueris, ubi verbis conceptis sciens libenter perjuraris. Sic *Cic. Cluent.* 48. 134. Illum verbis conceptis pejerasse. *Plaut. Truc.* 1. 1. 9. Quid perjerandum est etiam, præter munera! *Cic. Rosc. Com.* 16. 46. Quid interest inter perjurum et mendacem? Qui mentiri solet, pejerare consuevit. Quem ego, ut mentiatur, inducere possum: ut pejeret, exorare facile potero. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 127. quare, Si quidvis satis est, perjuras, surripis, aufers Undique? *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 85. Nec si quem falles, tu perjurare timeto. *Quintil.* 5. 6. 2. Ut eum non sit credibile pejeraturum. — *b*) Cum Ablat. et præp. *de. Martial.* 7. 20. Pejerare de turdo. — *c*) Cum Infinito. *Sueton. Ner.* 28. Submissis, qui regio genere ortam pejerarent. — *d*) Cum Accusativo rei, per quam quis pejerat. *Catull.* 52. 3. Per consulatum pejerat Vatinius. *Lucan.* 6. 749. Stygias qui pejerat undas. *h. e.* falsum jurat per Stygem. — *e*) Hinc Part. *Pejeratus* passive. *Horat.* 2. *Od.* 8. 1. Ulla si juris tibi pejerati Pœna, Barine nocuisset unquam. *h. e.* juris perjurio violati. Cf. *Ovid.* 3. *Amor.* 11. 22. Et perjuratos in mea damna deos. — *f*) Bellum pejerans, quod fit perjurio, et frangendo datam jurejurando fidem. *Stat.* 4. *Silv.* 3. 4. Nec dux advena pejerante bello Campanos quatit inquietus agros. *h. e.* Hannibal et Pœni, de quibus *Sil. It.* 1. 9. ter Marte sinistro Juratumque Jovi fœdus conventaque patrum Sidonii fregere duces: atque impius ensis Ter placitam suasit temerando rumpere pacem.

II.) Translate pro mentiri, simpliciter, *mentire. Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 34. Perge: optime hercle perjuras. *et* 5. 4. 72. Da pignus, ni nunc perjures. *Id. Merc.* 3. 1. 42. PA. Amabo, an maritus est? Neque est, neque erit. LY. Nolim quidem: homo hercle perjuravit.

PEJOR, us, ōris, adject. comp. *V.* MALUS.

PEJŌRO, as, are, 1. Part. *Pejorans* 2. — Pejorare ¶ 1. Active est pejorem facere, *far peggiorare, deteriorare. Paul. JCtus* 2. *Sentent. tit.* 18. Homo liber, qui statum suum in potestate habet, et pejorare eum, et meliorem facere potest. ¶ 2. Neutr. *Pejorans morbus*, pejor evadens, est *Cœlii Aurel.* 2. *Acut.* 1. et 2. *Tard.* 1. *ad fin.*, quæ non sunt imitanda.

PEJUS. *V.* MALUS.

PĔLĀGĬA, æ, f. 1. (proprie est adject. a *pelagius*, subaudi *concha*) πελαγία, piscis ex genere concharum, qui et purpura dicitur, in mediis faucibus succum habens, tingendis lanis laudatissimum, qui ab eo *pelagium* dicitur. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 37. 61. (131). Purpuræ nomine alio pelagiæ vocantur. *V.* PELAGIUS in fin.

PĔLĀGĬCUS, a, um, adject. *et*

PĔLĀGĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq.

PĔLĀGĬUS *et* **pĕlăgĭcus**, a, um, adject. *marino*, πελαγικός, πελάγιος, ad pelagus pertinens, marinus. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 14. Pisces saxatiles, aut pelagici. *Varro* 3. *R. R.* 3. 10. Luxuria piscinas protulit ad mare, et in eas pelagios greges piscium revocavit. *Petron. Satyr.* 109. Per antennam pelagiæ consederant volucres. *Phædr.* 4. 21. Venire in patriam voluit cursu pelagio. *per mare. Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 54. (109). Pelagiæ conchæ. *h. e.* quæ in alto mari degunt. *Id. ibid.* 29. 46. (85). Polypi terreni majores, quam pelagii. *h. e.* qui litora accolunt majores iis, qui in alto vivunt. *Id.* 32. *ibid.* 6. 21. (59). Pelagia ostrea. *P. Syrus* apud *Petron. fragm. Tragur.* 55. *Burmann.* Matrona ornata phaleris pelagiis. *h. e.* margaritis et coraliis, quæ in mari nascuntur. — Hinc

Pelagia, æ, f. 1. *V.* hanc vocem loco suo.

Pelagium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est succus purpurarum: quia hæ etiam *pelagiæ* vocantur. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 38. 62. (134). Buccinum pelagio admodum alligatur, nimiæque ejus nigritiæ dat austeritatem illam, nitoremque, qui quæritur, cocci. Adde *ibid.* 40. 64. (138).

PĔLĂGUS, i, n. 2. Quod ad genus pertinet, *Palœm. p.* 1367. *Putsch.* Vulgus apud antiquos tam masculino genere dictum est, quam neutro. Pelagus vero ad hanc regulam non pertinet, quia Græcum est. — *Pelage* in plur. num. Græca positione, τὰ πελάγη. *Lucret.* 5. 35. Propter Atlanteum litus pelageque sonora. Adde *eumd.* 6. 619. — Ceterum *pelagus* est mare, æquor, pontus, πέλαγος, *mare, pelago.* Quidam volunt, proprie esse maris altum, seu profunditatem, quasi τηλαγος, h. e. τῆλε τῆς γῆς, procul a terra. Sed potius Græcorum πέλαγος videtur esse ab Hebr. פלג *péleg*, rivus: est enim pelagus proprie *la corrente del mare. Auct. B. Hisp.* 40. Complures nando ad naves, quæ in salo fuerunt, se recipiunt: ancoris sublatis, pelagus remis petere cœperunt.

I.) Proprie, universim pro mari sumitur: valde familiaris vox poetis, usurpata etiam ab historicis. *Pacuvius* apud *Cic.* 3. *Orat.* 39. 157. Fervit æstu pelagus. *Lucret.* 4. 432. In pelago nautis ex undis ortus in undis Sol fit uti videatur obire et condere lumen, Quippe ubi nil aliud nisi aquam cælumque tuentur. *Virg.* 5. *Æn.* 8. Et pelagus tenuere rates, nec jam amplius ulla Occurrit tellus; maria undique et undique cælum. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 10. 12. (35). Testudines evectæ in summa pelagi. *Justin.* 4. 1. 13. Navigantes magnis vorticibus pelagi desidentis exterriti. *Tac.* 15. *Ann.* 46. Gubernatores, quamvis sæviente pelago, a Formiis movere. *Flor.* 2. 2. *in fin.* Laceræ naves totum pelagus naufragio suo operuerunt. *Val. Max.* 3. 2. *n.* 10. Nantes lubrico pelagi. *Horat.* 1. *Od.* 3. 11. Fragilem truci pelago ratem committere. *Virg.* 2. *G.* 41. pelago dare vela patenti. *et* 3. *Æn.* 204. Errare pelago. *Val. Flacc.* 3. 608. Lustrare pelagus. *Ovid.* 3. *Trist.* 2. 7. Plurima sed pelago terraque pericula passus. *Id. Heroid.* 2. 19. venti cælo pelagoque faventes. *Val. Flacc.* 1. 169. pelagus quantos aperimus in usus! *pelagum* hic quidam leg. ut sit masculinum, sed contra opt. MSS. et cusos, et vet. grammaticos. — Etiam *pelagi mare* dicitur, ut apud *Apollon. Rhod. l.* 2. *v.* 610. πέλαγος Θαλάσσης. *Sedul.* 1. 122. turba pedestris Intrat in absentis pelagi mare.

II.) Translate. In illo *Virg.* 1. *Æn.* 250. et pelago premit arva sonanti: *Servius* exponit aquarum abundantia.

PĔLĂMIS, idis, *et* pelamys, ydis, f. 3. *palamita*, πηλαμίς et πηλαμύς, piscis marinus. Thynorum partus recens nati *cordyla* vocantur: inde usque ad annum *pelamides*: quum annum excessere, *thynni*, ut *Plin.* 9. *Hist. nat.* 15. 18. (47). docet. Nomen habent a πηλός *lutum, limus*, quia in eo nascuntur, et degunt, ut et *Paul. Diac. p.* 207. 2. *Müll.* tradit. *Gell.* 7. 16. ex *Varrone*. Pelamys Chalcedonia, muræna Tartessia, aselli Pessinuntii. — Pelamides in apolectos, particulatimque consectæ, in genera cybiorum dispartiuntur, inquit *Plin. loc. cit.*, quod est concisas pelamides sale condiri et asservari. *Juvenal.* 7. 119. Quod vocis pretium? siccus petasunculus, et vas Pelamidum, aut veteres, Afrorum epinemia, bulbi. V. et *Colum.* 8. *R. R.* 17. 12. et *Schneider.* in *Indic.* sub h. v. — Pelamis maxima vocatur apolectus: longa, sarda. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (150).

PĔLARGŌNĬUS, a, um, adject. πελαργικός, ad ciconiam pertinens, qui ex ciconia fit. *Pelagon. Veterin.* 1. *a med.* Item pulvis Pelagonia (*lege* pelargonia): propinas ciconiam, quæ adhuc non stat, sed tamen quæ jam plumulas habet: vivam mitte in caccabulum fictilem, et gypsa, et in furnum mitte; inde quum fuerit pulvis factus, idest quum fuerit tosta, in mortario tere, et pulverem repone in olla vitrea, et quum necesse fuerit, cochleare, sed grande, plenum cum vino Afro faucibus infunde, quamdiu sanus sit: certissimus et salutaris pulvis est. Hæc cl. *Furlanetto*; qui postea in suis MSS. hæc eadem delenda esse affirmat collatis iis, quæ habentur apud *Veget.* 1. *Veterin.* 17. 15.; ubi *V.* et adnotat. a *Schneidero*, quibus patet *Pelagonium* hæc hausisse ex *Vegetio* loc. cit., *Vegetium* vero ex *Hippia, tricis p.* 24., ibi enim pulveris, h. e. remedii de quo agitur, auctor fuisse traditur vetus Pelagonius hisce verbis: Ξηρτιου Πελαγωνιου πρὸς λοιμον.

PĔLĔCĀNUS *vel* pelicanus, i, m. 2. *pellicano*, πελεκάν et πελεκᾶνος, avis Ægyptia circa solitudines Nili præcipue nascens, quæ amore pullorum dicitur femur suum rostro vulnerare, et sanguinem ad eos alendos elicere. Ejus meminit *Hieronym. in Psalm.* 101., ubi addit duo esse pelicanorum genera, aquatile unum, alterum volatile, illud piscibus vesci, hoc serpentibus, crocodilis et lacertis. *Gesnerus* vulturem Ægyptium vocat. Sunt qui putant eumdem esse ac plateam, *Plin.* 10. *Hist. nat.* 40. 56. (115)., et platalcam, *Cic.* 2. *Nat. D.* 49. 124. Alii picum Martium, ἀπὸ τοῦ πελεκᾶν, h. e. securi cædere, quia rostro arbores cædit et excavat.

PĔLĔCĪNON, i, n. 2. horologii genus, a forma parvæ securis, quæ Græce πελεκῖνος dicitur, ita appellatum. *Vitruv.* 9. 9. Hemicyclium excavatum ex quadrato ad enclimaque succisum Berosus Chaldæus dicitur invenisse; scaphen, sive hemisphærium Aristarchus Samius; Patrocles pelecinon, Dionysodorus conum, etc.

PĔLĔCĪNOS, i, m. 2. πελεκῖνος, herba noxia segetibus, quæ inter lentem præcipue nascitur. Nomen inde traxit, quod ejus siliquæ securiculis similes sunt, quas Græci πελέκεις dicunt. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 17. 44. (155). et 27. *ibid.* 12. 95. (121). Adde *Marcell. Empir. c.* 22. *p.* 118. ed. *Ald.*; item *Not. Tir. p.* 168., ubi *pelecina* gen. fem.

PĔLĔTHRŌNĬA, æ, f. 1. herba, centauria major, *Apul. Herb.* 34.

PĔLĪCĀNUS. *V.* PELECANUS.

PELLĂCĬA, æ, f. 1. (pellax) fallacia, blanditiæ, ἐπαγωγή. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 5. 1004. Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis. *Virg.* 4. *G.* 443. Verum ubi nulla fugam reperit pellacia. *Alii hic leg.* fallacia. ¶ 2. Speciatim refertur ad incontinentiam turpis libidinis. *Arnob.* 5. 21. Ex partu virginis tauri species fusa, Jovialis monumenta pellaciæ. *et* 4. 28. Et per omnes libidinum formas incestarum cupiditatum circumegisse pellaciam.

PELLĀRĬUS, a, um, adject. ad pellem pertinens. *Varro* 8. *L. L.* 55. *Müll.* Taberna pellaria. *h. e.* in qua pelles venduntur. Hæc tamen vox minime usu venit, ut patet ex ipsius *Varronis* verbis, quæ *V.* in PELLESUINA.

PELLĂRĬUS, ii, m. 2. qui pelles curat, polit, aut suit, pellio. *Firmic.* 4. *Mathes.* 7. *a med.* Faciet pellarios, coriarios, caligarios, coquos. *Gloss. Philox.* Pellarius, πελλοράφος.

PELLAX, ācis, adject. omn. gen. Sup. *Pellacissimus.* — Pellax, *ingannatore*, ἐπαγωγός, qui per blanditias aliquem decipit: *a pellicio. Virg.* 2. *Æn.* 90, invidia postquam pellacis Ulyssi etc. *Arnob.* 5. 44. Quid pro aureis imbribus, in quos idem (*Juppiter*) se pellax fraude induit perfida? *Capell.* 4. *p.* 96. Circulatrix pellacissima.

PELLĔĀTUS, a, um, adject. pellitus, pelle indutus. *Paulin. Nolan. carm.* 17. 243. *de Dacis.*

vel ille Divitis multo bove pelleatus Accola ripæ. *Al. rectius leg.* pileatus.

PELLĔCĒBRÆ. *V.* PERLECEBRA.

PELLECTĬO, ōnis, f. 3. actus perlegendi. *Cic.* 1. *Att.* 13. Quotus enim quisque est, qui epistolam paullo graviorem ferre possit, nisi eam pellectione relevarit? *h. e.* eam perlegendo. *Alii leg.* per lectionem.

PELLECTUS, a, um. *V.* PELLICIO.

PELLĔGO. *V.* PERLEGO.

PELLĒSUĪNA, æ, f. 1. taberna, in qua pelles perficiuntur et venduntur, ita appellata a pellibus suendis. *Varro* 8. *L. L.* 55. *Müll.* Quoniam taberna ubi venit vinum, a vino vinaria, a creta cretaria, ab unguento unguentaria dicitur: ἀναλογικῶς si essent vocabula, ubi caro venit, carnaria; ubi pelles, pellaria; ubi calcei, calcearia diceretur; non laniena ac pellesuina et sutrina. *Onomast. Lat. Gr.* Pellesuma, βυρσεῖον. Cl. *Quicherat.* quum hæc ex *Onomast.* afferret, ait: Vitiosa vox (*pellesuma*), quam non emendo. Sic ille: at mihi *pellesuina* sine ulla dubitatione legendum videtur.

PELLEX, ĭcis, f. 3. In Codicibus legitur etiam *pœlex* et *pelex*. — Pellex (de cujus etymo *V.* infra sub I.) est pallaca, amica, concubina, πάλλαξ, παλλακή, παλλακίς (It. *concubina, ganza*; Fr. *concubine, maîtresse*; Hisp. *concubina*; Germ. *die Beischläferin eines Ehemannes, das Kebsweib, d. Maitresse*; Angl. *a concubine*).

I.) Proprie *pellex* dicitur quæ concubina est ejus, cui uxor est; et *uxori* vel *matrifamilias* opponitur. *Paul. Dig.* 50. 16. 144. Masurius scribit libro memorialium, pellicem apud antiquos eam habitam, quæ quum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat: eamque nunc vero nomine amicam, paullo honestiore concubinam appellari. C. Flaccus scribit, pellicem nunc vulgo vocari, quæ cum eo, cui uxor sit, corpus misceat: quosdam eam, quæ uxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam Græci παλλακὴν vocant. *Paul. Diac. p.* 222. 3. *Müll.* Antīqui eam proprie pellicem nominabant, quæ uxorem habenti nubebat. *Gell.* 4. 3. Pellicem appellatam, probrosamque habitam eam, quæ juncta consuetaque esset cum eo, in cujus manu mancipioque alia matrimonii causa foret, hac antiquissima lege ostenditur: PELEX ASAM IVNONIS NE TAGITO: SI TAGET IVNONI CRINIBVS DEMISSIS (*al. leg.* demissis) ARNVM FEMINAM CAIDITO. Pellex autem quasi παλλαξ, id est quasi παλλακίς: ut pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Græco flexum est. Hæc *Gellius*. Alii tamen a *pellicio* ducunt, quia blanditiis maritum ab uxore ad se pellicit. — *a*) Stricto sensu. *Plaut. Cist.* 1. 1. 39. Viris cum suis prædicant nos solere, Suas pellices esse ajunt. *Id. Merc.* 4. 1. 21. I hac mecum, ut videas simul tuam Alcumenam pellicem, Juno mea. *Ovid.* 10. *Met.* 347. Tu ne eris et matris pellex et adultera patris? *Id. Heroid.* 14. 95. *de Io.* Illa Jovis magni pellex metuenda sorori, Fronde levas nimiam cæspitibusque famem. — *b*) Est etiam *pellex*, quæ ab aliquo ducitur, postquam cum justa uxore divortium fecit. *Cic. Cluent.* 70. 199. Atque etiam nomina necessitudinum, non solum naturæ nomen et (*Madvigius* nomen et *interpolata esse censet*) jura mutavit: uxor generi, noverca filii, filiæ pellex. *V.* ejus Orationis argum. Adde *eumd. Orat.* 30. 108. *Horat. Epod.* 5. 61. cur dira barbaræ minus Venena Medeæ valent? Quibus superbam fugit ulta pellicem, Magni Creontis filiam. — *c*) Item quæ per vim a marito alterius corrupta est. *Ovid.* 6. *Met.* 537. *de Philomela.* pellex ego facta sororis. *Martial.* 10. 51. *de ead.* Ismarium pellex Attica plorat Ityn. Adde *Ovid.* 2. *Fast.* 389. — *d*) Poetice Pasiphae apud *Ovid.* 1. *Art. am.* 321. pellices vocat vaccas armenti, quia tauri amore capta est.

II.) Translate. ¶ 1. Ceteri fere scriptores perpetuo custodiunt, ut cum respectu ad uxorem *pellicem* dicant. Sed apud *Justin.* quoties legitur, sine mentione uxoris adhibetur: v. gr. 10. 2. 2. Occiso Cyro, Aspasiam pellicem ejus Artaxerxes in matrimonium receperat. *et* 39. 5. 6. Fiducia septingentorum filiorum, quos ex pellicibus susceperat. Adde 1. 9. 15., 10. 1. 1., 12. 3. 10. etc. Item *Curt.* 10. 1. Virginem nobilem constupratam, servo suo pellicem dedit. *h. e.* concubinam, scil. quæ vivebat cum aliquo, cui uxor non erat, ut ait *Paul. Dig. loc. cit.* sub I. ¶ 2. De viris mollioribus, ut *Paul. Diac. p.* 222. 3. *Müll.* docet. *Sueton. Cæs.* 49. Dolabella eum (*Cæsarem*) pellicem reginæ appellavit. *scil.* quia Cæsar Bithyniæ regi pro puero meritorio fuit. *V.* FORNIX, SPONDA et STABULUM. Adde *Auct. Declam.* in *Sall. sub fin.* — Hinc *Martial.* 12. 97. vocat *pellices ministros* pueros amatos a marito. ¶ 3. Joculariter *Martial.* 14. 119. cujus lemma *Matella fictilis.* Dum poscor crepitu digitorum, et verna moratur, O quoties pellex culcita facta mea est! *h. e.* vicem mihi matellæ præstitit, quia eam lotio perfudi. ¶ 4. Item filia, quæ a patre adamata, quasi pellex matris (Itali dicunt *rivale*) habenda est, quum patris amorem ad se solam pellexerit. *Inscript.* non opt. notæ apud *Donat.* 364. 6. HOC PATER INFELIX POSVIT PIE NATE MERENTI, ET MATER SIMILEM LACRIMIS TITVLVM SVE PELLICI IVNXIT etc. Hic ter omissa est diphthongus æ, atque altei versus uno pede longior est, quod in metricis inscriptionibus sequioris ævi sæpe usuvenire solet.

PELLĪCĀTĬO, ōnis, f. 3. inductio, a pelliciendo. *Cato* apud *Festum p.* 242. 20. et *Paul. Diac. p.* 243. 4. *Müll.*; ubi *Müllerus, Jordan.* et al. leg. *pelliculatio*, rectius.

PELLĪCĀTOR, ōris, m. 3. προσαγωγεύς, qui blanditiis aliquem in fraudem pellicit. *Paul. Diac. p.* 204. 12. *Müll.*

PELLĪCĀTUS, us, m. 4. *concubinato*, παλλακεύσις, actus, quem pellex exercet. *Cic.* 2. *Off.* 7. 25. Ab ea enim est ipsa propter pellicatus suspicionem interfectus. *Id. Scaur. fragm.* apud *Priscian.* 6. *p.* 689. *Putsch.* Arinis uxorem pellicatus dolore concitatam. Cf. *fragm. pro Scauro* edita ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 292. *Id. Cluent.* 5. 13. Filia (*Sassiæ*) quæ nefarium matris pellicatum ferre non posset. *Justin.* 7. 4. 7. Insidiis uxoris - occupatus fuisset, ni filia pellicatum matris et sceleris consilia prodidisset.

PELLĪCĔO. *V.* PELLICIO init.

PELLĪCĔUS. *V.* PELLICIUS.

PELLĪCĬO *et* perlĭcio, licis, lexi, lectum, lĭcere, a. 3. (per *et* lacio). *Charis.* 3. *p.* 217. *Putsch.* et *Diomed.* 1. *p.* 364. agnoscunt *pelliceo*, quod quidam leg. etiam apud *Colum. loc. cit.* — Dictum est etiam *pellicui* pro *pellexi. Liv. Andron.* apud *Priscian.* 10. *p.* 877. Aut alia nunc te quæpiam Asiatico ornatu affluens, aut Sardiano ac Lydio, fulgens decore et gloria, pellicuit. (pro *fulgens decore et gloria* rectius legitur *fulgens ornatu et gratia* in *Thesaur. N. Latinit.* apud *A. Maium* in *Class. Auct. T.* 8. *p.* 305.). — Part. *Pelliciens* et *Pellectus* I. — Pellicere est blanditiis in fraudem inducere (hinc *Paul. Diac. p.* 207. 1. *Müll.* Pellexit in fraudem induxit.), blandiendo decipere, capere, illicere, inducere, ἐφέλκομαι, ἐπισύρομαι (It. *ingannare lusingando, allettare e tirare con frode, zimbellare*; Fr. *engager par des paroles flatteuses, attirer insidieusement, cajoler, séduire, gagner, enjoler*; Hisp. *lisonjear, engaytar, seducir, atraer con halagos, caricias*; Germ. *verlocken, anlocken, an sich ziehen*; Angl. *to deceive by flattery, inveigle, entice, allare, decoy, wheedle, cozen, cajole*).

I.) Proprie. *Ter. Phorm.* 2. 1. 18. Senem per epistolam pellexit, modo non montes auri pollicens. *Plaut. Men.* 2. 2. 67. Meretrices extemplo se applicant, agglutinant: si pellexerunt, perditum amittunt domum. *Sueton. Claud.* 26. Illecebris pellectus in amorem. *Cic. Cluent.* 5. 13. Animum adolescentis, nondum consilio ac ratione firmatum, pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deleniri potest. *Id. Flacc.* 30. 72. Mulierem imbecilli consilii pellexit ad se. *Liv.* 4. 15. *ad fin.* Sp. Mælium cibo objiciendo ratum, victorem finitimorum omnium populum in servitutem perlici posse. *Tac.* 11. *Ann.* 19. Qui Chaucos ad deditionem pellicerent. *Justin.* 38. 3. 1. Hunc Mithridates mire ad societatem Romani belli-pellicere cupiebat. *Tac.* 3. *Ann.* 42. Florus insistere destinatis, pellicere alam equitum, ut cæsis negotiatoribus R. bellum inciperet. *et* 1. *ibid.* 2. Militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 14. Nam vitiis ejusmodi pellectus animus nec præmium jucundius, quam fructum libidinis, nec supplicium gravius, quam frustrationem cupiditatis existimat. *Pacat. Paneg. Theodos.* 32. Tua benignitate pellectæ Scythicæ nationes tantis examinibus confluebant, ut etc. — Poetice. *Lucret.* 5. 1004. Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis. *Id.* 6. 1001. *de magnete.* Causa patefiet, quæ ferri pelliciat vim. — *Vulgat. interpr.* 2. *Petr.* 2. 13. Oculos habentes plenos adulterii et ineffabilis delicti. Pellicientes animas instabiles.

II.) Transiate. ¶ 1. *Pellicere segetes*, carminibus et veneficiis excantare, et alio trahere, traducere. *V.* EXCANTO. Ad illud *Virg.* 8. *Ecl.* 99. Atque satas alio vidi traducere messes: *Servius*: Magicis quibusdam artibus hoc fiebat: unde est in XII. Tabulis: NEVE ALIENAM SEGETEM PELLEXERIS: quod et *Varro*, et multi scriptores fieri deprehensum animadvertunt. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 8. (41). C. Furius Chresimus quum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. ¶ 2. Pro extorquere, exprimere. *Cic.* 1. *Orat.* 57. 243. Multo majorem partem sententiarum sale tuo et lepore et politissimis facetiis pellexisti. *Colum.* 12. *R. R. præf.* 9. Quum matronæ domi confectas vestes fastidio habeant, perversaque cupidine pretiosiores alias a viris pelliciant, quæ grandi pecunia et totis pæne censibus redimuntur. *At* Gesnerus, *probante* Schneider. *legit*: Quum matronis domi confectæ vestes fastidio sint, perversaque cupidine maxime placeant, quæ etc.

PELLĪCĬUM, ĭi, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PELLĪCĬUS *vel* pelliceus, a, um, adject. *di pelle*, σπάτειος, ex pelle factus. *Paul. Dig.* 34. 2. 25. Tunicam et stragula pellicia habere. Ita *Haloand.* et *Torrentin.* Al. *pellicea.* Similiter *Pallad.* 1. *R. R.* 43. Tunicæ pelliciæ. Al. *pelliceæ*, ut apud *Lamprid. Elagab.* 4. Sella pellicea, an ossea, an eborata, an argentata. Sic *Vulgat. interpr.* 1. *Reg.* 5. 9. Fecerunt sibi sedes pelliceas. *et Levit.* 13. 59. Supellex pellicea. *et* 4. *Reg.* 1. 8.. *Matth.* 3. 4. et *Marc.* 1. 6. Zona pellicea. — Hinc

Pellĭcĭum, ĭi, n. 2. absolute, substantivorum more, est vestis pellicia. *Gloss. Philox.* Pellicium, βαίτη.

PELLĪCO, as, are, n. 1. æmulor. *Gloss. Philox.* Pellico, ζηλεύω.

PELLĪCŪLA, æ, f. 1. *deminut. a* pellis, *pellicina, pellicola*, δερμάτιον, tenuis, exigua pellis. — *a*) Generatim. *Cic. Mur.* 36. 75. Stravit pelliculis hædinis lectulos Punicanos. Adde *Val. Max.* 7. 5. *n.* 1. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 15. 47. (137). Cerebrum viperæ illigatum pelliculæ dentitiones adjuvat. *Id. ibid.* 11. 30. (99). Pellicula caprina. *Id.* 32. *ibid.* 5. 18. (52). agnina. *Juvenal.* 1. 11. unde alius furtivæ devehat aurum Pelliculæ. *h. e.* aureum vellus Phrixi. *Inscript.* apud *Henzen.* 7221. STATIAE C. L. ANTIOCHENI C. CAVIVS C. *l.* QVADRATVS VIR GAVIA C. ET ANTIOCHIN. *f.* TERTVLA C. GAVIVS C. L. DONIVS CVM SVIS QVI CALICVLIS LANA PELLICVLIS VITAM TOLERAVIT SVAM. — *b*) Urbane *Horat.* 2. *Sat.* 5. 37. ire domum, atque Pelliculam curare jube. *h. e.* valetudinem, corpus curare, genio indulgere. *curare cutem* dixit *Id.* 1. *Ep.* 2. 29. ead. sententia. — *c*) *Martial.* 3. 16. sed te, mihi crede, memento Nunc in pellicula, cerdo, tenere tua. *h. e.* contine te intra fines conditionis et artificii tui: metire te tuo modulo ac pede, ut ait *Horat.* 1. *Ep.* 7. 98. et quiesce in propria pelle, 1. *Sat.* 6. 22. *statti ne' tuoi panni.* — *d*) *Pers.* 5. 116. Pelliculam veterem retines. *h. e.* pristinos mores et pravam indolem.

PELLĬCŬLĀTĬO. *V.* PELLICATIO.

PELLĬCŬLO, as, are, a. 1. *involgere con pelle, στρεφόω*, pelle involvo. *Colum.* 12. *R. R.* 39. 2. Opercula vasorum gypsare et pelliculare. *et ibid.* 48. 1. *Schneid.* Contectum vas pelliculetur. *et* 5. Vas operculatum pelliculant. Adde *ibid.* 58. 2. *Gloss. Philox.* Pelliculare, δερματῶσαι, ὑποδερματίζειν.

PELLĬCUM Galerum, quia fiebat ex pelle. *Paul. Diac. V.* PELLIRIS.

PELLĬGER, gĕra, gĕrum, adject. pellem gerens, pelle indutus. *Venant.* 9. *carm.* 5. Pelligeri veniens Clodovæi gente potenti. *Al. rectius leg.* belligeri.

PELLĪNUS, a, um, adject. ex pelle factus. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 3. 28. Femoralia pellina.

PELLĬO, ōnis, m. 3. *pellicciajo*, qui pelles perficit, et varia ex iis opera facit: et præcipue tentoria militum. *Plaut. Men.* 2. 3. 52. Quasi supellex pellionis, palus palo proximus est. *Lamprid. Alex. Sev.* 24. Linteonum, pellionum, vitreariorum vectigal instituit. Adde *Aurel. Arcad. Dig.* 50. 6. 6. *extr.*

PELLĬON, ĭi, n. 2. herba eadem ac daphnoides. *Apul. Herb.* 58.

PELLĬŌNĀRĬUS, ii, m. 2. idem ferme qui pellio, præsertim qui pelles comparat in usum militiæ. *Inscript.* apud *Don. cl.* 2. *n.* 1. Q. VELLIVS ANNIVS PROCVRAT. COL. PELLIONARIORVM.

PELLĪRIS, e, adject. pellitus. *Paul. Diac. p.* 204. 13. *Müll.* Pellirem galerum, quia fiebat ex pelle. *Sic boni Codd.; sunt qui* pellicum *leg., et qui mutant in* pellitum.

PELLIS, is, f. 3. Ratione habita etymi, fortasse est a φελλός *suber, cortex;* certe jungenda est vox cum Lat. *palla* et Germ. *Fell.* — Pellis est operimentum corporis animalium; et *V.* in CUTIS quomodo a *cute* differat, δέρμα (It. *pelle, cuojo, cute;* Fr. *peau;* Hisp. *cuero, piel ó pellejo;* Germ. *das Fell, die Haut eines Thieres;* Angl. *the skin or hide of a beast, the fell or pelt*).

I.) Proprie. — *a*) De pelle, quæ brutorum animalium corporibus adhæret. *Varro* 2. *R. R.* 1. 6. Ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles (*poetæ antiqui*) tradiderunt. *Phædr.* 1. 24. Rana rugosam inflavit pellem. *Colum.* 6. *R. R.* 13. 2. Est et infesta pestis bubulo pecori, coriaginem rustici appellant, quum pellis ita tergori adhæret, ut apprehensa manibus diduci a costis non possit. — *b*) De pelle brutis animantibus detracta. *Varro* 2. *R. R.* 11. 11. Quædam nationes harum (*caprarum*) pellibus sunt vestitæ. *Cic.* 1. *Nat. D.* 29. 82. Sospita illa nostra cum pelle caprina, hasta, scutulo. *Cæs.* 3. *B. G.* 13. Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. *Virg.* 2. *Æn.* 722. fulvique insternor pelle leonis. *Ovid.* 3. *Art. am.* 77. Anguibus exsuitur tenui cum pelle vetustas. *con la spoglia. Plin.* 24. *Hist. nat.* 11. 56. (94). Pelles perficere. *conciare.* et 13. *ibid.* 6. 13. (55). candidas conficere. *Id.* 28. *ibid.* 9. 40. (146). Pelles colore aureo ducere felle taurino. *At* Sillig. *legit*: Pelves aureo colore obducere etc. — *c*) Poetice de cute hominum corpori adhærente. *Lucret.* 6. 1194. cavati oculi, cava tempora, frigida pellis Duraque. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 28. Qui ossa atque pellis totus est; ita cura macet. Cf. *eumd. Capt.* 1. 2. 32. — *d*) Hinc proverbia. — Quiescere in propria pelle, *contentarsi del suo stato,* apud *Horat.* ubi *Porphyrion* dicit hoc ductum esse ex prisco more dormiendi in lectis pelle stratis. Num *Horatius* cogitaverit de pelle leonis ab asino sumpta (lege fab. Æsop. ὄνος λεοντῆν φέρων), decernere nolim. *V.* PELLICULA *c.* — Pellem alicui detrahere, *scoprire le altrui magagne,* occulta aliorum vitia detegere et notare. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 62. quum est Lucilius ausus Primus in hunc operis componere carmina morem, Detrahere et pellem, nitidus qua quisque per ora Cederet, introrsum turpis; num Lælius, aut qui Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen, Ingenio offensi? Hinc *Id.* 1. *Ep.* 16. 45. Introrsum turpis, speciosus pelle decora. *Pers.* 4. 14. summa nequidquam pelle decorus. — Caninam pellem rodere, *dir male di un maledico,* maledicum et improbum dictis lacessere. *Martial.* 5. 60.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochen est vestis, aut quippiam aliud e pelle. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 9. et 11. *ibid.* 1. 21. Pellibus manicatis prohibere frigora. *Ovid.* 3. *Trist.* 10. 19. Pellibus, et sutis arcent male frigora bracis. *Id.* 5. *ibid.* 10. 32. Pellibus et longa tempora tecta coma. *buffe.* Adde *ibid.* 7. 49. *Id.* 1. *Art. am.* 516. Nec vagus in lana pes tibi pelle natet. *scarpa.* et *Pers.* 5. 140. Jam pueris pellem succinctus, et œnophorum aptas. *h. e.* sacculum, manticam itineri vel etiam vestem arcendis imbribus. ¶ 2. Militum tentoria in castris e pelle fuerunt. Hinc *sub pellibus,* in castris, in expeditione, *in campagna. Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 2. 4. In bello ita magna rei militaris esse occupatio solet, ut non multum imperatori sub ipsis pellibus otii relinquatur. *Liv.* 37. 39. Instare hiemem: aut sub pellibus habendos milites, aut si concedere in biberna vellent, etc. *Tac.* 13. *Ann.* 35. Retentus omnis exercitus sub pellibus, quamvis hieme sæva. *Flor.* 1. 12. Veientium quanta res fuerit, indicat decennis obsidio. Tunc primum hiematum sub pellibus. *Liv.* 5. 2. Durare sub pellibus. Huc fortasse pertinet illud *Cic. Pis.* 36. 87. Quum omni totius provinciæ pecore compulso, pellium nomine, omnem quæstum illum domesticum renovasti. ¶ 3. Significat etiam membranam, *pergamena. Martial.* 14. 190. Pellibus exiguis arctatur Livius ingens. *h. e.* T. Livii historia perscripta est parvis membranis.

PELLĪTUS, a, um, adject. vel rectius particip. præter. ab inusit. *pellire,* pelle tectus. Hinc — *a*) De hominibus est pelle indutus, *pellicciato.* Priscis temporibus homini vestis vulgo e pelle, tum scilicet quum glande vescebantur: postea luxu ea rejecta, tamquam ferina, et sumpta lana, aurum, purpura, etc. ut est apud *Lucret.* 5. 1418. Mos ille apud barbaras gentes, rudes et pauperiores diu duravit. *Propert.* 4. 1. 11. Curia, prætexto quæ nunc nitet alta senatu, Pellitos habuit, rustica corda, patres. *Ovid.* 4. *Pont.* 8. 82. Litora pellitis nimium subjecta Corallis. Adde *ibid.* 10. 2. Huc pertinet illud *Cic. pro Scauro* apud *Ascon.* Hæc quum tu effugere non potuisses, contendes tamen et postulabis, ut M. Æmilius cum sua dignitate omni, cum patris memoria, cum avi gloria, sordidissimæ, levissimæ, vanissimæ genti, ac prope dicam, pellitis testibus condonetur. *Liv.* 23. 40. Hampsicora tum forte profectus erat in pellitos Sardos. *V.* MASTRUCA. *Tertull. Pall.* 3. Quod in novo corpore indebitum adhuc pudori erat, protegere festinans Adam, id ficulneis foliis interim circumdat; dehinc quum de originis loco exterminat, pellitus orbi, ut metallo, datur. — Huc pertinet et illud *Prudent. Psychom.* 226. Pellitos habitus sumpsit venerabilis Adam. *h. e.* qui ex pelle constabant. — De pellito galero, *V.* PELLIRIS. — *b*) De brutis animantibus. *Pellitæ oves,* quæ propter lanæ bonitatem, ut sunt Tarentinæ et Atticæ, pellibus integuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel infici recte possit, vel lavari ac parari. (*Schneider.* putari). Ita *Varro* 2. *R. R.* 2. 18. Cf. *eumd. ibid.* 11. 7. Harum fit mentio etiam ab *Horat.* 2. *Od.* 6. 10. *V.* et *Colum.* 7. *R. R.* 2. 4. et 4. 5.

PELLO, pellis, pĕpŭli, pulsum, pellere, a. 3. *Pulsi* pro *pepuli* rarum, nec imitandum. *Ammian.* 30. 5. *sub fin.* Dexteram stratoris militis jussit abscidi, quæ eum insilientem jumento pulserat consueto. — Part. *Pellens* II. 4.; *Pulsus* in omnibus paragr.; *Pellendus* II. 2. 1.°; *Pulsurus* II. 2. 2.° — Pellere (quod nonnulli ducunt vel a παλλω *vibro, quatio,* vel ab ἀπέλλω *arceo,* vel a βάλλω *projicio*) est percutere, pulsare, pulsando movere (It. *spingere, urtare, battere, battendo mettere in moto;* Fr. *battre, frapper, choquer, mouvoir;* Hisp. *pegar, cascar, golpear, chocar, mover;* Germ. *stossen, schlagen, etwas in Bewegung setzen;* Angl. *to beat, strike, to drive or chase away*).

I.) Proprie est ferire, percutere, pulsare, pulsando movere. *Ennius* apud *Festum p.* 356. 2. *Müll.* Poste recumbile, vestraque pectora pellite tonsis. *Id.* apud *Gell.* 2. 26. Cæruleum spumat sale conferta rate pulsum. Cf. *Catull.* 64. 58. Immemor at juvenis fugiens pelit vada remis. et *Tibull.* 2. 5. 33. At qua Velabri regio patet, ire solebat Exiguus pulsa per vada linter aqua. *h. e.* remis agitata et impulsa. et *Petron. Satyr.* 123. velut ex alto quum magnus inhorruit Auster, Et pulsas evertit aquas. *Lucret.* 5. 1041. membra moventes Duriter, et duro terram pede pellere matrem. Cf. *Catull.* 61. 14. Pelle humum pedibus, manu Pineam quate tædam. et *Horat.* 3. *Od.* 18. 15. Gaudet invisam pepulisse fossor Ter pede terram. *h. e.* saltasse cum tripudio. *Ter. Adelph.* 4. 5. 3. Tu ne has pepulisti fores? *et ibid.* 5. 3. 2. Quisnam a me pepulit tam graviter fores? *Lucret.* 5. 1095. ventis pulsa (*arbor*) vacillans Æstuat. *Cic. Brut.* 54. 199. Ex nervorum sono in fidibus, quam scienter ei pulsi sint, intelligi solet. *Ovid.* 10. *Met.* 205. lyra pulsa manu. *Auct. Paneg. ad Pis.* 157. Nec pudeat pepulisse lyram. *Tibull.* 1. 1. 46. Martia cui somnos classica pulsa fugent. *h. e.* inflata. (classica enim sunt tubæ, cornua, litui). Catachresis. — Huc referri potest et illud *Propert.* 4. 9. 15. Mænalio jacuit pulsus tria tempora ramo Cacus. *h. e.* ictus, verberatus, *percosso.*

II.) Translate. ¶ 1. Stricto sensu, metaphorâ ductâ a superiori paragr., est movere, commovere, percellere, afficere. *Cic.* 2. *Fin.* 10. 32. Nec ullum habet ictum, quo pellat animum, status hic non dolendi: at ille pellit, qui permulcet sensum voluptate. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 10. 30. Disputari poterat, quemadmodum primo visa nos pellerent; deinde appetitio ab his pulsa sequeretur. *Id.* 3. *Off.* 10. 41. Species utilitatis animum pepulit ejus. *Al. leg.* impulit. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 20. 66. Visa ista quum acriter mentem sensumve pepulerunt, accipio. *Liv.* 30. 14. Ipsum in Hispania juvenem nullius forma pepulerat captivæ. *Cic.* 4. *Fam.* 13. Nulla me ipsum privatim pepulit insignis injuria: tamen nihilominus eis conficior curis, ut etc. Adde *eumd.* 1. *Divinat.* 36. 80. *Id. Brut.* 87. 297. Longi sermonis initium pepulisti, Attice, remque commovisti nova disputatione dignam. *h. e.* movisti, excitavisti, proposuisti. *hai promosso.* Est qui malit *detulisti. — Ovid.* 3. *Amor.* 1. 23. Tempus erat thyrso pulsum graviore moveri. *h. e.* poetico furore percussum, *spinto, mosso.* ¶ 2. Latiori sensu est expellere, ejicere, dejicere, amovere, *scacciare, fare uscire per forza.* — 1.°) Universim. — *a*) Cum addito termino, a quo quis pellitur. *Cic. Pis.* 10. 23. Quum viri boni lapidibus e foro pellerentur. *Cæs.* 1. *B. G.* 31. Futurum esse paucis annis, uti omnes ex Galliæ finibus pellerentur. *Nepos Pelop.* 3. *extr.* Præsidium ex arce pepulerunt. *Vellej.* 1. 3. 1. Achæi ex Laconia pulsi. *Plaut. Amph.* 1. 1. 113. Me malum esse oportet, atque hunc, telo suo sibi, malitia a foribus pellere. *Ter. Eun.* 2. 1. 9. Istum æmulum, quod poteris, ab ea pellito. *Ovid.* 14. *Met.* 477. Pellor ab agris patriis. *Petron. Satyr.* 122. Pulsus ab urbe mea. *Ovid. Ib.* 124. pellere aliquem a sacris. *Cic. Dom.* 43. 112. Hæc me domo mea pellet? *Id. Mil.* 27. 74. P. Varium pellere possessionibus, armis castrisque conatus est. *Id. Harusp. resp.* 18. 39. Lapidibus optimos viros foro pellis. *Justin.* 28. 2. 7. Prius illis Gallos Italia pellendos dirit, quam etc. *Id.* 35. 1. 2. Pellere aliquem regno. Sic *Horat.* 1. *Sat.* 6. 13. Tarquinius pulsus regno. *Virg.* 10. *Æn.* 852. Pulsus ob invidiam solio scæptrisque paternis. *Sall. orat. Licin. ad pleb.* Pellere aliquem dominatione. *Id. Jug.* 45.; et *Cic.* 2. *Off.* 22. 78. sedibus. *Nepos Arist.* 1. patria. *sbandire. Cic.* 4. *Parad.* 1. 27. civitate. *Vellej.* 2. 26. 1. Pulsus a Sulla acie. *Lucan.* 2. 601. Taurus pulsus armentis. — Et de rebus physicis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 62. (230). Incilia aperire, aquam de agro pellere. *Id.* 22. *ibid.* 21. 30. (64). Pellere calculos e corpore. — *b*) Cum addito termino, ad quem quis pellitur. *Ter. Eun.*

5. 9. 11. Miles pellitur rfoas. *Tac.* 13. *Ann.* 43. Igitur adempta bonorum parte in insulas Baleares pellitur. *Cic.* 2. *Orat.* 13. 56.; et *Tac.* 4. *Ann.* 20. Pellere aliquem in exsilium. — c) Absolute. *Propert.* 3. 14. 9. Peccaram semel, et totum sum pulsus in annum. — Et in re politica de exsilio. *Liv.* 34. 26. Ipsorum quoque Lacedæmoniorum exsules permulti, tyrannorum injuria pulsi. Adde *eumd.* 35. 37. et 38. Sic *Val. Max.* 1. 1. *n.* 7. *exter.* Athenienses Diagoram philosophum pepulerunt. *cacciarono in bando.* — 2.°) Speciatim in re militari *pellere hostem* est loco movere; item depellere, repellere, atque adeo prægnanti significatione vincere ac superare. *Ammian.* 16. 12. Alamanni, pulsis disjectisque equitibus nostris, primam aciem peditum incesserunt, eam abjecta resistendi animositate pulsuri. *Cæs.* 7. *B. G.* 62. Primo concursu hostes pelluntur, atque in fugam conjiciuntur. *Liv.* 7. 8. Primo gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt, postremo haud dubie avertunt. *Id.* 2. 6. *extr.* Hostis non stetit solum, sed etiam ab sua parte Romanum pepulit. *Id.* 2. 50. Mox, ut respirandi superior locus spatium dedit-, pepulere etiam subeuntes. *Cæs.* 3. *B. C.* 75. *sub fin.* Antesignani tantum profecere, ut pellerent omnes, compluresque interficerent. *Id. ibid.* 28. Maximas nationes, quæ prælio contendissent, pulsas superatasque esse. *respinte, battute.* Sic *Id.* 1. *B. G.* 7. Consul occisus, exercitusque ejus ab Helvetiis pulsus et sub jugum missus. *et* 3. *B. C.* 79. Pulsum fugere Cæsarem, pæne omnibus copiis amissis. *Nepos Agesil.* 3. *in fin.* Pepulit ergo, quotiescumque congressus est, multo majores adversariorum copias. *sconfisse.* — Sic figurate *Plaut. Trin.* 2. 2. 27. Si animus hominem pepulit, actum est; animo servibit, non sibi: Sin ipse animum pepulit, dum vivit, victor victorum cluet. Tu si animum vicisti, potius quam animus te, est quod gaudeas. *MSS. Codices leg.* pepulit; *vulgati libri* perpulit; *Lambinus* perculit. Rursus *Plaut. Epid.* 4. 1. 14. Plane hic ille est, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam Pepulit. *h. e.* virginitatem mihi eripuit. ¶ 3. *Pulsus* speciatim de eo, qui repulsam tulit. *Petron. Satyr.* 119. Non homo pulsus erat, sed in uno victa potestas. Loquitur de M. Porcio Catone, qui quum aliquando præturam consequi a populo non potuisset, Si vere, inquit *Val. Max.* 7. 5. *in fin.*, æstimare volumus, non Catoni tunc prætura, sed prætura Cato negatus. ¶ 4. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 2., *pellere* usurpatur de humani corporis animique affectionibus et de abstractis. *Cic.* 2. *Off.* 4. 13. Pellere frigus. *Ovid.* 3. *Fast.* 827. morbos arte Phæbea. *Colum.* 10. *R. R.* 69.; et *Sil. It.* 7. 300. somnum. *Horat.* 2. *Od.* 2. 14. sitim. Sic *Stat.* 5. *Theb.* 1. Pulsa sitis fluvio. *Ovid.* 14. *Met.* 216. pellens Glande famem. *Id.* 7. *ibid.* 290. Pulsa fugit macies. *Catull.* 63. 41. umbras noctis. *Ovid.* 3. *Art. am.* 379. crimina ab aliquo. *h. e.* prohibere, amovere. *Id.* 2. *Met.* 838. moram. *Cic.* 1. *Fin* 13. 43. mœstitiam ex animis. *Virg.* 6. *Æn.* 382. Pulsus corde dolor. Cf. *eumd.* 2. *ibid.* 784. lacrimas dilectæ pelle Creusæ. *h. e.* desine flere ob Creusam. *Horat.* 1. *Od.* 7. 31. Pellere curas vino. *Propert.* 3. 11. 49. Auro pulsa fides. *Ovid.* 6. *Met.* 375. Pulsus pudor.

PELLOS, i, f. 2. a πελλός, fuscus, niger. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 60. 79. (164). Ardeolarum tria genera, leucon, asterias, pellos.

PELLŪCENS *vel* perlucens, entis, particip. *V.* voc. seq.

PELLŪCĒO *vel* periuceo, ces, xi, cere, n. 2. (per *et* luceo). *Vel. Long. de Orthogr. p.* 2227. *Putsch.* præfert *pelluceo.* Idem admittit *Priscian.* 2. *p.* 571., sed et *perluceo* probat, quod *Dausqu.* præferre videtur. — Part. *Pellucens* I. et II. — Pelluceo est idem ac totus luceo, niteo, lucem transmitto, transluceo, διαφαίνω (It. *rilucere, tralucere, trasparire, essere diafano*; Fr. *luire à travers, être transparent, diaphane*; Hisp. *lucir de medio, ser transparente*; Germ. *durchscheinen, durchschimmern, hervorscheinen, hervorschimmern*; Angl. *to shine through, be transparent or pellucid*).

I.) Proprie. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 29. Ita is pellucet, quasi laterna Punica. *Liv.* 41. 2. Nebula matutina texerat inceptum: qua dilabente ad primum teporem solis, perlucens jam aliquid, tamen, ut solet, lux speciem omnium multiplicem reddens etc. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 40. (122). Amethysti perlucent omnes violaceo colore. *Al.* decore. *Sunt qui in his tribus allatis verbum* pellucere *sativum esse affirmant. V.* PELLUCIDUS sub *B.* Ceterum *Cic.* 2. *Nat. D.* 21. 54. Tenuis ac perlucens et æquabili calore suffusus æther. *Scribon. Compos.* 64. Uvæ amineæ acerbæ quum primum granum incipiet perlucere. *Ovid.* 4. *Met.* 313. perlucenti circumdata corpus amictu. Sic *Juvenal.* 2. 78. Cretice pelluces. *h. e.* pellucida toga indutus incedis. Rursus *Ovid.* 4. *Met.* 411. *de vespertilionibus.* Sustinere tamen se perlucentibus alis. *et* 6. *ibid.* 390. salientia viscera possis, Et perlucentes numerare in pectore fibras. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 15. 20. (50). Sarum miri candoris a vado ad summa perlucens. *Seneca Ep.* 114. *a med.* Perlucens toga. *Tibull.* 3. 4. 71. Sed perlucenti cantus meditabar avena. *h. e.* tibia multis foraminibus instructa, quam multiforam dixere *Ovid.* et *Senec. Plin.* 10. *Hist. nat.* 54. 75. (151). Si contra lumen cacumine ovorum apprehenso una manu, purus et unius modi perluceat color. *V.* OBINANIS. *Martial.* 2. 46. Sic tua suppositis perlucent prela lacernis. *Seneca Herc. Fur.* 1001. Perlucet omnis regia. *h. e.* disjectis eversisque parietibus, undique lumen admittit. *Al. aliter leg.* Sic *Juvenal.* 11. 13. Et cito casurus, jam perlucente ruina.

II.) Translate. *Cic. Brut.* 79. 274. Ita reconditas exquisitasque sententias mollis et pellucens vestiebat oratio. *h. e.* nitida, polita. *Id.* 2. *Off.* 9. 32. Illud ipsum quod honestum decorumque dicimus,-maxime quasi perlucet ex eis, quas commemoravi, virtutibus. *Seneca Agam.* 148. Perlucet omne regiæ vitium domus. *h. e.* in ore et oculis omnium est. *Quintil.* 6. 2. 13. Mores dicentis ex oratione pelluceant, et quodammodo agnoscantur. Adde *eumd.* 8. 3. 25.

PELLŪCESCO. *V.* PERLUCESCO.

PELLŪCĬDĬTAS *vel* perluciditas, ātis, f. 3. *trasparenza. Vitruv.* 2. 8. *ante med.* Parietes ita tectoriis operibus expoliti, ut vitri pelluciditatem videantur habere.

PELLŪCĬDŬLUS *vel* perlucidulus, a, um, adject. deminut. pellucidi. *Catull.* 69. 3. pelluciduli deliciæ lapidis. *h. e.* margaritæ.

PELLŪCĬDUS *vel* perlucidus, a, um, adject. duo diversa significat, scil.

A) Est totus lucidus, lucem transmittens, transluciaus, *rilucente, trasparente, diafano,* διαφανής. — *a*) Generatim. *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 142. Natura oculos membranis vestivit, quas perlucidas fecit, ut per eas cerni posset. *Id.* 2. *Divinat.* 17. 40. Deos jocandi causa induxit Epicurus perlucidos et perflabiles. *Ovid. Heroid.* 15. 157. Fons nitidus, vitreoque magis perlucidus amne. *Horat.* 1. *Od.* 18. 16. Arcanique fides prodiga perlucidior vitro. — *b*) Speciatim est tenui et pellucenti veste indutus. *Tibull.* 4. 6. 13. purpureaque veni pellucida palla. *Martial.* 12. 38. Crine nitens, niger unguento, perlucidus ostro. *Seneca Const. Sap.* 18. Perlucidus, crepidatus, armillatus. *Id.* 7. *Benef.* 9. *ad fin.* Video sericas vestes: si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est, quo defendi aut corpus, aut denique pudor possit: quibus sumptis mulier parum liquido, nudam se non esse, jurabit. Similia habet *Ep.* 90.

B) Item est valde lucidus, splendens. *Cic.* 1. *Divinat.* 57. 130. Illustris et perlucida stella.

PELLŬLA, æ, f. 1. pellicula. *Varro* 5. *L. L.* 167. *Müll.* Pulvinar vel a plumis, vel a pellulis declinarunt. *Al. leg.* pellibus, *alii* polulis. *V.* PULVINAR init.

PELLŬO. *V.* PERLŬO.

PELLŬVĬA, æ, f. 1. *et* Pelluvium, ii, n. 2. *bacino da lavare i piedi*, vas, in quo pedes lavantur. *Festus p.* 161. 17. *Müll.* Malluviæ dicuntur, quibus manus sunt lautæ, perinde ut quibus pedes, pelluviæ. Sic et *Paul. Diac. p.* 160. 4. *Gloss. Philox.* Pelluvium, ποδονιπτήρ. *V.* POLLURBUM.

PELLŬVĬUM. *V.* voc. præced.

PĔLŌRIS, ĭdis, f. 3. πελωρίς, genus conchæ marinæ, in cibis gratæ, fortasse nomen habentis a Peloro, circa quem plurima invenitur. (quamquam *Varro* 5. *L. L.* 77. *Müll.* Item in conchyliis aliqua (*vocabula*) ex Græcis, ut peloris, ostreæ, echinus.) *Horat.* 2. *Sat.* 4. 32. Murice Bajano melior Lucrina peloris. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 9. 31. (99).; et *Cels.* 2. 29. Pelorides emolliunt alvum. *Martial.* 6. 11. Tu Lucrina voras: me pascit aquosa peloris. *h. e.* insipida, fatua. *Id.* 10. 37. Et fatuam summa cœnare pelorida mensa. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PELTA, æ, f. 1. *sorta di scudo, o targa,* πέλτη, genus scuti parvi, levis (nam e loro olim fuisse dicitur), umbone carentis, et ab una parte in modum lunæ nondum plane dimidiæ, sed in cornua aliquantum diductæ conformati. Unde lunata dicitur a *Virg.* 1. *Æn.* 494. et *Senec. Hippol.* 402. Tradit *Liv.* 28. 5. *a med.* cetræ haud dissimilem fuisse. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 5. 11. (23). scribit, ficum Indicam foliorum latitudine effigiem peltæ Amazonicæ habere. *Varro* 7. *L. L.* 43. *Müll* Ancilia dicta ab ambecisu, quod ea arma ab utraque parte, ut peltæ Thracum, incisa. *Vox* peltæ *in* Mülleri *editione* deest. — Thracum olim et Amazonum tegumen fuit, mox aliorum quoque. *Sil. It.* 2. 80. Thermodontiaca munita in prœlia pelta. *Virg.* 7. *Æn.* 743. *de Campanis militib.* Æratæque micant peltæ, micat æreus ensis. *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 95. Nec tibi Amazonia est pro me sumenda securis, Aut excisa levi pelta gerenda manu. — Figurate *Fronto* 1. *ad M. Cæs.* 4. Ecce autem circa Ennium aliam malitiosam peltam dedisti, quum ais, nisi ex somno exsuscitatus esset, numquam somnium suum narrasset. *h. e.* maligna argutia usus es, quum ais etc. At *Heindorf.* probante *Niebuhrio* pro *peltam* reponendum conj. *plagam.* Num *pillam* scriptum fuit, ita ut legendum sit *pilam*, h. e. *palla con cui si dà il suffragio*?

PELTASTÆ, ārum, m. plur. 1. πελτάσται, milites peltis armati. *Liv.* 31. 36. *de Philippo Maced. rege.* Nocte cetratos, quos peltastas vocant, loco opportuno in insidiis abdiderat. *Id.* 28. 5. *a med. de eod.* Quemdam ex regiis ducibus cum mille peltastis (pelta cetræ haud dissimilis est) Chalcidem mittit. *Al. leg.* peltatis.

PELTĀTUS, a, um, adject. pelta armatus. *Ovid.* 2. *Amor.* 14. 2. Nec fera peltatas (*puellas*) agmina velle sequi. *Id. Heroid.* 21. 117. Non ego constiteram sumpta peltata securi, Qualis in Iliaco Penthesilea solo. *Martial.* 9. 102. Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo. *Claudian. Fescenn. de nupt. Honor. et Mar.* 33. Peltata cohors. *V.* et voc. præced.

PELTĪFER, fĕra, fĕrum, adject. peltam gerens, peltatus. *Stat.* 12. *Theb.* 761. Peltiferæ puellæ. *h. e.* Amazones. *Sabin. Ep.* 2. 9. Mœotides.

PELVICULA, æ, f. 1. *deminut. a* pelvis. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 164. Sed *Martianus Capell.* 3. *p.* 79. deminutivum hoc aliquo modo agnoscere videtur, si tamen sanus est locus.

PELVIS *vel* peluis, is, f. 3. *Priscian.* notat 7. *p.* 757. *Putsch.* in quarto casu *pelvim* dici, ut *turrim, tussim, puppim.* Sed ut sextus et in e et in i desinit, ita et quartus eodem modo desinere potest. — Ratione habita etymi, *Varro* 5. *L. L.* 119. *Müll.* a pedum lavatione ducit, quasi pedeluis. — Ceterum *pelvis* est vas aquarium variis rebus perluendis aptum, ut *Non. p.* 543. 25. *Merc.* definit, λεκάνη (It. *conca, catino*; Fr. *bassin, chaudron*; Hisp. *fuente*; Germ. *die Schüssel, d. Becken, d. Wasserbecken, Waschbecken*; Angl. *a vessel for washing the feet, a basin, laver*). *Laberius* apud *Non. loc. cit.* Amore cecidi, quasi blatta in pelvim. *Juvenal.* 3. 276. Ergo optes votumque feras miserabile tecum, Ut sint contentæ patulas effundere pelves. *Id.* 6. 440. Tot pariter pelves, tot tintinnabula dicas Pulsari. *Pe-*

tron. fragm. Tragur. 70. *Burmann.* Pueri capillati attulerunt unguentum in argentea pelve, pedesque recumbentium unxerunt. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 27. (46). Loco ollis, aut peruncta pelvi ærea cooperto. — Magices fuit genus, quod per pelves exercebatur, diis eliciendis, Græce λεκανομαντεία: de quo *Plin.* 30. *ibid.* 2. 5. (14). Species magices plures sunt: namque et ex aqua, et sphæris, et aere, et stellis, et lucernis, ac pelvibus, securibusque, et multis aliis modis divina promittit. *Id.* 28. *ibid.* 8. 27. (104). Sanguine hyænæ tactis postibus, ubicumque magorum infestari artes, non elici deos, nec colloqui, sive lucernis, sive pelvi, sive pila, sive quo alio genere tentetur.

PĔMĪNŌSUS. *V.* PÆMINOSUS.

PEMMA, ătis, n. 3. πέμμα, Græce est omnis cibus, qui coquitur: a πέπτω, *coquo*. Speciatim est genus placentæ. *Varro* apud *Non. p.* 131. 24. *Merc.* Panis, pemma, lucuns, cibu' qui purissimu' multo est. *et ibid.* 26. Vinum, pemma, lucuns illi nihil ista ministrant. Ita *Scalig.* legit utroque loco. *Oehlerus, M. T. Varron. Sat. Menipp. reliq.* vocem utroque loco Græcis literis exhibet. Græcis πέμμα est etiam secundæ mensæ cibus omnis, ut *Gell.* docet 13. 11. *extr.*

PĔNĀRĪUM, ii, n. 2. *V.* PENUARIUM.

PĔNĀRĪUS, a, um, adject. Aliam formam *pĕnŭārĭus* V. in fin. — Penarius est ad penum pertinens, ut Penaria cella, *salvaroba*, apud *Varron.* 5. *L. L.* 162. *Müll.* Sic *Paul. Diac. p.* 211. 3. *Müll.* Penora dicuntur res necessariæ ad victum quotidianum, et locus earum penarius. *Cic.* 4. *Verr.* 2. 5. Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro ærario fuisse. *Id. Senect.* 16. 56. Semper enim boni assiduique domini referta cella vinaria, olearia, etiam penaria est, villaque tota locuples est. — Dicitur et *penuarius*: nempe a *penus, i*, fit *penarius*: a *penu, us, penuarius. Ulp. Dig.* 33. 9. 3. *a med.* Sive frumentum, sive quid leguminis in cella penuaria habuit. Ita *Torrentin.* et *Haloand.*, et sic legitur a quibusdam etiam in locis *Cicer.* allatis.

PĔNĀTĬCUS, a, um, adject, (penus) *negoziante di grascia*, qui res ad victum pertinentes vendit. *Inscript.* in *Mus. Mant. T.* 2. *p.* 34. *tab.* 4. *n.* 2. HIC REQVIESCIT THOMAS V. H. (*h. e.* vir honestus) NEGOTIATOR PENT. (*h. e.* penaticus) etc. Hæc autem pertinet ad ann. a Chr. n. DXL. V. *Ducang.* in *Gloss. med. et inf. Latinit.* in voc. *Penaticus*; et consule *Zoega, Bassiril. T.* 1. *tab.* 18. *p.* 132., et *Marini Iscriz. Alb. p.* 144. *n.* 150.

PĔNĀTĬGER, gĕra, gĕrum, adject. qui Penates gerit. *Ovid.* 15. *Met.* 450. Hæc Helenum cecinisse penatigero Æneæ Mente memor refero.

PĔNĀTOR, ōris, m. 3. *Festus p.* 237. 2. *Müll.* Penatores, qui penus gestant. Cato adversus M. Acilium quarta: Postquam nautas ex navibus eduxi, non ex militibus atque nautis piscatores penatores feci, sed aurum dedi. *Dacerius* suspicatur legendum esse *venatores*, et *Festum* in corruptum *Catonis* codicem incidisse. Ceterum *Mommsenius* et *Iordan* (*M. Catonis præter librum de R. R. quæ exstant, p.* 45.) vulgatam lectionem *penatores* tuentur et pro *aurum* legendum conjic. *arma.*

PENDĒNS, entis, particip. *V.* voc. seq.

PENDĔO, pendes, pĕpendi, pendere, n. 2. Part. *Pendens* in omnibus fere paragr. — Pendeo est idem ac suspensus sum, κρέμαμαι (It. *essere sospeso o appeso, stare pendente, o attaccato, pendere*; Fr. *pendre, être suspendu*; Hisp. *colgar, estar pendiente*; Germ. *hangen, herabhangen*; Angl. *to hang from, on, at, or about, to be suspended*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Ennius* apud *Non. p.* 149. 32. *Merc.* Pendent peniculamenta unum ad quemque pedum. *Virg.* 8. *Æn.* 631. imitatus *Ennium*, geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros. Cf. *eumd.* 2. *G.* 523. dulces pendent circum oscula nati. *Id.* 3. *ibid.* 51. Et crurum tenus a mento palearia pendent. *Martial.* 7. 37. Turpis ab inviso pendebat stiria naso. *Cic.* 6. *Verr.* 34. 74. Sagittæ pendebant ab humero. *Virg* 6 *Æn* 393. et spolia illa tuis pendentia tectis. *Propert.* 2. 23. 35. capiti sacros patiar pendere corymbos. *Lucret.* 6. 910. quippe catenam Sæpe ex anellis (*lapis magnes*) reddit pendentibus ex se. *Cic.* 5. *Verr.* 26. 66. Pendere ex arbore. *et ibid.* 23. 57. Tamdiu pependit in arbore socius populi R., quamdiu voluntas Apronii tulit. *Varro* apud *Non. p.* 223. 7. *Merc.* In candelabro pendet strigilis. *Petron. Satyr.* 30. Lucerna bilychnis de camara pendebat. *et ibid.* 28. *extr.* Super limen cavea pendebat aurea, in qua pica varia intrantes salutabat. *Ovid.* 8. *Met.* 772. pendentia vidi Serta super ramos. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 17. (58). Pira serotina ad hiemem usque ad matrem pendent, gelu maturescentia. *Ovid.* 3. *Pont.* 3. 17. Horrida pendebant molles super ora capilli. *Id.* 1. *Met.* 12. Nec circumfuso pendebat in aere tellus, Ponderibus librata suis. *Id.* 3. *Amor.* 2. 63. Sed pendent tibi crura: potes, si forte juvabit, Cancellis primos inseruisse pedes. *stanno penzoloni.* et *Virg.* 2. *Æn.* 544. telumque imbelle sine ictu Conjecit, rauco quod protinus ære repulsum, Et summo clipei nequicquam umbone pependit. *h. e.* leviter infixum adhæsit pendens. — *b*) Speciatim pendent vestes exteriores, quibus amicimur, ut toga, chlamys, et hujusmodi. *Ovid.* 2. *Met.* 733. chlamydemque, ut pendeat apte, Collocat. *Martial.* 1. 93. Cerea si pendet lumbis et trita lacerna. *Virg.* 11. *Æn.* 577. Tigridis exsuviæ per dorsum a vertice pendent. — *c*) *Pendere collo* de iis, qui collo alterius brachia circumdant amplexus gratia. *Ovid.* 2. *Fast.* 760. Deque viri collo dulce pependit onus. *Seneca Thyest.* 523. Vos quoque, senum præsidia, tot juvenes, meo Pendete collo. — *d*) Solebant servi pendere ad trabem, dum loris cæderentur. *Ter. Phorm.* 1. 4. 43. Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit. *Id. Eun.* 5. 7. 20. Tu jam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas flagitiis, et eumdem indicas. *Plaut. Asin.* 3. 3. 26. LE. O Libane, ut miser est homo, qui amat! LI. imo hercle vero qui pendet, multo est miserior. LE. scio, qui periculum feci. *Id. Asin.* 2. 2. 35. Nudus vinctus centum pondo es, quando pendes per pedes. Hoc supplicium *Id. ibid.* 37. ita describit: Ad pedes quando alligatum est æquum centupondium, ubi manus manicæ complexæ atque adductæ ad trabem. — *e*) De iis, qui se suspendunt. *Ovid. Remed. am.* 17. Cur aliquis collum laqueo nodatus ab arcto, E trabe sublimi triste pependit onus? *Martial.* 8. 61. Livet Carinus, rumpitur, furit, plorat, Et quærit altos, unde pendeat, ramos. *Id.* 4. 77. Pendentem volo Zoilum videre. — *f*) Poetice de votis et donariis. *Virg.* 7. *Ecl.* 24. Hic arguta sacra pendebit fistula pinu. *Propert.* 4. 3. 16. Omnibus heu portis pendent mea noxia vota. *Virg.* 7. *Æn.* 183. Multaque præterea sacris in postibus arma, Captivi pendent currus curvæque secures, Et cristæ capitum, et portarum ingentia claustra, Spiculaque, clipeique, ereptaque rostra carinis. Adde *Sil. It.* 1. 617.; et *Tibull.* 2. 5. 29. — *g*) Item pendent leges et edicta, quæ proponuntur, et in loco publico suspenduntur, ut omnibus nota fiant. *Lamprid. Alex. Sev.* 45. Tacebantur secreta bellorum: itinerum autem dies publice proponebantur, ita ut edictum penderet ante menses duos. *Auson. Grat. act.* 21. Has ego litteras tuas si in omnibus pilis atque porticibus, unde de plano legi possint, instar edicti pendere mandavero, etc. — *h*) Item rei, quorum nomina ab accusatoribus delata, in actis magistratuum publice perscripta sunt. *Sueton. Domit.* 9. Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, universos discrimine liberavit, nec repeti nisi intra annum, eaque conditione permisit, ut accusatori, qui causam non teneret, exsilium pœna esset. *V.* simile quippiam apud *eumd. Aug.* 32. *Plin.* 4. *Ep.* 9. Ad senatum remissus diu pependit. *h. e.* illius nomen diu affixum fuit. — *i*) Et ii, quorum bona venalia propter æs alienum proponuntur. *Sueton. Claud.* 9. *in fin.* Ad eas rei familiaris angustias decidit, ut quum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit sub edicto præfectorum. — *l*) Et ipsæ res, quæ venales prostant. *Phædr.* 3. 4. Pendere ad lanium quidam vidit simium. — *m*) *Pendere filo* vel *tenui filo* dicuntur quæ in summo discrimine versantur. *V.* FILUM.

II.) Translate usurpatur

A) De rebus physicis, et *pendere* nonnullis videtur prægnanti significatione adhibitum. ¶ 1. Generatim. — *a*) Pendent aves, quum in aere se sustinent, neque progrediuntur. *Ovid.* 7. *Met.* 379. olor niveis pendebat in aera pennis. *et* 8. *ibid.* 145. jam pendebat in auras, Et modo factus erat fulvis halyætos alis. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 38. 54. (111). Aves quædam expandunt alas, pendentesque raro intervallo quatiunt. *h. e.* suspensis magis et stantibus similes, quam volantibus et procedentibus. Sic *Martial. Spectac.* 21. *de Orpheo.* Et supra vatem multa pependit avis. — Sic de velocissime currente, et vestigia vix signante. *Stat.* 6. *Theb.* 638. vix campus euntem Sentit, et exilis plantis intervenit aer. Raraque non fracto vestigia pulvere pendent. — Huc referri potest et illud *Phædr.* 5. 8. Cursu volucri pendens in novacula. *h. e.* leviter insistens et pæne non attingens. — *b*) Item pendere dicuntur, quæ supra caput instant imminentque, *essere imminente. Virg.* 1. *G.* 214. Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent. Sic *Ovid.* 1. *Met.* 268. pendentia nubila. *et Val. Flacc.* 3. 499. viden', Arctoo de carcere quanta Tollat se nubes atque æquore pendeat atro? *Vet. Poeta* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 16. 37. Per speluncas saxis structas asperis pendentibus. Sic *Lucret.* 6. 195. Speluncasque velut saxis pendentibu structas. et *Ovid. Heroid.* 15. 141. antra scabro pendentia topho. *Virg.* 4. *G.* 374. thalami pendentia murice tecta. *h. e.* imminentia. Sic *Martial.* 2. 14. centum pendentia tecta columnis. *Ovid. Heroid.* 10. 26. Hinc scopulus raucis pendet adesus aquis. *Horat.* 3. *Od.* 1. 17. Destrictus ensis cui super impia Cervice pendet. Sic figurate *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 8. (21). Pendentia fata, *morte imminente.* — *c*) Item qui in summo, aut præcipiti stant, et non insistere, sed hærere et suspensi esse videntur. *Virg.* 1. *Æn.* 100. Hi summo in fluctu pendent: his unda dehiscens Terram inter fluctus aperit. *Id.* 5. *ibid.* 206. illisaque prora pependit. *Id.* 1. *Ecl.* 77. *de capris.* Dumosa pendere procul de rupe videbo. *Ovid.* 1. *Pont.* 7. 51. pendentes rupe capellæ. *h. e.* stantes in præcipiti quasi suspensæ sint. *Sil. It.* 8. 283. *de auriga.* Et præceps trepida pendens in verbera planta, Impar fertur equis. *Virg.* 10. *Æn.* 586. pronus pendens in verbera telo Admonuit bijugos. *Ovid. Heroid.* 18. 52. *de natante.* corpus dubia sæpe pependit aqua. ¶ 2. Speciatim fructus terræ *pendent*, quamdiu solo, aut arbori adhærent. Sic *vinum pendens*, uva adhuc in vite pendens. *Cato R. R.* 147. Hac lege vinum pendens venire oportet. *Julian. Dig.* 19. 1. 25. Pendens vindemia. Sic apud *Caton. R. R.* 146. Olea pendens. *h. e.* arbori suæ adhærens, et nondum lecta. *et Cajus Dig.* 6. 1. 44. Pendentes fructus ¶ 3. Item pendere dicuntur, quæ mobilia sunt atque instabilia, et cedentia oneri, *essere sollevato e men sodo. Ovid.* 11. *Met.* 232. Litus habet solidum, quod nec vestigia servet, Nec remoretur iter, nec opertum pendeat alga. ¶ 4. Item est hærere *Virg.* 6. *Æn.* 149. Præterea jacet exanimum tibi corpus amici, (Heu nescis) totamque incestat funere classem, Dum consulta petis, nostroque in limine pendes. ¶ 5. *Pendentia* dicuntur, quæ flaccida sunt, et deficiunt. *Ovid.* 15. *Met.* 231. fluidos pendere lacertos. *Juvenal.* 10. 193. Pendentesque genas, et aniles aspice rugas. Sic *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (142). Hinc pallor, et genæ pendulæ. et *Sueton. Aug.* 99. Malæ labentes. ¶ 6. *Pendeo* pro *pendo*, h. e. pondus habeo, *pesare. Plin.* 21. *Hist. nat.* 34. 109. (105). Drachma sex obolos pondere efficit, obolus decem chalcos; cyathus pendet per se drachmas decem. Nisi dicas τὸ *pendet* esse futurum a *pendo*.

B) De moralibus rationibus et de animo. ¶ 1. *Pendere* dicitur quod ab alio descendit depen-

detque, quod innititur, consistit, *dipendere, nascere, pendere. Cic.* 2. *Orat.* 25. 107. Ex quo verbo, lege Apuleja, tota illa causa pendebat. *Imp. Vespas.* in *Rescript.* apud *Murat.* 2004. 2. De controversia finium, quam habetis cum Marianis, pendenti ex iis agris, quos a procuratore meo emistis etc. *Cic.* 6. *Fam.* 22. Ut incolumitati tuæ, tuorumque, qui ex te pendent, consulas. *Id. Marcell.* 7. 22. Ex unius tua vitam pendere omnium. *Id.* 2. *Parad.* 17. Cui spes omnis et ratio et cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil potest esse certi. *Id.* 5. *Fam.* 13. Laudem sapientiæ statuo esse maximam, non aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene, aut male vivendi suspensas habere rationes. *Id. Flacc.* 2. 4. Salus nostra, quæ spe exigua extremaque pendet. *Id. Pis.* 41. 98. Neque in tabellis paucorum judicum, sed in sententiis omnium civium famam nostram fortunamque pendere. *Lucan.* 5. 686. Quum tot in hac anima populorum vita salusque Pendeat. *Sil. It.* 3. 109. oblite, tua nostram pendere salutem. *et* 13. 504. deque tuis pendentia Dardana fatis. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 105. quum prave sectum stomacheris ob unguem De te pendentis, te suspicientis amici. ¶ 2. Pendere dicitur etiam, qui intentus est et fixus adhæret, quasique pendens deserere non posse videtur. *Virg.* 4. *Æn.* 79.; et *Ovid. Heroid.* 1. 20. Narrantis conjux pendet ab ore viri. *Plin.* 1. *Ep.* 10. Sequaris monentem attentus et pendens. *Sil. It.* 8. 93. Ad vultus conversa tuos, ab imagine pendet. *pende immobile dal tuo ritratto.* et *Val. Flacc.* 1. 481. Pervigil Arcadio Tiphys pendebat ab astro. *non torceva gli occhi dall'orsa.* et *Quintil.* 11. 3. 72. Dominatur autem maxime vultus: hoc pendent homines, hunc intuentur, hunc spectant. — Cum Infinito. *Stat.* 10. *Theb.* 457. e summo pendent cupida agmina vallo Noscere quisque suos. ¶ 3. Item quæ cessant, intermittuntur. *Virg.* 4. *Æn.* 88. pendent opera interrupta, minæque Murorum ingentes. *restano sospese.* Similiter apud JCtos *pendere* dicuntur, et *in pendenti esse* quæ in suspenso sunt, et in præsenti vim suam non habent. *Pompon. Dig.* 12. 1. 8. Mutui datio interdum pendet, ut ex post facto confirmetur. *Ulp. ibid.* 24. 1. 11. *a med.* Ut tamen hæc traditio pendeat, donec mors consequatur. *Id. lib. regular. tit.* 11. Quamdiu apud hostes est, patria potestas in filio ejus interim pendebit. *Id. Dig.* 7. 1. 12. *in fin.* Condictio pendet. *Id. ibid.* 3. 5. 8. Actio negotiorum gestorum pendeat. — Sic *in pendenti esse* dicuntur, quæ adhuc incerta et dubia sunt. *Pompon. Dig.* 38. 17. 10. Quando in pendenti est, an quædam personæ possint obstare matri. *Ulp. ibid.* 46. 3. 58. In pendenti est posterior solutio, ac prior: quippe incertum est, debitum, an indebitum exegerit. *resta sospesa. Id. ibid.* 7. 1. 25. In pendenti est, cui acquirat iste fructuarius servus. *non è deciso.* et *Triphonin. ibid.* 49. 17. 19. *sub fin.* In pendenti habere dominia. — Hinc *pendentia* dicuntur quæ imperfecta sunt, non absoluta. *Quintil.* 9. 4. 70. Clausulæ periodi claudæ atque pendentes. *Plin. præf. Hist. Nat.* (26). Pingendi fingendique conditores invenies absoluta opera pendenti titulo inscripsisse, ut *Apelles faciebat,* aut *Polycletus.* — *Lis, causa, judicium, appellatio, conditio pendens,* quæ nondum definita est, aut impleta, sæpe apud JCtos in *Digest.* et *Cod.* ¶ 4. Item qui in summo rerum discrimine versatur, qui in eo est, ut corruat. *Cic. Rabir. Post.* 16. 43. Equitem Romanum, veterem amicum suum labentem excepit, fulsit et sustinuit re, fortuna, fide, hodieque sustinet; nec amicum pendentem corruere patitur. ¶ 5. Denique *pendere* dicitur, qui suspensus et dubius est, hæret, animus est et sollicitus. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 25. 66. Nolo suspensam et incertam plebem Romanam obscura spe et cæca exspectatione pendere. *Id.* 4. *Att.* 15. Ne diutius pendeas, palmam tulit. *Ter. Adelph.* 2. 2. 18. Animus tibi pendet: ubi illinc, spero, redieris, tamen hoc ages. *Plin.* 6. *Ep.* 6. Pendeo et exerceor, afficior metu. *Seneca Ep.* 69. Quamdiu futurum hoc sit, non nimis pendeo. *non mi prendo troppa pena. Lucret.* 6. 51. Mortales pavidis quum pendent mentibus. *Val. Flacc.* 3. 93. pendent mortalia longo Corda metu, quibus illa fretis, quibus incidat arvis. *Id.* 5. 301. Cunctaque adhuc, magni veniant dum regis ad urbem, Ambigua, et dubia rerum pendentia summa. *Seneca Œdip.* 594. Gravis senectus sibimet et pendens metus. *h. e.* anxius, sollicitus. Hinc *pendere animo,* et sæpius *animi,* et *animis* in plur. num. *esser dubbioso, esser sospeso, stare in travaglio. Cic. fragm. carm.* apud *Non. p.* 204. 8. *Merc.* Atque animo noctu pendens eventa timebat. *Id.* 4. *Tusc.* 16. 35. Qui appropinquans aliquod malum metuit, exanimatusque pendet animi. *Id.* 8. *Att.* 5. Pendeo animi exspectatione Corfiniensi. *et* 16. *ibid.* 12. Animi pendeo et de te et de me. *et* 11. *ibid.* 12. Ostendis te pendere animi, quamnam rationem sim Cæsari allaturus profectionis meæ. *Plaut. Merc.* 1. 2. 18. Ego animi pendeo, quid illud sit negotii. *Cic.* 1. *Tusc.* 40. 96. Exspectando et desiderando pendemus animis, cruciamur, angimur. *Ursin.* in quodam MS. *animi* reperit. *Liv.* 7. 30. *sub fin.* Quid illis nos, patres conscripti, sollicitis ac pendentibus animis renunciare jubetis? *Hic quoque al. leg.* animi *et rectius, ad ambiguitatem vitandam. Ceterum de hoc loco V.* Madvigii Emendationes Livian. *Seneca Ep.* 5. *ad fin.* Pendens animus. *sospeso, dubbioso, incerto.*

PENDĬCŬLUS, i, m. 2. (pendeo) funiculus, laqueus. *Gloss. Cyrill.* Pendiculus, ἀρπεδών, ἀρπεδώνιον.

PENDĪGO, ĭgĭnis, f. 3. (pendeo).

I.) Proprie est occultum vitium in corpore animalis, quando intra illud cavum aliquod, aut sinus ex morbo, fit, ubi pus et corrupta sanies colligitur: a *pendeo,* quasi sinus quidam sit pendens intus et excrescens. *Veget.* 3. *Veterin.* 44. *Schneid.* Si jumento scapulæ fuerint dissolutæ, diligenter inspicias, ne quas inter nervos et commissuras pendigines faciat: quod si inveneris, quacumque parte plagas accipere poterit, cataplasmatibus mollire, et scalpello, vel cauterio aperire curabis, ut sanies illa atque collectio defluat. *et ibid.* 55. Si cesserit in dolore, et maturum fuerit, aperies, et saniem emittis: pendiginem circumcides ad vivum etc.

II.) Figurate et commode de statuis inanium deorum *Arnob.* 6. 16. O utinam liceret in simulacri alicujus medias introire pendigines. *nel l'interne magagne.* et *mox*: Jamdudum istos videretis deos, quos exterior levitas lenocinio fulgoris augustat, laminarum fiatilium esse crates, particularum coagmenta deformium, *etc.* interque omnes sinus commissurarumque juncturas plumbum ire suffusum etc. *Salmas.* in *Solin.* 28. apud *Arnob.* intelligit πήγματα, h. e. compactiones, commissuras, quasi appendices, ubi una pars alteri per junctura appenditur et compingitur: et *Gesnerus* (ad *Veget. loc. pr. cit. sub* I.) cava statuarum interstitia.

PENDIX, icis, f. 3. Binæ *Inscript.* habentur apud *Gruter.* 601. 10. *et* 11. eædemque apud *Murat.* 926. 5. et 932. 2., in quibus legitur servus *a pendice cedri.* Putat *Salmas. loc. cit. in voce præced.* pendicem idem esse, quod pendiginem, atque ad hujus servi curam spectasse quidquid arcularum, aut aliarum rerum e cedro compactum erat. Viderint alii. Nam *Pignor. de Serv. p.* 240. nihil extricat. Hucusque *Forcellinus.* Sed cl. *J. Furlanetto* in *I. Appendice* et in iis quæ reliquit *MSS.* hæc omnia sic refingenda esse videbantur. **PENDIX**, icis, f. 3. *pendice*, collis acclivitas; a *pendeo,* quod ea ad planitiem pendet. *Inscript.* apud *Smetium p.* 106. *n.* 14. et apud *Gruter.* 601. 10. SEX. POMPEIO SALVIO SEX. POM. (*h. e.* Sexti Pompeji) A PENDICE CEDRI ITEM AB HORT. CVLT. (*h. e.* hortorum cultura) etc. At *Murat.* 932. 2. et *Ald. Manut. Paol. fil.* in *Orthogr. p.* 425. in hac eadem *Inscript.* habet SEX. POM. SER. A PENDICE, quod rectum est. *Alia* apud *Gruter.* 601. 11. et apud *Murat.* 626. 5. Q. LVSCIO PHILONI A PENDICE CEDRI. At *Raym. Guarini* in *Comment.* XII. *p.* 52., qui lapidem vidit Neapoli in *Mus. Borbonico,* ita eamdem refert. Q. LVSCIO PHILONI AD. PENDICI CEDRI. Ex duabus hisce inscriptionibus, quas ex *Muratorio loc. cit.* cognoscimus repertas fuisse extra urbem Romam centum et quadraginta circiter abhinc annis, constat, Sex. Pompejum Salvium, prius servum, mox libertum Sexti Pompeji, fuisse *a pendice cedri,* hoc est præpositum pendici cedri: qui locus ita dictus est, quod cedri in alicujus collis acclivitate meridiem versus positæ impense colebantur; quod sane officium mirifice congruit cum hortorum cultura, quo utroque munere fungebatur Sex. Pompejus Salvius. Adde, Q. Luscium Philonem fuisse adjutorem ejusdem Salvii in eadem pendice colenda; quippe quum ex alia Romana *Inscript.* apud *Murat.* 1480. 1., in qua mentio est *Neapolitanorum citrariorum,* constet, olim Neapoli, ut etiamnum usu venit, maximam fuisse citreorum culturam apud veteres Romanos ibidem sæpe villicantes, qui ex Neapolitana regione hujusmodi plantarum cultores etiam in agrum Romanum arcessere solebant. His addendus est locus *Salvian.* 9. *Ep.* 14. *circa med.* Rivulus repentino procellarum pastus illapsu, publicumque aggerem confragoso diluvio supergressus, subdita viæ culta inundaverat, quamquam depositurus insanam mox abundantiam, quippe quam pluviis appendicibus intumescentem nil superna venæ perennis pondera inflarent. Hactenus *Sidonius.* Erit fortasse qui putet, hoc in loco pro *appendicibus* scribendum esse *a pendicibus,* h. e. a montium declivitate; sed prior lectio *appendicibus* præstare videtur. Ex his porro patet, amandandam esse *Salmasii* minus probabilem conjecturam, pendicem scilicet idem esse ac pendiginem.

PENDO, pendis, pĕpendi, pensum, pendĕre, 3. *Pendissent* pro *pependissent* legimus apud *Liv.* 45. 26. *sub fin.,* sed quia ejusd. libri c. 29. bis habet *penendissent,* priore loco mendum suspicari possumus. Quamquam et *Paulin. Nolan. carm.* 14. 122. *penderit* dixit. — Part. *Pensus* sub *A* I. et II. et in fin.; *Pensurus* sub *A* II. 3.; *Pendendus* vero in *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. n.* 43. EARVM ARBORVM ERVENDARVM FERR. PENDENDARVM ADOLENDARVM COMMOLENDARVM CAVSA. *h. e.* ferro bipenni findendarum: etenim *Isid.* 19. *Orig.* 19. Securis apud veteres penna vocabatur: utraque autem parte habens aciem, bipennis, quasi duas pennas habens. — — Ceterum *pendere* duo diversa significat, prout usurpatur *A*) Active; aut *B*) Absolute, h. e. neutrorum more.

A) Active *pendo* (quod *Forcellino* videbatur esse a *pendeo,* quia rerum pondus tunc maxime sentitur, quum pendent, v. gr. in libra, aut statera) proprie est idem ac pendĕre facio, in primis lances in ponderando; atque hinc est ponderare, pondus ad trutinam explorare, σταθμάω (It. *pesare, trovare il peso*; Fr. *péser*; Hisp. *pesar*; Germ. *wägen, abwägen*; Angl. *to weigh*).

I.) Proprie. *Varro* apud *Non. p.* 455. 21. *Merc.* Unumquodque verbum statera auraria pendere. *Titinius* apud *eumd. p.* 369. 21. Da pensam lanam: qui non reddet tempori etc. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 3. 15. (38). Laser ad pondus argentei denarii pensum. *At* Sillig. *leg.* repensum. *Paul. Diac. p.* 208. 4. *Müll.* Ære gravi quum uterentur Romani, penso eo, non numerato, debitum solvebant. *Ovid.* 14. *Met.* 270. pensas examinat herbas.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorice est considerare, examinare, *stimare, giudicare, esaminare, pesare. Cic.* 6. *Verr.* 1. 1. Ego quo nomine appellem, nescio: rem vobis proponam: vos eam suo, non nominis pondere penditote. *Id. Orat.* 16. 51. In philosophia res spectatur, non verba penduntur. *Id. Quinct.* 1. 5. Si apud hoc consilium ex opibus, non ex veritate causa pendetur. *Id. Rosc. Am.* 22. 62. Tamen non temere creditur, neque levi conjectura res penditur. *Lucan.* 4. 707. Quis conferre duces meminit? quis pendere causas? *Ulp. Dig.* 26. 7. 3. Si pater minus penso consilio hoc fecit. *Al.*

leg. perpenso. ¶ 2. Item metaphorice pro æstimare, *stimare, apprezzare, far conto,* τιμάω. *Lucret.* 6. 1276. Nec jam religio divum, nec numina magni Pendebantur. *Pers.* 1. 29. Ten' cirratorum centum dictata fuisse, Pro nihilo pendes? *Ter. Heaut.* 1. 1. 103. Tu illum numquam ostendisti, quanti penderes. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 93. quem tu vidisse beatus Non magni pendis. *Ter. Eun.* 1. 2. 14. Nihili pendere aliquid. *et* 3. 1. 21. flocci. *Id. Andr.* 3. 2. 45.; et *Plaut. Bacch.* 3. 6. 29. parvi. (unde coalescentibus vocibus *parvipendo* est factum.) *Plaut. Bacch.* 2. 2. 29. plurimi. *Id. Most.* 4. 1. 27. Minoris pendo tergum illorum, quam meum. ¶ 3. Metonymice pro solvere, *pagare, sborsare, contare:* ductum ex æ*o*, quod ante cusam pecuniam Romani æs stateris appendebant, non numerabant. *Varro* 5. *L. L.* 182. *Müll.* Militis stipendia ideo, quod eam stipem pendebant; ab eo etiam Ennius scribit: Pœni stipendia pendunt. *Cic. Prov. cons.* 3. 5. Achæi ingentem pecuniam pendunt L. Pisoni quotannis. *Liv.* 25. 8. Neque ullum vectigal Pœno pensuros. *Cæs.* 5. *B. G.* 23. Quid in singulos annos vectigalis populo R. Britannia penderet, constituit. *Cic.* 12. *Att.* 25. Reliquæ pecuniæ usuram Silio pendemus. *Juvenal.* 3. 15. Mercedem alicui pendere. *Tac.* 13. *Ann.* 51. *extr.* tributum pro navibus. *et* 2. *ibid.* 87. pretium. *et* 4. *ibid.* 72. coria boum in usus militares. *Ulp. Dig.* 17. 2. 52. *ad fin.* Sumptus societati imputabit, qui in eam rem pensi sunt. *Al. leg.* impensi. — Absolute. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 32. (65). Quacumque iter est, aliubi pro aqua, aliubi pro pabulo-pendunt. — Impersonaliter. *Id. ibid.* Iterumque imperii nostri publicanis penditur. ¶ 4. Hinc *pendere* est solvere quidquid morali ratione debemus: et ideo — 1.°) *Pendere pœnas,* inquit *Paul. Diac. p.* 208. 4. *Müll.,* solvere significat, ab eo quod ære gravi quum uterentur Romani, penso eo, non numerato, debitum solvebant. Unde proprie dicitur de eo, qui ob delictum pecuniam solvit, *pagar la condanna,* δίκην τίειν: metaphorice est dare pœnas, luere, pati, *pagare il fio, soggiacere alla pena.* — *a*) Cum Accus. *pœnas, supplicia* et similia. *Ter. Heaut.* 4. 4. 6. Syrus mihi tergo pœnas pendet. *Cic.* 11. *Att.* 8. Maximas pœnas pendo temeritatis meæ. *Liv.* 34. 61. Satis pro temeritate unius hominis suppliciorum pensum esse. *Ovid.* 3. *Fast.* 845. capitis pœnas pendere. *Justin.* 11. 4. 2. Magna se perfidiæ supplicia pependisse, deleta juventute. *Id.* 8. 2. 4. Pœnas violatæ religionis sanguine et cædibus suis pendunt. *Ovid.* 10. *Met.* 232. Exsilio pœnam potius gens impia pendat, Vel nece. — *b*) Absolute. *Val. Flacc.* 1. 445. tuis nam pendit in arvis Delius, ingrato Steropen quod fuderat arcu. — *c*) *Pendere culpam, crimen,* h. e. pœnas pro culpa. *Id.* 4. 477. nec credite culpam Sævitiæ, scelerumve mihi nunc crimina pendi. — 2.°) *Pendere grates,* solvere, reddere, rependere. *Stat.* 11. *Theb.* 223. dignas sed pendere grates, Haud mortale opus est: certent tibi reddere Bacchus Noster et Alcides.

B) Absolute, h. e. neutrorum more, pendere est pondus habere, *pesare, avere peso, gravitare.*

I.) Proprie. *Lucret.* 1. 360. Nam si tantumdem 'st in lanæ glomere, quantum Corporis in plumbo est, tantumdem pendere par est. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 12. (66). In Transpadana Italia scio vicenas quinas libras farris modios pendere. *Id.* 31. *ibid.* 6. 31. (58). Fistulas, legitimum est, si quinariæ erunt, sexagena pondo pendere: si octonariæ, centena (*Vitruv.* de eadem re verba faciens 8. 7. *pondus habere* dicit, et *Pallad.* 9. *R. R.* 12. *libras habere* pro *pendere.*) *Id.* 9. *ibid.* 15. 17. (44). Præcipua magnitudine thynni: invenimus talenta quindecim pependisse. Adde *ibid.* 30. 48. (93).

II.) Translate. *Seneca Ep.* 66. *circa med.* Bona vera idem pendunt, idem patent: falsa multum habent vani. — Hinc Part. præterit., cujus exempla supra retulimus,

Pensus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Pensior* sub *a.*; et est æstimatus, pretiosus, gratus, probatus (*V.* supra *A* II. 2.). — *a*) Generatim. *Plaut. Stich.* 1. 2. 61. Utra sit conditio pensior, virginem ne, an viduam habere? *Gell.* 12. 5. *circa med.* Ut nihil quicquam esset carius pensiusque nobis, quam nosmetipsi. *Atejus Capito* apud *eumd.* 13. 12. Ratum tamen pensumque nihil haberet, nisi quod justum sanctumque esse in Romanis antiquitatibus legisset. — *b*) *Nihil pensi habere, ducere,* nihil pensum habere, nihili æstimare, curare, perpendere, nullum respectum habere, *non avere alcun riguardo, non curarsi di nulla. Sall. Cat.* 5. Hunc lubido maxima invaserat reipublicæ capiundæ: neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, quidquam pensi habebat. *et* 24. Prorsus neque dicere, neque facere quidquam pensi habebat. *Sueton. Domit.* 12. Nihil pensi habuit, quin prædaretur omni modo. *Id. Ner.* 34. Neque in divexanda matre quidquam pensi habebat. *Tac.* 13. *Ann.* 15. Ut neque fas, neque fidem pensi haberet. *Sall. Cat.* 12. Pudorem, pudicitiam, divina atque humana promiscua, nihil pensi atque (*al.* neque) moderati habere. *Id. Jug.* 45. Nihil pensi, neque sancti habere, quoad semetipsa præcipitavit. *Val. Max.* 2. 9. *n.* 3. Nec pensi duxerat, iisdem imaginibus adscribi etc. *Lactant.* 6. 1. *a med.* Nihil moderati aut pensi habent, dummodo auro coruscent. — *c*) Similia his sunt *Liv.* 34. 49. Sed illis nec quid dicerent, nec quid facerent, quidquam unquam pensi fuisse. *Sall. Jug.* 56. *ad fin.* Quibus si quidquam pensi unquam fuisset, non ea consilia de republica habuissent. *Plaut. Truc.* 4. 2. 52. Nec mihi adest tantillum pensi jam, quos capiam calceos. — Et cum Infinito. *Liv.* 43. 7. *extr.* Versari inter se, conjuges, liberosque suos, quibus nihil neque dicere pensi sit, neque facere. *Alii tamen omittunt* sit. — Hinc

Pensum, i, n. 2. absolute, substantivorum more. *V.* PENSUM loco suo.

PENDŬLUS, a, um, adject. (pendeo) vox ferme poetica, et est pendens, suspensus, pensilis, κρεμαστος, ἐκκρεμής (It. *pendente, pendulo, pendolone;* Fr. *pendant, qui pend, suspendu, pendu;* Hisp. *pendiente, colgado, suspendido;* Germ. *hangend, herabhangend;* Angl. *hanging, pendulous*).

I.) Proprie. *Horat.* 3. *Od.* 27. 58. potes hac ab orno Pendulum zonâ bene te secuta elidere collum. *Ovid.* 4. *Fast.* 386. Pendula cælestes Libra movebat aquas. *Id.* 7. *Met.* 117. Pendulaque audaci mulcet palcaria dextra. *Id. Heroid.* 1. 10. Lassaret viduas pendula tela manus. *Martial.* 8. 33. bombyx pendulus urget opus. *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 324. Pendula librato figit vestigia saltu. *h. e.* levia, suspensa, pendentia. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (142). *de ebrietate.* Hinc pallor, et genæ pendulæ, tremulæ manus, etc. *cascanti.*

II.) Translate. ¶ 1. Physica ratione est in alto positus, et quasi pendens, declivis. — *a*) De locis. *Martial.* 13. 112. Pendula Pontinos quæ spectat Setia campos. Adde *eumd.* 4. 64. et 10. 20. *Colum.* 2. *R. R.* 18. 2. Macriora et pendula loca fimo juvanda sunt. *Claudian.* 2. *in Rufin.* 507. dubio tibi pendula rupes Immineat lapsu. — *b*) De hominibus. *Colum.* 10. *R. R.* 229. Quæ canat inter opus Musa modulante putator Pendulus arbustis. — *c*) Obscæno sensu, *pendula Venus,* et Græce περιβασίη, dicitur schema illud Venercum, quo super inguen viri resupinati mulier aversa varicus ita sedet, ut equitare videatur; hinc etiam *equus Hectoreus* appellatur, *V.* EQUUS. *Apul.* 2. *Met.* Inscenso grabatulo, super me sensim residens, ac crebra subsiliens lubricisque motibus mobilem spinam quatiens, pendulæ Veneris fructu me satiavit. Huc pertinet illud *Horat.* 2. *Sat.* 7. 49. Clunibus aut agitavit equum lasciva supinum. *et Juvenal.* 6. 321. tollit pendentis præmia coxæ. *et Auct. epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 633. *Burmann.* Inque modos omnes doctas imitata tabellas Transeat, et telo pendeat illa meo. ¶ 2. Morali ratione. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 110. ne fuitem dubiæ spe pendulus horæ. *h. e.* hærens, incertus, exspectatione suspensus, anxius, sollicitus. *Vopisc. Saturn.* 8. *ex epist. Hadriani Imp.* Ægyptum totam didici, levem, pendulam, et ad omnia famæ momenta volitantem.

PĒNĒ, adverb. *V.* PÆNE init.

PĒNĔLOPS, ŏpis, m. 3. πηνελοψ, avis quædam, alio nomine Meleagris. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 11. (38).

PĒNES, præposit. ex iis, quæ Accusat. regunt. Suo nomini postponitur a *Plaut. Amph.* 2. 2. 21., *Aulul.* 4. 4. 27., *Trin.* 5. 2. 22. et *Truc.* 1. 1. 4.; *Cic.* 2. *de republ.* 28.; *Horat. Art. P.* 72.; *Ovid.* 1. *Fast.* 119.; et *Tac.* 11. *Ann.* 28., 15. *ibid.* 1. et 5. *Hist.* 8. Hoc docet *Charis.* 2. *p.* 206. et 208. *Putsch.* — Ratione habita etymi, *Festus p.* 250. 15. *Müll., Paul. Diac. p.* 22. 10. et *Diomed.* 1. *p.* 403. *Putsch.* ab eodem themate ducunt, quo *penitus, penu, penetrare* (*V.* infra sub II. init.). Ceterum *penes* est apud (It. *appresso;* Fr. *chez;* Hisp. *cerca;* Germ. *bei;* Angl. *with*).

I.) Proprie de loco usurpatur; quamquam non desit qui hac significatione translate usurpari arbitratur. *Plaut. Trin.* 3. 3. 5. Sine dote, quum ejus rem penes me habeam domi. *et ibid.* 5. 2. 22. thesaurum tuum Me esse penes. *Id. Aulul.* 4. 4. 27. EV. Meum, quidquid habes, redde. ST. Perscrutatus es Tuo arbitratu, neque tui me quidquam invenisti penes. (*Forcellinus* hunc locum ad paragr. posteriorem retulit.). *Ter. Adelph.* 3. 4. 24. Isthæc jam penes vos psaltria est? S. Ellam intus. *Cic. Mil.* 22. 60. Servi centum dies penes accusatorem fuere. *Cæs.* 1. *B. C.* 76. Edicunt, penes quem quisque sit miles Cæsaris, ut producatur. *Ulp. Dig.* 43. 5. 3. Si penes servum tabulæ fuerint, dominus interdicto tenebitur. His loc. *penes* est pro *apud* sine significatione possessionis.

II.) Translate (et secundum alios proprie) dicitur de persona cum significatione dominii, vel potestatis. Nam quod penes te, sive in potestate tua est, id externum dici nequit, sed quasi intus est, firmiterque tenetur. Unde *Ulp. Dig.* 50. 16. 63. *Penes te* amplius est, quam *apud te.* Nam *apud te* est, quod qualiter qualiter a te teneatur: *penes te* est, quod quodammodo a te possidetur. — *a*) Generatim. *Plaut. Amph.* 2. 2. 21. Virtus omnia in se habet: omnia adsunt bona, quem penes est virtus. *Id. Capt.* 2. 1. 37. homines, quod sibi volunt, Dum id impetrant, boni sunt: sed id ubi jam penes sese habent, Ex bonis pessumi sunt. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 19. 52. Eos agros, quorum adhuc penes Cn. Pompejum omne judicium et potestas debet esse, decemviri vendent? Sic *Id.* 4. *Fam.* 7. Penes quem est potestas. *Id. Brut.* 74. 258. Penes quos laus fuit. *Cæs.* 7. *B. G.* 21. *extr.* Quod penes eos, si id oppidum retinuissent, summam victoriæ constare intelligebant. *Horat. Art. P.* 71. si volet usus, Quem penes arbitrium est et jus et norma loquendi. *Ovid.* 1. *Fast.* 119. Me penes est unum vasti custodia mundi. *Liv.* 3. 53. Judicia penes vos erunt de capite nostro fortunisque. *Id.* 2. 24. Patres militarent, patres arma caperent, ut penes eosdem pericula belli, penes quos præmia essent. *Sall. Jug.* 31. Beneficia vestra penes optimos, non audacissimos, forent. *Tac. Agric.* 15. Plus impetus, majorem constantiam penes miseros esse. *Id. ibid.* 20. *extr.*; *Seneca* 4. *Quæst. nat.* 3.; et *Plin.* 17. *Hist. nat.* 12. 19. (93). Fides penes auctores erit. *Io mi rapporto a chi ciò racconta.* Sic *Vellej.* 2. 63. 1. Summa virium penes eum est. — *b*) Speciatim de persona, cui aliquid crimini ducitur. *Ter. Hecyr.* 4. 1. 20. Penes te culpa est. *Tac.* 1. *Ann.* 44. Nec Cæsar arcebat, quando nullo ipsius jussa penes eosdem sævitia facti et invidia erat. *Id.* 4. *ibid.* 16. Plures ejus rei causas afferebat, potissimam penes incuriam virorum feminarumque. *h. e.* potissimam causam tribuebat incuriæ etc. — *c*) Item speciatim. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 273. Penes te es? *h. e.* esne sanus mente? Sed *Ter. Heaut.* 5. 1. 47. Præ iracundia non sum apud me. Ad hæc *Handius:* Illud est, tuane in potestate? hoc est, in me, ἐν ἑαυτῷ.

PĒNĒTRĀBĬLIS, e, adject. Comp. *Penetrabilior* 2. — Penetrabilis ¶ 1. Passive est qui penetrari facile potest, pervius, *penetrabile, trapassevole*, πόριμος, διαπρύσιος. *Ovid.* 12. *Met.* 166. corpus nullo penetrabile telo. *Seneca Const. Sap.* 3. *ad fin.* Non refert, quam multa in illum conjiciantur tela, quum sit nulli penetrabilis. *Stat.* 2. *Theb.* 653. nullique tuum penetrabile ferro Pectus. *Justin.* 4. 1. 2. *de Sicilia.* Terra cavernis quibusdam fistulisque ita penetrabilis, ut ventorum tota ferme flatibus pateat. *Stat.* 3. *Silv.* 5. 21. Aut septemgemini caput haud penetrabile Nili. *h. e.* quod deprehendi, aut adiri non potest. ¶ 2. Active est qui facile penetrat, *penetrativo, penetrante. Virg.* 1. *G.* 93. Boreæ penetrabile frigus. *Id.* 10. *Æn.* 481. Aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum. *Sil. It.* 7. 649. penetrabilis hæsit arundo. *Ovid.* 13. *Met.* 857. penetrabile fulmen. *Macrob.* 7. *Saturn.* 12. Vinum tanto penetrabilius in venas effĭcitur bibendo, quanto fit liquidius fæce purgata. *Gell.* 10. 3. Multa copiosaque invidia, gravique et penetrabili querimonia dicere aliquid. *Capell.* 6. *p.* 188. Hasta (*Minervæ*) etiam vibrans penetrabile monstrat acumen..

PĒNĒTRAL, ālis, n. 3. *et*

PĒNĒTRĀLE, is, n. 3. *et*

PĒNĒTRĀLĬA, ĭum, n. plur. 3. *V.* voc. seq. in fin.

PĒNĒTRĀLIS, e, adject. (penetro) Comp. *Penetralior* I. — Penetralis est penetrabilis, facile penetrans, *penetrativo.*

I.) Proprie. *Lucret.* 1. 494. Permanat calor argentum penetraleque frigus. *et ibid.* 534. Nec capere humorem, neque item manabile frigus, Nec penetralem ignem. *Id.* 2. 382. Quare fulmineus multo penetralior ignis, Quam noster fuat e tædis terrestribus ortus.

II.) Translate est internus, interior, *intimo, interiore, interno, rimoto*, ἐνδάμυχος. *Virg.* 1. *G.* 379. Sæpius et tectis penetralibus extulit ova Angustum formica terens iter. *Id.* 2. *Æn.* 297. Æternumque adytis effert penetralibus ignem. *Cic. Harusp. resp.* 27. 57. Deorum ignes, solia, mensas, abditos ac penetrales focos, occulta-sacra inexpiabili scelere pervertit. — *Penetrales dii* a poetis dicuntur Penates, ut *Cic.* 2. *Nat. D.* 27. 68. docet. *Seneca Œdip.* 265. Per regna juro, perque penetrales deos. Adde *Phœniss.* 340. Sic *Tac.* 2. *Ann.* 10. Ille (*memorat*) fas patris, libertatem avitam, penetrales Germaniæ deos, matrem precum sociam. *Ovid.* 13. *Met.* 337. rapui Phrygiæ signum penetrale Minervæ. — *Penetrale sacrĭficium,* quod interiore parte sacrarii conficitur. *Festus p.* 250. 15. *Müll.* — Hinc

Penetral, ālis, et

Penetrale, alis, et sæpius

Penetralia, ĭum, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, usurpantur. Forma *Penetral* est *Macrobii* et *Symmachi* (*V.* sub II. 1. extr.); apud *Propert.* 4. 8. 6. alii aliter leg. — *Penetrale* vel *penetralia* dicitur omnis pars interior domus, vel templi, teste *Servio* ad *Virg.* 7. *Æn.* 59., adeo ut opus sit penetrare, h. e. penitus intrare, ut *Paul. Diac. p.* 208. 8. *Müll.* ait; et universim pars interior cujusque rei, μυχός, *luogo o stanza rimota o interiore, l'interno.*

1.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Virg.* 2. *Æn.* 484. Apparent Priami et veterum penetralia regum. *et* 7. *ibid.* 59. Laurus erat tecti medio in penetralibus altis. *Lucan.* 5. 146. adyti penetrale remoti Fatidicum. *Ovid.* 1. *Trist.* 1. 105. Quum tamen in nostrum fueris penetrale receptus, Contigerisque tuam, scrinia curva, domum. *Liv.* 41. 20. Cyzici in Prytaneum, hoc est, penetrale urbis, ubi publice, quibus his honos datus est, vescuntur, vasa aurea mensæ unius posuit. *Sil. It.* 7. 501. Evocat e liquidis piscem penetralibus esca. *Ovid.* 1. *Met.* 574. Magni amnis penetralia. ¶ 2. Speciatim dicitur de sacrariis deorum. *Paul. Diac. p.* 208. 6. *Müll.* Penetralia sunt Penatium deorum sacraria. *Ovid.* 1. *Met.* 287. Tectaque cumque suis rapiunt penetralia sacris. *h. e.* sacraria cum deorum signis. *Martial.* 10. 51. Nec Capitolini summum penetrale Tonantis. *Tac. Germ.* 40. Est in insula Oceani castum nemus, dicatumque in eo vehiculum, veste contectum: attingere uni sacerdoti concessum. Is adesse penetrali deam intelligit.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 1. *Quintil.* 6. 2. 25. Mihi in animo est, quæ latent penitus, ipsa hujus loci aperire penetralia. *i secreti, l'arcano.* et *Stat.* 3. *Silv.* 5. 56. fixamque animi penetralibus imis Nocte dieque tenes. *Macrob.* 7. *Saturn.* 1. Quod philosophiam ea observatione veneraris, ut tantum intra suum penetral existimes adorandam. *Symmach.* 2. *Ep.* 34. Sanctum penetral animi tui nesciunt. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 2., penetrale dicitur signum alicujus numinis, quod in penetrali colitur. *Sil. It.* 13. 62. Huc vittas, castumque refer penetrale parentum.

PĒNĒTRĀLĬTER, adverb. penetrando, intus, interius. *Venant.* 4. *Vit. S. Martin.* 597. Et fera delicti penetraliter ulcera mordent.

PĒNĒTRĀTĬO, ōnis, f. 3. *penetrazione,* actus penetrandi. *Apul. Florid. n.* 18. Paribus utrinque aculeis, simili penetratione, mutuo vulnere. Adde *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 1. *n.* 20.

PĒNĒTRĀTOR, ōris, m. 3. qui penetrat. *Augustin. Ep.* 199. *ante med.* Domus alienæ penetratores. *Prudent. Hamartig.* 883. sed ignis Trajector nebulæ, vasti et penetrator operti est. *Paulin. Nolan. carm.* 20. 285. Spiritus ille Dei penetrator ubique per omnes Naturas rerum.

PĒNĒTRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PĒNĒTRO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Penetrans* sub *B.* I. et II.; *Penetratus* sub *A.* I. 1. et 2. — Part. *Penetraturus* affertur a cl. *Furlanetto* in *I.ª Appendice* ex *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 13). Quousque penetratura sit avaritia. *Ita leg. Codices plurimi*; *at Bambergensis* quousque penetratur avaritiâ. *V. Sillig.* adnotata ad h. l. — Penetrare (quod ab eodem themate ductum, a quo *penu, penes, penitus*) usurpatur *A*) Active, h. e. cum Accusativo; et *B*) Absolute, h. e. neutrorum more.

A) Active, *penetrare* occurrit

I.) Proprie ¶ 1. Cum Accusativo personæ, quæ in locum aliquem penetrat. — *a*) *Penetrare pedem,* inferre. *Plaut. Men.* 5. 2. 64. Si ego intra ædes hujus unquam penetravi pedem. *se ho mai messo piede.* Adde *ibid.* 2. 3. 49. — *b*) *Penetrare se,* se conjicere. *Plaut. Amph.* 1. 1. 94. Perduelles penetrant se in fugam. *Id. Trin.* 2. 2. 1. Foras penetrare se ex ædibus. *Gell.* 5. 14. *a med.* Specum quamdam nactus, in eam me penetro et recondo. *Plaut. Truc.* 1. 1. 23. Ea intra pectus se penetravit potio. — *c*) Sic Part. *Penetratus* est qui penetravit, insinuatus. *Lucret.* 4. 670. Quæ penetrata queunt sensum progignere acerbum. ¶ 2. Cum Accusativo rei, in quam quis penetrat, est penitus intrare, ingredi, pervadere, permanare, permeare, εἰσδύνω, διαπείρω (It. *entrare dentro, penetrare, insinuarsi. entrare, internarsi*; Fr. *s'introduire dans, pénétrer, entrer;* Hisp. *insinuarse, penetrar, entrar;* Germ. *in etwas eindringen, es durchdringen, von einem Ende bis zum andern in dasselbe hineinkommen*; Angl. *to penetrate, pierce, enter into, make one's way into or through, pass into or through, pervade*). *Lucret.* 4. 894. Per patefacta venit (*aer*) penetratque foramina largus Et dispargitur ad partes ita quasque minutas Corporis. *et ibid.* 613. Vox obtunditur atque aures confusa penetrat. *et* 1. 528. Hæc neque dissolvi plagis extrinsecus icta Possunt, nec porro penitus penetrata retexi. *Id.* 2. 538. vallo (*India*) munitur eburno, Ut penitus nequeat penetrari. *Virg.* 1. *Æn.* 247. Illyricos penetrare sinus. *Sueton. Cæs.* 52. Eadem nave pæne Æthiopia tenus Ægyptum penetravit. *Vellej.* 2. 40. 1. Penetratæ cum victoria Media, Albania, Hiberia, ac deinde flexum agmen ad eas nationes, quæ etc. *Stat.* 4. *Silv.* 6. 104. *de Hercule.* Hic penetrata tibi, spoliataque limina montis Concinet. *Tac.* 15. *Ann.* 27. Iter L. Lucullo quondam penetratum. — Huc pertinet et illud *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *n.* 69. Aliquando etiam erunt hæc animalia (*pulli gallinacei, phasiani, perdices* etc.) reclusis pectoribus virgultis murtæ penetranda, aut eis magis replenda.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 1. *Gell.* 13. 10. Labeo Antistius in grammaticam sese atque dialecticam litterasque antiquiores altioresque penetraverat. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 2. *Tac.* 1. *Ann.* 69. Id Tiberii animum altius penetravit. *Id.* 3. *ibid.* 4. Nihil tamen Tiberium magis penetravit, quam studia hominum accensa in Agrippinam. — *Lucret.* 5. 1262. Tum penetrabat eos, posse hæc liquefacta calore Quamlibet in formam et faciem decurrere rerum. *entrava loro in capo, intendevano, capivano.*

B) Absolute, *h. e.* neutrorum more usurpatur et est penitus intrare, ingredi, pervadere.

I.) Proprie. — *a*) Cum præpositione aliqua. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 33. Homo adolescentulus penetrare hujusmodi in palæstram, ubi damnis desudascitur. *Ovid.* 12. *Met.* 153. Et dis acceptus penetravit in æthera nidor. *et ibid.* 336. jaculum lævam penetravit in aurem. *Liv.* 2. 53. Tumultus e castris, et in urbem penetrat. Cf. *Nepos Chabr.* 4. Quum enim eo (*in portum*) penetrasset, ceteræ (*naves*) non sunt secutæ. *Cic.* 6. *Verr.* 48. 107. Ditem Patrem subito non longe a Syracusis penetrasse sub terras. *Liv.* 39. 31. Permixti turbæ hostium intra vallum penetraverunt. *Cic. Tim.* 9. *extr.* Astra, quæ per cælum penetrantia, solstitiali se et brumali revocatione converterent. *Id.* 1. *Tusc.* 20. 45. Qui ostium Ponti viderunt, et eas angustias, per quas penetravit Argo. *Virg.* 7. *Æn.* 207. Idæas Phrygiæ penetravit ad urbes. Adde *Cic. Prov. cons.* 13. 32. *Ovid.* 12. *Met.* 42. penetratque cavas vox omnis ad aures. *et* 7. *ibid.* 601. tristes penetrant ad viscera morbi. *Cels.* 5. 28. *n.* 3. Ulcus celeriter serpendo penetrandoque usque ad ossa etc. — Passive impersonaliter. *Liv.* 10. 1. In eam speluncam penetratum cum signis est. — *b*) Absolute. *Tac.* 3. *Hist.* 41. Venere tres cohortes cum ala Britannica: neque ad fallendum aptus numerus, neque ad penetrandum. *h. e.* numerus minor, quam ut perrumperet.

II.) Translate. — *a*) Cum præpositione aliqua. *Cic.* 6. *de republ.* 22. Romuli animus hæc ipsa in templa penetravit. *Id.* 2. *Nat. D.* 61. 153. Hominum ratio in cælum usque penetravit. *Id. Brut.* 38. 142. *de actione.* Nulla res magis penetrat in animos, eosque fingit, format, flectit. *Sueton. Gramm.* 3. *sub fin.* In provincias quoque grammatica penetraverat. *Tac.* 4. *Hist.* 7. Sorte et urna mores non discerni: suffragia et existimationem senatus reperta, ut in cujusque vitam famamque penetrarent. *per iscoprire e conoscere intimamente.* Cf. *Ovid.* 3. *Art. am.* 291. Quo non ars penetrat? discunt lacrimare decenter Quoque volunt plorant tempore, quoque modo. *Cic. Partit. orat.* 36. 123. Definiendo describendoque ad sensum judicis opinionemque penetrare. *Justin.* 5. 7. 5. Adeo ad omnem ætatem tanti mali sensus penetraverat. *Tac.* 15. *Ann.* 20. Una vox ejus usque ad contumeliam senatus penetraverat, quod dictitasset etc. — *b*) Absolute. *Tac.* 2. *Ann.* 36. Haud dubium erat, eam sententiam altius penetrare, et arcana imperii tentari. *Id.* 14. *ibid.* 1. Hæc atque talia, lacrimis et arte adulteræ penetrantia, nemo prohibebat. *h. e.* in Neronis animum penetrantia.

PĒNĬCILLUM, i, n. *et*

PĒNĬCILLUS, i, m. 2. *deminut.* peniculi, ut patet etiam ex *Cic.* 9. *Fam.* 22. Caudam antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinem penicillus. — Hinc

I.) Proprie. ¶ 1. Est instrumentum pictorum inducendis coloribus, γραφίς (It. *pennello*; Fr. *pinceau*; Hisp. *pincel*; Germ. *d. Pinsel*; Angl. *a painter's pencil*). *Cic. Orat.* 22. 74. Pictor ille vidit, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari. *Quintil.* 2. 21. 24. Cælator cælum desiderat, et pictor penicilla. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 17. 71. (235). Setæ e penicillis tectorilis.

¶ 2. Item linamentum, quod vulneri vel aridum, vel imbutum medicamine imponitur, *tasta*, μοτός. *Cels.* 2. 10. *sub fin.* Deligandum brachium superimposito expresso ex aqua frigida penicillo. *Id.* 7. 7. *n.* 6. Exigua penicilla interponenda, donec exulceratio ejus loci finiatur. ¶ 3. Item linteolum concerptum ad similem fere usum, *pezzetta, pezzettina. Plin.* 34. *Hist. nat.* 11. 26. (113). Sed ablui æruginem necessarium penicillis calidis, donec rodere desinat. *et ibid.* 12. 32. (126). Atramentum penicillo fronti impositum. *Id.* 20. *ibid.* 15. 57. (162). *de cumino.* Propter colum quoque bibitur, illiniturque, vel penicillis fervens apprimitur fasciis. ¶ 4. Item peniculus ad abstergendum. *Colum.* 12. *R. R.* 18. 5. Picem, quæ in fundum destillavit, penicillo detergere. ¶ 5. Penicilli ex spongiis. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 45. 69. (148). Spongiarum tria genera accepimus: spissum ac prædurum et asperum; tragos id vocatur: spissum et mollius; manos: tenue densumque, ex quo penicilli; Achilleum. *Id.* 31. *ibid.* 11. 47. (125). Mollissimum genus earum (*spongiarum*) penicilli: oculorum tumores levant ex mulso impositi. *et ibid.* (131). Circa Lyciam penicillos mollissimos nasci in alto. *h. e.* spongias, ex quibus penicilli fiunt. ¶ 6. Ita etiam vocatur collyrium quoddam, quod nempe oculis penicillo apponi solebat. *Inscript.* apud *Tòchon, cachets des ocul. p.* 66. PHRONIMI PENICILL. AD OMNEM LIPPIT. Alia apud *eumd. ibid. p.* 71. IVNII TAVRI PENICILLVM AD OMNEM LIPPIT.

II.) Figurate. ¶ 1. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 9. 36. (61). Zeuxis audentem jam aliquid penicillum ad magnam gloriam perduxit. *h. e.* artem pingendi. metonymia. Sic *paullo sup.* (60). Apollodorus primus gloriam penicillo jure contulit. ¶ 2. Metaphorice. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 15. *ante med.* Modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, penicillo meo. *h. e.* ornamentis tuis, artificio et stilo meo.

PĒNĪCŪLĀMENTUM, i, n. 2. (peniculus) est ipsa cauda, seu caudæ muscarium.

I.) Proprie. *Arnob.* 5. 11. Peniculamenta decurtantem cantheriorum, innectentem laqueos mobiles. Ita *Scalig. in Catalect.* Alii leg. *peniculantem, decurtantem cantherios*, quod est, peniculos conquirentem, h. e. setas equinas caudarum, ex quibus laqueos texat.

II.) Translate est lacinia in modum peniculi, seu caudæ dependens. *Ennius* apud *Non. p.* 149. 32. *Merc.* Pendent peniculamenta unum ad quemque pedum. *Lucilius ibid.* Peniculamentum vero reprendere noli. Adde *Cæcil. ibid.*

PĒNĪCŪLANS. *V.* voc. præced. I.

PĒNĪCŪLUS, i, m. 2. *deminut. a* penis, h. e. parva cauda. ¶ 1. Dicitur de extrema cauda setosa, aut villosa quorumdam animalium, ut boum, equorum, vulpium, quibus utebantur ad pulverem et sordes abstergendas ex mensis, vasis, vestibus: et ita dicitur tale instrumentum, etiam si ex cauda non sit, *setoletta, scopetta, spazzola*, απογγεῖον, απογγάριον. *Festus p.* 230. 21. *Müll.* Penem antiqui codam vocabant: a qua et peniculi, quis calciamenta tergentur, quod e codis extremis faciebant antiqui, qui tergerent ea. *Plaut. Men.* 1. 1. 1. Juventus nomen fecit Peniculo mihi, ideo quia mensam, quando edo, detergeo. *Parasitus loquitur.* et *ibid.* 2. 3. 40. Quis iste est Peniculus? qui extergentur baxeæ? *Ter. Eun.* 4. 7. 7. Quid ignave? peniculon' pugnare, qui istunc huc portes, cogitas? SA. ego ne? imperatoris virtutem noveram, et vim militum: sine sanguine hoc fieri non posse: qui abstergerem vulnera. ¶ 2. Etiam spongiæ longæ, propter similitudinem caudarum, peniculi dictæ sunt, teste *Paul. Diac. p.* 208. 7. *Müll.*; et fortasse hujusmodi spongiam intelligit *Ter. loc. cit. V.* PENICILLUS I. 5. ¶ 3. De penicillo pictorum, *pennello. Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (81). Arrepto peniculo, lineam duxit summæ tenuitatis per tabulam. Ita editio *Jenson.* a. 1472. Aliæ antiquiores et *Harduin.* penicillo, quam lectionem *Sillig.* tuetur. Ceterum, si sana est lectio, *Marcell. Empir.* c. 7. *sect.* 1. *p.* 97. *retro* ed. *Ald.* Atque hoc medicamento rasum caput in umbra per peniculum pictoris. *et paullo post.* Raso capite in umbra per peniculum pictoris (*unguentum*) imponas. ¶ 4. Ludit in ambiguo instrumenti abstergentis, et nominis Parasiti *Plaut. Men.* 2. 2. 12. MES. Quem tu parasitum quæris, adolescens, meum? CYL. Peniculum. MES. eccum hunc in vidulo salvum fero. *Lambin.* referebat ad τὸ αἰδοῖον ἀρσενικόν. ¶ 5. Sunt qui, antiquorum Codicum auctoritate freti, apud *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 18. legunt *peniculum tectorium*, ubi vulgati libri habent *panniculam tectoriam. V.* PANNICULA.

PĒNINSŬLA. *V.* PÆNINSULA.

PĒNIS, is, m. 3.

I.) Proprie ¶ 1. Est idem quod cauda, apud veteres, *coda*, κέρκος. *Cic.* 9. *Fam.* 22. Caudam antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinem pēnicillus. *Festus p.* 230. 21. *Müll.* Penem antiqui codam vocabant, a qua antiquitate etiamnum offa porcina cum cauda in cœnis puris offa penita vocatur: dictus est forsitan a pendendo. *Nævius* apud *eumd. ibid.* Lares ludentes peni pinxit bubulo. *peni* ablat. pro *pene*, ut *puppi, navi.* ¶ 2. Postea ob similitudinem ita est vocatum membrum virile, πέος, φωλή. *Cic. loc. cit.* At hodie penis est in obscœnis: at Piso queritur, adolescentes peni deditos esse. Quod tu appellas suo nomine, ille tectius penem. Adde *Sall. Cat.* 14.; *Horat. Epod.* 12. 8.; *Juvenal.* 6. 337. et 9. 43.

II.) Translate *putissimus penis* vocabatur Horatius ab Augusto, ut refert *Sueton. Vit. Horat.*, quemadmodum *salaputium* vocat *Catullus* Licinium Calvum.

PĒNISSĪMĒ. *V.* PÆNE et PENITUS adverb.

PĒNĪTE, adverb. Sup. *Penitissime.* — Penite est idem ac penitus. *Catull.* 61. 178. Pectore uritur intimo Flamma, sed penite magis. Al. leg. *penita*, ut sit adjectivum. *Sidon.* 4. *Ep.* 9. Actiones ejus quotidianas penitissime inspexi. Hoc superlativum a *penitus* etiam duci potest.

PĒNĪTA, ōrum, n. plur. 2. *V.* PĒNĪTUS, a, um, in fin.

PĒNĪTUS, adverb. Comp. *Penitius* legitur apud *Cels. loc.* infra *cit.* I. *a.* pro *penitus* in editione *Lindenii*, et in margine editionis *Constantini*; item apud *eumd.* 5. 28. *n.* 11. Penitiusque condita suppuratione. Sed utrobique *penitus* esse in MSS. affirmat *Targa.* Sup. *Penitissime V.* in PENITE: pro quo et *penissime* dictum est per syncop. *Plaut. Most.* 3. 1. 125. Malum quod isti dii deæque omnes duint: ita mea consilia perturbat penissime. Adde *Aulul* 3. 4. 7. — *Priscian.* 5. *p.* 608. *Putsch.* et 15. *p.* 1008. ducit a *pene* adverb. seu *pœne*, quasi: unde alii scrib. *pœnissime. Apul. Apolog.* Nam quod pœnissime oblitus sum, nuperrime quum testamentum scripserit etc. — Ceterum *penitus* (quod ducunt a *penes*) est omnino intus, in imo, in fundo, in intimis partibus, intrinsecus: cui opponitur *extra*, aut hujusmodi, ἔνδον (it. *ben addentro, sin nel fondo, internamente*; Fr. *intérieurement, à l'intérieur*; Hisp. *interiormente*; Germ. *inwendig, ganz innerlich, im Innersten*; Angl. *inwardly, within, in the inmost and most secret part, deeply, thoroughly*).

I.) Proprie. — *a*) Speciatim cum oppositis. *Sever. Ætn.* 317. extra penitusque coacti Exagitant venti. *Manil.* 4. 309. penitusque Deus, non fronte notandus. Huc referri potest et illud *Cels.* 5. 26. *n.* 7. Interest vulnus in summa parte sit, an penitus penetraverit. *Tac. Germ.* 41. Non in ripa commercium, sed penitus. — *b*) Generatim. *Cic.* 7. *Verr.* 27. 68. Lautumias Syracusanas omnes audistis: opus est totum ex saxo in mirandam altitudinem depresso, et multorum operis penitus exciso. *Virg.* 10. *Æn.* 526. jacent penitus defosse talenta. *Id.* 2 *G.* 290. penitus terræ defigitur arbos. *Ovid.* 2. *Met.* 178. despexit ab æthere terras Infelix Phaethon penitus penitusque jacentes. *Nepos Alcib.* 9. Penitus in Thraciam se supra Propontidem abdidit. *Cæs.* 6. *B. G.* 9. Suevos omnes penitus ad extremos fines se recepisse. *Tac.* 2. *Ann.* 56. Ambigua gens ea (*Armenii*) antiquitus hominum ingeniis et situ terrarum, quo, nostris provinciis late prætenta, penitus ad Medos porrigitur. *Id. Agric.* 10. Nusquam latius dominari mare, nec litore tenus accrescere, sed influere penitus atque ambire. *Virg.* 6. *Æn.* 59. Tot maria intravi duce te, penitusque repostas Massylum gentes. *et* 8. *ibid.* 242. umbrosæ penitus patuere cavernæ, Non secus, ac si qua penitus vi terra dehiscens Infernas reseret sedes. *Cic.* 1. *Cat.* 13. 31. Periculum autem residebit, et erit inclusum penitus in venis atque in visceribus reipublicæ. Cf. *eumd.* 4. *Acad.* (2. *p.*) 39. 122. Rerum naturas persecare possumus, ut videamus, terra penitusne defixa sit et quasi radicibus suis hæreat. *et Pollio* ad *Cic.* 10. *Fam.* 33. 7. Penitus in Lusitania legiones in hibernis collocaram.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ sumptâ a superiori paragr. *Cic.* 2. *Orat.* 78. 319. Apparebit ea penitus ex ea causa, quæ tum agatur efflorusse. *Id.* 1. *Legg.* 5. 17. Penitus ex intima philosophia hauriendam juris disciplinam putas. *Id. Harusp. resp.* 26. 57. Vitia in aliquo penitus defixa atque hærentia). *Id. Cluent.* 1. 4. Evellere ex animis hominum opinionem tam penitus insitam. *Id.* 4. *Verr.* 70. 169. Bene penitus sese dare in familiaritatem alicujus. (Recte sensit *Zumptius* additum *bene* non posse excusari, nisi joci nomine *Id. Cluent.* 13. 36. Se blanditiis et assentationibus in Asinii consuetudinem penitus immersit. *Id.* 1. *Orat.* 22. 96. Ut penitus in eam ipsam totius hujus vel studii vel artificii disputationem intimam veniretis. *Id.* 7. *Att.* 12. Demittere se penitus in causam. *Id.* 1. *Orat.* 23. 108. Res penitus perspectæ, planeque cognitæ. *et ibid.* 5. 17. Omnes animorum motus penitus pernoscendi. *Id.* 8. *Att.* 12. Penitus intelligere aliquid. — *Cic.* 13. *Fam.* 53. Eam tibi penitus commendo atque trado. Sic *Horat.* 1. *Od.* 21. 3. Latonamque supremo Dilectam penitus Jovi. *coll'intimo del cuore.* et *Tac.* 1. *Ann.* 52. Multa de virtute ejus memoravit, magis in speciem verbis adornata, quam ut penitus sentire crederetur. *internamente, nel fondo del cuore.* ¶ 2. Pro radicitus, *sin dalle radici*: quod translate est nihil relinquendo. *Cic. Rosc. Com.* 7. 20. Caput et supercilia penitus abrasa. *Id.* 1. *Nat. D.* 42. 119. Euhemerus videtur religionem penitus totam sustulisse. *Id.* 2. *Off.* 8. 27. Hanc consuetudinem et disciplinam penitus amisimus. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 73. penitus excidere vitium iræ. *Phædr.* 3. *prol.* Curamque habendi penitus corde eradere. *Sueton. Claud.* 25. Druidarum religionem penitus abolevit. ¶ 3. Latiore significatione est prorsus, omnino, *del tutto, affatto, totalmente*, πάντως, παντελῶς. *Virg.* 1. *Ecl.* 67. Et penitus toto divisos orbe Britannos. *et* 12. *Æn.* 623. Hi fugiunt, penitusque datis referuntur habenis. *Q. Cic. ad Tiron.* 16. *Fam.* 8. Te penitus rogo, ut etc. *Cic.* 1. *Fin.* 15. 49. Ob eam debilitatem animi, multi parentes, multi amicos, plerique se ipsos penitus perdiderunt. *Id.* 5. *Fam.* 13. Reipublicæ penitus diffidere. — Jungitur Comparativo apud *Propert.* 1. 16. 17. Janua vel domina penitus crudelior ipsa. Et Superlativo apud *Vellej.* 2. 27. 1. At Pontius Talesinus, dux Samnitium, vir maximi animi, belloque fortissimus, penitusque Romano nomini infensissimus etc. *Alii tamen aliter utroque in loco legendum putant; et* Handius (*Tursellin. vol.* 4. *p.* 428.) τὸ penitus *utroque in loco interpretatur* imo atque toto animo: *aliis vero, fortasse rectius*, penitus *apud* Propert. *est idem ac* multo, *et apud* Vellej. *est* longe.

PĒNĪTUS, a, um, aoject. Comp. *Penitior* et Sup. *Penitissimus.* — *Diomed.* 1. *p.* 403. *Putsch.* ducit a *penes*: quia quod penes me est et in potestate mea, id internum quodammodo atque intimum est mihi. Profecto *penitus* est qui intus et in imo est, intimus, internus, *ciò che è dentro o nel fondo, intimo, interno*, ὁ ἔνδον, ὁ ἐντός. *Plaut. Asin.* 1. 1. 28. Exscrea usque ex penitis faucibus. *Id. Pers.* 4. 3. 53. Advecta ex Arabia penitissima. *et ibid. v.* 71. Ex barbaria peni-

tissima. *Id. Cist.* 1. 1. 65. In latebras absconda pectore penitissimo. *Gell.* 9. 4. Scythæ illi penitissimi, qui sub ipsis septentrionibus ætatem agunt. *Apul.* 6. *Met.* Fontis penita scaturigo. *et* 11. *ibid.* Plane memineris, et penita mente conditum semper tenebis. *et* 5. *ibid.* Præcordiis penitis nutrire invidiam. *Id. fragm.* apud *Priscian.* 3. *ab init.* Visus est el adolescens trahere se in penitiorem partem domus. *Macrob.* 5. *Saturn.* 19. *circa med.* De Græcorum penitissimis litteris hanc historiam eruit Maro. — Hinc

Penita, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more. *Capell.* 1. *p.* 5. Uti secum mundi penita permeare æthereosque recessus irrumpere parili celeritate posset. *et* 6. *p.* 195. Omnia etiam pondera in eam (*terram*) desuper cadunt, ut imber, grando, nix, fulgura, atque ipse qui in ejus penita præcipitatur Oceanus. *Jul. Valer. Hist. Alex. M.* (ed. *A. Maio.*) 38. Et cum dicto apprehendens, in penita perducit. *et* 43. Ingressus sacri loci penita.

PENNA *et* pinna, æ, f. 1. Quod ad scriptionem attinet, in veterib. libris promiscue unum pro altero ponitur. Neque verum est quod scripsit *Caper de Orthogr. p.* 2243. *Putsch.*, murorum pinnas dici, avium pennas. *et Quintil.* qui 1. 4. 12. videtur negare, *pinnas* de avibus dici: *V.* infra sub I. *b.* — Antiquos *pesnam* et *petnam* dixisse, testatur *Festus p.* 205. 14. et *p.* 209. 8. *Müll.* — Ratione habita etymi, *Festus p.* 209. 8. et alii ducunt ex Græco πετεινός, seu πετεηνός, aut πετηνός *volucris,* hoc est a themate *pet* (unde *petna* et *pesna*), quod cum Gr. πέταμαι, πτηνος conjungitur. — Ceterum *penna* vel *pinna* est id, quo aves vestiuntur, πτίλον, πτερόν (It. *penna, piuma, ala*; Fr. *penne, plume d'un oiseau*; Hisp. *las plumas largas de las alas*; Germ. *d. Feder*; Angl. *a feather, quill, wing*).

I.) Proprie. — *a*) Forma *penna* occurrit apud *Plin.* 11. *Hist. nat.* 39. 94. (228). Pennarum caules omnium cavi: præcisæ non crescunt, evulsæ renascuntur. — Differt a *pluma*, quæ tenuior est, mollior et densior, totumque corpus tegit: *penna* autem crassior et longior, ut in ala et cauda. *Colum.* 8. *R. R.* 2. 7. Gallinæ sint rubicundæ, vel fuscæ plumæ, nigrisque pennis. *et ibid.* 4. 4. His rebus plumam pinnasque emundant. *Seneca Ep.* 42. Meministi, quum quemdam affirmares esse in tua potestate, dixisse me, volaticum esse ac levem, et te non pedem ejus tenere, sed pennam. Mentitus sum: pluma tenebatur, quam remisit, et fugit. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 48. Sine pennis volare haud facile est: meæ alæ pennas non habent. Adde *Ovid.* 2. *Met.* 374. *et seqq.* — Interdum ponitur sine hujus discriminis respectu. *Ennius* apud *Varron.* 5. *L. L.* 59. *Müll.* Ova parire solet genus pennis condecoratum, Non animam. *Vahlen.* leg. *pinnis. Cic.* 2. *Nat. D.* 52. 129. Aves pullos quum excluserint, ita tuentur, ut et pennis foveant, ne frigore lædantur, etc. *Lucret.* 2. 823. corvos quoque sæpe volantes Ex albis album pennis jactare colorem. *Lachmann.* leg. *pinnis. Phædr.* 1. 13. O qui tuarum, corve, pennarum est nitor! — *b*) Forma *pinna* occurrit apud *Varron.* 3. *R. R.* 9. 5. Galli salaces, brevibus cruribus, caudis magnis, frequentibus pinnis. *Colum.* 8. *R. R.* 2. 10. *de gallis gallinaceis.* Tum procerissimæ caudæ, duplici ordine singulis utrimque prominentibus pinnis inflexæ. Adde *eumd. ibid.* 4. 7.; *Ennium* apud *Varron.* et *Lucret.* supra cit. Sic *Sueton. Claud.* 33. Ut supino ac per somnum hianti pinna in os inderetur, ad exonerandum stomachum.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe per synecdochen dicitur de alis. 1.°) Generatim. — *a*) Forma *penna* apud *Plaut. Asin.* 1. 1. 80. Age tu, sis, sine pennis vola. *Cic. Arat.* 48. quæ volat, et geminis secat æra pennis. *Phædr.* 1. 31. Columbæ sæpe quum fugissent milvium, Et celeritate pennæ vitassent necem. *Ovid.* 1. *Met.* 506. Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ. *Tibull.* 4. 1. 209. per liquidum volucri vehar aera penna. *Virg.* 3. *Æn.* 361. et præpetis omina pennæ. *et* 258. in silvas pennis ablata refugit. *et* 4. *ibid.* 223. labi pennis. *et* 702. devolare. *et* 6. *ibid.* 15. præpetibus credere se cælo. *et* 240. tendere iter. *et* 11. *ibid.* 272. petere æthera. *Ovid.* 5. *Trist.* 2. 26. pulsare aera. *Id.* 8. *Met.* 238. plaudere. *et* 7. *ibid.* 354. sublatus in aera. *Id.* 2. *Amor.* 6. 55. Pennas explicare. *Id.* 4. *Met.* 676. quatere in aere. *Sil. It.* 12. 455. pennasque addente pudore, Evolat. — *Penas vertere,* volando aufugere. *Propert.* 2. 19. 5. Me modo laudabas, et carmina nostra legebas: Ille tuus pennas tam cito vertit amor? Cf. *Horat.* 3. *Od.* 29. 53. si (*Fortuna*) celeres quatit Pennas, resigno quæ dedit. — Sæpe dicitur de pennis varii coloris, quæ inneræ linea terrendis feris et avibus adhibentur. *V.* FORMIDO. — *b*) Forma *pinna, Ennius* apud *Probum* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 31. Et densis aquila pinnis obnixa volabat. *Id.* apud *Cic.* 3. *Off.* 29. 104. O Fides alma apta pinnis et jus jurandum Jovis! *Al.* pennis. *Cic.* 1. *Divinat.* 47. 106. Hanc ubi præpetibus pinnis lapsuque volantem etc. *Al.* pennis. — 2.°) Speciatim. — *a*) Proverb. est in illo *Horat.* 1. *Ep.* 20. 20. Me libertino natum patre, et in tenui re Majores pennas nido extendisse loqueris. *h. e.* amplius elatiusque me extulisse, quam conditionis meæ tenuitas ferret. Itali dicunt, *distendersi più, che il lenzuol non è lungo.* Quo pertinet illud *Juvenal.* 11. 37. Nec mullum cupias, quum sit tibi gobio tantum In loculis. — *b*) Allegoria in illo *Cic.* 4. *Att.* 2. *a med.* Iidem illi, qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci. *h. e.* qui me dignitate et fortunis spoliarunt, nolunt eas a me recuperari. Huc facit illud *Horat.* 2. *Ep.* 2. 50. me dimisere Philippi Decisis humilem pennis, inopemque etc. Nos quoque dicimus *tagliare altrui l'ale*: et *rimettere l'ale.* ¶ 2. Per similitudinem tribuuntur pennæ et insectis alatis. *Virg.* 4. *G.* 73. *de apib.* Tum trepidæ inter se coeunt, pennisque coruscant. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 29. 35. (104). Locustæ tanto volant pennarum stridore, ut etc. *et ibid.* 2. 1. (3). Pennæ culicis. ¶ 3. Metonymice est ipse volatus. *Ovid.* 1. *Fast.* 448. Nunc penna veras, nunc datis ore notas. *Propert.* 3. 8. 11. Tuque, o cara mihi, felicibus edita pennis. *h. e.* felici augurio ex avium volatu capto. Al. volunt *pennis* poni pro ipsis avibus, et sic apud *Sil. It.* 3. 344. Fibrarum et pennæ divinarumque sagacem Flammarum. *et Val. Flacc.* 1. 231. seu flammas, seu lubrica comminus exta, Seu plenum certis interroget æra pennis. Sed hic quoque commode volatus auguria ferens intelligi potest. ¶ 4. Sagittæ ut recta ferantur, pennæ in posteriori parte adduntur. *Ovid.* 6. *Met.* 258. Altera per jugulum pennis tenus acta sagitta est. — Hinc per synecdochen *penna* pro sagitta, *saetta. Val. Flacc.* 6. 421. cervos non Umbro venator edaci, Non penna petit. *Ovid.* 2. *Fast.* 110. Flebilibus veluti numeris canentia dura Trajectus penna tempora cantat olor. *Sil. It.* 15. 634. hinc pennæ Dictææ volitant, hinc lancea, etc. ¶ 5. Pro calamo scriptorio, *penna. Isid.* 6. *Orig.* 14. Instrumenta scribæ, calamus et penna: sed calamus arboris est, penna avis. Quum *Isidorus* ann. a Chr. n. DCXXXVI. obierit, nec ullus suppetat antiquioris scriptoris locus, ex quo constet, veteres in scribendo usurpasse pennas pro calamis; videtur pennarum usus circa *Isidori* tempora incœpisse. Sunt tamen qui putant, huc referendum locum *Anonymi Vales.* ad *Ammian.*, qui hæc habet § 79. Theodericus laminam auream jussit interrasilem fieri, quatuor litteras regis habentem, Theod. (*h. e.* Θεοδ.), ut si subscribere voluisset, posita lamina super chartam, per eam pennam duceret, et subscriptio ejus tantum videretur. ¶ 6. De alis piscium. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 13. 15. (42). *de marinis vitulis.* Pinnis, quibus in mari utuntur, humi quoque vice pedum serpunt. ¶ 7. Præterea *pinna* dicitur quidquid est acutum: unde murorum et turrium et valli cacumina, quæ in acutum per intervalla desinunt, *pinnæ* vocantur, *merli.* Scribit *Varro* 5. *L. L.* 143. *Müll.* dictas esse a pinnis, quas insigniti milites habere in galeis solent, et in gladiatoribus Samnites. *Claud. Quadrigarius* apud *Gell.* 9. 1. Milites Metelli a pinnis hostes defendebant facillime. *Cæs.* 5. *B. G.* 39. Turres contabulantur, pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur. *et* 7. *ibid.* 72. Aggerem et valum exstruxit: huic loricam pinnasque adjecit. *Virg.* 7. *Æn.* 159. primasque in litore sedes Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit. — Quod gladiatores Samnites pinnas in galeis gestarent, argumento est, quia qui contra eos depugnarent, *pinnirapi* dicti sunt. *V.* hanc vocem suo loco. ¶ 8. Apud *Vitruv.* 10. 10. dicuntur *pinnæ* tabellæ circa frontes rotarum certis intervallis infixæ, in quas incurrente aqua, versationes fiunt. ¶ 9. Item *ibid.* 13. tabellas in organo hydraulico, junctas regulis, quæ variis foraminibus instructæ, a nobis *registri* appellantur, *pinnas* vocat: quia sunt veluti alæ, quibus illæ regulæ eunt redeuntque.

PENNĀRĬUM, ii, n. 2. *pennajuolo,* repositorium pennarum. *Gloss. Philox.* Pennarium, καλαμοθήκη.

PENNĀTŪLUS, a, um, adject. deminut. pennati. *Tertull.* 1. *ad Nation.* 10. *sub fin.* Mercurius in calvitio pennatulus. *h. e.* pennato galero tectus.

PENNĀTUS *vel* pinnatus, a, um, particip. a *pennor* vel *pinnor,* pennas habens, alatus, aliger, *pennato, alato,* πτερωτος.

I.) Proprie. — *a*) Forma *pennatus* apud *Cic. fragm. carm.* 1. *Divinat.* 47. 106. Hic Jovis altisoni subito pennata satelles. *Al. leg.* pinnata. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 52. 73. (143). Pennatorum infecunda sunt, quæ aduncos habent ungues. *Id.* 11. *ibid.* 1. 1. (1). Pennatæ apes. *Id.* 8. *ibid.* 21. 30. (72). Pennati equi, quos pegasos vocant. *Lucret.* 5. 738. Pennatus Zephyrus. *Claudian. Nupt. Honor.* 204. Pennata cohors. *h. e.* Amores aligeri. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 14. 39. (138). Pennatum ferrum. *saetta. Seneca Thyest.* 861. Pennata spicula. *V.* PENNA II. 4. — *Pennatos pisces* proverbii loco dixit *Plaut. Men.* 5. 5. 18. Quin tu me interrogas, soleamne esse aves squamosas, pisces pennatos? — *b*) Forma *pinnatus* est *Vet. Poetæ* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 10. 24. Jovis satelles Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem. *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 58. Diana prima, quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur. *Porcius Licin.* apud *Gell.* 17. 21. *extr.* Musa pinnato gradu intulit se etc. *h. e.* celeri. Sic *Prudent. Apotheos.* 679. Quis tam pinnatus, rapidoque similimus Austro Nuncius etc? *Coripp.* 6. *Johann.* 155. Pinnata Fama. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 19. (48). Abies folio pinnato densa, ut imbres non transmittat. *h. e.* ita disposito, ut aliud super aliud sedens pinnas avium referat. *et ibid.* 13. 24. (62). Fraxinus procera et teres, pinnata et ipsa folio. *Id.* 27. *ibid.* 9. 55. (79). Folia utriusque lateribus pinnata: unde nomen Græci imposuere. Loquitur *Plin.* de filice, quæ Græco nomine pteris, πτερίς, dicitur.

II.) Translate. *Paul. Diac. p.* 211. 1. *Müll.* Pennatas, impennatasque agnas, in Saliari carmine spicas significat cum aristis: et alias sine aristis, agnas novas volunt intelligi.

PENNESCO, is, ere, n. 3. pennas, seu alas emitto. *Cassiod.* 1. *Variar.* 38. Pulli aquilæ adulta ætate pennescunt.

PENNĪFER, fĕra, fĕrum, adject. *alato,* penniger. *Sidon. carm.* 2. 309. *de gryphis.* Flectis penniferos hederis bicoloribus armos.

PENNĪGER *vel* pinniger, gĕra, gĕrum, adject. pennas habens, pennatus, *pennuto.*

I.) Proprie. *Accius* apud *Cic.* 7. *Fam.* 23. Hæc pinnigero, non armigero in corpore tela exercentur. *h. e.* in aves, non in homines armatos. *Lucret.* 5. 1075. Pinnigeri sævit calcaribus ictus amoris. *h. e.* Cupidinis. *Cic. Tim.* 10. Animantium genera quatuor, quorum unum divinum atque cæleste, alterum pennigerum et aerium, tertium aquatile, terrestre quartum.

II.) Translate. ¶ 1. De apibus. *Plin.* 11 *Hist. nat.* 16. 16. (48). Rex apum non vermi-

culus, sed statim penniger. ¶ 2. De sagittis. *Sil. It.* 8. 375. Nec mos pennigeris pharetram implevisse sagittis. Cf. *Coripp.* 4. *Johann.* 981. Pinnigerum ferrum. *h. e.* sagitta pinnis instructa. ¶ 3. De pisce. *Ovid.* 13. *Met.* 963. Cruraque pinnigero curvata novissima pisce. *h. e.* pinnas, seu alas gerente.

PENNĪPES, ĕdis, comm. gen. 3. *chi ha l'ale a' piedi,* pennas, seu alas habens in pedibus, ut Mercurius, et ab eo acceptas Perseus. *Catull.* 55. 24. Non si Pegaseo ferar volatu: Non Ladas si ego, pennipesve Perseus.

PENNĪPŎTENS, entis, adject. potens pennis: epithet. volucrium. *Lucret.* 5. 789. Quadrupedum in membris, et corpore pennipotentum. Adde 2. 878. — Dicitur et *pinnipotens,* quia *penna* et *pinna* idem sunt. *Donat. edit.* 2. *p.* 1748. *Putsch.* Componuntur nomina ex corrupto et integro, ut pinnipotens, nugigerulus.

PENNOR *vel* pinnor, āris, ari, dep. 1. idem ac pennesco, pennas emitto. *Dracont.* 1. 262. *de ovis avium.* Pennantur membrata globis, animantur, anhelant.

PENNŬLA *vel* pinnula, æ, f. 1. *deminut. a* penna vel pinna, parva pluma, *pennetta, aletta,* πτερύγιον.

I.) Proprie. *Plaut. Amph. prol.* 143. Ego bas habebo hic usque in petaso pinnulas. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 5. *de gallin.* Inhibetur cupiditas incubandi pinnula per nares trajecta. *Cic.* 2. *Nat. D.* 52. 129. Quum autem pulli pennulis uti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur. *Venant.* 3. *carm.* 22. 9. *de hirund.* fetus Impiumes placide pennula tonsa tegit. Adde *Vulgat. interpr. Levit.* 5. 8. et *Deuter.* 14. 19.

II.) Translate. ¶ 1. De alis puerorum in Cupidinum formam ornatorum. *Apul.* 10. *Met.* Illos teretes et lacteos puellos diceres tu Cupidines et Cupidines veros; nam et pinnulis et sagittulis et habitu cetero formæ præclare congruebant. ¶ 2. De parvis alis piscium. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 57. 83. (175). Quosdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes, crebro caudæ motu etc.

PENNUS, a, um, adject. *Isid.* 19. *Orig.* 19. Pennum antiqui acutum dicebant: unde et avium pennæ, quia acutæ. Hinc *bipennis,* quam vocem *V.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PENSA, æ, f. 1. demensum diurnum, sive annona statuta pro victu quotidiano. *Edict. Diocl. p.* 19. Lateris crudi ad laterculos diurnam mercedem in lateribus quattuor pedum, vinum ut ipse sibi in pensam præparet, pasto ☧ duos. Item lateris ex luto diurnam mercedem in lateribus N. octo, ita ut vinum ipse sibi in pensam præparet, pasto ☧ duos.

PENSĂBĬLIS, e, adject. *compensabile,* qui pensari potest. *Ammian.* 31. 13. *a med.* Damna numquam pensabilia.

PENSĀTĬO, ōnis, f. 3. pensandi actus: occurrit autem translate tantum et ¶ 1. Est compensatio, *compensazione. Petron. Satyr.* 141. De stomachi tui recusatione non habeo, quod timeam. Sequetur imperium, si promiseris illi pro unius horæ fastidio multorum bonorum pensationem. Adde *Ulp. Dig.* 16. 2. 7.; et *Quintil. Declam.* 232. ¶ 2. Item consideratio, examen, perpensatio, *considerazione, esame. Ammian.* 16. 12. *ante med.* Hostium terga cæsuris adero indiscretus, si hoc pensatione moderata fiat et cauta.

PENSĀTOR, ōris, m. 3. *pesatore,* σταθμοῦχος, ponderator. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (43). Stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur. *Harduin.* leg. *dispensatores.* Cl. *Quicherat.* (fretus *Gloss. Vatic. T. VII. p.* 573. Pensatores, pensiculatores) vulgatam tuetur et legit: Quin et militum stipendia, hoc est stipis pondera; pensatores libripendes dicuntur. *Et hæc addidit:* Voi per se clarissima, *pensatores,* exolevit, et dicitur *libripendes,* quæ veterem *libram* repræsentat. *Sillig.* vero rectius leg.: Libralis-appendebatur assis. Quare æris gravis pœna dicta, et adhuc expensa in rationibus dicuntur, item impendia et dependere; quin et militum stipendia hoc est stipis pondera, dispensatores. libripendes, qua consuetudine in iis emptionibus, quæ mancipi sunt, etiamnum libra interponitur. *Sic optimæ notæ Codices.*

PENSĀTUS, a, um. *V.* PENSO.

PENSĔ, adverb. cum studio, impense. Comp. *Pensius* tantum habet *Flavian.* apud *Symmach.* 2. *Ep.* 34. Nihil hac ætate tractandum pensius domesticis rebus. — *Gloss. Cyrill.* Δαπανηρότερον, pensius, sumptuosius. *Hoc* tamen ad adjectivum referre possis.

PENSĬBĬLIS, e, adject. pensilis, pendulus. *Gloss. Cyrill.* Κρεμαστός, pensibilis.

PENSĬCŬLĀTĒ, adverb. ἀκριβῶς, cum pondere justoque examine. *Gell.* 1. 3. Quæ a Theophrasto pensiculate atque enucleate scripta. *Al. leg.* pensim *eod. sensu. V.* PENSICULO.

PENSĬCŬLĀTOR, ōris, m. 3. qui pensiculat. *Gloss. Philox.* Pensiculatores, ἐξεταστοί. *V.* PENSATOR.

PENSĬCŬLO, as, are, a. 1. idem ac pensito: est derivatum a *pensus,* ut *missiculo* a *missus. Gell.* 13. 20. Pensicula utrumque, et modulare. Sunt qui legunt: *utrumque pensiculate, moderateque,* etc. *Apul. Florid. n.* 9. Meum unumquodque dictum acriter examinatis, sedulo pensiculatis, ad limam et lineam certam redigitis. Adde *eumd. ibid. n.* 23.

PENSĬLIS, e, adject. (pendeo) suspensus, pendens, pendulus, κρεμαστός, μετέωρος (It. *pendente, pensile;* Fr. *qui pend, pendant, suspendu;* Hisp. *pendiente, lo que cuelga, suspendido;* Germ. *hangend, herabhangend;* Angl. *hanging, hung up suspended, pendent, pendulous, pensile*). ¶ 1. Generatim. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 86. Restim volo mihi emere, qui me faciam pensilem. Adde *eumd. Pœn.* 1. 2. 99. *Juvenal.* 1. 158. Qui dedit ergo tribus patruis aconita, vehetur Pensilibus plumis, atque illinc despiciet nos? *h. e.* lectica, in qua lectus, aut pulvinus mollissimus. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 121. tum pensilis uva secundas Et nux ornabat mensas. *h. e.* quæ appensa pensili nodo, ut *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (16). loquitur, in hiemem servatur. *Plin.* 34. *ibid.* 3. 8. (14). Pensiles lychnuchi in delubris. *Id.* 19. *ibid.* 5. 24. (70). Cucurbita libertate pensili concessa, visa est novem pedum longitudinis. *h. e.* permisso, ut pendens libere posset crescere. *et ibid.* 23. (64). Cucumis mira voluptate Tiberio principi expetitus. Nullo quippe non die contigit ei, pensiles eorum hortos promoventibus in solem rotis olitoribus. *campane portatili da agrumi.* De hac eadem re *Colum.* 11. *R. R.* 3. 52. Possunt etiam vasis majoribus rotulæ subiici, quo minore labore producantur, et rursus intra tecta recipiantur, *etc.* Hac ratione fere toto anno Tiberio Cæsari cucumis præbebatur. ¶ 2. Speciatim. *Pensilis fabrica* est, quæ non in ipso solo sita est et fundata, sed fornicibus, camerationibus, columnis aut pilis suffulcientibus imposita. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 16. et 12. *ibid.* 52. 3. Pensile horreum. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 12. 18. (83). Pensilis ambulatio. *et ibid.* 15. 24. (104). Cloacæ, operum omnium dictu maximum, suffossis montibus, atque urbe pensili subterque navigata. *et ibid.* 13. 20. (94). Legitur et pensilis hortus, immo totum oppidum Ægyptiæ Thebæ, exercitus armatos subter educere solitis regibus, nullo oppidanorum sentiente. (De hortis pensilib. Babylonis V. *Curt.* 5. 1.) *Id.* 9. *ibid.* 54. 79. (168).; *Val. Max.* 9. 1. *n.* 1.; et *Macrob.* 2. *Saturn.* 11. Pensiles balneæ. *h. e.* camerationibus et hypocaustis subjectis impositæ: quas invenisse primum Sergium Oratam *Id. ibid.* tradunt. *Suspensuras balneorum* appellat *Seneca Ep.* 90. *a med.* Quomodo autem eæ sint extollendæ et suspendendæ, *Pallad.* 1. *R. R.* 40. docet. — Huc pertinet et illud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (119). Pensiles tribus fecit. *mobili, portatili.* Loquitur de C. Curione, qui amphitheatrum cardinum versatili libramento suspensum fecit, in quo populus R. ludos spectaret. *Plinium* vero in hoc adjectivo ludere putat *Sillig.,* cujus *V.* adnotat. ad *h. l.* — Hinc

Pensilia, ium, n. plur. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Sunt poma, quæ suspensa per hiemem servantur. *Varro* 1. *R. R.* 68. 1. Pensilia, ut uvæ, mala, et sorba, ipsa ostendunt, quando ad usum promi debeant. ¶ 2. Obscæna significatione sunt τὰ αἰδοῖα. *Auct. Priap.* 53. Pulcre pensilibus peculiati. *V.* PECULIUM II. 2.

PENSIM. *V.* PENSICULATE.

PENSĬO, ōnis, f. 3. actus pendendi, ponderatio, pondus, ταλάντωσις (It. *il pesare, peso;* Fr. *pesée, poids, charge;* Hisp. *pesades, peso, carga;* Germ. *d. Wägung, Abwägung;* Angl. *a weighing, weight*).

I.) Proprie. *Vitruv.* 10. 16. *extr.* Quibus rebus Græcorum pensiones ad modulos habeant rationem, ad eam ut etiam nostris ponderibus respondeant, tradam. *et ibid.* 8. *de trutina.* Quo longius æquipondium perducitur, etiam pari pondere pensionem parem perficit.

II.) Translate est solutio, *pagamento;* qua ratione *pendere* est solvere: itemque ipsa summa pecuniæ, quæ certis temporibus solvitur, *pensione, rata,* καταβολή; ut docet *Paul. Diac. p.* 208. 4. *Müll.* Pendere pœnas solvere significat, ab eo, quod ære gravi quum uterentur Romani, penso eo, non numerato, debitum solvebant: unde etiam pensiones dictæ. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 16. *Att.* 2. Hortensius vero impudenter, nihil enim debetur ei, nisi ex tertia pensione, quæ est cal. Sext., ex qua pensione ipsa major pars est ei soluta aliquanto ante diem. *Id.* 6. *Fam.* 18. *ad fin.* A Dolabellæ procuratoribus exigam primam pensionem. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 8. 12. (32). Pensionem alteram tributi pauperibus Hispaniæ donat. *Liv.* 38. 9. Ut quingenta darent talenta: ex quibus ducenta præsentia, trecenta per annos sex pensionibus æquis. *et* 33. 30. Mille talentum daret populo R. dimidium præsens, dimidium pensionibus decem annorum. *Ulp. Dig.* 33. 1. 3. *a med.* Sed si ita legatum sit: Heres meus Titio decem trima die dato; utrum pensionibus, an vero post triennium debeantur. *in rate. Seneca Ep.* 29. *ad fin.* Pensionem alicui remittere. — Festive *Cic.* 2. *Phil.* 44. 113. Etenim ista tua minime avara conjux-nimium debet diu populo R. tertiam pensionem. *h. e.* tertii mariti mortem. Loquitur de Fulvia M. Antonii uxore, quæ duos antea maritos habuerat, P. Clodium, et C. Curionem, occisos ambos propter turbas excitatas in republica. *V. ibid.* 5. 11. Alludit autem ad dotis restitutionem, quam viri, si cum uxoribus divortium fecissent, tribus pensionibus et annuo intervallo solvere debebant. ¶ 2. Speciatim de tributo et vectigali. *Aurel. Vict. Cæsar.* 39. *a med.* Pensionibus inducta lex nova. *Id.* in *Epit.* 9. Novas vectigalium pensiones exquirere. ¶ 3. Item de pretio, seu mercede, quæ solvitur domino ædium, vel agri conducti. *affitto. Sueton. Ner.* 44. Inquilinos privatarum ædium jussit pensionem annuam repræsentare fisco. *Juvenal.* 9. 63. Improbus es, quum poscis, ait: sed pensio clamat, Posce. *Paul. Dig.* 33. 7. 18. *ante med.* Si villicus non pensionis certa quantitate, sed fide dominica coleret. ¶ 4. Item de usura fenoris. *Lamprid. Alex. Sev.* 26. Usuras feneratorum traxit ad trientes pensiones, etiam pauperibus consulens. *al quattrb per cento.*

PENSĬTĀTĬO, ōnis, f. 3. pensitandi actio: sed translate tantum occurrit, et ¶ 1. Est solutio, pensio, tributum, *pagamento, tributo, gravezza,* συντέλεια. *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 4. *Verr.* 1. Omne genus pensitationis in hoc capite positum est, canonis, oblationis, indictionis. Adde *Eumen. Grat. act. ad Constantin.* 12. *V.* locum in RESPECTO. Sic *Vulgat. interpr.* 2. *Paral.* 21. 3. Deditque eis pater suus multa munera argenti et auri, et pensitationes, cum civitatibus munitissimis. ¶ 2. Item compensatio, *compensazione. Plin.* 19. *Hist. nat.* 6. 32. (103). Cæpas serius circa ver, quum germinent, transferri: ita crassescere et tum properare præteriti temporis pensitatione. ¶ 3. Item impensa. *Sulpic. Sever.* 2. *Hist. sacr.* 8. Quum diurnam pensitationem, quæ

idolo inferebatur, clam ipsi (*sacerdotes*) absumerent.

PENSĪTĀTOR, ōris, m. 3. ἐξεταστής, λογιστής, ponderator, examinator. Translate *Gell.* 17. 1. Verborum pensitatores subtilissimi.

PENSĪTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PENSĪTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. frequentat. vel intens. a *penso*, quod a *pendo*. Part. *Pensitans* I. et II. 3.; *Pensitatus* II. 2.; *Pensitandus* II. 2. et 3. — Pensitare est sæpe, aut valde et diligenter ponderare, *pesare molto, pesare con molta diligenza*, σταδμάομαι.

I.) Proprie. *Aurel. Vict. Orig. gent. R.* 22. Lapis, quo lana pensitari solebat. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 278. *n.* 170. DICIT EX QVO TEMPORE AVGVSTVS REMPVBLICAM OBTINERE COEPIT VSQVE IN HODIERNVM NVNQVAM HAEC LOCA PENSIONES PENSITASSE. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 7. 5. (44). Is demum vitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. Cf. *Inscript.* apud *Henzen.* 5863. DEA SYRIA LANCE VITAM ET IVRA ET (*sic*) PENSITANS.

II.) Translate. ¶ 1. Est solvere, *pagare, sborsare. V.* PENDO II. 1. *Cic.* 3. *leg. Agr.* 2. 9. Immunia (*prædia*) commodiore conditione sint, quam illa, quæ pensitant. *pagano gravezze.* et *pro leg. Manil.* 6. 16. Qui vectigalia nobis pensitant. ¶ 2. Item examinare, perpendere, *esaminare. Liv.* 4. 41. Ne abs se imperatoria consilia, neu consulares artes exquirerent: quæ pensitanda quoque magnis animis atque ingeniis essent. *h. e.* attente consideranda, ut intelligi et deprehendi possent. *Gell.* 11. 13. *sub fin.* Vim ipsam rerum, virtutemque verborum pensitare. *Id.* 1. 4. Virtutes pensitare, vitia rimari. *Id.* 2. 27. Pensitare de aliqua re. *Sueton. Aug.* 66. morosissime aliquid. *Plin.* 1. *Ep.* 8. *circa med.* Nos contra multum ac diu pensitatus amor liberalitatis communibus avaritiæ vinculis eximebat. — Et seq. Relativo. *Tac.* 3. *Ann.* 52. Tiberius sæpe apud se pensitato, an coerceri tam profusæ cupidines possent, etc. ¶ 3. Est etiam comparare, *paragonare. Gell.* 1 9. *sub fin.* Philosophorum sectatores cum veteribus Pythagoricis pensitans. *et ibid.* 13. Incommoda cum emolumento spei pensitanda esse.

PENSĬUNCŪLA, æ, f. 1. *pensioncella, deminut. a* pensio, parva pensio. *Colum.* 10. *R. R. præf.* 1. Fenoris tui-reliquam pensiunculam percipe.

PENSO, as, āvi, ātum, are, a. 1. frequentat. vel intens. a *pendo*. Part. *Pensans* I.; *Pensatus* I. et II. 1. et 2.; *Pensaturus* II. 1.; *Pensandus* II. 2. et 3. — Pensare est ponderare, σταδμάομαι (It. *pesare*; Fr. *peser*; Hisp. *pesar*; Germ. *wägen, abwägen*; Angl. *to weigh*).

I.) Proprie. *Liv.* 38. 24. *a med.* Mulier lingua sua, stringerent gladium, et centurionem pensantem aurum occiderent, imperavit. Adde *Sil. It.* 4. 153. Sic *Colum.* 12. *R. R.* 53. 2. Sint autem iis portionibus pensata, quas infra subjicimus. *Flor.* 3. 15. C. Gracchi caput auro pensatum. *pagato a peso d'oro.* V. *Val. Max.* 9. 4. *n.* 3.; et *Vellej.* 2. 6. 5.— Proverbii speciem præ se fert illud *Horat.* 2. *Ep.* 1. 28. Si, quia Grajorum sunt antiquissima quæque Scripta vel optima, Romani pensantur eadem Scriptores trutina, non est quod multa loquamur.

II.) Translate. ¶ 1. Est compensare, rependere, paria facere, *compensare, ricompensare, uguagliare. Curt.* 8. 5. Exigua turis impensa tanta beneficia pensaturi. *Seneca* 3. *Benef.* 9. Beneficiis beneficia pensare. *Seneca alter sub fin. Thyest.* Scelere quis pensat scelus? *Id. Œdip.* 606. Tepente Nilo pensat Arctoas nives. *Sueton. Aug.* 25. *extr.* Aurei hami abrupti damnum nulla captura pensari potest. Sic *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 126. numeri damnum Proserpina pensat. *Id. VI. cons. Honor.* 115. materne laudem cum crimine pensat. *Id. IV. cons. Honor.* 472. Fessaque pensatis respiret Græcia pœnis *Vellej.* 2. 88. 3. Præmaturam mortem immortali nominis sui pensavit memoria. *Sil. It.* 15. 817. Cannas pensavimus, inquit, Hannibal, et Trebiam, et Trasimeni litora tecum Fraterno capite. *h. e.* parem cladem intulimus. — *Pensare iter*, compendium itineris facere, *accorciar la strada. Lucan.* 9. 685. Ille quidem pensabat iter, propiusque secabat Acra, si medias Europæ scinderet urbes. *V.* COMPENSO. Sic *pensare moras*, compensare, *Id. ibid.* 1002. — *Pensare vicem*, suppliere. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 8. 44. (97). Alex fotu apud mediterraneos aquæ marinæ vicem pensat. *serve per acqua di mare.* Cf. *Liv.* 26. 37. Transmarinæ res quadam vice pensatæ. — Apud *Cic.* 2. *Off.* 19. 68. Ceterisque operis et officiis erit, quod violatum est, pensandum. *recentiores plerique omnes leg.* compensandum. ¶ 2. Est etiam solvere, luere, *pagare*, quomodo dicimus *pendere pœnas*, etc. *Seneca Œdip.* 936. Itane tam magnis breves Pœnas sceleribus solvis? atque uno omnia Pensabis ictu? *Val. Max.* 1. 8. *n.* 3. *extern.* Illi nefarium concubitum voluntaria morte pensarunt. *Ovid. Heroid.* 2. 153. Stat nece matura tenerum pensare pudorem. *soddisfare.* Sic *Vellej.* 2. 115. 5. Imperatori numquam adeo ulla opportuna visa est victoriæ occasio, quam damno amissi pensaret militis. *h. e.* quam veluti emeret pretio amissi militis. *Sil. It.* 2. 35. Nullo jam capti vitam pensabitis auro. *h. e.* nulla auri summa persoluta vitam redimetis. *Calpurn.* 4. *Ecl.* 141. Sit Deus, et nolit pensare Palatia cælo. *h. e.* dare, et quasi impendere imperium terrarum pro imperio cœli. De Numeriano Imp. R. loquitur. *Id.* 5. *ibid.* 111. sitis est pensanda fluorum, Canthe, gregum viridante cibo. *h. e.* solvenda, exstinguenda. ¶ 3. Item ponitur — *a*) Pro æstimare, judicium ferre, *fare giudizi, fare stima. Liv.* 34. 49. Reliquas civitates monere, ut ex factis, non ex dictis, amicos pensent. *Seneca Herc. Œt.* 1336. Pensate merita: mors erit pretium omnium. *Tac.* 3. *Hist.* 26. *extr.* Omnis cædes et vulnera et sanguis aviditate prædæ pensabantur. *Sil. It.* 1. 533. gaudet nitescere duris Virtutem, et decoris pretio discrimina pensat. *Id.* 7. 223. Stat pensata diu belli sententia. *esaminata, considerata, pensata. Quintil. declam.* 3. 16. Fortiter ancipites inibimus pugnas, vulnera laude pensabimus. — *b*) Et pro cogitare, versare animo in utramque partem, *pensare, esaminare. Curt.* 3. 6. Quidquid in utramque partem aut metus, aut spes subjecerat, secreta æstimatione pensabat. *et* 7. 8. Ibi sine arbitris singula animi consulta pensando, noctem vigiliis extraxit. ¶ 4. Est idem ac pendēre facio, suspendo, apud *Venant. Fortun.* 8. 5. 70. In cruce pensandus, membra cruore lavans.

PENSO, as, āvi, ātum, are, n. 1. est idem ac pondus habere apud *Marcell. Empir.* c. 16. *p.* 108. ed. *Ald.* Deinde radicibus separatis ponderabis aquam, et quantum separata aqua pensaverit, tantum mellis optimi despumati admiscere debebis.

PENSOR, ōris, m. 3. qui pendit et examinat. *Augustin.* 5. *Confess.* 4. *extr.* Mensor cœli, numerator siderum, et pensor elementorum. Adde *eumd.* 15. *Civ. D.* 27.

PENSUM, i, n. 2. proprie est neutrum Participii *pensus* a *pendo*, id quod pensum est, et præcipue in lanificio mulierum locum habet, et significat certum lanæ pondus, quod mulieri certo tempore faciendum assignatur, τὸ σταδμηδέν (It. *compito, roccata, pennecchio*; Fr. *tâche du jour*; Hisp. *tarea*; Germ. *die Tagarbeit der Sclavinnen im Wollospinnen, die Aufgabe, das Pensum*; Angl. *a task, piece of work*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Plaut. Merc.* 2. 3. 62. Nihil opus nobis ancilla, nisi quæ texat, quæ molat, lignum cædat, pensum faciat, ædes verrat, vapulet. *et mox* 81. Ea molet, conficiet pensum, pinsetur flagro. Adde *Lucilium* apud *Non. p.* 271. 29. *et p.* 420. 9. *Merc. Virg.* 1. *G.* 391. nocturna carpentes pensa puellæ. *et* 4. *ibid.* 348. dum fusis mollia pensa Devolvunt. *Id.* 8. *Æn.* 412. famulasque ad lumina longo Exercet penso. *Ovid. Heroid.* 3. 73. Nos humiles famulæque tuæ data pensa trahemus, Et mihi nunc plenas stamina nostra colos. *Id.* 1. *Amor.* 13. 24. Lanificam revocas ad sua pensa manum. *Propert.* 3. 13. 15. famulam pensis oneravit iniquis. *Claudian.* 1. *in Eutrop.* 498. Ducere pensa. *Justin.* 1. 3. 2. Invenit eum pensa inter virgines participem. *Propert.* 4. 3. 33. Noctibus hibernis castrensia pensa laboro. *h. e.* lanam in usum vestium militarium. — *b*) Speciatim a Poetis sæpe refertur ad Parcas: diciturque de certo vitæ hominum spatio, quod illæ, tamquam lanæ pensum nere dicuntur. *Seneca Herc. Fur.* 181. Duræ peragunt pensa sorores, Nec sua retro fila revolvunt. *Albinov.* 1. 239. Clothoque duasque sorores, Pollice quæ certo pensa severa trahunt. *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 52. quæ seriem fatorum pollice ducunt, Longaque ferratis evolvunt sæcula pensis. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 172. Jamque in fine dies, et inexorabile pensum Deficit. Huc illud *Calpurnii* pertinet 4. *Ecl.* 137. Dii, precor, hunc juvenem post longa reducite vitæ Tempora, vel potius mortale resolvite pensum, Et date perpetuo cælestia fila metallo. *V.* et MENSUM.

II.) Translate ¶ 1. Est cujuscumque assignati muneris functio, officium, partes, munus, *incombenza, debito. Plaut. Bacch.* 5. 2. 33. Pensum meum lepide accurabo. *Id. Pers.* 2. 4. 1. Pensum meum, quod datum est, confeci. *Varro* 2. *R. R.* 2. 1. Nostrum pensum absolvimus. *Cic.* 3. *Orat.* 30. 119. Nunc ad reliqua progrediar, meque ad meum munus pensumque revocabo. *Id.* 5. *Verr.* 46. 109. Meæ diligentiæ pensum magis in Leontino agro est exigendum. *Liv.* 4. 52. Is quum principio statim anni, velut pensum nominis familiæque, seditiones agrariis legibus promulgandis cieret, etc. *Colum.* 3. *R. R.* 10. 7. Peragere laboris sui pensum. ¶ 2. Item est pondus, unde *peso* recentium Italorum. *Cassiod.* 6. *Variar.* 18. *ad præfect. annonæ.* Per officinas pistorum cibosque discurris, pensum et munditiam panis exigis. *et mox.* Panis pondera æquus examinator intende: sollicitius auro pensetur, unde a Quiritibus vivitur. *V. ejusd. loc. cit.* in COMPENDIUM; et PENSO secundo loco.

PENSŪRA, æ, f. 1. *il pesare*, ponderatio, pensio. *Varro* 5. *L. L.* 183. *Müll.* Per trutinam solvi solitum, vestigium etiam nunc manet in æde Saturni, quod ea etiam nunc, propter pensuram, trutinam habet positam.

PENSUS, a, um. *V.* PENDO.

PENTĂCHORDUS, a, um, adject. *di cinque corde*, πεντάχορδος, quinque chordas habens. *Capell.* 9. *p* 325. pentachordum vocat systema vocum musicarum, quod *Vitruv.* 5. 4. *ad fin.* appellat diapente. *una quinta. V.* DIAPASON.

PENTĂCONTARCHUS, i, m. 2. πεντηκόνταρχος, qui quinquaginta militibus præest. *Vulgat. interpr.* 1. *Machab.* 3. 55. Post hæc constituit Judas duces populi, tribunos et centuriones et pentacontarchos et decuriones. *V.* QUINQUAGENARIUS.

PENTĂDACTȳLUS, i, m. 2. ¶ 1. Ita vocatur cochlearum marinarum genus, quinque quasi digitos, seu apices habens: a πέντε *quinque* et δάκτυλος *digitus. Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (147). *V.* ACTINOPHORA. ¶ 2. *Pentadactylon* est etiam idem ac pentaphyllon. *Apul. Herb.* 2.

PENTĂDŌRON. *V.* DIDOROS.

PENTĂĒTĒRĪCUS, a, um, adject. *di cinqu'anni*, πενταετηρικός, quinquennalis: a πέντε *quinque* et ἔτος *annus. Inscript.* apud *Gruter.* 499. 6. AGONOTHETA CERTAMINIS PENTAETERICI.

PENTĂFŎLĬUM, ii, n. 2. vox hybrida a πέντε *quinque* et *folium*; idem ac pentaphyllon apud *Marcell. Empir. c.* 7. *sect.* 2. *p.* 92. ed. *Ald.*

PENTĂGŌNĬUS *et*

PENTĂGŌNUS, a, um, adject. *quinquangolo*, πενταγωνος, quinque angulos habens. *Auct. de limit. p.* 257. *Goes.* Pontes interdum trifinii, interdum quadrifinii, aliquando pentagonii recipiunt rationem. *Capell.* 6. *p.* 230. In his pentagona, hexagona et cetera-continentur. Adde *Boeth. Arithm.* 2. 6. *p.* 1329., 2. 24. *p.* 1340. et alibi sæpe; et *Isid.* 3. *Orig.* 11. — Apud *Apul. Herb.* 2. est nomen pentaphylli herbæ. *V.* PENTAPHYLLON.

PENTĂMĔRIS, ă πέντε *quinque* et μερίς, ίδος *pars*, est quinta pars; et *pentameris tome* est idem ac penthemimeres. *V.* PENTHEMIMERES.

PENTĂMĔTER, tra, trum, adject. πενταμέτρος, quinque mensuras seu pedes habens. *Quintil.* 9. 4. 98. In pentametri medio spondeo. *Diomed.* 3. p. 502. *Putsch.* Pentametrum elegum. *et* p. 506. Pentameter heroicus.

PENTĂNUMMUS, i, m. 2. *quinario*, nummus argenteus, qui quinque asses valet, idem ac quinarius. *Auct. de limit.* p. 265. *Goes.* Sub terminis invenimus aut cineres, aut testam tusam, aut decanummos, aut pentanummos.

PENTĂPĔTES, is, n. 3. πενταπετές, quinquefolium, herba: a πέντε *quinque* et πίτομαι *pandor. Plin.* 25. *Hist. nat.* 9. 62. (109). Quinquefolium Græci vocant pentapetes, aut pentaphyllon.

PENTĂPHARMĂCUM, i, n. 2. compositio ex quinque pharmacis. Apud *Spartian. Æl. Ver.* 5. sumitur pro edulio, in quo quinque ciborum species sunt. *V.* TETRAPHARMACUM.

PENTĂPHYLLON, i, n. 2. *cinquefoglio*, πενταφύλλον, quinquefolium: a πέντε *quinque* et φύλλον *folium. Apul. Herb.* 2. Græci pentaphyllon, alii pentapetes, alii pentagonon, alii pentadactylon, alii pentatomon, Itali quinquefolium (*vocant*). Adde *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 4. *init.*; et *V.* PENTAPETES.

PENTĂPRŌTĬA, æ, f. 1. πενταπρωτεία, quinqueviratus, quinque primorum munus, qui et quinque summates vocantur: a πέντε *quinque* et πρῶτος *primus. Imp. Constantin. Cod.* 12. 29. 2.

PENTAPTŌTA. *V.* DIPTOTA.

PENTĂPŸLON. *V.* ARBITRATOR.

PENTAS, ădis, f. 3. πεντάς, quinarius numerus. *Capell.* 7. p. 239.

PENTASCHĒMĂTISTUS, a, um, adject. ex πέντε *quinque* et σχῆμα *figura*, qui habet quinque figuras. *Plotius de metr.* p. 2629. et 2630. *Putsch.* agit de monoschematistis, pentaschematistis et decaschematistis versibus, eosque singulos in dactylicos et spondaicos dividit.

PENTĂSĒMUS, a, um, adject. πενταίσημος, quinque temporibus constans: a πέντε *quinque* et σημεῖον *tempus*. Etenim *Quintil.* 9. 4. 51. Πεντάσημοι percussiones, nam σημεῖον tempus est unum. *Capell.* 9. p. 330. Pentasemus pes.

PENTASPASTON, i, n. 2. πενταίσπαστον, machina tractoria duobus trochleis et quinque orbiculis constans: a πέντε *quinque* et σπάω *traho. Vitruv.* 10. 3. Quum in ima trochlea duo orbiculi, in superiore tres versantur, id pentaspaston appellatur. *V.* POLYSPASTON.

PENTASPHÆRUM Folium, quod a *Martian. Dig.* 39. 4. 16. enumeratur inter species ad vectigal pertinentes, ut sunt cinnamomum, piper, nardi stachys, casia, etc. dictum vult *Gothofred.* quod quinque σφαῖρας, seu globulos habeat, et idem esse quod malobathrum. Alii aliter. V. *Isid.* 17. *Orig.* 9. *n.* 2. ibique adnotata.

PENTASTĬCHŒ Porticus, πενταστιχοι, sunt quæ ex quinque columnarum ordinibus constant. *Trebell. Gallien.* 18.

PENTĂSYLLĂBUS, a, um, adject. πεντασυλλαβος, quinque syllabis constans: a πέντε *quinque* et συλλαβή *syllaba. Matl. Theod. de metr.* 2. Pentasyllabos etiam quidam, et hexasyllabos pedes, quos Græci syzygias vocant, faciendos crediderunt. *Mar. Victorin.* 4. p. 2610. *Putsch. de versu Adonio.* Quidam pentasyllabon epodon dixerunt, a numero syllabarum: alii trimœron epicon; est enim pars tertia epici versus.

PENTĂTEUCHUS, i, m. *vel* Pentateuchum, i, n. 2. *Pentateuco*, Πενταteυχος, volumen quinque librorum: a πέντε *quinque* et τεῦχος *volumen*. Hoc nomine vocatur opus Moysis prophetæ, cujus libri sunt: Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 10. *V.* HEPTATEUCHUS.

PENTĂTHLI, ōrum, m. plur. 2. πένταθλοι, quinquertiones, athletæ, qui pentathlo sese exercebant. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (57). *de Myrone.* Hic fecit Delphicos pentathlos.

PENTĂTHLUM, i, n. 2. πένταθλον, quinquartium, exercitatio quinque artium, quasi πέντε ἆθλοι *quinque certamina*. Quinque artes, quibus apud Græcos ingenuorum puerorum institutio constabat, hæ erant: disci jactus, cursus, saltus, jaculatio, luctatio. Ita *Paul. Diac.* p. 211. 4. *Müll.* Ab aliis rectius ita enumerantur; cursus, saltus, disci vel jaculi jactus, lucta, pugilatus. Latini natationem, et equitationem adjecere. *V.* QUINQUERTIUM. Ceterum hoc vocabulo utitur *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (68).

PENTĂTŌMON, i, n. 2. πενταtομος, herba eadem ac pentaphyllon: a πέντε *quinque*, et τομή *sectio. Apul. Herb.* 2.

PENTĒCOSTĂLIS, e, adject. ad festum Pentecostes diem pertinens. *Tertull. Idol.* 14. Festum pentecostale.

PENTĒCOSTĒ, es, f. 1. *Pentecoste*, dies festus, quinquagesimus post Pascha: a πεντηκοστή, *scil.* ἡμέρα, quinquagesima dies. *Tertull. Idolol.* 14. Non Dominicum diem, non Pentecosten ethnici nobiscum communicassent.

PENTĒLŌRIS. *V.* DILORIS.

PENTĒRĒMIS. *V.* voc. seq.

PENTĒRES, is, f. 3. πεντήρης, navis quinqueremis. *Auct. B. Alex.* 47. Capit ex eo prœlio penterem unam, triremes duas, etc. Est qui legit *pentiremem*, quæ vox idem significat, sed hybrida est: a Græco πέντε *quinque*, et Latino *remus*. Adde *Auct. B. Afr.* 72. *extr. Isid.* 19. *Orig.* 1. Triremes et quatriremes-. Sic et penteremes et hexeremes. *V.* QUINQUERES.

PENTETHRONĬCUS, a, um, adject. vox ficta a milite glorioso apud *Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 25. ad significandam regionem longe positam, quæ nuspiam est, et ad movendam apud imperitos admirationem: cujusmodi sunt apud *eumd. Mil. glor.* 1. 1. 13. Gurgustidonii (*Fleckeisen.* Gorgonidonii) campi, etc. Al. leg. *Pelethronica*, alii *Pterornithica* (a πτερόν *ala* et ὀρνιθικός *aviarius*), quia de volaticis hominibus ibi agitur.

PENTHĒMĬMĒRES, is, f. 3. πενθημιμερής, *scil.* τομή, h. e. semiquinaria cæsura versus constans ex duobus pedibus, et syllaba, quæ dictionem claudit: a πέντε *quinque*, ἡμι *semi*, et μέρος *pars*, ut *Virg.* 1. *Æn.* 1. Arma, virumque cano. *Auson. epist.* 4. 85. Istos (*hendecasyllabos*) composuit Phalæcus olim, Qui penthemimeren habent priorem, Et post semipedem duos iambos. Alii vitiose hic leg. *penthemimerin*, ut sit a πενθημιμερίς. *Terentian.* p. 2440. *Putsch.* Et quem semipedem est necesse linqui, ut Sit penthemimeres tome locata. *At* Lachmann. *et* Kell. *legunt* linqui, Ut sit pentameris tome locata. *V.* SEMIQUINARIUS.

PENTHĒMĬMĒRĬCUS, a, um, adject. ad penthemimeren pertinens. *Plotius de metr.* p. 2633. *Putsch.* Chœrilium metrum, quod et diphilium et angelicum nuncupatur, constat penthemimerica cæsura et syllaba et altera penthemimerica. Adde *eumd.* p. 2629.

PENTĪRĒMIS. *V.* PENTERES.

PENTŌRŌBON, i, n. 2. herba, al. pæonia, et glycyside, caulem habens duum cubitorum, comitantibus duobus, aut tribus, subrutilum, cute lauri, folium quale isatis, pinguius et rotundius et minus, semen in siliquis, aliud grano rubente, aliud nigro; duo enim genera sunt. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 10. 60. (84). et 25. *ibid.* 4. 10. (29).

PĒNU. *V.* PENUS.

PĒNŪĀRĬUM, ii, n. 2. cella penaria. *Gloss. Cyrill.* Ταμεῖον τὸ ἰδιωτικόν, cellarium, cella penaria, penuarium. *Charis.* 1. p. 85. *Putsch.* Pomaria (*dicuntur*) ubi (*poma*) servantur, ut penaria. *Fortasse* panaria.

PĒNŪĀRĬUS. *V.* PENARIUS.

PĒNŪLA, etc. *V.* PÆNULA.

PĒNULTĬMUS. *V.* PÆNULTIMUS, et PÆNE.

PĒNŪRĬA *et* pænuria, æ, f. 1. *Paul. Diac.* p. 222. 2. *Müll.* Penuria est id, quod pæne minus sit, quam necesse est. *Al. leg.* quod penui minus sit. *Manut.* vult scribi per diphthongum ex libris veterib. et quod ita dicta sit, quasi *pœne urat: Dausquius* per *e*, quod magis placet. Notatio *Manutii* levis est: probabilior si a *penu* ducas; proprie enim dicitur de rebus ad penum et victum pertinentibus. Nec obstat quantitas pænultimæ, quæ brevis esse deberet; sæpe enim Latini syllabam, quæ derivatione brevis est, producunt, ut in *rēgula* a *rĕgo*, in *tēgula* a *tĕgo*. — Ceterum, ratione habita etymi, *penuria* conjungendum est cum Græca voc. πεῖνα, quo idem significatur, h. e. inopia, egestas, paucitas, ἀπορία, ὑστέρησις (It. *mancanza, penuria, scarsezza, carestia*; Fr. *manque, disette, pénurie*; Hisp. *falta, defecto, hambre, penuria, carestia*; Germ. *d. Mangel an etwas*; Angl. *want, need, scarcity, penury*).

I.) Proprie. ¶ 1. Speciatim, vel stricto sensu de rebus ad penum et victum pertinentibus. *Lucret.* 5. 1007. Tum penuria deinde cibi languentia leto Membra dabat. *Virg.* 7. *Æn.* 112. ut vertere morsus Exiguam in Cererem penuria adegit edendi. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 97. ad usque Supremum tempus, ne se penuria victus Opprimeret, metuebat. *Liv.* 4. 25. Eo anno vis morbi levata, neque a penuria frumenti, quia ante provisum erat, periculum fuit. *Sall. Jug.* 20. *de Africa.* Cælo terraque penuria aquarum. *Colum.* 9. *R. R.* 14. 17. *de apib.* Si longior fames incesserit, optimum est per aditum vestibuli dulcia liquamina immittere, et ita penuriam temporum sustinere. Τνώμη est illud *Lucret.* 5. 1118. Divitiæ grandes homini sunt, vivere parce Æquo animo: neque enim est unquam penuria parvi. *Jornand. Get.* 26. Evenit his (*Visigothis*), ut adsolet gentibus necdum bene fundatis, penuria famis. — *In penuria*, quum penuria est. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 13. 34. (130). Taxatio in libras sestertii singuli, et in penuria bini. ¶ 2. Latius de quacumque re physica. *Ter. Adelph.* 3. 3. 88. Næ illius modi jam nobis magna civium Penuria 'st. Sic *Cic. Brut.* 1. 2. Magna sapientium civium bonorumque penuria, vir egregius alienissimo reipubl. tempore exstinctus. *Id. Amic.* 17. 62. Sunt igitur firmi et stabiles et constantes eligendi: cujus generis est magna penuria. *Sall. Jug.* 25. Penuria liberorum. *Liv.* 1. 9. mulierum. *Plin.* 3. *Ep.* 19. colonorum. *Colum.* 7. *R. R.* 9. 7. arborum. *Gell.* 14. 2. Ut rem judiciariam, quoniam vocis, ut dicitur, vivæ penuria erat, ex mutis, quod ajunt, magistris cognoscerem.

II.) Figurate de iis, quæ ad animum pertinent. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 6. 6. (17). Interfectos elephantos jaculis tradit, penuria consilii. *per non sapere che farne.*

PĔNUS, us, m. et f. 4., *et* penus, i, m. et f. *et* penum, i, n. 2., *et* penus pĕnŏris, n. 3. *et* penu, us, n. 4. Hoc *penu* et hoc *penum Afranius* dixit in Talione, ut quidam putant. Hæc *Charis.* 1. p. 113. *Putsch.* Ceterum *V. eumd.*, si placet, 1. p. 57. Quidam Grammaticus apud *Gell.* 4. 1. et *peneris* et *peniteris* dixisse veteres pro *penoris*, tradidit. — Penus, quod ratione habita etymi conjungendum est cum *penitus, penates, penetrare*, ¶ 1. Græce βίος (It. *provvisione pel vitto, o da bocca, vettovaglia*; Fr. *provisions de bouche, comestibles*; Hisp. *provision*; Germ. *der Vorrath an Speisen und Lebensmitteln, Mundvorrath*; Angl. *provision of food, stores of the support of life, meat, sustenance, provisions, victuals*) — *a*) Generatim sunt res necessariæ ad victum hominum quotidianum, quæ ad futuri temporis usum annuum servantur. Nam quod ad edendum bibendumque in dies singulos paratur, penus non esse, ajebat *Q. Scævola* apud *Gell.* 4. 1., sed ea solum, quæ hujusce generis longi usus gratia contrabuntur et reconduntur: quæ ita dicta esse, quod non in promptu, sed intus et penitus habeantur in ædibus. (Al. contra censent *penitus* a *penus* dictum esse.) *Ser.* autem *Sulpic. ibid.* docuit, Sejo Ælio placuisse, non quæ esui tantum et potui forent, sed tus quoque et cereos in penu esse. *et Massur. Sabin. ibid.* etiam jumentis paratum cibum penori attributum dicit: itemque ligna et carbones, quibus penus conficitur, quibusdam ait videri esse in penu. Ex his autem, quæ promercalia et usuaria in locis iisdem es-

sent, ea sola penoris putat, quæ sint usui annuo. Similia his habentur apud *Ulp. Dig.* 33. tit. 9. *qui est* De penu legata, *l.* 3. Latius definit *Cic.* 2. *Nat. D.* 27. 68. Est enim omne, quo vescuntur homines, penus. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 45. Nisi penus annuus hodie convenit, cras populo prostituam vos. *et ibid.* 91. Nisi hodie mihi omne huc penus affertur. *Afranius* apud *Priscian.* 5. *p.* 659. *Putsch.* Vos, quibus cordi est intra tunicam manus læva, dextra intra penum herile. *Plaut. Capt.* 4. 4. 12. Dicam ut sibi penum aliud ornet. *Julian. Dig.* 36. 2. 19. Ut ante litem contestatam tradita peno, heres liberetur. *Al. leg.* tradito. *Ter. Eun.* 3. 3. 18. In cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum. *Lucilius* apud *Non. p.* 219. 29. *Merc.* et *Priscian.* 5. *p.* 659. *Putsch.* Magna penus parvo spatio consumpta peribit. *Cæsar Strabo ibid.* Propinquos nostros penore volebamus privare. *Vitruv.* 10. 8. Navis immanibus mercis et penus ponderibus onerata.— *b*) Speciatim dicitur de cibis (excepto pane) et eorum condimentis, ut sale, melle, oleo, aceto: item de salgamis cujuscumque generis, ut sunt carnes salitæ, poma, aut olera condita etc. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 72. Annonæ prosit, portet frumenta penusque. *Colum.* 12. *R. R.* 4. 5. Quum ea res innoxia penora conservet, ubi non innatent, sed semper sint jure submersa. *Ulp. Dig.* 33. 9. 3. Penus esculenta. *Sueton. Ner.* 11. Sparsa populo missilia omnium rerum, avium cujusque generis multiplex penus, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum etc. *Pers.* 3. 73. quod multa hdelia putet In locuplete penu. Hic *penus* de penaria cella intelligi potest. ¶ 2. *Penus* etiam dictum est locus intimus in æde Vestæ tegetibus sæptus, qui certis diebus circa Vestalia aperiebatur, ut *Festus p.* 250. 34. *Müll.* et *Servius* ad *Virg.* 3. *Æn.* 12. docent. *Lamprid. Elagab.* 6. In penum Vestæ, quod solæ virgines solique pontifices adeunt, irrupit.

PĒPLIS, is, f. 3. πέπλις, ¶ 1. Est herba, quam alii sycen, alii meconion, alii mecona aphrode vocant, ex una radice tenui fruticans, foliis rutæ paullo latioribus, semine sub foliis rotundo, minore quam candidi papaveris. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 93. (119). Al. leg. *peplos.* ¶ 2. Alia est *peplis*, quæ et porcillaca, de qua *Id.* 20. *ibid.* 20. 81. (210).

PĒPLOS. *V.* vocem præced. § 1.

PĒPLĬUM, ii, n. 2. πέπλιον, herba eadem ac peplis, (Euphorbia peplis *Linnei*). *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 19. *ante med.* Emolliendus est venter aut helleboro nigro, aut peplio nigro, admixto dauco, vel seseli, vel cumino, sive aniso, vel aliud quodcumque tranquillum admiscendum putat (*Hippocrates*), id est portulacam, vel peplii succum præstare, quæ enim admiscemus sibi similigena. Adde *eumd.* 4. *Tard.* 6.

PĒPLUM, i, n. *et*

PĒPLUS, i, m. 2. πέπλον et πέπλος,

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu, est vestis lanea (ut ait *Suid.*) exterior, ampla et magnifica, pallæ aut chlamydi similis, qua apud Græcos mos fuit deorum, Minervæ præcipue, et Junonis virginis simulacra amicire. Ea ornabatur purpura et auro, et res gestas tum earum, tum virorum illustrium intextas, aut depictas habebat. Athenis dicabatur Minervæ, Panathenaicis ludis, quinto quoque anno, manu nuptarum et filios habentium elaborata: item quoties placari deam opus erat ob insignem calamitatem. *Plaut. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 484. Numquam ad civitatem venio, nisi quum infertur peplum. (Adde *eumd. Merc. Prol.* 66.) *Virg. loc. cit.* Interea ad templum non æquæ Palladis ibant Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant. *Id. Cir.* 21. Sed magno intexens, si fas est dicere, peplo, Qualis Erichtheis olim portatur Athenis, Debita quum castæ solvuntur vota Minervæ, Tardaque confecto redeunt quinquennia lustro.*et mox.* Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnæ: Magna Giganteis ornantur pepla tropæis: Horrida sanguineo pinguntur prælia cocco etc. *Stat.* 10. *Theb.* 56. Peplum etiam dono, cujus mirabile textum Nulla manus sterilis, nec dissociata marito Versarat, calathis, castæ velamina divæ Haud spernenda, ferunt: variis ubi plurima floret Purpura picta modis, mixtoque incenditur auro. Ipsa illic magni thalamo desponsa Tonantis Expers connubii etc. ¶ 2. De quavis veste magnifica exteriori non solum deorum, sed etiam nobilium matronarum et illustrium virorum. *Claudian. Nupt. Honor.* 122. gremio natum Cytherea removit, Et crines festina ligat, peplumque fluentem Allevat. *Auson. Edyll.* 10. 418. Cæruleos nunc, Rhene, sinus, hyaloque virentem Pande peplum. *Trebell. in XXX. Tyrann.* 23. Ea die, qua est amictus a militibus peplo imperatorio, contione habita, etc. ¶ 3. Et universim de quacumque veste laxa. *Manil.* 5. 387. Accipiunt sinibusque suis, peploque fluenti, Osculaque horrendis jungunt impune venenis. — Huc referri potest et illud *Capell.* 6. *p.* 191. Texerat, exterior qui fulget, circulus orbis Ætheris astrifico lumina multa peplo. *Fulgent. Mythol.* 1. *p.* 617. *Stiv.* nox stellato mundum circumlita peplo. *h. e.* velamine astrigero.

II.) Translate. *Peplum horrendum* de vitio oculorum, quo quasi velo quodam obducuntur. *Seren. Sammon.* 13. 222. Si vero horrendum ducunt glaucomata peplum. *Alii leg.* plumbum.

PĔPO, ōnis, m. 3. *sorta di cocomero*, πέπων, ονος, vox Græca, qua significatur fructus quilibet a sole excoctus, et ad maturitatem perductus: a πέπτω *coquo*. Est autem nomen cucumeris magnitudine excedentis. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 23. (65). Placent copiosissimi Africæ, grandissimi Mœsiæ: quum magnitudine excessere, pepones vocantur. *Id.* 20. *ibid.* 2. 6. (11). Pepones, qui vocantur, refrigerant, maxime in cibo, et emolliunt alvum. Caro eorum epiphoris oculorum, aut doloribus imponitur. Radix sanat ulcera concreta etc. *Tertull. Anim.* 32. Empedocles, quia se Deum delirarat, idcirco, opinor, dedignatus aliquem se heroum recordari, Thamnus, et piscis fui, inquit. Cur non magis et pepo tam insulsus, et chamæleon tam inflatus? *Id.* 4. *advers. Marcion.* 40. Marcion peponem cordis loco habuit. *h. e.* insulsus, insipiens, fatuus fuit. — *Strabus Gallus*, qui vixit sæculo Christi IX. in Hortulo *c.* 7. videtur vel eos describere, quos Itali *poponi* dicimus, vel quos *angurie.*

PEPTĬCUS, a, um, adject. *digestivo*, a πεπτω *coquo, digero.* Pepticæ medicinæ dicuntur a *Plin.* 20. *Hist. nat.* 18. 76. (201)., quæ cibi concoctionem in stomacho juvant, vel abscessuum collectiones maturant. Adde *Æmil. Macr. c.* 25. *p.* 234. *retro* ed. *Ald.*

PEPUNCULUS, i, m. 2. deminut. peponis. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 168.

PER, præposit. Accusativum regens. Apud Poetas postponitur aliquando suo casui. *Lucret.* 6. 1264. Multa sit: protracta viam per proque voluta Corpora. *Virg.* 5. *Æn.* 663. Transtra per et remos. et *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 420. *n.* 381. MECVM CONVIXIT ANNIS VIGINTI SEPTE (*sic*) MENSES TRES PER. — *Per*, quam ducunt a περί per apocopen, haud probante *Handio* (*Tursellin. vol.* 4. *p.* 429.), significat motum per locum seu transitum, vel in se habet notionem medii et per medium transeundi, διά (It. *per, per mezzo*; Fr. *par, à travers*; Hisp. *de medio, por medio, por*; Germ. *durch, durch-hin, durch-hin-durch*; Angl. *through, through the midst of*).

I.) Proprie usurpatur de loco; et — *a*) De motu ac transitu per locum. *Plaut. Cas.* 3. 4. 23. Ego jam per hortum jussero istuc transire uxorem ad uxorem tuam. *Cic.* 14. *Att.* 16. Mihi quidem videtur Brutus noster jam vel coronam auream per forum ferre posse. *Cæs.* 1. *B. G.* 6. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent, unum per Sequanos-, alterum per provinciam nostram. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 46. Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. *Quintil.* 12. 9. 2. Non semper exercitus per plana et amœna ducendus est. — Similiter *Liv.* 5. 34. Ipsi per Taurinos-transcenderunt. *et* 10. 20. Per Vestinos in Campaniam Falernumque agrum transcendunt. — *b*) De rebus, per quas aliquid transit. *Cic.* 2. *Nat. D.* 55. 138. In quem sanguis per venam illam cavam influit. *Virg.* 9. *Æn.* 418. it hasta Tago per tempus utrumque. *Quintil.* 11. 3. 56. Majorem partem spiritus in loquendo per nares effundere. *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 142. Membranas oculorum perlucidas fecit, ut per eas cerni posset. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 4. Per impluvium intro spectant. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 37. 119. Erit ei persuasum etiam solem, lunam, stellas omnes, terram, mare deos esse, quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet et transeat. — *c*) *Per* ponitur et loco præpositionis *in*; et præcipue dicitur de rebus in uno aliquo loco dissipatis et distributis. *Plaut. Epid.* 2. 2. 11. Ita assimulato, quasi per urbem totam hominem quæsiveris. *Sall. Cat.* 52. Quasi vero mali atque scelesti tantummodo in urbe et non per totam Italiam sint. *Cic.* 1. *Fam.* 7. *circa med.* Si rex amicis tuis, qui per provinciam atque imperium tuum pecunias ei credidissent, fidem suam præstitisset. *Sall. Cat.* 57. Ipsos in vinculis habendos per municipia. *Liv.* 1. 9. Invitati hospitaliter per domos. *Id.* 28. 16. Dissipati per proximas civitates sunt. *Id.* 22. 54. Eos omnes Venusini per familias benigne accipiendos curandosque quum divisissent etc. *Cæs.* 3. *B. C.* 65. Significatione per castella fumo facta. *h. e.* per totum ordinem castellorum. *Sueton. Cæs.* 19. Pactus, ut is-nummos de suo-per centurias pronunciaret. — *Per vias*, in omnibus viis. *Plaut. Cist. a.* 5. *v.* 1. Quid hoc negotii est, quod homines fabulantur per vias, mihi esse filiam inventam? Cf. *eumd. Cas.* 2. 3. 23. *V.* infra sub *e.* — Ceterum huc referuntur et illa *Sall. fragm.* apud *Priscian.* 6. *p.* 699. *Putsch.* Dedecores inultique per terga ab hostibus cædebantur. *Catull.* 17. 8. municipem meum de tuo volo ponte Ire præcipitem in lutum per caputque pedesque. *Tac.* 4. *Hist.* 29. Ipsorum tela per tenebras vana. — *d*) Et de rebus, quæ locum permeandum explent, et perrumpendæ sunt. — *Per* ponitur pro *inter. Virg.* 1. *G.* 237. duæ (*zonæ*) mortalibus ægris Munere concessæ divum, et via secta per ambas, Obliquus qua se signorum verteret ordo. *et* 244. Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis Circum, perque duas in morem fluminis arctos. *V. Macrob.* 2. *Somn. Scip.* 8. Similiter *Liv.* 24. 43. Per medios hostes evasit. *et* 22. 60. Prius, inquam, P. Sempronio per civium agmen, quam per hostium fuit erumpendum. *Cæs.* 3. *B. G.* 26. Hostes se per munitiones dejicere et fuga salutem petere contenderunt. *Virg.* 2. *Æn.* 664. quod me per tela, per ignes Eripis. — In aliis ad significationem præpos. *supra* accedit. *Liv.* 1. 48. Tullia per patris corpus carpentum egisse fertur. *Cæs.* 2. *B. G.* 10. Per eorum corpora reliquos audacissime transire conantes multitudine telorum repulerunt. *Justin.* 32. 3. 14. Naves suas humeris per juga montium-transtulerunt. *Curt.* 4. 2. 12. Per muros turresque tormenta disponunt. *Virg.* 4. *Æn.* 610. flammæque furentes Culmina perque hominum volvuntur perque deorum. — *e*) *Per viam* et *per vias* etiam de via dici potest, qua in aliquem locum ingredimur: sic *per portam, per pontem, per gradus* et similia. *Liv.* 2. 23. Multis passim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur. *Quintil.* 10. 7. 16. Si per aliquam rectam viam mittamus oculos. *Sueton. Tib.* 37. Per diversas portas in oppidum (*milites*) immisit. *Id. Cal.* 19. Per hunc pontem ultro citro commeavit. *Quintil.* 8. 4. 5. Per plures gradus adscenderat. — *Curt.* 5. 13. 23. Jumenta-delata per IV. stadia. *h. e.* per viam IV. stadiorum. — *f*) De loco, in quo aliquid porrigitur, aut de rebus porrectis. *Virg.* 9. *Æn.* 316. passim somno vinoque per herbam Corpora fusa vident. *Curt.* 8. 10. 17. Per herbas aggestamque frondem prostraverunt corpora. *Quintil.* 1. 10. 43. Pedes quadraginta per oram, quindeni per latera. — *g*) *Per partes*, h. e. non una re, nec semel. *V.* PARS. — Similiter *Lucan.* 6. 755. nec se tellure cadaver Paullatim per membra levat. *Cæs.* 7. *B. G.* 25. Per manus sevi ac picis traditas glæbas in ignem e regione turris projiciebat. *passandole di mano in mano. Quintil.* 11. 3. 100. Manus per singulos a minimo

collecta digitos. *Id.* 10. 1. 85. Idem nobis per Romanos quoque auctores ordo ducendus est.

II.) Translate. ¶ 1. Transfertur ad tempus, ut docet *Priscian.* 14. *p* 986. *Putsch.* Sciendum autem, quod omnia localia possunt eadem etiam temporalia esse, ut per medium forum et per medium diem dicimus. — *a*) De eo tempore, intra quod aliquid fit, vel in quod aliquid incidit. *Cic. pro leg. Manil.* 11. 32. Quam provinciam tenuistis a prædonibus liberam per hosce annos? *Id.* 10. *Fam.* 3. Per tot annos republica diversata. *Sueton. Cæs.* 88. Per septem dies continuos. *et ibid.* 68. Per aliquot horas. *Justin.* 43. 3. 3. Per ea adhuc tempora. *Cic.* 2. *Verr.* 5. 13. Nulla res per triennium, nisi ad nutum istius, judicata est. *per tre anni.* et 2. *Att.* 8. Nulla abs te per hos dies epistola inanis aliqua re utili et suavi venerat. *in questi giorni.* et 3. *Cat.* 8. 20. Ludi decem per dies facti sunt. *Liv.* 33. 18. Per eosdem dies ferme gesta. *Id.* 36. 14. Per eos forte dies M. Acilius consul-pedestres copias Larissam ducere-tribunos jussit. *Cic. Brut.* 83. 286. Duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se. *Cato R. R.* 25. Per hiemem. *h. e.* hiemis tempore. — Cum adjecto numero, ubi Cicero *in* dicit. *Cæs.* 2. *B. C.* 32. Quod bis per biduum equestri prælio superaverim? *Pallad.* 5. *R. R.* 1. Series per annum metis. *Sueton. Vesp.* 20. Quamvis inediam unius diei per singulos menses interponeret. — *Per noctem,* noctu, *di notte. Plin.* 2. *Hist. nat.* 10. 7. (48). Per noctem cernuntur sidera. Adde *Justin.* 1. 8. 8. Similiter *Liv.* 42. 64. Per meridiem. *h. e.* meridie. — *b*) Cum nominibus, quæ res in tempore factas significant. *Plaut. Cist.* 1. 1. 91. Per Dionysia mater pompam me spectatum duxit. Sic *Liv.* 2. 18. Per ludos. *h. e.* ludorum tempore. *Id.* 3. 16. Mansuetum id malum, et per aliorum quietem malorum semper exoriens *h. e.* qua alia mala quiescebant. *Id.* 38. 2. *extr.* Postero die per inducias sepeliendi cæsos potestas facta est. *Id.* 8. 13. *ad fin.* Sociali egregio exercitu per multa bella magnaque sæpe usi estis. *in molte guerre.* Sic *Colum.* 1. *R. R.* 7. 6. Per triturам. *Sueton. Cæs.* 80. Per comitia. *et ibid.* 45. Per somnum. *h. e.* somni, comitiorum, trituræ tempore. Similiter *Id. Galb.* 7. Per expeditionem. *Id. Claud.* 27. Per spectacula. *Id. Cæs.* 34. Per tumultum. — *Per otium,* otii et pacis tempore. *V.* OTIUM. — *Per vinum,* in ebrietate. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 60. Neque per vinum unquam ex me oritur dissidium in convivio. — *c*) Et de temporibus ordine quasi contentis, nullo exempto. *Sueton. Vesp.* 19. Dabat, sicut Saturnalibus viris apophoreta, ita per Kalendas Martias feminis. *et ibid.* 5. Quercus antiqua, quæ erat Martі sacra, per tres Vespasiæ partus singulos ramos a fruticе dedit. — *d*) *Per tempus,* in tempore, *a tempo, opportunamente. Ter. Andr.* 4. 4. 44. O Chreme, per tempus advenis. Adde *Plaut. Cas* 2. 1. 16., *Bacch.* 4. 8. 3. et *Men.* 1. 2. 30. ¶ 2. Refertur etiam ad personas, et significat media opera, aut ope alicujus. — *a*) Generatim. *Cic. Cluent.* 23. 62. Præter hasce insidias Avito ab Oppianico per Fabricios factas. *Id.* 1. *Orat.* 9. 38. Plura detrimenta publicis rebus, quam adjumenta, per homines eloquentissimos importata *Id.* 4. *Verr.* 3. 9. Statuerunt istius injurias per vos ulcisci et persequi. *per mezzo vostro.* Cf. *Liv.* 21. 10. Per quos priore bello rupta fœdera sunt ulti. Rursus *Cic.* 4. *Att.* 16. Nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, utrum per procuratores ageres, an per te ipsum. *Sueton. Aug.* 98. Per illum se vivere. *h. e.* ejus subsidio. *Ovid.* 13. *Met.* 178. per me jacet inclitus Hector. — Interdum præpositio *per* præpositioni *ab* respondet. *Cic.* 3. *Fam.* 11. 9. Nisi jam aliquid factum est per Flaccum, fiet a me. *et* 9. *Att.* 9. Id assequitur, si per prætorem consules creantur: nos autem in libris habemus, non modo consules a prætore, sed ne prætores quidem creari jus esse. *Quintil.* 3. 1. 5. Pleraque non inventa per me, sed ab aliis tradita. — Præcipue *per* usurpatur de iis, qui in agendis rebus intercedunt, aut vicem alicujus explent. *Cic. Rosc. Am.* 38. 112. Recede de medio: per alium transigam. *Sall. Cat.* 44. Sed Allobroges ex præcepto Ciceronis per Gabinium ceteros conveniunt. *Quintil.* 9. 3. 41. Ego quum in gratiam redierim cum Appio Claudio et redierim per Cn. Pompejum. *Sueton. Cæs.* 16. Senatus gratias ei per primores viros egit. *Cæs.* 3. *B. C.* 1. Constituit, ut arbitri darentur: per eos fierent æstimationes possessionum. — *b*) Speciatim *per se, per te,* sine alterius ope. *Cic.* 14. *Fam.* 5. Nos quum venerimus, reliqua per nos ageremus. *Id. Brut.* 25. 96. Summos honores homo per se cognitus, sine ulla commendatione majorum est adeptus. *Id. Sull.* 24. 67. Nihil audacter ipsos per se sine P. Sulla facere potuisse. *da sè soli.* et *Horat.* 1. *Ep.* 17. 1. satis per te tibi consulis. *Cæs.* 1. *B. C.* 32. Orat ac postulat (*Cæsar*), rempublicam (*patres*) suscipiant atque una secum administrent. Sin timore defugiant, illis se oneri non futurum et per se rempublicam administraturum. *Sueton. Aug.* 20. Externa bella duo omnino per se gessit. —Cum addito *ipse. Cic. Topic.* 1. 2. Ut eos per te ipse legeres. *Id. Tim.* 6. Ita se ipse consumptione et senio alebat sui, quum ipse per se et a se et pateretur et faceret omnia. ¶ 3. Eadem ratione qua, ut in paragr. proxime præcedenti, ad personas, sæpe refertur ad res, et notat instrumentum, modum causam, unde fit aliquid. — *a*) Generatim. *Cic.* 5. *Att.* 21. *circa med.* Appius turmas aliquot equitum dederat Scaptio, per quas Salaminios coerceret. *con le quali.* et *Ulp. Dig.* 18. 6. 1. *sub fin.* Per corbem mensuram vini facere. *Cic.* 2. *Fam.* 6. Non dubitavi id a te per litteras petere. *Id. Rosc. Com.* 8. 23. Is per summam fraudem et malitiam et perfidiam HS 1000 appetiit. *et ibid.* 7. 21. Per imprudentiam decipi. *Id. Rosc. Am.* 11. 30. Per summum dedecus vitam amittere. *Id.* 4. *Tusc.* 37. 79. Per iram facere aliquid. *Id.* 3. *Orat.* 3. 11. Depulsus per invidiam tribunatu. *Id. Dom.* 23. 59. Aliquem per insidias interficere. *Auct. B. Afr.* 73. Gallos homines apertos minimeque insidiosos, qui per virtutem, non per dolum dimicare consueverunt. — *Per ludum et jocum,* quasi ludendo et jocando. *Cic.* 3. *Verr.* 60. 155. Paucos homines, hoc adjutore, Q. Opimium per ludum et jocum fortunis omnibus evertisse. *et* 7. *ibid.* 70. 181. Non mediocribus laboribus contendere, ut ad istos honores pervenirent, ad quos vos per ludum et per negligentiam pervenistis. — *Per occasionem. V.* OCCASIO. — *Per ordinem,* ordine, ex ordine, *in ordine. Quintil. V.* ORDO. — *Per officium, potestatem,* fungendo officio, potestate. *Tac.* 1. *Ann.* 24. Druso propinquanti, quasi per officium, obviæ fuere legiones. *Cic.* 6. *Verr.* 14. 32. Quum ille ab sese hydriam præclaro opere per potestatem abstulisset. *per forza.* Sic *per vim. Id. Quinct.* 21. 69. Qui poterant per vim et scelus plurimum. — Interdum alteri nomini præpositio præfigitur, alterum casu terminatur. *Liv.* 2. 22. Neque patribus satis decorum per metum potius, quam postmodo voluntate. *Tac.* 1. *Ann.* 2. Quum ferocissimi per acies, aut proscriptione cecidissent. *Id. Agric.* 9. Ne famam quidem, cui etiam sæpe boni indulgent, ostentanda virtute, aut per artem quæsivit. — *b*) Speciatim, *per se* exprimit rem, quæ in se constat, solam, non aliarum rerum ratione habita. *Cic.* 3. *Fin.* 17. 56. Hæc partim sunt per se ipsa præposita, partim quod aliquid efficiunt. *et* 1. *ibid.* 9. 31. Voluptatem ipsam per se esse expetendam. *Cels.* 5. 25. Hæc per se somnum faciunt vel per se assumpta, vel ex aqua data. ¶ 4. Eadem ratione transfertur ad personas, quæ non impediunt, sed concedunt, ut aliquid fiat, atque ad eas res, secundum quas aliquid agi licet. — *a*) De personis; *per me, per te stat, licet* etc. *Plaut. Asin. prol.* 12. Asinariam volt esse, si per vos licet. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 29. 93. Per me vel stertas licet, inquit Carneades. *quanto a me.* et 2. *Fin.* 28. 92. Consequatur summas voluptates non modo parvo, sed per me nihilo, si potest. et *Ter. Andr.* 4. 2. 16. Ne pater per me stetisse credat, quo minus hæ fierent nuptiæ. *che io sia stato la cagione.* Rursus *Cic.* 4. *Att.* 16. Per me ista pedibus trabantur. — *b*) De rebus. *Per naturam, ætatem, legem, valetudinem* etc., quum natura, ætas etc. permittit, fert. *Cic. Mil.* 16. 43. Ut nihil eum delectaret, quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret. *Ter. Eun.* 1. 2. 31. Matris nomen et patris dicebat ipsa: patriam et signa cetera neque sciebat, neque per ætatem etiam potuerat. *Cic.* 7. *Fam.* 1. Et quum per valetudinem posses, venire tamen noluisti. *Liv.* 22. 57. Quantum per commodum reipublicæ fieri posset. ¶ 5. *Per,* sub prætextu, *sotto specie, sotto colore, o pretesto. Cic. Cœcin.* 3. 7. Qui per tutelam, aut societatem, aut rem mandatam, aut fiduciæ rationem, fraudavit quempiam. *Id.* 1. *Invent.* 39. 71. Aliquem per fidem fallere. *sotto la fede.* et *Liv.* 1. 41. *ad fin.* Per speciem alienæ fungendæ vicis suas opes firmavit. *Tac.* 1. *Hist.* 74. Prætoriani, quos per simulationem officii legatis Otho adjunxerat. Sic *per causam* apud *Cæs., Ovid., Tibull. V.* CAUSA. ¶ 6. Propter. *Plaut. Capt.* 3. 5. 32. Qui per virtutem perit, non interit. *V.* PERITO. *Id. Aulul.* 2. 1. 12. Neque occultum id haberi, neque per metum mussari. — Hinc *per hoc, per hæc* etc. propterea, apud serioris ævi scriptores. *Plin.* 8. *Ep.* 10. Dum se prægnantem esse puellariter nescit, ac per hoc quædam custodienda prægnantibus omittit. *Justin.* 41. 2. 5. Exercitum non, ut aliæ gentes, liberorum, sed majorem partem servitiorum habent, quorum vulgus, nulla manumittendi potestate permissa ac per hoc omnibus servis nascentibus, in dies crescit. *Sueton. Domit.* 14. Per hæc terribilis cunctis et invisus. ¶ 7. Inservit sæpe jurantibus et obsecrantibus. *Plaut. Amph.* 2. 2. 201. Per supremi regis regnum juro. *Cic. Rabir. Post.* 13. 36. Ubi semel quis pejeraverit, ei credi postea, etiam si per plures deos juret, non oportet. *Id.* 2. *Divinat.* 55. 114. Utrum tandem, per deos atque homines! magis veri simile est etc? *Id.* 1. *ad Brut.* 15. *sub fin.* Sed propera per deos. *Plaut. Asin.* 1. 1. 3. Ita te obtestor per senectutem tuam Perque illam, quam tu metuis, uxorem tuam. *Liv.* 24. 26. Ad ea addidit preces nunc per memoriam Hieronis patris Gelonisque fratris, ne sinerent. — Hoc usu transpositiones amat. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 64. Per te, here, obsecro deos immortales. *Ter. Andr.* 5. 1. 15. Per ego te deos oro. *Virg.* 4. *Æn.* 314. per ego has lacrimas dextramque tuam te Oro. *Liv.* 23. 9. Per ego te, fili, quæcumque jura liberos jungunt parentibus, precor quæsoque, ut etc. Adde *Val. Flacc.* 7. 498. et *seqq.*; *Stat.* 11. *Theb.* 367. *et* 708. et 1. *Achill.* 267.; et *Sil. It.* 12. 79. — Nomen, ad quod præpositio pertinet, mutatur in formam relativam. *Virg.* 2. *Æn.* 142. Per si qua est, quæ restet adhuc mortalibus usquam Intemerata fides, oro. *h. e.* per intemeratam, si qua est, fidem. *Id.* 10. *ibid.* 597. Per te, per qui te talem genuere parentes, etc.

In compositione *per* fere auget, ut *peramanter, pervelle, perfacilis.* Interdum minuit, aut contrarium significat, ut *perjurus, perfidus.* Interdum continuationem notat et complementum, ut *persedere, perspectare, perorare, peragere.* Et tmesin in his aliquando recipit. *Cic.* 1. *Orat.* 47. 205. Nobis ista sunt pergrata, perque jucunda. *et ibid.* 49. 214. Per mihi mirum visum est. *Id.* 10. *Att.* 1. Per enim magni æstimo. *Gell.* 2. 18. Platoni per fuit familiaris. *et* 18. 4. Per, inquit, magister optime, exoptatus mihi nunc venis. — *Per quam* (quod scribitur et *perquam*) maxime auget. *Cic.* 2. *Orat.* 49. 201. Per quam breviter perstrinxi. *Plin. Paneg.* 60. *ad fin.* Per quam modica civium merita. *Id.* 7. *Ep.* 27. Per quam velim scire. *Apul.* 2. *Met.* Tucetum per quam sapidissimum. *Inscript.* apud *Murat.* 953. 2. Parentes per quam infelicissimi. Et interjecto verbo *Ter. Hecyr.* 1. 1. 1. per pol quam paucos reperias. — *Charis.* 2. *p.* 208. *Putsch.* docet, præpositionem *per* accipi etiam pro eo quod est valde et præponi absolutivis, et videtur improbare veteres, qui *peroptimus* dixerunt: lectio tamen est vitiosa atque adeo incerta.

PĔRA, æ, f. 1. *bisaccia, carniere, tasca, wi-*

ρα, sacculus ex aluta, a collo ad lumbos pendens, quo panem et aliquid obsonii gestare mendici solent. *Martial.* 4. 53. Cum baculo peraque senex. Ubi philosophum quemdam notat: erant enim baculus et pera insignia philosophorum, et Cynicorum in primis, qui pauperes se esse profitebantur et rerum omnium contemptores. *Apul. de Mag.* Peram et baculum tu philosophis exprobrares? *Phædr.* 4. 9. Peras imposuit Juppiter nobis duas: Propriis repletam vitiis post tergum dedit: Alienis ante pectus suspendit gravem. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĔRABJECTUS, a, um, adject. *vilissimo*, valde abjectus. *Cyprian. de laud. martyr. ad fin.* Utinam perabjecto mihi istud videre contingat!

PĔRABSURDUS, a, um, adject. *molto inverisimile, o strano*, valde absurdus. *Cic. Partit. orat.* 15. 54. Hæc quia videntur perabsurda, quum graviora sunt quam etc. Adde *eumd.* 5. *Fin.* 11. 30. Divisum per tmesin, *Paul. Dig.* 22. 3. 25. Per enim absurdum est etc. *V.* PER in fin.

PĔRACCOMMŎDĀTUS, a, um, adject. *molto acconcio, o comodo*, valde accommodatus. *Cic.* 3. *Fam.* 5. Per fore accommodatum tibi. *V.* PER in fin.

PĔRACCŪRĀTUS, a, um, adject. multum accuratus. *C. Jul. Vict. Art. rhet.* (edente *A. Maio*) 14. Quintilianus præcipit in argumentatione ante omnia peraccurata utendum esse perspicuitate.

PĔRĂCĔO. *V.* PERACESCO.

PĔRĂCER, cris, cre, adject. valde acer, *molto forte, molto agro.*

I.) Proprie. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 1. Nunc experiar, sitne acetum tibi peracre in pectore. *h. e.* justæ indignationis sensus. *At* Fleckeisen. *leg.* sitne aceto tibi cor acre in pectore.

II.) Translate. *Cic.* 9. *Fam.* 16. *ante med.* Sed tamen ipse Cæsar habet peracre judicium. *molto sottile e fino.*

PĔRĂCERBUS, a, um, adject. valde acerbus, *molto acerbo.*

I.) Proprie. *Cic. Senect.* 15. 53. Uva peracerba gustatu.

II.) Translate. *Plin.* 6. *Ep.* 5. *sub fin.* Mihi peracerbum fuit, quod etc.

PĔRĂCESCO, ăcescis, ăcŭi, ăcescere, inchoat. 3. valde acescere: sed occurrit translate tantum. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 13. Hoc, hoc est, quo (*pectus*) peracescit: hoc est demum, quod percrucior. *che mi duole, mi fa sdegno.* — Præterit. *peracui* (quod nonnulli volunt esse a *peraceo, es*) itidem translate. *Id. Aulul.* 3. 4. 9. Ita mihi pectus peracuit. *mi s'accese di sdegno.*

PĔRACTĬO, ōnis, f. 3. *compimento. fine,* τελείωσις, perfectio, finitio. *Cic. Senect.* 23. 85. Senectus autem peractio ætatis est.

PĔRACTUS, a, um. *V.* PERAGO.

PĔRĂCŪO, is, ŭi, ūtum, ĕre, a. 3. *aguzzar bene*, valde acutum facio. *Cato R. R.* 40. Sumito tibi surculum durum, eum peracuito. *et mox.* Eum primorem peracuito. *Alii leg. utrobique* præacuito (ut *Schneider.*), *aut* proacuito.

PĔRĂCŪTĒ, adverb. *molto acutamente*, valde acute. Translate. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 9. 35. Quum Zeno valde subtiliter dissereret, et peracute moveretur. *Id.* 3. *Fam.* 7. Et simul peracute querebare, quod eos tributa exigere vetarem. *Apul. de Mag.* An peracute reperisse vobis videbamini?

PĔRĂCŪTUS, a, um, adject. valde acutus, *molto acuto o tagliente.*

I.) Proprie. *Martial.* 3. 24. Ut cito testiculos (*hirci*) peracuta falce secaret.

II.) Translate. *Cic. Brut.* 68. 241. Voce peracuta atque magna. *Id ibid.* 39. 145. Quum peracutus esset ad excogitandum. *et* 76. 264. Obscura, quia peracuta oratio. *et* 4. *Verr.* 44. 108 Ut sibi ipse peracutus esse videatur. *h. e.* valde intelligens, sapiens.

PĔRĂDŌLESCENS, entis, adject. *molto giovine*, valde juvenis. *Cic. pro leg. Manil.* 21. 61. Quid tam præter consuetudinem, quam homini peradolescenti imperium atque exercitum dari?

PĔRĂDŌLESCENTŬLUS, i, m. 2. deminut. peradolescentis. *Nepos Eumen.* 1. Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi.

PĔRADPŌSĪTUS, a, um, *et*

PĔRADTENTE, et similia. *V.* PERAPPOSITUS, PERATTENTE.

PĔRÆQUĀTĬO, ōnis, f. 3. ¶ 1. Generatim est perfecta æquatio, *uguagliamento. Solin.* 1. Temporum peræquatio. *Alii leg.* adæquatio. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 29. *ante med.* Similitudinum peræquatio. ¶ 2. Speciatim est actio peræquatoris. *Impp. Honor. et Theodos.* in *fragm. Cod. Theod.* (edente *A. Peyronio*) 5. 4. 3. Opera autem eorum (*colonorum*) terrarum domini libera *utantur*; ac nulli subacta peræquationi, vel censui subjaceant. *h. e.* novalia, agri nempe noviter culti nulli peræquationi, vel censui subjaceant. Ita locum edidit, et interpretatus est *C. F. Ch. Wenckius. V.* SUPERÆQUATIO.

PĔRÆQUĀTOR, ōris, m. 3. qui tributa et vectigalia ex æquo civibus imponit, pensatis uniuscujusque facultatibus. Differt a censitore, qui primus modum census definiebat; peræquator vero distribuebat æqualiter, et, si minus recte esset definitus, emendabat. Differt etiam ab inspectore, cujus munus erat qualitates agrorum inspicere, ut pro eorum ubertate, aut sterilitate vectigalium et tributi onus dominis imponeretur. Hinc in *Cod. Justin.* 11. *tit.* 57. et in *Cod. Theod.* 13. *tit.* 11. De censitoribus, peræquatoribus, et inspectoribus. *Inscript.* apud *Gruter.* 361. 1. PERAEQVATOR CENSVS PROVINCIAE GALLIACIAE. — Alius fuit *peræquator rerum victualium* apud *Cassiod.* 6. *Variar.* 6., qui videtur fuisse taxator pretii rerum victui populi inservientium.

PĔRÆQUĀTUS, a, um. *V.* PERÆQUO.

PĔRÆQUĒ, adverb. *ugualmente*, æque omnino. *Cic.* 5. *Verr.* 52. 121. Atque hoc peræque in omni agro decumano reperietis. *Id. Pis.* 35. 86. Quod quum peræque omnes, tum acerbissime Bœotii senserunt. *Nepos Att.* 13. Terna millia æris peræque in singulos menses. *Varro* 3. *R. R.* 16. 11. Quem audivi dicentem, fratres Vejanos numquam minus, ut peræque ducerent, dena millia HS ex melle recipere esse solitos. *h. e. per far uso di un numero rotondo.*

PĔRÆQUO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Peræquatus.* — Peræquare est omnino æquare, *uguagliare. Colum.* 3. *R. R.* 3. 3. Et apud me octogenæ stirpes insitæ intra biennium septenos culleos peræquarent. *h. e.* omnino implerent. Sic et § 10. *Vitruv.* 9. 4. *ante med.* Peræquatur ejus iter. *Solin.* 1. Lunari computatione annum peræquarunt. *Vitruv.* 5. 1. Contractura peræquata. *Id.* 9. 4. Duodecim partibus peræquatis. — Et absolute, vel neutrorum more, eodem sensu. *Inscript.* apud *Murat.* 318. 1. et apud *Guasco, Mus. Capit. T.* 2. *p.* 71., quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 81. L. MAELIVS SVCCESSVS QVI CVM MAELIA SYNTYCHEN. MATRE SVA SEMISSE (sic: PORTIONEM HABEBAT HVIVS ARIAE PERAEQVAVIT CVM SOCIIS SVIS VT COMMVNIS SET HIS QVI S. S. S. LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM ITA QVI TESTAMENTO SCRIPTI FVERINT.

PĔRÆQUUS, a, um, adject. valde æquus. *Cic.* 6. *Verr.* 21. 46. Fuisse aliquando apud Siculos peræqua proportione cetera. *Alii aliter legunt.* Similiter *Auct. de limit. p.* 312. *Goes.* Ager si fuerit trigonus isopleurus, habens tria latera, per quæ (*lege* peræqua, quæ) septagenas perticas habeant, etc. Ita ci. *Furlanetto* in altera *Appendice* hunc locum corrigendum putavit. At *Lachmannus* et *Rudorff.* (*p.* 354. *lin.* 17. *edit. Berolin.* 1848.) vulgatam lectionem tuentur.

PĔRÆSTĬMO, as, are, a. 1. plane æstimo. *Impp. Constantin. et Julian. Cod. Theod.* 6. 29. 2. *extr.* Quod si forte aliquis peræstimaverit perpetrandum, etc.

PĔRĂGĬTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PĔRĂGĬTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Peragitatus* 1. 1. — Peragitare est valde, aut frequenter agitare, miscere, *agitare, mescolare.*

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cæs.* 1. *B. C.* 80. Vehementiusque peragitati ab equitatu, montem excelsum capiunt. *cacciati, incalzati. Seneca* 3. *Benef.* 37. Ætna majore vi peragitata. *h. e.* commota, æstuans. ¶ 2. Speciatim de liquidis, quæ valde et frequenter miscentur. *Colum.* 12. *R. R.* 24. 3. Et, ut permisceatur medicamen, rutabulo ligneo peragitare conveniet. *Id. ibid.* 19. 4. Fœniculo peragitet (*mustum*), ne quid subsederit, quod etc. *et* 24. 1. Diligenter lignea spatha vel etiam manu (*picem aquæ marinæ immixtam*) peragitabimus, ut si quid inest vitii eluatur.

II.) Translate. *Seneca* 1. *Ira* 7. Hic stimulus peragitavit, misitque in pericula audaces.

PĔRĂGO, ăgis, ēgi, actum, ăgere, a. 3. Part. *Peragens* I. 2. et 3.; *Peractus* et *Peragendus* I. 3. — Peragere est agere trans aliquid, atque adeo transfodere, transcurrere, percurrere, percurrere usque ad finem (It. *cacciare a traverso, passare da parte a parte, scorrere, percorrere*; Fr. *traverser, passer, parcourir*; Hisp. *atravesar, pasar de una parte á otra, correr*; Germ. *durchstossen, durchtreiben, durchreisen, durchwandern*; Angl. *to run through, to pass, or go through*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) Est transfodere, *passare da parte a parte. Ovid. Heroid.* 4. 119. Theseus latus ense peregit. — *b*) Hinc pro interficere, conficere, *finire, ammazzare. Val. Flacc.* 1. 146. ardenti peragit Cianis Actora quercu. *Sil. It.* 11. 364. nec tantum fata dederunt, Externa peragi dextra. — Et generatim, omissa transfodiendi significatione. *Martial.* 5. 37. Adhuc recenti tepet Erotion busto, Quam pessimorum lex avara fatorum Sexta peregit hieme. — *c*) Hinc turpi sensu adhibetur ab *Auct. Priap.* 35. Quæ quot nocte viros peregit una, etc. *h. e.* confecit. — *d*) Item percurrere usque ad finem, *percorrere, scorrere. Ovid. Heroid.* 15. 65. Factus inops agili peragit freta cærula remo. *Id.* 13. *Met.* 61b. quum sol duodena peregit Signa. *Cf. Val. Flacc.* 1. 566. sic orbe peracto Liber et expertus terras remeavit Apollo. — *Cf. Stat.* 5. *Theb.* 574. longus vix tota peregit Membra dolor. ¶ 2. Est etiam vehementer agere, impellere, agitare, *cacciare, agitare, ἄγω, ἐλαύνω. Seneca Ep.* 58. Hunc, quem Græci œstrum vocant, pecora peragentem et totis saltibus dissipantem, asilum nostri vocabant. ¶ 3. Item universim, extra rem judicialem est usque ad finem agere, h. e. perficere, absolvere, *continuare, compire, finire, τελέω. Seneca Ep.* 64. *ad fin.* Multum egerunt qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt. — *a*) Generatim. *Cic. Senect.* 19. 70. Neque enim histrioni, ut placeat, peragenda est fabula, modo, in quocumque fuerit actu, probetur. *Id.* 2. *Nat. D.* 4. 10. Gracchus quum comitia nihilominus peregisset, etc. *Cæs.* 6. *B. G.* 4. *extr.* Peragit concilium Cæsar, equitesque imperat civitatibus. Sic *Id.* 5. *ibid.* 1. Conventibus Galliæ citerioris peractis. *et Nepos Cat.* 2. Senatu peracto. *Suetun. Oth.* 7. Subscripsit quingenties HS ad peragendam auream domum. *Virg.* 4. *Æn.* 653. Vixi, et quem dederat cursum fortuna, peregi. *et ibid.* 442. Perag re inceptum. *et* 5. *ibid.* 362. dona. *finir di distribuire. et Id.* 9. *ibid.* 942. Cædes ing ns peracta. *Stat.* 1. *Silv.* 1. 2. Opus peractum. *Ovid.* 7. *Met.* 502. mandata. *Id.* 2. *ibid.* 627.; et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 109. 112. (248). justa. *h. e.* persolvere. *Colum.* 3. *R. R.* 10. 7. laboris sui pensum. *Plin.* 7. *Ep.* 33. partes suas. *Liv.* 3. 40. sententiam. *finir di dire il suo parere. Nepos Attic.* 22. propositum. *Juvenal.* 2. 133. *et* 11. 114. officium. *Horat.* 4. *Od.* 14. 39. Imperiis peractis. *finito il comando dell'armi. Ovid.* 1. *Fast.* 186. Peragere iter inceptum. *Id.* 3. *Pont.* 2. 66. Invita peragens tristia sacra manu. *Id.* 4. *Trist.* 8. 13. Hæc mea sic quondam peragi speraverat ætas. *di finirsi così. et ibid.* 41. Vita procul patria peragenda sub axe Boreo. *et* 2. *Pont.* 7. 49. Vita prior vitio caret et sine labe peracta. *Id.* 15. *Met.* 486. postquam senior regnumque ævumque peregit. *finì di regnare e di vivere.* — Similiter *peragere noctem*, agere, *passar tutta la notte. Ovid.* 1.

Amor. 2. 3. Et vacuus somno noctem, quam longa, peregi. Sic *Horat.* 2. *Sat.* 4. 22. ille salubres Æstates peraget, nigris qui prandia moris Finiet. *passerà sano le state.* — *Otia peragere*, agere, in otio degere. *Ovid.* 1. *Met.* 99. sine militis usu Mollia securæ peragebant otia gentes. *Tibull.* 4. 1. 181. Languida nam noster peragit labor otia. — *Peragere causas*, agere. *Petron. Satyr.* 137. Carmina componat, declamet, concrepet, omnes Et peragat causas. — *responsa*, exsequi, et præstare quod dii oraculo jubent. *Seneca Troad.* 663. Responsa peragam, funditus busta eruam. — *Juvenal.* 2. 54. Vellera peracta. *lana filata, lavorata.* et *Id.* 10. 6. Votum peractum. *h. e.* impetratum. *Martial.* 1. 28. Quincunces peracti. *h. e.* bibendo exhausti. Cf. *Stat.* 11. *Theb.* 746. viresque peractas Ingemit. *h. e.* confectas, consumptas, *finite.* — Cum Infinito pro pergere. *Pers.* 5. 138. Varo, regustatum digito terebrare salinum Contentus perages, si vivere cum Jove tendis. ¶ 4. Speciatim in re judiciali et in jure — *a) Peragere reum*, deferre inter reos, accusare, et omnia peragere, quæ ad eum damnandum pertinent. *Liv.* 4. 42. Vos autem, si reum perago, quid acturi estis? *Plin.* 3. *Ep.* 9. Marium una civitas publice, multique privati reum peregerunt. *Ovid.* 4. *Pont.* 6. 27. Lenem te miseris genuit natura, *etc.* Ut qui, quid valeas, ignoret, Marte forensi, Posse tuo peragi vix putet ore reos. — *b)* Apud JCtos peregisse reum non alias quis videtur, nisi et condemnaverit, ut *Ulp.* loquitur *Dig.* 48. 5. 2., h. e. tenuerit, ut condemnaretur. *Val. Max.* 6. 2. *n.* 4. Ita eodem judicio duos sustinuit reos, accusatione Manilium, libertate Pompejum: et eorum alterum lege peregit, alterum professione. — *c) Peragere accusationem*, ea omnia præstare, quæ ad accusandum damnandumque reum pertinent. *Plin.* 6. *Ep.* 31. Admonitus, ut perageret accusationem, peregit invitus. — *d) Peragere indicium*, probare, demonstrare. *Liv.* 6. 16.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Peragere humum*, est colere, exercere assidue, *coltivare, lavorare. Ovid.* 4. *Fast.* 693. Ille suam peragebat humum, sive usus aratri, Sive cavæ falcis, sive bidentis erat. — *Peragere cibum*, conficere, *digerire. Plin.* 9. *Hist. nat.* 60. 86. (183). Omnem cibum statim peragit. ¶ 2. Speciatim est dicendo vel scribendo persequi, tractare, disputare, perscribere, describere. *Liv.* 3. 40. Sententiam igitur peregit, nullum placere senatusconsultum fieri. Cf. *eumd.* 7. 35. Ubi sententiam meam vobis peregero, tum, quibus eadem placebit, in dextram partem transibitis. Adde *eumd.* 22. 60. *Id.* 1. 32. Legatus, ubi ad fines eorum venit, Audi, Juppiter, inquit, *etc.* Peragit deinde postulata. Hæc paucis verbis carminis concipiendique jurisjurandi mutatis peragit. *Id.* 1. 18. Tum peregit verbis auspicia, quæ mitti vellet, *et* 34. 31. Pluribus me peregisse, quam pro patria sermonis brevitate (ut *Madvig.* legit in *Emendat. Livian. p.* 502.), fateor. *et* 7. 37. Advocata contione, P. Decii laudes peragit. *Id.* 39. 15. Quum solemne carmen precationis peregisset. Cf. *Ennius* apud *Lactant.* ad *Stat.* 11. *Theb.* 56. Quumque caput caderet, carmen tuba sola peregit, Et pereunte viro raucum sonus ære cucurrit. *Ovid.* 2. *Amor.* 2. 2. Dum perago tecum pauca. *h. e.* loquor. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 9. res tenues tenui sermone peractas. *h. e.* tractatas, disputatas. *Liv.* 2. 1. Liberi jam hinc populi R. res pace belloque gestas, annuos magistratus, *etc.* peragam. *seguiterò a scrivere. Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (143). Reliqua nunc peragemus.

PĔRĂGRANTER, adverb. peragrando. *Ammian.* 14. 1. Hi peragranter et dissimulanter honoratorum circulis adsistendo, etc. *fingendo di passeggiare.*

PĔRĂGRĀTĬO, ōnis, f. 3. περιόδησις, ambulatio, actus peragrandi. *Cic.* 2. *Phil.* 23. 57. Quæ fuit ejus peragratio itinerum? lustratio municipiorum! *V.* PEREGRINATIO.

PĔRĂGRĀTRIX, īcis, f. 3. quæ peragrat. *Capell.* 6. *p.* 192. Peragratrix cœlicolarum.

PĔRĂGRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PĔRĂGRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *Peragror* deponens. *V.* sub I. *d.* — Part. *Peragrans* II., *Peragratus* et *Peragrandus* I. — Peragrare est obire, oberrare, pererrare, lustrare, vagari, quasi *per agros* circumire, περιέρχομαι, περιοστέω (It. *scorrere, viaggiare, percorrere viaggiando*; Fr. *parcourir en voyageant, traverser, visiter successivement*; Hisp. *correr viajando*; Germ. *durchjehen, durchwandern, durchsegeln, durchziehen, durchreisen*; Angl. *to wander or travel through, or over, traverse, survey, peragrate*).

I.) Proprie. — *a)* Generatim de terris ac regionibus. *Lucret.* 1. 926. Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo. *Cic.* 5. *Fin.* 19. 50. A quibus propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas. *Id.* 2. *Orat.* 64. 258. Quum Asellius omnes provincias stipendia merentem se peragrasse gloriaretur. *Id. Harusp. resp.* 11. 24. Matrem magnam, accepimus, agros et nemora cum quodam strepitu fremituque peragrare. *Virg.* 4. *G.* 53. *de apib.* Illæ continuo saltus silvasque peragrant. *Sueton. Aug.* 93. In peragranda Ægypto paullo deflectere ad visendum Apim supersedit. — *b)* De navigantibus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 3. 11. (45). Eques R. qui et commercia ea et litora peragravit. *Flor.* 2. 7. Græciæ litora classe peragrare. *Sueton. Cal.* 37. Litora peragrare liburnicis. Adde *Justin.* 12. 10. 1. — *c)* De ipsis regionum incolis. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 2. 5. (13). Peragratis Persidis, Arabiæ, Æthiopiæ, Ægyptique magis. *h. e.* aditis, *andati a trovare, scorsi, visitati.* — *d)* Part. *Peragratus* deponentis forma. *Vellej.* 2. 91. 4. Nero peragratus omnes Germaniæ partes, sic perdomuit eam etc. *avendo scorso.* Sed *Ruhnkenius*, collatis *Liv.* 38. 17., *Justin.* 11. 11. 16. et *Quintil. Declam.* 3. 14. legendum putat *pervagatus*; quam conjecturam improbat *Döderlinius* (*Latein. Synonym. vol.* 1. *p.* 91.).

II.) Translate. *Cic. Brut.* 13. 51. Ut semel e Piræeo eloquentia evecta est, omnes peragravit insulas. *Id. Balb.* 6. 16. Cujus res gestæ omnes gentes, cum clarissima victoria, terra marique peragrassent. *Id. Cæl.* 22. 53. Omnes latebras suspicionum peragrare dicendo. *Lucret.* 1. 74. Atque omne immensum peragravit mente animoque. *Plin. Paneg.* 14. Quum orbem terrarum non pedibus magis, quam laudibus peragrares. — Et absolute. *Cic.* 1. *Orat.* 51. 222. Orator ita peragrat per animos hominum, ita sensus mentesque pertractat, ut etc. *Lambinus* omittit *per. Id. Mil.* 35. 98. Qua fines imperii populi Romani sunt, non solum fama jam de illo, sed etiam lætitia peragravit. *Gell.* 7. 16. Peragrantis gulæ, et in succos insuetos inquirentis industria, et undiquevorsum indagines cupediarum.

PĔRALBUS, a, um, adject. valde albus, ut Equus peralbus, *Apul.* 1. *Met.* Avis peralba, *Id.* 5. *ibid.*

PĔRALTUS, a, um, adject. præaltus. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 2. *a med.* Incedunt, arbusta peralta securibu' cædunt. *Alii leg.* Incedunt arbusta per alta, securibu' cædunt. Cf. *Vahlen.* postremam hanc lectionem exhibet.

PĔRĂMANS, antis, particip. a *peramo*, valde amans. *Cic.* 1. *Att.* 8. *a med.* Homo peramans semper nostri fuit.

PĔRĂMANTĔR, adverb. valde amanter. *Cic.* 9. *Fam.* 20. Qui me quidem perofficiose et peramanter observant. *molto affettuosamente.*

PĔRAMBŪLĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PĔRAMBŬLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Perambulans* et *Perambulatus* I. — Perambulare est ambulando circumire, peragrare, διοδεύω (It. *scorrere passeggiando, girare, passeggiare*; Fr. *parcourir, traverser*; Hisp. *travesar*; Germ. *durchwandern, durchgehen, durchziehen*; Angl. *to travel or pass over, travel through, traverse, survey, perambulate*).

I.) Proprie. *Plaut. Most.* 3. 2. 122. Qualibet perambula ædes oppido tamquam tuas. *Varro* 1. *R. R.* 2. 3. Vos, qui multas perambulastis terras, ecquam cultiorem Italia vidistis? *Phædr.* 2. 5. Perambulante læta domino viridia. *Horat.* 4. *Od.* 5. 17. Tutus bos etenim rura perambulat. *Catull.* 29. 8. Perambulabit omnium cubilia. *Sidon. carm.* 23. 93. et perambulatum Romanis legionibus Niphatem

II.) Translate. *Ovid. Heroid.* 9. 135. Mens fugit admonitu, frigusque perambulat artus. *scorre per le membra.* et *Horat.* 2. *Ep.* 1. 79. Recte, nec ne crocum floresque perambulet Attæ Fabula, si dubitem, etc. *h. e.* cadat, an recto talo stet, ut *Id.* loquitur *ibid.* 176. ducte scripta sit, an indocte. Mos erat scænam floribus et croco spargere. *Atta* vero fuit pravis fultus male talis, ut ait *Id.* 1. *Sat.* 3. 48. *V.* ATTA in ONOM. — *Seneca* 6. *Benef.* 16. Medicus ægrotos perambulat. *h. e.* visit huc illuc discurrendo.

PĔRĀMĬCUS, a, um, adject. valde amicus. *Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 56. Una omnibus gentibus barbaris, quæ nominis alienæ nostratium sibi mutuo peramicæ sunt.

PĔRĀMO, as, āvi, ātum, a. 1. *amare caldamente*, ὑπερφιλέω; valde amo, perfecte amo, ad finem usque amo. *Cic.* 1. *Legg.* 18. 49. Si non ipse amicus peramatur toto pectore. *Alii, inter quos* Orellius *et* Vahlen., *leg.* per se amatur. *V.* PERAMANS loco suo.

PĔRĀMŒNUS, a, um, adject. valde amœnus. *Tac.* 4. *Ann.* 67. Æstas in Favonium obversa, et aperto circum pelago peramœna.

PĔRAMPLUS, a, um, adject. *molto grande*, valde amplus. *Cic.* 6. *Verr.* 49. 109. Simulacra perampla atque præclara. *Val. Max.* 5. 2. *n.* 4. *extern.* Peramplum regnum.

PĔRAMPŪTO, as, are, a. 1. omnino amputo. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 13. Vulnus ita insanabile facit, ut totum peramputandum sit. *Alii rectius leg.* ut totus pes amputandus sit.

PĔRANCEPS, ipitis, adject. valde anceps. *Ammian.* 29. 5. *a med.*; ubi tamen vocem *perancipitis* lacuna excipit.

PĔRANGUSTĒ, adverb. admodum anguste. *Cic.* 1. *Orat.* 35. 165. Hæc coarctavit, et perangustе refersit in oratione sua.

PĔRANGUSTUS, a, um, adject. *assai stretto*, admodum angustus. *Cic.* 7. *Verr.* 66. 169. Perangusto fretu divisa servitutis ac libertatis jura cognosceret. *Liv.* 22. 4. Via perangusta. *Cæs.* 7. *B. G.* 15. Perangustus aditus. *Justin.* 7. 1. 2. Macedoniæ termini perangusti fuere. *molto ristretti.*

PĔRANNO, as, are, n. 1. ἀπενιαυτίζω, per integrum anni tempus vivo, annum perago: ex *per* et *anno*, *as. Macrob.* 1. *Saturn.* 12. Ut annare perannareque commode liceret. *V.* ANNO, as. *Sueton. Vesp.* 5. Ideo puella nata non perannavit. *Al. leg.* perennavit. *V.* PERENNO.

PĔRANTĬQUUS, a, um, adject. valde antiquus. *Cic. Brut.* 10. 41. Ut apud nos, perantiquus; ut apud Athenienses, non ita sane vetus. *Id.* 6. *Verr.* 2. 4. Erat apud Hejum sacrarium magna cum dignitate in ædibus, a majoribus traditum, perantiquum.

PĔRAPPŌSĪTUS, a, um, adject. valde appositus, seu aptus. *Cic.* 2. *Orat.* 67. 274. Non solum mimis perapposita, sed etiam quodammodo nobis.

PĔRĂRĀTUS, a, um. *V.* PERARO.

PERARDĔO, des, si, dere, n. 2. valde ardeo. *Paulin. Nolan. carm.* 23. 404. Comminus in tugurI vicina strage perarsit.

PERARDUUS, a, um, adject. πολυχαλεπός, valde arduus, perdifficilis. *Cic.* 5. *Verr.* 71. 166. Mihi autem hoc perarduum est demonstrare.

PĔRĀREO, res, *et rectius*

PĔRĀRESCO, arescis, arŭi, ārescere, n. 3. *seccarsi affatto*, probe aresco. *Varro* 1. *R. R.* 49. 1. Herba quoad perarescat, furcillis versari debet; quem peraruit, de his manipulos fieri, ac vehi ad villam. *Colum.* 4. *R. R.* 24. 5. Si trunci pars secta solis afflatu peraruit. *Id.* 12. *ibid.* 15. 4. Quum (*offæ*) peraruerint, picatis vasis eas condunt. *Id.* 11. *ibid.* 3. 58. Sed nec patiendum est, ut (*semen*) perarescat, aut totum decidat; verum integri thalli vellendi sunt, et sole siccandi.

PĔRARGŪTUS, a, um, adject. valde argutus.

¶ 1. De sono. *Apul.* 10. *Met.* Asinus tintinnabulis perargutis exornatus. *Id. Florid. n.* 13. Hirundines occinunt carmine perarguto. ¶ 2. De hominis ingenio. *Cic. Brut.* 45. 167. Quem studebat imitari L. Afranius poeta, homo perargutus. *Alii leg.* peracutus.

PĔRĂRIDUS, a, um. adject. valde aridus. *Cato R. R.* 5. *sub fin.* Frondem populneam, ulmeam, querneam cædito, per tempus eam condito, non peraridam, pabulum ovibus. *Colum.* 2. *R. R.* 19. 1. Ut neque peraridum, neque rursus viride colligatur. *Id.* 3. *ibid.* 11. 9. Solum siticulosum et peraridum.

PĔRARMO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Perarmatus.* — Perarmare est probe munire, probe armare. *Curt.* 4. 9. Hoc modo instructo exercitu et perarmato. Babylone copias movit. *V.* ADEQUITO. *Prudent.* 6. *Cathemer.* 85. Hujus manum potentem Gladius perarmat anceps. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 93. et 8. *ibid.* 43.

PĔRĂRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Perarans* 4.; *Peraratus* 3. et 4. — Perarare est probe arare, *arar bene*; sed speciatim et figurate tantum occurrit, et ¶ 1. Est navigare. *Seneca Med.* 650. Ite nunc fortes, perarate pontum. Sic *Virg.* 2. *En.* 780. vastum maris æquor arandum. *et* 5. *ibid.* 158. sulcant vada salsa carina. ¶ 2. Item est rugis signare, crispare: nam rugæ in cute sulcorum in humo sunt similes. *Ovid.* 14. *Met.* 96. et rugis peraravit anilibus ora. ¶ 3. Item est sulcare, signare. *Sidon.* 3. *Ep.* 13. *a med.* Taceo cerebrum crebra vibice peraratum, quod parum amplius tegi constat capillis, quam cicatricibus. ¶ 4. Item scribere, *scrivere*: stilo enim per ceram sulcus ducitur. *Ovid.* 9. *Met.* 563. Talia nequicquam perarantem plena reliquit Cera manum. *Id.* 1. *Art. am.* 455. blandis peraretur littera verbis. Sic *Id.* 1. *Amor.* 11. 7. ad dominam peraratas mane tabellas Perfer. *h. e.* scriptas. *Id.* 3. *Trist.* 7. 1. Vade salutatum subito perarata Perillam Littera.

PĔRASPER, ra, rum, adject. valde asper. *Cels.* 5. 28. *n.* 14. Ἀκροθύμιον, super corpus quasi verrucula eminet, in summo perasperum.

PĔRASSUS, a, um, adject. valde assus. *Plin. Valerian.* 2. 29. *p.* 184. ed. *Ald.* Oleum ante omnia non manducet; assaturas caprinas perassas manducet.

PĔRASTŪTĒ, adverb. valde astute. *Plaut. Truc.* 2. 2. 43. Ut perastute eum injiciatis in malam fraudem. *Plerique alii leg.* Ut pereat, ut eum illiciatis, etc.

PĔRASTŪTŬLUS, a, um, adject. valde astutus. *Apul.* 9. *Met.* Mulier callida, et ad hujusmodi flagitia perastutula.

PĔRĂTĬCUS, a, um, adject. περατικός, qui ἐκ περάτων γῆς, h. e. ab extremis terræ finibus affertur. Hinc a *Plin.* 12. *Hist. nat.* 9. 19. (35). peraticum dicitur bdellium, quod per Mediam advehitur.

PĔRĂTIM, adverb. cum pera, vel per peram. Peratim ductare est argento aliquem circumducere, argentum quod in pera est, alicui caute et fraudulenter surripere. *Plaut. Epid.* 3. 2. 14. Nihil moror vetera et vulgata verba; peratim ductate; at ego follitim ductitabo. *V.* FOLLITIM.

PĔRATTENTĒ, adverb. valde attente. *Cic. Cœl.* 11. 25. Audiri a vobis meum familiarem L. Herennium perattente.

PĔRATTENTUS, a, um, adject. valde attentus. *Cic.* 5. *Verr.* 5. 10. Superiore omni oratione perattentos vestros animos habuimus.

PĔRATTĬCUS, a, um, adject. qui Atticorum proprius est, elegans. *Fronto* 2. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 1. Pro Polemone rhetore, quem tu mihi in epistola tua proxime exhibuisti Tullianum, ego in oratione, quam in senatu recitavi, philosophum reddidi, nisi me opinio fallit, peratticum.

PĔRAUDĬENDUS, a, um, particip. ab inusit. *peraudio*, omnino audiendus. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 34. Auribus peraudienda sunt. *Bothe* legend. putat *perhaurienda* vel *perhauriunda*, ut *Ritschel.* et *Fleckeisen.* legunt, quo Plautino verbo usus est etiam Apulejus, perpetuus *Plauti* imitator.

PERBACCHĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERBACCHOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Perbacchatus.* — Perbacchari est bacchantium more furere. Hinc translate. *Cic.* 2. *Phil.* 41. 104. At quam multos dies in ea villa turpissime est perbacchatus! *h. e.* perpotavit et lusit conviviis frequentandis. — Et *Arnob.* 5. 7. Furiarum et ipse (*Attis*) jam plenus, perbacchatus, jactatus projicit se tandem. *Claudian. B. Get.* 242. passimque crematas Perbacchata domus incendia. *h. e.* incendia, quæ passim vastaverunt domus.

PERBĂSĬO, as, are, a. 1. valde basio, perosculor. *Petron. fragm. Tragur.* 41. *Burmann.* Circumeuntem sane perbasiamus.

PERBĒĀTUS, a, um, adject. valde beatus. *Cic.* 1. *Orat.* 1. 1. Perbeati fuisse illi videri solent.

PERBELLĒ, adverb. valde belle. *Cic.* 16. *Fam.* 18. Quod quidem aut facis, aut perbelle simulas. *et* 4. *Att.* 4. Perbelle feceris, si etc.

PERBELLUS, a, um, adject. valde bellus. *Claud. Mar. Victor. de Genesi* 1. 141. Auctori perbella suo tum machina visa est.

PERBĔNĔ, adverb. valde bene. *Plaut. Men.* 5. 9. 80. meretrix huc ad prandium Me abduxit; me sibi dedisse ajebat: prandi perbene. *Id. Aulul.* 2. 2. 9. MEG. Ain'tu te valere? EV. pol ego haud a pecunia perbene. *Cic. Brut.* 28. 108. Perbene loqui Latine putabatur. *Liv.* 45. 3. Perbene fortunam fecisse, quando etc.

PERBENĔMĔRĬTUS, a, um, adject. valde benemeritus. *Inscript.* Christiana apud *Murat.* 1923. 5. HIC IACET PERPETVVS IN CHRISTO DEO SVO PERBENEMERITVS etc.

PERBĔNĔVŎLUS, a, um, adject. val. benevolus. *Cic.* 14. *Fam.* 4. Pescennius est perbenevolus nobis.

PERBĔNĪGNĒ, adverb. valde benigne. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 9. Perbenigne mihi respondit. *Al. leg.* per mihi benigne. *V.* PER in fin. Adde *Ter. Adelph.* 4. 6. 68.

PERBĪBO, bibis, bibi, bibere, a. 3. valde bibere, exsugere.

I.) Proprie. ¶ 1. Est exsugere, *succhiar fuori*. *Plaut. Stich.* 2. 2. 16. At ego perii, cui medullam lassitudo perbibit. *Marcell. Empir. c.* 22. *p.* 118. *retro* ed. *Ald.* Calidum dabis (*remedium*), donec totum triduo perbibatur. ¶ 2. Item est bene recipere, imbui, *imbeversi, ricevere. Cato R. R.* 130. Ligna amurca cruda perspergito: perbibant bene. *Ovid.* 6. *Met.* 397. terra Concepit lacrimas, ac venis perbibit imis. *Colum.* 7. *R. R.* 4. 8. Ubi ovis per triduum delibuto tergore medicamina perbiberit. *Seneca Ep.* 71. *a med.* Lana quosdam colores semel ducit, quosdam, nisi sæpius macerata et recocta, non perbibit.

II.) Translate refertur etiam ad animum. *Seneca Ep.* 94. Hæc quum persuasi mihi et perbibi, etc. *Id. Ep.* 36. Colere virtutem, perbibere liberalia studia. *et* 1. *Ira* 16. Perbibisti nequitiam, et ita visceribus immiscuisti, ut nisi cum ipsis exire non possit. *Ovid. Ib.* 233. Perbibit inde suæ rabiem nutricis alumnus.

PERBĪTO, as, are, *et sæpius* is, ere, n. 1. et 3. ¶ 1. Est transire, alio ire: nam *bitere* ire est. *Plaut. Rud.* 2. 6. 11. Utinam (tu) prius, quam te oculis vidissem meis, Malo cruciatu in Sicilia perbiteres. *Alii leg.* in Sicilia, ut *Fleckeisen.*, et ad posteriorem significationem trahunt. *Pacuvius* apud *Non. p.* 153. 24. *Merc.* Nam me perbitere illis opitularier, quovis exitio cupio. *h. e.* transire illis opitulatum. ¶ 2. Ponitur etiam pro perire, *perire*, teste *Paul. Diac. p.* 215. 2. *Müll.* Perbitere Plautus pro perire posuit. *Plaut. Capt.* 3. 5. 32. Qui per virtutem perbitat, non interit. *Alii leg.* peritat.; *alii* perit. at non (is) interit. *Lic. Andron.* apud *Non. loc. cit.* Puerum ancillæ subdam, ne fame perbitet. *Ennius ibid.*; et *Plaut. Pseud.* 3. 1. 12. Cruciatu maximo perbitere.

PERBLANDĒ, adverb. valde blande. *Macrob.* 1. *Saturn.* 2. *a med.* Quum perblande salutavisset.

PERBLANDUS, a, um, adject. valde blandus. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 2. 3. Successorem habes perblandum. *Liv.* 23. 10. Oratio perblanda.

PERBŎNUS, a, um, adject. valde bonus. *Plaut. Most.* 3. 2. 3. Prandium perbonum. *et ibid.* 77. Æstas perbona. *Cic. Flacc.* 29. 71. Agros habent et natura perbonos, et diligentia culturaque meliores. *Id.* 6. *Verr.* 18. Perbona toreumata. *Id.* 6. *Att.* 1. Quoad mecum rei fuit, perbono loco res erat. *V.* PEROPTIMUS.

PERBRĔVIS, e, adject. valde brevis. *Cic. Brut.* 43. 158. Quodque difficile est, idem et perornatus et perbrevis. *Id.* 5. *Verr.* 9. 22. Istos inter se perbrevi tempore studiorum similitudo conjunxit. *Albinov.* 1. 388. hosti perbreve Pontus iter. — Dividitur per tmesin. *Cic. Cluent.* 1. 2. Altera pars per mihi brevis fore videtur. *V.* PER in fin. — *Perbrevi*, perbrevi tempore. *Cic.* 6. *Fam.* 12. Sed id erit perbrevi.

PERBRĔVĬTER, adverb. valde breviter. *Cic.* 2. *Orat.* 58. 235. De omni isto genere quid sentiam, perbreviter exponam. Adde *eumd. Dom.* 15. 40. Sic *Id.* 2. *de republ.* 4. *ad fin.* Propter eas, quæ ante paullo perbreviter attigi.

PERBULLĬO, is, īvi *vel* ii, ire, n. 4. *bollire*, ebullio, multum bullio. *Theod. Priscian.* 4. 1. *ante med.* Postquam perbullierunt, facies potionem.

PERCA, æ, f. 1. *pesce pérsico*, πέρκη, piscis delicatissimus, in genere saxatilium, qui et in mari et in fluminibus et lacubus capitur. Perca marina mænæ similis est, *Plin.* 9. *Hist. nat.* 16. 24. (57). et 32. *ibid.* 9. 34. (107). et *ibid.* 10. 38. (116). et *ibid.* 11. 53. (145). *Auson. Edyll.* 10. 115. Nec te, delicias mensarum, perca, silebo, Amnigenos inter pisces dignande marinis, Solus puniceis facilis contendere mullis: Nam neque gustus iners; solidoque in corpore partes Segmentis coeunt, sed dissociantur aristis. Adde *Ovid. Halieut.* 112.; et *Apic.* 10. 1.

PERCÆDO, is, cĕcīdi, cæsum, cædere, a. 3. valde, vel omnino cædo. *Flor.* 3. 20. In Apennino Lentuli exercitum percecidit. *Id.* 4. 12. Terga hostium percecidit. *V.* PERCIDO.

PERCĂLĒFĂCĬO, fācis, fēci, factum, făcere, a. 3. Pass. est *Percalefio* sub c.; Part. *Percalefactus* vel *Percalfactus* sub *b.* — Percalefacere est . ide calefacere. — *a*) Active. *Vitruv.* 8. 3. Sulphurosi fontes nervorum labores reficiunt percalefaciendo. — *b*) Part. præter. pass. *Lucret.* 6. 177. omnia motu Percalefacta vides ardescere. *Varro* 1. *R. R.* 27. 1. Oportet, glæbas ab sole percalefactas aptiores facere ad accipiundum imbrem. *Scribon. Compos.* 156. Loco flamma percalfacto. *Val. Max.* 9. 12. *n.* 4. Multo igni percalfacto cubiculo. — *c*) *Percalefio* pass. anom. *Vitruv.* 8. 3. Percalefieri cogit aquam.

PERCĂLĒFACTUS *et* percalfactus, a, um, *et* PERCĂLĒFĬO, fis, etc. *V.* voc. præced.

PERCĂLĔO, es, *et rectius*

PERCĂLLESCO, călescis, călŭi, călescere. n. inchoat. 3. valde calescere. *Lucret.* 6. 281. Inde ubi percaluit vis venti, etc. *Ovid.* 1. *Met.* 417. postquam vetus humor ab igne Percaluit solis.

PERCĂLĬDUS, a, um, adject. valde calidus. *Plin. Valerian.* 2. 20. *p.* 181. ed. *Ald.* Aquam percalidam bibat per potiones, quamdiu dolor sedatur. Adde *eumd.* 3. 12. *p.* 192. *retro.*

PERCALLĔO, es, *et rectius*

PERCALLESCO, callescis, callŭi, callescere, inchoat. 3. callum probe ducere, *fare il callo*; et translate

A) Neutrorum more *percallesco* est idem atque induratus et obduratus sum longa consuetudine. *Cic. Mil.* 28. 76. Sed jam usu obdurueram et percalluerat civitatis incredibilis patientia.

B) Active est perfecte callere, *essere pratico. Cic.* 2. *Orat.* 34. 147. Ubi eum locum omnem cogitatione sæpseris, si modo usu rerum percalluerit, nihil te effugiet. *Alii leg.* usum. *Gell.* 1. 22. Disciplinas Tubero Stoicas et dialecticas percalluerat.

PERCANDĔFĂCĬO, is, ere, a. 3. valde calefacio. *Vitruv.* 8. 3. Ignis percandefacit terram.

PERCANDĬDUS, a, um, adject. valde candidus. *Cels.* 5. 19. *n.* 24. Percandida compositio. *Solin.* 37. *ad fin.* gemma.

PERCĂRUS, a, um, adject. valde carus.

I.) Proprie est qui magno pretio venditur. *Ter. Phorm.* 3. 3. 24. Quantum opus est tibi argenti? PH. Solæ triginta minæ. GE. Triginta? Hui, percara (*puella*) est. *Alii leg.* præcara.

II.) Translate, est valde dilectus et magni habitus. *Cic. fragm. orat. pro Scaur.* 17. ed. ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 317. Frater meus, qui eis (*Sardis*) percarus et jucundus fuit. *Justin.* 12. 12. 11. Unus ex amicis ejus, obsequiis regi percarus. Adde *Tac.* 2. *Ann.* 74.

PERCĂTAPSAT, valde cædit. Ita *Gloss. vett.* Est vox hybrida, composita ex præpos. *per* et κατᾰψᾶν *mulcere*, quod e Græco a Latinis in comœdiæ sermonem receptum videtur et *mulcare* significat. V. *G. Löve, Prodrom. Corp. Glossarior. Latinor. p.* 359.

PERCAUTUS, a, um, adject. valde cautus. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 6. Delectus in familiaritatibus et provincialium hominum et Græcorum percautus et diligens.

PERCEDO, cedis, cessi, cessum, cedere, a. 3. valde cedo. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 17. *V.* PERCESSUS.

PERCĔLĔBER, bris, bre, adject. valde celeber. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 5. 6. (18). Est percelebris apud Seston urbem aquilæ gloria. *Mela* 2. 3. *ante med.* Templum vetustate et religione percelebre.

PERCĔLĔBRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERCĔLĔBRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Percelebratus.* — Percelebrare est maxime celebrare, frequentare. *Cic. Cæl.* 29. 69. Audita et pervulgata et percelebrata sermonibus res est. *Ex optimis Codd.* et pervulgata *omisit* Orellius. *Id.* 7. *Verr.* 31. 81. De qua muliere plurimi versus tota Sicilia percelebrantur. *Arnob.* 2. 43. Ut exercerent, ut gererent, ut percelebrarent hæc mala. *h. e.* frequentarent sæpe perpetrando.

PERCĔLER, ĕris, adject. valde celer. *Cic. Cæl.* 24. 58. Cujus perceleri interitu esse ab hoc comprobatum venenum.

PERCĔLĔRĬTER, adverb. valde celeriter. *Cic.* 6. *Fam.* 12. Recepit, perceleriter se ablaturum diploma. *Id.* 2. *de republ.* 7. Atque hæc quidem perceleriter confecit.

PERCELLO, cellis, cŭli *et raro* culsi, culsum, cellere, a. 3. *Perculsi* pro *perculi* dixit *Ammian.* 17. 8. Subito cunctos aggressus, tamquam fulminis turbo perculsit. *Horatio* quoque 1. *Od.* 7. 11. et *Terentio Andr.* 1. 1. 98. sunt qui adscribant; sed rectius alii plures *percussit.* — *Perculi* passiva significatione, perculsus fuit. *Flor.* 3. 10. *ante med.* Hic, insidiis in valle dispositis, dolo perculit. — Part. *Percellens* II. 4.; *Perculsus* in omnibus fere paragr. Præter allata, in quibus *Perculsus* legitur, alia sunt quamplurima quæ afferri possent: sed *perculsus* et *percussus* passim confudere librarii: ut eruditi jam observarunt. Vide, si lubet, *Bentlej.* ad *Horat. Epod.* 11. 2., *Burmann.* ad *Ovid.* 4. *Met.* 138., *Drakenborch.* ad *Sil. It.* 2. 213. et *Oudendorp.* ad *Lucan.* 1. 487. — Ceterum verbum *percellere*, de quo multa disputant *Lambin.* et *Bentlej.* ad *Horat. Epod.* 11. 2., ab obsoleto *cello* moveo, est vehementer movere, labefacere, urgere, impellere, evertere, pervertere, humi sternere, περιῤῥίπτω (It. *muovere con forza, spingere, abbattere, atterrare*; Fr. *ébranler, renverser, abattre, terrasser, jeter à terre*; Hisp. *mover, menear ó agitar, abatir, echar por tierra*; Germ. *niederschmettern, niederschlagen, niederwerfen, umwerfen, erschüttern*; Angl. *to thrust or strike aside, move forcebly, strike or beat down, upset, overthrow, overturn*).

I.) Proprie. *Cato* apud *Gell.* 2. 22. *sub fin.* Ventus Cercius-armatum hominem, plaustrum oneratum percellit. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 2. securibu' cædunt, Percellunt magnas quercus. Cf. *Varro* apud *Non. p.* 152. 11. *Merc.* Alius teneram abietem solus percellit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 34. 77. (334). Hic ventus præstringit atque percellit radices arborum. — Usum habet sæpius in præteritis. *Plaut. Pers.* 5. 2. 28. Hoc, leno, tibi. DO. perii! perculit me prope. *quasi mi gettò a terra.* Sic *Ter. Eun.* 2. 3. 87. Quo trudis? perculeris jam tu me. *mi getterai a terra. Cic. Mil.* 21. 56. Adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem, qui sæpe spoliantem jam et exsultantem evertit, et perculit ab abjecto. *Id. Marcell.* 6. 17. Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ. *Val. Flacc.* 4. 592. si quem Perculerit vicina lues. *Colum.* 7. *R. R.* 7. 1. Quum adhuc paucas (*capras*) pestis perculit. Cf. *Catull.* 64. 363. excelso coacervatum aggere bustum Excipiet niveos perculsæ virginis artus. *h. e.* Polyxenæ mactatæ ad Achillis tumulum. *Lachmann.* percussæ. — *Festus p.* 230. 14. *Müll.* Plaustrum perculi dicebant antiqui ab iis, qui.... plaustrum evertebant...., id quod abiit in proverbium. Plautus in Epidico (4. 2. 22.): Epidicus mihi magister fuit. Perii! plaustrum perculi. *h. e.* rem everti ac perturbavi. Cf. tamen *Donatum* ad *Ter. Eun.* 2. 3. 87.

II.) Translate. ¶ 1. Usurpatur pro simplici ferire, percutere, *ferire, percuotere. Cic.* apud *Gell.* 15. 6. Qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense. *Liv.* 9. 10. *extr.* Hæc dicenti feciali Postumius genu femur, quanta maxime poterat vi, perculit. Cf. *eumd.* 9. 11. Postumius modo legatum fecialem genu perculit. *Ovid.* 2. *Amor.* 9. 7. Hæmonius quem cuspide perculit heros. *et* 1. *ibid.* 7. 31. Pessima Tydides scelerum monumenta reliquit: Ille deam primus perculit: alter ego. Huc referri potest et illud *Nepot. Eumen.* 5. Hac ille perculsus plaga non succubuit, neque eo secius bellum administravit. *h. e.* ictus, afflictus, *colpito, percosso.* Item illud *Flor.* 4. 3. Perculsum undique et perturbatum ordinavit imperii corpus. — Poetice, de voce quæ ferit aures. *Val. Flacc.* 2. 91. vox inde repens ut perculit urbem, etc. ¶ 2. Sæpe translate sumitur pro evertere, pervertere, labefactare, de statu dejicere, perdere, *rovinare, esser l'altrui rovina, far cadere. Cic. Dom.* 11. 27. Desinant iisdem machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. *Id. Cæl.* 32. 80. Ne adolescentiam plenam spei maximæ, non modo non aluisse vos, sed etiam perculisse atque afflixisse videamini. Sic *Id.* 2. *Cat.* 1. 2. Jacet ille nunc prostratus, et se perculsum atque abjectum esse sentit. *h. e.* de statu dejectum, eversum, *rovinato.* Similiter *Tac.* 14. *Ann.* 57. Perculso Seneca, promptum fuit Rufum Fenium imminuere. *et* 13. *ibid.* 32. Redditur ordini Varius consularis, avaritiæ criminibus olim perculsus. *Sueton. Tib.* 55. Horum omnium vix duos aut tres incolumes præstitit, ceteros alium alia de causa percutit. *Nepos Dion.* 5. Quinquaginta annorum imperium adeo facile perculit, ut etc. *Tac.* 2. *Ann.* 39. Mancipii unius audacia, ni mature subventum foret, discordiis armisque civilibus rempublicam perculisset. — Similiter *Id.* 1. *Hist.* 53. Quasque alias civitates atrocibus edictis, aut damno finium Galba perculerat. *h. e.* vexaverat, multaverat. ¶ 3. Est etiam in stuporem rapere, timore concutere, consternare, exterrere, *sbigottire, sgomentare, impaurire, abbattere. Cic.* 5. *Verr.* 57. 132. Hæc te vox non perculit? non perturbavit? *Justin.* 2. 5. 5. Inopinantibus verbera intentant: adeoque illos perculerunt, ut quos ferro non poterant, metu verberum vincerent. *Val. Flacc.* 4. 651. Idem animos Amyci viso timor omnibus antro Perculerat. *et* 6. 480. pavor artus Protinus atque ingens Æetida perculit horror. *Flor.* 1. 10. Novissime etiam tanta admiratione perculit, ut etc. — Part. præter. pass. eodem sensu sæpissime. *Cic.* 1. *ad Brut.* 3. Timore quodam perculsa civitas. *Liv.* 4. 31. *sub fin.* Exercitus ab re male gesta perculsus. *abbattuto d'animo. et Cæs.* 2. *B. C.* 12. Hostes turris repentina ruina commoti, inopinato malo turbati, deorum ira perculsi, urbis direptione perterriti. *Tac.* 1. *Ann.* 28. Ut sunt mobiles ad superstitionem perculsæ semel mentes. *et* 2. *ibid.* 46. *ad fin.* Sperabatur rursum pugna, ni Maroboduus castra in colles subduxisset: id signum perculsi fuit. *et* 1. *ibid.* 12. Perculsus improvisa interrogatione, paullum reticuit. *sorpreso.* ¶ 4. Pro impellere, *spingere. Apul. de Mag.* Venus nullis ad turpitudinem stimulis, vel illecebris sectatores suos percellens.

Homonym. *V.* PERCUTIO sub init.

PERCENSĔO, ses, sŭi, sere, a. 2. Part. *Percensens* II. 2.; *Percensus* II. 3.; *Percensendus* II. 1. — Percensere est totum aliquid censere, recensere, percurrere, καταριθμοῦμαι (It. *fare la rassegna, contare, raccontare, far menzione ad uno ad uno*; Fr. *passer en revue, compter, faire le dénombrement*; Hisp. *hacer la rivista, contar, numerar*; Germ. *etwas durchmustern, durchzählen, herzählen, berechnen*; Angl. *to count, reckon up, recount*).

I.) Proprie. ¶ 1. Est censere numerando, numerando percurrere, numerare, memorare. *Cic. post redit. in senat.* 1. 1. Quod tam divinum est genus orationis, quo quisquam possit vestra in nos universa promerita, non dicam complecti orando, sed percensere numerando? *Id. Partit. orat.* 36. 127. Quo in genere percensere poterit plerosque inveniendi locos. *scorrere. Liv.* 33. 32. Percensuerat omnes gentes, quæ sub ditione Philippi regis fuerant. *Tac.* 4. *Ann.* 4. Percensere numerum legionum. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 26. 27. (99). Percensere res Cæsaris. ¶ 2. Item est percurrere, perambulare, inquirendi causa percurrere. *Ovid.* 2. *Met.* 334. Clymene lugubris et amens Et laniata sinus totum percensuit orbem. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 18. 48. Italiam percensuisti: perge in Siciliam. *Ovid.* 3. *Fast.* 109. Signaque quæ longo frater percenseat anno, Ire per hæc uno mense sororis equos. *Liv.* 34. 52. Ita quum percensuisset Thessaliam, etc. *h. e.* tolerabilem rei publicæ administrandæ formam in ea constituisset. *V. ibid.* 51.

II.) Translate. ¶ 1. Est considerare, observare, recensere singula examinando et notando. *Varro* 1. *R. R.* 50. 1. Manipulum, ut quemque subsecuerunt, ponunt in terra: ubi eos fecerunt multos, iterum eos percensent, ac de singulis secant inter spicas et stramentum. *prendendoli per mano ad uno ad uno li osservano. Liv.* 6. 25. Ubi in percensendis captivis quum Tusculani aliqui noscitarentur, secreti ab aliis ad tribunos adducuntur. *Sic nonnulli: plerique tamen leg.* recensendis. *Sil. It.* 6. 698. Quæ postquam infesto percensuit omnia vultu Adridens Pœnus, lenta proclamat ab ira etc. ¶ 2. Item est percurrere judicando, judicare, *rivedere, criticare. Liv.* 32. 21. Orationes legatorum hesterno die dictas pro sententiis percenseamus. *prendiamo per mano, esaminiamo giudicando. Gell.* 7. 3. *ante med.* Sibi visus est orationem istam acri subtilique ingenio percensuisse. *Apul. de Mag.* Nam, ut audio, percensentibus iis, qui istum noverunt, (is) nulli deo ad hoc ævi supplicavit. ¶ 3. *Percensus* pro *perquisitus* dixit *Capell.* 9. *p.* 303. Puellæ Jovialis vigoris majestate percense.

PERCENSĬO, ōnis, f. 3. actio percensendi. *Fronto de oration.* (cedente iterum *A. Maio*) *ep.* 3. Tua vox... vere.... non.... his omnibus.... percensio sit.

PERCENSUS, a, um. *V.* PERCENSEO.

PERCEPTĪBĬLIS, e, adject. ¶ 1. Passive est qui percipi potest, *percettibile. Cassiod.* 5. *Hist. Eccl.* 20. Ante omnem perceptibilem opinionem. *Boeth. Geom.* 2. *p.* 1542. Bonitas definita, et sub scientia cadens, animoque semper imitabilis et perceptibilis prima natura est. ¶ 2. Active qui percipere potest, qui percipiendi facultate pollet. *Boeth. Dialog.* 1. *in Porphyr. p.* 20. Bos est animal, quod neque rationale sit, neque risus perceptibile. *et ibid. p.* 163. Homo perceptibilis scientiæ.

PERCEPTĬO, ōnis, f. 3. comprehensio, collectio, actus percipiendi, *raccolta*, κατάληψις.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Off.* 3. 12. Neque frugum fructuumque reliquorum perceptio et conservatio sine hominum opera ulla esse potuisset. Adde *Colum.* 1. *R. R.* 3. 1.

II.) Translate sumitur pro cognitione, *percezione, conoscenza. Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 7. 22. Ars vero quæ potest esse, nisi quæ non ex una, aut duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat? *et ibid.* 6. 17. Cognitio, aut perceptio, aut, si verbum e verbo volumus, comprehensio, quam καταλήψιν illi vocant. *Id.* 2. *Herenn.* 31. 50. Hæc si, ut conquisite conscripsimus, ita tu diligenter fueris consecutus, et tute nostram diligentiam laudabis, tuaque perceptione lætabere. *Scribon.* in *epist. a med.* Totius artis perceptio. *Quintil.* 2. 17. 18. Nullam artem falsis assentiri opinionibus, quia constitui sine perceptione non possit, quæ semper vera sit. *Al. leg.* præceptione.

PERCEPTOR, ōris, m. 3. qui percipit. *Augustin.* 1. *Soliloq.* 1. *extr.* Jubeas me esse perfectum amatorem perceptoremque sapientiæ tuæ.

PERCEPTUM, i, n. 2. *V.* PERCIPIO in fin.

PERCEPTUS, a, um. *V.* PERCIPIO.

PERCERNIS, e, adject. *trasparente*, qui bene cerni potest: ab inusit. *percerno*, ut perspicuus a *perspicio. Inscript.* apud *Fabrett.* p. 615. *n.* 127. NYMPHIS AVG. PERCERNIBVS T. CINGETIVS DIONYSIVS EX VOTO.

PERCERPO, cerpis, cerpsi, cerpere, a. 3. decerpo, carptim lego. *Gell.* 2. 30. *in fin.* Cujus rei causa quum Aristotelis libros problematum percerpsimus, notavi. *Alii leg.* præcerpsimus.

PERCESSUS, a, um, particip. a *percedo.* Ex corrupta lectione ita *Non.* p. 261. 12. *Merc.* ex *Cic. Orat.* 48. 159. Concisum, non concessum, et quod quidam percessum etiam volunt. At apud *Cic. loc. cit.* legitur *concæsum*, et *pertisum.*

PERCĪDO, cīdis, cīdi, cīsum, cīdere, a. 3. (per *et* cædo). Præteritum est etiam *percecidi*, ut *percurro* habet *percurri* et *percucurri*, etc. *Flor.* 3. 20. *a med.* in Apennino Lentuli exercitum percecidit. *tagliò a pezzi.* Adde *eumd.* 4. 12. — Part. *Percisus* 2. — Percidere est valde cædere, *rompere, spezzare.* ¶ 1. Generatim. *Plaut. Pers.* 2. 4. 12. Non hercle, si os perciderim tibi, metuam. Ita legunt in MSS. et veterib. edition. plerique Critici. Addit *Gruter.* exemplum *Senecæ* 4. *Quæst. nat.* 4. Mendacia leviora, in quibus os percidi, non oculi erui solent. Non desunt tamen qui ubique *præcido* reponunt. *Turneb.* addit ex *Plauto* et illud *Cas.* 2. 6. 52. Percido os tu illi hodie. ¶ 2. Speciatim obscæno sensu, *percidere* est idem ac pædicare. *Martial.* 4. 48. Percidi gaudes, percisus, Papile, ploras. *et* 7. 62. Reclusis foribus grandes percidis, Amille. Adde *eumd.* 6. 39. *et* 11. 28., et *Auct. Priap.* 13. Similiter *Gloss. Philox.* Percisus, pædicatus, πεπυγισμένος. *Seneca Prov.* 5. *ante med.* Percisi et professi impudicitiam. *Martial.* 12. 35. Dicere percisum te mihi sæpe soles. *Auct. Priap.* 15. nemo Percisum sciet esse me: sed errat. Omnibus tamen his locis alii leg. *præcisus.* — Item obscæno sensu *percidere os alicui* est idem atque irrumare aliquem. *Martial.* 2. 72. Os tibi percisum, quanto non ipse Latinus Vilia Panniculi percutit ora sono. *Alii leg.* præcisum.

PERCĬĔO, es, a. 2. *et* percĭo, is, īvi *et* ĭi, ītum, īre, a. 4. Part. *Percitus* in fin. — *Perciere* vel *percire* est valde ciere, commovere. ¶ 1. Stricto sensu. *Lucret.* 3. 303. irai fax subdita percit. *et ibid.* 18. Ocius ergo animus, quam res se perciet ulla. ubi *perciet* præsens tempus est. *et* 28. ubi me divina voluptas Perciit atque horror. *h. e.* commovit. *Sed* Lachmannus *legit* Percipit. et 4. 563. verbum sæpe unum perciet aures Omnibus in populo, missum præconis ab ore. *ferisce.* Hic quoque *perciet* præsens tempus est. ¶ 2. Latiori sensu. *Plaut. Asin.* 2. 4. 69. Crura hercle diffringentur, ni istum impudicum percies. *h. e.* magna voce proclamas, seu prædicas, istum impudicum esse. — Hinc

Percĭtus, a, um, particip. præter. est commotus, incitatus, *incitato, commosso.*

I.) Proprie. *Lucret.* 2. 1054. Seminaque innumero numero, summaque profunda Multimodis volitent æterno percita motu.

II.) Transfertur ad animum. *Ter. Hecyr.* 3. 3. 17. Incredibili re atque atroci percitus. *Cic. Mil.* 23. 63. Sive enim illud animo irato ac percito fecisset. *Plaut. Asin.* 4. 2. 13. Amoris causa percitus id fecisti. *trasportato.* et *Cas.* 3. 5. 6. Ira percitus. et *Amph.* 2. 2. 95. atra bili. *Seneca Herc. Fur.* 108. magno furore. *et Hippol.* 1156. Quis te dolore percitam instigat furor? — *Liv.* 21. 53. *a med.* Ingenium percitum ac ferox. *impetuoso, ardente.* et *Sall. fragm.* apud *Priscian.* 6. *p.* 704. *Putsch.* Quia corpore et lingua percitum et inquietem, nomine histrionis vix sani, Burbulejum appellabat. *Corpore percitus* hic dicitur, qui corpus vehementer jactabat, huc et illuc fluctuabat et vacillabat; *lingua percitus*, qui multa temere effundebat et verba præcipitabat. Hæc *Kritzius* ad *h. l.*, collato *Cic. Brut.* 60. 216.

PERCINGO, gis, xi, ctum, gere, a. 3. circumquaque cingo. *Colum.* 10. *R. R.* 347. Sæpe suas sedes percinxit vitibus albis. *Manil.* 3. 334. medio percingitur ordine mundus. *Utrobique alii leg* præcingo.

PERCĬO, is. *V.* PERCIEO.

PERCĬPĬBĬLIS, e, adject. *percettibile*, qui percipi potest. *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2451. *Putsch.* Vox est aer ictus auditu percipibilis, quantum in ipso est.

PERCĬPĬO, cĭpis, cēpi, ceptum, cĭpere, a. 3. (per *et* capio). *Percepset* pro *percepisset* nonnulli leg. in *Pacuvio* apud *Cic.* 3. *Off.* 26. 98. — Part. *Percipiens* II. 1.; *Perceptus* I. 4. et II. 1. 2.; *Percepturus* et *Percipiendus* II. 2. — Percipere est plane, penitus capere, occupare, καταλαμβάνω (It. *prendere, occupare, investire*; Fr. *prendre, saisir, s'emparer, envahir*; Hisp. *tomar, agarrar, asir, apoderarse, invadir*; Germ. *ganz erfassen, ergreifen*; Angl. *to take up wholly, seize entirely, possess, invade, occupy*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est occupare, potiri, *occupare, impadronirsi, impossessarsi. Lucret.* 5. 604. Est etiam quoque, uti non magno solis ab igni Aera percipiat calidis fervoribus ardor. *Plaut. Amph.* 5. 1. 66. Mihi horror membra misero percipit dictis tuis. *Id. Men.* 5. 5. 21. Quid cessas dare potionis aliquid, priusquam percipit insania? *Id. Stich.* 2. 2. 17. Quid ego, cui misero medullam ventris percepit fames? *Ter. Eun.* 5. 6. 2. Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit. Adde *Plaut. Truc.* 2. 5. 14.; et *Lucret.* 3. 80. ¶ 2. Speciatim est penitus recipere. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 40. Thymo pinsito aquam medicare, quæ quum succum ejus perceperit, etc. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 5. 13. (26). In fæce vini macerantur, ut colorem percipiant. *Ovid.* 4. *Met.* 744. tactuque induruit hujus, Percepitque novum ramis et fronde rigorem. *Lucret.* 6. 984. varii sensus animantibus insunt, Quorum quisque suam proprie rem percipit in se. *Ovid.* 8. *Met.* 227. *de Icaro.* Tabuerant ceræ: nudos quatit ille lacertos, Remigioque carens non ullas percipit auras. ¶ 3. Item capere, colligere, *raccogliere. Cic. Senect.* 7. 24. Serere, percipere, condere fructus. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Fructum percipere ex olea. *Id.* 9. *ibid.* 54. 79. (168). Magna vectigalia ex ostrearum vivariis percipere. *ricavare. Colum.* 12. *R. R.* 3. 9. *de officiis villicæ.* Tonsuris ovium utique interesse, et lanas diligenter percipere, et vellera ad numerum pecoris recensere. ¶ 4. Item accipere, reportare, obtinere, consequi, *riportare, conseguire, ottenere, ricevere. Colum.* 1. *R. R.* 9. 8. 18. Diligens dominus quum a vinctis mancipiis, tum ab solutis quærat, an ex sua constitutione justa percipiant. *Id.* 4. *ibid.* 3. 5. Novella vinea, dum adolescit, nisi omnia justa perceperit, ad ultimam redigitur maciem. *se non abbia tutta la sua giusta coltura. et Cæs.* 2. *B. C.* 32. Percipere præmia. *Justin.* 13. 7. 6. Ex promissis dei jam parte percepta. *Id.* 43. 5. 11. Avum suum civitatem a Cn. Pompejo percepisse. *Petron. Satyr.* 141. Omnes qui in testamento meo legata habent, hac conditione percipient, si etc. *Sueton. Tib.* 15. Ne hereditatem quidem, aut legata percepit ulla aliter, quam ut peculio referret accepta. *Id. Aug.* 101. Quamvis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepisset. *Plin.* 10. *Ep.* 79. Rogavit testamento, ut hereditatem suam adirem cerneremque, ac deinde perceptis L. millibus numum, reliquum omne civitatibus redderem. *Ovid.* 1. *Fast.* 273. Utilitas aquæ percepta. *Cic.* 2. *Nat. D.* 36. 91. Animabilis spirabilisque natura, cui nomen est aer, Græcum illud quidem, sed perceptum jam tamen usu a nostris: tritum est enim pro Latino. Cf. *eumd.* 3. *Fin.* 2. 5. Ea verba, quibus instituto veterum utimur pro Latinis, ut ipsa philosophia, ut rhetorica, dialectica, grammatica, geometria, musica, quamquam Latine ea dici poterant, tamen, quoniam usu percepta sunt, nostra ducamus. *Madvigius* ad *h. l.*: *Penitus accepta et in linguam Latinam recepta* verbum significare nequit. Significat autem usu sic trita, ut ea intelligantur.

II.) Translate. ¶ 1. Est sentire, *sentire, provare*: et — *a*) Ad sensus corporis pertinet. *Cic. Orat.* 2. 8. Quod neque oculis, neque auribus, neque ullo sensu percipi potest. *Ovid.* 14. *Met.* 700. et totis perceperat ossibus æstum. *Cic.* 1. *Fin.* 11. 37. Voluptas, quæ cum jucunditate quadam percipitur sensibus. *et* 2. *ibid.* 30. 98. Memoria voluptatum corpore perceptarum. *Plaut. Curc.* 1. 3. 1. Placide egredere, ne quod hic agimus, herus percipiat fieri. — *b*) Item ad animum. *Cic.* 14. *Fam.* 1. Me miserum! Tulliolam nostram ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus. Nam quid ego de Cicerone dicam? qui quum primum sapere cœpit, acerbissimos dolores miseriasque percepit. *Ovid.* 2. *Pont.* 1. 60. Gaudia percipiens quæ dedit ipse suis. ¶ 2. Item intelligere, comprehendere, cognoscere, discere, assequi, *capire, intendere, imparare, apprendere. Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 8. 26. Aliquid percipere et comprehendere. *et ibid.* 9. 28. Comprehendere et percipere. *et* 1. *Fin.* 19. 64. Cognoscere et percipere. *Horat. Art. P.* 335. ut cito dicta Percipiant animi dociles, teneantque fideles. *Cic.* 1. *Orat.* 28. 127. Quippiam percipere animo, et memoria custodire. *Cæs.* 3. *B. C.* 84. Qui quotidiana consuetudine usum quoque ejus generis prœliorum perciperent. *Cic.* 1. *Orat.* 28. 127. Percipere artificium aliquod. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 10. virtutem et humanitatem. *Id.* 1. *Orat.* 51. 219. philosophiam. *Id.* 1. *Off.* 18. 60. præcepta artis. *Id. Senect.* 7. 21. Themistocles omnium civium perceperat nomina. *avea imparato a mente. et* 1. *Cat.* 11. 27. Percipite, quæso, diligenter quæ dicam, et ea penitus animis vestris mentibusque mandate. *Ovid.* 1. *Fast.* 102. et voces percipe mente meas. *Curt.* 6. 9. Quos facilius, quæ dicam, percepturos arbitror. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 3. 7. (12). Remedia nosset oculis usuque percipienda. *h. e.* nosset medicinas videndo et exercendo. — Similiter *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 14. 44. et 31. 99. Res comprehensæ et perceptæ. *et ibid.* 8. 23. Res percepta et cognita. *Nepos Att.* 17. *extr.* Philosophorum ita percepta habuerat præcepta. — Hinc

Perceptum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est Θεώρημα. *Cic. Fat.* 6. Divinatio a perceptis artis proficiscitur: percepta appello, quæ dicuntur Græce Θεωρήματα. *et mox.* Percepta astrologorum. *Alii utrobique leg.* præcepta. — Hinc *Gell.* 14. 1. *ante med.* Mirabatur id cuiquam pro percepto liquere, stellas istas non esse plures etc. *come certo e indubitato.*

PERCIS, idis, f. 3. conchæ marinæ species. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (150). Pectunculi, purpuræ, percides. *Quidam putant, esse easdem ac percas; alii leg.* pegrides, *quarum tamen nulla alibi est mentio.* Sillig. *lectionem* pegri-

des *tuetur ex* Bamberg. et optimis quibuscumque Codd.

PERCĪSUS, a, um. *V.* PERCIDO.

PERCĪTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERCĪTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (per *et* cito). Part. *Percitatus.* — Percitare est incitare, valde movere. *Accius* apud *Non. p.* 467. 27. *Merc.* Devagant matronæ percitatæ tumultu. *V.* DEVAGOR. *Pacuvius* apud *Festum p.* 274. 27. *Müll.* Rapto, reciproco, percito, agito ultro, citro. Ita leg. *Bothe* ad *Pacuvii fragm. p.* 144. At *Müllerus*: Rapio, reciproco percito animo, ultro citro.

PERCĪTUS, a, um. *V.* PERCIEO.

PERCĪVĪLIS, e, adject. valde civilis. *Sueton. Tib.* 28. Exstat et sermo ejus in senatu percivilis. *assai moderato.*

PERCLĀMO, as, are, a. 1. καταβοάω, valde clamo. *Plaut. Truc.* 1. 1. 8. Quot perclamanda! Dii vostram fidem! *Al. aliter leg.*

PERCLĀRĒO, es, *et rectius*

PERCLĀRESCO, clārescis, clārŭi, clārescere, inchoat. n. 3. valde clarescere. Translate *Symmach.* 10. *Ep.* 72. Laudandæ sublimitatis tuæ relatione perclaruit. *Id.* 10. *Ep.* 72. Perclaruit, voluisse etc.

PERCLŪDO, dis, si, sum, dere, a. 3. concludere, omnino claudere. *Vitruv.* 1. 1. *ante med.* Funes, qui non percluduntur, nec præligantur. *Paul. Dig.* 20. 2. 9. Antequam pensionis nomine percludamur. *Utroque loco alii* præcludo *reponunt.* Certior est lectio apud *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 5. *p.* 299. *retro* ed. *Ald.* Si vero digestio sputorum tarda et difficilis fuerit, vel si pectora eorum viscosa quadam pinguedine percludantur, etc.

PERCNOPTĔRUS. *V.* ORIPELARGUS.

PERCNOS *vel* percnus, i, m. 2. πέρκνος, aquilæ genus, de quo hæc *Plin.* 10. *Hist. nat.* 3. 3. (7). Tertii (*generis aquila*) morphnos, quam Homerus et percnum vocat, aliqui et plangum et anatariam, secunda magnitudine et vi; huic vita circa lacus etc.

PERCŎARCTO, as, are, a. 1. vehementer constringo. *Colum.* 2. *R. R.* 19. 2. Et utrimque sicatum percoarctabimus in strigam. *Alii rectius leg.* coarctabimus.

PERCOCTUS, a, um. *V.* PERCOQUO.

PERCŒNO, as, āvi, ātum, are, n. 1. probe cœnare. *Gloss. Philox.* Percœnare, ἀποδειπνῆσαι.

PERCOGNĪTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERCOGNOSCO, gnoscis, gnōvi, gnĭtum, gnoscere, a. 3. Part. *Percognitus.* — Percognoscere est perfecte cognoscere, διαγινώσκω. *Plaut. Truc.* 1. 2. 50. Utrosque percognovi utrobidem. *Plin.* 2. *Hist nat.* 45. 45. (116). Illos quoque legem naturæ habere non ignotam etiamsi nondum percognitam. *Id.* 4. *ibid.* 14. 28. (98). Nam Germaniæ multis postea annis, nec tota, percognita est. *Id.* 37. *ibid.* 3. 11. (45). Sexcentis M. pass. fere a Carnunto Pannoniæ abesse litus id Germaniæ, ex quo (*succinum*) invehitur, percognitum nuper.

PERCŌLĀPHO, as, are, a. 1. *schiaffeggiare,* colaphis valde percutio. *Petron. Satyr.* 44. Ut larvas, sic istos percolaphabant. *Alii perperam leg.* percolaptabant. In *Cod. Tragur.* legitur *percolopabant.*

PERCŌLĀTĪO, ōnis, f. 3. actus percolandi. *Vitruv.* 8. 7. *sub fin.* Uti percolationibus aquæ transmutari possint.

PERCŌLĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERCŌLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (per *et* cŏlo). Part. *Percolatus* et *Percolandus* I. — Percolare est per colum transmittere, totum colare, *colare molto bene,* διυλίζω, διηθέω.

I.) Proprie. *Cato R. R.* 108. Tum vinum percolato, polentam abjicito. *Cels.* 6. 9. Is humor percolatur. *Scribon. Compos.* 73. Aqua percolata. et *Compos.* 271. Postero die quum infervefacta fuerint, percolanda erunt. *Colum.* 7. *R. R.* 8. 3. Maxime refert primo quoque tempore serum percolari et a concreta materia separari. *Id.* 12. *ibid.* 42. 2. Quum fuerint decocta (*poma*), ut non multum juris supersit, refrigerantur et percolantur. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 37. (70). Nam in terra marina aqua argilla percolata dulcescit. Adde *Vitruv.* 8. 2.

II.) Translate. *Lucret.* 2. 474. Humor dulcis, ubi per terras crebrius idem Percolatur. *h. e.* transmittitur. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 29. (110). Terra pulverea summa, inferior bibula-crebros imbres percolat atque transmittit. *Seneca præf. Quæst. nat. ante med.* Quid enim erat, cur in numero viventium me positum esse gauderem? an ut cibos et potiones percolarem? *h. e.* ederem, biberem et egererem.

PERCŎLO, cŏlis, cŏlŭi, cultum, cŏlere, a. 3. (per *et* cŏlo). Part. *Percolens* II. 2.; *Percultus* I. 1. — Percolere est culturam absolvere, supremam manum addere, polire, perficere, complere.

I.) Proprie. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *ad fin.* Quæ maxima ex parte inchoavi, aut inchoata percolui. — Sic de corporis cultu. *Apul. de Mag.* Ne ullâ curâ os percolat, neque ille exotico pulvere dentes emaculet. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 22. Nisi perculta est (*femina*), meo animo quasi illauta est.

II.) Translate. ¶ 1. Est ornare. *Tac. Agric.* 10. Quæ priores nondum comperta, eloquentia percoluere, rerum fide tradentur. ¶ 2. Est etiam valde amare, vereri, colere, beneficiis prosequi. *Plaut. Trin.* 2. 2. 4. Patrem tuum si percoles. *Tac.* 4. *Ann.* 68. Neque omiserat conjugem liberosque ejus percolere. — Similiter *Id.* 2. *Hist.* 82. Multos præfecturis et procurationibus, plerosque senatorii ordinis honore percoluit. *Apul.* 8. *Met.* Imaginem defuncti divinis percolens honoribus. ¶ 3. Item celebrare. *Aurel. Vict. Cæsar.* 14. Percolere initia Cereris. *et* 20. funus.

PERCŎMĒSUS, a, um, particip. ab inusit. *percomedo,* omnino comesus. Est *Isid.* 10. *Orig. litt.* E. Exesus, quasi percomesus.

PERCŌMIS, e, adject. valde comis. *Cic. Brut.* 58. 212. Qui peritissimus juris, idemque percomis est habitus.

PERCOMMŌDĒ, adverb admodum commode. *Cic. Cæcin.* 27. 77. Hoc loco percommode accidit quod, etc. *molto acconciamente, molto a proposito.* et 4. *Tusc.* 30. 64. Itaque, sive casu accidit, sive consilio, percommode factum est, quod etc. *et* 2. *Verr.* 2. 5. Verum hoc adhuc percommode cadit, quod etc. *Liv.* 25. 25. Tumulus est in extrema parte nobis versus a mari-, percommode situs ad commeatus excipiendos.

PERCOMMŌDUS, a, um, adject. valde commodus. *Liv.* 22. 43. Id quum ipsis castris percommodum fuit, tum salutare præcipue futurum erat. *molto comodo, acconcio. Marcell. Empir. c.* 10. *p.* 100. *retro* ed. *Ald.* Uvæ immaturæ succo-nares fluentes repleri percommodum est.

PERCONFERTUS, a, um, adject. omnino confertus, plenissimus. *Gloss. vett.* Perconferto, pleno.

PERCONTĀTĪO, ōnis, f. 3. *et*

PERCONTĀTĪVĔ, adverb. *et*

PERCONTATIVUS, a, um, et similia. *V.* PERCUNCTATIO, PERCUNCTATIVE, PERCUNCTATIVUS et similia.

PERCONTUMAX, ācis, adject. valde contumax. *Ter. Hecyr.* 3. 5. 54. Percontumax redisti huc nobis, Pamphile.

PERCŎOPĔRĪO, is, ire, a. 4. apte cooperire, *coprire esattamente. Theod. Priscian.* 4. 1. *sub init.* Omnia loca cum ipsis quoque testibus percooperis. *Gajus* inter *Gromat. veter. p.* 307. *ed. Rudorff.* In terminatione verum quam maxime sub terra ipsos palos percooperuimus, et signatim, ut inveniantur pali ipsi, stellam consecravimus.

PERCŎPĬŌSĔ, adverb. copiosissime. *Sidon.* 4. *Ep.* 7. *sub fin.* Percopiose me officii votivi compotem fecit.

PERCŎPĬŌSUS, a, um, adject. valde copiosus. *Plin.* 9. *Ep.* 31. In quibus quidem percopiosus fuisti.

PERCŎQUO, cŏquis, coxi, coctum, cŏquere, a. 3. (per *et* coquo). Part. *Percoctus* I. et II. 2. — Percoquere est perfecte coquere, *cuocere a perfezione.*

I.) Proprie. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 7. 64. (127). Bubulas carnes additi caules magno ligni compendio percoquunt. *Id.* 22. *ibid.* 25. 78. (142). Lens non bene percocta. *Scribon. Compos.* 60. Atque ita (*ea*) percoquunt fornace balneariorum, donec in carbonem redigantur. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 7. 107. Porcinæ carnis percocta pars tertia. Et *Marcell. Empir. c.* 26. *p.* 114. *retro* ed. *Ald.* Cataplasma fit stomacho laboranti ex pomis cydoneis optime percoctis.

II.) Translate. ¶ 1. Est calefacere. *Lucret.* 6. 858. Percoquere humorem. *Id.* 5. 1252. quacumque e causa flammeus ardor Horribili sonitu silvas exederat altis Ab radicibus et terram percoxerat igni. ¶ 2. Item ad maturitatem adducere, *maturare. Cato R. R.* 25. Studeat familia vinum (*h. e.* uvam) bene percoctum siccumque legere, ne vinum nomen perdat. *Ovid. Remed. am.* 83. teneras mora percoquit uvas. *Seneca* 7. *Benef.* 31. Sol percoquit fructus. ¶ 3. Item nigrum facere, *abbronzire, annerire. Lucret.* 6. 722. *de Æthiop.* nigra virum percoctaque sæcla colore. *At* Lachmannus *leg.* nigra virum percocto sæcla colore.

PERCRASSUS, a, um, adject. valde crassus. *Cels.* 5. 26. *n.* 19. Melicera mala est, multa et percrassa.

PERCRĔBESCO *vel* percrebresco, crebrescis, crebŭi *vel* crebrui, crebrescere, n. 3. (per *et* crebresco). Præteritum maxime est in usu: in quo tertium r usus sæpe exterit: *V.* CREBRESCO. — Percrebresco — *a)* Generatim est idem ac creber fio, *avvenire di frequente, rendersi frequente. Cic.* 6. *Verr.* 30. 68. Quum hæc omnino fama de nostrorum hominum avaritia et cupiditate percrebuerit. Adde *eumd. ibid.* 43. 94. et 10. *Fam.* 10. *Cæs.* 3. *B. C.* 43. *extr.* Quum fama per orbem terrarum percrebuisset, illum a Cæsare obsideri. *Tac.* 12. *Ann.* 6. *extr.* In fratrum filias conjugia aliis gentibus solemnia, nec ulla lege prohibita: et sobrinarum diu ignorata, tempore addito, percrebuisse. *essersi resi frequenti.* — *b)* Speciatim *percrebesco* est idem ac creber fio in ore et sermone hominum, divulgor. *Cic.* 1. *Att.* 1. Ita quiddam spero nobis profici, quum hoc percrebescit plurimos nostros amicos inveniri. *Id.* 2. *Verr.* 1. 1. Inveteravit jam opinio, quæ non modo Romæ, sed et apud exteras nationes omnium sermone percrebuit. *Id.* 4. *ibid.* 23. 56. Res percrebuit: in ore atque sermone omnium cœpit esse. *Id.* 9. *Att.* 11. Ipsi enim illi putavi perniciosum fore, si ejus hoc tantum scelus percrebuisset. — Et cum Infinito *Sueton. Cal.* 6. Quum repente jam vesperi incertis auctoribus (*eum*) convaluisse tandem percrebuisset etc.

PERCRĔPO, pas, ŭi, ĭtum, are, 1. est valde crepare, resonare, personare, perstrepere. *risuonare, ὑπηχέω.* — *a)* Neutrorum more. *Cic.* 7. *Verr.* 13. 31. Locum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus cantuque symphoniæ. — *b)* Active *Lucilius* apud *Non. p.* 255. 14. *Merc.* Percrepa pugnam Pompilii, facta Cornelii cane. *h. e.* dic, prædica, lauda.

PERCRESCO, is, ĕre, n. 3. valde cresco. *Quintil.* 7. 1. 17. Vis quæstionum percrescere debet, et ad potentissima ab infirmissimis pervenire *Alii vero leg.* semper crescere. *Seren. Sammon.* 36. 680. Avulsamque vetat (*hirudo*) rursus percrescere silvam. *scil.* pilorum in corpore humano.

PERCRĪBRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERCRIBRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Percribratus.* — Percribrare est cribrare diligenter cribare. *Scribon. Compos.* 87. Contunditur crocum, percribratur. *Id. Compos.* 269. Res, quæ infra scriptæ sunt, contusæ et percribratæ. *Marcell. Empir. c.* 14. *p.* 104. ed. *Ald.* Tragacanthum, sicut est, contundi et percribrari tenui foramine oportet. *et c.* 35. *p.* 137. *retro.* In his macerantur species, quæ infra scriptæ sunt, contusæ et percribratæ grandioribus foraminibus cribri.

PERCRŪCĬO, as, are, a. 1. valde crucio. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 13. Hoc, hoc est, quo (*pectus*) peracescit; hoc est demum, quod percrucior.

PERCRŪDUS, a, um, adject. valde crudus.

I.) Proprie. *Vitruv.* 10. 20. *sub fin.* Virgæ creberrimæ textæ, percrudis coriis consutæ.

II.) Translate est immaturus apud *Colum.* 12. *R. R.* 10. 4. Pruna purpurea quum immatura, non tamen percruda legeris.

PERCŪDO, dis, di, dere, a. 3. valde cudo et ferio, cudendo perforo. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 14. Die undevigesimo animadvertat, an pulli rostellis ova percuderint, et auscultetur, si pipiant. *At* Schneiderus *leg.* pertuderint.

PERCULSUS, a, um. *V.* PERCELLO.

PERCULSUS, us, m. 4. percussio, quassatio. In sexto casu sing. *Tertull. Anim.* 52. *sub fin.* Navigia intestino perculsu desidunt.

PERCULTOR, ōris, m. 3. diligens et assiduus cultor. *Aurel. Vict. Cæsar.* 1. *de Aug.* Doctorum, qui abunde erant, necessariòrumque percultor.

PERCULTUS, a, um. *V.* PERCŌLO.

PERCUMBO, cumbis, cubui, cumbere, n. 3. Hujus verbi usum his verbis improbat *Varro* 9. *L. L.* 48. *Müll.* Quod ajunt ut persedit et perstitit, sic.... percubuit quoniam non sit, non esse analogiam, vel in hoc erraut, quod duo posteriora ex prioribus declinata non sunt, quum analogia polliceatur ex duobus similibus similiter declinatis similia fore.

PERCUNCTĀTĬO *vel* percontatio, ōnis, f. 3. De scribendi ratione *V.* PERCUNCTOR init. — Percunctatio est inquisitio, interrogatio, *ricerca, interrogazione*, ἐρώτησις. — *a*) Generatim. *Cic. Tim.* 1. Ac primum quidem tempus salutationibus, reliquum percunctatione consumpsimus. *Cæs.* 5. *B. G.* 13. Nos nihil de eo percunctationibus reperiebamus, nisi certis ex aqua mensuris, breviores esse noctes, quam in continente videbamus. *Cic. Brut.* 60. 218. Omnis ille sermo ductus e percunctatione filii, quid in senatu esset actum. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 30. 36. (110). *de formicis.* Quæ tunc earum concursatio! quam diligens cum obviis quædam collocutio atque percunctatio! *Tac. Dial. de Orat.* 1. Sæpe ex me requiris, Juste Fabi, cur *etc.* Cui percunctationi tuæ respondere vix hercule auderem etc. — *b*) Speciatim inter figuras sententiarum *percunctatio* ponitur a *Cic.* 3. *Orat.* 53. 203. Et rogatio, atque huic finitima quasi percunctatio. *Rogatio*, h. e. interrogatio, differt a *percunctatione* in eo, quod illa fit instandi et arguendi causa, hæc noscendi. *V.* PERCUNCTOR sub I. *b.*

PERCUNCTĀTĪVĒ *vel* percontative, adverb. *interrogando*, interrogative. *Charis.* 2. *p.* 161. *Putsch. V.* PRONUNCIATIVE.

PERCUNCTĀTĪVUS *vel* percontativus, a, um, adject. ¶ 1. Stricto sensu est ad interrogationem pertinens, qui percunctationi inservit. *Dionys.* 1. *p.* 328. *Putsch.* Modos quinque esse omnes fere grammatici consentiunt: nam qui sex voluerunt, vario judicio alii promissivum, quidam impersonalem conjungunt; qui septem, utrumque prioribus adjiciunt; qui amplius, percunctativum assumunt; qui novem, conjunctivum a subjunctivo separant; qui decem, etiam adhortativum adscribunt. Adde *Max. Victorin. p.* 1948. *Putsch.*; et *Capell.* 3. *p.* 183. ¶ 2. Latiori sensu est a cunctis probatus, omnibus notus. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 8. *ante med.* Apollonius Memphites percunctativo, sive universali modo, quem Græci καθολικὸν vocant, etc. *V.* PERCUNCTO 2.

PERCUNCTĀTOR *vel* percontator, ōris, m. 3. *ricercatore*, qui percunctatur. De eo, qui nimis curiose inquirit, *Plaut. Men.* 5. 5. 31. Qui te Juppiter diique omnes, percunctator, perduint. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 69. Percunctatorem fugito: nam garrulus idem est.

PERCUNCTĀTUS, a, um. *V.* vuc. seq. et PERCUNCTOR.

PERCUNCTO *vel* perconto, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Percunctatus* 1. et 2. — Percunctare est idem ac percunctari ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) Activa forma. *Nævius* apud *Non. p.* 474. 7. *Merc.* Docte percunctat Ennius, quo pacto Trojam reliquisset. *Novius ibid.* Si percunctassem, malum hoc me præterisset. *Apul.* 11. *Met.* Quod sedulo percunctaveram. *Priscian.* 8. *p.* 799. *Putsch.* utrumque probat, scil. *percunctare* et *percunctari.* — *b*) Passiva forma. *Gell.* 16. 6. Quære ea potius, quæ a grammatico quærenda sunt: nam de ovium dentibus opiliones percunctantur. *Apul.* 1. *Met.* Et percunctato pretio etc. *h. e.* quæsito, *dimandato.* ¶ 2. Latiori sensu, *percunctatus* est etiam cunctis probatus, universalis. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 5. Igitur non febricitare furiosos, percunctatum non est, sive universale, quod Græci καθολικὸν vocant, sed est discrepatione partile, siquidem quidam febribus afficiuntur etc. *V.* PERCUNCTATIVUS 2.

PERCUNCTOR *vel* percontor, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Activa forma PERCUNCTO *V.* in voc. præced. — Quod ad etymon et scriptionem attinet, *Donatus* ad *Ter. Hecyr.* 1. 2. 2. *percontor* dici ait a *conto*, quo utuntur nautæ ad explorandam aquæ altitudinem: *percunctor* ab eo, quod a cunctis perquiratur (vel rectius, ut *Festus* ed. *Müll.*, quod is, qui curiose interrogat, per cunctas res it). Utramque notationem *percontor* et *percunctor* ponit etiam *Festus p.* 214. 8. *Müll.* et priorem esse *Verrii Flacci*, sibique falsam videri; veriorem esse alteram, et *percunctor* rectius scribi. Ex orthographis alii a *Verrio* stant, alii a *Festo.* Litem ego non diremerim: tametsi ad *Festum* inclinat animus. Hæc *Forcellinus.* Idem, quod *Verrius*, etymon proponit *Nonius p.* 44. 20. *Merc.*, idque etiam recentiores plerique approbarunt atque *percontari* scripserunt. — *Percunctarier* paragoge pro *percunctari* est *Plaut. Most.* 4. 2. 47., *Epid.* 1. 1. 38., *Bacch.* 2. 2. 12. et 4. 1. 3., et alibi. — Part. *Percunctans* I. *h.*; *Percunctatus* I. *a.* et *c.*; *Percunctandus* I. *f.* — Est igitur *percunctari*, cunctari, morari circa aliquem, inquirere diligenter, ut in cujuspiam rei notitiam perveniamus, sive generatim quærere, sciscitari, interrogare, inquirere, *ἐρωτάω, ἀνέρομαι* (It. *interrogare, dimandare, ricercare, informarsi*; Fr. *s'enquérir, s'informer, questionner, interroger*; Hisp. *inquirir, averiguar, escudriñar, preguntar, informarse*; Germ. *fragen, forschen, sich erkundigen*: Angl. *to ask, ask strictly, inquire, demand, question, interrogate, examine*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu occurrit — *a*) Cum Accusativo personæ. *Plaut. Pers.* 4. 4. 49. Percunctari hanc paucis hic volt. *Id. Asin.* 2. 2. 76. Me infit percunctarier, ecquem noverim Demænetum. *Ter. Eun.* 2. 3. 2. illam e conspectu amisi meo. Ubi quæram? ubi investigem? quem percunctêr? quam insistam viam? *Cic.* 7. *Fam.* 8. Neque enim displicet mihi imperatorem singulos percunctari, cum qua etc. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 7. Hunc si percuncteris, cur etc. *Sueton. Aug.* 99. Et amicos admissos percunctatus, ecquid iis videretur etc. — *b*) Cum duplici Accusativo, rei et personæ. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 47. Sunt quæ te volumus percunctari. *Id. Aulul.* 2. 2. 33. Quæso, quod te percunctabor, ne id te pigeat proloqui. *Horat.* 1. *Ep.* 20. 26. Forte meum si quis te percunctabitur ævum. *Liv.* 39. 12. Dimissa Ebutia, socrum rogat, ut Hispalam arcesseret ad sese: eam, quoque esse, quæ percunctari vellet. — *c*) Cum Accus. personæ et Ablat. rei et præpos. *de. Cic.* 6. *de republ.* 9. Ego illum de suo regno, ille me de nostra republica percunctatus est. *Liv.* 40. 21. Percunctatus regionis peritos de ascensu Hæmi. — *d*) Cum Accus. rei et Ablat. personæ cum præpos. *ab* vel *ex. Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 1. 2. Quum totum iter consumpsisset partim in percunctando a peritis etc. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 12. Istuc volebam ego ex te percunctarier. *Cic.* 2. *Divinat.* 36. 76. Solebat ex me Dejotarus percunctari nostri augurii disciplinam. — *e*) Cum Accus. rei. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 2. Modo esse dicito ad portum percunctatum adventum Pamphili. *Cic.* 1. *Orat.* 21. 97. Quo in genere tu numquam mihi percunctanti, aut quærenti aliquid defuisti. — Percunctatum patris familiæ nomen ne quis servum mitteret, lege sanctum fuisse ait Cato in ea, qua legem Orchiam suadet. *Festus p.* 242. 12. *Müll. Codex* dissuadet: at V. *Jordan. M. Catonis præter l. de r. r. quæ exstant. p.* LXXXIII. *Proleg.* et *p.* 53. — Præclarum monitum est illud *Ter. Hecyr.* 5. 3. 12. Tua quod nil refert, percunctari desinas. Quod *Plaut.* dixit *Stich.* 2. 1. 48. Tua quod nil refert, ne cures. — *f*) *Percunctari aliquem ex alio* est inquirere de aliquo, *informarsi, dimandare di alcuno. Id. Asin.* 2. 4. 95. Tu quoque ipse si esses percunctatus me ex aliis, scio pol, crederes nunc quod fers. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 2. 6. (18). Se evocasse umbras ad percunctandum Homerum, quanam patria quibusque parentibus genitus esset. — *g*) Sequente Relativo. *Plaut. Bacch.* 4. 1. 4. Percunctarier, utrum aurum reddat, an etc. *Id. Capt.* 4. 4. 9. Coquum percunctabatur, possentne seriæ fervescere? *Cic. Brut.* 46. 172. Quum percunctaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 96. percunctabere doctos, Qua ratione queas traducere leniter ævum. *et ibid.* 8. 13. Post hæc, ut valeat, quo pacto rem gerat et se, Percunctare. *V.* alia supra allata. — *h*) Absolute. *Cic.* 2. *Orat.* 71. 287. Salsum est etiam, quærentibus et quasi percunctantibus lente respondere quod nollent. — Apud Rhetores aliud est interrogare, aliud percunctari: illud enim ab oratore fit instandi, objurgandi aut exprobrandi gratia: hoc simpliciter sciscitandi et cognoscendi. *Quintil.* 9. 2. 6. Quid enim tam commune, quam interrogare, vel percunctari? nam utroque utimur indifferenter: quum alterum noscendi, alterum arguendi gratia videatur adhiberi. Ubi *Burmann.* eos jure reprehendit, qui illud *alterum noscendi* ad *interrogare* referri putant. *V.* PERCUNCTATIO *b. Cic.* 2. *Fin.* 1. 2. Socrates percunctando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat. ¶ 2. Latiori sensu est interrogando discere et invenire. *Apul.* 1. *Met.* Nihil, inquam, rerum istarum, quæ itineris ubique rite nos comitantur, indigemus. Sed et balneas facile percuntabimur. *domandando li troveremo.*

II.) Translate. *Gell.* 13. 20. *init.* Tum is, qui quæsierat, quonam modo, inquit, vis aurem meam interrogem? et Probum ait respondisse, quo suam Virgilius percunctatus est, qui diversis in locis *urbes* et *urbis* dixit arbitrio consilioque usus auris.

PERCŪPĬDĒ, adverb. valde cupide, libenter. *Paul. Diac p.* 34. 2. *Müll.* Blaterare est stulte et percupide loqui.

PERCŪPĬDUS, a, um, adject. valde cupidus. *Cic.* 1. *Fam.* 7. Cognovi Hortensium percupidum tui.

PERCŪPĬO, is, ere, a. 3. valde cupio. *Plaut. Asin.* 1. 1. 61. Percupio obsequi gnato meo. *Ter. Eun.* 5. 2. 57. Visne, domi opperiamur? GR. imo percupio.

PERCŪRĀTUS, a, um. *V.* PERCURO.

PERCŪRĬŌSUS, a, um, adject. valde curiosus, πολυπράγμων. *Cic. Cluent.* 62. 175. Nicostratus fidelis Oppianici servulus, percuriosus et minime mendax.

PERCŪRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Percuratus* I. et II. — Percurare est plane curare, perfecte sanare, *curare, sanare affatto*, κατασκευάω.

I.) Proprie. *Liv.* 21. 57. Vixdum satis percurato vulnere. Sic *Curt.* 4. 6. 21. et 7. 6. 23. Alexander, nondum percurato vulnere, etc. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 8. 28. (88). Faciendum id quotidie, donec (*strumæ*) percurentur. *Colum.* 6. *R. R.* 12. 2. Si suppuraverit, tarde percurabitur. *Seneca* 3. *Quæst. nat.* 1. *ad fin.* Quædam aquæ inveterata et desperata a medicis vitia percurant.

II.) Translate. *Seneca Ep.* 94. *ante med.* Percurare mentem ægram et vitiis liberare. *Id. Tranquill.* 15. *circa med.* Quidquid imbecillum in animo, nec percuratum est, exulcerat.

PERCURRO, percurris, percurri *et* percucurri, percursum, percurrere, 3. (per *et* curro). Part. *Percurrens* sub *A.* I. et II. 2.; *Percursus* sub

A. I. et II. 1. 3. et 4. — Percurrere usurpatur *A*) Active; et *B*) Neutrorum more.

A) Active *percurrere* est per varia loca currere, obire, lustrare, διατρέχω (It. *scorrere, trascorrere, percorrere*; Fr. *parcourir, traverser, visiter à la hâte*; Hisp. *correr, travesar*; Germ. *durchlaufen, durcheilen, durchziehen, durchreisen*; Angl. *to run or go through or over, traverse, survey*).

I.) Proprie. — *a*) Activa forma. *Cæs.* 1. *B. C.* 15. Auximo Cæsar progressus, omnem agrum Picenum percurrit. *Auct. B. G.* 8. 46. Quum celeriter omnes conventus percucurrisset. *Flor.* 4. 12. *ante med.* Primum domuit Usipetes, inde Tencthcros percucurrit et Cattos. *Ovid.* 10. *Met.* 654. Posse putes illos sicco freta radere passu, Et segetis canæ stantes percurrere aristas. *Virg.* 8. *Æn.* 391. tonitru quum rupta corusco Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. *Propert.* 1. 3. 31. diversas percurrens luna fenestras. *trapassando, penetrando. Lucret.* 4. 588. *de Pane.* Unco sæpe labro calamos percurrit hiantes. *Ovid.* 2. *Amor.* 4. 27. Hæc querulas agili percurrit pollice chordas. *Virg.* 7. *Æn.* 14. Arguto tenues percurrit pectine telas. *Martial.* 3. 82. Percurrit agili corpus arte tractatrix, Manumque doctam spargit omnibus membris. *Val. Flacc.* 6. 63. triplici percurrens tempora nodo. *h. e.* circumdans. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 47. (160). Grato menta mensas odore percurrit in rusticis dapibus. *va per tutte le tavole.* — *b*) Passive. *Pallad.* 1. *R. R.* 6. *ante med.* Hortus, qui fontano humore percurritur. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 26. (83). Percurritur glutino charta. *h. e.* contingitur glutino ubique. *Ammian.* 16. 2. Percurso itinere.

II.) Translate. ¶ 1. De honorum curriculo usurpatur. *Sueton. Ner.* 3. Restitutus in patriam amplissimos honores percucurrit. *h. e.* unum post alium brevi tempore assecutus est et gessit. *corse per tutti gli onori.* et *Tib.* 9. Magistratus et maturius inchoavit, et pæne junctim percucurrit, quæsturam, prætoram, consulatum. *Ammian.* 15. 13. Percursis honorum gradibus. ¶ 2. De abstractis est diffundi. *Curt.* 4. 12. 14. Lymphati trepidare cœperunt omnium pectora occulto metu percurrente. *Lucret.* 5. 1220. Fulminis horribili quum plaga torrida tellus Contremit et magno percurrunt murmura cælum. . ¶ 3. Sæpe ad orationem transfertur et est res multas dicendo tractare vel attingere. *Cic.* 2. *Divinat.* 46. 96. Multas res oratione percurrere. *Id.* 5. *Verr.* 42. 100. Per omnes civitates percurrit oratio mea. *Id.* 3. *Orat.* 14. 52. Faciles partes eæ fuerunt duæ, quas modo percucurri, vel potius pæne prætorii. *ho scorso brevemente.* et 1. *ibid.* 47. 205. Quæ valde breviter a te de ipsa arte percursa sunt. *Vellej.* 2. 38. 1. Paucis percurrere, quæ cujusque ductu gens etc. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 8. 34. (53). Nunc celebres in ea arte quam maxima brevitate percurram. *h. e.* percensebo. *Virg.* 6. *Æn.* 627. Omnia pœnarum percurrere nomina possem. *Tac.* 4. *Ann.* 40. Suis in eum beneficiis modice percursis. — Passive impersonaliter. *Cic.* 2. *Orat.* 80. 328. Si consistitur aliquando, ac non ista brevitate percurritur. *h. e.* usque ad finem oratione curritur. ¶ 4. Refertur etiam ad animum, et significat cogitatione complecti, perpendere, perdiscere. *Horat.* 1. *Od.* 28. 5. Aerias tentasse domos, animoque rotundum Percurrisse polum. *Cic.* 1. *Orat.* 50. 128. Est boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo et cogitatione, multa etiam legendo percurrisse. *Id.* 2. *ibid* 32. 140. Ut omnes eas diligentes et memores et sobrii oratores percursas animo et prope dicam decantatas habere debeant. ¶ 5. Et ad oculos. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 54. solus multisne cohæres, Veloci percurre oculo. *scorri coll'occhio.* et absolute *Val. Flacc.* 6. 600. campis intendere suadet, Dum datur, ardentesque viri percurrere pugnas. *guardare, contemplare.* et *Calpurn.* 1. *Ecl.* 24. tu potes alto Cortice descriptos citius percurrere versus. *leggere.* Sic *Liv.* 9. 18. *a med.* Paginas in annalibus magistratuum fastisque percurrere licet.

B) Neutrorum more ¶ 1. Est valde currere usque ad aliquem locum, usque ad finem propositum currere, *correre assai sino a qualche luogo, sino al punto o fine proposto. Ter. Heaut.* 4. 4. 9. BACCH. Audisti, modo iste homo quam villam demonstravit Charini? PHRY. audivi. BACCH. proximam esse huic fundo ad dexteram? PHRY. memini. BACCH. Curriculo percurre. *Id. Andr.* 2. 2. 18. Continuo ad te properans percurro ad forum, ut dicam tibi hæc. *Cælius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 16. *ad fin.* Priusquam ad urbem accederem, ubicumque esses, ad te percurrissem. *Liv.* 26. 15. Inde citato equo Cales percurrit. *Lucret.* 6. 324. Et celeri ferme percurrunt fulmina lapsu. *Propert.* 2. 13. 49. Vidistis toto sonitus percurrere cælo? *Vitruv.* 9. 1. 10. *Schneid.* Martis (*stella*)-in quibus signis celerius percurrit. *et ibid.* 14. Reliquæ stellæ celerius percurrere videntur. ¶ 2. Cum præpos. *per* est per varia loca currere. *Lucret.* 6. 668. Eo que mare ac terras rapidus percurrere turbo. Cf. *Cic.* 5. *Verr.* 42. 100. Nam per omnes civitates, quæ decumas debent, percurrit oratio mea. *Vitruv.* 8. 3. 2. *Schneid.* Per longum spatium terræ percurrentes. *Cæs.* 4. *B. G.* 33. *in fin.* Per temonem currus percurrere. *Sever. Ætn.* 98. atque animantis Per tota errantes percurrunt corpora venæ. Rursus *Vitruv.* 8. 3. 7. Quod per terræ dulcem succum percurrit.

PERCURSĀTĬO, ōnis, f. 3. *scorsa, discorrimento*, διαδρομή, actus percursandi, peragratio, excursio. *Cic.* 2. *Phil.* 25. 62. Italiæ rursus percursatio eadem comite mima. Adde *eumd. ibid.* 39. 100.

PERCURSOĬ, ōnis, f. 3. actus percurrendi: sed occurrit translate tantum et ¶ 1. Refertur ad animum, qui multa cogitatione complectitur. *Cic.* 4. *Tusc.* 13. 31. Propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem. Eodem fere sensu *Capell.* 6. *p.* 206. Neque enim morosa debet esse percursio. ¶ 2. Est etiam figura rhetorica sententiarum, ἐπιτροχασμός, quum distantia plura inter se velociter oratione percurrimus, ut: Cæsar in Italiam evolarat, Corfinium præsidio desertum ceperat, urbe potiebatur, Pompejum persequebatur. *Ita Aquila Romanus de figur. sententiar. Cic.* 3. *Orat.* 53. 202. Nam et commoratio una in re permultum movet, *etc.* et huic contraria sæpe percursio. Ita quidam leg. ex MSS., plerique alii *præcisio. V.* EPITROCHASMUS.

PERCURSO, as, are, 1. Part. *Percursatus* sub *A*. — Percursare est frequentat. vel rectius intensivum a *percurro*.

A) Active. *Plin. Paneg.* 12. *extr.* Nostra agmina percursare ripas gaudebant. *Jul. Valer. de Obit. Alex.* 27. Ergo, Prasiaca percursata, revenio etc.

B) Neutrorum more. *Liv.* 23. 42. Jam latronum modo percursant totis finibus nostris.

PERCURSOR, ōris, m. 3. qui percurrit. *Lactant.* 6. 7. Percursor viæ. *Alii rectius leg.* præcursor.

PERCURSUS, a, um. *V.* PERCURRO.

PERCUSSĪBĬLIS, e, adject. qui percuti potest. Active qui percutit, apud *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 16. *a med.* Odor percussibilis. *Id.* 2. *Tard.* 13. *ante med.* Virtus percussibilis.

PERCUSSĬO, ōnis, f. 3. actus percutiendi, ictus, verberatio, pulsatio, *percotimento, percossa, picchiata*, πλῆξις.

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Tusc.* 26. 62. Muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones. *Id.* 3. *Off.* 19. 75. Ut digitorum percussione heres posset scriptus esse. *h. e.* digitis concrepando, ut paullo ante dixerat. *Gell.* 5. 15 Non enim percussus aer, sed plaga ipsa atque percussio vox est.

II.) Translate in musica est ictus, seu dimensio temporum in metris, et numeris oratoriis. *V.* ICTUS, us. *Cic.* 3. *Orat.* 47. 182. Sed sunt insignes percussiones eorum numerorum, et minuti pedes. *Id. Orat.* 58. 198. Non sunt in oratione, tamquam tibicini, percussionum modi etc. Adde *Quintil.* 9. 4. 51. *et* 75. Sic *Id.* 11. 3. 108. Sunt quædam latentes sermonis percussiones, et quasi aliqui pedes, ad quos plurimorum gestus cadit: ut sit unus motus, *Novum crimen*: alter, *Cai Cæsar*: tertius, *et ante hunc diem*: quartus, *inauditum*: deinde *propinquus meus*: et, *ad te Q. Tubero detulit.* Loquitur *Quintil.* de gestu manus, quæ varie cadendo versuum percussiones imitatur.

PERCUSSĬŌNĀLIS, e, adject. qui percuti solet. *Cassiod. de musica sub init.* Instrumentorum musicorum genera sunt tria, percussionale. sensibile, inflatile: percussionalia, ut sunt acetabula ænea et argentea, vel alia quæ metallico rigore percussa reddunt cum suavitate tinnitum.

PERCUSSOR, ōris, m. 3. qui percutit, ferit, occidit, *percussore, feritore*, πλήκτης. ¶ 1. Generatim. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 19. (51). Leo vulneratus observatione mira percussorem novit, et in quantalibet multitudine appetit. ¶ 2. Speciatim est sicarius, qui ad occidendum mercede conducitur. *sicario. Cic.* 2. *Phil.* 29. 74. Domi Cæsaris percussor, ab isto missus, deprehensus dicebatur esse cum sica. *Flor.* 3. 1. Massivam immisso percussore confecit. *Sueton. Ner.* 43. Percussores submittere exercitus et provincias regentibus. *et ibid.* 34. Percussor subornatus alicui. *Petron. Satyr.* 9. Nocturnus percussor. *Curt.* 4. 11. 18. Quum modo milites meos litteris ad proditionem, modo amicos ad perniciem meam pecunia sollicitet; ad internecionem mihi persequendus est, non ut justus hostis, sed ut percussor veneficus. ¶ 3. Item speciatim est stuprator. *Maximian.* 5. 153. Flet tacitum, ridetque suum laniata dolorem, Et percussori plaudit amica suo.

PERCUSSUM, i, n. 2. idem ac percussio et percussus. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut. præf. ad fin.* Quum in minutissimis fiunt plagæ, sive percussa, sive adfricationes. *Ita legit* Hallerus, *alii* percussiones.

PERCUSSŪRA, æ, f. 1. percussio. *Apul. Herb.* 31. Percussura ferro, vel sude facta. *Veget.* 3. *Veterin.* 20. Si animal oculum ex percussura læserit.

PERCUSSUS, a, um. *V.* PERCUTIO.

PERCUSSUS, us, m. 4. percussio, ictus. — In sexto casu sing. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 6. Vox est intensio aeris linguæ formata percussu. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 51. 52. (171). Venarum inæquabili, aut formicante percussu. *Ovid.* 2. *Pont.* 7. 40. caducis Percussu crebro saxa cavantur aquis. Adde *Plin.* 28. *Hist. nat.* 11. 49. (180). et 17. 72. (237).; et *Vitruv.* 9. 9. — Accusativus legitur apud *Apul. Herb.* 31. *ad fin.* Ad ferro vel sude percussum. Sic *Cœl. Aurelian.* 2. *Acut.* 1. Siquidem habeat magnitudinem et percussum fortiorem. *Theod. Priscian.* 1. 22. *p.* 296 *retro* ed. *Ald.* Apum percussus malvarum folia imposita continuo curant. *et ibid. in lemmate.* De apum percussibus, vel scorpionum ceterorumque serpentum.

PERCŪTĬO, cŭtis, cussi, cussum, cŭtere, a. 3. (per *et* quatio). In quibusdam ex allatis locis nonnulli verbum *percello* substituunt præsertim in præteritis, ubi magna inter *percussi* et *percussi* litterarum similitudo est. Sed *percello* majorem vim habet, nempe tanta vi percutere significat, ut non solum pulses, ferias, sed prosternas et evertas. *V. Bentlej.* ad *Horat. Epod.* 11. 2. *Percellere* (ait cl. *Böttiger.* in *Lex. Tacit. p.* 350.) ab antiquo *cello* s. *cillo*, unde *oscillare*, est impellere, movere; est vero ita impellere, ut loco moveatur quod impulsum est (*Plin. Paneg.* 66. Quos improvisus turbo perculerat.); translata signif. animum quasi gradu dejicere (*Cic.* 5. *Verr.* 57. 132. Hæc te vox non perculit, non perturbavit?): contra *percutere* refertur ad ea, quæ concutiuntur quidem, sed loco non moventur (*Virg.* 5. *Ecl.* 83. litora percussa fluctu); translata signif. exprimit non perturbatum, sed graviter ictum et saucium animum. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 3. 11. Vulnere fortunæ gravissime percussus. *V.* infra II. 1 a.) — *Percusti* pro *percussisti* apud *Horat.* 2. *Sat.* 3. 273. Si cameram percusti forte. — Part. *Percutiens* sub *A*. II. et sub *B*. I. 1. et 3.: *Percussus* sub *A*. I.

et II., sub *B*. I. 1. et alibi; *Percussurus* sub *A*. II. 1. *Percutiendus* sub *B*. I. 1. — Percutere duo præcipue significat, prout *A*) Præpositionis, aut *B*) Verbi significatio prævalet.

A) Quum præpositionis prævalet significatio, *percutere* est quatiendo, pulsando cavare, perrumpere, transfigere, transadigere, atque adeo cædere, ferire (It. *battendo e percuotendo pertugiare, trafiggere, cacciare attraverso;* Fr. *traverser en frappant, percer de part en part, traverser*; Hisp. *atravesar golpeando, pasar de una parte á otra*; Germ. *durchschlagen, durchstossen, durchstechen;* Angl. *to break through, to drive, thrust, or rum through*).

I.) Proprie. *Cic. Mil.* 24. 65. Servos Milonis (*Licinius narrat*) sibi confessos esse de interficiendo Pompejo conjurasse, dein postea se gladio percussum esse ab uno de illis, ne indicaret, *quæ percussio dicitur ibid. mox.* vulnus in latere. Sic *Liv.* 2. 19. Tantoque vis infestis venientium hostis fuit, ut brachium Æbutio trajectum sit, Mamilio pectus percussum. *Ovid.* 5. *Met.* 384. Inque cor hamata percussit (*Cupido*) arundine Ditem. Sic *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 27. (56). Ab aspide calcata percussus. — *Percutere venam,* incidere, *aprir la vena. Seneca Ep.* 70. *a med.* Ad extenuandum corpus vena percutitur. — *Percussa fossa,* cavata. *Plin.* 10. *Ep.* 50. Per eadem loca invenio fossam a rege percussam. *Frontin.* 3. *Strateg.* 17. Fossa in fronte percussa.

II.) Translate est occidere, interficere. — 1.°) Generatim. — *a*) De hominibus. *Justin.* 9. 7. 13. Novissime gladium illum, quo rex percussus est, Apollini consecravit. *Varro* 1. *R. R.* 69. 2. Libertus æditumi flens narrat ab nescio quo (*eum*) percussum cultello concidisse. *Liv.* 39. 43. Multos capitis damnatos in vinculis haberet, quos securi percussurus erat. Adde *Cic. Pis.* 34. 84. et 1. *Fin.* 7. 23.; et *Justin.* 9. 4. 7. *Suelon. Cal.* 3. Hostem comminus sæpe percussit. *Apul.* 10. *Met.* Uxorem medici simul et suam liliam veneno eodem percutit. *Inscript.* apud *Vermiglioli, Iscriz. Perug.* 319. Percussus a vipera. *Cic.* 3. *Nat. D.* 35. 84. Hunc nec Juppiter fulmine percussit. — *b*) De brutis animalibus. *Ovid. Heroid.* 4. 93. Clarus erat silvis Cephalus, multæque per herbam Conciderant, illo percutiente, feræ. *Id.* 4. *Trist.* 2. 5. victima collum percussa securi. Hinc — 2.°) Speciatim *percutere fœdus* est icere, jungere. *Auct. B. Alex.* 44. Quum M. Octavium audiret cum Barbaris fœdera percussisse. *Justin.* 42. 3. 4. Cum Albanis fœdus percussit. Adde *eumd.* 43. 5. 10.; et *Flor.* 1. 1. 14.

B) Quum verbi significatio prævalet, *percutere* est valde quatere, pulsare, verberare, πατάσσω πλήττω (It. *colpire, battere, percuotere*; Fr. *frapper fortement, battre;* Hisp. *pegar, cuscar, golpear;* Germ. *schlagen, stossen, hauen, schiessen, treffen;* Angl. *to strike, hit, beat, knock, smite*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 6. 160. Fulgit item, nubes ignis quum semina multa Excussere suo concursu; ceu lapidem si Percutiat lapis, aut ferrum. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 22. Ignis excitatur ex lapide percusso. *Plaut. Stich.* 4. 2. 33.; et *Cic. Dom.* 5. 13. Percussus lapide. *Virg.* 7. *Æn.* 190. virga Cf. *Ovid.* 14. *Met.* 300. Percutiturque caput conversæ verbere virgæ. *Sueton. Vitell.* 7. Calce ab eo percussus. *Cic.* 2. *Orat.* 69. 279. Quum Cato percussus esset ab eo, qui arcam ferebat. *Ovid.* 4. *Met.* 158. Percutit indignos claro plangore lacertos. *Propert.* 1. 1. 13. Percussus vulnere. *Ovid.* 3. *Fast.* 758. percusso claudicat ille genu. *paullo supr.* v. 755. calce feritur aselli. *Id.* 6. *Met.* 80. Percussamque suâ simulat de cuspide terram Prodere cum baccis fetum canentis olivæ. *Tibull.* 1. 6. 31. Janua sed plana est percutienda manu. *Virg.* 3. *Ecl.* 83. percussa fluctu litora. *Sil. It.* 13. 241. tonsæ Percussere fretum. *Ovid.* 3. *Fast.* 588. Percutitur rapido puppis adunca Noto. *Id.* 1. *Trist.* 1. 85. cymba vasta percussa procella. *Sil. It.* 10. 166. quercus percussa Jovi. *h. e.* ab Jove. *Cic.* 3. *Cat.* 8. 19. Turres de cælo percussæ. *h. e.* fulmine ictæ. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 10. (44). Homines a serpente aut scorpione percussi. Adde *eumd. ibid.* 3. 6. (30). Et absolute *percussi* (subaudi *a serpentibus*) apud *eumd.* 29. *ibid.* 4. 16. (60). *V.* PERCUSSUS, us. Et *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *sub init.* Qui non repente fuerint (*paralysi*) percussi. *h. e.* correpti. Similiter *Seneca Herc. Fur.* 814. Percussit oculos lucis ignotæ nitor. *Sil. It.* 4. 326. et magno percussit lumine (*scuti*) campos. *Lucret.* 2. 799. color percussus luce refulget. *Ovid.* 6. *Met.* 63. Qualis ab imbre solet percussus solibus arcus. *Viride investita, percossa dai raggi solari.* et *Id.* 10. *ibid.* 159. aer percussus pennis. *h. e.* alis pulsatus. *Propert.* 1. 16. 28. Auriculæ voce percussæ. *Seneca Agam.* 634. Percussit aures tacitum murmur. *Sil. It.* 16. 397. percussus vocibus altis Spectantum circus. Huc referri potest et illud *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 17. *n.* 168. Quæ omnia (*medicamina*) ignea atque percutientia odoris causa esse perspiciuntur. ¶ 2. Speciatim, *percutere nummum,* cudere, *battere. Sueton. Aug.* 94. *extr.* Ut nummum argenteum nota sideris Capricorni percusserit. *Id. Ner.* 25. Qua nota etiam nummum percussit. Hinc translate *Seneca Ep.* 34. *extr.* Omnia facta dictaque tua inter se congruant ac respondeant sibi et una forma percussa sint. Sic *Apul. de Mag.* In quibus (*scriptis meis*) animadvertes nomina Romanis inusitata et in hodiernum, quod sciam, infecta: ea tamen nomina labore meo et studio ita de Græcis provenire, ut tamen Latinâ monetâ percussa sint. ¶ 3. Item in re musica de instrumentis usurpatur. *Ovid.* 3. *Amor.* 12. 40. Duraque percussam saxa secuta lyram. *suonata.* Cf. *Val. Flacc.* 5. 100. mixtoque sonantem Percutit ore lyram. *Albinov.* 2. 51. lyram plectro percussit eburno. — *Percutere versus* est eos scandere. *M. Cl. Sacerd.* 1. 84. Hoc tamen scire debemus, quod versus percutientes, id est scandentes, interdum accentus alios pronunciamus. ¶ 4. Item *percutere aliquem palpo* apud *Plaut. Amph.* 1. 3. 28. blanditiis quasi demulcere et lenire, adulari. ¶ 5. *se flore Liberi* apud *Plaut. Cas.* 3. 5. 16. se inebriare. Sic *Ennius* apud *Fulgent. prisc. serm.* Nimirum sauciavit se flore Liberi.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpissime usurpatur de animo. Neque enim admittitur ab eruditis, quod *Agroet.* tradit *de Orthogr. p.* 2274. *Putsch.* de corpore *percussum* dici, *perculsum* de animo: sed utrumque de utroque metaphorice adhiberi, quamvis librarii passim ista confuderint. Itaque *Bentlej.* ita legit illud *Horat. Epod.* 11. 1. Petti, nihil me, sicut antea, juvat Scribere versiculos amore percussum gravi. (*percussus amore,* ut *amore saucius,* habetur etiam apud *Virg.* 2. *G.* 476. et 9. *Æn.* 197. ex plurib. et meliorib. MSS., teste *Pierio,* his locis, et 1. *ibid.* 517. et apud *Stat.* 4. *Theb.* 260., quæ *Bentlej. ibid.* congessit.) — *a*) De homine, morali ratione. *Cic. Mur.* 24. 49. Homines percussi Sullani temporis calamitate. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*). 3. 11. Fortunæ gravissimo percussus vulnere. *Orellius* vero utroque in loco *perculs.* legit. *Id.* 9. *Fam.* 25. Repente percussus atrocissimis litteris. *Sil. It.* 5. 587. præsago percussus pectora luctu. *Val. Flacc.* 7. 475. extremo percussa dolore. *Seneca Troad.* 674. Deo percussa Mænas. — *b*) De animo ipso usurpatur, et significat pulsare, afficere, et quasi vulnerare dolore, suspicione, desiderio, aliove sensu, *toccare sul vivo, ferire. Cic.* 3. *Att.* 12. Percussisti me etiam de oratione prolata: cui vulneri medere, si quid potes. *Id. Mil.* 29. 79. Quonam modo ille vos vivus afficeret, qui mortuus inani cogitatione percussit? *Lucret.* 1. 922. acri Percussit thyrso laudis spes magna meum cor. *et* 2. 886. Tum porro quid id est, animum quod percutit ipsum, Quod movet, et varios sensus expromere cogit? *Horat.* 1. *Od.* 7. 10. Me neque tam patiens Lacedæmon, Nec tam Larissæ percussit campus opimæ, Quam etc. *Cic.* 4. *Att.* 8. Audivi ex Gavio, Romæ esse hominem, et fuisse assiduum: percussit animum. *h. e.* suspicionem injecit. (Adde *Ter. Andr.* 1. 1. 98.) *Seneca Ep.* 41. Animum tuum quadam religionis suspicione percutiet. *Cic.* 2. *Orat.* 87. 358. *de arte memoriæ.* Utendum est imaginibus agentibus, acribus, insignitis, quæ occurrere, celeriterque percutere animum possint. *Id.* 5. *Tusc.* 11. 33. Quodcumque nostros animos probabilitate percussit. ¶ 2. *Percutere aliquem,* multare, fraudare, spoliare aliqua re, bolo tangere, decipere. *Plaul. Pseud.* 2. 2. 9. Jam pol ego advenientem hunc stratioticum nuncium probe percutiam. *Cic. Flacc.* 20. 46. Hunc Hermippum, hominem eruditum, civem suum, cui debebat esse notissimus, percussit. *Id.* 5. *Att.* 2. Rufio noster, quod se a Vestorio observari videbat, strategemate hominem percussit. — Similiter pro evertere, percellere, bonis et vita spoliare, *rovinare. Sueton. Cal.* 35. Ptolemæum arcessitum e regno et exceptum honorifice, non alia de causa repente percussit, quam quod etc.

Homonym. In quo differat a *percello, V.* sub init.

PERDĂGĂTUS, a, um, particip. ab inusit. *perdago,* indagatus. *Claud. Mamert.* 2. *Stat. anim.* 3. Philosophorum voluminibus perdagatis.

PERDĔCŌRUS, a, um, adject. valde decorus. *Plin.* 3. *Ep.* 9. *a med.* Est alioqui perdecorum.

PERDĒLĔO, es, ere, a. 2. omnino deleo. *Veget.* 3. *Milit.* 10. *ante med.* Nulla, quamvis minima, natio potest ab adversariis perdeleri, nisi propriis simultatibus se ipsa consumpserit. *Tertull. advers. Jud.* 11. Interficite omnes, ut perdeleantur. Adde *Veget.* 3. *Veterin.* 10. *a med.*; qui tamen locus falso laudari videtur.

PERDĒLĪRUS, a, um, adject. valde delirus. *Lucret.* 1. 692. Quod facit hic idem, perdelirum esse videtur.

PERDENSUS, a, um, adject. valde densus. *Colum.* 3. *R. R.* 12. 2. Perdensam humum cælestes aquas non sorbere.

PERDĔO pro pereo. *V.* PEREO init.

PERDĔPSO, is, ĭi, ere, a. 3. valde depso, subigo. Obscœna significatione *Catull.* 74. 3. patrui perdepsuit ipsam Uxorem. Sunt qui leg. *perdespuit,* quod *Scalig. ibid.* improbat. *V.* DEPSO.

PERDESCRĪBO, bis, bere, a. 3. omnino describere. *Auct. Gromat.* ed. *Rudorff. p.* 365. Nunc perdescribantur signa finalia.

PERDĪCĀLIS, e, adject. ad perdices pertinens. ut Perdicalis herba, eadem quæ perdicium. *Apul. Herb.* 81.

PERDĪCĬUM, ĭi, n. 2. nomen est duarum herbarum, quarum una etiam helxine dicitur, alia etiam parthenium, Latine urceolaris. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 17. 19. (41). *V.* HELXINE et PARTHENIUM.

PERDĪCO, cis, xi, ctum, cere, a. 3. idem ac dico vel totum dico. *Alcim.* 5. 607. vix hæc perdixerat, illi Prosiliunt. Habent et *Not. Tir. p.* 10. Dicit, perdicit, perdixit.

PERDIFFĪCĬLIS, e, adject. Sup. *Perdifficillimus.* — Perdifficilis est valde difficilis, παγχάλεπος. *Cic. Partit. orat.* 24. 84. Quæ perdifficilia sunt, perinde habenda sæpe sunt, ac si effici non possint. *Id.* 1. *Nat. D.* 1. 1. Perdifficilis et perobscura quæstio est de natura deorum. *Liv.* 40. 21. Quum satis constaret, viam exercitui nullam esse, paucis et expeditis perdifficillimum aditum.

PERDIFFĪCĬLĪTER, adverb. valde difficiliter. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 15. 47. Quæ perdifficiliter, internoscantur tamen.

PERDIGNUS, a, um, adject. valde dignus. *Cic.* 13. *Fam.* 6. *a med.* Sed tamen suspicor, ipsum hominem, quem tibi commendo, perdignum esse tua amicitia.

PERDĪLĪGENS, entis, adject. valde diligens. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 5. *sub fin.* Res operosa est, et hominis perdiligentis.

PERDĪLĪGENTER, adverb. valde diligenter. *Cic.* 1. *Att.* 11. Duabus epistolis tuis perdiligenter in eamdem rationem scriptis. Adde *eumd. Brut.* 3. 14.

PERDISCO, discis, dĭdĭci, discere, a. 3. Part. *Perdiscendus.* — Perdiscere est perfecte discere.

— *a*) Cum Accus. *Cic.* 3. *Orat.* 36. 146. Eum negasti, qui non cito quid didicisset, unquam omnino posse perdiscere. *Id.* 7. *Fam.* 14. Litium jura perdiscere. *Id. Balb.* 20. 47. Omnia jura belli perdiscere ac nosse potuisse. *Id.* 1. *Orat.* 15. 69. Locus de moribus est oratori perdiscendus. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 7. Multisque prius experimentis inspiciendus erit futurus villicus, an perdidicerit disciplinam ruris. *Justin.* 20. 4. 3. Pythagoras Ægyptum primo, mox Babylona ad perdiscendos siderum motus originemque mundi spectandam profectus. — *b*) Cum Infinito. *Plaut. Asin.* 1. 3. 35. Perdidici istæc esse vera. — *c*) Absolute. *Plaut. Truc.* 1. 1. 1. Non omnis ætas ad perdiscendum sat est Amanti, dum id perdiscat, quot pereat modis.

PERDĪSERTĒ, adverb. valde diserte. *Cic.* 1. *Orat.* 14. 62. Constat, perdiserte populo rationem sui operis reddidisse.

PERDĪSERTUS, a, um, adject. valde disertus. *Grammat. Vatic.*, qui *Probus* esse videtur (cedente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 5. 275. *col.* 1.). *Per* significat et adverbium, ut puta, perdisertus.

PERDĪTĒ, adverb. ¶ 1. Est more perditi hominis, flagitiose, nequiter, corrupte, *scapestratamente, perdutamente, da disperato*, ἀκολάστως. *Cic.* 9. *Att.* 2. *a med.* Qui hic potest se gerere non perdite? ¶ 2. Item vehementer. *Ter. Heaut.* 1. 1. 45. Ejus filiam amare cœpit perdite. *smoderatamente, sino ad andarle perduto dietro.* et *Quintil.* 2. 12. 5. Perdite conari. *fare ogni sforzo.*

PERDĪTIM, adverb. perdite. *Afranius* apud *Charis.* 2. *p.* 191. *Putsch.* Quia scit, me illam amare perditim. *V.* voc. præced. 2.

PERDĪTIO, ōnis, f. 3. amissio, exitium, ruina. *Gloss. Philox.* Perditio, ἀπώλεια. *Alcim.* 4. 138. postquam percurrere cœptum Perditionis iter statuit. Addunt et loc. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 56. (114)., sed aliter ibi est legendum.

PERDĪTOR, ōris, m. 3. *rovinatore*, qui perdit. *Cic. Planc.* 36. 89. Ut idem perditor reipubl. nominarer, qui servator fuissem. *Id. Pis.* 34. 84. Vexator et perditor.

PERDĪTRIX, icis, f. 3. quæ perdit. *Tertull. Exhort. ad castit.* 13. Luxuria perditrix castitatis. *Hieronym. Ep.* 123. *n.* 8. Qui castitatem reperit perditricem.

PERDĪTUS, a, um. *V.* PERDO.

PERDĬU, adverb. valde diu. *Cic.* 3. *Att.* 22. Perdiu nihil eram auditurus. *Id.* 1. *Orat.* 2. 8. Quum boni perdiu nulli, vix autem singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores invenirentur. *Varro* 1. *R. R.* 58. 1. Legumina perdiu incolumia.

PERDĬUS, a, um, adject. παντμέριος, qui per totum diem aliquid agit. *Gell.* 2. 1. Stare solitus Socrates dicitur, pertinaci statu perdius atque pernox, a summo lucis ortu ad solem alterum orientem. *Apul.* 5. *Met.* Et perdia et pernox non desinis cruciatum. *et* 9. *ibid.* Ego misera et pernox et perdia lanificio nervos meos contorqueo. Adde *Symmach.* 1. *Ep.* 53.; et *Capell.* 2. *p.* 31. *Ammian.* 31. 2. *ante med.* Ex ipsis (*equis*) quivis in hac natione (*Hunnorum*) pernox et perdius emit et vendit, cibumque sumit et potum, et inclinatus cervici angustæ jumenti, in altum soporem adusque varietatem effunditur somniorum.

PERDĬŪTURNUS, a, um, adject. qui valde diu durat. *Cic.* 2. *Nat. D.* 33. 85. Quæ aut sempiterna sit, necesse est, hoc eodem ornatu quem videmus, aut certe perdiuturna, permanens ad longinquum et immensum pæne tempus. *Id. Sext.* 27. 58. Cum Armeniorum rege Tigrane grave bellum perdiuturnumque gessimus.

PERDĪVES, ĭtis, adject. omn. gen. πολυχρήματος, valde dives. *Cic.* 6. *Att.* 1. Amici regis duo, ii*esve* perdivites sunt. *Id.* 6. *Verr.* 26. 59. Mulier est Segestana, perdives et nobilis, Lamia nomine.

PERDIX, icis, m. et f. 3. *pernice*, πέρδιξ, ὁ καὶ ἡ, avis montana satis nota, de cujus natura *Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 51. (99). multa: ita autem appellatur a πέρδω *pedo*, ejus enim vox peditum imitatur. *V.* CACABO. *Varro* apud *Non. p.* 218. 18. *Merc.* Perdicas Bœotios. *Martial.* 3. 58. Et picta perdix, Numidicæque gutatæ. *et* 13. 65., cujus lemma est *perdix.* Ponitur Ausoniis avis hæc rarissima mensis. *Plin. loc. cit.* Perdicum vita ad sedecim annos durare existimatur. *Seren. Sammon.* 13. 214. Seu fel perdicis parili cum pondere mellis. — In fabulis Perdix fuit filius sororis Dædali, qui a matre traditus avunculo, ut artes fabriles disceret, serram et circinum invenit: cujus rei invidia e turri a Dædalo præceps actus, a Pallade in avem sui nominis versus est. *V. Heyne* ad *Apollod.* 3. 15. 9. *p.* 891.; *Ovid.* 8. *Met.* 241. et *seqq.*; et *Hygin. fab.* 274. Designatur ab *eod. Ovid. Ib.* 500. Ut cui causa necis serra reperta fuit.

PERDO, dis, dĭdi, ditum, dere, a. 3. *Perduim, perduis, perduit*, et *perduint* apud antiquos Comicos est pro *perdam, perdas, perdat, perdant*, ab antiquo *duo*, de quo *V.* DO, das, init. *Plaut. Aulul.* 4. 6. 6. nam quod edit, tam duim, quam perduim. *Id. Amph.* 2. 2. 215. Cave sis, ne tu te usu perduis. Adde *eumd. Capt.* 3. 5. 70. et *Id. Pœn.* 3. 4. 29. Diespiter vos perduit. Adde *eumd. Epid.* 1. 1. 64. Frequentius *perduint* apud *eumd. Most.* 2. 2. 33. Di te deæque omnes perduint cum isto omine. *Al. leg.* perduaxint, *quod est suspectum.* Adde *eumd. Asin.* 2. 4. 61., *Aulul.* 4. 10. 55., *Curc.* 5. 3. 41. et alibi sæpe. Sic *Ter. Phorm.* 1. 2. 73. Illum di omnes perduint. Adde *eumd. Heaut.* 4. 6. 7. et *Hecyr.* 1. 2. 59. et 3. 4. 27. Etiam apud *Cic. Dejot.* 7. 21. plerique leg. Di te perduint, fugitive. Sic *perduunt* pro *perdunt* apud *Plaut. Rud. prol.* 24. legunt nonnulli; at *Fleckeisen.* legit *perdunt* — Passivum *perditur* apud *Horat.* 2. *Sat.* 6. 59. *V.* infra sub I. 4. — Part. *Perditus* in fin., *Perditurus* II. 1.; *Perdendus* I. 2. — *Perdere*, si vocem spectes, est a *per* et *do*; si notionem, a πέρθω *vasto* esse videtur, ait *Forcellinus*; est autem a *per*, qua hoc etymon mala atque ruinam significat. Itaque perdere est proprie in ruinam dare, atque adeo destruere, evertere, deperdere, ἀπολλύω, ἀποβάλλω (It. *mandare a male, mandare in rovina, rovinare*; Fr. *perdre, causer la perte de, ruiner, détruire, rendre malheureux*; Hisp. *perder, destruir, arruinar*; Germ. *zu Grunde richten, verderben, verschwenden, verthun, verlieren, unglücklich machen*; Angl. *to destroy, ruin*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim de hominibus et de rebus. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 3. Perdere et pessumdare aliquem. *Id. Aulul.* 4. 10. 5. Quid emerui, quamobrem meque meosque perditum ires liberos? *Ter. Phorm.* 4. 4. 6. Ut te quidem omnes dii deæque superi, inferi, malis exemplis perdant. *Cic. Rosc. Am.* 45. 131. Juppiter urbes delevit, fruges perdidit. *Id.* 6. *Att.* 1. *ante med.* Civitatem funditus perdidissem. *Id.* 1. *Fin.* 15. 49. Se ipsum penitus perdere. *Id. Rosc. Am.* 12. 32. Mors ejus tantum potuit, ut omnes cives suos perdiderit et afflixerit. *Id.* 5. *Tusc.* 10. 29. Perdita valetudo. *Nepos Eumen.* 5. Quum vereretur, ne uno loco manens equos militares perderet, quod spatium non esset agitandi etc. *Sil. It.* 4. 657. undæque ad bella parentis Excitæ pugnant, et ripas perdidit amnis. *scil.* erundans. *Jocus ex ambiguo* apud *Quintil.* 6. 3. 87. Consultori dicenti, *navem dividere volo, perdes*, inquit. ¶ 2. Speciatim est interficere, occidere. *Ovid.* 1. *Met.* 187. Nunc mihi, qua totum Nereus circumtonat orbem, Perdendum mortale genus. *et ibid.* 224. Nocte gravem somno nec opina perdere morte Me parat. *et ibid.* 441. Hunc (*serpentem Pythona*) deus arcitenens-Mille gravem telis, exhausta pæne pharetra, Perdidit effuso per vulnera nigra veneno. *Petron. fragm. Tragur.* 42. *Burmann.* Medici illum perdiderunt. — *Plaut. Asin.* 1. 2. 6. Capitis te perdam ego et filiam. *h. e.* ream capitis peragam. Adde *eumd. Bacch.* 3. 3. 86. ¶ 3. Item de iis, qui rem suam absumunt, *gettare, consumare. Ter. Heaut.* 3. 1. 55. Faciat quod lubet, sumat, consumat, perdat: decretum est pati. *Cic.* 5. *Fam.* 5. *ad fin.* Profundere et perdere. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 182. perdere bona. ¶ 4. Item de iis, quæ sine ulla fiunt utilitate, in quibus sine ulla utilitate laboramus. *Cic.* 4. *Herenn.* 44. 57. Decius amisit vitam; at non perdidit. *non la gettò indarno. Seneca Agam.* 519.; *Sil. It.* 4. 607.; *Lucan.* 3. 706.; et *Stat.* 9. *Theb.* 58. perdere mortem. *h. e.* ignavam et inhonorabilem oppetere, vel sine fructu, vel inultam. *Ovid.* 1. *Met.* 530. sed enim non sustinet ultra Perdere blanditias juvenis deus. *Cic.* 3. *Orat.* 36. 146.; et *Ovid.* 1. *Art. am.* 504. Perdere tempus. *perdere il tempo*, inutiliter insumere. *Ovid.* 2. *Amor.* 1. 31. Quique tot errando, quot bello, perdidit annos. *h. e.* Ulisses. *Sueton. Tit.* 8. Recordatus (*Titus*) quondam super cœnam, quod nihil cuiquam toto die præstitisset, memorabilem illam meritoque laudatam vocem edidit: Amici, diem perdidi. *Quintil.* 11. 3. 52. Perdere aquam. *h. e.* tempus oratori dicenti præfinitum. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 24. et 4. 3. 11.; *Cic. Mur.* 10. 23.; et *Horat.* 1. *Sat.* 1. 90. Perdere operam. *Cic.* 7. *Fam.* 1. oleum atque operam. *V.* OLEUM. — Passive. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 59. Perditur hæc inter misero lux. *h. e.* perit. *Lachmannus* ad *Lucret.* 2. 829. hanc formam improbat et in *Porgitur* mutat; *Madvigius* vero in *Mergitur*, hoc est occidit et in Oceanum ruit. *Ritterus* vulgatam lectionem recte tuetur. *Perditur* occurrit et apud *Ammian.* 14. 5. ¶ 5. Item de iis, qui aliorum mores corrumpunt, depravant, *guastare. Ter. Adelph.* 1. 1. 36. Cur perdis adolescentem nobis? cur amat? cur potat? *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 8. (26). Illa perdidere imperii mores, illa, quæ sani patimur, luctatus, ceromata. Cf. *Horat.* 1. *Od.* 8. 1. Lydia, dic, per omnes Te deos oro, Sybarin cur properes amando Perdere.

II.) Translate est amittere, jacturam facere, *perdere. Cic.* 5. *Fam.* 16. Minus miseri, qui liberos his temporibus amiserunt, quam si eosdem bona, aut denique aliqua republica perdidissent. *et* 4. *ibid.* 6. Existimabam, omnes me et industriæ meæ fructus et fortunæ perdidisse. *Id.* 1. *Orat.* 36. 167. Neque intelligebat, litem adversarium perditurum. *Id. Rabir. Post.* 9. 24. Perdere libertatem. *Id. Harusp. resp.* 18. 37. oculos. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 28. 29. (104). dextram manum. *Cic. Senect.* 7. 21 memoriam. *Martial. Spectac.* 13. vitam. *Cic. Rosc. Com.* 4. 10. causam. *Plaut. Rud.* 1. 4. 3. spem. *Ovid.* 1. *Art. am.* 451. Sic, ne perdiderit, non cessat perdere lusor. *Ter. Phorm.* 2. 3. 39. Perii hercle! nomen perdidi. *h. e.* excidit mihi. *Martial. Spectac.* 11. Implicitam visco perdidit ille fugam. *h. e.* fugiendi viam. *Quintil.* 6. 3. 63. Tu enim non times, ne locum perdas. *di perdere il tuo luogo, il tuo posto.* loquitur de loco spectandi in ludis. *Augustus* apud *Sueton. Aug.* 71. Ad summam tamen (*frater tuus*) perdidit non multum. - Ego perdidi viginti millia nummum, meo nomine. — Hinc Part. præter. pass.

Perditus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Perditior* 1. *et* 5.; et Sup. *Perditissimus* 3. ¶ 1. Est profligatus, amissus, *mandato male, rovinato, perduto, irreparabile*, παντελῶς; *Plaut. Trin.* 4. 3. 44. Si quoi mutuum quid dederis, lit pro proprio perditum. *Cic.* 2. *Verr.* 5. 13. Classes optimæ, atque opportunissimæ, cum magna ignominia populi R. amissæ et perditæ. *Id. Cæcin.* 31. 90. Obrutis rebus omnibus et perditis. *Id.* 2. *Verr.* 3. 8. Senatoria judicia perdita profligataque esse arbitratur. Ubi *Pseudo-Ascon.* Perditam est, quod inveniri non potest: profligatum, quod potest. *Id.* 8. *Att.* 11. *a med.* Nihil heri potest miserius, nihil perditius, nihil fœdius. *Ter. Eun.* 2. 2. 27. Quibus et re salva, et perdita profueram. *Id. Andr.* 3. 5. 12. Tibi ego credam, furcifer? Tu rem impedit in et perditam restituas? *Stat.* 1. *Achill.* 581. Et tenuare rudes attrito pollice lanas Demonstrat, retinetque colos, et perdita dura Pensa manu. *il rompito stracciato, strapazzato.* ¶ 2. Sæpe de eo dicitur, cujus de salute nulla spes, *disperato, perduto. Ovid.*

1. *Pont.* 3. 90. Neu juver admota perditus æger aqua. *Id.* 3. *Amor.* 6. 80. Atque ita se in rapidas perdita misit aquas. *Plaut. Rud.* 5. 1. 3., *Bacch.* 5. 1. 6. et *Curc.* 1. 2. 44. Perditus sum. *son perduto, sono in malora,* perii. ¶ 3. Item de eo, cujus res et fortunæ pessimo loco sunt, afflicto, jacente. *Cic.* 14. *Fam.* 1. *ad fin.* Per fortunas vide, ne puerum perditum perdamus. *Id.* 2. *Phil.* 32. 78. Quem plane perditum ære alieno egentemque cognoverat etc. *fallito, spiantato.* et *Mur.* 40. 86. Squalore sordidus, confectus morbo, lacrimis ac mœrore perditus. *Id.* 5. *Verr.* 26. 65. Tu omnium mortalium profligatissime ac perditissime. ¶ 4. De eo, qui vehementer deperit immoderateque amat. *Plaut. Cist.* 1. 2. 13. Amore hæc perdita est. *Propert.* 1. 13. 7. Perditus in quadam tardis pallescere curis Incipis. ¶ 5. Refertur etiam ad mores, et dicitur de iis, quorum vita adeo contaminata est atque improba, ut corrigi posse non videatur. *Cic.* 4. *Tusc.* 25. 55. Adolescens perditus ac dissolutus. *Id.* 5. *Verr.* 58. 134. Homo contaminatus, perditus, flagitiosus. *Id. Rosc. Am.* 13. 38. Oportet ostendere et mores feros immanemque naturam, et vitam vitiis flagitiisque omnibus deditam, et denique omnia ad perniciem profligata atque perdita. *Catull.* 42. 13. o lutum, lupanar, Aut si perditius potest quid esse. ¶ 6. Pro impotenti, vehementi. *Quintil. declam.* 19. 2. Perditus dolor. *Catull.* 91. 2. amor. *Cic. Cluent.* 13. 36. Homo perdita nequitia, et summa egestate. *Id.* 2. *leg. Agr.* 20. 55. Consilia dissoluta atque perdita. *disperati.*

PERDŌCĔO, dŏces, dŏcŭi, doctum, dŏcere, a. 2. Part. *Perdoctus* sub *c.* — Perdocere est perfecte docere, *insegnar bene,* διδάσκω. — *a*) Cum Accusativo personæ, aut rei. *Plaut. Capt.* 3. 5. 59. Quid? tu una nocte postulavisti, et die recens captum hominem, puerum et novitium, te perdocere, ut melius consulerem tibi, quam illi, quicum una a puero ætatem exegeram? *persuadere, dare ad intendere, indurre.* — Et cum duplici Accus. *Ovid. Remed. am.* 490. si quid Apollo Utile mortales perdocet ore meo. — *Plaut. Stich.* 1. 3. 24. illa (*paupertas*) omnes artes perdocet, ubi quem attigit. *Cic. Sext.* 44. 95. Rem quæris præclaram juventuti ad discendum, nec mihi difficilem ad perdocendum. *Quintil.* 1. 1. 8. Suam stultitiam perdocere. *far conoscere.* — *b*) Cum Infinito. *Lucret.* 5. 1437. Sol et luna lustrantes (*mundum*) lumine circum Perdocuere homines annorum tempora verti Et certa ratione geri rem atque ordine certo. *Ovid.* 4. *Pont.* 12. 27. Dignam Mæoniis Phœacida condere chartis Quum te Pierides perdocuere tuæ. — *c*) Part. *Perdoctus* apud *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 103. Docte tibi illam perdoctam dabo. *Ter. Heaut.* 2. 3. 120. CLIN. Verum illa ne quid titubet. SY. Perdocta 'st probe. *Lucret.* 3. 475. Multorum exitio perdocti quod sumus ante. *Cic. Balb.* 27. 60. Quum me præsertim rerum varietate atque usu ipso jam perdoctum viderent. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 2. pulsumque sinistræ Da, genitor perdocte, lyræ. — Et cum Accus. rei. *Ammian.* 26. 8. Rumore quodam præverso imminens exitium ille perdoctus.

PERDOCTĔ, adverb. valde docte. *Plaut. Most.* 1. 3. 122. Ut perdocte cuncta callet!

PERDOCTUS, a, um. *V.* PERDOCEO.

PERDOLĀTUS, a, um. *V.* PERDOLO.

PERDŌLĔO, es, ŭi, ĭtum, ere, n. 2. vehementer doleo. *Ter. Eun.* 1. 2. 74. Heu noster, laudo: tandem perdoluit. *Cæs.* 2. *B. C.* 15. Suam vicutem irrisui fore, perdoluerunt. *Q. Claudius Quadrigarius* apud *Gell.* 9. 13. Id subito perdolitum est eadem T. Manlio.

PERDŌLESCO, is, ere, n. 3. perdoleo. *Accius* apud *Non. p.* 100. 31. *Merc.* Nec perdolescit, fligi socios morte, campos contegi.

PERDŌLO, as, āvi, ātum, are, a. 3. Part. *Perdolatus.* — Perdolare est perfecte dolare. *Vitruv.* 2. 10. Quum in materiem perdolantur. *Id.* 2. 9. *ante med.* Arbor præcisa alte et perdolata. *Arnob.* 6. 25. Fomes perdolatus in fulminis morem. *Auct. Gromat.* ed. *Rudorff. p.* 342. Petræ-taxatæ, non perdolatæ a ferro.

PERDŌMĬNOR, āris, ari, dep. 1. *Claudian. Fescenn. de Nupt. Honor.* 77. Solus ovantem Zephyrus Perdominetur annum. *h. e.* dominetur per annum, toto anno spiret. Nisi malis, verbum *perdominor* regere accusativum: quod insolens est.

PERDŌMĬTOR, ōris, m. 3. qui perdomat. *Prudent.* 4. *Cathemer.* 12. Mortis perdomitor, salutis auctor.

PERDŌMĬTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERDŌMO, as, ŭi, ĭtum, are, a. 1. Part. *Perdomitus* I. et II.; *Perdomiturus* et *Perdomandus* I. — Perdomare est perfecte domare, *soggiogare.*

I.) Proprie. — *a*) De provinciis, regnis, gentibus. *Liv.* 8. 13. Placuit, ad perdomandum Latium, exercitum victorem circumducere. *Id.* 9. 20. Apulia perdomita in Lucanos perrectum. *Ovid.* 3. *Fast.* 843. Venit perdomitis ad nos captiva Faliscis. *Sueton. Tib.* 16. *extr.* Illyrico perdomito et in ditionem redacto. *Vellej.* 2. 95. 2. Gentes locis tutissimas, aditu difficillimas, numero frequentes perdomuerunt. *Justin.* 2. 13. 3. Qua manu cum gloria ejus perdomiturum se Græciam dixit. — *b*) De brutis animalibus. *Ovid. Heroid.* 12. 163. Serpentes igitur potui taurosque feroces, Unum non potui perdomuisse virum? *Tibull.* 1. 2. 52. Sola feros Hecates (*dicitur*) perdomuisse canes. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 8. Sic perdomiti (*vituli*) mox ad aratrum instituantur.

II.) Translate. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *ante med.* Tantis glæbis tenacissimum solum assurgit, ut nono demum sulco perdometur. *Seneca Ep.* 90. *circa med.* Tunc farinam aqua sparsit, et assidua tractatione perdomuit, finxitque panem. Nostrates etiamnum dicunt *domare. Stat.* 1. *Theb.* 523. cumulare canistris Perdomitam saxo Cererem. *h. e.* panem ex molita farina et subacta.

PERDORMISCO, is, ere, n. 3. *dormire continuamente,* καταχοιμάομαι. *Plaut. Men.* 5. 5. 29. perdormiscin' usque ad lucem?

PERDŬAXINT. *V.* PERDO init.

PERDŬCO, cis, xi, ctum, cere, a. 3. *Perduce* pro *perduc* habet *Seren. Sammon.* 40. 754. Gramen hyoscyami ceræ sevoque vetusto Concilia, mixtisque locos perduce dolentes. — Part. *Perductus* I. et II. 1. 3. 4.; *Perducturus* et *Perducendus* I. — Perducere est usque ad aliquem locum, aut terminum ducere, διάγω (It. *condurre, menare*; Fr. *conduire jusq' au bout, conduire, mener à sa destination*; Hisp. *conducir al cabo*; Germ. *vohin führen, bringen*; Angl. *to bring through or all the way, conduct, lead, convey*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Ter. Andr.* 1. 1. 35. Filium perduxerunt illuc-meum. *Liv.* 45. 13. L. Manlius quæstor, qui Romam eum (*filium Masinissæ*) publico sumptu perduceret. *Nepos Dion.* 2. Magna cum ambitione Syracusas perduxit. *Cic.* 12. *Fam.* 19. Dum ad te legiones eæ perducantur, quas audio duci. *Cæs.* 7. *B. G.* 13. Comprehensos eos ad Cæsarem perduxerunt. *et* 3. *ibid.* 28. Qui omnes ad eum perducti interficiuntur. *Virg.* 6. *Ecl.* 60. Perducere bovem errantem ad stabula. *Justin.* 1. 8. 10. Simulata difidentia propter vulnus acceptum refugiens Cyrum in angustias perduxit. *Sueton. Ner.* 13. Perductum deinde (*Tiridatem*) in theatrum, juxta se latere dextro collocavit. *Id. Tib.* 65. Mitterent alterum e consulibus, qui senem se et solum in conspectum eorum cum aliquo militari præsidio perduceret. *Plaut. Stich.* 4. 2. 46. Hic quidem pol summam in crucem cæna aut prandio perduci potis. *Cæs.* 3. *B. G.* 6. *extr.* Incolumem legionem in Allobrogas perduxit. *Justin.* 2. 13. 8. Ille perculsus nuncio tradit duobus milites perducendos. *Sueton. Vitell.* 9. Partitus est copias, quas adversus Othonem præmitteret, quasque ipse perduceret. — *b*) Speciatim *perducere aliquam,* stupri causa, apud *Cic.* 7. *Verr.* 12. 31.; *Horat.* 2. *Sat.* 5. 77.; *Ovid.* 3. *Amor.* 12. 11.; et *Sueton. Tib.* 45. et *Vesp.* 22. *V.* PERDUCTOR. — *c*) Item speciatim usurpatur de ædificiis, fossis, aquis etc. *Cæs.* 3. *B. C.* 44. Nostri, qui perpetuas munitiones habebant, perductas ex castellis in proxima castella. *Id.* 1. *B. G.* 8. A lacu Lemano ad montem Juram millia passuum x. murum in altitudinem pedum xvi. perducit. *tira.* Sic *Liv.* 35. 10. *extr.* Porticum unam extra portam Trigeminam-; alteram a porta Fontinali ad Martis aram-perduxerunt. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 33. (165). Ex portu navigabilem alveum perducere in Nilum. *Liv.* 39. 2. Ne in otio militem haberet, viam a Bononia perduxit Arretium. *Sueton. Vesp.* 18. Mechanico grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti præmium obtulit. *Trajanus* ad *Plin.* 10. *Ep.* 92. Aquam perducere in coloniam Sinopensem. *perducere aquam* est aquæductu ducere, familiare *Frontin. Aquæd.*, ut 7. Eidem mandatum a senatu, ut curaret, quatenus alias aquas quas posset, in urbem perduceret per ampliores ductus. *et ibid.* Perducere Anionem in Capitolium. *et* 10. Virginem, in agro Lucullano collectam, Romam. *et* 7. Tum ex senatusconsulto duumviri aquæ perducendæ creati sunt. *Plin.* 10. *Ep.* 46. Ex fonte aquam perducere.

II.) Translate. ¶ 1. Est perungere, oblinere, per totum inducendo medicamentum. *Virg.* 4. *G.* 415. liquidum ambrosiæ diffudit odorem, Quo totum nati corpus perunxit. *Pers.* 2. 55. auro sacras quod ovato Perducis facies. *Seren. Sammon.* 39. 739. Est qui gallinæ perducat stercore corpus. *et* 49. 922. artus perducere succo. *et* 25. 457. *de lana succida.* Proderit hanc ægris crebro perducere membris. *Id.* 1. 25. Sæpe chelidonia ex acido perducta liquore Sanavit. et *Marcell. Empir. c.* 19. *p.* 112. *retro* ed. *Ald.* Lapathi radices cum aceto coques ad tertias, et in eo jure iterum oryzam discoques, et sic ad perducendum corpus uteris. — Hinc et pro inducere ponitur, h. e. delere, *cancellare. Julian. Dig.* 29. 1. 20. *ad fin.* Si aliquid interleverit, perduxerit, adjecerit, emendaverit. *Id. ibid.* 37. 11. 8. *a med.* Cujus nomen in testamento voluntate testatoris perductum sit. *V.* INDUCO. ¶ 2. Item est totum ducere, haurire, perbibere. *Arnob.* vertens Orphei carmen, 5. 26. Inde manu poculum sumit, risuque sequenti Perducit totum cyceonis læta liquorem. Sic *Scribon. Compos.* 135. *extr.* Aqua frigida vel calida perducta. *h. e.* pota. ¶ 3. Generatim perducere est trahere, pertrahere, evehere, provehere, adducere; latissime enim patet. — *a*) Quum de tempore agitur, sæpe est pertrahere, trahere, *tirare innanzi, allungare. Cic.* 10. *Fam.* 1. Quæ si ad tempus tuum perducitur, facilis gubernatio est. *Liv.* 38. 51. Orationibus in noctem perductis, prodicta dies est. *Id.* 36. 23. Inde cœpta oppugnatio ad mediam rursus noctem perducta est. *Cæs.* 5. *B. G.* 30. *extr* Res disputatione ad mediam noctem perducitur. *Liv.* 38. 50. Plus crimina eo die, quam defensio valuissent, ni altercationem in serum perduxissent. *Cic.* 9. *Fam.* 20. Usque ad assum vitulinum opera perducitur. *Alii vero legunt* producitur. *Lucret.* 4. 537. Perpetuus sermo nigrai noctis ad umbram Aurorae perductus ab exoriente nitore. Similiter *Cic. Senect.* 17. 60. M. Valerium Corvum accepimus ad centesimum annum perduxisse. *Alii addunt* vitam. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 8. (15). Subjicit enim, qua medicina se et conjugem usque ad longam senectam perduxerit. *Propert.* 1. 3. 39. O utinam tales perducas, improbe, noctes. *Lachmannus* vero ad *Lucret.* 6. 324. de hoc loco valde dubitat, quemadmodum de illo *Catulli* 106. 5. Ut liceat nobis tota perducere vita Æternum hoc sanctæ fœdus amicitiæ. — *b*) De aliis, et præcipue de valetudine, est adducere, *ridurre. Cic.* 2. *Invent.* 56. 169. Complere aliquid et ad exitum perducere. *Lucret.* 5. 1027. Nec potuisset adhuc perducere sæcla propago. *Id.* 2. 1116. perducere omnia ad finem. *Pompon. Dig.* 33. 1. 7. *extr.* aliquid ad effectum. *Quintil.* 5. 14. 28. aliquid ad liquidum confessumque. *Varro* 2. *R. R.* 3. 9. aliquem ad perniciem. *Petron. Satyr.* 24. Ad ultimam

perductus tristitiam. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 27. (86). Perducere aliquem ad maciem. *Id.* 30. *ibid.* 9. 23. (79). ulcera ad cicatricem. *Id.* 20. *ibid.* 13. 50. (130). carbunculos ad suppurationem. *Id.* 19. *ibid.* 3. 15. (44). aliquid ad maturitatem. — Similiter *Nepos Dion.* 5. *sub fin.* Eo rem perduxit, ut tyrannus pacem facere vellet. Adde *eumd. Epam.* 8. Sic *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 7. Mihi temperavi, donec perducerem eo rem, ut dignum aliquid et consulatu meo et vestra exspectatione efficerem. *Virg.* 1. *Ecl.* 72. En quo discordia cives Perduxit miseros. — c) De hominibus est evehere, provehere. *Cæs.* 7. *B. G.* 39. (et *Nepos Phoc.* 1.) Quem Cæsar ex humili loco ad summam dignitatem perduxerat. *Cic. Amic.* 20. 73. Perducere aliquem ad amplissimos honores. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 9. 36. (61). artem ad magnam gloriam. ¶ 4. Speciatim est pertrahere, inducere, *tirare, ridurre, indurre. Auct. B. Afr.* 4. Si posset aliqua ratione perduci ad sanitatem. *Sall. Jug.* 82. Magnis muneribus et majoribus promissis eos ad studium sui perducit. *Cæs.* 6. *B. G.* 11. Eos ad se magnis pollicitationibus perduxerat. *Nepos Dion.* 5. Quam ob causam pauci ad societatem periculi perducebantur. *Cic.* 5. *Att.* 21. *a med.* et 4. *Verr.* 28. *extr.* Hominem ad HS. LXXX. perducit. *h. e.* pertrahit ad solvendum. *Nepos Hamilc.* 4. Assiduis patris obtestationibus eo est perductus, ut interire, quam Romanos non experiri mallet. *Cic.* 4. *Tusc.* 23. 52. Ajacem ira ad furorem mortemque perduxit. — *Plaut. Most.* 1. 3. 41. Si dictis nequis perduci, ut vera hæc credas. *Cæs.* 7. *B. G.* 4. Perducere aliquem in suam sententiam. *tirare.* et *Cic.* 16. *Att.* 8. ad suam sententiam. Sic *Cæs.* 3. *B. G.* 8. Omni ora maritima ad suam sententiam perducta. *Nepos Epam.* 4. Micythum adolescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem.

PERDUCTĬO, ōnis, f. 3. actus perducendi. *Vitruv.* 8. 6. Nunc de aquarum perductionibus ad habitationes, mœniaque, ut fieri oporteat, explicabo.

PERDUCTO, as, are, a. 1. frequentat. a *perduco. Plaut. Most.* 3. 2. 157. Vin' qui te perductet? TH. Apage istum a me perductorem: errabo potius, quam perductet quispiam. *V.* vocem sequent.

PERDUCTOR, ōris, m. 3. qui perducit: et speciatim qui mulieres honestas vel promissis inductas, vel minis coactas, aut vi ad aliquem stupri causa perducit, *mezzano di amori, ruffiano. Cic.* 3. *Verr.* 12. 33. Sileatur de nocturnis ejus bacchationibus: lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat. Ubi *Pseudo-Ascon.* Lenones sunt scortorum: perductores etiam invitarum personarum, et in quibus stupra exercita legibus vindicantur. *Lactant.* 6. 17. *a med.* Pecuniam tuam perductores, aleatores, lenonesque diripiant. Alludit ad hos *Plaut. Most. loc. cit.* in voce præced. *V.* et PERDUCO I. *b.*

PERDUCTUS, a, um. *V.* PERDUCO.

PERDŪDUM, adverb. *molto tempo fa*, valde dudum. *Plaut. Stich.* 4. 1. 69. Vidi edepol hominem haud perdudum. *Lævius* in 6. *Erotopægn.* apud *Priscian.* 10. *p.* 903. *Putsch.* Te, Andromacha, perdudum manu lascivula ac tenellula, capiti meo trepidans, libens insolito plexi munere. *At* Scaliger Lecet. Auson. 2. 27. *et* M. Hertzius *leg.* per ludum.

PERDŬELLĬO, ōnis, f. 3. συναμοσία, est crimen læsæ majestatis, et quidem atrocissimum, quum scil. in ipsam rempubl., vel in magistratum, aut principem injuria infertur. Est a *duellis*, h. e. hostis apud veteres. Nomen ex eo est, quod a quo committitur, hostis debeat censeri. Nam per hic notat perquam, seu valde, ut *Varro* 7. *L. L.* 49. *Müll.*; et *Charis.* 2. *p.* 188. *Putsch.* significant.

I.) Proprie. *Ulp. Dig.* 48. 4. 11. Qui perduellionis reus est, hostili animo adversus rempublicam, vel principem animatus est. *Cic. Pis.* 2. 4. In Rabirio perduellionis reo. *Id. Rabir. perduell.* 3. Nam de perduellionis judicio, quod a me sublatum esse, criminari soles, meum crimen est, non Rabirii. *Liv.* 26. 3. *a med.* Tum Sempronius, perduellionis se judicare Cn. Fulvio dixit. *h. e.* reum facere, quod exercitum populi R. perdidisset. *Val. Max.* 6. 5. *n.* 3. Quum Ti. Gracchus et C. Claudius, ob nimis severe gestam censuram, majorem civitatis partem exasperassent, diem his P. Rutilius trib. pl. perduellionis ad populum dixit. — Apud *Liv.* 1. 26. videtur usurpari pro homicidio: nam homicidium sororis ab Horatio patratum perduellio dicitur. *Ibidem* perduellionem alicui judicare est perduellionis reum facere: Alter inquit, P. Horati, tibi perduellionem judico. Confirmat hoc *Turneb. l.* 17. *Adversar. c.* 7. Sunt tamen, qui ideo cædem Horatii *perduellionem* dici putant, quod in conspectu regis et populi eam admiserat: vel quod privata auctoritate: quo utroque læsa majestas videri potuit: vel denique, quod parricidium erat, cujus atrocitatem perduellionis similem, eademque pœna puniri eo tempore institutum fuerit. Ita etiam *Cic. Mil.* 14. 36. *de Clodio.* Diem mihi, credo, indixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat.

II.) Translate, vel concreto, uti ajunt, sensu est hostis, *il nemico della patria*, sed improbatur a *Cic.* 4. *Herenn.* 10. 15. his verbis: Turget et inflata est oratio, quum aut novis, aut priscis verbis, aut duriter aliunde translatis, aut gravioribus, quam res postulat, aliquid dicitur, hoc modo: Nam qui perduellionibus venditat patriam, non satis supplicii dederit, si etc. *Est qui leg.* perduellibus. At *Gloss. Labb.* Perduellio, ἀνταρτης. Perduellones, οἱ κατὰ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων βουλευόμενοι, ἢ κατὰ βασιλέων. Adde *Paul. Diac. loc. cit.* in voc. seq. I.

PERDŬELLIS, is, m. 3. (per *et* duellum) publicus hostis, quocum bellum est: *per* hic auget, ut in voce præced. dictum est, πολέμιος (It. *nemico; Fr. ennemi de guerre;* Hisp. *enemigo, contrario en la guerra;* Germ. *der kriegführende Feind, d. Feind;* Angl. *an enemy*).

I.) Proprie. *Paul. Diac. p.* 66. 17. *Müll.* Perduellio (*h. e.* perduellis; *V.* voc. præced. II.), qui pertinaciter retinet bellum. *Cajus Dig.* 50. 16. 234. Quos nos hostes vocamus, eos veteres perduelles vocabant, per eam adjectionem indicantes, cum quibus bellum esset. *Varro* 5. *L. L.* 3. *Müll.* Hostem nunc dicunt eum, quem tum dicebant perduellem. *Ennius* apud *eumd.* 7. *ibid.* 49. Quin inde invitis sumpserint perduellibus. Perduelles, subdit *Varro*, dicuntur hostes. *Plaut. Amph.* 1. 1. 94. Perduelles penetrant se in fugam. *Cic.* 1. *Off.* 12. 37. Equidem etiam illud animadverto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Hostis enim apud majores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. *Id.* 3. *ibid.* 29. 107. Nam pirata non est ex perduellium numero; sed communis hostis omnium. Adde *Liv.* 15. 16. *extr.*

PERDŬELLUM, i, n. 2. bellum. *Accius* apud *Non. p.* 22. 15. *Merc.* De summa tibi perduellum est. Ita leg. præter alios *Turneb. l.* 17. *Adversar. c. ult.*

PERDŬIM, perduis, perduit *et* perduint *pro* perdam, perdas etc. *V.* PERDO init.

PERDULCIS, e, adject. cujus superlat. *Perdulcissimus* legitur in quadam *Inscript. christiana* inferioris notæ apud *Reines. cl.* 20. *n.* 150. Ex *Marini loc. cit.* in PER constat, optimos scriptores numquam præposuisse præpositionem *per* nominibus comparativis et superlativis, nisi interposito *quam*, ut *per quam dulcissimus.*

PERDŪRĀBĬLIS, e, adject. *perdurabile*, qui diu durat. *Boeth.* in *Categor. Aristot.* 3. *p.* 175. Recte igitur habitus diuturnior et permanentior, dispositio vero facile mobilis, neque perdurabilis ab Aristotele proponitur.

PERDŪRĀTĬO, ōnis, f. 3. actus perdurandi. *Gloss. Cyrill.* Πώρωσις, perduratio. It. *indurimento.* — Et translate pro perpessione. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 11. *a med.* Quum esset ad vitam monachicam perdurationis insuetus, omnibus eum Antonius experimentis exercet.

PERDŪRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERDŪRO, as, āvi, ātum, are, n. 1. Part. *Perdurans, Perduratus* et *Perduraturus* sub *A.* — Perdurare

A) Neutrorum more est diu durare, usque ad finem durare. *Ter. Hecyr.* 2. 2. 27. Non posse apud vos, Pamphilo, se, absente, perdurare. Sic *Sueton. Ner.* 24. Excussus curru, ac rursus repositus, quum perdurare non posset, destitit ante decursum. *Ovid. Medic. fac.* 49. probitas longum perdurat in ævum. *Stat.* 1. *Theb.* 142. hæc mora pugnæ Sola, nec in regem perduratura secundum. *Seneca Tranquill.* 15. *circa med.* Quidquid imbecillum in animo, nec perduratum est, exulcerat. *Alii rectius leg.* percuratum. Adde *eumd.* 7. *Benef.* 28. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 20. 34. (147). Castanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus, perdurandi pervicacia, regerminatione cædua vel salice lætior. *Cassiod.* 5. *Hist. Eccl.* 42. *a med.* Multo tempore nobis perdurantibus.

B) Active est durum admodum facere, *indurare. Prudent. Psychom.* 447. formido pericli Perdurat teneras iter ad cruciabile plantas.

PERDŪRUS, a, um, adject. valde durus. Figurate *Papinian. Dig.* 48. 3. 2. Interpretatio perdura et pernimium severa.

PĔRĒDO, ēdis, ēdi, ēsum, ēdere, a. 3. Part. *Peresus* II. 1. et 2. — Peredere est edendo absumere, *consumare mangiando, mangiar tutto.* περιτρωγω.

I.) Proprie. *Plaut. fragm.* apud *Priscian.* 10. *p.* 893. *Putsch.* Nil moror mihi fucum in alveo, apibus qui peredit cibum. *Prudent.* 9. *Cathemer.* 59. Peredere panem.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis est absumere, corrodere. *Horat.* 3. *Od.* 4. 75. nec peredit Impositam celer ignis Ætnam. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 12. 26. Lacrimæ peredere humore exsangues genas. *Lucret.* 1. 326. Nec, mare quæ impendent, vesco sale saxa peresa. *Id.* 3. 413. At si tantula pars oculi media illa peresa est. *Virg.* 3. *G.* 561. Vellera morbo illuvieque peresa. *Sil. It.* 14. 605. membrisque cutis tegit ossa peresis. *scil.* morbo. *Tibull.* 1. 4. 14. Longa dies molli saxa peredit aqua. ¶ 2. De animo. *Catull.* 55. 30. Et multis languoribus peresus Essem te mihi, amice, quæritando. *Virg.* 6. *Æn.* 442. Hic, quos durus amor crudeli tabe peredit.

PĔRĒDO, is, ere, a. 3. idem quod ēdo, h. e. emitto, profero, vel prorsus emitto. *Vet. Poet.* apud *Sidon.* 9. *Ep.* 14. Sole inedere pede, ede, perede melos. Cujus et obscura est sententia, et incerta admodum auctoritas.

PĔREFFĔRO, effers, extŭli, ēlātum, efferre, a. anom. erigere. *Ennod. Opusc.* 4. *sub init.* Ineptum certa miseriarum cæcitas de falsa dicendi felicitate perextulit.

PĔREFFLO, as, are, a. 1. omnino efflo. *Apul.* 8. *Met.* Postremo balbutiens incerto sermone, perefflavit animam virilem.

PĔREFFLŬO, is, ere, a. 3. παραῤῥύομαι, omnino effluere, atque adeo a recto tramite deflectere. *Vulgat. interpr. ep. ad Hebr.* 2. 1. Propterea abundantius oportet observare nos ea, quæ audivimus, ne forte perefluamus.

PĔREFFOSSUS, a, um, particip. ab inusit. *pereffodio*, multum effossus. *Ennod.* 2. *epigr.* 112. Orbe pereffosso fluidum de lumine vulnus Pestifer ostentans ora sepulta geris.

PĔRĔGER, egris, m. et f. 3. qui peregre abiit, peregrinus: a *per.* et *ager*, quasi errans per agros. *Ulp. Regular. tit.* 17. *de caducis.* Si legatarius ante apertas tabulas decesserit, vel peregre factus sit. *Auson. epist.* 17. In comitatu tibi verus fui, nedum me peregrem existimes composita fabulari. *Venant.* 4. *carm.* 10. 14. Susceptor peregrum.

PĔRĔGĔRE dicebatur expergefacere. *Paul. Diac. p.* 245. 3. *Müll.* ubi *Scaliger* legit *pergere:* at *Gesnerus* conjicit legendum *perregere;* recte quidem, ut cl. *Furlanetto* videbatur collato *Perrectus*, quod *V.* Sed *Müllerus* legit: Pergere dicebant expergefacere; et hanc lectionem tuetur collatis *Non. p.* 104. 15. *Merc.* et *Paul. Diac. p.* 80. 8.

PĔRĔGRE, adverb. (pereger). Aliam formam *peregri V.* loco suo. — Peregre est peregrinando, extra patriam, quasi per agros, *ἐπὶ ξένης* (It. *fuori del paese, fuori della patria, da lontano, lungi*; Fr. *hors de la ville, dans un pays étranger*; Hisp. *fuera de la ciudad, en pais extrangero*; Germ. *über Land, ausserhalb, auswärts*; Angl. *abroad, from abroad*).

I.) Proprie in hoc adverbio, ut in aliis quæ locum spectant, conjunctæ sunt rationes loci, in quo quis versatur, et in quem quis transit, et e quo quis accedit. — *a*) De eo, qui non in urbe, non in patria, sed extra versatur, et *domi* opponitur. *Plaut. Pers.* 1. 1. 30. quia herus peregre est. SA. Ain' tu, peregre est? *Id. Trin.* 2. 4. 195. Gestandus peregre clipeus. *Cic.* 5. *Phil.* 11. 30. Utpote qui peregre depugnasit. *Sueton. Cal.* 20. Edidit et peregre spectacula: in Sicilia Syracusis asticos ludos, et in Gallia etc. *Id. Gramm.* 3. In provincias quoque grammatica penetraverat, ac nonnulli de notissimis doctoribus peregre docuerunt. — *b*) De eo, qui abit in exteram regionem, vel locum. *Plaut. Cas. prol.* 62. Hunc adolescentem peregre ablegavit pater. *Id. Cist.* 2. 3. 37. Avecta est, inquit, peregre hinc habitatum. *Id. Most.* 1. 1. 21. Postquam hinc peregre pater abiit. Sic *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 43. (151). Peregre abire. *Sueton. Cæs.* 42. proficisci. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 103. uti ne solus rusve, peregreve Exirem. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 49. Leno me peregre militi Macedonio minis viginti-vendidit. *fuori di patria.* — *c*) De eo, qui a loco externo in patriam redit, aut de re, quæ e loco externo affertur. *Plaut. Asin.* 4. 1. 16. Epistola peregre allata. *Id. Stich.* 4. 2. 7. Salvum gaudeo peregre te in patriam redisse. Sic *Ter. Phorm.* 2. 1. 13. Pericla, damna, exsilia, peregre rediens, semper cogites. Rursus *Plaut. Amph.* 1. 1. 205. Tun' domo prohibere peregre me advenientem postulas? *Liv.* 2. 6. Alios peregre in regnum Romam accitos. *Id.* 28. 11. Plus omnibus aut nunciatis peregre, aut visis domi. — Cum præpos. *a. Vitruv.* 5. 7. *extr. de scæna theatri.* Versuræ procurrentes, quæ efficiunt una a foro, altera a peregre aditus in scænam. *Charis.* 1. *p.* 86. improbat præpositionem addere.

II.) Translate. *Horat.* 1. *Ep.* 12. 13. dum peregre est animus sine corpore velox.

PĔRĔGRĔGĬUS, a, um, adject. valde egregius. *Apul. de Mag.* Peregregia tragœdia.

PĔRĔGRĬ, adverb. idem quod *peregre*, sed cum discrimine in usu, quia *peregre* inservit et statui in loco, et motui: *peregri* solum statui, ut *Charis.* 2. *p.* 189. *Putsch.* docet. *Nævius ibid.* Patriam ut colatis potius, quam peregri probra. *Plaut. Amph. prol.* 5. Peregrique et domi. (Ita legitur in vett. MSS. *Gruteri*, itemque in editionibus antiquis.) *Id. ibid.* 1. 1. 196. Quia nos eramus peregri, tutatu' st domi. *Fleckeisenus* ipse ita edidit; alii tamen utroque loco *peregre* legunt. *Prudent.* 4. *περὶ στεφ.* 89. peregri necandus. *Inscript.* apud *Finestres Syllog. inscr. p.* 297. M. SALLVSTIO FELICI PEREGRI DEFVNCTO SODALES HERCVLANI.

PĔRĔGRĪNA, æ, f. 1. *V.* PEREGRINUS I. 1.

PĔRĔGRĪNĀBUNDUS, a, um, adject. qui multum peregrinatur. *Liv.* 28. 18. Non peregrinabundum, neque circa amœnas oras vagantem tantum ducem Romanum, etc.

PĔRĔGRĪNAT, *ξενιτεύει. Gloss. Gr. Lat.*

PĔRĔGRĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. ¶ 1. Stricto sensu est actus peregrinandi, *pellegrinaggio, ἀποδημία.* — *a*) De hominibus. — In sing. num. *Cic.* 5. *Tusc.* 37. 107. Exsilium, si rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum a perpetua peregrinatione differt? *Id.* 16. *Att.* 3. Omne tempus in peregrinatione consumimus. Adde *eumd.* 9. *ibid.* 10. *Quintil.* 7. 3. 31. Transmarina peregrinatio. *Sueton. Ner.* 34. Peregrinatione quidem Græciæ, Eleusiniis sacris interesse non ausus est. *nel suo viaggio per la Grecia.* — In plur. num. *Cic. Amic.* 27. 103. Neque solum militia, sed etiam peregrinationes rusticationesque communes. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 1. 2. (9). Peregrinationes suscipere. — *b*) De brutis animantibus, quod translatum aliis est. *Cic.* 2. *Fin.* 39. 109. Bestiæ partim cursu et peregrinatione lætantur. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 6. 21. (61). *de ostreis.* Gaudent et peregrinatione, transferrique in ignotas aquas. ¶ 2. De loco, in quo quis peregre moratur. *Plin.* 3. *Ep.* 19. Habet etiam multum jucunditatis soli cælique mutatio, ipsaque illa peregrinatio inter sua. *V.* Interpp. ad h. l.

PĔRĔGRĪNĀTOR, ōris, m. 3. *pellegrino*, qui peregrinatur. *Cic.* 6. *Fam.* 18. *sub fin.* Mehercule non tam sum peregrinator jam, quam solebam.

PĔRĔGRĪNĀTUS, a, um. *V.* PEREGRINOR.

PĔRĔGRĪNĪTAS, ātis, f. 3. conditio peregrini hominis; cui opponitur Romana civitas, *l'essere o la condizione di pellegrino o forastiero.*

I.) Proprie. *Sueton. Claud.* 15. Peregrinitatis reus. *h. e.* qui quum sit peregrinus, pro cive R. se gerit. — Ad peregrinitatem redactus dicitur, qui ob crimen civitate R. spoliatus est. *Ulp. Dig.* 2. 4. 10. *circa med.* Si per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus sit patronus. *Sueton. Claud.* 16. Splendidum virum Græciæ provinciæ principem, verum Latini sermonis ignarum, non modo albo judicum erasit, sed etiam in peregrinitatem redegit.

II.) Translate mores et sermo peregrini. *Cic.* 9. *Fam.* 15. Quum in urbem nostram infusa est peregrinitas. *Quintil.* 11. 3. 30. Pronunciatio emendata erit, si fuerit os facile, explanatum, jucundum, urbanum, id est, in quo nulla neque rusticitas, neque peregrinitas resonet.

PĔRĔGRĪNOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Peregrinans* I., *Peregrinatus* II. 1; *Peregrinaturus* I. — Peregrinari est peregre iter facere, per aliena loca peragrantem proficisci, patria procul abire, *ἀποδημέω* (It. *andar fuori del paese, viaggiare in paesi stranieri, pellegrinare*; Fr. *voyager à l'étranger, faire de longues courses, des pérégrinations*; Hisp. *viajar, andar tierras ó mares, peregrinar*; Germ. *in der Fremde sein, auswärts sein, herumreisen*; Angl. *to go abroad, travel through foreign parts or countries, live in foreign countries, peregrinate*).

I.) Proprie. *Cic. Brut.* 13. 51. Peregrinari tota Asia. *Id. Rabir. perduell.* 10. 28. Adeone hospes hujusce urbis, adeone ignarus es disciplinæ consuetudinisque nostræ, ut hæc nescias? ut peregrinari in aliena civitate, non in tua magistratum gerere videare? *Plin.* 6. *Ep.* 19. Deforme arbitratus, honorem petituros urbem Italiamque non pro patria, sed pro hospitio aut stabulo, quasi peregrinantes habere. *Pacat. Paneg.* 6. A quo petit navigaturus serenum, peregrinaturus reditum, pugnaturus auspicium.

II.) Translate. ¶ 1. Est peregre iter facere, sed dicitur de studiis et animo. *Cic. Arch.* 7. 16. Hæc studia pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. *Id.* 1. *Nat. D.* 20. 54. Interminata in omnes partes magnitudo regionum, in quam se injiciens animus et intendens, ita late longeque peregrinatur, ut nullam tamen oram ultimi videat, in qua possit insistere. *Id.* 5. *Tusc.* 39. 114. *de Democrito.* Quum alii sæpe, quod ante pedes esset, non viderent, ille infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret. *h. e.* animo et cogitatione percurrebat. *Alii leg.* per: *alii* in infinitatem. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 1. 3. Tanta vis virtutis atque ingenii peregrinata abfuit ab oculis et fori et curiæ. ¶ 2. Item externum esse, *essere forastiero. Cic.* 3. *Fin.* 12. 40. Mihi videris Latine docere philosophiam, et ei quasi civitatem dare, quæ quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur. *Id. Mil.* 12. 33. An vos soli ignoratis, vos hospites in hac urbe versamini? vestræ peregrinantur aures, neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur? — *Plin.* 16. *Hist. nat.* 32. 59. (135). Non ferunt amomi nardique deliciæ ne in Arabia quidem ex India et nave peregrinari. *h. e.* in alieno solo extra Indiam provenire.

PĔRĔGRĪNŬLUS, a, adject. *deminut. a* peregrinus. Translate *Venant. Vita Genn.* 64. Decet hic illud inseri qualiter peregrinula sit revocata lux oculi. *h. e.* oculi, qui evulsus supra maxillam pendebat. Cf. *eumd. Vit. Alb.* 16. Fugatis tenebris sol olim peregrinus illuxit. *h. e.* homini oculorum luce privato.

PĔRĔGRĪNUS, a, um, adject. (peregre) peregre adveniens, externus, advena, *ξενικός, ἐξωτικός* (It. *forastiero, pellegrino, straniero*; Fr. *étranger, exotique*; Hisp. *extrangero, forastero*; Germ. *aus der Fremde stammend, ausländisch, fremd*; Angl. *foreign, strange, alien, exotic*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Adjective. *Plaut. Men.* 2. 2. 65. Ad portum mittunt servulos, ancillulas, Si qua peregrina navis in portum advenit. *Id. Pseud.* 4. 2. 9. Quis hic homo chlamydatus est? aut unde 'st? aut quem quæritat? Peregrina facies videtur hominis atque ignobilis. *Id. Stich.* 5. 2. 20. Volo eluamus hodie peregrina omnia. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 203. Tanto cum strepitu ludi spectantur, et artes, Divitiæque peregrinæ. *Id.* 3. *Od.* 3. 19. Ilion Fatalis incestusque judex, Et mulier peregrina vertit In pulverem. *Ovid.* 4. *Trist.* 8. 25. Tempus erat nec me peregrinum ducere cælum, Nec etc. *et* 3. *ibid.* 1. 61. Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis Belides. *Id.* 8. *Met.* 836. peregrini amnes. *Id. Heroid.* 1. 59. Quisquis ad hæc vertit peregrinam litora puppim. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 13. 12. (43). Peregrinæ arbores. *Id.* 9. *ibid.* 17. 29. (63). aves. *Id.* 26. *ibid.* 10. 64. (100). Peregrinus morbus. *Virg.* 11. *Æn.* 772. Ipse peregrina ferrugine clarus et ostro. *Juvenal.* 14. 187. peregrina, ignotaque nobis Ad scelus atque nefas, quæcumque est, purpura ducit. *et* 6. 297. Prima peregrinos obscæna pecunia mores Intulit. *Tac.* 14. *Ann.* 53. Augustus Mæcenati urbe in ipsa velut peregrinum otium permisit. *Catull.* 31. 8. peregrino labore fessus. *h. e.* quem peregrinando exanclavi. *Ovid. Heroid.* 9. 47. peregrini amores. *h. e.* quibus peregrinæ mulieres amantur. *Id.* 3. *Fast.* 87. peregrini fasti. *h. e.* in quibus externa narrantur. *et* 2. *ibid.* 359. Adde peregrinæ causam, mea Musa, Latinam. *h. e.* causæ petitæ ex rebus externis. *Quintil.* 6. 3. 207. Illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum neque sensu, neque verbis, neque ore gestuve possit deprehendi. *Id.* 1. 1. 13. Oris plurima vitia in peregrinum sonum corrupti. *Id.* 8. 1. 2. Verba peregrina et externa. — *Peregrina sacra* appellantur, quæ aut evocatis diis in oppugnandis urbibus Romam sunt coacta; aut quæ ob quasdam religiones per pacem sunt petita, ut ex Phrygia Matris Magnæ, ex Græcia Cereris, Epidauro Æsculapii: quæ coluntur eorum more, a quibus sunt accepta. *Festus p.* 237. 7. *Müll.* ¶ 2. Speciatim *peregrinus homo* et absolute *peregrinus* est, quicumque extra patriam et provinciam suam versatur. Differt ab *advena, hospes, incola.* Nam *peregrinus* dicitur respectu loci, unde est; *advena* loci, ad quem venit; *hospes* loci, ubi est; *incola* respectu moræ et habitationis. Præterea *hospes* potest esse, etiam si peregrinus non sit; *incola*, etiamsi non sit hospes. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 71. Nequam te esse oportet, hominem peregrinum atque advenam qui irrideas. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 34. 94. Nos hinc Roma qui veneramus, jam non hospites, sed peregrini atque advenæ nominabamur. *Id.* 1. *Off.* 34. 125. Peregrini atque incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alio anquirere, minimeque esse in aliena republica curiosum. *Id. Sull.* 7. 22. Non tam est admirandum, regem esse me, quia, ut tu vis, etiam peregrini reges Romæ fuerunt; quam consulem Romæ fuisse peregrinum. *Colum.* 1. *R. R. præf.* 8. Longinqui litoris peregrinus. *Inscript.* apud *Carli, Antich. Ital. T.* 1. p. 225. COLONIS INCOLIS PEREGRINIS LAVANDIS GRATIS D. D. P. P. P. — *Peregrinorum collegium* memoratur in *Inscript.* apud *Orell.* 178. IN H. D. D. (*h. e.* in honorem domus divinæ) GENIO COLLEGI PEREGRI-

norum VLP. DECEMBER ET VERECVND. CORNVTVS D. D. — Sic *peregrina, æ,* absolute. *Ter. Andr.* 3. 1. 11. Adeon' est demens? ex peregrina? Ubi *Donat.* idest ex meretrice. Mulieres enim peregrinæ, inhonestæ ac meretrices habebantur. *et Id. ibid.* 1. 1. 119. Pamphilum pro uxore habere hanc peregrinam. ¶ 2. Item, sæpe sic dicitur qui civis R. non est. *Cic.* 6. *Verr.* 35. 77. Repertum esse scitote neminem, neque liberum, neque servum, neque civem, neque peregrinum, qui etc. *Ulp. Regular. lit.* 11. Peregrinus fit is, cui aqua et igni interdictum est. *Id. Dig.* 28. 5. 6. Civis R. scriptus heres, vivo testatore factus est peregrinus; mox ad civitatem R. pervenit. — *Peregrinus prætor,* qui Romæ inter peregrinos jus dicebat. *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. *circa med.* — *Peregrina provincia* opponitur *urbanæ* apud *Liv.* 40. 44. P. Mucius Scævola urbanam sortitus provinciam est; et ut idem quæreret de veneficiis in urbe et propius urbem decem millia passuum: Cn. Cornelius Scipio peregrinam, Q. Mucius Scævola Siciliam, C. Valerius Lævinus Sardiniam. — *Peregrinus ager* est, qui neque Romanus, neque hostilis habetur. *Festus p.* 245. 27. *Müll.* Clarius *Varro* 5. *L. L.* 33. *Müll.* Ut nostri augures publice disserunt, agrorum sunt genera quinque, Romanus, Gabinus, peregrinus, hosticus, incertus. Romanus dictus, unde Roma, ab Romulo: Gabinus ab oppido Gabiis: peregrinus, ager pacatus, qui extra Romanum et Gabinum, quod uno modo in his secuntur auspicia. Dictus peregrinus a pergendo, id est a progrediendo; eo enim ex agro Romano primum progrediebantur. Quocirca Gabinus quoque peregrinus, sed quod auspicia habet singularia, ab reliquo discretus. Hosticus dictus ab hostibus. Incertus is ager, qui de his quatuor qui sit, ignoratur. Hæc *Varro.* — *Milites peregrini* leguntur in *Inscripptt.,* ut apud *Orell.* 3467. AELIVS VALENTINVS OPTIO PEREGRINORVM AVRELIAE CONIVGI. Adde *alias* apud *eumd.* 3468. et 3469. V. *Marini, Frat. Arv. p.* 474. Sic *Inscript.* apud *Henzen.* 6747. P. AELIO P. F. PAPIR. MARCELLO CENT. FRVM. SVB PRINCIPI PEREGRINORVM etc. De ratione inter frumentarios et milites peregrinos obvia disseruit cl. *Henzenius* in *Bullettin. dell' Instit. Archeol. a.* 1851. *p.* 113. et *seqq.* Similiter *Inscript.* apud *Orell.* 9. GENIO SANCTO CASTRORVM PEREGRINORVM etc.

II.) Translate refertur ad ignorantiam, quia peregrini, quæ fiunt ibi, ubi versantur, scire non solent. *Cic.* 1. *Orat.* 50. 218. Oratorem nulla in re tironem ac rudem, nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere. *Id.* 6. *Att.* 3. *ante med.* Est enim quiddam, advenientem non esse peregrinum atque hospitem.

PERELEGANS, antis, adject. omn. gen. valde elegans. *Cic.* 2. *Orat.* 67. 270. Genus est perelegans, et cum gravitate salsum. *Id. Planc.* 24. 58. Et quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio. *Vellej.* 1. 7. 1. Perelegantis ingenii vir.

PERELEGANTER, adverb. παγκάλως, valde eleganter. *Cic. Brut.* 52. 197. Et satis ornate et pereleganter diceret.

PERELIXO, as, are, a. 1. perfecte elixo. *Apic.* 7. 7. Denuo eum perelixabis. *Alii leg.* perlaxabis.

PERELŌQUENS, entis, adject. omn. gen. valde eloquens. *Cic. Brut.* 70. 247. Cn. autem Lentulus Marcellinus nec unquam indisertus, et in consulatu pereloquens visus est.

PEREMENSUS, a, um, adject. omnino ementus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 118.

PEREMNE, is, n. 3. genus auspicii, quum magistratus amnem, aut fontem auspicato transibant. *Festus p.* 245. 32. *Müll.* Peremne dicitur auspicari, qui amnem, aut aquam, quæ ex sacro oritur, auspicato transit. *Id. p.* 250. 12. Petronia amnis est in Tiberim perfluens, quam magistratus auspicato transeunt, quum in Campo quid agere volunt: quod genus auspicii peremne vocatur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 3. 9. Bella nullis auspiciis administrantur, nulla peremnia servantur. *Alii leg.* perennia, *et interpretantur* sacras quasdam cæremonias quotannis observari solitas.

PEREMO, ēmis, etc. *V.* PERIMO init.

PEREMPTĀLIA Fulgura, inquit *Festus p.* 214. 22. *Müll.,* Gracchus ait vocari, quæ superiora fulgura, aut portenta vi sua peremant, duobus modis, prioribus tollendis, aut majore manubia, ut tertia secundæ, secunda primæ cedat: nam ut omnia (*omina*) superantur fulgure, sic ictum fulgur (*majoribus*) manubiis vinci. *V.* MANUBLE. *Id. p.* 245. 22. Peremptalia fulgura, quæ superiora fulgura, aut portenta peremunt, idest tollunt. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 49. Peremptalia fulmina, quibus tolluntur priorum fulminum minæ. *V.* PERIMO.

PEREMPTIO *vel* peremtio, ōnis, f. 3. actus perimendi, occisio. *Augustin. Tract.* 27. *in Joann. sub fin.*

PEREMPTOR *vel* peremtor, ōris, m. 3. qui tollit, delet, interimit. *Seneca Œdip.* 221. Ecquis peremptor incliti regis fuit? *uccisore. Apul.* 3. 7. *et* 8. *Met.* Cruentus mei mariti peremptor.

PEREMPTŌRIE *vel* peremtorie, adverb. *perentoriamente: V.* voc. seq. II. *Claud. Mamert.* 3. *Stat. anim.* 1. Peremptorie argumentatur.

PEREMPTŌRIUS *vel* peremtorius, a, um, adject. *mortifero, che uccide,* ἀναιρετικός, mortiferus: a perimendo.

I.) Proprie. *Apul.* 10. *Met.* Venenum peremptorium. *Tertull. Anim.* 25. Spiculum peremptorium.

II.) Translate *peremptorium edictum* dicitur, *perentorio,* quod tribus edictis propositis, vel uno pro tribus fieri solet, quia dirimit disceptationem inter litigatores, idest non patitur, adversarium tergiversari. Hoc edictum qui spernit, contumax vocatur. *Ulp. Dig.* 5. 1. 70. Sic *peremptoriæ exceptiones,* quæ semper locum habent, nec evitari possunt. *Cajus ibid.* 44. 1. 2. *et* 3.

PEREMPTRIX *vel* peremtrix, īcis, f. 3. quæ perimit. *Tertull. Anim.* 42. Mors peremptrix sensus.

PEREMPTUS *vel* peremtus, a, um. *V.* PERIMO.

PERENDIE, adverb. *posdomani, diman l'altro,* μεταύριον, post cras, die tertio. *Charis.* 2. *p.* 191. *Putsch.* Perendie, quasi perempta die: quod notaverunt grammatici, quia quum de futuro dicimus, *diem* novissimo loco damus, non ut *die quarto. At* II. Keilius *leg.* Perendie, quasi perea die: *et* Lindemann. *conjecit* quasi per eam diem. *Isid.* 5. *Orig.* 30. 22. Perendie, id est per ante diem, vel in antecessum, id est prius. (*Vossius* vero et *Döderlinius* tradiderunt esse *die πέραν*). Ceterum in omnibus locis vocabulum *cras* præcedit. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 33. His legibus, si quam dare vis, ducam: quæ cras veniat, perendie foras feratur. *Id. Stich.* 4. 1. 11. Cras apud me eritis. PAMPH. At apud me perendie. *Cic.* 12. *Att.* 44. Scies igitur fortasse cras, summum perendie. *Id.* 16. *Fam.* 17. 3. Cras aderit: videbis igitur: nam ego hic perendie mane cogito. Adde *eumd.* 13. *Att.* 30.

PERENDĪNĀTIO, ōnis, f. 3. in perendinum dilatio. *Capell.* 9. *p.* 304.

PERENDĪNUS, a, um, adject. a *perendie. Cic. Mur.* 12. 27. Tot homines tam ingeniosos, per tot annos statuere non potuisse, utrum diem tertium, an perendinum dici oporteret. *Cæs.* 5. *B. G.* 30. Perendino die cum proximis hiberuis conjuncti etc. *Augustin. Ep.* 23. 9. Crastina, vel perendina Domini passio. — Absolute. *Plaut. Trin.* 5. 2. 65. Tu in perendinum paratus sis, ut ducas. *Gell.* 10. 24. Sacerdotes populi R. quum condicunt in diem tertium, diem perendini dicunt. *Hoc dictum est, ut* die crastini, pristini, quinti etc.

PERENNE *vel* peremne, adverb., sed proprie est neutrum adject. *perennis,* adverbii more usurpatum: per annum, per decursum anni.

I.) Proprie. *Colum.* 12. *R. R.* 18. 2. Si ager amplus, aut vineta aut arbusta grandia sunt, perenne fabricandæ decemmodiæ et trimodiæ, et fiscellæ texendæ.

II.) Translate pro perenniter. *Pallad.* 12. *R. R.* 15. Abies in operibus siccis perenne durabilis. *Paulin. Nolan. carm.* 11. *in fin.* Perenne vivax et memor.

PERENNIA. *V.* PEREMNE.

PERENNIS, e, adject. (per *et* annus; at *Döderlinius, Lateinisch. Synonym.* 8. *vol.* 1. *p.* 8. *a* per *et* amnis *derivat,* V. sub II. 1. init. Sunt qui scribunt *peremnis,* sicut *solemnis:* sed improbant *Manut., Dausqu., Cellar.* At in *Inscript.* apud *Guattani, Monum. ined. t.* 5. *p.* 39., quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CCCXLI. legitur: ORDO ET CIVES SPLENDIDISSIMAE CIVITATIS OCRICOLANAE STATVAM MARMOREAM PATRONO DIGNISSIMO AD PERENNE TESTIMONIVM PVBLICE CENSVERVNT FELICITER. — In Ablat. etiam in *e* desinit. *Ovid. Heroid.* 8. 64. Hument incultæ fonte perenne genæ. *Id.* 3. *Fast.* 654. Amne perenne latens. — Comp. *Perennior* II. 2. — Perennis proprie est qui per totum durat annum, *che dura tutto l'anno.*

I.) Proprie occurrit tantum apud *Plin.* 10. *Hist. nat.* 25. 36. (73). Aves perennes, *h. e.* quæ toto anno apud nos sunt, nec unquam abeunt. Cf. PERENNE I.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpissime est continuus, perpetuus, quasi *per annos* durans, ἀΐδιος (It. *continuo, perpetuo, perenne;* Fr. *continuel, perpetuel, éternel;* Hisp. *continuo, perpetuo, que siempre dura;* Germ. *fortdauernd, dauerhaft, beständig;* Angl. *continual, perpetual, lasting, never failing, constant, unceasing, perennial, everlasting*). Occurrit — *a)* Frequenter de rebus. *Cic.* 6. *Verr.* 48. 107. Aquæ perennes. Sic *Auct. B. G.* 8. 43. fons. et *Liv.* 1. 21. aqua. *et* 4. 40. amnis. *Plin.* 5. *Ep.* 6. 11. rivi. *Lucret.* 5. 79. perennes solis et lunæ cursus. Sic *Cic.* 2. *Nat. D.* 21. 55. Perennes atque perpetui cursus stellarum. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 25. 23. (93). Stellæ perennes, *h. e.* quæ semper apparent, cujusmodi non sunt cometæ. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 10. Vinum perenne, *h. e.* quod fert ætatem: *che dura e si conserva.* et *Horat.* 3. *Od.* 30. 1. Exegi monumentum ære perennius. *più durevole.* et *Ovid.* 3. *Amor.* 4. 21. In thalamum Danaes saxo ferroque perennem, *h. e.* firmum et contra omnem vim duraturum. Sic 15. *Met.* 813. adamas perennis. — *Perennia sacra. V.* in PEREMNE. — *b)* De homine. *Ovid.* 15. *Met.* 875. Parte tamen meliore mei super alta perennis Astra ferar; nomenque erit indelebile nostrum. ¶ 2. De abstractis et animo. *Cic.* 1. *Tusc.* 10. 22. Continuata motio et perennis. *Id.* 3. *Orat.* 48. 185. Rudis et impolita putanda est illa sine intervallis loquacitas perennis. *Id. Flacc.* 11. 25. Perennis et contestata majorum virtus. *Id. post redit. in senat.* 4. 9. Si illud de duobus consulibus perenne ac proprium manere potuisset. *Id. Brut.* 97. 332. Contine te in tuis perennibus studiis. *Virg.* 9. *Æn.* 79. prisca fides facto, sed fama perennis. Adde *Ovid.* 1. *Amor.* 10. 62. *Cic. Prov. cons.* 9. 23. Mens in rempublicam animus pristinus ac perennis. — *Perenne auspicari. V.* PEREMNE. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM. — Hinc

Perenne, adverbii more. *V.* loco suo.

PERENNISERVUS, i, m. 2. ἀείδουλος, qui perpetuo servit sine spe manumissionis. *Plaut. Pers.* 3. 3. 16. Perenniserve, furco, edax, furax.

PERENNĪTAS *vel* peremnitas, ātis, f. 3. occurrit translate tantum, et est duratio, perpetuitas, *perpetuità, durevolezza,* ἀϊδιότης. — *a)* Generatim. *Cic.* 2. *Nat. D.* 39. 98. Adde huc fontium gelidas perennitates. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 10. Perennitatem conditis frumentis afferunt. *Plaut. Pers.* 3. 1. 2. Cibus perennitatis, *h. e.* cibus perennis. — *b)* Speciatim olim *perennitas* fuit in titulis principum. *Sext. Ruf. Breviar.* 2. Ab Urbe igitur condita in ortum perennitatis vestræ etc. (de Valente Imp. loquitur). *Symmach.* 10. *Ep.* 45. (*al.* 52.) Perennitas vestra. — Verum hæc longe absunt a Latini sermonis majestate.

PERENNĪTER, adverb. *perpetuamente, sempre,* perpetuo, ἀεί. *Augustin.* 2. *Doctr. Christ.*

16. *ante med.* Arbor frondens perenniter. *Sidon.* 7. *Ep.* 9. *in conc. ad fin.* Amicitias constanter retinet, perenniter servat. Adde *Imp. Constantin. Cod.* 12. 47. 1.

PĔRENNO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Perennans* sub *B.* II. — Perennare

A) Active est diu servare. *Colum.* 12. *R. R.* 20. 8. Defruti sextarios binos singulis amphoris miscere oportebit. Ea res, etiamsi non in totum perennat, certe usque in alteram vindemiam plerumque vini saporem servat. *At* Schneiderus ex Cod. Sang. *legit* perennem, at etc. *et ibid.* 19. 2. Quæcumque vini nota sine condimento valet perennari, optimam eam esse censemus. *At* Schneiderus *legit* perennare.

B) Neutrorum more.

I.) Proprie est per annum durare. *Sueton. Vesp.* 5. *V.* PERANNO.

II.) Translate est per multos annos durare, *durare multo tempo. Colum.* 1. *R. R.* 9. 2. Ut diutius perennent boves, non confecti vexatione simul operum verberumque. *Ovid.* 3. *Art. am.* 42. arte perennat amor. *Id.* 1. *Fast.* 721. domus cum pace perennet. *Colum.* 2. *R. R.* 9. 18. Semina ita reposita perenuant diutius, quam cetera. *Solin.* 52. *ante med.* Gens ultra ævi nostri terminos perennans.

PĔRENTĬCĪDA, æ, m. 1. vox joculariter ficta, significans eum, qui peram, seu marsupium incidi, seque auro emungi patitur. *Plaut. Epid.* 3. 2. 13. Ego tuum patrem faciam perenticidam.

PĔRĔO, is, ĭi, *raro* īvi, ĭtum, ire, n. 4. *Perisse* trisyllab. apud *Ovid.* 2. *Amor.* 19. 56. Nil facies, cur te jure perisse velim? — Præteritum *perivi* rarum est. *Apul.* 4. *Met.* Sic Thrasyleon nobis perimitur: sed a gloria non perivit. — *Perdeam* pro *peream,* inserto *d,* ut in *redeo,* legitur apud *Plaut. Pœn.* 4. 2. 62., ubi alii aliter. — Futurum *peries, perient. Vulgat. interpr. Eccli.* 8. 18. Et simul cum stultitia illius peries. *Coripp.* in *Johann.* 7. 27. Perient nihilominus hostes. *V.* EO, is, init. — Part. *Periens* in recto non est usitatum, quamvis *iens* a *Cic.* usurpetur: in obliq. adhibitum *V.* I. 1.; *Perituras* I. 2. et 3. — Part. *Pereundus* apud *Plaut. Asin.* 1. 3. 91. Nisi illud perdo argentum, pereundum est mihi. Sic *Cic.* 1. *Divinat.* 26. 56. Eodem sibi (*C. Graccho*) leto, quo ipse (*T. Gracchus*) interiisset, esse pereundum. *et Propert.* 2. 1. 55. Seu mihi Circæo pereundum est gramine, sive etc. *Ovid. Heroid.* 10. 81. Occurrunt animo pereundi mille figuræ. Sic *Sil. It.* 3. 559. Quis pœnæ modus, aut pereundi terminus, oro, Æneadis erit? *Plin.* 21. *Hist. nat.* 6. 17. (34). *de croco.* Gaudet calcari et atteri, pereundoque melius provenit. *Ita meliores Codd. probante* Sillig. At *Pontedera, Antiquit. Gr. et Lat. ep.* 11. et atteri pereundo: quo melius provenit (Hinc *Forcellinus* hunc locum afferens ait: Proprie *perire* est ultro citroque ire, ut *peragrare, pererrare.*). Ceterum *alii Codd.* atteri pede, quo, *quam lectionem probat* Schneider. ad *Pallad.* p. 83. Passive *Plaut. Epid.* 1. 1. 70. Puppis pereunda est probe. *h. e.* necesse est puppim perire. Simile est illud *ejusd. Trin.* 5. 2. 35. Si illa tibi placet, placenda dos quoque est. *Alii tamen aliter legendum putant.* — Ceterum

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu et raro *perire,* a *per* et *eo, is,* est pertransire, per, trans aliquid ire, *passare altraverso. Horat.* 3. *Od.* 11. 26. et inane lymphæ Dolium fundo pereuntis imo. *h. e.* pertranseuntis, labentis, fluentis, *scorrente.* Adde *Plinii* locum supra allatum, ¶ 2. Item *perire* (a *per* et *eo, is,* quasi in totum ire) est omnino secedere, se removere, procul abire, *allontanarsi, smarrirsi, perdersi. Plaut. Capt.* 3. 4. 5. Utinam te di prius perderent, quam periisti e patria tua. *h. e.* utinam prius vitam, quam patriam perdidisses. *Ter. Eun.* 3. 3. 15. ecqua inde (*e Sunio*) parva periisset soror; Ecquis cum ea una? *Ovid.* 3. *Trist.* 7. 16. Ne male fecundæ vena periret aquæ. Cf. *Tac.* 3. *Hist.* 1. *extr.* Ita novas vires affore, et præsentibus nihil periturum. *h. e.* decessurum. — Pro valde ire, properare *Pontedera* (*Antiquit. Gr. et Lat. ep.* 59.) afferebat illud *Colum.* 5. *R. R.* 10. 3. At si eodem anno et scrobem facere et arbores serere peribis. *At* Schneider. *leg.* serere voles; *alii aliter.* ¶ 3. Latiori sensu et generatim de rebus est interire, cadere, perimi, intercidere, pessum dari, ἀπόλλυμαι (It. *andar male, mancare, perire*; Fr. *être detruit, disparaitre, périr, parvenir à son terme, à son fin*; Hisp. *arruinarse, acabar, dexar de ser, perecer*; Germ. *zu Grunde gehen, vergehen, verloren gehen, verschwinden, unkommen*; Angl. *to perish, be lost or ruined, be destroyde*). *Plaut. Most.* 1. 2. 69. Ædes quum fundamento perierint. *Horat.* 1. *Od.* 16. 19. Urbes pereunt funditus. *Ovid.* 3. *Fast.* 599. Figitur ad Laurens ingenti flumine litus Puppis; et, expositis omnibus, hausta perit. *Virg.* 2. *Æn.* 660. peritura Troja. *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 296. peritura mœnia flammis. — Similiter *Horat.* 1. *Sat.* 2. 133. Ne pereant nummi. Cf. *Cic.* 5. *Phil.* 4. 11. Portenti simile videtur, tantam pecuniam tam brevi tempore perire potuisse. Adde *Ter. Adelph.* 4. 7. 25. Rursus *Horat.* 2. *Sat.* 1. 43. pereat rubigine telum. *Lucret.* 3. 343. artus penitus pereunt conque putrescunt. *Ovid.* 1. *Amor.* 14. 31. Formosæ periere comæ, quas vellet Apollo etc. *Id.* 3. *Fast.* 236. Et pereunt victæ sole tepente nives. *Virg.* 2. *G.* 498. peritura regna. *Nepos Epam.* 7. Totum exercitum propter imprudentiam inscitiamque belli periturum. ¶ 4. Speciatim et sæpe de hominibus usurpatur et mori significat, *morire.* Et hoc sensu *perire* de nece, h. e. de morte, quæ vi est illata, usurpatur: quo differt ab *interire,* quod aut placidum, aut lentum cumque cruciatu conjunctum mortis genus significat: *V. Cic.* 2. *Cat.* 10. 21. et 3. *Nat. D.* 33. 81.; et *Virg.* 3. *Æn.* 606. infra citt. In primis vero dicitur de morte, quam quis sibi conscivit, ut apud *Cic.* 1. *Divinat.* 26. 56. et 2. *Invent.* 57. 172. infra citt. Cf. *Horat. A. P.* 466. liceatque perire poetis. et *Tac.* 2. *Hist.* 48. Otho pecunias distribuit, parce nec ut periturus. Sic *Auson. Cæs.* 8. Otho hoc solum fecit nobile, quod periit. — *a*) Cum Adverbiis. *Cic.* 2. *Cat.* 10. 21. Non intelligo, quamobrem, si vivere honeste non possunt, perire turpiter velint; aut cur minore dolore perituros se cum multis, quam si soli pereant, arbitrentur. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 42. perire fortiter. *Id.* 1. *Od.* 37. 21. generosius. — *b*) Cum Ablat. causæ vel modi. *Cic.* 3. *Nat. D.* 33. 81. Summo cruciatu supplicioque Q. Varius periit. *Virg.* 3. *Æn.* 606. Si pereo, hominum manibus periisse juvabit. *Auct. B. Afr.* 43. Perire morbo. *Cic.* 2. *Invent.* 57. 172. fame. *Id.* 1. *Divinat.* 27. 56. naufragio. — *c*) *Perire ab aliquo,* vi et opera alicujus. *Ovid.* 2. *Art. am.* 208. Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus. *Id.* 3. *Pont.* 3. 46. Discipulo perii solus ab ipse meo. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 73. (189). Marcellus quum periit ab Hannibale etc. — Similiter *Propert.* 2. 20. 69. Solus amans novit, quando periturus, et a qua Morte. — Et omissa præposit. *Claudian.* 2. *Laud. Stilich.* 250. Me quoque vicinis pereuntem gentibus, inquit, Munivit Stilicho. — *d*) Cum opposito *vivere, perdere*; ut apud *Nepot. Eumen.* 6. *extr.* Eumenes satius duxit perire bene meritis referentem gratiam, quam ingratum vivere. *Sueton. Tit.* 9. Nec auctor posthac cujusquam necis, nec conscius: sed periturum se potius, quam perditurum adjurans. Cf. *eumd. Ner.* 35. Quamvis jurasset, periturum se potius, quam nocituram ei. ¶ 5. Item speciatim perire dicuntur amantes. *Virg.* 10. *Ecl.* 10. indigno cum Gallus amore periret. *Catull.* 45. 3. atque amare porro Omnes sum assidue paratus annos, Quantum qui pote plurimum perire. *Valer. Æditnus* apud *Gell.* 19. 9. Duplo ideo pereo. *Horat.* 1. *Od.* 27. 11. quo beatus Vulnere, qua pereat sagitta. *Propert.* 2. 12. 13. Ipse Paris nuda fertur periisse Lacæna. — Cum Accusat. personæ, ut depereo. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 135. Earum hic alteram efflictim perit. *Inscript.* apud *Fabrett.* p. 64. *n.* 3. NAM FORMAE EXEMPLVM PERIIT QVVM OBIIT MEA LYDE, QVAM PERIERE HOMINES, VEL PERIERE DII. ¶ 6. Item perire dicuntur ea, quæ sine fructu prætereunt, vel fiunt. *Ovid. Remed. am.* 107. autilii perierunt tempora primi. *h. e.* præterierunt sine fructu. *Seneca Herc. Œt.* 1175. Herculis vestri placet mortem perire? *h. e.* sine fructu et sine gloria. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 6. 5. (14). Nullus, quum per cælum licuit, otio perit dies. *Cic.* 2. *Att.* 17. Ne et oleum et opera philologiæ nostræ perierit. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 29. Credatque (*villicus*), prætermissas non duodecim horas, sed annum periisse, nisi sua quaque die quod instat effecerit. *Liv.* 39. 18. Multis actiones et res peribant. ¶ 7. Item perire dicuntur, qui fortunas, aut dignitatem, aut statum amittunt. — *a*) Generatim. *Cic.* 14. *Att.* 10. Quid fieri tum potuit? jampridem perieramus. *et* 11. *ibid.* 9. Meo vitio pereo. Cf. *Ovid.* 2. *Trist.* 2. Ingenio perii qui miser ipse meo. — *b*) *Perii* exclamatio desperantis, *son morto, sono spedito,* frequentissima *Plauto,* et *Terentio,* ut *actum est, interii, disperii, occidi.* quæ conjunxit *Plaut. Most.* 4. 3. 36. Hei mihi, disperii! vocis non habeo satis: vicini, interii, perii. *et Aulul.* 4. 9. 1. Perii, interii, occidi! quo curram? quo non curram? *Ter. Adelph.* 3. 2. 26. Periimus, actum est. Sic *Ovid.* 3. *Art. am.* 607. Callida prosiliat, dicatque ancilla, perimus. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 142. Jam hercle tu periisti, nisi illam mihi tranquillam facis. — *c*) *Peream, si non, nisi, ni, si,* formula jurandi, *possio morire. Ovid. Heroid.* 17. 183. Et peream, si non invitant omnia culpam. *Id.* 3. *Pont.* 5. 45. Ipse quidem Getico peream violatus ab arcu: (Et, sit perjuri quam prope pœna, vides) Te nisi momentis video pæne omnibus absens. *Cassius* ad *Cic.* 15. *Fam.* 19. Peream, nisi sollicitus sum. Adde *Augustum* apud *Sueton. Claud.* 4. *ad fin.*; et *Colum.* 8. *R. R.* 16. 3. et *Varro* 3. *R. R.* 3. 9. Peream, ni piscem putavi esse. *Cic.* 11. *Fam.* 23. Si frenum momorderis, peream, si te omnes, quot sunt, conantem loqui ferre poterunt.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 3. De abstractis. *Plaut. Truc.* 1. 1. 22. Si semel amoris poculum accepit mere, Extemplo et ipsus perit et res et fides. *Id. Bacch.* 3. 3. 81. Nam ego illum perisse dico, cui quidem periit pudor. *Ovid.* 2. *Fast.* 227. Fraude perit virtus. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 4. *Petron. Satyr.* 21. Uterque juravit, peritumm inter nos secretum. *che morrebbe tra noi*: non vulgatum iri. ¶ 3. *Perit,* absolute et impersonaliter, vanum est et nocet. *Inscript.* apud *De-Lama Iscriz. di Parma p.* 119. DISCITE, QVI LEGITIS, FACTIS EXTENDERE FAMAM; VT PROBAT HIC TITVLVS, NON PERIT ESSE BONOS. *h. e.* juvat, *non è cosa inutile e vana.*

PĔRĔQUĪTO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Perequitans* sub *A.* et *B.* — Perequitare est circum equitare, equitare in omnem partem, *cavalcare intorno, per mezzo, verso,* διππεύω.

A) Neutrorum more. *Cæs.* 4. *B. G.* 33. Primo per omnes partes perequitant. Sic *Id.* 7. *ibid.* 66. Qui non bis per agmen hostium perequitasset. *Id.* 1. *B. C.* 46. Inter duas acies perequitans. *Liv.* 23. 47. Quum ex via longe perequitasset.

B) Active. *Liv.* 5. 28. *ad fin.* Quum perequitasset aciem, promissa repetens. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 8. (27). Puer delphino maria perequitans.

PĔRERRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PĔRERRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Pererratus* I. *b.* — Pererrare est per multa loca errare, vagari, peragrare, percurrere, περιπλανᾶσθαι (It. *andare errando, scorrere, vagare*; Fr. *parcourir, traverser, visiter*; Hisp. *viajar, atravesar*; Germ. *durchirren, durchstreifen, durchschweifen*; Angl. *to wander or travel over, pass, go, or run over or through, traverse*).

I.) Proprie. — *a*) Activâ formâ. *Colum.* 1. *R. R. præf.* 8. Semperque ritu volucrum lon-

ginqui litoris peregrinus, ignotum pererret orbem. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 16. 13. (66). Mercurii stella e duodenis partibus Zodiaci non amplius octonas pererrat. *Petron. Satyr.* 97. Pererravit omnes cum viatore cellas. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 113. Fallacem circum vespertinumque pererro Sæpe forum. *Ovid. Heroid.* 14. 103. quid Io freta longa pererras? *Val. Flacc.* 3. 537. Pererrare saltus et fontes. *Seneca Herc. Fur.* 1632. sedibus pulsæ suis Volucres pererrant, nemore succiso, diem, *h. e.* aera, cælum. *Id. Thyest.* 500. Umber cuem odore sentit, et tacito locum rostro pererrat. *Prudent.* 5. περὶ στεφ. 338. ungularum sulcos pererrare osculis, *h. e.* errat per vulnera osculabundus. *Seneca* 3. *Quæst. nat. præf. ante med.* Hannibal, fractis rebus etiam post Carthaginem pertinax, reges pererravit, contra Romanos ducem se promittens. — *b*) Passive. *Ovid.* 2. *Amor.* 16. 5. Arva pererrantur Peligna liquentibus undis. *Virg.* 2. *Æn.* 295. Magna pererrato statues quæ denique ponto. *Ovid.* 1. *Fast.* 234. Orbis pererratus.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. *Virg.* 4. *Æn.* 303. totumque pererrat Luminibus tacitis, *h. e.* lustrat oculis, circumspicit. *Sil. It.* 4. 174. sonus pererrat cornua, *h. e.* errat per tubam. ¶ 2. Pro simplici *erro*, aberro, frustra sum. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 45. 70. (177). *de bobus.* Conceptio uno initu peragitur: quæ si forte pererravit, vigesimum post diem marem femina repetit. Ita *Harduin.* ex MSS.; alii *erravit.* Sed *Harduini* lectionem tuetur *Silligius* optimorum Codicum auctoritate fretus.

PĔRĔRŪDĪTUS, a, um, particip. ab inusit. *pererudio, πολυμαθής*, valde eruditus. *Cic.* 4. *Att.* 15. Et homo pereruditus, ut ajunt. *Calvus* apud *Ascon.* in *Cic. in toga cand. sub fin.* Et talis Curius pereruditus.

PĔRĔSUS, a, um. *V.* PEREDO.

PĔREXCRŪCĬO, as, are, a. 1. vehementer crucio. *Plaut. Stich.* 3. 1. 32. Meam culpam habeto, nisi perexcruciavero. *Alii leg.* probe excruciavero: sed nihil mutandum; his enim compositis sæpe utitur *Plautus.* Hæc *Forcellinus;* at *Fleckeisenus* alteram lectionem in textum recepit.

PĔREXĔO, is, ire, a. anom. transigere per aliquid. Translate *Cassiod.* 11. *Variar.* 7. Non te, tamquam vacuam fistulam, dicta perexeant.

PĔREXĬGŬĒ, adverb. valde exigue. *Cic.* 16. *Att.* 1. Perexigue et γλισχρῶς præbere.

PĔREXĬGŬUS, a, um, adject. valde exiguus. *Cic.* 2. *Verr.* 2. 6. Itaque quum ego diem in Sicilia inquirendi perexiguam postulavissem. *Id.* 2. *Nat. D.* 32. 81. Semen perexiguum. *Id.* 2. *Tusc.* 13. 30. Bona corporis et fortunæ perexigua et minuta. *Nepos Hann.* 9. Ignes perexiguos facere. *Cæs.* 5. *B. G.* 15. Perexiguum loci spatium. *Id.* 3. *B. C.* 42. Omnibus castellis quod esset frumenti, conquiri jussit: id erat perexiguum. *Liv.* 22. 52. Ad vescendum (*argento*) facto perexiguo, utique militantes, utebantur. *Quintil.* 11. 2. 27. Partes perexiguæ.

PĔREXĪLIS, e, adject. valde exilis. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 60. Si perexilis est terra, vel rara ipsa vitis. *Ita legit* Schneider.; *vulgati libri vocem* terra *omittunt.*

PĔREXOPTĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *perexopto*, valde exoptatus. Tmesis est in illo *Gell.* 18. 4. Per, magister optime, exoptatus mihi nunc venis. *V.* PER.

PĔREXPĔDĪTUS, a, um, particip. ab inusit. *perexpedio*, valde expeditus. *Cic.* 3. *Fin.* 11. 36. Hæc quidem est perfacilis et perexpedita defensio.

PĔREXPLĪCĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *perexplico*, valde explicatus, finitus. *Sidon. carm.* 25. 385. *de stadio circi.* Jam sexto reditu perexpliçato.

PĔREXSICCĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *perexsicco*, valde exsiccatus. *Arnob.* 7. 24. Proluvies succis perexsiccata vitalibus.

PEREXTIMEO, es, ui, ere, n. 2. *et*

PEREXTIMESCO, is, ere, n. 3. voces a Lexico expungendæ; occurrunt enim tantum in *Not. Tir. p.* 71.

PERFĂBRĬCO, as, are, a. 1. κατασκευάζομαι, translate fingitur pro technis et dolis fallere. *Plaut. Pers.* 5. 2. 4. Ita me Toxillus perfabricavit.

PERFĂCĒTĒ, adverb. valde facete, perjucunde. *Cic.* 3. *Verr.* 46. 121. Neque enim perfacete dicta, neque porro hac severitate digna sunt.

PERFĂCĒTUS, a, um, adject. admodum facetus. *Cic. Brut.* 27. 105. Atque eumdem et vehementem, et valde dulcem, et perfacetum fuisse dicebat. Adde *eumd. Planc.* 14. 35.

PERFĂCĬLĒ, adverb. ¶ 1. Stricto sensu est valde facile. *Cic. Rosc. Am.* 7. 20. Perfacile hunc hominem incautum et rusticum et Romæ ignotum de medio tolli posse. *Id.* 7. *Verr.* 4. 8. Perfacile Sicilia sese tuebatur, ut ne etc. *Id.* 2. *Fin.* 33. 109. Ut in gignendo, in educando perfacile appareat, aliud quiddam iis propositum, non voluptatem. *Id.* 13. *Att.* 32. Video enim curules magistratus eum legitimis annis perfacile cepisse. ¶ 2. Latiori sensu apud antiquos est peribenter, æquissimo animo. *Accius* apud *Non. p.* 433. 6. *Merc.* Perfacile patior. *Plaut. Most.* 3. 1. 93. Perfacile ictus perpetior argenteos.

PERFĂCĬLIS, e, adject. ¶ 1. Stricto sensu est valde facilis. *Cic.* 4. *Tusc.* 3. 6. Sive quod erat cognitu perfacilis. *Id.* 2. *Leg.* 7. 17. Nam sententias interpretari perfacile est. *Cæs.* 1. *B. G.* 3. Perfacile factu esse, conata perficere. ¶ 2. Latiori sensu est humanus, comis. *Cic.* 1. *Orat.* 20. 93. Me perfacilem in audiendo, te perpugnacem in disputando esse visum.

PERFACUL *et* per se facul antiqui dicebant, quod nunc facile et perfacile dicimus. Inde permansit in consuetudine facultas. *Festus p.* 214. 20. *Müll.* et *Paul. Diac. p.* 215. 11.

PERFĂCUNDUS, a, um, adject. valde facundus. *Justin.* 22. 1. 9. Et manu strenuus, et in contionibus perfacundus habebatur.

PERFALSUS, a, um, adject. valde falsus. *Boeth.* in *Aristot. libr. de interpr. ed. sec. p.* 305. Quod perfalsum est. *et p.* 321. Hoc loco Aspasius inconvenienter interstrepit; ait enim, Aristotelem non in omnes orationes definitionem constituere voluisse, sed tantum in simplices, quæ ex duobus constant, verbo scilicet et nomine: sed ille perfalsus est.

PERFĂMĬLIĀRIS, e, adject. valde familiaris. *Cic.* 5. *Fin.* 31. 94. Quum visitasset hominem (*Arcesilam*) Charmides Epicureus perfamiliaris et tristis exiret, Mane, quæso, inquit etc. Sic *Madvigius: alii vero* Carneades Epicuri etc. *Id. Brut.* 45. 168. M. Gratidius M. Antonii perfamiliaris. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 13. *sub fin.* Ipse est veterator magnus, et perfamiliaris Philisto. *Id.* 13. *Fam.* 51. P. Messienum, meum perfamiliarem tibi commendo. *Gell.* 2. 18. Phædon Socrati, et Platoni per fuit familiaris. *tmesis. V.* PER.

PERFĂTUUS, a, um, adject. valde fatuus. *Martial.* 10. 18. Heu quam perfatuæ sunt tibi, Roma, togæ! *Alii leg.* Eheu quam fatuæ.

PERFECTĒ, adverb. Comp. *Perfectius* et Sup. *Perfectissime.* — Perfecte est absolute, plene, cumulate, *compitamente, a perfezione, perfettamente,* τελέως. *Cic. Brut.* 81. 282. Perfecte planeque eruditus. *Id.* 1. *Orat.* 28. 130. *de Roscio.* Nihil ab eo, nisi perfecte, nihil nisi cum summa venustate fit. *Id.* 1. *Divinat.* 13. 23. Numquam perfecte veritatem casus imitatur. *Colum.* 12. *R. R.* 21. 3. Quum jam perfecte mustum deferbuit et constitit. *African. Dig.* 46. 3. 38. *a med.* Isto casu nullo tempore perfecte hominem meum feceris. *h. e.* pleno et perfecto jure. *Apul. Florid. n.* 16. *sub fin.* Sed de hoc tum ego perfectius, quum vos effectius. *Gell.* 11. 16. *extr.* Quod a Græcis perfectissime uno verbo et planissime dicitur.

PERFECTĬO, ōnis, f. 3. *compimento, perfezione,* τελείωσις absolutio, expletio. *Cic.* 1. *Orat.* 28. 130. Hanc ego absolutionem perfectionemque in oratore desiderans. *Id. Brut.* 36. 137. In omnibus rebus difficilis est optimi perfectio atque absolutio. *Id. Orat.* 29. 103. Nulla est ullo in genere laus oratoris, cujus in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio. *Id.* 3. *Fin.* 9. 32. Ea, quæ proficiscuntur a virtute, susceptione prima, non perfectione, recta sunt judicanda.

PERFECTISSĬMĀTUS, us, m. 4. dignitas perfectissimi. *Imp. Constantin. Cod. Theod.* 8. 4. 3. V. *Perfectus* 4. in fin. v. PERFICIO. Adde *ibid.* 6. *tit.* 37. qui *De perfectissimatus dignitate* inscribitur, estque etiam in *Cod. Justin.* 12. *tit.* 33.

PERFECTĪVUS, a, um, adject. ¶ 1. Generatim est qui aliquid perficit. *Boeth.* in *Categor. Aristot.* 3. *p.* 177. Calor et frigus passibiles qualitates dicuntur, non quod ipsa, quæ eas suscipiunt, aliquid passa sint, sed quoniam singula eorum, quæ dicta sunt, secundum sensuum qualitatem passionis perfectiva sunt, *h. e.* passionem inducunt. ¶ 2. Speciatim in re grammatica est qui actionis perfectionem significat. *Priscian.* 14. *p.* 987. *Putsch. Per* est etiam perfectivum plerumque in compositione, ut perficio, percurro, persevero, percipio, peroro. *Id.* 18. *p.* 1142. Ἐὰν Græca conjunctio, quæ causalis est, vel perfectiva. *Gramm. incert.* ed. *Eichenf.* p. 172. Διδάσκω licet ejusdem finis sit, nemo tamen perfectivum, non inchoativum, esse dubitavit.

PERFECTOR, ōris, m. 3. *compitore,* qui perficit. *Ter. Eun.* 5. 9. 4. O mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector! *Cic.* 1. *Orat.* 60. 257. Quem tu vere dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum. Cf. *eumd.* 8. *Att.* 11.

PERFECTRIX, icis, f. 3. quæ perficit. *Nepos* apud *Lactant.* 3. 15. Philosophia beatæ vitæ perfectrix.

PERFECTUS, a, um. *V.* PERFICIO.

PERFECTUS, us, m. 4. perfectio, perfectum opus. *Vitruv.* 1. 2. *a med.* Si interiora perfectus habuerint elegantes. Adde *Tertull. Anim.* 20.

PERFĔCUNDUS, a, um, adject. valde fecundus. *Mela* 1. 9. Terra hominum aliorumque animalium perfecunda generatrix.

PERFĔRENS, entis. *V.* PERFERO in fin.

PERFĔRENTĬA, æ, f. 1. *sofferenza,* tolerantia. *Lactant.* 3. 11. *circa med.* Virtutis vis in malorum perferentia posita est.

PERFĔRO, fers, tŭli, lātum, ferre, a. anom. Part. *Perferens* in fin.; *Perlatus* II. 1., 2.; *Perlaturus* II. 5.; *Perferendus* II. 1. 6. 7. — Perferre est usque ad locum destinatum, vel usque ad finem constitutum ferre, διαχομίζω, ἀναφέρω (It. *portare sino a qualche segno;* Fr. *porter jusque au lieu déterminé, jusqu' au bout;* Hisp. *llevar hasta lugar determinado;* Germ. *bis, an's Ziel tragen, bringen;* Angl. *to bear or carry through, convey to any particular place*).

I.) Proprie. *Virg.* 12. *Æn.* 906. Iapis vacuum per inane volutus Nec spatium evasit totum, nec pertulit ictum. *Id.* 11. *ibid.* 803. Hasta sub exsectam donec perlata papillam Hæsit. *Seneca* 3. *Benef.* 37. Æneas tulit patrem per ignes, et (quid non pietas potest?) pertulit. *Colum.* 6. *R. R.* 27. 7. Equas ventrem pertulisse, *h. e.* fetum tulisse usque ad partum. Sic *Plin.* 7. *Hist. nat.* 11. 9. (48). *et ibid.* 13. 11. (58). Perferre partum. — Pro simplici *fero,* ait *Forcellinus,* est apud *Colum.* 6 *R. R.* 24. 2. Vaccæ decem mensibus ventrem perferunt. — Ceterum *Id.* 3. *R. R.* 20. 3. Si varii generis vineta fecerimus, aliquid ex iis inviolatum erit, quod fructum perferat, *h. e.* usque ad maturitatem et vindemiam.

II.) Translate. ¶ 1. De mandatis, nunciis, epistolis et similibus est afferre, deferre, referre, *apportare, recare, riportare.* — *a*) Generatim. — Active. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 5. Perferre mandata alicujus de re quapiam ad aliquem. *Id.* 1. *ibid.* 1. 1. alicui nuncium rei cujuspiam. *Id.* 2. *Fam.* 6. litteras ad aliquem. *Nepos Pausan.* 4. epistolam. *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 43. Verbaque nostra favens Romana ad numina perfer. *Cic.* 2. *Fam.*

8. Scribent alii: multi nunciabunt: perferet multa etiam ipse rumor. Similiter *Cæs.* 4. *B. G.* 21. Consilio ejus cognito et per mercatores perlato ad Britannos. *Liv.* 3. 3. Tanto cum tumultu invasere fines Romanos, ut ad urbem quoque terrorem pertulerint. *Val. Flacc.* 5. 386. Perfer opem, regina, viris. *Alii leg.* Sed fer. — Passive. *Sueton. Ner.* 49. Perlatos codicillos præripuit. *Liv.* 7. 36. *sub fin.* Perfertur circa collem clamor. *Id.* 28. 13. Quum ad eum fama tanti exercitus perlata esset. *Nepos Themist.* 2. Cujus de adventu quum fama in Græciam esset perlata etc. — *b*) Speciatim huc pertinent ea in quibus *perferre* est famam vel rumorem perferre, certiorem aliquem facere, *avvertire, annunziare, riferire, notificare. Cic.* 14. *Fam.* 1. Et litteris multorum et sermone omnium perfertur ad me. incredibilem tuam virtutem et fortitudinem esse. *Liv.* 3. 26. Quinque equites-Romam pertulere, consulem exercitumque obsideri. *Virg.* 5. *Æn.* 664. Nuncius Anchisæ ad tumulum cuneosque theatri Incensas perfert naves Eumelus. *Cic.* 1. *Fam.* 9. 10. Hæc quum ad me-frater pertulisset etc. *Id.* 4. *Att.* 1. Omnia aut scripta esse a tuis arbitror, aut etiam nuncils ac rumore perlata. *Nepos Lysand.* 4. Deque his rebus suspicaretur, ad cives suos esse perlatum etc. *Liv.* 3. 23. Hæc celeriter Romam, ab Roma in castra Antium perlata, movent Romanos haud secus. quam si Capitolium captum nunciaretur. *Justin.* 11. 15. 7. Perferri hæc Alexandro jubet. *Sueton. Cæs.* 56. In quibus (*epistolis*) si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit. ¶ 2. *Perferre se,* ferre se. ire. *Virg.* 1. *Æn.* 393. Perge modo, atque hinc te reginæ ad limina perfer. — Huc referri potest illud *Liv.* 7. 15. Eorum, quos pavor pertulerat in silvas, atrox cædes-fuit. *Forcellinus* hoc loco *perferre* accepit pro abripere, vi ferre. ¶ 3. Perferre est etiam ferre, sustinere, *portare, sostenere. Liv.* 10. 2. Gravissimas navium non pertulit alveus fluminis. ¶ 4. Item est ad finem usque ferre, atque adeo perficere. *Nepos Arist.* 1. Decem annorum gravissimam pœnam non pertulit: nam sexto fere anno restitutus est. *Seneca Thyest.* 307. Leve est miserias ferre, perferre est grave. Cf. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 41. Hic subit (*unus*) et perfert. *Ovid.* 13. *Met.* 478. Pertulit intrepidos ad fata novissima vultus. *mantenne sino alla morte.* et *Plin.* 1. *Ep.* 23. *extr.* Plurimum interest, quam personam tibi imponas. quæ sapienti viro ita aptanda est, ut perferatur. *Stat.* 12. *Theb.* 406. Eja agite inceptum potius: jam sidera pallent Vicino turbata die: perferte laborem. *h. e.* perficite. ¶ 5. *Perferre legem* est ita ferre, ut accipiatur. *Cic. fragm. pro Corn.* apud *Ascon.* Est utique jus vetandi, quum lex ferretur, quamdiu non perfertur. *Liv.* 33. 46. Legem extemplo promulgavit, pertulitque, ut in singulos annos judices legerentur. *Id.* 3. 11. Legem interim non tam ad spem perferendi, quam ad lacessendam Cæsonis temeritatem, ferre. Adde *Sueton. Aug.* 34. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 6. 15. (32). Lex perlata in aliquem. Sic *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 2. *ad fin.* Suspicor. per vim rogationem Caninium perlaturum. Sic apud JCtos *perferre actionem, causam, quæstionem* est usque ad exitum deducere. *Paul. Dig.* 48. 16. 11.; *Papinian. ibid.* 5. 2. 6.; *Ipul.* 7. *Met.* ¶ 6. *Perferre legationem pro aliquo,* fungi. *Sueton. Claud.* 6. Equester ordo bis patronum eum perferendæ pro se legationis elegit. ¶ 7. Sæpe est perpeti; scil. — *a*) Speciatim est obdurare ferendo, tolerare, patienter ferre, *sopportare, tollerare, soffrire. Cic.* 6. *Att.* 21. *ante med.* Fortasse tibi sum molestus, qui hæc prædicem de me: perfer, si me amas. *Id.* 2. *Orat.* 19. 77. Facile omnes perpetior et perfero. *Id.* 2. *Tusc.* 7. 17. Pati, perferre, non succumbere. *Ter. Andr.* 1. 1. 35. Facile omnes perferre ac pati. *Ovid.* 3. *Amor.* 11. 7. Perfer et obdura: dolor hic tibi proderit olim. *Cic.* 2. *Cat.* 5. 9. Frigore et fame et siti ac vigiliis perferendis fortis ab istis prædicabatur. *Id.* 4. *Verr.* 3. 9. Quum perferre non possent luxuriem, crudelitatem, avaritiam, superbiam. — Cum Infinito. *Propert.* 2. 7. 17. abrepta desertus conjuge Achilles Cessare in tectis pertulit arma sua. — *b*) Universim est sentire, pati, experiri, obnoxium esse, *sentire, patire, provare, esser soggetto. Cæs.* 2. *B. G.* 14. Eduos ab Cæsare in servitutem redactos, omnes indignitates contumeliasque perferre. *Virg.* 6. *Æn.* 436. quam vellent æthere in alto Nunc et pauperiem et duros perferre labores! *Id.* 3. *ibid.* 584. Noctem illam tecti silvis immania monstra Perferimus. *Cic. ad Pompej.* 2. *ad fin. post Ep.* 11. *l.* 8. *ad Att.* Pro meis maximis in rempubl. meritis supplicia miserrima et crudelissima pertuli. *Ovid.* 14. *Met.* 559. Non tamen oblitæ, quam multa pericula sævo Pertulerint pelago. *Pallad.* 10. *R. R.* 3. Segetes perferunt noxia animalia. — Part. præs. *Perferens, entis,* adjective occurrit et est tolerans, *tollerante. Cic.* 2. *Orat.* 43. 184. Exprimere mores integros, religiosos, perferentes injuriarum, etc. *Hic vim nominis habet, quum Genitivum pro Accusativo regat.*

PERFĔRUS, a, um, adject. παναγριος, valde ferus. *Varro* 2. *R. R.* 1. 5. Boves perferi etiam nunc sunt multi in Dardania, et Medica, et Thracia.

PERFERVĔFĬO, is, ĕri, anom. pass. perfervidus fio. Tmesis est in illo *Varron.* 1. *R. R.* 9. 2. Terra, quæ sole perferve ita fit, ut radices satorum comburat. Sunt qui leg. *perfervet ita, ut* etc. Ceterum hæc verba glossema esse putant *Gesnerus et Schneiderus,* ideoque ea uncis includunt. *V.* vocem seq.

PERFERVĔO, es, ere, n. 2. valde ferveo. *Mela* 1. 8. *de fonte solis.* Quum est (*nox*) media, perfervet.

PERFERVĬDUS, a, um, adject. valde fervidus. *Colum.* 5. *R. R.* 5. 1. Æstas perfervida. *Alii et ipse* Schneider. *leg.* præfervida.

PERFĪCA, æ, f. 1. *V.* PERFICUS.

PERFĪCĔ, adverb. perfecte. *Lucret.* 2. 1116. ad extremam crescendi perfice finem Omnia perduxit rerum natura creatrix. Ita perperam legit *Pareus,* et alii ex corrupto loco *Nonii p.* 160. 12. *Merc.* Perfice, perfeceris; ubi certissime reponendum est *perfica, perficiens* vel *perfectrix*: adde ultimam in *perfice* longam esse. *V.* PERFICUS. — Sup. *Perficissime* apud *Plaut. Rud.* 2. 5. 4. Perficissime satis nequam sum. *Plerique rectius leg.* Præfiscine, satis etc.

PERFĪCĬO, fĭcis, fēci, fectum, fĭcere, a. 3. (per *et* facio). Part. *Perficiens* II. 2. *a.*; *Perfectus* I. et in fin.; *Perfecturus* et *Perficiendus* II. 1. — Perficere est usque ad finem facere. absolvere. conficere, peragere, ἀποτελέω (It. *finire, compire, mandare a fine, dare compimento*; Fr. *faire complément, achever, accomplir, parfaire*; Hisp. *acabar, terminar, concluir, perficionar*; Germ. *zu Ende bringen, vollenden, zu Stande bringen, begehen, vollführen, ausführen, durchführen*; Angl. *to finish, complete, accomplish, effect, perform, execute, despatch, achieve, bring to an end, perfect*).

I.) Proprie. *Cæs.* 3. *B. C.* 2. Comitiis perficiendis undecim dies tribuit. *Cic. Arch.* 11. 28. Quas res nos-gessimus, attigit hic versibus atque inchoavit: quibus auditis, hunc ad perficiendum hortatus sum. *Id.* 2. *Nat. D.* 13. 35. In omni natura necesse est absolvi aliquid et perfici. *V.* ABSOLVO. *Id. Orat.* 30. 105. Vides profecto, illum multa perficere, nos multa conati: illum posse, nos velle. *Id. Cluent.* 68. 194. et *Sull.* 27. 76. Perficere scelus. *Val. Flacc.* 7. 61. jussa alicujus. *adempire, eseguire.* et *Ter. Andr.* 1. 1. 7. promissa. *adempire.* et *Cic. Dejot.* 7. 21. cogitata. *Cæs.* 1. *B. G.* 3. conata. *et ibid.* 39. opus. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 8. Quod me institutum ad illum (*Cæsarem*) poema jubes perficere; quoniam cognovit Cæsar me aliquid esse exorsum, revertar ad institutum: idque perficiam his supplicationum otiosis diebus. *Id. Brut.* 18. 71. Nihil est simul et inventum et perfectum. *Liv.* 24. 43. Ne lustrum perficerent, mors prohibuit P. Furii. *Id.* 5. 4. Aut non suscipi bellum oportuit, aut geri pro dignitate populi Romani, et perfici quam primum. Adde *eumd.* 45. 39.; et *Justin.* 6. 1. 6. Rursus *Liv.* 26. 29. His senatusconsultis perfectis, sortiti provincias consules. *Id.* 22. 1. Sacrificio perfecto. — *Perficere annos,* transigere, vivere. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 39. Est vetus atque probus, qui centum perficit annos. Cf. *Ovid.* 15. *Met.* 816. Hic sua complevit (pro quo Cytherea laboras) Tempora, perfectis, quos terræ debuit, annis. *h. e.* transcursis, transactis. *Stat.* 5. *Theb.* 180. perfecto sole. *h. e.* die.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus est fabricari, facere, elaborare. *Liv.* 31. 46. Relictis, quot satis videbantur ad opera perficienda, militibus. Sic *Sueton. Claud.* 20. Opera magna potiusque necessaria, quam multa perfecit; sed vel præcipua, aquarum ductum; item emissarium Fucini lacus. *Liv.* 5. 55. Prædibus acceptis, eo anno ædificia perfecturos. *Cic.* 6. *Verr.* 28. 64. Candelabrum e gemmis clarissimis, opere mirabili perfectum. *Sil. It.* 2. 403. Hæc (*lorica*) ære et duri chalybis perfecta metallo. ¶ 2. Sæpius est aliquid elaborando apte et decenter conficere, *lavorare con la forma e condizione voluta dalla cosa stessa.* — *a*) Generatim. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 4. 4. (10). Perficere simulacrum. *perfezionare.* et 23. *ibid.* 1. 16. (22). coria. *conciare.* et 35. *ibid.* 15. 52. (190). lanas. *purgare.* et *ibid.* 50. (174). sulphur igni. *raffinare.* Sic 33. *ibid.* 7. 40. (118). minium, et excoquere. *Id.* 37. *ibid.* 7. 25. (92). carbunculos. *lustrare, pulire.* — Similiter *Id.* 23. *ibid.* 1. 26. (53). Stomacho cibos perficiente. et 11. *ibid.* 53. 118. (283). Perficere cibos ambulatione. *digerire.* et 19. *ibid.* 5. 23. (65). Cucumeres perfici non queunt in cibis. — *b*) Speciatim obscæno sensu. *Capitolin. Maxim.* 4. Potes tricies cum muliere perficere. *Ovid.* 1. *Art. am.* 389. Aut non tentaris, aut perfice. *h. e.* aut non tentaveris ancillam vitiare, aut *perprime tentatam,* ut *Id. ibid.* 394. ait. Adde *Martial.* 3. 79. ¶ 3. Item est expolire, ad perfectionem adducere. *Ovid.* 1. *Art. Am.* 11. Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem. *h. e.* erudivit, expolivit. *Cic.* 2. *Fin.* 15. 48. Habes undique expletam et perfectam formam honestatis. *V. Perfectus* 1. in fin. ¶ 4. Sæpe est ad optatum exitum perducere, assequi, pervincere, effĭcere ut, *far tanto che, ottenere, spuntare. Cic.* 1. *leg. Agr.* 9. 27. Si vestrum mihi studium ad communem dignitatem defendendam profitemini, perficiam profecto, ut hujus ordinis auctoritas reip. restituta esse videatur. *Ter. Eun.* 1. 2. 100. Quam joco rem voluisti a me tandem, quin perfeceris? *Id. ibid.* 5. 9. 24. Perfice hoc precibus, pretio, ut, etc. *Nepos Epam.* 6. *extr.* Eloquentia perfecit, ut auxilio sociorum Lacedæmonii privarentur. *Sall. Jug.* 19. Dando et polliceudo multa perfecit, uti etc. *Cæs.* 1. *B. G.* 9. Obsidesque, uti inter sese dent, perficit. — Sic in disputando ille perficit, qui pervincit et convincit. *Cic.* 1. *Tusc.* 8. 15. Quoniam coegisti ut concederem, qui mortui essent, eos miseros non esse; perfice, si potes, ut ne moriendum quidem esse, miserum putem. — Cum Infinito. *Arnob.* 4. *p.* 131. *V.* PERFICUS. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla et supra retulimus,

Perfectus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Perfectior* 1., et Sup. *Perfectissimus* 1. et 3. — Translate est absolutus, completus, perpolitus, suis omnibus partibus expletus, *ridotto a fine, compito, perfezionato, perfetto,* τετελειωμενος. ¶ 1. De rebus physicis et abstractis. — *a*) Generatim. *Cic.* 6. *Verr.* 56. 124. Valvas perfectiores nullas unquam ullo templo fuisse. *Id.* 2. *Nat. D.* 13. 37. Quod aptum atque perfectum expletumque sit omnibus suis partibus. *Id. Orat.* 1. 3. Quod ego summum et perfectissimum judico. *Id.* 1. *Orat.* 2. 5. Aliquid politius a nobis perfectiusque proferri. *Id.* 2. *Nat. D.* 12. 33. Si a primis inchoatisque naturis ad ultimas perfectasque volumus procedere. *Id. Orat.* 50. 168. Aures perfecto completoque verborum ambitu gaudent. *Id.* 3. *Off.* 3. 14. Officium perfectum atque absolutum. *Id. Sext.* 40. 86. Perfecta cumulataque virtus. — *b*) Speciatim *perfecta ætas* apud JCtos est, quæ vicesimo quinto anno inchoatur, quæ et legitima,

et robusta, et justa dicitur. *Paul. Dig.* 4. 4. 32. Minor viginticuinque annis adito præside, ex aspectu corporis falso probavit perfectam ætatem. Adde *ibid.* 12. 3. 25. — *c)* Item *ad perfectum*, perfecte, plene, omnino. In *fragm. Lactant. p. m.* 575. Magis tunc docebit rerum experientia, quam nunc ad perfectum hominum intelligentia valet consequi. ¶ 2. De hominibus, et præcipue de eo, qui in aliqua re plane doctus et peritus est; *dotto, pratico, perfetto. Cic. Brut.* 70. 247. C. Memmius perfectus litteris Græcis. *Id.* 1. *Fin.* 6. 20. Homo eruditus, in geometriaque perfectus. *Ovid.* 2. *Art. am.* 547. Hac ego, confiteor, non sum perfectus in arte. *Id.* 2. *Amor.* 8. 1. Ponendis in mille modos perfecta capillis. *Cic.* 1. *Orat.* 13. 58. Perfecti homines in dicendo et perpoliti. *et ibid.* 59. Oratorem plenum atque perfectum esse eum dicam, qui etc. *Id.* 2. *Divinat.* 72. 150. Philosophi absoluti et perfecti. Sic *Id.* 1. *Off.* 15. 46. Quoniam vivitur non cum perfectis hominibus planeque sapientibus, sed etc. ¶ 3. Speciatim, *perfectissimus*, διασημότατος, sequiori ævo, sub posterioribus imperatoribus titulus est dignitatis, qua ut decorari quis possit, quot conditiones requirantur, *Imp. Constantin. Cod.* 12. *tit.* 33. docet. *Eumen. Restaur. schol. c.* 1. 3. *et* 4.; *Ammian.* 21. 16.; *Impp. Dioclet. et Maxim. Cod.* 9. 41. 11.; *Lactant.* 5. 14. *sub fin.* et *Mort. persecut.* 21.; et *Impp. Constantin. et Licin. in epist. ad Procons. Africæ*, apud *Augustin. Ep.* 68. Porro hæc dignitas multo ante Constantini tempora instituta est, et plerumque his fere notis P. V., vel aliquando V. P. designatur, ut constat ex *Inscript.* apud *Gruter.* 32. 6. et 313. 6., quæ pertinet ad ann. CCI. a Chr. n. CLAVDIVS IVLIANVS P. V. PRAEF. ANNONAE. Adde aliam apud *Fabrett. p.* 278. *n.* 170., quæ ad ann. spectat CCXXVI., et aliam apud *Gruter.* 272. 1., quæ ad ann. CCXXXIX., ubi legitur: NVMISIVS QVINTIANVS V. P. Ceterum multo etiam prius hujusmodi dignitatis vestigia apparent ex *Cod.* 9. 41. 11., ubi Diocletianus Aug. narrat, M. Aur. Antoninum decrevisse, ne filii perfectissimorum virorum pœnis plebejorum, vel quæstionibus subjicerentur. ¶ 4. In re grammatica est *tempus perfectum*, vel *præteritum perfectum*, de quo plurimis agunt *Charis.* 3. *p.* 215. *Putsch., Diomed.* 1. *p.* 360. et Grammatici ferme omnes.

PERFĪCUS, a, um, adject. perficiens, ut Perfica natura, apud *Lucret.* 2. 1116. *V.* PERFICE. — Hinc Perfica est dea rerum obscænarum, quibus perficiendis præerat. *Arnob.* 4. 7. Perfica una est e populo numinum, quæ obscænas illas et luteas voluptates ad exitum perficit dulcedine inoffensa procedere. *Lachmannus* ad *Lucret. loc. cit.* ait: sunt autem hæc nomina substantiva, *perfica, præfica, præfucus* in ære Bantino, *antistita, conjuga, succuba, comedus* apud Festum; quæ si adjectiva essent, quod de *perfica* Hildebrandus dicit ad *Arnobium p.* 338., u litteram reciperent, nisi fallor, et dicerentur *perficuus, comeduus.*

PERFĪDĒ, adverb. *perfidamente*, perfidiose. *Gell.* 20. 1. *sub fin.* Qui quoniam pactum perfide ruperat, laceratus est. *Seneca* 4. *Controv.* 26. *a med.* Crudeliter exponentem, perfide recuperantem.

PERFĪDĒLIS, e, adject. πολύπιστος, valde fidelis. *Cic.* 2. *Att.* 19. *sub fin.* Si perfidelem habebo, cui dem, scribam plane omnia.

PERFĪDENS, entis, particip. a *perfido* (quam vocem. *V.*), valde fidens, confidens. *Aurel. Vict. Cæsar.* 17. Audacia et robore corporis, pugnandique arte perfidens. Addunt et *Cic.* 1. *Off.* 26. 90., sed ibi plerique alii *præfidens.*

PERFĪDĪA, æ, f. 1. (perfidus), infidelitas, fidei minime observatæ crimen, iniquitas. ἀπιστία (It. *perfidia, infedeltà*; Fr. *perfidie, déloyauté, trahison*; Hisp. *perfidia, deslealtad, traicion*; Germ. *die Treulosigkeit, Wortbrüchigkeit, Unredlichkeit*; Angl. *perfidy, treachery, perfidiousness, falsehood*).

I.) Proprie. — *a)* Raro in plur. num. (quo carere ait *Charis.* 1. *p.* 22. *Putsch.*). *Plaut. Capt.* 3. 3. 7. Neque deprecatio perfidiis meis, nec malefactis fuga 'st. *Gell.* 14. 2. Homo plenus perfidiarum et fraudum. — *b)* Sæpissime in sing. num. *Cic. Rosc. Am.* 38. 110. Istius fide, ac potius perfidia deceptus sum. *Id.* 1. *Fam.* 2. *a med.* Ut potest in tanta hominum perfidia et iniquitate. *Id.* 11. *Phil.* 2. 5. Dexteræ, quæ fidei testes esse solebant, sunt perfidia et scelere violatæ. *Id. Rosc. Am.* 40. 117. Fraude et perfidia aliquem fallere. *Sall. Jug.* 115. Sceleris atque perfidiæ testem esse. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 3. Increpare perfidiam alicujus in aliquem. *Cæs.* 4. *B. G.* 13. Perfidia et simulatione uti. *et* 7. *ibid.* 5. *sub fin.* Perfidia adductum facere quippiam. *Nepos Datam.* 11. capere aliquem. *Sueton. Cæs.* 75. Admittere perfidiam in aliquem. *Ovid.* 11. *Met.* 206. addit Perfidiæ cumulum, falsis perjuria verbis. *Quintil. Declam.* 12. 4. Qualis alias ab agricolis accusari solet, perfidia terrarum, et ingratæ messis irritus labor. — De iis, qui debita inficiantur. *Sueton. Ner.* 5. Perfidiæ tantæ (*fuit*), ut non modo argentarios pretiis rerum coemptarum, sed et in prætura mercede palmarum aurigarios fraudaverit.

II.) Translate. *Arnob.* 1. 21. Sub ipsis potum labris in acoris perfidiam vinum repente mutari. *Alii pro* potum *leg.* positum. Ceterum cf. *Martial.* 14. 47. in PERFIDUS II.

PERFĪDĪŌSĒ, adverb. Comp. *Perfidiosius.* — Perfidiose est infideliter, perverse, *perfidamente, infedelmente*, ἀπίστως. *Cic.* 1. *Herenn.* 5. 8. Si quid eorum spurce, superbe, perfidiose, crudeliter factum proferemus. *Id. Rosc. Am.* 40. 118. Ubi multa avare, multa audacter, multa improbe, multa perfidiose facta videtis. *Sueton. Aug.* 21. Crebrius, aut perfidiosius rebellantes ulcisci.

PERFĪDĪŌSUS, a, um, adject. Comp. *Perfidiosior* et Sup. *Perfidiosissimus.* — Perfidiosus est qui perfidus esse solet, qui perfidia abundat, *perfido.* Differt a *perfido*, ut ab *ebrio ebriosus*: non tamen semper. — *a)* De hominibus. *Tac.* 16. *Ann.* 32. P. Egnatius animo perfidiosus et subdolus. *Cic. Pis.* 27. 66. (*Homo*) fallax, perfidiosus, impudens. *Id.* 3. *Nat. D.* 32. 80. Omnium perfidiosissimus C. Marius. — *b)* De rebus et abstractis. *Cic.* 3. *Fam.* 10. Nihil in me perfidiosum et insidiosum et fallax in amicitia debes agnoscere. *Id. Rosc. Com.* 6. 16. Perfidiosum et nefarium est fidem frangere. *Anal. gramm. p.* 208. ed. *Eichenf.* Perfidus est qui fidem frangit aliquotiens; perfidiosus qui omnino caret fide.

PERFĪDO, is, ere, n. 3. prorsus fidere. *Gloss. Lat. Gr.* Perfido, dis, διαθαρρέω. *V.* PERFIDENS. et cf. PERFĪDUS.

PERFĪDUM, adverb. *V.* voc. seq. sub I. c.

PERFĪDUS, a, um, adject. qui fidem violat, qui per fidem decipit, prodit, ἄπιστος (It. *disleale, fellone, perfido*; Fr. *qui manque à sa parole, qui n'a pas de probité*; Hisp. *perfido, infiel, desleal, traidor*; Germ. *treulos, wortbrüchig, unredlich*; Angl. *breaking his faith, faithless, unfaithful, perfidious, false, treacherous, disloyal*).

I.) Proprie. — *c)* De hominibus. — Absolute. *Cic.* 3. *Off.* 14. 60 Omnes, aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt. *Id. post redit. ad Quirit.* 9. 21. Perfidos amicos ulcisci nihil credendo, atque omnia cavendo. *Horat.* 3. *Od.* 7. 13. Ut Prœtum mulier perfida credulum Falsis impulerit criminibus nimis Casto Bellerophonti Maturare necem refert. *Id.* 3. *ibid.* 5. 33. perfidi hostes. *Virg.* 4. *Æn.* 305. Dissimulare etiam sperasti, perfide, tantum Posse nefas? — Cum Genitivo. *Sil. It.* 1. 5. sacri perfida pacti Gens Cadmea. — *b)* De rebus et abstractis. *Sil. It.* 15. 819. Perfida bella. *Seneca Agam.* 887. Perfidæ neci tradere aliquem. *h. e.* insidiosæ et per simulationem amoris illatæ. *Ovid.* 4. *Fast.* 380. Cæsar Perfida magnanimis contudit arma Jubæ. *Id. Remed. am.* 722. perfida verba. — *c) Perfidum* adverbii more pro *perfide* apud *Horat.* 3. *Od.* 27. 67. aderat querenti Perfidum ridens Venus.

II.) Translate. *Seneca Med.* 302. Perfida freta. *h. e.* mare infidum. *Id. Agam.* 570. *de Nauplio.* In saxa duxit perfida classem face. *Lucan.* 5. 415. Perfida nubiferi vetat inconstantia veris. *Claudian. VI. cons. Honor.* 264. Perfida deplorat vacuis examina ceris. *h. e.* apes alio migrantes. *Flor.* 3. 4. *a med.* Minutius Scordiscos toto vastavit Hebro, multis quidem amissis, dum perfidum glacie flumen equitatur. Sic *Ammian.* 15. 10. Patulæ valles, per spatia plana glacie perfidæ, vorant nonnunquam transeuntes. *Propert.* 1. 4. 49. Lubrica tota via est, et perfida: quippe tacentes Fallaci celat limite semper aquas. *Martial.* 12. 47. Imputet ipse deus nectar mihi, fiet acetum Et Vaticani perfida vappa cadi. *h. e.* valde novia. nam *Id.* 6. 92. Vaticana bibis, bibis venenum. Vel *perfida*, quia illud vinum cito vappa fit, et minime ætatem ferens fallit dominum. — Hinc

Perfidum, adverb. *V.* sub I. *c.*

PERFĪDUS, a, um, adject. fidissimus. *Gloss. Lat. Gr.* Perfidus, media producta, πιστότατος.

PERFĪGO, gis, xi, xum, gere, a. 3. *V.* PERFIXUS.

PERFINES perfringas. *Festus p.* 205. 18. *Müll.*

PERFINGO, gis, gere, a. 3. admodum fingere. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 331. *n.* 493. HIC SITA SVM VARIOS AVIVM PERFINGERE CANTVS DOCTA AVIS E SAECVLO PRAEDA PETITA SINV. Videtur hic adumbrata esse luscinia.

PERFĪNĪO, is, ire, a. 4. idem quod finio, finem impono. *Lucret.* 1. 618. pars semper habebit Dimidiam partem, nec res perfiniet ulla. *Lachmannus vero leg.* præfiniet.

PERFIXUS, a, um, particip. a verbo *perfigo*, transfixus.

I.) Proprie. *Lucret.* 6. 391. icti flammas (*scelesti homines*) fulguris halent Pectore perfixo. *Lachmannus verbum* ipsum *perfigo* legit ac tuetur apud *Lucret.* 6. 348. Incolumisque venit per res *fulmen*) atque integra transit Multa foraminibus liquidus quia transvolat ignis Multaque perfigit, quum etc. *Alii vero leg.* perfregit.

II.) Translate. *Lucret.* 3. 305. Nec gelidis torpet telis perfixa pavoris. *Id.* 2. 359. et crebra revisit Ad stabulum, desiderio perfixa juvenci.

PERFLĀBĪLIS, e, adject., quod occurrit

A) Passive, et est qui vento perflari potest, penetrabilis, pervius, tenuis, *che può essere penetrato dal vento.*

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Divinat.* 17. 40. Deos ipsos jocandi causa induxit Epicurus perlucidos et perflabiles. *Solin.* 27. Auctor est Varro, perflabilem ibi terram, ventis penetrantibus, etc. *Pallad.* 1. *R. R.* 36. Sit area loco sublimi et undecumque perflabili. *esposto al vento.*

II.) Translate. *Ammian.* 30. 7. Ad omnes dissensionum motus perflabiles gentes. *mobili, suscettive.*

B) Active est qui perflat et perflando penetrat. *Pallad.* 1. *R. R.* 6. *ante med.* Aer oleas tepidus juvat, et ventis mediocribus sine vi et horrore perflabilis. *Ammian.* 14. 6. Perflabilis fidium tinnitus.

PERFLĀGĀTĪŌSUS, a, um, adject. valde flagitiosus. *Cic. Cæl.* 20. 50. Num tibi perturpe, aut perflagitiosum esse videatur?

PERFLĀGRĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *perflagro: abbruciato*, idem ac valde flagratus. *Capell.* 6. *p.* 189. Dispendiaque lini perflagrata cassum devorante Mulcibero.

PERFLĀMEN, inis, n. 3. idem, quod flamen, flatus. *Prudent. Apotheos.* 760. sine divino Domini perflamine summi Arida terra fuit.

PERFLĀTĪLIS, e, adject. idem quod perflabilis. *Apul.* 4. *Met.* Domus tuæ patulus et perflatilis locus. *Alii leg.* perflabilis. *et* 3. *ibid.* Ædium patore perflatili.

PERFLĀTĪO, ōnis, f. 3. idem ac perflatus. *Capell.* 1. *p.* 11. Virtus præcedentis officio, ac Mercurialis virgæ perflatione concussa, in cælum itura sustollitur.

PERFLĀTUS, a, um. *V.* PERFLO.

PERFLĀTUS, us, m. 4. *soffio, spiramento*

d'aria, διαπνοή, actus perflandi, aer, aut ventus perflans. *Cels.* 3. 19. Æger positus loco non calido, fenestris patentibus, sic ut perflatus quoque aliquis accedat. *et* 1. 2. Ædificium habens perflatum æstivum et solem hibernum. *Colum.* 1. *R. R.* 5. 8. Quanto fuerit ædificii solum pronius orienti, tanto et æstate liberius capere perflatus poterit. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 19. 31. (140). Aliubi ablaqueant, perflatusque admittunt. *lasciano, che vi passi l'aria.* et 16. *ibid.* 40. 79. (218). Ulmus in perflatu firma, robur defossum. *esposta all'aria.* et 18. *ibid.* 17. 44. (154). Loca perflatum non habentia. *non ventosi.*

PERFLĒTUS, a, um, particip. ab inusit. *perfleo*, multum fletus. *Apul.* 2. *Met.* Diutine visu perfleto. *Est qui leg.* præfleto *eod. sensu.*

PERFLEXUS, a, um, adject. valde flexus, atque adeo obliquus. *Isid.* 1. *Orig.* 37. Quæ (*prosa oratio*) non est perflexa numero, sed recta.

PERFLO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Perflans* sub *A.* I. et *B.*; *Perflatus* sub *A.* I. — Perflare

A) Active est flando penetrare, multum flando commovere, *soffiando penetrare, soffiando agitare fortemente*, διαπνέω.

I.) Proprie. *Lucret.* 6. 132. quum venti nubila perflant. *Ovid. Remed. am.* 639. perflant altissima venti. *Virg.* 1. *Æn.* 87. venti ruunt et terras turbine perflant. *Varro* 1. *R. R.* 13. 5. Nubilarium fenestras habere oportet ex ea parte, unde commodissime perflari possit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 30. 73. (302). Suspendunt granaria lignea columnis, et perflari undique malunt. *Sil. It.* 14. 259. Mille (*viros*) Agathyrna dedit perflataque Trogilos Austris. *Lucan.* 9. 348. Deus, quem toto litore pontus Audit, ventosa perflantem murmura concha. *h. e.* tuba inspirata sonos edentem.

II.) Translate. *Sil. It.* 11. 578. atque adeo, qui tanta superbo Facta sonas ore, et spumanti turbine perflas Ignorantum aures.

B) Neutrorum more. *Colum.* 2. *R. R.* 20. 5. Favonius, qui lenis æqualisque æstivis mensibus perflat. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 107. 111. (240). Perflantibus undique procellis. *Curt.* 9. 4. Jam (*dixit Alexander*) prospicere se Oceanum, jam perflare ad ipsos auram maris. *Lucan.* 5. 418. Hic (*aquilo*) utinam summi curvet carchesia mali, Incumbatque furens et Graja ad mœnia perflet. *h. e.* perflando impellat: vel usque ad Graja mœnia flet.

PERFLŌRĔO, es, ere, n. 2. valde florere. *Prisc. an. Perieg.* 1026. Et pretio rubræ perfloret arundinis illa. *Codex unus* præfloret; *sed* perfloret *accommodatius Græco v.* 1125. λειμῶνες δὲι κομόωσι πεπυκλοις. Hæc *Wernsdorfius, Poetæ Lat. min. T.* 5. ad *h. l.*

PERFLUO, flŭis, fluxi, flŭere, 3. Part. *Perfluens* sub *A.* I. 1. *b.* — Perfluere

A) Neutrorum more est fluere per aliquem locum, vel valde fluere, *scorrere*, διαῤῥέω.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) Est per aliquem locum fluere. *Lucret.* 2. 391. subito per colum vina videmus Perfluere; at contra tardum cunctatur olivum. *Petron. Satyr.* 23. Perfluebant per frontem sudantis acaciæ rivi. — *b*) Pro valde fluere. *Lucret.* 3. 935. Nam gratis fuit hæc tibi vita ante acta priorque, Et non omnia pertusum congesta quasi in vas Commoda perfluere atque ingrata interire. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 26. 65. (190). Belus amnis in mare perfluens. ¶ 2. Latiori sensu pro manare, destillare, *grondare*. *Apul.* 1. *Met.* Sudore perfluere. ¶ 3. Item de veste ampla et fluenti. *Apul.* 11. *Met.* Insignis illius pallæ perfluebat amictus.

II.) Translate est humorem transmittere. *Ter. Eun.* 1. 2. 25. Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. *h. e.* arcana continere nescio. — Nonnulli huc referunt illud *Quintil.* 2. 5. 13. Sic audientibus securitas aberit, nec quæ dicentur, perfluent aures. *At plerique leg.* superfluent. — Item pro affluere, abundare illud *Cic.* 2. *Fin.* 35. 118. Percunctare ipse te, perpetuisne malis voluptatibus perfluens in tranquillitate degere, etc. *Sed alii rectius leg.* perfruens. *V. Orell.* et *Madvig.* ad *h. l.*

B) Passive. *Arnob.* 6. 3. Hiemalia *(dii)* sentiunt frigora, solibus torrentur æstivis, pluvialibus nimbis perfluuntur? *Ita* Forcellinus. *At* Orellius *leg.* Hiemalia s. fr., aut solibus t. æ., p. n. perfluunt, ventorum eos aut turbines vexant?

PERFLŬUS, a, um, adject. qui perfluit. Translate. *Apul.* 11. *Met.* Incessu perfluo feminam mentiebatur. *h. e.* molli et diffluente.

PERFŌCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *soffocare*, effoco. *Paul. Dig.* 25. 3. 4. Necare videtur non tantum is, qui partum perfocat, sed et is, qui abjicit. *Ita* Torrentin.; alii *præfocat.*

PERFŎDĬO, fŏdis, fōdi, fossum, fŏdere, a. 3. Infin. *perfodiri* ex *Vulgat. vet. Matth. p.* 281. (Non sineret perfodiri domum suam.) affertur ab *A. Maio* in *Gloss. Nov. Latin.* — Part. **PERFOSSUS** 1. — Perfodere est perforare, transfigere, rumpere, *pertugiare, traforare, scavare, rompere*, διορύττω. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Mil. glor.* 2. 1. 63. In eo conclavi ego perfodi (*Fleckeisen.* perfodivi) parietem, Qua commeatus clam esset hinc huc mulieri. Sic *Cic. Vatin.* 5. 11. Licet impune parietes perfoderis, vicinos compilaris. *Varro* 3. *R. R.* 17. 9. Perfodere montem. *Cic.* 2. *Fin.* 34. 112. Hellesponto juncto, Athone perfosso. *Sueton. Cæs.* 44., *Cal.* 21. et *Ner.* 19. Perfodere Isthmum. *Colum.* 10. *R. R.* 71. Tu gravibus rastris cunctantia perfode terga. *Virg.* 11. *Æn.* 10. Thorax perfossus. *Plin.* 3. *Ep.* 16. Ferrum stringere, perfodere pectus. *Lucan.* 8. 618. postquam mucrone latus funestus Achillas Perfodit. *Sil. It.* 2. 644. Ecce simul jugulum perfoderat ense Lycormas. *Gell.* 5. 2. Conjectis undique in Alexandrum telis, vulneribus alte in cervice atque in latere equus perfossus est. *Id.* 3. 7. Quadringenti tum una perfossi gladiis cadunt. — Huc referri potest et illud *Sil. It.* 8. 558. Ilia perfossus equus. *spronato con forza.* Item illud *Petron. Satyr.* 32. *extr.* Spina argentea dentes perfodere. *stuzzicare.* ¶ 2. Latiori sensu pro excavare. *Liv.* 33. 17. Leucadia nunc insula est, vadoso freto, quod perfossum manu est, ab Acarnania divisa.

PERFŒCUNDUS. *V.* PERFECUNDUS.

PERFŒDERATUS, a, um, particip. multum fœderatus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 71.

PERFŎRĀCULUM, i, n. 2. *succhiello*, τρύπανον, parva terebra: est a *perforo*, ut furfuraculum etiam est appellatum a furfure, quia scobem furfuribus similem in forandis lignis faciat. *Arnob.* 6. 14. Simulacra ista, quæ vos terrent, quæque adoratis, sunt fornacibus incocta figulinis, ex incudibus et malleis nata, grosphis rasa, descobinata de limis, serris, perforaculis, asciis secta, dolata, effossa, terebrarum excavata vertigine, runcinarum levigata de planis. Ex his patet, *perforaculis dolata* esse *traforati coi succhielli*, ut *terebrarum excavata vertigine* sunt *scavati col girar delle trivelle. Gloss. Philox.* Perforaculum, τρύπανον, τέρετρον. *Orellius* in *Arnob. loc. cit.* pro *perforaculis* legit *furfuraculis* eadem significatione.

PERFŎRĀTĬO, ōnis, f. 3. actus perforandi, perfossio. *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 14. *sub init.* Hydropismum (*inquit fieri*) perforatione carnis in parvam formulam viarum, quæ possit solita corporis nutrimenta inaquare.

PERFŎRĀTOR, ōris, m. 3. *V.* PERFOSSOR.

PERFŎRĀTUS, a, um. *V.* PERFORO.

PERFORMĪDĀTUS, a, um, particip. a *performido*, multum formidatus. *Sil. It.* 3. 608. Jam puer auricomo performidate Batavo. *Alii leg.* præformidate: *quod magis placet.*

PERFORMIDO, as, are, a. 1. valde formidare. Vox e Lexico expungenda: occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 71. *V.* voc. præced.

PERFORMĪDŌLŌSUS, a, um, adject. valde formidolosus. *Aurel. Vict. Cæsar.* 4. *circa med.* Natura performidolosus.

PERFORMO, as, are, a. 1. conformo, informo. *Tertull. Apolog.* 1. *a med.* Ad malum performantur. *Alii leg.* præformantur.

PERFŎRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Tmesis est in illo *Lucret.* 5. 1268. Et terebrare etiam, ac pertundere, perque forare. — Part. *Perforatus* I. 1. et II.; *Perforandus* I. 1. — Perforare est ab una ad alteram partem forare, pertundere, perterebrare, *traforare, pertugiare*, διατρυπάω.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic. fragm.* apud *Quintil.* 8. 6. 47. Hoc miror, quemquam hominem ita pessundare alterum verbis velle, ut etiam navem perforet, qua ipse naviget. *Auct. B. Alex.* 25. Quum triremem hostium perforasset, ac demersisset. *et ibid.* 46. Multæ naves nostris perforatæ merguntur. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 20. (79). Berylli perforati gratiores, medulla candoris exempta. *Liv.* 38. 7. *ad fin.* Operculum dolii pluribus locis perforatum. *Sueton. Cæs.* 68. Centum et viginti ictibus scuto perforato. *Colum.* 4. *R. R.* 16. 3. Solum paxillo perforatum. *Cels.* 8. 9. Si latius aliquid abscedet, duobus aut tribus locis erit perforandum. — Similiter *Ovid.* 12. *Met.* 377. Perque armos uno duo pectora perforat ictu. *Id.* 3. *Trist.* 9. 26. Innocuum rigido perforat ense latus. *passa da parte a parte.* ¶ 2. Obscæno sensu idem est ac pædico. *Auct. Priap.* 78. Deprensos ego perforare possum, Tithonum, Priamumque, Nestoremque. *V.* INFORO.

II.) Translate. *Cic.* 3. *Nat. D.* 4. 9. Et quum rerum natura duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere voluisset. *Id.* 1. *Tusc.* 20. 46. Viæ quasi quædam sunt ad oculos, ad aures, ad nares a sede animi perforatæ. *Seneca Ep.* 99. *ante med.* Perforato animo hauriebamus et transmittente quidquid acceperat. — *Cic.* 7. *Fam.* 1. In illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti, et patefecisti Sejanum. *h. e.* fenestram fecisti, qua Stabianum prospiceres. — *Stat.* 1. *Silv.* 5. 45. Multus ubique dies, radiis ubi culmina totis Perforat, atque alio sol improbus uritur æstu.

PERFORTIS, e, adject. valde fortis. *Boeth.* in *Categor. Aristot.* 2. *p.* 161. Iamblicus duas hujus rei protulit solutiones, unam pervacuam, aliam vero perfortem.

PERFORTĬTER, adverb. valde fortiter. *Ter. Adelph.* 4. 2. 28. Me servulum, qui referire non audebam, vicit: hui! perfortiter!

PERFOSSĬO, ōnis, f. 3. actus perfodiendi. *Gloss. Philox.* Perfossio, διατρυγή, διορυγμός.

PERFOSSO, as, are, n. 1. *intens. a* perfodio. *Gloss. Lat. Gr.* Perfosso, διορύττω.

PERFOSSOR, ōris, m. 3. *traforatore*, qui perfodit, διωρύκτης. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 23. Perfossor parietum. *Ita vulgati libri; at* Fleckeisen. *leg.* perforator. *Apul. de Mag.* Eo quidem pacto et qui myoparones quæsierit, pirata erit; et qui vectem, perfossor; et qui gladium, sicarius.

PERFOSSŪRA, æ, f. 1. fossa. *Gloss. Lat. Gr.* Perfossura, διατρυγή.

PERFOSSUS, a, um. *V.* PERFODIO.

PERFŎVEO, es, ere, a. 2. valde foveo. *Sedul.* 4. 25. Solatur nexos in carcere, perfovet ægros. Habent et *Not. Tir. p.* 134.

PERFRACTUS, a, um. *V.* PERFRINGO.

PERFREMO, is, ŭi, ere, n. 3. vehementer fremo. *Attius* apud *Cic.* 2. *Nat. D.* 35. 89. Inciti atque alacres rostris perfremunt delphini.

PERFREQUENS, entis, adject. valde frequens. *Liv.* 41. 1. In portu emporium brevi perfrequens factum

PERFREQUENTO, as, are, a. 1. valde frequentare. *Hygin.* (ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 44. editus) *fab.* 120. Juppiter, completis mensibus, Nymphis, quæ Nisam montem Indiæ perfrequentabant, clam tradidit (*Liberum*) nutriendum.

PERFRĔTO, as, āvi, are, n. 1. transfreto, pertranseo. *Solin.* 27. *a med.* Inter hæc vadosa classem Romanam accepimus perfretasse.

PERFRĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. actus perfricandi, *fregagione*. Legitur apud *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.*

1. *ad fin.* — *Perfricatio* legitur apud *Plin. Valerian.* 1. 55. *p.* 173. *retro* ed. *Ald.* et 2. 30. *p.* 185.; utroque tamen loco mutandum et legendum est *perfrictio* a v. *frigeo.*

PERFRĪCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERFRĪCO, fricas, frīcŭi *et* frīcāvi, frīcātum *et* frictum, fricare, a. 1. (per *et* frico). Præter. *perfricavi* apud *Marcell. Empir. c.* 32. *p.* 133. *retro* ed. *Ald.* Prodest plurimum, si eo cinere ex aqua locum inguinum perfricaveris. *et paullo post.* Inguina tumida et dolentia sanabis, si assidue ea contigeris, vel perfricaveris. *Idem* tamen *ibid. paullo ante* habet *perfricueris.* — Part. *Perfricans* II. 1.; *Perfricatus, Perfrictus* et *Perfricandus* I. — Perfricare est valde fricare, vel totum fricare, περιτρίβω (It. *fregar bene;* Fr. *frotter, gratter;* Hisp. *flotar, rascar, refregar;* Germ. *durchreiben, krauen;* Angl. *to rub all over, rub well or strongly, perfricate*).

I.) Proprie. *Cic.* 5. *Verr.* 25. 62. Quum interea Apronius caput atque os suum unguento perfricaret. *Sueton. Tib.* 60. Perfricari eodem pisce faciem (*piscatoris*) jussit. *Petron. Satyr.* 22. Totam faciem ejus fuligine longa perfricuit. *Cels.* 3. 14. *sub fin.* In lectulo se contineat, post febrem perfricetur. *Id.* 1. 3. Totum corpus leniter perfricare ex oleo. *Id.* 2. 14. Neque audiendi sunt, qui numero finiunt, quoties aliquis perfricandus sit. Id enim ex viribus hominis colligendum est. Ut si quis perinfirmus est, potest satis esse quinquagies; si robustior, potest ducenties esse faciendum; inter utrumque deinde, prout vires sunt. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 12. 52. (192). Cervicum dolores butyro, aut adipe ursino perfricentur. *Ovid.* 3. *Art. am.* 216. Nec dentes coram perfricuisse probem. *Varro* 3. *R. R.* 16. 22. Alvus, in quam transituræ sunt apes, apiastro perfricanda. *Vitruv.* 7. 1. *circa med.* Testacea spicata sint extenta, et ad regulam perfricata. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 12. 51. (190). Faucibus felis fimo extrinsecus perfricatis. *Petron. Satyr.* 132. *a med.* Mox perfricta diutius fronte, etc. *Est qui leg.* perfricata. Sic *Apul.* 2. *Met.* Perfrictis oculis. Sed *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *n.* 101. Sæpe factum est, ut experrectis iis, quæ illico intueantur, fallant, nisi perfricatos oculos intenderint.

II.) Translate. ¶ 1. *Perfricare caput* dicuntur, qui in re aliqua hærent, neque quid faciendum sit, plane sciunt. *Cic. Pis.* 25. 61. Ut scriba, perscriptis rationibus, secum ipse, caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit: ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται. ¶ 2. *Perfricare frontem, faciem, os,* pudorem abjicere, impudentem fieri, *depor ogni rossore, fare lo sfacciato, mandar giù la visiera,* περιτρίψασθαι τὸ μέτωπον: nam quum in pudore sanguis in os diffundatur, qui erubescere nolunt, hi solent faciem manu perfricare ad ruborem illum detergendum, et sanguinem ad interiora repellendum. *Cic.* 3. *Tusc.* 18. 41. Quid tergiversamur, Epicure, nec fatemur, eam nos dicere voluptatem, quam tu idem, quum os perfricuisti, soles dicere? *Martial.* 11. 27. Aut quum perfricuit frontem, posuitque pudorem. *Quintil.* 11. 3. 160. Perfricare faciem, et quasi improbam facere. *Calvus* apud *eumd.* 9. 2. 25. Perfrica frontem, et dic te digniorem, qui prætor fieres, quam Catonem. V. *Victor. Var.* 8. 6. qui hanc locutionem illustrat; et cf. *Spalding.* ad *Quintil.* 4. 1. 42.

PERFRICTĬO, ōnis, f. 3. duo diversa significat; scil.

A) Perfrictio a per *et frigeo,* It. *infreddatura, flussione per freddo,* περίψυξις κατάψυξις, morbus est, quo frigore totum corpus corripitur, ut fieri solet in febris accessione; interdum aliqua pars tantum corporis laborat, et ex eo torpescit, ut quum occupantur fauces, raucedo sequitur et tussis; quum nasi meatus obstruitur, sequitur spiritus difficultas; quum brachium, aut pes torpet, etc. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 14. 55. (166). In tussi ex perfrictione fricari ante balnea convenit. *Id.* 23. *ibid.* 8. 80. (155). In fatigatione, aut perfrictione lauri succo perungi. *Id.* 20. *ibid.* 22. 87. (240). Oleo ex sinapis semine utuntur ad nervorum rigores lumborumque et coxendicum et perfrictiones. *Id.* 26. *ibid.* 12. 76. (124). Bibitur in loco calido, et a perfrictionibus tuto. *Scribon. Compos.* 57. Si quando moventur dentes ex perfrictione, confirmandi erunt gargarizatione lactis asinini. Adde *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 13. *init.* et 3. *ibid.* 4. *a med.*

B) Perfrictio a *frico* est *corrosione, ulcerazione,* quum frictione cutis atteritur rumpiturque. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 18. 69. (116). *de cypiro.* Intertriginum et alarum vitiis perfrictionibusque, cum oleo illitum, non dubie mederi.

PERFRICTĬUNCŬLA, æ, f. 1. deminut. perfrictionis, quatenus febriculam significat, *febretta,* commotiuncula. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 6. Ego aliquantum prodormivi propter perfrictiunculam, quæ videtur sedata esse.

PERFRICTUS, a, um. *V.* PERFRICO.

PERFRĪGĔFĂCĬO, is, ere, a. 3. valde frigidum facio. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 117. Mihi jamdudum ille Syrus cor perfrigefacit. *h. e.* metu et horrore perfundit.

PERFRĪGĔO, es, ere, n. 2. perfrigescere. *Gloss. Philox.* Perfrigeo, καταψύχω. Ceterum *V.* PERFRIGESCO.

PERFRĪGĔRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERFRĪGĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Perfrigeratus.* — Perfrigerare est idem ac refrigerare, *raffreddare. Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 103. (162). Omnium harum vis eadem perfrigerare et astringere. *Harduinus* legit *refrigerare* ex MSS., quam lectionem *Silligius* probat. *Notæ* quoque *Tir. p.* 113. habent hoc verbum. Particip. est apud *Scribon. Compos.* 271. Hæc omnia infervescunt super carbones, deinde perfrigerata eodem cacabo reponuntur.

PERFRĪGESCO, frīgescis, frixi, frīgescere, n. 3. valde frigere, perfrictione laborare, *infreddare, raffreddarsi.*

I.) Proprie. *Varro* 2. *R. R.* 9. 13. Pluviis diebus cubilia substernenda fronde aut pabulo (*fortasse legend.* sabulo) duabus de causis, ut ne (*canes*) oblinantur, aut perfrigescant. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 33. (66). Difficilius perfrigescunt (*aqua*) marina calefacta. *Scribon. Compos.* 268. Acopum hieme non patitur perfrigescere artus. *Cels.* 1. 3. Ei, qui perfrixit, opus est in laconico sedere, donec insudet. *Martial.* 3. 18. Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces. *Juvenal.* 7. 194. Et si perfrixit, cantat bene. Adde *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 17., 1. *Tard.* 1. et alibi; et *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 116. et *c.* 35. *p.* 137. *retro* ed. *Ald.*

II.) Translate. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 5. Ego videor mihi perfrixisse, quod mane soleatus ambulavi, an quod male scripsi, non scio. Certe homo alioqui pituitosus, hodie tamen multo mucculentior mihi esse videor. *Jocus hic est* in ambiguo: fatetur enim, se quædam crassa Minerva scripsisse, et admodum frigida, ac nullius pretii.

PERFRĪGĬDUS, a, um, adject. valde frigidus. *Cic.* 6. *Verr.* 40. 86. Erat hiems summa, tempestas perfrigida. *Cels.* 1. 3. *circa med.* Vini non perfrigidi potio.

PERFRINGO, fringis, frēgi, fractum, fringere, a. 3. (per *et* frango). Part. *Perfringens* et *Perfractus* I. 1.; *Perfringendus* II. 1. — Perfringere est omnino, vel totum frangere, confringere, affringere, διαῤῥήγνυμι (It. *spezzare, fracassare, rompere;* Fr. *briser entièrement, rompre, casser, mettre en pièces;* Hisp. *romper del todo, quebrar, desmenuzar, destrozar;* Germ. *durchbrechen, zerbrechen, zerschmettern;* Angl. *to break trough, break or dash in pieces, shiver, shatter*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 2. *Divinat.* 41. 85. Perfracto saxo, sortes erupere. *Val. Flacc.* 6. 184. perfractaque cædibus arma. *Sil. It.* 16. 412. perfracto volvitur axe Cernuus. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *ante med.* Campi, quos ingentes boves et fortissima aratra perfringunt. *Alter Plin.* 10. *Hist. nat.* 12. 14. (30). Perfringere nucem. *Virg.* 11. *Æn.* 614. perfractaque quadrupedantum Pectora pectoribus rumpunt. *Cels.* 8. 9. Tota costa perfracta. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 48. (132). Capitis ossa perfracta non queunt solidari. *Val. Flacc.* 1. 192. Pinguia letifera perfringere colla bipenni. *Seneca Herc. Fur.* 1024. In conjugem nunc clava libratur gravis, Perfregit ossa. — *Perfringere* dicitur (ut *frangere*) is ipse, cui quippiam externa vi frangitur, v. gr. crus, brachium. *Ter. Adelph.* 1. 1. 11. Et quibus nunc sollicitor rebus! ne aut ille alserit, aut uspiam ceciderit, aut perfregerit aliquid. *Liv.* 21. 36. *extr.* Jumenta prolapsa, jactandis gravius in continendo ungulis, penitus perfringebant. *Id.* 22. 20. Naves omnes, quæ non perfregerant proras litore illisas, religatas puppibus in altum extraxere. ¶ 2. Speciatim perfringi dicuntur quæ in via obstantia quis, ad viam sibi faciendam, perrumpit. *Cæs.* 1. *B. G.* 25. Pilis missis facile hostium phalangem perfregerunt: ea disjecta etc. *Tac.* 3. *Hist.* 20. Perfringere ac subruere muros. *Lucan.* 3. 343. vi portas. Cf. *Tibull.* 1. 11. 53. scissosque capillos Femina, perfractas conqueriturque fores. *Tac.* 4. *Hist.* 1. Perfringere domos. *Curt.* 5. 6. Primusque rex dolabra glaciem perfringens, iter sibi fecit. — De nubibus. *Lucret.* 6. 138. vis venti nubem perfringens impete recto. — Et absolute *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 20. (84). *de Euphrate.* Occurrit ei Taurus mons, nec resistit. Omnem vocant irrumpentem; mox ubi perfregit, Euphratem. *h. e.* frangendo perrumpit.

II.) Translate. ¶ 1. Est violare, tollere. *Cic.* 7. *Verr.* 15. 39. Ut earum rerum vi et auctoritate omnia repagula juris, pudoris et officii perfringeres. *Id.* 1. *Cat.* 7. 18. Tu non solum ad neglegendas leges ac quæstiones, verum etiam ad evertendas perfringendasque valuisti. *Id. Mil.* 32. 87. Perfringere decreta senatus. *Id. Cluent.* 6. 15. Perfregit ac prostravit omnia cupiditate ac furore. — Et pro disturbare, disjicere. *Id.* 4. *Cat.* 10. 22. Neque ulla tanta vis reperietur, quæ tantam conspirationem bonorum omnium perfringere et labefactare possit. ¶ 2. Item est superare, vincere, quasi obstantia quæque perrumpendo. *Cic. Harusp. resp.* 23. 49. Qui omnes angustias, omnes altitudines, omnium objecta tela semper vi et virtute perfregit. *Seneca Herc. Fur.* 1274. Surge, et adversa impetu perfringe solito. *Cic. Brut.* 9. 38. Suavis videri maluit, quam gravis, sed suavitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret.

PERFRĪO, as, are, a. 1. probe frio, contero. *Colum.* 12. *R. R.* 38. 5. Baccas myrti quam maturissimas legito, et perfriato ita, ne interiora semina conteras.

PERFRĪVŎLUS, a, um, adject. valde frivolus. *Vopisc. Aurelian.* 6. *extr.* Hæc video esse perfrivola.

PERFRUCTIO *vel* perfrūītĭo, ōnis, f. 3. *godimento,* ἀπόλαυσις, actus perfruendi: a particip. *fruitus, et fructus. Augustin. Quantit. anim. R. R.* 33. 5. Quæ sint gaudia, quæ perfructio summi et veri boni. *Id.* 6. *Trin.* 10. Ille ineffabilis complexus Patris et imaginis non est sine perfruitione, sine caritate, sine gaudio. MSS. hic habent *perfectione,* vel *perfunctione.*

PERFRUCTUS, a, um, *et*

PERFRŪĪTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERFRUOR, frŭĕris, fructus sum, frŭi, dep. 3. Part. *Perfruitus* est *Ambros. Hexæm.* 5. 10. Adspirantis auræ amœnitate perfruiti (*pisces*), rursus hiemis aspera declinare contendunt. — Part. *Perfruens* I. *a.*; *Perfructus* et *Perfruendus* I. *b.* — Perfrui est plane frui, diu et constanter frui, omnem fructum percipere, potiri, *godere pienamente,* ἀπολαύειν.

I.) Proprie. — *a)* Sæpissime cum Ablat. *Cic. Pis.* 20. 45. His ego rebus pascor, his delector, his perfruor. *Id.* 1. *Cat.* 10. 26. Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exsultabis? quanta in voluptate bacchabere? *et* 4. *ibid.* 6. 11. Ita mihi salva republ. vobiscum perfrui liceat. *Id. Brut.* 2. 9. Perfrui auctoritate, rerum ge-

starum gloria, sapientiæ laude. *Id.* 1. *Legg.* 21. 56. vita modica et apta virtute. *Id.* 7. *Fam.* 1. otio. *et* 5. *ibid.* 12. Ut vel auctoritate testimonii tui, vel indicio benevolentiæ, vel suavitate ingenii, vivi perfruamur. *Id. fragm.* apud *Priscian.* 10. *p.* 883. *Putsch.* Amœnitate summa perfructus est. *Id.* 2. *Fin.* 35. 118. Percontare ipse te, perpetuisne malis voluptatibus perfruens in ea tranquillitate degere etc. *Alii minus recte leg.* perfluens. — *b*) Raro cum Accus. *Lucret.* 3. 956. Omnia perfructus vitai præmia, marces? *Est qui leg.* perfunctus, *quam lectionem ipse* Lachmannus *recepit. Cic.* 1. *Off.* 8. 25. Expetuntur divitiæ quum ad usus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates.

II.) Translate. *Ovid. Heroid.* 11. 128. mandatis perfruar ipsa patris. *h. e.* exsequar. Alii leg. *mandatum persequar.* Alii totum illud distichon spurium arbitrantur.

PERFŪGA, æ, m. 1. *desertore, fuggitivo, αὐτόμολος. Festus p.* 214. 14. *Müll.* Perfugam Gallus Ælius ait, qui liber, aut servus, aut hostis sua voluntate ad hostes transierit: qui idem dicitur transfuga. Quamquam sunt, qui credant, perfugam esse, non tam qui alios fugiat, quam qui ob spem commodorum ad quempiam perfugiat. Hæc *Fest.* Differt a *transfuga*, si vim verbi spectes, quia *perfuga* est respectu eorum, ad quos confugit: *transfuga* eorum, a quibus discedit: tametsi in usu loquendi id non servatur. Dicitur autem non solum de militibus, sed etiam de aliis. *Cic. Rosc. Am.* 40. 117. Iste, qui initio proditor fuit, deinde perfuga: qui primo sociorum consilia adversariis enunciavit, deinde societatem cum ipsis adversariis coiit. *Crassus* apud *Cic. Orat.* 66. 223. Cur de perfugis nostris copias comparent contra nos? *Cæs.* 3. *B. G.* 18., *Liv.* 27. 15. *circa med.*; et *Nepos Datam.* 6. Qui ubi pro perfuga ad eos venit, etc. *fingendosi fuggitivo.* et *Cic.* 3. *Off.* 22. 86. Quum Pyrrhus populo R. bellum intulisset, perfuga ab eo venit in castra Fabricii, eique est pollicitus, etc. — Differt a *fugitivo. Liv.* 30. 43. *extr.* De perfugis gravius, quam de fugitivis consultum. *V.* FUGITIVUS.

PERFŪGĬO, fūgis, fūgi, fūgere, n. 3. est plane fugere, confugere, refugere, præsertim auxilii petendi causa, *fuggire, rifuggire, καταφεύγω.*

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic. Pis.* 36. 89. Quum concursum plorantium ac tempestatem querelarum ferre non posses, in oppidum Berœam perfugisti. *Al. leg.* profugisti. *Liv.* 1. 9. Jam Tarquinii ad Lartem Porsenam perfugerant. *Nepos Dion.* 5. Corinthum perfugit Heraclides, expulsus a Dionysio. *Tac.* 1. *Ann.* 32. Quum perfugisset ad tribunal, pedibusque Cæcinæ advolveretur. ¶ 2. Speciatim de iis dicitur, qui ad hostes transeunt: unde *perfuga. Cæs.* 3. *B. C.* 61. Ante id tempus nemo a Cæsare ad Pompejum transierat, quum pæne quotidie a Pompejo ad Cæsarem perfugerent. *Cic. Balb.* 9. 24. Qui hostes ad nostros imperatores perfugissent. *Auct. B. Afr.* 35. *extr.* Legionarii complures a Scipione in castra Cæsaris perfugerunt.

II.) Translate. *Gell.* 6. ? *ad fin.* Qui quum in culpa et in maleficio revicti sunt, perfugiunt ad fati necessitatem, et quæ pessime fecerunt, ea non suæ temeritati, sed fato esse attribuenda dicunt. *ricorrono.*

PERFŪGĬUM, ii, n. 2. locus tutus, quo in molestia, periculo calamitate perfugere contendimus, καταφυγή (It. *rifugio, ricovero, asilo*; Fr. *refuge, abri, asile*; Hisp. *refugio, abrigo, asilo*; Germ. *die Zuflucht, der Schutz, die Zufluchtstatte, d. Asyl*; Angl. *a refuge, shelter, place of safety to flyto, asylum*). *Plaut. Cas.* 3. 5. 2. Nescio, unde auxilii, præsidii, perfugii mihi, aut opum copiam comparem. *Lucret.* 5. 1186. Ergo perfugium sibi habebant omnia divis Tradere. *Cæs.* 4. *B. G.* 38. Quum propter siccitates paludum, quo se reciperent, non haberent, quo perfugio superiore anno fuerant usi. *Cic. Cluent.* 3. 7. Spes me tenet, hunc locum consessumque vestrum ejus fortunæ miseræ multumque jactatæ portum ac perfugium futurum. *Id. Rabir. perduell.* 2. 4. Nullum extremis reipubl. temporibus perfugium et præsidium salutis. *Id. Arch.* 7. 16. Hæc studia rebus adversis perfugium ac solatium præbent. *Id. Sull.* 28. 79. Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum. *Id. Rosc. Am.* 52. 150. Unum perfugium, judices, una spes reliqua est Sex. Roscio, vestra pristina bonitas et misericordia. *Sall. Jug.* 57. In Cæsare miseris perfugium, in Catone malis pernicies. *Cic. 1. Orat.* 45. 199. Senectuti vero celebrandæ et ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quam juris interpretatio? *Id.* 4. *Verr.* 41. 101. Postremo illo desperatissimo perfugio uti posset, se imprudentem fecisse. *Id.* 2. *Divinat.* 72. 150. Perfugium videtur omnium laborum et sollicitudinum esse somnus. *Id. pro leg. Manil.* 13. 39. Hiemis enim, non avaritiæ, perfugium majores nostri in sociorum atque amicorum tectis esse voluerunt. *h. e.* hiemis vitandæ, non explendæ avaritiæ causa confugerunt ad tecta etc. *Id.* 8. *Phil.* 8. 26. Hic est Campanus ager et Leontinus, quæ duo majores nostri annonæ perfugia ducebant. *Ammian.* 28. 1. Nominis ejus (*imperatoris*) perfugio tectus.

PERFULCIO, cis, si, tum, cire, a. 4. bene fulcire. *Auct. Paneg. ad Pison.* 86. Eloquio sanctum modo perfulcire senatum. *Alii leg.* permulcere. *Not. Tir.* habent *p.* 117. Perfulsit.

PERFULGĔO, ges, si, gere, n. 2. multum fulgere. *German. Arat.* 409. Nec metus ante fugit, quam pars perfulserit omnis. Habent et *Not. Tir. p.* 117.

PERFULGĔRAT, abat, impers. valde fulgurat. *Stat.* 7. *Theb.* 502. multoque latus perfulgerat ense. *Alii leg.* præfulgurat. Exhibent tamen et *Not. Tir. p.* 118.

PERFULGĬDUS, a, um, adject. valde fulgidus. *Capell.* 1. *p.* 18. Zona, quæ perfulgido resplendebat orbe.

PERFUNCTĬO, ōnis, f. 3. λειτουργία, administratio, exercitatio, actus et terminus perfungendi. *Cic.* 3. *Orat.* 2. 7. Qui ei annus primus ab honorum perfunctione aditum, omnium concessu, ad summam auctoritatem dabat. *Id.* 1. *Fin.* 15. 49. Nam neque laborum perfunctio, neque perpessio dolorum per se ipsa allicit. *Ambros. Hexæm.* 4. 5. Annua totius spatii perfunctio. *Id. ibid.* 5. 10. Novit (*piscis*) tempus perfunctionis et jactationis. *h. e.* actionis, motus, industriæ.

PERFUNCTŌRĬĒ, adverb. *languidamente, per modo di fare, πρὸς ἀφοίωσιν*, languide, remisse, neglecte, oscitanter, quum quid non serio accuratur, sed ut officio perfuncti videamur, et quantum satis sit aut ad reprehensionem vitandam, aut ad veniam emerendam. *Petron. Satyr.* 11. Me cœpit non perfunctorie verberare. *Papinian. Dig.* 29. 5. 21. *extr.* Qui non perfunctorie debitum officium impleverant. *Torrentin.* habet *defunctorie.* Adde *Augustin. Ep.* 148. *ad Valer.*

PERFUNCTŌRĬUS, a, um, adject. (perfunctus) languidus, remissus, negligens, *superficiale, trascurato, leggiero. Novell. Val.* 3. *de postul.* 2. 11. *c.* 1. § 1. Neque per calumniam, neque perfunctoria examinatione quæri.

PERFUNCTUS, a, um. *V.* PERFUNGOR.

PERFUNDO, fundis, fūdi, fūsum, fundere, a. 3 (per *et* fundo). Part. *Perfundens* II. 1. et 6; *Perfusus* I. et II. 1. 5. 7.; *Perfundendus* II. 7. — Perfundere est per omnes partes humore conspergere, madefacere, respergere, διυγραίνω (It. *spargere, gettare o versare addosso, bagnare*; Fr. *verser, répandre sur, arroser, mouiller*; Hisp. *echar, verter, derramar, regar, mojar*; Germ. *übergiessen, begiessen, benetzen, bespritzen*; Angl. *to pour or sprinkle all over, besprinkle, wet or moisten all over, wash, bathe*).

I.) Proprie. — *a*) Universim et præcipue de aqua. *Varro* 1. *R. R.* 13. 3. Cohors habeat lacum: boves enim ex arvo reducti hic bibunt, hic perfunduntur. *Virg.* 3. *G.* 445. Dulcibus idcirco fluviis pecus omne magistri Perfundunt. *Cic.* 4. *Herenn.* 9. 14. Cœpit, postquam perfusus est, defricari. *h. e.* postquam e balneo exiit. *Sueton. Aug.* 82. Perfundebatur egelida aqua, vel sole multo calefacta. *Cic.* 3. *Verr.* 26. 67. Pro se quisque manus affert: aqua denique ferventi a Rubrio ipso Philodamus perfunditur. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 90. te mulier verat, foribusque repulsum Perfundit gelida. *Cels.* 6. 6. *n.* 7. Debet per caput (*ægroti*) prius calida, tum egelida perfundi. *Ovid.* 3. *Met.* 163. Hic dea silvarum venatu fessa solebat Virgineos artus liquido perfundere rore. *Sueton. Aug.* 77. Panis perfusus aqua frigida. — *b*) De lacrimis. *Ovid. Heroid.* 11. 115. Perfundere aliquem lacrimis. *et* 5. *Fast.* 407. Perfusus lacrimis. *Liv.* 40. 12. Diu fuit silentium, quum (*Demetrium*) perfusum fletu appareret omnibus loqui non posse. *Est tamen qui aliter leg.* — *c*) De sanguine. *Virg.* 11. *Æn.* 88. Rutulo perfusi sanguine currus. *Id.* 2. *G.* 510. gaudent perfusi sanguine fratrum. *Ovid.* 7. *Met.* 396. Sanguine natorum perfunditur impius ensis. *Sil. It.* 1. 517. Horrida labentis perfunditur (*Pœnus*) arma cruore. — *d*) De unguentis et similibus. *Horat.* 1. *Od.* 5. 2. Perfusus liquidis odoribus. *Id. Epod.* 13. 9. Perfundi nardo. *Sil. It.* 11. 402. crinem Assyrio perfundere amomo. Sic *Lucret.* 2. 416. scæna perfusa croco. *Virg.* 5. *Æn.* 135. oleo perfusa juventus. Similiter *Horat.* 2. *Sat.* 4. 50. pisces perfundere olivo.

II.) Translate. ¶ 1. Ipse liquor perfundere dicitur. *Virg.* 7. *Æn.* 459. ossaque et artus Perfudit toto proruptus corpore sudor. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (41). Tot amnium fontiumque ubertas totam Italiam perfundens. Sic *Propert.* 3. 5. Nequidquam perfusa meis unguenta capillis. *Grat. Cyneg.* 54. Sive improvisus cælo perfuderit (*retia*) imber. ¶ 2. Flumina perfundere locum aliquem dicuntur, quem alluunt. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (108). Trallis alluitur Eudone amne, perfunditur Thebaide. *et* 4. *ibid.* 12. 23. (72). Insula perfunditur amne Iliso. Sic poetice *Sil. It.* 1. 158. nec qui riguo perfunditur auro Campum atque illatis Hermi flavescit arenis. ¶ 3. Pro defundere, effundere. *Colum.* 12. *R. R.* 24. 3. Sextarios musti in id vas perfundere, et rutabulo peragitare. ¶ 4. *Perfundere alicui oculum*, excutere, *buttar fuori*, apud *Ulp. Dig.* 9. 2. 5. *ad fin.* Sutor puero forma calcei cervicem ita percussit, ut oculus perfunderetur. Ita *Torrentin.* et *Haloand.* Est qui leg. *profunderetur.* ¶ 5. Sæpe est obducere, conspergere, obtegere. — *a*) De coloribus. *Virg.* 5. *Æn.* 112. ostro perfusæ vestes. *h. e.* contectæ, ornatæ, intextæ, ut *Forcellinus*, vel imbutæ, infectæ, ut recentiores interpretantur. — *b*) De iis, quæ consperguntur. *Virg.* 12. *Æn.* 611. Canitiem immundo perfusam pulvere turpans. *Curt.* 3. 5. *init.* Pulvere ac sudore simul perfusum regem invitavit liquor fluminis, ut calidum adhuc corpus ablueret. *Petron. Satyr.* 126. Perfusus pulvere multo. Similiter *Virg.* 1. *G.* 78. Lethæo perfusa papavera somno. *et Stat.* 2. *Theb.* 143. illos post verbera fessos Exceptamque hiemem cornu perfuderat omni Somnus. Poetice *Sil. It.* 3. 324. Invento Libyen (*virgo*) perfudit olivo. *h. e.* olivi usum docuit. — Huc referri possunt et poetica illa *Ovid.* 1. *Fast.* 303. perfusaque gloria fuco. *et Lucret.* 4. 924. corpus perfusum frigore leti. *et ibid.* 81. hæc intus perfusa lepore. — *Perfundere membra turbam pilarum* pro *fundere turbam pilarum per membra* dixit de pilario *Manil.* 5. 168. Ille potens turbam perfundere membra pilarum. — *c*) Sæpe est contegere, *coprire. Lucret.* 2. 821. omne genus (*al.* omnigenis) perfusa coloribus. Cf. *Petron. Satyr.* 128. Rubore manifesto perfusus. *Sil. It.* 2. 404. lorica opibus perfusa Tagi. *h. e.* auro. Sic *Id.* 16. 450. Aurifero perfusa Tago pocula. *Seneca Ep.* 115. *circa med.* Quum auro tecta perfundimus, quid aliud quam mendacio gaudemus? scimus enim. sub illo auro fœda ligna latitare. *Nemesian.* 3. *Ecl.* 28. Bacchus odorato perfusus colla capillo. *Seneca Hippol.* 394. tenere jactæ colla perfundunt comæ.

Id. Œdip. 1000. atra nube perfundit caput. *et ibid.* 553. Lugubris imos palla perfundit pedes. *Martial.* 7. 33. Dejecto quid, inepte, pedes perfundis amictu? *Arnob.* 3. 14. Dii fluidarum vestium superjectione perfusi. *h. e.* contecti, vestiti. ¶ 6. De luce est convestire, atque adeo implere, *investire, empire*: ad rem *Lucret.* 2. 147. Quam subito soleat sol ortus tempore tali Convestire sua perfundens omnia luce. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *a med.* Cubiculum hieme tepidissimum, quia plurimo sole perfunditur. *Lucan.* 7. 215. totos perfudit lumine colles. Cf. *Grat. Cyneg.* 97. Mens ignarum perfudit lumine mundum. Rursus *Lucan.* 7. 546. Quod totos errore vago perfuderat agros, Constitit hic bellum. *Stat.* 2 *Theb.* 208. *de Fama.* Nec minus Ogygias eadem dea turbida Thebas Insilit, et totis perfundit mœnia pennis. *ingombra e riempie*, spargit rumores tota urbe. ¶ 7. Refertur ad sensus et animum, et est totum corripere, imbuere. *Cic.* 2. *Fin.* 34. 114. Sensus dulcedine omni quasi perfusi. *et ibid.* 3. 6. Voluptas, quam sensus accipiens movetur, et jucunditate quadam perfunditur. *Id.* 4. *Tusc.* 9. 20. Qualis est hæc voluptas aurium, tales sunt oculorum et tactionum et odorationum et saporum: quæ sunt omnes unius generis ad perfundendum animum tamquam illiquefactæ voluptates. *Liv.* 10. 38. Erat apparatus sacri, qui perfundere religione animum posset. *Cic.* 8. *Att.* 6. Dii immortales, qui me horror perfudit! quam sum sollicitus, quidnam futurum sit! *Petron. Satyr.* 132. Secreto rubore perfundi. *Liv.* 30. 16. gaudio. *et* 2. 63. timore. *Cic.* 5. *Fin.* 24. 70. lætitia. *Catull.* 64. 330. mentem amore. *Liv.* 2. 63. Perfusi vano timore Romani. *et* 9. 16. *sub fin.* Perfusus ultimi supplicii metu. *Fronto* 1. *ad M. Cæs.* 2. Crede me tanta lætitia perfusum, ut etc. *Stat.* 3. *Theb.* 228. Mars perfusus pectora belli Tempestate. *h. e.* furore bellico plenus. *Apul.* 10. *Met.* Bilis furore perfusus. ¶ 8. Speciatim *perfundere aliquem judicio*, judicii vexationem, ceu aquam, offundere, in jus vocare, et afficere molestia sistendi se ante judicem, parandæ defensionis et causæ dicendæ. *Cic. Rosc. Am.* 29. 80. Mihi videris, Eruci, una mercede duas res asseqŭi velle: nos judicio perfundere; accusare autem eos ipsos, a quibus mercedem accepisti. Eadem ratione *aspergere alicui molestiam* dixit *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 10. ¶ 9. Item speciatim *perfundi studiis*, leviter imbui. *Seneca Ep.* 36. Perseveret perbibere liberalia studia, non illa, quibus perfundi satis est, sed hæc, quibus tingendus est animus. *et Ep.* 110. *ante med.* Si quis hanc humanorum divinorumque notitiam acceperit: si illa se non perfuderit, sed infecerit. *Translatio hic est* ab iis, quæ aqua perfunduntur, quæ licet probe madefiant, siccari brevi possunt: contra quæ inficiuntur colore aliquo, ut lana, elui amplius fere nequeunt.

PERFUNGOR, gĕris, ctus sum, gi, dep. 3. (per *et* fungor). Part. *Perfunctus* in omnibus paragr.; *Perfuncturus* 2. *d.* — Perfungi est fungi, obire, agere, vel rectius plene et usque ad finem fungi: differt a *defungor*, quia *defungimur* fere in malis, molestis, gravibus rebus, *perfungimur* sæpius in bonis (quod discrimen a *Forcellino* probatum allata infra loca minime confirmant) ἐπιτελέω (It. *fare, esercitare intieramente, compire, finire*; Fr. *achever entièrement, venir à bout de, remplir entièrement, s'acquitter de*; Hisp. *acabar, terminar, concivir, cumplir, executar plenamente*; Germ. *etwas ganz verrichten, thun, verwalten*; Angl *to go through with, discarge, execute*). ¶ 1. Stricto sensu — *a*) Cum Ablativo. *Cic. Senect.* 21. 77. Dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quedam necessitatis et gravi opere perfungimur. *Id.* 1. *Orat.* 45. 199. Quid enim est præclarius, quam honoribus et reipublicæ muneribus perfunctum senem posse dicere etc.? *Id.* 1. *Fam.* 8. Quum et honoribus amplissimis et laboribus maximis perfuncti essemus. *Id. Brut.* 2. 8. Quo tempore ætas nostra perfuncta rebus amplissimis, tamquam in portum confugere deberet. — Cum Accusativo. *Fronto ad Verum imp.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 7. Ceterum parsimonia et officiis et frugalitate onera quæstoria, ædilicia, et prætoria perfunctus est. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate, ut aliis placet, est subire, ferre, sentire et denique evadere. — *a*) Cum Ablativo sine præpos. *Cic. Mur.* 2. 4. Ut eis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur. *che noi abbiamo passato.* et *Id. Marcell.* 10. 31. Perfuncta respublica est hoc misero fataliquo bello. *Id. Dom.* 52. 134. Quos memoriæ proditum est ab ipso Hercule, perfuncto jam laboribus, sacra didicisse. *Id.* 5. *Fam.* 12. Ceteris nulla perfunctis propria molestia, casus autem alienos sine ullo dolore intuentibus, etiam ipsa misericordia est jucunda. *Liv.* 26. 17. Romani perfuncti, quod ad Capuam attinebat, cura etc. Similiter *Id.* 9. 1.; et *Gell.* 10. 18. Perfunctus fato. *morto.* et *Lucret.* 3. 968. Quæ tamen omnia te vita perfuncta sequentur. *h. e.* quum vitam, seu durationem peregerint. — *b*) Cum Ablat. et præpos. *ab. Varro* 2. *R. R.* 4. 5. Sues perfunctas esse a febri et a foria. *h. e.* a febri, qua laboraverint, liberatas esse. *Illi omitt.* a. — *c*) Cum Accusativo. *Apul.* 8. *Met.* Timorem illum satis inanem perfuncti. — Et per zeugma *Cic.* 1. *Fam.* 9. *ante med.* Ut mihi tam multa pro se perpesso atque perfuncto concederet, ut etc. *che ho sofferto e passato.* — *d*) Absolute. *Ter. Hecyr.* 4. 2. 17. nihil jam mihi istæc res voluptatis ferunt: Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum: satias jam tenet Studiorum istorum. *Cic. Cluent.* 41. 116. Judices, quod se perfunctos jam esse arbitrantur, quum de reo judicarunt, negligentius attendunt cetera. *d'aver adempito il loco impegno.* et *Dom.* 17. 44. Equidem jam perfunctus sum: explevi animos invidorum. *ho sofferto e passato la disgrazia del bando.* — Huc referri potest et illud *Brut.* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 11. Si contigerit nostris consiliis exitus, quem optamus, perfuncturus es. *Forcellinus et alii leg.* dignitate perfuncturus es. — *e*) Passive. *Cic. Sext.* 4. 10. Recito memoriam perfuncti periculi, prædicationem amplissimi beneficii, etc. ¶ 3. Latissimo sensu est perfrui. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 5. *a med.* Reminiscere, illam omnibus bonis prope perfunctam esse. *h. e.* omnia bona percepisse, habuisse. *Ovid.* 2. *Art. am.* 227. Nocte domum repetens epulis perfuncta redibit. *Apul.* 3. *Met.* Perfunctus cœna. *h. e.* qui cœnavit.

PERFŬRO, is, ere, 3. valde furere. — *a*) Neutrorum more. *Virg.* 9. *Æn.* 343. incensus et ipse Perfurit. *Lucret.* 1. 275. ita perfurit acri Cum fremitu, sævitque minaci murmure pontus. *Sil. It.* 4. 243. Perfurit Ausonius turbata per æquora ductor. *Seren. Sammon. p.* 68. *ad fin.* ed. *Ald.* Sæpius occultus victa coxendice morbus Perfurit. — *b*) Cum Accusativo. *Stat.* 4. *Theb.* 388. Eoasque domos flagrante triumpho Perfuris. *h. e.* furis per domos.

PERFŬSĔ, adverb. profuse, abunde, affluenter. *Sisenna* apud *Non. p.* 516. 31. *Merc.* Perfuse atque abunde sparsa vasa, magnum pondus auri argentique. *Lips.* leg. *profuse.* — Compar. habent *Gloss. Cyrill.* Διαχεχυμένως, perfusius.

PERFŬSĬO, ōnis, f. 3. actus perfundendi et madefaciendi. *Cels.* 4. 8. *sub fin.* Perfusio corporis multa prodest ex aqua calida. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 14. (74). Italia hordeum sine perfusione tostum in subtilem farinam molit. — In plur. num. *Id.* 23. *ibid.* 9. 82. (164). Myrtidano utuntur ad capillorum nigritiam, malarum perfusiones, purgationes lentiginum. *h. e.* tingendis fucandisque malis. *At* Sillig. *cum* Dalec. *collato* Dioscor. 1. 155. *leg.* alarum. *Inscript.* apud *Henzen.* 6041. DEO MAGNO MITHRAE PHILONIVS PHILOMVSVS EVGENIANVS DELIBVTVS SACRATISSIMIS MISTERIIS PER OIA (*h. e.* omnia) PROBATISSIMVS QVI ET ARIANIS PERFVSIONIBVS IN AETERNVM RENATVS TAVROBOLIVM CRIOBOLIVMQVE FECIT.

PERFŬSOR, ōris, m. 3. qui alium aqua perfundit. *Gloss. Cyrill.* Perfusor, περιχύτης. προσχύτης. *Inscript. Pompej.* in *Bullettin. Napolit. a.* 1843. II. *p.* 3. EVBIODR. PERFVSOR. CVM SECV.... V. *Avellino ibid. p.* 67.; et cf. *Cels.* 6. 24. et *Sueton. Aug.* 82. At *Guarinius, Continuat. de' Fast. Duumv. p.* 11., *perfusorem* hic dici putat, qui theatra odoribus perfundit.

PERFŬSŌRIĒ, adverb. occurrit translate tantum, et valet idem atque vago et ambigno sermone, non clare, nec disertis verbis, non expresse, quasi perfundendo sermonem obscuritate et tenebris. *Ulp. Dig.* 43. 24. 5. *init.* Si quis se denunciaverit opus facturum, non semper non videtur clam fecisse, si post denunciationem fecerit: debebit enim et diem, et horam denunciatione complecti, et ubi, et quod opus facturus sit: neque quidem perfusorie, aut obscure dicere, aut denunciare. *Scævola ibid.* 21. 2. 69. *a med.* Si quis in venditione statuliberum perfusorie dixerit, conditionem autem libertatis celaverit, etc. *et paullo post.* Sic et qui fundum tradiderit, et quum sciat, certam servitutem deberi, perfusorie dixerit: itinera, actus, quibus sunt, ut ita sint.

PERFŬSŌRIUS, a, um, adject. qui occurrit translate tantum. et ¶ 1. Est leviter perfundens, nec intus penetrans, *superficiale, leggiero. Seneca Ep.* 23. Hæc, quibus delectatur vulgus, tenuem habent et perfusoriam voluptatem: hoc de quo loquor, solidum est, et quod plus pateat introrsus. ¶ 2. *Perfusoria assertio* dicitur subdola vindicatio alicujus servi in libertatem, qua nempe per calumniam litis justus dominus in periculum servi amittendi adducitur: etenim quandoque servus aliquis se liberum esse asserebat, et vindicias secundum libertatem a recuperatoribus sive a judicibus postulabat. *V.* ASSERTIO et VINDICIÆ. *Sueton. Domit.* 8. Recuperatores, ne se perfusoriis assertionibus accommodarent, identidem admonuit. Est qui perperam leg. *persuasoriis. V.* PERFUNDO II. 8. et voc. præced.

PERFŬSUS, a, um. *V.* PERFUNDO.

PERGĂMĒNA, æ, f. 1. *V.* voc. seq.

PERGĂMĒNUS, a, um, adject. ad Pergamum pertinens, urbem Troadis: *V.* ONOM. — Hinc

Pergamena, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, (subaudi *charta*), Italice *pergamena, carta pecora*, est genus chartæ ex membranis bestiarum, præsertim ovium a Pergamo urbe, ubi inventum est ab Eumene rege, quum Ptolemæus rex Ægypti, orta circa bibliothecas æmulatione chartas supprimeret, ut *Plin.* 13. *Hist. nat.* 11. 21. (70). ex *Varrone* narrat. *Hieronym. Ep.* 7. *n.* 2. Chartam defuisse non puto, Ægypto ministrante commercia. Et si alicubi Ptolemæus maria clausisset, tamen rex Attalus (*Eumenis patruelis et successor*) membranas a Pergamo miserat, ut penuria chartæ pellibus pensaretur. Unde et pergamenarum nomen ad hunc usque diem, tradente sibi invicem posteritate, servatum est. *Caji Epitom. Instit.* 2. 1. § 4. Quod et de chartis et de pergamenis, si in alienis scribat, licet aureis vel argenteis litteris, similiter ejus est scriptura, cujus charta aut pergamena fuerit. *Fragm.* VIII. *sermon. antiquor.* ed. *A. Maio* in *Scriptt. vett. N. Coll. T.* 3. *P.* 2. *p.* 243. Quemadmodum artifex, qui diligenter operatur, pelles animalium, quæ dicuntur pergamena, nisi primo auferat ab eis pilum et superfluam pinguedinem carnis, vel nigrorem sanguinis et reliquam immunditiam, ut diligenter munda et limpida ea perficiat, non potest in eis lex Domini scribi. Adde *Isid.* 6. *Orig.* 11.

PERGAMĪNA, æ, f. 1. idem ac pergamena. Legitur tantum in *Not. Tir. p.* 124., quæ auctoritate omnino carent.

PERGAUDĒO, es, ere, n. 2. vehementer gaudeo. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 3. Trebonium meum a te amari, teque ab illo pergaudeo.

PERGĔNĪTUS, a, um, adject. idem fere ac genitus. *Pelagon. Veterin.* 11. *a med.* Femina in geniculis pergenita.

PERGIGNO. *V.* PROGIGNO.

PERGLISCO, is, ere, n. 3. *Colum.* 8. *R. R.*

7. 1. Gallina prima luna saginari cœpta, vigesima pergliscit. *finisce d'ingrassarsi.*

PERGNĀRUS, a, um, adject. valde gnarus. *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 554. 21. *Merc.* Ii locorum pergnari, et soliti nectere ex viminibus vasa agrestia. *Alii leg.* perignari. *Apul. de Mag.* Magia ars colendi deos ac venerandi pergnara.

PERGO, pergis, perrexi, perrectum, pergere, 3. (per *et* rego). Part. *Pergens* sub *B.* I. *a.*; *Perrectus* sub *A.* 2.; *Perrecturus* sub *B.* II. 1. — Pergere

A) Active ¶ 1. Generatim significat iter, vel aliud quippiam cœptum continuare, prosequi, perseverare (It. *seguitare, continuare, proseguire*; Fr. *continuer, poursuivre*; Hisp. *continuar, proseguir*; Germ. *fortsetzen, mit etwas fortfahren*; Angl. *to go on forward, advance, continue on his way, follow up, prosecute, pursue*). Occurrit — *a)* Cum Accusativo. *Pergere iter*, ellipsis est, ait *Forcellinus*, pro iter ire, vel facere pergere. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 119. Pergam, quo cœpi, hoc iter. *Sall. Jug.* 81. Duo fratres maturavere iter pergere. *Auct. B. Afr.* 69. Quum Cæsar iter cœptum pergere cœpisset. Adde *Tac. A. Ann.* 20. et 15. *ibid.* 27. — *b)* Cum Infinito. *Ennius* apud *Non. p.* 223. 34., *p.* 466. 27. et *p.* 504. 6. *Merc.* Heu me miseram! interii: pergunt lavere sanguen sanguine. *Lucret.* 1. 930. arctis Religionum animum nodis exsolvere pergo. *Codices plerique habent* porgo, *quod antiquum videtur, ut* vorto *pro* verto. *Cic.* 2. *Orat.* 71. 290. Censeo, ut satis diu te putes requiesse, et iter reliquum conficere pergas. *Id.* 11. *Att.* 7. *a med.* Hæc tu perge, ut facis, mitigare, et probari quamplurimis. *Id. Cœcin.* 21. 59. Perge porro hoc idem interdictum sequi. *Seneca Hippol.* 882. Silere pergit. *Liv.* 32. 6. Ad hostem ducere pergit. *Q. Cic. Petit. cons.* 14. 55. Quare etiam atque etiam perge tenere istam viam. *Cic.* 3. *Herenn.* 1. 1. Nos proficisci ad instituta pergemus. — Similiter *Ter. Adelph.* 2. 1. 27. si molestus esse pergis, jam intro abripiere. — *Pergin'* comicum est, et increpantis. *Ter. Eun.* 5. 1. 1. Pergin', scelesta, mecum perplexe loqui? *h. e.* non cessas? *Plaut. Amph.* 1. 1. 193. Pergin argutarier? — Joculariter *Plaut. Pseud.* 5. 1. 4. et *Pœn.* 1. 3. 24. Pergitin' pergere? *seguitate voi ad andare innanzi?* ¶ 2. Perregere dicebant expergefacere. Ita *Paul. Diac. p.* 215. 3. *Müll.* ex conjectura *Gesneri*; *Scaliger.* et *Müllerus* leg. *Pergere*; alii *Peregere. Apul.* 2. *Met.* Perrectis oculis et obarmatis ad vigilias. *h. e.* experrectis. *Alii leg.* perfrictis. ¶ 3. Item specialim est vehementer movere, atque adeo aggredi. *Tac.* 1. *Ann.* 28. Prospere cessura, quæ pergeret, si etc. *h. e.* quæ aggrederentur.

B) Neutrorum more, est recta ire, vadere, tendere, contendere, πορεύομαι (It. *andare*; Fr. *aller, marcher, s'acheminer, se diriger, se rendre quelque part*; Hisp. *ir, andar, encaminarse*; Germ. *gehen, kommen, reisen*; Angl. *to go, proceed, come*).

I.) Proprie. — *a)* Cum addito, quo quis pergit. *Ter. Hecyr.* 3. 4. 36. Horsum pergunt. *Id. Eun.* 2. 1. 22. Quis hic est, qui huc pergit? *Sall. Jug.* 51. Non longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat. *Cæs.* 3. *B. G.* 18. *extr.* Læti, ut explorata victoria, ad castra pergunt. *Sil. It.* 7. 171. ad litora pergens. *Sall. Jug.* 45. Priusquam domum pergerent. *et ibid.* 77. Modo adversus hostes, modo in solitudines pergere. *Liv.* 3. 6. Pergit inde (*hostis*) infestus in agros Romanos. *Justin.* 5. 3. 9. Igitur Alcibiades in bellum adversus Lacedæmonios pergit. — Similiter *Ter. Adelph.* 4. 2. 47. Sed cesso ad eum pergere? *Cic. Planc.* 41. 98. Quum tamen abessent aliquot dierum viam, in Macedoniam ad Planciumque perrexi. *Id.* 4. *Herenn.* 51. 64. Frater venit ex Saterno: ego illi obviam pergam. — *b)* Cum Supino. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 154. Nunc, quod occepi, obsonatum pergam. — *c)* Cum addito qua quis pergit, vel absolute. *Cic.* 1. *Divinat.* 54. 123. Eadem, qua ceteri, fugere noluit: quibus quærentibus, cur non eadem via pergeret, deterreri se a deo dixit. *Seneca Med.* 974. Perge tu mecum comes. *Id. Thyest.* 490. Perge non dubio gradu. — Poetice de inanimis. *Lucret.* 6. 324. Et celeri ferme pergunt sic fulmina lapsu. *At* Lachmannus *leg.* percurrunt fulmina. — *d)* Passive impersonaliter. *Cæcilius* apud *Non. p.* 513. 3. *Merc.* Ad plebem pergitur: publicitus defendendum est. — *e)* Cum Infinito. *Ter. Phorm.* 1. 4. 47. domum ire pergam. *et ibid.* 5. 6. 26. Eumque nunc esse (*ait*) intus cum illis; hoc ubi ego audivi, ad fores Suspenso gradu placide ire perrexi. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 1. 1. Nullam moram interponendam putavimus, quin videremus hominem: itaque confestim ad eum ire perreximus. *h. e.* ire contendimus. *Virg.* 6. *Æn.* 198. Observans quæ signa ferant, quo tendere pergant. *Cic.* 15. *Fam.* 4. *med.* Tum id, quod jam ante statueram, vehementer interesse utriusque principiæ pacare Amanum et perpetuum hostem ex eo monte tollere, agere perrexi. — *f)* Et tacito Infinito. *Liv.* 2. 40. De his videris: quos, si pergis, aut immatura mors aut longa servitus manet. *h. e.* si ita agere pergis.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Cic. Brut.* 43. 158. Pergamus ergo ad reliqua, et institutum ordinem persequamur. *passiamo.* et 5. *Tusc.* 5. 13. Ut ad eas (*virtutes*) cursim perrectura beata vita videatur. — Passive. *Macrob.* 7. *Saturn.* 16. *ante med.* Non potest ad similitudinem pergi rei, quæ necdum est. ¶ 2. Speciatim de oratione. — *a)* Cum Infinito. *Cic. Partit. orat.* 8. 28. Perge igitur ordine quatuor mihi istas partes explicare. *h. e.* aggredere explicare. — *b)* Sæpius tacito Infinito. *Cic.* 5. *Verr.* 20. 51. Pergam, atque insequar longius. *h. e.* pergam dicere. Sic *Id.* 2. *Legg.* 27. 69. QVINTVS. Perge cetera. MARIVS. Pergam equidem, et quoniam etc. *Id. Brut.* 74. 258. Sed perge, Pomponi, de Cæsare, et redde quæ restant. *h. e.* perge narrare. *Id.* 13. *Phil.* 19. 40. Pergit in mea maledicta, quasi vero ei pulcherrime priora processerint, *h. e.* pergit effundi. ¶ 3. *Virg.* 6. *Ecl.* 13. Pergite, Pierides. *h. e.* agite: vos hortantis.

PERGRĀCĬLIS, e, adject. valde gracilis. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 101. (159). Longiore caule, sed pergracili.

PERGRÆCOR, āris, ari, dep. 1. ἑλληνίζω, est Græcorum more intemperantius bibere, epulis et potationibus inservire. *Plaut. Most.* 1. 1. 21. Dies noctesque bibite, pregræcamini. *Titinius* apud *Paul. Diac. p.* 215. 5. *Müll.* Nunc ruri pergræcatur.

PERGRANDESCO, is, ere, n. 3. grandis fio. *Accius* apud *Non. p.* 115. 9. *Merc.* Fruges prohibet pergrandescere.

PERGRANDIS, e, adject. valde grandis. *Cic.* 6. *Verr.* 27. 26. Vas vinarium ex una gemma pergrandi. *Id.* 1. *leg. Agr.* 4. 10. Agris publicis pergrande vectigal imponere. *Plaut. Pers.* 4. 3. 23. Pergrande lucrum facere. *Liv.* 29. 29. Regnum ad fratrem regis pergrandem natu pervenit.

PERGRĂPHĬCUS, a, um, adject. idem ac graphicus, idest ad unguem factus, absolutus, quasi pictoris manu expolitus. *Plaut. Trin.* 5. 2. 15. Nimis pergraphicus sycophanta.

PERGRĀTUS, a, um, adject. valde gratus. *Cic. Amic.* 4. 16. Pergratum mihi feceris, si etc. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 1. 6. Litteræ tuæ pergratæ fuerunt. *et ibid.* 4. Id mihi pergratum, perque jucundum erit. — Elegans est tmesis in illo 1. *Att.* 20. *sub fin.* Per mihi, per, inquam, gratum feceris. *V.* PER.

PERGRĂVIS, e, adject. valde gravis. *Cic. Sext.* 50. 107. Hujus oratio et pergravis, et grata contioni fuit. *Id. Cœl.* 26. 63. Testes pergraves. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 12. Levia sunt hæc, quæ tu pergravia esse in animum induxti tuum.

PERGRĂVĬTER, adverb. admodum graviter. *Cic.* 1. *Att.* 10. Pergraviter illum esse offensum. *Id.* 1. *Orat.* 53. 227. reprehendere aliquem.

PERGŬLA, æ, f. 1. est pars domus exporrecta et propendens, seu locus apertus, extra parietem porrectus, et modo tectus, modo sub dio positus: a *pergo*, ut *regula* a *rego*, quia extra parietem pergit, seu porrigitur. προβολή, *pergolo, ringhiera, ballatojo, poggiuolo, loggetta, sporto.* ¶ 1. Generatim. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 3. 6. (8). M. Fulvius argentarius cum corona rosacea interdiu e pergula sua in forum prospexisse dictus, ex auctoritate senatus in carcerem abductus est. ¶ 2. Pictores in pergulis sua opera proponebant. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (84). *de Apelle.* Perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque ipse post tabulam latens, vitia, quæ notarentur, auscultabat. *Lucilius* apud *Lactant.* 1. 22. Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta. ¶ 3. Res quoque venales ibi proponebantur. *Ulp. Dig.* 5. 1. 19. *a med.* Tabernulam, pergulam, horreum, armarium, seu officinam conducens. ¶ 4. In pergulis mathematici artem suam profitebantur, præceptores erudiebant discipulos. *Sueton. Aug.* 94. *sub fin.* Theogenis mathematici pergulam, comite Agrippa, ascenderat. *Id. Gramm.* 18. Initio circa scænam versatus est, deinde in pergula docuit. *Vopisc. Saturn.* 10. *extr.* Romæ frequentaverat pergulas magistrales. *Juvenal.* 11. 137. Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis Pergula. *h. e.* omnes, qui structoriam artem docent in pergula, aut discunt. ¶ 5. Ponitur et pro cœnaculo, vel casa, tugurio. *Petron. fragm. Trugur.* 74. *Burmann.* Hic, qui in pergula natus est, ædes non somniat. *h. e.* qui pauper est. *Auson. epist.* 4. 6. Vilis arundineis cubibet quem pergula tectis. ¶ 6. Et pro cella meretricum, ubi prostabant. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 78. Si mihi non jam huc culleis oleum deportatum erit te ipsum culleo ego cras faciam ut deportere in pergulam. *et* 92. Cras, Phœnicium, phœnicio corio invises pergulam. ¶ 7. In vineis est ramorum porrecta dispositio in modum pergulæ. *Colum.* 4. *R. R.* 21. 2. Illa enim pergulæ magis, quam vineæ figuram obtinet, quæ supra hunc modum (*h. e. supra octo palmites*) materiis distenditur. *Id.* 11. *ibid.* 2. 32. Si quæ pergulæ vitium generosarum a putatoribus relictæ sunt, utique deputari debent. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (11). Una vitis Romæ in Liviæ porticibus subdiales inambulationes umbrosis pergulis opacat. *V. pergulæ* descriptionem in VITEUS ad fin.

PERGŬLĀNA, æ, f. 1. genus est vitis, quam nuper sibi cognitam esse ait *Colum.* 3. *R. R.* 2. 28. ita fortasse dicta, quod in modum pergulæ ejus palmites disponebantur. — *Pergulana* videtur esse, quam Itali nunc *pergola* et *pergolese* appellant.

PERHAURĬO, ris, si, sum, rire, a. 4. Part. *Perhaustus.* — Perhaurire est idem atque exhaurire. *Tertull.* 1. *ad Nation.* 15. *extr.* Infantem totum præcoquunm perhauritis. *Apul.* 10. *Met.* Calicem uno haustu perhausi. *Sever. Ætn.* 420. mille perhaustis Ignibus instaurat vires. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 34. Auribus perhaurienda sunt. *V.* PERAUDIENDUS.

PERHAUSTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PERHĪBĔO, bes, bŭi, bitum, bere, a. 2. (per *et* habeo). *Perhiberier* paragoge pro *perhiberi* est apud *Plaut.* sub 2. in fin. — Part. *Perhibitus* 1. *b.*; *Perhibendus* 2. in fin. — Perhibere ¶ 1. Generatim est exhibere, præbere, (It. *esibire, dare*; Fr. *fournir, donner, présenter*; Hisp. *fornir, dar, presentar, ofrecer*; Germ. *hinhalten, verwenden, zuwenden, gewähren, beilegen, geben, ertheilen*; Angl. *to exhibite, give*). Occurrit. — *a)* Universim et est exhibere, præbere. *Cato* apud *Gell.* 3. 7. Sæpe post illa operam reipublicæ fortem atque strenuam perhibuit. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 49. Cur ego vestem, aurum, atque ea, quibus est vobis usus, perhibeo? *Alii leg.* præhibeo. *Id. Merc.* 3. 1. 46. Oravit, ut apud me perhiberem sibi locum. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 25. 26. (93). Idem magnanimitatis perhibuit exemplum, cui comparari non possit aliud. *Alii leg.* præhibuit. — *b)* Spectatim pro tribuere, *attribuire. Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 39. (138). Magnam auctoritatem huic animali perhibet Nigidius, majorem magi. *Id.* 31. *ibid.* 7. 39. (80). Cui jampridem palma a plerisque

medicis inter omnia salis genera perhibetur. *Id.* 25. *ibid.* 8. 55. (101). Morsibus imponitur vettonica præcipue, cui tanta vis perhibetur, ut etc. *Id.* 18. *ibid.* 11. 26. (104). Quum ponderosissimo cuique tritico præcipua salubritas perhibita sit. — *c) Perhibere alicui gratias* est *aver obbligo verso qualcheduno. Apul.* 6. *Met.* Si me domum perveneris incolumem, quas tibi gratias perhibebo? quos honores habebo? — *d) Perhibere honorem* est habere. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 19. (59). Virgilio quoque confesso, quam sit difficile verborum honorem tam parvis perhibere. *et* 29. *ibid.* 1. 9. (29). Ordiemur autem a confessis, hoc est lanis ovisque, obiter ut rebus præcipuis honos in primis perhibeatur. — *e) Perhibere se,* offerre se. *Quintil.* 1. 1. 12. A Græco sermone puerum incipere malo, quia Latinus, qui pluribus in usu est, vel nobis nolentibus se perhibet. *Al. rectius leg.* præbet. — *f) Perhibere aliquem,* offerre, exhibere, sistere, *presentare. Cic.* 1. *Att.* 1. *a med.* In causa hominum amplissimorum, qui sine eo, quem Cæcilius suo nomine perhiberet, facile causam communem sustinerent, etc. — *g) Perhibere testimonium,* dare, ferre, *far testimonianza. Varro* 2. *R. R.* 5. 1. Veni mi advocatus, dum asses solvo Palilibus, si postea a me repetant, ut testimonium perhibere possis. Adde *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (112). *et ibid.* 38. 39. (127).; et *Colum.* 3. *R. R.* 9. 6. — *h) Perhibere verba,* habere, adhibere. *Plaut. Asin.* 1. 3. 36. Si ecastor nunc habeas, quod des, alia verba perbibeas. *useresti altre parole,* aliud diceres. *Alii et ipse* Fleckeisen. *legunt* præbeas. *Id. Rud.* 1. 2. 50. Ut verba perhibes, me periisse prædicas. *Et hic alii leg.* præbes. ¶ 2. Speciatim sæpissime absolute ponitur. — *a)* Pro dicere, affirmare, prædicare, *dire, affermare,* καταφημι. — Absolute. *Plaut. Cist.* 1. 1. 68. Quod neque ego habeo, neque quisquam, ut perhibent viri. *Cic. Ligar.* 8. 24. Prohibiti estis in provincia vestra pedem ponere, et prohibiti, ut perhibetis, summa cum injuria. *Virg.* 1. *G.* 247. Illic, ut perhibent, aut intempesta silet nox, etc. *Id.* 8. *Æn.* 135. Electra, ut Graji perhibent, Atlantide cretus. — Cum Infinito. *Pacuvius* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 23. 36. Fortunam insanam esse et cæcam et brutam perhibent philosophi. *Virg.* 4. *G.* 507. Septem illum totos perhibent ex ordine menses Flevisse. *Catull.* 64. 76. Nam perhibent, olim crudeli peste coactam Androgeoneæ pœnas exsolvere cædis. *h. e.* exsolvisse. — Et cum Accus., tacito Infinito. *Virg.* 4. *G.* 323. Si modo, quem perhibes, pater est Thymbræus Apollo. — Passive. *Plaut. Stich.* 1. 1. 25. Montes, qui esse aurei perhibentur. *Cic.* 1. *Tusc.* 12. 28. Tyndaridæ fratres, qui non modo adjutores in prœliis victoriæ populi Romani, sed etiam nuncii fuisse perhibentur. *Colum.* 3. *R. R.* 8. 3. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. *Cic.* 5. *Fam.* 12. *a med.* Nec minus est Spartiates Agesilaus ille perhibendus. *h. e.* dicendus, commemorandus. — *b)* Haud raro usurpatur pro nominare, appellare, *nominare, chiamare.* — *α)* Active *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. et apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 530. Est locus, Hesperiam quam mortales perhibebant. *Pacuvius* apud *Cic.* 2. *Nat. D.* 36. 91. Hoc, quod memoro, nostri cælum Graii perhibent æthera. *Cic. ibid.* 42. 109. Quem claro perhibent Ophiuchum nomine Graii. *Id.* 2. *Divinat.* 5. 12. Est quidam Græcus vulgaris in banc sententiam versus: Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum. — *β)* Passive. *Ennius* apud *Festum* p. 325. 24. *Müll.* Nec quisquam sophiam, sapientia quæ perhibetur, In somnis vidit, prius quam etc. *Ter. Adelph.* 3. 5. 58. Vos æquo animo æqua noscere oportet, si vos vultis perhiberi probos. *Plaut. fragm.* apud *Gell.* 7. 7. Sane ego me volo fortem perhiberier virum. *paragoge.* et *Trin.* 3. 2. 66. Quis me improbior perhibeatur esse?

PĔRHĪBĬTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PĔRHĪBĔMO, as, are, n. 1. hiemo, hiemem totam transigo. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 4. Sub initium sulcos vacuos perhiemare patiemur.

PĔRHĪLUM, adverb. *assai poco,* perpaullum. *Lucret.* 6. 576. Hac igitur ratione vacillant omnia tecta, Summa magis mediis, media imis, ima perbilum.

PĔRHŌNESTUS, a, um, ādject. valde honestus. *Arnob.* 2. 49. Sint licet perhonesti, fuerintque laudabiles.

PĔRHŌNŌRĬFĬCĒ, adverb. πολυτίμως, valde honorifice. *Cic.* 14. *Att.* 12. Hic perhonorifice, et amice Octavius, quem quidem sui Cæsarem salutabant.

PĔRHŌNŌRĬFĬCUS, a, um, adject. πολυτίμος, valde honorificus. ¶ 1. Est qui honore plenus est. *Cic.* 2. *Att.* 18. Consalutatio forensis perhonorifica. *Id. Prov. cons.* 19. 45. Est ipsi mihi omnino perhonorificum, discessum meum funus dici reipublicæ. ¶ 2. Item qui maximum alicui tribuit honorem, qui eum maxime reveretur eidemque obsequitur. *Cic.* 1. *Att.* 13. Collega et in me perhonorificus, et partium studiosus.

PĔRHORRENDUS, a, um, adject. valde horrendus. *Cyprian. de laud. Martyr. a med.* Eructuantibus flammis (*gehenna*) perhorrenda.

PĔRHORRĔO, es, ere, 2. valde horreo, horridus fio. Cum Accusativo *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 2. 9. Deinde illi nos horum tela atque aciem perhorrebimus. *V.* voc. seq. 2.

PĔRHORRESCO, rescis, rŭi, rescere, inchoat. 3. ¶ 1. Neutrorum more *perhorresco* est idem ac valde horreo, horridus fio. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 13. 41. Non solum commoveor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. *tremo tutto. Id. Pis.* 20. 45. Nemo est qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa consulatus vestri perhorrescat. *Ovid.* 6. *Met.* 704. quorum (*ventorum*) jactatibus omnis Aflata est tellus, latumque perhorruit æquor. *s'increspò, si turbò.* et 13. *ibid.* 876. Tantaque vox, quantam Cyclops iratus habere Debuit, illa fuit: clamore perhorruit Ætne. *si scosse.* ¶ 2. Active, seu cum Accusativo est valde metuo, pertimesco, *temere tremando. Cic.* 6. *Verr.* 35. 78. Hanc tu tantam religionem si tum in imperio non pertimescebas, ne nunc quidem in tanto tuo periculo perhorrescis? *Id.* 4. *Cat.* 6. 12. Fugam virginum atque puerorum, ac vexationem virginum Vestalium perhorresco. *Id.* 13. *Phil.* 15. 31. Lupercorum mentionem facere audet? neque illius diei memoriam perhorrescit, quo ausus est etc. *Id.* 9. *Att.* 10. Genus belli crudelissimi et maximi perhorrui. *Id.* 13. *ibid.* 25. Sed quid est tandem, quod perhorrescas, quia tuo periculo jubeam libros dare Varroni? *Horat.* 2. *Od.* 13. 15. navita Bosporum Pœnus perhorrescit. *Ovid.* 5. *Trist.* 9. 15. Quumque perhorruerit vasus pars maxima (*hominum*) nostros, etc. — Pleonasmus est in illo *Cic.* 5. *Fin.* 11. 31. Dissentionem naturæ tam valde perhorrescere.

PĔRHORRĬDUS, a, um, adject. valde horridus. *Liv.* 22. 16. Pœnus contra intra Formiana saxa ac Literni arenas, stagnaque perhorrida situ hibernaturus esset.

PĔRHOSPĬTĀLIS, e, adject. valde hospitalis. *Cic.* 6. *Verr.* 2. 3. Hujus domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certe, et nostris hominibus apertissima, maximeque perhospitalis. *Plerœque optim. editiones et ipse* Orell. *habent* hospitalis.

PĔRHOSPĬTUS, a, um, adject. perhospitalis. *Tibull.* 4. 1. 141. aut rapidus, Cyri dementia, Gyndes, Ardet Arecteis aut unda perhospita campis. *Alii rectius leg.* Gyndes Radit Arecteos haud una per ostia campos. *h. e.* Gyndes fluvius a Cyro in CCCLX. canaliculos divisus alluit campos Arecteos circa Babylonem. Tantæ molitionis causam satis ridiculam affert *Herodot. l.* 1. *c.* 189.

PĔRHŪMĀNĪTER, adverb. valde humaniter. *Cic.* 7. *Fam.* 8. Scripsit ad me Cæsar perhumaniter.

PĔRHŪMĀNUS, a, um, adject. admodum humanus. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 6. Multumque is mecum sermonem habuit, et perhumanum. *Id.* 16. *Att.* 12. Epistola perhumana.

PĔRHŪMĬLIS, e, adject. valde humilis. *Ammian.* 16. 10. § 10. Corpus perhumile curvabat portas ingrediens celsas.

PĔRĬAMBUS, i. m. 2. pes duabus syllabis brevibus constans. *Quintil.* 9. 4. 80. Spondeus constat longis duabus, pyrrhichius, quem alii periambum vocant, brevibus. *At* Spalding. *leg.* pariambum, *quam voc.* V.

PĔRĬBŎĒTOS, i, m. et f. adject. περιβόητος, celebratus. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (69). Praxiteles fecit et Satyrum, quem Græci periboeton cognominant.

PĔRĪBŎLUM, i. n. 2. περίβολον, sæptum, ambitus. *V.* CHALCIDICUS.

PĔRĪBŎLUS, i, m. 2. περίβολος, ambitus, ambulacrum. *Vulgat. interpr. Ezech.* 42. 7. Et peribolus exterior secundum gazophilacia. Adde *ibid.* 10. et 1. *Machab.* 14. 48.

PĔRĪCARPUM, i, n. 2. περίκαρπον, bulbi genus, cujus duæ species: cortice rubro alterum, alterum nigro papaveri simile: sed vis major, quam priori: utrique autem excalfaciendo. Hæc *Plin.* 25. *Hist. nat.* 10. 82. (131). Ita porro est appellatum, quia ejus fructus undique cingit et ambit: a περί *circum* et καρπός *fructus.*

PĔRĪCHRĪSTĂRĬON, ii, n. 2. collyrii nomen, ita appellatum, quia oculis illinitur: a περιχριστος *circumlitus. Marcell. Empir.* 8. *ante med.* Est hujusmodi medicamentum, quod perichristarion vocant Græci, quo ita uti oportet, ut palpebræ subtiliter inde superlinantur, ne quid intra oculum fluat.

PĔRĪCHȳTĒ, es, f. 1 περιχυτή, circumfusio: a περί *circum* et χέω *fundo.* Proprie est colluctatio, lucta, qua corpora athletarum circumplicantur. *Imp. Justinian. Cod.* 3. 43. 3. Ordinet quinque ludos, monobolon, contomonobolon, Quintanum contacem sine fibula, et perichyten, et hippicen, quibus sine dolo atque callidis machinationibus ludere permittimus.

PĔRĪCLĪTĀBUNDUS, a, um, adject. periclitans, experiens, tentabundus. — *a)* Cum Genitivo. *Apul.* 3. *Met.* Jam sui periclitabunda, paullatim terra resultat, mox in altum sublimata totis alis evolat. *Id.* 4. *ibid.* Depromit unam de pharetra sagittam, et puncto pollicis extremam aciem periclitabunda, etc. — *b)* Cum Accusativo. *Id. de Mag.* Voluntatem meam periclitabundus.

PĔRĪCLĪTANS, antis. *V.* PERICLITOR.

PĔRĪCLĪTĀTĬO, ōnis, f. 3. *esperienza,* κινδυνευμα, experimentum, usus. *Cic.* 2. *Nat. D.* 64. 161. Quarum utilitatem longinqui temporis usu et periclitatione percepimus. Cf. *Non. p.* 219. 21. *Merc.*

PĔRĪCLĪTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PĔRĪCLĪTOR, āris, ātus sum, āri, dep. 1. (periculum). Part. *Periclitans* sub *B.* 3.; *Periclitatus* dep. neutr. sub *B.* I. 2. et 3.; *Periclitatus* passive sub *A.* 1.; *Periclitandus* sub *A.* 1. et 2. — Periclitari

A) Active. ¶ 1. Generatim est periculum facere, experiri, tentare, κινδυνευω (It. *fare esperienza, esperimentare, provare, tentare;* Fr. *essayer, faire un essai;* Hisp. *ensayar, probar, hacer ensay;* Germ. *etwas versuchen, probiren, prüfen, auf die Probe stellen;* Angl. *to try, prove, make experiment or trial of, essay*). — *a)* Cum Accusativo. *Plaut. Amph.* 3. 2. 33. Periclitatus sum animum tuum, quid faceres, et quo pacto etc. *Sisenna* apud *Non. p.* 364. 6. *Merc.* Periclitantur tormenta ac tela multaque genera machinamentorum. *Id. ibid. p.* 297. 2. Funes expediunt, claustra foribus imposita periclitantur. *Cic.* 7. *Verr.* 50. 132. Homines in prœliis belli fortunam tentare ac periclitari solent. *Sed* tentare *manifestum est gloss. v.* periclitari. *Id. Quinct.* 31. 96. Omnia circumspexit Quinctius, omnia periclitatus est. *Liv.* 6. 15. Quum (*dictator*) satis periclitatus voluntates hominum, discedere senatum ab se vetuisset. *Solin.* 19. Periclitari fidem alicujus. *h. e.* experiri, an verum dicat. *Claud. Mamert.* 2. *Stat. an.* 10. *ad fin.* Porro magnum aliquod e socordi turba periculum periclitabere. — *b)* Passive. *Liv.* 1. 42. Tullius haud dubius rex, seu patrum, seu plebis animus periclitaretur. *h. e.* tentaretur. Ita in edit.

anni 1470. 1482. *et Ald.* 1518. *et quibusd. MSS.* Alii leg. *animos. Cic.* 2. *Divinat.* 46. 97. In periclitandis experiendisque pueris. *Id.* 1. *Orat.* 34. 157. Subeundus usus omnium, et periclitandæ vires ingenii. *Gell.* 13. 8. Exerceri in rebus comminus noscendis periclitandisque. — *Cic. Amic.* 17. 63. Aliqua parte periclitatis moribus amicorum. ¶ 2. Speciatim est in discrimen vocare, *mettere a pericolo. Cic.* 1. *Cat.* 5. 11. Non est sæpius in uno homine summa salus periclitanda reipublicæ.

B) Neutrorum more.

I.) Proprie ¶ 1. Idem significat, quod active, scil. periculum facere, experiri. *Cæs.* 2. *B. G.* 8. Quotidie equestribus prœliis, quid hostis virtute posset, et quid nostri auderent, periclitabatur. *et* 7. *ibid.* 36. Quin equestri prœlio, quid in quoque esset animi ac virtutis suorum, periclitaretur. *At* Dinter. *legit* perspiceretur. Sic *Auct. B. Alex.* 13. In portu periclitati remigio, quid quæque earum (*navium*) efficere posset etc. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 18. Periclitari volui, si possem Lepidum tueri. ¶ 2. Est etiam, sed raro, periculum audacter subire, *arditamente arrischiare. Tac. Germ.* 40. Plurimis ac valentissimis nationibus cincti, non per obsequium, sed prœliis et periclitando tuti sunt. Cf. *Quintil.* 11. 1. 32. In juvenibus etiam uberiora paullo et pæne periclitantia feruntur. *troppo arrischiate.* ¶ 3. Sæpissime est discrimen subire, in periculo versari, *pericolare, arrischiare, andare a rischio, essere in pericolo.* — *a*) Absolute. *Petron. Satyr.* 96. Periclitanti succurrere. *et* 110. Periclitantium advocatus. *Quintil.* 6. 1. 21. Periclitantem commendat dignitas, et studia fortia, et susceptæ bello cicatrices, etc. *Tac.* 1. *Ann.* 39. Neque aliud periclitanti subsidium, quam castra primæ legionis. *Cæs.* 6. *B. G.* 34. Ut potius in silvis Gallorum vita, quam legionarius miles periclitetur. *Augustus* apud *Sueton. Aug.* 21. *ad fin.* Ne de summa imperii populus R. periclitetur. — *b*) Cum Ablativo. *Martial.* 6. 26. Periclitari capite. *h. e.* reum esse capitis. *Quintil. Declam.* 3. 1. vita. *andar a rischio di perder la vita. et* 7. 2. causa. *di perder la causa. et Liv.* 40. 15. *a med.* fama ingenii. *Cels.* 5. 26. *n.* 24. Quod nimis adstrictum est, cancro periclitatur. *d'incancherire. et Justin.* 37. 3. 7. veneno. *di morir di veleno. et Plin.* 20. *Hist. nat.* 15. 59. (165). paralysi. *di diventar paralitico. et* 30. *ibid.* 13. 39. (114). Ulcera, quæ vermibus periclitantur. *di farsi verminose. et* 17. *ibid.* 24. 37. (217). Nec infirmissimæ arbores gelu periclitantur, sed maximæ. *di morir pel freddo. et* 32. *ibid.* 5. 19. (54). Pavore potus periclitantes ex canis rabiosi morsibus. ὑδροφόβοι: laborantes hydrophobia. *Liv.* 38. 25. Ut tererent tempus, donec res suas, cum quibus periclitari nolebant, trans flumen trajicerent. *insieme con le quali non volevano mettersi nel cimento della battaglia.* Alii omitt. *cum.* — *c*) Cum Genit. *Apul.* 8. *Met.* Hic ego me potissimum capitis periclitatum memini. — *d*) Cum Infinito. *Petron. Satyr.* 140. Periclitabatur totam pæne tragœdiam evertere. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 11. 69. (112). Omnia, quæ periclitantur secari, argemonia discutit. *Id.* 7. *ibid.* 44. 45. (146). Periclitatus Metellus Macedonicus funus tantum ac tale perdere. *Quintil.* 11. 3. 42. Ima vox vim non habet, summa rumpi periclitatur. Adde *Plin. Paneg.* 84.; et *Tryphonin. Dig.* 42. 1. 50.

II.) Translate. *Quintil.* 7. 3. 17. Optima est illa media via, qua utitur Cicero pro Cæcina, ut res proponatur, verba non periclitentur. *h. e.* non incidant in periculum prodendi causam. *V.* et allum *ejusd. Quintil.* locum allatum sub *B.* I. 2.

PĔRĪCLŸMĒNOS *et* periclymenus, i, m. 2. περιπλύμενος, herba fruticans, ex intervallo duo folia habens subcandida, mollia, in cacumine autem semen inter folia durum, et quod difficile vellatur. Nascitur in arvis ac sæpibus, convolvens se adminiculis quibuscumque. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 94. 120). Hæc eadem *clymenus* etiam dicitur, quam vocem V. *Marcell. Empir.* c. 23. *sub init. p.* 119. ed. *Ald.* Periclymeni, quam silvæ matrem vocamus, drachma etc. V. *Cavedoni* in *Bullett. dell' Instit. archeol. a.* 1845. p. 32.

PĔRĪCŌPĒ, es, f. 1. *ritaglio*, περικοπή, resegmen: a περί *circum* et κόπτω *cædo*. Translate. *Hieronym.* in *Ioel.* 2. Junctam et cohærentem sibi pericopen dividere nolui. *h. e.* S. Scripturæ partem, seu ῥῆσιν.

PĔRĪCŪLĀTUS sum, *Cato* ait in ea oratione quam scripsit ad (*fortasse* ob) lites censorias. *Festus p.* 242. 34. *Müll.* Est ab inusit. *periculor.* — Verb. *periculor* legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Periclitor, periculor, κινδυνεύω.

PĔRĪCŪLO, ōnis, m. 3. videtur significare eum, qui aliquid experitur. *Commodian.* 12. 11. Bacchantur et illi, qualia nunc ipsi videntur, Aut periculones, Mimnermi Homerique sutores.

PĔRĪCŪLOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. *V.* PERICULATUS.

PĔRĪCŪLŌSĒ, adverb. Comp. *Periculosius* et Sup. *Periculosissime.* — Periculose est cum periculo, *pericolosamente, con pericolo*, ἐπικινδύνως. *Sall. Jug.* 8. Periculose a paucis emitur, quod multorum est. *Cic.* 8. *Att.* 2. Periculose ægrotans. *Id.* 7. *Phil.* 3. 8. Periculose dico: quemadmodum accepturi, P. C., sitis horreo. *Auct. B. Alex.* 64. Nihilo periculosius se navigaturum credens. *Seneca* 3. *Ira* 22. Quod homines et periculosissime et libentissime faciunt, de rege suo male existimant. *Veget.* 5. *Veterin.* 23. 13. *Schneid.* Periculose se habere. *h. e.* graviter ægrotare.

PĔRĪCŪLŌSUS, a, um, adject. Comp. *Periculosior* et Sup. *Periculosissimus.* — Periculosus est cum periculo conjunctus, periculis plenus, anceps, præceps, lubricus, κινδυνώδης (It. *pericoloso, rischioso*; Fr. *dangereux, périlleux, qui suscite un péril*; Hisp. *peligroso*; Germ. *gefahrbringend, gefährlich, gefahrvoll*; Angl. *dangerous, hazardous, perilous, full of risk or danger*). — *a*) Generatim. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 21. 68. Consuetudo assentiendi periculosa esse videtur et lubrica. *Id.* 1. *Off.* 24. 83. Gravioribus morbis periculosas curationes et ancipites adhibere. *Id. pro Leg. Manil.* 2. 4. Bellum grave et periculosum. *Id.* 12. *Phil.* 10. 25. Committere se itineri infesto et periculoso. *et* 14. *ibid.* 9. 26. Duobus periculosis vulneribus acceptis. *et* 7. *ibid.* 3. 8. Periculosissimum locum silentio sum prætervectus. *Justin.* 39. 4. 3. Periculoso regno securam ac tutam vitam anteponens. *Liv.* 27. 35. Periculosissimus annus imminere videbatur. *Seneca* 3. *Ira* 5. Ira eo turpior, et periculosior. *Tac. Germ.* 21. Periculosiores sunt inimicitiæ juxta libertatem. *Flor.* 1. 17. Periculosissimum bellum sine periculo explicavit. — *b*) *Periculosum esse in aliquem*, periculum creare alicui. *Cic.* 13. *Att.* 27. Aliter fuissemus et in hos inofficiosi, et in nosmetipsos, si illum offensuri fuimus, pæne periculosi. Cf. *Firmic.* 4. *Mathes.* 1. Faciet callidos, periculosos, violentos, sed qui frequentibus soleant rationibus decipi, et quorum vita sit maximis periculis mancipata. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 13. § 1. et 8. — *c*) Neutr. *periculosum* cum Infinito. *Cæs.* 1. *B. G.* 33. In Galliam magnam eorum multitudinem venire, populo Romano periculosum videbat. *Curt.* 5. 12. 3. Sed eo rerum ventum erat, ut tam periculosum esset non credere suis, quam decipi. Sic *Id.* 6. 6. 27. Quum et progredi arduum, et reverti periculosum esset, etc. *Plin.* 3. *Ep.* 11. Equidem quum essent philosophi ab Urbe summoti, fui apud illum in suburbano: et quo notabilius hoc periculosiusque esset, fui prætor.

PĔRĪCŪLUM, i, n. 2. *Periclum* syncope frequens est apud Poetas. *V. Plaut. Bacch.* 4. 7. 29.; *loc. Ter. cit. sub* 3. *d. et g.*; *Lucret.* 1. 580.; *Virg.* 2. *Æn.* 709. *et* 751., 3. *ibid.* 711. etc. — *Periculum* (quod volunt esse ab obsoleto *perio*, unde *peritus, experior*, a πειράω *tento*; hinc *Pseudo-Ascon.* ad *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 8. ἀπὸ τῆς πείρας) ¶ 1. Stricto sensu est experimentum, πεῖρα (It. *esperienza, prova, cimento, saggio*; Fr. *essai, épreuve, tentative*; Hisp. *ensay, prueba*; Germ. *d. Versuch, die Probe, Uebung*; Angl. *a trial, experiment, proof, essay*). Fere cum *facio* jungitur. *Ter. Eun.* 3. 1. 23. Fac periculum in litteris, fac in palæstra, in musicis: quæ liberum scire æquum est adolescentem, solertem dabo. *Cic.* 2. *Verr.* 12. 34. Siculos velle meæ fidei diligentiæque periculum facere, qui innocentiæ abstinentiæque fecissent. *et Divin. in Q. Cæcil.* 8. 27. Quo tempore, aut qua in re non modo specimen ceteris aliquod dedisti, sed tute tui periculum fecisti? *Ter. Heaut.* 1. 2. 36. Scitum' st periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu siet. *Curt.* 7. 8. 27. Firmissima est inter pares amicitia, et videntur pares, qui non fecerunt inter se periculum virium. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu periculum dicitur id, quod fit ab artifice periclitandi ingenii causa et dandi speciminis, *saggio*, seu quod primo ab artifice excogitatur et efficitur, ut postea expoliatur et accuratius absolvatur. *Cic.* 1. *Legg.* 1. 4. Faciunt imperite, qui in isto periculo non ut a poeta, sed ut a teste, veritatem exigant. *h. e.* in isto carmine, quod *Cicero* in P. Marii honorem scripserat, quoque periculum virium suarum fecerat. *Alii leg.* opusculo: *V. cl.* Vahlen. *ab h. l. Auson. Edyll.* 10. 215. Aut Pompejani Mylasena pericula belli. ¶ 3. Latissimo sensu et generatim est discrimen, dimicatio, κίνδυνος (It. *rischio, pericolo*; Fr. *danger, risque*; Hisp. *peligro, riesgo*; Germ. *Gefahr*; Angl. *risk, danger, hazard, peril*). — *a*) Universim. *Cic.* 1. *Off.* 43. 154. Si ei subito sit allatum periculum discrimenque patriæ. *Id. pro leg. Manil.* 5. 12. Salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur. *Id.* 2. *Nat. D.* 66. 166. Principibus heroum certos deos, discriminum et periculorum comites adjungere. *Liv.* 1. 54. Obire pericula ac labores. *Tac.* 3. *Hist.* 69. Periculum sumere. *h. e.* suscipere. *Cic. Rosc. Am.* 38. 110. adire capitis. *Id. Partit. orat.* 19. 66. subire pro amico. *Id. Mur.* 36. 76. suscipere. *et* 2. 4. ingredi. *Id. Sull.* 4 13. conflare alicui. *Id. Rosc. Am.* 3. 7. intendere in aliquem. *et* 2. *Att.* 19. intendere alicui *Id. Cæcin.* 29. 83. mortis alicui injicere. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 14. 45. facessere innocenti. *Sall. Cat.* 34.; *Tac.* 13. *Ann.* 33.; et *Cels.* 5. 26. *n.* 4. facere alicui. *Id. Tac.* 14. *ibid.* 28. facere pecuniæ. *h. e.* jacturam. *et* 15. *ibid.* 6. gloriæ. *porsi a rischio di perder la gloria. et* 4. *Hist.* 71. summæ rei. *arrischiare*, in discrimen adducere. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 31. 105. (180). afferre majoris mali. *Id.* 25. *ibid.* 5. 22. (54). inferre. *Cic. Flacc.* 1. 2. et 2. *Att.* 22. creare alicui. *et ibid.* 20. denunciare cuipiam. *et Flacc.* 38. 96. comparare alicui. *Id. Sext.* 1. 1. moliri optimis civibus. *Id. post redit. ad Quirit.* 10. 24. propulsare a republica. *Id. Cluent.* 6. 17. amici depellere. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 11. (23). amoliri. *Varro* 7. *L. L.* 102. *Müll.* avertere. *Cic.* 15. *Fam.* 1. *a med.* subterfugere. *Asin. Pollio* ad *Cic.* 10. *Fam.* 31. refugere aut deprecari. *Id.* 7. *Phil.* 1. 1. Adducta est res in maximum periculum et extremum pæne discrimen. *Id. Balb.* 10. 25. Ne quis se pro nostro imperio in periculum capitis atque in vitæ discrimen inferret. *Id. Mur.* 27. 55. Dum unum gradum ascendere dignitatis conatus est, venit in periculum, ne et ea, quæ ab ipso parta sunt, amittat. *Id. Rabir. perduell.* 9. 26. Arcessere aliquem in summum capitis periculum. *Id. Cluent.* 55. 152. Includere in periculum. *Cic.* 3. *Herenn.* 5. 8.; et *Virg.* 9. *Æn.* 200. inconsulto se mittere. *Cic.* 2. *Invent.* 8. 27. se committere. *Nepos Att.* 10. Incidere periculum *h. e.* in periculum. *Cic. Cluent.* 26. 70. Eripere ex periculo. *Id. Sext.* 4. 11. extrahere. *Id. pro leg. Manil.* 7. 19. Reipubl. a periculo prohibere. *Id.* 1. *Orat.* 8. 32. Liberare periculis. *Id.* 4. *Fam.* 15. Esse in periculo. *Id. Rabir. Post.* 9. 23. versari. *Plaut. Merc.* 1. 2. 12.; et *Phædr.* 2. 8. Res in periculo vertitur. — *b*) Speciatim. *Esse periculo* pro *in periculo.*

Nepos Dion. 2. Quæsivit a medicis, quemadmodum se haberet: simulque ab his petiit, si forte majore esset periculo, ut sibi faterentur. *Cic.* 4. *Fam.* 15. Ne quo periculo te proprio existimares esse. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *ibid.* 2. Majore esse periculo videtur. *Petron. Satyr.* 129. Numquam ego ægrum tam magno periculo vidi. — *c*) *Periculo* pro *cum periculo. Atticus* ad *Cic.* 9. *Att.* 10. Tibi non sim auctor, te quoque profugere: summo enim periculo facies, nec reipublicæ proderis. *Cic. Mur.* 13. 28. Quæ consuluntur, minimo periculo respondentur. — *d*) *Periculo meo, tuo,* me, te periclitante, *a mio, a tuo rischio. Cic.* 7. *Verr.* 20. 50. Qui ex fœdere navem vel usque ad Oceanum, si imperassemus, sumptu periculoque suo armatam atque ornatam mittere debuerunt. *Id. Flacc.* 17. 41. Facis injuste, si putas, periculo nostro vivere tuos contubernales. *Id. Sext.* 52. 111. Tu meo periculo, gurges ac vorago patrimonii, belluabare. *Id.* 6. *Att.* 1. *ante med.* Impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo esse. *Ter. Andr.* 3. 1. 22. Nunc hujus periclo fit, ego in portu navigo. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 56. Crede audacter meo periculo. *sopra di me.* Sic *Marcell. Dig.* 46. 1. 24. Si petierit a te frater meus, peto, des ei nummos fide et periculo meo. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 100. Mea fiducia opus conduxi, et meo periclo rem gero. *Id. Asin.* 2. 4. 51. Da modo meo periculo: rem salvam ego exhibebo. — *e*) *Rem periculi sui facere,* ut periculo suo sit. *Tryphonin. Dig.* 23. 5. 16. Si fundum, quem Titius bona fide possidebat, mulier ut suum marito dedit in dotem, eumque petere neglexit vir, quum id facere posset, rem periculi sui fecit. — *f*) *Bono periculo* quippiam facere, est tuto et sine periculo. *Apul. de Mag.* Videbatur sibi peridoneum maritum reperisse, cui bono periculo totam domus fortunam concrederet. — *g*) *Periculum est,* adest, inest, *ci è pericolo. Cic.* 7. *Verr.* 44. 116. A securi negat ei periculum esse. *Id.* 5. *Tusc.* 40. 118. Haud sane periculum est, ne etc. *Plaut. Rud.* 1. 2. 56. Nullum est periclum, te hinc ire impransum domum. *h. e.* nullum est dubium. *Ter. Heaut.* 3. 1. 6. Quum illi pericli nihil ex indicio siet. *syncope.* ¶ 4. Speciatim dicitur de intentatione judicii, accusationis, litis, in quibus vel capitis, vel fortunarum amittendarum periculum aditur. *Cic. pro leg. Manil.* 1. 2. Meus labor in privatorum periculis caste integreque versatus. *Id. Arch.* 2. 3. In ejusmodi persona, quæ propter otium ac studium minime in judiciis periculisque tractata est. *Nepos Phoc.* 2. Hunc non solum in periculis non defendit, sed etiam prodidit. ¶ 5. Item de morbis. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 24. (48). In acutis vero periculis nullis dandum est vinum, nisi qui manifestas remissiones habent. ¶ 6. De interitu. *Arnob.* 1. 3. Terrarum validissimis motibus tremefactæ nutant usque ad periculum civitates. ¶ 7. De libello, seu elogio damnationis. *Nepos Epam.* 8. Unum ab iis petivit, ut in periculo suo conscriberent, etc. Huc quadrat locus *Cic.* 5. *Verr.* 79. 183. Eorum hominum (*scribarum*) fidei tabulæ publicæ periculaque magistratuum committuntur. *h. e.* sententiæ judicialibus verbis conceptæ, quæ prælegi damnato solebant, deinde tabulis publicis inferri. *V.* BREVICULUS.

PĔRĬDŌNĔUS, a, um, adject. valde idoneus. — *a*) Cum Dativo. *Cæs.* 2. *B. C.* 24. Quod is locus peridoneus castris habebatur. *Tac.* 4. *Ann.* 12. Delegerat hominem consiliis suis peridoneum. — *b*) Cum Accus. et præpos. *ad. Sall. fragm.* apud *Non. p.* 310. 15. *Merc.* et *Servium* ad *Virg.* 11. *Æn.* 515. Gens ad furta belli peridonea. — *c*) Cum Relativo. *Apul. de Mag.* Quippe etenim videbatur sibi peridoneum maritum matri reperisse, cui bono periculo totam domus fortunam concrederet. — *d*) Absolute. *Sueton. Gramm.* 11. Ducuit (*Valerius Cato*) multos et nobiles: visusque est peridoneus præceptor, maxime ad poeticam tendentibus.

PĔRĬĔCTĬCUS, a, um, adject. περιεκτικός, a περί et ἔχω, *qui complectitur*, et ὄνομα περιεκτικόν *nomen collectivum.* Hoc sensu *Diomed.* 1. *p.* 308. *Putsch.* Alia quæ nomen traxerunt ex his quæ continentur, quæ Græci periectica appellant, ut vinetum, rosetum. *Putschius* Græcis, *Keil.* vero Latinis litteris vocabulum scripsit.

PĔRĬĒGĒSIS, is, f. 3. περιήγησις, Græce est circumductio: a περί *circum* et ἡγέομαι *duco.* Translate περιηγήσις τῆς οἰκουμένης est descriptio geographica terrarum, qua auctor lectores velut circumducit per omnes terræ partes, singillatim eas verbis describens. Ita inscripserunt *Avienus* et *Priscianus* poema suum fere totum ex *Dionysio Alexandrino* Latine versum: ex quibus aliquoties exempla in hoc opus transtulimus.

PĔRĬERGĬA, æ, f. 1. περιεργία, curiositas, sedulitas, nimia anxietas, et veluti redundans diligentia. *Quintil.* scribit Græcis litteris 8. 3. 55. Est etiam quæ περιεργία vocatur, supervacua, ut sic dixerim, operositas. — *Periergia* est etiam nomen proprium pedisequæ et collactææ Philologiæ virginis; quo significatur, studium inane et supervacaneum vix evitari posse a philologis. *Capell.* 2. *p.* 27. Pedisequa Philologiæ Periergia, utpote ejus collactea, trepidatione sollicita quid ageret, conspicatur. *et pag.* 37. Periergia aliis comitata pedisequis dotalibusque mancipiis curiose universa perscrutans atque interrogans sequebatur.

PĔRJĔRO. *V.* PEJERO init.

PĔRIGNĀRUS. *V.* PERGNARUS.

PĔRĬHŎDUS. *V.* PERIODUS init.

PĔRĬLEPTĬCUS, a, um, adject. a Gr. περιληπτός quod a περί et λαμβάνω, proprie est complectens, collectivus. *Diomed.* 1. *p.* 308. *Putsch.* Sunt quædam positione singularia, intellectui pluralia, quæ Græci perileptica nominant, ut contio, populus, exercitus. *Putschius* Græcis, *Keil.* vero Latinis litteris scripsit.

PĔRĬLEUCOS, i, f. 2. περίλευκος, gemma: a περί *circum* et λευκός *albus. Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 66. (180). Perileucos fit ab oris gemmæ ad radicem usque albo descendente.

PĔRILLUSTRIS, e, adject. ¶ 1. Est admodum illustris. *Cic.* 5. *Att.* 20. Ibi morati biduum perillustres fuimus. ¶ 2. Est etiam valde notus. *Nepos Att.* 12. Quod quidem sub ipsa proscriptione perillustre fuit. *h. e.* omnibus patefactum fuit.

PĔRĬMĀCHĬA, æ, f. 1. περιμαχία, aggressio, oppugnatio. *Sidon.* 1. *Ep.* 7. *circa med.* Deferimus igitur nihil tale metuenti totam perimachiam, quam summo artificio acres et flammei viri occulere in tempus judiciis meditabantur. *h. e.* totum susceptæ accusationis ordinem et apparatum.

PĔRĬMBĔCILLUS, a, um, adject. valde imbecillus. *Cic.* 10. *Att.* 18. Quod quidem est natum, perimbecillum est. *Varro* 3. *R. R.* 10. 5. Collum anserum perimbecillum.

PĔRĬMĔTROS, i, f. 2. περιμετρος, circuitus, ambitus, *circonferenza*: a περί *circum* et μέτρον *mensura.* Est autem proprie adjectivum, et subintelligitur γραμμη *linea. Vitruv.* 5. 6. Theatri conformatio sic est facienda, uti quam magna futura est perimetros imi, circumagatur linea rotundationis, centro medio collocato. *Frontin. Aquæd.* 26. Omnis modulus colligitur aut diametro, aut perimetro. *et ibid.* 40. Fistula senaria habet diametri digitum unum, perimetri digitos quatuor.

PĔRIMMENSUS, a, um, adject. valde immensus. *Ennod. Opusc.* 2. *circa med.* Quem videbant erogare plurima, perimmensa suspicabantur abscondere.

PĔRĪMO, imis, ēmi, emptum *et* emtum, imere, a. 3. (per *et* emo). Pro *perimo* dixere etiam *peremo. Festus p.* 214. 31. *Müll.* Peremere Cincius in libro de verbis priscis ait significare idem quod prohibere: at Cato in libro, qui est de re militari, pro vitiare usus est, quum ait: Quum magistratus nihil aliud audet imperare, ne quid consul auspicii peremat. *Id. p.* 245. 22. Peremptalia, quæ superiora fulgura, aut portenta peremunt, idest tollunt. Hæc *Festus*, et similiter *p.* 214. 24. Hac ratione sæpe legitur in libris *Digestorum*, unde multa loca congessit *Brisson. l.* 14. *de* V. S., v. gr. *Papinian.* 31. 1. 68. Solutio prior peremit alteram actionem. *Venulej.* 45. 2. 13. Alteram obligationem ab altera peremi etc. Quæ tamen non in omnib. lib. constans est lectio. — Part. *Peremptus* 1. et 2.; *Perempturus* 1. — Perimere ¶ 1. Generatim est adimere, tollere, auferre, extinguere, destruere, interimere, delere, ἀναιρέω (It. *togliere, distruggere, estinguere, annichilare*; Fr. *enlever entièrement, anéantir, détruire*; Hisp. *alzar, quitar, aniquilar, destruir*; Germ. *gänzlich wegnehmen, zerstören, vertilgen, vernichten, zu Grunde richten*; Angl. *to take away wholly, destroy, exstinguish, annihilate*). Occurrit — *a*) Cum Accus. Sic Part. præter. pass. apud *Cic. Harusp. resp.* 11. 23. Si judi non intermissi, sed perempti atque sublati sunt. *Id.* 1. *Tusc.* 37. 89. Nec enim potest esse miser quisquam, sensu perempto. *Id.* 1. *Divinat.* 11. 18. Quum claram speciem concreto lumine luna Abdidit, et subito stellanti nocte perempta est. *Virg.* 5. *Æn.* 787. Trojæ cineres atque ossa peremptæ Insequitur. *Liv.* 2. 23. Obsita erat squalore vestis, fœdior corporis habitus pallore ac macie perempti. *distrutto, disfatto*, enecti. *Paul. Dig.* 22. 2. 6. Navis perempta. *h. e.* quæ naufragio periit. — Rursus *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 450. 6. *Merc.* Ne qui casus perimeret superiora. *Id.* 1. *Divinat.* 12. 19. Et divum simulacra peremit fulminis ardor. *Id. Planc.* 42. 101. Si vitam mihi sors ademisset, aut vis aliqua major reditum peremisset. *Id.* 3. *Off.* 7. 33. Ejusmodi credo res Panætium persecuturum fuisse, nisi aliqui casus aut occupatio consilium ejus peremisset. *Id. Sext.* 22. 49. Hoc videbam, si causam publicam mea mors peremisset, neminem fore, qui auderet suscipere contra improbos cives reipublicæ salutem. *Plin.* 8. *Ep.* 14. Utrumne sententiæ duæ, collatis viribus, novissimam periment, an separatim unaquæque tantumdem, quantum altera, valebit? *Plin. alter* 11. *Hist. nat.* 37. 73. (190). Caput extorum tristis ostenti cæsum quoque est, præterquam in sollicitudine ac metu; tunc enim perimit curas. *Id.* 2. *ibid.* 53. 54. (141) In fulgurum interpretatione eo profecit scientia, ut ventura alia finito die præcinat; et an peremptura sint fatum, aut apertura prius alia fata, quæ lateant. *V.* PEREMPTALIA. — *b*) Absolute. *Cic.* 1. *Tusc.* 49. 117. Si supremus ille dies non exstinctionem, sed commutationem affert loci, quid optabilius? sin autem perimit ac delet omnino, quid melius? ¶ 2. Speciatim est interimere, interficere, occidere, *ammazzare, levare dal mondo. Festus p.* 217. 8. *Müll.* Perempta et interempta pro interfectis poni solet a poetis: Lucretius (4. 40.) Quum corpus simul atque animi natura perempta etc. *Virg.* 6. *Æn.* 163. crudeli morte peremptus. *et* 9. *ibid.* 453. et primis una tot cæde peremptis. *et* 11. *ibid.* 110. Pacemne exanimis, et Martis sorte peremptis Oratis? *Cic.* vertens *Homeri* carmina, 2. *Divinat.* 30. 64. Hunc, ubi tam teneros volucres matremque peremit, etc. *Ovid.* 8. *Met.* 395. Hunc tamen invita perimet mea dextra Diana. *et* 13. *ibid.* 250. petii tentoria Rhesi, Inque suis ipsum castris comitesque peremi. *Martial.* 10. 61.; et *Seneca Trag.* sæpissime. *Justin.* 7. 6. 3. Cædes fratrum indigne peremptorum. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 44. 69. (172). Conceptum abortu perimere. Sic de herbis *Colum.* 2. *R. R.* 10. 27. *Schneid.* Ne alterius generis herba invalidam Medicam perimat. *et ibid.* 12. 5. *de lupino.* Sola hæc res adeo non infestatur herbis, ut ipsa herbas perimat.

PĔRIMPĔDĪTUS, a, um, particip. ab inusit. *perimpedio*, valde impeditus. *Auct. B. Afr.* 58. *in fin.* Locus perimpeditus ante aciem Scipionis.

PĔRĪNÆON *et* pĕrinēon, i, n. 2. περίναιος, et περίνεος: *perineo*, spatium illud, quod inter penis initium et anum est. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 4. Circa veretri initium, quod Græci perineon vocant, dolor sentitur.

PĔRĪNĀNIS, e, adject. valde inanis. *Ovid.* 1. *Art. am.* 337. Flevit Amyntorides perinania lumina Phœnix. *Alii disjunctim leg.* per inania. *Martial.* 1. 77. Præter aquas Helicon, et serta lyrasque dearum Nil habet, et magnum, sed perinane sophos. *Alii leg.* semper inane. *Augustin. Serm. contra Pharis.* ed. *A. Maio* in *Nov. Patr. Coll. T.* 1. *p.* 5. Pectoris forma-redundans malis, sapientia perinanis.

PĔRĪNCERTUS, a, um, adject. valde incertus. *Sall. fragm.* apud *Gell.* 18. 4. Perincertum, stolidior, an vanior.

PĔRĪNCOMMŎDĔ, adverb. valde incommode. *Cic.* 1. *Att.* 17. Accidit perincommode, quod eum nusquam vidisti.

PĔRĪNCOMMŎDUS, a, um, adject. valde incommodus. *Liv.* 37. 41. Quæ nihil admodum Romanis, ac perincommoda regiis erant.

PĔRĪNCONSĔQUENS, entis, adject. valde inconsequens, valde absurdum. *Gell.* 14. 1. *ante med.* Per autem, inquit, inconsequens, ipsum quidem corpus et habitum tam profundi aeris sub alio atque alio cæli curvamine non eumdem manere. *tmesis* est. *V.* PER.

PĔRĪNDĔ, adverb. *Perinde* et *proinde* sæpe in MSS. confunduntur, et promiscue in Editis sæpe leguntur. — *Perinde* est æque, similiter, ad eumdem modum. ἴσως, ὁμοίως (It. *similmente, parimente, egualmente*; Fr. *pareillement, de même*; Hisp. *igualmente, semejantemente, lo mismo*; Germ. *ebenso, ganz so, auf gleiche Art oder Weise*; Angl. *similarly, just the same, equally*). ¶ 1. Absolute, h. e. sine ulla particula. *Cic.* 1. *Fin.* 21. 72. Eas ergo artes persequeretur, vivendi artem tantam, tamque operosam, et perinde fructuosam, relinqueret? *Alii omitt.* perinde. *Liv.* 8. 17. *ad fin.* Eo certamine superior Alexander, incertum qua fide culturus, si perinde cetera processissent, pacem cum Romanis fecit. *Tac.* 2. *Ann.* 63. Non Philippum Atheniensibus, non Pyrrhum, aut Antiochum populo R. perinde metuendos fuisse. *Plin.* 1. *Ep.* 8. *a med.* Utilissimum munus, sed non perinde populare. *Sall. fragm.* apud *Quintil.* 8. 3. 32. Mithridates corpore ingenti, perinde armatus. *h. e.* paribus armis. *Flor.* 3. 2. Nihil hac plaga infestius; atrox cælum; perinde ingenia. *Liv.* 3. 44. Pater virginis L. Virginius honestum ordinem in Algido ducebat, vir exempli recti domi militiæque. Perinde uxor instituta fuerat, liberique instituebantur. *Tac.* 4. *Ann.* 61. Q. Haterius-eloquentiæ, quoad vixit, celebratæ: monimenta ingenii ejus haud perinde retinentur. *h. e.* non eadem celebritate. *et* 14. *ibid.* 58. Plauto parari necem non perinde occultum fuit. *h. e.* ut Sullæ cædes. *et* 15. *ibid.* 36. Testificatus non longam sui absentiam et cuncta in republica perinde immota ac prospera fore. *h. e.* ac si adesset, *Sueton. Cæs.* 56. Quartam elementorum litteram id est *d* pro *a*, et perinde reliquas commutet. *V.* infra sub 2. *n.* — Rursus *Liv.* 27. 8. Perinde laudaret castigaretque. *h. e.* ut convenit rei vel causæ. Sic *Id. ibid.* 17. Quales ex hac die experiundo cognovit, perinde operæ eorum pretium faceret. *Tac.* 2. *Hist.* 97. Integrum illic ac favorabilem proconsulatum Vitellius, famosum invisumque Vespasianus egerat: perinde socii de imperio utriusque conjectabant. *et* 12. *Ann.* 41. Spectaret populus hunc decore imperatorio, illum puerili habitu, ac perinde fortunam utriusque præsumeret. ¶ 2. Jungitur particulis, quibus alterum similitudinis aut æqualitatis terminus effertur. — *a) Perinde ac, perinde atque* apud *Liv.* 28. 38. Africam ei, perinde ac debellatum in Italia foret, provinciam destinabant. *Cæs.* 3. *B. C.* 60. *sub fin.* Quam maximas potuerunt pecunias mutuati, perinde ac satisfacere et fraudata restituere vellent. *come se.* et *Cic. Marcell.* 4. *ad fin.* Vereor, ut hoc, quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio. *Id.* 16. *Att.* 5. *a med.* Non perinde atque ego putaram, arripere visus est. — *b) Perinde et* apud *Tac.* 2. *Ann.* 2. Perinde odium pravis et honestis. *et* 16. *ibid.* 13. Servitia perinde et ingenua plebes. *et* 4. *Hist.* 43. Perinde dives et eloquentia clarus. — Pro *et* etiam *que* sequitur apud *eumd.* 1. *Ann.* 76. Perinde divina humanaque obtegens. *et* 2. *Hist.* 97. Perinde legati provinciæque cunctabantur. *et* 4. *ibid.* 36. Miles secundis adversisque perinde in exitium ducum accendebatur. *et* 5. *ibid.* 6. Periti imperitique nandi perinde attolluntur. *Hic tamen usus proxime accedit ad ea, quæ in superiori paragr.* 1. allata sunt. — *c) Perinde ut*, h. e. eo modo, *così come, tale quale*, apud *Cic.* 3. *Orat.* 56. 213. Sed hæc ipsa omnia perinde sunt, ut aguntur. *Id.* 3. *Off.* 33. 121. Habes a patre munus, Marce fili, mea quidem sententia magnum; sed perinde erit, ut acceperis. *Liv.* 7. 5. Nec perinde, ut maluisset plebes-, ita ægre habuit etc. *Id.* 7. 6. Perinde, ut eveniret res, ita communicatos honores pro bene aut secus consulto habitura. *Cic. Brut.* 50. 188. Hæc perinde accidunt, ut eorum, qui adsunt, mentes verbis et sententiis et actione tractantur. — *d) Perinde utcumque* apud *eumd.* 2. *Divinat.* 42. 89. Perinde utcumque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari. — *e) Perinde ac si* apud *Cic.* 13. *Att.* 49. Quod ego perinde tuebar, ac si usus essem. Sic *Cæs.* 3. *B. C.* 2. Perinde æstimans, ac si usus esset. *Tac.* 12. *Ann.* 60. Decreta eorum perinde haberi jusserat, ac si magistratus Romani constituissent. Oratoriæ elocutioni tribuendum est illud *Cic. Rosc. com.* 5. 15. Perinde ac si in hanc formulam omnia judicia legitima comprehensa sint, pervinde dicemus. — *f) Perinde quasi* apud *Cic. Cæcin.* 21. 61. Perinde valebit, quasi armatissimi fuerint. *Id. Quinct.* 26. 83. Atque hæc perinde loquor, quasi debueris, aut potueris etc. *Tac.* 13. *Ann.* 47. Perinde tamen quasi convictus esset cedere patria jubetur. — *g) Perinde tamquam* apud *Liv.* 4. 3. *ante med.* Et perinde hoc valet, plebejus ne consul fiat, tamquam servum aut libertinum aliquis consulem futurum dicat? — *h) Perinde prout* apud *Plin. Paneg.* 20. *extr.* Meminerint, perinde conjecturam de moribus suis homines esse facturos, prout hoc vel illud egerint. — *i) Perinde quam*, tam quam, tantum quantum. *Sueton. Domit.* 15. *a med.* Nulla tamen re perinde motus est, quam responso mathematici. *Flor.* 3. 3. *a med.* Perinde speciosa mors earum fuit, quam pugna. *Tac.* 4. *Ann.* 20. Provincialibus uxorum criminibus perinde quam suis plecterentur. Adde *eumd.* 6. *ibid.* 30. et 46., 11. *ibid.* 10. et alibi sæpe. — *l) Haud perinde quam* apud *Tac.* 2. *Ann.* 5. Suum militem haud perinde vulneribus, quam spatiis itinerum, damno armorum affici. Adde *eumd.* 14. *ibid.* 48., 15. *ibid.* 42. et alibi sæpe. *Id.* 4. *Hist.* 72. Nec perinde periculum aut metus, quam pudor ac dedecus obstupefecerat. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 39. — *m) Perinde quam si* unus fortasse usurpat *Tac.* 1. *Ann.* 73. Jusjurandum perinde æstimandum, quam si Jovem fefellisset. *et* 13. *ibid.* 49. Cetera per omnes imperii partes perinde egregia, quam si non Nero, sed Thrasea regimen teneret? — *n) Perinde ut*, ita ut, *così che. Eutrop.* 10. 16. *extr.* Julianus nimius religionis Christianæ insectator, perinde tamen, ut cruore abstineret. — *o)* Videtur etiam poni pro multum, admodum, valde; sed ellipsis est, aliquid enim supplendum. *Sueton. Tib.* 52. Itaque ne mortuo quidem perinde affectus est. *Id. Galb.* 13. Quare adventus ejus non perinde gratus fuit. *h. e.* perinde ac debebat. Ita *Id. Aug.* 80. Coxendice et femore et crure sinistro non perinde valebat. *supple* ac dextro. *Hæc tamen ad superiorem paragr.* 1. *referri posse videntur.*

PĔRĪNDĪGĔO, es, ere, n. 2. valde indigeo. *Tertull. advers. Gnost.* 13. Indigeamus, sed non perindigeamus.

PĔRĪNDIGNĔ, adverb. valde moleste, indigne, graviter. *Sueton. Tib.* 50. *a med.* Tulit perindigne actum a senatu, ut etc.

PĔRĪNDIGNUS, a, um, adject. valde indignus. *Sidon.* 4. *Ep.* 4. *ad fin.* Quæ vos non perindignum est deliberare.

PĔRĪNDULGENS, entis, particip. ab inusit. *perindulgeo*, valde indulgens. *Cic.* 3. *Off.* 31. 112. Et qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in fratrem. *Est qui leg.* nuper indulgens, *et qui* semper indulgens.

PĔRĪNFĀMIS, e, adject. valde infamis. *Sueton. Viteil.* 2. *a med.* Vir innocens et industrius, sed amore libertinæ perinfamis. — Cum Genitivo. *Apul.* 3. *Met.* Alioqui publicitus maleficæ disciplinæ perinfames sumus.

PĔRĪNFĪRMUS, a, um, adject. valde infirmus. *Cels.* 2. 14. 53. Si quis perinfirmus est. *Cic.* 2. *Fin.* 16. 53. Sunt enim levia et perinfirma, quæ dicebantur a te.

PĔRĪNGĔNĬOSUS, a, um, adject. valde ingeniosus. *Cic. Brut.* 24. 92. Quod peringeniosis hominibus, neque satis doctis, plerumque contigit.

PĔRĪNGRĀTUS, a, um, adject. valde ingratus. *Seneca Ep.* 98. *a med.* Peringratus est, qui quum amiserit, pro accepto nihil debet.

PĔRĪNIQUUS, a, um, adject. ¶ 1. Est valde iniquus. *Cic. pro leg. Manil.* 22. 63. Quare videant, ne sit periniquum et non ferendum. ¶ 2. Item valde indignatus. *Cic.* 12. *Fam.* 18. Etsi periniquo patiebar animo, te a me digredi.

PĔRĪNJŪRĬUS, a, um, adject. valde injurius, periniquus. *Cato* apud *Priscian.* 6. *p.* 694. *Putsch.* Nam perinjurium siet, quum mihi ob eos mores, quos pius habui, honos detur, ubi datus est, tum uti eos mutem.

PĔRĪNSIGNIS, e, adject. valde insignis. *Cic.* 1. *Legg.* 19. 51. An corporis pravitates, si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis?

PĔRĪNSOLENS, entis, adject. valde insolens. Vox a Lexico expungenda occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 47.

PĔRĪNTĔGER, tĕgra, tĕgrum, adject. valde integer, omnino inviolatus. *Gell.* 3. 8. Incorruptus, et castus, et perinteger.

PĔRĪNTRO, as, are, n. 1. omnino intrare. *Venant. Vit. S. Martin.* 3. 225. Limine nullus obest: ad principis ora perintrat.

PĔRĪNUNDO, as, are, a. 1. valde inundo. *Ilcim.* 1. 267. et nigris (*Nilus*) campos perinundat arenis.

PĔRĪNUNGO, is, ere, a. 3. valde inungo. *Varro* 2. *R. R.* 11. 7. Tonsas recentes eodem die perinungunt vino et oleo. *Alii leg.* perungunt.

PĔRĪNVĪSUS, a, um, particip. ab inusit. *perinvideo*: *molto odiato*, valde invisus. *Cic. pro Cornel.* apud *Ascon. in fin.* Homo diis ac nobilitati perinvisus.

PĔRĪNVĪTUS, a, um, adject. valde invitus. *Cic.* 7. *Fam.* 33. Ne perinvitus legerem tuas litteras. Adde *Liv.* 40. 57.

PĔRĬŌCHA, æ, f. 1. *ristretto, compendio, argomento*, περιοχή, summa, compendium, argumentum: a περιέχω *contineo, comprehendo*. Periochas in Iliadem Homeri scripsit *Auson.*; in comœdias Terentii *Sulpicius Apollinaris* grammaticus, qui Pertinacis Imp. præceptor fuit: de quo *Capitolin. Pertin.* 1.

PĔRĬŌDEUTA, æ, m. 1. περιοδευτής, *visitatore*, circuitor, visitator. Sic dicitur a *Justin. Cod.* 1. 3. 12. qui in locum remotioris episcopi substituitur, ut circumeat, et visitet quocumque opus est: a περι *circum* et ὁδή *via*. — Etiam medici περιοδευται, *girovaghi*, dicuntur, qui oppidatim medicinam exercebant. *Modestin. Dig.* 27. 1. 6.

PĔRĬŌDĬCUS, a, um, adject. *periodico*, περιοδικός, qui statis temporibus ad id, unde discessit, quasi facta periodo, revertitur. ¶ 1. Sic febres periodicæ, quæ certis temporibus abeunt, et quodam quasi circuitu facto rursus redeunt, ut sunt tertianæ, et quartanæ. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 3. 8. (15). Semina ejus (*colocynthidis*), si fuerint pari numero in linteo adalligata, febribus liberare dicuntur, quas Græci periodicas vocant. *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 14. *n.* 110. Typus periodicus. *Id.* 1. *Tard.* 1. Intercapedinatæ exacerbationes interpositis diebus uno vel duobus, sicut quos typicos aut periodicos circuitus appellamus. ¶ 2. *Ambitus periodicus* apud *Capell.* 3. *p.* 173. Optima oratio fiet si nunc ex ambitu

periodico, nunc ex illa continuatione perpetuæ elocutionis aptetur. ¶ 3. *Periodicum certamen* est, in quo athletæ vincere periodum poterant, idest eosdem honores adipisci, ac si Pythia, Isthmia, Nemeæa, Olympia vicissent. In nummo Sidonis apud *Eckkel. D. N. V. T. p.* 449. CERTAMEN SACRUM PERIODICUM OECVMENICUM ISELASTICUM. *V.* ŒCUMENICUS.

PĔRĬŎDUS, i, 1. 2. *periodo*, περίοδος. Scribitur et *perihodus* apud *Festum p.* 217. 3. *Müll.* — Periodus ¶ 1. Apud Rhetores est compositum quoddam ex pluribus membris, vel incisis, quorum unum ab alio, conjunctionibus et aliis orationis partibus quasi vinculis quibusdam ligatum, dependet. *Cic. Orat.* 61. 204. In toto circuitu illo orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus. *Id. Brut.* 44. 162. Quin etiam comprehensio, et ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum (*Crassum*) contractus et brevis. *Quintil.* 9. 4. 124. Periodo plura nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, etc. ¶ 2. Item apud Græcos accipitur pro itinere et circuitu: quo sensu adhibetur ab *Hieronymo Vir. illustr.* in *Luca:* tametsi optimæ editiones Græce habent περιόδους. ¶ 3. Item pro complexione quatuor sacrorum Græciæ certaminum, Pythiorum, Isthmiorum, Nemeæorum, Olympiorum, quod hæc spectaculâ unum post aliud celebrarentur, et per circuitum, sive orbem renovarentur. Hinc apud *Festum loc. cit.* periodum vicisse is dicitur, qui quatuor illa certamina obivit, et in omnibus vicit. *V.* vocem præced. 3.

PĔRĬO, is, *et*

PĔRĪOR, pĕrīris, pĕrītus sum, pĕrīri, dep. 4. *V.* PERITUS.

PĔRĬOSTĔON, i, n. 2. περιόστεον. *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 1. *ante med.* Patitur principaliter membrana, quæ ossa circumtegit, quam Græci periosteon vocant.

PĔRĬPĂTĔTĪCI, ōrum, m. plur. 2. Περιπατητικοί, philosophi illi, qui ab Aristotele originem habuere: a περιπατέω *obambulo*, quod Aristoteles philosophiam solitus fuerit docere inambulando in Lyceo. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 4. 17. et 4. *Tusc.* 3. 6.; et *Gell.* 2. 18.

PĔRĬPĂTĔTĪCUS, a, um, adiect. ad Peripateticos pertinens. *Colum.* 9. *R. R.* 3. 1. Peripatetica secta. *Gell.* 1. 3. philosophia. *Id.* 19. 5. disciplina. *Id.* 2. 18. Theophrastus Peripateticus.

PĔRĬPĔTASMĂTA, um, n. plur. 3. *arazzi, tappezzerie, paramenti*, περιπετάσματα, peristromata, aulæa et tapetia, quibus parietes aularum, ornatus gratia, teguntur, et pavimenta insternuntur: a περιπετάζω *circumquaque obtendo. Cic.* 6. *Verr.* 12. 27. Quid? illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Hejo peripetasmata emere oblitus es? *et* § 28. Nunc de peripetasmatis quemadmodum te expedias, non habes. *peripetasmatis* pro *peripetasmatibus. V.* EMBLEMA. *init.* Cf. *Varron.* 5. *L. L.* 168. *Müll.* et 3. *R. R.* 5. 16., ubi vocabulum Græcis litteris usurpatur.

PĔRĬPHĔRES, is, adject. omn. gen. περιφερής, versatilis. *Capell.* 9. *p.* 323. Ploce peripheres est, quæ ad utrumque aut accommodatur, aut servit.

PĔRĬPHĔRĬA, æ, f. 1. *periferia*, περιφέρεια, linea circuli circumcurrens. *Capell.* 8. *p.* 278. Unum signum quod centron, alterum quod peripheriam demonstraret. *Id.* 6. *p.* 229. Græcis litteris exhibet.

PĔRĬPHRĂSIS, is, f. 3. *circonlocuzione*, περίφρασις, circumlocutio, circuitio, tropus, quum id, quod uno, aut certe paucioribus verbis dici poterat, pluribus explicatur: a περιφράζω *circumloquor. Quintil.* 8. 3. 53. *et* 6. 61. et alibi. *Gell.* 3. 1. Ut Sallustium, vel subtilissimum brevitatis artificem, periphrasin poetarum facere diceret. *Sueton. Gramm.* 4. *a med.* Instituere quædam genera institutionum ad eloquentiam præparandam, ut problemata, periphrases, elocutiones, ethologias. *Alii leg.* problemata, paraphrases, allocutiones, ethologias. Adde *Charis.* 4. *p.* 245. *Putsch.*; et *Diomed.* 2. *p.* 455.

PĔRĬPLEUMŌNĬA. *V.* PERIPNEUMONIA.

PĔRĬPLEUMŌNĬĂCUS *et*

PĔRĬPLEUMŌNĬCUS, a, um, adject. *V.* PERIPNEUMONICUS.

PĔRĬPLUS, i, m. 2. περίπλους, Græce significat circumnavigationem. Hinc quidam scriptores, qui oram maritimam aliquam descripserunt, hujusmodi libros Periplus inscripsere, ut Xenophon. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 48. 49. (155). Xenophon in Periplo etc.

PĔRĬPNEUMŌNĬA, æ, f. 1. περιπνευμονία, morbus pulmonum, de quo *V.* in voce sequent. a πνεύμων *pulmo. Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 25. 26. *et* 27. — Apud *eumd.* 3. *Tard.* 1. et 5. *ibid.* 2. legitur *peripleumonia* pro *peripneumonia*, ut etiam Græce περιπλευμονία et περιπνευμονία dicitur.

PĔRĬPNEUMŌNĬCUS, a, um, adject. qui morbo laborat, qui περιπνευμονία dicitur, qua totus pulmo afficitur: sequitur tussis bilem, vel pus trahens, præcordiorum totiusque pectoris gravitas, spiritus difficultas, magnæ febres, continua vigilia, cibi fastidium, tabes: quæ est descriptio *Celsi* 4. 7. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 7. 25. (41). Pleuriticis et peripneumonicis centaurium majus bibitur. Adde 20. *ibid.* 17. 68. (176). et alibi. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 15. Peripneumonica passio. — Apud *Veget.* 1. *Veterin.* 38. legitur *peripleumonicus*: et apud *Theod. Priscian.* 2. 4. *a med. et ibid.* 5. *peripleumoniacus.* Græce item περιπλευμονικός pro περιπνευμονικός dicitur eadem significatione. *Peripleumoniacus* legitur etiam apud *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 113. *retro* ed. *Ald.*

PĔRĬPSĒMA, ătis, n. 3. περίψημα, sordes et purgamenta, quæ abstergendo et defricando colliguntur: a περί *circum* et ψάω *radendo detergeo. Tertull. Pudic.* 14. ex *Paul.* 1. *Cor.* 4. 13.

PĔRĬPTĔROS, i, m. 2. περίπτερος, genus ædificii, quod ex omni parte columnarum ordine cingitur, quasi circum alatus: a περί *circum* et πτερόν *ala. Vitruv.* 3. 1. et 4. 7. *V. Bald. in Lex.* Græce proprie est adject. περίπτερος, ον, quod Latine substantivorum more usurpatur.

PĔRĪRĀTUS, a, um, adject. *molto adirato*, valde iratus. *Plaut. Truc.* 3. 1. 11. Fuit edepol Mars meo periratus patri. *Cic.* 9. *Fam.* 6. Erant nobis perirati.

PĔRĬSCĔLIS, ĭdis, f. 3. περισκελίς, ornamentum muliebre, nempe circulus aureus, vel argenteus crura supra talos ambiens: a περί *circum* et σκέλος *crus. Horat.* 1. *Ep.* 17. 56. Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam, Sæpe periscelidem raptam sibi flentis. *Petron. fragm. Tragur.* 67. *Burmann.* Venit ergo galbino succincta cingillo, ita ut infra cerasina appareret tunica, et periscelides tortæ, phæcasiæque inauratæ. *Plin.* 33. *Hist. Nat.* 12. 54. (151). easdem *compedes* vocat, et argenteas plebejis mulieribus, aureas patriciis tribuit. *Isid.* 19. *Orig.* 31. 9. Periscelides sunt crurum ornamenta mullerum, quibus gressus earum ornatur.

PĔRĬSCĔLĬUM, ĭi, n. 2. περισκέλιον, idem ac periscelis. *Tertull. Cult. fem.* 13. Nescio, an crus de periscelio in nervum se patiatur artari.

PĔRĬSPŌMĒNUS, a, um, adject. *V.* BARYTONUS. *Fragm. de Verb.* ed. *Putsch. p.* 2774. Primo de perispomenis dicemus.

PĔRĬSSEUMA *vel* peritteuma, ătis, n, 3. περίσσευμα vel περίττευμα, *esuberanza*, abundantia, idest, donatio ex abundanti facta, perissochoregia, quam vocem vide. Huc retrahendus locus ex *Cod. Justinian.* allatus in *V.* PARAPETEUMA, ubi pro *nomine parapeteumatis* legendum *nomine peritteumatis.*

PĔRĬSSŌCHŌRĒGĬA, æ, f. 1. περισσοχορηγία, annonæ præbitio copiosior justo: a περισσός *copiosus* et χορηγία *erogatio, largitio. Impp. Theodos. et Valentinian. Cod. Theod.* 14. 26. 2. Nemo privetur eo, quod nunc usque percepit, et perisochoregiæ nomen penitus amputetur.

PĔRĬSSŌLŌGĬA, æ, f. 1. περισσολογία, superflua locutio, vitiosa quædam periphrasis, vitium grammaticale, quum oratio inani verborum turba et copiosa loquacitate obruitur: *a* περισσός *redundans*, et λόγος *sermo. Virg.* 1. *Æn.* 662. faciem mutatus et ora Cupido. Ubi *Servius:* Et ora, perissologia est. *Quintil.* 4. 2. 43. et 8. 6. 61. Græcis litteris scribit. Latinis vero *Charis.* 4. *p.* 242. *Putsch.*; et *Diomed.* 2. *p.* 444.

PĔRĬSSON, i, n. 2. περισσόν, nimius, supervacuus. Ita appellatur herba strychnon a *Plin.* 21. *Hist. nat.* 31. 105. (179). Qui parcius insectantur, manicon cognominavere; qui nequiter occultabant, erythron, aut neurada; ut nonnulli, perisson. Adde *Apul, Herb.* 74.

PĔRĬSSŌSYLLĂBA, æ, f. 1. a περισσός, qui communem mensuram excedit et *syllaba*, est syllaba adjecta, vel syllabæ adjectio. *Charis.* 1. *p.* 90. *Putsch.* Ut *pius* debet in comparatione *pior* dici; sed quoniam non habet perissosyllabam, nec comparari potest. Quæ regula de omnibus appellationibus, quæ non habent in comparatione perissosyllabam, observanda. *che nel comparativo non crescono di una sillaba. V.* et voc. seq.

PĔRĬSSŌSYLLABES, adject. περισσοσυλλαβές, hexametrum dicitur qui propter adjectam syllabam ceteris longior est. Latinis litteris haud semel hæc vox legitur apud *Mar. Victorin.* 4. *p.* 163. ed. *Keil.*; Græcis vero ed. *Putsch.* 2612.

PĔRĬSSUS, a, um, adject. περισσός, nimius, supervacuus. *Capell.* 9. *p.* 321. Alia diastemata artia, alia perissa: pĕrissa autem, quæ in tria hemitonia discernuntur.

PĔRĬSTĂSIS, is, f. 3. περίστασις, circumstantia a περίσταμαι *circumsto. Petron. fragm. Tragur.* 48. *Burmann.* Dic ergo, si me amas, peristasin declamationis tuæ, *h. e.* argumentum, in quo versatur declamatio tua, cum omnibus circumstantiis ad illud pertinentibus.

PĔRĬSTĔRĔON, ōnis, m. 3. περιστερεών, *et*

PĔRĬSTĔRĔOS, i, m. 2. herba caule alto, foliato, cacumine in alios caules se spargens, columbis admodum familiaris, unde et nomen (a περιστερά *columba*). Hæc *Plin.* 25. *Hist. nat.* 10. 78. (126). Hanc eamdem *Id. ibid.* 9. 59. (105). (in vulgatis libris; edente vero *Sillig. peristereon*) et *Apul. Herb.* 3. Græca positione *peristereona* Accusat. sing., et *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 17. in Genit. *peristereonis* efferunt.

PĔRĬSTŌMĬON, ĭi, n. 2. περιστόμιον, os, caverna. *Ambros. de Fide* 2. 4. Et per circuitum struet vallis peristomion, et obruet illic Gog et totam multitudinem ejus. *Sed Græca vox est et fortasse Græcis litteris scribenda.*

PĔRĬSTRŌMA, ătis, n. 3. *arazzo, tappezzeria*, περιστρῶμα, idem quod peripetasma: a περιστρώννυμι *circum sterno. Plaut. Pseud.* 1. 2. 12. Ita ego vestra latera loris faciam valide varia uti sint, ut ne peristromata quidem æque picta sint Campanica. *Cic.* 2. *Phil.* 27. 67. Conchyliatis Cn. Pompeji peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres. Cf. *Quintil.* 8. 4. 25. Conchyliata peristromata terunt servi. *Varro* 5. *L. L.* 168. *Müll.* Græcis litteris scribit. *V.* et voc. seq.

PĔRĬSTRŌMUM, i, n. 2. idem quod peristroma. *Auct. de dubiis nominibus* ed. *Keil.* inter *Grammat. Latin. T.* 5. *p.* 586. Peristromum generis neutri; sed Cicero elegantius dixit hoc *peristroma* et hæc *peristromata.* Hinc *G. Löve* (*Prodromus corporis Glossarior. Latinor. p.* 290.-921). ita emendandum putat illud *Plauti Stich.* 2. 2. 54. Tum Babylonica et peristroma, tonsilia et tapetia. *Vulgati libri habent:* Tum Babylonica et peristromatia (*vel* peristromata), conchyliata tapetia. *Ipsi Codd.* peristroma *tuentur.*

PĔRĬSTRŌPHĒ, es, f. 1. περιστροφή, conversio. *Capell.* 5. *p.* 186. Quum adversarii propositionem in nostram partem convertimus, peristrophen vocamus.

PĔRĬSTŸLĬUM, ĭi, n. 2. *luogo circondato da colonne, loggia, chiostro*, περιστύλιον, locus columnis sæptus, vel ubi columnæ in circuitu dispositæ sunt: a περί *circum* et στύλος *columna.*

Vitruv. 3. 1., 5. 11. et 6. 4. *et* 10.; et *Sueton. Aug.* 82.

PĔRISTŸLUM, i, n. 2. idem ac peristylium. *Cic. Dom.* 44. 116. In Palatio, pulcherrimo prospectu, porticum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concupierat, amplissimum peristylum. *Varro* 3. *R. R.* 5. 1. Peristylum tectum tegulis. *Auson. de Urbib.* 5. Cunctaque marmoreis ornata peristyla signis.

PĔRĪTĒ, adverb. (peritus). Comp. *Peritius* et Sup. *Peritissime.* — Perite est cum peritia, seu cognitione, quæ ab experientia nascitur, docte, scienter, scite, ἐμπείρως (It. *con perizia e maestria, dottamente*; Fr. *ên personne expérimentée, exercée, habilement, avec art, adroitement*; Hisp. *en hombre experimentado, habilmente, diestramente*; Germ. *mit Einsicht oder Erfahrung, geschickt*; Angl. *skilfully, expertly, in a masterly manner, learnedly*). *Cic.* 2. *Orat.* 19. 81. Hæc sunt concinne distributa, sed tamen, id quod necesse fuit hominibus expertibus veritatis, non perite. *Petron. Satyr.* 135. Dentibus folliculos fabæ perite spoliat. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 4. 3. (29). Nec colles opere nudantur, si quis perite fodiat. *Cic.* 2. *Legg.* 12. 29. Quod institutum perite a Numa, posteriorum pontificum negligentia dissolutum est. *Id.* 2. *Orat.* 2. 5. Bene dicere, quod est scienter, et perite, et ornate dicere. *Gell.* 17. 5. *ad fin.* Perite et scienter dicere. *Cic.* 1. *Orat.* 11. 48. Satis callide et perite versari in re aliqua. *Id.* 4. *Verr.* 54. 135. Omnia istius decreta, imperia, litteras peritissime et callidissime venditabat. *Gell.* 2. 21. Scite omnia ac perite disserere. *et* 5. 3. Vincturam posituramque ligni scite periteque factam considerat. *et* 10. 22. *sub fin.* Rempublicam constanter, et fortiter, et perite administrare. *Seneca Ep.* 90. *a med.* Quæ ab imprudentissimis aut æque fieri videmus, aut peritius. *Plin.* 5. *Ep.* 19. Perite uti cithara. *Id.* 3. *Ep.* 15. Suavissime et peritissime legere.

PĔRĪTĬA, æ, f. 1. (peritus) cognitio ex experientia, ars, artificium, scientia, ἐμπειρία (It. *pratica, perizia, cognizione, maestria*; Fr. *connaissance acquise par l'expérience, science, habileté*; Hisp. *conocimiento experimental, ciencia, habilidad, destreza*; Germ. *die Erfahrung, Kenntniss*; Angl. *skill, skilfulness, knowledge, expertness*). Occurrit — *a*) Cum Genitivo rei, cujus quis peritus est. *Sall. Jug.* 50. *in fin.* In Jugurtha tantus dolus, tantaque peritia locorum et militiæ erat, ut etc. *Sueton. Tib.* 67. Existimant quidam, præscisse hæc cum peritia futurorum. *Tac.* 1. *Ann.* 69. Accendebat hæc Sejanus, peritia morum Tiberii odia in longum jaciens. *et* 4. *ibid.* 58. Peritia legum. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 7. (32). castrametandi. *At* Sillig. *legendum putat* castra metantis. *Gell.* 15. 31. et disciplina faciendi obsidii. *Quintil.* 2. 15. 24. gratiæ ac voluptatis. *scil.* conciliandæ. — *b*) Absolute. *Tac.* 4. *Hist.* 30. Legionarii peritia et arte præstantes. *Ulp. Dig.* 7. 1. 27. Si servum disciplinis, vel arte instituerit usufructuarius, arte ejus, vel peritia utetur.

PĔRĪTO, as, are, n. 1. *frequentat. a* pereo. *Plaut. Capt.* 3. 5. 32. Qui per virtutem peritat, non interit. *Lindemannus legit* periit, at non interit, *Fleckeisenus vero* perit, at non (is) interit. Apud *Lucret.* 3. 710., ubi vett. Editiones habent *peritat, Lachmannus* ex optimis Codd. legit *periit.*

PĔRĪTŌNÆOS, on, adject. περιτόναιος. *V.* voc. seq. ad fin.

PĔRĪTŌNÆUM *vel* peritonēum, i, n. 2. περιτόναιον et περιτόνειον, membrana tenuissima omnibus visceribus reliquisque inferioris ventris partibus circumtensa, unde et nomen: a περί *circum* et τείνω *tendo. Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 17. Membrana major, quam peritonæum vocant, scilicet quæ omnia interius tegit atque continet viscera. *Id.* 4. *Tard.* 6. *a med.* Membrana, quæ ventrem intra cutem circum tegit et appellata est peritonæon. — Adjective *peritonæos membrana* dicitur ab *eod.* 3. *Tard.* 4. et 4. *ibid.* 7. — *Cels.* 4. 1. et 7. 4. Græcis litteris utitur.

PĔRĪTUS, a, um, proprie est particip. ab inusit. *perior* (unde *experior*, ut docet *Priscian.* 8. *p.* 802. *Putsch.* A *perio* quoque activo videtur quibusdam esse *experior* commune et *opperior* deponens.), hinc *Plaut. Pers.* 2. 3. 16. Quid faciet mihi? verberibus cædi jusserit, compedes imponi? vapulet. Ne sibi me credat supplicem fore. Mihi jam nihil novi offerri potest, quin sim peritus. et *Accius* apud *Non. p.* 258. 4. *Merc.* Quod periti sumus in vita, et usu callemus magis. Cf. locum *Flori* sub I. *h.*, et *Auson.* sub I. *g.* — Sed *peritus* est fere adject., unde Comp. *Peritior* et Sup. *Peritissimus* I.; et est sciens, gnarus, doctus, ἔμπειρος (It. *perito, pratico, intendente, sperto*; Fr. *habile, qui sait, qui connaît, praticien, connaisseur, bon juge*; Hisp. *práctico, hábil, diestro, inteligente, conocedor*; Germ. *erfahren, klug, kundig, geschickt, geschent*; Angl. *skilful, well skilled, expert, knowing, well versed, well practised or taught, able, learned*).

I.) Proprie de hominibus. — *a*) Absolute. *Cic.* 1. *Off.* 41. 147. Ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines vel etiam usu peritos. *Id.* 1. *Orat.* 23. 109. Hæc ab hominibus callidis ac peritis animadversa ac notata sunt. *et ibid.* 15. 66. Homo prudentissimus et peritissimus. *Cæs.* 1. *B. C.* 73. Peritissimi atque exercitatissimi duces. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 13. Vivere si recte nescis, decede peritis. *Id.* 2. *Od.* 29. 19. Me peritus discet Hiber Rhodanique potor. *Propert.* 1. 9. 7. Me dolor et lacrimæ merito fecere peritum: Atque utinam posito dicar amore rudis. *Cic.* 3. *Off.* 3. 15. Quod item in poematis, in picturis usu venit in aliisque compluribus, ut delectentur imperiti laudentque ea, quæ laudanda non sint. Itaque quum sint docti a peritis, desistunt facile sententia. *Curt.* 5. 13. 24. Haud procul erat fons, ad quem monstratum a peritis Polystratus Macedo siti maceratus accessit. *Tac.* 3. *Hist.* 37. Annotabant periti, numquam antea, non abrogato magistratu, neque lege lata, alium suffectum. *i pratici conoscitori delle consuetudini e dei fatti. Sueton. Aug.* 95. Immolanti (*Augusto*) omnium victimarum jocinera, replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt: nemine peritorum aliter conjectante, quam læta per hæc et magna portendi. *h. e.* haruspicum. — *b*) Cum Genitivo rei, cujus quis peritus est. *Cic. Fontej.* 7. 15. Sapiens homo ac multarum rerum peritus. *Cæs.* 1. *B. C.* 48. *sub fin.* Periti earum regionum. *et* 3. *ibid.* 61. Peritiores rei militaris. *Nepos Themist.* 2. Peritissimos belli navalis fecit Athenienses. *Liv.* 1. 34. Perita cælestium prodigiorum mulier. *Curt.* 4. 10. Peritissimi cæli ac siderum vates. *Cic.* 3. *Off.* 14. 60. Homo definiendi peritus. *Nepos Timoth.* 1. Fuit enim disertus, rei militaris peritus, nec minus civitatis regendæ. *Plin.* 2. *Ep.* 11. Vir movendarum lacrimarum peritissimus. — Apud *Fronton.* 4. *ad M. Cæs.* 3. Tamen est in aliis artibus ubi delitescas, et peritus paullisper habeare, quod nescias, *subintelligitur* ejus. — *c*) Cum Ablativo sine præpos. *Lucilius* apud *Charis.* 1. *p.* 62. *Putsch.* Ut jure peritus. Sic *Cic. Cluent.* 38. 107. Quis P. Octavio Balbo ingenio prudentior, jure peritior? et *Aurel. Vict. Epit.* 19. Jure peritissimus. *Auct. B. Afr.* 31. Mirabili peritus scientia bellandi. *Vellej.* 2. 29. 3. Peritus bello. *Gell.* 4. 8. disciplina militari. *Paul. Dig.* 33. 7. 19. Servus arte fabrica peritus. — *d*) *Peritus in aliqua re* qui dixerit, inveni adhuc neminem, ait *Forcellinus.* Sed per zeugma *Propert.* 2. 23. 81. Non tamen hæc ulli venient ingrata legenti, Sive in amore rudis, sive peritus erit. *Quintil.* 11. 1. 71. In hoc solo minus peritum, quam in ceteris. — *e*) Cum Accusat. et præpos. *ad. Cic. Fontej.* 15. 33. Vir ad labores belli impiger, ad pericula fortis, ad usum ac disciplinam peritus. *Justin.* 31. 2. 2. Sed res Hannibalem non diu latuit, virum ad prospicienda cavendaque pericula peritum. *Al. et* Jeep. *leg.* paratum. — *f*) Cum Ablat. et præpos. *de. Varro* 1. *R. R.* 2. 10. Qui de agricultura Romanus peritissimus existimatur. — *g*) Poetice cum Accusat. sine præpos. *Auson. epigr.* 137. Arma virumque docens, atque arma virumque peritus. — *h*) Cum Infinito. *Virg.* 10. *Ecl.* 32. soli cantare periti Arcades. *Tac. Agric.* 8. Peritus obsequi. *Pers.* 2. 34. urentes oculos inhibere perita. *Flor.* 3. 1. Sed rex peritus, fortius adversus Romanos aurum esse, quam ferrum, pacem emit. *V.* dicta sub init.

II.) Translate de abstractis. *Auson. Epist.* 15. 92. Suescat peritis fabulis Simul jocari et discere. *artificiose.*

Homonym. Inter *doctum* et *peritum*, inquit *Non. p.* 428. 30. *Merc.*, quum simile videatur, a Tullio discretum est, ut sit peritus plus, quam doctus (3. *Off.* 3. 15.). Itaque quum sunt docti a peritis, facile desistunt a sententia. Hæc *Non.* Sed locus *Cicer.* nihil pro eo facit. Illud potius dicas, *doctum* esse, qui studio: *peritum*, qui usu et experientia didicit: tametsi ne hoc quidem fortasse perpetuum est.

PĔRIXŸŌMĔNOS, i, m. 2. περιξυόμενος, nomen statuæ referentis hominem se strigili destringentem, extergentemve: a περιξύω *circum rado. Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (86). *V.* DESTRINGO.

PĔRIZŌMA, ătis, n. 3. περίζωμα, subligaculum: a περί *circum* et ζώννυμι *cingo. Isid.* 19. *Orig.* 22. Perizoma est succinctorium, quo tantum genitalia conteguntur. Hoc primum primi mortales e foliis arborum sibi fecerunt, quando post prævaricationem erubescentes pudenda velarunt. *Vulgat. interpr. Genes.* 2. 7. Et aperti sunt oculi amborum: quumque cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, et fecerunt sibi perizomata.

PERJĔRO. *V.* PEJERO.

PERJŪCUNDĔ, adverb. valde jucunde. *Cic.* 13. *Att.* 52. O hospitem mihi tam gravem ἀμεταμέλητον! Fuit enim perjucunde. *et Cæl.* 11. 25. Versari perjucunde in re aliqua.

PERJŪCUNDUS, a, um, adject. valde jucundus. *Cic.* 1. *Fam.* 7. Cui quidem litteræ tuæ perjucundæ fuerunt. *et* 2. *Orat.* 7. 26. Disputatio perjucunda. Tmesi *Id.* 3. *ad Q. fr.* 1. 4. Id mihi pergratum, perque jucundum erit. *V.* PER.

PERJŪGIS, e, adject. valde jugis. *Alcim. Ep.* 24. Ergo perjugibus sollicitudinis vestræ studiis opportunissimum his operibus acquirendæ salutis fenus accrescit.

PERJŪRĀTĬUNCŬLA, æ, f. 1. *deminut.* parvum perjurium. *Plaut. Stich.* 1. 3. 76. Ac perjuratiunculas parasiticas (*dabit*).

PERJŪRĀTUS, a, um, particip. a *perjuro. V.* PEJERO.

PERJŪRĬŌSUS, a, um, adject. idem ac perjurus. *Plaut. Truc.* 1. 2. 52. Procaciores estis vos, sed illi perjuriosi.

PERJŪRĬUM, ii, n. 2. (perjurus) jusjurandum violatum, juramentum falsum, *giuramento falso, spergiuro*, ἐπιορκία.

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Off.* 29. 108. Quod ex animi tui sententia juraris, id non facere, perjurium est. *Id.* 2. *Leg.* 9. 22. Perjurii pœna divina exitium, humana dedecus. *Id. Fontej.* 16. 35. Sceleratorum hominum perjuria. *Ovid.* 1. *Art. am.* 657. perjuras merito perjuria fallunt. *Id.* 5. *Fast.* 681. Ablue præteriti perjuria temporis, inquit.

II.) Translate, concreto, uti ajunt, sensu vel abstractum pro concreto, *perjuria Grain* apud *Sil. It.* 17. 425. sunt phalanx Macedonum pugnantium pro Pœnis contra Romanos post pactam cum iis pacem.

PERJŪRO. *V.* PEJERO.

PERJŪRUS, a, um, adject. (per *et* jus). Comp. *Perjurior* II.; Sup. *Perjurissimus* I. — Perjurus est qui jusjurandum violat, qui jurando jus pervertit, ἐπίορκος (It. *spergiuro*; Fr. *parjure, qui viole son serment*; Hisp. *perjuro*; Germ. *meineidig*; Angl. *perjured, forsworn, that das violated his oath*).

I.) Proprie. *Cic. Rosc. com.* 16. 46. At quid interest inter perjurum et mendacem? *et ibid.*

7. 20. Ballionem illum improbissimum et perjurissimum lenonem quum agit. *Virg.* 5. *Æn.* 811. Structa meis manibus perjuræ mœnia Trojæ. *h. e.* Laomedontis Trojanorum regis, de quo *Id.* 1. *G.* 502. Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ. *Ovid.* 11. *Met.* 214. tantique operis mercede negatâ, Bis perjura capit superatæ mœnia Trojæ. *Horat.* 3. *Od.* 24. 59. Quum perjura patris fides Consortem socium fallat et hospites.

II.) Translate est. mendax simpliciter, *mentitore, bugiardo. Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 74. Heu ecastor hominem perjurum! *et* 1. 1. 21. Perjuriorem hoc hominem si quis viderit, etc.

PERLĂBOR, bĕris, psus sum, bi, n. 3. *Perlabier* paragoge apud *Lucret.* infra cit. — Part. *Perlapsus.* — Perlabi est per aliquem locum labi. *Lucret.* 4. 248. Isque (*aer*) ita per nostras acies perlabitur omnis. *passa, scorre.* et 5. 766. supra solis perlabier orbem. *Virg.* 1. *Æn.* 151. Atque rotis summas levibus perlabitur undas. *et* 7. *ibid.* 646. Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura. *perviene, arriva. Tibull.* 4. 1. 127. Ulla nec aerias volucris perlabitur auras. *Sil. It.* 3. 410. perlabitur (*Neptunus*) æquora curru. Adde *eumd.* 16. 390. *Stat.* 4. *Silv.* 6. 4. hæc imos animi perlapsa recessus Inconsumpta manet. *Cic.* 1. *Tusc.* 12. 28. Indeque perlapsus ad nos, et usque ad Oceanum Hercules.

PERLÆTUS, a, um, adject. vehementer lætus. *Liv.* 10. 21. Supplicatioque perlæta fuit.

PERLAPSUS, a, um. *V.* PERLABOR.

PERLAMBO, is, ere, a. 3. multum lambere. *Alcim.* 3. 243. Quumque canes miti perlambant ulcera lingua.

PERLĀTĒ, adverb. valde late. *Cic.* 2. *Orat.* 4. 17. Idque (*verbum*) in sermonis nostri consuetudine perlate patet.

PERLĀTĔO, tes, tŭi, tere, n. 2. valde latere. *Ovid.* 3. *Art. am.* 415. Quis Danaen nosset, si semper clausa fuisset, Inque sua turri perlatuisset anus?

PERLĀTĬO, ōnis, f. 3. *trasporto*, translatio, verbale a *perfero.*

I.) Proprie. *Hygin.* 1. *Astron. præf.* Exinde uniuscujusque signi historias causamque ad sidera perlationis ostendimus. *h. e.* causam, ob quam ad sidera perlatum quodque signum est.

II.) Translate est tolerantia, *tolleranza. Lactant.* 5. 22. Patientia est malorum cum æquanimitate perlatio. — De loco *Quintil.* 6. 2. 9. *V.* adnotat. a *Spalding.*

PERLĀTOR, ōris, m. 3. *riportatore*, qui affert. *Ammian.* 21. 16. Perlatore capto. *Symmach.* 5. *Ep.* 28. (*al.* 30.) Perlator harum litterarum. Adde *Augustin. Ep.* 146. *extr. et* 199.

PERLĀTRIX, īcis, f. 3. *apportatrice*, quæ perfert. *Ennod.* 1. *Ep.* 22. Perlatrices querelarum litteræ. Adde *eumd. Ep.* 8.

PERLĀTUS, a, um, particip. *V.* PERFERO.

PERLAUDĀBĬLIS, e, adject. valde laudabilis. *Dictys Cret.* 6. *B. Troj.* 14. Simulacrum formæ perlaudabilis.

PERLĂVO, as, āvi, ātum, are, a. 1. perfecte lavo. *Tertull. Pœnit.* 4. Te peccatorum fluctibus mersum perlavabit. *Pelagon. Veterin.* 26. *a med.* Ita ut prius scabies ferro erasa perlavetur urina hominis.

PERLAXO, as, are, a. 1. valde laxo. *Apic.* 7. 7.

PERLĔCĔBRA *vel* pellecebra, æ, f. 1. idem atque illecebra. *Plaut. Asin.* 1. 2. 7. Te perdam ego et filiam, perlecebræ, pernicies, adolescentum exitium. *Id. Bacch.* 5. 2. 47. Eunt eccas tandem probri perlecebræ, et personatrices. *Junctim* Fleckeisen. *leg.* probriperlecebræ.

PERLECTĬO. *V.* PELLECTIO.

PERLECTO. *V.* PROLECTO.

PERLECTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERLĔGO *vel* pellego, lĕgis, lĕgi, lectum, lĕgĕre, a. 3. (per *et* lego). Scribitur et *pellego*: quod et *Priscian.* 2. *p.* 571. *Putsch.* admonuit. Sic apud *Plaut. Pers.* 4. 3. 27. et *Bacch.* 4. 9. 104., et plerique Codd. apud *Cic.* 13. *Att.* 44. — Part. *Perlectus, Perlecturus* et *Perlegendus* 2. — Perlegere est omnia colligere; hinc ¶ 1. Generatim et poetice *perlegere oculis*, lustrare, diligenter intueri, contemplari. *Virg.* 6. *Æn.* 33. quin protinus omnia Perlegerent oculis, ni etc. *h. e.* picturam omnem contemplarentur. *Ovid.* 1. *Fast.* 591. Perlege dispositas generosa per atria ceras. *Stat.* 3. *Theb.* 499. Postquam rite diu partiti sidera, cunctas Perlegere animis oculisque sequacibus auras. ¶ 2. Speciatim est tabellas, libros etc. percurrendo legere, *leggere.* — *a*) Cum Accusativo. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 64. Chrysale, ades, dum ego has (*tabellas*) perlego. *et Pers.* 4. 3. 27. Tabellas tene has, pellege. *Cic.* 1. *Divinat.* 5. 8. Perlegi, ille inquit, tuum paullo ante tertium de natura deorum. *Cæs.* 5. *B. G.* 46. Perlectam epistolam in conventu militum recitat. *Ovid.* 1. *Amor.* 11. 19. perlectis rescribat multa jubeto. *Apul. Florid. n.* 16. Reliquum sine intermissione deincipe die perlecturus. *Plin.* 1. *Hist. nat. præf.* (32). Libri perlegendi. *Sillig.* legendi.— *b*) Absolute. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 104. Sine pellegam. ¶ 3. Item speciatim est a principio ad finem usque legere. *Plaut. Asin.* 4. 1. 2. Leges perlege. *Liv.* 38. 28. Censores senatum perlegerunt. *h. e.* omnium senatorum nomina recitarunt. Adde *Senec. Ep.* 46.; et *Sueton. Claud.* 41.

PERLĒNĬO, is, ire, a. 4. totum vel admodum lenire. *Marcell. Empir. c.* 9. *p.* 98. *retro* ed. *Ald.* Quum refrigeratum fuerit (*medicamen*), condes illud in vasculo vitreo, ac tepefactum, quamdiu dolorem et tinnitum vel sonitum auriculæ perleniat, in aurem de specillo infundes.

PERLĔPĬDĒ, adverb. valde lepide. *Plaut. Cas.* 5. 2. 39. Perlepide narras.

PERLĔPĬDUS, a, um, adject. valde lepidus. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 53. Euge perlepide, Charine, meo me ludo lamberas. *Alii rectius leg.* Eugepæ: lepide.

PERLĔVIS, e, adject. valde levis. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 29. 80. An ignoratis cetera illa magnifica populi R. vectigalia, perlevi sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere? *Liv.* 21. 43. Sæpe incliti populi regesque perlevi momento victi sunt. Adde *eumd.* 24. 34. *Sunt tamen qui ubique leg.* levi.

PERLĔVĬTER, adverb. valde leviter. *Cic.* 2. *ad Q. Fr.* 6. Perleviter commotus. *et* 3. *Tusc.* 25. *extr.* Perleviter pungit animi dolor.

PERLĪBENS *vel* perlubens, entis. *V.* PERLUBET.

PERLĪBENTER *vel* perlubenter, adverb. valde libenter. *Cic. Tim.* 1. Perlibenter et Nigidium vidi, et cognovi Cratippum. *et* 8. *Att.* 14. Tecum perlibenter loquor. *Id.* 7. *Fam.* 14. Illud quidem perlibenter audivi ex eodem Chrysippo, te esse Cæsari familiarem.

PERLĪBĔRĀLIS, e, adject. valde liberalis. *Ter. Hecyr.* 5. 4. 24. Perliberalis visa est.

PERLĪBĔRĀLĬTER, adverb. valde liberaliter. *Cic.* 10. *Att.* 4. *a med.* Hoc loco multa perliberaliter. Adde *eumd. Rosc. Am.* 37. 108.

PERLĪBET, bĕbat, bere. *V.* PERLUBET.

PERLĪBRĀTĬO, ōnis, f. 3. *livello*, actus perlibrandi. *Vitruv.* 8. 6. Perductionis (*aquarum*) prima ratio est perlibratio. *V.* LIBRATIO et LIBRAMENTUM.

PERLĪBRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERLĪBRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Perlibrans* 2.; *Perlibratus* 1. — Perlibrare, διαστραθμίζω, ¶ 1. Est diligenter ac perfecte mensurare, et ad libram æquare, sive æqualem facere. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 13. Nam stella-pariter imæ fossæ solum metitur atque perlibrat. *Id. ibid. mox.* Sic permensum et perlibratum opus in similitudinem vervacti semper procedit. *Id.* 2. *ibid.* 2. 1. Planicies non perlibrata, sed exigue prona. Adde *Vitruv.* 8. 6. ¶ 2. Pro librando torquere, *lanciar diritto. Sil. It.* 2. 189. sævamque bipennem Perlibrans mediæ fronti. *et* 5. 321. fervidus hastam Perlibrat. *et* 15. 699. jaculum a tergo perlibrat ad ossa.

PERLICET, cebat, impers. 2. valde licet. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 35.

PERLĬCĬO. *V.* PELLICIO.

PERLĪMES, ĭtis, m. 3. Apud *M. J. Nips.* inter *Gromat. vet. ed. Rudorff. p.* 290. *perlimites* videntur esse lineæ, quæ ad limites definiendos ab uno ad alterum terminalem lapidem ducuntur.

PERLĪMO, as, are, a. 1. *Vitruv.* 5. 9. *circa med.* Ex viridibus subtilis, et extenuatus aer oculorum perlimat speciem. *h. e.* extergit, acutam reddit et puriorem, quasi lima expoliens.

PERLĪNĬO, is, etc. *V.* voc. seq.

PERLĪNO, līnis, lītum, līnere, a. 3. *et* Perlĭnio, is, ire, a. 4. Præteritum *perlĭni* vel *perlĭvi* vel *perlēvi* nusquam legitur. — De forma *perlinio V.* sub I. — Part. *Perliniens* I.; *Perlitus* I. et II.; *Perlinitus* I. — Perlinere est valde liniare, multum, perfecte, undique totum oblinere.

I.) Proprie. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 22. Et tunc pice liquida cum adipe suilla perlinuntur. *Pallad.* 3. *R. R.* 30. Insulsa amurca plagæ excisio perlinetur. *Apul.* 3. *Met. a med.* Ab imis unguibus sese totam adusque summos capillos unguedine perlinit. Rursus *Colum.* 9. *R. R.* 12. 2. Protinus custos novum loculamentum in hoc præparatum perliniat intus prædictis herbis. *At* Schneider. *leg.* perlinat. *Vulgat. interpr. Sapient.* 13. 14. Perliniens lignum rubrica. *Seren. Sammon. c.* 43. *p.* 68. *retro* ed. *Ald.* Ergo age, et arrepiam salicis frondemque librumque Cum vino tere; sic contractos perline nervos. *Marcell. Empir. c.* 19. *p.* 113. ed. *Ald.* Fel ursinum leprosos admodum sanat, si eo assidue perlinantur. — Part. *Perlitus* legitur a nonnullis apud *Cic. Rosc. Am.* 52. 150. Si non satis habet avaritiam suam pecunia explere, nisi etiam crudelitate sanguinis perlitus sit. *Alii leg.* præditus. Addunt et *Plaut. Cas.* 2. 3. 23., sed ibi quoque plerique al. aliter. Certior est auctoritas *Apul.* 8. *Met.* Arreptum servulum, nudum ac totum melle perlitum, firmiter alligavit arbori ficulneæ. *Id.* 3. *Met. init.* Homo ternæ cædis perlitus cruore. — *Perlinitus* apud *Isid. Orig.* 7. Ut perliniti ex ea nec tineas patiantur, etc.

II.) Translate. *Ammian.* 26. 10. Cassianæ sententiæ fuco perliti judices.

PERLIPPĬDUS, a, um, adject. valde lippus. *Plin. Valerian.* 1. 34. *p.* 170. *retro* ed. *Ald.* in *lemmate.* Ad os salivosum et perlippidum. *h. e.* valde stillans et quasi lippiens.

PERLĬQUĬDUS, a, um, adject. valde liquidus. *Cels.* 2. 4. *sub fin.* Si quod descendit, est perliquidum.

PERLĪTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERLĪTO, as, āvi, ātum, are, n. 1. Part. *Perlitatus.* — Perlitare est perfecte litare, sacrificio facto deos placare votumque impetrare, καλλιερέω. *Valer. Antias* apud *Gell.* 1. 7. Si hæ res divinæ factæ riteque perlitatæ essent. *Liv.* 41. 15. Saluti Petilium perlitasse negant. *et ibid.* 14. In ea hostia, qua Q. Petilius sacrificavit, in jocinore caput non inventum. Id quum ad senatum retulisset, bove perlitare jussus. Cf. *Flor.* 4. 2. *ad fin.* Nec perlitare centum victimis potuerat. — Et impers. *Liv.* 36. 1. Ea omnia sacrificia læta fuere, primisque hostiis perlitatum est. — Absolute. *Id.* 7. 8. *ad fin.* Diu non perlitatum, tenuerat dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset. *h. e.* quum diu perlitatum non esset, id tenuerat dictatorem, ne etc. Quum enim hostiæ immolatæ sinistrum quid in extis suis portenderent, augeri hostias imperabant, h. e. majoribus hostiis usque ad litationem (usque dum exta probarentur) sacrificabant.

PERLITTĔRĀTUS, a, um, adject. valde litteratus. *Cic. fragm. pro Q. Gall.* apud *Hieronym. Ep.* 52. *n.* 8. Homo perlitteratus.

PERLĪTUS, a, um. *V.* PERLINO.

PERLŌNGĒ, adverb. valde longe. *Ter. Eun.* 3. 5. 61. Perlonge est, sed tanto ocius properemus.

PERLONGINQUUS, a, um, adject. valde longinquus. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 77. Pol id quidem esse haud perlonginquum.

PERLONGUM, adverb. *V.* voc. seq. sub I.

PERLONGUS, a, um, adject. valde longus.

I.) Proprie. *Cic.* 5. *Att.* 20. *a med.* Perlonga, et non satis tuta via. — *Perlongum* adverbii more, diu. *Auson. epigr.* 1. 7. Tu quoque venturos perlongum consere Janos.

II.) Translate de tempore est diuturnus. *Plaut. Trin.* 3. 3. 17. Nunc si opperiri vis adventum Charmidis, perlongum est.

PERLŪBENS *vel* perlĭbens, entis. *V.* PERLUBET.

PERLŪBENTER. *V.* PERLIBENTER.

PERLŬBET *vel* perlĭbet, bĕbat, (bŭit *vel* bĭtum est), bere, impers. 2. Præter. *perlubuit, perlubitum est* nusquam, quod sciam, legitur. — Part. *Perlubens*. — Perlubet est vehementer lubet, valde cupio. *Plaut. Capt.* 4. 2. 53. Perlubet hunc colloqui hominem. Adde *Rud.* 2. 3. 23. et *Id. Trin.* 3. 3. 50. Tenes jam? CA. propemodo! atque ausculto perlubens. Adde *eumd. ibid.* 4. 3. 34. et *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 6. *ad fin.* In quibus me perlubente Servius allisus est.

PERLŪCĔO, etc. *V.* PELLUCEO, etc.

PERLŪCESCO, is, ere, inchoat. n. 3. incipio perlucere. *Gloss. Philox.* Perlucescit, διαφαίνει. *Alcim. Sentent. ex serm. die* III. *rogat.* Porro lignea vascula legitimam conjugatorum præferant simplicitatem, cruore martyris aurea rubeant, virginitatis radio argentea perlucescant.

PERLUCTŬŌSUS, a, um, adject. valde luctuosus. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 8. *a med.* Serrani funus perluctuosum fuit.

PERLŬDO, lūdis, lūsi, lūsum, lūdere, a. 3. idem ac ludo, aut valde ludo. *Manil.* 5. 81. Obstantemque mora totum perludere circum. *h. e.* ludere per totum circum. Est qui legit *prælidere*, h. e. perstringere, percurrere. Item qui *præcludere.*

PERLŪMĬNO, as, are, a. 1. valde illuminare. *Tertull. Car. Chr.* 4. *a med.* Carnem cæcam perluminat.

PERLŬO *vel* pelluo, lŭis, lūtum, lŭere, a. 3. Apud *Fronton.* 4. *ad M. Cæs. loc. cit.* in LAVO legitur *pelluere.* — Part. *Perluens, Perlutus* et *Perluendus.* — Perluere est idem ac lavare, vel multum lavare. Quid ab *abluo, colluo, eluo, lavo, elavo, diluo, proluo, subluo* differat, *V.* in LAVO in fin. *Ovid.* 5. *Fast.* 435. Quumque manus pure fontana perluit unda. *Alii legunt* proluit. *Colum.* 12. *R. R.* 20. 3. Quum eam diligenter aqua marina perlueris. *Petron. Satyr.* 120. Nec mea Tisiphone sitientes perluit artus. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 44. 61. (127). Ædem eam madentibus pennis perluunt atque purificant. *Id.* 8. *ibid.* 27. 41. (97). Ibis rostri aduncitate per eam partem se perluens, etc. *h. e.* se purgans. *Colum.* 9. *R. R.* 16. 1. Expressæ favorum reliquiæ postquam diligenter aqua dulci perlutæ sunt. *Apul.* 2. *Met. in fin.* Anhelans et sudore perlutus. *Plin. Valerian.* 1. 19. *p.* 166. *retro* ed. *Ald.* Si gravitas sit aurium, eodem felle cum lacte muliebri perluendæ sunt. — Et Mediorum apud Græcos more. *Cæs.* 6. *B. G.* 21. *extr.* Promiscue in fluminibus perluuntur. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 4. gelida quum perluor unda.

PERLŪSĬO, ōnis, f. 3. longus ludus. *Gloss. Cyrill.* Διαπαιγμός, perlusio.

PERLŪSŌRĬUS. *V.* PROLUSORIUS.

PERLUSTRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERLUSTRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Perlustrans* II. 1.; *Perlustratus* I.; *Perlustrandus* II. 1. — Perlustrare est idem ac lustrare, vel diligenter et attente lustrare.

I.) Proprie. *Liv.* 8. 36 Perlustravitque hostium agros. *Id.* 7. 34. *extr.* Hæc omnia (*loca*) sagulo gregali amictus perlustravit. *Vellej.* 2. 106. 1. Perlustrata armis tota Germania.

II.) Translate. ¶ 1. Est ad examen vocare, accurate considerare. *Cic. Partit. orat.* 11. 38. Hujus igitur materiæ ad argumentum subjectæ, perlustrandæ animo partes erunt omnes. *Liv.* 25. 9. Perlustrarentque omnia oculis. *Id.* 23. 46. Hunc quum perlustrans diu oculis obequitasset hostium turmis. ¶ 2. Speciatim in re sacra. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 11. Paleas, quas substraturi sunt, sulphure et bitumine atque ardente tæda perlustrant. *h. e.* purgant, expiant. — Hinc *Stat.* 4. *Silv.* 3. 143. Solemni prece quindecim virorum Perlustra mea dicta.

PERLŬTUS, a, um. *V.* PERLUO.

PERMĂCĔO, es, ere, n. 2. valde maceo. *Ennius* apud *Paul. Diac. p.* 367. 7. *Müll.* Aut permaceret paries percussu' trifaci. *h. e.* labefactaretur, debilitaretur. Codices habent *permaceret*, quod tuetur *A. Kochius, Exerc. crit. p.* 8.; *Müllerus* conj. *perluceret*; cl. *Vahlen., Ennian. Poes. reliq. p.* 77., *permaceat.*

PERMĂCER, măcra, măcrum, adject. valde macer. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 7. (34). Omnis creta coquit, nisi permacra. *Plinius Catoni* hæc tribuit; sed horum nihil apud *Caton.* exstat. *Gels.* 2. 21. Caro domestica permacra.

PERMĂCĔRO, as, are, a. 1. valde, seu perfecte macero, subigo. *Vitruv.* 7. 2. Calculi in opere quum permacerantur, dissolvunt tectorii expolitiones.

PERMĂDĔFĂCĬO, făcis, fēci, factum, făcere, a. 3. valde madefacere. *Plaut. Most.* 1. 2. 63. Pro imbre amor advenit, permadefecit cor meum.

PERMĂDĔO, es, *et rectius*

PERMĂDESCO, mădescis, mădŭi, mădescere, n. 3. est valde madere, διαβρέχομαι.

I.) Proprie. *Colum.* 2. *R. R.* 4. 4. Quasi hibernis pluviis terra permaduerit. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 6. 9. et *Arbor.* 28. Quum tota nocte (*cytisus*) permaduerit. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 1010. boum cæde permadescitis. *Marcell. Empir. c.* 33. *p.* 134. *retro* ed. *Ald.* Fabam fresam in mulsam aquam infunde, et, quum bene permaduerit, contere. *Id. c.* 1. *p.* 88. Sertulæ campanæ coronæ quinque ex passo et aqua frigida pari mensura coquuntur, donec permadescant.

II.) Translate. *Seneca Prov.* 4. Fugite enervatam felicitatem, qua animi permadescunt. *h. e.* debilitantur. *Id. Ep.* 20. *sub fin.* Deliciis permaduimus.

PERMAGNĬFĬCUS, a, um, adject. valde magnificus. *Vulgat. interpr. Esther* 2. 18. Et jussit convivium præparari permagnificum cunctis principibus.

PERMAGNUS, a, um, adject. valde magnus. — *a)* Cum Substantivis. *Cic.* 1. *Fin.* 17. 55. Fieri tamen permagna accessio potest. *Cæs.* 7. *B. G.* 31. Sagittariorum permagnus numerus. *Auct. B. Afr.* 40. Villa permagna. *Cic.* 3. *Verr.* 10. 27. Permagna hereditas. *Id.* 2. *leg. Agr.* 2. 5. Hoc tam insigne beneficium, Quirites, quum ad animi mei fructum atque lætitiam duco esse permagnum, tum ad curam sollicitudinemque multo magis. *avere gran parte. Horat.* 1. *Sat.* 7. 4. Persius hic permagna negotia dives habebat Clazomenis. — *b)* Neutrum absolute. *Cic.* 1. *Tusc.* 46. 111. Permagnum existimans, tres Olympionicas una e domo prodire. *Id. Partit. orat.* 24. 84. Quod permagni interest, pro necessario sæpe habetur. Sic tmesis est in illo *ejusd.* 10 *Att.* 1. Per enim magni æstimo, tibi factum nostrum probari. *V.* PER. *Ter. Heaut.* 3. 1. 57. si certum 'st tibi Sic facere, illud permagni referre arbitror. *Cic.* 5. *Verr.* 39. 90. Decumas permagno vendere.

PERMĀLĒ, adverb. *assai malamente*, valde male. *Cic.* 1. *Att.* 19. Sequani permale pugnarunt. *Al. leg.* male.

PERMĀNANTER, adverb. καταβρυόντως, permanando, penetrando. *Lucret.* 6. 916. Usque adeo permananter vis pervolat ejus.

PERMĀNASCO, is, ere, n. 3. idem ac permano, vel incipio permanare. *Plaut. Trin.* 1. 2. 118. Unde ad eum id posset permanascere. *h. e.* ad ejus notitiam pervenire.

PERMĀNENS, entis, particip. et adject. *V.* voc. seq. et in fin.

PERMĀNĔO, mānes, mansi, mansum, mānere, n. 3. Part. *Permanens* sub *a.* et *b.*; *Permansurus* sub *a.* — Permanere est usque manere, durare, perseverare, ut patet ex *Cic.* 5. *Fam.* 2. *sub fin.* Maneo in voluntate, et, quoad tu voles, permanebo. Gr. καταμένω (It. *mantenersi, continuare, perseverare, star saldo*; Fr. *demeurer jusqu' à la fin, persévérer, persister*; Hisp. *persistir, perseverar, estar firmo*; Germ. *ganz verbleiben, verharren*; Angl. *to stay to the end, endure, remain, continue, last, hold out, persevere*). Occurrit — *a)* Absolute. *Cic.* 1. *Tusc.* 45. 108. Mortui cera circumliti, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. *Id.* 2. *Fin.* 27. 86. Quis enim confidit, semper sibi illud stabile et firmum permansurum, quod fragile et caducum sit? *Sall. Jug.* 5. Amicitia Masinissæ bona atque honesta nobis permansit, sed imperii vitæque ejus finis idem fuit. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 25. Ira inter eas intercessit, quæ tam permansit diu. *Cic.* 2. *Legg.* 25. 63. Athenis jam a Cecrope permansit hoc jus. *Ovid. Heroid.* 5. 6. Ne tua permaneam, quod mihi crimen obest? *Id.* 14. *Met.* 141. contempto munere Phœbi, Innuba permaneo. *Sueton. Aug.* 78. Ibi ad multam noctem permanebat. *Id. Tib.* 75. Etiam post mortem tyranni sævitia permanente. *Id. Cæs.* 60. Permanendi necessitas. *Cinna* apud *Sueton. Gramm.* 11. Sæcula permaneat nostri Diana Catonis. — Et cum addito tempore, ad quod usque res permanet, per Accus. et præpos. *ad* vel *in. Cic.* 2. *Nat. D.* 33. 85. Quæ (*mundi partium conjunctio*) aut sempiterna sit necesse est hoc eodem ornatu, quem videmus, aut certe perdiuturna, permanens ad longinquum et immensum pæne tempus. *Varro* 2. *R. R.* 4. 8. Verres octo mensum incipit salire; permanet, ut id recte facere possit, ad trimum. *Ovid.* 2. *Art. am.* 120. Solus ad extremos permanet ille (*animus*) rogos. *Decret. Tergestin.* 2. 26. (apud *Lachmann.* ad *Lucret.* 1. 120.) VTI AD POSTEROS NOSTROS TAM VOLVNTAS AMPLISSIMI VIRI QVAM FACTA PERMANEANT. *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 73. Ultima, quæ mecum seros permansit in annos, Sustinuit conjux exsulis esse sui. — *b)* Cum Ablativo et præpos. *in. Liv.* 37. 21. Seleucus in maritima ora permanens. Huc referendus et illud *Lucret.* 1. 120. Etsi præterea tamen esse Acherusia templa Ennius æternis exponit versibus idem, Quo neque permaneant animæ neque corpora nostra, Sed quædam simulacra modis pallentia miris. *h. e.* in quibus permaneant. Ita vero leg. *Lachmannus*; alii *permanant. Cic.* 1. *Att.* 20. In mea pristina sententia permanebo. *Cæs.* 5. *B. G.* 4. Permanere in officio. *Auct. B. G.* 8. 26. perpetuo in amicitia alicujus. *Cic.* 1. *Off.* 31. 112. in proposito susceptoque consilio. *Luccejus* ad *Cic.* 5. *Fam.* 14. *sub fin.* in incepto. — *c)* Cum Genitivo. *Seneca Ep.* 76. *circa med.* Una indepravata virtus est, et sola permanet tenoris sui. — Passive impers. *Augustin. de Don. Persever.* 43. Ut veniatur ad fidem et permaneatur in fide. — Hinc Part. præs., cujus exempla supra retulimus,

Permanens, entis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Permanentior*, apud *Boeth. loc. cit.* in PERDURABILIS.

PERMĀNO, as, āvi, ātum, are, n. 1. Part. *Permanans* I. 2. et II. 1. — Permanare est permeare, per omnes partes manare, perfluere, καταῤῥέω (It. *scorrere per ogni parte, passare a traverso*; Fr. *couler à travers*; Hisp. *colar, pasar por medio*; Germ. *durchfliessen, durchdringen*; Angl. *to flow or pass through*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est perfluere, permeare. *Lucret.* 1. 348. In saxis ac speluncis permanat aquarum Liquidus humor. *Id.* 6. 951. per dissepta domorum sæpe voces Pervolitant, permanat odor, frigusque, vaposque Ignis. *Id.* 1. 494. Permanat calor argentum. *h. e.* manat per argentum. *Id.* 3. 699. insinuatam Permanare animam nobis per membra solere. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate, ut aliis placet, est penitus manare, penetrare, pervenire, descendere. *Cic. Cluent.* 62. 173. Celerius ne venenum potuit comesum, quam epotum, in venas atque in omnes partes corporis permanare? *Id.* 2. *Nat. D.* 55. 137. Succus is, quo alimur, permanat ad jecur per quasdam directas vias. *Lucret.* 1. 122. Acherusia templa, Quo neque permanent animæ, neque corpora nostra. *h. e.* penetrent, adeant, perveniant. At *Lachmannus* ex Codicibus leg.

permaneant et hanc lectionem tuetur. *Vitruv.* 2. 6. Penitus ignis et flammæ vapor per intervenia permanans.

II.) Translate. ¶ 1. De abstractis. *Plaut. Most.* 1. 63. Amor usque in pectus permanavit. *Lucret.* 3. 252. Neque temere huc dolor usque potest penetrare, neque acre Permanare malum, quin omnia perturbentur. *Cic.* 2. *Tusc.* 18. 42. Conclusiunculæ ad sensus permanantes. *Id. Balb.* 25. 56. Ut aliqui sermones hominum etiam ad vestras aures permanarent, et in judicio ipso redundarent. *Id. Rosc. Am.* 24. 66. Ex quo si qua macula concepta est, non modo elui non potest, verum usque eo permanat ad animum, ut etc. *Id.* 4. *Tusc.* 1. 2. Pythagoræ doctrina quum longe lateque flueret, permanavisse mihi videtur in hanc civitatem. ¶ 2. Est etiam prodire, pervulgari, *trapelare, divulgarsi. Plaut. Capt.* 2. 1. 25. Ne permanet palam hæc nostra fallacia. *Ter. Adelph.* 2. 4. 19. Ne aliqua ad patrem hoc permanet. *non arrivi alle orecchie del padre.*

PERMANSĬO, ōnis, f. 3. *permanenza*, διαμονή, perseverantia. *Cic.* 1. *Fam.* 9. *a med.* Numquam præstantibus in republ. gubernanda viris laudata est in una sententia perpetua permansio. *et* 2. *Invent.* 54. 164. Perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio. *Id.* 11. *Att.* 18. Quodvis enim supplicium levius est hac permansione.

PERMĂRĪNUS, a, um, adject. qui mari potens est. *Gloss. Philox.* Permarini, διαπόντιοι, *scil.* dii. Hi videntur fuisse appellati etiam *dii litorales*, et *Lares marini*, quibus nempe vota nuncupabant navigantes. *V.* LITORALIS. Marinos vero ita memorat *Varro* apud *Non. p.* 538. 14. et *p.* 542. 11. *Merc.* Suspendit Laribus marinis molles pilas, reticula, et strophia. *Fogginius* ad *Verrii Flacci Fast. p.* 79. probat, iisdem diem sacram fuisse XI. Kalendas Januarias ex *Kalend. Prænestin.*, et ex verbis his *Macrob.* 1. *Saturn.* 10. Undecimo Kalend. Januar. feriæ sunt Laribus consecratæ, quibus ædem bello Antiochi Æmilius Regillus prætor in campo Martio curandam vovit. *Liv.* 40. 52. Idem (*M. Æmilius Lepidus censor* ann. U. C. DLXXV.) dedicavit ædem Larium permarinum in campo: voverat eam annis undecim ante L. Æmilius Regillus navali prœlio adversus præfectos regis Antiochi. *et mox*, postquam retulit antiquam votivam inscriptionem ibidem positam, ait: Ejus rei ergo ædem Laribus permarinis vovit. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 3. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 9. Nunc redeo Romam, deosque viales et promarinos (*fortasse legendum* permarinos) votis imploro, ut mihi omne iter tua præsentia comitatum sit.

PERMĀTŪRESCO, tŭrescis, tŭrŭi, tŭrescere, n. 3. prorsus maturus fio. *Ovid.* 4. *Met.* 165. Nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater. *Cels.* 2. 24. Oleæ, quæ in arbore permaturuerunt. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 18. Hoc idem semen-ipse vidi mense Junio Julioque conseri, et per auctumnum quum permaturuerit, tolli. *V.* et voc. seq.

PERMĀTŪRO, as, āvi, are, a. 1. ad perfectam maturitatem perduco. *Hygin. fab.* 136. Morum quum permaturavit nigrum. *Alii leg.* permaturuit.

PERMĀTŪRUS, a, um, adject. *ben maturo*, valde maturus. *Colum.* 12. *R. R.* 50. 1. Quum jam (*baccæ*) nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint. *Cels.* 6. 13. *sub fin.* Non permatura mandere. *Marcell. Empir. c.* 23. *p.* 120. ed. *Ald.* Ebuli baccas permaturas exprime et ex eo succo etc.

PERMAXĬME, adverb. quam maxime. *Cato R. R.* 38. *a med.* Austrum caveto permaxime. *Apul.* 10. *Met.* Metu etiam mortis cruciabar permaxime. Utroque loco alii leg. *maxime.*

PERMAXĬMUS, a, um, adject. *Auct. declam. quæ inscribitur* Tribunus Marianus, 8. Quid tibi, imperator permaxime, prodest? Sed hæc *declam.* nullius est auctoritatis. Non modicam habet *Porc. Latro declam. in Catil.* 21. si salva est lectio: Solitudine locorum permaxima et singulari.

PERMĔĀBĬLIS, e, adject. qui transiri potest. *Solin.* 47. Latitudo vix est plaustro permeabilis.

PERMĔĀTOR, ōris, m. 3. qui permeat. *Tertull. Apolog.* 21. Permeator universitatis spiritus.

PERMĔĀTUS, a, um. *V.* PERMEO.

PERMĔĀTUS, us, m. 4. meatus qui transeundo inserviunt. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 84. (228). Succus decoctæ (*malvæ*) nervis prodest et vesicæ et intestinorum rosionibus; volvas et cibo et infusione emollit; in oleum succus decoctæ permeatus suaves facit. *h. e.* urinæ meatus. *Ita legit* Sillig. *ex bonis Codd.*; *vulgati libri habent* pori meatus; *at vox* porus *recte* Plinio *abjudicanda.*

PERMĔDĬŌCRIS, e, adject. πολυμέτριος, admodum mediocris. *Cic.* 1. *Orat.* 51. 220. Permediocres ac potius leves motus debere esse dicunt.

PERMĔDĬTĀTĒ, adverb. cum diligenti meditatione. *Plauti* exemplum V. in MEDITATE, ubi per tmesin *perquam meditate* legitur.

PERMĔDĬTĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *permeditor. Plaut. Epid.* 3. 2. 39. Eam (*fidicinam*) permeditatam meis dolis mittam. *h. e.* probe instructam. *Alii rectius leg.* præmeditatam.

PERMĔDĬUS, a, um, adject. qui omnino medius est. *Venant.* in *epist. præm. carm.* 6. *l.* 5. *ad fin.* In meditullio hujus opusculi illam fiximus litteram, quæ inter vigintitres numeratur permedia. *h. e.* littera M.

PERMENSĬO, ōnis, f. 3. perfecta dimensio. *Capell.* 7. *init.* Postquam conticuit prudens permensio terræ. *h. e.* Geometria.

PERMENSUS, a, um. *V.* PERMETIOR.

PERMĔO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Permeans* et *Permeatus* I. — Permeare est meare per aliquam rem, prætergredi, penetrare, διαδύνω (It. *passare, penetrare*; Fr. *aller jusqu' au bout, traverser entièrement, parvenir, pénétrer jusqu' à*; Hisp. *atravesar, travesar, pasar de una parte á otra, penetrar*; Germ. *durch wandern, durchgehen, durchdringen*: Angl. *to go or pass through or over, penetrate, pervade, permeate*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) Cum Accusativo. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 26. 21. (90). Euphrates mediam Babylonem permeans. *h. e.* means per mediam Babylonem. *Ovid.* 4. *Pont.* 11. 15. Dum tua pervenit, dum littera nostra recurrens Tot maria ac terras permeat, annus abit. *Sil. It.* 4. 608. Experiar, sitne in terris, domitare quod ensis Non queat Ausonius, Tyrrhenave permeet hasta. *Ammian.* 21. 15. Permeato amne. *oltrepassato*, transito. Adde *eund.* 24. 2. *in fin.* Sic *Capell.* 2. *p.* 41. Quo hemitonio permeato etc. — *b*) Neutrorum more, cum additis. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 41. (77). Larius lacus, ad quem ciconiæ non permeant. *Id.* 31. *ibid.* 5. 30. (55). Quoniam Alpheus in eam insulam sub ima maria permeat. *Tac.* 15. *Ann.* 9. Saxa et sagittæ longius in hostes permeabant. *Colum.* 8. *R. R.* 15. 5. Anates offenduntur, si non sint libera spatia, qua permeent. — *c*) Passive impers. *Aurel. Vict. Cæsar.* 13. Iter, quo ab usque Pontico mari in Galliam permeatur. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate, ut aliis placet, pro simplici ire, aut progredi. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 16. Ut in itinere conficiendo sæpe dimidio maturius pervenit is, qui naviter et sine ullis concessationibus permeabit, quam is, qui quum sit una profectus, umbras arborum, fonticulorumque amœnitatem, vel auræ refrigerationem captavit; sic etc. Hic *permeare* nullo modo pro simplici *meare* positum est, sed continuum nulloque impedimento interruptum proficiscendi actum significat.

II.) Translate. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 37. 119. Quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet et transeat. *Et* Orellius *et alii recentior. leg.* permanet.

PERMĔRĔO, res, rŭi, rĭtum, rere, a. 2. multum et legitime mereo: de militantibus dictum. *Stat.* 1. *Silv.* 4. 73. sole sub omni Permerult jurata manus.

PERMĔTĬOR, mĕtīris, mensus sum, mĕtiri, dep. 4. In aliis temporibus, quæ infra non laudantur, raro invenitur. Part. *Permetiens* II. 1.; *Permensus* I. et II. 1. 2., 3. et in fin. — Permetiri est idem ac metiri, vel totum metiri.

I.) Proprie. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 41. 126. Vos solis magnitudinem quasi decempeda permensi.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est idem ac peragrare. *Ennius* apud *Non. p.* 378. 18. *Merc.* Hinc campos celeri passu permensa parumper Conjicit in silvam sese. *Id.* apud *Festum p.* 301. 1. *Müll.* Sed sola terrarum postquam permensa parumper. *Plaut. Truc.* 2. 2. 49. Permensus est viam ad vos. *h. e.* confecit, ad vos transiit. *Lucret.* 6. 1141. Nam penitus veniens Ægypti finibu' morbus, Aera permensus multum camposque natantes, Incubuit tandem etc. *Virg.* 3. *Æn.* 157. Nos tumidum sub te permensi classibus æquor. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 202. durum permensus iter. *Seneca Herc. Fur.* 393. Illyrica Cadmus regna permensus fuga. *che trascorse fuggendo.* Alter *Seneca Consol. ad Polyb.* 36. *a med.* Italiæ ac Siciliæ oras errabundus permetiens. *Vitruv.* 9. 4. *ante med.* Jovis stella CCCLXV. diebus singula signa permetitur. ¶ 2. Speciatim est attente considerare. *Stat.* 6. *Theb.* 760. Ut sese permensi oculis et uterque priorem Speravere locum, etc. ¶ 3. Item de tempore. *Seneca Œdip.* 740. proles Uno ætatem permensa die. *che ha scorso tutta la sua vita. Martial.* 9. 30. Permensus sæcula. — Hinc Part. præter.

Permensus, a, um, passive quoque usurpatur.

I.) Proprie. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 13. Permensum et perlibratum opus.

II.) Translate. ¶ 1. Est idem ac transitus, *percorso. Apul.* 8. *Met.* Aliquanto viæ permenso spatio. ¶ 2. De tempore. *Tibull.* 3. 3. 9. permenso defunctus tempore lucis. *h. e.* transacto. *Alii leg.* præmensæ defunctus tempore lucis. ¶ 3. De abstractis. *Apul.* 10. *Met.* Gradatim permensis honoribus.

PERMĒTO, is, ere, a. 3. omnino metere. *Vulgat. vet. Levit.* 19. 9. Et metentibus vobis messem terræ vestræ, non consummabitis messem agri tui permetere, et quæ cadent ex messe tua non colliges. *Vulgat. interpr.* habet: non tondebis usque ad solum superficiem terræ.

PERMĒTŪENS, entis, particip. ab inusit. *permetuo*, valde metuens. *Virg.* 2. *Æn.* 572. Et pœnas Danaum, et deserti conjugis iras Permetuens.

PERMĪLĬTO, as, āvi, ātum, are, n. 1. idem ac milito, seu potius justum militiæ tempus milito. *Ulp. Dig.* 27. 1. 9. Si tribunus in cohortibus prætoriis permilitaverit.

PERMINGO, mingis, minxi, mictum, mingere, n. 3. *scompisciare*, mingendo conspurco. Translate pædico. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 44. Hunc perminxerunt calones.

PERMĪNĪMUS, a, um, adject. quam minimus. *Juvenc.* 3. 584. Nam multos homines dignatio sancta vocavit, E queis perminimam dignum est secernere partem.

PERMĪNŪTUS, a, um, adject. valde minutus. *Cic.* 2. *Tusc.* 13. 30. Ut omnia præterea, quæ bona corporis et fortunæ putantur, perexigua et perminuta videantur. *Alii et ipse* Orellius *leg.* minuta.

PERMĪRĂBĬLIS, e, adject. valde mirabilis. *Augustin.* 1. *Genes. ad litt.* 10. Immo vero id ipsum permirabile est.

PERMĪRANDUS, a, um, adject. valde mirandus. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* edente *A. Maio* 3. 27. Serpentium genera permiranda. Tmesi *Gell.* 3. 6. Per hercle rem mirandam Aristoteles dicit. *V.* PER.

PERMĪRUS, a, um, adject. valde mirus, magnopere admirandus. *Cic.* 2. *Divinat.* 47. 99. Ut mihi permirum videatur, quemquam exstare, etc. *Id.* 3. *Fam.* 10. Illud vero mihi permirum

accidit. *Id.* 1. *Orat.* 49. 214. Per mihi mirum visum est. *tmesis.* *V.* PER.

PERMISCĔO, misces, miscŭi, mixtum *et* mistum, miscere, a. 2. Part. *Permiscens* II. 1.; *Permixtus* in omnibus paragr. et in fin.; *Permixturus* II. 1.; *Permiscendus* II. 2. — Permiscere est valde miscere, commiscere, confundere, καταμίγνυμι (It. *mescolare, confondere*; Fr. *mélanger, allier, unir, confondre, identifier avec*; Hisp. *mezchar, unir, confundir*; Germ. *durcheinander mischen, vermischen*; Angl. *to mingle, mix, or blend together, throw into confusion, confound*).

I.) Proprie. — *a*) Cum Ablativo et præpos. *cum. Cæs.* 7. *B. G.* 62. Sic cum suis fugientibus permixti, ab equitatu sunt interfecti. *Sall. Jug.* 48. Lixæ permixti cum militibus diu noctuque vagabantur. *Ovid.* 14. *Met.* 801. generique cruorem Sanguine cum soceri permiscuit impius ensis. *Cic. Tim.* 7. Permiscere naturam cum materia. — *b*) Cum Ablativo sine præpos., vel cum Dativo. *Cic. Planc.* 38. 92. Fructus magna acerbitate permixtos tuli. Cf. *eumd. Orat.* 57. 196. Oratio permixta et temperata numeris. *et ibid.* 56. 187. Intervallorum longorum et brevium varietate implicata atque permixta oratio. *Horat.* 1. *Od.* 1. 24. et lituo tubæ Permixtus sonitus. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 20. Glæbas dulci aqua permiscere. *Justin.* 36. 4. 3. noxia gramina innoxiis. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 19. 42. (86). Æthiopia Troglodytis connubio permixta. *imparentata. Id.* 36. *ibid.* 19. 34. (142). Gagates lapis ceræ permixtus strumis medetur. — *c*) Absolute, videtur sæpe usurpari pro simplici miscere. *Lucret.* 6. 364. Nam fretus ipse anni permiscet frigus et æstum. *Id.* 1. 1107. Inter permixtas rerum cælique ruinas. *Cic. Orat.* 57. 195. Omnes in oratione esse quasi permixtos et confusos pedes. *Colum.* 12. *R. R.* 24. 3. Sextarios musti in id vas perfundere, et ut permisceatur medicamen, rutabulo ligneo peragitare. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 17. 67. (231). Uncia in cyathum addatur, rutæque ramo permisceatur. *Sil. It.* 10. 259. ægrum cœptanti attollere corpus Arduus insurgens totum permiscuit ensem. *h. e.* immisit in viscera et quasi cum iis permiscuit.

II.) Translate. ¶ 1. De abstractis. *Cic. Vatin.* 5. 13. Ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas. *Id.* 12. *Phil.* 11. 26. Cujus acerbitas morum immanitasque naturæ ne vino quidem permixta temperari solet. *Sil. It.* 13. 385. Fortuna permiscens tristia lætis. *Lucan.* 7. 100. Ut malit sterni gladiis mortemque suorum Permiscere suis. *Id.* 2. 332. geminas (*Marcia*) e sanguine matris Permixtura domos. *Tac.* 1. *Hist.* 2. Trina bella civilia, plura externa ac plerumque permixta. ¶ 2. Est etiam turbare, confundere. *Cic. Orat.* 9. 29. Pericles ab Aristophane fulgere, tonare, permiscere Græciam dictus est. *metter sossopra.* Ita enim *Aristoph. Acharn. v.* 530. Ἥστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. *Id.* 4. *Verr.* 50. 123. Non modo illa, quæ erant ætatis, ordinis, quæstusque permiscuit, sed etiam in his duobus generibus delectum ordinemque turbavit. *Id. Planc.* 17. 41. Omnia potius permiscuerunt, quam ei legi conditionique parerent. *misero sossopra, fecero di tutto per non obbedire. Lucan.* 2. 253. mundique ruinæ Permiscenda fides. *Virg.* 7. *Æn.* 348. Quo furibunda domum monstro permisceat omnem. *Sall. Jug.* 5. Quæ contentio divina et humana cuncta permiscuit. Adde *Cæs.* 1. *B. C.* 6. *extr. Flor.* 1. 18. *circa med.* Omnia gravi timore permiscuit. — Hinc Part. præter. pass., cujus multa supra exempla retulimus,

Permixtus, a, um, adjective quoque usurpatur, et ¶ 1. Est idem ac promiscuus. *Lucret.* 3. 643 et 5. 1313. permista cædes. *h. e.* facta utriusque partis cædes. Et de tempore *Sil. It.* 4. 589. Hic hostem, orbatus telo, complectitur ulnis Luctantemque vado permixta morte coercet. *h. e.* promiscua, simul cum eo moriens. ¶ 2. Item est plenissimus, turbatus. *Apul.* 9. *Met.* At meus dominus adhuc mœrore permixtus-tacitus præteribat.

PERMISSĬO, ōnis, f. 3. actus permittendi. ¶ 1. Est actus committendi, sive alicujus arbitrio tradendi. *Liv.* 37. 7. Ut si dare vere pacem vellent, aut ex summa pecuniæ demerent, aut permissionem extra civium corpora fieri juberent. *h. e.* deditionem, qua omnia arbitrio victoris permitterentur, excepto si sævire vellet in corpora. ¶ 2. Apud Rhetores est figura sententiarum, Græce ἐπιτροπή, qua orator alicui rei vehementer confidens, dicit, se eam tradere et permittere aliorum voluntati. *Cic.* 4. *Herenn.* 29. 39. et *Quintil.* 9. 2. 25. ¶ 3. Item est concessio, *facoltà, concessione, permesso,* συγχώρησις. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 3. Quod tibi mea permissio mansionis tuæ grata est, gaudeo.

PERMISSOR, ōris, m. 3. qui permittit. *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 22. *ad fin.* Mali permissor.

PERMISSUM, i, n. 2. *et*

PERMISSUS, a, um. *V.* PERMITTO.

PERMISSUS, us, m. 4. permissio. *Cic. Harusp. resp.* 12. 25. Permissu magistratus. *Id.* 2. *leg. Agr.* 14. 35. legis. *Id.* 5. *Verr.* 80. 184. tuo. *Liv.* 3. 43. decemvirorum. *Ulp. Dig.* 11. 7. 8. Ait Labeo exspectandum seu permissum pontificalem, seu jussionem principis. (*Torrentin.* habet *pontificale.*) *Id. ibid.* 42. 1. 15. *extr.* Pecunia etiam citra permissum prætoris solet capi.

PERMISTE, *et*

PERMISTIO, et similia. *V.* PERMIXTE, PERMIXTIO et similia.

PERMĬTIES. *V.* PERNICIES init.

PERMĬTIS, e, adject. valde mitis. *Colum.* 12. *R. R.* 42. 1. Sorba non permitia, divisa exemptis seminibus. *non ben mature.*

PERMITTO, mittis, mīsi, missum, mittere, a. 3. Part. *Permittens* II. 5.; *Permissus* II. 1. 4. 5. et in fin.; *Permissurus* II. 4. et 5.; *Permittendus* II. 6. — Permittere est transitum per locum aliquem dare (It. *lasciar passare*; Fr. *laisser passer*; Hisp. *dexar pasar*; Germ. *durchlassen, durchgehen lassen*; Angl. *to permit to pass*).

I.) Proprie raro admodum occurrit. *Pallad.* 1. *R. R.* 24. *init.* Fenestellæ permittant columbas ad introitum exitumque.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est amittere, immittere, atque adeo impellere, incitare, *lasciar andare, e perciò cacciare, spingere. Liv.* 3. 61. Concitant equos permittuntque in hostem. Adde 9. 22. *Sisenna* apud *Non. p.* 162. 3. *Merc.* Equum concitatum princeps ad hostium permittit aciem. *caccia, spinge.* et *Auct. B. G.* 8. 48. Incautius se in hostem permittere. *scagliarsi addosso.* et *Sisenna loc. cit.* Multi, præmissis armis, ex summo se permitterent. *si precipitassero. Nemesian.* 1. *Ecl.* 7. viridique greges permittere campo, Et ros et primi suadet clementia solis. *Grat. Cyneg.* 227. spatiis permissa Lechæis Thessalium quadriga decus, quam gloria patrum Excitat, et primæ spes ambitiosa coronæ. *permissa quadriga* est *lasciata andare.* — Et Mediorum apud Græcos more. *Lucret.* 4. 687. Hic odor ipse igitur, nares quicumque lacessit, Est alio ut possit permitti longius alter. *Mela* 1. 19. Deserta regio ad Arimphæos usque permittitur. *si estende.* ¶ 2. Speciatim est mittere, transmittere, *inviare, spedire, mandare,* διαπέμπω. *Colum.* 7. *R. R.* 8. 6. Hoc genus casei potest etiam trans maria permitti. ¶ 3. Item speciatim est jacere, conjicere, *gettare, lanciare, scagliare. Ovid.* 12. *Met.* 282. saxum permittit in hostem. *Id.* 14. *ibid.* 182. Immanem scopulum medias permisit in undas. *Auct. B. G.* 8. 9. Longius tela permittere. *Sil. It.* 3. 534. quacumque datur permittere visus. ¶ 4. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. II. 1., *permittere habenas equo* apud *Senec. Hippol.* 1006. et *Tibull.* 4. 1. 92. *allentare le briglie*: et *permittere vela ventis* apud *Quintil. in ep. ad Tryphon.* est *dar le vele a' venti.* Sic *classem ventis permittere,* apud *Plin. Paneg.* 35. et *Val. Flacc.* 1. 574. sævo permissa profundo Carbasa. *Forcellino* hoc in loco *navis permissa* est immissa, incitata; vel *data in balia del mare crudele.* — *Liv.* 2. 56. Contraque omnium opinionem, qui eum (*Valeronem tribunum pleb.*) vexandis prioris anni consulibus permissurum tribunatum credebant, ne verbo quidem violatis consulibus, rogationem tulit etc. *h. e.* eum tribunatui frena laxaturum, potestate impotenter usurum ad vexandos consules. — *Seneca* 2. *Clem.* 6. Sapiens etiam ad calamitosos bonitatem suam permittet. *estenderà, farà arrivare.* Cf. *Melæ loc. cit.* sub II. 1. — *Gell.* 6. 16. Quispiam tumultuariis et modicis linguæ exercitationibus ad famam se facundiæ permiserat. *si era esposto,* et rectius *aveva aspirato, aveva esteso i suoi sforzi.* ¶ 5. Item est committere, deferre, arbitrio alicujus tradere. — *a*) Universim. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 9 Totum ei negotium permisi, meque in ejus potestate dixi fore. *Id.* 2. *leg. Agr.* 13. 33. Permittere alicui potestatem infinitam innumerabilis pecuniæ. *Id. Fonte).* 14. 30. aliquem judicum potestati. *Id. Dom.* 21. 55. alicui omnia. *lasciarlo far quel che vuole. Sall. Jug.* 110. *extr.* agendarum rerum, et quocumque modo belli componendi licentiam alicui. *dar la plenipotenza. Cæs.* 1. *B. C.* 36. alicui summam belli administrandi. *Id.* 5. *B. G.* 3. *extr.* Suas civitatisque fortunas ejus fidei permissurus. *Cic.* 5. *Verr.* 12. 29. Hac licentia permissa. *Id. Sull.* 7. 21. Non institutum est a me regnum, sed non permissum. *At* Orelius *legit* sed repressum; *alii aliter. Id.* 1. *Cat.* 2. 4. Senatusconsulto consulibus permissa respublica. *Lucan.* 1. 595. Pontifices, sacri quibus est permissa potestas. *Liv.* 4. 30. Cognitio ejus rei Sergio permissa. *Apul. de Mag.* Filia quibusdam etiam procis ad experiendum permissa. — *b*) Speciatim *permittere sibi,* sibi potestatem arrogare. *Quintil.* 1. 4. 3. Grammatici libros, qui falso viderentur inscripti, tamquam subditicios, submovere familia, permiserunt sibi. — *c*) Item *permittere se* dicuntur, qui se dedunt. *Cæs.* 2. *B. G.* 3. Legatos ad eum miserunt, qui dicerent, se suaque omnia in fidem atque potestatem populi R. permittere. *et ibid.* 31. Se suaque omnia eorum potestati permittere dixerunt. *Liv.* 36. 28. Ætolos se suaque omnia fidei populi R. permittere. *et ibid.* 35. Ut mittere legatos Romam possitis, per quos senatui de vobis permittatis. *Id.* 8. 20. Ipsi se in deditionem consulis caduceum præferentes permiserunt. *Vellej.* 2. 37. 3. Se, regnumque ditioni ejus permisit. *Liv.* 31. 17. Quibus quum Philippus nihil pacati, nisi omnia permittentibus, respondisset, etc. *se non si arrendevano a discrezione.* — Huc pertinet et illud *Sueton. Galb.* 14. Regebatur (*Galba*) trium arbitrio. — Hi erant T. Vinius-, Cornelius Laco-, libertus Icelus-. His diverso vitiorum genere grassantibus, adeo se abutendum permisit et tradidit, ut vix ipse sibi constaret. ¶ 6. Sæpe est sinere, concedere, potestatem facere, *permettere, dar licenza. Cic.* 13. *Fam.* 71. Neque hoc tempore discessisset a me, nisi ego ei permisissem. *Id.* 3. *Nat. D.* 1. 4. Tibi permitto, respondere ne mihi malis, an universam audire orationem meam. *Id.* 2. *Orat.* 90. 366. Quis Antonio permisit, ut partes faceret? *Id.* 7. *Verr.* 9. 22. Ipsis judicibus conjecturam facere permittam. *Liv.* 35. 20. Consuli permissum, ut duas legiones scriberet. *Id.* 24. 14. De eo permissum ipsi erat, faceret quod e republica duceret esse. Adde *eumd.* 33. 45. *Nepos Con.* 4. Ei permisit, quem vellet, eligere ad dispensandam pecuniam. *Cæs.* 1. *B. C.* 50. Conatus est Cæsar reficere pontes: sed nec magnitudo fluminis permittebat, etc. *Liv.* 34. 31. Ibi permisso, ut seu dicere prius, seu audire mallet, ita cœpit tyrannus. *Lucan.* 7. 731. permittere aliquem vitæ. *lasciarlo vivere.* — Passive. *Seneca* 4. *Benef.* 12. Latronibus circumventum defendo, ut tuto transire permittatur. *Id.* 1. *Ira* 7. *in fin.* Animus, si in iram se projecit, non permittitur reprimere impetum. In *æn. Tab. Heracl.* apud *Mazoch. p.* 465. *n.* 85. QVI PERMIS-

SVS EST FVIT VTI LEGES MVNICIPIBVS DARET. *Cæl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *n.* 28. Si in superioribus fuerint ulcera, (*ægri*) erunt permittendi egerere quum volent. — Et absolute vel intransitive. *Auct. Gromat.* ed. *Rudorff. p.* 365. Valles autem si fluviis permittunt, et constitutum sit fluvium, qui foris agrum non vagatur etc. — Impersonaliter. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 14. 28. (99). Si conjectare permittitur. — Et de brutorum animalium admissura *Colum.* 6. *R. R.* 24. 1. Mense Julio feminæ maribus plerumque permittendæ. ¶ 7. Item concedere, dare, condonare. *Cic. Sull.* 16. 46. Permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adolescentiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti. *Id. Sext.* 33. 72. Inimicitias cum aliquo susceptas patribus conscriptis et temporibus reipublicæ permittere. *Virg.* 4. *Æn.* 640. rogum permittere flammæ. *dare alle fiamme.* — Hinc Part. præter. pass., cujus plurima exempla retulimus,

Permissus, a, um, adjective. *Paul. Diac. p.* 215. 7. *Müll.* Permissus appellatur aries, qui annis compluribus tonsus non est. *lasciato libero.* — Hinc

Permissum, i, n. 2. res permissa, permissio. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 45. Utor permisso. *Inscript.* apud *Gruter.* 80. 13. EX PERMISSO AELIORVM V. S. L. M.

PERMIXTĒ *vel* permiste, adverb. *mescolatamente,* permiscendo. *Cic. Partit. orat.* 7. 24. Permixte aliquid dicere. *Id.* 1. *Invent.* 22. 32. Si genera ipsa rerum ponuntur, neque permixte cum partibus implicantur.

PERMIXTIM *vel* permistim, adverb. permixte. *Prudent.* 11. *περὶ στεφ.* 191. Conglobat in cuneum Latios simul ac peregrinos Permixtim populos. *Justinian.* 2. *Institut. tit.* 20. § 3. Permixtim exponere.

PERMIXTĬO *vel* permistio, ōnis, f. 3. idem ac mixtio, *mescolamento,* διάμιξις.

I.) Proprie. ¶ 1. Abstracte. *Cic. Tim.* 12. Superiorisque permistionis reliquias fundens æquabat. *Theod. Priscian. lib.* 4. *p.* 316. *bis* ed. *Ald.* Si ex uno consensu (*viri et mulieris*) permixtio seminis non fuerit, etc. ¶ 2. Concreto, uti ajunt sensu, ipsæ res permixtæ. *Pallad.* 11. *R. R.* 20. Decoques, donec tota permixtio pinguedinem puri mellis imitetur.

II.) Figurate. *Aurel. Vict. Cæsar.* 41. *circa med.* Cujus gratia reipublicæ permixtionem fore, ostentorum mira prodidere. *h. e.* confusionem, turbas, discordias.

PERMŎDESTUS, a, um, adject. admodum modestus. *Cic.* 2. *Cat.* 6. 12. Homo videlicet timidus et permodestus vocem consulis ferre non potuit. Adde *eumd.* 4. *Att.* 8. Sic *Tac.* 1. *Ann.* 7. Verba edicti fuere pauca, et sensu permodesto. *assai moderato.*

PERMŎDĬCĒ, adverb. valde modice, valde parum. *Colum.* 5. *R. R.* 11. 7. Medium truncum acuto scalpello permodice findito.

PERMŎDĬCUS, a, um, adject. πολυπαῦρος, valde modicus. *Sueton. Aug.* 6. Locus permodicus, et cellæ penuariæ instar. *Id. Tib.* 47. Permodica res familiaris. *Ulp. Dig.* 11. 7. 20. *ad fin.* Si dos, quia permodica fuit, in funus non sufficit. *Marcell. Empir. c.* 28. *p.* 128. *retro* ed. *Ald.* Euphorbii permodicum. Adde *Plin. Valerian.* 2. 18. *p.* 180. *retro* ed. *Ald.*

PERMŒSTUS *vel* permæstus, a, um, adject. valde mœstus *Dictys Cret.* 1. 23. Eum interitu filiæ permœstum consolati. *Paulin. Petroc.* 5. *Vita S. Martin.* 712. Nam quum Treverica permœstus ab urbe rediret.

PERMŎLESTĒ, adverb. valde moleste. *Cic.* 6. *Verr.* 58. 131. Archimedem quum audisset interfectum, permoleste tulit. *n'ebbe gran dispiacere.* Adde *eumd.* 15. *Att.* 17.

PERMŎLESTUS, a, um, adject. vehementer molestus. *Cic.* 1. *Att.* 18. Atque hi non sunt permolesti.

PERMOLLIS, e, adject. valde mollis. *Quintil.* 9. 4. 65. Quod etiam in carminibus est permolle.

PERMŎLO, īs, ere, a. 3. valde molere.

I.) Proprie. *Seren. Sammon.* 19. 334. Allia parva novem, piperis tot permole grana.

II.) Translato et obscæno sensu. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 34. Huc juvenes æquum est descendere, non alienas Permolere uxores. *h. e.* subagitare. *V.* MOLO.

PERMONSTRANS, antis, particip. ab inusit. *permonstro,* monstrans, commonstrans. *Ammian.* 18. 6. Erupisse hostium manus, permonstrantes.

PERMŎRĬOR, mŏrĕris, mŏri, dep. 3. idem fere ac morior. *Commodian.* 27. 1. Stulte, non permoreris, nec mortuus effugis Altum. Adde *eumd.* 29.

PERMORŌR, aris, ari, dep. 1. multum, vel diu morari. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 104.

PERMŌTĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *permoto,* valde motatus. *Commodian.* 12. 16. Vino permotati honorem illi (*Baccho*) dedere.

PERMŌTĬO, ōnis, f. 3. commotio, motio, perturbatio, κατακίνησις, *παρόρμησις*: sed occurrit translate tantum. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 2. *Divinat.* 3. 9. Mentis permotione magis, quam natura hæc sentimus. *Id.* 1. *ibid.* 40. 89. Priamus nonne et Helenum filium et Cassandram filiam divinantes habebat, alterum auguriis, alteram mentis incitatione et permotione divina? Adde *eumd.* 2. *Orat.* 53. 216. et *Partit. orat.* 11. 38. Jam facta et eventus aut consilii sunt, aut imprudentiæ; quæ est aut in casu, aut in quadam animi permotione. ¶ 2. Speciatim dicitur de perturbationibus animi, quas Itali *passioni* vocant. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 44. 135. Atque illi quidem etiam utiliter a natura dicebant permotiones istas animis nostris datas.

PERMŌTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERMŎVĔO, mŏves, mōvi, mōtum, mŏvere, a. 2. Part. *Permotus* I. et II.; *Permovendus* II. — Permovere est valde, aut diligenter movere, διακινέω (It. *muovere, commuovere, smuovere;* Fr. *agiter ou remuer fortement;* Hisp. *agitar, mover, remover fuertemente;* Germ. *durch und durch bewegen, in Bewegung setzen, erregen;* Angl. *to move, move greatly, stir up*).

I.) Proprie. *Lucret.* 6. 726. Quum mare permotum ventis ruit intus arenam. *Colum.* 2. *R. R.* 12. 2. Plana sarritione terram permovere. *Pallad.* 11. *R. R.* 14. Resinæ uncias tres dolio immergunt, et permovent.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe refertur ad animum pro commovere. — *a*) Frequenter de homine vel ejus animo. *Sall. Cat.* 50. Quem res tanta atque tam atrox non permovit, eum oratio accendet? *Cæs.* 3. *B. C.* 9. Quum neque pollicitationibus, neque denunciatione periculi permovere posset, oppidum oppugnare statuit. *Id.* 7. *B. G.* 40. Adhortatus milites, ne necessario tempore itineris labore permoveantur. *si sgomentino.* et *ibid.* 53. Confirmatis militibus, ne ob hanc causam animo permoverentur. *Cic.* 5. *Verr.* 62. 144. Si quem aratorum fugæ, calamitates, exsilia, suspendia denique non permovent. *non muovono a compassione, o a sdegno.* et *Orat.* 38. 131. Miseratione mens judicum permovenda est. *Id.* 2. *Orat.* 45. 189. In commovendis judicibus, iis ipsis sensibus, ad quos illos adducere volo, permoveor. *Cæs.* 1. *B. G.* 3. His rebus adducti, atque auctoritate Orgetorigis permoti. *Cic.* 10. *Att.* 4. *circa med.* Hæc sive iracundia, sive dolore, sive metu permotus, gravius scripsi, quam, ut etc. *Sall. Cat.* 34. Plebes aut dominandi studio permota, aut superbia magistratuum. *Petron. Satyr.* 101. Permotus misericordia. *Stat.* 12. *Theb.* 589. lacrimis. *Tac.* 1. *Ann.* 61. ad miserationem exercitus. *et* 1. *Hist.* 64. animus in gaudium, aut formidinem. *Claudian. VI. cons. Honor.* 368. Nec duras tantis precibus permovimus aures? *Tac.* 14. *Ann.* 57. Causam abscessus (*Tiberii*) ad Sejani artes retuli: quia tamen, *etc.* plerumque permoveor, num ad ipsum referri verius sit. — *Permotus mente,* turbatus, dejectus, insanus. *Cic.* 1. *Divinat.* 57. 129. Quod maxime contingit aut dormientibus, aut mente permotis. — *b*) Raro de ipsis animi perturbationibus. *Tac.* 1. *Ann.* 21. Nihil reliqui faciant quo minus invidiam, misericordiam, metum et iras permoverent.

PERMULCĔO, mulces, mulsi, mulsum *et* mulctum, mulcere, a. 2. Part. *Permulcens* I. et II. 1.; *Permulsus* I. et II. 1., 3. et 4.; *Permulctus* II. 4. — Permulcere est leniter contrectare et destringere, demulcere, καταψάω (It. *palpeggiare, careggiare;* Fr. *toucher légèrement, caresser;* Hisp. *tocar ligeramente, halagar, acariciar;* Germ. *streicheln;* Angl. *to stroke, caress*).

I.) Proprie. *Pacuvius* apud *Gell.* 2. 26. Cedo tamen pedem lymphis flavis, flavum ut pulverem manibus iisdem, quibus Ulyssi sæpe permulsi, abluam. Adde *Catull.* 64. 162. *Sueton. Ner.* 1. Permulcere alicui malas. *Ovid.* 4. *Fast.* 550. Triptolemum gremio sustulit illa suo. Terque manu permulsit eum. *Id.* 2. *Met.* 733. Permulcetque comas, chlamydemque ut pendeat apte, Collocat. *Lic.* 5. 41. Permulcens barbam. *Varro* apud *Priscian.* 9. *p.* 871. *Putsch.* Permulso capite.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis est leniter molliterque attrectare. *Cic. in Arat.* 2. *Nat. D.* 44. 144. Aram, quam flatu permulcet spiritus austri. *h. e.* leniter afflat. *Id.* 3. *Herenn.* 12. 21. Arteriæ leni voce permulsæ. *Ovid.* 1. *Met.* 716. firmatque soporem, Languida permulcens medicata lumina virga. — Huc referri potest et illud *Catull.* 64. 283. Hos (*flores*) indistinctis plexos tulit ipse corollis, Queis permulsa domus jucundo risit odore. *profumata.* ¶ 2. Item de rebus physicis est mollem reddere. *Pallad.* 10. *R. R.* 11. Cera picem lenitate permulcet. ¶ 3. Refertur ad sensus et homines et est blandiri, delectare, recreare, *accarezzare, piacere, dilettare. Cic.* 2. *Fin.* 10. 32. Permulcere sensum voluptate. *Id. Orat.* 49. 163. Duæ sunt res, quæ permulceant omnes, sonus et numerus. Sic *Sil. It.* 11. 289. obtusos immiti murmure sæve Inter bella tubæ permulcet cantibus aures. *Val. Max.* 2. 4. *n.* 4. Ludii decora pernicitas novitate grata Romanorum permulsit oculos. *Cic.* 2. *Orat.* 78. 315. Prima est quasi cognitio et commendatio orationis in principio, quæ eum, qui audit, permulcere atque allicere debet. *Capell.* 9. *p.* 312. Talibus carminibus oblectati omnes permulsique divi. ¶ 4. De animo est delinire, solari, mitigare, placare, *addolcire, mitigare, placare. Cic. fragm.* apud *Priscian.* 9. *p.* 871. *Putsch.* Permulsa atque recreata est. *Sall. fragm.* apud *eumd. ibid.* Dein, lenita jam ira, postero die liberalibus verbis permulcti sunt. *Gell.* 1. 11. Si permulcti sonis mitioribus non immodice ferocirent. *Alii leg.* permulsi. *Cæs.* 4. *B. G.* 6. Eorum animis permulsis et confirmatis. *Lucret.* 5. 21. Dulcia permulcent animos solatia vitæ. *Liv.* 3. 14. *in fin.* Paullatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem. *Cic. Senect.* 2. 4. Præterita ætas, quamvis longa, quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. *Liv.* 39. 23. *et* 25. Quum leniter permulsissent iram ejus. *Sil. It.* 13. 343. malamque Sedavit rabiem, et permulsit corda furentum. *Tac.* 2. *Ann.* 34. Mitibus verbis permulcere aliquem. *et* 1. *ibid.* 29. comitate militem.

PERMULCTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PERMULSĬO, ōnis, f. 3. actus permulcendi. *V. Nonii loc. cit.* in MANSUETUS.

PERMULSUS, a, um. *V.* PERMULCEO.

PERMULTO *et*

PERMULTUM, adverb. *Lucret.* 5. 543. At quæcumque foris veniunt impostaque nobis Pondera sunt, lædunt, permulto sæpe minora. *Cic.* 2. *Divinat.* 61. 126. Permulto clariora et certiora esse dicit. *Id.* 3. *Fam.* 11. De qua etsi permultum ante certior factus eram litteris, nunciis, etc. *Id.* 1. *Off.* 8. 27. In omni injustitia permultum interest, utrum etc.

PERMULTUS, a, um, adject. valde multus. *Varro* 8. *L. L.* 2. *Müll.* Habet permultas et magnas partes. *Cæs.* 3. *B. C.* 43. Erant circa castra Pompeji permulti editi atque asperi colles.

Cic. 3. *Legg.* 14. 31. Permulti imitatores principum exsistunt. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 97. causaque mea permulta rogatus Fecit. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 86. Eo ego nescio quantulum attulerit: verum haud permultum attulit. *Cic.* 5. *Fam.* 16. *a med.* Permultum erit ex mœrore tuo deminutum. — Hinc *permulto* et *permultum* adverb. *V.* voc. præced.

PERMUNDO, as, are, a. 1. διακαθαρίζω, valde mundare. *Vulgat. interpr. Matth.* 3. 12. Cujus ventilabrum in manu sua, et permundabit aream suam. *Theod. Priscian.* 1. 10. *p.* 193. *retro* ed. *Ald.* Mater, guttam ammoniaci masticando et exhalando, albores oculi, similiter et albas maculas filii-sæpius permundavit. *Id.* 1. 32. *p.* 298. Et piper cum myrteis foliis viridibus tritum-utrasque maculas permundabit.

PERMUNDUS, a, um, adject. valde mundus. *Varro* 3. *R. R.* 7. 5. *de columbis.* Aquam esse oportet, ubi lavari possint: permundæ enim sunt hæ volucres.

PERMŪNĬO, is, īvi, ītum, īre, a. 4. Part. *Permunitus.* — Permunio est idem atque absolvo quod munire cœperam: item probe munio. *Liv.* 30. 16. Ad Tuneta castra refert, et quæ munimenta inchoaverat, permunit. *Justin.* 24. 7. 8. Urbem suam Delphi permunivere. *Tac.* 4. *Ann.* 24. Locorum opportuna permunivit. *Liv.* 7. 16. Quum ante mœnia sua castris permunitis consedissent. *Tac.* 2. *Ann.* 7. *extr.* Cuncta novis limitibus aggeribusque permunita. *Justin.* 2. 15. 9. Permunitas Athenas esse, et posse jam illatum bellum non armis tantum, sed etiam muris sustinere. *essere ridotte a fine le fortificazioni di Atene.*

PERMŪNĪTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PERMŪTĂBĬLIS, e, adject. *permutabile*, valde mutabilis. *Boeth.* in *Categor. Aristot.* 2. *p.* 156. Habitus est dispositionis, vel affectionis firma et non facile permutabilis accessio. *Ammian.* 31. 11. Adeo permutabiles et irasci faciles, ut etc.

PERMŪTĂTIM, adverb. *permutatamente*, cum permutatione. *Boeth.* 2. *Arithm.* 40. *p.* 1048. Quemadmodum duo ad unum, sic octo ad quatuor: et conversim, quemadmodum unus ad duo, sic quatuor ad octo: et permutatim, quemadmodum quatuor ad unum, sic octo ad binarium. Adde *eumd. p.* 745. et alibi.

PERMŪTĀTĬO, ōnis, f. 3. ¶ 1. Est *mutazione*, διάλλαγμα, mutatio. *Cic. Sext.* 34. 73. Magna rerum permutatione impendente, declinavi paullulum. *Al. leg.* perturbatione. *Id.* 6. *Parad.* 3. 51. Virtus nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur. *Quintil.* 5. 13. 42. Defensionis permutatio. *Id.* 9. 3. 7. Ideoque frequens permutatio est, et pleraque utroque modo efferuntur. Adde *eumd.* 1. 1. 25. ¶ 2. Item *permuta, permutazione, cambio*, quum una res pro alia datur, accipiturve, ut fit in mercibus. *Paul. Dig.* 19. 5. 5. Si pecuniam dem, ut rem accipiam, emptio et venditio est: si autem rem do, ut rem accipiam, quia non placet, permutationem rerum emptionem esse, dubium non est nasci civilem obligationem. *Cic. Pis.* 21. 48. Quum partim ejus prædæ profundæ libidines devorassent, partim etiam in illis locis emptiones, partim permutationes ad hunc Tusculanum montem exstruendum. *Papinian Dig.* 30. 1. 51. Hæc res permutationem non recipit. *Juvenal.* 6. 652. similis si permutatio detur, Morte viri cupiant animam servare catellæ. *h. e.* ut alter pro altera mori possit. ¶ 3. *Permutatio pecuniæ* est *cambio. Cic.* 3. *Fam.* 5. *a med.* Perpaucos dies, dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, commorabor. *Id.* 5. *Att.* 13. Facere permutationem cum aliquo. *V.* PERMUTO 4. ¶ 4. Apud Rhetores est oratio aliud verbis, aliud sententia demonstrans. Ea dividitur in tres partes, similitudinem, argumentum, contrarium. *Cic.* 4. *Herenn.* 34. 46. *V.*

PERMŪTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERMŪTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Permutans* 5.; *Permutatus* et *Permutandus* 1. et 5. — Permutare est idem quod mutare aut prorsus mutare, ἀνταλλάττω, ἀμείβω (It. *mutare*; Fr. *changer, permuter*; Hisp. *mudar, permudar*, Germ. *ganz und gar,-völlig verändern, ändern, verwandeln*; Angl. *to change, alter*). ¶ 1. Generatim. — *a)* De iis, quæ facere volumus, vel reapse facimus aliter, ac sunt. *Lucret.* 1. 827. Tantum elementa queunt permutato ordine solo. *Cic.* 2. *Cat.* 7. 14. Si Catilina subito pertimuerit, sententiam permutaverit. *Al. leg.* mutaverit. *Petron. Satyr.* 107. Vultum qui permutat, fraudem parat. *Plin.* 9. *Ep.* 40. Cognovisti quemadmodum in Tuscis æstatis exigerem: requiris, quid ex hoc otium in Laurentino bieme permutem. *Plin. alter* 28. *Hist. nat.* 2. 4. (14). Magnarum rerum fata et ostenta verbis permutari. *Sueton. Vesp.* 6. Rumor dissipatus, destinasse Vitellium victorem permutare hiberna legionum, et Germanicos transferre in Orientem. *Cic.* 3. *Legg.* 9. 20. C. vero Gracchus ruinis et iis sicis, quas ipse se projecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se cives, nonne omnem reipublicæ statum permutavit? *h. e.* perturbavit. — *b)* De iis, quæ cum aliis mutantur, *scambiare. Plaut. Capt.* 3. 5. 19. Nomina inter vos permutastis. *cambiaste, tramutaste.* et *Pers.* 4. 5. 8. At ne cum argento protinam permutes domum. *h. e.* in aliam domum divertas. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 80. (204). Lien cum jecore locum aliquando permutat. *Martial.* 6. 93. Virus ut hoc alio fallax permutet odore. *Id.* 9. 23. Quem permutatum nec Ganymede velim. Similiter *Horat.* 2. *Ep.* 1. 171. tamquam sit proprium quidquam, puncto quod mobilis horæ Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc morte suprema Permutet dominos et cadet in altera jura. *Sueton. Aug.* 88. Sæpe non litteras modo, sed syllabas, aut permutat, aut prætcrit. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 3. 2. (22). Numidæ dicti Nomades a permutandis pabulis. ¶ 2. Speciatim et frequenter refertur ad contractum permutationis, quo merx pro merce datur et accipitur, *permutare, cambiare, barattare. Martial.* 1. 42. Qui pallentia sulphurata fractis Permutat vitreis. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 17. 48. (163). India neque æs neque plumbum habet, gemmisque ac margaritis suis hæc permutat. ¶ 3. Hinc ponitur pro emere, *comperare:* ductum ab antiquo more, quo ante inventam pecuniam, omnes emptiones venditionesque permutatione peragebantur, quod et Trojanis temporibus factitatum, *Homerus* apud *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 3. (6). tradit. *Id.* 6. *ibid.* 31. 36. (198). Insula adeo dives, ut equos incolæ talentis auri permutarent. *Id.* 35. *ibid.* 9. 36. (62). Zeuxis donare opera sua instituit, quod ea nullo pretio satis digno permutari posse diceret. *Id.* 12. *ibid.* 21. 45. (99). Serichatum permutatur in libras denariis sex. *Id.* 33. *ibid.* 3. 13. (45). Placuit, denarium sedecim assibus permutari. ¶ 4. *Pecuniam permutare* dicitur, qui pecuniam dat cuipiam, a quo solvatur alteri nomine suo, vel alibi sibi: et qui pecuniam accipit ab aliquo cum onere eam reddendi alteri nomine ejus, a quo accepit, vel illi ipsi alio loco: quod nos dicimus *cambiare*, et *dare, o ricevere a cambio. Cic.* 2. *Fam.* 17. *a med.* Ait se curasse, ut cum questu populi permutaretur. *Id.* 12. *Att.* 24. De Cicerone tempus esse jam videtur. Sed quæro, quod illi opus erit Athenis, permutari ne possit, an ipsi ferendum sit. *se si possa farglielo contare cola* etc. et 15. *ibid.* 15. *sub fin.* Velim cures, ut permutetur Athenas, quod sit in annuum sumptum ei. *Alii leg.* Athenis. et 5. *ibid.* 15. Vereor ne illud, quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit. *h. e.* quam pecuniam a te accepi, solvendam hic tuis procuratoribus. *Manut.* ¶. 5. Denique *permutare* interdum est vertere, convertere, *voltare, rivoltare. Plin.* 16. *Hist. nat.* 40. 77. (210). Rigorem fortissime servat ulmus: ob id cardinibus crassamentisque portarum utilissima, quoniam minime torquetur: permutanda tantum sic, ut cacumen ab inferiore sit cardine, radix superior. *Id.* 17. *ibid.* 11. 16. (84). Permutantes arborem in contrarium. *Id.* 19. *ibid.* 6. 32. (106). Sequenti anno, permutata ratione, semen gignitur, caput ipsum corrumpitur.

PERNA, æ, f. 1. πέρνα, κωλεά, ῆ, *et* κωλήν, ῆνος, coxa, præcipue suis, usque ad poplitem: vox Etrusca; eodem enim sensu legitur in *Tab. Eugub.* apud *Lanzi, Sagg. di ling. Etr. T.* 2. *p.* 712. qui *ibid.* et *p.* 679. *et seq.* putat, *perna* dici pro *pesna*, derivari autem ab antiquo *pesnis* pro *penis*, quia perna tum peni, tum caudæ est proxima: hinc *offa penita* est absegmen carnis suillæ ex perna simul cum cauda. Porro *Varro* 7. *L. L.* 27. *Müll.* docet, in quibusdam vocabulis vetustiores Latinos s pro r usurpasse, recentiores verum interdum r extrivisse, ut *Lases* pro *Lares*, et *Camenæ* pro *Casmenæ*. Nihili itaque est facienda ejusd. *Varronis* auctoritas, qui 5. *ibid.* 110. pernam a pede derivat. Græci recentiores a Latinis eam vocem mutuati, πέρνα dixerunt: quum antiquiores κωλῆ seu κωλήν perpetuo usurpaverint. Hinc *Hesych.* Κωλεά, σκέλος ὑός ὀπίσθιον. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 51. 77. (208). Castrantur feminæ (*sues*) post bidui inediam suspensæ pernis prioribus, vulva recisa. *Al* Sillig., Forbergium *secutus, leg.* posterioribus; *alii vero* primoribus, *h. e.* summis. Hic enim *Plin.* vertit ea verba *Aristot. Hist. anim. l.* 9. *c.* 50. Ἐκτέμνεται δὲ ἡ καπρικὰ τῶν θηλειῶν υἱῶν νεοτάσασα δύο ἡμέρας· εἶτα κρεμάσαντες τῶν ὀπισθίων σκελῶν etc. (It. *coscia, compresa la gamba, ossia fino al poplite*; Fr. *cuisse avec la jambe*; Hisp. *muslo, pierna*; Germ. *di Hüfte nebst dem Fusse*; Angl. *the ham, shoulder, or leg of a pig*).

1.) Proprie ¶ 1. Perna dicitur coxa hominis. *Ennius* apud *Festum p.* 305. 19. *Müll.* His (*militibus*) pernas succidit iniqua superbia Pœni. *h. e.* Hannibalis. Hic agitur de pugna Cannensi, de qua ita *Liv.* 22. 51. Quosdam et jacentes vivos, succisis feminibus poplitibusque, invenerunt. *V.* SUPPERNATUS. ¶ 2. Usurpatur præcipue de coxa suis salita in usum cibi, quam Itali, quia vento et fumo siccari ea solet, *prosciutto* vocant. *Pollux Onom. l.* 6. *c.* 9. § 52. Κωλῆνες τεταριχευμένοι, σκελίδες ὁλόκνημοι, αἱ πέρναι. *Id. ibid. l.* 2. *c.* 4. § 193. Σκελίς, ἡ νῦν καλουμένη πέρνα. *Cato R. R.* 158. Addito ungulam de perna; si ungulam non habebis, addito de perna frustum pondo semis, quam minime pingue. *et* 162. Pernam salire sic oportet. Quum pernas emeris, ungulas earum præcidito. Ubi jam dies quinque in sale fuerint, eximito omnes cum suo sale, suspendito in vento biduum. *et mox.* Suspendito in fumo biduum. *et mox.* Suspendito in carnario. *Plaut. Pers.* 1. 3. 25. Pernam quidem jus est apponere frigidam postridie. *Martial.* 10. 48. Pullus ad hæc, cœnisque tribus jam perna superstes Addetur. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 117. præter olus fumosæ cum pede pernæ. *h. e.* cum parte extrema, eaque sicciore, quam *Id. ibid.* esse ait cibum coloni. *Cœl. Sympos. œnigm.* 83., cujus lemma est *Perna.* Una mihi soror est, plures licet esse putentur. *h. e.* altera ejusd. porci perna mea soror est, quamvis pernæ omnes aliorum porcorum haberi pro sororibus possint. *Apic* 8. 1. *ad fin.* Perna sprina ita impletur recens. Per articulum pernæ palum mittes ita, ut cutem a carne separes, ut possit condimentum accipere per cornulum, ut universa impleatur. *Per articulum pernæ* est *lunghesso l'osso del prosciutto.* — Ex pernæ osse combusto optimum fiebat dentifricium. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 11. 49. (179). Eumdem dentifricii usum præbent ossa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur. *Marcell. Empir.* 13. Pernæ scrofinæ os, quod est amplissimum, combustum tritumque optimum et salubre dentifricium præstat. — Aliquando perna differt a petasone; quandoque enim petaso, qui recens salitus et nondum siccatus comedi solebat, habetur pro parte pernæ, quatenus illa est tota coxa suis usque ad poplitem, iste vero ejus pars carnosa, et quidem lautior et mollior circa coxendicem; ideo autem petaso vocatur, quia ita expansus est, ut petasi quamdam figuram referat. Hinc *Athenæus l.* 14. *c.* 21. *a med.* Ἐπεὶ δὲ καὶ πετα-

σωνος μέρος ἑκάστῳ κεῖται, ἣν πέρναν καλοῦσιν. *h. e.* deinde vero etiam petasonis pars unicuique apponitur, quam pernam (*Latini*) vocant. *Martial.* 13. 54., cujus lemma est *Perna.* Cerretana mihi fies, vel massa licebit De Menapiis; lauti de petasone vorent. *Id. ibid.* 55., cujus lemma est *Petaso.* Musteus est: propera, caros nec differ amicos: Nam mihi cum vetulo sit petasone nihil. *Id.* 3. 77. Et pulpam dubio de petasone voras. *Apic.* 5. 3. Pulpa petasonis. *Id.* 7. 9. pernam a petasone distinguit, et musteos petasones coquere et parare docet. *Edict. Diocl. p.* 14. Pernæ optimæ petasonis sive Menapicæ, sive Cerretanæ Ital P. unum ☧. viginti. *h. e.* pondo unum (*seu* libra una) Italicum pernæ optimæ ex petasone *etc.* — Ex *Petron. fragm. Tragur.* 56. *Burmann.*, ubi cœna Trimalchionis describitur, patet, olim apud Romanos pernas integras et inargentatas in mensam afferri solitas. *V.* ARGENTABULUM. Idem ex eo etiam confirmatur, quod e ruinis Herculanensibus eruta est abhinc paucis annis perna ære ductili fabrefacta, quæ argenteæ bracteæ, qua tota fuerat obducta, vestigia adhuc servat, et in parte interiore horologium sciothericum delineatum exhibet. *V. Pitture d'Ercolano T.* 3. *in præf. p.* 1. *et seqq.*

II.) Translate. ¶ 1. Perna dicitur genus quoddam mariuæ conchæ, quæ et pinna vocatur. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 54. (154). Appellantur et pernæ concharum generis, circa Pontias insulas frequentissimæ. Stant veluti suillo crure longo in arena defixæ, hiantesque, qua latitudo est, pedali non minus spatio cibum venantur. Dentes circuitu marginum habent pectinatim spissatos: intus spondylii grandis caro est. A *Theod. Priscian. lib.* 4. *p.* 316. ed. *Ald.*, si tamen salva est lectio, *pernica* dici videtur. ¶ 2. Item arborum surculus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 10. 13. (67). Stolones cum perna sua avelluntur, partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore. *Cum sua calce* dixit *Id. ibid.* 21. 35. (156). Malleolus avelli cum sua calce cœptus est. ¶ 3. Est etiam convicium hominis fatui, apud *Plaut. Truc.* 2. 7. 39. Observavi, quem pernam novi, hominem nihili. *Bothe* tamen ita rectius ex MSS. edidit: Observavi, inquam, perulam. GE. Novi hominem nihili.

PERNĀRĬUS, ii, m. 2. pernarum venditor vel confector. *Inscript.* in *Giorn. Arcad. T.* 28. *p.* 358., quæ est apud *Orell.* 4259. VALERIVS FELICISSIMVS PERNARIVS.

PERNARRO, as, are, a. 1. totum narro. *Gloss. Philox.* Pernarro, ἀφηγοῦμαι.

PERNĀVĪGĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *pernavigo*, navigando peragratus. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 67. 67. (167). Pars tota vergens in Caspium mare pernavigata est Macedonum armis.

PERNĔCESSĀRĬUS, a, um, adject. ¶ 1. Est admodum necessarius. *Cic.* 5. *Att.* 21. Non esse Romæ meo tempore pernecessario, submoleste fero. ¶ 2. Pro valde conjuncto et propinquo. *Cic. Flacc.* 6. 14. Contendisse a Lælio paterno amico ac pernecessario, ut etc. *Id.* 13. *Fam.* 40. L. et C. Aurelios, L. filios-commendo tibi majorem in modum, adolescentes omnibus optimis artibus ornatos, meos pernecessarios, tua amicitia dignissimos. *Al. leg.* meosque necessarios. *Id. ibid.* 69. Homo intimus ac mihi pernecessarius. Adde *eumd.* 9. *ibid.* 13. et 2. *Orat.* 50. 202.

PERNĔCESSĔ, adject. n. indeclin. idem ac pernecessarius. *V.* NECESSE. *Cic. fragm. orat. pro Tull.* (edente *A. Peyronio*) 49. Istæ ipsæ leges, quas recitas, significant, quam noluerint majores nostri, nisi quum pernecesse esset, hominem occidi.

PERNĔCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. idem quod neco, aut prorsus neco. *Sil. It.* 4. 608. Experiar, sit ne in terris, domitare quod ensis Non queat Ausonius, Tyrrhenave pernecet hasta. *Alii rectius leg.* permeet. *Augustin. serm.* 17. (*al.* 21.) *de Temp.* Diabolum cum suis legionibus pernecavit. In Edit. *Monachor. S. Mauri* est 120. in Appendice, et *Augustini* esse negatur. *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 13. *p.* 301. ed. *Ald.* Cholera vero ex utrisque effusionibus sæpe et sub angusto tempore homines pernecavit.

PERNĔGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Pernegans* sub *a.* — Pernegare est prorsus negare, constanter negare, *negare del tutto*, ἐξαρνέομαι. — *a*) Stricto sensu pernegare est prorsus vel constanter dicere, rem non esse ita, aut aliquid non esse factum, vel non fore. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 34. Negas? LY. pernego imo. *Cic. Cœl.* 27. 65. Imploraret hominum fidem, atque a se illam pyxidem traditam pernegaret. *Ter. Eun. prol.* 33. Sed eas fabulas factas prius Latinas, scisse se, id vero pernegat. *Plaut. Asin.* 2. 2. 56. Pernegabo atque obdurabo, perjurabo denique. *Id. Men.* 2. 3. 62. Hercle omnino pernegari non potest. *Sueton. Tib.* 57. Equiti Romano, quiddam perneganti affirmavit etc. Adde *eumd. Ner.* 35. — *b*) Latiori sensu est recusare, repulsam alicui dare. *Seneca* 5. *Benef.* 17. Catoni populus R. præturam negavit, consulatum pernegavit. *h. e.* semel negavit præturam, at postea dedit: consulatum vero numquam. Sic *Martial.* 4. 82. Negare jussi, pernegare non jussi.

PERNĒO, nes, nēvi, nētum, nere, a. 2. Part. *Pernetus.* — Pernere est idem quod nere, vel totum pensum nere. *Martial.* 1. 89. Quum mihi supremos Lachesis perneverit annos. *Sidon. carm.* 15. 167. vitam Rumpere Parcarum vellere in ipso Nondum pernetam.

PERNĒTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PERNICA, æ, f. 1. *V.* PERNA II. 1.

PERNĬCĬĀBĬLIS, e, *et*

PERNĬCĬĀLIS, e, adject. *mortale, mortifero, pernicioso*, ὀλέθριος. perniciem afferens, mortem inferens, exitiabilis, noxius, mortifer, perniciosus. *Lucret.* 1. 451. Conjunctum est id, quod nusquam sine perniciali Discidio potis est sejungi, seque gregari. *Liv.* 27. 23. Pestilentia gravis incidit in urbem, quæ tamen magis in longos morbos, quam in perniciales evasit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 5. 5. (13). Pernicialia prælia. *Id.* 24. *ibid.* 1. 1. (1). odia. *Tac.* 4. *Ann.* 34. Id perniciabile reo. *Curt.* 7. 3. Nix plurimorum oculis perniciabilis.

PERNĬCĬES, ēi, f. 5. (per *et* nex, necis). Alia forma *permities, tii* vel *ti*, Acc. *permitiem*, legitur a *Ribbeckio* (*Fragm. tragic. Latin. p.* 162.) in fragmento *Accii* apud *Non. p.* 219. 2. *Merc.* et a cl. *Vahlen.* (*Ennianæ poeseos reliq. p.*129.) in *fragm. Ennii* apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 25. 65. — In Genit. sing. *pernicies* pro *perniciei* olim dictum est, teste *Diomed.* 1. *p.* 281. *Putsch.* Item *pernicii. Sisenna* apud *Gell.* 9. 14. et *Non. p.* 486. 30. *Merc.* Romanos inferendæ pernicii causa venisse. *Cic. Rosc. Am.* 45. 131. Quorum nihil pernicii causa factum putamus. Ita legit cum aliis *Non. loc. cit.* At *Charis.* 1. *p.* 53. *Putsch.* ubi docet, *Ciceronem* dixisse *pernicies causa*, hunc ipsum fortasse locum designavit. *V.* DIES init. et *Gell. loc. cit.* — Dativus sing. *pernicie* legitur apud *Liv.* 5. 23., ubi *V. Drackenborg.* — In plurali numero usurpasse dicitur *Arnob.*, nec abhorret analogia: sic enim et *labes*, et *progenies*, et alia hujus generis pluraliter dicta sunt. Quidam etiam legunt apud *Plaut. Asin.* 1. 2. 7. Pellecebris, perniciis adolescentum exitium. Et ita *Non.* quoque legisse videtur *p.* 153. 20. *Merc.* Alii tamen plures *pellecebræ, pernicies*, etc. — *Pernicies* est exitium, interitus, ruina, labes, pestis, calamitas, ὄλεθρος (*It. morte, ruina estrema, esterminio, disfacimento, disgrazia, danno*; Fr. *perte, ruine, destruction, malheur*; Hisp. *perdidad, daño, ruina, destrozo, desgracia*; Germ. *der Untergang, das Verderben, Unglück*; Angl. *death, destruction, ruin, extermination, a disaster, calamity*).

I.) Proprie. *Nepos Thrasyb.* 2. Quæ res et illis contemnentibus perniciei, et huic despecto saluti fuit. *Cic.* 4. *Cat.* 5. 10. Quum de pernicie populi R. et exitio hujus urbis tam crudeliter cogitarit. *Id.* 1. *ibid.* 5. 11. Videbam, perniciem meam cum magna calamitate reipublicæ esse conjunctam. *et ibid.* 2. 5. Intestinam aliquam quotidie perniciem reipublicæ moliens. *et ibid.* 13. 33. Hisce ominibus, Catilina, et cum tua peste ac pernicie, cumque eorum exitio, qui se tecum junxerunt, proficiscere. *Id. Mur.* 28. 59. Incumbere ad perniciem alicujus. *Id. Dom.* 35. 93. Depellere perniciem a patria. *Sall. Cat.* 18. machinari cuipiam. *Phædr.* 2. 4. alicui parare. *Tac.* 1. *Ann.* 74. invenire sibi, et aliis. *Cic.* 3. *Nat. D.* 27. 69. Spe dubiæ salutis in apertam perniciem incurrere. *Id.* 2. *Off.* 3. 9. Perniciem afferre vitæ hominum. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 30. (120). Pius quam drachmæ pondere potum perniciem affert. *reca la morte. Phædr.* 3. 12. Ad perniciem agi. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 16. 94. (151). in perniciem. *Justin.* 39. 5. 4. Vires suas in perniciem mutuam converterunt. *Tac.* 11. *Ann.* 37. Pernicies in accusatorem vertit. *Phædr.* 1. 20. Stultum consilium ad perniciem mortales devocat. *Tac.* 3. *Hist.* 27. Primo sagittis saxisque eminus certabant, majore Flavianorum pernicie. *con maggior danno. Plin.* 24. *Hist. nat.* 11. 62. (103). Hanc herbam contra omnem perniciem habendam prodidere. *h. e.* contra venena, maleficia, morbos. *Colum.* 1. *R. R.* 5. 3. Cælestis aqua maxime salubris intelligitur, quod etiam venenati liquoris eluit perniciem. *la malignità. Catull.* 27. 5. hinc abite lymphæ, Vini pernicies. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 29. Magno in periculo et pernicie esse. *h. e.* calamitate, ærumna.

II.) Translate, vel concreto, uti ajunt, sensu, de homine pernicioso et exitiabili. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 130.; et *Ter. Adelph.* 2. 1. 34. Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium. *Plaut. Most.* 1. 1. 3. *de malo servo.* Egredere, herilis pernicies, ex ædibus. *Cic.* 2. *Verr.* 1. 2. Adduxi hominem (*Verrem*) prædonem juris urbani, labem atque perniciem provinciæ Siciliæ. *Id. Mil.* 31. 84. Illam perniciem (h. e. *Clodium*) exstinxit ac sustulit. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 31. Pernicies et tempestas barathrumque macelli.

PERNĬCĬO, ōnis, f. 3. idem ac pernicies. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 3. 6. Hosce barbaros intelligitis prudentia nostra ad pernicionem sui uti posse, *h. e.* ad internecionem.

PERNĬCĬŌSĒ, adverb. Comp. *Perniciosius* et Sup. *Perniciosissime.* — Perniciose est cum pernicie, pestifere, *nocivamente, con grave danno*, ὀλεθρίως. *Cic.* 14. *Att.* 13. *ad fin.* M. Antonius ad me scripsit de restitutione Sext. Clodii: quam honorifice, quod ad me attinet, ex ipsius litteris cognosces; quam dissolute, quam turpiter, quamque ita perniciose, ut nonnunquam Cæsar desiderandus esse videatur, facile existimabis. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (178). Vitis perniciose luxuriat. *Cic.* 2. *Legg.* 5. 13. Multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis. *Ita et cl.* Vahlen.; *alii leg.* perniciosa, *et* pestifera. *et* 3. *ibid.* 14. 32. Quo perniciosius de republica merentur vitiosi principes. *Augustin. Bp.* 39. Rebus mortalibus validissime et perniciosissime compediri.

PERNĬCĬŌSUS, a, um, adject. Comp. *Perniciosior* et Sup. *Perniciosissimus.* — Perniciosus est exitiosus, perniciem afferens, pestifer, damnosus, *assai dannoso, malefico, pernicioso, funesto*, ὀλέθριος. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 9. Exitum judicii fœdum et perniciosum levissime tuli. *Id. Dom.* 43. 114. Capere consilia perniciosa reipublicæ. *Cæs.* 1. *B. C.* 7. Perniciosæ leges. *Ovid.* 5. *Trist.* 1. 67. ulli nec scripta fuerunt Nostra, nisi auctori perniciosa suo. *Sall. Jug.* 50. Ut Jugurtha pacem, an bellum gerens perniciosior esset, in incerto haberetur. *Cic.* 3. *Tusc.* 3. 5. Morbi perniciosiores pluresque sunt animi, quam corporis. *Quintil.* 2. 2. 10. Studiorum pernicio sissimus hostis. *Id.* 10. 1. 129. In eloquendo corrupta pleraque, atque eo perniciosissima, quod abundant dulcibus vitiis. *Nepos Agesil.* 6. Perniciosissimum fore videbat, si etc. *Inscript.* apud *Gruter.* 113. 2. SVBLATO HOSTE PERNICIOSISSIMO P. R. *h. e.* Sejano.

PERNĬCĬTAS, ātis, f. 3. velocitas, celeritas, agilitas, *velocità, prestezza*, ὠκύτης. *Plaut. Men.* 5. 2. 4. Pernicitas deserit: consitus sum

senectute. *Cic.* 5. *Tusc.* 15. 45. Præstans valetudine, viribus, forma: adde etiam, si libet, pernicitatem et velocitatem. *V.* PERNIX. *sub init. Cæs.* 3. *B. C.* 84. Adolescentes atque expeditos milites ad pernicitatem armis inter equites præliari jubebat. *Liv.* 9. 16. *de L. Papirio Cursore.* Præcipua pedum pernicitas inerat, quæ cognomen etiam dedit. *Id.* 22. 59. Nisi pernicitatis pedum et cursus aliquod præmium est. *Tac. Germ.* 46. Pedum usu ac pernicitate gaudent. *Alii perperam leg.* peditum. *Id.* 2. *Ann.* 68. Mox pernicitate equi ad amnem Pyramum contendit. *Id.* 1. *Hist.* 79. Equorum pernicitas. *Gell.* 9. 4. Homines singulis cruribus saltuatim currentes, vivacissimæ pernicitatis. *Justin.* 43. 2. 9. Adultis (*Romulo et Remo*) inter pastores de virtute quotidiana certamina et vires et pernicitatem auxere.

PERNĬCĬTER, adverb. Comp. *Pernicius.* — Perniciter est velociter, celeriter, *velocemente, prestamente,* ὠκέως. *Plaut. Amph.* 5. 1. 63. Facit recta in angues impetum: alterum altera prehendit eos manu perniciter. *Liv.* 26. 4. Equo desilire perniciter. *Catull.* 61. 8. Perniciter exsilire. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 14. 14. (36). Alites alte perniciterque volantes. *et ibid.* 53. 79. 214. Ibices pernicius, quo libuerit, exsultant. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 199. tortaque ruunt pernicius hasta.

PERNĬGER, nigra, nigrum, adject. valde niger. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 153. Ore parvo, oculis pernigris.

PERNĬMĬUM, adverb. plusquam nimium. *Ter. Adelph.* 3. 4. 28. Nimium inter vos, ac pernimium interest. *Papinian. Dig.* 48. 3. 2. Hæc interpretatio perdura et pernimium severa est.

PERNĬMĬUS, a, um, adject. plusquam nimius. *Paulin. Petroc.* 5. *Vit. S. Martin.* 825. Qui, quamquam duræ jam læso judice causæ Pernimium sentiret onus, etc.

PERNICIO, onis. *V.* voc. seq.

PERNĬO, ōnis, m. 3. *pedignone,* μάλκη, χίμεθλον, morbus pedum ex frigore, calcanea præcipue infestans: a *perna,* qua pedem, aut calcaneum significat. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 3. 37. (74). Pernionibus nigræ olivæ amurca utilior. *et ibid.* 6. 58. (109). Cortice pupici ex vino cocti perniones sanantur. *et* 28. *ibid.* 16. 62. (221). Perniones ursinus adeps, rimasque pedum sarcit. *Theod. Priscian.* de pernionibus agit toto capite 28. lib. 1. *p.* 297. *retro* ed. *Ald. Scribon. Compos.* 219. Emplastrum album ad combusta et perniones. — *Perniciones* legitur apud *Gargil. de pom.* 24. in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 425. ab *A. Maio* edit., sed *perniones* legendum videtur.

PERNĪTĔO, es, ere, n. 2. valde niteo. *Mela* 3. 9. Est lacus, quo perfusa corpora, quasi oleo, pernitent.

PERNĪTOR, nīteris, nīsus sum, nīti, dep. 3. constanter niti. *Servius* ad *Virg.* 3. *G.* 230. Pernix autem perseverans a pernitendo tractum est. Sic *Isid.* 10. *Orig. litt. P.* Pernix a pernitendo dictum.

PERNĪUNCŬLUS, i, m. 2. deminut. *pernionis,* sed ejusd. usus. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 11. 66. (106). Cyclaminos decocta in aqua perniunculos curat.

PERNIX, icis, adject. omn. gen. Comp. *Pernicior* et Sup. *Pernicissimus.* — Pernix (quod a *perniti* deducunt) est It. *perseverante e costante nello sforzo e fatica,* qui in nitendo perseverat, atque in labore patiens et constans est: a *per* et *nitor,* ut docet *Servius* ad illud *Virg.* 3. *G.* 229. Ergo omni cura vires exercet, et inter Dura jacet pernix instrato saxa cubili. Ubi *Pierius* eos reprehendit, qui *pernox* legunt, quum omnia MSS. uno consensu *pernix* exhibeant. Quamquam non desunt primi subsellii critici, qui *pernox* defendunt. Huc trahit *Servius* illud *Horat. Epod.* 2. 41. perusta solibus Pernicis uxor Appuli. Ceterum pernix videtur esse a πέρνα *perna,* unde περνάω *in longinquam regionem venum exporto,* ut perdix est a πέρδω *pedo.* — Præcipue dicitur de eo, qui multo nisu se movet, et celeritate pollet: et differt a veloci quia *velox* celeritatem habet, *pernix* patientiam fortitudinem et constantiam in motu ipso celeritatis. Unde *Cic.* 5. *Tusc.* 15. 45. pernicitatem et velocitatem distinguit. Nihilominus universim accipitur pro veloci, celeri, cito, ὠκύς, ταχύς. (It. *veloce, presto, celere*; Fr. *rapide, vite, léger, prompt*; Hisp. *rapido, veloz, pronto*; Germ. *in ausdauernder Weise hurtig, behend, schnell*; Angl. *swist, nimble, quick, rapid, active, speedy, fleet*). *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 36. Clare oculis video, sum pernix manibus, pedibus mobilis. *Tac.* 2. *Hist.* 13. Nec agrestes capi poterant, pernix genus, et gnari locorum. *Liv.* 28. 20. Levium corporum homines, et multa exercitatione pernicium. *Colum.* 3. *R. R.* 9. Pernicissimæ quadrigæ. *Virg.* 11. *Æn.* 718. et pernicibus igneæ plantis Transit equum cursu. *Id.* 4. *ibid.* 180. *de Fama,* pedibus celerem et pernicibus alis. *Stat. de eod.* 9. *Theb.* 33. solito pernicior index, Quum lugenda refert. *Colum.* 7. *R. R.* 12. 8. Pecuarius canis neque tam strigosus, aut pernix esse debet, etc. *Stat.* 4. *Theb.* 312. fugit silvas pernicior alite vento. De Atalanta loquitur, quam *pernicem puellam* vocat *Catull.* 2. 12. *Seneca Ep.* 108. *a med.* Temporis pernicissimi celeritas, quam retinere non possumus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 47. 71. (154). Pernici saltu exsistere. *Tac.* 3. *Hist.* 40. Proditam Ravennatem classem, pernicibus nunciis accepit. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 24. (69). *de cucurbitis.* Vires sine adminiculo standi non sunt, velocitas pernix, *h. e.* celeritas crescendi. *Grat. Cyneg.* 120. Pernix Lucania. — Cum Infinito. *Horat. Art. P.* 165. Sublimis, cupidusque, et amata relinquere pernix. *presto a lasciare.*

PERNŌBĬLIS, e, adject. valde nobilis. *Cic.* 6. *Verr.* 57. 127. Hæc Sappho epigramma Græcum pernobile incisum habuit in basi. *Aurel. Vict. Cæsar.* 19. Pernobile genus.

PERNOCTĀTĬŌ, ōnis, f. 3. actus pernoctandi. *Ambros. Serm.* 90.; et *Hieronym. Ep.* 108.

PERNOCTO, as, āvi, ātum, are, n. 1. Part. *Pernoctans* I. et II. 1. et 2.; *Pernoctaturus* I. — Pernoctare est noctem totam aliquo in loco transigere, sive vigilando, sive dormiendo, sive aliud quid operis faciendo, ἀπονυκτερεύω (It. *stare di notte, pernottare*; Fr. *passer la nuit*; Hisp. *pasar la noche*; Germ. *übernachten, d. Nacht zubringen*; Angl. *to stoy or pass the whole night, lodge all night, continue or remain all night long*).

I.) Proprie. *Pompon. Dig.* 50. 6. 166. Pernoctare extra urbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in urbe est. Per enim totam noctem significat. Cf. *Cod.* 8. 12. 12. Ceterum *Plaut. Truc.* 2. 2. 22. Noctem pernoctare perpetem. *Ter. Hecyr.* 4. 1. 23. Nam negabas nuptam posse filiam tuam te pati cum eo-, qui pernoctaret foris. Sic *Varro* 2. *R. R.* 3. 6. Foris quum est pernoctandum. Rursus *Ter. Adelph.* 4. 1. 15. sed si hic pernocto, causæ quid dicam? *Cic. Cluent.* 13. 37. Quum esset adolescens apud mulierculam quamdam, atque ibi pernoctaret. *Fronto de fer. Als.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. *a med.* Juppiter animadvertit, Venerem et Liberum multo maxime pernoctantibus favere. *Liv.* 27. 38. Jurejurando adacti, non pernoctaturos se esse extra mœnia coloniæ suæ. *Cic. Dom.* 30. 80. Propter inopiam tecti in foro pernoctans. *Id.* 6. *Verr.* 11. 25. Senator populi Romani in vestro oppido jacuit et pernoctavit in publico. *Id.* 2. *Tusc.* 17. 40. Pernoctant venatores in nive. *Sueton. Aug.* 17. In navi victor pernoctavit. *Auct. B. G.* 8. 15. Bellovaci quum neque pernoctare, neque diutius permanere sine cibariis eodem loco possent, etc. *Nepos Alcib.* 2. Eum induxit commemorantem, se pernoctasse cum Socrate.

II.) Translate. ¶ 1. Rebus inanimatis tribuitur. *Pallad.* 11. *R. R.* 10. Olivam in canistris esse patieris, ut pernoctet cum salibus et ducat in se eosdem sapores. *Ammian.* 14. 1. Et hæc confidenter agebat in urbe, ubi pernoctantium luminum claritudo dierum solet imitari fulgorem, *h. e.* luminum, qui per noctem splendent. — ¶ 2. De abstractis. *Cic. Arch.* 7. 16. Hæc studia pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Cf. *eumd.* 5. *Tusc.* 24. 69. Quo tandem igitur gaudio affici necesse est sapientis animum cum his habitantem pernoctantemque curis?

PERNOMEN, inis, n. 3. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim solummodo in *Not. Tir. p.* 35.

PERNŌNĪDES, æ, f. 1. *vel*

PERNŌNIS, idis, f. 3. vox a parasito joculariter licta, a *perna. Plaut. Men.* 1. 3. 27. Atque aliquid scitamentorum de foro obsonarier. PEN. Glandionidem, suillam, laridum, pernonidem.

PERNOSCO, noscis, nōvi, nōtum, noscere, a. 3. Part. *Pernotus* et *Pernoscendus.* — Pernoscere est perfecte noscere, διαγινώσκω — *a*) Cum Accusativo. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 42. Ingenium haud pernoram hospitis. *Id. Aulul.* 3. 5. 29. Matronarum hic facta pernovit probe. *Cic.* 1. *Orat.* 5. 17. Motus animorum sunt penitus oratori pernoscendi. *Id. Fat.* 5. Qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 63. Est operæ pretium duplicis pernoscere juris Naturam. *Colum.* 1. *R. R. præf.* 11. Discendi cupidiores agricolationem pernoscerent. *Curt.* 9. 7. Dioxippus regi pernotus et gratus. *Mela* 2. 3. Marathon Persica maxime clade pernotus. *Seren. Sammon. de dentib. p.* 66. ed. *Ald.* Haud facile est acrem dentis tolerare dolorem: Quo magis est æquum medicam pernoscere curam. — *b*) Sequente Relativo. *Ter. Adelph. prol.* 12. Pernoscite, furtum ne factum existimetis, an etc. *Id. Andr.* 3. 2. 23. Non satis me pernosti etiam, qualis sim.

PERNŌTĀTUS, a, um. *V.* PERNOTO.

PERNŌTESCO, nōtescis, nōtŭi, nōtescere, n. inchoat. 3. perfecte et certe cognoscor. *Tac.* 1. *Ann.* 23. Neque illi fuisse unquam fratrem, pernotuisset. Adde *eumd.* 13. *ibid.* 25.; et *Quintil. declam.* 3. 1.

PERNŌTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Pernotatus.* — Pernotare est diligenter notare. *Boeth.* 1. *Arithm.* 27. *p.* 1007. Quadrupli multitudinem pernotabit. *Id. ibid. p.* 1010. Horum exempla integre planeque possumus pernotare. *Id. Music.* 4. 8. *p.* 1452. *Y* littera pernotata.

PERNŌTUS, a, um. *V.* PERNOSCO.

PERNOX, octis, adject. comm. gen. *che dura tutta la notte,* πάννυχος, qui totam noctem durat. *Liv.* 5. 28. et 21. 49. *a med.* Luna pernox erat. *Ovid.* 7. *Met.* 268. Addit et exceptas luna pernocte pruinas. *Stat.* 7. *Theb.* 411. Et non adsuetis pernox ululavit Eleusin Mensibus. *Gell.* 2. 1. Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu, perdius atque pernox inconniveus, etc. *Apul.* 9. *Met.* Ego misera et pernox et perdia lanificio nervos meos contorqueo. *Fronto ad Verum Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 1. *ad fin.* Somnus pernox. *Juvenal.* 8. 10. luditur alea pernox. *V.* PERDIUS.

PERNOXĬUS, a, um, adject. valde noxius. *Mela* 1. 19. *circa med.* Populi asperi, inculti, pernoxii appulsis.

PERNŪMĔRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERNŪMĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Pernumeratus.* — Pernumerare est idem quod numerare, vel rectius usque ad unum numerare. *Plaut. Epid.* 5. 1. 25. Age, absolve me, atque argentum numera. STRA. pernumeratum est. *Liv.* 28. 34. *in fin.* Dum imperatam pecuniam Ilergetes pernumerarent. *Martial.* 12. 62. Quæ, Saturne, tibi pernumerentur opes.

PERNUNCIO, as, are, a. 1. a *per* et *nuncio,* et

PERNUNCULUS, i, m. 2. *deminut.* a perna. Voces a Lexico expungendæ; occurrunt enim tantum in *Not. Tir. p.* 42. et 167.

PĒRO, ōnis, m. 3. *borzacchino, stivaletto,* ἐμβάς, genus calceamenti rustici, præalti ex corio crudo, quod adversus imbres, nives et frigora commodum est: ejus etymon videtur esse a pera, quicum convenit et quoad materiam et quoad formam: hoc prisci Latini in bello usi sunt. *Cato* apud *Festum p.* 142. 27. *Müll.* Qui magistra-

tum curulem cepisset, calceos mulleos aluta vinctos, ceteri perones. *Virg.* 7. *Æn.* 690. vestigia nuda sinistri Instituere pedis: crudus tegit altera pero. *Juvenal.* 14. 185. quem non pudet alto Per glaciem perone tegi. *Apul.* 7. *Met.* Peronibus suis ab aquæ madore consulens agaso, ipse quoque insuper lumbos meos insiliens residebat. *Ita loquitur asinus. Sidon.* 4. *Ep.* 20. *de militib. barbaris.* Quorum pedes primi perone setoso talus ad usque vinciebantur; genua, crura, suræque sine tegmine. — Perones fuerunt etiam in usum elegantiorum hominum. *Tertull. Pall.* 5. Magnum incessui munimentum sutrinæ Venetiæ prospexere, perones effeminatos. — Perones quoque pro saccis legi quidam putant; sed *V.* ÆRO, onis.

PĔROBSCŪRUS, a, um, adject. valde obscurus. *Cic.* 1. *Nat. D.* 1. 1. Tum perdifficilis et perobscura quæstio est de natura deorum. *Liv.* 1. 16. Fuisse credo tum quoque aliquos, qui discerptum regem (*Romulum*) Patrum manibus taciti arguerent: manavit enim hæc quoque, sed perobscura, fama.

PĔRŌDI, ōsus, ōdisse, a. anom. 4. Part. *Perosus.* — Perodi est idem ac valde odi. *Manil.* 5. 409. Et quisquis vero favit, culpamque perodit. — Hinc Part. præter.

Perosus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Perosior* sub *B.*

A) Active est qui valde odit, *chi ha in odio,* διαμισῶν. — *a*) Cum Accusativo. *Virg.* 6. *Æn.* 435. lucemque perosi. *Id.* 9. *ibid.* 141. genus omnes perosos Femineum. *Ovid.* 8. *Met.* 183. Dædalus interea Creten longumque perosus Exilium. *Id.* 2. *ibid.* 379. Perosus ignem. *et* 11. *ibid.* 146. opes. *et* 12. *ibid.* 582. Achillem. *Id.* 14. *ibid.* 693. pectora dura perosam Idalien. *Id.* 4. *Trist.* 4. 81. deæ signum crudelia sacra perosæ Transtulit. *Liv.* 3. 34. Plebs consulum nomen, haud secus quam regum, perosa erat. *et ibid.* 39. Superbiam violentiamque tum perosos regis. *et ibid.* 58. Perosus decemvirorum scelera. *Augustus* apud *Sueton. Tib.* 21. Populum Romanum perosi sunt. *Val. Max.* 3. 3. 1. Perosus, credo, dexteram suam, quod etc. *Justin.* 17. 1. 4. Filium suum, non solum ultra patrium, verum etiam ultra humanum morem perosus. *Val. Flacc.* 6. 289. si fata peroso Tarda tibi turpesque moras non segnius ipsi Paruimus. *h. e.* tibi qui odio habebas tardam mortem. *Colum.* 9. *R. R.* 5. 2. Res apiaria non curatorem fraudulentum tantum, sed etiam immundæ segnitiæ perosa est. — *b*) Cum Genitivo. *Prudent.* 3. περὶ στεφ. 41. Illa perosa quietis opem Degeneri tolerare mora, etc.

B) Passive est odio habitus, *odiato. Tertull. Anim.* 1. *ad fin.* Veritas tanto perosior, quanto plenior. *Id. Virg. veland.* 16. Nihil Deo carius humilitate, nihil perosius gloria. *Juvenc.* 3. *in Matth.* 19. Ut melius fuerit thalamis caruisse perosis

PĔRODĬĀTUS, a, um. *V.* INODIATUS.

PĔRŌDĬŌSUS, a, um, adject. valde odiosus. *Cic.* 10. *Att.* 17. Crebro refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam. *Id.* 13. *ibid.* 22. De Bruto nostro, perodiosum: sed vita fert.

PĔRŌFFĬCĬŌSĒ, adverb. valde officiose. *Cic.* 9. *Fam.* 20. Me perofficiose et peramanter observant.

PĔRŌLĔO, es, ere, n. 2. valde oleo. *Lucret.* 6. 1155. Rancida quo perolent projecta cadavera ritu.

PĔRŌLESCO, lescis, lēvi, lescere, n. inchoat. 3. valde crescere. *Lucilius* apud *Priscian.* 9. *p.* 872. *Putsch.* Quis totum scis corpus jam perolesse bisulcis. *syncope* pro *perolevisse.*

PĔRŌNĀTUS, a, um, adject. peronibus calceatus. *Pers.* 5. 102. Navim si poscat sibi peronatus arator.

PĔRŌPĀCUS, a, um, adject. valde opacus. *Lactant.* 1. 22. Spelunca peropaca in nemore Aricino.

PĔRŌPERTUS, a, um, adject. valde, vel bene opertus. *Venant. Fort. Vit. S. Mart.* 4. 507. Ac peropertum aperit et in invia nuncius intrat. *Sunt qui divisim scribunt.*

PĔROPPORTŪNĒ, adverb. valde opportune. *Cic.* 7. *Verr.* 15. 39. Peropportune fortuna te obtulit. *Id.* 2. *Orat.* 4. 15. Sed hoc tamen cecidit peropportune, quod etc. *Id.* 1. *Nat. D.* 6. 15. Peropportune, inquit, venis. *Liv.* 1. 42. Peropportune ad præsentis quietem status bellum cum Vejentibus-aliisque Etruscis sumptum. *Id.* 44. 7. *ad fin.* Incerto inde, quidnam agendum foret, peropportune litteræ a Sp. Lucretio allatæ sunt. *Id.* 2. 35. In exeuntem e curia impetus factus esset, ni peropportune tribuni diem dixissent.

PĔROPPORTŪNUS, a, um, adject. valde opportunus. — *a*) Absolute. *Cic.* 2. *Orat.* 57. 234. Requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno deversorio. *Liv.* 21. 2. Mors Hamilcaris peropportuna et pueritia Hannibalis distulerunt bellum. *et ibid.* 31. Hujus seditionis peropportuna disceptatio quum ad Hannibalem rejecta esset, etc. — *b*) Cum Dativo. *Cic.* 6. *Fam.* 6. 6. Qui duce Pompejo freti peropportunam et rebus domesticis et cupiditatibus suis illius belli victoriam fore putabant. Sic *Liv.* 10. 45. Nec populo Romano magna solum, sed peropportuna etiam ea victoria fuit. — *c*) Cum Accus. et præpos. *ad. Liv.* 40. 57. Peropportuna mors Philippi fuit ad dilationem.

PĔROPTĀTO, adverb. valde optato, sive ex animi sententia. *Cic.* 2. *Orat.* 5. 20. Nunc peroptato nobis datum est.

PĔROPTĀTUS, a, um, adject. *Gloss. vett.* Peroptatus, valde optatus. *Firmic.* 3. *Mathes.* 10. 5. Qui (*liberi*) non solum parentibus suis gaudia peroptata tribuant, sed ad aliquem etiam honoris gradum sublevati, eos non mediocri existimatione gloriaque honestent.

PĔRŌPUS EST, valde opus est. *Ter. Andr.* 1. 5. 30. Sed nunc peropus est, hunc cum ipsa loqui.

PĔRŌRĀTĬO, ōnis, f. 3. *finimento d'un discorso, conchiusione e ristretto o compendio dell'orazione, perorazione,* ἐπίλογος, ἀναχεφαλαίωσις, conclusio orationis, et brevis repetitio eorum, quæ dicta sunt. Docet *Cic.* 2. *Herenn.* 30. 47. tres eam habere partes, enumerationem, amplificationem et comniserationem. Tres item ei tribuit *Id.* 1. *Invent.* 52. 98. enumerationem, indignationem, conquestionem. *Id. Brut.* 33. 127. Exstat ejus (*C. Galbæ*) peroratio, qui epilogus dicitur: qui tanto in honore, pueris nobis, erat, ut eum etiam edischeremus. *Id.* 2. *Orat.* 19. 80. Jubent exordiri, *etc.* deinde rem narrare, *etc.* post autem dividere causam, *etc.* Tum alii conclusionem orationis, et quasi perorationem collocant: alii jubent, antequam peroretur, degredi, deinde concludere ac perorare. Adde *Quintil.* 6. 1. 36., 7. 10. 12. et alibi.—In peroratione maxime locum habet tractatio affectuum, quibus judicis et auditorum animus permovetur: qua in re præcipuus et admirabilis *Cicero* fuit, ut *Brut.* 51. 190. et *Orat.* 37. 130. ipse affirmat. *Id. Orat.* 35. 122. Post omnia perorationem inflammantem, restinguentemve concludere.

PĔRŌRĀTUS, a, um. *V.* PERORO.

PĔRŌRIGA, *vel* præuriga, *vel* proriga, *vel* pruriga, æ, m. 1. *chi governa lo stallone,* qui admissarii curam habet, eumque in equas genituræ causa admittit. *Varro* 2. *R. R.* 7. 7. Admittere *equum* oportet, quum tempus anni venerit, bis in die, mane et vesperi, perorigam. Is ita appellatur, quiqui admittit. *Alii leg.* mane et vesperi. Peroriga enim appellatur, quisquis etc. *Id. ibid.* 8. 4. Eodem tempore, quo equos adducentes, iidemque ut ineant equas per origas curamus. *Alii suspicantur legend.* per perorigas curamus. *Id. ibid.* 7. 9. Quum equus matrem ut saliret, adduci non posset, et quum capite obvoluto proriga adduxisset, et coegisset matrem inire, *etc.* Alii leg. *auriga.* Famuem rem ita narrat *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 64. (156). Alium (*equum*) detracto oculorum operimento, et cognito cum matre coitu, petiisse prærupta, atque exanimatum: Æqua ex causa in Reatino agro laceratum prorigam invenimus. *Alii leg.* laceratum pariter aurigam invenimus. *Tertull. Monog. sub init.* Quid agis lex creatoris? inter alienos spadones et aurigas tuos tantumdem quereris de domestico obsequio, quantum de fastidio extraneo. *scil.* spadones sunt osores nimii nuptiarum, aurigæ vero conciliatores. Alii pro *aurigas* leg. *prurigas,* nempe prurigini equorum præfectos: alii *præurigas,* eodem sensu. Mutilâ *Inscript.* apud *Gruter.* 1003. 2. SI QVIS HAC TRANSEAT IVNCTO DEIVNCTOVE IVMENTO..... VTER..... SCIAT.... PRORIGA.... — Ex locis allatis satis liquet, voces *peroriga,* similesque *præuriga, proriga et pruriga* valde dubiæ esse auctoritatis, ut etiam putat *Pontedera Antiq. Gr. et Lat. p.* 434. et *Gesnerus* in *Thesaur. Ling. Lat.,* ideoque ubique *auriga,* sive *origa* legi et intelligi posse, quamvis inter eas voces aliqui putent id esse discriminis, ut *auriga* ab *aurea* et *ayo, origa* ab *orea* originem ducat: alii vero *auriga* ab *origa* sola pronunciatione differre, ut *plaustrum* et *plostrum.*

PĔRORNĀTUS, a, um, adject. valde ornatus. *Cic. Brut.* 43. 158. Crassus in dicendo et perornatus et perbrevis.

PĔRORNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. valde ornare. *Tac.* 16. *Ann.* 26. Detraheret potius senatui, quem perornavisset, infamiam tanti flagitii. Adde *Paulin. Nolan. carm.* 20. 304.

PĔRŌRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Perorans* 1.; *Peroratus* 1., 2. et 3.; *Peroraturus* 1. — Perorare ¶ 1. Stricto sensu est omnia dicere, cum intentione animi vocisque orare, dicere (It. *parlare, dire, trattare pienamente, dal principio al fine*; Fr. *parler depuis le commencement jusqu'a la fin*; Hisp. *hablar desde el principio hasta el fin*; Germ. *von Anfang bis zu Ende reden, vollständig erörtern*; Angl. *to speak, inveigh or declaim against, harangue*). *Lex XII. Tab.* apud *Gell.* 17. 2. IN COMITIO AVT IN FORO ANTE MERIDIEM CAVSAM CONICITO QVOM PERORANT AMBO PRAESENTES. *Cic. Sext.* 2. 3. Quamquam a Q. Hortensio causa est P. Sextii perorata. *Id. Quinct.* 24. 77. Mihi perdifficile est contra tales oratores non modo tantam causam perorare, sed omnino verbum facere conari. *Quintil.* 11. 1. 61. Quum est filio filiive advocatis in matrem perorandum. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 5. (9). Rabie quadam in omnes ævi medicos perorans. *Sueton. Cal.* 53. Peroraturus, stricturum se lucubrationis suæ telum, minitabatur. *Liv.* 34. 31. *extr.* Et breviter peroratum esse potuit, nihil me commisisse, etc. *Tac.* 2. *Ann.* 30. Certabant, cui jus perorandi. *et* 3. *ibid.* 17. Quum accusatores et testes certatim perorarent. *Nepos Epam.* 6. Hic in respondendo Epaminondas quum de ceteris perorasset, postquam ad illa duo opprobria pervenit. —*Causa perorata* dicitur a *Cic. Quinct.* 30. 91. quum peracta est causæ dictio, antequam peroratio fiat. ¶ 2. Speciatim est orationem finire et absolvere, quomodo in PERORATIO dictum est, *conchiudere parlando, perorare,* ἐπιλέγω, ἀναχεφαλαιόω. *Cic.* 4. *Att.* 2. Quum horas tres fere dixisset, odio et strepitu senatus coactus est aliquando perorare. *Id.* 2. *Orat.* 19. 80. Alii jubent, antequam peroretur, degredi. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 48. 147. Quoniam satis multa dixi, est mihi perorandum. *Id. Cæl.* 29. *a med.* Dicta est a me causa et perorata. *Id.* 2. *Invent.* 15. 48. Quo loco, nisi causa perorata et probata, non est utendum. *Id.* 1. *Herenn.* 10. 17. Perorata narratione, debemus aperire, quid etc. ¶ 3. Universim est dicendo finire, *finir di discutere sopra una cosa. Cic.* 4. *Verr.* 29. 70. Res illo die non peroratur: dimittitur judicium. *non si finisce di trattare. Id.* 5. *ibid.* 66. 154. De quo quum dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo. *Alii et ipse* Orellius *leg.* peroraro. *Id.* 5. *Att.* 10. Sed hæc tum laudemus, quum erunt perorata.

PĔROSCŬLOR, āris, ari, dep. 1. valde osculor. *Martial.* 8. 81. Hos (*uniones*) amplectitur, hos perosculatur. Ita *Heins.* ex MSS. Alii *deosculatur.*

PĒRŌSUS, a, um. *V.* PERODI.

PERPĂCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERPĂCO, ās, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Perpacatus.* — Perpacare est omnino pacare. *Liv.* 36. 21. Paucosque post dies omnibus perpactis etc. *et ibid.* 42. Percunctatus de statu belli, necdum enim omnia in Græcia perpacata erant, etc. *Al. leg.* pacata. *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 33. Quos usque ad mare superum perpacavit. *Flor.* 1. 12. *sub init.* Brennos, Senones per Claudium Brusum perpacavit.

PERPALLĬDUS, a, um, adject. valde pallidus. *Cels.* 2. 6. Color perpallidus.

PERPARCĔ, adverb. admodum parce. *Ter. Andr.* 2. 6. 24. Tu quoque perparce nimium. *Charis.* 1. *p.* 115. *Putsch.* Quæcumque nomina genitivo singulari in *is* venerint, ablativo singulari in *e* venire: tamen contra *Ruri agere vitam, perparce ac duriter sese habere* Mitionem *Terentius* in *Adelphis* loquentem de fratre commeminit.

PERPARCUS, a, um, adject. *Gloss. Cyrill.* Φειδωλότατος, perparcus, parcissimus, tenacissimus.

PERPĂRUM, adverb. valde parum. *Cic.* 5. *Verr.* 57. 130. Perparum ex illis magnis lucris ad se pervenire. *Alii et ipse* Orellius *leg.* perparvum. *Veget.* 3. *Veterin.* 3. *a med.* Potestas bibendi, nisi perparum, concedenda est.

PERPARVŬLUS, a, um, adject. deminut. perparvi. *Cic.* 6. *Verr.* 43. 95. Duo tamen sigilla perparvula tollunt.

PERPARVUS, a, um, adject. admodum parvus. *Cic.* 1. *Legg.* 19. 52. Quæ et quum adsunt, perparva sunt. *Id. Dejot.* 3. 9. Perparva culpa. *Id.* 5. *Verr.* 38. 86. et tenuis civitas. *Id.* 1. *Legg.* 20. 54. controversia. *At* Vahlen. *leg.* parva. *Lucret.* 3. 216. Ergo animam totam perparvis esse necesse est Seminibus. *Sueton Tit.* 1. Perparvum cubiculum. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 7. 7. (41). Insula perparva.

PERPASCO, pascis, pāvi, pastum, pascere, a. 3. Part. *Perpastus* in fin. — Perpascere

I.) Proprie est valde pascere, vesci. *Varro* 5. *L. L.* 95. *Müll.* Pecus ab eo quod perpascebant.

II.) Figurate, passiva positione. *Sever. Ætn.* 487. inæquales volvens (*fluvius*) perpascitur agros. — Hinc

Perpastus, a, um, particip. bene pastus, ut Perpastus canis, apud *Phædr.* 3. 7.

PERPASTĪNANS, antis, adjecti quidam leg. apud *Tertull. Cult. fem.* 9., ubi alii rectius *repastinans.*

PERPASTUS, a, um. *V.* PERPASCO.

PERPAUCŬLUS, a, um, adject. deminut. perpauci. *Cic.* 1. *Legg.* 21. 54. Deduxitque in Academiam perpaucullis passibus. *M. Aurel.* apud *Fronton. ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. Accipe nunc perpaucula contra somnum ad tua pro somno.

PERPAUCUS, a, um, adject. Sup. *Perpaucissimus.* — Perpaucus in plur. num. fere adhibetur, et est valde paucus. *Ter. Eun.* 3. 1. 18. TH. immo sic homo 'st Perpaucorum hominum. GN. immo nullorum arbitror. *Liv.* 43. 11. Perpaucos Italici generis, et magna ex parte tumultuario delectu conscriptos ibi milites amissos referebant. *Nepos Pelop.* 1. Arcem oppidi occupavit impulsu perpaucorum Thebanorum, qui etc. *Colum.* 3. *R. R.* 20. 6. Quum perpaucissimis agricolis contigerit. *Sueton. Cæs.* 84. Perpauca verba addere. — Sic neutr. absolute. *Cic.* 1. *Legg.* 12. 34. De quo quum perpauca dixero, tum ad jus civile veniam. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 43. 132. Erat quidem, si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicus. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 18. Dii me Finxerunt animi raro et perpauca loquentis.

PERPAUPER, ĕris, adject. omn. gen. 3. valde pauper. *Afranius* apud *Non. p.* 280. 25. *Merc.* Dat rustico nescio cui vicino suo perpauperi, cui dicat dotis paullulum.

PERPAUXILLUM, adverb. deminut. a *perpaullum. Plaut. Capt.* 1. 2. 73. HE. Sed si pauxillum potes contentus esse. EN. Ne perpauxillum modo.

PERPĂVĔFĂCĬO, is, ere, a. 4. valde pavefacio. *Plaut. Stich.* 1. 2. 28. Perplexabiliter earum bodie perpavefaciam pectora

PERPĔDĬO, is, ire, a. 4. impedio. *Accius* apud *Non. p.* 238. 10. *Merc.* Si unquam perpediar. *scil.* morbo, vel senectute. *Alii leg.* præpediar.

PERPELLO, pellis, pŭli, pulsum, pellere, a. 3. Part. *Perpulsus* II. — Perpellere est idem quod pellere vel rectius valde pellere, *movere, spingere fortemente,* ἐπωθέω.

I.) Proprie. *Nævius* de impudica apud *Isid.* 1. *Orig.* 26. Alii perpellit pedem, alii dat anulum spectandum. *Alii leg.* percellit, *alii* pervellit. *Nigidius* apud *Non. p.* 144. 21. *Merc.* Nixurit, qui niti vult, et in conatu sæpius aliqua re perpellitur.

II.) Transfertur ad animum, et — 1.°) Significat permovere, commovere, afficere, *movere, commuovere. Cic. Cæl.* 15. 36. Adolescentulum aspexisti: candor hujus te et proceritas, vultus oculique perpulerunt. *Alii leg.* pepuleruut, *alii* percuterunt. *Plaut. Trin.* 2. 2. 24. Qui homo cum animo depugnat suo, si animus hominem perpulit, actum est; animo servibit, non sibi: sin ipse animum perpulit, dum vivit, victor victorum cluet. *h. e.* loco movit, et vicit. *Fronto ad Verum Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 9. Me malis perpulsum, recreatumque tamen aliquantum fateor. *h. e.* afflictum. — 2.°) Hinc sæpe significat inducere, impellere ad aliquid faciendum, *indurre, obligare,* ἐπαναγκάζω. — *a*) Sequente part. *ut* vel *ne. Liv.* 2. 61. Illum non minæ plebis, non senatus preces perpellere unquam potuere, ut etc. *Id.* 29. 23. Perpellit, ut legatos ad Scipionem mittat. *Id.* 32. 32. Nec ut discederent inde auctoritate consulis, perpelli potuere. — Frequentem habet usum in præteritis. *Ter. Andr.* 4. 1. 38. Numquam destitit suadere, orare, usque adeo, donec perpulit. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 4. Callidum senem callidis dolis compuli et perpuli, ni omnia ut crederet. *Sall. Cat.* 27. Collegam suum pactione provinciæ perpulerat, ne contra rempubl. sentiret. *Id. Jug.* 42. Aulum spe pactionis perpulerat, ut etc. — *b*) Cum Accusat. et præpos. *ad. Liv.* 32. 14. Urbem metu ad deditionem perpulit. — *c*) Cum Infinito. *Tac.* 12. *Ann.* 50. Perpellunt Vologesem omittere præsentia. *Id.* 6. *Ann.* 33. At ex regulis, prior Mithridates Pharasmanen perpulit, dolo et vi conatus suos juvare. Adde *eumd.* 11. *ibid.* 29., 13. *ibid.* 54. et 2. *Hist.* 62.

PERPENDĔO, es, ere, n. 2. in longum, vel valde pendere. *Venant. Fort. Vit. Radcg.* 30. Ergo quum glomus, quem filaverat, perpenderet de camera etc.

PERPENDĬCŬLĀRIS, e, *et*

PERPENDĬCŬLĀRĬUS, a, um, adject. *perpendicolare,* ad perpendiculum positus, κάθετος. Utrumque usurpatur a *Frontin.* in *Exposit. formar. p.* 32. *Goes. At* Rudorff. *nusquam leg.* perpendicularius. *Capell.* 6. *p.* 229. Quando (*linea*) directa super directam jacentem stans dextra lævaque angulos æquales fecerit, directus uterque est angulus, et illa superstans perpendicularis dicitur.

PERPENDĬCŬLĀTOR, ōris, m. 3. artifex, qui perpendiculo utitur. *Aurel. Vict. Epit.* 14. Fabres, perpendiculatores, architectos in cohortes Hadrianus centuriaverat.

PERPENDĬCŬLĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *perpendiculo,* ad perpendiculum positus. *Capell.* 6. *p.* 193. Canopum ac Berenices crinem prorsus non cernit Italia, quum illæ antarticis terris conspicuæ ac prænitentes, et velut perpendiculatæ capitibus suspectentur. *verticali.*

PERPENDĬCŬLUM, i, n. 2. (perpendo). *Perpendiculus* legitur apud *Frontin.* 2. *de limit. p.* 33. ed. *Rudorff.* — Perpendiculum est instrumentum fabri materiarii, seu cæmentarii, quo plumbo a filo pendente, rectitudo, aut obliquitas operis perpenditur et examinatur. Ejus inventor, teste *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (198)., fuit Dædalus, κάθετος (It. *perpendicolo, pendolo, archipenzolo*; Fr. *niveau, fil à plomb, direction perpendiculaire*; Hisp. *nivel, plomada, pesa de plomo*; Germ. *d. Bleiloth, Richtloth, d. Perpendikel*; Angl. *a level, plumb-line*).

I.) Proprie. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 163. 3. *Merc.* Si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. *Id.* 3. *Verr.* 51. 133. Ad perpendiculum columnas exigere. κατὰ κάθετον. *et ibid.* Nullam esse columnam, quæ ad perpendiculum esse possit. *Pseudo-Ascon. ibid.* Perpendiculum, linea laterum æqualitatem a summo ad imum latitudine probans. Hoc autem quum in columnis omnibus, tum maxime in structilibus vetustis, ubi tumoris est aliquid, evenit, in quibus aut media, aut ima crassiora sunt. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 14. 49. (172). Si ad perpendiculum fiant. *Id.* 36. *ibid.* 23. 51. (172). Structuram ad normam et libellam fieri, ad perpendiculum respondere oportet. *Vitruv.* 6. 11. Uti omnes structuræ perpendiculo respondeant, neque habeant in ulla parte proclinationes. *Cic. Fat.* 10. 22. Si gravitate feruntur ad perpendiculum corpora individua rectis lineis. *Cæs.* 4. *B. G.* 17. Tigna dejunxerat non directe ad perpendiculum, sed prone ac fastigate. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 12. Ut tamquam supposititæ basi ad perpendiculum normata insisteret.

II.) Translate. *Auson. Parental.* 5. Hæc non deliciis ignoscere prompta pudendis, Ad perpendiculum seque suosque habuit. *h. e.* ad normam et amussim rectæ rationis et virtutis. *Ammian.* 29. 2. Honestatem lenium morum, velut ad perpendiculum librans. Cf. *eumd.* 21. 16. et 14. 8.

PERPENDĬCŬLUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. init.

PERPENDO, dis, di, sum, dere, a. 3. Part. *Perpendens, Perpensus* et *Perpendendus* II. — Perpendere est diligenter pendere ac ponderare, *pesare diligentemente, bilanciare,* στάθμαι.

I.) Proprie. *Gell.* 20. 1. *a med.* Aut talionem in eo vel ad amussim æquiperarent, vel in libribi perpenderent.

II.) Translate est diligenter considerare, examinare, *esaminare, considerare, pesare. Cic. Mur.* 2. 3. Cato vitam ad certam rationem dirigens, et diligentissime perpendens momenta officiorum. *et ibid.* 36. 77. Hæc omnia ad rationem civitatis si dirigas, recta sunt: sin perpendere ad disciplinæ præcepta velis, reperiantur pravissima. *Id.* 3. *Orat.* 37. 151. Hoc non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu judicatur. *Q. Cic. Petit. cons.* 6. 23. Judicato et perpendito, quantum quisque possit. *Justin.* 29. 3. 6. Pœnorum Romanorumque bella respiciens, singulorum vires perpendebat. *Lucret.* 2. 1041. Acri judicio aliquid perpendere. *Ulp. Dig.* 4. 4. 13. Perpendendum erit prætori, cui potius subveniat. *Sueton. Tib.* 21 *med.* Vitiis virtutibusque Tiberii perpensis, potiores duxit virtutes. *Grat. Cyneg.* 122. Quocirca et jaculis habilem perpendimus usum. et *Nemesian. Cyneg.* 148. Pondere nam catuli poteris perpendere vires. *Colum.* 3. *R. R.* 3. 1. Ut ante perpensum et exploratum habeamus, an etc. *Arnob.* 2. 14. Homo examinis judiciique perpensi. *Martian. Dig.* 48. 19. 11. Perpenso judicio, prout quæque res postulat, statuendum est.

PERPENSA. *V.* PERPRESSA.

PERPENSĀTĬO, ōnis, f. 3. diligens examen. *Gell.* 2. 2. Perpensatio bonorum atque officiorum.

PERPENSĔ, adverb. ἐξηκριβωμένως, ponderate, considerate Occurrit Comp. apud *Ammian.* 26. 5. *ad fin.* Utilitate rei perpensius cognita. Adde *eumd.* 25. 10. *sub fin. Capell.* 5. *p.* 143. Unum (*genus est*) ejus qui secundum æquitatem aliquid statuit, et is est perpense judex. *Ambros. de Noe et Arca* 11. Perpense autem addidit.

PERPENSĬO, ōnis, f. 3. perpendendi actio;

et translate animadversio, *considerazione*, apud *Boeth.* in *Aristot. libr. de imaginat. ed. sec. p.* 360. Quotiescumque imaginationes quædam concurrunt animo et voluntatem irritant, eas ratio perpendit et de his judicat, et quod ei melius videtur, quum arbitrio perpenderit et judicatione collegerit, facit. Ideo non in voluntate, sed in judicatione voluntatis liberum constat arbitrium, et non in imaginatione, sed in ipsius imaginationis perpensione consistit; atque ideo quarumdam actionum nos ipsi principia, non sequaces sumus.

PERPENSO, as, are, a. 1. Part. *Perpensans.* — Perpensare, frequentat. a *perpendo*, est sæpe perpendere, examinare. *Grat. Cyneg.* 298. Illius (*catuli*) et manibus vires sit cura futuras Perpensare. *Ammian.* 19. 11. *ad fin.* Longe alia, quam quæ gestu præferebant et verbis, altis mente perpensantes. Adde *eumd.* 24. 2. *ad fin.* et 16. 4. *init.*

PERPENSUS, a, um, *V.* PERPENDO.

PERPĔRAM, adverb. a *perperus*, eadem forma qua *clam, coram, palam*, et in plur. num. *alias, alteras.* ¶ 1. Stricto sensu est prave, perverse, præpostere, male, cui *recte* opponitur, *ἁμαρτῶς, προπετῶς, κακῶς* (It. *malamente*; Fr. *de travers, mal*; Hisp. *sesgamente, de traves, mal*; Germ. *unrecht, unrichtig, falsch*; Angl. *wrong, amiss*). Occurrit — *a)* Cum opposito *recte* apud *Varron.* 9. *L. L.* 17. *Müll.* Ac verba perperam dicta apud antiquos aliquos propter poetas non modo nunc dicuntur recte, sed etiam quæ ratione dicta sunt tum, nunc perperam dicuntur. Sic *Cic. Quinct.* 8. 31. Seu recte, seu perperam facere cœperant. *Id. Cœcin.* 24. 69. At est aliquando contra judicatum. Primum, utrum recte, an perperam? Adde *Sall. Jug.* 37. *in fin.*; *Liv.* 40. 14. et 1. 23.; et *Julian. Dig.* 46. 8. 22. § 4. — *b)* Cum *prave* conjunxit *Gell.* 4. 9. Prave et perperam appellare aliquid. — *c)* Universim et absolute. *Plaut. Cas.* 2. 6. 15. Atque adeo dum mihi cupio, perperam jamdudum hercle fabulor. *h. e.*, ut ait *Lambinus*, jamdudum animo erro et lingua pecco, et aliud pro alio loquor. *Id. Men.* 5. 8. 59. An qui perperam insanire me ajunt, ipsi insaniunt? *h. e.* perverso animo. *Id. Capt.* 2. 2. 78. Odi ego aurum: multa multis sæpe suasit perperam. *Id. Amph.* 1. 1. 92. Numquam etiam quidquam adhuc verborum est proloquutus perperam. *Petron. Satyr.* 4. Aliquid perperam discere. *Plin.* 3. *Ep.* 5. pronunciare. *Gell.* 2. 7. imperare. *Nigidius* apud *Gell.* 13. 6. Rusticus fit sermo, si adspires perperam. *Sueton. Aug.* 92. Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero induceretur, etc. *Seneca Ep.* 9. Hoc, mi Lucili, perperam plerique interpretantur. *Alfen. Dig.* 42. 1. 82. Quærebatur, judex si perperam judicasset, an posset eodem die iterum judicare. *Paul. ibid.* 34. 5. 25. Quum in testamento ambigue, aut etiam perperam scriptum est, benigne interpretari. — Pro falso, *falsamente* affertur illud *Ter. Phorm.* 5. 1. 18. Verum istoc de nomine, eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris effutiretis, atque id porro aliqua uxor mea resciscere. *Sed hic quoque* perperam *commode interpretari possumus* non recte. ¶ 2. Latiori significatione est inconsiderate, imprudenter, per errorem, *inavvertentemente*. *Auct. B. Hisp.* 12. Tabellarii, qui ad Pompejum missi erant, perperamque ad castra nostra pervenerant. *Varro* 1. *R. R.* 69. 2. Ab nescio quo percussum cultello concidisse: quem qui esset, animadvertere in turba non potuisse, sed tantummodo exaudisse vocem, perperam fecisse. *Sueton. Domit.* 10. Perperam præco non consulem, sed imperatorem pronunciavit. — Adjicitur adverbium *tam* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 3. 5. Qui illud fecerit tam nequiter, eumdem hoc tam perperam fecisse non mirandum est.

PERPĔRĒ, adverb. perperam. *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 1. Opiniones perpere præsumptæ.

PERPĔRĪTŪDO, inis, f. 3. pravitas: a *perperus. Accius* apud *Non. p.* 150. 14. *Merc.* Et eo plectuntur poetæ, quam suo vitio, supius, ductabilitate nimia vestra, aut perperitudine.

PERPĔRUS, a, um, adject. *πέρπερος*, pravus, vitiosus, temerarius, inconstans. *Accius* apud *Non. p.* 150. 12. *Merc.* Describere in theatro perperos populares. Ubi *Non.* interpretatur stultos, indoctos, rudes, insulsos, mendaces. *Vopisc. Tacit.* 6. Nihil immaturum, nihil perperum. *Plaut. Truc.* 3. 1. 9. Ego perperas, minas oves in crumena hac in urbem detuli. *Alii rectius leg.* Ego propere minas *etc. V.* MINA. *Vulgat. Ital.* 1. *Cor.* 13. 4. *ed. A. Maio.* Caritas non est perpera. — Ratione habita etymi, nihil certi afferri potest: sed videtur esse a *per*, quod (ut Germanicum *ver*, quocum cf. Fr. *pire*) perversam actionem et interitum sæpe significat (cf. *perjurus, perfidus, perire* etc); hinc *per-perus* esset *prorsus perversus*. Ex hoc Latino vocabulo Græca *πέρπερος* et *περπερεύεσθαι* facta esse, comprobavit *Döderlinius* in *Etymol. T.* 1. *p.* 64.

PERPES, ĕtis, adject. omn. gen. — *a)* Stricto sensu est idem ac perpetuus, jugis, *perpetuo, continuo. Festus p.* 217. 10. *Müll.* Perpetem pro perpetuo dixerunt poetæ. Pacuvius in Iliona: Fac, ut cœpisti, hanc operam mihi des perpetem. *Id. Pacuvius* apud *Non. p.* 88. 20. *Merc.* Concorditatem perpetem conservare. *Prudent.* 10. *Cathemer.* 42. Sistitur rivus, cruore qui fluebat perpeti. *Apul. de Deo Socrat. sub init.* Luna proprio seu perpeti candore etc. *Id. Florid. n.* 17. Vox cohibita silentio perpeti. Adde *Sedul.* 5. 36. Sic *Capell.* 9. *p.* 309. Atque ita perpes ament dissita vinculum, Ut etc. *Id.* 6. *p.* 189. Ago tibi habeoque, diva, persolvensque perpetes debebo grates. — *b)* Latiori sensu de tempore est totus. *Nox perpes*, integra, tota, *notte intiera. Plaut. Amph.* 1. 1. 123. Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo, nisi itidem unam, verberatus quam pependi perpetem. Adde *eumd. ibid.* 2. 2. 10. et *Truc.* 2. 2. 23. Sic *Capitolin. Ver.* 4. Nocte perpeti alea ludere. *Solin.* 52. *ante med.* Arenis ferventibus perpetem diem alternis pedibus insistunt. *Lactant. Mort. persecut.* 33. *sub fin.* Per annum perpetem. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (ed. *A. Maio*). 1. 34. Perpes ævi æternitas. — In recto casu habet etiam *Publius Syrus.* Nec vita, nec fortuna hominibus perpes est.

PERPESSĬCĬUS *vel* perpessitius, a, um, adject. *tollerante, paziente, πολυτλήμων*, qui ex multorum malorum perpessione jam didicit facile pati. *Seneca Ep.* 53. Levis aliquem motiuncula decipit; sed quum creverit, et vera febris exarserit, etiam a duro et perpessicio confessionem accipit. *Id. Ep.* 104. *a med.* Socrates perpessicius senex, et per omnia aspera jactatus. Adde *Not. Tir. p.* 54.

PERPESSĬO, ōnis, f. 3. — *a)* Est actus perpetiendi, passio, sensus, *il patire, il sentire, il provare. Cic. Rabir. perduell.* 5. 16. Harum rerum non solum eventus atque perpessio, sed etiam exspectatio, mentio, indigna homine libero est. — *b)* Hinc est tolerantia, patientia, *tolleranza, sofferimento, ὑπομονή. Cic.* 2. *Invent.* 54. 163. Fortitudo est considerata periculorum susceptio, et laborum perpessio. *et mox.* Patientia est, honestatis aut utilitatis causa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio. *Id.* 1. *Fin.* 15. 49. Laborum perfunctio et perpessio dolorum. *Seneca Ep.* 67. *a med.* Illic est fortitudo, cujus patientia, et perpessio, et tolerantia, rami sunt. *et Ep.* 66. *ante med.* Fortis atque obstinata tormentorum perpessio.

PERPESSUS, a, um. *V.* PERPETIOR.

PERPĔTIM, adverb. *continuamente, perpetuamente, ἀεί*, idem ac perpetuo. *Vossius* dicit, natura esse accusativum, pro *perpetem*, quasi dicas, perpetem diem noctemque: ut *amussim*, unde *adamussim*, pro *amussem*, hoc est ad amussem, sic *perpetim* pro *perpetem* dixisse. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 6. 21. (44). Ulcus in angulo oculi perpetim humore manans. Ita *edit. veteres a.* 1470. et 1472. Sed *Harduin.* et *Silig.* cum aliis *perpetuo* habet. V. *Hand. Turscll. vol.* 4. *p.* 465. *Apul. de Mag.* Non quin ego Pudentillam jam anno perpetim assiduo convictu probe spectassem.

PERPĔTĬOR, pĕtĕris, pessus sum, pĕti, dep. 3. Part. *Perpetiens, Perpessus, Perpessurus* et *Perpetiendus* I. — Perpeti est durare in patiendo, constanter pati, sufferre, perferre, tolerare, *πάσχω, ἀνέχομαι, ὑπομένω* (It. *patire, sofferire, tollerare, sopportare*; Fr. *endurer avec fermeté, supporter, souffrir, se resigner*; Hisp. *endurar, sufrir, soportar, tolerar*; Germ. *stand-haft ertragen, -erdulden, -aushalten, -ausstehen*; Angl. *to suffer, endure, beur, abide, undergo*).

I) Proprie. — *a)* Generatim. — Absolute, h. e. neutrorum more. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 3. 5. Animus æger semper errat, neque pati (*Ribbeck.* poti) neque perpeti Potest (*Ribbeck.* Potis est)-, cupere numquam desinit. *Cic.* 2. *Fin.* 20. 65. Ille casus, qui nobis miserabilis videtur audientibus, illi perpetienti erat voluptarius. *Ter. Eun.* 2. 1 11. Censen' posse me oblirmare et Perpeti, ne redeam interea? — Cum Accusativo. *Ter. Eun.* 1. 1. 2. an potius ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? *Cic.* 2. *Orat.* 19. 77. Ac mihi quidem non ita molesti sunt: facile omnes perpetior et perfero. Adde *eumd.* 5. *Verr.* 57. 131. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 5. Nisi hoc pejus sit, hæc sufferre et perpeti. *Cic.* 5. *Fin.* 11. 32. Mendicitatem multi perpetiuntur, ut vivant. *et* 1. *ibid.* 14. 48. Qui etiam dolorem sæpe perpetiuntur, ne, si id non faciant, incidant in majorem. *Id.* 2. *Fam.* 16. *circa med.* Affirmavi, quidvis me potius perpessurum, quam ex Italia ad bellum civile exiturum. *Id.* 1. *Fam.* 9. *ante med.* Cum ipsa quasi republica collocutus sum, ut mihi tam multa pro se perpesso atque perfuncto concederet ut etc. *Cæs.* 1. *B. C.* 84. Perpessus omnium rerum inopiam. *Sueton. Aug.* 66. Vitia quoque et delicta, dumtaxat modica, perpessus. *Id. Ner.* 40. Talem principem paullo minus quatuordecim annos perpessus terrarum orbis, tandem destituit. — Passive. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 3. 6. Mihi omnia potius perpetienda esse duco, quam non ita gerendum consulatum, ut etc. *Id.* 4. *Fin.* 26. 72. Fortiorem me fore in patiendo dolore, si vom asperum et difficilem perpessu, quam si malum dixero. *Vet. poeta* apud *eumd.* 2. *Tusc.* 8. 20. O multa dicta gravia, perpessu aspera! — Cum Infinito. *Ovid.* 14. *Met.* 465. Admonitu quamquam luctus renovatur amaro, Perpetiar memorare tamen. *V.* et infra sub *c.* — *b)* Speciatim, *perpeti* est idem ac suscipere, tentare, perpetrare. *Horat.* 1. *Od.* 3. 25. Audax omnia perpeti Gens humana ruit per vetitum nefas. Eodem sensu etiam Græci usurpant *πάσχειν*, a quibus plurima mutuatus est *Horatius*. Hæc cl. *Furlanetto*, fortasse ex *Heinsio*. Sed nusquam neque *perpeti*, neque *πάσχω* suscipiendi, tentandi, faciendi significatione usurpantur. *Audax omnia perpeti* (e Græco *θρασὺς πάσχειν*) est audax ad omnia pericula subeunda, ad gravissima quæque perferenda, dum sibi satisfaciat. — *c)* Item cum Infinito pro sinere, permittere, æquo animo ferre. *Plaut. Asin.* 5. 1. 17. Aliam tecum esse, equidem facile possum perpeti. *Ter. Eun.* 3. 5. 3. Nunc est profecto, interfici quum me perpeti possum. *Ovid.* 3. *Met.* 621. Non tamen hanc sacro violari pondere pinum Perpetiar. — *d)* Item pro simplici pati, aut valde pati, sentire, experiri. *Ovid.* 14. *Met.* 470. et ventis inimica per æquora rapti, Fulmina, noctem, imbres, iram cælique marisque Perpetimur Danai, cumulumque Capharea cladis. *Val. Flacc.* 4. 430. Talia prodigia et tales pro crimine pœnas Perpetitur.

II) Improprie de abstractis, pro simplici ferre *Plin.* 2. *Ep.* 11. *circa med.* Quum me vehementius putaret intendi, quam gracilitas mea perpeti posset. *comportare.*

PERPĔTRĂBĬLIS, e, adject. *Tertull.* 2. *ad Uxor.* 1. Nubere in Domino perpetrabile est. *h. e.* permissum est.

PERPĒTRĀTĬO, ōnis, f. 3. actus perpetrandi. *Tertull. Pœnit.* 3. Aliqua difficultas perpetrationem ejus intercipit. *Augustin.* 13. *Trin.* 6. Perpetratio mali.

PERPĒTRĀTOR, ōris, m. 3. qui perpetrat. *Augustin.* 20. *Civ. D.* 1. Homines peccati magni perpetratores. *Sidon.* 8. *Ep.* 6. *ad fin.* Cædis infaustæ perpetratores.

PERPĒTRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERPĒTRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (per *et* patro). Part. *Perpetratus*, *Perpetraturus* et *Perpetrandus* sub *a.* — Perpetrare est peragere, perficere, ut *Festus* exponit loco infra laudato sub *a*, διαπράττω (It. *fare compitamente, finire, compire, mandare ad effetto*; Fr. *faire complètement, exécuter, achever, consommer, accomplir*; Hisp. *hacer completamente, executar, acabar, cumplir*; Germ. *zu Ende bringen, vollziehen, begehen, verrichten*; Angl. *to effect, perform, go through with, finish, achieve, accomplish, complete*). Occurrit — *a*) Sæpissime cum Accusativo. *Pacuvius* apud *Festum. p.* 217. 29. *Müll.* Perpetrat, peragit, perficit. Pacuvius in Teucro: Neque perpetrare precibus impetrita quit. (*Bothe* legit: precibus, neque pretio quit.). Et in Niptris: Spartam reportare instat, id si perpetrat. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 24. Postquam opus meum, ut volui, omne perpetravi. *Tac. A. Hist.* 65. *a med.* Legati ad Civilem missi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetravere. *Id.* 14. *Ann.* 7. Perpetrare promissa. *Flor.* 3. 14. cœpta. *Justin.* 1. 9. 8. sacrilegium. *et* 27. 1. 3. facinus. *Liv.* 1. 6. cædem. *Id.* 25. 12. et 44. 37. sacrificium. *Id.* 33. 21. pacem. *concludere.* et *Sueton. Cal.* 46. Perpetraturus bellum. Adde *Justin.* 12. 3. 2. *Tac.* 4. *Hist.* 51. Ad reliqua Judaici belli perpetranda. *Id.* 14. *Ann.* 11. Quanto suo labore perpetratum, ne irrumperet curiam. *quanto averci voluto a fare che*, etc. Similiter *Gell.* 7. 3. *a med.* Quum scelera admissa et perpetrata fuerint. *Liv.* 44. 37. *sub fin.* Sacrificio rite perpetrato. *Id.* 1. 6. Perpetrata cæde. *Tac.* 13. *Ann.* 27. *extr.* Perpetratum judicium. *Liv.* 33. 21. Pace nondum perpetrata. *conchiusa. Varro* 7. *L. L.* 110. *Müll.* Quoniam de lingua Latina tres feci partes; prima parte perpetrata, ut secundam ordiri possim, etc. — *b*) Absolute. *Martian. Dig.* 48. 21. 3. *a med.* Qui sibi manus intulit, *et* non perpetravit. *e non finì di torsi di vita.* — *c*) Cum Infinito. *Plaut. Truc.* 2. 5. 12. Male quod mulier facere incepit, nisi id efficere perpetrat, id illi morbo, id illi senio est.

PERPĒTŪĀLIS, e, adject. perpetuus. *Quintil.* 2. 13. 14. Καθολικά, idest, ut dicamus, quo modo possumus, universalia, vel perpetualia.

PERPĒTUĀRĬUS, a, um. — *a*) Adject. *perpetuo*, perpetuus. *Seneca Apocoloc. ante med.* Perpetuarius mulio. *h. e.* qui perpetuo et in longinquis magnisque itineribus mulionis artem exercet. — *b*) Substantivorum more, *Perpetuarii* apud *JCtos* dicuntur, qui fundum, aut rem aliam perpetuo conduxerunt, vel perpetuo jure possident: iidem vocantur etiam emphyteuticarii. *Impp. Theodos. et Valent. Cod.* 11. 70. 5.

PERPĒTUĀTUS, a, um. *V.* PERPETUO, as.

PERPĒTŬĒ, adverb. idem ac perpetuo. *Gloss. Cyrill.* Παντοτε, semper, perpetue. *Cassiod. in Psalm.* 62. 4. Perpetue se esse victuros.

PERPĒTŬĪTAS, ātis, f. 3. continuatio, perennitas, diuturnitas, ἀϊδιότης, διαρκεια (It. *continuazione, perpetuità, tenore costante*; Fr. *durée continue, perpétuelle, continuité, continuation*; Hisp. *durada continua, perpetua, continuidad, continuacion*; Germ. *die ununterbrochene Fortdauer, d. Beständigkeit, Stetigkeit, d. Zusammenhang*; Angl. *continuance, perpetuity, lastingness*). Usurpatur — *a*) Sæpe in sing. numero. — Generatim. *Cic.* 5. *Tusc.* 10. 31. Non ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia. *Id.* 2. *Off.* 7. 23. Malus custos diuturnitatis metus: contraque benevolentia fidelis est vel ad perpetuitatem. *et* 1. *ibid.* 33. 119. Ut constare in vitæ perpetuitate possimus nobismet ipsis, nec in ullo officio claudicare. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 9. 21. (99). Usus æris ad perpetuitatem monumentorum translatus est. *Quintil. Declam.* 1. 15. Sciebas, cæcum non aliter, si dux defecisset, ingredi posse, quam si vestigia parietis perpetuitate dirigeret. *h. e.* perpetuo et non interrupto parietis tractu. — Speciatim, *Perpetuitas orationis* est continuatus cursus per periodos æqualiter fusas et invicem sibi succedentes: cui opponitur oratio incisa et per brevia membra quodammodo interrupta. *Cic.* 3. *Orat.* 49. 190. Neque semper utendum est perpetuitate et quasi conversione verborum, sed sæpe carpenda membris minutioribus est oratio. — Item *perpetuitas sermonis* est totus sermo: cui *pars* opponitur. *Cic.* 2. *Orat.* 54. 220. In utroque genere leporis excellens, et illo, qui in perpetuitate sermonis, et hoc, quod in celeritate atque dicto est. Adde *eumd. Orat.* 2. 7. — *b*) In plur. num. *Vitruv.* 2. 10. Apennini pars septentrionali regioni subjecta continetur umbrosis et opacis perpetuitatibus. *h. e.* locis longo et continuo tractu umbrosis.

PERPĒTŬĪTASSINT, antique est idem ac perpetuent, perpetuum reddant, quasi a *perpetuito*. *Ennius* apud *Non. p.* 150. 30. *Merc.* libertatemque ut perpetuitassint quam maxime. *Sed alii et præcipue cl. Vahlen., quem vide, rectius leg.* perpetuassint maxime.

PERPĒTŬO, adverb. continue, sine intermissione, assidue, semper, perenniter, *del*, ἀϊδίως (It. *continuamente, perpetuamente, in perpetuo, per sempre*; Fr. *continuellement, sans interruption, pour toujours, à jamais*; Hisp. *continuadamente, incesablemente, siempre*; Germ. *in Einem fort, beständig*; Angl. *continually, perpetually, uninterruptedly, always, for ever*). *Ter. Hecyr.* 3. 3. 46. O fortuna, ut numquam perpetuo es bona! *Cic.* 3. *leg. Agr.* 1. 2. Ut eam opinionem perpetuo retineatis. *Ovid.* 1. *Trist.* 5. 83. At mihi perpetuo patria tellure carendum est. *Cæs.* 1. *B. G.* 31. Neque recusaturos, quo minus perpetuo sub illorum ditione atque imperio essent. *et* 7. *ibid.* 41. Quum nostros assiduo labore defatigarent, quibus, propter magnitudinem castrorum, perpetuo esset iisdem in vallo permanendum. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*). 19. 63. Hortensius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuo, Lucullo loquente, fecerat. *Auct. B. G.* 8. 26. Qui perpetuo in amicitia Romanorum permanserat. *Ter. Eun.* 5. 9. 13. Numquid dubitas, quin ego perpetuo perierim?

PERPĒTŬO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Perpetuatus* et *Perpetuandus*. — Perpetuare est perpetuum reddere, continuare sine intermissione, *continuare, perpetuare, eternare*, ἀϊδίζω. *Ennius* apud *Non. p.* 150. 30. *Merc.* Libertatem perpetuare. *V.* PERPETUITASSINT. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 72. Non est usu quisquam amator, nisi qui perpetuat data. *Cic.* 3. *Orat.* 46. 181. Clausulas atque interpuncta verborum animæ interclusio atque angustiæ spiritus attulerunt. Id (inventum) ita est suave, ut sicui sit infinitus spiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus. *Id. Sull.* 22. 64. Judicum potestatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putarit. *Paul. Dig.* 27. 7. *in fin.* Litis contestatione temporales actiones perpetuantur. *Arator* 1. *sub fin.* His solidata fides, his est tibi, Roma, catenis Perpetuata salus. — *Dii te perpetuent*, formula acclamandi imperatoribus, apud *Lamprid. Alex. Sev.* 6.

PERPĒTŪUS, a, um, adject. (perpes, petis). Comp. *Perpetuior* dixit *Cato* apud *Priscian.* 3. *p.* 601. Idque perpetuius atque firmius repsit. Sup. *Perpetuissimus* habet *Id. ibid.* Ab optimis artibus fugit maxima fugela, perpetuissimo curriculo. — Perpetuus est continuus, continuatus, continens, solidus, integer, non interruptus, non intercisus, διηνεκής, ἀΐδιος (It. *continuo, continuato, intiero, non interrotto*; Fr. *continu, qui est sans interruption, qui se suit sans interruption, qui dure continuellement*; Hisp. *continuo, perpetuo, lo que se hace sin interrupcion, siempre duradero*; Germ. *in Einem fort dauernd, -gehend, -laufend, ununterbrochen, stetig, beständig, ewig, ganz*; Angl. *perpetual, continual, continued, uninterrupted, without ceasing*). ¶ 1. Generatim — *a*) Universim. *Cic. Pis.* 22. 51. Meus reditus is fuit, ut a Brundisio usque Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem. *Vet. æn. Tab.* apud *Murat.* 582. *ad fin.* Semitam lapidibus perpetuis constratam recte habeto. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 7. (48). Apenninus perpetuis jugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum. *et* 6. *ibid.* 20. 23. (74). Montes qui perpetuo tractu oceani oræ pertinent. *Id.* 7. *ibid.* 51. 52. (172). Perpetua febris. *Id.* 17. *ibid.* 27. 42. (251). Exactam falcis aciem utraque manu imprimentes, perpetuis incisuris deducunt, ac veluti cutem (*arboris*) laxant. *Cato R. R.* 33. Vineam arare incipito, ultro citroque sulcos perpetuos ducito. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 9. Fossam perpetuam educere. *Cæs.* 3. *B. C.* 44. Perpetuæ munitiones, perductæ ex castellis in proxima castella. *Id.* 7. *B. G.* 26. Palus, quæ perpetua intercedebat, Romanos ad insequendum tardabat. *et ibid.* 23. Perpetuæ trabes. *h. e.* integræ solidæque. *Plaut. Most.* 1. 2. 67. Non videor mihi sarcire posse ædes meas, quin totæ perpetuæ ruant. *tutte dall'un capo all'altro.* pleonasmus. *Cæs.* 1. *B. C.* 21. Milites disponit non certis spatiis intermissis, sed perpetuis vigiliis stationibusque, ut contingant inter se, atque omnem munitionem expleant. *Ovid.* 2. *Art. am.* 285. perpetuo contendunt ilia risu. *Ter. Adelph.* 4. 1. 5. Hunc diem cupio perpetuum in lætitia degere. *tutto intiero.* et 4. 1. 4. triduum. *et Hecyr.* 1. 2. 12. biennium. *Virg.* 7. *Æn.* 176. hic ariete cæso Perpetuis soliti patres considere mensis. *h. e.* non interruptis distinctisve sedentum ordinibus per lectos tricliniares, sed longis et continuis pro numero convivarum. Sic *Ovid.* 6. *Fast.* 305. Ante focos olim longis considere scamnis Mos erat, et mensæ credere adesse deos. Rursus *Virg.* 8. *Æn.* 182. Vescitur Æneas, simul et Trojana juventus Perpetui tergo bovis. *h. e.* non in frusta secto, sed integro mensæ illato. — *b*) *Perpetua valetudo. V.* VALETUDO. — *c*) *Perpetua oratio*, quæ altercatione, aut interlocutione non interrumpitur. *Cic.* 1. *Att.* 16. *circa med.* Clodium præsentem fregi in senatu tum oratione perpetua, tum altercatione. *Liv.* 4. 6. Quum res a perpetuis orationibus in altercationem vertisset. *Cic.* 2. *Orat.* 4. 16. Sum cupidus te in illa longiore ac perpetua disputatione audiendi. *Id. Topic.* 26. 97. Nec solum perpetuæ actiones, sed etiam partes orationis iisdem locis adjuvantur. — *d*) *Perpetuæ quæstiones. V.* QUÆSTIO. — *e*) *Perpetua historia*, quæ res gestas continentes et continuatas perscribit. *Cic.* 5. *Fam.* 12. bis. Sic *Ovid.* 1. *Met.* 3. primaque ab origine mundi Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. — *f*) Sæpe *temporario* opponitur, *perpetuo, eterno*, ἀΐδιος. *Nepos Miltiad.* 3. Quibus singulis ipsarum urbium perpetua dederat imperia. *Horat.* 1. *Od.* 21. 5. Quintilium perpetuus sopor Urget. *Cic. post red. in Senat.* 2. 4. Quum respublica non solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset orbata. *Id.* 4. *Cat.* 9. 18. Ignis Vestæ perpetuus ac sempiternus. *Id.* 1. *Nat. D.* 15. 40. Lex perpetua et æterna. *et* 2. *ibid.* 21. 55. Stellarum perennes cursus atque perpetui. *Id.* 2. *Invent.* 54. 164. Stabilis et perpetua permansio. *Id. post red. in Senat.* 12. 30. Constans, perpetua, fortis, invicta defensio salutis meæ. *Id.* 13. *Phil.* 6. 13. Voluntas mea perpetua et constans in rempublicam. *Id.* 6. *Fam.* 13. Assidua et perpetua cura salutis tuæ. *Q. Cic. Petit. cons.* 7. 26. Firma et perpetua amicitia. *Martial.* 6. 64. Quas et perpetui dignantur scrinia Sili. *h. e.* qui fama in perpetuum victurus est. Adde *eumd.* 7. 63. *Sil. It.* 14. 43. Postquam perpetuas judex concessit (*Minos*) ad umbras. — *g*) *Perpetuum*, adverb. perpetuo. *Stat.* 1. *Silv.* 1. 99. Utere perpetuum

populi magnique senatus Munere. — *b*) *In perpetuum*, in omne tempus, *in perpetuo, per sempre, ἐσαεί. Cic.* 1. *Cat.* 12. 30. Hanc pestem paullisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. *Id.* 2. *leg. Agr.* 21. 55. Venire res vestras proprias, et in perpetuum a vobis abalienari. *Id. Rosc. Am.* 48. 139. Obtinere aliquid in perpetuum. *Liv.* 7. 37. Milites duplici frumento in perpetuum, in præsentia singulis bobus donati. — *c*) *In perpetuum modum*, idem. *Plaut. Mast.* 3. 1. 5. Perii plane in perpetuum modum. Adde *eumd. ibid.* 4. 3. 51. ¶ 2. Speciatim. *Perpetuum fenus* apud *Cic.* 5. *Att.* 21. *ad fin.* et *perpetua centesima* apud *eumd.* 6. *ibid.* 3. *a med.* est usura simplex, quæ præstari solet in sortem, quæque semper eadem remanet; opponitur autem usuræ usurarum, sive anatocismo, qui est renovatio usuræ in singulos annos et sortem ipsam auget. *V.* USURA. ¶ 3. Item speciatim, interdum *perpetuus* est generalis, universalis, et semper locum, aut veritatem habens in aliquo genere. *Cic.* 2. *Orat.* 33. 141. Perpetui juris et universi generis quæstio non hominum nomina, sed rationem dicendi et argumentationum fontes desiderat. *Cels.* 2. 10. *circa med.* Quum sit autem minime crudo sanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum est: neque enim semper concoctionem res exspectat. *nè men questo è senza eccezione.* et *Plin.* 17. *Hist. nat.* 2. 2. (19). Nec arbitror, perpetuum quidquam in hoc præcipi posse. ¶ 4. Item speciatim. *Perpetua fulmina* apud *Senec.* 2. *Quæst. nat.* 47. sunt, quorum significatio in totam vitam pertinet, nec unam rem id enunciat, sed contextum rerum per omnem deinceps ætatem complectitur. ¶ 5. Item *perpetuus* dictus est a quibusdam Grammaticis infinitivus modus, quia perpetuum est, quod finem non habet. *Diomed.* 1. *p.* 331. *Putsch.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PERPEXUS, a, um, particip. ab inusit. *perpecto*, diligenter pexus. *Firmic.* 5. *Mathes.* 5. Pectora pugnis obtundant, et perpexam barbam in omnibus cogitationibus suis permulceant.

PERPICTUS, a, um, particip. ab inusit. *perpingo*, exacte pictus. *Ovid.* 10. *Met.* 262. Lilia, perpictasque pilas. *Alii rectius leg.* Liliaque, pictasque pilas.

PERPINGUIS, e, adject. valde pinguis. *Auct. Itin. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 45. Arenis circa perpinguibus.

PERPLĂCĔO, es, ere, n. 2. valde placere. *Plaut. Most.* 3. 3. 4. Ecquid placeant, me rogas? immo hercle ero perplacent. Adde *Ter. Heaut.* 5. 5. 22. et *Cic.* 3. *Att.* 23. *a med.* Vide legem, quam T. Fabio scripsit T. Visellius: ea mihi perplacet.

PERPLĂNUS, a, um, adject. valde planus. *Diomed.* 2. *p.* 431. Discretio est confusarum significationum perplana expositio. Sic *Max. Victorin. p.* 188. *Keil.*

PERPLEXĂBĬLIS, e, adject. idem ac perplexus, implexus, involutus, obscurus. *Plaut. Asin.* 4. 1. 47. Neque ullum verbum faciat perplexabile.

PERPLEXĂBĬLĬTER, adverb. idem ac perplexe. *Plaut. Stich.* 1. 2. 28. Perplexabiliter hodie earum perpavefaciam pectora.

PERPLEXĔ, adverb. Comp. *Perplexius.* — Perplexe est obscure, implicite, *intricatamente*, πολυπλόκως. *Ter. Eun.* 5. 1. 1. Pergin' scelesta mecum perplexe loqui? *Liv.* 8. 23. Quid perplexe agimus? inquit. *Id.* 30. 42. De his rebus interrogati Macedones, quum perplexe responderent ipsi, etc. *Id.* 6. 13. *in fin.* Defectionem haud perplexe indicavere. Sic *Curt.* 8. 5. 13. Haud perplexe in Callisthenem dirigebatur oratio. *Prudent.* 2. *advers. Symmach.* 847. Anfractus dubios habet, et perplexius errat. Sic *Ammian.* 25. 3. *ad fin.* Super animorum sublimitate perplexius disputans.

PERPLEXIM, adverb. idem ac perplexe. *Plaut. Stich.* 1. 2. 18. Utrum ego perplexim lacessam oratione. *Cassius Hemina* apud *Non. p.* 515. 20. *Merc.* Perplexim scribere alicui.

PERPLEXĬO, ōnis, f. 3. translate tantum occurrit; et ¶ 1. Est implicatio, connexio. *Boeth.* in *Cic. Topic.* 5. *p.* 835. Fatum dicunt esse præcedentium causarum subsequentiumque perplexionem quamdam et catenæ modo continentium. ¶ 2. Item perplexitas, involucrum, ambages. *Porc. Latro declam. in Catil.* 33. Me fateor vetustissima familiaritate Catilinæ conjunctum, persæpe detiravisse miris perplexionibus illius, neque unquam certi quidquam in illo ingenio comprehendere potuisse.

PERPLEXĬTAS, ātis, f. 3. *perplessità*, dubium, ambiguitas. *Ammian.* 18. 6. *a med.* His ob perplexitatem nimiam ægerrime lectis. *Id.* 31. 2. Perplexitas geographica.

PERPLEXOR, āris, ari, dep. 1. aliquid perplexum facio, et in dubium voco. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 81. At scio, quo vos pacto soleatis perplexarier. *paragoge.*

PERPLEXUS, a um, particip. ab inusit. *perplecto.* Comp. *Perplexior* et Sup. *Perplexissimus* II. — Perplexus est intricatus, involutus, implexus, ἐπίπλοκος, *intricato, inviluppato, perplesso.*

I.) Proprie. *Lucret.* 4. 620. Inde quod exprimimus per caulas omne palati Diditur et raræ perplexa foramina linguæ. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 2. 1. (2). Perplexis, et in semet aliter, atque aliter nunc flatu, nunc fluctu convolutis seminibus. *Virg.* 9. *Æn.* 931. perplexum iter omne revolvens Fallacis silvæ. *Stat.* 1. *Theb.* 502. Perplexi errores.

II.) Translate accipitur pro obscuro, et ita involuto, ut commode intelligi non possit, *difficile, intricato. Liv.* 40. 5. Singulos amicorum patris tentare sermonibus perplexis instituit. *Id.* 25. 12. Perplexius carmen. *Id.* 35. 14. *sub fin.* Perplexum Punico astu responsum. *Id.* 34. 57. Ignorare se dixit, quidnam perplexi sua legatio haberet. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 15. 13. (62). Ratio perplexior multisque involuta miraculis. *Quintil.* 12. 2. 10. Perplexa discernere. *Id.* 11. 1. 63. Causa difficilis atque perplexa. *et* 2. 10. 9. Perplexæ magis controversiæ. *Auct. Gromat. de controv. agr. p.* 76. *Goes.* Magna enim alea est litem ad interdictum deducere; cujus est executio perplexissima.

PERPLĬCĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *perplico*, implicitus, perplexus. *Lucret.* 2. 394. Aut magis hamatis inter se perque plicatis. *tmesis.*

PERPLŌRO, as, are, a. 1. valde ploro. *Inscript.* apud *Gruter.* 928. 11. CRESCO PERCREPAS GAVDEO PERPLORAS. INVIDE MORERE.

PERPLŬO, is, ere, 3. est per medium pluere, *trapiovere*, διαβρέχομαι.

I.) Proprie. — *a*) Impersonaliter. *Cato R. R.* 155. Circuire oportet, sicubi perpluat. — *b*) Cum Nominativo. *Vitruv.* 2. 8. 18. *Schneid.* Quum enim in tecto tegulæ fuerint factæ aut a ventis dejectæ, qua possit ex imbribus aqua perpluere, etc. *Plaut. Most.* 1. 2. 30. Venit imber, lavat parietes, perpluunt tigna. *Quintil.* 6. 3. 64. Quum cœnaculum perpluere. *Festus p.* 250. 29. *Müll.* Pateram perpluere, in sacris quum dicerent, significat, pertusam esse. *In Codicibb. et* Festi *et* Paul. Diac., *qui eadem exhibet, legitur* perpiovere.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a paragr. superiori, transitive pro humectare, irrorare, *Apul.* 10. *Met. ad fin.* De summo montis cacumine, per quamdam latentem fistulam, in excelsum prorumpit vino crocus diluta: sparsimque, defluens, pascentes circa capellas odoro perpluit imbre. ¶ 2. Item morali ratione. — *a*) Cum Nominativo tantum. *Plaut. Trin.* 2. 2. 41. Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant. — *b*) Et transitive, cum Accusat. *Id. Most.* 1. 3. 6. Hæc est illa tempestas, quam mihi amor in pectus perpluit meum.

PERPLŪRES, ium, adject. plur. valde plures. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 24. 47. (130). Spondetque jugero ejus annuos perplures reditus. *Alii et ipse* Sillig. *rectius leg.* annua HS. MM. reditus.

PERPLŪRĬMUM, adverb. valde plurimum. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 54. 55. (143). Itaque perplurimum refert, unde venerint fulmina, et quo concesserint. *Alii et ipse* Sillig. *rectius leg.* plurimum.

PERPOL, per Pollucem, adverb. jurandi. *Ter. Hecyr.* 1. 1. 1. Perpol quam paucos reperias meretricibus fideles evenire amatores. Ubi tamen *Donatus* et *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 644. dictum fuisse affirmant pro *Pol perquam paucos*, etc.: nam, *Donatus* inquit, *perpol* Latinum non est. et *Servius*: Cui (*jurantis adverbio*) præpositio numquam cohæret. Quod quum sit verissimum, idem dicendum erit de illo *Plaut. Cas.* 2. 6. 18. Perpol sæpe peccas. *h. e.* pol persæpe peccas. Huic simile est illud *Ter. Andr.* 3. 2. 6. Per ecastor scitus puer. *h. e.* ecastor perscitus puer.

PERPŌLĬO, pōlis, pōlīvi, pōlītum, pōlire, a. 4. Part. *Perpolitus.* I. et II.; *Perpoliendus* II. — Perpolire est valde polire, διαξέω.

I.) Proprie. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 21. (66). Aurum cursu ipso attrituque perpolitum. *nettato, purgato, fregato.* Huc referri potest et illud *Cincii* apud *Festum p.* 265. 16. *Müll.* Cincius de verbis priscis sic ait: Quemadmodum omnis fere materia non deformata rudis appellatur, sicut vestimentum rude, non perpolitum: sic etc. *Vellej.* 2. 22. 4. Q. Catulus quum ad mortem conquireretur, conclusit se loco, nuper calce arenaque perpolito. Sic *Inscript.* apud *Henzen.* 7372. ET IS TRICLINIVM SOCIORVM EX SVA PECVNIA OPERE TECTORIO PERFOLIT ET AMICIS DONVM DEDIT.

II.) Translate est corrigendo exornare, supremam manum addere, absolvere. *Cic.* 2. *Orat.* 13. 54. Et tractu orationis leni et æquabili perpolivit illud opus. *Id. Tim.* 13. Perpolire et absolvere aliquid. *Id.* 2. *Orat.* 28. 121. Perpolire atque conficere. *Id. Balb.* 7. 17. Adhibere extremum perpoliendi operis laborem. *di dar l'ultima mano. Id.* 5. *Fam.* 12. *extr.* Ea, quæ habes instituta, perpolies. *Id.* 1. *Orat.* 13. 58. Perfecti in dicendo, et perpoliti homines. *Id. Pis.* 29. 70. Non philosophia solum, sed etiam litteris perpolitus. *Id. Sext.* 42. 92. Inter hanc vitam perpolitam humanitate, et illam immanem, nihil tam interest, quam etc. *Id.* 1. *Orat.* 8. 31. Sapientibus sententiis gravibusque verbis ornata oratio et perpolita. *et* 2. *ibid.* 27. 120. Explicatio illustris et perpolita. *Quintil.* 2. 12. 8. Confitendum est etiam, detrahere doctrinam aliquid, ut limam rudibus, et cotem hebetibus, et vino vetustatem, sed vitia detrahit; atque eo solo minus est, quod litteræ perpolierunt, quo melius. *Alii perperam leg.* præpolierunt. *Mar. Victorin. de orthogr.* 1. *p.* 2466. *Putsch.* Asperitas vetus illa paullatim ad elegantiorem vitæ sermonem et limam perpolita.

PERPŌLĬTĒ, adverb. omnino polite. Sup. *Perpolitissime* habet *Cic.* 4. *Herenn.* 32. 44. Ut continuationes perfecte et perpolitissime possint esse absolutæ.

PERPŌLĬTĬO, ōnis, f. 3. *abbellimento*, actus perpoliendi. *Cic.* 4. *Herenn.* 13. 18. Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione.

PERPŌLĬTUS, a, um. *V.* PERPOLIO.

PERPŌPŬLĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERPŌPŬLOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Perpopulatus.* — Perpopulari est totum populari et vastare, καταληστεύω. *Liv.* 22. 3. Hannibal emissus e manibus perpopuletur Italiam. *Alii leg.* populetur. *Id.* 34. 56. Ligurum quindecim millia agrum Placentinum perpopulatos esse. — Hinc Part. *perpopulatus*: *chi ha saccheggiato*, qui totum populatus est. *Tac.* 14. *Ann.* 26. Quosque aversos animis cognoverat, cædibus et incendiis perpopulatus, etc. — Passive *saccheggiato*, vastatus. *Liv.* 26. 9. *ad fin.* Hannibal, perpopulato agro Fregellano, in Labicanum venit. *Alii leg.* populato.

PERPORTANS, antis, particip. ab inusit. *perporto*, apportans, advehens. *Liv.* 28. 46. Naves onerariæ prædam Carthaginem perportantes.

PERPŌSĬTĬO, ōnis, f. 3. Ita legitur apud *Cassiod. Complex.* ad *Act. Ap.* 17. Quum Sa-

mariæ Spiritum Sanctum in perpositione manus Petri atque Joannis Apostolorum devoti susciperent. *At videtur scribendum* impositione, *ut mox* ibid. *et in Act. Ap.* 8 18. Hæc cl. *Furlanetto* in 1.ª *Append.* Mihi autem pro *in perpositione* legendum videtur *superpositione.*

PERPŌTĀTĬO, ōnis, f. 3. actus perpotandi. *Cic. Pis.* 10. 22. Quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperantissimas perpotationes prædicem? *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 8. (27). Potus deinde jejunorum ac vomitiones et rursus perpotationes ac pilorum eviratio etc.

PERPŌTĬOR, īris, ītus sum, īri, dep. 4. Par. *Perpotitus.* — Perpotiri est omnino et plene potiri. *Imp. Zeno Cod.* 12. 7. 2. et *Imp. Anastas. ibid.* 21. 2. et *Imp. Theodos. et Valent. ibid.* 16. 3. *extr. Ampel.* 18. *a med.* Sulla, qui bello civili victoria perpotitus, Romanum primum invasit imperium, solusque deposuit.

PERPŌTO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Perpotans* sub *A.* — Perputare

A) Neutrorum more est valde potare, vel totum tempus in potationibus consumere. *Cic.* 7. *Verr.* 33. 87. Similiter totos dies, in litore tabernaculo posito, perpotabat. *Id. ibid.* 38. 100 Prætore tot dies cum mulierculis perpotante. *Id.* 2. *Phil.* 31. 77. Delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans, perpotavit ad vesperam.

B) Cum Accusativo pro simplici poto, haurio. *Lucret.* 1. 940. et 4. 15. interea perpotet amarum Absinthi laticem.

PERPREHENSUS, a, um, particip. ab inusit. *perprehendo,* fortiter prehensus. *Apul.* 6. *Met.* Tunc Juppiter perprehensa Cupidinis buccula, manuque ad os suum relata, consaviat. *Alii leg.* perpressa, *alii* prehensa. *V.* BUCCULA.

PERPRĔMO. *V.* PERPRIMO.

PERPRESSA, æ, f. 1. herbæ nomen. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 19. 77. (132). Baccbar in medicinæ usu aliqui ex nostris perpressam vocant. *Alii leg.* perpensam. *Id.* 26. *ibid.* 8. 55. (87). Calculos ejicit perpressa, quæ Arretii et in Illyrico nascitur.

PERPRĬMO, pressi, pressum, prĭmere, a. 3. *premere assai,* valde premo, καταπιέζω. *Horat. Epod.* 16. 37. mollis et exspes Inominata perprimat cubilia. *Seneca Ep.* 99. *a med.* Spiritus ictu doloris impulsus, quemadmodum totum corpus quatit, ita oculos, quibus adjacentem humorem perprimit et expellit. *Alii leg.* perpremit. — Obscæno sensu est idem ac stuprare. *Ovid.* 1. *Art. am.* 394. Perprime tentatam (*ancillam*).

PERPRŌBĀBĬLIS, e, adject. multum probabilis. *Augustin.* 1. *Music.* 6. *n.* 12. Perprobabile est, neminem esse histrionum, qui non sibi professionis finem in pecunia, seu gloria constituat ac proponat.

PERPRŌPĔRĔ, adverb. valde propere. *Plaut. Mil. glor.* 2. 4. 10. Peri perpropere. *Alii et ipse* Fleckeisen. *rectius leg.* præpropere.

PERPRŌPINQUUS, a, um, adject. valde propinquus. *Accius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 22. 45. Populo commutationem rerum portendit (*sol*) fore perpropinquam.

PERPROSPER, ra, rum, adject. valde prosper. *Sueton. Claud.* 31. Valetudine perprospera usus est.

PERPRŬRISCO. is, ere, n. inchoat. 3. Part. *Perpruriscens.* — Perpruriscere est admodum prurire, καταχνίζομαι. *Plaut. Stich.* 5. 5. 29. Ubi perpruriscamus usque ex unguiculis. *Apul.* 10. *Met.* Mulier ex unguiculis perpruriscens.

PERPŬDESCO, is, ere, n. 3. valde pudere. *Cornelia* in *epist. ad Gracch.* (*inter fragm. Nepot.*) Quando perpudescet miscenda atque perturbanda republica?

PERPUGNAX, ācis, adject. comm. gen. valde pugnax. *Cic.* 1. *Orat.* 20. 93. Perpugnacem in disputando videri. Quidam perperam leg. *repugnacem.* Adde *Augustin.* 3. *contra Acad.* 4.

PERPULCHER, cra, crum, adject. valde pulcher. *Ter. Eun.* 3. 2. 15. Perpulcra, credo, dona, haud nostris similia.

PERPULSUS, a, um. *V.* PERPELLO.

PERPUNCTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERPUNGO, gis, xi, ctum, gere, a. 3. Part. *Perpunctus.* — Perpungere est valde, vel altius pungere. *Gloss. Cyrill.* Παραχεντῶ, perpungo. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 10. *a med.* Perpuncti sentiunt. *Id.* 3. *Tard.* 8. *n.* 128. Perpuncta peritonæi membrana graves consensus atque indignationes affert.

PERPURGĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERPURGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Perpurgatus* I. et II. — Perpurgare est omnino purgare, totum purgare, *purgare perfettamente,* ἐκκαθαίρω.

I.) Proprie. *Cato R. R.* 115. De eo vino cyathum in ceteram potionem indito, alvum movebit, et postridie perpurgabit sine periculo. *Cic.* 2. *Nat. D.* 50. 127. Cervæque ante partum perpurgant se quadam herbula. *Cels.* 5. 26. *n.* 36. Perpurgata ulcera. Adde *eumd.* 2. 10. *a med.* — Joculariter *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 179. Tibi perpurgatis operam dabimus auribus. *h. e.* attentissimis.

II.) Translate sumitur pro expedire, absolvere, finire. *Cic. Mur.* 26. 54. Locus orationis perpurgatus ab iis, qui ante me dixerunt. *Id.* 2. *Divinat.* 1. 2. Perpurgatus est is locus a nobis quinque libris. *Al. leg.* pertractatus. — *Perpurgare,* scil. *rationes,* expedire æquando singula capita dati et accepti, perficere, absolvere. *Cic.* 12. *Att.* 12. De dote tanto magis perpurga.

PERPŪRUS, a, um, adject. valde purus. *Varro* 3. *R. R.* 16. 28. In quæ addunt lanam perpuram, per quam sugant. *Ita emendari jussit* Fontedera *ex* Colum., *probante* Schneidero: *vulgati libri habent* purpuream.

PERPŪSILLUM, adverb. *vel*

PERPŪSILLUS, a, um, adject. *Cic.* 2. *Orat.* 60. 245. Non accusabis: perpusillum rogabo. *Potest hic et adverb. esse et adject.*

PERPŬTO, as, are, a. 1. perfecte putare, declarare, proferre. *Plaut. Cist.* 1. 3. 7. Ut ego argumentum hoc vobis plane perputem.

PERQUAM. *V.* PER.

PERQUĔO, is, ivi, n. anom. idem fere ac queo. *Apul.* 1. *Met.* Ut toto biduo non claustra perfringi, non fores evelli, non denique parietes ipsi perquiverint perforari. *Alii leg.* quiverint.

PERQUĪESCO, is, ere, n. 3. conquiescere. *Apul.* 8. *Met.* Totam perquiescimus noctem.

PERQUĪRĪTĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *perquirito,* perquisitus. *Claudian. Mamerc.* 1. *Stat. anim. præf.* Opusculum usquequaque perquiritatum. *At hic legendum est* proquiritatum.

PERQUĪRO, quīris, quīsīvi, quīsītum, quīrere, a. 3. Part. *Perquisitus* et *Perquirendus* sub *a.* — Perquirere est diligenter quærere, *cercare diligentemente, ricercare,* διαζητέω: et quidem — *a)* Est diligenter quærere scrutando. *Lucret.* 6. 382. Indicia occultæ divum perquirere mentis. *Cic.* 6. *Verr.* 18. 39. Scribit ad quosdam, ut ea vasa perquirant. *Q. Cic. Petit. cons.* 8. 31. Perquirere et investigare homines ex omni regione. Rursus *Cic.* 5. *Fin.* 18. 48. Pueri ne verberibus quidem a contemplandis rebus perquirendisque deterrentur. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 8. 8. (23). In quo multa alter, ac veteres, proditurum me non eo infitias, anxia perquisita cura. — *b)* Item interrogando. *Plaut. Stich.* 1. 3. 49. Adeunt, perquirunt, quid causæ siet. *Cic. Cœl.* 22. 53. Possum etiam illa ab accusatore perquirere, ubi sit etc. *Cæs.* 6. *B. G.* 9. *extr.* Aditus viasque in Suebos perquirit. *Sueton. Tib.* 56. Quum comperisset, Seleucum grammaticum a ministris suis perquirere, quos quoque tempore tractaret auctores, etc. — Passive impersonaliter. *Cic. Cluent.* 64. 180. Perquiritur a coactoribus.

PERQUĪSĪTĔ, adverb. ἐξητασμένως, diligenter. Comp. *Perquisitius* apud *Cic.* 1. *Invent.* 41. 77. Perquisitius et diligentius conscripsisse pollicemur.

PERQUĪSĪTĬO, ōnis, f. 3. perquirendi actio, inquisitio. *Cassiod.* 7. *Variar.* 18. Usu ipso subtilissimæ perquisitionis.

PERQUĪSĪTOR, ōris, m. 3. *ricercatore,* inquisitor. *Plaut. Stich.* 2. 2. 61. Malevoli perquisitores auctionum. *Ammian.* 14. 5. Id metuens perquisitor malevolus etc.

PERQUĪSĪTUS, a, um. *V.* PERQUIRO.

PERRĀDO, dis, si, sum, dere, a. 1. Part. *Perrasus.* — Perradere est valde radere. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 18. *n.* 183. Cucurbitas appunemus-clunibus atque pube tenus, perrasis capillis. *Veget.* 3. *Veterin.* 13. 3. *Schneid.* Reliqua fragmenta ossis, quæ asperata sunt, ferramentis cædito competentibus atque perradito, ut carnem facilius inducant. Numquam enim clauditur vulnus si non raseris, donec sanguis per os ipsius respondeat.

PERRĀRO, adverb. παυσπανίως, valde raro. *Cic* 2. *de republ.* 40. *extr.* Si quando id efficit, quod perraro potest. *Id.* 2. *Fin.* 16. 51. Quæ perraro appellantur ab Epicuro. Adde *eumd. Rosc. Am.* 18. 52., *Planc.* 3. 7. et 4. *Herenn.* 22. 32. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 50. perraro hæc alea fallit. *Sueton. Ner.* 12. Perraro præsidere. Adde *eumd. Tib.* 38.

PERRĀRUS, a, um, adject. valde rarus. *Liv.* 29. 38. *extr.* Quod tunc perrarum in mandandis sacerdotiis erat. *Plin.* 31. *Hist. not.* 3. 23. (38). Quando perrarum est, ut levior sit aliqua (*aqua*).

PERRĀSUS, a, um. *V.* PERRADO.

PERRĔCONDĪTUS, a, um, particip. ab inusit. *perrecondo,* valde reconditus. *Cic.* 1. *Orat.* 30. 135. Aut perrecondita, aut valde difficilis ratio consuetudinis.

PERRECTUS, a, um. *V.* PERGO.

PERRĔGĔRE. *V.* PEREGERE.

PERRĔPO, is, psi, ptum, pere, n. 3. *serpere, aggrapparsi,* καθέρπω, rependo aliquo pervenio, adrepo: a *per* et *repo.* — *a)* Neutrorum more. *Colum.* 6. *R. R.* 5. 1. Ne ad præsepia sus, aut gallina perrepat. *Id.* 4. *ibid.* 24. 14. Si a capite vitis emicuerit, et brachiis in aliena jugorum compluvia perrepserit. — *b)* Active. *Tibull.* 1. 5. 43. Non ego tellurem genibus perrepere supplex.

PERREPTO, as, āvi, ātum, are, 1. *frequentat. a* perrepo. — *a)* Neutrorum more. *Plaut. Rud.* 1. 4. 4. Omnia jam circumcursavi, atque omnibus in latebris perreptavi quærere conservam voce, oculis, auribus. *h. e.* quasi reptando cum labore et lassitudine obivi. *mi sono strascinato. At* Fleckeisen. *leg.* atque omnes latebras perreptavi. — *b)* Active. *Id. Amph.* 4. 1. 3. Omnes plateas perreptavi, gymnasia et myropolia. *h. e.* reptavi per plateas, etc. Sic *Ter. Adelph.* 4. 6. 3. Perreptavi usque omne oppidum, ad portam, ad lacum, quo non?

PERRĪDĬCŬLĒ, adverb. valde ridicule. *Cic.* 2. *Orat.* 59. 239. Sed etiam, si quid perridicule possis. *Id.* 4. *Verr.* 6. 18. Quid iste in provincia facturus esset, perridicule homines augurabantur. *Ita* Priscian. *et boni Codd.; nonnulli vero* perridiculi.

PERRĪDĬCŬLUS, a, um, adject. valde ridiculus. *Cic.* 2. *Orat.* 19. 77. Sed tamen est eorum doctrina perridicula. Cf. *Val. Max.* 9. 12. 8.

PERRĪMŌSUS, a, um, adject. multum rimosus. *V.* PÆMINOSUS.

PERRŌDO, rōdis, rōsi, rōsum, rōdere, a. 3. vehementer rodere, totum rodere, rodendo penetrare. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 55. (177). Valet purgare, sistere, excalfacere, perrodere. *At* Sillig. *ex Cod. Bamberg. leg.* erodere. *Id.* 30. *ibid.* 16. 53. (149). Quæ non perroderetur a veneno Stygis aquæ. *Cels.* 5. 28. *n.* 12. Non plures sinus perroserint.

PERRŌGĀTĬO, ōnis, f. 3. ἐπερώτημα, rogatio ordinis, aut collegii, quum decretum aliquod faciendum proponeretur. Cujus perrogationis formula continetur in iis *siglis*, quæ passim exstant in JCtis et collegiorum decretis: Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. *h. e.* quid de ea re fieri placeret, de ea re ita consuerunt. Hinc etiam legitur acclamatio illa senatus apud *Lamprid.*

Commod. 19. Perroga, perroga; omnes censemus.... de parricida refer, refer; perroga. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver. p.* 288. *n.* 4. FIAT PERROGATIO ORDINIS. V. *Visc. Mon. Gab. p.* 103.

PERRŌGĬTO, as, are, a. 1. frequentat. vel intens. a *perrogo. Pacuvius* apud *Priscian.* 4. *p.* 634. *Putsch.* Postquam defessus perrogitando advenas de natis, neque quemquam invenit scium.

PERRŌGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. idem ac rogare, sive interrogare, vel ad unum omnes interrogare.

I.) Proprie. — *a*) Cum Accus. *sententiam,* ut apud *Tac.* 4. *Hist.* 9. Quum perrogarent sententias consules. *Liv.* 29. 19. *a med.* Perrogari ea die sententiæ non potuerunt. *h. e.* omnium sententiæ usque ad ultimum senatorem. *Sueton. Aug.* 35. Sententias de majore negotio non more atque ordine, sed, prout libuisset, perrogabat. — *b*) Absolute. *Plin. Paneg.* 60. Ut censentes audias, nisi et perrogas. *Apul. Florid.* 1. Ubi, mensâ positâ-omnes adolescentes-ad dapem conveniunt, magistri perrogant, quod factum a lucis ortu ad illud diei bonum fecerit.

II.) Figurate, *perrogare legem* est ita rogare, ut perferatur et a populo accipiatur. *Val. Max.* 1. 2. *extern. n.* 1. Minos a Jove traditas sibi leges perrogabat. *Id.* 8. 6. *in fin.* Tribunus plebis legem perrogavit magna cum clade reipublicæ.

PERRUMPO, rumpis, rūpi, ruptum, rumpere, a. 3. Part. *Perrumpens* sub *B.* I. 2.; *Perruptus* sub *B.* I. 1. et 2.; *Perrumpendus* sub *B.* I. 1. — Perrumpere

A) Neutrorum more est vi irrumpere, vi viam sibi facere, penetrare, quasi obstantia perfringendo, *entrare a forza, passare a forza per mezzo, passare a forza. Cæs.* 6. *B. G.* 39. Inter se cohortati, per medios hostes perrumpunt. Sic *Id.* 5. *ibid.* 15. Per medios audacissime perruperunt, seque inde incolumes receperunt. *Liv.* 3. 70. Ser. Sulpicius per mediam hostium aciem cum equitatu perrupit. *Id.* 3. 18. *a med.* Jam in vestibulum perruperant templi. *Sueton. Oth.* 8. Perruperunt in triclinium usque. *Sil. It.* 12. 699. etiamne parabit Nostras ille domos, nostras perrumpere in arces? *Liv.* 4. 39. Qui quum sæpe conati nequissent perrumpere ad suos, etc. *et ibid. paullo ante.* Quod ubi est factum, interclusi equites: nec perrumpere eodem, qua transierant, posse. — Et passive imperson. *Liv.* 26. 7. Nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse.

B) Active est medium rumpere, prorsus rumpere, diffindere, perfringere, disrumpere, διαρρήγνυμι, *rompere per mezzo, aprire rompendo, spaccare.*

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cæs.* 1. *B. C.* 26. Turres omni genere telorum completas ad opera Cæsaris appellebat, ut rates perrumperet, atque opera disturbaret. *Cels.* 8. 9. Costa sic finditur, ut eam totam is casus percuperit. *Id.* 7. 5. *ante med.* Si vero plus est per quod telo revertendum, quam quod perrumpendum est. *Cic.* 1. *Tusc.* 18. 42. Ab his perrumpitur et dividitur crassus hic et concretus aer. *Virg.* 2. *Æn.* 479. correpta dura bipenni Limina perrumpit. *et* 9. *ibid.* 512. Saxa quoque infesto volvebant pondere, si qua Possent tectam aciem perrumpere. *Ovid.* 12. *Met.* 369. Fraxineam misit hastam, quæ laterum cratem perrupit. *Colum.* 2. *R. R.* 1. 6. Perruptæ rastris et aratris radices herbarum. *Sil. It.* 13. 741. et perruptis molibus Alpes Eluctatus adest. ¶ 2. Latiori sensu est vi viam sibi facere, per vim penetrare quasi obstantia perfrigendo. *Tac.* 1. *Ann.* 51. *sub fin.* Uno impetu perruptum hostem redigunt in aperta, cæduntque. *h. e.* perruptis aciei ordinibus. *sbaragliato. Id.* 2. *Hist.* 44. Media acie perrupta fugere passim Othoniani. *Liv.* 8. 10. Tanta cæde perrupere cuneos. *et* 32. 17. Quæ cuneum Macedonum, si possent, perrumperent. *Id.* 8. 30. Perrumpere non potuerat hostium agmen. *Tac.* 4. *Ann.* 51. Quædam munimenta Romani quasi perrupta omisere. *Cæs.* 7. *B. G.* 19. Ut si eam paludem Romani perrumpere conarentur, hæsitantes premerent ex loco superiore. *Sil. It.* 14. 16. medio (*pelagus*) perrumpens arva profundo. *Horat.* 3. *Od.* 16. 9. Aurum per medios ire satellites Et perrumpere amat saxa potentior Ictu fulmineo. *Id.* 1. *ibid.* 3. 36. Perrupit Acheronta Herculeus labor.

II.) Translate. *Cic.* 3. *Off.* 8. 36. Pœnam non dico legum, quas sæpe perrumpunt. *violano.* et *Partit. orat.* 32. 112. Perrumpere periculum. *superare.* Sic *Plin.* 8. *Hist. nat.* 23. 35. (87). omnes difficultates. *et Cic.* 3. *Verr.* 5. 13. Infringat iste sane vi sua consilia senatoria, quæstiones omnium perrumpat, evolet ex vestra severitate. *h. e.* evadat, effugiat. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 24. usque recurret (*natura*) Et mala perrumpet furtim fastidia victrix. *Seneca Agam.* 604. Perrumpere omne servitium. *rompere ogni soggezione, scuotersi d'attorno ogni servitù.* et *Tac.* 3. *Ann.* 15. Nullo magis exterritus est, quam quod Tiberium, sine miseratione, sine ira, obstinatum clausumque vidit, ne quo affectu perrumperetur. *h. e.*, permoveretur, quasi vi affectu aliquo animum ejus irrumpente. *Id.* 4. *ibid.* 40. Magistratus et primores, qui te invito perrumpunt. *h. e.*, ut alii *Rupert.*, qui perrumpunt fines istos, intra quos continere te vis, scil. modestiam tuam, qui vim faciunt modestiæ tuæ eamque expugnant.

PERRUPTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PERSÆPĚ, adverb. valde sæpe. *Cic. Amic.* 20. 75. Ne intemperata quædam benevolentia, quod persæpe fit, impediat etc. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 5. Frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio vero sæpissime. *Plaut. Cas.* 2. 6. 18. Per pol sæpe peccas. *tmesis* pro *Pol persæpe. V.* PERPOL. Adde *Cic.* 7. *Verr.* 50. 133 et 1. *Legg.* 14. 40.; et *Horat.* 1. *Sat.* 2. 82. etc. Sic *Id. Epod.* 14. 11. Qui persæpe cava testudine flevit amorem.

PERSÆVĬO, is, ire, a. 4. valde sævire. *Priscian. Perieg.* 683. Fluctibus hanc propter persævit Caspius æstus.

PERSÆVUS, a, um, adject. valde sævus. *Mela* 2. 5. *sub fin.* Parva flumina Telis et Tichis: ubi accrevere, persæva.

PERSALSĚ, adverb. valde salse. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 15. *ante med.* Persalse et humaniter etiam mihi gratias agit.

PERSALSUS, a, um, adject. valde salsus. *Cic.* 2. *Orat.* 69. 279. Persalsum illud est apud Nævium, Quid ploras pater? Mirum ni cantem. Condemnatus sum.

PERSĂLŪTĀTĬO, ōnis, f. 3. *Cic. Mur.* 21. 44. Non placet mihi testium potius, quam suffragatorum comparatio; non minæ magis, quam blanditiæ; non declamatio potius, quam persalutatio. *h. e.* diligens omnium salutatio.

PERSĂLŪTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. est valde salutare, frequenter salutare, ad unum omnes salutare. *Cic. Flacc.* 18. 42. Ut omnes nos vosque quotidie persalutet. *V.* SALUTO. *Plædr.* 4. 11. Cælo receptus propter virtutem Hercules Quum gratulantes persalutasset deos. Adde *Senec. Tranquill. anim.* 12. *a med. Curt.* 10. 5. 3. In eodem habitu corporis-duravit, donec a toto exercitu illo ad ultimum persalutatus est. *Seneca Controv. præf. a med.* Cyneas, missus a Pyrrho legatus ad Romanos, postero die novus homo, et senatum et omnem urbanam circumfusam senatui plebem nnminibus suis persalutavit. *h. e.* omnes salutavit.

PERSĂNĀTUS, a, um. *V.* PERSANO.

PERSANCTĔ, adverb. valde sancte et religiose. *Ter. Hecyr.* 5. 2. 5. Bacchis dejerat persancte. *Sueton. Tit.* 10. Persancte jurabat.

PERSANCTUS, a, um, adject. valde sanctus, sanctissimus. *Inscript.* apud *Rénier.* 4114. Persancta conjux.

PERSĂNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Persanatus.* — Persanare est omnino sanare. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 22. 89. (244). Vomicas rumpere, purgare, persanare promittens. Adde *eumd.* 24. *ibid.* 19. 120. (188). etc. *Seneca Ep.* 8. Ulcera etiamsi persanata non sunt, serpere desierunt. *Marcell. Empir. c* 35. *p.* 138. ed. *Ald.* Medulla de spina hyenæ-nervorum vitia omnia doloresque persanat. Adde *eumd. c.* 32. *p.* 133. *retro* et *c.* 34. *p.* 135.

PERSĂNUS, a, um, adject. perfecte sanus. *Cato R. R.* 157. *sub fin.* Ut radices polypi persanas facias.

PERSĂPĬENS, entis, particip. ab inusit. *persapio,* valde sapiens. *Cic. Pron. cons.* 18. 44. Quod magni cujusdam hominis et persapientis videtur.

PERSĂPĬENTER, adverb. valde sapienter. *Cic. Mil.* 4. 11. Etsi persapienter, et quodam modo tacite, dat ipsa lex potestatem defendendi.

PERSCELERĀTUS, a, um, adject. valde sceleratus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 71.

PERSCĬENS, entis, particip. ab inusit. *perscio,* valde sciens. *Lamprid. Commod.* 5. Perennis Commodi animum perscions, invenit etc.

PERSCĬENTER, adverb. admodum scienter et industrie. *Cic. Brut.* 55. 202. Ad infirmitatem laterum perscienter contentionem omnem remiserat.

PERSCINDO, scindis, scĭdi, scissum, scindere, a. 1. Part. *Perscindens* et *Perscissus.* — Perscindere est totum scindere, vel per medium scindere. — *a*) Active. *Lucret.* 6. 137. ut interdum validi vis incita venti Perscindat nubem perfringens impete recto. *et* 180. Ergo fervidus hic nubem quum perscidit atram. *Liv.* 21. 58. Omnia perscindente vento et rapiente. *Tibull.* 1. 11. 61. Sit satis e membris tenuem perscindere vestem. — *b*) Passive. *Lucret.* 6. 111. Interdum (*carbasus*) perscissa furit petulantibus austris. *Id.* 4. 601. Perscinduntur enim, nisi recta foramina tranant.

PERSCISCO, is, ere, a. 1. plane scire, cognoscere. *Dict. Cret. B. Troj.* 37. Causam tumultus cupidus perscíscere. — Cum Relativo. *Boeth.* in *Aristot. de interpr. ed. sec. p.* 371. Quod tamen fiat, ex ipsorum hominum et actuum ratione perscíscat.

PERSCISSUS, a, um. *V.* PERSCINDO.

PERSCĪTUS, a, um, particip. ab inusit. *perscio,* valde scitus. *Cic.* 2. *Orat.* 67. 271. Quod apud Catonem est, per mihi scitum videtur, C. Publicium solitum dicere, etc. ¶ Item perpulcher. *Ter. Andr.* 3. 2. 6. Per ecastor scitus puer est natus Pamphilo. *tmesis* est pro *Ecastor perscitus puer etc. V.* PERPOL et SCITUS.

PERSCRĪBO, bis, psi, ptum, bere, a. 3. Part. *Perscriptus* I. 1. et 2., II. 1. 2. et 3.; *Perscripturus* I. 2.; *Perscribendus* II. 1. — Perscribere stricto sensu est integre scribere, *scrivere interamente.*

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, integre scribere. *Tiro Tull.* apud. *Gell.* 10. 1. *ad fin.* Cicero persuasit Pompejo, ut neque TERTIVM, neque TERTIO scriberetur, sed ad secundum usque *t* fierent litteræ, ut, verbo non perscripto, res quidem demonstraretur, sed dictio tamen ambigua verbi lateret. Cf. *Gell. ibid. extr.* In M. autem Catonis quarta Origine ita perscriptum est: Carthaginienses sextum de fœdere decessere. *Sueton. Galb.* 5. HS namque quingenties quum præcipuum inter legatarios habuisset, quia notata, non perscripta erat summa, herede Tiberio legatum ad quingenta revocante, ne hæc quidem accepit. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate, ut aliis placet, est idem fere quod scribere, aut diligenter et totum scribere, *scrivere, scrivere con diligenza,* ἀναγράφω. *Cic.* 3. *Att.* 13. Nunc velim, mihi plane perscribas, quid videas. *Id.* 9. *Fam.* 25. *extr.* Quid multa? non mehercule tam perscribere possum, quam mihi gratum feceris, si otiosum Fabium reddideris. *Id.* 2. *Invent.* 3. 10. Dubitanter unumquodque dicemus, ne, dum parvulum hoc consequimur, ut satis commode hæc perscripsisse videamur, illud omittamus, quod maximum est, ut ne cui rei temere atque arroganter assenserimus. *Metellus* ad *Cic.* 5. *Fam.* 3. De meis rebus ad Lollium perscripsi.

Latinius ad *Cic. Fam.* 9. Litteras ad senatum de rebus nostris gestis, quo exemplo miseram, infra tibi perscripsi. *Cic. Pis.* 25. 61. Rationes ita sunt perscriptæ scite et litterate, ut etc. *Nepos Datam.* 5. Hæc Pandates perscripta ei mittit. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 32. 88. Hoc perscriptum in monumentis veteribus reperietis, ut etc. *Tac.* 1. *Ann.* 11. *sub fin.* Cuncta sua manu perscribere. *Cæs.* 5. *B. G.* 47. *sub fin.* Litteras Cæsari remittit, rem gestam in Eburonibus perscribit. *Liv.* 1. 1. A primordio Urbis res populi R. perscribere. *Id.* 31. *sub init.* Profiteri ausus, perscripturus res omnes Romanas. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 54. puris versum perscribere verbis. *fare, comporre.* Sic *Hirtius* apud *Sueton. Cæs.* 56. Ceteri enim quam bene atque emendate, nos etiam, quam facile atque celeriter eos (*Commentarios Cæsar*) perscripserit, scimus. ¶ 3. Item latiori sensu, vel translate, est litteris aliquem de re aliqua certiorem facere, aliquid alicui scriptum mittere, *notificare o mandare ad alcuno per iscritto. Cic.* 3. *Att.* 15. *sub fin.* Fac ut omnia ad me perspecta et explorata perscribas. *Cæs.* 5. *B. G.* 48. Perscribit in litteris, hostes ab se discessisse, etc. *Id.* 1. *B. C.* 53. Hæc pleniora etiam atque uberiora Romam ad suos perscribebant. *Cic.* 5. *Fam.* 4. Nunc mihi frater mitissimam tuam orationem, quam in senatu habuisses, perscripsit.

II.) Improprie. ¶ 1. *Perscribi* dicuntur senatusconsulta, quum, nullo tribuno pleb. intercedente, in publicas tabulas referuntur. *Cæs.* 1. *B. C.* 6. De Fausto impedit Philippus trib. pleb., de reliquis S. C. perscribuntur. *vengono registrati.* et *Cic.* 3. *Cat.* 6. 13. Et quoniam nondum est perscriptum S. C., ex memoria vobis, Quirites, quid senatus censuerit, exponam. *Id.* 3. *Verr.* 21. 57. In tabulas publicas ad ærarium perscribenda curavit. ¶ 2. Similiter *perscribi* dicuntur rationes rei familiaris, quæ in tabulis, seu codice conscribuntur accepti et expensi. *Cic. Rosc. Com.* 1. 1. Perscribere falsum nomen. — Similiter *perscribi* dicuntur, quæcumque in tabulas trapezitarum referuntur, sive ut ipse debeas, sive ut tibi debeantur. *Cic.* 9. *Att.* 12. Perscribere usuras, *h. e.* pecuniam datam sub usuris. *Id. Flacc.* 19. 44. Quum illam pecuniam nominatim Flacco datam referant, majorem etiam aliam quum huic iidem darent, in ædem sacram reliciendam se perscripsisse dicunt. *Ter. Phorm.* 5. 7. 30. Argentum perscripsi illis, quibus debui. *h. e.* per scripturam ab argentario numeravi: seu illis solvendam curavi pecuniam ab argentario, cavendo ipsi chirographo meo, et promissione usurarum: quod est, per scripturam solvere, cui opponitur præsenti pecunia solvere. *Cic.* 16. *Att.* 2. De Publilio quod perscribi oportet, moram non puto esse faciendam: sed quum videas, quantum de jure nostro decesserimus, qui de residuis CCCC. HS. CC. præsentia solverimus, reliqua perscribamus, etc. *Alii, inter quos et* Orellius *cum omnibus fere Codd. leg.* rescribamus *quod idem est.* Sic *perscriptus*, quum de pecunia sermo est, opponitur *numerato*, ut apud *Sueton. Cæs.* 42. Si quid usuræ nomine numeratum, aut perscriptum fuisset. *messo a conto.* ¶ 3. *Perscribere* est etiam linea transversa dividere. *Priscian. de ponder. p.* 1347. *Putsch.* As nummus est libralis, et per I perscriptam notatur I: dupondius nummus est bilibris per duas II. perscriptas II: sestertius nummus duarum semis librarum per duas II et S. perscriptas HS, unde sestertius dicitur semistertius: denarius quoque decem librarum nummus per X perscriptam notatur X. ¶ 4. Pro perdiscere, *osservare. Sall. Jug.* 93. Cujus ramis modo, modo eminentibus saxis nisus Ligus, castelli planitiem perscribit. *h. e.* animo concipit situm et formam planitiei. *At* Kritzius Fabrum *secutus legit* in castelli planitiem pervenit; *et plurimis vulgatam lectionem rejicit ac suam tuetur.*

PERSCRIPTIO, ōnis, f. 3. actus perscribendi, scriptio, scriptura, διαγραφή, *scrittura, scritto.*

I.) Proprie. De rationibus, quæ non in codice seu tabulis, sed tantum in adversariis perscriptæ sunt. *Cic. Rosc. Com.* 2. 5. Suarum perscriptionum et liturarum adversaria proferre, non amentia est? *Id.* 5. *Phil.* 4. 11. Illa vero dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per quam septies millies falsis perscriptionibus donationibusque avertit. *h. e.* perscribendo in tabulis falsa nomina et causas pecuniæ insumendæ. *Id.* 1. *Orat.* 58. 250. Si de tabulis et perscriptionibus controversia est. *Id.* 5. *Fam.* 2. *ante med.* Jam illud senatusconsultum quod eo die factum est, ea perscriptione est, ut, dum *id* exstabit, officium meum in te obscurum esse non possit. *è scritto in termini tali, che* etc. Al. leg. *præscriptione.* Facile enim in MSS. *præ* et *per* confunduntur: sed *perscriptio* potior lectio est. Hucusque *Forcellinus.* At *Orellius* legit *præscriptione*, et vulgatam lectionem consulto a se repudiatam significat.

II.) Improprie, de solutione per scripturam, de qua in voce præced. II. 2. dictum est. *V.* DELEGATIO. *Cic.* 12. *Att.* 11. *ad fin.* De Cærellia quid tibi placeret, Tiro mihi narravit; debere, non esse dignitatis meæ: perscriptionem tibi placere. *Id.* 4. *ibid.* 18. Hæc pactio non verbis, sed nominibus et perscriptionibus facta est.

PERSCRIPTĬTO, as, are, a. 1. frequentat. vel intens. a *perscribo*, sæpius scribo. *Terentian. de syllab. p.* 2391. *Putsch.* lege metri cogimur Syllabis perscriptitare, non figuris singulis. *Ita leg.* Putsch., Lachmann. *et* Keil: *alii* præscriptitare.

PERSCRIPTOR, ōris, m. 3. *scrittore, scrivano,* ἀναγραφεύς, scriptor, scriba. *Cic.* 5. *Verr.* 72. 168. Scribam tuum dicit, Verres, hujus perscriptorem fenerationis fuisse.

PERSCRIPTŪRA, æ, f. 1. scriptura. *Ulp. Dig.* 29. 1 3. Quemadmodum plerique pagani solent quum testamenti faciunt perscripturam, adjicere, velle hoc etiam vice codicillorum valere. Ita *Torrentin.*; at *Haloander*: quum testamentum faciunt, per scripturam adjicere, velle etc.

PERSCRIPTUS, a, um. *V.* PERSCRIBO.

PERSCRŪTĀBĬLIS, e, adject. qui perscrutatur. *Cassiod. de Anim.* 19. Omnia undique, ita ut sunt, perscrutabili virtute cognoscens. *V.* IMPERSCRUTABILIS.

PERSCRŪTATĬO, ōnis, f. 3. actus perscrutandi, inquisitio. *Seneca Consol. ad Helv.* 9. *sub fin.* Quid opus est profundi perscrutatione?

PERSCRŪTĀTOR, ōris, m. 3. *investigatore*, investigator. *Capitolin. Maxim.* 1. Qui talium rerum perscrutatores fuisse dicuntur. Adde *Veget.* 3. *Milit.* 3. Sic pro *scrutator*, quam lectionem exhibet *Grotius, perscrutator* legit *Koppius* apud *Capell.* 1. *p.* 2.

PERSCRŪTĀTUS, a, um, *et*

PERSCRŪTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *V.* voc. seq.

PERSCRŪTOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. (per *et* scrutor). Activa forma *perscruto* legitur apud *Plaut. Aulul.* 4. 4. 30. Postremo hunc jam perscrutavi, nihil hic habet. Et Part. *Perscrutatus* apud *Ammian.* 17. 4. Obelisci montium venis perscrutatis excisi erectique. — Perscrutari est diligenter inquirere, perquirere, pervestigare, διερευνάω (It *cercare con diligenza*; Fr. *fouiller, chercher soigneusement*; Hisp. *escrudiñar, buscar, inquirir cuidadosamente*; Germ. *durchsuchen, durchforschen, ergründen*; Angl. *to seek or search for diligently*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Off.* 7. 25. Alexander Phereus quum uxorem Thebæ admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens præmittebat de scrutatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres. *Al. et ipse* Orell. *leg.* scrutarentur. *Id.* 5. *Tusc.* 20. 59. Speculari et perscrutari aliquid. *Id.* 6. *Verr.* 21. 47. Immittebantur illi Cibyratici canes, qui investigabant et perscrutabantur omnia.

II.) Translate est inquirere, examinare. *Cic.* 2. *Invent.* 44. 128. Sententiam scriptoris domesticis suspicionibus perscrutari. *Id. Flacc.* 8. 19. Perscrutari penitus naturam rationemque criminum.

PERSCULPTUS, a. um, particip. ab inusit. *persculpo*, sculptus, vel perfecte sculptus. *Coripp.* 3. *Laud. Justin.* 377. Persculpti lapides, surdæ mutæque figuræ.

PERSĔA, æ, f. 1. περσέα, arbor Ægyptia, procera, fructu piri, aut mali magnitudine, noxio in Perside, vesco in Ægypto. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 9. 17. (60). et 15. *ibid.* 13. 13. (44). ubi multa de ea. *Utroque loco* Sillig. *pro* Persea *legit* Persica *Codicibus fretus*; sed ad *lib.* 13. *l. cit. ait,* Pint. *ex* Theophrast. 4. Hist. plant. 2. 5. *legisse* persea. — De nomine propr. *V.* ONOM.

PERSĔCO, sĕcas, sĕcŭi, sectum, sĕcare, a. 1. (per *et* seco). Part. *Persecans.* — Persecare est idem ac secare, vel perfecte secare, medium secare, *tagliare,* διατέμνω.

I.) Proprie. *Capell.* 8. *p.* 277. Omnes parallelos angulis æquales persecantes coluri.

II.) Translate. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 39. 122. Medici, quorum intererat ea nosse, aperuerunt ut viderentur. - Sed ecquid nos eodem modo rerum naturas persecare, aperire, dividere possumus, ut videamus, terra penitusne delita sit etc.? *h. e.* penetrando explorare, contemplari. *Liv.* 40. 19. *in fin.* Vitium, ne serpat, persecare. *Vet. Orator* apud *Quintil.* 8. 6. 15. Persecuisti reipublicæ vomicas. — *Vet. Poeta* apud *Cic.* 13. *Att.* 23. Quare da te in sermonem, et perseca Et confice, excita, compella, loquere. *h. e.* si quid obstare videtur, amputa, præcide, tolle. *At hic legendum* persece *pro* perseque: *V.* PERSEQUOR II. 10. in fin.

PERSECTOR, āris, ari, dep. 1. (per *et* sector). Part. *Persectans.* — Persectari est idem ac persequi, insectari, *perseguitare. Lucret.* 4. 1009. Accipitres somno in leni si prælia, pugnæ Edere sunt persectantes visæque volantes. *Id.* 2. 165. Nec persectari primordia singula quæque. *Ita vett. libri.* et Lachmann.; *alii leg.* perscrutari. Hoc autem postremo loco verbum translate usurpari videtur. *V.* Lachmann. ad h. l. Ceterum *Aurel. Vict. Cæsar.* 29. Decii barbaros trans Danubium persectantes Bruti fraude cecidere.

PERSĔCŪTĬO, ōnis, f. 3. actus persequendi, *il seguitare, l'andar dietro.*

I.) Proprie. *Apul.* 4. *Mel.* Quidam de latronibus importunæ persecutionis indignatione permotus, etc. *Ulp. Dig.* 41. 1. 44. et *Caius ibid.* 5. Quum effugerent bestiæ nostram persecutionem.

II.) Translate. ¶ 1. Est actus persequendi in judicio. *Cic. Orat.* 41. 141. In altera (*h. e.* in juris scientia, est) persecutionum cautionumque præceptio. *Florentin. Dig.* 46. 4. 18. Quicumque rerum mihi tecum actio, quæque adversus te petitio, vel adversus te persecutio est, extinguitur. ¶ 2. Item insectatio, vexatio, *persecuzione,* διωγμός. Unum e scriptis suis *Tertull.* inscripsit *De fuga in persecutione.* — *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 27. Pejorante passione thorax etiam extentior fiet, accedente spirationis persecutione. *h. e.* crebritate et vehementia. ¶ 3. Item est incepti negotii persecutio, apud *Apul.* 10. *Met. h. e. il proseguire l'incominciato affare.*

PERSĔCŪTOR, ōris, m. 3. est qui comitatur seu prosequitur.

I.) Proprie de eo, qui simpliciter comitatur, seu prosequitur. *V.* PROSECUTOR.

II.) Translate. ¶ 1. Est qui jus suum persequitur. *Macer Dig.* 48. 3. 7., ubi alii leg. *prosecutor.* ¶ 2. Item insectator, insecutor, *persecutore,* διώκτης. — *a*) Generatim. *Capitolin. Albin.* 11. *sub fin.* Flagitiorum turpium persecutor. Adde *Sidon.* 9. *Ep.* 16. in *carm. a med.* — *b*) Speciatim de Christianorum persecutoribus *Prudent.* 1. περὶ στεφ. 28.; et *Lactant. Mort. persecut.* 1. *ad fin.*

PERSĔCŪTŌRĬUS. *V.* PROSECUTORIUS.

PERSĔCŪTRIX, īcis, f. 3. *persecutrice*, quæ persequitur, et vexat. *Augustin.* 1. *Consens. Evang.* 25. Juno persecutrix Herculis.

PERSĔCŪTUS, a, um. *V.* PERSEQUOR.

PERSĔDĔO, sēdes, sēdi, sessum, sĕdere, n. 2. (per *et* sedeo) est diu sedere, usque ad finem sedere, permanere, *sedere o fermarsi a lungo, o sino al fine,* καθίζομαι. *Liv.* 45. 39. *ad fin.* Hoc quoque, quod ridetis, in equo dies noctesque persedendo habeo. *Sueton. Claud.* 34. Bestiariis meridianis adeo delectabatur, ut etiam prima luce ad spectaculum descenderet, et méridie, dimisso ad prandium populo, persederet. *Seneca Ep.* 108. Nos novimus quosdam, qui multis apud philosophum annis persederint, et ne colorem quidem duxerint. — Omnibus vero præcesserat *Lucret.* 1. 307. quo pacto persederit humor aquai. *h. e.* inhæserit.

PERSEDO, as, are, a. 1. valde, vel omnino sedare. Est vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 83.

PERSEGNIS, e, adject. valde segnis. *Liv.* 25. 15. Pedestre prælium fuit persegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

PERSĒIS, idis, f. 3. Περσηΐς, Hecate Persæ filia, de qua *V.* in ONOM. — Adjective *herbæ Perseides* dicuntur, quibus in veneficiis sagæ utuntur. *Ovid. Remed. Am.* 263. Quid tibi profuerunt, Circe, Perseides herbæ?

PERSĒNESCO, sēnescis, sēnŭi, sĕnescere, n. 3, senex fio, usque ad ultimam senectutem vivo. *Eutrop.* 1. 11. Atque ibi per quatuordecim annos privatus cum uxore persenuit.

PERSĒNEX, nis, adject. valde senex. *Sueton. Gramm.* 9. Namque jam persenex pauperem se, et habitare sub tegulis, quodam scripto fatetur.

PERSĒNĪLIS, e, adject. valde senilis. *Vulgat. interpr. Josue* 23. 1. Josue jam longævo et persenilis ætatis.

PERSENTĬO, sentis, sensi, sensum, sentire, a. 1. (per *et* sentio). ¶ 1. Stricto sensu est valde sentire. *Virg.* 4. *Æn.* 448. magno persentit pectore curas. ¶ 2. Latiori sensu est cognoscere, *aver sentore, accorgersi.* — *a*) Cum Accus. et Infinito. *Virg.* 4. *Æn.* 90. Quam simul ac tali persensit peste teneri Cara Jovis conjux, etc. — *b*) Cum Accus. tantum. *Apul.* 7. *Met.* Quid, si ceteri latrones persenserint?

PERSENTISCO, is, ere, a. 3. ¶ 1. Stricto sensu est idem ac persentio, vel incipio persentire. *Lucret.* 3. 249. Concutitur sanguis, tum viscera persentiscunt Omnia. ¶ 2. Latiori sensu est cognoscere, *aver sentore, accorgersi. Ter. Heaut.* 5. 1. 43. Ubi possem persentiscere, nisi essem lapis.

PERSĔPHŌNĒ, es, f. 1. Περσεφόνη, Græca appellatio Proserpinæ, uxoris Plutonis, de qua *V.* in ONOM. — Hinc translate pro morte. *Ovid. Heroid.* 21. 46. Persephone nostras pulsat acerba fores. Adde *Tibull.* 3. 5. 5. *V.* CATAMITUS.

PERSĔPHŌNĬUM, ii, n. 2. περσεφόνιον, herba, papaver silvaticum, album. *Apul. Herb.* 53.

PERSĔQUAX, ācis, adject. strenuus in persequendo. *Sidon.* 4. *Ep.* 9. *a med.* In reatu pervestigando persequax. *Apul. Florid. n.* 23. Ales oculis persequax, unguibus pertinax.

PERSĔQUENS, entis, particip. *V.* voc. seq.

PERSĔQUOR, sĕqueris, sĕcutus sum, sĕqui, dep. 3. (per *et* sequor). Active *persece* pro *perseque* dixit *Vet. Poeta* apud *Cic.* 13. *Att.* 23. *in fin. V.* infra sub II. — Passive. *Hyg. in fab.* 198. Illa se in mari præcipitavit, ne persequeretur. *Al. aliter leg.* Et Part. *Persecutus* apud *Pallad.* 3. *R. R.* 26. *extr.* In porcis etiam illud est commodum, quod immissi vineis necdum turgentibus, vel exacta vindemia, gramine persecuto, diligentiam fossoris imitantur. *Sunt tamen qui* tò persecuto *neutrorum more usurpatum putent, ut sensus sit*: quum gramen iterum succreverit. — Part. *Persequens* I. 1. et in fin.; *Persecutus* I. 2. et II. 10.; *Persecuturus* et *Persequendus* II. 6. — Persequi est idem ac sequi, pone sequi, præeuntem usque sequi assequendi causa, παρακολουθέω (It. *seguitare, andare o tener dietro*; Fr. *suivre, succéder*; Hisp. *seguir, ir detras de alguno*; Germ. *eine Gegenstande eifrig, beharrlich folgen, nachfolgen, nachgehen*; Angl. *to follow, follow or come after*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim, fere in bonam partem. *Plaut. Cist.* 4. 2. 29. Sed is hac iit: hac socci video vestigium In pulvere: persequar hac. *Ter. Andr.* 5. 4. 32. Is hinc, bellum fugiens meque in Asiam persequens, proficiscitur. Ubi *Donatus: Persequens* dicit, perseverationem sequentis ostendens, persequitur enim qui non desinit sequi. *Id. Phorm.* 3. 3. 18. Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi, aut perire. *Cic.* 7. *Verr.* 35. 91. Reliqui præfecti, appulsis ad Elorum navibus, Cleomenem persecuti sunt. *Petron. Satyr.* 6. Cursim persequi aliquem. *Virg.* 9. *Æn.* 217. Quæ (*mater*) te sola, puer, multis e matribus ausa Persequitur. *Cic.* 7. *Att.* 22. Ego quid agam? qua, aut terra aut mari persequar eum, qui ubi sit, nescio? *Id. Brut.* 90. 307. Ut possis videre, quemadmodum simus in spatio Q. Hortensium ipsius vestigiis persecuti. *l'abbiam seguitato sulle sue pedate.* et 1. *Orat.* 23. 105. Vestigia alicujus persequi. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 3. Sed modice ac sine festinatione persequi pecus oportebit, ne imbecillitas ejus longis itineribus aggravetur. *cacciarlo dinanzi a sè.* ¶ 2. Speciatim, in malam partem, h. e. inimico animo, est insequi, insectari, *perseguitare, incalzare, dar dietro,* διώκω. *Cæs.* 7. *B. G.* 67. Fugientes usque ad flumen persequuntur, complureque interficiunt. *Liv.* 21. 39. Pulsos hostes in castra persequi. *Ovid. Heroid.* 9. 34. Persequi feras. *cacciare. Nepos Hamilc.* 1. Romanos armis persequi. *Vellej.* 2. 6. 4. Ti. Gracchum L. Opimius, persecutus armis, interfecit. *Sall. Jug.* 54. Deterrere hostes a persequendo. *Phædr.* 3. 20. post obitum quoque Persequitur illum dura fati miseria. — Cum Infinito. *Horat.* 1. *Od.* 23. 9. Atqui non ego te tigris ut aspera Gætulusve leo frangere persequor. ¶ 3. Item speciatim, *locum persequi* est investigando peragrare. *Cic. Pis.* 22. 53. Quos tu Mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quot deverticula flexionesque quæsivisti?

II.) Translate. ¶ 1. De abstractis eo sensu, quo usurpatur in superiori paragr. I. 1. *Cic.* 2. *Divinat.* 71. 149. Superstitionis stirpes omnes ejiciendæ. Instat enim et urget, et quo te cumque verteris, persequitur. *Horat.* 3. *Od.* 2. 14. Mors et fugacem persequitur virum. ¶ 2. Per metaphoram, generatim, *persequi viam,* tenere. *Ter. Hecyr.* 3. 5. 4. Certum obfirmare est viam me, quam decrevi, persequi. *h. e.* rationem, quam sequi decrevi. *Cic.* 4. *Fam.* 13. *ad fin.* Et certe omnes vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, perveniri posse. ¶ 3. Item *persequi* est affectare, appetere, *cercare, andar dietro. Cato* apud *Charis.* 2. p. 181. *Putsch.* Pleraque Gallia duas res industriosissime persequitur, rem militarem et argute loqui. *Cic.* 3. *Off.* 28. 101. Nam quis est, qui utilia fugiat? aut quis potius, qui ea non studiosissime persequatur? *Plaut. Merc.* 5. 1. 7. Ego mihi alios deos Penates persequar, alium Larem, aliam urbem, aliam civitatem. *mi procaccierò.* (*Forcellinus* hunc locum singulari paragr. distinxit his verbis: *persequi sibi aliquid,* quærere, acquirere). *Ter. Andr.* 4. 5. 20. Clamitent, me sycophantam, hereditates persequi. Sic *Cic.* 3. *Legg.* 8. 18. Qui legatione hereditates, aut syngraphas suas persequuntur. *Id.* 2. *Fin.* 7. 21. Quod ita viverent (*luxuriosi*), ut persequerentur cujusquemodi voluptates. — *Persequi promissa,* urgere, ut impleantur. *Plaut. Merc. prol.* 85. Sed mea promissa non neglexit persequi. *di essermi addosso, perchè io mantenessi le promesse.* — *Mortem inedia persequi* apud *Petron. Satyr.* 111. est quærere, appetere, oppetere. ¶ 4. Hinc speciatim pertinet ad forum et judicia. *Ter. Adelph.* 2. 1. 9. Crede hoc, ego meum jus persequar. *io ripeterò, farò valere il mio diritto presso i tribunali.* Sic *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 6. 21. et *Cæcin.* 3. 8. Cur his non modo persequendi juris sui, sed etiam deplorandæ calamitatis animis potestatem? *Id. Flacc.* 20. 47. Hunc æstuantem et tergiversantem judicio ille persequitur. *gli muove lite.* et 5. *Verr.* 13. 32. Bona sua repetere, ac persequi lite atque judicio. *Id. Quinct.* 13. 45. rem suam. *et* 1. *Fam.* 9. *ante med.* Quum tribunus plebis pœnas a seditioso cive per bonos viros judicio persequi vellet. ¶ 5. Item speciatim dicitur de persona vel re, quam quis veluti ducem vel exemplar sequitur. *Plaut. Asin.* 1. 1. 58. Eos me decretum est persequi mores patris. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 2. 7. Sive enim Zenonem sequare, magnum est *etc.* Si vero Academiam veterem persequamur, quam nos, ut scis, probamus, etc. *Id.* 7. *Verr.* 70. 181. Persequi sectam et instituta alicujus. *Id.* 9. *Fam.* 3. Ego neglecta barbarorum inscitia te persequar. *Id.* 2. *Orat.* 22. 90. Ergo hoc sit primum in præceptis meis ut demonstremus, quem imitetur, atque ita, ut, quæ maxime excellant in eo, quem imitabitur, ea diligentissime persequatur. ¶ 6. Item *persequi* est ulciscendi animo aliquem urgere; atque adeo est ulcisci, *vendicare.* Huc referendum videtur illud *Senecæ Hippol.* 138. Tibi ponet odium, cujus odio forsitan persequitur omnes? *h. e.* exsecratur, *odia*: si tamen salva est lectio. Certa sunt illa *Cæs.* 5. *B. G.* 1. Nisi ita fecerint, sese bello civitatem persecuturum demonstrat. et 3. *B. C.* 83. Omnes aut de honoribus suis, aut de persequendis inimicitiis agebant. Cf. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 1. 1. Paternas inimicitias magna cum gloria (*L. Lucullus*) est persecutus. — *Cæs.* 7. *B. G.* 38. Persequamur eorum mortem, qui indignissime interierunt. *h. e.* ulciscamur. *Cic. Verr.* 6. 16. Injurias alicujus ulcisci et persequi. *ej Mur.* 21. 44. Acceptam injuriam persequi non placet? et *Sall. Cat.* 9. *extr.* Accepta injuria ignoscere, quam persequi malebant. Adde *eumd. Jug.* 14. et *Id. Jug.* 54. Persequi maleficia. *Cic.* 9. *Att.* 14. pœnas. *Seneca* 4. *Controv.* 20. Ego taceam de adulterio, quod persequitur etiam populus? ¶ 7. Est etiam scribendo sequi. *Cic. Sull.* 14. 42. Introductis in senatum indicibus constitui senatores, qui omnium indicum dicta, interrogata, responsa perscriberent. At quos viros! non solum summa virtute et fide-, sed etiam quos sciebam memoria, scientia, consuetudine et celeritate scribendi, facillime, quæ dicerentur, persequi posse. ¶ 8. Item exsequi, facere, *eseguire, fare,* atque adeo colere, exercere, circa rem aliquam studiose versari. *Plaut. Stich.* 1. 2. 84. Persequi imperium patris. *eseguire. Id. Merc.* 3. 2. 11. Hoc, ut dico, factis persequar. *lo mostrerò coi fatti.* et *Ter. Hecyr.* 4. 3. 10. Ex usu quod est, id persequar. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 14. *a med.* Ut mea mandata digeras, persequare, conficias. — *Id.* 1. *Fin.* 21. 72. Eas ergo artes persequeretur, vivendi artem tantam tamque operosam-relinqueret? *h. e.* coleret, exerceret. Sic *Virg.* 2. *G.* 407. Rusticus et curvo Saturni dente relictam Persequitur vitem attondens. — *Persequi vitam,* sequi, instituere, amplecti. *Cic.* 12. *Phil.* 7. 15. Ut cedamus, abeamus, vitam inopem et vagam persequamur. *ci diamo ad una vita* etc. ¶ 9. Item prosequi, *proseguire, seguitar a fare. Cic. Dom.* 55. 141. Neque institutas cæremonias persequi, neque verbum ullum solemne potuit effari. *Liv.* 6. 33. Persequi incepta. *Justin.* 22. 8. 15. Pœni ad persequendum belli reliquias duces in Siciliam miserunt. *h. e.* ad conficiendas, ad debellandum. *Cic. Prov. cons.* 8. 6. 19. Si idem extrema persequitur qui inchoavit, jam omnia perfecta videamus. *se dà l'ultima mano. Horat. Epod.* 1. 7. Utrumne jussi persequemur otium, Non dulce, ni tecum simul, An hunc laborem mente laturi, decet Qua ferre non molles viros? ¶ 10. Item est dicendo, aut scribendo explicare, enarrare, *spiegare, narrare. Lucret.* 5. 55. Cujus ego ingressus vestigia, dum rationes Persequor ac doceo dictis, quo quæque creata Fœdere sint, etc. *Cic. Planc.* 23. 56. Neque necesse est me id persequi voce, quod vos mente videatis. *Id. Senect.* 6. 16. Quæ versibus persecutus est Ennius. *Id* 1. *Acad.* (*post.*) 3. 12. Brutus philosophiam Latinis litteris persequitur. *Id.* 15. *Fam.* 21 Quum ea, quæ scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non potueris. *che hai messo in iscritto.* et *Id.* 2. *Off.* 24. 87. Has res commodissime Xeno-

phon Socraticus persecutus est in eo libro, qui Œconomicus inscribitur. Sic *Nepos Cat. sub fin.* Hujus de vita et moribus plura in eo libro persecuti sumus, quem etc. — *Cic.* 1. *Nat. D.* 40. 111. Epicurus obscœnas voluptates persequitur omnes nominatim. *Id.* 1. *Divinat.* 24. 49. Is diligentissime res Hannibalis persecutus est. *Id.* 5. *Fam.* 13. Circumspice omnia membra rei publicæ: nullum reperies profecto, quod non fractum debilitatumve sit. Quæ persequerer, si commemorare possem sine dolore. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 1. 2. (5). Omnia persecuti usque ad resegmina unguium. Adde *eumd.* 19. *ibid.* 2. 10. (32). — Absolute *Vet. Poeta* apud *Cic.* 13. *Att.* 23. *extr.* Quare da te in sermonem et persece Et confice, excita, compella, loquere. *persece* est pro *perseque*. Vulgati libri habent *perseca*, sed minus recte. Etiam *sequor* et *insequor* narrare significant. — Hinc Part. præs., cujus exempla supra retulimus,

Persequens, entis, adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Persequentissimus*; et translate est qui persequitur, seu sectatur. *Plaut. Cas.* 2. 1. 12. Acheruntis pabulum, flagitii persequentem. *h. e.* amatorem. *Cic.* 2. *Heren.* 19. 29. Virum integerrimum, inimicitiarum persequentissimum. *h. e.* ulciscentem inimicitias.

PERSĔRO, sĕris, (sĕrŭi), sĕrere, a. 3. (per *et* sero, serui) immittere, inserere, *infilzare*. *Varro* 1. *R. R.* 41. 5. Per resticulam ficos, quas edimus, maturas perserunt, et eas, quum inaruerunt, complicant, ac quo volunt, mittunt.

PERSĔRO, sĕris, sĕvi, sĕrere, a. 3. (per *et* sero, sevi) totum seminare, *seminare*. *Sidon. carm.* 7. 385. atque ad sua tecta ferentem (*Cincinnatum*) Quod (*semen*) non persevit. *non terminò di seminare.*

PERSERPO, is, ere, a. 3. valde serpere. *Lucilius* apud *Charis.* 1. *p.* 77. *Putsch.* Intubus interea pedibus perserpit equinis. *Ita vetus Codex* Dousæ, *qui legendum conjecit* proserpsit, at Scaliger præserpsit; Nonius *vero p.* 209. 3. *Merc.* prætensus.

PERSERVĬO, is, ire, n. 4. idem quod servio. *Vopisc. Prob.* 18. Probo potius perservire maluerunt, quam cum Bonoso esse. *Al. aliter leg.*

PERSERVO, as, āvi, ātum, are, a. 1. constanter servo. *Tertull. Patient.* 5. *ante med.* Numquam omnino (*Heva*) peccasset, si in divino interdicto patientiam perservasset. *Alii leg.* præservasset.

PERSĔVĔRĂBĬLIS, e, adject. constans, perseverans. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 21. Perseverabilis tenacitas.

PERSĔVĔRANS, antis. *V.* PERSEVERO.

PERSĔVĔRANTER, adverb. Comp. *Perseverantius* et Sup. *Perseverantissime*. — Perseveranter est constanter, *perseverantemente, costantemente*, ἐπιμόνως. *Liv.* 4. 60. Patres bene cœptam rem perseveranter tueri. *Sueton. Aug.* 62. Liviam Drusillam matrimonio Tiberii Neronis, et quidem prægnantem, abduxit, dilexitque et probavit unice ac perseveranter. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 1. 2. (6). Panathenaicon suum Athenæ perseveranter obtinuere. *Liv.* 21. 10. Vereor, ne perseverantius sæviant. *Plin.* 4. *Ep.* 21. Nam patrem illarum defunctum quoque perseverantissime diligo. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 11. *n.* 84. Oportet ægros perseveranter movere, sed leniter atque sensim.

PERSĔVĔRANTĬA, æ, f. 1. *perseveranzat* ἐπιμονή, ¶ 1. Subjective, uti ajunt, hoc est ratione habita hominis, est in ratione bene conciderata stabilis et perpetua permansio, ut *Cic.* 2. *Invent.* 54. 164. definit. *Id.* 7. *Phil.* 5. 14. Retinenda est vobis constantia, gravitas, perseverantia. *Id. Partit. orat.* 19. 65. Disputandum est, aliud, an idem sit pertinacia et perseverantia. (*V.* PERTINACIA). *Cæs.* 3. *B. C.* 26. Labore et perseverantia nautarum vim tempestatis superare. *Auct. B. Alex.* 26. Perseverantia constantiaque oppugnandi, in suam potestatem oppidum redegit. *Cic. Planc.* 36. 89. Ergo ille quum suum, non senatus factum defenderet, quum perseverantiam sententiæ suæ, non salutem reipublicæ retinuisset, etc. ¶ 2. Objective, hoc est ratione habita rei, est diuturnitas. *Justin.* 3. 4. 3. Perseverantia belli. *continuazione, lunghezza.* Sic *Marcell. Empir. c.* 8. *sect.* 1. *p.* 93. ed. *Ald.* Perseverantia humoris.

PERSĔVĔRATĬO, ōnis, f. 3. perseverantia, constantia. ¶ 1. Abstracte. *Hygin. de Limit. p.* 178. *Goes.* Multi perpetuos limites egerunt, et in illa operis perseveratione peccaverunt. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 37. *n.* 196. Frigidam infundentes spongiis ac jugiter mutantes, ne perseveratione tactus ex vapore tepescant. Adde *eumd.* 2. *Tard.* 3. *init.* et 4. *ibid.* 3. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu *Apul. Trismeg. in fin.* de Deo loquens. Cognovimus te, æterna perseveratio.

PERSĔVĔRĀTUS, a, um. *V.* PERSEVERO.

PERSĔVĔRĔ, adverb. *severamente*, cum severitate. *Plin.* 9. *Ep.* 5. *init.* Egregie facis (inquiro enim, et persevere), quod justitiam tuam provincialibus multa humanitate commendas. *Alii minus recte leg.* persevera.

PERSĔVĔRO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Perseverans* sub *B. b.* et in fin.; *Perseveratus* sub *B. d.*; *Perseveraturus* sub *A. c.*; *Perseverandus* sub *B. d.* — Perseverare usurpatur

A) Neutrorum more, et est severe in sententia permanere, cum constantia animi et quadam quasi severitate perstare, διαμένω (It. *persistere, perseverare, continuare*; Fr. *persévérer, persister*; Hisp. *perseverar, persistir, estar firmo en alguna cosa*; Germ. *streng verharren, verbleiben bei etwas, verharren, fortfahren, standhaft worin verharren, beharrlich sein*; Angl. *to persevere, persist, hold out, be fixed or determined, continue*). Usurpatur — *a*) Cum Ablativo et præpos. *in. Cic.* 3. *Legg.* 11. 26. Perseveras tu quidem, et in tua vetere sententia permanes. *Cæs.* 1. *B. C.* 72.; et *Cic.* 4. *Phil.* 4. 11. Perseverare in sua sententia. *Id.* 2. *Invent.* 2. 5. in vitiis. *Id.* 12. *Phil.* 2. 5. in errore. *Curt.* 8. 1. 2. in defectione. *Id.* 4. 13. 23. in eadem admiratione. — Et cum Infinito. *Cic. Prov. cons.* 5. 10. Statuit ab initio, et in eo perseveravit, jus publicano non dicere. Sed τὸ dicere *a verbo* statuit *pendere videtur*: — *b*) Cum Ablativo sine præpos. *Curt.* 3. 12. 18. Equidem, si hac continentia animi ad ultimum vitæ perseverare (*Alexander*) potuisset, feliciorem fuisse crederem. *Justin.* 38. 4. 12. Quosdam pro vice imperii bellis continuis perseverasse. — *c*) Absolute. *Sueton. Cæs.* 75. *ad fin.* Acerbe loquentibus satis habuit pro contione denunciare, ne perseverarent. *Plin.* 8. *Ep.* 6. Et perseveraturum fuisse se, nisi obsequeretur principis voluntati. *Sueton. Ner.* 21. Nioben se cantaturum pronunciavit, et in horam fere decimam perseveravit. — *d*) Passive impersonaliter. *Liv.* 2. 35. Ipse quum die dicta non adesset, perseveratum in ira est. *Cic.* 6. *Verr.* 39. 85. Non est ab isto perseveratum. *Cæs.* 1. *B. C.* 26. Omnibus rebus in eo perseverandum putabat. Sic *Justin.* 4. 5. 3. Neque in bello male auspicato amplius perseverandum.

B) Active est constanter continuare, constanter prosequi, *continuare, seguitare, proseguire*. — *a*) Cum Infinito. *Cic. Quinct.* 8. 31. Dolabella injuriam facere fortissime perseverat. *Curius* ad *Cic.* 7. *Fam.* 29. Persevera constanter nos conservare. *Cæs.* 2. *B. C.* 22. Fugere perseveravit. *et* 3. *ibid.* 37. discedere. *Martial.* 8. 38. At si quis dare nomini relicto Post manes tumulumque perseveret, etc. — Ellipsis est in his. *Cic. Amic.* 7. 24. Quum Pylades Orestem se esse diceret, Orestes autem Orestem se esse perseveraret. *supple* dicere. *Vellej.* 2. 92. 3. Et quum, id facturos se, perseverarent. *supple* profiteri. *Sueton. Vesp.* 6. Aquilejam usque perseveraverunt. *supple* ire. — *b*) Cum Accusativo (nisi malis esse ellipsin, et verbum aliquod subaudiri). *Symmach.* 1. *Ep.* 90. (*al.* 96.) *extr.* Vale, et ut es nostri diligens, religiosam observantiam persevera. *Firmic.* 5. *Mathes.* 2. *a med.* Iras suas perpetuis indignationibus perseverantes. — *c*) Cum Accusativo communi. *Cic. Quinct.* 24. 76. Neque te ipsum id, quod turpissime susceppisses, perseverare et transigere potuisse. *Liv.* 22. 38. *extr.* Et, quo id constantius perseveraret, Q. Fabius Maximus sic eum proficiscentem adloculus fertur. — *d*) Passive. *Justin.* 12. 6. 15. Ob hæc illi quatriduo perseverata inedia est. *h. e.* perseveravit ille in inedia. *Symmach.* 10. *Ep.* 73. Quæ clementia vestra divino judicio, et perseverandæ religionis reverentia decernenda credidit. *h. e.* retinendæ, conservandæ, tuendæ. *Auct. B. Afr.* 18. Quum equites jumenta ad insequendum hostem perseverandumque cursum tardiora haberent. — Hinc Part. præsens, cujus exempla supra retulimus,

Perseverans, antis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Perseverantior* et Sup. *Perseverantissimus*; et est qui perseverat, qui constans est, *perseverante. Curt.* 6. 7. Aversari scelus perseverantem metu mortis terret. *Liv.* 5. 31. Valerius perseverantior fuit cædendis hostibus in fuga. *Val. Max.* 6. 6. *n.* 1. *extern.* Perseverantissimus sui cultus. *Colum.* 1. *R. R. præf.* 19. Isque mos serratus est perseverantissimo colendorum agrorum studio.

PERSĔVĔRUS, a, um, adject. valde severus. *Tac.* 15. *Ann.* 18. *extr.* Imperium perseverum.

PERSĬBĔ, adverb. acute, callide. *Nævius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 107. *Müll.* ut *Scaliger* legit: Persibe, perite. mox *Varro* addit: Itaque sub hoc (persibe *grammatici*) glossema *callide* subscribunt. *In editionib. vulgo leg.* Persibus aperite.

PERSĬBUS, a, um, adject. peracutus. *V.* PERSICUS primo loco.

PERSĬCA, æ, f. 1. vox joculariter composita ex præpositione *per* intensiva et *sica* culter: hac utitur (ex sententia *Fr. Oriol.* in *Opusc.* di *Bologn. T.* 1. *p.* 116.) *Petron. Fragm. Tragur.* 56. *Burmann.* Porro et persica: flagellum et cultrum accepit. — Alio sensu *V.* PERSEA.

PERSICCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERSICCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Persiccatus*. — Persiccare est valde siccare. *Marcell. Empir.* c. 29. *p.* 30. ed. *Ald.* Ova putidissima in sole ponito, ut persiccentur: quum aruerint, conteres et minutissime percribrabis. Sic *Id. c.* 23. *p.* 120. *retro.* Partem vero dimidiam radicis illius lino ligabis, et ad fumum suspendes atque illic, donec persiccetur, manere patieris. *Apic.* 7. 6. Persiccatam, et sabano expressam eliam perfundis. *Apul. Herb.* 61. Herba pes leporis persiccata, in pulverem redacta.

PERSICCUS, a, um, adject. valde siccus. *Cels.* 3. 6. *ante med.* Si oculi graves, et aut persicci, aut subhumidi sunt. Adde *Festum p.* 306. 29. *Müll.* et *Paul. Diac. p.* 307. 4.

PERSĬCĒ, adverb. *alla Persiana*, Persarum more, aut lingua. *Quintil.* 11. 2. 50. Themistoclen intra annum optime locutum esse Persice, constat.

PERSĬCUM, i, n. 2. *V.* PERSICUS secundo loco.

PERSĬCUS, peracutum significare videtur, ut Plautus: Nihil deconciliare sibi, nisi qui persicus sapis. Nævius: Et qui fuerit persicus carpenti adstratio. Hæc *Festus p.* 217. 26. *Müll.* quæ corrupta esse putant critici, et sic legenda: Persibus peracutum significare videtur, ut Plautus: Nihil deconciliares ibus, nisi quid persibus sapis. Nævius: Et qui fuerit persibus carpenti adest ratio. *V.* SIBUS.

PERSĬCUS, a, um, adject. ad Persidem spectans, *Persiano, di Persia. V.* multa in ONOM. — Hinc ¶ 1. *Persica malus* est περσικὴ μηλέα, *persicajo, pesco*, arbor humilis, folio linguæ simili et amygdalæ, paullo majore, flore subpunicco, fructu simili cordi, quod *Persicum malum* vocatur. Nomen habet a Perside, ex qua a Macedonibus post victum Darium in Græciam translata est. Sacra fuit Harpocrati silentii deo, ut auctor est *Plut. l. de Iside et Osiride*, quia ejus folium linguæ simile est, fructus cordi. *V. Macrob.* 2. *Saturn.* 15.; et *Plin. Hist. nat. l.* 12. *et* 13.; et *Colum.* 10. 1. a *v.* 409.; et *Pallad.* 12. *R. R.* 7. — Dicitur etiam *Persicus, i.* f. 2. absolute. *Pallad.* 1. *R. R.* 37. Persicus, pirus. pomiferæque arbores. Adde *eumd.* 12. *ibid.* 7,

¶ 2. *Persicum malum* et sæpius absolute *persicum* est *persico, pesca*, fructus Persicæ arboris, foris molli lanugine vestitus, carnosus, succulentus, intus osse duro et scabro, quod nucleum amygdalæ similem habet. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 12. 11. (39). Sed Persicorum palma, duracinis, etc. Adde *eumd. ibid.* 13. 13. (44).; et *Colum.* 10. *R. R.* 405. ¶ 3. Est etiam *Persica malus* apud *Macrob. loc. cit.* eadem quæ Medica, et citrea: de qua *V.* ASSYRIUS. ¶ 4. Denique alia ab his, neque cognita nobis est *Persica arbor*, similis piro, folia retinens, quam describit *Plin.* 13. *Hist. nat.* 9. 17. (60). *At hic vulgati libri leg.* Persea, *quam voc. V.*

PERSĪDĔO, sīdes, sēdi, sessum, sīdere, n. 2. διακαθίζομαι, permaneo: ex *per* et *sedeo. Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (222). Pruinæ perniciosior natura, quoniam lapsa persidet gelatque.

PERSĪDO, sīdis, sēdi, sessum, sīdere, n. 3. ἐπικαθῆμαι, deorsum ferri, prorsus sidere, subsidere, descendere, penetrare. *Lucret.* 6. 1125. pestillitasque Aut in agros cadit, aut fruges persidit in ipsas. *Id.* 1. 307. At neque quo pacto persederit humor aquai Visum 'st. *Virg.* 3. *G.* 442. ubi frigidus imber Altius ad vivum persedit.

PERSIGNO, as, are, a. 1. (per *et* signo). Part. *Persignandus* 1. — Persignare ¶ 1. Est signare, obsignare, notam vel signum apponere, ἐπισημαίνω, *segnare. Liv.* 25. 7. Creati sunt triumviri bini, uni sacris conquirendis donisque persignandis, alteri etc. *h. e.* qui dona in tabulis perscriberent, litteris consignarent. *Mela* 1. 19. Mossyni notis corpus omne persignant, propatulo vescuntur. Adde *Firmic.* 3. *Mathes.* 7. *n.* 12.

PERSILIO, is, ire, n. 4. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir.* p. 146.

PERSILLUM vocant sacerdotes ruduscului picatum, ex quo unguine flamen Portunalis arma Quirini unguet. *Festus* p. 217. 13. *Müll.* Quæ verba *Paul. Diac.* p. 216. 2. ita contraxit: Persillum dicebant vas quoddam picatum, in quo erat unguentum, unde arma Quirini ungebantur.

PERSĪMĪLIS, e, adject. valde similis. *Cic. Partit. orat.* 7. 26. Memoria est gemina (*al.* germana) litteraturæ quodammodo, et in dissimili genere, persimilis. *Id. Pis.* 38. 93. Illi autem statuam, istius persimilem, deturbant. *Horat. Art. P.* 6. Credite, Pisones, isti tabulæ fore librum Persimilem.

PERSIMPLEX, plĭcis, adject. valde simplex. *Tac.* 15. *Ann.* 45. *extr.* Persimplici victu tolerare vitam.

PERSISTO, sistis, sistere, n. 3. Præteritum *perstiti* commune cum *persto* habet. Extra præteritum perrari est usus: atque ego præter *Livium* allatum, *Auson. Eclogar.* 1. 22. et *Prudent.* 2. *advers. Symmach.* 772., qui usurpaverit, inveni adhuc neminem. — Persistere est perstare, perseverare, permanere, *persistere, perseverare, star costante*, ἐμμένω. *Liv.* 38. 14. *a med.* Nisi præsens quoque in eadem impudentia persistas. *Auson. l. c.* Divulsisque triens prohibet persistere bessem. — Part. *Persistens* habet *Vulgat. interpr. Tob.* 3. 11. In oratione persistens cum lacrimis.

PERSĪTES, æ, m. 1. tithymali species apud *Apul. Herb.* 108.

PERSŌLĀTA, æ, f. 1. nomen herbæ. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 9. 66. (113). Persolata, quam nemo ignorat, Græci arcion (ἄρκειον) vocant, folia habet majora etiam cucurbitis et hirsutiora nigrioraque et crassiora, radicem albam et grandem. Alii leg. *persollata*. A foliorum vero amplitudine est appellata, quibus caput ab insolatione et pluviis vindicare possis. *V.* PERSONATA.

PERSŌLEMNIS, e, adject. valde solemnis. *Sueton. Ner.* 28. Puerum Sporum cum dote et flammeo persolemni nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro uxore habuit. *Alii rectius leg.* per solemne nuptiarum.

PERSŌLĬDO, as, are, a. 1. idem ac solido. *Stat.* 1. *Theb.* 352. sicco quos asper hiatu Persolidat Boreas. *h. e.* congelat. *Theod. Priscian.* 3. 3. Has (*curationes*) semper persolidabit etiam lavacrorum frigidorum consuetudo disposita.

PERSOLITUS, a, um, adject. multum solitus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 46.

PERSOLLA, æ, f. 1. deminut. personæ, syncop. pro personula, ut *corolla* a *corona. Plaut. Curc.* 1. 3. 35. Tun' etiam cum noctuinis oculis odium me vocas, ebriolæ persolla, nugæ? *Glossæ Placid.* et aliæ multæ hanc vocem confirmant. V. *G. Löve, Prodromus Corp. Glossar. Latin. p.* 261.

PERSOLLĀTA. *V.* PERSOLATA et PERSONATUS.

PERSŌLUS, a, um, adject. idem ac solus, seu merus. *Plaut. Men.* 1. 2. 46. Oculum effodito persolum mihi, si ullum verbum faxo, nisi quod jusseris.

PERSŌLŪTA, æ, f. 1. herba hortensis, apud Ægyptios. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 33. 108. (184). Et persolutam Ægyptus in hortis serit coronarum gratia. *Alii leg.* persolatam; Sillig. *vero* pesolutam, *quam scripturam confirmant Codd. Indicis.*

PERSŌLŪTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERSOLVO, solvis, solvi, sŏlūtum, solvere, a. 3. (per *et* solvo). In carmine diæresin patitur. *Ovid.* 5. *Fast.* 329. consul cum consule ludos Postumio Lænas persoluere mihi. *Albinov.* 1. 370. Mutus, nec certa persoluenda die. — Part. *Persolutus* I. et II. 1.; *Persoluturus* II. 1.; *Persolvendus* init. — Persolvere est idem quod solvere, vel totum solvere, διαλύω (It. *pagare, soddisfare*; Fr. *payer intégralement, acquitter*; Hisp. *pagar, satisfacer lo que se debe*; Germ. *ganz lösen, auszahlen, berzahlen*; Angl. *to pay, pay, completely*).

I.) Proprie. *Cic. Flacc.* 20. 47. Hermippo percontanti de nomine Fufiano, respondit, se omnem pecuniam Fufiis persolvisse. Sic *Tac.* 1. *Ann.* 37. Pecuniam alicui persolvere. Rursus *Cic.* 5. *Att.* 14. Stipendium militibus persolutum. *Brutus* ad *Cic.* 11. *Fam.* 11. Tantum me tibi debere existimo, quantum persolvere difficile est. *Sall. Cat.* 37. Quum alienis nominibus liberalitas Orestillæ suis copiis persolverit. *Sueton. Cal.* 16. Persolvere legata cum fide. *Id. Aug.* 15. veteranis promissa præmia. Adde *eumd. Vesp.* 8. Sic *Flor.* 4. 5. Agri, quos Cæsar veteranis pretium militiæ persolvit.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est dare, reddere, et de iis sæpe dicitur, quæ aliqua ratione debentur. — *a)* Universim. *Ter. Andr.* 1. 1. 12. Quod habui summum pretium, persolvi tibi. *Cic. Planc.* 12. 101. Pollicebar, hos omnia tibi illorum laborum præmia pro me persoluturos. *Sueton. Cal.* 26. Quibus omnibus pro necessitudinis jure prope meritorum gratia mors persoluta est. *Seneca* 5. *Benef.* 16. Inferias alicui persolvere. *Virg.* 5. *Æn.* 483. Hanc tibi, Eryx, meliorem animam pro morte Daretis Persolvo. — *b)* Speciatim *persolvere grates, gratiam*, reddere. *Virg.* 1. *Æn.* 604. grates persolvere dignas Non opis est nostræ. Adde 2. *ibid.* 537. *Cic. Planc.* 33. 80. Meritam diis immortalibus gratiam justis honoribus et memori mente persolvere. — *c) pœnas*, luere, dare, pendere. *Phædr.* 3. 5. Compressus namque pœnas persolvit cruce. *pagò il fio.* et *Cic.* 11. *Phil.* 12. 29. Pœnas diis hominibusque meritas debitasque persolvat. *Id. Orat.* 63. 214. Pœnæ alicui ab omnibus persolutæ. *h. e.* datæ. Adde *Cæs.* 1. *B. G.* 12.; *Senec. Agam.* 1001.; et *Virg.* 9. *Æn.* 423. Sic *Tac.* 6. *Ann.* 26. *extr.* Sera magis, quam immerita supplicia persolvit. *et Claudian.* 2. *in Rufin.* 437. Persolvere fraudes. *h. e.* luere. — *d) honorem diis*, facere debito sacrificio pro accepto munere. *Virg.* 8. *Æn.* 62. — *e) vota*, implere. *Cic. Harusp. resp.* 13. 28.; *Tac.* 3. *Ann.* 64. *extr.*; et *Senec. Herc. Fur.* 1037. — *f) justa*, præstare, facere. *Id. Œdip.* 998. Justa persolvi patri. Sic *Curt.* 4. 12. *init.* Alexander corpori uxoris ejus (*Darii*) justis persolutis. *fatte l'esequie.* Adde *eumd.* 6. 6. — *g) promissa*, præstare. *Cic.* 3. *Fam.* 9. Velim, reliquum quod est promissi ac muneris tui, mihi persolvas. Sic 7. *Verr.* 71. 183. Quum et populo R. satisfactum, et receptum officium Siculis, necessariis meis, erit persolutum. *et Planc.* 42. 103. Sinite me, quod vobis fretus huic sæpe promisi, id a vobis ei persolvere. *h. e.* per vos, de vestro. — *b) epistolæ*, respondere. *Cic.* 14. *Att.* 20. Persolvi primæ epistolæ: venio ad secundam. ¶ 2. Speciatim ad intellectum refertur, et *persolvere quæstionem, dubium*, est solvere, explicare. *Cic.* 7. *Att.* 4. *ad fin.* Si mihi hoc ζήτημα persolveris, magna me molestia liberaris.

PERSŌNA, æ, f. 1. est larva histrionalis, μορμολύκειον, προσωπεῖον (It. *maschera da commediante, traviso*; Fr. *masque de l'histrion*; Hisp. *máscara, curatula, carantoña*; Germ. *die Maske, Larve*; Angl. *a mask used by players, a visor*) larva histrionalis, ut diximus, *h. e.* ficticia facies, qua fabularum actores utebantur, instar galeæ, et totum caput obtegens, aversa parte capillamento instructa, adversa humanum vultum senis, aut adolescentis, aut mulieris etc. referens, ore tamen justo latiore et rotundo, qua vox exiret facilius: a *personando. Gabius Bassus* apud *Gell.* 5. 7. Caput et os cooperimento personæ tectum undique, unaque tantum vocis emittendæ via pervium, quoniam non vaga neque diffusa est, in unum tantummodo exitum collectam coactamque vocem, et magis claros canorosque sonitus facit. Quoniam igitur indumentum illud oris clarescere et resonare vocem facit, ob eam causam persona dicta est, *o* littera, propter vocabuli formam, productiore. Hæc *Bassus*. Alii, quia obstat quantitas, ducunt a προσωπον, quod veteres Romani vitiosa pronunciatione in *personam* mutarunt, ut alia multa. *V.* CATAMITUS.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est larva histrionalis. *Phædr.* 1. 7. Personam tragicam forte vulpis viderat: O quanta species, inquit, cerebrum non habet! *Martial.* 3. 43. scit te Proserpina canum: Personam capiti detrahet illa tuo. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 32. (59). Alicui personam capiti addere. *incappucciarlo*. — Personarum usus apud Romanos multiplex fuit tum in ludis scænicis, tum in Bacchanalibus, ac præsertim in Quinquatribus minoribus. Hoc festum agebatur Idibus Juniis, quo die tibicines varia ac muliebri veste induti, personati ac temulenti per urbem vagabantur; ejus vero originem *V.* in QUINQUATRUS. Huc porro spectat numinus gentis Plautiæ apud *Eckel. D. N. V. T.* 5. *p.* 276., in quo personam muliebrem intentis capillitio serpentibus cernere est. — Ligneas fuisse personas colligitur ex illo *Prudent.* 2. *advers. Symmach.* 646. Ut tragicus cantor ligno tegit ora cavato, Grande aliquod cujus per hiatum crimen anhelet. Huc pertinet et illud *Virg.* 2. *G.* 387. Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis. — Fictilem memorat *Martial.* et *Lucret.* mox afferendi sub I. 2. — Olim, inquit *Diomed.* 3. *p.* 486. *Putsch.*, galeris, non personis, utebantur, ut qualitas coloris indicium faceret ætatis, quum essent aut albi, aut nigri, aut rufi. Personis vero uti primus cœpit Roscius Gallus præcipuus histrio, quod oculis perversis (*ita* Keil.; *alii* obversis) erat, nec satis decorus in personis, nisi parasitus, pronunciabat. Hæc *Diomed.* — De ore lato *personæ* est illud *Juvenal.* 3. 175. quum personæ pallentis hiatum In gremio matris formidat rusticus infans. — Proverb. aut γνώμη est illud *Publii Syri* apud *Gell.* 17. 14. Heredis fletus sub persona risus est. ¶ 2. Latiori sensu a similitudine dicuntur *personæ* simulacra et imagines, hominum aut animalium capita vultusque ferentes, *mascheroni. Lucret.* 4. 296. ut si quis, prius arida quam sit Cretea persona, allidat pilæve trabique. *Martial.* 14. 176. Jam figuli lusus rufi persona Batavi: Quæ tu derides, hæc timet ora puer. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 43. (152). Butades primus personas tegularum extremis imbricibus imposuit. *Ulp. Dig.* 19. 1. 17. *sub fin.* Item constat, sigilla, columnas quoque, et perso-

nas, e quarum rostris aqua salire solet, villæ esse.

II.) Translate. ¶ 1. *Persona* dicitur ipse actor et histrio, *attore, personaggio*. Hinc in fronte fabularum *Terentii* et *Plauti* enumerantur *personæ*, quæ in iis inducuntur loquentes: et *muta persona* est histrio qui prodit quidem, sed non loquitur, κωφὸν πρόσωπον. *Ter. Eun. prol.* 25. Colacem esse Nævii et Plauti veterem fabulam: parasiti personam inde ablatam et militis. Adde *ibid.* 32. *et* 35. Huc pertinet illud *Gell.* 13. 22. Plautus in Truculento, conjugem esse Nerienem Martis, dicit: atque id sub persona militis, in hoc versu: Mars peregre adveniens, etc. *Vellej.* 1. 3. 2. Nihil enim ex persona poetæ, sed omnia sub eorum, qui illo tempore vixerant, (*tragici*) dixerunt. ¶ 2. Universim, translate ab histrionibus, — *a*) *Persona* est conditio, status, munus, quod quisque inter homines et in vita civili gerit. *Cic.* 8. *Phil.* 10. 29. Quam magnum est personam in republica tueri principis! *Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 4. (17). Ipse sua lege damnatus, quum, substituta filii persona, amplius quingentorum jugerum possideret. *Nepos Pelop.* 4. *extr.* Denique hæc fuit altera persona Thebis, sed tamen secunda, ita ut proxima esset Epaminondæ. *Cic. Pis.* 11. 24. Non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit levitas ista, non infirmitas ingenii sustinet tantam personam, tam gravem, tam severam. *h. e.* munus consulatus. *Id. Sull.* 3. 8. Istam ipsam personam vehementem et acrem, quam mihi tum tempus et respublica imposuit, jam voluntas et natura ipsa detraxit (*V.* infra sub *b*). *Id. ad Cæs. post ep.* 11. *l.* 9. *ad Att.* Ad eam rationem existimabam satis aptam esse et naturam, et personam meam. *Id. Quinct.* 13. 45. Petitoris personam capere, accusatoris deponere. *Id.* 1. *Orat.* 37. 169. Qui hanc personam susceperit, ut amicorum causas tueatur. *Id. Pis.* 29. 71. Qui philosophiam profitetur, gravissimam mihi sustinere videtur personam. *Id.* 3. *Orat.* 14. 54. Neque adhuc quam personam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt. *Id.* 1. *Off.* 32. 115. Ipsi gerere quam personam velimus, a nostra voluntate proficiscitur. *Alii leg.* agere. *Id. Planc.* 41. 100. Abjecta quæstoria persona, comitisque sumpta. *Quintil. declam.* 9. 22. Ferre personam sceleris. *fur comparsa da reo.* — *b*) Item dicitur *persona* quidquid simulandi causa assumitur. *Cic. Mur.* 3. 6. Partes lenitatis et misericordiæ semper egi libenter; illam vero gravitatis severitatisque personam non appetivi, sed ab rep. mihi impositam sustinui. *Liv.* 3. 36. Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit: suo jam vivere ingenio cœpit. *Seneca Ep.* 24. *circa med.* Non hominibus tantum, sed et rebus persona demenda est, et reddenda facies sua. ¶ 3. Item ipse homo, quatenus hanc vel illam personam gerit, *persona, personaggio, soggetto*. *Cic. ad Pomp.* 2. *ad fin. post ep.* 11. *l.* 8. *ad Att.* Ut mea persona semper ad improborum civium impetus aliquid videretur habere populare. *Id. ibid.* 12. *a med.* Ecquæ pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia. *Id. Cluent.* 29. 78. Hujus Staleni persona, populo jam nota atque perspecta, ab nulla turpi suspicione abhorrebat. *Id.* 6. *Fam.* 6. *a med.* Cæsar numquam, nisi honorificentissime, Pompejum appellat. At in ejus personam multa fecit asperius, etc. *Seneca Apocoloc. circa med.* Ne videar in personam, non in rem, sententiam dicere. *Sueton. Cæs.* 43. Certis personis et ætatibus. *Id. Tib.* 32. Minoribus quoque et personis et rebus. ¶ 4. Item pro homine, absolute, *persona, uomo*. *Sueton. Ner.* 1. Prænomina Cnæi et Lucii usurparunt, eaque ipsa notabili varietate, modo continuantes unumquodque per ternas personas, modo alternantes per singulas. *Paul. Dig.* 1. 5. 1. Omne jus, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. ¶ 5. Apud Grammaticos *persona* in verbis, et nominibus est substantia ad propriam significationem dicendi relata, ut *Charis.* 2. *p.* 142. *Putsch.* definit. Adde *Varron.* 8. *L. L.* 20. *Müll.* et 9. *ibid.* 32., 95. *et* 101.; *Quintil.* 1. 4. 27. *Diomed.* 1. *p.* 323.; et *Prician.* 8. *p.* 840. *Putsch.*

PERSŌNĀLIS, e, adject. *personale*, προσωπικός, ad personam seu hominem pertinens. ¶ 1. Generatim. *Personalia* dicuntur a JCtis, quæ personæ adhærent, non rei, aut causæ. *Paul. Dig.* 8. 3. 37. Usum aquæ personalem ad heredem transmitti non oportere. *Id. ibid.* 24. 3. 13. Tale beneficium personale est, et cum persona exstinguitur. *Ulp. ibid.* 50. 16. 178. Personales actiones. ¶ 2. Speciatim apud Grammaticos verbum personale est, quod personas tres habet utroque numero. *Charis., Diomed., Prician.* passim.

PERSŌNĀLĪTER, adverb. *personalmente*. ¶ 1. Generatim est cum respectu ad personam. *Arnob.* 3. 42. Etiamsi personaliter ignoramus, qui sint Lares, qui Novensiles, qui Penates, esse illos tamen consensio ipsa vindicat auctorum. *non sappiamo personalmente distinguere* etc. *Salvian.* 6. *Gubern. D. init.* Personaliter diu locuti sumus, et excessisse videmur regulam disputandi. Cogitat enim absque dubio is, qui legit: Cogitat de me forsitan, vel dicit. ¶ 2. Speciatim apud Grammaticos significat, cum personis, ut Verbum personaliter dictum, *Gell.* 15. 13.

PERSŌNĀTA, æ, f. 1. herba, quam eamdem cum persolata esse volunt. *Colum.* 6. *R. R.* 17. 1. Venena viperæ depellit herba, quam vocant personatam. *Apul. Herb.* 36. *personaciam* vocat. *Marcello* autem *Empir. c.* 17. *p.* 110. *retro* ed. *Ald.* et *c.* 32. *p.* 133. *retro* est *lappa* major et *herba personacea*. *V.* PERSOLATA. — Folia ipsa herbæ persolatæ per translationem a *personatus*, ut ait *Forcellinus*, personata dicuntur a *Plin.* 21. *Hist. nat.* 15. 51. (87). Foliis latissimis ad similitudinem eorum, quæ personata in nostris amnibus vocamus. *Alii leg.* personatiæ, *al.* persolatæ.

PERSŌNĀTĬO, ōnis, f. 3. personandi actio, ingens sonitus. *Cassiod.* in *Psalm.* 150. 3. Tuba spiritu retracto completa terribili personatione dilatatur.

PERSŌNĀTĪVĒ, adverb. cum persona junctim. *Charis.* 2. *p.* 161. *Putsch.* Adverbio accidit significatio personative, *mecum, tecum*; vocative, *heus, heja*. Ita *Lindemann.* et *Keil.* ex Cod.; at *Putsch.* percontative.

PERSŌNĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *persono*; *mascherato*, ὑποδεδυκός, ὁ ἐν προσωπείῳ, qui persona, h. e. larva indutus est.

I.) Proprie personati, teste *Festo p.* 217. 126. *Müll.*, dicebantur histriones Atellani, quia jus erat iis non cogi in scæna ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse erat. *Cic.* 3. *Orat.* 59. 221. Qui personatum, ne Roscium quidem, magnopere laudabant. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 54. Quem (*versum*) si dissolvas, quivis stomachetur eodem, Quo personatus pacto pater. *h. e.* pater in comœdia inductus. Intelligit autem Demeam in Adelphis *Terentii*. — *Personata fabula* dicitur, quæ agitur a personatis histrionibus. Hoc nomine fabula quædam *Nævii* inscribitur, non quod primum ab histrionibus personatis acta sit, ut quidam putant, quum multis post annis comœdi et tragœdi personis uti cœperint; sed quia propter inopiam comœdorum acta nova est per Atellanos, qui proprie vocabantur personati. *Festus loc. cit.*

II.) Translate. — *a*) Personatus dici potest, quisquis foris aliud ostendit, et intus aliud sentit et machinatur. *Cic.* 15. *Att.* 1. Quid est autem, cur ego personatus ambulem? — *Personata felicitas*, quæ vera non est, sed simulata, *Seneca ep.* 80. *sub fin.* et *Personati fastus*, supercilium et severitas affectata et ficta. *Martial.* 11. 2. — *c*) De foliis herbæ persolatæ *V.* in fin. voc. PERSONATA.

PERSŌNO, sōnas, sōnŭi *et raro* sōnāvi, sōnĭtum, sōnare, 1. (per *et* sono). *Personavi* pro *personui* est *Apul.* 5. *Met*; et *personasse* pro *personuisse* est *Prudent. περὶ στεφ. præf.* 47; *V.* infra. — Part. *Personans* sub *B.* 1.; *Personandus* sub *B.* 2. — Personare usurpatur *A*) Neutrorum more; et *B*) Active.

A) Neutrorum more. ¶ 1. Generatim est resonare, valde sonare, ab una ad alteram partem sonare, ἐξηχοῦμαι (It. *risuonare, rimbombare, suonare dall'una banda all'altra*; Fr. *résonner tout entier, retentir avec force*; Hisp. *resonar, retumbar fuertemente*; Germ. *durchschallen, durchtönen, durch und durch erschallen,-ertönen*; Angl. *to sound loudly, make a loud noise, resound, ring, echo*). *Cic. Pis.* 10. 22. Quum collegæ tui domus cantu et cymbalis personaret. *Id. Rosc. Am.* 46. 134. Ut quotidiano cantu vocum et nervorum et tibiarum nocturnisque convivils tota vicinitas personet. *Id.* 2. *Phil.* 41. 105. Personabant omnia vocibus ebriorum. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 114. Simul domus alta Molossis Personuit canibus. *Id.* 1. *Od.* 17. 10. Utrumque dulci, Tyndari, fistula Valles et Usticæ cubantis Levia personuere saxa. *Liv.* 39. 15. Crepitus et ululatus nocturni personant tota urbe. Sic *Id.* 41. 2. Una vox audiebatur ad mare vocantium. Id forte temere ab uno exclamatum totis passim personabat castris. *Curt.* 10. 5. Ploratu lamentisque et planctibus tota regia personabat. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 46. Quantus ab ætherio personat axe fragor. *Sil. It.* 2. 43. Ac repetens questus furibundo personat ore: Poscimur, o socii! etc. *h. e.* magna voce ait. ¶ 2. Speciatim de fidicine, tibicine etc. *Virg.* 1. *Æn.* 744. cithara crinitus Iopas Personat aurata. Sic *Sil. It.* 11. 288. Personat Euboica Teuthras testudine etc.

B) Active. ¶ 1. Generatim est magno sonitu replere. *Virg.* 6. *Æn.* 417. Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Personat. *Curt.* 8. 2. Ille humi prostraverat corpus, gemitu ejulatuque miserabili totam personans regiam. *Alii aliter leg. Claudian. Cons. Mall. Theod.* 314. qui pulpita socco Personat. *h. e.* comœdum agit. *Capell.* 1. *p.* 6. Ita fiebat, ut nemus illud harmoniam totam superumque carmen modulatione congrua personaret.—Passive. *Solin.* 24. *a med.* Mons choris Ægipanum undique personatur. ¶ 2. Item est alta voce clamare, *gridare ad alta voce*. *Cic. Cæl.* 20. 47. Illæ vero non loquuntur solum, verum etiam personant, huc unius mulieris libidinem esse prolapsam etc. *Liv.* 3. 10. Tribuni coram in foro personare, fabulam compositam Volsci belli, Hernices ad partes paratos. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 7. Est mihi purgatam crebro qui personet aurem: Solve senescentem mature sanus equum, ne etc. *h. e.* in aurem clamet. *Val. Flacc.* 2. 163. totam inde per urbem Personat ut etc. *h. e.* clamat suadendo et hortando. *Tac.* 14. *Ann.* 16. Ii dies ac nootes plausibus personare formam principis vocemque deum vocabulis appellantes. *Prudent. περὶ στεφ. præf.* 47. Quidquid illud accidet, Juvabit me personasse. *h. e.* laudibus cecinisse. Sic *Paulin. Nolan. carm.* 24. 561. castis sanctos quoque vocibus hymnos Personat. — Passive. *Sext. Ruf. Breviar.* 29. Quam magno deinceps ore tua facta inclita sunt personanda! ¶ 3. Speciatim de tibicine, etc. *Apul.* 5. *Met.* Jam sumpsit arma et castra commovit et aciem direxit et classicum personavit.

PERSŌNUS, a, um, adject. personans, *risonante*. *Val. Flacc.* 4. 418. Io Aspide cincta comas, et ovanti persona sistro. *Petron. Satyr.* 120. verno persona cantu virgulta. *Mamertin. Grat. act. ad Julian.* 10. Lata camporum balatu, hinnitu, mugitibus persona.

PERSORBĔO, es, ŭi, ere, a. 2. multum sorbere. Occurrit tantum Part. *Persorbens* apud *Plin.* 31. *Hist. nat.* 11. 47. (123). Spongiæ persorbentes. In *Not. Tir.*, quæ carent auctoritate, *p.* 168. legitur *persorbet* et *persorbuit*.

PERSPECTĒ, adverb. διαφανῶς, diligenter et docte. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 161. Ut docte et perspecte sapit!

PERSPECTĬO, ōnis, f. 3. perspicientia. *Lactant.* 2. 8. *sub fin.* Terrenum animal rerum cœlestium perspectionem non capit. Adde *eumd. Ira D.* 1.

PERSPECTĪVA, æ, f. 1. ὀπτική, mathematica

disciplina, quæ circa visum versatur. V. *Boethii loc. cit.* in MACHINATIVUS.

PERSPECTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *frequentat. a* perspicio. ¶ 1. Est totum spectare, aliquid ad finem usque spectare. *Sueton. Aug.* 98. Quamquam non infirmis intestinis, tamen quinquennale certamen gymnicum perspectavit. *h. e.* usque ad finem spectavit. Adde *eumd. Domit.* 4. ¶ 2. Item est diligenter spectare. *Plaut. Most.* 3. 2. 128. Quin tu is intro, atque otiose perspectas, ut lubet?

PERSPECTOR, ōris, m. 3. qui perspicit. *Juvenc.* 2. 275. mentis perspector Iesus. *Al. leg.* prospector.

PERSPECTUS, a, um. *V.* PERSPICIO.

PERSPECTUS, us, m. 4. perspiciendi ac contemplandi actus. *Lucan.* 8. 484., *ubi alii leg.* prospectus.

PERSPĔCŬLĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERSPĔCŬLOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Perspeculatus.* — Perspiculari est diligenter speculari. *Auct. B. Afr.* 31. Quum de vallo perspecularetur. *Sueton. Cæs.* 58. Exercitum neque per insidiosa itinera duxit unquam, nisi perspeculatus locorum situs. *dopo avere attentamente spiato od osservato.*

PERSPERGO, spergis, spersi, spersum, spergere, a. 3. (per *et* spargo) idem atque adspergo, καταπάσσω.

I.) Proprie. *Cato R. R.* 130. Ligna amurca cruda perspergito. *Solin.* 42. Prusiadem urbem alluit Hylas flumen, et perspergit Hylas lacus.

II.) Translate. *Cic.* 1. *Orat.* 34. 159. Quo tamquam sale perspergatur omnis oratio.

PERSPĬCĂBĬLIS, e, adject. conspicuus. *Ammian.* 14. 8. Tarsus urbs perspicabilis. Adde *Augustin. ep.* 32. *ad Paulin.*

PERSPĬCĀCE, adverb. perspicaciter. *Afranius* apud *Non. p.* 513. 19. et 515. 31. *Merc.* Quam perspicace, quam benigne, quam cito! *Alii* (inter quos et *Neukirch de fab. tog. Rom. p.* 194.) *leg.* perspicate.

PERSPĬCĀCĬA, æ, f. 1. idem ac perspicacitas. *Cic.* 15. *Att.* 16. Quod ipsum perspicaciam aliquam significaret. Alii pro *perspicaciam* reponunt, et rectius, προκοπήν, h. e. progressum, profectum.

PERSPĬCĀCĬTAS, ātis, f. 3. *acutezza, perspicacia*, πολυδέρκεια, acumen. *Cic.* 1. *Att.* 18. *sub fin.* Et si ex iis, quæ scripsimus (tanta es perspicacitate) etiam a me non scripta perspicis, etc.

PERSPĬCĀCĬTER, adverb. Comp. *Perspicacius* et Sup. *Perspicacissime.* — Perspicaciter est acute, cum perspicientia. *Ammian.* 29. 1. *a med.* Omnibus perspicaciter inquisitis. *Boeth. in Categor. Aristot.* 4. *p.* 204. Non est idem cæcum esse, quod non videre perspicacissime.

PERSPĬCĀTĔ. *V.* PERSPICACE.

PERSPĬCAX, ācis, adject. Comp. *Perspicacior* et Sup. *Perspicacissimus.* — Perspicax est qui valde perspicit, acutus, solers, *acuto, perspicace*, ὀξυδέρκης. *Cic.* 1. *Off.* 28. 100. Assequemur et id, quod acutum et perspicax natura est, etc. *Vet. Poeta* apud *eumd.* 3. *ibid.* 26. 98. Palamedis perspicax prudentia. *Ter. Heaut.* 5. 1. 1. Ego, me non tam astutum, neque ita perspicacem esse, id certo scio. *et* 2. 3. 129. Patrem novisti, ad has res quam sit perspicax. *Apul.* 2. *Met.* Homo perspicacior Lynceo, vel Argo, et oculeus totus. *Augustin. De peccat. merit.* 3. 2. Id quod intellectu perspicacissimo assequi non valemus.

PERSPĬCĬBĬLIS, e, adject. qui perspici potest. *Vitruv.* 9. 4. *ante med.* Perspicibilis et patens solis splendor.

PERSPĬCĬENTĬA, æ, f. 1. *cognizione*, θεωρία, perfecta visio, vel cognitio. *Cic.* 1. *Off.* 5. 14. Aut enim in perspicientia veri solertiaque versatur, etc.

PERSPĬCĬO, spicis, spexi, spectum, spicere, a. 3. (per *et ant.* specio). Part. *Perspectus* in fin.; *Perspiciendus* II. 1. et 2. — Perspicere est introspicere, pervidere, διοράω (It. *penetrare con l'occhio, vedere attraversando, vedere addentro*; Fr. *voir a travers, voir dans, pénétrer de ses regards*; Hisp. *ver por medio, ver atravesando, penetrar mirando*; Germ. *durch-, ansehen-, schauen, hineinsehen*; Angl. *to see through*).

I.) Proprie. *Varro* apud *Non. p.* 49. 15. *Merc.* Non animadvertis cetarios, quum videre volunt in mari thunnos, escendere in malum alte, ut penitus per aquam perspiciant pisces? *Cæs.* 2. *B. G.* 17. *sub fin.* Sæpes instar muri munimentum præbebant, quo non modo (non) intrari, sed ne perspici quidem posset. *Liv.* 40. 22. Pervenere deinde in tam opacum iter, ut, præ densitate arborum immissorumque aliorum in alios ramorum, perspici cælum vix posset. *Ovid.* 2. *Pont.* 10. 21. Te duce magnificas Asiæ perspeximus urbes; Trinacris est oculis te duce nota meis.

II.) Improprie. ¶ 1. Prægnante, uti ajunt, significatione ad oculos refertur et est attente penitus inspicere, diligenter animadvertere, *veder bene, mirare attentamente, considerare.* — *a*) Cum Accus. *Cic.* 5. *Fam.* 6. *sub fin.* Domum tuam atque ædificationem omnem perspexi, et vehementer probavi. Sic *Id.* 9. *ibid.* 15. *extr.* Tu velim, ut scribis, cum fabris eam (*domum*) perspicias. *Id. Mil.* 20. 54. Devertit in villam Pompeji. — Villam ut perspiceret? Millies in ea fuerat. *Cæs.* 7. *B. G.* 44. Quum in minora castra operis perspiciendi causa venisset, etc. Sic *Curt.* 8. 10. 30. Non tamen ante se recepit (*Alexander*) in castra, quam cuncta perspexit, et, quæ fieri vellet, edixit. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 10. 14. (71). Minimis id granis constat, ut vix perspici quædam possint. — *b*) Sequente Relativo. *Plaut. Cas.* 3. 6. 24. Perspicito prius, quid intus agatur. ¶ 2. Metaphorice transfertur ad animum, et est plane videre, cognoscere, intelligere, *considerare, discernere, conoscere perfettamente.* — *a*) Cum Accus. *Lucret.* 1. 478. Perspicere ut possis res gestas funditus omnes. *Val. Max.* 1. 7. *n.* 2. Augustus vero, præter naturalem animi in omnibus rebus subtiliter perspiciendis vigorem, etiam etc. *Cic.* 1. *Legg.* 22. 59. Quum se ipse perspexerit, totumque tentarit, intelliget etc. *Id. Sull.* 27. 76. Perspicite etiam atque etiam, judices, *etc.* penitus introspicite Catilinæ, Autronii, ceterorumque mentes. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 4. *ad fin.* Sed tu perspice rem, et pertenta. *Id.* 2. *leg. Agr.* 35. 95. Hoc, quæso, perspicite, atque cognoscite. *Id. pro leg. Manil.* 9. 26. Conjectura perspicere aliquid. *Id.* 2. *Orat.* 78. 318. Totam causam pertentare atque perspicere. *Cæs.* 5. *B. G.* 5. Perpaucos, quorum in se fidem perspexerat, relinquere in Gallia decreverat. *Cic.* 4. *Verr.* 2. 4. Cujus virtutem hostes, misericordiam victi, fidem ceteri perspexerunt. *Id.* 14. *Att.* 13. B. *init.* Non enim solum ex oratione, sed etiam ex vultu et oculis et fronte, ut ajunt, meum erga te amorem perspicere potuisses. — *b*) Cum Accus. et Infinito. *Cic.* 1. *Fam.* 2. *ad med.* Perspiciebant enim (*consules*) in Hortensii sententiam multis partibus plures ituros, quamquam aperte Volcatio assentirentur. — *c*) Sequente Relativo. *Cic.* 3. *Fam.* 10. Nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quanti te facerem: quamquam in consuetudine quotidiana perspexisses, sicut perspicies. *Id. Amic.* 17. 63. Quidam sæpe in parva pecunia perspiciuntur, quam sint leves. *Cæs.* 2. *B. G.* 11. Hac re (*h. e.* repentina hostium profectione) statim Cæsar per speculatores cognita insidias veritus, quod, qua de causa discederent, nondum perspexerat, etc. Cf. *Curt.* 3. 1. 17. Series vinculorum erat ita adstricta, ut unde nexus inciperent, quove se conderent, nec ratione, nec visu percipi posset. — Hinc Part. præter

Perspectus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Sup *Perspectissimus*; et est diligenter animadversus, inspectus, exploratus, cognitus, certus, *bene osservato, conosciuto, provato*, διωραμένος. *Cic.* 1. *Orat.* 20. 92. Ars rebus cognitis penitusque perspectis continetur. *et* 23. 108. Ars definitur ex rebus penitus perspectis planeque cognitis, etc. *Id.* 1. *ad Brut.* 1. Clodii animum perspectum habeo, cognitum, judicatum. *Id. Balb.* 6. 16. Virtus alicujus experta atque perspecta. *Id. Orat.* 31. 121. Erit ei perspectum, nihil ambigi posse, in quo etc. *sopra egli benissimo. Id.* 3. *Att.* 13. *sub fin.* Fac, ut omnia ad me perspecta et explorata perscribas. *et* 11. *ibid.* 1. Omnem spem habeo in tua erga me mihi perspectissima benevolentia.

PERSPĬCŬĒ, adverb. (perspicio) quod translate tantum occurrit et est dilucide, aperte, manifeste, *chiaramente, apertamente*, φανερῶς. *Cic.* 3. *Fin.* 5. 19. Plane et perspicue expedire aliquid. *Id.* 2. *Verr.* 7. 20. Aperte et perspicue nulla esse judicia. *Id. Cæl.* 11. 26. Non me hæc movent, quæ perspicue falsa sunt. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 68. (274). Dilucide atque perspicue. — Sic de oratione. *Cic.* 2. *Invent.* 2. 6. Nominatim cujusque præcepta magna conquisita cura perspicue conscripsit (*Aristoteles*) atque enodata diligenter exposuit. *Quintil.* 8. 3. 3. Latine perspicueque dicere.

PERSPĬCŪĬTAS, ātis, f. 3.

I.) Proprie est pellucliditas, *trasparenza. Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 54. (141). Sunt quæ maxime probent vitream perspicuitatem in his. Adde *eumd. ibid.* 5. 20. (79).

II.) Translate est evidentia, *evidenza, chiarezza*, ἐνάργεια. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 6. 17. Nihil est clarius ἐναργείᾳ, ut Græci: perspicuitatem aut evidentiam nos, si placet, nominemus. *Id.* 3. *Nat. D.* 4. 9. Neque ego in causis, si quid est evidens, argumentari soleo: perspicuitas enim argumentatione elevatur. In verbis, inquit *Quintil.* 8. 2. 1., præcipuam habet proprietatem. et *Id.* 8. 3. 15. Perspicuitatem propriis, ornatum translatis verbis magis egere.

PERSPĬCŪUS, a, um, adject. (perspicio) est qui usquequaque perspici potest, pellucidus, *trasparente, rilucente, chiaro*, διαφανής.

I.) Proprie. *Ovid.* 5. *Met.* 588. Perspicuas (*aquas*) imo, per quas numerabilis alte Calculus omnis erat. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 39. (79). Sal maxime perspicuus. *Martial.* 8. 68. Perspicua gemma. *Id.* 4. 86. Perspicuus calix. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 94. Nives perspicuæ. *h. e.* crystalla. *Seneca* 2. *Controv.* 5. *ad fin.* Infelices ancillarum greges laborant, ut adultera tenui veste perspicua sit, et nihil in corpore uxoris suæ plus maritus, quam quilibet alienus peregrinusque agnoverit.

II.) Translate est apertus, manifestus, evidens, minime dubius, *chiaro, evidente. Cic.* 3. *Nat. D.* 4. 11. Quasi vero hoc perspicuum sit, constetque inter omnes, esse deos. *et* 2. *ibid.* 2. 4. Quid potest esse tam apertum, tamque perspicuum, etc? *Id. Rosc. Am.* 7. 18. Quod adhuc est suspiciosum, perspicuum res ipsa faciet. *Id.* 4. *Herenn.* 40. 53. Suspiciones, quæ, separatim dictæ, minutæ et infirmæ erant, unum in locum coactæ rem videntur perspicuam facere, non suspiciosam. *Id. Dom.* 24. 64. Se in medios hostes ad perspicuam mortem injecisse. *Quintil.* 4. 2. 31. Neque refert, an pro lucida perspicuam (*narrandi rationem*) dicamus. *Id.* 8. 1. 1. Verba ut sint Latina, perspicua, ornata.

PERSPĪRO, as, are, a. 1. Part. *Perspirans.* — Perspirare est valde spirare, aut spirando transire. *Cato R. R.* 157. *circa med.* Venæ omnes ubi sufflatæ sunt ex cibo, non possunt perspirare in toto corpore. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 45. 45. (116). Venti stati atque perspirantes.

PERSTERNO, sternis, strāvi, strātum, sternere, a. 3. Part. *Perstratus.* — Persternere est perfecte vel totum sterno. *Liv.* 10. 47. Damnatis aliquot pecuariis, via a Martis silice ad Bovillas perstrata est. *Vitruv.* 7. 1. *in fin.* Quum fuerit hoc ita perstratum, supra nucleus inducatur.

PERSTILLO, as, are, n. 1. Part. *Perstillans.* — Perstillare est multum stillare, πολυσταζω. *Vulgat. interpr. Eccle.* 10. 18. In infirmitate manuum perstillabit domus. et *Proverb.* 19. 13. Tecta jugiter perstillantia.

PERSTĪMŬLO, as, are, a. 1. idem ac stimu-

late, valde stimulare. *Tac.* 4. *Ann.* 12. *extr.* Agrippinæ proximi illiciebantur pravis sermonibus spiritus perstimulare.

PERSTĪNO. *V.* PRÆSTINO.

PERSTĪPO, as, are, a. 1. valde stipare, vel constringere. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 8. 93. In ferventibus lavacris corporis superficies perstipatur.

PERSTO, stas, stĭti, stātum, stāre. n. 1. (per *et* sto). Part. *Perstans* et *Perstaturus* II. 2. — Perstare est idem ac firmiter in loco stare, *stare fermo, immobile.*

I.) Proprie. *Liv.* 44. 33. *extr.* Armati omnes et frenatis equis equites diem totum perstabant. *Auct. B. Afr.* 61. Exercitus a mane usque ad horam X. diei perstiterunt.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro durare, *durare. Ovid.* 3. *Fast.* 137. Laurea flaminibus, quæ toto perstitit anno. Tollitur, et frondes sunt in honore novæ. *Id.* 15. *Met.* 177. nihil est toto, quod perstet, in orbe: Cuncta fluunt. *Id. Heroid.* 18. 206. Quum tua contigero litora, perstet hiems. ¶ 2. Metaphorice et sæpissime pro permanere, perseverare, persistere, *persistere, star saldo, perseverare,* διαμένω, ἐμμένω. — *a*) Cum Ablat. et præpos. *in. Cic.* 3. *Off.* 9. 39. Urgent rustice sane. Negant enim posse, et in eo perstant. *Id.* 2. *Fin.* 33. 107. Pertinacissimus fueris, si in eo perstiteris, ad corpus ea, quæ dixi, referre. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 8. 26. Tamenne in ista pravitate perstabitis? *Id. Rosc. Com.* 9. 26. Perstat in impudentia. *Cæs.* 7. *B. G.* 26. Ubi eos in sententia perstare viderunt. *Val. Flacc.* 4. 143. dictis perstantem cernit in isdem. *Liv.* 8. 34. Se tamen perstaturum in incepto. *et ibid.* 33. Quum perstaret in incepto immitis animus. *Alii leg.* incepto. — Et passive impersonaliter. *Liv. Epit.* 49. Catonis sententia pervicit, ut in decreto perstaretur. *Alii omitt.* in. *Liv.* 37. 9. Senatus et optimates in Romana societate perstandum censebant. *Tac.* 13. *Ann.* 37. Si perstaretur in bello. — *b*) Cum Ablat. sine præpos. *Seneca Troad.* 589. Hic ipse, quo nunc contumax perstas, amor monet etc. *Stat.* 11. *Theb.* 429. Spectabimus ergo Inachidæ Tyrinque nefas? ubi jura deique? Bella ubi? ne perstate animis. *h. e.* ne perseverate his furoribus. — *c*) Absolute. *Virg.* 2. *Æn.* 650. Talia perstabat memorans, fixusque manebat. *et* 5. *ibid.* 812. Nunc quoque mens eadem perstat mihi. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 39. Persta, atque obdura. *Ovid.* 4. *Pont.* 10. 83. Hæc tibi, qui perstas indeclinatus amico. *Tac.* 11. *Ann.* 29. Perstitit Narcissus. *h. e.* in sententia sua. — *d*) Cum Infinito. *Ovid.* 1. *Pont.* 5. 34. Damnosa persto condere semen humo. *Val. Flacc.* 7. 58. perstas non cedere terris. *Tac.* 4. *Ann.* 38. Perstititque posthac aspernari talem sui cultum. *Sil. It.* 5. 104. ne cælicolis contendere perstet.

PERSTRĀTUS. *V.* PERSTERNO.

PERSTRĒNUĒ, adverb. valde strenue. *Ter. Adelph.* 2. 1. 13. Abi perstrenue, ac fores aperi. Ita legit *Non. p.* 236. 13. *Merc.*, alii *abi præstrenue.* aut rectius *abi præ strenue.*

PERSTRĒPO, pis, pŭi, pĭtum, pere, n. 3. valde strepere, καταψοφέω. — *a*) Active. *Ter. Eun.* 3. 5. 52. Abeunt lavatum, perstrepunt. *Stat.* 2. *Achill.* 76. Rumor in arcana jamdudum perstrepit aula, Virginibus qua fida domus, venisse Pelasgum Ductores. *Sil. It.* 8. 428. Nec cætu leviore, ubi mille per agmina virgo Lunatis acies imitatur Martia peltis, Perstrepit et tellus et Amazonius Thermodon. — *b*) Cum Accus. loci, ratione præpos. *Claudian.* 1. *in Rufin.* 213. Turba salutantum latas ibi perstrepit ædes. *h. e.* strepit per ædes, ut *Virg.* 6. *Æn.* 171. personat æquora concha. *M. Aur.* apud *Fronton.* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 5. Jubilis suis cubiculum meum perstrepunt. — *c*) Passive. *Apul.* 3. *Met. sub init.* Quali fores interdum, et frequenti clamore januæ nostræ perstrepi.

PERSTRICTIM, adverb. valde strictim. *Cassiod. Instit. divin. litter. præf. ad fin.* Ut in sequenti libro de orthographiæ regulis perstrictim pro capto ingenii nonnulla poneremus.

PERSTRICTĬO, ōnis, f. 3. *infreddatura, costipamento,* perfrictio. *Veget.* 1. *Veterin.* 35. Qui ex perstrictione febrit, rigidus est. Adde *ibid.* 38.

PERSTRICTUS, a, um. *V.* PERSTRINGO.

PERSTRĪDO, is, ere, n. 3. stridere per aliquem locum. *Germanic. Prognost.* 1. 6. At Geminis leviter perstridunt cærula venti. *h. e.* stridunt per cærula.

PERSTRINGO, stringis, strinxi, strictum, stringere, a. 3. (per *et* stringo). Quod ad Codicum scripturam attinet, in plerisque ex allatis exemplis, præsertim vero quum de acie oculorum sermo est, *præstringo* legunt alii ex probatis MSS. Facile enim fuit librariis alterum pro altero ponere, quum in codicibus manu exaratis soleant *per*, *pro* et *præ* per notam unius *p* transversa subter linecla exhiberi. Hujus varietatis plura exempla affert *Drakenborch.* ad *Sil. It.* 1. 358., 4. 548. et 6. 43. — Part. *Perstringens* II. 2.; *Perstrictus* I. 1. et 2. et 4.; *Perstringendus* II. 4. — Perstringere est valde stringere, διαῤῥίγγω (It. *stringere assai*; Fr. *lier, attacher, serrer fortement*; Hisp. *ligar, atar, cerrar, estrechar fuertemente*; Germ. *fest zusammenbinden, zusammenziehen*; Angl. *to die straitly*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cato R. R.* 32. Vites bene nodentur per omnes ramos. Diligenter caveto, ne vitem præcipites, et ne nimium perstringas. *Grat. Cyneg.* 296. Verum ubi Caurino perstrinxit frigore vesper, *subaudi* membra. *Ammian.* 22. 8. *ad fin.* Quidquid autem ejusdem Pontici sinus Aquilone cæditur et pruinis, ita perstringitur gelu, ut nec amnium cursus subtervolvi credantur, nec etc. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (217). Quoniam perstrictus gelu non potuit eo pervenire humor. *Alii leg.* præstrictus. *Veget.* 3. *Veterin.* 53. (5. *Veterin.* 54. 3. *Schneid.*). Stomachus nimio rigore perstrictus, nec coquere poterit, etc. *Al* Schneider. *legit* constrictus. ¶ 2. Latiori sensu est percurrere feriendo, aut sulcando. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 25. 67. Quod solum tam exile et macrum est, quod aratro perstringi non possit? *h. e.* aratro tamquam radi et scindi. Sic 2. *Phil.* 40. 102. Aratri vomere portam Capuæ pæne perstrinxisti. *Seneca Agam.* 534. Ajacem flamma perstrinxit cadens. *h. e.* fulmen ambussit. *Virg.* 10. *Æn.* 344. magnique femur perstrinxit Achatæ. *h. e.* scarificavit, leviter vulneravit. *Sil. It.* 4. 118. rostroque coruscæ Perstringens (*Jovis aies*) conum galeæ.

II.) Translate ¶ 1. Est restringere et coarctare: hinc — *a*) *Perstringere* (ubi tamen *Sillig.* legit *præstringere*) *aciem gladii*, apud *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 15. (52). est obtundere, hebetare. Quo sensu *Horat.* 2. *Od.* 1. 17. Jam nunc minaci murmure cornuum Perstrincis aures, *introni, assordi*, nimio strepitu obtundis et exsurdas. — *b*) *Oculos perstringere* est ferire nimio lumine, atque adeo restringere et coarctare, (nam et palpebras ad nimium lumen claudere solemus) ut cernendi facultatem amittant, (qua tamen significatione recentiores plerique omnes *præstringere* scribunt: V. quæ sub init. diximus) *abbagliare, accecare*: et refertur etiam ad animum. *Lucilius* apud *Non. p.* 34. 32. *Me c.* Perstringatque oculorum aciem splendore micanti. Adde *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 4. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 18. 16. (80). Quum solis radii visus perstrinxere nostros. *Cic.* 4. *Herenn.* 50. 63. Existimat se gemmæ nitore et auri splendore aspectus omnium perstringere. *Id. Senect.* 12. 42. Impedit enim consilium voluptas rationi inimica, ac mentis, ut ita dicam, perstringit oculos. *Id. Rabir. Post.* 16. 43. Nec illius animi aciem perstringit splendor sui nominis, nec mentis quasi luminibus ofūcit altitudo fortunæ et gloriæ. *Id.* 1. *ad Brut.* 18. Qui splendore falsi honoris objecto, aciem boni ingenii perstringi posse confidunt. *Id.* 12. *Phil.* 2. 3. Quod videbam equidem, sed quasi per caliginem: perstrinxerat aciem animi Bruti salus. *Gell.* 11. 13. *ad fin.* Uti caveretis, ne vos facile perstringeret modulatus aliquis currentis facundiæ sonitus. *Stat.* 5. *Theb.* 666. Et juvenem multo perstringunt lumine. ¶ 2. Metaphorice et generatim est ferire, arripere. *Liv.* 1. 25. Ut micantes fulsere gladii, horror ingens spectantes perstringit, *h. e.* corripit. Eodem modo et *Val. Flacc.* 7. 81. locutus est. Sic *Id.* 7. 194. Virginis ecce novus mentem perstringere languor Incipit. *Curt.* 5. 9. *init.* Hæc dicente Dario, præsentis periculi species omnium simul corda animosque horrore perstrinxerat. ¶ 3. Speciatim est verbis aliquem pungere vel carpere. *Cic. Planc.* 14. 33. Ille L. Crassi, ille M. Antonii voluntatem asperioribus facetiis perstrinxit impune. *h. e.* pupugit, carpsit, *toccò sul vivo.* et *Sext.* 6. 14. Qua in oratione si asperius in quosdam homines invehi vellem, quis non concederet, ut eos, quorum sceleris furore violatus essem, vocis libertate perstringerem? *Id. Sull.* 16. 46. Nemo unquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non præverterim. *Tac.* 5. *Ann.* 11. Regulum oblique perstrinxerat. *Id.* 2. *ibid.* 59. Tiberius, cultu habituque ejus lenibus verbis perstricto, acerrime increpuit, quod etc. *Id.* 1. *Hist.* 85. Ea oratio ad perstringendos mutuendosque militum animos et severitatis modus etc. ¶ 4. Item speciatim, est strictim breviterque dicere, et veluti in transcursu atque obiter, *toccare brevemente e di passaggio*: ducta metaphora vel a sagitta, quæ leviter pungit, et prætervolat, nec infigitur; vel ab aratro, quod proscindit et transit. *Cic. Rosc. Am.* 32. 91. In animo est leviter transire, ac tantummodo perstringere unamquamque rem. *Id.* 2. *Orat.* 49. 201. Perquam breviter perstringere atque attingere. *Id.* 2. *Phil.* 19. 47. Sed reliquum vitæ cursum videte: quem quidem celeriter perstringam. Adde *Plin. Paneg.* 25.

PERSTRUCTUS, a, um, particip. a *perstruo*, usque ad finem exstructus. *Vitruv.* 7. 4. Quum paries in altitudinem fuerit perstructus.

PERSTRUO. *V.* PRÆSTRUO.

PERSTŪDIŌSĒ, adverb. valde studiose. *Cic. Brut.* 56. 207. Eumque audire perstudiose solerem.

PERSTŪDIŌSUS, a, um, adject. πολυσπουδαῖος, valde studiosus. *Cic.* 5. *Tusc.* 22. 63. Musicorum vero perstudiosus. *Id. Senect.* 1. 3. Græcarum litterarum perstudiosum esse.

PERSUĀDĒO, des, si, sum, dere, a. 2. Part. *Persuadens* I. c.; *Persuasus* 1. *e.* et in fin.; *Persuasurus* 2. *a.* — Persuadere ¶ 1. Generatim est eo usque suadere, ut credatur, probetur, fidem facere, probare, πιθανοῦμαι (It. *persuadere, far credere*; Fr. *persuader, convaincre, faire croire*; Hisp. *persuadir, convencer*; Germ. *überreden, bereden, überzeugen*; Angl. *to persuade, advise, induce, prevail upon*). Occurrit — *a*) Cum Dativo personæ et Infinito vel Accus. rei. *Cic.* 11. *Fam.* 5. *in fin.* Velim sibi ita persuadeas, me tuis consiliis nullo loco defuturum. *Antonius* ad *Cic. post ep.* 8. *l.* 10. *ad Att.* Sic enim volo te tibi persuadere, mihi neminem esse cariorem te. *Nepos Eumen.* 3. Militibus persuasit, se contra Barbaros proficisci. *fè credere, diede ad intendere.* et *Cic.* 16. *Att.* 5. Hoc quum mihi non modo confirmasset, sed etiam persuasisset. *Cæs.* 5. *B. G.* 38. Facile hac oratione Nerviis persuasit. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 7. Quum referre negas quali sit quisque parente Natus, dum ingenuus, persuades hoc tibi vere, Multos sæpe viros nullis majoribus ortos Et vixisse probos etc. *Quintil.* 5. 11. 6. Ad persuadendum id, quod intenderis. *Id.* 1. 6. 42. Nec *collos* mihi Calvus persuaserit. — Et passive impersonaliter. *Cæs.* 1. *B. G.* 40. Sibi quidem persuaderi, cognitis suis postulatis, eum neque suam, neque populi Romani gratiam repudiaturum. Cf. *Quintil.* 7. 3. 15. Persuadendum judici est. — *b*) Cum Ablat. rei et præpos. *de*, vel cum Accus. rei et Infinito. *Cic.* 4. *Tusc.* 27. 59. Ne si forte de pauperta'e non persuaseris, sit ægritudini

concedendum. — Et passive impersonaliter. *Brutus* ad *Cic.* 11. *Fam.* 2. *init.* De tua fide et benevolentia in nos nisi persuasum esset nobis, non conscripsissemus hæc. *Cæs.* 6. *B. G.* 13. In primis hoc volunt persuadere, non interire animas. — c) Absolute. *Cic.* 1. *Orat.* 31. 138. Oratoris officium est dicere ad persuadendum accommodate. *Quintil.* 2. 15. 3. Aut in persuadendo, aut in dicendo apte ad persuadendum, positum orandi munus sunt arbitrati. *Ovid.* 1. *Art. am.* 371. Tum de te narret: tum persuadentia verba Addat. — d) Cum Accus. personæ. *Servius* ad *Virg.* 10. *Æn.* 10. affert, tamquam ex *Ennio*: Quis te persuasit? Etiam *suadeo* hunc casum admittit. — e) Hinc *homo persuasus* cui persuasum est, qui pro certo habet, qui decrevit. *Cœcina* ad *Cic.* 6. *Fam.* 7. *sub init.* Hoc si non cogitat, omnibus rebus felix est: si scit et persuasus est, quid irascitur ei, qui aliquid scripsit contra suam voluntatem? *Cic.* 1. *Herenn.* 6. 9. Quum animus auditoris persuasus videtur esse ab iis, qui ante contra dixerunt. *Ovid.* 3. *Art. am.* 679. Jamdudum persuasus erit, miserebitur ultro. *Phædr.* 1. 8. Tandem persuasa est jurejurando gruis. *Val. Max.* 3. 8. *n.* 1. Capua Italiæ regnum nefaria defectione pacisci persuasa. *Justin.* 2. 11. 14. Nihil est difficile, persuadere persuasis mori. *γνώμη.* ¶ 2. Speciatim est eo usque suadeo, ut fiat id quod suadeo, induco, illicio, *indurre a far qualche cosa.* — a) Cum Dativo personæ et part. *ut, ne. Plaut. Truc.* 1. 2. 98. Metuebat, ne sibi persuaderes, ut etc. *Cæs.* 3. *B. G.* 18. Huic magnis præmiis pollicitationibusque persuadet, uti ad hostes transeat. *Id.* 1. *ibid.* 6. Allobrogibus sese vel persuasuros existimabant, vi coacturos, ut per suos fines eos ire paterentur. *Cic.* 2. *Phil.* 10. 24. Duo fuerunt tempora, quibus aliquid contra Cæsarem Pompejo suaserim: unum, ne *etc.*, alterum, ne *etc.* quorum si utrumvis persuasissem, in has miserias numquam incidissemus. — Pro simplici suadeo, aut valde suadeo. *Ter. Andr.* 3. 3. 45. Et is mihi persuadet, nuptias, quantum queam, ut maturem. *Alii plerique leg.* suadet. — Et omissa part. *ut. Sall. Jug.* 39. Huic Albinus persuadet, regnum Numidiæ ab senatu petat. — Et passive impersonaliter. *Cæs.* 2. *B. G.* 10. *extr.* His persuaderi, ut diutius morarentur, non poterat. — b) Cum Accus. personæ. *Petron. fragm. Tragur.* 46. *Burmann.* Aliqua die te persuadeam, ut ad villam venias. *et* 62. Persuadeo hospitem nostrum, ut etc. — c) Cum Infinito. *Gell.* 4. 5. Quod quum ita fieri persuasissent, delati ad populum, proditique sunt. *avendo indotto i Romani a ciò fare. et Nepos Dion.* 3. Persuasit ei tyrannidis facere finem. — Et passive impersonaliter. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 93. Persuasum 'st facere, cujus me nunc facti pudet. —d) Absolute. *Accius* apud *Non. p.* 72. 27. *Merc.* Persuasit mœror, anxitudo, ægror, dolor. *ægror,* pro *error* ut est apud *Non.*, correxit *Lachmann.* ad *Lucret.* 6. 1132. Ceterum *Ter. Adelph.* 3. 4. 23. Hoc quidem ferendum aliquo modo est: persuasit nox, amor, vinum, adolescentia. *h. e.* induxit, illexit. — Hinc Part. præter. pass.

Persuasus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Persuasissimus;* et est creditus, pro certo habitus, *persuaso, πεπεισμένος. Cic.* 3. *Tusc.* 29. 72. Opinio mali, quo viso et persuaso ægritudo insequitur necessario. *Id.* 7. *Verr.* 25. 64. Hodieque omnes sic habent persuasum, istum clam a piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse. *Sed illud* persuasum *est glossa, quæ in textum irrepsit; V.* Orell. *et* Klotz. *ad h. l. Brutus* ad *Cic.* 11. *Fam.* 9. Sed quod mihi persuasissimum est, Lepidum recte facturum numquam. *Colum.* 12. *R. R.* 1. 5. Ea porro persuasissimum habere debebit etc.

PERSUĀSĪBĬLIS, e, adject. *probabile, verisimile, persuasibile, πιθανός,* qui persuaderi potest, probabilis, veri similis. *Quintil.* aliquoties 2. 15. 13. et 16. et 2. 21. 2., ubi de rhetoricæ definitione disserit, et Latine vertit vocem *Aristotelis,* et aliorum, *πιθανός.* Est qui legit *persuadibilis. Vulgat. interpr.* 1. *Cor.* 2. 4. Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis.

PERSUĀSĪBĬLĬTER, adverb. *persuasibilmente, πιθανῶς,* verisimiliter, probabiliter. *Cels.* apud *Quintil.* 2. 15. 22. Finis rhetorices est, dicere persuasibiliter in dubia et civili materia. Adde *Quintil. ibid.* § 14. Hermagoræ Græca verba vertentem. *Cic.* 1. *Invent.* 5. 6. dicit, apposite ad persuasionem.

PERSUĀSĬO, ōnis, f. 3. actus persuadendi, *il persuadere, πεῖσις, ἀνάγνωσις.*

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Invent.* 5. 6. Officium ejus facultatis videtur esse, dicere apposite ad persuasionem. *Justin.* 34. 4. 2. Hortati sunt, ut in auctorem retorqueat scelus: nec difficilis persuasio fuit.

II.) Translate, vel passive, ut aliis placet, est credulitas, firma opinio, fides, *persuasione, credenza, opinione. Plin.* 25. *Hist. nat.* 2. 5. (10). Durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi, veneficiis et herbis id cogi. *Id.* 30. *ibid.* 13. 39. (115). Nervos abscisos illitis vermibus solidari, persuasio est. *Quintil.* 1. 1. 8. Qui paullum aliquid ultra primas litteras progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt. *Id.* 2. 4. 16. Arrogans de se persuasio. *Id.* 5. 11. 38. Earum persuasio nationum, quæ fletibus natos prosequuntur. *Id.* 8. 2. 21. Pervasit jam multos ista persuasio, ut putent etc. *Sueton. Tib.* 69. Persuasionis plenus, cuncta fato agi. *Gargil. de re hortens.* (edente *A. A. Scottio*) 1. 4. Tenet quosdam hodie, quæ (at *A. Maius* in *Class. Auct. T.* 1. *p.* 394. recte vidit legendum *hodieque*) vana persuasio, ut putent, ossa, quæ dente contacta sunt, aut prorsus exstingui, aut infeliciter nasci.

PERSUĀSOR, ōris, m. 3. *persuasore,* qui persuadet. Legitur a nonnullis apud *Cic. Rabir. Post.* 8. 21.; sed locus est admodum dubius. Certa est lectio apud *Capell.* 5. *p.* 151. Quid enim, aut quis intendet, vel ordine soluto persuasor dissuasorve conflgent? - Sed tamen accusatoris partes dissuasor videtur arripere -; persuasor vero partes arripit defensoris. - Ex quo et dissuasor intendere et persuasor depellere memorandi. *Augustin. Exposit. Symb. contra Judæos init.* Scelerum caput princeps, omnium vitiorum, persuasor etiam turpium voluptatum. Adde *eund. de Genes. contra Manich.* 2. 20. *Cassiod.* 1. *Variar.* 4. Facilis recti persuasor est innocens judex.

PERSUĀSŌRĬUS, a, um, adject. ad persuadendum idoneus. *Jul. Vict. art. rhet.* 5. *p.* 13. ed. *A. Maio.* Persuasoria controversia. *V.* et PERFUSORIUS.

PERSUĀSĪTRIX *vel*

PERSUĀSTRIX, Icis, f. 3. quæ persuadet. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 47. Eccas tandem probri perlecebræ, et persuastrices. Apud *Capell.* 5. *p.* 167. habetur *persuasitrices.*

PERSUĀSUS, a. um. *V.* PERSUADEO.

PERSUĀSUS, us, m. 4. persuasio. In sexto casu sing. *Plaut. Epid. argum.* 1. Emit fidicinam, filiam credens, pater, persuasu servi. *Cic. fragm.* apud *Quintil.* 5. 10. 69. Casu, an hujus persuasu et inductu.

PERSUĀVIS, e, adject. valde suavis. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 3. 30. Persuavis potus.

PERSUĀVĬTER, adverb. valde suaviter. *Augustin.* 4. *Music.* 13. Dic mihi, quomodo tibi aurem tangat metrum hoc. *D.* Persuaviter.

PERSUBTĪLIS, e, adject. valde subtilis.

I.) Proprie. *Lucret.* 3. 179. Animus persubtilis atque minutis perquam corporibus factus.

II.) Translate. *Cic. Planc.* 24. 58. Et quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio. *Boeth.* in *Aristot. libr. de interpret. ed. sec. p.* 285. Persubtilis argumentatio tali ratione formata est. *molto ingegnosa.*

PERSUBTĪLĬTER, adverb. valde subtiliter, acutissime. *Boeth.* in *Aristot. de interpret. ed. sec. p.* 340. Persubtiliter Theophrastus ait.

PERSULCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Occurrunt tantum Part. *Persulcans* et *Persulcatus.* — Persulcare proprie est sulcos ducere: hinc translate. *Apul.* 4. *Met.* Passim maria persulcantes tritonum catervæ. *h. e.* navigantes. *Alii leg.* persultantes. *Claudian.* 1. *in Rufin.* 136. rugisque severas Persulcata genas.

PERSULCĀTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PERSULTĀTOR, ōris, m. 3. qui persultat. *Symmach.* 6. *Ep.* 23. (*al.* 22.) Bajani litoris persultator.

PERSULTO, as, āvi, ātum, are, 1. (per *et* salto). Part. *Persultans* I. *b.* et II. *b.* — Persultare est super rem aliquam saltare: quod proprie ferarum est et pecudum, quæ in pabuli ubertate identidem subsiliunt, *σκιρτάω:* quum vero de hominibus agitur, sæpe est cum petulanti quadam insultatione locum agrumve percurrere, et interdum saltando lætitiam animi ostendere.

I.) Proprie. — a) Neutrorum more. *Liv.* 34. 20. Quam sæpe in agro eorum impune persultassent. *Id.* 44. 9. Nunc velut propugnantes per oras extremæ testudinis, nunc in media inter se concurrentes, haud secus quam stabili solo persultabant. *Seneca Prov.* 4. *ad fin.* Super durata glacie stagna persultant. *Tac.* 5. *Hist.* 15. Germani notis vadis persultabant. *Id.* 4. *Ann.* 47. Qui ante vallum more gentis cum carminibus et tripudiis persultabant. Adde *Sil. It.* 3. 385.; et *Senec.* 2. *Ira* 31. — b) Cum Accus. *Lucret.* 1. 14. Inde feræ pecudes persultant pabula læta. *Tac.* 3. *Hist.* 49. Captam Italiam persultare. *Id.* 11. *Ann.* 9. Ibero exercitu campos persultante. *Id. Agric.* 37. Rariores silvas equitem persultare jussit.

II.) Translate. — a) Neutrorum more, de voce. *Prudent. Hamartig. præf.* 10. Vox ecce summo missa persultat throno. *h. e.* resonat, resultat. — b) Cum Accus. *Id.* 11. *περὶ στεφ.* 77. Hæc persultanti. *h. e.* superbe imperanti.

PERSUMPTUS, a, um, particip. ab inusit. *persumo,* large sumptus. *Æmil. Macer* (si salva est lectio) *de satureja p.* 234. ed. *Ald.* Pectoris humorem pellit persumpta tenacem. *h. e.* si large hibitur, ut ait *Id. Macer* paullo post.

PERSŬO, is, ere, a. 3. per aliquam rem suo. *Gloss. Philox.* Persuo, *διαῤῥάπτω.* Habent et *Not. Tir. p.* 136.

PERTĂBESCO, tăbescis, tăbŭi, tăbescere, n. 3. valde tabescere. *Sever. Ætn.* 472. Tum si quis lapidum summo pertabuit igni. *h. e.* exoctus est, exesus, comminutus.

PERTÆDEO. *V.* PERTÆDET.

PERTÆDESCO, descis, dŭi, descere, *inchoat.* 3. tædio vehementer affici, *ἀδημονέομαι. Cato R. R.* 156. *sub fin.* Nolito multum dare, ne pertædescat. *Gell.* 1. 2. Jamque omnes finem cuperent, verbisque ejus defatigati pertæduissent. *Cledon. p.* 1915. *Putsch. Tædeo* in Casina Plauti legimus. Secundum hoc verbum principale positum est *pertæduit me illius rei,* et *pertæsum est illius* jam pro arbitrio scribentis usurpatum est. *V.* TÆDEO.

PERTÆDET, tædebat, tæsum est, tædere, impers. 2. Perf. *Pertæduit V.* in voc. præced. Part. *Pœrtesus* sub *b.* — Pertædere est tædio vehementer affici, *rincrescere molto, ἀδημονεῖται.* — a) Sæpe occurrit Perf. *pertæsum est,* ut apud *Plaut. Most.* 1. 4. 4. Ita me ibi male convivii sermonisque pertæsum est. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 2. 2. Pertæsum est enim levitatis. *Nepos Att.* 15. Numquam suscepti negotii eum pertæsum est. *Virg.* 4. *Æn.* 18. Si non pertæsum thalami tædæque fuisset. *Id.* 5. *ibid.* 713. et quos Pertæsum magni incepti rerumque tuarum est. *Liv.* 3. 67. Decemvirorum vos pertæsum est. — Cum Infinito. *Lucret.* 3. 1060. Exit sæpe foras magnis ex ædibus ille, Esse domi quem pertæsum 'st. — Cum Dativo. *Gracchus* apud *Diomed.* 1. *p.* 291. *Putsch.* Usque adeo pertæsum vos mihi esse. — b) Part. *Pertæsus* apud *Tac.* 15. *Ann.* 51. Lenitudinis eorum pertæsa. — Cum Accusat. *Sueton. Cæs.* 7. Et quasi pertæsus ignaviam suam, quod nihil dum a se memorabile actum esset. — *Pertisum* pro *pertæsum* dixerunt antiqui: ridetque ob id Scipionem Afri-

canum Pauli filium *Lucilius* apud *Festum p.* 273. 8. *Müll.* quum ait: Quo facetior videare et scire plus quam ceteri, pertisum hominem, non pertæsum dicere ferunt. *V.* DISTISUM et PERCESSUS; et *Paul. Diac. p.* 216. 5. et *p.* 72. 18. *Müll.* Sic *Cic. Orat.* 48. 159. Quidam *pertisum* etiam volunt: quod eadem consuetudo non probavit.

PERTÆSUS, a, um. *V.* voc. præced.

PERTANGO *pro* pertingo, is, ere, a. 3. *Apic.* 6. 9. Pulium assabis, et suo sibi jure pertangis. *h. e.* perfundis. Adde 8. 8.

PERTECTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERTĔGO, tĕgis, texi, tectum, tĕgere, a. 3. Part. *Pertectus* I. — Pertegere est omni ex parte tegere, *coprire da ogni parte,* καταστεγαζω.

I.) Proprie. *Plaut. Rud.* 1. 2. 35. Qui pertegamus villam. *Varro* apud *Non. p.* 448. 27. *Merc.* Reliquum pedem penula scortea pertegere. V. *Turneb. Advers.* 28. 12. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. Vehiculum adhibemus pertecto, æquabili, lucido et mediocriter calido loco. *Theod. Priscian.* 3. 5. Lini semen, altheam, fænogræcum, omnia æquis ponderibus in vas novum mittimus, ubi oleum dulce et aquam æqua mensura adjiciemus, ut semina pertegantur.

II.) Translate. *Plaut. Trin.* 2. 2. 41. Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

PERTĔMĔRĀRĬUS, a, um, adject. valde temerarius. *Imp. Anastas. Cod.* 12. 21. 2. Quum perabsurdum, perque temerarium sit, etc. *tmesis.*

PERTENDO, dis, di, sum, dere, 3. Part. *Pertendens* sub *B.* II. *Pertentus* legitur tantum in *Not. Tir. p.* 19. — Pertendere occurrit *A*) Active; et *B*) Neutrorum more.

A) Active et proprie est usque tendere, extendere, διατείνω: hinc translate *pertendere aliquid,* usque ad finem perducere. *Ter. Heaut.* 5. 5. 9. Video non licere, ut cœperam, hoc pertendere.

B) Neutrorum more est recta tendere, contendere, pergere usque ad aliquem locum.

I.) Proprie. *Liv.* 5. 8. *ad fin.* Perpauci in majora castra, pars maxime Romam pertenderunt. *tirarono diritto sino a Roma. Auct. B. Alex.* 30. Protinus victor ad regis castra pertendit. *Sueton. Cæs.* 32. Ingenti spiritu classicum exorsus, pertendit ad alteram ripam. *Id. ibid.* 4. Ab Rhodo, quo pertenderat, transiit in Asiam. *Id. Vit. Plin.* Quum flagrante Vesevo ad explorandas propius causas liburnica pertendisset, etc.

II.) Translate ponitur pro persistere, perseverare, *persistere, perseverare, ostinarsi. Ter. Eun.* 1. 1. 6. Verum si incipies, usque pertendes naviter. *Varro* 5. *L. L.* 2. *Müll.* A qua re sit pertinacia quum quæritur, ostenditur esse a pertendendo; in qua re sit impositum, dicitur quum demonstratur, in quo non debet pertendi et pertendit, pertinaciam esse. *Propert.* 2. 12. 17. Quod si pertendens animo vestita cubaris, etc. — *NB.* Pro conferre, contendere, comparare, *confrontare, esaminare paragonando,* affertur illud *Cic. Balb.* 5. 11. Nos Pompeji decretum cum legibus conferemus? cum fœderibus omnia acerbissima diligentia pertendemus? *At ibi legendum est* perpendemus. *V.* Orell. *ad h. l.*

PERTĔNĔO, es, ŭi, ere, a. 2. semper teneo. *Hieronym. Ep.* 66. *n.* 13. Ego quidem Romæ non eram, et tuus me tenebat eremus, atque utinam pertenuisset!

PERTENTĀTUS *vel* pertemptatus, a, um. *V.* voc. seq.

PERTENTO *vel* pertempto, as, āvi, ātum, are, a. 1. (per *et* tento). Part. *Pententatus* II. in omnibus paragr.; *Pertentandus* II. 1. — Pertentare est vehementer tentare, atque adeo explorare, explscari, ἀποπειράομαι (It. *tastare per tutto, tentare bene, provare;* Fr. *tâter partout, essayer, tenter, sonder, explorer, éprouver;* Hisp. *ensayar, probar, tentar, sondar;* Germ. *nach allen Seiten betasten, befühlen, daher prüfen, probiren;* Angl. *to try thoroughly*).

I.) Proprie. *Tac.* 2. *Hist.* 49. Allatis pugionibus duobus, quum utrumque pertentasset, etc.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. de hominum mente et de aliis. *Ter. Andr.* 3. 4. 9. Sed ea gratia simulavi, ut vos pertentarem. *Tac.* 6. *Ann.* 20. Quem accitum et diversis sermonibus pertentatum, postremo Græcis verbis adlocutus etc. *Id.* 1. *Hist.* 29. Placuit pertentari animum cohortis. *Id.* 1. *Hist.* 25. Data pecunia ad pertentandos plurium animos. *Lucret.* 5. 190. omnia pertentare. *Plin.* 1. *Ep.* 20. *a med.* Omnia pertento, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ. *Vitruv.* 8. 1. *ad fin.* Quum hæc ita erunt pertentata, etc. ¶ 2. Ponitur etiam pro considerare. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. *ad fin.* Sed tu perspice rem et pertenta. *Id.* 2. *Invent.* 12. 38. Ex facto autem ipso suspiciones ducentur, si totius administratio negotii ex omnibus partibus pertentabitur. *Id.* 2. *Orat.* 78. 318. Hæc ex ipsis visceribus causæ sumenda sunt. Idcirco tota causa pertentata atque perspecta, locis omnibus inventis atque instructis, considerandum est etc. ¶ 3. Item pro permovere, commovere — *a*) In bonam partem. *Virg.* 1. *Æn.* 506. Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. Sic *Id.* 5. *ibid.* 827. Hic patris Æneæ suspensam blanda vicissim Gaudia pertentant mentem. *Petron. Satyr.* 127. Tam dulcis sonus pertentabat aera, ut putares inter auras canere Sirenum concordiam. *Alii leg.* pertentatum mulcebat aera.— *b*) In malam partem. *Virg.* 3. *G.* 250. ut tota tremor pertentet equorum Corpora. *Id.* 7. *Æn.* 354. Ac dum prima lues udo sublapsa veneno Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem. *Apul.* 1. *Met.* Insolita vinolentia ac diuturna fatigatione pertentatus, sopitus jam stertebat altius.

PERTĔNŬIS, e, adject. valde tenuis, *molto tenue,* πολύλεπτος.

I.) Proprie. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 7. (34). Sabulum pertenue.

II.) Translate sumitur pro valde parvo. *Cic.* 14. *Fam.* 3. Spes salutis pertenuis ostenditur. *Id.* 2. *leg. Agr.* 32. 87. Quum pertenui discrimine separarentur. *Id.* 1. *Orat.* 23. 107. Mihi dicendi aut nullam artem, aut pertenuem videri. *Id.* 2. *Verr.* 6. 17. Pertenue argumentum. *Id. Cluent.* 60. 168. Pertenuis suspicio.

PERTĔPĬDUS, a, um, adject. valde tepidus. *Vopisc. Carin.* 17. Fons aqua pertepida.

PERTĔRĔBRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERTĔRĔBRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Perterebratus.* — Perterebrare est idem ac terebrare, seu plane terebrare. *Cic.* 1. *Divinat.* 24. 48. Hannibalem Cælius scribit columnam auream perterebravisse. *Vitruv.* 8. 7. *circa med.* Lapis perterebratus. *Arnob.* 3, 13. Aures etiam sequitur ut habeant curvis perterebratas anfractibus. *h. e.* aures, quæ habent introitus multis cum flexibus, ut *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 144. loquitur.

PERTĔRES, ĕtis, adject. omn. gen. valde teres. V. *Apul. loc. cit.* in ORRHOPYGIUM.

PERTERGĔO, ges, si, gere, a. 2. est diligenter tergere, abstergere, *nettare, forbire,* ἀπομάττω.

I.) Proprie. *Colum.* 12. *R. R.* 9. 2. Munda spongia vasa pertergere. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 11. Gausape purpureo mensam pertersit.

II.) Translate est tangere, pellere. *Lucret.* 4. 248. Isque (*aer*) ita per nostras acies perlabitur omnes, Et quasi perterget pupillas, atque ita transit. *et ibid. v.* 251. et quanto plus aeris ante agitatur Et nostros oculos perterget longior aura, Tam procul esse magis res quæque remota videtur. *Sic legit* Lachmann; *al.* pertergit; *al.* præterget.

PERTERGO, gis, si, sum, gere, a. 3. idem ac pertergeo. Legitur in *Not. Tir. p.* 80. *V.* voc. præced.

PERTERMĬNIS, e, adject. qui fit per terminos, vel ultra terminos. *Mar. Victorin. Art. gramm. p.* 2461. *Putsch.* Pertermine dicitur auspicium, quod fit quum de fine Romano in agrum peregrinum transgrediuntur.

PERTĔRO. tĕris, trīvi, trītum, tĕrere, a. 3. (per *et* tero). Part. *Pertritus* I. et II. — Perterere est valde terere, perfriare, proterere, comminuere, *tritare, pestare,* κατατρίβω.

I.) Proprie. *Colum.* 12. *R. R.* 38. 7. Myrti baccam quum paullum siccaverunt, perterunt ita, ut quantum fieri potest, interiora semina integra permaneant: tum per lineum fiscum, quod pertriverant, exprimunt. *Id.* 8. *ibid.* 5. 21. Uva pertrita et cum aqua potui data.

II.) Translate *pertritus* est usu tritus, vulgaris. *Seneca Controv.* 18. *a med.* Vulgaris in ejusmodi controversiis et pertrita quæstio. *molto usitata.* Adde *eund. Ep.* 63. *a med.*

PERTERRĔFĂCĬO, fācis, fēci, factum, făcere, a. 3. (perterreo *et* facio). Part. *Perterrefactus.* — Perterrefacere est valde terrefacere, perterrere. *Ter. Andr.* 1. 1. 142. Perterrefacias Davum. *Brutus* ad *Cic.* 11. *Fam.* 20. Sperare eos, te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia. *Alii et ipse* Orell. *leg.* pertimefacto, *quod recentiores haud probant.*

PERTERRĔFACTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PERTERRĔO, res, rŭi, rĭtum, rere, a. 2. (per *et* terreo). Part. *Perterritus.* — Perterrere est valde terrere, *atterrire grandemente, spaventare,* καταπλέττω. *Ter. Eun.* 5. 3. 13. Hunc perterrebo sacrilegum. *Cic. Cæcin.* 9. 24. Ferro, inquit, te rejeci atque perterrui. *Cæs.* 7. *B. G.* 4. *extr.* Magnitudine pœnæ perterrere alios. *et ibid.* 50. Hi similitudine armorum vehementer nostros perterruerunt. — Part. *Perterritus* sæpius usurpatur — *a*) Cum Ablativo. *Cic. Cæcin.* 10. 26. Omnes metu perterriti. *Id. Cluent.* 13. 38. Recentis maleficii conscientia perterritus. *Id.* 2. *Cat.* 7. 14. Spoliatus armis audaciæ, obstupefactus ac perterritus mea diligentia. *Id. Cæcin.* 13. 37. Tu solus prohibitus et a tuis ædibus vi atque armis perterritus. *h. e.* perterrendo summotus. *At hic legendum videtur* proterritus. *Nepos Themist.* 4. Incendii flamma perterritus. — *b*) Absolute. *Cic. Cæl.* 28. 66. Ne tot unum, valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent. *Ovid.* 11. *Met.* 771. Visa fugit Nymphe, veluti perterrita fulvum Cerva lupum. — *c*) Poetice de inanimis. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 19. His (*spiculis*) eques instructus perterrita mœnia lustrat.

PERTERRĬCRĔPUS, a, um, adject. (perterreo *et* crepo) terrorem crepando incutiens, ἐκπληκτικός. *Vet. Poeta* apud *Cic. Orat.* 49. 164. Habeo istam ego perterricrepam. *Lucret.* 6. 129. *de tonitru.* Tum perterricrepo sonitu dat fissa (*nubes*) fragorem.

PERTERRĪTO, as, are, a. 1. *frequentat. a* perterreo. *Avien. Arat.* 1169. Scorpius ingentem perterritat Oriona. *Coripp.* 2. *Johann.* 479. perterritat hostis Cuncta ferus.

PERTERRĪTUS, a, um. *V.* PERTERREO.

PERTEXO, xis, xŭi, xtum, xere, a. 3. (per *et* texo). Part. *Pertextus* I. 1. — Pertexere est totum texere, ad finem usque texere, *tessere interamente,* διϋφαίνω.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Apul.* 11. *Met.* Palla bysso tenui pertexta. *V.* DETEXTUS. ¶ 2. Latiori sensu est texendo vel connectendo perficere, peragere, exornare. *Vitruv.* 5. 9. Odeum, quod Pericles columnis lapideis disposuit, naviumque malis et antennis pertexuit. *Id.* 7. *præf. ad fin.* Cereris cellam Dorico more pertexit.

II.) Translate sæpe refertur ad sermonem et narrationem. *Lucret.* 6. 42. Quo magis inceptum pergam pertexere dictis. *Cic.* 2. *Orat.* 33. 145. Pertexe modo, quod exorsus es. *Id.* 1. *Att.* 14. Totum hunc locum valde graviter pertexuit. *Vopisc. Aurel.* 15. Longum est cuncta pertexere: nam et actæ sunt Crinito a Valeriano gratiæ, et adoptio, ut solebat, impleta.

PERTEXTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PERTĬCA, æ, f. 1. Ratione habita etymi, appellata est ab inusit. *pertico* pro *pertingo,* ut putat *Voss.* in *Etymol.* At *Isid.* 15. *Orig.* 15. *n.* 3., inter *Gromat. p.* 290. *Goes.* et *p.* 367. *Rudorff.* Pertica autem a portando dicta, quasi portica. Omnes autem præcedentes mensuræ in

corpore sunt, ut palmus, pes, passus et reliqua: sola pertica portatur. Est enim x. pedum. — Ceterum *pertica* est lignum, seu baculus oblongus ad varios usus, κάμαξ (It. *pertica, stanga, lungo bastone*; Fr. *perche, gaule, long bâton, échalas*; Hisp. *percha, pértiga, vara larga y delgada*; Germ. *e. langer Stock od. Stange*; Angl. *a perch, pole, long staff*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Asin.* 3. 2. 43. Nimis vellem habere perticam, qui verberarem asinos. *Ovid.* 3. *Fast.* 117. Pertica suspensos portabat longa maniplos. *Id. de nuce* 67. At quum maturas fisso nova cortice rimas Nux agit, ad partes pertica sæva venit: Pertica dat plenis immitia vulnera ramis. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 3. 3. (11). Perticis oleas decutere. *Id.* 18. *ibid.* 30. 72. (298). Messis alibi tribulis in area, alibi equarum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur. *cf. batacchi.* et 16. *ibid.* 37. 68. (174). Salices in proceritatem magnam emittunt jugis vinearum perticas. Sic de arundine *Colum.* 4. *R. R.* 32. 2. Bulbus arundinis obrutus anno celerius perticam præbet. *h. e.* adeo crescit, ut pertic.e vicem jugandis vitibus præbeat. — Ceterum *Curt.* 5. 2. *in fin.* Cujus (*tubæ*) sonus plerumque, tumultuantium fremitu exoriente, haud satis exaudiebatur. Ergo perticam, quæ undique conspici posset, supra prætorium statuit, ex qua signum eminebat pariter omnibus conspicuum. *Apul.* 7. *Met. sub fin.* Pertica, qua stabuli fores obfirmari solebant, arrepta, non prius me desiit obtundere, quam manibus ejus fustis esset elapsus. *Ulp. Dig.* 33. 7. 12. *ante med.* Perticæ, quibus aranearum deterguntur. ¶ 2. Speciatim de ramo tereti, oblongo, suæ arbori conjuncto. *Colum.* 4. *R. R.* 33. 3. *de castanea.* Melius ex vicino, si competit, mergi more, pertica declinata propagatur, quam exempta reseritur. ¶ 3. Item speciatim de arbore admodum juveni. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 20. 32. (141). Salices, quarum satio fit loco madido, tamen refosso pedes duos et semipedem, talea sesquipedali vel pertica, quæ utilior, quo plenior. ¶ 4. Sæpe dicitur de longa regula, qua agros dimetiri mos est, quæ et decempeda. Unde in *Gloss. Philox.* non solum κάμαξ, sed etiam καναν vertitur. Crebra ejus mentio apud auctores rei agrariæ *Goesii.* — Pertica *militaris* est, qua dividebantur militibus in præmium agri adempti privatis. *Servius* ad *Virg.* 9. *Ecl.* 7. qua se subducere colles Incipiunt: Usque ad eum locum, inquit, perticam militarem Octavius Musa porrexerat, limitator ab Augusto datus. De ea, quatenus privatorum agros ære alieno laborantium auferebat, *Valer. Cato* in *Diris* 45. Pertica, quæ nostros metata est impia agellos. *et Propert.* 4. 1. 130. Abstulit excultas pertica tristis opes.

II.) Translate. ¶ 1. Apud *Auctor. Agrar.* dicitur etiam *pertica* universus ager alicui coloniæ assignatus. Solum, inquit *Frontin. de limit. agr. p.* 43. *Goes.*, quodcumque coloniæ est assignatum, id universum pertica appellatur. Quidquid huic universitati applicitum fuerit ex alterius civitatis fine, sive solidum, sive cultellatum fuerit, præfectura appellatur. Hæc *Frontin.* ¶ 2. *Una pertica,* uno modulo, una ratione ac modo. *Plin.* 8. *Ep.* 2. *in fin.* Ex ipsis etiam, quos non una, ut dicitur, pertica, sed distincte gradatimque tractavi, quanto quis melior et probior, tanto mihi obligatior abiit.

PERTĪCĀLIS, e, adject. ex quo fiunt perticæ. *Colum.* 4. *R. R.* 31. 2. Perticalis fere salix eumdem agrum, quem viminalis, desiderat. Adde *Plin.* 17. *Hist. nat.* 20. 32. (142).

PERTĪCĀRĬUS, a, um, adject. ad perticam pertinens. *Inscript.* apud *Marangon. Gio. Delle cose gentil. p.* 488. et apud *Maffei. Mus. Ver. p.* 320. 5. D. M. M. LICINIO MOSCHO NEGOTIANTI PERTICARIO ET CORNELIAE PROCLAE CONIVGI POMPONIVS OLYMPVS FRATER ET FILVMENVS SOTVS ZOSIMVS LIBERTI ET HEREDES FECER.

PERTĪCĀTUS, a, um, adject. *Martial.* 5. 12. Quod nutantia fronte perticata Gestat pondera Mastblion superbus. *h. e.* frons, quæ perticam gerit. *Alii rectius leg.* pertinaci.

PERTIMEFACTUS, a, um, particip. ab inusit. *pertimefacio*, perterritus. *Pacuvius* apud *Non. p.* 467. 33. *Merc.* Is triplici pertimefactus mœrore animi, incerte errans vagat. *V.* PERTERREFACIO.

PERTĪMĒO, es, ere, a. 2. valde timeo. Legitur tantum Part. *Pertimens* apud *Lactant.* 6. 17. *circa med.* Pusillitas animi aut pertimentis, ne desit, aut desperantis, posse illam reparare. *Alii leg.* prætimentis. *Vulgat. interp.* 1. *Petr.* 3. 6. Non pertimentes ullam perturbationem. — Ceterum *V.* voc. seq.

PERTĪMESCO, timescis, timui, timescere, inchoat. a. et n. 3. Part. *Pertimescendus* sub 1.° *b.* — Pertimescere est valde timescere, *incominciare a temere fortemente, temere gravemente*, περιφοβέομαι. — 1.°) Active. — *a*) Cum Accusat. *Cic. Quinct.* 1. 1. Id vero non mediocriter pertimesco. *Id.* 6. *Verr.* 35. 77. Hanc tu tantam religionem si tum in imperio propter cupiditatem et audaciam non pertimescebas, etc. *Id. Pis.* 10. 22. In quo, quum illum saltatorium versaret orbem, ne tum quidem fortunæ rotam pertimescebat. *Ovid.* 6. *Fast.* 243. et leto consulis omnes Attonili Mauras pertimuere manus. — *b*) Passive. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 17. 45. Grave est enim nomen imperii, atque id etiam in levi persona pertimescitur. *Cæs.* 5. *B. G.* 29. *extr.* In quo si non præsens periculum, at certe longa obsidione fames esset pertimescenda. *At* Dinter. *legit* timenda. — 2.°) Neutrorum more. — *a*) Cum Ablatativo rei et præpositione *de. Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 21. 71. Eos, qui alterum accusant, non minus de laude, de honore, de fama sua, quam illos, qui accusantur, de capite ac fortunis suis pertimescere. *Id.* 7. *Verr.* 44. 115. Hic cuncti Siculi graviter commoventur, et de suis periculis fortunisque omnibus pertimescunt. — *b*) Sequente part. *ne. Cic. Sext.* 49. 105. Plausum vero etiam si quis eorum aliquando acceperat, ne quid peccasset, pertimescebat. *Nepos Alcib.* 5. Pertimuerunt, ne descisceret. — *c*) Absolute. *Tac.* 1. *Ann.* 29. Nihil in vulgo modicum: terrere, ni paveant: ubi pertimuerint, impune contemni.

PERTĪNĀCĬA, æ, f. 1. usurpatur morali tantum ratione, et est firmitas, obstinatio, pervicacia, αὐθάδεια (It. *pertinacia, fermezza, durezza, ostinazione*; Fr. *opiniâtreté, obstination, fermeté*; Hisp. *porfia, obstinacion, firmeza*; Germ. *d. Beharrlichkeit, Ausdauer*; Angl. *obstinacy, stubbornness, frowardness, pertinatic y, pertinaciousness*). Occurrit — *a*) Sæpe in malam partem; et est obstinatio, pervicacia, quum in re mala desistere, aut cedere nolumus. *Varro* 5. *L. L.* 2. *Müll.* In quo non debet pertendi, et pertendit, pertinacia est: in quo oportet manere, si in eo perstet, perseverantia est. *Cic.* 2. *Invent.* 54. 165. Unicuique virtuti finitimum vitium reperietur, ut audaciæ, quæ fidentiæ; pertinaciæ, quæ perseverantiæ finitima est. Cf. et *Accii* locum cit. in PERVICAX I. *Cic. Marcell.* 10. 31. Quæ enim pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 12. 44. Cum Zenone Arcesilas certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi, sed earum rerum obscuritate, quæ etc. *Cæs.* 1. *B. G.* 42. In spem veniebat, fore, uti pertinacia desisteret. *Id.* 3. *B. C.* 10. Pertinaciæ finem facere. *Tac.* 4. *Hist.* 56.: et *Justin.* 39. 3. 10. Muliebri pertinacia accendi. *Tac.* 2. *Ann.* 81. Pertinaciam alicujus vincere. *Petron. Satyr.* 111. expugnare. *et ibid.* frangere. — *b*) In bonam partem pro constantia. *Liv.* 42. 62. *ad fin.* Miraculo ignaris moris pertinacia Romanorum esse. *Sueton. Cæs.* 68. Ne patientia et pertinacia hostis, animi suorum frangerentur. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 3. 13. (52). De lyncurio dici cogit auctorum pertinacia: quippe gemmam esse volunt. — *c*) In fabulis est soror Ætheris et Diei, habetque præterea fratres Fatum, Laborem, Dolum etc., sorores Invidentiam, Miseriam, Querelam etc. *Cic.* 3. *Nat. D.* 17. 44.

PERTINĀCĬTER, adverb. Comp. *Pertinacius* et Sup. *Pertinacissime* 1. et 2. — Pertinaciter est idem ac valde tenaciter, *molto tenacemente.*

I.) Proprie, de rebus physicis. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 32. (100). *de argento vivo.* Quum æra inaurantur, sublitum bracteis pertinacissime retinet. *Id.* 16. *ibid.* 43. 83. (227). Ligna viridia serræ pertinacius resistunt. *h. e.* validius, fortius, retinendo serram, et remorando. *Sueton. Tib.* 74. Cinis exarsit repente, atque in multam noctem pertinaciter luxit. *h. e.* constanter ignem retinuit. *Quintil.* 1. 1. 5. Hæc ipsa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora sunt. *et ibid.* 13. Pertinacissime durare.

II.) Translate, morali ratione. — *a*) In malam partem est obstinate, contumaciter, nimis perseveranter, pervicaciter. *ostinatamente, pertinacemente, ἐπιμόνως. Sall.* in *orat. Licinii ad pleb. a med.* Si res pertinaciter retinebunt. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 22. Ne cui obtrectatorum videret nimium pertinaciter Lepido offensus. *Sueton. Cæs.* 1. Pertinaciter contendere. *et ibid.* 16. Cæcilio Metello turbulentissimas leges ferenti, auctorem se pertinacissime præstitit. — *b*) In bonam partem est constanter, perseveranter, *costantemente, ἐπιμόνως. Varro* 1. *R. R.* 20. 3. Neque pertinaciter, quem juvencum feceris dexterum, in eo manendum. *Auct. B. G.* 8. 13. Quum constantius universi paludem transissent, et pertinacius reliquam multitudinem essent insecuti. *Sueton. Claud.* 40. *extr.* Pertinacissime liberalibus studiis deditus. *Seneca Ep.* 5. Pertinaciter studes, et, omnibus omissis, hoc unum agis.

PERTINAX, ācis, adject. Comp. *Pertinacior* et Sup. *Pertinacissimus* II. 3. 2.° — Pertinax est valde tenax, fortiter retinens, *molto tenace.*

I.) Proprie. *Horat.* 1. *Od.* 9. 23. Pignusque dereptum lacertis, Aut digito male pertinaci. *Apul. Florid. n.* 23. Ales oculis persequax, unguibus pertinax.

II.) Translate. ¶ De avaro dixit *Plaut. Capt.* 2. 2. 39. Tenax ne pater est ejus? PHI. immo edepol pertinax, *avarissimo.* ¶ 2. De rebus physicis, est qui diu durat. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 43. (81). *de luscinia.* Tanta vox tam parvo in corpusculo, tam pertinax spiritus. (Adde *Quintil.* 11. 3. 40.) *Id.* 18. *ibid.* 8. 20. (85). Siligo in Allobrogum agro pertinax: in ceteris biennio in triticum transit. ¶ 3. Item qui diu et constanter durat, qui perseverat; et occurrit quum in bonam, tum in malam partem. — 1.°) De abstractis. *Liv.* 25. 14. Vicit tamen omnia pertinax virtus. *Martial.* 8. 38. Qui præstat pietate pertinaci, etc. Adde *Senec. Ep.* 120. *circa med. Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 101. (159). Hoc volumen Pythagoræ pertinax fama antiquitasque vindicant. *Quintil.* 1. *proœm.* § 27. Pertinax studium. — *Cic.* 1. *Fin.* 8. 27. Concertationes in disputando pertinaces, indignæ philosophia mihi videri solent. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 1. 1. (1). odium. *Liv.* 2. 40. *sub fin.* certamen. *Seneca Herc. Œt.* 1854. dolor. *Quintil. declam.* 9. 8. *sub fin.* Pertinaces lacrimæ. *Gell.* 2. 1. Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu, perdius atque pernox etc. — 2.°) De hominibus. — *a*) Absolute. — In bonam partem significat constantem, perseverantem, *costante, fermo, perseverante, ἐπίμονος. Liv.* 28. 22. *ad fin.* Vetus miles adversus temerarios impetus pertinax. *et* 29. 33. Turma pertinacior in repugnando, telis obruta est. — In malam partem significat obstinatum, obfirmatum, pervicacem, contumacem, nimisque in sententia persistentem; *pertinace, ostinato, testardo, ὑπερφίαλος. Cic.* 1. *Fin.* 8. 28. Certe pertinax non ero, tibique, si mihi probabis ea quæ dices, libenter assentiar. *et* 2. *ibid.* 33. 107. Pertinacissimus fueris, si in eo perstiteris. — *b*) Cum Infinito. *Horat.* 3. *Od.* 29. 51. Fortuna Ludum insolentem ludere pertinax. — *c*) Cum Genitivo. *Apul. de Mag. sub fin.* Virum æquum, et justitiæ pertinacem. *Val. Max.* 6. 3. *n.* 3. iræ. *Alii leg.* ira. Sed et *tenax* Genitivum regit. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PERTINENTER, adverb. Comp. *Pertinentius* et Sup. *Pertinentissime*. — Pertinenter est convenienter, apte, *a proposito*. *Tertull. 4. advers. Marcion* 38. Vides quam pertinenter ad causam? *et ibid.* 9. Pertinentius volebat agnosci. *et ibid.* 31. Pertinentissime ad hanc parabolam.

PERTĬNĔO, nes, nŭi, nere, n. 2. (per *et* teneo, *a themate* ten *quod et in* tendo *inest*). Part. *Pertinens* I. et II. 1. — Pertinere (quod usum habet in tertiis personis, in Infinito et in Participio est pervenire, pertingere, penetrare, permeare, dirigi, porrigi, extendi, καθήκω, παρήκω fr. *giungere, arrivare, stendersi*; Fr. *s'étendre, aboutir, aller jusqu'a, se diriger vers*; Hisp. *extenderse, llevarse hasta*; Germ. *sich wohin erstrecken, -ausdehnen, reichen, sich erstrecken*; Angl. *to reach, extend, stretch*).

I.) Proprie. *Cic. 2. Nat. D.* 54. 136. Aspera arteria ad pulmones usque pertinet. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 55. (149). Venas ab oculis pertinere ad cerebrum, peritissimi auctores tradunt. *Cæs. 1. B. G.* 1. Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni. *Id.* 3. *B. C.* 49. Omnes rivos, qui ad mare pertinebant, Cæsar averterat. *metteano capo.* et 6. *B. G.* 10. Silvam ibi esse infinita magnitudine: hanc longe introrsus pertinere. *Ulp. Dig.* 43. 22. 1. *a med.* Quod ait prætor, pertinet, hoc significat: quod ex ædibus ejus in tuas pertinet, hoc est dirigitur, extenditur, pervenit. *Id.* 25. 24. In vastæ magnitudinis urbe, partium sensus non satis pertinens in omnia. *Cic. 2. Nat. D.* 55. 137. Venæ in omnes partes corporis pertinentes. *et ibid.* 139. Nervorum implicatio toto corpore pertinens. *et ibid.* 28. 71. Deus pertinens per naturam cujusque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, alii per alia. *Auct. B. Alex.* 2. In omnes partes, per quas Ægypti regnum pertinet, legatos miserant.

II.) Translate. ¶ 1. Late patet, et significat pertingere, porrigi, extendi translate sumpta. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 78. (341). Quamobrem et hæc breviter attingimus, scrutati maxime pertinentia, *quelle cose che fanno più a proposito.* et 29. *ibid.* 1. 1. (2). Quæ jam parata atque pertinentia erant. *Gell.* 16. 3. Verba Erasistrati ad eam rem pertinentia. *Liv.* 23. 27. Ea caritas patriæ per omnes ordines, velut tenore uno, pertinebat. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 47. Fulmina perpetua, quorum significatio in totam vitam pertinet. *Id. Ep.* 12. *a med.* Hic pertinet a natali ad diem extremum. *Cic. Amic.* 14. 50. Constat, bonis inter bonos quasi necessariam benevolentiam esse. Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. *s'estende anche sopra la moltitudine.* et *Scævola Dig.* 17. 1. 60. Semproniam ad animum meum pertinere cognovisti. *h. e.* a me amari, vel mihi curæ esse. *Cic. 2. Orat.* 2. 6. Non cognitis rebus omnibus, quæ in (*al.* ad) tantam prudentiam pertinerent. *che entrano a costituire una si gran cognizione.* et *Senect.* 23. 82. Magnos viros tanta esse conatos, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent. *che giungessero.* et 2. *leg. Agr.* 8. 20. Illud de minore parte populi, quo pertineat, videte. *dove vada a finire*, quo tendat. Sic *Varro* 2. *R. R.* 1. 26. Habent in villis mulieres: et id pertinere putant, quo facilius ad greges pastores retineant. *aver per fine, per mira di trattenere*, etc. *Cic.* 8. *Att.* 9. Eo scripsi, quo in suadendo pius auctoritatis haberem: eodemque pertinet, quod causam ejus probo. *ha la medesima mira.* et *Brut.* 87. 299. Quod autem plures a nobis nominati sunt, eo pertinuit, quod intelligi volui, in eo, cujus omnes cupidissimi essent, quam pauci digni nomine evaderent. *Id.* 7. *Verr.* 10. 25. Summa illuc pertinet, ut sciatis, quoniam plura genera sunt imperatorum, ex quo genere iste sit. *et* 3. *Nat. D.* 23. 60. Interpretando, quorsum quidque pertineat. *che voglia significare.* Sic *Plaut. Merc.* 2. 1. 28. Hoc quam ad rem credam pertinere somnium, nequeo invenire. ¶ 2. *Pertinet ad me*, cadit in me. *Id. Truc.* 4. 3. 36. Magis pol hæc malitia pertinet ad viros, quam ad mulieres. *Cic. Rosc. Am.* 7. 18. Spero, ex hoc ipso non esse obscurum, ad quem suspicio maleficii pertineat. *Phædr.* 1. 14. Hoc pertinere vere ad illos diverim, etc. *cadere, calzare, quadrare.* ¶ 3. attinet, spectat, *appartiene, risguarda, concerne*, προσήκει. *Pompon. Dig.* 50. 16. 181. Verbum illud pertinere latissime patet. Nam et eis rebus petendis aptum est, quæ nostri dominii sint, et eis, quas jure aliquo possideamus, quamvis non nostri dominii sint. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla earum causa sint, sed esse possint. *Tac.* 3. *Hist.* 19. Expugnatæ urbis prædam ad militem, deditæ ad duces pertinere. *Cic.* 5. *Fin.* 9. 24. Quum animal processit paullum, et, quatenus quidquid se attingat, ad seque pertineat, perspicere cœpit, etc. *Id.* 13. *Fam.* 13. Quum virtutibus, tum etiam fortuna, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus. *se ciò fa punto a proposito.* et *Plaut. Rud.* 4. 4. 62. Quid ista ad vidulum pertinent, servæ sint istæ, an liberæ? *che han che fare?* *At* Fleckeisen. *leg.* Quid id ad vidulum attinet. *Nepos Thrasyb.* 2. *sub fin.* Nil attigit, nisi arma, et quæ ad victum pertinebant. *Tac.* 3. *Ann.* 48. Nihil ad patriciam Sulpiciorum familiam Quirinius pertinuit. *non ebbe alcuna attinenza con* etc. *Martial.* 7. 10. Illud dissimulas, ad te quod pertinet, Ole, Quodque magis curæ convenit esse tuæ. *a te importa*, tua interest. *V.* reliquum epigramma. *Cic. Rosc. Am.* 13. 36. Ilia res ad meum officium pertinet. *Id.* 1. *ad Brut.* 2. Et id valde pertinuit, ut ego tum intelligebam, ad rempublicam; ut nunc judico, ad dignitatem tuam. *h. e.* fuit e republica, expediit, interfuit, utile fuit.

PERTINGO, is, ere, a. 3. *arrivare, giungere*, pervenio, pertineo. Afferuntur loca *Cic.* 2. *Nat. D.* 9. 24.; *Cæs.* 3. *B. C.* 68.; *Sall. Jug.* 52., *Liv.* 25. 24.; *Quintil.* 2. 4. *a med.*; et *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 55. (149)., sed ubique lectio variat, et *pertineo* ab aliis reponitur. Sic apud *Lucret.* 4. 277. non *pertingit*, sed *perterget* legendum est. — Hæc *Forcellinus*. Ceterum ad verba *Sall. Jug.* 52. (*al.* 48.) Ex eo medio quasi colli oriebatur in immensum pertingens. *Kritzius* hæc adnotavit: *Pertingens*, quod ad unum omnes tenent libri, plurimi editores auctore *Gronovio* ad *Liv.* 25. 24. 6. mutarunt in *pertinens*; et sane *pertinere* verbum frequentius est in locorum situ describendo. Sed *Gerlachio*, qui *pertingere* probat, assentimur, nihil esse, cur hoc verbum omnibus Codd. firmatum, per se suspectum habeamus, præsertim apud *Sallustium*, in multis a vulgari usu discedentem. Sic et *Vitruv.* 2. 10. 1. *Schneider.* Montis (*Apennini*) jugum se circumagens et media curvatura prope tangens oras maris Hadriatici pertingit circuitionibus contra fretum. *Avien. Descript. Orb.* 986. Infortunatam pertingens cespite Trojam. *Ubi* Schrader.: Vellem equidem scripsisset Avienus *contingens*, sed nihil tentare tutius est. *Vulgat. interpr. ad Hebr.* 4. 12. Vivus est enim sermo Dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti; et pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus. *Venant. Fort.* 6. *carm.* 12. 53. Longius id absens, ibi sed pertingo quod opto. *h. e.* tandem attingo.

PERTISUM pro *pertæsum*. *V.* PERTÆDEO.

PERTŌLĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. valde, aut usque ad finem tolerare. *Accius* apud *Non. p.* 292. 12. *Merc.* Pertolerarem vitam. *Lucret.* 5. 315. neque enim caderent avulsa repente Ex infinito quæ tempore pertolerassent Omnia tormenta ætatis.

PERTŎNO, nas, nŭi, nare, n. 1. Part. *Pertonans* sub *a.* — Pertonare est valde tonare; sed occurrit translate tantum. — *a*) Absolute. *Hieronym. Ep.* 53. *n.* 8. Abdias pertonat contra Edom sanguineum terrenumque hominem. *Id. advers. Helvid. n.* 20. Quando vero vox illa pertonuit. *Id. Ep.* 51. *n.* 4. Doctrina nobis est dimittenda ipsius Domini Salvatoris in Euangelio pertonantis. — *b*) Cum Accus. *Ambros. Serm. fer.* 2. Pertonare gloriam Christi.

PERTORQUĔO, torques, torsi, tortum, torquere, a. 2. idem ac torqueo, distorqueo. *Lucret.* 2. 401. ferique Centauri fœdo pertorquent ora sapore. *Afranius* apud *Festum p.* 339. 28. *Müll.* Quam senticosa verba pertorquet turba! *ubi pro* turba *alii leg* tuba, *alii alia.*

PERTRACTĀTĒ, adverb. *Plaut. Capt. prol.* 54. Profecto expediet fabulæ huic operam dare: Non pertractate facta 'st, neque item ut ceteræ. *h. e.* non vulgariter, non ratione in aliis usitata et pertractata, sed nova et singulari.

PERTRACTĀTĬO *vel* pertractatio, ōnis, f. 3. frequens et assidua tractatio, *maneggiamento*, ἐγχείρησις. Occurrit translate tantum; et ¶ 1. Est actus tractandi aliquid manibus, sed metaphorice. *Gell.* 5. 1. Proinde ut eum affecerit animi partium aut sincerarum aut ægrarum philosophi pertractatio. ¶ 2. Item est actus versandi, percurrendi, considerandi. *Cic.* 1. *Orat.* 42. 187. In grammaticis, poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio. *et ibid.* 11. 48. Non enim sine multa pertractatione omnium rerum publicarum etc.

PERTRACTĀTOR, ōris, m. 3. qui pertractat; et translate qui versat, explicat, disserit *Augustin.* 3. *contra Faust.* 2. Divinarum Scripturarum pertractatores diligentissimi.

PERTRACTĀTUS *vel* pertractatus, a, um. *V.* voc. seq.

PERTRACTO *vel* pertracto, as, āvi, ātum, are, a. 1. (per *et* tracto). Part. *Pertractans* I. et II.; *Pertractandus* II. — Pertractare est manibus tractare, versare, contingere, contrectare, ἐγχειρέω (It. *toccare, maneggiare*; Fr. *tâter, palper, toucher*; Hisp. *tocar, tentar, palpar, manosear*; Germ. *betasten, befühlen, begreifen*; Angl. *to handle much or often, touch*).

I.) Proprie. *Plaut. Asin.* 1. 3. 71. Si papillam pertractavit. *Cic.* 5. *Parad.* 2. 38. Reviviscat M'. Curius, et videat aliquem barbatulos mullos exceptantem de piscina et pertractantem. *Justin.* 1. 9. 17. Tum pertractare caput dormienti jubet. *Auct. B. Afr.* 72. Nam et milites bestias manibus pertractabant. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 6. 30. (66). Chironi Herculis hospitio excepti pertractanti arma, sagitta excidit in pedem. *Pallad.* 4. *R. R.* 12. Bubulcus admulceat nares (*bovum*) et terga pertractet. *Petron. Satyr.* 24. Pertractato vasculo tam rudi, hoc, inquit, etc. *Al. leg.* protracto. *Marcell. Empir. c.* 15. *p.* 106. ed. *Ald.* Interiora faucium remedio aliquo pertractare.

II.) Translate est diligenter versare, persolvere, percurrere, considerare. *Cic.* 2. *Fin.* 35. 118. Introspice in mentem tuam, eamque omni cogitatione pertractans, percontare ipse te, an etc. *Id.* 1. *Orat.* 51. 222. Orator ita peragrat per animos hominum, ita sensus mentesque pertractat, ut etc. *et* 2. *ibid.* 8. 32. *et* 44. 186. Pertractare animos hominum. *Id.* 2. *Invent.* 14. 45. Facilius ad inventionem animus incedet, si gesti negotii et suam, et adversarii narrationem sæpe et diligenter pertractabit. *Plin.* 7. *Ep.* 17. Primum, quæ scripsi, mecum ipse pertracto, deinde duobus aut tribus lego. *esamino, rifocco.* et *Cic.* 1. *Nat. D.* 4. 9. Ad totam philosophiam pertractandam se dare. *a trattare, spiegare.* et 4. *Tusc.* 10. 23. Qua oratione prætermissa, ea, quæ rem continent, pertractemus. *h. e.* disseramus, disputemus, explicemus. *Id.* 1. *Divinat.* 56. 128. Qui cursum rerum eventorumque consequentiam diuturnitate pertractata notaverunt. *et* 3. *Tusc.* 14. 30. Perceptas penitus et pertractatas res humanas habere. — Et absolute. *Boeth. De differ. topic.* 1. *p.* 858. Illa vero de philosophiæ ratione pertractat. *et ibid. p.* 859. Nunc de theseos divisione pertractabo. — *Pertractare visu vulnera* apud *Sil. It.* 10. 452. est diligenter attenteque perspicere, et quasi manu explorare: catachresis. Simile est *devorare oculis* apud *Justin.* 21. 5. 7. et *oculis comedere* apud *Martial.* 1. 97.

PERTRACTUS, a, um. *V.* PERTRAHO.

PERTRACTUS, us, m. 4. mora, perduratio.

Tertull. Orat. 5. Quidam pertractum quemdam in sæculo postulant. *V.* vocem sequent.

PERTRĂHO, trăhis, traxi, tractum, trăhere, a. 3. (per *et* traho). Part. *Pertractus* I.; *Pertrahendus* II. 2. — Pertrahere est trahere, perducere, ad destinatum finem trahere, cum molimine trahere, σρέλκω (It. *trarre, tirare a forza, strascinare, condurre*; Fr. *tirer jusqu'à, traîner vers, entraîner de force*; Hisp. *tirar, rastar fuertemente, arrastrar*; Germ. *hinziehen,-schleppen, mit Gewalt weg-,hin-, fortbringen, führen*; Angl. *to draw, draw with an effort, drag, lead, conduct*).

I.) Proprie. *Liv.* 7. 39. *ad fin.* Somno gravi Quintium oppressum, mortem, ni sequeretur, denunciantes, in castra pertraxerunt. *Id.* 21. 28. *a med.* Ratis ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur. *Phædr.* 3. 10. Accusatores postularunt mulierem, Romamque pertraxerunt ad centumviros. *Val. Max.* 5. 2. *n.* 3. *extern.* Pertrahere aliquem in jus. *et* 1. 7. *n.* 8. *extern.* aliquem intra mœnia vinctum. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (11). Homines silvestres ad Alexandrum Magnum pertractos, Bæton itinerum ejus mensor prodidit. *Tac.* 2. *Hist.* 72. Pertractus ad Vitellium. *Aurel. Vict. Cæsar.* 8. *a med.* Ad scalas Gemonias, perque eas pertractus, in Tiberim dejicitur. — *Liv.* 6. 24. Romanus, cedentem hostem effuse sequendo in locum iniquum pertractus, opportunus huic eruptioni fuit.

II.) Translate. ¶ 1. Pro extrahere. *Scribon. Compos.* 173. *extr.* Oportet autem locum morsum a rabioso cane, vel a serpente, diu tenere in exulceratione; neque pati cicatricem ducere, ut virus illa pertrahatur. ¶ 2. Item in longum traho, produco. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 1. 2. (9). Vitam quidem non adeo expetendam censemus, ut quoquo modo pertrahenda sit. *Al. et ipse* Sillig. *leg.* trahenda.

PERTRANSĔO, is, Ivi *vel* Ii, Itum, ire, n. anom. per medium transire, *passare, oltrepassare*, διέρχομαι, διαβαδίζω.

I.) Proprie. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 18. (68). *de smaragdo.* Nubecula albicantis est vitium, quum viridis non pertransit aspectus, sed aut intus occurrit, aut etc.

II). Translate. *Seneca Ep.* 4. Mors ad te venit. Timenda erat, si tecum esse posset: necesse est aut non perveniat, aut pertranseat.

PERTRANSLŪCĬDUS, a, um, adject. valde translucidus. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 24. (79). Charta indecoro visu pertranslucida.

PERTRECTO, as, etc. *V.* PERTRACTO.

PERTRĔMISCO, is, ere, inchoat. n. 3. valde tremo. *Hieronym.* 3. *in Isaj.* 7. 2. Populus David, simpliciter credens in Dominum, pertremiscet. *Id.* 1. *ibid.* 10. 5. Semper sibi impendentem manum Domini pertremiscant.

PERTRĔPĬDUS, a, um, adject. valde trepidus. *Capitolin. Maxim. et Balbin.* 1. Senatus pertrepidus in ædem Concordiæ concurrit.

PERTRĬBŬO, bŭis, bŭi, būtum, bŭere, a. 3. idem ac tribuo. *Plin.* 10. *Ep.* 18. Apud me et milites et pagani certatim ei, qua privatim, qua publice, testimonium pertribuerunt. *Alii leg.* retribuerunt. *Id. Plin.* 10. *Ep.* ad *Trajan.* 18. Qua privatim, qua publice, testimonium pertribuerunt. *et Paneg.* 95. Vos (*mihi*) in istis officiis etiam-cuncti constantiæ antiquissimum testimonium pertribuistis. *At legendum est* perhibuerunt, perhibuistis.

PERTRĬCŌSUS, a, um, adject. *scabroso, molesto*, valde tricosus, tricis plenus, difficilis. *Martial.* 3. 63. Res pertricosa est, Cotile, bellus homo. *Alii leg.* petricosus; *alii* prætricosus.

PERTRISTIS, e, adject. valde tristis.

1.) Proprie. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 8. 14. Sæpe etiam pertriste canit (*Orell.* ciet) de pectore carmen. *h. e.* augurii valde infelicis.

II.) Translate est idem ac perseverus. *Cic. Cæl.* 11. 25. Fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister.

PERTRĪTUS, a, um. *V.* PERTERO.

PERTRUX, ūcis, adject. omn. gen. valde trux. *Apul.* 5. *Met.* Quæ te pertrucis bestiæ nuptiis destinatam esse clamavit. Alii leg. *trucis*, et quidem, ut probat *Oudendorp.* multo melius.

PERTŪMESCO, mescis, mui, mescere, inchoat. n. 3. valde tumesco. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 115.

PERTŪMĬDUS, a, um, adject. valde tumidus. *Apul. de deo Socrat. init.* Pertumida luna. *Elmerh.* protumida *legit.*

PERTŪMULTŪŌSĒ, adverb. valde tumultuose. *Cic.* 15. *Fam.* 4. Pertumultuose, neque tamen non vere, Parthos in Syriam transisse, nunciaverunt.

PERTUNDO, tundis, tŭdi, tūsum, tundere, a. 3. (per *et* tundo). Part. *Pertusus.* — Pertundere est tundendo perforare, διατρυπάω, διακόπτω (It. *battendo forare, traforare*; Fr. *percer d'outre en outre, trouer, perforer, creuser*; Hisp. *agujerar, horadar, barrenar*; Germ. *durchstossen, durchbohren, durchlöckern*; Angl. *to beat or break trhough, bore through, perforate, punch*). Occurrit — *a)* Generatim. *Ennius* apud *Friscian.* 10. *p.* 871. *Putsch.* Ingenio forti dextram latus pertudit hasta. *Id.* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 81. nam me gravis impetus Orci Pertudit in latus. *Cato R. R.* 41. Terebra vitem pertundere. *et* 52. Calicem pertundito per fundum. *et* 157. *a med.* Sub sellam supponito pertusam: eo mulier assidat. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 37. Ne quisquam pertundat crumenam, cautio est. *Varro* apud *Non. p.* 544. 18. *Merc.* Si vasa habes pertusa, plumbum non habes? *Lucret.* 4. 1286. Nonne vides etiam guttas in saxa cadentis Humoris longo in spatio pertundere saxa? *et* 5, 1267. levare ac radere tigna, Et terebrare etiam ac pertundere, perque forare. *Catull.* 32. 10. Nam pransus jaceo, et satur supinus Pertundo tunicamque palliumque. *Colum.* 6. *R. R.* 15. 1. Si bos surculum calcaverit, aut acuta testa, vel lapide ungulam pertuderit. *romperà. et Vitruv.* 10. 22. *sub fin.* Crebra foramina pertudit. *Inscript.* apud *Henzen.* 7297. SI POTEST ILLA (*Venus*) MIHI TENERVM PERTVNDERE PECTVS QVIT EGO NON POSSIM CAPVT DEAE FRANGERE? *Ulp. Dig.* 9. 2. 27. *ad fin.* Si uxor margaritas perforasset, ut pertusis in linea uteretur. *Pers.* 4. 28. jugum pertusa ad compita figit. *h. e.* pervia. — *b)* Speciatim. *In pertusum dolium quippiam congerere*, proverb. frustra laborare, tempus terere, operam ludere, nihil proficere, *perder il tempo, imbottar nebbia.* Ductum est a fabula Danaidum. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 135. In pertusum ingerimus dicta dolium. *Lucret.* 3. 935. Nam gratis fuit hæc tibi vita anteacta priorque, Et non omnia pertusum congesta quasi in vas Commoda perfluxere atque ingrata interiere, Cur non ut plenus vitæ conviva recedis? Adde *ibid.* 1009. et 6. 20.

PERTUNSŌRĬUM *vel* pertusorium, ii, n. 2. veretrum, penis. Ex multis *Gloss. vett.* vocabulum hoc eruendum videtur: *V.* PERTUNDA in ONOM. et *G. Löwe, Prodrom.* in *Corp. Glossar. Latin. p.* 411.

PERTURBĀTĒ, adverb. *confusamente*, διαταράκτως, confuse, non servato ordine rerum et temporum. *Cic.* 1. *Invent.* 20. 29. Ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur. *Id. Orat.* 35. 122. Sua confirmare, adversaria evertere, eaque efficere non perturbate, sed singulis argumentationibus ita concludendis, ut efficiatur quod sit consequens iis, quæ sumentur ad quamque rem confirmandam. *h. e.* sine nexu idoneo.

PERTURBĀTĬO, ōnis, f. 3. turbatio, confusio, ταραχή (It. *confusione, perturbamento, disordine*; Fr. *confusion, perturbation*; Hisp. *confusion, desorden, perturbacion*; Germ. *die Verwirrung, Unordnung, Zerrüttung, Unruhe*; Angl. *confusion, disturbance, disorder, disquiet, trouble, perturbation*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Divinat.* 45. 94. Tum serenitas, tum perturbatio cæli.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim de inordinata et gravi rerum et animorum mutatione. *Cic.* 9. *Fam.* 15. *med.* Miraris me tanta perturbatione valetudinis tuæ tam graviter exanimatum fuisse? *Id.* 3. *Parad.* 2. 26. Quidquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis. *Id.* 1. *leg. Agr.* 8. 24. Hoc motu atque hac perturbatione animorum atque rerum. *Id.* 1. *Nat. D.* 2. 3. Quibus sublatis, perturbatio vitæ sequitur et magna confusio. *Id. Flacc.* 37. 94. Videtis, in quo motu temporum, quanta in conversione rerum ac perturbatione versemur. *Cæs.* 4. *B. G.* 29. Magna totius exercitus perturbatio facta est. ¶ 2. Specialim et sæpe dicitur de commotione animi, affectione, *passione, affetto*, πάθος. *Cic.* 4. *Tusc.* 5. 10. Quæ Græci πάθη vocant, nobis perturbationes appellari magis placet, quam morbos. *et ibid.* 6. 11. Est igitur Zenonis hæc definitio, ut perturbatio sit aversa a recta ratione, contra naturam, animi commotio: quidam brevius, perturbationem esse appetitum vehementiorem. *et* 15. 34. Ex vitiositate concitantur perturbationes, quæ sunt turbidi animorum concitatique motus, aversi a ratione, et inimicissimi mentis vitæque tranquillæ. *Id.* 3. *Fin.* 10. 35. Perturbationes sunt genere quatuor, partibus plures, ægritudo, formido, libido, lætitia. *Id.* 2. *Orat.* 42. 178. Impetu quodam animi et perturbatione magis, quam judicio, aut consilio regi. *Id.* 1. *Off.* 7. 23. Qui injuste impetum in quempiam facit aut ira aut aliqua perturbatione incitatus, is etc. *Id.* 1. *Divinat.* 30. 62. Perturbationem afferre. *Id.* 1. *Off.* 36. 131. In perturbationes atque exanimationes incidere.

PERTURBĀTOR, ōris, m. 3. *perturbatore*, ταραχτής, qui perturbat. *Sulpic. Sev.* 2. *Hist. sacr.* 49. Perturbator Ecclesiarum.

PERTURBĀTRIX, Icis, f. 3. *perturbatrice*, quæ perturbat. *Cic.* 1. *Legg.* 13. 39. Perturbatricem autem harum omnium rerum Academiam, hanc ab Arcesila et Carneade recentem, exoremus, ut sileat.

PERTURBĀTUS, a, um. *V.* PERTURBO.

PERTURBĬDUS, a, um, adject. valde turbidus, perturbatus. *Vopisc. Saturnin.* 7. Si perturbidam civitatem vidisset, etc.

PERTURBO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (per *et* turbo). Part. *Perturbans* II. 2.; *Perturbatus* II. 2. et in fin. — Perturbare est valde turbare, confundere, miscere, διαταράττω (It. *perturbare, confondere, sconvolgere, sconcertare, disordinare*; Fr. *troubler fortement, porter le desordre dans*; Hisp. *turbar fuertemente, desazonar*; Germ. *ganz in Unordnung,-Verwirrung bringen*; Angl. *to disturb greatly, throw into confusion, confuse, trouble, disorder, perturb, perturbate*).

I.) Proprie. *Lucret.* 4. 664. Quippe, ubi mi febris bili superante coorta est, Aut alia ratione aliqua 'st vis excita morbi, Perturbatur ibi jam totum corpus, et omnes Commutantur ibi posituræ principiorum.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis est permiscere, *mescolare agitando. Pallad.* 12. *R. R.* 18. Inulam, lauri folia et cyperum permiscere cum salibus, et diu oleo injecta perturbare. ¶ 2. Generatim est inordinate mutare, evertere, subvertere. *Ter. Andr.* 3. 4. 22. jam perturbavi omnia: Herum fefelli; in nuptias conjeci herilem filium etc. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 5. 14. Similiter vos, quum perturbare, ut illi (*Gracchi*) rem publicam, sic vos philosophiam bene jam constitutam velitis etc. *et ibid.* § 15. Ut in optima re publica Ti. Gracchus, qui otium perturbaret, sic etc. *Id. Sull.* 20. 56. Sittius est ab hoc in ulteriorem Hispaniam missus, ut eam provinciam perturbaret. *Id. Brut.* 62. 223. Ut in his perturbem ætatum ordinem. *Id.* 3. *Off.* 29. 108. Condictiones pactionesque bellicas perturbare perjurio. *Sall. Jug.* 63. Implicare ac perturbare aciem. *Cæs.* 4. *B. G.* 32. *extr.* Paucis interfectis, reliquos incertis ordinibus perturbaverant. *et* 5. *ibid.* 37. Impetu facto perturbare ordines. *Plin.* 1. *Ep.* 20. Oratio magnifica et excelsa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat et miscet. — Similiter Part. præter. apud *Cic.* 3. *Orat.* 13. 49. Non confusis personis, non perturbato ordine. *Id.* 1. *leg. Agr.* 8. 23. Civitas

seditionibus perturbata. *Id.* 1. *Divinat.* 29. 60. Somnia vero multo plura evenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo et vino perturbata et confusa cernimus. Adde *eumd. Harusp. resp.* 21. 45. ¶ 3 Speciatim sæpe refertur ad animum, et significat aliquo affectu et perturbatione commovere. *Cic. Rabir. perduell.* 6. 18. Numquam populus R. consulem me fecisset, si vestro clamore perturbatum iri arbitraretur. *Id. Orat.* 37. 128. Alterum, quod παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi et concitantur. *Id. Mil.* 1. 1. Quum Milo magis de reipublicæ salute, quam de sua perturbetur. *Id.* 5. *Verr.* 57. 132. Hæc te vox non perculit? non perturbavit? *Id.* 8. *Att.* 11. Quod me magno animi motu perturbatum putas, sum equidem. — *NB.* Pro deturbare. *V.* PERSTRINGO sub II. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus,

Perturbatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Perturbatior* 2. et Sup. *Perturbatissimus* 1. Translate ¶ 1. Est inquies, inordinatus: cf. II. 2. *Seneca* 7. *Quæst. nat.* 10. Perturbatissimum tempestatis genus. ¶ 2. De animo, qui aliquo affectu et perturbatione afficitur et commovetur: cf. II. 3. *Cic.* 10. *Att.* 14. Numquam vidi hominem perturbatiorem metu.

PERTURPIS, e, adject. valde turpis. *Cic. Cœl.* 20. 50. Cum hac aliquid adolescentem hominem habuisse rationis, non tibi perturpe, aut perflagitiosum esse videatur?

PERTŪSŌRĬUM *vel* pertunsorium, ii, n. 2. *V.* PERTUNSORIUM.

PERTŪSŪRA, æ, f. 1. perforatio. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 1. *n.* 18. Pertusuræ patiens locus.

PERTŪSUS, a, um. *V.* PERTUNDO.

PERUBIQUE, adverb. idem quod ubique, addita per pleonasmum præposit. *Tertull. Pall.* 2. *ad fin.*

PĔRŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* pera, parva pera, sacculus, *taschetta.*

I.) Proprie. *Seneca Ep.* 90. *ante med.* Diogenes quum vidisset puerum cava manu bibentem aquam, fregit protinus exemptum e perula calicem.

II.) Translate. *Apul.* 5. *Met.* Psyche, non ita ut pridem parvula, et ipsa jam mater es. Quantum, putas, boni nobis geris in ista perula? *h. e.* in hoc utero? sermo enim est sororum Psyches, quæ eam gravidam alloquuntur, et illius uterum intumescentem manu tangunt. — *NB. Perula*, alio sensu. *V.* PIRULA.

PERUNCTĬO, ōnis, f. 3. inunctio, unctio. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 16. 63. (226). Perunctione prodesse dicitur. Adde *eumd.* 24. *ibid.* 15. 80. (131). Sic *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 18. *n.* 105. Tunc-quiescere permittimus ægrotantem, atque resumptum laxativa perunctione curari. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 6. *n.* 28. et 4. *Tard.* 3. *n.* 75. Sic *Marcell. Empir.* c. 10. *p.* 100. *retro* ed. *Ald.* Si quando ulcuscula in naribus fuerint, sanabuntur fomento aquæ puræ calidæ per molles spongias, et medicamentorum infra scriptorum perunctione, id est succo de moris cum vino tepefacto etc. Adde *Theod. Priscian. l.* 2. *part.* 2. *c.* 21. *p.* 308. ed. *Ald.*; et *Plin. Valerian.* 1. 54.

PĔRUNCTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PĔRUNGO, gis, xi, ctum, gere, a. 3. (per *et* ungo). Part. *Perungens* I.; *Perunctus* I. et II.; *Perungendus* I. — Perungere est valde ungere, circumquaque ungere.

I.) Proprie. *Varro* 2. *R. R.* 11. 7. Tonsas (oves) recentes eodem die perungunt vino et oleo. *Cic.* 1. *Tusc.* 47. 113. Corpora oleo perunxerunt. *Horat. Epod.* 5. 59. Nardo perunctus. *Id. Art. P.* 277. fœcibus ora perunctī. *Ovid.* 3. *Art. am.* 755. Carpe cibos digitis: est quidam gestus edendi: Ora nec immunda tota perunge manu. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 9. 45. (104). Fervores febrium sale cum oleo perungere. *Id.* 29. *ibid.* 4. 28. (90). Perungere vulnera. *Id.* 28. *ibid.* 9. 37. (141). Adipe verrino axibus vehiculorum perungendis uti. *V.* AXUNGIA. *Cassiod.* 6. *Hist. Eccl.* 12. *a med.* Eum ex melle et liquamine perungentes.

II.) Translate est illinere, *distendere, spalmare. Scribon. Compos.* 20. Idem hoc medicamentum etiam supra perunctum tardius quidem, sed eosdem effectus præstat, maxime in teneris corporibus *et Compos.* 250. Benefacit hujus radicis recentis succus ad sugillationes et livores perunctus. Adde *eumd. Compos.* 224.; *Marcell. Empir. c.* 36. *p.* 139. *retro* ed. *Ald. et c.* 28. *p.* 128.; et *Theod. Priscian.* 4. *p.* 310. *retro.*

PĔRURBĀNĒ, adverb. *Sidon.* 5. *Ep.* 17. *od fin.* Respondit ille perurbane. *h. e.* perfacete.

PĔRURBĀNUS, a, um, adjecti. valde urbanus.

I.) Proprie. *Cic. Brut.* 68. 239. Etiam L. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus. Adde *eumd.* 1. *Orat.* 16. 72. Utroque autem loco perfacetum significare videtur.

II.) Translate pro studioso urbis seu rerum urbanarum videtur poni in illo *ejusd.* 2. *Att.* 15. *ad fin.* Denique si solus non potero, cum rusticis potius, quam cum his perurbanis.

PĔRURGĔO, ges, si, gere, a. 2. (per *et* urgeo). Part. *Perurgendus* 2. — Perurgere est valde urgere, impellere, instare. ¶ 1. Stricto sensu *Trebell. Gallien.* 5. Quum bellum Odenatus inferret, Aureolus perurgeret Illyricum. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 316. *bis retro* ed. *Ald.* Quod, quum medicaminum atque unguentorum virtutes usque ad altiora viscera perveniant, necessario materiæ tenduntur et oppressione ventris perurgentur. ¶ 2. Latiori sensu. *Sueton. Tib.* 25. Summa vi Germanicum ad capessendam rempublicam perurgebant. *Ammian.* 29. 1. Nocentes innocentesque maligna insectatione volueriter perurgebat *Spartian. Sever.* 23. Quum videret se perurgeri sub hora mortis. *Imppp. Gratian., Valentinian. et Theodos. Cod. Theod.* 1. 2. 6. Quum sint acerbius perurgendi, qui etc. — *Perurgere sacra*, apud *Sever. Etn.* 226. est incumbere et instare inquirendis perscrutandisque sacrorum rerumque cælestium arcanis et latentibus causis.

PĔRŪRO, ūris, ussi, ustum, ūrere, a. 3. (per *et* uro). Part. *Perurens* II.; *Perustus* I. 1., 3. et 4. et II. — Perurere est valde urere, urendo consumere, διακαίω (It. *abbruciare*; Fr. *brûler, consumer*; Hisp. *quemar, abrasar, consumir*, Germ. *ganz durchbrennen*; Angl. *to burn up, scorch*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 5. 396. Ignis enim superat et lambens multa perussit. *Ovid.* 5. *Fast.* 454. Spargebant lacrimis ossa perusta suis. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 17. 49. (165). Eadem in aqua calculus æreus quadrans si addatur, vas peruri. *Curt.* 4. 3. 26. Quippe ubi loricam corpusque fervens arena penetraverat, nec ulla vi excuti poterat, et quidquid attigerat, perurebat. — Sic de sole. *Propert.* 4. 9. 46. Libyco sole perusta coma. *Seneca Med.* 484. Usque a perustis Indiæ populis petunt. *abbrustolati.* et *Macrob.* 2. *Somn. Scip.* 8. Zona perusta. *torrida. Lucan.* 4. 679. mixti Garamante perusto. et *Colum. Arbor.* 11. 2. Uvas, quæ meridiem aut occidentem spectabunt, ne perurantur, suo sibi paxapino tegito. ¶ 2. Speciatim de æstu. *Plin.* 7. *Ep.* 1. Ardentissima febre peruri. *Curt.* 4. 16. 12. Sitis præcipue fatigatos et saucios perurebat. *Al. leg.* exurebat. ¶ 3. Item speciatim de iis, quæ cutem rumpunt, deterunt, perterunt et quasi igne amburunt. *Ovid.* 1. *Pont.* 5. 24. Subducunt oneri colla perusta boves. *Horat. Epod.* 4. 3. Ibericis peruste funibus latus, Et crura dura compede. *logorato, acciaccato, roso, lacerato.* et *Lucan.* 6. 193. Et galeæ fragmenta cavæ compressa perurunt Tempora. *acciaccano, ammaccano.* ¶ 4. Item de gelu et frigore quod constringit et quasi igne urit. *Cato R. R.* 161. Substramentis per hiemem operito, ne peruratur. *Colum.* 4. *R. R.* 8. 2. Hiemalis aqua brumæ congelationibus nova vulnera peruret. *Seneca* 4. *Quæst. nat.* 13. Viscera istorum vitiis torpentia nihil sentiunt, nisi frigore illa vehementiore perusseris. *Ovid.* 3. *Trist.* 4. 48. adstricto terra perusta gelu. Sic *Quintil. Declam.* 3. 3. Prædura priscis moribus mater, frigoribus ac solibus perusta.

II.) Translate. *Cic.* 13. *Fam.* 15. Hominem perustum gloria volunt incendere; sed minus jam movent. *Seneca Med.* 547. Pectus perustum curis. *Ovid.* 3. *Art. Am.* 543. Sed facile hæremus, validoque perurimur æstu, *h. e.* amore accendimur. *Martial.* 12. 49. Illos (*uniones*) qui male cor meum perurunt. *h. e.* accendunt cupiditate habendi. *Val. Flacc.* 1. 76. tu sola animos mentemque peruris Gloria. *Seneca Const. Sap.* 17. Paupertatis maledictum quosdam perussit. *scoltò.* — De iis, qui rivalem in amore ferre non possunt. *Catull.* 76. 3. atque intestina perurens Mi misero eripuisti omnia nostra bona.

PĔRUSTĬO, ōnis, f. 3. perurendi actio, flagrantia, *abbruciamento.* — *a*) In re medica. *Marcell. Empir. c.* 1. *p.* 87. *retro* ed. *Ald.* Ad capitis dolorem factum ex perustione prodest rosæ succus infusus capiti, sed etc. — *b*) Generatim. *Auct.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 69. edente *Burmann.* Hæc tellus nimis arida est, viator, Nostri facta perustione amoris.

PERUSTUS, a, um. *V.* PERURO.

PĔRŪTĬLIS, e, adject. πάγχρηστος, valde utilis. *Cic.* 9. *Att.* 17. In hac enim fortuna perutilis ejus et opera et fidelitas esset.

PĔRŪTĬLĬTER, adverb. summa cum utilitate. *Plin. Valerian.* 1. 55. *p.* 173. *retro* ed. *Ald.* Hæc præscripta eodem modo et ad dolorem laterum faciunt perutiliter.

PERVĂCŬUS, a, um, adject. vacuus; et translate infirmus, quo sensu *V.* in PERFORTIS.

PERVĀDO, dis, si, sum, dere, n. 3. (per *et* vado). Part. *Pervadens* I. 1.; *Pervasus* I. 2.; *Pervasurus* I. 1. — Pervadere est per aliquam rem vadere, pertransire, διαβαίνω (It. *andare attraverso, attraversare, passare per qualche luogo*; Fr. *passer à, se faire jours à travers*; Hisp. *pasar, atravesar*; Germ. *hindurch-gehen,-dringen, kommen*; Angl. *to go through or over, pass through, enter, penetrate, pervade*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est per aliquam rem vadere, pertransire; et occurrit — *a*) Cum Accus. et præpos. *per. Cic.* 5. *Verr.* 26. 66. Incendium per agros et reliquas fortunas aratorum pervasit. Cf. *Liv.* 37. 25. Per omnes proximos velut continens incendium pervasurum. *Id.* 25. 14. *a med.* Per æqua et iniqua loca pervadunt irrumpuntque. *Vitruv.* 9. 4. Saturni stella per signi spatium pervadens. — *b*) Cum solo Accusat. sine præpos. quæ inest ipsi verbo. *Accius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 14. *Müll.* Pervade polum. *h. e.* vade per polum, ut ipsemet *Varro* explicat. *Tac.* 13. *Ann.* 16. Venenum ita cunctos artus pervasit, ut etc. *Id.* 4. *ibid.* 51. Neque tamen pervasere hostes, nisi admodum pauci. — *c*) Et absolute. *Id.* 2. *ibid.* 17. Nisu tamen corporis et impetu equi pervasit. *h. e.* perrupit evasitque. ¶ 2. Latiori sensu est ingredi, invadere, penetrare, pervenire. — *a*) Cum Accusat. et præpos. *in, ad, sub. Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 145. Nares contractiores habent introitus, ne quid in eas, quod noceat, possit pervadere. *Trebell. Poll. Gall.* 11. Scythæ in Cappadociam pervaserunt. *Liv.* 7. 36. Inter trepidationem tumultumque Samnitium, præsidium Romanorum, obviis custodibus cæsis, ad castra consulis pervadit. *Id.* 26. 5. *a med.* Cohors Hispanorum usque ad vallum pervasit. *Sil. It.* 5. 390. gelidusque sub ossa Pervasit miseris conspecti consulis horror. — *b*) *Pervasus* pass. *Ammian.* 24. 3. Pervasa urbe. *Id.* 31. 3. Pervasis regionibus.

II.) Translate. ¶ 1. De abstractis est vadere per aliquam rem, pertransire. *Cic.* 3. *Verr.* 16. 44. Quacumque iter fecit, ejusmodi fuit, non ut legatus populi Romani, sed ut quædam calamitas pervadere videretur. *Id. pro leg. Manil.* 9. 23. Opinio, quæ per animos gentium barba-

rarum pervaserat. — Et cum Accus. sine præpos. *Cic. Sull.* 19. 53. Quas oras quasi morbus quidam illius furoris pervaserat. *Liv.* 5. 7. Quum fama ea forum atque urbem pervasisset. *avendo scorso per la piazza e per la città.* et 26. 15. Murmur a tribunali totam contionem pervasit. *Quintil.* 8. 2. 21. Pervasit jam multos ista persuasio, ut id eleganter dictum putent, quod interpretandum sit. *Sil. It.* 7. 427. quisve ora repente Pervasit pallor? *h. e.* invasit infecitque. *Pseudo-Sall. orat.* 1. *ad Cæs. de republ. ordin.* 6. Quare capesse per deos rempublicam, et omnia aspera, uti soles, pervade. *h. e.* aggredere et vince. ¶ 2. Item de abstractis pro penetrare, pervenire. *Cic.* 5. *Verr.* 89. 207. Locus intra Oceanum jam nullus est, quo non-nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit. *Lucret.* 1. 554. Ut nil ex illis a certo tempore posset Conceptum, summum ætatis pervadere florem. (*alii* finem). *h. e.* vadere usque, seu pervenire ad summum ætatis florem. Ita *Forcellinus*: at *Lachmann.* ad h. l.: Verius est a poetæ manu hoc esse, *summa,* hoc est universo vivendi actu, *ætatis pervadere fines,* per omnes vitæ spatium vadere; *fines* enim locum finibus signatum dici nemo ignorat.

PERVĂGĂBĪLIS, e, adject. pervagans. *Sidon.* 2. *Ep.* 2. *a med. de lacu.* Pelagi campus cymbulis late secatur pervagabilibus.

PERVĂGĀTUS, a, um, *et*

PERVĂGO, as, etc. *V.* voc. seq.

PERVĂGOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Forma *Pervago* apud *Cic.* 3. *Herenn.* 22. 37. Sed illud facere oportebit, ut identidem primos quosque locos imaginum renovandarum causa celeriter animo pervagemus. *Ita leg. Codices aliqui, et hanc lectionem recentiores nonnulli tuentur;* Orellius *leg.* pervagemur. — Part. *Pervagans* II. 1., *Pervagatus* I. et in fin. — Pervagari est per aliquem locum vagari, περιφέρομαι (It. *andare vagando*; Fr. *aller çà et là, errer, parcourir, traverser;* Hisp. *errar, vagar, discurrir*; Germ. *durchstreifen,-schweifen,-wandern*; Angl. *to wander through, wander or go over, rove about, spead over, over, overrun*).

I.) Proprie. *Cic.* 7. *Verr.* 37. 98. Hic, te prætore, prædonum naviculæ pervagatæ sunt. *Liv.* 38. 17. Inter mitissimum genus hominum ferox natio, pervagata bello prope orbem terrarum, sedem cepit. *Vellej.* 2. 97. 4. Pervagatus (*Nero*) victor omnes partes Germaniæ-, sic perdomuit eam, ut etc. *Quintil. Declam.* 3. 14. Gens majorem terrarum partem victoriis pervagata. Rursus *Liv.* 1. 29. Nunc errabundi domos suas, ultimum illud (*al.* illis) visuri, pervagarentur. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (113). Mæander Apamenam pervagatur regionem. *Cæs.* 7. *B. G.* 45. Imperat, ut paullo tumultuosius omnibus in locis pervagarentur. *Al* Dinter. *leg.* omnibus locis vagarentur.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro spargi, *spargersi, dilatarsi. Cic.* 6. *Verr.* 28. 64. Quod in exteris nationibus usque ad ultimas terras pervagatum est. *Vitruv.* 2. 6. Pervagantes in agris ardores. ¶ 2. Pro invadere, implere. *Cic.* 1. *Legg.* 11. 32. Molestiæ, lætitiæ, cupiditates, timores similiter omnium mentes pervagantur. *Plin.* 1. *Ep.* 12. Dolor omnia membra pervagabatur. *et* 6. *ibid.* 10. Cujus memoria orbem terrarum pervagatur. ¶ 3. Est etiam generale, vel commune fieri, *diventare generale, comune. Cic.* 2. *Invent.* 39. 113. Ne is honor nimium pervageturr. *h. e.* nimis multis habeatur. *Madvigius* ad *Cic.* 2. *Fin.* 5. 15. præfert *pervulgetur,* collato *Cic. ibid.* § 114. — Hinc Part. præter.

Pervagatus, a, um, sæpe passive et adjective usurpatur, unde Comp. *Pervagatior* 2. et Sup. *Pervagatissimus* 1., et ¶ 1. Divulgatum, pervulgatum significat, *divulgato, pubblicato, sparso per tutto, noto, ordinario. Cic. Planc.* 19. 47. Desinamus aliquando vulgari et pervagata declamatione contendere. *Id. Orat.* 57. 195. Ut pervagatum ac vulgare videatur. *Id.* 1. *Orat.* 36. 165. De communibus et pervagatis rebus audire. *Id. Topic.* 18. 69. Mala pauciora anteponantur malis pluribus, diuturniora bona brevioribus, longe et late pervagata angustis. *Id. Marcell.* 8. 26. Gloria est illustris ac pervagata fama meritorum. *Id. Orat.* 43. 147. Pervagatissimus ille versus, qui vetat Artem pudere proloqui, quam factites. ¶ 2. Item est generale, multis commune. *Cic.* 2. *Invent.* 14. 47. Pars argumentorum est adjuncta causæ, pars pervagatior. *più generale, comune a più cose.*

PERVĂGUS, a, um, adject. valde vagus. *Ovid.* 2. *Art. am.* 18. tam vasto pervagus orbe puer. Adde *Sabin. Ep.* 1. 91.

PERVALDE, adverb. plurimum. *Gloss. Philox.* Pervalde, multum, πολύ, πάνυ, λίαν.

PERVĂLĔO, es, ere, n. 1. multum valeo. *Lucret.* 6. 916. Usque adeo permanenter vis pervalet ejus. *Alii leg.* prævalet. *Turnebus Adversar.* 26. 13. et *Bentlejus, probante Lachmanno,* pervolat.

PERVĂLĬDUS, a, um, adject. multum validus. *Ammian.* 29. 1. *init.* Agminibus pervalidis. Aliud exemplum, quod affertur ex *Liv.* 40. 47. dubiam habet lectionem. Certa est lectio apud *Vulgat. interpr. Isai.* 30. 14. Et comminuetur, sicut conteritur lagena figuli contritione pervalida.

PERVĂRĬĒ, adverb. πολυποικίλως, valde varie. *Cic.* 2. *Orat.* 80. 327. Reliqua pervarie jucundeque narrantur.

PERVĂRĬUS, a, um, adject. valde varius. *Apul. de Deo Socrat.* Pervariæ utilitates in vita agenda animadversæ. *Al. aliter leg.* Certior est lectio apud *Venant. Fortun. vit. Mauril.* 23. Pervariis vulneribus obsessi atque fædati.

PERVĀSĬO, ōnis, f. 3. actus pervadendi, invasio. *Salvian.* 5. *Gubern. D.* 10. A rerum alienarum pervasione non abstinent. *Id. de vero Judic.* 4. *sub init.* Si quidem pervasionibus præpotentum, aut sua homines imbecilli, aut etiam se ipsos cum suis pariter amittunt. *Cod. Theod.* 2. 4. 5. Ne pervasionibus improborum protelandæ cognitionis præbeatur occasio. *Novell. Valentin. tit.* 8. 2. Moti ingesta nobis pervasionis invidia. Adde *ibid. tit.* 34.

PERVĀSOR, ōris, m. 3. qui per vim aliena invadit. *Cassiod.* 4. *Variar.* 20. Manente pœna pervasori, qui veterum dona et Ecclesiæ probatur violasse compendia. *Paulin. Petroc.* 6. 44. proprias alieno in corpore voces Edere pervasor captivo ex ore jubetur. *Cod. Theod.* 2. 4. 5. Nec aliqua pervasori dilatio concedatur. *Novell. Valent. tit.* 8. Si divalium sanctionum nulla pervasorem pœna percelleret. *Alcim. Avit. Ep.* 6. Pervasor alienarum ædium.

PERVASTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERVASTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (per *et* vasto). Part. *Pervastatus* et *Pervastandus.* — Pervastare est prorsus vastare. *Liv.* 33. 37. Quum Boji Lævos Libuosque pervastassent. *Id.* 6. 4. Ad pervastandos fines duxere. *Id.* 8. 19. Pervastatis passim agris, prædaque abacta. *Tac.* 15. *Ann.* 45. Conferendis pecuniis pervastata Italia.

PERVĀSUS, a, um. *V.* PERVADO.

PERVECTĬO, ōnis, f. 3. pervehendi actus. *Cod. Theod.* 11. 1. 13. Ut autem nihil de transmissione aut pervectione obscuritatis oriatur, tabularios præfecti annonæ Africæ, sed et urbis Romæ ad officium, quod solertiæ tuæ paret, deduci præcipimus, collaturos apud acta, quid transmissum, quid pervectum est.

PERVECTOR, ōris, m. 3. qui pervehit. *Symmach.* 4. *Ep.* 65. (*al.* 64.) Pervector apicum. *h. e.* tabellarius. *V.* APEX.

PERVECTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERVĔHO, vēhis, vexi, vectum, vĕhere, a. 3. (per *et* veho). Part. *Pervectus* I. 2.; *Pervehendus* I. 1. — Pervehere est per locum vel per rem aliquam vehere, deferre, διαχομίζω (It. *portare attraverso, condurre attraverso*; Fr. *faire passer, transporter à travers*; Hisp. *transportar de medio*; Germ. *durchziehen,-tragen,-fahren,-führen*; Angl. *to carry along, convey, conduct*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, per aliquem locum vehere. *Liv.* 44. 6. Neque commeatibus pervehendis eo patuisset iter. — Et *pervehi* cum Accusat. Mediorum apud Græcos more. *Tac.* 2. *Ann.* 8. Lacus inde et Oceanum secunda navigatione pervehitur. *Sil. It.* 4. 51. Jam consul, volucri pervectus litora classe, Scipio etc. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate, ut aliis placet, est usque ad aliquem locum vehere, deferre, navi, equo, aut curru. *Liv.* 5. 40. *extr.*; et *Val. Max.* 1. 1. *n.* 10. Sacra in plaustrum imposuit, et Cære pervexit. *Sueton. Tib.* 7. Drusum fratrem in Germania amisit, cujus corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam usque pervexit. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 6. 22. (39). Sandaracam et ochram in insula Rubri maris nasci, sed inde non pervehuntur ad nos. *Apul. de Deo Socrat. de equo.* Volo enim non modo perniciter, sed etiam molliter pervehat. — Passive sæpius adhibetur. *Vet. Poeta* apud *Varron.* 5. *L. L.* 153. *Müll.* Dictator ubi currum insidit, pervehitur usque ad oppidum. *Cic.* 14. *Att.* 19. Alium portum videbamus, in quem mallem pervehi. *Id.* 1. *Tusc.* 49. 119. Quo utinam velis passis pervehi liceat. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 8. (28). Arionem, quum se jecisset in mare, exceptum a delphino Tænarum in litus pervectum. *Id.* 2. *ibid.* 67. 67. (169). Gades usque pervectus. *et* 12. *ibid.* 1. 3. (6). ad Morinos usque. *Vellej.* 2. 55. 1. in Africam. *Liv.* 31. 23. Chalcidem. — De eo, qui pedibus procedit. *Sil. It.* 8. 126. Illa cito passu pervecta ad litora, etc.

II.) Translate. *Cic.* 2. *Off.* 6. 19. Quum prospero flatu fortunæ utimur, ad exitus pervehimur optatos. *Alii leg.* provehimur. Est autem inter hæc discrimen: nam *provehimur* a terra in altum, *pervehimur* ab alto ad portum. Tametsi ne hoc quidem perpetuum est. Cf. *Curt.* 8. 5. 17. Credisne illos unius convivii decreto deos factos? Prius ab oculis mortalium amolita natura est, quam in cælum fama perveheret.

PERVELLO, vellis, velli, vulsum, vellere, a. 3. (per *et* vello) est valde vellere, vellicare, aliquid in corpore summis digitis evellendi causa attrahere, aut comprimere, διατίλλω (It. *pizzicare, stirare*; Fr. *tirer, pincer, arracher*; Hisp. *pellizcar, pizcar, tirar, arrancar*; Germ. *starch oder heftig zupfen, rupfen, berupfen*; Angl. *to pinch, twitch*).

I.) Proprie. *Plaut. Pers.* 5. 2. 66. Hei, nates pervellit. *Pseudo-Ascon.* ad *Cic.* 3. *Verr.* 13. 35. *Compilarit:* pilos pervellerit. *Phædr.* 5. 5. Pervellit aurem vero (*porcello*) quem celaverat, Et cum dolore vocem naturæ exprimit. — *Pervellere alicui aurem* translate est admonere, et memoriam alicujus rei renovare. *Val. Max.* 1. 5. *n.* 8.; et *Seneca* 5. *Benef.* 7. *ad fin.* et 4. *ibid.* 36. et *Ep.* 94. *a med. V.* AURIS; et infra sub II. 2.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro irritare, torquere, mordere, pungere, dolorem afferre. — *a)* De rebus physicis. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 8. Rapula, lactucæ, radices qualia lassum Pervellunt stomachum. *h. e.* irritant, excitant, et orexim faciunt, *eccitano l'appetito.* — *b)* Morali ratione. *Cic.* 3. *Tusc.* 17. 36. Fortuna pervellere te forsitan poterit et pungere, non poterit certe vires frangere. *et* 2. *ibid.* 20. 46. Si te forte dolor aliquis pervellerit, exclamabis ut mulier? — Similiter *Id.* 1. *Orat.* 62. 265. Neque tam mihi molestus fuit, quod jus nostrum civile pervellit, quam etc. *h. e.* convellit, dictis pupugit, ei obtrectavit. ¶ 2. Pro excitare. *Seneca* 5. *Benef.* 23. Quorumdam ad referendam gratiam fides non cessat, sed languet: hanc pervellamus. *h. e.* excitemus, admoneamus, tamquam aurem pervellendo. *V.* supra I.

PERVĒNĬO, vēnis, vēni, ventum, vēnire, n. 4. (per *et* venio). *Pervenibo* pro *perveniam,* positio non infrequens in 4. conjugat. *Pomponius* apud *Non. p.* 508. 6. *Merc.* Quo illæ pervenibunt divitiæ. — Part. *Perveniens* I. 2.° c.; *Perventurus* I. 2.° *b.* et II. — Pervenire est usque ad constitutum locum venire, devenire, accede-

re, perduci, pertinere, ἀφικνεομαι (It. *giungere, arrivare, pervenire*; Fr. *arriver à, parvenir à, atteindre, gagner*; Hisp. *llegar, arribar, alcanzar*; Germ. *an 's Ziel kommen, wohin kommen, -gelangen*; Angl. *to come to, arrive at, reach*).

I.) Proprie. — 1.°) De hominibus. — *a*) Cum Accusat. et præpos. *in. Cæs.* 4. *B. G.* 6. Germani in fines Eburonum pervenerant. *Cic.* 1. *Cat.* 12. 30. Si iste, quo intendit, in Manliana castra pervenerit. *Nepos Chabr.* 4. Naudo in tutum pervenerunt. *Ovid.* 13. *Met.* 909. Pervenire in summum montis. *Quintil.* 2. 17. 24. Gubernator vult salva nave in portum pervenire. — *b*) Cum Accus. et præpos. *sub. Val. Flacc.* 7. 394. utque sub altas Pervenere trabes. — *c*) Cum Acous. et præpos. *ad. Cic. Pis.* 25. 61. Ipse cum hominibus quindecim male vestitis ad portam Cælimontanam sitiens pervenerim. *Liv.* 29. 30. Ad Syphacem, quo primum intenderant iter, pervenerunt. — *d*) Cum Adverb. motus ad locum. *Cic. Mur.* 9. 22. Ille (*dux vigilat*), ut eo, quo intendit, mature cum exercitu perveniat. *Nepos Epam.* 4. Præsidium dedit, ut eo tuto perveniret. — *e*) Cum Dativo. *Inscript.* apud *Henzen.* 6406. PETI VSQ. A PVBERTATE SENECTAE MEAE PERVENIRE. — *f*) Absolute. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 38. qui pervenit, fecitne viriliter? — *g*) Passive impersonaliter. *Ter. Phorm.* 4. 3. 35. Non potuit melius pervenirier eo, quo nos volumus. *paragoge. Cæs.* 6. *B. G.* 11. Quoniam ad hunc locum perventum est, non alienum esse videtur etc. *Sall. Jug.* 107. Deinde paucis diebus, quo ire intenderant, perventum est. *Virg.* 4. *G.* 374. Postquam est in thalami pendentia pumice tecta Perventum, etc. *et* 2. *Æn.* 634. Ast ubi jam patriæ perventum ad limina sedis Antiquasque domos etc. — 2.°) De rebus. — *a*) Generatim. — Absolute. *Lucret.* 6. 383. Unde volans ignis pervenerit, aut in utram se Verterit hinc partem. *h. e.* huc pervenerit. Sic *Id.* 4. 553. Hoc ubi non longum spatium 'st, unde una profecta Perveniat vox quæque, necess 'st etc. Adde *eumd. ibid.* 285. — Ceterum *Varro* 1. *R. R.* 23. 3. Si ad siliquas non ita pervenit (*lupinum*), ut fabam legere expediat. *Cic. pro leg. Manil.* 12. 32. Duodecim secures in prædonum potestatem pervenerunt. *Cæs.* 1. *B. C.* 52. Jam ad denarios L. in singulos modios annona pervenerat. — *b*) Sic dicitur *pervenire*, quod cuipiam contingit. *Sall. Jug.* 35. Æstimabitis, qualis illa pax, aut deditio sit, ex qua ad Jugurtham scelerum impunitas, ad paucos potentes maximæ divitiæ, in rempublicam damna atque dedecora pervenerint. *Cæs.* 1. *B. C.* 26. Cujus rei magnam partem laudis ad Libonem perventuram. *Nepos Epam.* 4. Ne, si tibi sit pecunia adempta, alliquis dicat, ad me pervenisse. *Cic.* 2. *Fin.* 17. 55. Ut omnis hereditas ad filiam perveniret. *Id. Cluent.* 64. 180. Perquiritur a coactoribus: invenitur ea serrula ad Stratonem pervenisse. *scil.* in auctione empta. — *c*) *Pervenire ad aliquem*, ad notitiam alicujus: *ad aures, ad oculos hominum*, sciri, videri. *Plaut. Mil. glor.* 2. 4. 50. Si ad herum hæc res pervenerit, peristi pulcre. *At* Fleckeisen. *legit*: Si ad herum venerit hæc res, peribis pulcre. *Colum.* 5. *R. R.* 8. 3. Olearum plura genera esse arbitror, sed in meam notitiam decem omnino pervenerunt. *Cic.* 6. *Verr.* 28. 64. Quum pulcritudo ejus recens ad oculos hominum atque integra perveniret. *et mox.* Pervenit res ad istius aures, nescio quomodo. *Virg.* 9. *Æn.* 396. clamor ad aures Pervenit. — Cum solo Accusativo. *Ovid.* 3. *Met.* 462. Verba refers aures non pervenientia nostras. *Claudian. B. Get.* 73. non pervenere juventæ Robur Aloidæ.

II.) Translate dicitur, *pervenire* qui boni aliquid adipiscitur, vel in malum aliquod incidit. *Ter. Eun.* 1. 2. 44. Sine, me pervenire, quo volo. *h. e.* dicere omnia, quæ institui. *Varro* 1. *R. R.* 4. 3. Calamitas colonum ad fructus pervenire non patitur. *Cic.* 13. *Fam.* 26. *extr.* Sed quum illum (*Mescinium*) studeo quam facillime ad suum pervenire, tum illud laboro, ut non minimum hac mea commendatione se consecutum arbitretur. *Id.* 4. *Verr.* 18. 45. Populum Syracusanum in maximam invidiam sua infamia alieno præmio pervenisse. *Nepos Lysand.* 1. *et Phoc.* 2. Pervenire in odium alicujus. *Id. Cim.* 2. ad principatum. *et Alcib.* 5. in amicitiam alicujus intimam. *Id. Att.* 10. *extr.* ex tot procellis civilibus ad incolumitatem. *Id. Hamilc.* 2.; et *Cæs.* 2. *B. C.* 42. ad desperationem. *Cæs.* 1. *ibid.* 61. in magnum timorem, ne etc. *Cic. Flacc.* 18. 43.; et *Sall. Jug.* 4. in senatum. *h. e.* ad ordinem senatorium. *Cic.* 5. *Fam.* 12. in scripta alicujus. *h. e.* obtinere, ut aliquis de nobis scribat. *Id. Rosc. Com.* 11. 30. ad primos comœdos. *arrivare ad esser de' primi. Id.* 1. *Off.* 31. 113. Ut ad id aliquando, quod cupiebat, perveniret. *Id. fragm. pro Scauro* ed. *Schütz.* 16. Posse virtutem sine præsidio fortunæ, quo contendisset, labore et constantia pervenire. et *Pompon. Dig.* 1. 2. *ante med.* Evenit, ut plebs in discordiam cum patribus perveniret. ubi *Forcellinus*: Pro simplici venio. — Item qui certum vitæ terminum attigit. *Cic.* 1. *Divinat.* 23. 46. Ad septuagesimum regni annum pervenit. *Quintil.* 5. 10. 16. Eum, qui recte valeat, in crastinum perventurum. — Passive impersonaliter. *Cic.* 1. *Att.* 17. *ad fin.* Quin erat dicturus (ad quem propter diei brevitatem non est perventum) heros ille noster Cato. *Cæs.* 3. *B. C.* 6. Quoniam prope ad finem laborum esset perventum. *Cic. Sext.* 36. 77. Raro ad manus pervenitur. *si viene alle mani.*

PERVĒNOR, āris, ari, dep. 1. καταδηρέω, diligenter venor, solertia adhibita investigo. *Plaut. Merc.* 4. 5. 3. Defessus sum urbem totam pervenarier.

PERVENTĬO, ōnis, f. 3. *arrivo*, actus perveniendi. *Augustin.* 6. *Confess.* 1. et 2. *Consens. Euang.* 20.; et *Capell.* 4. *p.* 126.

PERVENTOR, ōris, m. 3. qui pervenit. *Augustin.* 2. *Consens. Euang.* 20. Vulgo perventores appellantur, qui potentium quorumlibet tamquam inaccessibiles animos, per convenientium personarum interpositionem, ambitionis arte pertingunt.

PERVĒNUSTUS, a, um, adject. valde venustus. *Sidon.* 3. *Ep.* 13. *ante med.* Elegans homo pervenustusque. *Id.* 9. *ibid.* 9. *a med.* Pervenustarum vestium rugæ.

PERVERRO. *V.* PRÆVERRO.

PERVERSĀTUS, a, um, particip. a v. *perversare*, quod a *perversus*, est depravatus, vehementer vexatus ac distortus. *Marcell. Empir. c.* 28. *p.* 128. *retro* ed. *Ald.* Si ventriculus perversatus fuerit alicui, aquam bibat unde pedes laverit suos.

PERVERSE *vel* pervorse, adverb. Comp. *Perversius* et Sup. *Perversissime*. — Perverse est idem ac perversa ratione, διαστρόφως.

I.) Proprie. *Sueton. Galb.* 18. *extr.* Sella curulis in senatu perverse collocata.

II.) Translate significat omnia ea, quæ fiunt secus ac debent, id est præpostere, perperam, prave, *stravoltamente, a rovescio, malamente. Ennius* apud *Gell.* 11. 4. Hæc tu etsi perverse dices, facile Achivos flexeris. *Plaut. Merc.* 2. 2. 19. DR. Quid tibi ego ætatis videor? LY. Acherunticus, senex, vetulus, decrepitus. DR. perverse vides, puer sum septuennis. *Id. Most.* 4. 2. 36. Erras pervorse, pater. *Id. Trin.* 1. 2. 146. Hæc sunt: si recte, seu pervorse facta sunt. *Cato* apud *Gell.* 10. 23. Si quid perverse tetreque factum est a muliere, multatur. *Plaut. Truc.* 1. 2. 41. Pervorse interpretari. *Cic.* 3. *Nat. D.* 28. 70. Deorum beneficio perverse uti. *Id.* 3. *Off.* 32. 113. Stulta calliditas perverse imitata prudentiam. *Id.* 1. *Orat.* 33. 150. Perverse dicere homines, perverse dicendo facillime consequi. *Pseudo-Sall. orat.* 1. *ad Cæs. de republ. ordin.* 1. Plerique rerum potentes perverse consulunt. *Tertull. Apolog.* 2. Perversius cogitis tormentis de confessione decedere. *Hieronym. in* 1. *Matth.* 25. Quidam perversissime suspicantur.

PERVERSĪBĬLIS, e, adject. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 136. Cave benignus esse perversibilis. *Plerique alii leg.* Cave, benignus esse perverse velis.

PERVERSĬO, ōnis, f. 3. actus pervertendi, inversio, διαστροφή. *Cic.* 4. *Herenn.* 32. 44. Transgressio est, quæ verborum perturbat ordinem perversione, aut transjectione. Perversione sic: Hoc vobis deos immortales arbitror dedisse pietate pro vestra. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 5. *a med.* Competit, ut si qui Euangelium pervertebant, eorum magis curarent perversionem, quorum sciebant auctoritatem receptiorem.

PERVERSĪTAS, ātis, f. 3. *stravolgimento, perversità*, διαστροφή, κακοήθεια, ut ordo præposterus, inversio, perturbatio, pravitas. *Cic. Orat.* 9. 31. Quæ est autem in hominibus tanta perversitas, ut, inventis frugibus, glande vescantur? *Id.* 3. *Tusc.* 1. 2. In omni pravitate et in summa opinionum perversitate versamur. *Id.* 1. *Off.* 40. 145. Quæ multum ab humanitate discrepant, ut si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna perversitas. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 13. Quum te alicujus improbitas perversitasque commoverit. *Quintil.* 1. 6. 17. Inhærent quidam molestissima diligentiæ perversitate, ut *audaciter* potius dicant, quam *audacter. Sueton. Aug.* 62. Pertæsus morum perversitatem ejus.

PERVERSUM, i, n. 2. *V.* PERVERTO in fin.

PERVERSUS *vel* pervorsus, a, um. *V.* voc. scq.

PERVERTO *vel* pervorto, tis, ti, sum, tere, a. 3. (per *et* verto). Part. *Perversus* in fin.; *Perversurus* II. *a.* — Pervertere est evertere, percellere, subvertere, διαστρέφω (It. *rovesciare, stravolgere, mettere sossopra, atterrare, abbattere, rovinare*; Fr. *mettre sens dessus dessous, renverser, bouleverser, retourner*; Hisp. *trastornar, derribar, abatir*; Germ. *ganz umkehren, um-und umkehren, -drehen, -stürzen, umwerfen, umstürzen*; Angl. *to overturn, overthrow, turn upside down, upset, subvert, beat or batter down, throw down, destroy*).

I.) Proprie. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 2. Pinus proceras pervortunt. *Plaut. Cas.* 4. 1. 16. Coqui aulas pervortunt, ignem restinguunt aqua. *Cic.* 1. *Divinat.* 24. 49. Tum visam belluam vastam et immanem, quacumque incederet, omnia arbusta, virgulta, tecta pervertere. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 59. Ballista pervortam turrim et propugnacula. *Id. Stich.* 2. 1. 14. Si rex obstabit obviam, regem ipsum prius pervortito. *buttalo a terra. Hirt.* ad *Cic. post ep.* 6. *l.* 15. *ad Att.* Noli sinere hæc omnia perire, quæ funditus medius fidius rapinis, incendiis, cædibus pervertuntur. *Petron. Satyr.* 102. *ad fin.* Tamquam hic solus color figuram possit pervertere. *distruggere, scontraffare le fattezze.*

II.) Translate. — *a*) Generatim. *Cic.* 2. *Divinat.* 56. 115. Quum sors illa edita est opulentissimo regi Asiæ, *Crœsus Halym penetrans magnam pervertet opum vim*; hostium vim sese perversurum putavit, pervertit autem suam. *Id.* 3. *Fin.* 21. 70. Labefactare atque pervertere amicitiam, aut justitiam. *Id.* 1. *Off.* 2. 5. Omne officium pervertere. *et ibid.* 8. 26. omnia jura divina atque humana. *Id. Harusp. resp.* 27. 57. sacra inexpiabili scelere. — *b*) Speciatim subvertere, efficere, ut aliquis a recto deflectat, deficiat, desciscat, *pervertire. Nepos Lysand.* 2. Quod ea civitas præcipua fide fuerat erga Athenienses, eam pervertere concupivit. *Id. Hamilc.* 3. Et princeps largitione vetustos pervertit mores Carthaginiensium. *Cic. Brut.* 79. 273. Nescio quomodo, discessit a sese, ceciditque, postquam eos imitari cœpit, quos ipse perverterat. — *c*) Item labefactare, evertere, de statu dejicere, perdere, *rovinare. Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 14. 44. Numquam ille me opprimet consilio, numquam ullo artificio pervertet. *Tac.* 3. *Hist.* 38. Ubi, asperatum Vitellium, et posse Blæsum perverti, satis patuit iis, qui principum offensas acriter speculantur. *Id.* 13. *Ann.* 45. Nam Ollium honoribus nondum functum amicitia Sejani pervertit. *et* 16.

ibid. 22. *ad fin.* Ut imperium evertant, libertatem præferunt: si perverterint, libertatem ipsam aggredientur. — Hinc Part. præter. pass.

Perversus, a, um, adjective occurrit, unde Comp. *Perversior* II. et Sup. *Perversissimus* I.; est autem inversus, distortus, pravus, præposterus, *stravolto, rovescio, strano, perverso,* διάστροφος.

I.) Proprie. *Varro* apud *Gell.* 16. 16. *extr.* Rectus perversusque portus. *Cic.* 1. *Nat. D.* 28. 79. Erat, sicut hodie est, perversissimis oculis. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 16. 18. (38). Pondere capitum perversa ova. *Seneca* 1. *Ira* 16.; et *Petron. fragm. Tragur.* 58. *Burmann. ad fin.* Perversa vestis. *h. e.* pulla. *V.* Interpr. ad scriptorem utrumque. *Ovid.* 3. *Art. Am.* 246. Dictus eram cuidam subito venisse puellæ: Turbida perversas induit illa comas. *et ibid.* 287. perverso distorquere ora cachinno. *Liv.* 21. 33. Perversis rupibus, juxta invia ac devia, discurrunt. *scoscese, precipitose, ripide. Pelagon. Veterin.* 5. Equus perversus ambulabit pedibus incertis, et interdum cuilibet aut stipiti, aut jacentibus lapidibus pedes offendit. *va torto con passi incerti. Auson. epigr.* 70. Perversæ Veneris postico vulnere fossor. *h. e.* pædico, qui præposteram Venerem exercet.

II.) Translate. — *a*) Generatim. *Plaut. Men.* 5. 5. 1. Næ hic dies pervorsus atque advorsus mihi obtigit. *Cic. Harusp. resp.* 12. 25. Quid magis deformatum, inquinatum, perversum, conturbatum dici potest? *Id. Rosc. Com.* 10. 30. Nihil ab hoc pravum et perversum produci posse arbitrabantur. *et ibid.* 18. 56. Perverso more quippiam facere. *Id.* 5. *Tusc.* 17. 50. Ita erit beata vita melius aliquid: quo quid potest dici perversius? *Id. Cluent.* 26. 71. Itaque, ut erat semper præposterus atque perversus, initium facit a Bulbo. *Id. Mur.* 36. 75. Perversa sapientia. *scil.* Stoicorum. *Seneca Hippol.* 984. Tristis virtus perversa tulit præmia recti. *h. e.* pœnas, calamitates pro bonis. *Virg.* 7. *Æn.* 584. bellum Contra fata deum, perverso numine poscunt. *h. e.* averso, adverso, irato. *Stat.* 1. *Theb.* 59. perversa vota. *h. e.* quibus mala petuntur. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 3. 4. (13). Scutis continebantur imagines: unde et nomen habuere clipeorum, non, ut perversa grammaticorum subtilitas voluit, a cluendo. — *b*) Speciatim. *Perversus homo* interdum est malevolus, invidus, malignus, tamquam si perversis obliquisque oculis alterius bona aspiciat, *invidioso, maligno, perverso. Brut.* ad *Cic.* 11. *Fam.* 10. Gratiorem me esse in te posse, quam isti perversi sunt in me, exploratum habes. (*Manut.* hic adscribit illud *Cic.* 1. *ad Brut.* 15. *circa med.* Decrevi, ut in fastis ad eum diem Bruti nomen adscriberetur *etc.* Atque illo die cognovi, paullo plures in senatu malevolos esse, quam gratos). *Virg.* 3. *Ecl.* 12. Aut hic ad veteres fagos, quum Daphnidis arcum Fregisti et calamos, quæ tu, perverse Menalca, Et, quum vidisti puero donata dolebas: Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses. — Hinc

Perversum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, translate legitur apud *Senec. Vit. beat.* 5. *a med.* Ratio prava, et malo suo, atque in perversum solers.

PERVESPĔRI, adverb. *assai tardi,* sero vesperi. *Cic.* 9. *Fam.* 2. Caninius quum ad me pervesperi venisset. Alii leg. *nuper vesperi. Orellius* vulgatam lect. probe retinuit.

PERVESTĪGĀTĬO, ōnis, f. 3. actus pervestigandi, *diligente ricerca,* ἐξιχνιασμός.

I.) Proprie. *Cod. Theod.* 8. 2. 3. Militiæ numerus, qui ex vagis veteranorumque filiis vacantibusque potuerit fida pervestigatione compleri.

II.) Translate. *Cic.* 1. *Orat.* 3. 9. Sed omnia, quæcumque possent, vel scientiæ pervestigatione, vel disserendi ratione comprehenderint.

PERVESTĪGĀTOR, ōris, m. 3. *ricercatore,* ἀνιχνευτής, qui pervestigat. *Hieronym. Vir. illustr.* 81. *de Eusebio.* Bibliothecæ divinæ diligentissimus pervestigator.

PERVESTĪGĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERVESTĪGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (per *et* vestigo). Part. *Pervestigatus* II. — Pervestigare est vestigia sequendo (ut canes venatici solent) inquirere, invenire, reperire, *ricercare con diligenza, investigare, trovare, scoprire,* ἀνιχνεύω.

I.) Proprie. *Cic.* 6. *Verr.* 13. 31. In Siciliam posteaquam venerunt, mirandum in modum, (canes venaticos diceres) ita odorabantur omnia et pervestigabant, ut ubi quidque esset, aliqua ratione invenirent.

II. Translate. *Plaut. Merc.* 5. 2. 54. Operam ut sumam ad pervestigandum, ubi sit illæc. *Cic.* 7. *Verr.* 68. 174. Quæ tentata jam et cœpta ab isto sunt, a me autem pervestigata et cognita. *Id.* 2. *Orat.* 34. 147. Nosse regiones, intra quas venias, et pervestiges, quod quæras. *Ita* Forcellinus: Orellius *vero* intra quas venere.

PERVĔTUS, tĕris, adject. omn. gen. *molto vecchio,* πολύχρονος, valde vetus. *Cic.* 6. *Verr.* 3. 7. Signum pervetus ligneum. *et ibid.* 33. 72. oppidum. *Id.* 13. *Fam.* 17. Pervetus amicitia. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 1. 4. epistola, sed sero allata. *Auct. B. Afr.* 37. Turres speculæque perveteres. *Cels.* 5. 26. *n.* 30. Vinum non pervetus. — Absolute *Cic. Orat.* 3. 12. Ego autem et me sæpe nova videri dicere intelligo, quum pervetera dicam, sed inaudita plerisque.

PERVĔTUSTUS, a, um, adject. idem ac pervetus. *Cic.* 3. *Orat.* 52. 201. Ut translatis verbis utamur frequenter, interdumque factis, raro etiam pervetustis.

PERVĬAM, adverb. ut obviam. ex *per* et *via. Charis.* 2. *p.* 187. *Putsch.* Divus Augustus reprehendens Ti. Claudium ita loquitur: Scribis enim perviam ἀντὶ τοῦ obiter. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 24. Quia angulos omnes mearum ædium et conclavium mihi perviam facitis. *h. e.* accessibiles, et qui adiri ab omnibus possint. *Fronto de oration.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 1. *ad fin.* Regiones verborum et saltus noverimus, ut, ubi quæsitis (*verbis*) opus sit, per viam potius ad vestigandum, quam invio progrediamur. Ita divisim *per viam* perperam editum est, quum recte in 1. editione junctim *perviam. V.* INVIUS.

PERVĬĀTĬCUM, i, n. 2. idem ac viaticum. *Fronto* 2. *ad amic.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 6. Est ne Volumnio legato perviaticum publice decretum? Alii legendum putant *semper viaticum.*

PERVĬCĀCĬA, æ, f. 1. (pervicax) obstinatio, durities, firmitas, *ostinazione, pervicacia, durezza,* αὐθάδεια, μονοτονία. — Quomodo a *pertinacia* differat, *V.* in PERVICAX I.

I). Proprie. *Cic.* 4. *Tusc.* 11. 26. Ægrotationi talia quædam subjecta sunt, avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, etc. *Liv.* 9. 34. *ad fin.* Hæc, quæ adhuc egi, pervicacia tua et superbia coegit me loqui.

II.) Translate usurpatur pro perseverantia, firmitate. *Tac.* 12. *Ann.* 20. *extr.* Ita majoribus placitum, quanta pervicacia in hostem, tanta beneficentia adversus supplices utendum. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 20. 34. (147) Castanea pedamentis omnibus præfertur perdurandi pervicacia.

PERVĬCĀCĬTAS, ātis, f. 3. pervicacia. *Gloss. Philox.* Μονοτονία, pervicacitas.

PERVĬCĀCĬTER, adverb. Comp. *Pervicacius.* — Pervicaciter est pertinaciter, *ostinatamente,* ἐνοτατικῶς. *Ulp. Dig.* 26. 10. 3. *ad fin.* Neque pecuniam deponere pervicaciter perstant. *Tac.* 4. *Ann.* 42. Inclementiam pervicacius amplecti. *et* 13. *ibid.* 54. *extr.* Cæsis qui pervicacius restiterant. *Liv.* 42. 14. Pervicacius causam belli quærere. *Curt.* 10. 6. Nearcho pervicacius tuente sententiam. *et paullo post.* Quo modestius, quod exspectabat, appeteret, pervicacius oblaturos esse credebat.

PERVĬCAX, ācis, adject. omn. gen. (a *pervico* pro *pervinco*). Comp. *Pervicacior* et Sup. *Pervicacissimus* I. — Pervicax est obstinatus, obfirmatus, pertinax, contentiosus, neque cessans, donec pervicerit, αὐθάδης, μονότονος (It. *ostinato, persistente, pertinace, caparbio*; Fr. *opiniâtre, obstiné, entêté*; Hisp. *porfiado, obstinado*; Germ. *festbeharrend, beharrlich, auch hartnäckig, halsstarrig*; Angl. *obstinate, stubborn, wilful, positive, headstrong, froward, pervicacious*).

I.) Proprie *Ter. Hecyr.* 4. 1. 17. Adeon' pervicaci esse animo, ut puerum præoptares perire, potius quam etc? *Horat.* 2. *Od.* 19. 9. Pervicaces Thyades. *h. e.* quæ in furiosa lætitia die noctuque perdurant. *et* 3. *ibid.* 3. *fin.* desine pervicax Referre sermones deorum. *Flor.* 1. 11. *a med.* Pervicacissimi tamen Latinorum Æqui et Volsci fuere, et quotidiani, ut ita dixerim, hostes. *Tac.* 13. *Ann.* 33. Pervicaci accusatione conflictatus. *Id.* 3. *ibid.* 33. *sub fin.* Pervicacia et præpotentia mulierum jussa. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 11. *de bove domando.* Pervicax contumacia plerumque sævientem fatigat. *Curt.* 8. 6. In Callisthenem pervicacioris iræ fuit. — Olim inter *pertinacem* et *pervicacem* ita distinguebant, ut ille in malam partem semper acciperetur, hic in bonam. *Accius* apud *Non. p.* 432. 32. *Merc.* Tu pertinaciam esse, Antiochе, hanc prædicas: Ego pervicaciam ajo, et ea me uti volo. Nam pervicacem dici me esse, et vincere, Perfacile patior: pertinacem nil moror. Hæc fortis dicitur; illam indocti possident. Tu addis quod vitio est; demis quod laudi datur. Hæc *Accius.* Utrumque tamen in utramque partem adhibetur, ut hic, et in PERTINAX videre est. Aliud est discrimen in ipsa vi verbi: nam *pertinax* firmiter tenet tueturque quod habet: *pervicax* obstinate perstat, ut quod non habet, acquirat. *Apul.* 9. *Met.* Mulier scæva, sæva, virosa, ebriosa, pervicax, pertinax. *Id. de Deo Socrat.* Homines pervicaci audacia, pertinaci spe. — Sed ne hoc quidem servari solet: nam *pervicax* pro *pertinax* aperte est in illo *Senec. Herc. Fur.* 501. Conjugia quoniam pervicax nostra abnuis.

II.) Translate in bonam partem pro constanti, firmo, *costante, fermo,* apud *Tac.* 4. *Hist.* 5. *extr.* Opum contemptor, recti pervicax, constans adversus metus. Ubi notandus Genitivus *Tacito* familiaris. Sic 4. *Ann.* 53. Agrippina pervicax iræ.

PERVĬCTUS, a, um. *V.* PERVINCO.

PERVĪCUS, a, um, adject. idem ac pervicax apud veteres. *Accius* apud *Non. p.* 487. 15. *Merc.* Pervico Ajax animo. *Plaut. fragm. ibid.* Hic quidem pervicus custodem addidit.

PERVĪDENS, entis, particip. a *pervideo: perspicace, provido,* valde videns, providus, sagax. *Frontin. Aquæd.* 11. Quæ ratio moverit Augustum, pervidentissimum principem, producendi Alsietinam aquam, non satis perspicio. *Alii leg.* providentissimum.

PERVĪDĔO, vides, vīdi, vīsum, vĭdere, a. 2. (per *et* video). Part. *Pervidens, V.* voc. præced.; *Pervisus* et *Pervidendus* II. 3. — Pervidere est diligenter et perfecte videre, perspicere, διοπτεύω (It. *vedere bene o affatto*; Fr. *voir complètement, voir tout*; Hisp. *ver perfectamente, ver todos*; Germ. *beschauen, über,-durchschauen*; Angl. *to see or perceive thoroughly, see clearly, discover*).

I.) Proprie. *Ovid.* 14. *Met.* 375. sol, qui pervidet omnia. *Id.* dixit 2. *ibid.* 32. Sol oculis juvenem, quibus aspicit omnia, vidit.

II.) Translate. ¶ 1. Intellectuali ratione. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 33. Eque domo rursus pulcræ loca vertor ad urbis Cunctaque mens oculis pervidet illa suis. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 25. Quum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? Legit cum aliis *Bentlejus*: Quum tua prævideas oculis male lippus inunctis. *Ritterus*: Quum tua per videas etc. Ceterum *Forcellinus* hoc loco *pervidere* pro simplici *videre* usurpatum ait. ¶ 2. Figurate est expendere, *considerare. Lucret.* 1. 956. Pervideamus, utrum finitum funditus omne Constet, an immensum pateat vasteque profundum. *h. e.* expendamus. *Cic.* 4. *Att.* 11. Viuebo te et pervidebo. *et* 15. *ibid.* 4. Ibi te quamprimum pervidere velim. ¶ 3. Item est percipere, intelligere, *comprendere. Lucret.* 2. 89. Et quo jactari magis omnia materiai Corpora pervideas,

reminiscere totius imum Nil esse in summa etc. *Cic.* 10. *Fam.* 9. Meritorum meorum fieri accessionem pervidere te spero. *Id.* 12. *Att.* 38. Oportere jam pervideri infirmitatem animorum. *Id.* 3. *Off.* 18. 74. Atqui in talibus rebus aliquid utile interdum, aliud honestum videri solet. Fa[cile] nam eadem utilitatis, quæ honestatis, est regu[la]. Qui hoc non pervideri, ab hoc nulla frau[s] abierit, nullum facinus. *Est qui leg.* prævider t. *Colum.* 2. *R. R.* 1. 5. Videt sine dubio quid eveniat; sed, cur id accidat, non pervidet. *Boeth.* 3. *Music.* 5. *p.* 1115. Quod inter ducentos quinquaginta sex et ducentos quadraginta tres pervisa sit differentia *Id.* in *Topic. Cic.* 5. *p.* 837. Discernendæ sunt causæ et pervidenda necessitas.

PERVĪGĔO, ges, gŭi, gere, n. 2. καταχμάζω, valde vigeo. *Tac.* 4. *Ann.* 34. Et terque opibus atque honoribus perviguere.

PERVĪGIL, gĭlis, adject. comm. gen. *Cura pervigilis* in recto singulari dixit *Apul.* 11. *Met.* — Pervigil est valde vigil, et qui tota nocte vigilat, παννύχιος.

I.) Proprie. *Ovid. Heroid.* 12. 60. Ante meos oculos pervigil anguis erat. *et* 1. *Amor.* 6. 44. Pervigil in mediæ sidera noctis eras. *Id.* 10. *Met.* 369. at virgo Cinyrcia pervigil igni Carpitur indomito. *Plin. Paneg.* 63. Pervigiles et insomnes. *Plin.* alt. 33. *Hist. nat.* 4. 21. (72). Ruinam solus intelligit in cacumine ejus montis pervigil. *Sillig.* vero ex optimis Codd. leg. *vigil.*

II.) Figurate. *Justin.* 12. 13. 7. Quum diei noctem pervigilem junxisset. *h. e.* integram vigilando.

PERVĪGILANTĬA, æ, f. 1. pervigilatio. *Gloss. Cyrill.* Ἀγρυπνία, lucubratio, pervigilantia, vigilium etc.

PERVĪGILĀTĬO, ōnis, f. 3. παννυχίς, actus pervigilandi. *Cic.* 2. *Legg.* 15. 37. Et in his (*diis*) colendis nocturnas pervigilationes.

PERVĪGILĀTUS, a, um. *V.* PERVIGILO

PERVĪGĬLĬA, æ, f. 1. pervigilium. *Justin.* 24. 8. 7. Fames et lassitudo, super hæc maximum pervigiliæ malum. *Alii leg.* pervigilii. *Charis.* 1. *p.* 43. *Putsch.* contendit in plur. num. semper *pervigilias* dici debere, non *pervigilia.*

PERVĪGĬLĬUM, ĭi, n. 2. vigilatio integræ noctis, *veglia di tutta la notte*, παννυχίς, παννυχισμός. ¶ 1. Generatim. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 53. 118. (283). Pervigilio quidem præcipue vincuntur cibi. *Justin.* 13. 8. 6. Securis in itinere, et pervigilio fatigatis occursum est. *Capell.* 1. *p.* 2. Fabellam tibi, quam olim Satura commiscens hiemali pervigilio marcescentes mecum lucernas edocuit, explicabo. Et in plur. num. *Id. ibid. p.* 13. An vero quisquam est, qui Philologiæ se asserat pervigilia laborata et lucubrationum perennium nescire pallorem? ¶ 2. Speciatim est sacrum nocturnum, in quo tota nocte vigilatur. *Liv.* 23. 35. *ad fin.* Castra Campana, ut pervigilio neglecta, simul omnibus portis invadit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 32. (124). Cicer, quod religio pervigiliis adhibet. *Sueton. Galb.* 4. Simulacrum æneum deæ Fortunæ menstruis supplicationibus et pervigilio anniversario coluit. *Id. Vitell.* 10. *in fin.* Pervigilium agere. *Id. Cal.* 54. indicere. *Tac.* 15. *Ann.* 44. celebrare. *Petron. Satyr.* 21. *extr.* Dormire vobis in mente est, quum sciatis, Priapi genio pervigilium deberi? *Inscript.* apud *Henzen.* 6111. CVIVS DEDIC. DECVRIONIBVS SING. HS. XII. AVGVSTALIB. HS. VII. - DED. ITEM PR. IDVS FEBR. DIE PERVIGILII DEI PATRII ALTERVM TANTVM DEDIT. — *Pervigilium Veneris* titulus est carminis incerti poetæ, sed antiqui tamen, in quo Veneris et veris laudes celebrantur. *Catullo* perperam est qui tribuit, alii *Q. Catulo Urbicario*, alii *Senecæ Floro*, alii aliis. V. *Wernsdorf.* ad *Poet. Lat. Min. T.* 3. *p.* 425. et *T.* 4. *p.* 854., ubi accurate illius auctor, et tempus, et argumentum inquiritur. *V.* vocem seq. I. 2.

PERVĪGĬLO, as, āvi, ātum, are, n. 1. Part. *Pervigilans*, *Pervigilatus* et *Pervigilandus* I. 1. — Pervigilare est valde vigilare, diu vigilare, usque ad finem et tota nocte vigilare, παννυχίζω.

[illegible] ¶ 1. Generatim. *Cic. Rosc. Am.* 30. 98. Non ora[re], ut eam noctem pervigilet? *Liv.* 24. 38. Pervi[gi]lar[e] in armis. *Virg.* 1. *G.* 291. [ig]nes hiberni ad [o]minis ignes Pervigilat. *Mar[t].* 9. 69. Vicini somnum non tota nocte ro[ga]s. [Q]uam vigilare leve est, pervigilare grave. *Propert.* 1. 16. 40. Sollicitas trivio pervigilare moras. *h. e.* ducere longam, tristem et in omnem in trivio noctem. *Liv. fragm. l.* 91. (edente *Niebhurio*) *p.* 91. Nocte tamen insequenti, ipso pervigilante, in eodem loco alia excitata turris prima luce miraculo hostibus fuit. *Curt.* 6. 2. 2. Intempestiva convivia, et perpotandi pervigilandique insana dulcedo. — Passive. *Ovid.* 6. *Fast.* 326. In multo nox est pervigilata mero. *Auct. Pervigil. Ven.* 46. De tenente tota nox est pervigilanda canticis. *syncop. pro* pervigilanda. ¶ 2. Speciatim, *pervigilare Veneri*, est nocturnum sacrum Veneri facere. *Plaut. Curc.* 1. 3. 25. Tu Veneri pervigilare te vovisti. *V.* vocem præced. 2.

II.) Translate. *Tibull.* 3. 6. 54. Et tecum longos pervigilare dies.

PERVĪLIS, e, adject. admodum vilis. *Liv.* 31. 50. Annona quoque eo anno pervilis fuit. *Paulin. Nolan. carm.* 18. 219. *de nummis pauperis viduæ.* Queis pretium pietas pervilibus aurea fecit.

PERVINCA. *V.* VINCA PERVINCA.

PERVINCIS, e, adject. ita cognominatur cohors quarta prætoria in *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 622. M. AVGVSTIVS VRSVS DEC. SPECVLATORVM COHOR. IIII. PR. P. V. PERVINCIS. Sic *Pervincus*, h. e. pervincens, est cognom. Rom. *V.* ONOM.

PERVINCO, vincis, vīci, victum, vincere, a. 3. (per *et* vinco). Part. *Pervictus* I.; *Pervincendus* II. 3. — Pervincere est prorsus vincere, devincere, ἐκνικάω (It. *vincere affatto*; Fr. *vaincre entièrement*; Hisp. *vencer totalmente*; Germ. *Jemanden oder etwas gänzlich-, völlig besiegen*; Angl. *to overcome, get the better of*).

I.) Proprie. — *a)* Neutrorum more. *Tac.* 11. *Ann.* 10. In transgressu amnis multum certato pervicit Bardanes. — *b)* Active. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 67. Haud vereor, ne nos subdola perfidia pervincamur. Huc referri potest illud *Senec. Herc. Fur.* 654. Pervince Theseu, quidquid alto in pectore Remanet pavoris. Item illud *Seren. Sammon.* 32. 1. Si cui vesicæ tardus cunctabitur humor, Hæc mora rumpetur vino pervicta vetusto. Demum illud *Propert.* 1. 17. 15. Nonne fuit melius dominæ pervincere mores? *h. e.* pervicaciam.

II.) Translate. ¶ 1. Pervincere dicitur is, cujus sententiæ plerique accedunt. *Cic.* 2. *Att.* 1. *a med.* Restitit ac pervicit Cato. ¶ 2. Item est longe superare. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 200. nam quæ pervincere voces Evaluere sonum, referunt quem nostra theatra? — Similiter in licitatione, vel simili re. *Plaut. Curc.* 1. 3. 57. Facito, ut pratio pervincas tuo. ¶ 3. Item — *a) Pervincere aliquem, ut*, est idem atque ei persuadere, vel eum pertrahere, ut aliquid faciat. *Liv.* 42. 45. Hegesilochus multis rationibus pervicerat Rhodios, ut Romanam societatem retinerent. *gli avea ridotti a forza di molte ragioni a ritenere* etc. *Tac.* 15. *Ann.* 57. At illam non verbera, non ignes pervicere, quin objecta denegaret. — *b) Pervincere aliquid*, et *pervincere, ut*, magno conatu, multo molimine evincere, obtinere, *ottenere l'intento, ottenere a forza, guadagnare, vincere. Liv.* 37. 16. Pervicerunt quidem remis, ut tenerent terram, sed neque tuta statio erat, etc. *et* 4. 12. Neque, ut de agris dividendis plebi referrent Coss. ad senatum, pervincere potuit. *Catull.* 76. 15. Una salus hæc est: hoc est tibi pervincendum. *Tac.* 14. *Ann.* 14. Senecæ ac Burro visum, ne utraque pervinceret, alterum concedere. ¶ 3. *Pervincere aliquid dictis*, probare, ostendere, manifestum facere. *Lucret.* 5. 99. Et quam difficile id mihi sit pervincere dictis.

PERVĬO, as, are, n. 1. idem fere ac vio. *Auct. Itiner. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 104. Itaque perviant, multis aliis gentibus cæsis et oppidis captis.

PERVĬOLENTUS, a, um, adject. vehementissimus. *Cassiod. Instit. Divin. Litt.* 20. Cum gravitate acutus (*Ambrosius*), perviolenta persuasione dulcissimus. *At recentiores leg.* inviolentus, *vocabulum æque ignotum.*

PERVĬRENS, entis, particip. ab inusit. *pervireo*, valde virens. *Paulin. Nolan. carm.* 7. 11. Et fronde numquam defluente pervirens, Stabit perenni vividum lignum coma.

PERVĬRĬDIS, e, adject. valde viridis. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 22. 24. (87).; et *Solin.* 53. *a med.* Mare colore perviridi. *Mela* 2. 5. *a med.* Campus minuta arundine gracilique perviridis.

PERVĪSO, is, sere a. 3. pervideo, cerno. *Manil.* 4. 925. Parvula sic magnum pervisit pupula cælum.

PERVĬUM, ii, n. 2. *V.* PERVIUS in fin.

PERVĪVO, vis, xi, ctum, vere, n. 3. διαζάω, usque vivo, superstes vivo. *Plaut. Capt.* 3. 5. 84. Etsi pervivo usque ad summam ætatem, tamen breve spatium est perferundi, quæ minitas mihi. *Accius* apud *Non. p.* 238. 2. *Merc.* Pervixi usque adhuc.

PERVĬUS, a, um, adject. (per *et* via) qui adiri et transiri potest, patens, apertus, διαβατος, εὔπορος (It. *accessibile, aperto, dove si può andare o passare*; Fr. *qu'on peut traverser, par où l'on peut passer, accessible, ouvert*; Hisp. *accesible, aquello á que podemos llegar facilmente*; Germ. *wo ein Weg durchgeht, gangbar, wegsam*; Angl. *accessible, open, having a way trough, that may be entered or passed through, passable, ensy or passed, pervivus*).

I.) Proprie. — *a)* Absolute. *Ter. Adelph.* 5. 7. 14. Fratri ædes fient perviæ. *Virg.* 2. *Æn.* 453. Limen erat, cæcæque fores, et pervius usus Tectorum inter se Priami. *Cic.* 2. *Nat. D.* 27. 67. Jani ab eundo nomen est ductum; ex quo transitiones perviæ, jani nominantur. *Liv.* 9. 43. Omnia itinera obsæpserant hostes, saltusque pervios ceperant. *Tac.* 12. *Ann.* 12. Unde maxime pervius amnis. *h. e.* vadosus. — *b)* Cum Dativo. *Lucan.* 6. 645. Phœbo non pervia taxus. *h. e.* quæ solis radios non transmittit. *Val. Flacc.* 1. 719. Freta puppibus pervia. *et ibid.* 127. moles non pervia ponto. *h. e.* navis in quam aqua maris penetrare non potest. *Seneca Herc. Œt.* 151. Nullius vulneribus pervia membra sunt. *Lucan.* 2. 310. cunctis pervius hastis. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 4. 4. (13). Phasis pontibus CXX. pervius. *Ovid.* 15. *Met.* 301. quum carcere rima Nulla foret toto, nec pervia flatibus esset. *et* 8. *ibid.* 376. Vulnera fecissent, nisi setiger inter opacas, Nec jaculis, isset, nec equo loca pervia, silvas.

II.) Translate. ¶ 1. Active est qui aperit, transit, pervium facit. *Sil. It.* 10. 249. qua flatus agit, qua pervius ensis. ¶ 2. *Fabius Pict.* apud *Gell.* 10. 15. Annulo uti, flaminem Dialem, nisi pervio cassoque, fas non est. *h. e.* cavo, non solido. ¶ 3. Figurate. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 69. Quidquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit, nunc liquet, nunc defæcatum est: cor mihi nunc pervium est. *Tac.* 13. *Ann.* 4. Nihil in penatibus suis venale, aut ambitioni pervium. *Claudian. B. Get.* 130. nulli pervia culpæ Pectora Fabricii. — Hinc

Pervium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more. — *a)* Generatim. *Tac.* 3. *Hist.* 8. Interjectus exercitus Rætiam Juliasque Alpes, ne pervium illa Germanis exercitibus foret. *subaudi* iter. Cf. *Varro* 5. *L. L.* 145. *Müll.* In oppido vici a via, quod ex utraque parte viæ sunt ædificia. Fundulæ a fundo, quod exitum non habent, ac pervium non est. *et Festus p.* 371. 26. *Müll. de vicis.* Tertio, quum id genus ædificiorum definitur, quæ in oppido prive, id est, in suo quisque loco proprio ita ædificat, ut in eo ædificio pervium sit, quo itinere habitatores ad suam quisque habitationem habeat accessum. — *b)* Speciatim *pervium* est via angusta inter montium saltus patefacta, *varco, stretto. Inscript.* quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CCCLXX., et insculpta in vertice montis ultra Julium Car-

nicum, apud *Filias. Mem. de' Veneti*, etc. *T.* 2. *p.* 457. *edit.* 2. IN HOC PERVIO HOMINES ET ANIMALIA CVM PERICVLO PERTRANSIBANT.

PERVŌLĀTĬCUS, a, um, adject. qui pervolat. *Tertull. Anim.* 46. *in fin.* Vis vaga et pervolatica.

PERVOLGO. *V.* PERVULGO.

PERVŌLĬTANTĬA, æ, f. 1. circumvolutio. *Vitruv.* 6. 1. Mundi circa terram pervolitantia. *Alii leg.* pervolitantis.

PERVŌLĬTO, as, are, n. 1. *frequent. vel intens. a* pervolo. Part. *Pervolitans.* — Pervolitare est multum volitare. *Lucret.* 6. 952. per dissæpta domorum saxea voces Pervolitant. *Id.* 2. 346. Et quæ pervolgant nemora avia pervolitantes. *Virg.* 8. *Æn.* 24. Omnia pervolitat late loca. *Val. Flacc.* 4. 505. Pervolitare tecta.

PERVŌLO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (per *et* volo, as). Part. *Pervolaturus* I. 2. — Pervolare est per aliquem locum volare, *volare per qualche luogo*, διαπέτομαι.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est per aliquem locum volare. *Ennius* apud *Non. p.* 205. 28. *Merc.* Crassa pulvis oritur, omnem pervolat cæli fretum. *Alii minus recte* pervolgat. *Virg.* 12. *Æn.* 473. Nigra velut magnas domini quum divitis ædes Pervolat, et pennis alta atria lustrat hirundo. *Ovid.* 2. *Fast.* 252. Corvus et aerium pervolat altus iter. *et* 6. *ibid.* 527. Rumor, ut est velox, agitatis pervolat alis. ¶ 2. Latiori sensu est aliquo advolare. *Vet. Poeta* apud *Augustin.* 3. *Music.* 3. Pegasus in nitentem Pervolaturus ætheram. *Cic.* 6. *de republ.* 26. Animus velocius in hanc sedem ac domum suam pervolabit.

II.) Translate. *Lucret.* 6. 1059. raro quia sunt cum corpore, ut æstus Pervolet intactus, nequeunt impellier usquam. *passa per mezzo volando.* Cf. *eumd.* 4. 203. *de solis luce.* Perque volare mare ac terras circumque rigare. *Cic. Rosc. Am.* 7. 19. Decem horis nocturnis sex et quinquaginta millia passuum cisiis pervolavit. *Juvenal.* 6. 397. totam pervolet urbem. *et* 1. 60. dum pervolat axe citato Flaminiam. *Claudian. de Apono*, 10. Hunc, qui tot populis pervolat ora, locum. *corre per le bocche.*

PERVŌLO, vis, velle, a. anom. a *volo, vis.* Quibusdam enim temporibus et personis ejus verbi additur *per* ad significandum prorsus velle, vehementer cupere. *Cic.* 11. *Att.* 14. *extr.* Te exspecto, quem videre pervellem. *et* 1. *ibid.* 1. Abs te mihi ignosci pervelim. *Liv.* 39. 43. Illa negavit unquam vidisse, et pervelle id videre. *Lucret.* 2. 1047. Atque animi tactus liber quo pervolit ire. *h. e.* pervellit: antiqui enim *volim* pro *velim* dixere, teste *Priscian.* 9. *p.* 848. *Putsch.* Hæc *Forcellinus*; et rectius *Lachmann.* Atque animi jactus liber quo pervolet ipse,

PERVŌLŪTĀTUS. *V.* PERVOLVO I.

PERVŌLŪTO, as, are, a. 1. Part. *Pervolutandus.* — Pervolutare, *intens. a* pervolvo, ἀναπτύσσω, est multum volutare; et usurpatur pro omni adhibita diligentia legere. *Cic.* 5. *Att.* 12. Quoniam meos cum Thallumeto nostro pervolutas libros. *Id.* 1. *Orat.* 34. 158. Omnium bonarum artium scriptores ac doctores et legendi, et pervolutandi.

PERVŌLŪTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PERVOLVO, volvis, volvi, vōlūtum, volvere, a. 3. (per *et* volvo). Part. *Pervolutus* I. — Pervolvere est magna vi volvere, valde versare, διαχυλινδέω, *volgere da ogni parte.*

I.) Proprie. *Ter. Andr.* 4. 4. 37. Nisi puerum tollis, jam ego hunc in mediam viam provolvam, teque ibidem pervolvam in luto. *Liv.* 24. 34. *sub fin.* Ut non solum missa tormento, sed etiam quæ pondere suo pervoluta essent, graviter in hostem inciderent. *Alii leg.* provoluta. *Apul.* 8. *Met.* Ferro sub papillam transadacto, et in suo sibi pervoluta sanguine, etc. *Oudendorpius* ex plurib. codd. MSS. probavit legend. *pervolutata.* Porro *Apulejus* sæpe utitur simplici *volutatus.*

II.) Translate. ¶ 1. Pro diligenter legere. *Catull.* 95. 6. Smyrnam incana diu sæcula pervoluent. (ubi diæresi usus est metri causa.) ¶ 2. Figurate sumitur pro valde versari. *Cic.* 2. *Orat.* 35. 149. Deinde ut in iis locis pervolvatur animus.

PERVORSE, PERVORSUS, PERVORTO et similia. *V.* PERVERSE, PERVERSUS, PERVERTO etc.

PERVULGĀTĒ, adverb. usitato more vulgi. *Gell.* 16. 7. *Cocionem* pervulgate dicit, quem veteres *arulatorem* dixerunt. Adde 12. 10.

PERVULGĀTUS *vel* pervolgatus, a, um. *V.* voc. seq.

PERVULGO *vel* pervolgo, as, āvi, ātum, are, a. 1. (per *et* vulgo). Part. *Pervulgans* I. 1.; *Pervulgatus* I. 1. et in fin.; *Pervulgaturus* I. 1. — Pervulgare est cum vulgo communicare, in vulgus spargere, divulgare, disseminare, διασπείρω (It. *fare comune a tutti, divulgare, disseminare, pubblicare*; Fr. *communiquer au public, publier, divulguer*; Hisp. *exparcir alguna cosa, hacerla pública, divulgar, publicar*; Germ. *dem Volke mittheilen, daher öffentlich mittheilen, bekannt, gemein oder allgemein machen*; Angl. *to publish, spread abroad, divulge, make known or common, disseminate*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 6. 1161. quæ causa deûm per magnas numina gentes Pervulgarit et ararum compleverit urbes. *Cic.* 2. *Fin.* 5. 15. De re illustri et facili etiam in vulgus pervulgata loquitur. *At* Manutius, Davis. et Madvig. *ex bonis Codd.* pervagata. *Id.* 4. *Verr.* 42. 104. In re tam clara, tam testata, tam abs te ipso pervulgata. *et ibid.* 34. 85. Cupiditate illa sua nota, atque apud omnes pervulgata. *Alii et ipse* Orellius *legunt* pervagata. *Id. Sull.* 15. 42. Illas tabulas non occultavi, non continui domi, sed describi ab omnibus statim librariis, dividi passim, et pervulgari atque edi populo R. imperavi. *Id.* 2. *Invent.* 39. 114. Præmia virtutis et officii sancta et casta esse oportere, neque ea aut cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus pervulgari. *Q. Cic. Petit. cons.* 11. 44. Operam suam pervulgare et communicare. *h. e.* vulgo passim offerre. *Sil. It.* 7. 193. Viticolæ nomen pervulgatura Falerni Munera. ¶ 2. Significat etiam prostituere. *Cic. Cœl.* 16. 38. Mulier, quæ se omnibus pervulgaret.

II.) Translate est pervagari, pererrare, obire, lustrare, *girare, andar vagando, scorrere*: quasi per vulgus ire. *Pacuvius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 88. *Müll.* Halcyonis ritu litus pervolgans furor. (Sic *Seneca Agam.* 775. Jam pervagatus ipse se fregit furor.) *Alii leg.* pervolans feror. *Lucret.* 2. 164. *et* 4. 208. Tempore, quo solis pervolgant lumina cælum. *Id.* 2. 346. Et quæ pervolgant nemora avia pervolitantes. *Ennii* locum *V.* in PERVOLO, as I. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus,

Pervulgatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Pervulgatior* et Sup. *Pervulgatissimus*; et est communis, consuetus, valde usitatus, *commune, usitato, consueto. Cic. Cœl.* 3. 6. Sunt ista maledicta pervulgata in omnes, quorum etc. *Id.* 5. *Fam.* 16. Est autem consolatio pervulgata, homines nos ut esse meminerimus. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 149. Ne miremini, quod non triumpho: pervolgatum est, nil moror. *Id. Pseud.* 1. 1. 121. PSEVD. De istac re in oculum utrumvis conquiescito. CA. In oculumne, an in aurem? PSEVD. at hoc pervolgatum est nimis. *Gell.* 7. 17. *circa med.* Quod videtur notius pervulgatiusque esse, id me doce. *Cic.* 4. *Herenn.* 8. 11. Infima et pervulgatissima verborum dignitas.

PES, pĕdis, m. 3. ejusdem thematis ac Græca vox idem significans ποῦς, ποδός, est extrema et infima pars corporis, qua animal insistit et ingreditur (It. *piede*; Fr. *pied de l'homme et des animaux*; Hisp. *pie*; Germ. *der Fuss bei Thieren und Menschen*; Angl. *a foot*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Universim. *Ennius* apud *Auct. B. Hisp.* 31. premitur pede pes atque armis arma teruntur. *Id.* apud *Non. p.* 255. 25. *Merc.* Sed sonitus aures meas pedum pulsu increpat. *Cic. Tim.* 6. Itaque nec ei manus affinxit, nec pedes, nec alia membra, quibus etc. *Id.* 2. *Tusc.* 22. 52. Nos, si pes condoluit, si dens, ferre non possumus. *Id.* 1. *Orat.* 54. 231. Calcei habiles et apti ad pedem. *Ovid.* 5. *Met.* 264. ictus pedis. *calcio.* et 12. *ibid.* 304. Certamine pedum vincere. *nel corso.* et *Plaut. Epid.* 5. 1. *in fin.* Provocare aliquem pedibus. *sfidare al corso.* et *Liv.* 8. 8. Pede presso. *a piè fermo.* et 9. 22. *ad fin.* Descendere ad pedes. *smontar da cavallo. Propert.* 2. 5. 29. quæ limina ponam, Quæ numquam supra pes inimicus eat! *Plaut. Asin.* 4. 1. 30. Neque illæc ulli pede pedem homini premat. *non giuochi di piedi con verun uomo.* — *b*) Speciatim, *in pedes*, præmissis pedibus, *coi piedi innanzi. Plin.* 10. *Hist. nat.* 53. 74. (149). Aves omnes in pedes nascuntur, contra quam reliqua animalia. — *c*) *In pedem cogere equum* est *costringerlo a camminare. Pelagon. Veterin.* 4. 1. Post sextum diem lente in pedem cogatur (*equus*) et quum ambulaverit, in piscinam mitti convenit, ita ut natet. — *d*) *Pede terram pulsare*, saltare, *ballare. Horat.* 1. *Od.* 37. 1. nunc pede libero Pulsanda tellus. Sic *ibid.* 4. 7. alterno pede terram quatere. *et* 4. *ibid.* 1. 27. pede candido In morem Salium ter quatient humum. — *e*) Illa supplicis et demissi sunt. *Cic.* 1. *Att.* 14. *a med.* Ad pedes omnium singillatim accidente Clodio, ut etc. *et* 4. *ibid.* 2. *a med.* Abjecta toga, se ad generi pedes abjecit. *et Sext.* 11. 26. Vos pro meo capite ad pedes lenonis impurissimi projecistis. *et* 2. *Phil.* 18. 45. Filius se ad pedes meos prosternens, lacrimans, te mihi commendabat. *Id.* 7. *Verr.* 49. 129. Mater mihi ad pedes misera jacuit. *Ovid.* 9. *Met.* 605. Amplectique pedes, affusaque poscere vitam. *Id. Heroid.* 12. 186. Ante pedes alicujus procumbere. *Flor.* 4. 11. *ad fin.* Regina ad pedes Cæsaris provoluta. — *f*) *Pedem ferre*, est ire. *Virg.* 1. *G.* 11. Ferte simul Faunique pedem Dryadesque puellæ. *venite.* et *Seneca Med.* 862. Huc fert pedes et illuc. *va or qua, or là. Catull.* 14. 21. abite Illuc, unde malum pedem tulistis. *h. e.* extulistis. — Et *inferre pedem*, introire. *Cic. Cæcin.* 14. 39. Pedem quum intulero, atque in possessionem vestigium fecero. *quando sarò entrato.* — Et *ponere* eod. sensu. *Id. ibid.* 11. 31. Si in fundo pedem posuisses. *Id.* 2. *Phil.* 19. 48. Quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres? *Id.* 3. *ibid.* 11. 28. Hodierno die primum in possessionem libertatis pedem ponimus. — Et *efferre*, egredi. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 22. 34., *Fat.* 15. 35. et *Cæl.* 8. 18. Nam numquam hera errans mea domo ecferret pedem Medea. Cf. *eumd.* apud *Non. p.* 297. 18. *Merc. Plaut. Bacch.* 3. 3. 19. Digitum longe a pædagogo pedem ut efferres ædibus. *Cic.* 6. *Att.* 8. Pedem porta non plus extulit, quam domo sua. *non è uscito.* — Et *referre, revocare*, regredi, retro ire. *Ovid. Heroid.* 15. 186. Quum profugum possis ipse referre pedem. *ritornare.* et *Quintil.* 6. 4. 19. Ab iis, quæ non adjuvant, quam mollissime pedem oportet referre. *ritirarsi.* et *Virg.* 9. *Æn.* 125. revocatque pedem Tiberinus ab alto. — *g*) *Pedibus*, ambulando, non equo, aut curru, aut navi. *Cic. Senect.* 10. 34. Masinissam nonaginta annos natum, quum ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere. *quando s'è posto in viaggio a piedi.* et *Sueton. Aug.* 53. In consulatu pedibus fere, extra consulatum sæpe adoperta sella per publicum incessit. — *g*) Item terra, non mari, *per terra. Cic. Vatin.* 5. 12. Quum illud iter Hispaniense pedibus fere confici soleat; aut si quis navigare velit, certa sit ratio navigandi. *Propert.* 2. 20. 53. Seu pedibus Parthos sequimur, seu classe Britannos. Adde *Cic.* 5. *Att.* 9.; et *Cæs.* 2. *B. C.* 21. *sub fin.* — *h*) *Conjicere se in pedes*, fugæ se dare, apud *Ter. Phorm.* 1. 4. 13. Et omisso verbo, *Eun.* 5. 2. 5. Ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo, in angiportum quoddam desertum. *a gambe.* Cf. *Lucan.* 8. 335.

solos tibi, Magne, reliquit Parthorum fortuna pedes? *h. e.* fugaces Parthos. — *i) Servus a pedibus*, quo mittendo ultro citroque dominus utitur, *tacchè, valletto*, cursor. *Cic.* 8. *Att.* 5. Pollicem, servum a pedibus meum, Romam misi. *Alii leg.* a pedibus meis. Sunt etiam qui suspicantur illa *servum a pedibus* non esse *Ciceronis*, sed alicujus grammatici explicantis. Hujus Pollicis meminit *Cic.* etiam 11. *ibid.* 4. *extr.* et 13. *ibid.* 46. et 14. *Fam.* 6., quibus locis officium quidem ejus huc illuc itandi indicat, sed *a pedibus* numquam appellat. Idem servile officium memoratur in *Inscript.* apud *Gor. Columb. Liv. p.* 76. ANTHVS LIVIAE PVER A PEDIBVS. Ceterum *Scheidius* ad *Sanctii Minerv. p.* 726. recte putat, *servum a pedibus* idem significare ac *servum ad pedes. V.* in littera A. Etenim simili modo *servus a cyatho* idem est ac *servus ad cyathum, V.* CYATHUS. et *servus a manu* idem ac *servus ad manum, V.* MANUS. Hos vero *servos a pedibus*, vel *ad pedes*, vocat pedum turbam *Martial.* 3. 82. At ipse retro flexus ad pedum turbam, etc. *Id.* 3. 23. Omnia quum retro pueris obsonia tradas, Cur non mensa tibi ponitur a pedibus? *V.* litteram seq. et CIRCUMPEDES et SOLEA. — *l)* Servus *ad pedes*, qui ad pedes domini cœnantis præsto erat. *Id.* 12. 88. Bis Cotta soleas perdidisse questus, Dum negligentem ducit ad pedes vernam. *Seneca* 3. *Benef.* 27. Servus, qui cœnanti ad pedes steterat, narrat quæ inter cœnam ebrius dixisset. — *m) Sub pedibus* esse dicuntur, quæ in ditione et potestate sunt. *Virg.* 7. *Æn.* 99. quorumque ab stirpe nepotes Omnia sub pedibus, qua sol utrumque recurrens Aspicit Oceanum, vertique regique videbunt. Adde *Sil. It.* 17. 145. Sic *Liv.* 34. 32. Argos et Lacedæmonem, duas clarissimas urbes sub pedibus tuis relinquemus? — *n) Sub pedibus ponere*, nihili facere. *Seneca Herc. Œt.* 107. Quisquis sub pedibus fata rapacia. Et puppem posuit fluminis ultimi, etc. Sic *Ovid.* 14. *Met.* 488. dum pejora timentur, Est in vota locus: sors autem ubi pessima rerum, Sub pedibus timor est, securaque summa malorum. Adde *eumd.* 1. *Trist.* 8. 15. — *o) Pedem opponere*, adversari, obstare, supplantare. *Ovid.* 4. *Pont.* 6. 7. Perstat enim Fortuna tenax, votisque malignum Opponit nostris insidiosa pedem. — *p) Pedem trahere*, claudicare, *zoppicare*. Translate de versu scazonte *Ovid. Remed. am.* 377. Liber in adversos hostes stringatur iambus, Seu celer, extremum seu trahat ille pedem. *V.* HIPPONAX. — *q) Trahantur hæc pedibus*, formula, qua de iis utimur, quæ nihil curamus, aut timemus, quæ contemnimus: ductum ex eo, quod reos, et contemptibiles homines, et victos hostes pedibus trahi mos fuit, ut de Hectore ab Achille tracto, et Caco ab Hercule legimus: item de Sejano, etc. *Cic.* 4. *Att.* 16. Fratrem mecum, et te si habebo, per me ista pedibus trahantur. *Alii leg.* trahuntur. *Id.* 7. *Fam.* 32. De judiciis quod quereris, multo laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei. V. *Juvenal.* 5. 125. — *r) Ante pedes*, quæ sub oculis, et præsentia sunt, et omnibus obvia. *Ennius* apud *Cic.* 1. *de republ.* 18. Quod est ante pedes nemo spectat: cæli scrutantur plagas. *Ter. Adelph.* 3. 4. 22. (*al.* 3. 3. 32.) Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est, videre, sed etiam illa, quæ futura sunt, prospicere. *Cic.* 3. *Orat.* 40. 160. Ingenii specimen est quoddam, transilire ante pedes posita, et alia longe repetita sumere. — *s) Stans pede in uno* quippiam facere dicitur, qui cito, et nullo labore facit. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 9. *de Lucilio.* in hora sæpe ducentos, Ut magnum, versus dictabat, stans pede in uno. — *t)* Contra *omni pede stare*, omni contentione adhibita, et totis viribus incumbendo. *Quintil.* 12. 9. 18. Itaque in his actionibus omni, ut agricolæ dicunt, pede standum est. — *u)* Religio fuit veteribus locum aliquem ingressuris, nisi dextrum pedem priorem intulissent: sinistrum enim omen habebatur, aliter fecisse. Habes exemplum apud *Petron. Satyr.* 30. atque hinc est, quod *Vitruv.* 3. 3. gradus templorum impares esse jubet, ut quum dextro pede primus gradus ascenditur, idem in summo primus ponatur. — Etiam offensio pedis in limine exeuntis aut ingredientis habita est mali ominis. *Tibull.* 1. 3. 19. O quoties ingressus iter mihi tristia dixi Offensum in porta signa dedisse pedem! Adde *Ovid.* 1. *Amor.* 12. 3.; *Val. Max.* 1. 4. *n.* 2.; et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (24). — *Dexter, felix, secundus pes*, felix accessus, adventus boni ominis. *Virg.* 8. *Æn.* 302. Et nos, et tua dexter adi pede sacra secundo. *Sil. It.* 7. 171. Attulit hospitio pergentem ad litora Calpes, Extremumque diem, pes dexter, et hora Lyæum. *Ovid.* 1. *Fast.* 514. Ripaque felici tacta sit ista pede. *Augustin. Ep.* 44. *ad Maxim. grammat. circa med.* Nymphanio quid aliud significat, quam boni pedis hominem, id est cujus adventus afferat aliquid felicitatis? sicut solemus dicere, secundo pede introisse, cujus introitum prosperitas aliqua consecuta sit. — *v) Nec caput, nec pedes*, proverb. *V.* CAPUT. — *z) Pedibus pecunia compensatur*, aliud proverb. *Catonis* apud *Cic. Flacc.* 29. 72., quo significatur, agros ab urbe remotos minore quidem pretio emi, sed itinerum labore pretium compensari. ¶ 2. Speciatim, in re militari. — *a) Ad pedes descendere* dicebantur equites, qui pedestre prœlium inibant. *Liv.* 9. 22. *ad fin.* Sed extemplo ad pedes descensum ab Romanis est, coactique idem Samnites facere: et repentina acies circa corpora ducum pedestre prœlium iniit, quo haud dubie superat Romanus. Sic *Id.* 29. 2. Itaque, omissa pugna equestri, ad pedes Hispani equites descenderunt. Adde *eumd.* 22. 49. Similiter *Id.* 3. 62. Peditem ne ad pedes degresso equiti parem esse. *Id.* 38. 26. Equitatum ad pedes deductum, decem millia hominum, ab dextro locaverunt cornu. Adde *eumd.* 4. 40. *Cæs.* 4. *B. G.* 12. Consuetudine sua ad pedes desiluerunt. Rursus *Liv.* 21. 46. Dein, quia turbant equos pedites intermixti, multis labentibus ex equis, aut desilientibus. ubi suos premi circumventos vidissent, jam magna ex parte ad pedes pugna erat. *Sic leg.* Drakenborg.; *alii* pugna erat; *alii* venerat. — *b) Pedibus merere*, peditem militare, *militare da pedone, nella fanteria. Liv.* 24. 18. Cf. *eumd.* 3. 27. Dictator-magistrum equitum dicit L. Tarquitium patriciæ gentis, sed qui, quum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset, etc. — *c) Conferre pedem*, congredi, *venire alle strette, azzuffarsi. Liv.* 26. 39. *circa med.* Collato pede rem gerere. Adde *Curt.* 3. 11. *Cic. Planc.* 19. 48. Num possum magis pedem conferre, ut ajunt, aut propius accedere? ¶ 3 Item speciatim in re publica, *ire pedibus in sententiam alicujus*, sententiæ alicujus accedere. *Liv.* 9. 8. Quum omnes laudibus modo prosequentes virum in sententiam ejus pedibus irent. Adde *eumd.* 9. 8. et 22. 56. *V.* EO et SENTENTIA. ¶ 4. Item, *pedem*, aut *pedes tollere, extollere* in re turpi obscænaque locum habet. *Martial.* 10. 81. et 11. 71.; et *Petron. fragm. Tragur.* 55. *Burmann.*; et *Novius* apud *Non. p.* 474. 14., *Merc.* quibus locis illustratur jocus Ciceronis in Clodium, ejusque sororem 2. *Att.* 1.

II.) Translate. ¶ 1. *Pes* dicitur de mensa, lecto et similibus. *Seneca* 2. *Benef.* 34. Pedem et nostrum dicimus, et lecti, et veli, et carminis. *Ovid.* 8. *Met.* 660. mensam succincta tremensque Ponit anus: mensæ sed erat pes tertius impar; Testa parem fecit. *Ter. Adelph.* 4. 2. 46. Lectulos in sole ilignis pedibus faciundos dedit. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 2. 4. (9). Antiquissima æris gloria Deliaco fuit, mercatus in Delo celebrante toto orbe. Tricliniorum pedibus fulcrisque ibi prima æris nobilitas. *Cic.* 4. *Herenn.* 55. 68. Hic subsellium quoddam calce premens, dextra pedem defringit. ¶ 2. *Pes veli* est imus veli angulus, vel potius funis, quo imus veli angulus utrimque religatur ad latera navis, ut expansum sit, et ventum concipiat: quod munus in summo velo antenna præstat. Hunc et Græci πόδα vocant. Duplex est, dexter et sinister: ille dicitur Italice *poggia*, hic *orza. Catull.* 4. 19. læva sive dextera Vagaret aura, sive utrumque Juppiter Simul secundus incidisset in pedem. *Ovid.* 3. *Fast.* 565. Nacta ratem, comitemque fugæ, pede labitur æquo. *h. e.* vento secundo et prospero cursu. quod *Virg.* dixit 4. *Æn.* 587. æquatis classem procedere velis. *V.* ÆQUATUS. — Hinc *facere pedem* est velum, extensis imis funibus, expandere, ut ventum concipiat. *Virg.* 5. *Æn.* 828. jubet ocius omnes Attolli malos, intendi brachia velis. Una omnes fecere pedem: pariterque sinistros, Nunc dextros solvere sinus: una ardua torquent Cornua detorquentque. — *Proferre pedem*, alterutrum veli angulum, lassato remissoque fune pro venti flatu, in anteriorem partem protendere, *andar a poggia, o ad orza. Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 48. (128). Iisdem autem ventis in contrarium navigatur, prolatis pedibus, ut noctu plerumque adversa vela concurrant. *Lucan.* eod. sensu dixit 5. 427. obliquare lævo pede carbasa. *et Virg.* 5. *Æn.* 16. obliquare sinus. *V.* OBLIQUO. ¶ 3. *Montis pedes* sunt ima ejusdem pars. *Ammian.* 14. 8. Orontes imos pedes Casii montis prætermeans funditur in Parthenium mare. *le radici.* Etiam *Homer. Iliad. l.* 2. *v.* 824. ποδὰς vocat. Cf. *Cassiod.* 8. *Variar.* 32. *sub init.* Est sub pede collium supra maris arenam fertilis campus. ¶ 4. Frequenter poetæ fontibus et fluminibus *pedes* tribuunt. *Horat. Epod.* 16. 47. montibus altis Levis crepante lympha desilit pede. *Virg.* 9. *Æn.* 125. revocatque pedem Tiberinus ab alto. *Id. Cul.* 17. Castaliæque sonans liquido pede labitur unda. *Sil. It.* 6. 140. Turbidus arentes lento pede sulcat arenas Bagrada. — Similiter de tempore, ætate. *Ovid.* 3. *Art. am.* 65. Utendum est ætate: cito pede labitur ætas. *et* 4. *Trist.* 6. 17. Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas Præterquam curas attenuare meas. — *Suo pede fluere*, ex se et sponte sine opera hominum. *Sever. Æln.* 13. *de aurea ætate.* Ipse suo flueret Bacchus pede. Alii aliter explic. Sed etiam *Tibull.* 2. 1. 45. significare videtur olim homines non calcasse uvam, sed sponte fluens mustum bibisse. ¶ 5. De lectica. *Catull.* 10. 21. At mi nullus erat neque hic, neque illic, Fractum qui veteris pedem grabati In collo sibi collocare posset. ¶ 6. *Pedes* in navi sunt remiges. *V.* NAVALIS. ¶ 7. In ædificiis quid sit *pes planus*, *V.* in PLANUS. ¶ 8 *Pes* pro tractu, vel limite, vel solo, *tratto, confine, paese. Solin.* 32. Nilus in Cæsariensis pede prorumpens amplior. *et* 27. Omnis Africa a Zeugitano pede incipit. *Auson. Edyll.* 10. 327. Quin etiam riguis humili pede condita pratis, *h. e.* humili solo, *in sito basso. Inscript.* apud *Murat.* 821. 4. IVLIVS NERO MIL. COH. III. PR. ORIVNDVS IN PANNONIA SVPERIORE PEDE FAVSTINIANO. Alia apud *Marin. Frat. Arv. p.* 269. CANDIDIO VALENTINO EQVITI NVMERI SING. NATIONE PANN. CIVI FAVSTIANO, *etc.* Hinc patet, *pedem Faustinianum*, sive *Faustianum* fuisse appellatum limitem quemdam in Pannonia, ibique oppidum eodem nomine exstitisse. ¶ 9. De pediculis vinaceorum, et de ipsa vinaceorum massa prelo subjecta ad vinum exprimendum. *Colum.* 12. *R. R.* 45. 2. Tum vinaceorum pes bene prelo expressus proruitur, et modice separatis scopionibus, resolutaque intrita folliculorum in dolio substernitur. *et ibid.* 36. 1. Mustum tortivum est, quod post primam pressuram vinaceorum circumciso pede exprimitur. *et ibid.* 19. 3. Antequam prelo pes eximatur. — *Plin.* usurpat de sampsa, h. e. massa olearum prelo subjectarum, 15. *Hist. nat.* 1. 2. (5). Prima unda preli laudatissima, ac deinde per deminutiones, sive in sportis premantur, sive, ut nuper inventum est, exilibus regulis pede incluso. — *Pes milvinus*, et *milvi*, est coliculus batidis. *Colum.* 12. *R. R.* 7. 1. — *Pedes gallinacei*, alia herba, de qua *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 98. (155). Capnos prima, quam pedes gallinaceos vocant, nascens in parietinis et sæpibus, etc. — *Pedes betacei* sunt betarum cauliculi. *Varro* 1. *R. R.* 2. 27. Malo de meis pedibus audire, quam quemad-

modum pedes bataceos seri oporteat. ¶ 10. In carmine (atque etiam in soluta oratione, ubi oratorius numerus servandus est. V. *Cic.* 3 *Orat.* 47. *et seqq.*) *pes* est pars versus, duabus, aut tribus, aut etiam pluribus syllabis constans, ut spondeus, dactylus, dichoreus, etc. de quibus V. *grammaticos*; quia his quasi quibusdam pedibus versus procedit. *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2486. *Putsch.* Pes autem dictus est, sive quædam pars mensuræ et modus quidam. Similiter pes vocatur, sive quia in percussione metrica pedis pulsus ponitur tolliturque: seu quia, ut nos pedibus ingredimur atque progredimur; ita et versus per hos pedes metricos procedit et scandit. *Terentian. v.* 79. Dum certo gradimur pede, Ipsi ne trepident pedes, etc. *h. e.* ne vacillet versuum modus. Ceterum *Horat.* 2. *Sat.* 1. 28. me pedibus delectat claudere verba. Sic *Ovid.* 5. *Trist.* 12. 34. Inque suos volui cogere verba pedes. *Cic.* 3. *Orat.* 47. 182. Ad heroum nos dactyli et anapæsti et spondei pedem invitat. *Ovid.* 1. *Amor.* 1. 30. Musa per undenos emodulanda pedes. *h. e.* per versus hexametrum et pentametrum. illum sex, hunc quinque pedes habentem. — Per synecdochen ponitur pro genere carminis. *Horat.* 4. *Od.* 6. 35. Lesbium servate pedem, meique Pollicis ictum. *Ovid. Ib.* 645. Postmodo plura leges, et nomen habentia verum, Et pede, quo debent fortia bella geri. Similiter *Horat. Art. P.* 80. Hunc (*iambum*) socci cepere pedem grandesque cothurni. *Id.* 1. *Sat.* 4. 47. nisi quod (*comœdia*) pede certo Differt sermoni, sermo merus. ¶ 11. *Pedes musici*, mensuræ et moduli, quibus metiuntur cantus. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 5. (6). Herophilus in musicos pedes venarum pulsu descripto, etc. *Id.* 11. *ibid.* 37. 88. (219). Arteriarum pulsus in modulos certos legesque metricas descriptus ab Herophilo medicinæ vate, etc. ¶ 12. Est etiam mensuræ genus, quæ quinquies producta passum efficit: constat autem quatuor palmis, quorum singuli quatuor transversos digitos longitudinis habent (*h. e.* 0.m 295., ut statuit *Gius. Tamboni* in *Atti dell' Accad. Archeol. Rom. T.* 7. *p.* 16.): ita efficitur, ut habeat pes sexdecim digitos, ut est apud *Vitruv.* 3. 1. *a med.* Dividitur autem in duodecim partes, seu uncias, ut *as*. V. *Colum.* 5. 1. 7. 1. 4.; *Frontin. Exposit. formar. p.* 30. *Goes.*; et alterum *Frontin. Aquæd.* 24.; et notas *Poleni* ad *artic.* 5., ubi de pedis Romani longitudine agit accurate. Figuram pedis, quatenus mensura est, vide in *Mus. Borb. T.* 6. *tav.* 15. *n.* 8. *Cæs.* 7. *B. G.* 72. Duas fossas quindecim pedes latas eadem altitudine perduxit. Post eas aggerem ac vallum duodecim pedum exstruxit. *Cic.* 7. *Att.* 22. Pedem in Italia videor nullum esse, qui non in istius sit potestate. *non v'è piè di terra.* Docet *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (121). pedem Babylonium tribus digitis longiorem fuisse, quam Romanum. — *Pes* autem *Romanus*, qui et *monetalis* dicebatur (*V.* MONETALIS), mensura æquat partes 0,29624. metri Gallici recentioris, quo nunc passim utimur in Europa, ut ex accuratissimis eorum computationibus arguit *Celest. Cavedoni* in *Marm. Moden. p.* 156. — *Pes Ptolemaicus*, quo utebantur olim Ægyptii, habebat, ut ait *Hygin. de limit. p.* 210. *Goes.*, pedem monetalem seu Romanum et semunciam. *h. e.* duodecim uncias cum dimidio. — *Pes Drusianus*, quo utebantur Germani, habet, ut ait *Id. loc. cit.*, pedem monetalem et sescunciam. *h. e.* uncias tredecim pedis Romani cum dimidio. — In his, quæ subjicio, non tam pro mensura modo dicta accipitur, quam pro magnitudine ipsa humani pedis. *Cic. Dejot.* 15. 42. Negat, unquam se a te pedem discessisse. *nè pur un passo.* et 13. *Att.* 16. Pedem e villa adhuc egressi non sumus. *Quintil. declam.* 6. 14. Non reliqui, non abscessi, neque pede, quod ajunt, uno a parente discessi. — De mensura, aut modo generatim, seu universa cujuspiam rei quantitate. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 31. 74. (316). Pressura una culeos implere debet. Hic est pes justus. *Seneca Tranquill.* 10. *circa med.* Exiguæ sæpe areæ in multos usus describentis arte patuere, et quamvis angustum pedem dispositi fecit habitabilem. — Pede suo se metiri, *regolarsi secondo le sue forze*, est *Horat.* 1. *Ep.* 7. *extr.* ¶ 13. De pediculis, *pidocchi*. *Festus v.* 210. 11. *Müll.* Pedibus obsitum, id est pediculis. - Pedes autem pro pediculis sic *Plautus* refert in *Curculione* (4. 2. 13.): Item genus est lenonium inter homines meo quidem animo. Ut muscæ, culices pedesque pulicesque. Et *Livius* in *Gladiolo*: Pulicesne, an cimices, an pedes? respondit mihi. Et *Lucilius*: Ubi me vidit, caput scabit, et pes legit. *Varro* 3. *R. R.* 9. 14. *de pullis gallin.* E capite ejus ejusque collo eorum crebro eliciendi pedes. *i pollini.*

PESCĬA, ōrum, n. plur. 2. in Saliari carmine Ælius Stilo dici ait, capitia ex pellibus agninis facta, quod Græci pelles vocent πεσκη neutro genere pluraliter. *Festus p.* 210. 5. *Müll.*

PESESTAS, inter alia, quæ inter precationem dicunt, quum fundus lustratur, significare videtur pestilentiam. *Festus p.* 210. 19. *Müll.* Sic *Paul. Diac. p.* 211. 8. Pesestas dicebatur pestilentia.

PESNIS, pennis, ut Casmenas dicebant pro Camenis: casmenas pro camenis. *Festus p.* 205. 14. *Müll.*

PESSĀRĬUM, ii, n. 2. genus medicamenti, idem quod pessum, vel ei simile, apud *Theod. Priscian.* 3. 5. Adde *eumd.* 3. 2. et 3. 3.; et *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 4. *n.* 70.

PESSĬMĒ, adverb. *V.* MALE.

PESSĬMO, ās, āre, a. 1. κακόω, pessimum reddere, malo afficere. *Vulgat. interpr. Eccli.* 11. 26. Ne dicas: Sufficiens mihi sum, et quid ex hoc pessimabor? Adde *ibid.* 36. 11. et 38. 22.

PESSĬMUS, a, um, adject. super., anom. *V.* MALUS.

PESSŬLUM, i, n. 2. idem quod pessum, i. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 18. *a med.* In mulieribus etiam pessulum oleo calido infundentes. Adde *eumd.* 4. *Tard.* 7. *extr.* — Alio sensu *V.* voc. seq. init.

PESSŬLUS, i, m. 2. *Pessulum* neutr. gen. hoc sensu dixit *Paulin. Nolan. carm.* 18. 412. removens et pessula claustris. — Pessulus, *chiavistello*, μοχλός, βλήτρον, σφῆνα, μάγγανον, vectis ferreus, vel ligneus, quo fores clausæ obfirmantur intus: a πάσσω, *paxillus*, *clavus*. Duos obdebant, qui tutiores esse vellent. *Plaut. Aulul.* 1. 2. 25. Occlude sis fores ambobus pessulis. *Ter. Heaut.* 2. 3. 37. Anus foribus obdit pessulum *et Eun.* 3. 5. 55. Pessulum ostio obdo. *Apul.* 3. *Met.* Et cum dicto pessulis injectis, et uncino firmiter immisso, sic ad me reversa, etc. *et* 1. *ibid.* Adducta fore, pessulisque firmatis. *et ibid.* Postes ad repagula redeunt, ad claustra pessuli recurrunt. *et paullo post.* Subdita clavi pessulos reduco. *Marcell. Empir. c.* 17. *ad fin. p.* 111. *bis* ed. *Ald.* In eo loco, vel foramine, in quo januæ pessuli descendunt, quidquid repereris, collige.

PESSUM, adverb. vel adverbii simile, fortasse, ut nonnulli putant, a βυσσός Ionice pro βυθός *profunditas*, vel, ut alii arbitrantur, per syncopem pro *perversum*, vel rectius a *pes, pedis*, quocum cf. πεδον et πέζα, idem significat, quod in profundum, vel deorsum, quasi sub pedes (It. *in profondo, a basso*; Fr. *en bas, à fond, au fond*; Hisp. *abazo, a fondo*; Germ. *nach den Boden hin, zu Boden, zu Grund*; Angl. *down, to the bottom, under foot*).

I.) Proprie. *Abire pessum*, dictum de navi et rete, *affondarsi*, a *Plaut. Rud.* 2. 3. 64. Nunc eam (*cistellulam*) cum navi scilicet abiisse pessum in altum. et *Aulul.* 4. 1. 12. Ne (*ratis*) pessum abeat. et *Truc.* 1. 1. 15. Quando abiit rete pessum, tunc adducit sirium. — Hinc generatim. *Lucret.* 6. 589. multæ per mare pessum Subsedere suis pariter cum civibus urbes. *Colum.* 12. *R. R.* 6. 2. Est aliud muriæ naturæ experimentum: nam ubi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam; si innatabit, maturam. *Lucan.* 3. 674. sidentia pessum Corpora cæsa tenent. *Id.* 5. 616. quam celsa cacumina pessum Tellus victa dedit. *Prudent. præf.* 2. *in Symmach.* 36. pessum mergere pedes. *affondare.* — *Pessum accipere*, est in imum recipere. *Mela* 3. 9. Lacus adeo ad sustinenda quæ incidunt, firmus, ut folia etiam proximis decisa frondibus, non innatantia ferat, sed pessum penitus accipiat.

II.) Translate. ¶ 1. *Pessum ire*, est ruere, perire, *andare in rovina, o in malora. Plaut. Cist.* 2. 1. 12. Neque, nisi quia miser non eo pessum, mihi ulla abest perdito pernicies. *Ter.* 1. *Adel.* 79. Pessum ituros fecundissimos Italiæ campos, si amnis Nar in rivos deductus superstagnavisset. *Plin.* 14. *Hist. nat. præfat.* 1. (5). Pessum iere vitæ pretia. Sic *Seneca Contr. Sap.* 2. Cato adversus vitia civitatis degenerantis, et pessum sua mole sidentis, stetit solus. ¶ 2. *Pessum dare*, vel junctim *pessumdare* et *pessundare*, et raro *pessum premere, agere, dejicere*, est perdere, evertere, *mandare in malora, rovinare*: ducta metaphora a mergendis navibus, ut monet *Donatus* ad illud *Ter. Andr.* 1. 3. 3. Quæ si non astu providentur, me, aut herum pessundabunt. — *a) Pessum dare* habet *Cic. fragm.* apud *Quintil.* 8. 6. 47. Hoc miror querorque, quemquam hominem ita pessundare alterum verbis velle, ut etiam navem perforet, qua ipse naviget. *Plaut. Rud.* 2. 6. 23. Pessum dedisti blandimentis me tuis. *Tac.* 3. *Ann.* 66. Quod multos etiam bonos pessum dedit, qui spretis quæ tarda cum securitate, præmatura vel cum exitio properant. *Ovid.* 3. *Trist.* 5. 45. Non mihi quærenti pessum dare cuncta, petitum Cæsareum caput est, quod caput orbis erat. *Plaut. Merc.* 5. 2. 4. Domi era: quod quæritabam. Ibi sex sodales reperi, Vitam, Amicitiam, Civitatem *etc.* Eorum inventu res decem simitu pessimas pessundedi, Iram, Inimicitiam, Stultitiam, etc. *h. e.* ejpuli, perdidi, et quasi in mare projeci. *Id. Rud.* 3. 2. 3. Exemplum pessumum pessundate. *h. e.* tollite, delete. *Val. Max.* 4. 4. *n.* 5. Ingentes hostium copias pessundare. *disfare.* — Particip. *Pessumdatus* apud *Sall. Jug.* 1. Animus ad inertiam et voluptates corporis pessumdatus. — *b) Pessum premere*, pessundare, perdere. *Plaut. Most.* 5. 2. 49. Quidvis impetrari a me facilius perferam, quam ut non ego istum pro suis factis pessimis pessum premam. — *c) Pessum acta ætas*, usque ad senium, ad terminum vitæ. *Vet. Poeta* apud *Lactant.* 1. 11. Ætate pessum acta, in Cretam vitam commutavit, et ad deos abiit. — *d) Pessum dejicere* apud *Apul.* 5. *Met.* Nec sum mulier, nisi eam pessum de tantis opibus dejecero. *h. e.* exturbavero.

PESSUM, i, n. 2. *pessario*, πεσσός, medicamentum molli lana compositum, quod feminis inter naturalia inditur, si doleant. Describit illud *Cels.* 5. 21., sed Græca voce utitur, quam attulimus, Latina vero pluries *Theod. Priscian.* 3. 5. *et l.* 2. *part.* 2. *c.* 20. *Apul. Herb.* 121. Herbæ anethi medicamine pessum factum injiciatur ab obstetrice. *V.* PESSARIUM et PESSULUM. — Et *pessus, i*, masc. gen. 2. dicitur a *Plin. Valer.* 1. 5. *ad fin.* Pessus Livianus, quo utebatur Livia regina, faciens ad secundas, etc. Eumdem *Theod. Priscian.* 2. 5. *Livianum pessarium* appellat.

PESSUMDĂTUS, a, um, *et*

PESSUMDO *vel* pessundo, *vel* pessum do, das, dĕdi, dătum, dare, a. 1. est deursum, aut in profundum mittere, demergere, *mandare o mettere a fondo, abbasso, affondare, sommergere*, βυθίζω, καταποντίζω, ἀποσφάλλω. *V.* PESSUM primo loco I. et II. 2.

PESSUS, i, m. 2. *V.* PESSUM, i.

PESTĬBĬLIS, e, adject. pestilens. *Impp. Diocl. et Maxim. Cod.* 4. 58. 4. Pestibilis fundus, hoc est pestiferas herbas, vel letiferas habens. *Alii legunt*: Pestibilis fundus, hoc est pestibulas, vel herbam letiferam habens. *Pestibulas* autem interpretatur *Cujac. l.* 6. *Observat. c.* 24. naticum et aliarum noxiarum serpentum pestes.

PESTIBULA, æ, f. *V.* in dictione præced.

PESTĬFER *et* **pestĭfĕrus**, fĕra, fĕrum, adject. (pestis *et* fero) λοιμώδης. ¶ 1. Stricto sensu est pestem afferens, *pestifero, pestilenziale. Liv.* 25. 26. Ut mortui ægros, ægri validos quum metu, tum tabe ac pestifero odore corporum conficerent. ¶ 2. Latiori sensu est noxius, valde noxius. *Cic. Dom.* 32. 85. Tu unus pestifer civis. *Cels.* 2. 6. Sudor frigidus in acuta febre pestiferus est. *et mox.* Sanguinem in febre vomuisse, pestiferum est. *Id.* 4. 1. *n.* 1. Acutus et pestifer morbus. *Virg.* 7. *Æn.* 569. ruptoque ingens Acheronte vorago Pestiferas aperit fauces. *Val. Flacc.* 4. 594. Pestiferæ aquæ. *Cic.* 4. *Fam.* 3. Pestiferum bellum. *Colum.* 10. *R. R.* 331. Pestifer aer. *Cic. Harusp. resp.* 24. 50. Vipera venenata et pestifera. *Id.* 2. *Nat. D.* 47. 120. Res pestiferæ et nocentes. *Id. Dom.* 1. 2. Pestifer et funestus tribunatus. *Id.* 3. *Phil.* 2. 3. Antonii reditus crudelis et pestifer. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (51). Scopulum cernunt dirum ac pestiferum. *Cic.* 2. *Nat. D.* 12. 34. Accessus ad res salutares, a pestiferis recessus. — *Pestiferum fulgur* dicitur, quo mors exsiliumve significari solet. *Festus p.* 210. 7. *Müll.* Similiter *Id. p.* 245. 21. Pestifera (*fulgura*), quæ mortem, aut exsilium ostendunt. — *Paul. Diac. p.* 244. 18. *Müll.* Pestifera auspicia esse dicebant, quum cor in extis, aut caput in jocinore non fuisset.

PESTĬFĔRĒ, adverb. λοιγίως, perniciose. *Cic.* 2. *Legg.* 5. 13. Quid, quod multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis?

PESTĬLENS, entis, adject. (pestis). Comp. *Pestilentior* I. et II.; Sup. *Pestilentissimus* I. — Pestilens est pestifer, perniciosus, nocens, *pestilenziale, pestilente, pernicioso, nocevole,* λοιμώδης.

I.) Proprie. — *a*) Absolute. *Cic. Fat.* 4. 7. Inter locorum naturas quantum intersit, videmus: alios salubres, alios pestilentes. *Id.* 3. *Off.* 13. 54. Ædes pestilentes, *infette. Varro* 1. *R. R.* 4. 4. Fundus pestilentior. *Liv.* 4. 21. annus. Sic *Cic.* 5. *Fam.* 16. Gravissimus et pestilentissimus annus. *Id.* 1. *Divinat.* 57. 130. Aspiratio gravis et pestilens. *Horat.* 3. *Od.* 23. 5. Nec pestilentem sentiet Africum Fecunda vitis. — *b*) Cum Dativo. *Liv.* 3. 6. Grave tempus et forte annus pestilens erat urbi agrisque, nec hominibus magis, quam pecori. *Id.* 5. 13. Gravis pestilensque omnibus animalibus æstas.

II.) Translate. *Liv.* 2. 41. Pestilens collegæ munus esse: agros illos servitutem iis, qui acceperint, laturos. *Cic.* 7. *Fam.* 24. *de Tigellio Sardo.* Homo pestilentior patria sua. *Seneca Hippol.* 489. Pestilens invidia.

PESTĬLENTĬA, æ, f. 1. est pestis, seu morbus contagione in plurimos se effundens, ac tum homines, tum varia brutorum genera vulgatis funeribus absumens, λοιμός (It. *peste, contagio, pestilenza, epidemia;* Fr. *épidémie, maladie contagieuse, peste;* Hisp. *epidemia, enfermedad contagiosa, peste;* Germ. *austeckende Krankheit, Seuche, Pest;* Angl. *a plague, pestilence, epidemic disorder, an infection or contagion*).

I.) Proprie. *Cæs.* 2. *B. C.* 22. Massilienses gravi pestilentia conflictati ex diutina conclusione, et mutatione victus. *Colum.* 6. *R. R.* 5. 1. Id præcipue, quod egerit sus ægra, pestilentiam facere valet. *Id.* 7. *ibid.* 7. 1. Alia genera pecorum quum pestilentia vexantur etc. *Liv.* 27. 23. Eo anno pestilentia gravis incidit in urbem agrosque, quæ tamen magis in longos morbos, quam in perniciales evasit. *Colum.* 9. *R. R.* 13. 1. Morbo, vel pestilentia laborare. *Liv.* 10. 47. Pestilentia urens urbem atque agros. *Tac.* 16. *Ann.* 13. In urbe omne mortalium genus vis pestilentiæ depopulabatur. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 8. 80. (157). Pestilentiæ contagia prohibere. *Id.* 10. *ibid.* 28. 40. (75). Pestilentiam afferre. — Pestilentiæ descriptionem habes apud *Virg.* 3. *G.* 478. et *seqq.*; *Ovid.* 7. *Met.* 523. *et seqq.*; *Lucret.* 6. 1136. et *seqq.*; *Liv.* 25. 26.; *Sil. It.* 14. 582. *et seqq.* — Differt a *peste*, quæ est generale nomen, et non solum de morbis, sed de quacumque clade, malo, calamitate, noxa, pernicie usurpatur.

II.) Translate. ¶ 1. Sumitur pro gravitate cæli, aut loci: cui *salubritas* opponitur, *cattiva aria, luogo malsano. Cic.* 2. *leg. Agr.* 26. 70. Agrorum genus propter sterilitatem inculum, propter pestilentiam vastum atque desertum. *Id.* 1. *Divinat.* 57. 131. Ex habitu exterorum atque ex colore tum salubritatis, tum pestilentiæ signa percipiuntur. *Id.* 1. *leg. Agr.* 5. 15. Locupletatis aut invidiæ, aut pestilentiæ possessoribus, agri tamen emantur. *h. e.* iis qui possident agros vel Sullana proscriptione coemptos et invidiæ subjectos, vel gravitate cæli pestilentes. *V. eumd.* 2. *leg. Agr.* 26. 68. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. I. *Catull.* 44. 11. Orationem in Antium petitorem Plenam veneni et pestilentiæ legi. *h. e.* quæ pestilentiæ modo enecare auditores posset.— In plur. numero *Gell.* 1. 2. Animorum labes et pestilentias.

PESTĬLENTĬĂRĬUS, a, um, adject. pestilens. *Tertull. Spectac.* 27. Cathedra pestilentiaria.

PESTĬLENTĬŌSUS, a, um, adject. idem ac pestilens. *Ulp. Dig.* 43. 8. 2. *a med.* Si odore soli locus pestilentiosus fiat. *Marcell. Empir. c.* 11. *p.* 103. ed. *Ald.* Ad ulcera quæ nascuntur pueris vel infantibus utriusque sexus in ore, aut in gutture, aut in stomacho, quæ pluribus uno tempore solent accidere, et ideo pestilentiosa appellantur. Adde *eumd. ibid. ad fin.*

PESTĬLENTUS, a, um. adject. pestilens. *Lævius* apud *Gell.* 19. 7. Loca pulverulenta et pestilenta.

PESTĬLIS, e, adject. pestilentiosus. *Arnob.* 1. 20. Possunt nos auris pestilibus enecare. — *Theod. Priscian.* 4. *p.* 313. ed. *Ald.* Consequuntur pulmonum labor, phthisis et nigri fellis iræ, acutæ febres, et semper pestilis somnus.

PESTĬLĬTAS, ātis, f. 3. idem ac pestis. *Lucret.* 6. 1096. Atque ea vis omnis morborum, pestilitasque. Adde 1123. *et* 1130. *Non.* 158. 2. *Merc.* laudat versiculum allatum *Lucretii.*

PESTĬMUS, a, um, adject. pestifer, qui pestem affert. *Gloss. Gr. Lat.* Λοιμοφόρος, pestimus.

PESTIS, is, f. 3. nomen est generale omnis mali, perniciei, morbi, exitii, calamitatis, ruinæ, cladis, noxæ, sive hominibus incidat, sive brutis, sive rebus inanimis. Quare differt a pestilentia, ut genus a specie. *V.* **PESTILENTIA.** Ita *Liv.* 4. 25. et 5. 14. et 25. 26. utitur quidem voce *pestis* ad pestilentiam significandam, sed postquam *pestilentiæ* mentionem fecit. Gr. κακον, βλαβη (It. *male, calamità, disgrazia, rovina, danno;* Fr. *peste, ruine, destruction, fléau, perte;* Hisp. *peste, ruina, destrozo, perdicion;* Germ. *das Verderben, der Untergang, Tod, das Unheil;* Angl. *a pest, mischief, calamity by fire, the sword* etc., *destruction, ruin*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) In sing. numero. *Plaut. Capt.* 3. 3. 11. Oppetere pestem. *h. e.* mortem. *Cic.* 2. *Off.* 5. 16. Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. *Id. Rabir. perduell.* 1. 2. Pestis ac pernicies civitatis. *et ibid.* 9. 26. Ista imago, quæ domi posita, pestem atque exsilium Sex. Titio attulisset. *Lucret.* 3. 347. Discidium ut nequeat fieri sine peste maloque *Cic.* 1. *Nat. D.* 36. 101. Ibes avertunt pestem ab Ægypto, quum volucres angues vento invectas interficiunt atque consumunt. *Liv.* 25. 19. *extr.* Adeo ne fugæ quidem iter patuit, ut vix mille evaserint: ceteri passim, alii alia peste, absumpti sunt. *Cic.* vertens locum *Sophocl.* 2. *Tusc.* 8. 20. Ipse illigatus peste interimor textili. *h. e.* veste imbuta Nessi sanguine. *Virg.* 5. *Æn.* 699. servatæ a peste carinæ. *h. e.* ab incendio. *Id.* 10. *ibid.* 55. belli evadere pestem. *Tac.* 2. *Ann.* 47. Improvisior graviorque pestis fuit. *h. e.* damnum ex terræ motu. *et* 4. *ibid.* 62. Unde gravior pestis fuit. *h. e.* clades ex ruina theatri. *Plaut. Capt.* 4. 3. 3. Quanta pernis pestis veniet! quanta labes lardo! *h. e.* ex parasiti edacitate. *Catull.* 69. 9. crudelem nasorum interfice pestem. *h. e.* mali odoris hircum sub alis. *Cic.* 1. *ad Brut.* 15. Pestem depellere. *Id. Dejot.* 15. 43. miserrimam importare alicui. *Id.* 3. *Nat. D.* 26. 66. machinari alicui. *Liv.* 2. 49. minitari. *Sall. Jug.* 73. Monere, ne præmia Metelli in pestem suam converteret. *in sua rovina o malanno.* et in *epist. Mithrid. ad Arsac. ad fin.* Romani peste conditi orbis terrarum. *nati per la rovina del mondo.* — *b*) In plur. numero. *Virg.* 1. *G.* 181. Tum variæ illudunt pestes, sæpe exiguus mus etc. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 471. et alibi. Sic *Colum* 7. *R. R.* 5. 19. Quod in omnibus morbis ac pestibus faciendum esse censemus. *et* 2. *ibid.* 9. 10. Quædam subterraneæ pestes adultas segetes enecant. ¶ 2. Speciatim pro morbo, pestilentia, *peste. Ennius* apud *Priscian.* 9. *p.* 861. *Putsch.* Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis. Addunt *Lucan.* 6. 89., *Sil. It.* 14. 582. *et* 622., sed hæc non videntur rem conficere, nisi eo modo, quo de *Livii* locis sub init. dictum est.

II.) Translate per metonymiam dicitur de homine publice pernicioso. *Ter. Adelph.* 2. 1. 34. Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium, perjurus, pestis. *Cic. Sext.* 14. 33. Productus in contionem ab illa furia ac peste patriæ. *Id.* 5. *Verr.* 54. 125. *de Verre.* Ne post abitum quidem hujus importunissimæ pestis. *Id. Harusp. resp.* 4. 6. *de Clodio.* T. Annius ad illam pestem comprimendam, exstinguendam, funditus delendam natus esse videtur. *Id. ibid.* 2. 4. Cum his furiis et facibus, cum his, inquam, exitiosis prodigiis ac pæne hujus imperii pestibus bellum mihi etc. *Id.* 5. *Fam.* 8. Quædam pestes hominum laude aliena dolentium. Sic *Apul. de Mag.* Nunc enim mihi, quod ægre fero, a commemoratione tanti viri ad pestes istas oratio revolvenda est. *h. e.* ad Æmilianum et Rufinum. Adde *eumd.* 5. *Met.*

PĔTĂCĬTER, adverb. (petax) multum petendo, et translate idem atque avide. Occurrit tantum Comp. *Petacius* apud *Avien. Prognost.* 432. Gramina si carpit semesa petacius anser.

PĔTĂLĬUM, ĭi, n. 2. πεταλιον, genus unguenti, Latine foliatum et nardinum: a πεταλον *folium. Plaut. Curc.* 1. 2. 7. Tu mihi stacte, tu cinnamum, tu rosa, tu crocinum et casia 's, tu petalium. *At plerique et ipse* Fleckeisen. *leg.* bdellium.

PĔTĂLUM, i, n. 2. πέταλον, lamina, bractea. *Isid.* 19. *Orig.* 21. Petalum, aurea lamina in fronte pontificis, quæ nomen Dei tetragrammaton Hebraicis litteris habebat scriptum. *Inscript.* apud *Murat.* 1199. 3. TERRA SIT HAEC PETALO NON ONEROSA PRECOR. *Cl.* Furlanetto *in suis MSS. hanc* Inscript. *huc retulit: mihi vero illud* PETALO *nomen proprium esse videtur.*

PĔTĂMĪNĀRĬUS *vel* petamenarius, ii, m. 2. *chi fa salti mortali*, qui strenua corporis agilitate saltans volare videtur: a πεταμενος *volans. Firmic.* 8. *Mathes.* 15. Cum Marte vero et Mercurio petaminarius, ephalmator, orchestopolarius, petauristarius. *Salvian.* 6. *Gubern. D.* 3. Longum est nunc dicere de omnibus, amphiteatris scilicet, odeis, lusoriis, pompis, athletis, petaminariis, pantomimis, ceterisque portentis. — *Petaminarios* descripsisse videtur *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 420.; et *Manil.* 5. 539.

PĔTĂSĀTUS, a, um, adject. πεταννύμενος, petaso tectus. *Cic.* 15. *Fam.* 17. *de tabellariis.* Id facerent commodius, si mihi aliquid spatii ad scribendum darent; sed petasati veniunt, comites ad portam exspectare dicunt. *Sueton. Aug.* 82. Domi quoque non nisi petasatus sub dio spatiabatur. *Hieronym. proœm. l.* 2. *in Zachar.* Urget petasatus libri portitor. Adde *Varron.* apud *Non. p.* 319. 4. *Merc.*

PETASIO. *V.* vocem sequent. ad fin.

PĔTĂSO, ōnis. m. 3. *prosciutto*, πεταννῶν, coxa suis salita, seu potius pernæ portio. Quomodo a perna differat, diximus in **PERNA.** *Martial.* 3. 77. Et pulpam dubio de petasone voras. *h. e.* jam corrumpi incipiente, *rancido. Varro* 2. *R. R.* 4. 10. Succidias Galli optimas et maximas facere consueverunt. Optimarum signum, quod etiam nunc quotannis e Gallia apportan-

tur Romam pernæ tomacinæ et taniacæ et petasones. *Alii perperam leg.* petasiones. *Id.* apud *Non. p.* 400. 14. *Merc.* ut pueri in ædibus Sæpius pedibus offensant, dum petasones musteos In carnario fluitare suspiciunt. Ita legendum conjecit cl. *Vahlen.* (*In M. Ter. Varron. Satur. Menipp. Conject. p.* 79.), collato *Martial.* 13. 55. Musteus est: propera, caros nec differ amicos. Nam mihi cum vetulo sit petasone nihil.

PĔTĂSUNCŬLUS, i, m. 2. duo diversa significat, prout est deminut.

A) A *petasone*, et est parvus petaso. *Juvenal.* 7. 119. Quod vocis pretium? siccus petasunculus, et vas Pelamidum. *siccus*, h. e. parvi pretii: nam petasoni gratia, si musteus sit. V. *Martial.* 13. 55. et *Varron.* in voc. præced.

B) A *petasus*, *i*, et est parvus petasus, *cappelluccio. Arnob.* 6. 12. Mercurio det radios: Solis capiti petasunculum superponat.

PĔTĂSUS, i, m. 2. *cappello*, πέτασος, capitis tegmen, galeri genus: a πετάννυμι *extendo*, quod latos haberet margines, quemadmodum videre est in imaginibus Mercurii, qui petasatus pingitur. Utebantur petaso longum iter facientes, quo adversus solis et imbrium injurias faciem tuerentur. *V.* PETASATUS.

I.) Proprie. *Plaut. Amph. prol.* 142. Nunc internosse ut nos possitis facilius, Ego has habebo usque hic in petaso pinnulas. Adde *eumd. ibid.* 1. 1. 287. et *Pseud.* 2. 4. 45. Etiam opu'st chlamyde, et machæra, et petaso. *Arnob.* 6. 12. Cum petaso gnatus Majæ, tamquam vias aggredi præparet, et solem pulveremque declinet.

II.) Translate petasus dicitur quiddam in galeri formam ædificiis superpositum, extensum et explicatum, in metæ formam se contrahens. *Varro* apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (92). Ut in summo orbis æneus, et petasus unus omnibus sit impositus. *h. e.* fornix, Italice *cupola.* — Apud *Calpurn.* 6. *Ecl.* 51. est nomen equi: a πετᾶσθαι *volare.*

PĔTAURISTA *vel* petauristes, æ, m. 1. πεταυριστής, qui ex petauro se in aerem excutit, atque in terram devolat.

I.) Proprie. *Festus p.* 206. 26. *Müll.* Petauristas Lucilius a petauro appellatos existimare videtur, quum ait: Sicuti mechanici cum alto exsiluere petauro. At Ælius Stilo, quod in aere volent, quum ait, petaurista proprie Græce, quod is πρὸς ἀέρα πέταται. *Scaliger* ad *Festum* hujusmodi fuisse docet, qui desperata audacia in machina, vel rota trajiciebant se. *V.* vocem sequent. A *Nonio p.* 56. 26. *Merc.* petauristæ definiuntur, qui saltibus, vel schemis levioribus moventur. *Varro ibid.* Nec minus aliquo in genere sunt ludi velitis Galli, Germani petauristæ. Adde alium ejusdem *Varron.* locum *ibid.*, ubi Græce ponitur ex lectione *Scalig.*, et pro saltatore tantum accipiendus esse videtur. *Paciaudius* in *Comment.* de κυβιστήσει § 7. putat, petauristam esse, quem Itali *capitombolatore* vocant, atque ideo haberi in *Gloss. Philox.* Πεταυριστής, cernulus, πεταυρισταί, cernuli. *V.* CERNUUS.

II.) Translate ita vocantur etiam animalia, quæ, ut pulices, mira pedum alacritate prædita sunt. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 33. 39. (115). Alia (*animalia*) generantur sordibus a radiis solis, posteriorum lascivia crurum petauristæ.

PĔTAURISTĂRĬUS, ii, m. 2. idem qui petaurista. *Petron. fragm. Tragur.* 53. *Burmann.* Petauristarii tandem venerunt: baro insulsissimus cum scalis constitit, puerumque jussit per gradus, et in summa parte odaria saltare, circulos deinde ardentes transire, et dentibus amphoram sustinere. Adde *ibid.* 60.; *Firmic.* 8. *Mathes.* 15.; et *Not. Tir. p.* 173. *ad fin.*

PĔTAURUM, i, n. 2. πέταυρον, machina in sublimi suspensa, ex qua se in aerem excutiebant, atque in terram devolabant: ab ἀέρα *aura* et πέτομαι *volo, as.* Hoc nomine comprehendunt et machinam ligneam, genus ludi, quo homines per aerem rotarum pulsu jactantur, et omne id, supra quod homines agilitate corporum insignes ludunt, ut sunt hastæ, circa quas se volvunt, funes, supra quos etiam reciproci ambulant, circuli, per quos se more piscium transmittunt, tabulæ, e quibus in aere pendent, uno brachio se sustinentes. Græce significat perticam, lignum, asserem, super quo gallinæ dormiunt. *Lucilius* apud *Festum p.* 206. 27. *Müll.* Sicuti mechanici cum alto exsiluere petauro. *Juvenal.* 14. 265. An magis oblectant animum jactata petauro Corpora, quique solet rectum descendere funem? *Manil.* 5. 434. Corpora, quæ valido saliunt excussa petauro, Alternosque cient motus: elatus et ille Nunc jacet, atque hujus casu suspenditur ille, Membraque per flammas orbesque emissa flagrantes. Ubi *Scalig.* Rota in sublimi posita a duobus versabatur: alter superne, alter inferne nitebatur. Ita fiebat, ut alternis dejecti, nunc penderent, nunc erecti sederent. Hæc *Scalig.*; quæ confirmari videntur fragmento illo *Petronii p.* 674. *Burmann.* Petauro jubente modo superior. *Martial.* 2. 86. Quid si per graciles vias petauri Invitum jubeas subire Ladam? In illo *ejusd.* 11. 21. Quam rota transmisso toties impacta petauro: *Turneb. l.* 8. *Adversar. c.* 4. putat *petaurum* esse lignum per rotam a petaurista transmissum. Est qui ipsum petauristam intelligit. *Scalig.* ad *Manil.* mallet *intacta* pro *impacta. V.* PETAURISTA I.

PĔTAX, ācis, adject. omn. gen. *chieditore importuno*, qui multum petit. *Fulgent.* 2. *Mythol.* 1. Vita activa est, quæ tantum vitæ commodis anxia, ornatus petax, habendi insatiata, rapiendi cauta, servandi sollicita geritur. *Id. ibid.* 3. Juponis in tutelam pavum ponunt, quod omnis vita potentiæ petax in adspectum sui semper quærat ornatus.

PĔTESSO *vel* petisso, is, ere, a. 3. (peto). Part. *Petessens.* — Petessere est idem quod petere, aut frequenter petere. *Festus p.* 206. 19. *Müll.* Petissere antiqui pro petere dicebant, ea quidem forma verbi qua sunt lacessere et incessere. Sed, ut mihi videtur, tum significabant sæpius petere. Hæc *Festus*, ubi, si rem spectes, *petesso* legendum videtur: si seriem litterarum, *petisso*. Porro *Festus* hæc addidit, ut significaret, sibi *petissere* non desiderativum, sed frequentativum videri: contra *Priscian.* 8. *p.* 827. *Putsch.* verba *capesso, facesso* etc. frequentativa esse negat et inter desiderativa recensenda esse putat. *Cic.* 2. *Tusc.* 26. 62. Apud quos venandi et equitandi laus viget, qui hanc petessunt, nullum fugiunt dolorem. *Lucret.* 3. 648. pugnam cædesque petessit. *et* 5. 810. fugiens humorem, aurasque petessens. *Ita leg.* Lachmann.; *vulgati libri* petissit, petissens. Adde *Paul. Diac. p.* 212. 11. *Müll.*; et *Vet. Poet.* apud *Festum loc. cit.*

PETHĔRĒDĬUM, ii, n. 2. petitio hereditatis: vox composita a *peto* et *heredium. Eutyches* apud *Cassiod. de orthogr.* 9. Petheredium a petendis hereditatibus.

PĔTĬCĬUS *et* petitius, a, um, adject. petax. *Gloss. Isid.* Petitius, qui frequenter petit. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĔTĪGĪNŌSUS, a, um, adject. petiginibus laborans. *Theod. Priscian.* 1. 12.

PĔTĪGO, ĭginis, f. 3. *volatica*, eadem quæ impetigo. *Lucilius* apud *Non. p.* 125. 31. et 160. 18. *Merc.* Illuvies, scabies oculos huic deinque petigo Conscendere. *Alii et ipse* Mercerus deque petigo. *Cato R. R.* 157. *in fin.* Petigini parce brassicam opponito, sanam faciet. *Alii et ipse* Schneiderus *leg.* depetigini, *al.* impetigini, *qua voce* Plin. *utitur eamdem* Catonis *sententiam referens* 20. *Hist. nat.* 9. 33. (83).

PĔTĬLĬUM, ii, n. 2. flos auctumnalis, et circa vepres nascens, et tantum colore commendatus, qui est rosæ silvestris, foliis parvis, quinis. Mirumque in eo inflecti cacumen, et non nisi retorto folia nasci, parvo calyce ac versicolori, luteum semen includente. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 8. 25. (49).

PĔTĬLUS, a, um, adject. siccus, tenuis, exilis, strigosus. *Lucilius* apud *Non. p.* 149. 7. *Merc.* Insignis varis est cruribus atque petilis. *Plaut. ibid.* Petila labra. *Festus p.* 205. 22. *Müll.* Petilam suram, siccam et substrictam vulgo interpretantur: Scævola ait, ungulam equi albam ita dici. Cf. *Gloss. Isid.* Petulus (*lege* Petilus) equus qui habet albos pedes. *Dacerius* putat esse a πεταλον (quod Ionice πέτηλον) *folium.*

PĔTĪMEN, ĭnis, n. 3. *guidalesco.* Petimina in humeris jumentorum ulcera, et vulgo appellat et Lucilius meminit, quum ait: Ut petimen naso, aut lumbos cervicibu' tangat. Eo nomine autem et inter duos armos suis quod est, aut pectus solitum appellari, testatur Nævius in descriptione suillæ, quum ait: petimine piscino qui meruerat. Hæc *Festus p.* 209. 1. *Müll.* Pro *piscino Dalecampius* malit *porcino.* At *Scalig.* qui verba illa *Nævii* de jugulo thynni intelligenda esse putat, miratur, cur *Festus* ad suillam traverit. Cf. *Paul. Diac. p.* 208. 1. *Müll.* Petiuina in humeris jumentorum ulcera. et *Gloss. Labb.* Petumen, κτήνους ἕλκος.

PĔTĬŎLUS, i, m. 2. *pedicello*, πόδιον, parvus pes.

I.) Proprie. *Afranius* apud *Non.*: *V.* locum cit. in *Pediolus*, ubi alii PETIOLUS. *Cels.* 2. 18. *a med.* Ex agno, hædove, cum petiolis totum caput aliquanto, quam cetera membra, leviora sunt. *Id.* 2. 22. In petiolis capetulisque hædorum et vitularum et agnorum.

II.) Translate est pediculus fructuum, quo ramis adhærent, *picciuolo. Colum. Arbor.* 23. Quum matura mala fuerint, antequam rumpantur, petiolos, quibus pendent, intorqueto. *Id.* 12. *R. R.* 49. 8. Olivæ poseæ, antequam mitescant, cum petiolo legantur.

PETISĬA Mala, n. genus malorum minutorum, sed sapore gratissimo. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 15. (50). *Petilia* fortasse legend., a quodam Petilio sic appellata.

PETISSO. *V.* PETESSO.

PĔTĪTĬO, ōnis, f. 3. est actus impetendi et ictum in aliquem intendendi, *stoccata, colpo*, ut gladiatorum, sicariorum etc.

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Cat.* 6. 15. Quot ego tuas petitiones ita conjectas, ut vitari non posse viderentur, parva quadam declinatione, et, ut ajunt, corpore effugi? *Servius* ad *Virg.* 9. *En.* 439. Petitiones proprie dicimus impetus gladiatorum.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ducta a superiori paragr. *Cic. Orat.* 68. 228. Sic oratio nec plagam gravem facit, nisi petitio fuit apta etc. ¶ 2. Sæpissime et generatim est actus petendi, αἴτησις (It. *dimanda, petizione, supplica*; Fr. *demande, pétition, requête, supplique*; Hisp. *peticion, demanda, requesta*; Germ. *Bitten, Ansuchen, Anliegen*; Angl. *a petition, demand, desire, requeste*). *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 19. (66). Magi sanguini basilisci attribuunt et successus petitionum a potestatibus, et a diis etiam precum. *Trajan.* ad *Plin.* 10. *ep.* 23. Quum Harpocrati civitatem impetraveris, huic quoque petitioni tuæ negare non sustineo. Adde *Gell.* 11. 16. *sub fin*; et *Apul. Florid. n.* 16. ¶ 3. Speciatim est actus petendi honores, *concorso, broglio*, ambitus, ambitio. *Cic.* 1. *Att.* 1. Petitionis nostræ, quam tibi summæ curæ esse scio, hujusmodi ratio est, *etc.* Prensat Galba sine fuco ac fallaciis, more majorum. *Q. Cic. Petit. cons.* 7. 25. In petitione, nisi id agas et cum multis et diligenter, nullus petitor esse videare. *Cæs.* 1. *B. C.* 22. Quod in petitione consulatus ab eo erat sublevatus. *Sall. Cat.* 49. Petitio pontificatus. *Justin.* 1. 10. 17. In regni petitione superatus. *Val. Max.* 6. 4. *in fin.* In petitione magistratus victus. *Suet. Cæs.* 26. Dare alicui petitionem consulatus. *h. e.* ad petendum admittere. *et ibid.* 28. Absentes a petitione honorum submovere. *Tac.* 2. *Ann.* 33. Abstinere petitione honorum. *Cic.* 13. *Fam.* 10. Petitioni se dare. ¶ 4. Item speciatim in re forensi est intentio actoris, qua rem suam persequitur. *Papinian. Dig.* 44. 7. 27. Actio in personam infertur, petitio in rem. *Ulp. ibid.* 5. *tit.* 3. *qui est* De petitione hereditatis, 16. Petitione hereditatis teneri. *h. e.* actione, qua he-

reditas petitur. *Quintil.* 4. 4. 6. Recusatio quoque plures interim propositiones habet, ut contra petitionem pecuniæ: Male petis; procuratori enim tibi esse non licuit. *Cic. Brut.* 5. 18. Tibi ego non solvam, nisi prius a te cavero, amplius eo nomine neminem, cujus petitio sit, petiturum. *h. e.* jus petendi. Sic *Florentin. Dig.* 2. 14. 56. Heres meus ab omnibus vobis petitionem habebit. Sic in *Ære Salpensan.* apud *Henzen. Inscript.* 7421. *col.* 2. *lin.* 9. DEQVE EA PECVNIA MVNICIPIVM EIVS MVNICIPI QVI VOLET CVIQVE PER HANC LEGEM LICEBIT ACTIO PETITIO PERSECVTIO ESTO.

PĔTĪTĬUNCŬLA, æ, f. 1. deminut. petitionis. *Gloss. Philox.* Petitiuncula, δεησιδιον.

PĔTĪTOR, ōris, m. 3. qui petit sive impetit; sed occurrit translate tantum, et ¶ 1. Generatim est qui aliquid assequi contendit. *Lucan.* 1. 131. *de Pompejo.* famæque petitor Multa dare in vulgus. *ambizioso di gloria.* — *Frontin. Aquæd.* 109 Quum vacare aliquæ cœperint aquæ, adnunciatur, ut petitoribus ex vacuis dari possint. *Apul.* 4. *Met. ad fin.* Nec quisquam cupiens ejus nuptiarum, petitor accedit. *h. e.* procus: quo sensu adhibetur etiam a *Seneca fragm.* apud *Augustin.* 6. *Civ. D.* 10. *sub fin.* ¶ 2. Speciatim qui honores petit, candidatus, *concorrente. Scipio African. Æmilian.* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 10. Vidi in his unum puerum bullatum, petitoris filium, cum crotalis saltare. *Horat.* 3. *Od.* 1. 10. hic generosior Descendat in campum petitor. *Sueton. Cæs.* 23. In magno negotio habuit obligare semper annuos magistratus, et e petitoribus, non alios adjuvare, aut ad honorem pati pervenire, quam qui etc. ¶ 3. Item speciatim de eo qui bona petit, rem suam judicio persequitur, et litem intendit, *petitore, attore:* cui *reus* et *possessor* respondet. *Cic. Rosc. Com.* 14. 42. Quis erat petitor? Fannius: quis reus? Flavius: quis judex? Cluvius. *Id. Cæcin* 3. 8. Prætor numquam petitori præstituit, qua actione illum uti velit. *Id. Quinct.* 13. 45. Possumus petitoris personam capere, accusatoris deponere? *Plin.* 6. *Ep.* 2. Oculum modo dextrum, modo sinistrum circumlinebat: dextrum, si a petitore; alterum, si a possessore esset acturus. — Cum *actore* jungitur a *Cic. Partit. orat.* 32. 110. In conjectura igitur, quum est in infitiando reus, accusatori hæc duo prima sunt (sed accusatorem pro omni actore et petitore appello: possunt enim etiam sine accusatione in causis hæc eadem controversiarum genera versari); sed etc. Sic *Id. Tull.* § 28. Ergo addito *dolo malo*, actoris et petitoris fit causa copiosior. ¶ 4. Item *petitor militiæ* in *Inscript.* apud *Murat.* 788. 7. et 794. 7. et apud *Gruter.* 531. 10. videtur labente Latinitate dictus fuisse, qui supplementa peteret, et quæreret ad militiam, quique Italice *ingaggiatore* appellatur. *Orellius n.* 3563. alias citat Inscriptiones, in quibus id muneris habetur: cujusmodi vero fuerit, ignotum ei est, ut etiam *Kellermanno Vig. Rom. laterc. p.* 62. *n.* 206. *V.* plures de hoc munere conjecturas apud *Murat.* 788. 7.

PĔTĪTŌRĬUM, ĭi, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PĔTĪTŌRĬUS, a, um, adject. ad petendum pertinens, *petitorio.* ¶ 1. Speciatim de iis, quæ ad honores petendos pertinent. *Mamertin. Grat. act. ad Julian.* 16. Blandiri populo, palpare obvios, et artes petitorias exercere. *gli artifizi di chi broglia.* ¶ 2. Item de iis, quæ pertinent ad aliquid judicio et lite postulandum. *Cajus Dig.* 6. 1. 36. Qui petitorio judicio utitur, ne frustra experiatur, requirere debet, an is, cum quo instituit actionem, possessor sit. — Hinc

Petitorium, ĭi, n. 2. absolute, substantivorum more est libellus, quo quis aliquid ab alio petit, libellus petitorius, *supplica, memoriale* Itali modo dicunt. *Gloss. Cyrill.* Αἴτησις, petitorium, petitio, postulatio. *Ennod. Opusc.* 7. Gerontium, cujus a me comperta fides, pudor, integritas exigit libertatem, per præsens petitorium a beatitudine vestra Romanæ deprecor civilatis gaudere consortio. *Cod. Theod.* 10. 10. 29. Uno tamen petitorio singulorum bonuscula jubemus adscribi.

PĔTĪTRIX, īcis, f. 3. quæ petit, et ¶ 1. Speciatim quæ honores petit. *Quintil. declam.* 252. *ante med.* Quid pœnæ adjicitur, quod adversus petitricem, quod adversus eam, quæ sacerdotium jam prope acceperat? ¶ 2. Item actrix in rem, quæ petit judicio aliquid. *Paul. Dig.* 36. 1. 74. *extr.* Contra petitricem pronunciavit.

PĔTĪTUM, i, n. 2. petitio, *domanda, richiesta.* Sunt qui legunt apud *Catull.* 68. 39. Quod tibi non utriusque petiti copia facta est. *Sed plerique et ipse* Lachmann. *leg.* petenti.

PĔTĪTURĪO, is, ire, a. 4. honores petere cupio. *Cic.* 1. *Att.* 14. *in fin.* Cum Luccejo in gratiam redi. Video hominem valde petiturire. *h. e.*, ut *Id.* ait 1. *ibid.* 17. Luccejum scito consulatum habere in animo statim petere.

PĔTĪTUS, a, um. *V.* PETO.

PĔTĪTUS, us, m. 4. actus impetendi, *tendenza, inclinazione.*

I.) Proprie. *Lucret.* 3. 172. Attamen insequitur languor terræque petitus. *h. e.* cupido humi decumbendi.

II.) Translate est idem ac petitio. *Gell.* 18. 3. *ad fin.* Jussitque cum consensu petituque omnium etc. *Apul.* 6. *Met.* Petitu superbo Mercurii, dei vocalis, operæ necessariam usuram postulat. *Id. de Mag.* Quatuordecim servi petitu meo adsunt. *et haud multo post.* Et ego non nego petitu medici (*mulierem*) a me inspectam. Adde *eumd. Doctr. Plat.* Sic *Inscript.* apud *Henzen.* 6473. OLBIO AVXENTIO DRAVCO-PETITV SENATVS AMPLISSIMI QVI EST IVSTVS ARBITER DIGNITATVM-THEODOSIVS ET PLACIDVS VALENTINIANVS INVICTI AC TRIVMFATORES PRINCIPES SEMPER AVGVSTI-STATVAM-ERIGI CONLOCARIQVE IVSSERVNT. Adde *aliam* apud *Gruter.* 438. 4.

PĔTO, tis, tīvi *vel* tĭi, tītum, ĕre, a. 3. *Petit* pro *petiit* habet ultimam longam, quia duas vocales in unam contrahit. *Ovid.* 1. *Fast.* 109. Flamma petit altum, propior locus aera cepit. *Virg.* 9. *Æn.* 9. Sceptra Palatini sedemque petit Euandri. *V.* hac de re *Lachmann.* ad *Lucret.* 3. 1042. — Part. *Petens* I. 1. 4. et II. 3.; *Petitus* I. 2. 4. 5. et II. 1. 2. 3.; *Petiturus* II. 3.; *Petendus* I. 5. et II. 1. — Ratione habita etymi, a nonnullis jungitur cum v. αἰτέω *postulo*, ab aliis cum v. ποθέω *desidero*, a plerisque cum v. πέτω, unde πίπτω, quocum cf. *impetus, præpes* etc. — Petere universim est versus locum aliquem tendere, aliquo iter dirigere ad aliquid assequendum vel obtinendum.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est iter dirigere, versus aliquem locum tendere, ire, *tendere, volgersi, dirigersi, avviarsi verso qualche luogo, andare. Lucret.* 3. 1003. Volvitur (*saxum*) et plani raptim petit æquora campi. *Cic.* 2. *Nat. D.* 49. 125. Grues loca calidiora petentes maria transmittunt. *Virg.* 1. *G.* 401. At nebulæ magis ima petunt campoque recumbunt. *Id.* 3. *ibid.* 521. per prata volutus Purior electro campum petit amnis. *Ovid.* 3. *Fast.* 457. Petere cœlum pennis. *Id.* 1. *Met.* 316. Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus, Nomine Parnassus. *s'innalza verso le stelle.* et *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 96. (121). Polygala palmi altitudinem petit. *cresce all'altezza d'un palmo.* Sillig. *vero ex Codicib. legendum putat* implet. et *Virg.* 9. *Æn.* 119. Delphinumque modo demersis æquora rostris Ima petunt. *calano al fondo.* et 3. *ibid.* 93. Submissi petimus terram. *h. e.* genua flectimus, nos ipsi prosternimus. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 24. (41). Transit (*aqua Marcia*) Marsos-Romam non dubie petens. ¶ 2. Speciatim eodem sensu frequentissime usurpatur de itineribus, cursibus etc., quæ quis suscipit. — *a*) Sæpissime cum Accusativo loci, quo quis iter habet. *Cic.* 14. *Fam.* 4. Per Macedoniam Cyzicum petebamus. *Id. Planc.* 41. 97. Dyrrachium petere contendi. *Nepos Miltiad.* 5. Adeo perterruerunt, ut Persæ non castra, sed naves peterent. *Liv.* 25. 27. *a med.* Classis petere altum visa est. *Virg.* 6. *Æn.* 10. horrendæque procul secreta Sibyllæ, Antrum immane, (*Æneas*) petit. *Id.* 4. *ibid.* 162. Et Tyrii comites passim-diversa per agros Tecta metu petiere. *Horat. Art. P.* 298. secreta petit loca, balnea vitat. *Ovid.* 2. *Met.* 306. summam (*Juppiter*) petit arduus arcem. *Id.* 4. *Pont.* 10. 52. Et quondam Grajis Phasi petite viris. *Virg.* 6. *Ecl.* 80. Petere cursu deserta. *Id.* 1. *Æn.* 162. litora cursu. *Id.* 3. *ibid.* 563. Lævam cuncta cohors remis ventisque petivit. *Ovid. Heroid.* 1. 5. quum (*Paris*) Lacedæmona classe petebat. *Virg.* 2. *Æn.* 25. Nos abiisse rati et vento petiisse Mycenas. — *b*) *Petere iter, viam,* ingredi, inire. *Cic. Planc.* 40. 96. Iter a Vibone Brundisium terra petere contendi. Adde *Liv.* 44. 2. *Val. Flacc.* 1. 91. celerique per æthera lapsu Diversas petiere vias. *Cic.* 3. *Att.* 8. Ille incertus, ubi ego essem, fortasse alium cursum petivit. — *c*) *Petere fugam,* quærere fugiendi locum, aut rationem, *cercare scampo. Cæs.* 2. *B. G.* 24. Aliam in partem petebant fugam. *Liv.* 28. 6. Nec fuga effuse petita, nec pertinaciter prœlio inito. Sic *Virg.* 12. *Æn.* 263. petet ille fugam, penitusque profundo Vela dabit. ¶ 3. Item speciatim *petere aliquem,* in bonam partem, *h. e.* amico animo, est adire, convenire, visere, etc. — *a*) Generatim. *Plaut. Curc.* 1. 2. 60. Pessuli, heus pessuli, vos saluto lubens. Vos amo, vos volo, vos peto atque obsecro. *Forcellinus* hoc loco ait: petere aliquem est rogare, ut videtur. *Accius* apud *Non. p.* 111. 27. *Merc.* Deum adfare et famulanter pete. *Virg.* 6. *Æn.* 115. ut te supplex peterem et tua limina adirem. *Capitolin. Maximin.* 2. Imperatorem publice petiit, ut sibi daret licentiam contendendi cum iis, qui etc. — *b*) Speciatim. *M. Cœlius* apud *Quintil.* 4. 2. 124. Collum ejus amplexu petebat. *Ovid.* 6. *Met.* 604. Oraque develat miseræ pudibunda sorori, Amplexuque petit. *Virg.* 1. *Æn.* 614. Sic fatus, amicum Ilionea petit dextra, lævaque Serestum. Similiter *Id.* 5. *ibid.* 732. Infernas accede domus, et Averna per alta Congressus pete, nate, meos. *Id.* 8. *ibid.* 615. Dixit, et amplexus nati Cytherea petivit. — *c*) Hinc ea significatio in rebus amatoriis. *Propert.* 2. 7. 61. Hic etiam petitur, qui te prius ipse reliquit. *Id. ibid.* 16. 27. Quum te tam multi peterent, tu me una petisti. *Sall. Cat.* 25. Lubidine sic accensa Sempronia, ut viros sæpius peteret, quam peteretur. *Catull.* 61. 151. Nupta, tu quoque, quæ tuus Vir petet, cave, ne neges; Ni petitum aliunde eat. ¶ 4. Item speciatim *petere aliquem,* in malam partem, hoc est inimico animo, est impetere, invadere, *assaltare, tor di mira, andor a ferire, colpire.* — *a*) De hostibus, qui urbem, aut rempublicam aliquam impetunt. *Liv.* 26. 7. Multa secum volventi (*Hannibali*) subiit animum impetus caput ipsum belli Romam petendi. *Virg.* 3. *Æn.* 603. petere bello urbem. *Justin.* 9. 5. 5. imperium apparatibus. *Vellej.* 2. 68. 3. patriam armis. — *b*) De gladiatoribus et similibus. *Cic. Orat.* 68. 228. Ut athletas, nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer. *Quintil.* 9. 1. 20. (*In exercitatione armorum*) aliud ostendisse, quam petas, artis est. *Cic. Ligar.* 3. 9. Cujus latus ille mucro petebat! *Id. Mur.* 26. 52. Sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed caput et collum solere petere. *Curt.* 6. 1. 4. Undique nunc comminus, nunc eminus petebatur; diuque arma circumferens, alia tela clipeo excipiebat, corpore alia vitabat. *Cic.* 1. *Cat.* 5. 11. Quotiescumque me petisti, per me tibi obstiti. Sic de ludo pilarum *Inscript.* apud *Henzen.* 7303. AMIANTHVS EPAPHRA TERTIVS LVDANT CVM HEDYSTO IVCVNDVS NOLANVS PETAT NVMERET CITVS ET STACVS AMI NTHVS. — *c*) De aliis. *Pacuvius* apud *Non. p.* 124. 5. *Merc.* Canis lapidem, quo ipsa icta est, petit. *Ovid.* 11. *Met.* 56. Hic ferus expositum peregrinis anguis arenis Os petit. *Tibull.* 2. 1. 71. Nec pecudes, velut ante, (*Cupido*) petit: fixisse puellas Gestit. *Id.* 1. 2. 8. Te (*janua*) Jovis imperio fulmina missa petant. — Sæpissime cum Ablativo instrumenti, quo quis aliquem petit. *Lucret.* 5. 1067. canes morsu petentes. *Liv.* 2. 20. Petere aliquem spiculo

infesto. *Horat. Epod.* 5. 98.; et *Ovid. de nuce* 2. et 122. aliquem saxis. *Ovid.* 3. *Fast.* 700. aliquem telis. *Sueton. Cæs.* 82. strictis pugionibus peti. *Tibull.* 1. 9. 21. Petere corpus ferro. *Ovid.* 2. *Art. am.* 452. alicui genas ungue. *Id.* 5. *Met.* 185. pectora alicujus gladio. *Horat. Epod.* 5. 10. Petita ferro bellua. *assalita, percossa. Sueton. Tib.* 72. Petere aprum jaculis. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 13. aera disco. — *d*) Translate. *Cic.* 1. *Cat.* 5. 11. Nunc jam aperte rempublicam universam petis. *Id.* 2. *Att.* 2. Qui me epistola petivit, ad te comminus accessit. *Id. Harusp. resp.* 21. 45. Injecta est fax luctuosa reipublicæ, petita est auctoritas vestra. *Id.* 4. *Herenn.* 16. 23. Petere aliquem veneficio. *Liv.* 40. 55. aliquem fraude et insidiis. *Tac.* 4. *Ann.* 31. aliquem falsis criminibus. *Virg.* 9. *Æn.* 128. Trojanos hæc monstra petunt. *h. e.* designant, spectant: in Trojanos recidunt. ¶ 5. Petere dicitur etiam is, qui aliquo it, ut inde re aliqua potiatur: qua significatione occurrit — *a*) Cum Accusativo rei, quam quis assequi conatur, et Accusativo loci, quo tendit: hinc *petere aliquid aliquo,* ire aliquo ad quippiam sumendum, accipiendum, *andare a prendere. Plin.* 9. *Hist. nat.* 54. 79. (169). Visum est tanti in extremam Italiam petere Brundisium ostreas. *Id.* 12. *ibid.* 15. 33. (66). Myrrham petunt ad Troglodytas. *et* 36. *ibid.* 6. 9. (51). Arena ad Æthiopas usque petitur. *At* Sillig. *ex bonis Codicib.* ab Æthiopia. *Id.* 16. *ibid.* 10. 15. (37). Collis, in quem vimina petebantur. *Id.* 19. *ibid.* 4. 19. (58). Quæque trans maria petimus. *et ibid.* (52). Aves ultra Phasidem peti. *Id.* 5. *ibid.* 1. 1. (3). Colonia jura in Bæticam petere jussa. *Id.* 6. *ibid.* 22. 24. (88). Si perducta mens illuc usque cogitet, quid, et quo petatur, et quare. — *b*) Cum Accusativo rei, quam quis assequi conatur, et Ablativo loci, ubi vel unde rem ipsam sumit: et est ducere, sumere, capere, *tirare, prendere, tòrre, pigliare. Ennius* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 22. 34. dilecti viri Vecti petebant pellem inauratam arietis Colchis. *Ter. Eun.* 3. 2. 38. E flamma petere te cibum posse arbitror. *Horat. Epod.* 11. 10. latere petitus imo spiritus. *h. e.* tractus, *tirato. et Ovid.* 2. *Met.* 622. gemitus alto de corde petiti. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 120. bene erat non piscibus urbe petitis, Sed pullo atque hædo. *Tibull.* 1. 1. 36. de magno est præda petenda grege. — *c*) Absolute. *Plaut. Cist.* 1. 1. 57. Hoc sis vide, ut petivit suspirium alte! *Cic.* 9. *Fam.* 2. *init.* Caninius quum ad me pervesperi venisset et se postridie mane ad te iturum esse dixisset: dixi ei me daturum aliquid; mane ut peteret, rogavi. *che venisse a prenderlo. et Planc.* 9. 23. Quibus e municipiis vix jam, qui carnem Latinis petant, reperiuntur.

II.) Translate. ¶ 1. Petere est ducere, sumere, capere, *pigliare, prendere. Ennius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 16. 38. O Patricoles, ad vos adveniens auxilium et vestras manus Peto. *Ter. Phorm.* 5. 1. 2. Unde mihi nunc auxilium petam? *Cic. Cæcin.* 4. 10. Si forte videbor altius initium rei demonstrandæ petisse. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 2. 5. Quæ docti, ut dixi, a Græcis petere malent, indocti a nobis ne accipient quidem. *Id.* 5. *Fam.* 15. *ad fin.* Sic litteris utor, non ut ab his medicinam perpetuam, sed ut exiguam doloris oblivionem petam. *Id.* 1. *Invent.* 14. 19. et 1. *Att.* 16. *circa med.*; et *Sall. Jug.* 69. Petere pœnas ab aliquo. *Quintil.* 7. *procem.* 4. consilium a se ipso. *Id.* 12. 11. 17. rerum exempla ab historicis, aut dicendi ab oratoribus. *Tac.* 3. *Hist.* 51. Hæc ex veteri memoria petita. *Virg.* 4. *G.* 8. Principio sedes apibus, statioque petendæ. *h. e.* capiendæ, eligendæ. ¶ 2. Item est appetere, sectari, cupere, parare, *andare in cerca, cercare, procacciarsi.* — *a*) Cum Accusativo. *Livius Andronicus* apud *Non. p.* 475. 10. *Merc.* Da mihi hasce opes, quas peto, quas precor. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 8. Præsidium firmissimum petebamus ex optimi et potentissimi viri benevolentia ad omnem statum nostræ dignitatis. *Tibull.* 1. 10. 9. Lucra petituras freta per parentia ventis Ducunt instabiles sidera certa rates. *Virg.* 4. *Æn.* 100. habes, tota quod mente petisti. *Sall. Cat.* 57. *extr.* Quo minus gloriam petebat, eo magis sequebatur. *Id. ep. Mithrid. ad Arsac. a med.* Ea re a nobis ad societatem, ab illis ad prædam peteris. *Lucilius* apud *Non. p.*367. 10. *Merc.* Petere bona. *Lucret.* 5. 1141. Imperium sibi quum ac summatum quisque petebat. *Cic. Orat.* 15. *extr.* Petere eloquentiæ principatum. Hæc *Forcellinus*; ipse locum minime inveni. *Cæs.* 2. *B. C.* 32. præmium. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 41. aut virtus nomen inane est, Aut decus et pretium recte petit experiens vir. *Cels.* 2. 8. *ante med.* Sanguinis profusio vel fortuita, vel petita. *procurata, cercata. — Petere salutem fuga* apud *Nepot. Hannib.* 11. *cercar di salvarsi fuggendo.* Sic *Ovid.* 1. *Met.* 533. Ut canis in vacuo leporem quum Gallicus arvo Vidit, et hic prædam pedibus petit, ille salutem. — *b*) Cum Infinito. *Horat.* 1. *Ep.* 11. 28. navibus atque Quadrigis petimus bene vivere. *Stat.* 1. *Achill.* 352. arma humeris arcumque animosa petebat Ferre, et Amazonio connubia pellere ritu. *Martial.* 5. 50. Meque petis stricto medium transfigere ferro. Adde *Sil. It.* 3. 12. ¶ 3. Item et sæpe est poscere, postulare, rogare, contendere, quærere, *dimandare, chiedere, pregare, ricercare*: generatim. — *a*) Cum Accusativo tantum rei, vel cum Accusativo rei et Ablativo personæ, a qua quid petimus. *Ter. Heaut.* 3. 1. 75. Quodcumque inciderit in mentem, volet, neque id putabit pravumne an rectum sit quod petet. *Ovid.* 10. *Met.* 613. Petere conjugium. *Id.* 13. *ibid.* 552. colloquium. *Liv.* 26. 17. diem colloquio. *Cæs.* 5. *B. G.* 55. gratiam. *Ovid.* 4. *Met.* 641. hospitium requiemque. *Cic. Sull.* 23. 64. veniam errato. Sic *Horat. Art. P.* 11. Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim. *Cæs.* 4. *B. G.* 13. Petita pax. et 2. *ibid.* 13. *extr.* Passis manibus pacem a Romanis petierunt. *Cic.* 5. *Tusc.* 2. 5. Petere opem ab aliquo. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 15. M. Curtio tribunatum a Cæsare petivi. *h. e.* pro M. Curtio. Sic *Tac.* 2. *Ann.* 31. Petere vitam nocenti. *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 16. *a med.* Si Octavius tibi placet, a quo de nostra salute petendum sit. — Similiter, etiam de inanimis, est exigere, postulare, poscere, *richiedere, volere. Cic.* 3. *Orat.* 31. 123. Ex iis tantum, quantum res petet, hauriemus. *Varro* 1. *R. R.* 23. 5. Ita petit asparagus. *Quintil.* 7. 1. 55. Petuntur in vincula, qui parentes suos non alunt. *et ibid.* 6. 6. Petere aliquem ad supplicium. — *b*) Sequente part. *ut, ne. Cic.* 13. *Fam.* 7. *a med.* A te etiam atque etiam, pro nostra conjunctione, majorem in modum peto atque contendo, ut etc. *Id.* 5. *ibid.* 4. Peto quæsoque, ut etc. *et* 9. *ibid.* 13. Peto igitur a te, vel, si pateris, oro, ut etc. *Id.* 6. *Verr.* 29. 66. Id sibi ut donaret, rogare et vehementer petere cœpit. *et ibid.* 28. 64. Petit a rege, et eum pluribus verbis rogat, ut etc. *et* 5. *ibid.* 82. 189. Petivit in beneficii loco et gratiæ, ut etc. *Petron. Satyr.* 17. Peto et oro, ne religiones jocum faciatis, etc. *Cæs.* ad *Cic. post ep.* 8. *l.* 10. *ad Att.* Quod ne facias, pro jure amicitiæ nostræ a te peto. *Cic. Sull.* 19. 55. Per litteras precibus a Sulla petit, ut etc. *Phædr.* 3. *prol.* sincerum mihi Candore noto reddas judicium, peto. *Ulp. Dig.* 13. 6. 5. *ad fin.* Si de me petisses, ut triclinium tibi sternerem. *h. e.* a me. — Similiter *petito* Abl. abs. *Justin.* 43. 5. 6. Petito, ut intrare urbem liceret. *h. e.* cum petisset. — *c*) Cum duobus Accusativis. *Ovid.* 7. *Met.* 295. admonitus, juvenes nutricibus annos Posse suis reddi, petit hoc Ætida munus. *et* 14. *ibid.* 787. Has petit auxilium. *Quintil. declam.* 9. 2. Quidquid petii patrem, exoravi. *Phædr.* 1. 2. Ranæ regem petierunt Jovem. Hæc congessere *Heins.* et *Burmann.* ad primum *Ovidii* locum: fatentur tamen, incertæ lectionis esse omnia. — *d*) Cum Infinito. *Inscript.* apud *Henzen.* 6406. PETI (*h. e.* petii) VSQ. A PVBERTATE SENECTAE MEAE PERVENIRE. — *e*) Absolute. *Spartian.* in *Hadrian.* 15. Amicos ditavit, et quidem non petentes, quum petentibus nihil non negavit. ¶ 4. Speciatim *petere* de honoribus usurpatur, *concorrere, brogliare.* — *a*) Cum Accusativo. *Cic.* 2. *Phil.* 30. 76. Qui magister equitum fuisse tibi videretur, in proximum annum consulatum peteres, vel potius rogares. *Id.* 2. *Verr.* 8. 23. Quam liberaliter eos tractasset etiam antea, quum ipse præturam petisset. Adde *Q. Cic. Petit. cons.* 3. 10., 4. 13. et alibi. — *b*) Absolute. *Sall. Jug.* 67. Tamen ad id locorum talis vir (nam postea ambitione præceps datus est) petere non audebat. *et ibid.* 68. Marius ab Metello petundi gratia missionem rogata. *Cic.* 1. *Att.* 1. Nemo est ex iis, qui nunc petunt, qui firmior candidatus fore videatur. *Liv.* 1. 35. Ergo virum, cetera egregium, secuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio est. *V.* PETITIO II. 3. et PETITOR 2. ¶ 5. Item speciatim est judicio aliquid postulare, litem intendendo rem suam repetere. *Cic. Rosc. Com.* 18. 53. Qui per se litem contestatur, sibi soli petit: alteri nemo potest, nisi qui cognitor est factus. *Id. Cluent.* 59. 163. Aliquando cum servo Aviti furti egit: nuper ab ipso Avito petere cœpit. *Id. Mil.* 27. 74. Qui non calumnia litium, non injustis vindiciis ac sacramento alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat. *V.* PETITIO II. 4. et PETITOR 3. Hinc *unde petitur* est is, a quo in judicio quippiam petitur. *V.* UNDE.

PĒTŌRĪTUM *vel* petorritum, i, n. 2. *carretta,* genus vehiculi Gallici. Nituntur etymologi ex Græco ducere. V. *Voss.* Negat *Gell.* 15. 30. e Græco esse, sed vocem mere Gallicam; idque Varronis auctoritate confirmat. *Festus p.* 206. 70. *Müll.* Petoritum et Gallicum vehiculum esse, et nomen ejus dictum existimant a numero quatuor rotarum: alii Osce, quod hi quoque petora, quatuor vocent: alii Græce, sed Αἰολικῶς dictum. Cf. *Quintil.* 1. 5. 57. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 192. Esseda festinant, pilenta, petorita, naves. *Id.* 1. *Sat.* 6. 103. plures calones atque caballi Pascendi, ducenda petorrita. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 17. 48. (163). Stanno esseda et vehicula et petorita exornare. (Sillig. *ex* Cod. Bamberg. *legit* esseda sua colisalaque, *et adnotat* colisatum *esse genus vehiculorum Gallicum hucusque inauditum*). *Auson. epist.* 5. 35. Invenies præsto subjuncta petorita mulis. *et ibid.* 8. 5. Cornipedes raptant imposta petorita mulæ. Adde *Not. Tir. p.* 174., ubi tamen mendose legitur *petrotum.*

PĒTRA, æ, f. 1. πέτρα, saxum, lapis, *pietra, sasso,* atque adeo rupes, cautes, scopulus, *rupe, roccia, scoglio.* Petrarum, inquit *Festus p.* 206. 12. *Müll.*, genera sunt duo, quorum alterum naturale saxum prominens in mare, cujus *Ennius* meminit lib. XI.: *Alte elata jacet petrisque ingentibus tecta.* et *Lævius* in Centauris: *Ubi Echo sæpta petris.* Alterum manufactum, ut docet Ælius Gallus: *Petra est, qui locus dextra ac sinistra fornicem expletur usque ad libramentum summi fornicis* (*h. e.*, ut ait *Müller.* ad *h. l.*, solida saxa, quibus pilæ et incumbæ fornicibus subjectæ a latere continentur et amplificantur, ut oneri fornicationis satis resistere possint). — Ceterum *Plaut. fragm.* apud *Servium* et *Philargyr.* ad *Virg.* 4. *G.* 171. Quam folles taurini habent, quum liquescunt petræ, ferrum ubi fit. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 56. (154). Cyitis (*gemma*) videtur intus habere petram, quæ sentiatur etiam strepitu. Ita *Harduin.* ex MSS. Libri editi et Sillig. *partum, qui.* Adde *Paul. Diac. p.* 243. 5. *Müll.*, ubi petras agri vitium vocat. — *Forcellinus* in iis, quæ hucusque attulimus, petram accepit pro saxo, lapide; in iis vero, quæ subduntur, pro rupe, caute, scopulo. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 32. 48. (91). Gaviæ in petris nidificant. *Petron. fragm.* 675. *Burmann.* exciso defossa marmore petra. *Seneca Herc. Œt.* 804. Petræ Capharides. *Id. Hippol.* 1022. Et scelere petræ nobiles Scironides. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 6. 22. (66). Laudatissima alga, quæ juxta terram in petris nascitur. *Id.* 34. *ibid.* 12. 29. (117).

Chalcitis ex subdialibus petris cæditur. Adde *Gell.* 10. 16. *a med.* — Hinc nomen est aliquot oppidorum, quæ in rupibus sita sunt, de quibus, et de *Petra* cognom. Rom. *V.* ONOM.

PETRABULUM, i, n. 2. πετρόβολον, catapulta, quæ lapides jacit: a *πέτρα lapis* et *βάλλω jacio*. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 179.

PETRÆUS, a, um, adject. in petris nascens, ut Petræa brassica, apud *Plin.* 20. *Hist. nat.* 9. 36. (92). et Alum petræum, *Id.* 27. *ibid.* 6. 24. (41). *V.* OCRIS. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PETREIA vocabatur, quæ pompam præcedens, in coloniis, aut municipiis, imitabatur anum ebriam, ab agri vitio, scilicet petris appellata. *Paul. Diac. p.* 243. 5. *Müll.*, quocum cf. *Festus p.* 242. 14. Similia fuere *Citeria*, et *Manducus*, quæ *V.*

PĒTRENSIS, e, adject. petræus, ut Petrenses pisces apud *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 26. h. e. saxatiles.

PĒTRĔUS, a, um, adject. a *petra*, aut *Petro Augustin. serm.* 297. 2. *extr.* Aspera via mortis, spinis plena: sed istæ spinæ, Petra et Petro transeunte, petreis pedibus tritæ sunt.

PĒTRĪCŌSUS. *V.* PERTRICOSUS.

PĒTRĪNUS, a, um, adject. πέτρινος, qui est ex petra, ut Petrina acies, apud *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 16. et *advers. Jud.* 9. *a med.*, qua scilicet circumcisio fiebat. Adde *Lactant.* 4. 17. et *Hieronym.* 1. *in Jovinian. n.* 21. Circumdabit populum cultello petrino.

PĒTRĪTES, æ, m. 1. genus vini ita dictum, ut videtur, quia circa Petram, Arabiæ urbem nascitur. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 7. 9. (75).

PĒTRO, ōnis, m. 3. ¶ 1. Petro dictus est rusticus a petrarum asperitate duritiaque. *Festus p.* 206. 23. *Müll.* et *Paul. Diac. p.* 207. 6. ¶ 2. A petra quoque arietes vocantur petrones, idest a duritie et asperitate. *Plaut. Capt.* 4. 2. 40. Qui petroni nomen indunt verveci sectario. *h. e.* qui petronum, sive arietum carnem vendunt pro vervecina, quæ sapore magis commendatur. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĒTRŌCARPOS *vel* petrocarpus, i, f. 2. πετρόκαρπος, herbæ nomen a *πέτρα petra* et *καρπὸς fructus. Theod. Priscian.* 4. 1. *ad fin.* Item herba, quæ appellatur Græce petrocarpos: nascitur in petrosis locis.

PĒTRŌNĬUS, a, um, adject. *Petronios canes* apud *Grat. Cyneg.* 202. *et* 206. intelligit *Ulitius* per rupes, seu petras et aspera montium venari solitos. *V.* PETRO § 1.

PĒTRŌSĔLĪNUM, i, n. 2. *petroselino*, πετροσέλινον, genus apii in petris nascens et in aspretis: a *πέτρα petra* et σέλινον *apium. Plin.* 20. *Hist. nat.* 12. 47. (118).; et *Pallad.* 5. *R. R.* 3.

PĒTRŌSUS, a, um, adject. πετρώδης, petris abundans. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 31. 50. (96). *de locustis aquatilib.* Vivunt petrosis locis, cancri mollibus. *Id.* 26. *ibid.* 8. 29. (46). Astragalus nascitur in petrosis, apricis etc. *V.* PETROCARPOS.

PETEUMA. *V.* PYTISMA.

PĒTŪLANS, antis, adject. Comp. *Petulantior* et Sup. *Petulantissimus* 1. — Petulans (particip. ab inusit. *petulo*, quod a *peto*) est procax, improbus, immodestus, qui quoslibet sine discrimine petit et lacessit et lædit, ὑβριστής (It. *petulante, insolente, sfacciato*; Fr. *pétulant, bouillard, impudent, insolent, impertinent*; Hisp. *petulante, insolente, descarado, desvergonzado*; Germ. *neckisch, muthwillig, leichtfertig, ausgelassen, frivol, schadenfroh in Worten oder Werken*; Angl. *petulant, insolent, impudent, saucy, pert, forward, impertinent, freakish, skittish, wanton*). ¶ 1. Generatim. *Festus p.* 206. 4. *Müll.* Petulantes, et petulci etiam appellantur, qui protervo impetu et crebro petunt lædendi alterius gratia. *Cic.* 2. *Orat.* 75. 305. Illud assequor, ut si quis mihi forte maledicat, petulans, aut plane insanus mihi esse videatur. *Id Pis.* 5. 10. Quam potestatem minuere, quo minus de moribus nostris quinto quoque anno judicaretur, nemo tam effuse petulans conatus est. *Id. Brut.* 68. 241. Fervidum quoddam, et petulans, et furiosum genus dicendi. *Arnob.* 4. 34. Ne vestras aures convicio aliquis petulantiore pulsaret. *Pers.* 1. 12. sum petulanti splene cachinno. *Lucret.* 6. 111. Carbasus perscissa petulantibus auris. *Juvenal.* 12. 5. Hostia petulans. *h. e.* vitulus, qui cornu petit. *Petron. Satyr.* 92. Et me quidem pueri, tamquam insanum, imitatione petulantissima deseruerunt. *Pseudo-Cic.* in *Sall.* 8. 22. Desine bonos petulantissima consectari lingua. *Pseudo-Sall.* in *Cic.* 4. 7. Bibulum petulantissimis verbis lædis. ¶ 2. Speciatim est lascivus, h. e. ad quidlibet sine modo agendum proclivis, etiam si non lædat. *Gell.* 17. 20. *a med.* Uti quædam animalium parva et vilia, ad imitandum sunt, quas res cumque audierint viderintve, petulantia. *Petulantem picturam* vocat *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (140)., qua Juppiter pictus fuit mitram habens, et habitu parturientis Bacchum inter obstetricia dearum muliebriter ingemiscens. Dedecent enim hæc maxime regem deum atque hominum, et fulmina jaculantem. — Item significat lascivum in turpi libidine. *Cic.* 3. *Parad.* 1. 20. Lapsa est libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet, quam si petulans fuisset in aliqua generosa ac nobili virgine.

PĒTŪLANTER, adverb. Comp. *Petulantius* et Sup. *Petulantissime.* — Petulanter est idem ac licenter, procaciter, improbe, *insolentemente, sfacciatamente, con petulanza*, ὑβριστικῶς. *Cic.* 2. *Att.* 19. Diphilus tragœdus in nostrum Pompejum petulanter invectus est. *Id. Cœl.* 16. 38. Si vidua libere, proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viveret. *et ibid.* 3. 7. Contumelia si petulantius jactatur, convicium; si facetius, urbanitas nominatur. *Id.* 9. *Att.* 19. Ea, quæ quum a bonis viris, quum justo in bello, quum modeste fiant, tamen ipsa per se molesta sunt; quam censes acerba nunc esse, quum a perditis in civili nefario bello petulantissime fiant?

PĒTŪLANTĬA, æ, f. 1. (peto) immodestia, improbitas illa, qua alios per contumeliam petimus, et generatim effrenatio immodica ad quodlibet vitium, ὕβρις (It. *immodestia, insolenza, petulanza, sfacciataggine*; Fr. *pétulance, fougue, audace, insolence, impudence, impertinence, effronterie*; Hisp. *petulancia, insolencia, descaro, desvergonzamiento*; Germ. *neckische Wesen, Leichtfertigkeit, Ausgelassenheit, Schadenfreude, Frivolität, Mutheville*; Angl. *wantonness, insolence, petulance, freakishness, impudence, sauciness*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Stricto sensu dicitur de bestiis, quæ cornu petunt. *Colum.* 7. *R. R.* 6. 4. Maritos gregum mutilos esse oportebit: quoniam cornuti fere perniciosi sunt propter petulantiam. — *b*) Latiori sensu. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 23. 18. *Merc.* Itaque a petendo petulantia, a procando, idest poscendo, procacitas nominata est. *Id. Senect.* 11. 36. Petulantia et libido magis est adolescentium, quam senum; nec tamen omnium adolescentium, sed non proborum. *Id.* 2. *Cat.* 11. 25. Ex hac parte pugnat pudor, illinc petulantia. *Id. Pis.* 14. 31. Abjecti hominis furorem petulantiamque fregistis. *Id. Cœcin.* 35. 103. Neque quicquam illius audaciæ petulantiæque concessit. *Id. Fontej.* 12. 27. Nulla turpitudo, quæ a libidine, aut a petulantia, aut ab audacia nata esset. *Propert.* 1. 16. 37. Te (*jamua*) non ulla meæ læsit petulantia linguæ, Qua solet iratus dicere trita loco. *Quintil.* 6. 3. 33. Petulantia dicendi in aliquem. *Petron. Satyr.* 126. Oculorum mobilis petulantia. Cf. *ibid.* 138. Petulantes oculi. — In plurali num. *Gell.* 3. 3. *extr.* Quum delicta sua et petulantias dictorum diluisset. ¶ 2. Petulantiam vocat *Plaut. Men.* 5. 1. 43. quum quis alterum falso insimulat. ¶ 3. Item negligentiam, socordiam, qua quis amittit aliquid, quod magni momenti erat, *Id. Cist.* 4. 2. 3.

II.) Translate. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 30. 53. (124). Præcipue domibus expetitur ramorum petulantia, brevi caudice latissima exspatiantium umbra, et in vicinas domos sæpe transilientium. *h. e.* dilatatio exuberans, luxuria. *Gell.* 12. 5. *a med.* Vidistis philosophum, ratione decreti sui nixum, cum petulantia morbi dolorisque exsultantia colluctantem.

PĒTULCUS, a, um, adject. qui cornu petit, petulans, lascivus: a *peto, is*, ut biulcus, ab *hio as*: et dicitur etiam de pecudibus, quæ cornibus carent, sed lasciviunt tamen, exsultant, insolescunt, *che cozza, insolente*, κορυπτίλος.

I.) Proprie. *Lucret.* 2. 368. agnique petulci. *Virg.* 4. *G.* 10. neque oves hædique petulci Floribus insultent. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 5. Capri vel arietis petulci sævitiam pastores hac astutia repellunt. — *Festus p.* 206. 10. *Müll.* ait: Interdum pro veloce usi videntur antiqui; ut hoc versu intelligi potest: Exsiluit quasi petulcus quidam, pedibus convibravit. Ita *Festus*; sed non est necesse a priore notione discedere.

II.) Translate. *Afranius* apud *Festum p.* 206. 8. *Müll.* Nostrum in conventum aut consessum, ludum lapsumque petulcum. *Salvian.* 3. *Gub. D.* 8. *a med.* Idcirco ait Dominus, petulcos impudicorum hominum intuitus noxa adulterii non cavere. — Ita vocantur etiam meretrices. *Servius* ad *Virg.* 4. *G.* 10. Hædi petulci dicti ab appetendo: unde et meretrices petulcas vocamus.

PEUCĒ, es, f. 1. πεύκη. ¶ 1. Græce est picea, pinus, aut larix. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 35. 41. (118). Cantharidas vermiculi ficorum et piri et peuces generant. ¶ 2. Apud *eumd.* 14. *ibid.* 7. 9. (74). est genus uvæ in Ægypto. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

PEUCĒDĀNUM, i, n. *et* peucedanos, i, m. 2. *finocchio porcino*, πευκέδανος, herbæ genus, a *πεύκη pinus*, quia ejus folia imitatur, ut *myrtidanum* a *myrtus*: unde et pinastellum nonnulli ex recentioribus appellaverunt. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 9. 70. (117). Sed inter primas celebratur peucedanum, laudatissimum in Arcadia, mox Samothrace. Caulis ei tenuis, longus, fœniculo similis, juxta terram foliosus, radice nigra, crassa, gravi odore, succosa: gignitur in montibus opacis, etc. *Apul. Herb.* 94. A Græcis dicitur peucedanos: Latini pinastellum vocarunt. — Vim habet præcipue contra serpentes. *Plin. loc. cit.*; *Lucan.* 9. 919.

PEUMĒNĒ, es, f. 1. πευμένη, spumæ argenteæ genus. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 35. (108). *V.* STERELYTIS.

PEUSIS, is, f. 3. πεῦσις, interrogatio. *Cassiod. Exposit.* in *Psalm.* 4. 6. Hæc figura dicitur Græce peusis, Latine autem percunctatio, ubi et interrogatio fit et responsio parata subsequitur. *Isid.* 2. *Orig.* 21. Peusis, id est soliloquium, quum ad interrogata ipsi nobis respondemus.

PEXĀTUS, a, um, adject. qui pexa veste est indutus, hoc est cujus flocci nondum sunt detriti. *Martial.* 2. 58. Pexatus pulcre rides mea, Zoile, trita. *Seneca Vit. beat.* 25. Pexatus et gausapatus. *V. Senecæ* loc. cit. in SEMITECTUS.

PEXĪTAS, ātis, f. 3. Pexitas telæ est lanugo telæ pexæ. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 24. 28. (81). *de tela aranei.* Quanta arte celat pedicas a scutulato rete grassantes! quam non ad hoc videtur pertinere crebratæ pexitas telæ, et quadam polituræ arte ipsa per se tenax ratio tramæ!

PEXUS, a, um. *V.* PECTO.

PEZĪTÆ *vel* pezītæ, m. plur. 1. πέζιτες, πεζεαι, fungi sine radice, aut pediculo: a *πέζις* vel *πέζις pedes*, quasi pedestres, quod non tollant sese altius a terra, apud *Plin.* 19. *Hist. nat.* 3. 14. (38).; et *Athenæum l.* 2. c. 19.

PH

PH. De pronunciatione harum litterarum, quas Græci unica φ comprehendunt, hæc habet *Quintil.* 12. 10. 27. Latina facundia est ipsis sonis durior, quando et jucundissimas ex Græcis litteras (*h. e.* υ et φ) non habemus, vocalem al-

teram, alteram consonantem, quibus nullæ apud eos dulcius spirant: quas mutuari solemus, quoties illorum nominibus utimur. Quod quum contingit, nescio quomodo hilarior protinus renidet oratio, ut in *Ephyris* et *Zephyris*, quæ si nostris litteris scribantur, surdum quiddam et barbarum efficient, et velut in locum earum succedent tristes et horridæ, quibus Græcia caret. Nam et illa, quæ est sexta nostrarum (*h. e.* f) pæne non humana voce, vel omnino non voce potius, inter discrimina dentium efflanda est: quæ, etiam quum vocalem proxima accipit, quassa quodammodo, utique quoties aliquam consonantem frangit (*V.* FRANGO.), ut in hoc ipso *frangit*, multo sit horridior.

PHĂCOĪDES, is, adject. omn. gen. φακοειδής, qui lentis figuram habet, a φακος *lens* et εἶδος *figura*. *Theod. Priscian.* 4. 2. *ad fin.* Quum ex corde sensifica virtus, limpida atque splendens ad oculos provenit infusa per humorem vitreum, quem Græci hyaloidem vocant, exinde rursus vadit ad sphæram, hoc est oculi ultimam interius tunicam, quam Græci crystalloidem vocant, seu phacoidem, aut disaidem (*lege* discoidem); tunc tenuans atque splendificans sphæram, ad centrum ac mediam partem, quam appellamus phacoidem, confugit.

PHĂCOS, i, m. 2. pro *sphacos* legitur apud *Apul. Herb.* 101. Cf. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 71. (146). Est silvestris elelisphacos dicta Græcis, aliis sphacos. *V.* SPHACOS.

PHÆCĂSĬA. *V.* PHÆCASIUM.

PHÆCĂSĬĀNI dii dicebantur, quorum simulacra phæcasiis induta erant. Alii intelligunt deos, quorum sacerdotes *phæcasiani* dicebantur, quod phæcasia gestarent, quales Athenis, et Alexandriæ fuisse, *Appian. l.* 5. *de B. Civ. c.* 11. ostendit. *Juvenal.* 3. 216. hic nuda et candida signa, Hic aliquid præclarum Euphranoris, et Polycleti, Phæcasianorum vetera ornamenta deorum. Alii leg. *Phæcasiatorum*, eod. sensu. Recentiores vero legunt *Hæc Asianorum*.

PHÆCĂSĬĀTUS, a, um, adject. phæcasiis indutus. *Seneca Ep.* 113. Quæ decent phæcasiatum palliatumque. *h. e.* Græcum philosophum. *Petron. Satyr.* 72. Age ergo, inquit ille, in exercitu vestro phæcasiati milites ambulant? *V.* vocem præced.

PHÆCĂSĬUM, ĭi, n. 2. *et* Phæcasia, æ, f. 1. *sorta di calzare*, φαικάσιον, genus calceamenti, e corio. Græcorum proprium, tum viris, tum mulieribus commune, tum rusticis, tum urbanis: quin et deorum simulacris aliquando inditum. *Seneca* 7. *Benef.* 21. Pythagoricus quidam emerat a sutore phæcasia. *Petron. fragm. Tragur.* 67. *Burmann.* Galbino succincta cingillo, ita ut infra cerasina appareret tunica, et periscelides tortæ, phæcasiæque inauratæ.

PHÆNĬON, ĭi, n. 2. φαινίον, deminut. φαινίς, anemone. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 23. 94. (164). Anemonas coronarias tantum diximus, nunc reddemus et medicas. Sunt qui phænion vocent. Duo ejus genera, etc. *Alii et ipse* Sillig. *leg.* phrenion.

PHÆNOMĔNON, i, n. 2. φαινόμενον a φαίνω *ostendo*. ¶ 1. Phænomena ab astronomis dicuntur, quæ in aere et cælis digna observatione apparent. *Lactant.* 2. 5. *a med.* Is (*Naso*) eum librum, quo Phænomena breviter comprehendit, his tribus versibus terminavit, etc. De his exstat *Arati* carmen ab *Avieno* Latine redditum. ¶ 2. Medici *phænomena* vocant, quæ in corpore observantur, et in sensus incurrunt. *Theod. Priscian.* 2. 7. Si rheumatismus fauces inquietaverit, gargarismatis stypticis immineb o, quæ in primo phænomeno ordinata transegimus.

PHÆNON, ōnis, m. 3. φαίνων, stella Saturni: a φάω *luceo*. *Auson. Edyll.* 18. 11. Quæ Stilbon volvat, quæ sæcula Phænon. *Id. Epist.* 7. 11. Quotque annis (30.) sublimis agit sua sæcula Phænon. *Capell.* 8. *p.* 287. Nam Saturnum Phænona vocant. *Phænona* est Accusat. sing. Græcæ positionis. *Id. ibid. p.* 299. Phænonis autem, hoc est Saturni præaltius omnibus sidus, etc. Adde *Cic.* 2. *Nat. D.* 20. 52., qui Græcis litteris scribit.

PHÆOS, a, on, adject. φαιός, subniger, *nericcio, nero bigio*. *Marcell. Empir. c.* 8. *sect.* 1. *p.* 93. ed. *Ald.* Quorum (*collyriorum*) præcipue hoc mihi placet, quod a colore phæon dicitur.

PHĂGĔDÆNA, æ, f. 1. φαγέδαινα, immodicus cibi appetitus, edacitas præter consuetudinem: a φάγω *edo* et ἄδην *affatim*. ¶ 1. Proprie, vel stricto sensu, ut aliis placet. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 3. Est phagedæna ex stomachi passionibus, qua affectos sequitur cibi vehemens appetentia, quam Græci ὄρεξιν appellant. *V.* OREXIS. — Dicitur etiam de morbo apum, quum ceræ partes vacuæ computrescunt, et serpente latius vitio ipsæ quoque apes intereunt. *Colum.* 9. *R. R.* 13. 11. Sæpe etiam vitio, quod Græci φαγέδαιναν vocant, intereunt. ¶ 2. Translate, vel latiori sensu, sic dicitur exulceratio usque ad ossa, celeriter depascens, saniem male olentem emittens, et ad mortem perducens. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 11. 68. (110). Phagedænis (quod nomen sine modo esurientium est, alias ulcerum) tithymali medentur cum sesamis sumpti. *Id.* 28. *ibid.* 18. 74. (242). Ea, quæ phagedænas vocant in ulcerum genere. *et* 35. *ibid.* 15. 52. (189). Strongyle phagedænas ulcerum ex aceto sanat. *Id.* 23. *ibid.* 7. 63. (123). Phagedænæ remedium est, ficum imponi.

PHĂGĔDÆNĬCUS, a, um, adject. ad phagedænam pertinens. ¶ 1. Proprie, vel stricto sensu, *phagedænici, orum*, m. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt qui phagedæna sive orexi laborant: *V.* voc. præced. 1. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 3. Phagedænicis hoc convenire negamus. ¶ 2. Translate, seu latiori seusu. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 4. 5. (9). Phagedænica ulcera, *h. e.* quæ celeriter depascunt.

PHĂGER *vel* phagrus, i, m. 2. φάγρος, genus piscis, qui lapidem in capite habere existimatur. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (150)., qui 9. *ibid.* 16. 24. (57). pagrum vocat: nam Græce etiam πάγρος dicitur. *V.* PAGRUS. At *Sillig.* etiam *lib.* 9. *loc. cit.* censet *phagrum* esse legendum. Adde *Isid.* 12. *Orig.* 6. 22.

PHĂGO, ōnis, m. 3. edax, vorax, heluo. Edones et phagones, inquit *Non. p.* 48. 17. *Merc.* ab edacitate (scilicet a φάγω *edo*) unum Latinum, alterum Græcum. *Varro ibid.* Sed propter phagones ficedulam pinguem, aut turdum nisi volantem non video. *Vopisc. Aurelian.* 50. Vehementissime delectatus est phagone, qui eo usque multum comedit, ut uno die aprum integrum, centum panes, vervecem et porcellum comederet, biberet autem, infundibulo apposito, plus orca. V. *Lips. Centur. miscell.* 3. *Ep.* 51., ubi alia exempla hujusmodi phagonum refert. *V.* POLYPHAGUS.

PHĂGRUS. *V.* PHAGER.

PHĂLA, æ, f. 1. *V.* FALA.

PHĂLĂCRŌCŌRAX, ācis, m. 3. φαλακροκόραξ, corvus aquaticus: ita dictus a naturali calvitie: nam φαλακρός *calvum*, κόραξ *corvum* significat. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 48. 68. (133). Per Alpes capiuntur et phalacrocoraces, aves Balearium insularum peculiares. Cf. *eumd.* 11. *ibid.* 37. 47. (130).

PHĂLÆCĒUM *et* Phalæcum, carmen est hendecasyllabum, ut *Vidi credite per lacus Lucrinos*: et constat spondeo, dactylo, et tribus choreis. Dictum est a Phalæco poeta Græco inventore, ut docet *Diomed.* 3. *p.* 509. *Putsch. Servius* in *Centimetr. p.* 1825. et *Terentian. p.* 2440., ubi pro spondeo docet admittere etiam jambum et choreum, et *Catulli* exemplis confirmat. *Auson. Epist.* 4. 79. Notos fingo tibi, poeta, versus Quod scis hendecasyllabos vocari, Sed nescis modulis tribus moveri. Istos composuit Phalæcus olim, Qui penthemimeren habent priorem, Et post semipedem duos iambos. Sed *Atil. Fortunat.* ait *p.* 2674. *Putsch.* Hendecasyllabus Phaleucius ex simili causa, ut plerique, a cultore suo, non inventore, nomen accepit. *Sulpicia Sat.* 4. quare nec carmine curro Phalæco, Nec trimetro iambo, nec etc. — Aliud est phalæcium choriambicum, de quo agit *Terentian. p.* 2424., ut *Jane pater, Jane tuens, dive, biceps, biformis*. *V.* Grammaticos.

PHALANGÆ *et* palangæ, ārum, f. plur. 1. *curri*, φάλαγγες, vel φαλαγγια. ¶ 1. De his ita *Non. p.* 163. 23. *Merc.* Phalangæ dicuntur fustes teretes qui navibus subjiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad litora subducuntur; unde etiam nunc phalangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt. *Varro* apud *eumd. ibid.* Quum Pœnus in fretum obviam venisset nostris et quosdam cepisset, crudelissime pro palangis carinis subjecerat, quo metu debilitaret nostros. *Cæs.* 2. *B. C.* 10. *extr.* Hoc opus omne phalangis, subjectis ad turrim hostium admovent. ¶ 2. Item vectes, quibus onera majora a bajulis portantur, *palanche, stanghe*. *Vitruv.* 10. 8. Onerum maxima pondera quum feruntur a phalangariis hexaphoris et tetraphoris, examinantur per ipsa media centra phalangarum etc. ¶ 3. Item fustes generatim, *bastoni, pertiche*. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (200). Prælium Afri contra Ægyptios primi fecere fustibus, quos vocant phalangas. *Id.* 12. *ibid.* 4. 8. (17). In tributi vicem regibus Persidis e materia ebeni centenas phalangas tertio quoque anno pensitasse Æthiopas.

PHĂLANGĀRĬUS *et* palangarius *et* palancarius, ĭi, m. 2. *facchino da stanga*, qui aliquid oneris fustibus trasvehit. *V.* vocem præced. §. 1. et 2. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 10. *n.* L. Q. CAECILIVS Q. L. PRIMVS EMIT IN MONVMENTO PALANGARIORVM IN AGRO FONTEIANO QVOD EST VIA AVRELIA IN CLIVO RVTARIO PARTE SINISTERIORE COLVMBARIA N. X. OLLARVM N. XXXX. *etc.* Alia in *Giorn. Pisan. T.* 16. *p.* 192. PALANGARII QVI DE GIGONIIS AD TEMPLVM CVPAS REFERRE CONSVEVERVNT *etc.*

PHĂLANGĀRĬUS, a, um, adject. duo diversa significat; scilicet

A) Phalangarius a voce *phalangæ, arum*, est ad phalangas pertinens; hinc *phalangaria* fuit appellata legio v. Macedonica, quia phalangis instructa erat. *Inscript.* apud *Gruter.* 391. 4. TI. CLAVDIVS T. F. VITALIS PROMOTVS IN LEG. V. MAC. PHAL. *Alia* apud *eumd.* 67. 9. C. IVL. FRONTONIANVS VET. EX BF. COS. LEG. V. MAC. P. *h. e.* ex beneficiario consulis legione quinta Macedonica palangaria.

B) Phalangarius a voc. *phalanx, angis*, est ad phalangem pertinens. Hinc *phalangarii* sunt milites exercitus ab *Alex. Severo* instituti ad similitudinem phalangis Macedonicæ armati; is autem constabat triginta millibus militum, quum Macedonica sedecim tantummodo. *Lamprid. Alex. Sev.* 50. Fecerat et phalangem triginta millium hominum, quos phalangarios vocari jusserat.

PHĂLANGĬON. *V.* PHALANGIUM.

PHĂLANGĪTÆ, ārum, m. plur. 3. milites ex phalange. *Liv.* 37. 40. Decem et sex millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitæ appellabantur. Adde *eumd.* 42. 51.

PHĂLANGĪTES, æ, m. 1. φαλαγγίτης, genus herbæ. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 98. (124). Phalangites a quibusdam phalangion vocatur, ab aliis leucanthemon, vel (ut in quibusdam exemplaribus invenio) leucacantha. Ramuli sunt ei nunquam pauciores duobus, in diversa tendentes: flos candidus, lilio rubro similis, semine nigro, lato ad lenticulæ dimidiæ figuram, multo tenuiore: radice tenui herbacei coloris. Hæc *Plin.* addens, ejus folio, vel flore, vel semine sanari phalangiorum ictus.

PHĂLANGĬUM *vel* phalangion, ĭi, n. 2. Etiam *Falangio, onis*, m. 3. scribitur, et declinatur apud *Pelagon. Veterin.* 20. 3. Item si equum falangio percusserit. *et* 4. Item si vipera, aut falangio, aut mus araneus momorderit, etc. Apud *Veget.* 3. *Veterin.* 76. *et* 79. legitur in quibusdam editionibus et *sphalangium*: et *ibid.* 81. in recto *sphalangius*. ¶ 1. Phalangium est genus aranei, *tarantola di Puglia*, φάλαγγιον a φάλαγξ, quod idem notat. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 17. 44. (156). Nascitur et pha-

langion in ervo, bestiola aranei generis, si hiems aquosa sit. *Id.* 8. *ibid.* 27. 41. (97). Cervi percussi a phalangio, quod est aranei genus, cancros edendo sibi medentur. *Id.* 11. *ibid.* 24. 28. (79). Phalangia ex his (*araneis*) appellantur, quorum noxii morsus, corpus exiguum, varium, acuminatum, assultim ingredientium. Adde *Cels.* 5. 27. *n.* 9. — Masc. gen. *Isid. Orig.* 6. Phalangios venenatos gignit. ¶ 2. Est etiam herbæ nomen. *V.* voc. præced.

PHĂLANGO *seu* palango, as, are, a. 1. *portare a stanga,* onus aliquod fuste transveho: a *phalangis. Afranius.* Et capream unam semilaceram quaterni simul phalangabant. *Ita Perottus* in *Cornucop. ad epigr.* 115. *Martial.,* quem penes sit fides.

PHĂLANX, angis, f. 3. φάλαγξ, est densum militum agmen, *schiera, squadrone, falange.*

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Virg.* 6. *Æn.* 489. At Danaum proceres Agamemnoniæque phalanges, Ut videre virum etc. *et* 12. *ibid.* 662. *de Latinis.* Soli pro portis Messapus et Acer Atinas Sustentant aciem: circum hos utrimque phalanges Stant densæ. *et ibid.* 551. Tuscorumque phalanx. *et* 277. phalangem vocat octo fratrum pugnantium numerum. Imitatus est *Val. Flacc.* 1. 436. — Videtur de classe dici a *Virg.* 2. *Æn.* 254. Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat A Tenedo. Nisi velis intelligere Græcorum exercitum navibus instructis impositum. ¶ 2. Speciatim apud Lacedæmonios et Athenienses erat medium agmen, quod delectis densisque militibus constabat. *Nepos Chabr.* 1. et *Pelop.* 4. ¶ 3. Item speciatim in exercitu Macedonum fuit agmen peditum fortissimorum confertis ordinibus, quadrata acie, aut cuneata: simile Romanæ legionis, nisi quod in exercitu Macedonico una tantum phalanx erat ex selectis militibus composita, robur totius acici; in Romano plures erant legiones: præterea phalanx sexdecim millibus peditum fere constabat, ut ex *Liv.* 33. 4. et 37. 50., item ex *Appiano* et *Xiphilino* colligitur: legio sex millia numquam excessit. *Curt.* 3. 2. Ipsi phalangem vocant peditum stabile agmen: vir viro, arma armis conserta sunt. *Liv.* 31. 39. Erant pleraque silvestria circa, incommoda phalangi maxime Macedonum, quæ nisi ubi prælongis hastis velut vallum ante clipeos objecit, (quod ut fiat, libero campo opus est) nullius admodum usus est. Sic *Id.* 32. 17. Cohortes in vicem sub signis, quæ cuneum Macedonum (phalangem ipsi vocant) si possent vi perrumperent, emittebat. — *Vegetius* 2. *Milit.* 2. etiam Græcis et Dardanis tribuit, et octo millia hominum habuisse dicit: unde colligi potest, plures in uno justo exercitu habuisse phalanges. Sed hæc pro temporum et opum varietate mutari potuerunt: nam et *Lamprid. Alex. Sev.* 50. *extr.* narrat, Alexandrum Severum phalangem sibi fecisse triginta millium hominum, quæ erat ex sex legionibus similium armorum. ¶ 4. Item speciatim de militum ordine in quadratum agmen per longitudinem dispositorum, quod apud Helvetios et Germanos usu venit. *Cæs.* 1. *B. G.* 24. *extr.* Helvetii confertissima acie, phalange facta, sub primam nostram aciem successerunt. *et ibid.* 25. Milites pilis missis facile hostium phalangem perfregerunt. Adde *ibid.* 52.

II.) Translate. *Prudent. Psychom.* 316. Phalanges culparum.

PHĂLĂRICA. *V.* FALARICA.

PHĂLĂRIS *vel* phalēris, idis, f. 3. φαλαρίς et φαλαρίς, a φαλερος *albus, splendidus.* ¶ 1. Est hoc nomine genus avis, seu gallinæ aquaticæ, apud *Varron.* 3. *R. R.* 11. 4. *Schneid.*; *Plin.* 10. *Hist. nat.* 48. 67. (132).; et *Colum.* 8. *R. R.* 15. 1., apud quos legitur et *phaleris.* ¶ 2. Item genus herbæ. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 102. (126). Phalaris thyrsum habet longum, tenuem ceu calamum, in summo florem inclinatum, semen simile sesamæ. Est *Phalaris canariensis* Linn.

PHĂLĔRÆ, ārum, f. plur. 1. τὰ φάλαρα. — Neutr. gen. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 6. (18). de *Flavio.* Quo facto tanta senatus indignatio exarsit, ut «annulos abjectos» in antiquissimis reperiatur annalibus. Fallit plerosque, quod tum et equestrem ordinem id fecisse arbitrantur; ut enim adjectum hoc quoque: «sed et phalera posita», propter quæ nomen equitum adjectum est, annulos quoque depositos a nobilitate in annales relatum est, non a senatu universo. Ea verba *sed et phalera posita* femininum genus singul. numeri ostendere videntur; sed similius est veri, esse neutrum plurale, Græco more, τὰ φάλαρα. At *Sillig.* ex Cod. Bamberg. legit *sed et phaleras positas.* V. *Liv. loc. cit.* sub I. 1. init. — Ceterum

I.) Proprie. ¶ 1. De hominibus phaleræ — *a*) Erant ornamenta ex auro vel argento, bullarum forma, quæ viri nobiles ac præsertim milites, honoris causa, in pectore pensilia gestabant, quæque alicujus Numinis, vel Augusti, vel alius cujuspiam rei imaginem referebant: a φαλῆρός, Dorice φαλαρός *splendidus*; cujus vocis pænultima licet longa sit, brevis tamen est tum in τὰ φάλαρα, tum in *phaleræ.* (Hinc *Plutarch.* in *Quæst. Hom.* Γέρων τις ἐπὶ χλευασμῷ προάγεται, παιδικὸν ἐναψάμενος περιδέραιον, ὃ καλοῦσι βοῦλλαν. Sed hæc delenda; nihil enim ad rem). *Liv.* 9. 46. *a med.* Tantum Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerent. *V.* supra. Ex *Floro* 1. 5. discimus, ab Etruscis ad Romanos phalerarum usum transisse una cum trabeis, sellis curulibus, prætexta, annulis ceterisque insignibus: quin aliquamdiu ipsorum regum proprias fuisse. Etenim sic *Id.* 3. 10. *in fin.* Ipse ille rex (*Vercingetorix*) supplex quum in castra venisset, tum et phaleras et sua arma ante Cæsaris genua projecit. — *b*) Fuere præsertim inter militaria præmia. *Liv.* 39. 31. *sub fin.* Pro contione postero die laudati, donatique a C. Calpurnio equites phaleris: Quintius alter prætor suos equites catellis ac fibulis donavit. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 28. 29. (102). L. Siccius Dentatus donatus hastis puris XVIII., phaleris XXV., torquibus LXXXIII., armillis CLX., coronis XXVI., civicis XIV., aureis VIII., muralibus III., obsidionali una. Adde de eodem *Val. Max.* 3. 1. *n.* 24.; et *Gell.* 2. 11.; et *Dionys. Halic. l.* 10. *p.* 663. *Sil. It.* 15. 254. Tum merita æquantur donis, et præmia virtus Sanguine parta capit: phaleris hic pectora fulget, Hic torque aurato circumdat bellica colla. *Juvenal.* 16. 59. Ut, qui fortis erit, sit felicissimus idem, Et læti phaleris omnes, et torquibus omnes. *Virg.* 9. *Æn.* 359. Euryalus phaleras Rhamnetis, et aurea bullis Cingula... rapit, atque humeris nequidquam fortibus aptat. Militis porro phaleris ornati figuram habes apud *Murat. Inscript. p.* 2030. *n.* 1.: et *Maff. Mus. Ver.* 121. 4. — *c*) Etiam mulieres phaleras gestabant. *P. Syrus* apud *Petron. fragm. Tragur.* 55. *Burmann.* Quo margarita cara tribacca et Indica? An ut matrona ornata phaleris pelagiis Tollat pedes etc? *Vet. epithalam.* apud *Wernsdorf.* in *Poet. Lat. min. T.* 4. *p.* 491. Denique miramur, quid colla monilia gestent; Ex humeris frustra phaleras imponis eburnis, Nam tibi non gemmæ, sed tu das lumina gemmis. ¶ 2. Item equorum phaleræ propriæ sunt, *borchie. Virg.* 5. *Æn.* 310. Primus equum phaleris insignem victor habeto. *Liv.* 22. 52. Argenti plurimum in phaleris equorum erat. *Cic.* 6. *Verr.* 12. 29. A Philarcho Centuripino, homine locuplete ac nobili, phaleras pulcherrime factas, quæ regis Hieronis fuisse dicuntur, utrum tandem abstulisti, an emisti? - alias item nobiles ab Aristo Panormitano, tertias a Cratippo Tyndaritano? *Claudian. IV. Cons. Honor.* 548. Turbantur phaleræ, spumosis morsibus aurum Fumat. *Id. epigr.* 20. Dumque auro phaleræ, gemmis dum frena renident. Adde *ibid.* 24. *in fin. Gell.* 5. 5. Inducebat etiam currus cum falcibus, et elephantos cum turribus, equitatumque frenis, ephippiis, monilibus, phaleris præfulgentem. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 12. 74. (193). Gemmæ cochlides nunc vulgatissimæ fiunt verius, quam nascuntur. *et mox* (194). Quondamque tantæ magnitudinis fecere, ut equis regum in oriente frontalia ac pro phaleris pensilia facerent. *Inscript.* apud *Gruter.* 416. 1. C. GAVIO L. F. STEL. SILVANO DONIS DONATO A DIVO CLAVDIO BELLO BRITANNICO TORQVIBVS ARMILLIS PHALERIS CORONA AVREA. Alia apud *eumd.* 1096. 6. CN. MARCIO CN. F. GAL. PLAETORIO CELERI DONIS DONATO A DIVO TRAIANO IN BELLO PARTHICO CORONA MVRALI TORQVIBVS ARMILLIS PHALERIS. *Sueton. Aug.* 25. Dona militaria, aliquanto facilius, phaleras, et torques, et quidquid auro argentoque constaret, quam vallares ac murales coronas, quæ honore præcellerent, dabat: has quam parcissime, et sine ambitione, ac sæpe etiam caligatis tribuit. *Apul.* 10. *Met.* Me phaleris aureis, et fucatis ephippiis, et purpureis tapetis, et frenis argenteis, et pictilibus balteis, et tintinnabulis perargutis exornatum ipse residens comissimis affatur sermonibus. *Id. de Deo Socrat.* Neque enim in emendis equis phaleras consideramus, et baltei polimina inspicimus, et ornatissimæ cervicis divitias contemplamur; si ex argento et auro et gemmis monilia variæ gazæ dependent; si plena artis ornamenta capiti et collo circumjacent; si frena cælata, si ephippia fucata, si cingula aurata sint.

II.) Translate phaleræ dicuntur — *a*) Generatim de rebus externis, fucatis et speciem boni præ se ferentibus. *Pers.* 3. 27. an deceat pulmonem rumpere ventis, Stemmata quod Tusco ramum millesime ducis, Censoremque tuum vel quod trabeate salutas? Ad populum phaleras. *h. e.* coram populo jacta fortunæ bona, qui stupet in titulis et imaginibus; phaleræ enim sunt equestris ordinis ornamenta. Cf. *Inscript.* apud *Gruter.* 450. 5. *de Sexto Petronio Probo.* BIS GEMINA POPVLOS PRAEFECTVS SEDE GVBERNANS HAS MVNDI PHALERAS HOS PROCERVM TITVLOS TRANSCENDIS SENIOR. — *b*) Speciatim de ornatu dicendi. *Capell.* 3. *init.* Rursum Camena parvo Phaleras parat libello. *Symmach. Ep.* 83. (*al.* 89.) Præfer loquendi phaleras, quibus te natura ditavit. *Sidon.* 1. *Ep.* 9. *sub fin.* Collata vestris mea carmina, non heroicorum phaleris, sed epitaphistarum neniis comparabuntur. Adde *eumd.* 9. *Ep.* 16.; et V. *Fronton.* 3. *ad M. Cæs.* 16. *ad fin.*

PHĂLĔRĀTUS, a, um, particip. a *phalero,* phaleris ornatus. *decorato di medaglie d'onore.*

I.) Proprie. ¶ De hominibus. *Petron. Satyr.* 28. Lecticæ impositus est, præcedentibus phaleratis cursoribus quatuor. *Sueton. Ner.* 30. *extr.* Soleis mularum argenteis, canusinatis mulionibus, armillata et phalerata cum Mazacum turba atque cursorum. *Prudent. Psychom.* 30. Illa hostile caput phalerataque tempora vittis Altior insurgens labefactat. *Fulgent.* 1. *Mithol. præf. a med.* Cujus (*Veneris*) phaleratum exoticis diadema carbunculis corniculata lunæ sinuatio deprimebat. *Venant. Fortun.* 8. *carm.* 26. Egregio compacta sinu, phalerata rotatu Atque Sophocleo pagina fulta sopho. ¶ 2. De equis. *Liv.* 30. 17. *ad fin.* Munera, quæ legati ferrent regi, sagula duo purpurea, et equos duo phaleratos, etc. *Sueton. Cal.* 19. Per hunc pontem ultro citro commeavit, biduo continenti. Primo die phalerato equo, insignisque quernea corona etc. *Prudent. Psychom.* 195. phaleratum Circumflectit equum.

II.) Translate. *Ter. Phorm.* 3. 2. 14. Adeon' te esse incogitantem atque impudentem, ut phaleratis dictis ducas me, et meam ductes gratiis? *con belle parolline,* verbis specie honestis, sed dolosis. *Fulgent. Expos. serm. ant. præf. p.* 558. *Merc.* Non tam phaleratis sermonum studentes spumis, quam rerum manifestationibus dantes operam dilucidandis.

PHĂLĔRIS. *V.* PHALARIS.

PHĂLĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Phaleratus* V. loco suo; *Phalerandus* in fin. — Phalerare est phaleris ornare; sed occurrit translate tantum. *Ambros.* in *Luc.* 2. 18. Plebem Dominus simplicem requirebat, quæ phalerare auditu, et fucare nesciret. *Id.* 1. *Offic.* 12. Eloquentiæ phalerandæ gratia.

PHĂLEUCĪUM. *V.* PHALÆCIUM.

PHALLĪCA, ōrum, n. plur. 2. φαλλικά, carmina in honorem Bacchi, item Priapi: a φαλλός *penis*. Phallicus auctor est ille qui Priapea scripsit, quæ perperam *Virgilio* quidam tribuunt. Sed hæc Græca sunt.

PHALLĪCUS, a, um, adject. metrum est tribus constans trochæis. *Terentian. de metr. v.* 2545. Quem nos hendecasyllabum solemus Tamquam de numero vocare versum, Tradunt Sapphicon esse nuncupandum. - Sed primi pedis ante lex tenenda est. Spondeon siquidem videmus istic Tamquam legitimum solere poni. Post hunc dactylon, atque tres trochæos, Cui nomen quoque phallico dederunt. et *Mar. Victorin. p.* 2617. *Putsch.* Pænultima autem detracta (ex versu *Non ebur neque aureum*) phallicum reddet ita: *Non ebur neque aurum.* et *Id. p.* 2565. Idem Archilocus pænultimis heroi hexametri partibus adjecta syllaba hujusmodi versum induxit, qui metro phallico, id est tribus trochæis ultimis clauderetur, ut est *At tuba terribilem sonitum dedit ære canoro.* Adjecta enim ante ultimos pedes *sed* syllaba, fiet *Ære sed canoro*, quod est metrum phallicum. Ita *Gaisdorf.*; at *Keil.* phalæcium. Adde *eumd. p.* 2566. *Putschius* primo loco recte *phallicum*, in aliis vere legit *Phalœcium.* Similiter *phallicum* pro *panicum* legendum conjecit *Santenius* apud *Servium Centim. p.* 1823. *Putsch. V.* PHELLOS.

PHALLOPOTA. *V.* DRILOPOTA.

PHALLŎVĪTRŌBŎLUS, i, m. 2. poculum obscænæ figuræ, Priapus ex vitro, apud *Capitolin. Pertin.* 8., ubi alii leg. *phallovitrobelum*, alii *phalloveretroboli* eod. sensu. Alii leg. *alvei vitrei belli*, h. e. alvei, seu tabulæ latruncularie, in quibus vitreum bellum ludebant veteres.

PHALLUS, i, m. 2. φαλλός, penis ligneus, vel vitreus, vel coriaceus, quem in Bacchi festis plaustro impositum per rura et urbes magno honore circumferebant, ut *Augustin. 7. Civ. D.* 21. narrat. *Arnob.* 5. 28. Pudor me habet, Alimontia illa proferre mysteria, quibus in Liberi honorem Patris phallos subrigit Græcia, etc. Alii et ipse *Orell.* leg. *ithyphallos. V.* ALIMONTIA. *Id. ibid.* 29. Totam interroget Græciam, quid sibi velint hi phalli, quos per rura, per oppida mos subrigit et veneratur antiquus. *Phallus* antiquitus ponebatur in introitu portæ urbium. V. *Annal. dell'Istitut. Archeol. T.* 1. *p.* 65., *T.* 7. *p.* 16. *init.* et *T.* 13. *p.* 19. *not.* 2.

PHĂNĔRŌSIS, is, f. 3. *rivelazione*, φανέρωσις, manifestatio. Vox Græca, qua librum quemdam suum inscripsit Valentinus, in quo arcana multa, a mala femina dictata, perscripserat. *Tertull. advers. Hæret.* 30. *et* 51.

PHANTĂSĬA æ, f. 1. *fantasia, immaginazione*, φαντασία, visum, imago rerum animo insidentium. Ita dicta est a φαίνομαι *appareo*, quia species rerum, quas sentimus, vel etiam sentire nos putamus, intus apparent. Græce *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 11. 40. In qua primum de sensibus ipsis quædam dixit nova, quos junctos esse censuit e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille φαντασίαν, nos visum appellemus licet. ¶ 1. Apud Rhetores accipitur pro mentis conceptu, *concetto, idea, pensiero. Seneca Suasor.* 2. *a med.* Cestius quum descripsisset honores, quos *etc.* adjecit: per sepulcra nostra jurabitur. Nicetas longe disertius hanc phantasiam movit etc. Cf. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 13. Omnis phantasia, cujus diversitates Latini visa vocaverunt, ut Tullius, sive illa naturalia sive contra naturam fuerint, animi, non corporis esse noscuntur. Hydrophobi igitur phantasia jactantur. Cf. *Vulgat. interpr. Eccli.* 34. 6. Cor tuum phantasias patitur. ¶ 2. *Phantasia, non homo*, convicium apud *Petron. fragm. Tragur.* 38. *Burmann. sub fin.* quasi species et simulacrum hominis, non homo: vel homo jactabundus et vanus.

PHANTASMA, ătis, n. 3. φάντασμα, species, vel imaginatio falsa, quales sunt, quas dormientes videre sibi videntur. ¶ 1. Generatim de imagine, vel simulacro rei cujuspiam. *Augustin. de Trinit.* 8. 6. Alexandriam quum eloqui volo, quam numquam vidi, præsto est apud me phantasma ejus. *Vulgat. interpr. Marc.* 6. 49. Putaverunt esse phantasma. ¶ 2. Speciatim de spectro. *Plin.* 7. *Ep.* 27. *sub init.* Velim scire, esse aliquid phantasmata, et habere propriam figuram, numenque aliquod putes, an inanem et variam ex metu nostro imaginem accipere. *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 7. Si phantasma fuit Christus. Adde *Prudent. Hamartig.* 59.

PHANTASMĂTĬCUS, a. um, adject. pertinens ad phantasma. *Isid.* 8. *Orig.* 9. Non aliquam phantasmaticam illusionem, Satanæ fallacia factam etc.

PHANTASTĬCUS, a, um, adject. φανταστικός, *fantastico*, qui ex phantasia oritur. *Cassiod. Complex. Act. Apost.* 3. Ne aliquis tale miraculum phantastica crederet imaginatione demonstratum. *Id. de anim.* 2. *ante med.* Anima sibi repræsentat, quod phantastica imaginatione concepit.

PHĂRĔTRA, æ, f. 1. *faretra, turcasso*, φαρέτρα, theca, ubi sagittæ reponuntur: παρὰ τὸ φέρειν τὰ τρῶσαι δυνάμενα. *Virg.* 1. *Æn.* 327. Succinctam pharetra, et maculosæ tegmine lyncis. *Horat.* 1. *Od.* 22. 3. Nec venenatis gravida sagittis, Fusce, pharetra. *Virg.* 1. *Æn.* 504. illa pharetram Fert humero. *Stat.* 4. *Theb.* 259. Amyclæas humeris aptasse pharetras. *Propert.* 2. 9. 10. Et pharetra ex humero Gnosia utroque jacet. *Ovid.* 2. *Met.* 419. Pharetram exuere humero. *et* 5. *ibid.* 379. solvere. *h. e.* aperire ad depromendas sagittas. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PHĂRĔTRĀTUS, a, um, adject. *fornito di faretra*, pharetra instructus. *Virg.* 11. *Æn.* 649. pharetrata Camilla. *Id.* 4. *G.* 290. Persis. *h. e.* quæ sagittis maxime delectatur et pollet. Sic *Horat.* 3. *Od.* 4. 35. pharetrati Geloni. *Ovid.* 10. *Met.* 525. pharetratus puer. *h. e.* Cupido. *Id.* 1. *Amor.* 1. 10. pharetrata virgo. *h. e.* Diana. *Val. Flacc.* 6. 696. pharetrata tapeta. *h. e.* in quibus est pharetra.

PHARETRAZONIUM, ii, n. 2. zona, ex qua pendet pharetra. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 126.

PHĂRĔTRĬGER, gĕra, gĕrum, adject. qui pharetram fert. *Sil. It.* 14. 286. Clade pharetrigeri subnixas regis Athenas. *h. e.* Xersis Persa-*Comrum* regis.

PHARĪCON *vel* Pharicum, i, n. 2. φαρικόν, genus veneni, ita dicti a Pharico inventore. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 10. 45. (158).; et *Scribon. Compos.* 195.

PHARMĂCEUTĬCUS, a, um, adject. φαρμακευτικός, *farmaceutico*, ad pharmacum pertinens. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 10. *ad fin.* Potui dandum lac cum succo mali punici, vel iis, quæ in pharmaceutico Responsionum tradidimus libris. Sic *Isid.* 4. *Orig.* 9. Secundum (*genus*) pharmaceuticum. — Et absolute, substantivorum more. *Id. ibid.* Pharmaceutica est medicamentorum curatio.

PHARMĂCEUTRĬA, æ, f. 1. *maga, strega*, φαρμακεύτρια, saga, venefica. Hoc nomine *Virg.* Eclogam octavam inscripsit, in qua Theocriti imitatione venefica quædam inducitur, quæ magicis incantationibus animum viri, a quo spernebatur, ad sui amorem conatur revocare. *Servius* ad *Virg. loc. cit.* Theocritus, qui frequenter dicit in Pharmaceutria etc.

PHARMĂCĬA, æ, f. 1. φαρμακεία, *farmacia*, medicamentorum compositio. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 14. *ante med.* Medicaminum ratio, quam pharmaciam appellant. Adde *Isid.* 5. *Orig.* 9. 2. Rursus *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 12. *extr.* Et medicaminum regula, quam Græci pharmacian appellant. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 317. ed. *Ald.* Divisam esse dicimus medicinam in partes quatuor: regularem, quam diætam vocamus; manuum officium, quod chirurgiam vocamus; medicamen, quod pharmaciam vocamus; prænoscentiam, quam prognosin dicimus.

PHARMĂCŌPŌLA, æ, m. 1. *chi vende medicine, speziale*, φαρμακοπώλης, qui pharmaca vendit: a φάρμακον *medicamentum* et πολέω *vendo*. Olim alii erant pharmacopolæ, quam hodie. Nunc etiam simplicia divendunt, atque ex medicorum præscripto pharmaca concinnant. Olim simplicia divendebant seplasiarii, qui Græcis παντοπῶλαι; pharmacopolæ autem non ex alieno agebant præscripto, sed ipsimet remedia concinnabant, venaliaque habebant, quales nunc medici circumforanei, qui per fora atque urbes cursitant, et peritiam suam ac remedia jactando simplici popello sublinere os solent, *cerretani. Cato* apud *Gell.* 1. 15. Itaque auditis, non auscultatis, tamquam pharmacopolam. Nam ejus verba audiuntur, verum ei se nemo committit, si æger est. *Cic. Cluent.* 14. 40. Tum repente Anconitanum quemdam, L. Clodium, pharmacopolam circumforaneum, aggreditur. Adde *Horat.* 1. *Sat.* 2. 1.; et *Scribon. Compos.* 199.

PHARMĂCUM, i, n. 2. φάρμακον, medicamentum. Vox media est, quales multas recenset *Gell.* 12. 9. et *Cajus Dig.* 50. 16. 236. Sumitur enim et pro medicamento salutifero, et pro veneno malo, seu toxico, quemadmodum et Latine *medicamentum* vox media est, et tam in malam, quam in bonam partem accipitur, ut *Non. p.* 345. 16. *Merc.* auctor est, ubi tamen hanc vocem Græcis litteris exhibet. *Inscript.* apud *Orell.* 144. L. APENTEIO L. F. ZMARAGDO AROMATario QVI VASCVLa DVLCIARIorum CCC. ITem HS. LX. TESTAMento RELIquit C. STATILIO PRAGO AROMATario GENERO SVO VT AEGRis INOPibus COLONIæ FELICIS LORIensis PHARMaca ET MVLSum sine PRETio EROGaret.

PHARMĂCUS, i, m. 2. φαρμακός, homo sacer, exsecrabilis, devotus. *Servius* ad *Virg.* 3. *Æn.* 57. ex *Petron. Satyr.* 141. narrat, morem fuisse apud Massilienses, ut quoties pestilentia laborarent, unum aliquem abjectum et pauperem hominem eligerent, qui se pro civitate devoveret, et annum publice altus exquisitis ciborum deliciis, tandem ornatus verbenis et sacris vestibus, tota urbe circumductus, omniumque exsecrationibus oneratus, ut in eum mala civium recíderent, extra urbem saxis obrueretur, aut præceps daretur e rupe, aut ad aras communis victima mactaretur. Quam rem habet etiam *Vet. Scholiast. Statii* ad 10. *Theb.* 793. Hic igitur φάρμακος dicebatur. *Hesych.* Φαρμακοί, καθαρτήριοι, περικαθαίροντες τὰς πόλεις. Hinc de eo, qui partem corporis quasi devoverat, vel qui scelestus est et detestabilis, ita *Petron. Satyr.* 107. *extr.* Cui Deo crinem vovisti? Pharmace, responde.

PHARNĂCĔON, i, n. 2. φαρνάκειον, herba, genus panacis, folio longiore, et serrato, ita dictum a Pharnace rege Ponti inventore. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 4. 14. (33).

PHARNUPRĬUS, a, um, adject. *vel* Pharnuprium, ii, n. 2. legitur in palimpsesto *Plinii* ed. *Perth.* 14. *Hist. nat.* 16. 19. (102). Sic fit et sycites e fico, quem alii pharnuprium, alii truchin vocant. *Vulgati libri et* Sillig. *leg.* palmiprimum. *Unde vero* dictum *sit* pharnuprium, *viderint eruditi.*

PHĂROS *vel* Pharus, i, f. 2. Φάρος, oppidum Ægypti apud Alexandriam, in insula cognomine, *V.* ONOM.: in ea ingens turris, ex qua lumen per noctem navigantibus elucebat, ut est apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 12. 18. (83). Hinc ¶ 1. Ut scribit *Solin.* 32. *sub fin.*, machinæ in portubus ad prælucendi ministerium ædificatæ phari deinceps apud omnes gentes appellari cœptæ sunt. *Val. Flacc.* 7. 84. claramque serena Arce pharon subiit. *Sueton. Tib.* 74. Turris phari terræ motu Capreis concidit. *Stat.* 3. *Silv.* 5. 100. Teleboumque domos, trepidis ubi dulcia nautis Lumina noctivagæ tollit pharus æmula lunæ. Ergo post Tiberii tempora iterum ea turris restaurata fuerat; nam *Statius* hæc scripsit imperante Domitiano. ¶ 2. Unde translate est splendidus vir. *Venant.* 8. *carm.* 21. 4. illustrans populos spargeris orbe pharus.

PHASCŌLA (φάσκωλα, τά) appellant Græci,

quas vulgus peras vocat. *Paul. Diac. p.* 223. 1. *Müll.*

PHĂSĔLĀRĬA, ium, n. plur. 3. *V.* FASELARIA.

PHĂSĔLUS *vel* faselus *et* phasellus *vel* fasellus, i, m. et f. 2. *φάσηλος,*

I.) Proprie est genus leguminis: quod quidam in duo genera dividunt, majus et minus: majus putant esse quod Itali dicunt *fava:* minus quod appellant *fagiuolo.* De hoc minore intelligunt illud *Virg.* 1. *G.* 227. viciamque seres, vilemque phaselum. *et Colum.* 10. *R. R.* 377. Et gravis atriplici consurgit longa fasellus. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 10. 4.; et *Pallad.* 10. *R. R.* 12. At *Schneiderus* ad *Colum.* locis citatis putat, unum tantummodo esse leguminis genus, quod *phaselus* et *phaseolus* et *faselus* et *faseolus* scribi solet. *V.* voc. seq.

II.) Translate est navigii genus, mixtam habens formam ex oneraria et longa triremi, quod tam velis, quam remis agi poterat. *Servius* ad *Virg.* 4. *G.* 289. monet, esse brevem naviculam; *Acro* ad *Horat.* 3. *Od.* 2. 29. scribit, esse navem velocem et oblongam; *Non. p.* 534. 23. *Merc.* dicit, esse navigium Campanum; *Bayfius* eumdem putat ac myoparonem, aut certe ab illius figura non multum distantem. *Cic.* 1. *Att.* 13. Accepi tertiam (*epistolam*), quam, ut scribis, ancora soluta, de phaselo dedisti. *Sall.* apud *Non. loc. cit. et ibid.* 6. Cohors una grandi phaselo vecta, a ceteris deerravit. Adde *Sisennam* et *Varron.* apud *eumd. ibid. Martial.* 13. 30. Pictam phaselon adjuvante fert aura. *phaselon* est Accusat. Græcæ positionis. *Catull.* 4. 1. Phaselus ille, quem videtis hospites. *Lucan.* 5. 518. Et latus inversa nudum munita phaselo. — Fictiles etiam phaselos fuisse in usu apud Ægyptios, testatur *Strabo l.* 17. et *Juvenal.* 15. 127. Parvula fictilibus solitum dare vela phaselis. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PHĂSĔŌLUS *et* faseolus, i, m. 2. *fagiuolo, φάσηλος,* genus leguminis, siliquam ferens longiorem, quam fœnogræcum, quæ una cum semine manditur viridis ex oleo et aceto. Pro eo *phasiolus* vel *passiolus* legas in antiquis *Plinii* codicibus, qui ejus meminit 24. *Hist. nat.* 9. 40. (65). Sic *Colum.* 11. *R. R.* 2. 72. Milium et panicum hoc tempore demetitur, quo faseolus ad escam seritur. *V.* vocem præced. I.

PHASGĂNION, ii, n. 2. *φάσγανος,* gladiolus herba. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 11. 89. (138). Xiphion et phasganion nascitur in humidis. *V.* XIPHION. *Seren. Sammon.* 40. 751. Aut de phasganio radix decocta palustri. *V.* et voc. seq.

PHASGĂNON, i, n. 2. *φάσγανον,* pro *phasganion* legitur apud *Apul. Herb.* 46. *V.* voc. præced.

PHĂSĬĂNĂRĬUS, ii, m. 2. *φασιανοτρόφος,* qui phasianos pascit. *Paul. Dig.* 32. 66. Phasianarii et pastores anserum non continentur.

PHĂSĬĂNĪNUS, a, um, adject. ad phasianum pertinens, ut Phasianina ova, *Pallad.* 1. *R. R.* 29. Sic *Plin. Valerian.* 2. 30. *p.* 185. *et* 185. *retro* ed. *Ald.* Adeps phasianinus.

PHĂSĬĂNUS, a, um, adject. Scribitur et *fasianus: V.* in fin. — Phasianus est ad Phasim pertinens, ut *Phasianæ aves,* et *Phasianæ* absolute, quæ plurimæ circa Phasidis ostia conveniebant: indeque in Europam ab Argonautis advectæ sunt, et in deliciis cœnarum habitæ, *fagiani:* de quibus *Martial.* 13. 72. Argiva primum sum transportata carina: Ante mihi notum nil, nisi Phasis, erat. *Id.* 3. 58. Et impiorum phasiana Colchorum. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 48. 67. (132). Phasianæ aves in Cholchis geminas ex pluma aures submittunt subriguntque. *Id.* 11. *ibid.* 37. 44. (121). has *aures* cornicula appellat. *Id. ibid.* 33. 39. (114). *de pediculis.* Hoc quidem et aves infestat; phasianas vero interimit, nisi pulverantes sese. Adde *Sueton. Cal.* 22. et *Vopisc. Tacit.* 11. Phasianam avem, nisi suo et suorum natali et diebus festissimis, non posuit. — Hinc

Phasianus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, h. e. phasianus ales. *Sueton. Vitell.* 13. Phasianorum et pavonum cerebella. *Pallad.* 1. *R. R.* 29. Si pituitam patientur phasiani. *Lamprid. Alex. Sev.* 41. *sub fin.* Aviaria instituerat pavonum, phasianorum, gallinaceorum. Adde *Senec. Consol. ad Helv.* 9. *a med.*; et *Paul. Dig.* 32. 64. — Scribitur etiam *fasianus* et *fasiana. Edict. Dioclet. p.* 14. Fasianus pastus ℔ ducentis quinquaginta, fasianus agrestis ℔ centum vigintiquinque; fasiana pasta ℔ ducentis, fasiana non pasta ℔ centum. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PHĂSĬŌLOS *vel* phasiolus *et* fasiolus, i, m. 2. *φασίολος,* idem quod phaseolus. Est autem nomen herbæ isopyri, quoniam ejus folium, quod est aniso simile, more phaseoli in pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthii. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 11. 70. (94).

PHASMA, ătis, n. 3. *φάσμα,* visum, spectrum, idem ac phantasma. Hinc nonnulli *phasmata* legunt pro *phantasmata* in *epist. Plinii,* quam in PHANTASMA 2. attulimus. — Est etiam nomen unius ex fabulis Menandri, *Ter. Eun. prol.* 9., cujus argumentum ibi *Donatus* enarrat. Item cujusdam Catulli mimographi apud *Juvenal.* 8. 186. Hinc *Fulgent.* 1. *Mithol. præf.* Pellæas gentis enerves sensus aut satyra luseram, aut comœdico phasmate delectabam, aut tragica pietate mulcebam, aut epigrammatum brevitate condibam. *Alii leg.* plasmate.

PHASSA, æ, f. 1. est Græca vox *φάσσα,* a *φέβομαι timeo,* perinde ac si dicatur *timida,* It. *la timida,* h. e. *columba palumbus* Linn., *specie di colombo selvatico. Servius* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 78. Omnes in aves mutati sunt; Tereus in upupam, Itys in phassam, Procne in hirundinem, Philomela in lusciniam. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 21. *n.* 204. Dabimus quidquam pomorum-, atque volantium pectora, sed non pinguium, ut perdicis, vel phassæ, vel similium.

PHATNÆ, ārum, f. plur. 1. *φάτναι.* Vox Græca, qua præsepia significantur. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 80. (353). Sunt in signo Cancri duæ stellæ parvæ, Aselli appellatæ, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula, quam Præsepia appellant. *Cic. Prognost.* apud *Priscian.* 16. *in fin.* et 18. *p.* 1170. *Putsch.* Ast autem tenui quæ candent lumine Phatnæ. *V.* ASELLUS.

PHAULĬUS, a, um, adject. *φαύλιος.* Olivæ phauliæ sunt grandissimæ, sed minimo succo, quæ et regiæ ab aliis, ab aliis majorinæ appellantur: a *φαῦλος vilis, nullius pretii. Plin.* 15. *Hist. nat.* 3. 4. (15). Apud *Macrob.* 2. *Saturn. sub fin.* legitur *pauliæ,* sed *phauliæ* corrigendum videtur.

PHĒLĒTA, æ, m. 1. *φηλητής,* fallax, fur: a *φηλέω decipio. Seneca Ep.* 51. *ad fin.* Voluptates exturba, latronum more, quos pheletas Ægyptii vocant: in hoc nos amplectuntur, ut strangulent. Alii perperam leg. *philetas,* a *φίλητής amator, basiator.*

PHELLANDRĬON, ii, n. 2. *φελλάνδριον,* herba palustris, folio apii, cujus potu levari vesicæ vitia, tradit *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 101. (126).

PHELLOS, i, m. 2. *φελλός,* Græce est suber, genus arboris. Accipitur autem pro tympano ex subere, Italice *rotella di sovero,* quod locum habet in horologio aquario. *Vitruv.* 9. 9. *de horolog.* Æqualiter per id cavum influens aqua sublevat scaphum inversum, quod ab artificibus phellos, sive tympanum dicitur. *Terentian de metr. v.* 1845. Ithyphallica porro citarunt musici poetæ, Qui ludicra carmina Baccho, versibus petulcis, Grajo cum cortice phello, tres dabant trochæos, Ut nomine fit sonus ipso, *Bacche Bacche Bacche.*

PHENGĪTES, æ, m. 1. *φεγγίτης,* lapis ita appellatus a *φέγγος splendor. Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 46. (163). Nerone principe, in Cappadocia repertus est lapis duritia marmoris, candidus atque translucens, etiam qua parte fulvæ inciderant venæ, ex argumento phengites appellatus. *Sueton. Domit.* 11. Porticuum, in quibus spatiari consueverat, parietes phengite lapide distinxit; e cujus splendore per imagines quidquid a tergo fieret, provideret.

PHĒOS, i, n. 2. *φέως,* herba foliis et caule spinoso, alio nomine stœbe. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 15. 54. (91). et 22. *ibid.* 11. 13. (28)., ubi alii et ipse *Sillig.* leg. *phleos.*

PHĒRĔCRĂTĬUS, a, um, adject. ad Pherecratem, *Φερεκράτην,* poetam comicum Atheniensem pertinens, quem Pherecratii versus inventore fuisse ferunt. *Mall. Theod. de metr.* 4. Metrum dactylicum trimetrum Pherecratium constat ex spondeo, et dactylo, et spondeo sive trochæo, ut est apud *Horat.* (1. *Od.* 5. 3.) Grato, Pyrrha, sub antro. *Sidon.* 9. *Ep.* 13. *in carm.* Num metro quatitur chorda Glyconio, Nec non Alcaico, vel Pherecratio, Juncto Lesbiaco, sive anapæstico. Hic *Sidonius* licenter pænultimam syllabam corripit: Græce enim est *Φερεκρατεῖος.* Adde *Servium Centim. p.* 1824. *Putsch.*; et *Diomed.* 3. *p.* 518.

PHĒROMBROS, ii, m. 2. ita appellatur cucumis silvaticus apud *Apul. Herb.* 113.: a *φερω porto* et *ὄμβρος imber,* quasi ferens imbrem.

PHĒTRĬUM, ii, n. 2. *φητριον* Ionice pro *φράτριον,* locus, in quem phetrii, seu qui sunt ejusdem sodalicii, conveniunt, maxime sacrorum causa. *Inscript.* apud *Gruter.* 214. VESBINVS AVG. LIB. PHETRIVM AVGVSTALIBVS MVNICIPI CAERITVM LOCO ACCEPTO A REP. SVA IMPENSA OMNI (*cultu*) EXORNATVM DONVM DEDIT *etc.* ACT. IDIB. IVNIS Q. NINNIO HASTA P. MANILIO VOPISCO COS. *h. e.* ann. a Chr. n. CXIV. Adde aliam apud *eumd.* 215. 1. *Cic.* 14. *Att.* 14. Itaque joca tua plena facetiarum de hæresi Vestoriana, et de phetriorum more Puteolano risisse me satis, nihil est necesse rescribere. Ita legend. putant *Gronovius,* et *Martorellius Thec. calam. p.* XXIX. pro *pherionum,* quod legitur in editionibus.

PHĒTRĬUS, ii, m. 2. fretriacus, qui est ejusdem fratriæ seu sodalicii, et in idem phetrium convenit. *Inscript.* mutila et mendosa apud *Gruter.* 418. 6., suppleta atque emendata ex *Martorellii* conjectura, ab *Augustin. Gervasio* in *Osservaz. sopra un'iscriz. Sipontina,* Neapoli ann. 1837. edit. ex apographo *Fabii Giordani* in *Hist. Neapolit. p.* 20., integra mendisque purgata affertur ita *p.* 34. C. HERBATIO MAEC. ROMANO DEMARCHISANTI II. ALIMENTORVM QVAEST. CVR. SACRAR FECVN. CVR. II. FRVM. COMP. SE VIVO FECIT QVI OB PROMISSAM VENAT. PHETRIS DIVISIT QVINA ML. NVM.

PHEUGŸDROS, i, f. 2. *φεύγυδρος* eadem atque hydrophobia, a *φεύγω fugio* et *ὕδωρ aqua. Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 9. Hydrophobiam alii phobodipson appellant, quod cum timore sitiat: Polybus pheugydron, siquidem aquam fugiat: nos denique aquifugam dicere poterimus. *V.* et voc. seq.

PHEUGŸDRUS, a, um, adject. *φεύγυδρος,* qui aquam fugit. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 15. *ante med.* Polybus hanc passionem memoravit, dicens, aquifugas cito interire, quos pheugydros appellavit. *V.* voc. præced.

PHEUXASPĪDĬON, ii, n. 2. herba eadem ac polion, apud *Apul. Herb.* 57.: videtur esse a *φεῦξις fuga* et *ἀσπίδιον parvus serpens;* quia tineas arcere creditur. *V.* POLION.

PHĬĂLA, æ, f. 1. *tazza, coppa, bicchiere, φιάλη,* poculi genus in superiori parte latius: et fere ex auro, aut alia pretiosa materia. *Juvenal.* 5. 37. ipse capaces Heliadum crustas, et inæquales beryllo Virro tenet phialas: tibi non committitur aurum. *Martial.* 8. 51. Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis? Mentoris hæc manus est, an, Polyclete, tua? *Id.* 3. 41. Inserta phialæ, Mentoris manu ducta, Lacerta vivit, et timetur argentum. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 12. 55. (156). Ulysses et Diomedes erant in phialæ emblemate, Palladium surripientes. Adde *Martial.* 8. 33. et 14. 95. *Inscript.* apud *Henzen.* 5905. NORBIAE AVG. SACR. Q. FABIVS MODESTVS DOMO ROMA DEC. AG. I. AVG. THRACVM PHIALAM ARGENT. P. II. EMBLEM. NORBIAE AVREA VNCIAS DVAS. — De nom. propr. *V.* ONOM.

PHĪDĬTĬA, ōrum, n. plur, 2. *φειδίτια, scil.*

τὰ δεῖπνα, cœnationes, sive convivia apud Lacedæmones, ita dicta a parsimonia, a φείδομαι *parco, parce utor*. Conveniebant enim ad Phiditia conferentes singuli farinæ modium, vini coros octo, casei quinque minas, ficuum quinque semis minas. *Cic.* 5. *Tusc.* 34. 98. Quid? victum Lacedæmoniorum in phiditiis nonne videmus? Ubi quum tyrannus cœnavisset Dionysius, negavit, se illo jure nigro, quod caput cœnæ erat, delectatum. *V. Athen. Dipnos. l.* 4. *c.* 6. et *Pausan. l.* 7. *c.* 1. Alii legunt *philitia* eodem sensu, nam Græce quoque φειδίτια et φιλίτια usurpantur.

PHĬLANTHRŌPĬA, æ, f. 1. φιλανθρωπία, humanitas, amor erga homines, liberalitas: a φίλος *amicus* et ἄνθρωπος *homo*. *Ulp. Dig.* 50. 14. 2. Si quid philanthropiæ nomine acceperit. Meliores libri habent *philantropii*, h. e. præmii, quod proxenetis pro navata opera datur. Itali dicunt la *senseria*. *V.* PROXENETICUM.

PHĬLANTHRŌPĬUM, ĭi, n. 2. *V.* voc. præced.

PHĬLANTHRŌPOS, i, m. 2. lappæ genus, Dioscoridi aparine: a φίλος *amicus* et ἄνθρωπος *homo*, quia vestibus hominum adhærens, eos amare videtur. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 19. 116. (176). et 27. *ibid.* 5. 15. (32). Est *Galium aparine* Linn.

PHĬLARGĬCUS, a, um, adject. amans ollii: a φίλος *amicus* et ἀργικός *otiosus*. *Fulgent.* 2. *Mythol.* 1. Philosophi tripartitam humanitatis voluerunt esse vitam, ex quibus primam theoreticam, secundam practicam, tertiam philargicam voluere, quas nos Latine contemplativam, activam, voluptariam nuncupamus. Hæc mutuatus est ex his *Plutarch. de liber. educat. c.* 10. *a med.* Τριῶν γάρ ὄντων βίων, ἀν ὁ μὲν ἐστι πρακτικός, ὁ δὲ θεωρητικός, ὁ δὲ ἀπολαυσικός, etc. *Philargicus* igitur idem est ac voluptarius. His similia habet *Lactant. Placid.* apud *A. Maium* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 155. *fab.* 206. *V.* CONTEMPLATIVUS.

PHĬLARGȳRĬA, æ, f. 1. φιλαργυρία, avaritia, a φίλος *amicus* et ἄργυρος *argentum, pecunia*. *Isid. Reg. monach.* 33. Philargyriæ contagium abhorreat.

PHĪLĒMA, ătis, n. 3. φίλημα, osculum. Translate accipitur de muliere, quæ totum osculum est, vel omnibus osculanda, et *Philema*, æ, f. 1. declinatur. *V.* SCHEMA. Hinc *Lucret.* 4. 1169. Simula Silena ac satura est; labiosa, philema.

PHILETA. *V.* PHELETA.

PHĬLĔTÆRĬA, æ, f. 1. φιλεταίριον, herba alio nomine polemonia, a certamine regum inventionis. *V.* CHILIODYNAMA.

PHĬLIPPĒUM, i, n. 2. *V.* voc. seq.

PHĬLIPPĒUS, a, um, adject. Φιλίππειος, ad Philippum Macedonum regem pertinens. Hinc — *a) Philippeus nummus*, est nota signatus Philippi regis. *Plaut. Rud.* 5. 2. 27. Octingenti in marsupio nummi aurei infuerunt: Præterea centum Philippeæ minæ in pasceolo seorsus. *Id. Asin.* 1. 3. 1. Unumquodque istorum verbum nummis Philippeis aureis Non potest auferre hinc a me, si quis emptor venerit. *Id. Trin.* 4. 2. 112. An ille tam esset stultus, mihi qui mille nummum crederet Philippeum? *Liv.* 39. 7. Philippeorum aureorum nummorum sedecim millia. *Plaut. Curc. a:* 3. v. 70. Statuam vult dare auream solidam faciundam ex auro Philippeo, *h. e.* ex eo auro, unde cuduntur Philippei nummi. Porro Philippeorum nummorum valor duos fere aureos Gallicos æquasse creditur. — *b) Philippeum* absolute, *h. e.* nomisma, *Varro* apud *Non. p.* 78. 11. *Merc.* Nobilius est Philippeum, quod accepimus, quam quod bibimus, quum alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam. — *c)* De aliis quoque nummis, h. e. alia forma vultuve signatis, dicitur. *V.* PHILIPPUS. *Valerian. Imp.* apud *Vopisc. Aurelian.* 9. *extr.* Ipsi ad sumptus dabis argenteos Philippeos minutulos quinquagenos. Adde *ibid.* 12. *et* 14. — Hinc

Philippeum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, subaudi *nomisma*, *V.* supra sub *b*.

PHĬLIPPUS, i, m. 2. Φίλιππος, rex Macedonum, pater Alexandri M., de quo *V.* in ONOM. Hinc — Metonymice *Philippus aureus* vel absolute *Philippus, i*, m. 2. est nummus Philippeus. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 52. Mille et ducentos Philippos tulimus aureos Epheso, quos hospes debibuit nostro seni. *Id. ibid.* 5. 2. 64. Quadrigentis Philippis filius me et Chrysalus circumduxerunt. Adde *eumd. Pœn.* 3. 5. 26. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 233. incultis qui versibus et male natis Rettulit acceptos, regale nomisma, Philippos. — Dicitur etiam de aliis nummis. *Auson. Epist.* 5. 19. Bis septem rutilos, regale nomisma, Philippos. *Darios* appellat *ibid.* 23. Sic *Valerian.* apud *Trebell. Claud.* 14. Philippeos nostri vultus annuos centum quinquaginta.

PHĪLĪTĬA. *V.* PHIDITIA.

PHĪLŌCĂLĬA, æ, f. 1. φιλοκαλία, amor pulcritudinis: a φίλος *amicus* et καλός *pulcher*: item studium honestatis, elegantiæ, nitoris, urbanitatis in rebus omnibus, in cultu corporis, in conviviis, supellectile, ædibus, convictu etc. *Augustin.* 2. *contra Acad.* 3. et *ibid.* 2. *in fin.* Quid est philosophia? Amor sapientiæ. Quid est philocalia? Amor pulcritudinis.

PHĪLŌCĂLUS, a, um, adject. φιλόκαλος, *amante del bello*, pulcritudinis amator. *Pelagon. Veterin. præf.* Talem autem equum aut comparare, aut e gregibus eligere, philocalum dominum convenit, ut sit exiguo capite etc. Adde *ibid.* 10. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PHĪLŌCHĂRES, is, n. 3. φιλοχαρές, a φίλος *amicus* et χάρις *gratia, venustas*: herba eadem quæ philopæs, et marrubium. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 22. 89. (241).

PHĪLŌGRÆCUS, i, m. 2. φιλέλλην, qui libenter utitur dictionibus Græcis: vox hybrida ex Græco φίλος *amicus*, et *Græcus* Latino. *Varro* 3. *R. R.* 10. 1. Transi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod vos philogræci vocatis ἀμφίβιον.

PHĪLŌLŌGĬA, æ, f. 1. φιλολογία, *studio di belle lettere*, studium eruditionis, seu humaniorum litterarum, quam eruditionem appellat *Sueton. Aug.* 89. etc. *Cic. fil.* 16. *Fam.* 21. Quid de Bruttio dicam? cujus quum frugi severaque est vita, tum etiam jucundissima convictio: non est enim sejunctus locus a philologia et quotidiana συζητήσει. *Cic.* 2. *Att.* 17. Ne et opera et oleum philologiæ nostræ perierit. *Vitruv.* 7. *præf.* Reges Attalici magnis philologiæ dulcedinibus inducti, quum egregiam bibliothecam Pergami instituissent. *et mox.* Homerus poetarum parens, et philologiæ omnis dux. — Proprie est amor sermonis, loquacitas, nimium verborum studium: a φίλος *amicus* et λόγος *sermo*. Hinc *Seneca Ep.* 108. *a med.* Quæ philosophia fuit, facta est philologia.

PHĪLŌLŌGUS, a, um, adject. φιλόλογος, ad eruditionem pertinens. *Vitruv.* 6. *proœm.* Quum et parentum cura, et præceptorum doctrinis auctas haberem copias disciplinarum, philologis et philotechnis rebus, commentariorumque scripturis me delectans, etc. *cose erudite*. — Hinc

Philologus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est studiosus philologiæ. *Cic.* 13. *Att.* 12. In qua nomines nobiles illi quidem, sed nullo modo philologi, nimis acute loquuntur. *Seneca Ep.* 108. *a med.* Quum Ciceronis libros de republica perlegerit hinc philologus aliquis, hinc grammaticus, nunc philosophiæ deditus. *V.* ibi reliqua, unde intrinsecus, quodnam philologi simul et grammatici officium et studium sit. *Sueton. Gramm.* 10. *de Alejo*. Philologi appellationem sumpsisse videtur, quia, sicut Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi vindicavit, multiplici variaque doctrina censebatur. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PHĪLŌMĒLA, æ, f. 1. Φιλομήλη, Pandionis regis Atheniensium filia, quæ in lusciniam mutata fertur: *V.* multa in ONOM. Hinc — Pro luscinia, aut pro quavis ave. *Virg.* 4. *G.* 511. Qualis populea mœrens philomela sub umbra Amissos queritur fetus, quos durus arator Observans nido implumes detraxit. *Cassiod.* 8. *Variar.* 31. Mortalium penatibus fiducialis nidos philomela suspendit, et inter commanentium turbas pullos nutrit intrepida.

PHĪLŌPÆS, ædis, m. 3. amans puerorum: a φίλος *amicus* et παῖς *puer*. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 22. 89. (241). Marrubium nonnulli philopæda vocant. *Philopœda* est Accusativus Græcæ positionis.

PHĪLŌPĂRĂBŎLOS, on, adject. periculosus, ut Curatio philoparabolos apud *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 15. *n.* 131. et 144. *V.* PARABOLANI. Rectius tamen hæc vox Græcis litteris scribitur.

PHĪLŌPȳGISTA, æ, m. 1. φιλοπυγιστής, pædico. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 9. 1. In hac satyra nebulo philopygista quæritur, quod divites cinædi avarissimi sunt.

PHĪLŌSARCA, æ, m. 1. amator carnis: a φίλος *amicus* et σάρξ *caro*. *Johann. Jerosolymit.* apud *Hieronym. advers. eumd. n.* 25. Nos simplices et philosarcas dicere, quod eadem ossa et sanguis et caro resurgat.

PHĪLŌSŌPHA, æ, f. 1. *V.* PHILOSOPHUS, a, um, in fin.

PHĪLŌSŌPHASTER, tri, m. 2. *filosofastro*, malus philosophus. *Augustin.* 2. *Civ. D.* 27. Vir gravis et philosophaster Tullius ædilis futurus clamabat in auribus civitatis, inter cetera sui magistratus officia sibi Floram matrem ludorum celebritate placandam: qui ludi tanto devotius, quanto turpius celebrari solent. *V. Cic.* 7. *Verr.* 14. 36. Sunt tamen qui de lectione dubitant.

PHĪLŌSŌPHĬA, æ, f. 1. *filosofia*, φιλοσοφία, amor et studium sapientiæ: a φίλος *amicus* et σοφία *sapientia*. *Cic.* ita descripsit 2. *Off.* 2. 5. Nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari velis, præter studium sapientiæ. Sapientia autem est, ut a veteribus philosophis definitum est, rerum divinarum et humanarum causarumque, quibus eæ res continentur, scientia. *V. Senec. Ep.* 89. — *a)* Universim. *Cic.* 1. *Legg.* 22. 58. Ita fit, ut mater omnium bonarum rerum sit sapientia, a cujus amore Græco verbo philosophia nomen invenit. *Id.* 3. *Orat.* 16. 60. Quod omnis rerum optimarum cognitio atque in iis exercitatio philosophia nominaretur. *Id.* 1. *Tusc.* 26. 64. Philosophia omnium mater artium quid est aliud, nisi inventum deorum? *Seneca Ep.* 89. Sapientia perfectum bonum est mentis humanæ: philosophia sapientiæ amor est et affectatio. *Cic.* 3. *Fin.* 2. 4. Ars vitæ philosophia. *Id.* 2. *Tusc.* 5. 13. Cultura animi philosophia est. *Id. Brut.* 94. 322. Philosophia mater omnium bene factorum beneque dictorum. *Id.* 3. *Tusc.* 3. 6. Medicina animi philosophia. *Id.* 5. *ibid.* 2. 5. Vitæ philosophia dux, virtutis indagatrix expultrixque vitiorum. *Id.* 2. *ibid.* 1. 4. Philosophia paucis contenta judicibus multitudinem consulto ipsa fugiens eique suspecta et invisa. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 4. 15. Philosophiam a rebus occultis et ab ipsa natura involutis avocare et ad vitam communem adducere. *Id.* 1. *Tusc.* 3. 6. Philosophiæ fontes aperire. *Id. Brut.* 93. 322. Philosophiam complecti. *Id.* 4. *Acad.* 2. *pr.* 2. 6. laudare. *Id.* 1. *Tusc.* 3. 5. illustrare et excitare. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 3. 12. Latinis litteris persequi. *Id. Fin.* 29. 71. pronteri. *Id.* 2. *Tusc.* 2. 4. Philosophiæ vituperatoribus respondere. — *b)* Triplex est, physica, ethica, logica, quo nomine etiam metaphysica a veteribus comprehenditur. Prima rerum naturam scrutatur, secunda animum componit, tertia bene disserendi rationem docet. *Cic.* 1. (*post.*) *et* 2. (*pr.*) *Acad.*, 5. *Fin.*, *Orat.* 14., item *Seneca Ep.* 89., ubi variis ejus divisiones persequitur. De divisione philosophiæ secundum sectas *Cic.* disserit 1. (*post.*) *Acad.*, 1. *Legg.* et 3. *Orat.* — Ita vero dividitur ab *Isid.* 2. *Orig.* 24. Alii definierunt, philosophiæ rationem in duabus consistere partibus, quarum prior *inspectiva* est, secunda *actualis*. Inspectivæ definitionem *V.* in INSPECTIVUS. Porro inspectiva dividitur in naturalem, doctrinalem et divinalem. Actualis dicitur, quæ res propositas operationibus suis explicat, cujus partes sunt tres, moralis, dispen-

sativa et civilis. Civilis dicitur, per quam totius civitatis utilitas administratur. — c) Per antonomasiam, seu per excellentiam philosophiæ nomine ethica, seu moralis intelligitur. *Cic.* 2. *Divinat.* et 1. *Orat.*, et *Seneca* passim. — d) In plur. num. usurpat *Cic.* 3. *Orat.* 27. 107. et *Gell.* 4. 1. et 5. 3. Ille significat sectas Academicorum et Peripateticorum: hic vero priore loco subtiles disputandi rationes, posteriore partes ipsas philosophiæ, dialecticam, ethicen etc. *Madvigius* (*Advers. crit. ad Scriptt. Gr. et Lat. col.* 2. p. 527.) in plur. num. legit etiam illud *Cassii Heminæ* apud *Plin.* 13. *Hist. nat.* 13. 27. (86). In his libris scriptæ erant philosophiæ Pythagoricæ, eosque combustos a Q. Petilio prætore, quia philosophiæ scriptæ erant. *Vulgati libri et* Sillig. *utroque loco* scripta erant: *Palimpsest. a* Pertz. *ed.* scripta eorant.

PHĪLŎSŎPHĪCĒ, adverb. *da filosofo*, philosophorum more. *Lactant.* 3. 14. *ad fin.* Philosophice vivere. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 2. 3. Quæ in laudationibus, in his ipsis antiquitatum prœmiis, philosophice scribere voluimus. *Ita legit* Orellius; *alii aliter: sed V.* Orell. *ad h. l. Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 20. Unde non poetice, sed philosophice Papinius ait etc. *M. Claud. Sacerd.* 1. 124. Philosophice pro merito elementa ordinavit.

PHĪLŎSŎPHĪCUS, a, um, adject. *filosofico*, φιλοσοφικός, ad philosophiam spectans. *Cic.* 5. *Tusc.* 41. 121. A quo non modo impulsi sumus ad philosophicas scriptiones, verum etiam lacessiti. *Il. leg.* philosophas, *ut* Orellius; *alii* philosophicas; Nonius *vero p.* 174. 18. Merc. *et recentiores plerique* philosophiæ. *Seneca* 1. *Controv.* 7. *Argent.* Locus philosophicus. *Macrob.* 7. *Saturn.* 1. *init.* Tamquam debeat servis, vel etiam philosophicis carere tractatibus tale convivium. *Sed* Jan. *ex MSS. leg.* philosophis.

PHĪLŎSŎPHOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Philosophans* et *Philosophatus.* — Philosophari est sapientiæ studere, rerum naturas perscrutari, philosophorum more disputare, *filosofare, studiare filosofia*, φιλοσοφέω. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 1. 1. *et* 2. et 1. *de republ.* 18.; et *Gell.* 5. 15. *et* 16. Philosophari est mihi necesse, at paucis: nam omnino haud placet. Sic *Cic.* 2. *Orat.* 37. 156. Ac sic decrevi philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis: nam omnino haud placet. *Plaut. Capt.* 2. 2. 34. Salva res est: philosophatur quoque jam, non mendax modo 'st. *Id. Merc.* 1. 3. 36. Philosophari numquam didici, neque scio. *Cic.* 1. *Tusc.* 37. 89. Quid opus est in hoc philosophari, quum rem non magno opere philosophia egere videamus? *Id.* 1. *Nat. D.* 3. 5. Unde hoc philosophandi nobis subito studium exstitisset. Nos autem nec subito cœpimus philosophari et quum minime videbamur, tum maxime philosophabamur. *Tertull. de anim.* 3. Per philosophatas doctrinas hominum. *Apul.* 10. *Met. ad fin.* Ecce nunc patiemur philosophantem nobis asinum? *Sidon.* 1. *Ep.* 4. Inter bibendum philosophantes. — Reperitur etiam impers. *Plaut. Pseud.* 2. 3. 21. Sed jam satis est philosophatum.

PHĪLŎSŎPHŪMĒNOS, a, um, particip. φιλοσοφουμένος a φιλοσοφέομαι *philosophorum more disputo.* Est *Claud. Mamert. præf. Stat. an.* Quippiam ex nonnullis philosophumenon regulis quam potuit parciter prælibavit liber primus. Apud *Porphyr.* ad *Horat.* 1. *Ep.* 4. 4. quod mendose legitur: *Silvas libros philosophorum amœnos significat*, ita corrigendum videtur: *Silvas libros philosophumenos significat.* Sic edidit, sed Græcis litteris, *Franc. Pauly*: verum *Acro* ad *Horat. loc. cit. Silvas* libros philosophorum appellat; *salubres*, i. e. amœnas, aut quia salubriores sunt silvæ.

PHĪLŎSŎPHUS, a, um, adject. Primam syllabam poetæ necessitate producunt. *Sidon. carm.* 15. 43. Innumerabilium primordia philosophorum. Adde *ibid.* 182. — Philosophus est ad philosophiam pertinens, philosophicus, *filosofico.* *Pacuvius* apud *Gell.* 13. 8. Ego odi homines ignava opera, philosopha sententia. *Macrob.* 7. *Saturn.* 1. *a med.* Philosophum verbum. *V.* et **PHILOSOPHICUS.** — Hinc

Philosophus, *i*, m. 2. absolute, substantivorum more, *amatore della sapienza, filosofo*, φιλόσοφος, amator sapientiæ, naturæ interpres, magister virtutis, qui rerum cognitione delectatur: a φίλος *amicus* et σοφός *sapiens. Cicero* sic describit 1. *Orat.* 49. 212. Philosophi denique ipsius, qui de sua vi ac sapientia unus omnia pæne profitetur, est tamen quædam descriptio, ut is, qui studeat omnium rerum divinarum atque humanarum vim, naturam causasque nosse, et omnem bene vivendi rationem tenere et persequi, nomine hoc appelletur. Cf. *eumd.* 2. *Divinat.* 58. 119. — Hoc nomen a Pythagora originem habuit. Quum enim Phliuntem venisset, et cum Leonte principe Phliasiorum docte et copiose disseruisset, ejus ingenium et eloquentiam quum admiratus esset Leon, quæsivit ex eo, qua maxime arte confideret; at ille, artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum, respondit. *Cic.* 5. *Tusc.* 3. 8. — Primus philosophus Thales Milesius fuit. *Cic.* 1. *Nat. D.* 10. 25. et *fragm.* apud *Lactant.* 3. 16. *ad fin.* — Ceterum *Plaut. Rud.* 4. 3. 46. GR. Meum quod rete atque hami nacti sunt, meum potissimum 'st. TR. Immo hercle haud est, si quidem quod vas excepisti. GR. Philosophe. *Ter. Andr.* 1. 4. 29. Ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos alere aut canes ad venandum, aut ad philosophos. *Cic.* 3. *Orat.* 16. 61. Quum omnes se philosophi Socraticos et dici vellent, et esse arbitrarentur. *Id. ibid.* 17. 62. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, qui se omnes fere Socraticos esse dicebant, Eretricorum, Herilliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum. *Varro* apud *Non. p.* 56. 15. *Merc.* Nemo ægrotus quidquam somniat tam infandum, quod non aliquis dicat philosophus. *Nepos Att.* 17. Nam et principum philosophorum ita percepta habuit præcepta, ut etc.

Philosopha, æ, f. 1. quæ philosophiam profitetur, vel philosophorum more vivit et disputat. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. *ante med.* Ea villa, quæ nunc est, tamquam philosopha videtur esse, quæ objurget ceterarum villarum insaniam. — Et per appositionem *Imp. Verus* in *epist.* apud *Vulcat. Avid. Cass.* 1. Te philosopham aniculam vocat.

PHĪLOSTORGUS, a, um, adject. φιλόστοργος, propensus in mutuum amorem parentum erga liberos, et liberorum erga parentes: a φίλος *amicus* et στέργω *amo liberos et parentes. Fronto ad Verum Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 7. Simplicitas (*Gavii Clari*), castitas, veritas, fides Romana plane: φιλοστοργία vero nescio an Romana; quippe qui nihil minus in tota mea vita Romæ repperi, quam hominem sincere φιλόστοργον; ut putem, quia reapse nemo sit Romæ φιλόστοργος, ne nomen quidem huic virtuti esse Romanum. *Id.* 1. *ad amic. Ep.* 6. Frugi, probus, philostorgus, cujus rei nomen apud Romanos nullum est.

PHĪLŌTECHNUS, a, um, adject. φιλότεχνος, qui ad optimarum artium studium pertinet: a φίλος *amicus* et τέχνη *ars. Vitruv.* 6. *præf.* Philologis et philotechnis rebus me delectans.

PHILTRŌDES, is, n. 3. φιλτρώδες, *et*

PHILTRŌDŌTES, æ, m. 1. qui philtrum præbet: a φίλτρον *philtrum*, et δότης *dator.* ¶ 1. Ita appellatur herba, quæ et splenium. *Apul. Herb.* 56. ¶ 2. Item quæ peristereos. *Id. ibid.* 65.

PHILTRUM, i, n. 2. *medicamento per far amare, malia*, φίλτρον, amatorium poculum, quod in amorem, et plerumque in insaniam inducit: a φιλέω *amo. Ovid.* 2. *Art. am.* 105. Nec data profuerint pallentia philtra puellis; Philtra nocent animis, vimque furoris habent. *Juvenal.* 6. 609. Hic magicos affert cantus, hic Thessala vendit Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti, Et solea pulsare nates. Adde *Lœvium* poetam apud *Apul. de Mag.*

PHĪLUS, a, um, adject. *amico*, φίλος, amicus. *Petron. Satyr.* 110. Quam facile (*mulieres*) adamarent! quam cito etiam philorum obliviscerentur! *Alii minus recte leg.* filiorum. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PHĪLYRA *et* philura, æ, f. 1. φιλύρα. ¶ 1. Est membrana tenuissima inter corticem et lignum tiliæ arboris: nam Græca vox tiliam significat. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 14. 25. (65). *de tilia.* Inter corticem et lignum tenues tunicæ multiplici membrana, e quibus vincula tiliæ vocantur: tenuissimum eorum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorum honore. *Horat.* 1. *Od.* 38. 2. Displicent nexæ philyra coronæ. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 3. 4. (6). Lemniscos cælare primus instituit P. Claudius Pulcher, bracteasque etiam philyræ dedit, *h. e.* lemnisco tenuissimo aureo adjecit bracteas aureas. *Ovid.* 5. *Fast.* 337. Ebrius incinctis philyra conviva capillis Saltat. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Philyra coci et polline nimium salem cibis eximunt. *Id.* 19. *ibid.* 2. 9. (31). Junco Græcos ad funes usos, postea palmarum foliis philyraque manifestum est. — Etiam ad scribendum philyris tiliarum sunt usi veteres. *Ulp. Dig.* 32. 1. 52. Librorum appellatione continentur omnia volumina, sive in charta, sive in membrana sint, sive in quavis alia materia. Sed et si in philyra aut tilia, ut nonnulli conficiunt, aut in aliquo corio, idem erit dicendum. *Capell.* 2. *p.* 35. Alia (*volumina*) ex papyro, quæ cedro perlita fuerant, videbantur; alii carbasinis voluminibus complicati libri, ovillis multi quoque tergoribus; rari vero in philyræ cortice subnotati. *Inscript.* apud *Fea, Var. di notiz. p.* 172. Philura calculatoria, *h. e.* in qua calculi fiunt. ¶ 2. Dicitur item de tenuissimis papyri membranis, ex quibus charta fit. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 23. (74). *de papyro.* Præparantur ex eo chartæ, diviso acu in prætenues, sed quam latissimas philuras. — *NB.* De nomine Nymphæ *V.* ONOM.

PHĪMUS, i, m. 2. φιμός, fritillus, pyrgus. Quidam legunt in illo *Horatii* 2. *Sat.* 7. 17. Mitteret in phimum talos. *At plerique* pyrgum. Hæc *Porcellinus*: sed recentiores *phimum* legunt. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 14. 6. Fritillus, pyxis cornea, qui phimus dicitur Græce.

PHĪNEUS, i *et* eos, m. 2. et 3. disyllab. Φινεύς, vates Apollineus, a diis excæcatus, de quo *V.* multa in ONOM. Hinc — Metonymice pro quocumque cæco, in plur. num. *Martial.* 9. 26. Si non vis teneros spectet conviva ministros, Phineas invites, Afer, et Œdipodas. *Phineas* est Accusat. plur. Græcæ positionis, Φινέας.

PHLASCA *et* flasca, æ, f. 1. *fiasca, fiasco*, vas vinarium: videtur esse composita vox a φιάλης ἀσκός, *h. e.* phialæ culleus, unde Græci vulgo φλάσκη. *Hesych.* Φλάσκων δέ ἐστι εἶδος ποτηρίου. *Isid.* 20. *Orig.* 6. Phlascæ a Græco vocabulo dictæ. Hæ pro vehendis ac recondendis phialis primum factæ sunt, unde et nuncupatæ. Postea in usum vini transierunt, manente Græco vocabulo, unde et sumpserunt initium. *Id.* in *Gloss.* Phlasca, vas vinarium ex corio.

PHLĔBŎTŎMĀTUS *et* flebotomatus, a, um. *V.* PHLEBOTOMO.

PHLĔBŎTŎMĬA *et* flebotomia, æ, f. 1. *salasso*, incisio venæ, φλεβοτομία: a φλέψ, βός *vena* et τέμνω *seco. Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 18. Si dolor vehemens fuerit, phlebotomiam convenit adhibere. *Veget.* 1. *Veterin.* 14. Si phlebotomia uti volueris.

PHLĔBŎTŎMĪCĒ *et* flebotomice, es, f. 1. φλεβοτομική, phlebotomia. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 3. *a med.* Phlebotomice adhiberi probibetur.

PHLĔBŎTŎMO *et* flebotomo, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Phlebotomatus* et *Phlebotomandus.* — Phlebotomare est incisa vena sanguinem extrahere curationis causa, *salassare, cavar sangue*, φλεβοτομέω. *Veget.* 1. *Veterin.* 24. Admissaries flebotomare non est opus. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 14. Phlebotomat eos, qui etc. Adde 2. *ibid.* 19. *a med. Theod. Priscian.* 1. 10. Oculi phlebotomandi. *Id.* 1. 12. Phlebotomandus erit.

Cœl. Aurel. 2. *Tard.* 13. Deinc erit anceps, utrum irruente rursum tumore phlebotomandi, necne sint ægrotantes: sed phlebotomati apertissime interficiuntur, non phlebotomati magno adjutorio privantur.

PHLĔBŎTŎMUM, i, n. 2. *V.* voc. seq.

PHLĔBŎTŎMUS *et* flebotomus, i, m. 2. *salasso*, φλεβότομον, incisio venæ, phlebotomia: item scalpellum, quo vena inciditur, *lancetta*. *Veget.* 1. *Veterin.* 19. Quæ in cauteriis, vel phlebotomo facienda sunt. *et ibid.* 27. *extr.* Caute transverso phlebotomo percuties. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 19. *a med.* Phlebotomo uti. *Theod. Priscian.* 2. 21. Phlebotomus adhibendus. — Neutro genere. *Isid.* 4. *Orig.* 11. 2. *de instrumentis medicorum.* Phlebotomum ab incisione vocatum. Nam incisio Latine, Græce τομή dicitur.

PHLEGMA *et* flegma, ătis, n. 3. *flemma*, φλέγμα, humor in corpore frigidus et humidus, hieme potissimum exuberans. *Pallad.* 8. *R. R.* 6. Hoc vini genus ventrem purgabit, flegma dissolvet. *Veget.* 2. *Veterin.* 12. Jumentum insaniens multum flegmatis ex ore profundet. *et* 3. *ibid.* 19. Flegma in genibus jumenti curare. — Volunt esse a φλέγω *inflammo*, per antiphrasin, quia minime calidum est: et sunt qui *Plinio* etiam tribuunt 23. *Hist. nat.* 1. 17. (28)., sed, ibi *flemina* legendum est. *Gargil. de pomis*, edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 418. Dulcia (*mela*) vix egeruntur, flegma nutriunt, fellis ardorem movent. *Id. ibid.* Dissolvunt stomachum inhærentem flegmati densissimo. *Hieronym. Ep.* 52. *n.* 6. Ipsi apponunt mappulam, obsident lectum, purulentiam stomachi et phlegmata pulmonis manu propria suscipiunt. Adde *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 14. *n.* 199.; et *Marcell. Empir. c.* 30. *p.* 131. *retro* ed. *Ald.*

PHLEGMĂTĬCUS *et* flegmaticus, a, um, adject. φλεγματικός, phlegmate abundans. *Theod. Priscian.* 4. 2. Omnes viri artus phlegmatico humore sunt corroborati. *Gargil. de pomis n.* 25. edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 425. Pinorum nuclei flegmaticos curant.

PHLEGMON, ōnis, f. 3. φλέγμων, *et*

PHLEGMŌNĒ, es, f. 1. *flemmone*, φλεγμονή, collectio sanguinis in aliqua parte corporis cum rubore, tumore, calore et dolore, quæ quatuor *Cels.* 5. 10. signa inflammationis esse posuit: a φλέγω *inflammo*. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 4. 13. (24). Raphanos tusos phlegmone illinere. *Al. et ipse* Sillig. *leg.* phlegmoni, *ut sit* phlegmon, onis. Adde *Veget.* 6. *Veterin.* 28. 17. *Schneid.*

PHLEOS. *V.* PHEOS.

PHLŎGĪNOS, i, m. 2. φλέγινος, gemma colore flammeo: a φλέγω *inflammo*. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 66. (179).

PHLŎGĪTES, æ, m. 1. φλογίτης, gemma eadem, quæ phlogitis. *Solin.* 37. *extr.* Phlogites ostentat intra se quasi flammas æstuantes. Cf. *Isid.* 16. *Orig.* 14. 9.

PHLŎGĪTIS, ĭdis, f. 3. φλογῖτις, gemma, in qua intus ardere flamma quædam videtur, quæ non exeat. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 73. (189). *V.* vocem præced.

PHLŎGĬUM *et* plogium, ĭi, n. 2. φλόγιον, est nomen collyrii, quod fit ex floribus violæ, quæ phlox dicitur. V. *Plinii loc. cit.* in PHLOX. *Inscript.* apud *Tòchon. Cach. des Oculist. p.* 70. C. IVNII TAVRI PLOGIVM AD GENAS ET CLARITATEM.

PHLŎMIS, ĭdis, f. 3. φλομίς, herba hirsuta, rotundis foliis, humilis, quasi parvum verbascum. Ejus tria genera recenset *Plin.* 25. *Hist. nat.* 10. 74. (121)., et tertium genus ait habere folia crassa et pinguia, aptaque lucernarum luminibus: unde et lychnitis dicta est.

PHLŎMOS, i, m. 2. φλόμος, herba eadem quæ verbascum. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 10. 73. (120). Adde *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 22. *n.* 130. *et* 132.; et *Marcell. Empir. c.* 36. *p.* 140. *retro* ed. *Ald.*

PHLOX, phlŏgis, f. 3. φλόξ, ογός, Græce flammam significat: a φλέγω *incendo*. Est etiam nomen violæ silvestris, colore flammeo. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 11. 38. (64). — Unde *phlogium* est collyrii genus ex phlogis floribus. *V.* PHLOGIUM.

PHŎBA, æ, f. 1. φόβη, ex *Theophrast. Hist. plant. l.* 8. *c.* 4. arundinacea coma fragum omnium, quæ ad milii similitudinem surgunt. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 10. (53)., ubi *Sillig.* legit *phoba*, alii *obba*, alii *opsa*. *V.* OBBA.

PHŎBŎDIPSOS, i, f. 2. φοβόδιψος, morbus idem atque hydrophobia. V. *Cœl. Aurel. loc. cit.* in PHEUGYDROS, i.

PHŌCA, æ, *et* phōcē, es, f. 1. *vecchiomarino*, φώκη, vitulus marinus, belua, quæ corio et pilis tecta est, canum modo coit, parit in terra pecudum more, et sono instar bovis mugit (est *Phoca vitulina* Linn.). *Plin.* 9. *Hist. nat.* 7. 6. (19). *et ibid.* 13. 15. (41). *Virg.* 4. *G.* 432. Sternunt se somno diversæ in litore phocæ. *et ibid.* 395. *de Proteo.* et turpes pascit sub gurgite phocas. *Ovid.* 1. *Met.* 300. Deformes phocæ. *et* 2. *ibid.* 267. Corpora phocarum summo resupina profundo Exanimata jacent. — Fingunt poetæ, Protea vehi curru, quem junctæ phocæ trahant. *Val. Flacc.* 2. 319. — Fabulantur etiam unum quemdam nepotem Cephisi ab Apolline in hunc piscem conversum. *Ovid.* 7. *Met.* 388. Cephison procul hinc deflentem fata nepotis Respicit in tumidam phocen ab Apolline versi.

PHŌCIS, ĭdis, f. 3. φωκίς, apud Chios genus est piri, quam si lambat aut mordeat capra, utiliorem fieri, scribit *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (237)., quum aliæ arbores ea injuria fiant deteriores, aliæ moriantur. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PHŒBAS, ădis, f. 3. mulier Phœbi vates, quæ ejus numine concepto furere et bacchantis more agitari, et futura prædicere credita est. Eadem et Pythia dicitur. *Lucan.* 5. 128. Limine terrifico metuens consistere Phœbas. *et ibid.* 155. tandemque potitus Pectore Cirrhæo non unquam plenior artus Phœbados irrupit Pæan. *V.* ibi reliqua, et adde *Sil. It.* 15. 282. ubi Phœbas Iliaca est Cassandra. Sic *Ovid.* 2. *Amor.* 8. 12. Serva Mycenæo Phœbas amata duci. Adde *eumd.* 2. *Trist.* 400.; *Propert.* 3. 11. 61.; *Seneca Agam.* 586. *et* 710.; et *Sidon. carm.* 15. 2. et *carm.* 5. 194.

PHŒBĔUM, i, n. 2. Φοιβεῖον, Phœbi templum, quod nomen dedit loco Spartæ adjacenti. *Liv.* 34. 38.

PHŒBĬGĔNA, æ, m. 1. Phœbi filius. *Virg.* 7. *Æn.* 773. *de Æsculapio.* Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad undas. Adde *Seren. Sammon.* 12. 186. *et* 20. 364.

PHŒNĪCĀTUS, a, um. *V.* PHŒNICIATUS.

PHŒNĪCĒ, es, f. 1. φοῖνιξ. ¶ 1. Est herba, quam Latini hordeum murinum appellant, quidam hodie sterilem avenam. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 65. (135). Sillig. *legit* phœnice; *alii vero* phœnicea. ¶ 2. Ita etiam appellatur a pluribus Arctus minor, quæ a Græcis Arctophylax, a nonnullis Canis cauda vocatur, quam Sidones adspicientes continuo navigant. *Vet. Scholiast.* ad *Germanic. Arat.* 21. *V.* SEMICINGO.

PHŒNĪCĔA, æ, f. 1. *V.* voc. præced.

PHŒNĪCĔUS *et* fœniceus *et* pœniceus, a, um, adject. *rosso, rosseggiante*, Phœniceus color, φοινικοῦν χρῶμα, idem qui spadiceus, et badius. *Gell.* 2. 26. *ad fin.* Phœniceus, et rutilus, et spadix phœnicei συνώνυμος, exuberantiam splendoremque significant ruboris: quales sunt fructus palmæ arboris, non admodum sole incocti: unde spadici et phœniceo nomen est. Hic *Gell.* ostendit notationem nominis: nempe a φοῖνιξ *palma*. Differt a *purpureo*, qui proprie ad nigrum magis accedit. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 23. 94. (164). Aut phœniceum florem habet, aut purpureum, aut lacteum. *V.* tamen quæ in ea voce dicemus. — *Phœniceum colorem* Latini aliquando *pœniceum*, et *puniceum* dixere, et secundam syllabam corripuerunt; derivarunt enim *pœnicus* et *punicus*, quas voces vide suo loco. *V.* BABYLONICUS. — Hinc

Phœniceum, ĕi, vel *phenicium, ĭi*, n. 2. absolute, substantivorum more, est pannus phœniceo colore. *Marcell. Empir. c.* 25. *p.* 122. ed. *Ald.* Ad ischiadem physicum remedium. Testudinis aquaticæ crus præcide, et phœnicio involutum, ex ea parte qua quis ischiadem patitur, adpone. *Id. c.* 22. *p.* 119. Lacertam vi idem prende, et de acuta parte cannæ jecur ei tolle, et in phœnicio vel panno naturaliter nigro alliga, atque ad dextram partem lateris aut brachii laboranti epatico suspende.

PHŒNĪCĬAS, æ, m. 1. Φοινικίας, ventus spirans media regione inter ortum brumalem et meridiem. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 46. (120). *Alii hic leg.* Phœnix: *at* Sillig. *leg.* phœnicias *collato* Aristot. 2. Meteor. 6. *p.* 364. *V.* EURONOTUS.

PHŒNĪCĬĀTUS, a, um, adject. *V. Pressus a, um*, in fin. verbi PREMO.

PHŒNĪCĪNUS *vel* fœnicinus, a, um, adject. φοινίκινος, idem ac phœniceus. *Edict Diocletian. p.* 25. Mellis optimi Ital. P. unum [illegible] quadraginta, mellis secundi Ital. P. unum [illegible] viginti, mellis phœnicini Ital. P. unum [illegible] octo.

PHŒNĪCĪTES, h. e. φοινικίτης οἶνος, vinum ex phœnicobalanis, ut videtur. *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 18. Sin vero confici vina placuerit, fit myrtinum, fit œnanthinum, fit cum mespilis, fit cum sorbis, fit phœnicites.

PHŒNĪCĪTIS, ĭtidis, f. 3. gemma ex balani similitudine appellata, inquit *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 66. (180).

PHŒNĪCĬUS, a, um, adject. ad phœnicem arborem pertinens, h. e. qui fit e fructibus palmæ, quæ Græce φοῖνιξ dicitur: *V.* PHŒNICE 1. *Gargil. de pomis* 26. edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 426. Fit ex iis (*palmis*) emplastrum nutrificum, quod phœnicium appellatur.

PHŒNĪCŎBĂLĂNUS, i, m. 2. φοινικοβάλανος, h. e. palma cum nucleo, palmæ Ægyptiæ fructus præ maturitate nigrescens, vescentesque inebrians. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 22. 47. (103). Adde *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 4. *n.* 62. et 5. *ibid.* 10. *n.* 125.

PHŒNĪCOPTĔRUS, i, m. 2. φοινικόπτερος, species avis rubentes pennas habentis. Suapte natura nomen adjectivum est, et commune, quod significat pennas habens punicei coloris: ex φοῖνιξ, qua colorem notat puniceum, et πτερόν *penna*. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 48. 68. (133). Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse, Apicius docuit nepotum omnium altissimus gurges. *Martial.* 13. 71., cujus lemma *Phœnicopterus*. Dat mihi penna rubens nomen, sed lingua gulosis Nostra sapit. Quid, si garrula lingua foret? *Id.* 3. 58. *de eod.* Nomenque debet quæ (*avis*) rubentibus pennis. *Seneca Ep.* 110. *a med.* Quod non desideras milliarios apros, nec linguas phœnicopterorum, et alia portenta luxuriæ. *Lamprid. Elagab.* 20. Exhibuit et Palatinis ingentes dapes extis mullorum refertas, et cerebellis phœnicopterum, et perdicum ovis etc. *Cels.* 2. 18. In media materia numerari debere ex quadrupedibus leporem, aves omnes usque ad phœnicopterum, pisces omnes etc. *Juvenal.* 11. 139. Et Scythicæ volucres et phœnicopterus ingens.

PHŒNĪCŪRUS, i, m. 2. φοινίκουρος, *codarossa*, avis a caudæ rubore sic dicta. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 44. (86). Erithacus hieme, idem phœnicurus æstate.

PHŒNIX, ĭcis, m. 3. φοῖνιξ, est avis in Arabia nobilis, de qua *Plin.* 10. *Hist. nat.* 2. 2. (3). Haud scio, inquit, an fabulosus, unus in toto orbe, nec visus magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cetero purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis fauces caputque plumeo apice honestari. Hæc *Plin.*, qui deinde ex sententia aliorum narrat, nulli visum vescentem, sacrum Soli esse, vivere annis DXL., senescentem casia turisque surculis construere nidum, replere odoribus (addunt alii, accendere Solis radiis, alarum agitatu), et superemori: ex ossibus deinde et medullis ejus nasci primo ceu vermiculum, inde fieri pullum, principioque justa fu-

nera priori reddere, et totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbem, et in ara ibi deponere: Q. Plautio, Sex. Papinio Coss. h. e. anno v. c. DCCLXXXIX. devolavisse in Ægyptum: allatum etiam esse in Urbem Claudii principis censura, A. U. DCCC. et in Comitio propositum. Similia his multa habes apud *Solin.* 33., *Tac.* 6. *Ann.* 28., et *Aurel. Vict. Cæsar.* 4. Describitur etiam a *Claudian.* et *Ovid.* 15. *Met.* 391. et *seqq.* Varie de longitudine vitæ ejus varii prodiderunt: et falsum denique esse, tum *Plin.*, tum *Tac. locis citatis*, merito suspicantur. *Ovid.* 2. *Amor.* 6. 54. Et vivax Phœnix, unica semper avis. *Claudian.* 2. *Laud. Stilich.* 417. Unicus extremo Phœnix procedit ab Euro. *Id. epist. ad Seren.* 15. Venit et extremo Phœnix longævus ab Euro. *Stat.* 2. *Silv.* 4. 36. senio nec fessus inerti Scandit odoratos Phœnix felicior ignes. *Ovid.* 15. *Met.* 393. Assyrii Phœnica vocant. *Inscript.* sepulcralis apud *Henzen.* 7411. SIT MIHI TERRA LEBIS SET TAMEN AD MANES FOENIX ME SERVAT IN ARA QVI MECVM PROPERAT SE REPARARE SIBI. *Seneca Ep.* 42. Vir bonus, tamquam phœnix, semel anno quingentesimo nascitur. — De vento *V.* PHŒNICIAS. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PHŌNASCUS, i, m. 2. φωνασκός. *Phonascus V.* in fin. — Phonascus, It. *maestro di declamazione*, est vocis exercitator, vocis pronunciationisque magister et moderator: a φωνή *vox* et ἀσκέω *exerceo. Varro* apud *Non. p.* 176. 30. *Merc.* Phonascus adsum, vocis suscitabulum. *Sueton. Aug.* 84. Pronunciabat dulci et proprio quodam oris sono, dabatque assidue phonasco operam, *h. e.* qui vocem intorquere, remittere, lenire, exasperare docebat. *Id. Ner.* 23. Conservandæ vocis gratia nihil quidquam serio jocoque egerit, nisi adstante phonasco, qui moneret, parceret arteriis. *Quintil.* 11. 3. 19. Sed cura non eadem oratoribus, quæ phonascis. Ubi *Turneb.* Illi vocem efficiunt mollem et teneram: quum orator desideret fortem et durabilem. *Inscript.* apud *Gruter.* 1089. 9., quæ est apud *Orell.* 2635. TI. CLAVDIVS QVI. MACEDO PHONASCVS. — Interdum phonascus dicitur præcentor in choro canentium, quem ducem carminis *Apul.* de *Mundo* vocat, *maestro di cappella. Sidon.* 4. *Ep.* 11. *in carm.* Psalmorum hic modulator, et phonascus. ubi contra naturam Græcæ vocalis ω, primam corripuit.

PHŌNĒMA *et* fonema, ătis, n. 3. φώνημα, dictum, sententia. *Fronto de eloq.* (edente literum *A. Maio*) *p.* 236. Nam illic quoque in philosophiæ disciplinis, ubi tutum sibi perfugium putant, Platonis fonemata erunt audienda.

PHŌNOS *et* phonus, i, m. 2. φόνος, cædes. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 16. 56. (95). Atractylis sanguineum succum fundit: qua de causa phonos vocatur a quibusdam. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PHORCUS, i, m. 2. φόρκος, nomen piscis cujusdam, apud *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (150). *Alii leg.* porcus.

PHORMĬO, ōnis, m. 3. φόρμιον, sporta, teges, storea. *Donatus* in *Ter. Phorm.* 1. 2. 72. Phormio non a formula, sed a phormio dicitur sparteo, quem nos æronem dicimus trivialiter et pro consuetudine. *Id. ibid. prol.* 27. scribit phormium dici tegeticulum, quo pavimentum insternitur. Porro φορμίον Græce est deminut. a φορμός, sporta, corbis, item teges, storea. *Ulp. Dig.* 33. 7. 12. *ante med.* Centones, phormiones, spongias, et hamas. Sunt qui scribunt *formiones.* — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PHOSPHŌROS *et* phosphorus, i, m. 2. *Lucifero*, Φωσφόρος, Lucifer, stella Veneris matutino tempore. Nam vespere eadem *Hesperus* vocatur. Est a φῶς *lumen* et φέρω *porto. Cic.* 2. *Nat. D.* 20. 53. Græcis litteris *Martial.* 8. 21. Phosphore, redde diem. *Capell.* 9. *p.* 305. Hesperus intactam servet licet usque puellam, Nuptam videbis, Phosphore. *V. Catulli loc. cit.* in HESPERUS.

PHRAGMATICUS, a, um, adject. *Phragmaticum jumentum* legitur apud *Veget.* 5. *Veterin.* 29. *init.*; *Schneiderus* autem nescit, an *emphragmaticus* legendum sit. Viderint eruditi.

PHRAGMĪTIS, is, f. 3. φραγμίτης, ὁ, genus calami, seu arundinis tenuis et gracilis: ita appellatum a φράγμα *sæpes*, quia circa sæpes nascitur. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 52. (141). Phragmitis radix recens tusa luxatis medetur.

PHRAGMOS, i, m. 2. φραγμός, sæpimentum. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 17. Medicantes Græco nomine (*ileon*) phragmon vocant.

PHRĀSIS, is, f. 3. *frase, locuzione, stile*, φράσις, dictio, stilus, elocutio, genus elegans et ornatum loquendi: a φράζω *dico*, *loquor.* A *Quintil.* 8. 1. 1. dicitur Latine elocutio, *et* 10. 1. 87. corpus eloquentiæ. Macer, *inquit*, et Lucretius legendi quidem, sed non ut phrasim, idest corpus eloquentiæ faciant. *Seneca* 3. *Controv. proœm. de Albucio.* Splendor orationis, quantus nescio an in ullo alio fuerit: non lexis magna, sed phrasis.

PHRĒNĒSIS, is, f. 3. *frenesia*, φρένησις, insania, furor: a φρήν, φρενός *mens. Seneca* 1. *Ira* 13. Dic et phrenesin et insaniam viribus necessariam, quia sæpe validiores furor reddit. *Juvenal.* 14. 136. Quum furor haud dubius, quum sit manifesta phrenesis. *Seren. Sammon.* 7. 90. et *Prudent. Hamartig.* 125. secundam corripuere: qua in re imitandi non sunt. *V.* PHRENITIS.

PHRĒNĒTĬCUS *et* phrĕnĭtĭcus, a, um, adject. *frenetico*, φρενητικός, qui phrenesi laborat. *Cic.* 1. *Divinat.* 38. 81. Ego autem haud scio, an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis. *Martial.* 11. 28. Invasit medicus Nasica phreneticus Eucli, etc. *Varro* apud *Non. p.* 46. 9. *Merc.* ventos vocat phreneticos Septentrionum filios. Adde *Plin.* 24. *Hist. nat.* 6. 16. (25). et 26. *ibid.* 11. 72. (118). Sic *Cels.* 3. 18. Ex phreniticis alii hilares, alii tristes sunt. *Cæl. Aurel. Acut. præf. n.* 8. Phreniticam passionem illam esse dixit etc. Adde *eumd.* 1. *Acut.* 10. *init.*

PHRĒNĬON. *V.* PHÆNION.

PHRĒNĪTĬCUS. *V.* PHRENETICUS.

PHRĒNĪTIS, ĭtĭdis, f. 3. *frenesia, pazzia, delirio*, φρενῖτις, phrenesis, morbus, in quo febris cum insania. *Cels.* 3. 18. Phrenitis tum demum est, quum continua dementia esse incipit; aut quum æger, quamvis adhuc saplat, tamen quasdam vanas imagines accipit: perfecta est, ubi mens illis imaginibus addicta est. *Alii leg.* phrenesis. Certa est lectio apud *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 1. *n.* 6. et 7. et 8. etc.

PHRĒNĪTĬZO, as, are, n. 1. *freneticare*, φρενιτίζω, phrenesi laboro. *Cæl. Aurel. Acut. præf.* Phrenitizandi causas dicere.

PHRŌNĒSIS, is, f. 3. φρόνησις, prudentia (*Cic.* 1. *Off.* 43. 153. Prudentia, quam Græci φρόνησιν dicunt). Hoc nomine appellatur mater Philologiæ apud *Capell.* 2. *p.* 27. Verum secretum cubiculi repente Phronesis mater irrumpit. *et p.* 28. At cingulum, quo pectus annecteret, sibi prudens mater exsolvit: et, ne Philologia ipsius Phronesis careret ornatibus, ejus pectori, quo verius comeretur, apposuit.

PHRŸGĀNĬON, ĭi, n. 2. animal quoddam, quod se ignorare *Plin.* 30. *Hist. nat.* 11. 30. (103). fatetur, quum tamen remedio esse quartanis febribus ex Chrysippo commemoret. Fortasse nomen habuit a φρύγανον *virgultum*, vel ab ejus deminutivo φρυγάνιον *parvum virgultum.*

PHRŸGĬO, ōnis, m. 3. *ricamatore*, φρύγιος, qui acu pingit, vel qui vestes auro intexit: a *Phrygibus*, qui artificio vestes acu pingendi nobiles erant, atque adeo artem hanc invenisse existimantur, ut auctor est *Servius* ad *Virg.* 3. *Æn.* 484. et 9. *ibid.* 614. et *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 74. (195). his verbis: Acu facere id Phryges invenerunt: ideoque Phrygiones appellati sunt. *Harduin.* probante *Sillig.* ex MSS. omnib. leg.: *ideoque Phrygioniæ appellatæ sunt*, subaudi *vestes. Titinius* apud *Non. p.* 3. 10. *Merc.* Phrygio fui primo, beneque id opus scivi: reliqui acus aciasque hero atque heræ nostræ. *Varro ibid.* ex lectione *Scalig.* Phrygio qui pulvinar poterat pingere, sollar lævigabat. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 34. Stat fullo, Phrygio, aurifex, lanarius. *Id. Men.* 2. 3. 72. Pallam illam ad Phrygionem ut deferas, ut reconcinnetur, atque ut opera addantur, quæ volo. *V.* BARBARICARII.

PHRŸGĬŌNĬUS, a, um, adject. *V.* in dictione præced.

PHRYNĪCHĬUS, a, um, adject. ad Phrynicum pertinens. *Mar. Victorin.* 2. *p.* 2532. *Putsch.* Quod genus, si hexametrum sit, Phrynichium de auctoris tragœdiographi nomine nuncupabitur, aptum canendis laudibus Cereris et Liberi. Adde *Servium* in *Centim. p.* 1823.

PHRŸNĬON, ĭi, n. 2. φρύνιον, herba, quæ et poterion dicitur, et neuras, large fruticans, spinis retorrida, lanugine spissa, foliis parvis, rotundis, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, flore longo herbacei coloris: seminis nullius usus, sed gustu acuto et odorato. Invenitur in aquosis collibus. Radices habet duas aut tres binum cubitorum in altitudine, nervosas, candidas, firmas. Nomen habet a φρῦνος, rubeta, quia contra hujus venenum auxilio est. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 97. (122). *et* 25. *ibid.* 10. 76. (123).

PHRŸNOS, i, m. 2. φρῦνος, rubeta venenata, in vepribus vivens. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 5. 18. (50).

PHTHIR. *V.* PHTHITARUS.

PHTHĪRĬĀSIS, is, f. 3. *mal di pidocchi*, φθειρίασις, morbus pedicularis, quo, corrupto sanguine, nascuntur in homine animalia exesura corpus, ut *Plin.* loquitur 26. *Hist. nat.* 13. 86. (138)., ubi tradit, eo Sullam dictatorem consumptum fuisse. *Id. ibid.* Phthiriasi resistitur uvæ taminiæ succo. *Id.* 20. *ibid.* 6. 23. (53). Allium phthiriases et porrigines compescit. *Id.* 25. *ibid.* 5. 25. (61). Elleboro phthiriasis emendatur. *Id.* 24. *ibid.* 10. 47. (79). Lacrima hederæ psilotrum est, phthiriasimque tollit. Adde *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 75. *extr. V.* PEDICULARIS. — *Cels.* 6. *n.* 15. φθειρίασιν vocat, quum inter pilos palpebrarum pediculi nascuntur.

PHTHĪRŌPHŌROS, i, f. 1. φθειροφόρος, genus piceæ nucleos ferentis: a φθεὶρ *nucleus* et φέρω *gigno. Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 19. (49).

PHTHĪSĬCUS, a, um, adject. *tisico*, φθισικός, phthisi laborans. *Vitruv.* 2. 9. *sub fin.* Resina, quæ medetur phthisicis. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 6. 21. (46). Sanguinem vero exsercantibus et phthisicis succus prodest. Adde *eumd.* 24. *ibid.* 16. 92. (145). et 28. *ibid.* 17. 67. (230). et alibi. *Scribon. Compos.* 186. Minutatimque per tabem, quasi phthisici, consumuntur. *Martial.* 11. 21. Phthisicus cinædus. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 26. Phthisica passio. Adde *eumd.* 2. *Tard.* 9.; *Marcell. Empir. c.* 23. *p.* 119. *retro* ed. *Ald.*; et *Theod. Priscian. l.* 2. *part.* 2. *c.* 8.

PHTHĪSIS, is, f. 3. *tisica, tisichezza*, φθίσις, tabes, morbus totius corporis, quo ex pulmonum vitio macies cum febri, tussi et sputo purulento totum corpus paullatim extenuat et consumit: a φθίω *corrumpo. Seneca Ep.* 91. *ante med.* Invadit temperantissimos morbus, validissimos phthisis. *Id. Ep.* 75. *a med.* Destillatio una, nec adhuc in morem adducta, tussim facit: assidua et vetus phthisim. *Colum.* 6. *R. R.* 14. 1. *de morbis boum.* Est etiam illa gravis pernicies, quum pulmones exulcerantur: inde tussis et macies, et ad ultimum phthisis invadit. *Juvenal.* 13. 95. Et phthisis, et vomicæ putres, et dimidium crus, etc. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 7. 21. (38). Peculiariter pulmonibus, et quos ab his phthisis tentat, radix herbæ consiliginis medetur. *Id.* 19. *ibid.* 5. 26. (86). Phthisim cordi intus inhærentem depellere. *At* Sillig. *leg.* φθειρίασιν *ex MSS. et ex* Plin. Valerian. 4. 1., *qui hunc locum exscripsit. Id.* 20. *ibid.* 6. 23. (53). Phthisim extenuat allium. *Aliter omnino legit* Sillig. *Id.* 31. *ibid.* 6. 33. (62). Phthisi affectus. — Gen. *phthiseos* Græca positione apud *Marcell. Empir. c.* 16. *p.* 107. *retro* ed. *Ald.* Quum autem ad omnia, quæ supra dixi, manifeste (*hoc medicamentum*) prosit, tum præcipue ad initia phthiseos benefacit.

PHTHĪSISCENS, entis, particip. ab inusit. *phthisisco*, phthisicus fieri incipiens. *Sidon.* 5. *Ep.*

14. Jecorosis ac phthisiscentibus medicabilis piscina.

PHTHĪTARUS, i, m. 2. nomen piscis nostris temporibus incogniti. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 53. (150). *At* Sillig. *leg.* phthir. *V.* adnotat ad h. l.

PHTHŎË, es, f. 1. φθόη, tabes. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 14. *init.* Phthisis, sive, ut plerique appellant, phthoe, quod corporis faciat defluxionem, sive corruptionem.

PHTHONGUS, i, m. 2. φθόγγος, sonus: a *φθέγγομαι vocem edo, sono.* In musica est sonus et vox unius tenoris, quæ a proximo uno integro, aut dimidio intervallo distinguitur, *voce, tuono.* Item plurium sonorum conformatio, vel gravis vel acuta et incitata vel inter has media, qua ratione Pythagoras apud *Plin.* 2. *Hist. nat.* 22. 20. (84). planetarum motus explicabat, et Saturnum dicebat Dorio moveri phthongo, Jovem Phrygio, etc. *V.* LYDIUS. Ex *Plinio* eadem fere habet *Capell.* 2. *p.* 44. V. *Kopp.* ad *h. l.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PHTHŎRĬUS, a, um, adject. φθόριος, corrumpendi, seu exstinguendi vim habens: a φθορά *pernicies. Plin.* 14. *Hist. nat.* 16. 19. (110). Hoc vinum phthorium vocant, quoniam facit abortus. V. *Dioscor.* 5. 77.

PHU, duo diversa significat: scilicet

A) Phu, n. indeclin. φοῦ, est nardus Cretica, quæ et agria nardus dicitur, herba folio olusatri, caule cubitali, geniculato, in purpura albicante, radice obliqua villosaque, et imitante avium pedes. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 12. 26. (45).; *Scribon. Compos.* 176. *et* 177.; et *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 114. ed. *Ald.* Secundum *Silthorp.* est *Valeriana Dioscoridis.*

B) Phu est interjectio malum odorem aspernantis. *Plaut. Pseud.* 5. 2. 5. Phu! in malam crucem. Alii leg. *phui,* alii *fu,* eodem sensu. Dicitur et *fi.* V. *Charis.* 2. *p.* 213. *Putsch.* et *Priscian.* 15. *p.* 1024. *V.* FI et FUE. Ceterum *Fleckeisen.* apud *Plaut. loc. cit.* legit: Fu, malam i in crucem.

PHUI. *V.* voc. præced. sub *B.*

PHY, interjectio mirantis, teste *Donato* ad illud *Ter. Adelph.* 3. 3. 59. Phy! domi habuit, unde disceret. *Priscian.* 15. *p.* 1024. *Putsch.* recenset inter eas, quas vocat illiitteratorum sonituum imitationes, ut *haha, heu, ohe, au* etc. *V.* FI et FUE.

PHŸCIS, ĭdis, f. 3. φυκίς, piscis verno tempore varii coloris, reliquis anni partibus candidus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 26. 42. (81). Est a *φυκίον alga,* quia in ea nidificat. Secundum nonnullos est *Petromyzon fluviatilis* Linn.

PHŸCĪTIS, ĭdis, f. 3. φυκῖτις, gemma algæ colorem referens: a *φυκίον alga. Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 66. (180).

PHŸCOS, i, n. 2. φῦκος, frutex marinus, idem ac fucus, folio lato, colore viridi, nascens in vadis haud procul litore. Aliud genus capillaceo folio, simile fœniculo, in saxis nascens; tertium gramini simile, radice geniculata et caule qualiter calami. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 25. 48. (135). *et* (136). et 26. *ibid.* 10. 66. (103).

PHŸLĂCA, æ, f. 1. *prigione,* φυλακή, carcer: item locus in ædibus urbanis, in quo vincti custodiuntur servi. Vox Græca, a φυλάττω *custodio. Plaut. Capt.* 3. 5. 93. Illic abductus est recta in phylacam, ut dignus est.

PHŸLĂCISTA, æ, m. 1. φυλακιστής, carceris custos: a φυλάττω *custodio. Plaut. Aulul.* 3. 5. 44. Trecenti quum stant phylacistæ in atrils. Ubi translate intelligit importunos creditores, qui non minus custodiunt debitores suos, quam custos carcere detentos.

PHŸLACTĒRĬUM, ii, n. 2. φυλακτήριον, amuletum. Apud Hebræos erat membrana continens verba Decalogi, quam complicatam et ligatam gestabant in fronte, et in brachio sinistro, ut viderentur legem Dei semper habere ante oculos, et diligenter custodire: qua de re *Hieronym.* 4. *in Matth.* 23. 5. — Pro amuleto quocumque. *Marcell. Empir.* 8. *ad epiphor. et lippitud.* etc. Dolorem oculorum ut non patiaris, *etc.* de tribus cerasis lapillos pertundes, et lino inserto pro phylacterio uteris. Adde *eumd. c.* 14. *p.* 104. *retro* ed. *Ald.* — Item pro torque, seu tesseris torqui adnexis, quas palæstritæ et gladiatores pro victoriarum numero ex collo suspensas ferebant. *V.* SPECTATUS. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 3. 68. Et est sensus: En tibi, o Romule, rustici tui in omnem diffundi luxum jam didicerunt, et palæstris frui, et phylacteriis. Nam et niceteria phylacteria sunt, quæ ob victoriam fiebant, et de collo pendentia gestabantur. Alii mendose leg. *syllacteriis* et *syllacteria* pro *fylacteriis* et *fylacteria,* mutata scilicet Græcorum littera φ in Latinorum *f,* ut *fama* pro Dorico *φάμα.* V. *Ducang. Gloss. med. et inf. Latinit.* in *Filaterium.*

PHŸLARCHUS, i, m. 2. φύλαρχος, tribunus, vel tribuum princeps, regulus, dynasta: a φυλή *tribus* et ἄρχων *princeps. Cic.* 15. *Fam.* 1. Jamblichus phylarchus Arabum. *Ammian.* 24. 2. Malechus phylarchus Saracenorum Assanitarum. *Sex. Ruf. Breviar.* 14. Phylarchi Saracenorum in Osroene superati cessere. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PHYLLANTHES, is, n. 3. φυλλανθές, herba ex genere aculeatarum, sed mitioribus aculeis, ab radice tantum foliata, apud *Plin.* 21. *Hist. nat.* 16. 59. (99). Est a φύλλον *folium* et ἄνθος *flos.*

PHYLLĪNUS, a, um, adject. ad arborem phyllidis (*V.* voc. seq.), h. e. amygdali pertinens. *Marcell. Empir. c.* 35. *p.* 138. ed. *Ald.* Oleum phyllinum.

PHYLLIS, ĭdis, f. 3. Φυλλίς, filia Lycurgi regis Thracum, Demophoontis amore capta, quæ laqueo vitam finivit et in arborem amygdalum conversa est: *V.* plura in ONOM. Hinc — Metonymice de arbore amygdali. *Pallad. de insit.* 149. Phyllis odoratos primævis floribus artus Discissi pruni cortice fixa tegit. Adde *ibid.* 61. *et* 97.

PHYLLON, i, n. 2. φύλλον, Græca vox, quæ folium, aut frondem significat. ¶ 1. A Græcis vocatur herba in saxosis montibus, mas, et femina: hæc magis herbacei coloris, caule tenui, radice parva, semine rotundi papaveris simili: mas semine tantum differens, quod est incipientis olivæ. Hæc *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 100. (125). ¶ 2. Alia est, quæ et leucacantha, et ischias, et polygonaton dicitur, radice cyperi. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 16. 18. (40).

PHŸMA, ătis, n. 3. φῦμα, tuberculum furunculo simile, sed rotundius et planius, sæpe etiam majus. *Cels.* 5. 28. *n.* 9., ubi plura de eo. Adde *eumd.* 5. 18. *n.* 23. *et* 33. Est autem a *φύω nascor,* quia est ex iis, quæ sponte enascuntur, sine externa causa.

PHYNON, ŏnis, m. 3. φύνων, nomen est collyrii, cujus conficiendi rationem tradit *Cels.* 6. 6. *n.* 20. At *Targa* reposuit ex MS. *chiron,* ita fortasse appellatum a Chirone Centauro.

PHŸRĀMA, ătis, n. 3. φύραμα, lacrimæ genus, ex metopio arbore stillans, pingue et resinosum. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 23. 49. (107). Est autem a *φυράομαι misceo,* et proprie mixturam significat, quia quum in terram decidat, miscetur terræ calculis et sordibus. Alterum lacrimæ genus, nobilius et pretiosius, vocant thrauston, θραυστόν, masculi turis simile: a θράω *frio, frango,* quasi fragmentum, aut particula friando detrita.

PHŸSĂLIS, ĭdis, f. 3. Græca vox φυσαλίς *bulla, aquæ bulla,* a φῦσα (quocum confer. Lat. *pusula, pustula*) *sufflatio, ventus.* Est herbæ nomen apud *Marcell. Empir. c.* 26. *p.* 124. *retro* ed. *Ald.* Herbæ physalidis baccas ternas per triduum glutiat. *Quænam vero herba fuerit, viderint eruditi.*

PHŸSĒMA, ătis, n. 3. *bolla,* bulla, vesica, inflatum quiddam, velut abortus quidam margaritarum. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 54. (108). de *margaritis.* Si vero etiam tonuerit, pavidas ac repente compressas, quæ vocant physemata, efficere, speciem modo inani inflatam sine corpore: hos esse concharum abortus.

PHŸSĒTER, ēris, m. 3. φυσητήρ, belua ex balænarum genere, in mari Gallico et Indico. Nomen habet a *φυσάω flo,* quod non ore, sed fistulis quibusdam in vertice prope oculos positis, ingentem aquarum vim eructet. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 4. 3. (8). Maximum animal in Indico mari pistrix, et balæna est, in Gallico Oceano physeter, ingentis columnæ modo se attollens, altiorque navium velis diluviem quamdam eructans. *Seneca Hippol* 1030. Qualis per alto vehitur Oceani freta Fluctus refundens ore physeter capax. — Proprie significat fistulam, *cannello. Pelagon. Veterin. ad fin.* Fundum œnophori vitrei in pulverem mollissimum redige, et ei (*equo*) per physeterem in pupulam eumdem pulverem sparge. *Hic* ex vitio sæculi, seu librarii imperitia *fiseterem* scribitur.

PHŸSĪCA, æ, *vel* Physice, es, f. 1. *fisica,* φυσική, scientia naturalis, idest quæ circa res naturales versatur. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 7. 25. Sed enitar, ut Latine loquar, nisi in hujuscemodi verbis, ut philosophiam, aut rhetoricam, aut physicam, aut dialecticam appellem, quibus, ut aliis multis, consuetudo jam utitur pro Latinis. *Alii leg.* physicen. Adde *eumd.* 3. *Fin.* 21. 72. et 22. 73. *V.* PHYSICE.

PHŸSĪCA, ōrum. *V.* PHYSICUS in fin.

PHŸSĪCĒ, adverb. *fisicamente,* more physicorum. *Cic.* 3. *Nat. D.* 7. (18). Quæ a te physice dicta sunt de vi ignea. *Alii et ipse* Orellius *illud* phisyce *ajunt esse Vocativum.* Certior est lectio apud *eumd. Cic.* 1. *Divinat.* 55. 126. Ex quo intelligitur, ut fatum sit non id, quod superstitiose, sed id, quod physice dicitur, causa æterna rerum, cur etc.

PHŸSĪCŪLĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *physiculo,* physice inquirendo examinatus, ut Physiculatæ extorum prosiciæ apud *Capell.* 1. *p.* 5. At omnino legendum *fissiculatæ. V.* FISSICULO.

PHŸSĪCUS, a, um, adject. φυσικός. Nimis licenter produxit primam *Sidon. carm.* 15. 101. Physica vel logico, logicum vel jungit ad ethos. *V.* MACISCO. — Physicus, a *φύσις natura,* est naturalis, sive ad rerum naturam pertinens. *Cic.* 2. *Divinat.* 59. 122. Aut geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare. *Id.* 2. *Nat. D.* 21. 54. Physica ratio. *Marcell. Empir. carm. de medic.* 19. Quæ curis hominum physicorum inventa pararint. — *Venus Physica* videtur esse, quæ γεννητικοῖς μορίοις utriusque sexus præesse putabatur, quas partes *φύσιν* Græci, naturam Latini dicunt. *Inscript.* Pompejis reperta, edita vero a *Fleetwood Syllog. inscr. p.* 32. et a *C. Rosin. Dissert. isagog. p.* 60. IMPERIO VENERIS PHYSICAE IOVI O. M. ANTISTIA METHE ANTISTII PRIMIGENII EX D. D. *h. e.* Antistia Methe Antistii Primigenii uxor desiderio concipiendæ e marito, et prolis generandæ donum dedicat Jovi O. M., ex decreto seu permissu decurionum. V. *Orell.* ad *Inscript.* 1370. et præcipue *Avellino, Bullett. archeol. Napol. ann.* IV. *p.* 91. — Hinc

Physica, ōrum, n. plur. φυσικά, absolute, substantivorum more, sunt res naturales, scientia naturalis, libri, in quibus de rebus naturalibus disseritur. *Cic. Orat.* 34. 119. Quem etiam quo grandior sit, et quodammodo excelsior, ne physicorum quidem esse ignarum volo. Adde *eumd.* 1. *Fin.* 6. 17. et 5. *de republ.* 3.

Physicus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, *fisico, filosofo,* φυσικός, philosophus naturalis, seu qui physicæ dat operam, qui rerum naturam rimatur, vel, ut *Cic. Tim.* 1. definit, acer investigator et diligens earum rerum quæ a natura involutæ videntur. *Id.* 1. *Nat. D.* 30. 83. Non pudet igitur physicum, idest speculatorem venatoremque naturæ, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium veritatis? *Varro* 1. *R. R.* 40. 1. Si sunt semina in aere, ut ait physicus Anaxagoras.

PHŸSĪCUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

PHŸSĬOGNŌMON, ŏnis, m. 3. *chi sa di fisonomia, fisonomista,* φυσιογνώμων, qui hominum mores ex vultu et corpore cognoscit. *Cic. Fat.*

5. 10. Quid? Socratem nonne legimus, quemadmodum notarit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? Est a φύσις *natura* et γνώμων *cognoscens*.

PHȳSĬOGNŌMŌNĪCUS, a, um, adject. φυσιογνωμονικός, *fisionomico*, pertinens ad artem judicandæ indolis hominum ex oris forma. *Boeth. Analyt. prior. Aristot.* 2. 28. *p.* 521. *in lemmate.* De syllogismo physiognomonico. — *Fulgent. Contin. Virg. init.* Secundus (*Georgicon liber*) physiognomonicus et naturalis, *h. e.* in quo naturales rerum qualitates inspectione dijudicantur.

PHȳSĬŌLŌGĬA, æ, f. 1. φυσιολογία, scientia, quæ de naturis rerum disserit, eadem ac physica. *Cic.* 1. *Nat. D.* 8. 20. Hunc ceuses primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiam? *Id.* 1. *Divinat.* 41. 90. Qui et naturæ rationem, quam physiologiam Græci appellant, notam sibi esse profitebatur. *Hoc secundo loco Græcis litteris rectius scribas, probante* Orellio.

PHȳSĬŌLŌGĬCĒ, adverb. secundum naturam. *Tertull.* 2. *ad nat.* 12. Sed elegantes quidam sibi videntur physiologice per allegoricam argumentationem de Saturno interpretari tempus esse, et ideo Cælum et Terram parentes, ut et ipsos origini nullos, et ideo falcatum, quia tempore omnia dirimantur.

PHȳSĬŌLŌGĬCUS, a, um, adject. ad physiologiam pertinens. *Tertull.* 2. *ad nat.* 4. Sed quid ego cum argumentationibus physiologicis? *Augustin.* 7. *Civ. D.* 5. De naturali enim (*theologia*) paucissima præloquitur (*Varro*) in hoc libro: in quo videbimus, utrum per interpretationes physiologicas ad hanc naturalem possit referre civilem, quam de diis selectis ultimam scripsit.

PHȳSĬŌLŌGŪMĒNUS, a, um, adject. φυσιολογούμενος, qui de rerum natura agit. Est titulus operis Democriti, celeberrimi philosophi Abderitæ. *Fulgent.* 3. *Mithol.* 7. Sicut Democritus in Physiologumenis scripsit.

PHȳSĬŌLŌGUS, a, um, adject. φυσιολόγος, qui de rebus ad naturam pertinentibus tractat. *Fulgent.* 2. *Mithol.* 4. Sicut Juba in Physiologis narrat. — Hinc

Physiologus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui etiam Italice *fisiologo* dicitur, qui nempe naturæ arcana inquirit et interpretatur. *Fulgent.* 2. *Mithol.* 16. Melissus Euboicus omnium physiologorum sententias disputavit etc.

PHȳSĬŌLŌGUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

PHȳSIS, is, f. 3. φύσις, Græce naturam significat. ¶ 1. Generatim. *Vet. carm.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 474. *Burmann.* O Priape potens, amice, salve, Seu cupis genitor vocari, et auctor Orbis, aut physis ipsa, Panque, salve. ¶ 2. Speciatim, vel concreto, uti ajunt, sensu *physes* appellari ait *Plin.* 37. *Hist. nat.* 12. 74. (195). quasdam gemmas proprio nomine carentes, quia ipsius naturæ admirationem in se continent. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PHȳTEUMA, ătis, n. 3. φύτευμα, herba amatoria. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 99. (125). Phyteuma quale sit, describere supervacuum habeo, quum sit usus ejus tantum ad amatoria.

PI

PĬĀBĬLIS, e, adject. *che si può espiare*, qui piari potest et purgari. *Ovid.* 3. *Fast.* 289. Cui Dea: ne nimium terrere: piabile fulmen Est, ait, et sævi flectitur ira Jovis.

PĬĂCŬLĀRIS, e, adject. *purgativo, espiatorio, soddisfattorio,* καθάρσιος, vim habens expiandi, purgandi placandi, satisfaciendi pro scelere admisso. *Varro* 6. *L. L.* 30. *Müll.* Prætor, qui tum fatus est, si imprudens fecit, piaculari hostia facta piatur. *Liv.* 1. 26. *ad fin.* Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, transmisso per viam tigillo, velut sub jugum misit juvenem. — Absolute. *Id.* 42. 3. *sub fin.* Ut piacularia Junonis fierent. — *Piacularia auspicia,* inquit *Festus p.* 244. 14. *Müll.,* appellabant, antiqua loquendi consuetudine, quum aut hostia ab ara fugit, aut percussa mugitum dedit, aut in aliam, quam oportuit, partem corporis cecidit. Scilicet quia piaculari sacro opus erat ad tristia illa avertenda. — *Piacularis porta* Romæ appellabatur propter aliqua piacula, quæ ibidem fiebant. *Idem p.* 212. 27. — Urbane *Plaut. Epid.* 1. 2. 36. Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam? ut meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum?

PĬĂCŬLĀRĬTER, adverb. ita ut piaculo opus sit, impie. *Tertull. Pudic.* 22. *extr.* Piacularıter negare. *Alii leg.* peculiariter.

PĬĂCŬLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. expio, piaculis placo. *Cato R. R.* 141. Mars Pater, te hisce suovetaurilibus piaculo.

PĬĂCŬLUM, i, n. 2. *Piaclum* syncope est apud *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 219. — Piaculum est sacrum piaculare, et quidquid ad piandum et purgandum pertinet, ἁγισμός, καθάρσιον (It. *espiazione, purgazione, sacrifizio in soddisfazione di peccato*; Fr. *expiation, sacrifice expiatoire*; Hisp. *expiacion, sacrificio*; Germ. *das Sühnmittel, Versöhnungmittel*; Angl. *an expiation, expiatory sacrifice, atonement*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 139. Porco piaculo facere. *h. e.* piaculum facere porcum immolando: vel facere porco (h. e. sacrificare porco) in piaculum seu piaculi causa. Sic *ibid.* 140. Si fodere velis, altero piaculo, eodem modo facito. *Liv.* 8. 10. *ex vet. formula.* Signum in terram defodi, et piaculum hostia cædi. *h. e.* cæsa hostia piaculum fieri. *Cic.* 2. *Legg.* 22. 57. Habendas triduum ferias, et porco femina piaculum pati. *Horat.* 1. *Od.* 28. 33. precibus non linquar inultis, Teque piacula nulla resolvent. *Gell.* 4. 5. Fulgur piaculis luere.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice, vel concreto, uti ajunt, sensu est ipsa res, quæ piaculi causa adhibetur. *Virg.* 6. *Æn.* 153. Duc nigras pecudes; ea prima piacula sunto. *Ovid.* 6. *Met.* 569. et inane sepulcrum Constituit, falsisque piacula Manibus infert. — Hinc metaphorice. *Liv.* 21. 10. *a med.* Nec dedendum solum (*Hannibalem*) id piaculum rupti fœderis, sed, si nemo deposcat, devehendum in ultimas oras, etc. ¶ 2. Item pœna. *Liv.* 29. 18. *a med.* Dea suum templum aut tutata est, aut a violatoribus gravia piacula exegit. *h. e.* pœnas repetiit piaculi loco. Eodem modo locuti sunt *Justin.* 8. 2. 6.; *Sil. It.* 13. 702.; et *Val. Max.* 1. 1. *n.* 14. ¶ 3. Item ipsum scelus piaculo purgandum, *scelleraggine, peccato. Virg.* 6. *Æn.* 568. Quæ quis apud Superos, furto lætatus inani, Distulit in seram commissa piacula mortem. *Plaut. Truc.* 2. 1. 13. Piaculum est, misereri nos hominum rem male gerentum. *Fabius Pictor* apud *Gell.* 10. 15. *de flamine Diali.* Si quis ad verberandum ducatur, si ad pedes ejus supplex procubuerit, eo die verberari piaculum est. *Ennius* apud *Festum p.* 145. 26. Palam mutire, plebejo piaculum est. *Tac.* 1. *Ann.* 30. Solutus piaculo. *Plin. Paneg.* 37. *in fin.* Nec sine piaculo quodam sanctissimas necessitudines scindi. *Liv.* 39. 47. *in fin.* Ut si quid minus factum sit, quam debuerit, tum quoque sine piaculo rerum prætermissarum fiat. *h. e.* sine culpa, et obligatione satisfaciendi. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (116). Sed quo te, M. Tulli, piaculo taceam? quove maxime excellentem insigni prædicem? ¶ 4. Item triste augurium, maleficium, periculum, quod piaculo egeat. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 8. 46. (84). Vettonica herba tantum gloriæ habet, ut domus, in qua sit, tuta existimetur a piaculis omnibus.

PĬAM, syllabica adjectio, quæ extra compositionem nihil significat, in compositione aliquid addit significationi dictionis, cum qua componitur, ut *quispiam, uspiam. Vossius* etiam in *Usque* meram vocis productionem esse putat. *Dacerius* ad *Festum p.* 254. 28. *Müll.* docet, Oscos dixisse *piam*, pro *quam*, ut *pilpit* pro *quidquid*: inde esse *quispiam, nuspiam, uspiam* pro *quisquam, nusquam, usquam.* Hoc idem docet etiam *Car. Od. Müllerus de Etrusc. T.* 1. *p.* 31.

PĬĀMEN, ĭnis, n. 3. idem ac piamentum. *Ovid.* 2. *Fast.* 19. Februa Romani dixere piamina patres.

PĬĀMENTUM, i, n. 2. *purgazione,* καθάρσις, expiatio, actus expiandi: item id ipsum, quo in expiando utebantur, ut *Festus* ait *p.* 213. 26. *Müll.*

I.) Proprie. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 4. 11. (30). Hac evulsa, scrobem repleri vario genere frugum, religio est ac terræ piamentum. *et ibid.* 9. 59. (107). Favis ante et melle terræ ad piamentum datis.

II.) Translate. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 1. 2. (3). Ut Polycrati Samio felicitatis suæ, quam nimiam fatebatur etiam ipse, satis piamenti in unius gemmæ voluntario damno videretur. *Seneca Consol. ad Helv.* 16. Fuerim tantum doliturae domus piamentum.

PĬĀTIO, ōnis, f. 3. piamentum, expiatio. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (27). In mensa id reponi, adolerique ad Larem, piatio est.

PĬĀTRIX, ĭcis, f. 3. dicebatur sacerdos, quæ expiare erat solita, quam quidam simulatricem, alli sagam, alii expiatricem vocant, ut *Festus p.* 213. 23. *Müll.* docet. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 101. Tum piatricem clementer non potest quin munerem. — *Simulatrix* dicta est, quia quæ in sacris suis vera repræsentare non poterat, ficta et simulata adhibebat. *Virg.* 4. *Æn.* 512. Sparserat et latices simulatos fontis Averni. Ubi *Servius*: In sacris, quæ exhiberi non poterant, simulabantur, et erant pro veris. At *Müllerus* illud *simulatricem* apud *Festum* loc. cit. in *simpulatricem* mutandum arbitratur, collato *Paul. Diac. p.* 337. 10. *Müll.*

PĬĀTUS, a, um. *V.* PIO.

PĪCA, æ, f. 1. κίττα (It. *pica, gazza*; Fr. *pie*; Hisp. *pico*; Germ. *die Elster*; Angl. *a pie, magpie*), est avis magnitudine palumbis, alis vario colore, et præsertim cæruleo depictis, humana imitans verba. In has aves fabulantur poetæ mutatas esse Pierides, idest novem filias Pieri et Euippes, quod cum Musis certare ausæ essent, indeque illis pristinam loquacitatem humanæque linguæ studium remansisse. *Pers. prol. in fin.* Quod si dolosi spes refulserit nummi, Corvos poetas et poetrias picas Cantare credas Pegaseium melos. *V. Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 50. (98). *et ibid.* 42. 59. (118).; et *Ovid.* 5. *Met.* 294. et *seqq.* et 663. et *seqq.*; et *Martial.* 14. 76. — Est et alia pica, sub ventre alba, superius nigra, cauda longa, quæ varia appellatur, quæ ab Apennino Romam versus *Plinii* ætate cerni cœpit. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 41. (76). Eadem et monedula dicitur. *V.* MONEDULA. — Apud *Festum p.* 206. 2. *Müll.* phica et pica sphingem significat, Græce φίκα et φίγα. At *Müllerus* legit *fica.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĬCĀRĬA, æ, f. 1. locus ubi pix effoditur, (est enim pix quædam fossilis, teste *Plin.* 16. *Hist. nat.* 12. 23. (59)). vel ubi coquitur. *Cic. Brut.* 22. 85. Liberi, societatis ejus, quæ picarias redemisset. *Alii leg.* picearias, *alii* peccuarias. *Ulp. Dig.* 50. 16. 17. Vectigal salinarum, metallorum, et picariarum. Ita *Torrentin.*, alli *piscariarum.* Sed quum *Cic. loc. cit.* de silva Sila in Bruttiis agat, Bruttia autem pix celeberrima sit (*V.* BRUTTIUS in ONOM.), *Ciceronis* lectio *picarias* et *Ulpiani* altera *picariarum* minime est sollicitanda.

PĬCĀTRIX, ĭcis, f. 3. πιττοίτρια, παρατίλτρια, quæ pilorum succrescentem segetem pice calente suburit. *V.* PISCATRIX, et RESINARIA.

PĬCĀTUS, a, um, *V.* PICO.

PĬCĀTUS, i, m. 2. *Festus p.* 206. 2. *Müll.* Picati appellantur quidam, quorum pedes formati sunt in speciem sphingum, quod eas Dorli picas vocant. *Alii leg.* picas, *alii* phicas. *V.* PICA *extr.*

PĪCEA, æ, f. 1. πεύκη, genus arboris picem

fundens: a voce Græca allata, unde etiam nostrates vulgo *pezzo* dicunt, et Etruscis *picea*, quam tamen eamdem esse non affirmaverim (*Pinus silvestris* Linn.). *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 18. (40). Picea montes amat atque frigora, feralis arbor, et funebri indicio ad fores posita, ac rogis virens: jam tamen et in domos recepta, tonsili facilitate. Hæc plurimam resinam fundit, interveniente candida gemma, tam simili turis, ut minus visu discerni non queat. *et mox* (41). Piceæ rami pæne statim ab radice modici, velut brachia lateribus inhærent. *et mox* (42). Materies piceæ ad fissiles scandulas cupasque et pauca alia secamenta. *et ibid.* 19. (46). Picea minus alta, quam larix. Illa crassior leviorque cortice, folio villosior, pingulor, et densior, mollioque flexu. At piceæ rariora siccioraque folia, et tenuiora, ac magis algentia: totaque horridior et perfusa resina: lignum abieti simillius. *et ibid.* 24. 38. (90). Folia insecta pectinum modo piceæ, abieti. *et mox* (91). pungentia pino, piceæ, abieti, larici. *Ovid. Heroid.* 12. 67. Est nemus et piceis, frondibus ilicis atrum.

PĬCĔĀRĬA. *V.* PICARIA.

PĬCĔASTER, stri, m. 2. picea silvestris. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 20. 25. (127). Fit e piceæ resina, in Hispania autem e piceastris minime laudata. *Harduin.* habet *pinastris*, quam lectionem tuetur et *Sillig.*

PĬCĔĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *piceo*, pro quo est *pico*, πισσόχριστος, pice illitus. *Martial.* 8. 59. Non fuit Autolyci tam piceata manus. Ubi *piceatam manum* dicit pro furaci, quasi quæ picis instar quod tangit, auferat. (Sic *Catull.* 25. 9. Quæ nunc tuis ab unguibus reglutina, et remitte.) Al. et recentiores plerique leg. *piperata*: quod explicare conatur *Barthius* ad *Claudian.* 2. *in Rufin.* 438. et *l.* 14. *Adversariar. c.* 14. *V.* GLUTINEUS.

PĬCĔUS, a, um, adject. *di pece, nero come la pece*, πισσώδης, qui est ex pice, et qui picis instar niger est. *Virg.* 2. *G.* 308. *de igne.* Et totum involvit flammis nemus, et ruit atram Ad cælum picea crassus caligine nubem. *Id.* 3. *Æn.* 572. *de Ætna.* Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem, Turbine fumantem piceo, et candente favilla. *et* 9. *ibid.* 75. piceum fert humida lumen Tæda. *et ibid.* 813. toto corpore sudor Liquitur, et piceum flumen agit. *Ovid.* 11. *Met.* 549. inducta piceis e nubibus umbra Omne latet cælum. *Val. Flacc.* 2. 115. piceus nimbus. *et ibid.* 517. piceum cælum. *et* 3. *ibid.* 439. Tum piceæ mactantur oves. *Martial.* 2. 41. dentes piceique, buxeique. *Lucan.* 10. 491. piceo unguine tinctus. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 33. 61. (143). Imber piceus crassusque. *Capell.* 7. *p.* 237. Ac tunc oborto terrigenis mussantibus murmure puer ille piceus jussus admonere silentium. *h. e.* Harpocrates, quippe Ægyptius. V. *Kopp.* adnotat. ad *h. l.* et SUBFUSCULUS.

PĬCĪNUS, a, um, adject. Picina uva, a colore picis dicta, omnium nigerrima est, teste *Plin.* 14. *Hist. nat.* 3. 4. (42)., ut quidem legit *Harduin.* et *Sillig.* ex MSS. — Picinum oleum. *V.* PISSINUS.

PĬCĪTUS, a, um. *V.* voc. seq. in fin.

PĬCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pix). Part. *Picans* 1.; *Picatus* 1. et 2. — Picare est pice linire, πιττόω (It. *impegolare, impeciare*; Fr. *enduire de poix, poisser, goudronner*; Hisp. *embrear, empegar, bañar con pez*; Germ. *mit. Pech geschmieren, verpichen, theeren*; Angl. *to pitch, daub or lay over with pitch*). ¶ 1. Stricto sensu est pice linire. *Cato R. R.* 25. Dolia picata, lacus vinarius picatus. Sic *Colum.* 11. *R. R.* 2. 70. Dolia partim picata, partim defricata. et *Sueton. Claud.* 16. Picare dolia. *Virg. Cop.* 11. Est et vappa cado nuper diffusa picato. *Colum.* 12. *R. R.* 18. 3. Et ferventissima pice infusa novo alio rutabulo et scopula picatur. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 48. (166). Tofum cura tuentur, picando parietes. *Vitruv.* 7. 4. Interiores tegularum partes curiosius picentur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 7. 6. (16). Pissoceros super eam venit, picantium modo, ceu dilutior cera. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate, ut aliis placet, *vinum picatum* dicitur, quod pice conditum est. Solebat enim musto in primo fervore (qui fere novem diebus peragitur) pix aspergi, ut odor vino conciliaretur, et quoddam saporis acumen. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 19. 24. (120). *et ibid.* 20. 25. (124).; et *Colum.* 12. *R. R.* 23. 1. *et* 2. — Fuit et vinum picatum naturale ex uva picata, quæ natura picis odorem et saporem habebat, in agro Viennensi. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (18). et *ibid.* 2. 4. (26). *Id.* 23. *ibid.* 1. 24. (47). Ad omnia hæc utilius id, quod sponte naturæ suæ piceum resipit, picatumque appellatur. *Martial.* 13. 107., cujus lemma *Picatum vinum.* Hæc de vitifera venisse picata Vienna, Ne dubites. — *Mali picati* et *piciti*, h. e. pice obducti pro terminis positi, apud *Auct. Gromat. p.* 349., 307., 346. et 361. *Rudorff.*

PĬCRA, æ, f. 1. videtur esse medicamentum ex aloe, quod Græce πικρὰ ἱερά dicitur. *Theod. Priscian.* 1. 19. *ante med.* Præungendum est vulnus picræ solutione. *Id. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 1. *ad fin.* Peracto igitur cyclo, aliqui hieram adhibuerunt, quam alii picram appellaverunt. et *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 113. *retro* ed. *Ald.* Hæc antidotos hiera dicitur. Hoc enim nomen tribuit ei propter duas causas, ut existimo: unam, ne nomen ejus verum dicendo, ostenderet quæ esset; dicitur enim a quibusdam picra, quia amara est, a quibusdam diacolocynthidos: alteram, quod ideo inditum est, quo magis sub tanta specie nominis commendaret medicamentum. *V.* HIERA et HIERACIUM.

PĬCRĬDĬÆ, ārum, f. plur. 1. picrides, lactucæ agrestes. *Augustin. Serm. ad Catechum. de cataclysm.* 4. *ad fin. V.* vocem sequent. 1.

PĬCRIS, idis, f. 3. πικρίς. ¶ 1. Est lactucæ, vel cichorei agrestis genus: a πικρός *amarus. Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 38. (126). Pessimum autem genus cum exprobratione amaritudinis appellavere picrida. ¶ 2. Est et alia herba hoc nomine, toto anno florens, rotundo folio. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 17. 65. (105). et 22. *ibid.* 22. 31. (66).

PICTĂCĬUM. *V.* PITTACIUM.

PICTĬLIS, e, adject. pictus, ornatus. *Apul.* 10. *Met.* Asinus phaleris aureis, et frenis argenteis, et pictilibus balteis exornatus.

PICTOR, ōris, m. 3. (pingo) *pittore, γραφεύς.* ¶ 1. Generatim est qui pingit, seu picturam exercet. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 7. 20. Multa vident pictores in umbris et in eminentia, quæ nos non videmus. *Horat. Art. P.* 9. pictoribus atque poetis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Adde *Varron.* 3. *R. R.* 17. 4. *Inscript.* apud *Orell.* 4262. Pictor quadrigularius. *Alia* apud *eumd.* 2636. Pictor scænarius. — *Val. Max.* 5. 1. *ad fin.* vocat *pictorem Alexandrinum*, quem *Diodor. Sic.* in *Excurs.* 1. apud *A. Maium lib.* xxx. *c.* 8. *p.* 84. appellat Δημήτριον τοπογράφον, h. e. Italice *dipintore di carte topografiche.* V. *Annal. dell'Institut. archeol. ann.* 1845 *p.* 278. Cf. *Varron.* 1. *R. R.* 2. 1. Offendi ibi (*h. e.* in æde Telluris) C. Fundanium-et C. Agrium-et P. Agrasium-spectantes in pariete pictam Italiam. — De priscis pictoribus multa *Plin.* 35. *Hist. nat. c.* 8. *et seqq.* et *Quintil.* 12. 10. 3. ¶ 2. Speciatim *pictor* dicitur, qui *ricamatore* Italice appellatur. *Coripp.* 2. *Laud. Justin.* 280. Illic (*scilic.* in veste) barbaricas fluxa cervice phalangas, Occisos reges subjectasque ordine gentes Pictor acu tenui multa formaverat arte. *V.* PINGO I. 2.

PICTŌRĬUS, a, um, adject. ad pictores pertinens. *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 3. Poetica et pictoria licentia. *Julian. Dig.* 38. 1. 23. Fabriles, vel pictoriæ operæ. *Marcell. Empir. c.* 26. *p.* 124. *retro* ed. *Ald.* Sil pictorium.

PICTŪRA, æ, f. 1. ars pingendi, γραφική (It. *pittura*; Fr. *l'art de peindre, la peinture*; Hisp. *el arte de pintar, pintura*; Germ. *das Malen, die Malerei*; Angl. *the art of painting, painting*).

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Orat.* 7. 26. Una est ars ratioque picturæ, dissimillimique tamen inter se Zeuxis, Aglaophon, Apelles. *Id.* 1. *ibid.* 16. 73. Ut qui aliquid fingunt, etsi tum pictura nihil utuntur, tamen, utrum sciant pingere, an nesciant, non obscurum est: sic etc. *Id. Brut.* 18. 70. Similis in pictura ratio est: in qua Zeuxim et eorum, qui non sunt usi plus quam quatuor coloribus, formas et lineamenta laudamus. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 3. 5. (15). De picturæ initiis incerta, nec instituti operis quæstio est. *Id. ibid.* 3. 6. (17). Jam enim absoluta erat pictura etiam in Italia. *et ibid.* 2. 2. (4). Imaginum quidem pictura, qua maxime similes in ævum propagabantur figuræ, in totum exolevit. *Apul. de Mundo.* Pictura ex discordibus pigmentorum coloribus imagines usque imitatur.

II.) Translate. ¶ 1. Est fucus, pigmentum, quo mulieres faciem illinunt, *belletto. Plaut. Most.* 1. 3. 104. PH. Tum tu igitur cedo purpurissam. SCA. Non do: scita es tu quidem: nova pictura interpolare vis opus lepidissimum? *h. e.* pigmento corrumpere vis faciem pulcherrimam? ¶ 2. Metonymice accipitur pro tabula, vel tela, vel alia re picta. *Cic.* 6. *Verr.* 1. 1. Nego, ullam picturam neque in tabula, neque textilem fuisse, quin conquisierit, inspexerit, quod placitum sit, abstulerit. *Id. Orat.* 11. 36. In picturis alios horrida, inculta, abdita et opaca; contra alios nitida, læta, collustrata delectant. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 7. 20. Adhibita vero exercitatione et arte, ut oculi pictura teneantur. aures cantibus etc. *Inscript.* apud *Henzen.* 6630. FL. ANTIGONVS *vir perfectissimus praepositus* COLYMBVM NEMVS VETVSTATE LAPSVM TESTACIO PICTVRIS AC STATVIS CVM OMNI CVLTV ADORnavit. — *Lucret.* 2. 35. Textilibus si in picturis ostroque rubenti Jacteris. *tele ricamate.* Sic de opere musivo dixisse videtur *Virg. Cul.* 64., ubi tamen alii aliter interpretantur. ¶ 3. De imagine, quæ verbis repræsentatur. *Cic.* 5. *Tusc.* 5. 13. Iste chorus virtutum in equuleum impositus imagines constituit ante oculos cum amplissima dignitate, ut ad eas cursim perrectura, nec eas beata vita a se desertas passura videatur. Quum autem animum ab ista pictura imaginibusque virtutum ad rem veritatemque traduxeris etc. Adde *eumd. ibid.* 39. 114.

PICTŪRĀTUS, a, um, adject. pictura exornatus, *pitturato, dipinto, ποικιλόγραπτος.* ¶ 1. Vestes picturatæ dicuntur, quæ acu pictæ sunt. *Virg.* 3. *Æn.* 483. Fert picturatas auri subtemine vestes. Ad hæc *Servius*: Picturatas participium sine verbi origine, vel a feminino genere derivatum pro pictas, i. e. pictura decoratas. ¶ 2. Item variis coloribus exornatus. *Stat.* 6. *Theb.* 58. picturatus floribus ager. *Claudian. epist. ad Seren.* 3. picturatæ volucres.

PICTUS, a, um. *V.* PINGO.

PĬCŪLA, æ, f. 1. deminut. picis. Translate usurpatur de strigmento puerili, seu sordibus, quas a corpore puerorum oleo unctorum in balneis aut palæstra deradebantur: Græcis vocatur γλοιὸς παιδικός, cujus meminit bis *Pelagon. Veterin.* 26. *ante med.*, ejusque virtutem prædicat *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 13. (50). *V.* STRIGMENTUM. *Apul. Herb.* 36. Ipsam herbam cum nitro, et axungia, et picula ex aceto teres. Adde *Veget.* 1. *Veterin.* 11., 2. *ibid.* 46. et 3. *ibid.* 16. 70. *et* 71.; *Marcell. Empir. c.* 36. *p.* 139. *retro* ed. *Ald.*; et *Theod. Priscian.* 4. *p.* 315. V. *Schneid.* ad *Veget.* 5. *Veterin.* 70. 3.

PĬCUS, i, m. 2. ¶ 1. Est avis præcipui usus in auspiciis, πελεκάν (It. *picchio*; Fr. *pic, pivert, grimpereau*; Hisp. *pico verde*; Germ. *der Specht, Baumhacker*; Angl. *picus*). *Plin.* 10. *Hist. nat.* 18. 20. (40). Sunt et parvæ aves uncorum unguium, ut pici, Martio cognomine insignes et in auspiciis magni. Quo in genere arborum cavatores scandentes in subreptum fellium modo; illi vero et supini, percussi corticis sono, pabulum subesse intelligunt. Pullos in cavis (*arborum*) educant avium soli. Adactos cavernis eorum a pastore cuneos, admota quadam ab his herba, elabi creditur vulgo.-Ipsi principales Latio sunt in auguriis, a rege, qui

nomen huic avi dedit. *et ibid.* 33. 50. (96). Picorum aliquis suspenditur nidus surculo primis in ramis cyathi modo, ut nulla quadrupes possit accedere. *Id.* 11. *ibid.* 37. 44. (122). Cirros natura pico quoque Martio dedit, et grui Balearicæ. *Plaut. Asin.* 2. 1. 12. Quovis admittunt aves: picus et cornix ab læva, corvus, parra ab dextera. — De Pico, qui huic avi nomen dedisse dicitur, *V.* ONOM. ¶ 2. Picos, inquit *Non.* p. 152. 7. *Merc.*, veteres esse voluerunt, quos Græci γρύπας appellant, fortasse quia sicut gryps effodere terram dicitur in montibus Hyperboreis, et aurum scrutari; ita picus tundit et cavat arborum cortices, et formicas venatur: unde δρυοκολαπτης, et Italice *picchio* appellatur; hinc *picchiare* Italorum verbum. *Plaut. Aulul.* 4. 8. 1. Picos divitiis, qui aureos montes colunt, ego solus supero. *V.* GRYPS.

PIE, adverb. Sup. *Piissime.* — Pie est cum pietate in Deum, patriam, majores, consanguineos, mortuos, religiose, sancte, *divotamente, religiosamente, piamente*, εὐσεβῶς. *Ter. Adelph.* 3. 4. 13. Neque faciam (*h. e.* neque vos deseram), neque me satis pie posse arbitror *Cic.* 1. *Nat. D.* 17. 46. *et* 20. 56. Pie sancteque colere deos. *Id. Mil.* 38. 103. Pace tua, patria, dixerim: metuo enim, ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicam pie. *Id. Senect.* 22. 81. Memoriam nostri pie inviolateque servabitis. *Id.* 11. *Fam.* 27. *ad fin.* Alia sunt, quæ defendam a te pie fieri et humane, ut de curatione ludorum. *Id.* 2. *Orat.* 40. 167. Si pietati summa tribuenda laus est, debetis moveri, quum Q. Metellum tam pie lugere videatis. *Id.* 6. *Att.* 7. Q. filius pie sane animum patris sui sorori tuæ reconciliavit. *Apul.* 2. *Dogm. Plat. ad fin.* Pie vivere. *Ovid. Heroid.* 15. 153. Sola virum non ulta pie mœstissima mater. *Seneca Consol. ad Polyb.* 34. *a med.* Quod utrumque piissime et fortissime tulit.

PIENS, entis. *V.* PIUS in fin.

PIETAS, ātis, f. 3. est virtus justitiæ subjecta, qua parentes colimus, vel alios majores, et consanguineos, amicos, benevolos: item patriam, quæ altera parens est; item Deum: et dicitur etiam amor, caritas, officium, studium, benevolentia, sanctitas, εὐλάβεια, εὐσέβεια (It. *pietà, venerazione, rispetto, affetto*; Fr. *piété filiale, piété, dévotion, affection*; Hisp. *piedad filiale, piedad, devocion*; Germ. *die pflichtmässige Gesinnung, das Pflichgefühl, die Pietät*; Angl. *piety, veneration, respect, duty, love, affection*). ¶ 1. Est virtus justitiæ subjecta, qua parentes colimus, vel alios majores et consanguineos, amicos, benevolos: item patriam. *Cic.* 2. *Invent.* 22. 66. Pietas, quæ erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine conjunctos officium conservare monet. *Id. Partit. orat.* 22. 78. Justitia erga deos religio, erga parentes pietas nominatur. *Id. Planc.* 33. 80. Quid est pietas, nisi voluntas grata in parentes? *Id.* 6. *de republ.* 3. Justitiam cole et pietatem, quæ quum sit magna in parentibus et propinquis, tum in patria maxima est. *Id. Rosc. Am.* 13. 37. Si (id quod præclare a sapientibus dicitur) vultu sæpe læditur pietas: quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti? *Id.* 1. *Fam.* 1. Ego omni officio, ac potius pietate erga te ceteris satisfacio omnibus. *et ibid.* 9. Te perspicere meam in te pietatem: quid enim dicam benevolentiam, quum illud ipsum gravissimum et sanctissimum nomen pietatis levius mihi meritis erga me tuis vlacatur? *et* 6. *ibid.* 20. *extr.* Hic tui omnes valent, summaque pietate te desiderant. *Tac. Agric.* 7. Solemnia pietatis, *h. e.* justa funeris, quæ matri defunctæ filius persolvit. *Catull.* 66. 29. Egregium narras mira pietate (*in filios*) parentem. *Liv.* 34. 3. *ad fin.* Non pietas, non sollicitudo pro suis, sed religio congregavit eas (*matronas*). *Plin. Paneg.* 21. Nec publicæ pietatis intererat, quid vocarere. *all'amore dei cittadini. Ovid.* 1. *Met.* 204. Nec tibi gram minus pietas, Auguste, tuorum, Quam fuit illa Jovi. *Trajanus* apud *Plin.* 10. *Ep.* 25. Ne impedisse cursum erga me pietatis tuæ videar. *Justin.* 39. 2. 7. Poculum veneni (*mater Grypo*) obtulit. Sed Grypus prædictis jam ante insidiis, veluti pietate cum matre certaret, bibere ipsam jubet; abnuenti instat. *riverenza, ossequio.* — Hinc *pietatis causa*, vel *ex pietate* in vetustis monumentis sepulcralibus quandoque adjicitur, quod quidem *ex testamento* opponitur, ut nempe appareat, nihil a parentibus vel conjunctis testamento cautum, ut sibsepulcrum conderetur, filium tamen, vel conjugem pietatis, ut par erat, officio functum fuisse. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 710. *n.* 314. Q. FABIO Q. F. ESQVILINA CALATINO FABIVS Q. F. ESQ. SILVESTER PIETATIS CAVSSA. Alia apud *Zaccar. Marm. Salon. p.* 37. *n.* 191. STATIA PRIMA STATIO VRSINO CONIVGI BENE MERENTI EX PIETATE POSVIT. *V. Orell. Inscript.* 4693. et alias *Inscriptt.* ibid. in not. cit. ¶ 2. Item erga deos: eademque fere est ac religio, *divozione, pietè, religione. Cic.* 1. *Nat. D.* 41. 116. Est enim pietas justitia adversum deos. *Id. Dom.* 41. 107. Nec est ulla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum ac mente opinio. *Id.* 1. *Nat. D.* 2. 3. Quæ potest esse pietas, quæ sanctitas, quæ religio? hæc enim omnia pure et caste tribuenda deorum numini sunt. *Id. Topic.* 23. 90. Æquitas tripartita dicitur esse, una ad superos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere. Prima pietas, secunda sanctitas, tertia justitia aut æquitas nominatur. *Id.* 3. *Fin.* 22. 73. Nec vero pietas adversus deos, nec quanta his gratia debeatur, sine explicatione naturæ intelligi potest. *Id.* 2. *Off.* 3. 11. Deos placatos pietas efficiet et sanctitas. *Lucret.* 5. 1198. Nec pietas ulla 'st velatum sæpe videri Vertier ad lapidem atque omnes accedere ad aras. ¶ 3. Item justitia, qua dii res hominum regunt, et pro meritis pœnas, aut præmia tribuunt, miseros fovent, malos exagitant, etc. *Virg.* 2. *Æn.* 535. At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis Dii, si qua est cælo pietas, quæ talia curet, Persolvant grates dignas, et præmia reddant Debita. *Id.* 5. *ibid.* 687. Juppiter omnipotens, si nondum exosus ad unum Trojanos, si quid pietas antiqua labores Respicit humanos, da flammam evadere classi. ¶ 4. Item clementia, mitis animus, et facile miserans et parcens, *pietà, tenerezza, compassione. Domit.* apud *Sueton. Domit.* 11. Permittite, P. C., a pietate vestra impetrari, ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis. *Martian. Dig.* 48. 9. 5. Patria potestas in pietate debet, non atrocitate consistere. *Justin.* 10. 1. 4. Darius post nova paternæ pietatis exempla, interficiendi patris consilium cepit. *del paterno affetto. V. Stat.* 11. *Theb.* 457. *et seqq.* — In plur. numero *Auct. Paneg. ad Maximian. et Constantin.* 13. Perpetuis profecto pietatibus affinitas ista coalescat. *Alii aliter leg.* ¶ 5. Romanis *Pietas* dea fuit, quæ prius sacellum, dein templum Romæ in foro Olitorio habuit, ubi postea Marcelli theatrum dedicavit Augustus. Locus sacello eidem deæ exstruendo delectus, ubi memorabile pietatis exemplum editum fuerat (quo vero anno, ignotum est) a quadam ignobili puerpera, quæ, ut *Plin.* 7. *Hist. nat.* 36. 36. (121). et *Val. Max.* 5. 4. *n.* 7. narrant, supplicii causa carcere inclusa matre, ibique inedia consumenda, quum impetrasset aditum, a janitore semper excussa, ne quid inferret cibi, deprehensa est uberibus suis alens eam. (*Festus p.* 209. 28. *Müll.* et *Solin.* 1. *a med.* patrem fuisse tradunt.) Quo miraculo matris salus donata filiæ pietati est, ambæque perpetuis alimentis: et locus ille eidem consecratus est deæ (*V. Mus. Borbon. T.* 1. *tav.* 5). M.' autem Acilius Glabrio consul ann. U. C. DLXIII., quo die cum Antiocho prospere pugnavit ad Thermopylas, ut est apud *Liv.* 40. 34., templum Pietati vovit, quod exstructum prope Pietatis sacellum decem post annis dedicavit M.' Acilius Glabrio filius ejus, idemque ante ipsum templum statuam equestrem auratam, (quæ, teste *Liv. loc. cit.* et *Val. Max.* 2. 1. *init.*, prima omnium in Italia statua aurata fuit) patri Glabrioni posuit. Tandem ann. U. C. DCIV., loco sacelli, templum Pietatis ædificatum in illius carceris sede narrat *Plin. loc. cit.*, ubi postea Marcelli theatrum fuit, in quo ipsum deæ templum inclusum fuisse videtur. Utriusque porro templi inter se proximi, tum subterranei carceris, et hypobasis equestris statuæ vestigia ingentia paucis abhinc annis ibidem detecta sunt, ubi nunc ecclesia est *di S. Nicola in carcere*, ut fuse persequitur *Guattanius* in *Mem. Enciclop. delle antich. di Roma per il* MDCCCXVI. *p.* 17.-23. Ceterum *V. Cic.* 2. *Legg.* 8. 19. *et* 11. 28. et 1. *Divinat.* 43. 98.; *Ovid.* 10. *Met.* 321.; et *Inscript.* apud *Orell.* 1824. et 3291. — *NB.* De nom. propr. et cognom. Rom. *V.* ONOM.

PIGEO, es. *V.* PIGET, gebat.

PIGER, gra, grum, adject. Comp. *Pigrior* et Sup. *Pigerrimus* I. et II. 1. *Pigrissimus* pro *pigerrimus* est *Tertull. Exhort. ad cast.* 13. — *Pigrum* putant quidam esse a πικρὸς quod *Hesych.* ἀργαλέον interpretatur, *h. e.* difficilem, molestum, quasi difficile moveatur. Certe est a *piget*, et est qui aliquid facit invito animo, segnis, tardus, ὀκνηρός, ῥᾳθυμος, ἀργος (It. *che fa malvolentieri, pigro, tardo, accidioso*; Fr. *paresseux, lent, indolent*; Hisp. *perezoso, tardo, lento*; Germ. *ungern oder mit Verdruss an etwas gehend, verdrossen, trag, faul*; Angl. *slow, lazy, inactive, dull, slothful, sluggish, tistless*).

I.) Proprie, piger est quem aliquid facere tædet, qui aliquid facit ægre, invito animo, segnis. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 1. Ad litteras scribendas pigerrimus. *Liv.* 21. 25. Gens pigerrima ad militaria opera. *Seneca* 3. *Ira* 3. Ad conatus magnos pigrum inertemque fieri. *Horat.* 1. *Sat.* 7. 17. discedat pigrior, ultro muneribus missis. — Cum Infinito. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 12. piger scribendi ferre laborem. — Cum Genitivo. *Id.* 2. *Ep.* 1. 124. Militiæ piger et malus.

II.) Translate. ¶ 1. Universim est tardus, lentus; et latissime patet. — *a*) De hominibus. *Cic.* 7. *Fam.* 17. Interdum piger, interdum timidus in re militari videbare. *Martial.* 3. 67. pueri Vatreno Eridanoque pigriores. — Huc pertinet et illud *Tac. Germ.* 14. *extr.* Nec arare terram, aut exspectare annum, tam facile persueseris, quam vocare hostes et vulnera mereri: pigrum quin immo et iners videtur, sudore adquirere, quod possis sanguine parare. — Et cum Genitivo. *Sil. It.* 14. 264. Non Herbesos iners, non Naulocha pigra pericli Sederunt. — *b*) De pondere est gravis. *Claudian.* 2. *Laud. Stilich.* 355. Elephanti pigra moles. *h. e.* gravis. — *c*) De aquis est immotus, aut lente fluens. *Ovid.* 4. *Pont.* 10. 61. stagno similis pigræque paludi. *h. e.* immotæ, stanti. *Colum.* 7. *R. R.* 8. 4. Pigro humore defluere. *h. e.* spisso et lento. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 21. (31). Stagnantes (*aquas*) pigrasque merito damnant. *Tac. Germ.* 45. Mare pigrum ac prope immotum. *Id. Agric.* 10. Mare pigrum et grave remigantibus perhibent. — Et cum Genitivo. *Sil. It.* 15. 504. Serpit Arar per rura pigerrimus undæ. — *d*) Hinc de tempore et de iis, quæ ad tempus referuntur, et est longus. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 21. piger annus Pupillis, quos dura premit custodia matrum. *h. e.* longus. Sic *Ovid.* 2. *Fast.* 727. Dum nos difficilis pigro tenet Ardea bello. — Rursus *Horat.* 1. *Od.* 22. 17. Pone me, pigris ubi nulla campis Arbor æstiva recreatur aura. *h. e.* perpetuo frigore obsitis, atque adeo sterilibus. *Colum.* 2. *R. R.* 18. 3. Pigriora sunt ista remedia, quum sit efficacissimum de integro locum exarare. ¶ 2. Metonymice, vel active, est pigros faciens; et usurpatur — *a*) Sæpe de frigore (*V. Charis.* 4. *p.* 244. *Putsch.* et *Diomed.* 2. *p.* 454.); hinc *Virg.* 4. *G.* 259. apes contracto frigore pigræ. *Lucret.* 5. 746. Tandem bruma nives adfert pigrumque rigorem, Prodit, hiems. *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 92. Fontis habes instar pluviamque nivesque solutas, Quas tibi divitias pigra ministrat hiems. *Tibull.* 1. 2. 29. pigra frigora. — *b*) De aliis. *Catull.* 63. 37. Piger sopor. *Tibull.* 1. 11. 40. Pigra senecta. ¶ 3. Item est otiosus. *Stat.* 1. *Silv.* 4. 57. pigra vita. *h. e.* otiosa. *Ovid.* 2. *Amor.* 3. 14. Indigna est

pigro forma perire situ. *h. e.* quæ nec amet, nec ametur. *Martial.* 10. 104. Pigrum aliquem facere. *h. e.* otiosum reddere, et securum a labore. ¶ 4. Item tristis. *Martial.* 2. 11. Piger vultus. *h. e.* demissus, torpens, mœstus. Sic *Apul.* 4. *Met.* Rex olim beatus, affatu sanctæ vaticinationis accepto, piger tristisque retro domum pergit. *Alii leg.* pigens. — *NB. Ingerere pigros in os senatoris*, apud *Senec.* 2. *Benef.* 12. *extr. V.* EPIGRUS.

PĬGET, gēbat, gĭtĭt *et* gĭtum est, gere, impers. 2. De forma pers. *Pigeo V.* in PUDET init. — *Pepigat, ἀρχαϊκῶς* pro *pigeat* quasi a *pepigo*, usurpat *Varro* apud *Non. p.* 176. 18. *Merc.* Sed, o Petrulle, ne meum taxis librum, Si te pepigat hic modi scænatilis. *At* Oehlerus *conjecit legendum* defigat *collato* Pers. 5. 16. — Part. *Pigens V.* in voc. præced. II. 4.; *Pigendus* (ita ut sit verbum pers.) apud *Propert.* 4. 1. 76. aversus Apollo Poscitur invita verba pigenda lyra. — *Piget* est idem ac tædet, molestum est, dolorem affert, *μεταμέλει, κατοχνῶ* (It. *rincresce, viene a noja*; Fr. *être fâché, mécontent de*; Hisp. *ser enfadado, descontento, desgustado*; Germ. *es ist verdriesslich, erregt Unlust oder Missmuth oder Widerwillen, es verdriesst mich, macht mich missmuthig*; Angl. *it grieves, repents, or pains, it is irksome or troublesome*).

I.) Proprie. — *a*) Cum Accus. personæ et Genit. rei. *Accius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 31. 66. Mea mater, tui me miseret, mei piget *Id.* apud *Non. p.* 424. 3. *Merc.* Dolet pudetque Grajûm me et vere piget. *Turpilius* apud *eumd. ibid.* Pudet, piget mei me. *Ter. Adelph.* 3. 3. 37. Fratris me quidem pudet pigetque. Ubi *Donatus*: Pudet quod turpe est, piget quod dolet. Sic *Non. p.* 423. 28. *Merc.* Pudet verecundiæ est, piget pœnitentiæ. *Tac.* 15. *Ann.* 25. Et Corbulo-gerendæ rei præficitur, ne cujus alterius inscitia peccaretur, quia Pæti piguerat. *Sall. Jug.* 4. *extr.* Dum me civitatis morum piget tædetque. *Cic. Dom.* 11. 29. Ut me non solum pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat. — *b*) Cum Accus. communi, vel Nomin. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 17. Nimio id quod pudet, facilius fertur, quam illud, quod piget: Non dedisse, istum pudet; me, quia non accepi, piget. *Ter. Heaut. prol.* 18. Factum esse id non negat, neque se id pigere. *Id. Phorm.* 3. 3. 21. Ne quid plus minusve faxit, quod nos post pigeat. — *c*) Cum Infinito. *Sall. orat. Philippi contra Lepid. circa med.* Nisi forte pudet, aut piget recte facere. *Id. Jug.* 100. *extr.* Nam postea quæ fecerit incertum habeo, pudeat magis, an pigeat disserere. *Tac.* 1. *Hist.* 55. Insita mortalibus natura, propere sequi, quæ piget inchoare. *Apul.* 1. *Met.* Ne pigeat te, vel tædeat reliqua pertexere. *Petron. Satyr.* 127. Neque enim me piguit quærere. *Sil. It.* 7. 173. Nec pigitum parvosque lares, humilisque subire Limina cælicolam tecti. *Castricius* apud *Gell.* 13. 21. Pigitum est, cinctos saltem esse et pænulatos? — *d*) Absolute. *Cic. Brut.* 50. 188. Oratione multitudo ad misericordiam inducitur, ad pudendum, ad pigendum.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro pœnitere. *Justin.* 12. 6. 5. Postquam in iræ locum successit æstimatio, pigere eum facti cœpit. *Apul.* 7. *Met.* Profecto vos hujus omnis injuriæ pigeret. *Paul. Diac. p.* 212. 6. *Müll.* Pigere interdum pro tardari, interdum pro pœnitere poni solet. ¶ 2. Item pro pudere. *Liv.* 8. 2. *extr.* Adversus hæc responsum anceps datum, quia fateri pigebat, in potestate sua Latinos jam non esse, timebantque, ne arguendo abalienarent. *Apul. de Mag.* Hic etiam pro sua gravitate vitio mihi vertebat, quod me nec sordidiora dicere honeste pigeret.

PIGMENTĀRĬUS, a, um, adject. *et*

PIGMENTĀRĬUS, ĭi, m. 2. absolute, substantivorum more, *chi vende colori, speziale, droghiere, profumiere*, qui pigmenta vendit, item medicamenta, aromata, unguenta. *Gloss. Philox.* Pigmentarius, *χρωματοπώλης, φαρμακοπώλης, μυροπώλης.* Vox est adjectiva. *Cic.* 15. *Fam.* 17. Attius pigmentarius valde gaudebat, etc. *Martian. Dig.* 48. 8. 3. Ut pigmentarii, si cui temere cicutam, salamandram, aconitum dederint, pœna teneantur hujus legis. *Inscript.* apud *Gruter.* 1033. 1. C. Attius Stephanus pigmentarius de sacra via. *Pelagon. Veterin.* 13. Prodesse etiam ferunt, si (*equi*) deambulent inter pigmentarios; quia odores diversi latenter pulmonibus prosunt. *h. e. in mezzo alle officine dei profumieri. Scribon. Compos.* 22. Collyrium ex lacte ipso papaveris capitum fit, non ex succo foliorum ejus, ut pigmentarii institores ejus rei compendii causa faciunt. *Firmic.* 8. *Mathes.* 27. *a med.* Tuarios faciet, vel pigmentarios, seu pharmacopolas. *Fulgent. Exposit. sermon. antiq. n.* 43. Myropolæ sunt, qui unguenta vendunt, ut sunt pigmentarii. *Inscript.* apud *Henzen.* 5080. DIS MAN. Q. FABIO THEOGONO PIGMENTARIO NEGOTIANTI ESQVILIS ISDEM (*h. e.* idem) AD STATVAM PLANCI FABIA NOBILIS PATRONO OPTIMO-FECIT ET SIBI.

PIGMENTĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *pigmento: imbellettato, πεφαρμακωμένος*, pigmentis ornatus. *Tertull. Cult. fem. in fin.* Taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem *Prudent. Hamartig.* 316. Quas (*illecebras*) pigmentato meretrix jacit improba crine.

PIGMENTUM, i, n. 2. a sup. *pictum* verbi *pingo*, c in g converso, adhibetur fere in plur numero, et significat colores pictorum, *χρώματα* (It. *colori*; Fr. *matière colorante, couleur pour peindre*; Hisp. *materia colorante, color*; Germ. *der Färberstoff, d. Farbe*; Angl. *painters' colours, paints, pigments*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 1. *Divinat.* 13. 23. Aspersa temere pigmenta in tabula oris lineamenta efficere possunt. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 42. (150). Vela in cortinam pigmenti ferventis mersa, post momentum extrahuntur picta. — Joculariter *Plaut. Epid.* 5. 1. 20. Quem Apelles Zeuxisque duo pingent pigmentis ulmeis. *h. e.* virgis ulmeis utentur ad corpus meum sanguine pingendum. ¶ 2. Speciatim sumitur pro unguento, quo mulieres utuntur ad venustandam faciem, qualis est crocussa aliique id genus fuci, quibus cuti candorem et ruborem inducunt, *belletto, liscio, φῦκος. Plin.* 16. *Hist. nat.* 43. 84. (233). Nuper portentosis ingeniis principatu Neronis inventum, ut pigmentis (*testudo*) perderet se. ¶ 3. Item speciatim quandoque accipitur pro succo herbarum, unde pigmenta fiunt et pharmaca. *Firmic.* 8. *Mathes.* 17. Marsi erunt, vel qui venenis ex herbarum pigmentis confectis salutaria soleant hominibus remedia comparare. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 9. *n.* 46. At si venter strictus fuerit, aloes jubet dari-cum aqua ante cibum.-Credibile autem, ad ejus pigmenti in stomacho effectum sensum, accurrere materiam. *Plin. Valerian.* 2. 31. Spumæ argenti (*unciam*) unam, turis unam, ceræ punicæ sex, adipis anserini sex (*sume*). Conficies sic: omnia pigmenta simul teres cum vino veteri austero sicut collyrium. Adde *eumd. ibid. paullo post.* Sic *Firmic.* 3. *Mathes.* 14. Pigmenta medicinalia. — Similiter *Pallad.* 6. *R. R.* 9. Caseo qualemcumque etiam saporem velis efficere, poteris, adjecto, quod elegeris, condimento, seu piperis, seu cujuscumque pigmenti.

II.) Figurate dicitur de coloribus rhetoricis, idest de exornationibus. *Cic.* 2. *Att.* 1. Meus autem liber totum Isocratis *μυροθήκιον*, atque omnes ejus discipulorum arculas, et nonnihil etiam Aristotelia pigmenta consumpsit. *Id. Brut.* 87. 298. Volvendi sunt libri Catonis: intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quæ inventa nondum erant, florem et colorem defuisse. — Item de ornamentis inanibus, de mendaciis, de fraudibus. Nam ejus qui pingitur, non est naturalis color, sed artificialis. *Cic.* 2. *Orat.* 45. 188. Tam integræ sententiæ, tam veræ, tam novæ, tam sine pigmentis fucoque puerili.

PIGNĔRĀTĪCĬUS *et* pignoraticius, a, um, adject. ad pignus pertinens. *Pompon. Dig.* 13. 7. 6. Pigneraticius fundus. *h. e.* qui pignori datur, *impegnato, ipotecato. Ulp. ibid. leg.* 1. 9. 11. etc. Pigneraticia actio: et absolute pigneraticia. *h. e.* quæ de pignore instituitur: et datur debitori ad repetendum pignus, debito soluto. *Martian. ibid. leg.* 1. 32. etc. Contraria pigneraticia actio. *h. e.* quæ datur creditori rem sibi oppigneratam repetenti adversus debitorem. *Id. ibid.* 39. 2. 15. *a med.* Pigneraticius creditor. *h. e.* qui sub pignoribus credidit. *Id. ibid.* 13. 7. 24. *et* 36. Pigneraticium judicium. *h. e.* quod de pignore instituitur.

PIGNĔRĀTĬO *et* pignoratio, ōnis, f. 3. actus pignerandi, pignus. *Cajus Dig.* 20. 1. 9. Quod emptionem venditionemque recipit, etiam pignerationem potest recipere.

PIGNĔRĀTOR *et* pignorator, ōris, m. 3. *ἐνεχυριαστής*, qui pignus accipit. *Cic.* 5. *Verr.* 11. 27. Quum in his quidem rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, non creptor neque possessor soleat esse.

PIGNĔRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq. et PIGNEROR.

PIGNĔRO, as, āvi, ātum, are. a. 1. Part. *Pignerātus* I. et II. 1.; *Pignerandus* I. — Pignerare, ab antiquo *pignera* pro *pignora*, est rem pignori dare, *ὑποτίθεμαι* (It. *dare in pegno, impegnare*; Fr. *engager, mettre en gage, donner en gage*; Hisp. *empeñar, dar ó dexar alguna cosa en prendas*; Germ. *verpfänden, zum Pfand geben, versetzen*; Angl. *to pawn, pledge*).

I.) Proprie. *Sueton. Vitell.* 7. Utque ex aure matris detractum unionem pigneraverit ad itineris impensas. *Modestin. Dig.* 41. 5. 5. Si rem quam tibi pigneravi, subripuero. *Liv.* 29. 36. *extr.* Quum absentes damnati essent, corporibus subtractis, bona tantum, quæ publicari poterant, pigneranda pœnæ præbebant. *h. e.* relinquebant, ut iis publicandis pœna sumeretur, *da confiscarsi. Juvenal.* 7. 73. Cujus et alveolos et lænam pignerat Atreus. *h. e.* Rubrenus poeta (de quo sermo est) dum tragœdiam de Atreo scribit, cogitur ob paupertatem alveolos et lænam pignori dare. Itaque perperam quidam hoc loco *pignerare* accipiunt pro pignus capere. *Ulp. Dig.* 40. 5. 24. *ante med.* Si quis servo pignerato directam libertatem dederit. *et ibid.* 46. Ancillam suam pigneratam manumittere.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. *Liv.* 24. 1. Velut obsidibus datis pigneratos habere animos. ¶ 2. Est etiam generatim pignore obligare, devincire. *Apul.* 3. *Met.* Tuumque mancipium irremunerabili beneficio tibi perpetuo pignera. *Nazar. Paneg. ad Constantin.* 35. Quum ex omnibus provinciis optimates viros curiæ tuæ pigneraveris. *h. e.* addixeris. — Hoc sensu dixere etiam *pigneror* deponentis forma, ut *Gell.* 18. 12. *extr.* et *Priscian.* 8. *p.* 799. *Putsch.* adnotarunt. *V.* vocem seq.

PIGNĔROR, āris, ātus sum, āri, dep. 1. Part. *Pigneratus* 1. — Pignerari est pignus capere, *ingaggiare*; sed occurrit translate tantum et ¶ 1. Est obnoxium sibi reddere. *Cic.* 14. *Phil.* 12. 32. Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet. *h. e.* sibi asserere, vindicare, veluti in pignus accipere: itaque sensus est, fortissimum quemque primum in prœlio occumbere solere. *Id. fragm.* apud *Non. p.* 477. 32. *Merc.* Sed ut plurimas et maximas nostri animi, ingenii, consilii parte ipsa (*patria*) sibi ad utilitatem pigneraretur. *h. e.* vindicaret. *Sueton. Claud.* 10. *extr.* Primus Cæsarum fidem militum etiam præmio pigneratus. ¶ 2. Item est tamquam pignus accipere. *Ovid.* 7. *Met.* 620. sint ista, precor, felicia mentis Signa tuæ, dixi: quod das mihi, pigneror omen. *h. e.* accipio tamquam pignus, et fidem tuæ in me voluntatis.

PIGNŎRĪSCĀPĬO, ōnis, f. 3. *sequestro*, quasi captio pignoris, *Cato* apud *Gell.* 7. 10. Pignoriscapio ob æs militare, quod æs a tribuno ærario miles accipere debebat, vocabulum seorsum fit.

PIGNŎSA. *V.* voc. seq. init.

PIGNUS, ŏris *et* ĕris, n. 3. Pignosa pignora, eo modo, quo Valesii, Auselii etc. dicebantur.

Festus p. 213. 11. *Müll.*, ubi mallet *Voss.* in *Etymol.* legi *pignesa* quia et *pignera* olim dictum fuit, ut *Priscian.* docet 6. *p.* 721. *Putsch.* — Quod ad etymon pertinet, *Cajus Dig.* 50. 16. 238. a *pugno* dictum putat, quia quæ pignori dantur, manu traduntur: alii a *pango* derivant, quia pactione pignus traditur. Utraque notatio *Forcellino* nimis longe peti videtur. — Ceterum *pignus* est id, quod alteri datur, ut sit securus vel de re sua nobis tradita, vel de re aut opera nostra ei promissa, ὑποθήκη (It. *pegno, gaggio, ostaggio*; Fr. *gage, nautissement*; Hisp. *prenda*; Germ. *das Pfandnehmen*; Angl. *a pawn, pledge, gage, mortgage*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 84. CA. potes nunc mutuam Drachumam mihi unam dare, quam cras reddam tibi? PSEVD. Vix hercle opino, etsi me opponam pignori. *Ter. Phorm.* 4. 3. 56. Ager oppositus est pignori ob decem minas. *V.* OPPONO, et in fin. hujus paragr. *Cæs.* 1. *B. C.* 39. A tribunis militum centurionibusque mutuas pecunias sumpsit; has exercitui distribuit: quo facto, pignore animos centurionum devinxit, et largitione redimit militum voluntates. *Papinian. Dig.* 20. 1. 1. Servum pignori dare. *et mox.* Quum prædium pignori daretur, nominatim, ut fructus quoque pignori essent, convenit. *et ibid.* 3. Rem aliquam pignori obligare. *et ibid.* 2. Fidejussor, qui pignora, vel hypothecas suscepit, atque ita pecunias solvit. *Paul. ibid.* 28.; et *Tac.* 3. *Hist.* 65. Rem alicujus pignori accipere. *Cajus Dig.* 13. 7. 12. Sub pignoribus mutuas pecunias accipere. *Papinian. ibid.* 20. 4. 2. Habere aliquid pignori. *Pompon. ibid.* 4. Liberare pignus a creditore. *Martian. ibid.* 5. 7. Reddere pecuniam, et pignus recuperare. *Ulp. ibid.* 43. 3. 2. Pignoribus cavere alicui. *Id. ibid.* 13. 7. 27. Aurum pignori apud aliquem ponere. *dar in pegno, impegnare:* quod sæpius probati scriptores *opponere* dicunt. ¶ 2. Speciatim est etiam pignus, quod magistratus capit contumaciæ vindendæ causa, ut si v. gr. senator per viatorem accitus venire in senatum recusaverit, vel in senatu contra magistratum oblocutus fuerit, etc. *Liv.* 3. 38. *ad fin.* Dimissi circa domos apparitores simul ad pignora capienda sciscitandumque, num consulto detrectarent. Adde *eumd.* 37. 51. *Cic.* 3. *Orat.* 1. 4. Hic quum Philippo quasi quasdam verborum faces admovisset, non tulit ille, et graviter exarsit, pignoribusque ablatis Crassum instituit coercere. *Id.* 1. *Phil.* 5. 12. Senatores pignoribus cogere. — *Pignora cœdere, concidere*, est pignora contumaci ablata a magistratu distrahere, sub hasta vendere, consumere. *V.* CÆDO. *Crassus* apud *Cic.* 3. *Orat.* 1. 4. An tu, quum omnem auctoritatem universi ordinis pro pignore putaris, eamque in conspectu populi R. concideris, me his pignoribus existimas posse terreri? Non tibi illa sunt cædenda, si Crassum vis coercere: hæc tibi est excidenda lingua, etc. Hinc *sua pignora cœdere*, sibi ipsi damno esse, seipsum lædere: proverbialis locutio. *Tibull.* 4. 13. 17. Quid facio demens? heu heu mea pignora cædo. Sunt qui leg. *cedo*: sunt qui *credo*: sed cædo ex *Crassi* verbis satis firmatur. ¶ 3. Est et aliud pignoris genus, quod prætorium dicitur, quum creditor, aut fideicommissarius in possessionem rei a prætore mittitur, ejus servandæ causa. *Ulp. Dig.* 13. 7. 26. et *Paul. ibid.* 41. 5. 12. etc. ¶ 4. Item de obsidibus, vadimonio, et similibus. *Liv.* 9. 15. Equitibus recuperatis, quos pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant. *Id.* 33. 22. Oppidorum paucorum ac vicorum falsas et in tempus simulatas, sine ullo pignore, deditiones factas esse. *et* 28. 34. Se neque arma iis adempturum, quippe ea pignora timentium rebellionem esse. *Cic.* 1. *Att.* 19. 3. Una voce senatus frequens retinendum me in urbe censuit. Hoc idem post me Pompejo accidit: ut nos duo quasi pignora reipublicæ retineri videremur. *Sueton. Aug.* 21. Jurare (*barbaros*) coegit, mansuros se in fide ac pace, quam peterent; a quibusdam vero novum genus obsidum, feminas, exigere tentaverit, quod negligere marium pignora sentiebat. *Liv.* 5. 42. Non omnia concremari tecta, ut, quodcumque superesset urbis, id pignus ad flectendos hostium animos haberent. *Ovid.* 6. *Fast.* 445. Pignora virgineis fatalia tollite palmis. *h. e.* Vestam. ¶ 5. Item pignus dicitur id, quod deponitur ab iis, qui simul de re aliqua decertant, ut sit victoris, *scommessa. Plaut. Epid.* 5. 2. 34. Da pignus, ni ea sit filia. *et mox.* Ni ergo matris filia est, in meum nummum, in tuum talentum pignus da. *h. e.* ut ego nummum amittam, tu talentum. *Virg.* 3. *Ecl.* 31. Certare pignore cum aliquo. *scommettere.* Sic *Catull.* 44. 4. Quovis Sabinum pignore esse contendunt. *h. e.* parati quamvis pecuniæ summam pignori opponere. Adde *Phædr.* 4. 20. *Gell.* 5. 4. Contra librarius in quodvis pignus vocabat, ni in una uspiam littera delictum esset. (*Alii leg.* si in una nuspiam.) *h. e.* provocabat ad quodvis pignus deponendum. *Ovid.* 1. *Art. am.* 168. Et quærit, posito pignore, vincat uter. *Val. Max.* 4. 3. *n.* 3. *extern.* Pignore cum quibusdam posito, an posset etc. *et mox.* Ponere pignus cum aliquo de re quapiam. ¶ 6. Jurisconsulti *pignus* dicunt quemvis contractum, in quo pignus detur. Hinc apud eos, contrahere, finire, solvere pignus. *Ulp. Dig.* 13. 7. 1. et *ibid.* 20. 6. 3. etc.

II.) Translate. ¶ 1. Abstracte pignus dicitur quidquid facit ad continendum in officio, fidem alicujus rei faciendam, aut retinendam, aut obligandam, *pegno, sicurezza, prova. Cic.* 1. *Phil.* 2. 4. Magnum pignus ab eo reipublicæ datum, se liberam civitatem esse velle, quum dictatoris nomen sustulisset. *Id. Cæl.* 32. 78. Habet a M. Cœlio respubl. duas accusationes, vel obsides periculi, vel pignora voluntatis. *Plin.* 19. *Ep.* 11. Tantam mihi post consulatum reverentiam præstat, ut publicæ necessitudinis pignora privatis cumulet officiis. *Cic.* 13. *Phil.* 3. 6. Nec pro his libertatem, sed pro libertate hæc projicias, tamquam pignora injuriæ. *h. e.* tamquam pignore injuriæ subeundæ; quia dum vis fortunas et vitam servare, fis obnoxius certæ servituti. *Tac.* 3. *Hist.* 72. Sedes Jovis Opt. Max. auspicato a majoribus pignus imperii condita. *et* 4. *ibid.* 61. Pauci centurionum reservantur, pignus societatis. *et ibid.* 57. Militum emebantur animi, ut pignus tanti sceleris nece aut vinculis legatorum daretur. *Curt.* 6. 7. *extr.* Dextram ei reconciliatæ gratiæ pignus obtulit. — Item certum argumentum, signum. *Sever. Ætn.* 459. Certaque venturæ præmittit pignora flammæ. *Ovid.* 2. *Met.* 38. Pignora da, genitor, per quæ tua vera propago Credar. *Id.* 2. *Art. am.* 378. Ardet, et in vultu pignora mentis habet. *Phædr.* 5. 5. Turpemque aperto pignore errorem probans etc. *Grat. Cyneg.* 232. Nec levem prædam, aut propioris pignora lucri Amplexus. *h. e.* certa rei eventuræ signa. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu *pignora* sunt — *a*) Filii et nepotes, quia conjugalis amoris et fidei vinculum. *Propert.* 4. 11. 69. Nunc tibi commendo communia pignora, natos. *Ovid.* 11. *Met.* 542. subeunt illi fratresque, parensque: Huic cum pignoribus domus. *Id. Heroid.* 6. 121. prolemque gemellam, Pignora Lucina bina favente dedi. *Id.* 3. *Met.* 134. Tot natos natasque et, pignora cara, nepotes. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 86. adscita pignora. *figliuoli adottivi.* — *b*) Item parentes, fratres, uxor, cognati. *Plin.* 1. *Ep.* 12. Habens filiam, uxorem, nepotem, sorores, interque tot pignora veros amicos. *Quintil.* 6. 1. 33. Quare et obsecratio illa judicum, per carissima pignora, utique si et reo sint liberi, conjux, parentes, utilis erit. *Tac.* 12. *Ann.* 2. Haudquaquam novercalibus odiis usura in Britannicum et Octaviam, proxima suis pignora. *Id.* 15. *ibid.* 36. Ut in privatis necessitudinibus proxima pignora prævalerent, ita populum Romanum vim plurimam habere. *Id.* 16. *ibid.* 26. Ne in conjugem, in familiam, in cetera pignora ejus sæviret. ¶ 3. De surculis insitis, qui sunt quasi filii adoptivi. *Pallad. de insit.* 109. Necnon et citrei patiuntur mutua rami Pignora, quæ gravido cortice morus alit.

Homonym. Quomodo *pignus* ab *hypotheca* differat, in ea voce dictum est.

PĪGRĒ, adverb. Comp. *Pigrius.* — Pigre est segniter, tarde, *pigramente, lentamente*, ὀκνηρῶς. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 3. Pigre ac segniter agere. *Seneca* 3. *Ira* 17. Pigre in servitutem transiens. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 34. 52. (105). Pigrius intrante femina ad pullos. *Lucan.* 5. 434. alto torpore ligatæ Pigrius immotis hæsere paludibus undæ.

PĪGRĔDO, ĭnis, f. 3. idem ac pigritia. *Vulgat. interpr. Prov.* 19. 15. Pigredo immittit soporem.

PĪGRĔO, es, ere, n. 2. *essere pigro*, piger sum. *Ennius* apud *Non. p.* 219. 12. *Merc.* Post ætate pigret sufferre laborem. *Accius ibid.* Omnes gaudent recte facere, mali pigrent. *Ubique al. aliter leg.*

PĪGRESCO, is, ere, n. 3. *divenir pigro*, κατοκνέω, fio piger, vel lentus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 18. 47. (167). *de Nilo.* Mox pigrescit, in Virginem transgresso sole. *Veget.* 1. *Milit.* 4. Saltus et cursus ante tentandus est, quam corpus ætate pigrescat. *Theod. Priscian. l.* 2. *part.* 1. *c.* 8. Hydrophobici pigrescunt ad omnia. *Ambros.* 6. *Hexæm.* 3. Nec desidia corporis animique pigrescere. *Augustin. Ep.* 58. *Pammachio.* Sic enim extero facto fieri posse in Africa credent, quod forte dum putent fieri non posse, pigrescunt — Part. *Pigrescens* est apud *Venant. Vit. S. Martin.* 1. 26. Fæce gravis, sermone gravis, ratione pigrescens.

PĪGRĪTAS, ātis, f. 3. pigritia. *Gloss. Lat. Gr.* Pigritas, ἀργία.

PĪGRĪTĬA æ, f. 1. *et*

PĪGRĪTĬĒS, ēi, f. 5. tarditas, ignavia, negligentia, ὀκνία (It. *pigrizia*; Fr. *paresse*; Hisp. *pereza*; Germ. *die Trägheit, Verdrossenheit*; Angl. *slowness, slothfulness, laziness, inactivity, dulness*).

I.) Proprie. *Cic.* 4. *Tusc.* 8. 18. Pigritiam definiunt, metum consequentis laboris. *Id.* 1. *Off.* 29. 102. Ut appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrant, nec propter pigritiam aut ignaviam deserant. *Id.* 16. *Att.* 15. Noli putare, pigritia me facere, quod non mea manu scribam. *Petron. Satyr.* 85. Pigritiamve recedendi imposuerat hilaritas longior. *Liv.* 54. 42. *extr.* Nox et fugientes texit, et Romanis pigritiem ad sequendum ignotis locis fecit. *Martial.* 11. 79. Arguimur lentæ crimine pigritiæ. — *Ingenua pigritia* apud *eumd.* 12. 4. est honestum otium.

II.) Translate. *Seneca Provid.* 3. *ante med.* Conchyliis superi atque inferi maris pigritiam stomachi nauseantis erigere. *h. e.* ostreis.

PĪGRĬTOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. *frequentat. a* pigror. *Gloss. Gr. Lat.* Ὠκνηκα, pigritatus sum. *Vulgat. interpr. Act. Apost.* 9. 38. Ne pigriteris venire usque ad nos.

PĪGRO, as, āvi, ātum, are, n. 1. piger sum, tardo, idem ac pigror. *Non. p.* 153. 31. *Merc.* exponit retinere. *Accius ibid.* Meliu' st pigrasse: nam properasse est nefas. *Id. ibid.* Sed cur propter te pigrem hæc, aut hujusce dubitem parcere capiti? *Lucret.* 1. 410. Quod nisi pigraris, paullumve recesseris ab re. pro *pigraveris.* Potest etiam esse a *pigror, aris*: *V.* vocem seq.

PĪGROR, āris, ari dep. 1. *tardare*, ὀκνέω, per pigritiam cunctor, moror, tardo, differo. *Cic.* 14. *Att.* 1. Tu, quæso, quicquid novi, scribere ne pigrere.

PĪGROR, ōris, m. 3. pigritia. *Lucilius* apud *Non. p.* 219. 11. *Merc.* Languor et oppressit, pigror, torporque quietem.

PĪGŬUS, a, um, adject. quem piget. Agnoscitur a *Prisciano* 4. *p.* 635. *Putsch.*, sed sine exemplis.

PĪLA, æ, f. 1. (quæ ratione habita etymi nonnullis videtur esse a *πιλόω stipo, denso*; aliis vero rectius a *pinsere* vel *pisere* per syncopen pro *pisula*) est mortarium, vas æreum, lapideum aut ligneum, in quo aliquid pinsitur et comminuitur, ὄλμος, ἴγδη, ὄυσία (It. *mortajo*; Fr. *mortier à piler*; Hisp. *mortero*; Germ. *der Mörser*; Angl. *a mortar*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 14. Pilam, ubi triticum pinsant, unam. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 29. (112). Zeæ granum tunditur in pila lignea, ne lapidis duritia conterat. *Colum.* 12. *R. R.* 53. 3. Aromata in pila quam mundissime contundito. *Ovid. Ib.* 573. Aut, ut Anaxarchus, pila minuaris in alta, Ictaque pro solidis frugibus ossa sonent.

II.) Translate. ¶ 1. Pila est structura erecta in modum columnæ, ad aliquid fulciendum, *pilastro, pilare,* κίων. Differt a columna, quæ uno scapo constat, h. e. lapide oblongo perpetuo: pila vero structilis est pluribus lapidibus aut lateribus. *Paul. Diac. p.* 204. 9. *Müll.* Pila, quæ parietem sustentat, ab opponendo dicta. *Voss.* putat legendum ab *oppilando,* h. e. stipando, firmando. *Döderlinius* vero, *Latein. Synonym. vol.* 6. *p.* 269., putat *pilam* hoc sensu esse per syncopen pro *pigula* a *pango, pepigisse.* Ceterum *Inscript.* apud *Gruter.* 711. 3. et *Smet.* 139. 1. PILÆ STRVCTILES II. *Vitruv.* 6. 11. Eorum parietes, pilæ, columnæ ad perpendiculum collocentur. *Id.* 2. 8. *a med.* Pilis lapideis, structuris testaceis altitudines exstructæ. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 71. Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos, *h. e.* venales non sint mei libelli; nam, ut ait ad hunc locum *Acro,* bibliopolæ stationes vel armaria circa pilas, vel columnas habebant. *Catull.* 37. 1. Salax taberna, a pileatis nona fratribus pila. *h. e.* nona a Castoris et Pollucis templo taberna; quæ a numero pilarum, quibus a proximis distinguebatur, nomen habet. *Martial.* 7. 61. Nulla catenatis pila est præcincta lagenis. *Nepos Alcib.* 4. Ejus devotionis exemplum in pila lapidea incisum. *Seneca* 6. *Quæst. nat.* 30. Pilas operibus subdere. *Liv.* 40. 51. Locavit pilas pontis in Tiberim: quibus pilis fornices post aliquot annos locaverunt imponendos. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 10. 10. (23). Apes ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerivis a solo fornicatis. ¶ 2. Item saxea moles, quæ præstruitur litori ad frangendam undarum vim, *molo,* ἐνδόμηαις, χηλή. Ejus conficiendæ et in mare jaciendæ *Vitruv.* 5. 12. rationem docet. *Virg.* 9. *Æn.* 711. Qualis in Euboico Bajarum litore quondam Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante Constructam ponto jaciunt. Adde *Sil. It.* 4. 297.; et *Sueton. Claud.* 20.

Homonym. Quomodo *pila* a *mortario* differat, *V.* in MORTARIUM.

PĬLA, æ, f. 1. *Pilai* in Genit. more suo dixit *Lucret.* 5. 713. — Pila, quæ videtur esse a πέλω seu πέλομαι *versor,* est sphæra, globus, quo luditur, σφαῖρα (It. *palla, globo;* Fr. *paume, balle a jouer;* Hisp. *juego de pelota con pala;* Germ. *der Ball, der Spielball, Ballon;* Angl. *a ball to play with*).

I.) Proprie. — *a)* Universim. *Cic.* 3. *Orat.* 23. 88. Ut si velim ego talis optime ludere, aut pilæ studio tenear. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 49. Namque pila lippis inimicum et ludere crudis. *Propert.* 3. 12. 5. Quum pila veloci fallit per brachia lapsu. *Virg. Cir.* 149. Quum lapsa e manibus fugit pila, quumque relapsa Procurrit virgo. (Hinc disces, Græcis virginibus morem fuisse pila ludere, leviore tamen et minori, quam viris, artificio et labore corporis. V. *Ovid.* 3. *Art. am.* 381. et *seqq.*). *Petron. Satyr.* 27. Pilam repetere, quæ terram contigit. *et mox.* Pilas inter manus lusu expellente vibrare. *Varro* apud *Non. p.* 104. 29. *Merc.* Videbis Romæ in foro ante lanienas pueros pila expulsim ludere. *Martial.* 14. 46. cujus lemma *Pila trigonalis.* Si me mobilibus scis expulsare sinistris, Sum tua; si nescis, rustice, redde pilam. *Auct. Paneg. ad Pis.* 173. Nec tibi mobilitas minor est, si forte volantem Aut geminare pilam juvat aut revocare cadentem, Et non sperato fugientem reddere gestu. *Seneca* 2. *Benef.* 17. Pilam cadere non est dubium aut mittentis vitio aut accipientis. Tunc cursum suum servat, ubi inter manus utriusque, apte ab utroque et jactata et excepta, versatur. Necesse est autem, lusor bonus aliter illam collusori longo, aliter brevi mittat. *et mox.* Pila utcumque venerit, manus illam expedita et agilis repercutiet. Si cum tirone negotium est, non tam rigide, nec tam excusse, sed languidius, et in ipsam ejus dirigentes manum, remisse occurremus. *et ibid.* 32. In lusu est aliquid, pilam scite et diligenter excipere: sed non dicitur bonus lusor, nisi qui apte et expedite remisit, quam exceperat. *Manil.* 5. 165. Ille pilam celeri fugientem reddere planta, Et pedibus pensare manus, et ludere saltu. *V.* DATOR. — Tres autem modos ludendi pila observant eruditi, datatim, raptim, expulsim. *V.* suis locis. *Alphen. Dig.* 9. 2. 62. *sub fin.* Quum pila complures luderent, quidam ex his servulum, quum pilam percipere conaretur, impulit. — *b)* Alium pilæ ludum puellis aptum *V.* apud *Ovid. loc. cit.* in RETICULUM. — *c)* Pilam lusoriam, inquit *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (205)., Pythus invenit. Ejus quatuor sunt genera, trigonalis, paganica, follis, et harpastum. *V.* suis locis. — *d) Pila vitrea ludere* primus cœpit Ursus Togatus. *V.* PILICREPUS. — *e) More claudi retinere pilam,* proverb. apud *Cic. Pis.* 28. 69. *V.* CLAUDUS. — *f) Mea pila est,* aliud proverb., res est in mea manu et potestate. *Plaut. Truc.* 4. 1. 7. Totus gaudeo: mea pila est. Nos quoque eod. sensu dicimus. *avere la palla in mano.* — *g)* Enimvero dii nos quasi pilas homines habent, *Plaut. Capt. prol.* 22., h. e. agitant, versant, et fortunæ ludenti in rebus humanis objiciunt. *fanno di noi alla palla.* Simile est illud *Petron. fragm. Traqur.* 44. *Burmann.* Singulos velut pilas tractabat. Alii aliter leg. *Aurel. Vict. Epit.* 18. *de Pertinace.* Hoc exitu obiit vir ad humanæ conversationis exemplum per laboris genera universa assumptus, provectusque eo, ut Fortunæ vocaretur pila.

II.) Translate *pila* dicitur quidquid rotundum est instar pilæ. ¶ 1. Generatim. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 10. 21. (38). Pilæ lanuginis, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt. *bottoni, pallottole, globetti.* et 11. *ibid.* 28. 34. (98). Scarabæi e fimo ingentes pilas aversi pedibus volutant. *Seren. Sammon. c.* 60. *v.* 4. *p.* 69. *retro* ed. *Ald.* Conversa in cinerem platani pila curat utrumque. *et c.* 14. *v.* 28. *p.* 66. *retro.* Aut tu sume pilam, quæ caudis hæret ovinis: Hæc siccata dabit molles et fracta farinas. — Sic de terra, quæ instar pilæ rotunda est. *Ennius* apud *Scaliq.* in *Paul. Diac. p.* 39. 5. *Müll.* pilam vix Sol mediam: complere cohum terroribus cæli. At cl. *Vahlen., Enniance poes. reliq. p.* 80. voc. *pilam* omittit et legit: Vix solidum complere cohum terroribus cæli. *Varro* apud *Non. p.* 333. 25. *Merc.* Hic liquit homines omnes in terræ pila. — Pila est sphæra, *sfera,* in illo *Propert.* 4. 1. 76. Nescius ærata signa movere pila. *h. e.* astrologus nescius versare signa cælestia in sphæra ex ære. — *Pilæ Nursinæ* apud *Martial.* 13. 19. sunt rapa rotunda. ¶ 2. Speciatim *pila vitrea,* vel *crystallina,* eaque aqua plena et adversi solis radiis opposita utebantur veteres ad comburendum. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 26. 67. (199). Quum addita aqua vitreæ pilæ sole adverso in tantum candescant, ut vestes exurant. *Id.* 37. *ibid.* 2. 10. (28). Invenio apud medicos, quæ sint urenda corporum, non aliter utilius uri putari, quam crystallina pila adversis opposita solis radiis. *Lactant. de ira Dei* 10. *ante med.* idem narrans, *orbem vitreum plenum aqua* vocat. ¶ 3. Item *pilam crystallinam,* vel *succineam* matronæ delicatioreæstivo tempore ad calorem ex ejusdem frigore mitigandum manibus tenere solebant. *Propert.* 2. 18. 60. Et manibus dura frigus habere pila. Huc pertinet illud *Martial.* 11. 8. Succina virginea quod *(fragrant)* regelata manu. ¶ 4. *Colum.* 5. *R. R.* 9. 8. pilam vocat glæbam adhærentem arbusculæ radicibus, quum e seminario cum sua terra evellitur, alio transferenda. *At* Scheneiderus Gesneri *conjecturam probans* pilam *in* palam *mutavit.* ¶ 5. De suffragiis, quæ Itali *balle,* Etrusci *fave,* et *ballotte. Ascon. ad fin. argum. Milonianæ.* Ut coram accusatore ac reo pilæ, in quibus nomina judicum inscripta essent, æquarentur. *Propert.* 4. 11. 19. Aut si quis posita judex sedet Æacus urna, In mea sortita vindicet ossa pila. ¶ 6. Sunt etiam *pilæ* globi ex lana, aut veste farta in modum pilæ, et humana capita referentes: de quibus *Paul. Diac. p.* 239. 1. *Müll.* Pilæ et effigies viriles et muliebres ex lana Compitalibus suspendebantur in compitis, quod hunc diem festum, esse deorum inferorum, quos vocant Lares, putarent: quibus tot pilæ, quot capita servorum; tot effigies, quot essent liberi, ponebantur, ut vivis parcerent, et essent his pilis et simulacris contenti. ¶ 7. Ad harum instar *pilæ* dictæ sunt stramenticiæ effigies, scil. e vestibus stramento fartis, quibus objectis ad spectaculum præbendum tauri irriturentur, ut *Ascon.* loquitur ad illud *fragm. Cic. pro C. Cornel.* Videlicet homines fœneos in medium ad tentandum periculum projectos. *Martial. Spectac.* 19. Qui modo per totam flammis stimulatus arenam Sustulerat raptas taurus in astra pilas. *et ibid.* 9. *de rhinoceronte.* Quantus erat cornu, cui pila taurus erat! *Id.* 2. 43. *de toga trita et lacera.* quæ passa est furias et cornua tauri: Noluerit dici quam pila prima suam. Hinc *Id.* 10. 86. Sed qui primus erat lusor, dum floruit ætas: Nunc, postquam desit ludere, prima pila est.

PĬLĀNUS, i, m. 2. idem qui triarius, ut *Varro* 5. *L. L.* 89. *Müll.* docet: a *pilum,* telum sive hastile Romanorum proprium. *Ovid.* 3. *Fast.* 127. Id pares centum denos secrevit in orbes Romulus, hastatos instituitque decem. Et totidem princeps, totidem pilanus habebat Corpora. *Paul. Diac. p.* 204. 11. *Müll.* Pilani, pilis pugnantes. *V.* TRIARIUS.

PĬLĀRIS, e, adject. ad pilam lusoriam pertinens. *Stat. præf.* 4. *Silv.* Sed et sphæromachias spectamus, et pilaris lusio admittitur.

PĬLĀRĬUM, ii, n. 2. loculus ad mortuorum cineres in pila figulini operis adservandos; ut ollarium, ubi ollæ erant. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 13. *n.* LII. FABIA AGATHANGELIS FECIT LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS OLLARIA ET PILARIA.

PĬLĀRĬUS, a, um, adject. *Gloss. Cyrill.* Σφεροειδής, globosus, pilarius.

PĬLĀRĬUS, ii, m. 2. *giuocolatore di bussolotti, o di palle,* præstigiator, qui levi agitatione parvas pilas videtur emittere, aut in vas injicere, quum secus faciat, vel qui plures pilas in altum et circa se jacit, easque manibus vel ore excipit, iterumque continua circuitione jacit excipitque. *Quintil.* 10. 7. 11. Quo constant miracula illa in scænis pilariorum ac ventilatorum, ut ea, quæ emiserint, ultro venire in manus credas, et qua jubentur, decurrere. Hinc *Manil.* 5. 168. Ille potens turbam perfundere membra pilarum, Per totumque vagas corpus disponere palmas, Ut teneat tantos orbes, sibique ipse reludat, Et velut edoctos jubeat volitare per ipsum. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 250. *n.* 2., quæ est apud *Orell.* 2590. P. AELIO AVG. LIB. SECVNDO PILARIO OMNIVM EMINENTISSIMO etc. Habent hanc voc. et *Not. Tir. p.* 173. Hierosalpinctes, pilarius. *V.* PILILUDIUS, PRÆSTIGIATOR, PSEPHOPÆCTA et SPHÆROPÆCTA.

PILASTILUS, i, m. 2. *Inscript.* apud *Murat.* 538. et *Bertol. Antich. di Aquileja p.* 161. *n.* 164. TI. CLAVDIVS EPAPHRODITIANVS VET. LEG. VII. CL. P. P. PILASTILVS DOLABRAR. COL. FAB. *Muratorius loc. cit.* interpretatus est, qui pilas in basta gerebat, sed *Bertol. loc. cit.* rectius putat interpretandum, qui dolabram gerebat; nam imago hujus Claudii in eodem marmore sculpta non vexillum læva tenet, sed dolabram. Quare pilastilus nobis videtur faber, qui pilum seu cuspidem dolabris sistit, *che rimette la punta ai picconi,* cujus opera dolabrariis quotidie necessaria profecto fuit; vel, si a Græca lingua deducenda vox est, nempe a πίλόω *constipo, coarcto* et στειλεών *manubrium securis,* est qui dolabras manubrio instruit. Ceterum, si vera vocis scriptio est *pilastylus,* ut habent *Ephemer. Venet. Litterat.,* teste eodem *Muratorio,* aliud quærendum vocis etymon, nempe ab eod. πίλόω, et ἄστυλος *columnis carens;* sed quænam sit ejusdem interpretatio, aliis inquirendum

relinquimus. At unice amplectenda videtur interpretatio hujus vocis, quam ex *Hagembuchio* attulit *Orellius n.* 4081., qui pro PILASTILVS legendum putat PIL. ASTILVS; eademque locum habet in altera *Inscript.*, quam ex *Asquinio* secundo loco attulimus. *Astylos* autem fuit nomen Centauri apud *Ovid.* 12. *Met.* 308., et cognom. Rom., de quo *V.* ONOM.

PILATES, genus lapidis, cujus meminit Cato Originum libro quinto: Lapis candidior, quam pilates. *Festus. p.* 237. 5. et *Paul. Diac. p.* 236. 7. *Müll.* Est tamen qui legit *Pellates*, Φελλάτης; item qui *pelastes*; et qui *pellates* ratione habita etymi conjungunt cum πελλὸς *pallidus* et ὑπάλλιος.

PĪLĀTIM, adverb. *per pilastri*, per pilas, seu columnas structiles.

I.) Proprie. *Vitruv.* 6. 11. Item quæ pilatim aguntur ædificia, et cuneorum divisionibus, coagmentis ad centrum respondentibus, fornices concluduntur.

II.) Translate est militare verbum, pertinens ad ordinem aciei densæ, et in longum directæ, pilæque figuram referentis. *Asellio* apud *Servium* ad *Virg.* 12. *Æn.* 121. Triariorum quartum signum antecedebat, sive pilatim, sive passim iter facere volebat. *in colonna.* et *Scaurus ibid.* In agrum hostium veni, pilatim exercitum duxi. *h. e.* strictim et dense, inquit *Serv.* *V.* PILATUS.

PĪLĀTRIX, icis, f. 3. *rubatrice*, quæ pilat, h. e. spoliat. *Titinius* apud *Non. p.* 102. 4. *Merc.* Quam ego hodie hac domo pilatricem pallii pulcre evallavero.

PĪLĀTUS, a, um, particip. *V.* PĪLO et PĪLO.

PĪLĀTUS, a, um, adject. a *pīlum, i*, pilo armatus. *Virg.* 12. *Æn.* 121. Procedit legio Ausonidum, pilataque plenis Agmina se fundunt portis. *Martial.* 10. 48. Et pilata redit jamque, subitque cohors. *h. e.* cohors militum prætorianorum, quæ in palatio excubias agebat. — Locum *Virgilii* alii aliter explicant; nam *pilata agmina* intelligunt densa, spissa: a πιλόω *cogo, coarcto, stipo. Varro* apud *Servium* ad *hunc locum.* Quadratum agmen, quod immixtis etiam jumentis incedit, ut ubivis possit considere: pilatum, quod sine jumentis incedit, sed inter se densum est, quo facilius per iniquiora loca transmittatur. *Ennius ibid.* Inde loci liquidas pilatasque ætheris oras Contemplor. Alii *pilata agmina* volunt esse in longitudinem directa, *in colonna*; a pila structili: vel fixa et stabilia, instar pilæ structilis, quæ fixa manet. *V.* PĪLO sub I. in fin. Hinc translate *Hostius ibid. V.* loc. cit. in PĪLO sub II. *Heynius* tamen ad *Virg. loc. cit.* doctam quidem esse *Servii* notam, sed minus recte locum esse interpretatum putat; ideoque *pilata* est pilo armata. — Similiter aliter leg. alii locum *Martial.* Atque pilata redit, etc. *h. e.* calva et depilata; a *pilis*, seu capillis: unde *pilare*, et nostrum *pelare* et *pelato*, capillis spoliatus. Putant autem sermonem esse de sacerdotibus Isidis, quos calvos fuisse, *Id.* 12. 29. significat. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĪLENS, entis, m. 3. idem ac pilentum, est *Venant. Fort.* 6. 7. 183. Hic pilente petit loca Gallica.

PĪLĔĀTUS, a, um, particip. a *pileo*: πιλοφόρος, pileo tectus. *Liv.* 24. 16. *ad fin.* Pileati, aut lana alba velatis capitibus volones epulati sunt. *Id.* 45. 44. *sub fin.* Regem pileatum capite raso, obvium ire legatis solitum, libertumque se populi R. fere, et ideo insignia ordinis ejus gerere. *Id.* 33. 23. Magis in se convertit oculos Cremonensium-colonorum turba pileatorum, currum sequentium. *h. e.* tamquam libertorum imperatoris. *Seneca Ep.* 18. Nec per omnic nos similes esse pileatæ turbæ voluisses. *h. e.* populo R., qui Saturnalibus pileos sumebat. Hinc *Martial.* 11. 6. Versu ludere non laborioso Permittis, puto, pileata Roma. *Sueton. Ner.* 57. Tantum gaudium (*mors ejus*) publice præbuit, ut plebs pileata tota urbe discurreret. *h. e.* quasi e servitute in libertatem emersisset; vel quasi Saturnalicios dies ageret. *Aurel. Vict. Cæsar.* 13. Vires Romanis trans Istrum propagavit, domitis in provinciam Dacorum pileatis. *h. e.* quibus mos, et patrium gestare pileos. Eadem ratione *Martial.* 10. 72. Ad Parthos procul ite pileatos. Hinc *Paulin. Nolan. carm.* 17. 242. Et Getæ currunt, et uterque Dacus, Qui colit terræ medio, vel ille Divitis multo bove pileatus Accola ripæ. *Alii perperam leg.* pelleatus. — *Pileati fratres* apud *Catull.* 37. 2. sunt Castor et Pollux, quorum proprium gestamen pileus. *V.* PILEUM et OBBATUS. — *Pileati servi*, qui pileo imposito vendebantur: de quibus *Gell.* 7. 4. Pileatos servos venum solitos ire, quorum nomine venditor nihil præstaret, Cœlius Sabinus jurisperitus scriptum reliquit. Cujus rei causam esse ait, quod hujusmodi conditionis mancipia insignia esse in vendundo deberent, ut emptores errare et capi non possent. *V.* ibi reliqua.

PĪLENTUM, i, n. 2. *cocchio, carrozza*, μετέωρον ὄχημα, vehiculi genus, quo matronæ ferebantur, ita libratum duabus rotis, ut considentes in pulvinis, in aere suspensæ agitari viderentur. Differebat a petorito, quod quatuor rotis constabat: pilentum fuit inventum Hispanorum, petoritum Gallorum. Alii tamen dicunt, pilentum a Tuscis esse. *Festus p.* 245. 4. *Müll.* Pilentis et carpentis per urbem vehi matronis concessum est quod, quum aurum non reperiretur, ex voto, quod Camillus voverat Apollini Delphico, contulerunt. De hac eadem collatione ita *Liv.* 5. 25. Honorem ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilento ad sacra ludosque, carpentis festo profestoque uterentur. *Virg.* 8. *Æn.* 665. castæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in mollibus. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 192. Esseda festinant, pilenta, petorita, naves. — Ex loco *Livii* allato discimus, pilenti usum matronis concessum sacrorum tantum et ludorum causa. Ex iis vero, quæ habet *Macrob.* 1. *Saturn.* 6. ex *Verrio Flacco*, sacra solummodo, et instrumenta atque arcana sacrorum pilentis gestari solita in arca super his composita, antequam vectandi matronis destinarentur: eosque pellibus aut lana coactili (quæ πῖλος Græce dicitur, unde his nomen) contegi consuevisse, ne vulgo conspicerentur.

PĪLĔO, as, āvi, atum, are, a. 1. pileum alicui servo imponere in signum libertatis. *Ulp. Collat. Leg. Mosaic. tit.* 11. *leg.* 7. Qui in ludum damnantur, non utique consumuntur, sed etiam pileari et rudem accipere possunt post intervallum; siquidem post quinquennium pileari, post triennium autem rudem induere eis permittitur. *V.* PILEUS et PILEATUS.

PĪLĔŎLUM, i, n. *et sœpius*

PĪLĔŎLUS, i, m. 2. deminut. *berrettino*, πιλίδιον. parvus pileus. *Horat.* 1. *Ep.* 13. 15. Ut cum pileolo (*portes*) soleas conviva tribulis. *Colum. Arbor.* 25. *sub fin.* Antequam frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet, et ita crassis arundinibus, quæ ab una parte nodos integros habent, quasi pileolos induere. *Hieronym. Ep.* 85. *n.* 6. Pileolum textura breve, caritate latissimum, senili capiti confovendo, libenter accepi, et munere et muneris auctore lætatus. *Id. Ep.* 64. *n.* 13. Rotundum pileolum, quale pictum in Ulyxi conspicimus, quasi sphæra media sit divisa, et pars una ponatur in capite: hoc Græci et nostri πέταυον, nonnulli galerum vocant: non habet acumen in summo, nec totum usque ad comam caput tegit; sed tertiam partem a fronte inopertam relinquit. Hoc pileo tam sacerdotes, quam pontifices utuntur. Ex his patet, pileolum esse, quod Galli nunc *calotte*, Itali *berrettino* vocant.

PĪLĔUM, i, n. 2. *et*

PĪLĔUS, i, m. 2. tegmen et indumentum virile capitis, ut calvatica et mitra muliebre, ut *Servius* ad *Virg.* 9. *Æn.* 616. docet, πῖλος, πίλιον (It. *berretta*; Fr. *feutre, chapeau, bonnet*; Hisp. *fieltro, sombrero, bonete*; Germ. *der Filz*; Angl. *a covering for the head, a hat, cap, or bonnet*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Pilei figura fere similis erat dimidio ovi putamini, ut sunt qui hodieque a nobis gestantur in cubiculo et in lecto. Ideo Castori et Polluci tribuuntur, ut in PILEATUS dictum est, quia ex ovo nati finguntur. *Paul. Diac. p.* 207. 4. *Müll.* aliam causam affert: Pilea, inquit, Castori et Polluci dederunt antiqui, quia Lacones fuerunt, quibus pileatis pugnare mos est. *Plaut. fragm.* apud *Non. p.* 220. 14. *Merc.* Pileum, quem habuit, deripuit eumque ad cælum sustulit. — *b*) Pileorum materia fere fuit lana coacta: id enim indicat Græca vox πῖλος, unde πιλόω *cogo, denso.* Pauperiores etiam ex segmentis tritæ lacernæ pilea sibi consuebant. *Stat.* 4. *Silv.* 9. 23. usque adeone defuerunt Cæsis pilea suta de lacernis? *Martial.* 14. 132. cui titulus, *Pileus.* Si possem, totas cuperem misisse lacernas: Nunc tantum capiti munera mitto tuo. *V. Lips. de Amphith. c.* 19. *et* 20. — Etiam ex pelle fiebat pileum, eoque utebantur milites extra prælium. *Veget.* 1. *Milit.* 20. Usque ad præsentem prope ætatem consuetudo permansit, ut omnes milites pileis, quos pannonicos vocabant, ex pellibus uterentur, quod propterea servabatur, ne gravis galea videretur in prælio homini, qui gestabat aliquid semper in capite. — *c*) De tribus pileorum generibus *V.* in GALERUS. — *d*) Romani passim Saturnalibus pilea gestare solebant, quo tempore maxima voluptatum, risus et joci tota urbe libertas erat, et servi ipsi temporaria quadam libertate fruebantur. *V.* PILEATUS; et *Martial.* 14. 1. — *e*) Quod *Apul. de Mag.* Mercurio pileum tribuit, videtur cum petaso confundere. ¶ 2. Speciatim apud Romanos pileus erat libertatis insigne, gestabaturque a novis libertis, qui, quum in servitute promissum capillum et nudum caput gererent, manumissi capillum statim radebant, pileumque induebant: idque in templo Feroniæ, quæ libertorum dea, ut *Servius* ad *Virg.* 8. *Æn.* 564. docet. Causam affert *Non. p.* 528. 21. *Merc.*, quam *V.* in RADO. *Plaut. Amph.* 1. 1. 305. Quod ille faciat Juppiter, Ut ego hic hodie raso capite calvus capiam pileum. *Pers.* 5. 82. Hæc mera libertas: hanc nobis pilea donant. *Servius loc. cit.* tradit, Tarracinæ templum Feroniæ fuisse, et in eo sedile lapideum, in quo hic versus incisus erat: Benemeriti servi sedeant, surgent liberi. — Hinc *servos ad pileum vocare* est vocare ad libertatem, excitare ad arma cum promissione libertatis: quod fere seditiosum fuit. *V. Liv.* 24. 32. *in fin.*; *Sueton. Tib.* 4.; *Seneca Ep.* 47. *ad fin.*; et *Val. Max.* 8. 6. *n.* 2. — Apud *Martial.* 2. 68. Totis pilea sarcinis redemi. *h. e.* libertatem, vendita omni mea supellectili, recuperavi, effecique, ut sine aliena sportula vivere possem, quæ me obnoxium, et quasi servum aliorum fecerat. — Etiam ingenui, qui aliquando in captivitatem incidissent, libertate recuperata pileum tantisper sumebant. Exemplum habes in Q. Terentio Culeone apud *Liv.* 30. 45.; *Quintil. declam.* 9. 20.; et *Val. Max.* 5. 2. *n.* 3. *et* 6. *V.* et *Liv.* 34. 52. *in fin.* — Etiam gladiatores, si pluries vicissent, post quinquennium manumissi pileum accipere poterant. *Tertull. Spectac.* 21. *ad fin.* Qui insigniori cuique homicidæ leonem poscit, idem gladiatori atroci petat rudem et pileum præmium conferat. *V.* PILEO. ¶ 3. Item, *pileum meum*, appellatio hominis amici, et nos nostraque tuentis et foventis *Plaut. fragm.* apud *Non. p.* 220. 16. *Merc.* Te obsecro, Lyde, pileum meum, mi sodalis, mea salubritas. *Alii melius leg.* Obsecro te, pileum vide meum, etc.

II.) Translate hoc nomine appellatur etiam membrana, seu pellicula, qua fetus contecti nascuntur. *Lamprid. Diadum.* 4. Solent pueri pileo insigniri naturali, quod obstetrices rapiunt, et advocatis credulis vendunt; siquidem causidici hoc juvari dicuntur: at iste puer pileum non habuit, sed diadema tenue, etc. Hoc Itali *nascere vestito* dicunt.

PĪLĬCRĔPUS, i, m. 2. qui pila ludit, eamque mittendo et remittendo, et solo impingendo,

crepat, et sonitum edit. *Gloss. Isid.* Pilicrepus, qui pila ludit. *V.* vocem sequent. *Seneca Ep.* 56. Si vero pilicrepus supervenerit, et numerare cœperit pilas, actum est. *Inscript.* apud *Gruter.* 637. 1., quæ est apud *Orell.* 2591. VRSVS TOGATVS VITREA QVI PRIMVS PILA LVSI DECENTER CVM MEIS LVSORIBVS LAVDANTE POPVLO MAXIMIS CLAMORIBVS THERMIS TRAIANI THERMIS AGRIPPAE ET TITI MVLTVM ET NERONIS SI TAMEN MIHI CREDITIS EGO SVM. OVANTES CONVENITE PILICREPI etc. Hujus Inscriptionis interpretationem attulit *Morcell. de stil. Inscript. Lat. T.* 1. *p.* 454. *edit. Patav. Lips.* ad *loc. Senecæ cit.* vult intelligi eos, qui lusoria pila se exercebant in balneis, super tabulatis valde ex ictu pilæ crepantibus. Unde *Stat.* 1. *Silv.* 5. quæ est de balneo Etrusci, 57. Quid nunc strata solo referam tabulata, crepantes Auditura pilas, ubi languidus ignis inerrat Ædibus, et tenuem volvunt hypocausta vaporem? Aliter alii hanc vocem explicant, *Turneb., Hieron. Mercurial., Cœl. Rhodigin.*, item *Hadrian. Jun.* qui *pilicrepum* intelligit pilos evellentem e corpore: sed hoc in allata Inscriptione locum non habet. *Inscript.* inscripta in externo pariete balnei Pompejis reperta, edita vero a *Car. Rosino Dissert. isagog. p.* 66. A. VETTIVM FIRMVM AEDilem orat vt faveat dignum rei publicæ orat vt faveat: PILICREPI FACITE. *h. e.* qui pila hic luditis, magno pilarum crepitu plaudite. Hanc eamdem *Inscript.* exhibet *Henzenius n.* 7305., cui sic legendum videtur: *Orant vt faciatis dignum re publica orant vt faciatis.*

PĪLĪLŪDĬUS, ĭi, m. 2. idem ac pilarius, qui duabus, vel pluribus pilis utraque manu alternatim jactatis ita ludit, ut a tergo eas capiat, quas ab antica parte projecerit, et quas manu reflexa a tergo projecerit, altera manu recipiat ab antica; quod apprime convenit *Manilii loc. cit.* in PILARIUS. *Gloss. Isid.* Pilicrepus, qui pila ludit: pililudius, qui pilotello ludit. *Pilotello* videtur vox corrupta ex *pila alterna*, vel *pila a tergo*. V. *Museo di Mantova* a *Io. Labusio* editum *T.* 3. *tav.* 24. *p.* 167., ubi hujusmodi pilarum lusor in antiquo lapide sculptus visitur, ibique ab *eodem* docte illustratur.

PĪLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Pilans* I.; *Pilatus* I. et II. — Pilare, quod ratione habita etymi conjungi potest cum Gr. πιλοῦν aut πιλεῖν *stipare, densare*, significat premere, figere, densare, *premere, addensare.*

I.) Proprie. *Hostius* apud *Servium* ad *Virg.* 12. *Æn.* 121. Percutit, atque hastam pilans præ pondere frangit. ubi *Servius*: Pilans, id est figens. — Hinc *Pilatus* est densus, pressus. V. *Varronis* et *Ennii* loc. citt. in PILATUS, a, um: *Servius* vero ad *Ennii* loc. cit: Pilatas, firmas et stabiles significat et quasi pilis fultas.

II.) Translate. *Hostius* apud *Servium loc. cit.* Sententia præsto pectore pilata. ubi *Servius*: Id est fixa.

PĪLO, as, āvi, ātum, are, 1. duo diversa significat; scilicet

A) *Pilare*, verbum neutr. a *pilus*, est pilos accipere, vel emittere, τριχόω. *Paul. Diac. p.* 204. 8. *Müll.* Pilat pilos habere incipit; alias pro detrahit pilos, a quo depilati. et *Non. p.* 39. 25. *Merc.* Pilare dictum est, ut plumare, pilis vestiri. *Afranius* apud *eumd. ibid.* Præterea corpus meum nunc pilare primum cœpit. *Novius ibid.* Pati dum poterunt, antequam pugæ pilant.

B) *Pilare* (a quo Part. *Pilans* et *Pilatus* II.), verbum act., et compilare a Græco trahitur; Græci enim fures philetas dicunt, ut ait *Paul. Diac. p.* 204. 7. *Müll. V.* PHELETA. Alii ducunt a πιλοῦν aut πιλεῖν *stipare, densare*; quia fures stipant ea, quæ furantur: alii denique a ψιλόω *calvum reddo* atque adeo *nudo, spolio.* Quidquid sit de etymo, pilare significat pilos evellere, seu detrahere, *pelare.*

I.) Proprie. *Martial.* 6. 56. Teque pilare tuas testificare nates. *et* 12. 32. Summœnianæ qua pilantur uxores. *V. Paul. Diac. loc. cit.* sub *A.*

II.) Translate est furari, expilare, suppilare, *espilare, rubare*, συλάω. *Ammian.* 31. 2. Nec castra inimica pilantes. *et ibid.* 5. Jam turmæ prædatoriæ concursabant, pilando villas et incendendo. *Id.* 14. 2. Cognitis pilatorum cæsorumque funeribus, nemo deinde ad has stationes appulit navem. Tribuitur etiam *Petron. fragm. Tragur.* 43. *et* 44. *Burmann.*

PĪLŌSĬTAS, ātis, f. 3. abstracta qualitas ejus, qui pilis est plenus. *Gloss. Cyrill.* Τριχωσις, pilositas.

PĪLŌSUS, a, um, adject. Comp. *Pilosior.* — Pilosus est pilis plenus, *peloso*, τριχώδης. *Cic. Pis.* 1. 1. Non enim nos color iste servilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt. *Varro* 2. *R. R.* 2. 3. Ovis ventrem habeat pilosum. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 16. 64. (172). E contrario quæ mollis vocatur, pilosioribus foliis, ac ramis et aculeatis. *Martial.* 12. 59. Te vicinia tota, te pilosus Hircoso petit osculo colonus. *Auct. Priap.* 47. Ursis asperior, pilosiorque.

PĪLŪLA, æ f. 1. *deminut.* a pila, est parva pila, globulus, sphæricum quiddam et rotundum, *palletta, pallotola*, σφαιρίδιον. ¶ 1. Generatim. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 7. 10. (28). Nascuntur in eo pilulæ nucibus non absimiles. *Pelagon. Veterin.* 14. Pilulæ cupressi. *coccole di cipresso. Marcell. Empir. c.* 9. *p.* 89. *retro* ed. *Ald.* De muris fimo pilulas septem teres. *et c.* 29. *p.* 130. Leporini stercoris pilulas septem teres. ¶ 2. Speciatim usurpatur de pharmacis, quæ hac forma sumimus, quæque Græcis dicuntur καταπότια, a καταπίνω *deglutio.* Non enim comminuendæ dentibus, aut gustandæ sunt pilulæ, sed integræ devorandæ. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 37. (138). Vetus axungia phthises pilulis sumpta sanat. *in pillole. Marcell. Empir. c.* 28. *p.* 128. ed. *Ald.* Facies pilulas magnitudine ea, qua ano injici possint. *V.* CATAPOTIUM.

PĪLUM, i, n. 2. quod, ratione habita etymi, conjungi potest cum Gr. πιλόω *denso, constipo*, est pistillum, instrumentum, quo quippiam mortario teritur, ὔπερον (It. *pestello*; Fr. *pilon*; Hisp. *mano de mortero*; Germ. *der Stengel zum Stampfen, die Mörserkeule*; Angl. *a pestle or poundre, to bray any thing in a mortar with*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 10. Pilas duas, pilum fabarium unum, farrearium unum. *et* 18. *ad fin. de paviment.* De glarea et calce arenato primum corium facito: id pilis subigito. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 23. (97). Pinsente pilo præferrato. — Pilum Græcum est, teste *Turnebo l.* 6. *Adversar. c.* 18. et *l.* 17. *c.* 8., quod in pinsendo fritico una deprimitur parte, altera attollitur. *Plaut. fragm.* apud *Festum p.* 274. 29. *Müll.* Quasi tollenonem, aut pilum Græcum reciproces plana via. *Forcellinus* ita edidit *Furnebum l.* 6. *Adversar.* 16. et *l.* 17. 18. secutus: *Müllerus* vero legendum putat: Quasi tolleno, aut pilum Græcum reciprocas plagas ita.

II.) Translate, pilum, πῖλος, fuit telum missile Romanum, cujus hastile, teste *Veget.* 2. *Milit.* 15., erat quinque pedum et semis, et ferrum trigonali figura novem unciarum. Generaliter tamen *pila*, ut ait *Servius* ad *Virg.* 7. *Æn.* 664., tela Romana sunt, sicut gæsa Gallorum, et sarissæ Macedonum. *Cic.* 11. *Phil.* 2. 5. Cervicibus caput abscidit, idque adhuc gestari jussit in pilo. *Lucan.* 1. 7. pares aquilas, et pila minantia pilis. *Liv.* 9. 19. Macedonibus arma, clipeus sarissæque: Romano scutum, majus corpori tegumentum, et pilum, haud paullo, quam hasta, vehementius ictu missuque telum. *Cæs.* 1. *B. G.* 25. Milites e loco superiore pilis missis facile hostium phalangem perfregerunt. *Seneca* 3. *Ira* 2. In imperatorem suum legiones pila torserunt. *Tac.* 15. *Ann.* 7. Et pila militum arsere magis insigni prodigio, quia Parthus hostis missilibus telis decertat. — *Polybii* ætate (V. *Polyb.* 6. 21.) hastile ligneum trium cubitorum fuit, ferro ejusdem longitudinis ita præfixum, ut ferrum in medio hastili inciperet. V. *Herz.* ad *Cæs.* 1. *B. G.* 25. et *Heindorf.* ad *Horat.* 2. *Sat.* 1. 13. — *Muralia pila*, apud *Cæs.* 5. *B. G.* 40. et *Tac.* 4. *Ann.* 51., sunt quæ in hostes e muris jaciuntur. — *Pilum præpilatum. V.* PRAEPILATUS. — *Pilum alicui injicere* apud *Plaut. Most.* 3. 1. 43. est impedimentum afferre et quasi injecto pilo morari. — *NB.* Sunt qui putant pilum significare etiam pilum seu columnam structilem, *pilastro*, ex illo *Liv.* 1. 26. Spolia Curiatiorum fixa eo loco, qui nunc Pila Horatia appellatur. *et mox.* Modo inter illa pila et spolia hostium. *et Propert.* 3. 2. 7. Et cecinit Curios fratres, et Horatia pila. Porro *Dionys. Halic. l.* 3. Στυλίς, inquit, Ὀρατία καλουμένη πίλα. h. e. columella appellata Pila Horatia. Sed hæc rem non conficiunt. Nam *pila Horatia* commode intelliguntur arma Horatiorum seu Horatii pilati: quod de loco *Propertii* affirmant *Passerat.* et *Brouchusius. Dionys.* vero hoc dicit, columellam illam sic vocatam fuisse, quia Horatia arma olim habuit imposita. — De pilo ordine aciei, *V.* PĪLUS.

PĪLŪMEN, quidquid in pila tunditur. *Gloss. Isid.*

PILUMNOE POPLOE in carmine Saliari Romani, velut pilis uti assueti, vel quia præcipue pellant hostes. Hæc *Festus p.* 205. 24. *Müll. Forcellino Pilumnæ*, h. e. Pilumni, sunt Romani. Alii putant, *Pilumnæ* esse Genitivum singularem, *poploe* rectum plurale, ut significetur populus Pilumni, *h. e.* Romuli, qui Pilumnus dictus est a pilo, ut Mars a pico Picumnus. Sed hoc est minus probabile.

PĪLUS, i, m. 2. qui ratione habita etymi a nonnullis conjungitur cum Gr. πτίλον *penna, ala*, est excrementum in pelle animalis. Differt a *capillo*, quia *pilus* est in omnibus corporis partibus: *capillus*, qui caput contegit. Sed hoc discrimen nonnunquam confunditur. Gr. θρίξ (It. *pelo*; Fr. *poil*; Hisp. *pelo*; Germ. *das einzelne Haar*; Angl. *a hair*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Phædr.* 5. 6. Invenit calvus forte in trivio pectinem: Accessit alter æque defectus pilis. *h. e.* capillis. *Ovid.* 3. *Art. am.* 194. Neve forent duris aspera crura pilis. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 47. (130). In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus. *Varro* 2. *R. R.* 11. 11. Ut fructum ovis e lana ad vestimentum, sic capra pilos ministrat ad usum nauticum. *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 143. Munitæ sunt palpebræ tamquam vallo pilorum. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 45. Utor permisso, caudæque pilos ut equinæ Paullatim vello. Hæc *Horatii* verba illustrantur ex narratione *Val. Max.* 7. 3. 6., ubi Sertorius Lusitanorum duci jubet, imbecillum senem paullatim carpere validissimi equi caudam, quam frustra fortissimus juvenis universam convellere nisus fuerat. Hæc eadem narrat *Plutarch. Sertor.* 17.; et *Frontin.* 1. *Strateg.* 10. et 4. *ibid.* 7. — *Contra pilum*, Italice *a contrappelo. Pelagon. Veterin.* 26. *ad fin.* Pice cum melle sulphureque et vini fæcibus veterrimis et stercore ovillo commixtis (*equum*) contra pilum fricato. *et mox.* Contraque pilum jumentum ungis. Adde *Veget.* 1. *Veterin.* 10. 7. et 11. 3. *Schneid.* — *c*) Proverbium videtur illud apud *Senec. Tranquill. anim.* 8. 3. Non minor molestum esse calvis, quam comatis, pilos velli. Item illud apud *eumd.* 4. *Quæst. nat.* 11. Propius quidem est, sed sic, quomodo est pilus pilo crassior.

II.) Translate dicitur de re minima et nullius momenti. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 16. *extr.* Ego ne pilo quidem minus me amabo. *punto di meno.* et 5. *Att.* 20. *a med.* Interea e Cappadocia ne pilum quidem. *Id. Hosc. Com.* 7. 20. Qui capite et superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur. *Catull.* 10. 13. non facit pili cohortem. *non la stima un pelo.* Sic *Id.* 17. 16. Ludere hanc sinit, ut lubet, nec pili facit uni (*uni pro unius*).

PĪLUS, i, m. 2. Quidam Lexicographi neutrius generis fecere, ita nimirum postulante analogia; sed nullo exemplo genus confirmant. Certe masculini generis est apud *Sueton. Cal.* 44., cujus verba sub I. *b.* afferuntur. — *Pilus* est a voce *pilum*, quam *V.* sub II., et fere dicitur *primus*

pilus, et seriori ævo etiam junctim *primipilus*.

I.) Proprie est centuria prima seu triariorum. — *a)* Universim. *Cæs.* 5. *B. G.* 35. Superiore anno primum pilum duxerat. *Id.* 1. *B. C.* 46. Cæcilius primi pili centurio. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 13. et 3. *B. G.* 5. *Liv.* 42. 34. Quater intra paucos annos primum pilum duxi. *Cæs.* 3. *B. C.* 53. Quem (*Scævam centurionem*), ut erat de se meritus et de republica, donatum millibus ducentis æris ab octavis ordinibus ad primum pilum se transducere pronunciavit. — *b) Sueton. Cal.* 44. Plerisque centurionum maturis jam, et nonnullis ante paucissimos quam consummaturi essent dies, primos pilos ademit. *tolse il comando dei triarii.* — *c)* Poetice *summi pili* legitur apud *Lucan.* 1. 356. summi tum munera pili Lælius, emeritique gerens insignia doni, Servati civis referentem præmia quercum. — *d)* Poetæ carminis causa *pilum* etiam simpliciter dicunt pro *primum pilum*. *Martial.* 1. 32. Grata Pudens meriti tulerit quum præmia pili. Adde *eumd.* 6. 58.

II.) Translate *primipilus* et *primopilus*, *i*, (de qua scriptione *V.* infra) m. 2. πρώτου πίλου ἄρχων, est centurio primi pili, h. e. dux primæ centuriæ in ordine pilanorum, seu triariorum. *Veget.* 2. *Milit.* 8. Vetus consuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoveretur centurio primi pili, qui non solum aquilæ præerat, verum etiam quatuor centurias, h. e. quadringentos milites in prima acie gubernabat. Hic tamquam caput totius legionis merita consequebatur et commoda. His similia habet *Dionys. Halic. l.* 9. *p.* 567. *Silb.*, qui addit: τούτους Ῥωμαῖοι τοὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλωττῃ πριμπίλους καλοῦσιν. *Liv.* 7. 41. *a med.* Additum legi, ne quis, ubi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset. Id propter P. Salonium postulatum est, qui alternis prope annis et tribunus militum et primus centurio erat, quem nunc primi pili appellant. *h. e.* centurionem primi pili. *Cæs.* 2. *B. G.* 25. Omnibus centurionibus aut vulneratis, aut occisis, in his primipilo P. Sexto Baculo. *Alii legunt* primo pilo, *alii* primi pili. *Val. Max.* 1. 6. *n.* 11. Aquilarum altera vix convelli a primipilo potuit. — Ex locis allatis constat, vetustiores disjunctim *primus pilus* scribere maluisse, recentiores sæpius conjunctim *primipilus* et *primopilus*, et utrobique vocem *centurio* omisisse: quod clarius patebit ex sequentibus *Inscript.* apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 120. M. POMPEIO M. F. AN. ASPRO PRIMOP. LEG. IIII. CYREN. etc. *Alia* apud *Gruter.* 349. 4. PAVLO AEMILIO PRIMOPILO BIS PRAEF. EQVIT. TRIBVNO COHORTIS IIII. PRAETOR. etc. *Alia* apud *eumd.* 370. 1. SEX AVFIDIO SEX. F. ANI. PRIMOPIL. II. TRIB. MIL. etc. Adde *aliam* apud *eumd.* 437. 5., ubi tamen separatim legitur PRIMO PILO. *Alia* apud *Labus. Dissert. de la certit. de la science des antiq. p.* 61. C. BAEBIO P. F. CLA. ATTICO PRIMOPIL. LEG. V. MACEDONIC. PRIMOPIL. ITERVM etc. — Aliquando etiam *pilus* pro *primus pilus* dicebatur: *V.* sub I. *d.* et infra. — Summa erat primi pili dignitas, quique eam obtinebat, statim in equestrem ordinem referebatur. *Martial.* 6. 58. Et referes pili præmia clarus eques. Hinc *Ovid.* 3. *Amor.* 8. 10. Ecce recens dives, parto per vulnera censu, Præfertur nobis, sanguine factus eques. *et mox* εἰρωνικῶς 25. Discite, qui sapitis, non quæ nos scimus inertes, Sed trepidas acies et fera castra sequi. Proque bono versu primum deducite pilum. *V. Lips. de milit. Rom. l.* 2. *dial.* 8.

PĪNA, æ, f. 1. *V.* PINNA.

PĪNĂCŌTHĒCA, æ, *et* pĭnăcōthēce, es, f. 1. *galleria*, πιναχοθήκη, locus in ædibus amplus, pictis tabulis et veterum imaginibus exornatus: a πίναξ *tabula* et θήκη *repositorium*. *Vitruv.* 6. 5. Pinacothecæ, uti exedræ, amplis magnitudinibus sunt constituendæ. *et ibid.* 18. Habent eæ domus (*Græcorum*) vestibula egregia porticusque ornatas, et in porticibus, quæ ad septentrionem spectant, triclinia Cyzicena et pinacothecas: ad orientem autem bibliothecas, etc. *Varro.* 1. *R. R.* 2. 10. Hujus spectatum veniunt villas, non ut apud Lucullum, ut videant pinacothecas, sed oporothecas. *et ibid.* 59. 2. Ut in pinacothece. faciant, quod spectaculum datur ab arte. *Plin* 35. *Hist. nat.* 2. 2. (4). Et inter hæc pinacothecas veteribus tabulis consuunt, alienasque effigies colunt. *et ibid.* 11. 40. (148). Celeberrimi pictores, quorum tabulæ pinacothecas implent. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 724. *n.* 443., quæ est apud *Orell.* 2417. FLAVIVS APOLLONIVS PROCVRATOR AVGVSTI QVI FVIT A PINACOTHECIS ET M. VLPIVS AVG. LIB. CAPITO ADIVTOR EIVS etc. *custode dimostratore delle gallerie*, et *ajutante del custode, etc.*

PĪNĀLIS, e, adject. qui est ex pinu, pineus. *Isid.* 17. *Orig.* 7. Resina pinalis.

PINASTELLUS. *V.* PEUCEDANUM.

PĪNASTER, tri, m. 2. πίτυς ἄγρια, pinus silvestris. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 16. (39). Pinaster nihil est aliud, quam pinus silvestris, mira altitudine, et a medio ramosa, sicut pinus in vertice.

PĪNAX, ăcis, m. 3. tabula, πίναξ; Græca vox. *Capell.* 2. *p.* 42. Erigone spicas manu, cælatumque ex ebeno pinacem argumentis talibus afferebat. Ita *Kopp.* ex omnibus mss. *Grotius* vero Græcis litteris usus est. Huc pertinet *Gloss. Placid.* edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 496. Pinaces dicuntur imagines mire depictæ. — *Pinax Cebetis* est libellus Cebetis philosophi Thebani, in quo humanæ naturæ et vitæ rationem tamquam in tabula descripsit. *Tertull. advers. Hæret.* 39. Inter cetera stili sui otia Pinacem Cebetis explicuit. — Etiam *Aurelius Opilius* grammaticus libellum scripsit, qui Pinax inscribitur. *Sueton. Gramm.* 6. *extr.* — *Cassiod. Divin. litt.* 25. Pinacem Dionysii discite breviter comprehensam; ut quod auribus in supra dicto libro percipitur, pæne oculis intuentibus videre possitis. *h. e.* descriptionem orbis terrarum a Dionysio Græce scriptam et a *Prisciano* in Latinam linguam conversam. — *PB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PINCERNA, æ, m. 1. *coppiere*, οἰνοχόος, pocillator, servus a cyatho, a potione, minister vini: a πίνειν κίρνα *ad bibendum misce*, vel potius ab ἐπικίρνης, quod ab ἐπικεράννυμι *admisceo*. V. *Ducang. Gloss. Græcit.* in V. Πιγκέρνης. *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 3. *Verr.* 26. Provocant se invicem; majoribus autem poculis poscunt a pincerna, id est petunt: ut subaudiatur bibere. *V.* POSCO. *Lamprid. Alex. Sev.* 41. Ita ut annonas, non dignitates acciperent fullones et vestitores et pictores et pincernæ. *Inscript.* Christiana apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 188. ANTIOCHO PINCERNAE *qui vixit ann.* XXX. Hic videtur Christianus de domo Cæsarum fuisse, ibique pincernæ officium exercuisse. V. *Lamium de erudit. Apostol. p.* 320. *Hieronym. Quæst. in Genes.* 40. 1. Quem servum nos possumus more vulgi vocare pincernam. Nec vile putetur officium, quum apud reges barbaros usque hodie maximæ dignitatis sit, regi poculum porrexisse.

PINDĂRĬCUS, a, um, adject. ad Pindarum pertinens: *V.* ONOM. — *Pindaricum metrum* constat trimetro brachycatalecto, ut est hoc: Medium rapido mare Tibris adit fluvio. *Serv. Centimetr. p.* 1822. *Putsch* — *Priscian. de XII. vers. Æn.* 1. *p.* 1216. *Putsch.* Dicuntur hypercatalecti, quibus abundat una vel duæ syllabæ, ut novenarium Pindaricum, quod, quum sit dimetrum iambicum, habet tamen unam syllabam plus in fine: *Horatius*: Silvæ laborantes geluque.

PĪNĒA, æ, f. 1. *V.* PINEUS in fin.

PĪNĒTUM, i, n. 2. *selva di pini, pineto*, πιτυών, locus pinis consitus, pinorum silva: et per synecdochen sumitur pro quovis nemore. *Ovid.* 2. *Fast.* 275. Cinctaque pinetis nemoris juga Nonacrini. *Id.* 15. *Met.* 603. Qualia succinctis, ubi trux insibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt. *Id.* 4. *Fast.* 273. innumeræ cædunt pineta secures. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 8. 43. (66). Chrysolachanum in pineto lactucæ simile nascitur.

PĪNĔUS, a, um, adject. *di pino*, πιτύϊνος, qui est ex pinu. *Virg.* 11. *Æn.* 788. cui pineus ardor acervo Pascitur. *h. e.* ignis e pineis lignis succensus. *et ibid.* 320. et celsi plaga pinea montis. *h. e.* ubi mons est pinis consitus. Sic *Val. Flacc.* 3. 521. juga pinea montis. *Virg.* 9. *Æn.* 85. pinea silva. *et* 2. *ibid.* 258. claustra. *h. e.* latus equi duratei. *Propert.* 4. 6. 20. moles. *h. e.* navis. *Ovid.* 14. *Met.* 530. fert avidas in pinea Turnus Texta faces. *h. e.* in tabulata navium. (Adde *Catull.* 64. 10.; et *Ovid.* 1. *Fast.* 506.) *Martial.* 9. 76. Pinea compages. *h. e.* tabularum pinearum. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 10. 9. (35). Pineæ nuces. *et ibid.* (36). Pinea corona victores apud Isthmum coronantur. *Lucret.* 4. 587. Pan Pinea semiferi capitis velamina quassans. — Hinc

Pinea, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est nux, vel arbor pinea, *pina. Colum.* 5. *R. R.* 10. 14. Eodem tempore jugiandem, et pineam et castaneam serere oportet. *Id.* 10. *ibid.* 239. *de cinara.* deflexaque collo Nunc adoperta manet, nunc pinea vertice pungit. *h. e.* velut pinea nux. *Lamprid. Commod.* 9. Isiacos pineis usque ad perniciem pectus tundere cogebat. *h. e.* strobilis.

PINGO, pingis, pinxi, pictum, pingere, a. 3. Part. *Pictus* I. 1. 2. et in fin.; *Picturus* et *Pingendus* II. 3. — *Pingere*, quod, ratione habita etymi, est a *fingo*, ut volunt nonnulli, vel a sanscr. *piç-â-mi*, orno, fingo, unde et Gr. ποικίλος *variegatus*, et conjungi potest cum Gr. πίναξ *pictura, tabula*, est formam alicujus rei ductis lineis et inductis coloribus repræsentare, γράφω (It. *dipingere, pingere*; Fr. *peindre, représenter en peinture*; Hisp. *pintar, figurar con el pincel y los colores*; Germ. *malen, abmalen*; Angl. *to depict, delineate, paint, draw, portray*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 2. *Fam.* 12. (et *Horat.* 2. *Ep.* 1. 239.) Neque Alexander gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, et a Lysippo fingi volebat. *Id.* 2. *Invent.* 1. 1. Tabulas pingere. *et ibid.* Helenæ simulacrum. *Id.* 2. *Orat.* 16. 69. hominis speciem. *Horat. Art. P.* 21. ære dato qui pingitur. *Ovid.* 10. *Met.* 516. Corpora nudorum tabula pingantur Amorum. *Phædr.* 4. 5. Quum victi mures mustelarum exercitu, Historia quorum in tabernis pingitur, etc. *Seneca Ep.* 9. Pingere artifici jucundius est, quam pinxisse. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 7. 33. (51). Nero princeps jusserat se pingi CXX. pedum in linteo, incognitum ad hoc tempus. — Et cum Infinito *Ovid.* 1. *Amor.* 14. 33. quas (*comas*) quondam Dione Pingitur humenti sustinuisse manu. — *Tabula picta* est pictura in tabula, *una pittura. Cic. Brut.* 75. 261. Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Sic *Horat.* 1. *Sat.* 1. 72. pictis gaudere tabellis. — Sic pro ductis lineis repræsentare. *Tibull.* 1. 11. 31. Ut mihi potanti possit sua dicere facta Miles, et in mensa pingere castra mero. et *Ovid.* 2. *Art. am.* 131. Ille levi virga *etc.* in spisso litore pingit opus. *delinea, descrive.* ¶ 2. Speciatim *acu pingere* est quod nos Itali dicimus *ricamare. Cic.* 5. *Tusc.* 21. 61. Stragulum textile magnificis operibus pictum. *Ovid.* 6. *Met.* 23. Seu pingebat acu, scires a Pallade doctam. *Id.* 3. *ibid.* 556. pictis intextum vestibus aurum. *Id. Heroid.* 12. 30. Et premitis pictos corpora Graja toros. *h. e.* toros pictis tapetibus ornatos. *Tac.* 6. *Ann.* 34. Simul horridam suorum aciem, picta auro Medorum agmina: hinc virus, inde prædam ostendere. *h. e.* agmina pictis auroque intextis vestibus induta. Sic *Martial.* 10. 72. Picti reges. *h. e.* pictis vestibus induti. — *Picta toga* quæ triumphantium fuit, itemque consulum sub imperatoribus, et prætorum, quoties ludos ederent; ita dicta est, quod acu elaborata esset, et opere Phrygio distincta. Eadem et *palmata* dicta est, quamquam sæpius apud Latinos scriptores invenies *palmatam tunicam*, quam *palmatam togam*. *V.* PALMATUS. Item *Capitolina* aliquando dicitur, tum quod ea Juppiter Capitolinus indutus esset, tum quod vestes triumphales

in templo Jovis Capitolini servarentur, et inde, quum opus foret, depromerentur. *Lamprid. Alex. Sev.* 40. Prætextam et pictam togam numquam nisi consul accepit, et eamdem quidem, quam de Jovis templo sumptam alii quoque accipiebant aut prætores, aut consules. — *Plin.* 33. *Hist. nat.* 9. 46. (131). Tingit Ægyptus argentum, ut in vasis Anubim suum spectet, pingitque, non cælat argentum. Ad hæc *Letronne* in *Annal. dell'Instit. T.* 6. *p.* 230. «De ce passage unique il resulte, que cet art fut une industrie propre à l'Egypte. Le procédé consistait non pas à peindre l'argent, mais à le teindre par des alliages, et à produire des figures, au moyen de mordans appliqués à la surface. C'est un procédé chimique et metallurgique, que M. Quatremere de Quincy (*Jupiter Olymp. p.* 59.-62.) a très-bien expliqué ».

II.) Translate. ¶ 1. De rebus est colores inducere, inficere, *colorire, tingere;* atque adeo variis coloribus ornare, variare. *Virg.* 6. *Ecl.* 22. Sanguineis frontem moris et tempora pingit. *Lucret.* 4. 336. palloribus omnia pingunt. *Id.* 2. 374. Concharumque genus parili ratione videmus Pingere telluris gremium. *et* 5. 1395. anni Tempora pingebant viridantes floribus herbas. Cf. *Virg. Cul.* 69. Florida quum tellus gemmantes picta per herbas. *Id.* 2. *Ecl.* 50. Mollia luteola pingit vaccinia caltha. *Martial.* 14. 5. Nigra tibi niveum littera pingat ebur. *et ibid.* 77. Gaudebatque suas pingere barba genas. *Auct. Priap.* 16. Quale fuit malum, quod littera pinxit Acontî. V. *Ovid. Heroid.* 20. 237. ¶ 2. Item de rebus pro simpliciter ornare. *Cic.* 4. *Att.* 5. *extr.* Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione et sillybis. *Seneca Med.* 310. stellis pingitur æther. ¶ 3. Transfertur concinne ad orationem. *Cic. Brut.* 37. 141. Σχήματα non tam in verbis pingendis habent pondus, quam in illuminandis sententiis. *h. e.* per tropos ornandis. *Id.* 1. *Att.* 14. Totum hunc locum, quem ego varie meis orationibus soleo pingere, de flamma, de ferro, valde graviter pertexuit. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 15. Modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis penicillo meo. *Boeth. in Porphyr.* 2. *p.* 56. Ut lector acquiescat ac sileat ad id, quod picturus est, Peripateticorum auctoritate confirmat. *V.* infra *Pictus* sub 3. — Hinc Part. præter.

Pictus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Pictior* 3., et translate ¶ 1. Est variis coloribus ornatus, variegatus, multicolor, *variopinto, screziato. Virg.* 3. *G.* 243. Et genus æquoreum, pecudes pictæque volucres. *Ovid.* 2. *Met.* 532. Picti pavones. *Id.* 3. *ibid.* 669. Pictæ pantheræ. *et* 4. *ibid.* 398. Purpura fulgorem pictis accommodat uvis. ¶ 2. Item est non sincerus, fucatus. *Cic.* 5. *Fin.* 27. 80. Quæ quidem dicunt, qui numquam philosophum pictum, ut dicitur, viderunt. *Quo* quasi *proverbio* notantur ii, qui philosophiæ sunt prorsus ignari et sensum tantum communem sequuntur. ¶ 3. De oratione est ornatus. *Cic. Brut.* 85. 293. Lysia nihil potest esse pictius. *h. e.* in dicendo ornatius. *Id. Orat.* 27. 96. Florens orationis, pictum et expolitum genus. ¶ 4. Item est vanus. *Propert.* 4. 6. 50. Quodque vehunt proræ Centauros saxa minantes, Tigna cava, et pictos experiere metus. *h. e.* vanos; picti enim erant Centauri in prora navis Cleopatræ.

PINGUÁMEN, inis, n. 3. pinguitudo, pingue. *Gloss. Cyrill.* Λίπος, sevum, pinguamen, adeps. *Gloss. Lat. Gr.* Pinguamen, λίπος. *Cyprian.* 1. *advers. Jud.* Holocausta et pinguamina agnorum.

PINGUE, is, n. 3. *V.* PINGUIS I. 1.

PINGUĒDĪNĒUS, a, um, adject. pinguis, oleosus. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 15. 51. (178). Gignitur et pinguedinei liquoris. Ita *Salmas.*; alii *et pingue, liquorisque* etc.; alii aliter; *Sillig.* vero *et pingue oleique liquoris.*

PINGUĒDO, ĭnis, f. 3. *grassezza, grasso,* λίπος, λιπαρία, substantia oleosa in animalibus, et aliis rebus.

I.) Proprie. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 15. 35. (68). *de myrrha.* Unguentarii digerunt haud difficulter odoris atque pinguedinis argumentis. Hoc uno in loco ita legit *Harduin.* (itemque *Sillig.* nulla prorsus variante lectione), nam in ceteris, quæ a lexicographis afferri solent, *pinguitudo* reponit. Quin, numquam *Plinium* voce *pinguedinis* usum, sed *pinguitudinis*, asserit *Gronovius.* Agnoscit etiam ut Latinum *Euthyches de discern. conjugat.* 1. *p.* 2155. *Putsch.* Itaque *Servius* ad *Virg.* 3. *G.* 124. Latinum esse frustra negat. *V.* et quæ sequuntur.

II.) Translate est idem ac spissitudo. *Pallad.* 3. *R. R.* 29. *ad fin.* Succus ex aqua ad sapæ pinguedinem resolutus. *Id.* 11. *ibid.* 20. Decoques donec tota permixtio pinguedinem puri mellis imitetur. Sic *Theod. Priscian.* 1. 1. Identidem (*hæc*) conteri facies usque in pinguedinem mellis, et capillos linies. Adde *eumd. c.* 11. *et* 27. Similiter *Plin. Valerian.* 1. 2. *sub init.* Simul omnia coques, ita ut pinguedinem aquatioris mellis accipiat. *Sidon.* 2. *Ep.* 2. *a med.* Limi bibuli pinguedo coalescit. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 17. *n.* 151. Tunc oleum remanens concepta lenitate atque pinguedine ex radice supradicta etc. *mucilaggine.*

PINGUĒFĂCĬO, făcis, fēci, factum, făcere, a. 3. *et* Pinguefio, fis, factus sum, fieri, pass. Part. *Pinguefactus* I. — Pinguefacere est pinguem efficere, *ingrassare,* λιπαίνω.

I.) Proprie. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 44. 93. (246). Hyphear ad saginanda pecora utilius. Vitia modo purgat primo, deinde pinguefacit quæ sufficere purgationi. *Tertull. advers. Psych.* 6. ex *Deuter.* 32. 15. Incrassatus est dilectus, et pinguefactus, et dilatatus est.

II.) Translate. — *a*) De medicamentis pro spissare, spissum reddere. *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 16. *p.* 306. ed. *Ald.* Succi menthæ viridis partem unam, tribus malogranati succi partibus admisceo, et coquo, ut paullatim pinguefiat. — *b*) De sono. *Pompej.* grammat. *Comment. art Donat. p.* 21. *Lindem.* Græci dicebant Ἕνετός, adde digammon et facimus *Venetus*: nam quomodo illis digammos pinguem sonum facit, sic etiam V littera juncta verbum pinguefacit.

PINGUĒFACTUS, a, um, *et*

PINGUĒFĪO, fis, etc. *V.* PINGUEFACIO.

PINGUESCO, is, ere, n. incboat. 3. Part. *Pinguescens* I. — Pinguesco est idem ac pinguis fio, λιπάω, παχύνομαι (It. *ingrassarsi*; Fr. *s'engraisser, devenir gras, grossir;* Hisp. *engordarse, engrasarse, hacerse grueso;* Germ. *fett werden;* Angl. *to grow fat*).

I.) Proprie. *Colum.* 2. *R. R.* 11. 2. Omne emaciatum armentum ex medica pinguescit. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 15. 17. (44). Attilus (*piscis*) in Pado inertia pinguescens. *Seneca Ep.* 122. Aves immotæ facile pinguescunt. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 14. 36. (134). Pinguescere lupini satu arva vineasque. *Virg.* 1. *G.* 491. bis sanguine nostro Emathiam et latos Hæmi pinguescere campos. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 2. 2. (15). Ita maxime frumenta pinguescunt. *et* 19. *ibid.* 5. 30. (95). Bulbus pinguescit.

II.) Translate. ¶ 1. Pinguescere est crassescere instar pinguis. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 6. (54). Vinum Maroneum vetustate pinguescit. Sic *Id.* 15. *ibid.* 22. 24. (87). Nuces juglandes vetustate pinguescunt. *Theod. Priscian.* 1. 19. Olivarum amurcam coques tertio molli vapore, quo pinguescere possit; quum vero coagulaverit, reponis in vas mundum. *Ambros.* in *Ps.* 36. 14. Prorumpentia semina, si fuerint obumbrata, tenuantur; soli objecta pinguescunt. ¶ 2. Pro nitere. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 65. (177). Achates quum politur pinguescit. *h. e.* nitorem induit instar pinguis. ¶ 3. In re grammatica pinguescere dicuntur dictiones, quum aspirantur; pinguius enim quiddam tunc sonant. *Sergius* in *Donat. p.* 1827. *Putsch.* Æolenses Græci quibusdam dictionibus, ut pinguescant, digamma apponsunt, ut pro *Elena* dicant *Velena. V.* PINGUIS II. 5. et PINGUEFACIO II. *b.*

PINGUĬĀRĬUS, ii, m. 2. qui pinguia amat. *Martial.* 11. 100. Carnarius sum, pinguiarius non sum. *V.* CARNARIUS.

PINGUĬCŬLUS, a, um, adject. *grassetto,* deminut. pinguis, aliquantisper pinguis, pinguiusculus. *Fronto* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 12. Periculum est, ne Faustina filia tua poscenti mihi manus et plantas ad saviandum ea causa iratior subtrahat, aut gravatius porrigat; cujus ego manus parvolas, plantasque illas pinguiculas tum libentius exosculabor, quam tuas cervices regias, tuumque os probum et facetum.

PINGUĬFĬCO, as, are, a. 1. idem ac pinguefacere. *Augustin. Serm.* 361. 11. Unde terra pinguificatur, nisi de putredine terrenorum?

PINGUIS, e, adject. Comp. *Pinguior* I. 1. et II. 2. *d.*, 4., 5. et 6.; Sup. *Pinguissimus* I. 1. et 2. *f. h.* et II. 2. *d.* — *Pinguis* (quod nonnulli deducunt a πιμελής, alii a πίων, quæ idem significant, alii a παχύς *crassus*) est opimus, crassus, obesus, et opponitur *macro,* λιπαρός (It. *grasso, pingue;* Fr. *gras, bien nourri, engraissé;* Hisp. *graso, gordo, grueso;* Germ. *fett, feist;* Angl. *fat, plump*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu dicitur de animalibus carne et adipe abundantibus. *Plaut. Aulul.* 2. 5. 5. Pinguiorem agnum isti habent. STRO. At nunc tibi dabitur pinguior fidicina. *Cic. Fat.* 4. 7. Crassum Thebis cælum: itaque pingues Thebani, et valentes. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 40. pingui tentus omaso Furius. *Id.* 1. *Ep.* 4. 15. Me pinguem et nitidum bene curata cute vises. *Juvenal.* 11. 65. pinguissimus hædulus. *Colum.* 8. *R. R.* 7. 1. Pinguem facere gallinam. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 64. Uncta satis pingui ponentur oluscula lardo. — *Pingue* absolute est ipse liquor crassus, *grasso,* πιμελὴ στέαρ: et differt ab adipe, ut *Plin.* docet 11. *Hist. nat.* 37. 85. (212). quia adeps concretus est, et quum refrixit, fragilis, semperque in fine carnis: contra pingue inter carnem cutemque, succo liquidum. Sed hoc loco *Plin.* pingue cum sevo confundere videtur. *Virgil.* vero cum adipe, quum ait 3. *G.* 124. omnes Impendunt curas denso distendere pingui (*ingrassare*) Quem legere ducem, et pecori dixere maritum. *Plin. loc. cit.* Omnibus animalibus est quoddam in oculis pingue. *Id.* 28. *ibid.* 9. 38. (144). Taurorum, leonum ac pantherarum pinguia. Teste *Philargyrio* ad *Virg. loc. cit.* huc pertinet et illud *Lucret.* 1. 257. Hinc fessæ pecudes pingui per pabula læta Corpora deponunt. Sic *Seren. Sammon.* 16. 287. Anseris aut pingui torpentia colla fovebis. Adde *Marcell. Empir. c.* 15. *p.* 106. ed. *Ald.* ¶ 2. Latiori sensu de plurimis rebus physicis dicitur et est uber, crassus, copiosus. — *a*) *Ager pinguis* dicitur, qui glæbas habet humore veluti maceratas, tenaces, spissas, et digitis adhærentes, instar adipis: cui *macer* opponitur. *Colum.* 1. *R. R.* 4. 1. et 2. *ibid.* 2. 2.; *Plin.* 17. *Hist. nat.* 4. 3. (26). et 18. *ibid.* 19. 49. (174).; *Virg.* 1. *G.* 64.; et *Ovid.* 1. *Fast.* 689. Sic *Horat.* 2. *Od.* 1. 29. (et *Stat.* 7. *Theb.* 545.) Quis non Latino sanguine pinguior Campus? *Lucan.* 6. 382. pinguis sulcus. *h. e.* in agro pingui ductus. — *b*) *Pinguis fimus* dicitur et ob eamdem rationem, et quia campos pinguefacit. *Virg.* 1. *G.* 80. Ne saturare fimo pingui pudeat sola. Sic *Id.* 9. *Æn.* 31. aut pingui flumine Nilus Quum refluit campis. — *c*) *Pinguis hortus* idem et fecundus, et fructu dives habetur. *Virg.* 4., *G.* 118. Pingues horti. — *d*) *Pinguia stabula* de apum alvearibus dixit *Virg.* 4. *G.* 14., quæ *Servius* interpretatur plena, sicut inanes res, tenues nominamus. Rectius dices, respexisse ad pinguitudinem ceræ et mellis. — *e*) *Pingues ficus,* crassæ et succi plenæ. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 88. Pinguibus et ficis pastum jecur anseris albi. — *f*) *Pinguis liquor,* crassus, oleosus et lente fluens, adipisque similior, quam aquæ. Hujusmodi est oleum, unguenta, mustum. *Ovid.* 10. *Met.* 176. Corpora veste levant, et succo pinguis olivi Splendescunt. *Horat. Epod.* 2. 55. lecta de pinguissimis Oliva ramis arborum. *Ovid. Medic. fac.* 88. Myrrhæ pingues. *Seneca Thyest.* 948. Pingui madidus

crinis amomo. *Lucan.* 3. 681. Pingues tædæ. *h. e.* multa pice fluentes. *Tibull.* 1. 1. 6.; et *Colum.* 10. *R. R.* 432. pleno pinguia musta lacu. Sic dicitur *fumus, flamma pinguis,* h. e. crassior, oleosior, et quæ contigerit facile inficiens. *Seneca Herc. Fur.* 909. quidquid Indorum seges, Arabesque odoris quidquid arboribus legunt, Conferte in aras: pinguis exundet vapor. *Lucan.* 8. 730. non pinguis ad astra Ut ferat e membris Eoos fumus odores. *Ovid.* 5. *Trist.* 5. 11. Da mihi tura, puer, pingues facientia flammas. — *g) Pingues aræ,* sanguine delibutæ propter frequentiam victimarum. *Virg.* 4. *Æn.* 62. et 7. *ibid.* 764. — *h) Pinguis coma* et unguentis madens intelligitur, et densa ac multo capillo abundans. Posteriori sensu *Sueton. Ner.* 20. *extr.* Insignes pinguissima coma, et excellentissimo cultu pueri. Priori *Martial.* 2. 29. Cujus olet toto pinguis coma Marceliano. — *i)* Pinguia Herodis palmeta *Horat.* dicit 2. *Ep.* 2. 184. propter opobalsami copiam. — *l) Pingue merum* apud *eumd.* 2. *Sat.* 4. 65. quidam intelligunt, non defæcatum: alii plenum, cui opponitur tenue. Nostrates vulgo *tondo* dicunt et *pieno;* quo sensu videtur etiam *Cels.* 2. 18. *a med.* dixisse, *pingue vinum. V.* PLENUS. — *m) Pinguis mensa,* epulis copiosa, lauta. *Catull.* 62. 3. Surgere jam tempus, jam pingues linquere mensas. Similiter *pinguis Phrygia* est dives, opulenta. *Horat.* 2. *Od.* 12. 22. Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis interdum pinguis est unctus, oblitus. Sic *pinguia crura luto* apud *Juvenal.* 3. 247. sunt oblita, et crasso luto quasi peruncta. Sic *Martial.* 9. 55. Pinguis et implicitas virga teneret aves. *h. e.* visco illita. ¶ 2. Item de rebus physicis sæpe est densus, crassus. Sic — *a) Pingue cælum* crassi et humidi aeris, *di aria grossa. Cic.* 1. *Divinat.* 57. 130. Si Canicula obscurior exstiterit, pingue et concretum esse cælum, ut ejus adspiratio gravis et pestilens futura sit: sin illustris et perlucida apparuerit, significari cælum esse tenue purumque, et propterea salubre. — *b) Pinguis toga,* crasso filo contexta et densa. *Sueton. Aug.* 82. Hieme quaternis cum pingui toga tunicis muniebatur. *Juvenal.* 9. 28. pingues aliquando lacernas, Munimenta togæ, duri crassique coloris, Et male percussas textoris pectine Galli. *Martial.* 6. 11. Te Cadmea Tyros, me pinguis Gallia vestit. — *c) Pingue aurum,* est crassum, solidum atque adeo multi pretii. *Pers.* 2. 52. Si tibi crateras argenti, incusaque pingui Auro dona feram. — *d) Pinguia folia,* crassa et veluti carnosa. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 34. 62. (145). Duo genera hederæ: major traditur mas et corpore et folio duriore etiam ac pinguiore. *Id.* 21. *ibid.* 9. 29. (53). Sertula Campana foliis brevissimis atque pinguissimis.— *e)* Pinguis saliva, *sputo grosso. Seneca* 3. *Ira* 38. *extr.* — *f) Pinguis color,* saturus, et veluti crassus obtususque. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 37. (115). Iaspidem smaragdo similem ferunt Indi, Cypros duram glaucoque pingui, Persæ aeri similem. ¶ 3. *Pinguis sapor,* obtusus et surdus, non acer, non acutus, qualis est in lacte, oliva, lauro, nuce juglande, amygdalis, ut est apud *Plin.* 15. *Hist. nat.* 27. 32. (106). *et ibid.* 28. 33. (109). ¶ 4. Aliquando ad ingenium refertur, et crassum, stupidum, hebes tardumque significat. *Ovid.* 11. *Met.* 148. Pingue sed ingenium mansit: nocituraque, ut ante, Rursus erant domino stolidæ præcordia mentis. *Cic. Arch.* 10. 26. Ut etiam Cordubæ natis poetis, pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen aures suas dederet. *Quintil.* 1. 5. 14. At ille pexus pinguisque doctor putabit, etc. (hic simul ad corporis obesitatem et ingenii tarditatem respicitur.) *Colum.* 9. *R. R.* 14. 12. Nec tamen Hipparchi subtilitas pinguioribus, ut ajunt, rusticorum litteris necessaria est. *alla grossolana erudizione.* Sic *Virg. Catal.* 11. 12. pingui nil mihi cum populo. Hinc proverb. *pingui Minerva. V.* MINERVA. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 266. Nec prave factis decorari versibus opto, Ne rubeam pingui donatus munere. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 34. 109. Quod ipsi Antiocho pingue videbatur, et sibi contrarium. *Gell.* 13. 20. Verte et muta, ut *urbes* dicas, insubidius nescio quid facies et pinguius. *V.* PINGUESCO II. 3. — *Pinguis vitiis,* qui crapula et voluptatibus tum corpus pingue reddidit, tum simul animum depravavit corrupitque. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 21. ¶ 5. *Pinguia verba,* quasi crassa, plena, inflata, sonantia, et quæ efferendo buccas implent, quibus opponuntur tenuia, gracilia, subtilia. *Quintil.* 12. 10. 35. Nec rerum nimiam tenuitatem, ut non dicam pinguioribus, fortioribus certe verbis miscebimus. *et mox.* § 36. Non possumus esse tam graciles? simus fortiores. *Gell.* 17. 10. Ejusmodi sententias et verba molitus est, ut Pindaro quoque ipso, qui nimis opima pinguique esse facundia existimatus est, insolentior tumidiorque sit. ¶ 6. De abstractis. — *a) Pingue otium,* in quo minima est corporis agitatio, aptum proinde alendo corpori et pinguefaciendo. *Plin.* 1. *Ep.* 3. Quin tu humiles et sordidas curas aliis mandas, et ipse te in alto isto pinguique secessu studiis adseris? *Id.* 7. *Ep.* 29. Mollis et pinguis vita. *Id.* 5. *Ep.* 6. *sub fin.* Altius ibi otium et pinguius, eoque securius. Adde *eumd.* 9. *Ep.* 3.; et *Senec. Ep.* 73. *a med.* — *b) Pinguis somnus,* tranquillus et profundus, et pinguefaciendo corpori idoneus. *Ovid.* 1. *Amor.* 13. 7.; et *Lucan.* 10. 354. Sic *Ovid. Remed. am.* 206. et pingui membra quiete levat. — *c) Pinguis amor,* qui redamantem facile invenit, nullo labore, aut metu, aut zelotypia exercitus, quietus, securus. *Ovid.* 2. *Amor.* 19. 25. Pinguis amor, nimiumque patens in tædia nobis Vertitur, et stomacho, dulcis ut esca, nocet.

PINGUĬTER, adverb. Comp. *Pinguius* I. 1. et 2. — Pinguiter est cum pinguitudine, *con della grassezza,* λιπαρῶς.

I.) Proprie. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 5. Solum pingue ac putre præstantissimum: proximum huic pinguiter densum. *grasso insieme e denso.*

II.) Translate. ¶ 1. Est largiter, opulente. *Paul. Dig.* 42. 1. 49. Pinguius donatori succurrere debemus, quam ei, qui verum debitum persolvere compellitur. *h. e.* uberius, largius, et plura ei condonando. ¶ 2. Ad ingenium quoque transfertur et est crassa Minerva. *Paul. Dig.* 44. 2. 14. Pinguius accipere aliquid. *h. e.* crassiore Minerva et laxius, *più alla grossa.*

PINGUĬTĬA, æ, f. 1. *et*

PINGUĪTĬES, ēi, f. 5. pinguitudo. *Arnob.* 7. 20. Non videtis albas esse hostiarum carnes, ossa, dentes, pinguitias? *Apul.* 10. *Met.* Corpus obesa pinguitie compleveram. Adde *Theod. Priscian.* 4. *p.* 316. *a.* ed. *Ald.*

PINGUĬTŪDO, ĭnis, f. 3. Scribitur et *pinguetudo,* unde *pinguedo* per syncop. facta esse videtur. — Pinguitudo est pinguitia, pinguedo, pingue, *grassezza, grasso,* πιμελή, λίπος.

I.) Proprie. *Varro* 2. *R. R.* 4. 6. *de sue.* Quæ res non modo pinguitudinem efficit, sed etiam carnis jucundum saporem. *Cato* apud *eumd. ibid.* Sus usque adeo pinguitudine crescere solet, ut se ipsa stans sustinere non possit, neque progredi usquam. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 71. (186). In corde summo pinguitudo quædam est lætis extis.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis est crastitudo et spissitudo. *Colum.* 12. *R. R.* 52. 17. Pinguitudo olei. *Id.* 4. *ibid.* 24. 19. soli. *Pallad.* 3. *R. R.* 12. palmitis. — *Plin. Valerian,* 3. 8. Debinc coques,-donec in mellis pinguitudinem redigatur. *Id. paullo post.* Quæ cum oleo rosato teres ad spissitudinem mellis. — De colore. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 6. 19. (37). Eo (*melino*) non utuntur pictores propter nimiam pinguitudinem. ¶ 2. De oratione. *Quintil.* 1. 11. 4. Vitia, siqua sunt, oris emendet, ut expressa sint verba, ut suis quæque litteræ sonis enuncientur. Quarumdam enim vel exilitate, vel pinguitudine nimia laboramus. *h. e.* vastum, crassum, et justo pleniorem sonum habentium. *Ita legit* Spalding.; *alii* pinguedine.

PINGUĬUSCŬLUS, a, um, adject. deminut. a *pinguior,* idem ac pinguiculus. *Solin.* 11. *a med.* Plurimum se aquilonibus credunt (*coturnices*), ut corpora pinguiuscula, atque eo tarda facilius provehat siccior et vehementior spiritus.

PĬNĬFER, fĕra, fĕrum, adject. pinum ferens, pini ferax, πιτυόεις. *Virg.* 4. *Æn.* 248. *de Atlante.* cinctum assidue cui nubibus atris Piniferum caput. *Id.* 10. *Ecl.* 14. Pinifer Mænalus. *Stat.* 3. *Silv.* 4. 12. Pinifera Ida.

PĬNĬFERTUS, a, um, adject. (pinus *et* fertus) pinis abundans. *Avien. Or. marit.* 556. Qua piniferto stat Pyrene vertice.

PĪNĬGER, gĕra, gĕrum, adject. pinum gerens. *Ovid.* 3. *Fast.* 84. Pinigerum Fauni Mænalis ora caput. *scil.* colit. *Val. Flacc.* 6. 393. Piniger Othrys. *Stat.* 12. *Theb.* 225. pinigeri Simoentis ad amnem. *et* 7. 272. Pinigeri agri.

PINNA, æ, f. 1. *V.* PENNA.

PINNA *vel* pĭna, æ, f. 1. πίννα, piscis est marinus ex genere concharum, duabus testis patulis, et parva squilla comitatus, quæ ducem ei se præbet, (*pinnoteres* ideo dicta) et cibi præsentis admonet: tunc ille comprimit se, et quidquid inclusit, exanimat, partemque sociæ tribuit. *Cic.* 2. *Nat. D.* 48. 123. et 3. *Fin.* 19. 63.; et *Plin.* 9. *Hist. nat.* 42. 66. (142). Ejus lanositatem celebrat *Tertull. Pall.* 3. *a med.* his verbis: Et de mari vellera, quo muscosæ lanositatis plautiores conchæ comant.

PINNĀCŬLUM, i, n. 2. extrema ædificii pars pinnis instructa, fastigium, culmen. *Tertull. advers. Jud.* 8. Dicit enim Daniel, et civitatem et sanctum terminari cum duce venturo, et destrui pinnaculum usque ad interitum. V. *Daniel.* 9. 26.

PINNĀLIS, e, adject. qui in pinnam desinit, acutus. *Frontin. de colon. p.* 120. *Goes.* Rigor pinnalis. *Alii leg.* finalis: *V.* hanc vocem. Hæc *Forcellinus:* at *Rudorffius* legit *pinnalis.*

PINNĀTUS, a, um. *V.* PENNATUS.

PINNĪCILLUM, i, n. *vel* pinnicillus, i, m. 2. penicillum, vel pennicillus: quasi ex pinnis factus. *Pallad.* 4. *R. R.* 1. *a med.* Ligaturæ ipsi pinnicillo tenuis debet frequenter humor affundi. *Alii rectius leg.* penicillo. *V.* PENICILLUM.

PINNĪGER, gĕra, gĕrum. *V.* PENNIGER.

PINNĪPŌTENS. *V.* PENNIPOTENS.

PINNĬRĂPUS, i, m. 2. πτερυγολάβος, qui cum Samnite gladiatore depugnabat, quod pinnam, idest summitatem in illius galea appeteret et raperet. *Juvenal.* 3. 158. Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos juvenes. Hæc habet ad hunc loc. *Vet. Scholiast.* Pinnis pavonum ornari solent gladiatores, si quando ad pugnam descendunt. *V.* PENNA.

PINNŌPHŸLAX *vel rectius* pĭnophylax, ăcis, m. 3. πιννοφύλαξ (a πίννα *pinna* et φύλαξ *custos*) idem qui pinnoteres. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 42. 66. (142). — De scribendi ratione *V.* voc. seq. in fin.

PINNŌTĒRES *vel rectius* pĭnoteres, æ, m. 1. πιννοτήρης, custos pinnæ: a πίννα *pinna* et τηρέω *servo. Plin.* 9. *Hist. nat.* 42. 66. (142). et 32. *ibid.* 11. 53. (150). et *Cic.* 3. *Fin.* 19. 63. — Alii scribunt *pinnotheras, æ,* πιννοθήρας, a θηράω *venor,* quasi venator pinnæ, quia prædæ præsentis eam admonet, ut in PINNA dictum est. — Est et alius *pinnotheras,* nempe minimus piscis in cancrorum genere, ideo opportunus injuriæ. Huic solertia est inanium ostrearum testis se condere, et quum accreverit, migrare in capaciores. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 31. 51. (98). — Quod ad scriptionem attinet, optimi Codd. *Plinii* (item *Aristot. Hist. anim.* 5. 15. et *Æliani Hist. anim.* 3. 29.) exhibent *pina* et *pinoteres* vel *pinotheras;* cui scribendi rationi favet etiam *Hesych.*

PINNŌTHĒRAS. *V.* vocem præced.

PINNŪLA. *V.* PENNULA.

PINSĀTĬO, ōnis, *f.* 3. actus pinsendi. *Vitruv.* 7. 1. Rudus vectibus ligneis crebriter pinsatione solidetur.

PINSĪTO, as, are, a. 1. ἀναμάσσω frequentativa *pinso. Plaut. Asin.* 1. 1. 18. Qui polentam pinsitant. *Alii rectius legunt* pransitant. Hæc *Forcellinus:* at *Fleckeisenus* legit *pinsitant;* quod confirmat *Gloss. Lat. Gr.* Pinsito, as, ἀναμάττω.

PINSĬTOR, ōris, m. 3. qui pinsit. *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2461. *Putsch.* At si pilum sit, quo pinsitores utuntur, etc.

PINSĬTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PINSO, pinsi, pinsi *et* pinsŭi, pinsum *et* pinsĭtum *et* pistum, pinsĕre, *et* Piso, pĭsis, pĭsi, pisere, a. 3. Part. *Pinsens* sub *B*; *Pinsus*, *Pisitus* et *Pistus* (quæ agnoscunt etiam *Diomed.* et *Priscian. locis* infra *cit.*) et *Pisatus* sub *A*. — *Pinso*, antea *piso* (a πίσσω, mox πτίσσω, quod ab inusit. πίω *premo*) est idem ac tundo, frango, tero, πτίσσω, μάσσω (It. *pestare*; Fr. *broyer*, *piler*, *tasser*, *battre*; Hisp. *majar*, *triturar*, *machacar*, *pegar*; Germ. *zerstossen*, *zerstampfen*, *klein stampfen*; Angl. *to bray*, *bruise*, *stamp*, *beat or pound*).

A) Forma *pinsere*. — *a*) *Pinsibant* pro *pinsebant*, ἀρχαϊκῶς. *Ennius* apud *Varron.* 5. *L. L.* 23. *Müll.* In terram cadentes, cubitis pinsibant humum. *h. e.* feriebant: quo sensu *Id.* apud *Diomed.* 1. *p.* 370. Pinsunt terram genibus. — *b*) In prima conjug. *Varro* 1. *R. R.* 63. 1. Far promendum, ut in pistrino pinsetur ac torreatur. *Nonius p.* 163. 17. *Müll.* legit *pisetur*, ut sit a *piso*, *as*, pro *pinso*: alii *pisatur* (*Schneid.* vero *pinsatur*), ut sit a *piso*, *is*. *Vitruv.* 7. 3. *ad fin. Schneid.* Mortario collocato, calce et arena ibi confusa, decuria hominum inducta, ligneis vectibus pinsant materiam, et ita subacta utuntur. — Hinc Part. *Pisatus* apud *Apul. Herb.* 10. Herba artemisia pisata. *Pelagon. Veterin.* 6. *a med.* Cucumeris radix pisata. *et mox.* Panacis radix pisata. Sic *Festus p.* 158. 28. *Müll.* Muries quemadmodum Veranius docet, ea quæ fit ex sali sordido, in pila pisato, et in ollam fictilem conjecto. — *c*) Ceterum *Pinsere* legitur apud *Varron.* 5. *L. L.* 138. *Müll.* Pllum, quod eo far pinsunt, a quo ubi id fit, dicitur pistrinum. *Müllerus* pisunt. *Id.* apud *Non. p.* 152. 14. *Merc.* Neque pistorem ullum nossent, nisi eum, qui in pistrino pinseret farinam. *Alii leg.* far. *Id.* 3. *R. R.* 16. 28. Alii uvam passam et ficum quum pinserunt, affundunt sapam. *Pompon.* apud *Diomed.* 1. *p.* 370. *Putsch.* et *Priscian.* 10. *p.* 902. Quum interim neque molis molui, neque pilis pinsui. *At* Keil. *leg.* neque malis molui, neque palatis pinsui. — *Pinsere flagro*, verberare. *Plaut. Merc.* 2. 3. 81. *V.* PENSUM. — De illo *Persii* 1. 58. O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinsit. *V.* CICONIA. Ceterum in hoc *Persii* loco ambiguum est, *pisat*, an *pisit* legendum sit, inquit *Diomed.* 1. *p.* 370. *Putsch.* — *d*) Particip. *Pinsus* apud *Vitruv.* 7. 1. Rudus pinsum absolutum crassitudine sit dodrantis. — *e*) *Pinsitus* apud *Colum.* 2. *R. R.* 9. 19. Panicum pinsitum et evolutum furfure, etc. *Id.* 6. *ibid.* 31. 1. Pinsita lens et a valvulis separata, minuteque molita. *et ibid.* 6. 5. Tribus heminis vini tres unciæ pinsiti allii permiscentur. *et* 8. 1. Allium pinsitum cum oleo per nares infundere. — *f*) *Pistus*. Ubi legitur apud *Festum p.* 210. 27. *Müll.* Pistum a pisendo pro politum antiqui frequentius usurpabant, quam nunc nos dicimus. *Scaliger* illud *politum* in *molitum* mutat, probante *Müllero*. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 5. 20. (43). Cæpa sale et aceto pista et arefacta. *Id.* 18. *ibid.* 10. 20. (93). Tradunt, zeam ac tiphen, quum sint degeneres, redire ad frumentum, si pistæ serantur. *h. e.* decorticatæ et purgatæ.

B.) Forma *pisere* apud *Caton. R. R.* 136. Si communiter pisunt. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 23. (97). Etruria spicam farris tosti pisente pilo præferrato, fistula serrata, et stella intus denticulata, ut, nisi intenti pisant, concidantur grana ferrumque frangatur. *V.* PISTURA. *Id. ibid.* De ipsa ratione pisendi. *et mox* (98). Lentem torreri prius, dein cum furfuribus leviter pisi. *et mox* (90). Acus vocatur, quum per se pisitur spica. Ita legunt *Harduinus* et *Sillig.*: alii ubique *pinso* reponunt. Nihilominus *piso* agnoscitur ut Latinum a *Diomed.* 1. *p.* 370. *Putsch.*

PINUS, us, *et* i, f. 4. *et* 2. Est secundæ et quartæ declinat., non tamen promiscue in omnibus casibus. — Pinus est arbor ex earum genere, quæ resinam fundunt, tametsi minime omnium ejus ferax, in magnam altitudinem se promittens, ramosa in vertice, folia habens capillamenti modo prætenuia, longa, mucrone aculeata et numquam decidentia, numquam florens, fructum habens alium maturescentem, alium proximo anno ad maturitatem venturum, alium deinde tertio. Hæc ex *Plinio* 16. *Hist. nat.* 20. 33. (79). *et ibid.* 25. 40. (95)., qui 17. *ibid.* 12. 18. (89). addit, umbram ejus necare gramina. πίτυς, υος (It. *pino*; Fr. *pin sauvage*, *pin de Genève*; Hisp. *pino salvage*; Germ. *die wilde Fichte*, *Föhre*, *Kiefer*; Angl. *a pine*, *pine tree*).

I.) Proprie. ¶ 1. Sæpissime est pinus arbor, de qua diximus. — *a*) Universim. *Virg.* 7. *Ecl.* 65. Fraxinus in silvis pulcherrima, pinus in hortis, Populus in fluviis, abies in montibus altis. *Id.* 2. *G.* 389. Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. *Plin.* 23. *Hist. nal.* 8. 74. (142). Corticis e pinu in vino decoctum contra tormina datur. *Virg.* 8. *Ecl.* 22. argutumque nemus pinosque loquentes. *Accius* apud *Non. p.* 506. 18. *Merc.* Lætum in Parnaso inter pinos tripudiantem. *Virg.* 11. *Æn.* 136. evertunt actas ad sidera pinus. *et* 10. *Æn.* 230. Nos sumus Idææ sacro de vertice pinus. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 2. 30. (62). Contra cantharidas, buprestim, pinorum crucas. *Id.* 37. *ibid.* 3. 11. (42). Gummi in cerasis, resina in pinis. *Pallad.* 4. *R. R.* 10. *extr.* Locis frigidis pini semen aspergitur. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 6. 20. (29). Herba flore pinus et odore. — *b*) In fabulis est sacra Cybelæ, ut *Phædr.* 3. 17. et *Macrob.* 6. *Saturn.* 9. *ad fin.* docent. *Ovid.* 10. *Met.* 103. Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus Grata deum matri: siquidem Cybeleius Atys Exsuit hac hominem, truncoque induruit illo. — *c*) Item Dianæ. *Horat.* 3. *Od.* 22. 1. Montium custos, nemorumque, Virgo *etc.* Imminens villæ tua pinus esto. *Propert.* 2. 15. 17. jam nunc me sacra Dianæ Suscipere, et Veneri ponere vota juvat. Incipiam captare feras, et reddere pinu Cornua. *h. e.* cornua cervorum captorum, voto promissa Dianæ, reddere ei affixa pinu. — *d*) Corona ex pinea fronde gestamen est Panos. *Ovid.* 14. *Met.* 637. et 1. *Fast.* 412.; et *Sil. It.* 13. 331. Hoc ideo, quia Pan amavit olim Pityn nymphan, quæ, quum Boream amantem se aversaretur, ab hoc allisa solo, in arborem sui nominis versa est. Hinc *Propert.* 1. 18. 20. et Arcadio pinus amica deo. — Item Fauni. *Ovid. Heroid.* 5. 137. Cornigerumque caput pinu præcinctus acuta Faunus. — Etiam victores Isthmiorum pinu coronabantur, teste *Plinio* 15. *Hist. nat.* 10. 9. (36). *V.* ISTHMIA. ¶ 2. Aliam pinum a memorata diversam enumerat *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 16. (38). ¶ 3. In illo *Virg.* 4. *G.* 112. Ipse thymum, pinosque ferens de montibus altis: *pinus* eruditis nonnullis non arbor est, sed flos, qui chamæpitys dicitur. Sic apud *eumd. Cul.* 407. Buphthalmusque virens, et semper florida pinus. *Negant tamen alii*: *alii* tinos *legi volunt*.

II.) Translate a superiori paragr. 1. — *a*) Aptissimam pinus præbet materiam construendis navibus: unde per synecdochen pro navi ponitur. *Virg.* 10. *Æn.* 206. quos Mincius infesta ducebat in æquora pinu. *Horat. Epod.* 16. 57. Non huc Argoo contendit remige pinus. *Ovid.* 14. *Met.* 88. orbataque præside pinus Inarimen Prochytenque legit. — *b*) Synecdoche est et in illo *Virg.* 9. *Æn.* 72. Atque manum pinu flagranti fervidus implet. *h. e.* tæda pinea. — *c*) Et *Stat.* 8. *Theb.* 539. una duo corpora pinu Cornipedemque equitemque ferit. *h. e.* hasta. — *d*) Pro remo posuit *Lucan.* 3. 531. — *e*) Pro corona *Propert.* 1. 18. 20. *V.* sub I. 1. *d*. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĬO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pius). Part. *Piatus* II. 2.; *Piandus* I. et II. 2. — Piare est placare, propitium reddere, satisfacere, σέβομαι (It. *placare con sacrifizi*, *soddisfare*, *rendere propizio*; Fr. *apaiser par des sacrifices expiatoires*, *rendre propice*; Hisp. *apaciguar con sacrificio*, *hacer propicio*; Germ. *durch ein Opfer zu versöhnen suchen*, *sühnen*, *besänftigen*; Angl. *to propitiate*, *appease by sacrifice*).

I.) Proprie. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 143. Tellurem porco, Silvanum lacte piabant. *Ovid.* 1. *Fast.* 318. Janus Agonali luce piandus erit. *Id.* 13. *Met.* 513. Piare busta. *h. e.* placare Manes. Sic *Virg.* 6. *Æn.* 367. piare ossa. *Propert.* 3. 17. 17. Nam quid Medeæ referam, quo tempore matris Iram natorum cæde piavit amor? *saziò*, *soddisfece*, *sfogò*. *Id.* 3. 3. 9. Crassos cladesque piate. *h. e.* Crassi cladis maculam piate.

II.) Translate. ¶ 1. Est pie colere. *Plaut. Asin.* 3. 1. 3. Ubi piem Pietatem, si isto more moratam tibi postulem placere, mater, mihi quo pacto præcipis? *Propert.* 3. 8. 19. coronatas ubi ture piaveris aras. *Id.* 1. 1. 20. in magicis sacra piare focis. *h. e.* sacra magica pie facere vel tractare in aris exstructis ad deos magicos et inferos placandos, vel eliciendos. ¶ 2. Item purgare, expiare, procurare, *purgare*, *espiare*, ἀφοσιόω. *Cic. Dom.* 51. 132. Si quid tibi piandum fuisset religione domestica, ad pontificem detulisses. *Ovid.* 3. *Fast.* 291. *et* 311. Piare fulmen. *h. e.* scire remedia, quibus averti possint, quæ per fulminis jactum in humanis fieri rebus Juppiter constituerit. *Virg.* 2. *Æn.* 184. Effigiem statuere, nefas quæ triste piaret. *et* 140. et culpam hanc miserorum morte piabunt. *Sil. It.* 17. 565. quis nostra satis delicta piabit Tartareus torrens? *Id.* 4. 821. Dii patrii, quorum delubra piantur Cædibus. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 25. 23. (92). Cometes, terrificum magna ex parte sidus, ac non leviter piatum, ut civili motu Octavio consule, iterumque Pompeji et Cæsaris bello. *h. e.* non levi calamitate et clade reipublicæ expiatum. *Ovid. Heroid.* 19. 193. Nec minus hesternæ confundor imagine noctis: Quamvis est sacris illa piata meis. — *Piare damna*, est *rifare*, *rimediare*, apud *Ovid.* 3. *Art. am.* 160. Quarum sunt multis damna pianda modis. ¶ 3. Item purgare ab amentia. *Festus p.* 213. 8. *Müll.* Piari eos velut proprio verbo, ait Verrius, qui parum animati, quum mentis suæ non sunt, per quædam verba liberantur incommodo. Ubi *Verrius* de expiatione Orestis et aliorum, qui Furiis agitari ferebantur, cogitasse videtur. *Plaut. Men.* 2. 2. 17. Jube te piari de mea pecunia. nam ego quidem insanum te esse certo scio. Adde *eumd. ibid.* 3. 2. 51. ¶ 4. Addit *Perottus*: Quandoque capitur pro eo, quod est pie amo. Nævius: Nemo est, qui magis suos piet liberos.

PĬPĂTĬO, ōnis, f. 3. clamor plorantis, lingua Oscorum. *Paul. Diac. p.* 212. 9. *Müll. V.* PIPO.

PĬPĀTUS, us, m. 4. vox pullorum. *Varro* 7. *L. L.* 103. *Müll.* Pipulum declinatum a pipatu pullorum.

PĬPER, pipĕris, n. 3. *Herodianus gummi* quoque et *piperi* barbara dicit esse, sed nostri *piper*, *piperis* declinaverunt. Hæc *Priscian.* 6. *p.* 682. *Putsch.* — Piper est fructus cujusdam arboris in India, condimentis aptus: a voce Græca infra allata, per apocopen, ut a μέλι *mel*. Arbor est juniperis nostris similis: semen a junipero distat parvulis siliquis, quales in faseolis videmus. Hæ priusquam debiscant, decerptæ, tostæque sole faciunt quod vocatur piper longum: paullatim vero debiscentes maturitate, ostendunt candidum piper, quod deinde tostum solibus, colore rugisque mutatur. Piperis arborem jam et Italia habet, nec absimilem. Amaritudo grano eadem, quæ piperi musteo creditur esse. Hæc et alia plura *Plin.* 12. *Hist. nat.* 7. 14. et 15., quæ tamen magna ex parte aliter se habere recentiores tradiderunt. Inter ea, quæ calefaciunt, *Cels.* 2. 27. enumerat. πιπέρι (It. *pepe*, *pevere*; Fr. *poivre*; Hisp. *pimienta*; Germ. *der Pfeffer*; Angl. *pepper*).

I.) Proprie. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 270. Et piper, et quidquid chartis amicitur ineptis. *Martial.* 13. 5. Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo, Quum tibi forte datur, si sapis, adde piper. *Pers.* 3. 55. Rugosum piper. *et* 6. 21. sacrum inrorans patinæ piper. *sacrum* dicit, quia, tamquam rei sacræ, avarus ei parcit. Hinc *Horat.* 2. *Sat.*

3. 110. nescius uti Compositis, metuensque velut contingere sacrum.

II.) Transfertur eleganter ad acrimoniam dicendi. *Hieronym. Ep.* 31. *n.* 2. Ut te aliquid et piperis mordeat, etc. *Petron. fragm. Tragur.* 44. *Burmann.* Piper, non homo. *h. e.* præditus aspera acrique libertate loquendi. proverbium.

PĬPĔRĂCĬUS, a, um, adject. idem ac piperinus. *Var. Auct. de limit. p.* 310. *Goes.* Terminus, si aspratilis fuerit, et mixta piperacia loca habuerit, sine dubio in trifinio constat: paralleloneum vocamus.

PĬPĔRĂRĬUS, a, um, adject. ad piper pertinens. *Caper p.* 2239. *Putsch.* Pepiraria mola dicendum non est, sed piraria. *sorrige* piperaria.

PĬPĔRĀTĀRĬUS, a, um, adject. ad piper pertinens, qui piper continet. *Hieronym.* in *Chronic. Euseb.* ad ann. XCII. a Chr. n. Multa opera Romæ facta, in quibus Capitollum, Forum transitorium, Isium ac Serapium, stadium, horrea piperataria, etc.

PĬPĔRĀTUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. I.

PĬPĔRĀTUS, a, um, adject. pipere conditus.

I.) Proprie. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 16. 19. (108). Qualia (*vina*) nunc quoque fiunt pipere et melle addito, quæ alii condita, alii piperata appellant. *Colum.* 12. *R. R.* 49. 5. *et* 59. 1. Piperatum acetum. *Petron. fragm. Tragur.* 36. *Burmann.* Garum piperatum. Adde *Marcell. Empir. c.* 23. *p.* 120. *retro* ed. *Ald.* — Hinc *Piperatum*, absolute, condimentum ex pipere. *Cels.* 4. 19.; *Apic.* 3. 14.; et *Veget.* 6. *Veterin.* 8. 6. *Schneid.*

II.) Translate. *Sidon.* 5. *Ep.* 8. Piperata facundia. *h. e.* acris, mordax, sale et dictis aspersa. *Id.* 8. *Ep.* 11. *de epigrammatis.* Eadem quum non pauca piperata, mellea multa conspiceres, omnia tamen salsa cernebas. *V.* PIPER II. — *Piperata manus. V.* PICRATUS.

PĬPĔRĀTŌRĬUM, ii, n. 2. vas quo piper in mensa continetur. *Paul. Sentent.* 3. 6. 86. Item ministeria omnia debebantur, veluti urceoli, pateræ, lances, piperatoria.

PĬPĔRĪNUS, a, um, adject. hoc nomine vocatus est lapis Albanus, nunc *peperino*, quia micas subnigras continet, quæ piper imitantur. *Isid.* 19. *Orig.* 10. Lapis piperinus, subalbidus cum punctis nigris, durus atque fortissimus.

PĬPĔRĪTIS, is, *vel* Idis, f. 3. *gengiovo*, πεπερῖτις, genus herbæ. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 17. 66. (174). Piperitis, quam et siliquastrum appellavimus, contra morbos comitiales bibitur. Castor et aliter (h. e. *aliud genus*: *at* Sillig. *legit* taliter) demonstrabat, caule rubro et longo, densis geniculis, foliis lauri, semine albo, tenui, gustu piperis, utilem gingivis, dentibus, oris suavitati et ructibus. Fortasse est *Capsicum annuum* Linn.

PĬPĬLO, as, are, n. 1. Part. *Pipilans.* — Pipilare, Ital. *pigolare*, est idem quod pipire. *Catull.* 3. 10. *de passere.* Ad solam dominam usque pipilabat. *Inscript.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 294. *Burmann.* Lusciniæ pulcherrimæ, cantrici suaviss., omnibus gratiis ad digitum pipilanti, etc.

PIPINNA. *V.* PISINNUS.

PĬPĬO, as, are, n. 1. pipire, vagire plorando. *Tertull. Monogam.* 16. *in fin.* Uteri nauseantes, et infantes pipiantes. *Id. advers. Valentinian.* 15. Cælestes imbres pipiavit Achamoth. *h. e.* pipians et flens velut effudit. *V.* PIPATIO, PIPO et PIPULUM.

PĬPĬO, is, ire, n. 4. *pigolare*, πιπίζω, verbum exprimens vocem pullorum gallinaceorum, item passerum et aliarum avium minutarum: a voce Græca allata; vel a *pipo, as. Colum.* 8. *R. R.* 5. 14. Aviarius animadvertat, an pulli rostellis ova pertuderint: et auscultetur, si pipiant. *Auct. carm. Philom.* 30. Pessimus at passer tristia flendo pipit. Hic prima corripitur.

PĬPĬO, ōnis, m. 3. pullus avium pipiens. De pullis palumbium, aut columbarum, ut censet *Salmas.*, est illud *Lamprid. Alex. Sev.* 41. *extr.* Ne eorum (*palumbium*) pastus gravaret annonam, servos habuit vectigales, qui eos ex ovis et pullicenis ac pipionibus alerent. *h. e.* ex pecunia, quæ venditis ovis, pullicenis, etc. redigebatur. *Pulliceni* sunt pulli gallinacei, *pulcini*: et *pipiones* palumbini, aut columbini, *piccioni, pippioni. V.* VIPIO. *Plin. Valerian.* 5. 27. Carnes vero omnes sunt inutiles de agrestibus avibus, quod genus sunt turdus, perdices, et maxime pipiones omnes non saginati coquendi sunt in posca, et deinde assandi. Adde *eumd. ibid.* 34. *et* 41. et 3. 13.

PĬPĬZO, ōnis, m. 3. gruis pullus: a *pipio, onis* pro *vipio*, quam vocem vide suo loco. *Hieronim. Ep.* 22. *n.* 28. Prandium nidoribus propositi, et altilli geranopepa, quæ vulgo pipizo nominatur. *V.* GERANOPEPA.

PĬPO, as, are, n. 1. idem ac pipio, is. *Varro apud Non. p.* 155. 25. *Merc.* Mugit bos, balat ovis, equi hinniunt, gallina pipat. — Apud *Auct. carm. Philom.* 24. tribuitur et accipitri: et prima syllaba producitur. Addit *Scalig.* in *Conjectan. ad Varron. p.* 165. Oscos *pipare* dixisse pro eo quod est ejulando conqueri. Hinc nostrates, dum pueros plorantes audiunt, eos *fifare* vulgo dicunt. *V.* PIPATIO et PIPIO, as.

PĬPŬLUM, i. n. *et*

PĬPŬLUS, i, m. 2. ¶ 1. Est ploratus infantium, *piagnisteo. Fronto* 1. *ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. Ut orationis tuæ lepidum illum et liquidum sonum nescio quo pacto in utriusque (*filioli tui*) pipulo agnoscerem. *V.* PIPO *in fin.* ¶ 2. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 31. Nisi reddi mihi vasa jubes, pipulo hic differam te ante ædes. *Varro* afferens hunc *Plauti* locum, ita explicat 7. *L. L.* 103. *Müll.* id est convicio: declinatum a pipatu pullorum. Vult ergo convicium ei facere, gallinarum vocem imitando. Eodem fere sensu dicebant *occentare ante ostium.* — Hinc *pipulo poscere*, quod dixit *Cn. Mattius* apud *Gell.* 20. 9., est convicio poscere, clamore, ejulatu, ploratu, quæ vel flagitationem, vel irrisionem contumeliamque significent.

PĪRĀCĬUM, ii, n. 2. *sidro di pere*, vinum ex piris. *Hieronym.* 2. *advers. Jovinian. n.* 5. *extr.* referens ipsius Joviniani verba: Paulus Timotheo dolenti stomachum, vinum suadet bibere, non piracium. *Venant. Vit. S. Radeg.* 15. Potum vero, præter aquam mulsam, atque piracium, non bibit.

PĪRĀTA, æ, m. 1. *corsale, corsare*, πειρατής, prædo maritimus: a nomine Græco allato, quod a πειράω *conor, tento. Cic.* 3. *Off.* 29. 107. Nam pirata non est ex perduellium numero, sed communis hostis omnium. *Vellej.* 2. 31. 2. Piratæ orbem classibus terrebant. *Cic. Rosc. Am.* 50. 146. Quis unquam prædo fuit tam nefarius, quis pirata tam barbarus, ut etc? *Lucan.* 3. 228. Itque Cilix justa jam non pirata carina. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PĪRĀTĬCA, æ, f. 1. *V.* PIRATICUS in fin.

PĪRĀTĬCĒ, adverb. piratarum more: affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Charis.* 1. *p.* 161. *Putsch.* A poeta et pirata, quæ sunt Græca, poetice et piratice dicimus.

PĪRĀTĬCUS, a, um, adject. *di corsale*, πειρατικός, ad piratas spectans. *Cic.* 7. *Verr.* 28. 73. Myoparone piratico capto, duo liberatus, symphoniaci Romam missi. *Id. post redit. in Senat.* 5. 11. Piraticum bellum. *h. e.* contra piratas. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 26. 30. (152). Piratica statio. *Lucan.* 1. 122. Et victis cedat piratica laurea Gallis. *h. e.* parta ob victos piratas. — Hinc

Piratica, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, est piratarum ars et vita, *pirateria*, πειρατεία. *Cic. post redit. in Senat.* 5. 11. Egestate et improbitate coactus piraticam ipse fecisset. *Justin.* 8. 3. 13. et 22. 1. 14. Piraticam exercere adversus patriam. *Quintiliani* temporibus hæc vox nova videbatur. *Piraticam* (inquit 8. 3. 34. quoque, ut *musicam*, et *fabricam* dici adhuc dubitabant mei præceptores. Fortasse ignorabatur, ea multo ante usum *Ciceronem* fuisse.

PIRPIT. *V.* PITPIT.

PĪRŬLA *vel* perula, æ, f. 1. *Isid.* 1. *Orig.* 1. Extremitas ejus (*nasi*) pirula, a formula pomi piri. *Gloss. ejusd.* Perula, extrema pars nasi. Hinc Itali per syncopen *perla* vocant margaritam, quæ parvi piri, Italice *pero*, formam habet, nostrates vero vulgo *perolo* dicunt, quod Italice *ciondolo*, nempe inauris, quia ex margaritis plerumque fit.

PĪRUM, i, n. 2. *pera*, ἄπιον, fructus piri arboris: a πῦρ *ignis*, quia flammæ instar e lato in oblongum et acutum fastigiatur ac protenditur, u in i transeunte, ut a φύω est *fio*. Legitur tamen et *pyrum*. ἄπιον (It. *pera*; Fr. *poire*; Hisp. *pera*; Germ. *die Birne*; Angl. *a pear*). *Horat. Epod.* 2. 19. Ut gaudet insitiva decerpens pira! *Id.* 1. *Ep.* 7. 19. hæc (*pira*) porcis hodie comedenda relinques. Hæc ait Calaber rusticus hospiti suo, qui pira agrestia comedere recusaverat, quæ etiamnum Calabri Græca appellatione vocant *agrapidi*, vel Latina *peraggine*. — Pirorum varia sunt genera, quæ enumerant diligenter *Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 16. (53). *et seqq.*; *Colum.* 5. *R. R.* 10. 18.; et ex *Cloatio Macrob.* 2. *Saturn.* 15. Aliquot recensent etiam *Cato R. R.* 7.; et *Cels.* 2. 24. — *Plautus* de hominibus ex ære magno numero decidentibus, *Pœn. a.* 2. *v.* 38. Tam crebri ad terram accidebant, quam pira.

PĪRUS, i, f. 2. *pero*, ἄπιος, genus arboris, cujus fructus pirum dicitur. *Virg.* 1. *Ecl.* 74. Insere nunc, Melibœe, piros. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 24. 38. (90). Piro circinata folia. *et ibid.* 26. 46. (109). Perdunt facillime fructum ante maturitatem amygdala, malus, pirus. *et ibid.* 27. 51. (117). Amygdala et pirus in senecta fertilissimæ.

PĪSA, æ, f. 1. *V.* PISUM.

PĪSĀCŬLUM, i, n. 2. pistillum, pilum. *Gloss. Philox.* Pisaculum, ὑπερον. *Gloss. Cyrill.* Ὑπερον, pistaculum, pilum. *An* pisaculum *legendum est? Nihil tamen obstare videtur quominus et* pistaculum *dictum fuerit, ut* pisto, as.

PĪSĀTĬO, ōnis, f. 3. actus pisandi, hoc est pinsendi. *Seneca Ep.* 86. *ad fin.* Terram non aggessit tantum, sed calcavit et pressit. Negat, quidquam esse hac, ut ait, pisatione utilius. *Alii plerique legunt* spissatione: *at fortasse legendum* pinsatione. Hæc *Forcellinus.* Sed a particip. *pisatus*, quod usu venisse probavimus in PINSO sub *A. b.*, recte derivatur *pisatio.*

PĪSĀTUS, a, um. *V.* PINSO.

PISCĀRĬA, æ, f. 1. *V.* PISCARIUS, a, um.

PISCĀRĬŎLA, æ, f. 1. vulgare vocabulum, idem ac chamæpitys. *Plin. Valerian.* 2. 4. 5. *p.* 188. *bis retro* ed. *Ald.* Herbæ camipides (*lege* chamæpitys), quam piscariolam vocant, teres, si viridis est, denarios III.

PISCĀRĬUS, a, um, adject. ἁλιευτικός, ad pisces et ad piscandum pertinens. *Plaut. Cas.* 2. 8. 65. Ex copia piscaria consulere quid emam, æquum est. *Id. Curc.* 4. 1. 13. Forum piscarium. (quod *Sex. Ruf.* et *P. Vict.* ponunt in regione octava Urbis Romæ.) *Id. Stich.* 2, 1. 17. Arundinem fert sportulamque et hamulum piscarium. — Piscarium argumentum *Apul. de Mag.* dixit, h. e. ductum a piscibus. — Hinc

Piscaria, æ, absolute, ἰχθυοπωλεῖον, *pescheria*, piscarium forum: et *Piscarius*, ii, qui pisces vendit, *pescivendolo. Varro* apud *Perott. in Cornucop.* (quem penes sit fides.) Nullus in piscaria piscis erat: inter piscarios nemo vendebat. *Ulp. Dig.* 50. 16. 17. Vectigal salinarum et metallorum et piscariarum. Ita *Haloander*, at *Torrentius*, rectius habet *picariarum.* Sed *Gloss. Lat. Gr.* Piscaria, ἰχθυόπωλις.

PISCĀTĬO, ōnis, f. 3. *pesca, pescagione*, ἁλιεία, piscatus. *Ulp. Dig.* 8. 4. 13. Piscationem thynnariam exercere. *Id. ibid.* 7. 1. 9. Piscationum reditum ad fructuarium pertinere.

PISCĀTOR, ōris, m. 3. qui piscatur, *pescatore*, ἁλιεύς. *Plaut. Rud.* 4. 3. 48. Sed tu en unquam piscatorem vidisti, venefice, Vidulum piscem cepisse, aut protulisse ullum in forum?

Cic. 3. *Off.* 14. 58. Piscatores ad se convocat. Adde *Ter. Eun.* 2. 2. 26. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 731. *n.* 450. Piscatores propolæ. *h. e.* qui pisces ab aliis captos publice divendunt. *Inscript.* apud *Orell.* 4115. TI. CLAVDIO EQVIL. SEVERO DECVRIALI LICTORI PATRONO CORPORIS PISCATORVM ET VRINATOR. etc.

PISCĀTŌRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PISCĀTŌRĬUS, a, um, adject. *pescherecio*, ἁλιευτικός, ad piscatum et piscatores pertinens. *Cæs.* 2. *B. C.* 4. Piscatoriæ naves. *Petron. Satyr.* 115. Piscatoria casa. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 36. 66. (172). arundo. *Id.* 24. *ibid.* 9. 40. (65). lina. *h. e.* ad retia piscaria facienda. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 15. Piscatorium forum. — Piscatorii ludi vocantur, qui quotannis mense Junio trans Tiberim fieri solent a prætore urbano pro piscatoribus Tiberinis, quorum quæstus non in macellum pervenit, sed fere in arcam Vulcani, quod id genus pisciculorum vivorum datur ei deo pro animis humanis. *Festus p.* 210. 33. et p. 238. 23. *Müll.* — Meminit horum ludorum *Ovid.* 6. *Fast.* 239. — Piscatorium æs vetusto more appellatur, quod in monte Albano datur pro piscibus. *Festus p.* 210. 1. *Müll.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM. — Hinc

Piscatorium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est piscarium forum. *Gloss. Cyrill.* Ἰχθυοπώλιον, piscatorium.

PISCĀTRIX, icis, f. 3. *pescatrice*, ἁλιεύτρια, quæ piscatur. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 42. 67. (143). Nec minor solertia ranæ, quæ in mari piscatrix vocatur. *Inscript.* apud *Gud.* 192. 8. AVRELIA C. L. NAIS PISCATRIX etc. Sunt qui legend. putent *picatrix*. *V.* RESINARIA.

PISCĀTŪRA, æ, f. 1. piscatus. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 9. Ad piscaturam respexit.

PISCĀTUS, us, m. 4. Olim fuit secundæ declinationis: V. *Pompon.* et *Turpil.* sub II. 1. — Piscatus est idem ac piscatio, *pesca, pescagione*, ἁλιεία.

I.) Proprie. *Plaut. Rud.* 4. 2. 6. quæ (*horia*) in mari fluctuoso Piscatu novo me uberi compotivit. Miro mihi modo atque incredibili hic piscatus Lepide evenit. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 22. 24. (91). Esse et in piscatu voluptatem, maxime testudinum. — In plur. num. *Id.* 8. *ibid.* 16. 17. (44). Quos venatus, aucupia, piscatusque alebant.

II.) Translate. ¶ 1. Concreto, uti ajunt, sensu *piscatus* dicuntur ipsi pisces capti. *Plaut. Most.* 1. 1. 63. Ego ire in Piræum volo in vesperum parare piscatum mihi. *et* 3. 2. 41. Vino, et victu, piscatu probo vitam colitis. Adde *Cic.* 2. *Fin.* 8. 23. *Pomponius* apud *Non.* p. 488. 17. *Merc.* Quid habes in scirpiculis, calve? omne piscati genus. *Turpil. ibid.* Inopia tum erat piscati. ¶ 2. Figurate *piscatus bonus* est quæstus meretricius apud *Plaut. Bacch.* 1. 1. 69.

PISCĔUS, a, um, adject. ad piscem pertinens. *Cassiod.* 11. *Variar.* 40. *a med.* Pisceus lupus arenis se mollibus, ut plumbati lini insidias evadat, immergit. *Pisceus* hic dicitur, ut a lupo quadrupede distingueretur. Fortasse *pisceus* mendum est pro *piscis*.

PISCĬCĂPUS, i, m. 2. qui pisces capit, piscator. *Inscript.* Pompejis reperta apud *Arditi, Legge Petron. p.* 14., quæ est apud *Orell.* 3700. POPIDIVM RVFVM ARDilem PISCICAPI *orant*, VT FACIAT. *V.* vocem seq.

PISCĬCEPS, icĭpis, m. 3. qui pisces capit: vox sic improbata a *Varron.* 8. *L. L.* 61. *Müll.* Si ab avibus capiendis auceps dicatur, debuisse ajunt ex piscibus capiendis pisciceps, ut aucupem, sic piscicupem dici. *V.* vocem præced. At *Müllerus* apud *Varron.* Codicis lectionem retinuit et legit *piscipem*. *V.* ibi adnotat.

PISCĬCŬLENTUS. *V.* PISCULENTUS.

PISCĬCŬLUS, i, m. 2. deminut. *pescetto, pesciolino*, ἰχθύδιον, parvus piscis. *Cic.* 2. *Nat. D.* 48. 123. Itaque quum pisciculi parvi in conchæ hiantem innataverint. *Ter. Andr.* 2. 2. 32. Olera et pisciculos minutos ferre obolo in cœnam *Varro* 3. *R. R.* 5. 15. Pisciculi ultro ac citro commeant. *Cels.* 4. 5. Adjiciendus est cibo pisciculus, aut caro. *Marcell. Empir. c.* 8. *sect.* 5. *p.* 97. ed. *Ald.* Pisciculus, qui equum marinum simulat. — *Pisciculi* dicti sunt Christiani, quia tales olim quodammodo fiebant, quum per immersionem baptizabantur, et quia idem Christus mystice piscis dictus est: etenim ἰχθύς, *piscis*, componitur ex vocibus Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτήρ, Jesus Christus Dei filius Salvator. *Tertull. Bapt.* 1. Sed nos pisciculi secundum ἰχθὺν nostrum Jesum Christum in aqua nascimur. Hinc *Hieronym. Ep.* 7. *n.* 3. Bonosus, ut scribitis, quasi filius ἰχθύος, id est piscis, aquosa petit. V. *Augustin.* 18. *Civ. D.* 23. Inde in monumentis Christianis passim videre est piscis symbolum. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PISCĪNA, æ, f. 1. lacus et stagnum, in quo vivi pisces coercentur, ut *Gell.* 1. 20. docet, ἰχθυοτροφεῖον (It. *peschiera*; Fr. *étang peuplé de poissons, vivier, piscine*; Hisp. *estanque para tener pesca, piscina*; Germ. *ein Fischteich, Weiher*; Angl. *a fish-pond*).

I.) Proprie. *Varro* 3. *R. R.* 17. 2. Quum piscinarum genera sint duo, dulcium et salsarum: alterum apud plebem et non sine fructu, ubi lymphæ aquam piscinis nostris villaticis ministrant, illæ autem maritimæ piscinæ nobilium, quibus Neptunus, ut aquam, sic et pisces ministrat, magis ad oculos pertinent, quam ad vesicam, et potius marsupium domini exinaniunt, quam implent. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 3. 2., 5. *et* 10.; et *Colum.* 8. *R. R.* 17. 1. *et seqq.* ubi ejus conficiendæ rationem tradit. *Cic.* 5. *Parad.* 2. 38. Barbatulos mullos exceptans de piscina. Adde *eumd.* 2. *Att.* 1. *a med.* et *Seneca* 3. *Ira* 40. Murænas ingentes in piscina continebat. *Tac.* 13. *Ann.* 21. Bajarum suarum piscinas extollebat.

II.) Translate. ¶ 1. Quoniam in piscinis etiam homines natare solebant, invaluit consuetudo, ut omnes in hunc usum collectæ aquæ, sive frigidæ, sive calidæ, piscinæ dicantur, quamvis in his nihil piscium sit, κολυμβήθρα. *Augustin. de dialect.* 6. *circa med.* Quum piscina dicitur in balneis, in qua piscium nihil sit, nihilque piscibus simile habeat, videtur tamen a piscibus dicta propter aquam, ubi piscibus vita est. Ita vocabulum non translatum similitudine, sed quadam vicinitate usurpatum est. *Plin.* 5. *Ep.* 6. Si natare latius aut tepidius velis, in area piscina est. *Id.* 2. *Ep.* 17. Cobæret calida piscina, ex qua natantes mare aspiciunt. *Seneca Ep.* 86. Thasius lapis piscinas nostras circumdedit, in quas multa sudatione corpora exinanita demittimus. *Lamprid. Elagab.* 19. Hic non nisi unguento nobili, aut croco piscinis infectis natavit. *et* 24. Momentarias de rosato et rosis piscinas exhibuit. *Sueton. Ner.* 27. Refotus sæpe calidis piscinis, ac tempore æstivo nivatis. *Martial.* 3. 44. *de importuno poeta.* Ad thermas fugio, sonas ad aurem: Piscinam peto, non licet natare. *V.* BAPTISTERIUM. *Festus p.* 213. 2. *Müll.* Piscinæ public e hodieque nomen manet, ipsa non exstat, ad quam et natatum et exercitationis alioqui causa veniebat populus. *Piscina publica* ad portam Capenam memoratur a *Liv.* 23. 32. — De frigidaria cella in balneis usurpat *Lamprid. Alex. Sev.* 30. Inde unctus lavabatur, ita ut caldariis vel numquam vel raro, piscina semper uteretur. ¶ 2. Immo piscinæ etiam vocantur, ubi anates innatant, unde pecora bibunt; denique ubicumque aqua est ad usum aliquem hominum collecta, *vasche. Colum.* 1. *R. R.* 6. 21. Circa villam esse oportebit piscinas minimum duas, alteram quæ anseribus ac pecoribus serviat, alteram, in qua lupinum, vimina et virgas atque alia, quæ sunt usibus nostris apta, maceremus. *Id. ibid.* 5. 2. Vastæ cisternæ hominibus, piscinæque pecoribus instruantur. Has *Varro* 1. *R. R.* 13. 3. *lacus* vocat. ¶ 3. Præterea *piscinas* vocat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (53). ubi de Tiberi verba facit, claustra in tenui fluvio ad sustinendam aquam, ut diu ibi concepta et coercita, deinde emissa, largius fluat, et aliquantisper navigabilis sit, *serra, serraglio, cateratta.* ¶ 4. Denique piscina dicitur quoque de vasis ligneis amplioribus, ad tenendam aquam. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 12. 32. (123). Et in piscinas ligneas funditur.

PISCĪNĀLIS, e, adject. ad piscinam spectans. *Pallad.* 1. *R. R.* 40. Piscinales cellæ in æstivis balneis a septentrione lumen accipiant, in hiemalibus a meridie. *h. e.* cellæ frigidariæ. *V.* PISCINA II. 1. in fin.

PISCĪNĀRĬUS, a, um, adject. ad piscinam pertinens, piscinalis. *Varro* 3. *R. R.* 17. 7. Hortensius salsamenta in eas piscinas empticia conjiciebat, quum mare turbaret, ac per tempestatem macellum piscinarium, uti mare, obsonium præberet, neque everriculo in litus educere possent vivam saginam, plebejæ cœnæ pisces. Ita ex *Codd.* textum restituit *Pontedera Oper. post. T.* 1. *p.* 105., non improbante *Schneidero*, pro *uti per tempestatem suis piscibus e macello cetariorum, uti e mari, obsonium præberet.* — Hinc

Piscinarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est ἰχθυοτροφεύς, qui amplis et sumptuosis piscinis delectatur, in quibus pisces magni pretii, gulæ et deliciarum causa, aluntur, cujusmodi fuere Hortensius, Lucullus, et alii. *V.* TRITON. *Cic.* 1. *Att.* 19. *a med.* Beatos homines (hos piscinarios dico, amicos tuos) non obscure nobis invidere. Adde *eumd. ibid.* 20.; et *Macrob.* 1. *Saturn.* 11.

PISCĪNENSIS, e, adject. piscinalis. *Lucilius* apud *Festum p.* 213. 5. *Müll.* Pugil piscinensis.

PISCĪNILLA *et*

PISCĪNŪLA, æ, f. 1. deminutiva sunt a piscina. *Varro* 9. *L. L.* 74. *Müll.*; sed improbare videtur. Legitur *piscinula* in MSS. *Hieronym. Vit. S. Hilarion. n.* 31. Quare *piscinillam* ego quoque improbaverim, piscinulam non item.

PISCĪNUS, a, um, adject. ad piscem pertinens. V. *Nævii loc. cit.* in PETIMEN ibique var. lect.

PISCIS, is, m. 3. animal, quod in aquis degit, et proprie quod tegitur squamis ut ex *Plin.* 9. *Hist. nat.* 12. 14. (40). apparet: sed *Id.* 11. *ibid.* 51. 112. (267). tum mollia tum crustis intecta animalia vocat pisces, ἰχθύς (It. *pesce*; Fr. *poisson*; Hisp. *pescado, pez, pece*; Germ. *d. Fisch*; Angl. *a fish*).

I.) Proprie. *Ennius* apud *Paul. Diac. p.* 59. 5. *Müll.* Propter stagna, ubi lanigerum pecus piscibus pascit. *Id.* apud *Apul. de Mag.* Apriculum piscem scito primum esse Tarenti. *Plaut. Asin.* 1. 3. 26. Quasi piscis, itidem est amator lenæ: nequam est, nisi recens. *Id. Truc.* 2. 3. 1. Pisces ego credo, qui usque dum vivunt, lavant, minus diu lavere, quam hæc lavat Phronesium. *Cic.* 2. *Nat. D.* 51. 129. Etsi pisces, ut ajunt, ova quum genuerunt, relinquunt. *Horat.* 4. *Od.* 3. 19. O mutis quoque piscibus Donatura cycni, si libeat, sonum! *Seneca Ep.* 90. Piscium distinctus greges saginare. — *Non te peto, piscem peto. V.* in RETIARIUS. — Quod Itali dicimus, *il pesce grosso inghiottisce il minore*, aut *divora il piccolo*, est *Varronis* apud *Non. p.* 81. 11. *Merc.* pisces ut sæpe minutos Magnus comest, ut aves enecat accipiter. — *Piscis femina. Ovid.* 2. *Art. am.* 481. cum quo sua gaudia jungat, Invenit in media femina piscis aqua. Similiter est nomen collectivum apud *Plin.* 11. *Hist. nat.* 53. 116. (281). Adeoque magna differentia est victus, ut in tractu pisce viventium Theophrastus prodat boves quoque pisce vesci, sed nonnisi vivente.

II.) Translate. ¶ 1. *Pisces* sunt unum ex signis Zodiaci, constans ex quatuor et triginta sideribus. Quum olim bello Giganteo Venus Typhonem fugiens ad Euphratem una cum Cupidine venisset, repentino arborum et cannarum strepitu, quæ circa flumen erant, perterrita in ipsum invocatis Nymphis prosiluit. Duo pisces accurrerunt, alterque Venerem, alter Cupidinem trans Euphratem incolumes detulerunt. Hoc merito in cælum translati sunt. *Ovid.* 2. *Fast.* 457.; item *Hygin.* 2. *Astron.* 30. et 3. *ibid.* 29. qui dicit, Venerem cum filio se in piscium formam vertisse: quod et *Ovid.* 5. *Met.* 331. narrat. Inde factum, ut Syri ea loca accolentes, piscibus in cibo abstinerent, ne aut deorum præsidia impu-

gnare, aut ipsos captare videantur, ut ait *Hygin. ibid. Colum.* 11. *R. R.* 2. 20. XV. Cal. Martii sol in Pisces transitum facit: nonnunquam ventosa tempestas. — Horum alter (ut est apud *Germanic. Arat.* 240.) in Austros Tendit, Threicium Boream petit alter, etc. Eadem habet *Ovid.* 3. *Fast.* 400.; *Avien. Arat.* 545.; et *Cic. Arat.* 11. — De nodo, quo invicem connectuntur, *V.* NODUS. ¶ 2. Est aliud signum, quod *Piscis major* dicitur, de quo *Avien. Arat.* 806., et videtur esse idem, de quo *Virg.* 4. *G.* 234. Plias sidus fugiens ubi Piscis aquosi Tristior hibernas cælo descendit in undas. *aquosus* dicitur, quia videtur ore aquam excipere a signo Aquarii. Creditur autem esse pater duorum illorum Piscium Zodiaci, et laborantem quondam Isin servasse; unde in cælum locatus est. *Hygin. loc. cit.* 41. et 3. *ibid.* 40.; et *Manil.* 1. 428. Situs est autem in Australi parte cæli infra Tropicum Capricorni, sub Aquarii pedibus. Appellatur *Notius major*, a Noto, h. e. Austro: quia *Notius minor* est alter e Piscibus Zodiaci in Austrum versus, ut modo diximus. ¶ 3. *Piscis* vocatur Jesus Christus. *V.* PISCICULUS ad fin.

PĪSCOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Piscans.*— Piscari est pisces venari, *pescare, ἁλιεύω. Cic.* 3. *Off.* 14. 58. Ut ante suos bortulos postera die piscarentur. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 57. eamus, Quo ducit gula, piscemur, venemur, ut olim Gargilius. *Sueton. Aug.* 83. Piscari hamo. *Id. Ner.* 30. Piscatus est rete aurato. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 2. (15). Retia in piscando durantia. — *Piscari in aere*, proverb. est operam ludere, frustra laborare. *Plaut. Asin.* 1. 1. 86. Jubeas una opera me piscari in aere. Simile est illud, quod subdit *ibid.* Venari retiaculo in medio mari. — *Piscari hamo aureo* aliud proverbium. *Sueton. Aug.* 25. Minima commoda non minimo sectantes periculo similes ajebat esse aureo hamo piscantibus, cujus abrupti damnum nulla captura pensari potest. Adde *Aurel. Vict. Epit.* 1., ubi hæc eadem fere habentur.

PISCŌSUS, a, um, adject. *che abbonda di pesci, ἰχθυώδης*, piscibus abundans, vel in quo piscari facile est. *Ovid.* 3. *Fast.* 581. Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes Parvus ager. *Virg.* 4. *Æn.* 235. Piscosi scopuli. *Albinov.* 2. 41. Piscosus Pelorus. — *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 6. *n.* 182. Accepti cibi corruptio cum ructationibus odoris tetri, hoc est fumosi, vel bromosi, vel piscosi. *h. e.* qui pisces olet.

PISCULENTUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PISCŬLENTUS, a, um, adject. Sup. *Pisculentissimus.* — Pisculentus est idem ac piscosus. *Cato* apud *Non. p.* 181. 7. *Merc.* Naro et Iberus fluvii pisculenti. *Plaut. Rud.* 4. 2. 2. Qui salsis locis incolit pisculentis. *Solin.* 5. *de Sicilia.* Promontorium omnibus mari nantibus pisculentissimum. — Hinc

Pisculentum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est medicamentum ex piscibus confectum. *Apul. de Mag.* Numquam marino aliquo et pisculento medicavit nec Proteus faciem, nec Ulysses scrobem etc. *Alii leg.* pisciculento.

PISCŬLUS, i, m. 2. *deminut. a* piscis, pisciculus. Affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Charis.* 1. *p.* 73. *Putsch.* Item deminutionis inæqualitas dura est: ut juvenis juvenculus,-panis pastillus, homo homunculus et homuncio, piscis pisciculus et pisculus. *Keil.* quoque ita edidit.

PĪSINNUS, a, um, adject. *piccino*, vetus vocabulum significans pusillum: a *pusio. Labeo* apud *Vet. Scholiast. Pers.* 1. 4. Crudum manduces Priamum, Priamique pisinnos. *V.* LABEO in ONOM. *Martial.* 11. 72. Drauci Natta sui vocat pisinnam, Collatus cui Gallus est Priapus. *h. e.* Natta mentulam sui drauci vocat pisinnam, quæ si conferatur cum mentula Priapi, hic videri possit Gallus, cui nempe Samia testa ea pars omnino abscisa est. *V.* GALLI in ONOM. *Alii leg.* pipinnam *eodem sensu*: *alii* vepenem. *Marcell. Empir. c.* 8. *sect.* 3. *p.* 95. Lacertas pissinnas (*lege* pisinnas), quæ in segetibus morantur, quas Græci aruras vocant, comburito. *Id. c.* 26. *pag.* 113. ed. *Ald.* Quum autem fuerit necessarium remedium, potionem in pisinno calice calda mixtam jejuno dabis bibendam. *V.* PUSINNA in ONOM.

PISĪTO, as, are, a. 1. verbum exprimens vocem sturni. *Auct. carm. Philom.* 17. sturnus tunc pisitat ore.

PISO, as, ātum, are, a. 1. *et*

PISO, sis, si, sere, a. 3. *V.* PINSO.

PĪSO, ōnis, m. 3. mortarium, in quo aliquid pisitur. *Marcell. Empir. c.* 8. *sect.* 2. *p.* 94. ed. *Ald.* Radices betæ lavabis, siccabis, deinde tundes in pisone marmoreo. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PISSASPHALTUS, i, m. 2. *pissasfalto, πισσάσφαλτος*, pix mixta bitumini, quæ in Apolloniatarum agro reperitur: a *πίσσα pix* et *ἄσφαλτος bitumen. Plin.* 24. *Hist. nat.* 7. 25. (41). et 35. *ibid.* 15. 51. (178). Similiter *Marcell. Empir. c.* 16. *p.* 109. ed. *Ald.* Rubrica Scythica, quam alii pissasphaltum vocant.

PISSĔLÆON, i, n. 2. *πισσέλαιον*, oleum, quod ex pice cedrina fit. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 5. 11. (19). Fit ex eo et oleum, quod pisselæon vocant. Sed *Marcell. Empir. c.* 9. *p.* 98. *retro* ed. *Ald.* Auribus prodest præcipue picis flos, quem pisselæon Græci vocant, cum oleo communi mixtus.

PISSĪNUS, a, um, adject. *πίσσινος*, piceus, qui e pice fit: a *πίσσα pix. Plin.* 15. *Hist. nat.* 7. 7. (31). E pice fit (*oleum*) quod pissinum appellant, quum coquitur, velleribus supra halitum ejus expansis, atque ita expressis: probatum maxime e Bruttia; est enim pinguissima et resinosissima. Quidam editi libri habent *picinum*; at MSS. omnes *pissinum*, teste *Harduino. Id.* 23. *ibid.* 4. 50. (96). Pissino oleo usus ad quadrupedum scabiem est. Cf. *eumd.* 25. *ibid.* 5. 22. (55).

PISSŎCĒROS, i, m. 2. *πισσόκηρος*, genus melliginis mixtum e cera et pice: a *πίσσα pix* et *κηρός cera. Plin.* 11. *Hist. nat.* 7. 6. (16). *de apib.* Prima fundamenta commosim vocant peŕiti, secunda pissoceron, tertia propolin. Commosis crusta est prima, saporis amari; pissoceros super eam venit, picantium modo, ceu dilutior cera.

PISTĂCĬA, æ, f. 1. arbor pistacium ferens. *Pallad.* 3. *R. R.* 25. *extr.* Et pistaciæ planta vel nunc statui, aut inseri potest. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 22. 24. (91). testatur, e Syria in Italiam intulisse pistacia Vitellium, atque eodem tempore in Hispaniam Flaccum Pompejum, novissimis Tiberii Cæsaris temporibus. Ceterum de pistaciis agit *Schneider.* ad *Pallad.* 11. *R. R.* 12.

PISTĂCĬUM *et* pistaceum, i, n. 2. *pistacchio, πιστάκιον*, nucis genus Syriæ et Palæstinæ proprium; unde etiam vocis etymon deducendum est, quod vide apud *Hesych. T.* 1. *p.* 729. *not.* 5. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 5. 10. (51). Syria peculiares habet arbores: in nucum genere pistacia nota. *Pallad.* 11. *R. R.* 12. ejus arboris sationem et culturam docet. *Id. de insit.* 157. Quin et amygdaleos subeunt pistacia ramos. Hic licenter antepænultima producitur, breviatur autem, et quidem recte, apud *Nicand. Theriac.* 891. *V.* voc. præced., et PSITTACIUM.

PISTĀNA, æ, f. 1. Græcis dicitur ulvæ genus, quod Latini sagittam vocant. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 17. 68. (111).

PISTĀTUS, a, um. *V.* PISTO.

PISTĪCUS, a, um, adject. *πιστικός*, fidelis, sincerus, non adulteratus. *Hieronym. præf.* in *XII. Prophet.* Ne putaremus nardum pisticum, id est unguentum fidelissimum, ad aliud quid esse referendum. *Vulgat. interpr. Euang. Jo.* 12. 3. Accepit libram nardi pistici, pretiosi. V. *Memorie dell' Accad. Ercolanese T.* 2. *p.* 67., ubi multa verborum luxuria idem probatur. Similiter *Ambros.* in *Luc.* 10. 24. Mystico igitur unguento illo pistico consepelitur Ecclesia.

PISTILLUM, i, n. *et*

PISTILLUS, i, m. 2. *pestello, ὕπερος*, pilum, h. e. instrumentum, quo quippiam in mortario teritur: a sup. *pistum* verbi *pinso. Plaut. Aulul.* 1. 2. 17. Cultrum, securim, pistillum, mortarium, quæ utenda vasa semper vicini rogant, fures venisse atque abstulisse dicito. *Colum.* 12. *R. R.* 57. 1. Semen sinapis in mortarium conjicito, et pistillis conterito. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 50. (169). In mortario lapideo plumbeo pistillo terere. *Auct. Moret.* 111. Sed gravior lentos ibat pistillus in orbes. *Hieronym. Ep.* 69. *n.* 4. Acumen omni pistillo retusius. *h. e.* argutia obtusa et infirma. De pistillo est epigramma apud *Sympos.* 85. Una mihi cervix, capitum sed forma duorum. — In neutro gen. *Vet. Scriptor* apud *Non. p.* 221. 5. *Merc.* Pistillum grande est. Sunt qui putant, *Nonium* eo loco non de pistillo, sed de *pastillo* verba facere: cui magis congruere videntur, quæ ibi afferuntur exempla.

PISTO, as, ātum, are, a. 1. Part. *Pistatus.* — Pistare est idem ac pinsere, vel rectius frequentat. a verbo pinsere, *pestare. Veget.* 1. *Veterin.* 32. In pila lignea pistabis, cernesque subtiliter. *Apul. Herb.* 75. Herba senecion pistata cum axungia vetere pedum dolorem tollit.

PISTŎLŎCHĬA, æ, f. 1. *πιστολοχία*, herba, genus aristolochiæ, densis radicis capillamentis: ita appellata a *πιστός fidelis* et *λόχια partus purgamenta*, quasi fidelis puerperis mulieribus. Ejus meminit *Plin.* 25. *Hist. nat.* 8. 54. (96)., ubi tamen *Harduinus* et *Sillig.* ex MSS. legunt *pistolochia*, a *πλεῖστος plurimus. h. e.* plurimum adjuvans puerperas. *V.* ARISTOLOCHIA.

PISTOR, ōris, m. 3. ¶ 1. Apud antiquos erat *μαγεύς, σιτοποιός*, qui ante inventum molarum usum frumentum in pila contundebat: a *pinsendo. Varro* apud *Non. p.* 152. 14. *Merc.* Nec pistorem ullum nossent, nisi eum, qui in pistrino pinseret far. *Id. ibid.* Nec pistoris nomen erat, nisi ejus, qui rure far pinsebat. Adde *Plaut. Capt. loc. cit.* in PISTRINALIS. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 28. (108). Certum fit Ateji Capitonis sententia, coquos tum panem lautioribus coquere solitos; pistoresque tantum eos, qui far pinsebant, nominatos. *Plautus* quoque pistor fuit hoc sensu, scilicet molis versandis operam suam locare solitus, ut *Gell.* 3. 3. *ad fin.* tradit. ¶ 2. Deinde dici cœpit de eo, qui farinam subigit, panemque conficit, *pistore, fornajo, ἀρτοκοπός. Plin. loc. cit.* (107). Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum usque bellum, annis ab Urbe condita super quingentos octoginta. Ipsi panem faciebant Quirites: mulierumque id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium. *Varro* apud *Gell.* 15. 19. Si quantum operæ sumpsisti, ut tuus pistor bonum faceret panem, etc. *Sueton. Cæs.* 48. Ut pistorem, alium, quam sibi, panem convivis subjicientem compedibus vinxerit. — *Juppiter pistor* dictus est, quod obsessis in Capitolio Romanis eam mentem dedit, ut panes in munimenta Gallorum obsidentium dejicerent ad simulandam copiam, ne illi fame posse vinci sperarent. *Ovid.* 6. *Fast.* 377. *et seqq.*; et *Lactant.* 1. 20. — *Pistorum*, ut ceterorum fere artificum, corpus et collegium Romæ fuit, quod nos dicimus *fraglia de' pistori*, ut apparet ex *Inscript.* apud *Gruter.* 81. 10. et 255. 1.; et ex *Cajo Dig.* 3. 4. 1. et *Papiniano ibid.* 27. 1. 46. Hoc vero collegium olim jam exstitisse, perspicuum est præsertim ex *Inscript.* apud *Don. cl.* 9. *n.* 11., in qua illud Jovi conservatori statuam dedit pro salute Imp. Cæs. Augusti; verum ex *Aur. Vict. Cæsar.* 13. novimus, Trajanum Aug. annonæ perpetuæ mire consuluisse, recepto firmatoque eodem collegio. Quod confirmatur ex *Fragm. juris antejustin.* ab *A. Maio* editis p. 56., ubi eorum pistorum numerus centenarius fuisse dicitur. Sequiori vero tempore etiam in domo Augusta corpus pistorum fuit, ut constat ex *Inscript.* Ravennæ reperta, edita autem in *Giorn. Fiorent.* ann. 1750. *p.* 685., quæ est apud *Henzen.* 6336. FLORENTIVS PATER PISTORVM REGIS THEODORICI. *h. e.* præfectus pistorum. ¶ 3. Etiam qui placentas et alia opera dulciaria facit, *pistor* dicitur, *ciambellajo, confortinajo, pasticciere. Martial.* 11. 32. et 14. 222.; et *Petron. fragm. Fragur.* 60. *Burmann.* Sic *pistor dulciarius, siliginarius*, et *candidarius*, quæ *V.* suis loc.

PISTŌRĬCĬUS, a, um, adject. pistorius. *Plin. Valerian.* 5. 41. De opere autem pistoricio noli dare.

PISTŌRĬCUS, a, um, adject. idem ac pistorius. *Ulp. Dig.* 32. 1. 71. Sed quorum operas locabat vel pistoricas, vel bistrionicas. *Alii leg.* pistorias. *Gloss. Lat. Gr.* Pistoricus, ἀρτοποιητικός. Pistorius, αὐτοποιητικός.

PISTŌRĬENSIS, e, adject. idem ac pistorius. Affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Priscian.* 4. *p.* 633. *Putsch.* Sin vero (*nomina sunt*) tertiæ declinationis, abjiciunt extremam *s* Genitivi, et assumunt *ensis*, pistor, pistoris, pistoriensis; Carthago, Carthaginis, Carthaginiensis. *At* Keil. *leg.* Pistoriensis, a Pistorio Etruriæ urbe, *V.* PISTORIENSIS in ONOM., ibique *Pistorienses milites* a *Plauto* jocose et ambigue dicti *Capt.* 1. 2. 57.

PISTŌRĬUS, a, um, adject. *da pistore*, αὐτοποικός, ἀρτοποικός, ad pistorem pertinens, ut Ars pistoria, quod fuit nomen generale ad panem et ad omnia delicatiora panis genera, cujusmodi erant, quas placentas et mazas appellabant. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 27. (106). Ad operis pistorii genera transeunte cura. *Cels.* 2. 18. Opus pistorium valentissimum esse, quod ex frumento, adipe, melle, caseo constat. — *Forum Pistorium* Romæ fuit in Aventino, quæ est Regio XII. *P. Victor de Reg. U. R.*

PISTRĬGER. gĕra, gĕrum, adject. a *pistrix. Sidon.* 4. *Ep.* 8. in *carm.* Pistrigero quæ concha vehit Tritone Clitheren. *h. e.* Tritone in pistricis formam cauda desinente. *Alii leg.* pristigero. *V.* PISTRIX.

PISTRĪNA, æ, f. 1. idem ac pistrinum. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 9. 20. (86). E siligine lautissimus panis, pistrinarumque opera laudatissima. Adde *eumd.* 19. *ibid.* 8. 52. (167)., ubi intelligit officinam pistoris dulciarii: et *Lucilium* apud *Charis.* 1. *p.* 55. *Putsch.*

PISTRĪNĀLIS, e, adject. ad pistrinum pertinens, pistrinensis. Pistrinales sues dicuntur, quæ in pistrino aluntur furfuribus et farina. *Colum.* 7. *R. R.* 9. 2. *de suib.* Si regio temperata est, glabrum pecus, vel etiam pistrinale album potest pasci. Huc facit illud *Plauti Capt.* 4. 2. 27. Pistores scrofipasci, qui alunt furfure sues, quarum odore præterire nemo pistrinum potest. Quidam in verbis *Colum.* legunt *pristinale*, sed non facile confirmant.

PISTRĪNĀRĬUS, ii, m. 2. qui pistrinum exercet. *Ulp. Dig.* 16. 3. 1. Actionem esse adversus pistrinarium.

PISTRĪNENSIS, e, adject. μυλικός, ad pistrinum pertinens. *Sueton. Cal.* 39. Comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, et pistrinensibus jumentis.

PISTRĪNĬCUS, a, um, adject. ad pistrinum, vel pistorem pertinens. *Gloss. Cyrill.* Ἀρτοκοπικός, pistrinicus.

PISTRĪNUM, i, n. 2. a *pinsendo*, est locus, in quo frumentum et aliæ fruges ante molarum trusatilium inventionem in pilis conterebantur: item post molas inventas omnis locus, in quo fruges molis circumactis, opera jumentorum, vel servorum, vel impulsu aquæ, aut venti comminuebantur, μύλων (It. *pistrino, molino*; Fr. *moulin*; Hisp. *molino*; Germ. *die Stampfmühle*; Angl. *a grinding-house, mill*).

I.) Proprie. *Plaut. Bacch.* 4. 6. 11. Ut tua jam virgis latera lacerentur probe, Ferratusque in pistrino ætatem conteras. *Id. Most.* 1. 1. 16. Quod te in pistrinum scis actutum tradier. *Ter. Andr.* 1. 2. 28. Verberibus cæsum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem. *Cic.* 1. *Orat.* 11. 46. Oratorem in judicia, tamquam in aliquod pistrinum, detrudi et compingi videbam. *Pallad.* 1. *R. R.* 42. Si aquæ copia est, fusuras balnearum debent pistrina suscipere; ut ibi formatis aquariis molis, sine animalium, vel hominum labore frumenta frangantur. Hinc *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 23. (97). Major pars Italiæ ruido utitur pilo: rotis etiam, quas aqua verset et molat. — Hinc est etiam convicium in pessimum servum. *Plaut. Pers.* 3. 3. 15. pistrinorum civitas.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de loco, in quo farina subigitur panisque conficitur. *Sueton. Aug.* 4. Exercere pistrinum. *h. e.* artem pistoriam. ¶ 2. Item pro quovis operoso loco, vel labore accipitur. *Cic.* 2. *Orat.* 33. 144. Tibi mecum in eodem est pistrino, Crasse, vivendum.

PISTRĪNUS, a, um, adject. ad pistoriam artem pertinens. *Gloss. Placid.* edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 462. Formastro opere, (opere) pistrino. Cf. PISTRINA et PISTRINUM. — Ceterum *V.* PRISTĪNUS.

PISTRIS *et rectius per metathesin* pristis, is, *item* pistrix, *vel* pristix, ĭcis, f. 3. πίστρις et πρίστις.

I.) Proprie est genus marinæ belluæ longi corporis et angusti. *Flor.* 3. 5. Nuncius per medias hostium naves utre suspensus, et pedibus iter adgubernans, videntibus procul, quasi marina pistrix, evaserat. — Hujus belluæ figuram vide apud *Hygin. Astronom.* 3. *n.* 30. *p.* 532. edit. *Staver.* et in *Mus. Borbon. T.* 8. *tav.* 10. — Hoc sensu dicitur *pistris, is*, et rectius per metathesin *pristis. Plin.* 9. *Hist. nat.* 3. 2. (4). In Indico mari balænæ quaternum jugerum, pristes ducenum cubitorum. *Val. Flacc.* 2. 530. jamque agmine toto Pistris adest, miseræque inhiat jam proxima prædæ. *Virg.* 3. *Æn.* 427. *de Scylla.* Prima hominis facies, et pulcro pectore virgo Pube tenus: postrema immani corpore pistrix. Ubi *Servius*: Si navem intelligas, *hæc pristis, hujus pristis* facit: Si de bellua, *hæc pistrix, hujus pistricis. Arnob.* 3. 31. Frater Jovis Olympii germanus, tridenti armatus ferro, pistricum dominus atque mænarum. Adde *Albinov. fragm. de navigat. Germanici* 6.

II.) Translate. ¶ 1. Pistris est signum cæleste, de quo satis in CETE dictum est. *Cic. Arat.* 152. Flumine mixta retro ad Pistricis terga reverti. *Germanic. Arat.* 358. Auster Pistrin agit: duo sidera prælegit unum. ¶ 2. Pistris est etiam navigii genus, ut ait *Non. p.* 535. 23. *Merc.*, a forma pristium marinarum, quæ longi corporis sunt, sed angusti. *Claud. Quadrigarius ibid.* Quinque pristes: navigium ea forma a marina bellua dictum est. *Hermannus Peter* (*Historicorum Rom. reliquiæ, Lipsiæ* 1870. *pag.* CCCIII.-CCCIII.) hunc locum *Claudio Quadrigario* abjudicat et tribuendum putat *Servio Clodio* glossographo: præterea pro *ea forma* legendum *a forma* conjecit. *Virg.* 5. *Æn.* 116. Velocem Mnestheus agit acri remige pristin. *Ubi Pierius* docet (ut et ad 10. *ibid.* 209.) in antiquis plerisque codicib. *pristin* legi, in aliis *pistrin*: et dictam esse a πρίζω *findo*, a secandis fluctibus. Ceterum in hoc *Virg.* loco usurpatur *pristis* insigne navis pro ipsa navi. *Liv.* 44. 28. Perseus præfectus classis cum XL. lembis (adjectæ ad hunc numerum quinque pristes erant) Tenedum mittit. — *Pristis* videtur fuisse eadem species navigii, quod octo actum remis Veneti nunc *bissona* vocant. Illud tamen discriminis est, quod pristis ad belli usum, *bissona* vero ad pompam tantummodo comparata sit.

PISTRIX, ĭcis, f. 3. *fornaja*, μυλωθρίς, ἀρτοκόπος, mulier, quæ fruges pinsit: item quæ panem conficit: nam panis confectio apud Romanos fuit opus præcipue mulierum, ut *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 28. (107). docet. *Lucilius* usurpavit, teste *Varron.* 5. *L. L.* 138. *Müll.* Verba autem refert *Festus p.* 142. 6. *Müll.*, ubi *V.* Ceterum *Gloss. Philox.* Pistrix, ἀρτοποιός.

PISTŪRA, æ, f. 1. *pestamento, macinamento*, actus pinsendi frumenta in usum panis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 23. (97). Pistura non omnium facilis: quippe Etruria spicam farris tosti pisente pilo præferrato, etc. *et paullo post* (99). Et ipsa quæ evalluntur, variam pisturarum rationem habent. Acus vocatur, quum per se pisitur spica etc.

PISTUS, a, um. *V.* PINSO.

PĪSUM, i, n. 2. *et* pisa, æ, f. 1. πίσον et πίσος, genus leguminis, rotundo in siliquis grano, caule oblongo, et spargente se humi, si careat adminiculo: ita dictum, quod semper pisitur, antequam coquatur (It. *pisello*; Fr. *pois*; Hisp. *guisantes, alverjones*; Germ. *die Erbse, Hülsemfrucht*; Angl. *pease*). — *a*) Forma *pisum* apud *Colum.* 2. *R. R.* 10. 4. Pisum facilem et solutam terram desiderat, tepidumque locum. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 31. (123). Pisum in apricis seri debet, frigorum impatientissimum. *Id. ibid.* 33. (125). Piso siliquæ cylindratæ. — *b*) Forma *pisa, æ*, apud *Apic.* 5. 4. Pisam mittis in lanceam. *Id. ibid.* pluries. *Pallad.* 11. *R. R.* 14. *a med.* Si ex Afra pisa lomentum adjiciatur, etc. *Edict. Dioclet. p.* 27. Pisæ fractæ K. M. unum ⅄ centum, pisæ non fractæ K. M. unum ⅄ sexaginta.

PĪTHAULES. *V.* PYTHAULES.

PĪTHAULĬCUS. *V.* PYTHAULICUS.

PĪTHĒCĬUM, ii, n. 2. ¶ 1. Est Italice *scimmiotto*, πιθήκιον, deminut. a πίθηκος, simia. *Plaut. Mil. glor.* 4. 1. 42. Pithecium hæc est præ illa, et spinthurnicium. ¶ 2. Est etiam nomen herbæ, apud *Apul. Herb.*, 86. alio nomine canis cerebrum.

PITHECUS, i, m. 2. πίθηκος, simia, *scimmia*: legitur tantum in *Not. Tir. p.* 176. Pithecus, cercopithecus, cercops.

PĪTHEUS, i, m. 2. disyllab. πίθεύς, *et* pīthĭas, æ, m. 1. πίθεια, *et* pīthus, i, m. 2. πίθος, nomen globi ignei in cælo apparentis, dolii figura, in concavo fumidæ lucis, ut ait *Plin.* 2. *Hist. nat.* 25. 22. (90).: a πίθος *dolium. Apul. de Mundo.* Sunt et alia ejusmodi imaginum genera, quas Græci faces, et docidas, et pithos, et bothynos, ad eorum similitudinem, unde dicta sunt, nominant. De his ita *Manil.* 1. 840. Quin etiam tumidis exæquat dolia flammis Procero distenta utero, parvos que capillos Mentitur, parvos ignis glomeratus in orbes. — De forma *pithias V.* in voc. seq.

PĪTHĪTES, æ, m. 1. πιθίτης, genus fulgoris cælestis, seu cometæ, dolii similitudinem referens: πίθος enim Græce *dolium* significat. *Seneca* 1. *Quæst. nat.* 14. *sub init.* Sunt ardores pithitæ, quum magnitudo vasti rotundique ignis dolio similis vel fertur, vel in uno loco flagrat. *Ita recentiores plerique*; *libri veteres habent* pithiæ. Adde *eumd. loc. cit.* in TRABS.

PĪTĪSSO. *V.* PYTISSO.

PITPIT Osce quicquid. *Paul. Diac. p.* 212. 11. *Müll.*

PITTĂCĬUM, ii, n. 2. πιττάκιον. Sunt qui scribunt *pitacium*, alii *pictacium*, alii *pyctacium*: sed melior est scribendi ratio, quam posuimus. *Dausq.* ¶ 1. Pittacium est — *a*) schedula brevis, seu membranæ, aut chartæ particula, quæ alicui rei pice vel cera aliave re affigitur, et paucis verbis perscribitur memoriæ causa: a πίττα *pix. Petron. Satyr.* 34. Allatæ sunt amphoræ vitreæ diligenter gypsatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: Falernum Opimianum annorum centum. *Id. fragm. Tragur.* 56. *Burmann.* Quum pittacia in scypho circumferri cœperunt, puerque super hoc positus officium apophoreta recitavit. De his *Plaut. Pœn.* 4. 2. 14. Ibi tu videas litteratas fictiles epistolas, pice signatas; nomina insunt cubitum longis litteris. Ita vinariorum habemus nostræ delectum domi. — *b*) Item brevis charta, libellus, in quo memoriæ causa aliquid adscribitur, licet nullibi affigatur. *Gloss. Philox.* Πιττάκιον, pittacium, brevis. (*V.* BREVIS). *Gloss. Isid.* Pittacia, epistola brevis et modica. *Lamprid. Alex. Sev.* 21. *sub fin.* De promovendis etiam sibi annotabat, et perlegebat cuncta pittacia. *Impp. Valentinian. et Valens Cod. Theod.* 7. 4. 11. *de erogat. annonar. milit.* Susceptor antequam diurnum pittacium authenticum ab actuariis susceperit, non eroget: quod si absque pittacio fuerit erogatio, id quod expensum est, damnis ejus potius deputetur. *et ibid.* 13. Actuarii per singulos, vel, ut multum, binos dies authentica pittacia prorogent, ut hoc modo immissis pittaciis, species capitum, annonarumve ex horreis proferantur. — Ex his et præsertim ex loco mox citando patet, pittacium esse, quod nunc nostrates vulgo *bolletta* dicunt, scilicet apocham, quam exactor vectigalis solutori præbet, securitatis causa. *Impp. Theod. et Va-*

lentin. Novell. l. 1. *n.* 51. Nobilium rerum emissis pittacils, is, qui præpositus fuerit huic muneri, profiteatur, se id, quod per hanc legem compendiis publicis decretum est, consecutum. Cf. *Cassiod.* 12. *Ep.* 20. Retinetis mecum, fidelissimi viri, sanctum Agapitum, urbis Romæ papam, quum ad Orientis principem legationis gratia mitteretur, jussione regia datis pignoribus, a vobis tot libras auri facto pittacio solemniter accepisse. *h. e.* facta apocha, cautione. — Apud *Hygin. de limit. p.* 133. *Goes. pittacia* sunt chartulæ, in quibus inscribebantur nomina sortienda. *V.* SORTICULA. ¶ 2. Item emplastrum, seu panni particula aliquo medicamento illita, quæ imponitur alicui parti corporis ad sedandum dolorem. *Cels.* 3. 10. Si capitis dolores sunt, oportet habere duo pittacia, quæ latitudinem frontis æquent: ex his invicem alterum in aceto et rosa habere, alterum in fronte. Sic *Marcell. Empir. c.* 33. *p.* 134. ed. *Ald.* Inde emplastrum facies, vel pittacium, et pones in dextri pedis pollice. et *Veget.* 1. *Veterin.* 22. 6. *Schneid.* Plagæ vero (*in vena factæ ad sanguinem detrahendum*) pittacium impones, ut diligentius claudat, licet quidam utantur et creta. *ubi* pittacium *est quod Itali* cuscinetto *vocant ad sanguinem sistendum.* — *Laberius* apud *Gell.* 16. 7. Induis capitium tunicæ pittacium. *h. e.* quod tamquam pittacium tunicæ adsutum et affixum est. Cf. *Vulgat. interpr. Josue* 9. 5. Calceamentaque perantiqua, quæ ad indicium vetustatis pittaciis consuta erant.

PĬTŪĪNUS *et* pĭtŭĭnus, a, um, adject. πιτυΐνος, qui e pinu fluit: a *pītus pinus. Veget.* 4. *Veterin.* 28. *a med.*; *Scribon. Compos.* 202. et 205.; et *Pelagon. Veterin. ad fin.* Resina pituina. *Id. ibid.* 28. *a med.*; et *Marcell. Empir.* 36. *a med.* Resina pityina.

PĬTŪĪTA, æ, f. 1. Prima syllaba producitur, et tertia. *Catull.* 23. 17. Mucusque et mala pituita nasi. Secunda et tertia aliquando per synæresim coalescunt. *Pers.* 2. 57. Somnia pituita quæ purgatissima mittunt. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 75. Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum Lenta feret pituita: vides ut pallidus omnis etc. — *Pituita* ¶ 1. Generatim de hominibus et aliis animantibus est sanguis imperfectus coctus, humor crudus, aqueus, excrementicius, vel naturaliter, vel præter naturam in corpore genitus: quo pertinent mucus narium, qui ex capite redundat, saliva, phlegma ventriculi, et intestinorum: a πτύω et πτύω *spuo*, et πτυόω *coagulo*. Ridet *Quintil.* 1. 6. 36. eum, qui dictam putavit, quia *petat vitam.* Gr. φλέγμα (It. *flemma, catarro*; Fr. *humeur pituitaire, mucus, pituite*; Hisp. *pituita, cólera*; Germ. *der Schleim, die Verschleimung, Ausfluss des Körpers beim Schnupfen*; Angl. *phlegm, rheum, pituite*). *Cic.* 4. *Tusc.* 10. 23. Quemadmodum quum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi ægrotationesque nascuntur. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 11. 90. (141). Hujus radix pituitas capitis purgat. *Id.* 23. *ibid.* 1. 13. (17). Pituitam oris siccare. *Id.* 24. *ibid.* 6. 21. 31. detrahere per alvum. *Id.* 20. *ibid.* 14. 57. (159). discutere. *Cato R. R.* 156. ejicere. *Colum.* 6. *R. R.* 34. 2. elicere per nares. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 40. (83). extenuare. *Id.* 23. *ibid.* 8. 80. (158). extrahere. *Id.* 21. *ibid.* 23. 94. (166). trahere. *Id.* 20. *ibid.* 7. 26. (64). Pituitæ lentitiam digerere. *Id.* 26. *ibid.* 11. 73. (120). eruptiones emendare. *Id.* 22. *ibid.* 25. 68. (138). Adversus acutas pituitæ fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant. ¶ 2. Speciatim sumitur pro morbo ex pituitæ fluxu nato, quo etiam gallinæ infestantur. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 20. Ipsis matribus etiam vitanda pituitæ pernicies erit. *Pallad.* 1. *R. R.* 27. Pituita his nasci solet, quæ alba pellicula linguam vestit extremam. Adde *Plin.* 10. *ibid.* 57. 78. (157)., ubi et remedia affert. Itali vocant *la pipita.* ¶ 3. Dicitur etiam de humore lento ex arboribus effluente. *Id.* 17. *ibid.* 27. 43. (252). Amygdalæ ex amaris dulces fiunt, si stipite ab ima parte circumforato, defluens pituita abstergeatur. *Id.* 22. *ibid.* 23. 47. (96). Fungorum origo non nisi ex pituita arborum.

PĬTŪĪTĀRĬA, æ, f. 1. herbæ species, al. astaphisagria, seu uva agrestis, ita dicta, quod pituitam oris siccet. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 13. (18).

PĬTŪĪTŌSUS, a, um, adject. *pituitoso*, pituita abundans, φλεγματώδης. *Cic. Fat.* 4. 7. Inter locorum naturas quantum intersit, videmus: alios esse salubres, alios pestilentes: in aliis esse pituitosos et quasi redundantes, in aliis exsiccatos atque aridos. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 5. Certe homo alioqui pituitosus, hodie tamen multo mucculentior mihi esse videor. — Absolute. *Marcell. Empir. c.* 30. *p.* 131. ed. *Ald.* Hoc medicamentum detrahit pituitosa et biliosa. *et paullo post.* Irinum oleum per clysterem immissum pituitosa et aquata et purulenta et atra deducit.

PITULUS, i, m. 2. πίτυλος, remigatio. *Inscript.* apud *Henzen.* 6891. D. M. S. C. IVLIO PANISCO PITVLO SEPTES....ODIALI IIII. M.... *Alia* apud *eumd.* 6892. D. M. C. SERENI MAXIMI PITVLI MVIIS IIII. VESTA NAT. AEG. VIX. ANN. XXXVII. etc. *Pitulus*, ait cl. *Henzen.*, est a πιτύλῳ, i. e. remigatione. Cl. vero *Mommsen.*, *Inscript. Neapol.* 2722. et 2723. hæc adnotavit: Jam constat legendum esse in altero titulo D. 6891. PITVLO SEPTEMSEMODIALI, in altero 6892. explicandum *pitulo modiorum septem semissis*, significarique hic modium navium, id est cavum in navi, cui arbor insistit. Quamquam accurate adhuc de munere nequaquam constat.

PĬTŸĪNUS. *V.* PITUINUS.

PĬTŸS, ĭdos, f. 3. πιτυΐς, nux pinea e pinastris. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 10. 9. (36). Sic *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 29. *ad fin.* Multi empirici potionibus atque sorbilibus cibis usi sunt: item pityida (*sic*) et ruta et menta et pulegio atque origano. *Videtur corrigendum* pityide; *sed fortasse usu venit etiam* pityida, æ, f. 1.

PĬTŸŌCAMPA, æ, *et* pĭtyŏcampē, es, f. 1. πιτυοκάμπη, eruca e picea nascens, venenata, et vim habens adurendi corpus et crustas obducendi, ut *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 30. (95). docet. *Id.* 28. *ibid.* 9. 33. (128). Potis pityocampes, cantharidum, aut salamandræ venenis.

PĬTŸRĬĀSIS, is, f. 3. Græca vox πιτυρίασις, a *pītyros furfur*, sunt furfures, quibus caput laborat. *Marcell. Empir. c.* 4. *p.* 90. ed. *Ald.* Pityriasin et porrigines capitis, quæ plerumque in perniciem se convertunt, nisi occurratur, perungi oportet assidue bulbis tritis etc. Adde *eumd. ibid.* pluries.

PĬTYSMA. *V.* PYTISMA.

PĬUS, a, um, adject. *Pius* geminata littera *i* scribitur in *Inscript.* apud *Viscont. Monum. degli Scip. tab.* 6. *n.* 1., quod placuisse *Ciceroni* narrat *Quintil.* 1. 4. *ante med.* — Vocat. *pie* legitur apud *Prudent.* 3. *Cathemer.* 1. O crucifer bone, lucisator Omnipotens pie. — Comparativo caret: pro quo *magis pius* dicimus, ut *Charis.* monet 1. *p.* 88. et 2. *p.* 130. *Putsch.* Superlativ. est *pissimus*: de quo sic reprehendit M. Antonium *Cic.* 13. *Phil.* 19. 43. Tu porro ne pios quidem, sed piissimos quæris: et quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam divinam pietatem novum inducis. Post *Cicer.* tamen usurparunt multi. *Seneca Consol. ad Polyb.* 26. *a med.* Quod longe a sensibus tuis prudentissimis piissimisque abest. *Seneca alter* 4. *Controv.* 27. *a med.* Piissimo patri tormentum quæsiisse. *Tac. Agric.* 43. Cohæres optimæ uxori et piissimæ filiæ. Adde *Quintil. declam.* 6. 3. *ad fin.*; *Flor.* 4. 7. *in fin.*; *Curt.* 9. 6.; et plurimas *vet. Inscript.* apud *Gruter.* et *Reines.* et alios. Sed in æque multis, habetur *pientissimus*, tametsi *piens* non sit in usu: (quamquam legitur in *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 129. 3. PARENTES PIENTES FILIO FECERVNT. Et in alia apud *Murat.* 1624. 4. PIENTES SALVETE.). Sed, puto, plenius et sonantius posterioribus temporibus visum est. — Pius ¶ 1. Est qui parentes, majores, sanguine conjunctos, amicos, patriam amat, colit, fovet, iisque obsequitur et inservit (ut in PIETAS dictum est), benignus, misericors, εὐσεβής (It. *pio, pietoso, rispettoso, affettuoso*; Fr. *pieux, tendre, affectioné, affectueux*; Hisp. *pio, tierno, afectuoso*; Germ. *hererbietig, liebevoll, zärtlich, gesinnt, pflichtgetreu*; Angl. *pious, dutiful, affectionate, virtuous, respectful, loyal*). — *a*) De hominibus. *Cic.* 3. *Off.* 23. 90. Ipsi patriæ conducit pios habere cives in parentes. *Ovid.* 4. *Trist.* 5. 30. illo, Quo pius affectu Castora frater amat. *et* 5. *ibid.* 4. 43. Pro quibus affirmat fore se memoremque piumque. *Id.* 8. *Met.* 475. Incipit esse tamen (*Althæa*) melior germana parente: Et, consanguineas ut sanguine leniat umbras, Impietate pia est. *h. e.* pia videtur. fuisse fratrum cædem ulciscendo; impia filium necando. — *b*) De abstractis et aliis. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 77. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili. *Ovid.* 11. *Met.* 389. Pii metus. *h. e.* uxoris pro mariti vita sollicitæ. *Id.* 7. *ibid.* 482. Arma juves oro pro gnato sumpta, piæque Pars sis militiæ. *Cic. Sext.* 2. 4. Plus dolor et justa iracundia. *Ovid. Heroid.* 7. 107. seniorque parens, pia sarcina nati. *h. e.* Anchises humeris sublatus ab Æneа, qui idcirco *pius* passim a *Virg.* dicitur. *Liv.* 39. 36. *a med.* et 30. 31.; et *Sil. It.* 15. 162. Pium bellum. *h. e.* quod pro sociis, aut patria suscipitur. ¶ 2. Item qui deos veretur colitque, et sanctis est moribus, *religioso, da bene, divoto, pio.* — 1.°) De hominibus. — *a*) Generatim. *Plaut. Rud. prol.* 26. Facilius, si quis pius est, a diis supplicans, quam qui scelestus est inveniet veniam sibi. *Id. Amph.* 5. 1. 33. At ego faciam, piam et pudicam esse tuam uxorem ut scias. *Cic.* 2. *Legg.* 7. 15. Piorum et impiorum (*deos*) habere rationem. *Id.* 6. *de republ.* 15. Quare et tibi, Publi, et piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec injussu ejus (*dei*), a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est. *Virg.* 3. *G.* 513. Di meliora piis. *Horat.* 1. *Od.* 24. 11. Tu, frustra pius, heu non ita creditum Poscis Quintilium deos. — *b*) Hinc *pii* dicuntur poetæ, quia divinum aliquid habere creduntur et deorum numine afflari. *Catull.* 16. 5. Nam castum decet esse pium poetam, etc. *Virg.* 6. *Æn.* 662. Quique pii vates et Phœbo digna locuti. (*Servius* intelligit vaticinantes, non mendaces. Alii *pios* doctos volunt esse, et *impios* indoctos. *V.* IMPIUS). *Ovid.* 3. *Fast.* 325. Scire nefas homini; nobis concessa canantur, Quæque pio disci vatis ab ore licet. — *c*) Item Elysii manes. *Id.* 11. *Met.* 62. quærensque per arva piorum Invenit Eurydicen. *Cic.* 14. *Phil.* 12. 32. Vos, qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem et locum consecuti. Adde *Val. Flacc., Virg., Sil. It., Lucan., Martial.* et alios, quorum loca congessit *Bentlej.* ad illud *Horat.* 3. *Od.* 4. 6. audire, et videor pios Errare per lucos. Ubi Elysium plerique intelligunt, quod *Virg. Cul.* 38. *et* 374. *sedem piam*, et *Albinov.* 1. 329. *pium arvum* vocat. Ipse tamen *pios lucos* capit nemus Heliconis et Musarum. — 2.°) De rebus physicis et abstractis, quæ ad religionem pertinent. — *a*) Generatim. *Horat.* 3. *Od.* 23. 19. Mollivit aversos Penates Farre pio et saliente mica. *Ovid.* 11. *Met.* 577. Omnibus illa quidem Superis pia tura ferebat. — *b*) *Pia et æterna pax sit*, formula adhiberi solita in fœderibus, ut est apud *Cic. Balb.* 16. 35., ubi *pia* dicitur, quod pie sancteque colenda sit. — *c*) *Pium est*, pie et diis placens res est. *Cic.* 3. *de republ.* 9. Pœni homines immolare et pium et diis immortalibus gratissimum esse duxerunt. *Ovid.* 4. *Fast.* 829. Quosque pium est adhibere deos. — Et junctim *jus piumque*, b. e. fas. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 96. nec, quæ damnaverit ille, Crimina defendi, jusve piumve puto. *Id. Heroid.* 8. 4. Inclusam contra jusque piumque tenet. Adde *eumd.* 1. *Art. am.* 200. ¶ 3. *Pius*, justus, crimine carens. *Cato R. R. præf.* Ex agricolis maxime pius quæstus, stabilissimusque consequitur. *h. e.* legitimis artibus partus, *guadagno innocente.* ¶ 4. Est etiam benignus, clemens, misericors, *pietoso, clemente. Claudian. IV. cons. Honor.* 275. Sis pius in primis: nam quum vincamur in omni Munere, sola deos æquat clementia nobis. *M. Aurel.* in *ep.* ad *Faustinam*, apud *Vulcat. Gallican. Avid. Cass.* 11. Non enim quidquam est,

quod imperatorem Romanum melius commendet gentibus, quam clementia. Hæc patrem tuum in primis Pii nomine ornavit. V. *Capitolin. Antonin.* 2. qui ob quinque causas, Antoninum imperatorem Pium fuisse appellatum, narrat. Hinc T. Antoninus Aug. omnium primus in nummis et marmoribus passim *Pius* appellatur, de cujus tamen appellationis causa plures sunt eruditorum sententiæ, quas omnes recenset *Eckhel. D. N. V. T.* 7. *p.* 36. et *T.* 8. *p.* 453. et *Morcell. de stil. Inscript. Lat. T.* 1. *p.* 101. *edit. Patav.* Deinde alii quoque imperatores R. cognomine *Pii* donati sunt. ¶ 5. Item minime gravis, blandus, jucundus, amœnus. *Horat.* 3. *Od.* 21. 2. Seu tu querelas, sive geris jocos, Seu rixam et insanos amores, Seu facilem, pia testa, somnum. (*Bentlej.* ita distinguit: Seu facilem pia, testa, somnum: ut *pia* sit tantummodo, quum somnum gerit. Sed quidquid testa secum ferat, semper jucunda et blanda est, quum bibitur.) Alii tamen aliter interpretantur. *Germanic. Arat.* 624. Argusque ipsa pio cælo resecetur imago. Ita leg. *Grot.* et interpretatur. *Capell.* 6. *p.* 191. Moxque imitata pium lactea Luna diem.

PIX, pĭcis, f. 3. πίσσα, fluxus combustæ in tæda sua resinæ. Differt a *resina*. Nam *resina* est liquor crassus ex arboribus fluens, et sæpe sua sponte siccatus ad solem: *pix* est, quæ fit ex arborum resinis ad ignem decoctis, idque ad navium et aliarum multarum rerum usum (It. *pece, pegola*; Fr. *poix*; Hisp. *pez, pega*; Germ. *d. Pech, der Theer*; Angl. *pitch*). — *a*) In singulari numero. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 24. (46). Sed et picem meminisse debemus non aliud esse, quam combustæ resinæ fluxum. Cf. *Id.* 14. *ibid.* 20. 25. (122). Crassiorem resinam et ad pices faciendas cedrus fundit. *Ovid. Heroid.* 18. 7. Cælum pice nigrius. *Horat.* 3. *Od.* 8. 10. Hic dies, anno redeunte, festus Corticem adstrictum pice dimovebit Amphoræ. *Ovid.* 5. *Trist.* 10. 25. pastor junctis pice cantat avenis. *Plaut. Most.* 3. 2. 140. Postes satis boni sunt, si sint inducti pice. — Fuit inter tormenta servorum, quum fervens instillabatur corpori. *Lucret.* 3. 1017. Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ. *Plaut. Capt.* 3. 4. 64. At pol te, si hic sapiat senex, atra pix agitet apud carnificem, tuoque capiti illuceat. — Picis coquendæ et conficiendæ rationem tradit *Plin.* 16. *Hist. nat.* 11. 21. (52). *et seqq.* — *b*) In plur. numero. *Virg.* 3. *G.* 450. Idæasque (*miscent*) pices et pingues unguine ceras. Adde *Plin.* locum 14. *Hist. nat.* allatum sub *a*.

PL

PLĂCĀBĬLIS, e, adject. Comp. *Placabilior* sub *A.* I. et sub *B.*

A) Passive, placabilis

I.) Proprie est qui facile placatur, exorabilis, *che facilmente si placa, pieghevole, placabile,* εὐίλατος, εὐπαραμύθητος. *Cic.* 4. *Herenn.* 15. 21. et 45. 58. Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem præbes. *Id.* 1. *Att.* 17. *ante med.* Irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum, et eosdem placabiles. *Liv.* 4. 42. *sub fin.* Placabile ad justas preces ingenium. *Cic.* 4. *Verr.* 38. 95. Omnia habuisset æquiora et placabiliora, quam animum prætoris. *Ovid.* 3. *Trist.* 5. 31. Quo quisque est major, magis est placabilis ira. *Alii leg.* iræ. *Horat.* 1. *Ep.* 20. 25. Irasci celerem, tamen ut placabilis essem.

II.) Translate aram placabilem Dianæ et Palici dixit *Virg.* 7. *Æn.* 764. et 9. *ibid.* 585., quia quum olim humanis hostiis coleretur, mitigata aliquando illa sacra erant, et ad victimas animalium redacta.

B) Active est qui facile placat, vel ad placandum idoneus est. *Ter. Adelph.* 4. 3. *in fin.* Quapropter te ipsum purgare ipsi coram, placabilius est. Adde *eumd. Phorm.* 5. 7. 68. *Lactant.* 4. 28. Si una hostia placabilis, placabiliores utique hostiæ plures.

PLĂCĀBĬLĬTAS, ātis, f. 3. *piacevolezza, τὸ εὐίλατον*, lenitas, mansuetudo. *Cic.* 1. *Off.* 25. 88. Nihil enim laudabilius, nihil magno et præclaro viro dignius placabilitate atque clementia.

PLĂCĀBĬLĬTER, adverb. placate. *Gell.* 7. 3. Judices conciliandos esse ac propitiandos laudabiliter ac placabiliter et leniter. *At* Hertz. *omisit* laudabiliter.

PLĂCĀMEN, ĭnis, n. 3. idem ac placamentum. *Liv.* 7. 2. Ludi quoque scænici, nova res bellicoso populo, inter alia cælestis iræ placamina instituti dicuntur. *Sil. It.* 13. 415. Duc prædicta sacris duro placamina Diti.

PLĂCĀMENTUM, i, n. 2. *placamento, placazione*, id quo quis placatur. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 7. 19. (42). Hoc veluti placamento terræ blandiuntur. — Et in plur. num. *Tac.* 15. *Ann.* 44. Non largitionibus principis, non deum placamentis decedebat infamia. *Id.* 1. *Hist.* 63. Stratis per vias pueris feminisque, quæque alia placamenta hostilis iræ etc. Adde *Arnob.* 7. 8.

PLĂCĀTĒ, adverb. Comp. *Placatius.* — Placate est idem ac quiete, *pacificamente, ἀταράκτως. Cic.* 6. *Fam.* 1. Omnia humana placate et moderate feramus. *et ibid.* 13. Sed hoc ipsum intelligamus eum quotidie remissius et placatius ferre.

PLĂCĀTĬO, ōnis, f. 3. *placazione, ἐξίλασμα*, mitigatio, pacificatio. *Cic.* 4. *Tusc.* 28. 60. Sed omnis ejusmodi perturbatio animi placatione abluatur. *Id.* 3. *Nat. D.* 2. 5. Placatio deorum immortalium.

PLĂCĀTŌRĬUS, a, um, adject. ad placandum pertinens. *Tertull. Patient.* 13. Hostia placatoria.

PLĂCĀTRIX, ĭcis, f. 3. quæ placat. *Salvian.* 3. *Gubern. D.* 9. Ipsa Ecclesia, quæ in omnibus esse debet placatrix Dei, quid est aliud, quam exacerbatrix Dei?

PLĂCĀTUS, a, um. *V.* PLACO.

PLĂCENS, entis. *V.* PLACEO.

PLĂCENTA, æ, f. 1. πλακοῦς, πλακόεντος οὖντος, panis ex farina siliginea sine fermento coctus, caseo et melle adjecto, et in latam ac tenuem formam compositus: a Græca voce allata, quæ a πλάξ, πλακός *crusta*. Ejus conficiendæ rationem fuse tradit *Cato R. R.* 76. Coctam in quadras secabant (magna enim forma fere fiebat), et convivis dividebant. (It. *focaccia, schiacciata, torta*; Fr. *gâteau*; Hisp. *torta hojaldre*; Germ. *der Kucken*; Angl. *a cake, cheesecake*). *Horat.* 1. *Sat.* 10. 10. Utque sacerdotis fugitivus liba recuso: Pane egeo jam mellitis potiore placentis. *Id.* 2. *ibid.* 8. 24. absorbere placentas. *Juvenal.* 11. 59. pultes Coram aliis dictem puero, sed in aure placentas. *Martial.* 5. 39. misi Hyblæis madidas thymis placentas. *Id.* 6. 75. Quadram placentæ alicui mittere. — Erat ejus usus etiam in sacris, ut liborum. *Id.* 9. 91. Et cum ture, meroque, victimaque Libetur tibi candidas ad aras Secta plurima quadra de placenta.

PLĂCENTĀRĬUS, ii, m. 2. qui placentas conficit. *Gloss. Philox.* Πλακουντάριος, placentarius, dulciarius. *Paul. Sentent.* 3. 6. 72. Inter urbana ministeria continentur obsonatores et vestiarii et cellararii et cubicularii et arcarii et coqui, placentarii, tonsores, pistores, lecticarii, stabularii.

PLĂCENTĬA, æ, f. 1. *placenteria, ἀρέσκεια*, studium et ars ubique et omnibus placendi. *Apul.* 2. *Dogm. Plat.* In homine ad placentiam ac mediocritatem libido flectitur. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PLĂCĔO, plăces, plăcŭi *et* plăcĭtus sum, plăcĭtum, plăcere, n. 2. Part. *Placens* sub *A.* 1.; *Placitus* in fin.; *Placiturus* sub *A.* 1.; de Part. *Placendus* hæc *Forcellinus*: Insolens nec facile imitanda illa loquendi ratio apud *Plaut. Trin.* 5. 2. 35. Si illa tibi placet, placenda dos quoque est, quam dat tibi. Simile est illud *Epid.* 1. 1. 70. Puppis pereunda est probe. — Passive occurrit apud *Cyprian. Epist.* 61. Erudiens et edocens, quemadmodum masculus frangatur in feminam, et sexus arte mutetur, et diabolo divinum plasma maculanti per corrupti et enervati corporis delicta placeatur. — Placeo ast idem ac jucundus sum, arrideo, satisfacio, ἀρέσκω (It. *piacere, aggradire, andare a gusto, andare a genio*; Fr. *plaire, être agréable, agréer*; Hisp. *placer, agradar*; Germ. *gefallen, gefällig sein, zusagen willkommen oder angenehm sein*; Angl. *to please, give content, give satisfaction, humour, suit the taste or temper of, delight*). Est autem *A*) Verbum personale: et *B*) Impersonale.

A) *Placere* v. person. ¶ 1. Generatim significat jucundum esse, arridere, satisfacere, et usurpatur — *a*) De personis. *Plaut. Cas.* 2. 3. 10. Myropolas omnes sollicito, ubicumque est lepidum unguentum, ungor, Ut illi placeam: et placeo, ut videor. *Id. Epid.* 1. 2. 30. meo neque cara est cordi, neque placet. *Horat.* 4. *Od.* 3. 24. Si spiro et placeo, si placeo, tuum est. *Id.* 1. *Ep.* 17. 35. Principibus placuisse viris non ultima laus est. *Ovid.* 2. *Amor.* 4. 19. Est quæ Callimachi præ nobis rustica dicat Carmina: cui placeo, protinus ipsa placet. *Id.* 11. *Met.* 301. quæ dotatissima formâ Mille procis placuit. *Id.* 4. *Trist.* 3. 57. omni tibi dote placebam. *Tac.* 4. *Hist.* 55. Proaviam suam divo Iulio, per Gallias bellanti, corpore placuisse. — Sic Part. præs. *Horat.* 2. *Od.* 14. 21. Linquenda tellus et domus et placens Uxor. *h. e.* quæ placet, placita, *cara, diletta, grata, piacente.* — *b*) De rebus physicis et abstractis. *Petron. Satyr.* 93. Afræ volucres placent palato. *Cic.* 2. *Phil.* 5. 12. Non placet Antonio consulatus meus: at placuit P. Servilio, placuit Q. Catulo, placuit duobus Lucullis, placuit M. Catoni. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 1. 4. Erigonam si accepero, scribam ad te, quid sentiam, nec dubito, quin mihi placitura sit. *Ter. Hecyr.* 2. 2. *in fin.* Et quæ vobis placita est conditio, datur. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 44. mihi jam non regia Roma, Sed vacuum Tibur placet aut imbelle Tarentum. *Id.* 2. *ibid.* 1. 101. Quid placet aut odio est, quod non mutabile credas? *Ovid.* 11. *Met.* 172. Judicium sanctique placet sententia montis Omnibus. *Cic.* 13. *Att.* 1. Exspecto quid istis placeat de epistola ad Cæsarem. *Nepos Arist.* 1. Se ignorare Aristidem: sed sibi non placere, quod cupide elaborasset, ut præter ceteros justus appellaretur. *Cæs.* 3. *B. C.* 10. *ad fin.* Interea et reipublicæ, et ipsis placere oportere, si uterque juravisset etc. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 7. 14. (28). Piper sola placet amaritudine. *Tac. Agric.* 18. Ingredienti provinciam (*Agricolæ*) labor et periculum placuit. — Sic Part. præs. *Cic.* 3. *Fin.* 8. 27. Illud autem perabsurdum, bonum esse aliquid, quod non expetendum sit: aut expetendum, quod non placens. — Similiter de re scænica. *Ter. Andr. prol.* 2. Id sibi negoti credidit (*poeta*) solum dari, Populo ut placerent, quas fecisset fabulas. *Id. Hecyr. prol. alt.* 12. Ubi sunt cognitæ, placitæ sunt. *Sueton. Ner.* 42. Cuidam scænico placenti nuncium misit, abuti eum occupationibus suis. *Id. Galb.* 12. Cano autem choraulæ, mire placenti, denarios quinque donasse. ¶ 2. Speciatim *placet ne*. increpantis et quærentis. *Ter. Eun.* 5. 2. 11. Bone vir, salve: dic mihi, aufugistin'? CHÆR. hera, factum. THA. satin' id tibi placet? *Cic.* 6. *Att.* 6. Sed heus tu, πυρούς εἰς δῆμον Athenis? placet hoc tibi? *ti piace? sta bene questo?* ¶ 3. *Velle placere alicui*, velle gratificari. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 6. Longilium redemptorem cohortatus sum: fidem mihi faciebat, se velle nobis placere. *Id.* 13. *Att.* 13. Voto Dolabellæ valde desideranti placere: non reperio quid. Alii *placere* omitt. ¶ 4. *Placere sibi*, efferri, gloriari, *compiacersi, essere contento di sè stesso, vantarsi, insuperbirsi. Cic.* 2. *Orat.* 4. 15. Ego numquam mihi minus, quam hesterno die, placui. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 9. 36. (63). *de Zeuxi.* Adeo sibi in illo (*athleta picto*) placuit, ut versum subscriberet etc. *Petron. Satyr.* 126. Nolo tibi tam valde placeas. *Sidon.* 7. *Ep.* 9. Omnes competitores placebant sibi, omnes omnibus displicebant. Huc spectat illud *Liv.* 33. 31. Antiochum transgressurum in Europam, quum primum ei res suæ

placuissent. *tosto che i suoi interessi gli fossero andati bene:* vel *tosto che avesse avuto forze da fidarsi.* Sic enim et *Tac. 4. Hist.* 23. Non loco neque munimentis labor additus: vis et arma satis placebant.

B) Placet, placebat, placuit et *placitum est,* v. imperson., sæpe ponitur pro videtur, voluntas aut sententia est, docetur, tenetur. ¶ 1. Generatim. — *a)* Cum Dativo. *Cic. 1. Fin.* 9. 29. Primum igitur sic agam, ut ipsi auctori hujus disciplinæ placet: constituam etc. *Id. 1. Divinat.* 49. 100. Natura deorum, a qua, ut doctissimis sapientissimisque placuit, haustos animos et libatos habemus. *Id. 1. Orat.* 34. 155. Postea mihi placuit, eoque sum usus adolescens, ut summorum oratorum Græcas orationes explicarem. *Id. 2. Herenn. 1. 1.* Ita nobis placitum est, ut ea potissimum conscriberemus. *Horat. 2. Od.* 17. 16. Sic Justitiæ placitumque Parcis. *Val. Flacc. 3.* 296. quod si jam bella manebant, Et placitum hoc Superis. *Ovid. 4. Pont. 11.* 7. Non ita dis placuit. *Plin. 34. Hist. nat. 18.* 50. (186). Nero (quoniam ita dis placuit) princeps. *Cic. 4. Acad.* (2. *pr.*) 31. 99. Duo placet esse Carneadi genera visorum. *Id. 1. de republ.* 38. Sub regno igitur tibi esse placet omnes animi partes, et eas regi consilio? *Horat. 1. Od.* 33. 10. Sic visum Veneri, cui placet impares Formas atque animos sub juga ahenea Mittere. *Id. 1. Sat.* 3. 96. Quis parva esse fere placuit peccata, laborant Quum etc. — *b)* Sine Dativo. *Cic. 1. de republ.* 46. Quam (*rempubl.*), si placet, simul et qualis sit et optimam esse ostendam. *Id. 2. ibid.* 44. Sed, si placet, in hunc diem hactenus. *Id. Sext.* 51. 109. Venio ad comitia, sive magistratuum placet, sive legum. *Id. 1. de republ.* 12. Dein quum essent perpauca inter se collocuti, placitum est, ut in aprico maxime pratuli loco considerent. *Id. ibid.* 45. Placet enim esse quiddam in re publica præstans et regale. *et ibid.* 36. Si quidem omnes multos appellari placet. *et ibid.* 32. *extr.* Si enim pecunias æquari non placet, etc. ¶ 2. Speciatim pertinet ad consultationes, deliberationes, edicta senatus, magistratus, concilii. *Cæs. 7. B. G.* 15. Deliberatur de Avarico in communi concilio, incendi placeret, an defendi. *Pompej. ad Coss. post ep.* 12. *l. 8. ad Att.* Placitum est mihi, ac ita video censeri Marcello et ceteris nostri ordinis, ut Brundisium ducerem hanc copiam, quam mecum habeo. *Cic. 11. Phil.* 12. 30. Senatui placere, C. Cassium proconsulem provinciam Syriam obtinere. *et 14. ibid.* 14. 38. Senatui placere, ut consules curent, etc. *In edicto censor.* apud *Sueton. Rhetor. 1.* Quapropter et iis, qui eos ludos habent, et iis, qui eo venire consuerunt, videtur faciendum, ut ostendamus nostram sententiam, nobis non placere. *Sueton. Aug. 44. extr.* Edixit, mulieres ante horam quintam venire in theatrum, non placere. ¶ 3. *Si diis placet. V.* DEUS. — Hinc Part. præter.

Plăcĭtus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Placitissimus,* et est placens, gratus, *placiuto, grato, caro, geniale,* ἀρεστός. *Ovid. 2. Amor.* 4. 17. Sive es docta, places raras dotata per artes: Sive rudis, placita es simplicitate tua. *Sall. Jug.* 81. In locum ambobus placitum exercitus conveniunt. *Virg. 2. G.* 425. et placitam paci nutritor olivam. *Ovid. Heroid.* 17. 98. Est virtus placitis abstinuisse bonis. *Justin. 6.* 7. 12. Atque ita, veluti ex placito consensu, a prælio discedituR. *Id.* 18. 3. 9. Eum regem placitissimum diis, qui solem orientem primus vidisset. *Alii et ipse* Jeep. *leg.* acceptissimum. *Stat. 12. Theb.* 302 cultrix placitissima nostri Inachis Argia. *Alii leg.* placidissima. *Tac. 2. Ann.* 66. Nec tamen Cæsar placitas semel artes mutavit. *Id. 4. ibid.* 37. Placitum jam exemplum secutus sum. — Hinc

Plăcĭtum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est id quod placet. *Virg. 7. Ecl.* 27. Aut, si ultra placitum laudarit, baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. *h. e.* si plus, quam ipsi placet, hoc est videtur, laudamur ab eo; si Codrus nos immodice et præter veritatem laudat. ¶ 2. A *placeo,* qua significat sentire, censere, tenere, *placitum,* apud serioris ævi scriptores, est sententia, opinio, decretum, *dogma, opinione, decreto, sentimento,* τὸ ἄρεσκον, δόγμα. *Plin. 15. Hist. nat.* 5. 6. (20). Nunc dicentur Catonis placita de olivis. *Id. 14. ibid.* 22. 28. (143). Medicorum placita, novita te aliqua sese commendantium. *Tac. 14. Ann.* 22. Ipse placita majorum colebat habitu severo etc. *Id. Dial. de orat.* 19. Ipsorum quoque oratorum paucissimi præcepta rhetorum, aut philosophorum placita cognoverant.

PLĂCESCO, is, ere, n. 2. *inchoat.* a placeo, placere incipio, et generatim placeo. *Vet. Poeta* in *Anthol. Lat. T. 2. p.* 613. ed. *Burmann.* Sic placet obscuros elephas immanis in artus, Sic turis piperisque Indi nigredo placescit.

PLĂCĬBĬLIS, e, adject, qui placere potest, placens, placitus. *Tertull. Resurr. carn.* 43. ex 2. *Corinth.* 5. 9. et *ibid.* 47. *ex Rom.* 12. 1.

PLĂCĬDĒ, adverb. Comp. *Placidius* et Sup. *Placidissime.* — Placide est sine strepitu, quiete, leniter, sedate, placate, tranquille, *soavemente, pian piano, placidamente, quietamente, tranquillamente,* ἡσυχῇ.

I.) Proprie. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 35. Forem hanc pauxillulum aperi, placide, ne crepa. *Id. Mil. glor.* 2. 2. 65. Propere hoc, non placide decet. *Virg.* 5. *Æn.* 86. Amplexus (*anguis*) placide tumulum. *Cæs. 6. B. G.* 7. Placide progredi. *Ter. Phorm.* 5. 6. 28. Suspenso gradu placide ire perrexi. *Plin. 10. Hist. nat.* 18. 20. (11). Picus in capite prætoris ita placide sedit, ut manu prehenderetur. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 42. Placide otioseque agere aliquid. *Cic. 2. Tusc.* 24. 58. Placide et sedate ferre dolorem. *Id. Orat.* 27. 92. Sedate placideque loqui. *Plin. 7. Ep.* 1. Spe balinei placide leniterque dimissa. *Gell.* 13. 24. *a med.* Leniter ac placide objurgare. *Sall. Jug.* 45. Populus et senatus placide modesteque inter se rempubl. tractabant. *et* 110. Placide et benigne simul verba facit. *Gell.* 19. 1. *circa med.* Placide et comiter loqui. *Sall. Cat.* 40. Plebem placidius tractare. *Augustin. 6. Confess.* 1. Placidissime respondit.

II.) Translate. *Liv.* 38. 20. Animadvertit, meridiana regione terrenos et placide acclives ad quemdam finem colles esse.

PLĂCĬDĬTAS, ātis, f. 3. *placidezza,* εὐαρέστησις, lenitas. *Varro 2. R. R. 1.* 4. Oves assumptas, et propter utilitatem, et propter placiditatem. Hinc *Ovid. 15. Met.* 116. oves vocat *placidum pecus,* easdemque 13. *ibid.* 925. *placidas* dicit. *Gell. 13. 21. ex comment. Servilii Claudii.* Nerio dictum quasi Neirio, hoc est sine ira et cum placiditate. *Capell. 1. p.* 13. Qui placiditatem afferre solitus, Phœbus.

PLĂCĬFICO, as, āvi, are, a. 1. placidum reddo. *Ambros. de Virgin.* 3. Ubi cursus suos ab equorum perturbatione placidaverit.

PLĂCĬDULUS, a, um, adject. *placidetto,* deminut. placidi. *Auson. Parental.* 27. Cinis placidula.

PLĂCĬDUS, a, um, adject. Comp. *Placidior* 1. et 3., Sup. *Placidissimus* 1. — Placidus est sedatus, placatus, tranquillus, lenis, quietus, mitis, perturbatione animi carens: a *placeo.* Differt a clemente, quia, teste *Donato,* clemens est circa recte agentes, placidus etiam circa delinquentes: clemens animo, placidus vultu, πρᾶος, εὐμενής (It. *piacevole, placido, mansueto, tranquillo;* Fr. *doux, tranquille, paisible, calme;* Hisp. *pacifico, quieto, sosegado, tranquilo, dulce;* Germ. *gefällig, mild, sanft, ruhig, still, friedsam;* Angl. *quiet, gentle, soft, mild, calm, easy, still, placid*). ¶ 1. Generatim. — *a)* De hominibus. *Plaut. Curc.* 5. 3. 48. hisce ego, si tu me irritaveris, Placidum te hodie reddam. *Ter. Adelph.* 5. 4 9. Ille semper egit suam vitam in otio, in convivils, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. *Id. ibid.* 4. 1. 18. Quum fervet maxime, tam placidum, quam ovem, reddo. Sic *Cic. Cæcin.* 10. 28. Ita eum placidum mollemque reddidi. *Seneca 3. Ira* 41. Audaces in honore sunt, placidi pro inertibus habentur. *Tac. 2. Hist.* 48. Placidus ore, intrepidus verbis, intempestivus suorum lacrimas coercens. — *b)* De abstractis et rebus physicis. *Cic. 4. Tusc.* 5. 10. Tranquillitas animi, id est placida quietaque constantia. *Id. Senect.* 5. 13. Placida ac lenis senectus. *Id. 2. Orat.* 43. 183. Non semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, summissa, lenis. *Id.* 5. *Tusc.* 16. 48. Semper in ejus animo placidissimam pacem esse. *Lucret.* 5. 1122. Placidam vitam degere. *Liv. 3.* 14. Nihil illis placidius, aut quietius erat. — *Cœlum placidum,* serenum notat. *Sil. It.* 12. 667. nec placido commota tonitrua cælo. — *Dies placidus,* tranquillus et serenus. *Plin. 5. Ep.* 6. Accipit ab hoc auras quam libet sereno et placido die. — *Placidum mare,* aut *flumen,* est nullis fluctibus turbatum, leni motu fluens. *Id. 9. Ep.* 26. Nequaquam par gubernatoris est virtus, quum placido, quum turbato mari vehitur. *Ovid. 1. Met.* 702. placidum Ladonis ad amnem. Sic dicitur placida mors, *Virg. 7. Æn.* 522. placidus somnus, *Ovid. 3. Fast.* 185. urbs placida, *h. e.* quæ belli expers est, *Virg. 7. Æn.* 46. loca placidiora, *Pallad. 1. R. R. 6. circa med.* h. e. quæ cæli injuriis minus infestantur: quibus opponit *molestiora.* ¶ 2. Speciatim, *placidæ uvæ,* maturæ. *Sedul. 1.* 29. Labruscam placidis quid adhuc præponitis uvis? ¶ 3. Item speciatim, *placida arbor* est, cui silvestris opponitur. *Plin. 16. Hist. nat.* 5. 6. (16). Præterea sunt aliquæ silvestres, aliæ placidiores, quæ culta obtinent.

PLĂCĬFER. *V.* PACIFER.

PLĂCĬTIS, ĭtidis, f. 3. tertium genus Cadmiæ, in lateribus fornacium adhærens, quæ propter gravitatem ad camaras pervenire non potuit. Est a πλαξ, πλακός, *crusta,* quia crusta est verius, quam pumex, intus varia. *Plin. 34. Hist. nat.* 10. 22. (102).

PLĂCĬTO, as, are, n. 1. frequentat. a *placeo. Plaut. Bacch.* 4. 10. 6. Neque placitant mores, quibus video gnatis vulgo esse parentes. Ad illud *ejusd. Curc. a.* 3. *v.* 31. Licetne inforare, si incomitiare haud licet? *vetus Gloss.* Inforare, in foro placitare. V. *Gust. Löve, Prodrom. Corp. Glossar. Latin. p.* 261.

PLĂCĬTUM, i, n. 2. *et*

PLĂCĬTUS, a, um, particip. *V.* PLACEO in fin.

PLĂCĬVUS, a, um, adject. placens. *Gloss. Gr. Lat.* Ἀρεστός, placivus.

PLĂCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Placans, Placaturus* et *Placandus* sub *a; Placatus* in fin. — Placare est placidum reddere, lenire, mitigare, sedare, reconciliare, πραΰνω, ἀρέσκομαι (It. *pacificare, placare, addolcire;* Fr. *apaiser, calmer, fléchir, adoucir;* Hisp. *apaciguar, aquietar, pacificar, suavizar, ablandar;* Germ. *beruhigen, besänftigen, wieder gut machen, versöhnen;* Angl. *to appease, pacify, make calm, mild or gentle, soften, calm, quiet, mitigate*). Occurrit — *a)* Stricto sensu. *Ter. Phorm.* 5. 3. 1. Agedum, fac, illa ut placetur nobis. Cf. *Ovid. 6. Fast.* 761. Phœbe, querebaris: Deus est: placare parenti. *Nepos Pelop.* 5. Numquam is animo placari potuit in eum, a quo erat violatus. *Cic. 2. Cat.* 8. 17. Quos quidem ego, si ullo modo fieri possit, non tam ulcisci studeo, quam sanare, et ipsos placare reipublicæ. *Id. 1. Fin.* 14. 47. Temperantia pacem animis affert, et eos quasi concordia quadam placat ac lenit. *Id. 10. Phil.* 3. 6. Placa animum istum aliquando, et mitiga. *Cæs. 6. B. G.* 15. Pro vita hominis nisi vita hominis reddatur, non posse aliter deorum immortalium numen placari arbitrantur. *Virg. 2. Æn.* 116. Sanguine placastis ventos et virgine cæsa. *Liv. 1.* 33. Placare aliquem beneficiis. *Cic. 2. Legg.* 9. 22. Impius ne audeto placare donis iram deorum. *Id. Harusp. resp.* 28. 63. Nostræ nobis sunt inter nos iræ discordiæque placandæ. Sic *Tibull. 1. 1.* 46. seu judicis ira Sit placanda. Rursus *Cic. 1. Nat. D.* 3. 5. Benevolos objurgatores placare. *Id. Dom.* 55. 140. Divinum numen scelere violatum placare precibus. *et* 17. 44. Placare odia improborum. *Horat. 2. Sat.* 3. 13. invidiam. *Val. Flacc.* 5. 99. placantia carmina Manes. *Justin. 18. 6. 6.* Vel-

ut placatura viri Manes. — *Placatum* supinum. *Dictys Cret.* 5. 8. Hecuba, re cognita, placatum deos egreditur. — *Horat.* 1. *Od.* 36. 1. Et ture et fidibus juvat Placare et vituli sanguine debito deos. *h. e.* vota sacra diis persolvere, qui mèrito irascentur, nisi reddamus ea, quæ voto promisimus. — *Placare aliquem,* placare conari. *Id.* 2. *Od.* 14. 5. Non si trecenis, quotquot eunt dies, Amico, places illacrimabilem Plutona tauris. — *b*) Poetice, vel translate, ut *Forcellino* placet. *Ovid.* 11. *Met.* 432. Hippotades quum vult, æquora placat. *Phædr.* 4. 9. Parva libellum sustine patientia, Severitatem frontis dum placo tuæ. *h. e.* lenio et minuo tuum legendi fastidium. — *Placare esca ventrem iratum* apud *Horat.* 2. *Sat.* 8. 5. est satiare famem. Sic *Ovid.* 15. *Met.* 94. placare voracis Et male morati poteris jejunia ventris? et *Martial.* 1. 50. placare sitim. — Hinc Part. præter.

Placatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Placatior* et Sup. *Placatissimus,* et est lenitus, *placato, quieto, mite,* ἐξολαθεὶς, εὐίλατος. *Liv.* 2. 60. Tum duci, tum propter ducem Patribus quoque placatior exercitus rediit. *Nepos Iphicr.* 3. Vixit ad senectutem, placatis in se suorum civium animis. *Cic.* 3. *Cat.* 8. 19. Nisi dii immortales omni ratione placati suo numine prope fata ipsa flexissent. *Id. Orat.* 10. 34. Consequeris tamen, ut eos ipsos, quos contra statuas, æquos placatosque dimittas. *Id.* 5. *Tusc.* 6. 16. Animi quietus et placatus status. *Id.* 1. *Fin.* 21. 71. Placata, tranquilla, quieta, beata vita. *Id.* 5. *Att.* 1. Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quam meus frater erat in sororem tuam. *Id. Orat.* 19. 63. Res placatæ ac minime turbulentæ. *Virg.* 3. *Æn.* 69. placataque venti Dant maria. *Lucret.* 1. 8. rident æquora ponti, Placatumque nitet diffuso lumine cælum. *Liv.* 37. 45. Placatiore animo aliquid facere. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 18. 41. (83). Nec minus dii propitii erant mola salsa supplicantibus, immo vero, ut palam est, placatiores. *Cic.* 1. *Tusc.* 41. 97. Qui nonnumquam etiam sine visis somniorum placatissimam quietem affert.

PLĂCOR, ōris, m. 3. (placeo) placentia, beneplacitum. *Gloss. Cyrill.* Placor, ἀρέσκεια. *Vulgat. interpr. Eccl.* 4. 13. Qui illam (*sapientiam*) diligit, diligit vitam; et qui vigilaverint ad illam, complectentur placorem ejus. *et ibid.* 39. 23. In præcepto ipsius fit placor.

PLĂCOR, ōris, m. 3. (placo) quies, placiditas. *Gloss. Isid.* Placor, tranquillitas.

PLĂCŪSA *et* plăcūsĭa, æ, f. 1. *V.* PLAGUSIA.

PLĀGA, æ, f. 1. πλαγὴ, ictus, percussio; a voce Græca allata, quæ a πλήττω *percutio,* (It. *percossa, colpo, battitura*; Fr. *coup, perçussion, secousse*; Hisp. *golpe, percusion, sacudida*; Germ. *der Schlag, Streich, Hieb, Stoss*; Angl. *a stroke, blow, stripe, lash*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Stricto sensu. *Cic.* 7. *Verr.* 51. 134. Dico, in illo supplicio mercedem lacrimarum, mercedem vulneris atque plagæ, mercedem funeris ac sepulturæ constitui, nefas fuisse. *Virg.* 7. *Æn.* 382. *de trocho.* Dant animos plagæ. *Gell.* 5. 15. Non percussus aer, sed plaga ipsa atque percussio vox est. — *b*) Latiori sensu, de incursu, et impulsione atomorum. *Cic. Fat.* 20. 46. Atomi aliam quamdam vim motus habebunt a Democrito impulsionis, quam plagam ille appellat: a te, Epicure, gravitatis et ponderis. Adde *ibid.* 10. 22.; et *Lucret.* qui sæpe *plagam* dicit concursum atomorum, alias aliis ferientibus, unde variæ res gigni in natura, et dissolvi possint. *V. eumd.* 1. 633. *et* 1050. et 2. 223. etc. — *c*) Item est ipsa ruptio et fissio membri, quæ inflicta plaga fit, *piaga, ferita.* Distinguit *Plin.* inter *plagam* et *vulnus,* ut illa sit, qua perforatur et finditur corpus, ἔντομή; hoc, quo pars ejus laceratur et avellitur, ἕλκος. Sic enim ait 16. *Hist. nat.* 12. 23. (57). Aperitur picea e parte solari, non plaga, sed vulnere ablati corticis. (*Cf. Marcell. Empir. c.* 33. *p.* 134. ed. *Ald.* Cerasum novellam radicibus suis stantem mediam findito, ita ut per plagam puer trajici possit.) Alio modo *Celsus* 8. 4. *ante med.* Plagam, si ex vulnere est, talem necesse est habeamus, qualem acceperimus: si manu facienda est, ea fere commodissima, quæ litteræ X figuram accipit. *Id.* 5. 26. sæpe plagam et vulnus promiscue accipit. Apud *Sueton. Vitell.* 10. Verbera et plagas, sæpe vulnera, nonnunquam necem repræsentantes adversantibus: *verbera* sunt, quæ virgis, fuste, loro infliguntur; *plagæ,* quæ pugnis, calcibus, saxis, aliove duro instrumento; *vulnera,* quæ gladio, hasta, aut hujusmodi, unde membrum rumpitur. V. *Vall. l.* 6. *c.* 47. *Elegantiar.* In illo *Caton.* apud *Gell.* 10. 3. *ad fin.* Insignitas injurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas te facere ausum, etc. *plagas* puto esse flagrorum ictus: *verbera* addi amplificandi gratia, quia loquitur de liberis hominibus flagro cæsis. *V.* integr. loc. *Hieronym.* 1. *in Isaj.* 1. 5. Verberibus livent corpora, plagis tument, hiant vulneribus. ¶ 2. Speciatim: promiscue ad *plagam,* sive ictum, sive vulnus significet, hæc pertinent. *Virg.* 10. *Æn.* 797. Jamque assurgentis dextra plagamque ferentis Æneæ subiit mucronem. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 4. Neque homines magis asinos unquam vidi: ita plagis costæ callent. *Ter. Eun.* 2. 2. 13. Ego neque ridiculus esse, neque plagas pati possum. *Cic.* 2. *Tusc.* 17. 41. Plagas perferre. *Id.* 7. *Phil.* 6. 17. Plagam luculentam accipere. *Id. Vatin.* 8. 20. mortiferam infligere. *Id. Orat.* 68. 228. gravem facere. *Id. Sext.* 19. 44.; et *Petron. Satyr.* 105. alicui imponere. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 18. 74. (243). inferre. *Auct. B. Alex.* 52. Sauciare aliquem plagis. *Sueton. Cæs.* 82. confodi. *Cic.* 7. *Verr.* 54. 140. confectus. *Cels.* 5. 26. *n.* 24. Plagam curare. *et n.* 23. suere. *Plin. proœm. l.* 23. *Hist. nat.* 3. (6). Scorpionum et canum plagas sanare. *le morsicature.*

II.) Translate. *Cic. Mur.* 23. 48. Illa plaga est injecta petitioni tuæ maxima. *Id. Orat.* 68. 228. Sic nec oratio plagam gravem facit, nisi petitio fuerit apta. *Id.* 9. *Fam.* 16. *ad fin.* Levior est plaga ab amico, quam a debitore. *h. e.* jactura. *Nepos Eumen.* 5. Hac ille perculsus plaga non succubuit. *h. e.* calamitate.

PLĀGA, æ, f. 1. a πλάγιος *obliquus, transversus,* ut proprie transversum obliquumve spatium significet; vel rectius a πλάξ, πλακός, *planities,* est planities. Duo autem diversa significat, prout in plaga *A*) vel spatium consideramus, *B*) vel corpus.

A) *Plaga,* si consideratur ut spatium, est tractus, regio, κλίμα, χώρα (It. *tratto, clima, regione, contrada*; Fr. *contré, région, plage*; Hisp. *comarca, pais*; Germ. *e.Gegend, Zone, Erdstrich, Landstrich*; Angl. *a tract of country, clime, climate, region*), et est vocabulum Geographis usitatum. *Virg.* 7. *Æn.* 226. et si quem extenta plagarum Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui. *zone.* Sic *Seneca Herc. Œt.* 67. zonam torridam, *ardentem plagam*: et 1219. *fervidam* appellat. Adde *Melam* 1. 1. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 32. 59. (136). Septentrionalis plaga. *Id.* 5. *ibid.* 5. 5. (34). Ab his ad Troglodytas hiberni occasus plaga dierum VII. iter. *Id.* 6. *ibid.* 19. 22. (70). A Gange versa ad meridiem plaga tinguntur sole populi. *Seneca Œdip.* 426. Omnis Eoæ plaga vasta terræ. *Justin.* 42. 3. 2. Primusque (*Jason*) humanorum post Herculem et Liberum, qui reges orientis fuisse traduntur, eam cæli plagam domuisse dicitur. *Lucret.* 5. 31. Thracem Bistoniasque plagas atque Ismara propter. *Virg.* 11. *Æn.* 320. Hæc omnis regio et celsi plaga pinea montis Cedat amicitiæ Teucrorum. *Flor.* 1. 16. Omnium non modo Italia, sed toto orbe terrarum, pulcherrima Campaniæ plaga est. *Id.* 3. 5. *a med.* Cyzicum nobilis civitas, arce, mœnibus, portu Asiaticæ plagæ litora illustrat. — Speciatim pro regione, seu pago. *Liv.* 9. 41. *a med.* Repens adventus consulis ita exterruit Umbros, ut bellum omittendum censerent. Plaga una (Materinam ipsi appellant) non continuit modo ceteros in armis, sed confestim ad certamen egit. *h. e.* regio una, seu pagi unius milites, *un distretto, un cantone,* ut recentiores plerique interpretantur. Aliis vero plaga est pars aciei, *uno squadrone*: et fortasse, inquit *Glarean.,* acies quadrata altera parte longior, quæ πλαγία Græce dicitur, quia transversa hosti opponitur. *Gloss. Philox.* Πλαγία, transversa. — Et generatim. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 2. *Divinat.* 13. 30. Quod est ante pedes nemo spectat: cæli scrutantur plagas. *Virg.* 1. *Æn.* 394. Ætheria quos lapsa plaga Jovis ales aperto Turbabat cælo. *Gell.* 17. 10. *ad fin.* Fluere amnes fumi, et flammarum fulva et tortuosa volumina in plagas maris ferre. *Pindari* locum interpretatur, qui habet ἐς βαθεῖαν πόντου πλάκα: in profundum maris æquor. *Seneca Hippol.* 930. te licet terra ultimo Summota mundo dirimat Oceani plagis. *Stat.* 4. *Silv.* 3. 95. pariterque se levarat Ingenti plaga marmorata dorso. *un lungo tratto di strada*

B) *Plaga,* si tamquam corpus consideratur, est retis genus ad capiendas feras, rete, cassis, δίκτυον, ἄρκυς (It. *rete*; Fr. *rets, filet*; Hisp. *red*; Germ. *ein Netz, Garn*; Angl. *nets, snares or toils*); et plerumque in plurali numero. Sunt enim qui putant, *plagas* proprie esse maculas, seu foramina, quibus rete constat, *maglie. Servius* ad illud *Virg.* 6. *Æn.* 131. Retia rara, plagæ: multi, inquit, dividunt, ut sint *retia rara* majora; *plagas* vero minora intelligamus. Alii plagas per definitionem accipiunt, ut intelligamus quæ sunt retia rara, plagæ. Sciendum tamen proprie plagas esse funes illos, quibus retia tenduntur circa imam et summam partem. Hæc *Servius.*

I.) Proprie. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 35. Canes compellunt in plagas lupum. *Cic.* 3. *Off.* 17. 68. Suntne insidiæ, tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis, nec agitaturus? *Horat.* 3. *Od.* 5. 31. extricata densis cerva plagis. *Ovid.* 7. *Met.* 767. *de vulpe.* Illa levi velox superabat retia saltu, Summaque transibat positarum lina plagarum. *et* 2. *ibid.* 499. Nexilibusque plagis silvas Erymanthidas ambit. *Id.* 6. *Fast.* 110. Nodosasque cava tendere valle plagas. *Id.* 3. *Art. am.* 428. Inque plagam nullo cervus agente cadit. *Alii leg.* plagas. — Distinguit inter plagas et retia *Nemesian. Cyneg.* ubi ait, 299. Nec non et casses iidem (*servi*) venatibus aptos, Atque plagas, longoque meantia retia tractu Addiscant raris semper contexere nodis, Et servare modum maculis, linoque tenaci. Ad quem locum *Ulitius* observat, etiam *Horat.* distinguere *Epod.* 2. 31. Aut trudit acres hinc et hinc multa cane Apros in obstantes plagas: Aut amite levi rara tendit retia, Turdis edacibus dolos: item *Virg. loc. cit.* Retia rara, plagæ. Vult itaque, (id quod ex *Servio* diximus) *retia* esse majora, et quæ in amplis tractibus tendantur, *plagas* minores, et quarum sit usus in viis angustis, ubi magnis retibus locus non est. Dictas autem esse a πλάγιος *obliquus,* quia obliquæ objiciuntur. Potest etiam dici ex loco *Horatii,* esse *plagas* majoribus feris capiendis aptas, *retia* minoribus, et avibus.

II.) Translate ¶ 1. De aranea dixit *Plin.* 11. *Hist. nat.* 24. 28. (83). Quum vero captura incidit, quam vigilans et paratus adcursus? Licet extrema hæreat plaga, semper in medium currit. ¶ 2. Morali ratione. *Plaut. Mil. glor.* 4. 9. 11. Ipsus illic sese jam impedivit in plagas. *Id. Trin.* 2. 1. 11. Numquam Amor quemquam, nisi cupidum hominem, postulat se in plagas conjicere *Petron. Satyr.* 107. Juvenes casu in has plagas incidisse. *aver dato in questa rete. et Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 48. 147. De sorite, aut pseudomeno: quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. *Id.* 7. *Verr.* 58. 151. Si ex his laqueis te exueris, in illas tibi majores plagas incidendum est. *Id.* 12. *Fam.* 25. *circa med.* Antonium conjecti in Cæsaris Octaviani plagas. — Comice *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 14. Speculabor, ne quis nostro consilio venator adsit cum auritis plagis. *h. e.* arrectis attentisque auribus. ¶ 3. In illo *Varron.* apud *Non. p.* 162. 28. *Merc.* Nulla potest bene judicare, quid sit bene pictum a plumario in pulvinaribus plagis: *pulvinares plagæ* videntur esse reticula, quibus pulvini involvuntur. Ad-

dit *Non.* p. 378. 9. et *p.* 537. 21. sumi *plagam* pro sindone, seu velo, quo lectica, aut lectus integitur, *cortinaggio, cortina, tenda. Varro ibid.* Eburneis lectis et plagis sigillatis. *Id. ibid.* Chlamydes, plagæ, vela aurea. *V.* PLAGULA. Idem fortasse significat *Varro* priore loco allato. — Item pro clavo vesti adsuto. *Pacuvius ibid.* Et simitu pictæ plagæ pallam. Ita leg. *Voss.*; at *Ribbeck* (Tamen) etsi metuo picta de palla plagam.

PLĀGĀTUS, a, um. *V.* PLAGO.

PLĂGELLA, æ, f. 1. *deminut. a* plaga, idem quod plagula. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 2. *a med.* Convenit etiam multiplicati linteaminis vaporatio, sive pannorum, vel plagellarum, quæ Græci πτύγματα vocant, oleo tinctarum.

PLĂGĬĀRĬUS, ĭi, m. 2. ¶ 1. Est qui mancipia aliena sollicitat, celat, supprimit, item qui liberum hominem sciens emit, abducit, invitum in servitute retinet. *Seneca Tranquill.* 8.; *Ulp. Dig.* 21. 1. 17. et 47. 2. 49. *et* 53. et 48. 15. 1. *et Callistrat. ibid.* 6. Et videtur etiam *Cic.* usurpasse, ubi ait 1. *ad Q. fr.* 2. 3. Licinium plagiarium cum suo pullo milvino tributa exigere. ¶ 2. Transfertur ad eum, qui alieni libri se auctorem falso prædicat. *Martial.* 1. 53. Impones plagiario pudorem.

PLAGIATICIUS, a, um, adject. ad plagiatorem pertinens. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 80.

PLĂGĬĀTOR, ōris, m. 3. ¶ 1. Est idem ac plagiarius. *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 23. Talis assertor (*servi*) etiam damnaretur in sæculo, nedum plagiator. ¶ 2. Item qui seducit pueros, *seduttore. Hieronym. Ep.* 5. *n.* 3. Magistrum autem pueri tui, de quo dignatus es scribere, (quem plagiatorem ejus esse non dubium est) sæpe Euagrius presbyter, dum adhuc Antiochiæ essem, me præsente corripuit. Hæc *Forcellinus.* Sed *plagiator* apud *Hieronym. loc. cit.* eamdem, atque apud *Tertull.*, significationem habere videtur: addit enim *Hieronym.* Cui ille respondit: Ego nihil timeo. Dicit se a domino suo fuisse dimissum; et, si vobis placet, ecce hic est, transmittite quo vultis. In hoc arbitror me non peccare, si hominem vagum non sinam longius fugere.

PLĂGĬĀTUS, a, um, adject. vel particip. a *plagio*, obliquus. *Simplic. de re agr. p.* 88. *Goes.* Antemissæ vero arbores solent etiam plagiatam, aut flexuosam similemque corticibus ostendere cicatricem. *Ita* Goes. *leg. pro* plagatam. *At* Rudorff. *vulgatam lectionem exhibet.*

PLAGIAULES, æ, m. 1. πλαγιαύλης, obliqua tibia canens: a πλάγιος *obliquus* et αὐλός *tibia.* h. e. *suonatore di flauto a traverso o di storta. V.* VASCUS ibique adnotata. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 173. Plagiaules, monaules, ascaules.

PLĂGĬGER, gĕra, gĕrum, adject. πληγοφόρος, qui plagas gerit, qui natus est ad plagas ferendas: et dicitur de servis. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 20. Plagigera genera hominum. *Fleckeisenus* legit *plagigerula* et totum versum uncis inclusit.

PLĂGĬGĔRŬLUS, a, um, adject. idem ac plagiger. *Plaut. Most.* 4. 1. 19. Peculii sui prodigi, plagigeruli. *V.* voc. præced.

PLAGĬOSIPPUS *et* Plagiosippus, i, m. 2. vox ficta ad significandum eum, qui plagas infert: vel (si malis ducere a *plagium*) eum, qui furtis delectatur. *Cic.* 4. *Herenn.* 31. 42. Pronominatio est, quæ sicuti cognomine quodam extraneo demonstrat id, quod suo nomine appellari non potest; ut si quis de adversario dicat: Videte, judices, quemadmodum me Plagiosippus iste tractarit. *Turneb. l.* 20. *c.* 25. ex conjectura lectionem mutare conatur.

PLĂGĬPĂTĬDA, æ, comm. gen., qui plagas patitur, plagarum patiens. *Plaut. Capt.* 3. 1. 12. Nil morantur jam Lacones imi subsellii viros plagipatidas. *V.* BOMONICÆ. *Id. Most.* 2. 1. 9. Ubi sunt isti plagipatidæ, ferritribaces viri?

PLĂGĬO, as, āvi, ātum, are, a. 1. πλαγιάζω, ἀνδραποδίζω, hominem liberum abducere. *Collat. Mos. et Rom. leg. tit.* 14. in *lemmate.* Quicumque plagiaverit quemquam in Israel et vendiderit eum, morte moriatur. *V.* voc. seq. 1.

PLĂGĬUM, ĭi, n. 2. ¶ 1. Est crimen illud, quo quis hominem, quem scit liberum esse, emit, et pro servo tenet, vel vendit: item qui alieno mancipio persuadet, ut a domino fugiat, vel ipsum, invito vel insciente domino, celat, vinctum habet, emit, vendit, donat. Est a πλάγιος, quod proprie notat *obliquum*, metaphorice autem pro doloso sumitur ἀνδραποδισμός. *Callistrat. Dig.* 48. 15. 6. et *Ulp. ibid.* 1. ¶ 2. Est etiam rete pluribus plagis contextum. *Grat. Cyneg.* 23. Carmine et arma dabo, et venandi persequar artes, Armorum casses, plagiique exordiar astus. *Alii rectius legunt*: Carmine et arma dabo venanti, et persequar artes Armorum, cassesque plagarumque ordiar astus.

PLĀGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *impiagare*, plagam facere. *Augustin.* 21. *Civ. D.* 11. Servus, qui verbo, aut ictu lacessivit dominum, vel plagavit. — Part. *Plagatus* apud *Cassiod.* 3. *Hist. Eccl.* 2. *ad fin.* Milesius multa sæpe passus et plagatus et tractus. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 13. 113. Mars quum plagatus est a Diomede. *Vulgat. interpr. Zach.* 13. 6. His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.

PLĀGŌSUS, a, um, adject. ¶ 1. Passive est plenus plagis, *impiagato*, πληγώδης. *Apul.* 9. *Met.* Plagosum dorsum. *et* 8. *ibid.* Plagosa crura. ¶ 2. Active pro eo, qui frequentes et multas plagas infert. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 70. memini quæ plagosum mihi parvo Orbilium dictare.

PLĂGŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* plăga, parva plaga. ¶ 1. Est velum, aut pars veli, quo lectus, aut lectica integitur, aut insternitur. (*V.* PLAGA sub *B.* II. 3. *Afranius* apud *Non. p.* 378. 10. *Merc.* Demitto plagulam de lecto. *Varro* apud *eumd. p.* 86. 7. Qui primus uxorem ducebat, duabus culcitis ac duabus toros plagulis quum strasset. *Sueton. Tit.* 10. Quum inde lectica transferretur, suspexisse dicitur dimotis plagulis cælum. *Liv.* 39. 6. Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Asiatico invecta in urbem est. Ii primum lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas et alia textilia Romam advexerunt. ¶ 2. Item pars vestis. *Varro* 9. *L. L.* 79. *Müll.* Si quis tunicam in usu ita consuit, ut altera plagula sit angustis clavis, altera latis. ¶ 3. Item chartæ folium, *foglio. Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 23. (77). Premitur deinde prelis, et siccantur sole plagulæ, atque inter se junguntur, *etc.* numquam plures scapo quam vicenæ.

PLĂGŬSĬA, æ, f. 1. genus piscis. *Plaut. Rud.* 2. 1. 8. Captamus conchas, marinam urticam, musculos, plagusias. A πλάγιος *obliquus* dictam volunt, quia obliqua incedat. Alii legi mallent *pelagias*: alii *placusa* vel *placusia.*

PLĀNA, æ, f. 1. *pialla*, instrumentum fabrile, quo utuntur fabri lignarii ad æquandas tabulas ligneas, quodque nostrates vulgo *piana* vocant. *Arnob.* 6. 14. Simulacra terebrarum excavata vertigine, runcinarum levigata de planis. *Plana* et *runcina* idem significant; has tamen voces more suo auctor conjungit: nisi *planis* accipere velimus de parte runcinæ lignum levigante.

PLĀNĀRĀTRUM, i, n. 2. aratrum cum duabus rotis, quo primum usi sunt Galli Cisalpini seu Ræti; quum Romani rotis non uterentur, ut passim videre est in antiquis monumentis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 18. 48. (172). Non pridem inventum in Rætia Galliæ, ut duas adderent tali rotulas, quod genus vocant planaratri. *Harduinus* leg. *plaustrarati*, at fortasse rectius *plaustraratri*, aratrum nempe, cui adjectum est plaustrum. Idem describit *Virg.* 1. *G.* 174. ubi *Serv.* Currus autem dixit propter morem provinciæ suæ, in qua aratra habent rotas, quibus juvantur. *Silligius* legit *plaumorati*, eique conatus hanc vocem ingenio linguæ Latinæ accommodandi inanes videntur, quia Plinium vocem Ræticam attulisse apparet.

PLĀNĀRIS, e, adject. idem ac planarius. *Capell.* 6. *p.* 228. Primæ formandorum schematum partes duæ sunt; una, quæ dicitur planaris, quam ἐπίπεδον Græce soleo memorare; alia solida, quam στερεὸν dicimus. *et mox p.* 229. Circulus est planaris figura.

PLĀNĀRĬUS, a, um, adject. qui in plano fit, ut Planarius conflictus, apud *Ammian.* 19. 5. Planaria interpellatio, *Imp. Constant. Cod.* 3. 11. 4. h. e. compellatio magistratus, quæ fit de plano, h. e. antequam in tribunal ascendat.

PLĀNĀTUS, a, um. *V.* PLANO.

PLĀNĀTĬO, ōnis, f. 3. (plano) exæquatio. *Gloss. Cyrill.* Ἀπόρθωσις, planatio.

PLANCA, æ, f. 1. πλαξ. ¶ 1. Generatim est tabula plana, vel complanata. *Paul. Diac. p.* 231. 3. *Müll.* Plancæ, tabulæ planæ: ob quam causam et planci appellantur, qui supra modum pedibus plani sunt. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 43. 68. (169). Nec pontes asini transeunt, per raritatem plancarum translucentibus fluviis. Ita in vet. edit. anni 1470. et 1472. At antiquior 1469. *Harduin.* et *Sillig.* ex MSS. *per raritatem eorum* habent. *Pallad.* 1. *R. R.* 21. Plancæ roboreæ supponantur stationibus equorum cum stramine. ¶ 2. Est etiam tabula marmorea, qua sarcophagum cooperitur. *Inscript.* apud *Murat.* 1427. 4. SI Q. H. PLANC. P. EXC. EOR. Q. S. S. S. A. D. IN F. C. HS. I. N. *h. e.* Si quis hanc plancam post excessum eorum, qui supra scripti sunt, amoverit, dabit in fiscum Cæsaris, sestertiorum quinquaginta millia nummum. Alia apud *Donat.* 278. 3. S. P. OBIT. E. Q. S. S. S. H. PLANC. A. D. D. $\overline{\text{R}}$. $\overline{\text{P}}$. $\overline{\text{R}}$. HS. M. M. $\overline{\text{N}}$. *h. e.* Si post obitum eorum, qui supra scripti sunt, hæc planca amovebitur, dari debebunt rei publicæ Ravennatium sestertiorum duo millia nummum.

PLANCTUS, us, m. 4. (plango). ¶ 1. Generatim est percussio, plaga, ictus cum strepitu, plangor, πλῆξις, κοπετός (It. *percossa, battimento strepitoso*; Fr. *action de frapper avec bruit, battement*; Hisp. *el acto de pegar, de golpear, percusion*; Germ. *das laut tönende, rauschende Schlagen, Rauschen, Schwirren*; Angl. *a striking or knocking against, a striking or beating attended with a loud noise*). *Val. Flacc.* 4. 494. unum omnes incessere planctibus, unum Infestare manus. De Harpyis loquitur, alarum agitatione strepitum facientibus. Sic de iisdem *Petron. Satyr.* 136. tremuit perterritus æther Planctibus insolitis. *Lucan.* 6. 690. quod sibilat anguis, Exprimit, et planctus illisæ cautibus undæ, Silvarumque sonum. ¶ 2. Speciatim vero et præcipue dicitur de ictibus, qui in fletu et lamentis fiunt quum querentes pectus tundunt, brachia, vultum feriunt, *battimento di petto*, κομμός. *Seneca Troad.* 92. Vacet ad crebri verbera planctus Furibunda manus. *Id. Thyest.* 1045. pectora illiso sonent Contusa planctu. *Petron. Satyr.* 81. Verberabam ægrum planctibus pectus. *Lucan.* 2. 23. nec mater crine soluto Exigit ad sævos famularum brachia planctus. *Id.* 2. 37. planctu lividentes contusa lacertos. *Id.* 9. 49. luctus planctusque ferebant. *Val. Flacc.* 2. 175. Flet Venus, et sævis ardens dea planctibus instat. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 248. planctuque lacertos Verberat, et questus ad nubila rumpit inanes. *Tac.* 1. *Ann.* 41. Gemitus ac planctus. *Seneca Troad.* 902. Planctus et gemitus sonent Rursus *Tac.* 4. *Hist.* 45. Planctus et lamenta et supremorum imago. *Flor.* 4. 1. *circa med.* Theatri plausum in modum planctus circumsonare.

PLANCUS, a, um, adject. *chi ha i piedi piani*, στεγανόπους, πλατύπους, ut in *Gloss. Philox.* exponitur, qui pedes supra modum planos habet, ut *Paul. Diac. p.* 231. 3. *Müll.* docet, h. e. sine vola, seu cavitate in solo medio pedis. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 45. 105. (253). Vola homini tantum, exceptis quibusdam: namque et hinc cognomina inventa Planci, Plauti, Scauri, Pansæ. Ceterum *Gloss. Placid.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 6. *p.* 539. Plancus, pedibus latis et planis, quem Umbri ploton vocant.

PLANCUS, i, m. 2. Ab *Aristot. Hist. anim. l.* 9. *c.* 41. dicitur πλάγκος species quædam aquilæ, quam *plancum* itidem appellat *Plin.* 10. *Hist. nat.* 3. 3. (7). At *Sillig. plangus* emendavit, apud *Aristot.* enim *l. cit.* est πλάγγος.

PLĀNĒ, adverb. (planus). Comp. *Planius* II. 1.; Sup. *Planissime* II. 1. et 3.

I.) Proprie, h. e. prima hujus adverbii significatio, qua planum opponitur proclivi aut iniquo, exstat in uno illo lusu *Plaut. Asin.* 3. 3. 67. ARGYR. Hic pone, hic istam colloca crumenam in collo plane. *Leonida ob ambiguum sensum postea dicit v.* 73. Istuc proclive 'st, quod jubes me plane collocare. Huc pertinet et illud *Nepot. Eumen.* 5. Substringebat caput (*equi*) loro altius, quam ut prioribus pedibus plane terram posset attingere. *h. e.* quam ut toto pede terram attingeret: V. *Hand. Tursell. T.* 2. *p.* 242.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpissime *plane* usurpatur pro clare, perspicue, manifeste, aperte, plano et facili ad intelligendum modo, *φανερῶς, προδήλως* (It. *apertamente, schiettamente, chiaramente, pianamente*; Fr. *clairement, nettement, intelligiblement*; Hisp. *claramente, de un modo claro y distincto, limpiamente*; Germ. *mit klaren Worten, deutlich, klar, ausdrücklich, gradezu, rundheraus*; Angl. *openly, manifestly, clearly, plainly, evidently, expressly, explicitly*). *Cic.* 2. *Fin.* 3. 10. Tu istuc dixti bene Latine, parum plane. *hinc mox.* Non satis perspicio. *Id.* 2. *Orat.* 80. 329. Alia potes, semel si obscurius dixeris, dicere alio loco planius. *Id.* 1. *ibid.* 32. 144. Plane et dilucide loqui. *Id.* 7. *Phil.* 6. 17. Plane et Latine loqui. *Id.* 2. *Fin.* 5. 15. Epicurus autem nec non vult, si possit, plane et aperte loqui, nec etc. Sic *Id. Rosc. com.* 14. 43. Planius atque apertius dicere. *et* 4. *Verr.* 64. 156. Apertissime planissimeque explicare. *Id.* 3. *Fin.* 5. 19. Plane et perspicue expedire posse, docti et intelligentis viri (*est*). *Plaut. Amph.* 2. 1. 30. Satin' hoc plane, satin' diserte, here, nunc videor tibi locutus? *Varro* 7. *L. L.* 22. *Müll.* Hæc apertius dixissem, nisi brevius eo nunc mallem, quod infra sunt planius usurpanda. ¶ 2. Item omnino, prorsus, penitus, *affatto, totalmente. Cic. Brut.* 59. 215. Nec vero Sulpicio, neque Cottæ dicere possumus rem ullam plane atque omnino defuisse. *Id.* 1. *Orat.* 35. 161. Ita neque hoc possum dicere, me omnino ignorare, quid possideat, neque plane nosse. *Plaut. Men.* 4. 2. 104. Ex hac familia me plane excidisse intelligo. *Id. Pseud.* 4. 7. 115. Plane perdidisti mulierem. *Id. Epid.* 3. 4. 55. Tibi os est sublitum plane et probe. *Ter. Heaut.* 5. 1. 24. Sed te miror, qui alia tam plane scias. *Cic. Brut.* 81. 282. Erat autem quum institutus optime, tum etiam perfecte planeque eruditus. *Id.* 1. *Orat.* 23. 108. Ex rebus penitus perspectis planeque cognitis. *Id.* 4. *Herenn.* 20. 28. Fieri potest, ut non plane par sit numerus syllabarum. *Id.* 13. *Att.* 6. Quod reliquos coheredes convenisti, plane bene. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 17. 55. Plane nihil sapit. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 66. Communi sensu plane caret. *Cic.* 3. *Fam.* 10. Illud plane moleste tuli, quod etc. *Id. Brut.* 97. 332. Quod jam propemodum, vel plane potius effeceras. *Id.* 12. *Att.* 37. Accepi-Piliam et Atticam plane belle se habere. *Plin.* 1. *Ep.* 5. Rogo mane videas Plinium domi, sed plane mane. *h. e.* bene mane. — *Plane velle* significat firmum et certum consilium. *Cic.* 1. *Legg.* 20. 53. Ego plane vellem me arbitrum inter antiquam Academiam et Zenonem datum. *Id.* 8. *Att.* 12. Explicari mihi tuum consilium plane volo, ut penitus intelligam. *voglio assolutamente.* Adde *Quintil.* 2. 7. 2. et 6. 3. 30. — In familiari oratione *plane* est statim, sine alia conditione, *senz'altro. Cic.* 2. *Att.* 24. Te rogo, ut plane ad nos advoles. Adde *eumd.* 8. *ibid.* 12. — *Plane quasi* legitur apud *Flor.* 1. 10. Plane quasi adulterum ad inferos usque sequeretur. Adde *eumd.* 1. 11. — Notandum et illud *Tac. Dial. de orat.* 26. *extr.* Ut se non quidem ante Ciceronem numerat, sed plane post Gabinianum. *in ogni caso.* — Comparativis jungitur a *Tac. ibid.* 27. Paullo ante dixisti, plane mitior et eloquentiæ temporum nostrorum non iratus. *et ibid.* 35. Suasoriæ quidem, tamquam plane leviores et minus prudentiæ exigentes, pueris delegantur. — *Inscript.* apud *Gruter.* 208. PLANE CVM IN RE PRAESENTI INSPEXERIM LITVRATVM AG. ET ERASVM. *h. e.* præsertim quum. ¶ 3. In responsionibus affirmandi vim habet. *Ter. Phorm.* 5. 2. 3. DE. Nonne id sat erat, accipere ab illo injuriam? etiam argentum est ultro objectum, ut sit, qui vivat, dum aliud aliquid flagitii conficiat. GE. planissime. DE. His nunc præmium est, qui recta prava faciunt. GE. verissime. *così è per appunto.* Sic *Plaut. Truc.* 2. 7. 57. Ego et donis privatus sum, et perii. GE. plane istuc est. *Cic.* 1. *Tusc.* 7. 13. M. Non dicis igitur, *miser est M. Crassus*, sed tantum, *miser M. Crassus.* A. Ita plane. Cf. *Plaut. Epid.* 3. 2. 8. Plane hercle hoc quidem est. *et Mil. glor.* 2. 5. 52. Immo edepol plane ea est. — Similiter in concessione *plane* fere significat *quidem*, ut apud *Tac.* 3. *Ann.* 34. Bella plane accinctis obeunda: sed revertentibus post laborem quod honestius, quam uxorium levamentum? ¶ 4. *Plane si* est Jurisconsultorum, et ab interpret. pro *sed si* accipitur. *Ulp. Dig.* 9. 2. 7. Plane si cedentem vulneraverit, erit Aquiliæ locus. *Id. ibid.* 32. 1. 52. Plane si mihi proponas, adhærentia esse membra domus armaria vel affixa, sine dubio non debebuntur.

PLĀNES, ētis. *V.* PLANETA init.

PLĀNESCO, is, ere. n. 3. inchoat. planus fio. *Paulin. Nol.* 5. 318. leniet aspera, dura Molliet et totum coget planescere mundum.

PLĀNĒTA, æ, m. 1. In tert. declin. *planes, ētis*, m. 3. *πλανής, ήτος*, legitur apud *Gell.* 14. 1. *ante med.* Ut alii quidam planetes pari potestate essent. — *Planeta, πλανήτης planeta*, est sidus errans; a *πλανάομαι erro, vagor.* Ita autem planetæ vocantur, non quia errent re vera, sed quia errare videantur, quia nunc alio, atque alio distent intervallo, quum idem semper spatium servent sidera cetera. Sunt autem septem: Saturnus summum locum obtinet, proximum Juppiter, tertium Mars, quem deinde Sol subsequitur, Solem Venus, sub Venere Mercurius situs est, Luna ultimum terrisque proximum, eumdemque minimum orbem possidet. *Cic.* 1. *Tusc.* 25. 62. et 2. *Nat. D.* 20. 51. vocat *stellas errantes*, at *Seneca, Nigid.* et *Varro* appellant *erraticas*, et *errones*. V. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 8. 6. *et seq.*; *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 17. 19. *et* 21.; *Cic.* 6. *de republ.* 17. et *Lucan.* 10. 199. qui omnes de his verba faciunt: sed *planetas* qui appellaverit Latinus scriptor, inveni adhuc neminem, præter *Auson. Eclogar. de nominib. VII. dier.*; *Firmic.* 2. *Mathes.* 2.; *Capell.* 8. *p.* 287.; *Isid.* 3. *Orig.* 71. *et* 19. *ibid.* 24. *ad fin.*; et *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 709. *n.* 307.

PLĀNĒTĀRĬUS, ii, m. 2. *osservator de' pianeti, astrologo*, astrologus. *Augustin.* 4. *Confess.* 3. Illos planetarios, quos mathematicos vocant, consulere non desistebam. *Alii rectius leg.* plānos. Adde *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 284.

PLĀNĒTĬCUS, a, um, adject. *πλανητικός*, ad planetam pertinens. *Sidon.* 8. *Ep.* 11. *a med.* Planeticorum siderum globus.

PLANGO, gis, xi, ctum, gere. a. 3. Part. *Plangens* in omnibus paragr.; *Plancturus* II. — *Plangere* verbum est fere poeticum a *plago* (ut *tango* a *tago*) quod a *πλαγή* Dorico pro *πληγή percussio*, et significat percutere, verberare, *πλήττω, κόπτω* (It. *percuotere, battere*; Fr. *frapper, battre*; Hisp. *cascar, golpear, pegar*; Germ *schlagen, bes. mit Getöse*; Angl. *to beat, strike, knock, dash against*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 2. 1155. Nec mare, nec fluctus plangentes saxa crearunt. *Id.* 6. 114. Aut ubi suspensam vestem chartasque volantes Verberibus venti versant, planguntque per auras. *Ovid.* 12. *Met.* 118. plangens moribundo vertice terram. *Id. Heroid.* 16. 334. Cæsaque sanguineam victima planget humum. *et ibid.* 19. 121. Me miseram! quanto planguntur litora fluctu! *Sil. It.* 1. 588. *de Borea.* semperque rigens nunc litora pulsat, Nunc ipsas alis plangit stridentibus Alpes. *Catull.* 64. 261. Plangebant aliæ proceris tympana palmis. — *Plangi* mediorum apud Græcos more. *Ovid.* 11. *Met.* 73. Utque suum laqueis, quos callidus abdidit auceps, Crus ubi commisit volucris, sensitque teneri, Plangitur ac trepidans adstringit vincula motu. *h. e.* agitat se, et alas diverberat, ut effugiat. ¶ 2. Speciatim, sæpe dicitur de iis, qui flentes querentesque pectus tundunt, vultum, brachia feriunt præ dolore. *Petron. Satyr.* 111. Funus sparsis prosequi crinibus, et nudatum pectus in conspectu frequentiæ plangere. *Ovid.* 6. *Met.* 248. laniataque pectora plangens. *et* 11. *ibid.* 81. femur mœrenti plangere dextra. *et* 9. *ibid.* 635. a pectore vestem Deripuit, planxitque suos furibunda lacertos. — Passive vel rectius mediorum apud Græcos more. *Ovid.* 8. *Met.* 525. scissæque capillos Planguntur matres Calydonides Eueninæ. *h. e.* tundunt se præ dolore. Alii leg. *plangunt se*: alii *plangebant*: sed *Heins.* τὸ *planguntur* defendit. Sic 5. *ibid.* 675. Dumque volunt plangi.

II.) Translate ponitur pro vehementer queri, lamentari, deplorare; et occurrit — *a*) Absolute. *Virg.* 11. *Æn.* 145. Contra turba Phrygum veniens plangentia jungit Agmina. *Ovid.* 3. *Met.* 505. planxere sorores Naides, et sectos fratri posuere capillos: Planxere et Dryades: plangentibus adsonat Echo. *Stat.* 11. *Theb.* 417. Cuncta madent lacrimis, et ab omni plangitur arce. *Justin.* 19. 2. 11. Toto litore plangentium gemitus. *Apul.* 5. *Met.* Ibique deflebant oculos et plangebant ubertim. — *b*) *Plangere aliquem*, aut *aliquid*, fletu, lamentis et pectoris verberatione prosequi. *piangere. Tibull.* 1. 8. 27. suum pubes miratur Osirim Barbara, Memphitem plangere docta bovem. *Val. Flacc.* 3. 297. nonne hæc mea justius essent Funera, meque tuus potius nunc plangeret error? *Germanic. Arat.* 198. tendit palmas, ceu sit planctura relictam Andromedam. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 123. Et monstrare artes, et verba refringere, quæ nunc Plangimus. *Id.* 11. *Theb.* 117. plangunt sua damna coloni. *et* 12. *ibid.* 383. Mene times? mea membra tenes, mea funera plangis. *Tac. Agric.* 46. Nosque, domum tuam, ab infirmo desiderio et muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum tuarum voces, quas neque lugeri, neque plangi fas est. *Claudian.* 2. *in Eutrop. prol.* 49. Direptas quid plangis opes? *Id.* 3. *Rapt. Pros.* 159. Nec deflet, plangitve malum. *Stat.* 3. *Theb.* 196. et longe examine matres Invidiam planxere deis. *h. e.* lamentando necem natorum Niobes, invidiam in deos moverunt, a quibus interfecti fuerant. — Apud *eumd.* 3. *Theb.* 505. ales fugiens placabile planxerit omen. *h. e.* alis aera verberando omen dederit. *Al. leg.* plauserit.

PLANGOR, ōris, m. 3. (plango). ¶ 1. Generatim est percussio, ictus cum strepitu, *percossa con istrepito, κοπετός. Cic.* 3. *Herenn.* 15. 27. Sin utemur amplificatione per conquestionem, feminis plangore et capitis ictu-uti oportebit. *Catull.* 64. 272. quæ (*undæ*) primum clementi flamine pulsæ Procedunt, leni et resonant plangore cachinni. *Ovid.* 3. *Met.* 497. *de Echo.* Quumque suos manibus percusserat ille lacertos, Hæc quoque reddebat sonitum plangoris eumdem. ¶ 2. Speciatim vero ac præcipue sic dicitur percussio pectoris, aut vultus in lamentatione et fletu, ut *planctus. Cic. Orat.* 38. 131. Plangore et lamentatione complerimus forum. *Virg.* 2. *Æn.* 487. penitusque cavæ plangoribus ædes Femineis ululant. *Ovid.* 6. *Met.* 532. cæsis plangore lacertis. *et* 4. *ibid.* 553. dum solito tentat plangore ferire Pectora. *et* 14. *ibid.* 420. Nec satis est Nymphæ flere, et lacerare capillos, Et dare plangorem. *Val. Flacc.* 3. 274. Tum super exsangues consertæ cædis acervos Præcipiti plangore ruunt.

PLANGUS, i, m. 2. *V.* PLANCUS.

PLĀNĬPĒDĬUS, a, um, adject. humilis, ut Planipedia comœdia. *Donat.* in *fragm. de comœd. et trag.* Planipedia dicta ob humilitatem argumenti, ac vilitatem actorum, qui non cothurno aut socco utuntur in scæna aut pulpito, sed plano pede: vel ideo quod non ea negotia continet, quæ personarum in turribus, aut in cœnaculis habitantium sunt, sed in plano et humili loco. *V.* vocem sequent.

PLĀNĬPES, ĕdis, m. 3. mimus, qui interim dum in scæna fabulæ explicarentur, non in suggestu scænæ seu podio, sed in plano orchestræ

riciniatus actitabat, vel nudis pedibus, h. e. non cum soccis, ut comici, neque cum cothurnis, ut tragici, scænam ingrediebatur. Utramque opinionem affert *Diomed.* 3. p. 487. *Putsch.*, sed priorem præferunt *Scaliger* ad *Fest.* p. 181. 22. *Müll.* et *Voss. Instit. poet. l.* 2. c. 32., quamvis enim, inquiunt, verum est, pedibus nudis fuisse; tamen falsum, pedem nudum esse pedem planum: patet igitur, planipedem esse, qui, uti dicunt Itali, *a piè piano recita*. *V.* PEDEPLANA et PLĀNUS. At recentiores putant *planipedem* excalceatum fuisse, collato *Senec. Ep.* 8. *V.* EXCALCEATUS. *Atta* apud *Diomed. loc. cit.* Daturin' estis aurum? exsultat planipes. *Gell.* 1. 11. *a med.* Quid enim foret ista re ineptius, si ut planipedi saltanti, ita Graccho contionanti numeros et modos tibicen incineret? *Juvenal.* 8. 189. populi frons durior hujus, Qui sedet et spectat triscurria patriciorum, Planipedes audit Fabios (Cf. *Sueton. Ner.* 4.; et *Tac.* 3. *Hist.* 62.). *Macrob.* 2. *Saturn.* 1. Hæc nobis sit litterata lætitia, et docta cavillatio, vicem planipedis et fabulonis (sannionis?), impudica et prætextata verba jacientis, ad pudorem ac modestiam versus imitata. *Cassius* apud *Quintil.* 5. 11. 24. Quis istam faciem planipedis senis torquens? *Alii leg.* Quis iste? faciem etc. *Alii melius* lanipedis. *h. e.* laneis vinculis pedes deligatos habentis, tamquam ulcerosi sint: atque adeo tardigradi, lenti. Plura de planipedibus habent *Reuvensius Collect. litter. T.* 1. *p.* 51. 62. et *Osannus* in *Analect. crit. T.* 1. *p.* 67. et *seqq.* Ceterum *Festum p.* 274. 33. *Müll.* Recinium-esse dixerunt *viriliis* togae *simile vestimentum, quo* mulieres utebantur, prætextum clavo purpureo, unde reciniati mimi planipedes. Adde *Auson. epist.* 11.

PLĀNĪTAS, ātis, f. 3. *Tac. dial. de Orat.* 23. *ad fin.* Ea est electio inventionis, is ordo rerum, is compositionis decor, sententiarum planitas, etc. *h. e.* æquabilitas, vel perspicuitas. *Alii mallent* plenitas, *alii* sanitas, *alii* gravitas.

PLĀNĪTĬA, æ, f. 1. et

PLĀNĪTĬES, ēi, f. 5. *pianura, piano, pianezza, ὁμαλότης, πεδίον*, æqualitas loci, æquor, locus planus. — *a*) Formâ *planities* apud *Cic.* 6. *Verr.* 48. 107. Quo in summo (*loco*) est æquata agri planities et aquæ perennes. *Id.* 1. *Divinat.* 1. 2. Principio Assyrii propter planitiem magnitudinemque regionum, quas incolebant, etc. *Cæs.* 1. *B. C.* 43. Erat inter oppidum et collem planities circiter passuum CCC. *Sall. Cat.* 62. Planities erat inter sinistros montes. *Lucret.* 4. 294. Planitiem ad speculi veniens quum offendit imago. *Id. ibid.* 290. dixerat *æquor speculi*. — *b*) Formâ *planitia* apud *Auct. B. Hisp.* 28. *extr.* Interim nulla planitia dividit. *Auct. B. Afr.* 28. Consederat cum copiis rex loco natura munito, quod erat ipse excelsior; planitia ex omnibus partibus subjecta. Adde *ibid.* 51. et *Liv.* 44. 6. *ad fin.* Partem planitiei aut Jovis templum, aut oppidum tenet. *Vitruv.* 7. 3. Planitiæ coronarum sunt periculosæ. *Inscript.* apud *Gruter.* 152. 7. SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS CLIVOM MARTIS PECVNIA PVBLICA IN PLANITIAM REDIGENDVM CVRAVIT. Alia vero eadem sententia, quæ sub Constantio et Constante Augg. insculpta est, apud *Murat.* 465. 9. SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS CLIVVM TIBVRTINVM IN PLANITIEM REDEGIT.

PLĀNĪTŪDO, ĭnis, f. 3. planitia. *Gloss. Philox.* Planitudo, ὁμαλία. Tribuunt et *Columellæ* 4. *R. R.* 30. 4. Sed *V.* PLENITUDO. Certa est lectio apud *Boeth.* 2. *Arithm.* 28. *p.* 1035. Unitas quum vel se ipsa multiplicaverit, vel in planitudine, vel in profunditate, vel si alium quemlibet numerum per seipsam multiplicet, a prioris quantitatis forma non discrepat. *et ibid.* 25. *p.* 1340. Habebit superficies VI., quorum singula planitudo tetragono illi priori æqualis est. Adde *eumd. Geom.* 2. *p.* 1526. et 1528.

PLĀNĪTUS, adverb. plana via. *Tertull. Pall.* 4. Quo planitus adeantur. *Alii melius leg.* plenius. Legitur tamen in *Gloss. Lat. Gr.* Planitus, ὁμαλῶς.

PLĀNO, as, are, a. 1. *appianare*, ὁμαλίζω, planum facio, complano. *Coripp.* 2. *Laud. Justin.* 223. Ante pedes planate vias. *Id.* 4. *Johann.* 1063. Implicitas planate vias. *Alcim.* 5. 698. Tum vallis completa perit, fluctuque reverso Ducitur extentum planati gurgitis æquor.

PLANTA, æ, f. 1. (cujus vocis notatio apud etymologos valde est incerta) duo præcipue significat; scilicet

A) Est surculus, seu ramus tenerior et virens, qui in summitate ramorum ab arbore emittitur, et desectus transferri, aut inseri potest, κλαδίσκος, κλών, ωνος (It. *ramuscello, pollone, marza*; Fr. *plant, rejeton, surgeon, jeune branche, bouture*; Hisp. *planta, renuevo, vástago, pimpollo*; Germ. *ein grünender Zweig, Pfropfreis, Pflanzreis*; Angl. *a small twig or branch, a sprout, shoot, sprig, a graff, scion*). *Cic. Senect.* 15. 52. Malleoli, plantæ, sarmenta, viviradices, propagines, nonne ea efficiunt, ut etc.? *Varro* 1. *R. R.* 55. 3. Qui quatiet, ne adversam cædat: sæpe enim ita percussa olea defert de ramulo plantam. *Virg.* 2. *G.* 23. Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum, Deposuit suicis. *et* 300. neve flagella Summa pete, aut summa destringe ex arbore plantas. *et* 78. enodes trunci resecantur, et alte Finditur in solidum cuneis via: deinde feraces Plantæ immittuntur. — Apud *Festum p.* 250. 2. *Müll.* planta oleaginea est virga foliata ex olea deplantata. — Si cum *ramus* jungatur, ita ab eo differt, ut minor a majore: vel *planta* una virga constat, *ramus* pluribus. *Colum.* 5. *R. R.* 10. 6. Semina si ex veteribus ramis sumes, illos magis eligito, qui sunt contra solem, quam qui umbris, ramis, aut plantis continentur. *At* Schneider. *ex Codd. alia* inserit et aliter *leg. Id. Arbor.* 20. 2. Arbor insita fructuosior est, quam quæ insita non est, idest quam quæ cum ramis, aut plantis ponitur. ¶ 2. Per synecdochen est tota arbor, aut herba, *pianta*, φυτον, sed cum respectu ad translationem, aut sationem. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 11. 14. (75). Plantas ex seminario transferre in aliud, priusquam suo loco ponantur. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 40. Hæ res (h. e. *herbæ, quæ condimentorum causa seruntur*) et semine et plantis circa æquinoctium vernum seruntur. *Ovid. Remed. am.* 193. Ipse potes riguis plantam deponere in hortis. *Pallad.* 5. *R. R.* 2. Aliqui oleas in radicibus inserunt, et ubi comprehenderint, cum aliqua parte radicis avellunt, et transferunt more plantarum. ¶ 3. Et universim quidquid e terra germinat. *Juvenal.* 3. 226. Hortulus hic, puteusque brevis, nec reste movendus, In tenues plantas facili diffunditur haustu.

B) Apud *Paul. Diac. p.* 231. 2. *Müll.* dicuntur *plantæ* etiam semina olerum, quod plana sunt. Appellantur etiam, inquit *Id.*, ex simili plantæ nostrorum pedum. Dicitur enim *planta pedis*, et *planta* absolute, solum pedis, et ipse pes, *pianta, e pianta del piede, piede, πέλμα. Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (24). In meridianis Indiæ viris plantas esse cubitales, feminis adeo parvas, ut struthopodes appellentur. *et ibid.* (11). Homines aversis post crura plantis, eximiæ velocitatis. *Virg.* 10. *Ecl.* 49. Ah! tibi ne teneras glacies secet aspera plantas. *Id.* 8. *Æn.* 458. Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis. *Ovid.* 10. *Met.* 591. Aura refert oblata citis talaria plantis. *Sil. It.* 13. 246. per aperta volantem Assequitur planta. *h. e.* cursu. Sic *Id.* 16. 458. læta ad certamina plantæ Invitat. *Id.* 6. 212. Quadrupedem planta fodiens. *h. e.* calcaribus. *Seneca Ep.* 111. Exsurgere in plantas. *alzarsi in punta di piedi. Val. Flacc.* 6. 702. Improba barbaricæ procurrunt teginina plantæ. *h. e.* pedis barbarico calceo induti, vel etiam ipsius calcei. — *Supra plantam*, proverb. apud *Val. Max.* 8. 12. *extr.* et *Ammian.* 28. 1. *ante med.* eamdem habet sententiam, ac *supra crepidam*. *V.* CREPIDA. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* PLANCUS.

PLANTĀGO, ginis, f. 3. herba vulgaris, cujus duo genera. Minor angustioribus foliis et nigrioribus, linguæ pecorum similis (unde ἀρνόγλωσσον dicitur), caule anguloso, in terram inclinato, in pratis nascens. Altera major, foliis laterum modo inclusa, quæ quia septena sunt, quidam eam heptapleuron vocavere. Hujus et caulis cubitalis est, et napi similis. Nascitur in humidis multo efficacior. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 8. 39. (80).

PLANTĀRIS, e, adject. duo significat, scilicet

A) Pertinens ad plantas, quæ seruntur; hinc

I.) Proprie *plantaria* n. plur. absolute sunt ipsæ plantæ. *Virg.* 2. *G.* 26. Silvarumque aliæ pressos propaginis arcus Expectant, et viva sua plantaria terra. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 10. 34. (60). Abrotonum seritur semine melius, quam radice aut surculo; semine quoque non sine negotio: plantaria transferuntur. *Juvenal.* 13. 123. non Epicurum Suspicit exigui lætum plantaribus horti. *h. e.* oleribus, *erbaggi*. Hæc etiam ad vocem sequent. pertinere possunt.

II.) Figurate. *Pers.* 4. 39. Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant. *h. e.* inguina densis pilis obsita. Sic *Auson. epigr.* 131. Sed quod et elixo plantaria podice vellis. *h. e.* vellis pilos circa podicem, frequenti balneo velut elixum, nascentes. — Alio sensu. *Coripp.* 2. *Johann.* 38. Tunc furor incerti posuit plantaria Martis. *h. e.* serit causas belli.

B) Est etiam ad plantam pedis spectans, πελματωδης. *Stat.* 1. *Theb.* 304. *de Mercurio*. Summa pedum propere plantaribus alligat alis. *Val. Flacc.* 1. 67. nunc aerii plantaria vellet Perseos.

PLANTĀRĬUM, ii, n. 2. *semenzajo, seminario, φυτευτήριον*, locus plantarum, seminarium. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 8. (36). *de palmis*. Ergo plantaria instituunt, anniculasque transferunt, et iterum bimas. *Id.* 17. *ibid.* 20. 34. (149). Ideo nucibus potius, quam viviradicibus, plantaria cædua implentur. *Id.* 16. *ibid.* 33. 60. (141). *de cupressu*. Quæstuosissima in satus ratione silva; vulgoque dotem filiarum antiqui plantaria appellabant. Ubi *Sillig.* plantaria ea appellabant *scribendum est*. V. et voc. præced. sub *A*.

PLANTĀTĬO, ōnis, f. 3. *piantamento, piantagione, φύτευσις*, actus plantandi, aut transferendi. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 4. 10. (17). *de rosis*. Pangæus mons fert numerosis foliis ac parvis: accolæ transferentes conserunt, ipsaque plantatione proficiunt.

PLANTĀTOR, ōris, m. 3. *piantatore*, qui plantat. Est *Augustini Ep.* 89. (*al.* 157.) 20. et *Ep.* 112. (*al.* 147.) *sub init.* et *serm.* 358. *edit. recent. in fin.*

PLANTĀTRIX, īcis, f. 3. quæ plantat. *Cassiod.* 11. *Variar.* 38. *de charta ex papyro*. Quæ (*facies*) nigredinem suscipit ad decorem, ubi apicibus elevatis fecundissima verborum plantatrix seges fructum mentibus toties suavissimum reddit, quoties desiderium lectoris invenerit. *Alii leg.* plantata.

PLANTĀTUS, a, um. *V.* PLANTO.

PLANTĬGER, gĕra, gĕrum, adject. φυτοφόρος, plantas gerens, vel ex se pullulando emittens. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 8. 16. (59). Siliqua plantigera est imis partibus.

PLANTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Plantatus*. — Plantare est per plantam arborem serere, aut transserere, *piantare, trasplantare, φυτεύω, μεταφέρω*. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 10. 13. (67). Stolones cum perna sua avelluntur, partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt secum. Hoc modo plantantur punicæ, coryli, mali, sorbi. *Pallad.* 4. *R. R.* 5. Sinapis et caules optime seruntur, vel plantantur. *h. e.* semine, vel planta. *Vulgat. interpr. Luc.* 13. 6. Arborem fici habebat quidam plantatam. *Cyprian. de Cruc.* 3. de sterili succiso robore lignum Plantatum. *Venant. Fortun.* 2. 1. Tu plantata (*Crux*) micas, secus est ubi cursus aquarum.

PLANŪLA, æ, f. 1. deminut. planæ, *pialletta*, nostratei vulgo *pianetta* vocant. *Gloss. Philox.* Planula, ἐγκοπίς. *V.* PLANA.

PLĀNUM, i, n. 2. *V.* PLANUS, a, um, sub I. *b*.

PLĀNŪRA, æ, f. 1. *pianura*, planities, planus campus. *Var. auct. de limit.* p. 260. *Goes.* Trifinium duabus lineis descendit per planuriam. corrige planiciam. *Id. ibid.* p. 277. Vallis, in qua planura et pratum.

PLĂNUS, a, um, adject. Comp. *Planior* et Sup. *Planissimus* I. et II. 2. — Planus est æquus, æqualis, æquabilis, in quo nihil eminet, non clivosus, non editus, ὁμαλός (It. *piano, eguale, piatto, spianato*; Fr. *plan, plain, uni, égal, plat*; Hisp. *llano, igual, plano*; Germ. *platt, plan, eben, flach*; Angl. *plain, even, flat, level, smooth*).

I.) Proprie. — *a*) Adjective. — Generatim. *Plaut. Trin.* 3. 2. 19. Facilis et plana via. *Cic. 2. Nat. D.* 18. 47. Quum duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis. *Id. Tim.* 5. Si universitatis corpus planum et æquabile explicaretur. *Id. Cœcin.* 17. 50. Æquus et planus locus. *Id. 2. leg. Agr.* 35. 96. Capua planissimo in loco explicata. *Cæs. 4. B. G.* 23. *extr.* Aperto ac plano litore naves constituit. *Plin. 9. Hist. nat.* 20. 37. (73). *et ibid.* 51. 74. (158). Plani pisces. *V.* in JACENS. *Liv.* 34. 29. A porta unde aditus planior erat, irrumpere conabantur. *Ulp. Dig.* 43. 8. 2. *a med.* Deteriorem viam fieri, si, quum plana fuerit, clivosa fiat. *Quintil.* 5. 10. 37. Locus montanus, an planus. *Id.* 7. 2. 6. Luna globulosa, an plana, an acuta. — Speciatim. *Pes planus* idem ac pedeplanus. *V.* PEDEPLANA. *Vitruv.* 6. 11. Ædificia, quæ plano pede instituuntur. *h. e.* sine hypogæis et concamerationibus. *Id.* 7. 1. Si plano pede erit ruderandum. *a piè piano*: cui opponitur *in contignatione*. Sic *ibid.* 4. Conclavia, quæ plano pede sunt. — *b*) *Planum, i*, n. 2. absolute, substantivorum more, est planities, *piano, pianura*. — Generatim. *Justin.* 2. 10. 24. *de Xerse.* Montes in planum deducebat, et convexa vallium æquabat. *Sall. Jug.* 53. *extr.* Aciem in planum deducit. *Ovid.* 2. *Art. am.* 243. per planum ire. *cui mox opponit* per præceps. *Id.* 3. *Trist.* 4. 17. cadere in plano. *cui mox opponit* tecto delapsus ab alto. *Seneca Tranquill.* 10. *a med.* In planum deferre aliquid. *Flor.* 4. 12. Castra quæ in plano erant. *Id.* 3. 5. In plana descendere. *alla pianura. Phædr.* 2. 4. quercum vult evertere, Ut nostram in plano facile progeniem opprimat. *Quintil.* 12. 9. 2. Per plana et amœna. *Id.* 5. 10. 21. Piscium genera alia planis gaudent, alia saxosis. — Speciatim. *De plano*, ex æquo loco, non ex edito, *in piano, in piana terra*, χαμόθεν, ἐξ ἐπιπέδου. *Ulp. Dig.* 13. 6. 5. *ante med.* Hoc verum puto, si servum tibi commodavi, ut in machina operaretur: ceterum si ut de plano opus faceret, etc. *Auson. Grat. act.* 21. Has litteras si in omnibus pilis atque porticibus, unde de plano legi possint, instar edicti pendere mandavero. Hinc illæ notæ V. D. P. R. L. P. in edictis et legibus proponendis, quæ habentur in ænea Tabula optimæ notæ apud *Murat.* 582. 2. *lin.* 16., hoc est *Unde*, vel *ubi de plano recte legi possint*: quæ verba integra habentur in *Inscript.* apud *Gruter.* 509. *lin.* 22. Et in *alia* apud *Visc. Mus. Pio-Clem. T.* 6. *p.* 241. *edit. Mediol.* HOC DECRETVM POST TRES RELATIONES PLACVIT IN TABVLA AEREA SCRIBI ET PROPONI IN PVBLICO VNDE DE PLANO RECTE LEGI POSSIT. At contrarium fecit Caligula, qui, teste *Sueton. Cal.* 41., proposuit quidem legem, sed et minutissimis litteris et angustissimo loco, uti ne describere liceret. His similia habet *Dio l.* 59. *c.* 28. — Item speciatim apud JCtos significat omissa forma judicii, vel extra tempus juris dicendi, *in forma estragiudiziaria*: cui *pro tribunali* opponitur: hinc judices *pedanei*, et decuriones *pedani* vel *pedarii* dicebantur, qui non in tribunali, seu biselliis, sed in subselliis sedebant. *V.* PEDANEUS et PEDARIUS. *Sueton. Tib.* 33. Judices aut e plano, aut e quæsitoris tribunali, legum et religionis admonebat. *Paul. Dig.* 48. 18. 18. *extr.* Custodiæ non solum pro tribunali, sed et de plano audiri possunt atque damnari. Adde *Ulp. ibid.* 33. 1. 3. *sub fin.* et alibi. Huc pertinet illud *Senec. Clem.* 5. Hæc magnanimitas in bona fortuna laxiorem locum habet, meliusque in tribunali, quam in plano conspicitur. *h. e.* in homine divite ac nobili, quam paupere et humili loco nato.

II.) Translate. ¶ 1. *De plano* est facili negotio, nullo labore, non multa opera et cura adhibita. *Lucret.* 1. 411. Hoc tibi de plano possum promittere, Memmi. Cf. *Cic. Flacc.* 42. 105. Illam viam vitæ, quam ante præcipitem et lubricam esse ducebat, huic planæ et stabili præponendam esse. ¶ 2. Est etiam *planus*, apertus, clarus, manifestus, qui facile intelligitur, *piano, chiaro. Plaut. Pers.* 2. 2. 1. Satin' hæc sunt tibi plana et certa? *Cic. Topic.* 26. 97. Ut narrationes planæ sint, breves, evidentes. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (21). Minus plana de Deo conjectatio. *Quintil.* 8. 2. 22. Sermo et doctis probabilis et planus imperitis. *Id.* 8. 2. 24. Quæ causa-dicta obscurius est; ad planiora et communia magis verba descendimus. *Id.* 2. 3. 6. Quis plurimum in præcipiendo valet ratio, quæ doctissimo cuique planissima. *Codd. leg.* plenissima. V. *Spalding.* ad *h. l.* — Planum est, *è cosa chiara. Plaut. Capt.* 3. 4. 32. Pol planum id quidem est, non novisse. Adde *eumd. Mil. glor.* 2. 4. 52. — *Planum facere*, patefacere, declarare, ante oculos ponere, *far vedere, spiegare ad evidenza. Cic.* 7. *Verr.* 64. 165. Quum hæc omnia quæ polliceor, cumulate tuis proximis plana fecero. *Id.* 2. *ibid.* 14. 40. Quum planum facere multis testibus possim, Verrem dixisse, etc. *Lucret.* 2. 934. planum facere atque probare.

PLĂNUS, i, m. 2. *impostore, ingannatore, barattiere, furbo*, πλάνος vel πλανήτης, ut est apud *Sophocl. Œd. Col.*, proprie est erro, vagabundus, a πλάνη *error*: sed accipitur etiam pro eo, qui decipiendi causa vagatur, impostore, nebulone, sycophanta, fraudulento, fallaci, ut et *Gell.* observat 16. 7. *Cic. Cluent.* 26. 72. Hic ille planus improbissimus, qui etc. *Petron. Satyr.* 82. Notavit me miles, sive ille planus fuit, sive nocturnus grassator. *Acron.* ad *Horat.* 1. *Ep.* 17. 59. scribit, *Planum* nomen fuisse notissimi impostoris, qui quum finxisset aliquoties, se crus fregisse, ut in vehiculo tolleretur, quum postea vere crus fregisset, rogaretque, ut vehiculo in Urbem reportaretur, non fuit ei creditum. *Horat. loc. cit. sub fin.* Nec semel irrisus triviis attollere curat Fracto crure Planum. *Recentiores tamen putant etiam hic* planum *esse nomen commune. Capitolin. M. Aurel.* 13. Planus quidam contionabundus, ignem de cælo lapsurum, finemque mundi affore dicebat. Adde *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (89).; et *Arnob.* 2. 32. *extr.* etc.

PLASÉA. *V.* PALASEA.

PLASMA, ătis, n. 3. πλάσμα, a πλάσσω *fingo*,

I.) Proprie est opus fictile figuli arte e luto formatum. Hinc a poetis Christianis nonnunquam de homine dicitur, qui e luto factus est. *Prudent.* 7. *Cathemer.* 184. Emancipator servientis plasmatis. *et* 9. *ibid.* 91. Quid tibi, profane serpens, profuit rebus novis, Plasma primum perculisse versipelli hortamine?

II.) Translate. ¶ 1. Est fictio, figmentum, *finzione. Auson. Epist.* 10. 1. Si qua fides falsis unquam est adhibenda poetis, Nec plasma semper allinunt. *Id. Perioch. Homer. præf.* Plerique Helenam juxta Homericum plasma ad Trojam deportatam fuisse existimaverunt. *Capell.* 9. *p.* 309. Jam vos vicissim proque lege numinum Post has sonabit disgregato plasmate. h. e. unumquemque canet particulari fictione. *Id. ibid. p.* 336. disciplinas cyclicas Garrire agresti nuda finxit plasmate. Adde *Fulgentii* loc. cit. in PHASMA. *Prosper Aquit. epigr.* 100. 3. Lubrica dum trepido mendacia plasmate fingit. ¶ 2. Est etiam potio ex dulcioribus quibusdam rebus composita, qua colluebant os et fauces ad fingendam vocem, ut liquida esset, clara et suavis, *gargarismo per la voce. Pers.* 1. 17. Sede leges celsa, liquido cum plasmate guttur Mobile collueris. *Quintil.* 1. 8. 2. Si lectio non in canticum dissoluta, nec plasmate, ut nunc a plerisque fit, effeminata.

PLASMĂBĬLIS, e, adject. qui plasmatur, qui fingitur. *Venant. Fortun.* 2. 5. 3. In me qui regit ire lutum plasmabile numen.

PLASMĂTĬO, ōnis, f. 3. actus plasmandi. *Hieronym. Ep.* 22. *n.* 38. Quomodo possunt honorare plasmationem hostis sui?

PLASMĂTOR, ōris, m. 3. qui plasmat. *Tertull. advers. Jud.* 2. Deus universitatis conditor, hominis plasmator.

PLASMĂTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PLASMO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Plasmatus*. — Plasmare est e luto fingere, formare, πλάσσω. *Prudent. Apotheos.* 933. Ut per corpoream speciem plasmasse feratur Corporis effigiem. *Tertull. Spectac.* 23. Ideo homini oculos Deus plasmavit, ut vapulando deficiant? *Id. advers. Jud.* 13. *circa med.* Illa terra virgo, ex qua homo tunc primum plasmatus est.

PLASSO, as, are, a. 1. plasmo, fingo, formo, πλάσσω. Est *Apicii* 2. 1. Isicia plassantur.

PLASTES, æ, m. 1. *chi fa statue, o altro di terra cotta*, πλαστης, qui vasa vel statuas, aliave opera ex argilla vel gypso facit, figulus: a πλάσσω *fingo. Vellej.* 1. 17. 4. Hoc idem evenisse grammaticis, plastis, pictoribus, scalptoribus. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 45. (154). Plastæ laudatissimi fuere Damophilus et Gorgasus, iidemque pictores. *Tertull. Idolol.* 3. Neque interest, an plastes effingat idolum, an cælator exsculpet. *Edict. Dioclet. p.* 20. Plastes imaginarius, plastes gypsarius. *V.* GYPSARIUS et GYPSOPLASTES.

PLASTĬCA. *V.* PLASTICE init.

PLASTĬCĀTOR, ōris, m. 3. qui ex argilla opus facit. *Firmic.* 8. *Mathes.* 16. Erunt aurifices, bracteatores, inauratores, plasticatores, margaritarii.

PLASTĬCE, es, f. 1. πλαστική. *Plastica, æ*, Latina positione usurpatur a *Tertull. Cult. fem.* 2. *sub fin.* et *ibid.* 5. et *Spectac.* 18., ubi de hominis creatione sermo est. — Ceterum *plastice* est ars faciendi statuas, aliudve opus ex gypso, creta, aut argilla: a πλάσσω *fingo*, It. *arte di fare statue di terra cotta, o di stucco. V.* GYPSOPLASTES. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 43. (151). narrat, Dibutadem (*Silliq.* legit *Butadem* collato paragr. 152.). Sicyonium figulum, primum invenisse Corinthi, filiæ opera, quæ capta amore juvenis, illo abeunte peregre, quum umbram ex facie ejus ad lucernam in pariete lineis circumscripsisset, illis pater impressa argilla typum fecit, et cum ceteris fictilibus induratum igni proposuit. *Id. ibid.* 12. 45. (156). Qui plasticen matrem cælaturæ, statuariæ sculpturæque dixit.

PLASTĬCUS, a, um, adject. πλαστικός, ad plasticen pertinens, h. e. ad fingendum ex argilla. *Vitruv.* 1. 1. *a med.* Architectus non potest esse plastes, ut Myron, sed rationis plasticæ non ignarus. *Tertull.* 1. *ad Nation.* 12. Plastica manus. — Hinc

Plasticus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est idem ac plastes. *Firmic.* 7. *Mathes.* 25. Faciet pictores, plasticos, aurifices.

PLASTĬCUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

PLASTUS, a, um, adject. idem ac plasticus. Figurate *Fulgent.* 1. *Mythol. præf. ad fin.* Jam simulacra modis mentes fallentia plastis. *h. e.* fictis et fallacibus.

PLĂTĂLĒA, æ, f. 1. avis, de qua *Cic.* 2. *Nat. D.* 49. 124. Legi etiam scriptum, esse avem quamdam, quæ platalea nominaretur: eam sibi cibum quærere advolantem ad eas aves, quæ se in mari mergerent; quæ quum emersissent piscemque cepissent, usque eo premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent, id quod ipsa invaderet. Eademque hæc avis scribitur conchis se solere complere, easque quum stomachi calore concoxerit, evomere, atque ita eligere ex iis, quæ sunt esculenta. Hæc *Cicero*. Eadem narrat *Plin.* 10. *Hist. nat.* 40. 56. (115). sed *plateam* vocat. *Aristot. l.* 9. *Hist. anim. c.* 10. πελεκᾶνα. Et Italis multi dicunt *palettone*.

PLĂTĂNĒTUM, i, n. 2. idem ac platanon. *Gloss. Philox.* Πλατανών, platanetum.

PLĂTĂNĪNUS, a, um, adject. πλατανινός, qui ex platano est. *Colum.* 12. *R. R.* 16. 3. Alii foliis vitigineis, nonnulli plataninis semivietas uvas contegunt.

PLĂTĂNISTA, æ, m. 1. πλατανιστής, piscis, de quo *Plin.* 9. *Hist. nat.* 15. 17. (46). In Gange Indiæ platanistas vocant, rostro delphini et cauda, magnitudine autem sexdecim cubitorum.

PLĂTĂNON, ōnis, m. 3. πλαταγών, locus platanis consitus. *Petron. Satyr.* 131. Postero die in eumdem platanona descendi. *Martial.* 3. 19. Exornant fictæ quæ platanona feræ. *Vitruv.* 5. 11. *ad fin.* Faciunda autem xysta sic videntur, ut sint inter duas porticus silvæ, aut platanones. — Rectus casus *platanon* est apud *Plin.* 1. *Ep.* 3., et in quibusdam editionib. Græcis litteris πλαταγών.

PLĂTĂNUS, i, f. 2. In quarta declinat. *Virg. Cul.* 122. prona surgebant valle patentes Aeriæ platanus. *Est qui legit* platani. — Ceterum *platanus*, πλάτανος, *Platanus orientalis* Linn., It. *platano*, est arboris genus, quod umbræ tantum gratia expetitur: a πλατύς *latus*. Hinc ab *Horat.* 2. *Od.* 15. 4. cælebs dicitur, quia non solet adhiberi ad vites fulciendas, ut ulmus. *Cic.* 1. *Orat.* 7. 28. Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, quam illa, cujus umbram secutus est Socrates, quæ mihi videtur non tam ipsa aquula, quæ describitur, quam Platonis oratione crevisse. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 1. 3. (6). Quis non jure miretur, arborem umbræ gratia tantum ex alieno petitam orbe? Platanus hæc est, mare Ionium Diomedis insula tenus ejusdem tumuli gratia primum invecta, inde in Siciliam transgressa, atque inter primas donata Italiæ, et jam ad Morinos usque pervecta, etc. *et mox* 5. (9). Celebratæ sunt primum in ambulatione Academiæ Athenis cubitorum XXXIII. Nunc est clara in Lycia, gelidi fontis socia amœnitate, itineri apposita domicilii modo, cava octoginta atque unius pedum specu, nemorosa vertice et se vastis protegens ramis, arborum instar, agros longis obtinet umbris, etc. *V.* ibi reliqua. *Virg.* 2. *G.* 70. Et steriles platani malos gessere valentes. Adde *Cic.* 2. *Divinat.* 30. 63.; et *Ovid.* 10. *Met.* 95. et 13. *ibid.* 794.

PLĂTĔA, æ, f. 1. πλατεία. Extrita subjunctiva diphthongi pænultima corripitur. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 69. Puræ sunt plateæ, nihil ut properantibus obstent. Adde *Catull.* 15. 7. — Platea ¶ 1. Est via lata in urbe: a Græca voce allata, in qua supplendum est ὁδός *via*. Est enim adject. femin. nominis πλατύς *latus* (It. *strada larga*; Fr. *large rue, place publique*; Hisp. *calle ancha, plaza*; Germ. *eine Strasse in der Stadt*; Angl. *a bread way or street*). *Ter. Andr.* 4. 5. 1. In hac habitasse platea dictum est Chrysidem. *Cæs.* 1. *B. C.* 27. Portas obstruit, vicos plateasque inædificat. *Auct. B. Alex.* 2. *extr.* Turres subjectis rotis, funibus, jumentisque, directis plateis, in quamcumque erat visum partem movebant. ¶ 2. Quandoque etiam capitur pro area in mediis ædibus, *cortile. Lamprid. Elagab.* 24. Plateas in Palatio stravit Lacedæmoniis et porphyreticis saxis.

PLĂTĔA, æ, f. 1. nomen avis, πελεκάν. *V.* PLATALEA.

PLATEOLA, æ, f. 1. deminut. plateæ, *piazzetta*, parva platea. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 194.

PLĂTESSA, æ, f. 1. genus piscis plani et jacentis. *Auson. Epist.* 4. 58. mollesque platessæ.

PLĂTĬCĔ, adverb. πλατικῶς, *alla grossa, rozzamente*, ruditer, laxe, universim. *Firmic.* 2. *Mathes.* 16. Debet enim is, qui instituitur, primum platice iustitui, ut his apertioribus levioribusque compositus, secretiora deinceps confidentius consequatur.

PLĂTĬCĔ, es, f. 1. *abbozzo*, πλατική, rudis et compendiaria instructio, quam postea sequitur plenior doctrina. *Firmic.* 2. *Mathes.* 16. *extr.* Nunc ad platicem, locorumque definitionem revertamur.

PLĂTĬCUS, a, um, adject. πλατικός, laxus, latus, remotus. *Firmic.* 3. *Mathes.* 2. *a med.* Et quamvis quidam putent, platicam istam dispositionem esse, discentis tamen ingenium facili institutionis magisterio componit. *un abbozzo.*

PLĂTŌNĬA *vel* platunia, æ, f. 1. *lastra marmorea*, lapis in tabulæ formam dissectus: ex deminut. πλατύνιον *tabella*, ut videtur. *Auct. de limit. p.* 248. *Goes.* Terminos in modum platuniæ posuimus, ut qui nesciunt, milliarios eos putent. *Alii leg.* platumæ. *Cassiod.* 3. *Variar.* 9. In municipio itaque vestro sine usu jacere comperimus columnas, et lapides vetustatis invidia demolitos. *et mox.* Supra memoratas platonias, vel columnas ad Ravennatem civitatem contradat modis omnibus devehendas. *Alii leg.* platomas. V. *Ducang.* in *Gloss. med. et inf. Lat.* in V. *Platonæ*. *V.* STRATEGEUM. Ceterum vox *platonia* mire corrupta est a Latinis, quum debeat esse *platumma* vel *platymma, atis*, a Græco πλάτυμμα, πλάτυσμα.

PLĂTŌNĬTAS, ātis, f. 3. qualitas et proprietas Platonis. *Boeth.* in *Aristot. libr. de interpr. ed. sec. p.* 339. Age enim, incommunicabilis illa Platonis proprietas, Platonitas appelletur; eo enim modo qualitatem hanc Platonitatem ficto vocabulo nuncupare possumus, quo modo hominis qualitatem dicimus humanitatem. Hæc ergo Platonitas solius unius est hominis, et hoc non cujuslibet, sed solius Platonis: humanitas vero et Platonis et ceterorum, quicumque hoc vocabulo continentur; unde fit, ut quoniam Platonitas in unum convenit Platonem, audientis animus Platonis vocabulum ad unam personam unamque particularem substantiam referat.

PLĂTŸCĔROS, ōtis, m. 3. πλατύκερως, *daino*, lata cornua habens: a πλατύς *latus* et κέρας *cornu*. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 45. (123). Aliorum (*animalium cornua*) fudit in palmas, digitosque emisit ex iis: unde platycerotas vocant. *h. e.* dorcades. Πλατυκέρωτας quidam leg. et apud *Varron.* 2. *R. R.* 1. 5., ubi libri habent *caprarum quas Latine rotas appellant*. Alii melius leg. *strepsicerotas* pro inepta lectione *rotas*. Adde *Not. Tir. p.* 175., ubi tamen mendose *platoceros* pro *platyceros* legitur.

PLĂTŸCŌRĬĂSIS, is, f. 3. pupillæ ultra naturalem modum dilatatio, morbus equorum oculos infestans: a πλατύς *latus* et κόρη *pupilla*. *Veget.* 2. *Veterin.* 16. Sic de hominibus *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 6. *ad fin.* Nam phthisis et mydriasis certissima paralysis oculorum est. Quæ phthisis ex contractione vel deminutione pupillæ contingit: ea resolutione vero vel dissolutione pupillæ mydriasis, quam medici platocoriasin (*scribe* platycoriasin) appellaverunt.

PLĂTŸOPHTHALMUS, i, m. 2. πλατυόφθαλμος, ita cognominatur stibium, lapis spumæ candidæ nitentisque, oculos dilatans: a πλατύς *latus* et ὀφθαλμός *oculus*. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 34. (102).

PLĂTŸPHYLLON, i, n. 2. πλατύφυλλον, genus tithymali latis foliis. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 44. (70). *et ibid.* 11. 73. (119). Est autem a πλατύς *latus* et φύλλον *folium*.

PLĂTYS, yos, m. 3. πλατύς, latus. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 58. (90). Nervus, qui platys appellatur.

PLAUDO, dis, si, sum, dere, a. et n. 3. Pro *plaudo* dixere etiam *plodo*, ut *coda* pro *cauda*, *plostrum* pro *plaustrum*, etc., unde *explodo complodo*. *Varro* apud *Non.* p. 487. 5. *Merc.* In balneis plodere cœpimus et murmurari. Adde *Cic. fragm.* apud *Diomed.* 1. *p.* 378. *Putsch.*; et *Quintil.* 6. 1. 52. ed. *Spalding.* — Part. *Plaudens* sub *B.* I.; *Plausus* et *Plaudendus* sub *A.* I. et *B.* I. 2. — Plaudere

A) Active est cum sonitu percutere, plangere, verberare, pulsare, ferire, κροτέω (It. *percuotere, battere con istrepito*; Fr. *frapper, battre quelque chose avec bruit*; Hisp. *cascar, pegar, golpear con fuerte ruido*; Germ. *etwas oder an etwas klatschen, so schlagen, dass es klatscht*; Angl. *to beat, make a noise by beating or striking*).

I.) Proprie. *Virg. Cir.* 179. Non Libyco molles plauduntur pectine telæ. *Ovid.* 2. *Met.* 866. modo pectora præbet Virginea plaudenda manu. *Stat.* 7. *Theb.* 134. clipeum ter pectore plausit. *Id.* 1. *Silv.* 3. 74. vitreasque natatu Plaudit aquas. *Virg.* 6. *Æn.* 644. Pars pedibus plaudunt choreas. *h. e.* pede terram pulsando choreas agunt. — Sic Part. *Plausus* apud *Virg.* 3. *G.* 185. *de equo*. blandis gaudere magistri Laudibus, et plausæ sonitum cervicis amare. *et* 12. *Æn.* 80. Circumstant properi aurigæ, manibusque lacessunt Pectora plausa cavis. *Val. Flacc.* 3. 527. Ipsa citatarum tellus pede plausa sororum Personat.

II.) Figurate. *Ovid.* 14. *Met.* 576. præpes Subvolat, et cineres plausis everberat alis. *strepitando col battere insieme le ali.*

B) Neutrorum more *plaudere* est rem cum re percutiendo sonitum edere.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Cum Ablativo rei. *Virg.* 5. *Æn.* 515. alis Plaudentem figit sub nube columbam. *Ovid.* 8. *Met.* 238. prospexit ab ilice perdix, Et plausit pennis, testataque gaudia cantu est. *Id.* 6. *ibid.* 97. plaudit crepitante ciconia rostro. — *b*) Absolute. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 28. Aversæ inter se manus collisæ non plaudunt, sed palma cum palma collata plausum facit. *risuonano.* ¶ 2. Sæpe est collisis manibus sonitum edere, quod fit quum alicui re bene gesta gratulamur, quum probamus aliquid, quum lætitiam ostendere volumus, *applaudire. Cic.* 16. *Att.* 2. Populum R. manus suas non in defendenda republ., sed in plaudenda consumere. *Alii leg.* in laudando. *et* 2. *ibid.* 19. Huic ita plausum est, ut salva republ. Pompejo plaudi solebat. — *Plaudite*, extrema vox actorum, aut cantoris in theatro peracta fabula, ut apud *Terent.* et *Plaut.* videre est. *Quintil.* 6. 1. 52. Tunc est commovendum theatrum, quum ventum est ad ipsum illud, quo veteres tragœdiæ comœdiæque clauduntur, Plaudite. *Horat. Art. P.* 155. usque Sessuri, donec cantor, vos plaudite, dicat. Cf. *Cic. Senect.* 19. 70. Neque sapienti usque ad Plaudite veniendum est

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro probare, assentiri. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 4. Vatinium arbitratu nostro concidimus, diis hominibusque plaudentibus. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 88. Ingeniis non ille favet plauditque sepultis. ¶ 2. *Plaudere sibi*, sibi placere, blandiri, sua nimium amare, probare. *Plin.* 9. *Ep.* 14. Nec ipse tibi plaudis, et ego nihil magis ex fide, quam de te scribo. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 66. populus me sibilat: at mihi plaudo Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca. ¶ 3. *Plaudere in aliquem*, contra aliquem, et quasi exsibilare. *Minuc. Fel. Octav.* 14.

PLAUROMATI. *V.* PLANARATRUM.

PLAUSĪBĬLIS, e, adject. *plausibile, favorevole, grato, che piace*, κροτητός, qui placet, qui plausum meretur, popularis, gratus. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 3. 8. Censorium nomen, quod asperius antea populo videri solebat, id nunc populare atque plausibile factum est. Cf. *Quintil.* 12. 10. 73. Dicendi genus magis populare atque plausibile. Rursus *Cic.* 3. *Tusc.* 21. 51. Hæc plausibilia non sunt, ut in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant. *Seneca Ep.* 59. Antiqui, apud quos nondum captabatur plausibilis oratio. *Quintil.* 4. 3. 1. Plerisque moris est, prolato rerum ordine, protinus utique in aliquem lætum ac plausibilem locum, quam maxime possint, favorabiliter excurrere.

PLAUSĪBĬLĬTER, adverb. *plausibilmente*, cum plausu. *Sidon.* 8. *Ep.* 10. Magnus orator, si negotium aggrediatur angustum, tunc amplum plausibilius manifestat ingenium.

PLAUSĪLIS, e, adject. plausibilis. *Sidon.* 9. *Ep.* 14. Plausilibus aliquem fovere ulnis. *Alii leg.* plausibilibus. *Not. Tir. p.* 172. Plausilis, plausibilis.

PLAUSĪTO, as, are, n. 1. frequentat. a *plaudo*. *Auct. carm. Philom.* 21. Plausitat arborea clamans de fronde palumbes.

PLAUSOR, ōris, m. 3. *applausore*, qui plaudit. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 130. In vacuo lætus sessor plausorque theatro. *Petron. Satyr.* 5. neve plausor in scæna Sedeat redemptus histrionis addictus. *Sueton. Ner.* 25. Sequentibus currum ovantium ritu plausoribus. — Dicitur etiam *plosor*, ut *plodo* pro *plaudo*. *Sidon.* 9. *Ep.* 3. *a med.* et *carm.* 9. 300.

PLAUSTRĂRĀTRUM. *V.* PLANARATRUM.

PLAUSTRĂRĬUS *vel* plostrarius, a, um, adject. ad plaustrum pertinens. *Cato R. R.* 11.

Asinos plostrarios duos. *et mox.* Jugum plostrarium. — Hinc

Plaustrarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est Ital. *carrozzajo, ἁμαξοπηγός*, opifex plaustrorum. *Lamprid. Alex. Sev.* 24. Linteonum, vitrearіorum, plaustrariorum et ceterarum artium vectigal pulcherrimum instituit. ¶ 2. Item qui plaustrum regit, *carrettajo, ἁμαξιεύς. Ulp. Dig.* 9. 2. 27. *ad fin.* Si ex plaustro lapis ceciderit, et quid ruperit, vel fregerit, Aquiliæ actione plaustrarium teneri placet. *Alii leg.* plostrarium. *Inscript.* Pompejana apud *Romanelli Viagg. a Pompei. T.* 1. *p.* 276. MARCELLINVM AEDILEM LIGNARII ET PLOSTRARII ROG. VT F. *h. e.* rogant, ut faveat. Ibi tamen LIGNARI et PLOSTARI legitur.

PLAUSTRĀRĬUS *vel* plostrarius, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

PLAUSTRĬLŪCUS, a, um, adject. lucens instar sideris, quod plaustrum dicitur; quam vocem vide sub II. *Capell.* 9. *p.* 309. Sub te plaustriluci luminat ignibus Anguis Parrhasias disjiciens feras. *Grotius* mallet *plaustriducis* a *plaustriducus, a, um,* qui plaustro ducitur: sed nihil mutandum, nam *Capella* malus est prosodiæ auctor.

PLAUSTRIX, ĭcis, f. 3. quæ plaudit. Tamquam Latinum agnoscit *Non. p.* 150. 29. *Merc.* Ita tonstrix, ita impulstrix, ita curatrix, ita plaustria, ita assestrix.

PLAUSTRUM *vel* plostrum, i, n. 2. carrus, vehiculum magnis oneribus ferendis aptum, præsertim apud rusticos: a *plaudendo*, quod terram plaudat, ut *Scaligero* placet, *ἅμαξα, ὄχημα* (It. *carro, carretta, carrettone*; Fr. *chariot, chariot de bagage, charrette, voiture*; Hisp. *carro, carreta*; Germ. *der Wagen, bes. der Last-oder Frachtwagen*; Angl. *a waggon, wain, cart*).

I.) Proprie. — *a*) Forma *plaustrum* apud *Plaut. Aulul.* 3. 5. 31. Plus plaustrorum in ædibus videas, quam ruri, quando ad villam veneris. *Cic.* 1. *Divinat.* 27. 57. Se interfectum in plaustrum a caupone esse conjectum, et supra stercus injectum. *Ovid.* 3. *Trist.* 10. 59. Ruris opes parvæ, pecus et stridentia plaustra. *Id.* 12. *Met.* 281. inque humeros limen tellure revulsum Tollit, onus plaustri. *Id.* 4. *Pont.* 7. 9. Ipse vides, onerata ferox ut ducat Iazyx Per medias Istri plaustra bubulcus aquas. *Virg.* 11. *Æn.* 138. Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos. *Juvenal.* 3. 256. Pinum plaustra vehunt. — *b*) Forma *plostrum* apud *Sueton. Vesp.* 22. Nonnulla ejus facetissima exstant, in quibus et hæc: Mestrium Florum, admonitus ab eo, plaustra potius, quam plostra dicenda, die postero Flaurum salutavit. *Cato R. R.* 2. *extr.* Vendat boves vetulos, plostrum vetus. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 8. Juvenci post ejusmodi experimenta vacuo plostro subjungendi. Adde *Varron.* 1. *R. R.* 22. 3.; *Horat.* 1. *Sat.* 6. 42.; et *Vet. Tab. æn.* apud *Murat.* 582. *sub fin.* Ex loco *Suetonii* apparet, *plostrum* fuisse semper in sermone familiari, *plaustrum* vero apud cultiores homines, ut *orum* (unde Itali *oro* nunc dicunt) vulgo olim Romæ, et præsertim a rusticis usurpatum fuit. — *c*) Scythæ in plaustris habitasse dicuntur. *V.* HAMAXOBII. *Horat.* 3. *Od.* 24. 9. Campestres melius Scythæ, Quorum plaustra vagas rite trahunt domos. — *d*) Plaustris sacra Cereris, ejusque ministras Athenis vectare mos fuit: item Romæ, teste *Servio* ad illud *Virg.* 1. *G.* 163. Tardaque Eleusinæ matris volventia plaustra. — *e*) Fabularum agendarum initium in plaustris fuit: nam, ut ait *Horat. Art. P.* 275. Ignotum tragicæ genus invenisse Camenæ Dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespis, Quæ canerent agerentque peruncti fæcibus ora. At *plaustris venisse poemata* comice dictum est de caterva peregrinantium: eosdem de plaustro egisse fabulas in his verbis non inest. — *f*) *Plaustrum perculi,* proverb. rusticum, h. e. res meas perturbavi, everti: ductum, ut *Festus p.* 230. 14. *Müll. Fest.* ait, ab eo, qui pede onusta plaustra perculit, evertitque. *Plaut. Epid.* 4. 2. 22. Perii! plaustrum perculi. *Donatus* ad illud *Ter. Eun.* 2. 3. 87. Quo trudis? percuieris tu jam me: Perverteris, inquit. unde proverbium: *bene plaustrum perculi.* ubi *Scalig.* ad *Festum* monet legendum *pene,* seu *pœne.*

II.) Translate. *Plaustrum* est signum cæleste, de quo *Ovid.* 10. *Met.* 447. Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes. *Id.* 4. *Pont.* 10. 39. Proxima sunt nobis plaustri ducentis formam, Et quæ præcipuum sidera frigus habent. *V.* SEPTENTRIO.

PLAUSUS, a, um. *V.* PLAUDO.

PLAUSUS, i, m. 2. *V.* voc. seq. init.

PLAUSUS, us, m. 4. (plaudo). *Plosus* pro *plausus* quidam leg. in illo *Ennii* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. It eques, et plosu cava concutit ungula terram. *At cl.* Vahlen. *leg.* plausu. — *Plausus, i,* m. 2. *Imp. Honor. et Theodos. Cod. Theod.* 15. 9. 2. Inconsulta plausorum insania. — Ceterum *plausus* ¶ 1. Generatim ac proprie est percussio cum sonitu, *percossa, battimento con suono, κρότησις. Virg.* 5. *Æn.* 215. *de columba.* plausumque exterrita pennis Dat tecto ingentem. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 28. Palma cum palma collata plausum facit. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Divinat.* 26. 57. *de gallis gallinac.* Favent faucibus russis cantu, plausuque premunt alas. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 21. 24. (46). *de iisd.* Diem venientem nunciant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum. *Id.* 11. *ibid.* 20. 22. (68). *de apib.* Gaudent plausu atque tinnitu æris, eoque convocantur. *Apul.* 9. *Met.* Jamque et plausus manuum et aurium flexus et ductum capistri placide patiebar. *Hic loquitur asinus.* ¶ 2. Speciatim et sæpius de collisione manuum in gratulatione, lætitia, studio, *applauso, plauso, festa. Cic.* 14. *Att.* 16. Præsertim tantis plausibus, tanta approbatione inimorum. *et* 4. *ibid.* 1. *circa med.* A plebe plausu maximo est mihi gratulatio significata. *Id.* 1. ad *Brut.* 3. Maximo clamore atque plausu in Rostris collocatus sum. *Quintil.* 8. 3. 3. Admirationem suam non acclamatione tantum, sed etiam plausu confiteri. *Cic. Senect.* 18. 64. Quibus quum a cuncto consessu plausus esset multiplex datus, etc. *Id.* 2. *Att.* 18. Huic plausus maximi a bonis impertiuntur. *Id. Sext.* 58. 124. Tantus est ex omnibus spectaculis plausus excitatus, ut etc. *Id.* 8. *Att.* 9. In aliqua re plausus quærere. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 185. ferre. *riportare.* et *Cic.* 2. *Tusc.* 26. 64. captare. *Quintil.* 4. 1. 77. petere. *Virg.* 1. *Æn.* 751. ingeminare. *et* 5. *ibid.* 506. ingenti sonuerunt omnia plausu. *et ibid.* 576. Aliquem plausu excipere. *Seneca Ep.* 29. Si intrante te clamor et plausus et pantomimica ornamenta obstrepuerint. *Cic. Sext.* 54. 115. Plausum immortalitatem, sibilum mortem videri. *Tac.* 16. *Ann.* 4. Et plebs quidem urbis-personabat certis modis plausuque composito. — Romæ aliquando plausuum ars quædam fuit: ac tria eorum genera sub Nerone, bombos, imbrices, testas, enumerat *Sueton. Ner.* 20. Olim res fuit simplex, et arte carens, ut ait *Ovid.* 1. *Art. am.* 113. — Apud Cilices plausus supplicantium signum fuit, ut est apud *Flor.* 3. 6. *ad fin.*

PLAUTUS *et* plōtus, a, um, adject. Comp. *Plautior* 1. ¶ 1. *Paul. Diac. p.* 231. 1. *Müll.* Plauti appellantur canes, quorum aures languidæ sunt ac flaccidæ, et latius videntur patere. *Pontedera Antiquit. Lat. et Græc. p.* 433. ita canes appellatos putat, quia eorum pedes extrorsum vergunt, seu quibus pedes disploduntur, ideoque *Paulum Diac.,* qui aliter docuit, falsi insimulat. — *Plautiores conchæ* apud *Tertull. Pall.* 3. sunt pinnæ, quæ muscosam lanositatem præbent vestibus faciendis aptam. ¶ 2. Notat etiam eum, qui planis est pedibus. *Festus p.* 238. 31. *Müll.* Ploti appellati sunt Umbri, pedibus planis quod essent. Unde soleas dimidiatas, quibus utuntur in venando, quo planius pedes ponerent, vocant *semiplotia.* Et ab eadem causa M. Accius (*al.* Maccius) poeta, quia Umber Sarsinas erat, a pedum planitie initio Plotus, postea Plautus cœptus est dici, ut idem *Fest.* docet. Cf. *Paul. Diac. p.* 239. 4. *Müll.*; et *Placid. Gloss.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 492. — *NB* De Plauto comœdiographo *V.* ONOM.

PLĒBĔCŬLA, æ, f. 1. *Plebicula* legitur apud *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* ed. *A. Maio* 2. 36. — Plebecula, deminut. a *plebs.* est infima plebs, popellus, *gentaglia, plebaglia, infima plebe, δημίδιον. Cic.* 1. *Att.* 16. Illa contionalis hirudo ærarii, misera ac jejuna plebecula, me ab hoc Magno unice diligi putat. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 185. media inter carmina poscunt Aut ursum, aut pugiles: his nam plebecula gaudet. *Pers.* 4. 6. commota fervet plebecula bile. — De artificibus, *artigiani. Sueton. Vesp.* 18. Sineret se plebeculam pascere. *V.* integrum locum.

PLĒBĒJUS, a, um, adject. qui est ex plebe, h. e. ex tertio infimoque ordine populi Romani, *della plebe, plebeo, δημοτικός.*

I.) Proprie. *Cic.* 9. *Fam.* 21. Quid tibi venit in mentem negare, Papirium quemquam unquam, nisi plebejum fuisse? fuerunt enim patricii minorum gentium. *Id. Mur.* 7. 15. Sunt amplæ et honestæ familiæ plebejæ. *Liv.* 6. 40. Ne, si duos licebit creari patricios consules, neminem creetis plebejum. *Id.* 10. 23. Virginia Auli filia patricia plebejo nupta Volumnio consuli. *et ibid.* Hanc ego aram Pudicitiæ plebejæ dedico. *Flor.* 1. 26. Plebeji magistratus. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 188. rex sum. Nil ultra quæro plebejus. — *Ludi plebeji,* a plebe R. instituti. *V.* CIRCENSIS. *Liv.* 29. 38. Ludi Romani biduum instaurati: idem per biduum plebeji ab ædilibus. — Absolute. *Ennius* apud *Festum p.* 145. 26. *Müll.* Palam mutire plebejo piaculum est. *a un plebeo.*

II.) Translate est ad plebem pertinens, vulgaris, humilis, abjectus, vilis. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 12. Nos videmur tibi plebeji et pauperes. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 18. 20. (78). Vitis atque olea, sedulitate plebeja satæ. *Cic.* 9. *Fam.* 21. Quid tibi ego in epistolis videor? nonne plebejo sermone agere tecum? *Id. Sext.* 8. 19. Vestitus aspere nostra hac purpura plebeja, ac pæne fusca. *Id. fragm.* apud *Augustin.* 2. *contr. Pelag.* 37. De plebeja fæce sellulariorum. *Id.* 1. *Tusc.* 23. 55. Licet concurrant plebeji omnes philosophi: sic enim ii, qui a Platone et Socrate et ab ea familia dissident, appellandi videntur. *Gell.* 12. 2. Eruditio vernacula et plebeja, nihilque ex veterum scriptis habens neque gratiæ, neque dignitatis. *Propert.* 2. 10. 24. Plebeji parvæ funeris exsequiæ. *Ovid. Ib.* 154. dare plebejo corpus inane rogo. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 6. 8. (69). Plebeja vina. *Id.* 13. *ibid.* 12. 23. (75). charta. *Id.* 37. *ibid.* 9. 45. (129). gemma. *Propert.* 2. 19. 81. plebejus amictus. *Martial.* 13. 8. Imbue plebejas Clusinis pultibus ollas. — Absolute. *Petron. Satyr.* 93. at albus anser Et pictis anas renovata pennis Plebejum sapit.

PLĒBES, is, *et* ēi. *V.* PLEBS init.

PLĒBĬCŌLA, æ, comm. gen. 1. *δημοκηδής*, qui plebem colit, et plebi servit. *Cic. Sext.* 52. 110. Qui credo non libidinis causa, sed ut plebicola videretur, libertinam duxit uxorem. *Alii leg.* poplicola. *Id.* 2. *leg. Agr.* 31. 84. Ab hoc plebicola tribuno plebis ejicitur. *Liv.* 3. 33. Regimen totius magistratus penes Appium erat, favore plebis: adeoque novum sibi ingenium induerat, ut plebicola repente, omnisque auræ popularis captator evaderet pro truce severoque insectatore plebis.

PLĒBIS, is, f. 3. *V.* PLEBS init.

PLĒBISCĪTUM, i, n. 2. Divisim etiam usurpatur. *V.* SCITUM. — In quarta declinat. In *vet. decreto* apud *Cic.* 4. *Att.* 2. *bis.* Neque populi jussu, aut plebis scitu. *Alii leg.* scito. — Ceterum plebiscitum, *decreto, o legge fatta dal popolo, ψήφισμα, χειροτονία*, est decretum plebis, seu populi R., quum interrogata in contione plebs rogatione magistratus, velitne, jubeatque quippiam fieri, ipsa per suffragia id jubet, aut vetat: a *scisco,* decerno. Senatus enim *censere* et *auctor esse,* plebs *sciscere* et *jubere* dicitur: senatus sunt *consulta,* plebis *scita* et *jussa. Cic. Dom.* 17. 44. *Velitis, jubeatis, ut M. Tullius in civitate ne sit, bonaque ejus ut mea sint.* Ita enim fecit, etsi aliis verbis tulit. Hoc plebi-

scitum est? hæc lex? hæc rogatio est? *Id.* 2. *Fin.* 16. 54. Ut tribunus plebis ferret ad plebem, vellentne de ea quæri. Quo plebiscito decreta a senatu est consuli quæstio. *Id.* 2. *Orat.* 48. 199. Plebiscitis toties consularem potestatem minui. *Liv.* 4. 49. Tribuni pleb. nullum plebiscitum, nisi ex auctoritate senatus, passuros se perferri ostenderunt. *Id.* 7. 42. Aliis plebiscitis cautum, ne quis eumdem magistratum intra decem annos caperet, neu duos magistratus uno anno gereret. *Id.* 8. 12. *ad fin.* Q. Publilius Philo (ann. U. C. CCCCXVI.) dictator legem tulit, ut plebiscita omnes Quirites tenerent. *Lælius Felix* apud *Gell.* 15. 27. Tribuni neque advocant patricios, neque ad eos referre ulla de re possunt: ita ne leges quidem proprie, sed plebiscita appellantur, quæ tribunis plebis ferentibus accepta sunt: quibus rogationibus ante patricii non tenebantur, donec Q. Hortensius dictator (ann. U. C. CCCLXII.) legem tulit, ut eo jure, quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur. De hoc *Q. Hortensio* mentio est in *Epit. Livii l.* 11.

PLĔBĬTAS, ātis, f. 3. conditiō plebeja, ignobilitas. *Cato* apud *Non. p.* 149. 4. *Merc.* Propter tenuitatem et plebitatem. *Cass. Hemina ibid.* Quicumque propter plebitatem agro publico ejecti sunt. Alii scribunt *plevitas* propter affinitatem litterarum *b* et *v*.

PLEBS, plēbis, f. 3. Quod pertinet ad alias formas. — 1.°) In sing. num. — *a*) Rectus casus *pleps* frequenter legitur in antiquis monumentis. *V. Marini, Iscriz. Alban. p.* 41. — *b*) Item in recto casu *plebis* habetur in *Inscript.* apud *Gud.* in *not.* ad *Phædr.* 4. 5. *extr.* At in hac eadem *Inscript.* quæ utpote adhuc Concordiæ exstans affertur a *Bertol. Antich. d' Aquileja p.* 297. *n.* 413., legitur *plebs.* — *c*) Item in recto casu *plebes* optimis etiam scriptoribus fuit usitatum. *Cic.* 3. *Legg.* 3. 9. Plebes quos pro se auxilii ergo creassit, etc. *Sall. Cat.* 34. *a med.* Sæpe ipsa plebes dominandi studio permota, etc. *Phædr.* 4. 5. *extr.* Minuta plebes facili præsidio latet. *Auct. B. Alex.* 5. Plebes ac multitudo. *Lucan.* 7. 760. capit impia plebes Cæspite patricio somnos. *Sil. It.* 8. 271. Martia plebes. Adde *Liv.* 6. 32. et alibi sæpe, *Flor., Stat., Plin., Tac., Claudian.* et alios. — Et cum verbis et adjectivis pluralis numeri. *Liv.* 4. 9. *ad fin.* Plebes ad expugnandum secum Ardeam Volscos excivere. *Stat.* 5. *Theb.* 488. fremit impia plebes Sontibus accensæ stimulis. — *d*) Hinc *plebei* in Genit. et Dat. pænultima correpta, pro *plebis, plebi*, ut sit quintæ declinat., ut *tribunus plebei*, in veteri decreto apud *Gell.* 7. 19., item apud *Cic* 7. *Fam.* 27., *Liv.* 3. 64. *in antiqua formula rogationis*, et alibi sæpe: *et Sall. orat. Licinii trib. pleb.* Adde *Varron.* 5. *L. L.* 81. *Müll.* et 6. *ibid.* 91. (*ubi* Müllerus *leg.* plebis); et *Priscian.* 6. *p.* 704. et 7. *p.* 780. *Putsch.* In Dativo *Plin.* 11. *Hist. nat.* 11. 10. (26). *de apib.* Domos primum plebei exædificant, deinde regibus. *Id.* 19. *ibid.* 4. 19. (51). Ex horto plebei macellum, quanto innocentiore victu! — Verius tamen est fortasse, quod alii sentiunt, τὸ *plebei* non Genitivum, sed Dativum esse disyllabum ex consuetudine veterum Latinorum scribendi *ei* pro *i* longa, uti docet *Priscian.* 1. *p.* 552. *et* 561. Hinc *Sulpicius* apud *Varron.* 5. *L. L.* 40. *Müll.* Dividit illico Siccius plebei rura largiter ad aream. Quod autem affert *Priscian.* 6. *p.* 704. ex *fragm. Sall.* Plebei tribuniciam potestatem, (quæ verba habentur in *Orat. Philippi contra Lepid. a med.*) sequitur verbum *restitui*, ex quo intelligitur esse Dativum, non patrium. Neque obstat, quod *tribunus plebei* dixere *Sall., Cic., Liv.* etc.; nam ea forma dixere, qua *imperator Romanis*, et *triumviri coloniis deducendis*, etc. Hæc et alia in hanc rem *Cortius* ad *Sall.* 37. — *e*) *Plebi* etiam pro *plebei* in multis *Livii* locis haberi in Genitivo, docet *Drakenborch.* ad 2. 13. — 2.°) In plur. num. — *a*) *Plebium* in Genit. dixit *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 709. Scribas et ipsos, et coronam plebium. — *b*) *Plebes* apud *Colum.* 9. *R. R.* 11. 1.: *V.* infra sub II. 3. — *c*) *Plebibus* apud *Augustin. Ep.* 166. Recedite a plebibus nostris. — Ceterum *plebs* (a πλῆθος vel πλῆθύς unde *plebes*; et contract. *plebs*)

I.) Proprie est ea pars populi Romani, quæ a patribus, seu patriciis distinguitur, πλῆθος, δῆμος (It. *plebe, popolo*; Fr. *le plébéiens, la classe du peuple, la plèbe*; Hisp. *pueblo, la gente comun, poblacho*; Germ. d. *Volksmenge*; Angl. *the common people*, or *plebeians*). — *a*) Differt a *populus*, quia hoc nomine omnis pars civitatis, omnesque ejus ordines continentur: *plebs* vero ea dicitur, in qua gentes civium patriciæ non insunt, ut ait *Gell.* 10. 20. ex Atejo Capitone. *Liv.* 2. 56. *a med.* Appius negare, jus esse tribuno in quemquam, nisi in plebejum: non enim populi, sed plebis eum magistratum esse. *Cic. Mur.* 1. 1. Ut ea res mihi, magistratuique meo, populo, plebique Romanæ bene atque feliciter eveniret. — *b*) Hoc sensu etiam equester ordo plebe comprehenditur. *Pseud-Sall. orat.* 2. *ad Cæs.* 5. *de republ. ordin.* In duas partes ego civitatem divisam arbitror, sicut a majoribus accepi, in patres et plebem. *Liv.* 2. 56. Huic actioni, gratissimæ plebi, quum summa vi resisterent patres. — *c*) *Populus* etiam aliquando pro *plebe* hoc sensu ponitur: ut quum dicitur *Senatus populusque R.* et *Liv.* 2. 55. Provoco ad populum. *mox enim subdit*: Provoco, et fidem plebis imploro. *et* 1. 47. *ad fin.* Non per suffragium populi, non auctoribus patribus, regnum occupasse. — *d*) Frequenter *plebs* dicitur de tertio ordine populi R., exclusis equitibus et patribus. Hinc illud *Auson. Edyll.* 11. 78. Martia Roma triplex equitatu, plebe, senatu. *Ovid.* 4. *Trist.* 2. 15. Plebs pia, cumque pia lætetur plebe senatus, Parvaque cujus eram pars ego nuper, eques. — *e*) In hac quoque significatione *populus* interdum pro *plebe* ponitur. *Martial.* 8. 15. Dat populus, dat gratus eques, dat tura senatus. — *f*) *Plebs urbana* Romæ erat turba otiosorum, egenorum, factiosorum, turbulentium, et in foro assidue versantium, quos in quatuor tribus redegit Q. Fabius Max., ut *Liv.* 9. 46. *extr.* narrat. *Sall. Cat.* 38. Sed urbana plebs præceps ierat multis de causis. Contra *plebs rustica*, quæ in agris degit. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (219). et 18. *ibid.* 3. 3. (13).

II.) Translate. ¶ 1. Est populi multitudo, ea præsertim quæ optimatibus opponitur, quod nos Itali dicimus *la democrazia in opposizione ai conservatori. Cic.* 1. *Tusc.* 45. 108. In Hyrcania plebs publicos alit canes; optimates, domesticos. *Id. Mil.* 35. 95. Plebem et infimam multitudinem delinire. ¶ 2. Item universim in quacumque civitate plebs est ordo infimorum hominum, pauperiorum, viliorum, *plebe, plebaglia, popolaccio. Horat.* 1. *Ep.* 1. 59. Si quadringentis sex septem millia desint, Plebs eris. *h. e.* unus plebeji ordinis, ut ait *Forcellinus*, quia hunc locum ad I. retulit. *Id.* 1. *Sat.* 8. 10. Hoc miseræ plebi stabat commune sepulcrum. *Id.* 1. *Ep.* 19. 17. Non ego ventosæ plebis suffragia venor. *Juvenal.* 11. 194. mihi pace Immensæ nimiæque licet si dicere plebis. ¶ 3. Hinc de quocumque infimo cœtu dicitur. *Ovid. Ib.* 81. Vos quoque plebs Superum, Fauni, Satyrique, Laresque, Fluminaque, et Nymphæ, Semideumque genus. *Colum.* 9. *R. R.* 11. 1. *de apib.* dicit *plebem* vulgus apum, ut distinguatur ab earum regibus; ejus verba sunt: Quod si nullam progeniem tulerint favi, duas vel tres alvorum plebes in unum contribuere licebit.

PLECTA, æ, f. 1. idem ac plexus. *Vulgat. interpr.* 3. *Reg.* 7. 29. Et inter coronulas et plectas leones et boves.

PLECTĬBĬLIS, e, adject. duo diversa significat: scilicet

A) A Latino verbo *plectere* ¶ 1. Passive est plecti dignus, *degno di castigo. Sidon.* 4. *Ep.* 6. *ad fin.* Plectibilis invidia. *Id. ibid.* 13. *a med.* Et quoniam nemo ferme est, qui plectibilibus careat occultis, *h. e.* criminibus. Alii leg. *prolectibilibus*, h. e. malis illecebris, a *prolecto, as.* Ceterum *plectibilis* habetur etiam apud *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 1. *et* 2. *ibid.* 10.; et *Imppp. Gratian., Valentinian. et Theodos. Cod. Theod.* 14. 3. 16. ¶ 2. Active est qui plectit vel punit. *Cod. Theod.* 12. 1. 161. Plectibili severitate obviandum.

B) A Græco v. πλέκω est idem ac plectilis. *Gloss. Philox.* Plectibile, πλεκτόν, πτυκτόν. *Plectibilis* hoc sensu probatur analogia; præterea in *Glossario Philox.* sequitur *plectile.*

PLECTĬBĬLĬTER, adverb. *irremissibilmente*, sine venia. Occurrit Comp. tantum apud *Alcim. Ep.* 4. *ante med.* Qui venialibus onerabatur fragilitate peccati. plectibilius opprimetur abusione remedii.

PLECTĬLIS, e, adject. *intreociato*, πλεκτός, plexus, nexilis.

I.) Proprie. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 37. Pro insigni sit corolla plectilis. Adde *Gloss. Philox.*: *V.* voc, præced. sub *B.*

II.) Translate. *Prudent.* 2. *Apotheos. præf.* 36. Syllogismi plectiles, *intricati.*

PLECTO, is, ere, a. 3. Præter. *plecti* est cadentis Latinitatis: *V.* sub 2. — Part. *Plectendus* sub 2.° — Plectere, ut πλήκτης *percussor* a πλήττειν, πλῆξαι, est verberare, ferire, percutere, *percuotere, battere*; atque adeo universim punire, supplicio afficere. — 1.°) Fere autem passiva voce usurpatur, et *plecti* est pœnas dare, luere, *pagar il fio, provar la pena.* — *a*) Absolute. *Ter. Phorm.* 1. 4. 43. Tu jam lites audies: ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 105. Tergo plecti. *Plin.* 6. *Ep.* 29. *sub fin.* Quæsitum est, an provinciales plecti oporteret: pœnas luerunt. *Cic.* 3. *Legg.* 20. 46. Ut in suo vitio quisque plectatur. *Id. Cluent.* 2. 5. Ut in judiciis culpa plectatur. *Nepos Att.* 11. *extr.* Cavit, ne qua in re jure plecteretur. *Phædr.* 1. 31. De reliquis tunc una: Merito plectimur. *ben ci stà.* et *Cic.* 2. *Off.* 8. 18. Jure igitur plectimur. Nisi enim multorum impunita scelera tulissemus, numquam ad unum tanta pervenisset licentia. *Gell.* ex *Tiron.* Ciceronis lib. 7. 3. *a med.* Neminem, qui male facere voluit, plecti æquum esse, nisi, quod factum voluit, etiam fecerit. — Poetice de inanimis. *Horat.* 1. *Od.* 28. 25. sic, quodcumque minabitur Eurus Fluctibus Hesperiis, Venusinæ Plectantur silvæ te sospite. — *b*) Additâ causâ, qua quis plectitur. *Ovid.* 3. *Trist.* 5. 19. Inscia quod crimen viderunt lumina, plector, *Cic. Amic.* 22. 85. Quum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis deligendis. *h. e.* ob negligentiam. *Ovid.* 4. *Pont.* 14. 17. Ergo ego cessabo numquam per carmina lædi? Plectar in incauto semper ab ingenio? *Apul.* Genitivum adjunxit in *Apolog.* Ut obtentu ejus ætatulæ, ipse insimulationis falsæ non plecteretur. — *c*) Additâ pœnâ, quâ quis plectitur. *Modestin. Dig.* 48. 9. 9. et *Ulp. ibid.* 8. 10. Capitis pœna plecti. Adde *Cod.* 9. 20. 7. mox citand. — 2.°) Active. *Impp. Dioclet. et Maximian. Cod.* 9. 20. 7. Si quem hujusmodi facinore deprehenderis, capite eum plectere non dubitabis. Addunt quidam ex *Plaut. Capt.* 4. 2. 116. fusti plectito. *et Men.* 5. 7. 28. plecte pugnis. Sed utroque loco legendum est *pecto*: quam vocem vide. *Solin.* tamen dixit 15. *a med.* Grypes velut geniti ad plectendam avaritiæ temeritatem. *et Auson. epist. præfixa Edyll.* 6. Quæ sibi ignoscunt, et plectunt deum. *h. e.* Cupidinem. *perdonano a sè e castigano il nume.* Et *Auct. carm. de Providentia* 778. Quos si multa inter morum delicta priorum Plectisset propriæ rigor implacabilis iræ, etc.

PLECTO, ctis, xi *et* xŭi, xum, ctere, a. 3. *Plexi* habet in præterit., ut *Priscian.* docet 10. *p.* 903. *Putsch.* exemplum afferens *Lævii* in *Erotopægn. Voss. de Grammat. l.* 5. *c.* 31. etiam *plexui* tribuit, sed auctoritate *Vulgat. interpr. Judic.* 16. 13., quam *V.* sub I. *b.* — Part. *Plexus* sub I. *a.* et II. 1. — Plectere, quod ratione habita etymi conjungendum est cum v. πλέκω, est implicare, nectere, texere, *intrec-*

I.) Proprie. — *a*) Sæpissime occurrit Part. *Plexus* apud Classicos. *Festus p.* 230. 2. *Müll*

Plexa colligata significat, ex Græco (*scil.* a πλέκω), cui nos etiam præpositionem adjicimus, quum dicimus perplexa. *Lucret.* 5. 1398. Tum caput atque humeros plexis redimire coronis. *Catull.* 64. 283. Hos (*flores*) indistinctis plexos tulit ipse corollis. *Vitruv.* 10. 1. Scansoria ratio catenationibus, et transversariis, et plexis colligationibus, et erismatum fulturis continetur. *Lucret.* 4. 620. Inde quod exprimimus, per caulas omne palati Diditur et raræ per plexa foramina linguæ. *h. e.* quæ recta, transversa, obliqua, intercurrentia linguam pervadunt. *At* Lachmannus *junctim leg.* perplexa. — *b*) Ut verbum finitum legitur apud *Vulgat. interpr. Judic.* 16. 13. Cui respondit Samson: Si septem crines capitis mei cum licio plexueris, et clavum his circumligatum terræ fixeris, infirmus ero. *Auct. Paneg. ad Pis.* 169. Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes Plectis. *Alii leg.* flectis.

II.) Translate. ¶ 1. Plexus est idem ac perplexus, ambiguus. *Pacuvius* apud *Non. p.* 237. 4. *Merc.* Plexa, non falsa autumare dictio Delphis solet. ¶ 2. Plectere est etiam plicare, flectere. *piegare. Phædr.* 5. 9. Angusto in aditu taurus luctans cornibus, Quum vix intrare posset ad præsæpia, Monstrabat vitulus, quo se pacto plecteret. *s'intricasse.* Alii leg. *flecteret. Juvenal.* 6. 495. plectitque comas, et volvit in orbem. *Alii leg.* pectit.

PLECTRĬCĂNUS, a, um, adject. qui plectro canit. *Epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 320. *Burmann.* Plectricanæ citharæ septem discriminibus, quos Assimilans genitor concordi examine junxit.

PLECTRĬFER, fĕra, fĕrum, adject. qui plectrum fert. *Dracont.* 10. *carm.* 285. ed. *Duhn.* Plectriferi germana dei.

PLECTRĬPŎTENS, ēntis, adject. poeticæ et musicæ peritus. *Sidon.* 9. *Ep.* 13. Qua Flaccus lyricos Pindaricum ad melos Frenis flexit equos plectripotentibus.

PLECTRUM, i, n. 2. πλῆκτρον, instrumentum citharœdi, quo ab illo fides, sive chordæ percutiuntur: a nomine Græco allato, quod a πλήσσω *ferio*, Latine *pulsabulum* dicitur, It. *plettro.*

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, instrumentum, quo citharœdus chordas percutit. *Cic.* 2. *Nat. D.* 59. 149. Itaque plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes. (Hinc *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 6. *plectrum palati et faucium* linguam vocat). *Ovid.* 11. *Met.* 167. Instructamque fidem gemmis et dentibus Indis Sustinet a læva: tenuit manus altera plectrum. *Id. Heroid.* 3. 113. plectra movere. ¶ 2. Latiori sensu *plectrum* est navis gubernaculum, vel ipsius gubernaculi summa pars. *Sil. It.* 14. 549. Non plectro ratis, aut frangendæ in vulnere proræ Parcitur. *et ibid.* 403. Deduxit telum, et residentis puppe magistri Affixit plectro dextram.

II.) Translate, per metonymiam (*V.* I. 1.) a Poetis fere usurpatur pro lyra ipsa; item pro ipsis carminibus. *Tibull.* 3. 4. 39. plectro modulatus eburno. *Horat.* 2. *Od.* 13. 26. Et te sonantem plenius aureo, Alcæe, plectro. *Id.* 2. *ibid.* 1. 39. Mecum Dionæo sub antro Quære modos leviore plectro.

PLECTŪRA, æ, f. 1. πλοκή, *intreccio*, plexus. *Ennod. Dict.* 1. *ante med.* Omnis ramorum plectura diffunditur.

PLECTUS, a, um, particip. a *plecto*, quatenus percussum, πληκτόν, significat. *Seneca* 1. *Quæst. nat.* 15. *ante med.* Ab his (*fulgoribus*) tecta videmus icta, quæ aspersa Græci (*al.* Græci aspersa) plecta vocant. *Ita vulgati libri: at recentiores rectius legunt* asteroplecta.

PLEGUS *vel* plegius, ĭi, m. 2. *pieggio*, fidejussor. Vox cadentis Latinitatis. V. *Ducang. Gloss. med. et inf. Lat.* in V. *Plegius*, et infra PLIGORLE.

PLĒJĂDES *vel* Plēlădes, um, f. plur. *et* Plejas *vel* Plias, ădis, f. sing. (*V.* sub I. *f.*) 3. Πλειάδες, Πλειάς, *Plejadi, le Gallinelle.*

I.) Proprie — *a*) Sunt septem filiæ Atlantis ex Pleione Nympha, nempe Electra, Halcyone, Celæno, Maja, Asterope, Taygete, Merope, quæ in cælum translatæ, et ante genua Tauri collocatæ finguntur. *Ovid.* 3. *Fast.* 105. Quis tunc aut Hyadas, aut Plejadas Atlanteas Senserat? — *b*) Dictæ sunt ἀπὸ τοῦ πλεῖν, idest a navigando, quia exortu suo Indicant tempus navigationi idoneum. Alii dictas putant, quasi πλείονες, quod numquam singulæ appareant, sed fere omnes simul, præter Meropen, quæ vix cernitur. Causa hujus rei affertur, quod quum reliquæ sorores diis nupsissent, Maja Electra, et Taygete Jovi, Halcyone et Celæno Neptuno, Asterope Marti, sola Merope mortali viro Sisypho nupsit: quam ob causam veluti pudibunda latitat. Sed aliorum opinio est, hanc esse Electram matrem Dardani, et idcirco obscuriorem videri, quod excidium Trojæ spectare non potuerit, sed oculis manum opposuerit. V. *Ovid.* 4. *Fast.* 169. et *seqq.*; et *Hygin.* 2. *Astron.* 21. — *c*) A Latinis appellantur Vergiliæ, a verni temporis significatione, quod indicant, dum in nostro hemisphærio oriuntur. Nam vere exoriuntur, et circa æquinoctium earum ortus matutinus est. *Hygin. loc. cit.* Inter hujus Tauri finitionem, et caudam Arietis stellæ sunt, quas nostri Vergilias, Græci Πλειάδας dixere. — *d*) Hæc dictio aliquando fit tetrasyllaba, Πληϊάς. *Propert.* 3. 3. 58. Pleiadum denso cur coit imbre chorus? — *e*) Aliquando ex diphthongo ει poetæ abjiciunt *e*, et dicunt *Pliades*, priore correpta. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 95. Nec per et Ægæas Hyadas, Pliadumque nivosum Sidus. — *f*) In sing. num. *Id.* 1. *ibid.* 6. 22. Terras obruit aut soluta Plias. (Hic prima producitur. Sic *Val. Flacc.* 2. 357. Pliada lege poli nimboso moverat astro. *V.* et II.) *Virg.* 4. *G.* 233. Plejas, et Oceani spretos pede reppulit amnes. — *g*) *Ovid.* trisyllabam facit, 1. *Met.* 670. Pleias enixa est, letoque det, imperat Argum.

II.) Translate ponitur aliquando pro tempestate et pluvia. *Val. Flacc.* 4. 268. spumanti qualis in alto Pliade capta ratis. *et* 2. 405. aspera si te Plias in adversæ tenuisset litore Thraces. Adde *eumd. ibid.* 357.; et *Propert. loc. cit.* sub I. *d.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PLEMINA, um. *V.* FLEMINA.

PLĒNĀRĬUS, a, um, adject. plenus, absolutus. *Ennod. Ep.* 8. Plenarium documentum. Adde *Augustin.* 5. *Confess.* 5. et 10. *ibid.* 30. *Cassiod.* 3. *Variar.* 5. Tuarum munus plenarium dignitatum.

PLĒNĒ, adverb. Comp. *Plenius*, et Sup. *Plenissime* II. — Plene est ad plenum, *con pienezza.*

I.) Proprie. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (139). Ingentia vasa corripere, ac plene infundere.

II.) Translate, *compitamente, totalmente*, perfecte, cumulate. *Cic.* 2. *Divinat.* 1. 3. Ut ejus loci quæstio plene esset cumulateque perfecta. *Cæs.* 3. *B. G.* 3. Quum neque opus hibernorum munitionesque plene essent perfectæ, neque etc. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 13. Si hoc plene vitare non potes. *Id.* 1. *Off.* 15. 46. Homines plene sapientes. *Orellius* plane. *Quintil.* 2. 2. 8. Licet satis exemplorum (*præceptor*) ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen viva illa, ut dicitur, vox alit plenius. *Ovid.* 2. *Pont.* 11. 20. Plenius facere aliquid. *h. e.* impensius, promptius, diligentius. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 68. (273). Ostendemusque jam plenius. *h. e.* fusius, copiosius, uberius. At *Sillig.* planius. *Horat.* 2. *Od.* 13. 26. Et te sonantem plenius aureo, Alcæe, plectro. *Id.* 1. *Ep.* 11. 14. Plene præstare aliquid. *et* 2. *ibid.* 2. 10. Plenius æquo laudare. *più del dovere. Plin.* 5. *Ep.* 8. *sub fin.* Quamvis illud plenissime, hoc restrictissime feceris. *Quintil.* 2. 13. 14. De his plenius suo quidque loco tractabimus. *Id.* 1. 5. 38. Per quot autem et quas accidat (*solœcismus*) species, non satis convenit. Qui plenissime, quadripertitam volunt esse rationem.

PLĒNĬLŪNĬUM, ĭi, n. 2. *plenilunio*, πανσέληνον, oppositio lunæ et solis, quum luna soli ex diametro opposita tota ab illo illuminatur: tempus illud, quum luna quintadecima et rotunda est. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 32. 75. (323). Quum vero occidente sole orietur ex adverso, ita ut pariter aspiciantur; tum erit plenilunium. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 85. Ut pridie quam plenilunium sit, si minus, certe ipso plenilunio omnem, quam saturus es, fabam uno die spargas. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 15. 20. (53). Latent in gurgitibus imis, nisi tepore aliquo evocati, aut plenilunii. Adde *Theod. Priscian.* 4. *p.* 315. ed. *Ald.*

PLĒNĬPŎTENS, entis, adject. omnipotens. Affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Priscian. de accent. p.* 1295. *Putsch.* Cetera vero breviantur, ut *omnipotens, plenipotens, armipotens, audiens.*

PLĒNĬTAS, ātis, f. 3. idem quod plenitudo.

I.) Proprie. *Vitruv.* 8. 2. Nubes propter plenitatem et gravitatem liquescendo disperguntur. *Id.* 5. 9. *a med.* Quum corpus motionibus in ambulatione calescat, humores ex membris aer exsugendo, imminuit plenitates, extenuatque dissipando quod plus inest, quam corpus potest sustinere. Adde *eumd.* 7. 8.

II.) Translate. *Vitruv.* 6. 1. Sub septentrionibus nutriuntur gentes immanibus corporibus, sanguine multo, quoniam ab humoris plenitate cælique refrigerationibus sunt conformati.

PLĒNĬTER, adverb. idem ac plene. Translate *Ennod.* 5. *Ep.* 16. Dominum animæ meæ Senarium, ut apud me maneat, exorare pleniter non omittas. *Vet. Scholiast.* ad *Lucan.* 7. 816. Quam rem Felix Capella pleniter prosequitur.

PLĒNĬTŪDO, ĭnis, f. 3. *pienezza, grossezza, corpulenza*, πλήρωσις, plenitas, crassitudo. *Cic.* 4. *Herenn.* 20. 28. Longitudo, aut plenitudo syllabarum. *Colum.* 4. *R. R.* 30. 4. Perticæ cacuminum mudicæ plenitudinis. Est qui leg. *planitudinis*, male. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 87. (216). Homo crescit in longitudinem ad annos usque ter septenos, tum deinde ad plenitudinem. *Quintil. declam.* quæ *Trib. Marian.* inscribitur, 3. Attendat Romanæ militiæ plenitudo, *h. e.* universi Romani milites. Cave, imiteris.

PLĒNUS, a, um, adject. (pleo). Comp. *Plenior* I. 4., 5., 7., 8., 9. et 10., et II. 2. et 3.; Sup. *Plenissimus* I. 1., 4., 6., 7. et 8. — Plenus (quocum cf. Gr. πλέος) *inani* opponitur et est refertus, confertus, repletus, πλέος, πλήρης, μεστός (It. *pieno, ripieno*; Fr. *plein, rempli de quelque chose*; Hisp. *lleno, pleno, tupido*; Germ. *voll*; Angl. *full, replete, filled*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim: Genitivum regit, et Ablativum; sed cum Genitivo est magis Latinum, ut *Quintil.* 9. 3. 1. monet. — *a*) Cum Genitivo. *Ter. Eun.* 1. 2. 25. Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. *Id. ibid.* 2. 3. 26. Color verus, corpus solidum et succi plenum. *Cic. Fontej.* 1. 1. Referta Gallia negotiatorum est, plena civium Romanorum. *Id.* 4. *Verr.* 14. 35. Plena domus cælati argenti multæque stragulæ vestis. *Id. post redit. in senat.* 6. 13.; et *Varro* apud *Non. p.* 498. 33. *Merc.* Vini, somni plenus. *Cic.* 6. *de republ.* 11. Ostendebat Carthaginem de excelso et pleno stellarum, illustri et claro quodam loco. *Ovid.* 2. *Met.* 112. rutilo patefecit ab ortu Purpureas Aurora fores et plena rosarum Atria. *Id.* 9. *ibid.* 693. Plenaque somniferi serpens peregrina veneni. — *b*) Cum Ablativo. *Cic. Sext.* 10. 23. Otiosa vita, plena et conferta voluptatibus. *Id.* 6. *Verr.* 57. 126. Plena domus ornamentis fanorum atque oppidorum. *Liv.* 26. 42. Urbs omni bellico apparatu plena. *Id.* 1. 25. Feroces et pleni adhortantium vocibus. — *Deo plenus* est afflatus, instinctus, *invaso, investito. Lucan.* 9. 564. Ille deo plenus, tacita quem mente gerebat, Effudit dignas adytis e pectore voces. — *Ovid.* 15. *Met.* 176. magno feror æquore, plenaque ventis Vela dedi. — *c*) Absolute. *Virg.* 5. *Æn.* 281. et 1. *ibid.* 404. velis subit ostia plenis. *a piene vele. Cic. Dom.* 10. 24. Plenissimis velis navigare. — *d*) Et neutrum absolute, substantivorum more. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 37. 118. Plenum et inane. *Pallad.* 2. *R. R.* 15. Sorba fictilibus usque ad plenum claudantur urceolis. *Virg.* 2. *G.* 243. dulcesque a fontibus undæ Ad plenum calcentur. ¶ 2. Speciatim de animantibus *plenus* est

gravidus, *pregno, gravido*. *Ovid. Heroid.* 16. 46. Plenus venter. *Plaut. Amph.* 2. 11. 49. Et quum te gravidam, et quum te pulcre plenam aspicio, gaudeo. *Ovid.* 10. *Met.* 469. *de Myrrha.* Plena patris thalamis excedit. *Val. Flacc.* 1. 413. Nec timet Ancæum genitrix committere ponto, Plena tulit quem rege maris. *Cic.* 1. *Divinat.* 45. 101. Ut sue plena procuratio fieret. Cf. *Ovid.* 4. *Fast.* 633. Nunc gravidum pecus est, gravidæ nunc semine terræ: Telluri plenæ victima plena datur. *Colum.* 6. *R. R.* 24. 4. Bos plena fetu. ¶ 3. Item de animantibus est satur, satiatus, *saziato, sazio*. *Ovid.* 2. *Amor.* 6. 29. *de psittaco.* Plenus eras milio Translate *Horat.* 1. *Ep.* 20. 8. et scis, In breve te cogi, plenus quum languet amator. *h. e.* satur et fastidiens. *et* 2. *ibid.* 1. 100. Quod cupide petiit, mature plena reliquit. Huc pertinet et illud *Ovid.* 3. *Pont.* 4. 55. Illa bibit sitiens lector, mea pocula, plenus. ¶ 4. Item de animantibus et rebus plenus — *a*) Est crassus, *grosso. Colum.* 4. *R. R.* 29. 9. Ut ab ima parte acutus surculus, latere altero sit tenuior, atque altero plenior. *Cels.* 8. 4. Specillum neque nimis tenue, neque acutum, neque nimis plenum. *Cic.* 2. *Nat. D.* 6. 17. Quod etiam quibusdam regionibus contingere videmus, bebetiora ut sint hominum ingenia propter cæli pleniorem naturam. *aria grossa.* — *b*) Item corpulentus, pinguis, *grasso, corpulento*. *Cic.* 2. *Divinat.* 69. 142. Pleni, enectine simus, etc. *Varro* 2. *R. R.* 5. 12. Tauros palea ac fœno facere pleniores. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 31. Vulpecula pleno corpore. *Ovid.* 2. *Art. am.* 661. et *Remed. am.* 327. Dic habilem, quæcumque brevis; quæ turgida, plenam. *Cels.* 1. 9. Frigus inimicum est seni, tenui: at prodest juvenibus, et omnibus plenis. *et* 2. 1. *a med.* Quæ pericula plenissimi cujusque sunt. *Cic.* 2. *Divinat.* 13. 30. Aliæ pecudis jecur nitidum atque plenum est, aliæ horridum et exile. ¶ 5. Item de cibis. *Pleniores cibi* apud *Cels.* 3. 20. *in fin.* sunt crassiores, valentiores, et majoris alimenti. — *Vinum plenum* apud *eumd.* 1. 6. opponitur tenui. ¶ 6. Item de animantibus et rebus, fere cum Ablativo, est onustus, *carico. Stat.* 4. *Theb.* 812. et pleni dominis armisque feruntur Quadrupedes. *Ovid.* 2. *Amor.* 14. 23. Quid plenam fraudas vitem crescentibus uvis? *Virg.* 4. *G.* 181. Crura thymo (*apes*) plenæ. *Liv.* 41. 28. Exercitus plenissimus prædæ. *Propert.* 4. 10. 6. exuviis plenus ab hoste redis. Translate *Plin.* 2. *Ep.* 1. Plenus honoribus. *h. e.* qui ad summos honores pervenit. ¶ 7. Item de rebus est integer, cui nihil deest, *intiero.* — *a*) Universim. *Cic.* 3. *Fam.* 6. *a med.* Illud me movet in tanta militum paucitate abesse tuas cohortes, quæ sint plenissimæ. Sic *Cæs.* 3. *B. G.* 2. Legionem, neque eam plenissimam detractis cohortibus duabus et compluribus singillatim, qui *etc.*, propter paucitatem despiciebant. *Id.* 4. *ibid.* 29. Eadem nocte accidit, ut esset luna plena. *Cic. Mil.* 9. 24. Ut haberet ad præturam gerendam plenum annum atque integrum. Cf. *Ulp. Dig.* 50. 4. 8. infra *cit.* sub *g.* — Similiter est perfectus, justus, *pieno, compito. Quintil.* 1. 1. 20. Nec sum adeo ætatum imprudens, ut instandum teneris protinus acerbe putem, exigendamque plenam operam. *Alti* plane. *Cic.* 2. *Herenn.* 20. 31. Perfecta et plena argumentatio ex quinque partibus constat. *Id.* 4. *Fin.* 14. 36. Perfecta et plena sententia. (cui *curta* opponitur.) *Id.* 5. *Tusc.* 23. 67. Ex perpetuis plenisque gaudiis vitam beatam exsistere. *Id.* 6. *de republ.* 12. Numerus plenus. — *b*) *Pleno aratro sulcare* apud *Colum.* 2. *R. R.* 2. 25. est toto aratro terræ immerso. — *c*) *Pleno gradu* est ita citato, ut parum absit a cursu, *a gran passi.* Habent *Sall. Jug.* 103.; *Trebon.* ad *Cic.* 12. *Fam.* 16.; *Liv.* 4. 32. et 34. 15. et alii. — *d*) *Plena manu*, tota manu, totis manus viribus. *Tibull.* 1. 6. 31. nec verbis victa fatiscit Janua, sed plena est percutienda manu. *Grat. Cyneg.* 147. hastilia plena Cæde manu. — Translate est copiose, abundanter, *a mani piene. Cic.* 2. *Att.* 25. Hortalus quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit! — *e*) *Pleno vertice*, toto vertice, contenta cervice. *Ovid.* 2. *Pont.* 7. 77. Sustineas ut onus, nitendum vertice pleno est. Sic *plena cervice* apud *Stat.* 2. *Theb.* 559. Saxum ingens, quod vix plena cervice gementes Vertere humo, murisque valent inferre juvenci. — Sic *pleno lumine*, intentis oculis, diligenti obtutu. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 441. et pleno rimatur lumine campos. — *f*) *Pleno ore vesci* apud *Plin.* 8. *Hist. nat.* 22. 34. (84). avide, et buccas implendo, *a piena bocca.* — Translate *pleno ore laudare*, quantum potest, impense, liberaliter, large. *Cic.* 1. *Off.* 18. 61. Quæ magno animo et fortiter gesta sunt, ea nescio quomodo quasi pleniore ore laudamus. — *g*) Illa sunt JCtorum: *Ulp. Dig.* 32. 71. Suos servos vel ancillas eos accipimus, qui sunt pleno jure testantis. *h. e.* quorum non solum ususfructus, sed etiam proprietas ad testantem pertinet. *Martian. ibid.* 48. 16. 1. *a med.* An plenam habuerit aliquis accusandi facultatem. *Ulp. ibid.* 50. 4. 8. Annus vicesimusquintus cœptus pro pleno habetur. *Id. tit.* 20. *regular. de testam.* Impubes nondum plenum judicium animi habet. — *h*) *In plenum*, plene, omnino, summatim, universe. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 7. (31). Quod in plenum satis sit dixisse hoc in loco. Adde *eumd.* 16. *ibid.* 40. 79. (217). *Seneca Ep.* 91. *ante med.* In plenum cogitanda fortuna est. *Pompon. Dig.* 40. 7. 11. Si heres pecuniam donasset statulibero, ut sibi eam daret, et liber esset, non fieri liberum, Aristo ait: sed si in plenum ei donasset, fieri liberum. ¶ 8. Refertur etiam ad vocem, litteras, verba. — *a*) *Plena vox*, magna et clara, fusa et grandis, canora, resonans, *voce piena*: cui opponitur *exilis, tenuis*, ut est apud *Quintil.* 11. 3. 15. *Cic. Brut.* 84. 289. Subsellia grandiorem et pleniorem vocem desiderant. *Virg.* 1. *G.* 388. Tum cornix plena pluviam vocat improba voce. *Cic.* 1. *Orat.* 29. 132. Ego neminem voce pleniorem, aut suaviorem mihi videor audisse. — *b*) *Plenæ litteræ*, quæ sonantiores sunt, et plena voce efferuntur. *Cic.* 3. *Orat.* 12. 46. Cotta noster, cujus tu illa lata imitaris, ut Iota litteram tollas, et E plenissimum dicas. *Id. Orat.* 47. 157. *Siet* plenum est, *sit* imminutum. *Id.* 4. *Herenn.* 20. 28. Pleniores syllabæ. — *c*) *Plena verba*, plene significantia. *Ovid.* 10. *Met.* 290. Tum vero Paphius plenissima concipit heros Verba, quibus Veneri grates agat. ¶ 9. Item de hominibus et rebus, *plenus* est dives, abundans, *ricco, pieno, abbondante. Cic.* 4. *Verr.* 4. 12. Non tam Siciliam, quam inanem offenderant, quam Verrem ipsum, qui plenus decesserat, etc. *Id.* 7. *Fam.* 9. Serius potius ad nos, dum plenior. *Id. Rosc. Am.* 2. 6. Quoniam in alienam pecuniam tam plenam atque præclaram nullo jure inveserit. *Id. Pis.* 37. 91. Nobiles urbes atque plenæ. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 50. plenissima villa. *Id.* 2. *Od.* 12. 24. plenas Arabum domos. *Virg.* 11. *Æn.* 738. Exspectare dapes et plenæ pocula mensæ. — Sic *plena epistola* est longa et multa continens. *Cic.* 11. *Fam.* 12. Tres uno die a te accepi epistolas, unam brevem, duas pleniores. — Sic pro numeroso, *numeroso. Ovid.* 1. *Art. am.* 66. Hoc quoque, crede mihi, plenius agmen erit. *Tac.* 4. *Ann.* 3. Ceterum plena Cæsarum domus, juvenis filius, nepotes adulti moram cupitis afferebant. *Sueton. Cæs.* 49. Plenum convivium. Adde *eumd. Aug.* 51. et *Cal.* 24. ¶ 10. Demum refertur etiam ad ætatem. *Virg.* 7. *Æn.* 53. jam plenis nubilis annis. *h. e.* idoneis ad nubendum. Sic *Val. Flacc.* 5. 258. plena necdum Medea juventa. *Plaut. Merc.* 3. 3. 13. Jam plenus ætatis. *vecchio.* Alii rectius leg. *Jejunitatis plenus. Stat.* 2. *Silv.* 2. 129. Plenus vita. *Plin.* 2. *Ep.* 1. annis. *h. e.* qui ad summam senectutem pervenit. *Val. Flacc.* 1. 376. plenior annis. *più avanzato.*

II.) Translate. ¶ 1. Generatim *plenus* est refertus, repletus, sed de abstractis usurpatur. — *a*) Cum Genitivo. Commode dicuntur hæc: plenus consilii, *Plaut. Epid.* 1. 2. 49. vitii, probrique, *Id. Mil. glor.* 2. 5. 13. et *Rud.* 2. 2. 13. fraudis, sceleris, parricidii, perjurii, *Id. Rud.* 3. 2. 37. officii, *Cic.* 7. *Att.* 4. negotii. *h. e.* occupatissimus, *Id.* 1. *Nat. D.* 20. 54. iræ, *Liv.* 3. 48. et *Justin.* 14. 4. 15. fidei. *h. e.* valde fidus, *Ennius* apud *Cic. Senect.* 1. 1. ingenii. *h. e.* valde ingeniosus, *Cic. Flacc.* 6. 15. laboris. *h. e.* laboriosissimus, *Plin.* 6. *Hist. nat.* 19. 22. (66). Alio sensu *Virg.* 1. *Æn.* 464. Quæ regio in terris nostri non plena laboris? *h. e.* ubi nota non sint mala nostra, et non sit multus sermo de his? — *b*) Cum Ablativo. *Cæs.* 1. *B. C.* 74. *ad fin.* Erant plena lætitia et gratulatione omnia. *Plin.* 1. *Ep.* 10. Amarique ab eo laborari, etsi non erat laborandum. Est enim obvius et expositus, plenusque humanitate, quam præcipit. *Cic.* 3. *Att.* 14. Ex tuis litteris plenus sum exspectatione de Pompejo. ¶ 2. Speciatim. — *a*) *Plena oratio* copiosa, rebus et ornamentis instructa et referta. *Cic.* 1. *Off.* 1. 2. Orationem Latinam efficies profecto legendis nostris pleniorem. Sic *Cæs.* 1. *B. C.* 53. Hæc Afranius Petrejus et eorum amici, pleniora etiam atque uberiora Romam ad suos perscribebant. — *b*) Sic *plenus orator*, copiosus. *Cic.* 3. *Orat.* 4. 16. Si quis erit, qui aut Antonium jejuniorem, aut Crassum fuisse pleniorem putet. *et* 1. *ibid.* 13. 59. Oratorem plenum atque perfectum esse eum dicam, qui de omnibus rebus possit varie copioseque dicere. *Quintil.* 9. 4. 138. In proœmiis plerumque submissi, in narratione pleni atque expressi, in argumentis citati sumus. *de compositione loquitur. Tac. Dial. de orat.* 18. Catoni seni comparatus C. Gracchus plenior et uberior. ¶ 3. Item speciatim, *plenus inimicorum*, qui plurimos habet inimicos. *Cic. Prov. cons.* 8. 19. Quis plenior inimicorum fuit C. Mario?

PLĒO, es, a. 2. impleo. *Festus* p. 230. 4. *Müll.* Plentur antiqui etiam sine præpositionibus dicebant. *h. e.* sine *in, con, re, ex, de*, etc. ex quibus sunt hujus verbi composita. Cf. *Paul. Diac.* p. 231. 9. *Müll.* Et *Pompej.* grammaticus *Comment. art. Donat.* 23. Est compositum, quod non potest fieri simplex, ut *compleo*, nemo dicere potest *pleo. V.* PLETUS.

PLĒŌNASMUS, i, m. 2. πλεονασμός, abundantia, redundantia, vitium, quo supervacaneis verbis oratio oneratur, ut *Ego oculis meis vidi: Sic ore locuta est*; nam *oculis meis* et *ore* superflua sunt. Sed vox Græca est, et Græcis litteris scribenda. *Quintil.* 1. 5. 40. *adjectionis vitium* appellat: et 9. 3. 46. *abundantem supra necessitatem orationem.* Rursus *Id.* 8. 3. 54. Emendavit hoc urbane in Hirtio Cicero, qui quum, in Pansam declamans, *filium a matre decem mensibus in utero latum esse* dixisset, *quid? aliæ*, inquit, *in pœnula solent ferre?* Nonnumquam tamen affirmationis gratia adhibetur (*Virg.* 4. *Æn.* 359.) *vocemque his auribus hausi.* At vitium erit, quoties otiosum fuerit et supererit, non quum adjicietur. Sic 9. 3. 46. Id quum supervacua oneratur adjectione, vitium dicitur: quum autem auget manifestam sententiam, sicut hic, virtus: *vidi oculos ante ipse meos: vidi, ipse, ante oculos*, quot verba, totidem sunt affectus. Hæc *Quintil.* Latinis litteris legitur apud *Capell.* 5. p. 176.; *Aquilam de fig. sentent. et elocut.* § 46. *Ruhnken.*; et *Priscian.* 18. p. 1191. *Putsch.*

PLĒRĬMUS. *V.* PLERUS.

PLĒRĬQUĔ, æque, ăque. *V.* PLERUSQUE.

PLĒRŌMA, ătis, n. 3. πλήρωμα, plenitudo, complementum: vox Græca, quam usurpat *Tertull. Præscript.* 49. Æonum triacontas, quæ sit in pleromate ex octoade, et decade, et duodecade.

PLĒRŌMĀRĬUS, ii, m. 2. nauta, qui in majoribus onerariis navibus operam præstat; quemadmodum lenuncularius est, qui in minoribus navigiis seu lenunculis; auxiliarius vero idem esse videtur qui et levamentarius dicitur: est a πλήρωμα *complementum.* Hinc *Servius* ad illud *Virg.* 11. *Æn.* 327. Seu plures (*naves*) complere valent; hæc habet: Proprie verbum nauticum; nam Græce πλήρωμα. *Inscript.* apud *Viscont. Op. var. T.* 2. p. 56. *edit. Mediol.* ORDO

CORPORATORVM LENVNCVLARIORVM PLEROMARIORVM AVXILIARIORVM OSTIENSIVM. Hæc inscriptio pertinet ad ann. a Chr. n. CC., et simillis est aliæ apud *Gruter.* 1077., in qua tamen, si modo certa est lectio, *tabulariorum* pro *pleromariorum* legitur. In alia vero apud *eund.* 398. 7. PATRONVS CORPORIS LENVNCVLARIORVM.... AVXILIARIORVM OSTIENSIVM. — *Viscontius loc. cit.* putat, pleromarios esse eam navalis militiæ partem, quam Itali *equipaggio delle navi da guerrà* vocant, fretus præsertim hoc loco *Hesych.* Πλήρωμα, ναῦς τραγική; ubi quidam pro τραγική legunt στρατηγική, alii tamen melius φορτική, nempe navis oneraria. Allatæ enim inscriptiones de Ostiensibus quidem nautis, minime vero de militibus, agere videntur, qui ibidem corpus seu sodalicium, Itali *fraglia* appellant, constituebant, cujus quidam *patroni*, alii *quinquennales*, ceteri *plebs* dicuntur; unde facili negotio colligi potest, eos non milites, sed operarios fuisse, qui ex mercibus illuc importatis, et quemlibet in locum ipsorum opera convehendis victum sibi quærerent. Hinc *Strabo l.* 5. *p.* 231. narrat, Ostiæ urbem importuosam ex limi aggestione fuisse, et actuarias naves ad excipiendas e magnis navibus merces, aliasque ad easdem importandas magno numero ibidem fuisse, ita ut naves, priusquam ad Tiberim pervenirent, celeriter subvehantur onerum parte levatæ.

PLĒRŌTĬCUS, a, um, adject. πληρωτικός, suppletus, adjectus supplendi gratia: a πληρόω *impleo. Frontin. de colon. p.* 131. *Goes.* Plebe deficiente, aliis paucioribus ager est assignatus terminis pleroticis. *In editionib. perperam legitur* pleuricis. Hæc *Forcellinus. At* Rudorff. *vulgatam lectionem tuetur. V.* PLEURICUS.

PLĒRUMQUĒ, adverb., vel rectius est neutrum a *plerusque*, quod adverbii more ponitur, et ¶ 1. Stricto sensu significat magna ex parte, ut plurimum, fere, ἐπὶ τὸ πολύ, ὡς τὸ πολύ (It. *il più delle volte, per lo più, d'ordinario*; Fr. *le plus souvent, ordinairement, d'ordinaire*; Hisp. *al ordinario, ordinariamente, frequentemente*; Germ. *meistens, gewöhnlich, gemeiniglich, insgemein*; Angl. *often, oftentimes, for the most part, commonly, generally*). Occurrit — *a*) Absolute. *Plaut. Rud.* 4. 7. 10. In ætate hominum plurimæ fiunt transennæ, ubi decipiuntur dolis, atque edepol in eas plerumque esca imponitur, quam etc. *Ter. Andr.* 1. 2. 22. Animum ægrotum ad deteriorem partem plerumque applicat. *Cic.* 1. *Off.* 15. 46. Fortis animus et magnus in homine non perfecto nec sapiente ferventior plerumque est. *Liv.* 22. 22. Qualia plerumque sunt barbarorum ingenia. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 14. ridiculum acri Fortius et melius magnas plerumque secat res. — *b*) Cum oppositis aliis Adverbiis. *Cic. Orat.* 51. 170. Quod fit etiam ab antiquis, sed plerumque casu, sæpe natura. *Sueton. Tib.* 29. Dixi-principem senatui servire debere et universis civibus sæpe et plerumque etiam singulis. *Liv.* 40. 46. Ex infestis hostibus plerumque socii fideles, interdum etiam cives fiunt. *Cic.* 2. *Nat. D.* 27. 69. Partus maturescunt aut septem nonnunquam, aut ut plerumque novem lunæ cursibus. Sic *Quintil.* 8. 3. 5. Plerumque ipsa delectatione capiuntur, nonnunquam admiratione auferuntur. *Cic.* 2. *Divinat.* 5. 14. Hæc ipsa fortuita sunt: plerumque enim, non semper eveniunt. Sic *Liv.* 7. 21. Rem-plerumque parti utrique, semper certe alteri gravem-sustinuerunt. et *Quintil.* 6. 3. 6. Ridiculum dictum plerumque falsum est, hoc semper humile; sæpe est industrie depravatum, præterea numquam honorificum. *Colum.* 7. *R. R.* 4. 2. Tarentinum pecus raro foris, plerumque domi alitur. *Cic.* 1. *Invent.* 1. 1. Eloquentiam sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse numquam. — *c*) *Plerumque fere, plerumque omnes* (h. e. plerique omnes) sunt formulæ, quæ *Handio* (*Tursell. T.* 4. *p.* 473.) linguæ vulgari tribuendæ videntur. *Ter. Phorm.* 1. 2. 39. Hic solebamus fere plerumque eam opperiri. *Lucret.* 4. 1049. Namque omnes plerumque cadunt in vulnus. *Cæs.* 2. *B. G.* 30. Nam plerumque omnibus Gallis præ magnitudine corporum suorum brevitas nostra contempta est. *et* 5. *ibid.* 57. Equites plerumque omnes tela intra vallum conjiciebant. — *d*) Pro sæpe, sæpissime, frequenter, afferuntur illa *Sueton. Cæs.* 65. Quod etiam sine causa plerumque faciebat, præcipue pluviis et festis diebus. *et Tib.* 33. Magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque offerebat consiliarium. *et Claud.* 32. Convivia agitavit et ampla et assidua, ac fere patentissimis locis, ut plerumque sexcenteni simul discumberent. *Tac.* 4. *Ann.* 57. Plerumque permoveor. num-verius sit etc. *et Dial. de orat.* 15. Ut causas hujus infinitæ differentiæ scrutetur ac reddat, quas mecum ipse plerumque conquiro. *et* 5. *Hist.* 1. Ac plerumque in opere, in agmine, gregario militi mixtus. *et Germ.* 13. Expetuntur enim legationibus et muneribus ornantur et ipsâ plerumque famâ bella profligant. ¶ 2. Pro nonnunquam, interdum, *alle volte. Quintil. declam.* 15. 11. *sub fin.* Excussa sunt plerumque languentium verberibus, redemptaque debilitate vitia. *Paul.* et *Ulp. Dig.* 2. 14. 25. *et* 26. Sed quamvis fidejussoris pactum reo non prosit; plerumque tamen doli exceptionem reo profuturam, Julianus scripsit: videlicet si hoc actum est, ne a reo quoque petatur.

PLĒRUM, adverb. plerumque. *V.* voc. seq. sub *b.*

PLĒRUS *et antiquitus* plœrus, a, um, adject. Sup. *Plerimus.* — *Plerus*, quod *Vossius* a πλέος vel πλήρης derivavit, *Döderlein.*vero (*Lateinisch. Synonym. T.* 6. *p.* 274.) ad πολύς refert, antiquum est pro plerusque. — *a*) Adjective. *Pacuvius* apud *Priscian.* 5. *p.* 668. *Putsch.* Pater Achivos in Caperei saxis pleros perdidit. *h. e.* plerosque, majorem partem. *Id.* apud *Festum p.* 230. 6. *Müll.* Periere Danai, plera pars pessum data 'st. *Cato* apud *Priscian. loc. cit.* Agrum quem Volsci habuerunt, campestris plerus, Aboriginum fuit. *piano per la maggior parte.* Alii leg. *plerus Aboriginum*, h. e. plenus: a πλήρες. *Cic.* 3. *Legg.* 3. 6. Minores magistratus partiti juris plures in plera sunto. *h. e.* in plerisque muneribus reipublicæ. — *b*) Hinc *plerum* plerumque. *Asellio* apud *Priscian. loc. cit.* Fieri solet plerum, ut in victoria mitior mansuetiorque fiat. — *c*) Sup. *Plerimus* apud *Gell.* 4. 19. Plerimo cibo uti. *Alii et ipse* M. Hertz. *rectius legunt* plurimo.

PLĒRŌSIS, is, f. 3. πλήρωσις, abundantia, redundantia. *Probus Instit. art. p.* 118. ed *Keil.* Item sunt nomina, quæ plerosim patiantur, hoc est quæ e littera plus scribantur, ut puta *limen* et *leimen* et cetera talia.

PLĒRUSQUĒ, āque, umque, adject. Factum est ex antiquo *plerus*, adjecto *que*, ut in *quisque, uterque*: V. *Priscian.* 5. *p.* 667. *Putsch.* et voc. PLERUS. — Plerique (namque in plurali numero sæpius usurpatur) *uni* et *paucis* opponuntur, et significant id, quod est in *Gloss. Philox.* πλείονες, πλεῖστοι, permulti, bona aut major pars, οἱ πολλοί, πάμπολλοι (It. *molti, buona parte, la maggior parte*; Fr. *la plupart, la plus grande partie, le plus grand nombre*; Hisp. *la mayor parte, el major numero*; Germ. *sehr viele, der meiste, ein sehr grosser Theil*; Angl. *many persons, a great part or portion, the greater part, most*). Occurrit — 1.°) In plur. numero. — *a*) Generatim. *Plaut. Curc.* 3. 7. Habent hunc morem plerique argentarii. *Ter. Eun.* 1. 2. 38. Sororem plerique esse credebant meam. *Cic.* 1. *Invent.* 36. 65. Multi nihil prodesse philosophiam, plerique etiam obesse, arbitrantur. *Varro* 2. *R. R.* 5. 13. Pleræque boves pariunt in decem annos, quædam etiam in plures. *Liv.* 27. 3. Frant pleraque tecta ex cratibus, alia arundine texta. *Cæs.* 3. *B. C.* 29. Plerasque naves in Italiam remittit. *et* 2. *B. G.* 4. Plerosque Belgas esse ortos a Germanis. *et* 1. *B. C.* 72. Hoc consilium Cæsaris a plerisque non probabatur. — Partitiv. cum præpos. *ex* apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (8). Plerique e Græcis, nostrisque. — *b*) Speciatim, minus est quam *plurimi. Tac.* 4. *Hist.* 84. *extr.* Deum ipsum multi Æsculapium, quidam Osirim, plerique Jovem, plurimi Ditem patrem conjectant. *Id.* 13. *Ann.* 27. Plurimis equitum, plerisque senatorum non aliunde originem trahi. et *Dial. de orat.* 31. *extr.* Incidunt enim causæ, plurimæ quidem ac pæne omnes, quibus juris notitia desideratur: pleræque autem, in quibus hæ quoque scientiæ requiruntur. *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CCLVII., apud *Fea, Framm. di Fast. cons. p.* 13. *n.* 46. IDEO COOPTAMVS RVTILIVM VIATOREM PATRONVM CVM IIS QVI INFRA S. S. NONIVM GRATILIANVM C. V. ET EGNATIVM SETTIANVM C. V. PLEROSQVE SPLENDIDOS EQVITES ROMANOS ET CONCVRIALES EIVSDEM VIATORIS. *h. e.* omnes, seu utrosque. — *c*) Cum Genitivo. *Justin.* 41. 1. 12. Parthiæ pleraque finium frigoris magnitudo possidet. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 15. 50. (86). Pleræque gentium. — *d*) multi, *molti. Nepos Timoth.* 4. Timothei autem moderatæ pientisque vitæ quum pleraque possimus proferre testimonia, uno contenti erimus. Est qui aliter leg. *Tac.* 1. *Hist.* 86. Rapti e publico plerique, plures in tabernis et cubilibus intercepti. — *e*) *Pleraque*, omnia. *Lucret.* 6. 44. Et quæcumque in eo (*mundo*) fiunt, fierique necesse est, Pleraque dissolvi. *Alii leg.* quæcumque in eo fiunt, fientque, necesse Esse ea dissolvi. *Rectius* Lachmannus *leg.* Et quæcumque in eo fiunt, fateare necesse 'st Pleraque dissolvi. *Cic.* 1. *Invent.* 2. 2. Fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, et sibi victu fero vitam propagabant: nec ratione animi quidquam, sed pleraque viribus corporis administrabant. *Ubi adverte* pleraque *et* nec quidquam *sibi invicem opponi.* — *f*) Pleraque Accusativus Græco more. *h. e.* in plerisque rebus. *Gell.* 17. 19. *extr.* Is erit pleraque impeccabilis, vitamque vivet tranquillissimam. — *g*) *Plerique omnes*, πλείονες πάντες, elegans Hellenismus, idem fere significans quod *plerique*, aut aliquid plus, pæne omnes, maxima pars. Quidam putant subintelligi *vel*: et dici ut *plus minus, sex septem*, in quibus *vel* omittitur. *Ter. Andr.* 1. 1. 28. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos alere, aut canes ad venandum, etc. *Nævius* apud *Donat. ad hunc loc.* Plerique omnes subiguntur sub suum judicium. *Nepos Eumen.* 12. Quum plerique omnes admirarentur. *Ter. Phorm.* 1. 3. 20. Ita plerique ingenio sumus omnes: nostri nosmet pœnitet. *Id. Heaut.* 4. 7. 2. Quid rei esset, dixti huic? sv. dixi pleraque omnia. Adde *Gell.* 1. 3. *et* 4. — 2.°) In sing. num. — *a*) Adjective. *Sall. Cat.* 17. Juventus pleraque, sed maxime nobilium, Catilinæ favebat. *Id. Jug.* 81. Qua tempestate Carthaginienses pleræque Africæ imperitabant. *et ibid.* 60. Exercitum plerumque in iisdem locis opperiri jubet: ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur. *Gell.* 17. 21. *ante med.* Xerxes ab Atheniensibus et pleraque Græcia navali prœlio victus. *Apul. de Mag. sub fin.* Uti rem familiarem meo adhortatu pleramque filiis condonasset. *et* 9. *Met.* Comæ pleramque contegebant faciem. — *b*) Et neutrum cum genitivo. *Sall. Jug.* 24. Ubi plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine, milites castra hostium invadunt. *la maggior parte della notte. et Liv.* 45. 9. Finis incliti per Europæ plerumque atque Asiam omnem regni.

PLĒTHŌRA. *V.* voc. seq. ad fin.

PLĒTŪRA, æ, f. 1. *riempimento*, repletio: est a πλησθωρη *redundantia.*

I.) Proprie. *Paulin. Nolan. carm.* 21. 47. *de naufragio.* Interea navis altius decrescere, Crescente pletura sui. *h. e.* intrantibus aquis, et eam implentibus.

II.) Translate est nimia sanguinis copia, et inflammatio, *ripienezza. Pelagon. Veterin.* 5. *circa med.* Si (*equus*) caput a pletura, au' a perfrictionibus plenum habuerit, sanguis aut de temporibus, aut de ore emittendus est. *Veget.* 1. *Veterin.* 35. Si quod jumentum ab indigestione, vel pletura febricitaverit. *Id.* 3. *ibid.* 12. Animalibus otiosis et pigris contingit ex pletura

sanguinem mingere. *et ibid.* 44. Si animalia, dum sudant, hordeum comederint, absque dubio indigestio et pletura comitabitur. — Sunt qui ubique scribendum putent *plethora*; sed fortasse *Pelagonius* et *Vegetius* vocem ex Græca lingua Latinam reddiderunt: hinc *Pelagon. Veterin.* 2. 1. Sanguis de matrice tollatur, ne pletora (*scribe* pletura *vel* plethora) afferat necem.

PLĒTUS, a, um, particip. a *pleo*: *pieno, empito*, impletus, plenus. *Lucret.* 2. 631. Curetes Phrygii sanguine pleti. Alii leg. *fleti*: alii *læti*. et 6. 1203. Corruptus sanguis pletis e naribus ibat. Alii leg. *plenis*: alii *pleris* eod. sensu, nempe a πληρός. *Lachmannus* ad *l.* 2. *v.* 631. *Bentleji* conjecturam probat et pro *sanguine pleti* legit *sanguinolenti*: in *l.* vero 6. *v.* 1203. legit *expletis naribus ibat.*

PLĒVĪTAS. *V.* PLEBITAS.

PLEURĪCUS, a, um, adject. *laterale*, ad latus, vel in latus positus, obliquus: a πλευρά *latus*. *Frontin. de colon. p.* 117. *Goes.* Termini pleurici positi sunt. *Rudorffius* hunc *Frontini* locum et alium cit. in v. PLEROTICUS unum idemque esse, Codicum auctoritate fretus, affirmat: hinc PLEROTICUS est vox a Lexico amandanda.

PLEURĪSIS, is, f. 3. eadem quæ pleuritis. Corripit pænultimam *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 484. Non ungularum tanta vis latus fodit, Mucrone quanto dira pulsat pleurisis.

PLEURĪTĬCUS, a, um, adject. *pleuritico*, qui pleuritide laborat, πλευριτικός. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 4. 3. (12). Medentur ischiadicis, pleuriticis. *a chi ha mal di punta.* Adde 20. *ibid.* 5. 15. (31). et *ibid.* 17. 68. (176)., 24. *ibid.* 6. 14. (23). et 26. *ibid.* 7. 25. (41). Adde *Marcell. Empir. c.* 24. *p.* 121. ed. *Ald.*; et *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 4. — Hucusque substantivorum more usurpatum legimus; adjective autem apud *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 10. Alii ex pleuritico morbo, alii ex pleumonico (*lege* pneumonico) in supradictam passionem devenerunt. *Id.* 2. *Acut.* 15. Pleuritica passio.

PLEURĪTIS, idis, f. 3. πλευρῖτις. ¶ 1. Est lateris dolor acutus ac pungens cum febre assidua, spirandi difficultate, tussi, sputo citius, vel tardius subsequente, orta ab inflammatione membranæ costas succingentis, ob sanguinis effervescentis impeditum per venas ibidem fluxum. Tunc enim inter membranam et costas sanies colligitur, et apostema generatur: a πλευρά, vel πλευρόν, *latus*. Unde *dolorem lateris* appellat *Cic.* 3. *Orat.* 2. 6. *Vitruv.* 1. 6. Arthritis, tussis, pleuritis, phthisis. ¶ 2. *Pleuritides* apud *eumd.* 10. 13. sunt in hydraulicis organis regulæ inter tabulam et canona interpositæ, et ad eumdem modum foratæ, quo tabula, et oleo subactæ, quo facilius impellantur et rursus introrsus reducantur, ut obturent, aut aperiant terebrationes ipsius tabulæ, *i registri*. Dictæ sunt a πλευρά *costa*, quia sunt veluti parvæ quædam costæ per canonem et sub tabula porrectæ. *Alii leg.* plinthides, a πλινθίς *laterculus*, quia oblongorum laterculorum figuram referunt.

PLEXĪBĬLĬTER, adverb. idem ac plectibiliter. *Vet. interpr.* ad *Virg.* 8. *Ecl.* 29. Et ait, quod mulier in publico osculum offerre debuerit, nec obtulerit plexibiliter. Ob id enim institutum hoc apud veteres habebatur, ut probaret se temulentam non fuisse. Hæc cl. *Furlanetto* in I. *Append.* At legendum mihi videtur *plectibiliter*.

PLEXĬLIS, e, adject. plectilis. Legitur apud *Ampel.* 8. 24. edente *Ed. Wölfflin.*; sed locus est corruptus.

PLEXUS, a. um. *V.* PLECTO secundo loco.

PLEXUS, us, m. 4. *intrecciamento, intrecciatura*, πλοκή, implexus, implicatio. *Manil.* 5. 147. tortos in plexum ponere crines. *Alii leg.* flexum, *alii* fluctum.

PLIĀDES. *V.* PLEJADES.

PLĬCĀTĬLIS, e, adject. *pieghevole*. πλεκτός, qui plicatur, aut plicari potest. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 44. (86). Upupa crista visenda plicatili, contrahens eam, subrigensque per longitudinem capitis. — *Navis plicatilis* est navis facta ex corio, quæ complicata circumfertur ad trajiciendos amnes. *Id.* 5. *ibid.* 9. 10. (59). Ibi Æthiopicæ conveniunt naves. Namque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad catarractas ventum est.

PLĬCĀTŪRA, æ, f. 1. *piegatura*, actus plicandi. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 51. 52. (171). *de signis mortis.* Stragulæ vestis plicaturas.

PLĬCĀTUS, a, um, *et*

PLĬCĬTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PLĬCO, cas, cātum *et* cĭtum, care, a. 1. πλέκω. Præter. *plicui* et *plicavi* agnoscitur a *Priscian.* 9. *p.* 860. *Putsch.*, sed sine exemplis: quæ in compositis non desunt, v. gr. in *applico, complico.* — Part. *Plicans, Plicatus* et *Plicitus.* — *Plicare* est flectere, complicare, contrahere, *piegare. Lucret.* 6. 1087. quasi ut anellis hamisque plicata Inter se quædam possint coplata teneri. *Id.* 4. 823. Lumina ne facias oculorum clara creata, Prospicere ut possemus, et ut proferre queamus Proceros passus, ideo fastigia posse Surarum ac feminum pedibus fundata plicari. *Martial.* 4. 83. Si nimis est legisse duos, tibi charta plicetur Altera: divisum sic breve fiet opus. *Gell.* 17. 9. Ut ore lori, quod plicabatur, coirent. *Virg.* 5. *Æn.* 279. *de angue.* seque in sua membra plicantem. Sic *Seneca Med.* 689. Tumidum nodis corpus aggestis plicat, Cogitque in orbes. *Nemesian.* 3. *Ecl.* 18. Te cano, qui gravidis hederata fronde corymbis Vitea serta plicas. *Capell.* 7. *p.* 239. Decas plena his quatuor numeris gradatim plicitis integratur, id est, uno, duobus, tribus, quatuor. *Improbat* Koppius *lectionem* plicitis *et ex Cod.* plicatis *edidit.*

PLIGORIÆ *vel* plegoriæ lineæ, in re agraria sunt quæ in lateribus agrorum, pro media, quæ principalis dicitur, quasi spondere videntur (*plegus* enim est fidejussor), atque in omnem eventum cavere, ne limitis rectura oblivioni mandetur. *Innocent. de casis litterar. p.* 224. *Goesii*, et ipse *Goes. Antiquit. agr. c.* 8. *p.* 79.

PLINTHIS, idis, f. 3. πλινθίς. ¶ 1. Est parvus later, laterculus, *mattoncello*: deminut. a πλίνθος *later*. Apud *Vitruv.* 3. 2. accipitur pro ipsa plyntho, quæ sub columnæ spira ponitur. *V.* PLINTHUS 1. ¶ 2. *Plinthides* sunt in hydraulicis organis regulæ inter tabulam et canona interpositæ. *V.* PLEURITIS 2. ¶ 3. Apud Gromaticos est forma agri quadrata ad modum plinthi. *Hygin. de condit. agror. p.* 210. *Goes.* et *p.* 122. ed. *Rudorff.* In qua (*provincia Cyrenensium*) agri sunt regii, id est illi quos Ptolemeus rex populo Romano reliquit; sunt plinthides, id est laterculi quadrati uti centuriæ, per sena millia pedum limitibus inclusi, habentes singuli laterculi jugera numero DCCCL. *Alii leg.* plinthi. Adde *ejusd. loc. cit.* in PLINTHUS 2.; et V. *Rudorffii* adnotata in *Die Schriften der Römisch. Feldmess. T.* 2. *p.* 287. et 421.

PLINTHĬUM, ĭi, n. 2. *mattoncello*, πλίνθιον, laterculus: deminut. a πλίνθος. Accipitur a *Vitruv.* pro quadrato lapide aut tabula in modum plinthi, in qua lineæ descriptæ sint ad horas deprehendendas, *quadrante.* Sic enim ille 9. 9. Plinthium, sive lacunar, quod etiam in circo Flaminio est positum, dicitur invenisse Scopas Syracusius.

PLINTHUS, i, f. 2. *plinto, quadrato, zoccolo, dado*, πλίνθος, Græce est later. ¶ 1. In architectura est membrum quadrata figura in modum lateris, quod columnis subjicitur, et firmitatem concione facit. *Vitruv.* 4. 7. Habeant spiræ earum plinthum ad circinum altam suæ crassitudinis dimidia parte. ¶ 2. In re agraria est forma agri plinthum referens, et certum jugerum numerum continens. *Hygin. de condit. agror. p.* 205. *Goes.* Quæstorii dicuntur agri, quos populus R. devictis pulsisque hostibus possedit, mandavitque quæstoribus, ut eos venundarent: quæ centuriæ nunc appellantur plinthi, idest laterculi. Adde *p.* 210. *At hic locus cum* Rigaltio *et* Rudorff. *p.* 115. *sic est corrigendus*: Quæstorii dicuntur agri, quos populus R. devictis pulsisque hostibus possedit, mandavitque quæstoribus, ut eos venundarent: quæ centuriæ nunc appellantur, id est plinthides, hoc est laterculi, eosdem in quinquagenis jugeribus quadratos cluserunt limitibus, atque ita certum cuique modum vendiderunt.

PLĪSĬMA. *V.* PLUSIMUS.

PLISTŌLŎCHĬA. *V.* PISTOLOCHIA.

PLISTŌLŸCĬA, æ, f. 1. idem ac pistolochia, quam voc. *V.*

PLŎCĒ, es, f. 1. πλοκή *nexus*, a πλέκω *necto.* ¶ 1. In Rhetoricis, ploce est copulatio, in qua idem verbum aut nomen continuo positum diversa significat, ut est: Sed tamen ad illam diem Memmius erat Memmius. Hæc *Capell.* 5. *p.* 174. Eadem ferme habet *Aquila Rom. de fig. sentent. et elocut.* § 28. *Ruhnken.* Adde *Jul. Rufinian. de schem. lex.* § 12. Græce scribitur a *Quintil.* 9. 3. 41. ¶ 2. In re musica, ploce dicitur, quum diversa sociamus, ut ait *Capell.* 9. *p.* 323. *V.* AGOGE.

PLŎCĬMUS, a, um, adject. πλόκιμος, textilis. Hinc *calamus plocimus* dicitur a *Plin.* 16. *Hist. nat.* 36. 66. (168). arundinis genus quoddam, quo storeæ tegetesque fierent, quodque *Theophrast. Hist. plant.* 4. 11. πλόκιμον item vocat. *Harduinus* ex MSS. *plotian*, πλωτίαν, in textum admisit, quod ἐπὶ τῶν πλοκάδων, in insulis fluitantibus nascitur. *Plin. loc. cit.* Characian vocabant (*arundinem*) crassiorem firmioremque, plocimum vero subtiliorem: hanc in insulis fluitantibus natam, illam in ripis exspatiantis lacus. Hæc cl. *Furlanetto* in I. *Append.* At *Sillig.* codicum scripturam tuetur et cum *Harduino* legit *plotian.*

PLŎDO. *V.* PLAUDO.

PLŌRĀBĬLIS, e, adject. *lugubre, lagrimevole, flebile*, οἰμωκτός, ploratu dignus, lugubris, flebilis. *Pers.* 1. 34. Phyllidas, Hypsipylas, vatum et plorabile si quid Eliquat. *Claudian.* 1. *in Eutrop.* 261. verbisque sonat plorabile quiddam Ultra nequitiam fractis.

PLŌRĀBUNDUS, a, um, adject. multum plorans, δεδακρυμένος. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 38. Homo ad prætorem plorabundus devenit. *Plerique alii leg.* deplorabundus venit. *Acro* et *Porphyr.* ad *Horat.* 1. *Ep.* 17. 52. Idem, quod meretrix facit amatori suo, quem simulatis damnis plorabunda spoliat.

PLŌRĀTĬO, ōnis, f. 3. *pianto*, ploratus, οἰμωγή. *Augustin. serm.* 17. *de S. S. circa med.* A convalle plorationis usque ad montem pacis.

PLŌRĀTOR, ōris, m. 3. οἰμώζων, qui plorat. *Martial.* 14. 54. Siquis plorator collo tibi vernula pendet.

PLŌRĀTUS, a, um. *V.* PLORO.

PLŌRĀTUS, us, m. 4. actus plorandi, fletus, *pianto*, κλαυθμός.

I.) Proprie. *Cic.* vertens *Sophoclis* versus, 2. *Tusc.* 9. 21. Heu virginalem me ore ploratum edere. *Liv.* 29. 17. *a med.* Omnia mulierum ploratibus sonant. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (29). Ploratum infantis cohibere.

II.) Translate. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (116). Succus e plaga manat, quem opobalsamum vocant, suavitatis eximiæ, sed tenui gutta ploratu etc. *h. e.* quasi lacrima. *Sillig.*: tenuis guttæ ploratu. *Ruhnken.* vero ad *Rutil. Lup. p.* 163. vocem *gutta* ex glossa vocis *ploratu* ortam esse censet.

PLŌRO, as, āvi, ātum, are, n. et a. 1. *Ploror* dep. affertur, nullo tamen auctore laudato, a *Priscian.* 6. *super XII. vers. Æn. p.* 1251. *Putsch.* Multa tamen similia (verb. *lacrimo* et *lacrimor*) inveniuntur, *lugeo* et *lugeor, ploro* et *ploror.* — Part. *Plorans* sub *A.* 2.; *Ploratus* sub *B.* I. — Plorare est

A) Verbum neutrum et ¶ 1. Generatim. Olim erat plane inclamare, ut ait *Festus p.* 230. 10. *Müll.* Hinc illa in *Leg. Serv. Tull.* apud *eumd.* SI PARENTEM PVER VERBERIT AST OLLE PLORASSIT. *Müllerus* pro *plane inclamare* legit *flere, inclamare*, et postremam hanc vocem delendam censet. ¶ 2. Speciatim et sæpe est multis lacrimis et clamore flere, οἰμώζω, δακρύω (It. *piangere gridando, piangere assai*; Fr. *pleurer, verser des larmes en criant, se lamenter*; Hisp. *llorar, derramar lagrimas gritando*; Germ. *weinend oder klagend schreien, laut*

weinen, plärren, heulen; Angl. *to wail, weep, cry out, lament, deplore*). — *a*) Universim. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 164. Jam ego hercle faciam plorantem illum, nisi te facio propitiam. *Ter. Phorm. prol.* 8. Eam plorare, orare, ut subveniat sibi. *Cic.* 15. *Att.* 9. Rides inquies, in talibus rebus? Quid faciam? plorando fessus sum. *Id. Dom.* 21. 55. Ut senatum pro me non modo propugnare, sed etiam plorare et supplicare, mutata veste, prohiberent. *Ovid.* 3. *Art. am.* 291. discunt lacrimare decenter, Quoque volunt plorant tempore, quoque modo. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 68. tacitus leget (*testamenti tabulas*), invenietque Nil sibi legatum præter plorare suisque. *Auct.* apud *Quintil.* 6. 1. 47. Date puero panem, ne ploret. *Seneca Ep.* 63. Nec sicci sint oculi, omisso amico, nec fluant: lacrimandum est, non plorandum. — *b*) Speciatim, *jubeo te plorare*, male tibi cupio, infelicem esse volo. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 90. Demetri, teque, Tigelli, Discipularum inter jubeo plorare cathedras. οἰμώζειν κελεύω dicunt Græci eod. sensu: cui contrarium est χαίρειν, aut εὐπράττειν κελεύειν, quæ illustrat *Lambin.* ad *Horat. Epod.* 5. 74.

B) Active, eadem significatione.

I.) Proprie. *Horat.* 3. *Od.* 27. 38. turpe commissum plorare. *Id.* 4. *ibid.* 2. 21. Flebili sponsæ juvenemve raptum Plorat. *Quintil.* 6. 1. 29. Nec speremus fore, ut aliena quisquam diu ploret. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 245. plorare funera. — Sic Part. *Ploratus* apud *Ovid.* 1. *Art. am.* 75. Veneri ploratus Adonis. *Id.* 4. *Fast.* 856. plorato subdita flamma rogo. *Stat.* 4. *Theb.* 460. plorata cupressus.

II.) Translate, cum Accusativo et Infinito, ut *indignari, nolle*, est ægre ferre, dolere. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 29. Aquam hercle plorat, dum lavat, profundere. *gli piange il cuore.* et *Horat.* 2. *Ep.* 1. 9. Ploravere, suis non respondere favorem Speratum meritis. *et* 3. *Od.* 10. 2. me tamen asperas Projectum ante fores objicere incolis Plorares Aquilonibus.

PLŌROR, āris, dep. 1. *V.* voc. præced. init.

PLŌSOR. *V.* PLAUSOR.

PLOSTELLUM, i, n. 2. *carretto, ἁμαξίς*, deminut. plostri. *Varro* 1. *R. R.* 52. 1. Plostellum Pœnicum. *V.* TRIBULUM. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 247. plostello adjungere mures. *Augustin.* 7. *Civ. D.* 21. Turpe membrum plostellis impositum.

PLOSTRĀRĬUS, a, um. *V.* PLAUSTRARIUS.

PLOSTRUM. *V.* PLAUSTRUM.

PLŌSUS. *V.* PLAUSUS.

PLŌTĬAS. *V.* PLOCIMUS.

PLOXĔMUM, i, n. 2. capsus in cisio, ut ait *Festus p.* 230. 7. *Müll.* Est vox Gallica, quam *Quintil.* 1. 5. 8. dicit a *Catullo* circa Padum inventam esse. *Catull.* 94. 6. Gingivas vero ploxemi habet veteris. — Scribitur et *ploximum*, et *ploxenum*. A Græco πλόκανον deducit *Döderlein. Latein. Synonym. T.* 6. *p.* 273.

PLŪIT, plŭebat. *V.* PLUO.

PLŪMA, æ, f. 1. in avibus est id, quo vestiuntur, exilius, mollius, densiusque (*V.* PENNA), πτίλον (It. *piuma*; Fr. *plume tendre, duvet*; Hisp. *pluma, plumen*; Germ. *die Flaumfeder*; Angl. *a small or soft feather, a plume*).

I.) Proprie. — *a*) Universim. *Cic.* 2. *Nat. D.* 47. 121. Animantes alias pluma, alias squama videmus obductas. *Id.* 3. *Fin.* 5. 18. Alia ad quemdam ornatum, ut cauda pavoni, plumæ versicolores columbis. *Virg.* 10. *Æn.* 192. mollis pluma. *Petron. Satyr.* 127. *a med.* Implicitum brachiis mollioribus pluma deduxit in terram. *Ovid. Heroid.* 8. 68. in plumis delituisse Jovem. *h. e.* sub forma cycni. *Colum.* 8. *R. R.* 2. 7. Gallinæ sunt rubicundæ vel fuscæ plumæ nigrisque pennis. *Seneca Ep.* 42. Te non pedem tenere, sed pennam. Mentitus sum: pluma tenebatur. — *b*) Pluma farciebantur a ditioribus culcitæ, cervicalia, lecticæ. *Martial.* 12. 17. Dormit et in pluma, purpureoque toro. *Id.* 14. 146. Tinge caput nardi folio, cervical olebit. Perdidit unguentum quum coma, pluma tenet. *Juvenal.* 10. 361. et potiores Herculis ærumnas credat *etc.* et cœnis, et plumis Sardanapali. *Id.* 1. 159. Pensilibus plumis vehi. *h. e.* lectica. — Adhibetur in proverbiis ad significandam animi levitatem. *Plaut. Men.* 2. 3. 22. Quid ais, homo levior quam pluma, pessime et nequissime? *Id. Pœn.* 3. 6. 17. Si quid benefacias, levior pluma est gratia. Sic *Cic.* 8. *Att.* 15. *a med.* Nec me consules movent, qui ipsi pluma, aut folio facilius moventur. — De re nullius pretii. *Plaut. Most.* 2. 1. 60. Pluma haud interest. patronus, an cliens probior siet.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de prima barba. *Horat.* 4. *Od.* 10. 2. Insperata tuæ quum veniet pluma superbiæ. Alii intelligunt canitiem. *Bentlej.* utrumque rejicit, et *bruma* legit. ¶ 2. In thorace militari parvæ laminæ consertæ, alia sub aliam adnexa, more plumarum in avibus, *plumæ* dicuntur. *Stat.* 11. *Theb.* 542. alte ensem germani in corpore pressit, Qua male jam plumis imus tegit inguina thorax. *Virg.* 11. *Æn.* 770. Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis In plumam squamis auro conserta tegebat. *Sall. fragm.* apud *Serv. ad hunc loc.* Equis paria ornamenta (*rectius* Kritz. *leg.* operimenta) erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant. *Pluma* hic aperte collectivum sensum habet. V. PAVONACEUS. *Lactant.* ad illud *Stat.* 4. *Theb.* 268. (aspera plumis Terga) loricæ squamas explicuit, quam alii cataphractam vocant. *Ammian.* 24. 4. *n.* 15. Et primi Romani hostem undique laminis ferreis in modum tenuis plumæ consæptum, fidentemque quod tela rigentis ferri lapsibus impacta resiliebant, crebris procursationibus et minaci murmure lacessebant.

PLŪMĀCĬUM, ii, n. 2. *piumaccio*, culcita plumis repleta. *Ambros. Ep.* 26. *n.* 12. Quum de eo convenirem comites ejus, ne sine veste, sine plumacio paterentur extrudi senem, extrusus ipse sum. Hic *Ambros.* loquitur de Hygino episcopo sene in exsilium acto, cui nihil jam nisi extremus superesset spiritus, ideoque petierat, ut fracta illius senis ossa paullo mollius jacerent. *Cassiod.* 7. *Hist. Eccl.* 16. *ante med.* Plumacium tantummodo et codicem gerens.

PLŪMĀLIS, e, adject. qui pluma tectus est. *Auct.* incertus *eleg.* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 691. *Burmann. v.* 58. *de Leda.* plumalem de Jove fecit avem. *scil.* qui ob ejus amorem in cycnum versus est.

PLŪMĀRĬUS, a, um, adject. ad plumas pertinens. *Hieronym. Ep.* 29. *n.* 6. In Exodo, ceterisque locis, ubi describuntur vestes plumaria arte contextæ. — Hinc

Plumarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more. ¶ 1. Est ποικιλιτής, *ricamatore*, qui acu pingit, et tenue opus variumque in veste, plumarum instar, format. *Varro* apud *Non. p.* 162. 27. *Merc.* Etenim nulla, quæ non didicit pingere, potest bene judicare quid sit bene pictum a plumario aut textore in pulvinaribus plagis. *Vitruv.* 6. 7. *sub fin.* Plumariorum textrinæ, pictorumque officinæ. *Inscript.* apud *Gruter.* 649. 8. ARTEMIDORO PLVMARIO COLLEGAE. Alia apud *Reines. cl.* 11. *n.* 114. et apud *Murat.* 906. 13. et 924. 11. C. IVLIVS EVPHROSYNVS AVG. PLVMARIVS H. S. F. *Salmas.* ad *Vopisc. Carin.* 20. docet, plumarios esse, qui plumas avium in vestibus acu pingunt: *plumas* autem vocasse veteres rotundas notas ex auro vel purpura, et in modum plumarum factas, quibus vestes intexebantur ac variabantur: sic laminas rotundas, vel circulos ferreos, e quibus loricæ fiebant, *plumas* dixisse. *V.* PLUMA II. 2. Clavos quoque tunicis intextos hoc nomine fortasse appellavisse, quia *Non. p.* 540. 19. *Merc.* plumatile interpretatur aut clavatum, aut ex plumis factum. Sed omnino ipsum adire opus est, copiosissime de his disputantem. Aliorum eruditorum sententias in re satis obscura *V.* apud *Bald.* in *Lex. Vitruv.* Consule etiam, si placet, *dissert.* 25. *Muratorii de antiquitatib. Ital. p.* 401. ¶ 2. Item in *Gloss. Philox.* est πτιλοβάφος, *h. e.* qui plumas coloribus pingit.

PLŪMĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

PLŪMĀTĬLIS, e, adject. ad plumas. et plumarii artem pertinens. *Plaut.* enumerans varia vestium genera, *Epid.* 2. 2. 49. Cymatile, aut plumatile, cerinum, aut melinum. *subaudi* vestimentum. *V.* et *Nonii* loc. cit. in PLUMARIUS, a, um, sub 2. in fin.

PLŪMĀTUS, a, um. *V.* PLUMO.

PLUMBĀGO, inis, f. 3. *piombaggine*, μολύβδαινα. ¶ 1. Est genus metalli, plumbi et argenti simul naturam referens. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 50. (168)., ubi et *molybdænam* appellat, quod idem est. *V.* hanc vocem. ¶ 2. Item talis metalli color. *Id.* 37. *ibid.* 5. 18. (70). *de gemmis.* Frequens est in his et plumbago, hoc est, ut in solo (*al.* sole) plumbei videantur. ¶ 3. Item genus herbæ. *Id.* 25. *ibid.* 13. 97. (155). *V.* MOLYBDÆNA.

PLUMBĀRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PLUMBĀRĬUS, a, um, adject. μολυβδικός, ad plumbum pertinens. *Inscript.* apud *Orell.* 4266. D. M. FECIT MINDIA HELPIS C. IVLIO THALLO MARITO SVO BENEMERENTI QVI EGIT OFFICINAS PLVMBARIAS. *h. e.* præfuit officinis plumbariis, ad fistulas præsertim aquæductuum flandas destinatis. Ita *officinatores plumbarii* in *Inscript.* apud *Gruter.* 182. 9. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 54. (175). Psimithium quoque, hoc est cerussam, plumbariæ dant officinæ. *Id.* 33. *ibid.* 7. 40. (119). Plumbarium metallum. *h. e. miniera di piombo. Vitruv.* 8. 7. *a med.* Artifices plumbarii — Hinc

Plumbarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui opera ex plumbo facit. *Aurel. Arcad. Dig.* 50. 6. 6. Plumbarii, ferrarii, lapidarii. Adde *Inscript.* apud *Murat.* 900. 4.; et *Frontin. Aquæd.* 25. — *Plumbarii* appellati sunt Medubrigenses quia plumbariis fodinis abundant. *V.* MEDUBRIGENSIS in ONOM.

Plumbarium, ii, n. 2. absolute, est locus, in quo plumbea vasa reponuntur; ut aurarium, in quo aures; argentarium, in quo argentea. *Not. Tir. p.* 164. Plumbum, plumbeus, plumbarium.

PLUMBĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

PLUMBĀTŪRA, æ, f. 1. *impiombatura*, μολύβδωσις, ferruminatio, et quæcumque conjunctio plumbo facta. *Cassius* apud *Paul. Dig.* 6. 1. 23. Ferruminatio per eamdem materiam facit confusionem, plumbatura non efficit.

PLUMBĀTÆ, ārum, f. plur. 1. *V.* PLUMBO in fin.

PLUMBĀTUS, a, um. *V.* PLUMBO.

PLUMBĒA, æ, f. 1. *et*

PLUMBĒUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. sub I.

PLUMBĔUS, a, um, adject. qui est e plumbo, *di piombo*, μολύβδινος.

I.) Proprie. — *a*) Adjective. *Lucret.* 6. 306. plumbea sæpe Fervida fit glans in cursu. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 50. (169). Plumbeo pistillo terere aliquid. *Id.* 33. *ibid.* 6. 35. (109). Plumbeum vas. *Id.* 13. *ibid.* 41. 21. (69). Publica monumenta plumbeis voluminibus confici. *h. e.* plumbeis laminis in volumen convolutis. *Id.* 26. *ibid.* 11. 67. (107). Vettonica pota colorem plumbeum corporis emendat. — Ictus plumbei *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 122. sunt plumbatarum. V. *Plumbatæ* in fin. v. PLUMBO. — *b*) Hinc *Plumbeum, i*, n. 2. absolute, substantivorum more, est vas plumbeum. *Martial.* 6. 55. Fragras plumbea Nicerotiana. *h. e.* vasa plumbea Nicerotis unguentarii. Nam unguenta apte coquuntur plumbeis vasis, ut *Plin.* 13. *Hist. nat.* 2. 3. (19). docet. *Cato R. R.* 105. Mustum in aheneum, aut plumbeum infundito. *Colum.* 12. *R. R.* 19. 6. Oleo plumbea intrinsecus imbuere, et bene fricare. *et ibid.* 52. 10. Plumbea quadrata. — *c*) *Plumbea, æ*, f. 1. absolute, plumbea pila, plumbata. *Spartian. Sever.* 11. Ingens periculum equi casu adiit, ita ut mortuus ictu plumbeæ crederetur. *V. Plumbatæ* 1. in fin. v. PLUMBO.

II.) Translate. ¶ 1. *Plumbea arma*, obtusa, hebetia, sine acie, *ottuse, senza taglio. Cic.* 1. *Att.* 16. Quum illum plumbeo gladio jugulatum iri tamen diceret. *Id.* 4. *Fin.* 18. 48. O plumbeum pugionem! *h. e.* argumentum frigidum, et sine vi. ¶ 2. Usurpatur de multis rebus physicis, quæ

nullius pretii et mala sunt. — *a) Plumbeus nummus* nullius pretii. *Plaut. Cas.* 2. 3. 40. Cui homini hodie peculii nummus non est plumbeus. *Id. Trin.* 4. 2. 120. Cui, si capitis reus siet, nummum numquam credam plumbeum. *Id. Most.* 4. 2. 11. Tace sis, faber, qui cudere soles plumbeos nummos. *moneta falsa.* Absolute. *Martial.* 10. 74. quamdiu salutator Anteambulones et togatulos inter Centum merebor plumbeos die toto? *cento miserabili quattrini.* Intelligit autem sportulam, quæ erat centum quadrantum: et *plumbeos* dicit per contemptum, nam quadrantes erant ærei. Vel respicit ad materiam, quia æs quadrantum adeo viliore mixtura erat, ut plumbum videri posset. Quo pertinet illud *ejusd.* 1. 100. Et septem veteres tui sodales Constamus tibi plumbea selibra. *Supra dixerat,* Nigræ sordibus explices monetæ. *Fronto de orat.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 2. *ad fin.* Monetam illam veterem sectator. Plumbei nummi, et cujuscemodi adulterini in istis recentibus nummis sæpius inveniuntur, quam in vetustis. Ex his patet, nummos plumbeos esse adulterinos, quum monetam publicam neget unquam fuisse plumbeam *Eckhel. D. N. V. T.* 1. *p.* XX. et *T.* 8. *p.* 318. — *b) Plumbea vina,* obscuri coloris et vilioris pretii. *Martial.* 10. 49. Quisquam plumbea vina vult in auro? — *c) Plumbea mala,* itidem a malo colore et vili pretio. *Id. ibid.* 94. nec furem plumbea mala timent. — *d) Plumbea carmina,* mala. *Auson. Epist.* 6. 1. Aurea mala, Theon, sed plumbea carmina mittis. ¶ 3. *Plumbeus Auster,* humidus, gravis, et gravedinem inducens corporibus. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 18. nec plumbeus Auster, Auctumnusque gravis. ¶ 4. *Plumbea ira,* gravissima et diuturna. *Plaut. Pœn.* 3. 6. 16. Ita sunt isti nostri divites: Si quid benefacias, levior pluma est gratia: Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt. ¶ 5. De hominibus *plumbeus* est hebetis ingenii, stultus, stupidus, stolidus. *Cic.* 1. *Tusc.* 29. 71. Nisi plane in physicis plumbei sumus. *Ter. Heaut.* 5. 1. 3. In me quidvis harum rerum convenit, quæ sunt dicta in stultum: caudex, stipes, asinus, plumbeus. — Huc referri potest et illud *Licinii Crassi* apud *Sueton. Ner.* 2. Non esse mirandum, quod (*Cn. Domitius*) æneam barbam haberet, cui os ferreum, cor plumbeum. *cuore insensibile.* — Hinc

Plumbeum, i, n. 2. et

Plumbea, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, *V.* sub I. *b.* et *c.*

PLUMBO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Plumbatus* 1. et 2. — Plumbare ¶ 1. Est ferruminare, plumbo conglutinare, *impiombare, saldare,* μολυβδόω. *Cato R. R.* 21. *sub fin.* Modiolos indet, et plumbet. *et* 20. Modiolos oleaginos facito, et eos circum plumbato. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 17. 48. (161). Neque argentum ex stanno plumbatur. *Pompon. Dig.* 41. 1. 27. Si tuum scyphum alieno plumbo plumbaveris. *Tertull. Apolog.* 29. Salutem non putamus in manibus esse plumbatis. Potest tamen *plumbatis* intelligi *plumbeis. V.* PLUMBEUS I. *a.* in fin.—Plumbatus est etiam qui plumbum in extremitate sustinet. V. *Cassiod. loc. cit.* in PISCEUS. ¶ 2. Plumbare est etiam ex plumbo facere; hinc *plumbatus* est fere adject. *di piombo,* plumbeus. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 50. (97). Plumbatis sagittis nidos avium decutere. *Solin.* 33. *a med.* Plumbata jacula. *Frontin. Aquæd.* 124. Plumbati canales. *Val. Max.* 3. 7. *n.* 2. Omnia vada plumbatis tabulis consternere. — Hinc

Plumbatæ, ārum, f. plur. 1. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Sunt pilæ e plumbo quibus exercebantur milites, *piombate,* μολυβδίδες. *Veget.* 1 *Milit.* 17. *V.* MARTIOBARBULUS. ¶ 2. *Plumbatæ,* Italice quoque nunc *piombate,* appellatæ fuerunt etiam pilæ plumbeæ pluribus funiculis seu coriis consutæ, quibus reorum terga flagellabantur. *A. M. Lupius Dissert. XII.* agit de plumbatis, quæ Romæ in sepulcro cujusdam martyris repertæ sunt. Erant illæ glandes ex ære, non ex plumbo, et catenulis, non funiculis aut loris alligatæ. Idem suspicatur glandes initio factas fuisse ex plumbo, unde plumbatarum nomen manserit; neque enim audierat, usquam asservari plumbatas ex plumbo. *Imppp. Valentin., Valens et Gratian. Cod. Theod.* 9. 35. 2. Plumbatarum vero ictus, quos in ingenuis corporibus non probamus, non ab omni ordine submovemus, sed decemprimos tantum ordinis curiales ab immanitate hujusmodi verberum segregamus, ita ut in ceteris animadversionis istius habeatur moderatio commonentis. Adde *ibid.* 12. 1. 80. Hinc *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 116. Tundatur, inquit, terga crebris ictibus, Plumboque cervix verberata extuberet. *et mox* 121. Pulsatus ergo martyr illa grandine, Postquam inter ictus dixit hymnum plumbeos, etc.

PLUMBŌSUS, a, um, adject. Sup. *Plumbosissimus.* — Plumbosus est plurimum plumbi habens admixtum. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 53. (173). Quantoque minus plumbosa, friabilis et modice gravis. *Id.* 33. *ibid.* 6. 34. (103). Fæx ejus (*stibii*) intelligitur plumbosissima.

PLUMBUM, i, n. 2. μόλυβδος (It. *piombo*; Fr. *plomb*; Hisp. *plomo*; Germ. *d. Blei*; Angl. *lead*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim plumbum est genus metalli duplicis generis, candidi, et nigri. Pretiosissimum candidum. Jungi inter se nigrum sine albo non potest, nec hoc ei sine oleo: ac ne album quidem secum sine nigro. Nigri origo duplex: aut enim sua provenit vena, nec quidquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, mixtisque venis conflatur. Ejus qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur; qui secundus, argentum: quod remansit in fornacibus, galena, quæ est tertia portio additæ venæ. Hæc rursus conflata dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus. Hæc, et alia plura *Plin.* 34. *Hist. nat. c.* 16. *et* 17., ubi *c.* 18. persequitur ejus usus in medicina. Ceterum plumbum album, quod quidem idem est cum stanno seu cassitero, etiam *Cæs.* 5. *B. G.* 12. memorat. *Cassiod.* 3. *Variar.* 31. Æs Ionos Thessaliæ rex, plumbum Midas regnator Phrygiæ repererunt. *Cato R. R.* 39. Dolia plumbo vincito. *Lucret.* 6. 1079. Ærique æs plumbo fit uti jungatur ab albo. — Cæstus plumbo onerabant, quo gravius tunderent. *Virg.* 5. *Æn.* 405.; et *Val. Flacc.* 1. 420. — Proverb. est illud *Petron. fragm. Tragur.* 43. *Burmann.* Plane fortunæ filius: in manu illius plumbum aurum fiebat. ¶ 2. Speciatim, per synecdochen est glans, seu pila plumbea. *Ovid.* 2. *Met.* 727. Balearica plumbum Funda jacit: volat illud, et incandescit eundo. Adde 4. *ibid.* 709. *Virg.* 9. *Æn.* 587. fundam ter adducta circum caput egit habena, Et media adversi liquefacto tempora plumbo Diffidit. *V.* GLANS. ¶ 3. Item fistula plumbea. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 20. Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 66. Teque, per obliquum penitus quæ laberis amnem, Marcia, et audaci transcurris flumina plumbo. — Fortasse huc pertinet *servus a plumbo* in *Inscript.* apud *Gruter.* 640. 10., scilicet curam habens fistularum aquæductus. *Spon. Miscell. p.* 35. tres affert plumbeos tubos, in quibus *vilici* nomen inscriptum est. ¶ 4. Item flagellum plumbo instructum. *V.* locum *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 116. cit. in *Plumbatæ* 2. in fin. verbi PLUMBO.

II.) Translate *plumbum* est vitium oculi. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 97. (155). *de plumbagine.* Hac commanducata si oculus subinde liniatur, plumbum (quod genus vitii) ex oculo tollitur.

PLUMELLA, æ, f. 1. deminut. plumæ. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 171.

PLŪMESCO, is, ere, n. inchoat. 3. *metter le piume,* ἀναπτεροῦμαι, plumas emittere incipio. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 53. 74. (149). Vicesimo die si moveatur ovum, jam viventis intra putamen vox auditur. Ab eodem tempore plumescit.

PLŪMĔUS, a, um, adject. qui est ex pluma, *di piuma.*

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Tusc.* 19. 46. Collocemus in culcita plumea. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 23. 33. (68). Otus auribus plumeis eminentibus. *Dracont.* 1. *Hexæm.* 240. Plumea gens. *h. e.* aves.

II.) Translate. ¶ 1. *Plumeus* dicitur qui plumæ qualitates vel similitudinem refert. *Martial.* 4. 19. Plumea seu laxi partiris pondera follis. *h. e.* levia; nam follis erat vento repletus. *Arnob.* 2. 59. Nives plumeæ. *h. e.* minutæ et leves, quæque, ut ait *Id. ibid.* 58., veluti plumeæ crustulæ sunt. *Apul.* 3. *Met.* Plumea et lactea cutis. *morbida e delicata.* ¶ 2. Refertur etiam ad opus acu pictum in vestibus, ut in PLUMARIUS dictum est. *Prudent. Hamartig.* 295. avium quoque versicolorum Indumenta novis texentem plumea telis.

PLŪMĬGER, gĕra, gĕrum, adject. qui plumas gerit, ut Plumigeri anseres, *Plin.* 10. *Hist. nat.* 22. 27. (53). Plumigera series, *h. e.* pennæ, *Prudent.* 3. *Cathemer.* 44. Plumigeræ aves, *Cassiod.* 2. *Variar.* 19.

PLŪMĬPES, ĕdis, m. et f. 3. πτεροπους, qui pedes pennatos habet. *Catull.* 55. 27. Adde huc plumipedes volatilesque, etc.

PLŪMO, as, āvi, ātum, are, a. et n. 1. Part. *Plumans* sub *B.*; *Plumatus* sub *A.* I. et II. 1. 2.; *Plumaturus* sub *A.* I. — Plumare

A) Active est plumis tegere, *coprire di piume.*

I.) Proprie. *Cic.* vertens *Arati* carmina, 2. *Nat. D.* 44. 114. plumato corpore corvus. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 32. 50. (117). *de cervi cornib.* Eadem teneris increscunt ferulis, arundineas in paniculas molli plumata lanugine. *Apul.* 3. *Met.* Indicat, dominam suam in avem se plumaturam atque devolaturam.

II.) Translate. ¶ 1. *Plumatus* est acu pictus arte plumarii, *ricamato. Lucan.* 10. 123. Strata micant, Tyrio quorum pars maxima fuco Cocta diu, virus non uno duxit aheno. Pars auro plumata nitet, pars ignea cocco. Cf. *Vopisc. Carin.* 20. Laneas tunicas purpura micantes et plumandi difficultate pernobiles. *V.* PLUMARIUS in fin. sub 1. ¶ 2. Item in plumæ formam consertus. *Justin.* 41. 2. 10. Munimentum ipsis equisque loricæ plumatæ sunt, quæ utrumque toto corpore tegunt. *V.* PLUMA II. 2.

B) Neutrorum more est plumas emittere, *fare la piuma. Gell.* 2. 29. Pullis jam jam plumantibus. *Tertull. carn. de Sodom.* 113. Aut si quis plumat senio modulatior ales.

PLŪMŌSUS, a, um, adject. plumis tectus, plumis abundans.

I.) Proprie. *Propert.* 4. 2. 34. sed arundine sumpta Faunus plumoso sum deus aucupio.

II.) Translate. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 6. 29. (65). et 27. *ibid.* 8. 37. (59). Plumosa folia.

PLŪMULA, æ, f. 1. deminut. plumæ, πτίλιον, parva pluma. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 19. Plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ. *Apul. Florid. n.* 12. Color psittaco viridis et intimis plumulis et extimis palmulis.

PLŪO, plūis, plūi *et* plūvi, plūere, n. 3. *Pluit* in præterito primam habet longam ut *Varro* docet 9. *L. L.* 104. *Müll.*, maxime si *pluvit* scribas. *V.* LUO init. — *Pluvit* legitur apud *Plaut.* (*V.* loc. infra cit. sub I. *a.*) et sæpe apud *Livium Andron.* teste *Priscian.* 10. *p.* 881. *Putsch.* confirmantibusque Codd.—Part. *Pluens* II. *b.* — *Pluere,* quod ratione habita etymi deducitur a πλύνω *lavo,* vel a βλύω *scaturio, mano,* et certe cum *fluo* conjungi potest, est imbrem decidere, βρέχω, ὕω (It. *piovere*; Fr. *pleuvoir*; Hisp. *llover*. Germ. *regnen*; Angl. *to rain, fall like rain*).

I.) Proprie. — *a)* Impersonaliter — Absolute *Plaut. Men. prol.* 63. Nam rus ut ibat forte, ut multum pluverat. *Id. Curc.* 1. 2. 42. Pluet credo hercle hodie. *Varro* 1. *R. R.* 51. 1. Aream esse oportet potissimum rotundam, et mediam paullo extumidam, ut, si pluerit, non consistat aqua. *Cic.* 2. *Nat. D.* 43. 111. Has Græci stellas Hyadas vocitare suerunt, a pluendo: ὕειν enim est pluere. *Id. Topic.* 9. 38. Omnem aquam oportet arceri, quæ pluendo crevisset. *Virg.* 10. *Æn.* 805. Omnis et agricola, et tuta latet arce viator, Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,

Dum pluit. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 26. 46. (109). Etiam si non pluat. — Cum Accusativo vel Ablativo rei, qua pluit. *Cic.* 2. *Divinat.* 27. 58. Sanguinem pluisse senatui nunciatum est. *Liv.* 4. 19. In area Vulcani sanguinem pluit. *Id.* 27. 11. Lacte pluisse. *Id.* 1. 31. et 7. 28., et 35. 9. *et alibi.* lapidibus. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 56. 57. (147). lacte, sanguine, carne. *Martial.* 3. 47. Capena grandi porta qua pluit gutta. — Passive. *Apul. Florid. n.* 2. Totum illud spatium, qua pluitur, et ningitur. — *b*) Personaliter. *Arnob.* 1. 9. Non pluit, inquit, cælum. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 56. 57. (147). Effigies, quæ pluvit, spongiarum fere similis fuit.

II.) Translate est cadere more imbris. — *a*) Imperson. *Virg. A. G.* 81. Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. — *b*) Personaliter. *Stat.* 1. *Silv.* 6. 10. Jam bellaria adorea pluebant. — Et cum Accusat. *Id.* 8. *Theb.* 416. stridentia fundæ Saxa pluunt. — Sic Part. *Pluens* apud *Lactant. carm. de passion.* 43. Undique diva pluens vivum super ora cruorem. — Passive *plui* legitur apud *Auct. incert.* ad Constantini imp. tempora pertinentem, ed. ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 389. Sed panem quidem eis (*Hebræis*) plui per singulos dies asserunt.

PLŪOR, ōris, m. 3. *pioggia*, pluvia. *Laberius* apud *Non. p.* 220. 33. *Merc.* Qui pedem ex taberna tulimus, tantus quum staret pluor.

PLŪRĀLIS, e, adject. (plus) ad plures, aut plura pertinens, *del numero di più, plurale*, πληθυντικός. ¶ 1. Generatim. *Ulp. Dig.* 22. 5. 12. Pluralis elocutio testium. ¶ 2. Speciatim, *pluralis numerus* apud Grammaticos, quo plura significantur. *Quintil.* 1. 5. 42. Præterea numeros, in quibus nos singularem ac pluralem habemus, Græci et δυϊκόν. Adde *Pompon. Dig.* 50. 16. 122. Rursus *Quintil.* 1. 6. 26. Genitivus pluralis. — Absolute. *Quintil.* 9. 3. 8. Quum singularis pluralibus subjungitur. *et ibid.* § 63. Singularia pluralibus miscet. Adde *eumd.* 1. 5. 16. et 8. 6. 28.

PLŪRĀLĬTAS, ātis, f. 3. *pluralità*, pluralis numerus. *Charis.* 1. *p.* 50. et 72. *Putsch.* Sic extra rem grammaticam *Boeth.* in *Aristot. de interpret. ed. sec. p.* 541. Alia est differentia, quæ ex indefinita multitudine et innumera pluralitate ad unum propositionis vim colligit atque constringit. *Id. de Unit. p.* 1276. Omnis pluralitas ex unitatibus est. *Id.* 1. *Arithm.* 4. *p.* 1298. Prædocuimus quantitatem in infinitas pluralitates accrescere. *Ambros.* in *Ps.* 118. *prol.* Ut simul et unitatem doceret, non pluralitatem.

PLŪRĀLĬTER, adverb. *pluralmente, in plurale*, πληθυντικῶς, plurali numero. ¶ 1. Generatim. *Cod.* 7. 4. 14. Pluraliter nuncupare. ¶ 2. In re grammatica. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 56. Hæc antiqui fulgetra dicebant: tonitrua nos pluraliter dicimus. *Quintil.* 8. 6. 28. Quum dico vultus hominis pro vultu, dico pluraliter quod singulare est. Adde *eumd. ibid.* 3. 35. et 1. 6. 25.

PLŪRĀTĪVUS, a, um, adject. *plurale*, πληθυντικός, pluralis. *Gell.* 19. 8. Quadrigas pluralivo semper numero dicendas putat. Adde *eumd.* 1. 16.; et *Arnob.* 4. 13. — Neutr. absolute. *Gell.* 20. 6. *Mei* interrogandi casus est, et ab eo declinatur, quod est *ego*. Hujus deinde pluralivum est *nos*.

PLŪRES. *V. Plus* in v. MULTUS.

PLŪRĪES *vel* pluriens, adverb. *più volte*, πολλάκις, pluribus vicibus, sæpius. *Cæs.* 1. *B. C.* 79. Cohortes agmen claudebant, pluriesque in locis campestribus subsistebant. *At recentiores critici rectius leg.* plures. *Immo* Handius (*Turscll. T.* 4. *p.* 473.) *scribendum putat*: Expeditæ cohortes novissimum agmen claudebant plures, quæ in locis campestribus subsistebant. Similiter apud *Trebell. Poll. Gallien.* 1. Quum pluries ejus causa convenissent. *incerta est scriptura*; *nonnulli enim Codd. habent* plureis.

PLŪRĬFĀRĬAM, adverb. *in più luoghi, o parti*, πλειστάκις, πολλαχοῦ, pluribus locis, aut partibus. *V.* BIFARIAM.

I.) Proprie. *Sueton. Aug.* 46. Italiam operibus ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit. *et* 80. Callis quibusdam ex prurigine corporis, assiduoque et vehementi strigilis usu plurifariam concretis. *Id. Tib.* 43. Cubicula plurifariam disposita. *Id. Claud.* 21. Gladiatoria munera plurifariam ac multiplicia exhibuit. Est qui leg. *plurifaria*, ut sit adject. *Inscript.* pertinens ad ann. a Chr. n. CCI., sub Septimio Severo et Caracalla Augg., apud *Gruter.* 187. 3. ARCVS CORLIMONTANOS PLVRIFARIAM VETVSTATE CONLAPSOS ET CORRVPTOS A SOLO SVA PECVNIA RESTITVERVNT. *Gell.* 2. 22. *a med.* Præter hos sunt alii plurifariam venti, suæ quisque regionis indigenæ. *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. post Chr. n. 165. et exstat Neapoli in *Mus. Borbon.* OB PERPETVAM ET PLVRIFARIAM MVNIFICENTIAM EIVS.

II.) Translate est idem ac pluribus modis, *in più modi. Apul. Florid. n.* 17. Ceterum ipsius vocis hominis exercendæ causa cassus labor supervacaneo studio plurifariam superatur. *Solin.* 38. Mons Taurus pro gentium ac linguarum varietate plurifariam nominatus.

PLŪRĬFĀRĬĒ, adverb. plurifariam. *Gloss. Philox.* Plurifariam, πολλαχῶς, Plurifarie, πολλαχῶς.

PLŪRĬFĀRĬUS, a, um, *V.* in voce præced.

PLŪRĬFORMIS, e, adject. *di molte maniere*, ut Pluriformi modo, *Apul. Florid. n.* 3. Pluriformis vestis, *Capell.* 7. *p.* 236.

PLŪRĬLĀTĔRUS. *V.* TRILATERUS.

PLŪRĬMUS, a um, adject. Superlat. a *plus, pluris*. V. MULTUS.

PLŪRĬNŌMĬNIS, e, adject. idem ac synonymus. *Isid.* 1. *Orig.* 3. Synonyma, hoc est plurinomina.

PLŪRĬVŎCUS, a, um, adject. *Capell.* 4. *p.* 97. Quæritur quid sit æquivocum, quid univocum, quid, ut ita dicam, plurivocum. Debetis quippe insolentiam perferre sermonis, qui Grajam dissertare Latialiter compulistis. *Id. ibid. p.* 104. Plurivocum est, quando multis nominibus una res dicitur, ut gladius: nam et ensis et mucro idem significant.

PLUS, plūris, adject. et adverb. *V.* MULTUS.

PLUSCŬLĒ, adverb. aliquanto plus. V. *Apul. loc. cit.* in EXCORIO.

PLUSCŬLUM, adverb. aliquanto plus. *Plaut. Amph.* 1. 1. 127. Mira sunt, nisi invitavit sese in cœna pluseulum. *un po' più del solito.* et *Pers.* 1. 1. 21. Negotium edepol fuit pluseulum annum haud probe. *h. e.* aliquanto plus, quam annum. *Varro* 2. *R. R.* 7. 10. Videndum, ne equæ laborent pluseulum.

PLUSCŬLUS, a, um, adject. deminut. a *plus*, aliquanto plus, plus paullo. — *a*) Adjective. — In sing. num. *Ter. Phorm.* 4. 3. 60. Uxori emenda ancillula est: tum pluscula supellectile opus est. *un poco più. Colum.* 12. *R. R.* 52. 12. Pluseulo sale utendum erit. — In num. plur. *Apul.* 2. *Met.* Ad cujus noctis exemplar similes adstruximus pluseulas. *et* 3. *ibid.* Pyxides pluseulas inde depromit. *h. e.* plures. — *b*) *Pluseulum* absolute, substantivorum more. — Cum Genit. *Cic.* 2. *Orat.* 24. 99. Causæ, in quibus pluseulum negotii est. *Colum.* 12. *R. R.* 47. 5. Exiguum aceti piperati et pluseulum mellis adjiciunt. *un poco più di mele.* — Sine Genit. et sequente part. *quam. Cic.* 5. *Fam.* 12. Pluseulum etiam, quam concedit veritas, amori nostro largiare.

PLŪSĬMUS olim pro *plurimus*, ut *pignosa, Fusii*, pro *pignora, Furii*, et alia quæ *Varro* congerit 7. *L. L.* 27. *Müll.* Adde *Festum p.* 205. 17. *Müll.*; licet apud hunc litterarum series *plisima* ibi, non *plusima* legi postulet. Ceterum *V.* MULTUS.

PLUSQUAMPERFECTUM, i, n. 2. (*subaudi* tempus) est tempus conjugationis Latinæ. *Priscian.* 8. *p.* 807. *Putsch.* In hoc autem modo (*optativo*) dumtaxat et infinitivo tempora conjuncta habent Latini, præsens cum præterito imperfecto, et præteritum perfectum cum plusquamperfecto, ad imitationem Græcorum. Adde *eumd.* passim.

PLŪTĔĀLIS, e, adject. ad pluteum pertinens. *Cic.* 1. *Att.* 10. Typos tibi mando, et plutealia sigilla duo. *Alii aliter leg.* V. PUTEAL. Orellius *leg.* putealia sigillata duo.

PLŪTĔĀRĬUS *seu* plutiarius, ii, m. 2. pluteorum artifex. *Inscript.* apud *Donat.* 417. 9. T. CARCILII ERONIS PLVTIARII OSSA HIC SITA SVNT.

PLŪTĔUM, i, n. *et sæpius*

PLŪTĔUS, i, m. 2. ¶ 1. Est machina militaris ex tabulis, asseribus, cratibus, qua milites protecti ab injuriis hostilibus, opus faciunt, θωράκιον (It. *parapetto, riparo, galleria*; Fr. *toit de défense, mantelet, parapet servant à la défense*; Hisp. *mantelete, parapeto*; Germ. *Schirmdach oder Sturmschiren*; Angl. *a parapet, shelter, or gallery*). *Paul. Diac. p.* 231. 5. *Müll.* Plutei dicuntur crates corio crudo intentæ, quæ solebant apponi militibus opus facientibus, et appellabantur militares. *Ammian.* 21. 12. Pluteos igitur præferentes oppugnatores, cratesque densius textas, sensim incedentes et caute, murorum ima suffodere ferramentorum multitudine conabantur. — Alius videtur esse ille, ejusdem tamen officii, quem ita describit *Veget.* 4. *Milit.* 15. Plutei dicuntur, qui ad similitudinem absidis (*alii leg.* cassidis) contexuntur e vimine, et ciliciis vel coriis proteguntur, ternisque rotulis, quarum una in medio, duæ in capitibus apponuntur, in quamcumque partem volueris admoventur more carpenti: quos obsidentes applicant muris, eorumque munitione protecti, sagittis, sive fundis, vel missilibus defensores omnes de propugnaculis exturbant, ut scalas ascendendi facilior præstetur occasio. V. *Lips. Poliorcet. l.* 1. *dial.* 7., ubi et figuram exhibet. Similis est etiam ille, de quo *Vitruv.* 10. 21. *a med.* Supra caput eorum, qui continebant arietem, collocatum erat pluteum, turriculæ similitudine ornatum, uti sine periculo duo milites tuto stantes prospicere possent, et renunciare, quas res adversarii conarentur. *Liv.* 34. 17. *extr.* Segesticam vineis et pluteis cepit. *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 95. 21. *Merc.* Pluteos rescindit, ac munitiones demolitur, locoque summo potitur. Adde *Cæs.* 2. *B. C.* 9.; et *Liv.* 21. 61. Sic *Tac.* 2. *Hist.* 21. Vitelliani pluteos cratesque et vineas suffodiendis muris protegendisque oppugnatoribus expediunt. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 20. — Translate. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 111. Si invenio qui vidit, ad eum vineas pluteosque agam. *h. e.* omni arte et vi eum aggrediar. ¶ 2. Præterea *plutei* dicuntur tabulæ, quibus quid præsæpitur, ut ait *Paul. Diac. loc. cit.* Itaque universim *plutei* sunt quæcumque tegumenta et munitiones alicui rei præfiguntur ad vim et ignem hostilem arcendum. *Cæs.* 7. *B. G.* 41. Duabus relictis portis, obstruere ceteras, pluteosque vallo addere. *et ibid.* 25. Eo magis, quod deustos pluteos turrium videbant. *Id.* 3. *B. C.* 24. Scaphas navium magnarum cratibus pluteisque contexit. *et* 1. *ibid.* 25. *sub fin.* Rates a fronte atque ab utroque latere cratibus ac pluteis protegebat. Adde *Liv.* 10. 38. ¶ 3. De sponda lecti interiore, quæ tabula claudebatur, quum exterior aperta esset ascendendi gratia. *Martial.* 3. 91. Exciduntque senem, spondæ qui parte jacebat; Namque puer pluteo vindice tutus erat. ¶ 4. De lecti tricliniaris tabula, qua ejus pars exterior et a mensa remota muniebatur. *Sueton. Cal.* 26. Quosdam summis honoribus functos, cœnanti modo ad pluteum, modo ad pedes stare succinctos linteo passus est. *Propert.* 4. 8. 68. Lygdamus ad plutei fulcra sinistra latens. In *Gloss. Philox.* exponitur Græce pluteus ἀνακλιτόν. *h. e.* reclinatorium, et παράθεμα ἐγγώνιον τρικλίνου, additamentum angulosum triclinii, et ξυμέλη πλοίου, pulpitum, suggestum in navi: et fortasse intelligit tabulam exstantem ad latera navis ad arcendos fluctus. Quæ omnia licet confirmare Latini scriptoris testimonio facile non sit, aliquam tamen locum afferunt his. Nam usurpatur etiam de tabula super rotam posita in modum lecti, seu de ipso lecto funebri pluteis munito, in quo extendebatur cadaver comburendum. *Martial.* 8. 44. Supraque pluteum te jacente, vel saxum, Fastos papyro dum tibi torus crescit, etc. ¶ 5. De tabulis parieti affixis ornatus, aut innitendi gratia, v. [illegible] quorum sedetur,

aut scribitur: item repositoriis librorum, tabularum pictarum, statuarum, et hujusmodi. *Ulp. Dig.* 29. 1. 17. Reticuli circa columnas, plutei circa parietes, item cilicia, vela, ædium non sunt. *Juvenal.* 2. 7. Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas. *Pers.* 1. 106. Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues. ¶ 6. Est etiam sæptum ex marmore, aut lateribus, aut alia materie, quo intercolumnium claudi et sæpiri solet, Itali dicunt *parapetto, cancello, balaustrata. Vitruv.* 4. 4. Item intercolumnia tria, quæ erunt inter antas et columnas, pluteis marmoreis, sive ex intestino opere factis intercludantur, ita ut fores habeant, per quas itinera pronao fiant. *Id.* 5. 1. Pluteum, quod fuerit inter superiores columnas, item quarta parte minus quam superiores columnæ fuerint, oportere fieri videtur; uti supra basilicæ contignationem ambulantes ab negotiatoribus ne conspiciantur.

PLŪVĬA, æ, f. 1. (subaudi *aqua*, proprie est enim adject. a *pluvius*) est aqua jugis ex aere et nubibus decidens, imber, ὑετός (It. *pioggia*; Fr. *pluie*; Hisp. *lluvia*; Germ. *der Regen*; Angl. *rain*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cic.* 15. *Att.* 16. Equidem etiam pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt: ranæ enim ῥητορεύουσιν. *Virg.* 1. *G.* 92. Tenues pluviæ. *et ibid.* 325. Pluvia ingens. *et* 4. *ibid.* 191. impendens. *Martial.* 9. 99. grandis. *Ovid.* 2. *Fast.* 71. Sæpe graves pluvias adopertus nubibus Auster Concitat. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 186. quum pluviis rarescunt nubila. ¶ 2. Latiori sensu est aqua, quæ ex aere et nubibus decidit, *acqua piovana. Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 34. (103). Stibium teritur in mortariis, admixta pluvia. *At* Sillig. *leg.* immixta aqua pluvia.

II.) Translate. ¶ 1. *Pluvia* est instrumentum, quo flores aqua perfundimus, *annaffiatojo. Claudian. Nupt. Honor.* 298. pluviæ flores dispergere ritu. ¶ 2. *Pluvia hominis* est urina apud *Seren. Sammon. c.* 20. *p.* 66. *retro col.* 2. ed. *Ald.*

PLŪVĬĀLIS, e, adject. *da pioggia, piovoso*, ὄμβριος, ὑέτιος, ad pluviam pertinens, pluvius, pluviosus. *Virg.* 3. *G.* 429. Vere madent udo terræ ac pluvialibus Austris. *Id.* 9. *Æn.* 668. Quantus ab occasu veniens pluvialibus Hædis Verberat imber humum. *Colum.* 2. *R. R.* 13. 9. Pluviales dies. *Ovid.* 7. *Met.* 393. fungi. *Id.* 4. *Fast.* 506.; *Seneca* 3. *Quæst. nat.* 7. *extr.*; et *Colum.* 1. *R. R.* 5. 2. Pluvialis aqua. *piovana.* et *Tac.* 5. *Hist.* 23. *ad fin.* Flexu auctumni, et crebris pluvialibus imbribus superfusus amnis. *Vet. Scholiast.* ad *Lucan.* 1. 218. Pluviales lunationes. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 9. 28. Pluviales lacernæ. *h. e.* quæ muniunt a pluvia.

PLŪVĬĀTĬCUS, a, um, adject. pluvialis. *Marcell. Empir.* 8. Teritur ex aqua pluviatica, atque conficitur.

PLŪVĬĀTĬLIS, e, adject. pluvialis. *Colum.* 9. *R. R.* 1. 2.; et *Cels.* 4. 12. *ad fin.* et 7. 3. Aqua pluviatilis. *piovana.*

PLUVĬŌSUS, a, um, adject. *piovoso*, ὑέτιος, pluviis abundans, pluvius, pluvialis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 25. 60. (225). Vergiliarum sidus nubilo occasu pluviosam hiemem denunciat. — *Pluviosus* videtur legendum apud *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 8., ubi *Aldus* edidit *plumosus.*

PLŪVĬUS, a, um, adject. (pluo) pluviam ferens, pluvialis, pluviosus, *piovoso*, ὑέτιος. *Fragm. Legg. XII. Tabul.* SI AQVA PLVVIA NOCET. Sic *Cic. Mur.* 9. 22. Ut aquæ pluviæ arceantur. Adde *eumd. Topic.* 9. 38. *Cato R. R.* 2. Pluviæ tempestates. *Varro* 1. *R. R.* 13. 2. Pluvium cælum. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 39. 39. (106). Suculas Græci pluvio nomine (Hyadas) appellant. *Virg.* 3. *Æn.* 516. Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones. *Horat.* 1. *Od.* 17. 4. Pluvii venti. *et* 3. *ibid.* 3. 56. rores. *Colum.* 2. *R. R.* 15. 7. dies. *Id.* 2. *ibid.* 10. 21. Pluvius cæli status. *Horat. Art. P.* 18. arcus. *Viride.* quia post pluviam apparet. *Ovid.* 1. *Met.* 66. Pluvius Auster. *Seren. Sammon. c.* 20. *p.* 66. *retro col.* 2. ed. *Ald.* Pluvius liquor. *et* Pluvius ros. *h. e.* aqua pluvia. *Tibull.* 1. 8. 26. Pluvius Juppiter: (hunc loc. *Seneca* 4. *Quæst. nat.* 2. memoriæ lapsu *Ovidio* tribuit.) Ζεὺς ὑέτιος. — *Pluvii Jovis* imago exstat in nummo G. Corneliæ apud *Morell. tab.* 3. *n.* 6. Is est Juppiter Ephesinus, qui Ephesi præsertim Ὀμβρίου nomine colebatur. V. *Eckhel. D. N. V. T.* 2. *p.* 514. et NUDIPEDALIA. — Figurate. *Ovid.* 4. *Met.* 609. neque enim Jovis esse putabat Persea, quem pluvio Danae conceperat auro.

PN

PNEUMĂTĬCUS, a, um, adject. πνευματικός, spiritalis: a *πνεῦμα spiritus*: ut Pneumatica organa, spiritalia, hoc est, quæ vi flatus, vel spiritus aliquid hauriunt, vel attrahunt. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 20. (60). E puteo rota, organisve pneumaticis, vel tollenonum haustu hortos rigandos. *Id.* 7. *ibid.* 37. 38. (125). Laudatus est Ctesibius pneumatica ratione et hydraulicis organis repertis. *Vitruv.* 9. 9. Ctesibius Alexandrinus, qui spiritus naturales pneumaticasque res invenit.

PNEUMĂTŌMĂCHI, ōrum, m. plur. 2. Πνευματομάχοι, *h. e.* impugnantes spiritum: a *πνεῦμα spiritus* et *μάχομαι pugno*. Hoc nomine fuerunt hæretici, qui Arianæ hæreseos partem alteram, quæ est de *Filio*, rejicientes, alteram de *Spiritu S.* mordicus retinuerunt, ejus divinitatem infitiantes. Eorum mentionem faciunt *Impp. Theodos. et Valentin. Cod.* 1. 5. 5.

PNEUMŌNĬCUS *et*

PNEUMŌNĬTĬCUS, a, um, adject. ad pulmones pertinens; a *πνεύμων pulmo. Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 10. Pleumonicus (*lege* Pneumonicus) morbus. *V.* PLEURITICUS. *Marcell. Empir. c.* 16. *p.* 109. ed. *Ald.* Mus gliris degluptus et cum oleo et sale assatus pleumoniticis (*lege* pneumoniticis), vel empyicis cibo datus, mire succurrit. *h. e.* qui pneumonico morbo laborant.

PNĪGEUS, i, m. 2. disyllab. πνιγεύς, a *πνίγω suffoco*, machina quædam, seu vas ad instar infundibuli inversi, quæ in organo hydraulico aerem ascendentem coercet, et veluti suffocat. *Vitruv.* 10. 13. V. *Bald. in Lex. Vitruv.* In quibusd. edit. *Vitruvii* leg. *phigeus* male.

PNĪGĪTIS, ĭdis, f. 3. πνιγῖτις, terra quædam eretriæ simillima, grandioribus tantum glæbis, et glutinosa: ita dicta, quod eam deglutienti periculum suffocationis sit: πνίγω enim suffocare significat. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 16. 56. (194).

PO

PO, particula. ¶ 1. Est præpositio inseparabilis, ex qua nonnulla verba componuntur, ut *polliceri, pollere*; est autem po pro *por*, h. e. *pro*. ¶ 2. Interdum etiam est *post*, ut in v. *pomeridiem*: V. *Quintil.* 9. 4. 39. ¶ 3. In Saliari carmine *po* est *potissimum*. *V.* PA.

POBLĬCUS. *V.* PUBLICUS.

PŌCILLĀTOR, ōris, m. 3. *coppiere*, οἰνοχόος, qui est a poculis, pincerna: qualis fuit Ganymedes in mensa Jovis: a *pocillum. Apul.* 6. *Met.* Quo, ductu Cupidinis, Jovi pocillatorem Phrygium sustulerat. *et mox.* Tunc poculum nectaris, quod vinum deorum est, Jovi quidem suus pocillator ille rusticus puer, ceteris vero Liber ministrabat. *Id.* 10. *ibid.* Sitiensque, pocillatore respecto, ciliis alterna connivens, bibere flagitarem.

PŌCILLUM, i, n. 2. deminut. parvum poculum, *bicchieretto, tazzetta*, ἐκπωμάτιον. *Cato R. R.* 156. In linteum exsugeto succum, quasi heminam, in pocillum fictile. *et mox.* Postea ponito pocillum in sereno noctu. *Sueton. Vesp.* 2. Pocillo argenteo potare. *Liv.* 10. 42. *in fin.* Voverat, Jovi Victori, si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi, priusquam temetum biberet, sese facturum. Alii aliter leg. Sed *Plin.* de eadem re verba faciens 14. *Hist. nat.* 13. 14. (91), eodem *pocilli* verbo utitur: nisi quod non *mulsi*, sed *vini pocillum* narrat.

PŌCŬLĀRIS, e, *vel*

PŌCŬLĀRĬUS, a, um, adject. πότιμος, potorius. *Paul. Sentent.* 3. 6. 61. Escaria quoque et pocularia vasa debentur. *et ibid.* 67. Et vitrea vasa tam escaria, quam pocularia legato cedunt.

PŌCŬLENTUS, a, um, adject. *da bere*, ποτός, πότιμος, potui aptus. *Cic.* 2. *Nat. D.* 56. 141. Gustatus habitat in ea parte oris, qua esculentis et poculentis iter natura patefecit. Alii leg. *potulentis* a *potus*, quod nihil abhorret a Latina analogia. *Q. Scævola* apud *Gell.* 4. 1. *ad fin.* Penus est, quod esculentum, aut poculentum est. Adde ipsum *Gell.* 17. 11. — In *Inscript.* apud *Grater.* 643. 3. videtur mentio fieri *argenti poculenti*, h. e. poculorum ex argento: quod alibi *argentum potorium* dicitur. — Ceterum ubique legendum videtur *potulentus*, quam voc. *V.*

PŌCŬLUM, i, n. 2. *Poclum* per syncop. *Plaut. Curc.* 2. 3. 80. Jacto basilicum, propino magnum poclum: ille exbibit. *Ita etiam* Fleckeisen.; *alii leg.* poculum. *Lucilius* apud *Non. p.* 260. 28. et *p.* 308. 18. *Merc.* Cum poclo bibo eodem; amplector, labra labellis Fingens compono. In quodam carm. apud *Arnob.* 5. 26. Inde manu poclum sumit, risuque sequenti Perducit totum cyceonis læta liquorem. Adde *Prudent.* 6. *Cathemer.* 16. et 10. περὶ στεφ. 1264. — Poculum, quod cum Gr. πόω, πίνω jungitur, est vas, quo bibitur, ποτήριον, ποτήρ (It. *vaso da bere, tazza, bicchiere, gotto*; Fr. *vase à boire, coupe*; Hisp. *vaso de beber*; Germ. *d. Trinkengeschirr, der Becker*; Angl. *a cup, drinking pot or bowl, beaker*).

I.) Proprie. *Plaut. Curc.* 2. 3. 89. Hæc sunt ventri stabilimenta: pane et assa bubula. Poculum grande et aula magna. *Fleckeisen.* Poclum. *Id. Rud.* 2. 3. 32. Periit potando, opinor. Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit. *Virg.* 3. *Ecl.* 44. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit, Et molli circum est ansas amplexus acantho. *Ovid.* 5. *Fast.* 522. Terra rubens crater, pocula fagus erant. *Tibull.* 1. 1. 31. Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis Pocula, de facili composuitque luto. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 114. Num, tibi quum fauces urit sitis, aurea quæris Pocula? *Id.* 3. *Od.* 19. 11. tribus aut novem Miscentur cyathis pocula commodis. *Cic.* 3. *Verr.* 26. 66. Hortatur hospes: poscunt majoribus poculis. *Id. Cluent.* 31. 11. Exhaurire poculum. *Horat.* 1. *Od.* 17. 22. ducere. *Petron. Satyr.* 92. avide siccare. — Proverbium sapit illud *Plaut. Cas.* 5. 2. 44. Ut senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet. ἀλληγορικῶς ut eamdem sentiret calamitatem.

II.) Translate. ¶ 1. Per metonym. est ipsa potio. *bevanda. Virg.* 2. *G.* 528. victu pascuntur simplicis herbæ: Pocula sunt fontes liquidi. Notandum et illud sane peregrinum *ejusd.* *Virg.* 1. *ibid.* 9. Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis. *h. e.* Acheloi aquam. Cf. *Macrob.* 5. *Saturn.* 18. ad h. l. *Horat. Epod.* 5. 37. Exesa uti medulla et aridum jecur Amoris esset poculum. *et ibid.* 17. 80. Desideriique temperare poculum. *h. e.* philtrum. *Flor.* 2. 10. Epulantes, et, ubi essent, præ poculis nescientes. *h. e.* præ ebrietate. Adde *Lamprid. Elagab.* 19.; et *Petron. fragm. Tragur.* 66. *Burmann. V.* CORONATUS. ¶ 2. Item compotatio largior in cœnis. *Cic.* 2. *Phil.* 25. 63. Si inter cœnam, in ipsis tuis immanibus poculis hoc tibi accidisset. *Id. Senect.* 14. 46. Is sermo, qui more majorum a summo adhibetur in poculis. ¶ 3. Sæpe, quum de veneficiis potionibus sermo est, poculi nomen usurpatur. *Cic. Cluent.* 10. 30. Uxori suæ quum ipse poculum dedisset, subito illa in media potione exclamavit, etc. Alia ex *Virg., Horat., Propert.* congessit *Broukus.* ad *Tibull.* 3. 5. 9, quibus adde *Ovid.* 14. *Met.* 295. et *Val. Flacc.* 2. 155.

PŎDĂGER, gra, grum, adject. *podagroso*, ποδάγρα

δαγρός, podagricus. *Ennius* apud *Priscian.* 8. p. 829. *Putsch.* Numquam poetor, nisi si podager. *Claudian. epigr.* 29. Atque nihil prorsus stare putat podager.

PŎDĀGRA, æ, f. 1. *gotta, podagra,* ποδάγρα, morbus articularis, præcipue pedes infestans: sicut *chiragra* manus. Vox Græca, quasi ἄγρα τῶν ποδῶν *captura pedum. Plin.* 26. *Hist. nat.* 10. 64. (100). Podagræ morbus rarior solebat esse non modo patrum avorumque memoria, verum etiam nostra, peregrinus et ipse. Nam si Italiæ fuisset antiquitus, Latinum nomen invenisset. Insanabilis non est credendus, quippe quoniam et in multis sponte desiit, et in pluribus cura. Alter *Plin.* 1. *Ep.* 12. podagram *vocat* pedum dolorem. Sic *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 2. *sub init.* Podagra pedum tantummodo dolor est: arthritis vero etiam cunctorum articulorum sive multorum; et aliquando etc. *Catull.* 71. 2. Aut si quem merito tarda podagra secat. *et ibid.* 6. Illum affligit odore, ipse perit podagra. *Martial.* 1. 99. Litigat, et podagra Diodorus, Flacce, laborat: Sed nil patrono porrigit: hæc chiragra est. *Cic.* 2. *Tusc.* 19. 45. Qui complures annos doloribus podagræ crucietur maximis. *Id.* 5. *Fin.* 31. 94. Quum arderet podagræ doloribus. *Ovid.* 1. *Pont.* 3. 23. Tollere nodosam nescit medicina podagram. — In plur. num. *Cels.* 5. 18. Malagma ad calidas podagras aptum. Adde *Plin.* sæpissime.

PŎDĀGRĬCUS, a, um, adject. *gottoso, podagroso,* ποδαγρικός, ποδαγρός, podagra laborans, podagrosus, podager. *Petron. Satyr.* 132. Podagrici pedibus suis maledicunt, chiragrici manibus, lippi oculis. *Cels.* 4. 24. Vitia, quæ in podagricis, chiragricisve esse consuerunt. *et sub fin.* Equitare podagricis alienum est. Adde *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 29. (116). et alibi; *Laberium* apud *Charis.* 1. *p.* 58. *Putsch.*; et *Senec. Ep.* 24. etc. — Adjective. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 2. *sub init.* Quidam medici arthriticam passionem genus vocant, podagricam vero speciem.

PŎDĀGRŌSUS, a, um, adject. *gottoso, podagroso, παδαγρός,* podagricus. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 28. Nunc vos, quia mihi advocatos dixi, podagrosi estis, ac vicistis cochleam tarditudine. *Id. Merc.* 3. 4. 8. Podagrosis pedibus esse. *Lucilius* apud *Non. p.* 166. 14. *Merc.* Quod deformi' senex, arthriticus ac podagrosus. *Ita leg.* Mercerus; Porcellinus *vero* ac pædidus ac podagrosus. — Podagrosi hominis infelicitatem describit *Cassiod.* 10. *Variar.* 29.

PŎDĒRES *vel* poderis, is, m. 3. *camice,* ποδήρης, tunica sacerdotalis, linea, corpori adstricta, et usque ad pedes descendens: quæ vulgo camisia vocatur. Hæc *Isid.* 19. *Orig.* 21. Adde *Tertull. advers. Jud.* 11.: est a ποῦς, ὁδός *pes* et ἄρω *apto. Cassiod. Complex. Apocal.* 3. Erat podere vestitus, quod ad sacerdotium non est dubium pertinere.

PŎDEX, icis, m. 3. pars pudenda inter nates animalis, qua stercus egeritur, πρωκτός. Videtur esse a *pedo, is. Horat. Epod.* 8. 5. Hietque turpis inter aridas nates Podex, velut crudæ bovis. *Juvenal.* 2. 12. sed podice levi Cæduntur tumidæ, medico ridente, mariscæ.

PŎDĬA, æ, f. 1. *poggia,* funis nauticus, qui in dextro navis latere alligatur; opponitur autem ei, qui est in sinistro latere, quemque Itali *orza* vocant. *Servius* ad illud *Virg.* 5. *Æn.* 830. Una omnes fecere pedem; pariterque sinistros, Nunc dextros solvere sinus (*Tutti a un tempo fer piede; a poggia, ad orza Spiegaro i seni.*): Fecere pedem. *h. e.* podiam, funem, quo tenditur velum, quod Græci πόδα vocant.

PŎDIĀRĬUS, ii, m. 2. qui ad podium seu suggestum theatri mimos recitat, ut exodiarius, qui in fine fabulæ. *Not. Tir. p.* 174. Podium, podiarius. *Gloss. Isid.* Podiarius, inter mimos.

PŎDĬCUS, a, um, adject. pedalis: a ποῦς, ὁδός *pes. Capell.* 9. 328. Sed temporum alia simplicia sunt, quæ podica etiam perhibentur. Pes veri est numeri prima progressio.

PŎDISMĀLIS, e, adject. ad podismum pertinens. *Boeth. Geometr. Euclid.* 2. *p.* 1212. Podismorum notitiam hic liber quasi quæstionarius, et omnium podismalium quæstionum scrupulositates incunctanter absolvet. Adde *eumd. ibid. p.* 1213., 1521. et 1527.

PŎDISMĀTĬCUS, a, um, adject. qui podismum exercet. *Boeth. Geometr. Euclid.* 2. *p.* 1212. Prisci igitur podismatici cautissimi dispectores duodecim mensurarum genera constituerunt.

PŎDISMĀTĬO, ōnis, f. 3. idem ac podismus. *Boeth. Geometr. Euclid.* 2. *p.* 1226. Hæc de epipodarum podismationibus figurarum ad præsens dicta sufficiant.

PŎDISMĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PŎDISMO, as, ātum, are, a. 1. Part. *Podismatus.* — Podismare est pede metiri, ποδίζω. *Boeth. Geometr. Euclid.* 2. *p.* 1215. Quorum medietate sæpe dicti trigoni scaleni embadum podismatur, ut in subjecta figura notatur. *Nipsus* in *Auct. Gromat. p.* 301. ed. *Rudorff.* Et cetera trigona eadem ratione podismabuntur. *Frontin. de colon. p.* 132. *Goes.* Ager podismatus.

PŎDISMUS, i, m. 2. ποδισμός, idem ac pedatura, idest mensura jugeri, aræ, aut alterius rei pedibus definita: a ποδίζω *pedibus dimetior.* Pedibus enim, vel passibus, vel fune, aut pertica certam pedum mensuram habente colligebatur magnitudo loci. *Veget.* 2. *Milit.* 7. *ad fin.* Mensores sunt, qui ad podismum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant etc. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 15.; *Frontin. de colon. p.* 130. *Goes. Inscript.* apud *Reines. cl.* 7. *n.* 16., quæ est apud *Orell.* 4570. PODISMVS STRVCTIONIS SCALARIS.

PŎDĬUM, ii, n. 2. πόδιον, est locus editus, *luogo elevato, poggio.* ¶ 1. Generatim dicitur de quolibet suggestu. *Pallad.* 1. *R. R.* 38. Podia ternis alta pedibus fabricentur, inducta testaceo, et albario opere levigata. *et mox.* Super hæc podia alvearia collocentur. (*Colum.* 9. *R. R.* 7. 1. *suggestus lapideos* vocat.) *Id. ibid.* 18. *de cella vinaria.* Si cupis locum suum deputabimus, is locus ad calcatorii similitudinem podiis brevibus, et testaceo pavimento solidetur. *et ibid.* 19. *de horreis.* Si terræ pauperies minora promittit, vel craticiis podiis erunt discernenda granaria, vel vimineis vasculis reditus tenues colligemus. ¶ 2. Speciatim dicitur de quolibet loco porrecto extra domus parietem instar pulpiti, qui aliter dicitur mœnianum. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *circa med.* Est et aliud cubiculum a proxima platano viride et umbrosum, marmore excultum podio tenus. Adde *Vitruv.* 3. 3. et 5. 7. ¶ 3. Est Italice *parapetto, poggio, poggiuolo,* quasi pes totius circi, vel amphitheatri, h. e. murus latissimus arenam circi, vel amphitheatri cingens, isque gradus dignissimus, quia arenæ proximus, et aliis latior fuit: in eo itaque suggestus erat imperatoris, ac consules, prætores, aliique, quibus id jus, sedebant sellis curulibus, cum lictoribus, apparitoribus et magistratus sui pompa. Sed et in eodem fuit tribunal editoris, et Virginum Vestalium sedes. Plura de eo *Lips. de amphith.* c. 11. *Juvenal.* 3. 145. Et Capitolinis generosior et Marcellis, Et Catulis, Paulisque minoribus, et Fabiis, et Omnibus ad podium spectantibus. *Sueton. Ner.* 12. Accubans primum parvis foraminibus, deinde toto podio adaperto spectare consueverat. Adde *Plin.* 37. *Hist. nat.* 3. 11. (45).

PŎĒMA, ătis, n. 3. ποίημα. In Genitivo plur. *poematorum* dixere *Varro, Q. Lælius, Accius,* et ipse *Cic. pro Gallio,* teste *Charis.* 1. *p.* 114. *Putsch.*, tamquam a recto *poematum, i,* et *Afranius* apud *Non. p.* 493. 9. *Merc.*; a quo et *poematis* in Dat. plur. usurparunt idem *Varro* 7. *L. L.* 34. *Müll.*, et *Plaut. Asin.* 1. 3. 22., et *Flor.* apud *Charis. ibid.*, et *Cic.* 4. *Herenn.* 4. 7. item 3. *Off.* 3. 15. (ut cum aliis legit *Non. p.* 488. 21. *Merc.*) et *Orat.* 21. 70. Sed et *poematibus* recte dicitur cum *Cic.* 4. *Herenn.* 2. 3. et aliis. Libenter itaque *poematis* dixerim, ita jubente usu, ut *epigrammatis, emblematis, peripetasmatis,* et aliis, quæ congessit *Voss. l.* 4. *de Grammat. c.* 14. *ad fin.* At *poematorum* non videtur ita usu obtinuisse. *V.* EMBLEMA init. — Ceterum *poema* (It. *poema, composizione poetica*; Fr. *poëme, pièce de vers*; Hisp. *poema*; Germ. *die Dichtung, d. Gedicht*; Angl. *a poem, copy of verses, piece of poetry.*) proprie est opus quodlibet factum, vel quodlibet figmentum: est a ποιέω, seu potius a ποέω *facio, fingo:* sic enim scribunt veteres Attici, et Dores, ut est in *Etymol. M. V. Gregor. de dialect. Ling. Gr. p.* 75. *ed. Schæffer.* Dicitur præcipue de opere poetico, quia poetarum est facere et fingere. Differunt *poema* et *poesis*: hæc est magnum et totum opus; illud parvum, aut pars operis. *Lucilius* apud *Non. p.* 428. 12. *Merc.* Cujusvis operis pars est non magna poema. Pars est parva poema, proinde ut epistola quævis. Illa poesis opus totum, ut tota Ilias una Est Ἔπος, annalesque Ennī: atque istoc opus unum Est majus multo, quam quod dixi ante poema. Ita hos versus apud *Non.* perversos, aut corruptos *Janus Dousa* ordinavit, restituitque. In eamdem sententiam sunt illa *Varron.* (si modo *Varron.* sunt omnia) apud *Non. ibid.* Poema est λέξις εὐρυθμος, id est verba plura modice in quamdam conjecta formam. Itaque etiam distichon epigrammation vocant poema. Poesis est perpetuum argumentum e rhythmis, ut Ilias Homeri, et Annales Ennii. *Cic.* quoque *poema* vocat 1. *Divinat.* 31. 66. paucos versus veteris poetæ: *et Catull. mox citand.* carmen unum hendecasyllabum. — Hoc tamen discrimen non observatur: et *poema* universim quodcumque opus poeticum dicitur, sive breve sit, sive longum. *Catull.* 50. 16. Hoc, jucunde, tibi poema feci, Ex quo perspiceres meum dolorem. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 3. 9. *de Varrone.* Atque ipse varium et elegans omni fere numero poema fecisti. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 1. 4. Poema ad Cæsarem quod composueram, incidi. *Id.* 1. *Att.* 16. *ad fin.* Græcum poema condere. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 40. pangere. *et* 2. *ibid.* 1. 117. scribere. *Petron. Satyr.* 118. exstruere. *Cic.* 1. *Orat.* 50. 217. Egregium poema. *Id. Pis.* 29. 70. ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius. *Id.* 1. *Divinat.* 31. 66. tenerum, et moratum, atque molle. *Id.* 4. *Herenn.* 28. 39. Si poema loquens pictura est, pictura tacitum poema debet esse.

PŎĒMĀTĬUM, ii, n. 2. *breve composizione poetica,* ποιημάτιον, breve poema. *Plin.* 4. *Ep.* 14. *a med.* Sive epigrammata, sive edyllia, sive eclogas, sive, ut multi, poematia vocare malueris, licebit voces: ego tantum hendecasyllabos præsto. Adde *eumd. Ep.* 27. Utroque autem loco sunt qui aliter leg. *Auson. epist.* præfixa *Edyll.* 7. Poematia, quæ in alumnam meam luseram.

PŒNA, æ, f. 1. ποινή proprie est multa propter homicidium irrogata, id quo quis alteri, quem læserat, reconciliatur; hinc latiori significatione est animadversio, supplicium, ultio peccati, multa: a voce Græca allata (It. *pena, castigo*; Fr. *châtiment, punition, peine*; Hisp. *castigo, punicion, pena*; Germ. *die Genugthuung, der Ersatz, daher bald Rache, bald Strafe*; Angl. *punishment, castigation*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic. Flacc.* 17. 39. Pœna est Dorylai gravior, quam apud alios, falsarum litterarum. *Id. fragm.* apud *Augustin.* 21. *Civ. D.* 11. Octo pœnarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exsilium, mors, servitus. *Id.* 1. *ad Brut.* 15. In animadversione pœnaque duriorem esse. *Id. Balb.* 18. 42. Multa et pœna multare aliquem. *Fragm. Legg. XII. Tabul.* SI INIVRIAM FAXIT ALTERI VIGINTI QVINQVE AERIS POENAE SVNTO. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. Nec pol homo quisquam faciet impune animatus Hoc nisi tu: nam mi calido das sanguine pœnas. Sic *Virg.* 9. *Æn.* 422. Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas Persolves amborum. ubi *V. Servium.* et *Id.* 4. *ibid.* 386. dabis, improbe, pœnas. Hoc sensu *dare pœnas* etiam *Cic. Harusp. resp.* 18. 39. et 5. *Tusc.* 19. 55. dixit. *Id. Cic. Mil.* 31. 85. Pœnas justas et debitas solvere. *Id.* 7. *Verr.* 63. 163., et *C. Carbo* apud *eumd. Orat.* 63. 214. Quicum-

que eam violavissent, ab omnibus esse ei pœnas persolutas. *averle tutti pagato il fio. Plaut. Bacch.* 3. 3. 21. Ante solem nisi tu exorientem in palæstram veneras, Haud mediocres gymnasii præfecto pœnas penderes. et *Asin.* 2. 4. 77. Pro dictis vestris maledicis pœnæ pendentur mi hodie. *Ter. Heaut.* 4. 4. 6. Syrus mihi tergo pœnas pendet. *me la pagherà colla schiena.* et *Cic.* 11. *Att.* 8. Maximas pœnas pendo temeritatis meæ. *Id. Sext.* 67. 140. Omnes fere reipublicæ pœnas aut præsenti morte, aut turpi exsilio dependerunt. *Id.* 2. *Tusc.* 10. 23. Prometheus pœnas expendit Jovi fato supremo. *Cic. Dom.* 52. 134. Ferre pœnam temeritatis. *Id. post redit. ad Quirit.* 1. 1. sustinere. *Id.* 2. *leg. Agr.* 34. 92. perferre. *Id. Flacc.* 38. 96. sufferre. *Id.* 3. *Off.* 16. 65. subire. *Vet. Poeta* apud *eumd.* 3. *Nat. D.* 38. 90.; et *Ovid.* 8. *Met.* 689. luere. *Id.* 9. *ibid.* 372. et 1. *Fast.* 483. pati. *Sueton. Cæs.* 14. ultimam statuere in aliquem. *h. e.* mortem. *Quintil.* 6. 4. 16. irrogare alicui. *Cic. pro leg. Manil.* 3. 7. dignam suo scelere suscipere. *ricevere, riportare.* et 7. *Verr.* 63. 163. et *Rosc. Am.* 24. 67. Repetere pœnas ab aliquo. *h. e.* curare, ut pœnas det. *farsela pagare.* et 1. *Att.* 16. *circa med.* Ut aperte victrix nequitia ac libido pœnas ab optimo quoque peteret doloris sui. et *Harusp. resp.* 20. 43. Gracchum mors fraterna ad expetendas pœnas domestici sanguinis excitavit. *et* 1. *Fam.* 9. *ante med.* Pœnas a seditioso cive per bonos viros judicio persequi. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 44. 45. (144).; et *Ovid.* 4. *Met.* 190. *et* 8. *ibid.* 125. Pœnam ab aliquo exigere. *Sall. Jug.* 71.; et *Curt.* 4. 6. *ad fin.* Capere pœnas pro civibus. *h. e.* sumere, repetere, cives ulciscendo. *Liv.* 2. 5. Capere pœnam de aliquo. *Curt.* 4. 6. *sub fin.* capere in hostem. *Virg.* 2. *Æn.* 586. sumere pœnas. *Cic.* 2. *Off.* 5. 18. Pœna aliquem afficere. In *SCto* apud *eumd.* 2. *ad Q. fr.* 3. *a med.* Teneri ea pœna, quæ est de vi. — *Pœna pecuniaria* opponitur *coercitioni in corpus* (Ital. *alla pena corporale*) apud *Modestin. Dig.* 48. 1. 2. — De multa, quam in ludo victus solvit. *Ovid.* 2. *Art. am.* 205. Seu jacies talos, victam ne pœna sequatur, Damnosi facito stent tibi sæpe canes. — Est ποινή Græce etiam debita merces, pretium quod solvitur pro injuria illata, aut pro opere, aut opera, *mercede, pena.* Quo sensu *Virg. Cir.* 83. Ausa quod est mulier numen fraudare deorum, Et dictam Veneri votorum vertere pœnam. ¶ 2. Speciatim apud Poetas *Pœnæ* sunt Furiæ, quia sunt scelerum vindices, sic et Ποιναί Græcis. *Val. Flacc.* 7. 147. Turbidus ut Pœnis cæcisque pavoribus ensem Corripit, et sævæ ferit agmina matris Orestes. *Stat.* 8. *Theb.* 25. Sævaque multisonas exercet Pœna catenas. *Varro* apud *Non. p.* 390. 9. *Merc.* Tertia Pœnarum Infamia stans nexa in vulgi pectora, fluctuanti intonsa coma, sordida vestitu, ore severo. *Scalig.* ad *Virg. Cul.* 218. *et* 375. præponenda his censet illa *ejusd. Varron.* apud *Non. p.* 295. 25. Videmus populum Furiis instinctum tribus Diversum ferri, exterritum formidine. *Deinde post pauca, quæ intercidere,* Tertia Pœnarum, etc. Quidam distinguunt Pœnas a Furiis, fortasse ut Furiæ sint, quæ vexant animos et cruciant conscientia sceleris; Pœnæ, quæ animadversione et suppliciis apud Inferos, ποινοποιοί. *Cic. Pis.* 37. 91. Ætoliam, quæ medio fere Græciæ gremio continetur, (o Pœna, o Furia sociorum!) decedens miseram perdidisti. *Id. Dom.* 2. 3. Illud a te, homine vesano ac furioso, requiro, quæ te tanta pœna tuorum scelerum vexet, ut etc. Vel Pœna est Furiarum mater, ut in illo *Val. Flacc.* 1. 796. Ultricesque deæ, Furiæque, et sæva sororum Pœna parens.

II.) Translate pœna est labor, molestia, *pena, fatica, travaglio, molestia. Seneca Hippol.* 439. Namque anxiam me cura sollicitat tui, Quod te ipse pœnis gravibus infestus domas. *Seneca alter Ep.* 5. *circa med.* Frugalitatem exigit philosophia, non pœnam. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (27). In tantis vitæ pœnis. *Id.* 9. *ibid.* 6. 5. (13). Balænæ utero graves, pariendive pœnis invalidæ. *Id.* 23. *ibid.* 2. 28. (59). Acetum scilliticum prodest acescentibus cibis: gustatum enim diseutit pœnam eam. *Justin.* 11. 14. 11. Pœnam captivitatis truncata corporis parte tulerant. *Id.* 3. 5. 2. Post longam pœnarum patientiam bellum restaurant.

PŒNĀLIS, e, adject. Comp. *Pœnalior* et Sup. *Pœnalissimus.*— Pœnalis, Ital. *penale,* est ad pœnam spectans, pœnam continens. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 29. (112). Pilo vinctorum pœnali opera. *Id.* 4. *ibid.* 8. 15. (31). Pœnales aquas dirisque genitas. *Solin.* 46. Pœnales tenebræ, *h. e.* in quas aliquis pœnæ causa conjectus est. *Modestin. Dig.* 40. 12. 21. Pœnalis actio. *Paul. ibid.* 19. 2. 54. *a med.* stipulatio. *Ulp. ibid.* 46. 3. 7. causa. *Scævola ibid.* 22. 2. 5. conditio. *Paul. ibid. et* 50. 17. 108. Pœnalia judicia. *Cajus* 1. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 128. Quum autem is, cui ob aliquod maleficium ex lege pœnali aqua et igne interdicitur. *Salvian.* 6. *Gub. D.* 11. Scelera non minima, sed in hoc ipso pœnaliora committimus. *Id* 2. *Avarit.* 10. Cogitantes inter hæc horrenda et pœnalissima alia hæc præclara ac beatissima. — Hinc *pœnales, ium,* absolute, substantivorum more, sunt homines pœna digni, scelerati. *Imp. Constantin. Cod.* 10. 19. 2. Carcer pœnalium, carcer hominum noxiorum est. Cf. *Cyprian. de Idolor. van.* Quum dæmones sint ipsi pœnales, non aliud illis studium est, quam quærere sibi ad pœnam comites, quos ad crimen suum faciant errore participes.

PŒNĀLĬTER, adverb. per pœnam. *Ammian.* 16. 8. Reus delatus, raptusque in judicium pœnaliter interibat. *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 23. Agitur anima pro affectuum diversitate et delectabiliter et pœnaliter.

PŒNĀRĬUS, a, um, adject. idem ac pœnalis. *Quintil.* 4. 3. 9. Si legem asperam tuebimur, aut pœnarias actiones inferemus. *h. e.* quibus pœna irrogatur. Has *pœnales actiones* vocant JCti passim in *Digest.*

PŒNĬCĒ, adverb. Punice. *Varro* 1. *R. R.* 2. *ante med.* Qui de agricultura scripserunt et Pœnice, et Græce, et Latine. Ceterum *V.* PUNICE.

PŒNĬCĔUS, a, um, adject. idem ac phœniceus; in quo tamen secunda syllaba longa est, quum brevis sit in illo. *Ovid.* 12. *Met.* 102. circo taurus aperto Quum sua terribili petit irritamina cornu, Pœniceas vestes, elusaque vulnera sentit. *et* 14. *ibid.* 345. Pœnicea chlamys. *Lucret.* 2. 830. Pœniceus color.

PŒNĬCUS, a, um. *V.* PUNICUS.

PŒNĬO, is, ire, a. 4. (pœna) pro *punio* (ut *mœnio* pro *munio, mœrus* pro *murus, Pœniceus* pro *Puniceus*) legitur apud *Cic. Mil.* 31. 85. et 1. *Tusc.* 44. 107. et 3. *de Rep.* 9. (edente *A. Maio*) et apud *Gell.* 6. 14., 7. 3. *sub fin.,* 11. 18. et 20. 1. in multis editionibus, et MSS., teste *Pareo* in *Lex. Crit.* Hinc *Inscript.* apud *Gruter.* 940. 7. HIC TVMVLVS NVLLO PATEBIT: SI QVIS AVTEM IN HOC SEPVLCRVM RELIQVIAS CORPORIS INTVLERIT POENIBITVR INTER SVOS COLLIBERTOS HS. M. N. Similiter *pœnitio* pro *punitio,* et *pœnitus* pro *punitus* apud *eumd. Gell. cit.* 6. 14. et 11. 1. et 12. 7. — Apud *Cic.* 1. *Tusc.* legitur deponentis forma *loc. cit.* Multi inimicos etiam mortuos puniuntur. *h. e.* multi in inimicos etiam mortuos ultionem per se ipsi exercent. V. *Döderlein. Latein. Synonym. T.* 5. *p.* 249. — Part. *Pœnitus* legitur apud *Cassiod. Complex. Act. Apost.* 7. Qua prædicatione compunctos tria millia virorum pœnitos et baptizatos esse testatur.

PŒNĪSUS, a, um. *V.* voc. præced.

PŒNĪTENS *vel* pœnitens, entis, partic. *V.* PŒNITET.

PŒNĪTENTER *vel* pœnitenter, adverb. cum pœnitentia. *Minuc. Fel. Octav.* 26. Auspicia et auguria pœnitenter omissa, observata feliciter.

PŒNĪTENTĬA *vel* pœnitentia, æ, f. 1. actus pœnitendi, dolor ob aliquod factum noxium, aut occasionis prætermissionem, μετάνοια (It. *penitenza, pentimento*; Fr. *repentir, reyret*; Hisp. *arrepentimiento, pesar*; Germ. *die Reue*; Angl. *repentance, penitence, contrition*). *Phædr.* 1. 13. Qui se laudari gaudent verbis subdolis, Seræ dant pœnas turpes pœnitentiæ. *Liv.* 31. 32. Celerem pœnitentiam, sed eamdem seram atque inutilem sequi. *Plin.* 7. *Ep.* 10. Ne rursus provinciæ, quod damnasse dicitur, placeat, agatque pœnitentiam pœnitentiæ suæ. *Petron. Satyr.* 132. Pœnitentiam agere sermonis mei cœpi, secretoque rubore perfundi, quod etc. Adde *Curt.* 8. 6.; et *Tac. dial. de Orat.* 15. *Senec.* 2. *Quæst. nat. præf.* Fidelissimus est ad honesta ex pœnitentia transitus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 12. 19. (94). Nihil est fœdius agricolis, quam gestæ rei pœnitentia. *Id.* 10. *ibid.* 23. 33. (67). Hanc avem pœnitentia cum labore subit. *Id.* 7. *ibid.* 25. 26. (93). Cæsari proprium et peculiare clementiæ insigne, qua usque ad pœnitentiam omnes superavit. *fino a pentirsene.* et *Sueton. Cæs.* 9. Pœnitentia, vel metu diem cædi destinatum non obiit. *Tac.* 4. *Hist.* 37. Dein mutati in pœnitentiam primani quartanique Voculam sequuntur. *Flor.* 3. *in fin.* Inde Sardiniam recessit, ibique morbo et pœnitentia interiit. *Ulp. tit.* 22. *regular.* Qui heredes instit. *ad fin.* Pœnitentia actus cernendo heres fieri potest. *h. e.* pœnitentia ductus, ut loquitur *Imp. Probus Cod.* 8. 56. 2. — *Ciceronem* hac voce abstinuisse, notavit et *Auson. Epist.* 12. 10. — Monet *Lactant.* 6. 24. quum de dolore peccatorum apud Christianos sermo est, aptius Græce *μετάνοιαν,* et Latine *resipiscentiam* dici, quam *pœnitentiam:* hæc enim solum respicit factum præteritum, de quo dolet; *μετάνοια,* et *resipiscentia* et præteritum factum dolet, et correctionem futuræ vitæ respicit, confirmans animum suum ad rectius vivendum. Nihilominus et *pœnitentia* hoc sensu usurpatur a *Tertull. Pœnit., Augustin.* et *Hieronym.* — *Pœnitentiam agere* est *far penitenza*: et *pœnitudinem gerere* est *pentirsi.* Id patet ex his verbis *Rufini* 2. *Invect.* in *Hieronym. n.* 29. Propter hoc forte me invitabas ad pœnitentiam? (*n.* 28. Si agas pœnitentiam, bene facis). Non intellexeram. Verumtamen scito, me de hoc quidem pœnitudinem gerere, quin dicam non omnia.

PŒNĪTENTĬĀLIS *vel* pœnitentialis, is, m. 3. *penitenziere,* qui publicæ confessioni modum imponit, definiens, quænam occulta crimina a pœnitentibus essent in publicum evulganda. *Inscript.* apud *Murat.* 419. 2. HIC REQVIESCIT IN PACE GERVNTIVS V. C. POENITENTIALIS QVI VIXIT ANN. PL. M. LVI. DEPOSITVS EST SVB DIE NON. DECEMB. MAXIMO V. C. CONS. IND. SE... *h. e.* ann. a Chr. n. DXXIII. At *Marin. Papir. diplom. p.* 284. contendit, hunc Geruntium, qui *Vir Clarissimus* appellatur, non ecclesiastica, sed civili aliqua dignitate præfulsisse; sed quænam hæc fuerit, minime statuit. V. *Pœnitentiarius* apud *Ducang. Gloss. med. et inf. Lat.* — *Pœnitentialis* vero, seu *presbyter super pœnitentes* institutus videtur multo prius Romæ et Constantinopoli, ut narrat *Cassiod.* 9. *Hist. Eccl.* 35.

PŒNĪTĔO *vel* pœniteo, es, ŭi, *et*

PŒNĪTET, ēbat, ŭit, ere, a. pers. et impers. 2. Scribitur et *pœnitet* per *ae.* Sic enim perpetuo habetur in Pandectis Florent. Sic in Tab. ærea apud *Gruter.* 502. *col.* 2. *ad fin.* Non magis sunt pœnitendi senatores, quam pœnitet, etc. Sic etiam in libris veterib. et Virgilio Carpensi haberi testatur *Manut.* Huc facit, quod *Gellius* 17. 1. non a *pœna,* sed a *pœne,* et *pœnuria* ducendum putat, quod sane videtur probabile, si dicamus primam et propriam hujus verbi vim esse, quum pro *parum videri* ponitur. Quod confirmat *Donatus* ad illud *Ter. Phorm.* 1. 3. 20. nostri nosmet pœnitet. Pœnitet (inquit) eum, qui parum putat.—Part. *Pœnitens, Pœniturus* et *Pœnitendus* sub *A.* — Pœnitere, inquit *Gell.* 17. 1., tum dicere solemus, quum quæ ipsi fecimus, aut quæ de nostra voluntate nostroque consilio facta sunt, ea nobis post incipiunt displicere, sententiamque in iis nostram demutamus. Itaque *pœnitere,* a *pœnio,* h. e. punio, est dolere, moleste ferre, displicere quod placuit, *μετανοέω* (It. *pentirsi*; Fr. *se repentir de, regretter*; Hisp. *arrepentirse, pesarse de lo hecho*; Germ. *reuen,*

gereuen, Reue, Unlust, Unzufriedenheit über etwas empfinden; Angl. *to repent, be grieved or vexed at, be sorry for, be dissatisfied with, regret*).

A) Verbum personale. — *a*) In plur. num. *Pacuvius* apud *Non. p.* 475. 18. *Merc.* Nunc pœnitebunt: libant liberi grato ex loco. — *b*) Cum Nominativo aut Accusativo rei. *Plaut. Stich.* 1. 1. 50. Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet. *h. e.* non displicet. Cf. *Cic. Tusc.* 18. 53. Sequitur, ut nihil pœniteat, nihil desit, nihil obstet. *Id.* 5. *Tusc.* 28. 81. Sapientis est proprium, nihil, quod pœnitere possit, facere. *Id.* 2. *Invent.* 13. 43. Quæri oportet, utrum id facinus sit, quod pœnitere fuerit necesse. — *c*) Cum Nominat. personæ. *Liv.* 36. 22. Ætolus quoque, quamquam non secuti sint regem, sed arcesserint, et duces belli, non socii, fuerint, si pœnitere possint, posse et incolumes esse. *Est qui legit* possit. *Forcellinus* vero in his Nominativum latere ait. *Justin.* 11. 3. 3. Athenienses sicut primi defecerant, ita primi pœnitere cœperunt. Adde *eumd.* 31. 6. 6. et 38. 10. 12. Et *Vulgat. interpr. Luc.* 10. 3. Olim in cilicio et cinere sedentes pœniterent. *Id. Judith.* 5. 19. Quotiescumque autem pœnituerunt se recessisse a cultura Dei. *et Eccli.* 32. 24. Fili, sine consilio nihil facias, et post factum non pœnitebis. *Cyprian. de singul. Cler. sub init.* Si non pœnitueritis, similiter perietis. — Hinc Part. præs. *Pœnitens*, is, quem pœnitet, *chi si pente, penitente,* apud *Cic.* 12. *Phil.* 2. 7. Optimus est portus pœnitenti mutatio consilii. *Sall.* apud *Charis.* 3. *p.* 224. *Putsch.* Lepidum pœnitentem consilii. *Sueton. Claud.* 43. Signa quædam nec obscura pœnitentis de matrimonio deque adoptione dederat. — Similiter (a *Pœnitus*, quod *V.* in v. PŒNIO) Part. *Pœniturus* apud *Quintil.* 9. 3. 12. Eo usque processum est, ut *non pœnituru*m pro non acturo pœnitentiam, et *visuros* ad videndum missos, Sallustius dixerit. *Accius* apud *Non. p.* 158. 5. *Merc.* Neque te, neque quemquam arbitror tuæ pœniturum laudis. — *d*) Sic sæpius Gerundium usurpatur. — Absolute. *Cic.* 4. *Tusc.* 37. 79. Alexander quum interemisset Clitum, vix a se manus abstinuit: tanta vis fuit pœnitendi. *Liv.* 24. 26. *ad fin.* Ira deinde ex misericordia orta, quod adeo festinatum ad supplicium, neque locus pœnitendi, aut regressus ab ira relictus esset. *Cic. fragm.* apud *Lactant.* 6. 24. Corrigere errorem pœnitendo. *Phædr.* 5. 5. Ad pœnitendum rebus manifestis agi. *Tac.* 4. *Ann.* 11. Nullos ad pœnitendum regressus. — Cum Dativo personæ, aut Genit. rei. *Cic.* 7. *Att.* 3. *a med.* Valde ego ipsi, quod de sua sententia decesserit, pœnitendum puto. *Id.* 9. *Fam.* 5. Consilii nostri, ne si eos quidem, quod id secuti non sunt, non pœniteret, nobis pœnitendum putarem. — *e*) Item Gerundivum *Pœnitendus* apud *Sall. Jug.* 84. 28. *Kritz.* Sed quoniam vestra consilia accusantur, qui mihi summum honorem et maximum negotium imposuistis, etiam atque etiam reputate, num id pœnitendum sit. *Ita* Cortius, *haud omnino improbante* Kritzio, *qui tamen legit* num eorum pœnitendum sit. *Tac.* 6. *Ann.* 40. Arruntius respondit non aliud pœnitendum, quam quod antiam senectam toleravisset. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 7. Itaque hic ager sive exercetur, seu cessat, colono est pœnitendus. *è di pentimento al colono. Liv.* 1. 35. Sub haud pœnitendo magistro. *Gell.* 1. 3. Dicta mea factaque pleraque omnia fuisse non pœnitenda. *Sueton. Vesp.* 1. Gens Flavia obscura illa quidem, sed tamen reipublicæ non pœnitenda. — Legitur etiam *pœniteor* pass. vel dep. apud *Vulgat. interpr. Marc.* 1. 15. Pœnitemini et credite Evangelio.

B) Verbum imperson. ¶ 1. Generatim pro dolere, moleste ferre, displicere quod placuit. — — *a*) Cum Accusat. personæ et Genit. rei. *Cic.* 3. *Orat.* 9. 32. Ego autem, quamquam memet mei pœnitet, cum hoc maxime tamen in comparatione conjungor. *Id. Planc.* 33. 82. Meque vehementer vitæ meæ pœniteret, si in mea familiaritate locus esset nemini, nisi litigioso, aut nocenti. *Id.* 5. *Tusc.* 18. 53. Sapientia semper eo contenta est quod adest, neque eam umquam sui pœnitet. *Atticus* ad *Cic.* 9. *Att.* 10. *ad fin.* Hoc dicam, non pœnitere me consilii de tua mansione. *Nepos Timoth.* 4. Quum populum judicii sui pœniteret. *Liv.* 2. 54. *extr.* Neminem noxæ pœnitebat. *Tac. Agric.* 33. Neque me militum, neque vos ducis pœnituit. — Aliquando Accusativus personæ omittitur. *Horat.* 3. *Od.* 24. 45. Vel nos in Capitolium-, Vel nos in mare proximum Gemmas et lapides, aurum et inutile-Mittamus, scelerum si bene pœnitet. *Ovid.* 1. *Pont.* 1. 57. Sæpe levant (*dii*) pœnas ereptaque lumina reddunt, Quum bene peccati pœnituisse vident. Pœnitet o, si quid miserorum creditur ulli: Pœnitet, et facto torqueor ipse meo. (*ubi notandum* τὸ pœnitet *omnino absolute usurpatum*). *Curt.* 10. 7. Pœnitebat (*subaudi* eos) modo consilii, modo pœnitentiæ ipsius. *Tac.* 2. *Hist.* 19. Provisa parataque non arma modo, sed obsequium et parendi amor; quod solum illis partibus defuit, quum virtutis haud pœniteret. — *b*) Sequente propositione relativa. *Plaut. Trin.* 2. 2. 39. Is probus est, quem non pœnitet, quam probus sit, et frugi bonæ. *h. e.* qui ultro, libenter et constanter probus est. *Ita* Forcellinus; *at* Fleckeisen. *omittit* non. *Cic.* 1. *Off.* 1. 2. Tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit. *Id.* 2. *Att.* 4. Neque mihi umquam veniet in mentem Crasso invidere, neque pœnitere, quod a me ipse non desciverim. Adde *Tac.* 2. *Ann.* 46. Rursus *Cic.* 8 *Att.* 5. Etsi solet eum, quum aliquid furiose fecerit, pœnitere. *V.* alia in paragr. proxime seq. — *c*) Cum Infinito. *Cic.* 2. *Orat.* 19. 77. Efficiunt, ut me non didicisse, minus pœniteat. *Id. Senect.* 23. 84. Neque me vixisse pœnitet, quoniam ita vixi, ut etc. ¶ 2. Speciatim dicitur de iis rebus, quæ nec voluntate, nec consilio nostro factæ sunt: et ponitur pro displicere, dolere, pigere, tædere, aut pudere. *Cic. Senect.* 6. 19. Num igitur, si ad centesimum annum vixisset, senectutis eum suæ pœniteret? *gli rincrescerebbe la sua vecchiaja?* et 6. *de republ.* 3. *extr.* Ipsa terra ita mihi parva visa est, ut me imperii nostri, quo quasi punctum ejus attingimus, pœniteret. *mi vergognava.* et 11. *Att.* 13. Ait, se pœnitere, quod animum tuum offenderit, sed se jure fecisse. *che gli rincresceva di* etc. *Stat.* 2. *Silv.* 3. 23. Pœnituit vidisse deam. *h. e.* displicuit deæ vidisse. Adde *Cic. Cœl.* 3. 6. ¶ 3. Et de iis, quæ contemnimus, parvi facimus, et quæ non satisfaciunt. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 22. 69. Cur non se transtulit ad alios, et maxime ad Stoicos? Quid? eum Mnesarchi pœnitebat? quid? Dardani? qui erant Athenis tum principes Stoicorum. *non gli piaceva? non lo soddisfaceva?* et *Plaut. Aulul.* 3. 2. 20. Me haud pœnitet: tua ne expetam? *son contento di quel che ho. Liv.* 8. 23. Minime pœnitere se virium suarum, si bellum placeat. ¶ 4. *Pœnitet*, parum videtur. *Ter. Eun.* 5. 7. 12. An pœnitebat flagitii, te auctore quod fecisset adolescens, ni miserum insuper et iam patri indicares? *ti pareva poco? non ti contentavi?* Adde *Heaut.* 1. 1. 20. Sic *Plaut. Stich.* 4. 1. 44. Immo duas dabo, inquit ille adolescens, una si parum est: et si duarum pœnitebit, addentur duæ. Adde *Truc.* 2. 4. 77. *et* 2. 6. 52.; et *Liv.* 9. 34. *a med.* Sic *Cæs.* 2. *B. C.* 32. *a med.* An pœnitet vos, quod salvum atque incolumem exercitum, nulla omnino nave desiderata, transduxerim?

PŒNĪTĬO. *V.* PŒNIO.

PŒNĪTŪDO, ĭnis, f. 3. pœnitentia. *Pacuvius* apud *Non. p.* 152. 30. et 169. 25. *Merc.* Desiderio, pœnitudine. *Auson. Sept. Sap. de Thal.* 22. Prædes, vadesque pœnitudinis rei. Adde *Sidon.* 6. *Ep.* 9.; et *Hieronym.* 2. *advers. Jovinian. n.* 8. Sic *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 5. *n.* 177. Feram feminam-, sævo pœnitudinis dolore commotam, sua manu suos exstinxisse.

PŒNĪTUS. *V.* PŒNIO.

PŒNUS, i, m. 2. Carthaginiensis. *V.* ONOM. — Translate ponitur pro vafro, callido, versuto. Tales enim Pœni habiti sunt. *Plaut. Pœn. prol.* 111. Ita docte atque astu filias quærit suas: Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens se scire. Pœnus plane est. Comp. *Pœnior V.* in PUNIOR, ōris.

PŌĒSIS, is, f. 3. ποίησις, a ποιέω *facio, fingo.* — Cave imiteris *Prudent.* mediam syllabam corripientem 2. *in Symmach.* 52. quum pulcrum poesis castraverit Atyn. — Poesis ¶ 1. Est ars carmina componendi. *Quintil.* 12. 11. 26. Quantum poesis ab Homero et Virgilio, tantum fastigium cepit eloquentia a Demosthene atque Cicerone. ¶ 2. Item est opus poeticum. *Horat. Art. P.* 361. Ut pictura, poesis: erit quæ, si propius stes, Te capiat magis, et quædam, si longius abstes; Hæc amat obscurum, volet hæc sub luce videri. *Cic.* 4. *Tusc.* 33. 71. Anacreontis tota poesis est amatoria. *Id.* 3. *Orat.* 25. 100. Quamvis claris sit coloribus picta vel poesis vel oratio, non potest in delectatione esse diuturna. *V.* POEMA, ubi de discrimine inter utramque vocem.

PŌĒTA, æ, m. 1. ποιητής, a ποιέω *facio, fingo.* — *Poetes* Græca terminatione legitur in *Inscript.* apud *Orell.* 1163. DIPHILOS POETES. — Ceterum poeta ¶ 1. Generatim est artifex, architectus: nam ποιητής proprie est, qui quippiam facit. (Haud recte itaque ait *Diomed.* 3. *p.* 488. *Putsch.* Is, qui versum facit, dictus ποιητής, quum tamen artifices, qui æque quid faciunt, non dicantur poetæ.) *Plaut. Asin.* 4. 1. 1. Agedum, istum ostende, quem conscripsisti, syngraphum. Nam tu poeta es ad eam rem unicus. *Id. Cas.* 5. 1. 6. neque fallaciam Astutiorem ullus fecit poeta, atque Ut hæc est fabre facta a nobis. ¶ 2. Speciatim et sæpius est carminum scriptor, *poeta, rimatore. V.* POEMA. *Ennius* apud *Fronton.* 4. *Ep.* 12. *p.* 110. *ed. Rom.* visus Homerus adesse poeta. *Lucret.* 2. 600. Hanc veteres Graium docti cecinere poetæ etc. *Cic. Arch.* 8. 18. Ceterarum rerum studia et doctrina et præceptis et arte constant; poeta natura ipsa valet, et mentis viribus excitatur, et quasi divino quodam spiritu inflatur. *Id.* 2. *Orat.* 46. 194. Poetam bonum neminem sine inflammatione animorum exsistere posse, et sine quodam afflatu quasi furoris. *Id. ibid.* 14. 61. Poetæ quasi alia quadam lingua locuti. *Id.* 5. *Tusc.* 22. 63. Adhuc neminem cognovi poetam, qui sibi non optimus videretur. *Horat. Art. P.* 9. Pictoribus atque poetis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. *et ibid.* 372. mediocribus esse poetis Non dii, non homines, non concessere columnæ. *Quintil.* 10. 1. 89. Cornelius Severus, versificator, quam poeta, melior. *poetam* intelligit, qui et apte invenire ac fingere imitando potest, simulque versus idoneis verbis componere: *versificatorem,* qui alterum tantummodo potest. — Per antonomasiam *poeta* Græcis *Homerus,* Latinis *Virgilius* est. *Justinian.* 1. *Institut.* 2. § 2.

PŌĒTĪAS, ădis, f. 3. idem ac poetria. *Inscript. Narsin.* in *Bullettin. dell' Institut. archeol. ann.* 1831. *p.* 46. C. CALVENDIVS PRISCVS VI. VIR AVG. SIBI ET ARRIAE POETIADI CONIVGI SVAE ET SILVESTRI FIL. V. A. V. IOSIHN POSVIT. *V.* eamdem *Inscript.* cum variant. lection. in *Annali dell'Instit. T.* 6. *p.* 117., ubi *poethadi.*

PŌĒTĬCA, æ, *et*

PŌĒTĬCĒ, es, f. 1. *poetica,* ποιητική, ars scribendorum versuum. *Cic.* 1. *Tusc.* 1. 3. Serius poeticam nos accepimus. *et* 4. *ibid.* 32. 69. O præclaram emendatricem vitæ poeticam! *Nepos Attic.* 18. Attigit quoque poeticen: credimus, ne ejus expers esset suavitatis. *Plin.* 7. *Ep.* 4. Numquam a poetice alienus fui.

PŌĒTĬCĒ, adverb. *da poeta, poeticamente,* ποιητικῶς, poetæ more modoque. *Cic.* 5. *Fin.* 4. 9. Ut nulla pars cælo, mari, terra, ut poetice loquar, prætermissa sit. *Plin.* 2. *Ep.* 5. *circa med.* Descriptiones locorum, quæ in hoc libro frequentiores erunt, non historice tantum, sed prope poetice prosequi fas est. *Id.* 8. *ibid.* 4. Pande vela, ac, si quando alias, toto ingenio vebere: cur enim non ego quoque poetice cum poeta? *Petron. Satyr.* 90. Minus quam duabus horis mecum moraris, et sæpius poetice, quam humane locutus es. Adde *Quintil.* 9. 1. 13.

PŌĒTĬCUS, a, um, adject. *da poeta, poetico,* ποιητικός, ad poetam pertinens. — *a)* Cum Substantivo. *Cic.* 3. *Orat.* 38. 153. Poeticum verbum. *et* 1. *ibid.* 33. 151. Collocatio verborum perficitur in scribendo, non poetico, sed quodam oratorio numero et modo. *Id.* 3. *Nat. D.* 31. 77. Poetici dii, *h. e.* qui et quales a poetis finguntur. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 15. Cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari) quadrigis poeticis. *Horat.* 1. *Ep* 19. 44. manare poetica mella. *Quintil.* 10. 1. 46. *de Homero.* Non poetica modo, sed oratoria virtut eminentissimus. *Id.* 10. 1. 90. Poeticum ingenium. *et* 1. 5. 12. Poetico jure. *et* 10. 5. 4. Poetica libertate. *et* 2. 4. 3. Poetica licentia. — *b)* Neutr. absolute. *Quintil.* 9. 4. 56. Ἑυρυθμον. quod poeticum est. — Et in plur. num. *Id.* 8. 3. 60. Si quis poetica vulgaribus misceat. — Hinc

Poetica, æ, f. 1. (subaudi *ars*) absolute, substantivorum more. *V.* loco suo.

PŌĒTĬLLA, æ, m. 1. *poetastro,* malus poeta. *Plaut. Truc.* 2. 6. 4. Et Homeronidæ poetillæ mille memorari potest. *Bothe* rectius edidit: *Et Homeronidæ, et postilla mille memorari potis.* h. e. potis sunt.

PŌĒTO, as, are, n. *et*

PŌĒTOR, āris, ari, dep. 1. poetam agere, versus facere, *poetare, verseggiare* ποιητίζω. — *a)* Formâ *poetor. Ennius* apud *Priscian.* 8. *p.* 829. Numquam poetor, nisi podager. *Auson. Epist. præfixa Edyll.* 6. Mirandi staporem transtuli ad ineptiam poetandi. — *b)* Formâ *poeto. Verus Aug.* apud *Fronton.* 2. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 8. Igitur priusquam poetare incipio, pausam tecum facio.

PŌĒTRĬA, æ, f. 1. *poetessa, rimatrice,* ποιήτρια, femina poetices perita. *Cic. Cæl.* 27. 64. Vetus et plurimarum fabularum poetria. *Ovid. Heroid.* 15. 183. Grata lyram posui iibi, Phœbe, poetria Sappho. *Pers. prol.* 13. Corvos poetas et poetrias picas Cantare credas Pegaseium melos. *Sunt qui leg.* poetridas, *a* poetris, idis, *eod. sensu.* Etiam *Thom. Thesaur. nov. Latinit.*, edit. ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 8., hunc locum affert et exhibet *poetridas.* Ceterum *Terentian. de metris v.* 2159. *p.* 2431. *Putsch.* Continuasse pedes istos (*Adonios*) in carmine solos Dicitur hæc eadem præclara poetria Sappho.

PŌĒTRIS, idis, f. 3. *V.* voc. præced.

PŌGŌNĬAS, æ, m. 1. πωγωνίας, genus cometæ, stellæ barbatæ similitudinem referens; πώγωνα enim Græci barbam vocant. *Seneca* 1. *Quæst. nat.* 15.; et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 25. 22. (89). Designatur a *Manil.* 1. 836. Nunc prior hæc species dispersis crinibus exit, Et globus ardenti sequitur sub imagine barbæ.

POL, per Pollucem, interject. vel adverb. jurandi, quod juramenti genus tam viris, quam mulieribus erat commune. Apud Comicos fere in quacumque pagina legitur vel ab initio orationis, vel sæpius post primum vocabulum — *a)* Sine additis. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 19. 44. Pol mihi fortuna magis nunc defit, quam genus. *Id.* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. Nec pol homo quisquam faciet impune animatus Hoc nisi tu. *Plaut. Asin.* 5. 2. 10. Pol ni vera ista essent, numquam faceret ea, quæ nunc facit. *et ibid.* 5. 1. 9. Pol ego utrumque facio, ut equum 'st filium. *Id. Aulul.* 2. 7. 2. Quos pol ut ego bodie servem, cura maxuma est. *Id. Asin.* 2. 2. 86. Ego pol Sauream non novi. Sic *Ter. Andr.* 5. 2. 25. Ego pol hodie, si vivo, tibi ostendam, herum quid sit pericli fallere. *Catull.* 20. 19. Velim pol, inquis: et pol ecce villicus Venit. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 92. pol, me miserum, patrone, vocares. *Id.* 2. *ibid.* 2. 138. pol, me occidistis, amici. — *b)* Cum additis aliis affirmandi particulis. *Plaut. Men.* 5. 9. 5. Pol profecto haud est dissimilis. et *Amph.* 1. 1. 215. At pol profecto ingratiis. *Ter. Eun.* 4. 4. 8. Istuc pol vero bene. *Id. ibid.* 4. 5. 5. Certe tu quidem pol multo hilarior. *Id. Andr.* 1. 4. 2. Sane pol illa temulenta 'st mulier. — *c)* Inseritur inter *per* et aliud vocabulum per tmesin disjuncta. *Ter. Hecyr.* 1. 1. 1. Per pol quam paucos reperias meretricibus fideles. ubi *Donatus*: Ordo est *pol perquam paucos reperias*: nam *per pol* non est Latinum, sed κατὰ τμῆσιν, *per quam,* id est nimio. — *d)* De forma *edepol, V.* hanc voc. loco suo.

PŌLĔA, æ, f. 1. πόλιον, fimus pulli asinini. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 13. 57. (200). Asinini pulli fimum, quod primum edidit, poleam vocant Syri.

PŌLĔMŌNĬA, æ, f. 1. πολεμώνιον, herba, ruta capraria. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 6. 28. (64). *V.* CHILIODYNAMA.

PŌLENTA, æ, f. 1. Dicitur et *Polentum, i,* n. 2. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 2. *ante med.* Ut lenticum, rosa, vel polentum infusum. Adde *Macrob.* loc. infra cit. sub *d.* — *Polenta* (fortasse a πάλη *pollen*), *polenta,* ἄλφιτον πεφυρμένον, μάζα, cibus vilissimus ex farina hordeacea tosta, proprius tenuiter viventium. Fiebat autem a Græcis hac ratione. Perfusum aqua hordeum siccabant nocte una, postero die frigebant, deinde molis frangebant, servabantque in multos dies: quum vero uti vellent, partem illius farinæ aqua aspergebant, et torrebant in sartagine. Ita narrat *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 14. (72)., additque alias conficiendæ polentæ rationes ab iisdem usurpatas: alii enim adjiciebant hordeo semina lini, et ecriandri, sal, etc. Italia vero, subdit *Id. ibid.*, sine perfusione tostum hordeum in subtilem formam molit, iisdem additis, atque etiam milio. V. *eumd.* et *l.* 22. *c.* 25., ubi medicinas ex polenta recenset. — *a)* Universim. *Pers.* 3. 55. *de Stoicis.* detonsa juventus Invigilat, siliquis et grandi pasta polenta. *Seneca Ep.* 110. *sub fin.* Disce parvo contentus esse, et illam vocem magnus atque animosus exclama: Habeamus aquam, habeamus polentam, Jovi ipsi de felicitate controversiam faciamus. Turpe est beatam vitam in auro et argento reponere: æque turpe est in aqua et polenta. Hic vero *Seneca* vertisse videtur ea verba *Stobæi Florid. serm.* 17. Ἔλεγε δ' Ἐπίκουρος ἑτοίμως ἔχειν, καὶ τῷ Διὶ ὑπερ εὐδαιμονίας διαχωνίζεσθαι μάζαν ἔχων καὶ ὕδωρ. Cf. *Senec. Ep.* 25. 4. Colligas inde, licet, mazam idem significare ac polentam. *Ovid.* 5. *Met.* 450. Dulce dedit, tosta quod coxerat ante polenta. Unde *ibid.* 454. Cum liquido mixta perfudit diva polenta. Videtur *Ovid.* hic describere cyceonem, cujus meminit *Arnob.* 5. 25. *et* 26. *V.* CYCEON et COCETUM. *Colum.* 6. *R. R.* 17. 8. Epiphoram supprimit polenta conspersa mulsa aqua, et in supercilia genasque imposita. *Apul.* 6. *Met.* Offas polentæ mulso concretas ambabus gestare manibus. *Cels.* 4. 11. Polenta vino aspersa. *Apul.* 1. *Met.* Polentæ caseatæ ofiula. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Nitrosæ, aut amaræ aquæ polenta addita mitigantur: qua de causa et in saccos vinarios additur polenta. *Id.* 30. *ibid.* 12. 33. (107). Carbunculus aboletur polenta imposita inspersa. *Id.* 27. *ibid.* 8. 37. (59). Herba, quæ ignes sacros cum flore polentæ sanat imposita. *h. e.* cum flore farinæ, ex qua polenta fit: vel cum polenta liquidiore, de qua infra sub *d.* — *b)* Differt a pulte, tum quia puls Latina vox est, et res Italiæ, polenta Græciæ: tum quia puls ex farre est, polenta ex hordeo. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 8. 19. (84). Videtur tam puls ignota Græciæ fuisse, quam Italiæ polenta. — *c)* Macedonibus mos fuit, urbis, quam condere pararent, muros polenta designare, teste *Curt.* 4. 8. Adde *Val. Max.* 1. 8. *n.* 1. *extern.* — *d) Polenta, orum.* neutro genere. *Macrob.* 7. *Saturn.* 15. Si naturalis via potum in pulmonem traheret, quum polenta bibuntur, vel quum hauritur potus admixtis granis, seu ex re aliqua densiore, quid his sumptis pulmo pateretur? *bibuntur* dicit, quia polenta ita temperari potest, ut potui sit: unde *Scribon. Compos.* 159. Polentæ tenuis cyathi duo.

POLENTACIUM, ii, n. 2. edulium ex polenta. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 112.

PŌLENTĀRĬUS, a, um, adject. ἀλφιτικός, qui est ex polenta. *Plaut. Curc.* 2. 3. 16. Eos ego si offendero, ex unoquoque eorum excutiam crepitum polentarium. *h. e.* adeo subito, aut pectore, aut genu offendam, ut pedere cogam istos Græcos palliatos polenta pastos. *Apul.* 6. *Met.* Polentarium damnum. *h. e.* jactura offæ ex polenta factæ.

PŌLENTUM, i, n. 2. *V.* POLENTA init.

PŌLET *pro* pollet. *V.* POLLEO.

PŌLĬA, æ, f. 1. gemma canitiem quamdam sparti indicans: a πολιός *canus. Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 73. (191). At *Sillig.* unum *Bamberg.* Codicem secutus ita legit, ut sensus sit: Poliam vocant eam gemmam, quæ canitiem spargit, spartopolian, quæ rariorem canitiem. *V.* ibi adnotat.

PŌLĬA, æ, f. 1. *greggia di cavalli,* πωλεία, grex equorum: a πῶλος *pullus equinus. Ulp. Dig.* 21. 1. 38. *sub fin.* Si polia venierit, dicemus unum equum, qui vitiosus est, non omnem poliam redhiberi oportere.

PŌLĪMEN, ĭnis, n. 3. a *polio,* quod nitidum, quod politum est (*V.* sub II. in fin.): hinc

I.) Proprie ita vocantur globuli metallici, qui ornamenti causa ex balteis equorum vel diadematis mulierum pendent. *Apul. de Deo Socrat. a med.* Neque enim in emendis equis phaleras consideramus, et baltei polimina inspicimus. *Fulgent. Mythol. præf. ad fin.* Quarum (*mulierum*) dexterior verenda quadam majestate subnixa, elatæ frontis polimina argenteis astrorum crispaverat margaritis. *h. e.* aureos diadematis globulos intersitis candidis margaritis distinxerat.

II.) Translate polimina sunt testiculi. *Arnob.* 7. 24. Polimina porro sunt ea, quæ nos proles verecundius dicimus: a vulgaribus autem assolent cognomine testium nuncupari. — *Forcellinus* hanc esse putavit propriam vocabuli significationem; et quod ad etymon pertinet, illi *polimen* videbatur esse a *polio,* pila ludo, vel a *pelle,* nam veteres *poliones* pro *pelliones* dicebant. *V.* vocem seq.

PŌLĪMENTA, ōrum, n. plur. 2. idem ac polimina. *Verrius Flaccus* apud *Festum p.* 234. 34. *Müll.* Polimenta antiqui dicebant testiculos porcorum, quum eos castrabant; a politione segetum, aut vestimentorum: quod similiter, atque illa, curentur. *Plaut. Men.* 1. 3. 28. Jube de foro obsonarier sinciput, aut polimenta porcina, aut aliquid ad eum modum. *Alii leg.* aut omenta porcina. Displicet *Scaligero* in *Conjectan.* ad *Varron. p.* 71. ea notatio verbi a *Festo* allata: vult autem dici *polimenta* a *polis* seu *polulis,* quæ fuerint pilulæ ex aluta, tomento molli farctæ, quibus datatim ludebant: unde *polit,* pila ludit, apud *Paul. Diac. p.* 243. 4. *Müll., qui tamen leg.* pollit, *non* polit.

POLINDRUM, i, n. 2. nomen ficti aromatis, joculariter usurpatum a coque apud *Plaut. Pseud.* 3. 2. 43. *Vulgati libri habent* sipolindrum; Fleckeisen. *vero* cepolindrum.

PŌLĬO, is, īvi *vel* ii, ītum, ire, a. 4. *Polibam* pro *poliebam*: quæ positio in 4. conjugatione frequens est: *Virg.* 8. *Æn.* 435. Palladis arma Certatim squamis serpentum auroque polibant. — *Poliens* 1. 3.; *Politus* in omnibus fere paragr. et in fin.; *Poliendus* 1. 4. — Polire, quod deducunt a πολιός *candidus,* est levigare, nitidum reddere, perficere, et dicitur proprie de iis, quæ fricando et terendo nitorem acquirunt, λειαίνω, ἀποξέω (It. *pulire, lustrare, nettare, lisciare, ornare*; Fr. *limer, rendre lisse, uni, polir*; Hisp. *pulir, alisar, acicalar, limpiar, limar*; Germ. *poliren, feilen, glätten, abputzen*; Aug. *to polish, smooth, furbish, clean, mack neat, trim, deck, adorn*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Leg. XII. Tab.* apud *Cic.* 2. *Legg.* 23. 59. ROGVM ASCIA NE POLITO. *Lucret.* 5. 1451. et dædala signa polire. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 41. (148). Polire scabritiam ferri hircorum sanguine. *Id.* 19. *ibid.* 5. 26. (87). Raphani poliunt ebora. *Id.* 36. *ibid.* 21. 40. (152). Lapis Samius poliendo auro utilis. *Id.* 37. *ibid.* 8. 32. (109). Polire gemmas cotibus. *Id.* 9. *ibid.* 12. 14. (40). et 32. *ibid.* 9. 34. (108). Squatinæ piscis cute polire ligna. *Id.* 36.

ibid. 6. 9. (52). marmora. Sic *Id.* 36. *ibid.* 13. 19. (86). Fornices tecti lapide polito. *Vitruv.* 7. 4. Supra podia abaci ex atramento sunt subigendi et poliendi. *Martial.* 4. 46. Synthesis crasso figuli polita cælo. *Id.* 5. 37. Cui nec lapillos præferas Erythræos, Nec modo politum pecudis Indicæ dentem. *Id.* 9. 58. Tusca ligo vinea politus. *h. e.* detritus, atque adeo nitens. *Id.* 8. 72. liber Morsu pumicis aridi politus. Sic *Ovid.* 1. *Trist.* 1. 11. Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes (*libellorum*). *Sueton. Cæs.* 67. Argento et auro polita arma. — *Hoc politum est*, perfectum est. *Plaut. Epid.* 3. 2. 3. Hoc oppido politum est. Ita *Forcellinus*: alii tamen aliter hunc locum interpretantur. — Et de corporis cultu. *Quintil.* 8. *procem.* 22. Ungues polire, et capillum reponere. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 9. Ambæ numquam concessavimus lavari, aut ornari, poliri, expoliri, pingi, fingi. *Ovid. Medic. fac.* 25. Feminea vestri poliuntur lege mariti. *Firmic. de err. proph. relig.* 4. Effeminare vultum, polire cutem, et virilem sexum ornatu muliebri dedecorare. ¶ 2. Speciatim *polire domum* est nitidam facere. *Varro* 3. *R. R.* 2. 9. Villa polita opere tectorio eleganter. Sic *Vitruv.* 7. 4.; et *Colum.* 8. *R. R.* 8. 3. Parietem tectorio polire. *intonacare. Varro* 1. *R. R.* 2. 10. Regie polita ædificia. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 1. Porticus tota patet, et columnæ politæ sunt. ¶ 3. Item *polire lina* et *lanas* est *lavare, nettare. Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 2. (10). Hispania citerior habet splendorem lini præcipuum, torrentis, in quo politur, natura. *et ibid.* 3. (18). Iterum deinde in filo politur, illisum crebro in silice ex aqua. *Id.* 8. *ibid.* 48. 73. (192). Quippe (*lanæ*) abenis polientium extractæ in tomenti usum veniunt etc. ¶ 4. Item *polire vestes* est fullonum, qui lavant, illidunt ex aqua, et pectine villos destringunt, γνάπτειν, *purgare, ligiare. Plin.* 35. *Hist. nat.* 17. 57. (197). Creta Umbrica poliendis vestibus assumitur. *Ulp. Dig.* 47. 2. 12. Fullo, qui curanda poliendaque vestimenta accepit. *Cajus ibid.* 19. 5. 22. Si tibi polienda, sarciendave vestimenta dederim.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis est excolere, ornamentis instruere, perficere. — *a) Polire agros*, rastris, bidente, crate quasi pectere, occare, radere, excolere. *Ennius* apud *Non. p.* 66. 27. *Merc.* Rastros dentiferos capsit causa poliendi agri. Hinc *politus ager*, diligenter et plane cultus. *Id.* apud *eumd. ibid.* testes sunt Lati campi, quos gerit Africa terra politos. *Varro* 3. *R. R.* 2. 5. Fundus cultura politus. *V.* POLITOR et POLITIO. — *b) Polita domus*, perfecta, omnibus ornamentis instructa, plene ornata. *Phædr.* 4. 4. Domum politam, et delicatos hortulos. *Varro* apud *Non. p.* 66. 29. *Merc.* Politum cœnaculum. *Plin.* 2. *Ep.* 17. *ante med.* Cubiculum politissimum. ¶ 2. Transfertur ad animum. — *a)* Morali ratione. *Varro* 1. *R. R.* 2. 10. Vir omnibus virtutibus politus. *Pers.* 5. 116. Pelliculam veterem retines, et fronte politus Astutam vapido servas sub pectore vulpem. *h. e.* externa specie virtutibus ornatus. *Petron. Satyr.* 5. mores Frugalitatis lege poliat exacta. — *b)* Sæpissime refertur ad culturam ingenii, et litterarum, et orationis. *Cic.* 1. *Orat.* 14. 63. Ignarus faciendæ ac poliendæ orationis. *Quintil.* 10. 4. 4. Sit aliquando, quod placeat, aut certe quod sufficiat, ut opus poliat lima, non exterat. *Phædr.* 1. *prol.* Æsopus auctor quam materiam repperit, Hanc ego polivi versibus senariis. *Ovid.* 1. *Pont.* 5. 61. Cur ego sollicita poliam mea carmina cura? — Hinc eadem significatione sæpissime occurrit Part. præter. pass., cujus exempla et supra retulimus,

Politus, a, um, quod adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Politior* et Sup. *Politissimus* (*V.* et supra sub II. 1.). *Val. Max.* 5. 4. *n.* 5. *extern.* Doctrina proficit, ut politiora, non ut meliora fiant ingenia. *Id.* 2. 2. *n.* 2. Facundia politiorem fieri. *Lucret.* 3. 307. Doctrina homines politos constituit. *Plin.* 1. *Ep.* 16. Qui uxorem tam doctam politamque reddiderit. *Sueton. Cæs.* 47. Servilia recentiora politioraque immenso pretio comparare. *Cic. Pis.* 25. 59. Homo ad persuadendum concinnus, perfectus, politus e schola. *Id.* 13. *Fam.* 1. *ad fin.* Vir omni liberali doctrina politissimus. *Id.* 1. *Fin.* 7. 26. Non satis politus iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur. *Id.* 2. *Orat.* 17. 72. Homo communium litterarum et politioris humanitatis expers. *Tac. dial. de Orat.* 18. Gracchus in dicendo plenior et uberior, Crassus politior et ornatior. *Cic. Brut.* 95. 326. Accurata et polita oratio. *Plin.* 7. *Ep.* 13. Epistola tam polita, quæ nisi a studente, non potest scribi. *Cic.* 2. *Att.* 21. *circa med.* Sic ego hunc, omnibus a me pictum et politum artis coloribus, subito deformatum non sine magno dolore vidi. *Id.* 1. *Fam.* 9. *circa med.* Ut Apelles Veneris caput et summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit.

PŌLĬO, ōnis, m. 3. qui arma polit. *Aurel. Arcad. Dig.* 50. 6. 6. Poliones et custodes armorum. *Torrentin.* habet pollices· *Haloand.* pelliones: alii *politores.* Quidam Lexicographi addunt et locum *Firmici*, sine notatione libri, aut cap. Fortasse designant 3. *Mathes.* 13. *ad fin.*, ubi tamen *pelliones*, non *poliones* legitur. — In *Gloss. Philox.* Polio, πατροφάγος. *h. e.* glutto, qui patrimonia devorat.

PŌLĬON *vel* polium, ĭi, n. 2. *polio*, πόλιον, nomen herbæ Græcum, Latine *tiniaria* apud *Scribon. Compos.* 83., quoniam ad arcendas tineas interponitur vestibus: duplex est, campestris, major; silvestris, minor. Folia sunt canis hominum similia (unde nomen: nam πολιός *canum* significat) a radice protinus, numquam palmo altiora. Ita *Plin.* 21. *Hist. nat.* 7. 21. (44)., qui miros ejus usus in medicina recenset *ibid.* 20. 84. (145)., et folia ejus æterna esse tradit *ibid.* 17. 60. (100). *V.* OMNIMORBIA.

PŌLIS, is, f. 3. πόλις, civitas. *Coripp.* 4. *Johann.* 64. Justiniana polis sævis tunc tradita Mauris. Adde *ibid.* 75.

POLIT. *V.* POLLIT.

PŌLĪTĒ, adverb. Comp. *Politius*; de Sup. *V.* in fin. — Polite, *pulitamente, elegantemente, con pulitezza*, γλαφυρῶς, ornate, eleganter, splendide, perfecte. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 38. 120. Negatis hæc tam polite tamque subtiliter effici potuisse sine divina aliqua solertia. *Id. Brut.* 19. 76. Et luculente quidem scripserunt, etiamsi minus, quam tu, polite. *Id. Cœl.* 3. 8. Ornate politeque dicere. *Id.* 4. *Fin.* 3. 5. Polite apteque dicere. *Plin.* 1. *Ep.* 16. Causas agere acriter et ardenter, nec minus polite et ornate. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 1. 2. Quæ et sunt magna sane, et limantur a me politius. *Id.* 4. *Herenn.* 32. 44. Ut perfecte et politissime possint esse absolutæ. Ita refert *Rufin. de metr. com. p.* 2715. *Putsch.* In editis est *perpolitissime.*

PŌLĪTĬA, æ, f. 1. *repubblica, e governo della repubblica*, πολιτεία, respublica, status civitatis, et, ut *Aristoteles* definit in *Rhet.*, principatus, et consuetudo rerum, secundum quam vivere unumquemque et conversari decet. Hoc nomine inscriptum est opus Platonis de Republica, quod in decem dialogos distinguitur. *Cic.* 1. *Divinat.* 30. 60. Vide, quid Socrates in Platonis Politia loquatur. Adde 2. *ibid.* 27. 59. *Ambros. Hexæm.* 5. 15. Sic ab initio acceptam a creatura, exemplo avium, politiam homines exercere cœperunt. *Cassiod.* 9. *Variar.* 2. Quarum (*gruum*) morem scriptores rerum naturalium contuentes, politiam quamdam inter ipsas esse commemorant, quas civico affectu vivere cognoverunt.

PŌLĪTĬCE, es, f. 1. πολιτική, civilitas, reipublicæ status, et ars ejus administrandæ. *Apul.* 2. *Dogm. Plat.* Civilitatem Plato politicen vocat. *Alii scrib.* πολιτικήν. *Cicero* quoque 9. *Att.* 18. Græce usurpat.

PŌLĪTĬCUS, a, um, adject. *politico, civile*, πολιτικός, ad politiam, et rempubl. pertinens, civilis. *Cic.* 7. *Fam.* 1. Sed quæ potest esse homini politico delectatio, quum etc.? *Alii leg.* polito. *Id.* 3. *Orat.* 28. 109. Illi olim, propter eximiam rerum maximarum scientiam, a Græcis politici philosophi appellati. *Id.* 9. *Att.* 4. Quasdam tamquam θέσεις, quæ et politicæ sunt, et temporum horum. *Cæl.* ad *Cic.* 8. *Fam.* 1. Tui libri politici omnibus vigent. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 8. Politicæ virtutes.

PŌLĪTĪES *vel* policies, ei, f. 5. a *v. polio*, est elegantia. *Gloss. Lat. Gr.* Policies, γλαφυρότης.

PŌLĪTĬO, ōnis, f. 3. *pulitura*, στιλβωσις, λείωσις, actus poliendi et perficiendi.

I.) Proprie. *Vitruv.* 7. 4. Quibus rationibus siccis locis tectoria oporteat fieri, dixi: nunc quemadmodum humidis locis politiones expediantur, ut permanere possint sine vitiis, exponam. *h. e.* tectorii inductiones, *intonacature.* et *ibid.* 3. *a med.* Speculum argenteum recipiens in se politionem, fulgentes imagines reddit. *fregagione e lisciatura.* et *Paul. Diac. p.* 71. 20. *Müll.* Depolitum, perfectum, quia omnes perfectiones antiqui politiones appellabant.

II.) Translate. *Politio agri* est suprema et diligentior cultura, occando, et complanando terram: quod fit et ante, et post jacta semina. *Cato R. R.* 136. Politionem quo pacto dari oporteat. In agro Casinate et Venafro, in loco bono, parte octava corbi dividat, etc. Loquitur *Cato* de contractu, quo ager colendus et poliendus sub certa frugum mercede dabatur. *Festus p.* 234. 1. *Müll.* Politio segetum, aut vestimentorum. *V.* vocem sequent.

PŌLĪTOR, ōris, m. 3. *pulitore*, στιλβῶν, qui polit.

I.) Proprie. *Firmic.* 4. *Mathes.* 7. *sub fin.* Facit gemmarum politores.

II.) Translate. *Politor agri*, qui diligenter excolit, et supremam culturæ manum imponit, ut in voce præced. II. dictum est. *Cels.* apud *Ulp. Dig.* 17. 2. 52. Si in coeunda societate artem operamve pollicitus est alter, veluti quum pecus in commune pascendum, aut agrum politori damus in commune quærendis fructibus. *Cato R. R.* 5. Operarium, mercenarium politorem diutius eumdem ne habeat die. Adde *ibid.* 136. Frustra sunt, qui his locis aliter leg. *V.* vocem præced. II. In *Tab. Antiat.* apud *Vulp.* SALVIVS POLIT. *h. e.* Salvius politor villæ Antiatinæ: etenim ibidem recensentur nomina servorum, qui in eadem Tiberii Aug. villa erant.

PŌLĪTŪLUS, a, um, deminut. politi. *Cic.* 7. *Fam.* 33. Opus est huc limatulo et politulo tuo judicio. *At* Orellius *et alii leg.* polito.

PŌLĪTŪRA, æ, f. 1. *pulitura, lisciatura, pulimento*, λείωσις, politio, perfectio. *Vitruv.* 7. 1. *de pavimentis.* Super fricaturam, levigationibus et polituris quum fuerint perfecta, incernatur marmor, et supra loricæ ex calce et arena inducantur. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 6. 9. (53). Crassior arena plus erodit marmoris, majusque opus scabritia polituræ relinquit. *Id.* 13. *ibid.* 12. 25. (81). Charta politura minus sorbet, magis splendet. *Id.* 17. *ibid.* 26. 39. (246). *de vitib.* Gemmarum, si frigus retorridas hirtasque fecerit, repumicatio et quædam politura. *Id.* 11. *ibid.* 24. 28. (84). *de araneo.* Scissa protinus reficit, ad polituram sarciens. *racconciando a perfezione. Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 1. *sub init.* Nova politura in muris parietis cubiculorum. *h. e.* in muris et parietibus cubiculorum.

PŌLĪTUS, a, um. *V.* POLIO, is.

PŌLĪUM, ĭi. *V.* POLION.

POLLEN, ĭnis, n. *et* pollis, ĭnis, f. et m. 3. est tenuissima farinæ pars, quæ circa molas, et loca, quibus panis pinsitur, volitat, et parietibus adhæret, (*V.* POLENTA) πάλη, πεπάλη, γύρις (It. *farina di friscello o fuscello*; Fr. *farine très-fine, fleur de farine*; Hisp. *la flor de la harina*; Germ. d. *feine Mehl, Staubmehl*; Angl. *the flour that sticks to the walls of a mill*).

I.) Proprie. — *a)* Universim. *Ter. Adelph.* 5. 1. 60. Atque ibi favillæ plena, fumi ac pollinis coquendo sit faxo et molendo. *Cato R. R.* 156. *et* 157. *a med.* Postea salem addito et cumini paullulum et pollinem polentæ. *h. e.* farinæ hordeaceæ, ex qua polenta fit. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 26. (82). Glutinum vulgare e pollinis flore temperatur fervente aqua, minimo aceti aspersu. *Priscian.* 6. *p.* 708. *Putsch.* Hæc pol-

lis, pollinis: sic Charisius (1. *p.* 27.). Probus autem, et Cæsar hoc pollen, pollinis declinaverunt. *Phocas* in *arte p.* 1697. Illa sunt generis masculini, quæ in genitivo una syllaba accrescunt, ut hic lapis, idis; hic pulvis, eris; hic sanguis, inis; hic pollis, inis. — *b)* Sumitur etiam pro farina tenuissima, non solum a furfuribus secreta, sed etiam densiore cribro excernendo, tenuissima facta, *flor di farina. Plin.* 18. *Hist. nat.* 9. 20. (87). *de siligine, quæ est genus tritici.* Si vero pollinem facere libeat, sexdecim pondo panis redeunt (*e modio*), et cibarii tria, furfurumque semodius. *et ibid.* 10. 20. (89). Ex Africo (*tritico*) justum est e modiis redire semodios (*similaginis*), et pollinis sextarios quinque. V. *integr. c.* 9., unde etiam colliges, pollinem tenuiorem esse, quam ipsum florem farinæ.

II.) Translate dicitur de tenuissima farina aliarum rerum. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 29. (91). Inula in pollinem tunditur arida. *Id.* 29. *ibid.* 3. 11. (39).; et *Colum.* 6. *R. R.* 30. 6. Pollen turis. *h. e.* tus minutum, quod et *manna turis* aliis dicitur. *Cels.* 4. 4. Polline etiam piperis palatum recte respergitur. *Marcell. Empir. c.* 19. *in fin. p.* 113. *retro* ed. *Ald.* Aphronitri unciam S., sulphuris unciam S., ervi farinæ unciam S., hæc omnia in pollinem tenuissimum redacta aceto colliges et permiscebis.

POLLENS, entis. *V.* POLLEO.

POLLENTER, adverb. potenter. Legitur tantum Comp. *Pollentius* apud *Claudian. IV. cons. Honor.* 254. cæsaque redit pollentius hydra.

POLLENTĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est potentia, *potenza*, δύναμις. *Plaut. Rud.* 3. 2. 4. Ne impiorum potior sit pollentia, quam innocentium. *et Cas.* 4. 4. 3. Nova nupta, sospes iter incipe hoc, ut viro tuo semper sis superstes, atque ut potior pollentia sis, vincasque virum, etc. *h. e.* vigore et viribus corporis. ¶ 2. *Pollentia* fuit etiam dea apud Romanos a pollendo dicta, quæ eadem videtur ac Victoria et Pellonia. *Liv.* 39. 7. Malus in circo instabilis in signum Pollentiæ procidit, atque id dejecit. Ea religione moti patres et diem adjiciendum ludorum celebritati censuerunt, et signa duo pro uno reponenda, et novum auratum faciendum. — *NB.* De nomine urbis *V.* ONOM.

POLLĔO, es, ere, n. 2. Antiqui *poleo* dixere, teste *Festo p.* 205. 16. *Müll.*, quia nondum geminabant consonantes. — Præteritis ac supinis caret. Usus tamen est præterito *pollui* his verbis *Isid.* 1. *Orig.* 40. Appellantur fabulæ Æsopicæ, quia is (*Æsopus*) apud Phrygas in hac re polluit. — Part. *Pollens* in fin. — Pollere est posse, valere, vigere, vim viresque multas habere, ἰσχύω (It. *potere, avere potenza, forza, virtù, valore*; Fr. *pouvoir, être puissant, influent, avoir beaucoup de pouvoir*; Hisp. *poder, tener expedita la facultad ó potencia de hacer alguna cosa*; Germ. *etwas vermögen, ausrichten können, in etwas stark, etwas zu thun im Stande sein*; Angl. *to be able, be very strong or mighty, be of great force or power, prevail much, bear rule or sway, excel*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a)* Jungitur cum *possum. Liv.* in veteri formula fœderis, 1. 24. *sub fin.* Tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque. *et* 8. 33. Qui unus plus, quam tua dictatura, potest polletque. *Plaut. Asin.* 3. 3. 46. Videtin', viginti minæ, quid pollent, quidve possunt? Adde *Vet. Poet.* apud *Cic.* 4. *Tusc.* 32. 69. *V.* POLLENS *sub init.* — Hæc quidam ita distinguunt, ut *pollere* referatur ad vires insitas, et a natura: *posse* ad acquisitas, et ab exercitatione. Sed hoc incertum discrimen est, passimque negligitur, præsertim a poetis. — *b)* Absolute. *Cic.* 3. *de republ.* 12. Imperare quam plurimis, frui voluptatibus, pollere, regnare, dominari. *Cæs. fragm.* apud *Sueton. Cæs.* 6. Reges, qui plurimum inter homines pollent. *Id.* 1. *B. C.* 4. Qui in republica judiciisque tum plurimum pollebant. *Cic.* 2. *Off.* 9. 34. Ad fidem faciendam justitia plus pollet. *Id. Brut.* 51 190. Perorandi locus, ubi plurimum pollet oratio. *Flor.* 4. 2. Quum Romana majestas toto orbe polleret. *Tac.* 4. *Ann.* 33. Olim, plebe valida, vel quum Patres pollerent, noscenda vulgi natura. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (25). Etiam mutas religiones pollere manifestum est. — Et cum Infinito vicem Nominativi gerente. *Cic. Brut.* 69. 242. Is omnibus exemplo esse debet, quantum in hac urbe polleat, multorum obedire tempori, multorumque vel honori, vel periculo servire. — *c)* Cum Ablativo rei, qua quis pollet. *Propert.* 3. 8. 17. Pollere forma. *Sueton. Cæs.* 19. pecunia. *Tac.* 4. *Ann.* 55. antiquitatis gloria. *et* 11. *ibid.* 24. armis. *et* 14. *ibid.* 57. malis artibus. *Id.* 2. *Hist.* 92. gratia. *et* 3. *ibid.* 45. nobilitate. *Apul.* 2. *Met.* Quod sciam, templis et lavacris et ceteris operibus cunctas civitates antecellimus: utensilibus præterea pollemus affatim. *h. e.* cibariis abundamus. Rursus *Tac.* 3. *Hist.* 55. Tot millia armatorum, lecta equis virisque, si dux alius foret, inferendo quoque bello satis pollebant. ¶ 2. Speciatim de iis, quæ vim habent in medicina. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 19. 110. (171). Herba contra anginas efficacissime pollet, ex aqua pota. *Id.* 20. *ibid.* 16. 63. (171). Cuniiago pollet adversus scorpiones ex posca. *et* 33. *ibid.* 4. 25. (84). Aurum plurimis modis pollet in remediis. *Id.* 28. *ibid.* 8. 29. (114). Chamæleonis linguam ad judiciorum eventus pollere. *et mox* (115). Pedem dextrum contra latrocinia terroresque nocturnos.

II.) Translate de rebus inanimis. *Horat. Art. P.* 242. tantum series juncturaque pollet. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 47. (165). Ex oleo et aqua Ciliciæ cotes pollent, ex aqua Arsinoiticæ. *sono buone assai. et* 14. *ibid.* 6. 8. (70). Quum eadem vitis aliud aliis in locis polleat. *Id.* 19. *ibid.* 3. 17. (47). Sunt etiamnum duo genera, non nisi sordido nota vulgo, quum quæstu multum polleant. *h. e.* quum valde quæstuosa sint. — Hinc Part. præs.

Pollens, entis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Pollentior* et Sup. *Pollentissimus* 1.; et est potens, valens, *potente*, δυνάμενος. ¶ 1. Generatim. — *a)* Aliquando *pollens* cum *potens* jungitur. *Sall. Jug.* 1. Dux atque imperator vitæ mortalium animus est, qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque, et clarus est, neque fortuna eget. *Liv.* 2. 34. *a med.* Cur Sicinium potentem pollentemque video? *Inscript.* apud *Gruter.* 50. 3. HERCVLI VICTORI POLLENTI POTENTI INVICTO etc. *V.* POLLEO I. 1. *a.* — *b)* Absolute. *Vellej.* 1. 2. 5. Classis plurimum pollens mari. *Plaut. Capt.* 2. 2. 28. Genus pollens et honoratissimum. *Tertull. advers. Psych.* 6. Multo pollentioris mentis. *Solin.* 2. *ante med.* Pollentissima ingenia. — *c)* Cum Ablativo. *Nævius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 5. Dein (*incedit*) pollens sagittis, inclutus Arcitenens. *Ovid.* 3. *Trist.* 10. 55. Hostis equo pollens longeque volante sagitta. *Lucret.* 1. 60. Pollens opibus. *Val. Flacc.* 6. 85. venenis. — *d)* Cum Genitivo. *Plaut. Curc.* 1. 2. 21. *de Baccho.* Vini pollens Liber. — *e)* Cum Accusativo *Seneca Agam.* 805. Soror cuncta pollentis viri, Argolica Juno. — *f)* Cum Infinito. *Lucan.* 6. 685. Tum vox Lethæos cunctis pollentior herbis Excantare deos. *Sil. It.* 14. 80. tractare sereno Imperio vulgum pollens. ¶ 2. Speciatim, *pollentes herbæ* sunt quæ vim habent in medicina. *Ovid.* 2. *Fast.* 425. non tu pollentibus herbis, Nec prece, nec magico carmine mater eris. Adde *eumd.* 7. *Met.* 196. *Claudian* 1. *in Rufin.* 150. funestarumque potestas Herbarum, quidquid letali gramine pollens Caucasus. *V.* POLLEO I. 2.

POLLEX, icis, m. 3. primus et crassior digitus in manu et pede: a *polleo*, quia supra ceteros vim habet, ut *Ateius Capito* apud *Macrob.* 7. *Saturn.* 13. docet, ἀντίχειρ (It. *dito grosso, pollice*; Fr. *le pouce*; Hisp. *pulgar*; Germ. *der Daumen*; Angl. *the thumb, the great toe*).

I.) Proprie. — *a)* Universim. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 43. 99. (244). Hominis digiti articulos habent ternos, pollex binos, et digitis adversus universis flectitur: per se vero in obliquum porrigitur, crassior ceteris. Huic minimus mensura par est. — Hinc, cum addito *digitus*, de mensura. *Cato R. R.* 20. Tunicas latas digitum pollicem facito. *Cæs.* 3. *B. G.* 13. Clavi digiti pollicis crassitudine. — Ceterum *Cic.* 3. *Off.* 11. 46. Durius Athenienses, qui sciverunt, ut Æginetis, qui classe valebant, pollices præciderentur. *Horat. Epod.* 5. 47. irresectum sæva dente livido Canidia rodens pollicem. *Ovid.* 4. *Met.* 36. levi deducere pollice filum. *et* 6. *ibid.* 22. versare fusum. *Virg.* 11. *Æn.* 68.; et *Colum.* 10. *R. R.* 303. duro demetere flores. *Ovid.* 2. *Art. am.* 494. movere fila lyræ. (Hinc *Horat.* 4. *Od.* 6. 35. Lesbium servate pedem meique Pollicis ictum.) *Id.* 8. *Met.* 198. mollire ceram. (Hinc *Juvenal.* 7. 237. mores teneros ceu pollice ducat, Ut si quis cera vultum facit.) *Id.* 10. *ibid.* 289. tentare venas. *Martial.* 6. 89. arguto matellam poscere. *h. e.* crepando digitis. *Sueton. Aug.* 24. Equitem R., quod duobus filiis adolescentibus, causa detrectandi sacramenti, pollices amputasset, ipsum, bonaque subjecit hastæ. *V.* MURCUS. *Terentian. præf. v.* 33. *p.* 2384. *Putsch.* Alterna vice pollicem. — *b)* Speciatim. In pollice erat favoris studiique significatio: nam faventes premebant, aversantes improbantesque vertebant retro et subrigebant. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (25). Pollices, quum faveamus, premere etiam proverbio jubemur. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 66. Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum. *Juvenal.* 3. 36. Munera nunc edunt, et verso pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter. *Prudent.* 2. *advers. Symmach.* 1097. pectusque jacentis Virgo modesta jubet converso pollice rumpi. Adde *Stat.* 8. *Theb.* 26. *Auct.* incertus in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 534. *Burmann.* Sperat et in sæva victus gladiator arena, Sit licet infesto pollice turba minax. — *Infestus* itaque *pollex* est conversus et subrectus, quia talis esse aversantium solet et damnantium: verum idem erat proprius etiam oratorum loqui incipientium, qui, licet in miti negotio usurparetur. *infestus* tamen dicebatur. *V.* DIGITUS. *Quintil.* 11. 3. 119. Fit et ille habitus, qui esse in statuis pacificator solet, qui, inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure protenso, manum infesto pollice extendit. *Apul.* 2. *Met.* Duobus infimis conclusis digitis, ceteros eminentes porrigit, et infesto pollice clementer subridens infit. — *c)* De pollice pedum exempla habes apud *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 9. (42). et *alibi*; et *Martial.* 8. 75.; et *Sueton. Cal.* 57. — *d)* Per synecdochen *pollex* est tota manus. *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 71. scindens inimico pollice crinem

II.) Translate. ¶ 1. Per metaphoram est palmes brevior crassiorque, figura pollicis, qui et custos, et reses, et præsidiarius, et subsidiarius dicitur, ut *Colum.* 4. *R. R.* 21. 3. docet, id est sarmentum gemmarum duarum, vel trium, ex quo quum processere frugiferæ materiæ, quidquid est supra vetusti brachii, amputatur. *Id. ibid.* 24. 13. Subsidiarius custos in pollicem subsecari non debet, quum etc. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (14). Vites excrescere ultra suos pollices prohibitæ. Adde *eumd.* 17. *ibid.* 22. 35. (186). ¶ 2. Item nodus, et velut crassus unguis exstans in trunco et cortice palmarum. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 7. (29). Reliquæ teretes atque proceræ, densis gradatisque corticum pollicibus, aut orbibus, faciles ad scandendum Orientis se populis præbent. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

POLLĬCĀRIS, e, adject. *di un pollice*, pollicis magnitudinem habens. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 9. 49. (73). Folia pollicari amplitudine. *Id.* 15. *ibid.* 24. 26. (75). Siliqua pollicari latitudine. *Id.* 13. *ibid.* 23. 45. (128). Frutex pollicari crassitudine.

POLLĬCĔO, es, etc. *V.* voc. seq. sub *B.*

POLLĬCĔOR, lĭcĕris, lĭcĭtus sum, lĭcĕrĭ, dep. 2. Part. *Pollicens* sub *A. a.*; *Pollicitus* sub *A. c.* et *B.* — Polliceri est promittere, profiteri, deferre, offerre, ὑπισχνέομαι, ἐπαγγέλομαι (It. *promettere, esibire, offerire*; Fr. *proposer, offrir, promettre de faire quelque chose*; Hisp. *proponer, ofrecer, prometer*; Germ. *sich erbieten zu etwas, etwas zu leisten versprechen, etwas verheissen zusagen*; Angl. *to promise, assume, hold forth, offer*).

A) Deponent. forma et vi. — *a*) Ratione habita etymi, alii ducunt a *pote* et *liceor*, alii vero a *por* et *liceor*, quasi proprie dicatur de eo, qui pretium pro merce, aut opere promittit. *Ter. Andr.* 1. 1. 49. Amans accessit pretium pollicens. *Id. Phorm.* 1. 2. 18. Is senem per epistolas pellexit modo non montes auri pollicens. *Sall. Jug.* 19. Dando et pollicendo multa perfecit, ut etc. — *b*) Universim tamen adhibetur pro promittere: nisi quod nonnulli (ut *Donatus* ad *Ter. Andr.* 2. 3. 27.) ita distinguunt, ut *polliceri* majori affirmatione dicatur, quam *promittere*: alii, (ut *Servius* ad *Virg.* 1. *En.* 241.) *polliceri* ultro ac sponte, *promittere* rogatos. Sed hæc discrimina aut vera non sunt, aut perraro servantur. Ceterum — *c*) Cum Accusativo rei. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 58. 132. Sed superstitiosi vates impudentesque arioli - Quibus divitias pollicentur, eis drachumam ipsi petunt. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 8. Hospitium et cœnam polliceri peregre advenienti. *Id. Truc.* 2. 4. 23. Plus pollicere tu, quam ego a te postulo. *Cic. Planc.* 42. 101. Nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, sed de horum erga me benevolentia promittebam. *Id.* 7. *Fam.* 5. Neque minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri. *Id.* 5. *Fam.* 8. *a med.* Ego vero tibi profiteor atque polliceor meum studium in omni genere officii. *Id. pro leg. Manil.* 24. 69. Quidquid auctoritate possum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi polliceor ac defero. *Id.* 10. *Phil.* 4. 9. Polliceri præsidium suum alicui. *et Divin. in Q. Cæcil.* 6. 21. suam operam. *Tac.* 2. *Ann.* 40. Offerant pecuniam, fidem atque pericula polliceantur. *Plin. Paneg.* 70. Impunitatem male consultis polliceri. *Seneca Thyest.* 619. Nemo tam divos habuit faventes, Crastinum ut possit sibi polliceri. — Similiter Part. *Pollicitus* apud *Plaut. Aulul.* 3. 4. 11. Credo ego edepol, illi mercedem gallo pollicitos coquos. *Cæs.* 2. *B. G.* 4. Bellovacos pollicitos lecta millia LX. *Horat.* 1. *Od.* 15. 29. Quem tu - Sublimi fugies mollis anhelitu, Non hoc pollicitus tuæ. — *d*) Cum Infinito. *Plaut. Most.* 5. 1. 36. Quin jusjurandum pollicitus est - dare, si vellem, mihi. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 57. Pollicita est ea, se concessuram ex ædibus. *Id. Andr.* 3. 5. 7. Qui modo sum pollicitus ducere. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 37. 103. Pro certo polliceor hoc vobis atque confirmo, me esse perfecturum, ut etc. — *e*) Absolute; Accusativus enim vel Infinitus facile subauditur; et aliquando cum Adverbiis. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 2. 5. Nostræ causæ non videntur hominis defuturi: mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. *Id.* 13. *Att.* 1. De ætate polliceris, vel potius recipis. *Id.* 5. *ibid.* 13. Polliceri liberalissime. *Id.* 4. *Fam.* 13. benigne. *Id. Dom.* 11. 28. prolixe. *Flor.* 1. 1. Ita illi aves pollicebantur. — *f*) Proverbium est illud *Ter. Phorm.* 1. 2. 18. Montes auri polliceri. *V.* Supra in *a*. Similiter illud *Sall. Cat.* 23. Polliceri maria montesque.

B) Activa positione olim *polliceo* dictum est. *Varro* apud *Non. p.* 471. 13. *Merc.* Ne dares, ne polliceres. — Hinc *polliceor* passiva significatione. *Metellus Numidic.* apud *Priscian.* 8. *p.* 792. *Putsch.* Ut aliis ob metum statuæ polliceantur. *Ulp. Dig.* 14. 1. 1. *a med.* Exercenti navem actio non pollicetur. — Et Part. *Pollicitus*, passive, promissus, *promesso, esibito. Vellej.* 2. 111. 1. Senatorum equitumque R. exactæ ad id bellum operæ pollicitæ. *Sed de hac lectione valde dubitandum est; alii enim aliter omnino legunt. Ovid.* 3. *Fast.* 366. Pollicitam dictis, Juppiter, adde fidem. *et Heroid.* 21. 140. Exige polliciti debita jura tori. Adde *eumd. ibid.* 6. 110. — Hinc

Pollicitum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est promissio, pollicitatio, *promessa. Colum.* 11. *R. R.* 3. 1. Memores polliciti nostri subjungemus cultus hortorum. *Ovid.* 1. *Art. am.* 632. Pollicito testes quoslibet adde deos. *et ibid.* 355. Pollicitis corrumpere aliquem. *et* 3. *Amor.* 7. 70. capi.

POLLĪCĬTĀTĬO, ōnis, f. 3. *promessa, esibizione, offerta*, ἐπάγγελμα, ὑπόσχεσις, promissio iterata, vel multarum rerum, ut ait *Donatus* ad *Ter. Andr.* 3. 2. 47., item simpliciter promissio, præsertim ejus, qui ultro, et non rogatus pollicetur. *Ter. Phorm.* 5. 6. 18. Quin tu hinc pollicitationes aufer: quod fers, cedo. *Cæs.* 3. *B. G.* 18. *et* 26. Huic magnis præmiis pollicitationibusque persuadet, ut etc. *et* 7. *ibid.* 1. Omnibus pollicitationibus ac præmiis deposcunt, qui belli initium faciant. *et* 3. *B. C.* 108. Hunc incitatum suis, et regis inflatum pollicitationibus, etc. *Sall. Jug.* 65. Multis pollicitationibus aggredi aliquem. *Asinius Pollio* ad *Cic.* 10. *Fam.* 32. *a med.* Quum legionem ad se arcessisset hac pollicitatione, denarios quingenos militibus daturum. — A JCtis sæpe de ea promissione dicitur, quæ fit civitati, aut reipublicæ, ut videre est *Dig.* 50. *tit.* 12. qui *de pollicitationib.* inscribitur. *Plin.* 10. *Ep.* 48. Huic theatro ex privatorum pollicitationibus multa debentur. *Inscript.* apud *Gruter.* 422. 3. C. IVLIO AVGVSTI L. HELENO EX DECRETO DECVR. MVNICIPII ALETRINAT. ET POLLICITATIONE SEVIR. ET MVNICIPVM ET INCOLAR. OB MERITA EIVS — Dicitur etiam de metu alicujus infortunii. *Inscript.* apud *Murat.* 135. 1. QVVM RESPVBLICA PHAEDIA SVA VENDIDERIT OB POLLICITATIONEM BELLI NAVALIS (*P. Lucilius Gamala*) HS. CCCIↃↃↃ. REIPVBLICAE DONAVIT.

POLLĪCĬTĀTOR, ōris, m. 3. qui pollicitatur. *Tertull. advers. Jud.* 1. Habemus deum idoneum pollicitatorem, et fidelem sponsorem.

POLLĪCĬTĀTRIX, īcis, f. 3. quæ pollicitatur. *Tertull. Apolog.* 23. Virgo pluviarum pollicitatrix.

POLLĪCĬTĀTUS, a, um, particip. *V.* voc. seq.

POLLĪCĬTOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. frequentat. a *polliceor*. — Part. *Pollicitans* et *Pollicitatus*. — Pollicitari est multa, aut sæpe promittere, offerre, *promettere, esibire, offerire*, ὑποσχνέομαι. *Plaut. Rud.* 4. 2. 24. Paullatim pollicitabor pro capite argentum, ut sim liber. *Id. Mil. glor.* 3. 3. 6. Pollicitari alicui operam suam. *Ter. Phorm.* 3. 2. 35. Ego te complures menses tuli pollicitantem, nihil ferentem. *Id. Andr.* 5. 4. 9. Sollicitando et pollicitando eorum animos lactas. *Sall. Cat.* 38. Dein largiundo et pollicitando magis incendere. *Ulp. Dig.* 50. 12. 6. Etiam feminas, si quid ob honorem pollicitatæ sunt, debere implere, sciendum est. — Passive *Venant. Fortun.* 6. *carm.* 4. 94. Pollicitata semel, perpetuata manent. *h. e.* promissa.

POLLĪCĬTUM, i, n. 2. *et*

POLLĪCĬTUS, a, um. *V.* POLLICEOR.

POLLĪNĀCĔUS, a, um, adject. idem ac pollinarius. *Gloss. Cyrill.* Γυρίτης ἄρτος, pollinaceus.

POLLĪNĀRIS, e, *et sæpius*

POLLĪNĀRĬUS, a, um, adject. ad pollinem pertinens. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 10. Iste quidem gradus succretus est cribro pollinario. *h. e.* brevissimus, et minutissimas, minimumque procedens. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 28. (108). Cribrorum genera Galli e setis equorum invenere, Hispani e lino excussoria et pollinaria. *Gloss. Cyrill.* Pollinare cribrum, γυριστήριον κόσκινον.

POLLINCTOR, ōris, m. 3. Quidam scribunt *pollictor*. — Pollinctor est qui cadaver curat, lavat, ungit et rogo parat, a *pollingo, beccamorti, becchino*, ἐνταφιαστής, ταφεύς, νεκροστόλος.

I.) Proprie. *Non. p.* 157. 20. *Merc.* Pollinctores sunt qui mortuos curant. Sic *Fulgent. de prisc. serm. p.* 559. 9. *Merc.* Pollinctores dicti sunt, qui funera morientium accurant. - Dicti autem pollinctores, quasi pollutorum unctores, id est cadaverum curatores. *Varro* apud *Non. loc. cit.* Itaque plures dies inter medici discessam et adventum pollinctoris interfuerunt. *Plaut. Pœn. prol.* 63. Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. Adde *eumd. Asin.* 5. 2. 60. *Martial.* 10. 97. Jam scrobe, jam lecto, jam pollinctore parato, Heredem scripsit me Numa: convaluit. *Ulp. Dig.* 14. 3. 5. Si libitinarius servum pollinctorem habuerit. — Et universim vespillo, libitinarius. *Sidon.* 3. *Ep.* 13. *ante med.* Cadaver regale, quod facibus admotis semicombustum, moxque sidente strue torrium devolutum reddere pyræ jam fastidiosus pollinctor exhorret.

II.) Translate est qui hominem immolat. *Tertull. advers. Gnost.* 7. Quis (*Deo nostro*) exprobrasset et aram rogum et pollinctorem sacerdotem, et non beatum amplius reputasset, quem Deus comedisset?

POLLINCTŌRĬUS, a, um, adject. ad pollinctorem pertinens. *Plaut.* in *Supposit. Aulul.* scæna, *Quid hic*, 4. Libitinarius, sive pollinctorius efferar.

POLLINCTŪRA, æ, f. 1. unctio et curatio cadaveris. *V.* POLLUCTURA.

POLLINCTUS, a, um. *V.* voc. seq.

POLLINGO, lingis, linxi, linctum, lingere, a. 3. Quidam *pollincio* esse putant in præsenti: sed *pollingo* agnoscit etiam *Charis.* 3. *p.* 218. *Putsch.* De etymologia V. *Voss.* — Part. *Pollinctus* I. et II. — Pollingere est cadaver curare, lavare, ungere ad rogum et sepulturam, *governare e ungere i cadaveri per la sepoltura.*

I.) Proprie. *Gloss. Philox.* Pollingo, περιστέλλω νεκρόν, σιροπλόκω, ταριχεύω, ἐνταφιάζω. *Plaut. prol. Pœn.* 63. Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. *Ammian.* 19. 1. Lectuli figmenta vehentes hominum mortuorum, ita curate pollincta, ut imagines essent corporibus similes jam sepultis. *Apul. Florid. n.* 19. Jam miseri illius membra omnia aromatis perspersa, jam os ipsius unguine odoro delibutum, jam eum pollinctum, etc.

II.) Translate. *Seneca Vit. beat.* 7. Voluptas medicamentis pollincta. *Alii rectius leg.* polluta. *Val. Max.* 7. 7. 4. Spernis quos genuisti, nubis effeta, neque erubescis ei totum patrimonium addicere, cujus pollincto jam corpori marcidam senectutem tuam substravisti. Hic *Val. Max.* Septiciam quamdam alloquitur, quæ filiis irata, quum jam parere non posset, Publicio admodum seni nupserat, testamento etiam utroque filio præterito.

POLLIS, Inis. *V.* POLLEN.

POLLIT, pila ludit. *Paul. Diac. p.* 243. 4. *Müll. Alii leg.* polit. *V.* POLIMENTA in fin.

POLLŪBRUM *et* pōlubrum, i, n. 2. *catino, bacino da lavar le mani*, χέρνιβον, vas excipiendæ aquæ, dum manus lavantur, aut pedes, mailuvium, trulleum, pelvis: a *polluo*, quod a *por* pro et *luo* lavo. *Non. p.* 544. 21. *Merc.* Polubrum, quod Græci χέρνιβα, nos trulleum vocamus. *Paul. Diac. p.* 247. 1. *Müll.* Pollubrum peluvium vas, quod nos pelvem vocamus. *Gloss. Placid.* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 493. ed. *A. Maio.* Pollubreo, tulleo. *Lege* Pollubro, trulleo. *Liv. Andron.* apud *Non. loc. cit.* Argenteo pollubro, et aureo gutto. *Rectius* Müllerus (ad *Fest. et Paul. Diac. Suppl. Annotat. p.* 396.) *legit*: Argenteo polubro, aureo eglutro. His vero *Livius*, parum quidem accurate, expressit illa *Homer. Odyss.* 1. 136.-137. *Fabius Pictor ibid.* Aquam manibus pedibusque dato: polubrum sinistra manu teneto, dextera vasum cum aqua. *V.* PELLUVIA.

POLLŬCĔO, ces, xi, ctum, cere, a. 2. Part. *Polluctus* II. in omnibus paragr.; *Pollucendus* I. — *Pollucere* sacrorum verbum est, de illis, qui diis libamenta offerunt: videtur esse idem ac porricio. V. *Varronis loc. cit.* in *Polluctum*, i, in fine hujus vocis.

I.) Proprie est partem victimæ populo permittere, ut vescatur, postquam pars diis data et porrecta est (*V.* infra II. 1. et 2.). Sed accipitur etiam pro sacra facere, diis offerre, consecrare. *Cato R. R.* 132. Jovi dapali culignam vini, quantum vis polluceto. Quum pollucere oportebit, sic facies. Juppiter dapalis, quod tibi fieri oportet, in domo familia mea culignam vini dapi, ejus rei ergo macte hac dape pollucenda esto. *Plaut. Stich.* 1. 3. 80. Uti decumam partem Herculi polluceam. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 10. (20). *ex Cassio Hemina.* Numa constituit, ut

pisces, qui squamosi non essent, ni pollucerent: parcimonia commentus, ut convivia publica et privata, cœnæque ad pulvinaria facilius comparārentur, ni qui ad polluctum emerent, pretio minus parcerent, eaque præmercarentur. *Festus p.* 253. 17. *Müll.* quoque ea percenset, quæ pollucere licebat, h. e. coemere diis offerenda, et in conviviis sacrorum causa adhibenda, nimirum far, polentam, vinum, panem fermentatum, ficum passam, suillam, bubulam, agninam, caseos, ovillam, alicam, sesama, oleum, et pisces, quibus est squama, præter scarum. Herculi autem omnia esculenta, poculenta.

II.) Translate. ¶ 1. *Polluctus* est mensæ appositus, in medium positus, omnibus communis: ductum a *polluctis*, ad quæ quilibet conveniebat. Postquam enim pars victimæ, v. gr. exta, diis porrecta et oblata erat, reliqua cum populo communicabatur, ut ab eo consumeretur. Hinc translate *Plaut. Rud.* 2. 4. 11. Non ego sum pollucta pago: potin' ut me abstineas manum? ¶ 2. Significat etiam opipare acceptus, laute habitus, nempe quia pollucentes veteres convivia lauta instituebant. Hinc jocose *Id. Curc.* 1. 3. 37. Pollucius virgis servus. ¶ 3. Item imbutus, quasi particeps factus alicujus rei. *Arnob.* 5. 12. Hoccine de diis quisquam vel exigua dixerit eorum opinione polluctus? — Hinc

Polluctum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est sacrificium, sive convivium, quod Jovi dapali, Herculi, aliive deo fiebat. *Varro* 6. *L. L.* 54. *Müll.* Polluctum, quod a porriciendo est fictum. Quum enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in aram, tum polluctum est. *Cassius Hemina* apud *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 10. (20). Ni qui ad polluctum emerent, pretio minus parcerent. *Macrob.* 2. *Saturn.* 12. *in fin.* Proprie autem catillones dicebantur, qui ad polluctum Herculis ultimi quum venirent, catillos liguriebant. — Proprie autem *polluctum* erat pars victimæ reliqua, quæ a populo consumebatur, postquam alia pars diis data et porrecta erat. Hinc *Plaut. Rud.* 5. 3. 63. Spectatores, vos quoque ad cœnam vocem, ni daturus nil sim, neque sit quicquam polluctī domi.

POLLŪCĪBĬLIS, e, adject. Comp. *Pollucibilior.* — Pollucibilis est opulentus, opiparus, splendidus: a *polluceo*, quia polluctum plane opiparum ac sumptuosum erat. *Macrob.* 2. *Saturn.* 13. *ad fin.* Altera die Cleopatra pertentans Antonium, pollucibilem sane cœnam paravit, sed quam non miraretur Antonius. *Tertull. Jejun.* 17. Quis sanctior inter vos, nisi convivandi frequentior, nisi obsonandi pollucibilior, nisi calicibus instructior? *h. e.* sumptuosior, magnificentior.

POLLŪCĪBĬLĬTAS, ātis, f. 3. *Fulgent.* 1. *Mythol.* 2. Saturnus Pollucis filius dicitur, sive a pollendo, sive a pollucibilitate, quam nos humanitatem dicimus. Adde *Mythograph. tertium ab A. Maio* editum in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 165. *n.* 9.

POLLŪCĪBĬLĬTER, adverb. πολυτελῶς, opipare, splendide, laute. *Plaut. Most.* 1. 1. 23. Pascite parasitos, obsonate pollucibiliter. *Id. fragm.* apud *Fulgent.* 1. *Mythol.* 2. Bibite, pergræcamini pollucibiliter.

POLLŪCTĒ, adverb. opipare, a *polluctum. Plaut. fragm.* apud *Festum p.* 229. 21. *Müll.* Pollucte prodigum esse amatorem addecet. *Pollucte* sine dubio verius est, quam quod in vulgatis legitur, *producte.* Ita *Voss.* in *Polluceo.*

POLLŪCTUM, i, n. 2. *V.* POLLUCEO in fin.

POLLŪCTŪRA, æ, f. 1. lautum convivium, cœna lauta ac sumptuosa. *Plaut. Stich.* 5. 4. 6. Quisquis (*Fleckeisen.* Qui) prætereat, comissatum volo vocari. sr. Convenit, dum quidem bercle eum suo quisque veniat vino. Nam hinc quidem hodie polluctura, præter nos, jactura dabitur nemini. *Bothe* rectius legend. putat *pollucturam.* Sed *Fleckeisen.* Nam hinc quidem Hodie pollūctura præter nos jam dabitur nemini.

POLLŪCTUS, a, um. *V.* POLLUCEO.

POLLŪO, ŭis, ŭi, ūtum, ŭĕre, a. 3. Part. *Polluens* II.; *Pollutus* I. II. et in fin.; *Polluendus* II. — Polluere (a *por* et *luere*) est inquinare, maculare, fœdare, contaminare, μολύνω, μιαίνω (It. *sporcare, lordare, imbrattare, sozzare, macchiare*; Fr. *salir, souiller, gâter, corrompre*; Hisp. *ensuciar, manchar, emporcar*; Germ. *besudeln, beflecken, verunreinigen*; Angl. *to pollute, infect, defile, corrupt, taint, contaminate*).

I.) Proprie. *Virg.* 3. *Æn.* 233. *de Harpyiis.* Turba sonans prædam pedibus circumvolat uncis, Polluit ore dapes. *Ovid.* 15. *Met.* 98. nec polluit ora cruore. *Tac.* 4. *Ann.* 49. Pollui cuncta sanie, odore, contactu. *Id.* 13. *ibid.* 57. Polluta usu tegmina. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 19. 23. (119). Prolibare diis nefastum habent vina - superne deciduo immundiore lapsu aliquo polluta. *Seneca Octav.* 723. Hominum cruenta cæde pollutæ manus. *Sil. It.* 11. 337. Hospitia polluta sanguine. *Id.* 7. 183. polluta mensa cruore.

II.) Translate est, morali aut religiosa ratione, contaminare, violare, pervertere. — *a)* Generatim. *Cic.* 7. *Verr.* 72. 187. Polluta et violata sacra. *Id. Rosc. Am.* 26. 71. Ne, quum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cetera, quæ violata sunt, expiari putantur. *Id. Dom.* 40. 105. Qui non solum aspectu, sed etiam incesto flagitio et stupro polluit cæremonias. *Id.* 11. *Phil.* 12. 29. Omnia deorum hominumque jura inexpiabili scelere polluerit. *Propert.* 4. 9. 8. *de Caco.* furto polluit ille Jovem. *Gell.* 2. 28. Polluere ferias. *h. e.* opus faciendo violare. *Sall. Jug.* 45. Avaritia invēdit, polluit, vastat omnia. *Gell.* 9. 2. *a med.* Netas ducebant, nomina libertati patriæ devota servili contagio pollui. *Propert.* 3. 19. 16. Polluerit quæ novo sacra marita toro. *Ovid.* 2. *Met.* 793. *de Invidia.* Afflatuque suo populos, urbesque, domosque Polluit. *Tac.* 3. *Ann.* 50. Nefaria voce mentem suam et aures hominum polluere. *Plin.* 4. *Ep.* 11. Quum ipse fratris filiam incesto polluisset. *Plin. alter* 15. *Hist. nat.* 30. 40. (135). In profanis usibus pollui laurum et oleam, fas non est. *Tibull.* 1. 10. 17. auro ne pollue formam. *h. e.* ne corrumpas pretio accepto formam tuam. *Virg.* 5. *Æn.* 5. duri sed amore dolores Polluto. *h. e.* læso. *et* 7. *ibid.* 467. Polluta pax. *rotta, violata.* Sic *Sil. It.* 11. 322. hic erit ille, Qui polluta dolis jam fœdera sanciet, ensis. *Seneca Herc. Fur.* 1261. Pollutus animus. *h. e.* scelere contaminatus. *Tertull. Cor. mil.* 12. In his erit serti militaris superstitio ubique polluta, et polluens omnia. *Tac.* 2. *Hist.* 76. Polluendam perdendamque rempublicam relinquere. — *b)* Speciatim, *polluere* absolute, stupro fœdare. *Tac. Agric.* 31. et 12. *Ann.* 46. — *c)* Item dedecore afficere. *Id.* 3. *Ann.* 29. *extr.* Polluisse nobilitatem familiæ videbantur. *Phædr.* 3. 10. Stuproque turpi pollui famam domus. — *d) Polluere jejunia*, solvere, rumpere, *quastare il digiuno. Nigidius* apud *Isid.* 20. *Orig.* 2. Nos ipsi jejunia jentaculis levibus polluimus. *Symmach.* 1. *Ep.* 7. Non deerit, quo famem polluant. Ita leg. *Salmas.*, alii *pellant. Fronto* 2. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 10. At ego Romæ hæreo compedibus aureis vinctus: nec aliter Kal. Sept. exspecto, quam superstitiosi stellam, qua visa jejunium polluant. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus,

Pollutus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Pollutior*, translate. *Liv.* 10. 23. *a med.* Vulgata dein religio a pollutis, nec matronis solum, sed omnis ordinis feminis. *h. e.* minime pudicis. *Sil. It.* 11. 46. sed enim temeraria pubis Delicta augebat, pollutior ipsa, senectus. *h. e.* vitiis inquinatior. *Gell.* 1. 5. Parum virum, et ore polluto esse. — Sup. *Pollutissimus* habet *Apul.* 9. *Met.* Pollutissimus dives. *Pollentissimus* tamen nonnulli legunt. — *Pollutus* a *porriciendo* fictus, dīis oblatus, legitur in Codd. *Varron.* 6. *L. L.* 54. *Müll.*; sed alii, et ipse *Müllerus*, rectius leg. *polluctus.*

POLLŪTĒ, adverb. inquinate, fœde. Occurrit tantum Comp. *Pollutius* apud *Paulin. Nolan. carm.* 26. 177. Atque erat in toto quasi sanctior agmine cultor, Qui Veneris sacris pollutius incaluisset.

POLLŪTĬO, ōnis, f. 3. actus polluendi. *Pallad.* 9. *R. R.* 10. Aqua colore periucido, carens musco, et omni labe pollutionis aliena.

POLLŪTUS, a, um. *V.* POLLUO.

PŌLŌSĒ, adverb. per polos. *Capell.* 1. *p.* 14. Obliqua decussata polose. Ita perperam legitur in quibusdam editionib. pro *oblique decussatos polos.* Ita *Forcellinus* ex *Grotii* emendatione. At *Kopp.* vulgatam lectionem tuetur; *Gloss.* enim *Isid.* Polose, alte; polosus, altus.

POLTEO pro ulteriore. *Festus p.* 205. 15. *Müll.* Vulgati libri leg. *poltejo.*

PŌLŪBRUM. *V.* POLLUBRUM.

PŌLŪLUS, a, um, adject. antique pro paulus. *Cato R. R.* 10. Labellum polulum. *et ibid.* 21. Sublaminæ polulæ. Scribitur et *pollulus*, ut *paululus* et *paullulus.*

PŌLUS, i, m. 2. πόλος, a πολέω *verto*, est cardo, seu extrema pars axis, quo rota vertitur, *polo.*

I.) Proprie. Duo figuntur *poli* in cælo, Arcticus, seu borealis et Antarcticus, seu austrinus: quorum prior alte et supra nos Europam incolentes positus, alter depressus est et absconditus. Latine *vertices* dicuntur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 41. 105. Extremusque adeo duplici de cardine vertex Dicitur esse polus. *Virg.* 1. *G.* 242. Hic vertex nobis semper sublimis: at illum Sub pedibus Styx atra videt, Manesque profundi. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 15. 13. (63). Terra a verticibus duobus, quos appellaverunt polos, centrum cæli, necnon et Signiferi est oblique inter eos siti. *Id. ibid.* 70. 71. (179). Neque enim mundus hoc polo excelsiore se attollit. *Id.* 5. *ibid.* 9. 10. (56). Sol in Capricornum et austrinum polum reversus. *Ovid.* 2. *Pont.* 7. 64. tristior ista Terra sub ambobus non jacet ulla polis. *Id.* 2. *Met.* 74. poterisne rotatis Obvius ire polis, ne te citus auferat axis?

II.) Translate. ¶ 1. Est nomen stellæ in ipso boreali polo sitæ, in cauda minoris Ursæ, quam nos dicimus *la tramontana. Vitruv.* 9. 6. *ad fin.* Stella, quæ dicitur polus. ¶ 2. Per synecdoch. sumitur passim a poetis pro ipso cælo, *cielo.* Cf. *Varron.* 7. *L. L.* 14. *Müll.* Quod est apud Accium: *Pervade polum, splendida mundi sidera* etc. polus Græcum; id significat circum cæli; quare quod est: *Pervade polum,* valet: vade περὶ πόλον. *Virg.* 3. *Æn.* 585. Nam neque erant astrorum ignes, neque lucidus æthra Siderea polus. *et* 5. *ibid.* 721. Et nox atra polum bigis subvecta tenebat. *Horat. Epod.* 17. 77. et polo Deripere Lunam vocibus possum meis. *Id.* 1. *Od.* 28. 4. nec quidquam tibi prodest Aerias tentasse domos animoque rotundum Percurrisse polum. *et* 3. *ibid.* 29. 43. cras vel atra Nube polum pater occupato, Vel sole puro etc. *Ovid.* 4. *Fast.* 834. et lævo fulmina missa polo. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 654. et 5. *ibid.* 180. — In plur. num. *Val. Flacc.* 1. 622. Quum picei fulsere poli. — Et de sphæra, qua mundi et elementorum ratio oculis subjicitur, *Ovid.* 6. *Fast.* 277. Arte Syracosia suspensus in aere clauso Stat globus, immensi parva figura poli. ¶ 3. Et pro orbe terrarum. *Ammian.* 25. 10. *sub init.* Maximiani Cæsaris statua amisit repente sphæram auream formatam in speciem poli, quam gestabat.

PŌLŸĂCANTHOS, i, f. 2. πολυάκανθος, herba folio et caule spinosæ lanuginis, ut ait *Plin.* 21. *Hist. nat.* 16. 56. (94).: a πολύς *multus* et ἄκανθα *spina.*

PŌLŸANDRĬON, ĭi, n. 2. πολυάνδριον, sepulcretum, vel multorum commune sepulcrum: a πολύς *multus* et ἀνήρ, ἀνδρός *vir. Arnob.* 6. 6. *extr.* Polyandria illa Varronis quibus templis contegantur, quasque in se habeant superlati ponderis moles. *Lactant.* Græce usurpat *Epit.* 72. Latine habetur etiam in vet. *Inscript.* apud *Elmenhorst.* in *Observat.* ad *Arnob. loc. cit.*; et *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 21. *Burmann.* In *Gloss. Philox.* πολυάνδριον, *strages* vertitur.

PŌLŸANTHĔMUM, i, n. 2. πολυάνθεμον, herba, quæ et batrachion, et Latine ranunculus: a

πολύς *multus* et ἄνθεμον *flos*. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 90. (112).

PŎLŸARCHĬON, ii, n. 2. nomen malagmatis cujusdam: a πολύς *multus* et ἀρχή *dominatio*. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 24. Probat (*Heraclides*) post usum cataplasmatis malagma, quod Apollophanis appellamus, sive polyarchion. *Id.* 2. *Tard.* 14. *a med.* Quum firmum apparuerit lenimentum, erit Amithaonium imponendum, vel polyarcyon (*corrige* polyarchion) malagma. *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 18. *ad fin.* Impono (*ventri*) polyarchion, aut diaspermaton.

PŎLŸCARPOS, i, f. 2. πολύκαρπος, herba eadem quæ polygonus. *Apul. Herb.* 18.

PŎLŸCHRESTUS, a, um, adject. valde utilis: ex πολύ *multum* et χρηστός *utilis*. *Veget.* 3. *Veterin.* 6. Potionem quoque ex antidoto polychresto per dies plurimos dabis.

PŎLŸCHRŎNĬUS, a, um, adject. πολυχρόνιος, multum diuturnus: a πολύ *multum* et χρόνιος *diuturnus*. *Firmic.* 8. *Mathes.* 28. *a med.* Nobiles erunt polychronii, sed qui biothanati moriantur. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PŎLŸCNĒMON, i, n. 2. πολύκνημον, ου, herba cunilæ bubulæ similis, semine pulegii, surculosa (unde nomen, a πολύς *multus* et κνήμη *crus*) multis geniculis, corymbo odorato, acri et dulci odore. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 14. 88. (148).

PŎLŸĒTES, is, adject. πολυετής, a πολύς *multus* et ἔτος *annus*, annosus, qui multos durat annos. Ita interpretandum videtur illud *Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 115. *retro* ed. *Ald.* Oxyporium Olympianum polyetes ad digestionem parandam.

PŎLŸGĂLA, æ, f. 1. πολύγαλον, herba palmi altitudinem petens, in caule summo foliis lenticulæ, gustu adstricto: quæ pota lactis abundantiam facit: unde nomen, a πολύ *multum* et γάλα *lac*. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 96. (121).

PŎLŸGĂMĬA, æ, f. 1. πολυγαμία, conditio viri, qui uno tempore plures uxores habet, vel qui unam post aliam plures duxit. *Hieronym. præf. Comment.* in *Ierem.* Ut præteream contra Jovinianum volumina, in quibus dolet (*Pelagius*) virginitatem nuptiis, et nuptias digamiæ, digamiam polygamiæ esse prælatam.

PŎLŸGŎNĂTON, i, n. 2. πολυγόνατον, herba, genus polygoni, a geniculorum frequentia dictum: nam πολύ *multum* et γόνυ, γόνατος *genu*. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 91. (113).

PŎLŸGŎNĬUM, ii, n. 2. herba eadem quæ polygonos. *Scribon. Compos.* 193. — Alio sensu *V.* voc. seq. in fin.

PŎLŸGŌNĬUS, a, um, adject. *di molti angoli*, πολυγώνιος, multos habens angulos, multangulus: a πολύς *multus* et γωνία *angulus*. *Vitruv.* 1. 5. *a med.* Turres rotundæ, aut polygoniæ sunt faciendæ: quadratas enim machinæ celerius dissipant. — Hinc

Polygonium, *ii*, n. 2. absolute, substantivorum more, est figura polygonia. *Auct. Gromat. p.* 225. edente *Rudorff*. Ceteri limites juxta formas et inscriptiones polygoniorum nomina acceperunt, vel ex litteris Græcis. *V.* POLYGONUM.

PŎLŸGŎNŌIDES, is, n. 3. πολυγονοειδές, herba alio nomine clematis Ægyptia, et daphnoides, folio lauri, longa tenuisque: adversus serpentes ac privatim aspidas, ex aceto pota, efficax. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 15. 90. (141). — Sic appellatur, quia propter crebra genicula speciem habet polygoni: a πολύς *multus* et εἶδος *species, forma, facies*.

PŎLŸGŎNOS *et* polygonus, i, f. 2. herba, quæ Latine sanguinaria. Non attollitur a terra, foliis rutæ, semine graminis: a πολύ *multum* et γόνυ *genu*, quia geniculis abundat. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 91. (113). Poligonon Græci vocant etc. *Id.* 26. *ibid.* 15. 9. (158). Polygonus pota menses ciet. Adde *Marcell. Empir. c.* 10. *p.* 100. ed. *Ald.* et *Theod. Priscian. lib.* 1. *c.* 4. *p.* 291. *retro*. — Dicitur et *polygonium*, quam vocem *V.* loco suo.

PŎLŸGŌNUM, i, n. 2. πολύγωνον, figura mathematica pluribus angulis constans: a πολύς *multus* et γῶνος *angulus*. *Censorin. de die nat.* 8. *a med.* Ceterum a loco sexto conspectus omni caret efficientia; ejus enim linea nullius polygoni afficit latus. *Frontin. de Colon. p.* 117. *Goes.* Ceteri limites juxta formas et inscriptiones polygonorum nomina acceperunt, vel ex litteris Græcis. *Hic* Rudorffius *legit* polygoniorum.

PŎLYGRAMMOS, i, f. 2. πολύγραμμος, genus gemmæ lineis albis multis distincta, cetera smaragdo similis: a πολύς *multus* et γραμμή *linea*. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 37. (118).

PŎLŸGŸNÆCON, i, n. 2. πολυγυναικεῖον, frequentia, seu senatus mulierum. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (134). Pinxit in templo Eleusine Phylarchum, et Athenis frequentiam, quam vocavere polygynæcon. Aliqui legunt *gynæconitim*, alii *polygynæceon*. *Harduin.* denique et *Sillig.* ex Cod. Bamberg. *syngenicon*, h. e. cognationem, συγγενικόν: quæ vox habetur etiam *ibid.* (143). Sed hæc Græca sunt omnia.

PŎLŸHISTOR, ŏris, adject. πολυΐστωρ, ορος multiscius, varia multiplicique eruditione præditus: a πολύ *multum* et ἴστωρ *sciens, peritus*. Ita appellatus est Solinus: item Cornelius Alexander grammaticus Græcus, teste *Sueton. Gramm.* 20. Ex hoc multa hausit *Plin.* in sua *Nat. Historia*, eumque inter externos auctores recenset *lib.* 1. in *indice lib.* 3. 4. 5. 6. 7. 9. etc.

PŎLŸMĂCHAERŌPLĂCĬDES, æ, m. 1. nomen militis fictum a *Plauto Pseud.* 4. 2. 31., quasi dicas probe quidem machæra armatum, sed placidum tamen et imbellis animi. Vox est hybrida ex πολύς *multus*, μάχαιρα *gladius*, et *placidus*. Alii vero, et ipse *Fleckeisen.*, leg. *Polymachæroplagides*.

PŎLŸMĒTER, tra, trum, adject. πολύμετρος, ad multos metros pertinens. *Priscian.* 6. *p.* 712. *Putsch.* Lævius in Polymetris: Omnes sunt denis syllabis versi. *h. e.* in quo libro de variis metris egit. Ita edidit et *Keilius*. At *Reinesius* (*Var. lect. lib.* 1. *c.* 1. *p.* 126.) pro *Polymetris* scribi mavult *Polymenis*, seu *Polumenis*, Πωλουμένις. *V.* hac de re *Weichert. Poet. Latin. reliq. p.* 61. et *seqq.*

PŎLŸMĪTĂRĬUS, a, um, adject. qui polymita facit. *Venant.* in *epist.* præmissa *carm.* 6. *l.* 5. Polymitarius artifex vestes texuit sacerdotum. *Vulgat. interpr. Exod.* 36. 35. Fecit et velum opere polymitario. — Hinc

Polymitarius, *ii*, m. 2. absolute, substantivorum more, est artifex polymitarius. *Vulgat. interpr. Exod.* 35. 35. Opera abietarii, polymitarii, plumarii.

PŎLŸMĪTA, ōrum, n. plur. 2. *V.* voc. seq.

PŎLŸMĪTUS, a, um, adject. πολύμιτος, multis liciis, atque adeo multis filis contextus: a πολύς *multus* et μίτος *filum, licium*. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 74. (196). Plurimis vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit. *V.* LICIUM. *Petron. fragm. Tragur.* 40. *Burmann.* Barbatus ingens, fasciis cruralibus alligatus, et alicula subornatus polymita. *Hieronym. Ep.* 64. *n.* 12. Balteum ita polymita arte distinctum, ut diversos flores ac gemmas artificis manu non textas, sed additas arbitreris. *Martial.* 14. 150., cujus lemma est *Cubicularia polymita*. Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: victa est Pectine Niliaco jam Babylonis acus. — Ex his collige, et multicolora sæpe fuisse licia, seu fila in polymita veste, et a Babylonicis differre, quod acus in his, in polymita opus faceret ipsa textura. Hinc *Ammian.* 14. 6. Tunicæ varietate liciorum effigiatæ in species animalium multiformes. *V.* MULTICIUS. — Hinc

Polymita, *ōrum*, n. plur. absolute, substantivorum more. *V.* locum *Plinii* allatum sub init.

PŎLŸMYXOS, i, f. 2. *lucerna di molti stoppini*, πολύμυξος, lucerna, quæ multis ellychniis lumen in diversa spargit: a πολύς *multus* et μύξα, quod inter alia etiam de lucernæ ellychnio dicitur. Legitur apud *Martial.* 14. 14. *in lemmate*. *V.* MYXOS.

PŎLŸNEUROS, i, n. 2. πολύνευρον, herba multas fibras veluti nervos habens, quæ dicitur etiam plantago major. *Apul. Herb.* 1.

PŎLŸŌNŸMOS, i, adject. πολυώνυμος ¶ 1. Est herba perdicalis: a πολύ *multum* et ὄνυμα *nomen*: ita vero est appellata, quia multis præterea nominibus appellatur. *Apul. Herb.* 81. ¶ 2. In re grammatica est qui multas habet significationes. *Priscian.* 15. *p.* 1022. *Putsch.* Quomodo autem sunt nomina synonyma et polyonyma, sic inveniuntur adverbia vel in una significatione multas habentia voces, vel in una voce multas habentia significationes.

PŎLŸPHĂGUS, i, m. 2. *mangione*, πολυφάγος, multum comedens, vorax, heluo: a πολύ *multum* et φάγω *edo*. *Sueton. Ner.* 37. Creditur etiam polyphago cuidam Ægyptii generis, crudam carnem, et quidquid daretur, mandere assueto, etc. — Strenui polyphagi exemplum habes apud *Vopisc. Aurelian. in fin.* *V.* PHAGO.

PŎLŸPHĬLUS, i, m. 2. πολύφιλος, qui multos amat: a πολύς *multus* et φίλος *amicus*. Videtur significare idem quod philocalus. *h. e. amante del bello, dilettante. Pelagon. Veterin.* 30. Hoc ex polyphilis Euranius expertum esse firmavit. *h. e un dilettante di cavalli.*

PŎLYPLEURUS, a, um, adject. πολύπλευρος, multa habens latera: a πολύς *multus* et πλευρά *latus*. *Capell.* 6. *p.* 230. Dictum de tetrapleuris, quorum similitudo polypleura schemata potest docere.

PŎLŸPLŪSĬUS, a, um, adject. πολυπλούσιος, valde dives: a πολύ *multum* et πλούσιος *dives*. Apud *Plaut. Capt.* 2. 2. 27. *et* 5. 2. 20. cognomen est gentis, aut familiæ joculariter confictum.

PŎLŸPŎDĬUM, ii, n. 2. πολυπόδιον, herba quæ et serpyllum, et dolichos dicitur. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 44. 92. (244). et 26. *ibid.* 12. 75. (122).

PŎLŸPŌSUS, a, um, adject. qui polypo morbo laborat. *Martial.* 12. 37. Nasutum velo, nolo polyposum. Adde *Ulp. Dig.* 21. 1. 12.

PŎLYPSĒPHUS, a, um, adject. πολύψηφος, multis lapidibus seu gemmis constans: a πολύς *multus* et ψῆφος *lapis*. *Inscript.* apud *Murat.* 139. 1. DIGITO SEQVENTI ANVLVS POLYPSEPHVS.

PŎLYPTŌTON, i, n. 2. πολυπτωτον, traductio, figura locutionis, qua casibus diversis oratio distinguitur: a πολύς *multus* et πτωτός *cadens*: ut apud *Virg.* 4. *Æn.* 628. Litora litoribus contraria, fluctibus undas Imprecor, arma armis pugnent, etc. Græce scribitur apud *Quintil.* 9. 3. 37., Latine vero apud *Capell.* 5. *p.* 175.; *Charis.* 4. *p.* 251. et *Diomed.* 2. *p.* 442. *Putsch.*

PŎLYPTŸCHA, ōrum, n. plur. 2. *V.* voc. seq.

PŎLYPTŸCHUS, a, um, adject. πολύπτυχος, multiplex, hoc est multas plicas habens: a πολύς *multus* et πτυχή *plica*. — Hinc *Polyptycha*, *orum*, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt tabulæ, seu libri polyptychi. *Veget.* 2. *Milit.* 19. Res annonaria, vel civilis polyptychis annotatur. *h. e.* tabulis, seu libris censuum, et publicarum rationum. *Cassiod.* 5. *Variar.* 14. *extr.* Ut omnibus a te sollicita indagatione compertis, polyptychis jubeantur adscribi. Adde *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 11. 26. 2. et *Honor. et Theodos. ibid.* 28. 13. V., si lubet, *Gothofr.* ad *Cod. Theod. loc. cit.*

PŎLŸPUS *et* pōlypus, i, m. 2. πολύπους, Attice πούλυπος, et Dorice πώλυπος, It. *polpo*.

I.) Propric est piscis marinus a multitudine pedum dictus (a πολύς *multus* et πούς *pes*): octo enim habet qui vicem pinnarum præbent. Nulla cute tegitur: cerebrum habet, quamvis careat sanguine: in terram exit: parit vere ova tortili vibrata pampino, tanta fecunditate, ut multitudinem occisus non recipiat cavo capitis, quo prægnans tulit; excluditque ea quinquagesimo die, multis propter numerum intercidentibus: adhæret firmissime petris, nec avelli inde potest: idem tamen, cunila admota, ab odore protinus resilit. Multa sunt polyporum genera: terreni (h. e. prope litus accolentes, et in terram exeuntes) majores, quam pelagii; omnes brachiis (quæ et flagella, et crines, et cirri, et pedes dicuntur), ut pedibus ac manibus, utuntur: cauda vero bisulca et acuta. Est iis etiam fistula in dorso, qua transmittunt mare: eamque modo in dexteram

partem, modo in sinistram transferunt: natant obliqui in caput, quod prædurum est. Cetero per brachia velut acetabulis dispersis, haustu quodam adhærescunt: tenent supini, ut avelli non queant. Colorem mutant ad similitudinem loci, et maxime in metu. Hæc omnia ex *Plin.* 9. *Hist. nat.* 12. 14. (40)., *ibid.* 19. 35. (71)., *ibid.* 20. 37. (73)., *ibid.* 29. 46. (85)., *ibid.* 51. 74. (158)., 10. *ibid.* 70. 90. (194)., et 11. *ibid.* 37. 49. (133). *et ibid.* 48. 108. (258). — Declinatur Latino more *polypus, i*: Græco esset *polypodis. Ovid. Halieut.* 30. At contra scopulis crinali corpore segnis Polypus hæret, et hac eludit retia fraude. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 9. 20. (37). Arbores sicco litore radicibus nudis polyporum modo amplexæ steriles arenas. *Id.* 11. *ibid.* 37. 78. (199). Intestinus ab ore incipit, et quibusdam eodem reflectitur, ut sepiæ et polypo. *Id.* 9. *ibid.* 51 74. (164). Polypus femina modo in ovis sedet, modo cavernam cancellato brachiorum implexu claudit. Adde *Ennium* apud *Apul. de Mag.* — In femin. gen. *Lucilius* apud *Non. p.* 220. 4. *Merc.* Paullisper comedens edet hæc se, ut polypus ipsa. Tangit *Lucilius* opinionem vulgi credentis, polypum sua sibi brachia rodere: quod falsum esse, *Plin.* ait 9. *Hist. nat.* 29. 46. (87). Verba *Lucilii* possunt et ita legi, ut *ipsa* non ad *polypus*, sed ad *hæc se* referatur: Paullisper comedens edet hæc se, ut polypus, ipsa. — Latine dicitur etiam *pulpa*, quam voc. *V.*

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de homine rapaci. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 21. Ego istos novi polypos, qui sibi, quidquid attigerint, tenent. ¶ 2. Est etiam hoc nomine morbus in naribus, hoc est caruncula, modo alba, modo subrubra, narium ossi inhærens, quæ modo ad labra tendens narem implet: modo retro per id foramen, quo spiritus a naribus ad fauces descendit, adeo increscit, ut post uvam conspici possit; strangulatque hominem, maxime austro, aut euro flante: fereque mollis est, raro dura: eaque magis spiritum impedit, et nares dilatat: fereque χαρκινώδης est. Ita *Cels.* 6. 8. *n.* 2. describit. Habet autem nomen a polypo pisce, quia et carne eum refert, et multas habet radices, ut ille pedes. *Horat. Epod.* 12. 4. sagacius unus odoror, Polypus, an gravis hirsutis cubet hircus in alis. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 16. 92. (146). Ulcera omnium generum, sive phagedænæ sint, sive carcinomata, sive polypi in naribus.

PŌLYRRHIZOS, i, πολύρριζος, adject. multas radices habens: a πολυς *multus* et ῥίζα *radix*. Cognomen est multarum herbarum, ut plistolochiæ, apud *Plin.* 25. *Hist. nat.* 8. 54. (96). hellebori nigri, *ibid.* 5. 21. (51). aristolochiæ, *ibid.* 8. 54. (98). et peculiaris herbæ folio myrti, radice multa, 27. *ibid.* 12. 103. (126).

PŌLYSARCĪA, æ, f. 1. πολυσαρκία, nimia corporis obesitas. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 11. *sub init.* Polysarcia, quam recte cacheziam nuncupamus, multis accidentibus denunciat periculum.

PŌLYSĒMUS, a, um, adject. πολύσημος, multa significans: a πολύς *multus* et σῆμα *signum*. *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 1. Polysemus sermo.

PŌLYSIGMA, ătis, n. 3. vitium elocutionis: a πολύς *multus* et σίγμα *sigma* littera Græci alphabeti, quæ *s* Latine scribitur. *Capell.* 5. *p.* 167. Polysigma, ubi *s* littera crebrius geminatur. Sosia in solario soleas sarciebat suas.

PŌLYSPASTON, i, n. 2. *taglia a più puleggie, o girelle*, machina tractoria, ita appellata, quia multis orbiculis constat: a πολύς *multus* et σπάω *traho*. *Vitruv.* 10. 5. Hoc genus machinæ polyspaston appellatur quod multis orbiculorum circuitionibus et facilitatem summam præstat et celeritatem. *Id. ibid.* 16. Catapultæ aliæ etiam vectibus et suculis, nonnullæ polyspastis, aliæ ergatis, quædam etiam tympanorum torquentur rationibus.

PŌLYSYLLĂBUS, a, um, adject. πολυσύλλαβος, *polisillabo*, qui plures habet syllabas. *Priscian. de accent. p.* 1296. *Putsch.* Verba tertiæ conjugationis, quæ in secunda persona præsentis temporis *is* syllaba finiuntur, si in trisyllabis, vel tetrasyllabis, vel polysyllabis veniunt, corripiuntur in præsenti et in ceteris temporibus, nisi sint positione longa. Adde *eumd. ibid. p.* 1297. et 1298. Sic *Charis.* 1. *p.* 36. *Putsch.* Tractabimus ergo primum nomina polysyllaba polysyllaborumque quæstiones, deinde monosyllaba monosyllaborumque quæstiones. *Servius* ad *Virg.* 6. *Æn.* 792. Litteræ enim naturam servari et in polysyllabis convenit.

PŌLYSYNTHĒTON, i, n. 2. figura verborum per adjectionem, per quam eadem conjunctio in membris, vel incisis orationis frequenter repetitur: a πολύ *multum* et συντίθημι *simul pono*. Quidam duas figuras distinguunt, *polysyndeton*, et *polysyntheton*: et *polysyndeton* esse volunt, quum eadem conjunctio sæpius in incisis repetitur: a σύνδετος *colligatus*, quod a δέω *ligo*; *polysyntheton*, quum in membris ejusdem conjunctionis repetitio fit, vel etiam plures conjunctiones diversæ afferuntur. Exemplum prioris est in illo *Virg.* 3. *G.* 344. *tectumque, laremque, Armaque, Amyclæumque canem, Cressamque pharetram.* V. *M. Claud. Sacerd.* 1. 125. Posterioris hoc modo apud *Rutilium Lupum l.* 1. *Ille hunc pœna constrictum trahebat, hic autem vociferabatur: concursus vero non mediocris erat, quum tamen omnes opitulari vellent, sed nemo auderet: neque ibi magistratus aderat, neque circumspicientes, quo potissimum confugeremus, reperiebamus.* Utraque hæc vox Græca est, atque Græcis litteris est scribenda. Latinis litteris *polysyndeton* legitur apud *Charis.* 4. *p.* 167. et *Diomed.* 2. *p.* 442. *Putsch.*

PŌLYTECNĪA, æ, f. 1. πολυτεχνια, multitudo filiorum. *Fulgent.* 1. *Mythol.* 2. *ad fin.* Hellanicus in Dios polytecnia, quam descripsit, ait Junonem ab Jove vinctam catenis aureis et degravatam incudibus ferreis. *Alii leg.* polytocia, *h. e.* πολυτοκία, *partuum multitudo.*

PŌLYTĔLES, is, n. 3. πολυτελές, titulus est libri septimi *Apicii*, et significat sumptuosum, impendiosum: a πολύ *multum* et τέλος *vectigal, impensa*: quia in eo libro multa traduntur condimenta, quæ magnas impensas requirunt.

PŌLYTRĪCHON, i, n. 2. πολύτριχον. ¶ 1. Est herba, capillus Veneris, a multitudine tenuium fibrarum, seu capillamentorum in radicibus sic dicta; nam πολύ *multum* et θρίξ, τριχός *capillum* significat. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 21. 30. (62). Adde *Theod. Priscian. lib.* 1. *c.* 3. *p.* 291. *retro* ed. *Ald.* — Eadem dicitur et polythrix, icis, πολύθριξ, a *Plin.* 26. *Hist. nat.* 14. 87. (147). ¶ 2. Polythricos nomen est gemmæ capillamentum referentis. *Id.* 37. *ibid.* 11. 73. (190).

PŌLYTHRIX, icis, f. 3. πολύθριξ. *V.* voc. præced. sub 1.

PŌLYTRŌPHUS, a, um, adject. πολύτροφος, nutritorius, qui valde nutrit. *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 21. Sic a carnibus polytrophis, sic ab usu venereo continendo, stomachi præ omnibus bona valetudo custodienda est, quo accepti cibi facilius transigantur.

PŌLYZŌNOS, i, m. 2. πολύζωνος, gemma nigra multis zonis candicantibus distincta. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 73. (189).

PŌMĀRĬUM, ii, n. 2. ¶ 1. Est locus pomiferis arboribus consitus, pometum, *pomiere, pometo*, παράδεισος. *Cic. Senect.* 15. 54. Nec vero segetibus solum et pratis et vineis res rusticæ lætæ sunt, sed etiam hortis et pomariis. *Varro* 1. *R. R.* 2. 6. Non arboribus consita Italia est, ut tota pomarium videatur? *Horat.* 1. *Od.* 7. 13. Tiburni lucus, et uda Mobilibus pomaria rivis. *Ovid. de nuce* 111. Hesperii regis pomaria tuta fuissent: Una sed immensas arbor habebat opes. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 14. 39. (138). Serere arbusta, pomaria ponere. *Sillig.* ex Bamberg. *leg.* Serere arbores, arbusta tondere. *Seneca Ep.* 122. Pomaria in summis turribus serere. Sic *Tac. Germ.* 26. Pomaria conserere. *Colum.* 5. *R. R.* 10. 1. *et seqq.* pomarii constituendi rationem tradit. ¶ 2. Item locus in villa, ubi decerpta poma conduntur. *Varro* 1. *R. R.* 2. 10. Hujusce pomaria summa sacra via, ubi poma veneunt contra auream imaginem. *Scaliger* et *Schneiderus* recte legend. putant *contra aurum*; et glossam *id est magno*, quæ postea in *imaginem* conversa fuerat, rejiciunt. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 16. 18. (59). In universum de pomis servandis præcipitur, pomaria in loco frigido ac sicco contabulari, septentrionalibus fenestris sereno die patere, etc. Hinc liquet, nihili faciendam esse auctoritatem *Charis.* 1. *p.* 85. *Putsch.* Pometa dicuntur, ubi poma nascuntur, ut oliveta; pomaria autem, ubi servantur, ut penuaria.

PŌMĀRĬUS, a, um, adject. ad poma pertinens. *Cato R. R.* 48. Pomarium seminarium ad eumdem modum, atque oleagineum facito. *Varro* 1. *R. R.* 23. 4. Nec minus ea discriminanda in conserundo, quæ sunt fructuosa, propter (*lege* præter, *auctore* Pontedera *et probante* Schneidero) voluptatem, ut quæ pomaria ac floralia appellantur. — Hinc

Pomarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est pomorum venditor, *fruttajuolo*, ὀπωρώνης. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 227. Edicit, piscator uti, pomarius, auceps, etc. Adde *Lamprid. Elagab.* 27.; et *Inscript.* apud *Gruter.* 651. 11. Cf. *Inscript.* in *Bullettin. dell' Instit. archeol. ann.* 1845. *p.* 75. — *NB. Pomarius*, hoc est locus pomis condendis, agnoscitur a *Charis.* 1. *p.* 23. *Putsch.*, sed nullo exemplo firmatur.

PŌMĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced.

PŌMĀTĬO, ōnis, f. 3. ὀπωρισμός, fructuum auctumnalium collectio. Ita damnare videtur hanc vocem *Hieronym. Ep.* 57. *n.* 11. Quis pro frumento et vino et oleo possit vel legere, vel intelligere χεῦμα, ὀπορισμόν, στιλπνότητα, quod nos possumus dicere fusionem, pomationem, et splendentiam.

PŌMĒRĬDĬĀNUS, a, um, adject. *di dopo mezodì*, δειλινός, qui post meridiem est, aut fit. *Cic.* 3. *Orat.* 30. 121. Ambulatio antemeridiana, aut pomeridiana sessio. *Id. ibid.* 5. 17. Pomeridianum tempus. *Alii leg.* postmeridianum: quod et apud *Vitruv.* 1. 6. et *Sueton. Gramm.* 24. legitur: sed *Cic. Orat.* 47. 157. libentius se ait dicturum *pomeridianus*, quam *postmeridianus*: nimirum quia est suavius. Attamen etiam *postmeridianus* apud *Senec. Apocolocynt.* 9. Primus interrogatur sententiam Janus Pater; is designatus erat in calendas Julias postmeridianus consul. *h. e.* suffectus in idem tempus; nam ex Augusti et Tiberii tempore post sex menses sufficiebantur novi consules: dicitur autem *postmeridianus* ironice, quia ut dies in duodecim horas, sic annus in duodecim menses dividebatur. V. *Borghesi de tess.* § 9.

PO' MĔRĬDĬEM *vel* pomeridiem pro postmeridiem dixisse quosdam, scribit *Quintil.* 9. 4. 39. ad evitandum consonantium concursum.

PŌMĒRĬUM *et* pomœrium, ii, n. 2. Ad scriptionem quod attinet, diphthongum omittunt *Inscript.* apud *Gruter.* 196. 2. *et* 4. et 242., et apud *Spon. Miscell. antiq. p.* 264. a *Manutio* allatæ, quibus adde *Dausq., Cellar.* et *Harles.*, et Græcorum scriptorum consuetudinem πωμήριον scribendi. Quare altera scriptio per diphthongum œ, quæ in *mœrus* pro *murus* servatur, licet gravissimos auctores habeat, minime probanda videtur. V. *Fea, Framm. Fast. Cons. p.* XLII. — Ceterum *pomerium*

I.) Proprie est locus intra et extra murum urbis: a *post* vel *pone*, et *murus* aut *mœrus*. De eo ita *Liv.* 1. 44. *de Servio.* Ad eam multitudinem Urbs quoque amplificanda visa est. Addit duos colles, Quirinalem, Viminalemque: aggere et fossis et muro circumdat Urbem: ita pomerium profert. Pomerium, verbi vim solam intuentes, postmerium (*alii leg.* post murum) interpretantur esse. Est autem magis circa murum (*alii leg.* circamerium) locus: quem in condendis urbibus quondam Etrusci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant, ut neque in interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc vulgo etiam conjungunt; et extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. Hoc spatium, quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod post murum esset, quam quod murus post id, pomerium Romani appellarunt: et in Urbis

incremento semper, quantum mœnia processura erant, tantum termini hi consecrati proferebantur. Hæc *Livius*. In antiquis libris de auspiciis apud *Gell.* 13. 14. ita definitur: Pomerium est locus intra agrum effatum, per totius urbis circuitum, pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicii. *Varro* 5. *L. L.* 143. *Müll.* Post ea qui fiebat, orbis, urbis principium; qui, quod erat post murum, postmerium dictum ejus, quo auspicia urbana finiuntur. Addit *Gell. loc. cit.* jus proferendi pomerii fuisse penes eum, qui populum R. agro de hostibus capto auxisset. Post Servium Tullium id affectasse Sullam, deinde Julium Cæsarem: quibus adde Augustum et Claudium imperatorem, ut est apud *Tac.* 12. *Ann.* 23. *et* 24., ubi etiam terminos antiqui pomerii ab Romulo constitutos enarrat. *Sullam affectasse* inquit *Gell.*, quia pomerium proferre, numquam provinciali, sed solum Italico agro acquisito, mos fuit, ut *Seneca* docet *Brevit. vit.* 14. Id tamen intellige sub libera republica: nam sub imperatoribus, etiam barbarico agro acquisito prolatum est pomerium, ut colligitur ex *Vopisc. Aurelian.* 21., qui Neronem quoque, et Trajanum dicit pomerium protulisse. *V.* quæ ad hunc loc. adnotavit *Salmas.*, ubi inquirit, num etiam Aurelianus protulerit. Consulesis *Morcell. de stil. Inscript. Lat. T.* 1. *p.* 237. *ed. Patav.* — Ceterum *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. U. C. DCCXLVI., apud *Orell.* 1. C. MARCIVS L. F. L. N. CENSORINVS ET C. ASINIVS C. F. GALLVS COS. EX S. C. FIN. POMER. TERMIN. *Alia* apud *Gruter.* 242., quæ est apud *Orell. pag.* 567. VTIQVE EI (*Vespasiano*) FINES POMERII PROFERRE PROMOVERE CVM EX RE PVBLICA CENSEBIT ESSE LICEBIT. *Alia* apud *Orell.* 710. TI. CLAVDIVS DRVSI F. CAISAR POMERIVM AMPLIAVIT TERMINASITQ. *Alia*, quæ pertinet ad ann. post Chr. n. CXXI., apud *eumd.* 811. COLLEGIVM AVGVRVM TERMINOS POMERII RESTITVENDOS CVRAVIT. *Cic.* 2. *Nat. D.* 4. 11. Quum pomerium postea intrasset habendi senatus causa, in redeundo, quum idem pomerium transisset, auspicari esse oblitus, itaque vitio creatos consules esse. *Id.* 2. *Divinat.* 35. 75. Quid enim scire Etrusci haruspices aut de tabernaculo recte capto, aut de pomerii jure potuerunt?

II.) Translate. *Varro* 1. *R. R.* 2. 13. Video, qui de agricultura scripserunt, latius vagatos, quam oportuerit. Ego vero, inquit Stolo, eos non in omni re imitandos arbitror, et eo melius fecisse quosdam, qui minore pomerio finierunt. *Macrob.* 1. *Saturn.* 24. Belli isti homines certos scientiæ fines, et velut quædam pomeria et effata posuerunt, ultra quæ *etc.*

PŌMĒTUM, i, n. 2. idem quod pomarium. *Pallad.* 1. *R. R.* 36. Sit area longe ab hortis, vineis atque pometis. *V.* POMARIUM.

PŌMĪFER, fĕra, fĕrum, adject. *da frutti*, ὀπώριμος; poma ferens. *Horat.* 4. *Od.* 7. 11. simul Pomifer auctumnus fruges effuderit. *Id.* 3. *Od.* 23. 8. Pomifer annus. *Grat. Cyneg.* 148. dum pomiferis advertitur annus Frondibus. *h. e.* qui frondes una cum maturis pomis ostendit. *Seneca Herc. Fur.* 700. Non ulla ramos silva pomiferos habet. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 3. 7. (15). *de malo Assyria.* Arbor ipsa omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis vero subnascentibus. *V.* SILVANUS.

PŌMĪFĔRO, as, are, n. 1. poma ferre. *Gloss. Lat. Gr.* Pomiferat, ἐποροτροφεῖ.

PŌMŒRĬUM. *V.* POMERIUM.

PŌMŌNA, æ, f. 1. dea pomorum, h. e. præses fructibus arborum. *V.* multa in ONOM. — Hinc translate ¶ 1. Accipitur de scientia et arte pomorum serendorum ac servandorum. *Plin.* 23. *Hist. nat. procem.* 1. (1). Peracta cerealium in medendo quoque natura est. Non cessit his pomona, partesque medicas et pendentibus dedit. *Solin.* 22. *a med.* Thyle larga et diutina pomona copiosa est. *h. e.* pomorum proventu et copia. *V.* THULE. ¶ 2. *Pomona* videtur esse idem atque encarpus, seu pancarpia corona, quam *festone* nunc Itali dicunt. *Inscript.* apud *Gruter.* 94. 11. T. TITTIENVS FELIX RS. L. M. N. LEGAVIT AD EXORNANDAM AEDEM POMONIS EX QVA SVMMA FACTVM EST FASTIGIVM INAVRATVM PODIVM PAVIMENTA MARM. OPVS TECTORIVM. V. *Garrucci, Ant. de' Liguri Beb. p.* 38.

PŌMŌNAL est in agro Solonio, via Ostiensi ad duodecimum lapidem, deverticulo a milliario octavo. *Festus p.* 250. 3. *Müll.* Ceterum Pomonal est templum deæ Pomonæ. *V.* SOLONIUS.

PŌMŌNĀLIS, e, adject. ad Pomonam pertinens, ut Pomonalis flamen. *Ennius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 45. *Müll.*; et *Festus p.* 154. 29. *Müll.*

PŌMŌSUS, a. um, adject. pomis abundans. *Tibull.* 1. 1. 21. Pomosisque ruber custos ponatur in hortis, Terreat ut sæva falce Priapus aves. *Propert.* 4. 2. 17. Insitor hic solvit pomosa vota corona. *h. e.* facta ex ramis implexis cum suis pomis. *et ibid.* 7. 81. Pomosa arva. *Colum.* 10. *R. R.* 138. et pomosi Tiburis arva.

POMPA, æ, f. 1. πομπή, deductio, translatus, transvectio, apparatus solemnis per publicas urbis vias cum ostentatione et specie quadam triumphi, et agmine plurium incedentium, tam in lætis rebus, quam in lugubribus: a πέμπω *mitto, deduco, transveho.* Hujusmodi erant deductio sponsæ in domum sponsi, exsequiæ, transvectio sacrorum in ludis, in supplicationibus, triumphis, (It. *processione con apparato o solennità*; Fr. *procession publique et solennelle*; Hisp. *procesion publica y solemne*; Germ. *ein öffentlicher, feierlicher Aufzug, Umzug, Procession*; Angl. *a solemn procession*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Lucan.* 2. 352. *de nupt. Caton.* Fœdera sola tamen, vanaque carentia pompa Jura placent. *Cic.* 5. *Tusc.* 32. 91. Socrates, in pompa quum magna vis auri argentique ferretur, Quam multa non desidero! inquit. *Id.* 1. *Off.* 36. 131. Cavendum est, ne tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur. *Id. Mil.* 13. 33. Cadaver Clodii spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, laudatione. *Nepos Att.* 22. Elatus est in lecticula, sine ulla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. *Ovid.* 6. *Fast.* 663. Adde, quod ædilis, pompam qui funeris irent, Artifices solos jusserat esse decem. *ire pompam*, ut *ire exsequias.* Alii tamen leg. *pompa.* (De hac pompa funebri V. *Propert.* 2. 10. 19. *et* 25.) *Virg.* 3. *G.* 22. jam nunc solemnes ducere pompas Ad delubra juvat, cæsosque videre juvencos. *Id.* 5. *Æn.* 53. Annua vota tamen, solemnesque ordine pompas Exsequerer, strueremque suis altaria donis. *Plaut. Cist.* 1. 1. 92. Per Dionysia mater pompam me spectatum duxit. *Sueton. Cæs.* 37. Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum: veni, vidi, vici. *Ovid.* 3. *Pont.* 4. 95. Quid cessas currum pompamque parare triumphis, Livia? *Martial.* 8. 78. Pompa Indica. *h. e.* triumphus Bacchi. ¶ 2. Præcipue vero dicitur de solemni circensium, cujus initium erat pompa cum simulacris deorum, ferculis, thensis, etc. *Macrob.* 1. *Saturn.* 6. Verrius Flaccus ait, quum populus R. pestilentia laboraret, essetque responsum id accidere, quod dii despicerentur, aniam Urbem fuisse, quia non intelligeretur oraculum; evenisseque, ut circensium die puer de cœnaculo pompam superne despiceret, et patri referret, quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti composita vidisset: qui quum rem gestam senatui nunciasset, placuisse velari loca ea, qua pompa veheretur: atque ita peste cessata puerum, qui ambiguitatem sortis absolverat, togæ prætextæ usum munus impetravisse. *Tertull. Spectac.* 7. Sed circensium paullo pompatior suggestus, quibus proprie hoc nomen pompa præcedit. *Liv.* 30. 38. *in fin.* Ludorum ipso die, serenitate subita orta, pompa duci cœpta ad portam Collinam, revocata, deductaque in circum est *Inscript.* apud *Gruter.* 622. 9. M. LAELIO SABINIANO DECVRIALI AEDILICIAE POMPAE *etc. Ovid.* 4. *Fast.* 391. Circus erit pompa celeber numeroque deorum. Adde *eumd.* 3. *Amor.* 2. 43. et *seqq.*, et 1. *Art. am.* 147.; *Sueton. Cæs.* 77., et *Claud.* 11. etc.

II.) Translate. ¶ 1. Transfertur ad quodvis agmen, longum ordinem, et comitatum incedentium, *comitiva, seguito, treno, equipaggio. Plaut. Curc.* 1. 1. 1. Quo ted hoc noctis dicam proficisci foras cum istoc ornatu, cumque hac pompa, Phædrome? *Ter. Heaut.* 4. 4. 17. Transeundum nunc tibi ad Menedemum est, et tua pompa eo traducenda. *Cic.* 2. *Fam.* 16. Accedit etiam molesta hæc pompa licturum meorum, nomenque imperii, quo appellor. *Q. Cic. Petit. cons.* 13. 52. Postremo tota petitio cura ut pompæ plena sit, ut illustris, ut splendida, ut popularis. ¶ 2. Et ad seriem atque ordinem variarum rerum, quæ transferuntur. *Seneca Ep.* 110. *a med.* Quid sibi vult ista pecuniæ pompa? *Plaut. fragm.* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 12. Quis est mortalis tanta fortuna affectus unquam, quanta ego nunc sum, cujus hæc ventri portatur pompa? *h. e.* multiplex obsonium et sumptuosum. *Tibull.* 3. 1. 3. Et vaga nunc certa discurrunt undique pompa Perque vias urbis munera, perque domos. *Martial.* 12. 32. *in fin.* Sarcinarum pompa. *salmeria.* ¶ 3. Et ad ostentationem, fastum, jactationem, splendorem verborum in dicendo, aut in aliis rebus. *Cic.* 2. *Orat.* 72. 294. Adhibere quamdam in dicendo speciem atque pompam. *Id.* 4. *Tusc.* 21. 48. Illa quidem ex rhetorum pompa, ardores animorum, cotesque virtutum. *Seneca* 2. *Benef.* 13. Benignissimus fuit, descenditque in æquum, et detraxit muneri suo pompam. Diverat *ibid.* 11. *extr.* Detrabenda est inanis jactatio: res loquantur, nobis tacentibus. *Ulp. Dig.* 13. 6. 3. *extr.* Non potest commodari, id quod usu consumitur: nisi forte ad pompam, vel ostentationem quis accipiat. — Commode opponitur pugnæ et contentioni. *Cic. Orat.* 13. 42. Epidicticum genus proprium sophistarum; pompæ, quam pugnæ aptius; gymnasiis et palæstræ dicatum; spretum et pulsum foro. *Id.* 2. *Orat.* 22. 94. Exortus est Isocrates magister istorum omnium: sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. *Terentian. præf. v.* 84. *p.* 2385. *Putsch.* Pompæ gloria vilis est.

POMPĀBĪLIS, e, adject. *pomposo*, in pompæ modum ornatus, splendidus. *Trebell.* in *XXX. Tyrann.* 30. *de Zenobia.* Ducta per triumphum ea specie, ut nihil pompabilius populo R. videretur.

POMPĀBĪLĬTAS, ātis. *V.* POMPALITAS.

POMPĀBĪLĬTER. *V.* POMPALITER.

POMPĀLIS, e. adject. pompabilis, spectabilis. *Capitolin. Gordian.* 6. Et erat canitie decora, et pompali vultu.

POMPĀLĬTAS, ātis, f. 3. *Priscian. de vers. comicis p.* 1320. *Putsch.* Altitudinis causa et pompalitatis, quæ stilo elocutionis convenit Latinæ. *h. e.* splendoris et pompæ verborum, et stili grandioris. *Santenius* ad *Terentian. p.* 342. legendum esse putat *popularitatis.* At *Keilius* leg. *pompabilitatis. V.* POMPA sub II. 3. init.

POMPĀLĬTER, adverb. in modum pompæ. *Trebell. Gallien.* 8. Gladiatores pompaliter ornati. *Alii leg.* pompabiliter.

POMPĀTĬCĒ, adverb. pompaliter. *Jul. Vict. Art. rhet.* (edente *A. Maio*) 10. At vero orator nihil horum sibi probandum putat, nisi forte hæc ipsa pompatice exsequi volet alio modo et alia ratione. *Vulgat. interpr. Amos* 6. 1. Ingredientes pompatice domum Israel.

POMPĀTĬCUS, a, um, adject. *pomposo*, in modum pompæ ornatus. *Tertull. Cult. fem.* 9. Si quas vel divitiarum suarum, vel natalium, vel retro dignitatum ratio compellit ita pompaticas progredi. *Apul.* 10. *Met.* Ad consæptum caveæ, prosequente populo, pompatico favore deducor. *Fronto* 3. *ad M. Cæs.* 16. Nuper cœpisti legere ornatas et pompaticas orationes.

POMPĀTUS, a, um. *V.* POMPO.

POMPĒUM, i, n. 2. πομπεῖον, locus Athenis, in quo pompæ parabantur, vasaque asservari solita ad pomparum solemnia in Panathenaicis. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (140). Crater a (*Silig.* Cratinus) comœdos (*al.* comœdus) Athenis in

Pompeo (*al.* Pompejo) pinxit. V. *Pollucis Onom. l. 9. c. 45.*

POMPEUTĬCUS, a, um, adject. πομπευτικός, ad pompam pertinens. *V.* POMPICUS.

POMPHŎLYX, ўgis, f. 3. πομφόλυξ, fuligo metallica, Græce bullam significans, quia instar bullæ concrescit. De ea *Plin.* 34. *Hist. nat.* 13. 33. (127). Etiamnum in ærariis reperiuntur, quæ vocant pompholygem et spodon. Differentia, quod pompholyx lotura separatur: spodos illota est. Aliqui quod sit candidum levissimumque pompholygem dixere, et esse æris et cadmiæ favillam: spodon nigriorem ponderosioremque, derasam parietibus fornacium, mixtis scintillis, aliquando et carbonibus. *V.* OPOPANAX. Adde *Marcell. Empir. c.* 10. *p.* 100. ed. *Ald.*; et *Theod. Priscian.* 1. 5. *p.* 292.

POMPĬFER, fĕra, fĕrum, adject. qui pompam fert. *Auct.* incertus *epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 690. *Burmann.* Conspicuam primum speciem, quam fata bearunt, Desine pompifero tu violare toro.

POMPĪCUS, a, um, adject. idem ac palimbacchius. *Mar. Victorin.* 1. *p.* 45. *Keil.* (*p.* 2487. *Putsch.*). Cui (*bacchio*) mutato temporum ordine, mensura autem permanente, palimbacchius contrarius dabitur sive pompicus temporum totidem, ut *Romanus.* et *p.* 207. *Keil.* (*p.* 1956. *Putsch.*). Bacchius, palimbacchius sive antibacchius sive pompicus. *Lindemann.* vero leg. *pompeuticus.*

POMPĪLUS, i, m. 2. πομπιλος, piscis marinus, a *pompa* sic appellatus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 15. 20. (51). *de thynnis.* Iidem sæpe navigia velis euntia comitantes, mira quadam dulcedine per aliquot horarum spatia et passuum millia a gubernaculis spectantur, ne tridente quidem in eos sæpius jacto territi. Quidam eos, qui hoc e thynnis faciant, pompilos vocant. *Ovid. Halieut.* 100. Tuque comes ratium, tractique per æquora sulci, Qui semper spumas sequeris, pompile, nitentes. Adde *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 54. (153). — Quidam hoc nomine vocant etiam nautilum, piscem vellificantem, de quo *V.* suo loco. *Plin.* 9. *ibid.* 29. 47. (88).

POMPO, as, ātum, are, a. 1. Part. *Pompatus* in fin. — Pompare est cum pompa aliquid agere. *Sedul.* 1. 2. Grandisonis pompare modis tragicoque boatu. — Hinc Part. præter. pass.

Pompatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Pompatior,* et est pompam habens. *Tertull. Spectac.* 7. Sed circensium paullo pompatior suggestus. *Cassiod.* 9. *Variar.* 33. *ante med.* Si aliquis rusticorum causas nefandæ litis attulerit, inter ipsa initia comprehensus fustuariæ subdatur protinus ultioni, et pompatus mala nota corrigat, qui prius occultum facinus excitare tendebat.

POMPŌSĒ, adverb. *Sidon.* 9. *Ep.* 9. *a med.* Scripseras autem plurima ardenter, plura pompose. *h. e.* graviter et magnifice.

POMPŌSUS, a, um, adject. *Sidon.* 4. *Ep.* 9. Pomposus incessus, animus serius. *h. e.* gravis, tardus, similisque pomparum ferculis, ut ait *Cic.* 1. *Off.* 36. 131. *Fragm.* incerti *Auct.* (edente *A. Maio* inter opera *Symmach.*) 3. Hispania nobilis obstupescat, ubi roseas virgines intuemur pinnis rutilantibus alatas, quales pomposas decet esse Victorias. *Cassiod.* 8. *Variar.* 1. Pomposa legatio. — Hinc translate. *Venant.* 3. *carm.* 23. 7. Vix modo tam nitido pomposa poemata cultu Audit Trajano Roma verenda foro. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 14. *ante med.* Verisimilibus et pomposis corruptibilem doctrinam suam velantes eloquiis. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 16. *sub init.* Ne sanguinis pomposus fluor periculum faciat ægrotanti. *h. e.* copiosus. Sic *Id.* 2. *Acut.* 34. *a med.* Vulnus possit accipere, et pomposa atque coacervata sanguinis fiat effusio.

POMŬLUM, i, n. 2. deminut. pomi. *Paulin. Petroc.* 5. 452. Monstrabat fractos mater mœstissima ramos Repere consuetis per mitia pomula natis. *h. e.* per ramos pomis onustos.

PŌMUM, i, n. 2. Ratione habita etymi, volunt esse a πομα seu πῶμα potus, quia potui poma sunt hominibus. *Varro* tamen 1. *R. R.* 31. 6. In poma, quæ insita erunt, siccitatibus aquam addi quotidie vesperi: a quo, quod indigent potu, poma dicta esse possunt. — Ceterum *pomum* est omnis fere fructus, qui ex arboribus esui aptus provenit, ut malum, pirum, prunum, persicum, cerasum, sorbum, ficus, etc. De hoc enim postremo sunt aperta *Plinii* verba 15. *Hist. nat.* 18. 20. (74)., quæ in voce seq. sub II. referemus, item 12. *ibid.* 5. 11. (22). et 16. *ibid.* 26. 49. (113). et 17. *ibid.* 26. 39. (247). et *Ovid.* 2. *Fast.* 253.: quamvis ab *Afran.* et *Cic. fragm.* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 16. pomum a ficu et uva distinguatur, *V.* infra sub I. i. μῆλον, ὀπώρα (It. *frutta, frutto*; Fr. *fruit*; Hisp. *fruto*; Germ. *jede Obstfrucht oder Baumfrucht*; Angl. *the fruit of any tree fit for eating*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Virg.* 7. *Ecl.* 54. Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma. *Ovid.* 1. *Pont.* 7. 13. Nos habeat regio nec pomo feta, nec uvis. Adde *ibid.* 3. 51. et 13. *Met.* 812. et 1. *Amor.* 10. 55. et 2. *ibid.* 14. 23., quibus omnibus locis uvas a pomis excludit. Differt a *nuce,* quia hæc dicitur de iis, quæ duro sunt tegumento, ut juglandes, castaneæ, etc. *Virg.* 1. *Ecl.* 82. sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles. *Pomum* de iis, quæ tenero et eduli. Hoc tamen discrimen magis inter *mala* et *nuces* locum habet, ut in MĀLUM dictum est. Sed et nuces aliquando *pomi* appellatione significantur, ut apud *Plin.* 15. *Hist. nat.* 22. 24. (88). *de juglande.* Solum hoc pomum natura compactili operimento clausit. Adde *Ovid. de nuce* 6.; et *Martial.* 13. 25., ubi agit de pineis nucibus. — *b*) Speciatim de fructu palmarum. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 7. (30). Coma omnis in cacumine et pomum est. Adde *ibid.* 9. (40). — *c*) De moris. *Ovid.* 3. *Met.* 89. arbor ibi niveis uberrima pomis, Ardua morus erat. — *d*) De tuberibus. *Martial.* 13. 50. Rumpimus altricem tenero de vertice terram Tubera: boletis poma secunda sumus. — *e*) De glande qui usurpaverit, inveni adhuc neminem. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 24. 26. (95). Glandes inter poma numerari non possunt. — *f*) Videtur dici posse de oleis: tametsi hæ inter baccas numerantur. *Id.* 15. *ibid.* 24. 29. (101). Pomum cerasis primo candidum, et fere omnibus baccis. Mox aliis virescit, ut olivis, lauris: rubet vero moris, cerasis, cornis: deinde nigrescit moris, cerasis, olivis. — *g*) De semine arboris balsami. *Solin.* 35. Post lacrimam secundum in pretiis locum poma obtinent. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (115). semen vocat, *Dioscorid. l.* 1. *c.* 18. *a med.* καρπόν. — *h*) De aliis. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 28. 34. (117). In papyris et ferulis spinaque alba caulis ipse pomum est. *h. e.* pomi instar manditur. — *i*) Etiam uvæ *pomi* appellatione comprehendi possunt, sed non omnes. *Paul. Dig.* 50. 16. 205. Qui fundum vendidit, pomum recepit. Nuces, et ficus, et uvas, dumtaxat duracinas, et purpureas, et quæ ejusdem generis essent. quas non vini causa haberemus, quas Græci τρωξιμους appellant, receptas videri. Ita distinguit *Torrentin.* et alii. *Haloand.* vero ita: Qui fundum vendidit, pomum recepit, nuces, et ficus, et uvas. Dumtaxat duracinas, etc. Sed prior distinctio magis placet: ex qua fit, ut uvæ quoque pomi nomine veniant, sed conditivæ solum, et cibi causa paratæ, non vini: quod et *Colum.* facit 12. *R. R.* 44. 8. Si enim vini causa sint, a *pomis* distinguuntur, ut sub init. dictum est. Tametsi *Nemesian.* etiam uvas calcandas *poma* dixit 3. *Ecl.* 38. Mirantur Satyri frondes et poma Lyæi. Ubi qui *dona* reponunt, improbantur a *Barth., Ulit., Burmann.* — *l*) Pomum in nuptiis est symbolum maternitatis et fecunditatis. V. *Mus. Borbon. T.* 12. *tav.* 17.; et cf. *Virg.* 3. *Ecl.* 64. Malo me Galatea petit. — *m*) Obscænum quoque sensum hæc vox habere dicitur, et τους ὀρχεις significare. *Servius* ad illud *Virg.* 2. *Ecl.* 51. Ipse ego cana legam tenera lanugine mala: Verecunde, inquit, rem inhonestam supprimit, quam *Theocrit. Edyll.* 2. *v.* 120. aperte commemorat. Adde quæ in hanc rem congessit *Lips. l.* 3. *Antiq. lection. c.* 1. ex *Propert.* 4. 3. 24. et 2. 23. 95., ex *Priapejis carm.* 15. *et* 74. etc. *V.* BRACEUS.

II.) Figurate dicitur etiam *pomum* de ipsa arbore. *Cato R. R.* 28. Oleas, ulmos, ficos, poma, vites, pinos, cupressos quum seres, bene cum radicibus eximito. *Virg.* 3. *G.* 426. Poma quoque, ut primum truncos sensere valentes, Et vires habuere suas, ad sidera raptim Vi propria nituntur. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 65. (240). Poma serantur inseranturque. *Plin. alter* 5. *Ep.* 6. *a med.* Alternis metulæ surgunt, alternis inserta sunt poma.

PŌMUS, i, f. 2. arbor pomifera, *albero da frutte, pomo,* μηλέα.

I.) Proprie. *Tibull.* 2. 1. 43. Tunc victus abiere feri, tunc insita (*al.* consita) pomus.

II.) Translate est ipse fructus, *frutto. Plin.* 15. *Hist. nat.* 18. 20. (70). *de ficu.* Interrogo vos, inquit (*Cato*), quando hanc pomum demptam putetis ex arbore. Quum inter omnes recentem esse constaret; atqui tertium, inquit, diem scitote decerptam Carthagine. Ita *Harduin.* et *Sillig.* ex MSS. suis omnib. Alii leg. *hoc pomum deptum,* et mox *decerptum*: sed τὸ *recentem,* quod non variat, satis genus femin. indicat.

PŌMUSCULUM, i, n. 2. deminut. pomi. *Auct.* incertus *epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 461. *Burmann.* Unumquemque suum referunt pomuscula succum.

PONDĔRĂBĬLIS, e, adject. qui ponderari potest. *Claudian. Mamert.* 2. *Stat. anim.* 4. Corpora numerabilia, ponderabilia et mensurabilia.

PONDERALE, is, n. 3. idem ac ponderarium. *Inscript.* apud *Reines. cl.* 7. *n.* 15. VERBA FACTA SVNT M. M. MEMMIOS RVFOS PAT. ET FIL. II. VIR. ITER. PECVNIA (*sua*) PONDERALE ET CHALCIDICVM ET SCHOLAM SECVNDVM MVNICIPII SPLENDOREM FECISSE etc. Hujusmodi vocabulum, donec alius suppetat scriptoris, aut veteris monumenti locus, in quo usurpatum fuerit, e Latio tollendum est: nam *Augustin. Gervasio* in *Osservaz. sopra un'iscriz. Sipontina,* edit. Neapoli ann. 1837., aliud attulit multo correctius exemplar inscriptionis a *Reines. loc. cit.* allatæ, in quo ea verba sic se habent: Verba facta sunt MM. Remmios Rufos patr. et fil. II. vir. iter. ex sua pecunia pondera et chalcidicum e. scholam secundum municipii splendorem fecisse etc. *Pondera* autem, non *ponderale,* esse legendum, ex eo etiam apparet, quod verba *pondera et chalcidicum et scholam* iterum paullo post in eadem insc iptione leguntur.

PONDĔRANS, antis, particip. *V.* PONDERO.

PONDĔRĀRĬUM, ii, n. 2. locus, in quo pondera et mensuræ et stateræ publica auctoritate exiguntur, et res publice ponderantur. *Inscript.* apud *Gruter.* 1020. 10. et *Don. cl.* 2. *n.* 67. c. CAESIVS C. F. OVF. SILVESTER P. P. PONDERARIVM S. P. P. S. F. ET CHARISTIONEM AEREVM POS., STATERAM ET PONDERA QVAE ANTEA RESP. EMIT. *etc.* Vide harum siglarum interpretationem in voc. CHARISTION. Adde aliam *Inscript.* in voc. INTERPROMINIUS allatam. *V.* LIBRIPENS.

PONDĔRĀRĬUS, ii, m. 2. idem ac ponderator et sacomarius. *Inscript.* apud *Augustin. Gervasio* in *Osservaz. sopra un'iscriz. Sipontina* p. 44., quæ est apud *Henzen.* 6294. GEORGIAE CONSERVAE V MARSVA PONDER. V EPAPHRA SALTVAR. V CONIVGES FECER. V EPAPHRIONI PONDER. V ORINE DELPHIDI FILIIS *etc.* Vides hic, patrem et filium eodem ponderarii ministerio functos fuisse. Huc usque cl. *Furlanetto* in *I.ª Append.* Illud PONDER. *Henzenio* quoque est *ponderarius*: quamquam nihil est, cur novum prorsus vocabulum *ponderarius* hinc eliciatur; quum τὸ PONDER. recte legi possit *ponderator, ponderatori.*

PONDĔRĀTĒ, adverb. ponderatim, et translate consideranter. *Hieronym.* in *Ps.* 36. Quum omnia ponderate et non fraudulenter enarrat.

PONDĔRĀTIM, adverb. *ponderatamente,* et translate idem ac consideranter, vel, rectius, quo sensu dixit *Horat. Art. P.* 260. In scænam mis-

sos cum magno pondere versus. *Cassiod.* 2. *Variar.* 40. *a med. de cithara.* Ibi enim quidquid excellenter, quidquid ponderatim, quidquid vacue, quidquid purissime aliasque distantias sonat, quasi in unum ornatum constat esse collectum.

PONDĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. actus ponderandi, examen, libra. *Vitruv.* 10. 8. *a med.* In statera æquipondium cum examine progreditur ad fines ponderationum. *Theod. Priscian.* 1. 13. Æqua ponderatione confici. *Cassiod.* 3. *Variar.* 48. Ecbini quadam ancorarum ponderatione librati. Adde *eumd.* 12. *ibid.* 16.

PONDĔRĀTOR, ōris, m. 3. *pesatore,* ζυγοστάτης, qui ponderat, pensitator. De ponderatoribus inscribitur *tit.* 71. *l.* 10. *Cod.* et *tit.* 7. *l.* 12. *Cod. Theod.* Adde *Inscript.* allatam in voc. PONDERARIUS. Sic *Gloss. Lat. Gr.* Ponderator, σταθμιστής, ἢ ζυγοστάτης.

PONDĔRĀTŪRA, æ, f. 1. ponderandi actus, *il pesare. Gloss. Gr. Lat.* Σταθμός, ponderatura.

PONDĔRĀTUS, a, um. *V.* PONDERO.

PONDĔRĪTAS, ātis, f. 3. *peso,* idem quod pondus. *Accius* apud *Non. p.* 156. 6. *Merc.* Ponderitatem gravitatemque hominis.

PONDĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pondus). Part. *Ponderans* II. et in fin.; *Ponderatus* I., II. et in fin.; *Ponderandus* II. — Ponderare est librare, pendere, ponderibus examinare, σταθμάομαι (It. *pesare;* Fr. *peser, mesurer;* Hisp. *pesar;* Germ. *etwas wägen, abwägen;* Angl. *to weigh*).

I.) Proprie. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 12. (66). Si quis granum ipsum ponderet. *Plaut. Amph.* 1. 1. 156. Haud malum huic est pondus pugno. so. perii! pugnos ponderat. *Propert.* 2. 13. 12. Semper amatorum ponderat illa sinus. *Scribon. Compos.* 106. In unum omnia ponderata contunduntur et cribrantu

II.) Translate capitur pro considerare, examinare, *esaminare, ponderare. Cic.* 1. *Off.* 15. 49. In quo tamen imprimis, quo quisque animo, studio, benevolentia fecerit, ponderandum est. *Id.* 3. *Orat.* 37. 150. Verborum delectum aurium quodam judicio ponderare. *Id.* 1. *Legg.* 13. 39. Omnia, quæ sequantur in vita quæque fugiant, voluptatibus et doloribus ponderantes. *Id. Cæcin.* 21. 60. Ponderare causas non ratione, sed vocibus. *Id. Rabir. Post.* 1. 1. consilia eventis. *Id.* 3. *Verr.* 16. 42. crimina rerum magnitudine. *Id. Partit. orat.* 34. 117. Non esse fidem ex fortuna ponderandam. *Id. Fontej.* 6. 11. In rebus judicandis non minimam partem, ad unamquamque rem existimandam momentoque suo ponderandam, sapientia judicis tenet. *Quintil.* 8. *procem.* 27. Plerosque videas hærentes circa singula, et dum inveniunt, et dum inventa ponderant ac dimetiuntur. — Hinc Part. præs.

Ponderans, antis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Ponderantior,* et neutrorum more est pondus habens, *pesante.* Translate *Sidon.* 8. *Ep.* 6. *ante med.* Sententia affectu ponderantiore prolata. *Alii leg.* ponderatiore.

Ponderatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Ponderatior* translate apud *Nepot.* in *fragm. Cod. Guelferb.* 2. Locuples ac divina natura, quo majorem sui pareret admirationem, ponderatioraque sua essent beneficia, neque uni omnia dare, nec rursus cuiquam omnia voluit negare. *V.* et *Ponderans* paullo supra.

PONDĔRŌSUS, a, um, adject. Comp. *Ponderosior* et Sup. *Ponderosissimus* I. — Ponderosus est multum ponderis habens, gravis, *pesante, grave,* βαρύς.

I.) Proprie. *Plaut. Capt.* 3. 5. 64. Ubi ponderosas, crassas capiat compedes. *Varro* 1. *R. R.* 52. 2. Frumentum ponderosum. *et* 2. *ibid.* 11. 9. Ex sudore ejus lana fit mollior, et ponderosior, et colore meliore. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 19. 30. (138). Ponderosissimi lapides. *Val. Max.* 1. 8. *in fin.* Silicum crebris et ponderosis verberibus anguis procubuit.

II.) Translate. *Cic.* 2. *Att.* 11. Isti puero da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum. Sic *Id.* 1. *ibid.* 13. Idcirco sum tardior, quia non invenio fidelem tabellarium. Quotus enim quisque est, qui epistolam paullo graviorem ferre possit, nisi eam pellectione relevarit? *Val. Max.* 6. 4. *n.* 1. *extr.* Ponderosa vox. *h. e.* dictum plenum gravitatis et severitatis.

PONDĬCŬLUM, i, n. 2. deminut. ponderis, pondusculum. De æquipondio stateræ. *Claudian. Mamert.* 2. *Stat. anim.* 4. Et numeri in corpore certus est modus, et pondiculi trutinæ certum est pondus, et decempedæ certa mensura est.

PONDO, indeclin. *peso,* pondus, quod in rebus per libram, aut stateram deprehenditur: a *pendo.* Videtur esse Ablativus casus ab obsoleto *pondus, i,* ut censet etiam *Gronov. de pecun. Vet. l.* 1. *c.* 6. Jungitur autem cum vocabulis varia rerum pondera significantibus, ut uncia, semis, quadrans, libra, etc., quæ ponuntur illo casu, quem ipsum verbum, aut constructio requirit. — *a)* Generatim. *Plaut. Rud.* 4. 2. 8. Neque piscium ullam unciam hodie pondo cepi. *Cels.* 5. 19. *n.* 19. Habet salis ammoniaci pondo semis, æruginis rasæ pondo bessem. *et ibid.* 25. *n.* 16. Croci, costi unciæ singulæ; styracis, resinæ terebinthinæ pondo sextantes. *Colum.* 12. *R. R.* 12. 2. Sextarium aquæ cum dodrante pondo mellis diluunt. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 7. 19. (33). Stomacho medetur vettonicæ tusæ pondo libra, mellis Attici semuncia. *Id.* 33. *ibid.* 12. 56. (158). *de sile.* Pretium in pondo libras denarii duo. *due lire per ogni libra di peso.* — *b)* Illa vocabula sæpe cum *pondo* in Accusativo ponuntur, quamvis alium casum requirere videatur ratio syntaxeos. *Varro* 5. *L. L.* 169. *Müll.* As erat libra pondo. *Alii leg.* libræ pondus. *et ibid.* 174. Libram pondo as valebat. *Paul. Diac. p.* 98. 1. *Müll.* Grave æs dictum a pondere, quia deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium. *Liv.* 26. 47. Pateræ aureæ fuerunt CCLXXVI., libras fere omnes pondo. Utroque loco sunt qui putant *libras* esse Genitivum, ut *familias, monetas:* sed videtur refugium infelix. Alii legunt *libræ,* probante *Madvig. Emendation. Liv. pag.* 389.-390. *Liv.* 3. 29. Ut exercitus coronam auream dictatori, libram pondo, decreverit. *Id.* 4. 20. Dictator coronam auream, libram pondo, in Capitolio Jovi donum posuit. Utroque loco alii leg. *libræ:* sed contra stat *Gronov. loc. cit. Colum.* 12. *R. R.* 28. (1). Irim cribratam, quæ sit instar pondo quincuncem, permisceto. *et ibid.* 20. 5. Adjici debent myrrhæ quincunx, calami pondo libram, casiæ selibram, amomi pondo quadrans, croci quincunx, cripæ pampinaceæ libram. Alia congerit *Gronov. loc. cit.* Ex his patet *pondo libram* esse veluti formulam, qua sub quolibet verbo utebantur. — *c)* Quoties *pondo* absolute ponitur, significat libræ pondus, *una libbra di peso,* λίτραν: quia hæc ponderis quantitas notissima omnium et usitatissima est. *Cic. Cluent.* 64. 179. Et auri quinque pondo abstulit. *Quintil.* 6. 3. 79. Torques aureus centum pondo. *Plaut. Asin.* 2. 2. 33. Quot pondo te censes esse nudum? *Cæs.* 2. *B. C.* 18. Argenti pondo viginti millia. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 15. (51). Populus R. Carthagini victæ argenti pondo annua in quinquaginta annos imperavit, nihil auri. (*V.* quæ *Sillig.* ad hunc locum adnotavit. *et mox.* Cyrus devicta Asia pondo XXXIV. millia auri invenerat. *Id.* 37. *ibid.* 9. 43. (128). Bocchus auctor est, chrysolithon XII. pondo a se visam. *Id.* 31. *ibid.* 6. 31. (58). Si fistulæ quinariæ erunt, sexagena pondo pendere legitimum est. *Id.* 18. *ibid.* 7. 10. (54). LX. pondo panis e modio milii reducunt. *Id.* 11. *ibid.* 42. 97. (241). Caseus Lunensis magnitudine conspicuus, quippe et ad singula millia pondo premitur. *Gell.* 2. 24. Neque argenti in convivio plus pondo, quam libras centum illaturos. V. *Swindenii Diatrib.* in *Inscript. quasdam* in *Miscell. N. Dorvill. T.* 3. *p.* 100. *et seq.* — Sequente Genitivo. *Varro* apud *Non. p.* 149. 19. *Merc.* Retuli auri pondo mille octingentum septuaginta. *et ibid. p.* 163. 33. Delphos Apollini munera missa corona aurea pondo ducentum. — Animadvertendus est locus *Quintil.* 1. 5. 15. Nam *dua* et *tre* et *pondo* diversorum generum sunt barbarismi: at *duapondo* et *trepondo* usque ad nostram ætatem ab omnibus dictum est etc. Ubi *Spalding.* barbarismum in v. *pondo* eo sensu putat agnosci a *Quintil.,* ut semper cum *numeri* aut *librarum* vocabulo, expresso aut intellecto, constructum apparere debeat. Deinde locutionem *dua pondo, tre pondo* cum *Gronov.* sic explendam putat: duas libras pondo, tres libras pondo.

PONDUS, ĕris, n. 3. a *pendo,* est quod adhibetur in statera, vel lance ponderandi gratia (It. *peso;* Fr. *poids;* Hisp. *peso;* Germ. *d. Gerricht;* Angl. *weight, the weights of a balance*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cæs.* 5. *B. G.* 12. Utuntur aut nummo æreo, aut taleis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. *Liv.* 5. 48. *extr.* Pondera ab Gallis allata iniqua, et additus ab insolente Gallo ponderi gladius. *Ulp. Dig.* 19. 1. 32. Emptor circumscriptus a venditore ponderibus minoribus. *Ammian.* 27. 9. *n.* 10. Vettius Prætextatus Præf. Urb. pondera per regiones instituit universas, quum aviditati multorum ex libidine trutinas componentium occurri nequiret. *Inscript.* in utroque latere mensæ ponderariæ, Minturnis reperta, apud *Henzen.* 7316. L. GELLIVS L. F. PVBLICOLA C. CAEDICIVS C. F. DVO. VIR. EX S. C. PONDERA ET METRA EXAEQVARVNT EIDEM DE SVA PECVNIA PONENDA. ¶ 2. Speciatim pro pondere libræ, ut *pondo. Varro* 5. *L. L.* 169. *Müll.* Dupondius a duobus ponderibus, quod unum pondus assipondium dicebatur: id ideo, quod as erat libra pondus. *Martial.* 7. 53. Argenti potuit (*ferre*) pondera quinque puer.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis, abstracte *pondus* est gravitas, momentum, onus, *peso, gravità, pondo,* βάρος. — *a)* Generatim. *Cic. Fat.* 11. 24. Quum per inane moveatur gravitate et pondere. *Id.* 1. *Tusc.* 17. 40. Reliquæ duæ partes in medium locum mundi gravitate feruntur et pondere. *Cæs.* 2. *B. G.* 29. et 7. *ibid.* 22. Magni ponderis saxa. *Virg.* 6. *Æn.* 413. gemait sub pondere cymba. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 7. 14. (29). et 35. *ibid.* 17. 57. (197). Pondere emere aliquid. *comperare e peso. Tac.* 6. *Ann.* 28. Primam (*credidere*) adulto (*phœnici*) curam sepeliendi patris: neque id temere, sed sublato myrrhæ pondere, tentatoque per longum iter, ubi par oneri, par meatui sit, subire patrium corpus etc. *Vitruv.* 10. 8. Examinare paucis manibus oneris maximi pondus. — Huc pertinent illa JCtorum: *Cajus Dig.* 18. 1. 35. *circa med.* In his, quæ pondere, numero, mensura constant, veluti frumento, vino, oleo, argento. *Ulp. ibid.* 30. 1. 47. Si id petatur, quod pondere, numero, mensura continetur. — *b)* Speciatim, pro ictu, *colpo, botta, percossa:* quia ictus venit ex pondere. *Juvenal.* 3. 270. quoties rimosa et curta fenestris Vasa cadunt, quanto percussum pondere signent Et lædant silicem. (Adde *eumd.* 15. 66.). *Cic. Fat.* 10. 22. Tertius quidam motus oritur extra pondus et plagam, quum declinat atomus, etc. Adde *eumd. ibid.* 20. 46. Huc pertinet et illud *Horat.* 1. *Ep.* 6. 50. Mercemur servum, qui dictet nomina, lævum Qui fodiat latus, et cogat trans pondera dextram Porrigere. *h. e.* servus monendo dominum cogat exerere toga dextram, seu porrigere trans togam brachio et humero obvolutam, quæ quoniam brachium premeret et oneraret, ideo poetice pondera appellatur. V. *Fea* ad *loc. cit.,* qui pluribus rem confirmat. *V.* TOGA. At *J. Matth. Gesnerus* illud *trans pondera* explicuit: ultra æquilibrium corporis cum periculo cadendi: quam interpretationem probavit *Lachmannus* ad *Lucret. p.* 380. allatis locis *Lucret.* 2. 218. et 6. 574., *Lucan.* 1. 57. et *Ovid.* 1. *Met.* 13., item *Ritterus.* ¶ 2. Item de rebus physicis, sed concreto, uti ajunt, sensu, ipsa res ponderosa *pondus* dicitur. — *a)* Generatim. *Cæs.* 3. *B. C.* 96. Triclinia strata, magnum argenti pondus expositum. *et ibid.* 103. Æris magno pondere in naves imposito. *gran*

somma di danaro. et *Cic.* 3. *Verr.* 17. 45. Ex æde Minervæ grande auri pondus ablatum. *Id. Sext.* 43. 93. Innumerabile pondus auri. *Id.* 6. *de republ.* 1. In terram feruntur omnia suo nutu pondera. *Lucan.* 6. 199. vasti muralia pondera saxi. *Martial.* 5. 65. Quot graviora cadunt Nemæo pondera monstro. *h. e.* apri Nemæo majores. *Id.* 12. 66. Et Maurusiaci pondera rara citri. *h. e.* mensæ citreæ. *Id.* 14. 164. Spartani pondera disci. *Virg.* 10. *Æn.* 496. rapiens immania pondera baltei. *Stat.* 6. *Theb.* 648. ahenæ lubrica massæ Pondera. *h. e.* discum. *Sil. It.* 2. 248. nodosæ pondera clavæ. *et* 9. 335. hi sude pugnas, Hi pinu flagrante cient, hi pondere pili. Adde *eumd.* 15. 687. — *b*) Speciatim, poetice, apud *Catull.* 63. 5. Devolvit illa acuta sibi pondera silice. *h. e. τὰ αἰδοῖα.* (Eod. modo *pondera* usurpasse videtur *Stat.* 3. *Silv.* 4. 77.) Apud *Ovid.* 2. *Amor.* 14. 14. et 9. *Met.* 684.; et *Martial.* 14. 151. pondera sunt opus ventris, h. e. fetus, *il feto.* Adde *Propert.* 4. 1. 96. — *c*) Item speciatim, pro numero, seu multitudine, etiam earum rerum, quæ non ponderantur, sed numerantur. *Varro* apud *Non. p.* 466. 5. *Merc.* E Græcia Asiaticas in villas comportasse magnum pondus omnium artificum. ¶ 3. Morali ratione *pondus* est vis, auctoritas, momentum ad permovendum, et ad faciendam fidem: ducta translatione ab æquipondio libræ: *autorità, peso, forza. Cic.* 11. *Att.* 6. Addis etiam, ceteris quoque, id est qui pondus habent, factum nostrum probari. *Id.* 2. *Orat.* 74. 302. Habet enim et voluntatem nocendi in iracundia, et vim in ingenio, et pondus in vita. *credito. Id. Topic.* 19. 73. Persona non qualiscumque, testimonii pondus habet: ad faciendam enim fidem auctoritas quæritur. *Id.* 3. *Nat. D.* 35. 85. Et virtutis et vitiorum, sine ulla divina ratione, grave ipsius conscientiæ pondus est. *Id. Vatin.* 4. 9. Boni viri judicent: id est maximi momenti et ponderis. *Id.* 11. *Fam.* 29. Quod in utramque partem in mentem multa veniebant, magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem, judicium et consilium tuum. *et* 2. *ibid.* 19. *ad fin.* Tuæ litteræ maximi sunt apud me ponderis. *et* 13. *ibid.* 25. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat, hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse. *Id.* 9. *Att.* 9. Dubitanti mihi, quid me facere par sit, permagnum pondus affert benevolentia erga illum. *et* 10. *ibid.* 1. Ejus igitur mihi virit auctoritas, et similimus ejus filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille. *Ovid. Heroid.* 3. 4. et 3. *Pont.* 1. 158. lacrimæ pondera vocis habent. *Id.* 2. *Amor.* 14. 42. Et sint ominibus pondera nulla meis. *non abbiano alcuna forza i miei augurii.* et *Horat.* 1. *Ep.* 19. 42. nugis addere pondus. *far valere.* Sic *Pers.* 5. 19. Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis Pagina turgescat, dare pondus idonea fumo. — *Pondera verborum,* verba vim magnam habentia ad faciendam fidem. *Cic.* 2. *Orat.* 17. *ad fin.* Omnium sententiarum gravitate, omnium verborum ponderibus est utendum. *Horat. Art. P.* 319. Interdum speciosa locis, morataque recte Fabula, nullius Veneris, sine pondere et arte, Valdius oblectat populum, meliusque moratur, Quam versus inopes rerum, nugæque canoræ. *h. e.* sine verborum ponderibus. ¶ 4. A pondere libræ illa quoque translata sunt. *Cic.* 1. *Tusc.* 19. 43. Quum animus sui similem et levitatem et calorem adeptus, tamquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem movetur, etc. *et Planc.* 32. 79. Sed ego meis ponderibus examinabo, quid cuique debeam. *Lucan.* 8. 279. curarum vobis arcana mearum Expromam, mentisque meæ quo pondera vergant. *Seneca Med.* 391. Quo pondus animi verget? ubi ponet minas? ¶ 5. Translate a *pondere* simpliciter, et qua onus significat: Pondera curarum, *i pesi delle cure,* apud *Lucan.* 9. 951. et *Stat.* 4. *Theb.* 39. rerum, *del governo,* apud *Ovid.* 2. *Trist.* 237. et *Martial.* 6. 64. mali, *il peso della disgrazia,* apud *Senec. Herc. Œt.* 231. senectæ, *il peso degli anni,* apud *Ovid.* 9. *Met.* 436. famæ, *Lucan.* 8. 22. *de Fortuna.* quæ tanto pondere famæ Res premit adversas, fatisque prioribus urget. *h. e.* magnitudine famæ antea præclaræ. In bonam partem *Claudian. in II. cons. Stilich.* 79. *de Roma.* venerabile famæ Pondus, et amissas vires et regna recepit. ¶ 6. Hac ratione eleganter ponitur pro firmitate et constantia, *costanza, fermezza, stabilità. Propert.* 2. 19. 62. nulla diu femina pondus habet. *Stat.* 1. *Theb.* 287. *de Jove.* neque me (detur si copia) fallit, Multa super Thebis Bacchum, ausuramque Dionem Dicere: sed nostri reverentia ponderis obstat. *h. e.* decreti et voluntatis meæ immutabilis et firmæ. ¶ 7. Item pro gravitate, *gravità, decoro, sostenutezza. Stat.* 2. *Silv.* 3. 65. Blandus honos, hilarisque (tamen cum pondere) virtus. *et* 5. *ibid.* 3. 246. Quid referam expositos, servato pondere, mores? *Val. Max.* 8. 10. *in fin.* Expertus acerrimum oculorum vigorem, terribile vultus pondus, accommodatum singulis verbis sonum vocis, efficacissimos corporis motus.

PONDUSCŬLUM, i, n. 2. deminut. ponderis, *piccolo peso, βαρύλλιον,* parvum pondus. *Colum.* 12. *R. R.* 53. 1. Aromata in reticulum adjici, et cum saxi ponduscolo in olei partem demitti. *Aliquot libri verba* cum saxi ponduscolo *omittunt. Plin.* 11. *Hist. nat.* 10. 10. (24). *de apib.* Si coorlatur procella, apprehensi ponduscolo lapilli se librant.

PŌNĔ, adverb. et præposit. De origine hujus vocabuli multa Etymologi; nihil tamen certi: V. *Hand. Tursell. vol.* 4. *p.* 478. — Inter antiqua recensetur a *Quintil.,* ut in OLLUS dictum est. Differt a *post,* quod etiam ad tempus refertur; *pone* ad locum tantum: quod et *Servius* ad *Virg.* 2. *Æn.* 208. *et* 725. et *Caper p.* 2243. *Putsch.* docent; hoc autem ex ea opinione profectum est, qua existimabant *post* recentiore tempore in vicem alterius particulæ successisse. Idem *Servius* ad *cit.* 2. *Æn.* et ad 3. *ibid.* 3. vult accentum in ultima appingi, ad discrimen τοῦ *pone,* quum verbum est. *Festus* quoque *p.* 249. 33. *Müll.* Pone, inquit, gravi sono antiqui utebantur pro loci significatione. Hoc tamen non ita intelligi debet, quasi ultima sit acuenda: quia in Latinis vocibus ultima syllaba nec acuta unquam excitatur, nec flexa circumducitur, sed in gravem, vel duas graves cadit semper, ut ait *Quintil.* 12. 10. 33. et 1. 5. 22. Adde *Diomed.* 2. *p.* 425. *Putsch.* — Ceterum *pone* est idem ac post, retro, in loco postico, a tergo: cui *ante* opponitur, ὀπίσω, ὀπισθεν (It. *a dietro, in dietro, dietro;* Fr. *en arrière, par derrière;* Hisp. *hacia atras, detras;* Germ. *hinten, von hinten, nach hinten, hinterwärts;* Angl. *behind, after*). *Pone* ¶ 1. Est adverbium. — *a*) *Pone versus* aut *vorsus* (quæ et junctim scribi possunt), retro et versus aliquem locum. *Cato* apud *Charis.* 2. *p.* 191. *Putsch.* Postquam auspicavi atque exercitum edduxi pone versus castra hostium. (V. *Liv.* 34. 14.). *Id. ibid.* Nostro pone versus hostes esse ab dextra parte. *et ibid.* Villa est patrui: hic ager est ubi stas: pone versum illac mare est. *Forcellinus* etiam postremum hunc locum *Catoni* tribuit; *Iordan.* vero inter Catoniana fragmenta eum minime recensuit; profecto in Codd. *Charis.* ante hunc locum lacuna est et auctoris nomen excidit. — *b*) *Pone* sine additis. *Ennius* apud *Festum p.* 356. 3. *Müll.* Pone petunt: exim referunt ad pectora tonsas. *Ter. Phorm.* 5. 6. 23. Pone apprehendit pallio. *Cic. Tim.* 13. *ad fin.* Moveri et ante et pone, et ad lævam et ad dextram, et sursum et deorsum, modo huc modo illuc. *Val. Max.* 1. 7. *n.* 1. *extern.* Pone respicere. *Propert.* 3. 13. 28. venire. *Virg.* 10. *Æn.* 225. sequi. *Id.* 2. *ibid.* 288. pars cetera pontum Pone legit. *et ibid.* 723. dextræ se parvus Iulus Implicuit, sequiturque patrem non passibus æquis. Pone subit conjux. *Sil. It.* 8. 561. facilesque comæ, nec pone retroque Cæsaries brevior. ¶ 2. Sæpe est præposit. Accusativum regens. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 34. Pone nos recede. *Id. Curc.* 4. 1. 20. Pone ædem Castoris. *Id. ibid.* 4. 2. 1. Non queo, quod pone me est, servare. *et Trin.* 3. 2. 37. Tute pone te latebis facile, ne inveniat te honor. *Cic. Tim.* 10. *ad fin.* Et pone quos, aut ante labantur. *Liv.* 40. 30. *extr.* Pone castra pabulatum ibant. *Tac.* 3. *Hist.* 84. Vinctæ pone tergum manus. *Id.* 4. *Ann.* 69. Si pone fores assisterent. *Justin.* 7. 2. 8. Rege-pone aciem posito. *Sueton. Domit.* 23. Pone cervicem. et *Tib.* 68. Capillo pone occipitium submissiore.

PŌNĔ VERSUS *vel* vorsus, *vel junctim* poneversus. *V.* voc. præced. 1. *a.*

PŌNO, pōnis, pŏsŭi *et olim* pŏsīvi, pŏsĭtum *et per sync.* postum, pōnĕre, a. 3. *Posivi* et *poseivi* præterit. est *Plauti Pseud.* 5. 1. 35. Commuto illico pallium: illud posivi. *et Trin.* 1. 2. 108. Mihi quod credideris, sumes, ubi posiveris. et *fragm.* apud *Priscian.* 10. *p.* 898. *Putsch.* Apud sequestrum vidulum posivimus. *Cato R. R. præf.* 1. Majores nostri hoc sic habuerunt, et ita in legibus posiverunt, furem etc. Ceterum adde *eumd. Caton. R. R.* 4.; et *Inscript.* apud *Gruter.* 150. 6. In *Inscript.* autem apud *Orell.* 3308. POSEIVEI. Sic in compositis *apposivi, composivi, deposivi, exposivi, impositi, oppositi, reposivi, suppositi,* quæ habes suis locis. — *Posit* pro *posuit* in *Inscript.* apud *Gruter.* 541. 8., 571. 9., 724. 8. *et* 382. 14. apud *Maff. Mus. Ver.* 154. 2., 160. 6., 225. 7., 256. 6., apud *Fabrett. p.* 137. *n.* 225. et *p.* 247. *n.* 3., quibuscum cf. *Inscript.* apud *Orell.* 71., 732., 1475., 3087. et alias, idiotismus potius dicendus est, quam error lapicidarum; etenim *posit* magis quam *posuit* Italorum *pose* respondet. Similiter POSIERUNT legitur in *Inscript.* apud *Orell.* 5061. — *Postus* pro *positus* syncope, unde *compostus, repostus. Lucret.* 1. 1058. omnia sursum Nitier, in terraque retro requiescere posta. *et* 3. 871. semina in eodem ordine posta. *et ibid.* 884. ut putescat corpore posto. *sepolto.* et *Ennius in fragm.* apud *Merul. p.* 310. postumque tyranni Tarquinii (*Prisci*) corpus bona femina lavit et unxit. *h. e.* jacentem in lecto funebri. Hæc ex *Ennio Forcellinus;* quæ cl. *Vahlen.* (*Enniancæ poes. reliq. pag.* 185). jure tamquam spuria rejecit. *Sil. It.* 13. 553. nec cæli posta sub axe. — Part. *Ponens* I. 12.; *Positus* I. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. et 16., et II. 1. 2. 6. 7. et 9.; *Positurus* I. 4. 11., et II. 3.; *Ponendus* I. 3. 6. 10., et II. 4. 5. et 9. — *Ponere,* quod volunt esse contractum ex *po,* h. e. *post,* et *sinere,* est locare, statuere, constituere. τίθημι (It. *porre, collocare;* Fr. *poser, placermettre;* Hisp. *posar, colocar, asentar, meter;* Germ. *irgend etwas oder Jemanden niederlas, sen, niedersetzen, niederstellen, hinsetzen, hinstellen, hinlegen, irgend wohin thun, bringen;* Angl. *to put, place, set, lay*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Universim. *Cæs.* 3. *B. C.* 108. Tabulæ testamenti, quæ Romam erant allatæ, ut in ærario ponerentur, quum poni non potuissent, etc. *Cic. Flacc.* 9. 21. Tabulas obsignatas in publico ponere. *Cæs.* 1. *B. G.* 22. *extr.* Millia passuum tria ab eorum castris castra ponit. *et* 3. *B. C.* 108. Cæsar in proximo colle castra ponit. *et* 1. *ibid.* 81. Castra ponit iniquo loco. Adde *Liv.* 5. 20., 28. 13. et alibi. *Quintil.* 1. 7. 12. Columna, quæ est Duellio in foro posita. *h. e.* statuta, erecta. Sic *Id.* 7. 7. 5. Tyrannicidæ imago in gymnasio ponatur. *Cic. Dom.* 30. 81. Qui tibi statuam in meis ædibus posuit. *Nepos Miltiad.* 6. In decem prætorum numero prima ejus (*Miltiadis*) imago ponebatur. *et Att.* 3. Ne qua sibi statua ponerentur, restitit. *Liv.* 31. 50. Signa ænea quinque ex multaticio argento in ærario posuerunt. Similiter *Id.* 38. 35. Eo anno in ædem Herculis signum dei ipsius ex decemvirorum responso, et sejuges in Capitolio aurati a P. Cornelio positi. *Cato R. R.* 7. Ponere oleas in solem. *Horat.* 1. *Od.* 19. 13. Hic vivum mihi cespitem, hic Verbenas, pueri, ponite. *Id.* 2. *Sat.* 3. 142. Pauper Opimius argenti positi intus et auri. Cf. *eumd. ibid. v.* 115. Si positis intus Chii veterisque Falerni Mille cadis, etc. *Ovid.* 8. *Met.* 452. Stipitem in flamma ponere. *Id. Remed. am.* 119.

aliquid in ignes. *Gell.* 3. 15. coronam in caput. *Virg.* 2. *Ecl.* 54. Ut vos, o lauri, carpam, et te, proxima myrte, Sic positæ quoniam suaves miscetis odores. *h. e.* sic junctæ. *Horat.* 3. *Od.* 20. 11. posuisse nudo Sub pede palmam Fertur. *Id.* 4. *ibid.* 6. 11. Procidit late, posuitque collum in Pulvere Teucro. *Virg.* 1. *Æn.* 177. Et sale tabentes artus in litore ponunt. *Ovid.* 7. *Met.* 558. Non stratum, non ulla pati velamina possunt: Dura sed in terra ponunt præcordia. *Id.* 9. *ibid.* 648. quum tu lassata sequendo Procidis: et dura positis tellure capillis, Rybli, taces. Sic *Val. Flacc.* 4. 378. saxo posuit latus. *posò.* *Horat.* 2. *Sat.* 8. 58. Rufus posito capite, ut si Filius immaturus obisset, flere. *h. e.* stratus in lectum capite ibidem posito etc. — *b*) Speciatim *pedem, vestigia ponere* usurpatur. *Cic. Ligar.* 8. 24. Prohibiti estis in provincia vestra pedem ponere. *Id.* 4. *Fin.* 25. 69. Ubi pedem poneret, non habebat. *Tibull.* 1. 2. 20. Illa (*Venus docet*) pedem nullo ponere posse sono. Et figurate *Cic.* 3. *Phil.* 11. 28. Longo intervallo in possessionem libertatis pedem ponimus. et *Id.* 5. *Fin.* 2. 5. Quacumque ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 101. quum ponit uterque In locuplete domo vestigia. *Ovid.* 8. *Met.* 694. baculisque levati Nituntur longo vestigia ponere clivo. *Tibull.* 4. 1. 13. Læta Molorcheis posuit (*Alcides*) vestigia tectis. *Sil. It.* 6. 397. patria vestigia primum Ponentem terra occursu celebrabat amico. *Id.* 4. 63. et qua ponere gressum Amphitryoniadæ fuerit labor. — Similiter *genua ponere*, h. e. flectere. *Ovid.* 2. *Fast.* 437. Huc ubi venerunt, pariter nuptæque virique Suppliciter posito procubuere genu. *Curt.* 8. 7. *ad fin.* Tu Macedonas voluisti genua tibi ponere, veneraque te, ut deum. — *c*) Item, *ponere se*, sedere. *Ovid.* 11. *Met.* 471. Ut nec vela videt, vacuum petit anxia lectum, Seque toro ponit. *Flor.* 1. 13. In curulibus sellis sese posuerunt. *si misero a sedere.* — *d*) Item *ponere* est offerre, *presentare. Cic. fragm.* apud *Quintil.* 9. 3. 50. Qui indicabantur, eos vocari, custodiri, ad senatum adduci jussi: in senatu sunt positi, *presentati.* — Et præcipue in re sacra pro ἀναθεῖναι. *Tibull.* 1. 1. 19. Et quodcumque mihi pomum novus educat annus, Libatum agricolæ ponitur ante deo. *Nepos Pausan.* 1. *ad fin.* Primum in eo est reprehensus, quod ex præda tripodem aureum Delphis posuisset. Huc pertinet et illud *Ovid.* 3. *Met.* 505. *de Narcisso mortuo.* planxere sorores Naides, et sectos fratri posuere capillos. ¶ 2. Speciatim usurpatur in re militari, quum legiones aut singuli in aliqua statione collocantur. *Cæs.* 2. *B. G.* 5. In eo flumine pons erat: ibi præsidium ponit. Sic *Nepos Alcib.* 4. *extr.* Deinde Deceliam in Attica munierunt, præsidioque perpetuo ibi posito in obsidione Athenas tenuerunt. Rursus *Cæs.* 3. *B. C.* 34. Legio, quam tuendæ oræ maritimæ posuerat. *aves postata. Cic.* 2. *leg. Agr.* 18. 49. Ponere insidias contra aliquem. — Aliter *Cic. Dejot.* 7. 21. Ille signa aenea in insidiis posuerat. — *Castra ponere*, V. supra 1. init. ¶ 3. Item speciatim est exstruere, erigere, formare, *fabbricare, fare, formare.* — *a*) De urbibus, ædificiis, templis, aris et similibus. *Horat.* 2. *Od.* 6. 5. Tibur Argeo positum colono. *h. e.* conditum ab Argivis. et *Virg.* 5. *Æn.* 60. Urbs posita. *fondata, fatta. Sil. It.* 1. 24. Tum pretio mercata (*Dido*) locos, nova mœnia ponit. Cf. *eumd.* 11. 441. lapidem testudine felix (*Amphion*) Ducere, et in muros posuisse volentia saxa. *h. e.* composuisse. (Hinc Part. *positus* est situs, *situato. Cic.* 2. *leg. Agr.* 35. 96. Romam in montibus positam et convallibus-præ sua Capua contemnent. *Id. pro leg. Manil.* 18. 55. Delos in Ægæo mari posita. *Liv.* 4. 48. In urbe alieno solo posita. *Cæs.* 7. *B. G.* 36. Perspecto urbis situ, quæ posita in altissimo monte omnes aditus difficiles habebat. *Justin.* 22. 5. 5. Huc accedere, quod urbes castellaque Africæ non muris cinctæ, non in montibus positæ sint). Ceterum *Horat.* 1. *Ep.* 10. 13. ponendæque domo quærenda est area primum. *Id.* 2. *ibid* 1. 16. Jurandasque tuum per nomen ponimus aras. Sic *Virg.* 3. *Æn.* 404.; et *Liv.* 10. 23. ponere aras. *Virg.* 6. *Æn.* 19. posuitque immania templa. *Nepos Datam.* 8. Ponere tropæum. *Ovid.* 8. *Met.* 160. ingenio fabræ celeberrimus artis Ponit opus. — Hinc illud *posuit, ponendum curavit* frequentissimum in antiquis monum. — Similiter *Horat.* 4. *Od.* 12. 5. Nidum ponit Ityn flebiliter gemens Infelix avis. — *b*) De imaginibus. *Horat.* 4. *Od.* 8. 6. Parrhasius aut Scopas, Hic saxo, liquidis ille coloribus Sollers nunc hominem ponere, nunc deum. *h. e.* formare. *et ibid.* 1. 19. Albanos prope te lacus Ponet marmoream sub trabe citrea. Cf. *eumd. Art. P.* 34. quia ponere totum Nesciet. *Virg.* 3. *Ecl.* 44. Alcimedon duo pocula fecit, Orpheaque in medio posuit silvasque sequentes. Cf. *Plaut. fragm.* apud *Charis.* 2. *p.* 179. *Putsch.* Nihil quidquam factum nisi fabre, nec quidquam positum sine luco, auro, ebore, argento, purpura, picturis etc. *messo a legname lavorato, a oro, ad avorio, ad argento* etc. *Bothe* recte edidit *sine luxu* pro *sine luco.* ¶ 4. Item serere, *piantare. Virg.* 1. *Ecl.* 74. Insere nunc, Melibœe, piros, pone ordine vites. *Colum.* 4. *R. R.* 1. 2. Quid ita censemus altius pastinare, tam humili mensura vitem posituri? *Id.* 10. *ibid.* 122. Atque oleris pulli radix, lacrimosaque cæpa Ponitur. *Horat.* 2. *Od.* 13. 1. Ille et nefasto te posuit die, etc. *Pallad.* 12. *R. R.* 7. 18. Ponere castaneas. *et ibid.* § 23. Hoc mense locis calidis ac siccis regionibus agrestium pirorum plantas ponimus. *Colum. Arbor.* 4. 2. Vinea optime repastinato agro ponitur. *Vulgatum* reponitur *recte improbavit* Gesner., *probante* Schneider. *Virg.* 2. *G.* 354. Seminibus positis, superest etc. *h. e.* surculis plantatis. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 33. 60. (139). Cupressus funebri signo ad domos posita. ¶ 5. *Ponere ova* dicuntur animalia, quæ illa omittunt. *Colum.* 8. *R. R.* 2. 12. Quæ tamen (*gallinæ*) ternæ singulis maritantur: et quum pauca ova posuerunt, inertes ad incubandum, multoque magis ad excludendum, raro fetus suos educant. *Ovid.* 8. *Met.* 255. Non tamen hæc alte volucris sua corpora tollit, Nec facit in ramis altoque cacumine nidos: Propter humum volitat; ponitque in sæpibus ova. ¶ 6. Item est disponere, et præcipue de capillis dicitur. *Ovid.* 2. *Amor.* 8. 1. Ponendis in mille modos perfecta capillis, Comere sed solas digna, Cypassi, deas. *V.* POSITUS, us. *Id.* 1. *Fast.* 405. Naïdes effusis aliæ sine pectinis usu, pars aderant positis arte manuque comis. Cf. *eumd.* 1. *Met.* 477. Vitta coercebat positos sine lege capillos. et *Heroid.* 4. 77. positique sine arte capilli. ¶ 7. Item reponere. — *a*) Generatim. *Pallad.* 2. *R. R.* 15. 4. Sorba servantur hoc genere: lecta duriora, ac posita, ubi mitescere cœperint, fictilibus usque ad plenum clauduntur urceolis. — *b*) Speciatim et sæpius est collocare fenori, *mettere a usura. Cic. fragm. orat. pro Tullio* (edente iterum *A. Maio*) 7. Etiam illud addam, pecuniam nescio quomodo quæsitam dum vult in prædio ponere, non posuit, sed abjecit. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 13. et *Art. P.* 421. Dives agris, dives positis in fenore nummis. *investiti. Id. Epod.* 2. 69. Omnem redegit idibus pecuniam, Quærit calendis ponere. ¶ 8. Item deponere in pignore, *scommettere, metter pegno, deporre. Plaut. Curc.* 2. 3. 77. Pono pallium: ille suum anulum opposuit. *Virg.* 3. *Ecl.* 36. pocula ponam Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis. Cf. *Plaut. Capt.* 2. 3. 73. Cogitato, meam esse vitam hic pro te positam pignori. — Similiter *præmia ponere* est, ut apud *Cæs.* 5. *B. G.* 58., proponere. *Sall. Cat.* 20. *ad fin.* En illa, illa, quam sæpe optatis, libertas, præterea divitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt! Fortuna omnia ea victoribus præmia posuit. *Virg.* 5. *Æn.* 291. Hic qui forte velint rapido contendere cursu, Invitat pretiis animos et præmia ponit. Adde *eumd. ibid.* 486. Sic *Sil. It.* 16. 459. positis accendit pectora donis. Et cum duplici Accus. *Id.* 4. 267. jam nunc tibi præmia pono Illum, Sidonio fulgentem ardore, tapeta. — Huc referri potest et illud *Horat.* 2. *Sat.* 3. 23. Callidus huic signo ponebam millia cantum. ¶ 9. Item apponere, h. e. ad latus, vel circa aliquem ponere. *Cæs.* 1. *B. G.* 20. *extr.* Dumnorigi custodes ponit, ut, quæ agat, scire possit. *Cic. Flacc.* 19. 45. Custos frumento publico-est positus. et *Tibull.* 1. 1. 23. Pomosisque ruber custos ponatur in hortis. et *Sil. It.* 9. 191. Quum ventis positus custos. Rursus *Tibull.* 1. 2. 5. Nam posita est nostræ custodia sæva puellæ. — Similiter *Sall. Jug.* 24. Me, quem vos imperatorem Numidis posuistis, clausum obsidet. *Nepos Hann.* 2. Te ipsum frustraberis, si non Hannibalem in eo bello principem posueris. *Sil. It.* 6. 593. rectorem ponere castris. *Id.* 9. 226. Quis positum agminibus caput imperiumque Neuices. *Curt.* 6. 7. *med.* Nobilis juvenis super armamentarium positus. *Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 12. *ad fin.* Quibus quum parum procederet, ut ulla lege mihi ponerent accusatorem, etc. *Cic. Sull.* 18. 50. Judicem ponere. ¶ 10. Item apponere, h. e. ponere in mensa ante aliquem, *mettere innanzi. Cato R. R.* 79. et 81. Globos melle unguito, papaver infriato: ita ponito. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 23. posito pavone. *Id. ibid.* 4. 14. Ponere ova. *et ibid.* 6. 64. Uncta satis pingui ponentur oluscula lardo. Adde *eumd. ibid.* 8. 91. et *Art. P.* 422. *Ovid.* 1. *Art. am.* 231. positi Bacchi cornua. *Petron. Satyr.* 34. Ponere vinum. *Pers.* 1. 32. calidum scis ponere sumen. *Martial.* 8. 22. Invitas ad aprum, ponis mihi, Gallice, porcum. *Juvenal.* 5. 135. Da Trebio! pone ad Trebium! vis frater ab ipsis Ilibus? *Ovid.* 5. *Met.* 40. Palpitat, et positas aspergit sanguine mensas. *h. e.* paratas, instructas. Cf. *Val. Max.* 2. 6. 1. Jonas secundæ mensæ ponendæ consuetudinem reperisse. ¶ 11. Item deponere, *deporre, metter giù. Cic.* 5. *Tusc.* 20 60. Quum pila ludere vellet, tunicamque poneret. *Id.* 1. *ibid.* 47. 113. Ponere vestem. *Ovid.* 2. *Art. am.* 613. ponere velamina. Similiter *Id.* 4. *Met.* 545. velamina de corpore. *Cæs.* 4 *B. G.* 37. Arma ponere jusserunt. *Liv.* 7. 19. Nisi universa gens, positis armis, in fidem consulis venisset. *Tibull.* 2. 1. 81. sagittas. *Liv.* 30. 8. hastas. *Horat.* 3. *Od.* 4. 60. Numquam humeris (*Apollo*) positurus arcum. *Id. ibid.* 2. 19. Nec sumit, aut ponit secures Arbitrio popularis auræ. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 8. Ponere libros e manibus. Et absolute *Id.* 1. *Tusc.* 11. 24. Dum lego, assentior; quum posui librum,-assensio omnis illa elabitur. *Sueton. Cal.* 5. Ponere barbam. *Horat. Art. P.* 296. ungues. *Id.* 2. *Sat.* 3. 254. insignia morbi. *Ovid.* 11. *Met.* 652. positisque e corpore pennis. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 47. muli clitellas ponunt. — Huc referri potest et illud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 7. 25. 94). Fulgorem carbunculi debere esse candidum positi, extremo visu nubilantem; si attollatur, exardescentem. *posto giù, giacente*, qui sit humi positus, depositus, dejectus. *At* Sillig. *legit*: Fulgorem carbunculi debere candidum esse; ut positus extremo visu nubilantes attollat exardescente fulgore. *h. e.* positus in tabula aliqua. *V.* ibi a *Sillig.* adnotata. ¶ 12. Item componere, sepelire. *Lucret.* 3. 871. ut aut (*homo*) putescat corpore posto. *Virg.* 6. *Æn.* 508. te, amice, nequivi Conspicere, et patriâ decedens ponere terra. Cf. *Ovid.* 8. *Met.* 236. Hunc miseri tumulo ponentem corpora nati Prospexit etc. *Virg.* 4. *Æn.* 681. sic te ut posita crudelis abessem? *h. e.* exanimata, *estinta, caduta morta.* Sic *Stat.* apud *Servium ibid.* positusque beata Morte pater. *Ovid.* 5. *Fast.* 480. positis justa feruntur avis. *sepolti. Ulp. Dig.* 34. 1. 18. *sub fin.* Ubi corpus mecum positum fuerit. *Inscript.* apud *Orell.* 4370. VT QVANDO EGO ESSE DESIERO PARITER CVM EIS (*conjuge et filio*) PONAR. *Alia* apud *eumd.* 4550. IN HAC CVPA MATER ET FILIVS POSITI SVNT. *Alia* apud *eumd.* 4489. CINERES EIVS HIC POSITI SVNT. — *Albinov.* 1. 135. Tene ego sustineo positum scelerata videre? *h. e.* mortuum et lecto compositum ad sepulturam. Sic *ibid.* 249. Nec juvenis positi supremos destrue honores. et *Virg.*

4. *Æn.* 527. pecudes pictæque volucres *etc.* somno positæ sub nocte silenti. *giacenti, coricate, datesi in preda al sonno.* ¶ 13. *Calculos ponere* figurate est rationem inire, expendere, *fare i conti, calcolare. Petron. Satyr.* 1. 5. Si bene calculum ponas, ubique naufragium est. *h. e.* si rem bene expendas, et diligentem rationem ineas. *Plin.* 2. *Ep.* 19. *in fin.* Sed plane adhuc, an sit recitandum, examina tecum, omnesque, quos ego movi, in utraque parte calculos pone: idque elige, in quo vicerit ratio. *Id. Paneg.* 20. Cum imperio calculum ponere. *h. e.* cum principibus ac potentissimis viris. ¶ 14. Item est dare. *Propert.* 2. 10. 29. Osculaque in gelidis pones suprema labellis. Sic *Stat.* 2. *Theb.* 354. et oscula mœstis Tempestiva genis posuit. *Virg.* 6. *Æn.* 610. Aut qui divitiis soli incubuere repertis, Nec partem posuere suis. *Asinius Pollio* apud *Cic.* 10. *Fam.* 32. Ludis prætextam (*h. e.* fabulam præt.) de suo itinere ad L. Lentulum procos. sollicitandum posuit. Et quidem quum ageretur, flevit. ¶ 15. Item demittere, *abbassare. Horat.* 1. *Od.* 3. 15. rabiem Noti, Quo non arbiter Hadriæ Major, tollere, seu ponere vult freta. — Et absolute neutrorum more *Virg.* 7. *Æn.* 27. Quum venti posuere, omnisque repente resedit Flatus. *supple* vim, flatum. Sic 10. *ibid.* 103. Tum Zephyri posuere, premit placida æquora pontus. ¶ 16. Item deorsum mittere, *mandar giù. Seneca Phœniss.* 370. Bruma ter posuit nives. *h. e.* tres jam hiemes transierunt. — Hinc eleganter *posita* dicuntur, quæ cælo delapsa in terra jacent, ut nix, ros, pruina. *Horat.* 3. *Od.* 10. 7. positas ut glaciet nives Puro numine Juppiter. *Ovid.* 2. *Fast.* 72. posita sub nive terra latet. *et* 6. *ibid.* 200. Factaque erit posito rore bis uda seges. *Propert.* 1. 8. 7. pedibus positas calcare pruinas.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim morali ratione *ponere* est aliquid aliqua in conditione statuere. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. et *Cic.* 1. *Off.* 24. 84. et *Senect.* 4. 10. Unus homo nobis cunctando restituit rem. Nœnum rumores ponebat ante salutem. *Cic.* 2. *Phil.* 45. 115. Recordare igitur illum diem, quo *etc.*-; pone ante oculos lætitiam senatus populique Romani etc. Sic *Id.* 1. *Parad.* 2. 11. Ponite ante oculos unumquemque regum. *Id.* 1. *Ordt.* 43. 192. Omnia sunt posita ante oculos, collocata in usu quotidiano. *esposte. Id.* 4. *Tusc.* 29. 62. Humana in conspectu posita natura. *et* 3. *Orat.* 40. 161. Illa vero oculorum multo acriora, quæ ponunt pæne in conspectu animi, quæ cernere et videre non possumus. et *Q. Cic. Petit. cons.* 1. 1. Ut ea, quæ in re dispersa atque infinita viderentur esse, ratione et distributione sub uno adspectu ponerentur. *Id.* 6. *Att.* 6. At te apud eum, dii boni! quanta in gratia posui. *ti ho messo in grazia.* Sic *Id.* 5. *ibid.* 11. Apud Patronem te in maxima gratia posui. et *Id.* 5. *ibid.* 3. Apud Lentulum ponam te in gratiam. *Ernestus* malebat *in gratia.* Cf. *Plaut. Trin.* 3. 3. 11. Hoc ego vereor, ne istæc pollicitatio Te in crimen populo ponat atque infamiam. *h. e.* apud populum. *Cic. Sext.* 66. 139. Neque eos in laude positos videmus. *h. e.* laudatos. *Id. Topic.* 13. 55. Hunc metuere, alterum in metu non ponere. *h. e.* non metuere. *Id.* 2. *Fin.* 22. 72. Quarum omnium (*virtutum*) fundamenta vos in voluptate, tamquam in aqua, ponitis. Sic *Id. Pis.* 4. 9. Ergo his fundamentis positis consulatus tui. *Curt.* 6. 10. *a med.* Sin autem in illo fortunæ gradu positum venerari necesse erat. etc. *Cic. Orat.* 59. 199. Ponendus est ille ambitus, non abjiciendus. *Seneca* 1. *Ira* 7. Ponere se in possessione. *Quintil.* 9. 3. 71. Ponere in distinguendum. *h. e.* distinguendi causa. — *Cic.* 9. *Fam.* 15. *a med.* Et quidem quum in mentem venit, ponor ad scribendum. *h. e.* quum venit in mentem Cæsari, qui senatusconsulta domi suæ scribenda curat, ponitur nomen meum, quasi in senatu scribendo adfuerim. *V.* ADSUM. — Pro exponere, objicere, *esporre. Plaut. Capt.* 3. 5. 29. Meumque potius me caput periculo præoptavisse, quam is periret, ponere. ¶ 2. Speciatim *ponere aliquid in aliqua re,* constituere, reponere, *mettere, riporre. Cic.* 2. *Att.* 23. *ad fin.* Credibile non est, quantum ego in consiliis et prudentia tua, quantum in amore et fide ponam. *Id.* 6. *ibid.* 1. In Pompejo te spem omnem otii ponere non miror. Sic *Cæs.* 5. *B. G.* 34. Omnem spem salutis in virtute ponere. *Id. ibid.* 48. Unum communis salutis auxilium in celeritate ponebat. Cf. *Sil. It.* 15. 571. Age, perge, salutem Ausoniæ ancipites Superi, et, stet Roma cadatne, In pedibus posuere tuis. *h. e.* omnis spes victoriæ et fortunæ in celeritate posita est. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 28. 92. Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videte etc. *Curt.* 5. 5. *med.* Qui multum in suorum misericordia ponunt, ignorant, quam celeriter lacrimæ inarescant. — Similiter Particip. præter. pass. *Cic. Flacc.* 1. 3. Ut omnia reipubl. subsidia, salutem præsentium, spem reliquorum, in vestris sententiis positam esse et defixam putetis. *Id.* 2. *leg. Agr.* 9. 22. Ceteri fructus omnium rerum, qui in spe legis hujus positi sunt, communi cautione atque æqua ex parte retinentur. *Id.* 16. *Att.* 16. 8. *extr.* Omnia posita putamus in Planci tui liberalitate. *Id. Orat.* 8. 27. Demosthenes negat in eo positas esse fortunas Græciæ, hoc an illo verbo usus sit. *Id.* 1. *ad Brut.* 10. *circa med.* Quandoquidem potentia jam in vi posita est et armis. *consiste, è fondata. Id.* 16. *Att.* 16. 8. § 8. In te positum est, ut nostræ sollicitudinis finem quamprimum facere possimus. *sta in tua mano il fare, che* etc. Cf. *Sil. It.* 14. 666. Ausonius ductor, postquam sublimis ab alto Aggere despexit trepidam clangoribus urbem, Inque suo positum nutu, stent mœnia regum, An nullos oriens videat lux crastina muros, Ingemuit etc. — *Liv.* 34. 5. Ut in dubio poneret, utrum id matronæ sua sponte, an nobis auctoribus fecissent. *Id. præfat.* § 8. Sed hæc et his similia, utcumque animadversa et existimata erunt, haud in magno equidem ponam discrimine. ¶ 3. Item speciatim de tempore, cura, sumptu, est consumere, adhibere, *consumare, passare, adoperare, usare, impiegare, mettere. Cic.* 3. *Orat.* 5. 17. Cotta dicebat, omne illud tempus meridianum Crassum in acerrima atque attentissima cogitatione posuisse. *Id. Brut.* 22. 87. Unum medium diem fuisse, quem totum Galbam in consideranda causa componendaque posuisse. *Id.* 6. *Att.* 2. *circa med.* Ibi quum Junium mensem consumpsissem, cogitabam, Quintilem in reditu ponere. *Id.* 5. *Fam.* 21. Unum tecum diem libentius posuerim, quam etc. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 112. otia recte ponere. *Cic. Mur.* 22. 45. Ut candidatus totum animum, atque omnem curam, operam, diligentiamque suam in petitione non possit ponere. Sic *Id.* 1. *Divinat.* 42. 93. Omnem curam in siderum cognitione posuerunt. *Id.* 1. *Tusc.* 19. 44. Totosque nos in contemplandis rebus perspiciendisque ponemus. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 1. 2. Præstabo, sumptum nusquam melius posse poni. *Id.* 13. *Fam.* 64. *extr.* Si eum adjuveris eo studio, quo ostendisti, apud ipsum præclarissime posueris. Sic *Q. Cic. Petit. cons.* 12. 47. C. Cotta-dicere solebat, se operam suam, quoad non contra officium rogaretur, polliceri omnibus; impertire iis, apud quos optime poni arbitraretur. Rursus *Cic.* 13. *Fam.* 54. A te peto, quoniam apud gratos homines beneficium ponis, ut eo libentius iis commodes operamque des, quoad fides tua patietur. *et ibid.* 26. *ad fin.* Scriberem, quam id beneficium apud Mescinium positurus esses, nisi etc. Similiter *Id.* 13. *Fam.* 56. Apud gratissimum hominem atque optimum virum, quam bene positurus sis studium tuum atque officium, dubitare te non existimo. ¶ 4. Item censere, reputare, judicare, numerare. — *a)* Cum præpos. *in* et Ablativo. *Sall. Jug.* 17. In divisione orbis terræ plerique in parte tertia Africam posuere. *Cic.* 15. *Fam.* 4. *a med.* Quæ ego in beneficii loco non pono, sed in veri testimonii atque judicii. *Id.* tamen 6. *ibid.* 1. Quod ego quasi consolationis loco pono. Ceterum *Id.* 3. *Fin.* 8. 29. Qui mortem in malis ponit. *Id.* 2. *Cat.* 9. 20. Quos ego utrosque in eodem genere prædatorum direptorumque pono. *Id. Cluent.* 20. 57. Ut, quæcumque dicendi potestas esset data, in honore atque in beneficio ponerent. *Id. Topic.* 18. 71. Si consilio juvare cives et auxilio, æqua in laude ponendum *est. Nepos Epam.* 1. Scimus musicen nostris moribus abesse a principis persona: saltare vero etiam in vitiis poni. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 286. hoc quoque vulgus Chrysippus ponit fecunda in gente Meneni. *h. e.* ponit in magno numero insanorum. — *b)* Cum Accus. et præpos. *inter. Horat.* 4. *Od.* 3. 13. Romæ, principis urbium, Dignatur suboles inter amabiles Vatum ponere me choros. *Id.* 2. *Ep.* 1. 43. Iste quidem veteres inter (*poetas*) ponetur honeste. — *c)* Cum duplici Accusat. *Nepos Thrasyb.* 1. Hunc primum omnium ponam. *Id. Alcib.* 3. Neque si par quisquam poneretur. *Id. præf. a med.* Quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia atque ab honestate remota ponuntur. — *d)* Cum Infinito. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 10. 36. Neutra autem in mediis relinquebat, in quibus ponebat, nihil omnino esse momenti. ¶ 5. Item est imponere, dare, statuere, sancire. *Cic.* 7. *Verr.* 11. 28. Illis diligenter legibus, quæ in poculis ponebantur, obtemperabat. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 105. Oppida cœperunt munire, et ponere leges, Ne quis fur esset; etc. et *Sil. It.* 13. 533. ponere leges gentibus. *Tac.* 5. *Hist.* 5. *extr.* Liber festos lætosque ritus posuit: Judæorum mos absurdus sordidusque. *piantò, istituì. Quintil.* 8. 3. 36. Ponere alia, quam quæ illi primi fecerunt, fas non est. *h. e.* nova verba fingere. — Sic de pretio alicujus rei constituendo. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 23. Callidus huic signo ponebam millia centum. ubi *Heindorfius* laudat illud *Senec. Ep.* 87. Quis pleno sacculo ullum pretium ponit, nisi quod pecuniæ in eo conditæ numerus effecit? — Generatim. *Cic.* 10. *Att.* 18. Ut male posuimus initia, sic cetera sequuntur. *Id.* 1. *Nat. D.* 17. 44. Sunt enim rebus novis nova ponenda nomina. *Id.* 3. *Tusc.* 5. 10. Qui hæc rebus nomina posuerunt. *Virg.* 7. *Æn.* 63. Laurentesque ab ea nomen posuisse colonis. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 48. qui tibi nomen Insano posuere. — Similiter *rationem ponere alicujus rei* vel *cum aliquo,* est inire, *stabilire i conti, rendere i conti. Colum.* 1. *R. R.* 3. 2.; *Sueton. Oth.* 7.; et *Dig.* 45. 3. 89. ¶ 6. Item, quum de sermone agitur, est dicere, pronunciare, pro certo asserere, *dire, scrivere, mettere per certo:* ad rem *Cic.* 2. *Fin.* 2. 4. Hoc positum in Phædro a Platone probavit Epicurus. *detto, scritto. Id.* 2. *Nat. D.* 12. 32. Hunc autem metum (*Plato*) in solis animis esse posuit. *Id.* 2. *Legg.* 3. 6. Recte Magnus ille noster, me audiente, posuit in judicio, rempubl. nostram justissimas huic municipio gratias agere posse, quod etc. *Id.* 1. *Fam.* 9. *a med.* Quamobrem, ut paullo ante posui, si essent omnia mihi solutissima, tamen etc. *Id.* 2. *Fin.* 31. 100. Hoc ipsum elegantius poni meliusque potuit. *Liv.* 10. 9. *ad fin.* Id ne pro certo ponerem, vetustior annalium auctor Piso effecit. *Juvenal.* 1. 155. Pone Tigellinum: tæda lucebis in illa, etc. *h. e.* dic, vel scribe aliquid in Tigellinum. *Cic. Brut.* 45. 165. Etsi non fuit in oratorum numero, tamen pono, satis in eo fuisse orationis atque ingenii, quo et magistratus personam, et consularem dignitatem tueretur. ¶ 7. Item fingere, et quod in scholis dicunt, supponere, *fingere, supporre: fac* etiam hoc sensu dicimus, et Græce τίθει. *Ter. Phorm.* 4. 3. 23. Sudabis satis, si cum illo inceptas homine: ea eloquentia est. Verum pone, esse victum eum: at etc. *Ulp. Dig.* 47. 10. 5. *circa med.* Ponamus, studiorum causa Romæ agere. — Hoc posito, *posto ciò, ciò supposto, posto per vero. Cic.* 3. *Fin.* 8. *a med.* Quo posito et omnium assensu approbato, illud assumitur, etc. *Id.* 1. *Divinat.* 52. 118. Hoc posito atque concesso, etc. Sic *Cæcin.* 11. 32. Est hæc res posita, quæ ab adversario non negatur, Cæcinam pulsum prohibitumque esse. *et Orat.* 4. 14. Positum sit igitur in primis (quod post magis intelligetur) sine philosophia non posse

effici, quem quærimus, eloquentem. ¶ 8. Item proponere, in medium afferre, *proporre*. *Cic.* 2. *Orat.* 1. 2. Intelleximus, illum (*Crassum*) doctoribus nostris ea ponere in percontando eaque ipsa omni in sermone tractare, ut nihil esse ei novum, nihil inauditum videretur. *Id. Fat.* 2. 4. Hanc Academicorum contra propositum disputandi consuetudinem indicant te suscepisse Tusculanæ disputationes; ponere aliquid, ad quod audiam, si tibi non est molestum, volo. *Id.* 1. *Tusc.* 4. 7. Ponere jubebam, de quo quis audire vellet: ad id aut sedens, aut ambulans disputabam. *Id.* 1. *Orat.* 22. 102. Ponere alicui quæstiunculam. *Petron. Satyr.* 115. Quum ponere mus consilium, cui nos regioni crederemus. *Seneca Suasor.* 6. *in fin.* Solent scholastici declamatores ponere: Deliberat Cicero, an promittente salutem Antonio, orationes suas comburat. *mettere, proporre questo tema,* etc. — Et passive impersonaliter. *Cic. Amic.* 5. 17. Doctorum est ista consuetudo eaque Græcorum, ut iis ponatur, de quo disputent quamvis subito. ¶ 9. Item deponere, *deporre, metter giù.* — *a*) Generatim et sæpissime de animi affectibus. *Cœlius* apud *Cic.* 8. *Fam.* 6. Ponere inimicitias. *Cic.* 3. *Tusc.* 28. 66. dolorem. *Liv.* 1. 19. curam. Rursus *Id.* 7. 32. Positis omnium aliarum rerum curis. *Cic.* 3. *Orat.* 12. 46. vitia. *Horat.* 4. *Od.* 12. 25. moras et studium lucri. *Id.* 1. *Ep.* 1. 10. versus et cetera ludicra. *Id.* 3. *Od.* 10. 9. superbiam. *Id. Art. P.* 160. iram. *Id. ibid.* 469. mortis amorem. *Ovid. Remed. am.* 63. amorem. *Id.* 1. *Met.* 736.; et *Plin.* 5. *Ep.* 6. metum. *Sil. It.* 8. 95. spem. *Liv.* 8. 1. animos feroces. *Virg.* 1. *Æn.* 302. corda ferocia. — *b*) Speciatim de vita. *Cic.* 9. *Fam.* 24. *in fin.* Si in hac cura atque administratione vita mihi ponenda sit, præclare actum mecum putem. *Sil. It.* 10. 302. ponere animam. *Id.* 13. 473. Regia quum lucem posuerunt membra, etc. *h. e.* quum mortua sunt. — *c*) Item de bello. *Sall. Jug.* 112. Dicitque sibi per Dabarem ex Sulla cognitum, posse condilionibus bellum poni. *Id. fragm. Histor.* 1. 8. *Kritz.* Dum metus a Tarquinio et bellum grave cum Etruria positum est. *Tac.* 2. *Hist.* 52. Posito ubique bello magna pars senatus extremum discrimen adiit. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 93. Ut primum positis nugari Græcia bellis Cœpit. *Sil. It.* 4. 397. ponere prælia. *h. e.* cessare a pugna. Cf. *Liv.* 3. 30. Posito legis certamine. Huc referri potest et illud *Propert.* 2. 1. 36. Et sumpta et posita pace fidele caput. — *d*) Apud *Sueton. Ner.* 22. ponere rudimentum. *et* apud *Justin.* 12. 4. 6. tirocinium. *h. e.* exire, exuere. — *e*) *Sil. It.* 2. 460. tandem æquore vano Avertunt oculos frustrataque littora ponunt. *h. e.* desinunt spectare litora, unde exspectabant auxilium. *Burmann.* mallet *lumina ponunt,* quod certe est mollius.

PONS, pontis, m. 3., quod alii ducunt a *πόρος transitus,* alii a *pendeo,* est omne id, quo super flumen, vel foveam, vel simile quid transimus, *γέφυρα* (It. *ponte*; Fr. *pont*; Hisp. *puente*; Germ. *die Brücke*; Angl. *a bridge*). ¶ 1. Generatim. *Cæs.* 1. *B. G.* 13.; *Nepos Miltiad.* 3.; et *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 15. Pontem in flumine facere. *Flor.* 1. 4. Interfluentem Urbi Tiberinum ponte commisit. *Cic.* 6. *Verr.* 52. 117. Pars oppidi, quæ appellatur Insula, mari disjuncta angusto, ponte rursus adjungitur et continetur. *Tac.* 4. *Hist.* 77. Pons, qui ulteriora coloniæ annectit. *Liv.* 26. 6.; et *Tac.* 15. *Ann.* 9. Pontem injicere. *gettare.* Sic *Sueton. Cal.* 22. *extr.* Super templum divi Augusti ponte transmisso, Palatium Capitoliumque conjunxit. *Id. ibid.* 19. Bajarum medium intervallum trium millium et sexcentorum fere passuum ponte conjunxit. *Curt.* 5. 1. *a med.* Pons lapideus flumini impositus jungit urbem. (Sic *Inscript.* apud *Gruter.* 162. 4., quæ est apud *Orell.* 163. AQVIPLAVIENSES PONTEM LAPIDEVM DE SVO F. C. Adde *Inscript.* apud *Cavedoni, Marm. Moden. p.* 203.). *Pons saxeus* apud *Lucan.* 4. 15. Saxeus ingenti quem (*Sicorim*) pons amplectitur arcu. *Curt.* 3. 7. et 4. 9. Ponte fluvium jungere. *Tac.* 13. *Ann.* 39. amnem transgredi. *Plin.* 8. *Ep.* 8. flumen transmittere. *Flor.* 4. 12. trajicere. *Tac.* 2. *Ann.* 68. (et *Quintil.* 2. 13. 16.). Pontem rumpere. *Id.* 3. *Hist.* 6. *extr.* et 4. *ibid.* 70. abrumpere. *tagliare. Curt.* 4. 16. recidere. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 23., et *Cæs.* 1. *B. C.* 16. interrumpere. *Cic.* 2. *Legg.* 4. 10. interscindere. *Virg.* 8. *Æn.* 650. vellere. *Nepos Miltiad.* 3. rescindere. *Id. Themist.* 5. dissolvere. *Tac.* 1. *Ann.* 69. solvere. *Id.* 13. *ibid.* 7. per amnem jungere. *et* 6. *ibid.* 37. navibus efficere. *Id.* 12. *ibid.* 57. Inditis pontibus (*in lacu*) pedestrem ad pugnam. *Justin.* 2. 10. 24. Xerxes quædam maria pontibus sternebat. *Auct. B. G.* 8. 14. Pontibus palude constrata, exercitum transducit. *Ammian.* 17. 10. *init.* Contexto navali ponte Rheno transito. Sic *Id.* 21. 7. 7. Euphrate navali ponte transcurso. *Inscript.* apud *Orell.* 3176. C. COESIO A. F. OVF. PAT. MVNIC. CVRATORI VIARVM ET PONTIVM VMBRIAE ET PICENI etc. — Pontis ex tabulato confecti super Tiberim habes descriptionem apud *Cassiod.* 12. *Variar.* 19. — In pontibus fluminum stabant mendici stipem petentes. *Seneca Vit. beat.* 25. In Sublicium pontem me transfer, et inter egentes abjice. *Juvenal.* 4. 116. dirusque a ponte satelles. Adde *eumd.* 14. 134.; et *Martial.* 10. 5. et 12. 32. *extr.* — In pontium transitu erat etiam olim, qui a transeuntibus vectigal exigeret. *Seneca Const. sap.* 14. Nec indignabitur aliquid impendere, ut limen transeat, cogitans, et in pontibus quibusdam pro transitu da i. — Ubi ait *Horat.* 2. *Sat.* 2. 31. Unde datum sentis, lupus hic Tiberinus, an alto Captus biet? pontesne inter jactatus, an amnis Ostia sub Tusci? *pontes* intelligit in Tiberi, de quibus *V.* LUPUS. ¶ 2. Speciatim, Romæ comitiorum tempore in campo Martio, aut in foro pontes ad tempus constituebantur, h. e. tabulata angusta, et a solo excitata, in morem pontis, per quæ populus suffragia laturus de sæpto in sæptum transibat, acceptis tabellis, quæ a diribitoribus ex ipsis pontibus distribuebantur. *Cic.* 1. *Att.* 14. *a med.* Consul lator rogationis, idem erat dissuasor. Operæ Clodianæ pontes occuparant: tabellæ ministrabantur, ita ut nulla daretur, Uti rogas. *V.* MARIUS in ONOM. — Narrant autem, ut est apud *Festum p.* 334. 11. *Müll.* ex *Sinnio Capitone,* quum primum per pontes suffragia ferri cœpta sunt, juniores conclamavisse, ut de ponte dejicerentur sexagenarii, qui jam nullo publico munere fungerentur, ut ipsi potius sibi, quam illi deligerent imperatorem. *Ovid.* 5. *Fast.* 633. Pars putat, ut ferrent juvenes suffragia soli, Pontibus infirmos præcipitasse senes. ¶ 3. Item speciatim, de via lignis strata in locis paludosis. *Tac.* 1. *Ann.* 63. Pontes longos quam maturrime superare: angustus is trames vastas inter paludes, et quondam a L. Domitio aggeratus. ¶ 4. De iis, quibus in navem ascenditur. *Virg.* 10. *Æn.* 653. Forte ratis celsi conjuncta crepidine saxi Expositis stabat scalis, et ponte parato. *et* 10. *ibid.* 287. socios de puppibus altis Pontibus exponit. ¶ 5. De tabulatis navium. *Tac.* 2. *Ann.* 6. Multæ (*naves*) pontibus stratæ, super quas tormenta veherentur. ¶ 6. Sunt etiam *pontes* tabulata, quibus turres instruuntur: ut *Servius* docet ad illud *Virg.* 9. *Æn.* 530. Turris erat vasto suspectu et pontibus altis. Sic *Id.* 12. *ibid.* 674. Turrim, compactis trabibus quam eduxerat ipse, Subdideratque rotas, pontesque instraverat altos. ¶ 7. Item qui de turri ligulea ex superiore ejus parte trochleis laxatur, et muro obsessæ urbis imponitur, ut per illum obsidentes mœnia invadant: qui a *Veget. 4. Milit.* 21. *samluca* et *exostra* dicitur. *Sueton. Aug.* 20. Et crus et utrumque brachium ruina pontis consauciatus. *Plin.* hoc idem narrans 7. *Hist. nat.* 45. 46. (148). ruina e turri periclitatum dicit. *Harduin.* autem ex *Dione l.* 49. *c.* 35. et *Appiano Illyr. c.* 20. docet, turris pontem intelligendum esse. Hinc corrigendus est error *Flori* 4. 12., ubi perperam narrat, id accidisse in trajectu fluminis. Similes his sunt pontes in illo *Tac.* 4. *Ann.* 51. In vallum manualia saxa, præustas sudes jacere, complere fossas, pontes et scalas inferre propugnaculis. *nempe* tabulata trajiciendæ fossæ et scandendo vallo apta. ¶ 8. In illo *Virg.* 9. *Æn.* 169. nec non trepidi formidine portas Explorant, pontesque et propugnacula jungunt: *pontes* intelligit *Servius,* qui fiunt in muris angustioribus, ut sit facilior transitus ad divisas muri partes. Horum fit mentio et apud *Stat.* 10. *Theb.* 879. — *NB.* De nom. propr. in re geograph. *V.* ONOM.

PONTĀNUS, a, um, adject. *V.* PONTIUS.

PONTĀRĬUS *pro* punctarius, ii, m. 2. gladiator, qui punctim ferit, *che si batte a stoccate,* seu potius qui leves conserit pugnas, quas *Paul. Diac. p.* 243. 9. *Müll.* appellat *punctariolas,* atque adeo is esse videtur, qui pungendo tantum adversarium suum vincit; idemque forte habendus cum gladiatore ludicro, qui voce Græcanica *pœgniarius,* Latina vero *punctarius* dicitur, qui nempe non gladio, sed palo pugnat. *V.* PALUS, i. *Inscript.* apud *Gud.* 106. 1. PRIMO DVVMVIRATV APOLLINARIBVS IN FORO POMPAM TAVROS TAVROCENTAS SVCCVRSORES PONTARIOS PARIA III. PVGILES CATERVARIOS ET PVCTAS (*dedit*). SECVNDO DVVMVIRATV IN SPECTACVLIS ATHLETAS PARIA XXX. GLAD. PAR. V. etc.

PONTĬCŬLUS, i, m. 3. deminut. pontis, *ponticello, γεφύριον,* pons exiguus. *Cic.* 5. *Tusc.* 20. 59. Ejusque fossæ transitum ponticulo ligneo conjunxisset. *Catull.* 17. 3. Crura ponticuli adsulitantis. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 11. More ponticulorum binis saxis pilarum vice constitutis. *Inscript.* apud *Murat.* 598. Ponticulus lapideus. Adde *Sueton. Cæs.* 31.

PONTĬFEX, tificis, m. 3. *pontefice, ἱερεύς,*

I.) Proprie est sacer magistratus, sacrorum præses, antistes, magister religionis. De notatione ita *Varro* 5. *L. L.* 83. *Müll.* Sacerdotes universi a sacris dicti: pontifices, ut Q. Scævola pontifex maximus dicebat, a posse et facere ut potifices: ego a ponte arbitror; nam ab his Sublicius est factus primum, ut restitutus sæpe, quum in eo sacra et uls et cis Tiberim non mediocri ritu fiant. — *a*) Universim. *Cic.* 2. *Legg.* 8. 20. Divis aliis alii sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunto. *Id. Harusp. resp.* 6. 12. Meam domum P. Lentulus consul et pontifex, L. Lentulus flamen Martialis, L. Claudius rex sacrorum, Q. Cornelius, Q. Terentius pontifices minores, omni religione liberaverunt. *Id.* 3. *Orat.* 19. 73. Ut pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tres viros epulones esse voluerunt, quum essent ipsi a Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti; sic etc. *Ovid.* 6. *Fast.* 454. factum dea rapta probavit, Pontificisque sui munere tuta fuit. *Horat.* 3. *Od.* 23. 12. Victima pontificum securim cervice tinget. *Id.* 2. *ibid.* 14. *extr.* et mero Tinget pavimentum superbo, Pontificum potiore cœnis. *h. e.* quæ dabantur a pontificibus, quum sacerdotium inibant. *V.* ADITIALIS. — *b*) Speciatim, pontifices diu, præterquam e patribus, creari non licuit. Sed ann. U. C. CCCCLIV. M. Valerio et Q. Apulejo Coss. etiam plebs ad hujusmodi sacerdotium admissa est. *Liv.* 10. 6. Omnibus unus præfectus fuit a Numa, isque *pontifex maximus* appellatus; eorum primus fuit Martius Martii filius, Numæ gener. Adde *eumd.* 1. 20. — *c*) Si *Liv.* 10. 6. audias, fuerunt ab initio quatuor; si *Cic.* 2. *de Rep.* 14. (edente *A. Maio*), quinque. Postquam autem cum plebe quoque communicatus pontificatus est, quatuor alios creari ex plebe pontifices placuit. *Liv. loc. cit.,* mox eorum numerum L. Sulla dictator ita auxit, ut essent XV. *Id. Epit.* 89.: hi pontifices majores sunt appellati. Alii vero erant pontifices minores, qui majorum scribæ fuisse videntur. Ait enim *Capitolin. Macrin.* 7., Opilium Macrinum, quum scriba pontificum esset, (quos hodie pontifices minores vocant) pontificem maximum appellasse senatum, Pii nomine decreto. *Cic. Harusp. resp.* 6. 12. et *Liv.* 22. 57.; quot autem hi numero essent, incompertum se habere testatur *Noris. Cenotaph. Pis. p.* 63., *Cic.* quidem *loc. cit.* tres tantum nominat. — *d*) Etiam in municipiis et coloniis erant pontifices, qui sex erant Capuæ, ut affirmat *Cic.*

2. *leg. Agr.* 35. 96. Horum primus *præfectus sacrorum* dicebatur. *Inscript.* apud *Gruter.* 411. 3. et alia apud *Murat.* 763. 5. — *e*) In nummis et veterib. monumentis pontificatus maximi symbola sunt simpulum, instrumentum illud aquæ lustrali aspergendæ, quod Græci περιῤῥαντήριον, Itali *aspersorio* dicunt, securis, et apex; pontificatus vero majoris, simpulum tantum, quandoque etiam securis et secespita: ut probat *E. Borghesius Dec. numism.* 7. *n.* 7.: prioris symbola videre est in nummis G. Juliæ apud *Morell. tab.* 4. *n.* 7., alterius in nummis G. Corneliæ apud *eumd. tab.* 2. *n.* 5. — *f*) Pontificum collegium honoratius erat ex quatuor collegiis, quæ *Sueton. Aug.* 100. *summa* appellat, nempe pontificum, augurum, quindecemvirorum sacris faciundis, septemvirum epulonum, quibus postea accessit collegium sodalium Augustalium. *Tac.* 3. *Ann.* 64. Hi summam potestatem habebant, et præerant omnibus sacris publicis privatisque. Leges etiam de sacris ferre solebant, deque omnibus causis ad sacra pertinentibus ipsi tamquam supremi judices cognoscebant: qua in re et mulctandi jus habebant, quum ipsi nulli mulctæ nulliusque arbitrio obnoxii essent. *Liv.* 1. 20. — *g*) Pontifex maximus dicitur, inquit *Paul. Diac. p.* 126. 10. *Müll.*, quod maximus rerum, quæ ad sacra et religiones pertinent, judex sit, vindexque contumaciæ privatorum magistratuumque. Hujusque rei exempla habemus apud *Val. Max.* 1. 1. *n.* 2. et *Macrob.* 1. *Saturn.* 16., quibus locis et in privatos et in magistratus imperium exercuisse pontifices legimus, quum de religione ageretur. Creabatur a populo in comitiis, ut apparet ex *Liv.* 25. 5. et *Cic.* 2. *leg. Agr.* 7. 18. Habebat ex Numa sacra omnia exscripta exsignataque, quibus diebus, quæ ad templa, quibus hostiis sacra fieri deberent, atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur. Hinc commentarii, et apud *Liv.* 4. 3. libri pontificum, et *Horat.* 2. *Ep.* 1. 26. Retinebat dignitatem tota vita: prætexta utebatur. Vestales eligebat, capiebatque: edicebat comitia, iisque præerat regis sacrorum, et flaminum creandorum causa: intercrat arrogationibus et adoptionibus lege curiata factis, ne sacra privata familiarum aliquid detrimenti caperent. Alia multa ad eum pertinentia *V.* apud *Pitisc.* et alios. — Etiam in municipiis et coloniis *pontifex maximus* erat. *Inscript.*, quæ pertinet ad Hipponium seu Vibonem Valentiam, nunc *Montelione* in Bruttiis, edita in *Mem. dell' Institut. archeol. T.* 1. *p.* 192. L. LIBERTIVS C. F. FON. MAX. IIII. VIR I. D. Q. C. F. *h. e.* pontifex maximus, quatuor vir juri dicundo, quinquennalis censoria potestate.

II.) Translate, *pontifex* pro episcopo, *vescovo*, apud Christianos. *Sidon. carm.* 16. 6.

PONTĬFĬCĀLIS, e, adject. *pontificale, ἱερατικός*, ad pontificem pertinens. *Cic.* 2. *Legg.* 21. 52. Si pontificalis maneret auctoritas. *Ovid.* 1. *Fast.* 462. Arcadiæ sacrum pontificale deæ. *et* 3. *ibid.* 420. Accessit titulis pontificalis honos. *h. e.* honor pontificatus maximi, quem Augustus post Lepidi mortem assumpsit, quod ceteri deinceps imperatores fecerunt. *Liv.* 10. 7. *a med.* Pontificalia atque auguralia insignia. *Sueton. Aug.* 44. Pontificales ludi. *h. e.* editi a pontif. max. initio honoris initi. *Auson. Grat. act.* 18. Pontificalia comitia. *h. e.* quibus præerat pontifex maximus majoribus pontificibus creandis. In *fragm. Festi*: Pontificale pomœrium appellabant locum illum, agrumque prope murum, in quo pontifices sua constituerent auspicia. *Hoc* Festi fragm. *nullibi inveni.*

PONTĬFĬCANS, antis, particip. ab inusit. *pontificor*, pontificatu fungor. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 735. *n.* 463. IMPERANTE D. N. IVSTINIANO PIISSIMO AVG. ANN. EIVS CONSVLATVS QVARTO PONTIFICANTE APOSTOLICO VIRO DOMNO SERGIO PP. ANNO SECVNDO. Hæc pertinet, si ratio habeatur consulatus quarti Justiniani Aug. II., ad annum a Chr. n. DCLXXXVIII., quo Sergius I. Papa fuit anno II.

PONTĬFĬCĀTUS, us, m. 4. *pontificato, ἀρχιερωσύνη*, pontificis munus et dignitas. *Cic. Harusp. resp.* 9. 18. Qui statas solemnesque cæremonias pontificatu, rerum bene gerendarum auctoritates augurio contineri putarunt. *Vellej.* 2. 59. 3. Pontificatus sacerdotio puerum honoravit. *Tac.* 1. *Hist.* 77. Otho pontificatus auguratusque honoratis jam senibus, cumulum dignitatis addidit. *Sueton. Cal.* 12. Priusquam inauguraretur, ad pontificatum traductus est. *Id. Aug.* 31. Postquam vero pontificatum maximum, mortuo Lepido, suscepit etc. *Id. Cæs.* 13. Deposita provinciæ spe, pontificatum maximum petiit. Adde *eumd. ibid.* 46., *Vitell.* 11. et *Tit.* 9.

PONTĬFĬCĬUM, ii, n. 2. proprie est auctoritas et potestas pontificis in rebus sacris.

I.) Proprie. *Solin.* 16. *extr.* Devotionis, quam peregre prosequebantur, pontificium mox intra fines suos receperunt. *Imppp. Gratian., Valentinian. et Theodos. Cod. Theod.* 16. 5. 13. Omnes, qui harum professionum vel pontificium sibi, vel ministerium vindicarunt.

II.) Translate sumitur pro munere, facultate, potestate, jure faciendi aliquid. *Gell.* 1. 13. Re semel statuta deliberataque, ab eo, cujus id negotium pontificiumque esset, etc. *Symmach.* 3. *Ep.* 17. Pontificio iterati honoris auctus. *et* 10. *Ep.* 44. (*al.* 51.) *a med.* Ut æternitati vestræ causæ istius pontificium reservarem. *Imp. Constantin. Cod. Theod.* 8. 18. 1. Ut fruendi pontificium habeant, alienandi eis licentia derogetur. *Arnob.* 2. 65. Ut enim dii certi certas apud vos habent tutelas, licentias, potestates; ita unius pontificium Christi est dare animis salutem.

PONTĬFĬCĬUS, a, um, adject *pontificale*, pontificalis. *Cic. Dom.* 14. 36. Nego, istam adoptionem pontificio jure esse factam. *Id.* 1. *Nat. D.* 30. 84. Pontificii libri. Adde *eumd.* 2. *de republ.* 31. et *fragm.* apud *Non. p.* 174. 7. *Merc.* — De pede pontificio, *V.* SPONDÆUS.

PONTĪLIS, e, adject. ad pontem pertinens. *Veget.* 1. *Veterin.* 56. (2. 28. 2. *Schneid.*) Ut stratum pontilibus emineat. *Id.* 2. *ibid.* 58. (3. 58. 1. *Schneid.*) Roboreis pontilibus stabula consternantur. Ita pro *pontibus* edidit *Schneiderus*, quod idem conjecerat *Gesnerus*. In simili loco *Colum.* 6. *R. R.* 30. 2. Stabula roboreis assibus constrata. et *Pallad.* 1. *R. R.* 21. Planæ roborei supponantur stationibus equorum.

PONTĬUS, a, um, adject. ad pontem pertinens. *Probus* seu *Grammat. Vatic.* editus ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 5. *p.* 184. Hæc derivatio nominum biformi specie nascitur, ut puta, a *monte montius* et *montanus*, a *ponte pontius* et *pontanus*.

PONTĪVĂGUS, a, um, adject. qui per pontum vagatur, vel mari gaudet. Absolute more substantivi usurpat *Auct.* incertus *epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 487. *Burmann.* Lustrent pontivagi Cumani litoris antra, Indigenæ placeant plus mihi deliciæ.

PONTO, ōnis, m. 3. *pontone*, navis transvehendis jumentis et vehiculis accommodata: sive intelligas tabulatum duobus lintribus simul colligatis fultum; cujusmodi hodieque utimur trajiciendis fluminibus, ubi pontes non sunt, religato ad utramque ripam fune, et sequente navi, ubi ille attrahitur: sive navem solam plano tabulato constratam, et in mari quoque utilem. De hac *Cæs.* 3. *B. C.* 29. Plerasque naves in Italiam remittit, ad reliquos milites equitesque transportandos: pontones, quod est genus navium Gallicarum, Lissi relinquit. De priore *Auson. Edyll.* 12. 10. Lintribus in geminis constratus ponto sit, an pons. *Paul. Dig.* 8. 3. 38. Flumen, in quo pontonibus trajiciatur. Etiam *Gell.* 10. 25. inter varia navium nomina *pontones* recenset.

PONTŌNĬUM, ii, n. 2. deminut. pontonis. *Isid.* 19. *Orig.* 1. Pontonium navigium fluminale, tardum et grave, quod nonnisi remigio progredi potest.

PONTUS, i, m. 2. In plur. num. *ponti, orum*, Latinitas non recipit, inquit *Servius* ad *Virg.* 3. *Æn.* 104. — *Pontus, ποντος, mare*, Græca vox mare significans apud Poetas.

I.) Proprie. *Ennius* apud *Priscian.* 9. *p.* 870. *Putsch.* Mulserat huc navem compulsam fluctibu' pontus. *Lucret.* 1. 7. tibi rident æquora ponti. Sic *Virg.* 1. *G.* 469. tellus quoque et æquora ponti. *et ibid.* 356. freta ponti Incipiunt agitata tumescere. *Id.* 4. *ibid.* 430. vasti gens humida ponti. *Id.* 2. *Æn.* 207. pars cetera pontum Pone legit. *et* 9. *ibid.* 121. ferri ponto. *Horat.* 3. *Od.* 3. 37. Dum longus inter sæviat Ilion Romamque pontus. *Id. ibid.* 27. 27. scatens belluis pontus. *Id.* 4. *ibid.* 24. vitreo daturus Nomina ponto. *Ovid.* 13. *Met.* 900. neque enim medio se credere ponto Audet. *Seneca Œdip.* 488. Naxos Ægæo redimita ponto. — *Ponton* Græca forma dixit *Sil. It.* 11. 473. Quin etiam Pagasæa ratis quum cærula, nondum Cognita terrenæ, pontonque intrare negaret, Ad puppim sacræ cithara eliciente carinæ Adductum cantu venit mare. *Vulgati libri habent* pontoque intrare negaret. V. *Lachmann.* ad *Lucret. p.* 294.

II.) Translate. ¶ 1. Est profundum, abyssus, ut *Wagner* putat ad illud *Virg.* 10. *Æn.* 377. Ecce, maris magna claudit nos objice pontus: Deest jam terra fugæ. *Pontus* potest tamen poetice abundare, ut apud *Homer.* πόντος ἀλὸς πολιῆς. ¶ 2. Pro maris fluctu. *Virg.* 1. *Æn.* 114. Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus In puppim ferit. — *NB.* De *Ponto* nom. propr. *V.* ONOM.

PŌPA, æ, m. 1. Σφαγεύς.

I.) Proprie est victimarius, h. e. minister sacerdotis, victimas ad altare admovens, ac feriens: idem erat etiam victimarum venditor: item sacrificulus, qui circa domos, sacrificiis familias purgaturus, oberrabat. Apparebat ab umbilico involutus veste, nudus cetera. *Servius* ad *Virg.* 12. *Æn.* 120. Limus est vestis, qua ab umbilico usque ad pedes teguntur popæ. Apud *Montfaucon. Antiquit. illustr. T. II. tab.* 69. 73. visuntur popæ infra pectus tecti limo usque ad genua. *Sueton. Cal.* 32. *sub fin.* Admota altaribus victima succinctus poparum habitu, elato alte malleo, cultrarium mactavit. *Popa* est hic, qui malleo bovem tundit: *cultrarius* qui jugulat. V. *Baumgarten.* ad *Sueton. Cal.* 32. *Propert.* 4. 3. 61. Illa dies hornis cædem denunciat agnis: Succinctique calent ad nova lucra popæ. *Cic. Mil.* 24. 65. Quin etiam audiendus sit popa Licinius nescio qui, etc. Ubi *Ascon.* ad 25. hæc adnotat: Licinium quemdam de plebe, sacrificulum, qui solitus esset familias purgare. — *Popa*, etiam fem. gen. videtur significare eam, quæ victimis venalibus negotiatur. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 17. *n.* 75., quæ est apud *Orell.* 4276. CRITONIA Q. L. PHILENIA POPA DE INSVLA. At cl. *Furlanetto* videbatur potius legendum *copa*, quæ nempe vinum vendit, *ostessa*. Ita etiam in alia *Inscript.* M. Grunnii Corocottæ Porcelli apud *Gruter.* inter spuria *p.* 18. *n.* 5. Coco do, lego ac dimitto popam et pistillum; legendum videtur *copam*; ibi enim est pro *cupam*, nempe mortarium.

II.) Translate. *Popa venter* opponitur macro apud *Pers.* 6. 72. mihi trama figuræ Est reliqua; ast illi tremat omento popa venter? *h. e.* mihi corpus ita macrum fuerit, ut vix ossibus hæream; illi vero venter sit ita obesus, ut popa esse videatur? Etenim popæ, ut apud nos lanii et coci, obeso plerumque ventre esse solebant, quippe qui victimarum carnibus affatim expleri poterant.

PŎPĂNUM, i, n. 2. πόπανον, placenta lata, tenuis, orbicularis, teste *Suida*: a πέπτω *coquo*, utpote genus rerum, quæ coquuntur. Harum placentarum usus in sacrificiis fuit, quemadmodum indicat *Aristophanes* in *Pluto v.* 660., et *Lucianus de sacrificiis. Juvenal.* 6. 545. Scilicet et tenui popano corruptus Osiris. *Panificium* Latina appellatione vocat *Sueton. Vesp.* 7.

PŎPELLUS, i, m. 2. *popolaccio, vil plebe, gentame*, δημίδιον, plebecula. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 65. Vilia vendentem tunicato scruta popello. *Pers.* 4. 15. blando caudam jactare popello.

PŎPĪNA, æ, f. 1. a *popa*, vel, ut aliis placet, a πέπω, πέπτω *coquo*, est locus, ubi cocta obsonia et delicatiores cibi publice venduntur et comeduntur, ganea. Eo conveniebant fere gulosi

homines, lurcones, heluones, et ventri dediti, καπηλεῖον, ὀψοπωλεῖον, ἀσωτεῖον (It. *taverna, bettola;* Fr. *taverne, cabaret, restaurant;* Hisp. *taberna;* Germ. *d. Garküche;* Angl. *a tavern, cook's-shop, victualling-house, eating-house*).

I.) Proprie. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 13. Bibitur, estur, quasi in popina, haud secus. *Cic.* 2. *Phil.* 28. 69. Hujus in sedibus pro cubiculis stabula, pro tricliniis popinæ sunt. *Sueton. Tib.* 34. Dato ædilibus negotio popinas ganeasque usque eo inhibendi, ut ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent. *Id. Ner.* 16. Interdictum, ne quid in popinis cocti præter legumina, aut olera veniret, quum antea nullum non obsonii genus proponeretur. *Cic.* 13. *Phil.* 11. 24. In lustris, popinis, alea, vino tempus ætatis omne consumere. *Martial.* 5. 70. In sellariolis vagus popinis. *et* 1. 42. fumantia qui tomacla raucus Circumfert tepidis vagus popinis. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 21. fornix tibi et uncta popina Incutiunt urbis desiderium. *Id.* 2. *Sat.* 4. 62. immundæ popinæ.

II.) Figurate. ¶ 1. Per metonymiam dicitur de ipsis cibis delicatioribus et largioribus. *Cic.* 3. *Phil.* 8. 20. Vino atque epulis retentus est; si illæ epulæ potius, quam popinæ nominandæ sunt. *Id. Pis.* 6. 13. Quum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses. ¶ 2. Popina videtur dici etiam copa, *la ostessa,* si fides est *Nonio,* qui ad confirmandam vocem *Popinones,* h. e. tabernarios, qui popinam exercent, affert etiam *p.* 161. 17. *Merc.* illud *Lucilii:* Infamam, honestam (*num* honestos?) turpemque odisse popinam. *Gloss. Lat. Gr.* Popinula, καπηλικός. *quod cl.* Quicherat. *emendat* καπηλίς.

PŌPĪNĀLIS, e, adject. ὀψοποιικός, ὀψαρτυτικός, ad popinam pertinens. *Colum.* 8. *R. R.* 16. 5. Jam enim celebres erant deliciæ popinales. *Apul.* 8. *Met. sub init.* Juvenis natalibus prænobilis, sed luxuriæ popinalis.

PŌPĪNĀRĬA, æ, f. 1. quæ popinam exercet: legitur in *Inscript.* mutila apud *Henzen.* 7269. LATET HOC AMEMONE SEPVLCRO.... PATRIAE POPINARIA NOTA. *V.* et voc. seq.

PŌPĪNĀRĬUS, ii, m. 2. *tavernaio, bettoliere,* ὀψοπώλης, qui popinam exercet. *Lamprid, Alex. Sev.* 49. *sub fin.* Quum Christiani quemdam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra popinarii diceren:, sibi eum deberi, rescripsit, melius esse, ut quomodocumque Deus ille colatur, quam popinariis dedatur. *Firmic.* 4. *Mathes.* 15. Hospites, popinarii, tabernarii, myropolæ. — *V.* voc. præced.

PŌPĪNĀTOR, ōris, m. 3. qui popinam frequentat, popino. *Macrob.* 7. *Saturn.* 14. Apud popinatores pleraque scitamentorum cernimus proposita.

PŌPĪNO, ōnis, m. 3. *leccardo, ghiottone, taverniere, crapulone,* ἄσωτος, heluo, gulo, qui se popinis dedit. *Varro* apud *Non. p.* 161. 16. *Merc.* Quis poculis argenteis chorum introibit? popino. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 39. Imbecillus, iners, sim quidvis, adde, popino. *Sueton. Gramm.* 15. Lurconem et nebulonem popinonemque appellans.

PŌPĪNOR, āris, ari, dep. 1. *darsi alla crapula,* λιχνεύω, heluor, indulgeo popinis. *Trebell. in XXX. Tyrann.* 29. *de Celso.* Dum Gallienus popinatur, et balneis ac lenonibus deputat vitam, *etc.*

PŌPĪNŬLA, æ, f. 1. parva popina, vel copa. *V.* POPINA II. 2.

PŌPLES, ĭtis, m. 3. pars ea, quæ genu opposita est: ex *post* et *plico,* quia post genu plicetur ac curvetur, ἰγνύα (It. *piegatura o giuntura interiore del ginocchio;* Fr. *jarret;* Hisp. *jarrete;* Germ. *die Kniebeuge, Kniekehle;* Angl. *the ham of the knee*).

I.) Proprie. *Colum.* 6. *R. R.* 12. 3. *de bove.* Oleo et sale genua poplitesque et crura confricanda sunt. *Liv.* 22. 51. Quosdam et jacentes vivos succisis feminibus poplitibusque inveneruni. Sic *Virg.* 9. *Æn.* 762. et succiso poplite Gygen Excipit. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 45. 101. (248). Elephas poplites intus flectit, hominis modo. *Id.* 28. *ibid.* 6. 17. (59). Assidere gravidis, vel quum remedia alicui adhibeantur, digitis pectinatim inter se implexis, veneficium est: idque compertum tradunt Alcmena Herculem pariente: pejus, si circa unum ambove genua, item poplites alternis genibus imponi. Ideo hæc in conciliis ducum potestatumve fieri vetuere majores, velut omnem actum impedientia; vetuere vero et sacris votisve simili modo interesse. Hinc de Lucina Alcmena Herculem parturiens sic loquitur apud *Ovid.* 9. *Met.* 297. Utque meos audit gemitus, subsedit in illa Ante fores aræ, dextroque a poplite lævum Pressa genu, digitis inter se pectine junctis Sustinuit nixus. *et mox.* divam residentem vidit in ara, Brachiaque in genibus digitis connexa tenentem. Hujusmodi porro poplitum cum genibus alterna implicatio apud Romanos olim fascinationis evitandæ causa, nunc apud nostrates urbanitatis et eorum, quibuscum versamur, reverentiæ gratia improbatur.

II.) Translate usurpatur pro genibus. *Lucret.* 4. 952. Brachia palpebræque cadunt, poplitesque cubanti Sæpe tamen summittuntur viresque resolvunt. *Virg.* 12. *Æn.* 927. incidit ictus Ingens ad terram duplicato poplite Turnus. *h. e.* genu flexo. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 97. Contento poplite mirari aliquid. *a piè fermo. Catull.* 64. 366.; et *Val. Flacc.* 6. 245. submisso poplite. *piegato il ginocchio.* et *Stat.* 6. *Theb.* 590. flexo poplite sidere. *Lucan.* 1. 613. Victima deposito præbebat poplite collum. *Curt.* 6. 1. et 9. 5. Excipere se poplitibus. *alzarsi, sostentarsi sulle ginocchia. Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 34. vestis poplite fusa tenus. *sino al ginocchio.* — In recto singul. *Lucan.* 9. 770. Membra natant sanie: suræ fluxere: sine ullo Tegmine puples erat.

POPLĬCĒ, adverb. ant. pro publice. *Tab. Bantin. lin.* 9. VT BONA EIVS POPLICE POSSIDEANTVR FACITO.

POPLĬCĬTUS, adverb. publice. *Ennius* apud *Gell.* 16. 10. Proletariu' poplicitus scutoque feroque Ornatur ferro. *a spese del pubblico.* et *Plaut. Stich.* 3. 2. 35. Ambracia veniunt huc legati poplicitus. Alii, et ipsi *Vahlen.* et *Fleckeisen.,* utroque loco leg. *publicitus:* et apud *Plaut.* etiam *publice.*

POPLĬCŎLA *et* poplicula, æ, m. 1. cognomen fuit P. Valerii, qui in locum L. Tarquinii Collatini consul a populo suffectus fuit: ita dictus a *poplus* pro *populus,* et *colo,* quasi populum coleret observaretque, ut *plebicola,* qui plebem colit, quia fasces ei in contione submisit, et de provocatione adversus magistratus legem tulit, ut *Liv.* 2. 7. *et* 8. et *Val. Max.* 4. 1. narrant. *V.* plura in ONOM. — Hinc poetice de quocumque populi studioso. *Sidon. carm.* 23. 80. Inter publicolas manu feroces Trunco Mucius eminet lacerto.

POPLĬCUS, a, um, adject. publicus: a *poplus. Ennius* apud *Cic.* 7. *Fam.* 6. Multi suam rem bene gessere et poplicam patria procul. *Plaut. Trin.* 1. 1. 16. Remoramque faciunt rei privatæ et poplicæ. Alii, et ipsi *Vahlen.* et *Fleckeisen.,* utrobique leg. *publicus. Inscript.* optimæ notæ apud *Gruter.* 204. *lin.* 13. AGRI POPLICI QVOD LANGENSES POSSIDENT. ita sæpe in eod. lapide. Alia *ibid.* 150. 6. ITEMQVE FECEI VT DE AGRO POPLICO ARATORIBVS CEDERENT PASTORES. Sic *Tab. Bantin. lin.* 3. NEVE IS IN POPLICO LVVCI PRAETEXTAM HABETO. Cf. *Senatuscons. de Bacchan.* SACRA NE QVISQVAM FECISE VELET NEVE IN POPLICOD NEVE IN PREIVATOD.

POPLĬFŬGĬA. *V.* POPULIFUGIA.

POPLUS, i, *et*

PŌPŎLUS, i. *V.* POPULUS init.

POPPYSMA, ătis, n. 3. πόππυσμα, palpum, vel sonus lingua, manibus ac similibus modis excitatus ad favorem ostendendum. Proprie est oris pressi sonus, et labiorum in se collisorum strepitus, ut fit quum cupide osculamur: a ποππύζειν *sibilare*: quod quidam etiam exponunt *applodere,* idest illisis manibus inter se et palma cum palma collata plausum edere. *Juvenal.* 6. 583. frontemque manumque Præbebit vati crebrum poppysma roganti. *Vet. Scholiast.* ad *h. l.* Poppysma oris pressi sonus, ut (*corrige* aut) labiorum in se collisorum strepitus. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (25). Fulgetras poppysmis adorare, consensus gentium est. Hoc *poppysmis* potest esse etiam a recto *poppysmus* (Græce enim est etiam ποππυσμός, ut apud *Xenoph.* περὶ ἱππικ. *c.* 9. § 10.) sed etiam neutra in *a* Dativum plur. in *is* habent, ut *epigrammatis, peristromatis,* etc. V. — De sibilo cunni imitantis peditum. *Martial.* 7. 18. Quis ridere potest fatui poppysmata cunni?

POPPYSMUS. *V.* in voc. præced.

POPPYZON, ontis, m. 3. ποππύζων, particip. verbi ποππύζω, quod significat blande contrectare, palpare, tenui sibilo ore emisso, quod facere ii solent, qui equos feroces demulcere et mites reddere volunt. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (104). Quum pingeret poppyzonta retinentem equum. *poppyzonta* est Accusativus singul. Græcæ positionis. *Sillig.* legit *par equum.* h. e. *equorum.*

PŌPŪLĀBĬLIS, e, adject. qui populari potest. *Ovid.* 9. *Met.* 263. Interea quodcumque fuit populabile flammæ, Mulciber abstulerat.

PŌPŪLĀBUNDUS, a, um, adject. ἐξαλαπάζων, qui populatur, prædabundus. *Liv.* 1. 15. In fines Romanos excurrerunt, populabundi magis, quam justi more belli. *Sisenna* apud *Non. p.* 471. 23. *Merc.* Protinus agros populabundus ad Nuceriam convertit. *Alii* Numeriam. Adde *eumd.* apud *Gell.* 11. 15. *V.* VITABUNDUS.

PŌPŪLĀCĬA *et*

PŌPŪLĀRĬA, ium. *V.* voc. seq.

PŌPŪLĀRIS, e, adject. *Popularis* antique pro *popularis, popolus. Ennius* apud *Gell.* 12. 2. is dictust ollis popularibus olim. *Alii et ipse* Vahlen. *leg.* popularibus. — Comp. *Popularior* I. 1. — Popularis est ad populum pertinens, δημοτικός (It. *popolare, del popolo;* Fr. *du peuple, qui concerne le peuple, qui émane du peuple, populaire;* Hisp. *popular;* Germ. *zum Volke gehörig, das Volk bestimmt, volksthümlich;* Angl. *of or belongin to the people, popular*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 2. *Legg.* 4. 9. Ante quam ad populares leges venias, vim istius cælestis legis explana. *h. e.* populorum scito conditas. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 8. *sub fin.* Patere aures tuas querelis omnium: nullius inopiam ac solitudinem non modo illo populari accessu ac tribunali, sed ne domo quidem et cubiculo esse exclusam. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 2. 6. Popularis cœtus. *et mox.* Populares illustresque laudes. *Id.* 2. *Off.* 10. 35. Popularibus verbis est agendum et usitatis, quum loquimur de opinione populari. *Id.* 3. *Legg.* 6. 14. Veteres acute illi quidem, sed non ad hunc usum popularem atque civilem de republica disserebant. *Id.* 1. *Orat.* 23. 108. Sunt enim varia, et ad vulgarem popularemque sensum accommodata, omnia genera hujus forensis nostræ dictionis. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 9. (48). Ex reliquo genere plebejæ videntur et quas tragemata appellant; nam in alia parte Phœnices Ciliciæque populari etiam nomine a nobis appellantur balani. *Id.* 7. *ibid.* 56. 57. (199). Regiam civitatem Ægyptii, popularem Attici invenerunt. *h. e.* quæ populi arbitrio gubernatur, *democrazia.* Alter *Plin.* 1. *Ep.* 8. *a med.* Utilissimum munus, sed non perinde populare. *h. e.,* ut ait *Forcellinus,* populo gratum et jucundum. Sic *Lactant. Ira D.* 5. Favorabilis admodum et popularis oratio. — *Popularia sacra* apud *Festum p.* 253. 13. *Müll.* ex *Labeone,* sunt quæ omnes cives faciunt, nec certis familiis attributa sunt, Fornacalia, Parilia, Lararia, porca præcidanea. — *Cic. fragm. pro C. Cornel.* apud *Ascon.* Quod passus esset tum primum a populari consessu senatoria subsellia separari. *h. e.* a loco in theatro, ubi populus, id est plebs sedebat, videlicet media et summa cavea: qui *popularia* etiam absolute dicitur, ut *equestria* locus, unde equites spectabant: sic apud *Sueton. Domit.* 4. *extr.* Et quia pars major (*missilium*) intra popularia deciderat, *etc. Id. Claud.* 25. *a med.* Germanorum legatis in orchestra sedere permisit, simplicitate eorum et fiducia motus,

quod in popularia deducti, quum animadvertissent Parthos et Armenios sedentes in senatu, ad eadem loca sponte transierant. *Tac.* 13. *Ann.* 54. idem aliis verbis, et ab Nerone factum narrat. Sunt qui utrobique ad vocem *popularia* subintelligendum putant *subsellia*. — Similiter *popularе* generatim et absolute occurrit apud *Cic.* 1. *leg. Agr.* 8. 23. Nihil tam populare, quam pacem, quam concordiam, quam otium reperiemus. *h. e.*, ut ait *Forcellinus*, tam populo gratum et jucundum. Sic *Liv.* 7. 33. Et, quo nihil popularius est, quibus artibus petierat magistratus, iisdem gerebat. et *Plin. Paneg.* 77. Populare gratumque audientibus. ¶ 2. Specialim, qui ad nostrum populum vel nationem pertinet, patrius, domesticus, *nazionale*. — *a*) Adjective de rebus physicis. *Ovid.* 7. *Met.* 498. ramumque tenens popularis olivæ. *h. e.* quæ plurima in ejus patrio solo colitur et in honore habetur. Loquitur de rege Athenarum, quæ sub tutela Minervæ sunt, cui sacra oliva. *Id.* 1. *ibid.* 577. popularia flumina. *h. e.* ejusdem regionis. — *b*) *Popularis, is*, m. 3. absolute, substantivorum more, de hominibus, dicitur qui est ejusdem populi, civis, municeps, incola, conterraneus, *compatriota, paesano*, συμπατριώτης. *Nævius* apud *Festum p.* 317. 27. *Müll.* Seseque ii perire mavolunt ibidem, Quam cum stupro redire ad suos populares. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 79. O mi popularis, salve. *Ter. Eun.* 5. 9. 1. O populares, ecquis me vivit hodie fortunatior? *Id. Adelph.* 2. 1. 1. Obsecro, populares, ferte misero atque innocenti auxilium. *Cic.* 1. *Legg.* 23. 61. Seseque non his circumdatum mœnibus popularem alicujus definiti loci, sed civem totius mundi agnoverit. Ita legit cl. *Vahlen.*; at *Orellius* aliter omnino. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 37. 118. At hoc Thales Anaximandro populari et sodali suo non persuasit. *Id.* 10. *Att.* 1. Ego vero Solonis, popularis tui, ut puto, etiam mei, legem negligam. *Cicero*, quum hæc scripsit, Athenis vitam agebat. *Ovid.* 12. *Met.* 191. Popularem esse alicui. *Sall. Jug.* 62. Metellus, converso equo, animadvertit, fugam ad se versum fieri; quæ res indicabat populares esse. *de' suoi*.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim, et quidem — *a*) De bestiis et plantis. *popularis* usurpatur de ea quæ est ejusdem regionis. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 57. 82. (224). *de glirib.* Qua in re notatum, non congregare nisi populares ejusdem silvæ: et, si misceantur alienigenæ, amne vel monte discreti, interire dimicando. *Ovid. Ib.* 503. Leæna popularis. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 13. 12. (43). *de prunis.* Simul dici possunt populares eorum myxæ, quæ et ipsæ nunc cœperunt Romæ nasci, insitæ sorbis. — *b*) Item de hominibus, qui ejusdem sunt fortunæ et conditionis. *Ter. Phorm.* 1. 1. 1. Amicus summus meus et popularis Geta. *h. e.* servus, ut ego. — *c*) Item de iis, qui ejusdem sunt factionis et societatis. *Sall. Cat.* 23. Quum ad jusjurandum populares sceleris sui adigeret, *et ibid.* 25. Quod factum primo populares conjurationis concusserat. *Seneca Vit. beat.* 13. Invitis hoc nostris popularibus dicam. *h. e.* meæ sectæ Stoicis. ¶ 2. Speciatim et sæpe, in re, uti ajunt, politica, *popularis* dicitur populi studiosus et fautor, ejusque gratiam captans, φιλοπολίτης, *democratico*. — *a*) Adjective. *Cic.* apud *Non. p.* 242. 31. *Merc.*, scil. 2. *de republ.* 23. Statu esse optimo constitutam rempublicam, quæ ex tribus generibus illis, regali et optimati et populari confusa modice. *Id. Cluent.* 28. 77. L. Quinctius homo maxime popularis, qui omnes rumorum et contionum ventos colligere consuesset. *Id.* 1. *leg. Agr.* 7. 23. Consul veritate, non ostentatione popularis. *Id.* 4. *Cat.* 5. 9. Animus vere popularis, saluti populi consulens. *Liv.* 2. 24. Populare ingenium. — *Aura popularis*, gratia et favor populi, quem affectant, qui populares esse volunt. *Cic. Harusp. resp.* 20. 43.; *Horat.* 3. *Od.* 2. 20.; et *Virg.* 6. *Æn.* 817. — *b*) *Populares* absolute, substantivorum more. *Cic. Sext.* 45. 96. Duo genera semper in hac civitate fuerunt eorum, qui versari in re publica atque in ea se excellentius gerere studuerunt; quibus ex generibus alteri se populares, alteri optimates et haberi et esse voluerunt. Qui ea quæ faciebant, multitudini jucunda esse volebant, populares; qui autem ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuique probarent, optimates habebantur. *Id.* 1. *Off.* 25. 85. Qui parti civium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam: ex quo evenit, ut alii populares, alii studiosi optimi cujusque videantur, pauci universorum. *V.* OPTIMATES. ¶ 3. *Populares*, populus urbis, plebs urbana: et distinguuntur a militibus, qui extranei plerumque esse solebant posterioribus R. imperii temporibus. *Sall. Jug.* 7. Homo tam acceptus popularibus. *Forcellinus* hunc *Sallustii* locum attulit, qui aliter interpretandus videtur. *Justin.* 26. 3. 5. Quæ res suspecta primo virgini, dein popularibus militibusque invisa fuit. *Capitolin. M. Aurel.* 17. Pestilentia gravis multa millia et popularium et militum interemerat. *Ulp. Dig.* 1. 12. 1. *ad fin.* Debet dispositos milites stationarios habere ad tuendam popularium quietem. ¶ 4. Popularis etiam dicitur humilis, vilis, sordidus, teste *Donato* ad *Ter. Phorm.* 1. 1. 1. Hinc *Cato R. R.* 88. Sal populare. *h. e.* vulgare, quo populus passim utitur. *Colum.* 9. *R. R.* 11. 4. *de apibus.* Popularis notæ pulli. *h. e.* fetus plebis apum, quibus opponuntur pulli regum. — *Populare carmen* apud *Senec. Œdip.* 402. est peculiare, proprium et solemne toti populo. — *Popularia agere*, b. e. nugatoria, vel puerilia. *Laberius* apud *Non. p.* 150. 25. *Merc.* Popularia agimus per ludum. *Alii leg.* populacia *eodem sensu, quam lectionem tuetur* O. Ribbeck. Comic. Lat. reliq. *p.* 245. — Hinc

Popularis, is, m. 3. absolute. *V.* sub I. 2. *b.*

Populares, ium, m. plur. 3. *V.* sub II. 2. *b.*

Popularia, ium, n. plur. 3. *V.* sub I. 1. in fin. et sub II. 4. in fin.

PŌPŪLĀRĪTAS, ātis, *f.* 3. ¶ 1. Aliquando ponitur pro conjunctione, quæ debet esse inter populares, seu pro amicitia, quæ ex ejusdem patriæ habitatione contrahitur. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 81. Si quid opus est, quæso, dic atque impera Popularitatis causa. ¶ 2. Sæpius est studium populi, humanitas, blanditiæ, quibus populi favorem aucupamur, *grazia e favore popolare, popolarità*, δημαγωγία. *Plin.* 6. *Ep.* 31. Homo munificus et innoxiæ popularitatis. *Alii leg.* innoxie popularis. *Sueton. Tit.* 8. Ne quid popularitatis prætermitteret, non nunquam in thermis suis, admissa plebe, lavit. *Tac.* 3. *Ann.* 69. Quanto rarior apud Tiberium popularitas, tanto lætioribus animis accepta. *Stat.* 2. *Silv.* 7. 69. Et gratus popularitate Magnus. *Sidon. carm.* 9. 295. Et carus popularitate princeps. *Id. carm.* 23. 400. Alter, dum popularitate gaudet, Dexter sub cuneis nimis cucurrit. *h. e.* plausu populi, qui in cuneis sedebat. *Id.* 1. *Ep.* 7. *ante med.* Præfecturam primam gubernavit cum magna popularitate, consequentemque cum maxima populatione. ¶ 3. Est etiam abstractum populi, h. e. multitudo. nimius numerus, ut videtur, apud *Tertull. de anim.* 3. Dum solemnes etiam migrationes, quas ἀποικίας appellant, consilio exonerandæ popularitatis, in alios fines examina gentes eructant. *Fortasse legendum est* populositatis, *quam* voc. V. ¶ 4. Occurrit etiam pro alicujus rei participatione. *Donatus* ad *Ter. Adelph.* 2. 1. 1. Popularitas in omnis rei consortium sumitur.

PŌPŪLĀRĪTER, adverb. *popolarmente*, δημοτικῶς. ¶ 1. Generatim est idem ac more populi, vulgo, pro populari inscitia, ut Popolariter agere, loqui, scribere, etc. *Cic.* 6. *de republ.* 22. Homines enim popolariter annum tantummodo solis, idest unius astri, reditu metiuntur. *Id.* 2. *Fin.* 6. 17. Loqui popolariter. *Id.* 5. *ibid.* 5. 12. Duo genera librorum sunt, unum popolariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant; alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt. ¶ 2. Interdum ponitur pro seditiose, cum gratia populi. *Cic.* 2. *Off.* 21. 73. Sed quum in agendo multa popolariter, tum illud male, non esse in civitate duo millia hominum, qui rem haberent. *Id. Cluent.* 34. 93. Contiones quotidianæ seditiose ac popolariter excitatæ. *Juvenal.* 3. 37. Quemlibet occidunt popolariter.

PŌPŪLĀTIM, adverb. catervatim, in universum, per populos. *Pomponius* apud *Non. p.* 150. 20. *Merc.* Poeta placuit populatim omnibus. *Cæcilius ibid. p.* 154. 14. Ego te perdidi, qui omnes servos perdo populatim?

PŌPŪLĀTIO, ōnis, *f.* 3. duo diversa significat: scilicet

A) Populatio a v. *populor* est actus populandi, prædatio, direptio, πόρθησις (It. *saccheggiamento, sacco, ruberia, guasto*; Fr. *dévastation, ravage, pillage*; Hisp. *devastacion, asolamiento, pillage, saqueo*; Germ. *die Verheerung, Verwüstung, Plünderung*; Angl. *a laying waste, depopulating, ravaging, ransacking, spoiling, pillaging, plundering*).

I.) Proprie. *Liv.* 3. 3. *in fin.* Æquos populationibus incursionibusque meliores esse. *Id.* 2. 64. Populationem adeo effuse fecit, ut nihil bello intactum relinqueret, multiplicique capta præda rediret. *Cæs.* 1. *B. G.* 15. Hostem rapinis, pabulationibus populationibusque prohibere.

II.) Translate. ¶ 1. Concreto, uti ajunt, sensu est ipsa præda. *Liv.* 2. 43. Vejentes, pleni jam populationum, Romam ipsam se oppugnaturos minitabantur. ¶ 2. De bestiis fruges passim absumentibus. *Colum.* 2. *R. R.* 19. 1. Ea res a populatione murium formicarumque frumenta defendit. *Id.* 3. *ibid.* 21. 5. Vindemia populationibus volucrum pluviisque aut ventis lacessita dilabitur. ¶ 3. In re morali. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 34. 53. 104. Quum populatio morum atque luxuria non aliunde major, quam etc. *guasto, corruttela*. et *Colum.* 1. *R. R.* 5. 7. Villa juncta militari viæ prætereuntium viatorum populationibus et assiduis devertentium hospitiis divexat rem familiarem.

B) Populatio a n. *populus* est populi multitudo, *popolazione. Sedul.* 4. 275. Flebant germanæ, flebat populatio præsens.

PŌPŪLĀTOR, ōris, *m.* 3. qui populatur, depopulator, direptor, *saccheggiatore, guastatore*, πορθητής.

I.) Proprie. *Liv.* 3. 68. *sub fin.* Populatores agrorum fusos fugatosque castris eruere. *Ovid.* 13. *Met.* 655. Trojæ populator Atrides. *Martial.* 7. 26. Tuscæ glandis aper populator. *Val. Flacc.* 1. 683. Calabri populator Sirius arvi Incubuit.

II.) Translate. *Quintil. declam.* 12. 24. *extr.* Populator eversorque civitatis. *Claudian.* 1. *in Rufin.* 35. Et luxus populator opum. *et* 2. *ibid.* 377. sic attonitos ad litora pisces Æquoreus populator agit.

PŌPŪLĀTRIX, īcis, *f.* 3. quæ populatur, *saccheggiatrice, guastatrice*.

I.) Proprie. *Stat.* 3. *Silv.* 2. 86. Siculi populatrix virgo profundi. *h. e.* Scylla. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 165. attonitus stabulo ceu pastor inani, Cui pecus aut rabies Pœnorum inopina leonum, Aut populatrices infestavere catervæ.

II.) Translate. *Martial.* 13. 104. Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti Pallados a silvis nobile nectar apis.

PŌPŪLĀTUS, a, um. *V.* POPULOR.

PŌPULATUS, us, m. 4. *saccheggiamento*, πόρθησις, populatio. *Lucan.* 2. 634. Ardent Hesperii sævis populatibus agri. *Claudian.* 1. *in Eutrop.* 244. squalent populatibus agri.

PŌPULĒTUM, i, n. 2. λευκών, locus, ubi multæ populi consitæ sunt. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 6. 8. (61). Antea Cæcubo erat generositas celeberrima in palustribus populetis.

PŌPŪLĔUS, a, um, adject. *di pioppo*, λευκινος, ad populum arborem pertinens. *Ennius* apud *Auson. Edyll.* 5. 160. populea frons. Sic *Virg.* 10. *Æn.* 190. et 8. *ibid.* 32. Frondes populeæ. *Id.* 4. *G.* 511. Qualis populea mœrens philomela sub umbra. *Horat.* 1. *Od.* 7. 23. Populea corona. *Seneca Herc. Œt.* 1641. silva.

PŌPULĪFER, fera, fĕrum, adject. populorum arborum ferax. *Ovid.* 2. *Amor.* 17. 32. Frigidus

Eurotas, populiferque Padus. Adde *eumd.* 1. *Met.* 579.

PŎPŭLĭFŭGIA *et* Poplifugia, ōrum, n. plur. 2. *Piso* apud *Macrob.* 3. *Saturn.* 2. *a med.* Postridie Nonas Jul. re bene gesta, quum pridie populus a Tuscis in fugam versus sit, unde Populifugia vocantur, post victoriam certis diebus hat vitulatio. Paullo aliter *Varro* 6. *L. L.* 18. *Müll.* Dies Poplifugia videtur nominatus, quod eo die tumultu repente fugerit populus; non multo enim post hic dies, quam decessus Gallorum ex urbe, et qui um sub urbe populi, ut Ficuleates ac Fidenates et finitimi alii, contra nos conjurarunt. Aliquot aujus diei vestigia fugæ in sacris apparent, de quibus rebus Antiquitatum libri plura referunt. *Vet. Calendar.* apud *Gruter.* 133. et apud *Orell. vol.* 2. *p.* 394. *in Jul. Non.* POPLIF. NP.

PŎPŭLISCĪTUM, i, n. 2. *decreto del popolo, ψήφισμα.* Legitur aliquoties in quibusd. MSS. apud *Nepot.*, ut in *Aristid.* 1. *extr.* et *Alcib.* 5. et *Epam.* 7. et *Phoc.* 2., ubi in editis semper est *plebiscitum.*

PŎPŭLĪTO, as, are, a. 1. frequentat. a *populo. Papir. Dig.* 49. 1. 21. *extr.* Quum fructus agrorum populitarentur ab adversario. Ita *Torrentin.*, alii *popularentur.*

PŎPŭLNĔUS *et*

PŎPŭLNUS, a, um, adject. *di pioppo,* populeus, λεύκινος. *Cato R. R.* 5. Frondem populneam, ulmeam, quernam cædito. *Alii leg.* populeam: quomodo et *Plin.* 16. *Hist. nat.* 24. 38. (92). hunc eumdem *Catonis* locum referens, ubi tamen *Sillig.* pro *populnea* legit *a populo. Colum.* 6. *R. R.* 3. 6. Probatur maxime ulmea, post fraxinea, et ab hac populnea. *Id.* 12. *ibid.* 43. 4. Arida populnea, vel abiegna scobe virides uvas custodiunt. *Plaut. Cas.* 2. 6. 32. Num ista aut populna sors, aut abiegna est tua?

PŎPŭLO, as, āvi, ātum, are, a. *et frequentius*

PŎPŭLOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Populans* I. *a.* et II. *a.*; *Populatus* I. *a.* et *b.* et II. *a.* et *b.*; *Populaturus* I. *a.*; *Populandus* I. *a.* et II. *a.* — *Populari* tricto sensu est populum cædibus absumere, ut ait *Forcellinus*, qui affert loc. *Liv.* 3. 6., *Propert.* 2. 7. 7. et *Ovid.* 1. *Met.* 249., quæ *V.* infra. Recentioribus vero *populari* est depopulari, igni ferroque corrumpere, vastare, prædas agere, diripere, absumere: a *populus*, quia populo, ut ait *Forcellinus*, et integræ regioni damnum infertur; vel quia depopulatores, ut alii volunt, populi more, turmatim hac et illac disperguntur, πορθῶ (It. *saccheggiare, mettere a sacco, dare il guasto, rubare*; Fr. *dévaster, ravager, piller, dépeupler, désoler, détruire, anéantir*; Hisp. *devastar, despoblar, asolar, saquear, pillar, arruinar, destruir*; Germ. *verwüsten, verheeren*; Angl. *to depopulate, desolate, ravage, ransack, lay vaste, destroy, spoil, plunder, pillage*).

I.) Proprie. — *a*) Forma *populor. Nævius* apud *Non. p.* 90. 29. *Merc.* Romanus exercitus insulam (*Melitum*) integram urit, populatur, vastat. *Cic.* 1. *Off.* 10. *ad fin.* Quum triginta dierum essent cum hoste pactæ indutiæ, noctu populabatur agros. Sic *Cæs.* 5. *B. G.* 56. Pronunciat, se Remorum agros populaturum. et *Curt.* 4. 1. 31. Castrisque positis, victores ad populandos agros eduxit. *Liv.* 3. 23. Ita bifariam consules ingressi hostium fines, ingenti certamine, hinc Volscos, hinc Æquos populantur. Rursus *Curt.* 4. 9. 8. Eidem mandatum, ut regionem, quam Alexander esset aditurus, popularetur atque uret. *Flor.* 2. 17. *sub fin.* Omnia igni ferroque populatus. Adde *eumd. ibid.* 2. et 3. 7. Sic *Lucan.* 2. 445. arva ferro populatur et igni. *Stat.* 3. *Theb.* 221. Geticas populatus cædibus urbes. *avendo spopolato. Claudian. VI. cons. Honor.* 132. piratica puppis, Quæ, cunctis infensa fretis, scelerumque referta Divitiis, multasque diu populata carinas, etc. *Sil. It.* 6. 649. errantibus armis, Quo spolia invitant, transfert populantia signa. — *b*) Forma *populo.* — Active. *Pacuvius* apud *Non. p.* 39. 32. *Merc.* Patriam populavit meam. *Claudius Quadrigar. ibid. p.* 471. 20. Agrum Nolanum populare cœperunt. *Virg.* 12. *Æn.* 263. et litora vestra Vi populat. *Propert.* 2. 7. 7. Hic olim ignaros luctus populavit Achivos. — Passive. *Liv.* 3. 6. Urbem Romanam deûm ira morbo populari. *Id. ibid.* 3. *sub fin.* In oppida sua se recepere, uri sua popularique passi. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 1. 2. Siculi nunc populati atque vexati, cuncti ad me publice sæpe venerunt. *Id.* 5. *Verr.* 52. 122. Populata vexataque provincia. *et Divin. in Q. Cæcil.* 3. 7. Provinciæ populatæ, vexatæ, funditus eversæ. *Horat.* 3. *Od.* 5. 23. et arva Marte coli populata nostro. *Eutrop.* 9. 8. Pannonia a Sarmatis Quadisque populata est. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 55. 81. (217). Cuniculi famem Balearum insulis, populatis messibus, afferentes. *consumate*, absumptis. Cf. *Sil. It.* 3. 208. Quantus per campos populatis montibus actas Contorquet silvas squalenti tergore serpens etc.

II.) Translate est absumere, consumere, corrumpere. — *a*) Formâ *populor. Virg.* 12. *Æn.* 524. Dant sonitum spumosi amnes et in æquora currunt, Quisque suum populatus iter. *h. e.* ruendo et corrumpendo quacumque fluunt. *Ovid.* 1. *Met.* 249. feris populandas tradere gentes. *Sil. It.* 10. 555. Tum, face conjecta, populatur fervidus ignis Flagrantem molem. *Ovid.* 2. *Met.* 319. rutilos flamma populante capillos. *Id. Medic. fac.* 45. formam populabitur ætas. *Seneca Hippol.* 377. Populatur artus cura. *et ibid.* 1095. Et ora durus pulcra populatur lapis. *guasta, disforma.* et *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* de vento subterraneo in Ætna, 174. Putria multivagis populatur flatibus antra. *h. e.* exedit, diruit, perrumpit. *Sil. It.* 12. 243. Solvitur omne decus leto, niveosque per artus It Stygius color et formæ populatur honores. Hyperbole est in illo *Stat.* 5. *Theb.* 1. populataque gurgitis alveum Agmina linquebant ripas. *scil.* quasi totum fluvium bibendo exsiccassent. — *b*) Formâ *populo. Plaut. fragm.* apud *Diomed.* 1. *p.* 395. *Putsch.* Quæ ego populabo probe. *Virg.* 1. *G.* 185. populatque ingentem farris acervum Curculio, atque inopi metuens formica senectæ. — *Id.* 6. *Æn.* 495. Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora, Ora manusque ambas, populataque tempora raptis Auribus, et truncas inhonesto vulnere nares. *guastate, disformate.* et *Seneca Agam.* 503. Navis lacera, et omni decore populato levis. *guasto ogni ornamento.* et *Ovid. Halieut.* 36. *de polypo.* Brachia dissolvit, populatumque exspuit hamum. *h. e.* esca spoliatum. *Apul. de Mag.* Caput juvenis barba et capillo populatum.

PŎPŭLŌSĪTAS, ātis, f. 3. multitudo, ut Populositas summa deorum, *Arnob.* 3. 5. Sic *Fulgent.* 1. *Mythol.* 24. Mercurius Argum luminum populositate consæptum interemit. *Macrob. de differ. Gr. Latin. Verbi*, ubi agit de plurali numero *p.* 2745. *Putsch.* Et si omnis multitudo constat ex singulis, recte est præmissa unitas et secuta populositas.

PŎPŭLŌSUS, a, um, adject. Comp. *Populosior* et Sup. *Populosissimus.* — Populosus est populo abundans, hominibus frequens, *popolato, popoloso, numeroso*, πολυάνθρωπος. *Nemesian. Cyneg.* 136. tibi si placitum populosos pascere fetus. *scil.* canum. *Apul. Florid. n.* 6. Indi gens populosa cultoribus, et finibus maxima. *Id.* 5. *Met.* Populosa familia. *Sidon. carm.* 15. 27. Plurimus hic Briareus populoso corpore pugnat. *Veget.* 3. *Milit.* 19. *sub fin.* Contra quem alter populosior, vel fortior immittitur globus. *Solin.* 52. In Gange insula est populosissima.

PŎPŭLUS, i, m. 2. *Poplus* per syncopen poetis concessam. *Plaut. Amph. prol.* 101. et 1. 1. 103. Thebano poplo. *Id. Cas.* 3. 2. 6. Præsidium popli. *Id. Asin. prol.* 4. Auritum poplum. Habetur etiam in fragm. antiquissimæ Inscriptionis columnæ Rostratæ apud *Gruter.* 404. 1. — Item *populus* antique. In formula *concipiendi feriæ*, apud *Gell.* 10. 24. Die noni populo Romano Quiritibus Compitalia erunt. In alia *capiendæ Vestalis* ex *Fab. Pictor.* apud *eumd.* 1. 12. Sacerdotem Vestalem facere pro popolo Romano Quiritibus. Adde *Ennii* locum apud *Varron.* 7. *L. L.* 28. *Müll.*, alium apud *Non. p.* 150. 8. *Merc.*, alium *ibid. p.* 385. 17. etc., quibus locis per *o* mediam syllabam multi libri habent: atque hanc scriptionem agnoscit etiam *Mar. Victorin.* 1. *Gramm. p.* 2458. *Putsch.* Similiter *populus* legitur in *Tab. Bantin.* Alii tamen libri in allatis locis habent *populus.* — Ceterum *populus* (quam vocem ducunt alii ab ὄχλος *multitudo*; alii a πολύς *multus*) est multitudo hominum unius urbis, aut territorii, aut regionis, δῆμος (It. *popolo, plebe, gente*; Fr. *peuple*; Hisp. *pueblo*; Germ. *das Volk*; Angl. *a people, state, nation*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Universim. *Cic.* 1. *de republ.* (edente *A. Maio*) 25. Populus autem (*est*) non omnis hominum cœtus quoquo modo congregatus, sed cœtus multitudinis juris consensu et utilitatis communione sociatus. *Augustin.* 2. *Civ. D.* 21. et 19. *ibid.* 21. *et* 24. fere similiter ex eodem definit. *Cic.* 6. *Phil.* 5. 12. Populus Romanus victor dominusque omnium gentium. *Id.* 7. *Verr.* 48. 126. Ad populum Romanum confugient? *Id.* 3. *Phil.* 14. 36. Magnos meuses de populi Romani libertate commentati atque meditati. *et* 8. *ibid.* 6. 18. Quo quidem tempore populus Romanus ingemuit. *Horat.* 1. *Od.* 2. 46. Lætus inersis populo Quirini. *Ennius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 28. *Müll.* Quam prisci casci populi tenuere Latini. *Liv.* 22. 61. *sub fin.* Defecere ad Pœnos hi populi: Atellani, Calatini, Hirpini, Appulorum pars, Bruttii omnes, Lucani. *Ovid.* 2. *Fast.* 679. Est via, quæ populum Laurentes ducit in agros. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 69. Primores populi arripuit populumque tributim. *Id.* 1. *Ep.* 16. 27. Tene magis salvum populus velit, an populum tu. — *b*) Jungitur varia ratione cum *gente, populo, multitudine*, ut apud *Liv.* 6. 12. Non ex iisdem semper populis exercitus scripti, quamquam eadem semper gens bellum intulerit. *Id.* 4. 49. Æquos triennio ante accepta clades prohibuit Bolanis, suæ gentis populo, præsidium ferre. *et ibid.* 56. Eorum legatos utriusque gentis (*Volscorum et Æquorum*) populos circumisse, castigantes ignaviam, quod etc. Sic *Ovid.* 2. *Met.* 215. Cumque suis totas populis incendia gentes In cinerem vertunt. et *Virg.* 10. *Æn.* 201. Mantua dives avis; sed non genus omnibus unum: Gens illi triplex, populi sub gente quaterni. *Sall. Cat.* 10. Reges magni bello domiti, nationes feræ et populi ingentes vi subacti. *Id. in epist. Mithr. ad Arsac.* § 5. ed. *Kritz.* Namque Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis una et ea vetus causa bellandi est, cupido profunda imperii et divitiarum. Sic *Cic.* 2. *Off.* 8. 26. Regum, populorum, nationum portus erat senatus. *Justin.* 7. 1. 4. Subactis primo finitimis, mox populis nationibusque, imperium prolatum. *et ibid.* § 12. Regibus pulsis in locum omnium solus successit primusque adunatis gentibus variorum populorum veluti unum corpus Macedoniæ fecit. Cf. *Liv.* 1. 8. Vocata ad concilium multitudine, quæ coalescere in populi unius corpus nulla re, præterquam legibus, poterat etc. *Quintil.* 2. 26. 9. Ut vaga illa multitudo coiret in populos. — *c*) Apud Romanos hoc sensu comprehendit omnes omnium ordinum. *Phædr.* 4. 5. Quemcumque populum tristis eventus premit, Periclitatur magnitudo principum: Minuta plebes facili præsidio latet. *Festus p.* 233. 29. *Müll.* Populi commune est in legibus ferendis cum plebe suffragium: nam comitia centuriata ex patribus et plebe constant. *V.* PLEBS. — *d*) Interdum significat omnes præter senatum; unde illud passim in publicis monumentis: *Senatus populusque Romanus* legitur. *Liv.* 2. 56. *extr.* Et patres in populi fore potestate. — *e*) Interdum plebem tantum. *Martial.* 8. 15. Dat populus, dat gratus eques, dat tura senatus. *V.* PLEBS. — *f*) *Populus urbanus* apud *Nepot. Cim.* 2. exercitui opponitur. ¶ 2. Specialim *populus* interdum significat id, quod publicum est, *il pubblico. Ovid.* 1. *Fast.* 135. Omnis habet geminas

hinc atque hinc janua frontes; E quibus hæc populum spectat, at illa Larem. — Hinc *ire, exire, mittere in populos,* in lucem, in omnium notitiam. *Sil. It.* 7. 711. Hæc mitte in populos, et adhuc majora dabuntur. (Adde *Val. Flacc.* 2. 439.) *Eumen. Grat. act. ad Constantin.* 1. Ne meum studium dicendi minus, quam te dignum esset, iret in populos. *Claudian. VI. cons. Honor.* 649. Exeat in populos cunctis illustrior annus. Sic ire in sæcula, *Sil. It.* 12. 312. et *Plin. Paneg.* 55. *passare a posteri:* in famam et sæcula mitti, *Lucan.* 10. 533.

II.) Translate. ¶ 1. Per metonymiam contenti pro continente *populus* est regio, locus, *paese. Liv.* 21. 34. Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum. ¶ 2. Dicitur et — *a*) De quacumque multitudine, turba. *Ovid. Heroid.* 14. 115. De fratrum populo pars exiguissima restas. *Id.* 6. *Met.* 197. fingite demi Huic aliquid populo natorum posse meorum. *Lucan.* 3. 665. Nutaretque ratis populo peritura recepto. *h. e.* pluribus vectoribus. *Justin.* 10. 1. 6. Ubi in tanto populo non solum sociari, verum etiam sileri parricidium potuit. *h. e.* in tanto filiorum numero: quinquaginta enim fratres erant. *Apul. de Mag.* Quindecim liberi homines populus est; totidem servi familia; totidem vincti ergastulum. *Id.* 4. *Met.* Inter tot ac tales latrones et horrendum gladiatorum populum. *Quintil. declam.* 5. 19. Totus ille circa nos carceris populus obticuit. — *b*) De apibus. *Colum.* 9. *R. R.* 13. 12. Duo populi conjungi debent, qui possint adhuc integras ceras explere. Sic *aerios populos* dixit *Manil.* 5. 363., h. e. aves. — *c*) De cujuscumque rei multitudine. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 9. 45. (129). Pocula ita figurantur, ut, vel uno intuente, populus totidem imaginum fiat. *Pallad.* 7. *R. R.* 2. Si æqualiter spicarum populus maturato rubore flavescat. *Sidon* 6. *Ep.* 1. *ad fin.* Populus scelerum.

POPULUS, i, f. 2. *pioppo,* arboris genus: cujus tria genera, nigra, *αἴγειρος*; alba, λευκη; et quæ Libyca appellatur, minima folio, ac nigerrima, fungisque enascentibus laudatissima. Alba folio bicolor, superne candicans, inferiore parte viridi. Huic, nigræque folia in juventa circinatæ rotunditatis sunt, vetustiora in angulos exeunt. Hæc in alba per solstitium circumaguntur, ita ut alia parte cælum respiciant, quam spectavere pridie, quod et oleæ, et ulmo, et salici, et tiliæ evenit: nec aliud est certius confecti solstitii argumentum. Populus tum nigra, tum alba seritur vitium causa, post ulmos maxime utilis; alba tamen præcipue. Nullum fert fructum, carnosum rugosumque habet corticem, seritur semine, festinanter germinat, tarde senescit. Ex foliis grandissimam emittit lanuginem. Animat fluvios, et in aquosis latissime provenit, et in magnam altitudinem excrescit. Hæc ex *Plin.* 16. *Hist. nat.* 23. 35. (85)., item *ibid.* 18. 31. (77)., *ibid.* 26. 45. (108)., *ibid.* 28. 51. (119)., *ibid.* 31. 55. (126)., item 17. *ibid.* 11. 15. (78)., *ibid.* 23. 35. (200). et 18. *ibid.* 28. 68. (266). *Ovid.* 5. *Heroid.* 27. Populæ, vive, precor, quæ consita margine ripæ Hoc in rugoso cortice carmen habes. *Horat.* 2. *Od.* 3. 9. Quo pinus ingens albaque populus Umbram hospitalem consociare amant Ramis etc. *Id. Epod.* 2. 9. aduita vitium propagine Altas maritat populos. — Herculi sacra habetur, ut est apud *Virg.* 7. *Ecl.* 61., *Ovid. Heroid.* 9. 64., *Phædr.* 3. 17. et *Plin.* 12. *Hist. nat.* 1. 2. (3). *Servius* ad *Virg. loc. cit.* narrat, Leucen Oceani filiam a Plutone adamatam fuisse: post ejus mortem natam esse arborem cognominem in Elysiis, vel in ripa Acherontis, ex qua Hercules rediens ab Inferis coronam sibi fecerit, duplici foliorum colore, geminos labores, superorum inferorumque, professus. Ob hanc causam sacrificantes ei apud aram maximam populea corona ornari solebant ante Romam conditam, ut *Id.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 276. et *Macrob.* 3. *Saturn.* 12. tradunt: quamquam post ea tempora lauro usi sunt, laureto instituto in Aventino. — In hanc arborem versæ finguntur sorores Phaethontis, dum ejus casum lugerent in Padi ripis. *Virg.* 10. *Æn.* 190., tametsi 6. *Ecl.* 63. in alnos dicit. V. *Ovid.* 2. *Met.* 345. et *seqq.*

POR, ōris, m. 5. *servo,* antique, puer, servus: unde Marcipor, Lucipor, Olipor, Publipor, Quintipor, Caipor (quæ habentur suis locis) *h. e.* servus Marci, Lucii, Oli, Publii, *etc.*, ut est apud *Priscian.* 6. *p.* 700. *Putsch.*: est ab Æolico πόϊρ pro παῖς, *puer. V.* MARCIPOR. *Inscript.* apud *Gruter.* 952. 11. P. RVBRIO LATINO SIGINIVS F. FOR PATRONO SVO B. M. — Sic *pora,* æ, puera, *serva.* Alia apud *Reines. cl.* 17. *n.* 180. IVLIA AEXIA M. IVL. PORA.

PŌRA, æ, *f.* 1. *V.* voc. præced. ad fin.

PORCA, æ, f. 1. sus femina, scrofa, ὗς, σῦς (It. *scrofa, troia, porca;* Fr. *femelle du porc, troie;* Hisp. *la hembra del puerco;* Germ. *das weibliche Schwein, die Sau;* Angl. *a sow pig, sow, female swine, porket*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 134. Porca præcidanea. *V.* PRÆCIDANEUS. *Pallad.* 3. *R. R.* 26. Neque gregatim claudendæ sunt porcæ, sed etc. — Per quamdam euphoniam de porco masculo dixit *Virg.* 8. *Æn.* 641. et cæsa jungebant fœdera porca. Ubi *Servius* ad sacrificium, quod in fœderibus fiebat, porcum, non porcam, adhibitum ait: quod et *Liv.* tradit 1. 24. et *Varro* 2. *R. R.* 4. 9. Unde *Quintil.* 8. 3. 19. Quædam non tam ratione, quam sensu judicantur, ut aliud: *cæsa jungebant fœdera porca.* Fecit elegans fictio nominis: quod si fuisset *porco,* vile erat. *V.* CERVA. — Porcam auream et argenteam, hoc est effigiem porcæ ex auro et argento adhiberi solitam in sacrificio Ceriali, docet *Festus* ex *Capitone Atejo p.* 238. 11. *Müll.* — *Porcam contrahere* quid sit, *V.* in PRÆCIDANEUS.

II.) Translate. ¶ 1. Τὸ αἰδοῖον γυναικεῖον in virginibus porcam dixere, ut et Græci χοῖρον, teste *Varron.* 2. *R. R.* 4. 10., ubi plerique *porcum* legunt. *Cato R. R.* 157. *extr.* Petigini porcæ brassicam opponito: sanam faciet, et ulcus non faciet. *Schneiderus,* duce *Pontedera,* edidit *petigini spurcæ.* Porro quum porcus Græce appelletur δελφαξ a δελφυς *uterus,* quia porca ex omnibus animantibus maximum uterum habet; hinc porcus partem genitalem mulieris significat. V. *Annali dell'Instit. archeol. ann.* 1842. *p.* 85. ¶ 2. In agro *porca* est quod in arando exstat, seu terra elata inter duos sulcos: quæ et lira dicitur. *Varro* 5. *L. L.* 39. *Müll.* Ab eo quod aratri vomer sustulit, sulcus: quo ea terra jacta, id est projecta (alii *porrecta*), porca. *Id.* 1. *R. R.* 29. 3. Qua aratrum vomere lacunam striam facit, sulcus vocatur. Quod est inter duos sulcos, elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porricit. (alii leg. *porrigit.* Nam *Festus p.* 238. 7. *Müll.* Porcas, quæ in agris fiunt, ait Varro dici, quod porrigant frumentum.) *Colum.* 11. *R. R.* 3. 44. In locis siccis partibus sulcorum imis disponenda sunt semina, ut tamquam in alveolis maneant: at uliginosis e contrario in summo porcæ dorso collocanda, ne humore nimio ledantur. *V.* LIRA. — Alio sensu *Festus p.* 218. 16. *Müll.* Porcæ appellantur rari sulci, qui ducuntur aquæ derivandæ gratia: dicti quod porcent, idest prohibent aquam frumentis nocere: nam crebriores sulci limi (*Müllerus* liræ *corrigit*) vocantur. ¶ 3. Apud Bæticos, teste *Colum.* 5. *R. R.* 1. 6., porca est spatium agri triginta pedum latitudine et centum octoginta longitudine. Cf. *Isid.* inter *Auct. rei gromat. p.* 368. ed. *Rudorff.*

PORCAMIS, is, *f.* 3. fortasse a *porca* (*V.* PORCA II. 3.) est mensura agri, de quo ita *Auct. Gromat. p.* 372. edente *Rudorff.* Porcamis est pars agri, habens in latitudine ped. XXX., id est perticas decempedas VIII. *Sunt qui legendum putent* Porca unius est pars etc.

PORCĀRĬUS, a, um, adject. χοίρινος, idem ac porcinus. Vulva porcaria dicebatur illa, qua, edito partu, vescebantur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 84. (210). Vulva ejecto partu melior, quam edito. Ejecticia vocatur illa, hæc porcaria: primiparæ suis optima. Hinc *Martial.* 13. 56. Te fortasse magis capiet de virgine porca, Me materna gravi de sue vulva capit. — Hinc

Porcarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, *porcaio,* συβώτης, porcorum custos, subulcus. *Firmic.* 3. *Mathes.* 6. *n.* 6. Faciet armentarios, bubulcos, porcarios, etc.

PORCĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

PORCASTRUM, i, n. 2. herba eadem quæ porcilaca, aut portulaca. *Apul. Herb.* 103.

PORCELLĪNUS, a, um, adject. qui est ex porcello, ut Porcellinæ glandulæ, *Apic.* 4. 3. Adde *Theod. Priscian. de diæta* 6.

PORCELLĬO, ōnis, m. 3. *porcellino,* genus vermiculi. *Cœl. Aurelian.* 1. *Tard.* 4. *n.* 119. Porcelliones, idest animalia, quæ humectis locis nascuntur, a Græcis appellata ὄνισκοι. Adde *Pelagon. Veterin.* 5. *ante med.*; et *Theod. Priscian. lib.* 3. *c.* 1.

PORCELLA, æ, f. 1. *deminut. a* porca, parva porca. *Theod. Priscian.* 4. 1. Uncia una axungiæ sine sale de porcella virgine. *V.* et in PORCULA.

PORCELLUS, i, m. 2. *porcelletto, porcellino,* χοιρίον, deminut. porculi. *Varro* 2. *R. R.* 4. 15. Ne qui porcellus a matre capiatur *Sueton. Ner.* 33. *ad fin.* Venenum porcello objecit: quo statim exanimato, etc. Adde *Plin.* 30. *Hist. nat.* 6. 16. (17)., item *Phædr.* 2. 4., ubi de fetu apri usurpat.

PORCĔO, es, ere, n. 2. Præteritum *porxi* ponitur a *Charis.* 3. *p.* 217. *Putsch.*, sed sine exemplis. — *Porcere,* antiqua vox ex *porro* et *arcere,* est prohibere, impedire, *impedire, allontanare,* ἀνείργω. *Paul. Diac. p.* 15. 13. *Müll.* Porcet quoque dictum ab antiquis quasi porro arcet. Sic *Non. p.* 159. 33. *Merc.* Porcet significat prohibet. *V.* et *Festum* cit. in PORCA II. 2. *Ennius* apud *Non. p.* 160. 5. *Merc.* Dein senis me facere pietas, civium porcet pudor. *Accius ibid.* Jam ab armis porcent anni. *Lucilius ibid.* non te porro procedere porcet. *Varro ibid.* Hunc Cereris cibi ministra frugibus suis porcet. Adde *Pacuvium ibid.*

PORCĒTRA, æ, f. 1. χοῖρος, al. δέλφαξ, porca, quæ semel tantum peperit, ut scrofa, quæ sæpius. *Gell.* 18. 6. ex *Ælio Melisso.*

PORCĪLĀCA, æ, f. 1. herba, quæ et peplis dicitur, duplicis generis, sativa, et silvestris. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 20. 81. (210). et 13. *ibid.* 22. 40. (120)., ubi adrachlem (*al.* andrachnem: *at V.* Sillig. *ad h. l.*) nominat. — Dicitur et *portulaca,* et ita refertur a *Nonio* 551. 15. *Merc.* ex *Varrone.*

PORCĬLĬA, æ, *f.* 1. *porchetta di latte,* porca lactens, porcula. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. n.* 41. *lin.* 22. ET PORCILIAS PIACVLARES EPVLATI SVNT. *h. e.* eas, quæ ob piaculum immolabantur. Cf. *Not. Tir. p.* 167. Porcus, porca, porcilia. *V.* et voc. seq.

PORCĬLĬĀRIS, e, adject. ad porciliam pertinens. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. n.* 41. *lin.* 18. AD ARAM EXTAS REDDIDIT PORCILIARES.

PORCĪNA, æ, f. 1. *V.* PORCINUS I.

PORCĪNĀRĬUM, ii, n. 2. porcorum stabulum, *porcile. Gloss. Gr. Lat.* Ὑοφορβεῖον, porcinarium.

PORCĪNĀRĬUS, ii, m. 2. qui carnes porcinas vendit. *Plaut. Capt.* 4. 3. 5. Quanta laniis lassitudo! quanta porcinariis!

PORCĪNUS, a, um, adject. qui ex porco est *porcino, di porco,* χοιρεῖος.

I.) Proprie. *Seneca* 2. *Ira* 12. Elephantes porcina vox terret. *Plaut. Men.* 1. 3. 28. Polimenta porcina. *Petron. fragm. p.* 683. *Burmann.* Judæus licet et porcinum numen adoret. *Marcell. Empir. c.* 9. *p.* 98. *retro* ed. *Ald.* Fel porcinum. — *Porcina,* æ, absolute est caro porcina. *Plaut. Capt.* 4. 2. 68. Juben', alium pisces præstinatum abire? alium porcinam atque agninam?

II.) Translate. *Porcinum caput* in re militari est genus aciei, de quo ita *Veget.* 3. *Milit.* 19. *ad fin.* Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ juncta acie primo angustior, deinde latior procedit, et adversariorum ordines rumpit, quia a pluribus in unum locum tela mittuntur: quam rem milites nominant caput porcinum. Contra quod ordinatio ponitur, quam forficem vocant.

Cf. *Ammian.* 17. 13. *ante med.* Eosque desinente in angustum fronte, quem habitum caput porci simplicitas militaris appellat, impetum disjecit ardenti. — Hinc

Porcina, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, subaudi *caro. V.* sub I. — De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PORCOPOR, Sabina lingua est porcus, teste *Varron.* 5. *L. L.* 97. *Müll. Por* autem videtur in lingua Sabina eadem esse terminatio, quæ in illis Umbriæ monumentis *per* in *popluper* et similibus. Hæc *Müllerus* ad *loc. cit. V.* PORCUS init.

PORCŬLA, æ, f. 1 deminut. porcæ, *porcelletta*, χοιρίδιον, parva porca. Translate de muliere. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 67. Ni huic verri affertur merces, non hic suo seminio quemquam porculam impertiturus est. *Est qui leg.* porculenam; Fleckelsen. *vero* porcellam *eodem sensu.*

PORCŬLĀTĬO, ōnis, f. 3. χοιροβοσκία, porcorum nutritio. *Varro* 2. *R. R.* 4. 13. In nutricatu, quam porculationem appellant, etc. binis mensibus porcos sinunt cum matribus.

PORCŬLĀTOR, ōris, m. 3. qui porculos nutrit, qui feturæ suillæ curam habet. Differt a subulco, qui sues pascit custoditque a lacte epulsos. *Varro* 2. *R. R.* 4. 1. Sed quis e porculatoribus Italicis prodit, ac de suillo pecore expedit? Ita edidit *Schneiderus* ex *Gesneri* conjectura, quum vulgo sine sensu: *Sed quis e portu post Italico prodit? Colum.* 1. *R. R. præf.* 26. Porculatoris et subulci diversa professio, diversæ pastiones. *Id.* 7. *ibid.* 9. 12. Porculatoris maximum officium est, ut unamquamque scrofam cum sua prole claudat.

PORCŬLĒNA. *V.* PORCULA.

PORCŬLĒTUM, i, n. 2. ager, terra in crebras porcas, seu areas et pulvinos elaborata serendi causa. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (171). Umbri et Marsi ad vicenos pedes intermittunt (*spatium inter binas vites*) arationis gratia, in his, quæ vocant porculeta.

PORCŬLUS, i, m. 2. deminut. porci, parvus porcus, *porcelletto*, χοίριον.

I.) Proprie. *Plaut. Men.* 2. 2. 36. Si me consulas, nummum illum, quem mihi dudum pollicitus dare, jubeas, si sapias, porculum afferri tibi. h. e. quem nummum mihi pollicitus dare, illo jubeas porculum emi, et afferri tibi. (Sic *Amph.* 4. 1. 1. Naucratem quem convenire volui, in navi non erat. *et Virg.* 1. *Æn.* 577. Urbem quam statuo, vestra est.) *Gell.* 4. 11. Porculis minusculis et hædis teneriotibus victitare. *Arnob.* 7. 17. Quum porculi cœnum vobis profunderent ex volutabris horrentibus. — Jocularitor *Plaut. Rud.* 4. 4. 126. Quin dierecta i tu cum sucula et cum porculis. *V.* infra II. 2.

II.) Translate. ¶ 1. *Porculus marinus*, genus piscis rostri suilli similitudine. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 15. 17. (45). Silurus in Danubio porculo marino simillimus. ¶ 2. In torculari *porculus* dicitur batillus aut uncus, qui figebatur, ut teneret funem, quo, dum versabatur torcular, sucula circumplicabatur. Ita *Turneb. l.* 7. *Adversar. c.* 25. ad illud *Caton. R. R.* 19. Porculum in media sucula facito. *et mox.* Ubi porculum figere oportebit.

PORCUS, i, m. 2. Ratione habita etymi *Varro* 5. *L. L.* 97. *Müll.* Porcus, quod Sabinis dicitur APRIMO PORCOPOR, inde porcus; nisi si a Græcis, quod Athenis in libris sacrorum scripta κάπρῳ καὶ πόρκῳ. Ceterum *V. Voss.* in *Etymol.* — Porcus est sus domesticus, ut *aper ferus*, χοῖρος, σῦς (It. *porco*; Fr. *porc, cochon*; Hisp. *puerco, tocino, lechon, cochino, cerdo*; Germ. *das zahme Schwein*; Angl. *a hog, swine, pig*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cato R. R.* 150. Porcos serarios in oves denas singulos pascat. *Varro* 2. *R. R.* 4. 13. Scrofa in sua quæque hara suos alat oportet porcos. *Cic. Senect.* 16. 56. Villa abundat porco, hædo, agno, gallina etc. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 88. (364). Turpes porci manipulos fœni lacerantes. *Martial.* 3. 58. Avidi sequuntur villicæ sinum porci. *Id.* 8. 22. Invitas ad aprum; ponis mihi, Gallice, porcum — *b*) *Porcus femina* pro *porca* olim dixere. *Cato R. R.* 134. Priusquam porcum feminam immolabis. *Cic.* 2. *Leg.* 22. 57. Porco femina piaculum pati. Hinc, ut *Festus* docet *p.* 286. 17. *Müll.*, sæpe in libris pontificalibus dicitur *hæc agnus, hæc porcus:* quæ non ut vitia, sed ut antiquam consuetudinem testantia debemus accipere. — *c*) Ab suillo genere pecoris immolandi initium primum sumptum videtur: cujus vestigia, quod initiis Cereris porci immolantur; et quod initiis pacis, fœdus quum feritur, porcus occiditur; et quod nuptiarum initio antiqui reges ac sublimes viri in Etruria, in conjunctione nuptiali, nova nupta et novus maritus primum porcum immolant. Prisci quoque Latini, et etiam Græci in Italia idem fecitasse videntur. Hæc *Varro* 2. *R. R.* 4. 9. — Porco fiebat etiam ad expiandam insaniam. *Plaut. Men.* 2. 2. 15. MEN. Adolescens, quibus hic pretiis porci veneunt sacres, sinceri? CYL. Nummo. MEN. Eum a me accipe; jube te piari de mea pecunia. Nam ego quidem, insanum esse te, certo scio. Adde *ibid.* 36. Item Laribus, et Genio, et Telluri. *Id. Rud.* 4. 6. 4.; *Horat.* 2. *Sat.* 3. 161., 3. *Od.* 17. *extr.*, 2. *Ep.* 1. 143.; et *Tibull.* 1. 11. 26. Et universim divis placandis. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 58.; et *Ovid.* 3. *Amor.* 13. 16. V. etiam *Martial.* 6. 47. — *d*) Porci effigies inter signa militaria quintum locum obtinebat: quia confecto bello, inter quos populos pax fiebat, cæsa porca fœdus firmari solebat. Ita *Festus p.* 234. 31. *Müll. Plin.* 10. *Hist. nat.* 4. 5. (16). inter signa legionum aprum recenset.

II.) Translate. ¶ 1. *Porcus Trojanus*, qui aliis animalibus inclusis fartus coquebatur, qualem plenum turdis describit *Petron. fragm. Tragur.* 40. *Burmann.* in cœna Trimalchionis. Nomen tractum est ab equo Trojano, in quo multi viri inclusi fuere. *Macrob.* 2. *Saturn.* 9. *ad fin.* Cincius objecit sæculo suo, quod porcum Trojanum mensis inferat. ¶ 2. Per convicium dicitur de homine obeso et corpulentiore et ventri dedito. *Horat.* 1. *Ep.* 4. 15. Me pinguem et nitidum bene curata cute vises, Quum ridere voles, Epicuri de grege porcum. *Catull.* 39. 11. Aut porcus Umber, aut obesus Etruscus. ¶ 3. Porcum olim divere τὸ αἰδοῖον παρθενικόν. *V.* PORCA II. 1. ¶ 4. Est hoc nomine etiam marinus piscis, alius ab eo, quem in PORCULUS II. 1. posuimus. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 9. (19). Apion maximum piscium esse tradit porcum, quem Lacedæmoni orthagoriscum vocant: grunnire eum, quum capiatur. *et ibid.* 5. 19. (56). Inter venena sunt piscium porci marini spinæ in dorso. ¶ 5. *Porci caput*, forma quædam aciei, de quo *V.* in PORCINUS II.

PORGO, is, ere, idem ac porrigo. *V.* PORRIGO init. — *Porgo* pro *pergo*, ut *vorto* pro *verto* etc. legunt nonnulli apud *Lucret.* 1. 932. Religionum animos nodis exsolvere porgo. *At* Lachmann. *leg.* pergo.

PORPHŸRĒTĬCUS, a, um, adject. *di porfido*, ad porphyriten pertinens, ut Porphyreticum marmor, *Sueton. Ner.* 50. Porphyretica saxa, *Lamprid. Elagab.* 24. porticus, *Vopisc. Prob.* 2. Columnæ porphyreticæ, *Capitolin.* in *Pio*, 11. Cf. *Cassiod.* 2. *Hist. Eccl.* 18. *V.* PURPURITICUS.

PORPHŸRĬO, ōnis, m. 3. πορφυρίων, genus avis, quæ a nonnullis *pelecanus* dicitur. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 46. 63. (129). Porphyrio solus morsu bibit. Idem est proprio genere, omnem cibum aqua subinde tingens, deinde pede ad rostrum veluti manu afferens. Laudatissimi in Commagene. Rostra iis et prælonga crura rubent. (*Inde nomen habuisse videntur.*) *Id.* 11. *ibid.* 37. 79. (201). Quædam neutro modo, sed ventrem proximum habent, quibus prælonga colla et angusta, ut porphyrioni. *Martial.* 13. 78. in lemmate *Porphyriones.* Nomen habet magni volucris tam parva gigantis? Et nomen prasini Porphyrionis habet. Videtur *fulica porphyrio* Linn. *V.* PURPUREUS.

PORPHŸRĪTES, æ, m. 1. adject. *porfido*, πορφυρίτης λίθος, genus lapidis Ægyptii rubentis: quo in genere si albis punctis distinctus sit, leptopsephos vocatur, vel melius leucostictos, ut *Plin.* 36. *Hist. nat.* 7. 11. (57). tradit: a πορφύρα *purpura. Id. ibid.* 13. 19. (88). Intus columna porphyrite lapide.

PORPHŸRĪTIS, idis, f. 3. πορφυρίτις, ιτιδος, purpuræ colorem referens: a πορφύρα *purpura. Plin.* 15. *Hist. nat.* 18. 19. (71). Primo provenit porphyritis (*ficus*), longissimo pediculo.

PORRĀCĔUS, a, um, adject. πράσινος, ad porrum pertinens, porrum referens. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 18. 70. (117). Cyperi folia porraceis exiliora. *Id.* 37. *ibid.* 10. 58. (160). Eumithres gemma porracei coloris. *Id.* 24. *ibid.* 4. 6. (11). Viscum extra fulvum, intus porraceum.

PORRECTĒ, adverb. extense. Occurrit tantum Comp. *Porrectius* apud *Ammian.* 29. 5. *a med.* Firmus equo celsiori insidens, sago puniceo porrectius panso. *Id.* 21. 9. Porrectius ire pergebat. h. e. ulterius. *Id.* 20. 3. Porrectius progressa. Apud *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. pro *porrectius* videtur legendum *correctius.*

PORRECTĬO, ōnis, f. 3. *estensione, allungamento*, ἐπέκτασις, actus porrigendi, extentio. *Cic.* 2. *Nat. D.* 60. 150. Digitorum contractio facilis, facilisque porrectio propter molles commissuras. *Id.* 3. *Herenn.* 15. 27. Celeri porrectione brachii. *Orellius* projectione *legit, ex Lamb. conjectura.*

PORRECTUM, i, n. 2. *et*

PORRECTUS, a, um. *V.* PORRIGO et PORRICIO.

PORRĪCIÆ. *V.* PROSICIÆ.

PORRĪCĬO, rĭcis, rēci, rectum, ricere, a. 3. Part. *Porrectus* I. — Porricere est porrigere, dare, offerre.

I.) Proprie verbum est solemne sacrificantibus ex disciplina haruspicum, et præcepto pontificum, ut ait *Macrob.* 3. *Saturn.* 2., et significat diis offerre, cæsa exta aræ comburenda imponere, aut in fluctus projicere expiationis causa: a *porro* et *jacio*, ut *Festo p.* 218. 25. *Müll.* placet. *Veranius* apud *Macrob. ibid.* ex *Fabio Pictore.* Exta porriciunto, diis danto in altaria, aramve, focumve, eove, quo exta dari debebunt. Eadem habet *Festus* post *Prophanum*: sed hunc *Festi* loc. a *Forcellino* laudatum in *Mülleri* editione ipse minime inveni. *Nævius* apud *Non. p* 76. 6. *Merc.* Simul atrocia porricerent exta ministratores. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 31. Si sacrificem summo Jovi, atque in manibus exta teneam, ut porriciam. *Varro* 6. *L. L.* 31. *Müll.* Intercisi dies sunt, per quos mane et vesperi est nefas, medio tempore inter hostiam cæsam et exta porrecta fas. et *ibid.* 16. Flamen Dialis-agna Jovi facit, inter cujus exta cæsa et porrecta-vinum legit. *V.* in fine hujus paragr. *Liv.* 29. 27. Secundum eas preces cruda exta, cæsa victima, uti mos, in mare porricit. *Alii leg.* porrigit: *alii* projecit. *Virg.* 5. *Æn.* 238. *et* 775. extaque salsos Porriciam in fluctus. Ita *Macrob. loc. cit.*, reprehendens eos, qui *projiciam* substituunt. Nihilominus omnia antiqua exemplaria habent *projiciam*, aut *proiciam*, teste *Pierio* ad utrumque loc. V. etiam *Voss.* in *Etymol.* et *Heynium* ad *Virg. loc. cit.* — Præteritum *porreci*, vel *porrexi. Fenestella* apud *Non. p.* 154. 21. *Merc.* Et quædam exta præsente suis, quædam absente porrecissem. *Alii leg.* projecissem. — Hinc etiam proverb. *Inter cæsa et porrecta* apud *Cic.* 5. *Att.* 18., de quo *V.* in CÆDO.

II.) Translate, extra rem divinam. *Varro* 1. *R. R.* 29. *extr.* Dicitur porca (*in agris*), quod ea seges frumentum porricit. Sic quoque exta deis quum dabant, porricere dicebant. Alii leg. *porrigit*, et *porrigere:* quod corruptum videtur. Minus enim apte *porca* a *porrigo* duceretur. *V.* PORCA II. 2.

PORRĪGĪNŌSUS, a, um, adject. πιτυριόμενος, porrigine laborans. *Plin. Valer.* 1. 4. Caput porriginosum betæ succo lotum. *Marcell. Empir. c.* 4. *p.* 90. ed. *Ald.* Betæ viridis contusæ expressæque succo porriginosum caput frequente in balneo lotum omni tabe purgatur.

PORRĪGO, rīginis, f. 3. πιτυρίασις, λέπρα (It. *forfora, tigna*; Fr. *teigne, dartre, pityriase*; Hisp. *tiña*; Germ. *der Grind, Ausschlag*;

Angl. *scurf or scales in the head, beard, or eye-brows, dandruff*), morbus in cute capitis quem ita describit *Cels.* 6. 2. Porrigo est, ubi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt, eæque a cute resolvuntur: et interdum madent, multo sæpius siccæ sunt. Idque evenit modo sine ulcere, modo exulcerato loco: huic quoque modo malo odore, modo nullo accedente. Fereque id in capillo fit, rarius in barba, aliquando etiam in supercilio. *Seren. Sammon.* 3. 34. Est insensibilis morbus, sed noxia formæ, Quum caput immensa pexum porrigine ninguit, Copia farris uti frendentibus edita saxis. *Lucilius* apud *Non. p.* 160. 21. *Merc.* Tristem, et corruptum scabie, et porrigini' plenum. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 125. Ungere si caules oleo meliore, caputque Cœperis impexa fœdum porrigine. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 6. 23. (53). Allium phthiriases et porrigines compescit. *et ibid.* 8. 27. (69). Betæ nigræ radices porriginem tollunt. *Id.* 28. *ibid.* 11. 46. (163). Ursinus adeps porrigini cum vino prodest. *Id.* 32. *ibid.* 4. 14. (35). Porrigines curare. — Dicitur etiam de aliis corporis partibus quæ pilis vestitæ sunt: nec solum de hominibus, sed etiam de bestiis. *Scribon. Compos.* 243. Ad papulas in capite effervescentes, vel qualibet parte corporis totius porriginem. *Juvenal.* 2. 79. grex totus in agris Unius scabie cadit, et porrigine porci. *Alii leg.* prurigine.

PORRĪGO, rigis, rexi, rectum, rĭgere, a. 3. *Porigo* antiquum est teste *Festo p.* 218. 11. *Müll.* Porigam dixisse antiqui videntur, propter morem non ingeminandarum literarum. — *Porgere* per syncop. a Poetis frequenter usurpatur. *Virg.* 8. *Æn.* 274. et pocula porgite dextris. *Val. Flacc.* 2. 656. duci porgens carchesia Grajo. *Stat.* 8. *Theb.* 755. Imperat abscisum porgi. *Auson. Edyll.* 4. 37. vel re, vel spe mihi porge fruendum. *Festus p.* 218. 15. *Müll.* Antiqui etiam porgam dixerunt pro porrigam. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 204. steriles ramos mutasque volucres Porxit. *Sil. It.* 9. 458. porgebat protinus ensem. *M. Aurel.* inter *Fronton. ep.* ad *Antonin. imp.* 2. 4. Hanc ipsam epistolam paullulum me porgere sinunt instantes curæ. — Part. *Porrigens* II. 3.; *Porrectus* I. 1. 2. et 3., et II. 1. 2. et in fin.; *Porrigendus* I. 1. et 4. — *Festus p.* 218. 13. *Müll.* docet ductum esse verbum a *porro* et *rego*, probante *Forcellino*; aliis vero, addit *Festus*, id frivolum videri, quum aperte ex ἐπορέγειν tractum sit: sunt etiam qui a *pro* et *rego* deducunt. Ceterum *porrigere* est in longum vel planum extendere, protendere, προτείνω (It. *stendere, sporgere*; Fr. *étendre, allonger*; Hisp. *extender, estirar*; Germ. *vorwärts-, vor sich hinstrecken, ausstrecken, ausbreiten, ausdehnen*; Angl. *to stretch, reach, or spread out, extend*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Præcipue usurpatur de corporis membris. *Cic.* 1. *Divinat.* 53. 120. Animal membra, quocumque vult, flectit, contorquet, porrigit, contrahit. Sic *Ovid.* 2. *Met.* 197. Porrigit (*Scorpios Zodiaci signum*) in spatium signorum membra duorum. Rursus *Cic. Cœl.* 26. 63. Quum jam manum ad tradendam pyxidem porrexisset. *Id.* 3. *Nat. D.* 34. 84. Victoriolas aureas et pateras coronasque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur. *Ovid.* 1. *Met.* 767. utraque cælo Brachia porrexit. *et* 3. *ibid.* 458. Quumque ego porrexi tibi brachia, porrigis ultro. *Cic.* 3. *Fin.* 17. 57. Ne digitum quidem ejus causa porrigendum esse dicebant. *Liv.* 8. 8. Sinistro crure porrecto, scuta innisa humeris, hastas subrecta cuspide in terra fixas tenebant. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 89. Porrecto jugulo historias captivus ut audit. — Similiter de aliis. *Auct. B. Afr.* 60. Porrexerat aciem usque ad etc. *Sall. Jug.* 56. *sub fin.* Aciem latius porrigere. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (197). Pampinos teneros alligato leviter porrigitoque. *Cato R. R.* 33., unde hoc *Plin.* sumpsit, habet: corrigitoque. — Et passive, Mediorum apud Græcos more. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 88. pater ipse domus palea porrectus in horna. *Id.* 3. *Od.* 10. 3. me ante fores porrectum etc. *Stat.* 2. *Achill.* 75. Porrectus somno. Cf. *Catull.* 67. 6. Postquam es porrecto facta marita sene. *h. e.* mortuo et porrecto in ferotro. *morto disteso. Horat.* 2. *Sat.* 8. 42. Affertur squillas inter murena natantes In patina porrecta. *Virg.* 6. *Æn.* 596. *de Tytio.* per tota novem cui jugera corpus Porrigitur. Sic *Tibull.* 1. 3. 75. Porrectusque novem Tytius per jugera terræ. *Ovid.* 4. *Met.* 574. Ipse, precor, serpens in longam porrigar alvum. *Sil. It.* 6. 153. serpens centum porrectus in ulnas. *Trogus* apud *Plin.* 11. *Hist. nat.* 52. 114. (275). Supercilia quibus porrigentur in rectum, molles significant. *Plin. ibid.* 40. 95. (235). Delphini papillas gerunt paullum in obliquum porrectas. *Id.* 28. *ibid.* 4. 12. (48). Porrectis manibus ultra caput. *Id.* 9. *ibid.* 37. 61. (132). Porrectæ linguæ. *h. e.* exsertæ. *Id.* 31. *ibid.* 2. 10. (14). Porrecta coma. *distesa*: cui *crispa* opponitur. *Val. Flacc.* 6. 234. Abies (*h. e.* hasta) porrecta per armos et caput equi. *Auct. B. Afr.* 17. Jubet enim in longitudinem quam maximam porrigi. *et* 30. Porrecta equitum peditumque multitudo. *Colum.* 12. *R. R.* 16. 1. Sereno et sicco cælo (*uvas*) legi oportet et in tabulis paullisper porrigi, ne inter se pondere suo pressæ collidantur. *Id.* 5. *ibid.* 4. 2. Vites projectæ per humum porriguntur. *Plin.* 5. *Ep.* 6. Per latus omne vineæ porriguntur. Alter *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 41. (141). Caules in orbem porrecti. *At* Sillig. *ex bonis Codicib. legit* correctis. *Id.* 17. *ibid.* 10. 11. (64). Juglandes nuces porrectæ seruntur, commissuris jacentibus. — *b*) Item de locis, præcipue passive, Mediorum apud Græcos more, usurpatur. *Ovid.* 4. *Met.* 526. scopulus frontem in apertum porrigit æquor. *Plin.* 2. *Ep.* 17. *a med.* Procœton et cubiculum porrigitur in solem. *Tac.* 13. *Ann.* 38. Locum delegit, cujus pars colles erant, pars in planitiem porrigebatur. *Justin.* 42. 2. 9. Armenia in latitudinem millia pass. DCC. porrigitur. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (58). Creta inter ortum occasumque porrigitur. *s'estende per lungo.* et 5. *ibid.* 20. 17. (77). Libanus mille et quingentis stadiis Simyram usque porrigitur. *Sall. Jug.* 49. In eo colle, quem transverso itinere porrectum docuimus, etc. *Virg.* 3. *G.* 351. medium Rhodope porrecta sub axem. *Liv.* 1. 3. Quæ, ab situ porrectæ in dorso urbis, Longa Alba appellata. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (83). Pæninsula ad formam gladii in transversum porrecta. *et ibid.* 22. (65). Insula in quindecim millia passuum porrecta. Similiter *Id.* 5. *ibid.* 5. 5. (33). Marmaridæ a Parætonii ferme regione ad Syrtin usque porrecti. *et* 6. *ibid.* 28. 32. (154). Ad utraque maria porrectis gentibus. Cf. *Id.* 2. *ibid.* 81. 83. (196). Nubes in longum porrecta spatium. ¶ 2. Specialim est ad terram sternere. *Virg.* 9. *Æn.* 589. et multa porrectum extendit arena. *lungo e disteso. Ovid.* 7. *Met.* 253. in plenos resolutum carmine somnos, Exanimi similem, stratis porrexit in herbis. *coricò, stese.* et *Val. Flacc.* 6. 553. utrumque ab equis ingenti porrigit arvo, Et Zacorum et Phalcen. *atterra, getta a terra lunghi e distesi.* et *Liv.* 7. 10. *ad fin.* Uno alteroque subinde ictu ventrem hausit, et in spatium ingens ruentem porrexit hostem. *Martial. Spectac.* 15. Et volucrem longo porrexit vulnere pardum. ¶ 3. Item speciatim est prolata manu offerre, præbere, dare, *porgere, dare, offerire.* — *a*) Universim. *Cic. Mil.* 3. 9. Aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legibus. *Auct. B. Afr.* 4. Porrigere litteras alicui. *Ovid.* 8. *Met.* 94. sceleratæque dextra Munera porrexit: Minos porrecta refugit. *et* 3. *ibid.* 451. oscula lymphis. *Id.* 3. *Pont.* 1. 13. Nec tibi pampineas auctumnus porrigit uvas. *Id.* 2. *Met.* 861. et flores ad candida porrigit ora. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 258. Porrigis irato puero quum poma, recusat. *et ibid.* 8. 30. Ingustata mihi porrexerat ilia rhombi. *Id.* 1. *Ep.* 18. 91. Potores liquidi media de luce Falerni Oderunt porrecta negantem pocula. *Propert.* 4. 1. 115. Naupilus ultores sub noctem porrigit ignes. *h. e.* profert, extollit, ostendit. *Horat.* 3. *Od.* 16. 39. Contracto melius parva cupidine Vectigalia porrigam, Quam si etc. *h. a* solvam. — Et cum Conjunct. *Apul.* 2. *Met.* Arripit poculum; desuper aquâ calidâ injectâ, porrigit bibam. — *b*) Speciatim *porrigere dexteram*, amicitiæ, fidei et opis signum. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 45. 103. (250). Dextra oculis aversa appellitur, in fide porrigitur. *Cic. Dejot.* 3. 8. Per dexteram te istam oro, quam regi Dejotaro hospes hospiti porrexisti. *V.* infra II. 3. — *Porrigere dextram trans pondera* quid significet, *V.* in PONDUS. ¶ 4. Item *porrigere manum* est in altum tollere probandi causa. Sic de manibus suffragiorum causa sublatis apud *Cic. Flacc.* 6. 15. Sic sunt expressa ista præclara, quæ recitantur, psephismata, non sententiis, neque auctoritatibus declarata, nec jurejurando constricta, sed porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitatæ. Hinc figurate *Symmach.* 7. *Ep.* 15. Quare si tu quoque huic sententiæ manum porrigis etc. ¶ 5. *Porrigere manum* aliquando refertur ad sumendum, vel rapiendum quod opus est. *Nepos Dion.* 7. Celeriter pecunia deesse cœpit: neque quo manus porrigeret, suppetebat, nisi in amicorum possessiones. *Seneca Vit. beat.* 3. Hoc eruamus: nec longe positum est, invenietur: scire tantum opus est, quo manum porrigas. *Curt.* 7. 8. *a med.* Jam etiam ad pecora nostra avaras et instabiles manus porrigis. Simile est illud *Senec. Ep.* 119. Fames me appellat? ad proxima quæque tendatur manus: ipsa mihi commendabit quodcumque comprehendero. Nos dicimus *mettere, o stender le mani su qualche cosa.*

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est prolatare, extendere. *Horat.* 4. *Od.* 15. 14. famaque et imperi Porrecta majestas ad ortum Solis ab Hesperio cubili. *h. e.* producta, propagata, prolata. *Ovid.* 3. *Trist.* 11. 5. Quis gradus ulterior, quo se tua porrigat ira, Restat? *Plin.* 17. *Hist. nat.* 23. 35. (208). Gallica putatio vitis in traduces porrigitur. *Apul.* 10. *Met.* Ut splendori capessendorum responderet fascium, munus gladiatorum triduani spectaculi pollicitus, latius munificentiam suam porrigebat. ¶ 2. Speciatim de tempore, et est protrahere, differre. *Ovid.* 4. *Met.* 199. *de sole.* Spectandique mora brumales porrigis horas. *allunghi. Cels.* 2. 5. Neque ulla alia spes est, quam ut impetum morbi trahendo aliquis effugiat, porrigaturque in id tempus, quod curationi locum præstet. — Sic in re metrica, *porrecta syllaba* est producta. *Quintil.* 1. 6. 32. Aut correptis, aut porrectis literis syllabisve. *Id.* 1. 7. 14. Porrectas syllabas geminis vocalibus scripserunt. Cf. *Ovid.* 4. *Pont.* 12. 14. Et sit porrecta longa secunda mora. ¶ 3. Item speciatim est offerre, præbere, dare. *Cic.* 3. *Nat. D.* 34. 84. Esse stultitiam, a quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus et dantibus nolle sumere. *Id.* 1. *Orat.* 40. 184. Præsidium clientibus, atque opem amicis, et prope cunctis civibus lucem ingenii et consilii sui porrigere atque tendere. *Id. post red. in senat.* 9. 24. Qui mihi primus afflicto et jacenti consularem fidem dexteramque porrexit. *V.* sub I. 3. *b.* Sic *Id.* 7. *Verr.* 58. 153. Cui civi supplici non illa dextera invicta et fidem porrexit, et spem salutis ostendit? — Hinc Part. præter. pass., cujus plurima exempla supra retulimus,

Porrectus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Porrectior*; et est in longum extensus, protentus, *disteso per lungo o in piano, allungato*, προτεταμένος. *Cæs.* 2. *B. G.* 19. Porrecta et aperta loca. *piani.* et *Horat.* 1. *Ep.* 7. 41. locus planis porrectus spatiis. *Ovid. Heroid.* 10. 93. Si mare, si terras porrectaque litora vidi. *Sil. It.* 14. 647. porrecto limite. *Tac. Agric.* 35. *sub fin.* Porrectior acies. — Porrecta frons, *allegra*, læta, hilaris, exporrecta: cui *contracta* opponitur. *Plaut. Cas.* 2. 4. 3. Ego te porrectiore fronte volo mecum loqui. — Hinc

Porrectum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, usurpatur. — *a*) *In porrectum* adverbii more. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 9. 16. (32). Thessaliæ in porrectum longitudo CCCCLXXXX. mill. pass. traditur, latitudo CCLXXXVII. mill. *per lungo.* et *Ca-*

jus Dig. 8. 3. 8. Viæ latitudo ex lege XII. Tab. in porrectum octo pedes habeat: in anfractum, id est, ubi flexum est, sedecim. *h. e.* in rectum, ubi via recta est. — *b) Porrectum* est linea recta apud *Vitruv.* 10. 3. 1. *Schneid.* Unum porrecti, quam Græci εὐθεῖαν vocitant, alterum rotunditatis, quam Græci κυκλωτὴν appellant: sed vero neque sine rotunditate motus porrecti, nec sine porrecto rotationis versationes onerum possunt facere levationes. — *c) Porrecta* neutr. plur. cum Genit. *Minuc. Fel. Octav.* 17. *sub fin.* Recta montium, collium flexa, porrecta camporum. *L'estensione delle pianure.*

PORRĪNA, æ, f. 1. multitudo porrorum uno loco satorum: et locus, ubi seruntur: item ipsum porrum. *Cato R. R.* 47. Quotannis porrinam inserito: quotannis habebis quod eximas. *Arnob.* 2. 59. Quid sit triticum, dicite, far, hordeum, cicer, lenticula, porrina, cæpe. *Scævola Dig.* 7. 1. 58. Sempronio do, lego ex reditu fructuum oleris et porrinæ, quæ habeo in agro farrario, partem sextam.

PORRIXO, as, are, a. 1. frequentat. vel intens. a *porrigo*, vel *porricio*, identidem porrigo. *Apul.* in *fragm.* 10. *Met.* apud *Oudend.* p. 717. Mordicibus ganniens ego, et dentes ad Jovem elevans, Priapum frequenti frictura porrixabam. *h. e.* penem frequenti digitorum frictione excitatum identidem porrigebam.

PORRO, adverb. loci, quod, ut Græcum πόρρω, transpositione litterarum ex *pro* factum esse, nunc inter omnes constat; et est idem ac longe in anteriorem partem, ante oculos, sed procul, eminus, ultra: cui *retro* opponitur (It. *da lungi, in avanti;* Fr. *au loin, loin, en avant;* Hisp. *lejos, a lo lejos en adelante;* Germ. *vorwärts, weitfort, in die Weite, weit, weiter;* Angl. *right onward, farther, afar off, at a distance*).

I.) Proprie de loco. — *a)* Cum Verbis motum significantibus. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 18. Hem nova res orta est, porro ab hac quæ me abstrahat. *Liv.* 1. 7. Ex loco infesto agere porro armentum occepit. *Cato* apud *Charis.* 2. *p.* 190. *Putsch.* Inde pergo porro ire in Turtam. *Liv.* 9. 2. Aut eadem, qua te insinuaveris, retro via repetenda; aut si ire porro pergas, per alium saltum evadendum. *Plaut. Capt.* 3. 5. 65. Inde ibis porro in latomias lapidarias. *Id. Merc.* 5. 2. 98. Porro proficiscor quæsitum. Sic *Cato* apud *Charis.* 2. *p.* 190. *Putsch.* Itaque porro in Turtam proficiscor servatum illos. — Similiter *inde porro* apud Comicos. *Plaut. Merc.* 3. 4. 66. Jam inde porro aufugies. *et Pœn.* 5. 3. 33. Quos ego detrudam ad molas, inde porro ad pluteum. Sic figurate *Liv.* 1. 40. Si regnum-præceps inde porro ad servitia caderet. — *Porro Quirites,* formula inclamantis, et fidem auxiliumque exposcentis, *accorr'uomo:* vestram fidem. *Laberius* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 7. Porro Quirites! libertatem perdimus. *Auct. Priap.* 26. Porro (nam quis erit modus?) Quirites! Adde *Tertull. advers. Valentinian.* 13. *Porro* hic idem esse videtur, atque adeste, id est vos qui porro et procul estis, venite, accedite, ut opem feratis. — *b)* Cum Verbis quietem significantibus. *Plaut. Rud.* 4. 3. 95. Ubi tu hic habitas? GRI. Porro illic longe usque in campis ultimis. *Virg.* 6. *Æn.* 711. Inscius Æneas, quæ sint ea flumina porro. *in lontananza. Solin.* 22. *a med.* Orchades ab Hebudibus porro sunt septem dierum cursu.

II.) Translate. ¶ 1. De tempore usurpatur; et — *a)* Raro admodum refertur ad tempus præteritum. *Ovid.* 1. *Fast.* 635. Altera (*Nympha*), quod porro fuerat, cecinisse putatur: Altera, versurum postmodo quicquid erat. — *b)* Sæpissime ad futurum, et significat postea, deinde, in posterum, in futurum, *poi, per l'avvenire, in ta.* *Cato* apud *Charis.* 2. *p.* 190. *Putsch.* Me sollicitum habitum esse, atque porro fore. *Ter. Andr.* 4. 3. 16. Move ocius te, ut, quid agam, porro intelligas. *Id. Phorm.* 5. 8. 36. Quid mihi hic affers, quamobrem sperem, porro non fore? *Id. Hecyr.* 5. 1. 38. Fac, eadem ut sis porro. *Id. Andr. prol.* 22. Deinde ut quiescant porro, moneo, et desinant maledicere. *Catull.* 45. 3. te perdite amo, atque amare porro Omnes sum assidue paratus annos. *Liv.* 10. 8. Æque adhuc prosperum plebejum ac patricium fuit porroque erit. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 20. Quid restat, nisi ut porro liam miser? *Id. Phorm.* 3. 1. 10. Ecquid spei porro 'st? *Id. Adelph.* 3. 2. 37. Quod ad hanc rem opus est porro, consule. *Id. Phorm.* 5. 7. 44. Si porro esse odiosi pergitis. *Liv.* 40. 36. Neque se divinare posse quid in animo Celtiberi haberent, aut porro habituri essent. *Stat.* 7. *Theb.* 546. tu porro sequēris? — *c)* Non desunt sententiæ, in quibus *porro* pro *postea, posthac* accipi potest. *Afranius* apud *Charis.* 2. *p.* 190. *Putsch.* Nunc est distentus animus ut negotiis: porro autem propero. *Plaut. Asin.* 5. 2. 54. Jace, pater, talos, ut porro nos jaciamus. *Ter. Andr. prol.* 22. Deinde ut quiescant porro moneo. — Sic *deinde porro, hinc porro,* ut apud *Plaut. Trin.* 4. 2. 102. SY. Alii dii isse ad villam ajebant servis depromptum cibum. Deinde porro. CH. Deinde porro nolo quidquam prædices. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *ante med.* Pratum inde, non minus natura, quam arte visendum. Campi deinde porro, multaque alia prata et arbusta. *Alii leg.* Campi deinde, porro multa alia, etc. *Virg.* 5. *Æn.* 600. Albani docuere suos, hinc maxima porro Accepit Roma, et patrium servavit honorem. *h. e.* post longum intervallum. ¶ 2. Generatim inservit actionum vel rerum continuationi significandæ. *Plaut. Asin.* 5. 2. 25. Is etiam corruptus porro suum corrupit filium. *Cic. Senect.* 13. 43. Sæpe audivi a majoribus natu, qui se porro pueros a senibus audisse dicebant. *Forcellinus* ad præteritum tempus retulit et interpretatus est *jam ante. Liv.* 27. 51. Ut quisque audierat *etc.,* extemplo aliis porro impertiebat gaudium suum. *agli altri di mano in mano.* ¶ 3. Speciatim habet vim conjungendi sermonis: ita tamen ut continuationem semper aliquam aut loci, aut temporis, aut ordinis rerum succedentium adsignificet, *poi.* — *a)* Universim. *Sall. Jug.* 30. Legiones per Italiam Rhegium, atque in Siciliam, porro ex Sicilia in Africam transvectæ. *Cic.* 7. *Att.* 1. *a med.* Ei porro assensus est unus, familiaris meus, Favonius. *Sall. Jug.* 27. Timebat iram senati, ni paruisset legatis: porro animus cupidine cæcus ad inceptum scelus rapiebat. *Cic. Mil.* 9. 25. Occurrebat, mancam ac debilem præturam suam futuram consule Milone: eum porro summo consensu populi R. consulem fieri videbat. *Id. Rosc. Am.* 40. 116. Videte jam porro cetera. *Id.* 2. *Divinat.* 51. 105. Sequitur porro, nihil deos ignorare. *Id. Quinct.* 8. 31. Clamabat porro ipse Quinctius, sese idcirco nolle satisdare, ne *etc.* sponsionem porro si istiusmodi faceret, se de capite suo priore loco causam esse dicturum. — *b)* Jungitur cum *autem. Cic.* 1. *Att.* 5. Numquam certior sum factus, esse cui litteras dare possem: porro autem neque mihi accidit, ut haberem qui in Epirum proficisceretur. *Sall. Cat.* 47. Porro autem anxius erat, quid facto opus esset. *Ter. Phorm.* 1. 1. 13. Porro autem Geta feriatur alio munere, ubi hera pepererit: porro autem alio, ubi erit puero natalis dies. — *c) Porro loqui, dicere,* progredi dicendo, prosequi sermone quæ narranda restant, *proseguire. Plaut. Amph.* 5. 1. 67. Quid fit deinde? porro loquere. *Id. Curc. a.* 3. *v.* 83. Immo etiam porro, si vis, dicam. — *d)* Aliquando est hortantis, et ad pergendum quodammodo urgentis. *Cic.* 7. *Verr.* 22. 56. Age porro, tu, qui te tam religiosum existimari voluisti, cur etc. *Ter. Adelph.* 4. 4. 21. Cessatum usque adhuc est: nunc porro Æschine, expergiscere. ¶ 4. Videtur etiam esse conjunctio expletiva, ut *adeo, jam, autem,* quæ nonnumquam explendæ et jungendæ simul orationis gratia ponuntur. Ita accipit *Donatus* in illo *Ter. Andr.* 1. 5. 42. Adeon' me ignavum putas? adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum? *Cic.* 3. *Verr.* 46. 121. Neque enim perfacete dicta, neque porro hac severitate digna sunt. *Id.* 5. *Fin.* 26. 78. Ea nos mala dicimus, sed exigua, et porro minima. *Ita* Forcellinus. *At* Madvig. *legit* pæne minima, *repugnante* Handio, Tursell. vol. 4. p. 486.

PORRUM, i, n. *et*

PORRUS, i, m. 2. πράσον (It. *porro;* Fr. *porreau, potreau;* Hisp. *potreeu;* Germ. *Lauch, Porree;* Angl. *a scallion, leek*) est genus oleris duplicis generis, sectivi, et capitati: illud ita dicitur, quia sæpius secatur demeturque; hoc quia a radice in caput extuberat. Utriusque serendi *Plin.* 19. *Hist. nat.* 6. 33. (108). et *Colum.* 11. *R. R.* 3. 30. rationem tradunt. *Colum.* 10. *ibid.* 370. Et Tartesiacos Paphiosque revellere thyrsos, Atque apio fasces et secto cingere porro. *Martial.* 3. 47. Et utrumque porrum sessilesque lactucas. *Id.* 13. 19. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros: In niveo virides stipite cerne comas. *Id.* 5. 78. Viles Cappadocæ, gravesque porri. *Cels.* 4. 6. Jus, in quo porrus cum pullo gallinaceo coctus sit. *Juvenal.* 3. 293.; et *Martial.* 10. 48. sectile porrum. *Pallad.* 3. *R. R.* 24. *a med.* Hoc mense porrus serendus: quem si sectilem velis, etc. — Sectivus porrus in fila dissectus inferebatur. *Martial.* 13. 18. Fila Tarentini graviter redolentia porri Edisti quoties, oscula clausa dato. *Id.* 11. 53. et porris fila resecta suis. — Fere cum lactucis comedebatur, ut constat ex *eod. ibid.* et 3. 47., 5. 78. et 10. 48. etc. Solus, erat pauperiorum cibus. *Juvenal. loc. cit.* — Porri cauda videntur usi fuisse pro ferulis ludimagistri in scholis. *Petron. fragm. Tragur.* 56. *Burmann.* Porri et persica: flagellum et cultrum accepit. Ita *Petronii* locum interpretatur *Fr. Oriolius* in *Opusc. Letter. di Bologn. T.* 1. *p.* 116. *V.* PERSICA.

PORTA, æ, f. 1. In Dat. et Ablat. plur. num. *portabus* pro *portis* male dicitur juxta ea, quæ in ASINA init. dicta sunt. Dixit tamen *Cn. Gell.* apud *Charis.* 1. *p.* 40. *Putsch.* — Porta est aditus urbis, vel alterius loci vallo fossave muniti, qua res importantur et exportantur. Alii ducunt a portando et suspendendo vomere, quo loco aditus esset relinquendus, quum aratro mœnium locus designabatur. *V.* ARATRUM. Recentiores vero conjungunt hanc vocem cum Gr. πόρ-ος *transitus,* a πείρω vel περάω *transeo,* ut sit via, qua ex uno in alium locum transitur: *V.* PORTO. Differt a *fore, janua, ostio,* quæ ædium privatarum sunt. πύλη (It. *porta della città;* Fr. *porte;* Hisp. *puerta;* Germ. *das Thor, Stadtthor;* Angl. *the gate of a city, a door, port, portal*).

I.) Proprie. *Ovid.* 1. *Amor.* 9. 20. hic (*miles*) portas frangit, at ille (*amans*) fores. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 60. Recta porta invadam extemplo in oppidum antiquum et vetus. *Id. Mil. glor.* 2. 4. 7. Credo, istoc exemplo tibi esse eundum actutum extra portam, dispessis manibus patibulum quum habebis. *Cic.* 4. *Fin.* 9. 22. Si Hannibal ad portas venisset, murumque jaculo trajecisset. *Cic.* 7. *Att.* 2. *a med.* et 8. *ibid.* 2. *sub fin.* Pedem porta efferre. *uscir di città.* et *Fis.* 23. 55. Ad portam præsto fuere. *et ibid.* Quasi ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modone triumphali: quæ porta Macedonicis semper proconsulibus ante te patuit. *Id.* 1. *Tusc.* 7. 13. An tu egressus porta Capena, quum Calatini, Scipionum, Serviliorum, Metellorum sepulcra vides etc.? *Id.* 2. *Legg.* 23. 58. Nostis extra portam Collinam ædem Honoris. *Liv.* 2. 49. Infelici via dextro fano portæ Carmentalis (*Fabii*) profecti. *Id.* 1. 14. In ipsis prope portis bellum ortum. *Id.* 5. 13. *extr.* Refugientes in urbem multi ante portas cæsi. *Horat.* 3. *Od.* 5. 23. Portasque (*vidi*) non clausas. *h. e.* portas Carthaginis. *Virg.* 8. *Æn.* 585. exierat portis equitatus apertis. *Id.* 4. *ibid.* 130. It portis delecta juventus. *Id.* 7. *ibid.* 185. portarum ingentia claustra. *et* 2. *ibid.* 803. Danaique obsessa tenebant Limina portarum. *et* 9. *ibid.* 45. Portas objicere. *chiudere.* et *Ovid.* 14. *Met.* 780. claudere obice firma. *Id.* 3. *Art. am.* 577. reserare hosti. *Id.* 6. *Met.* 597. refringere. — Cum addito *urbis. Cic.* 14. *Phil.* 6. 15. Qui Capitolium, qui Rostra, qui urbis portas occuparent. *et* 1. *de republ.* 1. Nec id (*bellum*) a

portis hujus urbis avulsum P. Africanus compulisset intra hostium mœnia. Cf. *Horat.* 3. *Od.* 16. 14. diffidit urbium Portas vir Macedo. — Ad illud *Virg.* 2. *Æn.* 612. hic Juno Scæas sævissima portas Prima tenet, *Servius* notat, portarum urbis Junonem præsidem esse, quia portam luminis nascentibus præbet. — *Porta itineri longissima,* proverb. apud *Varron.* 1. *R. R.* 2. 2., quo significatur plus sæpe temporis consumi in apparatu, dum ad portam venias, quam in ipso itinere. Simile est illud nostrum, *il più duro passo è quel della soglia.*

II.) Translate. ¶ 1. Physica ratione et a Poetis præcipue dicitur de quovis aditu. — *a*) In re militari. *Cæs.* 3. *B. G.* 25. Non eadem esse diligentia ab decumana porta castra munita. Adde *Liv.* 3. 5. et 10. 32.; et *Veget.* 1. *Milit.* 23. Sic *Liv.* 40. 27. Porta (*castrorum*) principalis. *Auct. B. G.* 8. 9. Portis fores altioresque turres imposuit. *Cæs.* 7. *B. G.* 70. Hostes in fugam conjecti se ipsi multitudine impediunt atque angustioribus portis relictis coacervantur. *et ibid.* 41. Summis copiis castra (*Romanorum*) oppugnata demonstrant. - Fabium discessu eorum duabus relictis portis obstruere ceteras pluteosque vallo addere. — *b*) Generatim. *Plaut. Pers.* 3. 3. 30. Citius a foro fugiunt, quam ex porta ludis quum emissus est lepus. *h. e.* ex ostio caveæ circi, unde emittebantur bestiæ. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 10. 44. (157). Veneficiis rostrum lupi resistere ajunt, ob idque villarum portis præfigunt. *su i portoni. Ovid.* 6. *Met.* 596. venit ad stabula avia tandem, *etc.* portasque refringit, Germanamque rapit. *Ennius* apud *Horat.* 1. *Sat.* 4. 60. et apud *Servium* ad *Virg.* 7. *Æn.* 622. postquam discordia tetra Belli ferratos postes portasque refregit. *h. e.* templi Jani. Cf. *eumd. Virg.* 1. *ibid.* 294. diræ ferro et compagibus arctis Claudentur Belli portæ. *Id. ibid.* 86. venti, velut agmine facto, Qua data porta, ruunt. — *c*) De freto maris, *stretto. Manil.* 4. 604. Ast ubi se primum porta mare fudit ab illa, Enatat Ionio. — *d*) De porta cæli. *Ennius* apud *Senec. Ep.* 19. (at *V.* cl. *Vahlen. Ennian. poes. reliq. p.* 86. in adnotat. ad *h. l.*) et *Virg.* 3. *G.* 260. quem super ingens Porta tonat cæli. *Servius* aerem intelligit, per quem iter in cælum est. — *e*) Solis. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 12. et 1. *Saturn.* 17. *a med.* Duo tropica Signa Capricornum et Cancrum, Solis portas physici vocaverunt, quia in utraque, obviante solstitio, ulterius Solis prohibetur accessio, *etc.* Per has portas animæ de cælo in terras meare, et de terris in cælum remeare creduntur: ideo hominum una, altera deorum vocatur: hominum Cancer, quia per hunc in inferiora descensus est: Capricornus deorum, quia per illum animæ in deorum numerum revertuntur. — *f*) Portæ Somni apud *Virg.* 6. *Æn.* 894. duæ sunt, quarum altera fertur Cornea, qua veris facilis datur exitus umbris: Altera candenti perfecta nitens elephanto: Sed falsa ad cælum mittunt insomnia Manes. Ubi *Servius* ex physiologia docet, per corneam oculos significari, qui cornei sunt coloris: per eburneam os et dentes. Quæ loquimur enim, falsa esse possunt: ea vero, quæ videmus, sine dubio vera sunt, etc. *Stat.* 5. *Silv.* 3. *sub fin.* Inde tamen venias, melior qua porta malignum Cornea vincit ebur. *Propert.* 4. 7. 87. Nec tu sperne pias venientia somnia portis. Quum pia venerunt somnia, pondus habent. *Horat.* 3. *Od.* 27. 39. an vitiis carentem (*me*) Ludit imago Vana, quæ porta fugiens eburna Somnium ducit? V. *Homer. Odyss.* τ 562. et seqq. — *g*) De portis Inferorum seu Tartari. *Propert.* 4. 11. 7. Vota movent superos: ubi portitor æra recepit, Obserat umbrosos lurida porta rogos. Cf. *Ovid.* 10. *Met.* 12. ne non tentaret et umbras, Ad Styga Tænariâ est ausus (*Orpheus*) descendere porta. — *h*) *Portæ jecoris* dicuntur de ejus parte sima, ubi duo sunt tubercula, quas *portas* dixere, arbitrati succum confecti alimenti per eas in jecur deferri: unde et vena inde exorta, *vena portæ* dicta est. *Cic.* 2. *Nat. D.* 55. 137. Ex intestinis secretus a cibo succus is, quo alimur, permanat ad jecur per quasdam a medio intestino usque ad portas jecoris (sic enim appellant) ductas et directas vias. — *i*) *Porta* etiam pro podice usurpatur. *Catull.* 15. 17. *de pœna mœchorum.* Quem, attractis pedibus, patente porta, Percurrent raphanique mugilesque. *V.* MUGIL. — *l*) De angustiis et faucibus montium. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 27. (99). Taurus ubi dehiscit, seque populis aperit, portarum tamen nomine unitatem sibi vindicans, quæ aliubi Armeniæ, aliubi Caspiæ, aliubi Ciliciæ vocantur. Cf. *Ammian.* 23. 6. *a med.* Hecatompylos, a cujus finibus per Caspia litora ad usque portarum angustias stadia quadraginta numerantur et mille. *Val. Flacc.* 3. 496. primusque coacta Advehit Albana Styrus gener agmina porta. *Nepos Datam.* 7. Hic ne intrare posset saltum, in quo Ciliciæ portæ sunt sitæ, Datames præoccupare studuit. ¶ 2. *Portæ,* metaphorice. *Lucret.* 6. 32. Et quibus e portis occurri cuique deceret. *h. e.* e quibus viis, quibus rationibus: ducta translatione a portis urbis, aut castrorum, unde in hostem eruptio fit.

PORTĂBĬLIS, e, adject. Comp. *Portabilior.* — Portabilis est qui portari potest, *portabile,* φερτός. *Sidon.* 8. *Ep.* 11. *circa med.* Et portandus quidem, sed portabilis. *Augustin. Ep.* 34. Onus tolerabilius et portabilius.

PORTĂRĬUM, ii, n. 2. *V.* PORTORIUM init.

PORTĂRĬUS, ii, m. 2. *portinaio,* θυρωρός, janitor. *Vulgat. interpr.* 4. *Reg.* 7. 11. Ierunt ergo portarii, et nunciaverunt in palatio regis intrinsecus. Adde 1. *Paralip.* 16. 42.

PORTĀTĬO, ōnis, f. 3. *il portare,* ἀγωγή, φορά, actus portandi, delatio, importatio. *Sall. Cat.* 43. Nocturnis consiliis, armorum atque telorum portationibus, festinando, agitando omnia, etc. *Vitruv.* 10. 1. *a med.* Portationes eorum non essent, nisi plaustrorum per terram, navicularum per aquam inventæ essent machinationes.

PORTĀTOR, ōris, m. 3. qui portat, portitor. *Prob. art. min.* ed. *Eichenfeld. p.* 421. et edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 5. *p.* 315. Sic (ut *calcatum calcator*) utique *portatum portator,* et *cantatum cantator* suæ positionis nomina, non a verbis venientia, sunt pronuncianda. Vulgati libri exhibent hanc vocem apud *Isid.* 9. *Orig.* 4., ubi *Areval.* leg. *portitor.*

PORTĀTŌRĬUS, a, um, adject. ad portandum idoneus. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *n.* 15. Ante cibum erit adhibenda gestatio, portatoria scilicet sella, sine vehementi motu. *Auctor serm. de Ascens. Domini, inter serm. Augustini, de Temp.* 180. Delectat aspicere Christum Dominum portatoriis nubibus ascendentem.

PORTĀTRIX, icis, f. 3. *portatrice,* quæ portat. *Inscript.* apud *Donat.* 33. 9., quæ est apud *Orell.* 1373. VENERI PROBAE SANCTISSIMAE SACRVM TI. CLAVDIVS MARCION. SALVE MILLE ANIMARVM ILLVSTRI CENARE OPVS (lege *genre opu'* pro *genere*) SALVE FVLCRI ONERIS PORTATRIX INEXVPERABILE DONVM. Videtur legendum *insuperabile.* V. *Ignarra de phratriis p.* 117.

PORTĀTUS, a, um. *V.* PORTO.

PORTĀTUS, us, m. 4. portatio. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 56. (114). Tædiâ exquisita perdito portatu. *Harduin.* et *Sillig.* ex MS. legunt *nepotatu. Sil. It.* 12. 443. Perque aversa tulit portatus in arva carinas. *Sed rectius leges* portatas arva. — Supinum est quum dicit *Plin.* 14. *Hist. nat.* 3. 4. (42). Uvæ portatu faciles. *et* 23. *ibid.* 7. 62. (116). Mala piraque portatu jumentis mire gravia sunt vel pauca.

PORTELLA, æ, f. 1. *deminut.* a porta, parva porta. *Gloss. Lat. Gr.* Portella, θυμωπύλιον, παραπύλιον.

PORTEMĬA, æ, f. 1. navicula, qua utebantur in Pannonia, apud *Isid.* 19. *Orig.* 1. 26. Videtur esse vox corrupta a Gr. πορθμεῖον.

PORTENDO, tendis, tendi, tentum, tendere, a. 3. (pro *vel* porro *et* tendo). *Portendier* per paragogen est *Plaut. loc. cit.* sub *a.* — Part. *Portendens* sub *b.*; *Porte ntus* legitur in *Not. Tir. p.* 19.; hinc tamen *Portentum, i,* quod *V.* loco suo. — *Portendere* est verbum sacrum ac religiosum, et valet præmonstrare, prædicere, ante significare, ἐπισημαίνω (It. *presagire, mostrare da lungi, pronosticare;* Fr. *montrer, annoncer;* Hisp. *mostrar, señalar, pronosticar, anunciar;* Germ. *zeigen, anzeigen, ein Wahrzeichen geben, darreichen, prophezeihen, weissagen;* Angl. *to presage, portend, forebode, foretell, foreshow, betoken, augur, prognosticate*). Tum in bonis, tum in malis adhibetur. — *a*) In malis. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 4. Haruspices dudum dicebant mihi, malum damnumque maximum portendier. *Id. Curc.* 2. 2. 22. Malum, quod in quiete tibi portentum est. *Accius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 22. 45. Nam id quod de sole ostentum est tibi, Populo commutationem rerum portendit fore. *Id. Harusp. resp.* 25. 53. Periculum cædemque alicui portendere. — Sic *portentum, omen, prodigium portendere* dicitur *Justin.* 17. 1. 3. Quod portentum dira Lysimacho stirpique ejus ac regni ruinam cum clade vexatarum regionum portendebat. *Id.* 40. 1. 1. Quod prodigium mutationem rerum portendere haruspices responderunt. *V.* mox sub *b.* — *b*) In bonis. *Cic.* 1. *Divinat.* 23. 46. Ex triplici appetitione solis, triginta annos Cyrum regnaturum esse, portendi. *Auct. B. Afr.* 82. Victoriam sibi propriam a diis immortalibus portendi. *Liv.* 31. 7. *extr.* Dii immortales mihi sacrificanti, precantique, ut hoc bellum mihi, senatui vobisque feliciter eveniret, læta omnia prosperaque portendere. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 35. Nimiæ voluptati est, quod in extis nostris portentum est. *Liv.* 1. 55. Magnitudinem imperii portendens prodigium. *et Justin.* 12. 16. 6. Quod omen universarum terrarum victoriam infanti portendebat. Cf. *Liv.* 1. 8. Ab numero avium, quæ augurio regnum portenderant. — *c*) Promiscue. *Sall. Jug.* 97. Omnes credere, illi aut mentem divinam, aut deorum nutu cuncta portendi. *h. e.* significari, prædici. *Liv.* 1. 50. Sin suos ejus pœniteat, quid spei melioris Latinis portendi? *Id.* 29. 11. Consulentes, ad quod negotium domo missi essent, perficiendi ejus quam sibi spem populoque R. portenderet. Cf. *Id.* 30. 32. Ominatur, quibus quondam auspiciis patres eorum pugnaverint ad Ægates insulas, ea filiis exeuntibus in aciem portendisse deos. *Ovid.* 15. *Met.* 571. Quidquid, ait, Superi monstro portenditur isto, Seu lætum est, patriæ lætum populoque Quirini; Sive minax, mihi sit. — *d*) Interdum est significare in futurum cum effectu, secum ferre. *Sall. Jug.* 3. Omnes rerum mutationes eadem, fugam aliaque hostilia portendunt. *portano seco.* et *Liv.* 28. 5. Hi omnes suis quisque urbibus, quæ pericula terra marique portendebantur, memorantes etc.

PORTENSIS. *V.* PORTUENSIS.

PORTENTĬFER, fĕra, fĕrum, adject. portenta ferens, portentosus. *Ovid.* 14. *Met.* 55. Hunc (*gurgitem*) dea prævitiat, portentiferisque venenis Inficit. *Est qui leg.* portentificis.

PORTENTĬFĬCUS, a, um, adject. portentosus. — *a*) In bonam partem. *Lactant.* 4. 13. vertens illud Apollinis oraculum de Christo: Θνητὸς ἦν κατὰ σάρκα σοφὸς τερατώδεσιν ἔργοις: Nam quod ait, portentifica illum opera fecisse, quo maxime divinitatis fidem meruit, assentiri nobis jam videtur. Adde *ibid.* 15. — *b*) In malam. *Id.* 2. 13. *a med.* Ægyptii portentificas animalium figuras, quas colerent, commenti sunt. *h. e.* monstrosas. *V.* vocem præced.

PORTENTŌSUS, a, um, adject. De alia forma *Portentuosus* V. ad fin. — Comp. *Portentosior* et Sup. *Portentosissimus.* — Portentosus, *portentoso, mostruoso,* τερατώδης, portenti plenus, monstruosus, prodigiosus. Nam quæ monstruosa sunt, aut præter morem, portendere aliquid creduntur. *Cic.* 2. *Divinat.* 28. 60. An vero illa nos terrent, si quando aliqua portentosa aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur? *Sueton. Domit.* 4. Puer portentoso parvoque capite. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (84). Dicamus et labyrinthos, vel portentosissimum humani impendii opus. *Id.* 5. *ibid.* 1. 1. (4). Portentosa Græciæ mendacia. *Id.* 9. *ibid.* 41. 65. (140). Ingenia. *Id.*

14. *ibid.* 22. 28. (142). libido. *Id.* 23. *ibid.* 1. 27. (58). scientia. *h. e.* quæ portentosas res docet. *Id.* 30. *ibid.* 1. 2. (8). ars. *Id.* 24. *ibid.* 17. 102. (160). Ille magorum studiosissimus quanto portentosiora tradit! *Seneca Ep.* 87. *a med.* Quo quid fieri portentosius potest? *Id. Ep.* 114. *de Mæcenate.* Hanc ipsam laudem suam corrupit istis orationis portentosissimæ deliciis. *stramissima. Sueton. Cal.* 37. Commentus novum balnearum usum, portentosissima genera ciborum atque cœnarum. — Est et alia forma *Portentuosus* apud serioris ævi scriptores. *Jul. Valer. de obit. Alex. M.* 3. 19. Et cum his homines senis manibus portentuosis. *et ibid.* 47. Portentuosa plurima experti erant. *Gloss. Cyrill.* Τερατολόγος, prodigiosus. portentuosus. *et ibid.* Τερατωδὴς, monstruosus, portentuosus. Adde *Isid.* 12. *Orig.* 3. et 14. *ibid.* 3.

PORTENTUM, i, n. 2. (portendo) est id, ex quo aliquid futurum significatur et portenditur, monstrum, ostentum, prodigium, *portento, prodigio, avvenimento che significa il futuro,* τέρας.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Nat.* 3. 7. Prædictiones vero et præsensiones rerum futurarum quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quæ futura sunt, ostendi, monstrari, portendi, prædici? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur. — Inter *portenta* et *ostenta* discrimen quidam posuere. *Festus p.* 245. 14. *Müll.* Portenta existimarunt quidam gravia esse, ostenta bona. Alii portenta quædam bona, *ostenta* quædam tristia appellari: portenta, quæ, quid porro tendatur, indicent; ostenta, quæ tantummodo ostendant: monstra, quæ præcipiant quoque remedia. Hæc *Festus;* quæ tamen scriptores non observant. *V.* MONSTRUM. *Paul. Diac. p.* 244. 9. *ibid.* Portenta rerum fieri dicuntur, quum solida corpora raro se ostendunt, ut cometæ, turbines, barathra, sereno cælo facta tonitrua. Rursus *Cic.* 2. *Divinat.* 28. 61. Nam si quod raro fit, id portentum putandum est, sapientem esse, portentum est. Sæpius enim mulam peperisse arbitror, quam sapientem fuisse. *Sall. Cat.* 31. Simul, quod in tali re fieri solet, alii portenta atque prodigia nunciabant. *Virg.* 8. *Æn.* 532. ne quære profecto, Quem casum portenta ferant. *Vet. Poeta* apud *Gell.* 15. 4. Portentum inusitatum conflatum est recens. Nam mulos qui fricabat, consul factus est.

II.) Translate. ¶ 1. Portentum est quidquid monstruosum est, quod naturæ modum egreditur, quod mirum in modum est deforme, turpe, deterrimum. — *a*) Physica ratione. *Lucret.* 5. 37. Cetera de genere hoc quæ sunt portenta perempta, Si non victa forent, quid tandem viva nocerent? *Horat.* 2. *Ep.* 1. 11. diram qui contudit hydram, Notaque fatali portenta labore subegit. *Id.* 1. *Od.* 22. 13. Quale portentum neque militaris Daunias latis alit esculetis, Nec etc. *Ovid.* 2. *Amor.* 16. 23. quæ virgineo portenta sub inguine latrent. *h. e.* canes Scyllæ. *Cic.* 2. *Nat. D.* 5. 14. Præter naturam hominum pecudumque portentis. *Id.* 3. *de republ.* 9. Videat in illa incorrupta maxime gente Ægyptiorum - bovem quemdam putari deum, multaque alia portenta apud eosdem et cujusque generis belluas numero consecratas deorum. — *b*) Morali ratione de homine pernicioso. *Cic. Pis.* 4. 9. P. Clodius, fatale portentum prodigiumque reipublicæ. *Id. Prov. cons.* 1. 2. Gabinius et Piso, duo reipublicæ portenta, ac pæne funera. ¶ 2. Fictio, mendacium, commentum incredibile et naturæ repugnans. *Cic.* 1. *Tusc.* 6. 11. Poetarum et pictorum portenta convincere. *Lucret.* 4. 590. Cetera de genere hoc monstra et portenta loquuntur. *Gell.* 10. 12. Portenta atque præstigias scribere.

PORTENTŪŌSUS, a, um. *V.* PORTENTOSUS ad fin.

PORTENTUS, a, um. *V.* PORTENDO.

PORTHMEUS, ei *et* eos, m. 2. disyllab. *barcaiuolo,* πορθμεύς, qui trans flumen, aut fretum homines navigio transducit, portitor: a πορθμός *fretum. Juvenal.* 3. 266. Jam sedet in ripa, te trumque novitius horret Porthmea, nec sperat cœnosi gurgitis alnum. *h. e.* Charontem. Sic *Petron. Satyr.* 121. vix navita Porthmeus Sufficiet simulacra virum traducere cymba. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 702. *n.* 235. SAT FVERAT PORTHMEV CYMBA VEXISSE MARITAM.

PORTHMOS *vel* porthmus, i, m. 2. *stretto di mare,* πορθμός, fretum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 10. (74). Porthmos a Græcis, a nobis Gaditanum fretum. Adde *Melam* 1. 1. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

PORTĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. porticuum ordo. *Macer Dig.* 11. 7. 37. Si amplum quid ædificari testator jusserit, veluti in circuitu (*sepulcri*) porticationes, eos sumptus funeris causa non esse.

PORTĬCŬLA, æ, f. 1. *picciol portico,* parva porticus. *Cic.* 7. *Fam.* 23. *a med.* Exedria quædam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani.

PORTĬCŬLUS, i, m. 2. ¶ 1. Est idem ac porticula. *Inscript.* apud *Murat.* 1716. 14. HAEC AVTEM MACERIA COMPRESA (*sic*) CVM MVNIMENTO ET PORTICVLO QVAE FACIT IN FRONTE PEDES XX. IN AGRO PEDES XXVII. ¶ 2. Est idem ac parvus portus in *Gloss. Lat. Gr.* Porticulus, λιμενίσκος.

PORTĬCUNCŬLA, æ, f. 1. deminut. *piccolo portichetto,* parva porticula. *Inscript.* apud *Gor. Inscr. Etr. T.* 1. *p.* 195., quæ est apud *Orell.* 4821. AGATHOPVS AVG. LIB. INVITATORQVE AD MODVM IN INTROITVM PORTICVNCVLAE AD MONIMENTVM AVRELIAE IRENES SVPERPOSITO TITVLO DE SVO FECIT.

PORTĬCUS, us, f. 4. *Porticuum* in Genit. plur. *Vitruv.* 5. 1. Trabes, in quibus invehuntur porticuum contignationes. Adde *Sueton. Cal.* 37. et *Domit.* 14. — Porticus, ut ait *Isid.* 15. *Orig.* 5. quasi porta, est locus amplus et longus, columnis, aut pilis suspenso tecto munitus, cetera apertus, deambulationis, umbræque, et imbrium vitandorum causa. Erant privatæ, quas ditiores sibi construebant tum in urbe, tum in agris: erant publicæ ingenti sumptu exstructæ, signis, picturis, marmoribus exornatæ, in quibus non solum otiosi homines deambulare solebant, sed aliquando jus dictum, senatum habitum, exceptos legatos legimus: item varia negotia agitata, sponsalia inita, merces pretiosas expositas etc. De his *Pitisc.* in *Lex.* fuse et accurate. στοά (It. *portico;* Fr. *galerie à colonnes, galerie couverte, portique;* Hisp. *pórtico;* Germ. *d. Säulengang, Halle, Gallerie;* Angl. *a portico, porch, covered walk surrounded with pillars*).

I.) Proprie. *Plaut. Most.* 3. 3. 7. Quin ego ipse et Philolaches in publico omnes porticus Sumus commensi. *e' ibid.* 3. 2. 69. Gynæceum vult hic ædificare in suis Et balineas et ambulacrum et porticum. *Cic.* 1. *de republ.* 12. Quum paullulum inambulavisset in porticu etc. *et* 3. *ibid.* 31. Viæ latæ, porticus, templa etc. *Id.* 4. *Att.* 16. *ad fin.* In Campo Martio sæpta tribuis comitiis marmorea sumus et tecta facturi: eaque cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur. *Id. Dom.* 44. 116. In Palatio, pulcherrimo prospectu, porticum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concupierat, amplissimum peristylum. *Martial.* 1. 13. Hic rudis æstivas præstabat porticus umbras: Heu quam pæne novum porticus ausa nefas! Nam subito collapsa ruit, quum mole sub illa Gestatus bijugis Regulus esset equis. *Virg.* 2. *Æn.* 528. Porticibus longis fugit, et vacua atria lustrat. *et* 3. *ibid.* 353. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 71. cur Non ut porticibus, sic judiciis fruar isdem. *Vitruv.* 5. 11. Constituuntur in tribus porticibus exedræ spatiosæ, habentes sedes, in quibus philosophi, rhetores reliquique, qui studiis delectantur, sedentes disputare possunt. *Justin.* 21. 4. 3. Plebi epulas in publicis porticibus (*Carthaginis*), senatui in domo sua parat. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (88). *de labyrintho Ægypti.* Quin et cœnacula clivis excelsa; porticus quoque descenduntur nonagenis gradibus. — *Labeo* apud *Nerat. Dig.* 39. 2 47. porticum memorat in superiore ædium parte positam. — *Sueton. Ner.* 31. Ut porticus triplices milliarias haberet. *h. e. portici con tre ordini di colonne, e lunghi mille passi.*

II.) Translate. ¶ 1. De tentoriis videtur intelligendum illud *Ennii,* ubi saucius miles in exercitu Græcorum ad Trojam ita loquitur apud *Cic.* 2. *Tusc.* 16. 38. Namque Æsculapi liberorum saucii opplent porticus: Non potis accedi. ¶ 2. De quovis tecto ad latera aperto. *Cæs.* 2. *B. C.* 2. Pedalibus lignis conjunctis inter se porticus integebatur. *h. e.* vineæ militaris tectum. *Colum.* 9. *R. R.* 7. 4. Convenit alvearia porticibus supermuniri. *et ibid.* 14. 11. Porticu protecta vasa. ¶ 3. Metonymice refertur ad disciplinam Stoicorum, qui in porticu disputare soliti. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 24. 75. Quum habeam Chrysippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 44. insanum (*hunc*) Chrysippi porticus et grex Autumat. Rursus *Cic. fragm.* apud *Augustin.* 3. *contr. Acad.* 7. Clamat Zeno, et tota illa porticus tumultuatur. Adde *Gell.* 12. 5. *ad fin.*

PORTĬO, ōnis, f. 3. dicta est quasi *partio,* vel *partitio,* a *pars* (quocum junge et πόρω *divido*) et partem significat, μέρος, μερὶς (It. *porzione, parte;* Fr. *portion, partie;* Hisp. *porcion, parte. partida;* Germ. *die Abtheilung, d. heil, Antheil;* Angl. *a portion, part*).

I.) Proprie usurpatur a Scriptoribus, argenteæ quos dicunt ætatis. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 9. 6. (42). Luna modo curvata in cornua facie, modo æqua portione divisa. *Ammian.* 22. 13. *extr.* Quarto nonas Decembres, vergente in vesperam die, reliqua Nicomedia collapsa est terræ motu, itidemque Nicææ portio non mediocris. *Juvenal.* 9. 127. brevissima vitæ Portio. *Justin.* 24. 4. 2. Ex his portio in Italia consedit, - et portio Illyricos sinus penetravit. *Id.* 36. 2. 5. Portio hereditatis. *Id.* 8. 5. 6. prædæ. *Id.* 21. 1. 2. Regnum portionibus inter plures filios dividere. *Id.* 28. 1. 1. Pars Acarnaniæ, quam in portionem belli pater pupillorum acceperat. *h. e.* in mercedem belli gesti. *et* 5. 2. 9. Vocare aliquem in portionem muneris. *chiamare a parte. Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (177). Nihil natura portionibus parit. *h. e.* per partes et intervalla. *Id.* 12. *ibid.* 18. 41. (84). Quota portio ex illis ad deos jam pertinet? *Id.* 8. *ibid.* 28. 42. (102). Circa quod magna mortalium portio bæret. *Id.* 34. *ibid.* 9. 20. (97). Massa proflatur in primis: mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei. *Id.* 6. *ibid.* 13. 14. (33). Asiæ magna portio apposita septentrioni. *Id.* 26. *ibid.* 8. 49. (78). Ad calculos vettonicam et verbenacam et millefolium æquis portionibus ex aqua bibere suadent. *ana.* Sic *Cels.* 4. 24. *a med.* Pari portione inter se mixta pix, cera, alumen. *et* 5. 18. *n.* 4. Glandis cortex et nitrum paribus portionibus.

II.) Translate *portio* significat comparationem et proportionem alicujus rei ad alteram, *proporzione;* quo sensu occurrit — *a*) *Pro portione* apud Classicos. *Cato R. R.* 106. *extr.* Si quis plus voles aquæ marinæ concinnare, pro portione ea omnia facito. *Varro* 1. *R. R.* 18. 3. Quod Cato si voluit, uti pro portione ad majorem fundum vel minorem adderemus etc. *Cic.* 7. *Verr.* 21. 55. Numquam in Sicilia frumentum publice est emptum, quin Mamertinis pro portione imperaretur. *per la loro parte,* vel *a proporzione di ciò che raccolgono. Id. Flacc.* 14. 32. Quum omnes Asiæ civitates pro portione in provincia descripsisset. *Id.* 2. *Orat.* 79. 320. Oportet, ut ædibus ac templis vestibula et aditus, sic causis principia pro portione rerum præponere. *Liv.* 34. 50. Mille ducentos ea ratione Achaia habuit. Adjice nunc, pro portione quot verisimile sit totam Græciam habuisse. *Colum.* 1. *R. R.* 4. 8. Pro portione etiam facultatum, quam optime pater familias debet habitare. — Similiter *pro rata portione, pro sua quisque portione, pro sua portione,* ut apud *Plin.* 11. *Hist. nat.* 15. 15. (40). Æstiva mellatione decimam partem apibus relinqui placet, si plenæ fuerint alvi: si

minus, pro rata portione: aut si inanes, omnino non attingi. *Censorin. de die nat.* 3. Sed et alii sunt dii hominum vitam, pro sua quisque portione, adminiculantes. *Quintil.* 10. 7. 28. Pro sua scilicet portione. — *b*) *Portione* sine præpos. eodem sensu apud *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 49. (133). Cerebrum omnia habent animalia, quæ sanguinem: sed homo portione maximum. *a proporzione della molę del corpo*, κατὰ μέγεθος. Adde *eumd. ibid.* 70. (183). *et ibid.* 2. 1. (2). et *Colum.* 2. *R. R.* 9. 1. Uberem campum in singula jugera tritici quinque medios obserere præcipiunt: atque hac portione mediocribus agris semina præbenda censent. *con questa proporzione. Quintil.* 6. 1. 26. Tanto quadam portione ad afficiendum potentiora. *Id.* 11. 3. 139. Pars posterior eadem portione altius qua cinctura terminatur. *Ita legendum conjecit* Spalding.; *Codd. habent* quam. — *c*) *Ad portionem, supra portionem* apud *Plin.* 14. *Hist. nat.* 21. 27. (133). Mitiores plagæ doliis vina conduut, infodiuntque terræ tota, aut ad portionem situs. *a proporzione del clima.* Sic 24. *ibid.* 8. 30. (46). Foliis cum vino tritis ad virium portionem. *et* 36. *ibid.* 16. 25. (130). Omnes oculorum medicamentis prosunt, ad suam quisque portionem. *ognuno a proporzione della sua virtù.* et *Colum.* 7. *R. R.* 1. 2. *de asello.* Hujus animalis tam exiguæ tutelæ plurima et necessaria opera supra portionem respondent. *più di quel che importa la spesa di mantenerlo.* — *d*) Raro in aliis casibus usurpatur. *Curt.* 7. 11. 12. Eadem ad decem homines servabitur portio. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 87. Magnis arboribus quaternos modios stercoris circumspergere: in ceteris autem pro magnitudine portionem servare.

PORTIŌNĀLIS, e, adject. portionem continens. *Tertull. Virg. veland.* 4. *sub fin.* Subjectum igitur est generali speciale, et portionale universali. *Id. advers. Psych.* 9. Exceptio edulium quorumdam portionale jejunium est.

PORTISCŬLUS, i, m. 2. *comito, aguzzino, portolatto*, κελευστής, pausarius qui remigibus signum dat, hortator remigum, et eorum in remigando ictus ac vires voce et signo moderans: a *portu*, quia in portu modum dat classi, ut ait *Ælius Stilo* apud *Festum p.* 234. 5. *Müll.* Tenebat is perticam, quæ malleus dicebatur, fortasse quia una parte capitata erat: qua modum daret remigandi. Ea quoque pertica *portisculus* dicebatur, ut *Festus ibid.* et *Non. p.* 151. 20. *Merc.* docent.

I.) Proprie. *Ennius* apud *Non. loc. cit.* tonsas ante tenentes Parerent, observarent, portisculu' signum Quum dare cœpisset. *Cato* apud *Festum loc. cit.* C. Licinio prætore, remiges scripti cives R. sub portisculum, sub flagrum conscripti veniere passim, *Laberius* apud *Non. loc. cit.* Nec palmarum pulsus, nec portisculi. *Sil. It.* ita describit 6. 360. mediæ stat margine puppis, Qui voce alternos nautarum temperet ictus, Et remis dictet sonitum, pariterque relatis Ad numerum plaudat resonantia cærula tonsis. *V.* CELEUSMA et HORTATOR. De portisculo disputavit *Gronovius Observ.* 4. 26.

II.) Translate. *Plaut. Asin.* 3. 1. 14. Et meam partem loquendi, et tuam trado tibi: ad loquendum atque ad tacendum tute habeas portisculum.

PORTĬTANS, antis, particip. ab inusit. *portito*, sæpe portans. *Gell.* 20. 1. *ante med.* Eum servus sequebatur, crumenam plenam assium portitans. *At* Hertz. *legit* ferens crumenam plenam assium.

PORTĬTOR, ōris, m. 3. duo diversa significat; scilicet

A) Portitor a *portu* est qui stipem, quæ portorium dicitur, exigit a viatoribus pro transitu mercium, aut hominum ex uno in alium locum: qui fructus pecuniarios ex portu conducit. Sunt tamen qui putant, *portitores* proprie non publicanos, sed eorum operas esse (V. *Casaub.* ad *Theophrast.* 6. et *Burmann. de vectigal. p.* 140.): atque ubi de publicanis dictum est, ibi *portitor* vocem esse translatam ad publicanos ab eorum operis. *Non. p.* 24. 19. *Merc.* Portitores dicuntur telonarii, qui portum obsidentes omnia sciscitantur, ut ex eo vectigal accipiant. τελωνιστής (It. *pedaggiere, doganiere, gabelliere*; Fr. *péager, receveur de péage*; Hisp. *peagero*; Germ. *der Zolleinnehmer, Zöllner*; Angl. *a toll-gatherer, custom-house officer, custom-receiver, collector of portage*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Asin.* 1. 3. 7. Ego pol istum portitorem privabo portorio. et *Trin.* 4. 4. 15. Solutum 'st portitori jam portorium. *Varro* apud *Non. loc. cit.* Tum portitores æra induxere. *Cic.* 1. *Off.* 42. 150. Improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum. *Id. fragm.* apud *Non. loc. cit.* Nolo eumdem populum imperatorem et portitorem esse terrarum. *Id.* 2. *leg. Agr.* 23. 61. Est iniquum, hos decemviros, portitores omnibus omnium pecuniis constitui, qui non modo reges atque exterarum nationum homines, sed etiam imperatores nostros excutiant. ¶ 2. Latiori sensu est unus idemque, sed qua tabellarii munere fungebatur, tabellarius, *portalettere. Ter. Phorm.* 1. 2. 99. Sed epistolam ab eo allatam esse audivi modo, Et ad portitores esse delatam: banc petam. Ubi *Donatus*: Ad eos qui in portu sunt. Et quo more hoc dixerit, vide, Attico an Romano. *Hieronym. Ep.* 68. *n.* 2. Quod si sanctus diaconus (*Heraclius*) portitor litterarum tuis rursum amplexibus fuerit irretitus etc. Adde *Cassiod.* 1. *Variar.* 46. *V.* tamen infra sub *B.* 4., quo hæc *Hieronym.* et *Cassiod.* transferenda videntur; et CONSUETUDINARIUS.

II.) Translate de muliere, quæ nimium sollicite viri actiones percontabatur. *Plaut. Men.* 1. 2. 5. Quoties foras ire volo, me retines, revocas, rogitas, quo eam, quam rem agam, quid negotii geram, quid petam, quid feram, quid foris egerim. Portitorem domum conduxi: ita omnem mihi rem necesse loqui est, quidquid egi atque ago.

B) Portitor a *porto, as* ¶ 1. Stricto sensu est qui mercede ex uno in alium portum navi transducit, *barcajuolo*, πορθμεύς. *Seneca* 6. *Benef.* 18. Plato quum flumen nave transisset, nec ab illo quidquam portitor exegisset, etc. ¶ 2. Hinc a Poetis sæpe de Charonte usurpatur, qui transvehere dicitur defunctorum animas, et pretium exigere. *Virg.* 4. *G.* 502. nec portitor Orci Amplius objectam passus transire paludem. Adde 6. *Æn.* 298. *Propert.* 4. 11. 7. ubi portitor æra recepit, Obserat herbosos lurida porta rogos. *Stat.* 12. *Theb.* 559. Lethæi portitor amnis. *Albinov.* 1. 357. Fata manent omnes, omnes exspectat avarus Portitor. Adde *Val. Flacc.* 1. 784.; et *Senec. Herc. Fur.* 768. ¶ 3. Translate, ut *Forcellino*; latiori sensu, ut aliis placet. *Colum.* 10. *R. R.* 155. et *Martial.* 9. 72. Quid meruit terror Nemees, quid portitor Helles? *h. e.* aries, qui Phrixum et Hellen trans mare vexit. Alii apud *Martial.* leg. *proditor*: quæ varietas lectionis etiam apud *Lucan.* 4. 57. habetur. *Stat.* 1. *Theb.* 692. sed jam temone supino Languet hyperboreæ glacialis portitor Ursæ. *h. e.* Arctophylax, seu Bootes, qui Ursæ majoris plaustrum agere fingitur, ut portitor navem. ¶ 4. Generatim est etiam *portitor*, qui portat seu navi, seu manu, humeris ve, *portatore. Claudian. epigr.* 49. 17. Jussus post multos graditur paralyticus annos (Mirandum) lecti portitor ipse sui. *Capell.* 2. *p.* 41. Tunc portitores divæ correpta lectica magno eam molimine subvexere. *Prudent.* 5. περὶ στεφ. 405. Nam corvus Heliæ datus Olim ciborum portitor. *Impp. Arcad. et Honor. Cod.* 11. 4. 1. Ne quis audeat portitores frumenti ad suscipiendum onus aliqua necessitate compellere. *condottieri, o barcajuoli. Sidon.* 6. *Ep.* 3. Commendamus apicum portitorem. *Arnob.* 1. 65. Nunciator et portitor muneris tanti.

PORTĬTŌRĬUM, ii, n. 2. telonium, ad quod sedet portitor. *Gloss. Lat Gr.* Portitorium, τελωνεῖον.

PORTIUNCŬLA, æ, f. 1. deminut. portionis, *porzioncella*, μερίς, parva portio, particula. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 7. 23. (83). Vestis portiuncula. *Ulp. Dig.* 39. 2. 15. Si modica portiuncula ædium amplissimarum vitium faciat.

PORTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Portans* I. et II.; *Portatus, Portaturus* et *Portandus* I. — *Portare* (quod ratione habita etymi cum Gr. πορεῖν conjungi potest) est ferre, gestare, bajulare, vehere, comportare. A nonnullis putatur esse a φόρτος *onus. Cajus Dig.* 50. 16. 235. docet, proprie dici de iis, quæ jumento feruntur, sicut *ferre* de iis, quæ quis suo corpore bajulat. Si allatam notationem probes, quum φόρτος dicatur de onere navium, *portari* dicentur, quæ navi vehuntur. Sed in usu quocumque modo ferre, *portare* est. φέρω, βαστάζω (It. *portare, recare*; Fr. *porter, transporter*; Hisp. *llevar, transportar*; Germ. *tragen, forttragen, fahren, fortfahren*; Angl. *to carry, bear, convey*).

I.) Proprie. *Cic.* 2. *de republ.* 4. *extr.* Ut quod ubique gentium est, ad eam urbem, quam quisque incolat, possit adnare, et rursus ut id, quod agri efferant sui, quascumque velit in terras portare possit ac mittere. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 10. Quum hominem portarem ad Bajas octophoro. *Nepos Phoc.* 4. Quum pedibus jam non valeret, et vehiculo portaretur. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 76. Sed puerum est ausus Romam portare docendum Artes. *condurre.* et 1. *Ep.* 13. 12. ne forte sub ala Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum. *Virg.* 5. *Æn.* 565. quem Thracius albis Portat equus bicolor maculis. *Val. Flacc.* 2. 429. Jam remi rapuere ratem, jam flamina portant. *Lucret.* 4. 443. venti per cælum nubila portant. *Cæs.* 1. *B. G.* 5. Frumentum omne, præter quod secum portaturi erant, comburunt. *Id.* 5. *ibid.* 23. Ut nulla navis, quæ milites portaret, desideraretur. *Id.* 1. *B. C.* 78. Quorum corpora erant insueta ad onera portanda. *Nepos Datam.* 4. Quæ regi portarentur, abripiebat. *Cic.* 12. *Fam.* 3. *sub fin.* Portare viaticum ad hostem. *Virg.* 11. *Æn.* 281. ad aliquem munera. *Seneca Œdip.* 59. mortuum ad ignem. *h. e.*, ut ait *Ovid. Heroid.* 15. 116., portare corpus ad rogum. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 44. 45. (146). aliquem in rogum. *Nemesian. Cyneg.* 155. catulum cubili. *h. e.* ad cubile. Sic *Val. Flacc.* 5. 9. robora cædunt Pars silvis, portantque aræ. *h. e.* ad aram exstruendam. *Albinov.* 1. 125. tumulo portaris et igni. *h. e.* ut cremeris et tumuleris. *Cic.* 2. *Off.* 8. 28. Portare aliquid in triumpho. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 90. panem humeris. *Colum.* 9. *R. R.* 8. 3. aliquid collo. *Ovid.* 14. *Met.* 647. stimulos manu. *et* 6. *ibid.* 138. aliquid in sinu suo. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 8. 15. (31). Peneus accipit animem Horcon, nec recipit, sed olei modo supernatantem, brevi spatio portatum abdicat. — *Portare se* est *Veget.* 1. *Veterin.* 26. *extr.* Sale fricabis oleoque et aceto, linteolisque munibis, dumtaxat singulos pedes, ita ut (*equus*) portare se possit.

II.) Translate. — *a*) De hominibus. *Plaut. Stich.* 2. 1. 3. Ita onustum pectus porto lætitia lubentiaque. *Id. Capt.* 4. 2. 89. Tantum ego nunc porto a portu tibi boni. Sic *Ter. Andr.* 2. 2. 1. Di boni, boni quid porto! *Id. ibid.* 2. 6. 2. Aliquam alicui portare fallaciam. *Id. Hecyr.* 3. 5. 63. Porto hoc jurgium ad uxorem. *Sall. Cat.* 6. Post, ubi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant. *Id. ibid.* 58. Memineritis vos divitias, decus, gloriam, præterea libertatem atque patriam in dexteris vestris portare. *Liv.* 1. 34. Has spes cogitationesque secum portantes urbem ingressi sunt. *Id.* 45. 1. *extr.* Ludis relictis domus magna pars hominum ad conjuges liberosque lætum nuncium portabant. *Id.* 21. 18. Hic vobis bellum et pacem portamus. *Horat.* 1. *Od.* 6. 3. tristitiam tradam protervis in mare portare ventis. *Propert.* 1. 3. 29. timorem cuipiam. *recare.* et *Val. Flacc.* 2. 326. alicujus preces alicui. *riportare, riferire. Sil. It.* 16. 160. incendia in Libyam. Cf. *Manil.* 5. 17. Et Canis in totum portans incendia mundum. — *Sil. It.* 10. 633. portare titubantem ad mœnia gressum. *Id.* 1. 312. obvia quisque Ora duci portans, seu sulus bella capes-

sit. — Huc pertinet et illud *Coripp.* 4. *Johann.* 735. belli portare labores. *h. e.* sustinere. — *b)* De abstractis. *Ter. Heaut.* 4. 1. 12. Nescio quid peccati portat hæc purgatio. *h. e.* arguit, continet, *porta seco.* et *Ovid.* 3. *Pont.* 4. 1. portantia verba salutem.

PORTŌRĬUM, ii, n. 2. (porto). Dat. plur. PORTORIEIS *V.* in *Inscript.* allata sub 1. ¶ 1. Portorium est vectigal, quod solvitur pro rerum transvectione per maria, flumina, lacus: quod qui redimunt, *portitores* dicuntur: *V.* PORTITOR, sub *A.* init., τέλος (It. *pedaggio, gabella d'entrata e uscita, dazio*; Fr. *péage, droit d'entrer et de sortir de douane*; Hisp. *peage*; Germ. *Abgabe für ein-und ausgeführte Waaren, Zoll bei der Einfuhr od. Ausfuhr*; Angl. *the tax or tribute paid for goods imported or exported, customs, tolls, tollage, portage*). *Plaut. Trin.* 4. 4. 15. Portitori portorium solvere. *Lucilius* apud *Non. p.* 37. 20. *Merc.* Facit idem quod illi qui inscriptum e portu exportant clanculum, Ne portorium dent. Adde *Cæcil.* apud *Gell.* 15. 14. *Cic.* 4. *Verr.* 72. 176. Dico, te multam Deliacam supellectilem, plurima vasa Corinthia, magnum numerum frumenti, vim mellis maximam Syracusis exportasse: his pro rebus quod portorium non esset datum, litteras ad socios misisse L. Canulejum, qui in portu operas daret. *Auct. B. Alex.* 13. Erant omnibus ostiis Nili custodiæ exigendi portorii causa dispositæ. *Labeo Dig.* 19. 2. 60. *ad fin.* Quum pontem transiret, redemptor ejus pontis portorium ab eo exigebat. *Cic. Fontej.* 5. 9. Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse. *Id. Pis.* 36. 87. Vectigalem provinciam, singulis rebus, quæcumque venirent, certo portorio imposito, servis tuis publicanis a te factam esse, meministi? *Id.* 1. *Invent.* 30. 47. Si Rhodiis turpe non est portorium locare, ne Hermacreonti quidem turpe est conducere. *Cæs.* 1. *B. G.* 18. Portoria reliquaque omnia Æduorum vectigalia parvo pretio redempta habere. *Id.* 3. *B. G.* 1. Iter per Alpes, quo magno cum periculo magnisque portoriis mercatores ire consueverant. *con grandi spese di gabelle. Plebiscitum de Thermens.* apud *Murat. p.* 582. *lin.* 67. et apud *Orell. Inscript.* 3673. *extr.* QVAM LEGEM PORTORIEIS TERRESTRIBVS MARITIMEISQVE TERMENSES MAIORES PHISIDAE CAPIVNDEIS INTRA SVOS FINEIS DEIXSERINT EA LEX IEIS PORTORIEIS CAPIVNDEIS ESTO DVM NEI QVID PORTORI AB IEIS CAPIATVR QVEI PVBLICA POPVLI ROMANI VECTIGALIA REDEMTA HABEBVNT QVOS PER EORVM FINEIS PVBLICANEI EX EO VECTIGALI TRANSPORTABVNT. ¶ 2. Qui *portorium* naulum intelligunt, non habent, opinor, quo se tueantur. Hæc *Forcellinus.* At *Apul.* 6. *Met.* Charon expetens portorium.

PORTŪENSIS *vel* portensis, e, adject. ad Portum Tiberis pertinens, qui et Portus Romanus dicitur, prope Ostiam. Ibi corpus erat mensorum, qui annonam a caudicariis per Tiberim invehendam in Urbem metiebantur. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 14. 4. 9. Ad excludendas patronorum caudicariorum fraudes et Portuensium furta mensorum. *Inscript.* apud *Gruter.* 462. 1. VT MENSORES NOS PORTVENSES QVIBVS VETVS FVIT CVM CAVDICARIIS DIVTVRNVMQVE LVCTAMEN etc. Adde 235. 7. Alia apud *Fabrett. p.* 84. *n.* 144. M. MVRDIVS M. L. ONESITROPHVS FABER FERRARIVS PORTVENSis. Alia apud *Murat.* 720. 2., quæ est apud *Orell.* 3184. MEMMIO VITRASIO ORFITO V. C. OB EIVS TEMPORIBVS DIFFICILLIMIS EGREGIAS AC SALVTARES PROVISIONES SVSCEPTORVM OSTIENSIVM SIVE PORTVENSIVM ANTIQVISSIMVM CORPVS STATVAM CONSTITVIT. *h. e.* tum Ostiensium, tum Portuensium; hic enim *sive* significat *et. V.* SIVE. — Etiam *Portensis* scribitur. *Inscript.* apud *Gruter.* 437. 2. et 1027. 4. P. MARTIO QVIR. PHILIPPO TRIBVNO FABRVM NAVALIVM PORTENSium CORPVS FABRVM NAVALIVM OSTIENSium. — *Portensis* est etiam qui pertinet ad portum quemlibet. *Inscript.* Panormitana apud *Murat.* 654. 1. CVRATOR PORTENSIS KALendarii. *h. e.* curator exactionis, quam portitores et scripturarii solvere debebant reipublicæ Panormitanæ, pro mercibus in portum invehendis.

PORTŪLA, æ, f. 1. deminut. portæ, *portella, portello, porticella*, πυλίς, parva porta. *Liv.* 25. 9. Portula assueta venationem inferens. *et mox.* Portula aperitur. *Inscript.* apud *Gruter.* 207. *col.* 2. PORTVLAM TEGITO TEGVLARVM ORDINIBVS SENIS QVOQVO VERSVS.

PORTŪLĀCA. *V.* PORCILACA.

PORTUMNĀLĬA *vel* Portunalia, ium, n. plur. 3. sacra in honorem Portumni, seu Portuni, Παλαιμόνια. *Varro* 6. *L. L.* 19. *Müll.* Portumnalia dicta a Portumno, cui eo die ædes in portu Tiberino facta et feriæ institutæ. In *vet. Calendar.* apud *Gruter.* 133. et 134., quocum cf. *Orell. Inscript. vol.* 2. *p.* 396., et in aliis duobus apud *Foggin.* ad *Fastus Verrii Flacc. p.* 112. is dies est XVI. Kal. Septembr., et hæc sacra ad pontem Æmilium, seu Sublicium fieri consuevisse dicuntur. *V.* TIBERINALIA.

PORTŪŌSĒ, adverb. commode, ut in portu. Occurrit Comp. *Portuosius* apud *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 1. 20. *extr.* Portuosius illic alveus Nili latiusque in latera descendens.

PORTŪŌSUS, a, um, adject. Comp. *Portuosior.* — Portuosus est portubus abundans, vel ad quem facile est appellere, *portuoso*, λιμενώδης. *Cic.* 3. *Orat.* 19. 69. Superum mare Ionium portuosum, inferum Tuscum scopulosum atque infestum. *Sall. Jug.* 19. Pars Numidiæ portuosior. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (106). Flumen Trinium portuosum. *Id.* 37. *ibid.* 13. 77. (201). Litus portuosum. *Id.* 4. *ibid.* 12. 23. (73). Samothrace attollitur monte Sauce X. mill. pass. altitudinis, vel portuosissima omnium. *Harduin.* et *Sillig.* ex MSS. leg. *importuosissima. Ammian.* 14. 8. *ad fin.* Cyprus insula procul a continenti discreta et portuosa. — Similiter *Cic.* 6. *Fam.* 20. Navigatio longa et hiemalis et minime portuosa. *Ammian.* 22. 8. *ad fin.* Quum autem ad alium portuosum ambitum fuerit ventum, qui arcus figuram determinat ultimam etc.

PORTUS, us, m. 4. Genitivum in secunda declinat. habet *Turpilius* apud *Non. p.* 491. 20. *Merc.* Neque nautæ, quum essent circumventi ventis, incerto itinere, porti indigentes. — In Dat. plur. et *portibus* dicimus, ut *sensibus, curribus*: et *portubus*, ut *artubus, lacubus, specubus.* Utrumque in optimis lib. passim.

A) Olim *portus* erat domus, ædes. *Festus p.* 233. 28. *Müll.* Portum in duodecim (*Tab.*) pro domo positum, omnes fere consentiunt: QVI TESTIMONIVM DEFVERIT, IS TERTIIS DIEBVS OB PORTVM OBVAGVLATVM ITO. *Donatus* ad *Ter. Adelph.* 4. 2. 39. Domos vel portus, vel insulas veteres dixerunt.

B) In posterum, portus fuit locus in secessu litoris vel natura, vel manu conclusus, aditu in mare patenti, ubi naves consistunt a ventorum injuria liberæ. Est vel a *portando*, quia res per eum importantur et exportantur; vel a πόρος *transitus*; vel a πορθμός. Ejus illustrem descriptionem poeticam *Virg.* 1. *Æn.* 163. *et* 3. *ibid.* 533. dabit. λιμήν (It. *porto*; Fr. *port*; Hisp. *puerto de mar*; Germ. *d. Hafen*; Angl. *a port, harbour, haven*).

I.) Proprie. — *a)* Generatim. *Cic. pro leg. Manil.* 12. 33. Portus Cajetæ celeberrimus et plenissimus navium. *Horat. Epod.* 9. 19. Hostilium navium portu latent Puppes. *Id.* 4 *Od.* 14. 34. nam tibi quo die Portus Alexandrea supplex Et vacuam patefecit aulam, etc. *Nepos Themist.* 6. Quum Phalereo portu neque magno, neque bono Athenienses uterentur. *Cic. Senect.* 19. 71. In portum ex longa navigatione venire. *Id.* 1. *Fam.* 9. In navigando tempestati obsequi artis est, etiamsi portum tenere non queas. *Id. Mur.* 2. 4. E portu solvere. *Cæs.* 3. *B. G.* 14. proficisci. *et* 1. *B. C.* 57. et 2. *ibid.* 22. naves educere. *et* 2. *ibid.* 4. exire. *Virg.* 3. *Æn.* 300. Portu progredi. *Cic. Mur.* 2. 4. In portum ex alto invehi. *Id.* 1. *Herenn.* 11. 19. deferri. *Nepos Chabr.* 4. intrare. *Cæs.* 4. *B. G.* 22. pervenire. *et* 2. *B. C.* 22. se recipere. *et* 1. *ibid.* 58. *extr.* naves compellere. *Cic.* 2. *Invent.* 32. 98. navim conjicere. *Orellius* vero aliter omnino legit. *Id.* 7. *Verr.* 37. 96. penetrare. *Tac.* 16. *Ann.* 23. Portum aperire. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 32. occupare. *Virg.* 1. *Æn.* 198. et *Cic. Planc.* 39. 94. petere. *Virg.* 3. *Æn.* 289. linquere. *et* 4. *ibid.* 612. tangere. *approdare.* Sic *Cæs.* 4. *B. G.* 36. capere. — *b)* Speciatim refertur aliquando ad portitores, et portorium, quod ab his exigitur. *Cic.* 4. *Verr.* 70. 171. Canulejus, qui in portu Syracusis operas dabat, furta quoque istius permulta nominatim ad socios perscripserat, ea, quæ sine portorio Syracusis erant exportata: portum autem et scripturam eadem societas habebat. *Id. pro leg. Manil.* 6. 15. Neque ex portu, neque ex decimis, neque ex scriptura vectigal conservari potest. — *c) Res est in portu*, in tuto, extra omne periculum. *Plaut.* in *Supposit. Merc.* scæna, *quæ incipit*: Syra non redit, 48. Urbem hanc se deserturum autumat. DO. In portu res est. Cf. *Cic.* 9. *Fam.* 6. *ad fin.* Quum enim te semper magnum hominem duxi; tum, quod his tempestatibus es prope solus in portu. — *d) In portu navigare*, extra omne periculum, in vado, in tuto esse. *Ter. Andr.* 3. 1. *extr.* Nunc hujus periclo fit: ego in portu navigo. — *e) Impingere in portu*, in ipso statim operis initio peccare. *Quintil.* 4. 1. 61. Pessimus certe gubernator, qui navem, dum portum egreditur, impegit. Sic *Id. declam.* 12. 23. In portu naufragium fecimus.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de ostio fluminum. *Ovid.* 2. *Amor.* 13. 10. *de Nilo.* Per septem portus in maris exit aquas. Adde *eumd. Heroid.* 14. 107. ¶ 2. Per metaphoram est locus tutus, et quoddam in adversis perfugium et quies, *ricovero, rifugio, asilo, porto, riposo. Ennius* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 44. 107. sepulcrum vocat portum corporis his verbis: Neque sepulcrum, quo recipiat, habeat portum corporis, Ubi remissa humana vita corpus requiescat malis. *Cic.* 7. *Fam.* 30. Quæ quidem ego non ferrem, nisi me in philosophiæ portum contulissem. *Id. Brut.* 2. 8. Quo tempore ætas nostra perfuncta rebus amplissimis tamquam in portum confugere deberet, non inertiæ, neque desidiæ, sed otii moderati atque honesti. *Id.* 1. *Orat.* 60. 255. Tamquam portum aliquem exspecto istam, quam tu times, solitudinem. *Id.* 2. *Off.* 8. 26. Regum, populorum, nationum portus erat et refugium senatus. *Id.* 1. *ad Brut.* 5. Tum et fugæ portus erat in tuis castris, et subsidium salutis in tuo exercitu. *Id. Cæcin.* 34. 100. Exsilium non supplicium est, sed perfugium portusque supplicii. *Id.* 1. *Tusc.* 49. 118. Portum potius paratum nobis et perfugium putemus. *Plin.* 8. *Ep.* 12. Colit studia, studiosos amat, multorumque, qui aliqua componunt, portus, sinus, præmium. *Ovid. Heroid.* 1. 110. Tu citius venias, portus et ara tuis. Sic *Id.* 2. *Pont.* 8. 68. Vos eritis nostræ portus et ara fugæ. *Justin.* 23. 5. 8. In hoc æstu periculorum tutissimus portus consiliorum visus est omnibus viribus decernere in Sicilia. ¶ 3. Præterea *portus* appellatus est conclusus locus, quo importantur merces, et inde exportantur, ut ait *Ulp. Dig.* 50. 16. 59. Nos dicimus *magazzino.* Inde est *angiportum.*

PŌRUS, i, m. 2. *passaggio*, πόρος, meatus, via, transitus: a πείρω *transeo.* De meatu urinæ *Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 84. (228). Succus (*malvæ*) decoctæ pori meatus suaves facit. *Alii et ipse Sillig. leg.* permeatus *pro* pori meatus: *et quidem recte; optimi enim Codd. habent* permeatus; *præterea voc.* porus *serius usu venisse patet* ex *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 3. Repletis viis, quas Græci πόρους appellant. Sic *Id.* 5. *ibid.* 1. *n.* 15. et 2. *Acut.* 2. *n.* 13. Seminales viæ, quas Græci spermaticos poros appellant. Similiter 5. *Tard.* 3. *n.* 55. Urinales viæ, quas Græci ureticos poros appellant. et *Theod. Priscian. lib.* 4. *p.* 316. *a.* ed. *Ald.* Seminales viæ, quas Græce spermaticos poros appellamus. Cf. *Isid.* 11. *Orig.* 1. Pori corporis Græco nomine appellantur, qui latine proprie spiramenta vocantur. Ceterum *Ambros.* 3. *Hexæm.* 9. Subtilibus poris in cor-

dis sui sedem ducentibus. *Boeth. Aristot. Anal. post.* 2. 11. *p.* 551. Etenim ex necessitate digreditur per majores poros.

PŌRUS, i, m. 2. πῶρος, genus lapidis, servandis corporibus, nec absumendis idonei. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 17. 28. (132). Pario similis candore et duritia, minus tamen ponderosus, qui porus vocatur. *et ibid.* 6. 9. (53). Arena, quæ fit e poro lapide. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

POS, potens, unde *compos, impos*: nam *pos* non est in usu. Videtur olim fuisse etiam rectus casus pro *pons. Varro* 5. *L. L.* 4. *Müll.* Recto casu quum dicimus impos, obscurius est esse a potentia, quam quum dicimus impotem; et eo obscurius fit, si dicas pos, quam impos; videtur enim pos significare potius pontem, quam potentem. *Id. ibid.* 58. Et his quos Augurum libri scriptos habent sic: *Divi qui potes,* pro illo quod Samothraces Θεοὶ δυνατοί. *V.* POTIS. Apud *Alcim. Avit. Ep.* 31. Hujus quoque nos voti potes. *legendum videtur* compotes.

POSCA, æ, f. 1. Legitur et *pusca* apud *Veget.* 2. *Veterin.* 48. *a med.* Spongiam cum pusca acri supra vulnus imponunt. — *Posca,* Ital. *aqua con aceto,* ὀξύκρατον, ut in *Gloss. Philox.* exponitur, hoc est aqua aceto mixta: a πίω *poto,* ut *esca* ab *edo*: quia potui idonea. *Plaut. Mil. glor.* 3. 2. 23. Alii ebrii sunt, alii poscam potitant. (*Lindemannus* ad h. *Plaut.* loc. ait, *posca* ab initio fortasse omnem potionem significasse; ut enim ab *esu escam,* ita a *potu poscam*. *Id. Truc.* 2. 7. 48. Tun' tantilli doni causa, olerum atque escarum et poscarum, etc.? *Cels.* 4. 5. *ad fin.* Si plus doloris est, dandus panis ex posca frigida. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 4. 12. (29). Radix decoquitur in posca dolori dentium. *Id.* 28. *ibid.* 5. 14. (56). Posca colluere oculos contra lippitudines, certa experimenta sunt. *Scribon. Compos.* 46. Proderit (*eruptioni sanguinis de narib.*) aqua frigida, vel posca subinde aspergere totam faciem. *Sueton. Vitell.* 12. Poscam vendere. — *Posca,* sive acetum, dabatur etiam militibus pro annonæ parte. *Spartian. Hadrian.* 10. Cibis etiam castrensibus in propatulo libenter utens, hoc est larido, caseo et posca. Hinc vero *Vulcat. Avid.* 5. Præter laridum ac buccellatum atque acetum, militem in expeditione portare prohibuit.

POSCĬNUMMĬUS, a, um, adject. qui nummos poscit. *Apul.* 10. *Met.* Tunc exosculata pressule, non qualia in lupanari solent basiola jactari vel meretricum poscinummia, vel adventorum negantinummia, sed pura atque sincera instruit. Hinc *Martial.* 9. 33. amicam vocat *poscentem nummos. V.* NEGANTINUMMIUS.

POSCO, poscis, pŏposci, poscere, a. 3. Olim *peposci* dictum a *Valer. Antiate,* teste *Gell.* 7. 9. *V.* MORDEO init. — Part. *Poscens* 1. *a. e.* et *h.*; *Poscendus* 2. — Poscere est petere aliquid tamquam sibi jure debitum, suum jus petere, petere, requirere, postulare, flagitare, αἰτέω (It. *chiedere alcun che per diritto, esigere. chiedere, domandare, chiedere istantemente*; Fr. *demander, solliciter, prier, réclamer, exiger*; Hisp. *demandar, rogar, solicitar, reclamar, exigir*; Germ. *etwas als e. Recht fordern, etwas dringend, inständig, nachdrücklich fordern, verlangen, haben wollen*; Angl. *to ask, call for, demand, pray earnestly, importune*). ¶ 1. Generatim. — 1.°) Sæpissime de hominibus. — *Petimus,* inquit *Donatus* ad *Ter. Andr.* 2. 5. 11. et *Heaut.* 4. 5. 27., precario: *poscimus* imperiose: *postulamus* jure. *Cic.* 5. *Verr.* 34. 78. Incipiunt postulare, poscere, minari. *Id.* 6. *ibid.* 20. 44. Nemo inventus est tam amens, qui illud argentum eriperet: nemo tam audax, qui poscere: nemo tam impudens, qui postularet, ut venderet. *Varro* apud *Servium* ad *Virg.* 9. *Æn.* 194. poscere ait esse, quum aliquid pro merito nostro deposcimus: petere, quum aliquid humiliter et cum precibus postulamus. — Hæc sane discrimina perpetua non sunt. Plus est tamen *poscere,* quam *petere. Ter. Heaut.* 5. 1. 52. Fac, te patrem esse sentiat: fac, ut audeat tibi credere omnia, abs te petere et poscere. — Est et minus quam *flagitare. Cic.* 7. *Verr.* 28. 71. Reliquos non desideraret solum, sed etiam poscere et flagitaret. — Ceterum varie construitur. — *a*) Cum Accusativo. — Frequenter cum Accusat. rei. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Off.* 12. 38. Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis. *Plaut. Aulul.* 2. 5. 9. Detrusisti me ad senem parcissimum, ubi si quid poscamus, ad ravim poscamus, priusquam quidquam detur. *Id. ibid.* 2. 2. 42. Filiam tuam mihi posco uxorem. *Cic.* 2. *de republ.* 36. *extr.* Quum ipse potestatem summam haberet, vades tamen poposcit. *Id.* 1. *Orat.* 7. 29. Crassus pulvinos poposcit. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 2. membranam. *Id.* 2. *Ep.* 1. 113. chartas et scrinia. *Id.* 2. *Sat.* 6. 77. soleas. *Id.* 1. *Ep.* 17. 21. vilia rerum. *Id.* 2. *Sat.* 8. 35. calices majores. *Id.* 2. *Ep.* 1. 185. aut ursum, aut pugiles. *Justin.* 28. 4. 8. Ingressus in urbem non humi consedit, non cibum aut potum poposcit, non etc. *Cic. Rosc. Am.* 13. 35. Criminis confictionem accusator Erucius suscepit: audaciæ partes Roscii sibi poposcerunt. *Id. Planc.* 19. 48. Ego hoc contendo, me tibi ipsi adversario, cujuscumque tribus rationem poposceris, redditurum. *Id.* 2. *Verr.* 15. 44. Populus R. poscebat tribuniciam potestatem. *Liv.* 2. 45. Poscunt pugnam, postulant, ut signum detur. *Horat. Art. P.* 411. Poscit opem chorus. *Id.* 1. *Sat.* 3. 74. æquum est, Peccatis veniam poscentem, reddere rursus. — *Poscere pœnas* est repetere, expetere. *Virg.* 2. *Æn.* 72. Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt. Adde *Senec. Herc. Œt.* 1006. — *Justin.* 11. 11. 10. Tertia interrogatione poscenti victoriam omnium bellorum possessionemque terrarum dari respondetur. *Alii leg.* interrogationem: *Forcellinus* poscere interrogatione *ait idem esse atque* interrogare. — *b*) Addita persona, a qua quid poscimus, per Ablat. et præpos. *ab. Valer. Antias* apud *Gell.* 7. 9. Licinius tribunus plebi comitiis diem a M. Marcio prætore peposcit. *Cic.* 6. *Verr.* 16. 36. Non debebam ego abs te has litteras poscere. *Id.* 4. *ibid.* 47. 117. Si hoc a me muneris non universa provincia poposcisset. *Sueton. Aug.* 94. Poscere tutorem ab aliquo. Adde *Ter.* allatum init. — *c*) Cum duplici Accusat. personæ et rei. *Cic.* 3. *Verr.* 17. 44. In Achaia magistratum Sicyonium numos poposcit. *Id.* 3. *Tusc.* 3. 7. Ut in Academiam nostram descendimus, poposci eorum aliquem, qui aderant, causam disserendi. *Id.* 3. *Verr.* 3. 7. Qui parentes pretium pro sepultura liberûm posceret. *Liv.* 27. 24. *ad fin.* Claves portarum quum magistratus poposcisset. *Horat.* 1. *Od.* 24. 12. non ita creditum Poscis Quintilium deos. *Virg.* 4. *Æn.* 50.; et *Sil. It.* 4. 768. veniam deos. *Virg.* 11. *Æn.* 362. pacem te poscimus omnes. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 90. quinque talenta Poscet te mulier. *Ovid.* 3. *Art. am.* 805. quæ poscet munus amantem. *Id.* 1. *Amor.* 4. 30. tu puerum posce quod ipsa velis. *Pers.* 6. 61. cur me in decursu lampada poscis? — *d*) Passive. *Ovid.* 4. *Fast.* 670. gravidæ posceris exta bovis. *Id.* 7. *Met.* 771. Poscor et ipse meum consensu Lælapa magno. *Id.* 1. *ibid.* 137. Nec tantum segetes alimentaque debita dives Poscebatur humus. *Gell.* 4. 18. *in fin.* Ægre passus, quod rationem pecuniæ prædatæ posceretur. — Similiter de sermone et præcipue de carmine. *Horat.* 1. *Od.* 32. 1. Poscimur: si quid vacui sub umbra Lusimus tecum, etc. *h. e.* poscimur, ut cantemus. Sic *Ovid.* 5. *Met.* 333. Poscimur Æonides. Et cum Accusat. *Id.* 4. *Fast.* 721. Palilia poscor: Non poscor frustra, si favet alma Pales. *h. e.* poscitur a me, ut canam Palilia. *Propert.* 4. 1. 76. aversus Apollo Poscitur invita verba pigenda lyra. Huc referri potest et illud *Horat. Art. P.* 190. Fabula quæ posci vult et spectata reponi. — *e*) Cum Conjunct. et partic. *ut. Juvenal.* 5. 112. Poscimus, ut cœnes civiliter. *et* 7. 71. Poscimus, ut sit etc. *Tac.* 2. *Hist.* 39. Militibus, ut imperator pugnæ adesset, poscentibus. *Cic. de republ.* apud *Augustin.* 2. *Civ. D.* 21. Suscepit deinde Philus et poposcit, ut hæc ipsa quæstio diligentius tractaretur ac de justitia plura dicerentur. *At hic* Augustinus *suis verbis* Ciceronis *sententiam proposuit.* — *f*) Cum Infinito. *Horat. Art. P.* 339. Ne quodcumque velit poscat sibi fabula credi. *Id.* 1. *Od.* 4. 11. Nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis, Seu poscat agna, sive malit hædo. *Ovid.* 8. *Met.* 710. Esse sacerdotes delubraque vestra tueri Poscimus. *Val. Flacc.* 4. 194. contraque occurrere poscunt. *Pers.* 1. 128. lusco qui poscit dicere, lusce. *At* Car. Frid. Hermannus *rectius leg.* possit. *Claudian.* 1. *in Eutrop.* 151. Cernite, quem Latiis poscant annectere Fastis. *Seneca* 1. *Controv.* 8. Ego vero te etiam morari posco inter voluptates. *Arnob.* 7. 47. Sed bonus auxiliator numquam rogari se poscit. *Rutil. Lup. de Fig. sentent. et eloc.* 2. 19. Quod vobis, Athenienses, in suadendo assentiuntur, vos fallere poscunt. *Ita* Stephanus *legendum conjecit, probante* Frotscher.; *vulgati libri* possunt. — *g*) Per ellipsin *poscere* in conviviis est petere bibere. *Cic.* 3. *Verr.* 26. 66. Hortatur hospes: poscunt majoribus poculis. Ubi *Ascon.* Sunt, qui producta o littera *poscunt* legunt, quasi sæpe potant: sed *poscuni,* provocant, intelligendum est, ut sit sensus, provocant se invicem. Hoc sensu *Virg.* 8. *Æn.* 614. Aut acrem dubites in prœlia poscere Turnum. — *h*) Absolute. *Horat.* 2. *Od.* 12. 26. aut facili sævitia negat (*oscula*) Quæ poscente magis gaudeat eripi. *Id.* 1. *Ep.* 17. 43. Coram rege sua de paupertate tacentes Plus poscente ferent. Adde *Cic.* 5. *Verr.* 34. 78. allatum sub init. — 2.°) Interdum de rebus physicis et de abstractis. *Cæs.* 7. *B. G.* 1. Addunt ipsi, et affingunt rumoribus Galli, quod res poscere videbatur. *et* 4. *ibid.* 2. Ad equos se celeriter, quum usus poscit, recipiunt. *Sall. Jug.* 60. Ratus id, quod negotium poscebat. *Nepos Alcib.* 1. Quum tempus posceret, laboriosus, patiens. *Petron. Satyr.* 111. Si antequam fata poscant, spiritum effuderis. *Plin.* 7. *Ep.* 17. Lyrica non lectorem, sed chorum et lyram poscunt. *Quintil.* 11. 3. 172. Aliud in eadem (*narratione*) poscent affectus vel concitati, vel flebiles. — Et cum Infinito *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (170). Siccus ager auctumno poscit seri. ¶ 2. Speciatim *poscere aliquem,* scilicet ad pœnam propter scelera admissa. *Cic. Rosc. Am.* 5. 13. Accusant ii, quos populus poscit: causam dicit is, qui etc. *Liv.* 9. 26. Privatis dictatorem poscere reum verecundiæ non fuit. *Sil. It.* 1. 677. Poscendum pœnæ juvenem. *et* 2. 44. Poscimur, o socii, Fabiusque e puppe catenas Ostentat. ¶ 3. Item speciatim, *poscere* est inclamare, vocare, invitare. *Plaut. Curc.* 5. 3. 5. Clamore hominem posco. *h. e.* inclamo, clamore voco. *Seneca Herc. Œt.* 1887. Poscite magno Alciden gemitu. *h. e.* clamate, vocate. Adde *Virg.* 8. *Æn.* 614. allatum sub 1. *g.* Similiter *Sil. It.* 1. 420. Tum ductorem avido clamore in prœlia poscit. — Et passive. *Virg.* 8. *Æn.* 532. ne quære profecto, Quem casum portenta ferant: ego poscor Olympo. *h. e.* vocor, invitor. ¶ 4. Item orare. *Virg.* 1. *Æn.* 670. Ad te confugio, et supplex tua numina posco. Cf. *Sil. It.* 2. 166. Asbytes currum et radiantis tegmina lænæ Poscebat votis. ¶ 5. Item inquirere, scisciturari. *Virg.* 1. *Æn.* 417. neu quis contingere posset, Mollirive moram, aut veniendi poscere causas. *Stat.* 8. *Theb.* 22. Dux Erebi populos poscebat crimina vitæ. *Virg.* 3. *Æn.* 59. et, quæ sit sententia, posco. ¶ 6. Item locum habet in emptione et venditione: et — *a*) Est indicare pretium rei venalis. *Plaut. Merc.* 2. 4. 22. Tanti quanti poscit, vin' tanti illam emi? — *b*) Est etiam pretium offerre, spondere, liceri in auctione, sibi petere rem aliquam pretio oblato. *Plaut. Stich.* 1. 3. 58. Logos ridiculos vendo. agite, licemini. Qui cœna poscit? ecqui poscit prandio? *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (88). Percontanti, quanti liceret opera effecta, parvum nescio quid dixerat; at ille quinquagenis talentis poposcit. Adde *Plaut. Merc.* 2. 3. 101. — *NB.* Addit *Non. p.* 374. 7. *et* 18. *Merc.* poni etiam pro accipere, et adversari: sed nihil probant, quæ affert exempla.

POSCULA, æ, f. 1. *deminut. a* posca et idem

significans. *Theod. Priscian. lib.* 1. *c.* 8. *init.* Easdem (*parotidas*) frequenter per initia mollientes spongia in poscula infusa compescimus, assidue humectando. *Ita edidit* Aldus p. 292. *retro; si quis mallet* posiola, *pro* parum posiæ *vel* pauseæ, *nihil moror.*

PŌSĒA *vel* posia. *V.* PAUSEA.

PŌSĪMĒRĪUM. *V.* POMERIUM.

PŌSĬO, ōnis. *V.* PUSIO.

PŌSĬŌLA. *V.* POSCULA.

PŌSĪTĬO, ōnis, f. 3. actus ponendi, institutio, *il porre*, Θέσις.

I.) Proprie. *Frontin. Aquæd.* 36. Sed et calicis positio habet momentum. *Colum.* 3. *R. R.* 3. 15. Spes vindemiarum cohortari nos debet ad positionem vinearum. *et ibid.* 17. 1. Positio surculi. *Id.* 4. *ibid.* 1. 3. Nec sane positio seminum præaltum sibi cubile substerni desiderat. *et ibid.* § 6. Humilis positio seminum. *Id.* 11. *ibid.* 3. 24. Est autem frigidis et pluviis regionibus positio ejus (*brassicæ*) optima post Idus Aprilis.

II.) Translate. ¶ 1. Est ratio loci, quo quidque positum est, situs, positura, *sito, situazione, positura.* *Seneca* 1. *Quæst. nat.* 16. *a med.* Ea, quæ ab aspectu corporis nostri positio submovit. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 13. 77. (201). *de Italia.* Quod contigit positione procurrentis in partem utilissimam et inter ortus occasusque mediam. *Id.* 36. *ibid.* 13. 19. (87). Labyrinthi positionem, singulasque partes enarrare. *Colum.* 3. *R. R.* 1. 1. Peregrina semina reformidant mutatam cæli locique positionem. *et ibid.* 21. 9. Pro situ et positione locorum. *Gell.* 14. 1. *circa med.* Uniuscujusque stellarum forma et positio. ¶ 2. Item in oratione est verborum usus et collocatio. *Quintil.* 8. 6. 23. Μετωνυμία est nominis pro nomine positio. *Id.* 1. 5. 51. In oratione comprehensionis unius sequentium ac priorum inter se inconveniens positio. ¶ 3. Speciatim positio etiam dicitur, quum aliquid dicendo ponimus et affirmamus. *Seneca Ep.* 87. *ad fin.* Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur, vel, ut antiqui dixerunt, per orbationem. ¶ 4. Apud Rhetores est fundamentum, quo argumenta innituntur, Θέσις, *tema. Quintil.* 2. 10. 15. Quin aliquando etiam argumenta ex ipsis positionum vitiis ducimus. Adde *eumd.* 7. 4. 40. et *Id.* 1. 2. 13. Taceo de positionibus et declamationibus rhetorum. *Plerique al. leg.* partitionibus. ¶ 5. In re grammatica est terminatio seu finis, *desinenza. Quintil.* 1. 4. 24. Quæ feminina positione mares, neutrali feminas significant, ut sunt *Murœna, Glycerium. Id.* 1. 5. 6. Quorum (*nominum*) prima positio in easdem litteras exit. *et* 1. 6. 10. Quia prima positio *paciscor* faceret tempore præterito *pactus sum.* ¶ 6. In re metrica est depressio et quasi depositio, cui *sublatio* opponitur, *abbassamento. Quintil.* 9. 4. 48. Tempus sonum metitur, ut a sublatione ad positionem iisdem sit spatiis pedum. *et paullo post* § 55. Rhythmi qua cœperunt sublatione ac positione, ad finem usque decurrunt. ¶ 7. Item in re metrica, *positio syllabæ* est situs, quo posita est, unde quantitatem mutat. *Quintil.* 1. 5. 28. Evenit, ut metri quoque conditio mutet accentum, ut *pecudes pictæque volucres.* (*Virg.* 3. *G.* 243.); nam *volucres* media acuta legam, quia etsi natura brevis, tamen positione longa est, ne faciat iambum, quem non recipit versus heroicus. *Diomed.* 2. *p.* 423. *Putsch.* septem tradit modos, quibus syllaba brevis fit positione longa. ¶ 8. Per metaphoram de animo. *Seneca Ep.* 64. In quacumque positione mentis sum, quum lego hunc, libet omnes casus provocare. *h. e.* in quacumque cogitatione, aut affectu sum. ¶ 9. In plur. num. *positiones rei* sunt adjuncta, *circostanze. Quintil.* 7. 4. 40. Sed nec omnes mihi persequi materias in animo est, nec communes sunt earum quæstiones, quia positionibus mutantur. *Ulp. Dig.* 1. 1. 1. Hujus studii duæ sunt positiones, publicum et privatum. *h. e.* membra, partes.

PŌSĪTĪVĒ adverb. in re grammatica est idem atque in prima vel peculiari quadam et sui generis positione. *Priscian.* 17. *p.* 1065. *Putsch.* Principalia vero pronomina, id est *ego, tu, mei-*, positive magis per singulos casus declinantur: quum non possit *ego*, secundum rationem casualium, *mei* Genitivum adhibere. *et mox.* Numeris quoque positive commutatis, *ego, mei, nos, tu, tui, vos.* Adde *eumd. ibid. p.* 1066.

PŌSĪTĪVUS, a, um, adject. *positivo*, qui ponitur; et usurpatur tantum in re grammatica. ¶ 1. Generatim. *Gell.* 10. 4. in *lemmate.* Quod P. Nigidius argutissime docuit, nomina non positiva esse, sed naturalia. *h. e.* non positu fortuito, sed quadam vi et ratione naturæ facta esse, ut *Gell.* ibi loquitur. ¶ 2. *Positiva nomina* apud Grammaticos sunt, quæ primo posita sunt, et rem absolute ac simpliciter significant, ut *fortis, doctus, magnus*: ex quibus comparativa et superlativa ducuntur. *Cledon. p.* 1893. *Putsch.* et *Servius ibid. p.* 1781. ¶ 3. *Positivum nomen*, substantivum. *Macrob.* 1. *Saturn.* 4. Quum dicitur *formosa facies viridiorum*, tunc *viridia* quasi positivum ponitur, non accidens. *V.* VIRIDIA.

PŌSĪTŌR, ōris, m. 3. *fondatore*, Θέτης, qui ponit, conditor. *Ovid.* 9. *Met.* 447. et in Aside terra Mœnia constituis positoris habentia nomen. *Id.* 2. *Fast.* 63. Templorum positor, templorum sancte repostor.

PŌSĪTŪRA, æ, f. 1. positus, positio, dispositio, *positura, situazione, disposizione.*

I.) Proprie. *Lucret.* 1. 684. sunt quædam corpora, quorum Concursus, motus, ordo, positura, figura, Efficiunt ignes. *Cels. præf. ante med.* Eorum, quæ natura ante clausisset, posituram, colorem, figuram considerarint. *Targa* pro *posituram* reposuit ex MSS. *positum*, qua voce alibi sæpe *Celsus* usus est. *Propert.* 4. 3. 36. Qualis et hæc docti sit positura dei. *h. e.* descriptio et dispositio mundi. *Gell.* 5. 3. Juncturam posituramque ligni scite periteque factam considerat. *et* 2. 21. *a med.* Sidus, quod a figura posituraque ipsa, quia simile plaustri videatur, ἅμαξαν dixerunt.

II.) Translate. ¶ 1. De verborum collocatione. *Gell.* 1. 7. *ad fin.* Sonus et positura ipsa verborum. ¶ 2. Apud Grammaticos *posituræ* sunt distinctiones, vel distinctionum notæ, quas Græci Θέσεις vocant, quæ inter legendum dant copiam spiritus reficiendi, ne continuatione deficiat, *interpunzione. Diomed.* 2. *p.* 432. *Putsch.* et *Donat. edit.* 1. *p.* 1742. *Putsch.*

PŌSĬTUS, a, um. *V.* PONO.

PŌSĬTUS, us, m. 4. *positura, sito, disposizione*, positio, positura, situs, dispositio. *Sall.* apud *Donatum* ad *Ter. Phorm.* 1. 2. 47. Quum prædixero positum insulæ. *Cels. præf. a med.* Sedem, positum, ordinem, figuram similiaque cognoscere prudentem medicum. *Id.* 8. *init.* Prius positus figurasque ossium indicabo. *Ovid.* 4. *Pont.* 7. 23. Urbs, dubium positu melius defensa, manuve. *Id. Medic. fac.* 19. Vultis odoratos positu variare capillos. *et* 3. *Art. am.* 151. Nec mihi tot positus numero comprendere fas est. *tante fogge di ornamenti di capelli. Tac.* 6. *Ann.* 21. Positus siderum, ac spatia dimensus. *Id.* 4. *ibid.* 5. Positus regionis.

POSSESSĬO, ōnis, f. 3. actus, aut jus possidendi, κτῆσις (It. *possesso, possessione, possedimento*; Fr. *action de posséder, possession, pouissance, propriété*; Hisp. *el acto de poseer, possession, propriedad*; Germ. *das Besitzen, der Besitz*; Angl. *the act, or right, of possessing, possession*).

I.) Proprie abstracta significatione. *Festus p.* 233. 1. *Müll.* Possessio est, ut definit Gallus Ælius, usus quidam agri, aut ædificii, non ipse fundus, aut ager. *Paul. Dig.* 41. 2. 1. Possessio appellata est, ut Labeo ait, a sedibus, quasi positio, quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei insistit, quam Græci κατοχὴν dicunt. *Cic.* 12. *Fam.* 25. Non solum spe, sed certa re et possessione deturbari. *Id. Mil.* 27. 75. Utrique mortem est minitatus, nisi sibi hortorum possessione cessisset. *et ibid.* Dejicere aliquem de possessione fundi. *Id. Quinct.* 26. 83. Mittere aliquem in possessionem. *et ibid.* 27. 85. proficisci. *Id.* 4. *Att.* 2. venire. *Id.* 10. *Fam.* 27. restituere. *Seneca* 1. *Ira* 7. Ponere se in possessione. *Cic. Cæcin.* 7. 19. Esse in possessione bonorum. *Inscript.* apud *Gruter.* 208. QVVM PATER RVFINI ET POSTEA RVFINVS SEMPER IN POSSESSIONEM FVERINT. *Cic.* 7. *Fam.* 21. Possessionem bonorum dare cuipiam. *Cæs.* 1. *B. G.* 44. *extr.* tradere. *Nepos Timol.* 2. tenere. *Gell.* 11. 18. *circa med.* Fundi possessione dominum intervertere. *Justin.* 11. 9. 8. Ipse (*Darius*) omnia circumire, singulos (*milites*) hortari, veteris gloriæ Persarum imperiique perpetuæ a diis immortalibus datæ possessionis admonere. *Id.* 29. 2. 6. Gratius habiturus, si in possessione imperii sui socium potius, quam hostes videret. *Id.* 2. 1. 15. Si ignis prima possessio rerum fuit, qui paullatim extinctus sedem terris dedit, etc. *h. e* prius cuncta mundi obtinuit, occupavit: dein paullatim extinctus etc. — *Possessio vacua. V.* VACUUS.

II.) Translate. ¶ 1. Concreto, uti ajunt, sensu, frequenter sumitur pro ipsis rebus, quæ possidentur, præsertim immobilibus, κτῆμα. *Festus p.* 241. 23. *Müll.* Possessiones appellantur agri late patentes, publici privatique qui non mancipatione, sed usu tenebantur, et, ut quisque occupaverat, colebat. *Al.* colebantur; *al.* possidebat. *Cic.* 6. *Parad.* 3. 51. Prata, et areas quasdam magno æstimant, quod ei generi possessionum minime noceri potest. *et paullo sup.* § 49. Cujus possessio quo est major, eo plus requirit ad se tuendam. *Cæs.* 1. *B. C.* 17. Militibus in contione agros ex suis possessionibus pollicetur quaterna in singulos jugera. *Id.* 1. *B. G.* 11. Qui trans Rhodanum vicos possessionesque habebant. *Nepos Att.* 14. Omnis ejus pecuniæ reditus constabat in Epiroticis et urbanis possessionibus. *Sall. Cat.* 36. Æs alienum meis nominibus ex possessionibus solvere possem. ¶ 2. Per metaphoram. *Cic.* 3. *Orat.* 31. 122. Nostra est omnis ista prudentiæ doctrinæque possessio, in quam homines, quasi caducam atque vacuam, abundantes otio, nobis occupatis, involarerunt. *et* 2. *ibid.* 49. 200. Quod ubi sensi me in possessione judicii ac defensionis meæ constitisse, etc. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 7. Possessionem laudis occupare. *et ibid.* 21. *a med.* Respublica in possessione victoriæ permanebit.

POSSESSĬUNCŬLA, æ, f. 1. *possessioncella*, parva possessio. *Cic.* 13. *Att.* 23. Mihi majori offensioni esse, quam delectationi, possessiunculas meas.

POSSESSĪVUS, a, um, adject. *possessivo*, κτητικός, possessionem significans, ut — *a) Possessiva nomina*, quibus res possessa, vel ad aliquem pertinens significatur, ut *Ciceronianus, Pompejanus, Euandrius, Æneius.* Ita *Charis.* 2. *p.* 128. *et* 133. *Putsch.* et *Diomed.* 1. *p.* 310. Præterea *Priscian.* 2. *p.* 585. ponit inter possessiva etiam ea, quæ formam tantummodo possessivorum habent, ut *Romanus, Latinus*: item *ferreus, aureus* et alia multa, quæ ibi fuse persequitur. — *b)* Possessiva pronomina sunt *meus, tuus, suus, noster, vester*, quæ a pronominibus fiunt. *Servius p.* 1786. *Putsch.* Sic *Quintil.* 1. 5. 45. In quibus patrium pro possessivo dicitur. — *c)* Possessivus casus est Genitivus, quia possessionem eo significamus, ut Priami regnum. *Priscian.* 5. *p.* 670. *Putsch.*

POSSESSOR, ōris, m. 3. qui possidet, *possessore, padrone*, κτητωρ.

I.) Proprie. *Cic.* 5. *Phil.* 7. 20. Tantum quisque habebat possessor, quantum reliquerat divisor Antonius. *Id.* 2. *Off.* 22. 78. Rem agrariam tentant, ut possessores suis sedibus pellantur. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 49. valeat possessor oportet, Si comportatis rebus bene cogitat uti. *Liv.* 2. 41. Id multos quidem Patrum, ipsos possessores, periculo rerum suarum terrebat. *Cic.* 2. *Orat.* 70. 283. Vide, Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor. *Id. Quinct.* 8. 30. Iste, homo acerrimus bonorum possessor, expulsor, eversor. *usurpatore, occupatore, detentore, invasore. Lucan.* 6. 779. regni possessor inertis. *h. e.* Pluto Inferorum rex. *Sil. It.* 6. 686. Possessor pe-

lagi pronaque Lutatius aura Captivas puppes ad litora victor agebat. — Apud JCtos *possessor* proprie dicitur rerum dumtaxat corporalium, juris vero *velut possessor*, ut ait *Ulp. Dig.* 5. 3. 18. *a med.* Huc pertinere videtur illud *Quintil.* 7. 1. 38. In schola quæri nihil attinet, quum in declamationibus iisdem narrare et contradictiones solvere, tam ab actore, quam a possessore concessum sit. Ubi *Spalding.*: *Possessor* dici videtur pro *defensore*. Et sane *petitor* pro *accusatore* usurpatur; binc *possessor* appellari potuit, qui aggressionem a se amoliretur: sic *Dig.* 5. 1. 62. Inter litigantes non aliter lis expediri potest, quam si alter petitor, alter possessor sit.

II.) Translate. *Petron. Satyr.* 114. Sæpissime Italici litoris Aquilo possessor convertebat huc illuc obnoxiam ratem. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

POSSESSÓRĬUS, a, um, adject. *possessorio*, κτητικός, possessivus. *Tryphonin. Dig.* 38. 2. 50. Numquid prætor ei denegare possessorias actiones debeat? *Cajus* 4. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 145. Bonorum quoque emptori proponitur interdictum, quod quidam possessorium vocant.

POSSESSUS, a, um. *V.* POSSIDEO et POSSIDO.

POSSESSUS, us, m. 4. possessio. In sexto casu sing. *Apul. de Mag.* Plurimis rebus possessu careo, usu fruor.

POSSESTRIX, ĭcis, f. 3. *posseditrice*, quæ possidet. *Afranius* apud *Non.* p. 150. 28. *Merc.* Ejus monilis possestricem.

POSSĬBĬLIS, e, adject. Comp. *Possibilior.* — Possibilis est Ital. *possibile, fattibile*, δυνατός, qui fieri potest. *Quintil.* 3. 8. 25. Melius qui tertiam partem dixerunt δυνατόν, quod nostri possibile nominant: quæ ut dura videatur appellatio, tamen sola est. *Pompon. Dig.* 28. 3. 16. *ad fin.* Conditiones, si possibiles sunt et exsistere poterunt, efficiunt, ut etc. *Paul. ibid.* 25. 2. 3. Sed et cum uxore furti agi possibile est, si etc. *Id. Sentent.* 3. 4. 1. Possibilis conditio est, quæ per rerum naturam admitti potest; impossibilis, quæ non potest. *Sedul.* 4. 17. Possibile est jus omne Deo. *Boeth. in Aristot. de interpr. ed. pr. p.* 269. Eligendum est hoc, quod est possibilius.

POSSĬBĬLĬTAS, ātis, f. 3. *possibilità*, facultas, potentia. *Arnob.* 1. 44. Constat, Christum omnia illa, quæ fecit, nominis sui possibilitate fecisse. *Pallad.* 3. *R. R.* 14. In eis brachiis sarmenta pro vitis possibilitate servabis. *Ammian.* 19. 2. *sub fin.* Medebatur suis quisque vulneribus pro possibilitate, aut curantium copia. *Capell.* 4. *p.* 96. Fandi possibilitatem per scholas Ausonias comparavit. *Id.* 2. *p.* 40. Ex hac divinandi possibilitate Amphiaraus Mopsusque celebrati. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *n.* 22. Juxta virium possibilitatem.

POSSĬDĔO, sīdes, sēdi, sessum, sĭdere, a. 2. *Posidet* legitur in *Monum. Scipion.* apud *Orell. Inscript.* 555. et in *Sentent. de limit. Genuat.* edente *Rudorffio*; in aliis vero *Inscripptt.* haud raro *posident, posidebunt, posideto, posidere*, item *posedeit* et *posedet* pro *possedit*. — Part. *Possidens* I. *b.*; *Possessus* I. *b.* et *e.*; *Possessurus* et *Possidendus* I. *b.* — Possidere est, ut ait *Forcellinus*, a pos pro *potis* et *sedere*, quasi sedere possum, ut ipsum *possum* a *potis* et *sum* conflatur. Ceterum *possideo* est idem ac teneo, habeo in mea potestate, κτάομαι, κατέχω (It. *possedere, tenere, essere in possesso, avere*; Fr. *posséder, avoir en sa possession, être propriétaire de*; Hisp. *poseer, tener en su poder, ocupar*; Germ. *etwas besitzen, in Besitz haben, inne haben, haben*; Angl. *to possess, have, hold, enjoy, own, be master of*).

I.) Proprie. — *a*) Dicitur proprie de iis, quæ tangi possunt, ut ait *Festus p.* 233. 3. *Müll.*, et præcipue de rebus immobilibus. Vetus formula prætoris apud *Festum p.* 233. 9. *Müll.* Uti nunc possidetis eum fundum, quo de agitur, quod nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis, ita possideatis: adversus ea vim fieri veto. *Papinian. Dig.* 41. 2. 49. Qui in aliena potestate sunt, rem peculiarem tenere possunt, habere et possidere non possunt: quia possessio non tantum corporis, sed etiam juris est. *Liv.* 26. 11. Solum, quod ipse bello captum possideret habueretque. — *b*) Hoc tamen discrimen non servatur. *Cic. Quinct.* 6. 25. Postulat a prætore Nævius, ut ex edicto bona possidere liceat. *Id.* 4. *Verr.* 18. 46. Huic omnia utenda ac possidenda tradiderat. *Cæs.* 6. *B. G.* 11. Partem finitimi agri per vim occupatam possidebant. *Liv.* 2. 41. Adjiciebat huic muneri agri aliquantum, quem publicum possideri a privatis criminabatur. *Horat.* 4. *Od.* 9. 45. Non possidentem multa vocaveris Recte beatum. *Justin.* 38. 4. 7. Galli Italiam maximis plurimisque urbibus possident. *Id.* 20. 1. 4. Aggreditur omnes Græci nominis Italiam possidentes. *Id.* 11. 6. 1. Nec perdenda ea, quæ possessuri venerint. *Tac.* 6. *Ann.* 31. Se invasurum possessa Cyro, et post Alexandro, per vaniloquentiam jactabat. *Martial.* 9. 102. Asseruit possessa malis Pallatia regnis. — *c*) Illa sunt JCtorum possidere pro emptore, pro donato, pro legato, pro dote, pro herede, pro suo. *h. e.* jure emptoris, rei donatæ, legataeve, etc., de quibus sunt tituli 4. 5. 6. 7. etc. *l.* 41. *Dig.* — *d*) Absolute, prædia, aut domos possidere. *Callistrat. Dig.* 47. 9. 7. Hi qui juxta litora maris possiderent. *Ulp. ibid.* 43. 14. 1. *a med.* Qui trans flumen possidebunt. — *e*) De rebus mobilibus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 58. (119). Duo fuere maximi uniones per omne ævum: utrumque possedit Cleopatra. Cf. *Val. Flacc.* 1. 60. possessa dracone Vellera.

II.) Translate. ¶ 1. Interdum *possideo* est idem ac *possido*, h. e. significat in possessionem venire, invadere, occupare, potiri, *prendere possesso, occupare, impadronirsi. Vet. Poeta* apud *Cic.* 3. *Orat.* 26. 102. Sed quid video? ferro sæptus possidet sedes sacras. *h. e.* obsidet, occupat. *Cic. Dom.* 42. 110. Quum forum armatis catervis perditorum hominum possideres. *Id.* 1. *Herenn.* 11. 19. Magnitudine tempestatis omnes perterriti navim reliquerunt, et in scapham conscenderunt, præter unum ægrotum.-Casu et fortuitu navis in portum incolumis delata est: illam ægrotus possidet: navim petit ille, cujus fuerat. *Ovid.* 4. *Met.* 686. venions immenso bellua ponto Eminet, et latum sub pectore possidet æquor. ¶ 2. Per metaphoram possideri dicuntur, quæ quocumque modo habentur, tenentur, ut abstracta. *Plaut. Mil. glor.* 2. 5. 27. Possidere nomen. *avere o tener nome. Id. Most.* 1. 1. 31. palmam. *Id. Truc. prol.* 13. sæcli mores in se. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 1. *Invent.* 45. 83. inverecundum animi ingenium. *Cic. Rosc. Com.* 6. 17. Qui mediusfidius plus fidei quam artis, plus veritatis quam disciplinæ possidet in se. *Id. Rosc. Am.* 24. 66. Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis. *Ovid.* 1. *Fast.* 586. Possidet hunc Jani sic dea mense diem.

POSSĪDO, sīdis, sessi, sessum, sĭdere, a. 3. Part. *Possessus* I. *a* et II.; *Possidendus* I. *a.* in fin. — *Possido* (ut *consido, desido*) et *possideo* est *Forcellino* unum idemque; sed recentioribus (*V. Kritz.* ad *Sall. Jug.* 16. *extr.*, *F. A. Wolf.* ad *Tac.* 2. *Ann.* 5. et *Hertel.* ad *Tac. Agric.* 18. *med.*) *possido* est idem atque alicujus rei possessionem capio, in possessionem venio, potior, occupo, invado, *prendere possesso, impadronirsi, occupare, invadere, conquistare.*

I.) Proprie. — *a*) De hominibus. *Lucret.* 1. 965. Usque adeo, quem quisque locum possedit (sic *Lachmann.*; *Forcellinus* possidit) in omnes Tantumdem partes infinitum omne relinquit. *Sall. Jug.* 16. *extr.* Illam alteram (*partem*)-Adherbal possedit. Sic *ibid.* 48. Erat in ea parte Numidiæ, quam Adherbal in divisione possederat, flumen etc. *et ibid.* 11. *ad fin.* Persæ a parentibus digressi possedere ea loca, quæ proxuma Carthaginem Numidia appellatur. *Cic.* 2. *Orat.* 70. 283. Quum Scaurus nonnullam haberet invidiam ex eo, quod Phrygionis Pompeji locupletis hominis bona sine testamento possederat. *Id.* 1. *leg. Agr.* 2. 5. Post autem (*venire jubeat*) agros in Hispania apud Carthaginem novam, duorum Scipionum eximia virtute possessos. *Auct. B. Alex.* 34. Ne regnum Ariobarzanis possideri vastarique pateretur a Pharnace. *essere occupato.* Sic *Justin.* 2. 6. 15. Post Ægeum Theseus ac deinceps Thesei filius Demophoon-regnum possedit. *Curt.* 4. 1. 27. Et quum in illo statu rerum id quemque, quod occupasset, habiturum arbitraretur, velut certo jure possessum, Ægyptum petere decrevit. *Tac.* 14. *Ann.* 21. Majores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis-: et, possessâ Achajâ Asiâque, ludos curatius editos. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 7. 13. (85). Possessa ab Œnotriis Italia. *Petron. Satyr.* 120. Quæ nova semper amas et mox possessa relinquis. *Lucan.* 6. 314. Deserit averso possessam numine sedem Cæsar. *Sil. It.* 7. 415. possessa litora proris. *Id.* 3. 423. possessus Baccho. *h. e.* ebrius. — Possidere publice, *confiscare. Cic.* 11. *Phil.* 6. 15. Judicavit hostem Dolabellam; bona ejus censuit publice possidenda. *Liv.* 38. 60. In bona L. Scipionis possessum publice quæstores prætor misit. — *b*) De inanimis. *Lucret.* 1. 385. nempe aer omne necesse 'st, Inter corpora quod fiat, possidat inane. *h. e.* occupet, obtineat, impleat. *Ovid.* 1. *Met.* 31. circumfluus humor Ultima possedit. *h. e.* infimum locum tenuit. *et ibid.* 355. possedit cetera pontus. *Justin.* 2. 1. 14. Ignis cuncta possedit.

II.) Translate. *Cic.* 5. *Verr.* 68. 158. Quibus rebus non sensim atque moderate ad istius amicitiam adrepserat, sed brevi tempore totum hominem totamque ejus præturam possederat. *s'era fatto padrone. Ovid.* 1. *Amor.* 2. 8. Et possessa ferus pectora versat amor. *Id. Heroid.* 17. 107. Ad possessa venis præceptaque gaudia serus. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 1. 1. (2). Possessis hominum sensibus triplici vinculo. *Aurel. Vict. Epit.* 1. *a med.* Possessus amore conjugis. *Plin. Paneg.* 58. Miseros ambitionis, qui ita consules semper, ut semper Principes erant: quamquam non ambitio magis, quam livor et malignitas, videri potest, omnes annos possidere. *h. e.* occupare, singulis annis sibi consulatum vindicare, ne aliis ad eum gerendum locus relinquatur.

POSSUM, pŏtes, pŏtest, pŏtŭi, posse, n. anom. — 1.°) Quod ad quantitatem attinet, *possis* secundam habet communem. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 103. Metiri possis oculo latus. *Juvenal.* 5. 10. quum possis honestius illic. *Alii rectius leg.* possit. — 2.°) Plures sunt formæ, quæ apud veteres tantum usu venerunt, scil. — *a*) *Potissum* pro *possum*, quidam leg. apud *Plaut. Curc.* 5. 3. 23., et *potessunt* pro *possunt*, apud *eumd. Pœn.* 1. 2. 17.; alii *potis sum*, et *potis sunt*. — *b*) Ut *siem* pro *sim*, ita *possiem, -es, -et*, pro *possim, -is, -it* dixere *Cic. Arat.* 304.; *Plaut. Bacch.* 4. 5. 2., *Most.* 2. 2. 34. et 4. 2. 68. et alibi. — *c*) *Potessim* pro *potis sim, possim*, est *Plauti Pers.* 1. 1. 41. — *d*) *Potisit* pro *possit* veterum nonnullorum fuit, teste *Diomed.* 1. *p.* 381. *Putsch.*, et habetur apud *Fabrett. p.* 427. in *vet. S. C. de Bacchanal.*; sed *potissit* apud *Lucret.* 5. 880. — *e*) *Potesset* pro *posset* est *Lucilii* apud *Non. p.* 445. 29. *Merc.*, ubi alii leg. *potisset* (quod unum probat *Lachmannus* ad *Lucret.* 5. 880): quod alii eidem tribuunt etiam alio loco, quem refert *Pseudo-Ascon.* ad *Cic. Divin.* in *Q. Cæcil.* 13. — *f*) *Potesse* (et *potisse* in Codd. *Lucilii* apud *Non. p.* 445. 31. *Merc.*) est *Plaut. Aulul.* 2. 4. 30, *Cist.* 1. 1. 33., *Epid.* 2. 2. 43., *Bacch.* 3. 6. 30. et alibi; *Ter. Eun.* 4. 3. 24.; et *Lucret.* 1. 665., 2. 225. et 1010. — *g*) *Poteste, potesto, potestote, possunto*, personæ imperativi, quas agnoscit *Charis.* 3. *p.* 231. *Putsch.*, nulla ab eo auctoritate firmantur. *Potesto* tamen legitur in *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. U. C. DCXVI., apud *Murat.* 587. 1. QVEM QVOMQVE VEICVS FVRFEXS FECERINT QVOD SE SENTIVNT RAM REM SINE SCELERE SINE PIACVLO ALIS (*h. e.* alii) NE POTESTO. — *h*) Passiva terminatione *potestur* habent *Lucret.* 3. 1010., *Pacuvius* et *Quadrigar.* apud *Non. p.* 508. 29. *Merc.*, item *Scipio Afric.* apud *Fe-*

stum p. 241. 26. *Müll.* et *Ennius* apud *Diomed.* 1. p. 381. *Putsch.*, item *Virg.* 8. *Æn.* 402., ut in aliquot MSS. se vidisse ait *Pierius*, tametsi ipse cum aliis plerisque non probat. — *Poteratur* est *Cælii* apud *Non. loc. cit.* 33. et *C. Gracch.* apud *Festum loc. cit.*, et *Scauri* apud *Diomed.* 1. p. 381. *Putsch.* — *Possitur* ejusdem *Scauri ibid.* — *Possetur* est *Claudii Quadrigar.* apud *Non. ibid.* 30. — *Possitur* item *Caton. R. R.* 154., ubi alii leg. *possit.* Et in *vet. monum.* apud *Grute.* 509. *lin.* 22. VBI DE PLANO RECTE LEGI POSSITVR. — Etiam *possuntur* a nonnullis veterum dictum fuisse, testatur *Diomed.* 1. p. 380. *Putsch.* Verum passiva hæc forma antiqua est, et omnino obsolevit. — Part. *Potens*, ut *Pote* et *Potis*, *V.* loco suo. — *Possum*, contractum ex *potis* potens et *sum*, est idem ac valeo, polleo, facultas mihi est, vires habeo, δύναμαι (It. *potere, avere possa*; Fr. *pouvoir, avoir le pouvoir de, être capable de*; Hisp. *poder, tener expedita la facultad ó potencia de hacer alguna cosa*; Germ. *im Stande sein, können, vermögen*; Angl. *to be able, have power*). ¶ 1. Generatim. — *a*) Universim. *Cic.* 6. *Fam.* 5. Quotiescumque filium tuum video, polliceor ei studium meum sine ulla exceptione: gratiam autem cum hac exceptione, quantum valeam quantumque possim. *Id.* 4. *Att.* 13. Velim res istas et præsentem statum reipubl. rescribas ad me, quantum potes et vales. Ita *Aldus*: alii *quantum potest.* Cf. *Xenoph. Cyr.* 5. 4. 25. ὡς ἂν δυνώμεθα. *et ibid.* 5. 3. 14. Ἐγὼ δέ, ὡς ἂν δυνατὸν ᾖ, πορεύσομαι. V. infra sub *d*. *Id.* 6. *Phil.* 7. 18. Quamobrem, Quirites, consilio, quantum potero, labore plus pæne, quam potere, excubabo vigilaboque pro vobis. *Id.* 2. *ibid.* 10. 23. Nihil prætermisi, quantum facere enitique potui, quin etc. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 5. *circa med.* Facerem tamen, ut possem, sed etc. *Id. Amic.* 1. 1. A patre ita eram deductus ad Scævolam, ut, quoad possem et liceret, a senis latere numquam discederem. *Id.* 1. *Tusc.* 34. 83. Quid ego nunc lugeam vitam hominum? Vere et jure possum. *Id.* 2. *ibid.* 27. 65. Barbari quidam ferro decertare acerrime possunt, ægrotare viriliter non queunt. *Horat.* 1. *Od.* 28. 27. multaque merces Unde potest tibi defluat æquo Ab Jove. *Id. Epod.* 6. 3. Quin huc inanes, si potes, vertis minas Et me remorsurum petis. Sic *Id.* 2. *Sat.* 6. 39. Dixeris, experiar: si vis, potes, addit et instat. *Id. ibid.* 2. 7. cur hoc? Dicam, si potero. *Justin.* 9. 4. 10. De judicibus vitæ necisque suæ, quemadmodum possunt, sententiam ferunt. *Cic. fragm. pro Cornel.* apud *Ascon.* Nihil unum posse contra multos. *Id.* 1. *Orat.* 10. 44. Hoc amplius si quid poteris, non id mihi videbitur orator, sed Crassus sua quadam propria, non communi oratorum facultate posse. *Cæs.* 2. *B. G.* 8. Hostes, quod tantum multitudine poterant, etc. Cf. et *Ter. Heaut.* paullo infra allatum. *Horat. Art. P.* 439. melius te posse negares Bis terque expertum frustra, delere jubebat. *Id.* 2. *Ep.* 1. 257. Si quantum cuperem, possem quoque. *Ter. Heaut. prol.* 13. Hic actor tantum poterit a facundia, quantum etc. *Plin. Paneg.* 61. Ut felicitatis est quantum velis posse, sic magnitudinis velle quantum possis. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 5. *sub fin.* Sed tamen quod fieri potest, non negligam. — *b*) Cum Superlat. *Cic.* 7. *Fam.* 17. *circa med.* Cæsari te commendavi et tradidi, ut gravissime diligentissimeque potui. *Id. Dom.* 36. 95. Dico igitur, et quam possum maxima voce dico. — *c*) *Potest fieri, ut*, Ital. *è possibile che*, apud *Cic.* 13. *Fam.* 73. Mihi ita persuadeo (potest fieri, ut fallar) eam rem laudi fore. *Id.* 1. *Tusc.* 3. 6. Fieri autem potest, ut recte quis sentiat, et id, quod sentit, polite eloqui non possit. Similiter *Id.* 4. *Verr.* 77. 190. Fieri non potest, ut, quem video, te prætore, in Sicilia fuisse, eum tu in tua provincia non cognoris. *et* 2. *leg. Agr.* 11. 29. Si hoc fieri potest, ut in hac civitate quisquam nullis comitiis imperium aut potestatem assequi possit. *h. e.* assequatur. — *d*) *Potest* absolute pro *potest fieri*, aut hujusmodi. *Cic.* 1. *Fam.* 2. *ad fin.* Nos in senatu dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia, retinebimus. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 38. Potest, ut alii ita arbitrentur, et ego ut ne credam tibi. *Cic. Cluent.* 37. 103. Nihilo minus enim potest, ut illam multam non commiserit, accepisse tamen etc. *Ter. Phorm.* 2. 1. 73. Non, non sic futurum est, non potest. *Id. Eun.* 5. 1. 20. Comprehendi hominem jube, quantum potest. *Plaut. Men.* 5. 2. *in fin.* Ibo, atque arcessam medicum, quantum potest. — Similiter *Cic.* 1. *Tusc.* 31. 76. M. Ego autem numquam ita te in hoc sermone dimittam, ulla uti ratione mors tibi videri malum possit. A. Qui potest, quum ista cognoverim? *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 7. 29. Quia nihil aliter possit, atque ab ea constitutum sit. *Alii leg.* aliter esse possit. *Liv.* 10. 25. Detisque operam, ut hæc ara, quam illa, si quid potest, sanctius coli dicatur. — *e*) *Non possum quin, non possum facere ut, non possum non* cum Infinito, Ital. *non posso a meno, non posso fare a meno di* etc. *Cic.* 2. *Orat.* 10. 39. Non possum quin exclamem, ut ait ille in Trinummo (*Plaut. Trin.* 3. 2. 79.). *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 6. Et bene consultum inconsultum 'st, si id inimicis usui 'st, Neque potest quin, si inimicis usui 'st, obsit tibi. Rursus *Cic.* 2. *leg. Agr.* 3. 7. Neque enim ullo modo facere possum, ut, quum me intelligam consulem ita factum, ut nobilissimis hominibus longe præponerer, non et in hoc magistratu et in omni vita sim popularis. *Id.* 8. *Att.* 14. Ut nihil ad te dem litterarum, facere non possum. *Id. ibid.* 2. *init.* Alteras (*ad Cæsarem litteras*) eodem die dedi, quo has ad te. Non potui non dare, quum et ipse ad me scripsisset et Balbus. *Id.* 2. *Nat. D.* 21. 54. Quæ quum in sideribus inesse videamus, non possumus ea ipsa non in deorum numero reponere. *Id. Amic.* 2. 8. Animadverti, te dolorem, quem acceperis quum summi viri, tum amicissimi morte, ferre moderate: nec potuisse non commoveri, nec fuisse id humanitatis tuæ. — Et absolute *Plaut. Bacch.* 3. 6. 30. Video non potesse, quin tibi ejus nomen eloquar. *veggo non essere possibile che io* etc. *nisi quis subaudiat* video me non potesse etc. — *f*) Minantis, aut urgentis sunt illa *Plauti Amph.* 1. 1. 190. Possum scire, quo profectus, cujus sis, aut quid veneris? *et Ter. Eun.* 4. 4. 44. Possumne ego hodie ex te exculpere verum? — *g*) Infinitum *posse* substantivi gerit vicem apud *Ovid.* 2. *Met.* 483. Posse loqui eripitur. *et* 11. *ibid.* 177. et dat posse moveri. *h. e.* movendi se facultatem. ¶ 2. Speciatim, sæpe est auctoritatem, vim, opes, potentiam habere. — *a*) De hominibus. *Plaut. Cas.* 2. 4. 4. Stultitia est, ei te esse tristem, cujus potestas plus potest. *Id. Truc.* 4. 2. 42. Vocat me, quæ in me plus potest. *Cic. Quinct.* 21. 69. Qui tum et poterant per vim et scelus plurimum, et quod poterant, id audebant. *Id. Rosc. Am.* 1. 4. Qui apud me et amicitia et beneficiis et dignitate plurimum possunt. *Cæs.* 1. *B. G.* 18. Neque solum domi, sed etiam apud finitimas civitates largiter posse, atque hujus potentiæ causa etc. *Liv.* 1. 24. Tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque. *Id.* 8. 7. Cum illis aderit Juppiter ipse, fœderum a vobis violatorum testis, qui plus potest polletque. *et ibid.* 33. Provoco ad populum; eumque judicem fero qui certe unus plus, quam tua dictatura, potest polletque. *Horat.* 4. *Od.* 14. 8. Vindelici didicere nuper, Quid Marte posses. *Nepos Dion.* 3. Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit valuitque eloquentia, ut etc. *Liv.* 21. 31. Regni certamine ambigebant fratres. Major-minore ab fratre et cœtu juniorum, qui jure minus, vi plus poterant, pellebatur. — *b*) Tribuitur et rebus inanimis vim ad aliquid efficiendum habentibus. *Cic.* 5. *Verr.* 57. 131. Plus aliquanto apud te pecuniæ cupiditas, quam judicii metus potuit. *ebbe più forza. et* 2. *Orat.* 42. 180. Ordo, et dispositio tantum potest in dicendo, ut ad vincendum nulla plus possit. *Id.* 1. *Divinat.* 10. 16. Quid scammoniæ radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentum possit. *Cæs.* 6. *B. G.* 30. Multum in re militari potest fortuna. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 17. quid virtus et quid sapientia possit. *et ibid.* 12. 19. Quid velit et possit rerum concordia discors. *Id.* 4. *Od.* 2. 25. Sensere quid mens, rite quid indoles Nutrita faustis sub penetralibus Posset. ¶ 3. Item speciatim, *posse aliquam* interdum significat posse feminam vitiare. *Martial.* 3. 32. Num possim vetulam, quæris Matrinia? possum. Adde *Plauti loc. cit.* in ADHINNIO. ¶ 4. Item pro debere, oportere, æquum esse. *Forcellinus* hæc attulit. *Cic.* 2. *Att.* 9. Minore sonitu, quam putaram, orbis hic in republica est conversus: citius omnino quam potuit. *et* 3. *ibid.* 15. *circa med.* Si quisquam fuisset, qui me a turpissimo consilio revocaret: quod unus tu facere maxime potuisti. Est qui huc refert et illud *ejusd.* 2. *Legg.* 3. 6. Recte igitur Magnus ille noster posuit in judicio, rempublicam nostram justissimas huic municipio gratias agere posse, quod ex eo duo sui conservatores exstitissent. ¶ 5. Pro bene valere, sanum esse, videtur poni in illo *Cic.* 2. *Tusc.* 19. 44. Si est tantus dolor, quantus Philocteæ, bene plane magnus mihi quidem videtur, sed tamen non summus. Nihil enim dolet, nisi pes: possunt oculi; potest caput, latera, pulmones; possunt omnia. *Possis tamen ita interpretari*, possunt dolere oculi, etc.

POST, quod, ratione habita etymi, *Scaliger* (*de Caus. Ling. Lat. p.* 398.) contractum esse putat ex *pone est;* alii vero ex *posino* pro *pono* (unde *posite, poste, posti, post*) deducunt, est *A*) Adverbium; et *B*) Præpositio.

A) Adverbii more *post* usurpatur sine casu, vel cum Ablativo temporis: quamquam non desunt, qui semper præpositionem esse ajunt et Ablativo etiam jungi, ut *Servius* ad *Virg.* 1. *Ecl.* 30.: at *V. Priscian.* 14. *p.* 987 et *Charis.* 2. *p.* 209. *Putsch.*, et *Hand. Tursell. vol.* 4. *p.* 457. — Ceterum *post* ¶ 1. De loco usurpatur et indicat id, cui aliquid est antepositum; hinc est idem ac pone, a tergo, retrorsum; eique opponuntur *ante* et *post* (It. *di dietro, in dietro*; Fr. *en arrière, par derrière, après*; Hisp. *atras, detras, despues, tras*; Germ. *hinten, hinterwärts, hintennach*; Angl. *behind*). — 1.ᵒ) Proprie. *Liv.* 22. 5. Fors conglobat et animus suus cuique ante aut post pugnandi ordinem dabat. *Cic. Mil.* 10. 29. Cædere incipiunt ejus servos, qui post erant. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 45. 102. (249). Lacertis priora genua post curvantur, posteriora in priorem partem. *h. e.* retrorsum curvantur. *Forcellinus* addit etiam illud *Nepot. Eumen.* 5. Substringebat caput (*equorum*) loro altius, quam ut prioribus pedibus plane terram possent attingere: deinde post verberibus cogebat exsultare. *co' piedi di dietro.* Plerique tamen *post* apud *Nepot.* de tempore accipiunt. *V.* sub 2. *b.* — 2.ᵒ) Figurate de gradu. *Sall. Cat.* 23. *extr.* ed. *Kritz.* Sed ubi periculum advenit, invidia atque superbia post fuere. Cf. *Ter. Adelph.* 2. 3. 9. Qui omnia sibi post putavit esse præ meo commodo. ¶ 2. Sæpissime ponitur de tempore et habet significationem rei succedentis. — *a*) Absolute. *Vet. Poeta* apud *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 37. (115). Quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudat. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 20. 40. o gnata, tibi sunt ante ferendæ Ærumnæ, post ex fluvio fortuna resistet. *Plaut. Men.* 3. 2. 7. observabo, quid agat; Hominem post adibo atque alloquar. *Ter. Hecyr.* 4. 3. 2. Istuc est sapere, qui ubicumque opus sit, animum possis flectere: quod sit faciendum post, idem hoc nunc si feceris. *Cic.* 7. *Fam.* 5. Ut initio mea sponte, post autem invitatu tuo mittendum duxerim. *Id.* 3. *Fin.* 6. 22. Non inest in primis naturæ conciliationibus honesta actio; consequens enim est, et post oritur, *h. e.* progrediente natura et rationis lumine exorto, quum in primo appetitu non fuisset. *Id. Rosc. Am.* 30. 84. De Capitone post viderimus, si, quemadmodum paratum audio, testis prodierit. *Cæs.* 3. *B. G.* 5. Milites certiores facit, paullisper intermitterent prælium, seque ex labore reficerent; post dato signo ex

castris erumperent. *Liv.* 29. 27. Divi divæque, vos precor quæsoque, quæ in meo imperio gesta sunt, geruntur postque gerentur, ea mihi etc. *Virg.* 5. *Æn.* 507. Post acer Mnestheus adducto constitit arcu. *Horat. Art. P.* 75. Versibus impariter junctis querimonia primum, Post etiam inclusa est voti sententia compos. Adde *eumd.* 1. *Sat.* 3. 102. et *Art. P.* 111. — *Sall. Jug.* 55. Rursus aliis, post aliis minitari. — *b*) Cum additis *inde*, *deinde*, in quibus pleonasmus esse nonnullis videtur. *Ennius* apud *Varron.* 5. *L. L.* 59. *Müll.* Ova parire solet genus pinnis condecoratum. Non animam: et post inde venit divinitus pullis Ipsa anima. *Lucret.* 3. 529. Inde pedes et crura mori, post inde per artus Ire alios tractim gelidi vestigia leti. *Ter. Andr.* 3. 2. 3. Primum fac, istæc ut lavet: post deinde quod jussi ei dare bibere, date. Adde *Senec.* 2. *Benef.* 34.; et *Virg.* 5. *Æn.* 321. — *c*) Cum addito Ablativo temporis. *Cic. Flacc.* 23. 56. Pecunia recuperata est multis post annis. *Id. Brut.* 60. 218. et 2. *Divinat.* 33. 71.; et *Liv.* 2. 16. Res, quas Cæsar anno post, et deinceps reliquis annis administravit. *un anno dopo.* et *Plaut. Men. prol.* 36. Paucis diebus post. *et* 5. 9. 72. Multis annis post. *Liv.* 32. 5. *a med.* Ipse post paucis diebus graviore secutus agmine. Sic *Inscript.* apud *Murat.* 318. 1. LIBERTI LIBERTORVM HOC MONIMENTVM NEGLEGENTIAE (*num* neglegenter *legendum?*) CVRATVM POST MVLTIS ANNIS RESTITVERVNT. *Cic. Brut.* 91. 316. Biennio post. *Id.* 4. *Att.* 16. 12. Hora post. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 61. et revocas nono post mense. *Virg.* 1. *Ecl.* 30. longo post tempore venit. *Justin.* 1. 7. 19. Brevi post tempore. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 25. 42. (103). Parvo post florent pirus et cerasus. *scil.* parvo tempore. *Pacuvius* apud *Non. p.* 414. 3. *Merc.* Quam te post multis tueor tempestatibus? — *d*) Jungitur cum aliis Adverb. in *o* desinentibus. *Cic.* 16. *Fam.* 5. *sub fin.* Malo te paullo post valentem, quam statim imbecillum videre. *Cæs.* 1. *B. C.* 22.; et *Liv.* 5. 57. Quum senatus post paullo haberetur. *Virg.* 3. *G.* 476. Nunc quoque post tanto. *Nepos Pausan.* 3. At ille post non multo ad exercitum rediit. *et Cim.* 3. Post neque ita multo Cyprum missus. *Cic. Cœcin.* 4. 11. Aliquanto post Fulcinius prædia mercatur. *Id. Orat.* 30. 107. Post aliquanto sentire cœpimus. *Liv.* 2. 31. Cum Æquis post aliquanto pugnatum est. *Plaut. Merc.* 2. 1. 10. Ea Simia adeo post haud multo ad me venit. — *e*) *Post-quum*, *post-ubi*, *post-quam*, ut apud *Cic. Cluent.* 24. 67. Post autem quum esset Scamander unius Staleni sententia absolutus-, acrioribus saluti suæ remediis subveniendum putavit. Adde *eumd. Mur.* 13. 29. *Sall. Cat.* 24. Primo ingentes sumptus toleraverant; post, ubi ætas tantummodo quæstui, neque luxuriæ modum fecerat, æs alienum grande conflaverant. *Id. ibid.* 6. Post, ubi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant. *Cic.* 12. *Att.* 1. Undecimo die postquam a te discesseram, hoc litterularum exaravi. *et* 13. *ibid.* 4. Filius anno post quæstor fuit, quam consul Mummius. Adde *Liv.* 42. 2. Rursus *Cic.* 12. *Att.* 49. Heri non multo post, quam tu a me discessisti etc.

B) Præpositio *post* Accusativum regens demonstrat ordinem loci et temporis. ¶ 1. De loco *post* est pone-, *dietro*. — 1.°) Proprie. *Sulpicius* apud *Cic.* 4. *Fam.* 5. Post me erat Ægina, ante Megara, dextra Piræeus, sinistra Corinthus. *Plaut. Epid.* 2. 2. 52. Occepere aliæ mulieres duæ post me sic fabulari inter sese. *Cæs.* 2. *B. G.* 9. Quod (*flumen*) esse post nostra castra demonstratum est. *Id.* 7. *ibid.* 83. Post montem se occultavit. *et ibid.* 88. Repente post tergum equitatus cernitur. *Id.* 2. *ibid.* 19. Post eas (*legiones*) totius exercitus impedimenta collocarat. Sic *Curt.* 4. 12. 9. Post quas quinquaginta quadrigas Phradates magno Caspiorum agmine antecedebat. *Virg.* 3. *Ecl.* 20. tu post carecta latebas. Sic *Horat.* 1. *Sat.* 8. 36. post magna (*lunam*) latere sepulcra. *Id.* 3. *Od.* 1. 40. Post equitem sedet atra cura. *Auct. B. Afr.* 18. Hostibus post collem dejectis. *Ovid.* 1. *Amor.* 2. 31. manibus post terga retortis. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 11. (45). Rejectis post terga manibus. *Id.* 35. *ibid.* 10. 36. (68). Ambire enim se ipsa debet extremitas et sic desinere, ut promittat alia post se. *Liv.* 22. 4. Baliares ceteramque levem armaturam post montes circumducit. — 2.°) Figurate est infra, *sotto*. *Horat.* 3. *Od.* 9. 6. neque erat Lydia post Chloen. *h. e.* minus amabatur. *Cels.* 2. 18. *circa med.* Piscium gravissimi sunt ex quibus salsamenta fieri possunt: deinde hi, qui *etc.*: tum plani: post quos etiam leviores sunt lupi mullique: et post hos omnes saxatiles. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 2. 8. (34). Equester ordo et nunc post populum scribitur, quia novissime cœptus est adjici. *h. e.* extremo loco, *senatus, populusque R. et equester ordo.* Similiter *Sall. Jug.* 73. *ad fin.* Uti opifices agrestesque omnes relictis operibus frequentarent Marium, et sua necessaria post illius honorem ducerent. *Liv.* 2. 56. Post publicam causam privato dolore habito. Sic *Tac.* 3. *Hist.* 64. Id Vespasiano (*convenire*), ut ceteri post Sabinum haberentur. *Seneca Ep.* 104. *ante med.* Tantus erit ambitionis furor, ut nemo tibi post te videatur, si aliquis ante te fuerit. — 3.°) *Post rem aliquam*, eam sequendo. *Pallad.* 5. *R. R.* 8. Quum ad eum convenerint apes, atque ingressæ fuerint post odorem, foramen pollice claudes. *Pontedera malebat* propter odorem, *Columella enim* ad odorem. ¶ 2. Sæpissime de tempore ponitur et demonstrat ipsius temporis ordinem, *dopo*. — *a*) Cum nominibus temporis. *Plaut. Rud.* 5. 3. 60. Numquam hercle-iterum defraudabis me quidem post hunc diem. *Cæs.* 6. *B. G.* 33. Discedens post diem septimum sese reversurum confirmat. *Id.* 4. *ibid.* 36. Paullo post mediam noctem naves solvit. *Liv.* 7. 18. Ablato post undecimum annum a plebe consulatu. *Phædr.* 1. 17. Post paucos dies. *Liv.* 41. 25. Paucos post dies. *Id.* 31. 24. Paucas post horas. *Cic. Rosc. Am.* 44. 128. Aliquot post menses. — Notandum illud *Cic.* 3. *Att.* 7. Alii pueri post diem tertium ejus diei alias litteras reddiderunt. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 7. 24. (71). Post paullum. *h. e.* paullo post. Sic *Cæs.* 7. *B. G.* 50. *extr.* Ita pugnans post paullum concidit. et *Quintil.* 2. 17. 25. Post paullum clarius ostendemus. — *b*) Cum nominibus rerum tempore quodam actarum, aut hominum aliquando viventium. *Cic.* 4. *Fam.* 4. *circa med.* Sic fac existimes, post has miserias, id est postquam armis disceptari cœptum est de jure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate. *Id.* 3. *Verr.* 7. 18. Post hunc statum rei publicæ, quo nunc utimur. *Sall. Jug.* 5. Bello Punico secundo, quo-Hannibal post magnitudinem nominis Romani Italiæ opes attriverat, Massinissa etc. *h. e.* postquam Romani magni facti sunt et ad tantum potentiæ fastigium pervenerunt. *Id. Cat.* 5. Hunc post dominationem L. Sullæ lubido maxima invaserat reipublicæ capiundæ. *Id. Jug.* 15. Neque post insidias Jugurthæ effuso exercitu prædari. *Nepos Att.* 9. Quum fundum emisset in diem, neque post calamitatem versuram facere potuisset. *h. e.* postquam in calamitatem inciderat. *Tac.* 1. *Ann.* 68. Inguiomerus post vulnus pugnam deseruit. *h. e.* postquam vulnere ictus est. *Justin.* 8. 1. 6. Quasi post arma et bellum locum legibus reliquissent. *h. e.* postquam arma sumpserant et bellare cœperant. *Horat.* 1. *Od.* 18. 5. Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat? *h. e.* post benignam compotationem. Cf. *eumd.* 2. *Sat.* 4. 59. nam lactuca innatat acri Post vinum stomacho. *Cic.* 2. *Phil.* 38. 97. Ne post M. Brutum proconsulem sit Creta provincia. Sic *Id.* 9. *Fam* 14. Quem quidem post te consulem solum possumus vere consulem dicere. *Id.* 4. *Tusc.* 3. 7. Post Amasinium autem multi ejusdem æmuli rationis multa quum scripsissent etc. *Seneca Ep.* 119. Post Darium et Indos pauper est Alexander. *h. e.* victo Dario. *Lucan.* 2. 634. quas est vulgata per urbes Post me Roma ducem. *h. e.* postquam ego dux eram factus. — Et addito tempore definito. *Cic. Balb.* 21. 48. Quum paucis annis post hanc civitatis donationem acerrima de civitate quæstio Licinia et Mucia lege venisset. *Id.* 6. *Att.* 1. Qui magistratus multis annis post decemviros institutus est. — *c*) Cum Participio præteriti temporis, ut omne id tempus designetur, quod inde ab aliqua re facta sequutum est. *Cic.* 6. *Cat.* 7. 14. Causa est post urbem conditam hæc inventa sola. *Id. Harusp. resp.* 8. 16. Post hanc urbem constitutam. *Id.* 1. *Divinat.* 44. 100. Sexennio post Vejos captos. *Liv.* 27. 34. et 31. 5. Paucis mensibus post pacem Carthaginiensibus datam. *Id.* 27. 30. Paucis post prælium factum ad Bæculam diebus. *Cic. Brut.* 62. 224. Longe post homines natos improbissimus C. Servilius Glaucia. Sic *Id. Balb.* 10. 26. Quum pauci post genus hominum natum reperti sint, qui etc. *Id.* 5. *Verr.* 17. 44. Quod nemo umquam post hominum memoriam fecit. Adde *eumd.* 2. *Cat.* 13. 28. et *Pis.* 27. 65. Sic *Nepos Themist.* 5. *extr.* Maxima post hominum memoriam classis. *dopo che 'l mondo è mondo.* — *Horat. Art. P.* 141. Dic mihi, Musa, virum, captæ post mœnia Trojæ Qui mores hominum multorum vidit et urbes. *Ovid.* 12. *Met.* 607. Quod Priamus gaudere senex post Hectora posset. *h. e.* post mortem Hectoris. — *d*) *Post* cum Accus. temporis sequente *quam* vel *quo*. *Cæs.* 4. *B. G.* 28. Post diem quartum, quam est in Britanniam ventum, naves ex portu solverunt. Adde *Cic. Mil.* 16. 44. et 9. *Att.* 12. Sic *Nepos Arist.* 3. Decessit post annum quartum, quam expulsus fuerat. *Id. Cim.* 3. Post annum quintum, quo expulsus erat. — *e*) *Post omnia* est *Cic. Orat.* 35. 122. Post omnia, perorationem concludere. — *f*) *Post id, post illa, post hoc, post hæc,* (*post ea, V.* infra sub g. et POSTEA), Comicis præcipue, sunt postea. *Plaut. Cas. a.* 1. *v.* 42. Post id, quum lassus fueris et famelicus etc. *Id. ibid. v.* 32. Post id locorum-dabitur tibi amphora una. *Sall. Jug.* 72. Neque post id locorum Jugurthæ dies aut nox ulla quieta fuit. *Plaut. Curc.* 4. 2. 43. Tum qui vendidit, numquam post illa vidi. *Ter. Phorm.* 2. 2. *in fin.* Si eum sustinueris, post illa jam, ut lubet, ludas licet. *V.* POSTILLA. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 175. Gestit enim nummum in loculos demittere, post hoc Securus, cadat an recto stet fabula talo. *Plin.* 5. *Ep.* 1. Post hoc ille cum ceteris subscripsit. Adde *Martial.* 4. 73.; *Sueton. Gramm.* 3.; *Calpurn.* 3. 59.; et *Colum.* 12. *R. R.* 38. 2. *Quintil.* 6. *pr.* 9. Una post hæc Quintiliani mei spe ac voluptate nitebar. *Propert.* 1. 4. 19. Nec tibi me post hæc committet Cynthia. Sic *Lachmannus* restituit apud *eumd.* 1. 15. 13. quamvis numquam post hæc visura dolebat. *Alii leg.* posthac. Adde *Cels.* 1. 2.; *Colum.* 12. *R. R.* 2. 1. et 3. *ibid.* 4. 3.; *Tac.* 3. *Ann.* 16.; et *Sueton. Ner.* 25. et *Vitell.* 5. — *g*) Quod ad collocationem attinet, *post* suo casui postponitur apud *Cic.* 2. *Tusc.* 6. 15. Hunc post Rhodius Hieronymus, vacare dolore, summum bonum dixit. — Inter præpositionem et casum interdum aliqua particula interseritur, ut apud *Cic.* 2. *Fin.* 13. 43. Itque hic ipse jampridem est rejectus; post enim Chrysippum non sane est disputatum. Sic *Id.* 2. *Off.* 8. 27. Post vero Sullæ victoriam. *Id.* 3. *Verr.* 41. 106. Qui ab A. Postumio, Q. Fulvio censoribus, postve ea fecit, fecerit. Sic *Liv.* 39. 3. Et quem M. Claudio, M. Livio censoribus, postve eos censores, ipsum parentemve ejus apud se censum esse probassent etc. *Id.* 41. 9. Qui socii ac nominis Latini, ipsi majoresve eorum, M. Claudio, T. Quinctio censoribus, postque ea, apud socios nominis Latini censi essent, etc.

POSTANTE, adverb. ut exante, inante. *Varro* 6. *L. L.* 87. *Müll.* Postante conventionem habet. Ita *Scalig.* in *Append. ad conjectan.* Alii *post autem.* Müllerus *post tum,* probante Hand., Tursell. vol. 4. pag. 502.

POSTAUCTUMNĀLIS, e, adject. post auctumnum veniens. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 16. (54). Pira Aniciana postauctumnalia, acidulo sapore jucunda.

POSTCANTĀTĪVUS, a, um. *V.* ANTECANTATIVUS.

POSTDĒLICTUM, i, n. 2. delictum postea commissum. *Ulp. Dig.* 29. 2. 71. § 9. Qui semel se abstinuit, quemadmodum ex postdelicto obligatur.

POSTĔA, adverb. Videtur ultimam produxisse *Plaut. Pœn.* 1. 1. 19. Si auctoritatem postea defugeris. *Bothe* ex MSS. edidit *postera*, nempe *die*. — Quoties apud poetas (excipio comicos) reperies (quod perraro fiet), rectius *post ea* divisum scribes, nam conjunctum languet. Sic apud *Ovid.* 1. *Fast.* 165. Post ea mirabar, cur non sine litibus esset Prima dies. *Handius* vero, *Tursell. vol.* 4. *pag.* 503., *postea* bisyllabum esse ait. — Postea (ex *post eâ*, ut *prœterea* et *antea* ex *prœter, ante* et *eâ*) est idem ac post ea, post, post hæc, post id, post illa, εἶτα, ἔπειτα (It. *dopo, di poi, dappoi, poscia*; Fr. *ensuite, après, puis*; Hisp. *despues, tras, desde*; Germ. *hernach, nachher*; Angl. *afterward, after that or this, hereafter*).

I.) Proprie. ¶ 1. De tempore sæpissime ponitur. — *a*) Cum oppositis *nunc, ante, tum. Liv.* 5. 4. Quam hoc consilium collegarum meorum-necessarium fuerit, postea disseram: nunc de ipsa conditione dicere mihi tantum libet. *Cels.* 7. 7. *n.* 8. Si superior palpebra est, ante: si inferior, postea propius ipsis pilis incidendum. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 46. (95). Fraxini folia nec postea nascentia, nec ante decidentia. *Id.* 28. *ibid.* 12. 50. (184). Foveri et ante et postea jubent. *Liv.* 2. 9. Nec quisquam unus malis artibus postea tam popularis esset, quam tum bene imperando universus senatus fuit. — *b*) Universim. *Cato R. R.* 156. Postea, ubi occipiet fervere, paullisper dimittito. *Plaut. Asin.* 2. 2. 90. Inde huc veniet postea. *Id. Stich.* 4. 2. 43. Deos salutabo modo, postea ad te continuo transeo. *Cæs.* 5. *B. G.* 27. Naves prioris commeatus, et quas postea Labienus faciendas curaverat. *Id.* 1. *ibid.* 21. *extr.* P. Considius, qui in exercitu P. Sullæ, et postea in M. Crassi fuerat. *et ibid.* 40. Quos aliquandiu inermos timuissent, hos postea armatos et victores superarunt. *Cic.* 3. *Fin.* 18. 61. Nam bonum illud et malum, quod sæpe jam dictum est, postea consequitur. *Id. Brut.* 3. 12. Posteaque prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt. *Liv.* 2. 16. Additis postea novis tribulibus. *Justin.* 12. 7. 10. Filiumque ab eo genitum Alexandrum nominavit, qui postea regno Indorum potitus est. — *c*) Cum Ablativis *aliquando, multo, brevi* raro usurpatur. *Cic.* 2. *Invent.* 51. 154. Postea aliquanto ipsos quoque tempestas jactare cœpit. *Id.* 1. *Cat.* 6. 15. Neque enim sunt aut obscura, aut non multo postea commissa. *Alii tamen aliter leg. Plin.* 13. *Hist. nat.* 1. 2. (13). Postea multo successit propter gloriam appellatam megalium. *Cic.* 7. *Verr.* 54. 142. Brevi postea est mortuus. — *d*) Etiam vocabulo *postea* adjicitur præter necessitatem *deinde*, ut apud *Cic. Mil.* 24. 65. Deinde postea se gladio percussum esse. Adde *eumd. Cluent.* 26. 71. et 4. *Tusc.* 1. 2. Sic *Liv.* 41. 24. *extr.* Legati deinde postea missi ab rege. *Cels.* 7. 8. *a med.* Trajicere id cavum acu satis est, postea deinde imponere id, quod purget. — *e*) *Postea loci*, ut post id locorum, postea. *Sall. Jug.* 102. *Kritz.* Postea loci consul pervenit in oppidum. *Kritzius* et *Faber* divisim scribendum esse putant. — *f*) Ad tempus designandum, *quum, ubi* adjunguntur. *Cæs.* 2. *B. C.* 17. Postea vero, quum Cæsarem ad Massiliam detineri cognovit, se quoque ad motum fortunæ movere cœpit. *Cic.* 2. *Nat. D.* 35. 90. Philosophi debuerunt, si forte eos primus aspectus conturbaverat, postea, quum vidissent motus finitos *etc.*, intelligere inesse aliquem etc. Adde *eumd. Cluent.* 67. 192.; et *Liv.* 5. 54. et 29. 22. *Cato R. R.* 156. Postea, ubi deorsum versus ibit, heminam-bibat. — *g*) *Postea quam*, divisim vel junctim scriptum, usurpatur quum temporis ratione duæ res componuntur, et est idem quod postquam, *dopo che, da poi che, ἐπεί, ἐπειδή. Cæs.* 4. *B. G.* 37. Postea vero quam equitatus in conspectum venit, etc. *Cic.* 3. *Fam.* 7. *ad fin.* Postea vero quam ita cœpi, etc. *Sall. Jug.* 29. *Kritz.* Postea vero quam participem negotii Scaurum accepit. *Cic.* 2. *Off.* 1. *ad fin.* Posteaquam honoribus inservire cœpi. *Id.* 10. *Fam.* 1. Posteaquam de medio cursu reipublicæ voce sum revocatus. *Id.* 5. *Fin.* 1. 2. Hostiliam dico, non hanc novam, quæ minor mihi esse videtur posteaquam est major. Sic *Justin.* 2. 14. 3. Posteaquam nullo pretio libertatem videt bis venalem, etc. *Cic. Rosc. com.* 11. 30. Qui posteaquam e scœna non modo sibilis, sed etiam convicio explodebatur-, confugit in hujus domum. Adde *eumd.* 7. *Fam.* 5. *Id. Cæcin.* 21. 69. Posteaquam bis consul et censor fuerat. — Addito *tum* apud *Cic.* 4. *Verr.* 29. 70. Posteaquam ad causam dicendam ventum est, tum vero sine metu, sine cura omnes erant. Adde *eumd.* 3. *Tusc.* 27. 66. — Sequente *repente, statim*, apud *Cic.* 4. *Verr.* 56. 138. Posteaquam ego inquirendi causa in Siciliam veni, repente istius amicus (*ille*) factus est. Adde 7. *ibid.* 41. 106. *Et* 7. *ibid.* 37. 96. Quem posteaquam inanem locum offenderunt,-statim sine ullo metu in portum ipsum penetrare cœperunt. Adde *eumd. ibid.* 69. 178. ¶ 2. In comparationibus, hoc est de gradu vel dignitatis ordine. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 16. 26. (121). Fertilissima omnium inoculatio, postea emplastratio. *et ibid.* Capacissima insitorum omnium ducitur platanus, postea robur. *et ibid.* 22. 35. (176). Optimum autem, matrem esse firmam, postea fetum audacem.

I.) Translate. ¶ 1. Pro præterea. *Plaut. Merc.* 2. 3. 35. Nescio quid meo animo est ægre, pater; postea hac nocte non quievi satis ex mea sententia. ¶ 2. *Quid postea?* quid inde? quid hinc sequitur? *Ter. Eun.* 4. 7. 23. Dixtin', hos mihi dies soli dare te? THA. Quid tum postea? *Cic. Rosc. Am.* 33. 94. Quid postea, si Romæ assiduus fui? *Liv.* 4. 4. At enim nemo post reges exactos de plebe consul fuit. Quid postea? *e per questo?*

POSTĔĀQUAM. *V* POSTEA sub I. 1. *g.*

POSTELLA, æ, f. 1. idem ac postilena. *Isid.* 20. *Orig.* 16. Antella, quasi ante sellam, sicut et postella, quasi post sellam.

POSTĔO, is, ire, n. 4. *andar dopo, essere inferiore*, post aliquem eo, inferior sum: cui *anteire* opponitur. *Sidon.* 1. *Ep.* 11. *a med.* Qui Severinum sicut honore postibat, ita favore præcesserat.

POSTER. *V.* POSTERUS init.

POSTERGĀNĔUS, a, um, adject. qui post tergum et retro est. *Arnob.* 4. 5. In septentrionem si ora traduxero, erit mihi sinister occasus, qui ab sole posterganeus habebitur. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 6. Raptus vero posterganeus, quem opisthotonon Græci vocant, est involuntaria colli retractio.

POSTERGO, as, are, a. 1. post tergum relinquere, atque adeo negligere. *Gloss. Lat. Gr.* Postergo, μεθίεμαι.

POSTĔRI, ōrum. *V.* POSTERUS sub *A.* I. *f.*

POSTĔRĬOR, ius, ōris, adject. *V.* POSTERUS sub *B.*

POSTĔRĬTAS, ātis, f. 3. posterum, seu futurum tempus, et ipsi homines, qui post nos erunt, οἱ ἀπόγονοι (It. *posterità, discendenti, posteri*; Fr. *postérité, descendants*; Hisp. *posteridad, descendienti*; Germ. d. *Zukunft, zukünftige Zeit, Nachwelt, Nachkommenschaft*; Angl. *posterity, succeeding generations, descendants, afterages*).

I.) Proprie. *Cic. Amic.* 4. 15. Sperare videor, Scipionis et Lælii amicitiam notam posteritati fore. *Id.* 12. *Att.* 19. Domini innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate. *Id.* 2. *Phil.* 22. 54. Hujus rei ne posteritatem quidem omnium sæculorum unquam immemorem fore. *Ovid.* 1. *Fast.* 239. At bona posteritas puppim servavit in ære. *Id.* 3. *Pont.* 2. 30. Si tamen a memori posteritate legar. *et* 4. *ibid.* 8. 48. Notitiam seræ posteritatis habet. *Id.* 4. *Trist.* 9. 26. Perpetuæ crimen posteritatis eris. *Id. Heroid.* 16. 374. Nomen ab æterna posteritate feres. *Id.* 2. *Pont.* 6. 34. in ore frequens posteritatis eris. *Propert.* 3. 1. 34. Homerus Posteritate suum crescere sentit opus. *coll'andar del tempo. Cic.* 1. *Tusc.* 15. 35. Quum optimus quisque maxime posteritati serviat. *h. e.* famæ apud posteros. *Quintil.* 10. 1. 31. Historia non ad actum rei, sed ad memoriam posteritatis componitur. — *In posteritatem*, in posterum. *Justin.* 2. 3. 16. Nec passuras, ut in posteritatem Scytharum genus intercidat. — Dicitur interdum de tempore mox futuro, etiam viventibus nobis. *Cic.* 2. *Fam.* 18. *in fin.* Si me audies, vitabis inimicitias, et posteritatis otio consules. *Id.* 1. *Cat.* 12. 29. Verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricida civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundaret. *Cæs.* 1. *B. C.* 13. Proinde habeat rationem posteritatis et periculi sui.

II). Translate. ¶ 1. De bestiis. *Juvenal.* 8. 62. Sed venale pecus Coryphæi, posteritas et Hirpini. ¶ 2. *Posteritas* quatenus opponitur *prioritati*, ut barbare loquuntur scholæ. *Tertull. Præscript.* 31. Principalem veritati, et posteritatem mendacitati deputare.

POSTĔRĬUS. *V.* POSTERUS sub *B.*

POSTĔRO, as, āvi, are, n. 1. *differire, posporre*, in posterum differo, ὑστερέω. *Pallad.* 12. *R. R.* 4. Oliva quum varia cœperit esse, colligitur, ex qua primum fiet oleum: nam quum tota nigrescet, quod speciei merito posteravit, fundendi ubertate compensat. *Schneider.* de hac voce dubitat; *Crescentius* enim habet *derogavit.*

POSTĔRŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* posterus. ¶ 1. Subaudi *janua*, et est Ital. *postierla*, πυλίς, portula, quæ ab utraque portarum urbis parte esse solet. *Cassian.* 5. *Instit. cœnob.* 11. Quantalibet urbs sublimitate murorum et clausarum portarum firmitate muniatur, posterulæ unius quamvis parvissimæ proditione vastabitur. ¶ 2. Subaudi *via*, et est devius callis. *Ammian.* 30. 1. *circa med.* Quum bivium armato milite vidisset oppletum, per posterulam, tramitem medium squalentem frutectis et sentibus, vitabundus excedens. *h. e.* per posticum, vel potius per semitam reductam et occultam.

POSTĔRUS *vel* poster, ra, rum, adject. (*post*). Rectus casus masculin. *posterus* ne sit, an *poster*, nondum plane constat. — Non imitanda licentia illius, qui in *Inscript.* apud *Fea, Relaz. di un viaggio p.* 11. et apud *Visc. Mon. Tab. p.* 91. *posteriis* dixit pro *posteris*. Hanc ædem posuit, struxitque novissima templa Manibus, et cineri, posteriisque meis. — Positiv. est *Posterus* sub *A.*; Comp. *Posterior* sub *B.*; Sup. *Postremus* sub *C* et alia Superlativi forma *Postumus* sub *D.*

A) Posit. *Posterus* est qui post venit, sequens, consequens, ὕστερος (It. *vegnente, seguente, avvenire*; Fr. *qui vient après, qui suit, suivant*; Hisp. *siguiendo, el qui sigue*; Germ. *hinten-nach folgend, folgend, künftig*; Angl. *coming after, following, next, ensuing*).

I.) Proprie de tempore. — *a*) Generatim. *Cic. Cluent.* 13. 37. Quum ibi diem posterum commoraretur. *Id. Dejot.* 7. 21. In posterum diem distulit. *Id.* 4. *Verr.* 17. 41. Postero die mane. *Sall. Jug.* 78. *ad fin.* Postera die. *Nepos Eumen.* 9. nocte. *Id. Arist.* 3. Postero tempore. *Cic. Partit. orat.* 20. 69. Provisione posteri temporis. *Id. fragm. pro C. Cornel.* apud *Ascon. a med.* anno. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 39. Postera lux oritur. *Id. ibid. v.* 96. Postera tempestas melior. *Id.* 2. *Ep.* 1. 42. et præsens et postera ætas. *Id.* 3. *Od.* 30. 7. usque ego postera Crescam laude recens. *h. e.* laude posterorum. *Cic.* 3. *Fin.* 9. 32. Posterum quodam modo et consequens putandum est. *et ibid.* Hæc non in posteris et in consequentibus, sed in primis continuo peccata sunt. — *Postero die* sequente *quam*, apud *Cic.* 2. *Orat.* 3. 12. Postero igitur die, quam illa erant acta, hora fere secunda, etc. — *b*) *Posteri dies*, atri et ominosi. *Non. p.* 73. 32. *Merc.* Atri dies dicuntur, quos nunc nefastos, vel posteros vocant. *Posteros* opinor dictos, quod atri essent quicumque dies postridie calendas, nonas, idus, ut in ATER dictum est. Hujus

tamen appellationis nullam auctoritatem se graviorem *Nonius* affert. — c) *Postero*, postero die. *Cf. Horat.* 1. *Od.* 11. 8. carpe diem, quam minimum credula postero. *Tac.* 4. *Ann.* 45. Idem quum postero ad quæstionem retraheretur. — d) *In posterum*, in posterum diem. *Cæs.* 7. *B. G.* 11. Diei tempore exclusus, in posterum oppugnationem differt. Adde *Cic.* 10. *Fam.* 12. *a med.* Sic *Justin.* 11. 12. 16. Aut deditionem ea die, aut in posteram aciem paret. — e) *In posterum*, in posterum tempus. *Cæs.* 1. *B. C.* 3. et 2. *ibid.* 21. Laudat promptos, atque in posterum confirmat. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 33. 91. Multum in posterum providerunt. *pel tempo avvenire.* et 2. *Fam.* 8. Ut ab homine longe in posterum prospiciente, futura exspecto. — f) *Posteri, orum*, absolute, substantivorum more, sunt qui post nos, vel ex nobis, vel ex aliis nascentur, *posteri, discendenti*, οἱ ἐπιγινόμενοι, ἀπόγονοι, et præsertim qui post eos, quorum sunt vocabula propria, scilicet post trinepotes, ut infra sub *B.* I. *c.* dictum est. His *majores* opponuntur. *Cic.* 3. *Nat. D.* 38. 90. Ut etiam si quis morte pœnas sceleris effugerit, expectantur eæ pœnæ a liberis, a nepotibus, a posteris. *Sall. Jug.* 85. § 23. *Kritz.* Majorum gloria posteris quasi lumen est, neque bona eorum, neque mala in occulto patitur. *Horat. Epod.* 9. 11. Romanus (eheu posteri negabitis!) Emancipatus feminæ. *Inscript.* apud *Gruter.* 698. 7. CN. OFILLIO CN. F. QVIR. PISONI, CN. OFILLIO CN. F. QVIR. FRVGI CN. OFILLIVS SVCCESSVS ET ANTONIA RESTITVTA, PARENTES FILIIS PIENTISSIMIS FECERVNT ET SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM. — *Posterum* pro *posterorum* habet *Tac.* 3. *Ann.* 72. Opes ornatum ad urbis et posterum gloriam conferre. — Animadvertendum et illud *Sueton. Cal.* 38. Negabat (*Caligula*), jure civitatem Romanam usurpare eos, quorum majores sibi posterisque eam impetrassent, nisi filii essent; neque enim intelligi debere posteros ultra hunc gradum.

II.) Translate, *posterus* est inferior. *Capell.* 4. *p.* 96. Posteram Romuleis virtutibus Grajam æstimans levitatem.

B) Comp. *Posterior, ius, oris*, adject. omn. gen. (*Posterior* in neutro genere, *V.* PRIOR init.) est inferior, secundus loco, ordine, tempore: cui *prior, superior* opponitur, ὕστερος, ὑπότερος, δεύτερος, *che vien dopo, posteriore, secondo.*

I.) Proprie. — *a*) Adjective. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 45. 102. (249). Ova parientibus quadripedum crocodilo, lacertis, priora genua post curvantur, posteriora in priorem partem. *Id. ibid.* 45. 101. (248). Elephanto pedes majores priores; in posterioribus articuli breves. *ne' piedi di dietro.* et *Ovid.* 4. *Fast.* 717. Vacca sit, an taurus, non est cognoscere promptum: Pars prior apparet, posteriora latent. *Cic.* 3. *Orat.* 48. 186. Paria esse debent posteriora superioribus, extrema primis. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 14. 44. Ita priori posterius, posteriori superius non jungitur. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 58. et quod prius ordine verbum est, Posterius facias. *Cic. Brut.* 11. 43. Thucydides paullo ætate posterior. *Id.* 12. *Phil.* 2. 5. Posteriores cogitationes, ut ajunt, sapientiores esse solent. *Sall. Jug.* 88. Nam gerere, quam fieri, tempore posterius, re atque usu prius est. — *b*) *Posteriora* absolute, substantivorum more. *Lamprid. Elagab.* 5. Nudus ingenicularet, posterioribus eminentibus in subactorem rejectis et oppositis. *h. e.* natibus. — *c*) *Posteriores* absolute. Quemadmodum omnes cognati supra tritavum, generali appellatione *majores* vocantur, ita post trinepotem *posteriores*, ut ait *Paul. Dig.* 38. 10. 10. Hi tamen sæpius *posteri* dicuntur. *V.* POSTERUS sub *A.* I. *f.* — *d*) *Posterius* adverbii usum habet, *dopo, di poi*, post, postea, ὕστερον. *Plaut. Epid.* 2. 2. 76. Vos priores esse oportet, nos posterius dicere. *Id. Asin.* 1. 1. 48. Posterius istuc dicis, quam credo tibi. *h. e.* credo tibi, priusquam dicis. *Nepos Cim.* 4. Procul ab eo loco infoderunt, in quo erat mortuus: inde posterius dei Delphici responso erutus etc. *Cic.* 6. *Verr.* 29. 66. Mittit rex ad istum, si sibi videatur, ut reddat. Jubet iste posterius ad se reverti. *Id. Brut.* 83. 288. Thucydides si posterius fuisset, multo maturior fuisset et mitior.

II.) Translate *posterior* est minus carus, vilior, minor, deterior. *Plaut. Mil. glor.* 4. 1. 7. Omnes res posteriores pono, atque operam do tibi. *h. e.* postbabeo. *Cic.* 10. *Att.* 4. *ante med.* Quorum utrique semper patriæ salus et dignitas posterior sua dominatione et domesticis commodis fuit. *Id.* 13. *Phil.* 3. 6. Ita vitam corpusque servato, ita fortunas, ut hæc libertate posteriora ducas. *Id. Pis.* 27. 66. Nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius. *Alii leg.* protervius. *Ter. Adelph.* 5. 4. 26. Si id fit dando, atque obsequendo, non posteriores feram. Ubi *Donat.* Subauditur *partes*: id est non vincar a Micione. Translatio desumitur a personis comicis, in quibus aliæ primarum, aliæ secundarum, aliæ denique posteriorum partium erant.

C) Sup. *Postremus, a, um*, cui *primus* opponitur, est ultimus, extremus, ἔσχατος, τελευταῖος, ὕστατος, *ultimo.*

I.) Proprie. — *a*) Adjective. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 47. Si res sola potest facere et servare beatum, Hoc primus repetas opus, hoc postremus omittas. *Cic. Orat.* 15. 50. De firmissimis alia prima ponet, alia postrema. *Sall. Jug.* 107. Postremam Romanorum aciem invadunt. *h. e.* postremam aciei partem. *et ibid.* 49. In agmine in primis modo, modo in postremis, sæpe in medio adesse. *Justin.* 2. 10. 23. Ipse primus in fuga, postremus in prœlio semper visus est. *Plaut. Cist. in fin.* Date plausum postrema in comœdia. *h. e.* in fine comœdiæ. *Justin.* 43. 5. 11. In postremo libro. *h. e.* in fine libri. *Pallad.* 7. *R. R.* 2. Mense postremo. *al fin del mese.* Rursus *Justin.* 3. 4. 13. Ut ossa sua postremasque reliquias conterant. *Catull.* 101. 3. Postremum munus. *h. e.* exsequiæ, justa. *Virg.* 3. *G.* 404. Nec tibi cura canum fuerit postrema. *Cic.* 1. *Fam.* 9. *circa med.* Ego autem quum illa sequor, quæ paullo ante proposui, tum hoc non in postremis, de quo cœperam exponere. *Justin.* 31. 5. 1. Dicitur, quum frequenter de bello consilium remoto Hannibale habuisset, tandem eum vocari jussisse, omnibusque perrogatis postremum interrogasse. — Cum Infinito. *Sil. It.* 1. 160. Primus inire manu, postremus ponere Martem. — *b*) *Postremo* adverbii vim habet, *ultimamente, finalmente*, τὸ τελευταῖον, ὕστατον, denique, tandem, ad extremum. *Ter. Andr.* 2. 2. 20. Quidquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque. Negat quis, nego: ait, ajo: postremo, imperavi egomet mihi, Omnia assentari. *Cæs.* 7. *B. G.* 1. *extr.* Postremo in acie præstare interfici, quam etc. *Sall. Cat.* 14. Aliis scorta præbere, aliis canes atque equos mercari, postremo neque sumptui, neque modestiæ (Madvig *corrigendum putat* molestiæ) suæ parcere. *Id. ibid.* 20. 12. *Kritz.* Quum tabulas, signa, toreumata emunt, nova diruunt, alia ædificant, postremo omnibus modis pecuniam trahunt, vexant, tamen summa lubidine divitias vincere nequeunt. — *Denique-postremo* apud *Cic.* 2. *leg. Agr.* 23. 62. Omnes urbes, agri, regna denique, postremo etiam vectigalia vestra venierint. *Id.* bis ponit 1. *Nat. D.* 37. 104. Quæro igitur, vester deus primum ubi habitet: deinde quæ causa eum loco moveat: porro Deus quid appetat: ad quam denique rem motu mentis ac ratione utatur: postremo, quo modo beatus sit. — *c*) *Ad postremum* idem est. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 23. Sed ad postremum nihil apparet. *Sall. fragm.* apud *Augustin.* 3. *Civ. D.* 17. Plurimæ turbæ, seditiones, et ad postremum bella civilia orta sunt. *Auct. B. G.* 8. 43. Ad postremum cuniculis venæ fontium intercisæ sunt. *Liv.* 38. 16. *ad fin.* Ut Syriæ quoque ad postremum reges stipendium dare non abnuerent. *Justin.* 6. 2. 6. Ad postremum statuerunt, melius esse etc. *Sall. in orat. Philippi contra Lepid.* Qui ad postremum usque legatos, pacem, concordiam decrevere. — *d*) *Postremum* est — Idem atque ultima vice, *per l'ultima volta. Ter. Andr.* 2. 1. 22. Si id facis, hodie postremum me vides. *Cic.* 3. *Orat.* 2. 6. Ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur. *Justin.* 14. 3. 12. Desperatis rebus-, petit ut postremum sibi alloqui exercitum liceret. — Item est tandem, ad extremum. *Justin.* 39. 2. 8. Bibere ipsam jubet: abnuenti instat: postremum prolato indice eam arguit. *Pallad.* 12. *R. R.* 22. *a med.* Postremum mel et acetum superfundas: novissime optimi olei quantumcumque miscebis.

II.) Translate *postremus* est non solo loco aut ordine ultimus, sed etiam pretio et æstimatione vilissimus, nequissimus, abjectissimus. *Cic.* 2. *Cat.* 10. 22. Postremum autem genus est non solum numero, verum etiam genere ipso atque vita: quod proprium est Catilinæ, de ejus delectu, etc. *Id. Rosc. Am.* 47. 137. Sin autem id actum est, ut homines postremi pecuniis alienis locupletarentur, etc. *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 16. *ante med.* Quod si Romanos non esse meminissemus, non audacius dominari cuperent postremi homines, quam id nos prohiberemus. *Sall. in orat. Philippi contra Lepid.* M. Æmilius, omnium flagitiosorum postremus, qui pejor an ignavior sit, deliberari non potest. *Id. in epist. Mithr. ad Arsac.* Incepta mea postremus servorum Archelaus exercitu prodito impedivit. *Cic.* 2. *Phil.* 44. 113. Servitus omnium malorum postremum. *Apul.* 9. *Met.* Erat ei tamen uxorcula etiam satis quidem tenuis et ipsa, verumtamen postremâ lascivià famigerabilis. *h. e.* summa, *eccessiva.* — Hac eadem significatione legitur etiam Comp. *Postremior* apud *Apul. de Deo Socrat.* Plerique se ita depravarunt, ut possit videri, nullum animal in terris homine postremius. Sup. *Postremissimus* apud *eumd. de Mag.* Cum adolescentulis postremissimis puer hoc ævi convivium agitat. Adde *C. Gracch.* apud *Gell.* 15. 12.; et *Tertull. Cult. fem.* 1. *init.*

D) Alia Sup. forma est *postumus, a, um*, a *post*, ut a *cis citimus, extra extimus, intra intimus* (quod et *extumus*, et *intumus* olim dictum est, ut *maxumus* pro *maximus*, etc. sic *postimus postumus*): vel a *posterus*, ut *infimus* ab *inferus*: vel per syncop. a *posterrumus* inusit. — De scribendi ratione *V.* infra sub I. *b.*

I.) Proprie. — *a*) *Virg.* 6. *Æn.* 763. Silvius, Albanum nomen, tua postuma proles, Quem tibi longævo serum Lavinia conjux Educet silvis. *Cæsell. Vindex* apud *Gell.* 2. 16. Postuma proles non eum significat, qui patre mortuo, sed qui postremo loco natus est. — *b*) Sunt qui scribunt *posthumus* cum aspiratione: et in loco *Virgilii* allato postumam prolem intelligunt cum *Sulpicio Apollinari* apud *Gell. loc. cit.* et *Servio*, quæ *post humatum* patrem nata sit. Nam, teste *Gell. ibid.*, omnium ferme annalium monumentis scriptum est, Silvium post mortem patris natum esse. Præterea *Varro* 9. *L. L.* 60. *Müll.* Forsitan ab eo qui mane natus diceretur, ut is Manius esset: qui luci, Lucius: qui post patris mortem, Postumus. *Festus p.* 238. 2. *Müll.* Postumus cognominatur post patris mortem natus. Plautus in Aulularia (2. 1. 40.). Post mediam ætatem qui mediam ducit uxorem domum, Si eam senex anum prægnantem fortuito fecerit, Quid dubitas, quin sit paratum his nomen pueris, Postumi? Hæc *Festus*: quæ tamen non tantam vim habent, ut nos cogant credere, *postumus* a *post* et *humus* conflatum esse, et cum aspiratione scribendum. Nam postumus filius dicitur mortuo patre natus, non quia post ejus mortem, sed quia postremus filiorum ejus. Unde apud JCtos sic etiam appellatur is, qui vivo patre, post testamentum ab eo factum natus est, ut docet *Cajus Institut. tit.* 11., et colligitur ex *Ulp. Dig.* 26. 2. 16. *extr.* et *ibid.* 28. 3. 3. *et* 12. et ex *Pompon. ibid.* 2. 8. Itaque aspirationem rejiciunt plerique critici *Manut., Voss., Cellar., Dausqu., Cujac. l.* 3. *Observat. c.* 4. etc., ut in POSTUMIUS in ONOM. dictum est.

II.) Translate de abstractis. — *a*) Adjective. *Apul.* 6. *Met. prope fin.* Cœnam, quam postu-

ma diligentia præparaverat infelix anicula, ferinis invadunt animis. (*postumam diligentiam* dicit, quia illa anus post cœnam coctam laqueo ex arbore se suspenderat). *et* 4. *ibid.* Tandem postumæ spei fatigati, secumque collocuti, etc. *Id. de Mag.* Quamquam est præcipiti ævo, tamen suscipiat disciplinam, seram plane et postumam. *Sidon.* 3. *Ep.* 12. *in carm.* Tempore postumo. *et carm.* 7. 160. Sunt alii, per quos se postuma jactet origo. — *b*) *Postumum* absolute, substantivorum more, est extremum, *l'estremità. Tertull. advers. Gnost.* 1. Cauda erit quodcumque de postumo corporis propagatur et verberat.

POSTFACTUS *et* Post factus, a, um, particip. ab inusit. *postfacio: fatto dopo*, postea factus. — *a*) Cum suo nomine. *Gell.* 17. 7. Viros doctos dubitasse, utrum ne in postfacta modo furta lex valeret, an etiam in antefacta. — *b*) Absolute. *Paul. Dig.* 21. 1. 44. *extr.* Neque ex postfacto decrescit obligatio.

POSTFĔRO, fers, lātum, ferre, anom. Part. *Postferendus* et *Postlatus.* — Postferre est posthabere, postponere, *posporre;* sed occurrit translate tantum. *Liv.* 3. 64. Qui libertati plebis suas opes postferrent. *Sil. It.* 2. 700. neu rumpite fœdera pacis, Nec regnis postferte fidem. *Vellej.* 2. 69. 3. Quum et Brutus cuilibet ducum præferendus videretur, Vatinius nulli non esset postferendus. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (32). Non postferuntur et Charites, quas Socrates fecit. *non si stimano poco. Ambros.* in *Ps.* 118. *serm.* 17. In unius immolatione filii postlata patriæ mentis pietate (*Abraham*) luctatum.

POSTFŪI *et*
POSTFŪTŪRUS. *V.* POSTSUM.

POSTGĔNĪTUS *et* Post genitus, a, um, adject. post natus. *Horat.* 3. *Od.* 24. 30. Clarus postgenitis. *appresso i posteri.*

POSTHĂBĔO, bes, bŭi, bĭtum, bere, a. 2. Part. *Posthabitus.* — Posthabere est postponere, negligere, *posporre, stimare meno, lasciare da parte,* ὕστερον θέσθαι, δεύτερον ἄγειν. *Ter. Phorm.* 5. 7. 15. Omnes posthabui mihi res, ita uti par fuit, postquam, tantopere id vos velle, animum adverteram. *Cæs.* 3. *B. C.* 33. Properaret ad se cum exercitu venire, omniaque posthaberet. *Virg.* 7. *Ecl.* 17. Posthabuit tamen illorum mea seria ludo. *Cic.* 5. *Tusc.* 1. 2. Ut, omnibus rebus posthabitis, totos se in optimo vitæ statu exquirendo collocarent. *Virg.* 1. *Æn.* 19. Quam Juno fertur terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo. *Tac.* 2. *Ann.* 86. Prælata est Pollionis filia.-Et Cæsar (*Agrippæ filiam*) posthabitam dote solatus est. *Id.* 4. *Hist.* 7. Ne aliis electis posthabitus crederetur.

POSTHĂBĬTUS, a, um. *V.* voc. præced.

POSTHAC, adverb. post hoc tempus, deinceps, in posterum, *per l'avvenire, in avvenire, da ora innanzi,* εἰσαῦθις, μετὰ ταῦτα. *Plaut. Men.* 4. 3. 21. Alium posthac invenito, quem tu habeas frustratui. *Id. Asin.* 1. 2. 11. At posthac tibi, male quod potero facere, faciam. *Ter. Eun.* 5. 2. 59. Hunc tu in ædes cogitas recipere posthac? *Id. Andr.* 3. 5. 5. Posthac incolumem sat scio fore me, nunc si devito hoc malum. *Cic.* 7. *Att.* 3. *a med.* Sed in hoc genere non accusabimur posthac: neque hercule antea negligentes fuimus. *Id.* 3. *Cat.* 12. 28. Vobis erit providendum, qua conditione posthac eos esse velitis. *Id.* 2. *Phil.* 31. 77. Caput autem litterarum, sibi cum illa mima posthac nihil futurum. *Id.* 7. *Fam.* 26. Posthac igitur erimus cautiores. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 297. Arma dedit, posthac ne compellarer inultus. *Martial.* 4. 73. Seque mori posthac credidit ille senem. *Alii leg.* post hoc. — Pro deinde, postea, *poi, di poi* a *Forcellino* duo afferuntur; illud *Plaut. Amph.* 2. 2. 164. Pateram huic dedisti, posthac rursus obsignavisti clanculum. et illud *Sueton. Tit.* 9. Fidem præstitit, nec auctor posthac cujusquam necis, nec conscius. *d'allora in poi.* Sed in his etiam vocabuli significatio una eademque est.

POSTHÆC *et* post hæc, adverb. *poi, di poi,* μετὰ ταῦτα, postea, deinde. *Cic.* 1. *Invent.* 33. Primum gnati vitam: deinde suum consilium: posthæc, quid Sosiam velit facere. *Multi Codd. leg. hic quoque* deinde, *quam lect. probavit* Orellius. Ceterum in *Ciceronis* libris unus tantum est locus, in quo Codices non variant, 9. *Fam.* 8. 2. Posthæc autem, mi Varro, quam plurima, si videtur. *Videant Critici,* an in hoc uno loco ferendum sit.

POSTHINC *et* post hinc, adverb. *di poi,* ἐξῆς, deinceps, deinde. *Virg.* 8. *Æn.* 546. Posthinc ad naves graditur, sociosque revisit. *et* 3. *G.* 300. Posthinc digressus jubeo frondentia capris Arbuta sufficere. *Sed Grammatici ex duobus vocabulis unum fecerunt, quod absurdum.*

POSTHOC *et* post hoc, adverb. posthæc, postea, posthac. In *fragm. legis Papir.* apud *Festum p.* 347. 4. *Müll.* Quicumque prætor posthoc factus erit, *Ita Codd.; at plerique et ipse* Müll. *corrigunt* posthac.

POSTHŪMUS, a, um. Falsa scribendi ratio. *V.* POSTUMUS in v. POSTERUS sub *D.* I. *b.*

POSTĪBI, adverb. *poscia,* postea: ut *inibi, interibi;* antiquum est vocabulum, Comicis obvium. *Plaut. Pœn. prol.* 108. Dat aurum: rogitat postibi, unde sit. *Id. Rud.* 3. 1. 8. Postibi videtur ad me simia aggredirier. *et* 4. 7. 37. Nunc hic ibo intro, et sacrificabo: postibi jubebo nobis cœnam continuo coqui. *Id. Mil. glor. a.* 5. *v.* 25. Verberetur etiam: postibi amittundum censeo. *Sic* Fleckeisen. *et recentiores omnes; vulgati Libri* post tibi.

POSTĪCA, æ, f. 1. *V.* POSTICUS in fin. sub 1.

POSTĪCĬPO, as, are, a. 1. *posticipare,* post capio. *Claudian. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 21. Est ergo in pecude corruptibile corpus et mortalis anima, quæ vitam corporis nec anticipat, nec posticipat.

POSTĪCĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

POSTĪCĬUS, a, um, adject. idem ac posticus. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 629. *n.* 248. et apud *Cardinali Iscriz. Velit. p.* 44., quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CCCLXIV.-CCCLXXV. AMPHITHEATRVM CVM PORTIS POSTICIIS. — Hinc

Posticium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est pars postica. *Hygin. Gromat.,* qui scripsit imperante Trajano, *p.* 7. *col.* 2. Quæstorium minori esse debet latitudine, quam prætorium, ut strigæ ad posticium prætorii proximæ sint. *et mox.* Lateribus ejusdem tendere debent ad viam quintanam centuriæ statorum, ut posticium prætorii tueantur. *Recentiores tamen utrobique legendum putant* posticum. *Grammat. incert. ed. Eichenf. p.* 108. Posticium, παράδυμος. Sic *Gloss. Philox.* Posticium, παράδυρα, παράδυριον. *Venant. Vit. S. Radeg.* 24. Ipsa de posticio, quantum ligni opus erat, sola ferebat in sarcina.

POSTĪCŬLA, æ, f. 1. *deminut. a* postica, *porticella di dietro,* parva janua in postico ædium. *Apul.* 2. *Met.* Me perduxit ad domum quampiam, cujus ipsis foribus obsæptis, per quamdam brevem posticulam introvocat me. *Gloss. vett.* (ed. *Gustav. Löve* in *Prodrom. Corp. Glossar. Latin. p.* 136.). Posticia (*lege* posticla, *h. e.* posticula), modica janua. Cf. *eumd. ibid. p.* 415.

POSTĪCŬLUM, i, n. 2. *deminut. a* posticum, *picciola stanza, o luogo dietro la casa,* parvum posticum. *Plaut. Trin.* 1. 2. 157. Posticulum hoc recepit, quum ædes vendidit. *et* 4. 3. 78. Ubi nunc filius meus habitat? STA. hic in hoc posticulo.

POSTĪCUM, i. n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

POSTĪCUS, a, um, adject. (post) est retro positus, aversus, posterior; cui *anticus* opponitur, *che è di dietro, posteriore,* ὀπίσθιος. — *a*) Generatim. *Paul. Diac. p.* 220. 1. *Müll.* Posticum ostium dicitur in posteriore parte ædium. Ceterum antiqui etiam vicinum, habitantem ad posteriorem partem ædium, sic appellarunt. *Plaut. Stich.* 3. 1. 40. Est etiam hic ostium aliud posticum nostrarum ædium. *Liv.* 23. 8. *ad fin.* Locus erat posticis ædium partibus. *Varro* apud *Non. p.* 217. 17. *Merc.* Perrexit in interiores partes domuis posticæ, ut ait Plautus, penitissimæ. Cf. *Val. Max.* 5. 7. 3. Quum domo postica clam esset egressus. *h. e.* postica parte domus. *Sueton. Oth.* 6. Proripuitque se postica parte Palatii ad constitutum. *Varro* 5. *L. L.* 42. *Müll.* Postici muri. *h. e.,* ut ait *Müll.* ad *h. l.,* tamquam ad posticam Saturniæ regionem pertinentes. *Lucilius* apud *Non. loc. cit.* Non peperit, verum postica parte profudit. *h. e.* e podice: *V.* infra *Posticum* sub 6. *Solin.* 26. *a med. de ursis.* Interdum posticis pedibus insistunt. *Pers.* 1. 62. posticæ occurrite sannæ. *h. e.* irridentium a tergo. *Auson. epigr.* 70. Perversæ Veneris postico vulnere fossor. *h. e.* pædicator. — *b*) Speciatim. *Festus p.* 233. 33. *Müll.* Posticam lineam in agris dividendis Servius Sulpicius appellavit, ab exoriente sole ad occidentem quæ spectabat, — *Paul. Diac. p.* 220. 2. *Müll.* Quæ ante nos sunt, antica; et quæ post nos sunt, postica dicuntur: et dextram anticam, sinistram posticam dicimus. Sic etiam ea cæli pars, quæ sole illustratur ad meridiem, antica utique nominatur; quæ ad septentrionem, postica. *Varro* 7. *L. L.* 7. *Müll.* Ejus templi partes quatuor: antica ad meridiem, postica ad septentrionem, etc. — Hinc

Posticum, i, n. 2. absolute, substantivorum more. ¶ 1. Est postica domus janua. *Plaut. Most.* 3. 3. 27. Ego me illa per posticum ad congerrones conferam. *per l'uscio di dietro,* ψευδοθύρῳ, παραθύρῳ. Sic *Horat.* 1. *Ep.* 5. 31. Atria servantem postico falle clientem. Adde *Titinium* apud *Non. p.* 217. 20. *Merc.* Et *Sueton. Claud.* 18. Detentus quondam medio foro a turba, conviciisque ac simul fragminibus panis ita insectatus, ut ægre, nec nisi postico evadere in Palatium valuerit. — Eodem sensu *postica, æ,* f. 1. usurpatur. *Apul.* 9. *Met. post init.* Canem rabidam paullo ante per posticam impetu miro sese direxisse. *subaudi* januam. Sic *Ulp. Dig.* 7. 1. 13. *a med.* Aditus, posticasve vertere. — ¶ 2. Item est postica domus pars. *Titinius* apud *Non. p.* 217. 19. *Merc.* Duo postica, quæ loco mercede. *due stanze o casette dietro la casa,* ὀπισθόδομοι. *Vitruv.* 3. 1. *in fin.* Aditus valvarum ex utraque parte in pronao et postico. ¶ 3. Item cava loca in postico amphitheatri, unde feræ in arenam emittebantur. *Vopisc. Prob.* 19. Leones, qui omnes posticis interempti sunt. *Alii leg.* contificiis. Cf. *Ammian.* 28. 1. *ante med.* Ut sæpe faciunt amphitheatrales feræ, diffractis tandem solutæ posticis. *h. e.* cavis locis, portis in postico amphitheatri. ¶ 4. Item generatim partes posticæ. *Capell.* 1. *p.* 17. Contegit ex posticis caput quodam velamine rutilante. ¶ 5. Alio sensu *Lucilius* apud *Non. loc. cit.* Pistrinum appositum, posticum, sella, culina. *h. e.* locus exonerando ventri, qui fere in postica ædium parte est, *il cesso.* ¶ 6. Pro ipso podice. *Varro ibid.* Retrimenta cibi, quæ exierunt per posticum, vallem fecerunt. *Arnob.* 2. 16. Cibo sustentantur et potu, et superfluas fœditates inferioribus egerunt, abjiciuntque posticis.

Postica, æ, f. 1. absolute substantivorum more, est janua in postica domus parte. *V. Posticum, i,* sub 1.

POSTĪDĔA, adverb. (quod nonnulli compositum volunt ex *post id eâ,* alii vero ex *posti* et *eâ,* inserta *d* littera paragogica) est idem quod postea, post id, *poscia, poi:* cui *antidea* opponitur. *Plaut. Aulul.* 1. 2. 40. Nunc quo profectus sum, ibo, postidea domum me recipiam. (Alii leg. *postidem* eod. sensu: quod quidam etiam *Varroni* tribuunt 9. *L. L.* 16. *Müll.* sed incerta admodum lectione. *Müllerus* leg. *postea*). Adde *eumd. Stich.* 1. 2. 40. Apud *eumd. Truc.* 2. 4. 67. antiqui libri habent *post id ego,* ubi vulgati et *Forcellinus* leg. *postidea.* — *Postidea loci,* idem. *Plaut Cist. in fin.* Ubi id erit factum, ornamenta ponent: postidea loci, qui deliquit, vapulabit. Adde *eumd. Stich.* 5. 5. 17.

POSTĪLĒNA, æ, f. 1. *groppiera, posoliera, posolino,* ὑπουρίς, ὀπισθένη, lorum, vel lignum incurvum, quod ex ephippio aut clitellis sub cauda et posterioribus jumenti coxis alligatur, ne sarcina in anteriorem partem decidat: a *post. Plaut. Cas.* 1. 1. 36. Ita te aggerunda curvum aqua faciam probe, ut postilena possit ex te fieri.

Gloss. Philox. et *Cyrill.* Postilena, ὀπίσθια, ὀπισθεν̄η. *V.* ANTILENA, et POSTELLA.

POSTĬLĬO. *V.* in POSTULATIO.

POSTILLA *et* post illa, adverb. *postea, di poi*, post illa, postea. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 20. 40. Postilla, germana soror, errare videbar. *Cato* apud *Gell.* 3. 7. Eum sustulere, isque convaluit; sæpeque post illa operam reipublicæ fortem perhibuit. Sic *Forcellinus, Jordan.* et alii; libri vero *post illam*, quod *Martinus Hertz.* probavit. *Plaut. Curc.* 4. 2. 43. Sed eum, qui mihi vendidit illam, nunquam postilla vidi. *da quel tempo in qua.* et *Men.* 4. 3. 11. Nunc redeo, nunc te postilla video. *Ter. Andr.* 5. 4. 33. Postilla nunc primum audio. *Id. Phorm.* 2. 2. *in fin.* Prima coitio est acerrima: si eam sustinueris, postilla jam, ut lubet, ludas licet. *Catull.* 84. 9. Nec sibi postilla metuebant talia verba.

POSTIS, is, m. 3. In Ablat. habet etiam *posti. Ovid.* 5. *Met.* 120. Raptaque de dextro robusta repagula posti. Ita legit etiam *Priscian.* 7. *p.* 768. *Putsch.* — Postis est lignum, aut lapis erectus ab utroque latere portæ, januæ, quod inferiori limine sustinetur, superius et valvas sustinet. Alter postis valvas fulcit cardinibus affixis: alter seram recipit et repagula: hæc intellige, quum valvæ geminæ non sunt, παραστάς (It. *stipite della porta*; Fr. *poteau, jambage de porte*; Hisp. *poste, jambas de la puerta*; Germ. d. *Pfoste*: Angl. *a door-post, jamb*).

I.) Proprie. *Ovid.* 2. *Amor.* 1. 27. insertaque posti, Quamvis robur erat, carmine victa sera est. *et* 1. *ibid.* 6. 24. excute poste seram. *Id. Remed. am.* 35. Rigido jurgia posti dicere. *Id.* 19. *Met.* 378. laqueoque innectere fauces Destinat, et zona summo de poste revincta, etc. *h. e.* de superiore parte postis. *Cic.* 3. *Att.* 15. *a med.* Quoddam caput legis Clodium in curiæ poste fixisse. *Val. Flacc.* 3. 25. Et nunc ille jubas captivaque postibus ora Imposuit. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 5. armis Herculis ad postem fixis. *Virg.* 5. *Æn.* 360. Neptuni sacro clipeum de poste refixum. *Val. Max.* 9. 12. *n.* 6. Quum in carcerem duceretur, in ejus postem illiso capite concidit. *Juvenal.* 6. 51. necte coronam Postibus, et densos per limina tende corymbos. — *Tenere postem* erat dedicantis ædem divis. *Cic. Dom.* 46. 121. Postem teneri in dedicatione oportere videor audisse templi: ibi enim postis est, ubi templi aditus est et valvæ. *Liv.* 2. 8. Postem jam tenenti consuli, fœdum inter precationem deum nuncium incutiunt. *et mox.* Tenens postem precationem peragit, et dedicat templum. Adde *Val. Max.* 5. 10. *n.* 1.

II.) Translate. ¶ 1. Etiam in allis operibus arrectaria tigna aut saxa *postes* dici possunt. *Vitruv.* 10. 20. *de testudine militari.* Insuper hanc compactionem erigantur postes compactiles etc. *Cic. Dom.* 46. 121. Ambulationis postes nemo unquam tenuit in dedicando. ¶ 2. A Poetis sæpe ponuntur pro ipsis valvis, seu foribus, *le imposte, la porta. Virg.* 2. *Æn.* 480. Limina perrumpit, postesque a cardine vellit Æratos. *et ibid.* 493. ærati procumbunt cardine postes. *et* 8. *ibid.* 227. fultosque emuniit objice postes. *Val. Flacc.* 7. 322. impulso sonuerunt cardine postes. Adde *Senec. Herc. Œt.* 254. *Id. Hippol.* 863. Reserate clusos regii postes laris. *Lucan.* 5. 531. poste recluso. ¶ 3. Per metaphoram. *Lucret.* 3. 368. Jam magis exemptis oculis debere videtur Cernere res animus, sublatis postibus ipsis. *h. e.* oculis, qui sunt veluti fores et fenestræ animi.

POSTLĬMĬNĬUM, ĭi, n. 2. (post *et* limen).

I.) Proprie, Gr. ἐπανοδος, ἀναπόρπιμον, ut est in *Gloss. Philox.*, definitur a *Paulo Dig.* 49. *tit.* 15. *qui* De postliminio *inscribitur*, 19. Jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo, et in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos populos regesque, moribus, legibus constitutum. Qua de re ita *Cic. Topic.* 8. 36. Quum ipsius postliminii vis quæritur, et verbum ipsum notatur: Servius noster nihil putat esse notandum, nisi *post*; et *liminium* illud productionem esse verbi vult, ut in *finitimo, legitimo, œditimo*, non plus inesse *timum*, quam in *meditullio tullium.* Scævola autem P. F. junctum putat esse verbum, ut sit in eo et *post* et *limen*: ut, quæ a nobis alienata sunt, quum ad hostem pervenerint, et ex suo tamquam limine exierint, dein quum redierint post ad idem limen, postliminio videantur rediisse. Hæc *Cicero*: quibus similia habet *Justinian.* 1. *Institut. tit.* 12. § 4. — De ipso jure *Cic. loc. cit.* Postliminio redeunt hæc, homo, navis, mulus clitellarius, equus, equa, quæ frena recipere solet. *Gallus Ælius* apud *Festum p.* 218. 19. *Müll.* postliminium receptum (*postliminio* legi vult *Voss.* in *Etymol.*) ait esse eum, qui liber, ex qua civitate in aliam civitatem abierat, in eamdem civitatem redit eo jure, quod constitutum est de postliminiis: item qui servus a nobis in hostium potestatem pervenit, postea ad nos rediit in ejus potestatem, cujus antea fuit jure postliminii. Equi et muli et navis eadem ratio est, etc. *Cic.* 1. *Orat.* 40. 181. *et* 2. *ibid.* 32. 137. Quem pater suus, aut populus vendidisset, aut pater patratus dedidisset, ei nullum esse postliminium. *Id. Balb.* 11. 28. Postiminio potest civitatis fieri mutatio. *et* 12. 29. Civi Romano licet esse Gaditanum, sive exsilio, sive postliminio, sive rejectione hujus civitatis. *h. e.* si redierit Gades, ubi antea civis fuerat, quam civis Romanus esset, et ejus civitatis jus recipit, civitate Romana accepta amissum. Hæc *Ernest.* habet. *Papinian. Dig.* 29. 15. 5. Postliminii jus competit aut in pace, aut in bello. *Id. ibid.* Postliminium dare alicui. *Id. ibid.* Postliminio reverti. *Paul. ibid.* 19. recipere aliquid. *et ibid.* Transfugæ nullum postliminium est. *et ibid.* 17. Postliminio carent, qui armis victi hostibus se dediderunt. *Gell.* 7. 18. Octo ex his, postliminium justum non esse sibi responderunt, quoniam dejurio vincti forent. *Papinian. Dig. loc. cit.* 14. Duæ species postliminii sunt, ut aut nos revertamur, aut aliquid recipiamus. Alia ad hoc jus pertinentia, quæ *loc. cit. Dig.* explicantur, omittimus, vim et usum verbi significasse contenti.

II.) Translate. ¶ 1. *Postliminio* — *a*) Absolute est iterum, rursus. *Apul.* 1. *Met. sub fin.* Statim arrepta dextra, postliminio in forum cupedinis reducens, etc. *h. e.* iterum, rursus. *et* 3. *ibid.* Exibis asinum, statimque in meum Lucium postliminio redibis. — *b*) Cum Genitivo est idem ac post. *Id.* 2. *ibid.* Corpus istud postliminio mortis animare. *h. e.* post mortem. *et* 4. *ibid.* Quid repente postliminio pressæ quietis lamentationes licentiosas refricas? ¶ 2. Per metaphoram. *Tertull. Pudic.* 15. Quum fornicatori postliminium largitus ecclesiasticæ pacis statim ingesserit. *h. e.* reconciliationem.

POSTLĀTUS, a, um. *V.* POSTFERO.

POSTMĔRĬDĬĒM, inter adverbia enumeratur a *Diomed.* 2. *p.* 168. *Putsch.* Noctu, interdiu, postmeridiem, antemeridiem.

POSTMĔRĬDĬĀNUS. *V.* POMERIDIANUS.

POSTMITTO, is, ere, a. 3. projicere, negligere. *Gloss. Lat. Gr.* Postmitto, ἐῶ.

POSTMŎDO *et*

POSTMŎDUM, adverb. *di poi, poscia, in breve*, postea, post, mox: et fere de tempore brevi futuro dicuntur. — *a*) *Postmodo* legitur apud *Liv.* 2. 24. Nec patribus satis decorum per metum potius, quam postmodo voluntate, afflictis civium suorum fortunis consuluisse. *Id.* 3. 41. Prope malebant postmodo ipsos decemviros voluntate abire magistratu, quam invidia eorum exsurgere rursus plebem. Adde *eumd.* 2. 43., 6. 30. et alibi sæpe. *Propert.* 2. 8. 22. Sentiet illa tuas postmodo capta manus. *Ovid.* 1. *Art. am.* 486. voti postmodo compos eris. *Id.* 1. *Amor.* 14. 55. reparabile damnum est: Postmodo nativa conspiciere coma. Adde *eumd.* 1. *Fast.* 636. — Cum Accusativo, ut cuipiam videtur. *Horat.* 1. *Od.* 28. 30. Negligis immeritis nocituram Postmodo te natis fraudem committere? Sed τὸ *te* verius est Ablativus τοῦ *natis*, nempe *ex te natis*; et *postmodo* conjungendum est cum *nocituram.* — *b*) *Postmodum* legitur tantum apud *Liv.* in aliquot decadis tantum primæ locis ut 1. 9. *sub fin.* Sæpe ex injuria postmodum gratiam ortam. *Id.* 4. 7. Fore, ut postmodum gaudeant, se iræ moderatos. Adde *eumd.* 2. 1. et 2. 9. — *Ter. Hecyr.* 2. 1. 11. Meque abs te immerito esse accusatam, postmodum rescisces, scio. *At* postmodo *e Bembino Cod.* Faernus *restituit*, etiam metri necessitate coactus, probante *Fleckeisen.*

POSTMURIUM est vocabulum, quod ad *pomœrium* declarandum effinxit *Priscian. super XII. vers. Æn. p.* 1236. *Putsch.* Pomœrium, quasi postmurium.

POSTŌMIS, (ἐπιστομίς, ut habetur in *Gloss. Philox.*) dicitur ferrum, quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus, vel morsui imponitur: Græce ἀπὸ τοῦ στόματος. *Lucilius* apud *Non. p.* 22. 27. *Merc.* Trulleu' postomis huic ingens de naribu' pendet. Ad quem locum *Turneb. l.* 17. *Adversar. c. ult.* Eleganter transtulit ad potores Lucilius, quibus e naribus pocula pendere videntur. Dicitur autem *postomis* voce lacessita et læsa, veluti *epistomis*, aut *epistomium*: immo vero tamquam προστομίς, id est additamentum ori adjectum et appensum: atque ita scribendum videtur. Hæc *Turneb.* Alii locum *Luciliі* ita leg. Prostomides hinc ingentes de naribu' pendent. Etiam *Dausquio* magis placet *prostomis.* Sunt qui legunt *pastomis.*

POSTPARTOR, ōris, m. 3. qui post nos bona nostra possidebit. *Plaut. Truc.* 1. 1. 42. Unde anteparta demus postpartoribus. *V.* PARTOR.

POSTPŌNO, pōnis, pŏsŭi, pŏsĭtum, pōnere, a. 3. Part. *Postpositus* et *Postponendus.* — Postponere est posthabere, vilius putare, negligere, *posporre, lasciar da parte, stimar da meno*, δεύτερον ἄγειν, ὕστερον ποιεῖσθαι. *Cæs.* 5. *B. G.* 7. Intermissa profectione, atque omnibus rebus postpositis. *Id.* 6. *ibid.* 3. Initium belli hoc esse arbitratus, ut omnia postponere videretur, concilium Lutetiam Parisiorum transfert. *Cic. fil. ad Tir.* 16. *Fam.* 21. *a med.* Omnia postposui, dummodo præceptis patris parerem. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 34. Dormiet in lucem, scorto postponet bonestum Officium. *Plin.* 4. *Ep.* 1. Non ut rem familiarem oculis subjiciamus (id enim postponi potest), sed ut fungamur necessario officio. *Ovid.* 6. *Met.* 211. vosque est postponere natis Ausa suis. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 7. 18. (46). Zenodorus scientia fingendi nulli veterum postponeretur. *Justin.* 30. 4. 9. Ne Hannibalem quidem Alexandro Magno postponendum. *Plin.* 10. *Ep.* 19. Otii et senectutis ratione postposita.

POSTPŌSĬTĬVĒ, adverb. postponendo. *Priscian. super XII. vers. Æn. p.* 1266. *Putsch. Atque* tam præpositive, quam postpositive posita copulationem solam significat.

POSTPŌSĬTĪVUS, a, um, adject. qui post ponitur, ut *conjunctio postpositiva* apud *Pompej. Comment. art. Donat. p.* 387. Ordo conjunctionum hic est, quod sunt aliquæ præpositivæ, sunt postpositivæ, sunt mediæ. Præpositivæ conjunctiones multæ sunt quidem, quæ præponuntur semper. Illæ postponuntur semper, ut *que.* Si dicas *primusque*, non potes dicere *que primus.* Est etiam media, ut est *igitur.* Sic *Priscian. super XII. vers. Æn. p.* 1238. *Putsch. Que* conjunctio potestatis copulativæ, ordinis postpositivi. Adde *eumd. ibid. p.* 1252.

POSTPŌSĬTUS, a, um. *V.* POSTPONO.

POSTPRINCĬPĬA, ōrum, n. plur. 2. *avanzamento, progresso*, progressus rei alicujus, qui principium subsequitur. *Varro* apud *Gell.* 16. 18. *extr. de geometriæ partibus.* Voluptas, vel utilitas disciplinarum in postprincipiis exsistit, quum perfectæ absolutæque sunt: in principiis vero ipsis ineptæ et insuaves videntur. *Id.* apud *eumd. ibid.* 9. Quod si non horum omnium similia essent principia ac postprincipia, susque deque esset. *Plaut. Pers.* 4. 1. 3. Ferme ut quisque rem accurat suam, sic ei proveduut postprincipia denique. *Vetus Poeta* apud *Cic. Sext.* 55. 118. Postprincipia atque exitus vitiosæ vitæ. — Proverbii rim habet apud *Varron.* 3. *R. R.* 4. 1. Nam *postprincipia* in re militari est locus post

aciem, quæ principia dicuntur: Unde *Varro*: Unde velis me incipere, Axi, dic. Ille, Ego vero, inquit, ut ajunt, postprincipia in castris: id est ab his potius temporibus, quam superioribus. *Alii leg.* Ego vero a postprincipiis, ut in castris, etc. *V.* PRINCIPIUM. *At* Schneider. *vulgatam lectionem tuetur.*

POSTPŪTO, as, āvi, ātum, are. a. *1. posporre, stimar meno,* ὕστερον τίθεμαι, postbabeo, postpono, minus puto. *Ter. Adelph.* 2. 3. 9. Qui ignominias sibi postputavit esse præ meo commodo. *At* post *divisim scribendum est, pertinet enim ad v.* esse, *minime vero ad v.* putavit. *Id. Hecyr.* 3. 5. 33. Quum te postputasse omnes res præ parente intelligo.

POSTQUAM *et* post quam, adverb. vel conjunct. ¶ 1. Est adverb. vel conjunctio, qua fit duorum temporum comparatio et idem est ac posteaquam, ubi, ut, simul ac, ἐπειδή (It. *dopo che, poi che*; Fr. *après que, quand, lorsque*; Hisp. *despues*; Germ. *nachdem, seitdem, als, da*; Angl. *after, after that, wen, as soon as*). *Postquam* semper cum Indicativo jungitur (*V.* et infra sub *f.*); et — *a*) Cum Perfecto, naturâ suâ, usitatissimum est; demonstrat enim, quum aliqua res facta esset, aliam esse sequutam, vel ex quo aliquid factum sit, fieri aliud. — Quare in altera sententiæ parte adduntur *tum, tunc, inde, ibi,* et de proximis rebus *illico, extemplo, repente, continuo, protinus,* ut apud *Cic.* 1. *Invent.* 2. 3. Postquam vero commoditas quædam-dicendi copiam consecuta est, tum ingenio freta malitia pervertere urbes adsuevit. *Liv.* 23. 17. Pœnos-postquam obstinatos vidit, obsidere inde atque oppugnare parat. *Plaut. Cist.* 1. 3. 28. Postquam ille uxori justa fecit, illico huc commigravit. *Ter. Hecyr.* 3. 3. 13. Postquam introii, extemplo ejus morbum cognovi miscr. *Liv.* 31. 42. Postquam mota signa Macedonum sunt-, omnes repente- ad castra Athamanum perfugiunt. *Cic. Cluent.* 63. 178. Lavinum postquam venit, instructam ei continuo et ornatam-tabernam dedit. *Auct. B. Afr.* 84. Qui postquam animadverterunt nemlnem esse ibi præsidio, protinus-in regia castra fugere contendunt. — Et sine additis. *Plaut. Merc. prol.* 12. Biennium jam factum est, postquam obii domo. *Cæs.* 1. *B. G.* 27. Eo postquam Cæsar pervenit, obsides, arma, servos, qui ad eos perfugissent, poposcit. *Sall. Cat.* 11. Postquam L. Sulla-bonis initiis malos eventus habuit, rapere omnes etc. *Liv.* 6. 33. Finis certaminis fuit, postquam utrisque apparuit nihil per alteros stare, quo minus incepta persequerentur. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 37. postquam victor discessit ab hoste. *et* 2. *Od.* 4. 9. Barbaræ postquam cecidere turmæ Thessalo victore. — Sequente *post. Plaut. Trin.* 2. 4. 15. Postquam comedit rem, post rationem putat. Adde 4. 2. 133. *et* 156. — *b*) Cum Plusquam perfecto minus est usitatum (V. *Kritz.* ad *Sall. Jug.* 29.). *Sall. Jug.* 97. Jugurtha postquam oppidum Capsam amiserat. *Id. ibid.* 102. Post diem quintum, quam pugnaverant. *Cic.* 12. *Att.* 1. Undecimo die postquam a te discesseram. *Nepos Dion.* 10. Quartum post annum, quam ex Peloponneso in Siciliam redierat. *Liv.* 22. 48. Postquam omnium animos oculosque occupaverat certamen, tum adreptis scutis-aversam adoriuntur Romanorum aciem. *Vellej.* 2. 44. 4. Jus civitatis restitutum post annos circiter CLII., quam-Capua in formam præfecturæ redacta erat. — *c*) Cum Imperfecto ponitur, ubi res significanda est, quæ dum continua erat aut fieri solebat, alia incidit. *Sall. Cat.* 6. Postquam res eorum satis prospera videbatur, invidia ex opulentia orta est. *Cæs.* 3. *B. C.* 58. Postquam non modo hordeum pabulumque omnibus locis herbæque desectæ, sed etiam frondes ex arboribus deficiebant, corruptis equis macie, conandum sibi aliquid Pompejus de eruptione existimavit. *Liv.* 25. 36. Postquam toto agmine tres imperatores cum tribus justis exercitibus aderant apparabatque parum armis-valituros esse, circumspectare atque agitare dux cœpit etc. *Id.* 30. 18. Postquam nihil commovebant, tum Cornelio Quintilius etc. *et* 38. 48. Postquam indomitos atque implacabiles cernebam, tum demum vi atque armis coercendos ratus sum. — Cum Infinitivo historico *Tac.* 3. *Ann.* 26. At postquam exui æqualitas, et pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat. — *d*) Cum Futuro exacto. *Pallad.* 12. *R. R.* 22. Postquam tepuerit, refundes admisto sale. — *e*) Cum Præsenti usurpatur, præcipue junctum cum Verbis sentiendi *videre, cernere,* ut apud *Plaut. Capt.* 3. 1. 27. Abeo ab illis, postquam video, me sic ludificarier: pergo ad alios. *Ter. Hecyr.* 5. 3. 28. Postquam video, nescio quid suspicarier, magis cœpi instare. ut dicat. Adde *eumd. Phorm.* 4. 1. 3. Et *Sall. Cat.* 40. Postquam illos videt queri de avaritia magistratuum etc. Adde *eumd. Jug.* 15.; *Liv.* 6. 9. et 4. 10.; *Tac.* 14. *Ann.* 60.; et *Ovid.* 15. *Met.* 628. — Ceterum *Plaut. Most.* 3. 3. 22. Qui tibi numquam quidquam, postquam tuus sum, verborum dedi. *da che*, ex quo tempore servus sum tuus. *Phædr.* 1. 11. Qui postquam cæde fessus est, asinum evocat. *Sall. Jug.* 56. *extr.* Sed milites Jugurthini, paullisper ab rege sustentati, postquam majore vi hostes urgent, paucis amissis profugi discedunt. Adde *eumd. ibid.* 69. et 104. *Liv.* 21. 13. Postquam nec ab Romanis vobis ulla spes est, nec vestra jam aut arma vos aut mœnia satis defendunt, pacem affero ad vos magis necessariam, quam æquam. *Tac.* 14. *Ann.* 44. Postquam vero nationes in familiis habemus, quibus diversi ritus-sunt, colluviem istam non nisi metu coercueris. — *f*) Cum Conjunctivo a *Forcellino* affertur illud *Cic.* 6. *Att.* 3. Etsi nil sane habebam novi, quod post occidisset, quam dedissem ad te Philogeni liberto tuo litteras, tamen etc. *In his Conjunctivus alter alteri assimilatur.* V. *Hand., Tursell. vol.* 4. *p.* 501. ¶ 2. *Postquam* est etiam conjunctio causalis pro quoniam, ut videtur, *già che. Plaut. Bacch.* 3. 6. 1. Reddidi patri omne aurum. Nunc ego illam me velim Convenire, postquam inanis sum, contemptricem meam. *Ter. Adelph. prol.* 1. Postquam poeta sensit, scripturam suam ab iniquis observari, etc. Ubi *Donatus*: postquam pro quoniam, cujus reciprocum quoniam pro postquam. Plaut. in Aulul. (*prol.* 9.). Quoniam is moritur (ita avido ingenio fuit), numquam indicare id filio voluit suo.

POSTRĒMĪTAS, ātis, f. 3. *estremità*, extremitas. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 11. *a med.* In terram desinat tam ima, quam summa postremitas.

POSTRĒMUS, a, um. *V.* POSTERUS.

POSTRĪDIE, adverb. quasi *posteridie*, ut *die crastini*, vel quasi *posteroidie* ut *Corinthi* pro *Corinthoi*, est idem ac postero die, τῇ ὑστεραίᾳ (It. *il giorno dopo o seguente*; Fr. *le lendemain*; Hisp. *el dia siguiente*; Germ. *d. Tag nachher, Tags darauf, am folgenden Tage*; Angl. *the day after, the day following*). Usurpatur — *a*) Absolute. *Ter. Andr.* 1. 1. 117. Venit Chremes postridie ad me, clamitans etc. *Cic.* 2. *Phil.* 25. 63. Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in conspectu populi R. vomere postridie. *Id.* 11. *Fam.* 6. et 3. *Verr.* 27. 68. Quum Romam sexto die venisset, postridie me mane convenit. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 8. Quod idibus et postridie fuerat dictum de agro Campano actum iri, non est actum. *Cæs.* 1. *B. C.* 67. *extr.* Prima luce postridie constituunt proficisci. — *b*) Sequente *quam. Cic.* 14. *Fam.* 7. Quid causæ fuerit, postridie intellexi, quam a vobis discessi. Adde *eumd.* 2. *ad Q. fr.* 9. et 9. *Att.* 5. — *c*) Cum Genit. aut Accusat. *Cæs.* 4. *B. G.* 13. et 5. *ibid.* 10. Postridie ejus diei mane eadem perfidia usi Germani, etc. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 2. Postridie ejus absolutionis in theatrum introiit. *Alii leg.* absolutionem. *Cic.* 16. *Att.* 4. Venatio, quæ postridie ludos Apollinares futura est. *Liv.* 6. 1. *in fin.* Postridie calendas, nonas, idus. (Hi dies atri erant. *V.* ATER. et POSTERUS sub *A.* I. *b.*). *Festus p.* 281. 3. *Müll.* Postridie nuptias. *Sueton. Aug.* 92. Postridie nundinas. — *d*) Dicitur etiam *postriduo. Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 90. Postriduo natus sum ego, quam Juppiter ex Ope natus est.

POSTRĪDUĀNUS *et* postridianus, a, um, adject. qui postridie venit, aut fit. *Macrob.* 1. *Saturn.* 15. *sub fin. et ibid.* 16. Omnes postriduani dies, seu post calendas, sive post nonas, idusve, ex æquo atri sunt. *V.* ATER et POSTERUS sub *A.* I. *b.*

POSTRĪDŬO. *V.* POSTRIDIE sub *d.*

POSTSCÆNĬUM *vel* postscenium, ii, n. 2. locus post scænam, ubi multa fiebant, quæ a spectatoribus non cernebantur. Translate. *Lucret.* 4. 1185. quo magis ipsæ Omnia summopere hos vitæ postscænia celant. *h. e.* omnia ea, quæ solæ domi et clam faciunt, et occulta esse volunt.

POSTSCRĪBO, bis, psi, ptum, bere, a. 3. *scriver dopo*, post scribo. *Tac.* 3. *Ann.* 64. Tiberii nomen suo postscripserat.

POSTSĒCUS, adverb. (cf. *altrinsecus, circumsecus*) ¶ 1. Est pone, retro, retrorsum. Bis legitur in *Gloss. Philox.* Postsecus, ὄπισθεν. *Gloss. Cyrill.* Κατόπισθεν, postsecus. Cf. *Isid.* 19. *Orig.* 24. Togæ lacinia quæ postsecus rejicitur. ¶ 2. Est etiam deinceps. *Gloss. Cyrill.* Ὀπισθεν, μετὰ ταῦτα, postsecus. *Ibid.* Λοιπόν, ἐπιῤῥῆμα, postsecus.

POSTSIGNĀNI, ōrum, m. plur. 2. milites post signa in acie collocati. *V.* ANTESIGNANUS. *Frontin.* 2. *Strateg.* 3. *n.* 17. Tum postsignanis, qui in secunda acie erant, imperavit, ut densos numerososque palos in terram defigerent: intraque eos, appropinquantibus quadrigis, antesignanorum aciem recepit. *Ammian.* 18. 8. Postsignani nostri, qui tenebant editiora collis. *Id.* 24. 6. *a med.* Ne postsignani, pone omnes rejecti centurias, nullo retinente licentius verterent terga.

POSTSUM *et* post sum, fŭi, esse, anom. Part. *Postfuturus* I.

I.) Proprie occurrit *Postfuturus*, b. e. futurus, *che sarà dopo. Sall. in orat. Lep. ad P. R.* Supplicia in postfuturos composuit. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 55. 56. (190). Perdit profecto ista dulcedo credulitasque præcipuum naturæ bonum, mortem, ac duplicat obituri dolorem etiam postfuturi æstimatione. *Gell.* 17. 7. *sub fin.* Tum videbitur lex in postfuturum loqui.

II.) Translate *postesse* est idem ac posthaberi. *Sall. Cat.* 23. *Kritz.* Ubi periculum advenit, invidia atque superbia postfuere. *V.* POST sub *A.* I. 1. 2.° Huc pertinet et illud *Ter. Adelph.* 2. 3. 9. Quin omnia sibi post putavit esse præ meo commodo.

POSTŪLĀRĬA fulgura a *Festo p.* 245. 19. *Müll.* dicuntur, quæ votorum, aut sacrificiorum spretam religionem designant: quasi postulent, vota, aut sacrificia instaurari. A *Cœcina* apud *Senec.* 2. *Quæst. nat.* 49. dicuntur postulatoria, quibus sacrificia intermissa, aut non rite facta repetuntur. *V.* POSTULATIO sub 2.

POSTŪLĀTĪCĬUS, a, um, adject. qui postulatur, precarius. *Postulaticii gladiatores*, qui, postulante populo, præter ordinarios exhiberi principis benignitate solebant. *Seneca Ep.* 7. Hoc (*meridianorum gladiatorum genus*) plerique ordinariis paribus et postulaticiis præferunt. *V.* in POSTULO sub 2. *Gloss. Isid.* Postulaticius, qui postulat. *lege* postulatur.

POSTŪLĀTĬO, ōnis, f. 3. actus postulandi, petitio, postulatum, αἴτησις (It. *domanda, richiesta, pretensione*; Fr. *demande, prière*; Hisp. *pregunta, ruego*; Germ. *d. Forderung, d. Verlangen*; Angl. *a demand, request, desire*). ¶ 1. Generatim. *Cic. Rosc. Am.* 2. 7. Si vobis æqua et honesta postulatio videtur, ego contra brevem postulationem affero. *Id.* 2. *Invent.* 34. 104. Deprecatio est, in qua ignoscendi postulatio continetur. *Id. Mur.* 23. 47. Concedere postulationi alicujus. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 11. resistere. ¶ 2. Speciatim, in sacris erat genus sacrificii, quod fiebat, quum dii violati aliquid fieri postulabant ad se placandos, et avertenda mala, quæ ostentis minabantur. *Cic. Harusp. resp.* 10. 20. De ea re scriptum est, postulatio-

nes esse Jovi, Saturno, Neptuno, etc. *et ibid.* 14. 3. Eodem ostento Telluri postulatio deberi dicitur. — Hæc antiquiore vocabulo et haruspicum proprio *postilio*, vel *postulio* dicebatur. *Varro* 5. *L. L.* 148. *Müll.* In eo loco debisse terram, et id ex senatus consulto ad haruspices relatum esse: responsum, deum Manium postulionem postulare, id est civem fortissimum eo demitti. Ita leg. *Scaliger*; at *Müllerus*: postilionem postulare id, civem etc. *Arnob.* 4. 31. In cæremoniis vestris rebusque divinis, postulionibus locus est, et piaculi dicitur contracta esse commissio, si etc. Quidam ita legendum putant etiam in allatis *Cic.* locis. Huc pertinent *postulatoria fulmina*, de quib. *V.* in POSTULARIA. ¶ 3. Est etiam accusatio, querela. *Plaut. Cas.* 3. 2. 26. Si quid ejus esset, esset mecum postulatio. *Id. Bacch.* 3. 3. 45. Acris postulatio hæc est, quum hujus dicta intellego. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 105. Neque lites ullæ inter eas, postulatio numquam. ¶ 4. Item in re forensi *postulationes* sunt actiones oratorum, patronorumque. *Sueton. Claud.* 7. *a med.* Auspicatus est et jurisdictionem præfectus urbi, celeberrimis patronis non tralaticias, ut assolet, et breves, sed maximas plurimasque postulationes certatim ingerentibus. *Plin.* 5. *Ep.* 14. Promisi scripturum me tibi, quem habuisset eventum postulatio Nepotis circa Tusculium Nominatum. Adde *eumd. ibid. Ep.* 20. et 7. *Ep.* 6. *et* 32. ¶ 5. Item petitio deferendi nominis cujuspiam, accusandi gratia. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 6. Inter postulationem et nominis delationem uxor a Dolabella discessit. *V.* POSTULO sub 4. *b.*

POSTŬLĀTOR, ōris, m. 3. qui postulat, αἰτητής. *Sueton. Ner.* 14. In jurisdictione postulatoribus, nisi sequenti die, ac per libellos, non temere respondit. *avvocati, procuratori.*

POSTŬLĀTŌRĬUS, a, um, adject. ad postulandum pertinens, ut Postulatoria fulmina. *V.* POSTULARIA.

POSTŬLĀTRIX, īcis, f. 3. quæ postulat. *Tertull. Cor. mil.* 13. *a med.* Solemnitates postulatrices. *Alii rectius leg.* solemnitates, popularitates.

POSTŬLĀTUM, i, n. 2. *domanda, richiesta, pretensione*, αἴτημα, postulatio, petitio. *Cic.* 12. *Fam.* 4. Ultro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt. *Id.* 12. *Phil.* 12. 28. Reliquum est, ut et accipiantur, et remittantur postulata per litteras. *Cæs.* 1. *B. C.* 9. Deferre ad quempiam postulata alicujus. *et* 4. *B. G.* 11. *sub fin.* De postulatis alicujus cognoscere. *Nepos Alcib.* 8. Id etsi vere dictum Philocles animadvertebat, tamen postulata facere noluit. *soddisfare alle domande.*

POSTŬLĀTUS, a, um. *V.* POSTULO.

POSTŬLĀTUS, us, m. 4. postulatio, postulatum. *Liv.* 1. 9. Ventum in jus est: postulatu audito matris tutorumque, magistratus secundum parentis arbitrium dat jus nuptiarum. *Inscript.* apud *Henzen.* 6516. M. ANTONIO VITELLIANO V. E. PATR. COL. CANVS P. P. TRACTVS APVLIAE CALABRIAE LVCANIAE BRVTTIOR. OB INSIGNEM EIVS ERGA PATRIAM AC CIVES ADFECTIONEM ET SINGVLAREM INDVSTRIAM AD QVIETEM REGIONIS SERVANDAM POSTVLATV POPVLI D. D. P.

POSTŬLĬO, ōnis, f. 3. *V.* POSTULATIO 2.

POSTŬLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Postulans* 1. *a. et* 2.; *Postulatus* 1. *a.*, 2. et 3.; *Postulaturus* 1. *c.*; *Postulandus* 3. — Supinum *Postulatu V.* in DO. — Postulare, quod a *posco* derivatum esse volunt, est petere, poscere, requirere; et videtur dici proprie de iis, quæ jure aliquo nobis deberi putamus, ut in POSCO ex *Donato* adnotavimus. *Curt.* 4. 1. Postulabat autem magis, quam petebat, ut accepta pecunia matrem sibi restitueret. Ita *Curt.* Sed universim usurpatur pro petere, et ostendere se velle, quocumque modo, αἰτέω, δέομαι (It. *chiedere, domandare, pretendere, volere*; Fr. *demander, prier, vouloir, désirer, solliciter*; Hisp. *demandar, rogar, pedir, desear, apetecer*; Germ. *fordern, verlangen, nachsuchen um s. Recht, e. Gesuch stellen*; Angl. *to demand, ask, desire, require, will*). ¶ 1. Generatim. — *a*) Cum Accus. rei, quæ postulatur. — De hominibus. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 27. EU. Tun' habeas me invito meam? LY. Haud te invito postulo, sed meam esse oportere arbitror. *Ter. Adelph.* 2. 1. 47. Suum jus postulat. *Id. Andr.* 5. 3. 30. Æquum postulat, da veniam. *Cic.* 2. *Att.* 24. Statim fidem publicam postulavit. *implorò. Id.* 1. *de republ.* 20. Ut istud efficere possimus ipsum, quod postulas. *Id. Amic.* 2. 9. Quod mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco nec postulo, facis amice. *Liv.* 38. 47. Tribuni plebis antea solebant triumphum postulantibus adversari. *Cæs.* 1. *B. G.* 31. Romam ad senatum venisse auxilium postulatum. *Phædr.* 2. 2. Prædatoriam partem postulantes. In *vet. decreto* apud *Gell.* 7. 19. Quod P. Scipio Africanus postulavit pro L. Scipione Asiatico fratre, etc. *Flor.* 4. 12. Silentio postulato. *Gell.* 11. 13. Ideoque veniam gratiamque malæ existimationis, si quid esset erratum, postulavit. Adde *Sueton. Tib.* 71. — De abstractis est exigere, requirere, *richiedere, volere. Ter. Andr.* 1. 2. 18. Nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores postulat. *Cic.* 1. *Off.* 23. 81. Quum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est. *Id.* 2. *Orat.* 77. 313. Res enim hoc postulat, ut eorum exspectationi occurratur. *Id.* 2. *Fam.* 16. *extr.* Ut amicitia nostra et tua fides postulabit. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 14. Ea nostra ratio est, ut omnes boni quum faveant, tum etiam a nobis omnem diligentiam virtutemque et postulent et exspectent. *Liv.* 34. 6. Frumentum et cetera, quæ belli usus postulabat, præbenda. *Id.* 41. 20. Ut quæque usus eorum postulaverunt, dona dedit. *Id.* 5. 47. Trahentes alii alios, prout postularet locus. Sic *Quintil.* 10. 1. 17. Non et actio decora, commoda, ut quisque locus postulabit. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 14. (53). Abstinere se cibo omni aut potu, alias vino tantum aut carne, alias balineis, quum quid eorum postulet valetudo, in præsentissimis remediis habetur. *Horat.* 2. *Od.* 6. 21. Ille te mecum locus et beatæ Postulant arces. — *b*) Cum addito Ablat. personæ et præpos. *ab. Cic. Amic.* 10. 35. Illos autem, qui quidvis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri etc. *et ibid.* 22. 82. Neque quidquam unquam, nisi honestum et rectum, alter ab altero postulabit. Passive *Id. ibid.* 10. 35. Quum aliquid ab amicis quod rectum non esset, postularetur. *Id.* 1. *Legg.* 2. 5. Postulatur a te jam diu, vel flagitatur potius historia. *V.* alia mox sub *c.* — *c*) Sequente part. *ut* vel *ne. Plaut. Capt.* 5. 1. 18. Postulo abs te, ut illum mihi reddas servum. *Ter. Andr.* 5. 1. 4. Quam maxime abs te postulo atque oro, Chreme, ut etc. *et* 3. 3. 18. Immo ita volo, itaque postulo, ut fiat. *Liv.* 38. 47. Non sum postulaturus a vobis, Patres conscripti, ut etc. *Cic.* 10. *Att.* 4. Nec jam recusat, sed quodam modo postulat, ut quemadmodum est, sic etiam appelletur tyrannus. *Id.* 1. *Fam.* 2. Postulatum est, ut Bibuli sententia divideretur. *Sall. Jug.* 85. Legatos ad Bocchum mittit postulatum, ne sine causa hostis populo R. fieret. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 50. concinnus amicis Postulat ut videatur. *et ibid. v.* 73. Qui ne tuberibus propriis offendat amicum Postulat, ignoscet verrucis illius. — *d*) Cum duplici Accus., personæ et rei. *Cic.* 2. *Att.* 7. Orationes autem me duas postulas. *Alii, quod rectius videtur*, a me. — *e*) Cum Ablat. rei et præpos. *de. Cic. Balb.* 15. 34. Sapientes homines et publici juris periti, Gaditani a senatu de fœdere postulaverunt. *h. e.* quæsierunt, quid de fœdere sentiret: vel fœdus a senatu petierunt. *Cæs.* 1. *B. G.* 42. Ariovistus legatos ad eum mittit, quod antea de colloquio postulasset, id per se fieri licere. — *f*) Cum Infinito, et sæpe est dare operam, contendere, cupere, velle. *Ennius* apud *Gell.* 18. 2. Nam qui lepide postulat alterum frustrari, Quum frustra 'st, frustra illum dicit frustra esse. *Ter. Eun.* 1. 1. 16. Incerta hæc si tu postules ratione certa facere, nihilo plus agas, quam si des operam, ut cum ratione insanias. *Id. Andr.* 4. 1. 20. Etiam nunc me ducere istis dictis postulas? *Id. Adelph.* 5. 4. 25. Ego a meis me amari et magni pendi postulo. *Plaut. Men.* 2. 3. 88. Sed ego inscitus, qui me hero postulem moderarier. *Id. Rud.* 2. 3. 62. O facinus impudicum! quam liberam esse oporteat, servire postulare. *Id. Stich.* 3. 2. 32. Haud postulo equidem in lecto me acoumbere. *Sall. Jug.* 17. Res postulare videtur Africæ situm paucis exponere. *Luccejus* ad *Cic.* 5. *Fam.* 14. *a med.* Non intelliges duplicari sollicitudines, quas elevare tua te prudentia postulat? *Nepos Eumen.* 8. Illa phalanx non parere se ducibus, sed imperare postulabat. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 14. 36. (134). *de lupino.* Ne spargi quidem postulat, decidens sponte. *Justin.* 6. 2. 15. Postulat dari sibi magistrum impensæ, quia pluribus id mandare perniciosum est. — *g*) Absolute. *Cic.* 5. *Verr.* 34. 78. Incipiunt postulare, poscere, minari. *Id. Quinct.* 3. 13. Tametsi causa postulat, tamen quia postulat, non flagitat, præteribo. *Id. Mil.* 13. 33. Tu me iratum, Sexte, putas tibi, cujus tu inimicissimum multo crudelius etiam punitus es, quam erat humanitatis meæ postulare? *Horat.* 2. *Sat.* 5. 16. ne tamen illi Tu comes exterior, si postulet, ire recuses. — Sic de disputantibus, quum aliquid sibi dari petunt, unde aliud inferant, ut geometræ. *Cic.* 1. *Legg.* 7. 21. Dasne igitur hoc nobis, Pomponi, deorum vi, natura, ratione, *etc.*? ATTIC. do sane, si postulas. ¶ 2. Speciatim de populo petente pugiles et gladiatores extraordinarios, qui *postulaticii* dicebantur. *Sueton. Aug.* 44. Pugilum par postulatum distulit in sequentis diei tempus. *Id. Claud.* 21. *a med.* Frigidus ejus jocus, qualis est, ut quum Palumbum *gladiatorem* postulantibus daturum se, promisit, si captus esset. Adde *eumd. Domit.* 4. Cf. *Cic.* 4. *ad Q. fr.* 8. *sub fin.* Ludos apparat magnificentissimos; sic, inquam, ut nemo sumptuosiores: stulte bis terque, non postulatos. *Alii leg.* postulatus. ¶ 3. Item speciatim pertinet ad forum et judicia, et sæpe ponitur pro accusare, *chiamar in giudizio, accusare. Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 5. Gabinium tres adhuc factiones postulant. *Id. fragm. pro C. Cornel.* apud *Ascon.* Postulatur apud me prætorem primum de pecuniis repetundis. *Tac.* 3. *Ann.* 38. Priscus Cordum proconsulem Cretæ postulaverat repetundis. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 12. *ad fin.* Insolentissimi homines postulandum me lege Scantinia curant: ego Appium censorem eadem lege postulavi. *Sueton. Cæs.* 4. Dolabellam repetundarum postulavit. *Id. Aug.* 56. *ad fin.* Postulari injuriarum. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 2. 8. (33). Ut apud Claudium Cæsarem Flavius quadringentos ex ea causa reos postularet. *Plin. alter* 7. *Ep.* 33. Aliquem impietatis reum postulare. *Papinian. Dig.* 46. 1. 53. Postulare aliquem capitis. Similiter Part. præter. apud *Plin.* 7. *Hist. nat.* 27. 28. (100). Sit proprium Catonis, quater et quadragies causam dixisse, nec quemquam sæpius postulatum, et semper absolutum. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 3. *a med.* Sextius a Nerio de ambitu postulatus. *Id. Vatin.* 14. 33. Postulatus lege Licinia. *Apul.* 3. *Met.* Nec tantillo quidem unquam crimine postulatus. — Absolute. *Ammian.* 14. 5. Quod nominatus esset, aut delatus, aut postulatus. ¶ 4. Item in re forensi. — *a*) Generatim. *Ulp. Dig.* 3. *tit.* 1. *qui* De postulando *inscribitur*, 1. Postulare est desiderium suum, vel amici sui in jure apud eum, qui jurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. In *decreto prætor. ibid. a med.* Hi pro alio, quam pro quo licebit, in jure apud me ne postulent. — *b*) Speciatim est petere, ut alicujus nomen deferre liceat, eumque reum facere, *chieder licenza di accusare*: quod quum impetratum est, tunc rei nomen defertur; isque accusatur. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 20. 64. Nuper quum in Gabinium Piso delationem nominis postularet, et contra Cæcilius peteret, etc. — *c*) *Postulare quæstionem, judicem*, petere, ut quæstio instituatur, judex detur etc. *Liv.* 2. 29.; et *Cic.* 5. *Verr.* 58. 135. Sic postulare servos in quæstionem. *Id. Mil.* 22. 59. — *d*) Etiam ipse magistratus *postulare* dicitur, quum pro tribunali petit aliquid. *Plin.* 5. *Ep.* 4. Nepos prætor postu-

lavit, ut Nominatus induceretur. ¶ 5. *Postulare cum aliquo*, queri, expostulare. *Plaut. Mil. glor.* 2. 6. 34. Ut nesciam, utrum ne postulare prius tecum æquom siet, an me expurgare hic tibi videatur æquius. *At* Fleckeisen. *legit* expostulare, *et alia etiam aliter.*

POSTŪMĀTUS, us, m. 4. locus posterior. *Tertull. advers. Valentinian.* 35. Sunt qui nec principatum Bytho defendant, sed postumatum.

POSTŪMO, as, are, n. 1. posterior sum. *Tertull. Apolog.* 19. Ceteri prophetæ etsi Moysi postumant, etc. *Id. Resurr. carn.* 45. Omnis consummatio, etsi ordine postumat, effectu tamen anticipat.

POSTŪMUS, a, um, adject. sup. *V.* POSTERUS.

POSTUS, a, um. *V.* PONO.

POSTVĔNĬENS, entis. particip. ab inusit. *postvenio: chi vien dopo, ἐπιών*, succedens. *Plin. 18. Hist. nat.* 25. 57. (207). Nunc præcurrente tempestatum significatu, quod *προχειμάζειν* Græci vocant; nunc postveniente, quod *ἐπιχειμάζειν.*

POSTVŌTA, æ. f. 1. adjunctum Veneris. *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 724. Dicitur etiam Obsequens Venus, quam Fabius Gurges post peractum bellum Samniticum, ideo hoc nomine consecravit, quod sibi fuerat obsecuta. Hanc Itali Postvotam dicunt.

PŌTĂBĬLIS, e, adject. *bevibile, potabile, πόσιμος*, qui potari potest. *Auson. Clar. urb.* 14. 31. Salve urbis genius, medico potabilis haustu. Loquitur de Divona fonte Burdigalæ. *Ammian.* 18. 9. Sub arce fons dives exundat, potabilis quidem, sed vaporatis æstibus nonnumquam fœtens. *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *n.* 112. Utendum potabilibus medicaminibus.

PŌTĀCŬLUM, i, n. 2. potio, potatio. *Tertull. Apolog.* 39. Non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis, humandisque. Adde *Resurr. carn.* 3. *a med.*

PŎTĂMANTIS, idis, f. 3. herba, qua pota lymphantur homines, obversantibus miraculis. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 102. (164). Alii vero leg. *potamitis*, a *ποταμῖτις*, quasi fluviatilis; alii *Potamocyde*, ut appellatur in *Indice l.* 1., nempe a *ποταμοῦ, κύδος, h. e.* fluvii gloria. *Sillig.* legii *potamaugis. V.* THALASSEGLE.

POTAMAUGIS. *V.* voc. præced.

PŎTĂMIS, idis, f. 3. *ποταμίς*, ad flumen pertinens, flumineus. *Lactant.* ad *Stat.* 4. *Theb.* 255.; et *Mythogr. pr.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. p. 103. Nymphæ potamides.

PŎTĂMŌGĒTON *et* potamogīton, ōnis, f. 3. *ποταμογείτων, ονος*, herba in aquosis locis nascens: a *ποταμός flurius* et *γείτων vicinus*: similis betæ foliis, minor tantum hirsutiorque, paullum semper eminens extra aquam. Alii aliter novere, tenui folio, velut equinis sætis, thyrso longo et lævi. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 33. (50). et 32. *ibid.* 5. 19. (53).

PŎTĂMŌPHŸLĂCĬA, æ, f. 1. *guardia del fiume*, fluminis custodia: a *ποταμός flumen* et *φυλακή custodia. Inscript.* apud *Murat.* 1056. 4. L. VALERIO L. F. QVIR. PROCVLO PRAEF. CLASSIS ALEXANDRINAE ET POTAMOPHYLACIAI *etc. h. e.* custodiæ Nili fluminis. *Potamophylaciai* scribitur extrita aspirata, ut sæpissime alias, et terminatione antiqua, seu Græcanica *ai* pro diphthongo æ.

PŌTĀTĬO, ōnis, f. 3. *il bere, gozzoviglia, beveria, πόσις, συμπόσιον*, actus potandi, compotatio. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 46. Si apud te eveniat desubito prandium, aut potatio forte, aut cœna, ut solet in istis fieri conciliabulis. *Cic. fragm.* apud *Quintil.* 8. 3. 66. Quosdam ex vino vacillantes, quosdam hesterna potatione oscitantes. *Alii leg* ex potatione, *alii* epotatione. *Seneca Ep.* 12. *ante med.* Deditos vino potatio extrema delectat, illa quæ mergit, quæ ebrietati summam manum imponit.

PŌTĀTOR, ōris, m. 3. *bevitore, πότης*, potor. *Plaut. Men.* 2. 2. 34. Voluptarii atque potatores maximi. *Vopisc. Firm.* 4. De numero vexillariorum notissimus potator. *Hieronym. Ep.* 52. *n.* 11. Vini potator. Sic *Vulgat. interpr. Matth.* 11. 19. Ecce homo vorax et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus. Adde *Tertull. Monog.* 8.

PŌTĀTŌRĬUS, a, um, adject. *da bere*, ad potandum aptus. *Plin. Valer.* 3. 53. Electrum est aurum, *etc.* ex quo si quis vase potatorio utatur, etc.

PŌTĀTUS, a, um. *V.* POTO.

PŌTĀTUS, us, m. 4. *bevanda*, potio. *Apul.* 7. *Met.* Vinum potatui affatim sufficiens. *Seneca* 2. *Controv.* 9. *ante med.* Neque potatus objicis filio. *Alii leg.* nepotatus.

PŌTAX, ācis, m. 3. qui multum potat. *Gloss. Philox.* Πότης, bibax, potax.

PŌTĔ. *V.* POTIS.

PŌTENS, entis, particip. a *possum*, quod adjectivi more usurpatur, unde Comp. *Potentior* 1. *a. b.*, 4. *b.* et 5.; et Sup. *Potentissimus* 1. *a.* et 5. — Potens est qui potest, vires habens, *δυνάμενος* (It. *che ha forza, che può, potente, capace*; Fr. *qui peut, puissant, influent, capable de*; Hisp. *potente, poderoso, capaz*; Germ. *vermögend, machtig, einflussreich*; Angl. *potent, powerful, having power, able, capable, strong*). ¶ 1. Generatim et sæpissime *potens* dicitur qui multum potest, qui gratia, opibus, divitiis apud omnes valet, tum in bonam, tum in malam partem, *potente, forte, di autorità, prepotente, ἰσχυρός, δυνατός.* — *a*) Absolute. Voces *pollens potensque* haud raro conjunguntur; sensu autem ita differunt, ut *pollens* dicatur is, cui multa suppetunt quique magnis viribus præditus est, *potens* vero sit is, qui virium, quas habet, usu multum efficere valet (*V. Döderlin., Latein. Synonym. vol.* 4. *p.* 163.). *Sall. Jug.* 1. Qui (*animus*) ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque et clarus est, neque fortuna eget. Cf. *Liv.* 1. 24. Quanto magis potes pollesque. *V. Drakenborg.* ad *Liv.* 2. 34. Sic *Inscript.* apud *Orell.* 1555. HERCVLI VICTORI POLLENTI POTENTI INVICTO. — Ceterum *Cic.* 2. *Invent.* 56. 169. Amplæ atque potentes civitates. *Id. pro leg. Manil.* 2. 4. Duo potentissimi reges. *Id. Dom.* 19. 49. Quum tu florens ac potens per medium cohortis popularis volitares. *Id. Planc* 21. 51. Potentissimus et clarissimus civis. *Liv.* 23. 4. *ad fin.* Familiæ claræ ac potentes. *Sueton. Aug.* 56. Amici magni et potentes. *Horat.* 2. *Od.* 18. 11. nihil supra Deos lacesso, nec potentem amicum Largiora flagito. *Id. Art. P.* 116.; et *Juvenal.* 1. 69. matrona potens. *Horat. Epod.* 2. 7. Forumque vitat et superba civium Potentiorum limina. Sic *Id.* 1. *Od.* 35. 23. Utcumque mutate potentes Veste domos inimica (*Fortuna*) linquis. *Cic.* 2. *Herenn.* 26. 40. Si quis potens ac factiosus in contione dixerit, etc. *Nepos Chabr.* 3. *extr.* Athenis et honoratus et potens. *Cæs.* 6. *B. G.* 16. Ne quis ex plebe contra potentiorem auxilii egeret. *Phædr.* 1. 24. Inops potentem dum vult imitari, perit. *et ibid.* 5. Numquam est fidelis cum potente societas. *et ibid.* 30. Humiles laborant, ubi potentes dissident. *Cic.* 9. *Fam.* 16. *a med.* Reliquum est, ne quid stulte, ne quid temere dicam aut faciam contra potentes: id quoque puto esse sapientis. *Vellej.* 2. 3. 3. Inde (*h. e.* a Gracchis) jus vi obrutum, potentiorque habitus prior. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 60. Hos (*Nævium atque Ennium*) ediscit, et hos arcto stipata theatro Spectat Roma potens. *Virg.* 6. *Æn.* 247. Hecaten cælo Ereboque potentem. — De corporis viribus. *Vopisc. Prob.* 16. Potentissimo latrone capto. Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 85. 87. (201). Eadem nascentium causa terrarum est, quum idem ille spiritus (*h. e.* ventus) attollendo potens solo non valuit erumpere. — *b*) Cum Ablativo rei, qua quis potest. *Virg.* 1. *Æn.* 535. Terra antiqua, potens armis atque ubere glæbæ. *Ovid.* 4. *Fast.* 255. Roma potens opibus. *Id.* 15. *Met.* 22. Nobilitate potens. *Id.* 6. *ibid.* 678. Erechtheus Justitia dubium, validisne potentior armis. *Horat.* 4. *Od.* 10. 1. Veneris muneribus potens. *Tac.* 1. *Hist.* 73. Mulier potens pecunia et orbitate. *Martial.* 9. 87. Silius Ausonio non semel ore potens, *h. e.* eloquentia præditus. *Horat* 3. *Od.* 27. 33. centum tetigit potentem Oppidis Creten. — *c*) Cum Genitivo rei, quam quis efficere potest. *Tac.* 3. *Hist.* 70. *extr.* Ipse (*Vitellius*) neque jubendi neque vetandi potens, non jam imperator, sed tantum belli causa, erat. *incapace. Plin.* 10. *Hist. nat.* 9. 11. (27.). Accipiter jam volandi potens. *Quintil.* 12. 11. 10. Quanta sit humani ingenii vis, quam potens efficiendi quæ velit. *Liv.* 8. 39. Hostes neque pugnæ, neque fugæ satis potentes cæduntur, *incapaci e al combattere e al fuggire.* et *Id.* 21. 54. Ut vix armorum tenendorum potentia essent corpora. *V.* POTENTIA 1. *Id.* 24. 4. *extr.* Potens regni, *h. e.* qui regnare potest, regno idoneus et maturus. — *d*) Notandum et illud *Liv.* 9. 17. Fortuna per omnia humana, maxime in res bellicas potens. — *e*) Cum Infinito. *Ulp. Dig.* 16. 2. 10. Si quis compensare potens solverit. *Apul.* 1. *Met.* Saga, inquit, et divina (*mulier*) potens cælum deponere, terram suspendere, fontes durare, etc. — *f*) Cum præpos. *apud* et Accus. personæ, in quam quis potentiam exserit. *Sueton. Vesp.* 4. Agrippina potens adhuc apud filium. ¶ 2. Specialim, cum Genitivo significat eum, qui in re aliqua potest, qui rei cujuspiam plene dominus est, atque ea utitur, ut libet, *padrone, compos. Liv.* 26. 13. *a med.* Cruciatus contumeliasque, quas sperat hostis, dum liber, dum mei potens sum, effugere morte possum. *Curt.* 4. 13. *a med.* Potens mei non eram. *era fuor di me stesso.* et *Ovid.* 2. *Trist.* 139. sanus mentisque potens. *che ha il suo buon giudizio.* et *Liv.* 23. 16 Ut potentes rerum suarum atque urbis, Pœnum pro Romano acciperent. *padroni e dispotici.* et 8. 13. Dii immortales ita vos potentes hujus consilii fecerunt, ut, sit Latium deinde, an non sit, in vestra manu posuerint. *padroni di questa deliberazione.* et 28. 30. Æstus totius certaminis potens. *Stat.* 1. *Theb.* 30. maneas hominum contentus habenis Undarum terræque potens, et sidera dones. *Vellej.* 2. 65. 1. Brutus et Cassius jam decem et septem legionum potentes erant. *Virg.* 1. *Æn.* 84. nimborum tempestatumque potens, *h. e.* Æolus. *Horat.* 1. *Od.* 3. 1. Diva potens Cypri, *h. e.* Venus. *Id.* 3. *ibid.* 25. 14. Naiadum potens Bacchus. *Id. Carm. sæcul.* 1. Silvarum potens Diana. *Tac.* 4. *Hist.* 84. *extr.* Rerum omnium potens Juppiter. *Ovid.* 9. *Met.* 315. Diva potens uteri, *h. e.* Lucina, quæ præest, et dominatur in partus. *Id.* 3. *Amor.* 10. 35.; et *Seneca Herc. Fur.* 300. Diva potens frugum, *h. e.* Ceres. *Lucan.* 5. 199. Potens veri Pæan. *Horat.* 1. *Od.* 6. 10. Musa potens lyræ, *h. e.* lyrici carminis præses. *Lucan.* 6. 485. Animal potens læti, *h. e.* letum inferre potens. *Curt.* 4. 2. Potens iræ, *h. e.* qui iræ moderatur. *Id.* 7. 7. *circa med.* superstitionis, *h. e.* qui superstitione non ducitur. *Colum.* 1. *R. R.* 1. 12. Agricolationem Virgilius carminum potentem fecit. *de' carmi fa fe' signora.* — *Potens imperii* apud *Liv.* 22. 42. *extr.* et *Tac.* 11. *Ann.* 31. est qui imperare potest, ita ut ei pareatur: *padrone di comandare.* Sic apud *eumd. Tac.* 14. *ibid.* 60. dicitur *potens mariti* mulier, quæ in virum dominatur. ¶ 3. Dicitur etiam potens alicujus rei, qui ea potitus est, et compos factus *Ovid.* 8. *Met.* 80. *et* 409.. 3. *Fast.* 269. et 5. *ibid.* 258. Potens voti. *Val. Flacc.* 6. 680. Incepti jam Juno potens. *Id.* 4. 366. Muneris illa potens. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 9. Præpotentes, pulcræ pacisque potentes, soror, fuimus. — *Potens jussi* apud *Ovid.* 4. *Met.* 509. qui jussa peregit. ¶ 4. Item est felix in aliqua re. — *a*) *Potens in amore*, qui feliciter amavit. *Catull.* 109. 8. Cf. *Propert.* 2. 18. 21. Nunc admirentur, quod tam mihi pulcra puella Serviat, et tota dicar in urbe potens. — *b*) De homine, qui aliquid assequi potest. *Ovid.* 4. *Met.* 325. Sed longe cunctis longeque potentior illis. Si qua tibi sponsa est. *et* 10. *ibid.* 339. Nunc quia tam meus est, non est meus; ipsaque damno Est mihi proximitas: aliena potentior essem. Adde *eumd.* 14. *ibid.* 657. ¶ 5. De inanimis quoque usurpatur, et præcipue de iis, quæ in medicina, aut aliis rebus utilia sunt, *efficace.*

Ovid. Heroid. 5. 147. Quæcumque herba potens ad opem, radixque medenti Utilis. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 10. 81. (130). Herba potens adversus ranas. *Id.* 23. *ibid.* 1. 12. (15). Passum ex uvis contra hæmorrhoida potens. *Quintil.* 6. 1. 26. Tanto sunt quædam ad efficiendum potentiora, quum etc. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 30. (94). *de cantharidib.* Potentissimæ inter omnes variæ luteis lineis. *h. e.* præsentissimi veneni. *Ovid.* 3. *Amor.* 8. 20. admonitus nihil esse potentius auro. *Liv.* 31. 7. *sub fin.* Experti jam sumus foris nobis, quam domi, feliciora potentioraque arma esse. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 2. 3. (19). Inter omnes potentissimus odor, quisquis novissime additur. *Ovid.* 3. *Amor.* 11. 31. Desine blanditias et verba potentia quondam Perdere: non ego sum stultus, ut ante fui. *Quintil.* 6. 4. 22. Potentissima argumenta.

PŌTENTĀTOR, ōris, m. 3. dominator, princeps, potens. *Tertull. Resurr. carn.* 23. ex 1. *Timoth.* 6. 15. Beatus, et solus potentator, et rex regnantium. *Vulgata* habet *potens*.

PŌTENTĀTUS, us, m. 4. ¶ 1. Generatim est vires, facultas. *Arnob.* 1. 51. Si facias ipse, quod possis, et quod tuis sit viribus potentatuique conveniens. ¶ 2. Speciatim est principatus, imperium, suprema potestas, dominium, *principato, dominazione, comando, potenza*, δυναστεία, δύναμις. *Cæs.* 1. *B. G.* 31. Quum tanto opere de potentatu inter se contenderent. *Liv.* 26. 38. Quum ab re aversus, tum æmulo potentatus inimicus. *Lactant.* 6. 17. *ante med.* Opes et honores et potentatus et regna ipsa contemnet. Adde *Papinian. Dig.* 23. 2. 63. *Cic.* 2. *de republ.* (edente *A. Maio*) 8. Post interitum Tatii quum ad eum potentatus omnis recidisset. Ita *Cod.* prima manu, tum secunda refectum *dominatus*, læve, ut censeo, consilio, et nimia castigandi libidine: nam *potentatus* generosior vox est, eaque præter alios utitur *Lactant. loc. cit.* Ciceronis pedisequus, eamdemque revocari vult in usum *Vorstius de Lat. negl. l.* 4 *c.* 1. Hæc *Maius.* ¶ 3. Item, abstractum, uti ajunt, pro concreto, est homo fortis, apud *Vulgat. interpr. Eccli.* 10. 11. Omnis potentatus brevis vita. — Et in plur. num. *Id. Ps.* 19. 7. In potentatibus salus dexteræ ejus. *et Ps.* 89. 10. Si autem in potentatibus, octoginta anni.

PŌTENTER, adverb. Comp. *Potentius* et Sup. *Potentissime*. 1. — Potenter ¶ 1. Est idem ac vi, viribus, *potentemente, con forza, validamente*, δυνατῶς. *Horat.* 3. *Od.* 16. 9. Aurum per medios ire satellites, Et perrumpere amat saxa potentius Ictu fulmineo. *Val. Max.* 1. 1. *n.* 1. *extern.* Se ipsam potenter atque efficaciter dea defendit. *Quintil.* 6. 4. 18. Quod in altercatione potentius fit, quam in actione. *Id.* 12. 10. 72. Sic fiet, ut orator dicat utiliter, et ad efficiendum, quod intendit, potenter. *Quintil. Declam.* 274. *part. ult. in serm.* Ut in comparatione legum illud potentissime dicamus, eam legem esse etc. ¶ 2. Item pro viribus, juxta vires, κατα δύναμιν. *Horat. Art. P.* 40. cui lecta potenter erit res, Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.

PŌTENTĬA, æ, f. 1. (potens) vis, vires, potestas, δύναμις (It. *forza, potenza*; Fr. *vertu, puissance, pouvoir, force*; Hisp. *virtud, poder, potencia, fuerza*; Germ. *d. Vermögen, d. Macht, Kraft*; Angl. *power, force, efficacy*).

I.) Proprie. *Liv.* 21. 54. *in fin.* Egressis aquam rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia esset. *At alii rectius leg.* potentia essent: V. *Drackenborg.* ad *h. l.* et POTENS 1. *c. Virg.* 1. *G.* 92. rapidive potentia solis Acrior. *Ovid.* 2. *Amor.* 16. 27. Neptunum ventosa potentia vincit. *Id.* 10. *Met.* 573. tanta potentia formæ est. *et* 7. *ibid.* 537. subiti deprensa potentia morbi. — Sic de facultate videndi. *Cels.* 7. 7. *n.* 14. Concrescit humor sub duabus tunicis (*oculi*), isque paullatim indurescens interiori potentiæ se opponit. *la potenza visiva.* et 6. 6. *n.* 35. Suffusio oculi potentiæ, qua cernit, se opponit. *Alii hic leg.* pupillæ.

II.) Translate. ¶ 1. Est virtus et vis in medicina et hujusmodi, *virtù, efficacia. Ovid.* 1. *Met.* 522. Herbarum potentia. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 8. 53. (93). Dictamnum qui legere, in ferula aut arundine condunt, ne potentia evanescat. *Id* 37. *ibid.* 10. 54. (142). Achatæ potentiam habere contra scorpiones dicuntur. *Id.* 31. *ibid.* 1. 1. (3). Aquarum potentiæ exempla ponemus. *Id.* 28. *ibid.* 9. 38. (143). Quæ ratio adipis, eadem sevi est, non minoris potentiæ. *Id.* 34. *ibid.* 15. 45. (152). *de rubigine.* Potentia ejus ligare, siccare, sistere. ¶ 2. Per metaphoram est captus, facultas, *capacità. Justin.* 12. 16. 1. Alexander, vir supra humanam potentiam magnitudine animi præditus. ¶ 3. Item sæpe est auctoritas et opes civiles, tum in privata re, tum in publica, ex divitiis, honoribus, copia amicorum, eloquentia, gratia et hujusmodi: tum in bonam, tum in malam partem, *potenza, autorità, credito, prepotenza. Cic.* 2. *Invent.* 56. 169. Potentia est ad sua conservanda, et alterius obtinenda, idonearum rerum facultas. *Sall. Cat.* 12. Postquam divitiæ honori esse cœperunt, et eas gloria, imperium, potentia sequebatur. *Cæs.* 6. *B. G.* 14. Ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se clientes habet. Hanc unam gratiam potentiamque noverunt. *Cic.* 1. *Herenn.* 5. 8. In invidiam trahemus, si vim, si potentiam, factionem, divitias adversariorum proferemus. *Auct. B. G.* 8. 50. Contra factionem et potentiam paucorum. *Cæs.* 1. *B. C.* 4. Legiones, quas ab itinere Asiæ ad suam potentiam dominatumque converterat. *Auct. B. Alex.* 66. Ut sacerdos ejus deæ majestate, imperio et potentia secundus a rege habeatur. *Cic.* 1. *Off.* 3. 9. Consultant, ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam conducat id, nec ne. *Id. Planc.* 10. 24. Non enim opibus, non invidiosa gratia, non potentia vix ferenda, sed commemoratione beneficii, sed misericordia, sed precibus aliquid attulimus etiam nos. *Id. Mur.* 11. 25. Erant in magna potentia, qui consulebantur. *Id. Mil.* 5. 12. Potentiam alicujus invidiose criminari. *Ovid.* 2. *Met.* 416. nulla potentia longa est. *Tac.* 2. *Ann.* 34. Urgulaniæ potentia adeo nimia civitati erat, ut testis in causa quadam, quæ apud senatum tractabatur, venire dedignaretur: missus est prætor, qui domi interrogaret; quum virgines Vestales in foro et judicio audiri, quoties testimonium dicerent, vetus mos fuerit. — In plur. num. *Cic. Cæl.* 9. 22. Contra periculosissimas hominum potentias conditioni omnium civium providere. — Interdum est imperium, dominatio, *impero, dominio. Ovid.* 2. *Met.* 259. Cuique fuit rerum promissa potentia, Tibrin. *Aurel. Vict. de Cæsar.* 28. *in fin. de Philippis Impp.* Annos potentiæ quinque egere. *Nepos Dion.* 9. Singularis potentia. *monarchia. Aurel. Vict. de Cæsar.* 45. 3. Usque ad præfecturæ prætoriæ potentiam conscendit. — *Arnob.* 7. 34. Dies nobis natalitii sunt, et potentias cælites dies autumant habere natales. *h. e.* deos. — *NB.* De urbium nom. V. ONOM.

PŌTENTĬĀLĬTER, adverb. *Sidon.* 7. *Ep.* 14. *a med.* Illum Philagrium cordis oculo semper inspicio, cui me animus potentialiter notum morum similitudine facit. *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 25. *circa med.* Quum unum circini radium fixeris, atque alium a centro extrinsecus circumduxeris, attende, centri potentiam ab stabili radio illum, qui circumagitur, radium regere, et illic, ubi localiter non est, potentialiter circulum figurare.

PŌTENTOR, āris, ari, dep. 1. potentia aliis præstare. *Idac. Chron.* ad Olymp. ccxcix. Alani, qui Vandalis et Suevis potentabantur, adeo cæsi sunt a Gothis, ut pauci, qui superfuerant, Gunderici regis Vandalorum se patrocinio subjugarent.

PŌTĒRĬON, ii, n. 2. ποτήριον, genus herbæ, quæ et phrynion appellatur. V. hanc vocem suo loco.

PŌTĒRĬUM, ii, n. 2. *bicchiere, tazza, gotto*, ποτήριον, poculum. *Plaut. Stich.* 5. 4. 11. Quibus divitiæ domi sunt, scaphis, cantharis Batiacis bibunt: nos nostro Samiolo poterio bibimus. *Id. Trin.* 4. 3. 10. Tribusne te poteriis memoriæ esse oblitum?

PŌTESSE *et* potessim. *V.* POSSUM sub init.

PŌTESTAS, ātis, f. 3. (possum) facultas, copia, qua aliquid facere possumus, atque adeo potentia legibus homini tributa, jus in re. Potestatis verbo, inquit *Paul. Dig.* 50. 16. 225., plura significantur: in persona magistratuum, imperium; in persona liberorum, patria potestas; in persona servi, dominium: at quum agimus de noxæ deditione cum eo, qui servum non defendit, præsentis corporis copiam facultatemque significamus. Ex lege Atinia in potestatem domini rem furtivam venisse videri, et si ejus vindicandæ potestatem habuerit, Sabinus et Cassius ajunt. Gr. δύναμις (It. *potere, facoltà, potere legale, diritto*; Fr. *pouvoir, faculté, droit*; Hisp. *poder, facultad, derecho*; Germ. *d. Können, Vermögen, d. Macht etwas zu thun, d. gesetzliche Gewalt, d. Recht über etwas*; Angl. *ability, pouer, leave, license, liberty, permission*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *a* Universim. *Fragm. XII. Tabul.* SI FVRIOSVS EST, AGNATORVM GENTILIVMQVE IN EO PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO. *Ter. Heaut.* 4. 3. 31. Hic me magnifice effero, qui vim tantam in me, et potestatem habeam tantæ astutiæ. *Cic.* 10. *Fam.* 13. Ut primum potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi in te ornando. *Id.* 2. *Invent.* 7. 24. Aut potestas aliis defuisse demonstranda est, aut facultas, aut voluntas. *Id. Dom.* 29. 77. Vitæ necisque potestatem habere in aliquem. *Id.* 5. *Fam.* 2. *circa med.* Privare aliquem potestate contionis habendæ. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 3. Ut ea potestate, quam tu ad dignitatem permisisses, ad quæstum uteretur. *Id. Balb.* 16. 37. Potestatem deferre imperatoribus beneficiorum virtutis causa tribuendorum. *Id. Quinct.* 2. 8. adimere. *Id.* 12. *Phil.* 7. 16. peccandi cuipiam concedere. *Id.* 11. *ibid.* 12. 30. Jus potestatemque habere faciendi aliquid. *Id. Mil.* 2. 4. Si umquam de bene meritis civibus potestas vobis judicandi fuit. *Curt.* 8. 6. *sub init.* Castigandi verberibus eos nulli potestas præter ipsum (*regem*) erat. *Alii aliter leg. Horat.* 2. *Sat.* 7. 61. estne marito Matronæ peccantis in ambo justa potestas? *Id. Art. P.* 9. Pictoribus atque poetis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. *Capell.* 2. *p.* 41. Hi tamen et præsciendi et incursandi et nocendi habent præsentissimam potestatem. — Poetice cum Infinito. *Lucan.* 2. 40. nunc flere potestas, Quum pendet fortuna ducum. *Stat.* 3. *Theb.* 296. soli cui tanta potestas Divorumque hominumque meis occurrere telis, Hos assistere equos, hunc ensem avellere dextra. Adde 4. *ibid.* 249. — *b) Potestas mea, tua,* etc. possum, potes, est facultas, arbitrium. *Ter. Heaut.* 4. 3. 42. Quasi non ea potestas sit tua, ut etc. *Cic. ad Planc.* 5. *post ep.* 16. *l.* 16. *ad Att.* Præsertim quum tota potestas ejus rei tua sit, ut ea, quæ consules decreverunt, comprobes. *Id. Vatin.* 17. 40. An erit hæc optio et potestas tua, ut dicas etc.? *Id.* 2. *Att.* 5. Si deferetur, erit quædam nostra potestas, et tum deliberabimus. *avrò qualche arbitrio.* et 4. *ibid.* 2. *ad fin.* Volui meam potestatem esse vel petendi, vel exeundi. — *c) Est mihi potestas, est in mea potestate,* possum. *Cic. Prov. cons.* 1. 2. Quotiescumque ei locus dicendi ac potestas fuit. *Id.* 4. *Verr.* 60. 148. Petis a me, quod in tua potestate est, ut id tibi facere ne liceat? *sta in tua mano, potere, balia, arbitrio.* et 4. *Acad.* (2. *pr.*) 12. 37. Assensio, quæ est in nostra potestate sita. *Id. Quinct.* 14. 46. Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quinctium, quum potestas esset agendi quotidie. — *d) Hoc est potestatis meæ, tuæ,* etc. in mea, tua est potestate. *Liv.* 24. 39. Quum consulis ea de re jus ac potestatem esse, dixisset. Adde *ibid.* 37. — *e) Esse in potestate alicujus,* parere, subjectum esse, *essere, o star soggetto, obbedire, soggettarsi. Cic.* 6. *Phil.* 2. 4. Mittuntur legati, qui nuncient, ut sit in senatus

populique R. potestate. *Id. Quinct.* 2. 6. Cogitant, quid possit is, cujus in ditione ac potestate sunt. *Id.* 1. *Att.* 10. Magnopere confido, illum fore in officio et in nostra potestate. — *f*) *Habere familiam in potestate* dicitur dominus, qui servos suos in servitute apud se retinet, nec manumittit. In quibus causis servi ad quæstionem postulari poterant, vetabatur dominus eos manumittere, ne manumissi et liberi facti, torqueri amplius non possent, ut *Ulp.* docet *Dig.* 40. 9. 12. Hinc apud *Liv.* 8. 15. Minucia Vestalis quum in suspicionem venisset impudicitiæ, jussa est a pontificibus abstinere sacris, et familiam in potestate habere. Simile exemplum habes apud *Ascon.* in *Cic. Mil.* 25. ¶ 2. Speciatim, politica ratione, sæpissime significat imperium, ditionem, jus, dominium, sive legitimum, sive non, sive privatum, sive publicum, *dominio, potere, impero. Nepos Pelop.* 5. Quum Thessaliam in potestatem Thebanorum cuperet redigere. *Liv.* 24. 31. *a med.* Daret operam, ut eos in suam potestatem redigeret. *procurasse d'averli nelle mani, in suo potere.* et *Cic.* 4. *Verr.* 54. 136. Scitote, in Timarchidis potestate sociorum populi R. liberos, bona fortunasque omnes fuisse. *et ibid.* 10. A certis hominibus dominationem potestatemque omnium rerum queri. *Sic* Forcellinus; *ipse locum minime inveni. et* 3. *ibid.* 38. 97. Tenere aliquem in sua potestate ac ditione. Similiter *Id. ibid.* 57. 150. Venire in arbitrium ac potestatem cujuspiam. *Id.* 3. *Cat.* 9. 21. Hæc omnia deorum immortalium nutu atque potestate administrari.. *Id.* 3. *Nat. D.* 36. 88. Vis omnis deorum ac potestas. *et* 2. *ibid.* 11. 29. Omnium rerum potestate dominatuque dignissimus. ¶ 3. Item speciatim de imperio et jure magistratus. — 1.°) Abstracte. — In sing. num. *Cic. pro leg. Manil.* 24. 69. Quidquid hac potestate prætoria possum. *Id.* 1. *Phil.* 7. 18. Qui togatus in republica cum potestate imperioque versatus sit. *Id.* 6. *Verr.* 11. 9. Imperium aut potestatem assequi. *et ibid.* 5. *Sic* Forcellinus; *ipse locum minime inveni.* Cum potestate aut legatione in provinciam proficisci. *Item ibid.* 24. 53. Palam per potestatem, unō imperio, ostiatim totum oppidum compilavit. *Id. Cluent.* 27. 74. Tribunus plebis judicium pro potestate dimitti jussit. *Id.* 4. *Verr.* 55. 138. Censores dederunt operam, ut ita potestatem gererent, ut etc. *Liv.* 2. 42. Sollicitati et eo anno sunt dulcedine agrariæ legis animi plebis. Tribuni plebi popularem potestatem lege populari celebrabant. *Nepos Cat.* 2. At Cato, censor cum eodem Flacco factus, severe præfuit ei potestati. — In plur. num. *Cic.* 3. *Legg.* 3. 9. Imperia, potestates, legationes, quum senatus creverit, populusve jusserit, ex urbe exeunto. *Id.* 3. *Herenn.* 7. 14. Quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animum. Cf. *Sall. Jug.* 63. *Kritz.* Deinde ab eo magistratu alium post alium (*Marius*) sibi peperit, semperque in potestatibus eo modo agitabat, ut etc. — 2.°) Concreto, uti ajunt, sensu, vel per metonymiam, potestas est ipse magistratus, præsertim civilis et provincialis. *Cic.* 1. *Tusc.* 30. 74. A magistratu aut ab aliqua potestate legitima evocatus. *Juvenal.* 10. 100. An Fidenarum, Gabiorumque esse potestas. *podestà.* et *Sueton. Claud.* 23. Jurisdictionem potestatibus per provincias demandare. Adde *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 8. (26). et 28. *ibid.* 6. 17. (59). In conciliis ducum potestatumve. *Id.* 29. *ibid.* 4. 20. (67). Primum spondylum draconis aditus potestatum mulcere: dentes ejus mites præstare dominos potestatesque exorabiles. *Ammian.* 27. 6. Splendore nobilium circumdatus potestatum. *Salvian.* 1. *Gub. Dei* 2. Tunc illi (*veteres Romani*) pauperes magistratus, opulentam rempublicam habebant; nunc autem dives potestas pauperem facit esse rempublicam. Huc pertinet et illud *Virg.* 10. *Æn.* 18. O pater, o hominum divumque æterna potestas. *scil.* Juppiter. ¶ 4. Item in rebus inanimis est natura, vis, potentia, *natura, forza. Lucret.* 5. 1242. Et simul argenti pondus, plumbique potestas. *et ibid.* 880. *de centauris.* Ex alienigenis membris compacta potestas. *Al V.* Lachmann. *ad* h. l. *Vitruv.* 9. 4. In his locis ita naturalis potestas architectata est. *Id.* 7. 14. Potestates colorum. *Virg.* 12. *Æn.* 396.; et *Plin.* 25. *Hist. nat.* 2. 5. (9). Potestates vimque herbarum demonstrare. *Gell.* 1. 3. *a med.* Ponderibus hæc potestatibusque præsentibus, non vocabulorum appellationibus dijudicanda sunt. *Ulp. Dig.* 9. 4. 1. Quarum actionum vis et potestas hæc est, ut etc. *Cajus ibid.* 13. 4. 3. Pecuniarum potestas. *valore, prezzo.* — Si de numeris sermo est, significat ipsius numeri plenitudinem. *Capell.* 2. *p.* 26. Quaternarius numerus suis partibus complet decadis ipsius potestatem, ideoque perfectus est, et habetur. *h. e.* decas plena his quatuor numeris gradatim plicitis integratur, id est, uno, duobus, tribus, quatuor; ut ait *Id.* 7. *p.* 239. *V.* DYNAMIS.

II.) Translate. ¶ 1. Aliquando *potestas* mentem ac rationem respicit. *Cato* apud *Gell.* 7. 3. *ante med.* Suadeo, uti hæc res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in potestatem nostram redeamus. *in noi stessi.* — Hinc *exire de potestate,* mentis impotem fieri, rationis usum amittere, *uscir di senno. Cic.* 3. *Tusc.* 5. 11. Nihil melius, quam quod est in consuetudine sermonis Latini, quum exisse ex potestate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracundia. *et mox.* Qui exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est. *et* 4. *ibid.* 36. 77. Iratos proprie dicimus exisse de potestate, id est de consilio, de ratione, de mente: horum enim potestas in totum animum esse debet. ¶ 2. Item potestas est licentia, facultas, commodum; *licenza, facoltà, possibilità, comodo, permesso.* — *a*) Generatim. *Ter. Andr.* 1. 1. 24. Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia, Liberius vivendi fuit potestas. *Cic.* 1. *Fam.* 7. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus recte dem (*litteras*), non prætermittam. *Al. leg.* facultas. *Colum.* 12. *R. R.* 59. 4. Possunt tamen hæc arida, si reliquorum non sit potestas, etiam singula caseo misceri. — *b*) Speciatim, *facere potestatem*, licentiam, facultatem, commodum dare, *dar licenza, facoltà, comodo, permettere. Cic.* 3. *Cat.* 5. 11. Si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. *Id.* 1. *Phil.* 15. 38. Quæ potestas si mihi sæpius fiet, utar. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 14. 45. Quoties ille tibi potestatem optionemque facturus est, ut eligas utrum velis. *Id. Rosc. Am.* 27. 73. Facio tibi interpellandi potestatem. *Id.* 6. *Verr.* 66. 149. Ego legem recitare, omnium mihi tabularum et litterarum fieri potestatem oportere. *darmi licenza di vedere tutte le scritture* etc., *dare in mia balia* etc. *Colum.* 6. *R. R.* 27. 13. *de equis.* Nam id præcipue genus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit. *se non si lascino star con loro.* — Et in re militari *Cæs.* 3. *B. G.* 17. Quotidie productis copiis pugnandi potestatem faciebat. *Justin.* 2. 5. 10. Non facientibus hostibus pugnæ potestatem. — *c*) Item speciatim, *potestatem sui facere,* præbere se, aditum ad se et copiam secum agendi dare, nec data opera latitare, *lasciarsi vedere, o trovare, dar udienza, accesso. Cic.* 1. *ad Q. fr.* 2. 5. Quum neque prætores diebus aliquot adiri possent, vel potestatem sui facerent. *Id.* 8. *Phil.* 10. 31. Facere omnibus conveniendi sui potestatem. Sic *Sueton. Tib.* 34. Offensus interpellari se ab iis, qui potestatem sui non habuissent. — Et in re militari *Cæs.* 1. *B. G.* 40. Arioviſtus multos menses castris se ac paludibus tenuerat, neque sui potestatem faceret. *Nepos Ages.* 3. Laco autem quum videret hostes equitatu superare, numquam in campo sui fecit potestatem, et his locis manum conseruit, quibus plus pedestres copiæ valerent. Similiter *sui potestatem facere* apud *Cæs.* 3. *B. C.* 1. est *offrire il suo servigio nella milizia.* ¶ 3. *Potestas* est filia Palladis et Stygis apud *Hygin. fab. procem.*

PŌTESTĀTĪVĒ, adverb. usu potestatis. *Cyprian. de Cœn. Dom. init.* Impossibile est suam animam ab inferno teneri, qui alienam potestative extraxerat.

POTESTĀTĪVUS, a, um, adject. potestatem habens. *Tertull. advers. Hermog.* 19. *sub fin.* Vocabulum, quod est ἀρχή, non tantum ordinativum, sed et potestativum capit principatum. *non solo di ordine, ma anche di merito.*

POTESTUR. *V.* POSSUM sub init.

PŌTHOS, i, m. 2. πόθος. ¶ 1. Est flos quidam æstivus, de quo hæc *Plin.* 21. *Hist. nat.* 11. 39. (67). Sed maxime spectabilis pothos. Duo genera hujus: unum cui flos hyacinthi est; alteri candidius, qui fere nascitur (*Harduin.* malit *jacitur*) in tumulis, quoniam fortius durat. *Est autem Græca vox, quæ* desiderium *significat.* ¶ 2. *Pothos* fuit etiam signum a Scopa factum. *Id.* 36. *ibid.* 5. 4. (*n.* 7.).

PŌTĪLIS, e, adject. *potabile*, ποσιμος, aptus ad potandum, potabilis. *Varro* apud *Non. p.* 145. 4. *Merc.*, cujus verba in NIDUS retulimus. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 10. *a med.* Aloe, vel styrace impositis igni ægros hiscere jusserunt, et raptā quodam potili nidorem transvorare. *h. e.* bibentis more haurire. *Id.* 3. *ibid.* 8. Potilis haustus.

PŌTIN'. *V.* POTIS.

PŌTĬŌ, ōnis, f. 3. *bevanda, pozione,* πόμα, πόσις, actus bibendi, et ipsa res, quæ bibitur, potus. ¶ 1. Generatim. *Cic. Cluent.* 10. 30. Quum ipse poculum dedisset, subito illa in media potione exclamavit, se maximo cum dolore mori. *Id.* 1. *Fin.* 11. 37. Quum cibo et potione fames sitisque depulsa est. *Id.* 5. *Tusc.* 35. 100. Ne mente quidem recte uti possumus, multo cibo et potione completi. *Id. Senect.* 11. 36. Tantum cibi et potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. — *Servus a potione*, pincerna, *coppiere*, qui et pocillator dictus, et servus a cyatho, vel ad cyathum: est inter officia domus Augustæ. *Inscript.* apud *Gruter.* 578. 1. M. VLPIO AVG. LIB. PHAEDIMO DIVI TRAIANI AVG. A POTIONE ITEM A LAGVNA ET TRICLINIARCHŒ LICTORI PROXIMO ET A COMMENT. BENEFICIORVM *etc.* Ex his patet, servum *a potione* esse, qui poculum vel cyathum domino porrigebat; *a laguna*, vel *a lagena*, qui in lagenis vinum purum a cellis vinariis depromptum ad mensam ferebat, idque pocillatori subministrabat; *tricliniarcham* vero, qui totius convivii apparatui et tricliniari ministerio præfectus erat. Priorem itaque Italice *coppiere* dixeris, alterum *bottigliere*, tertium *credenziere.* Hinc patet, hunc Phædimum Trajani libertum, dum admodum puer esset, a potione; quum adolevisset, a lagena; quum ad virilitatem pervenisset, triclinio Augusti præfuisse, mox ejusdem lictorem proximum (*V.* LICTOR), tandem a commentariis beneficiorum fuisse. *h. e. deputato al registro delle beneficenze del principe.* Adde alias apud *eumd.* 582. 2. *et* 3. ¶ 2. Speciatim dicitur de medicamento, quod bibitur, *medicina in bevande. Plaut. Men.* 5. 5. 21. Quid cessas dare potionis aliquid, priusquam percipit insania? *Cels.* 4. 8. Præter cibos, qui urinam movent, potionesque ad id efficaces. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 13. 51. (140). Rutam dederunt cum bitumine infriatam potioni, propter anhelitum. ¶ 3. De veneno. *Cic. Cluent.* 14. 40. Pharmacopola circumforaneus prima potione mulierem sustulit. ¶ 4. De philtro. *Horat. Epod.* 5. 73. Non usitatis, Vare, potionibus Ad me recurres.

PŌTĬO, is, īvi, ītum, ire. *V.* POTIOR, iris, init.

POTIONARIUS, a, um, adject. ad potionem pertinens. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 169.

PŌTĬŌNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PŌTĬŌNO, as, ātum, are, a. 1. Part. *Potionatus.* — Potionare est potionem dare. Hinc *potionatus* est qui potionem sumpsit, *abbeverato. Sueton. Cal.* 50. *a med.* Creditur potionatus a Cæsonia uxore, amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem verterit. (*Baumgarten.* aliique critici conjiciunt legendum *potione tentatus* pro *potionatus*). Hinc *Juvenal.* 6. 615. Et fu-

rere incipias, ut avunculus ille Neronis, Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli Infudit. *V.* HIPPOMANES. — De medicamentis. *Veget.* 1. *Veterin.* 46. Potionabis autem illos diuretica potione. Adde 34. *et* 38. et 3. *ibid.* 59. Sic *Pelagon. Veterin.* 1. 8. Jumentum potiona hac potione decocta.

PŌTĬOR, īris, ītus sum, iri, dep. 4. *Potio, is,* activa forma legitur apud *Plaut. Amph.* 1. 1. 23. Qui hodie fuerim liber, eum nunc potivit pater servitutis. *h. e.* servituti subjecit, servire coegit. Hinc Part. POTITUS passive; quod *V.* in fin. — In quibusdam personis ac temporibus apud poetas est tertiæ conjugat. *Virg.* 3. *Æn.* 55. Polydorum obtruncat, et auro Vi potitur. (sæpius apud poetas *potitur* invenies correpta pænult. quam producta.) *Manil.* 4. 882. Et capto potimur mundo. *Ovid.* 13. *Met.* 130. Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille. *Catull.* 64. 402. Liber ut innuptæ poteretur flore juventæ. *Auson. Epitaph.* 35. Fortis prægressis ut potereris equis. *Pacuvius* apud *Non. p.* 475. 29. *Merc.* Usi onere, credo, Achivi adhuc scæptrum patientur poti. pro *potiri.* Adde *Propert.* 2. 7. 64.; et *Val. Flacc.* 7. 54. *Servius* ad *Virg.* 3. *Æn.* 56. putat, decipi eos, qui *potiris* dicunt: quo significare videtur, *pōtĕris* in tertia conjugat. esse dicendum. Etiam apud prosæ scriptores in optimis MSS. *poteremur* apud *Colum.* 1. *R. R.* 3. 12. et *poteretur* apud *Sueton. Cæs.* 64. *extr.* reperitur, testibus *Heins.* et *Burmann.* ad *Ovid.* 13. *Met.* 130. De quantitate syllabæ pænultimæ in *potitur* disputat *Alcim. Ep.* 51., quem consule sis. — Part. *Potiens* I. *b.*; *Potitus* I. *a. b.*, II. *b.* et in fin.; *Potiturus* I. *a. c.* et II. *a.*; *Potiendus* I. *c.* — *Potior* est idem ac potis, h. e. potens, compos et dominus fio, acquiro, vindico, adipiscor, ἐπιτυγχάνω (It. *impadronirsi, impossessarsi, ottenere, acquistare;* Er. *entrer ou être mis en possession de, se rendre maître, s'emparer de, conquérir, atteindre, acquérir, obtenir;* Hisp. *conquistar, sujetar, dominar;* Germ. *e. Sache theilhaft werden, sich bemächtigen, sie bekommen, erreichen, erlangen;* Angl. *to be or become master of, gain possession of, acquire, obtain*).

I.) Proprie. — *a*) Cum Genitivo. *Cæs.* 1. *B. G.* 3. *extr.* Totius Galliæ sese potiri posse sperant. *Sall. Cat.* 47. Se tertium esse, cui fatum foret urbis potiri. *Id. Jug.* 75. Spe patrandi belli, si ejus oppidi potitus foret, naturam etiam vincere aggreditur. *Curt.* 3. 1. *a med.* Editam esse oraculo sortem, Asiæ potiturum, qui inexplicabile vinculum soluisset. *Id.* 5. 4. *sub init.* Inde vires imperii repetituri, si regionis potiri contigisset. *Liv.* 25. 14. Exsecratus seque et cohortem, si ejus vexilli hostes potiti essent. *Cic.* 4. *Herenn.* 25. 34. Atheniensium potiti sunt Spartiatæ. *Vellej.* 2. 25. 3. Sertorium et multos alios, potitus eorum, dimisit incolumes. *avendoli fatti prigioni. Cic.* 1. *Fam.* 7. *ante med.* Si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri. *Nepos Ages.* 2. Hic, simul atque imperii potitus est, persuasit Lacedæmoniis, ut etc. *Sil. It.* 15. 331. votique potitus. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 421. *n.* 388. XXXX. ANNOS NATA NEGIS POTIOR. *h. e.* XL. annos nata obii. — *b*) Cum Ablativo. *Cic.* 2. *Off.* 23. 81. Clandestino introitu urbe est potitus. *Id.* 3. *Tusc.* 18. 41. Fore, ut natura iis potiens, dolore careat. *Cæs.* 1. *B. G.* 2. Perfacile esse totius Galliæ imperio potiri. *et* 3. *ibid.* 24. Sine ullo vulnere victoria potiri. *et* 1. *ibid.* 21. Impedimentis castrisque nostri potiti sunt. *Ovid. Heroid.* 14. 113. Ille ferox solus solio scæptroque potitur. *Sall. Jug.* 55. Ut hostium agro potiretur. *Id. ibid.* 76. Romani post dies quadraginta, quam eo ventum erat, oppido modo potiti. *et ibid.* 92. Denique multis locis potitus, ac plerisque exercitu incruento, etc. *Horat.* 2. *Od.* 3. 20. Divitiis potietur heres. *Liv.* 3. 8. Potiri prædâ. *Tac.* 2. *Ann.* 3. et 4. *Hist.* 73. regno. *Lucilius* apud *Priscian.* 10. *p.* 881. *Putsch.* Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur. *Nævius ibid.* thalamoque potitur. *Ovid.* 9. *Met.* 313. potiturque puerpera voto. — *c*) Cum Accusativo. *Pacuvius* apud *Non. p.* 481. 32. *Merc.* Regnum potitur transmissu patris. *Accius ibid.*; et *Lucret.* 3. 1038. unus Homerus Scæptra potitus. *Cic.* 1. *Tusc.* 37. 90. Cur doleam si ad decem millia annorum gentem aliquam urbem nostram potituram putent? *Alii leg.* urbe nostra. *Cæs.* 2. *B. G.* 7. Hostibus spes potiundi oppidi discessit. *Id.* 3. *ibid.* 6. Qui in spem potiendorum castrorum venerant. Adde *Sall. Jug.* 41. *extr. Nepos Eumen.* 3. *a med.* Qui summam imperii potirentur. *Auct. B. Hisp.* 13. Oppidum potiri se posse sperarent. *Ovid.* 9. *Met.* 751. non se negat ipsa roganti, Nec tamen est potiunda tibi. *Id.* 3. *Fast.* 21. Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupitam. *Tac.* 11. *Ann.* 10. *sub fin.* Potitus regiam. *Justin.* 6. 4. 8. Thebani victoriam potiti. *Sic vulgati libri, probante* Ieep., *alii* victoria. *Id.* 9. 7. *a med.* Spectaculo pendentis ultionem potita est. — *d*) Absolute. *Cic. Senect.* 12. 39. Voluptatis aviditæ libidines temere et effrenate ad potiundum incitarentur. *Id.* 1. *Fin.* 18. 60. Potiendi spe inflammati.

II.) Translate *potiri* est tenere, frui, in potestate habere, *possedere, godere.* — *a*) Cum Genitivo. *Potiri rerum* dicuntur, qui summum imperium alicubi obtinent, et summam rerum ad se trahunt. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 41. 126. Cleanthes solem dominari, et rerum potiri putat. *Id. Rosc. Am.* 25. 70. Prudentissima civitas Atheniensium, dum ea rerum potita est, fuisse traditur. *Nepos Att.* 9. Nemini in opinionem veniebat, Antonium rerum potiturum. — *Potiri* etiam dicitur qui in malum incidit. *Ter. Phorm.* 3. 1. 5. Ne quid propter tuam fidem decepta poteretur mali. Ubi *Donatus:* Legitur et *potiretur*, quia *potior τῶν μείων* fuit. *V.* infra *Auson.* sub *b.*, *Accium* et *Gell.* sub *c.*, et *Potitus* in fin. — *b*) Cum Ablativo. *Cic. Senect.* 14. 48. Bona ætas voluptatibus fruitur, quibus senectus si non abunde potitur, non omnino caret. *Liv.* 6. 33. Quoniam oppido potirentur. *Id.* 25. 11. Neque arcis tam munitæ expugnandæ viam cernere, neque in obsidione quidquam habere spei, donec mari potiantur hostes. *Tac.* 2. *Ann.* 42. Rex Archelaus quinquagesimum annum Cappadocia potiebatur. *Colum.* 10. *R. R.* 274. Et nunc inferno potitur Proserpina regno. — *Potitus monte* dicitur qui in ejus cacumen scandendo pervenit. *Ovid.* 5. *Met.* 254. Virgineumque Helicona petit: quo monte potita Constitit. Sic *Virg.* 11. *Æn.* 492. Qualis ubi abruptis fugit præsepia vinclis Tandem liber equus, campoque potitus aperto, etc. — *Potiri* est etiam amantum, quum amoris sui potentes fiunt et speratis fruuntur. *Ter. Heaut.* 2. 3. 81. Vis amare, vis potiri. *Ovid.* 1. *Art. am.* 711. Ut potiare, roga; tantum cupit illa rogari. *et* 3. *Met.* 405. Sic amet iste licet, si non potiatur amato. — *Stat.* 1. *Theb.* 637. juvenes, qui cæde potiti. *h. e.* cædem admiserunt. *Auson. Edyll.* 15. *in fin.* Non nasci esse bonum, natum aut cito morte potiri. — *c*) Cum Accusativo. *Ter. Adelph.* 5. 4. 16. Hoc fructi pro labore ab his fero, odium: ille alter sine labore patria potitur commoda. *et ibid.* 22. Miseriam omnem ego capio: hic potitur gaudia. — Sic de malis. *Accius* apud *Donatum* ad *Ter. Adelph.* 5. 4. 16. feras potirentur plagas. *Gell.* 13. 1. *a med.* Elisa, quæ mortem per vim potita est. — *d*) Absolute. *Cic.* 7. *Att.* 12. An cuncter, et tergiverser, et iis me dem, qui tenent, qui potiuntur? — Hinc Part. præter.

Potitus, a, um, passive quoque usurpatur, a *potio, is,* (*V.* init.); et *potitus* dicitur, qui in hostes incidit, et servitutem: ductum a Græcis, ut *Festus p.* 250. 32. *Müll.* monet, qui dicunt eadem ratione ἀπαυρεῖν δουλείας, aut κακοῦ, quasi frui servitute, aut malo. *Plaut. Capt.* 1. 2. 41. Postquam gnatus tuus potitus est hostium. *Id. Epid.* 4. 1. 5. *et* 35. Gnata mea hostium est potita, neque ego nunc, ubi sit, nescio. Sic *Dig.* 4. 6. 15., 29. 1. 10. *et alibi.* Qui hostium potitus est. Similiter *Lucret.* 4. 766. mortis letique potitus. — Et cum Ablat. *Festus loc. cit.* Potitus servitute apud antiquos dicebatur, qui, ut ait Labeo, servitutem servit.

PŌTĬOR, ius, ōris, adject. *V.* voc. seq.

PŌTIS, adject. indeclin. (cujus etiam Neutr. *Pote*), unde Comp. *Potior* sub *B.*, et Sup. *Potissimus* sub *C.*

A) Posit. *Potis* est qui potest. δυνατός, ut patet ex *Varron.* 5. *L. L.* 58. *Müll.* Et hi quos Augurium libri scriptos habent sic: *Divi qui potes,* pro illo quod Samothraces Θεοὶ δυνατοί. Cf. *Macrob.* 3. *Saturn.* 4. — Etsi neutrum *pote* usurpatum sit, ex his tamen, quæ sub 1.° allata sunt, apparet, *potis* cum omnibus generibus jungi, et cum plural. num., quamquam *Priscian.* 6. *p.* 708. et 15. *p.* 1009. *Putsch.* esse docuit *hic, et hæc potis, et hoc pote.*

1.°) *Potis* est vox fere poetica. — *a*) *Potis est* sæpissime occurrit. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 16. 38. Neque sanguis ullo potis est pacto profluens consistere. *Ædituus* apud *Gell.* 19. 9. Istam non potis est vis sæva exstinguere venti. *Virg.* 11. *Æn.* 148. At non Euandrum potis est vis ulla tenere. *Ter. Heaut.* 2. 3. 79. Enimvero reticere nequeo: multimodis injurius Clitipho, neque ferri potis est. *Lucret.* 2. 912. Nec manus a nobis potis est secreta, neque ulla Corporis omnino sensum pars sola tenere. *et ibid.* 850. Quoad licet et potis es reperire. *Virg.* 9. *Æn.* 795. nec tendere contra Ille quidem hoc cupiens potis est per tela virosque. *Ter. Eun.* 2. 2. 32. Sectari jussi, si potis est. *Id. Adelph.* 4. 1. 5. Ita fiat, et istoc si quid potis est rectius. *Lucret.* 1. 451. Conjunctum est id, quod nusquam sine perniciali Discidio potis est sejungi seque gregari. *et* 5. 719. Nec potis est cerni, quod cassum lumine fertur. *Catull.* 76. 24. Non jam illud quæro, contra ut me diligat illa, Aut, quod non potis est, esse pudica velit. *Id.* 72. 7. Qui potis est? inquis. *h. e.* quomodo fieri potest. — *b*) In plurali numero. *Varro* 2. *R. R.* 2. Ut videamus, quid pastores potis sint. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 17. Duæ plus satis dare potis sunt. *Ennius* apud *Festum p.* 333. 8. *Müll.* Spero, si speres (*h. e.* spes *in plur. num.*) quidquam prodesse potis sunt. — *c*) Et abjecto verbo *Ennius* apud *Diomed.* 1. *p.* 381. *Putsch.* Quis potis ingentes oras evolvere belli? *Virg.* 3. *Æn.* 671. Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo. — *d*) *Potin'* (It. *puoi tu? si può?*) potis ne es? potes ne? Vox familiaris et poetica. *Ter. Andr.* 2. 6. 6. Potin'es mihi verum dicere? *Plaut. fragm.* apud *Gell.* 7. 7. Potin'es tu homo facinus facere strenuum? *Id. Amph.* 3. 2. 22. Potin'es ut abstineas manum? *At* Fleckeisen. *omisit* es. *Id. Pœn.* 4. 2. 94. Potin'ut taceas? *Ter. Adelph.* 4. 1. 23. Potin'ut desinas?

2.°) *Pote* est vox fere poetica. *Voss. l.* 4. *de Grammat.* c. 21. vult esse adjectivum, et positionem neutram masculini *potis:* quamvis fateatur etiam cum masculinis nominibus jungi, et *potis* cum neutris. *Forcellinus* vero ait *pote* esse idem quod *potest,* potis est, abjectis per apocopen ultimis litteris. — *a*) *Pote* frequenter occurrit. *Ter. Adelph.* 2. 3. 11. Nihil pote supra. Ubi *Donatus:* Subaudiendum est *esse,* vel *dici.* Ut *pote* pro *potis,* et *mage* pro *magis,* τῷ ἀρχαϊσμῷ. *Lucret.* 3. 1079. Nec devitari letum pote, quin obeamus. *Val. Flacc.* 4. 680. nec eniti remis pote. *Propert.* 2. 1. 46. Qua pote quisque, in ea conterat arte diem. *Varro* apud *Non. p.* 183. 6. *Merc.* Viget, veget, ut pote plurimum. *Id.* 2. *R. R.* 2. 6. Nec non emptor pote ex empto vendito illum damnare. *Pers.* 1. 56. Qui pote? vis dicam? nugaris. *come può essere?* et *Catull.* 98. 1. In te, si in quemquam, dici pote, putide Vetti, Id, quod etc. *et* 67. 11. Nec peccatum a me quisquam pote dicere quidquam. *Id.* 76. 16. Hoc facito, sive id non pote, sive pote. *h. e.* sive potest fieri, sive non potest. *Martial.* 9. 16. quid pote simplicius? — Usurpat et *Cicero,* sed in familiari sermone, ut *Brut.* 46. 172. Hospes, non pote minoris. *h. e.* vendi non potest. *Id.* 13. *Att.* 38. Hoc quidquam pote impurius? *h. e.* potest fieri aut esse. — *b*) *Quam pote,* quantum fieri potest. *Apul.* 1. *Met.*

Aufugiamus istinc quam pote longissime. *et* 2. *ibid.* Quam pote tutus ab ejus aspectu. — *c)* Hinc *pote est*, fieri potest, è *possibile. Catull.* 42. 16. Quod si non aliud pote est, ruborem Ferreo canis exprimamus ore. Tribuunt etiam *Arnobio* multis in locis *l.* 2. 4. 6. *et* 7., sed ubique alii *potis* reponunt. — *Utpote V.* suo loco.

B) Comp. *Potior, ius, ōris*, est quasi plus potens, potentior, atque adeo melior, præstantior, *migliore*, *χρείσσων, βελτίων*. — *a)* De hominibus *potior* dicitur is, qui jure aliquo, auctoritate, potentia, gratia, aliave re præstat, et potentior est. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 4. *Tusc.* 32. 69. Dicere audet, conjugem se habuisse illum, amor quem dederat, qui plus pollet, potiorque est patre. *Cic. Amic.* 5. 19. Itaque cives potiores, quam peregrini; et propinqui, quam alieni. *Tibull.* 1. 6. 33. At tu, qui potior nunc es, mea furta caveto. *h. e.* prior et felicior in amore, apud amicam gratiosior. Sic *Horat. Epod.* 15. 14. Non feret, assiduas potiori te dare noctes. *Ter. Phorm.* 3. 2. *in fin.* Si mihi prior tu attuleris, mea lege utar, ut potior sit, qui prior ad dandum est. *Paul. Dig.* 18. 1. 34. *a med.* Ut in judicio possessionis potior esset. Adde *ibid.* 20. *tit.* 4. *cujus inscriptio* Qui potiores in pignore, etc. *Imp. Antonin. Cod.* 8. 18. 4. Si fundum pignori accepisti, antequam reipublicæ obligaretur, sicut prior es tempore, ita potior es jure. *Liv.* 1. 48. Ille (*Tarquinius*) ferociter ad hæc: Se patris sui tenere sedem, multo, quam servum, potiorem filium regis regni heredem. *Justin.* 43. 2. 1. Numitor et Amulius regno potiti sunt. Sed Amulius quum vi ætate potiorem Numitorem oppressisset, etc. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 17. Numquam edepol erit ille potior, quam ego. *h. e.* præstantior. *Cic.* 10. *Fam.* 3. Nemini concedens, qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse. *h. e.* conjunctior. — Sequente *qui* cum Conjunct., ita ut potior sit dignior. *Liv.* 26. 31. Posim et Mericum Hispanum, quibus tantum crederem, potiores habui. — *b)* De rebus physicis et abstractis *potior* est melior, præstantior, antiquior, prior. *Varro* 1. *R. R.* 15. 1. *de ulmo.* Nulla potior serenda. *h. e.* nulla prior, nulla magis. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 14. Novistine locum potiorem rure beato? *Id.* 2. *Od.* 14. 26. et mero Tinget pavimentum superbo, Pontificum potiore cœnis. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 43. (158). Succus potior. *h. e.* in medicina utilior. *Sall. Jug.* 8. Homines novi atque nobiles, quibus divitiæ bono honestoque potiores erant. *Id. ibid.* 16. *extr.* Altera (*Numidiæ pars*) specie, quam usu potior. *Id. ibid.* 71. Illi turpis vita integra fama potior fuit. *Cæs.* 1. *B. G.* 8. Semper se reipublicæ commoda privatis necessitatibus habuisse potiora. *avere preferito. Cic.* 10. *Phil.* 9. 19. Mors civibus Romanis semper fuit servitute potior. *Id. Topic.* 2. 6. Inveniendi artem, quæ Topice dicitur, quæque ad usum potior erat, et ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 7. Militia est potior. *Id. Epod.* 16. 17.; et *Virg.* 4. *Æn.* 287. Potior sententia. *Horat.* 4. *Od.* 6. 24. ducti potiore alite muri. *con migliori auspicii. Liv.* 7. 27. Fides tamen publica privatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit. — Et neutr. *potius* apud *Cic.* 6. *de republ.* 9. Quum in Africam venissem, nihil mihi potius fuit, quam ut Massinissam convenirem. *non ebbi cosa più premurosa.* et *Id.* 3. *Orat.* 22. 82. Illa semper potiora duxisti, quæ ad sapientiam spectarent. *Curt.* 4. 1. *a med.* Quum primas spes fortuna destituit, futura præsentibus videntur esse potiora. *Nepos Alcib.* 2. *extr.* Odiosa multa delicate jocoseque fecit, quæ referremus, nisi majora potioraque haberemus.

C) Sup. *Potissimus* est optimus, præcipuus, singularis, *ottimo, principale, speciale, singolare, unico.* — *a)* De hominibus. *Plaut. Men.* 2. 3. 7. Eccum video, qui mihi est usui, et plurimum prodest: item huic ultro fit, ut meret, potissimus nostræ domi ut sit. *il più ben veduto.* et *Stat.* 4. *Theb.* 627. cur Lectus ego augurio? tantisque potissimus umbris Qui ventura loquar? *Sall. Jug.* 94. *Kritz.* Ipse cum illorum armis sequi, quæ dubia nisu videbantur, potissimus tentare. *h. e.* omnium primus. *Alii leg.* potissimum. *Liv.* 5. 12. Nec satis constat, cur primus ac potissimus ad novum delibandum honorem sit habitus. *Tac.* 14. *Ann.* 65. Potissimos libertorum veneno interficere. — *b)* De rebus physicis et abstractis. *Cic.* 1. *Invent.* 12. 17. Comparatio, in qua per contentionem, utrum potius, aut quid potissimum sit, quæritur. *Liv.* 26. 40. Primum ac potissimum omnium ratus (*Lævinus*) Syracusis nova pace inconditas res componere. *Stat.* 4. *Silv.* 4. 20. Quid tuus ante omnes, tua cura potissima, Gallus? *Plin.* 14. *Hist. nat.* 2. 4. (24). Potissima nobilitas vitibus vernaculis Italiæ. *Plin. alter* 4. *Ep.* 14. *in fin.* Si hoc opusculum nostrum aut potissimum esset, aut solum. *Tac.* 1. *Ann.* 15. Etsi potissima arbitrio principis, quædam tamen studiis tribuum fiebant. *le cose più importanti.* et 4. *ibid.* 16. Potissimam causam afferebat. *Quintil.* 12. 3. 1. Ut semel, quod est potissimum, dicam. *Alii leg.* potentissimum.

PŌTÍSSIMĒ *vel* potissume, adverb. idem ac potissimum, nondum certis exemplis confirmari potest. Nam apud *Cic. Mur.* 2. 4. Si patronus huic causæ publice constitueretur, is potissime honore affecto defensor constitueretur, qui etc. *Codices habent* potissimo; § 3. *præcedunt verba* is potissimum consul: *hinc et* § 4. *restituendum est* potissimum. V. *Madvig, Opusc. Acad. alt.* p. 369. et *Hand. Tursell. vol.* 4. *p.* 521. Similiter apud *Cels.* 3. 6. *circa med.* Qua mole plerique ægros in ipso impetu febris potissimeque ubi ardens ea est, male habent. *Codices exhibent* Qua male-pessimeque: *unde* Pantinus *leg.* Qua male plerique ægros in ipso impetu febris, pessimeque ubi ardens ea est, habent.

PŌTÍSSĬMUM *vel* potissumum, adverb. vel adjectiva forma in adverbialem usum adhibita, et significat rem aliquam ceteris omnibus præferri, scil. est idem ac præ ceteris, maxime opere, maxime, præcipue, *μάλιστα* (It. *sopra tutto, specialmente, principalmente*; Fr. *principalement, par-dessus tout, de préférence*; Hisp. *principalmente*; Germ. *am vorzüglichsten, hauptsächlichsten, am stärksten, am liebsten*; Angl. *most of all, especially, principally, peculiarly*). *Plaut. Trin.* 4. 2. 38. Multa simul rogitas: nescio quid expediam potissimum. *Id. Merc.* 2. 4, 15. Responde, quo leto censes me ut peream potissimum. *Ter. Andr.* 2. 6. 23. Quem vocabo ad cœnam meorum æqualium potissimum nunc? *Cæs.* 2. *B. C.* 43. Tanta erat contentio, qui potissimum ex magno numero conscenderent, ut etc. *Sall. Jug.* 16. Quid agam? aut quo potissimum infelix accedam? *Cic.* 1. *Legg.* 7. 21. Ab eo nobis ordienda est potissimum. *Id.* 5. *Tusc.* 4. 12. E quibus nos id potissimum consecuti sumus, ut etc. *Nepos Miltiad.* 1. Quo potissimum duce uterentur. *Id. Att.* 3. In ea potissimum urbe natus, quæ etc. *Cic. Cæl.* 14. 33. Existat igitur ex hac ipsa familia aliquis ac potissimum Cæcus ille. *Liv.* 3. 64. Duilio potissimum sorte evenit. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 45. Decet innocentem, qui sit, atque innoxium servum superbum esse apud herum potissimum. *Id. Asin.* 5. 2. 52. Si domum redierit hodie, osculando ego ulciscar potissimum. *Cic.* 1. *Nat. D.* 3. 6. Multis etiam sensi mirabile videri, eam nobis potissimum probatam esse philosophiam, quæ lucem eriperet. *h. e.* maximopere probatam. — Putant adhiberi in comparatione plurium, et *potius* duorum tantum. *Cic.* 3. *Herenn.* 2. 2. Deliberationes partim sunt hujusmodi, ut quæratur, utrum potius faciendum sit: partim hujusmodi, ut, quid potissimum faciendum sit, consideretur. Utrum potius, hoc modo: Carthago tollenda, an relinquenda videatur. Quid potissimum, hoc pacto: ut si Hannibal consultet, in Italia remaneat, an domum redeat, an in Ægyptum profectus etc. Sed contra est illud *Cic.* 2. *Invent.* 58. 174. Ut quamquam præstet honestas incolumitati, tamen, utri potissimum consulendum sit, deliberetur.

PŌTISSO, as, are, a. 1. frequentat. idem ac potare. *Plotius* (*M. Claud.*) *Sacerd.* 1. *p.* 431. ed. *Keil.* Sunt frequentativa tantum sine verbi substantia, ut *græcisso, patrisso*: quædam utrumque gradum frequentativum habent sine verbi substantia, ut *potisso, poto. Sic, nullo auctore laudato.*

PŌTISSUM. *V.* POSSUM sub init.

PŌTÍTO, as, are, a. 1. *bere spesso*, frequentat. a *poto, as*, sæpe bibo, bibere consuevi. *Plaut. Amph.* 1. 1. 105. Patera, qui Pterela potitare rex solitus est. *Id. Asin.* 4. 1. 26. Tecum una postea æque pocula potitet. *Id. Mil. glor.* 3. 2. 23. Alii ebrii sunt, alii poscam potitant.

PŌTÍTOR, ōris, m. 3. qui alicujus rei potitur. *Val. Max.* 3. 2. *n.* 20. Hannibalem paullo ante spe sua Capuæ potitorem, ne castrorum quidem suorum potentem esse passa est trium virorum fortis temeritas.

PŌTÍTUS, a, um. *V.* POTIOR, iris.

PŌTĬUNCŬLA, æ, f. 1. *picciola bevanda*, parva potio. *Sueton. Domit.* 21. Ut modicam in ampulla potiunculam sumeret. *Petron. fragm. Tragur.* 47. *Burmann.* Subinde castigamus crebris potiunculis risum.

PŌTĬUS, adverb., quod rem præferendam significat, et non tam rei conditionem, quam judicium de ea factum significat; est autem idem quod magis, prius, citius, *μᾶλλον* (It. *più tosto*; Fr. *plutôt, de préférence*; Hisp. *antes, primero*; Germ. *lieber, mehr, vielmehr, vorzüglicher*; Angl. *rather*). Occurrit — *a)* Absolute *Plaut. Aulul.* 4. 6. 15. Certum est, malam rem potius quæram cum lucro. *Ter. Hecyr.* 5. 1. 27. Sed scin', quid volo potius, sodes, facias? *Cic.* 1. *Off.* 29. 103. Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum et jocum facti esse videamur: ad severitatem potius et ad quædam studia graviora atque majora. *Id.* 2. *Orat.* 78. 317. In oratione non vis potius, sed delectatio postulatur. *Vocabulum* potius *interpolatum putat* Ernestius. *Liv. præfat. extr.* Cum bonis potius ominibus votisque inciperemus. *Horat.* 2. *Od.* 9. 17. desine mollium Tandem querelarum, et potius nova Cantemus Augusti tropæa Cæsaris. *Ulp. Dig.* 1. 5. 16. Quæstio ergo facti potius, non juris. — Et cum particulis *vel, sive, aut, ac, que*, ut apud *Cic. Brut.* 85. 290. Cum Attico Lysiæ Catonem nostrum comparabas, magnum mehercule hominem, vel potius summum et singularem virum. *Id. Quinct.* 25. 80. O hominem fortunatum, qui ejusmodi nuncios, seu potius pegasos habeat. *Quintil.* 5. 10. 18. Non enim longum tantum, sed etiam impossibile, aut potius infinitum est. *Cic.* 1. *Off.* 20. 68. Nec vero imperia expetenda: ac potius non accipienda interdum. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 18. 56. Primum quidem me ad Democritum vocas, cui non assentior, potiusque refello. — *b)* Sequente *quam. Ter. Eun.* 5. 1. 56. Visne interea, dum venit, domi opperiamur potius, quam hic ante ostium? *Cæs.* 1. *B. G.* 45. Neque se judicare, Galliam potius esse Ariovisti, quam populi R. *più tosto che.* et *Cic.* 2. *Tusc.* 22. 52. Perpessus est omnia potius, quam conscios indicaret. *Id. Sext.* 20. 45. Jecissem me ipse potius in profundum, ut ceteros conservarem, quam illos in magnum vitæ discrimen adducerem. *Id.* 7. *Att.* 7. *ad fin.* Depugna, inquis, potius, quam servias. *Sall. Jug.* 24. Ego quidem vellem et hæc, quæ scribo, et illa, quæ antea in senatu questus sum, vana forent potius, quam miseria mea fidem verbis faceret. — Et cum part. *ut*, scil. *quam ut. Liv.* 6. 28. Locum, insignem memoria cladis, irritaturum se potius ad delendam memoriam dedecoris, quam ut timorem faciat, ne etc. *Id.* 9. 14. Deceptos potius (*dixerunt*), quodcumque casus ferat, passuros, quam ut sprevisse pacis auctores Tarentinos videantur. *Justin.* 5. 10. 1. Quum exercitus fugeret, Thrasybulus exclamat: cur se victorem fugiant potius, quam ut vindicem communis libertatis adjuvent? — *c) Quam potius*, potius quam. *C. Titius* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 12. Quid mihi negotii est cum istis nugacibus, quam potius potamus mul-

sum, etc? *An legendum* quin? *Virg. Cop.* 5. Quid juvat æstivo defessum pulvere abesse, Quam potius bibulo decubuisse toro? — *d*) Interdum omittitur. *Plaut. Rud.* 4. 4. 70. Tacita, bona est mulier semper, quam loquens. *Id. Men.* 5. 1. 26. Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam. *Nepos Datam.* 8. Tamen statuit congredi, quam cum tantis copiis refugere. *Sall. Cat.* 9. In pace vero, quod beneficiis, quam metu imperium agitabant. *Val. Flacc.* 7. 428. idque sedet, quam non quæcumque subire Patris jussa tui. — *e*) Interdum redundat. Cum verbis *præstat, malle. Ter. Adelph.* 2. 2. 13. Verum ego numquam adeo astutus fui, Quin quidquid possem, mallem auferre potius in præsentiam. *Cic. Pis.* 7. 15. Ut emori potius, quam servire præstaret. *Nepos Con.* 5. Potius patriæ opes augeri, quam regis maluit. *Cato* apud *Cic.* 15. *Fam.* 5. Quod si-casum potius, quam te laudari mavis, etc. Huc pertinet et illud *Justin.* 3. 7. 15. Indutias, quas proprio nomine condixerant, ex sociorum persona rumpebant, quippe quasi minus perjurii contraherent, si ferrent sociis auxilia potius quam si ipsi aperto prælio dimicassent. — Cum Comparativo. *Varro* 2. *R. R.* 10. 2. Oportet esse omnes (*pastores*) sub uno magistro pecoris: eum, esse majorem natu potius quam alios. *Cajus Dig.* 50. 17. 167. Favorabiliores rei potius, quam actores habentur. — *f*) *Potius est*, magis est. *African. Dig.* 46. 1. 21. Si vero fidejubeat in obligationem naturalem suam, potius est, ut nihil agatur. *V.* MAGIS. Hic tamen *potius* adjective accipi posse videtur.

PŌTO, as, āvi (*et* potus sum), ātum (*et* potum), are, a. 1. De altero præterito *Varro* apud *Gell.* 2. 25. A cœno, et prandeo, et poto, et cœnatus sum, et pransus sum, et potus sum dicimus. *V. Potus* in fin. hujus vocis. — Part. *Potans* sub *A.* II. 1.; *Potaturus* sub *A.* 1. et sub *B.* 1.; *Poturus* sub *A.* I. et II. 2. et sub *B.* I.; *Potandus* sub *A.* I. — Part. *Potatus* legunt nonnulli apud *Cic.* 5. *Tusc.* 5. 13., *Cels.* 4. 19. *sub fin.* et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 103. 106. (230)., sed ubique alii *potus* reponunt. *Priscian.* 11. *p.* 920. *Putsch.* Præterea dubitabatur, utrum *potatu, potaturus* et *potatus* secundum analogiam, an *potu, poturus* per syncopen melius dicatur, quæ in usu sunt. Incertam vocis lectionem confirmant *Gargil. de pomis* apud *A. Matium* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 422. *ad fin.* Gummus earum (*ceresiarum*) cum mero potatus calculos frangit. *Cassiod.* 8. *Variar.* 32. Ut aliqui fontes potati animalibus reddant varium colorem. Sic *Vulgat. interpr Eccli.* 31. 36. Vinum moderate potatum. et *Cyprian. Cruc.* 52. Et male potatum tandem evomuisse saporem. — Porro *Potatus* est etiam is, cui potus datus est, *abbeverato. Vulgat. interpr.* 1. *Cor.* 12. 13. Et omnes in Spiritu potati sumus. Adde *Tertulliani loc. cit.* in SPUTAMENTUM. — Potare, a Græco inusit. πόω, unde πεπωκα, πόσις, πῶμα, ποτος, etc. est bibere, πίνω (It. *bere*; Fr. *boire*; Hisp. *beber*; Germ. *trinken*; Angl. *to drink*). Usurpatur autem *A*) Active; et *B*) Neutrorum more.

A) Active.

I.) Proprie. — *a*) Cum Accusativo liquoris, quem quis potat. *Cæcilius* apud *Gell.* 2. 23. *a med.* Ut devomas, vult, quod foris potaveris. *Virg.* 3. *G.* 463. Et lac concretum cum sanguine (*Gelonus*) potat equino. *Horat.* 1. *Od.* 20. 1. Vile potabis modicis Sabinum Cantharis. *et* 2. *Sat.* 3. 116. acre Potet acetum. *Ovid. Heroid.* 15. 198. Cum dis potandas nectare miscet aquas. *Sueton. Ner.* 48. Aquam potaturus manu hausit. *Martial.* 14. 100. Potasti testa Rhætica vina mea. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 5. 7. (58). Vinum poturus memento te bibere sanguinem terræ. *Colum.* 6. *R. R.* 7. 4. Medicamen potandum præbent. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 43. 68. (169). *de asinis.* Nec nisi assuetos potant fontes, quæ sunt in pecuariis. — *Plaut. Rud.* 2. 7. 28. Ut edormiscam hanc crapulam, quam potavi præter animi sententiam. — *b*) Cum Accusativo personæ est causativum, *far bere, dare a bere. Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 4. Diebus pluribus ex mellicrato aut hyssopum, aut rutam viridem decoquam, et ex hoc frequenter eos potabo. Cf. *Vulgat. interpr. Ps.* 59. 5. Potasti nos vino compunctionis.

II.) Translate. ¶ 1. De inanimis dicitur, et est humore imbui. *Lucret.* 4. 1121. Vestis sudorem potat. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 38. 62. (134). Quinis lana potat (*purpuræ colorem*) horis, rursusque mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 27. potantia vellera fucum. ¶ 2. Poetice *potare flumen aliquod* dicuntur, qui ejus accolæ sunt. *V.* BIBO. *Seneca Hippol.* 57. Petitur telis fera, quæ gelidum potat Araxen. *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 286. sonipes, qui splendida potat Stagna Tagi. *Id.* 2. *in Eutrop.* 250. pro Rheno poturus Halyn.

B) Neutrorum more. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Pseud.* 5. 2. 27. PS. Redi modo: non eris deceptus. SI. Redeo. PS. Mecum i potatum. *Ter. Phorm.* 5. 5. 8. Nam potaturus est apud me. *Cic. Brut.* 83. 288. Si potare velit, de dolio sibi bauriendum putet. *Id. fragm.* apud *Ammian.* 15. 12. Gallos post hæc dilutius esse poturos. *Virg.* 7. *Ecl.* 11. Huc ipsi potum veniunt per prata juvenci. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 13. 109. (136). Semen Smyrnii hydropicis datur potu. *Id.* 11. *ibid.* 37. 45. (126). Urorum cornibus barbari potant. *Colum.* 12. *R. R.* 53. 3. Dabitur potantum imbecillis bobus. ¶ 2. Speciatim et sæpe est large vino indulgere, poculis deditum esse, *sbevazzare. Ter. Adelph.* 1. 2. 37. Obsonat. potat, olet unguenta de meo. *Seneca Ep.* 122. *ante med.* Ut in ipso pæne balnei limine bibant, imo potent. *Sall. Cat.* 11. Ibi primum insuevit exercitus populi R. amare, potare, signa, tabulas pictas mirari, etc. *Cic.* 5. *Tusc.* 41. 118. Frui cum aliis voluptate potandi. *Id.* 2. *Phil.* 27. 67. Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum: totos dies potabatur. Adde *Plaut. Men.* 3. 2. 11. Sic *Horat.* 2. *Sat.* 8. 3. De medio potare die. *Id.* 2. *Od.* 11. 16. Assyrioque nardo Potamus uncti. — *Plin.* 8. *Hist. nat.* 2. 2. (5). *de elephantis.* Plenis hominum tricliniis, accubitum iere per lectos ita libratis vestigiis, ne quis potantium attingeretur. *h. e.* convivarum. — Hinc

Potus, a, um, particip. ¶ 1. Active (*V. Potus sum* init.) est Italice *chi ha ben bevuto*, qui potavit. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 64. Plus potus adolescens. *Cic.* 7. *Fam.* 22. Etsi domum bene potus, seroque redieram. *Id. Mil.* 21. 56. Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis. *Horat.* 4. *Od.* 13. 5. Anus pota. *Ovid.* 3. *Art. am.* 753. Etsi turpis eris, formosa videbere potis. *Id.* 6. *Fast.* 682. Potaque se Tibur turba redire putat. ¶ 2. Passive *bevuto*, potatus. *Cic. Brut.* 11. 43. Sanguine tauri poto. *Ovid.* 4. *Fast.* 68. tanto est Albula pota deo. *Horat.* 3. *Od.* 15. 16. Cadi fæce tenus poti. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 8. 75. (144). Amygdalæ ex aqua potæ. *Id.* 20. *ibid.* 21. 86. (234). Radix pota vino. *et ibid.* 23. 93. (252). Semen potum e vino. *Id.* 23. *ibid.* 8. 78. (150). Nuces in aqua mulsa potæ.

PŌTOR, ōris, m. 3. potator, *bevitore*, πότης.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 2. Nulla placere diu, nec vivere carmina possunt, Quæ scribuntur aquæ potoribus. ¶ 2. Speciatim et sæpe est vino indulgens, bibax, ebriosus, *beone. Horat.* 2. *Sat.* 3. 58. Tostis marcentem squillis recreabis, et Afra Potorem cochlea. *et ibid.* 8. 37. acres potores. *Martial.* 6. 78. Potor nobilis. *Propert.* 1. 16. 5. Janua nocturnis potorum saucia rixis. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 8. 75. (145). Quinis amygdalis præsumptis ebrietatem non sentire potores. *et ibid.* 4. 50. (96). Potores certaturi. *et* 20. *ibid.* 23. 99. (263). Cardui radix potoribus sitim facit.

II.) Translate. *Horat.* 2. *Od.* 20. 20. Rhodanique potor. *h. e.* Rhodani accola.

PŌTŌRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PŌTŌRĬUS, a, um, adject. *da bere*, πότιμος, ad potandum pertinens. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 7. 12. (52). Potoria vasa. *Pompon. Dig.* 34. 2. 22. Potorium argentum. *Arnob.* 6. 25. In Liberi dextera pendens potorius cantharus. *Pelagon. Veterin.* 21. Sil potorium. h. e. *liquido.* — *Præpositus auri potorii* inter officia domus Augustæ fuit, qui cyathorum aureorum curam habebat. *Inscript.* apud *Gruter.* 1111. 13. M. VLPIVS AVG. LIB. HIERAX PRAEPOSITVS AVRI POTORII CAESARIS N. Sic alia apud *eumd.* 582. 9. PARTENIVS CAESARIS N. AB ARGENTO POTORIO. Alia apud *Murat.* 895. 2. T. FLAVIVS AVG. L. VENVSTVS AB AVRO POTORIO. — Hinc

Potorium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est vas potorium, poculum, *tazza, bicchiere, gotto*, ποτήριον. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 6. (17). Potoria gemmata. *Id.* 33. *ibid.* 10. 47. (136). aurea. *et ibid.* 12. 55. (157). parvula.

POTRIX, īcis, f. 3. *bevitrice*, πότις, quæ potat, ebriosa. *Phædr.* 4. 25. Potrici plenam antiquis apothecam cadis.

PŌTŬLENTUS *vel* poculentus, a, um, adject. ¶ 1. Est potui aptus. *V.* POCULENTUS. ¶ 2. Item *ubbriaco*, bene potus, ebrius. *Sueton. Oth.* 2. Ferebatur et vagari noctibus solitus, atque invalidum quemque obvium, vel potulentum corripere. *Apul.* 3. *Met.* Quum a cœna me serius aliquanto reciperem, potulentus alioquin.

PŌTŪRA, æ, f. 1. potio. Legitur apud *Varron.* 4. *L. L.* 5. *edit. vet.*, sed *Scalig.* et alii aliter.

PŌTUS, a, um. *V.* POTO.

PŌTUS, i, m. 2. puer delicatus: a πόσθη, quatum præputium, tum ipse penis significatur: vel ab Hebr. פּוֹת *pot*, pudendum muliebre, Italice *potta*; nam in loco *Virg.* mox citando significat puerum meritorium, qui loco feminæ habetur. *Virg. Catal.* 9. Dispeream, nisi me perdidit iste potus. Sin autem præcepta vetant me dicere, sane Non dicam; sed, me perdidit iste puer. *V.* ibi *Scalig.*, et *Voss. Etymol.* in *Præputium. V.* et PŪTILLUS. *Ceterum* Ribbekius Scaligerum *secutus pro* potus *legit* putus.

PŌTUS, us, m. 4. est potio, *bevanda*, πόσις, πῶμα.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 1. *Divinat.* 29. 60. Immoderato obstupefacta potu atque pastu. *Cels.* 2. 13. *extr.* Illud scire oportet, omne ejusmodi medicamentum, quod potui datur, non semper ægris prodesse, semper sanis nocere. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 3. 8. (17). Medicamentorum potus stomacho inimici. *Id.* 22. *ibid.* 25. 82. (164). Potus ex frugibus fiunt. *Tac. Germ.* 23. Potui est humor ex hordeo in quamdam similitudinem vini corruptus. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 65. (162). Potum exiguum equis imperiti. *Id.* 9. *ibid.* 15. 17. (46). Elephanti ad potus venientes. *Id.* 32. *ibid.* 4. 14. (34). Squamæ testudinis derasæ, et in potu datæ. *Id.* 13. *ibid.* 3. 5. (25). Quidam unguenta etiam in potus addunt. *Nemesian. Cyneg.* 222. Disce igitur potus medicos curamque salubrem. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 21. Uva quoque, quam Græci ἀγρίαν σταφυλὴν vocant, cum cibo mixta prodest, vel eadem pertrita et cum aqua potui data. ¶ 2. Speciatim est compotatio. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 3. 9. (12). In potu atque hilaritate odorum vis surrepit fallaciter. *Id.* 36. *ibid.* 21. 42. (156). Immenso potu impleri.

II.) Translate est lotium, h. e. potus humani excrementum, ut *Plin.* 9. *Hist. nat.* 39. 64. (138). loquitur. *Id.* 17. *ibid.* 9. 6. (51). *de fimi generibus.* Alii ex his præferunt hominum potus. *Humanas dapes* simili ratione pro stercore hominum *ibid.* dixit: quod est honesto vocabulo rem fœdam appellare.

PR

PRACTĬCUS, a, um, adject. *pratico*, πρακτικός, qui in agendo positus est, activus. *Fulgent.* 2. *Mythol.* 1. Vita practica. *V.* PHILARGICUS.

PRÆ, ut *pro* et *pri* in *pridem* et *pridie* ejusdem originis cum Græcis πρό et πρί in πρίν et cum Sanscrito *pra*) est *A*) Adverbium; et *B*) Præpositio.

A) Adverbium *præ*, ab antiquis tantum usurpatum, significat ante, *avanti*.

I.) Proprie occurrit cum v. *abire* et *ire*. *Plaut. Amph.* 4. 3. 45. Abi præ, Susia, jam ego sequar. Sic *Ter. Eun.* 5. 2. 69. I præ: sequor. Rursus *Plaut. Curc.* 4. 2. 1. I tu præ, virgo: non queo, quod pone me est, servare. *et Pers.* 4. 4. 56. Age, age nunc tu, i præ: vide, ut ingrediare auspicato. Adde *eund. Pseud.* 1. 2. 37.; *Ter. Andr.* 1. 1. 144.; et *Novium* apud *Festum p.* 364. 1. *Müll.*

II.) Translate *præ ut, præ quam*, vel *præut, præquam* locum habent in comparationibus et Comicorum fere sunt. *Plaut. Men.* 5. 5. 33. Modestior nunc quidem est de verbis, præ ut dudum fuit. *in paragone di. et Amph.* 1. 1. 218. Parum etiam, præ ut futurum est, prædicas. *Id. Mil. glor.* 1. 1. 19. Nihil hercle hoc quidem est, præ ut alia dicam, tu quæ numquam feceris. *Id. Men.* 2. 3. 24. Folia nunc cadunt, præ ut si triduum hoc hic erimus: tum arbores in te cadent. *h. e.* si comparaveris ea, quæ post triduum fient. *Ter. Eun.* 2. 3. 8. Ludum jocumque dices fuisse illum alterum, præ ut hujus rabies quæ dabit. Adde *Fronton.* 2. *ad Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 12. — *Plaut. Most.* 4. 2. 65. Nihil hoc quidem est, triginta minæ, præ quam alios dapsiles sumptus facit. *Id. Amph.* 2. 2. 1. Satin' parva res est voluptatum in vita atque in ætate agunda præ quam quod molestum est. *Id. Aulul.* 3. 5. 33. Sed hoc etiam pulcrum est præ quam ubi sumptus petunt. Adde *Gell.* 16. 1.

B) Præpositio *præ* Ablativum regit. — Cum Accusativo junxit *Petron. fragm. Tragur.* 46. *Burmann.* Scimus te præ litteras fatuum esse. Sed ibi τολοιδόρως loquentem inducit. Recentiores vero lectionem *præ litteras* falsam esse ducunt et *præ litteris* legunt. — Ceterum præpos. *præ* significat ante, πρό (It. *avanti, dinanzi*; Fr. *devant, pardevant, en avant de*; Hisp. *ante, delante*; Germ. *vor, vor-her*; Angl. *before*).

I.) Proprie de loco. — *a*) Sæpe occurrit in formulis *præ se ferre, præ se agere*, et aliquando *præ se pellere, mittere. Cic.* 2. *Phil.* 12. 30. Ille qui stillantem præ se pugionem tulit. *Liv.* 28. 38. Urbem est ingressus, argentique præ se in ærarium tulit quatuordecim millia pondo. *Sueton. Cal.* 19. Præ se ferens Darium puerum. *Liv.* 1. 7. Præ se agens armentum. *Lucret.* 4. 286. Atque alium præ se propellens aera volvit. *Sall. Jug.* 99. Singulos præ se inermos mittere. — *b*) Raro admodum cum aliis Verbis. *Colum.* 1. *R. R.* 5. 4. Villa a tergo potius, quam præ se flumen habeat. *Apul. de Mundo.* Limina alia præ aliis erant: interiores fores exteriores januæ muniebant. — *c*) *Præ manu*, et raro *manibus*, in manu, ad manum, *in mano, alla mano, per le mani, in pronto. Plaut. Bacch.* 4. 3. 9. Patri reddidi omne aurum, quod fuit præ manu. *Ter. Adelph.* 5. 9. 23. Si huic aliquid paullulum præ manu dederis, unde utatur, reddet tibi cito. *Ulp. Dig.* 13. 7. 27. Petenti pecuniam creditori, quum præ manu debitor non haberet, species auri dedit. *Gell.* 19. 8. Si Cæsaris liber præ manibus est, promi jubeas.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Præ se ferre, gerere*, et aliquando *declarare, ostentare*, quasi ante se et palam. *h. e.* ostendere, profiteri, demonstrare, *mostrare apertamente, far pompa. Cic.* 2. *leg. Agr.* 2. 4. Vocem vivam præ vobis, indicem vestrarum erga me voluntatum ac studiorum, tulistis. *Id. Orat.* 42. 146. Ac fortasse ceteri tectiores: ego semper, me didicisse, præ me tuli. *Id. Mil.* 16. 43. Cruentis manibus scelus et facinus præ se ferens, et confitens. *Id.* 2. *Att.* 23. *a med.* Sampsicerano negat, ceteris præ se fert et ostentat. *Id.* 5. *Tusc.* 17. 50. Beata vita glorianda, et prædicanda, et præ se ferenda est. *Id.* 2. *Invent.* 9. 30. Affectionis ratio perspicuam solet præ se gerere conjecturam. *Auct. B. Afr.* 10. Animum altum et erectum præ se gerebat. *Catull.* 64. 34. præ se declarant gaudia vultu. *Apul. Florid. n.* 3. *ad fin.* Præ se maximam speciem ostentare. *Virg. Æn.* 134. Nil me fatalia terrent, Si qua Phryges præ se jactant, responsa deorum. ¶ 2. Speciatim locum habet in comparationibus, et significat quod nos Itali dicimus *in paragone, a confronto. Plaut. Curc.* 1. 2. 5. Omnium unguentum odor præ tuo nautea'st. *Id. Men.* 1. 2. 67. Satin'ut occæcatus est (*sol*) præ hujus corporis candoribus. *Id. Mil. glor.* 4. 4. 4. Non sum dignus præ te, ut ligam palum in parietem. *Id. Most.* 1. 3. 88. Video te nihili pendere præ Philolache omnes homines. *Ter. Eun.* 2. 2. 8. Hic ego illum contempsi præ me. *Cæs.* 2. *B. G.* 30. Gallis præ magnitudine corporum suorum brevitas nostra contemptui est. *Nepos Eumen.* 10. Videbant, Eumene recepto, omnes præ illo parvi futuros. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 35. 96. Romam præ sua Capua irridebunt atque contemnent. *Id. Brut.* 83. 286. Veros illos Atticos præ se pæne agrestes putat. *Id.* 4. *Fam.* 4. Non tu quidem vacuus molestiis, sed præ nobis beatus. *Id. pro C. Rabir.* 5. 14. Quæ si in illo minima fuissent, tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur. — *Præ quod*, præ eo quod. *Plaut. Stich.* 2. 2. 38. Immo res omnes relictas habeo, præ quod tu velis. *Gell.* 1. 3. Visum est esse id, quod feci, præ hoc quod erant alia, toleratu facilius. ¶ 3. Sæpe causam significat, ob, propter, *per, da*: et ejus causæ abundantiam, seu magnitudinem quamdam notat. *Plaut. Truc.* 2. 3. 7. Præ lassitudine opus est, ut lavem. *Id. Stich.* 3. 2. 13. Præ lætitia lacrimæ prosiliunt mihi. *Ter. Heaut.* 1. 1. 71. Domum revertor mœstus atque animo incerto præ ægritudine. *et ibid.* 2. 3. 67. Præ gaudio ubi sim nescio. *Lucret.* 4. 1160. vivere non quit Præ macie. *Cic. Planc.* 41. 99. Nec loqui præ mœrore potuit. *Id.* 13. *Phil.* 9. 20. Quorum ille nomen præ metu ferre non poterat. *Liv.* 31. 24. *extr.* Nec divini humanive juris quidquam præ impotenti ira est servatum. *et* 39. 49. Vix sibimet ipsi præ nec opinato gaudio credentes. *Cic.* 1. *Tusc.* 42. 101. Solem præ jaculorum multitudine non videbitis. ¶ 4. Pro *præter. Apul.* 7. *Met.* Me, præ ceteris flagitiis, nunc novis periculis etiam angit.

In compositione vim suam sæpe retinet, ut *prælico*, ante dico, *præmoneo*, ante moneo, *præmaturus*, ante tempus maturus: sæpe auget, ut in *prægallus, præclarus, prævalidus*, etc. — In carmine, si sequatur vocalis, corripi solet: produxit tamen *Paulin. Nolan. carm.* 21. 752. et 871. in *præerit*, et *præeunt*; et *Capell.* 1. *p.* 9. in *præoptare. V.* PRÆOPTO init.

PRÆACCĬPĬO, is, ere, a. 1. ante accipere, *Gloss. Lat. Gr.* Præaccipio, προλαμβάνω.

PRÆACŪO, cŭis, cŭi, cūtum, cŭere, a. 3. Part. *Præacutus.* — Præacuere est in anteriore parte acuere, vel valde acuere. *Cato R. R.* 40. § 2. et 3. Sumito tibi surculum durum, eum præacuito-Eum primorem præacuito. *Alii minus recte leg.* peracuito: *V.* PERACUO. *Id. ibid. paullo post.* Librum ad librum vorsum facito, artito usque adeo quo præacueris. *Id. ibid.* § 3. Surculus aridus præacutus. *Cæs.* 4. *B. G.* 17. Tigna paullum ab imo præacuta. *Sall. Cat.* 59. Præacutæ sudes. *Ovid.* 7. *Met.* 131. præacutæ cuspidis hastæ. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 8. 8. 26. Præacuta bipennis. *Id.* 9. *ibid.* 10. 12. (38). Præacuti scopuli.

PRÆACUTE, adverb. Ita nonnulli perperam pro *peracute* legunt apud *Apul. de Mag. loc. cit.* in PERACUTE.

PRÆĂCŪTUS, a, um. *V.* PRÆACUO.

PRÆÆQUO, as, are, a. 1. ante æquare. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 76.

PRÆALTĒ, adverb. *molto alto*, valde alte. *Veget.* 4. *Milit.* 21. Trabes in terram prælte defigitur.

PRÆALTUS, a, um, adject. Comp. *Prælaltior* sub *a.*; et Sup. *Prælaltissimus* sub *b.* — Prælatus est valde altus, *molto alto*, ὑπερύψηλος. — *a*) Est valde excelsus, sublimis. *Liv.* 40. 58. Prælatæ rupes. *Auct. B. Afr.* 37. Jugum ingens a mari ortum, neque ita prælatum. *Curt.* 6. 4. *sub init.* Nemus prælatis densisque arboribus umbrosum est. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 10. 7. (48). Volucrum prælati volatus. *Capell.* 8. *p.* 299. Saturni prælatius omnibus sidus modico minus annis triginta circulum suum per longitudinem circumcurrit. — *b*) Item est valde profundus. *Liv.* 10. 2. Ostium fluminis prælati. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 19. 17. (76). Prælatum mare. *assai profondo.* quo sensu *Sall. Jug.* 80. Proxima terræ prælata sunt. *et Tac.* 5. *Hist.* 15. Quum prælatis paludibus arma, equi haurirentur. *Apul.* 8. *Met.* Prælatissimus puteus.

PRÆAMBŪLO, as, are, n. 1. ante ambulo. *Capell.* 9. *p.* 306. Tanti comitatus præambulare visuntur.

PRÆAMBŪLUS, a, um, adject. qui ante ambulat, præcedens. *Capell.* 9. *sub fin.* Jove assurgente, divisque præambulis. *Id.* 2. *sub fin.* Matre præambula.

PRÆARGŪMENTOR, āris, ari, dep. 1. antea argumentari. *Boeth. Aristot. Topic.* 8. *p.* 729. Sustinere autem et positionem et definitionem, ipsum sibipsi oportet argumentando.

PRÆAUDĬO, is, īvi, ītum, īre, a. 1. Part. *Præauditus.* — Præaudire est ante audire. *Ulp. Dig.* 1. 16. 6. Custodiarum cognitionem mandare legatis, scilicet ut præauditas custodias ad proconsulem remittant. *Cassiod.* 9. *Hist. Eccl.* 14. Majoris profectionis neque speravimus opus, neque præaudivimus omnino.

PRÆAUDĪTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PRÆBENDA, æ, f. 1. *prebenda*, res quæ privatis publice præberi seu præstari solet. *Cassiod.* 5. *Variar.* 39. *a med.* Præbendarum tenor adscriptus, quem nostra diversis largitur humanitas, provincialibus suggeritur intolerabilis causa esse damnorum; quando et in species exigitur, et impudenter ejus pretium postulatur.

PRÆBĔO, bes, bŭi, bĭtum, bere, a. 2. Part. *Præbens* II. 1. *c.* et 3.; *Præbitus* I., II. 1. *a.* et 2.; *Præbiturus* II. 1. *a.* et 3. *c.*; *Præbendus* II. 1 *b.* — *Præbere*, a *præhibere* per syncopen (quam vocem *V.* suo loco), est porrigere, protendere, offerre, παρέχω (It. *porgere, stendere, presentare, offrire*; Fr. *tendre, offrir, présenter*; Hisp. *ofrecer, proponer de dar*; Germ. *hinhalten, darreichen, hinreichen*; Angl. *to give, supply, afford, offer, minister*).

I.) Proprie. *Ter. Adelph.* 2. 2. 7. Præbere os. *h. e.* colaphis. *Liv.* 4. 35. *ad fin.* os ad contumeliam. *Ovid.* 1. *Art. am.* 16. manus verberibus. *Juvenal.* 10. 269. collum cultris. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 8. (25). Dorsum ascensuro. *Justin.* 1. 4. *med.* Canis parvulo præbens ubera. *Seneca Agam.* 973. Præbere jugulum. *Petron. Satyr.* 97. cervicem. *Liv.* 38. 52. *extr.*; et *Plin.* 2. *Ep.* 14. *a med.* aures, *et* aurem. *ascoltare, dare ascolto. Ovid.* 13. *Met.* 476. Præbita conjecto rupit præcordia ferro. *h. e.* ultro oblata ad feriendum. *Id.* 10. *ibid.* 706. Quæ (*feræ*) non terga fugæ, sed pugnæ pectora præbent.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpissime de rebus physicis usurpatur, et est dare, suppeditare, præstare. — *a*) Universim dicitur fere de iis, qui facile et sponte offerunt, et ultro copioseque largiuntur. *Lucret.* 2. 596. Unde etiam fluvios, frondes et pabula læta Montivago generi possit (*na-*

tura) præbere ferarum. *Id.* 3. 991.; et *Colum.* 9. *R. R.* 1. 1. Præbere cibum de manu. *Nepos Themist.* 10. Urbem ei donarat, quæ panem præberet. *Varro* 2. *R. R.* 9. 6. Præbere alicui cibaria. *Sall. Jug.* 54. Frumentum et alia, quæ usui forent, affatim præbita. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 20. Nisi pecudum fastidio pastor occurrerit præbito sale. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 88. Præbere aquam. *h. e.* prandium exhibere. *Id.* 3. *Od.* 19. 7. domum. *Virg.* 2. *G.* 216. latebras. *Justin.* 31. 4. 1. Asiam et vires belli et sumptum præbituram. *Sall. Jug.* 17. *a med.* Præbere spectaculum. *Ovid.* 11. *Met.* 515. viam undis. *Liv.* 8. 5. *a med.*; et *Seneca Troad.* 180. iter alicui. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 6. A. d. VIII. Id. April. sponsalia Crassipedi præbui. Huic convivio Quinctius meus defecit. — *b)* Speciatim dicitur de iis, qui quædam necessaria ad vitam certa mensura suppeditant. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 46. tectum Præbuit, et parochi quæ debent ligna salemque. *Gell.* 15. 4. Muli et vehicula, quæ magistratibus, qui sortiti provincias forent, publice præbenda conduxisset. *Varro* 2. *R. R.* 5. 17. Si quæ vitulum amisit, ei supponere oportet eos, quibus non satis præbent matres. *V. Præbita* in fin. — *c) Præbere se,* se dare, exhibere, offerre, *darsi, esibirsi. Cic.* 2. *Fin.* 19. 61. Cum Pyrrho bellum gerens consul (*Decius*) cecidit seque e continenti genere tertiam victimam reipublicæ præbuit. *Liv.* 4. 28. Præbere se telis hostium. *Ovid.* 12. *Met.* 100. nec tertia cuspis apertum Et se præbentem (*ictibus*) valuit destringere Cycnum. *Lucret.* 2. 66. tu te dictis præbere memento. *stare attento. Seneca Ep.* 70. *ante med.* et *Controv.* 23. Præbere se legibus. *h. e.* permittere se, subjicere, judiciorum aleam subire. — *d)* Absolute *præbere* dicitur mulier, quæ sui copiam alicui viro facit. *Ovid.* 2. *Art. am.* 685. Odi quæ præbet, quia sit præbere necesse. — *e) Præbere vicem,* præstare, fungi vice. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 10. 10. (31). Elephanti dentes postium vicem in domiciliis præbent. *servono di* etc. *Id.* 13. *ibid.* 12. 23. (77). Turbidus liquor glutinis præbet vim. — *Præbere usum,* utilem esse. *Plin. ibid.* (76). Charta emporetica inutilis scribendo, involucris chartarum, segestriumque in mercibus usum præbet. *è buona per* etc. *et* 28. *ibid.* 11. 49. (179). Tali bubuli cinis dentifricium est: ossa ex unguis suum combusta eumdem usum præbent. *Id.* 19. *ibid.* 1. 3. (18). Cortices lini clibanis et furnis præbent usum. Similiter *Cæs.* 2. *B. G.* 17. *extr.* Effecerant, ut instar muri hæ sæpes munimentum præberent. ¶ 2. Per metaphoram; de abstractis est dare, tradere, suppeditare, exhibere, præstare, impertire. — *a)* Universim. *Varro* 3. *R. R.* 9. 6. Fenestræ e viminibus factæ raris, ita ut lumen præbeant multum. *Lucret.* 5. 124. Præbere notitiam. *Cic.* 2. *Nat. D.* 45. 117. Aer cæli tenuitate et calore temperatus vitalem et salutarem spiritum præbet animantibus. *Auct. B. G.* 8. *procem.* Ut prærepta, non præbita facultas scriptoribus videatur. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 4. 5. (19). Præbere honorem alicui. *Id.* 21. *ibid.* 32. 107. (184). auxilium. *Id.* 8. *ibid.* 40. 61. (148). occasionem. *Liv.* 5. 4. suo sumptu operam reipublicæ. *Id.* 3. 46. materiam seditionis. *Id.* 30. 4. causam tollendi indutias. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 21. spem impunitatis, aut locum peccandi. *Nepos Datam.* 6. suspicionem insidiarum. *Sall. Ep. Mithrid. ad Arsac.* exemplum. *Plin. Paneg.* 64. jusjurandum. *h. e.* deferre, proponere. *Liv.* 25. 27. gaudium et metum. *h. e.* afferre. Sic 28. 7. tumultum. *et Auct. B. Alex.* 6. admirationem hominibus. *et Cæs.* 3. *B. G.* 17. opinionem timoris. *Cic. Arch.* 7. 16. perfugium et solatium rebus adversis. *Nepos Att.* 4. fidem alicui in periculis. *h. e.* præstare. *Ovid.* 5. *Fast.* 429. nox somno silentia præbet. *Liv.* 7. 36. Offenso scuto præbuit sonitum. *fece strepito. Propert.* 3. 19. 18. Et caput argutæ præbeat historiæ. *h. e.* præbeat argumentum fabulæ lepidæ. — *b) Præbere speciem,* videri, *parere, far comparsa. Cæs.* 3. *B. G.* 25. Auxiliares speciem atque opinionem pugnantium præbebant. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 15. 87. (137) Clinopodion speciem lecti pedum præbens. *Id* 34. *ibid.* 8. 20. (94). Æs coronarium taurorum felle tinctum speciem auri in coronis histrionum præbet. — *c) Præbere ludos,* edere, ridendi materiam præbere. *Ter. Eun.* 5. 7. 9. Non potest satis narrari, quos ludos præbueris intus. *quanto hai fatto ridere di te.* — *d)* Huc pertinet et illud *Ovid.* 1. *Art. am.* 111. Dumque, rudem præbente modum tibicine Thusco, Ludius æquatam ter pede pulsat humum; etc. Item illud *Justin.* 21. 5. 5. Risum libentius præbere, quam captare. ¶ 3. Item per metaphoram, de homine, *præbere animum* et sæpissime *præbere se,* est exhibere, ostendere, se dare, gerere se, *esibirsi, mostrarsi. Cic.* 3. *ad Q. fr.* 3. *a med.* Animum præbeo ad illius perniciem moderatum, ad verum eventum lenissimum. *Sueton. Ner.* 22. Universorum se oculis in Circo maximo præbuit. Cf. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 15. 15. (71). Amnis amœnus, et, quatenus locorum situs patitur, ambitiosus, accolisque se præbens. — *a)* Hinc *præbere se aliquem* sæpissime occurrit. *Nepos Agesil.* 6. Talem se imperatorem præbuit, ut etc. *Cic. Rosc. Am.* 4. 11. Te magnopere quæso, ut qualem te antea populo R. præbuisti, talem te et nobis impertias. *Id. Cæcin.* 10. 26. In re misericordem se præbuit, et in testimonio religiosum. *Id.* 5. *Fam.* 18. Rogo atque oro, te colligas, virumque præbeas. *Id.* 15. *ibid.* 17. Multos miseriis levavit, et se in malis hominem præbuit. *Id.* 2. *ibid.* 10. *ad fin.* Præbere se dignum suis majoribus. *Anton. ad Cic. post ep.* 13. *l.* 14. *ad Att. in fin.* se placabiliorem alicui. *Cic.* 3. *Verr.* 32. 82. se non legatum populi R., sed tyrannum. *Id.* 8. *Att.* 4. se superbum in fortuna. *Id.* 2. *Fam.* 1. se æquum alicui. *Id.* 3. *Nat. D.* 1. 2. se attentum. *Id.* 2. *Tusc.* 6. 15. se docilem. *Id.* 15. *Att.* 16. A. se credulum. *Id.* 14. *ibid.* 13. *extr.* se facillimum. *Justin.* 43. 2. 5. Lupa nutricem se infantibus præbuit. — *b) Præbere se* cum Ablativo. *Nepos Hann.* 7. In magistratu pari se diligentia præbuit. *Id. Datam.* 2. Pari se virtute postea præbuit, quum etc. — *c)* Cum Gerundivo. *Sall. orat. Licinii ad pleb.* More pecorum vos multitudo singulis habendos fruendosque præbetis. *Liv.* 3. 53. *ad fin.* Etiam si quando metuendos vos præbituri estis. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 8. (26). Delphinus præbens se tractandum. — *d)* Et omisso *se. Ter. Phorm.* 3. 1. 12. Tum Phormio itidem in hac re, ut aliis, strenuum hominem præbuit. — *e)* Cum Infinito. *Ovid. Heroid.* 5. 132. Quæ toties rapta est, præbuit ipsa rapi. *h. e.* se rapiendam ultro obtulit. *Pers.* 2. 28. Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam Juppiter? *Stat.* 8. *Theb.* 527. mortemque invenerat hasta: Sed probibet, paullumque humeri libare sinistri Præbuit, et merito paruit Tritonia fratri. *h. e.* permisit, concessit. — Hinc

Præbita, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt quæ alicui suppeditantur ad victum necessaria, *gli alimenti. Sueton. Tib.* 50. Sed et peculio concesso a patre, præbitisque annuis privavit. *Colum.* 1. *R. R.* 8. 17. Ne servi in ceteris præbitis injuriose tractentur. *V.* sub II. 1. *b.*

PRAEBĬA, ōrum, n. plur. 2. ἀλεξιφάρμακα, amuleta. *Gloss. Philox.* Φυλακτήριον, amuletum, præbia. *Festus* p. 234. 7. *Müll.* Præbia dicuntur curandi mali remedia, videlicet quæ curationis causa præbeantur. *Varro* 7. *L. L.* 107. *Müll.* Præbia a præbendo, ut sit tutus, quod sint remedia in collo pueris. Usus est *Nævius* in *Stigmatia.* Critici mallent scribi *præbia* a *prohibendo:* afferuntque alium *Festi* locum p. 238. 32. his verbis: Præbia Verrius vocari ait ea remedia, quæ Caja Cæcilia uxor Tarquinii Prisci invenisse existimatur, et immiscuisse zonæ suæ, qua præcincta statua ejus est in æde Sanci, qui deus Dius Fidius vocatur: ex qua zona periclitantes ramenta sumunt: ea vocari ait præbia, quod mala prohibeant.

PRAEBĪBO, bis, bi, bere, a. 3. Part. *Præbibendus.* — Præbibere est ante bibere, *bere innanzi,* προπίνω. *Cic.* 1. *Tusc.* 40. 96. Ei, cui venenum præbiberat. *Ita* Mos. *et* Orell.; *alii leg.* præbuerat. *Apul.* 10. *Met.* Cantharum mulso contempera, et offer parasito meo: simul, quod ei præbiberim, commoneto. *che gli ho fatto un brindisi.* et *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *n.* 93. Dabimus aquam præbibendam. Adde *eumd.* 2. *Acut.* 24. et 3. *ibid.* 8. *extr. Gloss. Gr. Lat.* Προπίνω, propino, probibo. *lege* præbibo.

PRAEBĪTA, ōrum, n. plur. 2. *V.* PRÆBEO in fin.

PRAEBĪTĬO, ōnis, f. 3. *il dare, il somministrare, provvedimento,* παροχή, actus præbendi. ¶ 1. Generatim. De præbitione cœnæ. *Varro* apud *Non.* p. 152. 33. *Merc.* Quod ea die mea erat præbitio, in januam, cave canem, inscribi jubeo. *V.* CANIS. ¶ 2. Speciatim de iis, quæ dari publice jubentur. *Justin.* 38. 10. 8. Quum gravari se copiarum præbitione et injuriis militum civitates viderent. *Aurel. Vict. Cæsar.* 41. *a med.* Remotæ olei frumentique adventiciæ præbitiones, quibus Tripolis ac Nicæa acerbius angebantur. *Inscript.* apud *Henzen.* 6633. M. AVRELIO MASCVLO V. E. OB-VRGENTIS ANNONAE PRAEBITIONEM AC MVNIFICENTIAM-COLLEG. III. (*h. e.* collegia tria) QVIBVS EX *senatus consulto* COIRE *permissum* EST PATRONO DIGNISS.

PRAEBĪTOR, ōris, m. 3. *chi da,* παρόχος, qui præbet, dator. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 2. *Off.* 15. 53. An tu id agis, ut Macedones non te regem suum, sed ministrum et præbitorem sperent fore? ¶ 2. Speciatim. *Inscript.* in *Giorn. Arcad. T.* 24. *p.* 82. AVRELIVS HYLAS PRAEBITOR. *h. e.* qui ligna, salem, hospitium iter facientibus reipublicæ causa præbet, *fornitore.*

PRAEBĪTUS, a, um. *V.* PRÆBEO.

PRAEBLANDUS, a, um, adject. valde blandus, blandissimus. *Juvenc.* 1. 734. Nec me quod dominum præblanda adulatio dicit. *ubi secunda in v.* adulatio *male corripitur.*

PRAECĀDENS, entis, particip. ab inusit. *præcado,* procidens. *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 4. Podex præcadens.

PRAECÆCATUS, a, um, particip. ab inusit. *præcæco,* antea cæcatus. *Venant. Vit. S. Germ.* 33. Præcæcatis oculis.

PRAECĀDO pro præcido legunt nonnulli in verbis *Claudii Quadrigarii* apud *Gell.* 9. 13. *ad fin.* Ubi eum evertit, caput præcædit.

PRAECĂLĔFACTUS *et* Præcalfactus, a, um, particip. ab inusit. *præcalefacio,* ante aut valde calefactus. *Scribon. Compos.* 156. In sole, aut loco flamma præcalfacto. *et ibid.* 238. Cera præcalfacta. *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 17. *ante med.* Præcalefacta apponere. Adde *eumd.* 3. *Tard.* 6.; *Marcell. Empir. c.* 25. *p.* 121. ed. *Ald.*; et *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 1. *ad fin.*

PRAECĂLĬDUS, a, um, adject. διάθερμος, valde calidus. *Tac.* 13. *Ann.* 16. Præcalida potio. *Prudent.* 2. *in Symmach.* 320. Sanguine præcalido fervet nervosa juventa.

PRAECALVUS, a, um, adject. in parte anteriore calvus, vel valde calvus. *Sueton. Galb.* 21. Statura fuit justa, capite præcalvo.

PRAECANDĬDUS, a, um, adiect. valde candidus. *Mœcenas* apud *Isid.* 19. *Orig.* 32. *ad fin.* Nec præcandida margarita quæro. *Alii leg.* percandida.

PRAECĀNO, is, ere, a. 3. ¶ 1. Est præcinere, prædicare. *Tertull. advers. Jud.* 10. *ad fin.* Cum amaritudine manducaturos præcanebat. *Id.* 4. *advers. Marcion.* 40. Quantitatem pretii Hieremias præcanit. *Mamertin. Genethl.* 10. Trasimenum et Cannas dolore præsago præcanebant. *Alii leg.* præcinebant. ¶ 2. Alio sensu *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 21. (69). Ajunt, viperam præcanere. *h. e.* incantationem ante repellere, recanere. Ita *Harduin.* ex MSS. At *Silligio,* qui *præcanere* in textu retinuit, legendum videtur *recanere,* collatis ejusdem *Plin.* 28. *ibid.* 2. 4. (19). verbis: Multi figlinarum opera rumpi credunt tali modo, non pauci etiam serpentes ipsas recanere.

PRAECANTĀMEN, mĭnis, n. 2. idem quod præcantatio. *Jul. Valer. Alex. Ort.* 1. Et præcantamina loquebatur, quibus vocaret deos superos inferosque.

PRÆCANTĀTĬO, ōnis, f. 3. *incantesimo*, incantatio, incantamentum. *Quintil. declam.* 14. 4. Virus diris carminibus et feralium præcantationum terrore permixtum. *Augustin. tract.* 7. *in Joann. ante med.* Qui seducunt per ligaturas, per præcantationes, etc. Adde *Isid.* 8. *Orig.* 9.; et *Pelagon. Veterin.* 7. 3. Confer *Veget.* 2. *Veterin.* 11. 2. *Schneid.* Quibus (*morbis*) aut præcantationes anicularum more, aut aliquod quasi physicum remedium afferre conantur.

PRÆCANTĀTĪVUS. *V.* ANTECANTATIVUS.

PRÆCANTĀTOR, ōris, m. 3. *incantatore, stregone*, ἐπῳδός, qui incantationibus medetur. *Augustin. serm. de Temp.* apud *Gronov. l.* 2. *Observat. c.* 1. Nullus sibi præcantatores adhibeat. *et mox.* Sed iterum dicis: aliquoties, si præcantatores non fuerint, aut de morsu serpentis, aut de alia qualibet infirmitate, prope usque ad mortem multi periclitantur. *Id. tract.* 7. *in Joann. ante med.* Non, quando nobis dolet caput, curramus ad præcantatores, ad sortilegos, ad remedia vanitatis.

PRÆCANTATRIX *et* PRÆCANTRIX, īcis, f. 3. *strega, incantatrice*, saga, quæ incantationibus medetur. *Varro* apud *Non. p.* 494. 27. *Merc.* Quod faciunt pleræque, ut adhibeant præcantrices, nec medico ostendunt. *Alii leg.* præcentrices. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 99. Quod dem Quinquatribus præcantatrici, conjectrici, hariolæ atque haruspicæ. *Sunt qui legunt* precatrici; *sed* Fleckeisen. *rectius* præcantrici. *Augustin.* in *Ps.* 127. 11. Quærentes sortilegos, euntes ad præcantores et præcantatrices. *Num hic quoque* præcantrices?

PRÆCANTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆCANTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præcantatus* 2. — Præcanto ¶ 1. Est idem ac præcino, prædico. *Lucilius* apud *Non. p.* 102. 9. *Merc.* Quæ nunc Æmilio præcanto atque exigo. — Et in re medica *Marcell. Empir. c.* 36. *p.* 140. *retro* ed. *Ald.* Carmen, quod lenire podagram dicitur. In manus tuas exspues antequam dices: Fuge *etc.* - Aut si alii præcantas, dices etc. *Id. c.* 29. *p.* 130. *retro.* Aut si filum præcantabis, dices etc. ¶ 2. Item incantare, vel ante incantare, *incantare. Petron. Satyr.* 131. Ter me jussit exspuere, terque lapillos conjicere in sinum, quos ipsa præcantatos purpura involverat.

PRÆCANTOR, ōris, m. 3. qui incantationibus utitur, vel qui futura præcinunt plebem fallentes. *Ambros. Serm.* 24. 6. Qui volunt augures-, vel haruspices, divinos et præcantores. Adde *Augustin. loc. cit.* in PRÆCANTATRIX.

PRÆCANTRIX, īcis, f. 3. *V.* PRÆCANTATRIX.

PRÆCĂNUS, a, um, adject. valde, vel ante tempus canus. *Horat.* 1. *Ep.* 20. 24. Corporis exigui, præcanum, solibus aptum. *Schol. Cruq.* ad *h. l.* Ante tempus canum. *et Porphyr.* Propera canitie et ante annos albo capillo.

PRÆCARPO. *V.* PRÆCERPO init.

PRÆCĂRUS, a, um, adject. qui magno venditur. *Gloss. Lat. Gr.* Præcarus, τιμώτατος. Ceterum *V.* PERCARUS.

PRÆCAUTĬO, ōnis, *f.* 3. *precauzione*, ante cautio. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 15. *ante med.* Passionis avertendæ præcautio. *Id.* 2. *ibid.* 37. *n.* 202. At si tumor aliquis in præcordiis fuerit, non sine præcautione erit cataplasmatibus his localibus utendum. *Id.* 2. *Tard.* 13. *n.* 161. Paullatim erunt ægrotantes resumendi cum præcautione vehementium commotionum.

PRÆCAUTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆCĂVĔO, căves, căvi, cautum, căvere, 2. Part. *Præcavens* sub *B.*; *Præcautus* et *Præcavendus* sub *A.* — Præcavere est ante cavere, providere, declinare, προφυλάττομαι (It. *prevedere, guardarsi, mettersi in guardia, stare all'erta o alle vedette*; Fr. *se mettre ou se tenir sur ses gardes, prendre des précautions, se garder de*; Hisp. *guardarse, abstenerse de hacer, precaverse de*; Germ. *etwas vorher verhüten, vorbeugen, abwenden, vorsichtig sein, sich vorsehen,-hüten,-in Acht nehmen*; Angl. *to provide or guard against, take care or beware beforehand, stand on one's guard, be on the watch or on the alert*). Usurpatur

A) Active. *Plaut. Men.* 5. 2. 107. Illud præcavendum est atque accurandum mihi. *Cic. Rosc. Am.* 40. 116. Ea sunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficillime præcaventur. *Id.* 2. *Att.* 1. *a med.* Quod a me ita præcautum atque ita provisum est. *Id.* 6. *Verr.* 42. 91. Res mihi tota prævisa atque præcauta est. *Sueton. Cal.* 23. *ad fin.* Antidotum ad præcavenda venena sumptum. *Tac.* 16. *Ann.* 32. Dedit exemplum præcavendi, quomodo fraudibus involutos aut flagitiis commaculatos, sic specie bonarum artium falsos et amicitiæ fallaces. *Gell.* 7. 3. *a med.* Injurias imminentes præcavisse justum est, quam exspectavisse. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 22. Cibum inquit dandum præcauta secunda die. *h. e.* vitata.

B) Neutrorum more. — *a*) Absolute. *Plaut. Truc.* 2. 5. 21. Iste hic haud multo post, credo, aderit: nunc prius præcaveo sciens. *Pacuvius* apud *Cic.* 5. *Fin.* 11. 31. Quibus abest ad præcavendum intelligendi astutia. *Cic. Planc.* 22. 53. Qui te incautum loco demovere potuerunt, providentem autem ante et præcaventem numquam certe movebunt. — *b*) Cum Ablativo rei et præpos. *ab. Liv.* 9. 17. *ad fin.* Præcavere ab insidiis. *V.* et infra sub *f.* — *c*) Cum Conjunctivo et part. *ne. Cæs.* 1. *B. G.* 38. Quod ne accideret, magnopere præcavendum sibi Cæsar existimabat. — Impersonaliter. *Liv.* 36. 17. *a med.* Satis undique provisum, anteque præcautum est, ne etc. Adde *eumd.* 22. 42. et 24. 8. — *d*) Cum Part. perf. Absolute. *Plaut. Merc.* 2. 2. 61. Sed præcauto est opus, ne ad illam me animum adjecisse aliqua seutiat. *precauzione.* — *e*) Cum Infinito. *Paulin. Nolan. carm.* 27. 286. Præcaveant de terrenis sibi parcere rebus. — *f*) Cum Dativo personæ, quæ suæ cavet incolumitati. *Ter. Andr.* 3. 3. *in fin.* Hoc tempus præcavere mihi me, haud te ulcisci sinit. *Liv.* 3. 53. Valerius Horatiusque-decemviris quoque ab ira et impetu multitudinis præcavere jubentur.

PRÆCĒDENS, entis. *V.* PRÆCEDO.

PRÆCĒDENTĬA, æ, f. 1. *precedenza*, progressio. *Cassiod. de astronom. circa med.* Præcedentia vel antegradatio stellarum est, quam Græci προποδισμὸν vocant, dum stella motum suum consuetum cogere videtur, et aliquid præter consuetudinem præcedit.

PRÆCĒDO, cēdis, cessi, cessum, cēdere, 3. Part. *Præcedens* sub *B.* — Præcedere est antecedere, prægredi, ante ire, προβαίνω (It. *andare innanzi, precedere, oltrapassare*; Fr. *marcher devant, précéder, devancer*; Hisp. *preceder, ir delante*; Germ. *vorangehen, vorhergehen*; Angl. *to go before, precede, outgo*). Usurpatur

A) Active, *h. e.* cum Accusativo.

I.) Proprie. — *a*) De hominibus. *Virg.* 9. *Æn.* 47. ante volans tardum præcesserat agmen. *Justin.* 14. 4. 15. Custodes suos præcedere ad Antigoni castra cœpit. — *d*) De rebus. *Ovid.* 1. *Fast.* 705. At quæ venturas præcedat sexta (*dies*) calendas. *Vellej.* 2. 129. 3. Nunciosque periculi victoriæ præcederet nuncius.

II.) Translate est antecellere, præstare, *essere superiore, avanzare. Cæs.* 1. *B. G.* 1. Helvetii reliquos Gallos virtute præcedunt. *Quintil.* 10. 1. 103. Præcedere aliquem ætate. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (7). Bætica cunctas provinciarum diviti cultu ac nitore præcedit. *Id.* 18. *ibid.* 3. 5. (27). In quo præcessit omnes D. Silanus. *Liv.* 38. 51. Si ab annis septemdecim ad senectutem semper vos ætatem meam honoribus vestris anteistis, ego vestros honores rebus gerendis præcessi. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 7. Uvæ, quæ ceteras omnes sapore præcedunt. *Quintil.* 10. 1. 96. Eum longe præcedunt ingenia viventium. *Stat.* 2. *Silv.* 2. 145. et priscæ titulos præcedite famæ. — Et cum Ablativo, omisso Accusativo. *Juvenal.* 13. 58. Tam venerabile erat præcedere quatuor annis. *Quintil.* 11. 1. 29. Ut quisque ætate, dignitate, usu præcedit, magis in ea (*actione*) reprehendendus.

B) Neutrorum more.

I.) Proprie. *Cæs.* 7. *B. G.* 54. Litavicum ad sollicitandos Æduos profectum: opus esse et ipsos præcedere ad confirmandam civitatem. *Ovid.* 9. *Met.* 137. Fama loquax præcessit ad aures Deianira tuas. *et* 5. *ibid.* 614. Sol erat a tergo: vidi præcedere longam Ante pedes umbram. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 71. Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto. *Quintil.* 8. 6. 19. Ut intelligamus præcedentibus sequentia. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 33. (64). In quo usu præcedere vomitum volunt. *Id.* 8. *ibid.* 32. 50. (115). Cervi maria tranant capita imponentes præcedentium clunibus. *Id.* 28. *ibid.* 16. 63. (224). Dantur triti in lacte, præcedente vini abstinentia. *Id.* 11. *ibid.* 37. 55. (149). Multis repente ablatus visus, nulla præcedente injuria.

II.) Translate, cum Dativo. *Plaut. Asin.* 3. 3. 39. Ut vestræ fortunæ meis præcedunt, Libane, longe.

PRÆCĔLER, ĕris, e, adject. valde celer. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 46. 70. (153). Præceleri vi rapere aliquid. *Id.* 8. *ibid.* 23. 35. (87). Præceleri fuga. *Stat.* 6. *Theb.* 550. Viri cursu præceleres.

PRÆCĔLĔRO, as, are, 1. *affrettarsi assai*, valde celero, depropero. ¶ 1. Cum Accusativo. *Stat.* 6. *Theb.* 798. pars cingunt, pars arcta plebe sequuntur, Præcelerantque ducem. *h. e.* properantes antecedunt. ¶ 2. Neutrorum more. *Id.* 2. *ibid.* 496. Fert via per dumos propior, qua calle latenti Præcelerant.

PRÆCELLENS, entis. *V.* PRÆCELLO.

PRÆCELLENTĬA, æ, f. 1. excellentia, præstantia. *Tertull. Apolog.* 23. Ubi est ergo præcellentia divinitatis, quam utique superiorem omni potestate credendum est?

PRÆCELLĔO, es, ere, n. 2. idem quod præcello, ut *excelleo* excello. *Plaut. Pseud.* 2. 3. 13. Ut quisque fortuna utitur, ita præcellet.

PRÆCELLO, cellis, celsum, cellere, 3. Aliam formam *V.* in voc. præced. — Part. *Præcellens* et *Præcelsus* in fin. — Præcellere est excellere, præstare, antecellere, superare, *avanzare, superare, soprastare*, παρέχω. — Usurpatur

A) Active, h. e. cum Accusativo. *Tac.* 2. *Ann.* 43. Præcellere aliquem fecunditate. *Papinian. Dig.* 50. 2. 6. *extr.* ceteros honoris ordine.

B) Neutrorum more. ¶ 1. Generatim. *Claud. Quadrigarius* apud *Gell.* 17. 2. Simul forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia pariter præcellebat. *Lucret.* 2. 161. Præcellere mobilitate. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 21. 23. (85). odore et suavitate. *Sueton. Ner.* 23. arte. *Id. Aug.* 25. honore. *Tac.* 16. *Ann.* 7. opibus vetustis et gravitate morum, claritudine generis et modestà juventà. *Id.* 3. *ibid.* 24. per insignem nobilitatem et eloquentiam. *Papinian. Dig.* 2. 14. 8. dignitate inter aliquos. ¶ 2. Speciatim cum Dativo pro imperare, præesse. *Tac.* 12. *Ann.* 15. Missis legatis ad Eunonem, qui Adorsorum genti præcellebat. — Hinc Part. præs.

Præcellens, entis, adjective usurpatur, unde Comp. *Præcellentior* et Sup. *Præcellentissimus*; et est valde excellens, præstans, *molto eccellente*, ὑπέροχος. — *a*) De hominibus. *Cic. Balb.* 10. 25. Vir et animo et virtute præcellens. *Id.* 6. *Verr.* 44. 97. Vir omnibus rebus præcellentissimus. *Sil. It.* 3. 603. Tum juvenis, magno præcellens robore mentis. *Capell.* 9. *p.* 305. Præcellentissima feminarum Harmonia. — *b*) De abstractis et de rebus physicis. *Gell.* 19. 8. C. Cæsar vir ingenii præcellentis. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (184). Homines forma præcellente. *Id.* 9. *ibid.* 35. 56. (113). Uniones magnitudine præcellentes. *Id.* 12. *ibid.* 6. 12. (24). Arbor pomo et suavitate præcellentior. — Et Part. præter.

Præcelsus, a, um, adjective usurpatur, unde Comp. *Præcelsior* II.; Sup. *Præcelsissimus* (apud *Alcim. Ep.* 5.) est valde celsus, præaltus.

I.) Proprie. *Cic.* 6. *Verr.* 48. 107. Enna est loco præcelso atque edito. *Libri habent* perexcelso, *quod poeticum est. Virg.* 3. *Æn.* 245 Præcelsa rupes. *Stat.* 1. *Silv.* 5. 27. moles.

II.) Translate. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 85. Jamque

piam lux alta domum, præcelsaque toto Intravit fortuna gradu. *Ambros. de Fide* 4. 1. Semper enim victor et præcelsior æstimatur. *Id. in Luc.* 3. 3. David non eo præcelsior, quod hominem se esse cognovit. *Salvian.* 6. *Gub. D. p.* 226. Viri præcelsiores.

PRÆCENSŪRA, æ, *f.* 1. conditio alicujus agri, antequam censeatur. *Frontin. de colon. p.* 134. *Goes.* Eidem militi ager ejus (*oppidi*) in præcensura est assignatus. *h. e.* antequam censeretur. Etenim *Id. ibid.* Ager ejus (*Fori Popilii*) limitibus Augusteis in jugeribus est assignatus: nam imperator Vespasianus postea lege sua agrum censeri jussit. Hæc cl. *Furlanetto* in *I. Append.*, fretus, ut videtur, auctoritate *Guarini, Illustrazione della campagna Taurasina, p.* 100. Idem tamen *Furlanetto* in suis MSS. legendum censuit *in præcisuris*, ut *p.* 126.; et ipse *Rudorff.* legit *in* præcisura.

PRÆCENTĬO, ōnis, f. 3. *πρόαυμα*, cantus tibicinum, qui præmittitur sacris, aut prœlio. *Cic. Harusp. resp.* 10. 21. Te appello, Lentule. Tui sacerdotii sunt thensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum publicorum. *Gell.* 1. 11. Quum instructæ erant acies, cœptumque in hostes progredi, tibicines canere inceptabant. Ea præcentione tranquilla et delectabili vis et impetus militum cohibebatur.

PRÆCENTOR, ōris, m. 3. *χοροστάτης*, qui canentibus præest. *Apul. de Mundo.* Quod est in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, hoc est in mundo Deus. *Augustin. Enarr. in Psalm.* 87. Quemadmodum dicuntur in arte musica, sicut ea docti homines Latine dicere potuerunt, præcentor, et succentor: præcentor scilicet, qui vocem præmittit: succentor autem, qui subsequenter. *intonatore, maestro di coro.*

PRÆCENTŌRĬUS, a, um, adject. ad præcinendum pertinens. *Solin.* 5. *a med.* Arundines accommodatissimæ in omnem sonum tibiarum, seu præcentorias facias, quarum locus est ad pulvinaria præcinendi; seu vascas, quæ foraminum numeris præcentorias antecedunt, etc.

PRÆCENTRIX. *V.* PRÆCANTRIX.

PRÆCENTŪRĬĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *præcenturiare*, antea centuriatus. *Frontin.* 2. *de limit. p.* 31. *in fin.* ed. *Rudorff.* Et coercitam (*obliquitatem extremitatium*) mensuralibus metis certo præcenturiato spatio simili futuræ tradimus formæ.

PRÆCEPS, adverbii more usurpatur. *V.* voc. seq. in fin.

PRÆCEPS, cĭpĭtis, adject. omn. gen. *Præcipes, cipis*, olim pro *præceps, cipitis*, ut *ancipes* pro *anceps. Plaut. Rud.* 3. 3. 8. Scelestus sacerdotem anum præcipem reppulit, propulit. *Id. fragm.* apud *Priscian.* 6. *p.* 725. *Putsch.* Saliam in puteum præcipes. *Ennius ibid.* Obcumbunt multi letum ferroque lapique Aut intra muros, aut extra præcipe casu. — *Præceps*, a *præcipes* per syncop. (quod a *præ* ante et *caput*, ut ab *ancipes* anceps) est qui in caput deorsum et celeriter fertur, *προκάρηνος, προπετής, προπρηνής* (It. *chi cade o corre col capo in giù, precipitoso*; Fr. *qui tombe la tête la première, la tête en avant*; Hisp. *precipitoso*, Germ. *mit dem Kopf nach vorn, voran, kopfüber, jählings*; Angl. *headlong, with the head foremost*).

I.) Proprie. — *a*) Stricto sensu præceps dicitur qui in caput deorsum fertur. *Ter. Adelph.* 3. 2. 20. Adolescenti ipsi eriperem oculos: post hæc præcipitem darem. *Cic.* 6. *Verr.* 40. 86. Sopatrum de porticu præcipitem in forum dejiciunt. *Liv.* 31. 37. Ruente saucio equo, præceps ad terram datus. *Ovid. Ib.* 259. ab equo præceps in Aleia decidit arva. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 41. Hic se præcipitem tecto dedit. *Catull.* 64. 244. Præcipitem sese scopulorum e vertice jecit. *Id.* 17. 9. de ponte Ire præcipitem in lutum per caputque pedesque. *Auct. B. Hisp.* 15. *ad fin.* Hospites jugulare, et de muro præcipites mittere. *Virg.* 5. *Æn.* 859. Cumque gubernaclo liquidas projecit in undas Præcipitem ac socios necquidquam sæpe vocantem. Sic *ibid.* 175. In mare præcipitem (*Menœten*) puppi deturbat ab alta. *Id.* 8. *Ecl.* 59. Præceps aerii specula de montis in undas Deferar. *Id.* 4. *G.* 79. magnum mixtæ (*apes*) glomerantur in orbem, Præcipitesque cadunt. *Martial. Spect.* 11. Præceps ursus se rotat. *h. e.* in caput. — *b*) Latiori sensu præceps dicitur qui celerrime aliquo currit, *che va a rompicollo, che corre precipitosamente. Plaut. Pseud.* 1. 5. 79. Juberes hunc præcipitem in pistrinum trahi. *Cic. Cœcin.* 21. 60. Si fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris. Sic *Cæs.* 5. *B. G.* 17. Nostri acriter in eos impetu facto repulerunt et præcipites hostes egerunt. Adde *Virg.* 5. *Æn.* 456. Rursus *Cæs.* 2. *B. G.* 24. Præcipites se fugæ mandabant. *Ovid.* 7. *Met.* 844. Conjugis ad vocem præceps amensque cucurri. Adde *eumd.* 3. *Amor.* 11. 25. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 30. præceps Fertur, uti pulvis collectus turbine. *Ovid.* 12. *Met.* 128. præceps curru fremebundus ab alto Desilit. *Curt.* 5. 13. *init.* Ibi transfugæ nunciant, præcipitem fuga Bactra petere Darium. *Virg.* 3. *Æn.* 598. mox sese ad litora præceps Cum fletu precibusque tulit. *Sueton. Cal.* 35. Ita se proripuit e spectaculis, ut, calcata lacinia togæ, præceps per gradus iret. *Tac.* 2. *Hist.* 6. Antequam Titus adventaret, sacramentum Othonis acceperat uterque exercitus, præcipitibus, ut assolet, nunciis, et tarda mole civilis belli. — Similiter *Ter. Phorm.* 4. 3. 19. omnes modo Uno ore auctores fuere, ut (*herus*) præcipitem hanc daret. *h. e.* repente expelleret. *Cic.* 4. *Herenn.* 8. 12. Ut eum, qui fortunas omnium voluerit prodere, præcipitem proturbetis (*al.* deturbetis) ex ea civitate, quam etc. *Ovid.* 3. *Met.* 694. Præcipitem (*hunc*) famuli rapite hinc. *Virg.* 11. *Æn.* 671. alter Dum subit ac dextram labenti tendit inertem, Præcipites pariterque ruunt.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de loco edito, maxime declivi, prærupto, et unde facile quis præceps cadere potest, *precipitoso, strabocchevole.* — *a*) Adjective. *Lucret.* 4. 509. Præcipitesque locos vitare. *Cæs.* 4. *B. G.* 33. In declivi ac præcipiti loco incitatos equos sustinere. *Cic. Flacc.* 42. 105. Viam præcipitem et lubricam planæ et stabili præponere. *Liv.* 38. 23. Ruunt cæci per vias, per invia: nulla præcipitia saxa, nullæ rupes obstant. *Plin. Paneg.* 16. Mons præceps. *Virg.* 11. *Æn.* 888.; et *Ovid.* 1. *Met.* 97. Fossæ præcipites. *Id.* 4. *Trist.* 3. 74. Vadere per iter præceps. *Colum.* 1. *R. R.* 2. 4. Segetes campis melius, quam præcipitibus locis proveniunt. — *b*) Hinc *præceps* absolute, substantivorum more, est locus præceps, *precipizio. Vellej.* 2. 3. 4. Ubi semel recto deerratum est, in præceps pervenitur. *Juvenal.* 10. 107. altior Casus, et impulsæ præceps immane ruinæ. *Apul.* 4. *Met.* Per altissimum præceps in vallem proximam asinum præcipitant. *Virg.* 2. *Æn.* 464. Turrim in præcipiti stantem. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 45. 44. (115). Specus vasto in præceps hiatu. *Seneca Ep.* 8. *ante med.* In præcipitia cursus iste deducit. — *In præceps*, in profundum. *Virg.* 1. *G.* 208. Non aliter quam qui adverso vix flumine lembum Remigiis subigit; si brachia forte remisit, Atque illum in præceps prono rapit alveus amni. *Ovid.* 2. *Met.* 319. At Phaeton, rutilos flamma populante capillos, Volvitur in præceps, longoque per aera tractu Fertur. *Id.* 12. *ibid.* 338. Dum fugit instantem trepidans Ixione natum Decidit in præceps; et pondere corporis ornum Ingentem fregit. *Liv.* 5. 47. Ruinâque tota prolapsa acies in præceps deferri. *Virg.* 6. *Æn.* 577. tum Tartarus ipse Bis patet in præceps tantum tenditque sub umbras, Quantus etc. *Tac.* 4. *Ann.* 22. Plantius Silvanus, prætor, incertis causis, Aproniam conjugem in præceps jecit. ¶ 2. Præceps dicitur etiam quidquid ad finem suum properat: sic — *a*) De tempore. *Virg.* 3. *G.* 359. sol præcipiten lavit æquore currum. *Liv.* 10. 42. Jam præceps in occasum sol erat. *Curt.* 4. 16. *a med.* Præceps in noctem diei tempus causatus est. — Hinc *dies, nox præceps*, ad occasum properans. *Liv.* 4. 9. *ad fin.* Præcipitique jam die curare corpora milites jubet. Similiter *ver præceps, mensis præceps*, ad finem accedens. *Servius* ad illud *Virg.* 1. *G.* 43. Vere novo etc. Vere novo accipiamus prima parte veris. Nam anni quatuor sunt tempora, divisa in ternos menses, qui ipsorum temporum talem faciunt discretionem, ut primo mense veris novum dicatur ver, secundo adultum, tertio præceps. Sicut etiam Sallustius dicit ubique *nova æstas, adulta, præceps.* Hæc *Servius.* Sic *Auct. epist. ad Octav. circa med.* Calamitosa ac præceps senectus. *h. e.* quæ proxime accedit ad mortem. Sic *Curt.* 6. 5. *sub init.* Ego ceteris lætus hoc uno torqueor, quod præcipiti senectute diu frui tua bonitate non possum — Nonagesimum et quintum annum agebat. — *b*) In vitibus *præcipites palmites* dicuntur, qui de hornotinis virgis enati, in duro alligantur. Hi plurimum fructus afferunt, sed plurimum matri nocent. Itaque nisi extremis ramis, aut si vitis arboris cacumen superaverit, præcipitari palmitem non oportet. Ita *Colum.* 5. *R. R.* 6. 33. Nomen autem inde habent, quia deorsum, et quasi in caput pendentes alligantur: vel quia velut præcipites feruntur in fructum. ¶ 3. Item de iis, quæ celerrime feruntur, aut fiunt. *Horat.* 1. *Od.* 7. 13.; et *Ovid.* 14. *Met.* 330. Præceps amnis. *Ovid.* 2. *ibid.* 185. et *Heroid.* 10. 30. ventus. *Id.* 9. *Met.* 485. nox. *h. e.* brevissima. *Stat.* 5. *Theb.* 419. procella. *Val. Flacc.* 3. 404. oceani fragor. *Curt.* 3. 6. *sub init.* Is non præceps se, sed strenuum remedium afferre promisit. *Cic. Flacc.* 20. 48. Quum se homo volubilis quadam præcipiti celeritate dicendi illa oratione jactaret. *Attic.* ad *Cic.* 9. *Att.* 10. *a med.* Subitum discessum et præcipitem profectionem periculosam puto. *Virg.* 3. *G.* 103. quum præcipiti certamine campum Corripuere, ruuntque effusi carcere currus. *Quintil.* 9. 4. 71. Præceps adhuc (*cursus in rhythmo*) firmatur ac sustinetur ultimo. *et ibid.* § 83. Et illud, ubi opus est velocitate, tardum et segne, et hoc, ubi pondus exigitur, præceps ac resultans. ¶ 4. Transfertur ad animum et festinationem nimiam ac temeritatem significat cæco velut impetu agentis. *Cic.* 5. *Phil.* 13. 37. Homo amentissimus, atque in omnibus consiliis præceps et devius. *Id. Harusp. resp.* 24. 51. Ille demens, et jampridem ad pœnam exitiumque præceps. *Id.* 7. *Verr.* 46. 121. Præceps amentia ferebare. *Sall. Cat.* 26. Sæpe fidem prodiderat, creditum abjuraverat, cædis conscia fuerat, luxuria atque inopia præceps abierat. *Cic. Planc.* 3. 6. Cæcum et præcipitem ferri in causa. *Liv.* 26. 38. Præceps in avaritiam et crudelitatem animus. *Id.* 23. 7. *extr.* Præceps ingenio in iram erat. *Tac.* 16. *Ann.* 21. Animus ad flagitia præceps. *Virg.* 9. *Æn.* 685. Vir præceps animi. *Cic. Cœl.* 15. 35. Mens nescio quæ effrenata et præceps. *Id. Dom.* 34. 91. Præceps furor. *Val. Max.* 1. 6. *n.* 7. audacia. *Sueton. Aug.* 8. consilium, et immaturum. *Id. Cal.* 48. cogitatio. ¶ 5. *Præceps* absolute, substantivorum more, est summum discrimen. *Liv.* 27. 27. *ad fin.* Tam improvide se collegamque, et prope totam rempublicam in præceps dederat. *h. e.* in summum discrimen adduxerat. *Cels.* 2. 6. *a med.* Æger est in præcipiti. *su gli estremi.* et *Horat.* 2. *Sat.* 3. 292. casus, medicusne levarit Ægrum ex præcipiti. *Juvenal.* 1. 147. Omne in præcipiti vitium stetit. *è giunto al sommo*: ultra progredi non potest sine ruina reipublicæ. *Ovid.* 13. *Met.* 378. Si quid adhuc audax, ex præcipitique petendum. — Huc pertinet et illud *Stat.* 1. *Silv.* 4. 51. subiti præceps juvenile pericli. *V.* JUVENILIS. *Plin.* 9. *Ep.* 26. Debet orator erigi, attolli, interdum etiam effervescere, efferri, ac sæpe accedere ad præceps. — Hinc

Præceps, cipitis, n. 3. absolute, substantivorum more. *V.* sub II. 1. *b*, et 5.

Præceps, adverbii more

I.) Proprie. *Tac.* 4. *Ann.* 62. Immensamque vim mortalium, spectaculo intentos, aut qui circum adstabant, præceps trahit atque operit.

II.) Translate. *Tac.* 6. *Ann.* 17. Eversio rei

familiaris dignitatem ac famam præceps dabat. *h. e.* in summum discrimen adducebat. *Ammian.* 29. 1. *ante med.* Ut penatibus multi protruderentur insontes, præceps in exilium acti.

PRÆCEPS, cĭpĭtis, n. 2. *V.* voc. præced. II. 1. *b.* et 5.

PRÆCEPS, cĭpĭtis, adject. a *præcipio*, qui ante tempus capit aliquid. *Inscript.* in *Bullett. archeol. Nap. T.* 3. *p.* 41. SI NON FATORVM PRAECEPS HIC MORTIS OBIRET, MATER IN HOC TITVLO DEBVIT ANTE VEHI. *h. e.* præcipiens fata mortis, ut apud *Flor.* 3. 9. Veneno fata præcepit.

PRÆCEPTĬO, ōnis, f. 3. *preoccupazione*, actus præcipiendi, præoccupatio, πρόληψις. ¶ 1. Hinc apud JCtos *per præceptionem dare, legare, relinquere* est ita dare, ut percipiatur, ante quam tota hereditas dividatur, et partes aliis coheredibus distribuantur. *Ulp. regular. tit.* 24. *de legat.* Per præceptionem legamus sic: L. Titius illam rem præcipito. *Scævola Dig.* 32. 1. 31. Dedit autem per præceptionem Mario certas species. *Id. ibid.* 31. 1. 89. § 4. Quatuor filios æquis partibus instituit, et fundum per præceptionem singulis legavit. *Id. ibid.* 32. 1. 34. § 2. Uni ex heredibus per præceptionem reliquit ea, quæ etc. ¶ 2. *Præceptio* est etiam jus ipsum, quod inde acquiritur. *Plin.* 5. *Ep.* 7. Saturninus, qui nos reliquit heredes, quadrantem reipublicæ nostræ, deinde pro quadrante præceptionem quadringentorum millium dedit. *Papinian. Dig.* 33. 7. 2. Quum pater pluribus filiis heredibus scriptis, duobus præceptionem bonorum aviæ præter partes hereditarias dedisset. ¶ 3. *Præceptio dotis* est, quum ante alia omnia dos capitur. *Id. ibid.* 23. 4. 26.; et *Paul. ibid.* 10. 2. 46. *V.* PRÆCIPIO et PRÆCIPUUS. ¶ 4. Item est animi, vel mentis præoccupatio, *cognizione anteriore, concetto anteriormente accolto. Cic. Partit. orat.* 36. 123. Uter definiendo describendoque verbo magis ad sensum judicis opinionemque penetravit, et ad eam præceptionem, quam inchoatam habebunt in animis ii qui audient, magis et propius accesserit, is vincat necesse est. ¶ 5. Frequenter est præceptum, doctrina, *insegnamento, precetto*, παράδοσις, παραίνεσις. *Cic.* 2. *Nat. D.* 31. 79. Lex est recti præceptio, pravique depulsio. *Id. Orat.* 41. 141. In juris scientia est persecutionum cautionumque præceptio. *Id.* 1. *Off.* 2. 6. Itaque propria est ea præceptio Stoicorum, Academicorum, Peripateticorum. *Seneca Ep.* 95. *a med.* Posidonius non tantum præceptionem (nihil enim nos hoc verbo uti prohibet), sed etiam suasionem, et consolationem, et exhortationem necessariam judicat. *h. e.* præceptum philosophiæ. Adde *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 3. *init.* ¶ 6. Pro simplici jusso, *comando, ordine*, legitur in *Cod.* 1. 12. 2. et 11. 59. 3.

PRÆCEPTĬVĒ, adverb. præcipiendo. *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 10. *a med.* Portemus, inquit, non portabimus, præceptive, non promissive.

PRÆCEPTĬVUS, a, um, adject. *precettivo*, præceptum continens. *Seneca Ep.* 95. Pars philosophiæ, quam Græci παραινετικὴν vocant, nos præceptivam dicimus. *Tertull. Resurr. carn.* 49. *circa med.* Portemus præceptivo modo dicens.

PRÆCEPTO, as, are, a. 1. frequentat. a *præcipio*, sæpe præcipio. *Festus p.* 205. 10. *Müll.* Præceptat, in Saliari carmine est, sæpe præcipit.

PRÆCEPTOR, ōris, m. 3. ¶ 1. Est qui præcipit, h. e. præoccupat. *Paulin. Nolan. ep.* 23. (*al.* 3.) *n.* 4. Liberalium plenus affectuum, sed servilium præceptor operum, vix ut me aquam ministrare manibus suis sineret. Est qui malit *prærreptor*, aut *præcerptor*: sed illud videtur eleganlius. *V.* PRÆCIPIO. ¶ 2. Item *chi comanda*, ἐπιστάτης, qui jubet. *Gell.* 1. 13. Nam si tali præceptori ratio reddenda sit, nihil faciendum esse monuerunt aliter, quam præceptum est. ¶ 3. Item qui docet, institutor, doctor, *instruttore, precettore, maestro. Plaut. Pseud.* 4. 7. 96. Præceptor tuus, qui te hanc fallaciam docuit. *Cic.* 3. *Orat.* 15. 57. Neque disjuncti doctores, sed iidem erant vivendi præceptores atque dicendi. *Id.* 1. *Invent.* 25. 35. Considerare oportet, quos habuerit artium liberalium magistros, quos vivendi præceptores. *Id.* 2. *Phil.* 6. 14. Hunc tu auctorem et præceptorem omnium consiliorum totiusque vitæ debuisses habere. *Id.* 5. *Fam.* 13. Hoc fortiorem me puto, quam te ipsum, præceptorem fortitudinis. *Petron. Satyr.* 88. *ad fin.* Senatus recti bonique præceptor. *Val. Max.* 8. 7. *n.* 3. *extern.* Plato præceptorem Socratem sortitus. *Nepos Epam.* 2. Philosophiæ præceptorem habuit Lysim. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (75). Pamphilus Apellis præceptor. *Sueton. Tib.* 57. Theodorus rhetoricæ præceptor. *Ovid.* 1. *Art. am.* 17. Æacidæ Chiron, ego sum præceptor amoris. *Juvenal.* 7. 209. Dii præceptorem sancti voluere parentis Esse loco. *Ulp. Dig.* 50. 13. 1. Præceptores studiorum liberalium. — Jurisprudentiæ auctor. *Cajus ibid.* 39. 2. 32. Est plane nostrum præceptorum hæc sententia, ut etc.

PRÆCEPTŌRĬUS, a, um, adject. ad præcipiendum, h. e. præoccupandum pertinens. *Plin.* 4. *Ep.* 13. Interim ne quid festinationi meæ pereat, quod sum præsens petiturus, hac quasi præceptoria epistola rogo. *Alii leg. rectius* præcursoria.

PRÆCEPTUM, i, n. 2. *instruzione, regola, insegnamento, avviso, precetto, ordine*, ἐντολή, παράγγελμα, jussio, jussum, institutum, mandatum: et præsertim quod cum monitione et doctrina conjunctum est, et non solum jubet, sed etiam, quomodo agendum sit, docet. *Cic.* 5. *Fam.* 13. *a med.* Quamquam tuis monitis præceptisque omnis est abjiciendus dolor. *Id.* 1. *Off.* 1. 1. Abundare præceptis institutisque philosophiæ. *Id. Brut.* 76. 263. Hermagoræ disciplina dat rationes certas et præcepta dicendi. *Id. Orat.* 41. 141. Studiosis dicendi præcepta, et quasi vias tradere, quæ ad eloquentiam ferant. *Id.* 2. *Tusc.* 24. 58. Hoc præceptum, quod de dolore datur, patet latius. *Id.* 2. *Off.* 14. 51. Atque etiam hoc præceptum officii diligenter tenendum est, ne quem unquam innocentem judicio capitis arcessas. *Id. Fat.* 6. Præcepta artis. *V.* PERCEPTUS in *v.* PERCIPIO. *Cæs.* 5. *B. G.* 35. Quo præcepto ab iis diligentissime observato, etc. *Nepos Attic.* 17. Philosophorum ita percepta habuerat præcepta, ut his ad vitam agendam, non ad ostentationem uteretur. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 95. Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ. *Petron. Satyr.* 4. Præceptis sapientiæ animos componere. *et ibid.* 140. salubribus instruere aliquem. *Phædr.* 3. 8. præcepto monere aliquem. *Propert.* 3. 7. 21. Præcepta alicujus recipere. *Virg.* 6. *Æn.* 236. exsequi. *et* 5. *ibid.* 747. edocere. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 1. tenere in corde. *Justin.* 2. 12. 25. Iones, juxta præceptum Themistoclis, pugnæ se subtrahere. *h. e.* consilium, aut hortamentum. *Sall. Cat.* 45. Allobroges ex præcepto Ciceronis ceteros conveniunt. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 2. Numerum, quem jam quasi consummaveram, voluminum excessi, et hoc undecimum præceptum rusticationis memoriæ tradidi. *quest' undecimo libro, o instruzione.* Sic *Pallad.* 1. *R. R.* 43. *in fin.* Expletis his, quæ pertinent ad generale præceptum, nunc operas suas singulis mensibus explicabimus. *instruzione in genere.* — Pro simplici jusso, *comando, ordine*, in singulari paragr. a *Forcellino* afferuntur sequentia, quæ tamen ad præcedentia facile referri possunt. *Virg.* 4. *G.* 448. Deum præcepta secuti Venimus hinc lapsis quæsitum oracula rebus. *et ibid.* 548. præcepta facessere matris. *Nepos Eumen.* 9. *a med.* Quibus imperatum erat, diligenter præceptum curant. *Tac. Agric.* 37. Transvectæ præcepto ducis a tergo pugnantium alæ. *Justin.* 3. 4. 15. Præceptis parere. His addi potest illud *Liv.* 9. 31. Postquam ad signa undique coibant, et notis ordinibus in vetere disciplina militiæ, jam sine præcepto ullius sua sponte struebatur acies etc. et *Sueton. Tib.* 18. Præcepta sequentis diei per libellos dare. *gli ordini.*

PRÆCERPTUS, a, um. *V.* PRÆCIPIO.

PRÆCERPO, pis, psi, ptum, pere, a. 3. (præ *et* carpo). Etiam *præcarpo* legitur. *Oppius* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 15. In Perside omni tempore mala citrea alia præcarpuntur, alia interim maturescunt. — Part. *Præcerpens* et *Præcerptus* II. 1. — Præcerpere est ante tempus decerpere, προαφαιρέω.

I.) Proprie. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 19. 49. (177). Boves araturos fiscellis capistrari, ne germinum tenera præcerpant. *Ovid. Heroid.* 20. 143. Quis tibi permisit nostras præcerpere messes?

II.) Translate. ¶ 1. Est delibare, prægustare. *Cic.* 6. *Verr.* 37. 80. Non præcerpo fructum officii tui: non alienam mihi laudem appeto. *Liv.* 41. 1. Victoriæ nuncii celeriter Romam quum venissent, præcerptam tamen ejus rei lætitiam invenerunt. *Plin. Paneg.* 58. *ad fin.* Summum illud purpuræ decus non nisi præcerptum præfloratumque transmittere. *Id.* 5. *Ep.* 20. *extr.* Ne gratiam novitatis et florem epistolæ loquacitate præcerpam. *h. e.* delibem, deflorem, corrumpam. *Val. Max.* 8. 2. *n.* 3. Non plura præcerpens, quam acciderunt. *Alii leg.* præcipiens. ¶ 2. Pro simplici carpo, decerpo, carptim evello. *Stat.* 9. *Theb.* 192. *de leone cæso a pastorib.* magno subeunt clamore coloni, Præcerpuntque jubas, immaniaque ora recludunt. ¶ 3. De libris est aliqua inde excerpere, *spogliare. Gell.* 2. 20. *in fin.* Quum Aristotelis libros problematorum præcerperemus.

PRÆCERPTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PRÆCERTĀTĬO, ōnis, f. 3. ante certatio, vel acris certatio. *Cic.* 4. *Herenn.* 30. 41. Mihi tecum præcertatio non est. *At* Kayser. *nonnullorum conjecturam* par certatio *recte in textum recepit.*

PRÆCESSĬO, ōnis, f. 3. antecessio. *Boeth.* in *Aristot. Prædic.* 4. *p.* 206. Dum proprie loquimur secundum temporis præcessionem. *et ibid. p.* 276. Secundum præcessionem possibilis.

PRÆCESSOR, ōris, m. 3. *predecessore*, πρόγονος, decessor, prædecessor, antecessor. *Tertull. advers. Prax.* 1. *a med.* Præcessorum ejus auctoritates defendendo. *Hieronym.* 3. *in Rufin. n.* 20. Qui præcessoris ejus habeas testimonium.

PRÆCĬA, æ, m. 1. a *præ* ante, et *cio* clamo. *Paul. Diac. p.* 224. 1. *Müll.* Præcias dicebant, qui a flaminibus præmittebantur, ut denunciarent opificibus, manus abstinerent ab opere, ne, si vidisset sacerdos facientem opus, sacra polluerentur. *Apul.* 11. *Met.* Ibant dicati magno Serapi tibicines et præciæ, qui facilem sacris viam dari prædicarent. *Ita legit* Dousa; *omnes vero Codd.* plerique. Hi a *Servio* ad *Virg.* 1. *G.* 268. pontificum calatores dicuntur. — Iidem et *præclamitatores* dicebantur. *Festus p.* 249. 20. *Müll.* Præclamitatores dicuntur, qui flaminibus Diali, Quirinali, Martiali antecedentes exclamant feriis publicis, ut homines abstineant se opere, quia his opus facientem videre, religiosum est. *Scalig.* legi vellet: *Præciæ metatores*; sed metatores ab ea re alieni, ut ad *Paul. Diac. loc. cit.* ait *Müllerus*, qui ex Codicibus legit *præciamitatores*, mallet autem *præciaminatores.*

PRÆCĬAMITĀTOR, ōris. *V.* voc. præced.

PRÆCĬĀNUS, a, um, adject. Præcianum vinum nobile in Adriatico sinu creditur esse, quod non procul a Timavo fonte, saxeo colle nascitur, maritimo afflatu paucas coquente amphoras. Hoc miris laudibus Græci celebrant: nec aliud aptius medicamentis judicatur. Hæc ex *Plin.* 14. *Hist. nat.* 6. 8. (60). *V.* PUCINUS. Sillig. *vero leg.* Prætetianum. *At* Præcianum pirum. *legitur* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 19.

PRÆCĪDĀNĔUS, a, um, adject. qui antecedit; a *præcedendo* (sicut *succidaneus*, qui post sequitur; a *succedendo*), vel a *præcidendo*, h. e. ante cædendo. Hinc

I.) Proprie, *porca præcidanea, agna præcidanea*: hæc erat, quæ ante alias cædebatur; illa quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo justa non fecisset, idest glæbam non objecisset: quod mos erat ei facere prius, quam noves fru-

ges gustarent. Ita *Paul. Diac. p.* 223. 19. *Müll.*, quocum cf. *Festus p.* 218. 17. *Varro* apud *Non. p.* 163. 19. *Merc.* Quod humatus non sit, heredi porca præcidanea suscipienda Telluri et Cereri: aliter familia pura non est. *Gell.* 4. 6. non a *cedo*, sed a *cædo* ducit. Ejus verba sunt: Præcidaneæ hostiæ dicuntur, quæ ante sacrificia solemnia pridie cæduntur. Porca etiam præcidanea appellata, quam piaculi gratia, ante fruges novas captas, immolari Cereri mos fuit, si qui familiam funestam aut non purgaverant, aut aliter eam rem, quam oportuerat, procuraverant. *Cato R. R.* 134. Priusquam messim facies, porcam præcidaneam hoc modo fieri oportet. *V.* ibi reliqua. — Qui mortuo justa non fecisset, dicebatur *porcam contrahere*, ut innuitur a *Cic.* 2. *Legg.* 22. 55. et clarius a *Mario Victorino* 1. *p.* 2470. *Putsch.*

II.) Translate, *feriæ præcidaneæ*, quæ solemnes et legitimas ferias præcedebant. *Atejus Capito* apud *Gell.* 4. 6. Qui quidem putat, ut dictum est, hanc vocem non *a cedendo*, sed a *cædendo* duci, quod hostia ante cædatur, quam fruges capiantur, etc. Sed in *præcidaneis feriis* hæc notatio locum non habet. V. *Voss.* in *Etymol.* et infra SUCCEDANEUS.

PRÆCĪDĀRĬUS, a, um, adject. idem quod *præcidaneus*, ut *extraneus*, *extrarius*, et *pedaneus*, *pedarius*. Sic *præcidaria porca*, eadem quæ *præcidanea*. *Festus p.* 218. 17. *Müll.* et *Mar. Victorin.* 1. *crt. grammat. p.* 2470. *Putsch.*

PRÆCĪDO, dis, di, sum, dere, a. 3. (præ *et* cædo). *Præcedo* pro *præcido*, *V.* PRÆCÆDO loco suo. — Part. *Præcisus* I. et II. 1. 4. *a.* et in fin.; *Præcisurus* II. 2.; *Præcidendus* I. — Præcidere proprie est ante cædere (unde *Paul. Diac. p.* 252. 6. *Müll.* Præcidere antecidere, id est ante immolare), vel in anteriore parte seu cacumine abscindere; universim vero abscindere, amputare, secare, ἐπικόπτω, προτέμνω (It. *tagliare*, *troncare*; Fr. *couper*, *tailler*, *trancher*; Hisp. *cortar*, *tajar qualquiera cosa*, *acortar*; Germ. *abschneiden*, *abhauen*; Angl. *to cut or chop off*, *cut in two*, *cut*).

I.) Proprie. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 12. Cui ego jam linguam præcidam, atque oculos effodiam. *Auct. B. G.* 8. 44. Omnibus, qui arma tulerant, manus præcidit. Sic *Sueton. Claud.* 15. Proclamante quodam, præcidendas falsario manus, etc. *Petron. Satyr.* 1. Tyranni imperant filiis, ut patrum suorum capita præcidant. *Id. ibid.* 105. Præcidere capillos. *Justin.* 1. 10. 15. aures, nasum et labia alicui. *Cic.* 7. *Verr.* 34. 88. ancoras. *Id. Rabir. perduell.* 11, 31. fistulas, quibus aqua suppeditatur. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 42. (124). forficibus sugentia ora hirudinum. *et* 17. *ibid.* 23. 35. (211). traducem. — Sic Part. præter. apud *Colum.* 11. *R. R.* 2. 54. Stramenta præcisa in acervum congeruntur. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 38. (121). Vipera quatuor digitorum mensura utrinque præcisa. *Id.* 30. *ibid.* 11. 30. (101). Limacum capita præcisa arundine. *Id.* 11. *ibid.* 39. 94. (228). Præcisæ pennæ non crescunt, evulsæ renascuntur. *Id.* 28. *ibid.* 13. 56. (198). Hircos, barba præcisa, non abire in alienum gregem.

II.) Translate. ¶ 1. Præcidere est in partes vel in frusta cædere, *tagliare in pezzi*, *tagliuzzare*. *Lucret.* 3. 636. Si subito medium (*hominis corpus*) celeri præciderit ictu Vis aliqua, ut sorsum partem secernat utramque, etc. *Liv.* 40. 6. Caput mediæ canis præcisæ et prior pars ad dexteram, cum extis posterior ad lævam viæ ponitur. *Cic.* 1. *Divinat.* 17. 32. Præcidere cotem novacula. *Petron. Satyr.* 102. Descendimus in scapham, præcisoque vinculo etc. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 19. (43). Præcisos nervos glutinare. *Cic.* 9. *Att.* 6. Naves, quibus usus non est, omnes aut præcidisse, aut incendisse dicunt. *avere tagliate in pezzi e disfatte.* ¶ 2. *Præcidere sinum maris*, navigando ita cursum dirigere, ut non legatur terra, et curvum litus circumvehamur, sed recta ab uno ad alterum sinus cornu navis feratur, *andare a golfo lanciato*, *attraversare il golfo*: præciduntur enim omnes circuitus, et recto tramite mare secatur. *Seneca Ep.* 53. Quo celerius evaderem, protinus per altum ad Nesida direxi, præcisurus omnes sinus. Sic *Quintil. declam.* 12. 23. *a med.* Non præcides medium mare? non tota in fugam vela torquebis? *Lucan.* hoc sensu dixit 8. 248. magnosque sinus Telmessidos undæ Compensat medio pelagi. ¶ 3. Pro valde cædere, h. e. verberare, pulsare. *Plaut. Cas.* 2. 6. 52. Præcide os tu illi. ¶ 4. Per metaphoram est brevem reddere, decurtare, auferre, eripere, deminuere, actionem interrumpere. — *a*) Generatim. *Lucan.* 6. 340. *de umbra Pindi.* Et maturato præcidit vespere lucem. *accorcia il giorno. Plin.* 8. *Hist. nat.* 22. 34. (84). Præcisum iter. *tagliato*, *attraversato.* et *Cic.* 1. *Off.* 33. 120. Amicitias, quæ minus delectant, magis decere censent sapientes sensim dissuere, quam repente præcidere. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 9. Antenor censet belli præcidere causam. Cf. *Ter. Hecyr.* 4. 2. 22. Tempus est concedere: sic optime, ut ego opinor, omnes causas præcidam omnibus. *toglierò tutti i pretesti.* et *Plin.* 9. *Ep.* 1. *extr.* Temporis ratio cunctationem præcidit. *Cic.* 4. *Verr.* 62. 151. Da mihi hoc: jam tibi maximam partem defensionis præcideris. *Id.* 3. *ibid.* 7. 20. Ut reo pecunioso, profuso spem judicii corrumpendi præciderem. *et* 5. *ibid.* 1. 3. Præcidere sibi licentiam libertatemque vivendi. *Id. Pis.* 22. 51. sibi reditum. — Sic Part. præter. apud *Cic.* 2. *Orat.* 7. 28. Præcisa, inquit, mihi quidem dubitatio est. *Id.* 1. *ad Brut.* 15. *ante med.* Oppressa ab impiis civitas, opitulandi potestate præcisa. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 11. Tenediorum libertas securi Tenedia præcisa. *Id.* 5. *Verr.* 64. 151. Illa quidem certe tibi præcisa defensio est. *Petron. Satyr.* 82. Præcisa ultione. — *b*) Speciatim de sermone. *Plaut. Mil. glor.* 4. 6. 56. Dum te obtuetur, interim linguam oculi præciderunt. *h. e.* obmutescere coegerunt. — *c*) *Præcidere sermonem*, et *præcidere* absolute, abrumpere, et, ut *Plaut. Capt.* 5. 2. 12. ait, dictis compendium facere. *Cic.* 4. *Herenn.* 54. 67. Per abscisionem significatio fit, si, quum incipimus aliquid dicere, præcidimus. *tronchiamo le parole.* et *Id. Senect.* 16. 57. Brevi præcidam. Agro bene culto nil potest esse nec usu uberius, etc. Το brevi videtur esse superfluum additamentum, et merito a multis rejicitur. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 43. 133. Præcide, inquit. *Alii aliter leg.* — *d*) Hac ratione ponitur pro negare, abnuere, recusare, *negare assolutamente*: hoc enim paucis verbis fit, et spes obtinendi præciditur. *Cic.* 8. *Att.* 4. Numquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam præcise negavi, quam hic mihi. Plane sine ulla exceptione præcidit. *et* 10. *ibid.* 16. Cupiebam eum esse nobiscum: quod quia præciderat, etc. ¶ 5. Obscæno sensu a *Martial.* 7. 62. et alibi: sed passim in libris rectius in *percido* mutatur. *V.* PERCIDO. *V.* ibidem et *Percisus* pro irrumatus et pro pædicatus. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus,

Præcisus, *a*, *um*, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Præcisior* II. 4.; et

I.) Proprie est divulsus, decisus, *staccato. Manil.* 4. 630. Trinacria Italia tantum præcisa recessit. *separata dall'Italia.* — Hinc *Præcisum*, *i*, n. 2. absolute, substantivorum more, est pars viscerum, aut carnis præcisa. *Nævius* apud *Non. p.* 151. 2. *Merc.* Præcisum, omasum, pernam, callum, etc. *Lucilius ibid.* Illi præciso atque epulis capiuntur opimis.

II.) Translate. ¶ 1. Est exsectus, castratus. *Lamprid. Elagab.* 7. Jactavit autem caput inter præcisos fanaticos, et omnia fecit, quæ Galli facere solent. ¶ 2. Item præruptus, abruptus, præceps, *dirupato*, *scosceso*, *straripevole. Accius* apud *Non. p.* 15. 25. *Merc.* Quemcumque institeram grumum, aut præcisum jugum. *Sall. Jug.* 97. *ad fin.* Iter castellanorum angustum admodum, utrinque præcisum. *Virg.* 8. *Æn.* 233. acuta silex præcisis undique saxis. *Quintil.* 12. 9. 2. Civitates præcisis impositæ rupibus. *Sil. It.* 13. 337. similisque volanti Cornipedem tulerit præcisa per avia plantam. *Mela* 3. 9. Vasta omnia, vastis præcisa montibus, ripæ potius sunt, quam litora. ¶ 3. Transfertur ad orationem brevem, circumcisam, abruptam, concisam, *breve*, *succinto*, *conciso. Quintil.* 9. 2. 57. Præcisa velut ante legitimum finem oratio. *V.* PRÆCISIO. *et* 10. 2. 17. Qui præcisis conclusionibus obscuri, Sallustium atque Thucydidem superant. *et* 7. 3. 15. Præcisa comprehensio. *et* 4. 2. 47. Simplex et undique præcisa, non tam narratio vocari potest, quam confusio. *Gell.* 7. 2. *sub fin.* Præcisis interruptisque verbis exclamare. ¶ 4. Pro duro, difficili. *Arr. Menand. Dig.* 49. 16. 4. Non omnis, qui litem habuit, et ideo militavit, exauctorari jubetur; sed qui eo animo militiæ se dedit, ut sub obtentu militiæ præcisiorem se adversario faceret. *Alii leg.* pretiosiorem.

PRÆCINCTĬO, ōnis, f. 3. In theatro est divisio graduum in orbem facta; sive gradus reliquis duplo altior laxiorque, quo equitum v. gr. gradus a plebejis separabantur: quo loco commode in gyrum transversim, sine impedimento eorum qui in gradibus sedebant, ambulari poterat. Ratio appellationis est, quia speciem cujusdam fasciæ præ se fert graduum loca cingentis, διάζωμα, *cinta*, *pianerottolo. V.* BALTEUS. *Vitruv.* 5. 3. Præcinctiones ad altitudines theatrorum pro rata parte faciendæ videntur, neque altiores, quam quanta præcinctionis itineris sit latitudo. — A similitudine *Id.* 2. 8. *circa med.* Is locus est theatri curvaturæ similis. In imo forum est constitutum: per mediam autem altitudinis curvaturam præcinctionemque platea ampla latitudine facta.

PRÆCINCTŌRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PRÆCINCTŌRĬUS, a, um, adject. ad præcingendum aptus. *Vitruv.* 10. 21. Eique funes præcinctoriis transversis erant religati. *Alii rectius leg.* Ejusque præcincturæ funes transversis erant ligati. — Hinc

Præcinctorium, *ii*, n. 2. absolute, substantivorum more, est subligar, præcinctura, περίζωμα. *Augustin.* 2. *contra Julian. Pelag.* 6. *V.* MUNITURA.

PRÆCINCTŪRA, æ, f. 1. *cintura*, διάζωσις, zona, cingulum, aut ipse præcingendi modus. *Macrob.* 2. *Saturn.* 3. In Cæsarem quoque mordacitas Ciceronis dentes suos strinxit. Nam post victoriam Cæsaris interrogatus, cur in electione partis errasset, respondit: *præcinctura me decepit*: jocatus in Cæsarem, qui ita toga præcingebatur, ut trahendo laciniam velut mollis incederet. *V.* PRÆCINGO I. *b.*; et adde *Vitruvii* loc. cit. in voc. præced.

PRÆCINCTUS, a, um. *V.* PRÆCINGO.

PRÆCINCTUS, us, m. 4. præcinctura.

I.) Proprie. *Varro* apud *Non. p.* 548. 29. *Merc.* Castula est palliolum præcinctui, quod nudæ infra papillas præcinguntur.

II.) Translate ipsæ vestes, *vestito. Macrob.* 2. *Saturn.* 9. Hortensius vir ex professo mollis, et in præcinctu ponens omnem decorem: fuit enim vestitu ad munditiem curioso.

PRÆCINGO, gis, xi, ctum, gere, a. 3. (præ *et* cingo). Part. *Præcingens* II. 1.; *Præcinctus* in omnibus paragr. — Præcingere est ante, aut circum cingere, διαζώννυμι (It. *cingere*; Fr. *ceindre*, *enceindre*; Hisp. *ceñir*, *rodear*, *cercar*; Germ. *gürten*, *umgürten*; Angl. *to gird*, *begird*, *encompass*, *surround*, *enclose*).

I.) Proprie de cinctu vestium. — *a*) Raro active. *Martial.* 14. 153., cujus lemma est *Semicinctium*. Det tunicam dives: ego te præcingere possum. *Grat. Cyneg.* 341. Jam Toletano præcingant ilia ultro. — *b*) Sæpissime *præcingi* usurpatur Mediorum apud Græcos more. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 538. 12. *et p.* 537. 5. *Merc.* Quum calvaticam capiti accommodares, quum strophio accurate præcingerere. *V.* CALVATICA. *Ovid.* 2. *Trist.* 271. Et latro et cautus præcingitur ense viator. *si cinge al fianco.* — Similiter Part. præt. *Præcinctus* apud *Plaut. Bacch.* 3. 3. 28. Cincticulo præcinctus in sella

apud magistrum assideres. *Petron. Satyr.* 95. Anus sordidissimo linteo præcincta. *et ibid.* 19. Et præcincti certe altius eramus. *succinti*, alticincti, atque adeo expediti, parati, prompti. Sic *Horat. 1. Sat.* 5. 5. Hoc iter ignavi divisimus, altius, ac nos, Præcinctis unum. *et* 2. *ibid.* 8. 70. ut omnes Præcincti recte pueri comptique ministrent. εὐζωνοι. *Sueton. Cæs.* 45. Ut male præcinctum puerum caverent. Adde *Macrob.* 2. *Saturn.* 3. *V.* PRÆCINCTURA. — *c*) Præcinctus etiam dicitur, qui militari dignitate præditus est. *V.* CINGULUM. *L. Verus* apud *Volcat.* in *Avid. Cass.* 1. Sed vide, ne tibi et liberis tuis non bene consulas, quum tales inter præcinctos habeas, quales milites libenter audiunt, libenter vident.

II.) Translate. ¶ 1. Præcingere est circumdare, *circondare. Ovid.* 1. *Art. am.* 223. Euphrates præcinctus arundine frontem. *Id.* 14. *Met.* 638. pinu præcincti cornua Panes. *Id. Heroid.* 4. 71. flore capilli. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 1. 1. (1). Insecta appellata ab incisuris, quæ nunc cervicum loco, nunc pectorum atque alvi præcincta separant membra. *Id.* 2. *ibid.* 66. 66. (166). Tellus præcincta circumfluo mari. *Ovid.* 3. *Fast.* 263. Vallis Aricinæ silva præcinctus opaca Est lacus. *Martial.* 7. 61. Nulla catenatis pila est præcincta lagenis. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 7. 27. (99). Gemmæ candida vena præcinctæ. *Propert.* 4. 4. 7. fontem vallo præcingit aceroo. *Sil. It.* 3. 243. præcingere litora muro. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 17. (28). Ajunt, si quis villam vite nigra præcinxerit, fugere accipitres. *Id.* 37. *ibid.* 9. 37. (118). Gemma per transversum linea alba media præcingitur. *Id.* 5. *ibid.* 32. 40. (143). Præcingitur gens mari. *Seneca Med.* 70. Præcingens roseo tempora vinculo. *coronando.* et *Martial.* 11. 37. tota gemmam præcingere libra. *nempe* auri, *legare in oro.* — Urbane. *Claudian. B. Get.* 296. Quid turpes jam mente fugas, quid Gallica rura Respicitis, Latioque libet post terga relicto Longinquum profugis Ararim præcingere castris? *h. e.* quasi ante se constituere, locando post ipsum castra. — Huc pertinet et illud *Plin.* 10. *Ep.* 48. Parietes sine cæmento medio farti, nec testaceo opere præcincti. *h. e.* obducti. ¶ 2. In illo *Ennii* apud *Gell.* 6. 6. Brundusium pulcro præcinctum præpete portu' st *præcinctum* intellige instructum, et habens ante se pulcrum portum.

PRÆCĬNO, cĭnis, cĭnŭi, centum, cĭnere, 3. (præ *et* cano). Præteritum *præcecinit* legitur apud *Tertull. Idolol.* 15. — Part. *Præcinens* sub *A.* 1. — Præcinere

A) Neutrorum more. ¶ 1. Est ante canere, *precedere col canto o suono*, προᾴδω. *Cic.* 4. *Tusc.* 2. 4. Et deorum pulvinaribus et epulis magistratuum fides præcinunt. *Flor.* 2. 2. *ante med.* Ubi a cœna rediret, prælucere funalia, præcinere sibi tibias jussit. *Gell.* 1. 11. Cretenses in prælia ingredi solitos, præcinente ac præmoderante cithara gressibus. ¶ 2. Speciatim de præcantatore, *h. e.* morbis remedia carminibus et incantationibus afferente, *Macrob.* 2. *Somn. Scip.* 3. *circa med. de musica.* Hinc est, quod ægris remedia præstantes præcinere dicuntur. *Tibull.* 1. 5. 11. Ipseque ter circum lustravi sulphure puro, Carmine quum magico præcinuisset anus. *V.* PRÆCANTATOR.

B) Active, *h. e.* cum Accusativo. ¶ 1. Est aliquid ante canere. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 58. Ipse madens oculis, umbraeum animæque sacerdos Præcinerem gemitum. *h. e.* carmen lugubre primus canerem. ¶ 2. Sæpe est prænunciare, prædicere, *predire, presagire. Cic. Harusp. resp.* 10. 20. Quis est tam impius, qui hoc tam novo tantoque motu non magnum aliquid deos populo R. præmonstrare et præcinere fateatur? *Tibull.* 2. 5. 73. Atque tubas atque arma ferunt crepitantia cælo Audita, et lucos præcinuisse fugam. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 46. 71. (185). Hi greges repente lymphati futura præcinunt. *Id.* 25. *ibid.* 9. 59. (106). Præcinere responsa. *h. e.* de futuris responsa dare.

PRÆCĬPES, is. *V.* PRÆCEPS init.

PRÆCĬPĬO, cĭpis, cĕpi, ceptum, cipere. a. 3. (præ *et* capio). *Præcepso* antique, præcepsero. *Cato R. R.* 142. Villici officia, quæ dominus præcepsit. *Alii leg.* præcipit, *alii et* Schneider. *ipse* præcepit. — Part. *Præcipiens* II. 2. *b.* et 3.; *Præceptus* I. 1. et II. 1. et 2.; *Præcipiendus* II. 2. — Præcipere est ante capere, præoccupare, præripere, prævenire, προλαμβάνω (It. *pigliare innanzi, anticipare, preoccupare*; Fr. *prendre le premier, obtenir le premier, prendre auparavant*; Hisp. *prevenir, preocupar*; Germ. *voraus-, vorher-, im Voraus nehmen, vorherbekommen*; Angl. *to take or seize before, anticipate, prevent, forestall, preoccupy*).

I). Proprie. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 6. 1049. prior æstus ubi æris Præcepit, ferrique vias possedit apertas. *et ibid.* 802. Carbonumque gravis vis atque odor insinuatur Quam facile in cerebrum, nisi aquam præcepimus ante. *Cæs.* 3. *B. C.* 31. A publicanis debitam biennii pecuniam exegerat, et ab eisdem insequentis anni mutuam præceperat. *Liv.* 36. 19. Aliquantum viæ præceperat rei, ut qui non ante, quam Elatiæ, ab effuso constiterit cursu. *Id.* 3. 46. *a med.* Sedulo tempus terens, dum præciperent iter nuncii missi in castra. *avanzassero la strada.* et 32. 16. Jussis navibus maturate sequi, ipse tribus quinqueremibus expeditis Piræum præcepit. *Val. Flacc.* 4. 340. exsortia terga Laconi Præcipiunt pecudum. *Virg.* 3. *Ecl.* 98. si lac præceperit æstus. *Sall. fragm.* apud *Gell.* 10. 26. Mons a Lusitanis præceptus. Huc referri potest et illud *Plin.* 7. *Hist. nat.* 35. 35. (120). Sulpicia electa ex centum præceptis, quæ simulacrum Veneris dedicaret. *h. e.* ante electis. V. *Val. Max.* 8. 15. *n.* 12. ¶ 2. Speciatim apud JCtos est per præceptionem capere, aut habere. *Plin.* 5. *Ep.* 7. Nec heredem instituí, nec præcipere posse rempublicam constat. *Julian. Dig.* 30. 122. Si heres centum præcipere jussus sit. *V.* PRÆCEPTIO 1.

II.) Translate. ¶ 1. Refertur ad hominem, qui eventum vel actionem præoccupat; item sæpe ad animum, qui futura quocumque modo percipit, vel sibi repræsentat. *Liv.* 30. 8. *extr.* Aliquantum ad fugam temporis Syphax et Hasdrubal præceperunt. Sic *Id.* 1. 7. Tempore illi præcepto, at hi numero avium regnum trahebant. *anticipato.* Cf. *Stat.* 8. *Theb.* 328. celeres neu præcipe Parcas. et *Flor.* 3. 9. Et ille quidem ad rei famam veneno fata præcepit. Contra *Curt.* 9. 6. *extr.* Hoc si liquerit, ipse præstabo: si me præceperit fatum, vobis mandasse mementote. *Tac.* 3. *Hist.* 15. Auxilia Vitellius acciverat, immensam belli luem, ni Antonius, id ipsum metuens, festinato prælio victoriam præcepisset. *Virg.* 6. *Æn.* 105. Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi. *ho antiveduto, mi sono prefigurato. Cic.* 1. *Off.* 23. 81. Præcipere cogitatione futura. *Cæs.* 7. *B. G.* 9. Hæc usu ventura, opinione præceperat. *Virg.* 11. *Æn.* 491. Exsultatque animis et spe jam præcipit hostem. *Cæs.* 3. *B. C.* 87. *extr.* Jam animo victoriam præcipiebant. *Auct. B. G.* 8. 51. Fora templaque occupabantur, ut vel exspectatissimi triumphi lætitia præcipi posset. *M. Antonius* apud *Cic.* 13. *Phil.* 20. 45. Præcipio gaudia supplicorum vestrorum. *Ovid. Heroid.* 17. 107. Ad possessa venis præceptaque gaudia serus. *Nepos Att.* 11. *ad fin.* Immortali memoria præcepta retinebat beneficia. *Mamertin. Grat. act.* 28. Adventare nos principi nunciatur. Statim e solio, tamquam præceptus, exsiluit. *prevenuto.* ¶ 2. Est etiam ante monere, docere, tradere, instituere, et re ante præmonstrata aliquid mandare, *insegnare, instruire, ordinare.* Differt ab *impero* et *jubeo*, quia hæc etiam nihil docendo fiunt: qui autem præcipit, simul docet. Porro usurpatur cum Accusativo, cum Relativo, et sequentibus part. *ut, ne.* — *a*) Generatim. *Auct. B. Afr.* 8. Hæc ita imperabat, itaque unicuique præcipiebat, ut etc. *Nepos Pausan.* 4. Itaque huic indici, quid fieri vellent, præceperunt. *Ter. Adelph.* 5. 9. 5. Ego istos usque a pueris curavi ambos sedulo: docui, monui, bene præcepi semper, quæ potui omnia. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 92. Simillimas dicito esse: et Philocomasio id præcipiendum est, ut sciat. *Petron. Satyr.* 85. Ego studia ejus ordinare, ego docere ac præcipere. *Horat. Art. P.* 335. Quidquid præcipies, esto brevis, ut cito dicta Percipiant animi dociles, teneantque fideles. *Cic. Mur.* 2. 4. E portu solventibus ii, qui jam in portum ex alto invehuntur, præcipere summo studio solent et tempestatum rationem et prædonum et locorum. *Colum.* 10. *R. R. procem.* 3. Præcipere cultum hortorum diligentius, quam tradiderunt majores. *Ovid.* 2. *Trist.* 486. artem nandi. *Plin.* 1. *Ep.* 10. humanitatem. *Quintil.* 3. 1. 14. oratoriam. *Horat.* 1. *Od.* 24. 2. cantus lugubres. *Asin. Gall.* apud *Sueton. Gramm.* 22. Qui caput ad lævam deicit, glossemata nobis Præcipit. *Cic. Amic.* 20. 75. Recte etiam præcipi potest in amicitiis, ne etc. *et ibid.* 16. 60. Illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus, etc. *Sall. Jug.* 30. His præcipit, omnes mortales pecunia aggrediantur. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 1. (1). Natura remediorum, atque multitudo instantium ac præceptorum, plura de ipsa medendi arte cogunt dicere. *h. e.* eorum quæ proxime dicenda, et quæ jam ante dicta sunt. Sic *Cels.* 3. 23. Utendum ductione alvi, vel nigro veratro, sicut præceptum est. *h. e.* ante indictum ac jussum est. — Cum Infinito. *Ovid.* 2. *Art. am.* 415. Sunt qui præcipiant herbas, satureja, nocentes Sumere. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 4. 10. (29). Pæoniam præcipiunt eruere noctu. *Sueton. Ner.* 31. Quorum operum perficiendorum gratia, quod ubique esset custodiæ, in Italiam deportari, etiam scelere convictos, non nisi ad opus damnari, præceperat. *Inscript. Christ.* apud *Smet.* 110. 10. DVLCIS APVD MANES ZOE BENEDICTA MORARIS TV SECVRA IACES NOBIS RELIQVISTI QVERELAS PRAECEPSTI (*h. e.* præcepisti) HOSPITIVM DVLCE PARARE TVIS. — *b*) Speciatim de respondentibus ex oraculo. *Nepos Miltiad.* 1. Consulentibus Pythia præcepit, ut Miltiadem sibi imperatorem sumerent. — *c*) De jubentibus et imperantibus, *comandare. Cæs.* 5. *B. G.* 58. Præcipit atque interdicit, omnes unum peterent Indutiomarum. *Plaut. Asin.* 2. 4. 15. Cui numquam unam rem me licet semel præcipere furi. *Mox verbo* jubeo *utitur. Curt.* 9. 6. *sub init.* Præcipiens, ne quies corpori impediretur. *Scævola Dig.* 31. 1. 89. § 7. Codicillos aperiri testator præcepit. *Callistrat. ibid.* 48. 10. 15. D Claudius edicto præcepit. *Ulp. ibid.* 50. 3. 1. Lege municipali præcipitur. — *d*) Pro suadere, monere, suggerere, sine ulla jubendi auctoritate, *suggerire, persuadere. Nepos Themist.* 6. *ad fin.* Reliqui legati ut tum exirent, quum satis altitudo muri exstructa videretur, præcepit. *Curt.* 4. 13., Furum ista solertia est quam præcipitis mihi. *Justin.* 18. 6. 7. Ituram se ad virum, sicut præceperint. ¶ 3. Absolute, præcipere est præceptorem seu doctorem esse. *Nepotis fragm.* apud *Lactant.* 3. 15. Qui in schola de pudore et continentia præcipiunt argutissime. *Cic.* 2. *Orat.* 11. 48. Num igitur placet, quum de eloquentia præcipias, aliquid etiam de testimoniis dicendis quasi in arte tradere? *Plin.* 18. *Hist. nat.* 24. 56. (201). Præcipere de agricultura. *Cic.* 1. *de republ.* 56. Ne si diutius in hoc genere verser, quasi præcipientis cujusdam et docentis, et non vobiscum simul considerantis esse videatur oratio mea. *Quintil.* 2. 6. 6. Jam prope consummata fuerit præcipientis opera. *Id.* 2. 3. 5. In numero præcipientium. *Sueton. Gramm.* 10. Scholam aperuit, sed ita ut paucis, et tantum adolescentibus præciperet. Adde *ibid.* 16. *Id. Ner.* 7. Senecam visum sibi per quietem, C. Cæsari præcipere. — *NB. Præcipere* absolute est radicari, *prender radice*, quum de seminibus plantarum sermo est. *Gargil.* 4. 5. (edente *A. A. Scottio*). Robustior, etsi tardior, planta (*persici*) præcepit ex osse, quod simpliciter exponatur. Hæc cl. *Furlanetto* in *I. Append.* At, etiam si salva est lectio, τὸ *præcepit* accipi posse videtur pro ante capit, præripuit ex osse.

PRÆCĬPĬTANS, antis. *V.* PRÆCIPITO.

PRÆCĬPĬTANTER, adverb. *precipitosamente*,

προπετῶς, in præceps, præcipiti festinatione, inconsiderate, temere. *Lucret.* 4. 1063. Currit agens mannos ad villam præcipitanter. *Gloss. Placid.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. Melius *præcipitanter* quam *præcipiter* dicimus.

PRÆCĬPĬTANTĬA, æ, f. 1. *il cader precipitosamente*, προπέτεια, præcipitatio. *Gell.* 9. 1. Si in prona jacias, moderatio atque ratio mittentis præcipitantia ipsa et pondere cadentis teli corrumpitur. *et* 6. 2. *a med.* Lapidem cylindrum si per spatia terræ prona atque deruta jacias, causam quidem ei et initium præcipitantiæ dederis.

PRÆCĬPĬTĀTĬO, ōnis, f. 3. *precipitazione, precipitamento*, πρημασμός, casus, aut cursus præceps. *Vitruv.* 5. 12. Arena fluctibus subruta efficiet in mare pilæ præcipitationem. *Seneca* 1. *Ira* 12. *in fin.* Ira aliquando, ut venenum et præcipitatio et naufragium, ex inopinato profuit. *Apul. de Mundo.* Nimbus quanto repentinior est, tanto vehementior: et quanto improvisior ejus præcipitatio est, tanto breviore casu restringitur. Adde *Vulgat. interp. Ps.* 51. 4.

PRÆCĬPĬTĀTOR, ōris, m. 3. qui aliquem præcipitem agit, ad exitium impellit, *che rovina, distruttore. Augustin. de Grat. et lib. arbitr.* 14. *init.* Quum fuerint convicti non defensores, sed inflatores et præcipitatores liberi arbitrii. Adde *eumd.* 1. *Ep. in Pelag.* 4.

PRÆCĬPĬTĀTUS, a, um. *V.* PRÆCIPITO.

PRÆCIPITER, adverb. *V.* PRÆCIPITANTER in fin.

PRÆCĬPĬTĬUM, ii, n. 2. *precipizio*, κρημνός, locus præceps, unde facilis est casus.

I.) Proprie. *Sueton. Aug.* 79. Quo minus in transitu Alpium in præcipitium propelleret.

II.) Translate. ¶ 1. Præcipitium dicitur id, in quo summum discrimen ac periculum inest. *Lactant.* 6. 17. Animus si aberraverit, aut per confragosa vexabitur, aut per præcipitia labetur. ¶ 2. Est etiam præceps casus, *caduta precipitosa. Lactant.* 2. 3. *a med.* Dum aliorum præcipitium vident, non prospexerunt, quid ante suos pedes esset. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 17. 20. (43). *de herba urceolari.* Sed contra ulcera, rupta, lapsusque, et præcipitia, aut vehiculorum eversiones, singularis.

PRÆCĬPĬTO, as, āvi, ātum, are, 1. (præceps). Part. *Præcipitans* sub *B.* I. *a.* et *b.* et II. *a.*; *Præcipitatus* sub *A.* I. *a.* et *b.* et II. 2.; *Præcipitaturus* sub *A.* I. c; *Præcipitandus* sub *A.* II. 2. — Præcipitare usurpatur *A*) Active et *B*) Neutrorum more.

A) Active præcipitare est pronum dejicere, præcipitem agere, in præceps propellere, *precipitare*, πρημίζω, καταχρημνίζω.

I.) Proprie de hominibus, et rebus. — *a*) Cum Accusativo. *Cic.* 4. *Tusc.* 18. 41. Ut si posse putet eum, qui se e Leucade præcipitaverit, sustinere se, quum velit. *Lucret.* 4. 1020. de montibus altis Se quasi præcipitent ad terram corpore toto. *At* Lachmann. *legit.* Ut qui præcipitant. *Seneca Ep.* 4. Alius se præcipitavit a tecto, ne, etc. *Cæs.* 3. *B. C.* 69. Sese in fossas præcipitabant. *Auct. B. Alex.* 18. Se per molem in mare præcipitaverunt. *Liv.* 23. 37. Quum armatorum multitudo de turri se præcipitaret. *Id.* 23. 19. Præcipitasse se quosdam, non tolerantes famem, constabat. *h. e.* in fluvium, ut ait *Duker. Ovid.* 5. *Fast.* 634. Pars putat, ut ferrent juvenes suffragia soli, Pontibus infirmos præcipitasse senes. *Sueton. Aug.* 27. Augustus Attedium Afrumtantis conterruit minis, ut is se præcipitaverit. — Sic Part. præter. apud *Cic. Cœcin.* 17. 50. Qui se præcipitatos ex locis superioribus dicerent. *Sueton. Claud.* 9. Præcipitatus in flumen. — De rebus: *præcipitare aliquid*, est deorsum jacere, ruere, *gettar giù, far cadere. Lucret.* 1. 250. Postremo pereunt imbres, ubi eos pater æther In gremium matris terrai præcipitavit. *Stat.* 10. *Theb.* 881. truncas rupes in tecta domosque Præcipitat. *Ovid.* 15. *Met.* 518. quadrupedes Præcipitent currum scopulis. *Stat.* 2. *Achill.* 546. vetitasque solo procumbere pinus Præcipitat. Cf. *Virg.* 2. *Æn.* 36. Aut pelago Danaum insidias suspectaque dona Præcipitare jubent. *Ovid. Heroid.* 10. 13. conterrita virgo, Membraque sunt viduo præcipitata toro. *dal letto. Id.* 11. *Met.* 556. unda præcipitata ruit. — *b*) Passive, sed Mediorum apud Græcos vi ac more. *Sall. Jug.* 62. *ad fin.* Quum alii super vallum præcipitarentur. *Ovid.* 4. *Met.* 91. lux tarde decedere visa Præcipitatur aquis. *h. e.* dies et sol ad occasum pervenit, *tramonta.* Sic *Id.* 4. *Fast.* 164. Scorpios in virides præcipitatur aquas. Cf. *Val. Flacc.* 4. 642. Sed præcipitata profundo Siderei pars visa poli. — *c*) Absolute; Accusativus enim facile subauditur. *Cic.* 5. *Fin.* 11. 31. Si quando pueris ludentes minamur, præcipitaturos alicunde, extimescunt.

II.) Translate. ¶ 1. *Præcipitare vitem* apud *Caton. R. R.* 32. est deorsum nimis intorquendo frangere. Sic *præcipitare palmitem* apud *Colum.* 4. *R. R.* 20. 4. et 5. *ibid.* 6. 26. est cacumine deorsum verso alligare, ut fructu uberiore induatur. *V.* PRÆCEPS. ¶ 2. Per metaphoram generatim est de gradu dejicere, in summum discrimen vel exitium impellere, præcipitem agere. *Cic. Dom.* 37. 98. Præcipitari ex altissimo dignitatis gradu. *Sall. Jug.* 14. Ego infelix, in tanta mala præcipitatus ex patrio regno. *Liv.* 22. 12. Qui (*magister equitum*) nihil aliud, quam quod impar erat imperio, moræ ad rempublicam præcipitandam habebat, ferox rapidusque in consiliis. *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 140. caveque Spem festinando præcipitare meam. *rovinare.* et *Plin.* 16. *Hist. nat.* 36. 65. (161). Calamorum usus in Creta bellatores suos præcipitavit. *fu la loro rovina. At* Sillig. *aliter leg. Cels.* 2. 10. *a med.* Satius est primum levare ægrum, deinde perpurgare, quam simul omni vi effusa fortasse præcipitare. *mandarlo in precipizio. Virg.* 2. *Æn.* 317. furor iraque mentem Præcipitant. *Petron. Satyr.* 118. Per ambages, deorumque ministeria, et fabulosum sententiarum tormentum præcipitandus est liber spiritus. *h. e.* immittendus, velut præceps furore poetico. *Cels.* 6. 7. Aurium dolores interdum ad dementiam mortemque (*hominem*) præcipitant. Sic *Vopisc. Prob.* 12. Præcipitare aliquem in dementiam. Rursus *Cels.* 3. 21. Præcipitare se in exitium. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 12. 19. (94). Adultas arbores interlucare justo plus, et in senectam præcipitare. *farle invecchiare prima del tempo.* — Hinc aliquando est accelerare, nimia festinatione urgere, *affrettare, accelerare. Matius* ad *Cic.* 11. *Fam.* 28. An quod adolescens præstiti, id nunc, ætate præcipitata, commutem? *Vellej.* 2. 49. 1. Quieta, aut certe non præcipitata morte fungi. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 47. Jamque moræ spatium non præcipitata negabat. *h. e.* in diem vergens et prope accedens. — *Præcipitare moras*, festinando moras abjicere, *levar ogni indugio. Virg.* 8. *Æn.* 443. et 12. *ibid.* 699. Sic *Sil. It.* 13. 774. tu magna gerendi Præcipita tempus: mors atra impendet agenti. *cogli prestamente il tempo.* — Similiter *Lucan.* 7. 51. sua quisque ac publica fata Præcipitare cupit. *Quintil. declam.* 4. 10. Præcipitare suprema sua. *Id. Ep. ad Tryphon.* Usus Horatii consilio, qui in arte poetica (a *v.* 388.) suadet, ne præcipitetur editio, nonumque prematur in annum. *Sil. It.* 3. 166. Præcipitat consulta viri segnemque quietem Terret. *Colum.* 3. *R. R.* 21. 10. Præcipitare vindemiam. *Ulp. Dig.* 23. 3. 33. Parcendum marito, qui non præcipitaverit eum ad solutionem, qui donaverat. — Cum Infinito. *Virg.* 11. *Æn.* 3. sociis dare tempus humandis Præcipitant curæ. *Stat.* 1. *Theb.* 679. eodem modo locutus est. — *NB. Præcipito*, frequenter præcipio, jubeo. *Plaut. Trin.* 2. 2. 17. Quæ ego tibi præcipito, et facito. *Alii et ipse* Fleckeisen. *rectius leg.* præcipio, ea facito.

B) Neutrorum more. h. e. sine casu sæpe adhibetur, sed Accusativus *se* subauditur.

I.) Proprie — *a*) De hominibus, et rebus. *Liv.* 39. 2. Ligures per invia et rupes deruptas præcipitantes fugerunt. *h. e.* præcipitantes se. *Virg.* 6. *Æn.* 349. Namque gubernaclum multa vi forte revulsum *etc.* Præcipitans traxi mecum. *Id.* 11. *ibid.* 617. excussus Aconteus Præcipitat longe, et vitam dispergit in auras. *Cic.* 1. *Nat. D.* 32. 89. Præcipitare istuc quidem est, non descendere. *Liv.* 25. 11. Plurimi in fossam præcipitavere. *Id.* 2. 51. Secuti dedita opera passim ad illecebras propulsa pecora, præcipitavere in insidias. *Lucret.* 6. 291. videtur in imbrem vertier æther, Atque ita præcipitans etc. *Val. Ædituus* apud *Gell.* 19. 9. Aut imber cælo candido præcipitans. *Cic.* 3. *Orat.* 48. 186. Amnis præcipitans. *Id.* 6. *de republ.* 18. Ubi Nilus ad illa, quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus. *Id.* 2. *Legg.* 3. 6. Fibrenus-statim præcipitat in Lirem. *Virg.* 9. *Æn.* 669. quam multa grandine nimbi In vada præcipitant. — *b*) De iis, quæ ad tempus referuntur. *Cic.* 3. *Orat.* 55. 209. Sol præcipitans. *h. e.* ad occasum prope accedens. *Virg.* 2. *Æn.* 8. et jam nox humida cælo Præcipitat. *Cæs.* 3. *B. C.* 25. Multi jam menses transierant, et hiems præcipitaverat. — *c*) De iis, quæ celeriter deorsum feruntur, vel ruunt. *Lucret.* 4. 628. Quum vero deorsum per fauces (*succus*) præcipitavit, Nulla voluptas est. *Id.* 2. 247. Pondera, quantum in se est, non posse obliqua meare, Ex supero quum præcipitant.

II.) Translate. — *a*) Generatim. *Plaut. Trin.* 2. 1. 36. Qui in amorem præcipitavit, pejus perit, quam si saxo saliat. *Fleckeisen.* præcipitavit, periit quasi (de) saxo saliat. *Cic. Rabir. Post.* 1. 2. Satis est homines imprudentia lapsos non erigere: urgere vero jacentes, aut præcipitantes impellere, certe est inhumanum. *Id.* 1. *de republ.* 45. *extr.* Non est enim causa conversionis, ubi in suo quisque est gradu firmiter collocatus, et non subest, quo præcipitet et decidat. *Id. Sull.* 31. 87. Reipublicæ præcipitanti subvenire. *et ibid.* 1. 1. Præcipitante republica. *Liv.* 27. 40. Quum ad Cannas præcipitasset Romana res. Rursus *Cic.* 3. *Att.* 15. *ad fin.* Me certe ad exitium præcipitantem retinuisses. *Id. Dom.* 15. 40. Tuo præcipitante jam et debilitato tribunatu. — *b*) Speciatim. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 21. 68. Sustinenda est potius omnis assensio, ne præcipitet, si temere processerit.

PRÆCĬPŬA, ōrum, n. plur. 2. *V.* PRÆCIPUUS in fin.

PRÆCĬPŬĒ, adverb. in primis, potissimum, maxime, *particolarmente, spezialmente, singolarmente, segnatamente, principalmente*, μαλιστα, ἐξαιρέτως; et sæpissime dicitur de rei modo, et quidem de re præter ceteras et maxime vel frequentissime agenda. *Plaut. Most.* 1. 3. 31. Tu ecastor erras, quæ quidem illum exspectes unum atque illi morem præcipue sic geras, atque alios asperneris. *Cic.* 1. *Orat.* 8. 30. Hæc una res in omni libero populo, maximeque in pacatis civitatibus præcipue semper floruit. *Id. Sull.* 29. 82. Neque ego præcipue de consularibus disputo: nam hæc universi senatus communis est laus. *Cæs.* 7. *B. G.* 40. Semper Æduorum civitati præcipue indulserat. *Curt.* 4. 16. 12. Sitis præcipue fatigatos et saucios perurebat. *Nepos Att.* 16. Eum præcipue Cicero dilexit. *Quintil.* 12. 1. 8. Non præcipue acuit ad cupiditatem litterarum amor laudis? *Gell.* 20. 1. *a med.* Populus Romanus omnium maxime atque præcipue fidem coluit. *Quintil.* 1. 6. 1. Rationem præstat præcipue analogia, nonnunquam et etymologia. *Id.* 1. 8. 11. Nam præcipue quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Asinium etiam videmus etc. — *Cic. Rabir.* 1. 4. Labor in hoc defendendo præcipue meus est: studium vero conservandi hominis commune mihi vobiscum esse debebit. *Id.* 2. *Fam.* 6. 13. Non enim mihi tam mea salus cara fuit, in qua præcipue sum ab illo adjutus, quam pietas erit in referenda gratia jucunda. *Id.* 2. *Legg.* 18. 43. Color autem albus præcipue decorus Deo est. *Quintil.* 10. 1. 3. Non autem ut quidquam præcipue necessarium est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 108. Præcipue sanus, nisi quum pituita molesta est. *h. e.* optima valetudine utens, ut interpretatur *Forcellinus*; vel sanus præter ceterus et animo

et corpore, ut alii putant; vel sanus, quod maximum est, ut alii. — *Cæs.* 3. *B. C.* 68. Fortuna, quæ plurimum potest quum in reliquis rebus, tum præcipue in bello. *Quintil.* 9. 4. 37. Consonantes quoque, earumque præcipue quæ sunt asperiores. Adde *eumd.* 9. 4. 35., 8. 6. 14., 9. 2. 77. et alibi. *Id.* 10. 1. 101. Affectus quidem, præcipue eos, qui sunt dulciores-, nemo historicorum commendavit magis. *Virg.* 2. *G.* 371. Texendæ sæpes etiam, et pecus omne tenendum, Præcipue dum frons tenera imprudensque laborum. — *Præcipueque, et præcipue, vel præcipue, præcipue vero,* apud *Quintil.* 11. 1. 68. Aliquando etiam inferioribus, præcipueque adolescentulis parcere aut mederi decet. *et* 2. 2. 8. Viva illa, ut dicitur, voi alit plenius, præcipueque ejus præceptoris, quem etc. *Id.* 9. 2. 42. Novi vero, et præcipue declamatores, audacius imaginantur. *et* 9. 3. 1. Omnes veteres, et Cicero præcipue. *Id.* 10. 1. 105. Oratores vero vel præcipue Latinam eloquentiam parem facere Græcæ possint, *h. e.* præter alios. *Tac.* 12. *Ann.* 60. Quum Marius et Sulla olim de eo vel præcipue bellarent. *Quintil.* 6. 1. 38. Vultu risum etiam moventes sæpe vidi, præcipue vero, quum aliqua velut scænice fiunt.

PRÆCĬPŪUS, a, um, adject. a *præcipio* (*V.* sub I. *b.*) proprie est is qui ante capitur; atque adeo peculiaris, proprius; cui *communis* opponitur, ἐξαίρετος, διάφορος. (It. *particolare, proprio;* Fr. *particulier, qu'on a par précipue;* Hisp. *particular, singular, especial;* Germ. *eigenthümlich, besonder;* Angl. *particular, peculiar, special*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cic. Sull.* 3. 9. Necesse est, quod mihi consuli præcipuum fuit præter alios, id jam privato cum ceteris esse commune. *et ibid.* 4. 12. Tum communibus, tum præcipuis patris tui periculis commovebatur. *Id.* 4. *Fam.* 15. Non debes aut propriam fortunam et præcipuam postulare, aut communem recusare. *Id. Prov. cons.* 1. 2. Præcipuum illum et proprium sensum doloris mei, quem tamen vos communem semper vobis mecum esse duristis, a sententia dicenda amovebo. *Id.* 1. *de republ.* 3. Non præcipuam, sed parem cum ceteris fortunæ conditionem subire. — *b*) Speciatim. *Præcipuus* est a *præcipio,* h. e. ante capio, ea ratione, qua *conspicuus* et *perspicuus* ab *aspicio* sunt: ut sit id, quod ante et præter alios capitur, ut *Paul. Diac.* docet p. 80. 3. *Müll.* Unde apud ICtos dicitur *præcipuum,* quod inter multos in divisionem non venit, sed ab uno aliquo extra sortem præcipitur. *Sidon.* 6. *Ep.* 12. *ante med.* Illud autem deberi tibi quodam, ut Jurisconsulti dicunt, præcipui titulo, nec tuus poterit ire pudor inficias, etc. *Sueton. Galb.* 5. Liviæ testamento pæne ditatus est; HS namque quingenties quum præcipuum inter legatarios habuisset, etc. *Ulp. Dig.* 33. 4. 2. *in fin.* Habebit præcipuam dotem cum frugibus suis: id vero, quod extrinsecus ei relictum est, restituet. *Papinian. Dig.* 40. 5. 23. *a med.* Quum peculium castrense filius et inter legitimos heredes præcipuum retineat. *Id. ibid.* 31. 1. 79. *a med.* Nec ob eam rem apud arbitrum divisionis præcipuam causam filiæ fore. *V.* PRÆCEPTIO. Huc pertinere videtur illud *Ter. Adelph.* 2. 3. 5. Itaque unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror, fratrem, etc. *et Plaut. Rud.* 1. 3. 6. Hanccine ego partem capio, ob pietatem, præcipuam?

II.) Translate. ¶ 1. Sæpissime est insignis, singularis, eximius, potissimus, *insigne, singolare, esimio, principale, distinto.* — *a*) Cum Substantivo tantum. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 9. Nisi in multitudine optimorum civium impetus animi mei fuerit singularis, et opera præcipua, nihil ad meam dignitatem accedere volo suffragatione vestra. *Cic. Manil.* 19. 58. Qui in hoc bello etiam præcipuo jure esse deberet. *Cæs.* 5. *B. G.* 52. Quos præcipuo semper honore Cæsar habuit. *Virg.* 3. *G.* 74. quos in spem statues submittere gentis, Præcipuum jam inde a teneris impende laborem. *Cic.* 4. *Fam.* 3. In communibus miseriis præcipuo quodam dolore angi. *Id.* 1. *Off.* 4. 12. Natura ingenerat præcipuum quemdam amorem in eos, qui procreati sunt. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 7. 15. (30). Piper præcipua amaritudine. *Ovid.* 4. *Pont.* 10. 40. Et quæ præcipuum sidera frigus habent. *Seneca Thyest.* 285. Quod est in isto scelere præcipuum nefas, hoc ipse faciet. *Quintil.* 2. 15. 1. Prima ac præcipua opinionum circa hoc differentia. *Id.* 1. 3. 1. Ingenii signum in parvis præcipuum memoria est, proximum imitatio. *Id.* 10. 1. 80. Neque has solas virtutes, sed has præcipuas puto. — *b*) Cum addito Ablativo rei, qua quis est eximius, singularis, etc. — Per Ablat. *Quintil.* 6. 3. 3. Cicero præcipuus in eloquentia vir. *Tac.* 12. *Ann.* 40. Præcipuus scientia rei militaris Venusius. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 48. 49. (154). Vir præcipuus corpore viribusque. *Flor.* 3. 1. Ut rex fraude præcipuus, fraude caperetur. *V.* alia infra sub *d.* — Per Genit. *Tac.* 6. *Ann.* 4. Latiaris præcipuus olim circumveniendi Sabini, et tunc luendæ pœnæ primus fuit. *h. e.* qui præcipuam dederat operam, ut Sabinus circumveniretur. — *c*) Cum addita re, cui quid mirifice prodest. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 107. (170). Herba dentibus præcipua. *Id.* 11. *ibid.* 49. 109. (261). Calculo humano remedia præcipua. *Id.* 8. *ibid.* 25. 38. (91). Scincos contra venena præcipuus antidotus. *et ibid.* 27. 41. (97). Herba ad serpentium ictus præcipua. — *d*) Est etiam, ut ait *Forcellinus,* princeps, primus. *Virg.* 8. *Æn.* 176. gramineoque viros locat ipse sedili: Præcipuumque toro, et villosi pelle leonis Accipit Æneam, solioque invitat acerno. *Tac.* 15. *Ann.* 56. *extr.* Præcipui amicorum. *et* 14. *ibid.* 55. *in fin.* Præcipuus caritate. *et* 16. *ibid.* 33. magnitudine opum. *et* 3. *ibid.* 30. Præcipuus, cui secreta imperatorum inniterentur. Hæc *Forcellinus.* Ceterum hoc sensu, ut apud *Tac.* 15. *Ann.* 56. *extr. loc. cit.,* absolute quoque usurpatur. Sic *Quintil.* 8. 3. 89. Ex quibus præcipuos attingemus. *Id.* 10. 1. 81. Philosophorum Platonem esse præcipuum. *V.* et infra sub *f.* — *e*) Neutro gen. absolute. *Cic.* 2. *Fin.* 33. 110. Et homini, qui ceteris animantibus plurimum præstat, præcipui a natura nihil datum esse dicemus? *Quintil.* 1. 5. 1. Dicere apte, quod est præcipuum, plerique ornatui subjiciunt. *Id.* 6. 4. 13. In qua (*altercatione*) præcipuum est, semper in oculis habere, de quo quæritur. *Id.* 11. 2. 47. In actionibus inter præcipua servandum est. — Et cum Genitivo. *Tac.* 4. *Ann.* 40. Ceteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere putent: principum diversam esse sortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda. — *f*) Vicem superlativi gerit apud *Sueton. Ner.* 31. Præcipua cænationum rotunda (*erat*), quæ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur. ¶ 2. Speciatim *præcipua, ōrum,* n. plur. 2. sunt Stoicorum προηγμένα, ea scilicet quæ non sunt absolute bona, sed quæ secundum locum obtinent, et ad summum bonum proxime accedunt. *Cic.* 3. *Fin.* 16. 52. — Hinc

Præcipua, ōrum, n. plur. *V.* sub II. 2.

PRÆCĪSĀLĬA, lium *vel* lorum, n. plur. 2. videntur esse sacra, quæ tempore præcidendi arbores fiebant. *Prob. Append.* in *Anal. Gramm.* p. 441. Lupercalia, Præcisalia, Quinquennalia. Ita edidit et *Keil.* p. 196.

PRÆCĪSĀMENTUM, i, n. 2. *Isid.* 19. *Orig.* 22. Vestis segmentata est zonis quibusdam et quasi præcisamentis ornata. Nam et particulas cuicumque materiæ abscisas præsegmina vocant. *V.* SEGMENTUM.

PRÆCĪSĒ, adverb. præcidendo; sed occurrit translate tantum, et ¶ 1. Est Ital. *brevemente, succintamente,* ἀποτόμως, breviter, paucis, sermonem præcidendo. *Cic.* 2. *Nat. D.* 29. 73. Præcise dicitur providentia mundum administrari: plene autem et perfecte sic dici existimato, providentia deorum mundum administrari. *Gell.* 3. 16. Id obscure atque præcise dictum. ¶ 2. Item est absolute, simpliciter. *Cic.* 8. *Att.* 4. Præcise negare alicui. *h. e.* absolute, nude, simpliciter, atque adeo dure. *V.* PRÆCIDO. II. 4. *d. Ulp. Dig.* 36. 3. 1. *sub fin.* Cavebitur ei non præcise, sed sub conditione. *h. e.* non absolute. *Justinian.* 4. *Institut. tit.* 3. Quod autem non præcise de quadrupede, sed de ea tantum, quæ etc. *h. e.* simpliciter, et universim.

PRÆCĪSĬO, ōnis, f. 3. actus præcidendi, recisio, *taglio, troncamento,* ἀποτομή.

I.) Proprie. *Apul.* 1. *Met.* Ea bestia (*castor*) captivitatis metuens, se ab insequentibus præcisione genitalium liberat.

II.) Translate. ¶ 1. Est locus, ubi aliquid præcisum est. *Vitruv.* 5. 7. Ad ejus mensuræ perpendiculum inferiores sedes præscindantur, et qua præcisio fuerit, ibi etc. *Id.* 4. 2. Projecturas tignorum præsecuerunt, et tabellas contra tignorum præcisiones in fronte fixerunt. *Capell.* 6. *p.* 222. Caucasus portas habet, quas Caspias vocant, cautium præcisiones etiam ferreis trabibus obseratas ad externorum transitum cohibendum.

PRÆCĪSOR, ōris, m. 3. *incisore,* ita appellantur quatuor primores in homine dentes, qui Græce τομικοί. *Isid.* 11. *Orig.* 1. Horum primi præcisores dicuntur, quia omne, quod accipitur, ipsi prius incidunt. *V.* DENS.

PRÆCĪSUM, i, n. 2. *V. Præcisus* sub I. in fin. v. PRÆCIDO.

PRÆCĪSŪRA, æ, f. 1. *ritaglio.* Præcisuræ asparagorum *Apicio* 4. 2. sunt, quæ præcisæ abjiciuntur. Præcisuræ agrorum *Frontino de colon. p.* 102. *et* 126. *et* 140. *Goes.* sunt piuguiores agrorum laciniæ, ut ipse *Goes.* interpretatur. V. *Guarini, Illustraz. della campagna Taurasina p.* 99. *et* 103. — In re medica. *Theod. Priscian. lib.* 4. *p.* 312. ed. *Ald.* Ad ulcera recentia, ad luxatum, ad præcisuram, ad scabiem in capite etc. *per i tagli.*

PRÆCĪSUS, a, um. *V.* PRÆCIDO.

PRÆCLĀMĬTĀTOR, ōris, m. 3. *V.* PRÆCIA.

PRÆCLĀMO, as, āvi, are, n. 1. *gridare innanzi,* προβοάω, ante clamo. *Paul. Dig.* 48. 8. 7. Si putator ex arbore quum ramum dejiceret, non præclamaverit, et prætereuntem occiderit. *Alii leg.* proclamaverit. Habent et *Not. Tir. p.* 93. Proclamat, præclamat.

PRÆCLĀRĒ, adverb. Sup. *Præclarissime* 2. — Præclare occurrit translate tantum, et ¶ 1. Est valde clare, dilucide, perspicue, *molto chiaramente,* καταφανῶς. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 9. 33. Præolare explicatur Academiæ veteris auctoritas. *Id. Brut.* 15. 59. Ingenii lumen eloquentia, qua virum excellentem præclare, etc. *Id.* 13. *Fam.* 7. Tibi negotium datum esse a Cæsare, non judicium, præclare intelligo. *so benissimo.* et 4. *ibid.* 7. Ego te eum esse, qui *etc.,* præclare memini. *Plin.* 3. *Ep.* 13. Invenire præclare, enunciare magnifice, disponere apte. *Gell.* 2. 23. Præclare, et apposite, et facete scribere. ¶ 2. Item valde recte, commode, optime, *benissimo, egregiamente, ottimamente,* καλῶς. — *a*) Generatim. *Cic.* 3. *Verr.* 4. 9. Præclare nobiscum actum iri, si populus R. istius unius supplicio contentus erit. *et* 4. *ibid.* 61. 149. Omnino præclare te habes, quum is ordo tibi est inimicissimus. *so che stai bene.* ironia. *et* 6. *ibid.* 55. 122. Pugna in tabulis picta præclare. *et ibid.* 44. 96. Simulacrum præclare factum e marmore. *Id.* 3. *Phil.* 10. 25. Præclare facitis, qui de præsidio consulum referatis. *Id. Rosc. Am.* 13. 37. Si (id quod præclare a sapientibus dicitur) vultu sæpe læditur pietas. *Id.* 13. *Fam.* 41. Id his valde gratum fore, teque apud eos præclare positurum, confirmo et spondeo. *con tuo gran vantaggio.* Sic *Rosc. Com.* 12. 34. Præclare suum negotium gessit Roscius: fundum fructuosissimum abstulit. — *b*) Speciatim est vehementer approbantis. *Cic.* 13. *Phil.* 4. 9. Pacem vult M. Lepidus: præclare, si etc. *benissimo.* — *c*) Item cum multa gloria, aut laude. *Cic. Mil.* 35. 96. Se nihil in vita nisi præclarissime fecisse. *Auct. B. Alex.* 30. Cæsar, re præclarissime gesta, victor ad castra contendit. — *d*) Item de his quæ utiliter adhibentur in medicina. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 25. (78). Jus quoque ex his potum præclare medetur. *Id.* 26. *ibid.* 15.

90. (161). Dictamni folia præclare dantur ex aqua. *Id.* 22. *ibid.* 1. 1. 22. (48). Radix coliadis præclare facit. *Id.* 32. *ibid.* 4. 14. (35). Testudinum carnes contra salamandras præclare auxiliantur.

PRÆCLĂRĔO, es, ŭi, ere, n. 2. valde, vel præ ceteris clarere. *Alcim. Avit.* ad *soror.* ὃ. 508. sancto cunctis præclaruit ore.

PRÆCLĂRĬTAS, ātis, f. 3. εὐκλεια, excellentia. *Vulgat. interpr. Sapient.* 8. 18. Præclaritas in communicatione sermonis ejus.

PRÆCLĂRĬTER, adverb. præclare. *Claudius Quadrigarius* apud *Non. p.* 516. 12. *Merc.* Et ita rebus præclariter gestis, Romam reverterunt. *Priscian.* 15. *p.* 1010. *Putsch.* enumerat *præclariter* inter adverbia ab *Ennio* usurpata.

PRÆCLĂRUS, a, um, adject. (præ *et* clarus). Comp. *Præclarior* et Sup. *Præclarissimus* II. — Præclarus est valde clarus, illustris, splendidus, καταφανής (It. *molto chiaro;* Fr. *très-clair, lumineux, brillant;* Hisp. *claro, luminoso, brillante;* Germ. *sehr hell, sehr leuchtend;* Angl. *very clear or bright*).

I.) Proprie. *Lucret.* 2. 1032. Lunamque et solis præclara luce nitorem. *Id.* 5. 120. præclarum cæli restinguere solem. *Juvenal.* 5. 42. præclara iaspis.

II.) Translate latissime patet; usurpatur enim de rebus physicis, de hominibus, de animo et de abstractis, et est formosus, nobilis, illustris, egregius; sæpe cum Ablativo. — *a*) De corpore est formosus, pulcher, *bello. Lucret.* 4. 1038. Nuncia præclari vultus, pulcrique coloris. *Cic.* 6. *Verr.* 52. 117. Urbs situ quum munito, tum ex omni aditu, vel terra, vel mari, præclaro ad aspectum. *Accius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 22. 44. Duos arietes inde eligi, præclariorem alterum immolare me. — *b*) De genere est illustris, nobilis, *nobile. Sueton. Oth.* 1. Materno genere præclaro. *Virg.* 4. *G.* 322. præclara stirpe deorum. *Val. Flacc.* 2. 149. magni proles præclara Dorycli. — *c*) De homine, de animo et de abstractis est illustris, commemorandus, famosus, egregius, eximius, *illustre, cospicuo, famoso, insigne, nobile, preclaro, celebre, eccellente. Virg.* 8. *Æn.* 480. et 12. *ibid.* 347. Gens bello præclara. *Stat.* 3. *Theb.* 284. Præclarus armis. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 51. Hominem tam pulcrum, et præclarum virtute, et fortem factis. *Sall. Jug.* 88. Quanto vita illorum præclarior, tanto horum socordia flagitiosior. *Sueton. Cal.* 22. Simulacra numinum, religione et arte præclara. *Cic.* 1. *Fam.* 7. *a med.* Minime miramur, te tuis, ut egregium artificem, præclaris operibus lætari. *Id.* 1. *Orat.* 11. 46. Multi præclari in philosophia et nobiles *Id. ibid.* 29. 131. In vobis egregiam quamdam et præclaram indolem ad dicendum esse cognovi. *et* 2. *ibid.* 21. 89. Genus dicendi magnificum atque præclarum. *Id.* 10. *Fam.* 5. Nec quidquam ex omnibus rebus humanis est præclarius, aut præstantius, quam de republ. bene mereri. *Id.* 1. *Off.* 20. 67. Quæ eximia plerisque et præclara videntur, parva ducere. *et Orat.* 4. 15. Quum alia præclara quædam et magnifica didicisset. *Id.* 4. *Phil.* 2. 5. Præclara et luculenta reclamatione factum Martialium comprobastis. *Nepos Timol.* 1. Præclarissimum facinus. *et ibid.* 2. Præclara victoria. *Virg.* 4. *Æn.* 665. urbs. *Auct. B. Alex.* 24. Præclarissima patria. *Plin. Paneg.* 88. *ad fin.* Præclarior laus. *Ovid.* 3. *Trist.* 5. 40.; *et Pers.* 2. 10. Præclarum funus. *h. e.* crebris funalibus et pompa magnificum. — Cum Genit. *Tac.* 4. *Ann.* 34. T. Livius, eloquentiæ ac fidei præclarus in primis. — In malam partem. *Sall. Jug.* 17. Qui nunc sceleribus suis ferox atque præclarus est. — *d*) De re familiari est copiosus, abundans, dives. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 45. Si cui præterea validus male filius in re Præclara sublatus aletur. — *e*) De iis, quæ famam utilitatis habent in medicina. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 3. 36. (73). Olivæ albæ præclarum habent usum recentes, per se cibi modo devoratæ. *Id.* 20. *ibid.* 7. 26. (61). Succus ad multa præclarus. *Id.* 27. *ibid.* 4. 14. (31). Herba præclara in vulneribus. *Id.* 22. *ibid.* 24. 51. (110). Aqua mulsa præclaram utilitatem habet. *Id.* 35. *ibid.* 6. 14. 33. Rubrica in medicina res præclara habetur. *V.* **PRÆCLARE** sub 2. *d.*

PRÆCLĀVĬUM, ĭi, n. 2. vestis, cui nondum clavi, ornamenti causa, additi sunt, vestis nondum clavata, quam ita definit *Non. p.* 64. 22. *Merc.* Præclavium, pars vestis, quæ ante clavum texitur. *Afranius* apud *eumd. ibid.* Tertium diem præclavium unum texere. *Id. ibid.* Mea nutrix surge, si vis, profer purpuram, præclavium textum est.

PRÆCLŪDO, dis, si, sum, dere, a. 3. (præ *et* claudo). Part. *Præclusus* I. et II.; *Præclusurus* I. — Præcludere est ante aliquem claudere, valde claudere, διακλειω (It. *chiudere in faccia, serrare;* Fr. *fermer devant ou à quelqu'un;* Hisp. *cerrar, tapar, circundar;* Germ. *vorn zuschliessen, verschliessen;* Angl. *to shut in the face of, shut against, bolt, bar*).

I.) Proprie. — *a*) De rebus physicis. *Cæs.* 2. *B. C.* 19. *extr.* Per se cohortes ejecit, portasque præclusit. *et* 3. *ibid.* 12. Illi daturos se negare, neque portas consuli præclusuros. *Lucan.* 9. 39. classi præcludere portus. *Propert.* 2. 4. 21. Nec mea præclusas fregerit ira fores. *Cæs.* 2. *B. C.* 20. Quum sese Italicam venturum promisisset, certior a suis factus est, præclusas esse portas. *Sueton. Oth.* 8. *extr.* Via lapidum ruina præclusa. *Seneca Thyest.* 781. Sæpe præclusæ cibum tenuere fauces. *Sil. It.* 9. 511. denso fauces præclusus pulvere miles. *Sueton. Cal.* 26. *extr.* Horreis præclusis populo famem indixit. — *b*) De hominibus, pro coercere, impedire, prohibere, excludere. *Sueton. Ner.* 32. Quum interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris, submisissetque qui nundinarum die pauculas uncias venderet, præclusit cunctos negotiatores. *Budæus* mallet *perculit.* At *Crusius* nihil mutandum, atque ita interpretandum putat: portis præclusis, Urbe excedere prohibuit, eorumque merces remque familiarem confiscavit.

II.) Translate est universim intercludere, impedire, præcidere. *Val. Flacc.* 4. 668. scopulis præclusa ratis. *h. e.* clausa inter duos scopulos. *Auct. B. Alex.* 8. Quæ diversæ navigationes numquam uno tempore adversis ventis præcluderentur. *Cic. Planc.* 40. 96. Nam maritimos cursus præcludebat hiemis magnitudo. *Auct. B. Alex.* 8. Præcludere navigationem. *Seneca Herc. Œt.* 1920.; et *Ovid*, 14. *Met.* 790. iter. *Id.* 2. *ibid.* 658. usum vocis. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 12. 12. (32). spiritum. *torre il fiato.* et *Colum.* 6. *R. R.* 18. 1. Hirudo faucibus adhærens transitum cibis præcludit. — *Cic.* 7. *Verr.* 65. 168. Jam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maxime patuit, civibus R. ista defensione præcluseris. *Id. Pis.* 17. 40. Si non tuis nefariis in hunc ordinem contumeliis in perpetuum tibi curiam præclusisses. *Id.* 7. *Verr.* 8. 21. Facile ostendam, tua crudelitate in alios, omnes tibi aditus misericordiæ judicum jampridem esse præclusos. Sic *Petron. Satyr.* 87. Præcludere sibi aditum. *Lucret.* 1. 975. effugium alicui. *et ibid.* 321. speciem videndi. *Phædr.* 1. 23. linguam cani, ne latret. *et ibid.* 26. vocem præcludit metus. Sic *Liv.* 33. 13. Quamquam vel inimicissimis omnibus præclusisse vocem videbatur. et *Claudian. VI. cons. Honor.* 265. ubi præclusæ voci lavata remisit Frena dolor.

PRÆCLŬĔO, es, ere, n. 2. Aliam formam *V.* in fin. — Part. *Præcluens.* — Præclueo est idem ac valde clueo, celebris sum. *Terentian. p.* 2433. *Putsch.* Vel qui in vetusta præcluent comœdia. *Prudent.* 4. *Cathemer.* 37. Sic olim tua præcluens potestas. — Est etiam 3. conjug. apud *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* edente *A. Maio* 1. 38. Ut vos, qui ex ubertate terræ præcluatis, etc.

PRÆCLŪIS, e, adject. valde illustris, fama celebris. *Capell.* 1. *p.* 2. Liberi præclues. *et p.* 10. Paret præcluibus libens profatis. *et* 9. *p.* 307. Heroum conventus præclui enituit admiratione.

PRÆCLŬO, is, ere, n. 3. *V.* PRÆCLUEO in fin.

PRÆCLŪSĬO, ōnis, f. 3. *serramento*, σύγκλεισις, actus præcludendi, conclusio. *Vitruv.* 9. 9. *a med.* Præclusio aquarum.

PRÆCLŪSOR, ōris, m. 3. qui præcludit. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 27. *sub fin.* Præclusores legis. *h. e.* non admittentes quemquam ad legis intellectum.

PRÆCLŪSUS, a, um. *V.* PRÆCLUDO.

PRÆCO, ōnis, m. 3. *Prœchones* in quibusdam inscriptionibus scriptum fuisse, testatur *Quintil.* 1. 5. 20. — Præco, qui videtur esse a *præcieo*, vel a *præcino*, (hinc *Priscian.* 14. *p.* 997. *Putsch.* Præco quoque a valde canendo est dictus) vel quasi *prædico*, per syncop., est buccinator, prædicator, minister publicus, qui voce quæstum facit, κηρυξ (It. *banditore, gridatore;* Fr. *crieur public, héraut, huissier;* Hisp. *gritador, voceador, pregonero;* Germ. *der Herold, Ausrufer;* Angl. *a public crier, common crier, beadle*).

I.) Proprie. Præconum multiplex fuit opera. — *a*) Nam in auctionibus pretium rerum clamore pronunciabant, et ad emendum laudando invitabant. *Horat. Art. P.* 419. Ut præco, ad merces turbam qui cogit emendas. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 17. Stulte, nescis, nunc venire te, atque in eopse astas lapide, ut præco prædicat. *Cic.* 3. *Nat. D.* 34. 84. Hæc sublata de fanis in forum protulit, et per præconem vendidit. *Id.* 12. *Att.* 40. *ad fin.* De hortis Scapulanis hoc videtur effici posse, ut præconi subjiciantur. *Id. Dom.* 20. 52. Ut Cyprius rex cum bonis omnibus sub præcone subjiceretur. — *b*) Magistratibus apparebant, reos citabant, silentium indicebant, eorum edicta, sententias judicum, et alia hujusmodi publicabant. *Liv.* 26. 15. *a med.* Præconi imperavit consul, ut lictorem lege agere juberet. *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 3. *Verr.* 1. Apud veteres et judices, et rei, et accusatores, et defensores citabantur a præcone prætoris. *Cic.* 4. *Verr.* 30. 75. Testes citari jubet: dicit unus et alter breviter. Nihil interrogatur. Præco, dixisse pronunciat. *Sueton. Tib.* 11. Citatum pro tribunali voce præconis conviciatorem rapi jussit in carcerem. *Liv.* 3. 47. *extr.* Quum repelleretur assertor virginis, silentium per præconem factum. — *c*) Ad contionem et comitia populum vocabant: in his eorum nomina renunciabant, qui crearentur. *Censoriæ tabulæ* apud *Varron.* 6. *L. L.* 86. *Müll.* Ubi noctu in templum censuræ auspicaverit, præconi sic imperato, ut viros vocet. *et mox* § 87. Præco in templo primum vocat, postea de mœris vocat. Item *Varro* 7. *ibid.* 42. Alterum, comitiis quum recitatur a præcone, dicitur, olla centuria, non illa. *Cic.* 4. *Herenn.* 55. 68. Jubet advocari contionem, *etc.* Illi præco faciebat audientiam. *Id.* 2. *leg. Agr.* 2. 4. Me non singulæ voces præconum, sed una voce universus populus R. consulem declaravit. *Gell.* 12. 8. *ad fin.* Populus eos simul censores facit: atque illi, ubi voce præconis renunciati sunt, etc. — *d*) In aliquibus conveniebant cum accensis. *Varro* 6. *L. L.* 89. *Müll.* Quare hic accenso, illic præconi dicit hæc, est causa: in aliquot rebus item ut præco, accensus acciebat. — *e*) Ad ludos invitabant, et in his victores qui fuissent, clara voce et multis laudibus enunciabant. *Sueton. Claud.* 21. Quare vox præconis irrisa est, invitantis more solemni ad ludos, quos nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset. *Cic.* 5. *Fam.* 12. *ad fin.* Dicant, verecundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui, quum ceteris coronas imposuerint victoribus, eorumque nomina magna voce pronunciarint, quum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse prædicent. — *f*) In theatris silentium indicebant. Apud *Plaut.* ita Prologus loquitur, *Pœn. prol.* 11. Exsurge, præco, fac populo audientiam. Jamdudum exspecto, si tuum officium scias. Exerce vocem, per quam vivis, et colis. Nam nisi clamabis, tacitum te obrepet fames. — *g*) Adhibebantur ad res amissas investigandas. *Plaut. Merc.* 3. 4. 78. Certum est præconum jubere

jam quantum est conducier, qui illam investigent, qui inveniant. *Petron. Satyr.* 97. Intrat stabulum præco cum servo publico, et hæc proclamavit: Puer in balneo paullo ante aberravit, *etc.* Si quis eum reddere, aut commonstrare voluerit, accipiet nummos mille. *V.* PRÆCONIUM II. 1. — *b*) Item funeribus indicendis, et ad exsequias hominibus evocandis. *Festus pag.* 106. 13. *Müll.* Indictivum funus, ad quod per præconem evocabantur. Formulam indicendi refert *Ter. Phorm.* 5. 8. 37., item *Varro* 7. *L. L.* 42. *Müll. V.* EXSEQUIÆ et OLLUS. — *c*) Eorum ministerium parum honestum et vile, quamvis quæstuosum, habebatur. Nam in *Vet. S. C.* apud *Mazoch. Tab. Heracl. p.* 415. Neve quis qui præconium, dissignationem, libitinamve faciet, dum eorum quid faciet, in municipio, colonia, præfectura duumviratum, quatuorviratum, aliumve quem magistratum petito, neve capito, neve gerito, neve habeto, neve ibi senator, neve decurio, neve conscriptus esto, neve sententiam dicito. *V. Cic. Quinct.* 3. 11. Ceterum C. Julius Cæsar dictaturam consecutus in lege Julia, quam scripserat, et ferre jam constituerat, eorum conditionem paullo honestiorem fecit. *Id.* 6. *Fam.* 18. Quæsivi a Balbo, quid esset in lege. Rescripsit, eos, qui facerent præconium, vetari esse in decurionibus; qui fecissent, non vetari. Neque enim erat ferendum, quum, qui hodie haruspicinam facerent, in senatum Romæ legerentur; eos, qui aliquando præconium fecissent, in municipiis decuriones esse non licere. *Martial.* 5. 56. Artes discere vult (*filius tuus*) pecuniosas? Præconem facias, vel architectum. — *l*) Anuli distinxere alterum ordinem (*h. e.* equestrem) a plebe, sicut tunica (*h. e.* laticlavia) ab anulis senatum tantum: quamquam et hôc sero: vulgoque purpura latiore tunicæ usos invenimus etiam præcones, sicut patrem L. Ælii Stilonis, Præconini ob id cognominati. Hæc *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 7. (29). *V. Sueton. Gramm.* 3. — Hinc si quis præconium faciens de patria sua bene meritus esset, in ordinem decurionum adlegebatur ejus filius ob merita patris, ut patet ex *Inscript.* Puteolana in PRÆCONIUS allata.

II.) Translate (*V.* supra sub *e.*) ponitur pro laudatore. *Cic. Arch.* 10. 24. O fortunate adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris!

PRÆCOCTUS, a, um. *V.* PRÆCOQUO.

PRÆCŒPI, isti, isse, defect. ante cœpi. *Auct. Itin. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 84. Ipse vicesima die urbem, quam præcœpit, substruit.

PRÆCŌGĪTĀTĬO, ōnis, f. 3. ante cogitatio. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 39. *ante med.* Cohibuit præcogitationem.

PRÆCŌGĪTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆCŌGĪTO, as, -āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præcogitatus.* — Præcogitare est ante cogitare, præmeditari, *pensare innanzi, premeditare,* προνοοῦμαι. *Liv.* 40. 4. *ad fin.* Multo ante præcogitatum facinus. *Seneca Ep.* 76. *sub fin.* Præcogitati mali mollis ictus venit. *Quintil.* 12. 9. 20. Licet præcogitare plura, et animum ad omnes casus componere. *Imppp. Arcad., Honor. et Theodos. Cod. Theod.* 8. 4. 20. Præcogitare abscessum. *Vulgat. interpr. Marc.* 13. 11. Et quum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini.

PRÆCOGNĪTĬO, ōnis, f. 3. anticipata cognitio. *Boeth.* 5, *Consol. Philos. pros.* 4. Hoc igitur modo etiam si præcognitio non fuisset, necessarios futurorum exitus esse constaret.

PRÆCOGNĪTOR, ōris, m. 3. qui antea cognoscit, qui per se cognoscit. *Ambros. de Fide* 2. *præfat.* Si factura est, non est omnium factor. Si discens, non præcognitor. Si accipiens, non est perfectus.

PRÆCOGNĪTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆCOGNOSCO, gnoscis, gnōvi, gnĭtum, gnoscere, a. 3. Part. *Præcognitus.* — Præcognoscere est antea cognoscere, *preconoscere, antivedere. Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 15. *ad fin.* Si latro, præcognito nostro adventu, rursus in Italiam se recipere cœperit. *Sueton. Aug.* 97. Mors quoque ejus, de qua dehinc dicam, divinitasque post mortem, evidentissimis ostentis præcognita est. *Boeth. Aristot. analyt. poster.* 1. *p.* 522. Dupliciter autem est necessarium præcognoscere, alia namque, quia sunt, præopinari necesse est, alia vero quia est quod dicitur intelligere oportet, quædam autem utraque. Adde *Vulgat. interpr.* 1. Petr. 1. 20. Præcogniti quidem ante mundi constitutionem.

PRÆCOLLĪGO, is, ere, a. 3. Part. *Præcolligendus V.* in PRÆCONFESSIO. — Præcolligere est antea colligere. *Boeth. Aristot. Topic.* 8. *p.* 724. Occultantem vero ratiocinatione præcolligere oportet ea, per quæ syllogismus ejus, quod ex principio est, debet fieri.

PRÆCŎLO, cŏlis, cŏlŭi, cultum, cŏlere, a. 3. Part. *Præcultus* 1. et 3. — Præcolere occurrit translate tantum; et ¶ 1. Est antea excolere, præparare. *Cic. Partit. orat.* 23. 80. Sunt alii quidam perfecti animi habitus, ad virtutem quasi præculti, et præparati rectis studiis et artibus. ¶ 2. Est præferre, pluris quam alia facere. *Tac.* 14. *Ann.* 22. Fovebantque multi, quibus nova et ancipitia præcolere, avida et plerumque fallax ambitio est. ¶ 3. Item valde exornare. *Quintil.* 11. 1. 31. Genus eloquentiæ plenum, et erectum, et audax, et præcultum senibus non convenit. *Stat.* 2. *Theb.* 297. Tunc donis Argia nitet, vilesque sororis Ornatus sacro præculta supervenit auro.

PRÆCOMMŎDO, as, are, a. 1. ante commodo, præbeo. *Impp. Theodos. et Valentin. Cod. Theod.* 14. 27. 2. Quingentos solidos (*iis*) præcommodari decernimus. *Coripp.* 1. *Laud. Justin.* 7. Officio quocumque datur, præcommodo linguam.

PRÆCOMMŎVĔO, es, ere, a. 2. ante, aut valde commoveo. *Seneca Thyest.* 299. Si nimis durus preces spernet Thyestes, liberos ejus rudes, et faciles capi præcommovebunt.

PRÆCOMPŎSĬTUS, a, um, particip. ab inusit. *præcompono: preparato,* ante compositus, meditatus, paratus. *Ovid.* 6. *Fast.* 674. Quum præcomposito nuncius ore venit.

PRÆCŌNANS, antis, particip. ab inusit. *præconor,* præconem agens. *Capell.* 1. *p.* 17. Ingressuros cunctos nominatim vocabat Fama præconans.

PRÆCONCEPTUS, a, um, particip. ab inusit. *præconcipio,* ante conceptus, προσυλλημφθείς. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 82. 84. (197). Specus præconceptum spiritum exhalant. *Harduin.* ex MSS. legit *conceptum.*

PRÆCONCINNĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *præconcinno, preparato. Apul.* 5. *Met.* Illa (*Psyches soror*) præconcinnato mendacio fallens maritum, *etc. h. e.* ante composito. *Alii minus recte leg.* reconcinnato.

PRÆCONDĬO, is, ire, a. 4. ante condio. *Apic.* 8. 8. *a med.* Leporem præcondies, sicut hædum Tarpejanum.

PRÆCONDĪTUS, a, um, particip. ab inusit. *præcondo,* antea conditus. *Augustin. Gen. ad litt. VI.* 23. Si sic in illo (*spiritu Angelico*) inest animæ humanæ creandæ præcondita ratio, sicut in homine futuræ prolis suæ. *et ibid.* 28. Deum simul omnia creavisse, quædam conditis jam ipsis naturis, quædam præconditis causis.

PRÆCONFESSĬO, ōnis, f. 3. confessio antea facta. *Boeth. Aristot. Topic.* 7. 6. *p.* 715. Præconfessione utendum pro talibus, aut præcolligendum, quod æquivocum, vel univocum, aut utrumque fuit.

PRÆCONFĪTĔOR, ēris, eri, dep. 2. antea confiteri. *Boeth. Aristot. Topic.* 1. 2. *p.* 673. Construentibus autem præconfitendum quod cuivis inest.

PRÆCŌNĬĀLIS, e, adject. præconio dignus. *Cassiod.* 8. *Variar.* 1. Pietati vestræ præconiale est diligere, quorum patres contigit vos amasse. *Id.* 9. *ibid.* 25. Præconiales viri. *Id. de anim.* 9. *ante med.* Sic omnia præconialia creata sunt, si peccatis polluentibus non redderentur obscæna. *Id.* 7. *Variar.* 5. *sub init.* Testimonium præconiale regnorum. *h. e.* testimonium cum præconio administrantium.

PRÆCŌNĬĀLĬTER, adverb. laudabiliter, cum præconio. *Cassiod.* 10. *Variar.* 11. Quidquid præconialiter egeris, proprio matrimonio dignissimus æstimaris.

PRÆCŌNĬUM, ii, n. 2. proprie neutrum adjectivi PRÆCONIUS, substantivorum more usurpatum, est officium, munus et vox præconis, *uffizio del banditore,* κήρυγμα.

I.) Proprie. *Cic.* 6. *Fam.* 18. Eos qui facerent præconium, vetari esse in decurionibus. *Sueton. Gramm.* 3. Lucius Ælius cognomine duplici fuit: nam et Præconinus, quod pater ejus præconium fecerat, vocabatur, et Stilo, quod etc.

II.) Translate. ¶ 1. Est publicatio, divulgatio, *divolgamento, propalazione, pubblicazione. Cic.* 13. *Att.* 12. Ligarianam præclare vendidisti. Posthac quidquid scripsero, tibi præconium deferam. *h. e.* quidquid venale scripsero, vendendi curam tibi tradam. Simul allegorice hoc dicit: orationem meam pro Ligario pulcre commendasti, et in causa fuisti, ut multi probarent. Posthac quæcumque scripsero, edenda tibi mandabo. *Apul.* 6. *Met.* Nil superest, quam tuo præconio præmium investigationis publicitus edicere. *h. e.* te præcone prædicante et rem amissam et præmium invenientis: nam præcones adhibebantur amissis rebus investigandis. *V.* PRÆCO sub I. *g. Sueton. Ner.* 24. Victorem autem se ipse pronunciabat. Qua de causa et præconio ubique contendit. *Cic.* 2. *Orat.* 20. 86. Homo stultitiæ suæ quamplurimos testes domestico præconio colligens. *Ovid.* 5. *Trist.* 1. 9. Ut cecidi, perago subiti præconia casus. *Id.* 1. *Pont.* 1. 55. Talia cælestes fieri præconia gaudent, Ut, sua quid valeant numina, teste probent. *Id.* 4. *Trist.* 9. 19. Nostra per immensas ibunt præconia gentes: Quodque querar, notum, qua patet orbis, erit. *Id. Heroid.* 17. 207. Non ita contemno volucris præconia Famæ, Ut probris terras impleat illa meis. ¶ 2. De prædicatione, quæ cum laude conjuncta est (ex more præconum res venales laudantium), *lode, encomio. Cic. Arch.* 9. 20. Neque quisquam est tam aversus a Musis, qui non mandari versibus suorum laborum facile præconium patiatur. *Id.* 5. *Fam.* 12. *ad fin.* Ut non solum mihi præconium, quod Alexander ab Homero Achilli tributum esse dixit, sed etiam grave testimonium impertitum clari hominis magnique videatur. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 13. 24. (62). Multum Homeri præconio Achillis hasta nobilitata est. *Ovid.* 4. *Pont.* 8. 45. Carmina vestrarum peragunt præconia laudum. *Id.* 3. *Amor.* 12. 9. quid enim formæ præconia feci? Vendibilis culpa facta puella mea est. Ironice *Cic.* 7. *Fam.* 24. Id ego in lucris pono, non ferre hominem pestilentiorem patria sua: eumque addictum jam tum puto esse Calvi Licinii Hipponacteo præconio.

PRÆCŌNĬUS, a, um, adject. ad præconem pertinens. *Cic. Quinct.* 31. 95. Cujus vox in præconio quæstu prostitit. *h. e.* qui vocem venalem, utpote præco, habuit. *Inscript.* in *Novell. lett. di Fir. T.* 12. *p.* 438. M. FALCIDIO M. FIL. PAL. HYPATIANO ADLECTO IN ORDINEM DECURIONUM PVTEOLANOR. ORDO DECVRIAE IVLIAE PRAECONIAE CONSULARIS OB MERITA M. FALCIDII CVPITI PRAECONIS ET APPARITOR. AVG. PATRIS EIVS. Huc pertinere videtur alia apud *Gruter.* 36. 6. L. ARATIVS PHOEBVS DECVRIALIS DECVR. IVLIAE PRAECO... CONSVLARIS VOTO SVSCEPTO *etc.* Hæc itaque decuria a Julio Cæsare instituta dicitur *præconia consularis,* quia solis præconibus consuli inservientibus constabat. *V.* PRÆCO sub I. *g.* At allatæ *Inscriptt.* aliter legendæ videntur.

PRÆCONSŬMO, mis, mpsi, mptum, mere, a. 3. Part. *Præconsumptus.* — Præconsumere est ante consumere, *consumare avanti il tempo. Ovid.* 7. *Met.* 488. utilius bellum putat esse minari, Quam gerere, atque suas ibi præconsumere vires. *Id.* 4. *Trist.* 6. 29. vires afferre recentes, Nec præconsumptum temporis esse malis.

PRÆCONSUMPTUS, a, um. *V.* voc. præc.

PRÆCONTEMPLĀTĬO, ōnis, f. 3. præviden-

tia. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 14. *ante med.* Scivit de illo Deus præscientia et præcontemplatione, quia eum non esset spreturus, eligendus foret ex omnibus.

PRÆCONTRECTO, as, are, a. 1. ante contrecto. *Ovid.* 6. *Met.* 478. Spectat eam Tereus, præcontrectatque videndo. Sic dixit *Cic.* 3. *Tusc.* 15. 33. mente contrectandas voluptates. et *Tac.* 3. *Ann.* 12. Nudare corpus, et contrectandum vulgi oculis permittere.

PRÆCŌQUE, adverb. *immaturamente*, ante tempus maturitatis. Translate. *Auct. Itin. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 38. At enim Alexander præcoque properans.

PRÆCŌQUIS, e. *V.* PRÆCOX.

PRÆCŌQUO, cōquis, coxi, coctum, cŏquere, a. 3. Part. *Præcoctus* 1. et 2. — Præcoquere ¶ 1. Est ante coquere, *cuocere avanti*, προεψω. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 29. 69. (288). Vapore constat culpa acinique præcoquuntur in callum. *h. e.* priusquam crescant, decoquuntur in callum, ut ait *Id.* 17. *ibid.* 24. 37. (226). Sic *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 4. *n.* 42. Utitur mulso, in quo præcoquit ficum. *Id.* 2. *Acut.* 34. Mulsum, in quo præcocta, vel præinfusa fuerit ruta. Adde *eumd.* 4. *Tard.* 3. *n.* 26. et 38. ¶ 2. Item valde coquere, excoquere, *cuocere bene. Plin.* 14. *Hist. nat.* 9. 11. (81). *de passo.* Quidam e quacumque dulci (*uva*) dum præcocta alba, faciunt.

PRÆCŌQUUS, a, um. *V.* PRÆCOX.

PRÆCORDĬA, ōrum, n. plur. 2. In sing. num. *præcordium* legitur tantum apud *Isid.* 10. *Orig. litt. F.* — Præcordia, Ital. *settotraverso*, φρένες, διάφραγμα, διάζωμα, membrana pectoris viscera ab alvo seu ventre separans: ita dicta, quia cordi prætenditur. Quod Græci appellaverunt φρένας. (Quod φρένες idem sint ac διάζωμα, et διάφραγμα, clare docent *Aristot. l.* 3. *de part. anim. c.* 10. et *Plato* in *Timæo p.* 70.) et *mox.* In eadem præcipua hilaritatis sedes. Ob hoc in præliis mortem cum risu trajecta præcordia attulerunt. *Cic.* 1. *Tusc.* 10. 20. Iram in pectore, cupiditatem subter præcordia (*Plato*) locavit.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice præcordia sunt pulmo et quæcumque partes cordi vicinæ, item universim viscera, intestina, *le viscere. Plin.* 30. *Hist. nat.* 5. 14. (42). Præcordia vocamus uno nomine exta in homine. *M. Cælius* apud *Quintil.* 4. 2. 123. Ipsum offendunt temulento sopore profligatum, totis præcordiis stertentem. *Cels.* 4. 1. Sub corde atque pulmone transversum ex valida membrana sæptum est, quod a præcordiis uterum diducit. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 82. (207). Pectus, hoc est ossa, præcordiis et vitalibus natura circumdedit. *Id.* 26. *ibid.* 7. 19. (35). Acoron jocinori medetur, thoraci quoque et præcordiis. — Sic universim sunt viscera. *Cic.* 5. *Fin.* 30. 92. Ipse annulus in præcordiis piscis inventus est. *Horat. Epod.* 3. 5. Quid veneni sævit in præcordiis. *Virg.* 9. *Æn.* 411. hasta volans noctis diverberat umbras, Et venit adversi in tergum Sulmonis, ibique Frangitur, ac fisso transit præcordia ligno. — Item aliquando ea, quæ ὑποχόνδρια Græci vocant, h. e. spatium utrimque sub costis spuriis, in quo sunt ventriculus, hepar, lien, etc. *Cels.* 2. 3. *et* 7. Si præcordia sine ullo sensu doloris æqualiter mollia in utraque parte sunt. *Id.* 5. 26. *n.* 10. Ad spinam reducta præcordia. *et n.* 12. Præcordia cum ventriculo ab eadem parte indurescunt. *Sueton. Aug.* 81. Præcordiorum inflatione tentari. ¶ 2. Item præcordia, ferè apud Poetas, — *a*) Sunt cor et pectus. *Liv.* 42. 16. Spiritu remanente in præcordiis. *Virg.* 2. *G.* 484. Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis. *et* 10. *Æn.* 420. frigidus coit in præcordia sanguis. *Ovid.* 12. *Met.* 140. clipeo genibusque premens præcordia duris. — *b*) Ut cor et pectus, ita præcordia sunt sedes sensuum et affectuum. *Juvenal.* 13. 181. quorum præcordia nullis Interdum, aut levibus videas flagrantia causis. *h. e.* ira ardentia. *Id.* 1. 167. tacita sudant præcordia culpa. *Ovid. Heroid.* 12. 183. si forte preces præcordia ferrea tangunt. *Tibull.* 1. 1. 77. Flebis: non tua sunt duro præcordia ferro Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex. *Propert.* 2. 3. 13. Alter sæpe uno mutat præcordia verbo. *h. e.* sententiam: mollitur, cedit. *Virg.* 2. *Æn.* 367. Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. *ritorna in petto il coraggio.* et *Petron. Satyr.* 17. Major in præcordiis dolor sævit. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 89. Condita quum verax aperit præcordia Liber. *i secreti del cuore.* Sic *Pers.* 5. 21. tibi nunc, hortante Camena, Excutienda damus præcordia. *Vopisc. Car.* 2. Eo usque gravata est respublica Punicis bellis ac terrore Pyrrhi, ut mortalitatis mala præcordiorum tremore sentiret. *scil.* σπλαγχνοῖαι κακῶς ἀναβαλλομένοιαι, ut ait *Aristeus* apud *Longin. de Subl.* 10. 4. — *c*) *Præcordia mentis*, sedes intima mentis. *Ovid.* 11. *Met.* 148. Pingue sed ingenium mansit: nocituraque, ut ante, Rursus erant domino stolidæ præcordia mentis. — *d*) Hinc translate *præcordia mundi* sunt signa cælestia apud *Manil.* 1. 16. impensius ipsa Scire juvat magni penitus præcordia mundi. ¶ 3. Pro toto corpore. *Ovid.* 7. *Met.* 558. Non stratum, non ulla pati velamina possunt, Dura sed in terra ponunt præcordia: nec fit Corpus humo gelidum, sed humus de corpore fervet.

PRÆCORRUMPO, rumpis, rūpi, ruptum, rumpere, a. 3. Part. *Præcorruptus.* — Præcorrumpere est ante corrumpere. *Ovid.* 14. *Met.* 134. dum præcorrumpere donis Me cupit. *Id.* 9. *Met.* 295. Illa quidem venit, sed præcorrupta, meumque Quæ donare caput Junoni vellet iniquæ.

PRÆCOX, cŏcis, *et* præcŏquis, e, *et* præcŏquus, a, um, adject. (a *præ* et *coquo* maturo) est maturescens celeriter, vel ante tempus justum et legitimum, præmaturus, ἄνωρος, πρωΐμος (It. *maturo innanzi il tempo, prematuro, precoce*; Fr. *qui fleurit ou mûrit avant le temps, précoce*; Hisp. *precoz, precocidad*; Germ. *frühreif, vor d. Zeit reif*; Angl. *soon or early ripe, ripe before the usual time, rather ripe, precocious*).

I.) Proprie dicitur — *a*) De terræ fructibus. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 6. 34. (111). Allium præcox maturescit sexaginta diebus. *Id.* 21. *ibid.* 4. 10. (19). Rosa hieme tota præcox. *Id.* 17. *ibid.* 2. 2. (16). Quum præcoces excurrere germinationes, evocatæ indulgentia cæli, secutis frigoribus exuruntur. Qua de causa serotinæ hiemes noxiæ. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 18. Vites præcoquis fructus. *Id.* 5. *ibid.* 10. 18. Pira volema, mulsa, præcocia. *Id.* 12. *ibid.* 37. 1. et 39. 1. Uvas præcoquas quam maturissimas legere. *Calpurn.* 2. *Ecl.* 42. et modo cogit Insita præcoquibus subrepere persica prunis. *Alii leg.* præcocibus. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 20. Vina celerius vetustescunt, quæ fumi quodam tenore præcocem maturitatem trahunt. — Hinc *præcoqua*, absolute sunt persicorum, vel prunorum, vel armeniacorum præcoclum fructus, qui æstate maturescunt: hinc eosdem Græci recentiores corrupte βερίκοκκα, nostrates vulgo *baricocoli*, Itali *albicocchi* vocant. *Pallad.* 2. *R. R.* 15. *ad fin.* Pruno armenia inseremus, et præcoqua. *Id.* 12. *ibid.* 7. *ante med.* Armenia, vel præcoqua prunis, duracina amygdalis melius adhærescunt, et tempus ætatis acquirunt. *Gargil.* 4. *de re hort.* (edente *A. A. Scotto*) 8. Omnibus persicis, maxime tamen præcoquis, et armeniis, quoties abundantibus pomis arbor onerata est, decerpenda sint aliqua. *et* 9. Sed armenia, vel præcoqua peculiariter prunis insita floridiora sunt. — *b*) De arboribus præcocem fructum ferentibus. *Colum.* 3. *R. R.* 1. 7. et 2. 1. Præcoques vites. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 27. 50. (114). Præcoces arbores.

II.) Translate. ¶ 1. *Præcocia loca*, vel *præcocia* absolute, sunt loca, in quibus fructus præcoces sunt. *V.* SEROTINUS. ¶ 2. Per metaphoram de omnibus dicitur quæ ante tempus fiunt, vel contingunt. *Afranius* apud *Gell.* 10. 11. Appetis dominatum demens præmature præcocem. *Novius* apud *Non. p.* 150. 18. *Merc.* Huic puellæ præcoquis libido est. *Ennius ibid.* Præcox pugna. *Lucilius ibid.*; et *Varro ibid.* 678. fuga. *Seneca Brevit. vit.* 6. audacia. *h. e.* quæ in puero et prætextato est. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 39. modestia. *Plin.* 7. *Hist. nat. proœm.* (3). *de infantib.* Risus præcox ille et celerrimus ante quadragesimum diem nulli datur. *Quintil.* 1. 3. 3. Illud ingeniorum velut præcox genus non temere unquam pervenit ad frugem. *Tertull. Anim.* 20. Pueri mense citius eloquuntur præcoce lingua. — Præcox medicina, *che previene il male*, apud *Seren. Sammon. c.* 46. *p.* 69. *col.* 1. ed. *Ald.* Dicendum et quæ sit præcox medicina timenti: Cautio namque potest diros prævertere (*serpentum*) morsus. — Hinc

Præcocia et *præcoqua*, n. plur. 2. absolute. *V.* sub I. *a.* et II. 1.

PRÆCRASSUS, a, um, adject. valde crassus. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 8. 13. (34). Suberis cortex præcrassus, ac renascens.

PRÆCRUDESCO, is, ere, inchoat. 3. valde crudesco. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 81.

PRÆCULCO, as, are, a. 1. ante, aut valde inculco. *Tertull. Monog.* 10. Ad cujus sensum facilius perspiciendum tanto instantius præculcandum est, mulierem teneri etc.

PRÆCULTUS, a, um. *V.* PRÆCOLO.

PRÆCŪPĬDUS, a, um, adject. valde cupidus, percupidus. *Sueton. Aug.* 70. Notatus est, ut prætiosæ supellectilis Corinthiorumque præcupidus.

PRÆCURATUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆCŪRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præcuratus* et *Præcurandus.* — Præcurare est ante curare. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 37. Corpus erit præcurandum unctione olei lentiscini. *Id.* 3. *ibid.* 21. *n.* 201. Præcuratis ægris, ut in cardiacis docuimus, cibum damus etc. *et* 3. *Tard.* 3. *n.* 30. Qua (*perunctione*) præcurato ægro etc. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 29. *sub fin.* Res suas rationali æmulatione maturitatis præcurare.

PRÆCURRENS, entis. *V.* voc. seq.

PRÆCURRO, curris, cŭcurri *et* curri, cursum, currere, 3. Part. *Præcurrens* sub *A.* II., *B.* 1. et in fin.; *Præcursus* in fin.; *Præcursurus* sub *A.* I. — Præcurrere

A) Neutrorum more est ante currere, *correre innanzi, precorrere*, προτρέχω.

I.) Proprie. *Plaut. Merc.* 1. 2. *in fin.* Ea huc præcucurri gratia, ne te opprimeret imprudentem. *Ter. Hecyr.* 3. 3. 11. Propere præcucurrit, nuncians me venisse. *Id. Eun.* 3. 2. 46. Abi, præcurre. *Liv.* 40. 7. *a med.* Præcucurrit index ad Persea. *Alii leg.* præcurrit. *Cæs.* 6. *B. G.* 39. Præcurrunt equites. *Id.* 2. *B. C.* 34. Ille sequi sese jubet et præcurrit ante omnes. *Auct. B. Alex.* 8. Præcursuri et loca excelsiora atque ædificia occupaturi.

II.) Translate. *Cæs.* 3. *B. C.* 80. Eo fama jam præcucurrerat de prælio Dyrrhachino. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 12. 45. Nihil esse turpius, quam cognitioni et perceptioni assertionem approbationemque præcurrere. *Id.* 1. *Divinat.* 52. 118. Ut certis rebus certa signa præcurrerent. *Id.* 4. *Cat.* 9. 19. Qui mihi studio pæne præcurritis. *Id.* 3. *Orat.* 61. 230. Vobis vero illum (*oratorem*) præcurrere, vix honestum est. *Id. Partit. orat.* 2. 7. Primordia rerum, et quasi præcurrentia. V. *Præcurrentia* in fin.

B) Active, h. e. cum Accusativo, translate tantum occurrit. ¶ 1. Generatim est præcedere. *Lucret.* 1. 370. Illud in his rebus ne te deducere vero Possit, quod quidam fingunt, præcurrere cogor. *Sil. It.* 4. 457. Bis conatus erat præcurrere fata parentis, Conversa in semet dextra: bis etc. *Val. Max.* 5. 2. *extern. n.* 4. Ille, adventum Scipionis fatis suis præcurrentibus, hæc præceperat. *Cic. Orat.* 52. 176. Horum uterque Isocratem ætate præcurrit. *Id. Amic.* 17. 62. Præcurrit amicitia judicium. *Id.* 1. *Off.* 29. 102. Efficiendum, ut appetitus rationi obediant,

eamque neque præcurrant, nec propter ignaviam deserant. ¶ 2. Speciatim est anteire, superare, antecellere, *superare, vincere. Horat.* 1. *Ep.* 10. 32. licet sub paupere tecto Reges et regum vita præcurrere amicos. *h. e.* diutius vivere. *Propert.* 1. 13. 25. Una dies omnes potuit præcurrere amantes. *Q. Cic. Petit. cons.* 7. 28. Ut homo iners-hominem plurimorum studio munitum præcurrat, sine magna negligentia fieri non potest. *Nepos Thrasyb.* 1. Quum eum nemo anteiret his virtutibus, multi nobilitate præcurrerunt. *Tac. Dial. de Orat.* 22. Cicero nulla re magis ejusdem ætatis oratores præcurrit, quam judicio: primus enim excoluit orationem, etc. — Hinc a Part. præs.

Præcurrentia, tium, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, a Rhetoribus dicuntur quæ rem aliquam vel actionem præcedunt, sicut *antecedentia;* et *consequentibus* opponuntur. *Id.* 2. *Orat.* 39. 166. Et contraria, et consequentia, et consentanea, et quasi præcurrentia.

Præcursus, a, um, particip. præter., *precorso, preceduto,* qui præcucurrit. *Ammian.* 18. 2. Hærebat anxius, qua vi, qua celeritate, rumore præcurso, terras eorum invaderet.

PRÆCURSĀTOR, ōris, m. 3. idem ac præcursor. *Ammian.* 16. 12. *ante med.* Revocatis præcursatoribus jam antegressis.

PRÆCURSĬO, ōnis, f. 3. *precorrimento,* προδρομή, actus præcurrendi, antecessio. ¶ 1. Generatim. *Cic. Fat.* 19. 44. Confitentes, non fieri assensiones sine præcursione visorum. ¶ 2. Speciatim in re militari. *Plin.* 6. *Ep.* 13. *extr.* Æstima quantum prælium, quanta pugna certamini maneat, cujus quasi prælusio atque præcursio has contentiones excitavit. *scaramuccia.* ¶ 3. Item speciatim apud Rhetores est ipsa causa præcedens et præmovens. *Cic. Topic.* 15. 59. Alia præcursionem quamdam adhibent ad efficiendum, et quædam afferunt per se adjuvantia, ut amori congressio causam attulerit, amor flagitio.

PRÆCURSOR, ōris, m. 3. qui præcurrit, *precursore, foriere, corridore,* προδρομος.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plin. Paneg.* 76. *ad fin.* Ita domo progrediebatur, ut illum nullus apparatus arrogantiæ principalis, nullus præcursorum tumultus detineret. *h. e.* anteambulonum. ¶ 2. Speciatim in re militari præcursores sunt qui ante signa procurrunt. *Liv.* 26. 17. *extr.* Levia prœlia inter extremum Punicum agmen præcursoresque Romanorum fiebant.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Nazar. Paneg. Const.* 3. *a med.* Quorum in annis pubescentibus non erupturæ virtutis tumens germen, non flos præcursor indolis bonæ, etc. ¶ 2. Speciatim et urbane. *Cic.* 7. *Verr.* 41. 108. Quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcursorem habere solebat et emissarium.

PRÆCURSŌRĬUS, a, um, adject. qui præcurrit. *Plin.* 4. *Ep.* 13. Interim ne quid festinationi meæ pereat, quod sum præsens petiturus, hac quasi præcursoria epistola rogo. *et Ep.* 9. *extr.* Habebis hanc interim epistolam ut πρόδρομον. *V.* PRÆCEPTORIUS. *Ammian.* 15. 1. Apodemius, præcursorius index, Mediolanum advenit. *Alii leg.* procursorius. Adde *eumd.* 31. 3. *Cassiod.* 3. *Variar.* 51. Equi desultorii, per quos circensium ministri missus denunciant exituros, luciferi præcursorias velocitates imitantur.

PRÆCURSUS, a, um. *V.* PRÆCURRO.

PRÆCURSUS, us, m. 4. præcursio. In sexto casu sing. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 25. 42. (104). Deflorescunt omnia intra octavum Idus Julii, etesiarum præcursu. *h. e.* præcurrendo etesias.

PRÆCUSSUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆCŬTĬO, cŭtis, cussi, cussum, cŭtere, a. 3. (præ *et* quatio). Part. *Præcussus.* — Præcutere est ante quatere. *Propert.* 3. 14. 16. Ipse Amor accensas præcutit ante faces. *Ovid.* 4. *Met.* 757. tædas Hymenæus, Amorque Præcutiunt. *h. e.* dum præferunt tædas ante sponsos, easdem quatiunt, ut magis splendescant. *Apul.* 3. *Met.* Sonitu vehementi, et largo strepitu præcussis januis. *Alii rectius leg.* percussis.

PRÆDA, æ, f. 1. In Abl. PRÆDAD ἀρχαϊκῶς legitur in *Col. rostr. Duil.* apud *Orell. Inscript.* 540. — Olim prædam vocabant, inquit *Scalig.* in *Conjectan.* ad *Varron.*, id, quo in locationibus, et rebus mancupi, et aliis ejusmodi publice cavebatur. Itaque ubi legitur apud *Varron.* 5. *L. L.* 40. *Müll.* Prædia dicta, item ut prædes, a præstando, quod, eo pignore dato, publice mancupes fidem præstent: *Scalig.* ita legi mallet et recte: Præda dicta, item ut prædes, a præstando, quod, ea pignori data, etc. — Quidquid sit de hac *Scaligeri* opinione, *præda* sunt corpora rerum, quæ capta sunt, ut definit *Gell.* 13. 24. *ad fin. V.* MANUBIÆ. *Varro* 5. *L. L.* 178. *Müll.* Præda est ab hostibus capta, quod manu parta, ut parida, præda. V. *Voss.* in *Etymol.* λεία (It. *preda, bottino, spoglio;* Fr. *butin, dépouilles;* Hisp. *botin*; Germ. d. *in Kampf Erbeutete, d. Beute*; Angl. *prey, booty, plunder, spoil, pillag*).

I.) Proprie. *Ennius* apud *Servium* ad *Virg.* 2. *G.* 437. præda exercitus undat. *h. e.* abundat. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 23. 61. Si est æquum, prædas ac manubias suas imperatores, non in urbis ornamenta conferre, sed ad decemviros reportare. *Id. Prov. cons.* 11. 61. Illum putabam etiam sine hoc subsidio pecuniæ, retinere exercitum præda ante parta, et bellum confícere posse. *Sall. Jug.* 15. *ad fin.* Regnum ejus sceleris sui prædam fecit. *et ibid.* 37. Ex pacatis prædas agere. *Liv.* 2. 64. Ingentes tamen prædas hominum pecorumque egere. Sic *Curt.* 9. 8. *extr.* Magnæ inde prædæ actæ sunt pecorum armentorumque, magna vis reperta frumenti. *Virg.* 9. *Æn.* 613. prædas comportare, et vivere rapto. *Tac.* 4. *Ann.* 48. vastare, urere, trahere. *Nepos Chabr.* 2. magnas facere ab hostibus. *Cic. Dom.* 58. 146. Prædam capere ex fortunis alicujus. *Plaut. Truc.* 1. 2. 14. capere de prædonibus. *Cæs.* 7. *B. G.* 11. *extr.* militibus donare. *Lucan.* 7. 737. Militem in prædam ducere. *Cassius* ad *Cic.* 12. *Fam.* 12. Sequi spem prædæ et rapinarum. *Virg.* 9. *Æn.* 450. victores præda spoliisque potiti. *Nepos Alcib.* 5. Inde præda onusti, locupletato exercitu, Athenas venerunt. *Vellej.* 2. 86. 3. Itaque discrimini vestro me subtraham, et ero præda victoris. Sic *Liv.* 32. 21. Quid aliud, quam præda victoris? et *Val. Max.* 5. 6. 7. Quum urbs nostra nihil aliud, quam præda victoris esse videretur. et *Justin.* 41. 1. 4. Parthi, sicut vulgus sine nomine, præda victorum fuere.

II.) Translate. ¶ 1. Speciatim. — *a*) De venatione. *Horat.* 4. *Od.* 4. 50. Cervi luporum præda rapacium. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 55. 81. (219). Lepus omnium prædæ nascens. Adde *Phædr.* 1. 5.; *Virg.* 3. *Æn.* 223.; *Martial.* et *Ovid.* sæpe; *Manil.* 4. 181.; et *Nemesian. Cyneg.* 50. — *b*) De piscatu *Ovid.* 13. *Met.* 936.; et *Plaut. Rud.* 4. 2. 4. — *c*) De aucupio *Seneca Hippol.* 819. Prædam de mediis nubibus afferes. — *d*) De hominibus. *Ovid. Heroid.* 15. 51. Nunc tibi Sicelides veniunt, nova præda, puellæ. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 23. Præda hæc mea est: scortum quærit, habet argentum. *Verba sunt lenonis.* ¶ 2. Generatim de quocumque lucro, quæstu, *guadagno, profitto, prezzo. Horat.* 2. *Sat.* 3. 68. Rejecta præda, quam præsens Mercurius fert. *Tibull.* 2. 6. 17. Ferrea non Venerem, sed prædam sæcula laudant: Præda tamen multis est operata malis. *Cic.* 5. *Verr.* 50. 119. Maximos quæstus prædasque facere. *guadagni e ruberie.* et *Plin.* 26. *Hist. nat.* 1. 3. (3). Medici hanc solam operam afferentes, magna sua præda. — Huc pertinet illud *Proverb.* 31. 14. Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum: Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, et cibaria ancillis suis. — De re inventa usurpat *Phædr.* 5. 6.

PRÆDĀBUNDUS, a, um, adject. multas prædas agens. *Sall. Jug.* 95. Dicit, se prædabundum eodem esse venturum. *Liv.* 2. 26. Exercitus prædabundus. *Tac.* 3. *Ann.* 39. Alarios equites ac leves cohortium mittit in eos, qui prædabundi aut assumendis auxiliis vagabantur.

PRÆDAMNĀTĬO, ōnis, f. 3. anticipata damnatio. *Tertull. Habit. mul.* 4. Notam prædamnationis inurere alicui. Adde *eumd. Apolog.* 27. *a med.*

PRÆDAMNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆDAMNO *vel* prædemno, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Prædamnatus* I. et II. — Prædamnare est ante tempus, vel indicta causa damnare, *condannare innanzi,* προκαταδικάζω.

I.) Proprie. *Liv.* 4. 41. *ad fin.* Culpam ejus temporis in prædamnatum collegam transferens. *Id.* 5. 11. Et tamen eos, tot judiciis confessos prædamnatosque, venire ad populi judicium; et existimare, defunctos se esse, satisque pœnarum dedisse, quod duobus mensibus citius privati facti sint. *Sueton. Aug.* 56. Ne si deesset, destituere ac prædamnare amicum existimaretur. *Lactant.* 5. 1. Nec prædamnari quemquam incognita causa licet. *Frontin. de colon. p.* 115. *Goes.* Lex limitum eas (*ripas*) prædamnavit.

II.) Translate. *Liv.* 27. 18. Ostendebat hostem, prædamnata spe æquo dimicandi campo, captantem tumulos, loci fiducia, non virtutis armorumque, stare in conspectu. *h. e.* improbata, abjecta, rejecta. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. *n.* 142. Solum (*eum*) prædamnamus, quod humorem detrahens purgativis,-quibus ex rebus sudor movendus sit, tacuerit. *Val. Max.* 6. 9. Stultum est perpetuæ infelicitatis se prædemnare.

PRÆDĀTĬCĬUS, a, um, adject. *di preda,* λητίδιος, λητιστός, qui est ex præda. *Gell.* 14. 18. *extr.* Ægre passus, quod rationem pecuniæ prædaticiæ posceretur. Adde *eumd.* 13. 24. *ad fin.*

PRÆDĀTĬO, ōnis, f. 3. *ruberia, saccheggiamento,* λητεία, σύλη, ἄγρευσις, actus prædandi. *Tac.* 12. *Ann.* 29. Fama ditis regni, quod Vannius prædationibus et vectigalibus auxerat. *Vellej.* 2. 73. 3. Latrociniis ac prædationibus infestato mari. *Lactant.* 5. 9. Aperta prædatione grassari.

PRÆDĀTĪVUS, a, um, adject. prædatorius, ad prædam pertinens. *Gloss. Lat. Gr.* Prædativus, λητοῖς. *ubi legendum videtur* λητικός.

PRÆDĀTOR, ōris, m. 3. qui prædas agit, prædo, *saccheggiatore, rubatore, predatore,* λῃστής.

I.) Propric. *Sall. Jug.* 48. Exercitus iners, imbellis, prædator ex sociis, et ipse præda hostium. *Cic.* 2. *Cat.* 9. 20. Quos ego in eodem genere prædatorum direptorumque pono. *Liv.* 2. 11. Porsena-prædatum milites trans flumen per occasiones aliis atque aliis locis trajiciebat.-Valerius consul, ut eliceret prædatores, edicit suis etc.

II.) Translate. ¶ 1. Speciatim est venator, *cacciatore. Ovid.* 12. *Met.* 306. Abas prædator aprorum. *Phædr.* 2. 1. Super juvencum stabat dejectum leo: Prædator intervenit partem postulans. *Stat.* 4. *Theb.* 315. raptis velut aspera natis Prædatoris equi sequitur vestigia tigris. *V.* VENATOR. — Hinc per metaphoram *Petron. Satyr.* 85. Ne quis prædator corporis admitteretur in domum. *h. e.* pudicitiæ corruptor. ¶ 2. Generatim est lucri, prædæ, pecuniæ cupidus, avarus. *Tibull.* 2. 6. 23. Prædator cupit immensos obsidere campos. Ut multo innumeram jugere pascat ovem. ¶ 3. *Prædator Juppiter* dictus est, non quod prædæ præesset, sed quod prædæ aliquid ei deberetur: habuitque hoc nomine Romæ templum, si *Servio* credimus ad illud *Virg.* 3. *Æn.* 222. ipsumque vocamus In prædam partemque Jovem.

PRÆDĀTŌRĬUS, a, um, adject. *da predare,* ad prædatorem, seu ad prædandum pertinens, λητικός. *Sall. Jug.* 23. *ad fin.* Non, ut antea, cum prædatoria manu, sed magno exercitu comparato bellum gerere cœpit. *Liv.* 29. 28. Prædatoriæ classes, quibus excensiones in agros maritimos factæ erant. *Id.* 34. 36. Omnem oram prædatoriis navibus infestam habens. *navi da corso.* Adde *Plaut. Men.* 2. 2. 69.

PRÆDĀTRIX, īcis, f. 3. *predatrice,* λῃστρίς, quæ prædatur. *Stat.* 1. *Silv.* 5. 22. et Herculei

prædatrix cedat alumni. *h. e.* Dryope Nympha, quæ Hylam rapuit. *Ammian.* 26. 6. Subsidebat, ut prædatrix bestia, viso quod capi poterat, protinus eruptura.

PRÆDĀTUS, a, um. *V.* PRÆDOR.

PRÆDĂTUS, a, um, adject. ante datus. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 37. *a med.* Ut mediocriter cibum demus, sed per intervalla frequentius, præsentientes jam fuisse digesta prædata. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 17. et 1. *Tard.* 1. et 2. *ibid.* 1. et 3. *ibid.* 7. *ad fin.* Huic opponitur *superdatus*, quam vocem vide suo loco.

PRÆDĀTUS, us, m. 4. prædatio. *Liv.* 38. 23. Consul direptione prædatibusque abstinet. Ita leg. ex conjectura *Gronov.* Alii *prædaque*. *V. Drakenborgii* adnotat. ad *h. l.*

PRÆDĔCESSOR, ōris, m. 3. *predecessore*, decessor, præcessor, προάρξας. *Rutil.* 1. *Itiner.* 474. Prædecessoris major amore fuit. *Symmach.* 10. *Ep.* 47. (*al.* 54.) Cognitio et relatio viri illustris prædecessoris mei. *Cassiod.* 4. *Variar.* 44. ad *Antonium Polensem episc.* Stephanus scilicet flebili aditione conquestus est, casam sui juris ante decessorem prædecessoremque vestrum longa ætate possessam, ante hos fere novem menses ab hominibus Ecclesiæ, cui præsidetis, despecto civilitatis ordine, fuisse pervasam.

PRÆDĔLASSO, as, are, a. 1. antĕ delasso. *Ovid.* 11. *Met.* 728. adjacet undis Facta manu moles, quæ primas æquoris iras Frangit, et incursus quæ prædelassat aquarum.

PRÆDĔLĒGĀTĬO, ōnis, f. 3. delegatio ante tempus facta. *Impp. Theodos. et Valentinian. Cod.* 11. 5. 3. Ut prædelegatio manifestetur in locis etc.

PRÆDEMNO. *V.* PRÆDAMNO.

PRÆDEMPTUS, a, um, particip. ab inusit. *prædemo*, ante demptus. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. *n.* 160. Danda etiam-mala cydonia cocta recenti mulso, vel tosta prædempto tegmine. *h. e.* ante ablato cortice. *Alii leg.* torrida præsumpto tegmine.

PRÆDENSĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *prædenso*, prædensus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 33. 52. (103). Prædensata, porrecta, sinuata. Ita *edition. vet.* 1469. et 1472. Alii cum *Harduin.* densata.

PRÆDENSUS, a, um, adject. valde densus. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 16. 41. (142). Farrago prædensa seritur. *et ibid.* 7. 10. (53). Panicum prædensis acervatur granis. *et ibid.* 18. 48. (171). Culter vocatur, prædensam, prius quam proscindatur, terram secans.

PRÆDES. *V.* PRÆS.

PRÆDĔSIGNĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *prædesigno*, ante designatus. *Tertull. Resurr. carn.* 22. *in fin.* Et mittat prædesignatum vobis Christum.

PRÆDESTĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. vox theologorum. Est *Augustini* liber, qui *de prædestinatione Sanctorum* inscribitur, et *Boethii* 4. *Consol. philos. pros.* 6.

PRÆDESTĪNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆDESTĪNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Prædestinans* et *Prædestinatus*. — Prædestinare est ante destinare. *Liv.* 45. 40. *sub fin.* Quos prætextatos curru vehi cum patre, sibi ipsos similes prædestinantes triumphos, oportuerat. *Auct. Paneg. ad Maxim. et Constant.* 7. Quum tibi in illa jucundissima sede lætitiæ harum nuptiarum gaudia prædestinabas. *Prudent.* 12. *Cathemer.* 67. Puer o, cui trinam pater Prædestinavit indolem. *Vulgat. interpr. Rom.* 1. 4. Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute etc. Adde *ibid.* 1. *Cor.* 2. 7. Et *Ambros. Ep.* 9. 70. Sampson divino oraculo prædestinatus. *Augustin. de Don. Persev.* 21. Hunc esse ex prædestinatis, illum non esse.

PRÆDĔTERMĪNO, as, are, a. 1. ante determinare. Part. *Prædeterminans* legitur apud *Augustin. Orat. F.* 47. *p.* 1126. ed. *Migne.* Horarum spatia prædeterminantes.

PRÆDEXTER, ra, rum, adject. valde dexter, agilis, aptus. *Grat. Cyneg.* 67. ceciditque suis, Ancæus in armis, Ut prædexter erat, geminisque securibus ingens. *Barthius* intelligit æquimanum, ambidexterum, ἀμφιδέξιον: ideo duabus securibus armatum: hinc ab *Ovid.* dicitur 8. *Met.* 391. bipennifer Arcas. At *Wernsdorfio* illud *prædexter* est valde dexter, vel valide dextra usus, Græce περιδέξιος.

PRÆDIARIUM, ii, n. 2. locus, in quo prædia publico obligata hastæ subjiciuntur. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 62.

PRÆDĬĀTOR, ōris, m. 3. *acquirente de' beni confiscati dal pubblico per gravezze dovute*, qui prædia publico obligata, et hastæ subjecta ob vectigalia non soluta emit. *Gloss. Philox.* Prædiator, ὠνητὴς ὑπαρχόντων: ὑπὲρ φόρου δήμου ἐνδεδεμένος. *Salmasius* ita rectius legend. putat: ὑπαρχόντων. Prædiatus, ὑπὲρ φόρου δήμῳ ἐνδεδεμένος. *Cic.* 12. *Att.* 14. Procuratores Cornificii et Apulejum prædiatorem videbis. *et ibid.* 17. Etsi reus locuples est, et Apulejus prædiator liberalis. *Id. Balb.* 20. 45. Si Q. Scævola augur, quum de jure prædiatorio consuleretur homo juris peritissimus, consultores suos nonnunquam ad Furium et Cascellium prædiatores rejiciebat, quod assiduus usus uni rei deditus et ingenium et artem sæpe vincit; quis dubitet, de fœderibus, et de toto jure pacis et belli omnibus juris peritissimis imperatores nostros anteferre? *V. Val. Max. loc. cit.* in voce sequent. In *Dig.* 23. 3. 54. in *lemmate*. Cajus ad edictum prætoris Urbani, titulo de prædiatoribus. *V. Cajt loc. cit.* in PRÆDIATURA.

PRÆDĬĀTŌRĬUS, a, um, adject. ad prædiatorem pertinens. *Sueton. Claud.* 9. Ad eas rei familiaris angustias decidit, ut, quum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædiatoria pependerit sub edicto præfectorum. *Val. Max.* 8. 1. *n.* 1. Q. Scævola quotiescumque de jure prædiatorio consulebatur, ad Furium et Cascellium, quia huic scientiæ dediti erant, consultores rejiciebat. Quo quidem facto moderationem magis suam commendabat, quam auctoritatem minuebat, ab his id negotium aptius explicari posse confitendo, qui quotidiano ejus usu callebant. Adde *Cic. Balb.* 20. 45. *loc. cit.* In voce præced. In *Ære Salpensano* apud *Henzen. Inscript.* 7421. *col.* 6. *lin.* 51. *et* 54. Lex prædiatoria.

PRÆDĬĀTŪRA, æ, f. 1. *acquisto de' beni confiscati dal pubblico per gravezze dovute*, emptio prædiorum populo obligatorum, et ob vectigalia non soluta hastæ subjectorum. *Cajus* 2. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 61. Si rem obligatam sibi populus vendiderit, eamque dominus possederit, concessa est usureceptio: sed hoc casu prædium biennio usurecipitur. Et hoc est, quod vulgo dicitur ex prædiatura possessionem usurecipi; nam qui mercatur a populo, prædiator appellatur.

PRÆDĬĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *prædio*. ¶ 1. Est prædiis instructus, locuples. *Apul. Florid. n.* 22. Ipse bene vestitus, bene prædiatus. ¶ 2. *Prædiatus* lepida translatione dicitur Juppiter apud *Capell.* 1. *p.* 16. In secunda (*regione*) itidem mansitabant, præter domum Jovis, quæ ibi quoque sublimis est, ut est in omnibus prædiatus, Quirinus, Mars, *etc.* In *Thesaur. Nov. Latinit.* ed. ab *A. Maio p.* 451. prædiatus dicitur deus, qui prædiis præesset. ¶ 3. Item qui prædia sua populo obligavit ob non soluta vectigalia, aut tributa. *V. Gloss. Philox. loc. cit.* in PRÆDIATOR.

PRÆDĬCĀBĬLIS, e, adject. qui prædicari, et palam dici, ac præ se ferri potest, prædicandus, gloriandus. *Cic.* 5. *Tusc.* 17. 49. Est in aliqua vita prædicabile aliquid et gloriandum ac præ se ferendum. *Inscript.* apud *Torremuzza, Inscriz. Sicil. p.* 59. *n.* 43. STRENVVS ET PRAEDICABILIS IVDEX.

PRÆDĬCĀMENTUM, i, n. 2. κατηγορία, demonstratio, ostensio apud Logicos. *V.* PRÆDICATIVUS. *Gloss. Philox.* Prædicamenta, προκηρύγματα. Prædicamenta, πρωτότυπα, πρόδηλα. *Boeth. in Porphyr. dialog.* 1. *p.* 4. Omnes propositiones ex sermonibus aliquid significantibus componuntur. Itaque liber, quem de decem prædicamentis scripsit (*Aristoteles*), quæ apud Græcos κατηγορίαι dicuntur, de primis rerum nominibus significantibusque est. *Id.* in *Aristot. categor.* 2. *p.* 114. Si prædicamenta juncta faciunt affirmationem, prædicamentorum tractatus non de rebus, sed de vocibus est. *Id. in Porphyr.* 3. *p.* 69. Prædiximus ab Aristotele decem prædicamenta esse disposita, quæ idcirco prædicamenta vocaverit, quoniam de ceteris omnibus prædicentur. Cf. *Isid.* 2. *Orig.* 26. 1. Sequuntur Aristotelis categoriæ, quæ Latine prædicamenta dicuntur; quibus per varias significationes omnis sermo conclusus est.

PRÆDĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. *pubblicazione*, κήρυξις, actus prædicandi, et palam faciendi, celebratio, commemoratio. ¶ 1. Sæpe dicitur de præconio, h. e. præconis munere aliquid elata voce enunciantis, *grida, bando. Cic.* 2. *leg. Agr.* 18. 48. Quam ego præconi huic ipsi luctuosam et acerbam prædicationem futuram puto. *Apul.* 6. *Met.* Mercurius mandatæ prædicationis munus exsequebatur. *V.* PRÆDICO, as I. — De aliis rebus. *Cic.* 5. *Verr.* 61. 140. Cogit Scandilium Apronio, ob singularem improbitatem atque audaciam, prædicationemque nefariæ societatis, dare etc. *Apul. de Mag.* In quibus omnia contra prædicationem istorum pro me reperiuntur. *contra ciò che han detto pubblicamente costoro,* ¶ 2. De ea, quæ cum laude conjuncta est. *Plaut. Mil. glor.* 4. 6. 22. Metuo, ne prædicatio tua nunc meam formam exsuperet. *Cic.* 1. *ad Q. fr,* 1. 14. Quod si in mediocri statu sermonis ac prædicationis nostræ res essent, nihil abs te eximium postularetur. *Id. Harusp. resp.* 8. 16. Nec vereor, ne hæc mea vestrorum beneficiorum prædicatio-arrogans videatur. *Id. Arch.* 11. 26. Prædicationem nobilitatemque despicere. *Id. Dom.* 11. 27. Qui ab illo in me honos, quæ prædicatio de mea laude prætermissa est? *Plin.* 6. *Ep.* 8. Nam et ille amicitiam meam latissima prædicatione circumfert. *et* 7. *Ep.* 31. *a med.* et 9. *Ep.* 9. *extr.* Cujus memoriam tam grata prædicatione prorogat et extendit, ut etc. *Plin. alter* 20. *Hist. nat.* 10. 42. (109). Radix asparagi plurimorum prædicatione trita. *Flor.* 4. 2. *a med.* Nec vana de se prædicatio est Cæsaris, ante victum hostem esse, quam visum. *vanto, vantamento.* Sic *Plin.* 35. *Hist. nat.* 3. 5. (15). Ægyptii apud ipsos (*picturam*) inventam affirmant, vana prædicatione, ut palam est. ¶ 3. Speciatim apud serioris ævi logicos est effatum, enunciatum, propositio, *affermazione, proposizione. Boeth. Introd. ad Syllog. p.* 574. In aliis vero cunctis prædicationibus, uni veritas, alteri falsitas cedit. Adde *eumd. ibid. p.* 790. Sic *Capell.* 4. *p.* 114. Istæ sunt decem prædicationes, ex quibus aliquid necessario singulatim enunciamus.

PRÆDĬCĀTĪVĔ, adverb. demonstrative, cum prædicatione, vox est Logicorum. *Boeth. Aristot. analyt. prior.* 1. *p.* 471. Neque enim, si ambo intervalla particularia prædicative, vel privative dicantur, aut hoc quidem prædicativum, illud vero privativum, vel hoc quidem indefinitum, illud vero definitum, vel ambo indefinita, non erit syllogismus nullo modo.

PRÆDĬCĀTĪVUS, a, um, adject. vox logicorum, ut *Prædicativa propositio* apud *Apul. Dogm. Plat.* 3. *sub init.* Propositionum duæ species sunt: altera prædicativa, quæ etiam simplex est, ut si dicamus: *Qui regnat, beatus est;* altera substitutiva, vel conditionalis, quæ etiam composita est: *Ajax, qui regnat, si sapit, beatus est,* substituis enim conditionem, etc. Sic *Capell.* 4. *p.* 127. Ratiocinatio-dividitur in duo genera, in prædicativum et conditionalem syllogismum. Prædicativus est, in quo sumpta ita sibi nexa sunt, ut aliquo extrinsecus addito suppleantur, ut hoc-: omnis voluptas bonum, omne bonum utile est. Adde *eumd. ibid. p.* 98. et 133.; et *Boeth. loc. cit.* in voc. præced.

PRÆDĬCĀTOR, ōris, m. 3. ¶ 1. Generatim est Ital. *pubblicatore, divulgatore, banditore,* κήρυξ, qui prædicat, palam et sæpe dicit, pronunciat, divulgat. Proprie est præconis. *Apul.* 6.

Met. Si quis a fuga retrahere, vel occultam demonstrare poterit fugitivam Psychen, conveniat retro metas Murtias Mercurium prædicatorem, accepturus indicinæ nomine etc. *V.* PRÆDICATIO 1. et PRÆDICO, as I. ¶ 2. Speciatim est qui cum laude commemorat et commendat, laudator, buccinator: ut præcones faciunt, quum res venales pronunciant. *Cic. Balb.* 2. 4. Qui sui facti, sui judicii, sui beneficii voluit me esse-et prædicatorem et auctorem. *Id.* 1. *Fam.* 9. Pompejo plurimum, te quidem ipso prædicatore ac teste, debebam. *Plin.* 7. *Ep.* 33. Debemus optare, ut operibus nostris similis tui scriptor prædicatorque contingat. — Item speciatim apud Scriptores Ecclesiasticos est qui Christi Religionem et præcepta publico sermone divulgat et docet. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 28. *circa med.* Christus præmiserat digniores prædicatores. *promulgatori, predicatori.*

PRÆDĬCĀTŌRĬUS, a, um, adject. laudatorius. *Salvian.* 3. *advers. avarit.* 19. *ad fin.* Etiam laudari a te tales hos Deus prohibet, et tu ditare non metuis? dari his prædicatoria verba non vult, et tu etiam talenta largiris?

PRÆDĬCĀTRIX, īcis, f. 3. quæ prædicat. *Tertull. Anim.* 46. Nec hæc sola species erit summarum prædicatrix potestatum, sed et periculorum.

PRÆDĬCĀTUM, i, n. 2. id quod de aliqua re prædicatur, vel affirmatur, *attributo, predicato. Boeth. Introd. ad Syllog. p.* 562. Prædicatum est quod dicitur de subjecto. *Id. in Topic. Cic.* 5. *p.* 823. Omnis simplex propositio ex subjecto prædicatoque consistit. *Isid. de Act. Rhetor.* inter *Antiq. Rhet. p.* 389. Subjectum, de quo dicitur aliquid; prædicatum, quod dicitur de aliquo. Quinque prædicata sunt: genus, species, differentia, proprium et accidens. *Gloss. Lat. Gr.* Prædicatum, τὸ κατηγορούμενον.

PRÆDĬCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆDĬCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Prædicans* II. 1.; *Prædicatus* II. 1. et 3.; *Prædicaturus* et *Prædicandus* II. 2. — Prædicare est de re aliqua sæpe ac palam dicere, sermone celebrare, commemorare, divulgare, pronunciare, ἀναγορεύω, κηρύσσω (It. *pubblicare, divolgare, far la grida, bandire;* Fr. *proclamer, crier, publier;* Hisp. *proclamar, publicar;* Germ. *öffentlich ausrufen,-bekannt machen;* Angl. *to spread abroad, proclaim, report, publish, declare*).

I.) Proprium est præconum elata voce rem aliquam publice pronunciantium, ut res venales, etc. *Cic.* 5. *Verr.* 16. 40. Si palam præco jussu tuo prædicasset, non decumas frumenti, sed dimidias venire partes, et ita emptores accessissent, etc. *Plaut. Stich.* 1. 3. 42. Itaque auctionem prædicem, ipse ut venditem. Adde *Cic. Quinct.* 15. 50., 3. *Off.* 13. 57. et 5. *Fam.* 12. *ad fin.*; et *Plaut. Bacch.* 4. 7. 17.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est cujusque palam loquentis, enarrantis. *Ter. Eun.* 4. 4. 53. Utrum taceam ne, an prædicem? *Sall. Cat.* 49. Ipsum Crassum ego postea prædicantem audivi, tantam illam contumeliam sibi ab Cicerone impositam. *Ter. Andr.* 3. 1. 7. Actum est, siquidem hæc vera prædicat. *dice il vero.* et *Cæs.* 4. *B. G.* 34. Barbari nuncios in omnes partes dimiserunt, paucitatemque nostrorum militum suis prædicaverunt, et quanta prædæ faciendæ facultas daretur. *Cic. Planc.* 21. 51. Avus vero tuus tibi ædiliciam prædicaret repulsam. *ti direbbe e ridirebbe.* et *Liv.* 4. 53. *a med.* Consul prædam in ærarium redigere quæstores jussit, tum prædicans participem prædæ fore exercitum, quum militiam non abnuisset. *dicendo apertamente* etc. *Nepos Att.* 13. *extr.* Atque hoc non auditum, sed cognitum prædicamus. *lo raccontiamo.* et *Eumen.* 13. Neque quod initio prædicarunt, se Alexandri liberis regnum servare, id præstare voluerunt. *si dichiararono, s'impegnarono.* et *Ter. Phorm.* 4. 5. 13. Volo ipsius quoque voluntate hoc fieri, ne se ejectam prædicet. *non vada dicendo d'essere stata scacciata.* et *Plaut. Amph.* 1. 1. 246. Quod mihi prædicas vitium, id tibi est. *h. e.* dicis, affirmas, me habere. Sic *ibid.* 2. 1. 11. Scelestissime, audes mihi prædicare id, domi te esse nunc, qui hic ades? *Cic.* 1. *Cat.* 9. 23. Si mihi, inimico, ut prædicas, tuo, conflare vis invidiam. *Ter. Andr.* 5. 3. 4. Ain' tandem, civis Glycerium est? PAM. ita prædicant. *così si dice pubblicamente.* et *Eun.* 3. 5. 17. Quid ego ejus tibi nunc faciem prædicem, aut laudem? *ti descriva.* et *Plaut. Pœn.* 5. 4. 75. Ei prædicabo, quomodo vos furta faciatis multa. *gli dirò a note chiare.* et *Petron. fragm. Tragur.* 74. *Burmann.* Maledicere Trimalchionem cœpit, et purgamentum dedecusque prædicare. *chiamarlo ad alta voce, e più d'una volta.* et *Colum.* 7. *R. R.* 12. 1. Canis falso dicitur mutus custos. Nam quis hominum clarius, aut tanta vociferatione bestiam, vel furem prædicat, quam iste latratu? — Sic Part. præter. pass. apud *Plaut. Trin.* 2. 2. 54. Edepol hominem prædicatum firme et familiariter. *descritto.* et *Plin.* 12. *Hist. nat.* 17. 39. (78). Arbor cum miraculo historiis Claudii Cæsaris prædicata. *et* 13. *ibid.* 24. 47. (130). Frutex ab Aristomacho miris laudibus prædicatus. ¶ 2. Speciatim et sæpe est commemorare cum laude, commendare, verbis extollere: ductum a præcone, qui, ut ait *Horat.* 2. *Ep.* 1. 11., laudat venales, quum vult extrudere, merces. *predicare, lodare, far onorata menzione. Cic. Arch.* 9. 21. Nostra semper feretur et prædicabitur pugna, etc. *et ibid.* 11. 26. Prædicari de se, ac nominari volunt. *Id.* 11. *Phil.* 13. 33. Quæ de illo viro Sulla, quæ Lucullus, quam ornate, quam honorifice, quam graviter sæpe prædicaverunt! *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 19. (57). Hortorum Cato prædicat caules. *Id.* 25. *ibid.* 5. 18. (40). Prædicare aliquid miris laudibus. *Nepos Timol.* 4. laudes alicujus. *Id. Dion. sub fin.* aliquem liberatorem patriæ, tyrannique expulsorem. *Cæs.* 2. *B. C.* 32. Qui de meis in vos meritis prædicaturus non sum. *Plin.* 1. *Ep.* 8. *a med.* Qui benefacta sua verbis adornant, non ideo prædicare, quia fecerint, sed, ut prædicarent, fecisse creduntur. *Id. ibid.* 14. *sub fin.* Omnia longe ampliora, quam a me prædicantur, invenies. *Tac. Agric.* 8. *extr.* Ita virtute in obsequendo, verecundia in prædicando, extra invidiam, nec extra gloriam erat. *nel vantarsi, gloriarsi:* quo sensu *Cic. Dom.* 35. 93. Hoc reprehendis, quod solere me dicas de me ipso gloriosius prædicare. *Id. Pis.* 1. 2. Mihi ista licet de me, vera cum gloria, prædicare. *Id.* 5. *Tusc.* 17. 50. Beata vita glorianda et prædicanda et præ se ferenda est. *Cæs.* 6. *B. G.* 17. Galli se omnes ab Dite patre prognatos prædicant. *Nepos Thrasyb.* 1. Fortuna, se plus valuisse, quam ducis prudentiam, vere potest prædicare. ¶ 3. Videtur etiam sumi pro prædicere. *Tertull. Fug. in persecut.* 6. Persecutiones eos passuros prædicabat, et tolerandas docebat. *Id. ibid.* 12. *a med.* Persecutiones prædicatas præcavere. *h. e.*, ut videtur, prædictas, *predette.*

PRÆDĪCO, cis, xi, ctum, cere, a. 3. Part. *Prædicens* et *Prædicendus* 2.; *Prædictus* in omnibus paragr. — Prædicere est ante, seu prius dicere, προλέγω (It. *dire innanzi, premettere;* Fr. *dire devant;* Hisp. *decir ante;* Germ. *vorher-, vor-aussagen,-nennen;* Angl. *to tell before, premise*). ¶ 1. Generatim. *Ter. Andr.* 4. 4. 54. Alio pacto haud poterat fieri, ut sciret hæc, quæ volumus. MY. hem prædiceres. *dovevi dirmelo prima.* et *Id. ibid.* 1. 1. 19. Hoc primum in hac re prædico tibi. *et* 5. 1. 21. Credo, et id facturas, Davus dudum prædixit mihi. *et* 1. 2. 34. Neque tu hoc dices, tibi non prædictum. *Seneca Ep.* 102. At nisi aliquid prædixero, intelligi non poterunt, quæ refellentur. *Vellej.* 1. 4. 1. Chalcidenses orti, ut prædiximus, Atticis. *Plin.* 10. *Ep.* 5. Epistolæ, quas detinere, ut ante prædixi, nolui. *Colum.* 1. *R. R. procem.* 1. Sæpenumero civitatis nostræ principes audio culpantes modo ægrorum infecunditatem, modo cæli noxiam frugibus intemperiem: quosdam prædictas querimonias velut ratione certa mitigantes, etc. *Quintil.* 4. 2. 57. Ut a Cicerone sunt quidem utilissime prædicta omnia, per quæ Miloni Clodius insidiatus esse videatur. *Id.* 10. 1. 74. Theopompus bis proximus, ut in historia prædictis minor, ita oratori magis similis. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (27). Ad oceanum reliqua vergunt, Vardulique ex prædictis et Cantabri. *Id.* 12. *ibid.* 16. 35. (70). Sembracena myrrha prædictis vitiis caret. Adde *Tac.* 1. *Ann.* 60. ¶ 2. Speciatim est futura prænunciare, canere, præsignificare, *predire, profetizzare. Cic.* 6. *Fam.* 6. *ante med.* Quo in bello nihil adversi accidit, non prædicente me. *Id.* 1. *Divinat.* 1. 2. Chaldæi scientiam putantur effecisse, ut prædici posset, quid cuique eventurum, et quo quisque fato natus esset. *et ibid.*; et *Petron. Satyr.* 137. *ad fin.* intelligere et prædicere futura. *Cic. Harusp. resp.* 25. 53. Dii de clarissimorum civium dissensione prædicunt. *Id. Senect.* 14. 49. Defectiones solis et lunæ multo ante prædicere. *Id.* 2. *Nat. D.* 61. 153. Defectiones solis et lunæ cognitæ prædictæque in omne posterum tempus, quæ, quantæ, quando futuræ sint. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 12. 9. (53). In contionem productus ad prædicendam eclipsim. *Tac.* 6. *Ann.* 22. *extr.* A filio Thrasulli prædictum Neronis imperium in tempore memorabitur. *Virg.* 1. *Ecl.* 17. malum hoc nobis De cælo tactas memini prædicere quercus. *h. e.* portendere. Sic *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 32. *a med.* Nullum animal est, quod non motu et occursu suo prædicat aliquid. ¶ 3. Item speciatim *prædicere* est proprium magistratus, qui quid, quando, quo modo etc. faciendum sit, constituit. *Nævius* apud *Non. p.* 197. 16. *Merc.* Res divas edicit, prædicit castus. — Sic *prædicere diem,* constituere, *appuntare. Tac.* 2. *Ann.* 79. Ubi prætor reo atque accusatoribus diem prædixisset. Sic *Id.* 11. *ibid.* 27. Consulem designatum, cum uxore Principis, prædicta die, adhibitis qui obsignarent, - convenisse. Similiter *Sall. Jug.* 75. Diem locumque, ubi præsto forent, prædicit. *Sueton. Claud.* 8. Si paullo serius ad prædictam cœnæ horam occurrisset. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 23. 31. (61). *de ciconiis.* Abituræ congregantur in certa loca, et ceu lege prædicta die recedunt. ¶ 4. Item serio monere, de re aliqua, quæ faciende sit, indicere, denunciare, *far avvisato, intimare, far intendere con premura:* nam quæ serio volumus, multo ante quam fiant, indicere solemus. — *a)* Cum Conjunct. et part. *ut, ne. Cæs.* 3. *B. C.* 92. Pompejus suis prædixerat, ut Cæsaris impetum exciperent. *Liv.* 2. 10. Itaque-monere, prædicere, ut pontem ferro, igni, quacumque vi possent, interrumpant. *V. Drakenborg.* ad *h. l.*, qui affert et illud *Cic.* 2. *Verr.* 12. 36. Moneo, prædico, ante denuncio,-abstineant in hoc judicio manus. *Nepos Themist.* 7. Collegas jussit proficisci, eisque prædixit, ut ne prius legatos dimitterent, quam ipse esset remissus. *Cic.* 1. *Divinat.* 24. 48. Ei visam esse Junonem prædicere, ne id faceret, minitarique etc. *Vellej.* 2. 82. 2. Accessit nocte ad stationem Romanam, prædixitque, ne destinatum iter peterent, sed etc. *Tac.* 13. *Ann.* 36. Ne pugnam priores adirent, prædicit. Et cum Ablat. absoluto *Id.* 16. *ibid.* 33. Montanus patri concessus est, prædicto, ne in republica haberetur. *con la intimazione.* — *b)* Cum Accusativo. *Cic.* 6. *Phil.* 3. 5. Testificor, denuncio, ante prædico, nihil M. Antonium eorum, quæ legatis sunt mandata, facturum. *Virg.* 3. *Æn.* 435. Unum illud tibi, nate dea, proque omnibus unum Prædicam, et repetens iterumque iterumque monebo. — Sic Part. præter. pass. apud *Val. Flacc.* 7. 71. ac si quid in isto est Robore, prædicti venies in rura laboris. *et* 8. 127. sociis, qui tunc prædicta tenebant Ostia, etc. *h. e.* quæ jam moniti, aut jussi fuerant tenere. Sic 7. 188. Et juvenem Æmonium prædicto sistere luco. *et Ovid.* 15. *Met.* 608. Et spectant frontes, prædictaque cornua quærunt. — Cum Accus. et Infinito *Vellej.* 1. 13. 4. Mummius jussit prædici conducentibus, si eas (*statuas*) perdidissent, novas eos reddituros. — *c)* Absolute. *Curt.* 3. 6. *sub init.* Id ipsum, quod post diem tertium medicamentum sumpturus esset (ita enim medicus prædixerat)

ægre ferens. — Hinc a Part. præter. pass., cujus plurima exempla retulimus,

Prædictum, *i*, n. 2. absolute, substantivorum more. ¶ 1. Est prædictio, *predizione, pronostico*. *Cic.* 2. *Divinat.* 42. 89. Chaldæorum prædicta. *et ibid.* 88. astrologorum. *Id.* 2. *Legg.* 12. 30.; et *Virg.* 4. *Æn.* 464. vatum. *Val. Flacc.* 4. 460. deorum. *h. e.* portenta. *Sueton. Oth.* 6.; et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (24). haruspicum ¶ 2. Item edictum. *Liv.* 23. 19. Prædictum erat dictatoris, ne quid, absente eo, rei gereretur. *Alii leg.* edictum. ¶ 3. Item condictum, *accordo, convenzione, concerto*. *Liv.* 33. 6. Velut ex prædicto ambo Scotussam petierunt.

PRÆDĪCOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. idem ac prædicare. *Cassiod. Complex. Act. Ap.* 33. Quibus (*discipulis*) constituentes (*Paulus et Barnabas*) presbyteros, cum jejunatione prædicati sunt, Dominoque eos sancta commendatione reliquerunt.

PRÆDICTĬO, ōnis, f. 3. actus prædicendi. ¶ 1. Est rhetorica exornatio, species prolepsis. *Quintil.* 9. 2. 17. Est quædam præmunitio, *etc.* quædam confessio, *etc.* quædam prædictio, ut: Dicam enim non augendi criminis gratia. ¶ 2. Item Ital. *predizione, profezia, pronostico*, προρρήσις, προαγόρευσις, προφητεία, actus prædicendi, et ipsum id, quod prædicitur, divinatio. *Cic.* 2. *Nat. D.* 3. 7. Prædictiones et præsensiones rerum futurarum. *Sueton. Tib.* 14. Rediit magna spe futurorum, quam et ostentis et prædictionibus ab initio ætatis conceperat. *Cic.* 2. *Divinat.* 25. 54. Omnis prædictio mali tum probatur, quum ad prædictionem cautio adjungitur. *et ibid.* 42. 87. Chaldæis in prædictione et in notatione cujusque vitæ ex natali die minime esse credendum. *et* 1. *ibid.* 2. 4. Hariolorum et vatum furibundas prædictiones audire.

PRÆDICTĪVUS, a, um, adject. προρρητικός, qui prædicit, qui prognostica continet. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 12. Item libro prædictivo, quem προρρητικὸν (*Hippocrates*) appellavit. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 15. *sub init.*

PRÆDICTUM, i, n. 2. *V.* PRÆDĪCO in fin.

PRÆDICTUS, a, um. *V.* PRÆDĪCO.

PRÆDIFFĪCĬLIS, e, adject. παγχάλεπος, perdifficilis. *Tertull. Baptism.* 2. *ad fin.* Prædifficilia penes homines, facilia penes Deum.

PRÆDĪGESTUS, a, um, particip. ab inusit. *prædigero*, nullis cruditatibus, aut obstructionibus impeditus. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 2. Adjicientes quod bibi debeat medicamen prædigesto corpore, et omnino nullo obstaculo impedito.

PRÆDĬŎLUM, i, n. 2. *deminut. a* prædium, *poderetto, poderino, possessioncella*. χωρτδιον, parvum prædium, agellus. *Cic.* 3. *Orat.* 27. 108. De nostra possessione depulsi, in parvo, et eo litigioso, prædiolo relicti. *Id.* 16. *Att.* 3. *circa med.* Prædiola belle ædificata, et satis amœna. Adde *Plin.* 1. *Ep.* 24. *extr.*

PRÆDĪRUS, a, um, adject. valde dirus. *Ammian.* 31. 8. *a med.* Facta dictu visuque prædira. *Vet. epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 329. *Burmann.* Infernas ululans mulier prædira sub umbras

PRÆDISCO, is, ere, a. 3. *imparare innanzi*, προμανθάνω, ante disco. *Cic.* 1. *Orat.* 32. 147. Qui quæ agenda sunt in foro, tanquam in acie, possunt etiam nunc exercitatione quasi ludicra prædiscere ac meditari. *Virg.* 1. *G.* 51. Ventos et varium cæli prædiscere morem. Hæc *Virgilii* verba laudantur a *Colum.* 1. *R. R.* 4. 4. et *Plin.* 18. *Hist. nat.* 24. 56. (206). Ceterum *Seren. Sammon. c.* 46. *p.* 69. ed. *Ald.* Vis et mirificos cantus prædiscere odores, Accensis quibus arcetur teterrima serpens?

PRÆDISPŌSĬTUS, a, um, particip. ab inusit. *prædispono*, ante dispositus. *Liv.* 40. 56. *extr.* Nuncios prædispositos, ita ut convenerat, misit ad Perseum. *Theod. Priscian. lib.* 4. *p.* 316. ed. *Ald.* Sic urina-secernitur, effluens ad inferiorem locum in corpore ad id prædispositam vesicam.

PRÆDĪTUS, a, um, adject. (præ *et* datus) qui habet, instructus, affectus, ornatus, ἔχων (It. *che ha, dotato, fornito, ornato*; Fr. *pourvu de, doué de, qui a, qui possède*; Hisp. *proveido, dotado*; Germ. *versehen, begabt, behaftet mit etwas*; Angl. *having, possessed of, endued with, furnised or gifted with*). ¶ 1. Generatim, cum Ablativo jungitur. — *a*) Universim. *Plaut. Amph.* 1. 1. 63. Teleboæ ex oppido Legiones educunt suas, nimis pulcris armis præditas. *Lucret.* 5. 144. Haud igitur constant divino prædita sensu. *et* 1. 236. Immortali sunt natura prædita certe. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 21. 69. Homo parvis opibus ac facultatibus præditus. *Id.* 1. *Nat. D.* 8. 18. mundus animo et sensibus. *Id. Rosc. Am.* 8. 23. miser luctu. *Alii leg.* perditus. *Id.* 5. *Tusc.* 41. Non ut parvo metu præditus sit, sed ut nullo. Hæc *Forcellinus*; ipse locum minime inveni. *Id.* 2. *Verr.* 3. 10. Ea spe istum fuisse præditum, ut omnem rationem salutis in pecunia poneret. *Id. Tim.* 9. *ad fin.* Siderum errores multitudine infinita, varietate admirabili præditi. *Sil. It.* 14. 88. bis octonis nondum rex præditus annis. *Cic.* 2. *Herenn.* 27. 44. Mortuum deformatum, tumore præditum-fuisse constat: ergo veneno necatus est. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 32. 50. (116). Dextrum cornu cervi medicamento præditum. *Auct. B. Afr.* 58. Quum tam magnis copiis auxiliisque regis essent præditi. *Justin.* 41. 4. 8. Duarum civitatum imperio præditus. Adde *Sall. Cat.* 50. — *b*) In malam partem. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 2. 6. Homo singulari cupiditate, audacia, scelere præditus. *Id.* 4. *Verr.* 42. 104. Tanta amentia præditus atque audacia, ut etc. *Id. Flacc.* 3. 6. levitate, egestate, perfidia. *Id. Sull.* 3. 7. singulari immanitate et crudelitate. *Id.* 1. *Invent.* 47. 88. vitio grandi et perspicuo. *Lucret.* 5. 199. culpæ. — *c*) Sæpius in bonam. *Cic. pro leg. Manil.* 17. 51. Q. Hortensius summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenii præditus. *Id. Dom.* 15. 39. Vir singulari virtute, constantia, gravitate præditus. *et ibid.* 42. 110. singulari bonitate et modestia. *et ibid.* 53. 136. et 8. *Att.* 3. amplissimo sacerdotio. *Tac. Agric.* 44. consularibus ac triumphalibus ornamentis. ¶ 2. Speciatim de diis cum Dativo junctus est idem ac præpositus. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 3. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 9. Me pro genere cujusque voti in eo loco constituo, de quo deus ei rei præditus facilius exaudiat. *Fronto de eloq. ante med.* Minerva orationis magistra, Mercurius nunciis præditus, Apollo pæanum auctor. *Apul. de Mag.* Mitto dicere earum alteram Venerem vulgariam, quæ sit prædita populari amori, alteram vero cælitem, præditam optimati amori. *Id. de Deo Socrat. a med.* At ubi vita edita remeandum est, eumdem illum (*Genium*) qui nobis præditus fuit, raptare illico, et trahere veluti custodiam suam ad judicium.

PRÆDĬUM, ii, n. 2. χωρίον (It. *podere, possessione, fondo, proprietà specialmente rurale*; Fr. *propriété, domaine*; Hisp. *propriedad, dominio*; Germ. *e. Landgut, Grundstück, Vorwerk, e. Besitzung, gaw. ländlich*; Angl. *a farm, estate, manor*). — *a*) Ducunt etymologi a *præs, prædis.* et hoc a *præstando*, ut *prædia* proprie sint bona, quibus quispiam alteri se obligat, et pro re aliqua eidem cavet, pignori ea opponendo. *Cic.* 3. *Verr.* 54. 142. et *ibid.* 55. 143. Prædibus et prædiis populo cautum est. *Liv.* 22. 60. Quum dandam ex ærario pecuniam mutuam, prædibusque ac prædiis cavendum populo censerent. *Cato* apud *Festum p.* 258. 25. *Müll.* Vinum redemisti: prædia pro vini quadrantalibus sexaginta in publicum dedisti: vinum non dedisti. — *b*) Universim dicitur de quacumque possessione. Differt tamen, quia possessio omnia bona complectitur, mobilia et immobilia: *prædium* immobilia tantum. Differt etiam a *fundo*, qui fere de possessione rustica dicitur: *prædium* etiam de urbana. *Cic. Cæcin.* 4. 11. Huic fundo uxoris continentia quædam prædia atque adjuncta mercatur. *Nepos Cim.* 4. Quum compluribus locis prædia hortosque haberet, numquam eis custodem posuit. *Cic. Rosc. Am.* 15. 43. Tot prædia, tam pulcra, tam fructuosa, filio suo colenda ac tuenda tradiderat. *Id. ibid.* 42. Illum secum omni tempore volebat esse: hunc in prædia rustica relegarat. *Id.* 5. *Verr.* 86. 199. Habet in nummis, habet in urbanis prædiis. *Colum.* 1. *R. R.* 1. 19. Suburbanum prædium commodissimum esse puto. *Sueton. Cæs.* 50. Amplissima prædia ex auctionibus hastæ ei dono addixit. *Cic.* 11. *Att.* 2. In quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum? — Translate vel rectius urbane *Martial.* 12. 72. Deseris urbanas, tua prædia, Pontice, lites. — *Ulp. Dig.* 50. 16. 198. Urbana prædia omnia ædificia accipimus, non solum ea, quæ sunt in oppidis, sed et si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis et in vicis, vel si prætoria voluptati tantum deservientia, quia urbanum prædium non locus facit, sed materia. — *c*) Ad illud *Cic.* 3. *Verr.* 54. 142. Ubi illa consuetudo in bonis prædibus prædiisque vendendis, omnium consulum, censorum, prætorum, quæstorum denique, ut optima conditione sit is, cuja res sit, cujum periculum? *Pseudo-Asconius* hæc adscribit: Bona prædia dicuntur bona satisdationibus obnoxia, sive sint in mancipiis, sive in pecunia numerata: prædia vero domus, agri. Hæc omnia venduntur, si rationi publicæ locator sartorum tectorum non responderit. *et paullo post.* Prædia sunt res ipsæ: prædes, homines, idest fidejussores, quorum res bona prædia (*non*) uno nomine dicuntur. Hæc *Pseudo-Asconii* verba, si sana credimus, satis obscura sunt, neque paucis illustrari facile possunt. In verbis *Cicer.* τὸ *bonis* tam ad *prædiis*, quam ad *prædibus* refertur: *prædes vendere* non est ipsos homines fidejussores vendere, sed eorum bona: ea ratione, qua apud *Sueton. Claud.* 9. dicitur Claudius venalis pependisse, h. *e.* ejus bona. Sic *Cic.* 2. *Phil.* 31. 78. Et domi quidem causam amoris habuisti: foris etiam turpiorem: ne L. Plancus prædes tuos. (*Orell.* suos) venoeret. Quod additur apud *Cic. cit. Verr.* 3. *prædibus prædiisque*, primum bona prædum, alterum mancipis, h. *e.* ejus, qui se obligaverat, significare videtur. *Hottoman.* hæc aliter interpretatur. *Bona* intelligit ipsa opera, quæ locantur, quia fiunt veluti bona ejus, qui conducit, quum lucrum ei pariant: *vendere* positum ait pro locare. quemadmodum *redimere* est conducere: *prædibus prædiisque* absolute sexto casu dici putat, ut *datis*, vel *appositis* subintelligatur. V. etiam *Manut.* et *Græv.* — *NB.* Apud *Festum p.* 234. 7. *Müll.* hæc leguntur: Prædia rursus Verrius vocari ait ea remedia etc. *et mox.* Ea vocari ait prædia, quod mala prohibeant. Utrobique legend. *præbia*, quæ nunc Itali vocant *brevi*. *V.* integrum locum in PRÆBIA.

PRÆDIVES, ĭtis, adject. omn. gen. *assai ricco*, πολυκτητος, valde dives. — *a*) De hominibus. *Liv.* 45. 40. Admodum inops pecuniæ Philippus, Perseus contra prædives. *Tac.* 15. *Ann.* 64. Seneca prædives et præpotens. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 3. 6. (12). Receptus in torum, mox in testamentum prædives. — *b*) De rebus. *Ovid.* 9. *Met.* 91. totumque tulit prædivite cornu Auctumnum. *Juvenal.* 10. 16. magnos Senecæ prædivitis hortos.

PRÆDĪVĬDO, is, ere, a. 3. ante dividere. *Jul. Vict. Aur. rhet.* (edente *A. Maio*) *c.* 15. *p.* 84. Sæpenumero in principiis etiam causam prædividimus ex utilitate nostra, ut Demosthenes contra Æschinem.

PRÆDĪVĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. *presagio, indovinamento*, μαντεία, divinatio. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 25. 37. (89). Crocodilus parit ova, eaque extra eum locum semper incubat, prædivinatione quadam, ad quem summo auctu eo anno egressurus est Nilus.

PRÆDĪVĪNO, as, āvi, are, a. 1. *indovinare*, προσθεσπίζω, divino, præsentio. *Plaut. Truc.* 2. 3. 17. Vide, ut jam, quasi vulturii, triduo prius prædivinant, quo die esuri sient. *Varro* 6. *L. L.* 52. *Müll.* Et qui futura prædivinando soleant fari, fatidici dicti. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 10. 10. (20). Apes prædivinant ventos imbresque, et se continent tectis. *Frontin.* 2. *Strateg.* 5. 38. Quod

futurum quum prædivinasset Cæsar, etc. — Absolute *Spartian. Carac.* 8. Et fertur quidem Papinianus, quum raptus a militibus ad Palatium traheretur occidendus, prædivinasse dicens, etc.

PRAEDĪVĪNUS, a, um, adject. valde divinus, seu multum divinans. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 60. (167). Hammonis cornu, gemma aureo colore, arietini cornus effigiem reddens, promittitur prædivina somnia repræsentare. Eadem habet *Solin.* 27. *a med.*

PRAEDĪVĪSĬO, ōnis, f. 3. divisio ante facta. *Probus* ad *Virg. Buc. et Georg.* p. 25. ed. *Keil.* Prædivisione, quam Græci προαίρεσιν vocant, quid quoque libro præcipiat, significat.

PRAEDO, as. *V.* PRAEDOR init.

PRAEDO, ōnis, m. 3. prædator, latro, qui terra marive grassatur, λῃστής (It. *ladro, rubatore, corsale, assassino;* Fr. *brigand, voleur, corsaire, pirate;* Hisp. *salteador de caminos, ladron, cosario, pirata;* Germ. *d. Räuber, Plünderer, Seeräuber;* Angl. *a robber, spoiler, pillager, plunderer, pirate, picaroon, corsair, assassin*).

I.) Proprie. *Ulp. Dig.* 49. 15. 24. Hostes sunt, quibus bellum publice populus R. decrevit, vel ipsi populo R. Ceteri latrunculi, vel prædones appellantur. *Cic.* 2. *Herenn.* 21. 33. Quoniam hominem occisum constat esse, necesse est, aut a prædonibus, aut ab inimicis occisum esse. *Id.* 2. *Verr.* 5. 13. Urbes piratis prædonibusque patefactæ. *Liv.* 38. 40. *ad fin.* Alibi prædo, alibi prædæ vindex cadit. *Cæs.* 3. *B. C.* 110. Huc accedebant collecti ex prædonibus latronibusque Syriæ Ciliciæque provinciæ. *Nepos Themist.* 2. Maritimos prædones consectando, mare tutum reddidit. *Cic.* 3. *Orat.* 1. 3. Deploravit casum atque orbitatem senatus: cujus ordinis a consule, qui quasi parens bonus, aut tutor fidelis esse deberet, tamquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis. *Sall. fragm.* apud *Non.* p. 534. 18. *Merc.* Cohors una grandi vecta faselo, a duobus prædonum myoparonibus circumventa. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 42. hic decidit acrem Prædonum in turbam. *Cic. Dom.* 55. 140. Omnium templorum atque tectorum, totiusque urbis prædonem. *Virg.* 7. *Æn.* 362. Perfidus alta petens, abducta virgine, prædo. *Ovid.* 4. *Fast.* 591. At neque Persephone digna est prædone marito, *h. e.* Plutone raptore. *Apul.* 8. *Met.* Vindicavi mei mariti cruentum peremptorem: punita sum funestum nuptiarum mearum prædonem.

II.) Translate. — *a*) *Colum.* 9. *R. R.* 15. 3. *de fucis.* Nec rursus multitudinem prædonum coalescere patiendum est, ne universas opes alienas diripiant. *Martial.* 14. 116. Accipiter prædo volucrum. — *b*) Apud JCtos prædo est etiam, qui quum nullam causam possidendæ hereditatis habeat, invadit tamen, et possidet. *Ulp. Dig.* 5. 3. 25. Quod autem ait senatus, eos qui bona invasissent; loquitur de prædonibus, id est de his, qui quum scirent, ad se non pertinere hereditatem, invaserunt bona: scilicet quum nullam causam haberent possidendi. — Item cujuscumque rei injustus possessor. *Cajus ibid.* 9. 4. 13. Absurdum videretur, eos quidem, qui bona fide possiderent excipere actionem, prædones vero securos esse.

PRAEDŌCĔO, dŏces, dŏcŭi, doctum, dŏcere, a. 2. Part. *Prædoctus.* — Prædocere est ante docere, præmonstrare. *Sall. Jug.* 94. Illi prædocti a duce arma mutaverant. *istruiti innanzi.* et *Plin.* 18. *Hist. nat.* 34. 77. (334). Prædoctus esto: alia robustis prosunt, alia infantibus. *Prudent.* 12. *Cathemer.* 72. myrrheus Pulvis sepulcrum prædocet.

PRAEDOCTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PRAEDŌMO, mas, mŭi, are, a. 1. ante domare. Translate. *Seneca Ep.* 113. *a med.* Et omnes casus, antequam exciperet, prædomuit meditando.

PRAEDŌNĬUS, a, um, adject. λῃστικός, ad prædonem pertinens, prædatorius: *Ulp. Dig.* 5. 3. 25. Conscius ad se nihil hereditatem pertinere, prædonio more versari cœpit. Ita *Torrentin.*, nam *Haloand.* habet *prædonis. V.* PRAEDO sub II. *b.*

PRAEDŌNŬLUS, i, m. 2. deminut. ab inusit. *prædonus,* quod a *prædo,* ut *decurionus* a *decurio. Festus* p. 242. 5. *Müll.* Prædonulos Cato ὑποχοριστικῶς dixit in Epist. Quia sæpe utiles videntur prædonuli. *Scalig.* vult legi *prædonculos,* ut a *latro latrunculos.*

PRAEDOPIONT, præoptant. *Festus* p. 205. 13. *Müll.* Ita legendum conjecit *Meurs., Ex critic.* I. *Casin.* 2., probante *Müllero;* est enim a *præd* (ut *red, sed, prod*) et *op* themate verbi *optare*: Codices *Prædotiont:* alii mallent *præoptinunt,* vel potius *præoptinant,* ab obsoleto *optino,* quod ab *opto.*

PRAEDŌR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. *Prædo, as,* etc. *V.* infra sub *C.* — Part. *Prædans* sub *A.* I.; *Prædatus* sub *A.* I. et II., sub *B.* I. et sub *C.* — Prædari est prædas agere, diripere, vi auferre, λῃζω, συλάω (It. *rubare, predare, saccheggiare;* Fr. *piller, fourrager, marauder;* Hisp. *pillar, robar, saquear, talar, picarear;* Germ. *Beute machen, rauben, plündern;* Angl. *to rob, plunder, pillage, spoil, ravage*).

A) Neutrorum more; et quidem

I.) Proprie. *Cic.* 4. *Phil.* 4. 9. Spes rapiendi atque prædandi obcæcat animos eorum. *Nepos Alcib.* 8. *extr.* Vulgum Atheniensium in terram prædatum exisse, navesque pæne inanes relictas. *Liv.* 4. 55. Volscos et Æquos prædatum extra fines exisse in agrum Latinum Hernicumque affertur. *Id.* 22. 3. Ab effusa prædandi licentia hostem cohibere. *Cæs.* 7. *B. G.* 46. *extr.* Vix se ex manibus prædantium militum eripuit. *Justin.* 23. 1. 10. Ex agris finitimorum prædari soliti. *Tac. Agric.* 29. Præmissa classe, quæ pluribus locis prædata, magnum terrorem faceret. — Sic de brutis animantibus. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 71. 91. (196). Alia (*animalia*) dentibus prædantur, alia unguibus. — *Cic.* 4. *Verr.* 19. 46. Eripe hereditatem propinquis, da palæstritis: prædare in bonis alienis nomine civitatis. *ruba, guadagna.* et 5. *ibid.* 78. 182. Tuus apparitor de aratorum bonis prædabitur. *et* 3. *Off.* 17. 72. Hoc secundum naturam est, neminem id agere, ut ex alterius prædetur inscientia.

II.) Translate. Part. *Prædatus* est præda potitus, ditatus, onustus. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 39. et *Hud.* 5. 2. 29. Bene ego ab hoc prædatus ibo. *Id. Pers.* 4. 4. 115. Heu prædatus probe!

B) Active, h. e. cum Accusativo.

I.) Proprie. *Tac.* 12. *Ann.* 49. Dum socios magis, quam hostes prædatur. *Sueton. Domit.* 12. Nihil pensi habuit, quin prædaretur omni modo bona vivorum et mortuorum. *Val. Flacc.* 5. 647. virgineas præder si Cecropis arces. *Lactant.* 5. 9. *circa med.* Prædari maria. *corseggiare. Petron. Satyr.* 83. Hylam Nympha prædata imperasset amori suo, si venturum ad interdictum Herculem credidisset. — Similiter de piscatu. *Propert.* 4. 2. 37. pisces calamo prædabor? *Inscript.* apud *Orell.* 1603. SILVANO INVICTO SACRVM C. TETIVS VETVRIVS MICIANVS PR. (*h. e.* præfectus) ALAE SEBOSIANAE OB APRVM EXIMIAE FORMAE CAPTVM QVEM MVLTI ANTECESSORES EIVS PRAEDARI NON POTVERVNT V. S. L. P. *h. e.* voto soluto libens posuit. — Et de brutis animantibus *Ovid.* 3. *Art. am.* 419. Ad multas lupa tendit oves, prædetur ut unam.

II.) Translate. *Ovid.* 3. *Amor.* 8. 57. Omnia possideant: illis Campusque, Forumque Serviat: bi pacem crudaque bella gerant. Tantum ne nostros avidi prædentur amores. *Al. aliter leg. Id.* 1. *Amor.* 3. 1. quæ me nuper prædata puella est. *Seneca Œdip.* 557. Flamma prædatur dapes, *h. e.* populatur, absumit. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 55. Singula de nobis anni prædantur euntes: Eripuere jocos, venerem, convivia, ludum: Tendunt extorquere poemata.

C) *Prædo, as,* ab antiquis dictum est, teste *Priscian.* 8. p. 799. *Putsch. Plaut. Rud.* 4. 7. 16. Mi istæc videtur præda prædatum irier. *Vulgat. interpr. Judith.* 2. 13. Effregit autem civitatem Melothi, prædavitque omnes filios Tharsis et filios Ismael. *et Isai.* 24. 3. Dissipatione dissipabitur terra, et direptione prædabitur. *Ambros. de Fide* 3. 3. Et erunt in præda qui prædaverunt eos. *Vopisc. Prob.* 8. Quum de prædato repertus esset equus non decorus.

PRAEDORMĬO, is, ire, n. 4. antea dormire. *Augustin. Serm.* ed. *A. Maio* in *Nov. Patr. Collect. T.* 1. p. 1. Ibi amicus decor prædormit in gemmis. *Gramm. incertus* ed. *Eichenf.* Dormio, dormis, prædormio, prædormis. V. et *Grammaticorum vol.* 5. *p.* 637. ed. *Keil.*

PRAEDOTIONT. *V.* PRAEDOPIONT.

PRAEDŪCO, cis, xi, ctum, cere, a. 3. Part. *Præductus.* — Præducere est ante ducere aut facere, præstruere, prætexere, *tirare, fare o mettere innanzi a qualche cosa,* προάγω. *Cæs.* 7. *B. G.* 69. Fossam et maceriam sex in altitudinem pedum præduxerant. *et* 1. *B. C.* 27. Vicos plateasque inædificat, fossas transversas viis præducit. *Tibull.* 4. 1. 83. tutam castris præducere fossam. *Sil. It.* 10. 411. fossas præducere muris. Sic *Seneca* 2. *Ira* 8. *ad fin.* Præductam obsessis parentibus fossam. — Similiter *Cæs.* 7. *B. G.* 46. Ex grandibus satis sex pedum murum, qui nostrorum impetum tardaret, præduxerant Galli. *Tac.* 14. *Ann.* 32. Tutelâ templi freti — neque fossam aut vallum præduxerunt, neque etc. *Avien. Perieg.* 625. locus undique sæptus Aggere præducto. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 21. (75). Lineas itineri præducere, *h. e.* ductis lineis iter præsignare. *Vet. Poeta* in *Catalect. Pithœi* p. 129. Hesperie pulcras strophio præducta papillas, *h. e.* strophium habens papillis præductum. *Alii leg.* producta, *sed male. Stat.* 5. *Silv.* 3. 12. Quis sterili mea corda situ, quis Apolline verso Frigida damnatæ præduxit nubila menti? Alii leg. *produxit.* Quæ lectionis varietas est etiam in illo *Lucani* 6. 465. nunc omnia complent Imbribus, et calido præducunt nubila Phœbo.

PRAEDUCTAL, ālis, n. 3. *riga, regulo,* stilus, vel plumbum, quo lineæ in membrana præducuntur ad scripturam dirigendam. *Gloss. Philox.* Præductal, παράγραφος. Hinc *Catull.* 22. 8. Membrana directa plumbo.

PRAEDŪCTŌRĬUS, a, um, adject. ad præducendum pertinens. *Cato R. R.* 135. Lora præductoria, *h. e.* quibus regebantur juncti boves.

PRAEDŪCTUS, a, um. *V.* PRAEDUCO.

PRAEDULCE. *V.* PRAEDULCIS in fin.

PRAEDULCĬA, ium, n. plur. 3. *V.* voc. seq. I. et II.

PRAEDULCIS, e, adject. valde dulcis, *assai dolce,* πολυγλυκύς.

I.) Proprie. *Lucret.* 4. 636. Hoc tamen esse aliis possit prædulce videri. *Alii et ipse* Lachmann. *leg.* perdulce. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 5. 11. (23). Prædulcis sapor. *et* 15. *ibid.* 18. 19. (71). ficus. *et* 13. *ibid.* 4. 9. (44). Mel prædulce. *et* 14. *ibid.* 6. 8. (64). Prædulcia vina. — Hinc *Prædulcia* absolute, substantivorum more. *Id.* 24. *ibid.* 1. 1. Prædulcium fastidium sal temperat.

II.) Translate. *Sueton. Cal.* 33. Collaudans vocem deprecantis, quasi etiam in gemitu prædulcem. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 17. 18. (55). Prædulcis eloquii suavitas. *Virg.* 11. *Æn.* 155. Prædulce decus. *Val. Flacc.* 4. 61. nomen. *Quintil.* 2. 5. 22. genus orationis. *Claudian.* 2. *in I. cons. Stilich.* 132. Luxuries prædulce malum. *Nemesian. Ecl.* 1. 22. Prædulcis tibia. — Sic *Prædulcia* absolute, substantivorum more. *Quintil.* 8. 3. 56. Prædulcia, abundantia (*in sermone*). — Hinc

Prædulce adverbii more. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 82. Tyrrhenæ volucres (h. e. *Sirenes*) nautis prædulce minantur.

PRAEDŪRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRAEDŪRĔ, adverb. valde dure, durissime. *Avien. Or. marit.* 487. Hi lacte semet atque pingui caseo Prædure alentes, proferebant spiritum, *h. e.* vitam ducebant. Ita legit *Wernsdorff.* cum vett. edition.; *Heinsius* vero *Prædurum,* et *Burmannus* mallet *Prædave,* quod ingeniosum, sed minus rei aptum.

PRĂEDŪRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præduratus* I. — Prædurare est valde durare, indurare, *indurare*.

I.) Proprie. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 7. 71. (139). Succum pomi, myrrha adjecta, præduratum ad solem torrebant. Adde *Apic.* 6. 9. *a med.*, 7. 4. *et* 8. etc. Nam quod addunt *Colum.* 3. *R. R.* 11. 10., rectius ibi aliter leg. *Auct. Epit. Iliad.* 364. Et prædurato transfigit pectora telo.

II.) Translate. *Prudent.* 5. περὶ στεφ. 177. Si tanta callum pectoris Prædurat obstinatio.

PRĂEDŪRUS, a, um, adject. valde durus, *assai duro*, ὑπέρσκληρος.

I.) Proprie. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 30. (121). Faba prædura, et quæ percoqui non potest. *Id.* 26. *ibid.* 8. 29. (46). Præduræ radices. *Id.* 9. *ibid.* 29. 46. (86). Prædurum caput. Sic *Quintil.* 11. 3. 69. Præduro et rigente capite. *Tac.* 1. *Hist.* 79. Prædurum corium. *Martial.* 13. 66. Prædurus dens. *Alii leg.* perjurus.

II.) Translate. ¶ 1. De corporis viribus, quibus aliquis præstat. *Virg.* 10. *Æn.* 748. homo prædurus viribus. *h. e.* prævalidus. Sic *Id.* 2. *G.* 531. Corporaque agresti nudant prædura palæstra. Adde *Sueton. Galb.* 22. Huc pertinere videtur et illud *Ovid.* 12. *Met.* 347. prensamque sinistrâ Cæsariem retinens, vultum minitantiaque ora, Robore nodoso, prædураque tempora fregit. ¶ 2. Per metaphoram de animo et de abstractis. *Quintil. declam.* 3. 3. Prædura priscis moribus mater. *Val. Flacc.* 1. 235. Prædurus labor. *h. e.* perdifficilis. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 1. Neque ante tertium, neque post quintum annum juvencos domari placet: quoniam illa ætas adhuc tenera est, hæc jam prædura. *Quintil.* 6. 4. 11. Præduri oris esse. *h. e.* valde impudentis, improbi. *Id.* 1. 6. 26. Prædura verba.

PRĂEDŪUS, a, um, adject. a *prædor*, ut *occiduus, cæduus, perspicuus* etc. ab *occido, cædo, perspicio* etc., affertur ab *Eutyche p.* 2150. *Putsch.*, nullo tamen auctore laudato.

PRĂELĬGO, ĭgis, lēgi, lĕgere, a. 3. *preeleggere*, præfero, præopto. *Sidon.* 7. *Ep.* 4. Ego tamen morum illius æmulator esse præelegerim. Adde *Boeth. p.* 724.

PRĂEMĪNENS *et* præminens, entis. *V.* PRÆEMINEO.

PRĂEMĪNENTĬA, æ, *f.* 1. *preminenza*, excellentia, præstantia. *Claud. Mamert. ep. præfixa l.* 1. de *Stat. anim.* Ad negotii præeminentiam spectare.

PRĂEMĪNĔO, es, ere, n. 2. Quod ad scriptionem attinet, omnibus locis allatis, et apud *Apul.* 6. *Met.*, alii primum e exterunt: quod apud *Auson.* sub II. *a.* sine dubio exterendum est. Part. *Præeminens* I., II. et in fin. — Præeminere est præ aliis eminere, *spergere in fuori a preferenza, essere prominente*.

I.) Proprie. *Ulp. Dig.* 21. 1. 12. Præminentes oculi. Ita *Haloand.*, sed *Torrentin.* habet *eminentes*. *Augustin.* 6. *Confess.* 9. Cancelli plumbei, qui vico argentario desuper præeminent.

II.) Translate *præemineo* est idem ac superior sum, præsto. — *a*) Cum Dativo. *Seneca* 1. *Controv.* 4. *sub fin.* Albutium, qui Græcis præeminet. *Auson. Cæsar. n.* 15. Adsciti quantum præmineant genitis. *Capell.* 2. *p.* 34. Femina sacro lumine æthereoque resplendens venerabili antistitio præeminebat. — *b*) Cum Accusat. *Tac.* 3. *Ann.* 56. Ut appellatione aliqua cetera imperia præemineret. *Id.* 12. *ibid.* 12. Cassius ceteros præeminebat peritia legum. — *c*) Absolute. *Prudent.* 1. *Cathemer.* 109. Insiguis ipse et præminens. — Hinc Part. præs.

Præeminens, entis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Præeminentior* apud *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 6. Præeminentior est ceteris sensibus visus.

PRÆEMPTOR, ōris, m. 3. qui ante emit. *Gloss. Gr. Lat.* Προαγοραστής, præemptor.

PRÆĔO, is, ivi *et* ĭi, itum, ire, n. anom. (præ *et* eo). Quando post *præ* sequitur *e*, aliquando in scriptis Lapidib. *e* omitti solet, *præunte, præsse*. Ita in utroque *Cenotaphio Pisano*, et in quamplurimis aliis monumentis apud *Marin. Frat. Arv. p.* 106. — Part. *Præiens* in recto non est usitatum, (legitur enim tantum apud *Jornand. Get.* 28. Ipse in exsequiis feretro ejus præiens.); in obliquis adhibitum, *V.* I., *a. et* II. 1., 2. et 3. — Præire est ante ire, præcedere, προέρχομαι (It. *andare innanzi, precedere*; Fr. *aller ou marcher devant, précéder*; Hisp. *preceder, ir delante*; Germ. *voran-, vorausgehen*; Angl. *to go before, lead the way, precede*).

I.) Proprie. — *a*) Neutr. *Cic.* 2. *de republ.* 31. Publicola instituit primus, ut singulis consulibus alternis mensibus lictores præirent. *Stat.* 6. *Theb.* 519. quum vacuus domino præiret Arion. *Liv.* 26. 27. *extr.* Lævinus Romam præivit. *Varro* 5. *L. L.* 80. *Müll.* Prætor dictus, qui præiret jure et exercitu. *et ibid.* 87. In re militari prætor dictus, qui præiret exercitui. *Virg.* 5. *Æn.* 186. Nec tota tamen ille prior præeunte carina. *Ovid.* 1. *Fast.* 81. Jamque novi præeunt fasces, nova purpura fulget. — *b*) Cum Accusativo. *Tac.* 6. *Ann.* 21. Is corpore valido per avia ac derupta præibat eum, cujus artem experiri Tiberius statuisset.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. — *a*) Neutr. *Cic.* 5. *Fin.* 21. 58. Ad quorum cognitionem et usum, natura ipsa præeunte, deducimur. — *b*) Cum Accusativo. *Tac.* 15. *Ann.* 4. Acto raptim agmine, ut famam sui præiret. ¶ 2. Speciatim *præire verba*, et *verbis*, et *præire* absolute, est certam verborum formulam alicui dictare, quam is totidem verbis referat. Mos enim erat, ut in exsecrationibus et devotionibus, in fœderibus, in dedicationibus, in votis, juramentis et aliis hujusmodi, certa verba adhiberentur (quod *carmen* dicebatur), a quibus ne minimum quidem licebat discedere. Itaque ne quo in verbo peccaretur, præsto erat pontifex, aut sacerdos, qui vel memoriter, vel de scripto dictabat, quæ dicenda erant. — *a*) *Præire verba* apud *Liv.* 8. 9. Agedum pontifex publicus populi R. præi verba, quibus me pro legionibus devoveam. *Id.* 9. 46. Ædem Concordiæ dedicavit: coactusque pontifex max. verba præire. *Id.* 31. 17. *a med.* Et se facinus perpetraturos, præeuntibus exsecrabile carmen sacerdotibus, jurejurando adacti. *Val. Max.* 4. 1. *n.* 10. Quum Africanus censor lustrum conderet, inque solito fieri sacrificio scriba ex publicis tabulis solemne ei precationis carmen præiret. Sic *Sueton. Claud.* 22. Præire obsecrationem. *Tac.* 1. *Hist.* 36. *et* 2. *ibid.* 74. sacramentum. — *b*) *Præire verbis* apud *Plaut. Rud.* 5. 2. 47. GRI. Per Venerem hanc jurandum est tibi. LA. quid jurem? GRI. quod jubebo. LA. præi verbis, quid vis. — *c*) Absolute. *Plin.* 10. *Ep.* 6. Præivimus et commilitonibus jusjurandum more solemni præstantibus. *Cic. Dom.* 52. 133. Ades, Luculle, Servili, dum dedico domum Ciceronis, ut mihi præeatis, postemque teneatis. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 3. (11). Et ne quod verborum prætereatur, aut præposterum dicatur, de scripto præire. ¶ 3. Hinc illa translata. — *a*) Generatim. *Cic. Mil.* 2. 3. Qui hesterna etiam contione incitati sunt, ut vobis voce præirent, quid judicaretis. *Gell.* 1. 11. *a med.* Tibiæ illius contionatoriæ in mentem venit, quam C. Graccho cum populo agenti præisse ac præmonstrasse modulos ferunt. *Quintil.* 2. 5. 3. Non videntur tempora suffectura, si legentibus singulis præire semper ipsi velint. *h. e.* prælegere. *Id.* 1. 10. 16. Præeunte aliqua jucunda voce. — *b*) Speciatim pro imperare, docere. *Liv.* 43. 13. *in fin.* Omnia, uti decemviri præierunt, facta. *Gell.* 14. 2. *circa med.* Sed si de omni quoque officio judicis præire me tibi vis, nequaquam est vel loci hujus, vel temporis.

PRÆESUS, a, um, particip. ab inusit. *præedo: mangiato innanzi*, ante esus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 166.

PRÆEXERCĬTĀMENTUM, i, n. 2. *Priscian. de Præexerc. rhet. p.* 1329. *Putsch.* præexercitamenta vertit τὰ προγυμνάσματα, h. e. præludia.

PRÆEXERCĬTĀTĬO, ōnis, *f.* 3. anterior exercitatio. *Priscian. de Præexerc. rhet. p.* 1343. *Putsch.* Legis quoque lationem in præexercitationibus ponunt. *et p.* 1341. Quidam eloquentissimorum eam quoque (*descriptionem*) tradidere inter præexercitationes.

PRÆEXSISTENS, entis, particip. ab inusit. *præexsisto; preesistente*, qui ante exsistit. *Boeth. Aristot. analyt. poster.* 1. *p.* 521. Omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva ex præexistente fit cognitione.

PRÆFĂCĬLIS, e, adject. valde facilis. *Plaut. Epid.* 5. 2. 21. De præfacili exoras. Ita in quibusd. MSS. apud *Taubmann.* Alii *facile exoras*. At in *Not. Tir. p.* 51. Facilis, præfacilis.

PRÆFACTUS. *V.* PRÆFECTUS, a, um, primo loco.

PRÆFĀMEN, ĭnis, n. 3. *proemio, prefazione*. præfatio. proœmium. *Symmach.* 2. *Ep.* 34. Nam recordaris, hoc te præfamine epistolam texuisse.

PRÆFĀMĬNO *et*

PRÆFĀRIS, ātur, ātus sum. *V.* PRÆFOR, aris.

PRÆFASCĪNE. *V.* PRÆFISCINE.

PRÆFASCĪNO, as, are, a 1. ante fascinare. — Part. *Præfascinandus* legitur apud *Porphyr.* ad *Horat. Epod.* 8. 18. Æque pro virili parte (*fascinum*) posuit, quoniam præfascinandis rebus hæc membri deformitas apponi solet. *Præfascinare* exhibent et *Not. Tir. p.* 182.

PRÆFĀTĪGĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *præfatigo*, ante fatigatus. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 7. *n.* 94. Igneo in loco vel ferventi fricari jubet (*Themiso*) præfatigatos sudoribus ægrotantes.

PRÆFĀTĬO, ōnis, *f.* 3. id quod ante rem aliquam præloquimur, *introduzione*. ¶ 1. Speciatim de formulis, quæ in exsecrationibus, in fœderibus, in dedicationibus etc. adhibebantur, ut in PRÆEO II. 2. dictum est. *Cic.* 5. *Verr.* 80. 187. Annulo est aureo scriba, donatus, et ad eam donationem contio est advocata, *etc.* Quæ porro præfatio tuæ donationis fuit? Illa scilicet vetus atque imperatoria? Quando tu quidem in prælio etc. *Liv.* 45. 5. Omnis præfatio sacrorum, eos, quibus non sint puræ manus, sacris arcet. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 26. 27. (98). *de Pompejo*. Triumphi vero præfatio hæc fuit: Quum oram maritimam prædonibus liberasset. ¶ 2. Generatim est quidquid orationi vel operi scripto præloquimur. — *a*) Universim. *Plin. Hist. nat. præf.* § 13. Vocabula rustica, aut externa, immo barbara etiam cum honoris præfatione ponenda (*V.* PRÆFOR). *Sueton. Domit.* 11. Numquam tristiorem sententiam sine præfatione clementiæ pronunciavit. *Val. Max.* 2. 8. *n.* 8. C. Cassius numquam sine præfatione publici parricidii nominandus. *Plin. Hist. nat. præf.* § 1. Libros naturalis historiæ-narrare constitui tibi, jucundissime imperator (sit enim hæc tui præfatio verissima, dum maximo consenescit in patre). *h. e.* appellatio. *Cajus Dig.* 1. 2. 1. Si in foro causas dicentibus nefas videtur esse, nulla præfatione facta, judici rem exponere. *Forcellino* videtur hoc loco sumi pro exordio. — *b*) Speciatim est brevior sermo aut oratio, quæ ante opus præmittitur, consilium scriptoris et summam operis breviter exponens: item in declamationibus, controversiis et causis quidquid præmittitur, et ad ipsam causam non pertinet, *prefazione, preambolo*, προοίμιον: quare differt ab exordio, quod causæ pars est. *Plin.* 1. *Ep.* 13. Subinde sibi nunciari jubent, an jam recitator intraverit, an dixerit præfationem, an ex magna parte evolverit librum. *Id.* 4. *Ep.* 11. *ad fin.* Clementia Nervæ translatus est in Siciliam, ubi nunc profitetur, seque de fortuna præfationibus vindicat. *Quintil.* 11. 1. 67. Itaque Cicero, quamquam erat in Cottam gravissime dicturus, neque aliter agi P. Oppii causa poterat, longa tamen præfatione excusavit officii sui necessitatem. *Id.* 8. 3. 31. Memini inter Pomponium et Senecam etiam præfationibus esse tractatum, an *gradus eliminat* apud Accium in tragœdia dici oportuisset. *Martial.* 3. 18. Perfri-

xisse tuas questa est præfatio fauces. Quum te excusaris, Maxime, quid recitas? Adde *Plin.* 2. *Ep.* 3. et 4. *Ep.* 14. — Mos erat declamaturis, ut in præfatione sederent, in declamatione surgerent. *V.* PRÆLOCUTIO. ¶ 3. Est etiam commendatio alicujus rei, vel personæ magnificis concepta verbis. *Apul.* 7. *Met.* Ergo, evocato armentario equisone, magna cum præfatione deducendus assignor. *con calde raccomandazioni;* etenim *mox* de ead. re sic: Equorum magister, qui me curandum magna ille quidem commendatione susceperat, etc.

PRÆFĀTĬUNCŬLA, æ, f. 1. *breve prefazione,* brevis præfatio. *Hieronym. Ep.* 64. *n.* 8. Et de observatione pontificis præfatiunculam struerem. Adde *eumd. Ep.* 112. *n.* 20.

PRÆFĀTOR, oris, m. 3. vocabulum ab *Isid.* effictum 7. *Orig.* 8. Nostri prophetas vocant, quasi præfatores.

PRÆFĀTUS, a, um. *V.* PRÆFOR.

PRÆFĀTUS, us, m. 4. In sexto casu singulari *Symmach.* 10. *Ep.* 22. (*al.* 29.) *circa med.* Ubi comperit meo præfatu, affore dona, etc. *h. e.* mea prædictione.

PRÆFECTIĀNUS, a, um, adject. ad præfectum prætorio pertinens. *Ammian.* 17. 3. *sub fin.* Ut nec præfectianus, nec præsidialis apparitor ad solvendum quemquam urgeret. Adde *Impp. Valentin. et Valent. Cod.* 12. 53. 2.

PRÆFECTĬO, ōnis, f. 3. præficiendi actus. *Varro* 7. *L. L.* 70. *Müll.* Claudius scribit: quæ præficeretur ancillis quemadmodum lamentarentur, præfica est dicta. Utrumque ostendit a præfectione præfica dicta. — Legitur etiam *Capell.* 7. *p.* 239. Mundana præfectio. *Ita vulgati libri;* at Grotius *in margine* perfectio; *quam lectionem recepit* Koppius.

PRÆFECTŌRĬUS, a, um, adject. ad præfectum prætorio pertinens. *Vir præfectorius,* qui præfectura functus est, ut *consularis,* qui consulatu. *Ulp. Dig.* 1. 9. 1. Vir præfectorius an feminæ consulari præferatur, videndum. *Sidon.* 1. *Ep.* 11. *ad fin.* Mihi consul ad pectus, præfectorii ad manus cadere. *Boeth.* inter *Auct. Gromat. p.* 398. ed. *Rudorff.* Alia loca sunt præfectoria, quæ ad jus publicum pertinent.

PRÆFECTŪRA, æ, f. 1. dignitas et officium præfecti, *prefettura, soprantendenza, governo,* ἐπαρχία, προστατεία.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Varro* 1. *R. R.* 17. 6. Præfectura villæ. Cf. *Plaut. Cas. a.* 1. *v.* 11. Quin ruri es in præfectura tua? *h. e.* in villicatione. *Id.* de cura ciborum et culinæ *Capt.* 4. 3. 7. Nunc ibo (in meam) præfecturam, ut jus dicam larido. et *Plin.* 28. *Hist. nat.* 5. 14. (56). Lucullus hanc de se præfecturam servo dederat. *h. e.* hoc negotium, hanc provinciam, ut ciborum mensuram cœnanti sibi præstitueret. *Sueton. Aug.* 38. Liberis senatorum militiam auspicantibus non tribunatum modo legionum, sed et præfecturas alarum dedit. *Id. Cæs.* 76.; et *Plin. Paneg.* 45. Præfectura morum. *h. e.* censura. *Auct. B. G.* 8. 12. Suscipere præfecturam equitum Gallorum. *Aurel. Vict. Cæsar.* 9. *sub fin.* Filium Titum victorem præfectura prætorio extulerat. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 14. 12. (62). Volusio in Urbis præfectura extincto. *Ulp. Dig.* 1. 12. 1. Omnia omnino crimina præfectura Urbis sibi vindicavit. *Alii leg.* Urbi. Adde *Sueton. Aug.* 37., *Tib.* 42. et *Vesp.* 1. ¶ 2. Speciatim in re militari significat imperium, quo proconsules et prætores in provinciis fungebantur in exercitum ibidem commorantem. *Cic.* 6. *Att.* 1. *ante med.* Meministi, nos sic agere, ut quot vellet, præfecturas sumeret, dum ne negotiatori: itaque duas ei præterea dederam. *Id.* 5. *ibid.* 21. § 10. Præfecturam petivit: negavi me cuiquam negotianti dare. *Nepos Att.* 6. Multorum consulum prætorumque præfecturas delatas sic accepit, ut neminem in provinciam sit secutus, honore fuerit contentus. ¶ 3. Speciatim sumitur etiam pro administratione alicujus provinciæ. *Sueton. Aug.* 66. Quem (*Cornelium Gallum*) ad præfecturam Ægypti ex infima fortuna provexerat. Adde *eumd. Ner.* 47. Et *Salvian.* 4. *Gub. D.* 4. Quid est enim aliud dignitas sublimium, quam proscriptio civitatum; aut quid aliud quorumdam præfectura, quam præda?

II.) Translate. ¶ 1. Apud Romanos præfecturæ erant urbes Italiæ cum suis agris, quarum populi quum iniqui ingratique erga populum R. fuissent, propriis legibus ac magistratibus spoliati, magistratuum Romanorum arbitrio parebant, qui in eas urbes quotannis Roma mittebantur. Exempium habes de Capua apud *Liv.* 26. 16. Habitari tantum, tamquam urbem, Capuam, frequentarique placuit: corpus nullum civitatis, nec senatus, nec plebis consilium, nec magistratus esse: sine consilio publico, sine imperio multitudinem, nullius rei inter se sociam, ad consensum inhabilem fore: præfectum ad jura reddenda ab Roma quotannis missuros. Hæc *Liv.* Itaque quemadmodum provinciæ, ita et præfecturæ, non perpetuis legibus, quæ a populo R. datæ essent, sed arbitrariis edictis, quæ ipsi præfecti promulgabant, administrabantur: erantque infima conditione post municipia et colonias. *Festus p.* 233. 11. *Müll.* Præfecturæ eæ appellabantur in Italia, in quibus et jus dicebatur, et nundinæ agebantur, et erat quædam earum respublica: neque tamen magistratus suos habebant: in quas legibus præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent. Quarum genera fuerunt duo: alterum, in quas solebant ire præfecti quatuor e XXVI. virum numero, qui (*alii leg.* quatuor ex XVI. viris; *alii* ire præfecti, qui auctore XXVI. virum numero, populi etc.) populi suffragio creati erant, in hæc oppida, Capuam, Cumas, Casilinum, Volturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Suessulam, Atellam, Calatium: alterum, in quas ibant, quos prætor urbanus quotannis in quæque loca miserat legibus, ut Fundos, Formias, Cære, Venafrum, Allifas, Privernum, Anagniam, Frusinonem, Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum, aliaque complura. Hæc *Festus.* Aliquando tamen idem oppidum et præfectura, et municipium fuit, ut Cumæ, Arpinum: aliquando et præfectura et colonia, ut Venafrum, Capua, Casilinum: aliquando et præfectura et colonia et municipium, ut Atella, Anagnia, Fundi. Erat enim præfectura, quatenus a præfecto regebatur: municipium, quatenus jure civitatis Romanæ, ex peculiari aliqua concessione, cum, vel sine suffragio, gaudebat: colonia, quatenus in eam pars aliqua civium Romanorum transcribebatur. *Cic. Sext.* 14. 32. Nullum erat Italiæ municipium, nulla colonia, nulla præfectura, etc. *Velley.* 2. 44. 4. Bello Punico ab Romanis Capua in formam præfecturæ redacta. ¶ 2. Præfectura dicitur etiam ipsa provincia, cui præfectus præest: Persæ satrapiam vocant, Ægyptii nomon, Græci ἐπαρχίαν, προστατείαν, etc. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. (49). Ægyptus dividitur in præfecturas oppidorum, quas nomos vocant. *Tac.* 11. *Ann.* 8. Neque cunctatur, quin proximas præfecturas corripiat. *Fronto princip. hist.* (edente iterum *A. Maio*) *a med.* Illa, quæ Alexandri comites familiaresque tenuerunt, præfecturæ magis, quam imperia appellandæ. ¶ 3. In re agraria quid sit præfectura, docent *Siculus Flacc. de condit. agror. p.* 21. *Goes., Frontin. de limit. ibid. p.* 43.; et *Aggen. in eumd. Frontin. p.* 56. *V.* PERTICA; et *Guarini, Illustrazione della campagna Taurasina p.* 105.

PRÆFECTŪRĀLIS, e, adject. ad præfecturam pertinens. *Sicul. Flacc. p.* 27. *Goes.* Limites præfecturales, undecimani, colonici. *V.* voc. præced. II. 3.

PRÆFECTUS, a, um, particip. ab inusit. *præfacio,* vel adject., ante factus, *fatto innanzi.* Hoc sensu adhibetur a *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 17. *sub fin.* et 2. *Tard. extr.* et 5. *ibid.* 4. *a med.* etc., quibus locis alii leg. *præfactus.*

PRÆFECTUS, a, um, particip. a PRÆFICIO, quam voc. *V.*

PRÆFECTUS, i, m. 2. proprie particip. præter. a v. *præficio,* absolute substantivorum more usurpatum, et est qui alicui rei, vel negotio præficitur, præpositus, præses. ἐπιστάτης, προστάτης, ἔπαρχος (It. *soprantendente, presidente, prefetto;* Fr. *gouverneur, administrateur, directeur, chef.* Ingl. *intendant, prefet, commandant;* Hisp. *prefecto, gobernador, administrador, director, cabo, intendente;* Germ. *Aufseher, Vorsteher, Verwalter, Commandeur;* Angl. *a superintendant, overseer, director, president, prefect).* ¶ 1. Generatim. *Plaut. Bacch* 3. 3. 22. Ante solem orientem nisi in palæstram veneras, gymnasii præfecto haud mediocres pœnas penderes. *Varro* 1. *R. R.* 17. 5. Præfectus villæ. *Cic. Cluent.* 46. 29. *de censore.* Tu es præfectus moribus, magister veteris disciplinæ. *h. e.* censor. (*Præfectus moribus* ab *eodem Cic.* 9. *Fam.* 15. dicitur C. Julius Cæsar, qui a *Sueton. Cæs.* 76. *præfecturam morum* recepisse dicitur, h. e. censuram extra ordinem. Sic *a Juvenal.* 4. 12. *judex morum* dicitur Domitianus). *Nepos Hamilc.* 3. Ut a præfecto morum Hamilcar cum eo vetaretur esse. *Cic.* apud *Non. p.* 499. 13. *Merc.*, h. e. 4. *de republ.* 6. Nec vero mulieribus præfectus præponatur, qui apud Græcos creari solet (*scil.* γυναικονόμος); sed sit censor, qui viros doceat moderari uxoribus. Cf. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 30. Moribus præfectum mulierum hunc factum velim. *Nepos Eumen.* 11. Quum eum in custodiam dedisset, et præfectus custodum quæsisset, etc. *Cic. Pis.* 6. His (*Græculis philosophis*) utitur quasi præfectis libidinum suarum. Hæc *Forcellinus;* ipse locum minime inveni. ¶ 2. Speciatim — *a*) *Præfectus sacrorum* is esse videtur in municipiis et coloniis, qui religionis curam habuit, cujusmodi erat Romæ pontifex maximus. *Inscript.* apud *Gruter.* 411. 3. P. FLAVIO T. F. CLV. ISIDORO AVGVRI SACERDOTI PONTIFICI PRAEF. SACRORVM *etc.* Adde alias apud *Murat.* 763. 5. et *Donat.* 26. 4. — *b*) In militia externa *præfectus* est, quem nos *generale,* aut *luogotenente generale* dicimus. *Nepos Alcib.* 5. Ad Tissaphernem præfectum regis Darii se contulit. *Id. Agesil.* 2. Tissaphernes, qui summum imperium inter præfectos habebat regios. Adde *Flor.* 3. 5. *et* 11. — *c*) Præfectus equitum est, qui apud nos *generale della cavalleria. Auct. B. G.* 8. 12. Amisso Vertisco, principe civitatis, præfecto equitum. — *d*) In Romana, qui præest singulis alis in equitatu, aut cohortibus in peditatu sociorum adjuncto legionibus, *colonnello, capitano:* eratque fere in auxiliis, quod in legionibus tribunus. *Cæs.* 3. *B. G.* 7. Præfectos tribunosque militum complures in finitimas civitates, frumenti petendi causa, dimisit. *et* 1. *ibid.* 39. Timor primum ortus est a tribunis militum ac præfectis. *Sall. Jug.* 50. In utrumque latus equites auxiliarios tribunis legionum et præfectis cohortium dispertiverat. *Cic.* 3. *Fam.* 8. *a med.* Si aut legatorum tuorum cuipiam, aut præfectorum, aut tribunorum militum male dicitur. — *e*) Hujusmodi præfecti creabantur ab imperatore ipso Romano, a consule, a prætore, aut propræture in exercitu, in provinciis. *Cic.* 7. *Fam.* 5. *ad fin.* Huic ego neque præfecturam, neque ullius beneficii certum nomen peto: benevolentiam tuam et liberalitatem peto. *ad Cæsarem loquitur.* Adde 5. *Att.* 21. *a med.* — *f*) *Præfectus legionis* est qui prius legatus legionis, vel legionis præpositus dicebatur, præerat autem toti legioni. *Tac.* 1. *Hist.* 82. Vulnerato Julio Martiale tribuno, et Vitellio Saturnino præfecto legionis. *Inscript.* apud *Gruter.* 465. 2. C. RVTILIO C. F. COCLITI PRAEF. LEG. XIII. Apud *Veget.* 2. *Milit.* integrum caput nonum agit de officio præfecti legionis. — *g*) Fuerunt alii præfecti, qui in exercitu et provinciis a R. magistratibus creabantur, ut castrorum, fabrum, evocatorum, de quibus infra. *Nepos Att.* 6. Multorum consulum prætorumque præfecturas delatas sic accepit, ut neminem in provinciam sit secutus: honore fuerit contentus, rei familiaris despexerit fructum. — *h*) *Præfectus classis,* στόλαρχος, qui classi præest, *ammiraglio.* Ita dicebatur temporibus reipublicæ, qui sub auspiciis consulis, terra bellum gerentis, classi præerat. *Liv.* 26.

48. C. Lælius præfectus classis. Adde *Flor.* 3. 7.; et *Liv.* 36. 20. *et* 42. Sic apud *Cic.* 7. *Verr.* 34. 89. Cleomenes sub prætore Siciliæ Verre, *dux præfectusque classis* dicitur. Sub Augustis vero talis erat, qui classem regendam ab his accipiebat: videturque ortum habuisse ab Augusto, qui quum duas classes Ravennatium et Misenatium, ad tutelam superi inferique maris, constituisset, ut est apud *Sueton. Aug.* 49., his præpositi *præfecti* appellati sunt, ut videre est apud *Tac.* 3. *Hist.* 12. et *Veget.* 4. *Milit.* 32. — *i*) *Præfecti navium* apud *Liv.* 36. 44. *et Flor.* 2. 5. sunt *capitani di nave.* — *k*) *Præfectus castrorum*, et *castris* fuit in singulis legionibus, quem nos dicere possumus *maresciallo di campo*: cujus erat munus castrorum positio, valli et fossæ æstimatio, impedimentorum atque ægrotantium militum cura, itemque vehiculorum, ferramentorum, ligni, straminis, machinarum militarium, et hujusmodi, ut *Veget.* 2. *Milit.* 10. perscribit. *Tac.* 14. *Ann.* 37. Pœnius Postumus præfectus castrorum secundæ legionis. *et* 1. *ibid.* 20. Rufus diu manipularis, dein centurio, mox castris præfectus. Adde *Vellej.* 2. 119. 3. — *m*) *Præfectus fabrum*, ἔπαρχος τῶν τεχνιτῶν, duplicis fuit generis. Alius enim in militia, præerat artificibus in usum militarem machinas, tormentaque, etc. facientibus, cujus mentio est apud *Nepot. Att.* 12.; *Cæs. ad Oppium post ep.* 8. *l.* 9. *ad Att.*; *Plin.* 36. *Hist. nat.* 6. 7. (48).; et *Vellej.* 2. 76. 1. *V.* FABER. *De præfectis fabrum* multa apud *Orell. Inscript.* 3428., ad quam *Inscript.* hæc addidit *Henzen. Inscript. p.* 347.: De *præfectis fabrum* disputavit nuper *Borghesius, Ann. Istit. Arch.* 1849. *p.* 46. et *seqq.*; is omnes titulos, in quibus præfecti fabrum legionis alicujus leguntur, spurios esse confirmavit. a ducibus vero exercituum provinciarumve præsidibus in tempus magistratus eorum eos nominatus esse docuit: unde facile intelligitur, quo modo in monumentis præfecti fabrum iterum, tertium, sexto commemorari possint. Alius autem erat hoc nomine in municipiis et coloniis, de quo *V.* FABER. — *n*) *Præfectus remigum* in classe, *capo della ciurma, capitano de' condannati*, apud *Tac.* 13. *Ann.* 30. — *o*) *evocatorum*, qui militibus evocatis præerat, *capitano. V.* EVOCATUS. — *p*) *Præfectus prætorio*, et *prætorii*, qui militibus iis præerat, quos Augusti ad sui corporis custodiam adsciverant, et Romæ plerumque degebat: *capitano della guardia*, ὑπαρχος τῆς αὐλῆς. Institutus fuit ab Augusto, et primo modica initia habuit: mox paullatim ad eam dignitatem ac potentiam crevit, non solum in re militari, sed etiam in administratione rerum civilium plurimarum, ut non multum abfuerit a principatu: siquidem ipse imperator ejus fidei se committebat. *Sueton. Tit.* 6. Præfecturam quoque prætorii suscepit, numquam ad id tempus, nisi ab equite R. administratam. *Aurel. Arcad. Dig.* 1. *tit.* 11. qui est *De officio præfecti prætorio.* Ad vicem magistri equitum præfectos prætorio antiquitus esse institutos, a quibusdam scriptoribus traditum est. *et mox.* In tantum meruit augeri, ut appellari a præfectis prætorio non possit. *Tac.* 1. *Ann.* 24. et 1. *Hist.* 13. *et* 19. Prætorii præfectus Ælius Sejanus. — Postea vero tres fuisse prætorio præfectos testis est *Lamprid. Commod.* 6. Tunc primum tres præfecti prætorio fuere. Hinc Flavius Juvenalis tertius præfectus prætorio apud *Spartian. Sever.* 6. — *q*) Posterioribus temporibus, sublatis prætorianis (*V.* PRÆTORIUS), Constantinus Magnus ademptam præfectis prætorio potestatem militarem in magistros equitum peditumque transtulit, divisoque orbe Romano in quatuor præcipuas partes, quatuor etiam constituit præfectos prætorio, vice imperatoris partem imperii administrantes: quorum primus *præfectus prætorio per Orientem*, alter *per Illyricum*, tertius *per Italiam*, postremus *per Gallias* dicebatur. Quintum addidit Justinianus I. *per Africam. V. Notit. dignit. Imper.*, et qui de his scripsere. — *r*) *Præfectus vigilum*, et *vigilibus*, νυκτέπαρχος, institutus est ab Augusto, qui septem cohortibus opportunis locis per Urbem constitutis, arcendorum incendiorum gratia spectabilem iis virum præposuit, qui eo nomine est appellatus. Is cognoscebat de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, et receptoribus. Per totam noctem vigilare debebat, et coerrare cum hamis et dolabris, et inquilinos admonere, ne per negligentiam incendii casus oriretur. *Paul. Dig.* 1. 15. 3.; *Julian. ibid.* 47. 2. 58.; et *Sueton. Aug.* 30. In aliis etiam urbibus erat qui hujusmodi munere fungebatur, et *nyctostrategus* dicebatur. *V.* hanc vocem suo loco. — *s*) Etiam in administratione civili reipublicæ multiplex est præfecti nomen et vis. *Præfectus urbis*, et *urbi* fuit magistratus Romæ, qui urbanis negotiis præerat, *governatore.* A principio creabatur, quotiescumque regem abesse oporteret: reipublicæ tempore, quoties consules aliique magistratus in monte Albano Feriis Latinis operam darent. At sub imperatoribus cœpit esse stabilis ac perpetuus, ex institutione Augusti, teste *Sueton. Aug.* 37., multæque reipublicæ partes ejus procurationi tributæ sunt: de quibus *V. Ulp. Dig.* 1. *tit.* 12. *V.* etiam *Tac.* 6. *Ann.* 10. *et* 11., ubi ejus originem ab imperii usque initiis persequitur; et *Baumgarten.* ad *Sueton. Aug.* 37. *p.* 269. *Varro* apud *Gell.* 14. 7. ponit, qui fuerint, per quos more majorum senatus haberi soleret, eosque nominat, dictatorem, consulem, prætores, tribunos plebi, interregem, præfectum urbi. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 38. 90. (223). Volusius Saturninus Urbis præfectus nonagesimum excessit annum. *De præfectis Urbi* accuratissime egit *Eduard. Corsinius* in opere Pisis ann. MDCCLXVI. edito. Ceterum ex opere *Laurent. Lydi de magistrat. Rom. l.* 1. *c.* 49. et *l.* 2. *c.* 19. ann. 1812. primum edito, novimus, imperante Domitiano, duodecim præfectos Urbi pro uno fuisse institutos, qui totidem Urbis partibus præessent: quod his verbis jam innuerat *Juvenal.* 4. 76. rapta properabat abolla Pegasus attonitæ positus modo villicus Urbi. Anne aliud nunc præfecti? — *t*) *Præfectus ærarii*, et *ærario*, qui una cum aliis ærarii curam habet, *presidente alla zecca, tesoriere.* Olim ærario præfuere quæstores, deinde ædiles, postea prætores: inde rursus quæstores, demum præfecti. *V. Tac.* 13. *Ann.* 29.; et *Lips. excurs. B. ad eum libr. Plin. Paneg.* 92. Nobis præfectis ærario consulatum, antequam successorem, dedisti. *Id.* 3. *Ep.* 4. Accepto, ut præfectus ærarii, commeatu. Adde *Gell.* 13. 24. *sub fin.*; et *Capitolin. Cordian.* 4. — *Præfectus ærarii militaris* memoratur in *Inscript.* apud *Orell.* 943., 1172. et 1811. *V.* ÆRARIUM. — *u*) *Præfectus annonæ*, magistratus extraordinarius, qui a *Tac.* 11. *Ann.* 31. rei frumentariæ præfectus vocatur, in annonæ difficultate creabatur, *presidente alla grascia, soprantendente ai viveri.* Stante republica, ann. U. C. CCCXLVII. prius electus est, ut patet ex *Liv.* 4. 12. Perpulere plebeji, haud adversante senatu, ut L. Minucius præfectus annonæ crearetur. Anno vero U. C. DCXCVII. creatus est Cn. Pompejus, teste *Cic.* 4. *Att.* 1. Quum esset annonæ summa caritas, legem consules conscripserunt, qua Pompejo per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur. At anno ante Chr. n. XXXII. Augusto, ut ait *Dio* 54. 1. οἱ Ῥωμαῖοι προσῆλθον ἐπιμελητὴν τοῦ σίτου δεόμενοι λεχθῆναι, καθάπερ ποτὲ τὸν Πομπήϊον, γενέσθαι. καὶ ὃς τοῦτο μὲν ἀναγκαίως ἐδέξατο, καὶ ἐκέλευσε δύο ἄνδρας τῶν πρὸ πέντε που ἐτῶν ἐστρατηγηκότων πρὸς τὴν τοῦ σίτου διανομὴν κατ' ἔτος αἱρεῖσθαι. *Et ibid.* 17. Διανομοθέτει, ἵνα ἐπὶ τῇ τοῦ σίτου διαδόσει προβάλλονται, καὶ οἱ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀεὶ ὄντες ἕνα ἕκαστον ἐκ τῶν πρὸ τριῶν ἐτῶν ἐστρατηγηκότων, καὶ ἐξ αὐτῶν τέσσαρες οἱ λαχόντες σιτοδοτῶσιν ἐκ διαδοχῆς. Hinc deinde cœpit esse ordinarius magistratus, habebatque facultatem exercendi juris in negotiatores rerum ad victum pertinentium. *Tac.* 1. *Ann.* 7. C. Turranius præfectus annonæ. Anno tandem circiter DXXVI post Chr. n. viluit hujus magistratus dignitas: sic enim *Boeth. de consol. philos.* 1. *pros.* 4. Si quis quondam populi curasset annonam, magnus habebatur; nunc ex præfectura quid abjectius? Ceterum de præfecto annonæ hæc *Cassiod.* 6. *Variar.* 18. Per officinas pistorum discurris, pensum et munditiam panis exigis. *et mox.* In fraudulentes distringe, panis pondera æquus examinator intende; sollicitius auro pensetur unde a Quiritibus vivitur. — *v*) *Præfectus Ægypti*, magistratus Ægypto, in provinciæ formam redactæ, ab Augusto impositus (unde et *Augustalis* dictus est) ad similitudinem proconsulis, *governatore. Sueton. Aug.* 18. *et* 66.; et *Vesp.* 6.; et *Ulp. Dig.* 1. *tit.* 17. *Inscript.* apud *Gruter.* 113. 1. C. IVLIVS SEX. F. COR. POSTVMVS. PRAEF. ARGYPT. TI. CLAVDII CAESARIS AVG. GERMANICI. De his porro præfectis accuratam seriem ab Augusto ad Caracallam texuit *Jo. Labusius* in opere, cui titulus: *Di un' Epigrafe scoperta in Egitto* etc. *p.* 49-147. *V.* infra sub 2. Similiter *præfectus Lydiæ, Ioniæ*, etc. apud *Nepot. Ifatam.* 2. *extr.*, qui Persarum regis nomine eas provincias administrabat. — *y*) Denique *præfectus* nomen est generale cujuscumque magistratus proprio nomine carentis. *Sueton. Cæs.* 79. Utroque anno binos consules substituit sibi in ternos novissimos menses, ita ut medio tempore comitia nulla habuerit, præter tribunorum, et ædilium plebis, præfectosque pro prætoribus constituerit, qui præsente se res urbanas administrarent. *Tac.* 4. *Hist.* 55. Julius Tutor, ripæ Rheni a Vitellio præfectus. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 48. 68. (134).; et *Inscript.* apud *Gruter.* 287. 7. Egnatius Calvinus præfectus Alpium. — *z*) Quemadmodum Romæ, quum ob civium dissidia consules creari non poterant, in eorum locum eligebatur interrex, qui quinto quoque die successorem accipiebat; ipse vero Cæsar Augustus ann. U. C. DCCLIV. et deinceps, ut constat ex *Fragm. Fast. Gab.* a *Marin. Frat. Arv. p.* 24. edito, et a *Clem. Cardinali* in *Mem. Rom. di antich. e belle arti T.* 1. *p.* 179. suppleto et illustrato, ad tollendos candidatorum ambitus, pluribusque gratificandum, consules creare cœpit non annuos, ut prius, sed tantum semestres: ita etiam in municipiis et coloniis, quum quatuorviri, vel duumviri jure dicundo, et ædilicia potestate propter contentiones candidatorum, ut habemus in *Cenotaph. Pisan.*, esse non possent, eorum loco *præfecti* creabantur, penes quos jurisdictio esset, donec quatuorviri, vel duumviri eligerentur. Hi porro *præfecti* semestres tantum erant, quum annui essent ordinarii magistratus, quod patet ex *Inscript.* Casinate apud *Fabrett. p.* 483. *n.* 159., in qua licet duo quotannis adnotentur IIII. viri *I. D.*, anno tamen U. C. DCCCXXII. Galba II. et T. Vinio Cos. unus est IIII. vir *I. D.* et duo *præfecti* (*Fabrettus* enim *loc. cit.* post . . . s *Rullus* IIII. vir *P. L. P.* omisit hunc alterum præfectum . . . . *ejus Niger* IIII. vir *P. L. P.*, quæ verba in lapide adhuc exstare testantur tum *Eug. Gruesio* in *Mus. Capitol. T.* 1. *p.* 157., tum *B. Borghesius*, qui lapidem eumdem Romæ inspexit); anno vero insequente quatuor numerantur *præfecti* ita descripti: IIII. vir. *P. L. P. h. e.* Quatuorviri Præfecti Lege Petronia. *V.* PETRONIA in *Onom.* Hinc *Inscript.* Patavina mendosa quidem apud *Murat.* 759. 1., quæ tamen in lapide adhuc exstante ita legitur: PVBLICE D. D. LOCVS SEPVLTVRAE DATVS . . . . VLCIO L. F. FI . . O CA . . . IIII. VIR. PRAEF. FABRVM PRAEF. I. D. EX D. D. Alia item Patavina mendosa apud *Gruter.* 354. 8., emendatior apud *eumd.* 404. 6. T. ENNIVS P. F. FAB. SECVNDVS TRIB. MILIT. PRAEF. I. D. CVR. AER. T. F. I. Alia itidem Patavina mendosa apud *Gud.* 119. 4., *Don. cl.* 5. *n.* 233. et *Murat.* 571. 3., at quæ hodieque Patavii exstans ita incipit: L. CANVS FESTVS. C. AVFIDIVS CANDIDVS, C. AVILIVS Q. F., L. CERVIVS STABILIS PRAEFECTI DECVRIONES CONSVLVERVNT VI. NONAS MAIAS IN CVRIA *etc.* et *mox.* QVOD PRAEFECTI V. F. L. PERPERNAM AMIANTVM *etc.* Alia Narbonensis apud *Gruter.* 488. 7. P. VINICIO M. F. PRAEF. PRO II VIRO *etc.* Alia Niciensis apud *Murat.* 626. 1. C. MEMMIO MACRINO

Q. Ⅱ. VIRO QQ. ITEM PRAEFECTO PRO Ⅱ VIRO QQ. *etc.* Alia Gaditana apud *Gruter.* 195. 4. et 1093. 9. L. FABIVS L. F. GAL. RVFINVS ⅡVIR PRAEF. IVR. DIC. AB DECVRIONIBVS CREATVS. Alia Feltriensis, nunc Ateste extans, apud *eumd.* 555. 2. L. OCLATIVS L. F. MEN. ROCIANVS ⅢⅡ.VIR FR. I. D. *etc.* Alia Brixiana apud *eumd.* 428. 2. M. LAETILIVS FAB. CASSIANVS PRAEF. AEDIL. POT. BRIX. *etc.* — z) Præter hos *præfectos* in municipiis et coloniis, ex lege Petronia et decurionum decreto pro quatuorviris, vel duumviris ordinariis creari solitos, alii itidem erant, qui, quum a municipiis et coloniis Augusti interdum, vel eorum filii et nepotes, vel primarii Romæ viri honoris causa quatuorviri, vèl duumviri, vel quinquennales, vel dictatores nominarentur, nec ipsi per se id muneris obire possent aut vellent, in eorum locum suffecti eorumdem *præfecti* dicebantur. *Inscript.* Attidiensis apud *Murat.* 686. 6. et 1096. 3. C. CAMVRIO C. F. LEM. CLEMENTI PRAEF. FABRVM ⅢⅡ. PRAEF. I. D. IMPER. CAES. TRAIANI AVG. *etc.* Alia Uliensis apud *Gruter.* 345. 6. P. AELIO P. F. FABIANO PATRI AED. II. VIRO PRAEFECT. C. CAESARIS PRAEF. ITERVM *etc.* Alia Formiana apud *eumd.* 491. 10. ARRIO SALANO PRAEF. QVINQ. TI. CAESARIS PRAEF. QVINQ. NERONIS ET DRVSI CAESARVM DESIGNATO *etc.* Alia Dyrrachiensis apud *Murat.* 746. 8. L. STATILIO L. F. AEM. SVLPICIANO PRAEF. QVINQ. T. STATILII TAVRI PATRIS *etc.* Alia Ariciensis apud *Gruter.* 41. 7. DIANAE NEMORENSI VESTAE SACRVM DICTatore IMP. NERVA TRAIANO AVG. PRAEF. EIVS T. VOLTEDIO MAMILIANO *etc.* Hinc est, quod Cæsar Augustus, Ægypto in provinciæ formam redacta, eidem non senatorem, sed equitem R. præposuit, eumdemque non proconsulem, nec proprætorem, nec præsidem, nec legatum, sed præfectum suum appellavit, quia nempe is ejus nomine ibidem summam ac pæne regiam, ut affirmat *Tac.* 1. *Hist.* 11., exercebat auctoritatem. *V.* supra sub *v.*

PRÆFĔCUNDUS, a, um, adject. valde fecundus. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 27. 51. (118). Omnia celerius senescunt præfecunda.

PRÆFĔRĪCŬLUM, i. n. 2. vas æneum sine ansa, patens summum, ut pelvis, quo ad sacrificia utebantur in sacrario Opis Consivæ. Ita *Festus p.* 249. 14. *Müll.* Dictum autem videtur a *præferendo,* quod in eo res sacræ præferrentur. Cf. *Paul. Diac. p.* 248. 11. *Müll.*

PRÆFERMENTO, as, are, a. 1. ante fermento. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 26. (103). Quum fieret autem panis hordeaceus, ervi aut cicerculæ farina ei præfermentabatur. *Harduin.* ex MSS. leg. *ipse fermentabatur,* quam lectionem probavit *Sillig.*

PRÆFĔRO, fers, tŭli, lātum, ferre, a. anom. (præ *et* fero). Part. *Præferens* II. 4.; *Prælatus* I. 1. et 2. II. 2. *b.* et 3. et in fin.; *Præferendus* II. 4. — Præferre est præ, seu ante, vel palam ferre, προφέρω (It. *portare innanzi a qualche cosa, o palesemente;* Fr. *porter devant à quelqu'un ou devant soi, porter en avant;* Hisp. *llevar ante, traer delante;* Germ. *vorantragen, voraustragen;* Angl. *to bear or carry before, carry openly or publicly*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Active. *Cic.* 6. *Verr.* 34. 74. Sinistra manu retinebat arcum, dextra ardentem facem præferebat. Cf. *Id.* 1. *Cat.* 6. 13. Cui tu adolescentulo non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem prætulisti? *Cæs.* 3. *B. C.* 71. Neque in litteris, neque in fascibus insignia lauream prætulit. *Cic.* 7. *Verr.* 9. 22. Quamobrem fasces prætoribus præferantur, cur secures datæ? *Ovid.* 2. *Fast.* 336. Et præfert cautas, subsequiturque manus. *stende brancolando. Virg.* 11. *Æn.* 249. Munera præferimus. — *b*) Part. *Prælatus,* Mediorum apud Græcos more, est ante latus, prætervectus, *portato oltre, trasportato. Tac.* 6. *Ann.* 35. Vulnus per galeam adegit, nec iterare valuit, prælatus equo. *Liv.* 2. 14. *ad fin.* Cumanæ cohortes effuse prælatos hostes ab tergo adortæ sunt. *Id.* 7. 24. *a med.* Præter castra etiam sua fuga prælati, arcem petunt. Adde *eumd.* 38. 27. — Et cum Accusat. *Id.* 5. 26. *a med.* Ut effusa fuga castra sua prælati, urbem peterent. ¶ 2. Speciatim in triumphi et sacrorum pompa præcipue locum habet. *Sueton. Cæs.* 37. Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum: Veni, Vidi, Vici. *Id. Tit.* 2. Quæ statua circensi pompa hodieque præfertur. *Liv.* 3. 29. Ducti ante currum hostium duces, signa militaria prælata. Adde 31. 49. *Flor.* 2. 7. Populus R. Ionium mare ingressus, tota Græciæ litora veluti triumphante classe peragravit. Spolia quippe Siciliæ, Sardiniæ, Hispaniæ præferebat. Sic *Plin.* de pompa funeris 21. *Hist. nat.* 3. 7. (10). Populus funus elocavit, quaque præferebatur, flores e prospectu omni sparsit. Et de nuptiali *Seneca Octav.* 24. Illa illa meis tristis Erinnys Thalamis Stygios prætulit ignes.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim, metaphorâ sumptâ a superiori paragr. 1., de abstractis, raro tamen, usurpatur, quæ ante alios quodammodo feruntur. *Cic. Sull.* 14. 40. Vos denique in tantis tenebris erroris et inscientiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ. *Id.* 2. *de republ.* 34. Nec leges imponit populo, quibus ipse non pareat, sed suam vitam, ut legem, præfert suis legibus. *alle leggi mette innanzi, quasi luce, le azioni della sua vita. — Præferre opem,* afferre. *Stat.* 6. *Theb.* 476. nec prætulit ullam Frater opem. — *Præferre causam,* prætexere. *Sisenna* apud *Non. p.* 58. 17. *Merc.* C. Titinius quidam, cui minus proprietas mentis ab natura tradita videretur, primo ante testudinem constitit, deinde apud consulem causam atque excusationem præferre cœpit. — *Præfertur,* jactatur, disseminatur. *Cæs.* 1. *B. C.* 47. Sed hæc ejus diei præfertur opinio, ut se utrique superiores discessisse existimarent. ¶ 2. Speciatim et sæpe est anteponere, anteferre, præponere, *preporre, preferire, antiporre.* — *a*) Active. *Sall. Cat.* 37. Urbanum otium ingrato labori prætulerat. *Cic. Brut.* 26. 101. Quum ille Q. Scævolam sibi minorem natu generum prætulisset. *Id.* 9. *Att.* 13. *extr.* Quem cui nostrum non sæpe prætulit? *Id. Amic.* 17. 63. Sin erunt aliqui reperti, qui pecuniam præferre amicitiæ sordidum existiment. *Id.* 1. *Fin.* 7. 23. Præferre jus majestatis atque imperii ipsi naturæ patriqueque amori. *Id. pro leg. Manil.* 24. 71. Statui, vestram voluntatem meis omnibus commodis et rationibus præferre. — Sic *præferre se* apud *Cic.* 2. *Orat.* 84. 342. Non se prætulisse aliis propter abundantiam fortunæ. *Cæs.* 2. *B. G.* 27. Equites vero, ut turpitudinem fugæ virtute delerent, omnibus in locis pugnarunt, quo se legionariis militibus præferrent. — *b*) Passive. *Cic.* 1. *de republ.* 2. Ergo ille ipsis est præferendus doctoribus. Quæ est enim istorum oratio tam exquisita, quæ sit anteponenda bene constitutæ civitati? - Equidem quemadmodum urbes magnas viculis et castellis præferendas puto, sic eos, qui *etc.* longe duco sapientia ipsa esse anteponendos. *Velle.* 2. 69. 3. Brutus cuilibet ducum præferendus. *Cæs.* 5. *B. G.* 52. *extr.* Qui virtute belli omnibus gentibus præferebantur. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (134). Niciæ comparatur, et aliquando præfertur Athenion Maronites. *Liv.* 1. 2. Prælatum sibi advenam ægre patiens. *Ovid.* 4. *Met.* 56. Altera (*Thisbe*), quas Oriens habuit, prælata puellis. *Id.* 8. *ibid.* 109. O patriæ prælate meæ, prælate parenti. *Virg.* 5. *Æn.* 541. Nec bonus Eurytion prælato invidit honori. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 15. 33. (66). Sativa myrrha multum silvestri prælata. — *c*) Cum Infinito. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 183. Cur alter fratrum cessare, et iudere, et ungi Præferat Herodis palmetis pinguibus. *Colum.* 1. *R. R.* 3. 6. Ut multi prætulerint carere penatibus. — *d*) De rebus physicis *Plin.* 15. *Hist. nat.* 23. 25. (94). Etereiana, quam rubens cortex præfert triangulis. *rende preferibile per la sua utilità.* ¶ 3. Item speciatim de tempore. *Præferre diem,* præcipere, antevertere, *anticipare. Liv.* 39. 5. *a med.* Triumphare medio Januario statuerat, sed quum, *etc.* prætulit triumphi diem: triumphavit ante diem X. Kal. Januarias. *Alii leg.* retulit. Nam *Festus p.* 289. 21. *Müll.* Referri diem prodictam, id est anteferri. At *Prætor* apud *Ulp. Dig.* 2. 13. 1. Editiones sine die et consule fieri debent, ne quid excogitetur, aut prælato die fiat. *Modestin. ibid.* 48. 10. 28. Si a debitore prælato die pignoris obligatio mentiatur, falsi crimini locus est. Alii utrobiq. leg. *prolato,* quod corruptum esse censet *Cujac. l.* 3. *Observat. c.* 7. ¶ 4. Demum præferre est etiam præ se ferre, ostendere, indicare, *mostrare, far apparire. Plancus ad Coss. etc.* 10. *Fam.* 8. *a med.* Ut quum præferremus sensus aperte, tum etiam sciri, quid defensuri essemus, non esset periculosum. *Cic. Rosc. Am.* 31. 87. Avaritiam præfers, qui societatem coieris de municipis cognatique fortunis cum alienissimo. *Ovid. Heroid.* 17. 36. Si modo, quem præfers, non simulatur amor. *Curt.* 6. 9. *init.* Rex deinde in contionem procedit, vultu præferens dolorem animi. *Id.* 4. 9. *a med.* Vultus tuus, inquit, nescio quod ingens malum præfert. Cf. *Seneca Œdip.* 509. Ipse vultus flebiles præfert notas. *Liv.* 42. 14. Propter adventum ejus, quem moturum aliquid rebantur, miserant pleræque civitates, alia in speciem præferentes, legatos. *Id.* 27. 34. Erat veste obsoleta, capilloque et barba promissa, præferens in vultu habituque insignem memoriam ignominiæ acceptæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 16. 15. (72). Fons Callirrhoe, aquarum gloriam ipso nomine præferens. *Id.* 11. *ibid.* 37. 50. (137). Aures in equis animi indicia præferunt. *Justin.* 12. 16. 5. Duæ aquilæ supra culmen domus sederunt, omen duplicis imperii præferentes. *Tac.* 13. *Ann.* 45. Modestiam præferre, et lascivia uti. — Hinc Part. præter. pass., cujus multa exempla supra retulimus.

Prælatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Prælatior* apud *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 24. *circa med.* Jacob, qui posterioris et prælatioris populi figura est. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 8. *n.* 94. Neque melior, quam phlebotomia, vel prælatior usus cucurbitæ esse potest.

PRÆFĔROX, ōcis, adject. omn. gen. valde ferox. *Liv.* 5. 36. Mitis legatio, ni præferoces legatos, Gallisque magis, quam Romanis similes, habuisset. *Sueton. Cæs.* 35. Multiplici successu præferocem una profligavit acie. *Tac.* 4. *Hist.* 23. Scandebantque jam quidam (*vallum*) præferoces initio et rebus secundis nimii. *Id.* 4. *Ann.* 60. Gnavus (*Sejanus*), præferocem (*Drusum*) et insidiis magis opportunum.

PRÆFERRĀTUS, a, um, adject. *cinto di ferro,* ferro vinctus.

I.) Proprie. *Cato R. R.* 11. Modium præferratum unum, semodium unum. — *Præferratum pilum,* ferrum habens in summitate. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 23. (97). Etruria spicam farris tosti pisens (*lege* pinsit) pilo præferrato, fistula serrata.

II.) Translate. *Plaut. Pers.* 1. 1. 22. Pusculum annum fui præferratus apud molas tribunus vapularis, *h. e.* ferreis compedibus vinctus.

PRÆFERTĪLIS, e, adject. valde fertilis. *Prudent.* 2. *advers. Symmach.* 1025. præfertile germen Luxuriat. *Alcim.* 5. 119. præfertilis ubere terra.

PRÆFERVĪDUS, a, um, adject. valde fervidus.

I.) Proprie. *Accius* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 42. Præfervidus fulgor. *Colum.* 3. *R. R.* 1. 3. Vitis omni pæne regione, nisi tamen glaciali, vel præfervida, curæ mortalium respondet. *Tac.* 14. *Ann.* 64. Præfervidi balnei vapore enecatur. *V.* PERFERVIDUS.

II.) Translate. *Liv.* 9. 18. Trux ac præfervida ira.

PRÆFESTĪNĀTIM, adverb. præfestinando. *Sisenna* apud *Non. p.* 161. 29. *Merc.* Judices, quos vellent, instituerent præfestinatim et cupide.

PRÆFESTĪNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆFESTĪNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præfestinans* 2.; *Præfestinatus* 1. — Præfestinare ¶ 1. Generatim est valde festinare, præpropere agere, *affrettarsi o affrettare assai. Plaut. Rud.* 1. 2. 31. Qui præfestinet, ubi he-

rus assit, præloqui. *Liv.* 23. 14. *ad fin.* Concedendo plebi senatum, ubi velint, defecturos se, ne deficere præfestinarent, effecisse. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 3. Quia neque præfestinatum opus nimium immature videri possit ante quindecim dies factum, nec rursus post totidem nimium tarde. *Ovid. de nuce* 97. Jam tamen invenias qui me jaculentur, et ictu Præfestinato munus inane petant. ¶ 2. Speciatim est propere percurrere. *Tac.* 5. *Ann.* 10. Thoronæum, Thermæumque sinum præfestinans. *h. e.* navigando propere percurrens.

PRÆFESTĪNUS, a, um, adject. valde festinus. *Gloss. Cyrill.* Ἠλίνῦ σπεύδων, præfestinus.

PRÆFĪCA, æ, f. 1. *donna pagata per lodare e piangere un morto, ἐπιμελήστρια, θρηνήτρια*, mulier deflendis mortuis præposita: a *præficio*. *Paul. Diac. p.* 223. 16. *Müll.* Præficæ dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum præfectæ. *Nævius ibid.* et apud *Varron.* 7. *L. L.* 70. *Müll.* Hæc quidem, hercle, opinor, præfica est, nam mortuum collaudat. *Varro ibid.* Præfica dicta, ut Aurelius scribit, mulier, ad luctum quæ conduceretur, quæ ante domum mortui laudes ejus caneret. *et mox.* Quæ præficeretur ancillis quemadmodum lamentarentur, præfica est dicta. (*Scalig. ibid.* ait esse inventum Phrygum.) *Id.* apud *Non. p.* 67. 7. et *p.* 145. 28. *Merc.* Ibi a muliere, quæ optima voce esset, perquam laudari. dein neniam cantari solitam, *etc.* Hæc mulier vocitata olim præfica usque ad Punicum bellum. *Lucilius ibid.* mercede quæ Conductæ flent alieno in funere præficæ, Multo et capillos scindunt, et clamant magis. *Plaut. fragm. ibid.* Superabo omnes argutando præficas. *Id. Truc.* 2. 6. 14. Sine virtute argutum civem mihi habeam pro præfica, Quæ alios collaudare absentes, sese vero non potest. *Inscript.* apud *Murat.* 954. 2. HEV! FLAVIA QVARTILLA PRAEFICA VIXIT ANN. LXI. — Adjective. *Gell.* 18. 6. Colligitis lexidia, res tetras, et inanes et frivolas, tamquam mulierum voces præficarum.

PRÆFĬCĬO, fĭcis, fēci, fectum, fĭcere, a. 3. (præ *et* facio). Part. *Præfectus* et *Præficiendus* I. — Præficere est præponere, præsidem, præfectum esse jubere, creare, *ἵστημι* (It. *preporre, far presidente, dare la soprantendenza, deputare*; Fr. *préposer, mettre à la tête de*; Hisp. *preponer, anteponer, cargar á uno de una comision*; Germ. *Jemanden über etwas setzen, vorsetzen*; Angl. *to set over, put in authority, appoint to the command of, cause to superintend or preside over, depute, constitute, delegate*).

I.) Proprie. — *a*) Sæpissime cum Dativo. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 23. Te cum securi caudicali præficio provinciæ. *Cic. Dom.* 8. 20. Pecuniæ deportandæ et bello gerendo M. Catonem præfecisti. *Id. Planc.* 25. 62. Præficere aliquem pecori. *Id. pro leg. Manil.* 16. 49. imperatorem bello. *Id. Dom.* 33. 89. duces populo. *Nepos Miltiad.* 4. aliquem classi. Sic *Liv.* 35. 42. Neque (*censebat*) minus quemquam ei classi, quam Hannibalem præficiendum. *Cæs.* 5. *B. G.* 24. Præficere legatos legionibus. *Cic.* 2. *Legg.* 26. 66. alicui procurationi certum magistratum. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 8. (27). aliquem sacerdotio Neptuni. *Tac.* 6. *Ann.* 8. rationibus, libellis et epistolis libertos. *et* 13. *ibid.* 46. provinciæ Lusitaniæ. *far governatore.* et 2. *ibid.* 4. Ariobarzanem volentibus Armeniis præfecit. *fece re. Virg.* 6. *Æn.* 118. nec te Nequidquam lucis Hecate præfecit Avernis. *Ovid. Heroid.* 12. 87. Conscia sit Juno sacris præfecta maritis. — Similiter *Liv.* 1. 19. Ejus (*Egeriæ*) se monitu, quæ acceptissima diis essent, sacra instituere; sacerdotes suos cuique deorum præficere. — *b*) Sine Dat. *Cic.* 4. *Verr.* 59. 144. Aliquem curatorem præficere, qui statuis faciundis præsit. *Id. Sext.* 18. 41. In eo exercitu inimici mei fratrem præfecerat. *h. e.* cuidam parti ejus exercitus præposuerat.

II.) Translate. *Cic.* 2. *Divinat.* 4. 12. Nec omnium divinatio est, ut ratio docuit: nec locus, nec materia invenitur, cui divinationem præficere possimus. *h. e.* in qua possimus divinationem ponere, ut in ea veluti dominetur. — *Præficere* pro anteferre usurpatum videtur in *Inscript.* apud *Henzen.* 7414. Glyptes conjux FACIET, OMNIBVS OLIM QVAS VENVS INSPEXIT PRAEFICIENDA BONIS. — Hinc a Part. præter. pass.

Præfectus, i, m. 2. absolute, substantivorum more. *V.* loco suo.

PRÆFĪDENS, entis, particip. ab inusit. *præfido*, valde confidens. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 3. *Orat.* 41. 166. Exsultantem te, et præfidentem tibi Repriment validæ legum habenæ. *Cic.* 1. *Off.* 26. 90. Homines secundis rebus effrenatos, sibique præfidentes.

PRÆFĪDENTER, adverb. confidenter. *Augustin. Ep.* 55. *ad Macedon.* Præfidentius, tamquam suis viribus, cucurrerunt.

PRÆFĪDUS, a, um, adject. valde fidus, fidelissimus. Nisi vetaret quantitas pænultimæ, quæ longa profecto esse debet, admittenda esset probabilis conjectura *Caroli Fea*, qui ita edidit, et multis firmare rationibus studuit illum locum *Horat.* 1. *Sat.* 1. 28. Ille gravem duro terram qui vertit aratro; Præfidus hic campo miles; nautæque, per omne Audaces mare qui currunt, hac mente laborem Sese ferre, senes ut in otia tuta recedant, Ajunt, quum sibi sint congesta cibaria. *MSS.* et editiones fere omnes habent *Perfidus hic caupo, miles*, etc. Lectionem potius *Cod. Chig.*, quam ipse affert in *Miscell. Filolog. T.* 1. *p.* 12., amplectendam aliquis putaverit, si modo is Codex tanti est habendus, ubi pro *Pfidus et hic campo miles* fortasse rectius *Fidus* legendum esset.

PRÆFĪGO, gis, xi, xum, gere, a. 3. Part. *Præfixus* in omnibus paragr. — Præfigere est ante aliquid figere, *προπήγνυμι* (It. *ficcare o conficcare innanzi, o in cima a qualche cosa*; Fr. *attacher devant, planter, ficher par devant, attacher, suspendre à*; Hisp. *atar delante, fixar ante*; Germ. *vorn anfestalten,-befestigen, vorstecken*; Angl. *to fix or fasten before, set up in front, fix on the end or extremity of, point, head*).

I.) Proprie. *Cæs.* 5. *B. G.* 18. Ripa autem erat acutis sudibus præfixis munita. *Sueton. Cæs.* 85. Caput ejus præfixum hastæ circumtulit. *Id. Cal.* 15. Præfixum in biremis puppe vexillum. *Virg.* 10. *Æn.* 80. præfigere puppibus arma. *et* 9. *ibid.* 465. capita in hastis. *Nemesian. Cyneg.* 55. felemque minacem Arboris in trunco longis præfigere telis. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 6. Rivis, per quos exundat piscina, præfigantur ænei foraminibus exiguis cancelli, quibus impediatur fuga piscium. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 10. 44. (157). Rostrum lupi villarum portis præfigunt. — Poetice. *Pers.* 4. 13. nigrum vitio præfigere theta. *h. e.* notare, damnare.

II.) Translate. ¶ 1. Præfixus dicitur qui habet aliquid ante, aut in summitate fixum. *Cæs.* 2. *B. C.* 1. Asseres cuspidibus præfixi. *Liv.* 26. 4. Jacula præfixa ferro. *Virg.* 10. *Æn.* 479. ferro præfixum robur acuto. *Id.* 5. *ibid.* 557. præfixa hastilia ferro. *et Ovid.* 7. *Met.* 112. præfixa cornua ferro. — Similiter hypallage est in illo *Virg.* 3. *G.* 399. Primaque ferratis præfigunt ora capistris. *h. e.* præfigunt capistra oribus hædorum, atque adeo ipsa ora claudunt. ¶ 2. Aliquando est præcludere, *chiudere*. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 19. (59). Præfigi prospectus omnes coegit multitudinis innumeræ sæva latrocinatio. *h. e.* claudi omnes fenestras prospicientes in vicum. *Cajus Dig.* 8. 2. 5. Si ædes tuæ ædibus meis serviant, ne altius tollantur, et ego per statutum tempus fenestras meas præfixas habuero, vel obstruxero, etc. ¶ 3. Item configere, trajicere, *trafiggere*. *Tibull.* 1. 7. 55. *de sacerdote Bellonæ.* Statque latus præfixa veru, stat saucia pectus. ¶ 4. Item incantamentis defigere. *Quintil. declam.* 10. 8. Præfixum clausumque tumulum nudis cecidit uberibus.

PRÆFĪGŪRĀTĬO, ōnis, *f.* 3. *prefigurazione*. *Augustin.* 16. *Civ. D.* 2. *a med.* Hæc Scriptu-

ræ secreta divinæ indagamus, certum tenentes, non ea sine aliqua præfiguratione futurorum gesta atque conscripta, neque nisi ad Christum et ejus Ecclesiam esse referenda.

PRÆFĪGŪRĀTOR, ōris, m. 3. qui præfigurat. *Augustin. Conjug. adult.* 6. Tamquam Novi Testamenti præfigurator.

PRÆFĪGŪRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆFĪGŪRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præfiguratus*. — Præfigurare est ante figurare, formare. *Lactant.* de spectaculis agens mimorum impudicorum, 6. 20. *a med.* Quid juvenes, aut virgines faciant, quum hæc et fieri sine pudore, et spectari libenter ab omnibus cernunt? Admonentur utique quid facere possint, ac se quisque pro sexu in illis imaginibus præfigurat. *Tertull. Præscript. adv. Hær.* 26. Ipse per similitudinem præfiguraverat. *Cyprian.* 2. *Ep.* 3. Sacramentum præfiguratum.

PRÆFĪNĬO, is, īvi *et* ĭi, ītum, ire, a. 4. Part. *Præfinitus*. — Præfinire est præstituere, præscribere, ante finire, *prescrivere, determinare, limitare, προορίζω*. *Cic.* 5. *Tusc.* 8. 21. Contra Brutumne me dicturum putas? A. Tu vero, ut videtur: nam præfinire non est meum. *Id.* 2. *Legg.* 18. 45. Sed ego cetera non tam restricte præfinio. *et ibid.* 27. 68. A Platone sumptus funerum præfinitur ex censibus. *Id.* 7. *Fam.* 2. Eo vidisti multum, quod præfinisti, quo ne pluris emerem. *Id.* 7. *Verr.* 68. 174. Neque de illo quidquam tibi præfinio, quo minus ingenio mecum contendas. *Id. Prov. cons.* 15. 37. Præfinit successori diem. *Id.* 6. *Fam.* 8. Calendas Jan. tibi præfinitas esse. *Quintil.* 11. 3. 52. Vitium nimiæ tarditatis (*in dicendo*) et segnitia solvit animos, et, in quo est aliquid, temporibus præfinitis aquam perdit. *Sueton. Galb.* 14. *sub fin.* Ad certum præfinitumque tempus. *Gell.* 1. 25. *ad fin.* Dies certus præfinitus. — Cum opposito *infinitum* apud *Cic.* 1. *leg. Agr.* 3. 10. Etenim quod superiore parte legis præfinitum fuit, Sulla et Pompejo consulibus, id rursus liberum infinitumque fecerunt. — Absolute. *Lucret.* 1. 617. Quippe ubi dimidiæ partis pars semper habebit Dimidiam partem, nec res præfiniet ulla. — Hinc a Part. præter. pass.

Præfinito, adverbii more, præfinito tempore, aut modo. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 19. Nam illic haud licebat, nisi præfinito, loqui quæ illi placerent. Ubi *Donat.* Deest *tempore*, aut quid tale. Duo dixit, et *præfinito, et quæ illi placerent*, ut neque quantum velles, neque quod velles, diceres.

PRÆFĪNĪTĬO, ōnis, *f.* 3. *determinazione, limitazione, προορισμός*, actus præfiniendi. *Julian. Dig.* 36. 2. 19. Quum sine præfinitione temporis legatum ita datum fuerit, etc. *Marcell. ibid.* 20. Si cum præfinitione annorum legatum sit, velut: Titio dena usque ad annos decem.

PRÆFĪNĪTO, adverb. *V.* PRÆFINIO in fin.

PRÆFĪNĪTUS, a, um. *V.* PRÆFINIO.

PRÆFISCĪNE *et* præfiscini, adverb. *ἀβασκάντως*. De duplici scribendi ratione *Gell.* 10. 24. Extremam istius vocis (*die quinte*) syllabam tum per *e*, tum per *i* scriptam legi: nam sane quam consuetum veteribus fuerat, litteris iis plerumque uti indifferenter, sicuti *præfiscine* et *præfiscini, proclivi* et *proclive*. Similia habet *Non. p.* 153. 11. *Merc.* At *Charis.* 2. *p.* 235. ed. *Keil.* (*p.* 210. *Putsch.*) habet *præfascine*. — Præfiscine, ex *præ* et *fascino* conflatum, inservit avertendæ fascinationi: ut deprecandæ invidiæ est illud, *absit verbo invidia*: et malo omini, *dii omen avertant*, etc. Putabant, quum quis impense vel ipse se laudaret, vel laudaretur ab alio, fascinationis periculum esse: cui declinando interponebant *præfiscine, ni*, h. e. quod sine fascino sit. *Præ* hoc loco pro *sine* positam esse *Charis.* docet 2. *p.* 210. *Putsch. Titinius ibid. p.* 189. Paula mea, amabo, pol tu ad laudem addito, præfiscini; ne puella fascinetur. *Afranius ibid.* Scis habitum ita ut nunc obtinet præfiscine. *Plaut. Asin.* 2. 4. 84. Præfiscini hoc nunc dixerim: nemo etiam me accusavit merito meo. *Id. Cas.* 5. 2. 43. Inde foras tacitus, præfiscini,

exeo hoc ornatu, quo vides. *Petron. fragm. Traqur.* 73. *Burmann.* Homo, præfiscini, frugi. *Apul.* 3. *Florid.* Quod difficile factu erat, quodque re vera arduum nobis existimabatur, gratum esse populo, placere ordini, probari magistratibus et principibus: id, præfiscine dixerim, jam quodammodo mihi obtigit.

PRÆFIXUS, a, um. *V.* PRÆFIGO.

PRÆFLĒTUS. *V.* PERFLETUS.

PRÆFLŌRĀTUS, a, um. *V.* PRÆFLORO.

PRÆFLŌRĔO, es, ere, n. 2. ante floreo. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 29. 51. (119). Ideo et præflorent talia, et prægerminant, atque in totum præcocia fiunt.

PRÆFLŌRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præfloratus.* — Præflorare, Ital. *sfiorare,* est flore ante tempus spoliare: sed occurrit translate tantum, et est deflorare, delibare, deturpare, corrumpere. *Liv.* 37. 58. *ad fin.* Gloriam ejus victoriæ præfloratam apud Thermopylas esse. *Alii leg.* defloratam. *Plin. Paneg.* 58. Quamquam non ambitio magis, quam livor et malignitas videri potest, omnes annos (*consulatum*) possidere, summumque illud purpuræ decus non nisi præcerptum præfloratumque transmittere. *Gell.* 14. 1. *extr.* Futurum gaudii fructum spes tibi jam præfloraverit. *Alii perperam leg.* defloraverit. *Apul. de Mag.* Vidua qualis nuptiis venit, talis divortio digreditur; nihil affert irreposcibile, sed venit jam ab alio præflorata. *Gloss. Lat. Gr.* Præfloro, ἀπανθίζω.

PRÆFLŬO, is, ere, 3. Part. *Præfluens* sub *b.* — Præfluere est ante fluere, præterfluere, *scorrere innanzi,* προῤῥέω. — *a)* Neutr. *Liv.* 1. 45. *sub fin.* Infima valle præfluit Tiberis. — *b)* Cum Accus. *Horat.* 4. *Od.* 14. 26. Aufidus, Qui regna Dauni præfluit Appuli. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 18. 22. (126). Natiso cum Turro præfluentes Aquilejam. *Tac.* 15. *Ann.* 15. Flumini Arsanite (etenim is castra præfluebat) pontem imposuit.

PRÆFLŬUS, a, um, adject. qui præfluit. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 20. (60). Hortos riguos habendos præfluo amne.

PRÆFŌCĀBĪLIS, e, adject. ἀποπνιγόεις, præfocandi vim habens. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 35. Cum gravedine thoracis atque spiratione præfocabili. *et ibid.* 37. Loca plus satis brevia sunt præfocabilia. *Id.* 3. *Tard.* 2. Transvorandi difficultas cum præfocabili sensu.

PRÆFŌCĀTĬO, ōnis, f. 3. *soffocamento,* καταπνίξις. actus præfocandi, suffocatio. *Scribon. Compos.* 100. Ad suspirium et ad vocis abscisionem et subitas præfocationes. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 5. Faucium siccitates præfocationis imitantur effectum.

PRÆFŌCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆFŌCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præfocatus.* — Præfocare est fauces præcludere, suffocare, *soffocare,* ἀποπνίγω. *Ovid. Ib.* 560. Præfocent animæ Gnosia mella viam. *Paul. Dig.* 25. 3. 4. Præfocare partum. *Arnob.* 7. 29. Succurrite, properate, Jovi optimo maximo inerum, ne præfocetur, date. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 12. Vel ex abundantia præfocari se arbitrimet, vel gravantibus exonerari. *Calpurn. Ecl.* 4. 115. nec præfocata malignum Mœsis habet lolium, nec inertibus albet avenis. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 9. *init.* Jubet etiam ea adhiberi, quæ epilepticis, vel matrice præfocatis adhibuit odoranda.

PRÆFŎDĬO, fŏdis, fōdi, fossum, fŏdere, a. 3. Part. *Præfossus* 1. — Præfodere est ante fodere, προῤῥύττω. ¶ 1. De loco. *Virg.* 11. *Æn.* 473. Præfodiunt alii portas, aut saxa subtusque Subvectant. Ubi *Servius:* id est ante portas fossas faciunt. *Porphyr.* ad illud *Horat.* 1. *Ep.* 14. 29. multa mole (rivus) docendus, ait: Docet præfossis tramitibus. ¶ 2. De tempore. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 11. 16. (79). Præfodere scrobes ante, si fieri possit, tanto prius, donec pingui cespite obducantur. *Ovid.* 13. *Met.* 30. et ostendit, quod jam præfoderat, aurum. *h. e.* ante fodiendo occultaverat.

PRÆFŒCUNDUS. *V.* PRÆFECUNDUS.

PRÆFŌMENTO, as, are, a. 1. antea fomento. Part. *Præfomentandus* apud *Theod. Priscian* 1. 19. *a med.* Præfomentanda sunt interea vulnera aqua gelida.

PRÆFOR, fāris, fātus sum, fāri, dep. 1. (præ *et* fari). *Præfamino* imperativi vox est pro *præfare; præfato* est pro *præfator. V.* sub 1. *a.* — Part. *Præfans* 1. *a.* et 2.; *Præfandus* 1. *c., d.* et *e. Præfatus* 1. *a., b.* et in fin. — Præfari ¶ 1. Generatim est ante fari, prædicere, præloqui, προλέγω, προοιμάζω (It. *parlare innanzi, premettere parlando;* Fr. *dir, parler le premier;* Hisp. *decir antes, hablar antes;* Germ. *vorher sagen,-reden;* Angl. *to speak before, utter forst, preface, premise*). — *a)* Ratione habita religionis. *Cic.* 1. *Divinat.* 45. 102. Majores nostri omnibus rebus agendis *Quod bonum, faustum, felix fortunatumque esset,* præfabantur. — *Præfari carmen,* præire. *Liv.* 5. 41. Sunt, qui, M. Fabio pontifice max. præfante carmen, devovisse eos se pro patria, tradant. *V.* PRÆEO. — *Cato R. R.* 134. Ture, vino Jano, Jovi, Junoni præfato. *h. e.* præfator. *Id. ibid.* 141. Janum Jovemque vino præfamino. *h. e.* vinum offerens Janum Jovemque prius invocato. *V.* ANTESTOR. *Virg.* 11. *Æn.* 301. Præfatus divos solio rex infit ab alto. — *b)* Universim. *Cic. Tim.* 10. *extr.* Quæ de deorum natura præfati sumus, habeant hunc terminum. *Colum.* 1. *R. R. proœm.* 33. Quas ordine suo tunc demum persequar, quum præfatus fuero, quæ reor ad universam disciplinam maxime pertinere. *Apul.* 11. *Met.* Tacitus hærebam, quid potissimum præfarer primarium. *Gell.* 9. 15. Introit adolescens, et præfatur arrogantius et elatius, quam ætati ejus decebat: ac deinde jubet exponi controversia. *fa una prefazione. V.* PRÆFATIO. — Et cum Infinito. *Sueton. Cæs.* 28. M. Claudius Marcellus consul edicto præfatus, de summa se republica acturum, retulit ad senatum, ut ei succederetur ante tempus. *Justin.* 11. 5. 5. Patrimonium omne suum, quod in Macedonia habebat, amicis dividit, sibi Asiam sufficere præfatus. *dicendo che etc.* — Cum Conjunct. *Sueton. Vesp.* 18. Operam remisit, præfatus, sineret se plebeculam pascere. — Pro prælegere dixit *Auson. Edyll.* 4. 54. Et melicos lyricosque modos præfando novabis. — *c)* Speciatim, *præfari aliquem* est ejus nomen auctoritatemque præmittere. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 17. (43). Aristoteles diversa tradit, vir, quem in his magna secuturus ex parte præfandum reor. — *d) Præfari honorem* dicimur, quum turpe quid dicturi, aliquot verbis præmissis (v. gr. *honos auribus sit*) mollimus, quod alioqui pudicæ aures aversarentur. *Cic.* 9. *Fam.* 22. *a med.* Si dicimus, ille patrem strangulavit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus est. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 51. 52. (171). Præfandi humoris e corpore effluvium. *V.* PRÆFATIO. — *e) Præfari veniam,* petere antequam loqui incipias. *Apul. Florid. init.* Mihi ingresso sanctissimam civitatem præfanda venia et habenda oratio est. *Id.* 1. *Met. init.* Ecce præfamur veniam, si quid rudis locutor offendero. ¶ 2. Pro prædicere, vaticinari, *predire. Catull.* 64. 382. Talia præfantes quondam, felicia Pelei Carmina divino cecinerunt omine Parcæ. Alii rectius leg. *profantes.* Hæc *Forcellinus;* at *Lachmann.* leg. *præfantes.* — Hinc Part. præter.

Præfatus, a, um, passive quoque usurpatur, et est verbis præmissus, antedictus, prædictus, supra dictus, *premesso, anzidetto, sopraddetto, prefato. Quintil.* 8. 3. 45. In præfata videmur incidere. Alii rectius leg. *præfanda,* h. e. obscæna, et quæ sine præfatione honoris et veniæ dicenda non sint. Sic *Arnob.* 5. 27. Partes illæ, quas inter aures castas sine venia nefas est ac sine honoribus appellare præfatis. *Vopisc. Aurelian.* 1. Vir illustris ac præfata reverentia nominandus. *h. e.* præmissa reverentiæ commemoratione. — *Paul. Dig.* 10. 3. 19. Ut præfata jura aut mensura, aut temporibus dividantur. *Martian. ibid.* 20. 4. 12. Condemnatus ex præfatis causis. *Auson. præfat.* 2. *in fin.* Sic etiam nostro præfatus babebere libro. *h. e.* dictus, nominatus initio libri nostri. — Alio sensu. *Seneca* 5. *Benef.* 17. *a med.* Hoc ingrati est, non esse contentum præfato tempore. *h. e.* fatis præstituto. *Alii leg.* præstito, *alii rectius* præterito. — Hinc

Præfatum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, idem ac præfatio. *Symmach.* 6. *Ep.* 3. Præfatu opus est, si ardua postulentur: pronis ac facilibus admoveri ambitum non oportet.

PRÆFORMĀTOR, ōris, m. 3. qui ante format et instruit. *Tertull. Præscript.* 30. Marcion institutor et præformator.

PRÆFORMĀTUS, a, um. *V.* PRÆFORMO.

PRÆFORMĬDĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆFORMĬDO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part *Præformidatus.* — Præformidare est ante formidare, prætimere. *Quintil.* 4. 5. 5. Quam judex, si providet, non aliter præformidat, quam qui ferrum medici, prius quam curetur, aspexit. *Alii leg.* performidat, *al.* reformidat. *Sil. It.* 3. 608. Jam puer auricomo præformidate Batavo. *Alii leg.* performidate.

PRÆFORMO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præformatus.* — Præformare est ante formare, instruere, præparare. *Sil. It.* 7. 385. Atque his præformat dictis, fingitque monendo. *Tertull. Apolog.* 1. *ad fin.* Quanti ad malum præformantur! quanti transfugæ in perversum! *Quintil.* 2. 6. 5. Namque incipientibus danda erit velut præformata materia, secundum cujusque vires. *Id.* 5. 14. 31. Præformatæ infantibus litteræ.

PRÆFORTIS, e, adject. valde fortis. *Tertull. Car. Chr.* 5. *a med.* Hinc infirmum, inde præfortem exhibuit.

PRÆFŌTUS, a, um, particip. ab inusit. *præfoveo,* ante fotus. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 2. Præfotis partibus aqua marina, vel aceto salso.

PRÆFRACTĒ, adverb. Comp. *Præfractius.* — Translate est idem ac pertinaciter, obstinate, *risolutamente, ostinatamente,* αὐθαδῶς. *Cic.* 3. *Off.* 22. 88. Nimis mihi præfracte videbatur ærarium vectigaliaque defendere. *Non. p.* 155. 11. *Merc. legit* præfractum. *Val. Max.* 8. 7. *in fin.* Dissolutam disciplinam militarem præfractius et rigidius adstringere conatum privavit vita.

PRÆFRACTUS, a, um. *V.* PRÆFRINGO.

PRÆFRĬCĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *præfrico,* ante fricatus. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 11. *sub init.* Præfricatis partibus ad tractationem manuum.

PRÆFRĪGĬDUS, a, um, adject. *assai freddo,* καταψυχρός, valde frigidus. *Ovid.* 4. *Pont.* 12. 35. Et tepidus Boreas, et sit præfrigidus Auster. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 20. 34. (147). Septentrionalis et præfrigidus situs. *Cels.* 2. 30.; et *Justin.* 11. 8. 3. In præfrigidam undam se projecit. *Pallad.* 11. *R. R.* 5. 2. Præfrigida hiems.

PRÆFRINGO, fringis, frēgi, fractum, fringere, a. 3. (præ *et* frango). Part. *Præfractus* et in fin. — Præfringere est in anteriore parte frangere, confringere, perfringere, *spezzare, scavezzare, rompere,* διαῤῥήγνυμι. *Liv.* 8. 10. Quum hastas præfregissent, aut hebetassent. *Alii leg.* perfregissent. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (197). ex *Catone R. R.* 33. Vineas novellas alligato crebro, ne caulis præfringatur. *Justin.* 6. 8. 2. Nam sicuti telo si primam aciem præfregeris, reliquo ferro vim nocendi sustuleris; sic etc. *Lucilius* apud *Gell.* 3. 13. scruta quidem, ut vendat, scrutariu' laudat, Præfractam strigilem, soleam improbu' dimidiatam. *Lucret.* 1. 891. Postremo in lignis cinerem fumumque videri, Quum præfracta forent, ignesque latere minutos. *Seneca Ep.* 71. *a med.* Quædam rectissima, quum in aquam demissa sunt, speciem curvi præfractique visentibus reddunt. *Ovid.* 12. *Met.* 358. solido revellere dumo Annosam pinum magno molimine tentat: Quod quia non potuit, præfractam misit in hostem. *Cels.* 5. 26. *n.* 35. Surculum, si fieri potest, oportet vel manu, vel ferramento educere: si vel præfractus est, vel altius descendit, quam ut ita fieri possit, medicamento evocandus est. *Cæs.* 2. *B. C.* 6. Triremes adeo graviter inter se incitatæ conflixerunt, ut altera, præfracto rostro, tota collabefieret. — Hinc Part. præter. pass.

Præfractus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Præfractior* 1. et 2.; et translate ¶ 1. Refertur ad genus dicendi abruptum, durum, asperum. *Cic. Orat.* 13. 40. Nam quum concisus Socrati Thrasymachus minutis numeris videretur, - Thucydides autem præfractior, nec satis, ut ita dicam, rotundus; primus instituit dilatare verbis et mollioribus numeris explere sententias. ¶ 2. Item ad animum, et est durus, obstinatus, contumax, inflexibilis, *ostinato, rigido, severo, inflessibile,* καρτερόφρων, *ἀτεράμων, αὐθάδης;* videturque ductum ex iis, quæ nimis dura sunt, et franguntur potius, quam flectantur. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 155. 14. *Merc.* Huic contrarius Aristo Chius, præfractus, ferreus: nihil bonum, nisi quod rectum et honestum est. *Val. Max.* 6. 5. *sub fin.* Sed aliquanto Charondæ Thurii præfractior atque abscissior justitia. *Id.* 3. 8. *n.* 3. *extern.* Socratis autem virilitatis robore palliatus animus aliquanto præfractius perseverantiæ exemplum edidit. *h. e.* constantius.

PRÆFŬGĬO, fūgis, fūgi, fŭgere, a. 3. ante fugio. *Tertull. Anim.* 33. *circa med.* Sed etsi anima præfugerit, etc.

PRÆFULCĬO, cis, si, tum, cire, a. 4. Part. *Præfultus* I. — Præfulcire est ante fulcire, præmunire, *sostentare innanzi, puntellare, fortificare,* ἐρείδω. στερεόω.

I.) Proprie. *Prudent.* 5. περὶ στεφ. 335. Mollire præfultum torum.

II.) Translate. *Cic.* 5. *Att.* 13. Per fortunas! quoniam Romæ manes, primum illud præfulci atque præmuni, quæso, ut simus annui. *Gell.* 7. 3. *a med.* Cato non nudam, neque solitariam, neque improtectam hanc epagogen facit, sed multis eam modis præfulcit, multisque aliis argumentis convelat. *Plaut. Pseud.* 3. 1. 5. Velut hæc mi evenit servitus, ubi ego omnibus parvis magnisque miseriis præfulcior. *h. e.* undique cingor et comprimor, quasi fulcimentis quibusdam, quæ ut sustentare possint, arcte hærere et comprimere debent. *At* Fleckeisen. *pro* miseriis *legit* ministeriis *per syncop. pro* ministeriis. — *Id. Pers.* 1. 1. 11. Quasi lippo oculo meus me herus manum abstinere haud quit tamen, quin mihi imperet, quin me suis negotiis præfulciat. *h. e.* præficiat tamquam columen et fulcimentum rei suæ familiaris.

PRÆFULGĔO, ges, si, gere, n. 2. Part. *Præfulgens* I. et II. — Præfulgere est valde fulgere, *risplendere assai,* περιστίλβω.

I.) Proprie. *Phædr.* 3. 18. *de pavone.* Nitor smaragdi collo præfulget tuo. *Seneca Agam.* 728. gemino sole præfulget dies. *Virg.* 8. *Æn.* 552. equus, quem fulva leonis Pellis obit totum, præfulgens dentibus aureis. *Gell.* 5. 5. Equitatus frenis, ephippiis, phaleris præfulgens. *Sil. It.* 4. 324. Advolat aurato præfulgens murice ductor Sidonius.

II.) Translate. *Cic.* 3. *Herenn.* 19. 32. Nec nimis illustres, nec vehementer obscuros locos haberi oportet, ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut splendore præfulgeant. *abbaglino. Vellej.* 1. 14. 1. Nam militarium (*rerum*) et causæ et auctores ex ipsarum præfulgent nomine. *Tac.* 3. *Ann.* 76. Sed præfulgebant Cassius atque Brutus eo ipso, quod effigies eorum non visebantur. *et* 13. *ibid.* 45. Poppæus Sabinus consulari et triumphali decore præfulgens. *Gell.* 12. 5. *circa med.* Præ ceteris omnibus enituit et præfulsit decori et honesti dignitas.

PRÆFULGĬDUS, a, um, adject. valde fulgidus. *Juvenc.* 3. 330. *in Matth.* 18. cœli præfulgida nubes Circumjecta oculis vestibat lumine montem.

PRÆFULGŪRO, as, are, 1. valde fulgurare, præfulgere. ¶ 1. Neutr. *Stat.* 7. *Theb.* 501. longe tua jussa cohortes Exspectant, multoque latus præfulgurat ense. ¶ 2. Active. *Val. Flacc.* 3. 119. strictoque vias præfulgurat ense. *h. e.* fulgore vias implet, strictum ensem vibrando. *Coripp.* 3. *Laud. Justin.* 222. Narses augustam cultu præfulgurat aulam.

PRÆFULTŪRA, æ, *f.* 1. *V.* FULTURA.

PRÆFULTUS, a, um. *V.* PRÆFULCIO.

PRÆFUNDO, fundis, fūdi, fūsum, fundere, a. 3. Part. *Præfusus* I. et II. 1. et 2. — Præfundere est antea fundere, *versare prima.*

I.) Proprie. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 18. *n.* 111. Frequenti mutatione aqua innovanda, præfusa scilicet anteriore.

II.) Translate. ¶ 1. Est aspergere, madefacere. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 7. *a med.* Noxius est usus pilei vino calido præfusi. ¶ 2. *Simplic. inter auctor. rei agrar. Goes. p.* 87. Subcisiva possessionibus vicinis Domitianus imperator præfudit. *h. e.* addidit, adjecit, insuper assignavit, quasi superfudit. *Alcim. Ep.* 8. Votis præfusa supplicatio.

PRÆFURNĬUM, ii, n. 2. *bocca del forno,* os furni, aut fornacis. *Cato R. R.* 38. Fornacem calcariam pedes latam decem facito. Si uno præfurnio coques, lacunam intus magnam facito, uti satis siet, ubi cinerem concipiat. Si duobus præfurniis coques, lacuna nihil opus erit. Quum cinere eruto opus erit, altero præfurnio eruito: in altero ignis erit. *et mox.* Ventus ad præfurnium caveto ne accedat. *Vitruv.* 5. 10. *de hypocausto balinei, quod fornacis genus est.* Suspensuræ caldariorum ita sunt faciendæ, ut primum sesquipedalibus tegulis solum sternatur inclinatum ad hypocausim, uti pila quum mittatur, non possit intro resistere, sed rursus redeat ad præfurnium. *Id.* 7. 10. Fit fornacula habens in laconicum nares, et ejus præfurnium magna diligentia comprimitur, ne flamma extra dissipetur.

PRÆFŬRO, is, ere, n. 3. ante, aut valde furo. *Stat.* 2. *Theb.* 420. torvus præfuris. *et* 4. *ibid.* 822. justumque in gurgite Martem Præfurere.

PRÆFUSCUS, a, um, adject. valde fuscus. *Manil.* 4. 721. Æthiopes maculant orbem, terrasque figurant Præfuscas. *Alii leg.* tetrisque figuris Perfusas etc.

PRÆFŪSOR, ōris, m. qui præfundit, h. e. aquam in balneis affundit. *Gloss. Cyrill.* Παραχύτης, mestrinus (*sic*), præfusor.

PRÆGĔLĬDUS, a, um, adject. *assai freddo,* καταψυχρος, valde gelidus, præfrigidus. *Liv.* 21. 54. *a med.* In locis Alpibus Apenninoque interjectis propinquitate etiam fluminum ac paludum prægelidis. *Colum.* 4. *R. R.* 8. 3. Prægelida frigora. *Id.* 3. *ibid.* 12. 1. loca. *et* 5. *ibid.* 6. 20. Prægelidus cœli status. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 16. 24. (57). hiems. *Sil. It.* 4. 226. Prægelidi rivi.

PRÆGĔNĔRĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *prægenero,* ante generatus. *Prosper Aquit. Epitaph. hæres. Nestor. et Pelag. ab init.* Nestoriana lues successi Pelagianæ, Quæ tamen est utero prægenerata meo.

PRÆGERMĬNO, as, are, a. 1. ante germino. *V. Plinii loc. cit.* in PRÆFLOREO.

PRÆGĔRO, gĕris, gessi, gestum, gĕrere, a. 3. Part. *Prægestus* in fin. — Prægerere est ante gerere, præferre. *Apul.* 4. *Met. prope fin.* Alius sub oculis dominæ speculum prægerit. — Hinc a Part. præter. pass. *Prægestus,*

Prægesta, ōrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more, sunt ante acta, ante facta. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 5. *n.* 150. *extr.* Oblivione prægestorum affici.

PRÆGESTĬO, is, ire, a. 4. Part. *Prægestiens.* — Prægestire est ante et valde gestire, magnopere cupere, *desiderar molto. Cic. Cœl.* 28. 67. Prægestit animus jam videre primum lautos juvenes, etc. *Horat.* 2. *Od.* 5. 7. juvencæ nunc in udo Ludere cum vitulis salicto Prægestientis. *Catull.* 64. 145. Quis (*sermonibus*) dum aliquid cupiens animus prægestit apisci, Nil metuunt jurare, nihil promittere parcunt.

PRÆGESTUS, a, um. *V.* PRÆGERO.

PRÆGIGNO, is, ere, a. 3. progignere, producere. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 77. Quia nolebam ex me morem prægigni malum. *Alii et ipse* Fleckeisen. *leg.* progigni.

PRÆGLŌRĬŌSUS, a, um, adject. valde gloriosus. Legitur tantum Sup. *Præglorioisissimus* in *Inscript.* sub Impp. Arcad. et Honor. apud *Gruter.* 391. 5., quæ est apud *Orell.* 1182. CL. CLAVDIANO INTER CETERAS VIGENTES ARTES PRAEGLORIOSISSIMO POETARVM etc.

PRÆGNANS, antis, particip. per syncop. pro *prægenans,* a *præ* et *geno* gigno. — Etiam *prægnas, atis,* dictum est. *Plaut. Truc.* 1. 2. 95. Quæ numquam fuit prægnas, qui parere potuit? Adde *eumd. ibid.* 4. 3. 37. Sic *Macrob.* 3. *Saturn.* 11. *in fin.* Cereri faciunt sue prægnate. Etiam apud *Cicer.* ita quidam leg. ex MSS. 1. *Att.* 10. *a med.* Quod soror prægnas est. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 4. *ad Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 6. Quum mænas bene prægnatis (*h. e.* prægnates) alios vorantis (*pro* vorantes) viderem. — Prægnans est in utero ferens, gravida, inciens, ἔγκυος ἐγκύμων (It. *gravida, incinta, pregna;* Fr. *enceinte, pleine;* Hisp. *preñada, encinta;* Germ. *schwanger, trächtig;* Angl. *with child, big with joung, pregnant*).

I.) Proprie. Prægnantem a gravida et inciente ita distinguit *Paul. Diac. p.* 97. 15. *Müll.* Gravida est quæ jam gravatur concetu: prægnans velut occupata in generando (alii leg. *genando*) quod conceperit: inciens propinqua partui, quod incitatus sit fetus ejus. Egeriæ nymphæ (eod. teste *p.* 77. 10. *Müll.*) sacrificabant prægnantes, quod eam putabant facile conceptam alvum egerere. — *a)* De mulieribus. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 18. Nam abducta a vobis prægnans fuerat filia, neque fuisse prægnantem unquam ante hunc scivi diem. *Cic.* 1. *Orat.* 40. 183. Quum paterfamilias uxorem prægnantem in provincia reliquisset. *Juvenal.* 6. 404. Facere aliquam prægnantem. — *b)* De bestiis. *Horat.* 3. *Od.* 27. 2. prægnans canis. *Varro* 2. *R. R.* 4. 7. sus. *et ibid.* 2. 14. ovis. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 63. 83. (181). Vicisse Olympia equam prægnantem, invenimus. *et ibid.* (182). Prægnantes quadripedes. *et* 29. *ibid.* 4. 27. (89). Si mus araneus prægnans momordit.

II.) Translate. ¶ 1. Speciatim. — *a)* De arboribus. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 32. (58). *de arbore turis.* Prior atque naturalis vindemia incidentibus qua maxime videatur esse prægnans, tenuissimusque tendi cortex. *Id.* 17. *ibid.* 14. 24. (105). Surculi prægnantes. *et ibid.* 21. 35. (155). Prægnantes oculi arborum. — *b)* De lapidibus. *Id.* 10. *ibid.* 3. 4. (12). *de aetite.* Est autem lapis iste prægnans, intus alio, quum quatias, velut in utero, sonante. *Id.* 37. *ibid.* 10. 66. (180). Pæanitides gemmæ prægnantes fieri et parere dicuntur. — *c)* Et de aliis rebus. *Id.* 31. *ibid.* 10. 46. (112). Spumam nitri antiqui negabant fieri, nisi quum ros cecidisset, prægnantibus nitrariis, sed nondum parientibus. *Scribon. Compos.* 61. Solent gingivæ quorumdam fluore infestari: quas prægnantes vocant. Idem ait *Marcell. Empir. c.* 10. *p.* 100. *retro* ed. *Ald.* ¶ 2. Est etiam universim plenus, gravidus, *pieno, gravido. Plin.* 24. *Hist. nat.* 15. 80. (130). Prægnans succo herba. *Id.* 32. *ibid.* 6. 21. (59). Ostrea multo lacte prægnantia. *Id.* 11. *ibid.* 37. 62. (164). Prægnans veneno vipera. — Item turgens, tumidus, instar uteri prægnantis. *Colum.* 10. *R. R.* 379. gelidas per graminis umbras Intortus cucumis, prægnansque cucurbita serpit. *Plaut. Asin.* 2. 2. 10. Etiam de tergo ducentas plagas prægnantes dabo. *Juvenal.* 2. 55. tenui prægnantem stamine fusum Torquere.

PRÆGNĀTĬO, ōnis, *f.* 3. graviditas, *gravidanze,* κυήσις.

I.) Proprie. — *a)* De mulieribus. *Seren. Sammon.* 33. 622. Atque ubi jam certum spondet prægnatio fetum etc. *Apul.* 1. *Met.* Eadem amatoris sui uxorem, quod in eum dicacule probrum dixerat, jam in sarcinam prægnationis obsepto utero, et repigrato fetu, perpetua prægnatione damnavit. — *b)* De bestiis. *Varro* 2. *R. R.* 1. 18. Appello feturam a conceptu ad partum: hi enim prægnationis primi et extremi fines.

II.) Translate. ¶ 1. De arboribus. *Varro* 1. *R. R.* 44. 4. Prægnantia quum sunt, matura pariunt poma, aut spicam. In eodem loco eodem anno nihil renascitur, quod prægnationis diem idem bis habere non potest. ¶ 2. Per meta-

phoram. Deum ipsum ita alloquitur *Apul. Trismeg. ad fin.* Cognovimus te, lumen maximum; intelleximus te, o vitæ vera vita, o naturarum omnium fecunda prægnatio. *h. e.* qui prægnantes facis.

PRÆGNATUS, a, um, adject. antea natus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 79.

PRÆGNĀTUS, us, m. 4. prægnatio. *Tertull. advers. Jud.* 9. *ante med.* Juvenculæ prægnatus et partus. Adde *eumd.* 3. *advers. Marcion.* 8.

PRÆGNĀVĬTER, adverb. valde gnaviter, sedulo. *Plaut. Pers.* 4. 4. 39. Age, indica prægnaviter. *Alii leg.* prognaviter, eod. sensu: alii cum *Non. p.* 150. 7. *Merc. prognariter,* h. e. valde gnare, scite, perite, aperte. Sic *Ennius* apud *Non. ibid.* Ut pro Romano populo prognariter armis Certando, prudens animam de corpore mitto. *h. e.* strenue, constanter, fortiter, ut ipse *Non.* exponit.

PRÆGNAX, ācis, adject. omn. gen. qui multum et sæpe prægnans est. *Fulgent.* 2. *Mythol.* 3. Junonem deam etiam partus volunt, quod divitiæ semper prægnaces sint, et nonnumquam abortiant. *Recentiores tamen recte putant legendum* prægnates.

PRÆGRĂCĬLIS, e, adject. *molto gracile,* κίτισχνος, valde gracilis, pergracilis. *Tac.* 4. *Ann.* 57. Erat illi prægracilis et incurva proceritas.

PRÆGRĂDO, as, are, a. 1. *precedere,* prægredior, præcedo, antevenio. *Pacuvius* apud *Non. p.* 65. 3. *Merc.* Extremum intra campterem ipsum παρθένος eum prægradat. Ita legit *Bothe. V.* CAMPTER.

PRÆGRANDIS, e, adject. valde grandis, pergrandis, *assai grande, ὑπερμέγας.*

I.) Proprie. *Pacuvius* apud *Festum p.* 355. 24. *Müll.* Feroci ingenio torvus, prægrandi gradu. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 25. 49. (138). Prægrandes arbores. *Id.* 4. *ibid.* 13. 27. (95). aures. *Id.* 8. *ibid.* 33. 54. (121). (et *Sueton. Tib.* 68.) oculi. *et ibid.* 45. 70. (176). boves. *Id.* 3. *ibid.* 16. 20. (119). Claudius Cæsar prægrandi illa domo verius quam nave intravit Hadriam. *Id.* 11. *ibid.* 37. 74. (191). Prægrande fel. *Id.* 8. *ibid.* 15. 16. (40). labrum superius. *Sueton. Tib.* 60. Prægrandis locusta.

II.) Translate. *Pers.* 1. 124. prægrandis senex. *h. e.* Aristophanes.

PRÆGRĂVĀTUS, a, um. *V.* PRÆGRAVO.

PRÆGRĂVĬDUS, a, um, adject. valde gravidus, seu gravis. *Stat.* 6. *Theb.* 700. Molis prægravidæ castigat pulvere lapsus. *h. e.* disci ponderosi.

PRÆGRĂVIS, e, adject. valde gravis, pergravis, *assai grave, pesante,* περίβαρυς.

I.) Proprie. *Ovid. Heroid.* 9. 98. Prægrave compressa fauce pependit onus. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 21. 32. (77). Fera catoblepas caput prægrave ægre ferens: id dejectum semper in terram. *Martial.* 4. 18. hibernǫ prægravis unda gelu. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 51. (103). *de perdice.* Si auceps ad nidum cœpit accedere, adprocurrit pedes ejus feta, prægravem aut delumbem sese simulans. *h. e.* tardam et volatui inhabilem. — Similiter *Tac.* 2. *Hist.* 21. Aperti incautique muros subiere, cibo vinoque prægraves.

II.) Translate. — *a*) De abstractis. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 8. 6. (45). Prægrave servitium. *h. e.* valde molestum, onerosum. *Varro* apud *Non. p.* 440. 14. *Merc.* Ubi prægraves pascuntur pavonum greges. *h. e.* magni sumptus. *Alii leg.* graves. — *b*) De hominibus. *Tac.* 11. *Ann.* 19. Sin prospere egisset, formidolosum paci virum insignem, et ignavo Principi prægravem. *et* 14. *ibid.* 3. Postremo-prægravem (*Agrippinam*) ratus (*Nero*), interficere constituit.

PRÆGRĂVO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Prægravans, Prægravatus* et *Prægraturus* I. — Prægravare est idem ac valde gravem esse, pondere premere, opprimere, obruere, *aggravare molto, essere assai gravoso, premere, opprimere,* ἐπιβρίθω.

I.) Proprie. *Liv.* 7. 23. *sub fin.* Onerati telis Galli, quibus aut corpora transfixa, aut prægravata inhærentibus gerebant scuta. *Colum.* 6. *R. R.* 7. 4. Prægravato capite si sæpius lacrimæ profluent, etc. *Grat. Cyneg.* 119. Aut contra, ut tenero destrictas cortice virgas Prægravat ingenti pernix Lucania cultro! *h. e.* onerat hastile grandi spiculo tenui virgæ præfixo. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 77. corpus onustum Hesternis vitiis animum quoque prægravat una. *Colum.* 7. *R. R.* 6. 2. Caper optimus habetur plena et brevi cervice, flaccidis et prægravantibus auribus etc. *h. e.* deorsum pendentibus quasi graves sint. *Liv.* 35. 42. *extr.* Si summa petantur, et dantem et accipientem prægravatura. *Id.* 5. 34. Exonerare prægravante turba regnum cupiens. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. *n.* 163. Cicatricis novitas-si carnis pondere fuerit prægravata, etc. Cf. *Ammian.* 18. 1. Diligenter observans, ne quem tributorum sarcina prægravaret.

II.) Translate. ¶ 1. Est præponderare, *preponderare, pesar più,* ὑπεραστμίζομαι. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (184). *de putatione vitium.* Dividi putatione pollices æquali examine, ne prægravet fructus parte aliqua. ¶ 2. Item supergrediendo opprimere. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 13. Urit enim fulgore suo, qui prægravat artes Infra se positas. *h. e.* longe multo superat, et gravis est inferioribus. ¶ 3. Per metaphoram est prævalere, *avere il sopravvento. Seneca* 1. *Clem.* 24. Cito apparebit, pars civitatis deterior quanto prægravet. *Sueton. Cæs.* 76. Prægravant tamen cetera facta dictaque ejus, ut et abusus dominatione, et jure cæsus existimetur. Adde *Val. Max.* 3. 7. *n.* 6. *extern.*

PRÆGRĔDĬOR, grĕdĕris, gressus sum, grĕdi, dep. 3. Part. *Prægrediens* et *Prægressus* I. — Prægredi est ante gradi, præcedere, præire, *precedere, andare innanzi,* προαγω, προπορεύομαι.

I.) Proprie. — *a*) Cum Dativo. *Varro* 2. *R. R.* 7. 6. Equi boni futuri signa sunt, si, quum flumen trajiciendum est, gregi in primis prægreditur, ac non respectat alios. — *b*) Cum Accusativo. *Sueton. Tib.* 7. *extr.* Prægredi aliquem pedibus toto itinere. *Liv.* 28. 1. non solum nuncios, sed etiam famam adventus sui. *Id.* 21. 35. Prægressus signa Hannibal. *Justin.* 24. 3. 4. Prægressa igitur virum, diem festum urbi in adventum ejus indicit. *Tac.* 14. *Ann.* 23. Illum fines suos prægredientem incursavere Mardi. — *c*) Absolute. *Cic.* 13. *Phil.* 2. 4. Latera tegentes alios, sequentes alios, alios prægredientes amicos. *Sall. Jug.* 94. Igitur prægrediens Ligus etc. *Liv.* 35. 30. Sequi suorum agmen aliquantum prægressum insistunt. *Tac.* 11. *Ann.* 37. Raptim in hortos prægressus.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro prævenire, *giungere prima, prevenire. Stat.* 5. *Silv.* 1. 105. Quæque tuas laurus volucri, Germanice, cursu (*al.* curru) Fama vehit prægressa diem. ¶ 2. Item pro superare. *Pseudo-Sall. in orat.* 1. *ad Cæs.* 1. Qui tantum alios prægressus es, uti prius defessi sint homines laudando facta tua, quam etc. *di tanto hai avanzato gli altri,* etc.

PRÆGRESSIO, ōnis, f. 3. *precedimento,* προβασις, actus prægrediendi, præcursio. *Cic. Fat.* 19. *a med.* Ut nihil fieret sine prægressione causæ.

PRÆGRESSUS, a, um. *V.* PRÆGREDIOR.

PRÆGRESSUS, us, m. 4. prægressio. *Ammian.* 21. 5. *extr.* Expertus, quid in rebus tumultuosis anteversio valeat et prægressus. Adde *Cic.* 1. *Off.* 4. 11., ubi *alii leg.* progressus. Ceterum vocem *prægressus* exhibent etiam *Not. Tir. p.* 44.

PRÆGŪBERNANS, antis, particip. ab inusit. *prægubernо,* præeundo gubernans. *Sidon.* 5. *Ep.* 13. Musculis similis, inter saxosa, vel brevia balænarum corpulentiam prægubernantibus.

PRÆGUSTANS, antis, particip. *V.* PRÆGUSTO I. in fin.

PRÆGUSTĀTĪVUS, a, um, adject. qui antea gustari solet. *Fulgent. de prisc. serm.* 40. *p.* 565. 9. *Merc.* Edulium ab edendo dicitur prægustativa comestio.

PRÆGUSTĀTOR, ōris, m. 3. qui prægustat, προγευστής, προτένθης (It. *assaggiatore, coppiere; Fr. dégustateur, échanson;* Hisp. *el hombre quien gusta, copero, escanciano;* Germ. *der Vorkoster, d. Mundschenk;* Angl. *a taster, fore-taster, a carrer, a cupbeaber*).

I.) Proprie. Servos habere prægustatores, qui cibum potumque epulantibus dominis inferrent, et gustu explorarent, ut ait *Tac.* 12. *Ann.* 66. et 13. *ibid.* 16., Persæ primum ac Græci instituerunt, tum ad judicandum, an apti essent reteteque conditi, tum præsertim ad veneni suspicionem tollendam, uti a *Xenoph. Cyrop. l.* 1. *c.* 3. et *Athenæo Dipnos. l.* 4. *c.* 21. proditum est. E Romanis primus fortasse M. Antonius prægustatore usus est apud Cleopatram, a qua sibi injuria venenum metuebat, ut narrat *Plin.* 21. *Hist. nat.* 3. 9. (13). Mox eumdem ipse adscivit Augustus, ac deinde reliqui Cæsares habuere; quin etiam non uno ii aut altero prægustatore contenti, horum collegium in domo Augusta instituerunt, in qua et *procurator* et *decuriones prægustatorum* fuere. *V.* LIBATOR. *Sueton. Claud.* 44. Veneno occisum quidam tradunt per Halotum spadonem prægustatorem. Adde *Tac.* 12. *Ann.* 66. *Inscript.* apud *Gruter.* 602. 4. PRAEGVSTATOR DIVI AVGVSTI. Adde *ibid.* 582. 1. *Alia* apud *Don. cl.* 9. *n.* 24. CHRYSAORI AVG. L. PRAEGVSTATORI BENEMERENTI COLLEGIVM PRAEGVSTATORVM FECIT. *Alia* apud *Gruter.* 581. 13. TI. CLAVDIVS AVG. LIB. ZOSIMVS PROCVRATOR PRAEGVSTATORVM. Alia apud *Murat.* 907. 3. C. IVLIVS AVG. L. PRIMITIVVS DECVRIO PRAEGVSTATORVM. — Ex plurimis Inscriptionibus jam innotuerant prægustatores Augustorum, at nunc id muneris datum fuisse tricliniarchæ, cognoscimus ex alia nuper reperta, edita vero in *Bullett. dell' Instit. archeol. anno* 1840. *p.* 95. TI. CLAVDIVS AVG. LIB. BVCOLAS PRAEGVSTATOR TRICLINIARCH. — Etiam privati homines prægustatorem habuisse videntur. *Inscript.* apud *Gruter.* 626. 2. M. VIBIO M. LIB. CATINIO VIBIONINO M. VIBIVS HILARVS PRAEGVSTATOR.

II.) Translate. *Cic. Dom.* 10. 25. Heluoni spurcissimo, prægustatori libidinum tuarum, homini egentissimo et facinorosissimo Sex. Clodio, etc. *Lactant. Mort. persecut.* 38. Hunc jam induxerat morem (*Maximinus Daza*), ut nemo uxorem sine permissu ejus duceret, ut ipse in omnibus nuptiis prægustator esset. *V.* PROPINO.

PRÆGUSTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆGUSTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Prægustans* et *Prægustatus* I. — Prægustare est ante gustare, prælibare, gustu explorare, *gustare innanzi, assaggiare,* προγεύομαι.

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Phædr.* 4. 23. Ubi immolatur, exta prægusto deum. *Ovid.* 1. *Amor.* 4. 33. Si tibi forte dabit, quos prægustaverit ipse, Rejice libatos illius ore cibos. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 9. 55. (80). Prægustare mel. — *b*) Speciatim *Justin.* 12. 14. 9. Philippus et Jollas prægustare ac temperare potum regis soliti. *far la credenza.* Adde *Juvenal.* 6. 633. Similiter *Justin.* 12. 14. 9. In aqua frigida venenum habuerunt, quam prægustatæ jam potioni supermiserunt. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 3. 9. (12). Gratificationem ipsius regiæ Antonius timens, nec nisi prægustatos cibos sumens. *V.* PRÆGUSTATOR I. — Part. *Prægustans* est idem ac prægustator apud *Plin.* 21. *Hist. nat.* 3. 9. (13). En ego sum, inquit, illa, Marce Antoni, quam tu nova prægustantium diligentia caves.

II.) Translate. ¶ 1. Est ante sumere. *Juvenal.* 6. 659. At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ: Sed tamen et ferro, si prægustaret Atrides Pontica ter victi cautus medicamina regis. *h. e.* Antidota Mithridatis ante sumeret, ut se a venenis tutum redderet. ¶ 2. Per metaphoram. *Cassiod.* 6. *Hist. Eccl.* 1. *ante med.* Apud quem (*Libarium*) Julianus quum verba philosophica prægustasset, cœpit etiam doctoris imitari religionem.

PRÆGYPSO, as, are, a. 1. gypso ante obduco. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 2. *ad fin.* Sed erit primo os vasculi prægypsandum.

PRÆHĪBĔO, es, ere, a. 2. *dare, somministra-*

re, verbum Plautinum, et *præ* et *habeo*, idem valens ac *præbeo*, quod ab eo contracte factum est. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 49. Cur ego vestem, aurum, atque ea, quibus est vobis usui, præbibeo? *et* 1. 3. 134. Præbibere alicui cibum. *et Merc.* 3. 1. *in fin.* alicui locum. *et Pers.* 4. 3. 41. alicui operam atque hospitium. *et Rud.* 1. 2. 5. Ut verba præbibes, me periisse prædicas. *h. e.* ut verba facis, ut loqueris. Adde *eumd. Merc.* 5. 4. 63. *Petron. Satyr.* 117. Mendacio fidem præbibere. *Alii tamen leg.* præbere.

PRÆINFŪSUS, a, um, particip. ab inusit. *præinfundo*, ante infusus. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 34. Mulsum, in quo præcocta, vel præinfusa fuerit ruta. *Id. ibid.* 37. *n.* 200. Utemur etiam præinfusis Thebaicis palmulis. Adde *eumd.* 4. *Tard.* 3. *n.* 47.

PRÆINNŬO, is, ere, a. 3. ante innuo, præsignifico. *Varro* apud *Non. p.* 91. 4. *Merc.* Aut frigidos nimbos aqua icta caduciter ruentis Præinnuerint aquatiles querquedulæ natantes. *Alii leg.* pertimuerint, probante *Ohelero*, *M. Ter. Varron. Satur. Menipp. p.* 117. et cl. *J. Vahleno*, *Analect. Nonian. p.* 27. *Pro* nimbos aqua icta caduciter *Büchelerus*, *Mus. Rhen. XIV. p.* 438., *recte leg.* nimbos cito ac caduciter.

PRÆINSTO, as, are, n. 1. antea instare. *Boeth. Aristot. elench. sophist.* 2. *p.* 748. Quascumque interrogationum præsenserit aliquis, præinstandum est.

PRÆINSTRŬO, is, ere, a. 3. antea instruere. *Boeth. Aristot. elench. sophist.* 2. *p.* 756. Quia autem præinstruitur quis ab ea propter sophistices vicinitatem, etc.

PRÆINTELLĪGO, is, ere, a. 3. ante intelligo. *Boeth.* in *Porphyr. dialog.* 2. *p.* 44. Huc accedit, quod species prænoscuntur, id est præintelliguntur, hoc est ante esse cognoscuntur, quam accidentia.

PRÆINTERRŎGO, as, are, a. 1. antea interrogare. *Boeth. Aristot. elench. sophist.* 2. *p.* 754. Sed oportet hoc præinterrogare.

PRÆJĂCĔO, es, ere, n. 2. Part. *Præjacens.* — Præjaceo est idem atque antea jaceo, aut positus sum, *giacere o essere situato innanzi*, πρόκειμαι. — *a)* Cum Dativo. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 24. (75). Vastum mare præjacens Asiæ. — *b)* Cum Accusativo. *Tac.* 12. *Ann.* 36. Campus, qui castra præjacet. — *c)* Absolute. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (33). Oppida de cetero rara, præjacentibus stagnis. *et* 9. *ibid.* 29. 46. (86). *de polypis.* Vescuntur conchyliorum carne, quorum conchas complexu crinium frangunt: itaque præjacentibus testis cubile eorum deprehenditur.

PRÆJĂCĬO, jăcis, jēci, jactum, jăcere, a. 3. Part. *Præjicientes* ab alia forma *præjicio* legitur apud *Festum p.* 249. 34. *Müll. V.* et PRÆJICIO loco suo. — Part. *Præjactus* II. — Præjacere est ante jacere, προβάλλω.

I.) Proprie. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 10. Mox præjaciuntur in gyrum moles.

II.) Translate. *Dictys Cret.* 2. *B. Troj.* 24. Multis in contumeliam Græcorum præjactis probris.

PRÆJACTO, as, āvi, are, a. 1. antea jactare. *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Planc.* 24. (edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 70.). Cassius præjactaverat, hunc ædilem primo ante alios loco fieri debuisse.

PRÆJECTĪVUS, a, um, adject. qui præjicitur, vel præponitur. *Scaurus de orthogr. p.* 2254. *Putsch. O* præjectiva est *e* litteræ, ut *oe*, et secundum antiquos eadem *i*. *V* littera omnibus vocalibus et præjectiva et subjecta consentit, ut etc. Adde *eumd. ibid.*, et *V.* PRÆJICIO.

PRÆJECTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆJĬCĬO, jĭcis, jēci, jectum, jĭcere, a. 3. Part. *Præjectus.* — Præjicere est præponere apud *Scaurum de orthogr. p.* 2254. *Putsch. F* præjecta conspirat cum *l*, *n*, *r*, *et paullo ante.* Ex consonantibus *b* præjicitur litteris *d*, *l*, *n*, *r*-; alii nulli. Adde *eumd. ibid.* sæpe. *V.* et PRÆJACIO sub init.

PRÆJŪDEX, icis, m. 3. qui ante judicat. *Gloss. Philox.* Præjudex, προδικαστής.

PRÆJŪDĬCĀTĬO, ōnis, *f.* 3. præjudicium. *Quintil.* 4. 2. 25. Si jam præjudicatione senatus damnatus esset Milo. *Plerique alii leg.* præjudicio.

PRÆJŪDĬCĀTUM, i, n. 2. *et*

PRÆJŪDĬCĀTUS, a, um. *V.* PRÆJUDICO in fin.

PRÆJŪDĬCĬĀLIS, e, adject. ad præjudicium pertinens. ¶ 1. Generatim. *Imppp. Valentinian., Theodos. et Arcad. Cod. Theod.* 11. 30. 50. et *Impp. Honor. et Theodos. ibid.* 65. Præjudicialem multam subire. *h. e.* quæ judicio ante habito, vel legibus antea latis irrogata est. Adde *Symmach.* 10. *Ep.* 51. (*al.* 58.) ¶ 2. Speciatim de actionibus præjudicialibus, et formulis. *V.* PRÆJUDICIUM II. 3.

PRÆJŪDĬCĬĀLĬTER, adverb. cum præjudicio, vel damno. *Cassiod. de anim.* 9. Sunt etiam singularia in medio constituta, ne in unam partem præjudicialiter vergentia alteram competenti decore nudarent, nasus, os, guttur, pectus, umbilicus et genitalium virga descendens.

PRÆJŪDĬCĬUM, ii, n. 2. judicium ante factum, sententia ante lata de eadem re, aut simili, sive pro, sive contra causam, de qua nunc agitur, προδικασία, προκατάγνωσις (It. *giudizio o sentenza anticipata*; Fr. *jugement antérieur, décision préalable, premier arrêt*; Hisp. *juicio anterior, sentencia anterior, primero arresto*; Germ. *d. vorläufige Urtheil,-Erkenntniss, Präjudiz*; Angl. *a jugement or sentence which affords a precedent to be afterward followed*).

I.) Proprie. *Quintil.* 5. 2. 1. Præjudiciorum vis omnis tribus in generibus versatur: rebus, quæ aliquando ex paribus causis sunt judicatæ, quæ exempla rectius dicuntur, ut de rescissis patrum testamentis, vel contra filios confirmatis: judiciis ad ipsam causam pertinentibus; unde etiam nomen ductum est; qualia in Oppianicum facta dicuntur, et a senatu adversus Milonem: aut quum de eadem causa pronunciatum est, ut in reis deportatis, et assertione secunda, et partibus centumviralium, quæ in duas hastas divisæ sunt. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 4. 12. De quo non præjudicium, sed plane judicium jam factum putatur. Ubi *Pseudo-Ascon.* Præjudicium dicitur res, quæ quum statuta fuerit, affert judicaturis exemplum, quod sequantur (*caso seguito*): judicium autem res, quæ causam litemque determinat. *Cic. Cluent.* 22. 59. Apud eosdem judices reus est factus, quum iis duobus præjudiciis jam damnatus esset. *Quintil.* 5. 11. 13. Per quæ fere omnia Cicero præjudicia, quæ de Cluentio videbantur facta, subvertit. *Id.* 6. 5. 10. Cicero pro Milone non ante narravit, quam præjudiciis omnibus reum liberavit. *Curt.* 7. 1. Sine præjudicio dicimus causam, liberis corporibus animisque. *Plin.* 7. *Ep.* 6. Postulavit, ne cognitioni Cæsaris præjudicium fieret. *h. e.* ut integra omnia cognitioni Cæsaris reservarentur. — In bonam partem. *Liv.* 35. 10. His obtinuit, ut præferretur candidato, quem Africanus frater deducebat, quem Cornelia gens, quem tantum præjudicium senatus.

II.) Translate. ¶ 1. Præjudicium dicitur quidquid antea gestum impulsui aut exemplo est ad quippiam faciendum. *Cæs.* 2. *B. C.* 32. Pompejus nullo prælio pulsus, vestri facti præjudicio demotus Italia excessit. *et ibid. sub fin.* Hispaniarum deditionem, Africi belli præjudicia sequimini. *Cic. Mur.* 28. 60. Iniquam legem, judices, et miseram conditionem instituet periculis hominum, si existimabit, judicium accusatoris in reum pro aliquo præjudicio valere oportere. *Sueton. Cæs.* 23. Functus consulatu in provinciam abiit, et statim quæstor ejus in præjudicium aliquot criminibus arreptus est. *h. e.* in spem et exemplum similis futuri de eo judicii. *Plin.* 5. *Ep.* 1. Curianus orabat, ut sibi donarem portionem meam, seque præjudicio juvarem. *Vopisc. Aurelian.* 16. Præjudiciis fultus. *h. e.* gravi magnorum virorum auctoritate. ¶ 2. Interdum ponitur pro re, quæ judicio mox ferendo obest, *pregiudizio, danno. Seneca* 4. *Benef.* 35. Promisi advocationem: postea apparuit, per illam causam præjudicium in patrem meum quæri. *Gell.* 2. 2. Invitavit Taurus patrem præsidis, ut sederet: atque ille ait: sedeat hic potius, qui populi R. magistratus est. Absque præjudicio, inquit Taurus, tu interea sede, dum inspicimus etc. *Imp. Gordian. Cod.* 7. 56. 2. Res inter alios judicatæ neque emolumentum afferre his, qui judicio non interfuerunt, neque præjudicium solent irrogare. *Ulp. Dig.* 1. 6. 10. Neque enim alimentorum causa veritati facit præjudicium. *Scævola ibid.* 40. 4. 29. *a med.* Filium nihil præjudicii passum fuisse, si pater eum ignoravit. *Tryphonin. ibid.* 26. 2. 27. Sine ullo litis præjudicio. ¶ 3. Apud JCtos *præjudicium* dicitur quæstio controversa, de qua prius cognoscendum est, quam præcipua causa disceptetur, quia illa huic præjudicium facit. Hujusmodi sunt ea judicia, quæ de statu personæ redduntur, in quibus quæritur, an filius quis sit, an pater, an servus, an libertus, an ingenuus, etc. *Ulp. Dig.* 40. 14. 6. Quoties de hoc contenditur, an quis libertus sit, sive operæ petantur, sive obsequium desideretur, *etc.* redditur præjudicium. Sed et quoties quis libertum se quidem confitetur, libertum autem C. Seji se negat, idem præjudicium datur. *h. e.* prius disceptatur et deciditur, an libertus sit: postea, an operas, aut obsequium debeat. *Papir. Just. ibid.* 42. 5. 30. Qui bona sua negant jure venisse, præjudicio experiri debere. *Ulp. ibid.* 25. 3. 5. *a med.* Nec tamen alimentorum decretum tollet liberto facultatem, quo minus præjudicio certare possit, si libertum se neget. *Id. ibid.* 22. 3. 18. Patronus in præjudicio possessor esse videtur. *Id. ibid.* 2. 4. 8. Si præjudicio pronuncietur esse libertus. — Hinc *præjudiciales actiones* apd *Justinian.* 4. *Instit. tit.* 6. *ante med.*, quibus scilicet hujusmodi præjudicia instituuntur. Et *præjudiciales formulæ* apud *Cajum* 4. *Instit.* (edente iterum *Goeschenio*) § 44. Sicut in præjudicialibus formulis: qualis est, qua quæritur, aliquis libertus sit, vel quanta dos sit, et aliæ complures. ¶ 4. Pro sententia vel proposito ante tempus ab aliquo prolato, *decisione, risoluzione avanti il tempo*, affertur a nonnullis illud *Liv.* 3. 40. Ceterum neminem, majore cura occupatis animis, verum esse, præjudicium rei tantæ afferre. Sibi placere de eo etc. *At* Madvig. (*Emendat. Livian. p.* 97. edit. alt.) legendum putat: Ceterum (etenim, majore cura occupatis animis, verum esse, præjudicium tantæ rei haut fieri) sibi placere etc. ¶ 5. Est etiam sententia vel judicium de futuro rerum eventu, *pronostico. Tac. Germ.* 10. *extr.* Est et alia observatio auspiciorum, qua gravium bellorum eventus explorant. Ejus gentis, cum qua bellum est, captivum, quoquo modo interceptum, cum electo popularium suorum, patriis quemque armis, committunt: victoria hujus vel illius pro præjudicio accipitur. ¶ 6. Item sententia ante animo concepta, *prevenzione. Vulg. interpr.* 1. *Tim.* 5. 21. Testor-ut hæc custodias sine præjudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. ¶ 7. Item generatim est impedimentum, damnum, *V.* II. 2. *Theod. Priscian. lib.* 1. *c.* 10. *p.* 293. *retro* ed. *Ald.* Caligantes vero oculos hoc modo curamus, si vulneris aliquod non interfuerit præjudicium. *et ibid. c.* 18. *p.* 295. *retro.* Cauteres admovendi eidem loco, si nullum obstiterit præjudicium, ut loca vitalia periclitentur. Adde *eumd. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 18. *extr.*

PRÆJŪDĬCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præjudicatus* in fin. — Præjudicare est ante judicare, præjudicium facere, *giudicare anticipatamente*, προδικάζω.

I.) Proprie in re judiciali. *Cic.* 5. *Verr.* 65. 153. Miror, quomodo de quo homine præjudicium noluerit fieri per recuperatores, de hoc ipso non modo præjudicarit, verum gravissime ac vehementissime judicarit.

II.) Translate. ¶ 1. Extra rem judicialem *Cic.* 3. *Legg.* 20. 47. Apud censores qui magistratu abierint, edant et exponant, quid in ma-

gistratu gesserint: deque iis censores præjudicent, *scil.* antequam causa ad legitimos judices deferatur. *Brut.* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 4. Quod nondum senatus censuit, nec populus R. jussit, id arroganter non præjudico, nec revoco ad arbitrium meum. ¶ 2. Cum Dativo est obesse, *pregiudicare*: eo modo, quo in voce præced. II. 2. dictum est. *Marcell. Dig.* 42. 1. 63. Res inter alios judicatæ aliis non præjudicant. *Ulp. ibid.* 47. 10. 7. Privato judicio legi Corneliæ præjudicari. — Hinc Part. præter. pass.

Præjudicatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Præjudicatissimus;* et est de quo antea judicatum est, ante judicatus, *giudicato innanzi, προκεκριμένος. Cic. Cluent.* 17. 49. Ita reum citatum esse illum, ut, re semel atque iterum præjudicata, condemnatus in judicium venerit. *Id.* 1. *Nat. D.* 5. 10. Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas. *la prevenzione.* et *Liv.* 42. 61. Præjudicatum eventum belli habetis: meliorem partem hostium fudistis. — *Vir præjudicatissimus* dicitur a *Sidon. post carm.* 22. Papinius Statius, quod de ingenii ejus præstantia jam omnium consensu judicatum sit. — Hinc

Præjudicatum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est propositum vel consilium antea captum, *risoluzione, decisione presa prima. Liv.* 26. 2. Ne idipsum, quod consultationi reliquerant, pro præjudicato ferret. ¶ 2. Item opinio vel sententia antea animo concepta, *prevenzione. Cic. Cluent.* 2. 6. Postulo, ut ne quid huc præjudicati afferatis.

PRÆJUNCTUS, a, um, particip. ab inusit. *præjungo,* ante junctus, præmissus. *M. Claud. Sacerdos* 2. 1. Aliqua consonans præjuncta.

PRÆJŪRĀTĬO, ōnis, f. 3. juratio ante facta. Præjurationes facere dicuntur hi, qui ante alios conceptis verbis jurant: post quos in eadem verba jurantes tantummodo dicunt, *idem in me.* Hæc *Paul. Diac. p.* 224. 3. *Müll.* Cujus rei exemplum habes apud *Liv.* 2. 45. *ad fin.*

PRÆJŪRO, as, are, a. 1. antea jurare. *Gloss. Lat. Gr.* Præjuro, *προόμνυμι.*

PRÆJŬVO, jūvas, jūvi, jūvare, a. 1. *ajutare innanzi,* ante juvare. *Tac.* 3. *Hist.* 65. Et credebatur affectam ejus fidem præjuvisse, domo agrisque pignori acceptis.

PRÆLĂBOR, lāberis, lapsus sum, lābi, dep. 3. Part. *Prælabens* II.; *Prælapsus* I. — Prælabi est præfluere, ante labi, *scorrere innanzi, προρρέω.*

I.) Proprie. — *a)* Neutr. *Cic. in Arat.* 2. *Nat. D.* 43. 111. Pisces, quorum alter paullum prælabitur ante. *Tac.* 2. *Hist.* 35. Insula, in quam Germani nando prælabebantur. *Apul. Florid. n.* 23. Festinabant-vulpes cursu, corvus volatu. Igitur ales bestiam prævenit, et secundo flatu, propassis utrisque pennis prælabitur et anticipat. *Lucan.* 9. 355. Quam juxta Lethes tacitus prælabitur amnis. — *b)* Cum Accusativo. *Virg.* 3. *G.* 180. Alphea rotis prælabi flumina Pisæ. *Lucan.* 6. 76. Quoque modo Romæ prælapsus mœnia Tibris In mare descendit.

II.) Translate est præterlabi, præterfluere, *scorrere via. Petron. Satyr.* 99. Ira feras quidem mentes obsidet, eruditas prælabitur. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 29. Prælabentis vero temporis fuga quam sit irreparabilis, quis dubitet?

PRÆLAMBO, is, ere, a. 3. Part. *Prælambens* I. — Prælambere est ante lambere, prægustare, prælibare, *leccare o assaggiare innanzi, προλείχω.*

I.) Proprie. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 108. nec non verniliter ipsis Fungitur officiis, prælambens omne, quod affert. V. *Bentlej.* qui vult *prælibans* ex duob. MSS.

II.) Translate de fluvio lambente seu alluente ripas. *Prudent. Hamartig.* 357. Sed dum lividentes liquor incorruptus arenas Prælambit, putrefacta inter contagia sordet. *Avien. Perieg.* 194. de *Tibri.* Romanosque lares lapsu prælambit alumno.

PRÆLAPSUS, a, um. *V.* PRÆLABOR.

PRÆLARGUS, a, um, adject. Sup. *Prælargissimus.* — Prælargus est valde largus. *Pers.* 1 14. Grande aliquid quod pulmo animæ prælargus anhelet. *Juvenc.* 3. 754. Prælargæ dapes. *Eugen. Tolet. præf.* ad *Dracont.* Implorans vestri solii prælargissimam pietatem.

PRÆLASSĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *prælasso,* ante lassatus. *Frontin.* 2. *Strateg.* 5. *extr.* Prælassatos facile superavit.

PRÆLĀTĬO, ōnis, f. 3. *preferimento, prelazione, πρόκρισις,* actus præferendi, seu anteponendi. *Val. Max.* 7. 8. *n.* 4. Ut non solum flagitiosum silentium, sed etiam prælatio contumeliosa videri posset. *Tertull. Apolog.* 13. Prælatio alterius sine contumelia alterius non potest procedere. Adde *eumd. advers. Valentinian.* 22.

PRÆLĀTĪVUS, a, um, adject. qui prælationem significat. *Cassiod. de orat.* 1. *ante med.* Alii quatuor dicunt gradus esse comparationis: positivum, qui est doctus; comparativum, qui est tam doctus; prælativum, qui est doctior; superlativum, qui est doctissimus: dicentes, non posse illum dici comparativum, qui est doctior, quia non tam comparare, quam præferre videatur. Hæc *Cassiod.* His similia atque insuper alia plura huc spectantia habet *Pompejus Comment. art. Donat.* 10. — *Prælativæ conjunctiones, ut si, sin,* memorantur ab *Aspero p.* 1734. *Putsch.*

PRÆLĀTOR, ōris, *m.* 3. *preferitore, προκρίνων,* qui præfert et antiponit. *Tertull. Pudic.* 2. Idem misericordiæ prælator, quam sacrificii.

PRÆLĀTUS, a, um. *V.* PRÆFERO.

PRÆLĀVĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *prælavo, as,* ante lavatus. *Theod. Priscian.* 1. 27. *ante med.* Caricarum pinguium combustarum cinis vino tepido prælavatus.

PRÆLĂVO, is, ere, a. 3. ante lavo. *Apul. de Mag.* Ejus merito os, ut bono potui poculum, prælavitur.

PRÆLAUTUS a, um, adject. *assai lauto, splendido,* valde lautus. *Sueton. Ner.* 30. Sordidos ac deparcos esse putabat, quibus ratio impensarum constaret: prælautos vereque magnificos, qui abuterentur ac perderent. *Id. Vitell.* 2. Prælautus alioqui, famosusque cœnarum magnificentia.

PRÆLAXĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *prælaxo,* relaxatus. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 27. Motus beneficio prælaxatus ægrotans.

PRÆLECTĬO, ōnis, f. 3. *lezione maestrale, ἐξήγησις,* lectio, qua magister præit discipulis, explanandi et docendi causa. *Quintil.* usurpat de ea, qua legentibus singulis ipse præit: ut 1. 2. 15. At enim emendationi prælectionique numerus (*discipulorum*) obstat etc. *et* 2. 5. 4. Et hercle prælectio, quæ in hoc adhibetur, ut facile atque distincte pueri scripta oculis sequantur: etiam illa, quæ vim cujusque verbi, si quod minus usitatum incidat, docet, multum infra rhetoris officium existimanda est. V. *integr. locum.*

PRÆLECTOR, ōris, m. 3. *lettore, maestro, γραμματιστής,* qui singulis discipulis præit legendo, docendi gratia. V. vocem præced. *Gell.* 18. 5. Et quid putatis, si magistrum prælectoremque habuisset alicujus æris, *quadrupes equus* dicturum fuisse, ac non *quadrupes eques?*

PRÆLECTUS, a, um. *V.* PRÆLĔGO.

PRÆLĔGĀTĬO, ōnis, f. 3. actus prælegandi. *Ulp. Dig.* 33. 4. 1. *et* 2., *ubi tamen plerique alii leg.* relegatio.

PRÆLĔGĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆLĔGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Prælegatus.* — Prælegare, est It. *lasciare anticipatamente, o in ispezialità in testamento,* ante alicui legare, h. e. testamento relinquere, per præceptionem legare. *V.* PRÆCEPTIO 1. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 2. 11. (38). Eam coronam testamento ei prælegavit. *Scævol. Dig.* 33. 8. 26. Peculia filiis prælegavit. *Papinian. ibid.* 31. 1. 69. *ante med.* Fideicommissum non magis petetur, quam si alteri fundum prælegasset. *Id. ibid.* 31. 79. *ante med.* Arbiter non patietur, eum partes coheredibus prælegatas restituere. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* 551. 3. et apud *Orell.* 3461.: et *Scævol. Dig.* 32. 1. 31. — *Obligatio prælegata,* h. e. imposita. *Pompon. Dig.* 34. 3. 8. *ad fin.*

PRÆLĔGO, lĕgis, lēgi, lectum, lĕgere, a. 3. Part. *Prælectus* 2.; *Prælegendus* 1. — Prælegere ¶ 1. Est Ital. *leggere innanzi, o maestralmente, spiegare, insegnare, προαναγιγνώσκω,* ante legere, legendo præire, enarrandi et docendi causa. *V.* PRÆLECTIO. *Quintil.* 1. 5. 11. Auctores, quos prælegunt, criminantur. *et ibid.* 8. 8. Sed pueris, quæ maxime ingenium alant, prælegenda. *Sueton. Gramm.* 16. Primus dicitur Virgilium et alios poetas novos prælegere cœpisse. ¶ 2. Item est ante seligere. *Apul.* 7. *Met.* Gregatim pecua comminantes: unde prælectum grandem hircum Marti victimant. Adde *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 7. *in carm. Inscript.* apud *Orell.* 3425. LICINIO P. F. GAL. LICINIANO PRÆFECTO COHORTIS VII. PRÆLECTO. BVM. *lege* prælectorum. Cf. *Notit. Prov.* sub disposit. Comitis rei milit. per Ægyptum *f.* 204. *b. Ala quintt. Prælectorum;* et *f.* 233. a. *Cohors I. Julia Prælectorum.* ¶ 3. Item præterire, præternavigare, *trascorrere. Tac.* 6. *Ann.* 1. Cæsar, transmisso freto, Campaniam prælegebat. *Rutil.* 1. *Itiner.* 223. Alsia prælegitur tellus, Pyrgique recedunt.

PRÆLĪBĀTĬO, ōnis, f. 3. actus prælibandi, delibatio.

I. Proprie. *Paul. Diac. p.* 235. 4. *Müll.* Præmetium, quod prælibationis causa ante præmetitur. *Ambros. de Isaac et Anim.* 3. Sicut etiam ii qui se osculantur, non sunt labiorum prælibatione contenti, sed spiritum suum sibi invicem infundere videntur.

II.) Translate. *Tertull. Anim.* 58. Salvum debet esse judicio divino negotium suum sine ulla prælibatione sententiæ.

PRÆLĪBĀTUS, a, um. *V.* PRÆLIBO.

PRÆLĪBER, ra, rum, adject. omnino liber. *Prudent. Apotheos.* 115. *de natura superni ignis.* Pura, serena, nicans, liquido prælibera motu.

PRÆLĪBO, as, ātum, are, a. 1. Part. *Prælibans* I.; *Prælibatus* I. et II. — Prælibare est ante libare, prægustare, delibare.

I.) Proprie. *Stat.* 3. *Silv.* 4. 60. Care puer, superis qui prælibare verendum Nectar, etc. *Capell.* 1. *p.* 2. Hymenæo prælibante disposita. *Alii leg.* prælibanter. *Ambros. de Dignit. Sacerd.* 5. His ita prælibatis.

II.) Translate. *Stat.* 2. *Achill.* 87. Tum vero intentus vultus, ac pectora Ulysses Prælibat visu, *h. e.* scrutatur oculis, contemplatur, totumque pererrat luminibus tacitis, ut ait *Virg.* 4. *Æn.* 363. *Trebell. Poll. XXX. Tyr.* 13. Multa de hoc in patris imperio prælibata sunt. Sic *Boeth.* in *Porphyr. Dial.* 1. *p.* 6. Hæc igitur, nisi prælibata generis specieique cognitione, sciri non possunt. *Id.* in *Topic. Cic.* 5. *p.* 823. Quum hæc ad scientiam rite prælibata pervenerint. — Singulare est illud *Venant. Fortun.* 5. *carm.* 4. *præfat.* Et si non aliqua compte, saltem comiter prælibare, *h. e.* oratione præstringere.

PRÆLĪCENTER, adverb. *assai licenziosamente,* valde licenter. *Gell.* 16. 7. Laberius in Mimis, quos scriptitavit, oppido quam verba finxit prælicenter! Nam et mendicimonium dicit, et mœchimonium, etc. *Ammian.* 16. 5. Prælicenter disponens, quid in convivio Cæsaris impendi deberet. Adde *eumd.* 17. 8.

PRÆLĪDO. *V.* PERLUDO.

PRÆLĪGĀMEN, ĭnis, n. 3. Usurpari dicitur a *Marcello Empir. c.* 8. *et c.* 31. *p.* 132. ed. *Ald.* pro amuleto. *V.* PRÆLIGO.

PRÆLĪGĀNEUM Vinum apud *Caton. R. R.* 23. a prælegendo dictum videtur, quod ante justam vindemiam legantur et premantur uvæ, quæ ætatem ferre non queunt. V. *Catonis* verba *loc. cit.* in MISCELLUS.

PRÆLĪGĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆLĪGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Prælligatus* in omnibus paragr. — Prælligare est ante, vel circum ligare, *legare innanzi o intorno, ἀποδέω.*

I.) Proprie. ¶ 1. Est in anteriori parte, vel circum ligare. *Liv.* 22. 16. Arida sarmenta præ-

ligantur cornibus boum. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 2. 10. (38). Cauda pecoris quam arctissime præligata. *Id.* 17. *ibid.* 14. 24. (109). Vestigio fissuræ falce in truncis facto, salice præligant marginem ipsum. ¶ 2. Item est rem aliquam cum alia ligare. *Sueton. Cæs.* 79. Quum quidam statuæ ejus coronam candida fascia præligatam imposuisset. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (180). Dejecta pars palmitis, aut præligata fructum dat. *Id.* 30. *ibid.* 5. 12. (40). Linum quo præligata infra caput vipera pependerit, donec exanimaretur.

II.) Translate. ¶ 1. Est nodo vel alia ratione conjungere, constringere, colligere. *Cic.* 2. *Invent.* 50. 149. Os obvolutum folliculo et prælligatum. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 6. 17. (63). Vulnera nodo Herculis prælligare. *Id.* 25. *ibid.* 8. 53. (93). Dictamnum qui legere, in ferula, vel arundine condunt, prælligantque, ne potentia evanescat. ¶ 2. Item obvolvere, obtegere. *Petron. Satyr.* 102. *extr.* Prælligemus vestibus capita, et nos in profundum mergamus. *h. e.* obvolvamus. *Spartian. Did. Jul.* 7. Prælligatis oculis. ¶ 3. Per metaphoram. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 28. O prælligatum pectus! *h. e.* insanum, demens: quasi veneficiis et incantamentis, ceu quibusdam vinculis, ligatum et defixum.

PRÆLĪNĪTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆLĪNO, līnis, lĭtum *et* līnĭtum, lĭnere, a. 3. Part. *Prælitus* et *Prælinitus* I. — Prælinere est idem fere quod linere, vel in anteriore parte linere.

I.) Proprie. *Gell.* 13. 23. M. Cato, consularis et censorius, villas suas inexcultas et rudes, ne tectorio quidem prælitas fuisse dicit. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 4. *a med.* Linteolum prælinitum oleo cocto vel sale. *Id.* 3. *ibid.* 8. *n.* 120. Vas fictile novum, prælitum.

II.) Translate. *Gell.* 7. 14. *extr.* Unumquodque genus quum caste pudiceque ornatur, fit illustrius; quum fucatur atque prælinitur, fit præstigiosum.

PRÆLĬOR. *V.* PRÆLIOR.

PRÆLĬQUĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *prælĭquo*, antea liquatus. *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 10. *ante med.* Prælĭquatus atque pravus liquor.

PRÆLĪTUS, a, um. *V.* PRÆLINO.

PRÆLĬUM. *V.* PRÆLIUM.

PRÆLŎCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. antea locare, præponere, præmittere. *Capell.* 5. *p.* 170. Si pro trochæo pænultimo spondeum prælocaveris. *Augustin. T. de Gen. ad litt.* 17. Sensus in sola facie prælocati sunt. *Terentian. de syllab. p.* 2390. *Putsch.* Consonans si prælocatur una, quantum differat.

PRÆLŎCŪTĬO, ōnis, f. 3. *prefazione, proemio*, προοίμιον, præfatio, proœmium.

I.) Proprie, vel abstracta significatione. *Seneca* 3. *Excerpt. controv. præf. a med.* Silo Pompejus sedens et facundus et litteratus est; et haberetur disertus, si a prælocutione dimitteret: declamat tam male, ut videar bene optasse, quum dixi: numquam surgas. *V.* PRÆFATIO.

II.) Translate, vel concreto, uti ajunt, sensu. *Augustin.* 4. *Doctr. Chr.* 2. Exspectationem legentium ista prælocutione cohibeo. *Frontin.* 3. *Strateg. præf.* Nec (*lectorem*) morabor ulla prælocutione.

PRÆLŎCŪTUS, a, um. *V.* PRÆLOQUOR.

PRÆLONGO, as, are, a. 1. *allungare*, valde longum facio, ἀπομηκύνω. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 2. 1. (3). *de insect.* Qua subtilitate natura pennas adnevit! prælongavit pedum crura!

PRÆLONGUS, a, um, adject. *assai lungo*, περιμήκης, valde longus. *Lucret.* 3. 614. Prælonga cornua senis cervi. *Liv.* 22. 46. Prælongi gladii. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 33. 51. (121). Cauda prælonga in tenuitatem desinens. *Id.* 13. *ibid.* 4. 9. (46). Prælonga gracilitas. *Tac.* 2. *Ann.* 21. Prælongas hastas protendere. *Quintil.* 6. 3. 67. Homo prælongus. *spilungone.* et 10. 3. 32. Prælongi sermones.

PRÆLŎQUĬUM, ii, n. 2. præfatio. *Ennod.* 2. *Ep.* 10. Domni Avieni dictionibus a me debentur ista prælequia. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 4.

PRÆLŎQUOR, quĕris, cūtus sum, lŏqui, dep. 1. Part. *Prælocutus* I. — Præloqui ¶ 1. Generatim est ante loqui, *parlare innanzi*, προλέγω. *Plaut. Rud.* 1. 4. 28. Occupas præloqui, quæ mi est oratio. *Plin.* 3. *Ep.* 4. Collegæ de communis officii necessitate prælocuti, excusare me tentarunt. ¶ 2. Speciatim est præfari, h. e. prælationem præmittere. *Plin.* 8. *Ep.* 21. Accidit, ut in advocationem subitam rogarer, quod mihi causam prælequendi dedit. Sum enim deprecatus, ne etc. *fare una prefazione.* et 4. *Ep.* 5. Libri amplitudo non sinit me longiore epistola præloqui.

PRÆLŌTUS, a, um, particip. ab inusit. *prælavo*, antea lotus. *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 4. *n.* 63. In qua (*aqua*) it cantabrum (*h. e.* furfures) prælotum.

PRÆLŪBRĬCUS, a, um, adject. valde lubricus. *Ennod.* 2. *epigr.* 46. Spiritus exhausto volitat prælubricus aure.

PRÆLŪCĔO, ces, xi, cere, n. 2. Part. *Prælucens* I. *c.* — Prælucere est ante lucere, *splendere innanzi*, προφαίνω, ὑπερλάμπω.

I.) Proprie. — *a*) De hominibus, qui aliis lumen præferunt, *far lume, portare il lume innanzi.* Cum Dativo. *Sueton. Aug.* 29. Quum per nocturnum iter lecticam ejus fulgur perstrinxisset, servumque prælucentem exanimasset. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 89. et sæpe natanti Præluxi. — *b*) De ipso lumine. *Martial.* 12. 42. Prælusere faces, velarunt flamea vultus. *Flor.* 2. 2. *ante med.* Duilius ubi a cœna rediret, prælucere funalia, præcinere sibi tibias jussit. *Phædr.* 4. 10. ne ignis noster prælueat facinori. *h. e.* facienti facinus facem præferat. — *c*) De aliis rebus, quæ lucent. *Seneca Troad.* 888. Tædis quid opus est? quidve solemni face? Quid igne? thalamis Troja prælucet novis. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 52. (141). Pulmone marino si confricetur lignum, ardere videtur, adeo ut baculum ita prælueat.

II.) Translate. *Cic. Amic.* 7. 23. Quum plurimas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præstat omnibus, quod bona spe prælucet in posterum, nec debilitari animos, aut cadere patitur. *Alii leg.* spem bonam. — Cum Accus. *Auson. Edyll.* 4. 95. lumenque tuæ prælucet vitæ. — *Horat.* 1. *Ep.* 1. 83. Nullus in orbe sinus Bajis prælucet amœnis.

PRÆLŪCĬDUS, a, um, adject. valde lucidus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 6. 23. (88). Sardonychæ Arabicæ excellunt candore circuli prælucido atque non gracili.

PRÆLŪDĬUM, ii, n. 2. προοίμιον. Translate et in malam partem, tribuitur *Cic.* 14. *Phil.* 3. 8. Præludium illud et portentum L. Antonius. Sed alii *propudium* reponunt, alii *prodigium*, alii *proludium*, quidam *proluvium*. Re vera apud *Cic.* minime probanda est vox *præludium*, quamvis eam exhibeant *Gloss. Lat. Gr.* Præludium, προοίμιον.

PRÆLŪDO, dis, si, sum, dere, n. 3. *Virg., Ovid., Seneca uterque*, etc. in meliorib. lib. MSS. et excusis *proludo* dixere eod. sensu: quod jam optimi critici admonuerunt. — Part. PRÆLUDENS II. 2. — Præludere est ante ludere, quasi per ludum aliquid facere, quod postmodum serio faciendum sit; leve quiddam, ceu majoris rei initium præmittere, *prepararsi, provarsi a far qualche cosa*, ἀναβάλλομαι.

I.) Proprie. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 7. (19). Theatrum quod a populo impleri, canente se, dum Pompejano præludit, etiam Neroni satis erat. *h. e.* dum parat se ad canendum in theatro Pompejano. *Gell.* 19. 11. Quum tragœdiis quoque eodem tempore faciendis præluderet. *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 5. His præluserim, quasi de gradu primo adhuc, et quasi de longinquo. — Cum Accus. *Rutil.* 1. *Itiner.* 257. *de tauro.* Ut solet excussis pugnam præludere glæbis.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim, metaphorâ sumptâ a superiori paragr. *Flor.* 4. 2. Ac Mariana quidem rabies intra Urbem præluserat, quasi experiretur. — Cum Dat. *Sidon.* 4. *Ep.* 25. *a med.* Nunc ergo Jurensia si te remittunt jam monasteria, in quæ libenter solitus ascendere, jam cælestibus supernisque præludis habitaculis. ¶ 2. Speciatim est se ad aliquid accingere, *armarsi. Capitolin. Maxim. duob.* 19. Præludens ad imperium.

PRÆLUM. *V.* PRELUM.

PRÆLUMBO, as, are, a. 1. lumbos perfringo, delumbo. *Novius* apud *Non. p.* 156. 12. *Merc.* Cœpit unumquemque prælumbare fustibus.

PRÆLŪMĬNĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *prælumino*, ante illustratus, explicatus. *Tertull. Resurr. carn.* 33. Parabola a commentatore Euangelii præluminata.

PRÆLŪSĬO, ōnis, f. 3. *preludio, prova, saggio*, actus præludendi, prolusio. *Plin.* 6. *Ep.* 13. *extr.* Æstima, quantum prœlium, quanta pugna certamini maneat, cujus quasi prælusio atque præcursio has contentiones excitavit. *Eumen. pro restaur. schol.* 2. Ibi prælusio, hic pugna committitur. *Alii leg.* apud *Plin.* prolusio. *Marcell. Empir.* 20. *ante med.* Quæ contusio frequenter gladiatoribus accidere in prælusionibus solet.

PRÆLUSTRIS, e, adject. *molto chiaro, o illustre*, ὑπέρλαμπρος, valde lucidus, illustris. *Ovid.* 3. *Trist.* 4. 5. Vive tibi, quantumque potes, prælustria vita. Sævum prælustri fulmen ab arce venit.

PRÆLŬTUS, a, um, adject. vel particip. ab inusit. *prælŭo*, antea lotus. *Sidon.* 4. *Ep.* 25. Prælŭta habitacula.

PRÆMĂCĔRO, as, are, a. 1. προταριχεύω, ante macero. *Scribon. Compos.* 193. Prælmacerantur mala cydonia.

PRÆMĂDĔO, es, ŭi, ere, n. 2. valde madeo, ebrius sum. *Orient. Commonit.* 2. 228. Ante diem nimio prælmaduisse mero.

PRÆMAGNUS, a, um, adject. valde magnus, *Boeth. de Definit. p.* 897. et *p.* 900. *T.* 64. ed. *Migne.* Prælmagna merita.

PRÆMĂLĔDĪCO, cis, xi, cere, a. 3. ante maledico. *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 3. *a med.* Quomodo prælmaledixisset eum creator, quem ignorat?

PRÆMĀLO, vis, anom. idem quod malo. *Apul.* 3. *Met.* Adjuro per istum capilli tui nodulum, me nullam aliam meæ Fotidi prælmalle. *Alii plerique rectius leg.* mea Fotide malle. *V.* ALIUS.

PRÆMANDO, as, āvi, ātum, are, a. 1. prius mando, committo, jubeo. *Plaut. Truc.* 2. 4. 49. Prælmandare et quærere Puerum aut puellam, qui supponantur mihi. *ordinare, procacciare.* — *Vatinius* ad *Cic.* 5. *Fam.* 9. *ad fin.* De quo tu mihi nihil mandasti: ego tamen terra marique ut (*servus fugitivus*) conquireretur, prælmandavi. *ho mandato lettere compulsorie, di arresto.*

PRÆMANDO, is, ere, a. 3. prius mando, mauduco. Translate. *Gell.* 4. 1. *circa med.* Sed si me tibi prælmandere, quod ajunt, postulas, faciam sane id quoque. *h. e.* diligentius et minutius explicare, et quasi cibum mansum in os inserere, ut ait *Cic.* 2. *Orat.* 39. 162.

PRÆMĀTŪRĒ, adverb. Comp. *Prælmaturius.* — Prælmature de tempore usurpatur et est Ital. *prima del tempo, troppo presto*, πρωϊαίτατα, πρὸ καιροῦ, valde mature, ante tempus, immature, intempestive. *Gell.* 10. 11. Quum significandum est coactius quid factum et festinatius, tum rectius *prælmature* factum id dicitur, quam *mature. Plaut. Most.* 2. 2. 68. Me Acheruntem recipere Orcus noluit, quia prælmature vita careo. *Papinian. Dig.* 45. 1. 118. Nec videri prælmaturius agi, non finito stipulationis die.

PRÆMĀTŪRUS, a, um, adject. ¶ 1. Stricto sensu est qui ante alios maturescit, præcox, *maturo avanti il tempo solito, primaticcio*, πρώϊος, πρόωρος. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 51. Qui prælmaturum fructum cucumeris habere volet. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate, ut aliis placet, est immaturus, legitimum tempus prævertens, intempestivus, præproperus, *immaturo, troppo presto, avanti il tempo. Plancus* ad *Cic.* 10.

Fam. 8. *circa med.* Quod præmatura denunciatio boni civis imparati quam periculosa esset, ex casu collegæ videbam. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 45. 70. (180). Domitura boum in trimatu: postea sera, ante præmatura. *Id.* 7. *ibid.* 51. 52. (171). Senilem juventam præmaturæ mortis esse signum. *Tac.* 1. *Ann.* 30. et 2. *ibid.* 5. Præmatura hiems. *et* 4. *ibid.* 17. Mobiles adolescentium animos præmaturis honoribus ad superbiam extollere. *et* 14. *ibid.* 57. *extr.* Caput præmatura canitie deforme. *et* 3. *ibid.* 66. *extr.* Spretis quæ tarda cum securitate, præmatura vel cum exitio properant. — Neutr. absolute. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 75. (198). Castrari agnos, nisi quinquemestres, præmaturum existimatur.

PRÆMĔDĪCĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *præmedico*, medicamentis præmunitus. *Ovid. Heroid.* 12. 15. Isset anhelatos non præmedicatus in ignes Immemor Æsonides. *Tertull. Jejun.* 12. *a med.* Antidoto præmedicatus.

PRÆMĔDĪTĀTĬO, ōnis, f. 3. *premeditazione, antivedimento*, προμελέτησις, meditatio, provisio. *Cic.* 3. *Tusc.* 14. 29. Præmeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum. *Id. ibid.* 15. 31. Quare accipio equidem a Cyrenaicis hæc arma contra casus et eventus, quibus eorum advenientes impetus diuturna præmeditatione frangantur.

PRÆMĔDĪTĀTŌRĬUM, ĭi, n. 2. locus ad præmeditandum. Translate. *Tertull. Jejun.* 6. Quum totum illud domicilium interioris hominis, escis stipatum, vinis inundatum, decoquendis jam stercoribus æstuans, præmeditatorium efficitur latrinarum. *V.* MEDITATORIUM.

PRÆMĔDĪTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆMĔDĪTOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Præmeditans* et *Præmeditatus*. — Præmeditari est prius meditari, præcogitare, *premeditare, pensare prima*, προμελετάω. — *a)* Cum Infinito. *Lucret.* 4. 823. Effugere illorumque errorem præmeditemur, qui etc. *At ibi cum* Lachmanno *legendum est* Effugere (*vitium*), errorem vitareque præmetuenter. *Cic.* 11. *Phil.* 3. 7. Est sapientis, quidquid homini accidere possit, id, præmeditari, ferendum modice esse. — *b)* Cum Relativo. *Id.* 6. *Att.* 3. Formam mihi totius reipublicæ velim mittas, quæ mihi obviam veniat, ex qua me fingere possim, et præmeditari, quo animo accedam ad Urbem. — Absolute. *Tac.* 14. *Ann.* 15. Multa cura tentans citharam et præmeditans. — Hinc Part. præter.

Præmeditatus, a, um, passive usurpatur, et est præcogitatus, *premeditato, pensato prima. Cic.* 3. *Tusc.* 15. 32. Nam neque vetustate minui mala, nec fieri præmeditata leviora; stultamque etiam esse meditationem futuri mali. *Quintil.* 4. 5. 2. Qui ad agendum nihil cogitati præmeditatique detulerit. *Id.* 5. 13. 3. Præmeditata pleraque domo adferre. — Active; pro eo qui prius meditatus est, a *Forcellino* affertur illud *Cic.* 2. *Off.* 13. 47. Id se in foro optime jam præmeditatum facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari. *Sed* Orellius *et alii vocem* præmeditatum *recte omittunt bonorum Codd. auctoritate freti.*

PRÆMĔMOR, ōris, adject. valde memor, bene memor. *Vet. Poet.* in *Anthol. Lat.* ed. *Burmann. T.* 2. *p.* 591. Volatu præmemores famulo non repetunt patriam.

PRÆMENSUS, a, um, particip. ab inusit. *præmetior*, signific. passiva, *misurato innanzi*, ante mensus. *Tibull.* 3. 3. 9. præmensæ defunctus tempora vitæ. *h. e.* cujus spatium Parcæ, quæ unicuique sua vivendi tempora præfiniunt, jam mensæ sunt. Ita *Brouchus*. Alii leg. *permenso tempore. V.* PERMETIOR. Certioris auctoritatis est locus *Sicul. Flacc. de condit. agr. p.* 3. *Goes.* Præmensum quod universis suffecturum videbatur solum, territis fugatisque inde civibus, territorium dixerunt.

PRÆMERCOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. *comperare innanzi*, ante mercor, emptione prævenio. *Plaut. Epid.* 3. 3. 25. Næ istam tempore gnato tuo sumus præmercati. *Cassius Hemina* apud *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 10. (20). Ni qui ad polluctum emerent (*pisces*), pretio minus parcerent, eaque præmercarentur. *incalzassero l'un l'altro nel comperare.*

PRÆMESSIUM *vel*
PRÆMESSUM. *V.* PRÆMETIUM.

PRÆMĔTĀTUS, a, um. *V.* PRÆMETOR.

PRÆMĔTĬUM, ĭi, n. 2. quod prælibationis causa ante præmetitur, inquit *Paul. Diac. p.* 235. 4. *Müll.* (ubi alii leg. *prœmessium*, aut *prœmessum*), h. e. primitiæ spicarum, quæ præmetebantur Cereri offerendæ. *Id. p.* 319. 1. Præmetium de spicis, quas primum messuissent, sacrificabant Cereri. Cf. *Festus p.* 318. 28. *Gloss. Philox.* Præmetium (*alii* Præmetivum), ἡ πρὸ θερισμοῦ Δημήτρας θυσία.

PRÆMĔTO, is, ere, a. 3. ante metere. *V.* vocem præced.

PRÆMĔTOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Part. *Præmetatus*. — Præmetari est ante metari. — *a)* Active. *Solin.* 40. Dinocratem Alexandri jussu Alexandriam præmetatum, supra exposuimus. — *b)* Passive. *Capell.* 8. *p.* 273. *extr.* Præmetata divum itinera.

PRÆMĔTŬENTER, adverb. ante metuendo, caute, provide. *Lucret.* 4. 823. errorem vitareque præmetuenter. Ita *Gronov.* et *Lachmann.* ex MSS., alii aliter.

PRÆMĔTŬO, ŭis, ŭi, ŭere, 3. Part. *Præmetuens*. — Præmetuere est ante metuere, *temere anticipatamente*, προταρβέω, προδείδω. — *a)* Neutr. *Lucret.* 8. 1018. at mens sibi, conscia factis, Præmetuens adhibet stimulos, terretque flagellis. *Cæs.* 7. *B. G.* 49. Cæsar præmetuens suis. — *b)* Cum Infinito. *Prudent.* 2. *in Symmach.* 681. Qui dum præmetuit cultus inolescere Christi. — *c)* Hinc Part. præs. cum Genitivo. *Phædr.* 1. 16. Ovis præmetuens doli.

PRÆMĬĀTOR, ōris, m. 3. nocturnus prædo, ut *Non.* interpretatur *p.* 150. 21. *Merc.*, est a *præmior*. *Nœvius*, vel *Novius ibid.* Nam in scæna vos nocturnos cœpit præmiatores tollere.

PRÆMĬĀTRIX, icis, f. 3. *premiatrice*. quæ præmium seu mercedem dat. *Ammian.* 14. 11. Ultrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix Adrastia. Adde *Merobaud. loc. cit.* in CONSCIENTIA.

PRÆMĬCO, as, are, n. 1. Part. *Præmicans*. — Præmicare est valde micare, præfulgere. *Apul.* 5. *Met.* Lucernam completam oleo, claro lumine præmicantem. *Id.* 10. *init.* Galea nitore præmicans. *Prudent.* 1. περὶ στεφ. 84. munera, Quæ viam patere cæli præmicando ostenderent. Adde *Minuc. Fel. Octav.* 5.

PRÆMĪGRO, as, are, n. 1. ante migro. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 28. 42. (103). Ruinis imminentibus musculi præmigrant.

PRÆMĬNĔO. *V.* PRÆEMINEO.

PRÆMĬNISTER, tri, m. 2. *ministro*, qui ante ministrat, qui ministrando præcedit. *Macrob.* 3. *Saturn.* 8. Tusci camillum appellant Mercurium; quo vocabulo significant præministrum deorum: unde Virgilius ait, Metabum camillam appellasse filiam, Dianæ scilicet præministram. Romani quoque pueros et puellas nobiles et investes camillos et camillas appellant, flaminicarum et flaminum præministros. Adde *Tertull. Orat.* 1.

PRÆMĬNISTRA, æ, f. 1. quæ ministrando præcedit. *Apul. de Mag.* Lingua mendaciorum et amaritudinum præministra. Adde *Macrob. loc. cit.* in voce præced.

PRÆMĬNISTRO, as, are, 1. Part. *Præministrans* I. et II. — Præministrare est ante ministrare, ministrando præcedere.

I.) Proprie. — *a* Neutr. — Cum Dativo. *Gell.* 10. 3. *sub fin.* Bruttios magistratibus in provincias euntibus parere et præministrare jusserunt. Adde *eumd.* 12. 3. *Apul.* 5. *Met. sub init.* Nos tuæ famulæ sedulo tibi præministrabimus. — Sine Dativo. *Apul.* 2. *Met.* Sed assidue respiciens præministrantem (*h. e.* mensæ) Fotidem, inibi recreabar animi. Sic *Rutil. Lup. de fig. sent. et eloc.* 1. § 21. *Ruhnken.* Excipiet (*domi*) te defatigatum diligens atque amans uxor: ea sedulo ac blande præministrando detrahet languorem. — *b)* Active. *Tertull. Baptism.* 11. Semper is dicitur facere, cui præministratur. Adde *eumd. Apolog.* 22. et 1. *ad Uxor.* 2.

II.) Translate pro suppetere, præbere. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 34. *sub init.* Est autem cor præstans atque salutaris corpori particula, præministrans omnibus sanguinem membris atque spiritum.

PRÆMĬNOR, āris, ari, dep. 1. ante, aut valde minor, minitor. *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 19. *a med.* Perditurum se sapientiam sapientium præminabatur. Adde *Apul.* 5. *et* 8. *Met.*

PRÆMĬOR, āris, ari, dep. 1. quæstum facere, lucrari, *guadagnare*: *V.* PRÆMIUM. *Sueton. Tit.* 7. Suspecta et rapacitas, quod constabat, in cognitionibus patriis nundinari præmiarique solitum. *V.* PRÆMIATOR. — Cf. *Furlanetto* in *I.*[2] *Append.* addit etiam Part. *Præmiatus* ex *Novio* apud *Festum p.* 364. 1. *Müll.* Sequimini, præmiati; sequere, temeti timor. *At Codices exhibent* preminate: *unde* Dacer. *probabiliter, ut ait* Müllerus *ad h. l.*, i præ, mi nate.

PRÆMĬŌSUS, a, um, adject. pecuniosus. *Festus p.* 242. 27. *Müll.* (quocum cf. *Paul. Diac. p.* 243. 5.). Præmiosam, pecuniosam, dixit Cato in oratione, quam scripsit..... impudentiam præmiosam. *Accius* (si *Perotto* est fides). Divitem ac præmiosam anum.

PRÆMĬSSĬO, ōnis, f. 3. ¶ 1. Est ante mittendi vel collocandi actus. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 3. *ante med. de phreniticis.* Aliquando etiam manuum ante oculos præmissio, quasi aliquid apprehendere, vel detrahere volentium, quod aut inhæsisse oculis, aut ante volare ægrotanti videatur. ¶ 2. Item id, quod præmittitur. *Pompej. Comm. Art. Donat.* 31. *a med.* Quamdiu voluerit orator præmittere partes, potest fieri, ut admittatur ista lex, dummodo tota illa præmissio fine claudatur.

PRÆMĬSSUS, a, um. *V.* PRÆMITTO.

PRÆMĬSTUS *vel* præmixtus, a, um, particip. ab inusit. *præmisceo*, prius mixtus. *Apic.* 4. 5. Perungis patinam, et folia malvarum substernis, et præmixta olera componis. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *a med.* Donec decoctio ad modum præmixti redeat lactis, qui fuerat, priusquam aqua misceretur.

PRÆMĪTIS, e, adject. valde mitis, mansuetus. *Juvenc.* 3. 633. quem terga sedentem Præmitis gestant asinæ pullique sequentis. Adde *Venant. Fortun.* 3. *carm.* 12. 37.

PRÆMĬTTO, mittis, mīsi, missum, mittere, a. 3. Part. *Præmittens* I.; *Præmissus* I., II. 2. et in fin. — Præmittere est ante mittere, prius mittere, προαποστέλλω, προπέμπω (It. *mandare innanzi, premettere*; Fr. *envoyer devant ou auparavant, faire partir auparavant*; Hisp. *mandar antes, enviar antes*; Germ. *voran-, vorausschicken, senden, gehen lassen*; Angl. *to send or despatch before*).

I.) Proprie. — *a)* De hominibus. *Plaut. Amph.* 2. 1. 55. Dudum ante lucem a portu me præmisisti domum. *Id. Truc.* 2. 4. 58. Ut præmisit nuncium mihi, non multo post hic aderit. *Cæs.* 1. *B. C.* 39. Cæsar legiones in Hispaniam præmiserat. *Sall. Jug.* 54. Legatum cum expeditis cohortibus præmiserat ad flumen. *Cic.* 1. *Cat.* 9. 24. A quo jam sciam esse præmissos, qui tibi præstolarentur. *Cæs.* 1. *B. C.* 16. Cohortes præmissæ a Domitio ex oppido pontem interrumpebant. *Virg.* 6. *Æn.* 34. ni jam præmissus Achates Afforet. *et* 9. *ibid.* 367. Interea præmissi equites ex urbe Latina etc. *Cæs.* 4. *B. G.* 11. Petebant, uti ad eos equites, qui agmen antecessissent, præmitteret, eosque pugna prohiberet. *supple* nuncios. *Curt.* 6. 4. Speculatores subinde præmittens, qui etc. *Plaut. Cas.* 2. 8. 12. Hunc Acheruntem præmittam prius. *manderò al mondo di là.* Imitatus videtur illud *Homeri Iliad. l.* 1. *v.* 3. Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν Ἡρώων. Et absolute *Seneca Apocoloc. ad fin.* Quos omnes, necubi imparatus esset, præmiserat. — *b)* De rebus. Cic. 10.

Att. 8. *extr.* Antonius hodie venturus dicebatur: sed præmisit mihi odiosas litteras, hoc exemplo. *Cæs.* 2. *B. C.* 19. Cæsar cum equitibus progreditur, edictumque præmittit ad quam diem etc.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro ante statuere, ante collocare. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 19. 21. (80.). Ideoque ficetis caprificus præmittitur ad rationem venti, ut flatus evolantes (*culices*) in ficus ferat. *Al* Sillig. *leg.* permittitur. ¶ 2. Metaphorâ sumptâ a superiori paragr. I. *Sueton. Cal.* 58. Alloquenti pueros cervicem gladio cæsim graviter percussit, præmissa voce: Hoc age. *Seneca Ep.* 5. *sub fin.* Non ad præsentia aptamur, sed cogitationes in longinqua præmittimus. — Hinc a Part. præter. pass.

Præmissus, ūrum, n. plur. 2. absolute, substantivorum more. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 1. 2. (5.). Gallias hanc primum habuisse causam superfundendi se Italiæ, quod Helico ex Helvetiis civis earum, fabrilem ob artem Romæ commoratus, ficum siccam, et uvam, oleique ac vini præmissa, remeans secum tulisset. *h. e.* primitias. ut *Cæl. Rhodig.* interpretatur *l.* 6. *c.* 6.; vel olei ac vini selectam portionem, ut *Harduin.*; vel protropum, ut *Sillig.*, quem vide.

PRÆMĬUM, ii, n. 2. olim pecuniam significasse, deducunt a *præmiosus*, quam vocem *V.* Sic *Nævius* apud *Perott.* (si huic fides habenda est). Sine præmio sum: marsupium reliqui domi. Ceterum ¶ 1. *Præmium* est commodum et utilitas, quæ ex præda et spoliis est: item ipsa præda. Hinc *Varro* 5. *L. L.* 178. *Müll. præmium* a *preda* ducit; unde *præmiari* et *præmiator* (It. *preda, guadagno*; Fr. *butin, proie, avantage, profit*; Hisp. *botin, presa, pillage, ventaja, provecho*; Germ. *der aus der Beute entstehende Vortheil, daher Beute*; Angl. *a prey or booty, utility, profit, advantage*). *Tibull.* 1. 2. 25. Nec sinit occurrat quisquam, qui corpora ferro Vulneret, aut rapta præmia veste ferat. *Propert.* 2. 23. 67. Spargere et alterna communes cæde penates, Et ferre ad patrios præmia dira lares. *Petron. Satyr.* 119. omniaque orbis Præmia correptis miles vagus exstruit armis. *Ovid.* 6. *Met.* 518. spectat sua præmia raptor. *Id.* 5. *Fast.* 204. Ausus Erechthea præmia ferre domo. *Id.* 13. *Met.* 414. Invidiosa trahunt (*ex urbe Troja*) victores præmia Graji. — Huc pertinere volunt et illud *Virg.* 11. *Æn.* 78. Multaque præterea Laurentis præmia pugnæ Aggerat, et longo prædam jubet ordine duci. — Similiter *Horat. Epod.* 2. 35. Pavidumque leporem et advenam laqueo gruem Jucunda captat præmia. *Propert.* 3. 11. 46. Sive petas calamo præmia, sive cane. *Val. Flacc.* 8. 252. Mox epulas et sacra parant: silvestria lætis Præmia, venatu facili quæsita, supersunt ¶ 2. Item generatim usurpatur pro quocumque commodo, utilitate, beneficio, signo, *utilità, comodo, profitto, beneficio, distintivo. Lucret.* 5. 4. qui talia nobis Pectore parta suo, quæsitaque præmia liquit. *et* 3. 956. Omnia perfunctus vitai præmia marces. *Cic.* 5. *Tusc.* 7. 20. Xerxes refertus omnibus præmiis donisque fortunæ. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*). 1. 1. Absens factus ædilis, continuo prætor: licebat enim celerius legis præmio. *h. e.* legis beneficio. *Horat.* 1. *Od.* 1. 29. Me doctarum hederæ præmia frontium Dis miscent superis. *h. e.* signum et ornamentum. *Tac.* 4. *Hist.* 42. Libidine sanguinis et hiatu præmiorum ignotum adhuc ingenium. *h. e.* commodorum. Sic *Id.* 1. *Ann.* 16. Pannonicas legiones seditio incessit; nullis novis causis, nisi quod mutatus princeps licentiam turbarum et ex civili bello spem præmiorum ostendebat. ¶ 3. Speciatim et sæpissime est merces, quæ pro labore, industria et recte factis datur, *premio, guiderdone, contraccambio, mercede,* γέρας, ἆθλον. *Cic.* 1. *Orat.* 58. 247. Legibus et præmia proposita sunt virtutibus, et supplicia vitiis. *Id.* 1. *ad Brut.* 15. Solon rempublicam duabus rebus contineri dixit, præmio et pœna. *Ter. Hecyr.* 4. 2. 7. nunc tibi me certum est contra gratiam referre; ut apud me præmium esse positum pietatis scias. Sic *Virg.* 5. *Æn.* 262. Invitat pretiis animos et præmia ponit. Adde *eund. ibid.* 486. *Id.* 1. *ibid.* 485. sunt hic etiam sua præmia laudi. *Ter. Eun.* 5. 9. 27. Quodvis donum et præmium a me optato: id optatum feres. Ubi *Donat.* Donum deorum est, præmium virorum fortium, munus hominum. Et donum munusque tam ante factum, quam post factum datur: præmium non nisi post factum est. Donum voluntarium, præmium debetur. *Cæs.* 3. *B. G.* 18. *et* 26. Persuadere alicui magnis præmiis et pollicitationibus. *Cic.* 1. *Orat.* 4. 13. Præmiis ad perdiscendum amplioribus commoveri. *Id. Mur.* 4. 8. Magna præmia alicui dare pro re aliqua. *Id. Arch.* 3. 5. Præmio donare aliquem. *Quintil.* 3. 6. 42. afficere. *Tac.* 1. *Ann.* 42. augere. *Sall. Jug.* 13. inducere. *et ibid.* 102. illicere. *Cic. Ligar.* 4. 12. invitare. *Id. Balb.* 16. 37. elicere ad quippiam faciendum. *Quintil.* 1. 1. 20. evocare. *Cic. Cæl.* 29. 68. Præmium cuipiam persolvere. *Catull.* 64. 157. reddere alicui pro re aliqua. *Stat.* 9. *Theb.* 50. rependere. *Cic. Arch.* 10. 25. tribuere. *Cæs.* 1. *B. C.* 17. Peritos regionum, magno proposito præmio, cum litteris mittit. *Id.* 1. *B. G.* 42. Præmium consequi. — Speciatim præmium dicebatur pecunia, quæ militibus una cum missione dari solebat. *Sueton. Cæs.* 70. et *Aug.* 15. et 17. ¶ 4. Per ironiam *Ovid.* 8. *Met.* 503. Nunc merito moriere tuo: cape præmia facti. *h. e.* da pœnas sceleris.

PRÆMŎDĔRANS, antis, particip. ab inusit. *præmoderor*, ante moderans, moderando præcedens. *Gell.* 1. 11. Cretenses in prœlia ingredi solitos præcinente ac præmoderante cithara gressibus. — Voc. *Præmoderari* exhibet tantum *Gloss. Lat. Gr.* Præmoderor, προρρυθμίζω.

PRÆMŎDĔROR, āris. *V.* voc. præced.

PRÆMŎDŬLĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *præmodulor*, ante modulatus. *Quintil.* 11. 3. 109. Unde id quoque fluit vitium, ut juvenes quum scribunt, gestu præmodulati, cogitationem sic componant, quomodo casura manus est.

PRÆMŎDUM, adverb. *oltramodo,* περιάλλα, ὑπερβεβλημένως. *Gell.* 7. 7. *in fin.* Livius in Odyssea *præmodum* dicit. Quasi *admodum. Parcentes*, inquit, *præmodum.* Quod significat supra modum: dictumque est quasi præter modum.

PRÆMŒNĬO. *V.* PRÆMUNIO init.

PRÆMŎLESTĬA, æ, f. 1. *molestia anticipata, timore*, idem quod timor, quia malum futurum antecedit. *Cic.* 4. *Tusc.* 30. 64. Alii metum præmolestiam appellabant, quod esset quasi dux consequentis molestiæ.

PRÆMŎLĬOR, īris, iri, dep. 4. *preparare*, ante molior, præparo. *Liv.* 28. 17. Itaque præmoliendas ibi ratus jam res, conciliandosque gentium animos.

PRÆMOLLĬO, is, ītum, ire, a. 4. Part. *Præmollitus* I. et II.; *Præmolliendus* I. — Præmollire est ante mollire, προμαλάττω.

I.) Proprie. *Quintil.* 2. 9. 3. Frustra sparseris semina, nisi illa præmollitus foverit sulcus. *Cæl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *a med.* Sed illa duo infusione præmollienda. *Id.* 2. *ibid.* 6. 92. Tragacanthum mulso et vino præmollitum.

II.) Translate. *Quintil.* 4. 3. 10. His velut fomentis, si quid erit asperum, præmolliemus, quo facilius aures judicum admittant. *Id.* 6. 5. 9. Quo genere defensionis etiam offendisset nondum præmollitas judicum mentes. *h. e.* placatas, mitigatas, lenitas.

PRÆMOLLIS, e, adject. *assai molle*, valde mollis. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 51. 75. (165). Torpedo intra se parit ova præmollia. *Id.* 11. *ibid.* 37. 69. (181). Cor præmolli firmoque opertum membranæ involucro.

PRÆMOLLĪTUS, a, um. *V.* PRÆMOLLIO.

PRÆMŎNĔO, nes, nŭi, nĭtum, nere, a. 2. Part. *Præmonens* 1.; *Præmonitus* 1. et 2. — Præmonere ¶ 1. Generatim est ante monere, *ammonire avanti, avvisare anticipatamente,* προαγορεύω, προλέγω, προφωνέω. — *a*) Cum Accusat. personæ et — Conjunctivo vel præced. particula *ut, ne,* vel absolute. *Cic.* 2. *Verr.* 8. 23. Sane benivolo animo me, ut magnopere caverem, præmonebat. *Justin.* 1. 6. 1. Præmonitus, ut socium cœptis assumeret. *Id.* 12. 14. 7. Præmonito filio, ne alii, quam Thessalo, crederet. *Plin.* 6. *Ep.* 22. Ut te præmonerem, plurimum tibi credas, nec cuiquam satis fidas. — Part. *quod* et Conjunct. *Ovid.* 2. *Trist.* 1. 16. Præmoneo, numquam scripta quod ista legat. (Alii aliter legi volunt: sunt etiam qui spurium versum putent.). — Ablat. et part. *de. Cic. Haruspic. resp.* 5. 10. De impendentibus periculis voce Jovis opt. max. præmoneri. — Et absolute. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 4. (15). Ni præmoniti legati Romani respondissent etc. — *b*) Cum Accusat. rei. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 1. Cæli varietatem mutationemque si ex hoc commentario fuerit præmonitus villicus, numquam decipietur. — et sequente Relativo. *Plin.* 2. *Ep.* 6. *sub fin.* Convenit amori in te meo, præmonere, quid debeas fugere. *et* 3. *Ep.* 18. Ut futuri principes præmonerentur, qua via possent ad gloriam niti. — et Cum Infinito. *Seneca Herc. Œt.* 721. Hic ipse fraudes esse præmonuit Deus. Cf. *Liv.* 36. 34. Quæ tum maxime acciderant casura præmonens. ¶ 2. Speciatim est prædicere, præsagire, *predire, presagire. Justin.* 43. 1. 8. Fatua, quæ assidue divino spiritu impleta, velut per furorem futura præmonebat. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 79. (347). Si quartam lunam orbis rutilus cinget, et ventos et imbres præmonebit. *Ovid. Heroid.* 17. 239. Et vatum timeo monitus, quos, igne Pelasgo Ilion arsuram, præmonuisse ferunt. — Hinc

Præmonitum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est præmonitio, *premonizione. Gell.* 14. 2. Generalia quædam præmonita et præcepta sunt, quibus ante causam præmœniri judex debeat.

PRÆMŎNĬTĬO, ōnis, f. 3. *premonizione,* monitio præcedens. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 4. *extr.* Agnosce bonitatem Dei ex providentiis et legibus, ex præmonitionibus bonis et benignis.

PRÆMŎNĬTOR, ōris, m. 3. qui præmonet. *Apul. de Deo Socrat.* In rebus incertis prospector, dubiis præmonitor, periculosis tutator.

PRÆMŎNĬTŌRĬUS, a, um, adject. ad præmonendum aptus. *Tertull. Anim.* 3. Paulus concepit præmonitorium illud edictum.

PRÆMŎNĬTUM, i, n. 2. *V.* PRÆMONEO in fin.

PRÆMŎNĬTUS, a, um. *V.* PRÆMONEO.

PRÆMŎNĬTUS, us, m. 4. *premonizione, predizione,* præmonitio, prædictio. *Ovid.* 15. *Met.* 799. Non tamen insidias venturaque vincere fata Præmonitus potuere deum. Adde *Val. Max.* 1. 6. 11.

PRÆMONSTRĀTĬO, ōnis, f. 3. actus præmonstrandi. *Lactant.* 7. 14. *a med.* Sæpe diximus, minora et exigua magnorum figuras et præmonstrationes esse.

PRÆMONSTRĀTOR, ōris, m. 3. qui præmonstrat. *Ter. Heaut.* 5. 1. 2. Sed hic adjutor meus et monitor et præmonstrator Chremes hoc mihi præstat.

PRÆMONSTRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆMONSTRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præmonstrans* 1.; *Præmonstratus* 2. — Præmonstrare ¶ 1. Generatim est ante monstrare, præcipere, docere quid faciendum sit ante rem gerendam, vel ante periculum, *mostrare o insegnare innanzi tratto,* προδείκνυμι. — Cum Accusat. rei. *Plaut. Pers.* 1. 3. 68. Præmonstra docte, præcipe astu filiæ quid fabuletur, ubi se natam prædicet. *Lucret.* 6. 93. Currenti spatium præmonstra, callida Musa. — Sequente part. *ut. Plaut. Trin.* 2. 2. 61. Hoc verbum quum illi cuidam dico, præmonstro tibi, ut etc. — Absolute. *Stat.* 1. *Theb.* 66. si Sphyngos iniquæ Callidus ambages, te præmonstrante, resolvi. ¶ 2. Speciatim est prædicere, præsagire, *predire, presagire. Cic. Haruspic. resp.* 10. 20. Hoc tam novo, tantoque motu magnum aliquid deos populo R. præmonstrare et præcinere. *Id. Prognost.*

I. *Divinat.* 7. 13. Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros Inflatum mare. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 43. (82). Ut non sit dubium, hanc suavitatem præmonstratam efficaci auspicio, quum in ore Stesichori ceoinit infantis.

PRÆMORDĔO, mordes, morsi *et* mordi, morsum, mordere, a. 2. De altero præterito *præmordi V.* MORDEO init. — Part. *Præmordens* et *Præmorsus* I. — Præmordere est idem quod mordere, aut valde mordere, *mordere, morsicare, ἀποδάκνω.*

I.) Proprie. *Plaut. fragm.* apud *Gell.* 7. 9. Ni fugissem, medium, credo, præmorsisset. *Seneca* 1. *Clem.* 5. *a med.* Ferarum est, nec generosarum quidem, præmordere et urgere projectos. *Lucan.* 6. 567. siccoque hærentem gutture linguam Præmordens. *h. e.* anteriorem linguæ partem mordens. *Id.* 10. 445. Sic fremit in parvis fera nobilis abdita claustris, Et frangit rabidos præmorso carcere dentes.

II.) Translate. *Juvenal.* 7. 217. Præmordere ex aliqua re quippiam. *h. e.* deradere, demere, quasi mordendo auferre.

PRÆMORDĬCUS, a, um, adject. qui ante mordetur. *Hieronym.* in *Reg. S. Pachom.* 52. Sed reddere poterit ei, qui attulit, sive lapsania, quod genus herbarum est viliorum, sive panes, sive olera præmordica. *h. e.* quorum priores tantum et teneriores partes, ut in asparagis, morderi sive comedi solent.

PRÆMŎRĬOR, mŏrĕris, mortŭus sum, mŏri, dep. 3. Part. *Præmortuus* I. et II. — Præmori est ante mori, ante tempus mori, *morire innanzi, premorire, προαποθνήσκω.*

I.) Proprie. *Ovid. Heroid.* 8. 121. Aut ego præmoriar, priusque exstinguar in ævo. *Id.* 3. *Amor.* 7. 65. jacuere, velut præmortua, membra. *Quintil. declam.* 4. 10. Omnis nos hora applicat fato, et per exigua festinantis ævi momenta præmorimur. *Sueton. Gramm.* 3. Podagræ impatiens, veneno sibi perunxit pedes, et enecuit, ita ut, parte ea corporis velut præmortua, vixerit.

II.) Translate. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 50. 51. (168). Hebescunt sensus, membra torpent, præmoritur visus, auditus, incessus. *scil.* in senectute. *manca la vista innanzi la vita. Quintil. declam.* 12. 7. Figura tibi exesos vultus, decrescentem populum, jam præmortuas vires. *Liv.* 3. 72. Scaptium ipsum id quidem, etsi præmortui jam sit pudoris, non facturum.

PRÆMORSUS, a, um. *V.* PRÆMORDEO.

PRÆMORTŬUS, a, um. *V.* PRÆMORIOR.

PRÆMŎTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆMŎVĔO, mŏves, mōvi, mōtum, mŏvere, a. 2. Part. *Præmotus.* — Præmovere est ante, aut valde movere. *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 5. *a med.* Quoties partes longe remotæ præmoventur. *et* 5. *ibid.* 7. Præmoveri corpus, sive prætangi accessione ventura. *Id.* 2. *ibid.* 1. *a med.* Præmotis vel exercitis, ut supra dictum est, consilium dabimus.

PRÆMULSUS. *V.* REMULSUS.

PRÆMUNDĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *præmundo*, antea mundatus. *Theod. Priscian.* 1. 10. *ante med.* Præmundatis interea oculis molli et tepido penicillo a pituitis ægrotis oculis inhærentibus.

PRÆMŬNĬO, is, īvi, ītum, ire, a. 4. *Præmænio* pro *præmunio* scriptum reperitur in opt. libris apud *Gell.* locis infra cit. — Part. *Præmunitus* I. et II. 1.; *Præmuniendus* II. 1. — Præmunire est ante munire, *fortificare innanzi, premunire, προπαρασκευάζω.*

I.) Proprie. *Cæs.* 3. *B. C.* 55. Isthmum præmunire instituit, ut Achaia Fusium prohiberet. *et ibid.* 58. Aditus duos magnis operibus præmunivit. *Tac.* 3. *Hist.* 21. Legio septima agresti fossa (ita locus erat) præmunita. *Gell.* 13. 27. Caput et os suum manibus oppositis, quasi vallo, præmœniunt.

II.) Translate. ¶ 1. Morali ratione est ante munire, defendere, tutum reddere. *Cic.* 3. *Orat.* 9. 32. Genus dicendi vehemens, commotum in agendo, præmunitum, et ex omni parte causæ sæptum. *Gell.* 14. 2. Generalia quædam præmonita, quibus ante causam præmœniri judex, præpararique ad incertos casus debeat. *Augustin.* 3. *Doctr. Chr.* 1. Præmunitus scientia linguarum. *Sueton. Cal.* 29. Quem metu venenorum præmuniri medicamentis suspicabatur. *Vellej.* 2. 6. 2. Præmuniendæ regalis potentiæ gratia. ¶ 2. Item est aliquid præponere, vel ante ponere se aut rem tuendi vel roborandi causa. *Cic.* 5. *Att.* 13. Primum illud præfulci et præmuni, quæso, ut simus annui. *Id. Cæl.* 8. 19. Illa, quæ ex accusatorum oratione præmuniri jam et fingi intelligebam, non pertimesco. *Id.* 1. *Legg.* 12. 34. Quæ præmuniuntur omnia reliquo sermoni disputationique nostræ, quo facilius, etc. *si premettono, si presuppongono.* — In illo *ejusd. Orat.* 40. 137. Ut aliquid relinquat, ac negligat; ut antæ præmuniat, *etc.*, et pleonasmus est, et figura rhetorica significatur. *V.* vocem sequent.

PRÆMŬNĪTĬO, ōnis, f. 3. προυπεργασία, προκατασκευή.

I.) Proprie est munimen, tutela. *Ambros. de Isaac et Anim.* 4. Hoc integimento animæ priorum indutæ, jam nudæ non sunt. Et hæc illa præmunitio etc. Adde *eumd. ibid.*

II.) Translate est figura sententiarum apud rhetores, species prolepseos, quum orator præparatione aliqua præmunit, præmollitque locum duriorem, ut irrepat in animos auditorum. *Quintil.* 9. 2. 17. Est quædam præmunitio, qualis Ciceronis (*Divinat. in Q. Cæcil.* 1. 1.) contra Q. Cæcilium, quod ad accusandum descendat, qui semper defenderit. *Cic.* 3. *Orat.* 53. 204. Præmunitio est etiam ad id, quod aggrediare, et trajectio in alium. *et* 2. *ibid.* 75. 304. Quid? si in homines caros judicibusque jucundos, sine ulla præmunitione orationis, acerbius et contumeliosius invehare; nonne abs te judices abalienes?

PRÆMŬNĪTUS, a, um. *V.* PRÆMUNIO.

PRÆNARRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *raccontare innanzi, prenarrare, προδιηγέομαι*, ante narro. *Ter. Eun.* 5. 6. 12. Oportuit rem prænarrasse me.

PRÆNASCOR, nascĕris, nasci, dep. 3. antea nascor. *Commodian. Instruct.* 6. Illum (*Saturnum*) non aliquis prophetavit prænasci.

PRÆNĀTO, as, are, n. 1. Part. *Prænatans* 1. et 2. — Prænatare ¶ 1. Stricto sensu est ante natare, *nuotare innanzi, προνηχομαι. Plin.* 9. *Hist. nat.* 62. 88. (186). Prægravi superciliorum pondere obrutis balænæ oculis, infestantia magnitudinem vada prænatans musculus demonstrat. ¶ 2. Latiori sensu est ante fluere, præterfluere, *scorrere innanzi, παραρρέω. Virg.* 6. *Æn.* 705. Lethæumque, domos placidas qui prænatat, amnem. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 45. 68. (146). Contrahit ergo se (*urtica*) quam maxime rigens, ac prænatante pisciculo frondem suam spargit complectensque devorat.

PRÆNĀVĪGĀTĬO, ōnis, f. 3. navigatio ante, aut præter aliquem locum. *Plin.* 6. *Hist. nat* 31. 36. (201). A Gorgonum insulis prænavigatione Atlantis dierum quadraginta ad Hesperidum insulas.

PRÆNĀVĪGO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Prænavigans* et *Prænavigandus* I. — Prænavigare est ante, aut præter locum aliquem navigare, *navigare oltre, o avanti, παρανέομαι, προπλέω.*

I.) Proprie. — *a*) Absolute, h. e. neutrorum more. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 26. (97). Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, ut triginta dierum spatio prænavigaverint. *Flor.* 3. 8. Homines feros atque silvestres mireris ausos a scopulis suis saltem maria prospicere, ascendere etiam incognitas rates, et prænavigantes subinde inopinato impetu terrere. — *b*) Cum Accusativo. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (146). Duo oppida longis intervallis Tigri prænavigari tradunt. *Val. Max.* 1. 8. *n.* 9. Prænavigans litus. *Seneca* 3. *Ira* 22. Villam stantem prænavigabamus; nunc causa dirutæ quæritur. Cf. *Mela* 2. 3. Ad Sunium tendentibus illa (*maria*) prænaviganda.

II.) Translate. *Seneca Ep.* 70. Prænavigamus vitam, et quemadmodum in mari, ut ait Virgilius noster (3. *Æn.* 72.): terræque, urbesque recedunt: sic in hoc cursu rapidissimi temporis primum pueritiam abscondimus, deinde adolescentiam, etc.

PRÆNĔGO, as, are, a. 1. antea negare *Boeth. Aristot. elench. sophist.* 2. *p.* 748. Quibuscumque in interrogationibus non necesse est prænegare, quod duplex est.

PRÆNEXUS, a, um, particip. ab inusit. *prænecto*, in anteriori parte nexus. *Solin.* 1. *sub init.* Diva (*Angerona*) præsul silentii prænexo obsignatoque ore simulacrum habet.

PRÆNĬMIS, adverb. *troppo troppo*, ἄγαν, valde nimis. *Gell.* 19. 10. Hoc prænimis plebejum est.

PRÆNĬTĔO, es, ŭi, ere, n. 2. Part. *Prænitens* I. et II. — Prænitere est valde nitere, pernitere, præfulgere, *risplendere assai.*

I.) Proprie. — *a*) Absolute. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 9. 6. (42). Luna subito prænitens. *Apul.* 5. *Met.* Vestes prænitent, splendicant gemmæ. *et* 11. *ibid.* Juvenis veste nivea prænitens. — *b*) Cum Dativo. *Seneca Med.* 93. Hæc quum femineo constitit in choro, Unius facies prænitet omnibus. *h. e.* pulcritudine præcellit. *Horat.* 1. *Od.* 33. 4. cur tibi junior Læsa præniteat fide. *h. e.* ut pulcrior et amabilior ab omnibus præfertur.

II.) Translate. *Vellej.* 2. 39. 2. Gentes, quarum titulis forum Augusti prænitet. *Id.* 2. 35. 1. Ille dies virtutem Catonis, jam multis in rebus conspicuam atque prænitentem, altissime illuminavit.

PRÆNŌBĬLIS, e, adject. Comp. *Prænobilior.* — Prænobilis est valde nobilis, pernobilis. *Apul. Florid. n.* 16. Est enim in studiis tantus, ut prænobilior sit proprio ingenio, quam patrio consulatu. *Id.* 10. *Met.* Bili subtrahendæ prænobilis potio. *Prudent. Hamartig.* 700. Vade homo, et adflatu nostri prænobilis oris.

PRÆNŌMEN, ĭnis, n. 3. (Il. *antinome, prenome*; Fr. *prénom, nom qui précède le nom de famille*; Hisp. *nombre precedente a el nombre de familia*; Germ. *d. Vorname*, Angl. *first name of a person, by which the individuals of the same family were distinguished*).

I.) Proprie. — *a*) Est appellatio, quæ nomini gentilicio præponitur, ut *Cajus, Marcus, Titus, Publius, Quintus, Sextus*, etc. Nam ingenui apud Romanos trina appellatione gaudebant. *V.* dicta in NOMEN. *Liv.* 30. 18. Quintilius prætor cum filio, cui Marco prænomen erat. *Priscian.* 2. *p.* 577. *Putsch.* Prænomen est, quod præponitur nomini vel differentiæ causa, vel quod tempore, quo Sabinos Romani adsciverunt civitati, ad confirmandam conjunctionem, nomina illorum suis præponebant nominibus, et invicem Sabini Romanorum. Et ex illo consuetudo tenuit, ut nemo Romanus sit absque prænomine. *Hujus autem rei fides sit omnis pene eumd.* Priscian. *Diomed.* 1. *p.* 307. *Putsch.* Apud illos (*Græcos*) Alexander προώνυμον est, quod nos prænomen dicimus: hoc gentilicio nomini præponitur. — *b*) Fere per unam tantum, vel duas, aut tres litteras scribebatur, ut M. *Marcus*, M'. *Manius*, C. *Cajus*, T. *Titus*, Ti. *Tiberius*, Cn. *Cnæus*, Pub. *Publius*, Sex. *Sextus*. Vide *Auct.* libelli *de nom. prænom. cognom.* etc. qui *Val. Max.* subjici solet. Scribebatur autem per notas, quia quum per omnem Romanorum ætatem paullo plura quam triginta prænomina omnino fuerint, facile ab omnibus scirentur. In familiari tamen sermone aliquando omittebatur. Hinc *Cic.* 7. *Fam.* 32. Quod sine prænomine familiariter, ut debebas, ad me epistolam misisti etc. Sic nomen omisit *Id.* 1. *Fam.* 9. Quoniam haberent suum Publium (*h. e.* Clodium), darent mihi ipsi alium Publium (*h. e.* Vatinium), in quo possem illorum animos repungere. — *c*) Prænomina vero apud Romanos usitata et hactenus reperta sunt duo et sexaginta, quorum exempla habes loco suo in *Onomastico*, scilicet Agrippa, Ancus, Annius, Appius,

Aruns, Aulus vel Olus, Cæso vel Kæso, Cajus vel Gajus, Cnæus, Decimus, Decius, Epidius, Faustus, Herius, Hostus vel Ostus, Lar, Lucius, Mamercus, Manius, Marcus, Messius, Mettus vel Mettius, Minatius, Minius, Nero, Novius, Numerius, Occius, Octavus, Opiter, Ovius, Paquius vel Pacius, Paulus, Percennius, Petidius vel Pettius, Postumus, Primus, Proculus, Publius, Pupus vel Pupius, Quartus, Quintus, Salvius, Secundus, Septimus, Sergius, Sertor, Servius, Sextus, Spurius, Statius, Talus, Tertius, Tiberius, Titus, Trebius, Turnus, Tuttus, Valerius, Vibius, Volero, Vopiscus. — *d*) Apud veteres Romanos si plures fuissent in eadem familia fratres, solo prænomine distinguebantur, ut *M.* Tullius Cicero, *Q.* Tullius Cicero. Hinc *Sueton. Vitell.* 2. Ejus pater equ. R. quatuor filios cognomines, ac tantum prænominibus distinctos, reliquit, Aulum, Quintum, Publium, Lucium. Natu vero maximus inter fratres patris prænomine utebatur ex SC. lato ann. U. C. DXIV. C. Claudio Centone, M. Sempronio Tuditano Cos., ut habent *Excerpta Dionis* in *Nov. Collect. Scriptor. vet. T.* 2. *p.* 541. ab *A. Maio* Romæ edita, ubi tamen perperam Claudius prænominatur *Marcus*, et Sempronius *Titus*, quod prænomen insolens omnino fuit in gente Sempronia. Eo vero loci prænomen ἐπωνυμία dicitur, quæ et prænominum et nominum et cognominum Romanorum communis fuit appellatio apud Græcos, qui, quum unico uterentur nomine, opportuno, quo tria hæc Romanorum nomina distinguerent, vocabulo carebant: hinc tantum in *Gloss. Philox.* prænomen προωνύμιον appellatur; et hæc leguntur apud *Lyd. de magistrat. R. l.* 1. *c.* 22. Ὡς Ποπλίου Βαλέριος Ποπλικόλας· ὧν αἱ μὲν δύο ἐπωνυμίαι τὴν ἐκ Ῥωμαίων, καὶ Σαβίνων παρεδήλουν λαμπρότητα, ἡ δὲ τρίτη τὴν ἐκ τῆς περὶ τὸν δῆμον στοργῆς ἐδείκνυ διάθεσιν. *Ut Publius Valerius Publicola; quorum nominum duo a Romanis Sabinisque generis claritudinem, tertium ejus erga populum amorem ostendebat.* Hac de re consule etiam *B. Borghesium* in *Giorn. Arcad. T.* 41. *p.* 108. — *e*) Progressu vero temporis fratres eodem prænomine et nomine, diverso tamen cognomine a se invicem, et ab eorum patre discernebantur: quod ea de causa factum est, quam attulimus in v. COGNOMEN. — *f*) Hinc illud etiam deinde accidit, ut prænomen, quippe quod ad fratres inter se distinguendos nihil amplius juvaret, sæpissime omitteretur, quemadmodum patet ex *Tacito*, *Suetonio*, aliisque historicis tum Latinis, tum Græcis, atque adeo ex lapidibus ævo sequiore insculptis, in quibus nomen tantummodo et cognomen cieri solet. *V.* etiam COGNOMEN. — *g*) *Prænomen* antiquitus pueris, deinceps vero cognomen imponi solebat die lustrico, octavo nempe a nativitate die; puellis autem nono, ut in v. LUSTRICUS dictum est. Communi siquidem vocabulo nomen dicebatur prænomen, vel cognomen puerorum, et cognomen puellarum, ideoque *nominalia* etiam appellabatur is dies. *V.* NOMINALIS. — *h*) Aliquando prænomen in cognomen abiit. *V.* LUCIUS et MARCUS in ONOM. E contrario cognomen quandoque vicem prænominis sumpsit. *V.* COGNOMEN. — *i*) Interdum etiam duplici prænomine utebantur Romani, ut probat *Marin. Frat. Arv. p.* 234. 354. et alibi. *V.* etiam COGNOMEN; et *Orell.* ad *Inscript.* 4030. — *l*) Controversiam de mulierum prænominibus, fuerint, necne in usu, a summis viris agitatam, ita componi posse putat *Spanhem. de præst. et usu num. T.* 2. *diss.* 10. *p.* 41., ut largiamur vetustis temporibus feminis prænomina, quod *Varro* 9. *L. L.* 55. *Müll.* et *Auct. lib.* supra *cit.* sub *b.* et *Paul. Diac. p.* 224. 14. *Müll.* tradidere: paullatim vero in desuetudinem abierint, donec postea sequiori ævo frequentior eorum usus repetitus sit. Nonnulla horum prænominum in inscriptionibus exempla affert *Fabrett. p.* 30., quibus addenda est *Inscript.*, quæ etiam num Patavii exstat, apud *Gruter.* 311. 3. P. SERVILIAE VIRG. P. SEXTILIA VIR. VEST. ET SIBI V. F. Ita in lapide: apud *Gruter.* pro *Sextilia* perperam legitur *Servilia*. V. *Cavedoni Marm. Moden. p.* 161.; et *Walchium* in *Act. Soc. Lat. Jen. T.* 3. *p.* 46. — *m*) Liberti feminarum non ab iisdem, quas raro admodum prænomine usas fuisse nuper vidimus, sed ab earum patre, si ingenuæ essent; a patrono, si libertæ, illud sibi adsciscere solebant. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 436. *n.* 28. T. LIVIVS LIVIAE T. F. QVARTAE L. HALYS. Alia apud *eumd. ibid. n.* 30. AFVLERIA ZOSIME SEX. LIB. SIBI ET SEX. AFVLERIO LIB. MEO THEMISTOCLETI etc.

II.) Translate. Prænomine *Imp.*, scil. *imperatoris*, usus est omnium primus C. Julius Cæsar, eversa ab eodem republica R., teste *Sueton. Cæs.* 76.; eodem tamen abstinuerunt Tiberius et Claudius, teste *eod. Tib.* 26. et *Claud.* 12., quo quidem titulo prænominis loco posito summum in imperii R. provincias jus indicabatur: hinc *Imp. Cæs. Vespasianus Aug.*, atque ita ceteri deinceps appellati sunt. *V.* IMPERATOR.

PRÆNŌMĬNO, as, are, a. 1. prænomen imponere. *Varro* apud *Non. p.* 352. 29. *Merc.* Ut qui contra celeriter erant nati, fere Numerios prænominabant. *Auct. libelli cit. in voce præced.* sub I. *b.* Tullius prænominatus est ominis gratia, quasi tollendus.

PRÆNOSCENTĬA, æ, f. 1. antecepta rei cognitio et anteceptum de eadem judicium. *Theod. Priscian. lib.* 4. *p.* 317. ed. *Ald.* Divisam esse dicimus medicinam in partes quatuor: regularem, quam diætam vocamus; manuum officium, quod chirurgiam vocamus; medicamen, quod pharmaciam vocamus; prænoscentiam, quam prognosin dicimus.

PRÆNOSCO, is, ere, a. 3. Part. *Prænoscens.* — Prænoscere. Ital. *conoscere, o sapere innanzi, presentire, προγινωσκω*, ante cognoscere, præsentire. *Plaut. Asin.* 1. 1. 46. Tu primus sentis, nos tamen prænoscimus. *At* Fleckeisen. *legit* nos tamen in pretio sumus. *Cic.* 1. *Divinat.* 38. 82. Neque non possunt (*dii*) futura prænoscere. Sic *Plin.* 18. *Hist. nat.* 24. 56. (206). Et facta sentiat, quæ futura prænosci non possint. Rursus *Cic. Arat.* 75. (315. ed. *Orell.*). Hoc signum veniens poterunt prænoscere nautæ. *Stat.* 3. *Theb.* 490. venturum cæli prænosce laborem. *Sil. It.* 3. 7. rerum prænoscere fata. *et* 16. 124. prænoscens omina mater. *Val. Aurel.* 1. *Tard.* 4. Alii vero prænoscentes futura etc.

PRÆNŌTĀTĬO, ōnis, f. 3. prima notio. *Ennod. Apol. pro Synod. p.* 319. Quum, in prænotatione ipsa, significantia operis innotescat immundi.

PRÆNŌTĀTUS, a, um. *V.* PRÆNOTO.

PRÆNŌTĬO, ōnis, f. 3. *preconoscenza, πρόγνωσις*, cognitio præcedens, antecepta rei informatio. *Cic.* 1. *Nat. D.* 17. 44. Hanc nos habere sive anticipationem, sive prænotionem deorum. *Boeth. Consol.* 5. *Pros.* 5. Neque ex imbecillitate intelligentiæ humanæ divina futurorum liberorum prænotio neganda est. *Et ibid.* Certa ac definita prænotio.

PRÆNŌTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Prænotatus* 1., 2. et 3. — Prænotare ¶ 1. Generatim est ante vel in anteriori parte notare, præsignare, *segnare, notare, διασημαίνω. Pallad.* 9. *R. R.* 8. Locum signo aliquo prænotare. *Apul.* 11. *Met.* De opertis adyti profert quosdam libros litteris ignorabilibus prænotatos. *Id.* 10. *ibid.* Aureos sacculo conditos anulo prænotare. ¶ 2. Speciatim *prænotare librum* est titulum, vel auctorem in fronte libri præscribere, *intitolare. Augustin.* 8. *Civ. D.* 14. *a med.* Ut de Deo Socratis prænotaret librum, quem appellare de dæmone Socratis debuit. *Hieronym. Ep.* 133. *n.* 3. Ut librum primum Eusebii Cæsariensis, nomine Pamphili martyris prænotaret. Sic *Augustin.* 2. *Retract.* 14. Liber hoc titulo prænotatus, *intitolato.* ¶ 3. Item est prænonstrare, prædicere. *Tertull. advers. Jud.* 14. Prophetæ duos adventus Christi prænotarunt. *predissero.* Sic *Prudent.* 10. *περὶ στεφ.* 629. Crux prænotata, Crux adumbrata est prius. *prefigurata.* ¶ 4. Item præscribere. *Apul.* 6. *Met.* Dolebam, quod pugillares et stilum non habebam, qui tam bellam fabellam prænotarem. *h. e.* notis exciperem.

PRÆNŪBĬLUS, a, um, adject. *assai nuvoloso, συννεφής*, valde nubilus. *Ovid.* 3. *Amor.* 13. 7. Stat vetus, et densa prænubilus arbore lucus. *tenebroso.*

PRÆNUM, i, n. 2.

I.) Proprie. *Gloss. Philox.* Prænum, εἰπωτήριον λίνου. *Salmasius* legit *ἐπωτήριον. h. e.* instrumentum aculeis ferreis instructum ad pectendum linum. *Id.* vero ad *Vopisc. Aurel.* 19. legend. putat *ἐπωτήριον*, et *prelum. ἐπωτήριον* autem ab *ἐπόω premo.*

II.) Translate. *Tertull. Apolog.* 5. Tentaverat et Domitianus prænum Neronis de crudelitate. *h. e.* crudelitatem, qua usus Nero in opprimendis et excruciandis Christianis. *Alii leg.* prænomine Neronis, *alii* portio Neronis, *alii* præmonito Neronis tantam crudelitatem. *V.* SUB-NERO.

PRÆNUNCĬA *vel* prænuntia, æ, f. 1. *V.* PRÆNUNCIUS.

PRÆNUNCĬĀTĬO *vel* prænuntiatio, ōnis, f. 3. actus prænunciandi. *Tertull. Anim.* 46. *ad fin. de oraculis.* Etiam per beneficia fallentes medicinarum, et admonitionum, et prænunciationum. *delle predizioni.*

PRÆNUNCĬĀTĪVUS *vel* prænuntiativus, a, um, adject. prænunciandi et præmonstrandi vim habens. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 71. 73. (181). Propter piraticos terrores turres excitatæ, in queis prænunciatives ignes accensos, etc. *h. e. segnali di notte. At* Sillig. *ex bonis Codic. legit* prænuncios.

PRÆNUNCĬĀTOR *vel* prænuntiator, ōris, m. 3. qui prænunciat. *Augustin.* 9. *Confess.* 5. Credo, quod præ ceteris Euangelii vocationisque gentium sit (*Isajas*) prænunciator apertior. Adde *eumd.* 8. *de Genes.* 4. *extr.*

PRÆNUNCĬĀTRIX *vel* prænuntiatrix, īcis, f. 3. quæ prænunciat. *Prudent.* 2. *περὶ στεφ.* 29. Extrema vox episcopi, Prænunciatrix gloriæ.

PRÆNUNCĬO *vel* prænuntio, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Prænuncians* et *Prænunciandus* II. — Prænunciare est ante nunciare, præmonstrare, prædicere, *avvisare anticipatamente, predire, prenunziare, προαγγελλω.*

I.) Proprie. — *a*) Cum Infinito. *Ter. Phorm.* 5. 2. 12. Tu, Geta, abi, prænuncia, hanc venturam. — *b*) Cum Accusativo. *Auct. B. Afr.* 92. Legatos domum jubet antecedere, ac suum adventum prænunciare. *Nepos Eumen.* 9. Ut suspicionem injiciat hostibus, de eorum adventu esse prænunciatum. *essere corso previo avviso della loro venuta. et Cic.* 1. *Divinat.* 6. 12. Est vis et natura quædam, quæ quum observatis longo tempore significationibus, tum aliquo instinctu inflatuque divino futura prænunciat.

II.) Translate de inanimis et abstractis. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 42. 81. (224). Juglans, frangi se, prænunciat strepitu. *Id.* 18. *ibid.* 35. 90. (365). Vasa sudorem repositoriis relinquentia diras tempestates prænunciant. *Id.* 25. *ibid.* 2. 5. (10). Inventa ratio est prænuncians horas. *Id.* 36. *ibid.* 12. 18. (83). Usus turris nocturno navium cursu ignes ostendere, ad prænuncianda vada portusque introitum.

PRÆNUNCĬUS *vel* prænuntius, a, um, adject. *che avvisa anticipatamente, predice, presagisce, προαγγελος*, qui prænunciat. — *a*) Masc. gen. *Lucret.* 5. 737. Veneris prænuncius ante Pennatus graditur Zephyrus. *Sil. It.* 16. 78. celerare gradum, conjungat ut arma, Asdrubalem ignarum cladis, prænuncius affert Explorator eques. *Ovid.* 2. *Fast.* 767. lucis prænuncius ales. *h. e.* gallus. *Id.* 3. *Trist.* 5. 55. Hunc utinam nitidi Solis prænuncius ortum Afferat admisso Lucifer albus equo. — *b*) Fem. gen. *Cic. Arat.* 66. (300. ed. *Orell.*). Aurora —, clari prænuncia solis. *Id.* 2. *Nat. D.* 5. 14. Stellæ magnarum calamitatum prænunciæ. *Id. Mur.* 21. 44. Non placet mihi inquisitio candidati, prænuncia repulsæ. *Ovid.* 6. *Fast.* 207. Hinc solet hasta manu, belli prænuncia, mitti. — *c*) Neutr. gen. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 84. 86. (200). Numquam

urbs Roma tremuit, ut non futuri eventus alicujus id prænuncium esset. *Seneca* 3. *Ira* 10. Omnium istarum prócellarum animos vexantium quædam sunt prænuncia.

PRÆNUNCŪPĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *prænuncupo*, prænominatus, ante appellatus. *Prudent.* 7. *Cathemer.* 179. Prænuncupatus ore qui prophetico Emmanuel est, sive nobiscum Deus.

PRÆOBTŪRANS, antis, particip. ab inusit. *præobturo*, idem atque obturans, vel ante obturans. *Vitruv.* 10. 12. Axes præobturantes foramina narium, non patiuntur exire, etc.

PRÆOCCĬDO, is, ere, n. 3. ante ad occasum pervenire. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 29. 69. (285). Per id quatriduum Canis occidit, cui præoccidere Caniculam necesse est.

PRÆOCCŪPĀTĬO, ōnis, f. 3. ¶ 1. Generatim est ante occupatio, *preoccupazione, occupamento anticipato*, πρόληψις. *Nepos Eumen.* 3. *extr.* Effecit etiam illud locorum præoccupatione, ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat. ¶ 2. Speciatim est figura, quæ et præsumptio, quando ea, quæ sequi debent, anteponuntur. *Beda de Schem. et Tropis sub init.* ¶ 3. Item morbi genus. *Veget.* 1. *Veterin.* 40. *extr.* Hinc etiam tortura et extensio ventris, dolorque cum magno periculo generatur: quæ passio Græce emphragma, Latine præoccupatio dicitur. Ἔμφραγμα *est obturamentum.*

PRÆOCCŪPĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆOCCŪPO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præoccupatus* I. 1. et II.; *Præoccupandus* I. 1. — Præoccupare est occupare, ante occupare, anticipare, antevertere, prævenire, *preoccupare, anticipatamente impossessarsi, prevenire*, προκαταλαμβάνω.

I.) Proprie. ¶ 1. Est occupare, ante occupare. *Cæs.* 3. *B. C.* 13. Cæsar præoccupato itinere ad Dyrrachium, etc. *Id.* 3. *ibid.* 72. Iniquitas loci et angustiæ, præoccupatis castris. *Nepos Datam.* 7. Hic ne intrare posset saltum, Datames præoccupare studuit. *et Eumen.* 2. Macedoniam præoccupare destinaverat. *Vellej.* 2. 69. 2. Qui præoccupata Asia in Syriam pervenerat. *Liv.* 44. 3. Ad loca opportuna præoccupanda. *Colum.* 7. *R. R.* 13. 1. Quod si (*aures canum*) ulceribus jam præoccupatæ fuerint, etc. — Huc referri potest et illud *Cæs.* 2. *B. C.* 17. M. Varro-diffidens Pompejanis rebus, amicissime de Cæsare loquebatur: Præoccupatum sese legatione ab Cn. Pompejo, teneri obstrictum fide. ¶ 2. Item est antevertere, prævenire. *Nepos Dion.* 4. Ne, quum inter se timerent, alter alterum præoccuparet. *h. e.* prior opprimeret. — Cum Infinito. *Liv.* 4. 30. Legem de multarum æstimatione, quam ab tribunis parari, consules unius ex collegio proditione excepissent, ipsi præoccupaverunt ferre.

II.) Translate, metaphorâ sumptâ a superiori paragr. I. 1. *Liv.* 4. 48. Ubi videant collegas gratiam omnem ad plebem præoccupasse, nec locum in ea relictum sibi. *Cic.* 10. *Phil.* 1. 2. Quas mihi ipse partes sumpseram, eas præoccupavit oratio tua. *At* Orellius *legit* præcepit. *Cæs.* 6. *B. G.* 40. Sic omnium animos timor præoccupaverat, ut etc. *Petron. Satyr.* 113. Hilaritas præoccupaverat mentes. Adde *Liv.* 21. 20. Sic *Id.* 6. 20. Numquam fore in præoccupatis beneficio animis vero crimini locum. *et* 42. 14. Præoccupatis non auribus magis quam animis.

PRÆŌLĔO, es, ere, n. 2. ante, vel bene olere. *Fronto* 1. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 4. Imminens tibi somnus tam elegantem hanc epistulam fecit. Namque, ut crocus, ita somnus prius quam prope adsit, longe præolet, longeque delectat.

PRÆŌPĬMUS, a, um, adject. valde opimus. *Tertull. Pœnit.* 8. Vitulum præopimum immolare.

PRÆŌPĬNOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. antea opinari. *Boeth. loc. cit.* in PRÆCOGNOSCO.

PRÆOPTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Primam syllabam male produxit *Capell.* 1. *p.* 9. Præoptare caret, si quod placet, atque necesse est. *V.* PRÆ init. — Part. *Præoptans* et *Præoptandus.* — Præoptare est magis hoc quam illud optare, malle, anteponere, potius eligere, *volere piuttosto, bramar più, preferire, anteporre;* et usurpatur — *a*) *Præoptare aliquid alicui*, ut apud *Liv.* 9. 45. Suas leges Romanæ civitati præoptaverunt. *Id.* 29. 30. *extr.* Præoptantes exsilio modicam domi fortunam. *Id.* 23. 43. Punicam Romanæ societatem atque amicitiam præoptandam esse. *Nepos Att.* 12. Ut præoptaret equitis R. filiam generosarum nuptiis. — *b*) Cum Infinito. *Cæs.* 1. *B. G.* 25. Multi ut, diu jactato brachio, præoptarent scutum manu emittere, et nudo corpore pugnare. *eleggessero. Tac.* 4. *Hist.* 48. Quotiens Romanæ legiones perire præoptaverint, ne loco pellerentur. — Et addito *quam. Justin.* 8. 4. 5. Ut perire ipsi, quam non perdere eos præoptarent. — *Ter. Hecyr.* 4. 1. 17. Adeon' pervicaci esse animo, ut puerum præoptares perire, potius quam etc? ubi nota pleonasmon τοῦ *potius*: qua ratione etiam *Plaut. Capt.* 3. 5. 30. et *Val. Max.* 4. 1. *n.* 5. *extern.* locuti sunt. — *c*) Sequente part. *ut. Plaut. Trin.* 3. 2. 21. Tuis stultis moribus præoptavisti amorem tuum uti virtuti præponeres. — Et addito *quam. Liv.* 28. 21. Robore major (*frater*), minor flore ætatis ferox, mortem in certamine, quam ut alter alterius imperio subjiceretur, præoptantes.

PRÆORDĬNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆORDĬNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præordinatus.* — Præordinare est antea ordinare, designare, *preordinare*, προχειρίζω. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 4. *ad fin.* Causæ præordinatæ atque fixæ. *Vulgat. interpr. Act. Ap.* 22. 14. Deus præordinavit te, ut cognosceres voluntatem ejus. *Ambros. de Vocat. Gent.* 2. 4. In isto autem opere providentiæ Dei præordinabantur miracula gratiæ christianæ. *Boeth. Aristot. Topic.* 8. 1. *p.* 723. Necessarias igitur (*propositiones*) per quas fit syllogismus, non statim præordinandum, sed abeundum ad suprema.

PRÆORO, as, are, a. 1. ante orare. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 106.

PRÆOSTENDO, dis, di, sum, dere, a. 3. Part. *Præostensus.* — Præostendere est ante ostendere. *Augustin.* 21. *Civ. D.* 8. Hoc monstrare debent, hoc ostendere, vel præostendere, hoc prædicere. *Tertull. advers. Jud.* 4. Sabbatum præostensum et prædictum. *et ibid.* 5. Præostensa sacrificia. *Isid.* 11. *Orig.* 3. Portenta dicta perhibentur a portendendo, id est præostendendo.

PRÆOSTENSUS, a, um. *V.* voc. præced.

PRÆPALPANS, antis, particip. ab inusit. *præpalpo*, ante palpans. *Paulin. Nolan. Ep.* 49. (*al.* 36.) *ante med.* Molli manu ante præpalpans.

PRÆPANDO, is, ere, a. 3. Part. *Præpandens* II. — Præpandere est ante aperire.

I.) Proprie. *Virg. Cul.* 16. seu qua Parnasia rupes Hinc atque hinc patula præpandit cornua fronte. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 24. 28. (80). Majores (*ex araneis*) interna et cavernis exigua vestibula præpandunt. *At* Sillig. *pro* interna *legit* in terra.

II.) Translate. *Lucret.* 1. 143. quo carmine demum Clara tuæ possim præpandere lumina menti. *Cic. in Arat.* 40. hibernos præpandens temporis ortus.

PRÆPĂRĀTĬO, ōnis, f. 3. *preparazione, apprestamento, allestimento*, ἑτοιμασία, παρασκευή, provisio, præmeditatio, apparatus. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 1. *Off.* 21. 73. In omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. *Id.* 3. *Tusc.* 14. 30. Multum potest provisio animi et præparatio ad minuendum dolorem. *Auct. B. Alex.* 44. Tamen virtute vicit incommodum naturæ, difficultatesque hiemis et subitæ præparationis. *Frontin. Aquæd.* 124. Difficilis videbatur futuræ impensæ præparatio. *Vellej.* 1. 12. 6. Aut bellum inter eos populos, aut belli præparatio fuit. ¶ 2. Speciatim est species præsumptionis, h. e. πρόληψεως, apud rhetores, quum pluribus verbis, vel quare facturi quid simus, vel quare fecerimus, dici solet. Ita *Quintil.* 9. 2. 17. Sic *Id.* 7. 10. 12. Quando in causa proponendæ procemiis quæstiones, qua præparatione præmuniendæ.

PRÆPĂRĀTO. *V.* PRÆPARO in fin.

PRÆPĂRĀTOR, ōris, m. 3. *preparatore*, παρασκευαστής, qui præparat. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 33. *ad fin.* Joannes præcursor et præparator viarum Domini.

PRÆPĂRĀTŌRĬUS, a, um, adject. *preparatorio*, παρασκευαστικός, ad præparandum pertinens. *Ulp. Dig.* 43. 29. 3. Prius interdictum præparatorium est hujus interdicti.

PRÆPĂRĀTŪRA, æ, f. 1. præparatio. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 18. Præparatura viarum Domini in Joanne.

PRÆPĂRĀTUS, a, um. *V.* PRÆPARO.

PRÆPĂRĀTUS, us, m. 4. præparatio. *Vellej.* 2. 76. 3. Adventus in Italiam Antonii, præparatusque contra eum Cæsaris habuit belli metum. *Gell.* 10. 11. In præparatu rei rusticæ.

PRÆPARCUS, a, um, adject. *assai parco, molto avaro*, κυμινοπρίστης, valde parcus, avarus, sordidus.

I.) Proprie. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 19. 21. (67). Apes præparcæ, et quæ alioqui prodigas atque edaces proturbant.

II.) Translate. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 24. 51. (110). Homines animi humilis et præparci. *da poco assai.*

PRÆPĂRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præparans* II.; *Præparatus* I. et in fin.; *Præparaturus* et *Præparandus* I. — Præparare est idem ac parare, ante parare, παρασκευάζω (It. *preparare, allestire, apparecchiare*; Fr. *préparer*; Hisp. *preparar, aparejar*; Germ. *vor-, zubereiten, vorherbereiten, zurüsten, zurechtmachen, anschaffen*; Angl. *to prepare, get or make ready, provide*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cic. Rosc. Am.* 8. 22. Quum eodem tempore et ea, quæ præterita sunt, et ea, quæ videntur instare, præparet. *Liv.* 30. 20. Jam hoc ipsum præsagiens animo, præparaverat ante naves. *Cæs.* 5. *B. G.* 9. Locus natura et opere munitus, quem domestici belli causa præparaverant. *Sall. fragm.* apud *Veget.* 1. *Milit.* 9. *extr.* Se et suos milites frequentibus exercitiis præparare ad prælia. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 20. 29. (71). Præparat se pugnæ. *Vellej.* 2. 109. 2. Exercitum assiduis bellis exercendo, majori, quam quod habebat, operi præparabat. *Pers.* 6. 12. Hic ego securus vulgi, et quid præparet Auster Infelix pecori. *Sueton. Ner.* 47. Præmissis libertorum fidissimis ad classem præparandam. Sic *Cæs.* 3. 5. Præparaturus classem. *Colum.* 2. *R. R.* 16. 1. Præparare arva frumentis. *Cic.* 1. *Off.* 4. 11. res necessarias ad vitam degendam. *Sueton. Tib.* 38. profectionem. *Id. Cal.* 24. gladios in necem alicujus. *et ibid.* 27. feras muneri. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 37. 56. (133). cibos hiemi. *Tac.* 11. *Ann.* 8. necem fratri. — *b*) Speciatim est fullonum verbum. Nam *præparare lanas* est eluere, purgare, et coloribus imbibendis aptas reddere. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 20. 23. (48). Anchusæ radix præparat lanas pretiosis coloribus. *et* 24. *ibid.* 11. 58. (96). Tingentibus et radicula lanas præparat. Dixerat enim 19. *ibid.* 3. 18. (48). At quæ vocatur radicula, lavandis demum lanis succum habet. — *c*) Item medicorum, quibus est eluere, purgare, ut medicamentum ad sanitatem imbibatur. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 34. (108). Alopecias in ea curatione præparari oportet novacula et sinapi. *Id.* 32. *ibid.* 7. 23. (67). Præparant autem sepiarum crustæ farina medicamentis cutem. *Id.* 23. *ibid. procem.* 3. (3). Lacrima vitium psoras nitro ante præparatas sanat. *h. e.* elutas, purgatas. — *d*) Item medicamenta, et alia hujusmodi conficientium. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 30. (93). Præparare potum cantharidum, *manipolare*. et *ibid.* 6. 39. (134). Anserum omniumque avium adeps præparatur, exemptisque venis liquatur. *Martial.* 1. 56. Et sua non emptus præparat ova cinis. *h. e.* coquit, et suui parat. — *e*) *Plin.* 13. *Hist.*

nat. 12. 23. (74). Præparantur ex papyro chartæ, diviso acu in prætenues philuras. *si fanno.*

II.) Translate. *Tac.* 1. *Hist.* 72. Præparare gratiam adversus publicum odium. *procacciarsi innanzi tratto.* et *Petron. Satyr.* 139. excusatiònem. *Curt.* 5. 9. Nabarzanes aditum nefariæ spei præparans. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 521. 20. *Merc.* Litteris ante excoli animos, et ad sapientiam concipiendam imbui et præparari decet. *Id.* 1. *Divinat.* 53. 121. Qui se tradet quieti præparato animo quum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis, certa et vera cernit in somnis. — Hinc Part. præter. pass.

Præparatus, a, um, est ante paratus, *preparato, allestito,* παρασκευασθείς.

I.) Proprie. *Justin.* 9. 7. 9. Olympias fugienti percussori equos præparatos habuit. *Petron. Satyr.* 16. Præparata nos implevimus cœna. *Cæs.* 3. *B. C.* 14. Res magno usui præparata. *Cic.* 2. *Divinat.* 58. 119. Pythagoras et Plato, quo in somnis certiora videamus, præparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum jubent.

II.) Translate. *Horat.* 2. *Od.* 10. 13. Sperat infestis, metuit secundis Alteram sortem bene præparatum Pectus. *Cic. Orat.* 28. 99. Si is non præparatis auribus inflammare rem cœpit, furere apud sanos videtur. — Hinc

Præparato, cum præparatione, adverbii more. *Quintil.* 4. 2. 58. Quam nihil præparato, nihil festinato fecisse videtur Milo! *appostatamente.* — *Ex præparato,* idem. *Seneca Ep.* 11. Non enim ex præparato locutus est, sed subito deprehensus. *Liv.* 10. 41. Ad nutum omnia, velut ex ante præparato fiunt.

PRÆPARVUS, a, um, adject. valde parvus, perparvus. *Juvenc.* 2. 819. Haud aliter simile est (cordis si panditis aures) Præparvi grano regnum cæleste sinapis.

PRÆPĀTĬOR, tĕris, ti, dep. 3. Part. *Præpatiens.* — Præpati est valde pati. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 34. Præpati in cardiacis Erasistratus et Asclepiades cor dixerunt. *Id.* 3. *ibid.* 14. Nisi præpatiente ea parte corporis, unde initium sumit pulsus.

PRÆPĔDĪMENTUM, i, n. 2. *impedimento,* ἐμπόδισμα, impedimentum. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 29. Ne fallaciæ præpedimentum objiciatur. *Sidon.* 7. *Ep.* 6. Præpedimento esse alicui.

PRÆPĔDĬO, is, īvi *et* ĭi, ītum, ire, a. 4. Part. *Præpediens* I.; *Præpeditus* I. et II. — Præpedire est compedire, vincire, παρεμπυδίζω (It. *legare i piedi, legare, inceppare;* Fr. *mettre de fers aux pieds, enlacer, enchainer;* Hisp. *ligar y atar con cadena los pies;* Germ. *mit d. Füssen verwickeln, binden, fesseln;* Angl. *to bind, shackle*).

I.) Proprie. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 5. Ita me dii ament, vel in lautumiis, vel in pistrino mavelim agere ætatem, præpeditus latera forti ferro, quam etc. *Tac.* 4. *Ann.* 25. Præpeditis Numidarum equis, aut diversos pastos pererrantibus. — Huc pertinet et illud *Liv.* 8. 38. *a med.* Sine modo sese præda præpediant.

II.) Translate est universim impedire, irretire, implicare, *impedire, intricare. Plaut. Cas.* 3. 5. 25. Timor præpedit dicta linguæ. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 42. Singultu medios præpediente sonos. *Id. Heroid.* 14. 18. Et subitus dextræ præpedit orsa tremor. *Plin. Paneg.* 68. Si forte aliquos flumina, nives, venti præpedissent. *Pacat. Paneg. Theodos.* 40. Ego fugam hostium præpedivi. *Plin.* 2. *Ep.* 19. Recitantium præcipua pronunciationis adjumenta, oculi, manus, præpediuntur. *Tac.* 3. *Ann.* 3. Præpediri valetudine. *Cic. Rabir. perduell.* 7. 21. Confectus senectute, præpeditus morbo. *Alii leg.* perditus. *Ter. Heaut.* 3. 1. 99. In re nostra aut gaudio sumus præpediti nimio, aut ægritudine. *M. Aurel.* inter *ep. Fronton.* 1. *ad M. Cæs.* 1. Præpeditus sollicitudine. *Sall. Jug.* 30. In consule nostro multæ bonæ artes animi et corporis erant, quas omnes avaritia præpediebat. *Lucret.* 3. 478. Consequitur gravitas membrorum, præpediuntur Crura vacillanti. *Flor.* 4. 11. Graves, et ad omnia præpeditæ naves. *quibus oppon.* habiles in omnia, quæ usus poscit. — Cum Infinito. *Tac.* 2. *Ann.* 73. Præpeditus Germanias servitio premere.

PRÆPĔDĪTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PRÆPENDĔO, es, ere, n. 2. Part. *Præpendens.* — Præpendere est ante pendere, *pendere innanzi. Cæs.* 2. *B. C.* 9. Ut esset, ubi tegumenta præpendere possent ad defendendos ictus. *et ibid.* Storeæ eminentibus trabibus præpendentes. *Propert.* 2. 24. 37. Quum tua præpendent demissæ in pocula sertæ. *Martial.* 9. 48. Præpendet mento nec tibi barba minor. *Apul. de Mag.* Lacinia præpendens impedit et præcipitat. Adde *Vitruv.* 4. 6. *a med.*

PRÆPES, ētis, adject. omn. gen. (a *præ* ante vel multum, et *peto*) volans, velox, celer, ὠκύπτερος (It. *veloce, volante, che vola celermente, ratto;* Fr. *qui vole rapidement, rapide;* Hisp. *veloz, rápido;* Germ. *sehr gut fliegend, schnell fliegend, schnell;* Angl. *swift of flight, nimble, fleet*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Virg.* 6. *Æn.* 15. *de Dædalo.* Præpetibus pennis ausus se credere cælo. *Val. Flacc.* 1. 578. præpes Boreas. *Plin.* 7. *Hist. nat. procem.* 1. (4). Præpetes volatus. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 3. Præpes ferrum. *h. e.* telum volatile, ut *Virg.* 4. *Æn.* 71. dixit. *Cn. Mattius* apud *Gell.* 6. 6. Dum det vincenti præpes Victoria palmam. *Seneca Hippol.* 1061. præpeti cursu evolat, Summam citato vix gradu tangens humum. *Auson. epigr.* 146. 1. Puer notarum præpetum Solers minister, advola. *et ibid.* 20. præpetis dextræ fuga Tu me loquentem prævenis. *Festus p.* 205. 26. *Müll.* Præpetes aves quidam dici ajunt, quia secundum auspicium faciunt prætervolantes. Alii, quod aut ea quæ præpetamus, indicent: aut quod prævolent. Alii ex Græco tractum putant, quod ante conspectum volent nostrum: inepte s. ex præpositione Latina componentes et Græco vocabulo. Ceterum poetæ promiscue omnes aves ita appellant. ¶ 2. Latiori sensu est alatus, aliger, *alato. Ovid. Heroid.* 8. 38. Succubuit telis præpetis ipse dei. *h. e.* Cupidinis. ¶ 3. Item absolute avis quæcumque, præsertim quæ volatu potens. *Ovid.* 13. *Met.* 617. Præpetibus subitis nomen facit auctor: ab illo Memnonides dictæ. *Id.* 4. *ibid.* 713. Præpes Jovis. *h. e.* aquila. *Val. Flacc.* 8. 32. pavidæ de more columbæ, Quæ super ingenti circumdata præpetis umbra, etc. *h. e.* accipitris. Adde *Stat.* 3. *Theb.* 544.; et *Ovid.* 14. *Met.* 576. — Apud *eumd.* 5. *ibid.* 257. præpes Medusæus. *h. e.* Perseus Pegaso volans: de quo *Lucan.* 9. 688. quis enim non præpete tanto, Æthera respiceret? Adde *ibid.* 662. ¶ 4. Est verbum augurale. Nam præpetes aves *Hygin.* apud *Gell.* 6. 6. appellari docet, quæ aut opportune prævolant, aut sedes idoneas capiunt. *Nigidius* autem *ibid.* ait *præpetibus* contrarias esse *aves inferas.* Ita enim loquitur *l.* 1. *augur. privati:* Discrepat dextra sinistræ, præpes infera. Ex quo subdit *Gell.* est conjectare, *præpetes* appellatas, quæ altius sublimiusque volitent: contra *inferas,* quæ demisse. Denique *Sulpic. Apollinar. ibid.* ait *præpetes* sibi videri, quas Homerus (*Iliad.* 12. 237.) πανυπτέρυγας appellaverit (*h. e.* magnas alas habentes), quoniam istas potissimum augures spectarent, quæ ingentibus alis patulæ atque porrectæ prævolarent. *Virg.* 3. *Æn.* 359. Trojugena interpres divum, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis, Et volucrum linguas, et præpetis omina pennæ. Ubi *Servius:* Præpetes sunt, quæ secundo auspicio ante eum volant, qui auspicatur. *et mox.* Præpetes aut superiora tenent, et *præpetes* vocantur; aut inferiora, et dicuntur *inferæ. Præpetes* autem ideo, quia omnes aves priora petunt volantes: vel a Græco πέτομαι, id est volo. Hæc *Servius.*

II.) Translate. Non tantum ipsæ aves quæ prosperius prævolant, sed etiam loci, quos capiunt, qui idonei felicesque sunt, *præpetes* appellantur, inquit *Gell. loc. cit.* et *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 15. At *Scalig.* ad *Sever. Æn.* 326. præpetem locum intelligit declivem, et ad quem facilis est accessus, quod Græcis est προπετής, προαλής. Immo τὸ *præpetem* ab ipso προπετής factum putat. *Ennius* apud *Gell. loc. cit.* Præpetibus sese pulcrisque locis dant. *Id. ibid.* Brundusium pulcro præcinctum præpete portu 'st.

PRÆPĔTO, is, ere, a. 3. ¶ 1. *Paul. Diac. p.* 244. 19. *Müll.* Præpetes aves dicuntur, quæ se ante auspicantem ferunt. Nam præpetere dicebant pro anteire. Cf. *Festus p.* 245. 22. ¶ 2. Est etiam valde petere, vehementer appetere. *Festus loc. cit.* in voc. præced. I. 1. *Lucret.* 4. 1151. Et prætermittas animi vitia omnia primum, Tum quæ corpori' sunt ejus, quam præpetis ac vis. *Alii leg.* percupis; Lachmann. *vero* si quam petis ac vis.

PRÆPIGNĔRĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *præpignero,* ante pignori oppositus: et translate obligatus. *Ammian.* 29. 2. Colloquiis ex aula regia præpigneratus abstrusis.

PRÆPĪLĀTUS, a, um, particip. a *præpilare.*

I.) Proprie est in anteriore parte in modum pilæ formatus, in summitate rotundatus in pilam: ut *præpilata hasta,* quæ in acumine cuspidem non habet, sed in obtusum desinens instar pilæ rotunda est, ne lædat: ut apud nos ensis præpilatus, *spada da bottone o da scherma.* Hujusmodi telis utebantur milites in pugnis ludicris: quemadmodum apud *Auct. B. Afr.* 72. legimus, a Cæsare edoctos milites rationem pugnandi contra elephantos: hos enim in castra adductos hastis præpilatis feriebant, ut discerent, cui parti corporis tela adjicere possent, quum eos adversos in veris prœliis habuissent. Similiter Scipio apud *Liv.* 26. 51. milites exercere volens, jussit eos rudibus inter se in modum justæ pugnæ concurrere, præpilatisque missilibus jaculari. *Plin.* quoque 8. *Hist. nat.* 6. 6. (17). narrat, inductos in circum elephantos a L. Pisone, atque ut contemptus eorum incresceret, ab operariis hastas præpilatas habentibus per circum totum actos. Cf. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 30. 50. (95). Locustarum cornua, quæ sunt propria rotunditate præpilata.

II.) Translate. *Quintil.* 5. 12. 17. Declamationes, quibus ad pugnam forensem, velut præpilatis, exerceri solebamus.

PRÆPĪLO, as, ātum, are, a. 1. pila emittere. In illo *Ammiani* 24. 6. Præpilatis missilibus per procursatores principiis pugnæ tentatis etc. *Lips. l.* 4. *Poliorcet. dial.* 4. *præpilatis* exponit conjectis, emissis: quia de vera pugna ibi agitur. Sic *Id. Ammian.* 16. 12. *circa med.* Utrinque magnis concursum est viribus: præpilabantur missilia, etc. *h. e.* ante conjiciebantur. Sunt qui leg. *propilabantur* eod. sensu, ut *Vales.* ad *prior. Ammiani loc.* At *Wagnerus* nihil mutandum censet, licet fateatur, *Ammianum* improprie locutum fuisse. Hæc *Forcellinus.* Sed ut recentiores plerique putant, *missilia præpilare* apud *Ammian. locc. citt.* est missilia in pilorum modum acuere.

PRÆPINGUIS, e, adject. *molto grasso,* εὐλιπής, καταπίμελος, ζατρεφής, valde pinguis.

I.) Proprie. *Virg.* 3. *Æn.* 698. præpingue solum stagnantis Helori. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 51. 77. (207). Præpingues sues. *Id.* 18. *ibid.* 17. 45. (162). Præpinguis et densa ubertas.

II.) Translate. *Quintil.* 12. 3. 32. Vox dura, rigida, præpinguis, aut tenuis. *V.* PINGUITUDO.

PRÆPLECTO, ctis, xum, ctere, a. 3. ante plectere, *et*

PRÆPLEXUS, a, um, particip. ante plexus. Voces a Lexico expungendæ; occurrunt enim tantum in *Not. Tir. p.* 107., ubi tamen legendum videtur *perplecto* et *perplexus.*

PRÆPŎLĬO, is, ĭi, ire, a. 4. ante polio. *Quintil.* 2. 12. 8. Quod litteræ præpolierunt. *Alii rectius leg.* perpolierunt.

PRÆPOLLENS, entis. *V.* PRÆPOLLEO in fin.

PRÆPOLLENTĬA, æ, f. 1. magna pollentia, magna potentia. *Augustin.* in *Ps.* 70. *serm.* 1.

15. Laudatus est Deus in omnibus bonis factis suis-, in fecunditate terrarum-, in omni præpollentia nascentis ubique creaturæ.

PRÆPOLLĔO, es, ēre, n. 2. Part. *Præpollens* in fin. — Præpollere est magis pollere, *essere più potente*. *Tac.* 2. *Ann.* 45. Langobardi defecere ad eum: quibus additis præpollebat. *et ibid.* 51. Ut numerus liberorum in candidatis præpolleret. *et* 11. *ibid.* 14. Phœnices, qui mari præpollebant. *Apul.* 6. *Met.* Si qua in terris puella præpollet pulcritudine. — Hinc Part. præs.

Præpollens, entis, adjective usurpatur, unde Comp. *Præpollentior*; et est valde pollens, ὑπερέχων. *Liv.* 1. 57. Gens divitiis præpollens. *et* 5. 34. Vir virtute fortunaque quum sua, tum publica præpollens. *Apul.* 10. *Met.* Introcessit alia visendo decore præpolliens. *et aliquanto post.* Eruditione doctrinaque præpollens Palamedes. *Augustin.* 22. *Civ. D.* 29. Vis oculorum præpollentior.

PRÆPONDĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. *preponderanza*, abstracta qualitas rei, quæ præponderat. *Gloss. Lat. Gr.* Præponderatio, ῥοπή.

PRÆPONDĔRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆPONDĔRO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Præponderans* sub *A.* I.; *Præponderatus* sub *B.* — Præponderare est majus pondus habere, pondere vincere, prægravare: atque adeo inclinari, vergere, ὑπερταλαντόω, ὑπεραθμίζομαι (It. *pesar giù, preponderare, piegare*; Fr. *être prépondérant, avoir plus de poids*; Hisp. *haber mayor peso*; Germ. *überwiegen, übertreffen*; Angl. *to be of greater weight, outweigh, preponderate*).

A) Sæpissime neutrum est.

I.) Proprie. *Seneca* 3. *Quæst. nat.* 10. *a med.* Et natura partes suas velut in ponderibus constitutas examinat, ne, portionum æquitate turbata, mundus præponderet. *Id.* 1. *Clem.* 2. *extr.* Quia difficile est temperamentum, quidquid æquo plus futurum est, in partem humaniorem præponderet. *Apul.* 7. *Met.* Quoties, in alterum latus præponderans, declinarat sarcina.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro inclinare, vergere. *Quintil.* 7. 2. 39. Sed mihi, si neutro litis conditio præponderet, secundum naturam videtur incipere a persona. *Lucan.* 6. 603. Quærere quo tanti præponderet alea fati. *h. e.* in quem exitum magis inclinet incertus adhuc rerum eventus. ¶ 2. Est etiam pluris æstimori, pluris sum. *Stat.* 8. *Theb.* 615. gravis hinc miseris cunctatio voti: Nutat utroque timor, quemnam hoc certamine victum, Quem vicisse velint: tacite præponderat exsul. *Gell.* 1. 3. *a med.* Quum in rebus aut partibus, aut non longe secus, utilitas amici et honestas nostra consistit; honestas procul dubio præponderat. *Quintil. Declam.* 8. 9. Inter duos liberos pari desperatione languentes da bonum patrem: non præponderabit: alterutrum non eliget. *h. e.* neuter præponderabit. *Alii leg.* non præponderabit alter: neutrum eliget: *alii* non præponderabit alteruter: non eliget. — Active *Auct. Epit. Iliad.* 660. Et (*Juppiter*) Grajum clades gravibus præponderat armis. *favorisce, dichiarandosi per essi contro i Trojani.*

B) Passive

I.) Proprie. *Solin.* 11. *a med.* Coturnices globatæ vehementius properant: quæ festinatio plerumque exitium portat navigantibus; accidit enim in noctibus, ut vela incidant, et præponderatis sinibus alveos vertant. *h. e.* sinibus pondere valde pressis.

II.) Translate. *Cic.* 3. *Off.* 4. 18. Qui omnia metiuntur emolumentis et commodis, neque ea volunt præponderari honestate. *h. e.* ab honestate vinci pondere et æstimatione.

PRÆPŌNO, pōnis, pŏsŭi, *olim etiam* pŏsīvi, pŏsĭtum, pōnere, a, 3. Part. *Præponens* et *Præponendus* I. 1.; *Præpositus* I. 1. et 2.; *Præpostus* per syncop. I. 1. — Præponere est ante ponere, priore loco collocare, προτίθημι (It. *porre innanzi, preporre, antiporre*; Fr. *mettre devant, placer en avant*; Hisp. *meter adelante, poner en adelante*; Germ *vorsetzen, voransetzen*; Angl. *or set before, place first*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 6. 998. Quapropter, bene ubi hæc confirmata atque locata Omnia constiterint nobis præposta, parata, etc. *h. e.* ante posita, ante dicta. *Cic.* 7. *Att.* 3. *a med.* Non enim hoc (*scil. præpositionem* in) ut oppido præposui, sed ut loco. *Ovid.* 1. *Trist.* 7. 33. Hos quoque sex versus, in prima fronte libelli Si præponendos esse putabis, habe. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 58. si quod prius ordine verbum est, Posterius facias præponens ultima primis. *Cic.* 2. *Orat.* 79. 320. Oportet, ut ædibus ac templis vestibula et aditus, sic causis principia pro portione rerum præponere. *Id.* 11. *Fam.* 27. De qua priusquam respondeo, pauca præponam. *Horat.* 1. *Od.* 7. 7. Undique decerptam fronti præponere olivam. *Cic. Fat.* 14. 33. Ergo nec de Œdipode potuisse Apollinem prædicere, nullis in rerum natura causis præpositis. *Alii leg.* propositis. ¶ 2. Speciatim *præponere alicui rei quempiam*, ei curandæ, aut regendæ præficere, *deputare, mettere al governo, alla direzione, far presidente*. *Cic. pro leg. Manil.* 22. 63. Unum illum ex omnibus delegistis, quem bello prædonum præponeretis. *Cæs.* 1. *B. G.* 54. Hibernis Labienum præposuit. *et* 3. *B. C.* 89. Sinistro cornu Antonium, dextro P. Sullam, media acie Domitium præposuerat. *Justin.* 6. 2. 4. Præponere aliquem summæ rei. *Cic.* 2. *Fam.* 15. aliquem provinciæ. *et* 15. *ibid.* 4. *a med.* negotio. *Id.* 7. *Verr.* 38. 101. navibus. *Tac.* 1. *Hist.* 20. exactioni. *et* 15. *Ann.* 18. vectigalibus. *Ovid.* 3. *Trist.* 1. 67. aliquem custodem alicui loco. — Similiter Part. *præpositus* sæpissime usurpatur. *Cic.* 1. *Divinat.* 34. 76. Sacerdos oraculo præposita. *Cæs.* 3. *B. C.* 5. Bibulus toti officio maritimo præpositus. *Justin.* 1. 3. 2. Præfectus ipsius Medis præpositus. *Seneca* 1. *Ira* 16. *circa med.* Centurio præpositus supplicio. *Sueton. Tib.* 4. classi. *et Domit.* 16. cubiculo. *Ulp. Dig.* 15. 7. 11. *circa med.* servus pecuniis exigendis. *Ovid.* 9. *Met.* 283. Præpositam timidis parientibus Ilithyiam. *h. e.* præsidem. *Seneca Herc. Fur.* 532. Pomis divitibus præpositus draco. *posto alla custodia.* — Animadvertenda sunt et sequentia. *Cic.* 8. *Att.* 11. B. *sub init.* Nos adhuc in ea ora, ubi præpositi sumus, ita fuimus, ut navem paratam haberemus. *Orell. leg.* ubi, *alii* cui. *Liv.* 37. 41. Rex ipse in dextero cornu erat: Seleucum filium et Antipatrum fratris filium in lævo præposuit. *Nepos Thrasyb.* 1. Quum triginta tyranni, præpositi a Lacedæmoniis, servitute oppressas tenerent Athenas etc. *Tac. Germ.* 30. Multum (*Cattorum genti*), ut inter Germanos, rationis ac solertiæ: præponere electos, audire præpositos, nosse ordines, etc. *Dig.* 14. 1. 1. § 2. Qui magistrum præponit.

II.) Translate est præferre, pluris facere, anteponere, *preferire, anteporre, stimar più*. *Plaut. Rud.* 4. 2. 11. Lucrum præposivi sopori et quieti. *Ter. Andr.* 1. 1. 38. Præponere se alteri. *Id. Eun.* 1. 2. 59. Si fidem habeat, se iri præpositum tibi apud me. *Cic.* 9. *Phil.* 7. 15. Salutem rei publicæ vitæ suæ præposuit. *Id. Rabir. perduell.* 8. 23. Præponere amicitiam patriæ. *Ovid.* 2. *Fast.* 676. Ne videare hominem præposuisse Jovi. *Id.* 8. *Met.* 136. Jam jam Pasiphaen non est mirabile taurum Præposuisse tibi. *Id.* 4. *Trist.* 10. 127. Quumque ego præponam multos mihi; non minor illis Dicor, et in toto plurimus orbe legor. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 92. Vis tu homines urbemque feris præponere silvis? — Notanda est ratio illa loquendi, quam *Priscian.* nullo quidem exemplo fulcit, usitatam tamen Latinis ait 18. *p.* 1203. *Putsch.* Præpono, hunc optimum esse amicorum. Græci quoque sic loquuntur: Προκρίνας τούτους καλλίστους εἶναι τῶν λόγων. — Hinc a Part. præter. pass., cujus multa exempla supra retulimus,

Præpositum, i, et sæpius *præposita, orum*, n. 2. absolute, substantivorum more, τὰ προηγμένα appellavit Zeno philosophus ea, quæ licet vere bona non sint, pluris tamen sunt æstimanda, ut *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 10. 37. docet: quæ vero minoris, rejecta. *Id.* 4. *Fin.* 26. 72. Ista bona non dico, sed dicam Græce προηγμένα, Latine autem producta: sed præposita, aut præcipua malo: illa autem non appello mala, sed, si libet, rejectanea. *et paullo post* § 73. Bonum negas esse divitias, præpositum esse dicis. Bonum ex quo appellatum sit, nescio: præpositum ex eo credo, quod præponatur aliis. *V.* PRODUCTUS.

Præpositus, i, m. 2. et

Præposita, æ, f. 1. *V.* loco suo.

PRÆPORTO, as, are, a. 1. Part. *Præportans*. — Præportare est præferre, præ se ferre, ostendere. *Lucret.* 2. 621. Telaque præportant, violenti signa furoris. *Catull.* 64. 133. Eumenides, quibus anguino redimita capillo Frons exspirantes præportat pectoris iras. *Cic.* in *Arat.* 433. E quibus ingenti exsistit cum corpore præ se Scorpius infestus præportans flebile acumen.

PRÆPOS, otis, adject. valde potens. Ita *Gloss. Isid.* (*ubi male* propos *pro* præpos) et *Gloss. Pith.*

PRÆPŌSĬTA, æ, f. 1. *superiora, abbadessa*, mulier, quæ aliis in monasterio degentibus præponitur. *Augustin. Ep.* 211. (*al.* 109.). Hæc sunt, quæ, ut observatis, præcipimus, in monasterio constitutæ. Sed sit in potestate præpositæ, ut in commune redactum, cui necessarium fuerit, præbeatur. *Et ibid.* Perseverate in bono proposito, et non desideriabitis mutare præpositam.

PRÆPŌSĬTĬO, ōnis, f. 3. ¶ 1. Generatim est actus præponendi, *il preporre*, πρόθησις. *Cic.* 3. *Fin.* 16. 54. Qui ita talus erit jactus, ut cadat rectus, præpositum quiddam habebit ad finem; neque tamen illa præpositio tali ad eum finem pertinebit. ¶ 2. Speciatim est actus præficiendi. *Ulp. Dig.* 14. 1. 1. § 12. Igitur præpositio certam legem dat contrahentibus. Quare si eum præposuit navi ad hoc solum, ut etc. Adde *ibid.* 3. 11. ¶ 3. Item speciatim Grammaticis est pars orationis indeclinabilis, quæ ceteris partibus aut separata, aut conjuncta fere præponitur: ut *pro, in, apud, extra.*: *V.* PRÆVERBIUM. *Cic. Orat.* 47. 158. Una est præpositio *abs*, eaque nunc tantum in accepti tabulis manet. *Id. Topic.* 11. 48. Præpositio enim *in* privat verbum ea vi, quam haberet, si *in* præpositum non fuisset. Adde *Varron.* 6. *L. L.* 63. *Müll.*; *Quintil.* 1. 4. 13. *et* 5. 51.; *Gell.*; *Sueton.* etc. — Sæpissime in antiquis monumentis inter præpositiones earumque casus puncta omitti, immo ambæ eæ voces junctim scribi solent, ut *infronte* pro *in fronte*, quod ideo factum est, quia duæ illæ voces sub uno accentu pronunciantur. Huic rei simile aliquid animadvertit *Visc.* in *Monum. Gab. p.* 134. *ed. Mediol.*, sed veram omissionis et conjunctionis rationem non attulit, quæ ex sequentibus scriptorum locis patebit. *Priscian.* 14. *p.* 978. *Putsch.* Annititur semper præpositio sequenti dictioni, et quasi una pars cum ea effertur, unde et acutum in gravem convertit. *Capell.* 3. *p.* 62. Contextus orationis plerumque adimit proprios sonos his vocibus, quæ referuntur ad aliquid sequens, ut præpositionibus: *ante urbem*. Nam hic *ante* perdidit acutum sonum prioris syllabæ: item *post muros. Pompej. Comment. art. Donat.* § 11. Duæ partes orationis unum accentum habebunt, quotiescumque in unam colliguntur. Si dicas *interealoci, interea* una pars orationis est, *loci* altera.

PRÆPŌSĬTĪVĒ, adverb. *V.* POSTPOSITIVE.

PRÆPŌSĬTĪVUS, a, um, adject. qui præponitur, ut Vocales præpositivæ, apud *Priscian.* 1. *p.* 561. *Putsch.* et 17. *p.* 1038., quæ in diphthongis confundis priorem locum habent. Conjunctio præpositiva apud *Diomed.* 1. *p.* 409., quæ in oratione præponitur, ceu *ut, nam.*

PRÆPŌSĬTŪRA, æ, f. 1. *prepositura, carica*, officium et dignitas præpositi. *Lamprid. Elagab.* 6. Militaribus præposituris, et tribunatibus, et legationibus, et ducatibus venditis. *Inpp. Valent. et Valens Cod.* 10. 70. 2. Præpositura borreorum et pagorum.

PRÆPŌSĬTUS, a, um. *V.* PRÆPONO.

PRÆPŎSĪTUS, i, m. 2. *preposto, prefetto, presidente, officiale, capo,* ἐπιστάτης, qui alicui officio præponitur, præfectus — *a*) Præsertim militaris. *Cic. Pis.* 36. 88. Præpositus legatorum tuorum optimus abs te quisque violatus. *Alii leg.* Præpositus legatorum tuorum turpissimus: optimus abs te etc. *Tac.* 1. *Hist.* 36. Nec tribunis, aut centurionibus adeundi locus: gregarius miles caveri insuper præpositos jubebat. *Sueton. Oth.* 1. Ausus est milites quosdam, quod præpositos suos occiderant, capite punire. *Inscript.* apud *Gruter.* 1096. 6. CN. MARCIO CN. F. GAL. PLAETORIO CELERI PRAEPOSITO NVMERORVM TENDENTIVM IN PONTO AB SARO. *Apul.* 10. *Met. ab init.* Ipse ad præpositum suum, qui mille armatorum ducatum sustinebat, sollicite proficiscitur. *Id. ibid. multo post de eod.* Miles ille, qui me, nullo vendente, comparaverat, tribuni sui præcepto debitum sustinens obsequium, etc. Adde *Modestin. Dig.* 49. 16. 3. *extr.* et *Irr. Menand. ibid.* 6. *extr.* Hinc *ex præposito* dicitur, qui alicui legioni jam præfuit. *Inscript.* apud *Murat.* 1071. 5. AVRELIVS VINCENTIVS EX PRAEPOSITIS VIR ORNATVS LEGIONIS X. GEMINAE. — *b*) Extra rem militarem vetus S. C. apud *Plin.* 8. *Ep.* 6. *a med.* Præpositi rerum cuiæ Cæsaris. *h. e.* procuratores. *Inscript.* apud *Gruter.* 582. 7. GEMELLO AVG. LIB. PRAEPOSITO ARGENTI POTORII. *et ibid.* 5. PRILETAERO AVG. LIB. PRAEPOS. AB AVRO GEMMATO. *et* 600. 15. PRAEP. CVRSORVM. *Frontin. Aquæd.* 17. *et* 117. aquarum.

PRÆPOSSUM, pŏtes, pŏtŭi, posse, n. anom. plus possum, præpolleo, prævaleo, ὑπερέχω. *Tac.* 5. *Ann.* 8. Postquam Macedones præpotuere. *prevalsero.* — Particip. *Præpotens* V. suo loco.

PRÆPOSTĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. inversio. *Augustin. Music.* 3. 20. Dicerem sex (*tempora*), nisi me illa præposteratio revocaret. Habent et *Gloss. Vatic. T.* 6. *p.* 530. Isterologia (*lege* Hysterologia), præposteratio sermonum.

PRÆPOSTĔRĀTUS, a, um. *V.* PRÆPOSTERO.

PRÆPOSTĔRĒ, adverb. Comp. *Præposterius.* — Præpostere est Ital. *a rovescio, contr'ordine, confusamente,* ἀνεστραμμένως, inverso ordine, perverse, perperam. *Cic.* 7. *Att.* 16. Omnes arbitror mihi tuas litteras redditas esse, sed primas præpostere, reliquas ordine, quo sunt missæ. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 20. 66. Ut præpostere tecum agam, mox referam me ad ordinem. *Id.* 2. *Divinat.* 71. 146. Nihil tam præpostere, tam incondite, tam monstruose cogitari potest, quod non possimus somniare. *Plin.* 3. *Ep.* 9. *a med.* Succurrit quod præterieram, et quidem sero: sed, quamquam præpostere, reddetur. *Plin. alter* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (24). Lævus calceus præpostere inductus. *h. e.* lævus pro dextero. *Gell.* 2. 8. Imperfecte atque præpostere atque inscite syllogismo uti. *Pompej. Comment. art. Donat.* § 25. Ecce præposterius usus es re olim facta ante rem paullo post factam.

PRÆPOSTĔRĬTAS, ātis, f. 3. ordo præposterus. *Arnob.* 3. 30. Si Juno est aer, quemadmodum dictitare consuestis, Græci nominis præposteri'ate repetita. *h. e.* inverso ordine litterarum in voce ἀήρ aer, unde fit Ἥρα Juno. *Vet. Inscript.* non optimæ notæ apud *Gruter.* 684. 6., quæ est apud *Orell.* (cui tamen suspecta) 4774. PARENS AFFLICTVS PRAEPOSTERITATE NATVRÆ HVNC FILIVM VNICVM HIC CONDIDIT.

PRÆPOSTĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præposteratus.* — Præposterare est invertere, perturbare, præposterum facere. *Auct. declam. quæ inscribit.* Tribunus Marianus, 9. Ordinem judiciarium militis inhumani præposteravit impietas. *Mar. Victorin.* 4. *p.* 2600. *Putsch.* Horum præposterato situ memorati versus forma præstabitur sic. *Boeth.* in *Porphyr. Dial.* 1. *p.* 5. Præposterato ordine dicit. Sic *Cassiod. de orthograph. præf.* Commemorati sunt auctores orthographiæ, ex quibus alii ipso, alii præpostero ordine similia dicunt, alii vero diversa scribunt. et *Præcept. Music.* ex *Augustin.* edent. *A. Maio Nov. Coll. T.* 3. *p.* 133. Qui membris iisdem præposteratis fieri possunt.

PRÆPOSTĔRUS, a, um, adject. (præ *et* posterus) est inverso ordine factus, perversus, quum scilicet aliquid prius fit, quod post fieri debuit, aut contra, πρωθύστερος (It. *rovescio, contr'ordine, fatto di contrattempo, confuso, stravolto*; Fr. *renversé, interverti, inverse*; Hisp. *inverso, desordenado, confuso*; Germ. *umgekehrt, verkehrt, unrecht*: Angl. *overthwart, out of order, perverted, confused, preposterous, awkward*). Usurpatur — *a*) De rebus et de abstractis. *Cic. Rabir. Post.* 13. 37. Quid tam insolens, tam perversum præposterumve dici, aut excogitari potest? *Plin.* 6. *Ep.* 5. Oratio sera et intempestiva, et præpostera. *Lucret.* 3. 621. præposterus ordo. *Seneca Ep.* 23. Ver malignum et frigus præposterum. *Cic.* 3. *Orat.* 11. 40. Ut verba sic et casibus, et temporibus, et genere, et numero conservemus, ut ne quid perturbatum ac discrepans, aut præposterum sit. *et ibid.* 13. 49. Non discerptis sententiis, non præposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine. *Id. Sull.* 32. 91. O falsam spem! o præposteram gratulationem! *Id. Amic.* 22. 85. Præposteris utimur consiliis, et acta agimus. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 8. 6. (45). Præposterus natalis. *h. e.* quum quis non in caput, sed in pedes ex utero prodit. *Id.* 17. *ibid.* 24. 37. (216). Arbores aduri flatu frigidiore præpostero die, quoniam suo frigora etiam prosunt. *fuor di tempo.* et 16. *ibid.* 27. 51. (118). Præposteri ficus. *h. e.* qui celerius, aut tardius solito proveniunt. — Et cum Dativo. *Ovid.* 1. *Trist.* 8. 5. Omnia naturæ præpostera legibus ibunt. — *b*) *Præposterus homo,* præpostere agens, perversus. *Cic. Cluent.* 26. 71. Itaque ut erat semper præposterus atque perversus, initium facit a Bulbo. *Id. Pis.* 38. 92. Noster hic præposterus imperator. *Id.* 15. *Fam.* 17. Præposteros habes tabellarios. *Sall. Jug.* 88. Homines præposteri.

PRÆPOSTUS, a, um. *V.* PRÆPONO.

PRÆPŎTENS, entis, particip. a *præpossum*, quod adjective usurpatur, unde Comp. *Præpotentior*; et est valde aut plus potens, præpollens, ὑπέροχος (It. *molto potente*; Fr. *très-influent, très-puissant*; Hisp. *muy potente*; Germ. *mächtig, viel vermögend*; Angl. *very able or powerful*). Usurpatur — 1.° De hominibus. — *a*) Sine additis. *Cic. Rabir. Post.* 16. 44. Clari ac præpotentes viri. *Id.* 2. *Fin.* 18. 57. Sed finge non solum callidum eum, qui aliquid improbe faciat, verum etiam præpotentem, ut M. Crassus fuit. Huc referri potest et illud *ejusd.* 2. *Nat. D.* 30. 77. Non est igitur natura deorum præpotens, neque excellens, si quidem subjecta est necessitati. — *b*) Cum Ablat. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (42). Statuarii præpotentes opibus. — *c*) Cum Genit. *Cic.* 2. *Divinat.* 18. 42. Nonne perspicuum est, ex prima admiratione hominum, quod tonitrua jactusque fulminum extimuissent, credidisse, ea efficere rerum omnium præpotentem Jovem? — *d*) Hinc *præpotentes* absolute, substantivorum more. Cf. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 9. Certo enim, quod quidem ad nos duas attinuit, præpotentes, pulcræ. *Cic. Amic.* 15. 54. Multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles. *Colum.* 1. *R. R.* 3. 12. More præpotentium, qui possident fines gentium, quos ne circumire equis quidem valent. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 19. 42. (93). Id acciderit ob iniquitatem præpotentium, an forte, non satis constat. *de' prepotenti.* — 2.°) De rebus. *Cic. Balb.* 15. 34. Quum præpotens terra marique Carthago, nixa duabus Hispaniis, huic imperio immineret. *Id.* 1. *Orat.* 43. 193. Præpotens et gloriosa philosophia. *Val. Max.* 5. 2. *n.* 8. Præpotens gratæ mentis impetus. *et* 7. 2. *n.* 1. Præpotentia imperia.

PRÆPŎTENTĬA, æ, f. 1. excellens potentia. *Tertull.* 2. *adv. s. Marcion.* 7. Præscientia et præpotentia Dei. *Apul. de Mund.* Cambyses et Xerxes et Darius potentissimi reges fuerunt. Horum præpotentiam, quam ex opibus collegerant, lenocinium vitæ effecerat celsiorem.

PRÆPŎTO, as, are, a. 1. Part. *Præpotandus* 1. et 2. — Præpotare ¶ 1. Est ante potare, præbibere. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 17. *n.* 160. Præpotandos jubet medicamentis myrrhæ obolos duos. ¶ 2. *Præpotare aliquem* in re medica est præcipere, ut is præbibat. *Id. ibid. n.* 159. Præpotat ægrotantes vel passo, vel acriore vino. *et* 5. *Tard.* 10. *n.* 120. Præpotandus ægrotus iis, quæ supra memoravimus.

PRÆPRŎPĔRANTER, adverb. valde properanter. *Lucret.* 3. 779 certareque præproperanter.

PRÆPRŎPĔRĒ, adverb. *con troppa fretta, o celerità,* λιαν ταχέως, nimis propere, nimis celeriter. *Liv.* 37. 23. *sub fin.* Festinans præpropere. *Id.* 22. 19. *a med.* Raptim omnia præpropere agendo. Adde *eumd.* 22. 19.

PRÆPRŎPĔRO, as, are, n. 1. multum propero. *Gloss. Philox.* Præproperat, προπετευεται.

PRÆPRŎPĔRUS, a, um, adject. *troppo frettoloso, o presto, o precipitoso,* σπερχνός, ταχύς, nimis properus, festinus, celer, præceps. *Cic.* 7. *Fam.* 8. et 10. *ibid.* 26. Te adipiscendi magistratus præpropera festinatio abducet a tantis laudibus. *Id.* 1. *Att.* 1. Non aliena rationi nostræ fuit illius hæc præpropera prensatio. *Liv.* 31. 42. Fatigati equi virique præpropera celeritate. *Id.* 22. 41. Temeritati consulis ac præpropero ingenio materiam etiam fortuna dedit. *Id.* 27. 33. *sub fin.* Toto eo bello damnosa, præpropera ac fervida ingenia imperatorum fuisse. *Sil. It.* 15. 757. Hastam præpropero nisu jacit. *Val. Max.* 5. 3. *n.* 6. Parum pudicas ratus lacrimas, quæ præpropero amori dabantur.

PRÆPŪDIO, as. *V.* PRÆPUTIO.

PRÆPŪDĬUM, ii, n. 2. impedimentum. *V.* PROPUDIUM.

PRÆPULCHER, ra, rum, adject. valde pulcher, perpulcher. *Juvenc.* 1. 432. fortia vobis Proveniunt hominum præpulcra indagine lucra.

PRÆPURGĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆPURGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præpurgatus.* — Præpurgare est ante, aut valde purgare, προκαθαίρω. *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *n.* 128. Ut sæpe, imminente accessione, per somnum jactu seminis ægri præpurgentur. *Id.* 3. *Acut.* 4. Clystere præpurgatos phlebotomamus. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 16. et 2. *Tard.* 2.

PRÆPŪTĬĀTĬO, ōnis, f. 3. præputii conservatio, ἀκροβυστία: cui opponitur circumcisio. *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 4. *a med.* ex *Apost. ad Galat.* 5. 6. Adde 5. *ibid.* 13.

PRÆPŪTĬĀTUS, a, um, particip. a *præputio*, ἀκροβυστος, præputium habens, incircumcisus. *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 9. *a med.* Christus præputiati sacerdotii pontifex.

PRÆPŪTĬO, as, are, a. 1. præputium duco, ut ait *Juvenal.* 6. 237., seu masturbo. *Vet. Scholiast.* ad illud *Juvenal.* 10. 206. Et, quamvis tota palpetur (*nervus*) nocte, jacebit: Fricetur, præputietur. Ita pro *præpudietur* legendum conjicit *Schrevelius.*

PRÆPŪTĬUM, ii, n. 2. *prepuzio,* πόσθη, ἀκροπόσθιον, pellis glandem colis integens: a *præ ante* et πόσθιον *penis*, s extrito. *Juvenal.* 14. 99. mox et præputia ponunt. *V.* RECUTITUS. *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. *n.* 104. Mollis atque humida inflatio ventris ac vultus et crurum et folliculi genitalis vel præputii.

PRÆQUAM, adverb. *più di quello che*, plus quam. *Plaut. Merc.* 1. 1. 22. Nec pol profecto quisquam sine grandi malo, præquam res patitur, studuit elegantiæ. Hæc *Forcellinus Lambinum* sequutus. At *præ* (ait *Handius, Tursell. vol.* 4. *p.* 527.) non significat *plus*. Aut *studuit* accipiendum de nimio studio, aut restituenda est scriptura editionis principis *præterquam*. — Item præter quam. *Cato* apud *Festum p.* 162. 31. *Müll.* Fana in eo loco compluria fuere; ea exauguravit, præquam quod Termino fanum fuit, id nequitum exaugurari. *Alii leg.* præterquam, probante *Müllero* et *Jordan.* — Ceterum *V.* PRÆ.

PRÆQUESTUS, a, um, pa. ticip. ab inusit. *præqueror*, ante questus. *Ovid.* 4. *Met.* 251. Multaque præquestus, tangens tamen æthera, dixit.

PRÆRĂDĬO, as, are, a. 1. ¶ 1. Est ante, aut valde radiis illustrare. *Ovid. Heroid.* 6. 115. Bacchi conjux redimita corona Præradiat stellis signa minora suis. ¶ 2. Item præfulgere, ὑπερλάμπω. *Claudian. Nupt. Honor. et Mar.* 286. Ante fores jam pompa sonat, pilentaque sacram Præradiant ductura nurum.

PRÆRĀDO, dis, sum, dere, a. 3. Part. *Prærasus* 1. et 2. — Præradere ¶ 1. Est in anteriore parte radere. *Cato R. R.* 41. Si vitis vitem contiget, vitis utrumque latus alterum præradito oblique: inter se medullam cum medulla libro colligato. *Plin.* paullo aliter hoc idem dicit, ipsum *Catonis* locum respiciens, 17. *Hist. nat.* 15. 25. (115). Si inter se vites contingant, utriusque in obliquum latere contrario adraso, junctis medullis colligari. Al. tamen apud *Caton.* aliter leg. *Paulin. Nolan. Ep.* 7. (*al.* 22.) *sect.* 2. Inæqualiter semitonsi, et destituta fronte prærasi. ¶ 2. Antea radere. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 4. *a med.* Prærasi capilli.

PRÆRANCĬDUS, a, um, adject. valde rancidus, obsoletus, insipidus. *Probus Valer.* apud *Gell.* 13. 20. Non finitiones illas prærancidas, neque fetutinas grammaticas spectaveris.

PRÆRĂPĬDUS, a, um, adject. *molto celere, velocissimo, precipitoso*, ταχύς, valde rapidus, præceler.

I.) Proprie. *Seneca Apocoloc. ante med.* Ubi Rhodanus ingens amne prærapido fluit.

II.) Translate. *Sil. It.* 17. 180. Prærapidus juvenis. *et* 16. 564. Prærapida fuga. *Seneca* 1. *Quæst. nat.* 1. Obliqui feruntur et prærapida celeritate.

PRÆREPTOR, ōris, m. 3. qui præripit. *Hieronym. Ep.* 36. *n.* 15. Ut non intelligeret, minorem esse filium, qui ad benedictionem fratris præreptor adstiterat.

PRÆREPTUS, a, um. *V.* PRÆRIPIO.

PRÆRĪGĔO, es, ŭi, ere, n. 2. valde rigeo. *Tac.* 13. *Ann.* 35. Annotatusque miles, qui fascem lignorum gestabat, ita præriguisse manus, ut oneri adhærentes truncis brachiis deciderent.

PRÆRĪGĬDUS, a, um, adject. valde rigidus.

I.) Proprie. *Veget.* 5. *Veterin.* 23. 1. Spina prærigida.

II.) Translate. *Quintil. Declam.* 17. 7. Cunctos prærigidæ mentis affectus vocabulo molliore lenitis.

PRÆRĪPĬA, ōrum, n. plur. 2. loca proxima ripis fluminum. *Apul. de Mag.* Quum crocodilus egressus in præripia fluminis hiavit. Tribuunt et *Servio* ad *Virg.* 6. *Æn.* 704. Sed utroque loco *alii leg.* prærupta, *aut* præcipia.

PRÆRĪPĬO, rīpis, rīpŭi, reptum, rīpere, a. 3. (præ *et* rapio). *Prærepsit* pro *præripuit* legitur in quadam *Inscript.* apud *Gruter.* 684. 6. et apud *Orell.* 4774., sed quæ tamen minus probæ notæ est. — Part. *Præripiens* 1.; *Præreptus* 1. 2. et 5.; *Prærepturus* 1. — Præripere est ante rapere, præcipere, προαρπάζω (It. *rapire innanzi, sotto gli occhi, in faccia, toglier per forza o di mano, portar via*; Fr. *ravir, enlever, dérober, soustraire avidement, priver*; Hisp *arrebatar, quitar, tomar violentemente, llevar por fuerza*; Germ. *etwas vorwegnehmen, vor dem Munde wegnehmen, entreissen, wegschnappen*; Angl. *to take away before the time, snatch away prematurely*). ¶ 1. Generatim. *Plaut. Cas. a.* 1. *v.* 14. Quid huc venisti sponsam præreptum meam? *Id. Men.* 5. 9. 21. Tibi neque occupare patrem, neque præripere postulo. *Ter. Eun.* 1. 2. 81. Istam nunc times, quæ advecta est, ne illum talem præripiat tibi. *Ovid.* 1. *Amor.* 1. 7. Quid, si præripiat flavæ Venus arma Minervæ? *Plin.* 10. *Hist. nat.* 9. 11. (27). et *ibid.* 74. 95. (203). Illo prærlpiente huic cibos. *Cic. Harusp. resp.* 3. 6. alicui desponsam jam et destinatam laudem. Sic *Id. Rosc. Am.* 1. 2. Ne istius quidem laudis ita sum cupidus, ut aliis eam præreptam velim. *Auct. B. G.* 8. *procem.* Ut prærepta, non præbita facultas scriptoribus videatur. *Plin.* 3. *Ep.* 9. Quum ea prærepta et extorta defensioni suæ cerneret, in quibus omnem fiduciam reponebat. *Liv.* 5. 20. Non avidas in direptiones manus otiosorum urbanorum prærepturas fortium bellatorum præmia esse. *Auct. B. Alex.* 27. Festinantes præripere subsequentibus victoriæ societatem. — Inter *præripere* hoc sensu, et *eripere* discrimen statuit *Valla l.* 5. *Elegantiar. c.* 83., quod qui alteri quippiam *eripit*, potest non in suos usus auferre: qui vero *præripit*, in suos proprios usus rapit. ¶ 2. Speciatim de iis, quæ ante tempus rapiuntur. *Cic.* 14. *Phil.* 2. 5. Deorum beneficium festinatione præripere. *Plin.* 8. *Ep.* 22. *a med.* Qua vigilantia hanc ipsam ædilitatem, cui præreptus est, petiit! *Virg.* 9. *Æn.* 138. Prærepta conjux. *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 5. Immatura morte præreptus. *Val. Flacc.* 5. 571. brevibus præreptus in annis. *h. e.* immatura morte sublatus. *Inscript.* apud *Gruter.* 350. 6. IN PRIMO ÆTATIS FLORE PRÆREPTVS. ¶ 3. Item speciatim est celeriter eripere. *Lucret.* 3. 895. nec dulces occurrent oscula nati Præripere. *Sueton. Ner.* 49. Peritos a cursore codicillos præripuit. *h. e.* manu celeri rapuit, priusquam porrigerentur. *Ovid.* 11. *Met.* 310. Phœbus arcum simulat; præreptaque gaudia sumit. *Alii leg.* præcepta. ¶ 4. Pro occupare, prævenire. *Cic.* 1. *Off.* 30. 108. Facile celare, tacere, dissimulare, præripere consilia hostium. *prevenire e sventare i disegni.* Sunt qui leg. *præcipere*, quod eamdem habet sententiam. Sic apud *Virg.* 10. *Æn.* 276. Haud tamen audaci Turno fiducia cessit Litora præripere. *Pierius* in *antiqu. codicib.* reperit *præcipere*. Quod idem et apud *Liv.* tum ipse, tum alii critici se vidisse testantur. V. 3. 46., 6. 5. et 31. 39. ¶ 5. Item pro sibi arrogare, usurpare. *Cic.* 10. *Att.* 1. *ante med.* Sed alterum mihi est certius; nec præripiam tamen; exspectabo tuum consilium et eas litteras etc. *At* Orellius *leg.* præcipiam. *Seneca Thyest.* 1104. Scio quid queraris: scelere prærepto doles. *h. e.* quod ego scelus prior fecerim. ¶ 6. *Præripere se*, se proripere. *Ulp. Dig.* 21. 1. 17. *ante med.* Qui quum dominum animadverteret verberibus se afficere velle, præripuit se ad amicum, quem ad precandum deduceret.

PRÆRŌBŎRĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *præroboro*, ante roboratus, ut Præroboratum corpus, *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 1.

PRÆRŌDO, dis, si, sum, dere, a. 3. Part. *Prærodens* 2.; *Prærosus* 1. et 2. — Prærodere — ¶ 1. Est in anteriori parte rodere, corrodere. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 93. Ut quisque quidque conditum gustaverit, Ipsus sibi faciam ut digitos prærodat suos. BA. Quæso hercle, priusquam quidquam convivis dabis, Gustato tute prius, et discipulis dato, Ut prærodatis vostras furtificas manus. *Colum. Arbor.* 15. Genus est animalis, volucra appellatur: is fere prærodit teneros adhuc pampinos. *Id. ibid.* 18. Nam si sæpius cacumina (*arborum in pomario*) manu præfracta, aut a pecore prærosa fuerint etc. *et* 5. *R. R.* 6. 6. Stramentis areas cooperiemus, ne prodeuntia cacumina seminum ab avibus prærodantur. ¶ 2. Item est valde corrodere, erodere. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 24. si vafer unus et alter Insidiatorem præroso fugerit hamo. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 23. 23. (87). Prærosam dentibus linguam in tyranni os exspuit. *Id.* 9. *ibid.* 43. 67. (145). Vulpes marinæ glutiunt hamos usque ad infirma lineæ, quæ facile prærodunt. *et ibid.* 62. 88. (185). Conger et muræna caudas se prærodentes. *Jul. Obseq.* 61. De mensa oleas mures prærroserunt.

PRÆRŌGĀTĬO, ōnis, f. 3. distributio. *Fulgent.* 1. *Mythol.* 2. *init.* Saturnus per annonæ prærogationem ad se populos attrahens, a saturando Saturnus dictus est. *V.* adnotata ad SATURNUS in ONOM.

PRÆRŌGĀTĬVĀRĬUS, ĭi, m. 2. qui prærogativam meruit, in officio præfecti prætorio, cui nempe protectoris dignitas, tamquam pretium longi laboris, accedit. *Cassiod.* 11. *Variar.* 27. Quis Joannem non æstimet merito esse promovendum, qui nostro judicio cancellorum olim sumpserit officium, et tunc jam prærogativam conscientiæ meruit, quando secreti munus judicialis accepit? Hunc igitur prærogativarium sententia nostra confirmat. Adde *Symmach.* 3. *Ep.* 67.

PRÆRŌGĀTĪVUS, a, um, adject. qui ante alios rogatur, seu interrogatur.

I.) Proprie. *Tribus, aut centuria prærogativa*, et *prærogativa* absolute, est quæ prima ad ferendum in comitiis suffragium per sortitionem rogabatur, seu vocabatur. Cujus quidem tam gravis auctoritas esse solebat, ut ceteræ fere semper voluntatem ejus sequerentur. *Cic. Planc.* 20. 49. An tandem una centuria prærogativa (in MS. apud *Verburg.* habetur *prærogata*) tantum habet auctoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renunciatus sit? etc. *et max.* Cujus in honore non unius tribus pars, sed comitia tota comitiis fuerint prærogativa? V. *Garatoni* in *Cur. sec.* ad *orat. pro C. Planc. p.* 38. 39. *Id.* 1. *Divinat.* 45. 103. Prærogativam majores omen justorum comitiorum esse voluerunt. *Liv.* 26. 22. Fulvius quum comitia consulibus creandis haberet, prærogativa Veturia juniorum declaravit T. Manlium. *V.* integr. illud caput. *Id.* 24. 7. *extr.* Quum sors prærogativæ Aniensi juniorum exisset, eaque T. Otacilium et M. Æmilium consules diceret. *Id.* 10. 22. Nemini dubium erat, quin Q. Fabius omnium consensu destinaretur: eumque et prærogativæ, et primo vocatæ omnes centuriæ consulem dicebant. Quas hic *Liv.* dicit *primo vocatas*, eas 27. 6. *jure vocatas* appellat, his verbis: Galeria juniorum, quæ sorte prærogativa erat, Q. Fulvium et Q. Fabium consules dixerat: eodemque jure vocatæ inclinassent, ni etc. *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 2. *Verr.* 9. 26. Prærogativæ sunt tribus, quæ primæ suffragium ferunt ante jure vocatas. Mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina omnia de iisdem candidatis comitia fieri: quorum tribus primæ prærogativæ dicebantur, quod primæ rogarentur, quos vellent consules fieri: secundæ jure vocatæ, quod in his, sequente populo, ut sæpe contigit, prærogativarum voluntatem, jure omnia complerentur. Hæc *Ascon.* Dici etiam potest, *jure vocatas* ideo appellari, quia non sorte, ut prærogativæ, sed suo jure atque ordine ad suffragium vocarentur. — *Prærogativa* cum plur. num., ut collectiva nomina. *Liv.* 5. 18. Haud invitis Patribus P. Licinium Calvum prærogativa tribunum militum non petentem creant. V. *Drakenborg.* ad *h. l.* — *Prærogativam referre* dicitur præco, qui primæ centuriæ suffragium ad magistratum refert. *Cic.* 2. *Divinat.* 35. 74. At haruspices divini. Quos quum Tib. Gracchus propter mortem repentinam ejus, qui in prærogativa referenda subito concidisset, in senatum introduxisset; non justum rogatorem fuisse dixerunt. — *Omen prærogativum*, quod ex suffragiis centuriæ prærogativæ capitur. *Cic. Mur.* 18. 38. — Videtur aliquando servatum fuisse, primis præsertim comitiorum temporibus, ut post vocatam centuriam prærogativam, latumque ab ea suffragium, aliquod spatium temporis interponeretur, antequam reliquæ jure vocatæ admitterentur. Nam *Varro* apud *Festum p.* 249. 8. *Müll.* centuriam prærogativam ideo introductam ait, ut Romani rustici, qui petitores ignorarent, facilius eos animadvertere possent: et *Verrius ibid.* probabilius judicat, idcirco id factum, ut, quum esset aliquis designatus a prærogativa, in sermonem res veniret populi de dignis indignisve, et fierent ceteri diligentiores ad suffragia de his ferenda. Quod certe fieri non potuisset, si post prærogativam centuriæ jure vocatæ, nulla mora interposita, suffragium tulissent.

II.) Translate *prærogativa* absolute, substantivorum more, est ipsum suffragium, quod a centuria prærogativa fertur; atque hinc ¶ 1. Est anticipata electio. *Liv.* 21. 3. In Hasdrubalis locum haud dubia res fuit, quin prærogativam militarem, qua exemplo juvenis Hannibal imperator appellatus erat, favor etiam plebis sequeretur. *Id.* 3. 51. Ne comitiorum militarium præ-

rogativam urbana comitia iisdem tribunis plebis creandis sequerentur. ¶ 2. Item est aliquod dictum, aut factum ejus, qui nobis benefacturus est, ante ipsum beneficium præstitum, unde probabile est, nos ipsum beneficium consecuturos: et universim omne id, ex quo bonum aliquod nobis polliceri certo possumus. *Cato* ad *Cic.* 15. *Fam.* 5. Quod si triumphi prærogativam putas supplicationem, et idcirco casum potius, quam te laudari mavis, neque supplicationem sequitur semper triumphus, etc. *Cic.* 2. *Verr.* 9. 26. Qui (*Metellus consul designatus*) quam isti sit amicus, attendite. Dedit enim prærogativam suæ voluntatis ejusmodi, ut isti pro prærogativis eam reddidisse videatur. *h. e.* dedit testimonium suæ benevolentiæ pro prærogativis centuriis a Verre corruptis, ut se consulem diceret. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 16. 14. (67). Fecunditatis in feminis prærogativam accepimus, inunctis medicamine oculis salivam infici. *contrassegno.* ¶ 3. Item præstantia, auctoritas, qua quis alteri in aliqua re præfertur, *prerogativa, privilegio, avvantaggio, singolarità. Ulp. Dig.* 1. 16. 4. *a med.* Magni enim faciunt provinciales, servari sibi consuetudinem istam et hujusmodi prærogativas. *Arr. Menand. ibid.* 49. 10. 1. Veteranorum privilegium inter cetera, etiam in delictis habet prærogativam. *Eumen. Paneg. ad Constantin.* 2. Vetus illa imperatoriæ domus prærogativa. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 46. (129). Prærogativa decoris in gemmis.

PRÆRŌGĀTOR, ōris, m. 3. distributor. *Gloss. Isid.* Prærogator, dispensator. *Augustin. fragm.* apud *Flor. ad Rom.* 14. Impleamus officium prærogatoris, non usurpemus locum exactoris. *V.* PRÆROGATIO et PROROGATOR.

PRÆROGĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆRŌGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Prærogatus* I. et II. — Prærogare

I.) Proprie ¶ 1. Est ante rogare. *Sueton. Aug.* 35. *ad fin.* Sententias de majore negotio, non more atque ordine, sed prout libuisset, prærogabat. *Cic. Planc.* 20. 49. Cujus in honore non unius tribus pars, sed comitia tota comitiis fuerint prærogata. *h. e.* prærogativæ vicem ac vim habuerint. *Alii leg.* prærogativa. *Imp. Constantin. Cod. Theod.* 16. 11. 1. Prærogata lex. *h. e.* olim lata. ¶ 2. Item ante erogare, solutionem repræsentare. *Ulp. Dig.* 19. 2. 19. *a med.* Inter eum, qui per errorem solvit, et eum, qui pensionem integram prærogavit, multum interest. *Impp. Constantin. et Constans Cod.* 10. 31. 20. Prærogare expensas. *Cod. Theod.* 12. 1. 29. Quascumque pro his expensas civitas prærogavit, refundere protinus.

II.) Translate, metaphorâ sumptâ a superiori paragr. 2., est antea impertiri, ultro tribuere, afferre, adhibere. *Fulgent. Contin. Virg.* Plus periculi prærogare, quam laudis. *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Mil.* 37. (edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 119.). Exilium quoddam sibi prærogatum videri vult, quum relegatio Milonis immineat. *h. e.* illatum. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 25. Adjutoriis ex parte incassum prærogatis. *Augustin. Serm.* 9. 1. Quam largiter prærogat misericordiam præsenti sæculo.

PRÆRŌSUS, a, um. *V.* PRÆRODO.

PRÆRUMPO, rumpis, rūpi, ruptum, rumpere, a. 3. Part. *Prærŭptus* in fin. — Prærumpere est idem quod rumpere, aut ante, vel in anteriori parte rumpere, præfringere. *Colum.* 3. *R. R.* 18. 2. Velut uncus infixus solo, antequam extrahatur, prærumpitur. *Ovid.* 14. *Met.* 547. Stuppea prærumpit Phrygiæ retinacula classis. *Cæs.* 3. *B. G.* 14. Funes falcibus comprehensi adductique, navigio remis incitato, prærumpebantur. — Singulare est illud *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 21. *ad fin.* Purgativa vero medicamina, quæ cathartica appellantur, prærumpunt corpus, atque sollicitam (*h. e.* periculosam) eidem passioni (*pleuritidi*) solutionem provocant. *h. e.* vires corporis frangunt. — Hinc Part. præter. pass.

Prærŭptus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Prærŭptior* et Sup. *Prærŭptissimus* I.; et est Ital. *scosceso, dirupato, strapiovole*, ἀπορρώξ, ἐπίκρημνος, ἀπότομος, abruptus, arduus, directus, præcisus, præceps: quasi in anteriori parte ruptus.

I.) Proprie. — *a)* Adjective. *Cic.* 7. *Verr.* 56. 145. Aliqua promontoria, aut prærupta saxa tenuisse dicuntur. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 91. Prærupti nemoris patientem vivere dorso. *Virg.* 1. *Æn.* 109. insequitur cumulo prærŭptus aquæ mons. *Sueton. Tib.* 40. Insula sæpta undique prærŭptis immensæ altitudinis rupibus. *Auct. B. Alex.* 74. *extr.* Prærŭptam in vallem descendere. *Tac.* 2. *Hist.* 41. Prærŭptis utrimque fossis via angusta. *Cæs.* 7. *B. G.* 86. Desperatis campestribus locis, loca prærupta ex ascensu tentant. *Id.* 2. *B. C.* 24. Jugum directum, eminens in mare, utraque ex parte prærŭptum atque asperum. *Auct. B. G.* 8. 40. Mons, in quo positum erat prærŭptum undique oppidum Uxellodunum. *et mox.* Erat autem oppidanis difficilis et prærŭptus eo descensus. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 8. Campestris locus alte duos pedes infodiendus est; acclivis regio tres; prærŭptior vero collis vel in quatuor pedes vertendus. *Auct. B. G.* 8. 33. Omnes oppidi partes prærŭptissimis saxis esse munitas. — *b)* Absolute. *Liv.* 27. 18. Per præcipitia et prærupta fugere. *Justin.* 41. 1. 11. Prærupta collium montiumque ardua occupare. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 64. (156). Prærupta petere. *Sidon.* 1. *Ep.* 5. *ante med.* Alpium citus et facilis ascensus, et inter utrimque terrentis latera prærupti, cavatis in callem nivibus, itinera mollita.

II.) Translate est præceps, projectus, proruptus, violentus, effrenis, quasi per prærupta ruens. *Tac.* 16. *Ann.* 7. *extr.* Juvenis animo prærŭptus. *et* 5. *ibid.* 3. Prærupta et urgens dominatio. *Ulp. Dig.* 28. 3. 6. *a med.* seditio. (Sic apud *Cic. Rosc. Am.* 24. 68. Prorupta audacia.) *Vellej.* 2. 2. 3. In prærŭptum atque anceps periculum adduxit rempublicam.

PRÆRUPIA, ōrum. *V.* PRÆRIPIA.

PRÆRUPTĀ, ōrum, n. plur. 2. *V.* PRÆRUMPO in fin.

PRÆRUPTĒ, adverb. *scoscesamente, dirupatamente, straripevolmente*, abrupte. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 15. 43. (149). Mons prærupte altus. *At* Sillig. *ex optimis Codicib. legit* prælatus.

PRÆRUPTĬO, ōnis, f. 3. prærŭptum. *Isid.* 14. *Orig.* 9. Hiatus, prærŭptio terræ profunda.

PRÆRUPTUS, a, um. *V.* PRÆRUMPO in fin.

PRÆRŪTĪLUS, a, um, adject. valde rutilus. *Auct. carm. de Judicio Dom.* 202. purpura campis Omnia prærutila miscet non invida luce.

PRÆS, prædis, m. 3. sponsor, qui se pro alio obligat, idest promittit, si quid incommodi fiat, se plene satisfacturum, ἔγγυος, ἐγγυητής (It. *sicurtà, malleradore, pieggio*; Fr. *répondant, caution*; Hisp. *fiador, caucionero*; Germ. *der Bürge in Geldsachen*; Angl. *a surety, bondsman, one who gives bail for another*).

1.) Proprie. *Varro* 5. *L. L.* 40. *Müll.* Prædia dicta, item ut prædes, a præstando, quod ea pignore data publice mancupis fidem præstent. *Id.* 6. *ibid.* 74. Præs, qui a magistratu interrogatus, in publicum ut præstet; a quo et quum respondet, dicit præs. *Scalig. ad Fest.* legit: Præs, qui a magistratu interrogatus in publicum, an præsest, etc. (*Præsest*, præsens est, significat. Unde *Auson.* in *VII. Sap.* in *Ludio*, 18. Thales, ἐγγύα, πάρεστιν ἄτη, protulit. Spondere qui nos, noxa quod præsest, vetat.). *Müllerus* vero apud *Varron. loc. cit. pro* in publicum præstet *legit* in publicum præs siet. *Paul. Diac. p.* 223. 9. *Müll.* Præs est is, qui populo se obligat, interrogatusque a magistratu, si præs sit, ille respondet, præs. *Id.* 151. 9. Manceps dicitur qui quid a populo emit conducitve: qui idem præs dicitur, quia tam debet præstare populo quod promisit, quam is, qui pro eo præs factus est. Hæc *Paul. Diac.*, qui prædem dicens eumdem esse ac mancipem, lata id significatione dicit. Nam manceps proprie quippiam emit conducitve: præs pro emente aut conducente se obligat. *Nepos Att.* 6. Nullius rei neque præs, neque manceps factus est. Cf. *Fronto* 3. *ad M. Cæs.* 16. *ad fin.* Me vade, me prænde, me sponsore celeriter te in cacumine eloquentiæ sistam. — Differt etiam præs a vade: *vas* enim est, qui pro alio spondet in re capitali; *præs*, qui in re nummaria. *Auson. Edyll.* 12. *de monosyll. per interrogat. et resp.* Quis subit in pœnam capitali judicio? vas. Quid, si lis fuerit nummaria? quis dabitur? præs. *Pseudo-Ascon. in Cic.* 3. *Verr.* 45. Prædes dicuntur satisdatores locupletes pro re, de qua apud judicem lis est, ne interea, qui tenet, diffidens causæ, possessionem deteriorem faciat, tectâ dissipet, excidat arbores, et culta deserat. *Cic.* 2. *Fam.* 17. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnes pecuniæ publicæ, ut et mihi, et populo cautum sit sine vecturæ periculo. *Id.* 12. *Att.* 52. Prædem esse pro aliquo. *Id. Rabir. Post.* 4. 8. *et* 13. 37. (et *Plaut. Men.* 4. 2. 28.) Prædes dare. *Id.* 13. *Att.* 3. Prædem fieri. *et* 9. *ibid.* 9. *sub fin.* Per prædem agere. *Id.* 5. *Fam.* 20. Prædes tenentur. *Id.* 3. *Verr.* 54. 142.; et *Liv.* 22. 60. Cavere populo prædibus ac prædiis. — *Prædes vendere* quid sit, *V.* in PRÆDIUM.

II.) Translate. *Cic.* 6. *Att.* 1. *ante med.* Quum sex libris, tamquam prædibus, me ipsum obstrinxerim.

PRÆS, adverb. a *præ*, coram, præsto, *presente. Plaut. Pers.* 2. 4. 17. SA. Abi in malam rem. PÆ. at tu domum; nam ibi tibi parata præs est. *Codices habent* præsto est: *V. Scaliger.* ad *Plaut. loc. cit.*: et cf. *Varron.* et *Paul. Diac. locc. citt.* in voc. præced.

PRÆSÆPE *vel* præsēpe, is, n. 3. *et* Præsæpes *vel* Præsæpis, is, f. 3. *et* Præsæpia, æ, f. 1. *et* Præsæpium, ii, n. 2. (præ *et* sæpes *aut* sæpio) locus sæptus, in quo pecudes stabulantur: atque adeo locus in stabulo, ubi pabulum jumentis apponitur, αὐλή, κλίσιον, φάτνη, κάπη (It. *stalla, mangiatoja, presepio, greppia*; Fr. *crèche, mangeoire, râtelier*; Hisp. *pesebre, astellero*; Germ. *e. Gehege, daher Stall, Hürde, Krippe*; Angl. *a stall, stable, crib, cratch, manger, rack*).

I.) Proprie. — *a)* Est locus sæptus, in quo pecudes stabulantur. *Varro* 1. *R. R.* 13. 6. Laudabatur villa, si habebat culinam rusticam bonam, præsæpias latas, cellam vinariam, etc. *Alii leg.* præsæpes, *alii* præsæpis. *Cato R. R.* 14. Præsæpis bubus hibernas et æstivas. *Calpurn.* 1. *Ecl.* 38. nocturnaque pastor Claudere travinea nolit præsæpia crate. *Virg.* 7. *Æn.* 275. Stabant ter centum (*equi*) nivei in præsæpibus altis. *et ibid.* 17. Setigerique sues, atque in præsæpibus ursi. *parco, barco.* — *b)* Item locus in stabulo ubi pabulum jumentis apponitur, *mangiatoja, presepio, greppia*, φάτνη, κάπη. *Inscript.* apud *Gruter.* 588. 3. STABVLVM CVM PRAESEPIIS ET CELLIS HVIC LEIO MACERIA CLAVSO CREDAT. *Phædr.* 2. 8. Accedit ad præsæpe: cur frondis parum est? *Varro* 2. *R. R.* 5. 16. Levandæ matres pabulo viridi objiciendo in præsæpiis. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 6. Non altius edita esse præsæpia convenit, quam ut bos, aut jumentum sine incommodo stans vesci possit. *Cato R. R.* 4. Bubilia bona, bonas præsæpis. *Plaut. Curc.* 2. 1. 13. Quin reciperet se huc esum ad præsæpitn suam. Ita leg. *Non. p.* 218. 6. *Merc.* Alii *præsæpiam.* Hoc autem loco translate significat domum, ubi solet aliena quadra victitare. *alle sua mangiatoja.* Sic *Horat. loc.* infra *cit.* sub II. 2. *Apul. 7. Met.* Præsæpium meum hordeo passim repleri jubet. *et* 9. *ibid.* Cibariis instruxit præsæpium. *et paullo post.* Me nexu machinæ liberatum applicant præsæpio.

II.) Translate. ¶ 1. Dicitur de quocumque loco, clauso, etiam immundo et turpi. *Plaut. Cas. prol.* 56. Scit, si id impetret, futurum, quod amat, intra præsæpis suas. *h. e.* in sua potestate. *Id. Rud.* 4. 3. 99. Ad meum herum arbitrum vocat me hic intra præsæpis meas. *h. e.* ædes. Nam, ut ait *Non. p.* 49. 28. *Merc.*, non tantum loca, quibus jumenta stabulantur, sed etiam omnia loca clausa et tuta, dicta præsæpia. *Varro* apud *Non. ibid.* Si quis melodinis sit ἔνος λυφας, præsæpibus se retineat-forensibus.

Virg. 4. *G.* 168. *de apib.* Ignavum fucos pecus a præsæpibus arcent. et *Cic. Pis.* 18. 42. Verum audis in præsepibus, audis in stupris, audis in cibo et vino. *h. e.* in lustris, ganeis. ¶ 2. De mensa. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 28. Scurra vagus, non qui certum præsæpe teneret. *h. e.* qui non certam et perpetuam patroni cujusdam mensam teneret. ¶ 3. *Præsæpia* neutr. plur. nubecula in sidere Asellorum. *V.* ASELLUS et PHATNÆ.

PRÆSÆPIA *vel* præsepis, æ. *V.* voc. præced. I. *a.* et *b.*

PRÆSÆPIO *vel* præsēpio, pis, psi, ptum, pire, a. 4. Part. *Præsæptus.* — Præsæpire est obsæpire, obstruere, *assiepare, serrare dinanzi,* παραφράττω. *Cæs.* 1. *B. C.* 27. Aditus atque itinera maximis defixis trabibus præsæpit. *et* 3. *ibid.* 49. Loca montuosa sublicis in terram dimissis præsæpserat. *Id.* 7. *B. G.* 77. *a med.* Si illorum nunciis confirmari non potestis, omni aditu præsæpto.

PRÆSÆPIS *vel* præsēpis, *et*

PRÆSÆPĪUM *vel* præsēpium. *V.* PRÆSÆPE.

PRÆSEPTUS *vel* præseptus, a, um. *V.* PRÆSÆPIO.

PRÆSĀGANS, antis. *V.* PRÆSAGO.

PRÆSĀGĀTOR, ōris, m. 3. qui præsagit. *Glossar. vet.* apud *Gust. Löve* (*Prodromus corporis Glossar. Latin. p.* 410.). Aruspex, mathematicus, ariolus, augur, præsagator, inspector etc.

PRÆSĀGĀTUS, a, um. *V.* PRÆSAGO.

PRÆSĀGAX, ācis, adject. qui præsagit, futuri sagax. *Anecdot. Helvet. p.* 74. Præsagio præsagax, sallo salax.

PRÆSĀGĬO, is, īvi, ire, a. 4. Deponentis forma. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 28. Animus jam istoc dicto plus præsagitur mali. Habet hæc etiam *Non. p.* 476. 29. *Merc.* — Part. *Præsagiens* I. — Præsagire est ante sagire, præsentire, prædicere, prævidere, *presentire, presagire, indovinare, predire,* προφητεύω, προμαντεύομαι.

I.) Proprie. *Paul. Diac. p.* 223. 18. *Müll.* Præsagire est prædivinare. Sagax enim est acutus et solers. *Cic.* 1. *Divinat.* 31. 65. Sagire, sentire acute est. Is igitur, qui ante sagit, quam oblata res est, dicitur præsagire, id est futura ante sentire. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 1. Præsagibat mihi animus, frustra me ire, quum exibam domo. *Liv.* 30. 20. Jam hoc ipsum præsagiens animo, præparaverat ante naves. *Cels.* 2. 2. *sub fin.* Præsagire aliquid in futurum. *Propert.* 3. 9. 5. Venturam melius præsagit navita noctem. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 64. (157). Equi præsagiunt pugnam.

II.) Translate est præsignificare, præmonstrare. *Cæl.* ad *Cic.* 8. *Fam.* 10. Exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 21. 24. (47). Galli totis noctibus canendo Cæcilis præsagivere victoriam. *Id.* 18. *ibid.* 35. 79. (318). Luna magnam tempestatem in mari præsagiet.

PRÆSĀGĬTĬO, ōnis, *f.* 3. *presentimento,* προμαντεία, præsensio rerum futurarum, divinatio. *Cic.* 1. *Divinat.* 31. 65. Inest igitur in animis præsagitio extrinsecus injecta, atque inclusa divinitus. Ea si exarsit acrius, furor appellatur, quum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur. *Id. ibid.* 54. 123. Quum uterer, qua soleo, præsagitione divina. *Paul. Diac. p.* 255. 1. *Müll.* Præsagitio dicta, quod præsagire est acute sentire.

PRÆSĀGĬUM, ii, n. 2. *presagio, profezia, pronostico,* προμήνυτρον, προμήνυσις, præsensio, divinatio. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 32. Quantumvis utile continget vilico tempestatis futuræ præsagium. *Vellej.* 2. 57. 1. Quum plurima præsagia atque indicia dii immortales futuri obtulissent periculi. *Ovid.* 15. *Met.* 878. perque omnia sæcula fama (Si quid habent veri vatum præsagia) vivam. *et* 6. *ibid.* 510. timuitque suæ præsagia mentis. *Sueton. Ner.* 6. De genitura ejus statim multa et formidolosa multis conjectantibus, præsagio fuit etiam Domitii patris vox, negantis, etc. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 35. 79. (347). Præsagia lunæ. *Stat.* 1. *Achill.* 22. Plenaque materni referens (*Paris*) præsagia somni Culpatum relegebat iter.

PRÆSĀGO, as, ātum, are, a. 1. idem ac præsagire. Occurrunt tantum Part. *Præsagans* et *Præsagatus* apud *Cassiod.* 5. *Variar.* 3. Cogitatio præsagantis instruitur. *Hieronym. Ep.* 3. *n.* 4. Bonosus scalam præsagatam Jacob somniante jam scandit. *h. e.* præsagiendo formatam. Adde *Cassiod. Instit. div. litt.* 14.

PRÆSĀGUS, a, um, adject. *chi presente, indovino, presago,* προγνώστης, προειδώς, qui præsagit, præsentit, præscius, præmonstrans, prædicens. *Virg.* 10. *Æn.* 843. Agnovit longe gemitum præsaga mali mens. *Ovid.* 2. *Met.* 124. Præsaga luctus suspiria. *et* 3. *ibid.* 514. verba. *Tac.* 2. *Hist.* 1. responsa. *Val. Flacc.* 5. 434. ars. *Stat.* 8. *Theb.* 145. astra. *et* 10. *ibid.* 324. quies. *sogno presago.* et *Val. Flacc.* 3. 354. fulmina. Sic *Virg.* 10. *Æn.* 177. præsagi fulminis ignes. *Sil. It.* 16. 391. præsagi vates. *Firmic.* 8. *Mathes.* 9. Homines, qui cubilia ferarum et latentes latebras præsagis naribus persequuntur.

PRÆSALTOR, ōris, m. 3. præsul, qui Saliis præsaltabat. *Gloss. Lat. Gr.* Præsaltor, ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος.

PRÆSĀNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆSĀNO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Præsanatus,* sub *a.* — Præsanare — *a)* Active est ante tempus aut nimis celeriter sanare. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 14. 87. (147). Vulneribus præsanatis efficacissima est asphodeli radix decocta. — *b)* Neutrorum vi ante sanus fio. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 10. 43. (73). Cortex ejus interior cicatrices, quæ præsanavere, aperit. *h. e.* quæ prius clausæ et sanatæ sunt, quam opus esset. *Sillig. legit* præsanuere.

PRÆSAUCĬĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *præsaucio,* valde, vel ante sauciatus, ut Præsauciatæ vires, *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 3. *a med.*

PRÆSCĀTENS, entis, particip. ab inusit. *præscateo,* valde scatens, abundans. *Gell.* 14. 6. Dat mihi librum grandi volumine, doctrinis omnigenis, ut ipse dicebat, præscatentem. *At* M. Hertz. *legit* doctrinæ omnigenus, - præscatentem.

PRÆSCĬENTĬA, æ, f. 1. *notizia anticipata, prescienza,* πρόγνωσις, rei futuræ scientia, præsagitio, præsensio. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 5. Dei bonitas, et præscientia, et potentia. *Augustin.* 5. *Civ. D.* 9. Præscientiam Dei negat, et omnem prophetiam conatur evertere. *Capell.* 1. *p.* 12. Tuumque velle est ante præscientias.

PRÆSCINDO, is, ere, a. 3. ante scindere, separare, dividere. *Vitruv.* 5. 7. Inferiores sedes præscindantur.

PRÆSCĬO, is, īvi, ītum, ire, a. 4. Part. *Præsciens* et *Præscitus.* — Præscire est ante scire, præsciscere, *sapere innanzi,* προγινώσκω. *Ter. Andr.* 1. 5. 4. Nonne oportuit præscisse me ante? *Sueton. Tib.* 67. Existimant quidam, præscisse hæc eum peritia futurorum. *Alcim. Avit. carm. ad Sor.* 2. 320. Angit præscitus ducti quos terminus ævi. *Boeth.* 5. *pros.* 3. *circa med.* Sic fit, ut eventus præscitæ rei nequeat evitari. *Vulg. interpr. Act. Ap.* 26. 5. Præscientes me ab initio - quoniam - vixi pharisæus.

PRÆSCISCO, is, ere, *inchoat.* a. 3. Part. *Præsciscendus.* — Præsciscere est idem ac præscire, præmoscere, *sapere innanzi, presagire,* προγινώσκω. — *a)* Cum Accus. *Virg.* 4. *G.* 69. *de apib.* animos vulgi et trepidantia bello Corda licet longe præsciscere. *Colum.* 9. *R. R.* 9. 4. *de iisd.* Poterit explorata fugam præsciscere, aurem alveis admovendo. *Ammian.* 20. 7. Ad præsciscendos adversos subitosque motus munimentum locare. — *b)* Sequente Relativo. *Liv.* 27. 35. Quamprimum eos sortiri provincias, et præsciscere, quam quisque eorum provinciam, quem hostem haberet, volebant. *Alii leg.* præscire.

PRÆSCĬTĬO, ōnis, *f.* 3. præscientia, præsagium, prædictio. *Ammian.* 29. 1. *a med.* Litato conceptis carminibus numine præscitionum auctore.

PRÆSCĪTUM, i, n. 2. *pronostico, presagio,* præscitio, præsagium. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 75. 98. (211). Utrum ne sint aliqua præscita animi quiescentis, qua fiant ratione, an fortuita res sit. *et ibid.* 18. *de pico ave.* Unum eorum præscitum transire non queo.

PRÆSCĪTUS, a, um. *V.* PRÆSCIO.

PRÆSCĪTUS, us, m. 4. idem ac præscitio *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* 1. 49. Non ausi eorum ultra aliquid adinquirere, quæ sint fortassis regi præscitui.

PRÆSCĬUS, a, um, adject. qui præscit, et quod futurum est, ante videt, *chi sa, o vede il futuro,* προειδών. — *a)* Absolute. *Virg.* 12. *Æn.* 452. miseris heu præscia longe Horrescunt corda agricolis. *Ovid.* 1. *Fast.* 538. Substitit in medios præscia lingua sonos. *Sil. It.* 16. 88. dignas spectabitis, haud me Præscia mens fallit, vestro jam nomine cædes. — *b)* Cum Genitivo. *Virg.* 6. *Æn.* 66. vates Præscia venturi. *Val. Flacc.* 5. 529. Urit et antiquæ memorem vox præscia sortis. *Tac.* 11. *Ann.* 29. Facere aliquem præscium rei cujuspiam. *h. e.* docere rem, antequam fiat. *et* 6. *ibid.* 21. Præscius periculorum. — *c)* Etiam cum Accusativo *præscius futura* dici potest, teste *Donato in edit.* 2. *p.* 1749. *Putsch.* — *d) Præscia futuris* apud *Capell.* 2. *p.* 31. sunt quæ noscuntur, antequam fiant. *V. Kopp.* ad h. l.

PRÆSCRĪBO, bis, psi, ptum, bere, a. 3. Part. *Præscribens* I. et II. 1.; *Præscriptus* I. et II. 3. et *V.* 6. — Præscribere est ante seu prius scribere, in anteriori parte scribere, inscribere, prænotare, προγράφω (It. *scrivere innanzi, scrivere in testa;* Fr. *écrire en tête, mettre en tête;* Hisp. *escribir, poner en cabeza;* Germ. *vorschreiben, voranschreiben, schriftlich vorsetzen;* Angl. *to write before, prefix in writing*).

I.) Proprie. *Vellej.* 2. 21. 1. Cujus præclara opera, ut præscripsimus, usa erat respublica. *Sic veteres editiones; at* Ruhnken. *leg.* prædiximus. *Virg.* 6. *Ecl.* 11. nec Phœbo gratior ulla est, Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen. *Tac.* 2. *Hist.* 65. Diplomatibus nullum principem præscribere. *Gell.* 11. 16. *a med.* Nomenque ipsius virtutis libro ipsi non incommode præscripsit. *Id.* 5. 21. *a med.* Epistola, cui titulus præscriptus est: *Pluria, non plura dici debere.* et *Frontin. Aquæd* 93. Novum auctorem, Imperatorem Cæsarem Nervam Trajanum, præscribente titulo. *Cic.* 3. *Orat.* 2. 5. Et eumdem (*Crassum*) (id quod in auctoritatibus præscriptis exstat) scribendo adfuisse: ubi *auctoritates præscriptæ* sunt senatorum nomina in decretis, h. e senatuscons. præscripta, qua de re V. *Manutium* ad *Cic.* 5. *Fam.* 2. 4.

II.) Translate. ¶ 1. Est prius signare, *segnare prima. Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (92). Apelles incboaverat aliam Venerem: invidit mors peracta parte: nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta, inventus est. *Id.* 18. *ibid.* 18. 48. (171). Culter vocatur, prædensam, priusquam proscindatur, terram secans, futurisque sulcis vestigia præscribens incisuris. ¶ 2. Item definire, præfinire, statuere, *prescrivere, terminare, limitare. Ter. Andr.* 1. 1. 124. Tute ipse bis rebus finem præscripsti, pater. *syncope pro* præscripsisti. *Quintil.* 4. 1. 32. Dicere eo modo, quem accusator actione præscripserit. ¶ 3. Item præcipere, præmonstrare, præstituere, denunciare, *ordinare, prescrivere, comandare, por legge:* sive scribendo id fiat, sive loquendo. *Cic.* 13. *Fam.* 26. Sic enim præscripsimus iis, quibus ea negotia mandavimus, ut omnibus in rebus te arbitro uterentur. *Id.* 16. *Att.* 3. *sub fin.* Quum ei præscriptum esset, ne quid sine Sexti sententia ageret. *Cæs.* 1. *B. G.* 36. Si ipse populo R. non præscriberet, quemadmodum suo jure uteretur; non oportere se a populo R. in suo jure impediri. *et* 2. *ibid.* 20. Quod superioribus prœliis exercitati, quid fieri oporteret, non minus commode ipsi sibi præscribere, quam ab aliis doceri poterant. *Cic. Fonte.* 16. 36. Ut majorum jura moresque præscribunt. *Id.* 2. *Divinat.* 59. 123. Æsculapius potest nobis

præscribere per somnum curationem valetudinis. *Id. Senect.* 9. 27. Præscribere jura civibus. *et ibid.* 6. 18. senatui, quæ sint gerenda. *proporre.* et *Cœcin.* 27. 76. Constituere et præscribere aliquid. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 3. 8. aliquid, et quasi imperare. *Propert.* 3. 2. 21. Cur tua præscriptos evecta est pagina gyros? *Horat.* 2. *Sat.* 2. 81. vegetus præscripta ad munia surgit. *Scævola Dig.* 34. 3. 28. *a med.* Ante tempus a testatore præscriptum. — *Præscriptis verbis agere* apud JCtos est certis præfinitisque verbis actionem aliquam instruere: quod fiebat, quoties illa actio, quæ instituebatur, non erat ex illis, quarum formulas in edictis suis prætores edere solebant. Itaque non ex edicto prætoris, sed ex verbis a litigatore præscriptis conceptisque, in quæ ipse jurabat sponsionemque faciebat, judicium a prætore dabatur. *Cels. Dig.* 19. *tit.* 5. *qui est* De præscriptis verbis, et in factum actione, 2. Nam quum deficiunt vulgaria atque usitata actionum nomina, præscriptis verbis agendum est. *V.* ibi plura. ¶ 4. In re forensi *præscribere alicui* est excipere seu exceptionem opponere, propter aliquam circumstantiam, qua agere prohibeatur, *dar eccezione*, παραγράφεσθαι. Ideo autem præscribendi verbo utimur, ut ait *Turneb.*, quia actoris intentio, seu actio præscribitur, h. e. præfinitur, limitatur, restringitur, quasique ligatur. *Quintil.* 7. 5. 3. Ignominioso patri filius præscribit. *Id. declam.* 12. 12. Non præscribes: te accusare male gestæ legationis possum. *Macer Dig.* 47. 15. 3. Si reus accusatori publico judicio ideo præscribat, quod dicat se eodem crimine ab alio accusatum et absolutum. ¶ 5. Pro dictare docendi causa. *Tibull.* 4. 1. 177. Non ego sum satis ad tantæ præconia laudis,-Ipse mihi non si præscribat carmina Phœbus. *V.* PRÆSCRIPTUM, i, I. ¶ 6. Item plane ac diligenter scribere: sed hoc sensu aptius adhibetur *perscribo.* Facile autem est in MSS. *præ* pro *per*, aut hoc pro illo legere. *Cic.* 4. *Fin.* 22. 61. Omnium rerumpublicarum rectiones, genera, status, mutationes, leges etiam et instituta ac mores civitatum præscripsimus. *Sall. Jug.* 58. Castelli planitiem præscribit. *Alii utroque loco rectius leg.* perscribere. *Paul. Dig.* 29. 1. 40. Antequam testamentum litteris præscriberetur. Ita *Torrentin.*, alii *perscriberetur.* Adde *Impp. Dioclet. et Maxim. Cod.* 2. 6. 21. — Ceterum *præscriptus* pro *scriptus* sicubi legatur, rectius in *perscriptus* mutaveris. ¶ 7. Item est prætendere, obtendere: quasi titulum causamque præponendo cuipiam rei faciendæ. *Tac.* 4. *Ann.* 52. Frustra Pulcram præscribi, cui etc. Adde *eumd.* 11. *ibid.* 16.

PRÆSCRIPTĬO, ōnis, f. 3. superscriptio, inscriptio, titulus, *inscrizione, titolo*, ἐπιγραφή.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 9. 22. Collegæ sui, a quibus ei locus primus invidiæ in præscriptione legis concessus est. *Alii leg.* primus in indice, et præscriptione. *Id.* 5. *Fam.* 2. 4. Jam illud senatus consultum, quod eo die factum est, ex præscriptione est, ut, dum id exstabit, officium meum in te obscurum esse non possit. *V.* voc. præced. I. in fin. *Tac.* 1. *Ann.* 7. Ne edictum quidem, quo patres in curiam vocabat, nisi tribuniciæ potestatis præscriptione posuit.

II.) Translate. ¶ 1. Est præfinitio, *limitazione. Cic. Rabir. perduell.* 2. 6. Quamquam in hac præscriptione semihoræ patroni mihi partes reliquisti, consulis ademisti. *Tac.* 6. *Ann.* 15. *extr.* Facto large, et sine præscriptione generis, aut numeri, senatus consulto. ¶ 2. In re forensi est exceptio, qua quis alterum ab agendo submovet et repellit, ut in voce præced. II. 4. dictum est, *eccezione in giudizio*, παραγραφή. *Quintil.* 7. 5. 2. Aut intentio, aut præscriptio habet controversiam. Ac fuerunt, qui præscriptionis statum facerent, etc. *et mox* § 3. Quum ex præscriptione lis pendet, etc. *Julian. Dig.* 44. *tit.* 1. *qui est* De exceptionib., præscriptionib., etc. 11. Præscriptionem alicui opponere. *Labeo ibid.* 23. Excludere aliquem præscriptione in factum data. *Papinian. ibid.* 40. 14. 5. submovere. *Modestin. ibid.* 5. 2. 12. removere. *Ulp. ibid.* 5. 1. 50. *extr.* Præscriptione uti. — *Quintil.* 3. 6. 23. hanc eamdem *translationem* vocat his verbis: Ac similiter in translatione: non habes jus abdicandi, quia ignominioso non est actio. Sunt tamen qui *translationem* a *præscriptione* differre tradunt, quod *translatio* intentionem actoris non omnino tollat, sed in aliud tempus, vel ad alium judicem transferat: *præscriptio* oppugnet et submoveat. Commune utrique nomen *exceptio* est. Varia porro sunt præscriptionum genera, de quibus JCti: et hodieque obtinuit ea, qua quis rem alienam certo tempore, bona fide, justoque titulo quum possederit, præscribit vero domino eam in jure repetenti, *prescrizione.* Hujus mentio est apud *Paul. Dig.* 18. 1. 76. et *Modestin. ibid.* 44. *tit.* 3. *qui est* De diversis temporalibus præscriptionibus et accessionibus possessionum, *l.* 3. *etc.* Adde *Cod.* 7. *tit.* 33. *et* 39. ¶ 3. Hinc translate. *Seneca Ep.* 48. *sub fin.* Quantum potes, reduc te ab istis exceptionibus et præscriptionibus philosophorum, h. e. ineptis captiunculis et spinosis argutiis, quibus vis veritatis infirmatur et eluditur. ¶ 4. Item est id quod prætenditur ad velandam veritatem, prætextus, *titolo, pretesto. Cæs.* 3. *B. C.* 32. Dictitabant, se domo expulsos omnibus necessariis egere rebus, ut honesta præscriptione rem turpissimam tegerent. — *NB. Præscriptio* pro scriptione *V.* in PERSCRIPTIO.

PRÆSCRIPTĬTO. *V.* PERSCRIPTITO.

PRÆSCRIPTĬVĒ, adverb. utendo præscriptione et exceptione. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 1. Præscriptive occurrere.

PRÆSCRIPTĬVUS, a, um, adject. qui præscriptionem admittit. *Jul. Vict. Art. rhet.* (edente *A. Maio*) 3. 10. Non fallat autem nos, non in his solis controversiis esse præscriptivas quæstiones, quæ totæ præscriptione tollantur. *Id. ibid.* 4. 1. Præscriptivæ quæstiunculæ. *Sulpic. Victor Instit. orat. p.* 282. *Capperon.* De adultera occisa præscriptivum præcedens est. *Vet. Scholiast.* (edente tertio *A. Maio*) ad *Cic. Planc.* 15. In modum præscriptivum facta senatus consulti mentione.

PRÆSCRIPTUM, i, n. 2. est id quod prius est scriptum.

I.) Proprie de ludimagistris dicitur, qui pueris aliquid discendum proponentes, præscripta eis dant, quæ imitentur, ut docet vetus *Scholiast. Horat.* ad 2. *Od.* 15. 10. Hinc *Seneca Ep.* 94. *ante med.* Si ludum litterarium intraveris, scies, ista quæ ingenti supercilio philosophi jactant, in puerili esse præscripto. *dettato, latino, esemplare.* et *ibid. a med.* Pueri ad præscriptum discunt: digiti illorum tenentur, et aliena manu per litterarum simulacra ducuntur.

II.) Translate. ¶ 1. Præscripta calcis *Lucretio* 6. 91. sunt metæ. *V.* CALX. ¶ 2. Sæpissime est præscriptio, lex, norma, regula, *ordine dato, precetto, regola, norma*, ὑπογραμμός. *Cic. Cluent.* 53. 147. Omnia legum imperio et præscripto fieri videbitis. *Id.* 1. *Off.* 26. 92. Hæc præscripta servantem licet magnifice vivere. *Cæs.* 3. *B. C.* 51. Aliæ sunt legati partes, atque imperatoris: alter omnia agere ad præscriptum; alter libere ad summam rerum consulere debet. *secondo le istruzioni.* et *Liv.* 10. 22. Postridie ad præscriptum consulis et consularia et prætoria comitia habita. *secondo il disegno, il parere, le insinuazioni.* et *Cic.* 2. *Invent.* 45. 132. Si ex suo quisque consilio, non ex communi præscripto civitatis rem administrarit. *Sueton. Ner.* 10. Ex Augusti præscripto imperaturum se professus. *sul piede.* et *Id. Cæs.* 28. *extr.* Ut colonis civitas adimeretur, quod per ambitionem et ultra præscriptum data esset. *Horat.* 2. *Od.* 9. 23. Intraque præscriptum Gelonos Exiguis equitare campis. *dentro i termini prefissi. Quintil.* 4. 2. 84. Una lex certumque præscriptum. *Id.* 2. 13. 2. Si uno et brevi præscripto (*rhetorice*) contineretur.

PRÆSCRIPTUS, a, um. *V.* PRÆSCRIBO.

PRÆSCRIPTUS, us, m. 4. idem ac præscriptum. *Tertull. Exhort. ad castit.* 3. *a med.* De divino præscriptu inducere.

PRÆSĔCA, æ, f. 1. videtur esse vocabuli forma, qua, ut vocis *brassica* etymon exhiberet, usus est *Varro* 5. *L. L.* 104. *Müll.* Brassica, ut præseca, quod ex ejus scapo minutatim præsecatur. *Müllerus* præsica *et* præsicatur.

PRÆSĔCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆSĔCO, sĕcas, sĕcui, sĕctum *et per syncop.* sectum, sĕcare, a. 1. Part. *Præsecatus* I.; *Præsectus* I. et II. — Præsecare est ante vel prius secare, in anteriori parte secare, præcidere, *tagliare innanzi*, ἀποκόπτω.

I.) Proprie. *Ovid. Remed. am.* 112. Qua læsus fuerat, partem Pæantius heros Debuerat celeri præsecuisse manu. *Colum. Arbor.* 29. Radicem arundinis acuta falce præsectam impendenti pluvia disponito. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 15. 25. (115). Præsectam vitem fundi jubet per medullam. *Id.* 11. *ibid.* 37. 88. (218). Vulneratis nervis summus dolor, præsectis nullus. *Apul.* 1. *Met.* Impetu teli præsecata gula. *Vitruv.* 4. 2. Projecturas tignorum, quantum eminebant, præsecuerunt. h. e. in anteriori parte secuerunt. — Huc pertinent et illa, in quibus, ut ait *Forcellinus*, sumitur pro simplici secare. *Varro* 3. *R. R.* 16. 34. Favorum, qui eximuntur, siqua pars mellis nihil habet, aut habet inquinatum, cultello præsecatur. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 5. (13). Anthiam infixo hamo invertere se, quoniam sit in dorso cultellato ei spina, eaque lineam præsecare.

II.) Translate. *Horat. Art. P.* 294. Præsectum decies non castigavit ad unguem. h. e. ad unguem in acutum ita sectum, ut is minimas inæqualitates persentiscat: hinc translate *con la massima accuratezza e diligenza.*

PRÆSECTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PRÆSEGMEN, ĭnis, n. 3. *ritaglio, tonditura*, ἀπόκομμα, frustum, particula ex aliqua re desecta. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 33. Quin ipsi pridem tonsor ungues dempserat: collegit, omnia abstulit præsegmina. *Non. p.* 151. 33. *Merc.* Præsegmina proprie Plautus in Aulularia ea dici voluit, quæ unguibus eminulis præsecantur. *Apul.* 2. *Met.* Rogis reliquiæ quædam et cadaverum præsegmina ad exitiabiles viventium fortunas petuntur. *Fulgent. Exposit. serm. ant. p.* 566. 10. *Merc.* Præsegmina sunt partes corporis incisæ, ut Tages in haruspicina ait: Præsegminibus amputatis. *Gloss. Philox.* Præsegmina, ἀπονυχίσματα. *Theod. Priscian. lib.* 4. *p.* 314. *retro* ed. *Ald.* Æris floris præsegmina. — In sing. num. *Ennod. Dict.* 1. *p.* 1048. *B.* Quum in blandam lucem novelli præsegminis comæ explicantur arboreæ et omnis ramorum plectura diffunditur.

PRÆSĔMĬNĀTĬO, ōnis, f. 3. *Vitruv.* 2. 9. *de feminis prægnantib.* In corpore præseminatio crescens ex omnibus cibi potestatibus detrahit alimentum in se. h. e. fetus.

PRÆSĔMĬNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆSĔMĬNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præseminans* II.; *Præseminatus* I. — Præseminare est ante seminare, *seminare prima.*

I.) Proprie. *Lactant.* 6. 10. *a med.* Non nati sunt homines e terra, tamquam ex draconis alicujus dentibus præseminati, ut poetæ ferunt. *Augustin.* 3. *de Genes. ad litt.* 14. *ad fin.* Vis quædam naturalis, et quasi præseminata.

II.) Translate. *Cassiod.* 6. *Hist. Eccl.* 24. Hilarius Pictaviensis secundæ Aquitaniæ pontifex rectæ fidei dogmata dudum præseminaverat tam Italis, quam Gallicanis episcopis. *Ammian.* 30. 2. Majora sibi præseminans, legato ad principem misso, etc. h. e. præstruens, præmoliens.

PRÆSENS, entis, particip. a *præsum.* — In Ablat. sing. duplicem positionem habet: sed *præsente* fere de personis dicimus, *præsenti* de rebus, ut in allatis exemplis videre est. Poetæ tamen id non servant. *Horat. Art. P.* 59. præsente nota. *Martial.* 10. 25. tunica præsente molesta. *Nepos* quoque *Alcib.* 4. Postulabat, ut si quid de se agi vellent, potius de præsenti quæstio haberetur, quam absens accusaretur. — Olim

præsente (ut *absente*) de pluribus personis dictum est. *Plaut. Amph.* 2. 2. 194. Nec nobis præsente aliquis quisquam, nisi servus, afluit. Ita refert *Non. p.* 76. 18. *Merc.*; alii *Plauti* genuinum versum esse negant. *Pomponius* apud *Non. p.* 154. 17. *Merc.* præsente testibus. *Accius ibid.* præsente his. *Fenestella ibid.* suis. *Novius ibid.* omnibus. *Varro* apud *Donatum* ad *Ter. Eun.* 4. 3. 7. legatis. *Pompon. ibid.* amicis. *Ter.* dixerat *ibid.* absente nobis. (Simile est illud *Catulli* 106. 5. Insperanti ipsa refers te nobis. *et Tibulli* 3. 6. 55. Perfida, nec merito nobis inimica merenti. *Alii aliter distinguunt.*) Addit *Donatus* poni *præsente* et *absente* pro præpositionib. *coram*, et *clam*. — Comp. *Præsentior* 3., 4. et 5.; Sup. *Præsentissimus* 3. et 4. — Præsens (a *præ* ante et *ens*, interjecto *s*, ut *prodest* a *pro* et *est* fit *d* interjecto) est qui adest, qui est in conspectu, vel nunc est, aut fit: dicitur enim de loco et tempore, *παρών, ἐνεστώς* (It. *presente*; Fr. *présent, qui est devant les yeux*; Hisp. *presente*; Germ. *gegenwärtig, selbst, persönlich*; Angl. *present, at hand, that, now is*). ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) Universim. *Cic.* 1. *Orat.* 24. 112. Hunc esse unum ex omnibus, quo præsente ego ineptus esse minime vellem. *Id.* 1. *Fin.* 17. 55. Corpore nihil nisi præsens, et quod adest, sentire possumus. *Id.* 1. *Off.* 4. 11. Bellua ad id solum, quod adest, quodque præsens est, se accommodat. *Ter. Adelph.* 3. 4. 20. Non quia ades præsens, dico hoc. *Plaut. Most.* 5. 1. 27. Si quidem pol me quæris, assum præsens præsenti tibi. *son qui in persona dinanzi a te.* Sic *Liv.* 1. 57. Quin conscendimus equos, invisimusque præsentes nostrarum ingenia? *andiamo in persona a vedere.* et *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 4. *a med.* Si facultas mihi tui præsentis esset. *s'io ti potessi avere presente.* et *Cic.* 1. *Off.* 44. 156. Neque solum viri atque præsentes studiosos discendi erudiunt, sed etiam post mortem, etc. *Sall. Cat.* 50. Quum præsenti diligentia consulis tanta præsidia sint. *Ovid.* 4. *Pont.* 14. 9. In medias Syrtes mediam mea vela Charybdim Mittite, præsenti dum careamus humo. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 724. *n.* 443. CENAM C. OFILIVS HERMES OMNIBVS ANNIS DANDAM PRAESENTIBVS PROMISIT. *et mox.* VT PRAESENTIBVS DIVIDERENTVR SPORTVLAE EXCEPTO EORVM QVI TRANS MARE FRVNT VEL QVI PERPETVA VALETVDINE DETINENTVR. — *b*) *Præsens* etiam dicitur, quod fuit, aut factum est, et quod erit, vel fiet eo tempore, de quo loquimur: nam illo tempore præterito præsens erat; item tempore illo futuro præsens erit. *Cic.* 2. *Fam.* 7. *a med.* Præsens tecum egi. *Id.* 4. *Cat.* 6. 13. Sororis suæ virum præsentem et audientem vita privandum esse dixit. *Id.* 1. *Invent.* 54. 104. Perinde illi videatur indignum, ac si ipse interfuerit et præsens viderit. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 8. Cetera presenti sermoni reserventur. *Id.* 11. *Att.* 12. Præsens in præsentem multa dixerat. *sul viso.* et *Ter. Adelph.* 4. 5. 34. Quum hanc tibi videbit præsens præsenti eripi. — *c*) *Præsentia verba*, quæ nunc sunt in usu. *Gell.* 1. 10. Vive moribus præteritis, loquere verbis præsentibus. — *d*) *In præsens tempus*, et frequentius *in præsens*, est præsenti tempore, in præsentia, *al presente, ora, per ora. Horat. Art. P.* 44. Pleraque differat, et præsens in tempus omittat. *Cic.* 1. *Cat.* 9. 22. Video, quanta tempestas invidiæ nobis, si minus in præsens tempus, at in posteritatem impendeat. *Id.* 1. *ad Brut.* 15. *a med.* Ut et in præsens sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrerem, et in posterum documentum statuerem, etc. *per allora. Tac.* 4. *Hist.* 58. Si fortuna in præsens virtusque deseruit. — *e*) *Ad præsens tempus*, et *ad præsens*, idem. *Justin.* 1. 5. 7. Harpagus ad præsens tempus dissimulato dolore, etc. *allora, per allora.* et *Tac.* 4. *Ann.* 31. Quod factum aspere acceptum ad præsens, mox in laudem vertit. *et ibid.* 40. *sub fin.* Ipse quid intra animum volutaverim, omittam ad præsens referre. *per ora, adesso.* et 1. *Hist.* 44. *extr.* Omnes interfici jussit, tradito principibus more, munimentum ad præsens, in posterum ultionem. Adde *Sueton. Tit.* 6.; et *Plin.* 8. *Hist. nat.* 22. 34. (80). — *f*) *Præsenti tempore*, et sæpius *in præsenti*, idem. *Ovid.* 3. *Fast.* 478. Jamque ego præsenti tempore nulla forem. *Cic.* 2. *Fam.* 10. *ad fin.* Hæc ad te in præsenti scripsi, ut speres, etc. *Nepos Att.* 12. Quod in præsenti utrum ei laboriosius, an glorioslus fuerit, difficile fuit judicare. — *g*) *In rem præsentem*, in eum locum, de quo agitur, aut controversia est, *sopra luogo*: ductum ex more forensi, quo litigantes, et aliquando ipsi judices se conferebant ad rem controversam, v. gr. domum, agrum, ut re inspecta planius certiusque judicare possent, quam si solis testibus et tabulis res ageretur. *Cic.* 1. *Orat.* 58. 250. Si de finibus, quum in rem præsentem non venimus, controversia est. *Seneca Ep.* 6. *a med.* In rem præsentem venias oportet, quia homines amplius oculis, quam auribus credunt. *Quintil.* 4. 2. 123. Multum confert adjecta veris credibilis rerum imago, quæ velut in rem præsentem perducere audientes videtur. Adde *Plin.* 3. *Ep.* 9. et 10. *Ep.* 24. — *h*) *In re præsenti*, in ipso loco, aut in ipsa re agenda, *sul fatto. Plaut. Cas.* 2. 8. 65. In re præsenti, ex copia piscaria consulere, quid emam, æquum est. *Liv.* 40. 9. Quod tum vociferarer in re præsenti pavidus, hoc nunc postero die queror. *Quintil.* 6. 2. 31. Ut hominem occisum querar, non omnia, quæ in re præsenti accidisse credibile est, in oculis habebo? Adde *eumd.* 7. 10. 11. Rursus *Liv.* 40. 17. Eodem anno inter populum Carthaginiensem et regem Masinissam in re præsenti disceptatores Romani de agro fuerunt. *sopra luogo.* Adde *Ulp. Dig.* 39. 1. 5. — *i*) *Præsentia* neutr. plur. est status rerum præsens, *lo stato presente delle cose, il presente governo, τὰ παρόντα. Sueton. Aug.* 87. Quum hortatur ferenda esse præsentia. *Tac.* 4. *Hist.* 59. *extr.* Veniam ostentantes, si præsentia sequerentur. — Similia sunt illa *ejusd.* 3. *ibid.* 69. Sabinus, re trepida, quod tutissimum e præsentibus, arcem Capitolii insedit. *et* 4. *ibid.* 56. Optimum e præsentibus ratus, iisdem, quibus petebatur, artibus grassari. *Id.* 5. *Ann.* 10. Lætus præsentibus, et inanium spe. — *l*) *Præsens abest*, proverb. de quo *V.* in ABSUM. ¶ 2. Universim *præsens* dicitur, quod nunc est, aut fit, nec differtur. — *a*) Generatim. *Cic.* 2. *Nat. D.* 59. Ne si navigare quidem velim, ita gubernarem, ut somniaverim: præsens enim pœna sit. *Propert.* 2. 23. 63. Et jam si pecces, Deus exorabilis ille est, Si modo præsentes viderit esse preces. *h. e.* quæ peccatum statim sequantur, inquit *Passerat.* Vel quæ animo præsenti, intento et confidenti fiant. *Flor.* 1. 26. *a med.* Mælium, largitione suspectum dominationis, præsenti morte multavit. *et* 3. 14. Adeo præsenti metu mortis exterruit, ut etc. — *b*) Hinc etiam *præsens pecunia*, quæ statim debetur, aut solvitur, *soldo alla mano. Cic. Cluent.* 12. 34. Quæ pecunia mulieri legata erat a filio, si qui natus esset, eam præsentem Oppianicus non debitam mulieri solvit. *Id.* 3. *Verr.* 56. 146. Pecunia præsens solvatur. *Plaut. Capt.* 2. 2. 8. Quos tam grandi sum mercatus præsenti pecunia. *a si caro prezzo in contanti.* et *Petron. Satyr.* 109. Pro singulis injuriis numerabis præsentes denarios ducentos. *sborserai tosto.* et *ibid.* 137. Quidvis nummis præsentibus opta. *col soldo alla mano.* — *c*) Apud JCtos *præsens* aliquando est purus, quum de obligationibus sermo est: nempe quum neque in diem, neque sub conditione conceptæ sunt: hinc Præsens obligatio, quæ statim adstringit, *Ulp. Dig.* 12. 1. 9. et *Paul. ibid.* 45. 1. 46. Præsens debitum, *Martian. ibid.* 20. 1. 13. *ad fin.* Si dies apposita legato non est, præsens debetur, *Paul. ibid.* 36. 2. 21. — *d*) Hinc *præsens* et *in diem* opponuntur. *Ulp. ibid.* 42. 9. 10. *circa med.* Si quum in diem mihi deberetur, fraudator præsens solverit. *Paul. ibid.* 45. 1. 76. et *Scævola ibid.* 31. 1. 47. Quidquid te dare facere oportet, præsens, in diemve. Sic *Paul. ibid.* 7. 1. 4. Quod vel præsens, vel ex die dari potest. — *e*) *Præsenti die dari*, est præsens dari. *Ulp. ibid.* 45. 1. 41. Quoties in obligationibus dies non ponitur, præsenti die pecunia debetur. *Cajus ibid.* 28. 7. 22. Eum qui libertatem dare potest, ipsum debere aut præsenti die, aut in diem, aut sub conditione dare. ¶ 3. Hinc est etiam potens, efficax, vehemens, præstans, præsentaneus: quia quod præsens est, magis valet, quam quod abest, *potente, efficace, pronto, veemente, presentaneo. Cic.* 6. *Verr.* 49. 107. Multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxilium ejus oblatum est. *Hirtius* ad *Cic. post Ep.* 6. *l.* 15. *ad Att.* Hæc in contentione præsentes ad nocendum vires habent. *Virg.* 2. *G.* 126. tardumque saporem Felicis mali, quo non præsentius ullum, Pocula si quando sævæ infecere novercæ. *che operi e risani più presto.* et *Colum.* 6. *R. R.* 14. 3. Præsentissimum est remedium sanguis de aure emissus. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 18. 70. (118). Radix adversus serpentium ictus præsentis remedii est. *et ibid.* 20. 86. (149). Melissophyllon præsentissimum est contra ictus apum. *Quintil.* 10. 7. 1. Præsentissima pericula. *Virg.* 12. *Æn.* 152. Tu pro germano si quid præsentius audes, Perge. *Ovid.* 13. *Met.* 756. Nec, si quæsieris, odium Cyclopis, amorne Acidis in nobis fuerit præsentior, edam. — Cum Infinito. *Horat.* 1. *Od.* 35. 1. O Diva, gratum quæ regis Antium, Præsens vel imo tollere de gradu Mortale corpus, vel superbos Vertere funeribus triumphos. *valevole, possente, capace.* ¶ 4. De morali hominis qualitate vel, uti ajunt, charactere est fortis, acer, alacer, confidens, *forte, costante, ardito, che non si perde, o turba. Cic.* 1. *Att.* 18. In republica vero quamquam animus est præsens, tamen etc. *Id.* 2. *Orat.* 20. 84. Animus acer, et præsens, et acutus idem atque versutus, invictos viros efficit. *Quintil.* 6. 4. 8. Opus est ingenio celeri ac mobili, animo præsenti et acri. *Ter. Phorm.* 5. 7. 6. Animo virili præsentique ut sis, para. *Virg.* 5. *Æn.* 363. Nunc, si cui virtus, animusque in pectore præsens, Adsit. *Liv.* 31. 46. *a med.* Non plures tantum Macedones, quam ante, tuebantur urbem, sed etiam præsentioribus animis, et castigationibus regis, et simul minarum memores. *con gli animi più risoluti.* et *Auct. B. Alex.* 40. Præsentissimo animo pugnare. *Ovid.* 2. *Amor.* 8. 17. At quanto, si forte refers, præsentior ipse Per Veneris feci numina magna fidem. *più ardito e franco.* — *Præsens ingenio* fere eodem modo dicitur, qui ingenio est prompto, et occurrente etiam subitis, *pronto d'ingegno. Plin.* 17. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Crassus, ut præsens ingenio semper, et faceto lepore solers, respondit, etc. ¶ 5. Est etiam qui adest, adsistit, favet, tuetur, præsto est, *assistente, propizio, favorevole. Cic.* 1. *Tusc.* 12. 28. Hercules tantus, et tam præsens habetur deus. *Virg.* 9. *Æn.* 404. Tu dea, tu præsens nostro succurre labori. *Ovid.* 7. *Met.* 177. modo diva triformis Adjuvet, et præsens ingentibus adnuat ausis. *Flor.* 4. 7. *circa med.* In Cæsaris castris omnia aves victimæque promiserant: sed nihil illo præsentius, quod Cæsaris medicus somno admonitus est, ut etc. — Hinc *præsentem aliquem facere* est propitium reddere. *M. Aurel. Fronto ad Antonin. imp.* 2. 13. Ut domino meo perscriberem, faceremque eum nobis in isto quoque negotio præsentem. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PRAESENSĬO, ōnis, f. 3. *il presentire, antivedimento, presagio, προαίσθησις*, actus præsentiendi, præsagitio, divinatio. *Cic.* 1. *Divinat.* 1. 1. Versari quamdam inter homines divinationem, quam Græci *μαντικὴν* appellant, id est præsensionem et scientiam rerum futurarum. *Id.* 2. *Nat. D.* 3. 7. Prædictiones et præsensiones rerum futurarum. *Id. Topic.* 20. 77. Atque etiam per exta inventa præsensio.

PRAESENSUS, a, um. *V.* PRAESENTIO.

PRAESENTĀLIS, e, adject. præsens, qui præsens adest. *Imp. Anastas. Cod.* 12. 36. 18. Præsentales milites. *h. e.* præsentes in comitatu principis. *Imp. Justinian. ibid.* 17. 4. domesti-

ci. *Augustin. Serm.* 114. pauperiste Sustenta vitam præsentalem.

PRÆSENTÂNĔĔ, adverb. in præsenti, statim, brevi tempore. *Theod. Priscian.* 1. *ad Timoth. fr. præf.* Confeci nonnullos præsentanee libellos.

PRÆSENTÂNĔUS, a, um, adject. *che opera subito, presentaneo, παραυτικός*, qui in præsens subito fit, qui præsentem habet efficaciam. *Quintil. declam.* 17. 11. Virus præsentaneum paro, quod statim, quod subito corripiat. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 31. 105. (180). Præsentaneum remedium ad dentium mobiles firmandos. *Id.* 24. *ibid.* 1. 1. (2). venenum. *Id.* 27. *ibid.* 9. 46. (70). Cocco Gnidio vis præsentanea contra cicutam. *Commodian.* 8. 1. De sole et luna, licet sint præsentanea nobis. *h. e.* efficacissima et validissima.

PRÆSENTÂRIĔ, adverb. idem ac præsentanee. *Boeth.* 4. *pros.* 6. *ante med.* Sicut artifex faciendæ rei formam mente percipiens, movet operis effectum, et quod simpliciter præsentarieque prospexerat, per temporales ordines ducit; ita Deus etc.

PRÆSENTÂRĬUS, a, um, adject. *presente*, præsens. *Plaut. Most.* 2. 1. 14. Ubi id erit factum, a me argentum petito præsentarium. *h. e.* quod statim solvam. *Id. Trin.* 4. 3. 74. Vendidit ædes præsentariis argenti minis numeratis quadraginta. *alla mano.* et *Pœn.* 3. 5. 47. Haruspices si quid boni promittunt, pro spisso evenit: id quod mali promittunt, præsentarium est. *h. e.* statim venit. *Apul.* 10. *Met.* Præsentarium venenum comparat. *h. e.* quod præsentem et subitariam mortem affert.

PRÆSENTÂTĬO, ōnis, f. 3. *presentazione*, actus præsentandi aliquid. *Imp. Constantin. Cod.* 12. 28. 2. Quibus omnibus condonamus, ne obsequium temonariorum, vel pentaprotiæ, aut etiam tironis præsentationem agnoscant. *Alii leg.* præstationem. *Augustin.* in *Ps.* 59. 6. Quid futurum est in judicio? Arcus est extentus; adhuc in comminatione est, nondum in præsentatione.

PRÆSENTÂTUS, a, um. *V.* PRÆSENTO.

PRÆSENTĬA, æ, f. 1. præsentem esse, conspectus, aspectus, *παρουσία* (It. *presenza, cospetto, comparsa*; Fr. *présence*; Hisp. *presencia*; Germ. *die Gegenwart*; Angl. *presence, a being at hand*). ¶ 1. Stricto sensu — *a*) Præsentia, substantivum, est, ut diximus, conspectus, aspectus. — In sing. num. *Ter. Heaut.* 3. 3. 12. Multa fert lubido: ea facere prohibet tua præsentia. *Cic.* 1. *Cat.* 7. 17. Alicujus aspectum præsentiamque vitare. *Id. Dom.* 5. 11. Periculum in præsentia atque ante oculos propositum. *Alii leg.* in præsenti. *Id.* 5. *Fam.* 8. *extr.* Ut desiderium præsentiæ tuæ meo labore minuatur. *Virg.* 9. *Æn.* 73. urget præsentia Turni. *Cajus Dig.* 50. 16. 22. Exhibere est præsentiam corporis præbere. — *Præsentiam sui facere* est *farsi vedere, comparire, lasciarsi trovare*, copiam, seu potestatem sui facere. *Hermogenian. Dig.* 42. 1. 53. Contumax est, qui tribus edictis propositis, præsentiam sui facere contemnit. Adde *Paul. ibid.* 47. — In plur. num. *Cic.* 2. *Nat. D.* 66. 166. Deorum præsentiæ declarant. *apparizioni, comparse.* — *b*) Adverbialiter, *in præsentia* in præsenti, hoc, vel illo tempore, de quo loquimur. *Nepos Alcib.* 4. Quiescendum in præsentia, et illud tempus exspectandum decreverunt, quo etc. *per allora. Id. Themist.* 8. Huc quum venisset, et in præsentia rei abesset. *allora.* et *Liv.* 24. 22. Tutiorem ratus esse viam, si in præsentia tempori cessisset. *Cæs.* 1. *B. G.* 15. Suos a prælio continebat, ac satis habebat in præsentia hostem populationibus prohibere. *Cic.* 5. *Fin.* 8. 21. Sed quoniam non possunt omnia simul dici, hæc in præsentia nota esse debebunt. *per ora.* et *Ter. Adelph.* 5. 2. 14. Provisum est, ne in præsentia hæc hinc abeat. *Cic.* 15. *Att.* 20. *ad fin.* Hoc video in præsentia opus esse. *presentemente, di presente.* et *Plin.* 12. *Hist. nat.* 3. 7. (14). In præsentia externas arbores prosequemur. *ora, adesso.* et *Plin. alter* 3. *Ep.* 9. *a med.* Fides in præsentia eos, quibus resistit, offendit: deinde ab illis ipsis suspicitur, laudaturque. *sul fatto.* Adde *Pompej. ad Domit.* 2. *post Ep.* 12. *l.* 8. *ad Att.*; *Cic.* 1. *Tusc.* 7. 14., et 14. *Fam.* 14.; *Auct. B. Afr.* 10.; *Cels.* 4. 3.; *Quintil.* 8. *procem.* 3. 9. 4. 109. et 10. 7. 22; *Sueton. Tib.* 22. etc. — Cum opposito *in perpetuum* apud *Liv.* 7. 37. Milites, qui in præsidio simul fuerant, duplici frumento in perpetuum, in præsentia singulis bubus binisque privis tunicis donavit. — Cum opposito *in futurum* apud *eumd.* 33. 27. *extr.* Id ægre et in præsentia bi passi, et in futurum etiam metum ceperunt, quum etc. — Cum opposito *postero die* apud *Cic.* 5. *Tusc.* 35. 100. Vestræ quidem cœnæ non solum in præsentia, sed etiam postero die jucundæ sunt. — Cum addito *tunc* apud *Liv.* 45. 23. *ad fin.* Satis quidem et tunc in præsentia castigata illa legatio erat, quum tam tristi responso vestro dimissa. — Alio sensu *Nepos Alcib.* 10. Id quod in præsentia vestimentorum fuit, arripuit. *h. e.* ad manum fuit, præsens se obtulit, *che se gli presentò.* Post tot optimorum scriptorum loca (quibus alia multa, præsertim ex *Livio*, addit *Borrich.* in *Vindic. Latinit.*) nullus remanet dubitandi locus, quin *in præsentia* Latinum sit. Quod idem et de *in præsentiarum* sentiendum est. *V.* IMPRÆSENTIARUM. ¶ 2. Speciatim, *præsentia animi* intentio, vis, robur, constantia, præsens et acer animus, *presenza di spirito, forza, ardire, coraggio. Cæs.* 5. *B. G.* 42. Tanta militum virtus atque animi præsentia fuit, ut etc. *Cic. Mil.* 23. 62. Videbant enim facti rationem, præsentiam animi, defensionis constantiam. Adde *Plin.* 8. *Hist. nat.* 25. 38. (92). ¶ 3. Item est evidentia, vis. *Ovid.* 4. *Met.* 611. tanta est præsentia veri. ¶ 4. Quemadmodum præsens eum etiam significat, qui tuetur, fovet, præsto est (*V.* PRÆSENS 5.), ita *præsentia* tutelam, favorem, auxilium. *Inscript.* apud *Gruter.* 28. 4. PRAESENTIAE MATRIS DEVM P. SEPTIMIVS FELIX OB CORONAM MILLESIMI VRBIS ANNI. *h. e.* ob coronam in ludis relatam millesimo ab u. c. anno, nempe sub Philippis Augg. Cf. *Capitolin. Anton. Phil.* 8. Mala Marcus et Verus sua præsentia temperarunt.

PRÆSENTĬO, tis, si, sum, tire, a. 4. *Præsentisse* pro *præsensisse* legitur apud *Pacat. Paneg. Theodos.* 3. — Part. *Præsentiens* et *Præsensus* sub *a.* — Præsentire est ante quippiam, quam fiat, sentire, cogitatione præcipere, præscire, præsagire, divinare, prævidere, *presentire, presagire, indovinare, antivedere, aver sentore d'una cosa, accorgersi, προαισθάνομαι.* — *a*) Cum Accus. *Cæs.* 7. *B. G.* 30. Animo providere et præsentire. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 79. 81. (191). Præsentire aliquid et prædicere. *Lucret.* 5. 1342. Animo præsentire atque videre malum futurum. *Cic.* 2. *Divinat.* 48. 100. Esse in mentibus hominum tamquam oraculum aliquod, et quo futura præsentiant. *Id. Rabir. perduell.* 10. 28. Sapientissimi cujusque animus ita præsentit in posterum, ut etc. *Plaut. Trin.* 1. 2. 135. Fecisset edepol, nisi hæc præsensisset canes. *Ovid.* 1. *Met.* 610. Conjugis adventum præsenserat. *et* 10. *ibid.* 404. Præsentire amorem. *Virg.* 4. *Æn.* 297. dolos. *Justin.* 25. 2. 3. Præsentiens tempestatem. *Sueton. Aug.* 96. Bellorum omnium eventus ante præsensit. *Plin.* 5. *Ep.* 5. Quod accidit, multo ante præsensit. *Plin. alter* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (24). Absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se. *Cic.* 1. *Divinat.* 55. 125. Si unum aliquid ita sit prædictum præsensumque. *Id. ibid.* 124. Pauciora divine præsensa et prædicta reperiri. — *b*) Cum Accus. et Infinito. *Ter. Andr.* 5. 1. 20. Ibi me adesse neuter tum præsenserat. — *c*) Passive impersonaliter. *Liv.* 21. 49. *a med.* Præsensum tamen est, quia luna pernox erat.

PRÆSENTĬSCO, is, ere, a. 3. præsentire incipio, præscisco. *Ter. Heaut.* 4. 5. 21. Ne tu id præsentisceres. Ita apud *Priscian.* 8. *p.* 824. *Putsch.* Alii fere omnes leg. *persentisceres.* quod idem dicendum de alio loco *Plauti Amph.* 1. 3. 29. quod a quibusd. Lexicographis additur.

PRÆSENTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præsentans, Præsentatus* et *Præsentandus.* — Præsentare est præsentem facere, aspectui subjicere, exhibere, offerre, *presentare, far vedere, παρίστημι. Quintil.* 11. 2. 1. Exemplorum quasdam copias eadem illa vis (*memoriæ*) præsentat. *Plerique alii leg.* repræsentat. *Auct. Paneg. ad Maximian. et Constantin.* 3. *extr.* Neque forma tantum in te patris, sed etiam continentia, fortitudo, justitia, prudentia sese votis gentium præsentant. *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 77. Caput ab Achilla Cæsari præsentatum est. Quædam MSS. hæc verba non habent. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 67. (181). Sarcitis bubulas carnes præsentat. *h. e.* speciem bubularum carnium præbet. Ita *edit. vet.* 1469. 1470. *et* 1472.; *Harduinus*, et *alii leg.* repræsentat. *Apul.* 6. *Met.* Ad istum modum supplicanti statim sese Juno præsentat. *Impp. Arcad.* et *Honor.* in *fragm. Cod. Theod.* 1. 10. 5. (edente *W. F. Glossio*). Qui sine commeatu, aut sine officii publici necessitate per provincias devagantur, tuo examini præsentatos, arbitrio celsitudinis tuæ condemnatione percelli præcipimus. Sic *Cassiod.* 3. *Variar.* 28. Præsentati autem tribunalibus judicem sine aliquo damni terrore videruut. *Id.* 11. *ibid.* 6. Per te præsentandus accedat. *Ennod.* 2. *Ep.* 15. Salutis ergo gratiam præsentans, quæso etc.

PRÆSĔPE, PRÆSEPIO et similia. *V.* PRÆSÆPE, PRÆSÆPIO, etc.

PRÆSĔPULTUS, a, um, particip. ab inusit. *præsepelio*, ante sepultus. *Quintil. declam.* 9. *sub fin.* Video senem meliore sui parte præsepultum. *Ammian.* 14. 11. *a med.* Terrore propinquantis exitus jam præsepultus.

PRÆSĔRO, is, ere, a. 3. ante sero. *Paulin. Nolan. carm.* 32. 445. Da mihi nunc lugere, Deus, fletusque salubri Præserere æternæ semina lætitiæ.

PRÆSERTIM, adverb. *Vossius* vult esse a *præ* et *sero* necto, ut proprie dicatur de his, quæ in serie aliqua prima sunt: similiter *Handius* (*Tursell. vol.* 4. *pag.* 531.): Præsertim, ait, dicitur de re, quæ est quasi præ serie ponenda, ideoque excipitur, et propter conditionem suam *κατ' ἐξοχήν* spectandam distinguitur: est igitur idem ac præcipue, maxime, *μάλιστα δέ, ἄλλος τε* (It. *specialmente, singolarmente, principalmente*; Fr. *principalement, surtout, particulièrement, notamment, par-dessus tout*; Hisp. *principalmente, sobre todo, particularmente*; Germ. *absonderlich, besonders, zumal, vorzüglich*; Angl. *especially, chiefly, principally, particularly*). Occurrit — *a*) Generatim et sine additis. *Plaut. Amph.* 2. 2. 22. Edepol me uxori exoptatum credo adventurum domum, - præsertim re bene gesta. *Id. Pœn.* 3. 1. 20. Præsertim in re populi placida atque interfectis hostibus, non decet tumultuari. *Cic.* 2. *Divinat.* 9. 24. Illud quidem dici, præsertim a Stoicis, nullo modo potest. *Id. Amic.* 4. 15. Non tam ista me sapientiæ-fama delectat, falsa præsertim, quam quod etc. *h. e.* quum falsa, speciosa, non vera sit. *Id.* 1. *Off.* 35. 129. Retinenda est igitur hujus generis verecundia, præsertim natura ipsa magistra et duce. *Cæs.* 2. *B. G.* 31. Quibusnam manibus, aut quibus viribus, præsertim homines tantulæ staturæ, tanti oneris turrim moturos sese confiderent? Adde *Horat. Art. P.* 383. *Cic.* 1. *Orat.* 6. 21. Neque vero ego hoc tantum oneris imponam, nostris præsertim oratoribus in hac tanta occupatione urbis. *et ibid.* 62. 264. Verum ego non solum arbitrabar, his præsertim auditoribus, a me informari oportere. *Id.* 1. *Fam.* 4, *sub fin.* Ego tibi a vi, hac præsertim imbecillitate magistratuum, præstare nihil possum. *Id.* 2. *Legg.* 14. 35. Ego vero assentior: excepto præsertim in ipsa lege solemni sacrificio. — Et cum pronominibus. *Plaut. Rud.* 2. 1. 1. Omnibus modis, qui pauperes sunt homines, miseri vivunt, præsertim quibus nec quæstus est, nec didicere artem ullam. *Cæs.* 5. *B. G.* 47. Labienus - veritus, ne, si ex hibernis fuge similem profectionem fecisset, hostium im-

petum sustinere non posset, præsertim quos recenti victoria efferri sciret, litteras Cæsari remittit. *Cic.* 6. *Fam.* 2. 7. Intelliges-ferendam esse fortunam, præsertim quæ absit a culpa. *Id.* 6. *Verr.* 54. 120. Victoriæ putabat esse, multa Romam deportare quæ ornamento urbi esse possent: humanitatis, non plane spoliare urbem, præsertim quam conservare voluisset. *Id.* 3. *Cat.* 9. 22. Ut homines Galli vestram salutem suis opibus anteponerent, id non divinitus factum esse putatis? præsertim qui nos non pugnando, sed tacendo superare potuerunt. — *Præsertim qui* aliquando invertitur, et *præsertim* pro *adeo*, ut ait *Handius*, accipi potest. *Cic.* 2. *Legg.* 6. 14. M. Igitur tu Titias et Apulejas leges nullas putas? Q. Ego vero ne Licias quidem. M. Et recte: quæ præsertim uno versiculo senatus, puncto temporis sublatæ sint. *Id. Fat.* 11. 23. Quum docerent esse posse quemdam animi motum voluntarium, id fuit defendi melius, quam introducere declinationem, cujus præsertim causam reperire non possent. Adde *eumd.* 6. *Verr.* 54. 120.; et *Liv.* 25. 6. — *b*) *Præsertim si* apud *Cic.* 14. *Fam.* 2. *in fin.* Velim quam sæpissime litteras mittatis, præsertim si quid est firmius, quod speremus. *Id. Senect.* 2. 6. Faciam vero, Læli, præsertim si utrique vestrum, ut dicis, gratum futurum est. Adde *eumd.* 3. *Att.* 7.; et *Virg.* 1. *G.* 115. — *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 4. Ego vero meum consilium, si præsertim tu non improbas, vehementer approbo. *h. e.* si præter ceteros tu. Nusquam alibi *Cicero* ita loquutus est. — *c*) *Præsertim quum* vel *quum præsertim* apud *Plaut. Asin.* 1. 1. 64. Ego mitto omnia hæc, præsertim quum is me dignum, cui concrederet, habuit. *Cic. Mur.* 26. 53. Magna est autem comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio, præsertim quum incubuit ad virum bonum et multis aliis adjumentis petitionis ornatum. *Id.* 2. *Off.* 14. 51. Quod scribere, præsertim quum de philosophia scriberem, non auderem, nisi idem placeret-Panætio. Adde *eumd. pro leg. Manil.* 6. 14. et *Rabir. Post.* 1. 2. *Cæs.* 1. *B. G.* 33. Neque sibi homines feros ac barbaros temperaturos existimabat, quin in provinciam exirent-, præsertim quum Sequanos a provincia nostra Rhodanus divideret. *Nepos Alcib.* 5. Erat enim ea sagacitate, ut decipi non posset, præsertim quum animum attendisset ad cavendum. — *Ter. Hecyr.* 4. 4. 83. Præsertim in ea re quum sit mihi adjutrix socrus. — *Cic.* 2. *Off.* 16. 56. In his immanibus jacturis infinitisque sumptibus nihil nos magnopere mirari, quum præsertim neque necessitati subveniatur, nec dignitas augeatur. *Id.* 2. *Fam.* 6. *ante med.* Neque enim sum veritus, ne sustinere tua in me vel innumerabilia non possem: quum præsertim confiderem, nullam esse gratiam tantam, quam etc. Adde *eumd.* 2. *Fin.* 8. 25., 4. *ibid.* 14. 36. et *Rosc. Am.* 8. 22. Sic *Quintil.* 2. 21. 13. Quare igitur oratorem, quem a bono viro non separo, in eadem materia versari mirer? quum præsertim primo libro jam ostenderim, philosophos omissam hanc ab oratoribus partem occupasse. Adde *eumd.* 3. 2. 2. et 8. 6. 74.; et *Propert.* 1. 2. 27. — *d*) *Præsertim quoniam, præsertim quod* apud *Cic.* 1. *de republ.* 13. Non impedio, præsertim quoniam feriati sumus. *Id. Flacc.* 17. 40. Facis injuste, si putas, periculo nostro vivere tuos contubernales: præsertim quod tua negligentia factum arbitremur. *Ita* Forcellinus *et* Orellius; *sunt tamen qui leg.* præsertim quum. — *Præsertim ut* apud *Ter. Phorm.* 1. 2. 4. Amo te: et non neglexisse habeo gratiam. D. Præsertim ut nunc sunt mores. *Cæs.* 3. *B. C.* 19. Liceretne civibus ad cives de pace legatos mittere-, præsertim ut id agerent, ne cives cum civibus armis decertarent? *Alii vero* præsertim quum.

PRÆSERVĬO, is, ire, n. 4. Part. *Præserviens* II. — Præservire est idem quod servire, vel ante servire.

I.) Proprie. *Plaut. Amph. prol.* 124. Ego servi sumpsi Sosiæ mi imaginem,-Ut præservire amanti meo possem patri.

II.) Translate. *Gell.* 1. 7. Verbum indefinitum, neque numeris, neque generibus præserviens.

PRÆSERVO, as, are, a. 1. observare. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 8. *a med.* Quid enim tam vanum, quam ob usum cataplasmatum naturam, vel ætates ac vitæ consuetudinem præservare? *V.* PERSERVO. — Pro conservare, *preservare*, usu Latino caret.

PRÆSES, Idis, m. et f. (præ *et* sedeo) qui sedet ante alium, atque adeo qui alium custodit ac tuetur: et occurrit *A*) Adjective: et *B*) Substantivorum more.

A) Adjective. *Plaut. Cas.* 5. 1. 11. Ne illum quidem nequiorem arbitror esse, qui locum præbet illi nunc præsidem. *h. e.* tutum refugium. *Alii leg.* præsidium. *Seneca Med.* 247. quum genua attigi, Fidemque supplex præsidis dextræ petii.

B) Substantivorum more, *præses*

I.) Proprie — *a*) Stricto sensu est qui custodiæ ac præsidii causa aut principi comitatur, qui et *custos corporis* dicitur, aut aliquem locum insidet, *guardia*. De hoc *Plaut. Rud.* 4. 4. 7. Ite domum ambo nunc jam ex præsidio præsides. De illo *Aurel. Vict. Cæsar.* 2. *extr.* Nam ceteros paritorum præsidesque Augustus instituerat.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim fere habet eam vim, ut etiam custodem, vindicem, assertorem significet, a quo tutela, et defensio, et præsidium, auxiliumque exspectandum, *custode, difenditore, protettore. Cic. Dom.* 55. 141. Dii immortales suorum templorum custodem ac præsidem sceleratissime pulsum quum viderent. *Id. Sext.* 65. 137. Senatus reipublicæ custos, præses, propugnator. *Id. Dom.* 57. 144. Patrii Penates, qui huic urbi et reipublicæ præsides estis. *Alii leg.* præsidetis. *Seneca Thyest.* 1102. Piorum præsides testor deos. *protettori.* et *Cic.* 2. *leg. Agr.* 6. 15. Tribunus plebis, quem majores præsidem libertatis custodemque esse voluerunt. *Liv.* 6. 16. Dii deæque, qui Capitolium incolitis, siccine vestrum militem ac præsidem sinitis vexari ab inimicis? Hæc dextra, qua Gallos fudi a delubris vestris, jam in vinculis et catenis erit? *Id.* 23. 47. *a med.* Siciliam et Sardiniam, quæ ante bellum vectigales fuissent, vix præsides provinciarum exercitus alere. *gli eserciti di presidio.* et *Seneca Herc. Fur.* 356. Præsides dii. *h. e.* tutelares. Sic *Tac.* 4. *Hist.* 53. Jovem, Junonem, Minervam, præsidesque imperii deos precatus. *Seneca Œdip.* 1042. Phœbus veri præses. *h. e.* assertor, affirmator. — Fem. gen. *Sencca Hippol.* 108. Abjudicata præses terræ dea. ¶ 2. Speciatim *præses* dicitur et est qui præest, qui præsidet, antistes, *presidente, soprantendente, soprastante, capo, governatore, prefetto*, ἐπιστάτης, ἡγεμών, ἀρχηγός. — *a*) Generatim. *Virg.* 11. *Æn.* 483. Armipotens præses belli Tritonia virgo. *Quintil.* 3. 5. 7. Præside bellorum deo. *Ovid.* 15. *Met.* 758. *de Augusto.* quo præside rerum Humano generi, Superi, cavistis abunde. — *b*) Speciatim in re civili. *Sall. in orat. Macri Licin. ad pleb.* Vosmet ipsi per suffragia, uti præsides olim, nunc dominos destinatis. *Macer Dig.* 1. *tit.* 18. *qui est* De officio Præsidis, 1. Præsidis nomen generale est, eo quod et proconsules, et legati Cæsaris, et omnes provincias regentes (licet senatores sint) præsides appellentur. *Hotoman. leg.* licet senatores non sint. *Sueton. Aug.* 23. Præsidibus provinciarum propagavit imperium. *V.* PRÆSIDĀLIS. — Rectores minorum provinciarum, quæque majoribus subjectæ erant, ut Palæstina Syriæ, *procuratores* plerumque dicebantur; quandoque tamen et *procuratores* et *præsides*, vel tantummodo *præsides* honoris causa dicebantur. Hinc *Inscript.* apud *Gruter.* 487. 6. PROC. ET PRAESES PROV. SARDINIAE. *et* 493. 6. PROC. ET PRAESES ALPIVM. *et ibid.* 7. PROCVRATOR ET PRAESES ALPIVM COTTIARVM. *et* 346. 1. PRAESES PROV. TINGITANAE. — Etiam *procurator præses* sine conjunctione. V. *Inscript.* in voc. SEVERINUS in ONOM.

PRÆSEST. *V.* in PRÆS.

PRÆSICCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆSICCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præsiccatus.* — Præsiccare est antea siccare. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 14. *ad fin.* Putat aversione humoris facta ad exteriores partes altiora ulcera præsiccari. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 3. *a med.* et *Apul. Herb.* 124. Succus sole præsiccatus. *h. e.* bene, vel ante siccatus.

PRÆSICCUS, a, um, adject. valde siccus. *Prudent.* 5. περὶ στεφ. 141. Præsicca rursus vulnera Manus resulcans diruet.

PRÆSĪDĀLIS *et* Præsidialis, e, adject. ad præsidem provinciæ pertinens. *Trebell. in XXX. Tyrann.* 24. Qui jure præsidali omnes Gallias rexerat. *Alii leg.* præsidiali. *Impp. Dioclet. et Maxim. Cod.* 4. 24. 11. Præsidalis jussio. *Idem ibid.* 9. 1. 18. Præsidale judicium. *Ammian.* 28. 1. Officium præsidiale. *Id.* 17. 3. *sub fin.* Præsidialis apparitor. *Id.* 29. 1.; et *Symmach.* 4. *Ep.* 71. (*al.* 70.) Præsidalis vir. *h. e.* præsidatu functus. Eodem sensu *præsidalis* absolute dicitur ab *Ammian.* 22. 14. et 29. 1. — Præterea apud *Symmach.* 1. *Ep.* 107. et *Sext. Ruf. Breviar.* 4. et 5. dicitur *præsidalis provincia* quæ neque est consularis, neque proconsularis, neque prætoria, sed a minore magistratu regitur ab imperatore, non a senatu, misso: nimirum nomen præsidis posterioribus temporibus tres illos magistratus, licet generale esset, non comprehendebat. *V.* PRÆSES II. *b.* Confirmat rem *Lamprid. Alex. Sev.* 24. Provincias prætorias, præsidiales plurimas fecit; proconsulares ex senatus voluntate ordinavit. *Symmach. orat. pro Fl. Severo* (edente *A. Maio*) 3. Quis credat, summatem facundiæ, diu inter fori ornamenta numeratum, præsidalem dudum recepisse provinciam? — Immo præsidiales provinciæ post Alexandri Severi tempora, qui imperare cœpit ann. a Chr. n. CCXXII., appellatæ sunt, quas imperator, non senatus, præside in eas misso, administrare solebat; licet præsidis nomine antea rectores tum ab imperatore, tum a senatu, missi intelligerentur, ut patet ex *loc. cit. Macri* apud *Sall.* in PRÆSES II. *b.* Hinc etiam *Plin.* 10. *Ep.* 52. legatum Mœsiæ vocat eum, qui Mœsiæ præest, et Trajanus ad *Plin.* 10. *Ep.* 53. eumdem Mœsiæ præsidem appellat. *Inscript.* apud *Donat. p.* 264. *n.* 1. PRAESIDI PROVINCIAE NVMIDIAE. Alia apud *Gruter.* 278. 2. PRAES. PROV. HISP. CIT. et 493. 3. PRAESES PROVINCIAE GERMANIAE SVPERIORIS. Hæ porro provinciæ Numidia, Hispania, Germania utraque superior et inferior erant Cæsarum propriæ.

PRÆSĪDĀRIUS. *V.* PRÆSIDIARIUS.

PRÆSĪDĀTUS, us, m. 4. Sunt qui scribunt *præsidiatus*: et ita legitur in quadam *Inscript.* apud *Spon. Miscell. p.* 36. OB EXIMIAM PRAESIDIATVS EIVS INTEGRITATEM. At eadem apud *Murat.* 472. 3. et *Henzen.* (*V.* infr.) habetur, ubi *præsidatus* leg., quod præferendum. - Præsidatus est dignitas et munus præsidis (*V.* PRÆSES II.), *præsidenza, governo*, ἐπαρχία, προστασία — *a*) Generatim. *Arnob.* 3. 23. *extr.* Curat Mercurius ceroma, pugilatibus et luctationibus præest: - cur, unius in officio præsidatus, hos victoriæ compotes, alios vero perpetitur ignominiosa infirmitate rideri? *Id.* 4. 6. Et quid, quæso, ut faciat, præsidatum focorum deus iste (*Lateranus*) sortitus est? — *b*) Speciatim in re civili. *Auson. Prof. Burdig.* 15. 18. Honore gesti Præsidatus inclitus. *Trebell. Poll.* XXX. *Tyr.* 24. Præsidatum in Gallia regere. *Vopisc. Carin.* 17. Qui tunc præsidatum Dalmatiæ administrabat. *Aurel. Vict. Cæsar.* 29. Qui Macedonas præsidatu regebat. *Modestin. Dig.* 27. 1. 6. *a med.* Legum vero doctores, in aliquo præsidatu docentes, remissionem non habebunt. *h. e.* in aliqua provincia, quæ a præside regitur. *Inscript.* apud *Henzen.* 6633. M. AVRELIO MASCVLO V. E. OB EXIMIAM PRAESIDATVS EIVS INTEGRITATEM ET EGREGIAM AD OMNES HOMINES MANSVETVDINEM-ET QVOD AQVAE VSVM VETVSTATE LAPSVM-CVRSVI PRISTINO REDDIDERIT COLLEGIa III. (*h. e.* tria) QVIBUS EX SC. (*h. e.* senatus consulto) coire per-

missum EST PATRONO DIGNISS. — *Præsidatus* formula legitur apud *Cassiod.* 7. *Variar.* 2.

PRÆSĪDENS, entis. *V.* voc. seq. in fin.

PRÆSĪDEO, sīdes, sēdi, sĭdere, n. 2. (præ *et* sedeo). Part. *Præsidens* II. 1. et in fin. — Præsidere proprie est ante sedere, vel anteriore loco sedere.

I.) Proprie. *Lactant.* 1. 20. *ad fin.* Mutinus, in cujus sinu nubentes præsident.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe significat custodem esse, tueri, defendere, præsidio esse, et quasi ante aliquem sedere ac manere, ut ipse tutus sit, *custodire, guardare, difendere, proteggere, esser di guardia*, ut in PRÆSES II. 1. dictum est: unde *præsidium* est. — *a)* Cum Dativo. *Plaut. Most.* 5. 1. 47. Ego hic tibi præsidebo, ne interbitat quæstio. *Liv.* 22. 11. *extr.* Minores quinque et triginta annis in naves impositi: alii ut urbi præsiderent, relicti. *Cic. Mil.* 37. 101. Vos appello centuriones, vosque milites: vobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis, et huic judicio præsidentibus, hæc tanta virtus ex hac urbe expelletur? *Id.* 5. *Phil.* 13. 37. Gallia, quæ semper præsidet atque præsedit huic imperio libertatique communi. *Id. Sull.* 31. 86. Dii patrii ac Penates, qui huic urbi, atque huic imperio præsidetis. *Ovid.* 1. *Fast.* 125. Præsideo foribus cæli cum mitibus Horis. *son di guardia.* (Janus loquitur.) *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 57. (120). Quum horreis suis ventilandis præsideret. — *b* Cum Accusativo. *Tac.* 4. *Ann.* 5. Proximum Galliæ litus rostratæ naves præsidebant. Adde *eund. ibid.* 72. *extr.* Cum Dativo, eodem sensu. *Curt.* 3. 1. 20. Ex fœdere naves sociis imperatæ, quæ Hellesponto præsiderent. ¶ 2. Frequentissime est præsidem esse, præesse, *presiedere, aver presidenza e cura, esser presidente, soprantendere,* προστατεύω, προΐστημι, præses sum. — *a)* Cum Dativo. *Cæs.* 1. *B. C.* 85. Ut idem ad portas urbanis præsideat rebus, et duas bellicosissimas provincias absens tot annos obtineat. *Ovid.* 3. *Fast.* 85. Mars Latio venerandus erat, quia præsidet armis. *Sueton. Tib.* 6. Præsedit et Actiacis ludis, et Trojanis circensibus, ductor turmæ puerorum majorum. *Id. Claud.* 7. Præsedit spectaculis in Caji vicem. *Id. Domit.* 4. Certamini præsedit crepidatus. *Curt.* 4. 12. 15. Quod si perculsis Mazæus, qui præsidebat itineri, supervenisset, ingens clades accipi potuit. *presiedeva alla marcia. Id.* 5. 2. 16. Macedonum ætate gravibus præsidere arcis custodiæ jussis. Sic *ibid.* 1. 43. Arci Babyloniæ Agathone præsidere jusso. *Tac.* 12. *Ann.* 60. Augustus, apud Equestres, qui Ægypto præsiderent, lege agi-jusserat. *Id.* 3. *ibid.* 33. *med.* Præsedisse feminam exercitio cohortium. — *b)* Cum Accusat. *Tac.* 12. *Ann.* 29. Scripsit P. Atellio, qui Pannoniam præsidebat. *era di presidio nella Fannonia*: quasi ante Pannoniam sedebat præsidii causa. *et* 3. *ibid.* 39. P. Vellejus proximum exercitum præsidebat. *era capitano, avea il comando.* Adde *Tertull. Apolog.* 39. — *c.* Absolute. *Sall. Cat.* 57. *Kritz.* At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno præsidebat. *Sueton. Aug.* 26. Quum mane pro æde Capitolini Jovis paullulum curuli sella præsedisset, *h. e.* utpote consul. Sic *ibid.* 35. Quo tempore existimatur lorica sub veste munitus ferroque cinctus præsedisse. *h. e.* jus et munus sui magistratus exercuisse. *Plin.* 2. *Ep.* 11. Senatus conspectus augustissimus fuit. Princeps præsidebat: erat enim consul. — Hinc Part. Præs.

Præsidens, entis, adjective quoque occurrit; et translate ¶ 1. Est qui præsidet, præses, *presidente*, προστατης. *Tac.* 3. *Ann.* 40. Disserebant de continuatione tributorum, sævitia ac superbia præsidentium. *Tertull. Cor. mil.* 3. *a med.* Eucharistiæ sacramentum non de aliorum manu, quam præsidentium sumimus. *Imppp. Valentinian., Valens et Gratian. Cod. Theod.* 8. 7. 13. Præsidentium apparitores. *Aurel. Vict. Cæsar.* 13. Boni malique in republica nihil est, quod in diversum traduci nequeat moribus præsidentium. ¶ 2. *Præsidens terminus* apud *Auct. Gromat.* p. 346. ed. *Rudorff.* est primus, incipiens, qui scil. alicujus limitis initium significabat. *V. Rudorff.* ad *h. l., vol.* 2. *p.* 274.

PRÆSĪDĒRĀRE dicitur, quum maturius hiberna tempestas movetur, quasi ante sideris tempus. *Paul. Diac. p.* 223. 10. *Müll.*; cujus sententia illustratur his *Plinii* verbis 18. *Hist. nat.* 25. 57. (207). Ita fit, ut tradi non possint certa siderum tempora. Accedit confessa rerum obscuritas, nunc præcurrente, nec paucis diebus, tempestatum significatu, quod προχειμάζειν Græci vocant: nunc postveniente, quod ἐπιχειμάζειν: et plerumque alias citius, alias tardius cæli effectu ad terram deciduo. Hæc *Plin.* Consule etiam *Veget.* 5. *Milit.* 10., ubi eadem fere habentur.

PRÆSĪDĬĀLIS. *V.* PRÆSIDALIS.

PRÆSĪDĬĀLĪTER, adverb. cum præsidio et tutela. *Isid.* 9. *Orig.* 3. Præsides, quia alicujus loci tutelam præsidialiter tenent.

PRÆSIDIARIUM, ii, n. 2. absolute, substantivorum more (*V.* voc. seq.) videtur esse locus, in quo milites præsidii causa sunt. Habent tantum *Not. Tir.*, quæ auctoritate carent, p. 56. Præsidium, præsidiolum, præsidiarium.

PRÆSĪDĬĀRĬUS, a, um, adject. (præsidium, præ *et* sedeo) custodiæ ac præsidii causa paratus, *di guardia, di guarnigione*, φυλακτικός.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Festus* p. 306. 14. *Müll.* Dicti præsidiarii, milites ante alios collocati qui erant, aut in alio loco præpositi. *Liv.* 29. 8. Præsidiarii milites. *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 3. *Verr.* 34. Præsidiaria classis. *Aurel. Vict. Cæsar.* 33. *med.* Honore tribunatus Ticini retinens præsidiariam manum. — Et *præsidiarii* absolute, h. e. milites. *Vopisc. Aurelian.* 6. Erumpentes Sarmatas in Illyricum trecentis præsidiariis solus attrivit. ¶ 2. Speciatim, *præsidiaria toga*, qua præses utitur. *Spartian. Sever.* 1. *a med.* Quum rogatus ad cœnam imperatoriam palliatus venisset, qui togatus venire debuerat, togam præsidiariam ipsius imperatoris accepit. *Alii leg.* præsidariam.

II.) Translate. *Colum.* 4. *R. R.* 15. 1. Sed quum annicula (*vitis*) mensiumque sex ad vindemiam perducta est, sublato fructu protinus frequentanda est, et præsidiarii malleoli propagandi sunt, qui in hunc usum fuerant depositi. *h. e.* in subsidium positi, si forte vitis demoriatur, ut ipsemet 3. *ibid.* 16. 2. docet. Apud *eund.* 4. *ibid.* 21. 3. præsidiarius palmes est idem qui custos et resex. *Frontin. Aquæd. n.* 14. Augustæ (*aquæ*) fons in Claudiam derivatus est, manente nihilominus præsidiario in Marciam.

PRÆSĪDĬĀTUS. *V.* PRÆSIDATUS.

PRÆSĪDĬŎLUM, i, n. 2. *deminut.* præsidii. *V.* PRÆSIDIARIUM.

PRÆSĪDĬOR, āris, ari, dep. 1. præsidio esse, custodire, tutari. *Gloss. Lat. Gr.* Præsidior, φρουρῶ.

PRÆSĪDĬUM, ii, n. 2. præsidendi actus, atque adeo custodia, auxilium, defensio, tutela, (It. *l'atto di appostarsi dinanzi, e perciò guardia, difesa, ajuto*; Fr. *l'action de se poster en avant, de la protection, assistance, salut*; Hisp. *la accion de pone se en adelante, proteccion, asistencia, ayuda, amparo*; Germ. *d. Vorsitzen, bes. d. schützende, daher d. Schutz, d. Hülfe, d. Bedeckung*; Angl. *a guard, protection, defence, aid, succour, help, assistance, shelter*).

I.) Proprie. *Nepos Agesil.* 3. Proficisci præsidio suis. *et ibid.* 7. Præsidio esse alicui. *Cic. Sull.* 18. 51. Tectus præsidio firmo amicorum. *Id.* 5. *Verr.* 80. 186. Classis pulcherrima Siciliæ propugnaculum præsidiumque provinciæ. *Id. Mur.* 10. 22. Omnia hæc nostra præclara studia latent in tutela ac præsidio bellicæ virtutis. *Tac.* 1. *Ann.* 8. *a med.* Die funeris milites velut præsidio stetere. *Plaut. Pers.* 5. 2. 55. Absque me foret et meo præsidio, hic faceret te prostibilem propediem. *Ter. Heaut.* 4. 1. 33. Hoc te obsecro, ut meæ stultitiæ in justitia tua sit aliquid præsidii. *Cæs.* 2. *B. G.* 19. Legiones, quæ præsidio impedimentis erant. *che scortavano le salmerie.* — Huc pertinet et illud *Colum.* 3. *R. R.* 16. 2. In eadem linea, in qua viviradix (*vitis*) obtinebit ordinem suum, præsidii causa quinque malleoli pangendi sunt per spatium pedale.

II.) Translate. ¶ 1. Stricto sensu præsidium est id, quod custodit, auxiliatur, tuetur. *Cic. Rosc. Am.* 5. 13. Ad hoc ipsum judicium cum præsidio venit, nec hic ibidem ante oculos vestros trucidetur. *Id.* 2. *Phil.* 44. 112. Nonne millies perire est melius, quam in sua civitate sine armatorum præsidio non posse vivere? ¶ 2. Speciatim in re militari præsidium, *guarnigione, presidio, custodia*, φρουρά, φρούρημα, est comitatus, custodes, manus et statio militum alicubi præsidentium defendendi et custodiendi causa. *Varro* 5. *L. L.* 90. *Müll.* Præsidium dictum, qui extra castra præsidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset. *Cæs.* 7. *B. G.* 55. Præsidia custodiasque ad ripas Ligeris disponere. *et* 7. *ibid.* 69. Hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis præsidiis tenebantur. *Cic.* 9. *Att.* 3. Italia tota armis præsidiisque tenetur. *Id.* 1. *Cat.* 3. 3. Colonia meis præsidiis, custodiis, vigiliis munita. *Cæs.* 1. *B. G.* 38. *extr.* Occupatoque oppido, ibi præsidium collocat. *et* 2. *ibid.* 5. *ad fin.* In eo flumine pons erat: ibi præsidium ponit. *et* 1. *ibid.* 42. Statuit legionarios equis imponere, ut præsidium quam amicissimum haberet. *et ibid.* 8. Præsidia disponit, castella communit. *et* 2. *ibid.* 33. Deditione facta, nostros præsidia deducturos crediderant. *et* 7. *ibid.* 7. Præsidia in Ruthenis, Tolosatibus, circumque Narbonem constituit. *Sall. Jug.* 25.; et *Cic.* 1. *Fam.* 7. Locum aliquem præsidiis firmare. *Cic.* 1. *leg. Agr.* 5. 16. confirmare. *et* 2. *ibid.* 28. 75. obsidere atque occupare. *Cæs.* 1. *B. C.* 13. Præsidium, quod introduxerat, ex oppido educit. *Cic.* 2. *Fam.* 17. Præsidia, quæ magna et firma paraveram, dimisi. *Liv.* 24. 7. *ad fin.* Imponere præsidium oppido. *Nepos Epam.* 4. A quo quum quæsisset, quo se duci vellet, et ille Athenas diceret, præsidium dedit, ut eo tuto perveniret. *gli diede una scorta. et ibid.* 10. Præsidium ex arce expellere. *Id. Pausan.* 2. ex regionibus depellere. *Id. Miltiad.* 4. Regis præsidia interficere. *Id. Hannib.* 11. Intra sua præsidia se recipere. ¶ 3. Item locus, ubi custodia et statio habetur, vel haberi potest. *Cic.* 3. *Tusc.* 8. 17. Qui propter metum præsidium relinquit: quod est ignaviæ. *abbandonò il suo posto. Liv.* 4. 29. Præsidio decedere. *Nepos Timol.* 1. Dum res conficeratur, procul in præsidio fuit, ne quis satelles posset occurrere. *Cæs.* 3. *B. C.* 45. Quum legio nona præsidium quodam occupavisset et munire cœpisset. *Id.* 7. *B. G.* 87. Cohortes, quas ex proximis præsidiis deductas sors obtulit. *et ibid.* 34. Milites in præsidiis rei frumentariæ causa disponere. *Cic. Ligar.* 9. 28. Tantummodo in præsidiis eratis. *Id. Rosc. Am.* 43. 126. Qui in adversariorum præsidiis occisi sunt. *Tac.* 1. *Ann.* 56. Posito castello super vestigia paterni præsidii in monte Tauro. *Id.* 4. *ibid.* 59. Postquam castello non degrediebantur, obsidium cœpit per præsidia, quæ opportune jam muniebat. Sic pro ipso castro, quod præsidio militum defenditur, *Inscript.* apud *Orell.* 4987. PRO SALVTE IMP. CAESARIS L. SEPTIMII SEVERI PERTINACIS AVG. TIB. CL. CLAVDIANVS LEG. AVG. PR. PR. PRAESIDIVM VETVSTATE COLL. (*h. e.* collapsum) MVTATO LOCO MANV MILITVM RESTITVI IVSSIT. — Hinc figurate. *Cic. Senect.* 26. 73. Vetat Pythagoras injussu imperatoris, id est dei, de præsidio et statione vitæ decedere. ¶ 4. Universim est quodcumque auxilium, tutela, subsidium, *protezione, ajuto, difesa, rifugio. Paul. Diac. p.* 223. 11. *Müll.* Præsidium est, quod pro utilitate et salute alicujus auxilii gratia præponitur: subsidium, quod postpositum est ad subveniendum laborantibus. *Cic. Quinct.* 1. 5. Esse præsidio contra vim et gratiam solitudini et inopiæ. *Cæs.* 1. *B. G.* 44. Amicitiam populi R. sibi ornamento et præsidio, non detrimento esse oportere. *Cic. pro leg. Manil.* 24. 70. Quærere sibi præsidia periculis, et adjumenta honoribus. *Id.* 4. *Herenn.* 19. 27. Qui sibi firmius in virtute, quam in casu,

præsidium collocavit. *et ibid.* 24. 33. Aliqua ex honesta re sibi præsidium petere. *Id.* 2. *Tusc.* 1. 3. magnum sibi ad beatam vitam comparare. *Id.* 1. *ad Brut.* 18. ferre labenti et inclinatæ reipublicæ. *Id.* 1. *Orat.* 9. 38. Omnibus vel naturæ, vel doctrinæ præsidiis ad dicendum parati. *Horat.* 2. *Od.* 1. 13. Insigne mœstis præsidium reis, Et consulenti, Pollio, curiæ. *Plaut. Pers.* 1. 3. 45. Marsupium habeat, inibi paullum præsidii, qui familiarem suam vitam oblectet modo. *un po' di provvisione.* ¶ 5. De remedio morbi. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 44. (90). Radix decocta in oleo aurium morbis præsidium est. *Id.* 30. *ibid.* 15. 47. (135). Infantibus, qui lacte concreto vexantur, præsidium est agninum coagulum. *Id.* 28. *ibid.* 4. 7. (35). Hominum jejunam salivam contra serpentes præsidio esse. Similiter *Colum.* 12. *R. R.* 52. 21. Ubi exesa vermiculis oliva decidit, ad præsidium aquæ calidæ decurritur.

PRÆSIGNĀNUS. *V.* PROSIGNANUS.

PRÆSIGNĀTĬO, ōnis, *f.* 3. præsignandi actus. *Augustin. contra Faust.* 22. 83. Ea facta collegit propheta narrator, quorum interpositio non vacaret a præsignatione rerum, quas intenderat prophetari.

PRÆSIGNĀTOR, ōris, m. 3. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 38. *n.* 184. PRIMO AVG. SER. PRÆSIGNATOR. HEREDITAT. FILIO PIISSIMO B. M. *Fabrett.* legit *præsignatori hereditatium*, et putat pertinere ad servum administrationi hujus vectigalis deputatum, qui fraudes detegeret, et indicia magistratibus subministraret: vel potius *præsignator* fuit, qui præfiniebat, quantum ex quaque hereditate pendendum ærario esset vicesimæ partis nomine: vel qui testamenta, in quibus hereditas vicesimæ subjecta perscripta esset, principis nomine, ne qua fraus interponeretur, signabat. Alia apud *Murat.* 915. 6. SATVRNINVS CAESARIS PRAESIGNATOR FECIT CONTVBERNALI SVAE etc.

PRÆSIGNĀTUS, a, um. *V.* PRÆSIGNO.

PRÆSIGNĪFĪCĀTĬO, ōnis, f. 3. actus præsignificandi. *Lactant.* 7. 15. Quod facinus quamvis ad præsens virtutem Dei hominibus ostenderet, tamen præsignificatio et figura majoris rei fuit.

PRÆSIGNĪFĪCO, as, are, a. 1. *mostrare anticipatamente, predire, προσημαίνω*, prædicare, præmonere, ante ostendere. *Cic.* 1. *Divinat.* 38. 82. Aut non censent, esse suæ majestatis præsignificare hominibus, quæ sunt futura. — Part. *Præsignificans* legitur apud *Boeth. p.* 700.

PRÆSIGNIS, e, adject. *illustre, ἔξοχος*, præ aliis insignis, præstans. *Ovid.* 15. *Met.* 611. Exhibuit gemino præsignia tempora cornu. *Id.* 6. *Fast.* 628. Præsignis facie Corniculana fuit. *Stat.* 4. *Silv.* 8. 12. Libyca præsignis avunculus hasta. Adde *eumd.* 4. *Theb.* 593. *Sil. It.* 6. 43. vitis Latiæ præsignis honore.

PRÆSIGNO, as, ātum, are, a. 1 *segnare prima, προσημαίνω*, prius signo. *Cato R. R.* 154. Et ad summum, qui fini culeum capiet, præsignato. *Alii leg.* pertundito. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 7. (36). Incipientes furunculos ter præsignare jejuna saliva. — Part. *Præsignatus* est *Isid.* 15. *Orig.* 1. Simulacrum cæli stellis micantibus præsignatum. Et *Præsignans* est *Capell.* 6. *p.* 202. Pœni fundavere Carthaginem (*in Hispania*), conditas ubicumque urbes amico sibi nomine præsignantes.

PRÆSĬLĬO, is, ire, 4. *προπηδάω*, ante salio. *Plaut. Stich.* 3. 2. 13. Ut præ lætitia lacrimæ præsiliunt mihi! *At* Fleckeisen. *legit* prosiliunt.

PRÆSĬPĬO, is, ere, a. 3. ante sapio, præsciscо. *Paul. Diac. p.* 293. 18. *Müll.* Præsagire est prædivinare, præsipere. *Id. p.* 21. 11. Adsipere, et præsipere dicebant antiqui: sicut nos quoque modo dicimus ab æquo iniquum, a quærendo inquirere.

PRÆSŌLĬDUS, a, um, adject. valde solidus, constans.

I.) Proprie. *Coripp.* 3. *Laud. Justin.* 291. Nec fragilis potuit crystalli firma noceri Præsolido stringente gelu.

II.) Tranlate. *Juvenc.* 1. 436. Præsolidum Simonem dignum cognomine Petri.

PRÆSŌNO, nas, nŭi, are, 1. ¶ 1. Neutrorum more est ante sonare. *Ovid.* 3. *Amor.* 13. 11. Hinc ubi præsonuit solemni tibia cantu. *Alii leg.* personuit. ¶ 2. Cum Accus. est sono vincere. *Calpurn.* 4. *Ecl.* 65. Ille fuit vates sacer, et qui posset avena Præsonuisse chelyn. *h. e.* avena chelyn sono vincere. *Alii minus recte leg.* personuisse.

PRÆSPARGO, is, ere, a. 3. *προπάσσω*, ante spargere. *Lucret.* 5. 739. Flora quibus mater præspargens ante viai Cuncta coloribus egregiis et odoribus opplet. *Sic legit et* Lachmann.; *alii vero* præspergens *a* præspergo.

PRÆSPĔCŪLĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *præspeculo*, passiva significatione, ante examinatus, consideratus. *Ammian.* 25. 8. *circa med.* Gemina utilitate præspeculata.

PRÆSPERGO. *V.* PRÆSPARGO.

PRÆSPĔRO, as, are, a. 1. ante spero. *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 17. Qui enim præsperasse potuerunt, id est ante sperasse in Deum, quam venisset, nisi Judæi, quibus Christus prænunciabatur ab initio? Qui ergo prænunciabatur, ille et præsperabatur.

PRÆSPICIO, is, ere, a. 3. ante aspicere. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 43. Legitur etiam apud *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. Sed quia sola temporum quæstio flagitari præspicitur, erit conjiciendum etc. *Sed fortasse legendum est* perspicitur.

PRÆSTĀBĬLIS, e, adject. Comp. *Præstabilior.* — Præstabilis est præstans, excellens, nobilis, insignis, *eccellente, prestante, nobile*, ὑπέροχος, ἔξοχος. — *a*) Generatim. *Cic.* 2. *Orat.* 85. 347. Res aut magnitudine præstabiles, aut novitate primæ, aut genere ipso singulares. *Id. Harusp. resp.* 19. 41. Præstabilis insignisque virtus. *Id. Prov. cons.* 16. 38. Nullam dignitatem præstabiliorem ea, quam per vos esset adeptus, putavit. *Id.* 2. *Nat. D.* 7. 18. Nihil omnium rerum melius est mundo, nihil præstabilius, nihil pulcrius. *Id. Amic.* 27. 104. Virtute excepta, nihil amicitia præstabilius. *Gell.* 18. 3. Homo lingua atque facundia nimium quantum præstabilis. *et* 10. 18. *ad fin.* Viri nobiles ingenio atque lingua præstabili. — *b*) Refertur etiam ad utilitatem et commodum. *Cic. Varin.* 4. 10. Utrum putes huic civitati, huic reipublicæ melius fuisse et præstabilius me civem nasci, an te? *Ter. Hecyr.* 3. 1. 4. Cui quanto fuerat præstabilius, ubivis gentium agere ætatem, quam huc redire! *Sall. Jug.* 1. Neque majus aliud, neque præstabilius invenias.

PRÆSTANS, antis, particip. a v. *præstare.* Comp. *Præstantior* 1. et 2.; Sup. *Præstantissimus* in omnibus paragr. — Præstans est supra alios bonus, excellens, præstabilis, pollens, insignis, eximius, *πρωτεύων, ὑπερέχος* (It. *eccellente, prestante, insigne, singolare*; Fr. *remarquable, supérieur, distingué, éminent, extraordinaire*; Hisp. *notable, distinguido, eminente, excellente*; Germ. *vorzüglich, vortrefflich, ausgezeichnet, ausserordentlich*; Angl. *excelling, excelente, distinguished, remarkable, notable*). ¶ 1. Stricto sensu. — 1.°) De hominibus. — *a*) *Cic.* 1. *Tusc.* 10. 22. Aristoteles longe omnibus præstans et ingenio et diligentia. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 4. 17. Præstantissimi studio atque doctrina, Xenocrates et Aristoteles. *Id.* 1. *Orat.* 50. 217. Platonem omnes in illis artibus præstantissimum fuisse fatentur. *Nepos Timoth.* 3. Viri usu et sapientia præstantes. *Ovid.* 2. *Met.* 724. virginibus præstantior omnibus Herse. — *b*) Cum Genit. *Tac.* 6. *Ann.* 6. Præstantissimus sapientiæ. *Virg.* 12. *Æn.* 19. O præstans animi juvenis. *Sil. It.* 5. 92. belli. *Stat.* 1. *Theb.* 605. armorum. — *c*) Cum Infinito. *Virg.* 6. *Æn.* 164. quo non præstantior alter Ære ciere viros Martemque accendere cantu. — 2.°) De rebus et abstractis. *Cic.* 5. *Tusc.* 13. 38. Præstantia debent ea dici, quæ habent aliquam comparationem. *Id.* 1. *Nat. D.* 20. 56. Pie sancteque colimus naturam excellentem atque præstantem. *Id.* 3. *Fam.* 10. Præstanti et singulari fide tractare aliquem. *Id. Varin.* 3. 8. Quid præstantius mihi potuit accidere, quam etc. *Nepos Alcib.* 5. Acerrimi viri præstans prudentia in omnibus. *Ovid.* 3. *Fast.* 467. Inter captivas facie præstante puellas. *Virg.* 1. *Æn.* 75. bis septem præstanti corpore Nymphæ. ¶ 2. Latiori sensu. *Lucret.* 2. 12. et 3. 62. Noctes atque dies niti præstante labore Ad summas emergere opes. *h. e.* efficiente, et conficiente id, quod sibi proposuit, *efficace.* Est qui mallet *perstante.* Sic *Martial.* 7. 43. Diligo præstantem: non odi, Cinna, negantem. — Hinc *præstans* dicitur, qui vim et efficaciam habet, præsertim in medicina. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 13. 34. (126). *de rapis.* Quando aliis usus præstantior non est. *Id.* 27. *ibid.* 13. 120. (146). Præstantissima auxilia. *Id.* 13. *ibid.* 24. 47. (130). Cytisus pecudum medicina a morbis omni usu præstans. *et* 12. *ibid.* 22. 48. (105). Calamus præstantior odore. *Id.* 15. *ibid.* 1. 2. (5). Succus sapore præstantissimus. ¶ 3. *Præstantissimus*, honoris causa, dictus est seriori ævo Imperator. *Pacat. Nazar. Paneg. Theod.* 26.; et *Tertull. Cor. Mil.* 1.

PRÆSTANTER, adverb. *eccellentemente.* Superlat. legitur apud *Plin.* 28. *Hist. nat.* 12. 50. (186). Lichenas oris præstantissime vincit glutinum. — Et Posit. *Præstanter* apud *Venant. Vit. S. Radeg.* 14. Qua debuit præstanter ornari in sæculo. — Comp. *Præstantius* apud *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 10. *n.* 106. Pro ægrotantium motu-sonus quidam efficitur velut inclusi humoris-. Præstantius autem (*h. e.* melius percipitur), si inter peritonæon atque intestina id evenerit. *Potest tamen* præstantius *ad* id *pertinere. Idem* tamen 1. *Acut.* 4. *n.* 43. Melancholia præstantius (*quam phrenitica passio*) odisse homines facit.

PRÆSTANTĬA, æ, f. 1. *eccellenza, ἐξοχή*, excellentia. *Cic.* 1. *Off.* 28. 97. Nobis autem personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia præstantiaque animantium reliquorum. *Id. Amic.* 19. 70. Si quam præstantiam virtutis, ingenii, fortunæ consecuti sunt. *Id.* 2. *Divinat.* 63. 129. Dii omnium rerum præstantia excellentes. *Id.* 2. *Orat.* 52. 209. Si intolerantius se jactant, et æquabilitatem communis juris præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt. *superiorità.* — Vis, efficacia. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 3. 7. (16). Præstantia remedii. *Id.* 27. *ibid.* 6. 24. (42). Vulneribus sanandis tanta præstantia est, ut etc.

PRÆSTAT. *V.* PRÆSTO, as.

PRÆSTĀTĬO, ōnis, f. 3. actus præstandi, *prestazione, παροχή.*

I.) Proprie. *Seneca Brevit. vit.* 14. *ante med.* Nam ut concedas, omnia eos fide bona dicere, ut ad præstationem scribant, tamen cujus ista errores minuent? *h. e.* ita scribant, ut præstare et probare idonei et parati sint quæ scribunt. *a mantenere e sostentare ciò che scrivono.* et *Paul. Dig.* 45. 1. 2. Stipulationum quædam partium præstationem recipiunt, veluti quum decem dari stipulamur: quædam non recipiunt, ut in his, quæ natura divisionem non admittunt.

II.) Translate est rei debitæ solutio. *Paul. Dig.* 32. 1. 96. Omnes heredes onerare legatorum præstatione. *pagamento, adempimento.* et *Modestin. ibid.* 31. 1. 35. *a med.* Præstatio dotis. *Ulp. ibid.* 10. 3. 7. vectigalium. *Impp. Dioclet. et Maxim. Cod.* 3. 33. 10. Usumfructum locare sub certa annua præstatione. *pensione.*

PRÆSTĀTOR, ōris, m. 3. *mantenitore,* qui præstat in vadimonio. *Frontin. de colon. præf. p.* 128. *Goes.* Qui advocantur ut præstatores. At rectius *præstator* videtur esse artifex; verba enim *Frontini* sunt: Prudentiam tamen hi mensores habere debent, qui judicaturi sunt, et quos advocant ut præstatores. Sic *Furlanetto*: *Rudorff*, vero *præstatores* esse ait patronos.

PRÆSTĀTUS. *V.* PRÆSTO, as.

PRÆSTAURO, as, a. 1. præstruo, subministro. *Diomed. Grammat.* Præstaurare materiam dicenti. Ita *Voss.* in *Etymol.* in voce *Instauro*, quem penes sit fides.

PRÆSTERGUS, a, um, adject. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 30. Hæc, quum ego a foro revortar, facite ut offendam parata; versa, præsterga, strata, lautaque, coctaque omnia ut sint. *Alii leg.* pertersa *vel* prætersa. Sed quum hæc habeat *Diomed.* 1. p. 375. *Putsch.* Apud Plautum in Pseudolo, versa, sparsa; videtur legendum *vorsa, sparsa, tersa, strata* etc., atque ita edidit *Bothe.* Item *Fleckeisen.* legit: *Vorsa, sparsa, tersa, strata, lauta structaque omnia ut sint.*

PRÆSTERNO, is, ere, a. 3. ante sternere, προστερωννύω.

I.) Proprie. *Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 32. Eo præsternebant folia farferi. *Alii leg.* prosternebant. *Stat.* 3. *Silv.* 2. 114. Quæ sibi præsternat vivax altaria phœnix. *Id.* 5. *ibid.* 1. 257. Sertaque et Elysios animæ præsternere flores. *Alii leg.* prosternere. *Apul.* 10. *Met.* Pulvillis compluribus, ventose tumentibus pluma delicata, terrestre nobis cubitum præsternunt.

II.) Translate ponitur pro præparare. *Plin.* 5. *Ep.* 8. *in. fin.* Illud peto, præsternas, ad quod hortaris. *Alii leg.* præstruas. *Id. Paneg.* 31. Materiam laudibus præsternere.

PRÆSTES, ĭtis, m. et f. 3. *presidente, protettore*, παραστάτης, præses. — *a*) Generatim. *Paul. Diac. p.* 223. 14. *Müll.* Præstitem in eadem significatione dicebant antiqui, qua nunc dicimus antistitem. *Macrob. 1. Saturn.* 18. *a med.* Liberum εὐβουλῆα vocantes, boni consilii hunc deum præstitem monstrant. *Capell.* 2. *p.* 40. In his etiam locis Summanes, eorumque præstites Mana atque Manuana. — *b*) *Lares præstites*, Lares publici, urbis custodes, quorum ara et signa in viis, compitis, semitis statuebantur: dicti a *præstando*, quod omnia tuta præstarent. *Ovid.* 5. *Fast.* 129. Præstitibus Majæ Laribus videre calendæ Aram constitui, signaque parva deum. Voverat illa quidem Curius: sed multa vetustas Destruit, et saxo longa senecta nocet. Causa tamen positi fuerat cognominis illis, Quod præstant oculis omnia tuta suis. *et mox.* At canis ante pedes saxo fabricatus eodem Stabat. Quæ standi cum Lare causa fuit? Servat uterque domum etc. *Capell.* 2. *p.* 38. Quem Genium etiam præstitem, quod præsit gerundis omnibus, vocaverant. — *c*) Fuit etiam epitheton Jovis, ut videre est apud *Capitolin. Max. et Balbin.* 5. et in *Inscript.* apud *Gruter.* 22. 1. PRAESTITI IOVI s. *et* 1065. 2. IOVI PRAESTITI HERCVLES VICTOR DICAVIT. BLANDVS PR. RESTITVIT.

PRÆSTIGĬÆ, ārum, f. plur. 1. Secunda ab initio syllaba dubiæ est quantitatis. Producit profecto *Plautus loc. cit.* sub *a.* et *Prudent.* 2. περὶ στεφ. 85. Deprome thesauros, malis Suadendo quos præstigiis Exaggeratos obtines. Adde *eumd.* 6. *Cathemer.* 140. Corripit *Alcim.* 5. 471. Præstigiæque diu nebulosa in fraude peractæ. Nisi malis hic esse trisyllab. per synæresin. — Alia forma *præstigium, ii*, n. 2. est *Isid.* 8. *Orig.* 9. Præstigium Mercurius primus dicitur invenisse. - Dicitur autem præstigium, quod præstringat aciem oculorum et *Gloss. Lat. Gr.* Præstigium, γοητεία. — Ceterum Præstigiæ (It. *cosa che fa stravedere, giuoco di mano, gherminella*, τερθρεῖαι, ϑαύματα, γοητεύματα) sunt miraculum, res specie miræ ad fallendum, uti sunt incantationes, et quidam ludi manuales, quibus illuditur oculis, et aliud cernere videmur, quam re ipsa sit: a *præstringo*, quod oculorum aciem præstringant: extrito altero *r* euphoniæ causa. Earum inventor Mercurius habetur. Exemplum habes apud *Flor.* 3. 19. de eo, qui in ore abdita nuce, quam sulphure et igne stipaverat, flammam inter verba fundebat, ut divinitus loqui videretur. — *a*) Translate autem sunt fallaciæ, doli, captiones, offuciæ, imposturæ, fraudes, *baratterie, imposture, inganni, fallacie. Plaut. Capt.* 3. 3. 9. Operta quæ fuere, aperta sunt: patent præstigiæ. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 14. 45. Ne ab iis, quæ clara sint ipsa per se, quasi præstigiis quibusdam et captionibus depellamur. *Gell.* 14. 1. *de genethliacis.* Sed id præstigiarum atque offuciarum genus commentos esse homines æruscatores, et cibum quæstumque ex mendaciis captantes. *Stat. Cæcil.* apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 29. 73. Ita omnes meos dolos, fallacias, præstigias præstrinxit commoditas patris. *Id.* 6. *Verr.* 24. 53. Non per præstigias, sed palam per potestatem uno imperio ostiatim totum oppidum compilavit. *h. e.* non obscure et occulte. *Id.* 4. *Fin.* 27. 74. Verborum præstigiæ. *h. e.* splendor, et magnificentia, et inanis sonus. *Gell.* 13. 23. Græcæ istorum præstigiæ, philosophari sese dicentium, umbrasque verborum inanes fingentium. — *b*) In singul. num. *Quintil.* 4. 1. 77. Ut ipse transitus (*ab exordio ad narrationem*) efficiat aliquam utique sententiam, et hujus velut præstigiæ plausum petat. — *c*) Nubium præstigias *Apul. de Mundo* appellat species rerum inanes in nubibus apparentes. Græce φάσματα, φάσεις.

PRÆSTIGĬĀTOR, ōris, m. 3. *giocolare, impostore, barattiere*, ϑαυματοπιός, ψηφοπαίκτης, qui celeritate lusitandi, et ludibria illa oculorum factitandi ita præstringit visum intuentium, ut miracula facere credatur; seu qui circumstantibus ita oculorum aciem præstringit, ut non advertant dolum: idem ac pilarius et pililudius. *Plaut. Pœn.* 5. 3. 6. Præstigiator hic quidem Pœnus probu' est. Adde *eumd. Aulul.* 4. 4. 3. et *Truc.* 1. 2. 23. *Seneca Ep.* 45. *circa med.* Quomodo præstigiatorum acetabula, et calculi, in quibus fallacia ipsa delectat. *Fronto de oration.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 1 Oleas in altum jaciat, ore aperto excipiat, exceptas, ut calculos præstigiator, primoribus labris ostentet. Adde *Varron.* 5. *L. L.* 94. *Müll.*; *Apul. Florid.* 4.; *Arnob.* 2. 38.; et *Manil.* 5. 157. Et *Firmic.* 8. *Mathes.* 7. In Geminorum parte septima oritur Lepus. Sub hoc sidere qui nati fuerint, tanta erunt corporis levitate, ut quum currere cœperint, velocitate sua agitati, aves superare videantur. Hunc locum si Mercurius respexerit, præstigiatores, aut pilarum lusores facit. — Elegantem præstigiatoris descriptionem habes apud *Alciphron. l.* 3. *Ep.* 20.

PRÆSTIGĬĀTRIX, īcis, f. 3. quæ præstigias facit. *Plaut. Amph.* 2. 2. 150. Aut pol hæc præstigiatrix multo mulier maxuma 'st.

PRÆSTIGĬO, as, are, a. 1. illudere, *beffare. Jul. Valer. res gest. Alex. M.* 1. 63. En vides, rex, quod illa tibi numinis præstigiat divinatio.

PRÆSTIGĬOR, āris, ari, dep. 1. præstigias facere, fallere. *Gloss. Cyrill.* Præstigior, ψηφοπαικτῶ.

PRÆSTIGĬŌSUS, a, um, adject. *prestigioso*, præstigiis plenus, captiosus, ad fallendum compositus. *Gell.* 7. 14. *extr.* Unumquodque genus quum caste ornatur, fit illustrius; quum fucatur atque prælinitur, fit præstigiosum. *Arnob.* 1. 53. Nihil magicum, nihil præstigiosum, aut subdolum.

PRÆSTIGĬUM, ii, n. 2. *V.* PRÆSTIGIÆ init.

PRÆSTĪNĀTUS, a, um. *V.* PRÆSTINO.

PRÆSTINGUO, stinguis, stinxi, stinctum, stinguere, a. 3. exstinguere, obscurum facere, tenebras offundere. *Lucret.* 3. 1044. *de Epicuro.* Qui genus humanum ingenio superavit, et omnes Præstinxit stellas exortus uti ætherius sol. *Lactant.* 3. 17. *a med.* hunc ipsum locum recitans, in quibusdam editionibus habet *exstinxit*, in aliis *restinxit*: quam lectionem exhibet omnium optimus Codex et Lachmannus probavit. Alii leg. *præstrinxit.* Ceterum *Lucret.* hausit ex *Meleagro* in *Anthol. Palat. T.* 2. *p.* 467. *n.* 29. ἄλλα Μυΐσκος ἔσβεσεν ἐκλάμψας ἀστέρας ἠέλιος. *Vellej.* 2. 118. 4. Prævalebant jam fata consiliis, omnemque animi ejus aciem præstinxerant. *Alii leg.* præstruxerant: *alii* præstrinxerant. *Lambin.* tribuit etiam *Plauto Mil. glor.* 1. 1. 4. (ubi recte alii et ipse *Fleckeisen.* leg. *præstrinxit*), alii *Lucano* 1. 154., alii *Silio It.* 1. 358., alii *Pseudo-Ascon.* in *Divin. in Q. Cæcil.* 14. 46., alii *Ciceroni* ipsi *ibid.* et *Rabir. Post.* 16. 43., alii *Nonio p.* 373. 31. *Merc.*, alii aliis ex var. MSS., sed ubique *præstringo* alii substituunt. Non ideo tamen *præstinguo* inter dubia reposueris.

PRÆSTĪNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Præstinatus* et *Præstinaturus.* — Præstinare est emere, vel emendo tenere, apud veteres, *comperare*, πρίαμαι. *Paul. Diac. p.* 223. 13. *Müll.* Præstinare apud Plautum præcmere (*alii leg.* emere) est, id est emendo tenere. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 36. Ego eo in macellum, ut piscium quidquid ibi est, pretio præstinem. *Id. Capt.* 4. 2. 68. Pisces præstinatum abire. *Apul.* 1. *Met.* Et percontato pretio, viginti denariis præstinavi. Est qui leg. *perstinavi* eod. sensu. *Id.* 1. *Met.* Festinus accucurri id omne præstinaturus. *Id.* 4. *ibid.* Socium nostrum immittimus caveæ modico præstinatæ pretio. Adde *eumd.* 7. *et* 8. *ibid.* et de *Mag.*

PRÆSTĪTES Lares. *V.* PRÆSTES.

PRÆSTĪTOR, ōris, m. 3. qui præstat, seu efficit, aut tribuit. *Apul. Trismeg.* Præstitor, et tributor omnium, quæ mortalibus videntur bona.

PRÆSTĪTŪRI. *V.* PRÆSTO, as, sub init.

PRÆSTĪTŪO, ŭis, ŭi, ūtum, ŭere, a. 3. Part. *Præstitutus.* — Præstituere est ante statuere, præscribere, præfinire, *prescrivere, determinare, prefiggere*, προορίζω. — *a*) Generatim. *Cic. Cæcin.* 3. 8. Prætor numquam petitori præstituit, qua actione illum uti velit. — *b*) Speciatim et sæpissime de tempore. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 56. ei rei dies Hæc præstituta 'st ad Dionysia. Adde *Ter. Phorm.* 3. 2. 39. Sic *Cic.* 13. *Att.* 49. Scis enim, dies illorum judiciorum præstitutos fuisse. *Id.* 1. *Tusc.* 39. 93. Dedit (*natura*) usuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. *Id.* 3. *Verr.* 56. 148. Diem præstituit operi faciundo calendas Decembr. *Id. Quinct.* 9. 33. Ut nobis tempus, quamdiu diceremus, præstitueres.

PRÆSTĪTUS, a, um. *V.* PRÆSTO, as.

PRÆSTĪTŪTUS, a, um. *V.* PRÆSTITUO.

PRÆSTO, adverb. *Præstus* (per syncop. pro *præsitus*, ut *soldum* pro *solidum, quæstor* pro *quæsitor*) *fui* legitur in quadam *Inscript.*, sed non optimæ notæ, apud *Gruter.* 669. 4. Agnoscunt tamen *Voss.* et *Jos. Scalig. V.* PRÆSTOLOR. Nisi apud *Gruter.* legendum sit *præstu*; *Curtius* enim *Valerian.* apud *Cassiod.* ait *p.* 2289. *Putsch. Præsto* nos per o scribimus: antiqui per *u* scripserunt. Sed *præsto* dicendum est, ut *sedulo* et *optato* et *sortito*; inde et *præstolari*, non *præstulari.* — Ceterum *præsto* adverbium est, vel, ut alii volunt, nomen indeclin. omnis generis, quod junctum verbo *sum*, vel *adsum* significat adesse, præsentem esse, paratum esse, in promptu esse, παρεῖναι, ἀπαντᾶν (It. *essere presente, in pronto*; Fr. *être en présence, sous la main*; Hisp. *estar presente, estar á las manos*; Germ. *gegenwärtig, da, bei der Hand sein*; Angl. *to be here, be on the spot, be ready or at hand, be en attendance*). ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) *Præsto esse* legitur apud *Ter. Phorm.* 2. 1. 36. Hic in noxia 'st, ille ad dicendam causam adest. Quum illic 'st; hic præsto 'st: tradunt operas mutuas. *Id. Heaut.* 1. 1. 120. Domi præsto apud me esse ajunt. *Cic.* 3. *Fam.* 5. Ibi mihi præsto fuit L. Lucilius cum litteris mandatisque tuis. *Id.* 4. *Verr.* 38. 92. Ad horam nonam præsto est iste. *Liv.* 37. 20. Suos ad portam præsto esse jubet. Sic *Cic. Pis.* 23. 55. Togulæ lictoribus ad portam præsto fuerunt, quibus illi acceptis sagula rejecerunt. *Curt.* 7. 1. 4. Edicit, ut omnes in vestibulo regiæ præsto sint. *Lucret.* 2. 1068. Quum locus est præsto, nec res, nec causa moratur Ulla, geri debent nimirum et confieri res. *Catull.* 64. 137. tibi nulla fuit clementia præsto, Immite ut nostri vellet miserescere pectus? *Cic.* 4. *Herenn.* 52. 65. Ubi est iste beatus, inquit, ædium dominus? quin mihi præsto fit? *Ita vulgati libri et* Orellius, *improbante* Madvig. *ad Cic.* 3. *Fin.* 17. 58. *Pro* fit, Klotz. *ex Codd. leg.* fuit. — *b*) Sine verbo, quod facile subintelligitur. *Plaut. Mil. glor.* 4. 6. 1. Hera, eccum præsto militem. *Ter. Andr.* 2. 5. 4. Ipsum adeo præsto video cum Davo. *Stat.* 6. *Theb.* 643. Finiti cursus operumque insignia præsto. *Lactant. Mort. persecut.* 8. Quacumque iter fecerat (*Maximianus Aug.*) avulsæ

a conspectu parentum virgines, statim præsto. — *c) Præsto esse* ponitur etiam pro advenire, comparere. *Cic.* 4. *Herenn.* 48. 61. Hirundines æstivo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt. *Tibull.* 1. 6. 25. Pauper erit præsto tibi, præsto pauper adibit Primus. *Alii hunc locum aliter interpunxerunt et legerunt.* — *d) Præsto adesse* abundanter dictum est a *Ter. Eun.* 5. 9. 20. Sed ubi est frater? CHAER. Præsto adest. *Accius* apud *Non. p.* 485. 5. *Merc.* præsto etiam (em iam?) adsum. Cf. *Lucret.* 5. 1412. quod adest præsto. *Cic.* 4. *Fam.* 8. 3. Reliquum est igitur, tibi me in omni re eum præbeam præstemque, ut ad omnia, quæ tui velint, ita adsim præsto, ut etc. *Sed* Orellius *ex Cod. Medic. restituit* ita sim præsto. *Justin.* 1. 6. 4. Jubet omnes præsto cum securibus adesse. *Ita* Modius; *sed vulgati libri et* Jeep. *leg.* esse. ¶ 2. Latiori sensu, vel metaleptice ponitur pro opem ferre, præsidio esse, juvare. *Cic. Mur.* 9. 19. Jus civile didicit, multum vigilavit, laboravit, præsto multis fuit. *Id.* 10. *Att.* 8. Pati poterunt oculi, me cum Gabinio sententiam dicere? præsto esse clientem tuum, etc? *h. e.* quum patroni in rebus forensibus præsto esse et opem ferre soleant clientibus, nunc rem contra se habere? *Id.* 4. *Fam.* 14. *sub fin.* Me opera et consilio, studio quidem certe, rei, famæ, saluti tuæ præsto futurum. *et ibid.* 8. Ut ad omnia, quæ tui velint, ita adsim præsto, ut etc. *V.* supra sub 1. Cf. *Varro* 3. *R. R.* 2. 2. Ibi Appium Claudium augurem sedentem invenimus in subselliis, ut consuli, si quid usus poposcisset, esset præsto. *Liv.* 4. 46. Ut, præter duos urbanos quæstores, duo consulibus ad ministeria belli præsto essent. *Curt.* 3. 6. 18. Quum præsto esset ubique fortuna, temeritas in gloriam cesserat. ¶ 3. In malam partem. *Cic.* 4. *Verr.* 4. 11. Quæstores utriusque provinciæ, cum fascibus mihi præsto fuerunt. Ubi *Ascon.* Ut impedirent scilicet meam inquisitionem; sequitur enim: Non minus acres contra me fuerunt. *Id. Cœcin.* 30. 87. Si quis mihi præsto fuerit cum armatis hominibus extra meum fundum, et me introire prohibuerit.

PRÆSTO, stas, stĭti, stĭtum, stare, 1. Pro *præstiti, stitum*, reperitur etiam *præstavi, atum*; unde *præstaturus. Paul. Dig.* 3. 5. 18. *ad fin.* Usuras, quas præstavimus, vel quas ex nostra pecunia percipere potuimus. *Ulp. ibid.* 22. 1. 37. *extr.* Si plus tibi præstaverim incommodi, quam etc. Priore loco *Haloand.* habet *præstitimus*: posteriore alii *præstiterim*. Sed *Torrentin.* priore, ut posuimus; posteriore *præstarim* per syncopen. *Liv.* 30. 15. Masinissam libenter primam ei fidem præstaturum fuisse. *Trebon.* ad *Cic.* 12. *Fam.* 16. Cui nos tuum officium præstaturos, non debes dubitare. *Justin.* 11. 12. 13. Præstaturum se ea Dario, si etc. Adde *Cic.* 6. *Fam.* 8., ubi *alii leg.* præstituros. — De Part. vero *Præstatus* hæc *Priscian.* 3. *p.* 863. *Putsch.* Composita ab eo (*sto*) varie vetustissimi protulerunt, asto, astitum et astatum; præsto, præstitum et præstatum. Brutus in epistolis: Occiso C. Cæsare, postquam mare transierat, præstatum est. — *Præstatu iri* et *præstitu iri* pro *præstatum* vel *præstitum iri*, h. e. præstandum esse, aut fore ut præstetur; leguntur apud *Pompon. Dig.* 18. 1. 66. et *Jabolen. ibid.* 4. 10. Sic *datu iri* apud *Ulp. ibid.* 45. 1. 38. *ad fin.* et *debitu iri* apud *eumd.* 12. 1. 10. et *Scævol. ibid.* 38. et *traditu iri* apud *Paul. ibid.* 6. 1. 47. et *Julian. ibid.* 40. 5. 47. et *redditu iri* apud *eumd. Paul.* 27. 1. 27. *a med.* Ut quidem ubique legitur in celebri editione *Torrentini;* nam *Haloand.* et *præstitum*, et *datum*, et *debitum*, et *traditum*, et *redditum* in sua exhibet: quem alii plures secuti sunt. Qui *præstituiri* conjuncte scribunt, manuscriptorum morem nescire videntur, omnia fere verba jungentium. Quidam putant, illud ipsum *præstitu iri* ortum esse ex ignorantia legentium manuscripta, in quibus quum *præstituiri*, superducta syllabæ *tū* lineola, appareret, hac illi aut dissimulata, aut non perspecta, *præstitu iri* fecerint, quum *præstitum* debuissent. — Part. *Præstitus* est *Paulin. Nolan. carm.* 17. 191. ut veharis Usque felices, quibus es sacerdos Præstitus, oras. *h. e.* traditus, datus. — Part. *Præstans* sub *B.* 6. et loco suo; *Præstandus* sub *B.* 2. *b.* — *Præstare* usurpatur *A)* Neutrorum more; et *B)* Active.

A) Neutrorum more, præstare est ante stare, προΐστασθαι (It. *stare innanzi*; Fr. *être ou se tenir debout et ferme devant*; Hisp. *estar delante*; Germ. *voran-, vorn stehen*; Angl. *to stand before*).

I.) Proprie. *Lucan.* 4. 29. subita circumdedit agmina fossa, Dum primæ præstant acies: hostemque fefellit. *h. e.* stant in armis ante eos, qui fossam ducebant. *Est qui leg.* perstant.

II.) Transiate. ¶ 1. Generatim præstare est antestare, antecellere, superare, vincere, meliorem esse, *essere superiore o migliore, superare, avanzare,* διαφέρω. Usurpatur — *a) Præstare alicui aliqua re,* ut apud *Lucret.* 1. 358. Denique cur alias aliis præstare videmus Pondere res rebus nilo majore figura? *Cic.* 1. *Orat.* 44. 197. Quantum præstiterint nostri majores prudentia ceteris gentibus. *Id.* 1. *Invent.* 4. 5. Qui, qua re homines bestiis præstent, ea in re hominibus ipsis antecellat. *Id.* 2. *Orat.* 67. 270. Lepore et humanitate omnibus præstitit Socrates. *Id. Brut.* 43. 161. Totidemque annis mihi ætate præstabat. *Id. Amic.* 5. 19. Hoc præstat amicitia propinquitati, quod etc. — *b) Præstare alicui in re aliqua* est *Cic.* 2. *Invent.* 1. 1. Zeuxin muliebri in corpore pingendo plurimum aliis præstare. Sic sine Dat. personæ *Lucret.* 5. 1355. longe præstat in arte Et solertius est multo genus omne virile. — *c) Præstare alicui* apud *Ter. Eun.* 2. 2. 1. Dii immortales! homo homini quid præstat? *Sall. Cat.* 1. Omnes homines, qui sese student præstare ceteris animalibus, etc. *Cic.* 1. *Orat.* 4. 15. Ingenia nostrorum hominum multum ceteris hominibus præstiterunt. *Id.* 4. *Fin.* 18. 51. Virtus præstat ceteris rebus. *Id.* 2. *Orat.* 40. 172. Bona existimatio divitiis præstat. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 97. quantum dimissa petitis Præstent. — *d) Præstare aliqua re* sine Dat. personæ. *Lucret.* 5. 1107. Ingenio qui præstabant, *et ibid.* 1179. Præstare fortunis. *Cic.* 1. *Off.* 32. 116. Quorum vero patres aut majores gloria præstiterunt, ii student plerumque eodem in genere laudis excellere. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 71. Præstare facie. — Et in malam partem. *Sall. Cat.* 38. Qui ubique probro atque petulantia maxume præstabant. *Tac.* 2. *Ann.* 24. Quanto violentior cetero mari Oceanus, et truculentia cæli præstat Germania, tantum etc. — *e)* Cum Accusativo personæ et præpos. *inter. Cic. Brut.* 64. 230. Suos inter æquales longe præstitit. Cf. *Cæs.* 2. *B. G.* 15. Quod erat civitas magna inter Belgas auctoritate atque hominum multitudine præstabat, sexcentos obsides poposcit. — *f)* Singulare est illud *Colum.* 11. *R. R.* 1. 16. Dici vix potest, quid navus operarius ignavo et cessatore præstet. Huc pertinere videtur illud *Lucilii* apud *Non. p.* 371. 18. *Merc.* Si facies præstat facie, si corpore corpus. ¶ 2. Speciatim, *præstat* cum Infinito, melius est, utilius est, *è meglio, è più vantaggioso. Plaut. Bacch.* 3. 2. 12. Nimio impendiosum præstat te, quam ingratum dicier. *Cic.* 3. *Nat. D.* 31. 77. Tacere præstaret philosophos (*al.* philosophis), quam iis, qui se audissent, nocere. *Id.* 14. *Att.* 9. Mori millies præstitit, quam hæc pati. *Cæs.* 1. *B. G.* 17. Præstare dicunt, Gallorum, quam Romanorum imperia perferre. *Virg.* 1. *Æn.* 135. sed motos præstat componere fluctus. *Id.* 6. *ibid.* 38. septem mactare juvencos Præstiterit.

B) Active *præstare* translate tantum usurpatur, et ¶ 1. Cum Accusativo personæ est antestare, superare, vincere. *Varro* apud *Non. p.* 502. 23. *Merc.* Non solum qui primus in alterutra re præstet alios, sed etiam qui sit secundus et tertius. *Liv.* 5. 36. Quantum Galli ceteros mortales virtute præstarent. *Nepos Att.* 18. *ad fin.* Qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros præstiterunt. *Id. Epam.* 6. Qui eloquentia omnes eo præstabat tempore. *Varro* 3. *R. R.* 1. 3. Immani numero annorum urbanos (*al.* urbanis) agricolæ præstant. *Stat.* 4. *Theb.* 837. Te nec Apollineus Ladon, nec Xanthus uterque Præstiterint. ¶ 2. Ponitur pro cavere, fidejubere, in se recipere, confirmare, *mantenere, assicurare.* — *a)* Cum Accus. personæ. *Præstare aliquem,* efficere, aut cavere, ne quid is committat secus, quam volumus. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 3. Esse circumspiciendum diligenter, ut in hac custodia provinciæ, non te unum, sed omnes ministros imperii tui sociis, et civibus, et reipublicæ præstare videare. *Id.* 6. *Att.* 3. *circa med.* Quem tamen ego præstare non poteram: erat enim rex perpauper. *Plin. Paneg.* 85. Quanto magis arduum est alios præstare, quam se; tanto laudabilius, quod, quum ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti. — *b)* Cum Accus. rei. *Cic.* 5. *Fam.* 17. Communem incertumque casum neque vitare quisquam nostrum, nec præstare ullo pacto potest. *h. e.* efficere, ut noxius non sit, vel ut non eveniat. *et* 6. *ibid.* 1. *circa med.* Simus ea mente, quam ratio et virtus præscribit, ut nihil in vita nobis præstandum, præter culpam, putemus. *h. e.* nihil aliud in nobis recipiamus, nisi culpam non admissuros. Adde *eumd.* 9. *ibid.* 16. Sic 2. *Orat.* 28. 124. Impetus populi præstare nemo potest. *h. e.* in se recipere, moderatos futuros. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 1. 3. *a med.* Trebatium ad Cæsarem misi, qui mihi jam satisfecit: si ipsi minus, præstare nihil debeo: teque item ab eo vindico et libero. — *Præstare alicui damnum, noxam, periculum,* in se recipere, et veluti vadem et prædem se constituere, si quid periculi, aut damni in re sit. *Cic. Mur.* 2. 3. In iis rebus repetendis, quæ mancipi sunt, is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit. *Id. Sext.* 28. 61. invidiam. — Et passive. *Phædr.* 3. 4. Quale caput est, talis præstatur sapor. *tal si promette che sarà il sapore.* et *Vitruv.* 2. 9. Corpora muliebria in venalibus, quum sunt prægnantia, non præstantur sana. *non si danno per sane. Varro* 2. *R. R.* 5. 11. Boves quum emimus indomitos, stipulamur sic: Illosce boves sanos recte, deque pecore sano esse, noxisque præstari, spondesne? *h. e.* nullam eos adhuc noxam contraxisse, caveri et fidejuberi. *Cic.* 3. *Off.* 16. 66. Quum in venundando rem eam scisset, et non pronunciasset, emptori damnum præstari oportere. *h. e.* de damno caveri. — *c) Præstare aliquid ab aliqua re,* apud *Cic.* 1. *Fam.* 4. *sub fin.* Ego tibi a vi, hac præsertim imbecillitate magistratuum, præstare nihil possum: vi excepta, possum confirmare, te etc. — *d) Præstare aliquid de aliquo,* apud *eumd.* 4. *ibid.* 15. Eo animo simus inter nos, quo semper fuimus; quod de te sperare, de me præstare possum. — *e)* Cum Infinito. *Id. Flacc.* 12. 28. Prædones nullos fore, quis præstare potest? ¶ 3. Sæpissime est efficere, exsequi, perficere, facere, *fare, eseguire, praticare, effettuare.* — *a)* Universim. *Cic.* 1. *Nat. D.* 3. 7. Si omnia philosophiæ præcepta referuntur ad vitam, arbitramur nos et publicis et privatis in rebus ea præstitisse, quæ ratio et doctrina præscripserit. *Id.* 7. *Fam.* 17. *a med.* Si tardior tibi erit visus, perferto, et ultima exspectato, quæ ego tibi et jucunda et honesta præstabo. *farò si, che ti saranno* etc. *Id.* 2. *Orat.* 9. 38. Omnes artes aliæ sine eloquentia suum munus præstare possunt. *Id.* 14. *Fam.* 4. Neque legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus hospitii et amicitiæ jus officiumque præstaret. *Liv.* 30. 30. *in fin.* Quia a me bellum cœptum est, ne quem ejus pœniteret, præstiti. *Justin.* 1. 7. 13. Quos ante Cyrum invictos bella præstiterant. *aveano resi invincibili. Ovid.* 5. *Trist.* 14. 19. Quæ ne quis possit dicere temeraria, præsta. — *b)* Speciatim, *Vicem alicujus rei præstare,* esse vice. *Sall.* 3. *Hist. in epist. Pompeji ad senat.* Per deos immortales, utrum censetis, me vicem ærarii præstare, an exercitum sine frumento et stipendio habere posse? — *c) Præstare vicem,* explere, fungi, peragere. *Phædr.* 3. *prol.* otium des corpori, Ut adsuetam fortius præstes vicem. *Alii leg.* perstes. — *d) Ne præ-*

stare, factis ostendere. *Marcell.* ad *Cic.* 4. *Fam.* 11. *extr.* Ut intelligas, homini amicissimo te tribuisse officium, re præstabo. *coi fatti te lo farò vedere.* ¶ 4. Item persolvere, servare, *adempire, mantenere. Cic.* 1. *ad Brut.* 18. Afficiebar dolore, quod quum me pro adolescentulo respublica accepisset vadem, vix videbar, quod promiseram, præstare posse. *Id.* 5. *Fam.* 11. *ad fin.* Quamcumque ei fidem dederis, ego præstabo. *Liv.* 30. 15. et 33. 21.; et *Ovid.* 3. *Fast.* 497. Fidem præstare cuipiam. *osservare, mantener la promessa, la parola.* et *Liv.* 40. 34. Pacem cum iis populus R. non ab se tantum, sed ab rege etiam Masinissa præstitit. *Cic.* 10. *Att.* 4. *ante med.* Nec tam id propter me, aut fratrem meum, quorum jam acta ætas, quam propter pueros, quibus interdum videmur præstare etiam rempublicam debuisse. *h. e.* incolumem quodammodo reservare. ¶ 5. Et probare. *Cic. Sext.* 16. 38. Ut meum factum semper omnes præstare tuerique deberent. ¶ 6. Et pro conservare, tueri. *Id.* 3. *Fam.* 10. Pomtinius, qui a te tractatus est præstanti ac singulari fide, præstat tibi memoriam benevolentiamque, quam debet. *conserva, mantiene.* et *pro leg. Manil.* 18. 55. Non modo Italiam tutam habebamus, sed omnes socios in ultimis oris auctoritate nostri imperii salvos præstare poteramus. *Lucret.* 3. 215. mors omnia præstat, Vitalem præter sensum calidumque vaporem. *lascia intatto.* ¶ 7. *Præstare se*, se ostendere, exhibere, probare, se præbere. *Cic.* 1. *Fam.* 6. Præsta te eum, qui mihi a teneris unguiculis es cognitus. *fa vedere in fatto, che sei quel desso, che* etc. *Seneca* 2. *Ira* 28. Sed ne ad illam quidem arctissimam innocentiæ formulam præstare nos possumus. *h. e.* exhibere et conservare nos innocentes ad illam formulam. *Lucret.* 3. 220. Præstare se incolumem. *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 104. se invictum. *et ibid.* 5. 23. Teque, quod est rarum, præsta constanter ad omne Indeclinatæ munus amicitiæ. *h. e.* exhibe te constantem. *Id.* 2. *ibid.* 169. Sic acsueta tuis semper Victoria castris, Nunc quoque se præstet, notaque signa petat. *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. *a med.* Juris periti consultatoribus potius, quam discere volentibus se præstabant. *h. e.* se præbebant, aditum ad se dabant. ¶ 8. Significat etiam exhibere, adhibere, præbere, ostendere, *dare, offrire, mostrare,* cum quadam similitate, æqualitate et constantia. *Cic.* 9. *Phil.* 5. 12. Ut videatur honorem debitum patri præstitisse. *Id. Brut.* 23. 126. *de C. Graccho.* Utinam non tam fratri pietatem, quam patriæ, præstare voluisset! *Id.* 14. *Fam.* 3 Pudet me uxori meæ optimæ, suavissimis liberis virtutem et diligentiam non præstitisse. *et* 1. *ibid.* 9. Neque hercule in iis ipsis rebus eam voluntatem, quam exspectarant, præstiterunt. *Cæs.* 2. *B. G.* 29. Hostes tantam virtutem præstiterunt, ut quum primi cecidissent, proximi jacentibus insisterent. *Balb.* ad *Cic. post Ep.* 8. *l.* 9. *ad Att.* Urbana officia præstare alicui. *Phædr.* 2. 8. hospitium. *dar ricovero.* et *Auct. B. G.* 8. 50. frequentiam et officium cuipiam honores petenti. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 59. *a med.* obsequium. *Ulp. Dig.* 11. 3. 1. refugium. *Cic.* 11. *Att.* 1. benevolentiam. *Id.* 3. *Orat.* 33. 134. consilium suum fidemque et in senatu, et apud populum, et in causis amicorum. *Plin.* 3. *Ep.* 18. sedulitatem alicui rei. *Liv.* 29. 25. *a med.* silentium alicui. *Justin.* 5. 4. 4. quæstum. *dar guadagno.* (Forcellinus *leg.* præstare; *at* Jeep. *rectius* præbere). et *Sueton. Domit.* 9. cuipiam quotannis certam summam pecuniæ. *Seneca* apud *Diomed.* 1. p. 362. *Putsch.* cervicem. *Lucan.* 5. 770. caput fulminibus. *et* 4. 23. Hiberus præstat nomen terris. *dà il nome.* et *Colum.* 8. *R. R.* 13. 3. Anser præstat ex se pullos atque plumam. *Cic. Pis.* 32. 80. Quum consuli frequens adsideret, senatui sententiam præstaret. *h. e.* exhiberet, proferret ita constantem, ut securum redderet, se ita semper sensurum. — Præstare terga hosti, *voltar le spalle,* apud *Tac. Agric.* 37.

Homonym. Inter *præstare* et *præbere* discrimen est, inquit *Diomed. loc. cit.*, ut sit *præbeo* patientis, *præsto* facientis: ac proinde *præbui occasionem* aut *operam, præstiti fidem* ac *rem* dicamus. *Manut.* quoque ad *Cic.* 4. *Fam.* 8. *præstare* plus esse ait, quam *præbere,* quum hoc propensi animi sit, illud rem ipsam et actionem significet. Adde quod *præstare* constantiam præbentis adsignificat: quod in *præbere* non apparet. *Cic. loc. cit.* Reliquum est, ut tibi me in omni re eum præbeam præstemque, ut etc. *Seneca* 1. *Clem.* 10. *extr.* Hoc est non dare tantum salutem, sed præstare.

PRÆSTOLĀTĬO, ōnis, f. 3. ἐλπίς, *aspettazione,* exspectatio. *Vulgat. interpr. Job* 17. 15. Ubi est enim nunc præstolatio mea? Adde *eumd. Proverb.* 11. 23. et 23. 18.

PRÆSTOLĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆSTOLOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. De quantitate pænultimæ iis est. Apud veteres nihil invenies quod rem conficiat. *Valla* produxit: *Voss. l.* 2. *de Grammat. c.* 37. corripiendam censet. Ducit enim (tum ibi, tum *l.* 7. *c.* 34. cum *Jos. Scalig. ad Fest.*) a *præsto,* a quo factum sit *præstus,* ab eo *præstulus,* et ut dicebant antiqui, *præstolus* (*V.* PRÆSTO adverb. sub init.). Cl. vero *Furlanetto* in *I. Append.* ait: At pænultimam syllabam brevem esse arguit versus *Ter. Eun.* 5. 5. 5. infra cit. — Activa forma. *Livius Andron.* apud *Non. p.* 475. 32. *Merc.* Nimis pol impudenter: servis præstolabas? *Ribbeck.* ita leg.; *Forcellinus* imprudenter suis (*alii* servis) præstolaras. *Turpilius ibid.* Ego præstolabo illi oscitans ante ostium? — Part. *Præstolans* et *Præstolatus.* — *Præstolor* (a *præsto*) est idem atque exspectando præsto sum, *aspettare, stare attendendo,* περιμένω, ὑπομένω. *Paul. Diac. p.* 223. 15. *Müll.* Præstolari dicitur is, qui ante standi ibi, quo venturum excipere vult, morarur. *Donatus* ad *Ter. Eun.* 5. 5. 5. Præstolari est præsto esse et apparere, hoc est obsequi. — *a*) Cum Dativo. *Cic.* 1. *Cat.* 9. 24. Qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati. *Id.* 2. *Att.* 15. *ad fin.* Ut in Formiano tibi præstoler usque ad III. Non. Maji. *Alii leg.* te: sed *Donatus* ad *Ter. loc. cit.* nove dictum putat *te* pro *tibi.* Rursus *Cic.* 3. *Att.* 20. Ego huic spei et exspectationi, quæ nobis proponitur, maximæ tamen volui præstolari apud te in Epiro. — *b*) Cum Accus. *Ter. loc. cit.* Quem præstolare, Parmeno, hic ante ostium? *Plaut. Truc.* 2. 3. 15. Nescio quem præstolata est. *Ammian.* 21. 13. Accita undique præstolans auxilia. *V.* et infra sub *e.* — *c*) Absolute. *Plaut. Epid.* 2. 2. 33. Ego illam illic video præstolarier. — *d*) Cum Ablat. *Cæs.* 2. *B. C.* 23. Hujus adventu L. Cæsar cum longis navibus ad Clupeam præstolans. Et Particip. *Præstolatus* apud *Apul.* 5. *Met.* Et Particip. *Præstolatus* apud *Apul.* 5. *Met.* Statim voces cubiculo præstolatæ novam nuptam interfectæ virginitatis curant. — *e*) Cum Genit. *Sisenna* apud *Non. p.* 161. 32. *Merc.* Occulte taciteque advenientium cohortium præstolari occipiunt. *Alii leg.* advenientiam, adventum: dicipiunt. *Alii leg.* advenientiam, adventum: dicipiunt. *Alii leg. habentia, variantia, retinentia:* adventum ut *habentia, variantia, retinentia:* adventum probavit et *Peter, Histor. Rom. reliq. p.* 281.

PRÆSTRANGŬLO, as, are, a. 1. multum strangulare. Translate. *Quintil. declam.* quæ inscribitur *Tribunus Marianus,* 3. Ne antium orabitur *Tribunus Marianus,* 3. Ne antium orabitur *Tribunus Marianus,* 3. Ne antium orab

retundere, *render ottuso, rintuzzare, ripiegare, spuntare*: quod ab acie oculorum translatum videtur. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 15. 13. (64). Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri præstringitur. Adde *Plaut. Truc.* 2. 6. 11.— *b*) *Præstringere nitorem eboris est offuscare*, infuscare. *Plin. ibid.* — *c*) Apud *eumd.* 17. *ibid.* 24. 37. (227). *præstringere vites* est excæcare palmites, supina falce auferendo oculos, ut *Id. ibid.* 22. 35. (175). dixerat.

PRÆSTRUCTIM, adverb. præstruendo, ante præparando, via ante præstructa. *Tertull. Pall.* 3. Multa dicendum fuit, ut ad hominem præstructim perveniretur.

PRÆSTRUCTĬO, ōnis, f. 3. præparatio, fundamentum. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 14. *circa med.* Nisi hanc promissionem creator in Euangelii sui præstructionem destinasset. Adde *eumd. advers. Hermog.* 16.

PRÆSTRUCTŪRA, æ, f. 1. præstructio. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 2. Ad Euangelii præstructuram.

PRÆSTRUCTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆSTRŬO, strŭis, struxi, structum, strŭere, a. 3. Part. *Præstruens* II. 2.; *Præstructus* in omnibus paragr. — Præstruere est ante, vel in anteriori parte struere, *fabbricare innanzi*, o *nella parte anteriore*, προκαταασκευάζω.

I.) Proprie. *Colum.* 1. *R. R.* 5. 9. Ab imo præstructa valenter resistent contra ea, quæ postmodum superposita incumbent.

II.) Translate. ¶ 1. Est obstruere, claudere, *serrare, chiudere. Ovid.* 14. *Met.* 797. Portaque nequicquam rigidis permissa Sabinis, Fonte fuit præstructa novo. *Id.* 1. *Fast.* 563. *de Caco.* Ille aditum vasti præstruxerat obice montis. *Alii leg.* perstruxerat. *Id.* 2. *Art. am.* 21. Hospitis effugio præstruxerat omnia Minos. *Alii leg.* præcluserat. *Stat.* 1. *Achill.* 480. Quemve alium Stygios tulerit secreta per amnes Nereis, et pulcros ferro præstruxerit artus? *h. e.* firmaverit contra ferrum, et impenetrabiles fecerit. *Alii leg.* perstrinxerit. ¶ 2. Translate a prima notione est præparare, præmittere tamquam fundamentum rerum sequentium. *Liv.* 28. 42. Fraus fidem in parvis sibi præstruit, ut, quum operæ pretium sit, cum mercede magna fallat. *Pseudo-Ascon.* in *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 8. 26. Præstruit ad illud quod dicturus est, multa esse crimina in Verre, quæ etc. *Claudian.* 2. *in Rufin.* 280. sensu dolor hæret in alto Abditus, et tacitas vindictæ præstruit iras. *Id. IV. cons. Honor.* 319. prius agmina duris Exerce studiis, et sævo præstrue Marti. *addestrali.* et *Sueton. Tib.* 53. Quum præstructum utramque consulto esset. *Claudian. B. Get.* 285. nec nota fefellit Semita præstructum bellis civilibus hostem. *h. e.* antea instructum, edoctum. *Ammian.* 31. 7. Id scilicet præstruentes, ut si aliorsum castra movissent, terga ultimorum adorti plures perfoderent. *Capell.* 1. *p.* 12. Jugalis ergo blanda nutus præstrue. *h. e.* præbe.

PRÆSTULTUS, a, um, adject. valde stultus, stultissimus. *Gloss. Cyrill.* Præstultus, πάνυ ἀνόητος.

PRÆSTŬPESCO, is, ere, n. 3. valde stupesco. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 1. 66. Ad quam fortunam ceteris præstupescentibus præ vi malorum, *etc.*

PRÆSTŬPĬDUS, a, um, adject. valde stupidus. *Juvenc.* 4. 200. Altera præstupido pars est stolidissima corde.

PRÆSŪDO, as, are, n. 1. ante sudare, προϊδρόω.

I.) Proprie. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 120. Dum matutinis præsudat solibus aer. *h. e.* rore fluit.

II.) Translate sumitur pro ante exerceri. *Stat.* 6. *Theb.* 4. super quo Martia bellis Præsudare paret, seseque accendere virtus.

PRÆSUL, sŭlis, m. 3. (præ *et* salio) præsultator, præsultor, προορχηστήρ.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim *præsul* dicitur servus, qui, dum virgis in circo cæderetur, furcam in collo ferens, ad verberum ictus, si modo posset, evitandos identidem saltabat. *Cic.* 1. *Divinat.* 26. 55. Servus per circum, quum virgis cæderetur, furcam ferens ductus est. Exin cuidam rustico R. dormienti visus est venire, qui diceret, præsulem sibi non placuisse ludis, etc. *Id.* 2. *ibid.* 66. 136. *de ead. re.* Pervulgatum jam illud de præsule. *V.* PRÆSULTATOR et PRÆSULTOR. ¶ 2. Speciatim dicitur de principe Saliorum, qui ancilia per urbem gestantes salire solebant. *Capitolin. M. Aurel.* 4. Fuit in eo sacerdotio (*Saliorum*) et præsul, et vates, et magister. *Inscript.* apud *Arditi, della legge Petronia p.* 8., quæ est apud *Orell.* 2276. sp. TVRRANIVS L. F. FAB. PROCVLVS GELLIANVS FLAMEN DIALIS FLAMEN MARTIALIS SALIVS PRAESVL AVGVR etc.

II.) Translate, est universim qui alicui rei præest, præses, *prelato, presidente*, προέδρος, προστάτης. *Pallad.* 1. *R. R.* 6. *a med.* Recordati, arbori huic esse præsulem Castitatem. *et ibid. in fin.* Agri præsul. *h. e.* villicus. *Rutil.* 1. *Itiner.* 550. Testis Roma sui præsulis esse potest. *h. e.* viri qui Romæ honorum culmen indeptus est, ut ait *Symmach.* 4. *Ep.* 23. de eodem illo loquens, de quo *Rutil.* hic. *Solin.* 1. Angerona, diva præsul silentii. *Capell.* 6. *sub init. de Pallade.* Quod dux sanguineo, præsulque corusca duello. *Avien. Perieg.* 519. Et Junone calent hic aræ præsule semper. *Sidon.* 4. *Ep.* 14. Præsul fori. *Auson. epist.* 4. 79. Præsul creatus litteris. — Ex locis nuper allatis satis constat, *præsul* proprie et eleganter usurpari de principe Saliorum, *V.* I. 2. et de eo, qui in eorum morem saltat, *V.* I. 1.; cadente vero Latinitate etiam de eo, qui alicui rei præest, *V.* II. Hinc minus proprie apud nos episcopos, sive antistites sacrorum, passim vocantur præsules.

PRÆSŪLĀTUS, us, m. 4. præsulis dignitas, episcopatus. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 3. *a med.* Si seditiones ecclesiasticas inter alterutros gestas de præsulatu, vel de honore primatus, propriæ hæreseos explanavero, non grave aut malæ voluntatis esse videatur. *Id. ibid.* 10. Maximus, qui post Macarium Hierosolymorum tenuit præsulatum. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 5.

PRÆSULCO, as, are, a. 1. antea sulcare. *Prosper de ingr.* 2. 254. Exortura seges, neque quidquam cordis in arvo Præsulcet divina manus.

PRÆSULSUS, a, um, adject. valde salsus. *Colum.* 6. *R. R.* 2. 7. Libralesque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas in gulam demittito. *Neque corrigendum est* præsalsæ; idem enim in loco simili apud *Pallad.* 4. *R. R.* 12. 3. legitur.

PRÆSULTĀTOR, ōris, m. 3. præsultor. *Liv.* 2. 36. Visus Juppiter dicere, sibi ludis præsultatorem displicuisse. *V.* PRÆSUL.

PRÆSULTO, as, are, n. 1. προπηδάω, ante salire. *Liv.* 7. 10. Quando adeo ferox præsultat hostium signis.

PRÆSULTOR, ōris, m. 3. ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος, qui in sacris choream ducit, et ante alios salit. *Lactant.* 2. 7. Ti. Atinio homini plebejo per quietem obversatus esse Juppiter dicitur, et præcepisse, ut consulibus et senatui nunciaret, ludis circensibus proximis præsultorem sibi displicuisse, quod quidam diverberatum servum sub furca medio circo ad supplicium duxerat; ideoque ludos instaurari oportere. Idem refert *Val. Max.* 1. 7. *n.* 4. et *Cic.* 1. *Divinat.* 26. 55. et *Liv.* 2. 36. *V.* PRÆSUL et PRÆSULTATOR.

PRÆSUM, præes, præest, præfui, præesse, n. anom. a *præ* et *sum*; vel a *præs* et *sum*, unde *præsest* pro *præest*, de quo *V.* in PRÆS). Part. *Præsens* II. 2. et loco suo; *Præfuturus* I. *a.* — *Præsum* est idem atque ante alios sum, præsideo, præpositus sum, præfectus sum, ἐπιστατέω, ἐφίσταμαι (It. *presiedere, essere presidente, sopraintendere, essere capo*; Fr. *présider, être préposé à, être à la tête de, avoir la direction de*; Hisp. *presidir, ser presidente, regir*; Germ. *e. Sache verstehen, über etwas gesetzt sein*; Angl. *to be set over, preside over, have the charge or command of, rule over, be in authority*).

I.) Proprie. — *a*) Cum Dativo. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 8. Est non modo ejus, qui sociis et civibus, sed etiam ejus, qui servis, qui mutis pecudibus præsit, eorum, quibus præsit, commodis utilitatibusque servire. *Cæs.* 6. *B. G.* 12. Omnibus Druidibus præest unus, qui summam inter eos habet auctoritatem. *et* 1. *ibid.* 18. *et* 52. Equitatu Dumnorix præerat. pro *equitatui. V.* ASPECTUS. Sic *ibid.* 16. Liscus, qui summo magistratu præerat. *Id.* 2. *ibid.* 6. Iccius, qui tum oppido præerat. *et* 5. *ibid.* 22. Quibus regionibus quatuor reges præerant. *Sall. Cat.* 43. *extr.* Qui ei provinciæ legatus præerat. *era governatore. Nepos Cat.* 2. Censor factus, severe præfuit ei potestati. *Cæs.* 3. *B. C.* 25. Præesse classi. *et ibid.* 57. exercitui. *et ibid.* 61. alicui negotio. *Sall. Cat.* 32. *extr.* vigiliis, quæ per urbem habentur. *Nepos Con.* 4. regiis opibus. *esser capitano generale del re. et Phoc.* 3. rebus regiis. *esser primo ministro. et Cic.* 4. *Verr.* 59. 144. statuis faciendis. *Id. Harusp. resp.* 7. 14. sacris. *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. *ante med.* ædibus. *h. e.* ædilem esse. *Martial.* 10. 2. At chartis nec fata nocent, nec sæcula præsunt. *h. e.* non sunt superiora, non diutius durant, non vincunt. — Speciatim *præesse alicui facultati* aut *artificio*, profiteri, *professare*, cum quadam excellentia. *Cic.* 1. *Orat.* 45. 198. Juris civilis cognitio, quantum afferat iis, qui ei præsunt, honoris, gratiæ, dignitatis, quis ignorat? *et ibid.* 55. 235. Et clarissimi cives ei studio præfuerunt. *et* 4. *Fin.* 27. 76. Prudentiam omnes, qui cuique artificio præsunt, debent habere. *Colum. R. R. præf.* 12. Ignarum rei, cui præfuturus est, magistrum fieri jubet. — *b*) Cum Ablativo loci et præpos. *in*, vel sine præpos. *Cic.* 5. *Verr.* 77. 180. Ea provincia, in qua tu triennium præfuisti. *Liv.* 25. 16. Ad Magonem, qui in Bruttiis præerat, ciam in colloquium venit. *Curt.* 6. 11. 6. Dum pater ejus sollicitetur, qui præsit in Media. *Liv.* 5. 8. Forte ea regione, qua Sergius tribunus militum præerat, castra adorti sunt. *Cæs.* 3. *B. C.* 12. Cæsar Apolloniam proficiscitur. Ejus adventu audito, L. Staberius, qui ibi præerat, etc. *Auct. B. Afr.* 33. Considius Longus, qui Hadrumeti cum II. legionibus præerat, etc. — *c*) Absolute. — Generatim. *Varro* 1. *R. R.* 17. 4. Qui præsint, esse oportere, qui literis et aliqua sint humanitate imbuti. Præterea eos potissimum præesse oportet, qui periti sint rerum rusticarum, non solum enim debere imperare, sed etiam facere. *Cic.* 3. *Legg.* 5. 12. Sic habetote, magistratibus iisque, qui præsint, contineri rempublicam. *Liv.* 2. 6. Eodem modo primus eques hostium agminis fuit, (præerat Aruns Tarquinius, filius regis) rex ipse cum legionibus sequebatur. *Sunt qui leg.* præierat. — Speciatim significat juri dicundo præpositum esse, et actionibus dandis. *Pompon. Dig. loc. cit. post init.* Ex quibus constituebatur, quis quoque anno præesset privatis. *et paullo post.* Augescente civitate, et qui præerant, quædam genera agendi composuerunt. Huc alludere videtur *Cic.* 1. *Orat.* 10. 41. Id, nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem, multisque præessem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex jure manum consertum vocarent.

II.) Translate. ¶ 1. *Præesse rei alicui*, auctorem et ducem se præbere, *farsi capo*, o *autore. Cic. Amic.* 11. 37. Non enim paruit ille Ti. Gracchi temeritati, sed præfuit: nec se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. *Id.* 9. *Att.* 6. *sub fin.* Illi crudelitati non solum præesse, verum etiam interesse. ¶ 2. Pro tueri, præsidio esse. *Ovid.* 5. *Fast.* 135. *de Larib. Præstitib.* Stant quoque pro nobis, et præsunt mœnibus Urbis, Et sunt præsentes, auxiliumque ferunt.

PRÆSŬMENTER, adverb. *presuntivamente*, confidenter. *Cassiod.* 5. *Variar.* 15. Præsumenter ergo conveniat ad eum læsorum tumultus, speret remedium qualibet pressus injuria.

PRÆSŬMO, mis, mpsi *vel* msi, mptum *vel* mtum, mere, a. 3. Part. *Præsumens* II. 1. et 6. *a.*; *Præsumptus* I., II. 1., 2., 4., 5. et in fin.; *Præsumendus* II. 1. — Præsumere est ante su-

mere, præcipere, προλαμβάνω (It. *prendere innanzi;* Fr. *prendre d'avance;* Hisp. *tomar, coger ó asir en adelante;* Germ. *vorher zu sich nehmen;* Angl. *to take before, take first*).

I.) Proprie de rebus physicis. *Ovid.* 3. *Art. am.* 757. Neve domi præsume dapes, *h. e.* antequam in convivium venias. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 5. 21. (50). Helleborum album non facile colligitur, caput aggravans, maxime nisi præsumatur allium. *Tac.* 14. *Ann.* 3. Præsumendo remedia munierat corpus, *co' preservativi e antiveleni.* Cf. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 2. 3. (5). Quotidie venenum bibere præsumptis remediis. *Cajus Epit. Institut. tit.* 13. *a med.* Heres meus rem illam illum permitte præsumere, et sibi habere. *V.* PRAECIPIO et *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 14. (55). Præsumere cibis, et interponere frigidam. *Id.* 30. *ibid.* 15. 51. (145). Ebrietatem arcet pecudum assus pulmo præsumptus. *Claudian. IV. cons. Honor.* 166. festinaque voti Præsumptum diaœma dedit, *h. e.* ante legitimam ætatem. — *Præsumptus* est antea demptus apud *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 13. *n.* 160. Danda etiam pomorum quædam, ut mala cydonia cocta recenti mulso, vel torrida (*h. e.* tosta) præsumpto tegmine.

II.) Translate. ¶ 1. Est sibi in antecessum adquirere, præoccupare. *Quintil.* 12. 9. 9. Præsumere male audiendi patientiam. *armarsi anticipatamente di pazienza. Id.* 11. 1. 27. Inviti judices audiunt præsumentem partes suas, *h. e.* præoccupantem. *Id.* 1. 1. 19. Quantum in infantia præsumptum est temporis, adolescentiæ acquiritur. *s'è anticipato.* et *Tac.* 1. *Ann.* 48. Venire se valida manu, ac ni supplicium in malos præsumant, usurum promiscua cæde, *h. e.* ante suum adventum sumant. *Quintil.* 8. 6. 63. *de compos. verbor.* Differenda igitur quædam, et præsumenda, atque ut in structuris lapidum impolitiorum, loco, quo convenit, quidque ponendum. Similiter idem *Quintil.* 1. *proœm.* 20. Altius ibunt qui ad summa nitentur, quam qui præsumpta desperatione quo velint evadendi, protinus circa ima substiterint. *Id.* 2. 17. 28. Nihil invidia valeat, nihil gratia, nihil opinio præsumpta. *comune prevenzione, pregiudizio, stima, credenza.* Sic *Sil. It.* 7. 582. Præsumpta spes. Sic *Val. Max.* 1. 5. *n.* 3. E fortuito dicto quasi spem certam clarissimi triumphi animo præsumpsit. *Tac.* 2. *Ann.* 73. Ut quis misericordia in Germanicum, et præsumpta suspicione, aut favore in Pisonem pronior, diversi interpretabantur. *sospetto, o propensione già concepita.* ¶ 2. Item est aliquid ante facere, prævertere, *fare anticipatamente. Plin.* 6. *Ep.* 10. *ad fin.* Ut ipsi nobis debeamus etiam conditoria exstruere, omniaque heredum officia præsumere. *prevenire.* et 3. *Ep.* 1. *ad fin.* Hanc ego vitam voto et cogitatione præsumo, ingressurus avidissime, ut primum ratio ætatis receptui canere permiserit. *Sil. It.* 5. 213. Manibus ipsa suis præsumpta piacula mittit. *Id.* 6. 300. præsumpta piacula mortis. ¶ 3. Item est ante insumere, usurpare. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 25. 60. (224). Sementibus tempora plerique præsumunt. *anticipano. Tac.* 1. *Hist.* 62. Torpebat Vitellius, et fortunam principatus inerti luxu ac prodigis epulis præsumebat, *h. e.* usurpabat, antequam certus esset princeps. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 87. tibi quidnam accedet ad istam, Quam puer et validus præsumis, mollitiem, seu Dum valetudo inciderit, seu tarda senectus? ¶ 4. Item animo et cogitatione antevertere, prævertere. *Virg.* 11. *Æn.* 18. Arma parate animis, et spe præsumite bellum, *h. e.* bellum jam jam futurum mente et cogitatione tamquam præsens inite. Sic *ibid.* 491. et spe jam præcipit hostem. *Seneca Ep.* 107. Mortem contemnes, si sæpe cogitaveris, et futura præsumpseris. *ti prefigurerai.* — *Præsumptum habere,* tamquam præmissum certumque habere. *Tac.* 14. *Ann.* 64. Quod ad eum finem memoravimus, ut quicumque casus temporum illorum nobis vel aliis auctoribus noscent, præsumptum habeant, quoties fugas et cædes jussit princeps, toties grates deis actas. ¶ 5. Item prænoscere, opinari, credere, conjicere, *stimare, credere, imaginarsi. Tac.* 12. *Ann.* 41. Spectaret populus, hunc decore imperatorio, illum puerili habitu, ac perinde fortunam utriusque præsumeret. *Quintil.* 2. 4. 7. Illa in pueris natura minimum spei dederit, in qua ingenium judicio præsumitur, *h. e.* intelligitur ex judicio, quum ex memoria debeat, ut *Id.* docet 1. 3. 2. Ceterum *Justin.* 6. 2. 11. Eo instantius debita poscentes, quo graviorem sub magno duce militiam præsumebant. *Papinian. Dig.* 12. 6. 3. Ab hostibus reverso filio, quem pater obiisse falso præsumpserat. *Id. ibid.* 31. 1. 69. Ne fides communium liberorum decipiat patrem, qui melius de matre præsumpserat. *Paul. ibid.* 48. 10. 18. Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit, suspectus esse præsumitur. *Ulp. ibid.* 12. 3. 7. Vulgo præsumitur, alium in litem non debere jurare, nisi dominum litis. *comunemente si tiene. Tac. Agric.* 18. Transacta æstas, sparsi per provinciam numeri, præsumpta apud militem illius anni quies. *creduto comunemente.* — Hinc *Præsumptum est,* præsumpta opinio est, *è comune anticipato concetto. Ulp. Dig.* 21. 1. 31. *ad fin.* Præsumptum est, quosdam servos bonos esse, quia nationis sunt non infamatæ. Adde *ibid.* 37. Sic *Scævol. ibid.* 32. 1. 32. *extr.* Quod præsumptum id esse debeat, nisi contrarium ab heredibus probetur. *dee presupporsi per certo.* — *Quintil.* 10. 5. 4. Verba poetica libertate audaciora præsumunt eamdem proprie dicendi facultatem. *presuppongono. Burmann.* legit *non præsumunt,* et interpretatur, non adimunt, non impediunt: quod videtur obscurius. Hæc *Forcellinus:* at *non præsumunt* legit ipse *Spaldingius,* quem *V.* ad *h. l.* ¶ 6. Apud sequioris ævi scriptores usurpatur — *a)* Pro audere, occipere, moliri sive in bonam, sive in malam partem. *Auct. Paneg. ad Constantin.* 2. Te ne, imperator, tantum animo potuisse præsumere, ut bellum tantis opibus conflatum, cunctantibus tunc imperii tui sociis, primus invaderes? *Sulpic. Sever.* 1. *Hist. sacr.* 47. Illicita præsumens, incensum Deo obtulit: quod solis facere sacerdotibus fas erat. *Sex. Ruf. Breviar.* 7. Epirotæ, qui ad Italiam transire præsumpserant. — *b)* Item sine ratione aliquid expetere et exspectare, *presumere. Tertull. Cult. fem.* 2. Qui præsumit, minus veretur, minus præcavet, plus periclitatur. *Pacat. Paneg. Theodos.* 42. Nec præsumere veniam reus, nec sperare fugam clausus, nec mortem potuit timere morituros. — Hinc Part. præter. pass., cujus multa supra exempla retulimus.

Præsumptus, a, um, adjective quoque occurrit, unde Comp. *Præsumptior* apud *Coripp.* 4. *Johann.* 550. Natus et eximius sumptis præsumptior armis.

PRAESUMPTĒ, adverb. *Vopisc. Car.* 4. Cari patria sic ambigue a plerisque proditur, ut præsumpte veritatem dicere nequeam, quæ illa vera sit. Τὸ *veritatem* quidam delendum censent: *præsumpte* est audacter, et nihil hæsitando. *Alii leg.* præsumpta gravitate. *Recte autem* Herm. Peter *pro* præsumpte veritatem *legit* præ summa varietate.

PRAESUMPTĬO, ōnis, f. 3. πρόληψις. ¶ 1. Est actus præsumendi, ante sumptio, et id quod ante sumitur. — *a)* Speciatim. *Theod. Priscian.* 1. 26. *p.* 297. ed. *Ald.* Vitandi cursus et saltus et auster, ventris quoque conatus et ciborum nimia præsumptio. — *b)* Item speciatim. *Cic.* 2. *Divinat.* 53. 108. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήμματα appellant dialectici: sed nos Latine loqui malumus: præsumptio tamen, quam πρόληψιν iidem vocant, non dabitur, *h. e.* major propositio syllogismi, sicuti *sumptio,* et *assumptio* est minor. Hæc *Forcellinus.* Lectio tamen est valde incerta: V. *Orell.* ad *h. l.* — *c)* Generatim. *Plin.* 9. *Ep.* 3. Beatissimum existimo, qui bonæ mansuræque famæ præsumptione perfruitur, certusque posteritatis cum futura gloria vivit. *Id.* 4. *Ep.* 15. *a med.* Rerum, quas assequi cupias, præsumptio ipsa jucunda est. ¶ 2. Item occupatio, figura rhetorum. *Quintil.* 9. 2. 16. Mire in causis valet præsumptio, quæ πρόληψις dicitur, quum id, quod objici potest, occupamus. — Item figura verborum. *Priscian.* 17. *p.* 1049. *Putsch.* Et sciendum, quod in hujuscemodi constructione individuorum, si per præsumptionem, id est κατὰ πρόληψιν, præponitur plurale verbum ad utrumque sequens, licet nominativum anteferre. ¶ 3. Item anticipatio, seu prænotio, opinio, fiducia de re aliqua, antequam eveniat, *fiducia, presunzione, credenza, opinione: V.* PRAESUMO II. 5. *Justin.* 3. 4. 3. Quum contra præsumptionem suam annis decem in obsidione tenerentur. *Spartian. Hadrian.* 2. Habuit autem præsumptionem imperii mox futuri ex Jovis responso. *Seneca Ep.* 117. Multum dare solemus præsumptioni omnium hominum, *h. e.* præceptæ opinioni. *Papinian. Dig.* 41. 3. 44. *a med.* Si, ex patris hereditate ad se pervenisse rem emptam, non levi præsumptione credat. *Ulp. ibid.* 29. 2. 30. *a med.* Toties ei sua præsumptio proficit, quoties concurrit cum veritate. *presupposizione, supposto.* et *ibid.* 43. 4. 3. *extr.* Ad exemplum præsumptionis Carboniani edicti, prætor pollicetur possessionem. *Id. ibid.* 40. 5. 24. *ante med.* Quum ex præsumptione libertas præstita esse videtur. ¶ 4. Sequiori ævo audacia, confidentia, nimia spes, *presunzione. Sulpic. Sever.* 1. *Hist. sacr.* 33. Illicita præsumptione rex ad vicem sacerdotis holocaustum obtulit. *Tertull. Cult. fem.* 2. Timor fundamentum salutis, præsumptio impedimentum timoris. *Apul. de Mag.* Pari avaritia et egestate totum Pudentillæ quadragies præsumptione cassa devorarat. ¶ 5. Item obstinata animi præparatio, et ultra modum obfirmata constantia. *Apul.* 8. *Met.* Sese multinodis commulcat ictibus, mira contra plagarum dolores præsumptione munitus, *et* 10. *ibid.* Obfirmatus mira præsumptione, nullis verberibus, ac ne ipso quidem succubuit igni. ¶ 6. Item falsa religio, superstitio, qua animus jam perperam imbutus fuit, *superstizione imbevuta. Id.* 9. *Met.* In vicem certæ religionis, mentita sacrilega præsumptione Dei, quem prædicaret unicum conflictis observationibus vacuis. ¶ 7. Item quævis præjudicata opinio et falsa sententia. *Tertull. Apolog.* 49. Hæ sunt, quæ in nobis solis præsumptiones vocantur, in philosophis et poetis summæ scientiæ et insignia ingenia.

PRAESUMPTĬŌSĒ, adverb. *V.* PRAESUMPTUOSE.

PRAESUMPTĬŌSUS, a, um, adject. *presuntuoso,* præsumptionis et audaciæ plenus. *Sidon.* 1. *Ep.* 11. Quod juvenem dictasse præsumptiosum fuisset, publicasse periculosum. *Alii leg.* præsumptuosum, quod *Id.* usurpavit etiam *ibid.* 1. Hoc a *præsumptus* fit, illud a *præsumptio.* Sic *Salvian.* 7. *Gub. D.* 8. Audiant hoc omnes improbi, audiant omnes præsumptiosi, audiant præpotentes.

PRAESUMPTĪVE, adverb. idem ac præsumenter. *Augustin. contra Faust.* 24. 1. Nos hoc interiori ac novo homini deferamus, neque id temere aut præsumptive, sed a Christo discentes.

PRAESUMPTOR, ōris, m. 3. ¶ 1. Est qui prius quam jus ei sit, aliquid sumit. *Cassiod.* 1. *Variar.* 18. Si Romanum prædium sine delegatoris cujusdam pittacio præsumptor barbarus occupavit, illud priori domino, submota dilatione, restituat. Adde *eumd.* 9. *ibid.* 18. ¶ 2. Item qui fidenter, aut nimis audacter sibi promittit. *Tertull. Pœnit.* 6. *sub fin.* At ille præsumptor, quum sibi repromitteret, securus scilicet, timere non potuit. *Augustin. Ep.* 120. *c.* 14. Petrus ex egregio præsumptore tam creber negator effectus. Adde *Paulin. Nolan. carm.* 24. 225.; *Ammian.* 26. 8. *ad fin.*; et *Imp. Theodos. Cod. Theod.* 16. 2. 48.

PRAESUMPTŌRĬĒ, adverb. *con presunzione,* nimis fidendo et præsumendo. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 41. Petrus præsumptorie aliquid elocutus.

PRAESUMPTŌRĬUS, a, um, adject. nimis fidens et præsumens. *Augustin. collat. c. Maxim.* 13. Ne præsumptorio spiritu quidam putarent, quod etc.

PRÆSUMPTŪŌSĒ, adverb. idem quod præsumptorie. *Sidon.* 7. *Ep.* 6. Præsumptuose arroganterque loqui. *Alii leg.* præsumptiose.

PRÆSUMPTĪVUS, a, um, adject. qui præsumit. *Priscian.* 16. *p.* 1025. *Putsch.* inter conjunctionum species, *præsumptivas* etiam enumerat, non tamen definit.

PRÆSUMPTŪŌSUS. *V.* PRÆSUMPTIOSUS.

PRÆSUMPTUS *vel* præsumtus, a, um. *V.* PRÆSUMO.

PRÆSŪO, sŭis, sŭi, sūtum, sŭere, a. 3. Part. *Præsutus.* — Præsuere proprie est ante, vel in anteriore parte consuere, *cucire*; atque hinc ante obducere, ante operire. *Ovid.* 11. *Met.* 8. hastam Vatis Apollinei vocalia misit in ora: Quæ foliis præsuta notam sine vulnere fecit. *h. e.* thyrsus cuspidem habens foliis contectam, et quasi præpilatam. *Alii leg.* præfixa, protecta, persuta, præfulta, etc. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 19. 43. (96). Consecant casiæ surculos, mox præsuunt recentibus coriis.

PRÆSURGO, surgis, surrexi, surgere, n. 3. ante surgere. *Avien. Prognost. Arat.* 172. interdum tenuis prævertere nubes Visa Deum (*Solem*), hæc celeri si præsurrexerit ortu.

PRÆSUSPECTO, as, are, a. 1. ante suspectare. Part. *Præsuspectans* legitur apud *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 1. 43. *extr.* Malo enim nos præsuspectantes aliquid difficultatis, *etc.*

PRÆSŪTUS, a, um. *V.* PRÆSŪO.

PRÆTACTUS, a, um. *V.* PRÆTANGO.

PRÆTÆDESCIT, ebat, impers. 3. *et*

PRÆTÆSUS, a, um, particip. Voces a Lexico expungendæ; occurrunt enim tantum in *Not. Tir. p.* 177.

PRÆTANGO, tangis, tactum, tangere, a. 1. Part. *Prætactus* I. et II. — Prætangere est ante tangere.

I.) Proprie. *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 7. Præmoveri corpus, sive prætangi accessione ventura. Adde 1. *ibid.* 4. *Id.* 4. *ibid.* 3. Lanis mollibus venter contegendus, leviter oleo Hispano prætactus. Adde *ibid.* 4.

II.) Translate. *Cæl. Aurel.* 1. *Acut.* 9. Prætacta nervositas. *h. e.* ante affecta. *Id.* 2. *ibid.* 11. *init.* Prætactis membris, quæ etc. *h. e.* ante omnia curatis.

PRÆTARDO, as, are, a. 1. ante tardare. *Auct. Epit. Iliad.* 920. sed vasto gurgite (*Xanthus*) præceps Volvitur, atque virum torrentibus impedit undis, Prætardatque gradus. *Sic trium Codd. auctoritate fretus* Wernsdorff., *qui cf. illud* Stat. 2. *Theb.* 671. Tardatique gradus. Quartus *Cod.* retardatque; *vulgati vero libri* prætenditque, *minus recte.*

PRÆTECTĬO, ōnis, f. 3. prælata tectio. *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. *a med.* Quamquam non totum solvere morbum videantur quædam adjutoriorum, ut phreniticis luce commotis oculorum prætectio.

PRÆTECTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆTĔGO, tĕgis, texi, tectum, tĕgere, a. 3. Part. *Prætectus.* — Prætegere est ante tegere, contegere, *ἐπικαλύπτω*. *Propert.* 3. 12. 12. Virgineumque cavo prætegit ære caput. *Alii leg.* protegit. *Plin. Paneg.* 15. Quis sudores tuos hauserit campus, quæ refectiones tuas arbores, quæ somnium saxa prætexerint. *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 5. *n.* 112. Sole corpus torrendum, sed prætecto capite. Adde 2. *ibid.* 7. et 3. *ibid.* 8. et 1. *Acut.* 9. Et *Lactant.* 5. 2. Vitia sua capillis et pallio, et (quod maximum est velamentum) divitiis prætegebat.

PRÆTENDO, tendis, tendi, tentum *et* tensum, tendere, a. 3. Part. *Prætendens* II. *A.* 2. 3. et *B.* 1. 2.; *Prætentus* I. et II. *A.* 1. 2. 3.; *Prætensus.* I. *A.* 1. — Prætendere est ante intendere, in anteriorem partem intendere, trahere, *προτείνω* (It. *stendere innanzi, protendere*; Fr. *tendre devant, étendre en avant*; Hisp. *tender delante, extender delante*; Germ. *hervordehnen, -strecken, vorwärts ausdehnen, ausstrecken*; Angl. *to stretch, hold, or put before*).

I.) Proprie. *Fab. Pictor* apud *Gell.* 10. 15. Propagines e vitibus altius prætentos non succidet. *Ovid.* 3. *Met.* 83. instantiaque ora (*anguis*) retardat Cuspide prætenta. *et* 8. *ibid.* 341. prætentaque forti Tela tenent dextra, lato vibrantia ferro. Adde 11. *ibid.* 570., ubi *alii leg.* protenta. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 2. 1. (2). Ubi visum in culice natura prætendit? ubi gustatum applicavit? *h. e.* extendit, et posuit in anteriore oris parte. *Id. ibid.* 37. 45. (126). Cornua cochleis bina, et ut prætendantur ac resiliant. *At* Sillig. *leg.* protendantur. *Grat. Cyneg.* 31. Et bis vicenos spatium prætendere passus Rete velim. *h. e.* longum esse.

II.) Translate usurpatur

A) De rebus physicis, et ¶ 1. Est aliquid ante rem aliquam tendere, explicare, collocare, obtendere, objectare, *stendere dinanzi, porre innanzi. Virg.* 1. *G.* 270. segeti prætendere sæpem. *Id.* 8. *Æn.* 116. Paciferæque manu ramum prætendit olivæ. *Id.* 4. *G.* 230. fumosque manu prætende sequaces. *h. e.* præfer, ut apibus offundas. *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 79. vestem tumidis prætendit ocellis, Atque ita se in rapidas perdita misit aquas. Cf. *eumd. Heroid.* 12. 43. Ære pedes solidi, prætentaque navibus æra. *h. e.* naves ære obductæ. *Sueton. Claud.* 10. Inter prætenta foribus vela se abdidit. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 37. 53. (110). Quid retia amne prætenta profuere Antonio, per cælum eunte nuncio? Sic *Vetus Poeta* in *Anthol. T.* 1. *p.* 612. *Burmann.* Sed prætensa catus derisit retia quidam. Rursus *Plin.* 9. *Hist. nat.* 6. 5. (15). Prætendi jussit plagas multiplices inter oras portus. Hinc etiam *Justin.* 29. 4. 11. Prætendere alicui insidias. *tendere.* Rursus *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 77. (197). Membrana, quæ præcordia appellant, quia cordi prætenditur. *et ibid.* 52. (139). Talpis visus non est: oculorum effigies inest, si quis prætentam detrahat membranam. *Stat.* 8. *Theb.* 36. Prætentaque cælo Agmina nimborum. *Avien. Perieg.* 359. blandus prætenditur aer. *h. e.* circumfunditur. *Sueton. Vit. Plin.* Quum, flagrante Vesevo, ad explorandas propius causas Liburnicas prætendisset. *h. e.* ante egisset, propulisset. *Liv.* 3. 47. Quem decreto sermonem (*Appius*) prætenderit, forsan aliquem verum auctores antiqui tradiderint. *h. e.* præposuerit, ut justitiam decreti sui ostenderet. *Plin.* 7. *Ep.* 27. Ille non tollere oculos, non remittere stilum, sed obfirmare animum, auribusque prætendere. *h. e.* animum et constantiam quasi in custodiam aurium prætendere, ne sonitu strepituque percellerentur. *Prætendere* hic a militia ductum videtur; ¶ 2. In militia enim *prætendere*, etiam neutrorum more sive absolute, usurpatur, quum castra aut acies contra hostem et ad custodiam limitum tenduntur. *Tac.* 2. *Hist.* 6. Quidquid castrorum Armeniis prætenditur. *Pacat. Paneg. Theodos.* 10. Vix Iberum tuum videras, jam Istro prætendebas. Cf. *Claudian. B. Get.* 416. extremis legio prætenta Britannis. *h. e.* opposita custodiæ causa. — Huc referri potest illud *Virg.* 9. *Æn.* 598. Non pudet obsidione iterum valioque teneri, Bis capti Phryges, et morti prætendere muros? — Speciatim prætendere dicuntur milites, qui in prætentura (*V.* PRÆTENTURA 2.) locati sunt. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 463. 1. Q. GARGILIO Q. F. PRAEF. COH. SING. ET VEX. EQQ. MAVROR. IN TERRITORIO AVZIENSI PRAETENDENTIVM. *Hygin. Gromat. p.* 9. *col.* 1. Prætendunt alæ quingenariæ vel milliariæ, Mauri equites, Pannonii veredarii, classici omnes: ideo prætendunt, quod ad vias muniendas primi exeunt; et quo sint tutiores, a Mauris equitibus et Pannoniis veredariis operantes proteguntur. *V.* RETENDO. ¶ 3. *Prætendi* locus aliquis dicitur, qui alteri objacet, seu ante alium locum extenditur. *Virg.* 6. *Æn.* 60. prætentaque Syrtibus arva. *Liv.* 10. 2. Tenue litus prætentum. *Val. Flacc.* 5. 167. Armeniæ prætentus Iber. *Tac.* 2. *Ann.* 56. Gens nostris provinciis late prætenta. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (74). Montes perpetuo tractu oceani oræ prætenti. *At* Sillig. *aliter legit. Id. ibid.* 22. 24. (87). Latus insulæ quod prætenderetur Indiæ. *Id.* 3. *ibid.* 1. 2. (6). Bæticæ latere septentrionali prætenditur Lusitania. *Id.* 5. *ibid.* 9. 9. (48). Proxima Africæ incolitur Ægyptus, introrsus ad meridiem recedens, donec a tergo prætendantur Æthiopes. *Id.* 6. *ibid.* 27. 31. (134). Hyi, qui prætenduntur supra Elymaida. *Id.* 3. *ibid.* 3. 4. (20). Regio Edetania, amœno prætendente se stagno.

B) Morali ratione. ¶ 1. Frequenter ponitur pro afferre causam, aut prætextum faciendi quippiam, præsertim si minus vera causa sit, et aliâ lateat, qua revera ad agendum moveamur, *allegare, addurre per iscusa, o pretesto. Cic. Vatin.* 6. 14. Qui te Pythagoricum soles dicere, et hominis doctissimi nomen tuis immanibus et barbaris moribus prætendere. *coprirti, e coonestare col nome*, etc. *Quintil.* 1. *procem.* Non enim virtute ac studiis, ut haberentur philosophi, laborabant, sed vultum, et tristitiam, et dissentientem a ceteris habitum pessimis moribus prætendebant. *Ovid. Remed. am.* 239. Nec te Lar patrius, sed amor revocabit amicæ, Prætendens culpæ splendida verba tuæ. *Plin.* 4. *Ep.* 16. *extr.* Studeamus ergo, nec desidiæ nostræ prætendamus alienam. *Quintil.* 7. 1. 35. Ignorantia prætendi non potest. *Flor.* 3. 5. Causam belli prætenderat apud Cassium legatum, attrectari terminos suos a Nicomede. *Tac.* 6. *Ann.* 18. Hæc a se factitari prætendebat, ut parta apud principem gratia, periculis fratris mederetur. *Id.* 2. *Hist.* 85. Misso centurione ad interficiendum legatum, ob simultates, quibus causam partium prætendebat. *Id.* 3. *Ann.* 59. *extr.* Fessam ætatem et actos labores prætendere. *Seneca Troad.* 753. Vatem, et insontes prætendis deos? ¶ 2. Item est significare, signis externis declarare, ostendere. *Virg.* 4. *Æn.* 338. nec conjugis unquam Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni. *h. e.* prætuli signa conjugii, ut maritus dicerer. *Paul. Dig.* 2. 14. 9. Unus tutor plurium pupillorum nomine unum debitum prætendentium, si convenerit, placuit unius loco esse. *Apul.* 10. *Met.* Plebejam facie tenus prætendens humanitatem. *h. e.* vultu tantum vulgarem benevolentiam ostendens.

PRÆTĔNER, ra, rum, adject. πολυτέρην, valde tener. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 99. (156). Sed alia est capnos, fruticosa, prætenera, foliis coriandri. Adde *eumd.* 14. *ibid.* 2. 4. (25).

PRÆTENSUS, a, um. *V.* PRÆTENDO.

PRÆTENTĀTUS, a, um. *V.* PRÆTENTO.

PRÆTENTĀTUS, us, m. 4. actus prætentandi. In sexto casu sing. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 52. (140). Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu implent.

PRÆTENTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Prætentatus* sub *A.* I.; *Prætentandus* sub *A.* II. — Prætentare

A) Est prius tentare, scrutari, explorare, experiri, inquirere, *προπειράομαι, tentare innanzi, provare, tastare.*

I.) Proprie. *Val. Flacc.* 1. 312. hi celso cornua malo Expediunt: alii tonsas in marmore summo Prætentant. *Tibull.* 2. 1. 77. Et pedibus prætentat iter suspensa timore, Explorat cæcas cui manus ante vias. *va a tentoni, o brancolando.* et *Ovid. Ib.* 261. trepidusque ministro Prætentes baculo, luminis orbus, iter. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 32. 51. (101). Cochleæ corniculis prætentant iter. *Ovid.* 14. *Met.* 189. *de Polyphemo.* Prætentatque manu silvas, et luminis orbus Rupibus incursat. *Id.* 5. *ibid.* 339. Calliope querulas prætentat pollice chordas. *fa una ricercata. Sueton. Aug.* 35. Ne admissum quidem tunc quemquam senatorum, nisi solum, et prætentato sinu. *h. e.* explorato prius, an arma sinu abdita ferret. *et Claud.* 35. Neque ægrum quemquam visitavit, nisi explorato prius cubiculo, culcitisque et stragulis prætentatis et excussis. *V.* EXCUTIO; et cf. *Cæl. Aurel.* 3. *Tard.* 6. *n.* 85. Quapropter æger-semet in lecto continere jubendus; etiam jacere paullisper; tum etiam neque repente consurgere, sed prætentato motu, discere, utrum se levem-sentiat.

II.) Translate. *Quintil.* 4. 1. 28. In ingressu parcius et modestius prætentanda est judi-

cis misericordia. *Ovid.* 8. *Met.* 7. Prætentatque sui vires Mavortis in urbe Alcathoi. *fa prova, un saggio.* et 9. *ibid.* 587. Ante erat ambiguis animi sententia dictis Prætentanda mihi. *Lucan.* 9. 398. Prætentare pericula. *Val. Flacc.* 6. 75. vulnera. Apud *Cic.* 2. *Orat.* 78. 318. Idcirco tota causa prætentata atque perspecta, locis omnibus inventis atque instructis, considerandum est etc. *optimi Codices leg.* pertentata.

B) Est etiam frequentativum a *prætendo*, obtendo, objecto, oppono. *Claudian. B. Gild.* 438. Dextra movet jaculum, prætentat pallia læva: Cetera nudus eques.

PRÆTENTŪRA, æ, f. 1. ¶ 1. Est custodia militaris posita in confiniis provinciæ, et veluti prætenta. *Ammian.* 14. 3. Mesopotamiæ tractus, omnes crebro inquietari suëti, prætenturis et stationibus servabantur agrariis. Adde *ibid.* 2. et 25. 4. et 31. 8. ¶ 2. Item pars castrorum prima, quæ ante prætorium tendit: opponitur autem retenturæ, quæ post idem prætorium est. *Hygin. Gromat. p.* 3. *col.* 1. Alia (*cohors*) in prætentura similiter per rigorem viæ singularis intrantibus portam prætoriam læva; dextra cohortes contrario tendant, ut possit exercitus combinatus educi.

PRÆTENTUS, a, um. *V.* PRÆTENDO.

PRÆTĒNŬIS, e, adject. *molto sottile, o tenue,* ὑπέρλεπτος, valde tenuis, pertenuis. — *a*) De plantis et aliis. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 15. (38). Pinus folium habet capillamenti modo prætenue. *et ibid.* 31. 56. (128). Prætenuia lila. *Id.* 19. *ibid.* 6. 34. (116). Allium capite prætenui. *Id.* 33. *ibid.* 6. 32. (100). Simplices, aut prætenues bracteæ. *et* 25. *ibid.* 8. 53. (92). Dictamnum ramis prætenue, pulegio simile. *Id.* 8. *ibid.* 50. 76. (201). Prætenuis pons. *molto stretto.* — *b*) De sono. *Quintil.* 11. 3. 41. Ille prætenuis et immodicæ claritatis sonus.

PRÆTĔPĔO, es, ŭi, ere, n. 2. prius tepere. Translate. *Ovid.* 2. *Amor.* 3. 5. Mollis in obsequium, facilisque rogantibus esses, Si tuus in quavis prætepuisset amor. *h. e.* si ante incaluisset.

PRÆTER a præ, ut *subter* a *sub* et *inter* ab *in*, est *A*) Præpositio; et *B*) Adverbium.

A) Præpositio *præter* Accusativum regit et est ante, juxta, παρά (It. *innanzi, lungo, appresso*; Fr. *devant, le long de*, Hisp. *ante, delante, lo largo*; Germ. *an oder vor etwas vorbei, vorüber, vorn, an etwas hin, daranhin*; Angl. *before, close by, near, along, past*).

I.) Proprie de loco. *Plaut. Pœn. prol.* 19. Neu dissignator præter os obambulet. *Id. Stich.* 3. 2. 7. Mustela murem mihi abstulit præter pedes. *Lucret.* 4. 138. Interdum magni montes, avolsaque saxa, Montibus anteire, et solem succedere præter. *Cæs.* 1. *B. G.* 48. Præter castra Cæsaris suas copias transduxit, et millibus passuum duobus ultra eum castra fecit. *Liv.* 40. 41. Ligures in naves impositos præter oram Etrusci maris Neapolim transmisit. *Id.* 38. 18. Præter ripam euntibus Romanis Galli occurrere. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 3. 4. (10). Præter radices Amazonii montis lapsus amnis. *Cic.* 5. *Verr.* 25. 62. Servi ejus præter oculos Lollii hæc omnia ferebant. *su gli occhi.* et *Tac.* 4. *Hist.* 30. Præter ora suorum. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 2. 2. (6). Tantas moles in privatas domos trahi præter fictilia deorum fastigia. *Ovid.* 5. *Met.* 158. tela volant hiberna grandine plura Præter utrumque latus, præterque et lumen et aures.

II.) Translate. ¶ 1. Præter est idem atque extra, citra, ultra, contra, *fuori, oltre, contra.* — *a*) Generatim. Usu insignes sunt formulæ *præter spem, morem, consuetudinem, naturam, voluntatem, sententiam, exspectationem, ætatem, æquum, modum.* Sic *Plaut. Hud.* 2. 3. 69. Multa præter spem scio multis bona evenisse. Adde *Ter. Andr.* 2. 6. 5.; et *Cic.* 15. *Att.* 13. et *Ter. Andr.* 5. 3. 8. Præter civium morem atque legem. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 14. Præter æquum delinquere. *Lucret.* 4. 1241. præter justum. *Nepos Hannib.* 12. Plures præter consuetudinem armatos apparere. Adde *Cic.* 2. *Divinat.* 28. 60. et *Horat.* 1. *Od.* 6. 19. Cantamus, vacui, sive quid urimur, Non præter solitum leves. Sic *Virg.* 1. *G.* 412. Nescio qua præter solitum dulcedine læti. *Ter. Hecyr.* 5. 1. 37. Ego te esse præter nostram opinionem comperi. Sic *Nepos Miltiad.* 2. Etsi præter opinionem res ceciderat. *Plaut. Rud.* 2. 7. 29. Quam (*crapulam*) potavi præter animi, quam libuit, sententiam. *Cic.* 2. *Cat.* 7. 16. Quum ei nihil adhuc præter ipsius voluntatem cogitationemque acciderit. *Id. Pis.* 20. 46. Illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate. *Id.* 2. *Orat.* 70. 285. Hoc ita præter exspectationem accidit, ut etc. *Id.* 1. *Divinat.* 44. 100. Quum lacus Albanus præter modum crevisset. *Plaut. Epid.* 1. 2. 3. Præter ætatem et virtutem stultus es. *Ter. Heaut.* 1. 2. 27. Fortasse aliquantum iniquior erat præter ejus lubidinem. *Id. Adelph.* 5. 5. 4. Jam nunc hæc tria addidi præter naturam. *Cic.* 1. *Phil.* 4. 10. Ut si quid mihi humanitus accidisset (multa autem impendere videbantur, præter naturam præterque fatum) testem relinquerem etc. *Id.* 4. *Herenn.* 1. 1. In superioribus libris nihil neque ante rem, neque præter rem locuti sumus. *fuor di proposito.* — *b*) Speciatim *præter* usurpatur etiam de rebus, ad quas aliæ accedunt. — Sine additis. *Plaut. Cas.* 2. 7. 1. Si nunc me suspendam, meam operam luserim, Et præter operam restim sumptifecerim. *Cæs.* 1. *B. G.* 43. Ut præter se denos ad colloquium adducerent, postulavit. *Mela* 3. 8. 4. Præter capita toto corpore birsuti. — Sequente *etiam, quoque*, et apud recentiores *etiam num, tum etiam. Cæs.* 3. *B. C.* 32. Exactores præter insperatas pecunias, suo etiam privato compendio inserviebant. *Liv.* 10. 30. Præter ingentem illatam populationibus agrorum hosti cladem, pugnatum etiam egregie est. Adde *eumd.* 3. 70., 21. 29. et 23. 14. Rursus, *Cæs.* 3. *B. C.* 57. Ut præter auctoritatem vires quoque ad coercendum haberet. *Liv.* 4. 10. Præter cetera adversa loco quoque iniquo congressi. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 4. 5. (16). Nunc vero præter supra dicta, quæque nescimus, Mars est etiamnum sedens colosseus ejusdem. *Colum.* 4. *R. R.* 18. 1. Quæ distinctio, præter illud commodum, quod plus solis et venti vitibus præbet, tum etiam oculos domini facilius admittit. — *Præter hæc*, præterea, *oltre a ciò. Ter. Adelph.* 5. 3. 61. præter hæc Meridie ipso faciam ut stipulam colligat. *Id. Phorm.* 5. 3. 17. præter hæc. Cognatam comperi esse nobis. *Cels.* 2. 4. *sub fin.* Præter hæc periculum ostendit id quod excernitur, si etc. Adde *eumd.* 2. 1., 2. 2. et 5. 28. *n.* 15. Sic *Curt.* 8. 12. 15. Aureas coronas ipsi amicisque omnibus, præter hæc signati argenti LXXX. talenta dono dedit. ¶ 2. *Præter* inservit excludendo, seu excipiendo, *fuorchè, salvo, eccetto,* ἐκτός, ἔξω. — *a*) Cum Accusat. *Cic.* 2. *Legg.* 17. 43. Sceleris est pœna tristis: et præter eos eventus, qui sequuntur, per se ipsa maxima est. *Id. Cluent.* 20. 55. Omnibus sententiis, præter unam, condemnatus est. *Id.* 7. *Att.* 3. Qui omnes, præter eum-, reum me facere rentur. *Id. Brut.* 44. 163. Vellem aliquid Antonio, præter illum de ratione dicendi sane exilem libellum, libuisset scribere. *Plaut. Capt.* 3. 4. 58. Neque præter te in Alide ullus servus istoc nomine est. *Cic.* 1. *Fam.* 5. Amicum ex consularibus neminem tibi esse video præter Hortensium et Lucullum. *Id.* 2. *Orat.* 69. 279. Rogavit, num quid aliud ferret præter arcam. *Id.* 3. *Off.* 18. 74. Num erat æquum, principes cives rem habere, ad Satrium nihil præter nomen pervenire? *Liv.* 3. 68. Ecquis retulit aliquid ad conjugem ac liberos præter odia? *Horat.* 2. *Sat.* 5. 68. inveniet*que* (*in testamento*) Nil sibi legatum præter plorare suisque. *Ovid. Heroid.* 17. 162. Nil illi potui dicere præter erit. Apud *Cæs.* 4. *B. G.* 1. *in fin.* Ut locis frigidissimis neque vestitus, præter pelles, haberent quidquam. *Alii leg.* pellis. *V.* mox sub *b.* — *Præter quod, quæ* etc. *Id.* 1. *ibid.* 5. Frumentum omne, præter quod secum portaturi erant, comburunt. *h. e.* præter illud, quod. *Sed plerique, inter quos* Dinter. *leg.* præterquam quod. *Quintil.* 4. 2. 28. Præter quæ nihil est diluendum. — *b*) Absolute, adverbii more, seu contracta oratione. *Cic.* 5. *Att.* 3. Nullas (*litteras*) adhuc acceperam, præter quæ mihi binæ semel in Trebulano sunt redditæ. *h. e.* præter illas, quæ etc. *Vitruv.* 8. 1. Præter quod supra scriptum est. (At *Plin. Paneg.* 59. Præter id, quod arduum.). *Flor.* 2. 6. 24. Nec præter quod in bullis singulisque anulis erat, quidquam sibi auri reliquerunt. — *Præter* cum Genitivo et *Præter quod* et *Præter propter*, Vide infra sub *B.* ¶ 3. Sæpe *præter* est supra, ultra, præ, magis quam, *più*: qua significatione usurpatur *præter ceteros* et *præter alios.* — *a*) Cum Verbis. *Plaut. Mil. glor.* 4. 9. 6. Præter ceteros duo dii quem curant. *Ter. Andr.* 1. 1. 31. Horum ille nil egregie præter cetera studebat. *Cic.* 2. *Off.* 7. 27. Testis est Phalaris, cujus est præter ceteros nobilitata crudelitas. Adde *eumd.* 2. *Orat.* 54. 217. et 5. *Verr.* 57. 130. Cf. *Hygin. fab.* 75. Id fecit, ut septem ætates viveret vatesque præter ceteros esset. Rursus *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 15. Si, ut amplissimum nomen consequeremur, unus præter ceteros adjuvisti, certe idem, ut idem retineamus, præter ceteros laborabis. *Plaut. Amph.* 2. 2. 140. Illud præter alia mira miror maxume. *Cic. Sull.* 3. 9. Quod mihi consuli præcipuum fuit præter alios, id jam privato cum ceteris est commune. — Nota et illud *Plaut. Amph.* 2. 2. 10. Quem ego amo præter omnes. Cf. *Horat. Epod.* mox sub *b.* — *b*) Cum Adject. *Sueton. Galb.* 9. Multo præter ceteras altiorem et dealbatam statui crucem jussit. *Hygin. fab.* 67. Fortissimus præter ceteros erat. — Et *Horat. Epod.* 3. 9. Ut Argonautas præter omnes candidum Medea mirata est ducem. et *Justin.* 23. 2. 6. Duos parvulos, cum omni pecunia et familia regalique instrumento, quo præter illum nemo regum ditior fuit, navibus impositos Ægyptum remittit. *V.* etiam infra sub *B.* 3.

B) *Præter* adverbium ¶ 1. Inservit excludendo, seu excipiendo, *fuorchè, salvo, eccetto, tranne.* — *a*) Cum Genitivo, contracta oratione. *Nepos Miltiad.* 5. Nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit, præter Platæensium. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 5. Atque etiam e Græcis ipsis diligenter cavendæ sunt quædam familiaritates, præter hominum perpaucorum, si qui sunt vetere Græcia digni. *Sueton. Claud.* 4. Reliquit eum nullo, præter auguralis sacerdotii, honore impertitum. *Id. Ner.* 56. Religionum usquequaque contemptor præter unius deæ Syriæ. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 15. Omnis incommodi patientes præter caloris. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 19. 23. (119). Prolibare diis nefastum habetur vina, præter imputatæ vitis, fulmine tactæ. *Alii tamen aliter legunt.* — *b*) Ceterum adverbiali forma, pro *præterquàm*, sine casu, *eccettochè, fuorchè, πλήν. Sall. Cat.* 37. Ceteræ multitudini diem statuit, ante quam liceret sine fraude ab armis discedere, præter rerum capitalium condemnatis. *Priscian.* 18. *p.* 1203. *Putsch.* et *Cledon. in Arte, p.* 1933. putant hic *præter* ablativum regere: sed το *condemnatis* non a *præter*, sed a *liceret* pendet. *Justin.* 13. 5. 2. Epistolas in Græciam scripserat, quibus omnium civitatium exsules, præter cædis damnati, restituebantur. *Liv.* 4. 59. Pronunciatum repente, ne quis præter armatus violaretur. *Alii leg.* armatos. *Calpurn.* 4. *Ecl.* 27. certe mea carmina nemo Præter ab his scopulis ventosa remurmurat echo. Adde *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 24. Et *Gell.* 1. 23. *extr.* Consultum (*senatus*) facit, uti posthac pueri cum patribus in curiam ne introeant, præter ille unus Papinius. *Ovid.* 6. *Fast.* 406. Nil præter salices cassaque canna fuit. — *c*) *Præter si* apud *Varron.* 1. *R. R.* 41. 5. Potius surculos de ficeto, quam grana de fico expedit obruere: præter si aliter nequeas. Est Græcum πλὴν εἰ. — *d*) *Præter quam. V.* PRÆTERQUAM loco suo. ¶ 2. *Præterque* pro *et præterea*, et insuper, e *oltre a ciò, e di più, Plinius* dixit, et ita quidem sæpe, ut hoc vocabulum particulæ copula-

tivæ vicem sustineat. Sic 11. *Hist. nat.* 4. 3. (10). Insecta habent oculos, præterque e sensibus tactum atque gustatum. *Id.* 4. *ibid.* 6. 10. (21). Montes in Arcadia Pholoe, Cyllene, Lycæus *etc.*, præterque ignobiles octo. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 1. 1. (7)., 29. *ibid.* 5. 33. (105)., 36. *ibid.* 2. 2. (6). et alibi. ¶ 3. *Præter quam* dicitur in comparatione rei, quam aliquid excedit; est idem ac magis quam. *Plaut. Pers.* 3. 1. 37. Mulier nulla erit, quin sit mala, Quæ præter sapiet, quam placet parentibus. *Id. Merc. prol.* 94. Lucrum ingens facto, præter quam mihi meus pater dedit æstimatas merces. *Ter. Heaut.* 1. 1. 7. Quod mihi videre præter ætatem tuam facere, et præter quam res te adhortatur tua. Cf. supra sub *A.* 3. ¶ 4. *Præterpropter,* vel divisim *præter propter,* plus minus, circiter, *poco più poco meno, ad un di presso, in circa:* adverb. ex duobus conflatum, ut *ultro citroque, plus minus, sus deque,* etc. *Gell.* 19. 10. Quum architectus dixisset, necessaria videri sestertia trecenta, unus ex amicis Frontonis, et præter propter, inquit, alia quinquaginta. — *Præter propter* vivere, inconstantem vitam agere: modo hoc, modo illud velle; nunc huc nunc illuc ferri, nullam vitæ certam rationem sequi. *Ennius* apud *Gell. ibid.* Imus huc, illuc hinc: quum illuc ventum est, ire illinc lubet: Incerte errat animus: præter propter vita vivitur. (Usi sunt etiam *Cato,* et *Varro,* teste *Gell. ibid.*) Sunt qui leg. *vitam,* quasi hoc dicat, vivitur præter id, quod propter vitam est. Sed hoc minus placet. Hæc *Forcellinus.* At *Vahlen.* (*Ennius poes. reliq. p.* 121.) et *Dinter.* (in sua *Gell.* edit.) leg. *vitam.*

In compositione *præter* sæpissime significat ultra, vel ante, ut in *præterfluere, præterire;* aliquando vero *insuper,* ut in *præterinquirere.*

PRÆTĔRĂGO, ăgis, actum, ăgere, a. 3. agere ultra aliquem locum. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 10. Mutandus locus est, et diversoria nota Præteragendus equus.

PRÆTERBĬTO, is, ere, 3. *passar oltre, παρέρχομαι,* transeo, prætereo. — *a*) Neutr. *Plaut. Pœn.* 5. 3. 43. Quid si eamus illis obviam? POEN. At, ne inter vias præterbitamus, metuo. — *b*) Act. *Id. Epid.* 3. 4. 1. Cave præterbitas ullas ædes, quin roges, senex ubi habitat.

PRÆTERCURRO, curris, cursum, currere, 3. ante atque ultra currere. Occurrunt tantum Part. *Prætercurrens* et *Prætercursus.* — *a*) Neutr. *Veget.* 3. *Milit.* 24. *a med.* Equis prætercurrentibus. — *b*) Pass. *Ammian.* 22. 9. Prætercursa Chalcedone, inde Nicomediam venit.

PRÆTERCURSUS, a, um. *V.* voc. præced.

PRÆTERDŬCO, cis, xi, ctum, cere, a. 3. ultra, vel ante aliquem duco. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 67. Ut te hodie, quasi pompam illac præterducerem.

PRÆTĔRĔĂ, adverb. Ultimam longam esse testantur *Virg.* 1. *Æn.* 56. et 6. *ibid.* 149.; et *Ovid.* 3. *Amor.* 7. 12. — *Præterea* (ex *præter* et *ea,* τὸ *ea* vero est ea ratione, eo respectu) est idem ac præter ea, præter hæc, ad hæc, insuper, adhuc, ἀλλά τε, ἔτι (It. *oltre a ciò, inoltre, oltre, di più;* Fr. *en outre, de plus, en sus;* Hisp. *mas allá, mas lejos, mas adelante;* Germ. *ausserdem, überdiess, sonst;* Angl. *besides, moreover, over and above*). — *a*) Generatim de rebus et de personis usurpatur. *Plaut. Capt.* 2. 2. 81. Si eum reddis mihi, prætera unum mummum ne duis. *Cic. Balb.* 12. 29. Sed nos non possumus et hujus esse civitatis, et cujusvis prætera. *Id.* 1. *Orat.* 35. 160. Quid tacetis? nihilne vobis in mentem venit, quod prætera a Crasso requiratis? *Cæs.* 3. *B. G.* 20. Auxiliis, equitatuque comparato, multisque prætera viris fortibus Tolosa et Narbone evocatis. *et* 4. *ibid.* 22. Quidquid prætera navium habebat, legatis præfectisque distribuit. — *Cic.* 14. *Fam.* 4. Est in officio adhuc Orpheus: prætera magnopere nemo ceterorum servorum. *oltre a lui, fuori di lui.* et 4. *ibid.* 3. *sub fin.* A me sic diligitur, ut tibi uni concedam, prætera nemini. *Id. pro leg. Manil.* 2. 5. Eumdem hunc unum ab hostibus metui, prætera neminem. *Id.* 11. *Att.* 5. *extr.* Neque illius, neque cujusquam mihi prætera officium deesset, si reperire possent, qua in re me juvarent. *Id. post red. ad Quir.* 3. 8. Pro me præsente senatus hominumque prætera viginti millia vestem mutarunt. *Id. Rosc. Am.* 37. 107. Qui sunt igitur in istis bonis, quibus partem Chrysogonus dederit? Duo Roscii. Numquisnam prætera? Nemo est, judices. *Sall. Cat.* 47. P. Autronium, Servium Sullam, L. Varguntejum, multos prætera in ea conjuratione esse. — *b*) Speciatim in distributionibus. *Plaut. Truc.* 4. 2. 26. Dedi equidem hodie ei quinque argenti deferri minas: prætera unam in obsonatum. Adde *eumd. Rud.* 5. 2. 27., *Truc.* 2. 4. 91. et alibi. *Cic. Arch.* 8. 19. Homerum Colophonii civem esse dicunt suum: Chii suum vindicant: Salaminii repetunt: permulti alii prætera pugnant inter se atque contendunt. *Sall. Cat.* 14. Quicumque bona patria laceraverat; quique alienum æs grande conflaverat: prætera omnes undique parricidæ; ad hoc quos manus atque lingua perjurio et sanguine civili alebat; postremo omnes, quos conscius animus exagitabat, hi Catilinæ familiares erant. — Bis posuit *Cic.* 10. *Fam.* 5. Nam et in re militari virtutem, et in administranda provincia justitiam, et in omni genere prudentiam mihi tuam exposuit: et prætera mihi non ignotam suavitatem tuam adjunxit: prætera summam erga se liberalitatem. — Et præcedente *primum, principio,* etc. *Ter. Eun.* 1. 2. 65. Multæ sunt causæ, quamobrem cupio abducere: primum quod soror est dicta: prætera ut suis restituam. *Id. Adeph.* 3. 2. 47. Primum indotata est: tum prætera quæ secunda ei dos erat, periit. *Lucret.* 1. 503. Principio, quoniam duplex natura *etc.* Prætera quoniam genitis in rebus inane est, etc. Adde *eumd.* 6. 608.-617. — *c*) Apud Poetas aliquando ad tempus refertur, et deinde, postea, aut posthac significat. *Virg.* 1. *Æn.* 52. et quisquam numen Junonis adoret Prætera, aut supplex aris imponat honorem? *Id.* 4. *G.* 500. neque illum Prensantem nequicquam umbras, et multa volentem Dicere, prætera vidit.

PRÆTĔRĔO, is, ivi *vel* ii, itum, ire, 4. (præter *et* eo). Part. *Prætériens* in obliquis est *euntis.* Sed in *Inscript.* apud *Don. cl.* 5. *n.* 165. T. LOLLIVS T. L. MASCVLVS POSITVS PROPTER VIAM VT DICANT PRAETERIENTES LOLLI AVE. — *Prætériet* pro *prætéribit* habet *Vulgat. Interpr. Sap.* 1. 8. Nec prætériet illum corripiens judicium. *et Eccli.* 39. 37. In temporibus suis non prætériet verbum. Sic *Juvenc.* 4. 160. Prætériet nec enim præsens generatio sæcli. — Part. *Prætériens* sub *A. a.* et *b.*; *Prætéritus* sub *A c.* et *B.* II. 3. *a* et 4.; *Prætériturus* sub *B.* II. 3. *a.* et 5., et in fin.; *Prætereundus* sub *B.* II. 3. *a.* — Præterire universim significat præter, seu ante, aut ultra ire, prætérbitere, prætergredi, transire, παρέρχομαι (It. *andare o passare avanti, o lungo, od oltre, passare, oltrepassare;* Fr. *passer auprès, devant;* Hisp. *pasar mas allá;* Germ. *an etwas verbeigehen, vorübergehen;* Angl. *to go or pass by or over, go past or beyond, pass along*). Usurpatur autem *A*) Neutrorum more; et *B*) Active, h. e. cum Accusativo.

A) Neutrorum more. — *a*) De hominibus. *Plaut. Cist.* 4. 2. 15. Si nemo hac prætériit, postquam intro abii. *Id. Merc.* 5. 4. 46. Non utibilis hic locus factis tuis, dum memoramus, ut arbitri sint, qui prætereant per vias. *Ter. Adelph.* 4. 2. 35. Prætérito hac recta platea sursum. *Id. Andr.* 1. 5. 18. Prætériens modo, mihi apud forum, uxor tibi ducenda est, Pamphile, inquit. *Catull.* 16. 7. Istos, qui in platea modo huc, modo illuc, In re prætereunt sua occupati. *Horat.* 4. *Od.* 3. 22. Quod monstror digito prætereuntium Romanæ fidicen lyræ. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 15. 50. Quasi prætériens satisfaciam universis. *come di passaggio.* Sic *Id. Brut.* 54. 200. Uno aspectu et prætériens de oratore judicat. — *b*) De rebus inanimis. *Horat.* 2. *Od.* 11. 18. quis puer ocius Restinguet ardentis Falerni Pocula prætereunte lympha? *Ovid.* 3. *Art. am.* 63. Nec, quæ prætérlit, iterum revocabitur unda. — *c*) De tempore et est transire, labi. *Ter. Eun.* 3. 4. 4. Prætériit tempus. *Plaut. Merc.* 2. 1. 3. Nocte hac, quæ prætériit, proxima. *Ter. Eun.* 2. 2. 52. Sine, biduum hoc prætereat. *Id. Phorm.* 3. 2. 40. Jam ea (*dies*) prætériit. Sic *Varro* 2. *R. R.* 4. 19. Prætéritis decem diebus, sinunt exire pastum. *passati dieci di.* et *Ovid.* 3. *Art. am.* 64. Nec, quæ prætériit, hora redire potest. *Ter. Phorm.* 2. 3. 76. tua prætérierat jam ad ducendum ætas. *Virg.* 2. *G.* 322. jam prætériit ætas. *V.* alia in lin. sub *prætéritus.*

B) Active, h. e. cum Accusativo.

I.) Proprie. — *a*) De hominibus. *Plaut. Capt.* 4. 2. 27. Alunt furfuri sues, quarum odore prætérire nemo pistrinum potest. *Id. Asin.* 3. 4. 15. Jam hunc non ausim prætérire, quin consistam et colloquar. *Cic.* 5. *Fin.* 1. 3. Epicuri horti, quos modo prætéribamus. — *b*) De inanimis. *Horat.* 4. *Od.* 7. 3. et decrescentia ripas Flumina prætereunt. *h. e.* fluunt secundum ripas, non ultra aut supra. Quidam mallent divisim scribere *præter eunt,* sed non est necesse; *Liv.* enim 33. 18. Præter ripam euntibus Romanis. *V.* DECRESCO.

II.) Translate. ¶ 1. Interdum est evadere, effugere, *fuggire, passare. Ter. Hecyr.* 3. 4. 4. O fortunate, nescis, quid mali prætérieris, qui nunc es ingressus mare. ¶ 2. *Non me prætérit,* haud clam me est, non fugit, memoria non excidit, hæret adhuc, scio, non ignoro, *non m'è sfuggito di mente, so benissimo. Cic. Cæcin.* 35. 101. Non me prætérit, tametsi de hoc jure multa prætereo, tamen me longius prolapsum esse. *et ibid.* 33. 98. Certe quæri hoc solere, me non prætérit, (ut ex me ea, quæ tibi in mentem non veniunt, audias) quemadmodum etc. *Id.* 1. *Fam.* 8. Sed te non prætérit, quam sit difficile etc. *Pompej.* ad *Domit.* 3. *extr. post Ep.* 12. *l.* 8. *ad Att.* Quantum iis committendum sit, non te prætérit. *Plin. Hist. nat. præf.* 18. Nec dubitamus multa esse, quæ et nos prætérierint. *che ci sono sfuggite.* et *Apul.* 6. *Met. ad med.* Nec me prætérit hujus quoque facti auctor adulterinus. ¶ 3. *Prætérire aliquid,* dicendo omittere, prætermittere, *tacere, tralasciare, omettere.* — *a*) Cum Accus. rei, sine additis. *Cic.* 5. *Verr.* 54. 106. Audistis hæc, quæ nunc ego omnia prætereo ac relinquo. *et ibid.* 77. 178. Ut illud missum faciam, permultos aratores *etc.* ut hoc prætéream, quod etc. *Id. Prov. cons.* 3. 6. Omitto jurisdictionem contra leges, cædes relinquo, libidines prætereo. *Id.* 6. *Att.* 3. *ante med.* Et quod pæne prætérii, Bruti tui causa feci omnia. Adde *eumd.* 4. *Verr.* 35. 87. *Ovid.* 3. *Art. am.* 612. Quaque vigil custos (*eludi possit*), prætériturus eram. *Id.* 6. *Fast.* 319. Prætéream, referamne tuum, rubicunde Priape, Dedecus? *Plin.* 17. *Hist. nat.* 19. 30. (137). Ne quid sciens quidem prætéream. *Id.* 2. *ibid.* 98. 101. (220). Ut nihil, quod equidem noverim, prætéream. — Et passive. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 20. (50). Ne quid prætereatur. *V.* locum *Cic.* infra sub *b.* Et idem *Cic. Flacc.* 3. 7. Prætereo illa, quæ prætereunda non sunt. *Ovid.* 12. *Met.* 538. dolorem Prætériti Alcidæ tacito non pertulit ore. — *b*) Cum Accus. rei et addito *silentio* apud *Cic. Brut.* 22. 88. Ut nulla fere pars orationis silentio prætériretur. Adde *eumd.* 3. *Phil.* 4. 8. Similiter *Id. Marcell.* 1. 1. Tantam mansuetudinem tacitus nullo modo prætérire possum. — *c*) Sequente *quin,* aut Infinito. *Cæs.* ad *Cic. post ep.* 6. *l.* 9. *ad Att.* Prætérire non potui, quin scriberem ad te. *Plaut. Merc.* 2. 3. 68. Verum, quod prætérii dicere, neque illa matrem etc. *Apul.* 3. *Met.* Quod scisciari pæne prætérivi. ¶ 4. Item generatim *rem prætérire* est eam omittere, ea minime uti. *Ter. Adelph. prol.* 13. Furtumne factum existimetis, an locum Reprensum, qui prætéritus negligentia est. Cf. *Ovid.* 4. *Fast.* 573. immensum est erratas dicere terras: Prætéritus Cereri nullus in orbe locus. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 14.

45. Quæ ab his dicuntur, sic persequamur, ut nihil in præteritis relinquamus. *Alii leg.* in præteritum. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 67. (259). Prata quoties secta sunt, debent siciliri, hoc est quæ fœniseces præterierunt, secari. *Martial.* 13. 3. Prætereas, si quid non facit ad stomachum. *h. e.* transeas in legendo. *Sueton. Aug.* 88. Litteras non modo, sed syllabas aut permutat, aut præterit. ¶ 5. *Præterire aliquem* negligere, nullam rationem habere præsertim in honorum petitione, in testamentis, et hujusmodi, *lasciar fuori, escludere. Cic. Planc.* 3. 8. Populus et potest, et solet nonnumquam dignos præterire: si a populo præteritus est, quem non oportuit, nec, a judicibus condemnandus est, qui præteritus non est. *Id.* 5. *Tusc.* 19. 54. Quum sapiens et bonus vir suffragiis præteritur. *Id.* 2. *Phil.* 16. 41. Vide, quam te amarit is, qu, albus, aterne fueris, ignorans, fratris filium præteriit. *Ovid.* 5. *Met.* 312. Me quoque Romani præteriere patres. *Cæs.* 1. *B. C.* 6. Scipioni obvenit Syria, Domitio Gallia, Philippus et Marcellus prætereuntur. *Cic. Planc.* 21. 51. Quos omnes scimus ædilitate præteritos, consules esse factos. *Val. Max.* 7. 8. *n.* 4. Quum testamento fratris præteritus esset. — *Præteriti senatores* dicti sunt, quos in legendo senatu censores præteribant, nec appellabant: quo facto censebantur senatu ejecti. *Festus p.* 246. 29. *Müll.* — *Martial.* 7. 86. Ad natalicias dapes vocabar, Essem quum tibi, Sexte, non amicus. Quid factum est, rogo, quid repente factum, Quod sum præteritus vetus sodalis? ¶ 6. Item superare, vincere, *superare, passare*: ductum ab iis, qui cursu certant. *Virg.* 4. *Æn.* 157. Gaudet equo: jamque hos cursu, jam præterit illos. *Varro* 1. *R. R.* 1. 10. Hos nobilitate Mago Carthaginiensis præteriit. *Ovid.* 4. *Pont.* 7. 51. virtus alios tua præterit omnes. Adde *Vellej.* 1. 17. 7. — Hinc Part. pass., cujus exempla et supra retulimus,

Præteritus, a, um, proprie est qui præteriit, transactus, elapsus, παροιχόμενος, *passato, andato, preterito.* — De tempore et de aliis, quæ ad tempus referuntur. — 1.°) Adjective *Cic. Senect.* 19. 69. Nec præteritum tempus unquam revertitur, nec, quid sequatur, sciri potest. *et mox.* § 70. Præterita verni temporis suavitate, æstatem venisse. *et ibid.* 2. 4. Præterita ætas. *Virg.* 8. *Æn.* 560. O mihi præteritos referat si Juppiter annos! *Quintil.* 10. 7. 4. Præteritus labor periit. *Id.* 12. 4. 2. Præterita sæcula. *Justin.* 42. 1. 3. vita. *Propert.* 2. 11. 9. nox. *et* 3. 9. 7. juventa. *Auct. B. Hisp.* 42. Ingratos in populum Romanum hoc bello et in præterito tempore cognosse. *Ovid. Heroid.* 20. 187. Præteritæ veniam dabit ignorantia culpæ. — *Propert.* 2. 10. 51. Tu tamen amisso nonnumquam flebis amico: Fas est præteritos semper amare viros. — Speciatim *præteritum tempus,* παρακείμενος χρόνος, apud Grammaticos est verbi forma rem jam actam significans. *Varro* 8. *L. L.* 58. *Müll.* Sic ab *amor, legor* et ejusmodi verbis vocabulum ejus generis præteriti temporis fit, ut *amatus eram, sum, ero*; neque præsentis et futuri ab his fit. *Quintil.* 1. 4. 29. Quædam verba etiam mutantur, ut *fero* in præterito. — Hinc — 2.°) Absolute, substantivorum more, — *a) In præteritum,* ut apud *Plin.* 8. *Hist. nat.* 18. 26. (68). *de camelis.* Sitim et quatriduo tolerant, implenturque, quum bibendi occasio est, et in præteritum, et in futurum. *per lo passato.* Sic *Sueton. Domit.* 9. *ad fin.* Negotiantes contra Clodiam legem venia in præteritum donavit. — *b) Præterita, ōrum,* sunt *le cose passate. Cic.* 1. *Divinat.* 30. 63. Sevocatus animus a contagione corporis meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prævidet. *Id. Fat.* 7. *ad fin.* Nec in falsum e vero præterita possunt converti. *Cæs.* 1. *B. G.* 20. *in fin.* Monet ut in reliquum tempus omnes suspiciones vitet: præterita se fratri condonare dicit. *Justin.* 21. 5. 10. Invidiam præteritorum contemptu præsentium demere. — *c) Præteritum, i,* est id quod antea enunciatum est. *Inscript.* non optimæ notæ apud *Murat.* 1013. 5. SI QVIS ERVPERIT LEGEM PRAETERITI MEI POENAE NOMINE. *etc. h. e.* eam legem, quam supra posui. — *d)* Præterita sunt etiam παραλειπόμενα, libri S. Scripturæ, in quibus omissa in historia Regum perscripta sunt: ita vocat *Hieronym. Ep.* 18. *n.* 1. *V.* PARALIPOMENON.

PRÆTEREQUĪTANS, antis, particip. ab inusit. *præterequito.* equitando præteriens, ante et juxta aliquem equitans. *Liv.* 3. 61. Plerosque a castris avertunt, præterequitantesque absterrent.

PRÆTERĔUNTER, adverb. prætereundo, *di passaggio,* cursim. *Augustin. tractat.* 118. *in Johann.* Non est prætereunter loquendum.

PRÆTERFĔRO, fers, lātum, ferre, a. anom. præter aliquem locum ferre, *portare oltre.* Occurrit tantum Part. *Præterlatus* apud *Liv.* 21. 55. *sub fin.* Simul latebras eorum præterlata acies est. Cf. *Lucret.* 4. 568. At quæ pars vocum non aures incidit ipsas, Præterlata perit frustra diffusa per auras. *Lachmann.* Præter lata.

PRÆTERFLŬO, flŭis, flŭere. 3. Part. *Præterfluens I. b.* — Præterfluere est præter, seu ante et prope fluere, fluendo præterire, παραρρέω, *scorrere avanti, od oltre.*

I.) Proprie. — *a)* Neutr. *Varro* 3. *R. R.* 16. 27. Aquam esse oportet propinquam, quæ præterfluat, aut in aliquem locum influat. — *b)* Cum Accusat. vi præpositionis adnexæ. *Sall. fragm.* apud *Priscian.* 6. *p.* 680. *Putsch.* Flumen quod Valentiam parvo intervallo præterfluit. *Liv.* 41. 11. Amnem præterfluentem mœnia novo alveo avertit.

II.) Translate. *Cic.* 5. *Tusc.* 33. 96. Corpus gaudere tamdiu, dum præsentem sentiret voluptatem: animum et præsentem percipere pariter cum corpore, et prospicere venientem, nec præteritam præterfluere sinere. *scorrer via, passare.* Sic *Cato* apud *Plin. Hist. nat. præf.* 30. Eorum ego orationes sino præterfluere. *At* Sillig. *legit ex codd.* Eorum ego orationes sibi prætereo.

PRÆTERGĔO. *V.* PERTERGEO.

PRÆTERGRĔDĬOR, grĕderis, gressus sum, grĕdi, dep. 3. Part. *Prætergrediens* I. *b.*; *Prætergressus* I. *a.* et *b.* — Prætergredi est præter gradi, præterire, præterlabi, παραβαίνω, *passare avanti od oltre, trapassare.*

I.) Proprie. — *a)* Absolute. *Sall.* apud *Non. p.* 556. 19. *Merc.* Qui prætergrediebantur, equites cataphracti, ferrea omni specie. At *Mercerus,* probante *Kritzio* (*Sall. Histor. fragm.* 4. 16.) legit *prægrediebantur. Alcim. Avit. fragm. p.* 204. Nobis vero prætergressis, illorum est (*via*) qui sequuntur. — *b)* Cum Accusativo. *Sall. Jug.* 50. Jugurtha, ubi extremum agmen Metelli primos suos prætergressum videt, etc. *Cic.* 3. *Fam.* 7. *circa med.* Mihi nunciavit, te jam castra prætergressum esse. *Auct. B. Afr.* 69. Quum non longe a castris Scipionis abesset, quæ eum necesse erat prætergredi. *Tac.* 14. *Ann.* 23. Illum fines suos prætergredientem incursavere Mardi.

II.) Translate est superare, antecellere, *superare, passare. Pseudo-Sall. sub init. orat.* 1. *ad Cæs.* In te maxume, qui tantum alios prætergressus es, uti prius defessi sint homines laudando facta tua, quam etc.

PRÆTĔRHAC *vel divisim* præter hac, adverb. *oltre a ciò, di più, da qui avanti,* præter hæc, præterea, ut *antehac, posthac. Plaut. Rud.* 4. 4. 73. Si prætérhac unum verbum faxis hodie, ego tibi comminuam caput. *Id. Men.* 1. 2. 3. Prætérhac si mihi tale post hunc diem faxis, faxo, foris vidua visas patrem. *et* 5. 1. 25. Non patiar prætérhac. *Id. Most.* 1. 1. 72. Prætérhac mihi non facies moram.

PRÆTĔRĪENS. *V.* PRÆTEREO.

PRÆTĔRINQUĪRO, is, ere, a. 3. insuper inquiro. *Ammian.* 15. 5. § 72. Statuit in negotium prætérinquiri.

PRÆTĔRĪTĬO, ōnis, f., 3. ¶ 1. Generatim est actus prætereundi, omissio, neglectio, *il lasciar fuori,* παράλειψις. *Imp. Justin. Cod.* 6. 29. 4. Maneat testatoris voluntas immutata, ne pœnam patiatur præteritionis, qui suos filios non præteriit. ¶ 2. Speciatim est figura rhetorum, qua dicimus nos præterire et nolle dicere id, quod tunc maxime dicimus: quæ a *Cic.* 4. *Herenn.* 27. 37. vocatur *occupatio. Aquila Romanus de figur. sentent. p.* 14. *Pithœi.* et *p.* 15. *Capper.* Adde *Capell.* 5. *p.* 171., 182. *et* 185.

PRÆTĔRĪTUM, i, *et*

PRÆTĔRĪTA, ōrum, n. plur. 2. *V.* PRÆTERITUS in fin. v. PRÆTEREO.

PRÆTĔRĪTUS, a, um. *V.* PRÆTEREO.

PRÆTERLĂBOR, beris, psus sum, bi, dep. 3. Part. *Præterlabens* et *Præterlapsus* I. *a.* — Præterlabi est præter, seu ante labi, præterfluere, præterire, παραρρέω, *scorrere avanti od oltre.*

I.) Proprie. — *a)* Absolute. *Quintil.* 10. 3. 24. Silvarum amœnitas et præterlabentia flumina. *Auct. Epit. Iliad.* 964. Quam (*hastam*) præterlapsam vitavit callidus Hector. — *b)* Cum Accusativo. *Virg.* 6. *Æn.* 874. vel quæ, Tiberine, videbis Funera, quum tumulum præterlabere recentem! *Id.* 3. *ibid.* 477. Ecce tibi Ausoniæ tellus: hanc arripe velis. Et tamen hanc pelago præterlabare, necesse est. *h. e.* præternaviges.

II.) Translate. *Cic.* 2. *Orat.* 25. 109. In mentem judicis intrare non potest: ante enim præterlabitur, quam percepta est. *passa. sfugge.*

PRÆTERLAMBO, is, ere, a. 3. lambendo prætereo. *Ammian.* 17. 2. Oppidum, quod Mosa fluvius præterlambit. *h. e.* præterfluit.

PRÆTERLAPSUS, a, um. *V.* PRÆTERLABOR.

PRÆTERLĀTUS, a, um. *V.* PRÆTERFERO.

PRÆTERLŬENS, entis, particip. ab inusit. *præterluo,* præterfluens. *Apul.* 6. *Met.* Nemus, quod fluvio præterluenti, rupique longæ attenditur.

PRÆTERMĔO, as, are, 1. *passar avanti od oltre,* παραπορεύομαι, præter, seu ante meare, præterire. — *a)* Absolute. *Lucret.* 1. 318. Sæpe salutantum tacta præterque meantum. τμῆσις. — *b)* Cum Accusativo. *Ammian.* 31. 8. Ab ipsis tractibus, quos prætermeat Ister. *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 234. rapidus tacitas prætermeat ingens Danubius ripas.

PRÆTERMISSĬO, ōnis, f. 3. *omissione, tralasciamento,* παράλειψις, actus prætermittendi, omissio, neglectio. ¶ 1. Generatim. *Cic. Topic.* 7. 31. Formæ sunt, in quas genus, sine ullius prætermissione, dividitur. ¶ 2. Speciatim. *Id.* 2. *Off.* 17. 58. Mamerco prætermissio ædilitatis consulatus repulsam attulit.

PRÆTERMISSUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆTERMITTO, mittis, mīsi, missum, mittere, a. 3. Part. *Prætermissus, Prætermissurus* et *Prætermittendus* sub *A.* 2. — Prætermittere

A) Sæpissime est ¶ 1. Præterire, *lasciare scorrere, lasciarsi sfuggire, lasciar passare. Cic.* 9. *Att.* 14. *sub fin.* Quid est quod scribamus? Ego tamen nullum diem prætermitto. *Auct. B. Afr.* 1. Nullam prætermittere occasionem profectionis. Sic *Liv.* 25. 28. *extr.* Si occasionem reconciliandi se Romanis prætermisissent. *et Cæs.* 3. *B. C.* 25. Nonnullæ ejus rei prætermissæ occasiones Cæsari videbantur. Rursus *Cic.* 12. *Fam.* 24. Nullum locum laudandi alicujus prætermittere. — Et de hominibus. *Id.* 11. *ibid.* 21. Prætermittere neminem, quicum loqui possis, cui non eadem ista dicas. ¶ 2. Hinc generatim est omittere, præterire, relinquere, negligere, *omettere, tralasciare,* παραλείπω. — *a)* Cum Accusativo. *Cic.* 1. *Off.* 9. 28. Prætermittendæ defensionis deserendique officii plures solent esse causæ. *Id.* 1. *Fam.* 8. Nullum prætermittere officium hominis amantissimi erga aliquem. *Id.* 11. *Att.* 7. *circa med.* Officii prætermissi reprehensio. *Justin.* 8. 3. 13. Et ne quod jus vel fas inviolatum prætermitteret, piraticam quoque exercere instituit. *Cic.* 3. *Nat. D.* 15. 38. Prætermittere voluptates. *Id.* 9. *Att.* 11. *a med.* scelus. *Liv.* 23. 14. Nihil eorum, quæ pati, aut timere possent, prætermissurus. *Gell.* 6. 14. Prætermissa animadversio contemptum parit. — *b)* Cum Infinito. *Cæs.* 2. *B. C.* 39. Reliqua, studio itineris conficiendi, quærere prætermittit. *Nepos Cim.* 4. Quod facere nullum diem prætermitte-

bat. ¶ 3. Speciatim est scribendo, aut dicendo omittere, tacere, *lasciar fuori. Nepos Epam.* 1. Nil videmur debere prætermittere, quod pertineat ad eam declarandam. *Cæs.* 7. *B. G.* 25. Quod dignum memoria visum, prætermittendum non existimavimus. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 3. De aqua, et via nihil prætermisi quadam epistola, quin enucleate ad te perscriberem. *Id.* 6. *Att.* 3. *ad fin.* Id te scire volui. Ne illud quidem prætermittam. Hortensius etc. *Id.* 2. *Orat.* 26. 111. Quum idcirco aliquid ambigitur, quod aut verbum, aut verba sint prætermissa. *et ibid.* 29. 126. Si quid ab Antonio aut prætermissum, aut relictum sit. (*Prætermissum* oblivione, aut negligentia: *relictum* data opera. Sic *Id.* 3. *Off.* 2. 9. Qui negant, eum locum a Panætio prætermissum, sed consulto relictum.). *Id.* 13. *Phil.* 6. 13. Ne illud quidem silentio prætermittendum puto. *At* Orell. *et alii rectius leg.* prætereundum. ¶ 4. Pro veniam dare, indulgere, connivere, sinere, permittere. *Ter. Adelph.* 1. 1. 26. Do, prætermitto: non necesse habeo omnia pro meo jure agere. Ubi *Donatus*: Do sumptum, prætermitto delicta. *Lucret.* 4. 1184. Prætermittet te humanis concedere rebus. Cf. *Cic.* 1. *ad Brut.* 15. *a med.* Prætermittere pœnam sceleris. *h. e.* ignoscere.

B) Raro admodum occurrit pro ultra mittere, præter aliquem locum mittere, transmittere, transvehere. *Stat.* 3. *Silv.* 2. 84. an facili te prætermiserit unda Lucani rabida ora maris.

PRÆTERMONSTRANS, antis, particip. ab inusit. *prætermonstro. Gell.* 20. 10. Usus consilio sum magistri, quod docere ipse me debuerat, a quo discerem prætermonstrantis. *h. e.* monstrantis alium, qui quod ipse debebat, doceret.

PRÆTERNĀVĪGĀTĬO, ōnis, f. 3. παράπλευσις, navigatio juxta, vel ante aliquem locum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 19. (57). Ab hac Ægina liberæ conditionis XVII. millib. P., cujus XX. M. P. prætervavigatio est. *il giro, il circuito.* Sillig. *vero ex optimis Codd. legit* prænavigatio.

PRÆTERNĀVĪGO, as, are, 1. Part. *Præternavigans* sub *a.* — Præternavigare est juxta, vel ultra navigare, *navigare avanti*, παραπλέω. — *a*) Neutr. *Sueton. Tib.* 12. Mediterraneis agris abditus, vitansque præternavigantium officia. — *b*) Cum Accus. *Id. Ner.* 27. Quoties Bajanum sinum prætervavigaret. Adde *Apul. de Deo Socrat. in fin.*

PRÆTĔRO, tĕris, trīvi, trītum, tĕrere, a. 3. Part. *Prætritus.* — Præterere est idem quod terere, vel valde terere. *Plaut. Men.* 1. 1. 9. Januam lima præterunt. *Alii leg.* proterunt. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 63. (167). *de dentibus.* Frater Timarchi non mutavit primores, ideoque prætrivit. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 17. Oleum amygdali amari prætriti cum aceti sextariis.

PRÆTERPROPTER. *V.* PRÆTER sub *B.* 4.

PRÆTERQUAM, adverb. aut conjunctio excipiendi, post se habens casus verbi præcedentis; et est idem ac nisi, præter, excepto, πλήν ή (It. *fuorchè, salvo che, oltre che*; Fr. *excepté*; Hisp. *excepto, fuera de, mé nos*; Germ. *ausser*; Angl. *besides, beyond, save, except*). — *a*) Generatim. — Absolute. *Ter. Eun.* 1. 1. 32. Neque, præterquam quas ipse amor molestias habet, addas. *Id. Andr.* 4. 4. 14. Verbum si mihi unum, præterquam quod te rogo, facis, cave. *Nepos Att.* 21. Quum tres menses sine ullis doloribus, præterquam quos ex curatione capiebat, consumpsisset. *V. Præterquam quod* sub *b.* — *Cic.* 3. *Fam.* 7. Nullas iis, præterquam ad te et ad Brutum, dedi litteras. *Id.* 3. *Cat.* 11. 26. Quibus pro tantis rebus nullum a vobis præmium virtutis postulo, præterquam hujus diei memoriam sempiternam. *Id.* 2. *Divinat.* 32. 69. Moneta, a qua, præterquam de sue plena, quid unquam moniti sumus? *Liv.* 4. 4. *extr.* Nec quod nos ex connubio vestro petamus, quidquam est, præterquam ut hominum, ut civium numero simus. *Varro* 1. *R. R.* 45. 1. Legumina (*e terra exeunt*) fere quatriduo aut quinque diebus, præterquam faba. *Vellej.* 2. 40. 3. Longe majorem omni ante se illata pecunia in ærarium, præterquam a Paulo, ex manubiis intulit. *Ovid.* 4. *Trist.* 6. 17. Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas, Præterquam curas attenuare meas. — Sequente *etiam, quoque, tum vero* particulis, *oltre, oltre che. Liv.* 4. 17. Cum Vejentibus Fidenatibusque, prætèrquam finitimis populis, ab causa etiam tam nefanda bellum exorsis, atrox dimicatio instabat. *Id.* 30. 6. Quibus cæsis omnibus, præterquam hostili odio, etiam ne quis nuncius effugeret, extemplo Scipio portas invadit. *Id.* 25. 23. Syracusarum oppugnatio ad finem venit, præterquam vi ac virtute ducis, intestina etiam proditione adjuta. *Cels.* 1. 9. Aqua frigida infusa præterquam cepiti, etiam stomacho prodest. *Sueton. Aug.* 71. Lusit palam oblectamenti causa, etiam senex, ac, præterquam Decembri mense, aliis quoque festis ac profestis diebus. *et Gell.* 15. 1. *init.* Declamaverat Antonius Julianus, præterquam semper alias, tum vero nimium quantum delectabiliter. *oltre che.* — *b*) *Præterquam quod* est *oltre che, se non che.* — Absolute. *Ter. Heaut.* 2. 4. 15. Omnes mihi labores fuere leves, præterquam tui carendum quod erat. *Matius* apud *Cic.* 11. *Fam.* 28. 15. Non faciam: neque quod displiceat, committam, præterquam quod hominis mihi conjunctissimi ac viri amplissimi doleo gravem casum. *Liv.* 8. 22. Sequutus est annus nulla re belli domive insignis, præterquam quod Fregellas colonia deducta. *Id.* 29. 27. *sub fin.* Cœlius unus, præterquam quod non mersas fluctibus naves, ceteros omnes cœlestes maritimosque terrores exponit. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 14. Ego me in Cumano, præterquam quod sine te, ceterum satis commode oblectabam. — Sequente *etiam* (*et*), *tum etiam, quoque,* ut apud *Liv.* 6. 24. Dux præterquam quod tot insignis triumphis, etiam ætate venerabilis. *Id.* 8. 8. Præterquam quod custodiæ vigiliæque intentioris ubique curæ erant, in ultimo etiam certamine ea severitas profuit. *Id.* 25. 25. Philopœmen, præterquam quod ita Quinctio placeret, et ipse existimabat, classem exspectandam. *Colum. Arbor.* 5. 2. Præterquam quod speciem habet sic composita, tum etiam minus laborat, quum undique velut æquilibrio stabilita in se requiescit. *Liv.* 38. 4. Præterquam quod hinc amnis munit, hinc tumuli, muro quoque firmo sæpta erat. *et* 29. 1. Præterquam quod nomina tantum ducum in Hispania Romani haberent, exercitum quoque inde veterem deductum. — Sequente *ne quidem* apud *Cic.* 2. *Divinat.* 12. 28. At id præterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem potest. — Sequente *præterea* apud *Cic.* 15. *Att.* 15. Saran autem præterquam quod nefarium hominem cognovi, præterea in me contumacem. *et* 9. *ibid.* 15. Nam præterquam quod te moveri arbitror oportere injuria, quæ mihi a quoquam facta sit, præterea te ipsum quodam modo hic violavit, quum in me tam improbus fuit. Adde *eumd.* 3. *Fin.* 22. 61. Sic *Id.* 3. *Legg.* 19. 45. Præter enim quam quod comitia illa essent armis gesta servilibus, præterea neque tributa capitis comitia rata esse possent, neque ulla privilegii. — *c*) Sequente *si est eccetto se. Plin.* 8. *Hist. nat.* 25. 39. (95). Hippopotamus tergoris Ad scuta galeasque impenetrabilis, præterquam si humore madeant. *Ita leg.* Sillig., *al.* madeat. — *d*) *Præterquam* pro *præterquam quod* dixit *Plin.* 20. *Hist. nat.* 10. 42. (108). Asparagi urinam cient utilissime, præterquam vesicam exulcerant. *se non che,* nisi quod. *At* Sillig. *leg.* præterquam quod.

PRÆTERRĀDO, is, ĕre, a. 3. *radere passando,* παραξύω, prætereundo rado. *Lucret.* 4. 528. Præterradit enim vox fauces sæpe. *At* Lachmann. *legit* Præterea radit, collato *Gell.* 10. 26. *V.* ejus adnotat. ad *h. l.*

PRÆTERSUM, es, fŭi, esse, n. anom. absum, extra sum, negligo. *Tertull. Apolog.* 38. Ipsis rebus, de quibus (*spectacula*) transiguntur, prætersumus. *non curiamo le cose stesse* etc.

PRÆTERVECTĬO, ōnis, f. 3. *passaggio,* præternavigatio. *Cic.* 7. *Verr.* 66. 170. Prætervectione omnium, qui ultro citroque navigarent. παραχομιδή.

PRÆTERVECTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆTERVĔHOR, vĕheris, vectus sum, vĕhi, dep. 3. Part. *Prætervehens.* I. 1.; *Prætervectus* I. 1. et 2. et II. — Prætervehor est idem ac præter, seu ante, et juxta aliquem locum transeo, equo, curru, et præsertim navi vectus, παραχομίζομαι (It. *passare avanti od oltre*; Fr. *s'avancer, passer au delà*; Hisp. *pasar en adelante*; Germ. *vorüberfahren, reiten, segeln*; Angl. *to be carried past or by, pass by or over, ride or sail past*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) Neutr. sive absolute. *Cic.* 5. *Fin.* 18. 49. Neque enim Sirenes vocum suavitate videntur revocare eos solitæ, qui prætervehebantur. — Sic *prætervehens* absolute, prætervectus, vel dum prætervehitur. *Liv.* 22. 49. Quum prætervehens equo, sedentem in saxo cruore oppletum consulem vidisset. — *b*) Sæpe habet Accusativum, qui a præpositione *præter* regitur. *Auct. B. Afr.* 2. Clupeam classe prætervehitur, inde Neapolim. *Cæs.* 3. *B. C.* 26. Naves solvunt, atque altera die Apolloniam prætervehuntur. *Id. ibid.* 30. Nam prætervectas Apolloniam naves viderant. *Stat.* 5. *Theb.* 472. litora rectis Prætervectus aquis. *Virg.* 3. *Æn.* 688. vivo prætervehor ostia saxo Pantagiæ. — Interjecto verbo. *Ovid.* 13. *Met.* 711. Et jam Dulichios portus, Ithacamque, Samenque Præter erant vecti. — Item *prætervehens* absolute. *Sueton. Aug.* 93. Quod Judæam prætervehens, apud Hierosolymam non supplicasset. *et ibid.* 98. Puteolanum sinum prætervehenti vectores de navi Alexandrina eximias laudes congesserant. *Id. Cæs.* 37. Gallici triumphi die Velabrum prætervehens pæne curru excussus est. Adde *ibid.* 78. et *Ner.* 34. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate, ut aliis placet, *Tac.* 3. *Hist.* 71. *de peditibus.* Cito agmine forum et imminentia foro templa prætervecti, erigunt aciem per adversum collem.

II.) Translate. *Cic.* 7. *Phil.* 3. 8. Periculosissimum locum silentio sum prætervectus. *ho passato sotto silenzio. Id. Cœl.* 21. 51. Emersisse jam e vadis et scopulos prætervecta videtur oratio mea. et *Balb.* 1. 4. Oratio, quæ non prætervecta sit aures vestras, sed in animis omnium penitus insederit. *Plin. Paneg.* 56. Quid est enim in principatu tuo, quod cujusquam prædicatio vel transiliire, vel prætervehi debeat? *toccar solo di passaggio*?

PRÆTERVERTO, is, ĕre, a. 3. ante verto. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 71. 73. (181). Eunti cum sole iter erat: eumdem remeans obvium contrario prætervertebat occursu. *Est qui leg.* prævertebat.

PRÆTERVŌLO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Prætervolans* I. *a.* et II. 2. — Prætervolare est præter, seu ante aliquem voiare, volando aut currendo præterire, *volare innanzi od oltre, passare volando,* παρπέτομαι.

I.) Proprie. — *a*) Neutr., sive absolute. *Sueton. Claud.* 7. Ut forum ingredienti prætervolans aquila dexteriore humero consideret. — *b*) Accusativum sæpe regit vi præpositionis adjunctæ. *Cic. Arat.* 412. Quem rutila fulgens pluma prætervolat ales.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus et animalibus, quæ alis carent. *Sil. It.* 10. 114. hasta, Quæ medias raptim velox prætervolat auras. *Claudian. B. Get.* 321. Parva puppe lacum prætervolat. ¶ 2. De abstractis. *Cic.* 3. *Orat.* 59. 223. Sententiæ sæpe acutæ non acutorum hominum sensus prætervolant. *Id. Orat.* 58. 197. Dum verba et sententias animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos et prætervolat numerus. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 13. 42. Hæc duo proposita non prætervolant, sed ita dilatant, ut etc. *Capell.* 6. p. 226. Licet ignobilia quæque prætervolans immorari non potuerim.

PRÆTESTĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *prætestor,* prius seu ante testatus. *Tertull.* 3. *carm. contr. Marcion.* 176. Prætestata viam vitæ.

PRÆTEXO, xis, xŭi, xtum, xere, a. 3. (præ *et* texo). Part. *Prætexens* II. 2.; *Prætextus* I. 1.,

II. 1. et in fin.; *Prætexendus* I. 1. — Prætexere est ante texere, contexere, παρυφαίνω (It. *intessere*; Fr. *tisser devant*; Hisp. *texer delante*; Germ. *voranweben, vorweben, vorwirken*; Angl. *to weave, inweave*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est ante texere, contexere. *Accius* apud *Gell.* 2. 6. *ad fin.* Ejus serpentis squamæ squalido auro et purpura prætextæ. *Sic* Forcellinus; *at* Dinter *legit* pertextæ. *Sil. It.* 10. 647. primæva suorum Corpora prætexto spoliant velamine. *Ovid.* 3. *Pont.* 8. 7. Purpura sæpe tuos fulgens prætexit amictus. *Val. Flacc.* 3. 436. glaucasque comis prætexere frondes. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 1. 1. (4). Ulva et palustri junco funes nectunt ad prætexenda piscibus retia. ¶ 2. Latiori sensu significat tegere, operire, *coprire*: quasi supra, aut ante aliquam rem quidpiam texere. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 25. 29. (112). Semper fuit Parthyæa in radicibus montium, qui omnes eas gentes prætexunt. *Virg.* 7. *Ecl.* 12. Hic viridis tenera prætexit arundine ripas Mincius. *Id.* 6. *Æn.* 5. litora curvæ Prætexunt puppes. *Claudian. cons. Prob. et Olybr.* 249. et totum violis prætexite fontem. *et* 2. *Hapt. Pros.* 320. prætexere ramis Limina. *Auson. Edyll.* 10. 45. Tu neque limigenis ripam prætexeris ulvis. *Colum.* 10. *R. R.* 297. Sicubi odoratas prætexit amaracus umbras. *h. e.* prætexens locum aliquem, umbram inducit. *Tac. Germ.* 34. Utræque nationes Rheno prætexuntur. *abitano lungo il Reno*: quasi Rheno teguntur. et *Ovid.* 1. *Art. am.* 255. Quid referam Bajas prætextaque litora velis? *Id.* 4. *Fast.* 953. State Palatinæ laurus, prætextaque quercu Stet domus. *h. e.* operta, atque adeo ornata. et 5. *ibid.* 567. Augusto prætextum nomine templum. *Tibull.* 3. 1. 11. Summaque prætexat tenuis fastigia chartæ, Indicet ut nomen, littera facta, meum. *h. e.* quasi quædam textura exornet.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 1., est aliquid ante vel in fronte ponere, præmittere. *Plin. Hist. nat. præf.* 21. In his voluminibus auctorum nomina prætexui. *h. e.* præposui, prius recensui, attexui. *et* 18. *ibid.* 25. 57. (212). Auctores prodidere ea, quos prætexuimus volumini huic. *Plin. alter Paneg.* 52. Tibi maximus honor excubare pro templis, postibusque prætexi. *h. e.* advolvi, hærere, applicatum esse. *Cic.* 2. *Orat.* 78. 317. Omnia quæ fiunt, quæque aguntur acerrime, lenioribus principiis natura ipsa prætexuit. *h. e.* principio constituit, instituit. *Id.* 2. *Divinat.* 54. 112. Ex primis litteris illius sententiæ carmen omne prætexitur. *h. e.* constituitur, componitur. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 2., est velare, tegere, colorem, seu excusationem afferre, *ricoprire, colorire. Virg.* 4. *Æn.* 172. Conjugium vocat: hoc prætexit nomine culpam. *et ibid.* 500. Non tamen Anna novis prætexere funera sacris Germanam credit. *Claudian.* 1. *in Rufin.* 99. blando fraudem prætexere risu. ¶ 3. Item obtendere, prætendere, adducere causam minus veram, seu prætextum faciendi quippiam, *fingere un motivo, addur un pretesto, o scusa,* προεχεσθαι, προϊστασθαι. *Cic. Pis.* 24. 56. Neque enim quisquam potest exercitum cupere, aperteque petere, ut non prætexat cupiditatem triumphi. *Justin.* 16. 1. 5. Quamquam in parricidio nulla satis justa causa ad sceleris patrocinia prætexi potest. *Vellej.* 2. 62. 3. Ubicumque ipsi essent, prætexentes esse rempublicam. *Tac.* 1. *Hist.* 72. Tigellinus apud Galbam T. Vinii potentia defensus, prætexentis, servatam ab eo filiam. *et* 4. *ibid.* 73. Libertas et speciosa nomina prætexuntur. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus,

Prætextus, a, um, est prætexta toga, vel alio quovis ornato vestitu indutus. *Propert.* 4. 1. 11. Curia, prætexto quæ nunc nitet alta senatu, Pellitos habuit, rustica corda, patres. *Auson. Profess.* 18. 7. prætexta pubes. *h. e.* pueri prætextati. — De *toga prætexta* et de *prætexta* comœdia, *V.* mox in PRÆTEXTA, æ. — Hinc absolute, substantivorum more,

Prætexta, æ, f. 1. et *Prætextum, i*, n. 2., quæ *V.* loco suo.

PRÆTEXTA, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, a particip. *prætextus*, ¶ 1. Est idem ac toga prætexta (quod etiam sæpissime occurrit), *veste con lista di porpora, pretesta,* περιπορφυρος, toga Romanorum purpureum limbum in ora intextum vel assutum habens. — *a*) Ea utebantur primo pueri et puellæ nobiliores honestioresque (ut est apud *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 3. *Verr.* 44., nam viliores simplici toga induebantur); illi usque ad annum XVII. vel XV. (ut putat *Cardinali Dipl. imp. p.* 203.) quo, illa posita, virilem togam puram sumebant; puellæ usque ad nuptias: Secundo magistratus omnes urbani, item coloniarum, et municipiorum, et Romæ vicorum, et collegiorum magistri, ut ex *Liv.* apparet 34. 7. et *Festo*, dum ludos publicos agerent: Tertio omnes sacerdotes, et omnes sacra facientes, aut votum aliquod solventes, atque etiam senatores festis deorum diebus. Triplex hoc hominum genus, quod prætexta utebatur, conjuncte memorat *Quintil. Declam.* 340. *in fin.* Ergo vobis allego etiam sacrum prætextarum, quo sacerdotes velantur, quo magistratus, quo infirmitatem pueritiæ sacram facimus ac venerabilem. De dictatoribus in Urbe est locus *Senec.* 1. *Clem.* 12., de consulibus *Cic. post red. in Senat.* 5. 12., de prætoribus *Sueton. Cæs.* 16. et *Vellej.* 2. 65. 3. (quos reum aliquem civem R. morti damnaturos prætextam deposuisse, satis indicat *Val. Max.* 9. 12. *n.* 7., sed aut perversam induisse, ut est apud *Senec.* 1. *Ira* 16.), de auguribus *Cic.* 2. *Att.* 9. (quamquam alii verius non prætextam, sed trabeam, eorum vestem fuisse dicunt: *Cicero* autem διβαφον vocat), de decemviris sacra facientibus *Liv.* 27. 37., de ædilibus *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 12. et 7. *Verr.* 14. 36., de senatoribus *Id.* 2. *Phil.* 43. 110., de triumviris epulonibus *Liv.* 33. 42. De tribunis pleb. alii affirmant, alii negant. V. *Ferrar.* et *Ruben. de re vest.* item *Græv.* in *Cic. Verburgii, Cluent.* 40. De censoribus etiam controversia est. Negare videtur *Polyb. l.* 6. *c.* 51. Quæstores quoque urbanos ea abstinuisse, satis aperte significat *Cic.* 7. *Verr.* 14. 36. Provinciales adhibuisse, fortasse ex *eod. Planc.* 41. 98. colligas. Sane major horum in provincia, quam illorum in Urbe, auctoritas et jurisdictio fuit. — *b*) Prætexta pulla nulli alii licebat uti, quam ei, qui funus faciebat. *Paul. Diac. p.* 236. 6. et *Festus p.* 237. 24. *Müll.* — Magistratus in luctu publico prætextam abjecisse, colligi videtur ex *Cic. post red. in Senat.* 5. 12. — *c*) Origo ejus est ab Etruscis, a quibus etiam alia honoris insignia Romani acceperunt, teste *Floro* 1. 5. et *Liv.* 1. 8., primumque ea usum Tullum Hostilium, tertium Romæ regem, *Plin.* tradit 9. *Hist. nat.* 39. 63. (136). et *Macrob.* 1. *Saturn.* 6. Pueris autem concedi cœpta est post Tarquinium Priscum, quintum regem. Nam quum is filium suum annorum quatuordecim, quod Sabino bello hostem sua manu percusserat, prætexta, quæ magistratuum, et bulla aurea, quæ triumphantium gestamen erat, donasset; inde ductus est mos, ut prætexta et bulla in usum puerorum nobilium usurparentur, ad omen et vota conciliandæ virtutis ei similis, cui primis in annis munera hæc concessa fuerant, ut ait *Macrob. loc. cit.*, alias insuper aliorum sententias subtexens ad hoc institutum pertinentes. Adde *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 4. (10). — *d*) Hinc *prætexta* interdum ad ætatem pueri lem refertur. *Cic.* 2. *Cat.* 2. 4. Tongilium mihi eduxit, quem amare in prætexta, calumnia cœperat. *Sed locus corruptus videtur.* Certe *Plin. loc. mox cit.* Quum in prætextæ annis occidisset hostem. *h. e.* prætextatus adhuc. ¶ 2. *Prætexta* etiam dictum est genus fabulæ, simile tragœdiæ, in quo publica negotia agebantur, et reges Romani, magistratusve inducebantur, qui toga prætexta usi sunt: eorumque res publice gestæ describebantur. Hæc et *prætextata* a Grammaticis dicitur: cui quasi contraria fuit fabula, quæ dicta est stricto sensu *togata*, in qua res privatæ agebantur, et ignobiliores plebejique homines inducebantur, quæ et *tabernaria* dicitur. *Horat. Art. P.* 288. nostri vestigia Græca Ausi deserere, et celebrare domestica facta, Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas. *Pollio* ad *Cic.* 10. *Fam.* 32. Illa vero jam ne Cæsaris quidem exemplo, quod ludis prætextam de suo itinere ad L. Lentulum procons. sollicitandum posuit. *et ibid. in fin.* Etiam prætextam si voles legere, Gallum Cornelium familiarem meum poscito. *V.* TOGATUS. Adde *Probum* in *vita Persii*; et *Paul. Diac. p.* 223. 6. *Müll.* — Hujusmodi *Prætextæ* inscribebantur v. gr. *Brutus, Decius, Marcellus*, ut ait *Diomed.* 3. *p.* 487. *Putsch.*

PRÆTEXTĀTUS, a, um, adject. prætexta indutus.

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cic. Pis.* 4. 8. Clodium, qui numquam antea prætextatus fuisset, ludos facere et prætextatum volitare passus es. *h. e.* tamquam ludorum magistrum, ut *Manut.* adscribit. *Sueton. Ner.* 57. Prætextatæ imagines. — *Donat.* in *fragm. de Com. et Trag.* Prætextata comœdia. *V.* PRÆTEXTA 2. — *b*) Speciatim et sæpe dicitur de pueris puellisque, et de ætate puerili. *Cic.* 3. *Verr.* 58. 151. Pupillus prætextatus. *Id.* 2. *Phil.* 18. 44. Tenes ne memoria, prætextatum te decoxisse? *Liv.* 22. 57. *ad fin.* Delectu edicto, juniores ab annis septemdecim, et quosdam prætextatos scribunt. (Adde *Sil. It.* 10. 647.; et *Val. Max.* 7. 6. *n.* 1.) *Sueton. Rhet.* 1. Latine Cicero declamavit, senior quoque, et quidem consulibus Hirtio et Pansa, quos discipulos et grandes prætextatos vocabat. *Gell.* 1. 23. *in fin.* Prætextata ætas. *Martial.* 10. 20. Tu mihi simplicibus, Mani, dilectus ab annis, Et prætextata cultus amicitia. — *Prætextatus* cognominatus est quidam puer in gente Papiria, ob loquendi tacendique prudentiam, quum a matre de rebus in senatu actis interrogaretur. Lepidam historiam narrat *Gell.* 1. 23. et ex eo *Macrob.* 1. *Saturn.* 6.

II.) Translate. *Prætextatus sermo* et *prætextata verba*, obscœna et turpia, quia nubentibus, quum prætextas ponebant, obscœna (id est Fescennina) a multitudine puerorum clamabantur, ut ait *Festus p.* 245. 9. *Müll.*, apud quem alii, contrario sensu, *prætextatum sermonem* pudicum, et omni obscœnitate carentem, et qui prætextatos pueros deceat, esse putaverunt: quod falsum est. Sed quum hæc rei explicandæ ratio minus satisfaciat doctis, quid si dicamus, *prætextata verba* esse ea, quibus aliquid præfari, vel prætexi debet honoris causa, quemadmodum obscœnis dictis, *honos sit auribus*, prætexere solemne fuit? Hinc *Lamprid. Elagab.* 34. Multa improba reticui, et quæ ne dici quidem sine maximo pudore possunt. Ea vero, quæ dixi, prætextu verborum adhibito, quantum potui, texi. Ceterum *Sueton. Vesp.* 22. Erat dicacitatis plurimæ, et sic scurrilis ac sordidæ, ut ne prætextatis quidem verbis abstineret. *Gell.* 9. 10. Non prætextatis, sed puris honestisque verbis dicere aliquid. *Macrob.* 2. *Saturn.* 1. *circa med.* Impudica et prætextata verba jaciens. — *Prætextati mores*, impudici, obscœni, turpes. *Juvenal.* 2. 170. Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

PRÆTEXTUM, i, n. 2. absolute, substantivorum more, a particip. *prætextus*, proprie est id, quod in anteriore parte alicujus rei texitur et affigitur.

I.) Proprie. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 9. 14. (35). E cortice vasa corbesque faciunt, atque prætexta tuguriorum. *h. e.* extremos tecti margines in tuguriis. In MSS. teste *Harduin.* est *protecta*: unde ipse mallet *projecta*. Sed et *protecta* (quod *Sillig.* tuetur) eamdem sententiam habere potest.

II.) Translate ¶ 1. Est ornamentum, ornatus, quasi purpura, aut aurum, aut aliud quippiam ornandi causa alicubi intextum. *Seneca Ep.* 71. *ante med.* Sed illud pulcherrimum reipublicæ prætextum, optimates, etc. *Val. Max.* 7. 3. *n.* 8. Abjecto honoris prætexto. *Alii leg.* abjecta prætexta. *Id.* 2. 10. Majestas jucundo introitu animis hominum illabitur, admirationis prætexto velata. *Alii leg.* prætextu. *Id.* 4. 4. *n.* 1. Plurimorum ac maximorum operum prætexto

titulum imaginum suarum amplificavit. *Alii leg.* prætextu. *Manil.* 3. 129. nobilitas, qua constat honoris Conditio, et famæ modus, et genus, et specioso Gratia prætexto. *Alii leg.* prætextu. ¶ 2. Item prætextus, *pretesto, colore. Sueton. Cæs.* 30. Et prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse opinantur. Multi huc trahunt etiam locum *Senecæ* modo allatum. Adde *Tac.* 2. *Hist.* 100. et 3. *ibid.* 10., ubi tamen sunt, qui pro *prætexto* reponi malunt *prætextu.*

PRÆTEXTUS, a, um. *V.* PRÆTEXO.

PRÆTEXTUS, us, m. 4. *pretesto, colore, titolo, scusa, πρόφασις, πρόσχημα.* ¶ 1. Illa apparens causa, et velamen, quo moveri se aliquis simulat ad aliquid agendum, quum tamen alia causa moveatur: ita dictus, quia prætexitur quodammodo et prætenditur ad velandam veritatem. *Petron. Satyr.* 97. *ad fin.* Funde sanguinem, quem sub prætextu quæstionis petisti. *Justin.* 29. 3. 6. Hoc prætextu finito cum Ætolis bello, nihil aliud quam Pœnorum Romanorumque bella respiciens, etc. *Sueton. Aug.* 12. Causam optimatium deseruit: ad prætextum mutatæ voluntatis dicta factaque quorumdam calumniatus. Adde *Tac.* 1. *Hist.* 77. ¶ 2. In bonam partem. *Id.* 1. *Hist.* 19. Censuerant mittendos ad Germanicum exercitum legatos. Agitatum secreto, num et Piso proficisceretur, majore prætextu. *h. e.* majori specie dignitatis et auctoritatis: vel majore ornamento legationis; quo sensu *V.* alia ex *Valer. Max.* in PRÆTEXTUM II. 1.

PRÆTĪMĔO, es, ŭi, ere, a. 2. *temere anticipatamente,* ante timeo. *Plaut. Amph. prol.* 28. Humana matre natus, humano patre, Mirari non est æquum, sibi si prætimet. *Tibull.* 3. 4. 14. Et frustra immeritum prætimuisse velit. *Seneca Ep.* 98. *circa med.* Nil est miserius, quam prætimere. Quæ ista dementia est, malum suum antecedere? Adde *Tertull. Resurr. carn.* 35. *circa med. V.* PERTIMEO. — Particip. *Prætimens* apud *Lactant.* 6. 17. *a med.* Parce, id est mediocriter uti pecunia, quasi quædam pusillitas animi est, aut prætimentis, ne sibi desit, aut desperantis, posse se illam reparare, aut contemptum terrestrium non capientis.

PRÆTĪMĬDUS, a, um, adjec. prætimens. *Auct. carm. de Jona et Ninive,* 65. famulum (*sese*) ille fatetur Prætimidum, fidumque Dei.

PRÆTINCTUS, a, um, particip. ab inusit. *prætingo,* ante tinctus, imbutus. *Ovid.* 7. *Met.* 123. Semina mollit humus valido prætincta veneno. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *n.* 119. Aqua, in qua fuerit candens ferrum prætinctum. *Id.* 4. *ibid.* 3. *n.* 51. Apponendæ lanæ oleo constrictivo prætinctæ.

PRÆTĪTŪLĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆTĪTŪLO, as, ātum, are, a. 1. Part. *Prætitulatus.* — Prætitulare est titulo inscribere, *intitolare. Gennad. de vir. illustr.* 84. Ex quibus ego Chronica illius (*Prosperi*) prætitulata legi. *et ibid.* 98. Dictatus alius (*liber*) de vitiis et virtutibus prætitulatus. *Hieronym. Breviar.* in *Psalter. T.* 2. *part.* 2. *p.* 122. Et qui (*psalmi*) prætitulati esse non videntur apud Hebræos, pro uno psalmo habentur.

PRÆTONDĔO, tondes, tŏtondi, tondere, a. 2. ante tondeo. *Apul.* 5. *Met. sub fin.* Quum ejus comas deraserit, pinnas prætotonderit.

PRÆTOR, ōris, m. 3. a *præeundo,* est qui rempublicam regit, vel qui exercitui præest, vel rectius et paucis est primus omnium in re publica magistratus, *ἀρχων, il primo magistrato.*

I. Proprie. ¶ 1. Generatim. Prætoris appellatio longe aliter accepta est post annum v. c. CCCLXXXVIII., aliter ante. Quippe, regibus exactis, iidem erant consules ac prætores, qui etiam progressu temporis judices dicti sunt. *Cic.* 3. *Legg.* 3. 8. Regio imperio duo sunto, iique præeundo, judicando, consulendo, prætores, judices, consules appellamino: militiæ summum jus habento, nemini parento. — *a*) De imperatore, h. e. exercitus duce. *Pseudo-Ascon.* ad *Cic.* 3. *Verr.* 14. Veteres omnem magistratum, cui pareret exercitus, prætorem appellaverunt. Sic de nationibus exteris *Cic.* 1. *Divinat.* 54. 123. Quum apud Delium male pugnatum esset, Lachete prætore, *ubi* imperatorem Atheniensem *more Romano vocat* prætorem. *Id.* 1. *Invent.* 33. 55. Epaminondas, Thebanorum imperator, ei, qui sibi ex lege prætor successerat, exercitum non tradidit. Adde *Nepot. Miltiad.* 4. et *Themist.* 2.; et *Liv.* 29. 12. — Similiter de Suffete apud Carthaginienses *Nepos Hann.* 7. — Et universim. *Cic.* 5. *Fin.* 30. 92. Ne tum quidem miser, quum ab Oroete, prætore Darei, in crucem actus est. *Varro* 5. *L. L.* 87. *Müll.* In re militari prætor dictus, qui præiret exercitui. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 34. Forte sub hoc tempus castellum evertere prætor Nescio quod cupiens etc. Adde *Curt.* 3. 7. 12. — *b*) De primo in civili re magistratu. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 34. 93. Quum ceteris coloniis duumviri appellentur, hi se prætores appellari volebant. *h. e.* qui Capuæ summo magistratu fungebantur. Cf. *Cæs.* 3. *B. C.* 80. Itaque Androsthenes prætor Thessaliæ, quum se victoriæ Pompeji comitem esse mallet, quam socium Cæsaris in rebus adversis, etc. — De Dictatore *Liv.* 7. 3. Lex vetusta est, ut, qui prætor maximus sit, Idibus Septembribus clavum pangat. — De consulibus. *Varro* apud *Non.* 23. 29. *Merc.* Quod iidem dicebantur consules, et prætores; quod præirent populo, prætores; quod consulerent senatum, consules. *Liv.* 3. 55. *ad fin.* Fuere, qui interpretarentur, eadem hac Horatia lege consulibus quoque, et prætoribus, quia iisdem auspiciis, quibus consules crearentur, cautum esse: judicem enim consulem appellari. Quæ refellitur interpretatio, quod his temporibus (idest anno CCCVII.) nondum consulem judicem, sed prætorem appellari mos fuerit. Adde *Paul. Diac. p.* 223. 7. *Müll.* — Aliquando *prætor* dicitur quicumque alicui rei præest. *Tac.* 1. *Ann.* 75., 4. *Hist.* 9. (et *Inscript.* apud *Gruter.* 360. 3.) Resistentibus ærarii prætoribus. *V.* PRÆFECTUS. *Inscript.* apud *Gruter.* 318. 7. CN. SERGIO CN. F. PRAETORI SACRIS VOLCANI. *et* 413. 2. PRAET. COLL. FABR. At hic pro PRAET. legendum est PRAEF., ut recte legitur in eadem *Inscript.* repetita apud *Gruter.* 477. 3. — *Prætor fidei commissorum. V.* FIDEICOMMISSUM. — De prætoribus, qui in civitatibus Italiæ vetustissimis, et posterioribus temporibus habentur, consule *Henzen.* in *Ann. dell'Instit. Archeol. a.* 1846. *p.* 253.-264. ¶ 2. Speciatim, consulibus duravit hæc appellatio usque dum, crescente populi R. imperio, bellis pluribus implicarentur; eoque, quum plurimum Urbe abessent, jus populo reddere nequirent; idest usque ad L. Æmilium Mamercum et L. Sextium Coss., videlicet anno v. c. CCCLXXXVIII. Tum enim patricii pro communicato plebi altero consulatu quæsiere sibi hunc honorem, et impetrarunt: quod *Liv.* narrat 7. *init.* et 6. *in fin.* — *a*) Postquam igitur prætorium nomen peculiarem habuit magistratum, consules nomen prætorum amisere, quod proprium iis factum est, qui jus populo dicerent. *Cic. Mur.* 20. 41. Qua in sorte sapiens prætor, qualis hic fuit, offensionem vitat æquabilitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi. — *b*) Primum unus tantum prætor creatus est, ut, consulibus bello avocatis, jus in Urbe redderet, isque *Prætor urbanus* dictus est. Post aliquot deinde annos, non sufficiente eo, quod multa turba etiam peregrinorum in Urbem veniret, creatus est et alius, qui *peregrinus* appellatus est, quod inter cives et peregrinos, vel inter peregrinos et peregrinos jus diceret. *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. *circa med.* — Ex *Lydo de magistrat. Rom.* 1. 38. novimus, prætorem peregrinorum primitus creatum fuisse ann. v. c. DVII. — *c*) Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi provincia, prætores provinciales totidem creati sunt, quot provinciæ in ditionem venerant, qui in provincias cum imperio et exercitu mitterentur, et partim rebus urbanis, partim provincialibus præessent, idest et jus dicerent, et provincias regerent, bellum gesturi, si opus esset. *V. Liv.* 32. 27., 43. 15. et 40. 44. Deinde Cornel. Sulla quæstiones publicas instituens de falso, de parricidio, de sicariis, de injuriis, prætores quatuor adjecit. *Pompon. loc. cit.* — *d*) Varie deinde auctus est prætorum numerus. Nam C. Julius Cæsar duos novos prætores creavit: Augustus sexdecim constituit: Claudius denique duos adjecit. *Pompon. ibid.* — *e*) *Prætor primus* erat ille, qui in comitiis plura, quam ceteri, suffragia ferebat, et primus omnium renunciabatur. *Cic. pro leg. Manil.* 1. 2. Nam quum prætor primus centuriis cunctis renunciatus sum, etc. — *f*) *Prætorem maximum,* inquit *Festus p.* 161. 18. *Müll.,* dici putant alii eum, qui maximi imperii sit: alii, qui ætatis maximæ. Pro collegio quidem augurum decretum est, quod in salutis augurio prætores majores, et minores appellentur, non ad ætatem, sed ad vim imperii pertinere. Hæc *Festus.* Dicitur autem *maximus* prætor urbanus. Idem prætor urbanus dicitur etiam *major. Festus p.* 161. 33. *Müll.* Hic tantum juri in Urbe dicundo præerat: ceteri de quæstionibus capitalibus cogniturі, sortiebantur, statim ac designati erant, quis cui quæstioni publicæ præfuturus esset, puta quis de parricidiis, quis de pecuniis repetundis, etc. *Cic.* 2. *Verr.* 8. 21. et ibi *Pseudo-Ascon.* Provinciales vero in suam quisque provinciam, in quam creati erant, tempore jurisdictionis ineundæ proficiscebantur.

II. Improprie. *Prætor* est idem ac proprætor apud *Cic.* 6. *Verr.* 12. 27. et 25. 56. — Item est idem ac proconsul; *Cic.* enim 2. *Fam.* 17. *a med.* vocat *prætorem* M. Bibulum, qui post consulatum Syriam administrabat: quod adnotavit *Manut.* ad *init. epist. Fam.*

PRÆTŌRĬĀNUS, a, um, adject.

A) Est ad prætorium, vel ad prætoriam cohortem pertinens. *Milites prætoriani,* qui ad prætorium excubant, et prætoris, hoc est ducis summi in exercitu, personam custodiunt, *soldati della guardia del corpo. V.* PRÆTORIUS § 3. *b.* Sub Augustis vero *prætoriani, σωματοφύλακες,* sunt appellati milites, qui primum ab Augusto ad sui custodiam in Urbe dispositi sunt. *V.* PRÆTORIUS § 3. *b. Tac.* 2. *Hist.* 44. Prætorianus miles, non virtute se, sed proditione victum, fremebat. *Id.* 1. *Ann.* 24. Additur magna pars prætoriani equitis, et robora Germanorum, qui tum custodes imperatori aderant. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (181). Missi ab Nerone milites prætoriani cum tribuno ad explorandum, etc. *Id.* 9. *ibid.* 6. 5. (15). Cæsar profectus cum prætorianis cohortibus. *Aurel. Vict. Epit.* 10. *et* 45. Prætoriana præfectura. *Sueton. Vesp.* 6. Prætorianus exercitus.

B) Interdum est idem quod prætorius. *Ulp. Regular. tit.* 12. *a med.* Qui prætorianus tutor dicitur, quia a prætore Urbis dari consuevit. Hunc *Cajus* 1. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 184. *prætorium tutorem* appellat. *Augustin.* 6. *Confess.* 10. Pretiis prætorianis codices sibi conficiendos curare, *h. e.* pecunia collecta ex jurisdictione prætoria et audiendis causis. — Prætoriana comitia *Liv.* 22. 35. dixisse a nonnullis creditur: sed plerique *alii leg.* prætoria.

PRÆTŌRĬCĬUS *vel* prætoritius, a, um, adject. prætorius. *Martial.* 8. 33. De prætoricia folium mihi, Paule, corona Mittis. *h. e.* de coronis, quas in ludis solebant prætores, aureis et argenteis foliis (sed tenuissimis) ornatas donare victoribus. Hinc *Plin.* 21. *Hist. nat.* 3. 4. (6). Crassus dives primus argento auroque folia imitatus ludis suis coronas dedit. — Hinc

Prætoricius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui fuit prætor, ut ædilicius, qui ædilis; quæstoricius, qui quæstor. *Inscript.* apud *Gruter.* 398. 1. Q. CORNELIO SENECIONI PROCVLO PRAETORICIO LEGATO PROVINCIAE ASIAE etc.

PRÆTŌRĬŎLUM, i, n. 2. deminut. prætorii, *palazzetto. Inscript.* non opt. notæ in *Mus. di Mantova p.* 23. PRAECEPIT HVNC PRAETORIOLVM CVM HORTVLO ET AEDICLO LIBERTIS LIBERTABVS POSTERISQVE EORVM CEDI. etc. *Hunc* legitur vitio sæculi pro *hoc.* Hanc Inscriptionem et vocem *prætoriolum* illustravit *Jo. Labusius* in *Mus. di Mantova T.* 1. *p.* 166. *V.* et PRÆTORIUM

II. 4., unde lux nostræ Inscriptioni affulget. Eadem voce usus est etiam *Vulgat. interpr. Ezech.* 27. 6. Fecerunt prætoriola de insulis Italiæ. *Gloss. Isid.* Prætoriola, domunculæ in navi.

PRÆTŌRĬUM, ii, n. 2. tabernaculum prætoris, idest ejus, qui exercitui præest: quia prætor olim notabat omnem magistratum, cui pareret exercitus, ut docent *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 3. *Verr.* 14. et *Paul. Diac. p.* 223. 7. *Müll.*, στρατήγιον, *padiglione del generale, pretorio*

I.) Proprie. *Liv.* 10. 33. Consul duas cohortes tueri prætorium jubet. *Id.* 7. 12. Prætorium dictatoris. *Id.* 3. 25. *a med.* Quercus imminens prætorio imperatoris Æquorum. Adde *Cæs.* 1. *B. C.* 76. et 3. *ibid.* 82.; et *Sall. Jug.* 8.

II.) Translate ¶ 1. Est cœtus hominum ad prætorium imperatoris convenientium, *consiglio di guerra. Liv.* 30. 5. Tribunis edicit, ut ubi, prætorio dimisso, signa concinuissent, extemplo educerent castris legiones. Adde *eumd.* 37. 5. ¶ 2. Item locus in provincia ubi prætor habitat, et jus dicit, *palazzo della ragione, foro*, δικαστήριον. *Cic.* 6. *Verr.* 28. 65. Imperat suis, ut id in prætorium deferant. *et* 7. *ibid.* 35. 92. Curritur ad prætorium. ¶ 3. Item cujusque principis domus, *palazzo reale. Juvenal.* 10. 161. sedet ad prætoria regis, Donec Bithyno libeat vigilare tyranno. *Vet. Scholiast.* ad *Cic. orat. pro Planc.* edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 85. Hospitium quæstoris significans proprie secundum vocabulum magistratus, loco ipsi nomen dedit. Nunc autem omnia, in quibus variæ dignitatis præsides habitent, prætoria nominantur. — Eleganter *Virg.* transtulit ad sedem regis apum in alveari, 4. *G.* 75. Et circa regem atque ipsa ad prætoria densæ Miscentur. ¶ 4. Deinde *prætorium* dici cœptæ sunt ædes elegantiores ornatioresque in agris exstructæ, et villa quæque minime rustica, vel villæ pars nobilior et cultior, ubi domini, rusticari quum libet, morantur, *palazzo in villa, casa dominicale in campagna*: fortasse quia super rusticorum tuguria et casas eminebat, quemadmodum in castris prætorium super reliqua tentoria. *Sueton. Aug.* 72. Ampla et operosa prætoria gravabatur. Et neptis quidem suæ, profuse ab ea exstructa, etiam diruit ad solum: sua vero, quamvis modica, non tam statuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xystis et nemoribus excoluit. *Id. Cal.* 37. In exstructionibus prætoriorum atque villarum, omni ratione posthabita, nihil tam efficere concupiscebat, quam quod posse effici negaretur. *Id. Tib.* 39. Post paucos dies juxta Tarracinam in prætorio, cui speluncæ nomen erat, incœnante eo, etc. (*Tac.* hunc eumdem locum designans, *villam* vocat 4. *Ann.* 59.) *Stat.* 1. *Silv.* 3. 25. *de villa Manlii Vopisci.* alternas servant prætoria ripas. *Juvenal.* 1. 75. Criminibus debent hortos, prætoria, mensas. *Modestin. Dig.* 31. 1. 35. *circa med.* Sejus quum domum haberet, et in prætorium uxoris suæ se contulisset. *Ulp. ibid.* 50. 16. 198. Prætoria voluptati tantum deservientia. Adde *ibid.* 47. 10. 13. *extr.*; *Nerat. ibid.* 8. 3. 2.; et *Pallad.* 1. *R. R.* 8. *Cassiod.* 11. *Variar.* 14. Cujus (*laci Comensis*) ora prætoriorum luminibus decenter ornata, quasi quodam cingulo Palladiæ silvæ perpetuis viriditatibus ambiuntur. *Id.* 12. *ibid.* 22. *de Istria.* Prætoria longe lateque lucentia in margaritarum speciem putes esse disposita. ¶ 5. Joculariter dolium, in quo Diogenes habitabat, *prætorium* vocat *Hieronym.* 2. *advers. Jovinian.* 14. Frigore os dolii vertebat in meridiem, æstate ad septentrionem, et utcumque sol se inclinaverat, Diogenis simul prætorium vertebatur. ¶ 6. Imperatorum Romanorum temporibus *prætorium* dictus est ordo militum prætorianorum, seu prætoriarum cohortium et turmarum corpus, certo loco prope Urbem tendentium, personæ principis custodiendæ causa: quibus qui præerat, *præfectus prætorio* est dictus. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 2. 6. (17). Militare in prætorio. *Id.* 7. *ibid.* 20. 19. (82). Meruit in prætorio Augusti centurio. *Sueton. Ner.* 9. Antium coloniam deduxit, adscriptis veteranis e prætorio. *Tac.* 4. *Hist.* 46. *ad fin.* Spernunt oblatos agros, militiam et stipendia orant: igitur in prætorium accepti. Possunt hæc intelligi etiam de ipso loco in Urbe, ubi prætoriani tendebant. *V.* PRÆTORIUS § 3. *b.*

PRÆTŌRĬUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad prætorem, civilem scil. magistratum, pertinens. *Cic. pro leg. Manil.* 24. 69. Prætoria potestas. *Liv.* 10. 22. et 22. 35. comitia. *h. e.* creandis prætoribus. *Cic.* 1. *Off.* 10. 33. Quæ quidem pleraque jure prætorio liberantur, nonnulla legibus. *h. e.* quod prætor per edicta proponit: definiturque a *Papiniano Dig.* 1. 1. 7. Jus prætorium, quod prætores introduxerunt adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi juris civilis gratia, propter utilitatem publicam: quod et honorarium dicitur. Hinc illa JCtorum: Prætoriæ actiones, apud *Cajum Dig.* 36. 1. 63. *circa med.* stipulationes, *Ulp. Paul.* et *alii ibid.* 46. *tit.* 5. *qui* De prætor. stipulationib. *inscribitur*: Prætoria cautio, *Mœtian. ibid.* 35. 2. 32. Prætorium pignus, *Paul. ibid.* 41. 5. 12. — Prætoria turba *Cic.* 3. *Verr.* 52. 137. dicuntur, qui ad prætorem conveniunt juris petendi causa. — Prætoria ornamenta, aut insignia apud *Tac.* 12. *Ann.* 21. et *Plin.* 7. *Ep.* 29. sunt latus clavus, prætexta, paludamentum, sella curulis, quæ dabantur interdum ab imperatoribus, virtutis ergo, aliquibus prætoriam dignitatem numquam adeptis. — Hinc *Prætorius, ii,* m. 2. absolute, substantivorum more, est qui præturam gessit. *Cic.* 16. *Att.* 7. Litteræ missæ ad consulares et prætorios. *Vellej.* 2. 48. 1. Pompejus in secundo consulatu Hispanias sibi decerni voluerat, easque per triennium, absens ipse ac præsidens Urbi, per Afranium et Petrejum, consularem ac prætorium legatos suos, administrabat. ¶ 2. Item est ad prætorem pertinens. *Cic.* 7. *Verr.* 56. 145. Onera atque merces in prætoriam domum deferebantur. *Flor.* 3. 19. *ad fin.* Prætorius exercitus. *h. e.* qui a proprætore regitur. ¶ 3. Item ad imperatorem pertinens. — *a) Prætoria cohors* appellata est, quod ab imperatore non discedebat, *la guardia del generale.* Scipio enim Africanus, ut ait *Paul. Diac. p.* 223. 2. *Müll.*, primus fortissimum quemque delegit, qui ab eo in bello non discederent, et cetero munere militiæ vacarent, et sesquiplex stipendium acciperent. *Cæs.* 1. *B. G.* 40. *et* 42. Hinc *Cic.* 2. *Cat.* 11. 24. O bellum magnopere pertimescendum, quum hanc sit habiturus Catilina scortorum cohortem prætoriam! — Hinc *Id. Cic.* 1. *Divinat.* 32. 68. Quum C. Coponius prætorio imperio classi præesset. — Prætoria navis, *la capitana,* qua classis imperator vehitur. *Liv.* 26. 39. *a med.* Ut prætoriam navem captam videre. *Flor.* 2. 7. Nata in prætoria puppe laurus. *Id.* 4. 8. *extr.* Xerxes fugiebat exstincto prætoriæ navis lumine, etc. — Prætoria classica. *V.* CLASSICUM. — *Prætoria porta* in castris, quæ ex prætorio recta in hostes ferebat (opposita decumanæ, quæ erat aversa hosti): hac exercitus ad pugnam educebatur. Dicta est a prætore, qua significat summum belli imperatorem. *Paul. Diac. p.* 223. 7. *Müll.*; et *Cæs.* 3. *B. C.* 94. — *b)* Quod vero pertinet ad tempora post Jul. Cæsarem interfectum, Augustus tres cohortes allegit, quæ sine castris, variis locis in Urbe tenderent ad hujus, et sui custodiam, ut est apud *Sueton. Aug.* 49.; mox in Urbem IX. prætorias, et III. urbanas admisit, ut constat ex *Tac.* 4. *Ann.* 5.: postea, additis etiam equitibus, quorum numerus incertus, ex Batavia, (*Sueton. Cal.* 45. *V.* et GERMANUS.) justum pæne fecit exercitum: datusque iis est certus locus (a Sejano sub Tiberio) prope muros Urbis ad portam Viminalem, qui *castra prætoria* vel *prætoriana,* et *prætorium* dictus: ipsique milites *prætoriani,* eorum vero dux *præfectus prætorio* appellatus. *Sueton. Tib.* 37. et *Tac.* 4. *Ann.* 2. Cohors quæque prætoria milliaria erat, urbana vero mille et ducentis militibus constabat, ex *Dione l.* 55. *c.* 24. Prætoriæ urbanis honore præstabant, nam Augustus, ut refert *Sueton. Aug.* 101., testamento legavit prætorianis militibus singula millia ℍS., cohortibus vero urbanis ℍS. quingenos. De earumdem numero postea aucto magna inter eruditos lis est: verum hæc ita componenda videtur. Extremis Augusti temporibus, ut vidimus, cohortes prætoriæ IX. fuerunt, et urbanæ III.; mox, quum Vitellius, antequam Urbem victor ingrederetur, quidquid prætoriarum cohortium fuit, ut pessimi exempli, quippe quæ pro Othone steterant, uno exauctorasset edicto (*Sueton. Vitell.* 10. et *Tac.* 2. *Hist.* 67.): paullo post prætorias XVI., urbanas IV. cohortes iterum scripsit, queis singula millia inessent. (*Id. ibid.* 93.). Quum tandem Vespasianus, occiso Vitellio, imperio potiretur, Titus ejus filius prætorio præfectus fuit (*Sueton. Tit.* 6.), qui ex cohortibus prætoriis XVI. a Vitellio nuper conscriptis decem tantummodo retinuisse, et urbanis IV. unam addidisse videtur. Hæ vero antiquitus continua progressione post IX. prætorias ita numerabantur, ut prima urbanarum vocaretur decima, secunda earumdem undecima, tertia duodecima. Hinc factum est, ut, quum Titus unam veteribus prætoriis addidisset, hæc quidem decima appellaretur, at itidem decima diceretur urbanarum prima, ut prius, secunda undecima, tertia duodecima, quarta decima tertia, quinta vero ab eodem addita decima quarta, quæ nuncupatio deinceps semper obtinuit, ut ex exemplis mox afferendis constabit. Quoties itaque in antiquis monumentis prætoriarum cohortium numerus ultra X., et urbanarum ultra XIV. uspiam excurrit, aut suspecta ea sunt habenda, aut intra breve Vitelliani imperii tempus coarctanda. Exempla, quibus confirmatur harum cohortium numerus, et continuata earumdem progressio, hæc sunto. *Inscript.* apud *Gruter.* 108. 6., quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CXXX. sub Hadriano. GENIO CENTVRIAE COH. $\overline{X}$ PR. *etc.* Alia in *Giorn. Arcad. T.* 35. *p.* 75., quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CLXVII. sub M. Aurelio et L. Vero. NOMINA EORVM QVI MILITAVERVNT IN COHORTIBVS PRAETORIIS DECEM *I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. IX.* X. ET VRBANIS QVINQVE *X. XI. XII. XIII.* XIV. Alia apud *Fabrett. p.* 131. *n.* 68. sub M. Aurelio. COHORTES PRAETORIAE DECEM ET VRBANAE X. XII. XIIII. Alia in *Giorn. Arcad. T.* 17. *p.* 274., quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CCVIII. sub Septimio Severo. NOMINA MILITVM QVI MILITAVERVNT IN COHORTIBVS PRAETORIIS DECEM I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. VIIII. X. PIIS VINDICIBVS *etc.* Alia apud *Marin. Frat. Arv. p.* 466., quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CCXLIII. sub M. Antonio Gordiano. NOMINA EORVM QVI MILITAVERVNT IN COHORTIBVS PRAETORIIS GORDIANIS DECEM I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. VIIII. X. PIIS VINDICIBVS, *etc.* Alia apud *eumd. ibid. p.* 468., quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CCXLVIII. sub Philippis Augg. NOMINA MILITVM QVI MILITAVERVNT IN COHORTIBVS PRAETORIIS PHILIPPIANIS DECEM I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. VIIII. X. PIIS VINDICIBVS, *etc.* Alia apud *Fabrett. p.* 127. *n.* 45. D. N. FL. CLAVDIO CONSTANTINO FL. VRSACIVS V. P. TRIBVNVS COHORTIVM VRBANARVM X. XI. ET XII. Tandem Constantinus M., post devictum Maxentium, prætorias cohortes factionibus aptiores, quam Urbis præsidio, penitus sustulit, ut narrat *Aurel. Vict. Cæsar.* 40. *a med.*

PRÆTORQUĔO, ques, si, tum, quere, a. 2. (præ *et* torqueo). Part. *Prætortus* I. — Prætorquere est ante torquere, distorquere.

I.) Proprie. *Colum.* 3. *R. R.* 18. 1. Julius Atticus prætorto capite et recurvato semen demersit.

II.) Translate. *Plaut. Rud.* 3. 2. 12. Prætorquete injuriæ prius collum, quam ad vos perveniat.

PRÆTORRĔO, es, ere, a. 2. antea torrere. Part. *Prætorrendus* est apud *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 8. *n.* 112. Hiemis vero tempore igne (*arena litoris*) prætorrenda, atque ita corpori admovenda.

PRÆTORRĪDUS, a, um, adject. valde torridus. *Calpurn.* 2. *Ecl.* 80. quos etiam prætorrida munerat æstas.

PRÆTORTUS, a, um. *V.* PRÆTORQUEO.

PRÆTRACTĂTUS, us, m. 4. tractatus prius

positus. *Tertull. Fuga in persecut.* 4. Possumus determinare ex hoc ipso prætractatu.

PRÆTREPĬDANS, antis, particip. ab inusit. *prætrepido*, valde trepidans, festinans. *Catull.* 46. 7. *mens* prætrepidans avet vagari.

PRÆTREPĬDUS, a, um, adject. valde trepidus, festinus, exsultans.

I.) Proprie. *Pers.* 2. 52. Si tibi crateras argenti, incusaque pingui Auro dona feram, sudes, et pectore lævo Excutias guttas: lætari prætrepidum cor. *esultante, palpitante.*

II.) Translate est valde tremens, timidus. *Suet. Tib.* 63. Non modo invisus ac detestabilis, sed prætrepidus quoque, atque etiam contumeliis obnoxius vixit. *ansioso, inquieto.* et *Ner.* 41. Urgentibus aliis super alios nunciis, Romam prætrepidus rediit. *pien di paura.*

PRÆTRĪCŌSUS. *V.* PERTRICOSUS.

PRÆTRĪTUS, a, um. *V.* PRÆTERO.

PRÆTRUNCO, as, are, a. 1. *troncare, tagliare, ἀποκεπτω*, idem fere quod trunco, amputo, præcido, præscindo. *Plaut. Capt.* 4. 3. 2. Collos prætruncabo tergoribus. *Id. Mil. glor.* 2. 3. 47. Non tu tibi istam prætruncari linguam largiloquam jubes?

PRÆTŪMĬDUS, a, um, adject. valde tumidus, et fere translate occurrit. *Ammian.* 23. 6. Unde ad id tempus reges ejusdem gentis prætumidi, appellari se patiuntur Solis fratres et Lunæ. *Id.* 27. 9. Latrones prætumidi. *Claudian.* 1. *in Rufin.* 225. Effera prætumido quatiebat corda furore. *Id. II. cons. Stilich.* 81. Jam non prætumidi supplex Orientis ademptam Legatis poscit Libyam. *Juvenc.* 1. 584. prætumidæ jactatio mentis.

PRÆTŪRA, æ, f. 1. *pretura, ἐπαρχία*, dignitas prætoris, h. e. ejus, qui populo jus dicit, sive Romæ, sive in provincia. Magistratus ædilitate major, consulatu minor: cujus petendi ætas erat fere annus quadragesimus, ita tamen ut post ædilitatem biennium intercederet: insignia sella curulis, prætexta, latus clavus. Patriciorum primo propria fuit: deinde etiam cum plebe communicata. V. *Liv.* 8. 15. Qui primus e patriciis hunc magistratum iniit, fuit Sp. Furius M. F. Camillus, ut est apud *eumd.* 7. *init.*; e plebejis vero Q. Publilius Philo, teste *eod. cit.* 8. 15. Tria præcipua præturæ urbanæ officia significantur a *Cic. Mur.* 26. 53. Prætura probata in jure, grata in munere, ornata in provincia. *Tac.* 3. *Ann.* 30. Volusio vetus familia, neque tamen præturam egressa. — Prætura quis potiebatur, postquam ædilis, aut tribunus plebis fuerat; sed ab Alexandro Severo Aug. statutum est, ut post quæsturam prætores fieri possent. *Lamprid. Alex. Sev.* 43. Quæstores candidatos ex sua pecunia jussit munera populo dare, sed ut post quæsturam præturas acciperent, et inde provincias regerent.

PRÆTURINUS, a, um, adject. ad prætoram pertinens. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 61.

PRÆULCĔRĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *præulcero*, ante ulceratus. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 1. *n.* 18. Pulvisculum locis præulceratis apponimus.

PRÆUMBRANS, antis, particip. ab inusit. *præumbro*, umbram inducens, umbra involvens. Translate. *Tac.* 14. *Ann.* 47. Mortem obiit Memmius, auctoritate, constantia, fama, in quantum præumbrante imperatoris fastigio datur, clarus.

PRÆUNCTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆUNGO, gis, xi, ctum, gere, a. 3. Part. *Præunctus* et *Præungendus.* — Præungere est ante ungere, prius ungere. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *ante med.* Digitus præunctus adipe anserino. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 2. *Theod. Priscian.* 1. 19. Præungendum est vulnus.

PRÆŪRO, ūris, ustum, ūrere, a. 3. Part. *Præustus.* — Præurere est prius, aut valde, aut in anteriore parte urere. *Colum. Arbor.* 11. *extr.* Uvas, quæ meridiem vel occidentem spectabunt, ne præurantur, suo sibi pampino tegito. *Alii leg.* perurantur. *Liv.* 1. 32. *ad fin.* Ut fecialis hastam serratam, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret. *h. e.* ustulatam in cacumine. *Virg.* 7. *Æn.* 524. Stipitibus duris agitur, sudibusque præustis. (*Priscian.* 1. *p.* 561. *Putsch.* Invenitur tamen hæc diphthongus (æ) in media dictione correpta tunc, quando compositæ dictionis antecedentis in fine est sequente vocali, ut *præustus.* Et *Virg.* loc. affert.) Adde *Cæs.* 5. *B. G.* 39. *Tac.* 2. *Ann.* 14. Præusta et brevia tela. — De frigore. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 20. 24. (134). Præustis in transitu Alpium nive membris. *V.* ADUSTUS.

PRÆUSTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PRÆUT. *V.* in PRÆ.

PRÆVĀLENS, entis. *V.* PRÆVALEO in fin.

PRÆVĀLENTĬA, æ, f. 1. actus prævalendi. *Paul. Dig.* 6. 1. 23. In omnibus istis causis, ex quibus mea res per prævalentiam alienam rem trahit. *per valer di più.*

PRÆVĀLĔO, les, lŭi, lere, n. 2. (præ *et* valeo). Part. *Prævalens* in fin. — Prævaleo est idem ac plus valeo, plus possum, melior sum, ὑπερισχύω (It. *valere assai, poter molto, prevalere*; Fr. *valoir plus, avoir l'avantage, prévaloir, l'emporter*; Hisp. *prevalecer*; Germ. *sehr viel vermögen, sehr mächtig sein, viel gelten, d. Uebergewicht haben*; Angl. *to prevail, be better or more able, be of more value or worth, be stronger or more powerful, excel, exceed*). ¶ 1. Generatim. *Phædr.* 1. 13. Virtute semper prævalet sapientia. *h. e.* robore corporis. Alii leg. *virtuti*, alii *virtutem*: alii spurium versum putant. *Vellej.* 2. 118. 4. Sed prævalebant jam fata consiliis. *At* Ruhkopfius *legit* præstabant. *Stat.* 2. *Achill.* 122. Quisque equo jaculoque potens, qui prævalet arcu. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 6. 7. (19). Vulturum prævalent nigri. *Id.* 11. *ibid.* 19. 21. (65). Aranei quum prævaluere (*supra apes*), ut interant, enecant alveos. *Id.* 17. *ibid.* 22. 35. (185). Et in Africa, et in Ægypto hic mos prævalet. *Plin. alter* 3. *Ep.* 20. Ita sæpius digni, quam gratiosi, prævalebant. *scil.* in petendis honoribus. *Tac.* 1. *Ann.* 58. *a med.* Tuum erit consultare, utrum prævaleat, quod ex Arminio concepit, an quod ex me genita est. *et* 12. *ibid.* 64. *ad fin.* Enimvero certamen acerrimum, amita potius, an mater apud Neronem prævaleret. *Sueton. Galb.* 19. Prævalere auctoritate et præsentia. *Id. Ner.* 28. gratia. *Tac.* 2. *Hist.* 65. Auctoritas Cluvii prævaluit, ut puniri libertum suum Vitellius juberet. *Plin.* 5. *Ep.* 21. *sub fin.* Tales ubique sermones: qui tamen alterutram in partem ex eventu prævalebunt. *Ulp. Dig.* 1. 5. 10. Hermaphroditum puto ejus sexus existimandum, qui in eo prævalet. *Quintil.* 6. 2. 9. Hos (*affectus*) ad perturbationem, illos ad benevolentiam prævalere. ¶ 2. Speciatim de iis, quæ vim habent in medicina. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 21. 88. (152). Trifolium prævalet contra serpentium ictus. *et* 28. *ibid.* 7. 21. (75). Lac prævalet ad vitia in facie sananda. — Hinc Part. præs.

Prævalens, entis, adjective usurpatur, et est *assai potente*, valde potens. *Liv. præf.* Jampridem prævalentis populi vires se ipsæ conficiunt. *Vellej.* 2. 108. 2. Prævalens corpore, animo ferox. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 20. (84). Occurrit Euphrati Taurus mons, nec resistit, quamquam XII. mill. pass. latitudine prævalens.

PRÆVĀLESCO, ĕre, n. 3. invalesco, validior fio. *Colum.* 5. *R. R.* 6. 17. Vitem quoque ante, quam ex toto arbor prævalescat, conserere convenit.

PRÆVĀLĬDĒ, adverb. *παν ἰσχυρῶς*, admodum valide. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 14. 24. (109). Ut prævalide accipientis trunco in media fissura relinquatur.

PRÆVĀLĬDUS, a, um, adject. *assai robusto, molto forte, molto potente, ὑπερισχυρός*, præpotens.

I.) Proprie. *Liv.* 7. 5. Se solum inermem, illum prævalidum juvenem, et stolide ferocem viribus suis. *Ovid. Heroid.* 9. 80. Ab quoties, digitis dum torques stamina duris, Prævalidæ fusos comminuere manus! *Liv.* 27. 39. *ad fin.* Prævalidæ urbes. *Vellej.* 2. 69. 2. legiones. *Tac.* 2. *Hist.* 28. Cohortes turbidæ, ac, si una forent, prævalidæ. *Sueton. Vesp.* 5. Ramus prævalidus ac prolixus.

II.) Translate. *Virg.* 2. *G.* 252. *de terra.* ab nimium ne sit mihi fertilis illa, Neu se prævalidam primis ostendat aristis. *h. e.* multa gignere potentem. *Tac.* 3. *Ann.* 53. Prævalida et adulta vitia. *et* 12. *ibid.* 60. *ad fin.* Matios et Vedios, et cetera equitum R. prævalida nomina. *h. e.* potentiores equites R. Sic 3. *ibid.* 35. Avunculum esse Sejani Blæsum, atque eo prævalidum. *h. e.* magis gratiosum.

PRÆVALLO, as, are, a. 1. ante vallo. *Auct. B. Alex.* 19. Imperat, pontem adversus hostem prævallari. *Claudian.* 2. *in I. cons. Stilich.* 188. et sævum gentibus amnem, Tibridis in morem domibus prævallet amœnis. *h. e.* tamquam vallum opponat hostibus.

PRÆVĀPŌRĀTUS, a, um, particip. ab inusit. 1. *prævaporo*, antea vaporatus. *Theod. Priscian.* 2. Alcyonii radices combures, et teres, et prævaporatis locis asperges.

PRÆVĀRĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. *collusione, prevaricazione, l'intendersela coll'avversario, καθυφεσις*, actus prævaricandi. *V.* voces sequent. *Cic. Partit. orat.* 36. 124. Ut si in reo, pecunia absoluto, rursusque revocato, prævaricationem accusator esse definiat omnem judicii corruptelam ab reo; defensor autem non omnem, sed tantummodo accusatoris corruptelam ab reo. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 16. Quo die hæc scripsi, Drusus erat de prævaricatione a tribunis ærarii absolutus. *Plin.* 1. *Ep.* 20. Brevitatem custodiendam esse confiteor, si causa permittat: alioquin prævaricatio est, transire dicenda. Prævaricatio etiam, cursim et breviter attingere, quæ sint inculcanda, infigenda, repetenda. *Id.* 3. *Ep.* 9. *a med.* Prævaricationis crimine corruere. *et mox.* Prævaricationis damnatus.

PRÆVĀRĬCĀTOR, ōris, m. 3. *collusore, prevaricatore, καθυφετηρ*, qui prævaricatur, sive prætergreditur. (Sic *Paul. Diac. p.* 226. 9. *Müll.* Prævaricatores a prætergrediendo sunt vocitati). Accipitur pro eo, qui ab officii sui præscripto deflectit atque aberrat: et speciatim pro accusatore, qui a reo pecunia corruptus est. — *a)* Absolute. *Cic. Part. orat.* 36. 126. Prævaricator significat eum, qui in contrariis causis quasi varie esse positus videatur. *Martian. Dig.* 48. 16. 1. Prævaricatorem esse eum ostendimus, qui colludit cum reo, et translaticie munere accusandi defungitur, eo quod proprias quidem probationes dissimularet, falsas vero rei excusationes admitteret. *Ulp. ibid.* 3. 2. 4. *sub fin.* et *ibid.* 47. *tit.* 15. qui *De prævaricatorib.* inscribitur, 1. Prævaricator autem est quasi varicator, qui diversam partem adjuvat, prodita causa sua. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 18. 58. Utrum te perfidiosum, an prævaricatorem existimari mavis? — *Apponere sibi prævaricatorem*, est curare se per alium quempiam accusari colludendi gratia. *Cic.* 2. *Phil.* 11. 25. Jam vereor, ne prævaricatorem mihi apposuisse videar, qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam oneraret alienis. — *b)* Cum Genitivo. *Cic. Pis.* 10. 23. Prævaricator Catilinæ quondam, nunc ultor. *Cœl.* ad *Cic.* 8. *Fam.* 11. Prævaricator causæ publicæ.

PRÆVĀRĬCĀTRIX, īcis, f. 3. quæ prævaricatur. Est *Augustini Ep.* 89. (*al.* 157.) 20.; et *Hieronymi* 5. *in Isaj.* 12. 3.

PRÆVĀRĬCO, as, etc. *V.* voc. seq. init.

PRÆVĀRĬCOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. Etiam *prævarico* ab antiquis dictum est, teste *Priscian.* 8. *p.* 799. *Putsch.* Sic *Augustin. tract.* 99. *in Johann.* Adam non sicut audivit, judicavit, quia quod audivit, prævaricavit. *h. e.* neglexit, vel transgressus est: *trasgredì, prevaricò.* quo sensu et *prævaricator* ab *eod.* accipitur, *trasgressore, prevaricatore*: in *Ep. ad Galat. n.* 16. et *enarr. in Psalm.* 100. *n.* 5.; item prævaricatio, *trasgressione, prevaricazione*: *enarr. in Psalm.* 118. *serm.* 25. etc. — Prævaricor est idem ac valde varico, varus, h. e. obliquus incedo, rectam lineam prætergredior, *andare storto.*

I.) Proprie. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 19. 49. (179). Arator, nisi incurvus, prævaricatur. Inde translatum hoc crimen in forum. Ibi utique caveatur, ubi inventum est. *h. e.* a recto sulco deflectit. Adde *Paul. Diac.* l. cit. in PRÆVARICATOR init.

II.) Translate itaque pertinet ad res forenses, et præcipue dicitur de accusatore, qui dum fingit se accusare, id agit potius, ut reus absolvatur, proditque causam suam proprias probationes dissimulando, et falsas rei excusationes admittendo, *χαυφίζω, usar collusione, intendersela coll' avversario, tradire la causa. V.* PRÆVARICATOR. *Ulp. Dig.* 47. 15. 1. Qui prævaricatur, ex utraque parte consistit, quinimo ex altera. Is autem prævaricator proprie dicitur, qui publico judicio accusaverit. Ceterum advocatus non proprie prævaricator dicitur. *Cic. Harusp. resp.* 20. 42. A Catilina pecuniam accepit, ut turpissime prævaricaretur. *Plin.* 3. *Ep.* 9. *a med.* Norbanum reum postulavit, quasi in causa Costæ prævaricaretur. — Et cum Dativo. *Cic. Cluent.* 21. 58. Hoc quamquam sedulo faciebat, tamen interdum non defendere, sed prævaricari accusationi videbatur. *Alii omitt.* accusationi: *alii leg.* accusatori: *alii* defensioni. *Prævaricari* hoc loco est, causam susceptam prodere, male defendendo, et accusationi inserviendo. Quamvis enim proprie accusator *prævaricari* dicatur, tamen et patrono tribui potest. Cujus rei exemplum habetur etiam in *Ep. Cœlii* ad *Cic.* 8. *Fam.* 11., ubi *prævaricator* dicitur, qui aliquid defendit. Etiam *prævaricatio* hoc sensu usurpatur a *Plin.* 1. *Ep.* 20. *V.* PRÆVARICATIO. — Et cum Accusativo. *Cassiod.* 10. *Hist. Eccl.* 4. Quas (*auctiones*) quicumque prævaricari præsumerent.

PRÆVĂRUS, a, um, adject. valde varus, obliquus, pravus.

I.) Proprie. *Apul. Florid. n.* 19. Venarum pulsus inconditos, vel prævaros. MSS. et editt. plures habent *præclaros*, h. e. certos, distinctos.

II.) Translate. *Cic. fragm.* apud *Isid.* 10. *Orig. litt. P.* Quid enim tam prævarum?

PRÆVECTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆVĔHOR, vĕheris, vectus sum, vehi, dep. 3. Part. *Prævectus* I. 1. — Prævehi est ante vehi, provehi, prætervehi, *portarsi o andar innanzi, passar oltre, avanzarsi, προβαίνω, προάγομαι.*

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Liv.* 9. 35. *a med.* Equites R. prævecti per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent, etc. *Id.* 24. 44. *sub fin.*; et *Virg.* 7. *Æn.* 166. Prævectus equo. *Sil. It.* 4. 51. volucri prævectus litora classe Scipio, Phocaicis sese referebat ab oris. *Alii leg.* pervectus. *Tac.* 5. *Hist.* 16. Hinc prævectus ad Germanicum exercitum, manus tendebat, etc. *Id.* 4. *Hist.* 71. *ad fin.* Paulum more in ascensu, dum missilia hostium prævehuntur. *h. e.* feruntur in subeuntes. ¶ 2. Latiori sensu. *Tac.* 2. *Ann.* 6. Rhenus servat nomen, qua Germaniam prævehitur. *h. e.* præfluit, præterfluit.

II.) Translate. *Plin.* 1. *Ep.* 16. Adsunt aptæ crebræque sententiæ, gravis et decora constructio, sonantia verba et antiqua. Omnia hæc mire placent, quum impetu quodam et flumine prævehuntur: placent, si retractentur.

PRÆVELLO, vellis, velli et vulsi, vulsum, vellere, a. 3. Part. *Prævulsus.* — Prævello est idem atque ante vello, avello. *Laberius* apud *Diomed.* 1. *p.* 369. Aliqua parte prævulserat. *Bücheler.* et *Ribbeck. leg.* evulserat. *Tertull. advers. Gnost.* 13. *in fin.* Sicubi ab idololatria divellit, quid ei magis, quam martyria prævellit? — Hinc *prævulsa* absolute apud *Tertull.* 1. *ad Nation.* 10. *a med.* Capitula et ungulas et plumarum sætarumque prævulsa.

PRÆVĔLO, as, ātum, are, a. 1. *coprire davanti, προκαλύπτω*, ante velo, seu tego. Part. *Prævelaturus* et *Prævelans* apud *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 325. et vultibus addunt Flamea, sollicitum prævelatura pudorem. *Id. VI. cons. Honor.* 647. Et sertas Getica prævelans fronde secures.

PRÆVELOX, ōcis, adject. valde velox. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 31. 36. (111). Quamvis prævelocibus camelis fugientes. *Quintil.* 11. 2. 44. Prævelox memoria fere cito effluit.

PRÆVĔNĬO, vĕnis, vēni, ventum, vĕnire, 4. (præ *et* venio). Tmesis est in illo *Virg.* 8. *Ecl.* 17. Nascere, præque diem veniens age, Lucifer, almum. — Part. *Prævĕniens, Prævĕntus* et *Prævĕnturus* I. — Prævenire est ante venire, occupare, prævertere, *φθάνω, προέρχομαι* (It. *venire innanzi, antivenire, prevenire*; Fr. *devancer, précéder, venir le premier*; Hisp. *preceder, ir delante, prevenir*; Germ. *Jemandem zuvorkommen*; Angl. *to come before, get the start, prevent, anticipate*).

I.) Proprie. — *a*) Absolute. *Liv.* 22. 24. Quia haud dubie hostis breviore via præventurus erat. *Id.* 24. 21. Ceterum prævenerat non fama solum, sed nuncius etiam ex regiis servis. *Ovid.* 5. *Fast.* 547. Quid solito citius liquido jubar æquore tollit Candida, Lucifero præveniente, dies? — *b*) Cum Accusativo. *Cic.* 3. *Off.* 7. 33. Nisi aliquis casus, aut occupatio consilium ejus prævenisset. *Alii rectius leg.* peremisset. *Liv.* 8. 16. *sub fin.* Ut beneficio prævenirent desiderium plebis, de colonia deducenda Cales retulerunt. *Justin.* 32. 4. 8.; et *Val. Max.* 1. 3. *n.* 3. Damnationis ignominiam voluntaria morte prævenit. *Sueton. Cæs.* 44. Talia agentem et meditantem mors prævenit. — *c*) Passive. *Ovid.* 5. *Trist.* 4. 31. mœrens tempus reminiscitur illud, Quod non prævĕntum morte fuisse, dolet. *Justin.* 32. 3. 3. Peregissetque ultionem, nisi morte prævĕntus fuisset. *Sueton. Claud.* 44. Priusquam ultra progrederetur, prævĕntus est ab Agrippina. *Tac.* 14. *Ann.* 7. Eo descensum credebant, ut nisi prævĕniretur Agrippina, pereundum Neroni esset. *h. e.* prior occideretur. *Sall. Jug.* 74. *sub fin.* Quæ ipse paravisset, perfidia clientis sui prævĕnta. *Plin.* 9. *Ep.* 1. Jam parata editio morte prævĕnta. *Justin.* 21. 4. 6. Hoc consilio prævĕntus, iterum servitia concitat. *Tac.* 1. *Hist.* 5. Postquam prævĕntam gratiam intelligit, pronus ad novas res, etc. *Flor.* 3. 5. *a med.* Filii scelere prævĕntus, male tentatum veneno spiritum ferro expulit. *Macrob.* 7. *Saturn.* 12. *sub fin.* Ex asperatione oris prævĕnta suavitas excluditur. Est qui leg. *proventa*, sed repugnante sententia. Adde *Ovid.* 5. *Trist.* 4. 32.; et *Claudian. IV. cons. Honor.* 101. — Et *Ulp. Dig.* 48. 5. 15. Si maritus sit in magistratu, potest prævĕniri a patre. *h. e.* in accusanda filia adulterii rea. *Prævenire* enim aliquando dicitur, qui prior accusat, ut est apud *eumd. ibid.* 4. — *Ammian.* 28. 3. *init.* Opportuna ubique ad insidiandum barbaris (*Theodosius*) prævĕniens loca. *h. e.* præoccupans, ante occupans. *Vopisc. Flor.* 6. Prævenire convivia. *h. e.* ante solitum tempus agere.

II.) Translate est superare, antecellere. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 14. Nomentanæ vites vini nobilitate subsequuntur Amineas, fecunditate vero etiam prævĕnlunt. *avanzano, vincono.*

PRÆVENTĬO, ōnis, f. 3. actus prævĕniendi. *Augustin.* 1. *advers. Gaudent.* 14. Quæcumque præparaverat dicere, ante sunt nostra prævĕntione refutata.

PRÆVENTOR, ōris, m. 3. qui prævenit. *Prævĕntores*, et *superventores* apud *Ammian.* 18. 9. *ad fin.* sunt militum genus, a pugnæ, opinor, ineundæ tempore atque ordine appellati.

PRÆVENTUS, a, um. *V.* PRÆVENIO.

PRÆVENTUS, us, m. 4. occupatio. In sexto casu sing. *Tertull.* 5. *advers. Marcion.* 12. Ne contristemur mortis prævĕntu. — Et in recto sing. num. *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 9. *extr.* Quum humanior prævĕntus causarum arriserit, calidis et nutrientibus imminendum est.

PRÆVERBĬUM, i, n. 2. verbum, quod in compositione alterius verbi præponitur. *Varro* 5. *L. L.* 38. *Müll.* Ab iisdem principiis, antepositis prævĕrbiis paucis, immanis verborum accedit numerus, quod, prævĕrbiis additis atque commutatis, aliud atque aliud fit. *et ibid.* 82. Consuetudo communis, quæ cum prævĕrbiis conjuncta fuerunt, etiam nunc servat, ut aspicio, conspicio, respicio, suspicio, despicio. *Gell.* 7. 7. Addebat etiam, quod *ad* prævĕrbium tum ferme acueretur, quum significaret *ἐπίτασιν*, sicut adfabre, admodum. *Scaurus de orthogr. p.* 2262. *Putsch.* Varro adverbia localia, quæ alii prævĕrbia vocant, quatuor esse dicit, *ex, in, ad, ab.*

PRÆVERNAT, abat, are, n. impers. 1. ver præmature incipit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 65. (239). Sive ante, quando prævernat: sive post, quando hiemat.

PRÆVERRO, is, ere, a. 3. ante verro. *Ovid.* 3. *Amor.* 13. 24. Qua ventura dea est, juvenes timidæque puellæ Prævĕrrunt latas veste jacente vias. *Virg. Mor.* 23. Prævĕrrit cauda silices, gremiumque molarum. *Alii leg.* perverrit. h. e. probe ac diligenter verrit et mundat. Utraque lectio probabilis est.

PRÆVERSUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆVERTO *vel* prævorto, tis, ti, tere, *et* Prævertor *vel* prævortor, teris, sus sum, ti, a. et dep. 3. (præ *et* verto *vel* vorto). Part. *Prævĕrsus* I. 2. et II. 1.; *Prævertendus* I. 1. et II. 5. — Prævertere

I.) Proprie ¶ 1. Est antevertere, prævenire, anteponere, præferre, *preporre, preferire, fare innanzi, anticipare, προφθάνω. Plaut. Amph.* 1. 3. 29. Illuc redeundum est mihi, ne me uxorem prævertisse dicant præ republica. *Cic.* 1. *Divinat.* 6. 10. De quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam, ita tamen, si vacas animo, neque habes aliquid quod huic sermoni prævertendum putes. (Est qui leg. *prætervertendum*, minus recte.) *Liv.* 2. 24. Nec posse, quum hostes prope ad portas essent, bello prævertisse quidquam. *Gell.* 4. 3. Jurisjurandi religionem animo atque amori prævertere. ¶ 2. Item prævenire, antecedere, currendo superare, *vincere correndo. Virg.* 7. *Æn.* 807. prœlia virgo Dura pati, cursuque pedum prævertere ventos. Sic *Id.* 12. *ibid.* 345. equo prævertere ventos. *Catull.* 64. 341. Flammea prævortet celeris vestigia cervæ. *Stat.* 5. *Theb.* 691. volucres equitum prævĕrterat alas Fama recens. Adde *eumd.* 2. *Achill.* 396. — Cum Dativo. *Fronto p.* 224. Delphinus navi prævortit. *Nisi legendum sit* navim. — Huc pertinet et illud *Virg.* 1. *Æn.* 321. volucremque fuga prævertitur Hebrum. *Al. leg.* Eurum. — Et translate *Ammian.* 26. 8. Rumore præverso imminens exitium ille perdoctus etc.

II.) Translate. ¶ 1. Est prævenire, præoccupare, *prevenire, preoccupare. Plaut. Cas.* 2. 8. 70. Nostra omnis lis est: pulcre prævortar viros. *h. e.* præveniam, ne, quod pararunt, perficere queant. — Ejusdem sententiæ est illud *ejusd. Amph.* 3. 2. 39. Si quid dictum est per jocum, non æquum est, id te serio prævortier. *h. e.* præoccupare, ac statim arripere, et in serium interpretari, priusquam mentem loquentis plane intelligas. — Ceterum *Lucan.* 8. 29. summa dies cum fine bonorum Adfuit, et celeri prævertit tristia leto. *Gell.* 17. 10. Quæ absolvi, quoniam mors prævĕrterat, nequiverunt. *Liv.* 8. 16. Aggerem et vineas egit, turresque admovit: quorum usum forte oblata opportunitas prævertit. *h. e.* eorum usum inanem reddidit, quum ante capta sit urbs, quam illa adhiberentur. *Cic. Sull.* 16. 46. Nemo unquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non prævĕrterim. *h. e.* non prævenerim male dicendo, dictis lacerando. *Ovid.* 2. *Met.* 657. prævertunt, inquit, me fata, retorque Plura loqui. *Capell.* 1. *p.* 10. nam solitus ciere pectus, Et prævĕrsa vigil monere sensa. ¶ 2. Item est ante sumere. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 59. Neque præripio pulpamentum, neque prævorto poculum. *h. e.* ante tempus sumo. *Virg.* 1. *Æn.* 724. paullatim abolere Sichæum Incipit, et vivo tentat prævertere amore Jampridem resides animos. *h. e.* præoccupare, antequam a Junone capiantur. ¶ 3. Item præcavere, vitare. *Seren. Sammon.* 62. 1077. Si nequit infandum prævertere cautio virus. ¶ 4. Item superare, plus posse, *superare, aver più forza. Plaut. Amph.* 5. 1. 16. Jam ea res me horrore afficit: herilis prævertit metus: ocius accurro. *Id. Pseud.* 1.

3. 59. Quoniam pietatem amori tuo video prævortere. *Liv.* 2. 24. Nec posse, quum hostes prope ad portas essent, bello prævertisse quidquam. ¶ 5. Sæpissime est divertere, transire, quasi omissis, quæ occeperamus, vertere se ad alia, eaque prius persequi et conficere, ut quæ majoris momenti sint: et fere passiva voce: *rivolgersi, e fare prima di tutto.* — *a*) Cum Dativo. *Plaut. Merc.* 2. 3. 40. Rei mandatæ omnes sapientes primum prævorti decet. *h. e.* vorti ante alia ad rem mandatam faciendam. Sic *Pers.* 5. 2. 20. Stultitia est, cui bene esse licet, cum prævorti litibus. Posterius istæc te magis par agere est. Adde *Capt.* 2. 3. *in fin.* et *Merc.* 1. 2. 3. Abige abs te lassitudinem: cave, pigritiæ prævorteris. *h. e.* pigritiæ indulgeas omissa cura salutis heri. *Cæs.* 7. *B. G.* 33. Etsi ab hoste discedere detrimentosum esse existimabat, tamen huic rei prævertendum existimavit. — *b*) Hoc sensu regit interdum Accusativum, quasi sit deponens. *Liv.* 8. 13. Coactique novi consules omnibus eam rem prævorti, proficiscuntur. *h. e.* vertere se ad eam rem præ, seu ante omnia. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 8. Hoc prævortar principio: illa omnia missa habeo, quæ ante agere occœpi. *Liv.* 35. 33. *sub fin.* et 36. 27. Aliud in præsentia, quod magis instaret, prævertendum sibi esse dixit. *L. Verus Imp.* apud *Front. ad Verum Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 2. Da verecundiæ veniam, si urgentibus curis præpeditus negotia in manibus præversus sum. — *c*) Cum Accusat. et præpos. *ad. Colum.* 3. *R. R.* 7. 3. Quare non intempestivum est, nos ad ea prævorti, quæ etc. *Tac.* 4. *Ann.* 32. Qui veteres populi R. res composuere, ingentia bella, expugnationes urbium, fusos captosque reges: aut si quando ad interna prævorterent (*supple* se), discordias consulum adversum tribunos, agrarias leges, plebis et optimatium certamina, libero egressu memorabant. — *d*) Cum Accusat. et præpos. *in. Gell.* 3. 7. Hostes profecto, ubi id viderint, fortissimus quisque ad occursandum pugnandumque in eos prævertentur, unoque illo negotio sese alligabunt. — *e*) Cum Adverbio loci. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 38. Illuc prævertamur, amatorem quod amicæ Turpia decipiunt cæcum vitia. — *f*) Sequente Relativo. *Plin.* 16. *Hist. nat. præf.* 1. (1). Proximum erat narrare glandiferas quoque, ni prævorti cogeret admiratio, quænam esset vita sine arbore ulla, etc. — *g*) Absolute. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 8. In rem quod sit, prævortaris, potius quam re adversa animo auscultes. *h. e.* agas, advertas, cures ante omnia, quod utile sit. ¶ 6. *Forcellinus* in fine hujus vocis hæc addit: *Prævorti foras*, exire, aufugere. In *suppos. Amph. scœna, quæ incipit* Di vostram fidem, 23. Famem exspectat obambulans. so. Curiose quidem. fores enim clausit, ne prævorteretur foras. *h. e.* ne foras egrediens fames eum anteverteret.

PRÆVĔTĬTUS, a, um, particip. ab inusit. *prævetо*, prius vetitus. *Sil. It.* 13. 155. Prævetitum namque et capital committere Martem Sponte viris.

PRÆVEXĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *prævexo*, ante, aut valde vexatus. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 32. Prævexatæ vires. *Id.* 1. *Tard.* 1. *n.* 18. Æger viribus prævexatus.

PRÆVĬANS, antis, particip. ab inusit. *prævio*, qui prævius anteit. *Ambros.* in *Luc.* 3. 21. Homo viam non potest adoriri, nisi Dominum habeat prævíantem.

PRÆVĬĀTOR, ōris, m. 3. qui præcedit. *Venant. Vit. S Hilar.* 2. 9. Quo illa fidens nuncio cum ipso sanitatis suæ prævíatore læta percurrit.

PRÆVĬĀTRIX, īcis, f. 3. quæ præcedit. *Venant.* 3. 2. *præf.* Nisi a vobis ipsis lampas prævíatrix itineris occurrisset. *Al. leg.* viatrix.

PRÆVĬDENTĬA, æ, f. 1. *previdenza*, actus prævidendi. *Boeth.* 5. *pros.* 6. *ante med.* Itaque si præscientiam pensare velis, qua cuncta (*Deus*) dignoscit, non esse præscientiam quasi futuri, sed scientiam numquam deficientis instantiæ, rectius æstimabis. Unde non prævidentia, sed providentia potius dicitur, quod porro ab rebus infimis constituta, quasi ex excelso rerum cacumine cuncta prospiciat. Hactenus *Boethius*; ex quibus patet prævidentiam esse rerum, quæ prius exstiterunt, cognitionem; providentiam earum, quæ longe exstant.

PRÆVĪDĔO, vīdes, vīdi, vīsum, vīdere, a. 2. Part. *Prævisus.* — Prævidere est ante videre, providere, prospicere, præsentire, *prevedere, antivedere*, προοράω. *Ovid.* 1. *Fast.* 327. An, quia prævisos in aqua timet hostia cultros, etc? *Tac.* 12. *Ann.* 63. Prævisa locorum utilitate. *et ibid.* 50. *a med.* Quod nobis prævisum, et missæ auxilio cohortes. *et* 14. *ibid.* 55. Non tantum prævisa, sed subita expedire. *Sueton. Aug.* 10. Prævisum periculum subterfugere. Adde *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 1. Et *Tac.* 4. *Hist.* 15. Nec prævíderant impetum hostium milites, nec, si prævidissent, satis virium ad arcendum erat. *Plin.* 1. *Ep.* 20. *circa med.* Quisque quasi fortissimum amplectitur, quum ab alio dictum est, quod ipse prævidit. — Alia hujus verbi testimonia afferri solent ex *Ter. Andr.* 1. 2. 12.; *Cic.* 6. *de republ.* 24., 1. *Divinat.* 30. 64. et 2. *Nat. D.* 65. 163.; *Horat.* 1. *Ep.* 7. 69.; *Sueton. Tib.* 14. *sub fin.* et *Quintil.* 4. 5. 5. etc., sed ubique alii *provideo* substituunt, quod eamdem vim habet. *Forcellinus* tamen attulit illud *Cic.* 7. *Verr.* 9. 22. Omnia ista concedam et remittam, prævideo enim, quid sit defensurus Hortensius. *Ita legit et* Orell. *sed recentiores* provideo. — Prævideo est etiam procul video, et antequam perveniam. *Val. Flacc.* 2. 442. jam quas prævíderat urbes, Navita condebat. Hic quoque est qui leg. *províderat*. Simile est illud *Virg.* 5. *Æn.* 443. Ostendit dextram insurgens Entellus, et alte Extulit: ille ictum venientem a vertice velox Prævidit, celerique elapsus corpore cessit. — Et consulo, caveo, prospicio, *provedere. Nepos Hann.* 9. Vidit autem vir omnium callidissimus, magno se fore periculo, nisi quid prævidisset. Itaque capit tale consilium, etc. *Alii leg.* providisset.

PRÆVĪDUS, a, um, adject. qui ante videt. *Capell.* 1. p. 3. Illam majorem filiarum et prævidum perspicacioris prudentiæ commendabat ingenium. *Ita* Cod. Leid.; *alii et ipse Kopp.* providum *leg.*

PRÆVĪGĬLO, as, are, n. 1. attente vigilare. *Augustin. de Natur. et Grat.* 18. Et dicit (*Pelagius*) hominem prævigilare debere, ne ignoret.

PRÆVINCĬO, cis, xi, ctum, cire, a. 4. Part. *Prævinctus* in fin. — Prævincire est ante vincire. *Venant. Vit. S. Menard.* 4. Latro vineam irrupit, et redeundi aditum ebrius non invenit; sed quum vineæ dominator occurreret, funem reperit, quem sua jam præda prævinxerat. — Hinc Part. præter. pass.

Prævinctus, a, um, est ante, aut valde vinctus, constrictus.

I.) Proprie. *Gell.* 15. 10. Cum eodem laqueo, qui essent prævinctæ.

II.) Translate. *Gell.* 19. 2. Ferinis voluptatibus prævinctus.

PRÆVINCO, cis. cere, a. 3. longe superare. *Poeta* apud *Isid. T.* 1. *p.* 481. Ardua sublimes prævincunt culmina thermæ.

PRÆVINCTUS, a, um. *V.* PRÆVINCIO.

PRÆVĪRĪDANS, antis, adject. *Laberius* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 7. Quum vigebam membris prævíridantibus. *h. e.* prævalidis, vegetis.

PRÆVĪRĪDIS, e, adject. valde viridis. *Frontin. Aquæd.* 7. *a med.* Aqua colore prævíridi. *Plerique omnes lĕg.* perviridi.

PRÆVĪSĔ, adverb. prævidendo. *Augustin.* in *Ps.* 63. 7. Repente. id est insidiose, quasi inopinate, quasi non prævise.

PRÆVĪSUS, a, um. *V.* PRÆVIDEO.

PRÆVĪTĬĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRÆVĪTĬO, as, ātum, are, a. 1. Part. *Prævitiatus.* — Prævitiare est ante vitiare, vel corrumpere. *Ovid.* 14. *Met.* 55. Hunc (*gurgitem*) dea prævitiat, portentificisque venenis Inquinat. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 15. Corpora jamdudum debilia, vel senes, aut ex alio morbo prævitiati.

PRÆVĬUS, a, um, adject. *chi va innanzi, previo*, ὁδηγός, qui præeundo viam monstrat, qui antecedit. *Cic. Arat.* apud *Non. p.* 65. 9. *Merc.* Prævius Auroræ, Solis Noctisque satelles. *Ovid.* 11. *Met.* 65. Nunc præcedentem sequitur, nunc prævius anteit. *et* 15. *ibid.* 190. quum prævia luci Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem. *Alii leg.* lucis. *Stat.* 4. *Theb.* 485. Angue ter excusso, et flagranti prævia tædo, Tisiphone, dux pande diem. *Auson. Edyll.* 12. *de monosyllab. cæpt. et fin.* 6. Lux dono concessa deum, cui prævius est sol. *Capell.* 2. *p.* 32. Virgo perite Prævia sortis. *h. e.* quæ prævertit sortem suam. Adde *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 426. Ex his intelligis, vocem esse poeticam.

PRÆVŎLO, as, are, n. 1. Part. *Prævolans.* — Prævolare est antevolare. *Cic.* 2. *Nat. D.* 49. 125. Grues in tergo prævolantium colla et capita reponunt. *Tac.* 1. *Hist.* 62. Aquila leni meaut, prout agmen incederet, velut dux viæ prævolavit. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 40. Novisse mores tuos me meditate decet, Curamque adhibere, ut prævolet mihi, quo tu velis. *h. e.* ut animus meus præcurrat, quo tu velis. Est qui leg. *prævelit*, vel *prævelim, quæ tu velis*: a *prævolo, prævis*, etc. *At recentiores rectius legunt* ut præolat mihi quod tu velis.

PRÆVŎLO, velle, n. anom. *V.* in voc. præced.

PRÆVULSUS, a, um. *V.* PRÆVELLO.

PRAGMA, ătis, n. 3. πρᾶγμα, *negotium. Jul. Victor Art. rhet.* (edente *A. Maio*) 3. 4. Pragmata scholastica. Adde *ibid.* 9. et 15.

PRAGMĂTĬA, æ, f. 1. πραγματεία, opus. *Acron* ad *Horat.* 2. *Sat.* 5. 41. Furius Bibaculus in pragmatia belli Gallici: Juppiter hibernas cana nive conspuit Alpes. Cf. *Commentat. Cruq. p.* 474.

PRAGMĂTĬCA, ōrum, n. plur. 2. *V.* PRAGMATICUS in fin.

PRAGMĂTĬCĀRĬUS, ii, m. 2. qui in sacris principis scriniis occupatus est, et pragmaticas sanctiones, adnotationes, et acta cognitionum perscribit. *Imp. Zeno Cod.* 1. 23. 7.

PRAGMĂTĬCUS, a, um, adject. πραγματικός, ad negotia pertinens, negotialis; πρᾶγμα enim est negotium. Et præsertim ad lites et causas forenses ac civiles pertinens. *V.* NEGOTIALIS. Græce *Cic.* 14. *Att.* 3. Tu si quid πραγματικὸν (*al.* pragmaticon) habes, scribe: sin minus, populi ἐπισημασίαν et mimorum dicta perscribito. *qualche novità forense, o della piazza. Ennod. Opusc.* 2. *p.* 1002. A. Hoc sibi vivendi pragmaticum vel disciplinæ dogma proposuit. — Hinc *Pragmatici homines*, rerum periti, *pratichi delle cose del mondo*, callidi, humanorumque morum gnari. *Cic.* 2. *Att.* 20. Pompejus amat nos. Credis? inquies. Credo: prorsus mihi persuadet. Sed quia, ut video, πραγματικοί (*al.* pragmatici) homines omnibus historicis (*al.* historiis), præceptis, versibus denique cavere jubent, et vetant credere; alterum facio, ut caveam; alterum, ut non credam, facere non possum. — Ceterum ¶ 1. In re forensi usu venit *Pragmaticus, i*, absolute, substantivorum more, et *pragmatici* dicebantur apud Græcos qui res forenses callebant, qui mercede causarum actores, juris et consuetudinis fori ignaros monebant, dicenda suggerebant, agendi rationem docebant, *pratichi del palazzo, sollecitatori di cause.* Nam, ut ait *Quintil.* 3. 6. 59., Græci πραγματικοὺς vocant juris interpretes. *Cic.* 1. *Orat.* 45. 198. Ut apud Græcos infimi homines, mercedula adducti, ministros se præbent in judiciis oratoribus, ii, qui apud illos πραγματικοὶ vocantur. *et ibid.* 59. 253. Itaque illi disertissimi homines (*Græci*) ministros habent in causis juris peritos, quum ipsi sint peritissimi, et qui, ut abs te paullo ante dictum est, pragmatici vocantur. *et mox.* Oratori pragmaticum adjutorem dare. *Quintil.* 12. 3. 4. Neque ego sum nostri moris ignarus, oblitusve eorum, qui velut ad arculas sedent, et tela agentibus subministrant: neque idem Græcos quoque nescio factitasse: unde nomen his pragmaticorum datum est. — Paullatim etiam in Romano

foro locum habere cœperunt. *Juvenal.* 7. 122. Si quater egisti, si contigit aureus unus, Inde cadunt partes ex fœdere pragmaticorum. *h. e.* ex eo aureo detrahuntur partes, quæ debentur pragmaticis ex pacto cum oratore inito. Adde *Martial.* 12. 72. *Inscript.* apud *Henzen.* 7270. C. IVLIO SIMPLICIO IIIIIVIRO AVGVSTALI CAUSARVM PRAGMATICO CRESCENTIA REGINA OB MERITA EIVS F. C. — Differebant ab *advocatis*, quia hi arcessebantur ab reo, eique aderant gratis officii causa: *pragmatici* ultro se offerebant actori, seu oratori, eique aderant mercedis gratia: *advocati* voce et consilio, *pragmatici* etiam scripto navabant operam: unde et *tabelliones* aliquando appellantur. *Ulp. Dig.* 48. 19. 9. Solet autem interdici forensibus negotiis vel juris studiosis, vel advocatis, vel tabellionibus sive pragmaticis. Hoc tamen loco *advocati* rectius intelliguntur ipsi causarum actores. ¶ 2. In re civili, adjective, *pragmatica sanctio*, aut *jussio*, aut *adnotatio*, aut *constitutio*, est quæ ab imperatoribus fit de rebus ac negotiis civilibus, adhibitis in consilium viris prudentibus, et diligenti examine rei, de qua decernendum est, *decreto, edicto imperiale. Impp. Theod. et Valent. Cod.* 1. 2. 10. et *Impp. Leo, et Anthem. ibid.* 2. 35. et alibi. Sic pragmaticum rescriptum *Augustin. collat.* 3. *cum Donatist. c.* 2. Unde *pragmaticum* absolute, h. e. pragmatica sanctio, *Impp. Theodos. et Valentinian. Cod. Theod.* 6. 23. 3. et *ibid.* 11. 1. 36. et *Impp. Honor.* et *Theodos. ibid.* 16. 5. 52. — Hinc

Pragmatica, ōrum, n. plur. 2. fuit quoddam opus ab *Accio* conscriptum, quod citat *Gell.* 20. 3. Videtur nonnullis esse idem cum eo, quod *Plinius* appellat *Praxidica*, et *Praxidicum* (πρᾶξις enim et πρᾶγμα idem fere sonant) *in indice auctor. lib.* 18. *Hist. nat. et* 18. *ibid.* 24. 55. (200).. ubi hæc habet: Adjecit his Accius in Praxidico, ut sereretur, quum Luna esset in Ariete, Geminis, Leone, Libra, Aquario.

PRAGMĂTĬCUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. 1.

PRAMNĬON, ii, n. 2. gemma, de qua ita *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 63. (173). Morio gemma Indica, quæ nigerrimo colore translucet, vocatur pramnion. *At* Sillig. *leg.* mormorion *et* promnion.

PRAMNĬUM Vinum, πράμνιος οἶνος, generosi vini genus, in Smyrnæorum agro, juxta delubrum Cybeles. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 6. (54).

PRANDĔO, des, di, sum, dere, 2. Alterum huic præteritum tribui solet, *pransus sum. V. Pransus* in fin. — Part. *Prandens* 1.; *Pransus* in fin.; *Pransurus* 1. — Prandere ¶ 1. Neutr. est prandium sumere, *far colazione, desinare*, ἀριστάω. — *a*) Cum opposito *cœnare* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 42. 101. Quod ille dux Leonidas dicit? Prandete animo forti, Lacedæmonii; hodie apud inferos fortasse cœnabimus. *At alii leg.* Pergite animo forti. Sic *Val. Max.* 3. 2. *n.* 3. *extern.* Sic prandete commilitones, tamquam apud inferos cœnaturi. — *b*) Absolute. *Plaut. Rud.* 4. 2. *in fin.* Sed hic rex cum aceto pransurus est et sale, sine bono pulmento. *Id. Men.* 2. 3. 50. Prandi in navi: inde huc egressus sum, te conveni. *et ibid.* 5. 9. 80. meretrix huc ad prandium Me abduxit; me sibi dedisse ajebat: prandi perbene. *Cic.* 7. *Fam.* 30. Ita Caninio consule scito neminem prandisse. *scil.* quia creatus post meridiem, postridie mane abiturus erat magistratu. *Sueton. Domit.* 21. Prandere ad satietatem. *Augustin.* 2. *contra Acad.* 4. parum. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 5. 14. (56). Hippocrates tradit, non prandentium exta celerius senescere. *V.* PRANDIUM. — Sic in re militari. *Liv.* 9. 21. Quod postquam consuli nunciatum est, extemplo tesseram dari jubet, ut prandeat miles, firmatisque cibo viribus arma capiat. Adde *eumd.* 21. 54.; et *V.* PRANSUS in fin. ¶ 2. Act. est prandendo comedere. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 14. Calidum prandisti prandium. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 245. Luscinias soliti impenso prandere coemptas. *Id.* 1. *Ep.* 17. 13. Si pranderet olus patienter. Cf. *Apul.* 4. *Met. init.* Nec me cum asino vel equo meo compascuus cœtus attinere potuit, adhuc insolitum alioquin prandere fœnum. — Hinc Part. præter.

Pransus, a, um, est qui prandit, *chi s'è refiziato, chi ha pranzato*, πριστηκώς: ut *potus* qui potavit. — *a*) Generatim. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 27. Pransus non avide, quantum interpellet inani Ventre diem durare, domesticus otior. *et ibid.* 5. 25. Millia tum pransi tria repimus. *Id. Art. P.* 340. Neu pransæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo. — *b*) Speciatim *pransus et paratus* proverbii speciem habet de eo, cui ad aggrediendum aliquid nihil jam deest: ductum a more militari, quo pugnaturi milites et cibo prius curabant corpora, et arma expediebant, solumque pugnæ signum exspectabant, ut in PRANDIUM init. dictum est. Unde *Cato* apud *Gell.* 15. 13. Exercitum suum pransum, paratum, cohortatum eduxit foras atque instruxit. *Varro* apud *Non. p.* 459. 2. *Merc.* Quare, o Marce, pransum ac paratum esse hoc minime oportet. — Similiter *curatus et pransus* apud *Liv.* 28. 14. *V.* PRANDIUM init. — *c*) Contra *pransus, potus* ineptus est ad diligenter agendum, gravatus nimii cibi potusque onere. *Cic. Mil.* 21. 56. Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis.

PRANDĬCŪLA antiqui dicebant, quæ nunc jentacula. *Festus p.* 250. 8. *Müll.* Sic *Paul. Diac. p.* 251. 3. Prandicula jentacula.

PRANDIOLUM, i, n. 2. deminut. prandii. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 166.

PRANDĬUM, ii, n. 2. cibus, qui mane sumebatur, ut *cœna*, quæ meridie, teste *Paul. Diac. p.* 54. 4. *Müll.* et 223. 5., et *Festo p.* 339. 14., et *vesperna*, quæ vespere. Dictum quidam putant παρὰ τὸ πρὰν pro πρωΐ, mane: alii quasi *parandium*, quod eo sumpto pararentur ad opus: alii aliunde. Et quidem in militari vita *prandium* fere vocatus est cibus, qui ante pugnam a militibus, atque adeo mane jussu imperatoris capiebatur. *Liv.* 28. 14. Tesseram vesperi per castra dedit, ut ante lucem viri equique curati et pransi essent. *Id.* 21. 54. Ceteris ducibus præceptum, ut prandere omnes juberent, armatos deinde signum exspectare. Adde *eumd.* 9. 32. et *Caton.* apud *Gell.* 15. 13. *V. Pransus* in fin. v. PRANDEO. *Trebell. Gallien.* 2. Plerique dicunt, dictum esse prandium ab eo, quod ad bellum milites paret. — Postea dilata cœna ad vesperam, *prandium* cœptus dici cibus circa meridiem sumptus, qui et *merenda* appellabatur. *V.* MERENDA. Si cui vero liberet antea sumere, *jentaculum* dicebatur. *Sueton. Cal.* 58. Hora quasi septima, cunctatus, an ad prandium surgeret, marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. *Id. Claud.* 34. Bestiariis meridianisque adeo delectabatur, ut et prima luce ad spectaculum descenderet, et meridie, dimisso ad prandium populo, persederet. Gr. ἄριστον, δεῖλινόν (It. *colazione, refezione, pranzo*; Fr. *déjeûner*; Hisp. *almuerzo, desayuno*; Germ. *das Frühstück, Vormittagsessen*; Angl. *a dinner, collation, repast*).

I.) Proprie. — *a*) Non erat prandium in more omnium, ut cœna: multi enim (ut hodieque non pauci) semel die tantum vescebantur. Quibus vero usque ad cœnæ tempus integram famem perducere difficile erat, levem simplicemque cibum in prandio sumebant: opifices et laboriosi, quantum sat esset tolerando labori: intemperantes gulæ largiter inserviebant. *Cels.* 1. 3. *ad fin.* Si prandet aliquis, utilius est exiguum aliquid, et ipsum siccum sine carne, sine potione sumere. *et paullo post.* Æstate cibo sæpius corpus eget: ideo prandere quoque commodum est. *Seneca Ep.* 83. Panis deinde siccus, et sine mensa prandium, post quod non sunt lavandæ manus. *Martial.* 13. 30. Caseus Etruscæ signatus imagine Lunæ Præstabit pueris prandia mille tuis. *Id.* 6. 64. Curio dum prandia portat aranti. *et* 13. 13. fatuæ fabrorum prandia betæ. *Cic.* 2. *Phil.* 39. 101. Quid prandiorum apparatus, quid furiosam vinolentiam tuam proferam? *Id.* 3. *Verr.* 19. 49. Quid ego istius prandia, cœnas, equos muneraque commemorem? *Sueton. Vitell.* 13. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in jentacula, et prandia, et cœnas, comissationesque. — Ex *Hieronymi loc. cit.* in TORUS patet, ejusdem *Hieronymi* temporibus prandium acceptum fuisse pro maximo convivio, loco nempe cœnæ, ut apud nostrates nunc *il pranzo*. — *b*) Solebant genio indulgentes post prandium poculis dare operam. Hinc sæpe apud *Plaut.* prandi, potavi, ut *Men.* 1. 2. 61. et 2. 3. 11. et 5. 9. 81. et *Bacch.* 1. 1. 46. etc. et *Martial.* 4. 90. Prandeo, poto, cano, ludo, lavo, cœno, quiesco. Hinc *Pransus, potus*, de quo *V. Pransus c* in fin. v. PRANDEO. — *c*) Ad prandium præterea hæc spectant. *Plaut. Capt.* 3. 1. 18. Accessi ad adolescentes in foro: salvete, inquam: quo imus una ad prandium? *Id. Stich.* 4. 2. 45. *de parasito.* Hic quidem in summam crucem cœna, aut prandio perduci potest. *Cic. Mur.* 35. 73. Invitare ad prandium. *Plaut. Men.* 5. 9. 76. et *Pœn. a.* 2. v. 23. vocare. *Id. Pœn.* 5. 5. 3. Adducere aliquem ad se ad prandium. *Id. Men.* 2. 3. 37. Coquere alicui prandium. *Id. Cas.* 2. 1. 4. parare. *et Men.* 1. 2. 61. apparare. *et* 1. 3. 25. accurare. *Id. Rud.* 1. 2. 53. ornare. *Id. Amph.* 2. 2. 33. dare. *Id. Pœn.* 5. 5. 16. obsonare alicui. *et Men.* 2. 2. 2. anteponere. *et* 3. 2. 55. comedere. *Id. Pœn.* 3. 5. 14. Prandium prandere. *Id. Cist.* 1. 1. 12. In prandio aliquem lepide atque nitide accipere apud se. — *d*) De sportula, congiario imperatorum. *Martial.* 5. 49. Tunc, quum prandia misit imperator, Cum panariolis tribus redisti. *Sueton. Cæs.* 38. Adjecit epulum ac visceritionem, et post Hispaniensem victoriam duo prandia. Nam quum prius parce, neque pro liberalitate sua præbitum judicaret, quinto post die aliud largissimum præbuit. *Id. Tib.* 20. Prandium populo mille mensis, et congiarium trecenos nummos viritim dedit. — *e*) Item quæ præbebatur a candidato tribulibus, etc. *Cic. Mur.* 32. 67. et 34. 72. et 2. *Off.* 17. 58.

II.) Translate. ¶ 1. De quocumque convivio. *Martial.* 4. 49, qui scribit prandia sævi Tereos, aut cœnam, crude Thyesta, tuam. ¶ 2. De cibo bestiarum. *Plaut. Truc.* 3. 1. 1. Rus mane me ire jussit, ut bubus glandem prandio depromerem. *Val. Max.* 3. 7. *n.* 1. Prandio dato ipsis, jumentisque eorum.

PRANSĬTO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Pransitans* 1. — Pransitare frequentat. a prandeo ¶ 1. Neutr. est frequenter prandere. *Vitruv.* 8. 3. *a med.* Ad rivum accumbentes viatores pransitare solent. *Lamprid. Elagab.* 27. Pransitans et cœnitans. ¶ 2. Act. est pransitando comedere. *Plaut. Asin.* 1. 1. 20. Nequam homines, qui polentam pransitant. *Arnob.* 4. 24. Jovem pro suillis visceribus prolem nescium Lycaoniam pransitasse. — Et passive imperson. *Macrob.* 2. *Saturn.* 13. Ut patentibus januis pransitaretur et cœnitaretur.

PRANSOR, ōris, m. 3. ἀριστητήρ, qui prandet, aut qui invitatus est ad prandium. *Plaut. Men.* 2. 2. 2. Bonum anteponam prandium pransoribus. *Veranius* apud *Macrob.* 3. *Saturn.* 6. *a med.* Qui novissimi comeso prandio venissent, quum jam manus pransores lavarent.

PRANSŌRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PRANSŌRĬUS, a, um, adject. ad prandium spectans. *Quintil.* 6. 3. 99. Mirantibus, quod humile candelabrum emisset, Pransorium erit, inquit. *h. c.* aptum erit prandentibus, quia circa meridiem prandium fit, quo tempore lucerna non est opus: nam cœnantes sub noctem altiore candelabro egent, quo latius lux diffundatur. *Turneb.* — Hinc

Pransorium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, prandii dapes. *Gloss. Isid.* Pransorium, promulsarium. *lege* promulsidarium, *emendante* Grævio.

PRANSUS, a, um. *V.* PRANDEO.

PRANSUS, us, m. 4. *pranzo*, idem ac prandium. *Alcim. Ep.* 77. *sub init.* Quum in pransu negligens crimen, alvum nimietate concreta pectinibus pexuisti.

PRAPĔDĪLON, i, *et*

PRAPĒDĬON, ĭi, n. 2. herba eadem quæ leontopodium. *Apul. Herb.* 7.

PRĂSĪNĀTUS, a, um, adject. prasina veste indutus. *Petron. Satyr.* 28. *in fin.* In aditu ipso stabat ostiarius prasinatus, cerasino succinctus cingulo.

PRĂSĪNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PRĂSĪNĬĀNUS, a, um, adject. qui ad prasinum colorem pertinet. Porro *Prasiniani* vocati sunt aurigatores factionis prasinæ, ut Venetiani Venetæ. *V.* FACTIO. *Capitolin. Ver.* 6. Multas a Venetianis est passus injurias, quod turpissime contra eos faveret. Nam et Volucri equo prasino aureum simulacrum fecerat, quod secum portabat. *et mox.* In tanto autem equus ille honore fuit, ut ei a populo prasinianorum sæpe modius aureorum postularetur. *Petron. Satyr.* 70. Si prasinianus es famosus.

PRĂSĪNUS, a, um, adject. *di color di porro, verdeporro, verde*, πράσινος, colore porri similis, porraceus; πράσον enim porrum est. *Petron. Satyr.* 27. Paterfamilias soleatus pila prasina exercebatur. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 67. (181). Prasinus color. *Martial.* 10. 29. De nostra prasina est synthesis empta toga. *et* 3. 82. Prasino flabello fugare muscas. *Auct. Gromat.* ed. *Rudorff. p.* 351. Prasinus marmoreus terminus. — *Prasina factio*, est una ex quatuor aurigantium in circo, cui Caligula et Nero impensissime faverunt. *V.* FACTIO. *Martial.* 10. 48 De prasino conviva meus, Venetoque loquatur. *Id.* 13. 78. Et nomen prasini Porphyrionis habet. Adde *eumd.* 11. 33.; et *Sueton. Cal.* 55. et *Ner.* 22. *V.* PRASINIANUS. — Hinc

Prasini, ōrum, m. plur. 2., absolute, substantivorum more, sunt iidem ac smaragdi, *smeraldi. Capitolin. Maximin. jun.* 1. Reticulum de prasinis decem. V. *Auct. loc. cit.* in LYCHNITES.

PRĂSĬON *et* Prasium, ĭi, n. 2. πράσιον, species origani, a colore porraceo: item heraclii: item marrubii, *prassio*: quæ nomina herbarum sunt. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 17. 67. (175). et *ibid.* 22. 89. (241).; et *Cels.* 5. 11. Et *Seren. Sammon.* 20. 366. Navis ramentum, et quæ nomine prassion herba est, Mixta dabunt miras, experto crede, medelas.

PRĂSĬUS, a, um, adject. idem ac prasinus, hoc est porracei coloris. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 20. *n.* 195. Surgente passione jugis vomitus et primo corrupti cibi et humoris atque fellis flavidi; debinc vitellis ovorum similis; tunc prasii atque ærugi nosi; ultimo etiam nigri.

PRĂSĬUS ĭi, m. 2. πράσιος λίθος, gemma viridis: a prasino, sive porraceo colore. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 34. (113). Viridantium et alia plura sunt genera. Vilioris turbæ est prasius, cujus alterum genus sanguineis punctis abhorret. *V.* PRASINUS in fin.

PRĂSŌĪDES, is, f. 3. πρασοειδής, genus topazii: a πράσον *porrum*, quasi porraceus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 32. (109). Et duo ejus (*gemmæ*) genera faciunt, prasoidem, atque chrysopteron simile chrysopraso.

PRĂSON, i, n. 2. πράσον, frutex marinus, et phycos dictus, follis latis, colore viridi. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 25. 48. (135).

PRĀTENSIS, e, adject. *di prato*, λειμώνιος, ad pratum pertinens, in pratis nascens. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 20. pratensibus optima fungis Natura est: aliis male creditur. *Colum.* 6. *R. R.* 3. 3. Pratense fœnum. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 8. 25. (49). Pratenses flores. *et ibid.* 15. 50. (86). Pastinaca pratensis.

PRĀTŬLUM, i, n. 2. *pratello, praticello*, λειμώνιον, deminut. prati, parvum pratum. *Cic. Brut.* 6. 24. Tum in pratulo propter Platonis statuam consedimus. Adde *eumd.* 12. *Att.* 6. *Arnob.* 5. 24. Quum in Siciliæ pratulis flores legeret Proserpina.

PRĀTUM, i, n. 2. *Pratus* m. genere legitur in *Auct. Gromat.* ed. *Rudorff. p.* 322. — *Varro* 5. *L. L.* 40. *Müll. et* 1. *R. R.* 7. 10. *Colum.* 2. *R. R.* 17. 2. *et Ulp. Dig.* 50. 16. 31 censent, prata dicta esse ab eo, quod sine opere parata sint. His subscribit et *Plin.*, qui 18. *Hist. nat.* 5. 6. (29). auctor est, veteres *parata* dixisse. — Ceterum pratum est locus in agris, ex quo fœnum percipitur, λειμών (It. *prato*; Fr. *pré, prairie*; Hisp. *prado, prodecillo, praderia, pradera*; Germ. *d. Wiese*; Angl. *a meadow, mead, green field, green, leasow*).

I.) Proprie. *Cic. Senect.* 16. 57. Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus dicam? *Id.* 3. *ad Q. fr.* 1. 2. Pratum irrigare. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 67. (258). cratire, secare, cædere, sicilire. *Cato R. R.* 50. stercorare. *et ibid.* 9. irrigua facere. *Colum.* 2. *R. R.* 18. 3. renovare, restituere. *Varro* 2. *R. R. proœm.* 4. Ex segetibus prata facere. *Pallad.* 10. *R. R.* 10. novella formare. *Inscript.* apud *Gruter.* 204. *ad fin.* In eo agro alia prata immittere. *Colum.* 2. *R. R.* 17. 3. Pratum siccaneum, aut riguum. *Cato R. R.* 8. *et* 9. irriguum, aut siccum. *Ovid.* 1. *Met.* 297. viride. *Plin.* 5. *Ep.* 6. Prata florida et gemmea. *et* 7. *Ep.* 9. *in carm.* verna. *Virg.* 2. *G.* 384. mollia. *et* 1. *ibid.* 289. arida tondere. *Martial.* 1. 115. uda. *Virg.* 6. *Æn.* 674. recentia rivis. *et* 4. *G.* 306. novis coloribus rubent. *Lucret.* 5. 784. camposque per omnes Floridaque fulserunt viridanti prata colore. *Ovid.* 3. *Amor.* 5. 5. Area gramineo suberat viridissima prato. *Propert.* 1. 20. 37. Et circumriguo surgebant lilia prato. — Instituendi colendique prati rationem tradunt *Colum.* 2. *R. R.* 17. *et* 18., *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 67. (258). et *Pallad.* 10. *R. R.* 10.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 21. Non itidem cœnam condio, ut alii coqui, qui mihi condita prata in patinis proferunt. Sic *Ovid.* 1. *Art. am.* 299. Ipsa novas frondes, et prata tenerrima tauro Fertur inadsueta subsecuisse manu. *h. e.* teneriores herbas. ¶ 2. Inter varios titulos, quos scriptis suis auctores præponebant, fuere etiam, qui *pratum* inscriberent. *Gell. præf.* ¶ 3. Translate dicitur de æquore. *Cic.* in *Arat.* 129. naves Ante solent rostro Neptunia prata secantes, *etc.*

PRĀTUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. init.

PRĀVĒ, adverb. Comp. *Pravius* et Sup. *Pravissime.* — Prave translate tantum usurpatur, et est male, perperam: cui contrarium recte, bene, καλῶς, πονηρῶς (It. *malamente, pravamente*; Fr. *mal, défectueusement*; Hisp. *mal, malamente, defectuosamente*; Germ. *verkehrt, unrecht, böse, unschicklich, übel, schlecht*; Angl. *crookedly, wrongly, amiss, badly*). — *a*) Cum opposito *recte. Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 10. 37. Recte facta sola in bonis actionibus ponens, prave, id est peccata, in malis. *Id.* 2. *Fin.* 8. 25. Quod bene, id recte, frugaliter, honeste: ille porro male, prave, nequiter, turpiter cœnabat. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 87. sive ego prave, Seu recte; hoc volui: ne sis mihi patruus. — *b*) Absolute. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 24. Hoc mihi videtur factum prave. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 104. prave sectum stomacharis ob unguem. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 9. 8. (57). Id plerique prave intelligunt a Favonii ortu faciendum. *Tac.* 6. *Ann.* 5. Verba prave detorta. *Gell.* 4. 9. Religiosos dies multitudo imperitorum prave et perperam nefastos appellant. *Phædr.* 3. 10. Exploranda est veritas multum prius, Quam stulta prave judicet sententia. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 266. Versus prave facti. *Id. Art. P.* 88. Cur nescire, pudens prave, quam discere malo? *Tac.* 1. *Ann.* 53. Solers ingenio et prave facundus. *Liv.* 1. 32. Aut neglectis religionibus, aut prave cultis. *Impp. Valentin.* et *Valens Cod. Theod.* 5. 13. 17. in *fragm.* editis ab *A. Peyronio.* Hanc legem quidam judicum interpretati pravius sunt, quam utilitas publica postulabat. *Sall. orat. Lepidi contr. Sull.* 6. *Kritz.* Pravissumeque per sceleris immanitatem adhuc tutus fuit. *Forcellinus et alii* furit; *sed V.* Kritz. *ad h. l.*

PRĀVESCO, ĭs, ĕre, n. inchoat. 3. pravus fio, corrumpor. *Gloss Cyrill.* Διαφθείρω, depravo, corrumpo. (Διαφθείρομαι), pravesco. *Ita legit* C. Paucker.; *at* G. Love (*Prodromus Glossar. Latin. p.* 362.) verbum *pravesco* activum habet, ita ut nihil addendum sit et signi ficet pravum facere.

PRĀVĪCORDĬUS, a, um, *et*

PRAVĪCORS, ordis, adject. qui pravo est corde. *Augustin.* in *Psalm.* 146. *n.* 7. (ex *Osee* 14. 10., ubi Vulgata habet *prævaricatores.*) Quid est pravicordius? torticordius, tortum cor habens. *Id.* in *Ps.* 124. 2. Pravicordes sunt, id est qui rectum cor non habent.

PRĀVĪTAS, ātis, f. 3. est vitium, quo res a congruentia cum aliis et a rectitudine deficit, perversitas, distortio, deformitas, σχολιότης (It. *tortezza, deformità, difetto*; Fr. *forme tortue, courbure, irrégularité, difformité*; Hisp. *forma tuerta, corvadura, irregularidad, disformidad, fealdad*; Germ. *d. Krümmung, Unregelmässigkeit, Ungleichheit, d. üble oder schlechte Buchs*; Angl. *crookedness, distortion, deformity, missapedness, defect*).

I.) Proprie. *Cic.* 4. *Tusc.* 13. 29. Vitium appellabant, quum partes corporis inter se dissident: ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas. *Id.* 1. *Legg.* 19. 51. An corporis pravitates, si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis: animi deformitas non habebit? *Id.* 2. *Orat.* 22. 91. Fufius nervos in dicendo C. Fimbriæ, quos habuit ille, non assequitur: oris pravitatem et verborum latitudinem imitatur. *Id.* 5. *Fin.* 17. 47. Pravitas et imminutio corporis. *Colum.* 4. *R. R.* 20. 1. Alligatoris cura esse debet, rectam conservare stirpem, nec flexum ridicæ persequi, ne pravitas statuminum ad similitudinem sui vitem configuret. *Pallad.* 4. *R. R.* 11. Sint boves cornibus robustis, ac sine curvaturæ pravitate lunatis.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim de iis omnibus, quæ a recto quacumque ratione deflectunt, quæ mala sunt, vitiosa, improba. *Ter. Heaut.* 5. 2. 20. Quæ ista est pravitas, quæve amentia, quod peccavi ego, id obesse huic? *che ingiustizia? Cic.* 1. *Orat.* 34. 156. Intuendi sunt nobis non solum oratores, sed etiam actores, ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem pravitatemque veniamus. *Gell.* 5. 20. Solœcismus vetustioribus Latinis stribligo dicebatur, a versura videlicet et pravitate tortuosæ orationis. *Id.* 1. 22. *extr.* Pravitas ominis. *h. e.* malum omen. ¶ 2. Speciatim et sæpissime refertur ad animum ac mentem, et est perversitas judicii et sententiæ, quum perperam sentitur de rebus, quum in judicando a recto honestoque deflectitur, *perversità, malvagità, iniquità. Seneca Ep.* 56. *circa med.* Si ante animum nostrum formare incipimus et recorrigere, quam indurescat pravitas ejus. *Sall. Jug.* 2. Quo magis pravitas eorum admiranda est, qui dediti corporis gaudiis per luxum et ignaviam ætatem agunt: ceterum ingenium incultu atque socordia torpescere sinunt. *Q. Cic. Petit. cons.* 10. 40. Qui sine causa non amant, eos aut beneficio, aut spe *etc.* dato operam, ut de illa animi pravitate deducas. et *Cic. Vatin.* 6. 14. Volo, ut mihi respondeas, quæ te tanta pravitas mentis tenuerit, qui tantus furor, ut, quum inaudita ac nefaria sacra susceperis, auspicia, quibus omnis respublica tenetur, contempseris? *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 8. 26. Quid, quod si ista vera sunt, ratio omnis tollitur, quasi quædam lux lumenque vitæ? tamen ne in ista pravitate perstabitis? *Tac.* 3. *Hist.* 41. Pravitas consilii. ¶ 3. Item malitia, improbitas, mali mores, *malvagità, improbità, malizia. Cic.* 2. *Fin.* 9. 27. Qualis ista philosophia est, quæ non interitum afferat pravitatis, sed sit contenta mediocritate vitiorum? *Tac.* 14. *Ann.* 38. Nullum prœlio finem exspectarent, nisi succederetur Suetonio: cujus adversa pravitati ipsius, prospera ad fortunam reipub. referebat. (Adde *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 385. 4. *Merc.*) *Id.* 4. *Hist.* 44. Sosianus pravitate morum multis exitiosus.

PRĀVĪTER, adverb. prave. *Augustin. Serm.* 101. 6. Praviter ipsi Domino calumniari de oculis et calceamentis.

PRĀVUS, a, um, adject. Comp. *Pravior* et Sup. *Pravissimus* II. 1. — Pravus est qui non

est rectus, distortus, perversus, στρεβλός, ακολιός (It. *storto, torto, difettoso*; Fr. *tortu, qui est de travers, qui n'est pas droit, difforme*; Hisp. *tuerto, lo que no lleva rectitud ne la linea que. la debe llevar, desfigurado*; Germ. *nicht gerade, -regelmässig gewachsen, krumm, ungestaltet, verkehrt*; Angl. *crooked, not straight, misshapen, distorted, deformed*).

I.) Proprie. *Lucret.* 4. 514. ut in fabrica, si prava est regula prima, Normaque si fallax rectis regionibus exit, Omnia mendose fieri atque obstipa necesse est, Prava, cubantia, prona, supina, atque absona tecta. *Cic.* 5. *Fin.* 17. 46. Videsne, ut si qua membris prava, aut debilitata, aut imminuta sint, occultent homines? *Horat. Art. P.* 28. pravo vivere naso. *Id.* 1. *Sat.* 3. 48. pravis fultus male talis. *Cæs.* 4. *B. G.* 2. Jumenta prava atque deformia. *Juvenal.* 8. 33. pravam extortamque puellam (*vocamus*) Europen. *Veget.* 3. *Veterin.* 71. Ambulabit (*equus*) pravus et frequenter offendet. *et* 5. *ibid.* 40. 1. Ambulabit pravus in latere ad similitudinem cancri. — Absolute. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 11. 33. Interesse oportet, ut inter rectum et pravum, sic inter verum et falsum. Cf. *Ter. Phorm.* 5. 1. 6. Eis nunc præmium' st, qui recta prava faciunt. — *In pravum*, prave. *Tac.* 4. *Hist.* 81. *a med.* Elapsi in pravum artus. *slogati.*

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est malus, vitiosus, improbus, *cattivo, malvagio, vizioso, pravo, perverso, malizioso*, πονηρός. — 1.°) De hominibus. — *a*) Absolute. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 8. Absque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum: nunc propter te, tuamque pravus factus est fiduciam. *Liv.* 1. 53. Non pravus dux belli. *Juvenal.* 14. 40. dociles imitandis Turpibus et pravis omnes sumus. *Tac.* 4. *Hist.* 48. Vinius audax, callidus, promptus et prout animum intendisset, pravus aut industrius, eadem vi. *Id.* 4. *ibid.* 68. Pravi impulsores. *Vellej.* 2. 80. 3. Pravissimus homo. — *b*) Cum Genitivo. *Sil. It.* 3. 253. Battiadæ pravos fidei stimulavit in arma. *Id.* 8. 260. turbarum sator, atque accendere solers Invidiam, pravusque togæ. *Id.* 9. 636. heu plebes scelerata, et prava favoris! *et* 12. 464. audendi pravus, facilisque periclis. — 2.°) De rebus physicis et abstractis. *Cic.* 4. *Tusc.* 13. 29. Eorum qui non longe a sapientia absunt, affectio est illa quidem discrepans sibi ipsa, dum est insipiens; sed non distorta, nec prava. *Id. Rosc. Com.* 10. 30. Quod Panurgus Roscii fuit discipulus, qui diligebant hunc, illi favebant. Quid sciret ille, perpauci animadvertebant: ubi didicisset, omnes quærebant. Nihil ab hoc pravum et perversum produci posse arbitrabantur. *Vellej.* 2. 10. 1. Adeo mature a rectis in vitia, a vitiis in prava, a pravis in præcipitia pervenitur. *vitia* ipsa peccata, *prava* eorum habitus et consuetudo. *Tac.* 11. *Ann.* 33. Prætorii præfecto haud satis fidebat, ad honesta, seu prava juxta levi. *Id.* 4. *Hist.* 48. Prava æmulatio. *Id.* 3. *Ann.* 56. Spes pravas aliorum cohibere. *et* 16. *ibid.* 28. Prava ambitio. *Phædr.* 1. 25. Prava consilia dare culpiam. *Cic.* 3. *Tusc.* 33. 80. Quo pravius nihil esse possit. *Alii leg.* gravius. *Id. Brut.* 74. 258. Pravissima consuetudinis regula. — *In pravum*, prave. *Quintil.* 1. 3. 12. Frangas citius, quam corrigas, quæ in pravum induruerunt. ¶ 2. Speciatim dicitur de eo, qui male judicat, perperam sentit de rebus, et qui quum quippiam minus rectum semel imbiberit, corrigi nequit, et ad sanitatem traduci, *strano, stravolto, ostinato. Sall. Cat.* 5.; et *Plin.* 3. *Ep.* 9. *a med.* Ingenium malum, pravumque. (Alii ita intelligunt: *malum* in alios, et perniciosum: *pravum* in se, et vitiis deditum.) *Seneca* 1. *Ira* 16. *ante med.* Cn. Piso fuit vir a multis vitiis integer, sed pravus, et cui placebat pro constantia rigor. *Phædr.* 5. 5. Pravo favore labi mortales solent: Et pro judicio dum stant erroris sui, etc. *Quintil.* 10. 1. 19. Philemon pravis sui temporis judiciis Menandro sæpe prælatus est. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 70. quæ bellua ruptis, Quum semel effugit, reddit se prava catenis? *h. e.* stulta, incauta.

Homonym. Quid *pravus* et *depravatus* differant, *V.* in DEPRAVATUS.

PRAXĬDĬCA, ōrum, n. plur. 2. *V.* in PRAGMATICUS.

PRAXILLĔUS *vel* praxillĭus, a, um, adject. ad Praxillam poetriam Sicyoniam (de qua *V. Olear. dissert. de poetr. Græc. n.* 63.) pertinens. *Serv. centim. p.* 1824. *Putsch.* Praxilleum metrum Ionicum majus trimetrum brachycatalectum. *Marius Victorin.* 2. *p.* 2538. Id autem, quod trochæum recipit, Praxillium dixerunt, ut metrum Praxillæ poetriæ Sicyoniæ, quod est trimetrum brachycatalectum, habens semper in secunda regione trochaicam basin post Ionicam primam. *Plotius de metr. p.* 2657. Antispastum trimetrum brachycatalectum Praxillium. Hujus metri exemplum habes apud *Sophocl. Antig. v.* 135. Αντίτυπος δ' ἐπὶ γᾶ πέσε ταναλωθείς.

PRĔCĂBĬLIS, e, adject. precans. *Gloss. Philox.* Precabile, δεητικόν, εὐκτικόν. *Gloss. Lat. Gr.* Precabilis, δεητικός.

PRĔCĂBUNDUS, a, um, adject. multum precans, abundans in precibus, vel rectius precanti similis. *Pacat. Paneg.* 36. *a med.* Quanto melius manus illa consuluit, quæ submissis precabunda vexillis petiit veniam necessitatis!

PRĔCĀMEN, ĭnis, n. 3. idem ac precatio. *Auct.* incert. *de pulice* apud *Wernsdorf. Poet. Lat. min. T.* 6. *p.* 386. *v.* 35. Rursus mutatus, fundensque precamina mille, Acciem cunctos in mea vota deos.

PRĔCANS, antis, particip. *V.* PRECOR.

PRĔCANTER, adverb. precando, cum precibus. *Venant. Fortun. Vit. S. Mart. præf.* 39. ferte precanter opem.

PRĔCĀRĬO, adverb. precibus, precando (*V.* PRECARIUS) *per via di preghiera, pregando*, μετὰ δεήσεως, κατὰ δέησιν, κατ' ἀξίωσιν. *Plaut. Amph. prol.* 21. Tametsi pro imperio scibat facturos; verum hoc petere me precario a vobis jussit. *Ter Eun.* 2. 3. 27. Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas (*V.* VIS). *Cic.* 7. *Verr.* 23. 59. Etiam si precario essent rogandi, tamen ab his impetraretur. *Sueton. Claud.* 12. Ut sibi in curiam tribunos militum secum inducere liceret, precario exegit. *Seneca Thyest.* 214. Ubicumque tantum honesta dominanti licent, precario regnatur. *Tac. Agric.* 16. *a med.* Trebellius vitata exercitus ira, indecorus atque humilis, precario mox præfuit. *Ulp. Dig.* 43. 25. 1. Precario quippiam concedere. *Liv.* 34. 62. *a med.* dare. *Plin.* 7. *Ep.* 30. Quibus ex causis precario studeo: studeo tamen. *h. e.* quasi alieno arbitrio, quasi impetrando a multis, qui me quotidie circumstant, ut vacare litteris liceat. *Seneca præf.* 1. *Controv.* Memoriam mihi jam olim precario paret. *Inscript.* apud *Henzen.* 7315. PRECARIO AQVA RECIPITVR TEGVL. LXXXX. *Alia* apud *Orell.* 5069. ITER (*lege* itinere) PRIVAT. ANNI LARGI PRECARIO VTITVR ANTONIVS ASTRALIS.

PRĔCĀRĬUM, ĭi, n. 2. locus in ædibus precibus faciendis destinatus. *Petron. Satyr.* 30. Dispensator in precario aureos enumerans. *Plerique alii leg.* prætorio: *alii melius* proœcario. *V.* PROŒCARIUM. — Alio sensu *V.* in voce sequent. I. et II.

PRĔCĀRĬUS, a, um, adject. *ottenuto con preghiere*, ἱκετευτικός, δεδανεισμένος, qui habetur ex precibus, qui tandiu obtinetur, quandiu is, qui concessit, permiserit.

I.) Proprie. *Ulp. Dig.* 43. *tit.* 25. *qui* De precario *inscribitur*, 1. Precarium est, quod precibus petenti utendum conceditur tandiu, quandiu is, qui concessit, patitur: quod genus liberalitatis ex jure gentium descendit, et distat a donatione eo, quod qui donat, sic dat, ne recipiat: qui precario concedit, sic dat, quasi tunc recepturus, quum sibi libuerit precarium solvere. *Brut.* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 16. *ante med.* Precariam incolumitatem habere. *Liv.* 3. 47. Non orare solum precariam opem, sed pro debito petere. *Id.* 8. 35. Donatur Q. Fabius tribuniciæ potestati, precarium, non justum auxilium ferenti. *Tac.* 4. *Hist.* 76. *sub fin.* Precaria vita. *M. Aurel.* apud *Front.* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 8. Ego impræsentiarum sic me habeo, ut vel hinc æstimatu facile sit tibi, quod hæc precaria manu scribo. *per manu altrui.* et *Fronto* 3. *ad M. Cæs.* 13. *ad fin.* Facilius precariis decedimus, quam violentis deterremur.

II.) Translate dicitur de iis, quæ licet non sint impetrata precibus, ad tempus tamen tantummodo nostra sunt. *Ovid.* 9. *Met.* 75. Quid fore te credas, solum qui versus in anguem Arma aliena moves? quem forma precaria celat? *Liv.* 39. 37. Specie, inquis, æquum est fœdus: re apud Achæos precaria libertas, apud Romanos etiam imperium est. *Curt.* 6. 5. 6. In novo et, si verum fateri volumus, precario imperio. Sic *Tac.* 1. *Hist.* 52. Precarium seni imperium et brevi transiturum. *Id.* 1. *Ann.* 42. *extr.* Precariam animam inter infenses trahere. *Forcellinus* duo hæc *Tac.* ad super. paragr. retulit. *Seneca Tranquill.* 11. Sapiens corpus suum, seque ipsum inter precaria numerat, vivitque ut commodatus sibi et reposcentibus sine tristitia redditurus. *Symmach.* 1. *orat. in Valent.* (edente *A. Maio*) 6. Si qua inter cognatas cælitum potestates hujusmodi esset æquatio, paribus cum sol luminibus globus sororis arderet; nec radiis fratris obnoxia precarium raperet luna fulgorem.

PRĔCĀTĬO, ōnis, f. 3. *preghiera, orazione*, εὐχή, δέησις, rogatio, obsecratio, preces, præsertim quæ diis adhibentur.

I.) Proprie. *Cic. Mur.* 1. 1. Quod si illa solemnis comitiorum precatio, consularibus auspiciis consecrata, tantam habet in se vim et religionem, etc. *Id.* 1. *Tusc.* 47. 114. Simili precatione Trophonius et Agamedes usi dicuntur. *Liv.* 31. 5. *ad fin.* Precationem admisisse deos. *Alii leg.* precationi annuisse. *Id.* 39. 18. Precationem facere. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 3. (13). Vestales nostras credimus nondum egressa Urbe mancipia fugitiva retinere in loco precatione. Alter *Plin. Paneg.* 1. *init.* Ut rerum agendarum, ita dicendi initium a precationibus facere. *Tac.* 4. *Ann.* 9. Magno ex fletu, et mox precationibus faustis, audita. — *Precatio cooptationis* in *Inscript. n.* 41. apud *Marin. Frat. Arv.* est precum formula, quæ antequam quis in Arvalium collegium cooptaretur, præcinebatur.

II.) Improprie sumitur pro carmine, seu formula certa verborum, quæ superstitione occultam vim ad faciendum aliquid habere creduntur. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 9. (42). Partus accelerat vicinos, si cinctu suo soluto feminam cinxerit, dein solverit, adjecta precatione, se vinxisse, eumdem et soluturum.

PRĔCĀTĬUNCŬLA, æ, f. 1. deminut. precationis. *Gloss. Philox.* Δεησίδιον, precatiuncula, petitiuncula.

PRĔCĀTĬVĔ, adverb. *pregando*, preces adhibendo, precario. *Ulp. Regular. tit.* 25. *de fideicomm.* Fideicommissum est, quod non civilibus verbis, sed precative relinquitur. *verbi gr.* Te, Titi, rogo, fideique tuæ committo, ut, etc., ut habetur in *Dig.* 30. 1. 105. *ad fin.* vel peto a te, ut partem hereditatis restituas matri tuæ, ut habetur *ibid.* 31. 1. 79.

PRĔCĀTĪVUS, a, um, adject. preces continens, precarius. *Ulp. Regular. tit.* 24. *de legatis.* Ea, quæ precativo modo relinquuntur, fideicommissa vocantur. *V.* PRECATIVE. *Ammian.* 17. 5. Pacem poscere precativam. — In re grammatica. *Priscian.* 18. *p.* 1164. *Putsch.* Hortativa quoque (*verba*) accusativum adsciscunt; precativa etiam accusativo junguntur: *oro, obsecro*, etc.

PRĔCĀTOR, ōris, m. 3. *intercessore, ἐκέτης*, qui precatur pro altero, deprecator. *Ter. Heaut.* 5. 2. 22. Nemo accusat, Syre, te: nec tu aram tibi, nec precatorem pararis. *intercessore.* et *Phorm.* 1. 2. 90. Ad precatorem adeam, credo, qui mihi sic oret: nunc amitte, quæso, hunc: ceterum postquam si quidquam, nihil precor. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 12. Precator et patronus. *Ammian.* 18. 2. *ad fin.* Is legationis nomine precator venerat pro regibus pacem itidem obsecrans.

PRĔCĀTŌRĬUS, a, um, adject. δεητικός, ad

precandum pertinens. *Donatus* ad *Ter. Phorm.* 1. 2. 92. Ars precatoria est, mitigare præsentia, futura permittere.

PRĔCĀTRIX. *V.* PRÆCANTATRIX. Ceterum certa est lectio apud *Venant. Fortun. Vit. s. Mart.* 4. 342. Leucadio pariter pro præside prompta precatrix.

PRĔCĀTUS, a, um. *V.* PRECOR.

PRĔCĀTUS, us, m. 4. *preghiera,* δέησις, precatio, preces. *Stat.* 10. *Theb.* 71. sed nec petiisse precatus, Tantaque dona velit. *Id.* 5. *Silv.* 2. 81. Infestare licet Manes, meritoque precatu Pacem auferre rogis. *Ammian.* 24. 6. Concordi precatu tentare aliquid. Adde *Sidon.* 4. *Ep.* 2.

PRĔCES. *V.* PREX.

PRĔCĬÆ *vel* pretiæ vites in duo genera, majus et minus, magnitudine acini, discernuntur: materies iis plurima, uvaque cito maturescens, generosa, et oliis utilissima, folium apio simile. Hæc *Plin.* 14. *Hist. nat.* 2. 4. (29). et *Colum.* 3. *R. R.* 2. 23. Ad illud *Virg.* 2. *G.* 95. Purpureæ, preciæque; *Servius* adscribit dictas esse quasi *præcoquas,* quod ante alias coquantur.

PRĔCĬĀNUM *seu* præcianum pirorum genus memoratur a *Macrob.* 2. *Saturn.* 15. *sub fin.* ex *Cloatio,* de quo nihil apud *Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 16. aut *Colum.* 5. *R. R.* 10. 18., ubi varia hujus pomi genera recensentur.

PRĔCO, as, etc. *V.* voc. seq. init.

PRĔCOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. *Preco* pro *precor* dixisse antiquos, ait *Priscian.* 8. *p.* 779. *Putsch.* Hinc *precantur* passive dixit *Varro* apud *Non. p.* 480. 27. *Merc.* Hinc etiam *precatus* passive, *pregato,* rogatus. *Juvenc.* 3. 85. Suspiciensque dehinc cælum, genitore precato, etc. *V.* et *Precandus* infra. — Part. *Precans* 1. *i.*; *Precatus* 1. *i.* et 2. *b.*; *Precaturus* 1. *i.*; *Precandus* 1. *b.* — Precari est rogare, obsecrare, preces adhibere, δέομαι (It. *pregare, fare orazione, fare preghiere;* Fr. *prier, supplier;* Hisp. *rezar, orar, rogar, suplicar;* Germ. *bitten, hittend anreden, -anrufen, wünschen, erbitten, beten, betend anrufen;* Angl. *to pray, entreat, supplicate, beg, beseech, petition, desire, request*). ¶ 1. Generatim. — *a*) Cum Accusativo personæ. *Cic.* 6. *Verr.* 32. 71. Ubi ne precari quidem Jovem optimum maximum, atque ab eo auxilium petere possit. *Id.* 1. *Nat. D.* 42. 119. Dii, quos nos colere, precari, venerarique solemus. *et ibid.* 44. 122. Quod ni ita sit, quid veneramur, quid precamur deos? *et* 2. *Cat.* 13. 29. Deos precari, venerari, atque implorare. *Ovid.* 1. *Met.* 367. placuit cæleste precari Numen, et auxilium per sacras quærere sortes. *Virg.* 3. *Æn.* 543. Tum numina sancta precamur Palladis armisonæ. — *b*) Cum Accusativo rei. *Cic. Pis.* 20. 46. Hæc ego semper de vobis expetivi, hæc optavi, hæc precatus sum. *Virg.* 3. *Æn.* 143. Rursus ad oraculum Ortygiæ Phœbumque remenso Hortatur pater ire mari, veniamque precari. *Liv.* 4. 58. Precantibus opem militibus. *Horat. carm. sæc.* 3. date (*Phœbe et Diana*) quæ precamur Tempore sacro. *Id.* 2. *Sat.* 8. 75. tibi dī quæcumque preceris Commoda dent. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 59. Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem; Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum. *Tac.* 4. *Ann.* 7. *extr.* Precandam post hæc modestiam, ut contentus esset. — *c*) Cum Accus. rei, et Ablat. personæ præcedente *ab. Nepos Timol. in fin.* Dixit, se hoc a diis semper precatum, ut etc. *Cic.* 3. *Nat. D.* 34. 84. Esse enim stultitiam (*dicebat*), a quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus et dantibus nolle sumere. *Cf. eumd. Amic.* 16. 57. Precari ab indigno. *supplicare.* — *d*) Sequente *ut, ne, quo minus. Cato R. R.* 134. *et* 139. Iane pater, te hac strue commovenda bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi. δέομαι δέησιν. *Horat. Art. P.* 200. Deosque precetur et oret, ut etc. *Cic. Dom.* 57. 144. Te, Capitoline, teque, Juno, precor ac quæso, vosque patrii Penates, obtestor, ut etc. *Cf. eumd. Habir. perduell.* 2. 5. A diis deabusque immortalibus pacem ac veniam peto: precorque ab iis, ut patiantur etc. *Id. Mur.* 1. 1. Eadem precor ab eisdem diis immortalibus - ut eveniant et ut etc. *Ovid.* 10. *Met.* 391. Canosque suos et inania nudans Ubera, per curas alimentaque prima precatur, ut etc. — *Id.* 1. *Amor.* 567. Nycteliumque patrem nocturnaque sacra precare, Ne jubeant capiti vina nocere tuo. — *Cic.* 2. *Fin.* 24. 79. Et, si id non probares, quo minus ambo (*Orestes et Pylades*) una necaremini, non precarere? *Orellius* legit *non deprecarere;* at V. *Madvig.* ad h. l. — *e*) Et cum Conjunctivo, omissa part. *ut. Ovid.* 4. *Fast.* 247. Hoc quoque dux operis moneas, precor. *Id.* 2. *Pont.* 2. 68. Detque solum miseræ mite, precare, fugæ. *Horat.* 1. *Od.* 2. 30. tandem venias precamur -, Augur Apollo. *et ibid.* 3. 6. finibus Atticis Reddas incolumem (*Vergilium*) precor Et serves animæ dimidium meæ. *Val. Flacc.* 5. 118. seque precantur Accipiant socios. — *f*) Cum Infinito. *Ovid. Heroid.* 19. 81. ventos audirem lenta tonantes, Et numquam placidas esse precarer aquas. Adde *Tibull.* 2. 5. 3. Nunc precor (*te, Phœbe*) ad laudes flectere verba meas. — *g*) Cum Dativo personæ, cui precamur, aut Accusat. et præpos. *ad. Virg.* 8. *Æn.* 127. Optime Grajugenum, cui me fortuna precari, Et vitta comptos voluit prætendere ramos, etc. *Liv.* 38. 43. Deos, quos adorent, ad quos precentur ac supplicent, Ambraciensibus non superesse. *Manil.* 1. 21. Ad duo templa precor. — *h*) Cum præpos. *pro* et Ablat. personæ, cujus gratia precamur. *Ovid.* 10. *Met.* 614. pro nobis mitte precari, Dictys ait. Sic *Id.* 4. *Pont.* 8. 89. Tangat ut hoc votum cælestia, care Suilli, Numina, pro socero pæne precare tuo. — *i*) Absolute. — Eleganter interseritur, ut *opinor, quæso,* etc. *Ovid. Heroid.* 16. 11. Parce, precor, fasso. *Id.* 3. *Amor.* 9. 67. Ossa quieta, precor, tuta requiescite in urna. *Horat.* 4. *Od.* 1. 1. Intermissa, Venus, diu Rursus bella moves? Parce, precor, precor. — Ceterum *Ovid.* 2. *Amor.* 13. 11. Per tua sistra precor, per Anubidis ora verendi, - Huc adhibe vultus. *Id.* 2. *Fast.* 636. Parca precaturæ sumite vina manu. *Virg.* 4. *Æn.* 113. tibi fas animum tentare precando. *Ovid.* 2. *Fast.* 613. vultu pro verbis illa precatur, Et frustra muto nititur ore loqui. *Virg.* 9. *Æn.* 624. Constitit, ante Jovem supplex per vota precatus. — Sic Part. *Precans* apud *Plaut. Rud.* 1. 5. 2. Vox me precantum huc foras excitavit. *Ovid.* 1. *Amor.* 4. 27. Tange manu mensam, quo tangunt more precantes. *Val. Flacc.* 2. 240. mixti gemitus clamorque precantum. *Aurel. Vict. Epit.* 14. *extr.* Ut crebro sese interficiendum ministrorum fidissimis precans offerret. — Sic idem Part. de rebus apud *Virg.* 12. *Æn.* 930. Ille humilis, supplexque oculos, dextramque precantem Protendens. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 35. frustraque precanti Ore necaturas accipiemus aquas. *Id.* 7. *Met.* 590. Pro gnato genitor dum verba precantia dicit. *Stat.* 2. *Theb.* 478. ramumque precantis olivæ Abjicit. ¶ 2. Speciatim est alicui optare, cupere, ominari, *desiderare, bramare ad alcuno.* — *a*) In bonam partem. *Propert.* 3. 9. 49. cape, Roma, triumphum, Et longam Augusto salva precare diem. *Liv.* 9. 14. Accipere se omen, consules ajunt, et eam precari mentem hostibus, ut ne vallum quidem defendant. *Quintil. ep. ad Tryph.* 3. Oram solventibus bene precemur. *Sueton. Aug.* 58. Sic enim nos perpetuam felicitatem rei publicæ, et læta huic (*Cæsari Augusto*) precamur. *Ovid. Heroid.* 5. 153. Et tua, quod superest temporis, esse precor. *Id.* 1. *Pont.* 10. 19. Delicias illi precor has contingere. — *b*) In malam partem. *Cic. Pis.* 19. 43. Neque ego, si unquam vobis mala precarer, quod sæpe feci, morbum, aut mortem, aut cruciatum precarer. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 203. mala multa precatus Atridis. *et ibid.* 7. 36. Mulvius et scurræ tibi non referenda precati Discedunt. *Ovid.* 13. *Met.* 48. Saxa moves gemitu; Laertiadæque precaris Quæ meruit. *Tibull.* 2. 5. 115. Tu miserum torques, tu me mihi dira precari Cogis. — *Precari alicui* pro imprecari est *Plaut. Asin.* 2. 4. 71. Pergin precari pessumo? Sic *male precari* eodem sensu *Id. Merc.* 2. 1. 11. Male mihi precatur et facit convicium. *Cf. Cic. Pis.* 14. 33. Utrum bono viro optabilius putas, sic exire a patria, ut omnes sui cives salutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit; an, quod tibi proficiscenti evenit, ut omnes exsecrarentur, male precarentur?

PRĔHENDO *et per sync.* prendo, dis, di, sum, dere, a. 3. *Prendo* pro *prehendo,* quo libenter utuntur Poetæ, legitur etiam apud *Cic.* in multis libris, ut 1. *Acad.* (*post.*) 11. 41., 12. *Att.* 13. et 2. *ad Brut.* 1., item apud *Cæs.* ad *Cic.* 8. *Fam.* 11. et alios, quos infra retulimus. V. *Drakenborg.* ad *Liv.* 2. 29. et 56. — Sunt qui malunt scribere *præhendo*: alii qui *preendo,* sublata aspiratione: sed *prehendo* est usu receptius, V. *Dausqu.* in *Orthogr.* — De Perf. *prendidi* V. infra sub I. 1. — Part. *Prendens* I. 5.; *Prehensus* et *Prensus* I. 1. et 3.; *Prehensurus* I. 1.; *Prehendendus* et *Prendendus* I. 1. et 2. — Prehendere est capere, λαμβάνω (It. *pigliare, prendere;* Fr. *saisir, prendre, surprendre;* Hisp. *tomar, agarrar, asir, coger, prender;* Germ. *fassen, anfassen, er-angreifen;* Angl. *to take, take or lay hold of, grasp, catch, seize*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Asin.* 3. 3. 78. Prehendere aliquem auriculis. *Cic.* 1. *Orat.* 56. 240. aliquem manu. *Plaut. Most.* 1. 3. 62. fauces alicui, atque enicare. *Id. Pers.* 2. 4. 22. Te hodie si prehendero, defigam in terram colaphis. *Id. Epid.* 1. 1. 1. Quis me properantem prehendit pallio? *Id. ibid.* 2. 3. 65. Prehendit dexteram, seducit, rogat, cur etc. *Id. Rud.* 5. 2. 4. Rete prehendere aliquid. *Petron. Satyr.* 138. Per aliquot vicos secutæ fugientem, Prehende furem, clamant. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 51. (103). Perdix aucupem jam jam prehensurum effugiens. *Ovid. Medic. fac.* 93. Arentisque rosæ quantum manus una prehendat. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 5. 12. (40). Cinerem eum dant bibendum, quantum prehenditur ternis digitis. — Sic *prendo* per syncopen. *Virg.* 2. *Æn.* 322. quam prendimus arcem? *h. e.* occupamus. *Id.* 12. *ibid.* 775. teloque sequi, quem prendere cursu Non poterat. *Stat.* 9. *Theb.* 266. Flumineam rapiente vado, puer Agrius ulmum Prenderat. *avea afferrata.* Similiter *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 11. 41. Similem iis rebus, quæ manu prenderentur. *et* 2. *ad Brut.* 1. Gubernacula reipublicæ prenderem. *Seneca Med.* 103. prendere dextra pectus alicujus. *h. e.* amplecti. *Quintil. Declam.* 3. 7. *ad fin.* Ad prendendos amplexus. *Alii leg.* præbendos. — Et Part. *Prehensus* vel *prensus* apud *Virg.* 3. *Æn.* 623. Vidi egomet, duo de numero quum corpora nostro Prensa manu magna medio resupinus in antro Frangeret ad saxum. *Id.* 1. *G.* 285. Et prensos domitare boves. *Id.* 2. *Æn.* 592. dextraque prehensum Continuit. *Ovid.* 12. *Met.* 223. Raptaturque comis per vim nova nupta prehensis. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 17. 18. (56). *de apib.* Duce prehenso, totum tenetur agmen: amisso, dilabitur. — Poetice *Virg.* 6. *Æn.* 61. Jam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. et *Seneca Troad.* 1046. Quum simul ventis properante remo Prenderint altum, fugietque litus. *h. e.* altum mare ingressi fuerint. *Sil. It.* 15. 635. lancea turbine nigro Fert letum cuicumque viro, quem prenderit ictus. *colpisce.* Est qui leg. *prendidit* invitis criticis. Ceterum *prendidi* legitur apud *Vulg. interpr. Johan.* 21. 3. Et illa nocte nihil prendiderunt. Adde *ibid.* 21. 10. ¶ 2. Speciatim, *prehendere aliquem,* alloquendi, aut rogandi causa sistere. *Ter. Andr.* 2. 2. 16. Tuus pater modo me prehendit: ait, tibi uxorem dare sese hodie. *Id. Phorm.* 4. 3. 15. Prendo hominem solum: cur non, inquam, etc. *Id. Heaut.* 3. 1. 89. Syrus est prehendendus atque exhortandus mihi. *Cælius.* ad *Cic.* 8. *Fam.* 11. Renunciatum nobis erat, Hirrum diutius dicturum. Prendimus eum: non modo non fecit, sed etc. *Cic.* 12. *Att.* 13. Prende C. Septimium, L. Statilium: denique nemo negabit se juraturum, quem rogabis. Adde *Catull.* 55. 7. ¶ 3. Item speciatim *prehendere aliquem in furto* etc. est Italice *cogliere col furto in mano.* — *a* Cum Ablat. et præpos. *in. Plaut. Asin.* 3.

2. 17. Prehendi in furto. Cf. *Horat.* 2. *Od.* 16. 1. Otium divos rogat in patenti Prensus Ægæo. *collo dalla tempesta,* deprehensus. — *b*) Cum Ablat. sine præpos. *Gell.* 11. 18. Prensus manifesto furto. — c) Cum Genit. *Gell.* 11. 18. Prensus manifesti furti. et *Plaut. Bacch.* 4. 4. 45. quem mendacii prendit manifestum modo. — *d*) Absolute. *Martial.* 3. 96. Si te prendero, Gargili, tacebis. ¶ 4. Item prehendere dicuntur quæ sata proveniunt. *Pallad.* 3. *R. R.* 25. Pirorum plantas radicatas seramus, ut quum prehenderint, inserantur. *et ibid.* 10. *extr.* Hoc genere quantum volueris numerum vitium transferes, sine ambiguitate prehendendi. *V.* COMPREHENDO. Huc pertinet illud *Cic.* in *Arat.* 116. Nam quarum stirpes tellus amplexa prehendit, etc. ¶ 5. Item poetice *prehendere aliquid oculis* est cernere, videre, apud *Lucret.* 4. 1136. Sic *Lucan.* 4. 19. Explicat hinc tellus campos effusa patentes, Vix oculo prendente modum, *h. e.* totam amplitudinem assequente, *appena ne scuopre l'ampiezza.* ¶ 6. Item in jure est capere et in carcerem conjicere (*V.* PREHENSIO I.). *Gell.* 13. 12. *ad fin.* Quæ autem ratio fuit vocantibus nolle obsequi, quos confiteare jus habere prendendi? Nam qui jure prendi potest, et in vincula duci potest. Adde *eumd.* 13. 13.

II.) Translate. *Cic.* 1. *Legg.* 23. 61. Quum animus rerum omnium naturam perspexerit, eaque unde generata, quo recurrant, viderit, ipsumque ea moderantem atque regentem pæne prehenderit, etc. *h. e.* intelligentia assecutus fuerit.

PRĔHENSĀTUS *et* prensatus, a, um, particip. *V.* PREHENSO.

PRĔHENSĬO *et* prensio, ōnis, f. 3. *presura, presa, il pigliare,* λαβή, actus prehendendi.

I.) Proprie. *Atejus Capito* apud *Gell.* 13. 12. Tribuni plebis prensionem habent, vocationem non habent. *Varro ibid.* in magistratu habent alii vocationem, alii prensionem, alii neutrum. *h. e.* jus prehendendi et conjiciendi in carcerem. Adde *eumd. ibid.* 13.

II.) Translate, abstr. pro concreto, uti ajunt. *Cæs.* 2. *B. C.* 9. *a med.* Turris tectum per se ipsum prehensionibus ex contignatione prima suspendere ac tollere cœperunt. *et mox.* Rursusque alia prehensione ad ædificandum sibi locum expediebant. *Lips.* et alii ex MSS. leg. *pressionibus,* h. e. hypomochliis et vectibus, quorum pressione magna pondera in altum tolluntur. Qui *prehensiones* retinent, cochleas, aut prela intelligunt, quorum ope itidem tolli quid potest.

PRĔHENSO *et per sync.* prenso, ās, āvi, ātum, are, a. 1. frequentat. a *prehendo.* — Part. *Prensans* I. 1.; *Prensatus* I. 2, *a.*; *Prensandus* II. — Prehensare est sæpe aut vehementer prehendere, *pigliare, prendere, acchiappare, afferrare.*

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 63. vellere cœpi, Et prensare manu lentissima brachia. *Virg.* 2. *Æn.* 444. prensant fastigia dextris. *et* 12. *ibid.* 404. prensatque tenaci forcipe ferrum. *Ovid.* 5. *Fast.* 476. Lubrica prensantes effugit umbra manus. *Tac.* 3. *Hist.* 28. Prehensare hostium tela brachiaque. ¶ 2. Latiori sensu *prensare aliquem* est alloquendi, aut rogandi causa sistere, ambire, rogare in petitione honorum, et hujusmodi, παραγγέλλειν, *brogliare, bucherare*: quod fit prensando manus, et blanda verba adhibendo. — *a*) Generatim. *Tac.* 1. *Hist.* 66. Velamenta et infulas præferentes, arma, genua, vestigia prensando, flexere militum animos. *et* 4. *ibid.* 46. Prensare commanipularium pectora, cervicibus innecti, suprema oscula petere, ne desererentur, etc. *Plin.* 2. *Ep.* 9. *a med.* Itaque prenso amicos, supplico, ambio domos, stationesque circumeo. *Liv.* 4. 60. Concursum itaque ad curiam esse prensatasque exeuntium manus et patres vere appellatos. — *b*) Speciatim pro ambire, rogare in petitione honorum. *Liv.* 1. 47. Circumire et prehensare patres, admonere paterni beneficii. — Absolute. *Cic.* 1. *Att.* 1. Prensat unus P. Galba: cine fuco ac fallaciis, more majorum, negatur.

II.) Translate. *Liv.* 22. 51. Ad consilium prensandum tempus opus esse. *h. e.* capiendum. *Alii leg.* pensandum, *quod est præferendum.*

PRĔHENSUS *et* prensus, a, um. *V.* PREHENDO.

PRĔLĬUM. *V.* PRŒLIUM init.

PRĔLUM, i, n. 2. Ducunt a *premo,* quasi contract. a *premulum.* Alii a *prœluo,* et per diphthongum *prœlum* scribunt: sed hæc videtur nimis longe petita notatio. — Ceterum *prelum* est instrumentum, quo uva, oliva, aliudve quid comprimitur ad succum exprimendum, vel ad aliquid æquum lucidumque reddendum, πιεστήρ (It. *torchio, strettojo*; Fr. *presse, pressoir*; Hisp. *prensa*; Germ. *d. Weintrauben-, Oelpresse, Kelter, Presse*; Angl. *a press, machine for pressing*). — *a*) Sæpissime de instrumento, quo uva, oliva, etc. comprimitur. Hoc sensu differt a *torculari* ut a toto pars: nam torcular est tota machina, *prelum* trabs, quæ demissa comprimit: tametsi interdum promiscue ponuntur. *Vitruv.* 6. 9. Ipsum torcular si non cochleis torquetur, sed vectibus et prelo premitur, ne minus longum pedes quadraginta constituatur. Ita enim erit vectiario spatium expeditum. *Virg.* 2. *G.* 241. tu spisso vimine qualos, Colaque prelorum fumosis deripe tectis. Ubi *Servius:* Prela trabes sunt, quibus uva jam calcata premitur. *Colum.* 12. *R. R.* 51. 1. Olivam prelo subjicere. *Cato R. R.* 31. Prelum de carpino atra potissimum facito. (*Plin.* 16. *Hist. nat.* 39. 75. (193). hunc eumdem locum referens, habet, *e sapino atra.*) *Ulp. Dig.* 19. 2. 19. Et prelum, et suculam, et trochleas, quibus relevetur prelum, dominum præstare oportere. *Martial.* 13. 111. De Sinuessanis venerunt Massica prelis. *Propert.* 4. 6. 73. Vinaque fundantur prelis elisa Falernis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 31. 74. (318). Intra viginti duos hos annos inventum, parvis prelis, et minori torcularia, ædificio breviore, malo in medio decreto, tympana imposita vinaceis superne toto pondere urgere, et super prela construere congeriem. — *b*) Interdum de instrumento, quo charta, aut vestis comprimitur. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 23. (77). *de charta.* Premitur deinde prelis, et siccantur sole plagulæ. *Martial.* 2. 46. Sic tua suppositis perlucent prela lacernis. *mangano, soppressa.* Sic *Claudian. Epith. Pallad. et Celer.* 101. prelisque solutæ Mira Dionææ sumit velamina telæ. *cavate, o sciolte dalla soppressa.* Huc pertinet illud *Senecæ Tranquill.* 1. Placet non ex arcula prolata vestis, non mille ponderibus aut tormentis splendere cogentibus pressa, sed domestica et vilis. *et Ammiani* 28. 4. quod V. in PRESSORIUM. Adde *Inscript. apud Orell.* 3389. ubi PRAELVM.

PRĔMO, prĕmis, pressi, pressum, prĕmere, a. 3. Part. *Premens* I. 2. 4. 6. 9. 14. et 15.; *Pressus* in omnibus fere paragr. et in fin.; *Pressurus* II. 2. et 6.;; *Premendus* II. 3. et 4. — Premere est nisu aut pondere urgere, calcare, deprimere, perprimere, πιέζω, θλίβω, βαρέω (It. *pigiare, calcare, aggravare sopra alcuna cosa, premere*; Fr. *presser, comprimer, serrer*; Hisp. *aprensar, prensar, comprimir*; Germ. *drüken, pressen, drängen*; Angl. *to press, press upon, press or weigh down*.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Asin.* 4. 1. 30. Pede pedem alicui premere. *Virg.* 2. *Æn.* 379. Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens. *Ovid. Ib.* 366. Pressit et inductis membra paterna rotis. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 314. Ranæ pulli vituli pede presso. *Id.* 2. *Od.* 18. 3. Trabes Hymettiæ premunt columnas. *Seneca Herc. Fur.* 424. Telluris illum pondus immensæ premit. MEG. Nullo premetur onere, qui cælum tulit. *Ovid.* 3. *Amor.* 2. 24. et 1. *Art. am.* 158. Genu premere terga alicujus. *star addosso, premere urtando.* Edict. *Diocl. p.* 18. Ficus Caricæ N. vigintiquinque ✕ quattuor. Caricæ pressæ P. unum ✕ quattuor. *fichi secchi stivati in barili.* ¶ 2. Speciatim, premere vestigia alicujus, *camminar sull'altrui pedate,* eadem calcare vestigia, quæ alius præcedens impressit: et translate imitari. *Tac.* 2. *Ann.* 14. *sub fin.* Patris patruique vestigia premens. *Nemesian. Cyneg.* 11. intacto premimus vestigia musco. — Hinc *presso gressu* proxime insequente, et præcedentis vestigia ipsa premente. *Ovid.* 3. *Met.* 17. Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu. ¶ 3. Item, habet etiam obscænum sensum, ut *comprimo. Val. Flacc.* 8. 256.; *Martial.* 3. 58.; et *Sueton. Cal.* 25. *V.* PREMA in ONOM. Sic *pressus* est compressus in re turpi. *Martial.* 4. 4. Quod pressa piger hircus in capella. ¶ 4. Latiori, vel prægnante, uti ajunt, significatione est stringere, *stringere, premere. Cæs.* 7. *B. G.* 28. Quum augusto exitu portarum se ipsi premerent. *Virg.* 7. *Æn.* 518. Et trepidæ matres pressere ad pectora natos. *si strinsero le madri i figli al seno. Id.* 8. *ibid.* 288. ut prima novercæ Monstra manu, geminosque premens eliserit angues. *Id.* 1. *ibid.* 67. Et premere et laxas dare habenas. *tirare e rallentare,* fortiter tenere et adducere. *Id.* 11. *ibid.* 600. fremit æquore toto Insultans sonipes, et pressis pugnat habenis. *h. e.* quibus adductis os sibi freno graviter premitur. Sic *Ovid.* 8. *Met.* 37. Premere frena manu. *Id.* 12. *ibid.* 509. alicui fauces. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 37. laqueo collum. *Id.* 2. *Od.* 10. 3. litus. *h. e.* stringere, radere, proxime litus navigare. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 23. (77). aliquid prelo. *Ovid.* 4. *Fast.* 769. Ubere plena premam: referat mihi caseus æra. *Id.* 10. *Met.* 704. Dente premunt domito Cybeleia frena leones. *mordono.* et 5. *ibid.* 538. Premere ore aliquid. *masticare, mangiare.* et *Seneca Troad.* 797. et *Lucret.* 3. 664. aliquid morsu. *Ovid.* 9. *Met.* 78. angebar ceu guttura forcipe pressus. *Virg.* 1. *G.* 410. corvi presso ter gutture voces, Aut quater ingeminant. *Seneca Herc. Fur.* 225. Gemuit lacertis pressus Herculeis leo. — Sic *premere ensem* est stringere, *impugnare, stringere. Lucan.* 4. 706. Ense subit presso. *h. e.* stricto gladio. *Alii leg.* prenso. Sic 7, 562. Quæ presso tremat ense manus. Hic quoque alii *prenso.* At *Sil. It.* 1. 515. pressumque ira simul exigit ensem. Similiter *Id.* 5. 670. premit omnis dextera ferrum. *et* 2. 615. Pressit ovans capulum, cunctantemque impulit ensem. — Hinc figurate, pressus amplexus, *stretto abbracciamento. Seneca Œdip.* 192. tunc amplexu Frigida presso saxa fatigant. Sic *Martial.* 6. 34. Pressa basia. *Ovid. Heroid.* 2. 94. Pressa oscula jungere. — *Presso gradu* vel *pede* est lento, sed firmo, qualis est caute incedentium, pede scilicet solum firmiter premendo, *a piè saldo, a passo serrato. Liv.* 28. 14. *a med.* Hispanos presso gradu incedere jubet. *Id.* 8. 8. Pede presso eos retrocedentes recipiebant. ¶ 5. Item *premere lac* aut *caseum* apud *Virg.* 1. *Ecl.* 35. et 3. *G.* 401. et *Plin.* 11. *Hist. nat.* 42. 97. (241). *far formaggio:* lac scilicet coagulo mixtum stringendo manibus, in caseum redigere. — Et absolute *Virg.* 3. *G.* 400. Quod surgente die mulsere, horisque diurnis, Nocte premunt. *Calpurn.* 5. *Ecl.* 34. rursusque premetur Mane, quod occiduæ mulsura redegerit horæ. — Hinc *Virg.* 1. *Ecl.* 82. Pressum lac. *h. e.* caseus. *Colum.* 7. *R. R.* 8. 5. Caseus fistulosus provenit, si parum pressus. ¶ 6. Item stringendo elicere, emittere, exprimere, *spremere, cacciar fuori. Lucan.* 4. 317. palmite crudo Arboris, aut tenera succos pressere medulla. *Virg.* 3. *G.* 85. Collectumque premens volvit sub naribus ignem. *Ovid.* 4. *Trist.* 6. 20. nudo pressa uva pede. *Horat. Epod.* 2. 15. Pressa mella. *Id. ibid.* 13. 6. Tu vina Torquato move consule pressa meo. ¶ 7. Item *premere* dicuntur, qui super aliqua re jacent, aut sedent, qui alicui rei innituntur, incumbunt. *Ovid. Heroid.* 12. 30. Et premitis pictos corpora Graja toros. Cf. *Propert.* 2. 22. 35. Apparent nonnulla toro vestigia presso. *Seneca Hippol.* 510. Juvat amnis vagi pressisse ripas. *Ovid.* 5. *Met.* 317. Factaque de vivo pressere sedilia saxo. *Id.* 2. *ibid.* 421. Et pictam posita pharetram cervice premebat. *et* 9. *ibid.* 649. dura positis tellure capillis, Bibli, taces, frondesque tuo premis ore caducas. — Hinc de iis, qui cadunt et moriuntur. *Ovid.* 4. *Fast.* 843. nutro Celer occupat ausum: Ille (*Remus*) premit duram san-

gulnolentus humum. ¶ 8. Item est onerare, *caricare*. *Tibull.* 1. 3. 40. Presserat externa navita merce ratem. *Stat.* 8. *Theb.* 567. tunc auro phaleras, auroque sagittas, Cingulaque et manicas, ne conjuge vilior iret, Presserat. *h. e.* ornaverat et quasi oneraverat, *avea caricato e ornato d'oro*. *V.* infra. — Hinc pressus est onustus, gravatus, *carico, aggravato dal peso*. *Propert.* 4. 1. 114. tu diruta fletum Supprime, et Euboicos respice, Troja, sinus. Nauplius ultores in noctem porrigit ignes: Et natat exuviis Græcia pressa tuis. *Virg.* 1. *G.* 303. Ceu pressæ quum jam portum tetigere carinæ. *Propert.* 2. 12. 42. Pressus membra meo. *Cæs.* 4. *B. G.* 24. Magno è gravi onere armorum pressi. ¶ 9. Est etiam cingere, circumdare, coercere, circumligare. *Virg.* 4. *Æn.* 147. mollique fluentem Fronde premit crinem fingens. *Id.* 9. *ibid.* 612. Canitiem galea premimus, *h. e.* coercemus et oneramus. *Ovid.* 4. *Fast.* 517. mitraque capillos Presserat. Adde *Senec. Herc. Œt.* 375. — Huc referri potest illud *Virg.* 5. *Æn.* 556. Omnibus in morem tonsa coma pressa corona. *Lucan.* 5. 60. Cingere Pellæo pressos diademate crines. ¶ 10. Item urgendo et nitendo infigere, injicere, immittere, *premendo cacciar dentro*. *Ovid.* 1. *Fast.* 355. Quem (*caprum*) spectans aliquis dentes in vite prementem etc. *Seneca Phœnic.* 173. Dexteram introrsus preme, magisque merge. *Stat.* 11. *Theb.* 542. alte ensem germani in corpore pressit. *Pallad.* 11. *R. R.* 12. Cuneum salicis interfossis palmæ radicibus premere. *Rutil.* 1. *Itiner.* 74. Et qui primus humo pressit aratra puer. — Similiter Part. *pressus* apud *Virg.* 2. *G.* 356. presso exercere solum sub vomere. *Tibull.* 4. 1. 161. presso tellus consurgit aratro. *Virg.* 10. *Æn.* 346. Dryopen ferit eminus hasta Sub mentum graviter pressa. *Propert.* 3. 8. 14. Et nitidas presso pollice finge comas. *Seneca* 2. *Benef.* 2. Gladius idem et stringit et transforat: quam presso articulo venerit, refert. *h. e.* quam forti manu et adacta. Contrarium est *molli articulo*. — Hinc *pressus* est etiam signatus. *Ovid.* 6. *Fast.* 609. dictus Sceleratus ab illa Vicus: et æterna res ea pressa nota. *Id. Heroid.* 10. 140. Littera pressa articulo tremente. *et* 18. *ibid.* 134. multa via pressa rota. Similiter premere acu, *dipingere coll'ago, ricamare*, exprimere. *Val. Flacc.* 2. 410. Illic servati genitoris conscia sacra Pressit acu, currusque pios. *Sed alii rectius leg.* pinxit. *Forcellinus* huc retulit etiam illud *Stat.* 8. *Theb.* 567., quod *V.* supra in § 8. ¶ 11. Item cavare. Premere sulcum, *scavare, fare un solco*, premendo sulcum facere. *Virg.* 10. *Æn.* 296. — Hinc *fossam premere*, facere, ducere, alte terram eruendo. *Frontin.* 1. *Strateg.* 5. *ante med.* Fossam transversam inter montes pressit. *Est qui leg.* percussit. *Plin.* 10. *Ep.* 69. Fossam arctius pressam mari æquare. Sic *Curt.* 5. 1. Cavernæ in altitudinem pressæ. Sic *Tac.* 15. *Ann.* 42. Fossam deprimere. ¶ 12. Item deprimere, *abbassare*. *Virg.* 1. *G.* 249. Mundus ut ad Scythiam Rhiphæasque arduus arces Consurgit, premitur Libyæ devexus in Austros. *Ovid.* 2. *Met.* 135. Nec preme, nec summum molire per æthera currum. *Id.* 3. *Trist.* 11. 67. Humanæque memor sortis, quæ tollit eosdem, Et premit. Similiter Part. *pressus* apud *Virg.* 2. *G.* 26. Silvarumque aliæ pressos propaginis arcus Exspectant. *Horat.* 1. *Od.* 27. 8. Et cubito remanete presso. *basso e appoggiato alla mensa*. et *Seneca Herc. Fur.* 155. Aut deceptos instruit hamos, Aut suspensus spectat pressa Præmia dextra. *abbassata*. et *Thyest.* 498. sagax Umber presso vias scrutatur ore. *col muso a terra*. Sic *Hippol.* 40. lustraque presso quærant rostro — *Niger pressus color* quasi depressus, h. e. niger quidem, sed albicanti mixtus, *nero pressovario*. Laudatur a *Pallad.* in equis, 4. *R. R.* 13., et puto dici a nostris *bajo scuro, o castagno*. Sic *Servius* ad *illud* bonesti spadices. *Virg.* 3. *G.* 82. quos phœniciatos vocant, pressos, myrteos: ipsi sunt badii. ¶ 13. Item coercere, continere, concludere, ne quid elabatur, effugiat, evadat. — *a*) Generatim. *Martial.* 3. 40. Ex opibus tantis, quas gravis arca premit. *rinchiude, tiene strette*. et *Tac.* 4 *Hist.* 2. Paucos erumpere ausos circumjecti pressere. — *b*) Speciatim est sistere, *fermare*. *Tac.* 15. *Ann.* 64. Obligare venas, premere sanguinem. *Virg.* 6. *Æn.* 197. *et* 331. Constitit Anchisa satus, et vestigia pressit. *Val. Flacc.* 2. 424. Attoniti pressere gradum. — Huc referri potest et illud *Virg.* 6. *Æn.* 155. dixit, pressoque obmutuit ore. *h. e.* clauso. — *c*) Item speciatim, premere oculos, *chiudere, serrare*. *Virg.* 9. *Æn.* 486. nec te tua funera mater Produxi, pressive oculos. *Quintil.* 6. 2. 6. Amantes de forma judicare non possunt, quia sensum oculorum premit amor. ¶ 14. Item insequi, urgere: et — *a*) Est venatorum verbum quum ita prope insequuntur feram, ut elabi non posse videatur, *inseguire, incalzare, esser addosso*. *Virg.* 3. *G.* 412. montesque per altos Ingentem clamore premes in retia cervum. Sic *Ovid. Heroid.* 4. 41. In nemus ire libet, pressisque in retia cervis etc. Rursus *Virg.* 1. *Æn.* 328. Aut spumantis apri cursum clamore prementem. Adde *Sil. It.* 10. 125. — *b*) Item militare, quum prope et acriter urgetur hostis, ut pedem referre cogatur, *dar la carica, incalzare, caricare*. *Cæs.* 7. *B. G.* 19. Hæsitantes hostes premere de loco superiore. *Id.* 3. *B. C.* 46. Pompejani insolentius atque audacius nostros premere et instare cœperunt. *Seneca Hippol.* 727. Instare et premere. *Virg.* 1. *Æn.* 471. Hac fugerant Graji, premeret Trojana juventus. *Nepos Hann.* 11. Pergamenæ naves quum adversarios premerent acrius, etc. — *c*) Item quum in angustum redigitur, et urgendo includitur. *Virg.* 8. *Æn.* 473. hinc Tusco claudimur amni, Hinc Rutulus premit, et murum circumsonat armis. *et ibid.* 647.; et *Cæs.* 7. *B. G.* 32. et 3. *B. C.* 9. Obsidione urbem premere. *stringer d'assedio*. ¶ 15. Premere arbores, *potare, dibruscare*, ramos inutiles amputare, et in arctum redigere et compescere, ne nimis dilatentur et luxurient. *Horat.* 1. *Od.* 31. 9. premant Calena falce, quibus dedit Fortuna, vitem. *Ovid.* 14. *Met.* 628. Nec jaculo gravis est, sed adunca dextera falce, Qua modo luxuriem premit, et spatiantia passim Brachia compescit. *Virg.* 1. *G.* 157. ruris opaci Falce premes umbras, *h. e.* arbores umbrantes. *et* 4. *ibid.* 136. hic rarum in dumis olus, albaque circum Lilia, verbenasque premens, vescumque papaver, etc. ¶ 16. Item tegere, obruere, celare, *coprire, sotterrare, nascondere*. *Ovid.* 5. *Fast.* 509. Stant calices: minor inde fabas, olus alter habebant: Et fumant testu pressus uterque suo. *h. e.* tectus, opertus. *Id.* 11. *Met.* 558. pars magna virorum Gurgite pressa gravi. *h. e.* mersa, obruta. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 79. 81. (191). Motu terræ urbs tota corruit, et montis pars abrupta cladem insuper eam ruina pressit. *Horat. Epod.* 1. 33. haud paravero, Quod aut, avarus ut Chremes, terra premam, etc. *Id. Art. P.* 388. nonumque prematur in annum. Membranis intus positis. *Ovid.* 3. *Amor.* 8. 36. Omne lucrum tenebris alta premebat humus. ¶ 17. Premere arbores est etiam *piantare*, serere: quia in terram deprimuntur. *Virg.* 2. *G.* 346. quæcumque premes virgulta per agros, Sparge limo pingui.

II.) Translate. ¶ 1. Illud *premere* dicitur quod nos urget, gravat, angit, in angustum redigit. *Cic. Rosc. Am.* 34. 97. Quæ necessitas eum tanta premebat, ut etc. *Id.* 9. *Fam.* 1. Videor sperare debere, si te viderim, et ea quæ premant, et ea quæ impendeant, facile transiturum. *ci stanno addosso*. et 1. *Orat.* 53. 228. Quum invidia et odio populi Galba premeretur. *Cæs.* 6. *B. G.* 12. Quum aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut injuria potentium premuntur. *Sall. Jug.* 17. Omnes has, quæ me premunt, ærumnas amisisti. *Tac.* 1. *Hist.* 7. Inviso semel principe, seu bene, seu male facta premunt. *Justin.* 2. 1. 7. Neque hiberna frigora, neque æstivi soles Ægypti incolas premunt. *h. e.* vexant. *Id.* 9. 2. 1. *et* 26. 2. 1. Premi bello. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 36. 54. (127)., 9. *ibid.* 13. 15. (42). *et* 10. *ibid.* 75. 98. (211). Premi somno. *et* 20. *ibid.* 22. 87. (238). Somnus lethargicos premit. et *Ovid.* 15. *Met.* 21. pressus gravitate soporis. — Similiter *Virg.* 3. *Æn.* 47. ancipiti mentem formidine pressus. *Seneca Octav.* 103. miseriis, luctu obruta, mœrore pressa. *Lactant.* 4. 13. Sed veritate pressus negare non potuit. *costretto*. ¶ 2. Pro onerare, aggravare (*V.* sub I. 8.), *Sil. It.* 11. 9. Mox levis et sero pressurus fata pudore Bruttius. ¶ 3. Item translate est deprimere (*V.* sub I. 12.). — *a*) Ponitur pro dicendo elevare, *abbassare, sminuire, screditare*. *Liv.* 22. 12. *extr.* Premendorum superiorum arte sese extollebat. *Quintil.* 11. 1. 16. Qui se supra modum extollit, premere ac despicere creditur, nec tam se majorem, quam minores ceteros facere. *Tac.* 15. *Ann.* 49. Premere famam alicujus. *Quintil.* 10. 4. 1. *de emendatione*. Premere tumentia, humilia extollere, exsultantia coercere. Adde *Virg.* 11. *Æn.* 401. — *b*) Eleganter *premere* dicuntur, quæ superiora sunt, majora, meliora. *Ovid.* 7. *Met.* 448. Si titulos annosque tuos numerare velimus. Facta premant annos. *Id.* 3. *Pont.* 1. 116. Quæ (*Livia*) præstat virtute sua, ne prisca vetustas Laude pudicitiæ sæcula nostra premat. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 115. quantum Latonia Nymphas Virgo premit. — *c*) Item subjectum tenere, dominari, *tener soggetto, dominare*. *Virg.* 7. *Æn.* 737. et 10. *ibid.* 54. Premere ditione populos. *et* 1. *ibid.* 57. imperio. *et ibid.* 288. Mycenas Servitio premet, ac victis dominabitur Argis. — *d*) Item opprimere, *opprimere*. *Id.* 8. *ibid.* 249. et 9. *ibid.* 393. Premere aliquem telis. *et ibid.* 329. Tres juxta famulos temere inter tela jacentes, Armigerumque Remi premit. *uccide*. ¶ 4. Translate a re militari (I. 11.), est dicendo, aut disputando, aut auctoritate, potentia, odio, et similibus urgere aliquem, *stringere, aggravare, dar addosso, pressare, incalzare, perseguitare, opprimere*. *Cic.* 3. *Verr.* 53. 139. Tantus in adolescente pudor fuit, ut, quum a me premeretur, omnia potius responderet, quam etc. *Id.* 1. *Tusc.* 7. 13. Quoniam me verbo premis, posthac non dicam, etc. *Quintil. declam.* 1. 15. Quibus te satis abundeque pressimus, dum adolescentem defendimus. *Ovid.* 14. *Met.* 401. Criminibus veris premere aliquem. *Cic.* 1. *leg. Agr.* 5. 16. Ne urbem hanc urbe alia premere atque urgere possitis. *Nepos Agesil.* 6. Quum a plerisque ad eeundum premeretur, exire noluit, *h. e.* impelleretur et pæne cogeretur. *Virg.* 10. *Æn.* 375. Numina nulla premunt: mortali urgemur ab hoste. *Tac.* 3. *Ann.* 67. Non temperante Tiberio, quin premeret voce, vultu reum. *Cic.* 1. *Tusc.* 36. 88. Hoc premendum etiam atque etiam est argumentum. *h. e.* urgendum. *Quintil.* 7. 2. 40. Premere crimen. *h. e.* urgere et evidentius probare, *aggravare*. et *ibid.* 1. 29. confessionem. *h. e.* urgere reum, et instare vehementius ex ipsa ejus confessione. ¶ 5. Item est in pauca redigere, *ristringere* (*V.* sub I. 4.). *Cic.* 2. *Nat. D.* 7. 20. Hæc enim, quæ dilatantur a nobis, Zeno sic premebat. *Supra dixerat*: Quum autem, ut Zeno solebat, brevius et angustius concluduntur. ¶ 6. Demum est translate sistere, continere, comprimere. *Cic. Brut.* 97. 332. Cursum ingenii tui, Brute, premit hæc importuna clades civitatis. *arresta, impedisce*. *Virg.* 6. *Æn.* 828. dum nocte prementur. *et* 4. *ibid.* 332. curam sub corde premebat. Sic *Stat.* 9. *Theb.* 824. Pressus tacito sub corde dolor. *Plin. Pæneg.* 62. Premere odium. *Tac.* 6. *Ann.* 50. iram. et 13. *ibid.* 16. pavorem et consternationem mentis vultu. *Seneca Ep.* 3. *a med.* interius omne secretum. *Val. Max.* 3. 3. *n.* 1. *extern.* dolorem silentio. *Virg.* 7. *Æn.* 103. ore aliquid. *tacere*. et *Sil. It.* 12. 640. Sic adeo orantes pressere silentia. *tacquero*. *Virg.* 9. *Æn.* 324.; et *Phædr.* 1. 11. Premere vocem. *Ovid.* 1. *Met.* 207. Substitit ut clamor pressus gravitate regentis. *Tac.* 3. *Ann.* 6. Ut (*Tiberius*) premeret vulgi sermones, monuit edicto etc. *h. e.* compesceret, *per fermare le dicerie del volgo*. *Virg.* 10. *Æn.* 464. magnumque sub imo Corde premit gemitum. *Id.* 12. *ibid.* 322. pressa est insignis gloria facti. *h. e.* occultata, celata. — In illo *Horat.* 3. *Od.* 1. 18. ut premerer sacra Lauroque, col-

lataque myrto: *premerer* est tegerer, et defenderer ab injuria ferarum. Ita recte *Forcellinus*; sed hic *Horatii* locus ad I. 9. referendus est. — Hinc Part. præter. pass., cujus plurima superius exempla retulimus,

Pressus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Pressior* in omnibus paragr.; et translate ¶ 1. Occurrit de oratione et stilo, et dicitur de eo qui genere dicendi utitur tenui, subtili et brevi, sine floribus et amplificatione, hærensque arcte rei propositæ omnem fugit redundantiam: ducta metaphora ab arboribus, quæ ita falce premuntur, ut inutilibus ramis nudentur. *Quintil.* 10. 1. 44. Alii pressa demum et tenuia, et quæ minimum ab usu quotidiano recedant, sana et vere Attica putant. *et ibid.* 2. 16. Proxima virtutibus vitia comprehendunt, fiuntque pro grandibus tumidi, pressis exiles, fortibus temerarii, lætis corrupti, compositis exsultantes, simplicibus negligentes. *Id.* 12. 10. 18. Antiqua illa divisio inter Asianos et Atticos fuit, quum hi pressi et integri, contra inflati illi et inanes haberentur: et in his nihil superfluerit, illis judicium maxime ac modus deesset. *Cic.* 2. *Orat.* 13. 56. Thucydides ita verbis aptus et pressus, ut etc. *Id. fragm.* apud *Non. p.* 364. 24. *Merc.* Quis te fuit unquam in partiundis rebus, in definiendis, in explanandis pressior? *Plin.* 1. *Ep.* 8. Stilus pressus et demissus. *et ibid.* 16. In contionibus idem, qui in orationibus, est, pressior tamen et circumscriptior et adductior. *Quintil.* 4. 2. 117. *de narratione.* Pressus, et velut applicitus rei cultus. *V.* alia in PRESSE. ¶ 2. *Pressum verbum*, vox rem ipsam proxime evidenterque significans. *Gell.* 2. 6. Sicuti *taxare* pressius crebriusque est, quam *tangere*, unde procul dubio id inclinatum est. ¶ 3. *Pressior cautela*, attentior, intentior, accuratior. *Apul.* 5. *Met.* Exitiabile tibi periculum minatur Fortuna sævior, quod observandum pressiore cautela censeo. Sic *ibid. paullo post.* Diuque cogitationibus pressioribus instructe, ad superbiam puniendam firmiores redeamus.

PRENDO, *V.* PREHENDO.

PRENSĀTĬO, ōnis, f. 3. *broglio, bucheramento*, δεξίωσις, παραγγελία, actus prensandi, ambitio. *Cic.* 1. *Att.* 1. Non aliena rationi nostræ fuit illius hæc præpropera prensatio.

PRENSĪTO, as, are, a. 1. frequentat. a *prenso*. *Sidon.* 2. *Ep.* 8. Quum libitinam ipsam flentes omnes prensitarent, remorarentur, exoscularentur. *h. e.* feretrum, in quo defunctæ corpus jacebat.

PRENSO, as. *V.* PREHENSO.

PRENSŌRĬUM, ii, n. 2 muscipula, *trappola. Gloss. Lat. Gr.* Prensorium, ὑπος.

PRENSUS, *V.* PREHENDO.

PRESBŸTER, ĕri, m. 2. *prete*, πρεσβύτερος, Græce est senior: a πρέσβυς *senex*. ¶ 1. Generatim. *Tertull. Cor. mil.* 15. Sedent et presbyteri coronati etc. et *Apocal.* 4. 4. ubi Vulgata habet *seniores*. ¶ 2. Speciatim est sacerdos; qua ratione ab Ecclesiasticis scriptoribus sæpe usurpatur. *Tertull Baptism.* 17. Dandi baptismum habet jus summum sacerdos, qui est episcopus: dehinc presbyteri et diaconi. Adde *eumd. advers. Hæret.* 41. *extr.*; *Hieronym.* 3. *advers. Rufin.* n. 2.; *Prudent.* 11. περὶ στεφ. 20.; et *Sidon.* 6. *Ep.* 2. — Presbyteri, seu monachi fusca tunica utebantur. *V.* adnot. in v. MONACHUS.

PRESBŸTĔRĀTUS, us, m. 4. munus et dignitas presbyteri. *Hieronym. Ep.* 22. n. 28. Ideo diaconatum et presbyteratum ambiunt, ut mulieres licentius videant.

PRESBŸTĔRĬUM, ii, n. 2. πρεσβυτέριον, collegium presbyterorum in Ecclesia Christiana, senatus Ecclesiasticus. *Vulgat. interpr.* 1. *Timoth.* 4. 14. Cum impositione manuum presbyterii. *h. e.* facta a collegio presbyterorum. Cf. *Cassiod.* 9. *Hist. Eccl.* 3. Flavianus in ordine presbyterii constitutus.

PRESSĔ, adverb. Comp. *Pressius* in omnibus paragr. — Presse

I.) Proprie est premendo, συνεσταλμένως. *Atejus Capito* apud *Gell.* 10. 6. Quanto artius pressiusque conflictata essem, si frater meus classem cum ingenti civium numero non perdidisset! ¶ 2. Item in angustum redigendo, arcte, *ristrettamente. Palład.* 12. *R. R.* 9. Vites quæ fronde luxuriant, putare pressius conveniet. *Veget.* 1. *Veterin.* 56. *ad fin.* Jumentis pressius colla radere. *basso. Marcell. Empir. c.* 20. *p.* 113. ed. *Ald.* Ægrotum oleo perungere et presse fricare.

II.) Translate. ¶ 1. *Presse loqui*, clare expresseque, ut omnes litteræ et syllabæ distincte audiantur, *parlare schietto e chiaro. Cic.* 3. *Orat.* 12. 45. Loqui non aspere, non vaste, non rustice, sed presse et æquabiliter et leniter. *Id.* 1. *Off.* 37. 133. In voce duo sequamur, ut clara sit, ut suavis. Utrumque omnino a natura petendum est: verum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presse loquentium et leniter. Huc facit illud *ejusd.* 3. *Orat.* 11. 43. Ex istis urbanis, in quibus minimum est litterarum, nemo est, quin litteratissimum togatorum omnium Q. Valerium Soranum, lenitate vocis, atque ipso oris pressu et sono facile vincat. ¶ 2. *Presse dicere* est breviter, paucis, et ea solum dicendo, quæ ad rem exponendam necessaria sunt: amplificationes omittendo, argumento arctissime inhærendo. *Cic. Orat.* 33. 117. Ut definire rem possit, neque id faciat tam presse et anguste, quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet; sed quum explanatius, tum etiam uberius. *Id. Brut.* 55. 201. Oratorum bonorum duo genera sunt, unum attenuate presseque, alterum sublate ampleque dicentium. *Quintil.* 8. 3. 40. Ut liqueat augere quid velimus, an minuere; concitate dicere, an moderate; læte, an severe; abunde, an presse. *Cic.* 4. *Fin.* 10. 24. Mihi placet agi subtilius, et, ut ipse dixisti, pressius. Quæ enim adhuc protulisti, popularia sunt. *Plin.* 3. *Ep.* 18. *sub fin.* Quum ea potius, quæ pressius et adstrictius, quam illa, quæ hilarius et quasi exsultantius scripsi, possint videri arcessita et inducta. *Id.* 4. *Ep.* 14. Hendecasyllabis describimus aliquid, modo pressius, modo elatius. *et* 9. *Ep.* 26. An illa custoditius pressiusque? σὺ δὲ ἐλκοποιεῖς etc. *Gell.* 1. 3. *circa med.* Inquisitius, et exactius, pressiusque super aliqua re disserere. *più precisamente, più a proposito.*

PRESSICIUS, a, um, adject. qui pressus est. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir.* p. 39.

PRESSIM, adverb. *strettamente*, presse, vel premendo. *Apul.* 2. *Met.* Me pressim deosculato. *et ibid.* Linteolum pressim adglutinatum.

PRESSĬO, ōnis, f. 3. *pressione*, πίεσις, actus premendi, depressio.

I.) Proprie. *Vitruv.* 10. 8. *a med.* Vela, quæ in capite mali summo collocantur, discedentia longius a centro, pressione cacuminis vehementius cogunt progredi navem. *et paullo sup.* Gubernator ansam gubernaculi tenens una manu pressionibus artis agitans, versat eam.

II. Translate est lignum illud, aut saxum, quod vecti subjicitur, dum onus extollit, ὑπομόχλιον. *Vitruv. ibid. ab init.* Vectis ferreus quum est admotus ad onus, supposita uti centro pressione, quod Græci ὑπομοχλιον appellant, etc. *V.* et PREHENSIO II.

PRESSĪVUS, a, um, adject. qui premit. *Gloss. Cyrill.* Πιεστικόν, pressivum.

PRESSO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Pressans* et *Pressandus*. — Pressare est frequentat. vel intens. a *premo*, et ejusdem fere significationis, *premere, stringere*, καταπιέζω. *Plaut. Pers.* 2. 5. 11. Quid hoc hic in collo tibi tumet? sa. vomica est: pressare parce. *Furius Antias* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 3. Pressatur pede pes, mucro mucrone, viro vir. *Ovid.* 8. *Met.* 538. cineres ad pectora pressant, Adfusæque jacent tumulo. *Id.* 15. *ibid.* 472. Ubera dent saturæ manibus pressanda capellæ. Cf. *Virg.* 3. *Ecl.* 98. si lac præceperit æstus, Ut nuper, frustra pressabimus ubera palmis. *Propert.* 3. 15. 18. Et nova pressantes inquinet uva pedes. *Sever. Sammon.* 16. *p.* 66. *retro* ed. *Ald.* Quos autem vocitant colles, attingere dextra Debebis, qua gallus erit pressante peremptus. *Stat.* 6. *Theb.* 346. Et Chromis Hippodamusque, alter satus Hercule magno, Alter ab Œnomao, dubites uter effera presset Frena magis.

PRESSOR, ōris, m. 3. venator, qui feram premit. *Isidori* locum *V.* in ALATOR. Hanc vocem agnoscit etiam *Charis.* 2. *p.* 148. *Putsch.*

PRESSŌRĬUM, ii, *V.* voc. seq. in fin.

PRESSŌRĬUS, a, um, adject. ad premendum pertinens. *Colum.* 12. *R. R.* 18. 4. Pressoria vasa, *h. e.* torcularia, prela. — Hinc

Pressorium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est instrumentum ad premendum, *soppressa, mangano, strettojo. Ammian.* 28. 4. Solutis pressoriis vestes luce nitentes arbitra diligenter explorat. (*V.* PRELUM *in fin.*) *Plin. Valer.* 2. 17. *a med.* Cotonea purgare, tundere diligenter, et exprimere in pressorio.

PRESSŪLĒ, adverb. deminut. a *presse*, h. e. arcte quidem premendo, sed ita tamen, ut non lædatur, qui premitur. *Apul.* 4. *Met.* Filium diu ac pressule saviata. *et* 10. *ibid.* Ut lacinia adhærens pressule membrorum voluptatem graphice linearet.

PRESSULUS, a, um, deminut. a *pressus*, aliquantum pressus. *Apul. Florid. n.* 9. Ampulla lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate. *alquanto schiacciata.*

PRESSŪRA, æ, f. 1. (premo) pressio, premendi actus, *pressione*, πίεσις.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Apul.* 5. *Met.* Lacrimæ pressura palpebrarum coactæ. ¶ 2. Speciatim est actus exprimendi musti, olei, et similium, *pigiatura. Colum.* 12. *R. R.* 36. 1. Mustum quod post primam pressuram vinaceorum exprimitur. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 31. 74. (316). Pressura una culeos viginti implere debet. *Colum.* 12. *R. R.* 52. 11. Sint in cella olearia tres labrorum ordines, ut unus primæ notæ, idest primæ pressuræ oleum recipiat, alter secundæ, tertius tertiæ. ¶ 3. Hinc etiam illud ipsum quod exprimitur. *Lucan.* 9. 809. Utque solet pariter totis se effundere signis Corycii pressura croci. sic etc. *V.* SPARSIO.

II.) Translate. ¶ 1. Est onus. *Apul.* 7. *Met.* Levare pressuram, *h. e.* onus, quod premit. ¶ 2. Item multarum inter se rerum compressio. *Apul.* 3. *Met.* Cœtus multitudo pressuræ nimia densitate periclitatur. *per la troppa calca.* ¶ 3. In aquæductibus est deductio aquæ ex loco altiore in humiliorem, ex quo cogitur rursus in altiorem conscendere, quia premitur aqua antecedens a subsequenti, et inde vim accipit, ut rursus ascendat: ut fit in lapideis fontibus, in quibus aqua per fistulas in aera fertur. *Frontin. Aquæd.* 18. Quinque aquarum altitudo in omnem partem Urbis attollitur, sed ex his aliæ leviori pressura coguntur. ¶ 4. Apud *Cœl. Aurel.* 1. *Acut. præf. a med.* pressura est somnus gravior, et præter naturam, *letargo.* ¶ 5. Per metaphoram est afflictio, *afflizione, pressura*, θλῖψις. *Tertull.* 1. *ad Uxor.* 5. Pressuram persecutionemque perferre. *Lactant.* 5. 22. *a med.* Deus pressuræ verberibus defluentem corrigit disciplinam. *Cyprian.* 1. *Ep.* 1. Pressuras et angustias relevare.

PRESSUS, a, um. *V.* PREMO.

PRESSUS, us, m. 4. *premitura*, pressio. *Cic.* 2. *Tusc.* 23. 54. Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt; similllime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere. *Id.* 3. *Orat.* 11. 43. Lenitate vocis, atque ipso oris pressu ac sono. *h. e.* os comprimendo, neque vaste loquendo. *Id.* in *Arat.* 2. *Nat. D.* 42. 109. *de Ophiucho.* Hic pressu duplici palmarum continet Anguem. *stringendo ambedue le mani.*

PRESTĔR, ēris, m. 3. ¶ 1. Est igneus turbo, ventus ignitus ex alto ruens columnæ modo: a πρήθω *incendo*, πρηστήρ, ῆρος (It. *buféra, tifone, turbine*; Fr. *tourbillon de feu*; Hisp. *remolino de fuego*; Germ. *e. brennender, feuriger, heisser Wirbelwind*; Angl. *a sort of fiery whirlwind in appearance like a pillar of*

fire, a typhon, tornado). *Lucret.* 6. 422. Quod superest, facile est ex his cognoscere rebus, Presteras Graji quos ab re nominitarunt, In mare qua missi veniant ratione superne. Nam fit, ut interdum tanquam demissa columna In mare de cælo descendat, quam freta circum Fervescunt, graviter spirantibus incita flabris, Et quæcumque in eo tum sint deprensa tumultu Navigia, in summum veniant vexata periclum. *Seneca* 5. *Quæst. nat.* 13. Ventus circumactus, et eumdem ambiens locum, turbo est: qui si pugnacior est, ac diutius volutatur, inflammatur, et efficit quem πρηστῆρα Græci vocant: hic est igneus turbo. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 48. 50. (133). Turbo ardentior accensusque dum furit, prester vocatur, amburens contacta pariter et proterens. *Apul. de Mundo.* Spiritus quum majore vi torti sunt, fit procella terrestris, et a Græcis prester nomen accepit. *Ammian.* 17. 7. Typhones atque presteres cum horrifico tremore terrarum civitatem et suburbana funditus everterunt. *V.* ECNEPHIAS. ¶ 2. Item genus serpentis in Africa, cujus morsus sitim efficit ardentem, inextinguibilem, et mortalem, cum distentione membrorum. *Solin.* 27. *circa med.* Prester quem percusserit, distenditur, enormique corpulentia necatur extuberatus. *Lucan.* 9. 790. Nasidium Marsi cultorem torridus agri Percussit prester. Illi rubor igneus ora Succendit, tenditque cutem, pereunte figura, Miscens cuncta tumor, toto jam corpore major: Humanumque egressa modum super omnia membra Efflatur sanies. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 20. 81. (210). Porcilaca venena presterum restingui. *Id.* 24. *ibid.* 13. 73. (117). Adversantur serpentium sceleratissimis, hæmorrhoidi, et presteri, ruborum flos, aut mora.

PRESTĒRĬUM, ii, n. 2. πρηστήριον, locus in balneis, ubi calor exæstuans excitabatur; idem ac Laconicum. *V.* PROPNIGEUM.

PRĔTĬO, as, are, a. 1. *apprezzare*, æstimo, pretium alicui rei statuo. *Cassiod.* 5. *Variar.* 10. Gemmarum divites venæ auri fulgore pretiantur. Sic de abstractis *Id.* 8. *ibid.* 22. Natura ipsa boni adhibita perseverantia pretiatur; quia minus est laudanda incipere, quam bonorum propositum custodire.

PRĔTĬŌSĒ *vel* preciose, adverb. Comp. *Pretiosius.* — Pretiose est cum pretio, sumptuose et eleganter, *preziosamente*, ταμίως. *Cic.* 2. *Invent.* 40. 116. Vasa magnifica, et pretiose cælata. *Gell.* 5. 5. Pretiose armatum exercitum. *Curt.* 10. 1. Tanti nominis regem haud pretiosius sepultum esse, quam si fuisset e plebe.

PRĔTĬŌSĬTAS *vel* preciositas, ātis, f. 3. *prezzo, valore*, pretium. *Ateius Capito* apud *Macrob.* 7. *Saturn.* 13. Anuli pretiositas. *Apul.* 2. *Met.* Ampli calices, variæ quidem gratiæ, sed pretiositatis unius. *Ipse* Oudendorp. *ita legit; alii vero legendum putant* variæ quidam gazæ, sed speciositatis unius.

PRĔTĬŌSUS *vel* preciosus, a, um, adject. Comp. *Pretiosior* sub *A.* I. et II.; Sup. *Pretiosissimus* sub *A.* I. — Pretiosus usurpatur *A*) Passive; et *B*) Active.

A) Passive, qui est multi pretii, ἔντιμος, πολύτιμος (It. *prezioso, di molto pregio e valore*; Fr. *précieux, qui a une grande valeur*; Hisp. *precioso*; Germ. *kostbar, von hohem Werthe*, Angl. *costly, precious, valuable, of great price or value*).

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Off.* 23. 89. Equi ne pretiosi potius jacturam faciat, an servi vilis? *Horat.* 1. *Ep.* 18. 31. Eutrapelus cuicumque nocere volebat, Vestimenta dabat pretiosa. *Curt.* 10. 1. 24. Pretiosa supellex et nobiles gemmæ, aurea magni ponderis vasa, etc. *Nepos Att.* 12. Habebatque in Italia pretiosas possessiones. *Colum.* 3. *R. R.* 8. 4. Pretiosis odoribus Arabia illustris. *Ovid.* 1. *Met.* 115. Subiitque argentea proles Auro deterior, fulvo pretiosior ære. *Cic.* 2. *Fin.* 28. 91. Non minor voluptas percipitur ex rebus vilissimis, quam ex pretiosissimis. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 52. (139). Oculi, pars corporis pretiosissima. *Id.* 7. *ibid.* 29. 30. (108). *de Homeri opere.* Pretiosissimum humani animi opus. *Lamprid. Elagab.* 33. Fecerat et altissimam turrem substratis aureis gemmatisque ante se tabulis, ex qua se præcipitaret, dicens, etiam mortem suam pretiosam esse debere et ad speciem luxuriæ, ut diceretur nemo sic perisse.

II.) Translate pretiosus est sumptuosus, vel rectius qui magni emitur. *Plaut. Epid.* 1. 2. 17. Pretioso pretio emere aliquid. *h. e.* magno. *Id. Bacch.* 1. 1. 41. Pretiosa operaria. *h. e.* meretrix, quæ magno conducitur. *Propert.* 4. 5. 43. Thais pretiosa. *h. e.* quæ noctem magno vendit. *Id.* 3. 11 1. Nox pretiosa. *h. e.* quæ pretio emitur. *Martial.* 10. 92. fames. *h. e.* quæ non nisi magno sumptu satiatur. *Id.* 5. 69. silentia. *h. e.* magno pretio comparata. Loquitur de Antonio, qui, ut Ciceroni sibi male dicenti os obstrueret, occidendum curavit. Cf. *Ovid. Heroid.* 7. 47. Exerces pretiosa odia, et constantia magno. *h. e.* odio me habes, et propter hoc parvi facis objicere te morti. *Plin.* Pompejum alloquens, cujus imago e margaritis. 37. *Hist. nat* 2. 6. (15). Hinc fieri tuos vultus? sic te pretiosum videri?

B) Active pretiosus dicitur qui magno pretio emit. *Horat.* 3. *Od.* 6. 32. Pretiosus emptor. *h. e.* qui magna pretia numerat.

PRĔTĬUM *vel* precium, ii, n. 2. Scribitur et *precium* per *c*; quod videtur probare *Dausqu.* in *Orthogr.* quasi sit a *procando*, vel a *prece*. Itaque sic edidit *Holoander* in *Pandect.*, at *Torrentin.* semper *pretium* per *t*. Affert pro se *Dausqu.* carmen Prænestini lapidis: fructusque renatos Digerit in precium. Sed hoc ipsum *Manut.* per *t* scriptum esse testatur. Addit *Cellar.* ex *Gruter.* 481. 4. et 893. 8. Cujus pretium Valeria Silvana intulit. Tutius itaque per *t* scribere. — Pretium est id quod æstimationis emptionisque causa constituitur, ut ait *Varro* 5. *L. L.* 177. *Müll.*; cujus etymologiam a *peritus*, quod periti soli possunt id recte facere, ridet *Salmas.* Alii ejus originem ab aliis linguis petunt. V. *Voss.* in *Etymol.* Est itaque pretium id, quod pro re venali poscitur, τιμή, τίμημα, μισθός (It. *prezzo*; Fr. *valeur, prix d'une chose*; Hisp. *precio, valor*; Germ. *d. Werth, Preis*; Angl. *the price of any thing that is to be sold*).

I.) Proprie. — *a*) Universim. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (92). *de Apelle.* Tabulæ pretium accepit mensura, non numero. *Id.* 33. *ibid. proœm.* (5). Myrrhinis pretium facit ipsa fragilitas. *fa che vagliano assai.* et 12. *ibid.* 13. 28. (49). Pretium uvæ amomi in libras denarii seraginta: friato vero amomo denarii quadraginta octo. *Varro* 2. *R. R.* 2. 5. Pretio facto in singulas oves, ut agni chordi duo pro una ove adnumerentur. *Quintil.* 4. 2. 41. De pretio convenire. *Id.* 12. 7. *sub fin.* Alicui rei pretium imponere. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 133. statuere merci. *Cic.* 12. *Att.* 33. certum constituere. *Id. Rosc. Am.* 46. 133. enumerare. *Id.* 3. *Off.* 29. 107. pacisci pro re aliqua. *Plaut. Men.* 5. 6. 26. exsolvere. *Id. Pers.* 4. 4. 30. Vendere aliquid pretio suo. *quel che vale, che merita.* et *Pseud.* 1. 2. 36. Eo in macellum, ut piscium quidquid est pretio præstinem. *Id. Merc.* 2. 3. 7. Parare sibi pretio aliquid. *Cic. Rosc. Com.* 12. 33. Jacent pretia prædiorum. *Varro* 3. *R. R.* 6. 6. Multi extulerunt eorum pretia, ita ut ova eorum denariis veneant quinis. *Paul. Dig.* 9. 2. 33. Sextus quoque Pedius ait, pretia rerum non ex affectione, nec utilitate singulorum, sed communi fungi. *Id. ibid.* 35. 2. 63. Pretia rerum non ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur. Itali ea dicunt *prezzi d'affetto.* — Similiter in plur. numero. *Plaut. Men.* 2. 2. 15. Quibus hic pretiis porci veneunt? *Id. Pœn.* 4. 2. 20. Hæc quum hic video fieri, crucior pretiis emptos (*servos*) maxumis. *Cic. fragm. orat. pro Tull.* (edente *A. Peyronio*) 14. *p.* 101. Agrum ornatissimum carissimis pretiis Claudius emerat. *Gell.* 3. 17. *in lemmate.* Libros mercati sunt pretiis fidem non capientibus. — *b*) Speciatim, in pretio esse, *esser in prezzo o stima, valere*, pretiosum esse. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 6. (22). Effigies varias cælando (*in auro*), ut alibi ars, alibi materia esset in pretio. *Ovid.* 5. *Fast.* 58. Inque suo pretio ruga senilis erat. — *c*) Esse pretio, idem. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 12. 25. (41). Costi radix et folium Indis in maximo pretio. — *d*) Magni, parvi pretii esse, *esser di molto o poco prezzo, o stima*, magno, aut parvo pretio valere. *Ter. Heaut.* 1. 1. 12. Agrum meliorem, neque majoris pretii nemo habet. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 2. 4. *sub fin.* Noli spectare, quanti homo sit: parvi enim pretii est, qui jam nihil sit. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 60. Qui culpam admisit in se, nullus est tam parvi pretii, quin pudeat. *tanto vile e abbietto.* et *Pseudo-Sall. orat.* 2. *ad Cæs.* 9. *extr.* Si quid adversi coortum est, de illis potissimum jactura fit, qui pretii minimi sunt. *Plaut. Epid.* 3. 3. 29. Næ tu habes servum graphicum, et quantivis preti! — *e*) Pretium habere. *Cic.* 5. *Verr.* 98. 227. Annona pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet. *Ovid.* 4. *Pont.* 8. 67. Non potes officium vatis contemnere vates. Judicio pretium res habet ista tuo. *vale qualche cosa, è degna di stima. Cato R. R.* 2. Vendat oleum, si pretium habeat. — *f*) *Pretium facere* est venditoris merci suæ pretium statuentis, et indicantis, quanti vendere velit. *Plaut. Pers.* 4. 4. 37. Indica, fac pretium. DO. tua merx est, tua indicatio est. *di' quanto vuoi.* — Item emptoris, quum pretium offert, et quanti velit emere, ostendit. *Martial.* 1. 86. Quis faceret pretium, nisi qui sua perdere vellet Omnia? Sic Mario noxius hæret ager. *Paul. Dig.* 10. 3. 19. Qui de vestibulo liceri cogitur, necesse habet interdum totarum ædium pretium facere.

II.) Translate. ¶ 1. Pretium dicitur pecunia, quæ in re aliqua impenditur, sumptus, *denaro speso, spesa.* — *a*) Generatim. *Plaut. Capt. prol.* 32. Nil pretio parsit, filio dum parceret. *non perdonò a spesa.* et *Id. Merc.* 2. 3. 7. Miser amicam mihi paravi, animi causa, pretio. et *Virg.* 4. *Æn.* 211. Femina (*Dido*), quæ nostris errans in finibus urbem Exiguam pretio posuit. *h. e.* pecunia emptam. Unde *Id.* 1. *ibid.* 371. Mercatique solum. *Cæs.* 1. *B. G.* 18. Omnia vectigalia parvo pretio redempta habere. Sic *Cic.* 7. *Verr.* 45. 119. Non vitam liberorum, sed mortis celeritatem pretio redimere. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 171. tamquam Sit proprium quicquam, puncto quod mobilis horæ Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc morte suprema Permutet dominos et cedat in altera jura. Cf. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 55. 81. (171). Sex millia murænarum mutua appendit: nam permutare quidem pretio noluit, aliave merce. *vendere a contanti.* — *b*) Speciatim de pecunia et mercede, quæ datur ex turpi causa. *Cic.* 4. *Verr.* 49. 122. Pretio mercari ordinem senatorium. *a forza d'oro. Id.* 7. *ibid.* 20. 50. Pretio atque mercede minuisti majestatem rei publicæ. *et ibid.* 22. 56. Multa pretia et munera bene apud aliquem collocare. *Virg.* 6. *Æn.* 622. fixit leges pretio atque refixit. *per danaro. Lucan.* 4. 220. Pretium mercesque proditionis. *Cic.* 5. *Verr.* 32. 76. Apronio data est accessio, merces operæ pretiumque impudentiæ. — *c*) Item speciatim ea, quæ stupri causa datur. *Ter. Andr.* 1. 1. 49. Postquam amans accessit pretium pollicens, etc. *Ovid.* 3. *Art. am.* 551. A doctis pretium scelus est sperare poetis. Me miserum! scelus hoc nulla puella timet. Adde 1. *Amor.* 10. 17. et *seqq.*; *Propert.* 3. 9. 31.; *Tibull.* 2. 4. 14.; *Horat.* 1. *Sat.* 2. 104. et alios, quos collegit *Broukhus.* ad *Tibull.* 1. 10. 33. ¶ 2. Hinc generatim *pretium* sunt divitiæ, pecunia, aurum, argentum, *oro, danaro, ricchezze. Ovid.* 1. *Fast.* 217. In pretio pretium nunc est: dat census honores. *Horat.* 3. *Od.* 16. 8. Converso in pretium deo. *h. e.* Jove in aurum Danaes causa. *Ovid.* 2. *Pont.* 8. 5. Argentum felix, omnique beatius auro, Quod pretium fuerit quum rude, numen erit. *h. e.* numisma argenteum signatum effigie Cæsaris. ¶ 3. Est etiam *pretium* merces, quæ pro opere datur, præmium, *mercede, premio. Plaut. Pseud.* 3. 2. 59. Fateor, me esse coquum carissimum: verum pro pretio facio ut opera appareat. *Id. Epid.* 1. 2. 17. Operam Epidici nunc me emere pretio pretioso ve-

lim. *Id. Capt.* 5. 1. 20. Reddere alicui pretium pro benefactis. *Ovid.* 1. *Amor.* 1. 34. Ad vatem, pretium carminis, ipsa venit. *Id.* 2. *Met.* 701. Juncta suo pretium dabitur tibi femina tauro. *Virg.* 5. *Æn.* 110. sacri tripodes, viridesque coronæ, Et palmæ pretium victoribus. *Ovid. Heroid.* 14. 129. Exsul Hypermnestra pretium pietatis iniquum Quam mortem fratri depulit, ipsa tulit. ¶ 4. Item pretium est existimatio, *stima, conto, pregio.* — *a) Operæ pretium facere,* æstimare, quanti sit opera, quæ præstatur, *stimare, fare stima, o conto. Liv.* 27. 17. *ad fin.* Quales ex hac die experiundo cognorit, perinde operæ eorum pretium faceret. — *b)* Et generatim. *Horat.* 3. *Ep.* 1. 34. Si meliora dies, ut vina, poemata reddit, Scire velim, chartis pretium quotus arroget annus. *Id. Art. P.* 299. Nanciscetur enim pretium nomenque poetæ, Si etc. — *c)* Speciatim, *est pretium. Ovid.* 1. *Trist.* 9. 43. Sive aliquod morum, seu vitæ labe carentis Est pretium, nemo pluris habendus erit. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (118). *de balsamo.* Corticis etiam ad medicamenta pretium est. *et ibid.* 19. 43. (95). *de casia.* Corticem labare et exinaniri, pretium est. ¶ 5. Universim *pretium* est retributio, *ricompensa,* tum in bonam, tum in malam partem. — 1.°) In bonam partem. — *a)* Generatim. *Cato* apud *Festum p.* 201. 26. *Müll.* Majores seorsum atque diversum pretium paravere bonis atque strenuis, decurionatus, optionatus, hastas donaticas aliosque honores. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 46. Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat Servus, habes pretium, loris non ureris, ajo. *Plin. Paneg.* 80. *init.* Non locupletando fisco sedes, nec aliud tibi sententiæ tuæ pretium, quam bene judicasse. *Tac. Agric.* 1. Celeberrimus quisque ingenio, ad prodendam virtutis memoriam, sine gratia aut ambitione, bonæ tantum conscientiæ pretio ducebatur. *Vellej.* 2. 52. 4. Voluntatis suæ pretium ferre. — *b)* Speciatim, *pretium curæ,* aut *operæ,* merces, præmium operæ, curæ, industriæ adhibitæ in re aliqua. *Plin.* 8. *Ep.* 6. Postea mihi visum est pretium curæ, ipsum S. C. quærere. *Alii leg.* operæ. *Liv. init.* Facturus ne operæ pretium sim, si *etc.* nec satis scio, etc. *s'io sia per far cosa, che paghi la spesa.* et 25. 6. *sub fin.* Operæ pretium habent libertatem civitatemque. *hanno in ricompensa, in premio dell'opera loro la libertà* etc. et 21. 43. *circa med.* Tempus est jam opulenta vos ac ditia stipendia facere, et magna operæ pretia mereri. *guadagnare grandi ricompense.* et *Ennius* apud *Senec. Ep.* 108. Reddere alicui pro factis operæ pretium. At cl. *Vahlen.* (*Ennianæ poeseos reliq. p.* 163.) *rectius legit* opis. *Seneca* 3. *Benef.* 23. Claudius Quadrigarius tradit, quum obsideretur Grumentum, duos servos ad hostes transfugisse, et operæ pretium fecisse. *h. e.* ita se gessisse, ut operæ suæ dignam mercedem acquisierint. Et putat *Lipsius* esse verba ipsius *Quadrigarii.* — *c) Operæ pretium est,* digna res est, cui opera impendatur, utile est, *paga la spesa, torna a conto, giova,* τοῦ ἔργου μισθός, πλείστου ἄξιον. *Sall. Jug.* 83. Ratus, capta urbe, operæ pretium fore. *Alii omitt.* τό operæ. *V.* mox sequent. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 27. 73. Quo in genere est operæ pretium diligentiam majorum recordari. *Liv.* 3. 26. Operæ pretium est audire, qui omnia præ divitiis humana spernunt. — Aliquando τὸ *operæ* subticetur. *Tac.* 1. *Ann.* 57. Germanico pretium fuit convertere agmen. *et* 2. *ibid.* 35. Res eo anno prolatas haud referrem, ni pretium foret Pisonis et Galli sententias noscere. — Aliquando τὸ *pretium. Ennius* apud *Pers.* 6. 9. Lunai portum, est operæ, cognoscite, cives. *Plaut. Cas.* 5. 2. 5. Est operæ auribus percipere: ita ridicula nuditu ea sunt, quæ ego intus turbavi. *V.* alia in OPERA. — 2.°) In malam partem — *a)* Est pœna, supplicium, *castigo, pena,* (est enim verbum medium et anceps, ut *medicamentum, valetudo, facinus,* quæ in bonam et in malam partem usurpari possunt ; quemadmodum et Græci τιμωρίαν pœnam vocant ἀπὸ τῆς τιμῆς, quod est pretium. Ita *Servius* ad illud *Virg.* 9. *Æn.* 349. (ubi utroque sensu adhibetur) castra ut Danaum speculator adiret, Ausus Pelidæ pretium sibi poscere currus. Ilium Tydides alio pro talibus ausis Affecit pretio. *h. e.* morte. *Liv. Andron.* apud *Non. p.* 365. 27. *Merc.* Si malos imitabor, tum pretium pro noxa dabis. *Plaut. Men.* 5. 6. 10. Verbera, compedes, molæ, lassitudo, fames, frigusque, hæc pretia sunt ignaviæ. *Ter. Andr.* 3. 5. 4. Ego pretium ob stultitiam fero. *Horat.* 3. *Od.* 24. 24. Et peccare nefas, aut pretium est mori. *Juvenal.* 13. 105. Ille crucem pretium sceleris tulit, hic diadema. *Ovid.* 10. *Met.* 571. Præmia veloci conjux thalamique dabuntur; Mors pretium tardis: ea lex certaminis esto. — *b)* Sic de pecunia qua magistratus corrumpuntur. *Cic. Cœcin.* 10. 29. Adduci pretio ad hominem condemnandum. *et ibid.* 25. 72. Pretio judicem corrumpere. *Id.* 3. *Herenn.* 3. 4. Nec prece, nec pretio, nec gratia, nec periculo, nec simultate a recta via deduci.

PRĔTOR. *V.* PRÆTOR init.

PREX, prĕcis, f. 3. Genitivi singularis exempla nondum vidi: multo minus nominativi, quo carere ait *Charis.* 1. *p.* 72. *Putsch.*, legitur tamen in *Gloss. Philox.* Prex, παράκλησις, ἱκεσία: et admittitur a *Servio* una cum *preces* in eodem casu ad *Virg.* 1. *Æn.* 591. — Ceterum *prex* est precatio, obsecratio, rogatio, εὐχή, δέησις (It. *preghiera, preci, prego;* Fr. *prière, demande, instances, supplications;* Hisp. *rezo, ruego, suplica;* Germ. *d. Bitte, d. Bitten;* Angl. *a prayer, entreaty, supplication*). ¶ 1. Generatim. — *a)* In singulari numero. *Ter. Andr.* 3. 4. 22. Nihil est preci loci relictum. *Plaut. Capt.* 2. 1. 47. Nunc te oro per precem, per fortunam incertam, et per mei erga te bonitatem patris. *h. e.* oro te prece, ut ait *Horat.* 2. *Sat.* 6. 13., vel *precem* intelligit deam Jovis filiam, præsidem supplicationum, ut *Orpheo* in *Argon. v.* 105. Λιταί. Etiam *Cato* dixit *precem,* teste *Festo p.* 242. 6. *Müll. Cic.* 14. *Att.* 15. Quintus non modo non cum magna prece ad me, sed acerbissime scripsit. *Id.* 1. *Invent.* 16. 22. Prece et obsecratione humili ac supplici uti. *Id.* 3. *Herenn.* 3. 4. Nec prece, nec pretio, nec gratia, nec periculo, nec simultate a recta via deduci. *Horat.* 4. *Od.* 5. 33. Multa prece prosequi aliquem. *Id.* 1. *Ep.* 13. 18. Oratus multa prece. *et ibid.* 9. 2. nam quum rogat et prece cogit, Scilicet ut etc. *et ibid.* 14. 14. Tu mediastinus tacita prece rura petebas. *Ovid.* 8. *Met.* 271. opem sollicita supplex petiit prece. *Tac.* 12. *Ann.* 19. Eurones claritudine viri, mutatione rerum et prece haud degenere permotus, allevat supplicem, etc. — *b)* In plurali numero per omnes casus usum habet frequentissimum. *Cic. Cluent.* 70. 201. Cujus vota et preces a vestris mentibus repudiare debetis. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 19. (66). Attribuunt ei successus petitionum a potestatibus, et a dils etiam precum. *Ovid. Heroid.* 12. 183. si forte preces præcordia ferrea tangunt. *Cic.* ad *Cæs. post Ep.* 11. *l.* 9. *ad Att. a med.* A te peto, vel potius omnibus precibus oro et obtestor, ut etc. *instantissimamente.* et *Cæs.* 5. *B. G.* 6. Omnibus precibus petere contendit, ut etc. *Liv.* 28. 2. *a med.* Precibus infimis petiere, ut etc. *Id.* 1. 11.; et *Val. Flacc.* 8. 386. Fatigare aliquem precibus. *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 16. impetrare salutem culpiam. *Virg.* 2. *Æn.* 689. flecti. *Ovid. Heroid.* 7. 3. moveri. *et* 1. *ibid.* 86. frangi. *Seneca Hippol.* 239. vinci. *Cæs.* 1. *B. G.* 16. *extr.*; et *Nepos Dion.* 2. adduci. *Cic.* 1. *ad Brut.* 12. alicujus cedere. *Seneca Med.* 444. iratum aggredi. *et ibid.* 294. repugnare. *et ibid.* 544. parere. *et Hippol.* 635. admotis agere. *Sueton. Tib.* 13. impensissimis cogi. *et ibid.* 21. expugnari. *Cic Dom.* 55. 140. numen placare. *Ovid.* 3. *Pont.* 7. 36. preces admovere. *Id.* 3. *Amor.* 7. 44. concipere. *Horat.* 3. *Od.* 29. 59. Ad miseras preces decurrere. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 295. demitti in humiles. *Virg.* 5. *Æn.* 782. descendere in omnes. *Seneca Hippol.* 669. descendere ad preces. *Val. Flacc.* 4. 547. Preces ferre. *h. e.* precari. *Petron. Satyr.* 133. cujuspiam admittere. *Ovid.* 8. *Met.* 852. spernere. *Cic. Pis.* 19. 43. audire. *Liv.* 3. 12. *extr.* aversari. ¶ 2. Speciatim est precatio, quæ Deo adhibetur. — *a)* In sing. num. *Virg.* 3. *Æn.* 437. Junonis magnæ primum prece numen adora. Sic *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 41. Hac prece adoravi Superos ego, pluribus uxor. *Id.* 6. *Fast.* 251. In prece totus eram: cælestia numina sensi. *Horat.* 1. *Od.* 2. 26. prece qua fatigent Virgines sanctæ minus audientem Carmina Vestam? In illo *Catulli* 67. 64. Lenius adspirans aura secunda venit, Jam prece Pollucis, jam Castoris implorata. *h. e.* aura implorata prece ad Pollucem et Castorem facta. Alii minus recte *prece implorata* exponunt ope, auxilio implorato. — *b)* In plur. num. *Cic. Planc.* 41. 97. Eorumque preces et vota de meo reditu exaudiens. *Id.* 1. *Nat. D.* 2. 3. Adhibere preces diis. *Horat. carm. sec.* 70. Quindecim Diana preces virorum Curat et votis puerorum amicas Applicat aures. *Virg.* 5. *Æn.* 234. Preces fundere et Superos in vota vocare. *Seneca Herc. Œt.* 1691. mittere in astra ad Superos. *Ovid.* 6. *Fast.* 622. Sollemnes satis est voce movere preces. *Al.* sollemni. *Val. Flacc.* 2. 336. Date vina precesque. ¶ 3. Aliquando preces sunt exsecrationes, *imprecazioni.* Ad rem *Cic. Pis.* 19. 43. Non vero ego, si unquam vobis mala precarer, quod sæpe feci, (in quo dii immortales meas preces audiverunt), morbum, aut mortem, aut cruciatum precarer. Thyestea ista exsecratio est. *Cæs.* 6. *B. G.* 30. *sub fin.* Omnibus precibus detestatus Ambiorigem. *Horat. Epod.* 5. 86. Misit Thyesteas preces. *Ovid.* 15. *Met.* 505. Hostilique caput prece detestatur euntis. Rursus *Horat.* 2. *Sat.* 6. 29. Quid vis, insane, et quas res agis? improbus urget Iratis precibus. Cf. *eumd.* 1. *Od.* 27. 33. precibus non linquar inultis.

PRI. *V.* PRIVIGNUS init.

PRĬĀPĒĬA, ōrum, n. plur. 2. *V.* voc. seq. sub *b.*

PRĬĀPĒĬUS, a, um, adject. ad Priapum pertinens. — *a)* Priapeium metrum, quo ait *Diomed.* 3. *p.* 512. *Putsch.* usum Virgilium in prolusionibus suis, fortasse inde dictum est, quod eo præcipue utebantur in Priapi laudibus. Constat autem, ut docet *Servius* in *Centimetr. p.* 1825. *Putsch.*, Glyconico, et Pherecratio, ut: Hellespontiacos tuum numen protegit hortos. Aliud genus tradit *Mar. Victorin. p.* 1962. quum in hexametro versu supremi inter se pedes concatenati, a reliquis tribus sequentibus divisi separatique sunt, ut illud *Virg.* 1. *Ecl.* 63. Aut Ararim Parthus bibet, - aut Germania Tigrim. *et* 3. *ibid.* 33. Est mihi namque domi pater, - est injusta noverca. Similia fere habet *Terentian. p.* 2444. addens, hexametrum, quod sic dividatur, lusibus, quam gravibus rebus, aptius esse. *Santenius* ad *Terentian. p.* 370. ait *Forcellinum* falso constituisse duo genera priapejorum, quum unum est. V. *Terentian. p.* 2445. *Putsch.* — *b) Priapeia, orum,* carmen obscœnum, Priapi res tractans: quod quidam olim *Virgilio* tribuerunt, alii *Ovidio* (*V.* LOCUS), alii aliis. Sed veri similius est, multorum opus esse, ob argumenti similitudinem in unum volumen compositum.

PRĬĀPISCUS, i, m. 2. herba, alio nomine satyrion, vim habens εἰς τὰ Ἀφροδίσια. *Apul. Herb.* 15.

PRĬĀPISMUS, i, m. 2. πριαπισμός, tentigo, morbus quum genitale membrum in longitudinem protenditur, et in circulum intumescit sine Veneris appetitu: quod vitii genus iis potissimum solet usuvenire, qui supini cubare consueverunt. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 18. et 5. *Tard.* 9., et 2. *Tard.* 1. ubi ejus morbi causa adducitur.

PRĬĀPUS, i, m. 2. filius Liberi Patris, cujus signum nudum statui mos erat. *V.* plura in ONOM. — Hinc translate ¶ 1. *Priapus vitreus* apud *Juvenal.* 2. 95., *siligineus* apud *Martial.* 14. 69. est poculum, aut panis in modum Priapi turpi figura factus. *Petron. fragm. Tragur.* 60. *Burmann.* Repositorium cum placentis erat positum, quod medium Priapus a pistore factus tenebat. ¶ 2. Apud *Catull.* 47. 4. est convi-

cium in hominem libidinosum. Sic *Priapum* pro lascivo posuit *Ovid.* 2. *Amor.* 4. 32.

PRĪDEM, adverb. Ducunt etymologi a *pris*, *pri* inusitato (quod significat ante, prius, a πρίν) et *dem*, ut *idem* ab *is* et *dem*. *Hartungius de Casibus p.* 207. πρὶν δή, *Döderlinius* πρὶν ὅτε comparant. Alii minus recte ducunt a *prius* et *die*. — *Pridem* est antea, aliquot ante diebus, ante aliquod tempus, dudum, δήν, πάλαι, πρὸ ὀλίγου (It. *innanzi, non è molto, da qualche tempo, già*; Fr. *auparavant, il n'y a pas bien longtemps*; Hisp. *antes, ya*; Germ. *vordem, vorlangst, ehedem*; Angl. *a while ago, some time since, lately*). Dicitur de tempore præterito longiore, quam *nuper*: non tamen valde longo: et breviore, quam *jamdudum*, et *jampridem*. Sed *Valla l.* 2. *Elegantiar. c.* 34. putat, *pridem* et *nuper* idem esse. Sed *nuper* significat tempus haud longe remotum, *pridem* sæpe longius remotum, et dicunt Latini *quam pridem* pro *quanto tempore* ante. — *a*) *Pridem* usurpatur, quum præteritum tempus præsenti opponitur; hinc eidem contrarium est *nunc*. *Plaut. Rud.* 4. 7. 23. Spectavi ego pridem comicos ad istum modum sapienter dicta dicere. *Stat.* 3. *Theb.* 680. Sicut erat pridem lacerîs turbata capillis. — *Justin.* 5. 7. 12. Nunc autem non classem, in quam sicuti pridem confugiant, superesse. *Id.* 31. 3. 10. Italiam notiorem sibi nunc, quam pridem fuisse. — *b*) Dicitur et de tempore aliquantum remoto. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 37. Pulmentum pridem ei erīpuit. *Id. Cas.* 2. 8. 29. Ita me pridem, quum ei advorsum veneram, facere atriensem volnerat. *Cic.* 5. *Fam.* 6. Quod ad me prīdem scripseras. — *c*) *Quam pridem*, quanto tempore ante. *Ter. Eun.* 3. 3. 11. Ubi friget, huc evasit, quam pridem pater Mihi et mater mortui essent. *Cic.* 3. *Verr.* 48. 126. Quam pridem sibi hereditas venisset, docet. *Id. Rosc. Com.* 3. 8. Quam pridem hoc nomen, Fanni, in adversaria retulisti? *quant'è, che* etc. et *Plaut. Stich.* 2. 1. 46. Quampridem non edisti? — *d*) *Non pridem, haud pridem* (et interdum interposito *ita*), paullo ante, nuper, *poco fa*. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 61. (128). Alica res Romana est, et non pridem excogitata. *Ter. Heaut.* 2. 1. *in fin.* Hoc ego mali non pridem inveni. *Lucret.* 5. 331. habet novitatem summa, recensque Natura est mundi, neque pridem exordia cepit. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 46. haud ita pridem Galloni præconis erat acipensere mensa Infamis. *Cic. Brut.* 10. 41. Themistocles fuit regnante jam Gracia, nostra autem civitate non ita pridem dominatu regio liberata. *h. e.* non multo ante id tempus. — *e*) De admodum brevi tempore. *Justin.* 12. 6. 7. *de Alexandro post Clitum occisum*. Eodem igitur furore in pœnitentiam, quo pridem in iram, versus, mori voluit. *poco prima*. — *f*) *Jam pridem* V. suo loco.

PRĪDIĀNUS, a, um, adject. *di jeri*, ἔωλος, ad pridie pertinens. hesternus. — *a*) Dicitur fere de cibis. *Suet. Tib.* 34. Solemnibus ipse cœnis pridiana sæpe ac semesa opsonia apposuit. *Id. Cal.* 58. Marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere. *Id. Vitell.* 13. Ut circa viarum popinas fumantia opsonia manderet, vel pridiana, vel semesa. *Catull.* apud *Apul. de Mag. de dentifricio*. Converritorem pridianæ reliquiæ. — *b*) De aliis rebus. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 19. 77. (248). Pridiana balinea. *Apul.* 7. *Met.* pluvia. *et* 11. *ibid.* pruina. *Sidon.* 9. *Ep.* 9. *ante med.* Pridianum iter.

PRĪDIĒ, adverb. (a *pris*, *pri* et *die*) die uno ante, quasi pristino die. *ai Gell.* 10. 24. docet, τῇ πρωτέρᾳ, τῇ πρωτεραίᾳ, subaudi ἡμέρᾳ (It. *il giorno innanzi, un giorno prima*; Fr. *la veille*; Hisp. *la vigilia*; Germ. *Tages zuvor, gestern, Tages vorher*; Angl. *on the day before*).

I.) Proprie. — *a*) Cum opposito *postridie*. *Plaut. Stich.* 1. 2. 65. Quotidie pridie caveat, ne faciat, quod pigeat postridie. *Cic.* 7. *Phil.* 4. 14. Cui quum pridie frequentes essetis assensi, postridie ad spem estis inanem pacis devoluti. *Nepos Datam.* 8. Postero die tropæum posuit, quo loco pridie pugnatum est. — *b*) Absolute. *Cato R. R.* 157. 12. *Schneid.* Si quem purgare voles, pridie ne cœnet. *Cic.* 12. *Att.* 14. De me excusando apud Appulejum dederam ad te pridie litteras. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 26. (104). Vulgo vero nec suffervefaciunt, sed tantum pridie asservata materia utuntur. *da jeri*. At *Handius* (*Tursell. vol.* 4. *p.* 555.) hoc loco *pridie* de tempore incerto interpretatur. *Cels.* 4. 17. Vel etiam pridie, quum multum allium ederit, vomat. — *c*) Cum Genitivo. *Cæs.* 1. *B. G.* 47.; et *Cic.* 1. *Fam.* 4. Pridie ejus diei. *Ulp. Dig.* 28. 1. 5. Etiamsi pridie calendarum fecerit. *Tac.* 15. *Ann* 54. insidiarum. — *d*) Cum Accusativo. *Cic.* 13. *Att.* 25. Ego Romam pridie Idus. *et* 2. *ibid.* 3. *sub fin.* Pridie Compitalia. *et* 9. *ibid.* 13. Quinquatrus. *et* 11. *ibid.* 23. eum diem. *Alii leg.* ejus diei. *Liv.* 40. 2. Parilia. *Justin.* 1. 10. 7. constitutam diem. *Festus p.* 289. 1. *Müll.* in *Regillis*. Pridie nuptiarum diem. *Suet. Cal.* 55. Circenses. *Ulp. Dig.* 24. 3. 7. vindemias. *et ibid.* 43. 19. 1. *a med.* æquinoctium auctumnale. *Vellej.* 2. 53. 3. Duodesexagesimum annum agentis pridie natalem ipsius vitæ fuit exitus. — Pro formula *pridie calendas, nonas, idus*, adhibetur etiam *secundo calendas, nonas, idus*, licet id negent omnes grammatici. Hujus formulæ plurima affert exempla *Marin. Frat. Arv. p.* 50., inter quæ præcipuum est illud *Cic. Quinct.* 6. 24. Roma egreditur ante diem IV. Cal. Febr. — Hinc quum habeatur apud *Plin.* 2. *Hist. nat.* 70. 72. (180). Solis defectum Vipstano et Fontejo consulibus (*h. e.* ann. 59. a Chr. n.), qui fuere ante paucos annos, factum pridie Kalendas Majas, Campania hora diei *etc.*; *Capell.* vero 6. *p.* 194. Alpiano (*corrige* Vipstano *vel* Aproniano) et Fontejo consulibus undecimo Kalendas Majas defectus solis fuit, qui in Campania hora diei *etc.*; vides *Plinium* idem factum dicere *pridie Kal. Maj.*, *Capellam* vero *undecimo Kal. Maj.*, propterea quod in quibusdam Codd. *pridie*, in aliis II. legebatur, et *Capellæ* exscriptor pro numero II. (*h. e. secundo*) siglis seu numeris arabicis 11. (*h. e. undecimo*) substituit. — *e*) *Pridie Cal.* pro nominativo usurpatur a *Cic.* 6. *Att.* 1. *a med.* Litterarum datarum pridie Cal. Januar. suavem habuit recordationem clarissimi jurisjurandi. *h. e.* dies, qui fuit pridie Cal. Januar., quo die litteræ tuæ datæ sunt, suavem habuit recordationem. *Handius* (*Tursell. vol.* 4. *p.* 554.) negat *pridie* hoc loco substantivi vicem obtinere; *Cicero* enim, ait, affert verba quæ *Atticus* in lituris scripserat. Ceterum idem *Handius* addit hæc, in quibus præpositio antecedit. *Cic.* 2. *Att.* 11. Nos in Formiano esse voluimus usque ad pridie Nonas Majas. *Id.* 3. *ibid.* 17. Nuncii venerant ex ante diem Non. Jan. usque ad pridie Kal. Sept. Similiter *Inscript.* apud *Orell.* 594. EX. A. D. V. KAL. DEC. AD PR. KAL. IAN. SEXT. *Tertull. ad Scapul.* 2. Qui per Genios eorum (*Cæsarum*) in pridie usque juraverant, hostes eorum sunt reperti. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 16. 15. (41). Gignit id maxime Arcturi exortus ex ante pridie Idus Septembris. — *f*) Conjungitur cum *quam*, in designando eo, quod sequutum est postea. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 91. Si hic pridie natus foret, quam hic est. *un giorno prima di costui*. et *Cic.* 3. *Att.* 8. Hæc epistola est pridie data, quam illa. *et* 5. *ibid.* 11. *a med.* Qui pridie, quam ego Athenas veni, Mitylenas profectus erat. *Id. Amic.* 3. 12. Quum domum reductus ad vesperam est a patribus conscriptis-pridie quam excessit e vita.

II.) Translate longius tempus significat, quam præcedentem diem. *Martian. Dig.* 40. 5. 10. *extr.* Qui pridie quam ex testamento ad libertatem perveniret, idem fieri passus est. *h. e.* antequam perveniret. Huc referendum videtur et illud *Vellej.* 2. 83. 3. Multa, inquit (*Coponius*) me hercules fecit Antonius pridie quam tu (*Plance*) illum relinqueres.

PRIDIEPRINCEPS inter composita a *primo* affertur a *Priscian. Partit. XII. vers. Æn.* 1. *p.* 1228. *Putsch.* et est qui beri de principatu ejectus est.

PRĪMÆVĪTAS, ātis, f. 3. *gioventù, adolescenza*, primum ævum, primi anni adolescentiæ. *Inscript.* non opt. notæ apud *Gruter.* 462. 1., quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CCCLXXXIX. CVIVS PRIMAEVITAS OFFICIO SEDIS VRBANAE ADVOCATIONIS EXERCITO etc.

PRĪMÆVUS, a, um, adject. *chi è nel fior degli anni, giovinetto*, νεανιεύων, νεανίσκος, qui in primo ævo est, h. e. in flore ætatis: qui primos pubertatis annos est ingressus, vel qui adolescentiam nondum excessit. *Val. Flacc.* 6. 569. Nestoris hastæ Immoritur primævus Helix, *etc.* brevibus præreptus in annis. *Virg.* 9. *Æn.* 544. vix unus Helenor, Et Lycus elapsi: quorum primævus Helenor etc. *Id.* 7. *ibid.* 162. Ante urbem pueri et primævo flore juventus Exercentur equis. Adde *Senec. Hippol.* 620.; et *Sil. It.* 5. 18. *Id.* 16. 406. confisus primævo flore juventæ. *Virg.* 10. *Æn.* 345. fidens primævo corpore Clausus. Sic *Lucan.* 6. 562. Illa (*mors*) genæ florem primævo corpore vulsit. Adde *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 8. *n.* 85. *Val. Flacc.* 2. 653. centumque pares primæva ministri Corpora. *Catull.* 64. 401. Optavit genitor primævi funera nati. *Nemesian. Cyneg.* 115. *de canib.* dum læto flore juventus, Corporis et venis primævi sanguis abundat. (ordo est *et sanguis primævi corporis abundat in venis.*) *Claudian.* 1. *in I. cons. Stilich.* 51. Vix primævus eras, paci quum mitteris auctor Assyriæ.

PRĪMĀNUS, a, um, adject. ad primam legionem pertinens. Hinc — *a*) *Primani, ōrum*, m. plur. 2. absolute, substantivi more, sunt primæ legionis milites, ut Secundani secundæ, Tertiani tertiæ. *Tac.* 2. *Hist.* 43. Primani, stratis Unaetvicesimanorum principibus, aquilam abstulere. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 37. et alibi. — *b*) Imperatorum tempore *primani* dicti sunt qui ad palatinam legionem pertinebant, ut ex *Notit. Dignit.* patet. *Ammian.* 16. 12. *a med.* Hostium globus agmina nostrorum irrupit, et iter sibi aperiendo ad usque Primanorum legionem pervenit locatam in medio, (quæ confirmatio castra prætoria dictitatur), ubi densior et ordinibus frequens miles etc. *Capitolin. Clod. Albin.* 6. Egit tribunus equites Dalmatas; egit et legionem Quartanorum et Primanorum. — *c*) Primanus Tribunus is dicebatur, qui primæ legioni tributum scribebat, ut tradit *Festus* citans *Catonis* orationem, quam de suis virtutibus contra Thermum habuit. Hæc *Forcellinus*. At verba sunt *Festi*, minime vero *Catonis*: apud *Festum* enim *p.* 234. 17. *Müll.* nonnulla verba excidérunt et legendum est ita: Primanus tribunus est qui primæ legioni tributum scribit. Properare apud Catonem in ea, quæ est contra Thermum de suis virtutibus. Cf. *Paul. Diac. p.* 235. 13. *Müll.*; et V. *Müllerum* locis citt. et *M. Catonis quæ exstant* ed. *Henr. Jordan. p.* 44. Ceterum *primanum tribunum* ex ærariis tribunis fuisse, statuit *A. Aug.*, collato *Varron.* 5. *L. L.* 181. *Müll.* et *Paul. Diac. p.* 2. 6. *Müll.*

PRĪMĀRĬUS, a, um, adject. *primario, principale*, πρώτος, qui primus est in aliquo ordine, princeps, primas, vel principum unus. — *a*) De hominibus. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 73. Primarius parasitus. Vetus elogium A. Atilii Calatini apud *Cic.* 2. *Fin.* 35. 116. et *Senect.* 17. 61. Unum hunc plurimæ consentiunt gentes populi primarium fuisse virum. *Id.* 3. *Verr.* 58. 153. Magno præsidio fuit Anniæ pupillæ mater, femina primaria. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 43. 45. (140). Primarius bellator. — *b*) De rebus abstractis. *Plaut. Stich.* 1. 2. 81. Quin vos capitis conditionem ex pessima primariam? *h. e.* conditionem nuptiarum et matrimonii. *Cic.* 3. *Fin.* 16. 52. Sic in vita non ea, quæ primario loco sunt, sed ea, quæ secundum locum obtinent, producta nominentur.

PRĪMAS, ātis, omn. gen. 3. primus, primarius. *Apul.* 2. *Met.* Apud primatem feminam, *et ibid.* Primatis civitatis filius. *Imppp. Arcad., Honor. et Theodos. Cod. Theod.* 7. 18. 13. Quod ad notitiam primatium urbium, vicorum castel-

lorumque deveniat. *Impp. Honor. et Theodos. ibid.* 1. 12. 3. Periculo primatum officii.

PRĪMĀTUS, us, m. 4. *primato, maggioranza, preferenza, primo posto*, πρωτεῖον, primus locus, primæ partes, principatus, palma. *Varro* 1. *R. R.* 7. 10. Alii dant primatum bonis pratis. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 102. (165). Primatum obtinere apud regem. *Id.* 8. *ibid.* 5. 5. (12). Donare aliquem primatu. *Id.* 13. *ibid.* 12. 24. (79). *de charta.* Primatum mutavit Claudius: nimia quippe Augustæ tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis.

PRĪMĒ, adverb. apprime, in primis. *Nævius* apud *Charis.* 2. *p.* 188. *Putsch.* Fabula prime proba. Agnoscit etiam *Priscian.* 3. *p.* 603. — *Salmasius* vocabulum hoc restituit in *Plauti Mil. glor.* 3. 1. 199. Est prime cata. *Fleckeisenus* hanc lectionem in textum recepit. — Demum addendus est *Nonius*, qui *p.* 154. 24. *Merc.* ait: Primiter pro prime et primitus pro primo. Item *Marcell. Empir. c.* 34. *p.* 135. ed. *Ald.* Caprini corii cinis ex oleo illitus perniones prime abolet.

PRĪMĬCĒRĬĀTUS, us, m. 4. officium et dignitas primicerii. *Impp. Honor. et Theodos. Cod.* 12. 27. 1.; et *Cassiod.* 6. *Variar.* 7.

PRĪMĬCĒRĬUS, ii, m. 2. qui primus notabatur in tabula cerata, sive in albo vel catalogo munere aliquo fungentium; ideoque fuit magister vel princeps cujuscumque publici officii. Amplissime enim hæc vox accipitur, et generatim ita vocantur, qui in aliquo munere principes sunt, adeo quidem, ut et scholæ collegiaque suum habuerint primicerium. Unde *Suidas* generatim interpretatur πρῶτον τῆς τάξεως, idest qui in quocumque ordine primum locum obtinet. Itaque *Primicerius in officio Præfectorum Prætorio* legitur apud *Veget.* 2. *Milit.* 21. et *Primicerius protectorum* apud *Ammian.* 18. 3. Primicerius notariorum, apud *Impp. Honor. et Arcad. Cod. Theod.* 11. 18. 1. sacri cubiculi, *ibid.* mensorum, apud *eosd. Cod. Justin.* 12. 28. 1. fabricæ, *Valent. Theodos. et Arcad. ibid.* 11. 9. 2. domesticorum et protectorum, *Theodos. et Valent. ibid.* 12. 17. 2. *V.* DOMESTICUS. Alios etiam primicerios *Cassiod.* 11. *Variar.* 25. 30. 31. et 32. suppeditat. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 134. *n.* 91. D. M. M. ANTONII M. F. VEL. VERISSIMI MIL. COH. III. PR. PRIMICERII M. ANTONIVS M. FIL. VEL. BASSVS PRIMISCRINIVS TRIB. LEGION. III. GEMIN. FECIT.

PRĪMĪFORMIS, e, adject. *Marius Victorin.* 2. *p.* 2534. *Putsch.* Quum choriambus duabus utrinque longis medias breves teneat, consentanea ratione locum eidem auctoritatemque inter principalia, id est primiformia novem metra ipsa parilitatis, qua inter se congruunt, contemplatione, vindicandam esse dixeris. *V.* PROTOTYPUS. Sic *Cassiod. Orthogr. c.* 6. Admonemus, quod in derivatis hic etiam, sicut ubique, spectavimus primiformium regulas.

PRĪMĪGĔNĬUS, a, um, adject. (primus *et* geno, gigno) πρωγγούμενος, primitivus, qui aliunde non habet originem. — *a*) Generatim. *Varro* 2. *R. R.* 2. 2. Dicam de primigenia pecuaria. E feris enim pecudibus primum dicis oves comprehensas ab hominibus, et mansuefactas. *Ammian.* 14. 8. Quarum (*urbium*) ad præsens pleræque licet Græcis nominibus appellentur-, primigenia tamen nomina non amittunt, quæ eis Assyria lingua institutores veteres indiderunt. — *b*) Speciatim *primigenia verba* seu vocabula, πρωτότυπα ῥήματα, quæ non sunt ab alia voce, sed suas habent radices, ut *lego, scribo. Varro* 6. *L. L.* 36. *Müll.* — *c*) *Primigenia semina* dicuntur, quæ a natura insita sunt, quæ Græci τὰ πρῶτα φύσεως appellant, et *Cic.* 5. *Fin.* 7. 18. prima secundum naturam. *et* 2. *ibid.* 11. 33. et 35. prima data natura, item prima, et principia naturalia. In his numerant incolumitatem conservationemque omnium partium, valetudinem, sensus integros, doloris vacuitatem, vires, pulcritudinem, ceteraque hujusmodi. *Varro* 1. *R. R.* 40. 2. Primigenia semina dedit natura, reliqua invenit experientia coloni. — Hinc *Ammian.* 14. 6. Per primigenios seminis fontes, tacita quodam modo lege, vias propagandæ posteritatis (*naturæ*) ostendit. — *d*) *Primigenius sulcus* dicitur, teste *Paul. Diac. p.* 236. 4. *Müll.*, qui in condenda nova urbe, junctis tauro et vacca, designationis causa imprimitur: quia ab eo inchoatur opus urbis condendæ. — *e*) *Primigenia rerum* apud *Ammian.* 26. 10. *sub fin.* est rerum natura. — *f*) *Primigenii* apud *Apul.* 11. *Met.* dicti sunt Phryges, quia credi volebant, se primos omnium hominum exstitisse, quod tangit etiam *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 251. — *g*) *Primigenia Fortuna*, dea Fortuna præses rerum gignendarum, vel quæ est unicuique a primo ortu comes. Hoc nomine præcipue culta fuit in urbe Præneste, ubi antiquissimum et celeberrimum fuit ejus templum, de quo mentio est apud *Cic.* 2. *Divinat.* 41. 86.; et *Sueton. Tib.* 63. et *Dom.* 15. Hujus ædem Romæ in colle Quirinali dedicavit Q. Marcius Ralla, duumvir ad id ipsum creatus. *Liv.* 34. 53. *a med.* — *h*) Ab hac videtur datum cognomen legioni XXII. Primigeniæ, apud *Spartian. Julian.* 1.; et in *Inscript.* apud *Gruter.* 427. 9., 552. 1. et 566. 2. et alibi. — Aliam nominis rationem datam legionibus XV. et XXII. exhibet *B. Borghesius* in *Inscript. Rhen. Steiner. p.* 39. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PRĪMĪGĔNUS, a, um, adject. πρωτόγονος, primo genitus. *Lucret.* 2. 1104. diemque Primigenum maris et terræ solisque coortum. *Avien.* in *Arat.* 13. Mentis primigenæ penetralia dura resolvens.

PRĪMĬPĂRA, æ, f. 1. *di primo parto*, πρωτοτόκος, femina in quovis animalium genere, quæ primo peperit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 40. 62. (151). Et ab ea, quæ femina sit ex primipara genita, Faunos cerni. Adde *ibid.* 47. 72. (187)., ubi de ovibus loquitur, sicut priore loco de canibus. *Marcell. Empir. c.* 8. § 6. *p.* 97. ed. *Ald.* Mulieris primiparæ puræ ac nitidæ saliva, jejunis instillata oculis livorem-adimit.

PRĪMĬPĪLĀRIS *vel* primopilaris, e, adject. Legitur *primopilaris* in *Inscript.* apud *Gruter.* 50. 6. L. AVRELIVS L. F. FAL. RVFVS PRIMOPILARIS. *V.* PRIMIPILUS in PILUS. — Primipilaris est ad triarios pertinens.

I.) Proprie. — *a*) Adjective. *Fragm. jur. civ. antejust.* (edente *A. Maio*) *p.* 74. Præsertim quum honori primipilari sis adstrictus. — *b*) Hinc *Primipilaris*, is, m. 3. absolute, substantivorum more, est primipilorum centurio. *Sueton. Cal.* 35. Erat Esius Proculus patre primipilari. *et* 38. Testamenta primipilarium, qui ab initio principatus Tiberii neque illum, neque se heredem reliquissent, ut ingrata rescidit. *Tac.* 4. *Hist.* 15. Signa vexillaque et quod militum in superiorem insulæ partem congregantur, duce Aquilio, primipilari. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 22. *Fragm. jur. civ. antejust.* (edente *A. Maio*) *p.* 39. Primipilaribus ob id ipsum, quod primipilares sunt, vacatio a tutelis a divo Hadriano dari cœpit. *Inscript.* apud *Gruter.* 416. 1. PRIMIPILARI LEG. VIII. AVG. *etc. Alia* apud *Orell.* 517. A. INSTVLEIVS TRNAX PRIMIPILARIS LEG. XII. *Alia* apud *Henzen.* 6618. HANC VIAM-RESTITVIT IVSSV TI. CLAVDI CAESARIS AVG. GERM. IMPERATORIS L. RVFELLIVS SEVERVS PRIMIPILARIS.

II.) Translate. ¶ 1. Est qui fuit primipilaris. *Quintil.* 6. 3. 92. Consulens eum, an primipilari seni jam testato rursus suaderet ordinare supremæ judicia. ¶ 2. Apud Scriptores Ecclesiasticos est Episcopus. *Sidon.* 6. *Ep.* 1. Te conclamatissimum primipilarem spiritalia castra venerentur.

PRĪMĬPĪLĀRĬUS, ii, m. 2. primipilaris. *Senec. Const. Sap.* 18. Nec impune cessit primipilario, quod Caligulam dixerat. *V.* CALIGULA in ONOM. *Spartian. Julian.* 5. Nigrum misso primipilario, occidi imperat. Adde *Pescenn.* 2. *a med.*

PRĪMĬPĪLĀTUS, us, m. 4. primipili dignitas. *Impp. Valerian. et Gallien. Cod.* 12. 63. 1. Commoda primipilatus post administrationem incipiunt deberi. *Borghesius* apud *Lopez, Lettera al Braun p.* 25. ait: Il primipilato portava seco *il grado dell'ordine equestre, che durava tutta la vita, onde, cessata la milizia, restava questo un onore civile corrispondente ad* eques.

PRĪMĬPĪLUM, i, n. 2. idem ac primipilatus. *Inscript.* apud *Murat.* 799. 6. ET PROPE DIEM CONSVMMATIONIS PRIMIPILI SVI DEBITVM NATVRAE PERSOLVIT. *h. e.* prope diem, quo consummaturus erat primipilatus sui tempus, obiit. *V.* CONSUMMATIO et CONSUMMO.

PRĪMĬPĪLUS *vel* primopilus, i, m. 2. *V.* PILUS.

PRĪMĬPŌTENS, entis, adject. primus potentia. *Apul. Trismeg. p.* 92. *Elmenh.* Deus primipotens, et unus gubernator mundi. Hæc ex Græco loco *Hermetis* apud *Lactant.* 7. 18. versa sunt; ubi Græca verba ita se habent: Θεὸς καὶ τοῦ πρώτου καὶ ἑνὸς Θεοῦ δημιουργός.

PRĪMISCRĪNĬĀTUS, us, m. 4. dignitas primiscrinii. *Cassiod.* 11. *Variar.* 21. Atque ideo Andreas gradum feliciter primiscriniatus ascendat.

PRĪMISCRĪNĬUS, ii, m. 2. primus in ordine scriniariorum. *Imp. Anastas. Cod.* 12. 50. 12.; *Impp. Theodos. et Valent. ibid.* 53. 3.; et *Inscript.* apud *Don. cl.* 6. *n.* 152.

PRĪMĬTER, adverb. primitus, primo, primum. *Pompon.* apud *Non. p.* 154. 25. *Merc.* et *p.* 506. 24. Quin bono animo es, video: eripis primiter dapes. Sed idem *Non. p.* 488. 30. hunc eumdem locum ita refert: Bono animo es, video: eripis primiter de pannibus. Addit *Non. cit. p.* 154. 27. hæc verba *Lucilii*: Sicuti quum primiter ficos populare sentis, item pretio ingenti ad primitus paucos. Quæ corrupta sunt, et ab eodem sic emendate recitantur *p.* 281. 16. Sicuti quum primos ficos propola recentes Protulit, et pretio ingenti dat primitu' paucos. *Inscript.* apud *Labus. Epigr. Lat. scop. in Egitto.* QVOD PRIMITER FELICISSIMO SAECVLO DD. NN. INVICTORVM IMPP. SEVERI ET ANTONINI NOVAE LAPICAEDINAE ADINVENTAE *etc.* Hæc *Inscript.* pertinet ad ann. a Chr. n. CCIV.-CCXI. Ceterum *primiter* agnoscitur etiam a *Priscian. de XII. vers. Æn. p.* 1227. *Putsch.*

PRĪMĬTĬÆ (*legitur et* primiciæ, *sed minus placet*), ārum, f. plur. 1. primæ res in quocumque genere, ut Primitiæ operum, armorum, frugum, vel fructuum, etc. a *primus*. Videntur proprie dici de primis fructibus ex agro susceptis, qui Deo offerebantur, ἀπαρχαί (It. *primizie*; Fr. *prémices des fruits*; Hisp. *primicia*; Germ. *die Erstlinge*; Angl. *firstlings, first fruits, premices*).

I.) Proprie. *Ovid.* 2. *Fast.* 520. Primitias Cereri farra resecta dabant. *Id.* 10. *Met.* 431. Festa piæ Cereris celebrabant annua matres Illa, quibus niveâ velatæ corpora veste Primitias frugum dant spicea serta suarum. *Id.* 8. *ibid.* 274. Primitias, frugem Cereri, sua vina Lyæo, Palladios flavæ latices libasse Minervæ. *Id.* 3. *Fast.* 729. Te *Bacche* memorant, Gange totoque Oriente subacto, Primitias magno seposuisse Jovi. *Calpurn.* 2. *Ecl.* 64. pomiferi Laribus consuevimus horti Mittere primitias.

II.) Translate. ¶ 1. Primitiæ sunt primæ res in aliis præter agrorum fructus. *Colum.* 4. *R. R.* 10. 2. Primitias vitis resecare. *h. e.* quæ prima trunco vitis progerminantur. Sic 10. *ibid.* 147. Primitiis plantæ modicos tum præbeat imbres Sedulus irrorans olitor. *Tac.* 4. *Hist.* 53. *ad fin.* Primitiæ metallorum. *h. e.* primæ massæ e metallis erutæ. ¶ 2. Per metaphoram primitiæ dicuntur initia. *Virg.* 11. *Æn.* 156. Primitiæ juvenis miseræ, bellique propinqui Dura rudimenta. *Sil. It.* 3. 111. Primitiæ tori. *h. e.* prima gaudia conjugii. *Val. Flacc.* 3. 515. justæque dolorum Primitiæ, et tenero superati protinus angues. *scil.* Juno de Hercule loquitur. *Stat.* 11. *Theb.* 285. Hei mihi primitiis armorum, et rite nefasto Libatus. *h. e.* initiis belli. *et* 2. *ibid.* 742. Primitiæ operum. *et* 6. *ibid.* 146. lacrimarum. *Gell. præf. circa med.* Primitias quasdam, et quasi libamenta ingenuarum artium dedimus. *Apul.* 10. *Met.* Dum ludicris scænicorum choreis primitiæ spectaculi dedicantur. *et* 11. *ibid.* Ru-

dem dedicantes carinam, primitias commeatus libant. *h. e.* initium navigationis. — *NB.* De cognom. R. *V.* ONOM.

PRĪMĪTĬUS, a, um, adject. πρῶτος, qui in aliqua re primus et principalis est. *V.* PRUNITIUS. Ceterum *primitius* legitur in *Gloss. Cyrill.* Πρωτεῖον, primitium, primatus.

PRĪMĪTĪVUS, a, um, adject. *primitivo*, primus, primo adveniens. — *a*) Generatim. *Colum.* 9. *R. R.* 13. 2. Apes primitivis floribus illectæ. *Id. Arbor.* 23. Ea res et fertilem arborem reddet, et primitivos annos fructum vinosum. *h. e.* quum primum arbor fructus feret: quod idem tradens, inquit 5. *R. R.* 10. 15. primis annis. *Marcell. Empir. c.* 23. *p.* 120. ed. *Ald.* Porri primitivi sectivi succus expressus. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 828. Ut primitivum crederes fetum geri. *h. e.* primogenitum. — *b*) Speciatim. *Primitiva verba*, quæ primigenia *Varro* vocat, sunt, quæ primam positionem ab ipsa natura acceperunt, ut *lego, ferveo, domo, facio. Priscian.* 8. *p.* 824. *Putsch. V.* PRIMIGENIUS. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PRĪMĬTUS, adverb. *primieramente, la prima volta*, πρῶτον, primum, primo. *Lucilius* apud *Non. p.* 154. 29. *Merc.* Sicuti quum primos ficos propola recentes Protulit, et pretio ingenti dat primitu' paucos. (*V.* PRIMITER.) *Varro* 1. *R. R.* 31. 2 Primitus quum exit vitis, tota resecari solet. *et* 2. *ibid.* 2. 14. Primitus oritur herba imbribus primoribus evocata. *Lucret.* 4. 1027. quibus ætatis freta primitus insinuantur. *et* 5. 1091. detulit (*fulmen*) in terras mortalibus ignem Primitus. *Virg. Cir.* 490. Ac veluti in niveo teneræ quum primitus ovo Effigies animantis etc. *Catull.* 19. 10. Florido mihi ponitur picta vere corolla Primitu', et tenera virens spica mollis arista. *At* Hermannus *post* corolla *comma ponit*, *et* Primitu' et *mutat in* Primitus. *Sueton. Claud.* 7. Eveniteque ut primitus ingredienti cum fascibus forum prætervolans aquila dexteriore humero consideret. *Petron. Satyr.* 62. Ego primitus nesciebam, ubi essem: deinde accessi etc. *Cod. Theod.* 11. 1. 12. Etiamsi militares viri aliquos ex his penes se retentant, conveniendi primitus sunt, ut aut restituant etc. *h. e.* ante omnia; *non* prius, *ut* Heineccius *putat.*

PRĪMĪVIRGĬUS, ii, m. 2. (primus *et* virga) qui primus ante regem virgam præfert. *Gloss. Cyrill.* Πρωτοραβδοῦχος, primivirgius. *Gloss. Isid.* Primivirgius, caballarius, quod primus est militiæ in virgis.

PRĪMNĒSĬUS, ii, m. 2. palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alii tonsillam dicunt. *Paul. Diac. p.* 224. 16. *Müll.* Alii rectius leg. *prymnesius*, πρυμνήσιος, a πρύμνα *puppis*, quia funis a puppi religatur ad litus: unde *Virg.* 6. *Æn.* 902. stant litore puppes. Sic *Isid.* 19. *Orig.* 2. 14. Tonsilla uncinus ferreus vel ligneus, ad quem in litore defixum funes navium illigantur. Aliter *Id. ibid.* 4. 6. Prymnesius funis, quo navis in litore religatur ad palum.

PRĪMO, adverb. (primus) principio, primo loco, prima specie, primum, primiter, πρῶτον (It. *alla prima, primieramente, in prima*; Fr. *d'abord, en commençant, en premier lieu*; Hisp. *incontinente, al instante, al principio, primeramente*; Germ. *zuerst, anfangs*; Angl. *at the first, at first, in the first place, first of all*). Usurpatur — *a*) Absolute, ita tamen ut rem postea cessisse aut mutatam esse intelligamus. *Plaut. Amph.* 5. 1. 42. Ibi continuo contonat sonitu maximo: ædes primo ruere rebamur tuas. *Cic.* 3. *Verr.* 9. 26. Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus. Antea vel judicari primo potuit, vel amplius pronunciari. *alla prima.* et *Nepos Datam.* 3. Primo non accredidit. *Id. Themist.* 6. Hanc legationem suscepit Themistocles et solus primo profectus est; reliqui legati ut tum exirent, quum satis altitudo muri exstructa videretur, præcepit. *Cæs.* 4. *B. G.* 37. Morini-spe prædæ adducti primo non ita magno suorum numero circumsteterunt. *Liv.* 2. 27. Longe alia, quam primo instituerant, via grassabantur. *Quintil.* 1. 5. 72. Quæ primo dura visa sunt, usu molliuntur. — *Plaut. Amph.* 2. 1. 50. Neque credebam primo mihimet Sosiæ: donec Sosia ille fecit, sibi uti crederem. — Additur interdum particula *dum*, nil mutata significatione. *Plaut. Capt.* 1. 2. 57. Primodum opus est pistoriensibus. *Plerique alii et ipse* Fleckeisen. *leg.* primumdum. — *b*) Cum opposito *post, postea, deinde, inde, dehinc, tum, postremo, ad extremum, tandem, mox, nunc, jam. Cic.* 1. *Tusc.* 3. 5. Oratorem celeriter complexi sumus: nec eum primo eruditum, aptum tamen ad dicendum, post autem eruditum. Adde *eumd.* 3. *Orat.* 38. 155. Sic *Sall. Cat.* 10. *ad fin.* Hæc primo pauliatim crescere, interdum vindicari, post, ubi contagio quasi pestilentia invasit, etc. — *Cæs.* 6. *B. G.* 39. Primo producti ad populum ab tribunis-nullum misericordiæ locum habuerunt: postea quum sæpius producerentur-, molliebantur iræ. — *Cic. Cluent.* 5. 12. Ea igitur mater Aviti-amore capta, primo, neque id ipsum diu, quoquo modo poterat, in illa cupiditate continebatur; deinde ita flagrare cœpit amentia, ut etc. *Sall. Cat.* 10. Igitur primo pecuniæ, deinde imperii cupido crevit. *Ita leg.* Kritz. *et* Jordan.; Forcellinus *vero* dein. — *Liv.* 6. 24. Pudor primo tenuit effusos: inde, ut circumagi signa-viderunt,-increpare singuli se quisque et alios. Adde *eumd.* 7. 26. — *Sueton. Aug.* 49. Juvenes primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula disposuit. — *Cels.* 7. 10. *n.* 1. Primo digeri materiam opus est, tum evocari. — *Liv.* 22. 43. Vociferatio querentium annonam primo, postremo famem. Adde *eumd.* 39. 2. — *Cic.* 3. *Cat.* 5. 12. Gabinius quum primo impudenter respondere cœpisset, ad extremum nihil ex iis, quæ Galli insimulabant, negavit. Adde *eumd.* 2. *Att.* 22.; et *Liv.* 22. 23. — *Liv.* 39. 9. Primo urbis magnitudo capacior patientiorque talium malorum ea celavit: tandem indicium hoc maxime modo ad Postumium consulem pervenit. — *Liv.* 1. 50. *ad fin.* Primo restitere: mox populere etiam subeuntes. Adde *eumd.* 39. 39. et 40. 31. Cf. *Justin.* 1. 3. 4. Primo latebras circumspicit: mox deinde cum paucis et incompositis in bellum progreditur. — *Ter. Hecyr.* 4. 4. 91. Neque illi credebam primo: nunc vero palam 'st. Sic *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 8. O litteras mihi tuas jucundissimas exspectatas, ac primo quidem cum desiderio, nunc vero etiam cum timore. — *Tac. Germ.* 6. Quod primo numerus fuit, jam nomen et honor est. — *c*) Quum *primo* usurpatur de ordine rerum in tempore mutatarum, jungitur pluribus particulis, scil. *deinde-tum, deinde-postea, deinde-tandem*, etc. *Cic.* 1. *Fin.* 16. 50. Plerumque improborum facta primo suspicio insequitur, deinde sermo atque fama, tum accusator, tum judex. *Id. Rosc. Am.* 9. 26. Ac primo rem differre quotidie ac procrastinare illi cœperunt; deinde aliquanto lentius, nihil agere, atque deludere; postremo-insidias vitæ hujusce Sext. Roscii parare. *Sall. Jug.* 119. Rex primo negitare *etc.*, ad hoc metuere, ne *etc.* denique sæpius fatigatus *etc. Liv.* 26. 39. Primo quinque naves habuit: postea tres additæ quinqueremes: postremo etc. *Cels.* 5. 26. *n.* 34. Primo abstinentia utendum: deinde danda, quæ *etc.*, postea imponi eadem, quæ etc. *Liv.* 29. 34. Primo incaute se evehentes Masinissa excipiebat: mox plures simul conferti-æquaverant certamen: postremo, jam omnis equitatus prælio quum adesset, sustineri ultra nequiere. *Id.* 2. 54. Plebs mirari primo, quod non descenderet tribunus: deinde-desertam ac proditam causam publicam queri: tamdem etc. *Id.* 30. 11. Primo pauci equites-ab stationibus progredi: inde jaculis submoti recurrere ad suos: inde excursiones in vicem fieri. — *d*) Interdum tempori primo aliud per particulam *sed* opponitur. *Curt.* 8. 4. 5. Ac primo quidem armis suis tecti exceperunt, sed jam nec retinere arma lubricæ et rigentes manus poterant. — *e*) Raro in numerandis rebus post *primo* invenitur *secundo, iterum, rursus. Phædr.* 4. 10. Significat primo, sæpe quos ipse *etc.*; secundo ostendit scelera puniri. *Liv.* 31. 29. Messanæ ut auxilio essent, primo in Siciliam conscenderunt: iterum, ut Syracusas in libertatem eximerent. *et* 2. 51. Primo pugnatum ad Spei æquo marte, iterum ad portam Collinam. *Sueton. Aug.* 17. Repetit Italiam, tempestate in trajectu bis conflictatus; primo in promontorio Peloponnesi et Ætoliæ, rursus circa montes Ceraunios.

Homonym. Quid *primo* differat a *primum*, *V.* ibi in fin.

PRĪMŌGĒNĪTA, ōrum, n. 2. *V.* PRIMOGENITUS in fin.

PRĪMŌGĒNĪTĀLIS, e, adject. primigenius. *Tertull. advers. Valentinian.* 20.

PRĪMŌGĒNĪTUS, a, um, adject. *primogenito*, πρωτότοκος, qui primus omnium genitus est, natu major. *Pallad.* 1. *R. R.* 39. Creduntur (*apes*) non fugere, si stercus primogeniti vituli adlinamus oribus vasculorum. *Lactant.* 4. 11. Filium suum primogenitum delabi jussit e cælo. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 40. 95. (234). Primogenitis in quoque partu sues primas (*mammas*) præbent. Ita *Harduin.* ex MSS., alii et *Sillig.* ipse *primis genitis*. — Hinc

Primogenita, ōrum, n. 2. absolute, substantivorum more, sunt jus natu majoris. *Vulgat. interpr. Gen.* 10. 33. Juravit ei Esau, et vendidit primogenita. *Augustin.* 7. *Confess.* 9. Quod Esau perdidit primogenita sua.

PRĪMŌPLASTUS, i, m. 2. πρωτόπλαστος, primo creatus, hoc est Adam. Vox hybrida ex Latino *primus*, et Græco πλαστὸς *factus, formatus. Prudent.* 9. *Cathemer.* 27. Ne gens periret primoplasti ex germine.

PRĪMŌRDĬA, ōrum, n. plur. 2. (primus *et* ordior). *Lucret.* inverso ordine 4. 28. Quove modo distracta rediret in ordia prima. Eadem ratione *facit are* dixit 6. 962. pro *arefacit.* — Primordia sunt quæ primo ordimur, initia, principia, ut Primordia rerum, gentis, belli etc. ἀρχαί (It. *principii*; Fr. *commencement, origine*; Hisp. *principio, origen*; Germ. *die ersten Anfänge, der Urbeginn, d. Anfänge*; Angl. *the beginning, rise, commencement, or origin, of any thing*). ¶ 1. Generatim. — *a*) In plurali num. *Cic. Partit. orat.* 2. 7. Ut primordia rerum, et quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti. *Id.* in *Arat.* 2. *Legg.* 3. 7. A Jove Musarum primordia. *Quintil.* 1. 9. 1. Primordia dicendi. *Ovid.* 15. *Met.* 67. mundi. *Lucan.* 10. 177. gentis. *Pers.* 6. 3. veterum vocum. *Colum.* 3. *R. R.* 10. 10. Elementa spiritus cum terrenis primordiis miscere. *Pallad.* 4. *R. R.* 28. 12. In primordiis. *Inscript.* apud *Gruter.* 690. 5. SIC ETENIM DVXERE OLIM PRIMORDIA PARCAE ET NEVERE SVPER VOBIS VITALIA FILA. *h. e.* primordia vitæ. — *b*) In singulari num. *Liv. init.* et *Sall. fragm.* apud *Priscian.* 16. *p.* 1101. *Putsch.* A primordio urbis. *Colum.* 1. *R. R.* 1. 18. Mago suorum scriptorum primordium talibus auspicatus sententiis. *Curt.* 9. 2. Adhuc in operum suorum primordio stare. *Justin.* 2. 1. 14. Utriusque primordii Scythas origine præstare. Adde *Tac.* 1. *Ann.* 7. et 3. *Hist.* 34.; et *Apul. Apolog.* et *Florid. n.* 3. ¶ 2. Speciatim *primordium* absolute est initium suscipiendi atque administrandi imperii apud *Tac.* 1. *Ann.* 7. Quanto quis illustrior, tanto magis falsi ac festinantes, vultuque composito, ne læti excessu Principis (*h. e.* Augusti), neu tristiores primordio, lacrimas, gaudium, questus, adulationes miscebant.

PRĪMORDĬĀLIS, e, adject. ad primordia pertinens, primus, ut Primordialis lex, *Tertull. advers. Jud.* 2. causa, *Ammian.* 30. 1. Et *Capell.* 7. *p.* 237. Quum prosapiam arcanæ sortis originisque primordialem vobis studeam comprobare.

PRĪMORDĬĀLĬTER, adverb. initio, ab origine. *Claud. Mamert.* 2. *Stat. anim.* 5. In regiones suas, unde primordialiter exsistunt, corpora naturaliter feruntur.

PRĪMORDĬNES, um, m. plur. 3. qui sunt primi ordinis. *Gloss. Placid.* (ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3.) *p.* 499. Nam primordines-dicuntur illustres.

PRĪMORDIS, e, adject. idem ac primordialis. *Commodian.* 35. 12. Mors unde provenit neglecta lege primordi. *Estne Genit. pro* primordii?

PRĪMORDĬUM. *V.* PRIMORDIA 1. *b.*

PRĪMORDĬUS, a, um, adject. *primo, originario. Colum.* 6. *R. R.* 37. 7. Ut avitus color primordii seminis mistu reddatur nepotibus. *Alii rectius leg.* primordiis seminum.

PRĪMŌRIS, is, adject. comm. gen. 3. Caret recto singulari, itemque positione neutrius generis propria, in utroque num. Genitivus autem multitudinis, *primorum,* communis est cum *primus. Servius* ad *Virg.* 9. *Æn.* 309. Sed neutr. gen. *Capell.* 5. *p.* 139. Ni fiducia perennitatis accendat exsequi vel primora. Ita *Kopp.; Grotius* vero in marg. — Primoris est primus, prior, *primo.* ¶ 1. Generatim. *Varro* 2. *R. R.* 2. 14. Primitus oritur herba primoribus imbribus evocata. *Gell.* 10. 19. In primore pueritia. *Sil. It.* 1. 511. Haud me dissimilem, Alcide, primoribus annis Agnosces, invicte, tuis. *Id.* 11. 143. excisam primori Marte Saguntum. *h. e.* primo belli tempore. *Gell.* 2. 7. Primore aspectu. *a prima vista.— Primores dentes,* qui primi conspiciuntur, *i denti davanti. Plin.* 7. *Hist. nat.* 16. 15. (68). et 11. *ibid.* 37. 45. (128). et alibi, quos 19. *ibid.* 2. 11. (35). *primos* vocat. ¶ 2. Speciatim dicitur de prima, seu anteriori parte cujusque rei, *l'estremità dinanzi.* — *a*) De rebus. *Cato R. R.* 40. Capito tibi surculum, quod genus inserere voles, eum primorem præacuito obliquum primores digitos duos. *aguzzalo nell'estremità due punte di dita. V.* DIGITUS. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 24. Sumere aliquid digitulis duobus primoribus. *Lucilius* apud *Non. p.* 427. 23. *Merc.* Gallinaceu' quum victor se gallus honeste Sustulit in digitos, primoresque erigit ungues. *Id. ibid.* Eduxique animam in primoribu' partibu' naris. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 29. (112). Pilo primori (*quo zea tunditur*) inest pyxis ferrea. *Id.* 8. *ibid.* 54. 80. (216). Cauda late fusa primori parte. *Lucret.* 6. 1191. nasi primoris acumen. *Gell.* 1. 18. In primore libro. *nel principio del libro.* et 16. 5. Vestibulum esse partem domus primorem. *anteriore.* et 7. 12. Tunicis uti prolixis ultra brachia, et usque in primores manus, ac prope in digitos. *Apul. de Mag.* In primori fronte animum gestare. *Tac.* 3. *Hist.* 21. *extr.* Primori in acie versari. *nelle prime file. — Primoribus labris* est *sulla punta della lingua, sulla sommità delle labbra:* et translate *leggermente,* leviter. *Plaut. Trin.* 4. 2. 65. Versabatur mihi (*nomen*) in labris primoribus. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 428. 3. *Merc.* Quod in primoribus habent, ut ajunt, labris. *Id. Cæl.* 12. 28. Non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, et extremis, ut dicitur, digitis attigissent; sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent. *Id.* 1. *Orat.* 19. 87. Hæc esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita, quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. Sic *Fronto* 4. *ad M. Cæs.* 3. Philosophiæ disciplinas ajunt satius esse numquam attigisse, quam leviter et primoribus, ut dicitur, labiis delibasse. *V.* LABRUM. — *b*) De hominibus. *Curt.* 4. 6. *circa med.* Dimicare inter primores. *h. e.* inter eos, qui in primori acie sunt. Sic *Liv.* 1. 12. Ipse ad primores Romulus provolat. ¶ 3. Item speciatim ratione habita ordinis ac dignitatis *primores* sunt præcipui, proceres, primi, primates. — *a*) Adjective. *Liv.* 24. 20. *a med.* Primore juventute conscripta, dispositisque stationibus. *h. e.* primoribus e juventute. *Catull.* 68. 87. Primores Argivorum viri. *Tac.* 2. *Ann.* 29. Primores feminæ. *Id.* 4. *ibid.* 10. Is ætate atque forma carus domino interque primores ministros erat. *Auson. Parental.* 15. 7. Te primore vigens, te deficiente relabens, Inque Valentinum te moriente cadens. *Gell.* 2. 22. *circa med.* Primores venti. *principali, cardinali.* — *b*) Absolute, substantivorum more. — Cum Genitivo. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 69. Primores populi arripuit populumque tributim. *Colum.* 12. *R. R.* 3. 10. Civitatum primores atque optimates. *Liv.* 7. 8. Primores populorum. *Id.* 1. 49. patrum. — Sine Genitivo. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 203. Viribus, ingenio, specie, virtute, loco, re Extremi primorum, extremis usque priores. *Juvenal.* 15. 40. Primores ac duces. *Tac.* 13. *Ann.* 30. Caninius Rebilus ex primoribus peritia legum et pecuniæ magnitudine. — *Primores,* patres, nobiles: et opponuntur plebi. *Tac.* 2. *Ann* 19. Plebes, primores, juventus, senes incursant. *et* 6. *ibid.* 42. Plebem primoribus tradidit.

PRĪMŌTĪCUS. *V.* vocem sequent.

PRĪMŌTĪNUS, a, um, adject. πρωΐμος, primo nascens, tempestivus, maturus: cui opponitur serotinus. Agnoscitur a *Priscian. de* 12. *primis Æn. versib. p.* 1227. *Putsch.* Et fortasse ita legendum est apud *Apic.* 4. 5. *sub fin.* Duracina primotina pusilla præcoqua purgas. *Ubi alii leg.* primotica *eod. sensu.*

PRĪMŬLE, adverb. deminut. a prime. *Cassiod. de orat.* 3. Adverbia aut a positivo veniunt, ut primum, primule; longe, longule.

PRĪMŬLUM, adverb. deminut. *per la prima volta,* primum, primo, primiter: apud comicos. *Ter. Adeph.* 3. 1. 2. Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum. *et* 5. 6. 10. Paullatim plebem primulum facio meam. *Plaut. Men.* 5. 5. 18. Jam hercle occeptat insanire primulum. *et ibid.* 9. 57. Tum dentes mihi cadebant primulum. Adde *eumd. Mil. glor.* 4. 2. 13.

PRĪMŬLUS, a, um, adject. deminut. *primo,* primus: apud comicos. *Plaut. Amph.* 2. 2. 105. Primulo diluculo abivisti ad legiones. *Priscian. de XII. vers. Æn. p.* 1227. *Putsch.* Primitivus, primarius, primulus. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PRĪMUM, adverb. primo, primiter; et servit enumerationibus et distributionibus, πρῶτον (It. *la prima volta, primieramente;* Fr. *d'abord, premièrement, en premier lieu;* Hisp. *primeramente;* Germ. *zuerst, erstlich, anfangs;* Angl. *the first time; first, in the first place, first of all*). ¶ 1. In enumeratione. — *a*) Post *primum* adjicitur altera res per *iterum, secundo;* ut apud *Cic. Amic.* 3. 11. Factus est bis consul: primum ante tempus, iterum sibi suo tempore, reipublicæ pæne sero. *Id.* 1. *Legg.* 13. 35. An mihi aliter videri possit, quum hæc jam perfecta sint: primum quasi muneribus deorum nos esse instructos et ornatos: secundo autem unam esse hominum inter ipsos vivendi parem communemque rationem. *Id. Planc.* 20. 50. Equidem primum ut honore dignus essem, maxime semper laboravi: secundo ut existimarer: tertium mihi fuit illud etc. *Varro* 3. *R. R.* 17. 2. Primum enim ædificantur magno, secundo implentur magno, tertio aluntur magno. — *b*) Quæ in altera enunciationis parte ponuntur, plurimæ sunt consequutionis particulæ, ut *primum-deinde, primum-post, primum-tum, primum-deinde-postremo, primum-deinde-deinde,* etc. *Cæs.* 1. *B. G.* 25. Cæsar primum suo, deinde omnium e conspectu remotis equis, prælium commisit. *Cic.* 1. *Orat.* 38. 172. Ceteros non dubitabo primum inertiæ condemnare sententia mea, post etiam impudentiæ. *Ter. Adelph.* 3. 2. 47. Primum indotata est: tum præterea quæ secunda ei dos erat, periit. Sic *Cic.* 16. *Fam.* 3. *extr.* Te valere, tua causa primum volo, tum mea. *Id. Sull.* 15. 43. Primum, ne qui posset, *etc.* deinde, ne cui liceret, *etc.* postremo, ne quid jam a me, etc. *Id.* 4. *Verr.* 58. 143. Primum, averti pecuniam domum non placere: deinde ipsarum statuarum modum quemdam esse oportere: deinde illud, certe ab invitis exigi non oportere. *Id.* 2. *Nat. D.* 1. 3. Primum docent esse deos: deinde, quales sint: tum, mundum ab iis administrari: postremo, consulere eos rebus humanis. *Cels.* 2. 1. *ad fin.* Pueritia primum circa quadragesimum diem, deinde septimo mense, tum septimo anno, postea circa pubertatem periclitatur. *Cic.* 2. *Divinat.* 56. 116. Primum Latine Apollo numquam locutus est. Deinde ista sors inaudita Græcis est. Præterea Pyrrhi temporibus *etc.* Postremo, quamquam etc. *Id.* 1. *Orat.* 31. 142. Orator debet reperire primum, quid dicat: deinde inventa, *etc.* tum ea vestire, *etc.* post memoria tenere: ad extremum agere etc. *Id.* 5. *Fin.* 23. 65. Caritas generis humani serpit cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, post vicinitatibus, tum civibus, deinde totius complexu gentis humanæ. — Ceterum alias multiplicis enumerationis formas recensuit *Handius, Tursell. vol.* 4 *p.* 562.-563. — *c*) Additur Genitivus *omnium* ad majorem vim. *Cic.* 2. *Cat.* 9. 19. Primum omnium ego ipse vigilo, adsum, provideo. *et* 4. *Verr.* 11. 28. Primum omnium opera danda est, ut etc. *Brutus* ad *Cic.* 11. *Fam.* 10. Primum omnium non te fugit, etc. *Ter. Heaut.* 2. 3. 33. Jam primum omnium Dromo pultat fores. *Plaut. Truc.* 4. 3. 13. Omnium primum diversæ state. — *d*) Item *dum* particula. *Plaut. Mil. glor.* 2. 3. 26. Primum dum, si falso insimulas Philocomasium, hoc perieris. Iterum si id verum est, tu ei custos additus perieris. *Id. Trin.* 1. 2. 61. Primum dum omnium male dictitatur tibi vulgo in sermonibus. *Id. Most.* 2. 1. 53. Omnium primum dum ædes fac occlusæ sient. Adde *eumd. Rud. prol.* 32. et *Truc.* 1. 1. 10. — *e*) *Jam primum* dicitur in argumentatione. *Ter. Adelph.* 3. 2. 40. Jam primum illum alieno animo a nobis esse, res ipsa indicat. — *f*) In asserendis causis, quum præcedunt verba *primum quia, primum quod,* in altera parte sequitur unum *deinde,* non *deinde quia,* vel procedit oratio alium in modum formata. *Cic.* 1. *Orat.* 41. 116. Quod quidem certis de causis a plerisque aliter existimatur: primum quia-noluerunt: deinde-nulli fuerunt. *h. e.* deinde quia. *Id.* 4. *Verr.* 59. 132. Primum quod omnes religione moventur: - deinde hic ornatus, hæc opera-delectant. *Quintil.* 5. 4. 4. Alia sunt magis, propter quæ partitione non semper sit utendum: primum quia pleraque gratiora sunt -. Interim vero etiam fallendus est judex. — *g*) Interdum post *primum* non sequitur *deinde,* aut quippiam simile, subintelligitur tamen, et nihilominus absolvitur sententia. Exempla habes apud *Cic.* 2. *Fam.* 9., 7. *ibid.* 23., 12. *Att.* 18. *a med.*, 4. *Acad.* (2. *pr.*) 14. 45. *et* 18. 56., quæ congessit *Manut.* ad *cit.* 2. *Fam.*; item *Ter. Andr.* 1. 3. 6.; *Virg.* 4. *Æn.* 343.; *Plaut. Most.* 2. 1. 53. etc. ¶ 2. Extra enumerationem, præcedentibus particulis *ut, ubi, quum, nunc,* etc. *Cic.* 10. *Fam.* 13. Ut primum potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi in te ornando. *tosto che. Plaut. Men.* 4. 2. 34. Ubi primum est licitum, illico properavi abire de foro. *Id. Amph.* 1. 1. 48. Ubi primum in conspectum ventum est, continuo Amphitruo delegit viros primores principes. *Cels.* 5. 27. *n.* 11. Commodissimum est tamen, ubi primum sensit aliquis, protinus oleo multo epoto vomere. *Cic.* 4. *Verr.* 20. 48. Ubi primum potuit, istum reliquit. *subito che.* Sic 2. *Nat. D.* 48. 124. Simul ac primum niti possunt, aquam persequuntur. *Id.* 1. *Off.* 32. 118. Herculem Prodicium dicunt-, quum primum pubesceret-, exisse in solitudinem. *Id.* 14. *Fam.* 1. Qui quum primum sapere cœpit, acerbissimos dolores miseriasque percepit. Adde *Liv.* 25. 29. Rursus *Cic.* 4. *Verr.* 23. 55. Tum affuerat, quum primum dati sunt judices. *quando per la prima volta. et Ter. Andr.* 5. 4. 33. Postilla nunc primum audio, quid illo sit factum. *quest'è la prima volta, che sento a dire. Cic.* 2. *Verr.* 8. 24. Nunc primum hoc aures tuæ crimen accipiunt? *et ibid.* 60. 147. Hoc quoque propter tuos ternos denarios nunc primum postulatur. *Plaut. Amph.* 2. 2. 52. Quasique nunc primum recipias te domum. — Et *Id. Asin.* 5. 2. 37. Censen' tu, illunc hodie primum ire assuetum esse in ganeum? *che oggi sia la prima volta, che* etc. *Cic.* 5. *Phil.* 11. 30. Quo die primum convocati sumus. — *Quam primum V.* suo loco.

Homonym. *Primum* et *primo* id differunt, quod *primum* ad ordinem rerum pertinet, *primo* ad tempus: h. e. in *primum* animo obversatur ordo, in quo res primum locum occupat; in *primo* consideramus unum punctum temporis, in quo res sita est: in *primum* res ad tempus refertur; in *primo* tempus ad rem. Hinc

apud *Sall. Jug.* 29. Sed Jugurtha primo tantummodo belli moram redimebat, existimans *etc.*; postea vero quam participem negotii Scaurum accepit, statuit de omnibus præsens agere. *Pro* primum, *ut vulgo editur*, Kritzius *aliquot Codicum auctoritate fretus* primo *scripsit. V. et eumd.* Kritz. *ad* Cat. 24. 1. — Aliquando tamen promiscue usurpantur. *Plaut. Capt.* 2. 3. *extr.* Ei rei primum prævorti volo. *prima di tutto.* et *Cic. Arch.* 3. 4. Primum Antiochiæ celeriter antecellere omnibus contigit: post etc. *Liv.* 38. 41. Primum expulere loco hostes, deinde avertere. *Cic.* 1. *Invent.* 39. 71. Primo quidem decipi, incommodum est: iterum, stultum: tertio, turpe. *Alii leg.* primum.

PRĪMUS, a, um, adject. Superlat. a *prior* (quod *V.* loco suo), dicitur is, qui ante se nullum habet, et refertur ad ordinem, locum, tempus: videtur esse a *πρωΐμος tempestivus*, quod a *πρωΐ mane*, sed prisci Latini *preimus* scribebant, ut in nummo G. Memmiæ apud *Eckel. D. N. V. T. B. p.* 251. MEMMIVS AED. CEREALIA PREIMVS FECIT. Gr. *πρῶτος* (It. *primo, principale*; Fr. *le premier*; Hisp. *primero, principal*; Germ. *der, die, das erste, zuerst*; Angl. *first, principal*). ¶ 1. Universim. — *a*) Generatim. De hominibus. *Cato R. R.* 5. Primus cubitu surgat (*villicus*): postremus cubitum eat. *Cæs.* 7. *B. G.* 48. Eorum ut quisque primus venerat, sub muro consistebat. *Ter. Adelph.* 4. 2. 7. Primus sentio mala nostra: primus rescisco omnia: primus porro obnuncio. *Cic.* 3. *Nat. D.* 22. 57. Æsculapiorum primus, Apollinis, quem Arcades colunt; qui specillum invenisse, primusque vulnus dicitur obligavisse: secundus secundi Mercurii frater: tertius Arsippi, et Arsinoæ, qui primus purgationem alvi invenit. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 5. De privatis me primum sententiam rogavit. *Id. Sext.* 3. 6. Quum tribunus plebis primus inter homines nobilissimos factus esset. *Id.* 4. *Fin.* 7. 17. Primi ex omnibus philosophis a natura tributum esse docuerunt, ut etc. *Nepos Alcib.* 7. *ad fin.* Primus Græciæ in Thraciam introiit. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 23. Parios ego primus iambos Ostendi Latio. *Id.* 4. *Od.* 9. 17. Primusve Teucer tela Cydonio Direxit arcu. *Curt.* 4. 4. *ad fin.* Si famæ libet credere, hæc gens (*Tyrii*) litteras prima aut docuit, aut didicit. *Sueton. Cæs.* 25. Germanos primus Romanorum maximis affecit cladibus. *Tac.* 6. *Ann.* 4. Latiaris luendæ pœnæ primus fuit. *Ovid. Heroid.* 17. 105. Si te vidissem, primus de mille fuisses. *Id.* 5. *Met.* 97. Cephenum post regem primus Odites, Ense jacet Clymeni. *et* 4. *Pont.* 15. 4. a Superis hic mihi primus erit. *h. e.* post Superos. — De rebus et abstractis. *Cic.* 2. *Invent.* 3. 11. Igitur primus liber genera controversiarum continebat. *et paullo post.* In libro primo non indiligenter expositum est etc. *Id.* 3. *Off.* 1. Verum primum: verum igitur et extremum. *Sic clar.* Furlanetto; *ipse locum minime inveni. Virg.* 2. *Æn.* 97. Hinc mihi prima mali labes. *Id.* 6. *ibid.* 155. hæc prima piacula sunto. *et* 6. *ibid.* 143. Primo avulso non deficit alter (*ramus*) Aureus. *Seneca Œdip.* 133. Prima vis tardas tetigit bidentes. *Ammian.* 30. 7. Adolescens in flore primo genarum. — *Primæ Kalendæ Januariæ*, vel *Octobres*, et *primæ Idus*, etc. sunt, quæ proxime sequuntur, seu sequentis anni. Quod constat ex *Ulp. Dig.* 45. 1. 41. Quum, qui Kalendis Januariis stipulatur, si adjiciat primis, vel proximis, nullam habere dubitationem, palam est. Sed et si dicat secundis, vel tertiis, vel quibus aliis, æque dirimit quæstionem. Si autem non addat, quibus Januariis, dicendum est, primas Kalendas Januarias spectari. Plane si ipsa die Kalendarum quis stipulationem interponat, quid sequemur? Et puto actum videri de sequentibus Kalendis. Item in Idibus etiam et Nonis probandum est, et generaliter in omnibus diebus. *Cato R. R.* 147. et 148. Locus vinis ad K. Octob. primas dabitur: si ante non deportaverit (*emptor*), dominus vino, quod volet, faciet. *h. e.* tempus emptori ad exportanda vina dabitur ad proximas K. Octob.; si id is non fecerit, tum dominus, ut sibi vacua cella et dolia relinquantur, vino, quod volet, faciet. Hæc porro ita sunt interpretanda, ideoque corrigenda, quæ aliter ad *loc. cit.* exposita sunt in CALENDÆ. *Inscript.* Pompejis reperta, apud *Rosin. Isagog. p.* 63. IN PRAEDIIS IVLIAE SP. F. FELICIS LOCANTVR BALNEVM VENERIVM ET NONGENTVM TABERNAE PERGVLAE CENACVLA EX IDIBVS AVG. PRIMIS IN IDVS AVG. SEXTAS ANNOS CONTINVOS QVINQVE. *V.* SATURNALIA, et plura huc pertinentia apud *Marin. Frat. Arv. p.* 275. — *b*) Speciatim in enumeratione. *Cic.* 10. *Fam.* 11. Primæ tuæ sententiæ infinitis cum muneribus, posteriores ad tempus compositæ. *Id.* 9. *Att.* 6. *a med.* Primæ litteræ monent, ne *etc.*, proximæ ostendunt etc. *Liv.* 34. 19. Trium conditionum electionem ferre jubet: primam, si transire *etc.*, alteram, si abire *etc.*, tertiam, si placeat etc. *Ammian.* 26. 8. *a med.* Primi transtris instabant armati, alii post hos semet curvantes humilius, tertiis gradatim inclinatis summisse, ita ut novissimi suffraginibus insidentes formam ædificii fornicati monstrarent. — *c*) *Primus ante omnes*, poetice, majorem vim habet. *Virg.* 5. *Æn.* 540. Et primum ante omnes victorem appellat Acesten. *et v.* 491. et primus clamore secundo Hyrtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis. — *d*) *In primis*, inter primos. *Nepos Pausan.* 5. Dicitur mater, postquam de scelere filii comperit, in primis, ad filium claudendum, lapidem ad introitum ædis attulisse. *Id. Epam.* 10. Quum pugnari cum Lacedæmoniis cœpit, in primis stetit. *Sall. Cat.* 60. Manlius et Fæsulanus in primis pugnantes cadunt. *Id. Jug.* 6. Leonem primus, aut in primis ferire. ¶ 2. Speciatim sæpe dicitur de priore, seu anteriore parte cujusque rei. — *a*) De spatio, vel loco. *Ovid.* 3. *Amor.* 2. 64. potes, si forte juvabit, Cancellis primos inseruisse pedes. *la punta de' piedi.* et *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 65. (172). Ranis prima lingua cohæret, intima absoluta a gutture. *la punta della lingua.* et *Cic.* 1. *Nat. D.* 8. 20. Primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiam. *Virg.* 3. *G.* 399. Primaque ferratis præfigunt ora capistris. *l'estremità del muso. Catull.* 2. 3. Primus digitus. *la punta del dito.* Sic *Ovid.* 8. *Met.* 397. Institerat digitis primos suspensus in artus. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 2. 11. (35). Primi dentes. *h. e.* primores. *V.* PRIMORIS. *Cic.* 3. *Fam.* 6. Te in prima provincia velle esse, ut quam primum decederes. *sull'ingresso della provincia. Virg.* 3. *Æn.* 427. in limine primo. *et ibid.* 273. Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci. *Ovid.* 6. *Fast.* 303. Hinc quoque vestibulum dici reor: inde precando Adfamur Vestam, quæ loca prima tenes. *Virg.* 9. *Æn.* 244. Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem. — In illo *Statii* 1. *Silv.* 4. 73. (et 1. *Theb.* 200.) Occiduas, primasque domos, et sole sub omni Permeruit jurata manus: *primas domos* intellige regionem orientalem, quæ et nobilior est, et dextera pars mundi a terræ mensoribus dicitur. — Hinc de locis *primus* est etiam proximus. *Cæs.* 6. *B. G.* 35. Primos Eburonum fines adeunt. *Ovid.* 2. *Met.* 870. Quum deus a terra siccoque a litore sensim Falsa pedum primis vestigia ponit in undis. *Id.* 4. *ibid.* 542. Sidoniæ comites, quantum valuere, sequutæ Signa pedum, primo vidère novissima saxo. *et ibid.* 732. Nixus eo (*scopulo*), rupisque tenens juga prima sinistrâ, etc. — *b*) De tempore. *Liv.* 1. 16. Prima hodierna luce. *Cic.* 4. *Fam.* 12.; *Cæs.* 1. *B. G.* 22.; et *Liv.* 1. 44. Prima luce. et *Ter. Adelph.* 5. 3. 54. rus cras cum filio Cum primo luci ibo hinc. *Sueton. Vitell.* 15. Primo diluculo. *Horat.* 3. *Od.* 7. 29.; et *Nepos Eumen.* 9. Prima nocte. *sul principio della notte.* Sic *Petron. Satyr.* 112. Prima statim nocte. *Liv.* 34. 61. Prima vespera. *Id.* 31. 23. Primis tenebris. — *Primus sol*, sol oriens, *il sol nascente. Virg.* 6. *Æn.* 255. primi sub lumina solis et ortus. *Val. Flacc.* 5. 332. primi jubar ad placabile Phœbi. *Sil. It.* 12. 574. ubi nox depulsa polo, primaque rubescit Lampade Neptunus. — *Prima luna*, primus dies lunæ. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 13. 10. (56). et *ibid.* 17. 15. (78). — *Liv.* 1. 7. Ad primam auroram. *Horat.* 3. *Od.* 7. 2. Primo vere. *Virg.* 6. *Æn.* 453. Æstate prima. *Id.* 3. *Ecl.* 8. vix prima inceperat æstas. *ubi* prima *redundare videtur.* Ceterum *Colum.* 12. *R. R.* 21. 6. Prima vindemia. *Virg.* 6. *Æn.* 453. Primo mense. *Colum.* 10. *R. R.* 190. Cæciliam primo deponit Aquarius anno. *Id.* 12. *R. R.* 1. 3. Primo mane. *Cato R. R.* 3. Prima adolescentia. *Tac.* 1. *Ann.* 4. Prima ab infantia. — Similiter *Virg.* 1. *Æn.* 617. Primo adspectu. *Liv.* 28. 43. Primo accessu. *Id.* 2. 25. Primo incursu. *Sall. Jug.* 74. Primo congressu. *Nepos Datam.* 6. *ad fin.* Primo impetu. *Liv.* 1. 6. Inter primum tumultum. — *c*) Frequenter jungitur cum *quisque*, et majorem vim adjicit. *Cic.* 13. *Fam.* 57. et ad *Pompej.* 2. *post ep.* 11. *l.* 8. *ad Att. ante med.*; et *Nepos Miltiad.* 4. *ad fin.* Primo quoque tempore. *quanto prima.* et *Cic.* 8. *Phil.* 11. 33. Primo quoque die. *et Liv.* 42. 48. Ut exercitui diem primam quamque diceret ad conveniendum. *il primo giorno che si potrà.* et *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 16. 49. Me tibi primum quidque concedente. *et* 2. *Fin.* 32. 106. Fluit voluptas, et prima quæque avolat. *h. e.* quæcumque voluptas, statim ac sese offert, præterit more aquæ labentis. *Curt.* 4. 2. 8. Africus vero prima quæque congesta, pulsa illiso mari, subruit. — *d*) *Prima, orum*, neutr. plur. substantivorum more, principia, primordia. — Absolute. *Virg.* 6. *Ecl.* 33. ut his exordia primis Omnia, et ipse tener mundi concreverit orbis. *Liv.* 8. 3. Quod bellum, si prima satis prospera fuissent, haud dubie ad Romanos pervenisset. *Lucret.* 4. 185. In quo jam genere est solis lux, et vapor ejus, Propterea quia sunt e primis facta minutis. — Cum Genitivo. *Cic.* 3. *Fin.* 6. 21. Eorum autem, quæ sunt prima naturæ, nihil etc. *Lucret.* 1. 1067. Prima viai. *h. e.* prima via, initium viæ. *Tac.* 2. *Hist.* 11. Prima consiliorum. *h. e.* prima consilia. — *e*) *Prima, πρῶτα*, adverbii ritu, primo, primum, *primieramente, la prima volta. Grat. Cyneg.* 25. Prima jubent tenui nascentem jungere filo Limbum. Huc *Porphyrius* et *Servius* trahunt illud *Virg.* 4. *G.* 21. quum prima novi ducunt examina reges. Alii illud *Catulli* 29. 18. Paterna prima lancinata sunt bona: Secunda præda Pontica: inde tertia Ibera. *et Val. Flacc.* 1. 1. Prima deum magnis canimus freta pervia natis. *h. e.* freta primum pervia. — *f*) *A primo*, a primo tempore, primum, primo, *da principio, in prima. Plaut. Most.* 3. 2. 139. Multum improbiores sunt, quam a primo credidi. *Ter. Phorm.* 4. 2. 14. Petam hinc, unde a primo institui. *Cic. Orat.* 8. 26. in illa pro Ctesiphonte oratione submissus a primo: deinde pressus: post sensim exsultavit audacius. Adde *eumd.* 8. *Att.* 11. *et* 23., 9. *ibid.* 6., 16. *ibid.* 7., 5. *Fin.* 15. 41. et 2. *Phil.* 30. 75. — *A primo* est etiam idem ac ab origine, et opponitur *ἐπιγεννηματικῶ*, seu accessorio. *Cic.* 3. *Fin.* 9. 32. Posterum et consequens putandum est, quod Græci *ἐπιγεννηματικὸν* appellant: quod autem in quo sapienter dicimus, id a primo rectissime dicitur. *et mox.* Verum ut hæc non in posteris et in consequentibus, sed in primis continuo peccata sunt: sic ea, quæ proficiscuntur a virtute, susceptione prima, non perfectione, recta sunt judicanda. V. *Madvig.* ad h. l. — *g*) *In primo*, primo loco, ante alios. *Sall. Jug.* 71. *extr.* Equites in primo late, pedites quam arctissime ire jubet. *Seneca* 5. *Quæst. nat.* 14. Repetam nunc, quod in primo dixeram. *Alii omitt.* in. *Cic. Orat.* 64. 215. Qui numerus in primo viget, jacet in extremo. Huc referri potest et illud *Liv.* 2. 40. In primo (*Coriolanus*) multo obstinatior ad lacrimas muliebres erat. Dein etc. *da principio.* ¶ 3. Item speciatim, apud Poetas *primus* est idem ac recens natus. *Horat.* 3. *Od.* 13. 3. hædo, Cui frons turgida cornibus Primis et Venerem et prælia destinat. *Id.* 1. *Sat.* 3. 99. Quum prorepserunt primis animalia terris. *et* 2. *ibid.* 2. 92. hos utinam inter Heroas natum tellus me prima tulisset. Cf. *Virg.* 1. *G.* 250. Nosque ubi primus equis oriens afflavit an-

helis, Illic sera rubens accendit lumina Vesper. ¶ 4. Demum *primus* sæpe est primarius, præcipuus. — *a*) Generatim. — De hominibus est primarius, princeps, *primario*, *principale*: et refertur ad conditionem eminentem, dignitatem, nobilitatem. *Cæs.* 1. *B. C.* 35. Evocat ad se Massiliensium quindecimprimos. *Cic. Rosc. Am.* 6. 15. Sex. Roscius fuit genere, nobilitate et pecunia non modo sui municipii, verum etiam ejus vicinitatis facile primus. *et* 6. *Verr.* 17. 37. A Lysone Lilybætano, primo homine, Apollinis signum ablatum esse non oportuit. *Horat.* 1. *Ep.* 20. 23. Me primis urbis belli placuisse domique. *Id.* 4. *Od.* 6. 31. Virginum primæ puerique claris Patribus orti, etc. *Virg.* 9. *Æn.* 785. juvenum primos tot miserit Orco. *Ter. Eun.* 2. 2. 17. Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt, nec sunt. φιλοπρωτευοντες. *Sil. It.* 17. 355. Perque bis octonos primus fuit Hannibal annos Humani generis. *Ter. Eun.* 1. 2. 10. Quia sum apud te primus. *h. e.* amor a te maxime omnium. *Lamprid. Alex. Sev.* 27. *extr.* Palæstes primus fuit. *eccellente, singolare.* — *Prima virorum*, primarii viri, τὰ πρῶτα τῶν ἀνδρῶν. *Lucret.* 1. 85. Ductores Danaum delecti, prima virorum. — De rebus. Dicitur etiam *primus* de re præcipua, potissima, maximi æstimanda, optima, præstantissima. *Cato R. R.* 1. *ad fin.* Prædium quod primum siet, si me rogabis, sic dicam. *Sall. Cat.* 3. Otium, atque divitiæ, quæ prima mortales putant. Sic *Id. Jug.* 86. Interim, quæ bello opus erant, prima habere. *Ter. Heaut.* 5. 2. 9. Ubi te vidi animo esse omisso, et, suavia in præsentia quæ essent, prima habere. *Id. Eun.* 5. 8. 51. Præterea hoc etiam, quod ego vel primum puto, accipit homo nemo melius prorsus, neque prolixius. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 34. 52. (104). Columbis pudicitia prima. *Id.* 5. *ibid.* 25. 21. (88). Prima cura. *h. e.* præcipua, potissima. *Petron. Satyr.* 116. Urbem antiquissimam et aliquando Italiæ primam. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 83. Primus virtutis honos. *Virg.* 5. *Æn.* 337. Emicat Euryalus, et munere victor amici Prima tenet. *h. e.* primum locum occupat. — *b*) Speciatim. *Primæ partes* in fabulis scænicis sunt ejus, qui sæpius in actu est, et majorem fabulæ partem exsequitur. *V.* PARS. *Ter. Phorm. prol.* 26. Epidicazomenon quam vocant comœdiam Græci, Latini Phormionem nominant; Quia primas partes qui aget, is erit Phormio Parasitus, per quem res geretur maxime. — Hinc translate *primas agere, ferre, dare, deferre*, etc. primum in quaque re locum, munus, dignitatem designat. *Cic. Brut.* 90. 308. Primas in causis agebat Hortensius. *Id. ibid.* 49. 183. Ex his Cotta et Sulpicius facile primas tulerunt. *Id.* 3. *Orat.* 56. 213. Actioni primas dedisse Demosthenes dicitur, quum rogaretur, quid in dicendo esset primum: huic secundas, huic tertias. *Id.* 1. *Att.* 17. *circa med.* Amoris erga me, quum a fraterno amore discessi, tibi primas defero. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 15. 49. Si Allienus minus vehemens fuerit, et tibi primas in dicendo partes concesserit. *Id.* 2. *Orat.* 35. 147. Ingenio primas concedere. *Colum.* 2. *R. R.* 17. 1. Cultus prati, cui veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt. *Cic. Brut.* 95. 327. Hortensius facile primas tenebat adolescens. — *c*) Hinc *in primis*. — De hominibus, *in primis, cum primis*, inter primarios, præcipue, maxime. *Cic.* 4. *Verr.* 36. 88. Sthenius multa, ut in primis Siculorum in dicendo copiosus est, commemoravit. *Nepos Att.* 13. Neque tamen non in primis bene habitavit. *et ibid. ad fin.* Quum in primis lautus esset eques Romanus. *Cic.* 4. *Verr.* 35. 86. Oppidum in primis Siciliæ clarum et ornatum. *Id.* 1. *Nat. D.* 43. 120. Vir magnus in primis. *Id.* 5. *Verr.* 27. 68. Homo in primis improbissimus. *Recte* Orellius *illud* in primis *expungendum* putat. *et* 4. *ibid.* 28. 68. Homo domi suæ cum primis locuples atque honestus. *Crassus* apud *Cic.* 2. *Orat.* 55. 224. Sapiens homo cum primis nostræ civitatis. — De rebus, *in primis* (quod et *imprimis* conjunctim scribitur, sed minus recte, ut *Manut.* et *Cellar.* monent) inter res primas, supremas, supra cetera, præcipue, maxime, *sopra tutto, principalmente, specialmente. Cic.* 3. *Orat.* 5. 17. In primis hoc a se animadversum esse dicebat. *Id.* 4. *Fin.* 18. 50. Illud vero minime consectarium, sed in primis hebes. — Item *in primis* est ante omnia, primum, primo, *primieramente, in primo luogo, prima di tutto. Sall. Jug.* 28. Jugurtha in primis Adherbalem excruciatum necat, dein omnes puberes. *Cic.* 5. *Att.* 1. Quum ad me frater venisset, in primis nobis sermo de te fuit. — *d*) *Ad prima* vel *apprima*, apprime, in primis. *Virg.* 2. *G.* 134. Flos apprima tenax. — *e*) *Primus* pro *primum*, h. e. in primis, ante omnia, poetice. *Sil. It.* 2. 235. stat primam urbem murosque patentes, Postposita cæde et dilata, invadere, pugna. Adde *eumd.* 10. 580. Non absimilis est ratio in illo *Virg.* 5. *Æn.* 837. Vix primos inopina quies laxaverat artus. *h. e.* vix primum, tantum non: nisi malis esse enallagen pro *prima quies*, initium somni. — *NB.* De prænom. et cognom. Rom. *V.* NOMEN.

PRINCEPS, princĭpis, adject. comm. gen. 3. Comp. *Principior* apud *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 1. *a med.* Ut ergo absolute dicatur, omnium priorum principum principiorem, si dici fas est, te vocare debemus secundum Homerum. — Princeps (quod videtur esse quasi *primicapis*; a *primus* et *capio* vel *caput*: *V.* DEINCEPS) est idem quod primus, *primo*, πρῶτος. ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) De hominibus. — Cum opposito *postremus, ultimus. Cic.* 7. *Verr.* 34. 90. Ut quisque in fuga postremus, ita periculo princeps erat. *Liv.* 21. 4. *ad fin.* Princeps in prælium ibat, ultimus conserto prælio excedebat. — Ceterum *Nepos Thrasyb.* 1. *extr.* Non solum princeps (*Thrasybulus*), sed et solus initio bellum his (*triginta tyrannis*) indixit. *Horat.* 3. *Od.* 17. 6. Qui Formiarum mœnia dicitur Princeps-tenuisse. *Ovid.* 2. *Fast.* 714. matri Qui dederit princeps oscula, victor erit. *Virg.* 11. *Æn.* 620. princeps turmas inducit Asylas. *Cæs.* 1. *B. C.* 53. Multi ex Italia ad Cn. Pompejum proficiscebantur; alii, ut principes talem nuncium attulisse viderentur; alii, ne etc. *Id.* 7. *B. G.* 2. Carnutes principes se ex omnibus bellum facturos pollicentur. *Cic.* 3. *Orat.* 32. 129. Princeps ex omnibus ausus est poscere etc. *Id.* 10. *Phil.* 11. 24. Princeps fuit ad conatum exercitus comparandi. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 17. Ad omnia pericula princeps esse non recusabat. Rursus *Cic.* 7. *Phil.* 8. 23. Firmani principes pecuniæ pollicendæ fuerunt. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 15. 47. Omnibus rebus is, qui princeps est in agendo, ornatissimus esse debet. — Sic de natione, civitate etc. *Cic.* 4. *Verr.* 1. 2. Omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam populi Romani applicuit. *Cæs.* 1. *B. G.* 12. Quæ pars civitatis Helvetiæ insignem calamitatem populo Romano intulerat, ea princeps pœnas persolvit. *et ibid.* 41. Principesque decima legio per tribunos militum ei gratias egit, quod etc. — *b*) De rebus et abstractis. *Horat.* 1. *Od.* 16. 13. Fertur Prometheus addere principi Limo coactus particulam undique Desectam. *Stat.* 12. *Theb.* 664. Cujus in Ogygio princeps stat lancea muro. *Val. Flacc.* 1. 532. pergunt Ordine cuncta suo, rerumque a principe cursu Fixa manent. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 3. Ab Idibus Januariis, ut principem mensem Romani anni observet. *Tac.* 1. *Ann.* 9. Idem dies accepti quondam imperii princeps et vitæ supremus. *Cic. Dom.* 58. 146. Vosmet ipsi, qui in mea salute principem semper locum auctoritatemque tenuistis. *Id.* 1. *Invent.* 7. 9. Inventio, quæ princeps est omnium partium. *et ibid.* 14. 19. Nunc quoniam exordium princeps omnium esse debet, etc. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 7. 26. Earum igitur qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex his ortæ. ¶ 2. Latiori sensu est primarius, primus, aliqua re antecellens, *principale, primario, primo.* — *a*) Generatim. *Cæs.* 7. *B. G.* 32. Legati ad eum principes Æduorum veniunt oratum, ut etc. *Cic.* 4. *Tusc.* 32. 69. Quid ait ex tragœdia princeps Ille Argonautarum? *h. e.* Jason. *Id. Orat.* 19. 63. Longe omnium, quicumque scripserunt, aut locuti sunt, gravitate princeps Plato. *Id.* 2. *Divinat.* 42. 87. Eudoxus in astrologia facile princeps. *Id.* 1. *Fam.* 9. *ante med.* Quales in republica principes essent, tales reliquos solere esse cives. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 35. Principibus placuisse viris, non ultima laus est. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 32. 50. (119). Quasdam principes feminas scimus carnem eam (*cervi*) degustare solitas. — Sic *Id.* 37. *ibid.* 2. 11. (40). Sophocles principe loco genitus Athenis. — *b*) Speciatim, *princeps juventutis*, sub libera civitate fuit juvenis inter æquales (præsertim equestris ordinis) nobilitate, splendore, ingenuis artibus, et optima spe excellens, et nondum honores adeptus. *Cic.* 3. *Fam.* 11. *a med. de M. Bruto.* Alter jampridem juventutis princeps, celeriter, ut spero, civitatis. *Liv.* 42. 61. Equites enim illis (*Romanis*) principes juventutis: equites seminarium senatus. — Sub imperatoribus hæsit hoc nomen honoris causa eorum filiis: ut de Cajo et Lucio ab Augusto adoptatis videre est apud *Tac.* 1. *Ann.* 3.; *Ovid.* 1. *Art. am.* 194.; *Senec. Consol. ad Polyb.* 34. *a med.*; in *Cenotaph. Pisan. C. Cæsaris*; et in *Inscript.* apud *Gruter.* 235. 1. 2. 4. etc. Adde *Sueton. Cal.* 15., ubi narrat, a Caligula fratrem Tiberium die virilis togæ adoptatum, atque hoc titulo appellatum. — Aliquando et Augusti titulum *principis juventutis* retinent in nummis et inscriptt. *V. Eckell. T.* 8. *p.* 378. — Hinc per similitudinem de juvenibus, quibus corpus suum custodiendum Alexander commiserat, *Curt.* 6. 9. 21. Equitatui, optimæ exercitus parti, principibus nobilissimæ juventutis, unum præfeci: salutem, spem, victoriam meam fidei ejus tutelæque commisi. — *c*) *Princeps senatus*, πρόκριτος τῆς γερουσίας, dicebatur, qui primo loco a censoribus in senatu recensendo legebatur, et primus post magistratus sententiam rogabatur. Hic honos habebatur ei, qui vitæ probitate, auctoritate et amplitudine rerum gestarum anteibat. *Liv.* 34. 44. Censores principem senatus P. Scipionem consulem, quem et priores censores legerant, legerunt. *Id.* 27. 11. Senatus lectionem contentio inter censores de principe legendo tenuit. Sempronii lectio erat: ceterum Cornelius morem traditum a patribus sequendum ajebat, ut qui primus censor ex iis, qui viverent, fuisset, eum principem legerent: is T. Manlius Torquatus erat. Sempronius, cui dii sortem legendi dedissent, ei jus liberum eosdem dedisse deos. se id suo arbitrio facturum, lecturumque Q. Fabium Maximum, quem tum principem Romanæ civitatis esse, vel Hannibale judice, victurus esset. Quum diu certatum esset verbis, concedente collega, lectus a Sempronio princeps in senatu Q. Fabius Max. Cos. *Est qui legit* princeps in senatum Q. Fabius, etc. *Inscript.* apud *Gruter.* 406. 7. *quibusdam dubiæ tamen ætatis.* PRINCEPS IN SENATVM DVOBVS LVSTRIS LECTVS EST. *V. Liv.* 29. 37. — *d*) *Princeps* alicujus nationis, vel gentis, vel civitatis, vel sacerdotii dicebatur, qui ejusdem primarius seu principalis esset vir. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 380. *n.* 194. FIRMVS INGENVI F. PRINCEPS SABINORVM SIBI ET M. CORNELIO PRISCO F. ANNOR. XIII. *h. e.* M. Cornelius Firmus, filius M. Cornelii Ingenui, Sabinorum princeps, sibi et M. Cornelio Prisco filio annorum tredecim posuit. Alia apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 101. AVRELIVS CANARTHA PRINCEPS GENTIVM BAQVATIVM etc. Alia apud *Gruter.* 472. 4. TENACIVS VINDEX PRINCEPS CIVITATIS NICOPOLITANORVM. Alia apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 26. C. VARIVS APOLAVSTVS PRINCEPS SACERDOTVM DEAE CAELESTIS. Hinc *Liv.* 29. 15. Patres decreverunt, ut consules magistratus denosque principes XII. coloniarum Romam excirent. *paullo post.* Accitis Romam magistratibus primoribusque earum coloniarum. *et mox.* Consules obstinati manere legatos Romæ jubent, magistratus ire domos ad delectos habendos. Vides itaque hic, *principes, primores, legatos* appellari primarios earum coloniarum viros. *V.* vocem seq. Cf. et *Plin.* 3. *Ep.* 2. Arrianus Maturius Altinatium est princeps. Quum dico princeps, non de facultatibus

loquor, quæ illi large supersunt; sed de castitate, justitia, gravitate, prudentia. ¶ 3. Sæpe *princeps* est auctor, aut inventor, aut caput rei cujuspiam, *autore, capo.* — *a*) In bonam partem. *Cic. Arch.* 1. 1. Hunc video mihi principem ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 42. 131. Zeno, qui inventor et princeps Stoicorum fuit. *Id.* 3. *Orat.* 17. 63. Auctor publici consilii, regendæ civitatis dux, sententiæ atque eloquentiæ princeps. *Liv.* 8. 21. *ad fin.* Principes sententiarum consulares. *h. e.* qui ante alios sententiam in senatu rogantur. *Cæs.* 2. *B. G.* 14. Qui hujus consilii principes fuissent, in Britanniam profugisse. *et* 5. *ibid.* 52. Tantum apud barbaros valuit, esse repertos aliquos principes belli inferendi. — Similiter *Virg.* 3. *Æn.* 168. Hæ nobis propriæ sedes, hinc Dardanus ortus Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum. Et *Liv.* 3. 17. *Valerius loquitur*: Ausurum se in tribunis, quod princeps familiæ suæ ausus in regibus esset. *h. e.* Valerius Publicola, sui cognominis auctor. *et Id.* 10. 8. Sabinum advenam, principem nobilitatis vestræ, seu Attum Clausum, seu Ap. Claudium mavultis, illi antiqui patricii in suum numerum acceperunt. — *b*) In malam partem. *Cic. Cluent.* 22. 60. Quum patronum, quia conscius, condemnassent, ipsum principem atque architectum sceleris absolverent? Sic *Nepos Eumen.* 13. Hujus sceleris principes fuerunt Antigonus, Ptolemæus, etc. Rursus *Cic. Harusp. resp.* 26. 57. Deteriores cavete: quorum quidem magna est natio; sed tamen eorum omnium hic dux est atque princeps. ¶ 4. Est etiam *princeps* præfectus, præses, alicui ordini aut officio præpositus, *presidente. Varro* 1. *R. R.* 2. 13. *et* 14. Pastio magis ad pastorem, quam ad agricolam pertinere videtur. Quocirca principes, qui utrique rei præponuntur, vocabulis quoque sunt diversi, quod unus vocatur villicus, alter magister pecoris. *Lamprid. Alex. Sev.* 32. Injuriam nulli umquam fecit, nec magistris quidem, aut principibus officiorum. *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 3. *Verr.* 28. Accensus est nomen ordinis et promotionis in militia, ut nunc dicitur princeps, vel commentariensis. ¶ 5. Augustus rerum potitus, sub nomine *Principis* reipublicæ præfuit, invidiosa vocabula *regis, dictatoris, domini* evitans, nomenque usurpans, cui in libertate jam Romani assueverant, *principem juventutis*, et *senatus* jampridem audire soliti. Unde *princeps* postea dictus, penes quem summa rerum fuit, *principe, ἄρχων. Ovid.* 1. *Pont.* 2. 123.; *Horat.* 1. *Od.* 2. 50.; *Phædr.* 5. 7.; *Tac.* 1. *Ann.* 1. *et* 9.; *Senec.*; *Plin. uterque*; *Martial.*; *Sueton.* etc. ¶ 6. In militia *principes* erant milites robustioris ætatis et gravis armaturæ, qui in secundo, vel (si velites primos dicas) tertio aciei loco post hastatos collocabantur: ita dicti vel quod essent præcipuum robur exercitus, (quod tamen triariis maxime convenit); vel quod erant ex ditioribus et nobilioribus civibus; vel quod olim primi pugnam inibant; vel potius quod ipsi omnium primi antiquitus gladiis et scuto, seu, ut ait *Liv.* 8. 8., insignibus armis armati pugnabant, quum nempe hastati essent levis tantum armaturæ milites, unde *Varro* 4. *L. L.* 89. *Müll.* eos vocat principes, qui a principio gladiis pugnabant: *et Veget.* 1. *Milit.* 20. et 2. *ibid.* 15. eosdem in prima acie collocat. Verum hos militiæ ordines C. Marius abolevit. Dividebantur in decem ordines, qui a decem centurionibus regebantur, ut in hastatis et triariis. *Cic.* 1. *ad Brut.* 8. Cretensi bello, Metello imperatore, octavum principem duxit. *h. e.* octavum ordinem principum. *Liv.* 42. 34. A M.' Acilio mihi primus princeps prioris centuriæ est assignatus. *V.* ANTEPILANUS et HASTATUS. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

PRINCĬPĀLIS, e, adject. (princeps). Comp. *Principalior* 2. — Principalis ¶ 1. Generatim est princeps, primus, ex principio proveniens, seu ex origine. *Cic. Fat.* 5. Ut et ingeniosi et tardi ita nascantur antecedentibus causis, itemque valentes et imbecilli; non sequitur tamen, ut etiam sedere eos et ambulare et rem agere aliquam principalibus causis definitum et constitutum sit. *Quintil.* 9. 1. 4. Est igitur tropus sermo a naturali et principali significatione translatus ad aliam. *Gell.* 11. 15. Principalia verba. *h. e.* primitiva, primigenia, primæ originis. ¶ 2. Speciatim est præcipuus, primarius, aliis antecellens. — *a*) De hominibus. *Apul. Florid. n.* 21. Principales viri. — *b*) Sæpius de rebus physicis et abstractis. *Cic. Fat.* 18. Causarum aliæ sunt perfectæ et principales, aliæ adjuvantes et proximæ. *Quintil.* 3. 11. 4. Hanc quæstionem, veluti principalem, vocant *ζητημα. Colum.* 1. *R. R.* 3. 3. Post hæc duo principalia subjungebat illa non minus intuenda. *Vellej.* 1. 11. 6. Metellus præter triumphos, honoresque amplissimos, et principale in republica fastigium, etc. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 18. 20. (41). Pici principales in auguriis. *Id.* 19. *ibid.* 8. 49. (164). Peregrinum et careum (*herbæ genus*) culinis principale. *Id.* 12. *ibid.* 13. 30. (51). Principalia in Arabia tus et myrrha. *Id.* 37. *ibid.* 13. 76. (198). Principalia gemmarum genera. *At* Sillig. *leg.* in principatu cujusque generis. *Id.* 31. *ibid.* 6. 38. (27). Principalia aquatilium. *Id.* 18. *ibid.* 3. 5. (22). De cultura agri præcipere, principale fuit etiam apud exteros. *h. e.* præcipua cura. *Gell.* 13. 10. Juris civilis disciplinam principali studio exercere. *con applicazione particolare. Boeth. in Aristot. Prædicam.* 1. *p.* 113. Sed principalior erit illa disputatio, quæ de sermonibus est. *Id. p.* 1323. Principalior habitudo. ¶ 3. Item pertinens ad principem, *principesco, da principe*, κοιφανικός. *Vellej.* 2. 56. 3. Neque illi (*C. Cæsari*) plus quinque mensium principalis quies contigit. *Plin. Paneg.* 79. Principales curæ. *et ibid.* 82. copiæ. *et ibid.* 76. Apparatus arrogantiæ principalis. *et* 36. *extr.* Principalia beneficia. *Tac.* 1. *Hist.* 22. Principale matrimonium. *et* 4. *ibid.* 40. *in fin.* Principales commentarii. *et* 2. *ibid.* 81. *extr.* Principalis fortuna. *Sueton. Claud.* 17. majestas. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 3. 4. (22). Principale bonum. ¶ 4. *Principales* absolute dicuntur, qui sunt in aliqua regione summi magistratus. *Isid.* 9. *Orig.* 4. Principales dicti, quod præsint magistratibus. *et Symmach.* 9. *Ep.* 1. Principalibus et tabularlis liberum est. Adde *Cod.* 10. 31. 33.; et cf. *ibid.* 7. 16. 41. ¶ 5. *Principalis* etiam dicitur in militia, qui et officialis, in curia vero est primarius vir ex decurionibus. Hinc in *Inscript.* mendosa apud *Maff. Mus. Ver.* 267. 1., emendatior apud *Amadut. Monum. Matthej. T.* 3. *p.* 123. recensentur officiales centuriæ cujusdam militaris, qui ibidem *principales* appellantur. In alia apud *Murat.* 155. 3. M. Matrinius C. F. Lem. Antoninus *primus principalis* dicitur. *Impp.* vero *Arcad.* et *Honor. Cod. Theod.* 12. 1. 151. Municipalia gesta non aliter fieri volumus, quam trium principalium præsentia, excepto magistratu et exceptore publico. *V.* vocem præced. 2. et 6. Hæc *Forcellinus.* Clarius vero *principalis* est ad milites *principes* pertinens qui in secundo aciei loco collocabantur. Cf. *Veget.* 2. *Milit.* 20. ¶ 6. Demum principalis est ad *principia* in castris pertinens. *Paul. Diac. p.* 224. 13. *Müll.* Principalis castrorum porta nominatur, quod in eo loco est, in quo principes ordines tendunt. *Liv.* 4. 19. *ad fin.* Fabius Vibulanus corona primum vallum defendit: Intentos deinde hostes in vallum, egressus dextra principali (*subaudi* porta) cum triariis repente invadit. *Id.* 34. 46. Duæ legiones duabus principalibus portis signa efferre jussæ. *et* 40. 27. Ad dextram principalem hastatos legionis primæ instruxit; principes ex eadem legione in subsidiis posuit.-Tertia legio adversus principalem sinistram portam instructa est. — Similiter *via principalis* apud *eumd. Liv.* 10. 33. *init.* Consul, tumultu excitus, cohortes duas sociorum tueri prætorium jubet: manipulos legionum principali via inducit. *Principalis viæ* meminit etiam *Hygin. Gromat. p.* 5. *col.* 2. Via principalis, quæ est inter portas dexteriorem et sinisteriorem, quæ a principiis nominatæ, esse debet latitudine eadem, qua opus, pedum LX. *V.* PRINCIPIUM.

PRINCĬPĀLĬTAS, ātis, f. 3. princeps, seu primus locus, principatus. *Tertull. Præscript.* 31. Revertar ad principalitatem veritati et posteritatem mendacitati deputandam. *Id. Anim.* 13. Principalitas animæ. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 3. *circa med.* Et genera principalitatis amplectitur, et omnes ipsius somnii species attingit.

PRINCĬPĀLĬTER, adverb. ¶ 1. Generatim est præcipue, præsertim, *principalmente, specialmente, μάλιστα. Solin.* 27. Interna Africæ plurimæ quidem bestiæ, sed principaliter leones tenent. *Ulp. Dig.* 3. 2. 4. Sive principaliter hoc negotium gerat, sive alterius negotiationis accessione utatur. ¶ 2. Speciatim, ut decet principem, *da principe. Seneca Consol. ad Polyb.* 36. *a med. de C. Cæsare.* Is homo, qui non magis dolere, quam gaudere principaliter posset. *Plin. Paneg* 47. Mores juventutis quam principaliter formas! *Arnob.* 1. 2. Contra leges principaliter institutas. *h. e.* a principibus. ¶ 3. Item secundum scientiæ principia, aliqua methodo. *Cœl. Aurel. Tard. præf. ad fin.* Scribentium igitur medicinam nullus ante Themisonem tardarum passionum curationes principaliter ordinavit.

PRINCĬPĀTUS, us, m. 4. ¶ 1. Generatim est princeps seu primus locus, prima æstimatio, primæ, *principato, preminenza, primo luogo. Cic.* 2. *Nat. D.* 11. 29. Omnem naturam necesse est, quæ non solitaria sit, neque simplex, sed cum alio juncta atque connexa, habere aliquem in se principatum, ut in homine mentem, in bellua quiddam simile menti, unde oriantur rerum appetitus: in arborum autem radicibus inesse principatus putatur. Principatum autem id dico, quod Græci ἡγεμονικὸν vocant, quo nihil in quoque genere nec potest, nec debet esse præstantius. *et ibid.* 19. 49. Sol qui astrorum tenet principatum. *Id.* 12. *Phil.* 4. 9. Gallia hujus belli propulsandi, administrandi, sustinendi principatum tenet. *Id.* 2. *Off.* 19. 66. Eloquentiæ a majoribus nostris est in toga dignitatis principatus datus. *Id.* 2. *Phil.* 3. 5. Qui tibi detulerat ex latronibus suis principatum. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 36. 64. (156). Et aquaticos frutices dixisse conveniat. Principatum in his tenebunt arundines. *Id.* 15. *ibid.* 2. 3. (7). Principatum in oleo obtinuit Italia. *et* 14. *ibid.* 6. 8. (65). Falerno contermina Statana (*vina*) ad principatus venere non dubie. *Cic. Senect.* 28. 64. Multa in nostro collegio præclara: sed hoc, de quo agimus, in primis, quod, ut quisque ætate antecedit, ita sententiæ principatum tenet. — Hinc principatus est dignitas illius, qui princeps senatus dicebatur. *Cic. fragm. orat. pro Scauro* (edente iterum *A. Maio*) 13. Curia illa vos de gravissimo principatu patris fortissimoque testatur. Loquitur hic *Cicero* de M. Æmilio Scauro patre illius Scauri, pro quo idem orationem habuit, qui, teste *Asconio* in *argum. Scaurian.* aliisque, princeps senatus fuerat. ¶ 2. Speciatim est dignitas, auctoritas, et regimen ejus, quem penes est summa rerum. *Cic.* 11. *Phil.* 14. 36. Animadverti, dici a quibusdam, Cassio mea sententia dominatum et principatum dari. *Cæs.* 6. *B. G.* 7. *extr.* Cingetorigi principatus atque imperium est traditum. *Id.* 1. *ibid.* 3. Itemque Dumnorigi Æduo, qui eo tempore principatum in civitate obtinebat-, persuadet etc. *et* 7. *ibid.* 63. Magno dolore Ædui ferunt se dejectos principatu, queruntur fortunæ commutationem. *Nepos Arist.* 1. Aristides-æqualis fere fuit Themistocli: itaque cum eo de principatu contendit. *Vellej.* 2. 57. 1. Laudandum experientiâ consilium est Pansæ atque Hirtii, qui semper prædixerant Cæsari, ut principatum, armis quæsitum, armis teneret. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 8. 6. (46). Nero toto principatu suo hostis generis humani. *Id.* 33. *ibid.* 11. 52. (146). Fenestella, qui obiit novissimo Tiberii Cæsaris principatu. *Tac. Agric.* 3. Nerva res olim dissociabiles miscuit, principatum et libertatem. —

Differt a *dominatione*, quia hæc tyranni est, et vi metuque subjectos continet: principatus aliquam speciem libertatis admittit, et amari magis curat, quam metui. Differt etiam a *regno*, quia rex cum dominatione insignia quoque regia habet: unde *Ovid.* 2. *Fast.* 141. *ad Romulum.* florent sub Cæsare leges: Tu domini nomen, principis ille tenet. *Plin. Paneg.* 45. Scis, ut sunt diversa natura dominatio et principatus, ita non aliis esse principem gratiorem, quam qui maxime dominum graventur. *Sueton. Cal.* 22. Nec multum abfuit, quin statim diadema sumeret, speciemque principatus in regni formam converteret. Verum admonitus, et principum et regum se excessisse fastigium, etc. Cf. *Cæs.* 7. *B. G.* 4. Vercingetorix, Celtilli filius, Arvernus, cujus pater principatum Galliæ totius obtinuerat, et ob eam causam, quod regnum appetebat, ab civitate erat interfectus. ¶ 3. Principatus est etiam principium, origo. *Cic. Tim.* 2. An mundus ab aliquo temporis principatu ortus est?

PRINCIPIĀLIS, e, adject. qui est ex principio, ἀρχικός. *Lucret.* 5. 246. Scire licet, cæli quoque idem terræque fuisse Principiale aliquod tempus. *Id.* 2. 423. Haud sine principiali aliquo levore creata est.

PRINCĬPIO, as, are, a. 1. *principiare*, initium dicendi facio. *Augustin. Princip. rhet. p.* 328. *Capper.* In amphidoxo genere materiæ, moderatione quadam utendum erit, quum principiamus, ut et turpitudinem, quæ subest, et dignitatem, quæ est in re aut persona, vel illustrando augeamus, vel ita varie utrumque misceamus, ut *etc. et mox.* Sed ut limpidius hoc genus principiandi deprehendatur, dabo exemplum. *V.* vocem seq.

PRINCĬPĬUM, ii, n. 2. (princeps) est initium, primordium, origo, caput, ἀρχη (*It. principio, cominciamento;* Fr. *commencement, origine, principe;* Hisp. *principio, comenzamiento, origen;* Germ. *d. Anfang, Ursprung;* Angl. *a beginning, commencement*). ¶ 1. Generatim. — *a*) Universim. *Cic.* 1. *Tusc.* 23. 54. Origo principii nulla est. Nam e principio oriuntur omnia: ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. *Id.* 1. *Nat. D.* 8. 20. Quid est cujus principium aliquod sit, nihil sit extremum? *Id. Senect.* 21. 78. Nec principium, nec finem habere. *Id. Cæl.* 23. 56. Cujus criminis neque principium invenire, neque evolvere exitum possum. Cf. *Horat.* 3. *Od.* 6. 6. Hinc omne principium, huc refer exitum. Rursus *Cic.* 6. *de republ.* 8. Hic fons, hoc principium est movendi. Cf. *Horat. Art. P.* 309. Scribendi recte sapere est et principium et fons. *Cic. Balb.* 3. 9. Qui (*Cn. Pompejus*) pueritiæ tempus extremum, principium habuit bellorum atque imperiorum maximorum. *Ter. Phorm.* 2. 3. 82. Bene habent tibi principia. *Ovid. Remed. am.* 91. Principiis obsta. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 22. tu (*Jane*) carminis esto Principium. *Virg.* 9. *Æn.* 52. et jaculum intorquens emittit in auras, Principium pugnæ. *Ovid.* 7. *Met.* 518. Flebile principium melior fortuna secuta est. *Curt.* 5. 1. 8. Sic majores suos perculsos in principio rerum celeriter pristinam reparasse fortunam. *Tac.* 4. *Ann.* 68. Junio Silano et Silio Nerva coss., fœdum anni principium incessit. *Id.* 1. *ibid.* 69. Tradit Plinius, stetisse apud principium pontis, grates legionibus habentem. — *b*) *Principium dicendi*, initium orationis, exordium. *Cic.* 1. *Orat.* 26. 121. Ut exalbescam in principiis dicendi. Sic *Ammian.* 30. 4. *ad fin.* Suave quoddam principium dicendi exeritur. *V.* INSINUATIO. Hinc etiam absolute *principium* pro exordio orationis ponitur. *Apul.* 10. *Met.* Exemplo legis Atticæ, Martiique judicii, causæ patronis denunciat præco, neque principia dicere, neque miserationem commovere. — *c*) *Principium regionis, regni* etc. sunt ejusdem fines. *Ammian.* 23. 6. *ad fin.* Australe vero ab ostiis Nili fluminis ad usque principia Carmanorum quatuordecim millium stadiorum numero definitur. — *d*) *Ducere principium ab aliquo*, proficisci, descendere. *Ovid.* 13. *Met.* 705. Inde recordati, Teucros a sanguine Teucri Ducere principium. *Cic. Vatin.* 6. 14. Omnium rerum magnarum principia a diis immortalibus ducuntur. — *e*) *Principium capessere*, incipere, *dar cominciamento. Tac.* 15. *Ann.* 49. Principium tanti facinoris capessivere. — *f*) *Principium peragere* dicitur citharœdus, quum, antequam fabulam aliquam sono et cantu repræsentet, citharam pulsat vago sonitu, ut sibi audientiam faciat: Itali *fare una ricercata* dicunt. *Sueton. Ner.* 21. Sine mora nomen suum in albo profitentium citharœdorum jussit ascribi: sorticulaque in urnam cum ceteris demissa, intravit ordine suo: utque constitit, peracto principio, Nioben se cantaturum pronunciavit. Ceterum sunt qui hic *principio peracto* putant esse idem atque exordio peracto, freti eo loco *Augustini Princip. rhet. p.* 327. *Capper.* Denique aulœdos et citharœdos et ceteros hujusmodi artifices, quamquam non polliceantur orationem, videmus tamen præloqui. — *g*) *Principio, a principio, in principio*, initio cujuscumque rei, primum, primo, in primis, *primieramente, in primo luogo, da principio.* — *Cic.* 2. *Divinat.* 35. 75. Jus augurum divinationis opinione principio constitutum est, postea etc. *Id.* 1. *Off.* 4. 11. Principio generi animantium omni est a natura tributum, ut se tueatur. *Id.* 2. *Tusc.* 22. 53. C. Marius, quum secaretur, principio vetuit se alligari: nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus. Cur ergo postea alii? Valuit auctoritas. *Ter. Andr.* 2. 1. 28. Te obsecro principio ut ne ducas: sed si id non potest, saltem etc. — *Plaut. Merc.* 1. 2. 40. Principio atque animus ephebis ætate exiit. *h. e.* simul atque, quum primum. — *Cic.* 7. *Att.* 1. Vellem a principio te audisse amicissime monentem. *Id. Brut.* 42. 157. Dixeram a principio, de republica ut sileremus. — *Id.* 1. *Orat.* 48. 209. Quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo. *Ter. Phorm.* 2. 1. 22. Sed quid cessas hominem adire, et blande in principio alloqui? — *Principium*, τὴν ἀρχὴν, pro *principio, a principio. Cato R. R.* 157. Principium te cognoscere oportet, quot genera brassicæ sint. *Alii leg.* princĭpio. ¶ 2. Speciatim principium dicitur et de primis elementis, rudimentis, et propositionibus universalibus artium, etc. *Cic.* 1. *Legg.* 13. 37. Bene provisa et diligenter explorata principia ponantur. *et ibid.* 6. 18. Nunc juris principia videamus. *Id.* 3. *Off.* 12. 52. Quum ea habeas principia naturæ, quibus parere, et quæ sequi debeas. *primi dettami. Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 36. 117. Principia rerum, e quibus omnia constant. *Lucret.* 2. 789. Ex albis principiis alba esse. — In sing. numero. *Cic.* 1. *Off.* 17. 54. Id autem est principium urbis et quasi seminarium reipublicæ. ¶ 3. Principium dicitur etiam is, qui in re agenda princeps est. — *a*) *Principium* dicta est curia, vel tribus prærogativa, quæ prima sorte exibat ad ferendum suffragium. *Lex Thoria* apud *Rudorff. p.* 142. *Tribus princi*PIVM FVIT. PRO TRIBV Q. FABIVS Q. F. PRIMVS SCIVIT. Cf. *Plebisscit.* apud *Frontin. Aquæd.* 129. T. QVINTIVS CRISPINVS COS. POPVLVM IVRE ROGAVIT POPVLVSQVE IVRE SCIVIT, IN FORO PRO ROSTRIS AEDIS DIVI IVLII, P. K. IVLIAS TRIBVS SERGIA PRINCIPIVM FVIT. PRO TRIBV SEX. L. F. VARRO. — Sic *Liv.* 9. 38. *sub fin.* Ei legem curiatam ferenti triste omen diem diffidit, quod Faucia curia fuit principium duabus insignis cladibus, captæ urbis et Caudinæ pacis; quod utroque anno eadem curia fuerat principium. — *b*) Item de auctore, capite, principe, origine generis, familiæ, etc. *Sil. It.* 15. 748. mihi Belus avorum Principium. *Ovid.* 2. *Fast.* 37. Græcia principium moris fuit. — *c*) Item *principia sacra* sunt eadem atque initia, seu sacrificia, quæ fœderis percutiendi causa fieri solebant. *Inscript.* apud *Arditi, della Legge Petronia p.* 8. quæ est apud *Orell.* 2276. SP. TVRRANIVS L. F. FAB. PROCVLVS GELLIANVS PATER PATRATVS POPVLI LAVRENTIS FOEDERIS EX LIBRIS SIBVLLINIS PERCVTIENDI CVM P. R., SACRORVM PRINCIPIORVM P. R. QVIRIT. NOMINISQVE LATINI, QVAE APVD LAVRENTIS COLVNTVR. *V.* INITIUM; et hac de re *A. W. Zumpt, De Lavinio et Laurentibus Lavinatibus* etc. *Berolini* 1845., itemque *G. Henzen.* in *Ephem. litt. Jenensibus a.* 1847. *n.* 60. *et seqq.* ¶ 4. *Principia* pro militibus qui in principio aciei, h. e. in primis ordinibus, seu in fronte exercitus contra hostem instructi stant, *le prime file, la fronte. Liv.* 2. 65. Cessere magis, quam pulsi hostes sunt, quia ab tergo erant clivi, in quos post principia integris ordinibus tutus receptus fuit. *Sisenna* apud *Non. p.* 135. 31. *Merc.* Post principia paullatim recedunt, atque inde cum paucis fugæ se mandant. *Sall. Jug.* 54. Deinde ipse paullatim procedere: Marium post principia habere. *alla retroguardia.* etenim dixerat *paullo prius.* Aciem transvorsis principiis in planum deducit. *colla fronte a sghembo. Tac.* 2. *Hist.* 43. Primani, stratis Unaetvicesimanorum principiis, aquilam abstulere. *Liv.* 3. 22. Equites post principia collocat. *h. e.* a tergo, nam pedites aciei frontem constituebant. *Ter. Eun.* 4. 7. 11. Tu hosce instrue: hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo. GNA. Illuc est sapere: ut hosce instruxit, ipsus sibi cavit loco. Ubi *Donatus:* Militare dictum est: et ambigunt multi, an in extremo agmine sit hic locus, an in medio. Hæc *Donat. V.* POSTPRINCIPIA. ¶ 5. Item in re militari, sequiori ævo, *principia* dicti sunt *principum* militum tribuni (*gli ufficiali dei soldati detti* principes), et universim præcipui militum tribuni, qui et bellicis conciliis intererant, h. e. principales, seu præcipui milites, qui privilegiis muniebantur, ut ait *Veget.* 2. *Milit.* 7. *in fin. Frontin.* 2. *Strateg.* 5. § 30. Quum dein frequentibus excursionibus promptam et enixam operam exhiberet, fide adquisita tempus elegit, quo missa principia quietem omnibus castrensibus dabant, prætoriumque secretius præstabant. *Trebell. Poll. XXX. Tyr.* 10. His dictis quum alia die mane processisset, a principiis imperator est salutatus. *Ammian.* 15. 5. *a med.* Nihil tutum ex præsentibus ratus (*Silvanus*) in consilia cogebatur extrema, et sensim cum principiorum verticibus secretius collocutus etc. *Id.* 25. 5. *sub init.* Collecti duces exercitus, advocatisque legionum principiis et turmarum, super creando principe consultabant. — Cum *tribunis* junguntur ab *eod.* 25. 8. *a med.* Sebastianus atque Procopius cum tribunis principiisque militum sibi ad tuendam Mesopotamiam commissorum, ut poscebat solemnitas, occurrerunt. Ceterum adde *eumd.* 22. 3. et 28. 6., ubi tamen alii aliter leg.; *Imp. Constantin. Cod.* 12. 47. 1. et *Imp. Anastas. ibid.* 38. 16.; et *V. Salmas.* ad *Script. Hist. Aug.* 2. *p.* 273. ¶ 6. Item, *principia, orum*, locus in castris, ubi erat prætorium, et tabernacula legatorum et tribunorum militum, et signa legionum: et ubi contiones militares et consilia habebantur, jus dicebatur, sacra fiebant, ἀρχαῖα: ita dictus vel quod ibi principes ac duces exercitus tenderent; vel quod in castris metandis principio designaretur, postea reliqua castra. *Liv.* 28. 24. Et jura reddere in principiis sinebant. *Id.* 7. 12. *sub fin.* Nec in circulis modo fremere, sed jam in principiis ac prætorio in unum sermones confundi. *Justin.* 11. 6. 6. *de Alex. M. exercitu.* Ordines nemo, nisi sexagenarius, duxit; ut, si principia castrorum cerneres, senatum te alicujus priscæ reipublicæ videre diceres. *Nepos Eumen.* 7. In principiis nomine Alexandri statuit tabernaculum in eoque sellam auream cum scæptro ac diademate jussit poni, eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de summis rebus consilia caperentur. *Macer Dig.* 49. 16. 12. *sub fin.* Officium tribunorum est principiis frequenter interesse, querelas commilitonum audire. *Tac.* 3. *Hist.* 13. Primores centurionum et paucos militum in principia vocat. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 48. Hunc locum ita designat *Stat.* 10. *Theb.* 176. Ventum ad concilii penetrale domumque verendam Signorum, magnis ubi dudum cladibus æger, Rerum extrema movens, frustra consultat Adrastus. *Tertull. Cor. mil.* 12. Ecce annua votorum nuncupatio quid videtur? Prima in principiis, secunda in Capitoliis. *Inscript.*

apud *Murat.* 460. 1. IMP. CAESAR M. ANTONIVS GORDIANVS P. F. AVG. PRINCIPIA ET ARMAMENTARIA CONLAPSA RESTITVIT *etc.* — In illo *Cic.* 1. *ad Brut.* 10. *sub fin.* Spes libertatis nusquam, nisi in vestrorum castrorum principiis est: *Manut.* mallet *præsidiis*, si antiquus aliquis liber haberet. Sed *castrorum principia* figurate intelligere possumus robur exercitus, et ducum ejus militarem prudentiam, quia in principiis castrorum tendebat nobilior pars exercitus, et ibi consilia militaria habebantur, ut dictum est. ¶ 7. Pro primo dignitatis et æstimationis loco dixit *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 54. (106). Principium ergo columenque omnium rerum pretii margaritæ tenent. ¶ 8. Hinc *principium* pro principatu. *Tertull. advers. Hermag.* 19. *sub fin.* Possunt et aliter principium interpretari. Nam et in Græco principii vocabulum, quod est ἀρχή, non tantum ordinativum, sed et potestativum capit principatum. *Sueton. Cal.* 31. Augusti principium clade Variana, Tiberii ruina spectaculorum memorabile factum. *Alii rectius leg.* principatum, *et* memorabilem. *Gloss. Philox.* Ἀρχή, magisterium, magistratus, præsidatus, principium.

PRINCĬPOR, āris, ari, dep. 1. princeps sum, impero. *Lactant.* 4. 13. *a med.* referens verba *Isaiæ* 11. 10. Erit in illa die radix Jesse, et qui exsurget principari in nationes. *h. e.* regere gentes, ut habet *D. Paulus Rom.* 15. 12. *Augustin.* 2. *contra adversar. Legis et Prophetar.* 6. Sanguis in nostro corpore plus ceteris humoribus principatur. *Sidon. carm.* 9. 47. Non prolem Garamantici tonantis Regnis principibusque principantem. *h. e.* Alexandrum M., qui putabatur filius Jovis Ammonis.

PRĬNUS, i, m. 2. πρῖνος, ilex. *Vulgat. interpr. Daniel.* 13. 58. Dic mihi, sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi? Qui ait: sub prino.

PRĬOR *et* prius, ōris, adject. compar. Vetustissimi, inquit *Priscian.* 7. *p.* 767. *Putsch.*, comparativum neutrum in *or* finiebant. Unde *Valer. Antias.* Hoc senatusconsultum prior factum est. *Claud. Quadrigar.* Qui prior bellum meminissent. *Id.* Fœdus prior non esse servatum. Sic *Cassius Hemina.* Bellum Punicum posterior. — Prior, Comparat. ab obsoleto *pris*, cujus Superl. est *primus*, et a quo etiam *pridem* et *pridie*, est idem ac superior, πρότερος (It. *primo, antecedente, anteriore*; Fr. *le prémier, antécédent, antérieur*; Hisp. *el primero, antecedente, anterior*; Germ. *der, die, das frühere, vorige, vorhergehende, erstere*; Angl. *former, first, antecedent, previous, prior*).

I.) Proprie dicitur de eo, qui unum alterum præcedit tempore, loco, aliave re quacumque. — *a*) Generatim. *Ter. Phorm.* 3. 2. *in fin.* Ut potior sit, qui prior ad dandum est. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 14. 44. Ita priori posterius, posteriori superius non jungitur. *Id. Pis.* 1. 2. Me quæstorem in primis, ædilem priorem, prætorem primum populus R. faciebat. *Cæs.* 1. *B. C.* 66. *extr.* Qui prior has angustias occupaverit, ab hoc hostem prohibere nihil esse negotii. *et ibid.* 82. *extr.* Hac de causa constituerat prior prælio non lacessere. *Cic. Brut.* 21. 84. Etsi utrique primas, priores tamen libenter deferunt Lælio. *Id. Quinct.* 9. 32. Priore loco causam dicere. *Cassius* ad *Cic.* 12. *Fam.* 13. Classis, quam anno priore Tullius Cimber compararat. *Cic.* 1. *Fam.* 9. *ad fin.* Quod de Quinti fratris negotio scribis, te priore æstate conficere non potuisse, scito, etc. *Id. Planc.* 22. 54. Ais prioribus comitiis Terentinam (*tribum*) a Plancio tibi esse concessam. *Ovid* 15. *Met.* 445. urbs, Quanta nec est, nec erit, nec visa prioribus annis. *negli anni andati. Virg.* 6. *Æn.* 340. Hunc ubi vix multa mœstum cognovit in umbra, Sic prior alloquitur. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 64. Vultejum mane Philippus - Occupat, et salvere jubet prior. *et ibid. v.* 95. vitæ me redde priori. *Liv.* 1. 7. *init.* Priori Remo augurium venisse fertur, sex vultures. *Id. ibid.* 34. Aruns prior, quam pater, moritur. *et ibid.* 35. Ludos opulentius instructiusque, quam priores reges, fecit. *Nepos Dion.* 1. Erat intimus Dionysio priori. *a Dionisio il vecchio. et Plin.* 14. *Hist. nat.* 19. 24. (120). Musta condire prioris vini fæce. *vino dell'anno passato. et Colum.* 4. *R. R.* 22. 9. et 12. *ibid.* 1. 1. Vinea, quam priore libro præcepimus. *nel libro precedente.* — *b*) Est etiam anterior. *Nepos Eumen.* 5. Substringebat equo caput loro altius, quam ut prioribus pedibus terram posset attingere. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 45. 101. (248). Elephanto pedes majores priores, in posterioribus articuli breves; item poplites intus flectit hominis modo, cetera animalia in diversa posterioribus pedibus, quam prioribus. *Id. ibid.* 37. 47. (131). Canities homini semper a priore parte capitis, tum deinde ab aversa. — *c*) *Priores*, majores, *i nostri maggiori, gli antenati. Phædr.* 4. 19. Abiturus illuc, quo priores abierunt. *Virg.* 3. *Æn.* 693. nomen dixere priores Ortygiam. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 45. 70. 180. et 18. *ibid.* 28. 67. (260). Apud priores. *Plin. alter* 3. *Ep.* 4. *a med.* Priores nostri. *Ovid.* 10. *Met.* 218. More priorum. Adde *Senec. Ep.* 52. *circa med.*; et *Vellej.* 2. 28. 2.

II.) Translate. ¶ 1. *Prior* — *a*) Generatim est melior, præstantior. *Sall. Jug.* 54. Numidæ numero priores. *Horat. Carm. sæc.* 51. bellante prior, jacentem Lenis in hostem. *superiore.* et 4. *Od.* 10. 4. color puniceæ flore prior rosæ. *più bello. et Ovid. Heroid.* 18. 69. A Veneris facie non est prior ulla, tuaque. Rursus *Horat.* 2. *Sat.* 7. 18. quanto constantior isdem In vitiis, tanto levius miser ac prior ille, Qui jam contento, jam laxo fune laborat. *Id.* 1. *Ep.* 1. 88. Nil ait esse prius, melius nil cælibe vita. *Liv.* 27. 8. Is, ut animum ejus cura sacrorum et cæremoniarum cepit, ita repente exsuit antiquos mores, ut nemo tota juventute haberetur prior. *Alii leg.* in tota juventute. *Phædr.* 1. 13. Si vocem haberes, nulla prior ales foret. *più nobile. et Sall. Jug.* 10. Quia ætate et sapientia prior es. *et ibid.* 101. *in fin.* Neque consilio, neque manu priorem alium pati: plerosque antevenire. *Ter. Eun.* 1. 1. 5. Si quidem hercle possis, nihil prius, neque fortius. — *b*) Item majoris momenti, gravior, magis necessarius. *Val. Flacc.* 5. 533. quoniam belli pugnæque propinquæ Cura prior. *più importante, o premurosa. et Vellej.* 2. 52. 4. Neque prius, neque antiquius quidquam habuit, quam etc. *Quintil.* 1. 1. 4. Et morum quidem in his haud dubie prior ratio est: recte tamen etiam loquantur. — *c*) Huc pertinent etiam illa, quæ *Forcellinus* singulari paragrapho distinxit et ait dici de eo, qui plures antecedit: estque idem ac *primus. Cic.* 1. *Nat. D.* 30. 85. In illis selectis sententiis, quas *etc.*, hæc prior sententia est. *Alii leg.* prima. *Gell.* 14. 7. Quotiens usu venisset, ut omnes isti magistratus Romæ essent, tum qui eorum prior aliis esset, ei potissimum etc. *Apul. Florid. n.* 9. Hippias e numero sophistarum est, artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus. ¶ 2. Sequioris Latinitatis tempore prior fuit in civitatibus idem ac primarius vir et curator: hinc Ital. nunc *il priore* dicunt. *Cassiod.* 8. *Variar.* 26. Quidilanem Sibiæ filium præsenti auctoritate præcipimus, ut priorem feliciter habere debeatis, Reatini et Nursini.

PRĬŌRĀTUS, us, m. 4. *priorita*, primatus. *Tertull. advers. Valentin.* 4. Ut solent animi pro prioratu exciti, præsumptione ultionis accendi.

PRĬORSUM *et* priorsus, adverb. in priorem, seu anteriorem partem. *Macrob.* 7. *Saturn.* 9. Corpus aut accedit priorsum, aut retrorsum recedit. *Alii leg.* prorsum. et *ibid.* 13. Priorsum pergere. *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 18. Movetur corpus priorsus, ac retrorsus.

PRISCĒ, adverb. *all'antica*, ἀρχαίως, prisco more, severe, duriter. *Cic. Cæl.* 14. 32. Quæram prius, utrum me secum severe, et graviter, et prisce agere malit, an remisse, ac leniter, et urbane.

PRISCUS, a, um, adject. (a *pris*, ut *prior, primus*, etc.) antiquus, vetustus, cascus, *antico, vecchio, prisco*, ἀρχαῖος.

I.) Proprie dicitur fere de iis, quæ multo ante nos tempore fuerunt. — *a*) Adjective. *Cic. Tim.* 11. Credendum nimirum est veteribus et priscis, ut ajunt, viris, qui se progeniem deorum esse dicebant. *Ovid.* 1. *Fast.* 103. Me chaos antiqui (nam sum res prisca) vocabant. *Vellej.* 2. 89. 2. *et* 125. 4. Prisca illa et antiqua reipublicæ forma renovata. *Cic.* 1. *Tusc.* 12. 27. Illud erat insitum priscis illis, quos Cascos appellat Ennius. *Id.* 3. *Nat. D.* 16. 42. Joves plures in priscis Græcorum litteris invenimus. *Id.* 3. *Orat.* 11. 42. Et illud, quod loquitur, priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum. *et* 1. *ibid.* 43. 193.; et *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 115. verborum prisca vetustas. *Gell.* 2. 6. *ad fin.* Laudare significat prisca lingua, nominare, appellare. *Cic. Harusp. resp.* 13. 27. Prisca illa severitas. *Tac.* 3. *Ann.* 69. Priscæ sanctimoniæ virgo. *Id.* 6. *ibid.* 32. Regendis provinciis prisca virtute egit. *Virg.* 7. *Æn.* 706. Sabinorum prisco de sanguine Clausus. *Festus*: *p.* 241. 4. *Müll.* Priscæ Latinæ coloniæ appellatæ sunt, ut distinguerent a novis, quæ postea a populo dabantur. *Liv.* 1. 3. Ab eo (*Latino Silvio*) coloniæ aliquot deductæ: Prisci Latini appellati. *Paul. Diac. p.* 226. 10. *Müll.* Prisci Latini proprie appellati sunt ii, qui prius, quam conderetur Roma, fuerunt. *Id. p.* 226. 11. Priscus Tarquinius est dictus, quia prius fuit, quam Superbus Tarquinius. *Ovid.* 3. *Art. am.* 121. Prisca juvent alios: ego me nunc denique natum Gratulor. *Id.* 1. *Fast.* 197. Priscum tempus. *et* 2. *ibid.* 282. Prisco more. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 1. 2. (3). ritu. — *b*) Absolute *prisci* sunt *gli antichi. Ovid.* 3. *Fast.* 779. quum prisci colerent studiosius agros. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 65. (161). Apud priscos. *Id.* 18. *ibid.* 29. 69. (284). Rudis fuit priscorum vita atque sine litteris.

II.) Translate. ¶ 1. Interdum dicitur de eo, quod paullo ante fuit. *Horat.* 3. *Od.* 9. 17. Quid si prisca redit Venus? *Ovid.* 14. *Met.* 850. *de Hersilia.* priscum pariter cum corpore nomen Mutat, Horamque vocat. *Val. Flacc.* 4. 391. Jamque refecta Jovi, paullatim in imagine prisca Ibat agris Io victrix Junonis. ¶ 2. *Priscus* de homine severo et gravi, quales prisci fuisse perhibentur (V. *Vellej.* 2. 92. 116. *et* 125.). *Catull.* 64. 159. Sæva quod horrebas prisci præcepta parentis. *Virg. Cop.* 34. Ah pereat, cui sunt prisca supercilia! Cf. *Horat.* 3. *Od.* 21. 11. Narratur et prisci Catonis Sæpe mero caluisse virtus. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PRISMA, ătis, n. 3. *prisma*, πρίσμα, figura solida geometrica, quæ superficies duas oppositas habet æquales, similes, et parallelas, alias vero parallelogrammas: a πρίζω *seco. Capell.* 6. *p.* 233. Item prisma, id est sectio, quæ instar schematis est.

PRISTA, æ, m. 1. *segatore*, πριστης, qui serra secat, aut findit: a πρίζω *seco, findo. Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (57). Myron fecit et canem, et discobolon, et Persea, et pristas.

PRISTICES belluæ maris. *Salmasius* ad *Flor.* 3. 5. ait: Nostræ glossæ: Pristrix bellua maris. Attius pristices dixit. *V. Ribbeck, Tragicor. Rom. fragm. p.* 226. — Ceterum *V.* PISTRIS et PISTRIX.

PRISTĪNĀLIS. *V.* PISTRINALIS.

PRISTĪNUS, a, um, adject. *primiero, pristino, passato*, ἀρχαῖος, παλαιός, qui ante fuit, superior, transactus. ¶ 1. Generatim, fere dicitur de iis, quæ nos vidimus, habuimus, sensimus, sive paullo ante, sive multis ante diebus, mensibus, annis. *Cic.* 1. *Fam.* 5. *extr.* Ut tuam pristinam dignitatem et gloriam consequare. *Id. Sull.* 9. 26. Ille labor meus pristinus. *Id. Rosc. Am.* 52. 150. Vestra pristina bonitas et misericordia. *Id. Mil.* 1. 1. Veterem consuetudinem fori, et pristinum morem judiciorum requirere. *Liv.* 31. 2. Pristinum animum erga populum R. conservare. *Nepos Eumen.* 4. *extr.* Pro pristina amicitia amplo funere extulit. *Id. Alcib.* 6. Reminiscens pristini temporis. *Ovid.* 3. *Met.* 203. *de Actæone in cervum verso.* mens tantum pristina mansit. *Cæs.* 1. *B. C.* 32. Catone repugnante,

et pristina consuetudine, dicendi mora diem extrahente. *et* 3. *ibid.* 82. Pristina omnium confirmatur opinio. *Id.* 7. *B. G.* 54. In pristinum statum redire. *Gell. præf.* Pristinæ adnotationes, quas feceramus. *Sueton. Claud.* 14. Consulatus, super pristinum, quatuor gessit. *h. e.* præter eum quem supra dixerat *ibid.* 7. — Absolute. *Nepos Timol.* 1. Siciliam in pristinum restituere. *viduare in pristino* et nos dicimus. *Veteres tamen edd.* in pristinum statum. ¶ 2. Speciatim est hesternus, proxime elapsus. *Cæs.* 4. *B. G.* 14. Milites nostri diei pristini perfidia incitati. *Sueton. Aug.* 94. *a med.* Somnium pristinæ noctis familiaribus forte narrabat. *Gell.* 10. 24. *a med.* Etiam *die pristini* eodem modo (*quo* die quarti, quinti, noni) dicebatur, quod significabat die pristino, quod vulgo *pridie* dicitur. *V.* DIES. ¶ 3. Item priscus, antiquus, *antico. Plaut. Truc. prol.* 6. Quid si de vestro quippiam orem? abnuunt. En mehercle in vobis resident mores pristini. *Colum.* 5. *R. R.* 1. 7. Tribus dictæ primum a partibus populi tripartito divisi: quæ tamen nunc multiplicatæ pristinum nomen possident. *Claudian. II. cons. Stilich.* 124. Pristina Romuleis infloruit arcibus ætas.

PRISTĪNUS *et* pistrinus, a, um, adject. ad Pristin, seu Pistrin pertinens, quod est cæleste sidus. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 5. IX. cal. Februar. ex occasu pristini sideris significat tempestatem. *et* 64. Id. Sept. ex pristino sidere nonnunquam tempestatem significat. *V.* PISTRIX.

PRISTIS. *V.* in PISTRIX.

PRĬUS, adverb. (prior) ante, antea, πρίν, πρότερον (It. *prima, avanti, innanzi*; Fr. *auparavant, avant*; Hisp. *antes, ante, delante*; Germ. *eher, vorher, zuvor, zuerst*; Angl. *first, at first, before, sooner*). ¶ 1. Stricto sensu, est, ut diximus, ante, antea. — *a*) Absolute, aut ad posterius tempus vel rerum ordinem indicandum sequente *deinde, inde, post, tum, nunc, postremo, novissime. Ter. Heaut.* 5. 2. 18. cd. Emori cupio. cn. Prius quæso disce, quid sit vivere. *Cic. Amic.* 4. 15. Quem fuit æquius, ut prius introieram in vitam, sic prius exire de vita. *Id.* 4. *Att.* 1. Nihil prius mihi faciendum putavi, quam ut tibi gratularer. *Id.* 15. *Att.* 13. Quod ad te antea, atque adeo prius scripsi (sic enim mavis) etc. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 17. Quid prius illustrem Satiris Musaque pedestri? *Id.* 3. *Od.* 1. 2. carmina non prius audita. *et* 4. *ibid.* 15. 28. Rite deos prius apprecati. *Ovid.* 11. *Met.* 422. ubi est, quæ cura mei prius esse solebat? *Est qui leg.* prior. *Id. Heroid.* 19. 91. Sis tamen hoc potius, quam quod prius esse solebas. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (59). Oppidum Formiæ, Hormiæ prius olim dictum. *At* Sillig. *verba* prius olim *omittit.* — *Cic. Fam.* 12. Gratulabor tibi prius: deinde ad me convertam. Sic *Liv.* 21. 53. Quum alterius ingenium fama prius, deinde re cognitum, percitum ac ferox sciret esse etc. et *Phædr.* 4. 25. Tuæ prius sunt partes, aliorum dein. — *Liv.* 6. 33. Scalis prius mœnia capta: inde effracta claustra portarum. — *Id.* 37. 52. Quod regem Antiochum-prius Europa, post et Asia-expulissent. *et* 43. 38. Philippi prius et post Antiochi bello. *Id.* 29. 12. Ibi prius collocutus rex cum Aeropo et Darda et Philippo Epirotarum prætoribus, postea cum P. Sempronio congreditur. — *Cato R. R.* 135. Ea depsere et ungere unguine prius oportet, tum siccare. *Varro* 1. *R. R.* 1. 11. Itaque prius ostendam, quæ secerni oporteat ab ea, tum de his rebus dicam. Adde *Liv.* 34. 55. et 7. 37.; et *Tac.* 16. *Ann.* 11. — *Liv.* 36. 17. Summa virium speique in Ætolis fuit,-ut vos prius experti estis, nunc Antiochus experitur. Adde *eumd.* 37. 54.; et *Virg.* 3. *G.* 362. — *Sall. Cat.* 45. Multa prius de salute sua Pomptinum obtestatus, quod ei notus erat, postremo timidus ac vitæ diffidens, velut hostibus, sese prætoribus dedit. Adde *Liv.* 34. 9. — *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (192). Quare macras prius conveniet putare, validas novissime. — In enumeratione pro *primum* apud posterioris ætatis scriptores legitur. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 19. 30. (137). Coquuntur varie, ab aliis iterum tertiumque in melle, donec consumatur liquor: ab aliis prūna prius, dein melle, ac postea lavantur. *Colum.* 3. *R. R.* 11. 4. Prius quidquid est residuæ vitis, exstirpari debet: deinde totum solum sicco fimo-stercorari:-tunc rursus vel stercore vetusto-contegi. — *b*) Sequente *quam* (et scribitur etiam conjuncte *priusquam*) est antequam, *prima che, πρὶν ἤ*: jungitur autem Indicativo, aut Conjunctivo. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 115. Prius quam lucet, adsunt. *Ter. Andr.* 2. 1. 11. Omnia experiri certum est, prius quam pereo. *Cic.* 3. *Fin.* 20. 66. Membris utimur prius, quam didicimus, cujus ea utilitatis causa habeamus. *Id.* 2. *Phil.* 1. 3. Cui prius, quam de ceteris rebus respondeo, de amicitia-pauca dicam. *Liv.* 2. 40. Sine, priusquam complexum accipio, sciam etc. *Stat.* 12. *Theb.* 570. vos ista decet vindicta, prius quam Emathii Thracesque dolent. *Cic. Vatin.* 2. 4. Quod ego, simul ac te adspexi, priusquam loqui cœpisti,-sensi ac providi. *Id.* 2. *Orat.* 47. 195. Non prius sum conatus misericordiam aliis commovere, quam misericordia sum ipse captus. *Cæs.* 1. *B. G.* 53. Neque prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum pervenerunt. *Virg.* 6. *Æn.* 328. Nec ripas datur horrendas et rauca fluenta Transportare prius, quam sedibus ossa quierunt. — *Cic. Mil.* 36. 99. Præclare enim vixero, si quid mihi prius acciderit, quam hoc tantum mali videro. — *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 95. Priusquam galli cantent, quæ me somno suscitet. *Virg.* 1. *Æn.* 192. Nec prius absistit, quam septem ingentia victor Corpora fundat humi. *Al. leg.* fundit. *Liv.* 22. 39. Hic-nunc quoque consul, priusquam castra videat aut hostem, insanit. *Sall. Cat.* 4. Pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam. *Cic.* 9. *Fam.* 26. Quid potius faciam, prius quam me dormitum conferam, non reperio. *Id.* 2. *Phil.* 32. 81. Si quis servavit, non habitis comitiis, sed priusquam habeantur, debet nunciare. *Id.* 1. *Off.* 21. 73. In omnibus autem negotiis, prius quam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. Adde *eumd. Balb.* 7. 18. et 2. *Orat.* 44. 186. *Cæs.* 3. *B. C.* 67. Pervenit, priusquam Pompejus sentire posset. *Liv.* 8. 3. Quamquam omnia de industria celabantur, priusque, quam moverentur, Romani, tolli ab tergo Samnitem hostem volebant, tamen etc. *Id.* 30. 35. Omnia et in prælio et ante aciem, priusquam excederet pugna, expertus. *Id.* 45. 3. Non prius destitit mittere, quam pacem cum iis confirmaret. *Cic.* 5. *Phil.* 17. 47. Ita sæpe magna indoles virtutis, priusquam reipublicæ prodesse potuisset, exstincta fuit. *Virg.* 1. *Æn.* 472. Ardentesque avertit equos in castra, priusquam Pabula gustassent Trojæ Xanthumque bibissent. — *c*) *Quam prius* inverso ordine, poetice, *ἢ πρίν. Plaut. Trin.* 2. 2. 13. Ad hos genus hominum perduravi, quam me ad plures penetravi prius. *Alii rectius leg.* quin prius? *Propert.* 2. 14. 11. Illum sæpe suis decedens fovit in ulnis, Quam prius abjunctos sedula lavit equos. Sic *quam potius* pro *potius quam. V.* POTIUS. ¶ 2. Latiori sensu, habet interdum vim similem adverbii *potius*, aut *magis. Cic.* 5. *Tusc.* 27. 78. Ægyptii quamvis carnificinam prius subierint, quam ibin, aut aspidem violent. *Id. Lig.* 12. 34. Quis est, qui hoc non sentiat, quidvis prius futurum fuisse, quam ut hi fratres diversas sententias sequerentur? *Cæs.* 3. *B. C.* 1. Statuerat enim, hos prius judicio populi debere restitui, quam suo beneficio videri receptos. *Balbus* ad *Cic.* 1. *ad fin. post Ep.* 8. *l.* 9. *ad Att.* Præstabo eum prius tuæ dignitatis, quam suæ utilitatis rationem habiturum. ¶ 3. *Prius*, olim, apud Poetas. *Catull.* 51. 13. Otium et reges prius, et beatas Perdidit urbes. *Id.* 4. 25. Sed hæc prius fuere: nunc etc Sic *Grat. Cyneg.* 1. Dona cano divum-: prius omnis in armis Spes fuit. *Avien. Perieg.* 425. Hic prius Eridani propter nemorosæ fluenta Fleverunt liquidæ lapsum Phaethontæ sorores. *Propert.* 1. 1. 18. nec meminit (*Amor*) notas, ut prius, ire vias. *Horat.* 1. *Od.* 3. 32. Semotique prius tarda necessitas Leti corripuit gradum. *Ovid.* 1. *Met.* 135. Communemque prius, ceu lumina solis et auras, Cautus humum longo signavit limite mensor.

PRĬUSQUAM. *V.* dictionem præced. 1. *b.*

-PRĪVANTĬA, æ, f. 1. idem ac privatio. *Boeth. de Definit.* 1. *p.* 655. Id est per privantiam contrarii ejus. Cf. *Isid.* 2. *Orig.* 29. Latini, per privantiam contrarii ejus quod definitur, dicunt etc.

PRĪVANTĬA, ium. *V.* PRIVO in fin.

PRĪVĀTĀRĬUS, a, um, adject. ad privatum pertinens. *Edict. Dioclet. p.* 22. Balneatori privatario in singulis lavantibus ℵ duos. *Alii leg.* privatorio.

PRĪVĀTĬCĬUS, a, um, adject. privativus. *Gloss. Lat. Gr.* Privaticia, στερητικά.

PRĪVĀTIM, adverb. ¶ 1. Stricto sensu, est non publice, *privatamente, in privato, ἰδίως.* — *a*) Cum opposito *publice*, vel alio vocabulo idem significante. *Cic.* 1. *Invent.* 4. 5. Eloquentia et privatim et publice homines perverse abutuntur. *Id.* 5. *Fin.* 20. 57. Aut privatim gerere aliquid malunt, aut capessunt rempublicam. *Tac.* 11. *Ann.* 17. Privatim-degeneres, in publicum exitiosi. *Sall. Cat.* 11. Vasa cælata privatim et publice rapere. *h. e.* pro se quisque singuli milites, et omnis simul exercitus, quasi publico nomine. Sic *Cæs.* 5. *B. G.* 53. Tantam sibi auctoritatem comparaverat, ut undique ad eum legationes concurrerent, gratiam atque amicitiam publice privatimque peterent. *Gell.* 20. 1. *a med.* Fidem præcipue coluit, sanctamque habuit tam privatim, quam publice, *h. e.* tam erga singulos, quam universos, seu erga rempublicam. Similiter *Cæs.* 1. *B. G.* 17. Esse nonnullos, quorum auctoritas apud plebem plurimum valeat, qui privatim plus possint, quam ipsi magistratus. *Ita legit etiam* Dinter.; *est qui malit* privati. — Similiter *Cic. Quinct.* 4. 15. Neque interea verbum ullum interposuit Nævius, aut societatem sibi quidpiam debere, aut privatim sibi Quinctium debuisse. — *b*) Sine opposito, seu absolute. *Cic. Rosc. Am.* 39. 114. Si hanc ei rem privatim Sex. Roscius mandavisset, ut non Chrysogono transigeret atque decideret. *Id.* 4. *Fam.* 13. *sub init.* Quamquam enim nulla me ipsum privatim pepulit insignis injuria,-tamen etc. *Liv.* 5. 30. Quod ad se privatim attineat, si etc. *Id.* 9. 38. Alter consul Fabius infestus privatim Papirio erat. ¶ 2. Latiori sensu, est separatim. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 20. (55). De iis privatim condidit volumen Amometus. *separatamente*, de iis tantummodo tractans, speciatim, peculiariter. *et* 33. *ibid.* 1. 6. (24). Hic nunc solus (*medius digitus*) excipitur: ceteri omnes onerantur (*anulis*) atque etiam privatim articuli minoribus aliis. *h. e.* singuli articuli. *Id.* 23. *ibid.* 4. 41. (83). Oleum cicinum bibitur ad purgationes ventris: privatim dicitur purgare præcordia. *in ispezialità.* Sic 24. *ibid.* 16. 92. (148). Dracunculus serpentes nidore, quum crematur, privatimque aspidas fugat. *e spezialmente.* Adde *eumd.* 23. *ibid.* 1. 18. (30). *et* 28. (43). *Quintil.* 8. 2. 5. Qui jaculum emittit, jaculari dicitur: qui pilum aut sudem, appellatione privatim sibi assignata caret. *vocabolo proprio e particolare.* ¶ 3. Item domi. *Liv.* 23. 7. Nec privatim se tenuit, in foro cum filio clientibusque paucis otiose inambulavit.

PRĪVĀTĬO, ōnis, f. 3. *privazione, στέρησις*, actus privandi, vacuitas. *Cic.* 1. *Fin.* 11. 38. Omnis privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem. *et* 2. *ibid.* 9. 28. Dolori non voluptas contraria est, sed doloris privatio. *Gell.* 2. 6. *a med.* Omnis culpæ privatio inculpatum facit. *Capell.* 5. *p.* 152. Est ergo medium nomen (*inter laudem et vituperationem*), quod privationem placuit memorari, propterea quia, qui laude privatur, non confestim vituperationi permittitur, vel contra. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *n.* 64. Obtinente passione et jam occupato corpore, sepsuum privatio.

PRĪVĀTĪVĒ, adverb. *privativamente*, negative. *Boeth. Aristot. analyt. prior.* 1. *p.* 483. Similiter ostendetur, si ut utræque propositiones affirmative ponantur, vel privative, nam per

eosuem terminos erit demonstratio. Adde *eumd. loc. cit.* in PRÆDICATIVE.

PRĪVĀTĪVUS, a, um, adject. *privativo*, στερητικός, vim privandi habens. *Gell.* 13. 22. *in fin. Ne* particula privativa est. Adde *eumd.* 5. 12.; et *Boethii loc. cit.* in PRÆDICATIVE.

PRĪVĀTO, adverb. *privatamente, in privato*, ablativus adverbii ritu positus, ut *manifesto, auspicato, merito*, etc. *Liv. fragm.* apud *Priscian.* 15. *p.* 1009. *Putsch.* Privato nos tenuissemus.

PRĪVĀTŌRĪUS, a, um, adject. ad privationem pertinens. *Boeth.* in *Aristot. de interpret. ed. pr. p.* 252. Privatoriæ propositiones sunt, quæcumque prædicant privationem. Privatio autem est, ut si quis dicat *injustus*, privat enim hominem justitia. Ergo affirmatio privatoria est, quæ dicit, *homo est injustus:* negatio rursus privatoria est, *non est homo injustus. V.* et PRIVATARIUS.

PRĪVĀTUS, a, um, adject., vel rectius part. præter. pass. a verbo *privo* (*V.* Part. *Privatus* in PRIVO) adjective usurpatum (privus), et ¶ 1. Generatim *privatus* est ac dicitur, qui est uniuscujusque proprius; cui opponitur communis et publicus, ἴδιος (It. *privato, particolare, proprio*; Fr. *particulier, propre, personnel, individuel;* Hisp. *particular, propio, personal;* Germ. *abgesondert, getrennt von Staate, daher d. Privatmann betreffend, zum Privatmann gehörig, privat;* Angl. *private, one's own, particular, peculiar*). Usurpatur — *a*) De hominibus, et *privatus* est, qui in magistratu non est, ἰδιώτης; nam qui magistratum gerit, est publicus. — Adjective. Universim *Cic.* 3. *Legg.* 19. 44. et *Dom.* 17. 43. In privatos homines leges ferri noluerunt. *h. e.* in singulos, privos. Alii leg. *privos* utroque loco. — Speciatim *Id.* 11. *Phil.* 10. 25. Paullo ante clarissimo viro privato imperium extra ordinem non dedi. — Absolute. *Cic.* 1. *Cat.* 1. 3. An vero P. Scipio Ti. Gracchum privatus interfecit: Catilinam nos consules perferemus? *Id.* 1. *Fam.* 1. *a med.* Crassus tres legatos decernit, ex iis, qui cum imperio sunt: Bibulus ex iis, qui privati sunt. *Id.* 1. *Invent.* 25. 35. In fortuna quæritur, servus sit, an liber: pecuniosus, an tenuis: privatus, an cum potestate. *Cæs.* 2. *B. C.* 32. Quum, projectis fascibus et deposito imperio, privatus et captus, ipse in alienam venisset potestatem. *Horat.* 3. *Od.* 8. 26. Parce privatus nimium cavere. — Et cum opposito *rege. Cic.* 1. *Divinat.* 40. 89. In qua (*civitate*) et reges augures, et postea privati, eodem sacerdotio præditi, rem publicam religionum auctoritate rexerunt. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 142. Privatusque magis vivam te rege beatus. Cf. *Liv.* 2. 2. Nescire Tarquinios privatos vivere. et *Sueton. Tib.* 26. Civilem admodum inter initia, ac paullo minus quam privatum egit. — *Privatus* etiam opponitur legitimo, quum de regum filiis agitur. *Sall. Jug.* 5. Masinissa Jugurtham, quod ortus ex concubina erat, privatum reliquerat. — *Privatus judex* est qui de controversiis privatorum judicat. *Sueton. Claud.* 15. Iis, qui apud privatos judices plus petendo formula excidissent, restituit actiones. — *b*) De rebus et de abstractis, quæ sunt uniuscujusque propria. *Cæs.* 1. *B. G.* 12. Qua in re Cæsar non solum publicas, sed etiam privatas injurias ultus est, quod ejus soceri L. Pisonis avum-Tigurini prælio interfecerant. *Horat. Art. P.* 397. Publica privatis secernere, sacra profanis. *Cic. Senect.* 7. 22. Nec ea solum in claris et honoratis viris, sed in vita etiam privata et quieta. *Cæs.* 1. *B. G.* 5. Oppida omnia ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua privata ædificia incendunt. *et* 4. *ibid.* 1. Privati ac separati agri apud eos nihil est. *Cic.* 1. *Off.* 7. 20. Ut communibus utatur pro communibus, privatis ut suis. Sunt autem privata nulla natura, sed aut vetere occupatione, aut victoria, aut lege, pactione, conditione, sorte. *Horat.* 2. *Od.* 15. 13. Privatus illis census erat brevis, Commune magnum. *Cic. Sext.* 12. 27. Pro uno cive et bonos omnes privato consensu, et universum senatum publico consilio mutasse vestem. *Id. Quinct.* 3. 13. De communi quidquid poterat, ad se in privatam domum sevocabat. *et ibid.* 4. 15. Auctionem proscribit earum rerum, quæ ipsius erant privatæ. *Sueton. Cæs.* 24. Ad legiones, quas a republica acceperat, alias privato sumptu addidit. *Petron. Satyr.* 10. Communes sarcinulas partiamur, ac paupertatem nostram privatis quæstibus tentemus expellere. *h. e.* singuli suis, privis. *Cic.* 3. *Fin.* 1. 4. Ipsæ rhetorum artes, quæ sunt totæ forenses atque populares, verbis tantum in docendo quasi privatis utuntur ac suis. *Festus p.* 242. 27. *Müll.* Privatæ feriæ vocantur sacrorum propriorum, velut dies natales, operationes, denecales. — *c*) Hinc adverbii more — *In privato* est *privatamente, in privato. Liv.* 39. 18. Mulieres damnatas cognatis tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas: si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico animadvertebatur. Adde *eumd.* 2. 54. — *In privatum* est *per uso de' privati. Id.* 40. 51. Fulvius locavit forum piscatorium, circumdatis tabernis, quas vendidit in privatum. — *Ex privato* est *di quel de' privati. Id.* 30. 44. *ad fin.* Nunc quia tributum ex privato conferendum est, tamquam in publico funere comploratis. ¶ 2. Speciatim, sub imperatoribus omnes privati dicebantur, licet in magistratu essent. *Tac. Agric.* 39. Id sibi (*Domitiano*) maxime formidolosum, privati hominis (*Agricolæ Britanniam administrantis*) nomen supra principis attolli. *Plin.* 2. *Ep.* 1. Perfunctus est tertio consulatu, ut summum fastigium privati hominis impleret, quum principis nôluisset. *Sueton. Ner.* 21. Non dubitavit etiam privatis spectaculis operam inter scænicos dare. *h. e.* non a se, sed a prætore editis. *Plin. Paneg.* 10. Jam Cæsar, jam imperator, jam Germanicus, absens et ignarus, et post tanta nomina, quantum ad te pertinet, privatus. *Inscript.* apud *Gruter.* 475. 3. QVOD EX VOLVNTATE POPVLI MVNVS FAMILIAE GLADIATORIAE EX PECVNIA SVA DIEM PRIVATVM SECVNDVM DIGNITATEM COLONIAE EDIDERIT. *h. e.* die privato, non publico aliquo festo destinato. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PRĪVĒ, adverb. idem ac privatim. *Festus p.* 371. 26. *Müll.* Tertio (*vici appellari incipiunt*), quum id genus ædificiorum definitur, quæ in oppido prive, id est, in suo quisque proprio loco ita ædificat, ut in eo ædificio pervium sit, quo itinere habitatores ad suam quisque habitationem habeat accessum.

PRĪVERAS, mulieres privatas dicebant. *Paul. Diac. p.* 252. 8. *Müll.*

PRĪVICLOES, privis, id est singulis. *Festus p.* 205. 21. *Müll.* Τὸ *privicloes* videtur esse Dat. pro *priviclis* a *priviclus*, quod a *privus. V.* AB CLOES.

PRĪVIGNUS, i, m. 2. *et* Privigna, æ, f. 1. (It. *figliastro, figliastra*; Fr. *fils d'un premier lit, beaufils*; Hisp. *antenado, andado, alnado*; Germ. *Stiefsohn, Stieftochter*; Angl. *a step-son, a step-daughter*) πρόγονος, προγόνη, ἀμφίγονος, filius, filia mariti, vel uxoris meæ, alterutro parente carens: cui respondent vitricus, et noverca. Privignus dictus, quod ante, quam mater secundo nuberet, est progenitus: est a πρεΓί cum digammate Æolico pro πρὶν *prius*, et γνὸς pro γένος *genus*, quasi prius genitus. *V.* BIGNÆ. *Cassiod. de orthogr.* 6. Privignum per detractionem e litteræ dici puto: privigenum enim integram magis esse dictionem noster animus arbitratur.

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Molestin. Dig.* 38. 10. 4. Uxor liberis ex alia uxore natis noverca dicitur: matris vir ex alio viro natis vitricus appellatur: eorum uterque natos aliunde privignos privignasque vocant. Adde *Cic.* 13. *Att.* 20. et 3. *ad Q. fr.* 3.; et *Horat.* 3. *Od.* 24. 18. Sic *Inscript.* apud *Orell.* 4667. D. M. CL. HAGNI F. GAZZAE PRIVIGNAE SVAVISSIMAE IN HONOREM MEMORIAE GAZZAE MATRIS EIVS CL. PYRRHICVS VITRICVS CONSECRAVIT. Adde *alias* apud *eumd.* 4666. et 4669. — *b*) Si vir ex priori uxore filium vel filiam habeat, et simliliter uxor filium vel filium, inter hos matrimonium esse potest. *Papinian. Dig.* 23. 2. 34. Inter privignos contrahi nuptiæ possunt, etsi fratrem communem ex novo parentum matrimonio susceptum habeant. — *c*) *Privignus* etiam is est, qui vulgo conceptus ex ea natus est, quæ postea mihi nupsit. *Scævola ibid.* 38. 10. 7.

II.) Translate de plantis. Adjective. *Colum.* 10. *R. R.* 161. Flagitat ecce suos genitrix mitissima fetus, Et quos enixa est partus, jam quærit alendos, Privignasque rogat proles. *h. e.* terra appetit herbas, quas non sponte sua genuit, sed humana opera industriaque satas eduxit; vel in alio solo natas, et in se translatas: utroque enim modo *privignæ* vocantur translate.

PRĪVĪLĒGĬĀRĬUS, ii, m. 2. *privilegiato*, cui aliquod privilegium concessum est. *Ulp. Dig.* 14. 5. 3. Nisi quis privilegiarius veniat. Cf. *ibid.* 2. 14. 10. et 42. 5. 24.

PRĪVĪLĒGĬUM, ii, n. 2. (privus *et* lex). ¶ 1. Apud classicos Auctores est lex contra privatum aliquem lata, ut illa Clodii de exsilio Ciceronis, *legge fatta contro un particolare*, προνομία, προνόμιον. *Cic.* 3. *Legg.* 19. 44. In privatos homines leges ferri noluerunt; id est enim privilegium. Sic *Id. Dom.* 17. 43. Vetant leges sacratæ, vetant XII. tabulæ, leges privatis hominibus irrogari: id est enim privilegium. — Est *a privus* singularis, et *lex:* et a *Cicerone* fere *in* malam partem accipitur, ut *Sext.* 30. 65. Quum sancitum esset, ut neque privilegium irrogari liceret, neque de capite, nisi comitiis centuriatis, rogari. *et* 4. *Parad.* 2. 32. Familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut, si in opertum Bonæ Deæ accessisses, exsulares. *et Brut.* 23. 89. Libo rogationem in Gaibam privilegii similem ferens. *et Dom.* 10. 26. De peste civis, conservatoris reipubl., licuit tibi ferre non legem, sed nefarium privilegium. *et ibid.* 42. 110. Quum indemnatum exturbares, privilegiis tyrannicis irrogatis. *et post red. in Senat.* 11. 29. Vim et crudelitatem privilegii publicis litteris consignavit. Adde *eumd.* 3. *Att.* 15. ¶ 2. A posterioribus ponitur etiam pro lege in favorem et commodum alicujus lata, immunitate, beneficio principis, *privilegio, immunità, esenzione. Plin.* 10. *Ep.* 56. Coloniam habuisse privilegium, et vetustissimum morem, arbitrio suo rempublicam administrare. *Trajan.* ad *Plin. ibid. Ep.* 110. Sive civitates habent privilegium, quo ceteris creditoribus anteponantur, sive etc. *Seneca* 3. *Benef.* 11. Quædam privilegia parentibus data sunt. *Aurel. Arcad. Dig.* 1. 11. 1. *in fin.* Præfecti prætorio subnixi sunt et alio privilegio, ne a sententiis eorum minores ætate ab aliis magistratibus restitui possint. *Ulp. Dig.* 38. 17. 2. *a med.* Privilegio munitus. — *Privilegia creditorum*, de quibus est *titulus* 6. *lib.* 42. *Dig.* (qui in edit. Torrentini est idem ac 5. *De reb. judicis auctor.* etc.), significant prælationem, quam habet inter multos creditores aliquis, ut sibi prius solvatur: πρωτοπραξίαν, *preferenza. V.* PROTOPRAXIA.

PRĪVO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (privus). Part. *Privans* in fin.; *Privatus* 1. et 2. — Privare ¶ 1. Generatim est aliquid cuipiam auferre, orbare, spoliare, στερέω (It. *privare, spogliare, togliere*; Fr. *priver, dépouiller*; Hisp. *privar, despojar*; *berauben*; Angl. *to take away from, deprive, bereave*). Usurpatur — *a*) Cum Accus. personæ et Ablat. rei. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 19. 61. Spoliat nos judicio, privat approbatione, omnibus orbat sensibus. *Id. Topic.* 11. 48. Præpositio *in* privat verbum ea vi, quam haberet, si *in* præpositum non fuisset. *Id.* 9. *Att.* 10. Quum me ægritudo somno privaret. *Id.* 5. *Fin.* 29. 87. Democritus dicitur oculis se privasse. *Id.* 9. *Phil.* 4. 8. Privare aliquem vita. *Id. Quinct.* 23. 74. communi luce. *Id.* 4. *Fam.* 9. *ad fin.* patriam aspectu suo. *Stat.* 2. *Theb.* 695. sed fata monentem Privavere fide. *Lucret.* 1. 381. Aut igitur motu privandum est corpora quæque, Aut etc. — Sic Part. *Privatus*, de quo hæc *Paul. Diac. p.* 226. 7. *Müll.* Dicimus et privatum, cui quid est adem-

ptum. *Cic. Rabir. Post.* 9. 23. Demetrium, aspide ad corpus admota, vita esse privatum. *Ovid. 1. Pont.* 1. 53. Alter ob huic similem privatus lumine culpam. *Gell.* 19. 12. Animus affectionum adminiculis privatus. *Lucret.* 2. 840. quæ sunt aliis rebus privata notisque. *et* 1. 1036. privata cibo natura animantum Diffluit amittens corpus. *et ibid.* 343. Non tam sollicito motu privata carerent. — *b*) Cum Genit. *Afranius* apud *Non. p.* 498. 17. *Merc.* Quod vitæ studium, aut quod præsidium in posterum mihi supponebas, me quum privasti tui? — *c*) Ἐλληνισμὸς est in illo *Novii* apud *eumd. p.* 500. 16. Quo tu res vis hanc privari pulcras, quas uti solet? ¶ 2. Est etiam liberare, eximere, *liberare, esimere, sottrarre. Cic.* 1. *leg. Agr.* 4. 13. Non enim hac exceptione unus afficitur beneficio, sed unus privatur injuria. *Id.* 1. *Att.* 16. *a med.* Privare aliquem exsilio. *et* 12. *ibid.* 26. molestia. *Id.* 1. *Fin.* 11. 37. dolore. — Sic Part. *privatus* est exemptus, liber, vacuus. *Lucret.* 2. 649. Divum natura privata dolore omni, privata periclis. *et ibid.* 1091. natura videtur Libera continuo, dominis privata superbis. — Hinc Part. præs.

Privantĭa, ium, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, est contrariorum genus, quod privativum appellant. *Cic. Topic.* 11. 48. Sunt enim alia contraria, quæ privantia licet appellemus Latine, Græce appellantur στερητικά.

Privatus, a, um, particip. præter. pass. (*V.* supra in 1. et 2.) adjective quoque usurpatur: *V.* PRIVATUS loco suo.

PRĪVUS, a, um, adject. idem atque unusquisque, singulus, *tutti e singoli.*

I.) Proprie legitur apud unum *Lucret.*, ut 5. 733. Inque dies privos aborisci quæque creata. *ogni dì,* in dies singulos. *et ibid.* 274. Innumerabiliter privas mutatur in horas. *ad ogni ora.* et 4. 565. In multas igitur voces vox una repente Diffugit, in privas quoniam se dividit aures. *in ciascuna orecchia.*

II.) Translate. ¶ 1. Est unus, singularis, ut *Paul. Diac. p.* 226. 6. *Müll.* et *Gell.* 10. 20. tradunt, *uno, singolare, uno solo. Lucret.* 4. 260. et quum Acre ferit frigus, non privam quamque solemus Particulam venti sentire, et frigoris ejus, Sed magis unorsum. *V.* Lachmann. *ad h. l.* — Similiter in divisione vel partitione. *Lucilius* apud *Gell.* 10. 20. et apud *Non. p.* 35. 22. et *p.* 159. 25. *Merc.* abdomina thynni Adventientibu' priva dabo. *uno per uno.* et *Liv.* 30. 43. Ut privos lapides silices, privasque verbenas secum ferrent. *Lucilius* apud *Non. primo loc. cit.* Culcitulæ accedunt privæ centonibu' binis. *Plin. 8. Hist. nat.* 46. 71. (185). *de bove Api.* Responsa privis dat, e manu consulentium cibum capiendo. Tribuunt et *Cic.* 3. *Legg.* 19. 44. et *Dom.* 17. 43. ex *leg. XII. Tab.,* sed alii *privatus* substituerunt. *Inscript.* apud *Gruter.* 333. 4. DECORATVS SECVTOR PVGNAR. VIIII. VALERIAE VXORI DOLOREM PRIVVM RELIQVIT. ¶ 2. Item accipitur pro privato, et proprio uniuscujusque. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 92. viden' ut pauper conducto navigio æque Nauseat, ac locuples, quem ducit priva triremis? *propria sua.* — Sic pro singulari, eximio, *singolare. Id.* 2. *Sat.* 5. 10. turdus, Sive aliud privum dabitur tibi, devolet illuc, Res ubi magna nitet domino sene. *Liv.* 7. 37. Milites singulis bobus, binisque privis tunicis donati. *Alii omitt.* privis. *Gell.* 11. 16. Quæ non tam dilucide demonstrari Latina oratione possunt, quam Græci ea dicunt privis vocibus. ¶ 3. Item pro privato, carente, *privo,* cum Genitivo. *Sall. fragm.* apud *Arusian.* Numeroque præstans, privus ipse militiæ. *h. e.* militiæ expers, militiæ usum non habens, rei militaris ignarus. V. *Kritz., Sall. Hist. fragm. p.* 117. Sic *Apul. de Deo Socrat.* Turba imperitorum, vana sanctitudinis, priva veræ rationis.

PRO est *A*) Præpositio; *B*) Adverbium., et *C*) Interjectio.

A) Præpositio pro Ablativo servit. — Cum Accusativo legitur in *Inscript.* apud *Gruter.* 4. 12. MINERVAE LIBENTER DEDIT PRO SALVTEM SVAM. et 46. 9. HERCVLI INVICTO SACRVM PRO SALVTEM IMP. L. SEPT. SEVERI etc. Similiter *Inscript.* apud *Orell.* 2360. PRO SALVTEM ET VICTORIAS DD. NN. IMPP. SEVERI ET ANTONINI AVGG. etc. Sed hæc dicendi ratio abnormis est et corruptam vulgi consuetudinem redolet. — *Pro* est idem atque ante et refertur ad locum, πρό (It. *avanti, dinanzi*; Fr. *devant, en avant de*; Hisp. *ante, delante*; Germ. *vor*; Angl. *before, in front of, right opposite to*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu ad locum refertur, et est ante. — *a*) Cum Verbis statum in loco significantibus. *Cic.* 3. *Phil.* 11. 27. Sedens pro æde Castoris. *Liv.* 1. 25. Consederant utrimque pro castris duo exercitus. *Id.* 2. 53. Castra Sabina, quæ pro mœnibus sociorum locata erant, confestim aggreditur. *Cæs.* 4. *B. G.* 32. Ii, qui pro portis castrorum in statione erant. *Id.* 7. *ibid.* 71. Copias pro oppido collocare. *Tac. Agric.* 35.; et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 37. 37. (101). Inhærere pilis pro vallo. *Sueton. Tib.* 32. Hunc Romæ salutandi sui causa pro foribus stantem admonuit. *Sall. Cat.* 18. Ni Catilina maturasset pro curia signum sociis dare. *Priscian.* ad h. l. 14. *p.* 996. *Putsch.* Pro curia dixit pro ante curiam. *Liv.* 30. 10. Onerariarum quadruplicem ordinem pro muro adversus hostem (*Scipio*) opposuit. *Appian. Alex.* in *Punic. p.* 13. dixit ἵνα ἀντὶ τείχους ᾖ. *Cic. Mil.* 1. 2. Præsidia illa, quæ pro templis cernitis. — *b*) Cum Verbis motum significantibus. *Cæs.* 1. *B. G.* 48. Pro castris suas copias produxit. *Liv.* 2. 20. Pro antesignanis parmas objiciunt. Sic *Apul. de Mag. in fin.* Tabulas hic ibidem pro pedibus tuis abjicio. ¶ 2. Latiori sensu ac speciatim ponitur loco τοῦ *in.* — *a*) *Pro contione* proprie est ante collectum exercitum, *dinanzi la fronte dell'esercito radunato,* deinde ante conventum vel in conventu militum, demum palam vel publice. *Sall. Jug.* 8. Donatum atque laudatum magnifice pro contione Jugurtham in prætorium abduxit. Sic *Liv.* 38. 23. *sub fin.* Laudati pro contione omnes sunt. *Curt.* 4. 10. 16. Litteras pro contione recitare. *Sueton. Vesp.* 7. *ad fin.* Palam pro contione utrumque tentavit. — *b*) *Pro rostris* est in anteriori rostrorum parte, vel in fori regione circa rostra ante ipsa rostra, atque adeo in rostris. *Vellej.* 2. 19. 1. Caput ejus erectum et ostentatum pro rostris. et *Flor.* 3. 21. Octavii consulis caput pro rostris exponitur. *Sueton. Aug.* 100. Bifariam laudatus est: pro æde divi Julii a Tiberio, et pro rostris veteribus a Druso, Tiberii filio. *Paul. Diac. p.* 226. 3. *Müll.* Pro sententia ac si dicatur in sententia, ut pro rostris, id est in rostris. — *c*) Similiter *Cic.* 3. *Fam.* 8. Me vultu et taciturnitate significasse tibi non esse amicum, idque pro tribunali. *et Pis.* 5. 11. Pro Aurelio tribunali-delectus servorum habebatur. *Festus p.* 246. 30. *Müll.* Pro censu classis juniorum Ser. Tullius quum dicit in descriptione centuriarum, accipi debet in censu, ut ait M. Varro in l. VI. rerum humanarum: sicuti pro æde Castoris, pro tribunali, pro testimonio. *Sall. Jug.* 94. Non castelli mœnibus sese tutabantur, sed pro muro dies noctesque agitare. Sic *ibid.* 67. Pro tectis ædificiorum saxa et alia certatim mittere. *Liv.* 21. 7. Pro mœnibus atque turri tela micare. *Tac.* 14. *Ann.* 30. Stabat pro litore insulæ diversa acies. *et* 12. *ibid.* 29. Legionem pro ripa componere. *Cæs.* 6. *B. G.* 3. *in fin.* Hac re pro suggestu pronunciata. *Sall. Jug.* 29. Uti pro concilio imperatum erat. Sic *Liv.* 38. 36. Supplicatio in triduum pro collegio decemvirorum imperata fuit. et 4. 26. Tribuni secedunt, proque collegio pronunciant. Adde *Gell.* 11. 3. Similiter *Liv.* 39. 5.; et *Sall. Jug.* 8. Ne suas quidem simultates pro magistratu exercere, boni exempli esse.

II.) Translate. ¶ 1. Morali ratione, metaphorâ sumptâ a locali ratione, *pro* significat in defensionem, in favorem, *in favore, in difesa, per.* Hinc Ciceronis orationes *pro* Archia, pro Ligario, etc. — *a*) Cum opposito *contra* vel *in. Cic.* 3. *Orat.* 20. 75. Hoc non modo non pro me, sed contra me est potius. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 18. 60. Veri inveniendi causa contra omnia dici oportere et pro omnibus. *Id. Cluent.* 32. 88. Partim nihil contra Avitum valere, partim etiam pro hoc esse. *Liv.* 34. 8. Hæc quum contra legem proque lege dicta essent. — *Id.* 2. 56. *ad fin.* Contio omnis atrox coorta pro tribuno in consulem est. — Ceterum sine opposito. — *b*) *Stare pro aliquo,* ei vel ejus partibus favere. *Liv.* 2. 12. Juberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret. *Curt.* 4. 1. 13. Et dii quoque pro meliore stant causa. — *Esse pro aliquo* Italice *stare dalla sua parte,* alicui favere, alicui esse magnæ utilitati: *V. Cic.* loca paullo ante cit. sub *a.* Sic *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 55. Puta ita esse: pro me est. *fa per me.* et *Liv.* 39. 30. In eo tumultuario certamine et loca sua et genus pugnæ pro hoste fuere. Sic *Tac.* 4. *Ann.* 78. Cuncta pro hostibus erant. *Colum.* 3. *R. R.* 5. 1. Quod ego minime reor esse pro agricola. *essere di vantaggio.* — Et generatim. *Cic. post red. in senat.* 11. 29. Populum Romanum pro me, tamquam pro fratre, aut pro parente obsecravit. *et* 13. *Fam.* 7. Petere aliquid pro aliquo. *Id. Sext.* 62. 130. Senatui pro aliquo supplicare. *et ibid.* 69. 144. Pro patre fortissimo deprecari. *Id.* 3. *Fin.* 1. 1. Si ipsa pro se loquatur voluptas. *Id. Arch.* 11. 28. Quas res in consulatu nostro pro salute hujus urbis atque imperii, et pro vita civium, proque universa republica gessimus. *Id. Sext.* 21. 48. Vitam pro salute populi devovere. *et ibid.* 10. 23. Subire pro patria pericula. *Id.* 2. *Fin.* 23. 76.; et *Horat.* 3. *Od.* 2. 13. Mori pro patria. *Horat.* 4. *Od.* 9. 23. Excepit ictus pro pudicis Conjugibus puerisque primus. *Catull.* 36. 2. Votum solvite pro mea puella. *Curt.* 3. 7. 3. Vota deinde pro salute suscepta. *Id.* 6. 11. 7. Vota pro incolumitate regis persolvere. Adde *Tac.* 4. *Ann.* 17. — *c*) Speciatim cum Verbis metum, animi curam et angorem significantibus. *Ovid.* 9. *Met.* 107. Intrepidum pro se, curam de conjuge agentem Nessus adit. *Id.* 1. *ibid.* 182. Non ego pro mundi regno magis anxius illa. Tempestate fui, qua etc. *et* 14. *ibid.* 450. bellum cum gente feroci Suscipitur; pactaque furit pro conjuge Turnus. *Liv.* 2. 24. Deliberationi de maxima-parte civitatis metum pro universa republica intervenisse. *Ovid.* 15. *Met.* 816. Hic sua complevit (pro quo, Cytherea, laboras) Tempora. ¶ 2. Sæpissime *pro* est ob, loco, vice, *per, in luogo, in vece.* — *a*) *Pro* est *per, per cagione,* διά, ob, propter, ut ait *Forcellinus;* vel potius significat præmium, pretium, retributionem, quæ alicui pro re aliqua persolvuntur, tum in bonam, tum in malam partem. *Plaut. Aulul.* 3. 3. 8. Pro vapulando abs te mercedem petam. *Ter. Eun.* 5. 4. 19. Ego pol te pro istis dictis et factis, scelus, ulciscar. *Cic.* 1. *Att.* 3. Misimus, qui pro vectura solveret. *Sall. orat. C. Cottæ* § 12. *Kritz.* Tantummodo in animis habetote me-volentem pro maximis beneficiis animam dono dedisse. Cf. *Cic.* 1. *Orat.* 55. 234. Quem omnes amare meritissimo pro ejus eximia suavitate debemus. *Liv.* 2. 41. Pro frumento pecuniam accipere. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 43. dedit hic pro corpore numos. — *b*) Hinc generatim *pro* est idem ac loco, vice. *Cato* apud *Fronton.* 1. *ep. ad Antonin.* 1. Numquam ego argentum pro vino congiario inter apparitores atque amicos meos disdidi. *Plaut. Most.* 5. 2. 10. Ego ibo pro te, si tibi non libet. *Ter. Andr.* 1. 2. 29. Ut si te inde (*h. e.* ex pistrino) exemerim, ego pro te molam. *Sueton. Aug.* 59. Nonnulli testamento caverunt, ut ab heredibus suis, prælato victimæ titulo, in Capitolium ducerentur, votumque pro se solveretur, quod superstitem Augustum reliquissent. *Cæs.* 5. *B. G.* 12. Utuntur ære, aut taleis ferreis pro numo. *Cic.* 5. *Fin.* 13. 38. Animam illi pecudi datam pro sale. *Id.* 2. *Legg.* 5. 13. Neque medicorum præcepta vere dici possint, si quæ inscii imperitique pro salutaribus mortifera conscripserint. *Id. Orat.* 45. 154. *Ain'* pro *aisne, nequire* pro *non quire, malle* pro *magis velle, nolle* pro *non velle.* et *ibid.* 27. 92. Mutata (*ea dico*), in quibus pro verbo proprio subjicitur aliud quod *etc.* Si pro *patria arcem* dixisset (*Ennius*), pro

Afris immutat *Africam*:-quum *minutum* dicimus animum pro parvo. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 199. pro vitula statuis dulcem Aulide natam. *Id.* 1. *ibid.* 3. 61. Pro bene sano ac non incauto fictum astutumque vocamus. *Sueton. Cæs.* 70. Una voce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile flexit, ut etc. *Sall. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 2. *Æn.* 157. Neu quis miles, neve pro milite. *h. e.* evocatus. *Liv.* 1. 17. Fremere deinde plebs; multiplicatam servitutem, rentum pro uno dominos factos. *Id.* 2. 41. Quid attinuisse, Hernicis-capti agri partem reddi, nisi ut hæ gentes pro Coriolano duce Cassium habeant? *et* 1. 58. Qui hostis pro hospite-pestiferum hinc abstulit gaudium. *Id.* 1. 43. Arma imperate, scutum pro clipeo. *Curt.* 4. 7. 20. Medium nemus pro arce habent. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 38. 72. (181). Corpori arborum-pro cute cortex. *et ibid.* 24. 38. (90). Juniperis spina pro folio est. *et ibid.* 25. 40. (95). Ilex, picea, larix-fructum pro flore gignunt. — c) Hinc illa *pro prætore, pro consule* etc. (quæ et conjuncte scribuntur) de eo qui vices agit prætoris, etc. eamdemque habet auctoritatem, quamvis prætor non sit, *vicepretore, viceconsole. Cic.* 1. *Orat.* 18. 82. Quum pro consule in Ciliciam proficiscens Athenas venissem. *Id.* 11. *Phil.* 8. 18. Sertorianum bellum a senatu privato datum est, quia consules recusabant; quum L. Philippus pro consulibus eum se mittere dixit, non pro consule. *Id.* 13. *ibid.* 10. 22. Neque se imperatorem, neque Hirtium consulem, nec pro prætore Cæsarem vocat. Adde *Liv.* 35. 1. Rursus *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 4. 11. Quum Alexandriæ pro quæstore essem. Adde *eumd.* 10. *Phil.* 11. 26. et *Id.* 11. *Att.* 10. P. Terentius operas in portu et scriptura Asiæ pro magistro dedit. Adde *eumd.* 4. *Verr.* 70. 169. — Similiter *Id. Dom.* 53. 136. Habetis in commentariis vestris, C. Cassium censorem de signo Concordiæ dedicando ad pontificium collegium retulisse, eique M. Æmilium, pontificem maximum, pro collegio respondisse etc. *in nome del collegio.* Sic *Id.* 2. *Orat.* 48. 198. Accedebat, ut hæc tu adolescens pro republica queri summa cum dignitate existimarere. *in nome della repubblica.* Cf. *eumd. Sext.* 2. 3. Nihil ab eo prætermissum est, quod pro republica conquerendum fuit. — d) Hinc *pro* est tamquam, instar, ut, *come, per. Cic.* 2. *Att.* 5. Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum millibus. *Mat. et Trebat. ad Cic. post ep.* 15. *l.* 9. *ad Att.* Pro certo habere. *Ter. Adelph.* 1. 1. 23. Hunc eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo. *Cæs.* 3. *B. C.* 109.; et *Cic. Sext.* 38. 81. et 6. *Verr.* 15. 33. Quum pro damnato mortuoque esset. *Id.* 4. *ibid.* 2. 5. Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro ærario fuisse. *Id. Arch.* 5. 11. Gerere se pro cive. *Liv.* 32. 33. Nicephorium, Venerisque templum quæ spoliasset, evastassetque, pro incorruptis restitui. *et* 39. 49. Adeo incredibilis visa res, ut non pro vano modo, sed vix pro sano nuncius audiretur. *Id.* 8. 1. Volsci nocte pro victis Antium agmine trepido abierunt. *Seneca Tranquill.* 11. *ante med.* Qui mortem timebit, nihil unquam pro homine vivo faciet. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 25. Neque nos populus pro cerritis insectabit lapidibus. *Id. Merc.* 4. 4. 4. Qui amat, quod amat, id si habet, id habet pro cibo. *Curt.* 4. 10. Jam pro seditione res erat. *Liv.* 43. 5. Esse alicui pro hoste. *Ulp. Dig.* 5. 3. 11. Pro herede possidet, qui putat se heredem esse. Sic *ibid.* 13. Pro possessore, pro emptore, etc. *Pompon. ibid.* 30. 1. 54. Turpia legata pro non scriptis habentur. *Liv.* 23. 22. *ad fin.* Id omnino pro non dicto habendum. *Id.* 8. 36. Ut pro haud dubio habitum sit. *che si credette per certo.* — e) Hinc etiam *pro eo*: et — Absolute est perinde ut. *Cic.* 13. *Fam.* 7. Quod erit hujusmodi, ut si a Cæsare, quod speramus, impetrarimus, tuo beneficio nos id consecutos esse judicemus: sin minus, pro eo tamen id habeamus, quum a te data sit opera, ut impetraremus. *lo tenghiamo tuttavia per benefizio tuo.* — *Pro eo* sequente *ac, atque, quasi*, ita ut, perinde ut, quomodo. *Sulpic. ad Cic.* 4. *Fam.* 5. Postea quam mihi renunciatum est de obitu filiæ tuæ, sane quam, pro eo ac debui, moleste tuli. *Cic.* 1. *Invent.* 32. 54. Pro eo ac si concessum sit. *Ulp. Dig.* 28. 1. 22. Pro eo est, atque si adhibitus non esset. *è come se. Pompon. ibid.* 30. 1. 38. Pro eo erit, quasi ne legatum quidem sit. — *Pro eo quod*, quia, vel propter hoc quod. *Liv.* 38. 49. *extr.* Sed satis jam dictum est: quin pro eo quod pluribus verbis vos, quam volui, fatigavi, veniam a vobis petitam velim. *Cic.* 2. *Orat.* 18. 75. Quum Hannibal ad Antiochum venisset exsul, proque eo, quod ejus nomen erat magna apud omnes gloria, invitatus esset ab hospitibus. *e secondo che, e a misura che*, ut interpretatur *Forcellinus*, vel rectius *e perchè.* ¶ 3. *Pro* ponitur loco τοῦ *juxta*, secundum, *secondo, conforme.* — a) Generatim. *Ennius* apud *Non. p.* 475. 4. *Merc.* Ita sapere opino esse optumum, ut pro viribus Tacere ac fabulari tute noveris. *Nepos Epam.* 3. *ad fin.* Amicorum consilium habebat, et quantum quisque daret, pro facultatibus imperabat. *secondo le facoltà. et Cic. Dom.* 41. 108. Nemo est, qui non pro suis opibus defenderit. *Id. Senect.* 9. 27. Decet, quidquid agas, agere pro viribus. *Id. Sext.* 66. 138. Pro virili parte. *Id.* 3. *Off.* 14. 58.; et *Cæs.* 2. *B. G.* 25. Pro se quisque. *Cic. Rosc. Am.* 12. 33. Quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode posset. *Id.* 3. *Verr.* 27. 69. Quum in eam rationem pro suo quisque sensu ac dolore loqueretur. *Id.* 4. *Fam.* 10. *in fin.* Reliqua tu pro tua prudentia considerabis. *et* 15. *ibid.* 15. *ad fin.* Quibus aliquid opis fortasse ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset. *Liv.* 30. 10. His raptim pro tempore instructis. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 14. Familiam semper ad opera cunctantem, pro temporibus anni festinanter producat. *Pallad.* 1. *R. R.* 4. *in fin.* Pro majori parte. — b) Speciatim *pro eo quantum, pro eo ut. Cic.* 4. *Fin.* 21. 58. Eaque pro eo, quantum in quoque sit ponderis, esse æstimanda. *Id.* 3. *Fam.* 3. *ad fin.* Equidem pro eo quanti te facio, quidquid feceris, approbabo. *secondo la stima che ho di te.* In *epist. L. Metelli Siciliæ præt.* apud *Cic.* 5. *Verr.* 54. 126. Tamen pro eo, ut temporis difficultas aratorumque penuria tulit, etc. ¶ 4. Hinc etiam *pro* opponitur τῷ *contra*, et est Ital. *a seconda. Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *n.* 35. Erit igitur radendum caput, nunc pro capillatura, nunc contra capillaturam. Adde *eumd. ibid.* 3. *n.* 98.

In compositione *pro* significat ante, ut *procedo, progredior, procurro, provideo*; et palam, ut *proloquor, prodo*; et procul, ut *profanus, prohibeo* (sic *Forcellinus*; duo tamen postrema in primum recidunt); et vice, ut *proconsul*: quæ et *Festus p.* 229. 11. et *Paul. Diac. p.* 228. 16. *Müll.* docet. Item *pro* in compositione significat in defensionem, in favorem, ut *propugnare, prodesse, protegere.*

B) Adverbium *pro* locum habet tantum in translata comparandi significatione (*V.* supra sub II. 3. *b.*); et — a) *Pro quam* Italice est *secondo che, a misura che. Lucret.* 2. 1136. Nec facile in venas cibus omnis diditur ei, Nec satis est, pro quam largos exæstuat æstus. *Id.* 6. 9. Nam quum vidit hic ad victum quæ flagitat usus Omnia jam ferme mortalibus esse parata, Et, pro quam posset, vitam consistere tutam, etc. V. *Lachmann.* ad *h. l.* — Et sequente in altero membro *ita, Id.* 3. 199. igitur parvissima corpora pro quam Et levissima sunt, ita mobilitate fruuntur. — b) *Pro ut* vel *prout*, Itali *secondo che* dicunt. *Cic.* 4. *Verr.* 34. 83. Comparaverat supellectilem elegantiorem, tabulas pictas, etiam argenti bene facti, prout Thermitani hominis facultates ferebant, satis. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 67. prout cuique libido est, Siccat inæquales calices conviva solutus Legibus insanis. *Liv.* 38. 50. Id, prout cujusque ingenium erat, interpretabantur. *et ibid.* 40. *sub fin.* Prout locus iniquus æquusve his aut illis, prout animus pugnantium est, prout numerus, varia pugnæ fortuna est. — Et cum τῷ *ita* in altero membro *Cic.* 5. *Phil.* 17. 46. Ejusque rationem, quemcumque magistratum petet, ita haberi, prout haberi lege liceret, si anno superiore quæstor fuisset. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 10. (51). Prout nives satiaverint, ita Nilum increscere. *Cels.* 4. 4. *n.* 5. Si secuta ulcera sunt, prout sedes ipsa est, ita varia genera morborum sunt.

C) Interjectio *pro* vel *proh*. Sunt qui scribunt *proh*: sed *Priscian.* docet 1. *p.* 548. *Putsch.* numquam vocalibus in fine dictionis aspirationem appingi, exceptis *ah* et *vah*, quæ voces mutilæ sunt et per apocopen factæ ex *aha* et *vaha*. Pro *Prisciano* stant *Manut.* et *Cellar.* Alii aspirationem retinent, sive quia etiam *proh* factum a *proha* censent, sive quia in enunciando majori semper spiritu effertur, quam *pro* præpositio. Stat ab his *Dausquius.* — Ceterum *pro* est interjectio exclamantis, dolentis, admirantis, *o, oh, ah, ὦ*: et usurpatur — a) Cum Vocat. *Ennius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 12. *Müll.*; et *Ter. Andr.* 4. 3. 17., *Eun.* 3. 5. 2. et *Adelph.* 1. 2. 31. Pro Juppiter. *Ter. Adelph.* 2. 1. 42. Pro supreme Juppiter. *Id. ibid.* 3. 3. 12. Pro Juppiter, hominis stultitiam! *Cic.* 2. *Phil.* 13. 32. Quæ enim res unquam (pro sancte Juppiter!) non modo in hac urbe, sed in omnibus terris gesta est major? *Id. pro leg. Manil.* 12. 33. Pro dii immortales! tantamne unius hominis divina virtus, tam brevi tempore, lucem afferre reipublicæ potuit, ut etc. *Horat.* 3. *Od.* 5. 7. Pro curia inversique mores! *Virg.* 5. *Æn.* 793.; et *Martial.* 2. 46. Pro scelus! — b) Cum Accusat. *Ennius* apud *Donat.* ad *Ter. Phorm.* 2. 2. 25.; et *Ter. Adelph.* 4. 7. 28. Pro divum fidem! *Ter. Andr.* 1. 5. 2., *Heaut.* 1. 1. 9. *et Hecyr.* 2. 1. 1.; et *Cic. Orat.* 46. 155. et 5. *Tusc.* 16. 48. Pro deum atque hominum fidem! Et per ellypsin *Ter. Phorm.* 2. 3. 4. Pro deum immortalium! *subaudi* fidem. — c) Cum Genit. *Tertull. Pœnit. sub fin.* Pro malæ tractationis! φεῦ. — d) Absolute. *Plaut. Cas.* 2. 4. 5. Pro! bonæ frugi hominem te jampridem esse arbitror. *Ovid.* 13. *Met.* 758. pro, quanta potentia regni Est, Venus alma, tui! *Id. Heroid.* 3. 98. Et mea, pro! nullo pondere verba cadunt. *Liv.* 21. 14. Tantum pro! degeneramus a parentibus nostris. *Alii leg.* pro dolor! *Curt.* 4. 16. 10. Propemodum sæculi res in unum illum diem pro! fortuna cumulavit.

PRŌĂCŪO. *V.* PERACUO.

PRŌ.EDĬFĪCĀTUM dicitur, quod ex privato loco processit in publicum solum. *Festus p.* 242. 10. *Müll.* qui significare videtur mœnianum, projectum. V. *Suppl. adnotat.* in *ed. Müll. p.* 395. *cl.* 2. *in fin.* At ex sententia *Lupuli It. Venus. p.* 298. proædificatum est quod in solo publico ædificatum, publico restitutum est. *V.* TRIUMVIRI LOCORUM PUBLICORUM PERSEQUENDORUM.

PRŌĂGŌGĬON. *V.* in. PÆDAGOGIUM.

PRŌĂGŌRUS, i, m. 2. προηγορος, Græce significat eum, qui ante alios verba facit: apud Catinenses et Tyndaritanos in Sicilia nomen fuit summi magistratus. *Cic.* 6. *Verr.* 23. 50. *et* 39. 85.

PRŌĂMĬTA, æ, f. 1. *sorella di mio bisavo*, proavi mei soror, seu amita avi mei, quæ et *amita major* dicitur. *Cajus Dig.* 38. 10. 1. et *Paul. ibid.* 10.

PRŌĂPŌDŌSIS, is, f. 3. προαπόδοσις, figura elocutionis. *Capell.* 5. *p.* 175. Proapodosis est redditio orationis, id est, quum nomen in postrema parte membri, aut eadem quæcumque pars orationis redditur, ex quo idem membrum cœpit: ut si dicas: Publicas tibi calamitates immutare debet respublica. Eadem habet *Aquila de fig. sentent. p.* 24. *Capper.* At *Hoppius* apud *Capell.* pro *proapodosis* ex Aquila restituit *prosapodosis.*

PRŌARCHĒ, es, f. 1. προαρχή, unus ex æonibus Valentiniani, nempe principium omnium rerum et originum. *Tertull. advers. Valentin.* 7. 35. *et* 37.

PRŌAUCTOR, ōris, m. 3. προκατάρχων. ¶ 1. Est progenitor, princeps, quasi procul et longa

origine auctor. *Sueton. Claud.* 24. Appium Cæcum generis sui proauctorem, libertinorum filios in senatum allegisse docuit. ¶ 2. Alio sensu. *Inscript.* apud *Henzen.* 6432. ET IN EO (*libello*) SCRIPTVM FVERIT EORVM LOCORVM DE QVIBVS AGITVR FACTAM DEFINITIONEM PER Q. COELIVM GALLVM M. IVNIO SILANO L. NORBANO BALBO COS. (*h. e.* ann. post Chr. n. 19.) VII. K. MAIAS INTER P. VACCIVM VITVLVM AVCTOREM HISTONIENSIVM FVNDI HIERANICI ET TITI. IA. LACILLAM (*fortasse* Titurium Flaccillum) PROAVCTOREM TILLI SASSI FVNDI VELLANIAE (*lege* fundi Vellani *actum esse*) etc. De *auctore* et *proauctore*, *V. Marini Papir. Dipl.* XCIII. et CXXI. et *Garrucci* in *Bullett. Nap. n. s.* ann. 1853. *p.* 181.

PRŌĂVĬA, æ, *f.* 1. *madre di mio avo, bisavola, προμάμμη*, mater avi, vel aviæ meæ, sive ii paterni sint, sive materni: cui respondent pronepos, proneptis, ut *Cajus Dig.* 38. 10. 1. et *Paul. ibid.* 10. docent. *Sueton. Cal.* 10. In Liviæ Augustæ proaviæ suæ contubernio mansit.

PRŌĂVĬTUS, a, um, adject. *del bisavolo*, ad proavum, aut proaviam, et universim ad majores nostros pertinens. *Ovid.* 13. *Met.* 415. Mittitur Astyanax illis de turribus, unde Pugnantem pro se, proavitaque regna tuentem Sæpe videre patrem, monstratum a matre, solebat. *Stat.* 4. *Silv.* 4. 83. Proavita rura. *Sil. It.* 16. 254. potentia. *Id.* 5. 366. medicamina. *h. e.* quæ quis a proavis tradita didicit.

PRŌĂVUNCŬLUS, i, m. 2. *fratello di mia bisavola*, proaviæ meæ frater, qui et *avunculus major* dicitur, ut docent *Cajus Dig.* 38. 10. 1. et *Paul. ibid.* 10. *V.* AVUNCULUS.

PRŌĂVUS, i, m. 2. *bisavo, bisavolo, secondo avo, πρόπαππος*, pater avi, vel aviæ tum ex parte paterna, tum materna: cui respondet pronepos, proneptis.

I.) Proprie. *Plaut. Mil. glor.* 2. 4. 20. et *Pers.* 1. 2. 5. Pater, avus, proavus, abavus, atavus, tritavus. *Cic. Mur.* 7. 15. Et proavus L. Murenæ et avus prætores fuerunt. Adde *Cajum Dig.* 38. 10. 1. et *Paul. ibid.* 10.

II.) Translate. ¶ 1. Pro tritavo. *Cic.* 3. *Fam.* 11. *extr. ad Appium Pulcrum.* In censura de proavo multum cogitato tuo. *h. e.* de Appio Claudio Cæco. *V.* ABAVUS. ¶ 2. Et universim pro quocumque ex majoribus. *Horat. Art. P.* 270. At vestri proavi Plautinos et numeros et Laudavere sales. *Stat.* 10. *Theb.* 807. Quæque novis proavum tellus effloruit armis. *pro* proavorum. *Ovid.* 3. *Amor.* 15. 5. usque a proavis vetus ordinis heres. *Curt.* 6. 11. Quis proavum hujus Alexandrum ultus est? V. *Justin.* 7. 1. 2. 3. 4. 5. et 6.; *Solin.* 9.; et *Euseb. in Chronic.*

PRŌBA, æ, f. 1. *prova, δεῖγμα*, probatio, specimen, indicium. *Impp. Valentin. et Valens God.* 12. 25. 1. Ut stratoribus unus tantum solidus probæ nomine posceretur. *Ammian.* 21. *extr.* Annonæ militaris indicia, ut ipsi nominant probam. *saggio. At* Gardthausen. *legit* proba.

PRŌBĂBĬLIS, e, adject. Comp. *Probabilior* II.; Sup. *Probabilissimus* I. — Probabilis est qui probari et credi potest, *πιθανός* (It. *probabile, verisimile*; Fr. *problable, vraisemblable*; Hisp. *problable, verisimil*; Germ. *was gebilligt werden kann, daher wahrscheinlich, glaublich, annehmbar*: Angl. *probable, likely, likely to be true, credible*).

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Invent.* 29. 46. Probabile est id quod fere fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hæc quandam similitudinem, sive id falsum est, sive verum. *Id. præf. Parad.* 3. Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile. *Id.* 1. *Off.* 3. 8. Medium officium id esse dicunt, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit. *Id.* 2. *Divinat.* 6. 16. Qui nihil sine aliqua probabili conjectura et ratione dicunt. *Id.* 1. *Orat.* 56. 240. Galbæ disputationem sibi probabilem et prope veram videri. *Id.* 7. *Verr.* 67. 173. Splendida est illa causa, probabilis mihi et facilis, populo grata atque jucunda. *Liv.* 40. 29. Probabile mendacium. *Tac.* 6. *Ann.* 14. Nullas probabiles causas longinquæ peregrinationis afferebat. *Boeth. Aristot. analyt. prior.* 2. *p.* 521. Probabilissimum enim et maxime verum est. Sic *Id. Arist. Elench. Sophist.* 2. 8. *p.* 756. Ex iis, quæ sunt probabilissima.

II.) Translate est probandus, probatione dignus, *da approvarsi, da piacere.* — *a*) De hominibus. *Probabilis orator*, cujus ingenium et eloquentia probari ac placere debet. *Cic. Brut.* 76. 263. C. Sicinius probabilis orator: jam vero etiam probatus. *Id.* 2. *Orat.* 36. 153. Semper existimavi, jucundiorem et probabiliorem huic populo oratorem fore, qui, etc. *Id. Brut.* 68. 241. P. Autronius voce peracuta atque magna, nec alia re ulla probabilis. *Id.* 1. *Orat.* 28. 129. Discipulus probabilis. — *b*) De rebus. *Cic. Brut.* 48. 180. Vir ingenio sane probabili. *Quintil.* 8. 3. 43. Ne speremus ornatam orationem fore, quæ probabilis non erit. *Cic. Partit. orat.* 6. 19. Probabile genus est orationis, si non nimis est comptum atque expolitum, si est auctoritas et pondus in verbis, si sententiæ vel graves, vel aptæ opinionibus hominum et moribus. *Liv.* 2. 13. *sub fin.* Quod et virginitati decorum, et consensu obsidum ipsorum probabile erat. *Val. Max.* 6. 2. *init.* Libertas in dictis et factis vulgi sic auribus gratior, quam sapientissimi cujusque animo probabilior est. *Colum.* 3. *R. R.* 2. 24. Uvæ, quæ habent probabilem gustum. *et ibid.* 1. 10. Maxime probabilis cæli et soli qualitas. *Id.* 1. *ibid. proœm.* 8. An feneratio probabilior sit? *sarà da approvarsi? Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 23. (38). Aqua maxime probabilis. *Id.* 21. *ibid.* 4. 10. (18). Rosa nec odore, nec specie probabilis. *Colum.* 6. *R. R.* 1. 2. Umbria progenerat boves vastos et albos, eademque robios, nec minus probabiles animis, quam corporibus. *et ibid.* 2. 14. Mores hujus pecudis probabiles habentur, qui sunt propiores placidis, quam concitatis, sed non inertes. *Gell.* 20. 1. *a med.* Quod edictum prætorium de æstimandis injuriis probabilius esse potest? *più ragionevole.* Et *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 6. *n.* 27. Dehinc probabilior atque magis eligenda erit quieta pressura. *h. e.* optabilior.

PRŌBĂBĬLĬTAS, ātis, f. 3. *probabilità, verisimiglianza, πιθανότης*, verisimilitudo. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pri*) 24. 75. Multa, quæ nos fallunt probabilitate magna. *Id.* 3. *Fin.* 21. 72. Ne cui falso assentiamur, neve unquam captiosa probabilitate fallamur. *Id.* 5. *Tusc.* 11. 33. Quodcumque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus.

PRŌBĂBĬLĬTER, adverb. Comp. *Probabilius* I. — Probabiliter est credibiliter, verisimiliter, *probabilmente, verisimilmente, πιθανῶς*.

I.) Proprie. *Cic. Orat.* 35. 122. Rem breviter exponere, et probabiliter, et aperte. *Id.* 2. *Orat.* 82. 337. Ad consilium de republica dandum, caput est, nosse rempubl.; ad dicendum vero probabiliter, nosse mores civitatis. *Id. fragm.* apud *Augustin.* 3. *contra Acad.* 7. Ex quo potest probabiliter confici, eum etc. *Liv.* 33. 28. Multa in eam partem probabiliter argumentatus. *Cic.* 2. *Invent.* 46. 136. Justius et probabilius accusare aliquem.

II.) Figurate est probe, recte, laudabiliter. *Gell.* 9. 16. Eleganter et probabiliter hoc dictum est. *Id.* 1. 16. Id quoque recte et probabiliter dici solitum. *Vellej.* 2. 46. 1. Consulatus neque petitus honeste ab his, neque probabiliter gestus est. *tollerabilmente*, vel *lodevolmente.*

PRŌBĀMENTUM, i, n. 2. *prova*, probatio. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod.* 13. 6. 10. Quem non personæ alicujus probamenta confutarant. *Capell.* 6. *p.* 193. Quod magis indubitabilis probamenti fiet, si etc. Adde *eumd.* 7. *p.* 238.

PRŌBĀTA, ōrum, n. plur. 2. *bestiame, πρόβατα*, Græca vox, pecus omne, et præcipue oves significans. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (16). In Africa esse familias quasdam effascinantium, quorum laudatione intereant probata, arescant arbores, etc.

PRŌBĀTĒ, adverb. idem ac probe. Superlativo utitur *Cassiod.* 7. *Hist. Eccl.* 7. Valentinianus Aug. probatissime militarem noverat disciplinam.

PRŌBĂTĬCUS, a, um, adject. *προβατικός*, ovarius, ut probatica porta Hierosolymis, prope quam piscina erat, in qua oves mactandæ lavari a sacerdotibus solebant. Ejus meminit *Hieronym. de situ et nomin. loc. Hebr.* ex *Johann.* 5. 2. Alii minus recte putant, ita vocatam fuisse piscinam, prope quam ea porta erat. *Beda de trop. SS. Script. p.* 380. *Capper.* Est autem Hierosolymis probatica piscina; a piscibus enim nomen accepit aqua, quæ nequaquam propter pisces, sed ad lavandas, ut ferunt, hostias collecta est, unde probaticæ cognomen sortita est. *Plin. Valer.* 2. 18. *p.* 180. *retro* ed. *Ald.* Herbam verbenam, quam Græci probaticam vocant, contundes.

PRŌBĀTĬO, ōnis, f. 3. (probo). ¶ 1. Generatim est examen, exploratio, experimentum, periculum, *esame, prova, esperienza, δοκιμασία. Cic.* 1. *Off.* 40. 144. Athletarum probatio. *Val. Max.* 2. 2. *n.* 9. Probatio equitum, *h. e.* quæ in transvectione fit. *Varro* 1. *R. R.* 20. 1. Igitur de omnibus quadrupedibus prima est probatio, qui idonei sint boves, qui arandi causa emuntur. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 2. 10. (36). Probatio œsypi, ut sordium virus oleat. *Id.* 12. *ibid.* 12. 26. (46). In his probatio una, ne sint fragilia. *Id.* 21. *ibid.* 6. 17. (32). Probatio croci sinceri, si imposítum manu crepitet. *Id.* 36. *ibid.* 21. 42. (155). Probatio pumicis in candore minimoque pondere. *Id.* 37. *ibid.* 13. 76. (199). Gemmæ recusant limæ probationem. *Vitruv.* 8. 5. Expertiones autem et probationes fontium sic sunt providendæ. *Ammian.* 21. 16. *ante med.* Id enim evenire corporibus-, diuturna experimenta et probationes medendi monstrarunt. ¶ 2. Speciatim est approbatio, *approvazione, συγκατάθεσις, ἀποδοχή. Cic. Fontej.* 4. 7. *de munitione viar.* Certe falsum est, ob probationem pretium datum, quum multa improbata sint. *V.* PROBO sub *B.* 2. ¶ 3. Item demonstratio, ostensio, argumentum, *prova, argomento, πίστις. Quintil.* 5. 11. 8. Hæc omnia (*enthymema, epicherema, syllogismus*, etc.) generaliter *πίστεις* appellant: quod etsi propria interpretatione dicere *fidem* possumus, apertius tamen *probationem* interpretabimur. *et* 5. 10. 103. Probationes potentissimæ. *Justin.* 32. 2. 9. Insidias ab eo sibi paratas confingit: ad cujus rei probationem immittit indices, etc. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 2. 2. (5). Oculorum probatio. ¶ 4. Præterea ita appellatur tertia orationis pars, quæ et *confirmatio* dicitur, et *fides orationis*, in qua orator ponit ea, quæ ad faciendam fidem directo pertinent. *Quintil.* 3. 9. 1.

PRŌBĂTĬON, ii, n. 2. *προβάτιον*, ovicula. Ita etiam vocatur arnoglossa herba apud *Apul. Herb.* 1.

PRŌBĀTĪVUS, a, um, adject. ad probandum pertinens. *Quintil.* in *sermone, qui præcedit declam.* 299. In hoc probativæ quæstiones duæ, altera *καθηκτική*, altera *πραγματική*.

PRŌBĀTOR, ōris, m. 3. (probo). ¶ 1. Generatim est qui observat, qui experitur. *Apul. de Mag.* Ita et tibi umbra ignobilitatis a probatore obstitit. *h. e.* sic obscuritas tuæ ignobilitatis impedivit, quominus observaveris. Ita leg. *Casaubon.*, collato Gr. *κρύπτειν* et *κρύπτεσθαι ἀπό τινος*: *Elmenhorst.* vero *a probatione* legit. *Salvian.* 1. *Gub. D.* 8. Deus est probator (*Abrahami*), quia tentari eum asperis voluit, ubi probator est qui per aspera discrimina alicujus virtutem experitur. ¶ 2. Speciatim apud Classicos Auctores est qui probat, approbator, *approvatore, ἐπικριτής. Cic.* 2. *Phil.* 12. 29. Quid interest inter suasorem facti, et probatorem? *Id. Cæcin.* 29. 85. Hujus rationis non modo non inventorem, sed ne probatorem quidem esse me. *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 105. Ingenii certe, quo nos male sensimus usos, Artibus exceptis, sæpe probator eras. *Apul. de deo Socrat. circa fin.* Malorum improbator, bonorum probator.

PRŌBĀTŌRĬA, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, (ab adject. *probatorius*) est epistola probatoria, *lettera testimoniale*, h. e. testimo-

nium, quo quis idoneus et probatus ostenditur, qui in ordinem aliquem adsciscatur. *Impp. Constantin. et Constant. Cod.* 12. 58. 2. Nullus judicum quemquam sine sacra probatoria probare audeat, vel provehere. *Impp. Theodos. et Valent. ibid.* 60. 6. Nemo aliter admittatur, nisi quum emissa sacri scrinii probatoria consecraverit.

PRŎBĀTŌRĬUS, a, um, adject. *V.* voc. præced.

PRŎBĀTUS, a, um. *V.* PROBO.

PRŎBĒ, adverb. Sup. *Probissime* II. — Probe est bene, recte, præclare, *bene, benissimo*, καλῶς, εὖ.

I.) Proprie. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 18. Milites armati atque animati probe. *Id. Most.* 1. 2. 19. Ædes expolitæ, factæ probe, examussim. *Id. Men.* 3. 2. 1. Probe lepideque concinnatus. *Id. Mil. glor.* 2. 6. 107. Usque adhuc actum est probe. *Id. Rud.* 2. 3. 50.; et *Cic.* 5. *Att.* 1. Probe curare aliquid. *Plaut. Trin.* 3. 3. 56. Satis scite et probe. *Cic.* 3. *Orat.* 50. 194. Antipater, quem tu probe meministi. *Id.* 13. *Att.* 6. De aquæductu probe fecisti. *Id.* 2. *Fam.* 12. Quod quum probe scirem, utinam etc. *et ibid.* 10. Exercitus satis probe ornatus auxiliis. *Tac.* 3. *Hist.* 62. Mimos actitavit scite magis, quam probe. *Cic.* 7. *Att.* 3. Illud probe judicas. *Id. Brut.* 41. 151. De Servio probe dicis. *Id.* 1. *Off.* 19. 62. Probe definitur a Stoicis fortitudo. — *Probe narras*, bonum nuncium affers, *Ter. Andr.* 5. 6. 6., qui *Eun.* 5. 3. 7. bene narras, et *Hecyr.* 4. 4. 20. bene nuncias, eodem sensu dixit.

II.) Translate est valde, vehementer, omnino, præsertim apud comicos, *bene, molto, assai, affatto. Plaut. Amph.* 1. 1. 126. Appotus probe. *et* 162. Probe percutere aliquem. *et* 268. decipere. *et* 3. 3. 20. errare. *et* 3. 4. 14. Faxo probe, jam hic deludatur. *Id. Capt.* 3. 4. 102. Pereo probe. *Id. Curc. a.* 3. *v.* 16. Næ ego hic me intus explevi probe. *Id. Epid.* 3. 4. 55. Tibi os est sublitum plane et probe. *Id. Mil. glor. a.* 5. *v.* 4. Vide, ut sit acutus culter probe. *Ter. Heaut.* 5. 3. 18. Convinces facile ex te natum: nam tui similis est probe. — In responsionibus est approbantis, laudantis, applaudentis. *Plaut. Most.* 1. 4. 28. Unde agis te? CA. unde homo ebrius. PHILO. probe. *benissimo.* et *Mil. glor.* 4. 4. 9. Miles concubinam intro abiit oratum suam, ab se ut abeat. ACROT. eu, probe! *Ter. Eun.* 4. 7. 3. THR. Primum ædes expugnabo. GNA. recte. THR. virginem eripiam. GNA. probe. *Thr.* male mulcabo ipsum. GNA. pulcre. *Id. Adelph.* 3. 4. 53. DE. Hoc facito. SY. recte sane. DE. hoc fugito. SY. callide. DE. hoc laudi est. SY. istæc res est. DE. hoc vitio datur. SY. probissime.

PRŎBĪBO, is. ere, n. 3. idem ac propino. *Gloss. Cyrill.* Προπίνω, propino, probibo.

PRŎBĬTAS, ātis, f. 3. bonitas naturæ ac morum, integritas vitæ, virtus; ea præsertim, quæ modestiam et verecundiam conjunctam habet: unde *improbitas* audaciam impudentiamque significat, καλοκαγαθία (It. *bontà, probità, modestia*; Fr. *bonté, probité, honnêteté, droiture, intégrité, honneur*; Hisp. *bondad, equidad, integridad, honestidad, derechez, rectitud*; Germ. *die Güte, Rechtlichkeit, Tüchtigkeit, Bescheidenheit, Redlichkeit, Rechtschaffenheit*; Angl. *goodness, probity, honesty, virtue*). *Cic. Planc.* 25. 62. Virtus, probitas, integritas in candidato, non linguæ volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. *Id.* 13. *Fam.* 10. Quum separatim de probitate ejus et moribus dicturus fuissem. *Id.* 1. *Orat.* 26. 122. Fuit mirificus quidam in Crasso pudor, qui non modo non obesset ejus orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. *Sall. Jug.* 14. Parum tuta per se ipsa probitas est. *Tac.* 13. *Ann.* 12. Spectatæ probitatis femina. *Id. Dial. de Orat.* 29. Ipsi parentes nec probitati, neque modestiæ parvulos assuefaciunt, sed lasciviæ et libertati. *Gell.* 14. 2. Multa exempla probitatis sinceritatisque ejus expromebantur. *Quintil.* 6. 4. 11. Nam est res animi jacentis, et mollis supra modum frontis: fallitque plerumque, quod probitas vocatur, quæ est imbecillitas. *Curt.* 4. 1. 20. Causa ei paupertatis, sicut plerisque, probitas erat.

PRŎBĬTER, adverb. probe. *Varro* apud *Non. p.* 20. 19. et *p.* 510. 29. *Merc.* et apud *Priscian.* 15. *p.* 1010. *Putsch.*

PRŎBLĒMA, ătis, n. 3. *questione, dubbio, problema, πρόβλημα*, propositio cum interrogatione, quæstio ad solvendum proposita. *Sueton. Gramm.* 4. Instituisse et ipsos quædam genera institutionum ad eloquentiam præparandam, ut problemata, paraphrases, elocutiones, ethologias. *Seneca* 1. *Controv.* 3. *a med.* Tractare problemata φιλοσοφούμενα. *Gell.* 19. 4. Aristotelis libri sunt, qui problemata physica inscribuntur. *Id.* 3. 6. Aristoteles in septimo problematum. *et ibid.* 6. In problematis Aristotelis. *pro* problematibus. *V.* EMBLEMA init.

PROBLĒMĂTĬCUS, a, um, adject. *problematico, προβληματικός*, ad problema pertinens. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 3. *sub init.* Sed passionis genus Philonis in problematicis (*scil.* libris) daturos nos iterum pollicemur.

PRŎBO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Probans* sub *B.* 1. et *C.* 2.; *Probatus* sub *A.* I. 1., *B.* 1. et 2., *C.* 1. et 2. et in fin.; *Probaturus* sub *C.* 1. et 2.; *Probandus* sub *A.* I. 1., *B.* 2. et *C.* 2. — Probare

A) Est tentare, experiri, exigere, inspicere, an proba res sit (It. *provare, dare o far prova, esaminare, sperimentare*; Fr. *éprouver, faire l'essai, essayer, examiner, vérifier, juger d'après*; Hisp. *probar, examinar, experimentar, justificar, ensayar, gustar*; Germ. *untersuchen, prüfen, beurtheilen*; Angl. *to try, inspect, examine, judge of*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Petron. fragm. Tragur.* 70. *Burmann.* Cultros jussit afferri, inspectosque miratus est: etiam nobis potestatem fecit, ut mucronem ad buccam probaremus. *Sueton. Cæs.* 65. Militem neque a moribus, neque a fortuna probabat, sed tantum a viribus. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 32. (65). Tus probatur candore, amplitudine, fragilitate, carbone, ut statim ardeat. *Id.* 17. *ibid.* 5. 3. (33). Terram amaram sive macram, si quis probare velit, demonstrant eas atræ degeneresque herbæ. *Id.* 33. *ibid.* 9. 46. (132). Probare denarios. *saggiare.* Sic *African. Dig.* 46. 3. 39. pecuniam. *Cæs.* 5. *B. G.* 43. Quem locum probandæ virtutis tuæ exspectas? *Plin.* 7. *Ep.* 9. *ad fin.* Qui sint hi (*scilicet* auctores eligendi), adeo notum probatumque est, ut demonstratione non egeat. *Id.* 8. *Ep.* 24. *in fin.* Nitendum est, ne rudis et incognitus, quam exploratus probatusque, humanior fuisse videaris. ¶ 2. Latiori sensu est idem atque experiendo comperire. *Pallad.* 12. *R. R.* 7. *sub fin.* Castanea inseritur, sicut probavi ipse, sub cortice mense Martio. *come ho provato per esperienza.*

II.) Translate, metaphorâ ductâ a superiori paragr. 1., est æstimare, pensare, spectare. *Plaut. Trin.* 4. 3. 42. Ex eorum ingenio ingenium horum probant. Adde *eumd. Pers.* 2. 2. 30. Sic *Ovid.* 2. *Pont.* 3. 8. Vulgus amicitias utilitate probat. *Id.* 14. *Met.* 322. Forma viro (*Pico*), quam cernis, erat: licet ipse decorem Adspicias, fictâque probes ab imagine veram.

B) Item *probo* est idem ac meo judicio probum seu rectum esse judico, admitto, approbo, laudo, δοκιμάζω, *approvare, lodare, ammettere.* ¶ 1. Generatim. — *a*) Cum Accusativo. *Cic. Mil.* 28. 77. Quis est, qui non probet, qui non laudet? *Id.* 7. *Fam.* 1. *a med.* Teque et istam rationem otii tui laudo vehementer et probo. *Balb. et Opp.* ad *Cic. post ep.* 8. *l.* 9. *ad Att.* Amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate, a plerisque probari solent. *Cic.* 6. *Att.* 1. *ante med.* Quos libros tibi tam valde probari, gaudeo. *Id.* 5. *Att.* 21. *a med.* Habes meam causam, quæ si Bruto non probabitur, nescio cur illum amemus: sed avunculo ejus certe probabitur. *Id. procem. Parad.* 2. Cato ea sentit, quæ non probantur in vulgus. *Id.* 2. *Fin.* 1. 1. Quod ne in ipsis quidem philosophis magnopere unquam probavi. *Id.* 2. *leg. Agr.* 34. 92. Hostiæ a prætoribus probatæ. *Horat.* 1. *Od.* 2. 18. vagus et sinistra Labitur ripa, Jove non probante, uxorius amnis. *Id.* 2. *Ep.* 1. 262. Discit enim citius meminitque libentius illud, Quod quis deridet, quam quod probat et veneratur. *Ovid.* 7. *Met.* 20. video meliora proboque; Deteriora sequor. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 20. 25. (128). Asia picem Idæam maxime probat. *stima.* et 37. *ibid.* 10. 54. (141). *de achatis.* Sunt qui maxime probent vitream perspicuitatem in his. Alter *Plin.* 4. *Ep.* 15. *sub init.* Si utrumque nostrum probas. *Id.* 7. *ibid.* 6. *ad fin.* Similiter nunc et probatum et exceptum est quod pro Vareno hactenus non tacui. — *b*) Cum Infinito. *Cæs.* 1. *B. C.* 29. Cæsar maxime probabat coactis navibus mare transire et Pompejum sequi. Cf. *Horat. carm. sæc.* 15. Sive tu Lucina probas vocari, Seu Genitalis. — *c*) Cum Genitivo. *Sil. It.* 16. 165. stratumque ostro (quem ceperat ipse, Dejecto victor Magone, animique probarat) Cornipedem. *h. e.* compererat generosum et ardentem. (*V.* similem loquendi rationem in PROBATUS in fin., DAMNO, LAUDO, LĔVO, MIROR.) Alii leg. *animisque.* Cf. *Claudian. IV. Cons. Honor.* 487. Ut fortes in Marte viros animique probatos, Sic justos in pace legis. *h. e.* compertos animosæ virtutis bellicæ. *Alii leg.* animisque paratos. ¶ 2. Speciatim de ædificiis et similibus *probo* est probe factum esse dico. *Plaut. Most.* 1. 2. 20. Laudant fabrum atque ædes probant. *Cic.* 5. *Fam.* 6. *ad fin.* Domum tuam atque ædificationem omnem perspexi, et vehementer probavi. — Hinc curatores operum publicorum eadem *probare* dicuntur, quum a redemptore ex locationis formula recte exstructa esse affirmant, quod nostrates *dar il laudo* vulgo dicunt. *Liv.* 4. 22. *extr.* Censores villam publicam in campo Martio probaverunt. *Id.* 45. 15. Petentibus (*censoribus*), ut ex instituto ad sarta tecta exigenda, et ad opera quæ locassent, probanda, anni et sex mensium tempus prorogaretur; Cn. Tremellius tribunus, quia lectus non erat in senatum, intercessit. *Modestin. Dig.* 48. 10. 32. Mensuras publice probatas vini, frumenti, vel cujuslibet rei corrumpere. *Inscript.* ad pontem Fabricium apud *Gruter.* 160. 3. L. FABRICIVS C. F. CVR. VIAR. FACIVNDVM COERAVIT IDEMQVE PROBAVIT. *et* 167. 9. MVRVM REFICIVNDVM CVRARVNT PROBARVNTQVE. Alia Patavii adhuc exstans ad pontem urbis medium. PONTEM FACIENDVM DE *Decurionum sententia* LOCARVNT IIDEMQVE PROBARVNT. *V.* PROBATIO 2. *Macer Dig.* 48. 11. 7. § 2. Illud quoque cavetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, antequam perfectum, probatum, præstitum lege erit. *h. e.* lege locationis. Hinc in nummis argenteis familiarum Romanarum non raro videre est notam illam in iis jam usu frequenti detritis *Cæs. Prob., Imp. Aug. Prob., Ti. Aug. Prob.*, et *NCAPR*, h. e. Cæsar probavit, Imperator Augustus probavit, Tiberius Augustus probavit, Nero Cæsar Augustus probavit, nempe permisit, ut ea pecunia vetus, licet attrita, pro genuina habeatur, quippe quæ ea antiquitus majoris ponderis esse soleret, quam horum Augustorum temporibus. Ita recte interpretatus est eas notas, quæ nunc *contromarche* vocantur, *Barpt. Borghesius* in *Dec. num.* 3. *oss.* 8., eamque interpretationem ratam habuit *Celestin. Cavedoni* in *Sagg. sulle medaglie p.* 28. ¶ 3. Item speciatim apud serioris ævi scriptores est credere, putare, judicare, *credere, riputare, tenere. Vopisc. Aurel.* 25. Antiochiam brevi apud Daphnem certamine obtinuit, atque inde præceptis, quantum probatur, venerabilis viri Apollonii parens humanior atque clementior fuit.

C) Denique *probo* ¶ 1. Generatim est idem ac probum, perfectum, recte factum esse ostendo, et. ut placeat, efficio, persuadeo, *giustificare.* — *a*) Cum Accus. rei, et Dativo personæ. *Cic.* 4. *Att.* 14. (et *Nepos Lysand.* 4.) Libros oratorios in manibus habeo, quos, ut spero, tibi valde probabo. *Id.* 6. *Verr.* 38. 82. Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio non probem. *Id. Quinct.* 30. 92. Si causa cum causa contenderet, nos nostram perfacile cuivis proba-

turos statuebamus. *Id.* 16. *Att.* 7. Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non possim, flagitii scilicet plenum et dedecoris. Similiter *Plin.* 10. *Ep.* 20. *extr.* Quum omnia facta dictaque mea probare sanctissimis moribus tuis cupiam. — Sic de homine *Cic. Balb.* 20. 46. Possumusne igitur tibi probare auctorem exempli atque facti illius, quod a te reprehenditur, C. Marium? — *b)* Sine Dat. personæ. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 22. 72. Ut si in hac causa nostrum officium ac diligentiam probaverimus, etc. — c) Cum præpos. *de* et Ablat. rei. *Cic.* 16. *Att.* 7. *a med.* Quibus de meo celeri reditu non probabam. — *d) Probare se alicui*, de se alicui satisfacere, se virum bonum ostendere. *Cic.* 2. *Fin.* 25. 80. Epicurus multis se probavit. *Id. Ligar.* 1. 2. Ligarius legatus in Africam profectus est: qua in legatione et civibus et sociis ita se probavit, ut etc. *si fe' conoscere di maniera, che* etc. Cf. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 108. nemo ut avarus Se probet, ac potius laudet diversa sequentes. *h. e.* ut appareat neminem avarum sibi placere. — Huc pertinet et illud *Ter. Eun.* 2. 3. 83. Præterea forma et ætas ipsa 'st, facile ut pro Eunucho probes. *a farti tenere; a spacciarti*: namque *Donatus* ad h. l.: *Probes*, fingas atque persuadeas; ut in consuetudine dicimus: Homo sacrilegus pro innocente se probavit. Itaque deest *te*, quod subaudiamus; ut sit *pro Eunucho te probes*. Similiter *Cic.* 7. *Verr.* 30. 78. Quum vulgo oquerentur, suppositum in eis locum, quem pro illo probare velles. *Id. Mil.* 24. 65. Mirabar-vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari. *Id.* 1. *Invent.* 47. 88. Sæpe obscurius vitium pro vero probatur. - *Probare se* absolute est militiæ nomen dare. *Inscript.* apud *Gruter.* 541. 2. FAONIO PATERNO EX EVOCAT. QVI SE PROBAVIT AN. XVII. *scilicet* ea ætate milites fiebant. *Alia* apud *eumd.* 542. 9. FVLVIO ATRATINO EX PROVINCIA BAETICA ALICENSI PROBATO IN LEG. VI. FERRAT. etc. *h. e.* conscripto. ¶ 2. Speciatim est idem ac planum facio, ostendo, argumentis demonstro, confirmo, *provare, far vedere, confermare, ἀποδείκνυμι. Cic. Flacc.* 37. 93. His tu epistolis recitatis, his mulieribus productis, tantum te crimen probaturum putasti? *Id.* 3. *Verr.* 4. 10. His ego judicibus non probabo, C. Verrem contra leges pecunias cepisse? *Id. Balb.* 21. 49. Paucis ipse verbis causam illam gravitate sua defendit ac probavit. *Quintil.* 9. 4. 100. Ex iis, quæ supra probavi, apparet. *Id.* 5. 6. 5. Se probare malle, quæ affirmet, quam dubium cuiquam relinquere, an pejeravit. *Id.* 5. 13. 34. Ut crimen augeant, quod est probandum. *Id.* 7. 1. 22. Proba te habuisse, proba perdidisse, proba furto perdidisse, proba mea fraude. *Ovid.* 1. *Pont.* 1. 56. Ut, sua quid valeant numina, teste probent. *Id.* 15. *Met.* 37. crimenque patet sine teste probatum. *Cæs.* 1. *B. G.* 3. Perfacile factu esse illis probat, conata perficere. *Phædr.* 5. 5. *extr.* Tucpemque aperto pignore errorem probans. *et* 1. 13. Hac re probatur, quantum ingenium valet. *Cic.* 5. *Tusc.* 1. 1. Hoc difficile est probatu. *Id.* 1. *Orat.* 18. 80. Probas mihi ista, Crasse, quæ dicis, *mi persuadi*. — Cum Ablat., vel cum Præpos. *Quintil.* 12. 1. 35. Plurima contrariis probantur. *Id.* 9. 4. 4. Argumentis probare. *Id.* 1. 10. 37. Ex prioribus geometria probat insequentia. *et* 7. 6. 8. Per quod probemus, aliud legumlatorem volulsse. — Et Græca constructione *Ovid.* 2. *Met.* 91. Pignora certa petis: do pignora certa timendo, Et patrio pater esse metu probor. — Et sequente *ut. Cic.* 2. *Fin.* 33. 108. Qui probari potest, ut is, qui propter me aliquid gaudet, plus, quam ego ipse, gaudeat? — Sic *probare* universim pro confirmare. *Spartian. Pescenn.* 3. Julianus dixisse fertur, neque sibi neque Pescennio longum imperium deberi, sed Severo, qui magis esset odio habendus a senatoribus, militibus, provincialibus, popularibus: quod probavit rei eventus. *Trebell. Poll. XXX. Tyr.* 1. Quum Gallienum non solum viri, sed etiam mulieres contemptui haberent, ut suis locis probabitur. — Hinc Part. præter. pass.

Probatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Probatior* II. et Sup. *Probatissimus* I. et II.; et

I.) Proprie est experimento cognitus, spectatus, bonus, excellens, *provato, conosciuto a prova, buono, eccellente.* — *a)* De hominibus. *Cic. Cæcin.* 4. 10. Cæsennia summo loco nata et probatissima femina. *Cæs.* 1. *B. C.* 85. *a med.* Ut per paucos probati et electi in provincias mittantur. Rursus *Cic.* 1. *Orat.* 27. 124. Ceterarum homines artium spectati et probati. *Id. Topic.* 73. 19. Ingeniosos, et opulentos, et ætatis spatio probatos, dignos, quibus credatur, putant. *Coum.* 11. *R. R.* 1. 6. Operum probatissimi artifices. — *b)* De rebus et abstractis. *Ovid.* 15. *Met.* 361. Si qua fides rebus tamen est adhibenda probatis. *Plaut. Pers.* 4. 6. 1. Probati argenti sexaginta minæ. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 8. 11. (31). Boletos pariunt quercus probatissimos, robur et cupressus nullos. *Id.* 23. *ibid.* 5. 52. (98). Probatissima in Ægypto palma. *Id.* 37. *ibid.* 5. 20. (76). *de berillis.* Probatissimi sunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. *Id.* 34. *ibid.* 8. 19. (53). Probatissima statua. *Lucilius* apud *Non. p.* 437. 13. Tuam probatam et spectatam maxume adolescentiam. *Quintil.* 10. 2. 2. Rustici probatam experimento culturam in exemplum intuentur. — *Probatum est*, receptum est, placet, *νενόμισται. Sil. It.* 13. 473. Regia quum lucem posuerunt membra, probatum est Hircanis adhibere canes.

II.) Translate est adprobatus, carus, acceptus. — *a)* De hominibus. *Cic. Planc.* 11. 27. Quibus quum fuerit probatissimus, hodieque sit, omnibus esse se probatum debet sperare. *Liv.* 27. 8. Ita repente exuit antiquos mores, ut nemo probatior primoribus patrum, suis pariter alienisque esset. *Nepos Themist.* 1. Qui quum minus esset probatus parentibus, quod et liberius vivebat et rem familiarem negligebat, a patre exheredatus est. *Plin.* 9. *Ep.* 19. Familiariter ab eo dilectus probatusque. *Id.* 2. *ibid.* 13. *ad fin.* Habes, quam probatus carusque sit nobis. — *b)* De rebus. *Marcell.* ad *Cic.* 4. *Fam.* 11. Gratulatio tua mihi est probatissima.

PRŌBŎLE, es, f. 1. *προβολή*, editio, emissio, prolatio: Græca vox a *προβάλλω edo, emitto, profero. Tertull. Præscript.* 46. Deinde infinitas angelorum editiones et probolas. *Id. advers. Prax.* 8. Si quis putaverit, me *προβολὴν* aliquam introducere, idest prolationem rei alterius ex altera. *et mox.* Prolatus est sermo Dei, an non? Si prolatus est, cognosce probolen veritatis.

PRŌBOSCIS, idis, f. 3. *proboscide, προβοσκίς*, est, ut ait *Non. p.* 49. 11. *Merc.*, Græcum nomen, dictum, quod ante depascat (a *πρὸ ante* et *βόσκω pasco*); et est porrecta corporis pars inhærens naribus, quæ, excepto homine, in aliis animalibus invenitur. — *a)* Generatim. *Varro* apud *Non. ibid.* et p. 166. 18. Calvum esse factum ericium e pilis albis cum proboscide. ¶ 2. Speciatim dicitur de elephanti rostro. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 7. 7. (19). Proboscidem eorum facillime amputari, Pyrrhi prœliorum experimentis patuit. *Flor.* 1. 18. Unius proboscide abscisa, mori posse belluas ostenderat. *Auct. B. Afr.* 84. Quum elephantus llxam sub pede subditum pondere suo, proboscide erecta vibrantique, stridore maximo premeret atque enecaret. *et mox.* Quem elephantus proboscide circumdat, atque in sublime extollit armatum.

PRŌBRĂCHYS, yos, m. 3. pes metricus quinque syllabarum, constans brevi et quatuor longis, ut *redundaverunt. Diomed.* 3. *p.* 478. *Putsch.*

PRŌBRŌSĒ, adverb. *ignominiosamente, vituperosamente, con vergogna e villania, ἀσχημόνως*, cum probro, dedecore, ignominia. *Seneca* 1. *Controv.* 2. *a med.* Probrose leno illam prostituit. *Gell.* 17. 21. *a med.* Quum Demostheni, quod fugerat, probrose objiceretur.

PRŌBRŌSĬTAS, ātis, f. 3. probrosa conditio. *Salvian.* 3. *Gubern. D.* 9. *a med.* In hanc morum probrositatem prope omnis ecclesiastica plebs redacta est, ut in cuncto populo christiano genus quodammodo sanctitatis sit, minus esse vitiosum. *et ibid.* 10. Hæc vitiorum probrositas. *et* 6. *ibid.* 3. Ita nova in coarguenda harum turpitudinum probrositate res evenit arguenti, ut etc.

PROBRŌSUS, a, um, adject. Comp. *Probrosior* et Sup. *Probrosissimus.* — Probrosus est ignominiosus, dedecus afferens, *vituperoso, ignominioso, vergognoso, ἀσχημόνος. Cic. Fontej.* 12. 27. De quo vos homine, nec ab inimicis quidem, ullum fictum probrosum, non modo crimen, sed ne maledictum quidem audistis. *Horat.* 3. *Od.* 5. 39. O magna Carthago, probrosis Altior Italiæ ruinis! *Sueton. Cal.* 11. Naturam sævam atque probrosam inhibere. *Tac.* 3. *Ann.* 68. Vita probrosus, et opertus infamia. *et* 14. *ibid.* 48. Factitare probrosa carmina adversus aliquem. *versi infamatorii. et* 2. *ibid.* 50. Probrosis sermonibus aliquem illudere. *Gell.* 1. 5. Maledictis et probrosis compellationibus jactare aliquem. *villanie.* et *Sueton. Domit.* 8. Probrosis feminis lecticæ usum ademit. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 27. (106). Probrosæ mollitiei homo. *Id.* 22. *ibid.* 6. 7. (15). Et (quo nihil equidem probrosius duco) vivimus aliena fiducia. *Claud. Mamertin. Grat. act. ad Julian.* 19. *sub fin.* Sordidissimum quemque et probrosissimum adulare.

PRŌBRUM, i, n. 2. universim dicitur quidquid virtuti consentaneum non est: præcipue vero omne peccatum cum turpitudine ignominiaque conjunctum, *αἶσχος, ὄνειδος, τὸ ἔλεγχος* (It. *colpa vituperosa e infame, scelleraggine, ribalderia*; Fr. *action honteuse, turpitude, infamie*; Hisp. *deshonestidad, turpitude, infamia*; Germ. *die schimpfliche That, die Schandthat*; Angl. *a shameful or wicked action, a reproachful or dishonest act, villainy, wickedness*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Accius* apud *Festum p.* 229. 25. *Müll.* Qui, nisi probrum, omnia alia indelicta æstimant. *Sall. Jug.* 48. *extr.* Quæcumque dici, aut fingi queunt, ignaviæ luxuriæque probra, in illo exercitu cuncta fuere. *Id. Cat.* 38. Qui ubique probro atque petulantia maxime præstabant. *Cic.* 5. *Verr.* 69. 162. Emergere ex paternis probris ac vitiis. *Plaut. Curc.* 1. 3. 42. Flagitium probrumque magnum expergefacis: bene monstrantem pugnis cædis. *P. Africanus* apud *Gell.* 7. 11. Omnia mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt, in duabus rebus sunt, malitia atque nequitia. *Ulp. Dig.* 50. 16. 42. Probrum et opprobrium idem est. Probra autem quædam natura turpia sunt, quædam civiliter et quasi more civitatis: ut puta furtum, adulterium natura turpe est; enimvero tutelæ damnari, hoc non natura turpe est, sed more civitatis. ¶ 2. Speciatim est incestum, stuprum, flagitium, *stupro, violazione, incesto, adulterio. Festus p.* 241. 29. *Müll.* Probrum virginis Vestalis ut capite puniretur; vir, qui eam incestavisset, verberibus necaretur, lex fixa in atrio Libertatis, etc. *Cic.* 2. *Phil.* 38 99. Probri insimulasti pudicissimam feminam. *Plaut. Amph.* 3. 1. 9. Alcumenam insontem probri Amphitruo accusat. *Id. Truc.* 2. 5. 8. Probrum exsequi. *Id. Mil. glor.* 2. 5. 13. Te alloquor, vitii probrique plena, quæ circum vicinos vaga es.

II.) Translate. ¶ 1 Generatim et metonymice est dedecus, ignominia, infamia, quæ ex flagitio nascitur, *disonore, infamia, vergogna, vituperio. Cæcilius* apud *Festum p.* 229. 27. *Müll.* Ea tum compressa parit huic puerum, sibi probrum. *Plaut. Amph.* 2. 1. 30. Nemo id probro ducet Alcumenæ. *Sall. Cat.* 24. Q. Curius flagitiis atque facinoribus coopertus, quem censores senatu probri gratia moverant. *Cic. Rosc. Am.* 17. 48. Vita rustica, quam tu probro et crimini putas esse oportere. *Sall. Cat.* 12. Postquam divitiæ honori esse cœperunt, paupertas probro haberi. *Gell.* 7. 12. Inter pleraque alia, quæ objectabat, id quoque probro dedit, quod tunicis uteretur manus totas operientibus. *Cic. Cæl.* 18. 42. Probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferre. *Id. Rosc. Am.* 24. 68. Sum-

ptus effusi cum probro atque dedecore. *Ter. Phorm.* 5. 4. 5. Ego nullo possum remedio me evolvere ex his turbis, quin, si hoc celetur, in metu; sin patefit, in probro siem. *Id. Andr.* 5. 3. 10. Adeon' impotenti esse animo, ut banc habere studeat cum summo probro? *Ovid. Heroid.* 17. 207. Non ita contemno volucris præconia famæ, Ut probris terras impleat illa meis. *Tac.* 1. *Hist.* 48. *a med.* Servili probro respersus, tamquam scyphum aureum in convivio Claudii furatus. ¶ 2. Speciatim est convicium, maledictum, contumelia, *strapazzo di parole, villania. Cic.* 11. *Att.* 9. Epistolas mihi legerunt, plenas omnium in me probrorum. *Id. Flacc.* 20. 48. Optimum virum probris omnibus maledictisque vexavit. *Id. Dom.* 29. 76. In isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum objectas, sed etiam laudem illustras meam. *Tac.* 11. *Ann.* 37. *extr.* Increpare multis ac servilibus probris. *Seneca Agam.* 980. lacessere. *Flor.* 4. 4. insectari. *Ovid.* 3. *Art. am.* 49. et *Remed. am.* 697. Probra dicere alicui. *Liv.* 29. 9. jactare in aliquem. *Gell.* 7. 11.; et *Tac.* 3. *Hist.* 31. ludibriosa et turpia ingerere. *Tac.* 4. *ibid.* 45. jacere. *Id.* 13. *Ann.* 14. *extr.* aggerere. *et* 6. *ibid.* 42. fundere. *et* 16. *ibid.* 21. componere. *et* 1. *ibid.* 21. cumulare. *Id.* 2. *Hist.* 52. Conviciis ac probris causam cædis quærebant. *et* 3. *ibid.* 24. Alios pudore ac probris, multos laude et hortatu, omnes spe promissisque accendens. *rampogne.* Adde *Liv.* 23. 45.

PRŌBRUS, a, um, adject. idem ac probrosus. *Gell.* 9. 2. Hoc potius dolori mihi est, quod istiusmodi animalia spurca atque probra nomen usurpant sanctissimum, et philosophi appellantur. *Sunt qui lectionem sollicitant, et* probrosa *legunt.*

PRŌBUS, a, um, adject. Comp. *Probior* et Sup. *Probissimus* 1. 1.° — Ratione habita etymi, primo dicitur de homine, quasi *prohibus*, ut ait *Festus p.* 229. 28. *Müll.*, quia se a delinquendo prohibet. Sunt qui putant esse a *probatus* per syncopen. Ceterum probus morali præcipue ratione usurpatur, et ¶ 1. Generatim — 1.°) De hominibus — *a*) Est bonus, integer, rectus, sanctus, frugi, *χρηστός, ἀγαθός* (It. *buono, probo, da bene, integro, onesto, virtuoso*; Fr. *bon, probe, honnête, intègre, loyal, vertueux*; Hisp. *bueno, honesto, integro, recto, leal, virtuoso*; Germ. *gut, ehrlich, rechtschaffen, redlich, tugendhaft*; Angl. *good, honest, virtuous, upright, discreet, worthy, sincere, well disposed*). *Cic.* 2. *Orat.* 43. 184. Ut probi, ut bene morati, ut boni viri esse videantur. *Plaut. Most.* 1. 2. 53. Frugi et probum esse. *Id. Trin.* 2. 2. 39. Probus et frugi bonæ. *Plin.* 8. *Ep.* 18. Mulier natalibus clara, moribus proba. *Id.* 10. *Ep.* 18. Vir integer, probus, industrius. *Cic.* 10. *Att.* 7. Modestior rex, et probior et integrior. *Horat. Epod.* 17. 40. tu pudica, tu proba. *Afranius* apud *Non. p.* 256. 26. *Merc.* Proba et pudica quod sum. *Cic.* 5. *Verr.* 69. 161. Ex inerti atque impuro et improbo parente navus et pudens et probus filius. *Id. Cluent.* 48. 133. Neque enim hoc homine sanctior, neque probior, neque in officiis retinendis diligentior esse quisquam potest. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 23. Probum patrem esse oportet, qui gnatum suum esse probiorem, quam ipsus fuerit, postulat. *Plin.* 2. *Ep.* 9. et 10. *Ep.* 95. Probissimus, honestissimus, eruditissimus vir. — *b*) Aliquando est peritus. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 132. Cantores probos! *o bravi cantori!* et *Pœn.* 4. 2. 93. Probus faber. *et Mil. glor.* 3. 3. 40. architectus. *Ter. Phorm.* 2. 1. 29. artifex. — *c*) Item navus, strenuus, callidus, *valente, bravo, accorto. Plaut. Pseud.* 4. 1. 31. et *Pœn.* 3. 2. 5. Probus homo. *Id. Pers.* 1. 3. 43. parasitus. *Id. Pœn.* 5. 2. 6. præstigiator. *Id. Truc.* 3. 2. 15. cavillator. *et* 2. 1. 14. Proba lena. *et* 2. 1. 20. Nec unquam quisquam probus erit amator, nisi qui rei inimicus est suæ. — *d*) Item idoneus. *Id. Pœn.* 3. 3. 67. Istic est ad istas res probus, quas quæritas. — 2.°) Sæpissime *probus* dicitur de rebus quibuscumque. *Plaut. Men.* 1. 2. 23. Hoc facinus pulcrum est, hoc probum est, hoc lepidum, hoc factum est fabre. *Id. Pœn.* 4. 2. 93. Proba materies data est, si probum adhibes fabrum. *Id. Mil. glor.* 3. 1. 165. Probus hic conger frigidus. *Id. Cas.* 5. 4. 2. Proba occasio. *Id. Pœn.* 1. 2. 129. merx. *Id. Rud.* 3. 5. 20. Affer huc duas clavas, sed probas. *Colum. Arbor.* 3. *a med.* Probus ager. *et sub fin.* sapor. *et* 8. *R. R.* 2. 8. color. *At* Schneider. Goesium *seculus leg.* robius color. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 31. 100. Probum navigium. *Id. Orat.* 51. 170. Probæ res. *cose buone e sode,* quæ in oratione ponuntur: quibus opponit *ibid.* leves sententias. *Plaut. Pers.* 4. 3. 57.; et *Liv.* 32. 2. Probum argentum. *di buona lega,* probatum, purum. Sic *Plaut. Pers.* 3. 3. 33. Probi nummi. *Seneca Ep.* 19. *ad fin.* Nec voles quod debeo, nisi in aspero et probo accipere. — *Proba oratio,* sermo probitatis et honestatis plenus, *discorso da uomo da bene. Cic. Orat.* 22. 74. Poeta peccat, quum probam orationem affingit improbo, stultove sapientis. — In illo *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 60. (159). Et os probum duriusve animal generantibus: pro iis cornea et acuta volucribus rostra: *os probum* est vultus solidus, firmus, osseus. ¶ 2. Speciatim est honestus, pudicus, pudens. *Plaut. Amph.* 2. 2. 46. Quam cives vero rumificant probam. *Ter. Adelph.* 5. 8. 7. Proba et modesta mulier. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 12. 10. (53). et 37. *ibid.* 2. 6. (14). Os probum et venerandum Cn. Pompeji. *Sueton. Gramm.* 15. Lenæus Pompeji M. libertus tanto amore erga patroni memoriam exstitit, ut Sallustium historicum, quod eum oris probi, animo inverecundo scripsisset, acerbissima satyra laceraverit. Alii hic leg. *improbi*: sed refelluntur tum locis *Plinii* citatis, tum *Senec. Ep.* 11. Nihil erat mollius ore Pompeji. Numquam non coram pluribus erubuit, utique in contionibus. Dicitur autem *os probum,* quia probitatis signum pudor est. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PRŌCĀCĬA, æ, f. 1. procacitas, audacia in petendo. *Auson. Ep.* 22. Quod nihil poscente me abnuis, magis auget procaciam, quam retundit.

PRŌCĀCĬTAS, ātis, f. 3. *petulanza, audacia, sfrontataggine,* αὐθάδεια, petulantia. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 23. 19. *et* 24. 3. et *Non. p.* 460. 22. *Merc.* deducit a *procando,* idest poscendo, his verbis: Itaque a petendo petulantia; a procando, idest poscendo, procacitas nominata est. *V.* PROCO. *Tac.* 3. *Hist.* 11. Ut olim virtutis modestiæque, tunc procacitatis et petulantiæ certamen erat, ne minus violenter Aponium, quam Flavianum ad supplicium deposcerent. *Nepos Timol.* 5. Huic quidam homo petulans et ingratus vadimonium quum vellet imponere, et complures concurrissent, qui procacitatem hominis manibus coercere conarentur, etc. *Martial.* 2. 41. Et convivia nequiora vita, Et quidquid lepida procacitate Laxat perspicuo labella risu. *Colum.* 8. *R. R.* 2. 15. Procacitas galli gallinacei impedienda ampullaceo corio. *h. e.* nimia coeundi libido.

PRŌCĀCĬTER, adverb. Comp. *Procacius* et Sup. *Procacissime.* — Procaciter est proterve, petulanter, *petulantemente,* ἀκολάστως. *Curt.* 8. 1. *a med.* Finem procaciter orto sermoni imponere. *Liv.* 28. 24. Procacius stipendium flagitare, quam ex modestia militari. *Tac.* 5. *Ann.* 4. Exercentibus plerisque per occultum, atque eo procacius, libidinem ingeniorum. *Curt. loc. cit.* Procacissime patris tui memoriam illudunt.

PROCĂLĀRE, provocare, ex Græco καλεῖν, id est voco. *Paul. Diac. p.* 225. 8. *Müll. V.* et PROCULATO.

PRŌCĂPIS, progenies, quæ ab uno capite procedit. *Paul. Diac. p.* 225. 4. *Müll.* Cl. *Müllero* τὸ *procapis* est substantivum fem. gen.: contra *G. Löve* (*Prodromus Corpor. Glossar. Lat. p.* 351.; adjectivum esse videtur) in *Gloss.* enim serioris ævi *procapis* est proximus.

PRŌCASTRĬA. *V.* PROCESTRIA.

PRŌCĂTĂLEPSIS, is, f. 3. προκατάληψις, apud rhetores est figura, de qua hæc *Jul. Rufinian. de schemat. dian.* § 2. ed. *Ruhnken.* Procatalepsis est schema diancæas, quum id quod adversarius arrepturus est atque objecturus, præsumimus ac præripimus, ut illud (*Virg.* 2. *Æn.* 78): *neque me Argolica de gente negabo: Hoc primum.* - Latine hæc figura dicitur *præceptio* vel *anticipatio.*

PRŌCĂTARCTĬCUS, a, um, adjet. προκαταρκτικός, præcedens. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 1. *a med.* Ajunt, antecedentes causas, quas procatarcticas appellant, singulares quidem, non esse futuræ passionis signa.

PRŌCĂTASCEUE, es, f. 1. προκατασκευή, apud rhetores est figura, de qua sic *Jul. Rufinian. de schemat. dian.* § 3. ed. *Ruhnken.* Procatasceue est procatalepsi proxima, quum rei, de qua acturi sumus, colorem præparamus atque prætendimus, ut in illo (*Virg.* 4. *Æn.* 9.-14.): *Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent!* usque: *quæ bella exhausta canebat!* - Hæc figura dicitur Latine *præparatio.*

PRŌCĂTĬO, ōnis, f. 3. actus procandi, seu maritum sibi aliquem petendi. *Apul. de Mag.* Quum in hoc statu res esset inter procationem matris, et metum filii, etc. *h. e.* dum mater vidua nupturiret, et filius metueret, ne ipsa in futuri mariti domum divitias suas conferret.

PRŌCAX, ācis, adject. Comp. *Procacior* et Sup. *Procacissimus* I. — Procax primo et proprie est valde impudens in petendo, a *proco, as,* αὐθάδης, φιλοκώπτης, ἀσελγής (It. *petulante, sfacciato, sfrontato, protervo, licenzioso*; Fr. *qui demande effrontément, audacieux, effronté, impudent, licencieux*; Hisp. *audaz, atrevido, desvergonzado, acabronado, licencioso*; Germ. *frech in Fordern, frech, muthwillig, verwegen*: Angl. *petulant, pert, saucy, wanton, bold, forward, sportive, skittish, frolicksome, gamesome, lascivious, procacious*).

I.) Proprie. — *a*) De hominibus; et dicitur v. gr. de meretrice, quæ usque ingerit, *da mihi, affer mihi,* ut ait *Ter. Heaut.* 2. 1. 11. Deinde impudens in re quacumque, audax, mordax, dicax, obscœna aperte effutiens. *Cic. Cœl.* 20. 49. Si ita sese geret, ut non solum meretrix, sed etiam procax videatur. *Plaut. Pers.* 3. 3. 6. Leno procax, rapax, trahax. *Id. Truc.* 1. 2. 52. Procaciores estis vos (*meretrices*), sed illi (*publicani*) perjuriosi. *Cic.* 7. *Fam.* 13. *ad fin.* Scio, te non esse procacem in lacessendo. *Horat.* 2. *Od.* 1. 37. Musa procax. *Id.* 2. *Sat.* 6. 66. vernæque procaces. *Ovid.* 2. *Trist.* 435. Cinnaque procacior Anser. *Sueton. Oth.* 2. A prima adolescentia prodigus ac procax. *Tac.* 2. *Hist.* 23. *a med.* Ut quisque animo ignavus, procax ore. *et* 4. *ibid.* 20. Procax ante periculum manus. *Id.* 14. *Ann.* 15. Procax ingenio. *et* 1. *ibid.* 16. lingua. *Id.* 3. *Hist.* 62. moribus. Sic *Colum.* 7. *R. R.* 3. 4. Aries, quum sentiat se velut quodam naturali telo capitis armatum, frequenter in pugnam procurrit, et fit in feminas quoque procacior, *più insolente.* — Cum Genit. *Tac.* 13. *Ann.* 46. *extr.* Procax otii, et potestatis temperantior. *h. e.* in otio petulans, in magistratu moderatior. — *b*) De rebus et abstractis. *Seneca Agam.* 209. Procacem manum armare. *h. e.* cædis immodice appetentem. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 6. 7. (17). Excogitavit (*natura*) aliquas (*herbas*) aspectu hispidas, tactu truces, ne procaces manus rapiant, *rapaci, che vogliono toccar da per tutto. Catull.* 61. 126. Neu diu taceat procax Fescennina locutio. *Sall. Cat.* 26. Sermo procax. *Martial.* 5. 2. Nequitiæ procaciores. *Phædr.* 1. 2. Procax libertas. *Tac.* 1. *Ann.* 72. Viros feminasque illustres procacibus scriptis diffamaverat. *Id.* 2. *Hist.* 87. Procacissima, etiam inter severos, lixarum ingenia.

II.) Translate. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (10). *de vitib.* Maritas populos complexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis scandentes. *che s'appigliano dovunque possono. et Virg.* 1. *Æn.* 539. nimbosus Orion In vada cæca tulit, penitusque procacibus Austris Perque undas, superante salo, perque invia saxa Dispulit. *h. e.* procellosis, præcipitibus. In *Gloss. Philox.* procax προπετής etiam vertitur.

PRŌCĒDO, cēdis, cessi, cessum, cēdere, n. 3. (pro et cedo). Part. *Procedens* I. 4. et II. 1. 5.; *Processus* I. 2. et II. 5. *Processurus*. II. 3. et 9. — Procedere est ante cedere, progredi, προβαίνω, προΐημι (It. *andare innanzi, farsi avanti, avanzarsi, camminare*; Fr. *aller en avant, s'avancer, marcher*; Hisp. *ir en adelante, andar, marchar*; Germ. *vorgehen, hervorgehen, hervorkommen, vorangehen*; Angl. *to proceed, go or come forth, go on or forward, advance*).

I.) Proprie et stricto sensu. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Capt.* 3. 2. 1. Age tu, illuc procede, bone vir. *Cic.* 16. *Fam.* 9. A portu Corcyræorum ad Cassiopen stadia cxx. processimus. *Auct. B. G.* 8. 27. *a med.* Equitatus procedit ante agmen. *Plaut. Cas.* 3. 3. 2. Procedere ad forum. *andar in piazza. Liv.* 35. 46. Quum (*rex*) haud procul portu egressus esset, magistratus quoque Chalcidensium et principes ante portam processerunt. *Id.* 34. 5. Matronæ frequentes in causa ad se pertinente in publicum processerunt. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 30. 50. (95). Locustæ in pavore oblique in latera procedunt. *Id.* 8. *ibid.* 32. 50. (117). Cervi quamdiu cornibus carent, noctibus procedunt ad pascua. ¶ 2. Speciatim in re militari. *Cæs.* 1. *B. G.* 38. Quum tridui viam processisset, nunciatum est ei etc. *et* 5. *ibid.* 38. Eo die millia passuum xx. procedit. *Auct. B. Afr.* 75. Cæsar processus a suis castris millia passuum quinque. *Alii rectius leg.* progressus. *Curt.* 7. 3. 19. Inde agmen processit ad Caucasum montem. — Similiter de navibus. *Cæs.* 7. *B. G.* 61. Parva manu Metiosedum versus missa, quæ tantum progrediatur, quantum naves processissent. — Passive impersonaliter. *Cæs.* 3. *B. C.* 34. Tentandas tibi provincias longiusque procedendum existimabat. *et* 1. *ibid.* 80. Lente atque paullatim proceditur. *Liv.* 25. 21. Qua temeritate processum in aciem est. ¶ 3. Item speciatim de oratore. *Liv.* 34. 5. *init.* Si privati tantummodo ad suadendum dissuadendumque id, quod nobis rogatur, processissent, ego quoque etc. Similiter de fabularum actoribus. *Plaut. Amph. prol.* 116. Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini, Quod ego huc processi sic cum servili schema, etc. ¶ 4. Item de agmine, aut pompa incedente. *Ter. Andr.* 1. 1. 101. Funus interim procedit: sequimur. *Horat.* 4. *Od.* 2. 49. Tuque dum procedis, io Triumphe, Non semel dicemus. *Sil. It.* 7. 91. tacito procedens agmine. *Id.* 6. 443. Hæc est, unde ingens, humeris fulgentibus ostro, Vidisti Latios consul procedere fasces. *Claudian. III. cons. Honor.* 8. procede secundis Alitibus, Phœbique novos ordire meatus. *Sil. It. cit. l.* 6. et *Claudian.* loquuntur de ingenti amicorum comitatu, quo consul primo initi consulatus die ex ædibus in Capitolium vota nuncupaturus deducebatur.

II.) Translate. ¶ 1. Prægnanti, uti ajunt, significatione, de hominibus, frequenter significat egredi, prodire, *uscire, venir fuori. Plaut. Pseud.* 2. 2. 12. Foribus foras procedere. *Virg.* 12. *Æn.* 169. procedere castris. *Claudian. Nupt. Honor. et Mar.* 170. undis. *Cæs.* 5. *B. G.* 43. Procedit extra munitiones. *Cic.* 7. *Verr.* 36. 94. Procedit in medium, vini, somni plenus. *Id. Brut.* 9. 37. Procedere e tabernaculo in solem. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 18. 20. (63). Plebs apum mœret ignavo dolore, non cibos convehens, non procedens. *Id.* 7. *ibid.* 8. 6. 45. In pedes procedere nascentem, contra naturam est. *Ulp. Dig.* 48. 22. 9. Potest præses quemdam damnare, ne de domo sua procedat. *Ovid.* 14. *Met.* 46. media procedit ab aula. — Similiter *Cic.* 1. *Divinat.* 52. 119. Cæsar quo die primum cum veste purpurea processit. *Id. Sext.* 31. 68. Obviam alicui procedere. ¶ 2. De rebus est apparere, exoriri, exsistere, *nascere, comparire. Virg.* 9. *Ecl.* 47. Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum. *et* 6. *ibid.* 86. invito processit vesper Olympo. Cf. *Cic.* 1. *Divinat.* 39. 86. Postea quam philosophia processit, nemo aliter philosophus sensit. ¶ 3. De plantis germinantibus, et provenientibus. *Colum.* 4. *R. R.* 22. 4. Plerumque germen de cicatrice procedit: quod sive longius prosiluerit, in flagellum submittitur, etc. *Varro* 1. *R. R.* 23. 6. Antequam radices longius procedere possint. *Pallad.* 7. *R. R.* 5. Gemma, quæ bene apparebit, sine dubio processura. ¶ 4. *Procedere* etiam de locis dicimus, quæ extenduntur, et procurrunt. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (159). Ita ut in pedes binos fossa procedat. *Id.* 5. *ibid.* 29. 30. (110). Lydia super Ioniam procedit. *Id.* 4. *ibid.* 2. 3. (6). Promontorium, quod contra Peloponnesum procedit. *Cels.* 8. 1. *a med.* Cubitus rotundus in extremo, parte altera paullulum procedit. ¶ 5. Metaphorice *procedere* dicitur tempus, *progredire, passare. Sall. Jug.* 24. Ubi plerumque noctis processit, castra invadunt. *era passata.* Sic *Virg.* 3. *Æn.* 356. Jamque dies alterque dies processit. *Cic.* 3. *Tusc.* 22. 53. Dies procedens mitigat ægritudinem. *il tempo coll'andar innanzi.* et *Plin.* 6. *Ep.* 31. *in fin.* Saxa, quæ procedente tempore enatam insulam imitentur. *col progresso, coll'andar del tempo.* Adde *eumd.* 3. *Ep.* 20.; et *Plin. alter.* 11. *Hist. nat.* 16. 16. (49). Similiter *Liv.* 3. 37. Jam et processerat pars major anni. *Virg.* 4. *Ecl.* 12. incipient magni procedere menses. *Scribon. Compos.* 100. In processa ætate. Sed *Cic.* 5. *Phil.* 18. 50. An hoc vidit puer; si ætate processerit, non videbit? ¶ 6. Morali ratione, et poetice, sed generatim, est ad alta ascendere. *Propert.* 2. 8. 13. Nunc volo subducto gravior procedere vultu. *h. e.* gravius gerere me, et res magis serias tractare. *Petron. Satyr.* 2. Quis postea ad summam Thucydidis, quis Hyperidis ad famam processit? *h. e.* progrediendo pervenit. ¶ 7. Hinc sæpissime est in re aliqua progredi, progressus facere, *avanzare, progredire, fare progressi. Cic. Harusp. resp.* 23. 48. Longius processit: in ipsum Cn. Pompejum invehi cœpit. *Id. Rabir. Post.* 2. 5. In dando autem et credendo processit longius: nec suam solum pecuniam credidit, sed etiam amicorum. *Id. Brut.* 48. 180. Is processisset honoribus longius, nisi semper infirma valetudine fuisset. *et ibid.* 36. 137. L. Cotta non multum dicendi laude processerat. *Id.* 3. *Fin.* 2. Quum in philosophia tantum processeris. *avendo fatto tanto profitto.* et *Plin.* 8. *Ep.* 6. Ambitio et procedendi libido. *di avanzarsi*, majores honores adipiscendi. *Virg.* 5. *Æn.* 461. procedere longius iras. *Sall. Jug.* 5. Eo vecordiæ processit, ut etc. *passò, s'avanzò tant'oltre, che* etc. *Vellej.* 2. 80. 2. Processit in id furoris, ut etc. *Liv.* 37. 7. In convivio rex erat, et in multum vini processerat. *Id.* 9. 26. Eoque ira processit, ut Romæ quoque - multi delendam urbem (*Luceriam*) censerent. *Id.* 4. 1. Et mentio primo sensim illata a tribunis, ut alterum ex plebe consulem liceret fieri, eo processit deinde, ut rogationem novem tribuni promulgarent, ut populo potestas esset, seu de plebe, seu de patribus vellet, consules faciendi. *Sall. Jug.* 24. Adherbal, ubi intelligit eo processum, uti regnum aut relinquendum esset, aut armis retinendum, etc. *Cæs.* 1. *B. C.* 81. Sed, quantum opere processerant et castra protulerant, tanto aberant ab aqua longius. *Cic.* 2. *Nat. D.* 58. 146. Perspicuum est, quo compositiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia processerint. *a qual finezza sian giunte.* et *Plin.* 8. *Hist. nat.* 22. 34. (82). Mirum est, quo procedat Græca credulitas. *Colum.* 5. *R. R.* 3. 9. Ne in infinitum procedat disputatio nostra. *Cic.* 1. *Fin.* 9. 29. Constituam, quid, et quale, *etc.* ut ratione et via procedat oratio. *affinchè la disputa cammini con metodo.* Similiter *Id.* 11. *Fam.* 25. Non imitor λαχωνισμὸν tuum: altera jam pagella procedit. ¶ 8. Item est durare, perdurare. *Liv.* 25. 5. *a med.* Ut qui minores septem et decem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si etc. *h. e.* ut anni, quos militabant, ad honestam missionem prodessent. Adde *eumd.* 5. 7. Sic *Id.* 5. 48. Quum stationes procederent. *h. e.* usque et usque continuarentur. *Colum.* 8. *R. R.* 7. 5. Si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot jam farturæ processerint. ¶ 9. Sæpius est bene, aut male cadere, cedere, *succedere, riuscire, andar bene o male.* — *a*) Cum additis. *Cic.* 1. *Orat.* 27. 123. Nonnumquam summis oratoribus non satis ex sententia eventum dicendi procedere. *Id.* 13. *Phil.* 19. 40. Pergit in mea maledicta, quasi vero ei pulcherrime priora processerint. *Id. Rabir. Post.* 1. 1. Cui bene quid processerit, multum eum providisse dicimus. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 12. Quibus quum parum procederet, ut ulla lege mihi ponerent accusatorem, etc. *Id.* 12. *ibid.* 9. Omnia prospere procedent. *Val. Antias* apud *Gell.* 1. 7. Haruspices dixerunt, omnia ex sententia processurum. — *b*) Absolute, bene evenire, succedere, *andar bene. Cic.* 5. *Verr.* 98. 227. Annona pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet: si autem ubertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis: ut aut male vendendum intelligas, si processit; aut male perceptos fructus, si recte licet vendere. *Liv.* 24. 26. Si Andranodoro consilia processissent. *Plaut. Pers.* 1. 3. 34. Mane quod tu occœperis, id totum procedit diem. *Tac.* 15. *Ann.* 60. Ut ferro grassaretur, quando venenum non processerat. *Ter. Adelph.* 5. 9. 22. Syre, processisti hodie pulcre. *hai avanzato molto. V.* PROVENIO. ¶ 10. Hinc illa *procedere* dicuntur, quæ in utilitatem alicujus cedunt, prosunt, juvant. *Cato R. R.* 148. Quot dies per dominum mora fuerit, quo minus vinum degustet, totidem dies emptori procedent. *Sall. Jug.* 87. Benefacta mea reipub. procedunt. *Ovid. Heroid.* 9. 109. Illi procedit rerum mensura tuarum. Cede bonis: heres laudis amica tuæ. *va per lei.* et *Val. Flacc.* 8. 458. Procedit non gentis honos, non gloria magni Solis avi, non barbaricæ decor ille juventæ. *nulla vale.* ¶ 11. Item quæ valent, locum habent. *Paul. Dig.* 5. 3. 32. Per servum acquisitæ res heredi restituendæ sunt, quod procedit in hereditate liberti, etc. *Ulp. ibid.* 24. 1. 11. Quod ita procedit, si ea, cui donabatur, eum interposuit. *Varro* 2. *R. R.* 2. 5. Pretio facto in singulas oves, ut agni chordi duo pro una ove annumerentur; et si cui vetustate dentes absunt, item binæ pro singulis ut procedant. *h. e.* cedant pro singulis, *vagliano due per una.* Vel adludit ad morem numerandi gregis: quia, ut ait *P. Victorius*, includitur is in sæpto, et dum procedit, seu egreditur, numeratur. ¶ 12. Interdum est evenire, accidere, *accadere. Plaut. Most.* 4. 3. 7. Numquid processit ad forum hodie novi? ¶ 13. *Procedere*, proficisci, venire. *Imp. Justinian. Cod.* 7. 37. 3. Res, quæ a sacratissimis imperatoribus, non a fiscalibus rebus, sed ex privata eorum substantia procedunt.

PRŌCĒLEUSMĂTĬCUS pes, προκελευσματικός, pes ex quatuor syllabis brevibus constans, ut *Abiete, Retulerat*, etc. Aliqui dictum volunt a πρὸ *ante* et κελεύω *jubeo*, quasi primitus jussum, eo quod in sacris Minervæ carmen quoddam hoc pedum genere constans primo loco cani jubebatur. Hinc Proceleusmaticum metrum, quod (teste *Mar. Victorino p.* 2546. *Putsch.*) recipit prima et secunda et tertia sede proceleusmaticum pedem, quarta tribrachyn aut anapæstum. *Idem Mar. Victorin. ibid.* Ex dimetro anapæstico trimeter (*corrige* tetrameter) proceleusmaticus figurabitur versus, longa ejus in breves soluta, et syzygia in simplices pedes divisa, ut est: *Tuba terribilem sonuit crepitum. Diomed.* 3. *p.* 513. *Putsch.* Proceleusmaticum metrum est, quale fecit Serenus: Animula miserula properiter obiit. Lege *abiit.* Adde *Auson. Parental.* 27.; et *Capell.* 9. *p.* 331. *et* 332.

PRŌCELLA, æ, f. 1. vis venti cum pluvia, ut definit *Isid.* 13. *Orig.* 11. *in fin.* et *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 89., (quamquam et sine pluvia ventus vehemens ita appellatur. V. *Senec.* 5. *Quæst. nat.* 12.) præsertim in mari et fluminibus: a *procello*: vel a προθέλλα, quod idem sonat, θύελλα, ἄελλα (It. *procella, burrasca, fortuna o tempesta di mare*; Fr. *violent orage, tempête, bourrasque*; Hisp. *borrasca, tempestad, tormenta, temporal*; Germ. *d. erschüttende, niederschlagende Wind, Sturm, Sturmwind*; Angl. *a storm, tempest, hurricane*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Plin.* 2. *Hist.*

nat. 49. 50. (134). Procella distat latitudine ab utroque (*nempe* a vortice, et a turbine), disjecta nube verius, quam rupta. V. *loc. ejusd. cit.* in ECNEPHIAS. *Cic.* 3. *Nat. D.* 20. 51. Imbres, nimbi, procellæ, turbines. *Virg. loc. cit.* Una Eurusque, Notusque ruunt, creberque procellis Africus. *et ibid.* 106. stridens Aquilone procella Velum adversa ferit. *Horat.* 3. *Od.* 29. 57. si mugiat Africis malus procellis. *Id.* 2. *ibid.* 9. 2. mare Caspium Vexant inæquales procellæ. *Plaut. Trin.* 4. 1. 17. Imber fluctusque atque procellæ frangere malum, ruere antennas, scindere vela. *Lucret.* 6. 124. Quum subito validi venti collecta procella Nubibus intorsit sese, conclusaque ibidem Turbine versanti, magis ac magis undique nubem Cogit. *et ibid.* 446. Hic (*ventus*) ubi se in terras demisit dissoluitque, Turbinis immanem vim provomit atque procellæ. *Ovid.* 4. *Trist.* 6. 35. Procellæ præcipites. *et* 1. *ibid.* 7. 85. cymba semel vasta percussa procella. *et* 5. *ibid.* 5. 17. navis quassata procella. *Martial.* 9. 41. Dispersa rate tristibus procellis. *Lucan.* 5. 612. æquora rapta procellis. *Catull.* 25. 4. *de fure.* Thalle, turbida rapacior procella. *Id.* 64. 59. Irrita ventosæ linquens promissa procellæ. *Flor.* 4. 2. *a med.* Quinam ille horror, quum eodem tempore fluctus, procellæ, viri, naves, armamenta confligerent? *Petron. Satyr.* 114. Illum quidem vociferantem in mare ventus excussit, repetitumque infesto gurgite procella circumfegit atque hausit. — *b*) Specialim de vento terrestri. *Ovid. de nuce* 163. Atque utinam subitæ raperent mea poma procellæ. *Seneca Octav.* 897. Quatiunt altas sæpe procellæ domos. *Curt.* 3. 13. Procella subito nivem effuderat.

II.) Translate. — *a*) Generatim de quavis turba, impetu, et aggressione, vi ingruente, discrimine, molestia, ærumna. *Nepos Att.* 10. *in fin.* Ex tot tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit. *Cic. Mil.* 2. 5. Equidem ceteras tempestates et procellas in illis dumtaxat fluctibus contionum semper putavi Miloni esse subeundas. *Id. Cluent.* 56. 153. Vita tranquilla et quieta, remota a procellis invidiarum. *Liv.* 2. 1. Plebs agitari cœpta tribuniciis procellis. *Id.* 28. 25. Seditionum procellæ. *Cic. Dom.* 53. 137. Tu procella patriæ, turbo ac tempestas pacis atque otii. *Id.* 2. *Verr.* 3. 8. Ut quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis devitaret. *Seneca Agam.* 594. Procella impotens Fortunæ. *Virg.* 7. *Æn.* 594. Frangimur, heu! fatis, inquit, ferimurque procella. — *b*) Speciatim dicitur de impetu pugnantium (præsertim equitum, qui celerius feruntur in aciem adversam) et impressione hostem procellentium. *Liv.* 30. 18. Equestrem procellam excitemus oportet, si turbare ac statu movere volumus. *Id.* 29. 2. Procella equestri hostem circumfundere. *Id.* 37. 41. *ad fin.* Hac velut procella ita consternavit equos, ut etc. *Tac.* 3. *Hist.* 53. Legiones equestri procella, mox peditum vi fundere. — *c*) Item de adversa pugna. *Flor.* 2. 6. Ticino Trebia succedit. Hic secunda belli Punici procella desævit. *Lucan.* 8. 203. Sparsus ab Emathia fugit quicumque procella. — *d*) In bonam partem de oratione. *Quintil.* 11. 3. 158. Hoc præcipit Homerus Ulyxis exemplo, quem stetisse oculis in terram defixis, immoto scæptro, priusquam illam eloquentiæ procellam effunderet, dicit. *Homeri* versus, ad quem *Quintil.* respicit, est *Iliad. l.* 3. *v.* 222. Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν.

PRŌCELLO, is, ere, a. 3. idem quod percello, permoveo, propello, everto: a κέλλω *moveo*, vel ab obsoleto *cello. Propert.* 3. 6. 3. Dum furibunda mero mensam procellis, et in me Projicis insana cymbia plena manu. Alii leg. *propellis*, improbante *Broukusio*, qui et illud *Servii* affert ad *Virg.* 1. *Æn.* 89. Dicta procella, quod omnia procellat, hoc est moveat. Ubi alii leg. *percellat.* et *Gloss. Philox.* Procello, περιτρέπω. *h. e.* impello, everto. — *Procellere se* est in anteriorem partem se movere. *Paul. Diac. p.* 225. 1. *Müll.* Procellunt, procumbunt. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 167. Sed procellunt se, et procumbunt dimidiati, dum appetunt. Ita MSS. et vet. edit. Alii *percellunt.* Loquitur *Plaut.* de iis, qui mensæ accumbentes, imminent ferculis, et ipsum corpus extendentes patinis quasi incumbunt, et cupide inhiant. Ceterum *Fleckeisenus* apud *Plautum* legit: Sed procellunt sese in mensam, dum inhiant (quæ fastidiunt).

PRŌCELLŌSĒ, adverb. turbide, in morem procellæ. *Augustin.* 13. *Confess.* 20. Genus humanum profunde curiosum, et procellose tumidum.

PRŌCELLŌSUS, a, um, adject. Sup. *Procellosissimus* 1. — Procellosus ¶ 1. Est procellis agitatus, *ventoso, tempestoso, procelloso,* ἀελλώδης, θυελλήεις. *Liv.* 40. 2. Ver procellosum eo anno fuit. *Colum.* 9. *R. R.* 4. 1. Apricus, et minime procellosus cæli status. *Seneca Med.* 411.; et *Val. Flacc.* 3. 621. Procellosum mare. *Augustin.* 5. *Civ. D.* 22. *extr.* Procellosissimum pelagus. ¶ 2. Item procellam inducens. *Liv.* 28. 6.; et *Ovid. Heroid.* 2. 12. et 2. *Amor.* 6. 44. Procellosus ventus.

PRŌCER. *V.* PROCERES sub I. *b.*

PRŌCĒRĒ, adverb. *in lungo,* μακράν, longe, in longum. Comparativum habet *Cic.* 3. *Orat.* 59. 220. Brachium procerius projectum, quasi quoddam telum orationis.

PRŌCĒRES, um, m. plur. 2. *Servio* ad *Virg.* 1. *Æn.* 744. ex *Varrone* sunt capita trabium, vel mutuli extra parietem prominentes. De notatione V. *Voss. Etymol.*: *Festus* a *procus* deducit; ait enim *p.* 249. 1. *Müll.* Procûm Patricium in descriptione classium, quam fecit Serv. Tullius, significat procerum; hi enim sunt principes. Hæc *Festus.* Hinc ita dicti viri primarii in quovis ordine, principes in civibus, *i grandi, i capi, i principali, i primari, i magnati,* ἔξαρχοι, πρωτοπολῖται, πρωτάρχοντες.

I.) Proprie. — *a*) Sæpissime in plurali numero. *Cic.* 13. *Fam.* 15. Audiebam enim nostros proceres clamitantes. *Liv.* 1. 45. Proceres Latinorum. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 130. Fit vasta Troja: scindunt proceres Pergamum. *h. e.* principes Græciæ, fortissimi militum, qui in equo fuerant inclusi. *Tac.* 14. *Ann.* 53. Ego equestri et provinciali loco ortus, proceribus civitatis annumeror. *Virg.* 3. *Æn.* 58. Delectos populi ad proceres, primumque parentem Monstra Deum refero. *Sil. It.* 11. 141. Paullumque idem inter prœlia, et idem Flaminium, proceres rerum demiserit umbris. *Lucan.* 7. 69. Proceres castrorum. *Id.* 8. 261. In procerum cœtu tandem mœsta ora resolvit. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 1. 1. (5). Cæcina Largus e proceribus. *uno de' primari.* et *Id.* 7. *ibid.* 30. 31. (112). Romani proceres. *Juvenal.* 3. 212. Si magna Asturici cecidit domus, horrida mater, Pullati proceres, differt vadimonia prætor. *Liv.* 2. 20. Proceres juventutis. V. *Drakenborg.* ad h. l. et cf. *Liv.* 10. 28. — *b*) Negant grammatici *Charis., Diomed., Phocas,* etc. in singulari num. usurpari. *Juvenal.* tamen 8. 26. Agnusco procerem. *Capitolin. Maxim.* 2. In pueritia fuit pastor, nonnumquam procer, qui latronibus insidiaretur. *h. e.* dux et princeps ad insectandos latrones. *Ignarra de phratr. p.* 200. putat legend. Græcis litteris πρόχειρ pro πρόχειρος *manu promptus,* quo quidem epitheto Maximini dexteritas maxime commendatur. Infrequens enim non est, sequioris præsertim ætatis scriptores Græcas voces Latinis aliquando immiscuisse. *Alcim. Ep.* 84. *ante med.* Post obitum devotissimi, fidelissimique vobis, patris mei, proceris vestri.

II.) Translate. — *a*) Speciatim. *Colum.* 9. *R. R.* 9. 6. *de apib.* Sunt sæpe plures unius populi duces, et quasi procerum seditione plebs in partes diducitur. — *b*) Generatim. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 8. (26). Proceres artis ejus. *h. e.* medicinæ: medicorum principes. *Id.* 7. *ibid.* 30. 31. (112). sapientiæ. *Id.* 9. *ibid.* 17. 30. (66). gulæ. *Id.* 35. *ibid.* 11. 40. (138). Hactenus indicatis in genere utroque (*pingendi*) proceribus.

PRŌCĒRĪTAS, ātis, f. 3. altitudo, et præcipue staturæ, *altezza, grandezza.*

I.) Proprie. — *a*) De hominibus. *Cic. Cæl.* 15. 36. Candor hujus te, et proceritas, vultus oculique perpulerunt. *Plin.* 1. *Ep.* 40. Proceritas corporis, et decora facies. Sic *Justin.* 13. 1. 11. Formæ pulcritudo, et proceritas corporis. *et Tac.* 12. *Ann.* 44. Rhadamistus decora proceritate, vi corporis insignis. *Id.* 4. *ibid.* 57. *de Tiberio.* Quippe illi prægracilis et incurva proceritas. *Gell.* 9. 11. Dux Gallorum vasta et ardua proceritate. *Sueton. Vitell.* 17. Erat in eo enormis proceritas, venter obesus, etc. — *b*) De plantis. *Cic. Senect.* 17. 59. Quum admiraretur et proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines. *Tac.* 5. *Hist.* 6. Palmetis est proceritas et decor. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 4. 3. (27). Nec semper aquosa est terra, cui proceritas herbarum. *Id.* 16. *ibid.* 14. 25. (65). Tilia proceritate perquam modica. *Id.* 12. *ibid.* 25. 54. (113). Proceritas balsami intra bina cubita subsistit. — *c*) De spatio. *Apul.* 5. *Met.* Remigio plumæ raptum maritum proceritas spatii fecerat alienum. *scil.* altitudo in sublime se propipientis. Sic *Forcellinus*: aliis tamen *proceritas spatii* h. l. est spatii longitudo.

II.) Translate est longitudo, *lunghezza,* μῆκος. *Cic.* 2. *Nat. D.* 47. 122. Aliorum ea est humilitas, ut cibum terrestrem rostris facile contingant. Quæ autem altiora sunt, ut anseres, ut cycni, ut cameli, adjuvantur proceritate collorum. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 15. 16. (39). Alces, ni proceritas aurium et cervicis distinguat, juvenco similis. *Id.* 16. *ibid.* 6. 8. (21). Pediculi (*glandis*) proceritas brevitasque differentiam habet. et 17. *ibid.* 13. 21. (96). Proceritas rubi. — De oratione. *Cic. Orat.* 63. 212. Fluit omnino numerus a primo tum incitatius brevitate pedum, tum proceritate tardius. *h. e.* quum plures syllabæ producuntur.

PRŌCĒRĪTŪDO, inis, f. 3. proceritas. *Solin.* 1. *a med.* Corruptam degeneri successione subolem nostri temporis, per nascentium detrimenta decus veteris proceritudinis perdidisse.

PRŌCĒRŪLUS, a, um, adject. deminut. *lunghetto,* aliquantum procerus, longiusculus. *Apul. Florid. n.* 15. Bathylli manus teneræ, procerulæ: læva distantibus digitis nervos molitur, dextera psallentis gestu pulsabulum citharæ admovet.

PRŌCĒRUS, a, um, adject. Comp. *Procerior* et Sup. *Procerissimus* I. et II. — De notatione V. *Voss. Etymol.* Procerus est altus, celsus, et præcipue de statura usurpatur (It. *alto di statura, grande*; Fr. *haut, élevé*; Hisp. *alto, levantado, elevado*; Germ. *schlank gewachsen, schlank*; Angl. *long, high in stature, tall*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) De hominibus. *Cic. Brut.* 91. 313. Procerum et tenue collum. *Colum.* 6. *R. R.* 1. 3. Boves cornibus proceris ac nigrantibus et robustis. *Forcellinus* vero hæc duo ad inferiorem paragr. II. retulit. Ceterum *Ovid.* 13. *Met.* 790. *de Galatea.* Floridior pratis, longa procerior alno. *Plin.* 4. *Ep.* 9. *sub fin.* In procero corpore mœsta et squalida senectus. *Tac.* 7. *Ann.* 64. Procera membra. *et* 15. *ibid.* 72. et 4. *Hist.* 1. Habitu procerus. *Id.* 4. *Hist.* 14. Est plerisque procera pueritia. *Sueton. Vesp.* 23. Homo proceræ staturæ. *Id. Aug.* 73. Usus est calceamentis altiusculis, ut procerior, quam erat, videretur. *Id. Cal.* 47. Galliarum procerissimum quemque. *Colum.* 3. *R. R.* 8. 2. Nuper ipsi videre potuimus in apparatu pompæ Circensium ludorum Judææ gentis hominem proceriorem celsissimo Germano. *Sil. It.* 15. 717. Proceræ stabant, Celtarum signa, cohortes. — *b*) De plantis. *Catull.* 64. 289. recto proceras stipite lauros. *Cic.* 1. *Legg.* 5. 15. Procerissimæ populi. *Horat.* 3. *Od.* 25. 16. Procera fraxinus. *Id. Epod.* 15. 5. ilex. *Virg.* 6. *Ecl.* 63. alnus. *Ovid.* 13. *Met.* 891. arundo. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 4. 3. (26). Quid enim abiete procerius? *Ovid. Heroid.* 16. 107.; et *Plin.* 5. *Ep.* 6. Proceræ silvæ. ¶ 2. Speciatim *proceriores, um,* absolute, videntur fuisse genus militum proceritate aliis præstantium, quos hodie recte nuncupaveris *granatieri. Inscript.* apud *Murat.* 800. 2. BVLPAR VETERANVS EX PROCERIORIBVS. *Marin. Frat. Arv. p.* 296. *not.* 28. legit PROTECTORIBVS. *V.* tamen CANDIDATUS.

II.) Translate est longus, porrectus, productus, prolixus, *lungo*, μακρός. *Varro* 2. *R. R.* 1. 14. Sues procero corpore, capitibus ut sint parvis. *Cic.* 1. *Nat. D.* 36. 101. Aves corneo proceroque rostro. *Lucret.* 4. 824. proferre viai Proceros passus. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 36. Proceros odisse lupos. *pisces. Plin.* 8. *Hist. nat.* 34. 52. (123). Thoes: luporum id genus est, procerius longitudine, brevitate crurum dissimile. *et ibid.* 45. 70. (182). Procerior cauda. *Id.* 11. *ibid.* 43. 99. (245). dextera. *Id.* 9. *ibid.* 35. 56. (113) Procerioribus unionibus sua gratia est: elenchos appellant, fastigata longitudine. *Id.* 19. *ibid.* 5. 24. (72). Proceræ cucurbitæ. *Gell.* 1. 1. Modus spatiumque plantæ Herculis procerius. — *Cic.* 3. *Orat.* 48. 185. Post anapæstus, procerior quidam numerus, effloruit. *Diomed.* 2. *p.* 423. *Putsch.* ex *Varrone*. Syllabæ proceræ sunt, quæ vocalem longam habent in pænultima, ut *facultas*. — Item in altum extensus, sublatus. *Catull.* 64. 261. Plangebant aliæ proceris tympana palmis.

PRŌCESSĬO, ōnis, f. 3. idem quod processus. *Cic. pro leg. Manil.* 9. 24. Ex iis locis a militibus nostris reditus magis maturus, quam processio longior quærebatur. *avanzamento. Alii leg.* processus. *Veget.* 2. *Milit.* 22. Cornicines canunt, quod in omnibus exercitiis et processionibus custoditur. *nelle marcie. Capitolin. Pertin.* 11. Quum Pertinax eo die processionem, quam ad Athenæum paraverat, ut audiret poetam, ob sacrificii præsagium distulisset. *Puscita di casa.*

PRŌCESSUS, a, um. *V.* PROCEDO.

PRŌCESSUS, us, m. 4. actus procedendi, progressio, progressus, πρόβασις (It. *inoltramento, avanzamento, progresso*; Fr. *action de s'avancer*; Hisp. *adelantamiento, progreso*; Germ. *d. Vort-, Fortschreiten, d. Fortgang*; Angl. *a progress, advance, going forward, progression, process*).

I.) Proprie. *Seneca* 3. *Benef.* 29. Quidquid est, quo timentur incliti amnes, quo nominantur, in processu paraverunt. *Apul. de Mundo.* Hinc illi septem motus, processus et retrocessus, sursum deorsum, etc. *Rutil.* 1. *Itiner.* 439. Processu pelagi jam se Capraria tollit. *V.* loc. *Cicer.* in PROCESSIO. — Processus est etiam ipsa pompa, qua Augusti, et consules, quum primum in Capitolium Kal. Januariis ad nuncupanda vota magno magistratuum comitatu pergere solebant. Hinc *Felix processus consulat. Aug. N.* toties legitur in nummis Romanis, in quibus videre est ipsum Augustum consularibus insignibus ornatum, et quadrigis, seu sejugibus vectum ingredi, quod post Trajani tempora usuvenisse constat, quum antea ipsi consules pedibus eo die Capitolium ascendere soliti fuissent. V. *Eckhel. D. N. V. T.* 8. *p.* 335. — Processus etiam triumphatoris quadrigis aut sejugibus fiebat antiquitus; et prior Trajanus pedes egit triumphum, quasi vero ovans esset. *Plin. Paneg.* 22.

II.) Figurate. ¶ 1. Apud medicos est caput ossis prominens et procurrens in eum sæpe usum, ut alterius ossis cava extremitate excipiatur, ἀπόφυσις. *Cels.* 8. 1. Maxillæ partes extremæ quasi bicornes sunt. Alter processus infra latior, etc. ¶ 2. Apud serioris ævi scriptores dicitur de tempore. *Prudent.* 7. *Cathemer.* 121. Ternis dierum ac noctium processibus, *h. e.* triduo et trinoctio. ¶ 3. Translate est profectus, incrementum. *Virg.* 3. *G.* 504. Sin in processu cœpit crudescere morbus. *Cic. Brut.* 65. 232. Gradus tuos, et quasi processus dicendi studeo cognoscere. *et ibid.* 78. 272. Itaque tantos processus efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur. *Attejus Philol.* apud *Sueton. Gramm.* 10. Se in Græcis litteris magnum processum habere, et in Latinis nonnullum. *Ovid.* 4. *Trist.* 5. 25. Sic tua processus habeat fortuna perennes. *Juvenal.* 1. 38. in cælum quos evehit optima summi Nunc via processus. *Quintil. declam.* 3. 9. In diem sperare etiam processus potest: pro hoc merito accipiet fortasse vitem. *qualche promozione. Seneca Tranquill.* 2. *a med.* Ex hac aversatione alienorum processuum, et suorum desperatione obirascens fortunæ animus, et de sæculo querens, *etc. Id. Consol. ad Polyb.* 28. Inimica semper alienis processibus invidia. *Licin. Rufin. Dig.* 24. 1. 41. Imperator Antoninus constituit, ut ad processus viri uxor ei donare possit. — Item successus, eventus, *successo. Seneca Ep.* 115. *sub fin.* Queruntur et de consiliis, et de processibus suis.

PROCESTRĬA dicuntur, quo proceditur in muro. Ælius procestria ædificia dixit esse extra portam. Artorius procestria, quæ sunt ante castra: etiam qui non habent castra, propugnacula, quibus pro castris utuntur, ædificant. *Paul. Diac. p.* 225. 12. *Müll.* In quodam MS. legitur *procastria*. Sic in *Gloss. Philox.* Procastria, οἰκήματα πρὸ παρεμβολῆς. Et, Hæc procastria, singulare non habet, οἱ περὶ τῶν παρεμβολῶν τόποι. Et, Procastrium, ὁ πρὸ τῆς παρεμβολῆς τόπος. In ilsdem *Gloss.* παρεμβολαὶ sunt castra. Similiter *Beda de orthogr. p.* 2795. *Putsch.* In neutro (*gaudent plurali numero*) præcordia, palaria, quum milites ad palos exercentur, procastria, quæ ante castra sunt. *Plin.* 2. *Ep.* 17. *ante med.* Post hanc-(*cœnationem*) cubiculum cum procestrio. *Alii rectius leg.* procœtone.

PRŌCHOS Agrios, πρόχος ἄγριος, herba saxifraga apud *Apul. Herb.* 97. Eadem videtur esse quæ et scolibrochos dicitur.

PRŌCĬDENS, entis. *V.* PROCĬDO.

PRŌCĬDENTĬA, æ, f. 1. *discesa*, πρόπτωσις, actus procidendi. ¶ 1. In re medica est abscessus, genus morbi, quum pars quædam corporis prolabitur extra suum locum naturalem. Itaque procidentia oculi apud *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 50. (199). dicitur, quum ingens inflammatio tanto impetu erumpit, ut oculos sua sede propellat: πρόπτωσιν id, quoniam oculi procidunt, Græci appellant. Ita describitur a *Cels.* 6. 6. *n.* 8. *ad fin.* Procidentia ani, seu sedis est, quum rectum intestinum extra sedem procidit. Sic procidentia vulvæ, uteri, etc. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 9. 81. (161). Myrtus utilis procidentiæ vulvarum. *Id.* 26. *ibid.* 8. 58. (90). Anagallidum cærulea procidentiam sedis retro agit. ¶ 2. In re grammatica est verborum figura, de qua *Priscian.* 17. *p.* 1099. *Putsch.* Illud tamen sciendum, quod per figuram, quam Græci ἀλλοιότητα vocant, id est variationem-, et per ζεῦγμα, id est adjunctionem et concidentiam, quam συνέμπτωσιν Græci vocant, vel procidentiam, id est ἀντίπτωσιν, et numeri diversi et diversa genera et diversi casus et tempora et personæ etiam intransitive copulantur.

PRŌCĬDO, cĭdis, cĭdi, cĭdere, n. 3. (pro *et* cado). Part. *Procidens* 1., 2. et in fin. — Procido est idem ac pronus cado, procumbo, *cadere innanzi*, προπίπτω. ¶ 1. Generatim. *Horat.* 4. *Od.* 6. 10. impulsa cupressus Euro Procidit late. *Liv.* 31. 46. *ad fin.* Muri quoque pars, ariete incusso subruta, multis jam locis procideral. *Ovid.* 9. *Met.* 649. quum tu lassata sequendo Procidis. *Horat. Epod.* 17. 13. rex procidit, Heu! pervicacis ad pedes Achillei. *Stat.* 9. *Theb.* 47. In egregii vacuum jam corpus amici Procidit. *Liv.* 26. 39. *a med.* Præceps cum armis procidit ante proram. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 5. 6. (15). Glandem in alienum fundum procidentem licet colligere. ¶ 2. Procidere aliquod membrum in corpore, est morbo extra suam sedem prolabi, ut in voce præced. 1. dictum est. *Cels.* 6. 6. *n.* 8. *ad fin.* Oculi procidunt. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 6. 54. (103). Decocto cotoneorum foventur, si procidant vulvæ et interanea. *Id.* 24. *ibid.* 13. 73. (113). Mora imponuntur oculis procidentibus. *et ibid.* 12. 67. (110). Pastilli ex acacia sistunt vulvam et sedem procidentes. *Id.* 22. *ibid.* 25. 70. (145). Lens glutinat interanea procidentia. *h. e.* enterocelas. *Id.* 32. *ibid.* 1. 1. (6). Lubricos partus atque procidentes contineri ad maturitatem. — Hinc

Procidentia, ium, n. pl. 3. absolute, substantivorum more, dicuntur quæ corporis morbo prolabuntur extra suum locum naturalem. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 11. 59. (99). Radix rorismarini sanat procidentia sedis. Adde *eumd.* 23. *ibid.* 1. 27. (56).

PRŌCĬDO, cĭdis, cĭdi, cĭsum, cĭdere, a. 3. ante cædere. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 18.

PRŌCĬDŪUS, a, um, adject. *cadente innanzi*, πρόπτωτος, qui procidit, procumbens, deciduus. ¶ 1. Generatim. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 32. 57. (133). Salix procidua atque detruncata. *Stat.* 3. *Theb.* 127. Scrutantur galeas frigentum, inventaque monstrant Corpora, prociduæ super externosque suosque. *Sidon. carm.* 23. 415. Turpans prociduam cruore frontem. ¶ 2. Membrum prociduum ex morbo quid sit, *V.* in PROCIDENTIA 1. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 20. 87. (151). Melilotos lenit testes, et sedem prociduam. *Id.* 20. *ibid.* 20. 81. (211). Porcilaca infantium cerebro imponitur, umbilicoque prociduo.

PRŌCĬĒRE. *V.* PROCITANT et PROCITUS loco suo.

PRŌCINCTŪĀLIS, e, adject. ad procinctum pertinens. *Cassiod.* 6. *Variar.* 22. Procinctualis ornatus. *h. e.* militaris, et paratus ad pugnam. *Id.* 10. *ibid.* 31. Procinctualis gladius.

PRŌCINCTUS, a, um, particip. a *procingo*: *succinto*, præcinctus, succinctus, expeditus. *Festus p.* 249. 22. *Müll.* Procincta classis dicebatur exercitus ad prœlium instructus et paratus: quem Diali flamini videre non licet. Antiqui enim procinctum hominem dixerunt, ut nunc quoque dicitur, qui ad agendum expeditus est. Procincta autem toga Romani olim ad pugnam ire soliti sunt. Unde et testamenta in procinctu fieri dicuntur, quæ ante pugnam fiunt. Hæc *Festus*, quæ subjectis exemplis illustrantur in *vet. lege Numæ* apud *eumd. p.* 189. 13. Cujus auspicio classe procincta opima spolia capiuntur, Jovi Feretrio darier oporteat, et bovem cædito. *Fabius Pict.* apud *Gell.* 10. 15. Equo Dialem flaminem vehi, religio est: classem procinctam, extra pomœrium, id est exercitum armatum videre. Adde *eumd.* 1. 11. *Ammian.* 20. 11. *a med.* Classico excitante in pugnam, legiones procinctæ celeri gradu venerunt. Quod autem ait *Festus*, ideo procinctam dici classem, quod togis incincti ad pugnam ire soliti fuerint, habet etiam *Paul. Diac. p.* 77. 3. *Müll.*, et significat cinctum Gabinum, de quo *V.* in CINCTUS, us. — *Procinctum testamentum V.* in voce sequenti sub *b*.

PRŌCINCTUS, us, m. 4. *apparecchio, procinto*, πρόβολή, παρασκευή, apparatus militaris, quo se milites ad pugnam instruunt: item ipse pugnæ imminentis articulus. *V.* vocem præced. Hinc *in procinctu*, in ipso articulo prœlii ineundi, *in procinto*: et translate cujuslibet rei faciendæ. *Gloss. Philox.* Procinctum, ὅταν εἰς πόλεμον συγκαλέσωνται. — *a)* Generatim. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 19. 22. (66). Regi LX. millia peditum in procinctu bellorum excubant. *Gell.* 1. 11. Halyattes rex terræ Lydiæ concinentes fistulatores et fidicines, atque feminas etiam tibicinas in exercitu atque in procinctu habuit, lascivientium delicias conviviorum. *sul punto del combattere. et Tac.* 3. *Hist.* 2. Plus socordiæ, quam fiduciæ accessisse victoribus. Neque enim in procinctu et castris habitus: per omnia Italiæ municipia desides, insolitas voluptates hausisse. *h. e.* in expeditione, *in attuale esercizio militare. et Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 23. (41). Tendere ad procinctum. *Solin.* 32. *a med.* In procinctum ire. *Ulp. Dig.* 37. 13. 1. In procinctu versari. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 9. Quoque magis nostros venia dignere libellos, Hæc in procinctu carmina facta leges. *Quintil.* 12. 9. 21. Oratorem armatum semper, ac velut in procinctu stantem, non magis unquam in causis oratio, quam in rebus quotidianis sermo deficiet. *Id.* 10. 1. 2. Nisi tamquam in procinctu paratam quidem ad omnes casus habuerit eloquentiam. *Seneca* 1. *Clem.* 1. Severitatem abditam, clementiam in procintu habeo. *h. e.* palam et in promptu, ut miles in acie arma sua. — *b)* Speciatim. In procinctu factum testamentum (inquit *Paul. Diac. p.* 109. 7. *Müll.*) dicitur, quod miles pugnaturus nuncupat præsentibus commilitonibus. *Cic.* 1. *Orat.* 53. 228. Se, tamquam in procinctu testamentum faceret, sine

libra atque tabulis, populum R. tutorem instituere dixisset filiorum orbitati. Adde *eumd.* 2. *Nat. D.* 3. 9. *Cajus* 2. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 191. Aut testamentum in procinctu (*faciebant*), id est, quum belli causa ad pugnam ibant; procinctus est enim expeditus et armatus exercitus. Inde corrigendus locus similis *Imp. Justiniani* 2. *Institut. tit.* 10., ubi perperam *testamentum procinctum* pro *in procinctu* legitur. *V.* TESTAMENTUM. — *c*) In plur. numero. *Impp. Valentinian. et Valens Cod. Theod.* 6. 24. 2. Quos armis gestandis et procinctibus bellicis idoneos adhuc non esse constiterit. — *d*) *Prudent. Hamartig.* 923. Procinctum videt Angelicum. *h. e.* exercitum Angelicum paratum.

PRŌCĪSUS, a, um. *V.* PRŌCĪDO.

PRŌCĪTANT, provocitant, Citare enim vocitare est; unde procet et procit et procat dicebant pro poscit. *Paul. Diac. p.* 225. 7. *Müll.* Hinc *Gloss. Philox.* Procitat, προκαλεῖται.

PRŌCĪTARE, sæpe prolicere, idest producere. *Paul. Diac. p.* 226. 14. *Müll.*, qui *prolicitare*, non *procitare* legendum esse recte conjecit.

PRŌCĪTUS, a, um, particip. — Procitum testamentum dicebatur, veluti procatum, provocatum, idest irritum ac ruptum. — Procitum, quum prima syllaba corripitur, significat petitum. Livius (*Andron.* in *Odyss.*) Matrem procitum plurimi venerunt. *Paul. Diac. p.* 225. 11. et 10. *Müll.* Videtur esse a *proco, as,* unde particip. *procitus* pro *procatus.*

PROCLĀMĀTĬO, ōnis, f. 3. (proclamo) actus proclamandi, exclamatio, vociferatio, ἀναβόησις, ἀναγόρευσις, *esclamazione, grido.* ¶ 1. Generatim. *Quintil. Declam.* 8. 21. *ad fin.* Totus in lacrimas mœroremque resolutus, *etc.* in omni proclamatione gemituque frater. *Id. Declam.* 18. 16. O quanto nunc dolore torqueris, quod instantem non potes aliqua truci proclamatione discutere! Adde *ibid.* 4. et *Declam.* 7. 5. ¶ 2. Speciatim, proclamatio ad libertatem *Cajo Dig.* 40. 12. 25. et *Ulp. ibid.* 14. *et* 34. et *Paullo ibid.* 23. est ejus, qui e servitute in libertatem, confugiendo ad judicem, se vindicat. *V.* PROCLAMO 3.

PROCLĀMĀTOR, ōris, m. 3. *gridatore,* βοής, ἀνακηρύττων, qui proclamat, clamator, vociferator. *Cic.* 1. *Orat.* 46. 202. Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem, aut rabulam, hoc sermone nostro conquirimus.

PROCLĀMO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pro *et* clamo). Part. *Proclamans* 1. — Proclamo est palam et valde clamo, exclamo, vociferor, cum clamore loquor, ἀναβοάω (It. *gridare, esclamare;* Fr. *crier fortement, pousser des cris;* Hisp. *gritar altamente, echar gritos;* Germ. *aus-, aufrufen, schreien;* Angl. *to cry out, exclaim, vociferate, proclaim*). ¶ 1. Generatim. *Liv.* 1. 26. Patre proclamante, se filiam jure cæsam judicare. *Virg.* 5. *Æn.* 345. magna proclamat voce Diores. *Quintil.* 11. 3. 170. Nam etiam orbos viduasque videas in ipsis funeribus canoro quodam modo proclamantes. *Justin.* 24. 3. 8. Qui quum ad matrem confugissent, in gremio ejus inter ipsa oscula trucidantur, proclamante Alpinoe, quod tantum nefas aut nubendo, aut post nuptias contraxisset. *Petron. Satyr.* 81. Verberabam ægrum planctibus pectus, et inter tot altissimos gemitus frequenter etiam proclamabam: ergo me etc. *Id. ibid.* 9. Quum ego proclamarem, gladium strinxit. *Sueton. Cæs.* 1. Satis constat, Sullam expugnatum tandem proclamasse: Vincerent, ac sibi haberent. ¶ 2. Speciatim de iis, qui in judicio aliquid magna vi et clamando persequuntur. *Cic.* 7. *Verr.* 42. 108. Adsunt, defendunt, proclamant: fidem tuam implorant. *Liv.* 22. 26. Is juvenis, ubi toga et forum placuere, proclamando pro sordidis hominibus causisque adversus rem et famam bonorum, primum ad notitiam populi, deinde ad honores pervenit. *Ulp. Dig.* 48. 8. 4. *a med.* Si ipsi, qui hanc injuriam passi sunt, proclamaverint. ¶ 3. Item speciatim apud JCtos *proclamare ad* vel *in libertatem,* ἀναφωνεῖν εἰς ἐλευθερίαν, dicuntur qui ex servitute se in libertatem vindicant, judicis ope implorata. *Paul. Dig.* 40. *tit.* 13. *qui inscribitur,* Quib. ad libertat. proclamare non licet, *l.* 1. 3. 4. 5. et *Scævola ibid.* 4. 59. et alibi sæpe. Sic *Papinian. ibid.* 14. 4. Post quinquennium a die manumissionis in ingenuitatem proclamare. Etiam *reclamo* hac ratione interdum utimur: quam vocem vide.

PRŌCLĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. (proclino) inclinatio in anteriorem partem, curvatura, ἔγκλισις, *piegatura, inclinamento. Vitruv.* 5. 12. Tunc proclinatio ea impleatur arena. *Id.* 6. 11. Ne structuræ habeant ulla in parte proclinationes.

PRŌCLĪNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌCLĪNO, as, āvi, ātum, are a. 1. (pro *et* clino). Part. *Proclinatus* I. et II. — Proclino est inclino, vel inclino in anteriorem partem, ἐγκλίνω, καταχλίνω (It. *piegare, inclinare;* Fr. *faire pencher en avant, incliner;* Hisp. *inclinar, tercer, encorvar;* Germ. *vorwärts neigen, beugen;* Angl. *to incline, or bend forwards*).

I.) Proprie. *Ovid.* 2. *Trist.* 83. Quum cœpit quassata domus subsidere, partes In proclinatas omne recumbit onus. *Id.* 2. *Amor.* 11. 39. Tum mare in hæc magnus proclinet litora Nereus. *Vitruv.* 2. 8. *sub fin.* Vetustate marcidi fiunt, deinde subsidentes proclinantur, et disrumpunt speciem tectoriorum. *Id.* 2. 10. Curvatura montis proclinata ad mare. *Id.* 5. 12. Proclinatum latus. *Colum.* 7. *R. R.* 10. 2. Earum (*suum*) notanda sunt capita, quam in partem proclinentur, ut ex diversa parte de auricula sanguinem mittamus. *Est qui legit* proclinent.

II.) Translate in part. præt. pass. *Cæs.* 7. *B. G.* 42. Adjuvat rem proclinatam Convictolitanis, plebemque ad furorem impellit. *che avea piglitâ mala piega.* Sic *Id.* ad *Cic. post Ep.* 8. *l.* 10. *ad Att.* Ne quo progredereris, proclinata jam re, qua integra etiam, progrediendum tibi non existimasses. *Alii leg.* inclinata.

PRŌCLĪVĔ, adverb. et PRŌCLĪVĒ, is, n. 2. absolute, substantivorum more, *V.* voc. seq. I. *b.* et II. 2. *b.* et *in fin.*

PRŌCLĪVIS, e, *rarius* Proclivus, a, um, adject. (pro *et* clivus). Alteram formam *proclivus* exhibent *Plaut., Varro, Lucret., Seneca* locis infra citt., quibus adde *Senec. Ep.* 86. — Veteres in Ablativo etiam *proclive* dixerunt, teste *Gell.* 10. 24. *a med.* — Comp. *Proclivior* I. et II. — Proclivis est in anteriorem partem inclinatus, declivis, pronus, ἐπίρροος, κατάντης (It. *chino, che ha del pendio, declive, pendente;* Fr. *penché, incliné, qui est en pente;* Hisp. *inclinado, encorvado, pendiente;* Germ. *bergabwärts, vorwärts geneigt, abschüssig;* Angl. *bending or inclining forwards, sloping, steep, leaning or hanging downward*).

I.) Proprie. — *a*) Adjective, de rebus. *Varro* 2. *R. R.* 2. 7. Solum oportet esse eruderatum et proclivum, ut everri facile possit. *Liv.* 35. 30. Postquam citatum agmen per angustam et proclivem viam duci raptim vidit. *Seneca Apocoloc.* 13. Omnia prolliva sunt: facile descenditur. — *b*) Absolute, substantivorum more, *Proclive, is,* n. *Plaut. Asin.* 3. 3. 120. Adsta, ut descendam nunc jam in proclivi. *Liv.* 5. 43. Quo successerit magis in arduum hostis, eo pelli posse per proclive facilius rati. *Id.* 44. 5. Per proclive asseres in terra defigebantur. *Auct. B. Alex.* 76. *extr.* Quum in proclive detruderentur hostes. *Colum.* 9. *R. R.* 5. 1. Apes cum onere per proclivia non ægre devolant. *Apul.* 6. *Met.* Per proclive delabi. *Id. ibid.* 4. Jacere contra proclive montis. — *c*) De personis, quæ sunt in proclivi, seu per proclive descendunt. *Claud.* III. *Cons. Honor.* 178. primos quum detegis ortus, Adspicis Arcadium: quum te proclivior urges, Occiduum visus remoratur Honorius ignem.

II.) Translate. ¶ 1. Est propensus, tum in malam, tum in bonam partem, *propenso, inclinato, portato, disposto.* — 1.°) Generatim. *Cic.* 1. *de republ.* 28. Cujus (*Phalaridis*) in similitudinem dominatus unius proclivi cursu et facili delabitur. *Apul. Florid. n.* 18. *a med.* Jam proclivi senectute, *h. e.* vergente ad mortem. *Cic.* 5. *Fin.* 28. 84. Proclivi (*alii vero leg.* proclivius) currit oratio: venit ad extremum; hæret in salebra. — 2.°) Speciatim — *a*) Cum Accus. et præp. *ad, in, circa. Cic.* 4. *Tusc.* 37. 81. Ut aliquis potest videri ad aliquem morbum proclivior; sic animus alius ad alia vitia propensior. *Id. Amic.* 18. 66. Amicitia debet esse ad omnem comitatem facilitatemque proclivior. *Ter. Andr.* 1. 1. 50. Ut ingenium est omnium hominum ab labore proclive ad lubidinem. *Claudian. Laud. Seren.* 133. pietas in te proclivior ibat. *Quintil.* 4. 5. 21. Eritque judex circa jus nostrum, spe modestiæ attentior, circa modestiam juris probatione proclivior. — *b*) Cum Dat. poetice. *Sil. It.* 13. 335. sceleri proclivis egestas — *c*) Absolute. *Phædr.* 4. 25. Stultum admovere tibi preces existima, Proclivis ultro quam sit misericordia. ¶ 2. Sæpe est facilis, quia per clivum cum labore ascenditur, facile descenditur, *facile.* — *a*) Adjective. *Cic. Topic* 18. 69. Proclivia anteponuntur laboriosis. *Id. Partit. orat.* 27. 95. Curandum etiam, ut illa facilia, proclivia, jucunda videantur. *Id.* 2. *Off.* 20. 69. Dictu quidem est proclive. *Lucret.* 6. 728. Et proclivus item fiat minus impetus undis. *Alii et ipse* Lachmann. *leg.* proclivis. *Liv.* 33. 12. Falli autem eum tota re, si aut Romanis pacem, aut Græciæ libertatem satis firmam se credat relicturum, nisi Philippo aut occiso, aut regno pulso: quæ utraque proclivia esse, si fortuna uti vellet. *Cæs.* 1. *B. G.* 48. *extr.* Quibus erat proclive transnare flumen. *Auct. B. Afr.* 10. *extr.* In ejus scientia et consilio omnia sibi proclivia fore sperabant. *Nepos Timoth.* 3. Literasque Athenas publice misit, sibi proclive fuisse Samum capere, nisi etc. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 18. (67). Sed et vitia demonstrari oportet in tam proclivi erratu. *At* Sillig. *ex Cod. Bamb. leg.* in tam prodigis pretiis. *Gell.* 9. 1. Quum proclivior faciliorque sit jactus ex supernis in infima, quam ex infimis in superna. — *b*) Substantive. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 27. Fecisti modo mi ex proclivo planum. — *Esse in proclivi,* facile esse. *Plaut. Capt.* 2. 2. 86. Tam hoc quidem tibi in proclivi, quam imber est, quando pluit. *Ter. Andr.* 4. 2. 17. Sed si id non poterit, id faciam, in proclivi quod est, per me stetisse ut credat. *Pseudo-Sall. Orat.* 2. *ad Cæs.* 8. *sub fin.* Cujus si dolum caveris, alia omnia in proclivi erunt. — Hinc

Proclive et *Proclivi* adverbii ritu pro proclivi ter. *Cic.* 4. *Tusc.* 18. 42. Sunt in lubrico, incitataque semel proclivi labuntur. *Alii leg.* proclive. *Lucret.* 2. 455. Et procursus item proclive volubilis exstat. *Alii leg.* in proclive: *V. Lachmann.* ad h. l.

PRŌCLĪVĪTAS, ātis, f. 3. inclinatio, declivitas, ἐπιρρέπεια, *discesa, pendio, pendenza.*

I. Proprie. *Auct. B. Afr.* 37. inde parvulam proclivitatem digressus, propter mare legiones ducit. *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 12. Convenit (*asthmaticis*) exercitium: proderit currere cum vestibus laneis quam maxime, si hoc in proclivitate procuretur.

II.) Translate est propensio in rem aliquam, præsertim vitiosam, *inclinazione, propensione:* nam in rebus bonis et laudabilibus proprie facilitas dicitur. *Cic.* 4. *Tusc.* 12. 27. Atque hæc aliorum ad alios morbos proclivitas late patet. *et* § 28. Hæc igitur proclivitas ad suum quodque genus, a similitudine corporis, ægrotatio dicatur, dum ea intelligatur ad ægrotandum proclivitas. Sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur, in malis proclivitas, ut significet lapsionem. Hæc *Cic.*

PRŌCLĪVĬTER, adverb. Comp. *Proclivius.* — Procliviter est facile, in proclivi, εὐεμπτώτως, *facilmente, agevolmente. Cic.* 5. *Fin.* 28. 84. Proclivius currit oratio: venit ad extremum. *Alii leg.* proclivi. *Id. Orat.* 57. 191. Brevitate et celeritate syllabarum labi putat verba proclivius. *Lucret.* 2. 792. Quippe etenim multo proclivius exorientur. *Id.* 3. 311. Quin proclivius hic iras decurrat ad acres. *Gell.* 1. 6. *ad fin.* Facile et procliviter persuasit civitatem salvam esse sine matrimoniorum frequentatione non posse.

PRŌCLĪVĬUM, ii, n. 2. *declive,* locus proclivis, proclivitas. *Frontin.* 2. *Strateg.* 2. Elegit locum castris editum, unde adjuvante proclivio impetum militum, etc. Huc pertinere potest et illud *Claudiani* 1. *Laud. Stilich.* 23. Ipsaque Pierios lassant proclivia curras.

PRŌCLĪVUS. *V.* PROCLIVIS.

PRŌCLŪDO, is, ere, a. 3. idem quod claudo, concludo. *Pallad.* 3. *R. R.* 26. Curabit autem, ut fetus proprios cum unaquaque (*matre*) procludat. *Alii leg.* præcludat. *Commodian.* 57. 15. Tu fidis muneri, quo doctores ora procludunt. *Theod. Priscian.* 1. 12. Primum in extremo baculo molli lana obvoluto glæbas sanguinis e naribus purgare nos convenit, post lana identidem obturando procludere.

PROCO, as, are, a. *et* Procor, aris, ari, dep. 1. blande peto, posco. *Livius Andron.* apud *Non. p.* 24. 7. *Merc.* Quin quod pavere mea vos majestas procat, etc. *Cic.* 4. *de republ.* 6. Itaque a petendo petulantia, a procando, idest poscendo, procacitas nominata est. *Paul. Diac. p.* 224. 17. *Müll.* Procare, poscere, unde procaces meretrices ab assidue poscendo: et proci uxorem poscentes in matrimonium: et verbum procas, idest poscis. *Festus p.* 247. 1. *Müll.* Est enim procare, poscere, ut quum dicitur in judice collocando: si alium procas, nive eum procas. (Adde *eumd. p.* 274. 26.). *Varro* 7. *L. L.* 80. *Müll.* Poscere, procare dictum. *Seneca* 4. *Quæst. nat. præf.* Plancus ajebat, non esse occulte, nec ex dissimulato blandiendum: perit, inquit, procari, si latet.

PRŌCŒTON, ōnis, m. 3. *anticamera,* προκοιτών, locus ante cubiculum: a πρὸ *ante* et κοίτη *cubile. Plin.* 2. *Ep.* 17. Huic cubiculo aliud, et procœton communi pariete junguntur. Habet etiam *Varro,* sed Græce, 2. *R. R. procem.* 2. Nec putant se habere villam, si non multis vocabulis retineant Græcis, quum vocent particulatim loca, προκοιτῶνα, παλαίστραν, ἀποδυτήριον, etc. *Diomed.* 1. *p.* 408. *Putsch.* Pro significat ante, ut quum pronaum et procœtona et proscænium dicimus locum, qui est ante scænam et ante cœtona.

PRŌCŎMĬON, ii, n. 2. προκόμιον, anterior coma, coma falsa. *Veget.* 3. 11. 4. *Schneid.*

PRŌCONSUL, is, m. 3. *et* Pro consule. Primum dictum est *pro consule,* et ex frequentia usus coalescentibus vocibus, *proconsule*: deinde ex præpositione et ablativo *proconsul,* ut *pronepos*: unde *proconsularis, proconsulatus.* Utrumque autem recte Latine dicitur: sed posterius et frequentius est, et quum regit aliquod verbum, aptius adhibetur. v. gr. dici potest *missus est in Asiam proconsul,* et *proconsule:* non item tam facile *Proconsule jussit, decrevit hæc fieri.* V. *Capell.* 3. *p.* 74. § 294. ed. *Kopp.* In antiquis lapidibus apud *Manut.* in *Orthogr., Gruter., Reines., Don., Murat.* habetur *Pro. Cos.* et *Procos.* et aliquando *Procons.,* item *Proconsul,* et in obliquis *Proconsulis, Proconsuli.* ¶ 1. Proconsul, *viceconsolo, proconsole,* ἀνθύπατος, — *a)* Magistratus erat, qui in provinciam mittebatur, potestate consulari, et lŏco consulis eam administraturus: de cujus officio est *titulus* 16. *l.* 1. *Dig. Cic. pro lege Manil.* 21. 62. Quid tam inusitatum, quam ut, quum duo consules essent, eques Romanus ad bellum maximum pro consule mitteretur? Missus est. Quo quidem tempore quum esset non nemo in senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem privatum pro consule; L. Philippus dixisse dicitur, non se illum sua sententia pro consule, sed pro consulibus mittere. Adde *eumd.* 11. *Phil.* 8. 18. *Id.* 1. *Orat.* 18. 82. Quum pro consule in Ciliciam proficiscens Athenas venissem. *Id.* 2. *Divinat.* 36. 76. Quam multi anni sunt, quum bella a proconsulibus et a proprætoribus administrantur. *Cæs.* 3. *B. G.* 20. L. Manilius procos. *Sall. fragm.* apud *Priscian.* 10. *p.* 902. *Putsch.* Domitium proconsulem ex inferiore Hispania arcessivit. *Tac.* 15. *Ann.* 22. Agendas pro prætoribus, proveconsulibus grates. *Auson. Edyll.* 2. 45. Hujus ego et natum et generum proconsule vidi, *h. e.* proconsulem vidi, *et Edyll.* 4. 43. et cui Proconsul genitor, præfectus avunculus instant. — *b)* Sub libera republica quum crescente usquequaque imperii ditione, duo consules ad omnia non sufficerent, mitti cœpti sunt in provincias viri principes, qui consulari potestate, et pro ipsis consulibus eas regerent; hique fere erant consulares. Exemplum habes in M. Tullio, et C. Antonio, qui post consulatum Ciliciam, et Macedoniam proconsules obtinuerunt, ille quidem decem annis post consulatum, hic autem uno tantum. Nonnumquam tamen extra ordinem, etiam ante consulatum proconsules facti, ut M. Antonius orator, quum prætor esset, (V. infra in PROCONSULATUS et *Epit. Livii* 68. et *Cic.* 1. *Orat.* 18. 82.) et Cn. Pompejus adhuc privatus, (V. *Cic. pro leg. Manil.* 21. 62.) uterque bellum contra piratas gesturi. Alia exempla collegit *Manut.* ad *init. Ep. Fam.* Primus qui post consulatum proconsule rem gesserit, creditur fuisse T. Quintius, qui consul fuit ann. v. c. CCLXXXIX., ut est apud *Liv.* 3. 2. *et* 4. *extr.* Duodecim lictores et fasces habebant, et cetera consularia insignia, si consules fuissent; si prætores dumtaxat, sex; summumque jus in provincia, non secus atque in Urbe consules. Ordinarii proconsules, h. e. consulares, in ipso consulatu vel comparabant inter se, vel sortiebantur provincias post consulatum administrandas, quas senatus nominasset: et sine ullis comitiis cum magistratum consequebantur. Idem dic de proprætoribus. Extraordinariis, rogatione ad populum lata, id munus mandabatur. Ordinariis imperium fere triennium durabat: extra ordinem proconsulibus pro re vel brevius, vel longius. Quæ fuerint proconsulis partes in provincia, fuse docet *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. ¶ 2. Sub imperatoribus proconsules dicti, qui provincias administrabant: qui vero majores Cæsaris provincias, *legati Augusti* seu *Cæsaris,* vel *legati Augusti pro prætore* appellati sunt (*V.* LEGATUS); qui minores, præsides, vel procuratores. *V.* PROCURATOR et *Sueton. Aug.* 47. ¶ 3. Fuit proconsul initium fastigii Cæsaribus. V. *Tac.* 1. *Ann.* 14. et 12. *ibid.* 41. et 13. *ibid.* 21. et *Lipsium.* — Prior ex imperatoribus Trajanus vocatur proconsul in publicis monumentis. V. *Orell.* ad *Inscript.* 19. — *Proconsules* dicuntur in *Inscriptionibus* Augusti, quum extra Urbem cum exercitu essent, ut docet *Gazzera, Decret. di patron. p.* 23.

PRŌCONSŪLĀRIS, e, adject. ἀνθυπατικός, ad proconsulem pertinens. ¶ 1. Generatim. *Liv.* 5. 2. Quidnam illi (*tribuni mil. consul. potest.*) consules dictatoresve facturi essent, qui proconsularem imaginem tam sævam ac trucem fecerint? *Tac. Agric.* 42. Proconsularis vir. *Id.* 13. *Ann.* 21. Proconsulare jus. *Gell.* 5. 14. et 12. 7. imperium. *Ammian.* 27. 6. Proconsularis potestas. *Trebell. Poll. Gall.* 2. Proconsularia pallia. *Vopisc. Aurel.* 13. Proconsularis imago. *Capitolin.* in *M. Anton. phil.* 22. Provincias ex proconsularibus consulares, aut ex consularibus proconsulares aut prætorias, pro belli necessitate, fecit. ¶ 2. Speciatim. *Proconsularis provincia* absolute ab ævo Constantini M. dicta fuit Africa. *Inscript.* apud *Gruter.* 361. 1. L. ARADIO VAL. PROCVLO PROCONSVLI PROVINCIAE AFRICAE VICE SACRA IVDICANTI EIDEMQVE IVDICIO SACRO PER PROVINCIAM PROCONSVLAREM ET NVMIDIAM BYZACIVM AC TRIPOLIM etc.

PRŌCONSŪLĀTUS, us, m. 4. ¶ 1. Abstracte est dignitas proconsulis, ἀνθυπατεία, *viceconsolatŏ, proconsolato. Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (144). Ad proconsulatum usque e prætura honoribus gestis. Adde *Tac.* 16. *Ann.* 23. et 30., et *Agric.* 42.; *Plin.* 3. *Ep.* 9.; et *Sueton. Aug.* 3. et alibi. ¶ 2. Concreto, ut ajunt, sensu est proconsul. *Trebell. Poll. Claud.* 15. Tantum vestium, quantum proconsulatui Africano detulimus. ¶ 3. Etiam proprætoris munus in administratione provinciæ *proconsulatus* dicitur a *Sueton. Aug.* 3., ubi loquitur de Q. Cicerone *proconsulatum Asiæ administrante,* quum tamen ipse numquam consul fuerit. Sunt qui putant *Suetonium* memoria lapsum fuisse: sed observavit *Manut.* etiam Q. Metellum Celerem, apud *Cic.* 5. *Fam.* 1. et 2. *in titulo* proconsulem dici, qui tamen in Galliæ Cisalpinæ provincia solum proprætor erat: *et* apud *eumd. Flacc.* 34. 85. L. Lucullum Asiam provinciam consulari imperio obtinere, quum itidem prætorius esset, non consularis. Quod ita intelligi potest, ut hi, quamvis solummodo prætorii essent, haberent tamen in provincia sua idem imperium, quod consulares: ideoque proconsules honoris causa appellarentur. Confirmat hæc illud *Cic.* 1. *Legg.* 20. 53. Gellium familiarem tuum, quum pro consule ex prætura in Græciam venisset. — Verum ann. v. c. DCCXXVII., teste *Dione l.* 53. *c.* 12. et *Strabone l.* 17. *ad fin.,* Augustus duodecim provincias senatui populoque addixit, in quarum duas, Asiam nempe et Africam, rectores ex consularium numero, in decem alias prætorii mitterentur, atque utrosque *proconsules* appellari voluit: reliquas validiores, et, ut ait *Sueton. Aug.* 47., quas annuis magistratuum imperiis regi nec facile, nec tutum erat, ipse suscepit, easque per *legatos Cæsaris,* vel *Augusti pro prætore* solus administravit. *V.* LEGATUS.

PRŌCOR, āris. *V.* PROCO.

PRŌCRASTĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. (procrastino) dilatio, ἀναβολή, *dilazione, temporeggiamento. Cic.* 6. *Phil.* 3. 7. Nam quum plerisque in rebus gerendis tarditas et procrastinatio odiosa est, etc.

PRŌCRASTĪNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pro *et* crastinus) est diem de die trahere, differre, *prolungare di giorno in giorno, differire, temporeggiare,* ἀναβάλλομαι. *Cic. Rosc. Am.* 9. 26. Rem differre quotidie, ac procrastinare illi cœperunt. *Fronto* 2. *ad amic. Ep.* 6. *a med.* (edente iterum *A. Majo*). Quis segeti torridæ messem procrastinat? — Et passive. *Cic.* 6. *Verr.* 45. 100. Res non procrastinatur. *Gell.* 17. 10. Quæ procrastinata sunt ab eo.

PRŌCRĔĀBĬLIS, e, adject. qui procreat. *Cassiod.* 2. *Variar.* 10. Ut illud humani generis procreabile sacramentum scelerata temeritate profanetur. *h. e.* matrimonium.

PRŌCRĔĀTĬO, ōnis, f. 3. *generazione,* παιδοποιία, generatio. *Cic.* 1. *Tusc.* 14. 31. Quid procreatio liberorum? quid propagatio nominis? *Id.* 2. *Divinat.* 46. 96. Dissimilitudo locorum dissimiles hominum procreationes habet. Adde *Vitruv.* 2. 9.

PRŌCRĔĀTOR, ōris, m. 3. *genitore,* γενετήρ, genitor, parens. *Cic. Tim.* 8. Animum igitur quum ille procreator mundi Deus ex sua mente et voluntate genuisset. *Id.* 4. *Fin.* 7. 17. A procreatoribus amari. *Id.* 5. *ibid.* 23. 65. A procreatoribus nati diliguntur. *Claudian. Fescenn.* 2. 33. Generisque procreator Sub vitreis Oceanus Luxurietur annis.

PRŌCRĔĀTRIX, icis, f. 3. genitrix, parens, *genitrice,* παιδοτόκος. — *a)* Stricto sensu. *Inscript.* apud *Murat.* 261. 1. D. N. FLAVIA AVGVSTA HELENA PROCREATRIX D. N. CONSTANTINI MAXIMI PIISSIMI AC VICTORIS AVGVSTI. — *b)* Latiori sensu. *Cic.* 1. *Orat.* 3. 9. Neque te fugit laudandarum artium omnium procreatricem quamdam, et quasi parentem eam, quam philosophiam Græci vocant, etc. *Auct. Pervigil. Ven.* 64. Intus occultis gubernat procreatrix viribus.

PRŌCRĔĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌCRĔO, ēs, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Procreatus* I. et II. Procreo est progenero, progigno, creo, pario, *generare, procreare,* γεννάω. I. Proprie. *Pacuvius* apud *Non. p.* 486. 3. *Merc.* Triplicem virili sexu partum procreat. *Id.* apud *Priscian.* 6. *p.* 685. *Putsch.* Filios sibi procreasse eumdem per Calypsonem autumant. *Varro* 2. *R. R.* 6. 1. Procreavi pullos e seminio. *Al. leg.* procuravi. *Cic.* 2. *Nat. D.* 51. 128. Quæ multiplices fetus procreant, ut sues, ut canes, his mammarum data est multitudo. *Id. Senect.* 15. 52. Terra ex minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat. *Id.* 3. *Fin.* 19. 62. Ut natura et procreari vellet, et diligi procreatos non curaret. *Id.* 2. *Legg.* 2. 4. Hoc solum, in quo tu ortus et procreatus es. *Nepos*

Reg. 2. *extr.* Quum ex tribus uxoribus liberos procreasset. *Ovid.* 3. *Fast.* 194. Atque aliquam, de qua procreet, anguis habet. *Lucret.* 2. 879. Ego omnes natura cibos in corpora viva Vertit, et hinc sensus animantum procreat omnes.

II.) Translate. *Lucret.* 4. 835. Sed quod natum est, id procreat usum. *Cic.* 3. *Legg.* 8. 19. Tribunatus, cujus primum ortum inter arma civium procreatum videmus. *Macrob.* 2. *Saturn.* 13. *circa med.* Vetus verbum est: Leges bonæ ex malis moribus procreantur.

PRŌCRESCO, scis, vi, scere, n. 3. (pro *et* cresco).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est gigni, nasci. *Lucret.* 1. 714. quattuor ex rebus posse omnia rentur, Ex igni, terra, atque anima procrescere et imbri. *Id.* 2. 546. procrescere aliquo. ¶ 2. Latiori sensu est crescere, augeri, *crescere*, *αὐξάνειν*. *Lucret.* 2. 566. Et res progigni et genitas procrescere posse.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ sumptâ ab antec. paragr. 1. *Lucret.* 6. 664. Unde queat vis immensi procrescere morbi. ¶ 2. Metaphorâ sumptâ ab antec. paragr. 2. *Fronto* 1. *ad M. Cæs. Ep.* 2. *a med.* (edente iterum *A. Maio*). Tuus iste amor incultus et sine ratione exortus, spero, cum cedris porro adolescit et æsculis; qui si officiorum ratione coleretur, non ultra myrtos laurusque procresceret, quibus satis odoris, parum roboris. *Veget.* 3. *Veterin.* 15. 4. Leni tenuique cauterio genæ, quæ procreverint, inurantur.

PRŌCŬBĬTOR, ōris, m. 3. *guardia, sentinella*, *φρουρός*, excubitor. *Festus p.* 253. 27. *Müll.* Procubitores dicuntur fere velites, qui noctu custodiæ causa ante castra excubant, quum castra hostium in propinquo sunt: ut M. Cato in eo, quem de re militari scripsit.

PRŌCŬBO, as, āre, n. 1. cubando extendor. *Virg.* 3. *G.* 144. muscus ubi, et viridissima gramine ripa, Speluncæque tegant, et saxea procubet umbra. Ubi *Philargyr.* Nove *saxea umbra*, quæ saxis fiat: et *procubet*, protendatur. *Claudian. Consul. Prob. et Olybr.* 119. Qualis letifera populatus cæde Gelonos Procubat horrendum Getico Gradivus in Hæmo. *si corica e riposa.*

PRŌCŪDO, cūdis, cūdi, cūsum, cūdere, a. 3. Part. *Procudens* I. 2.; *Procudendus* II. 1. — Procudo est cudendo extenuo, tundendo produco, acuo, exacuo, *aguzzare battendo*, *κόπτω*, *κατακόπτω*.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Lucret.* 5. 1264. Et prorsum quamvis in acuta et tenuia posse Mucronum duci fastigia procudendo. *Horat.* 4. *Od.* 15. 19. Ira procudit enses. *Virg.* 1. *G.* 261. durum procudit arator Vomeris obtusi dentem. ¶ 2. Latiori sensu est percutio, ferio. *Ammian.* 30. 4. *a med.* Tertius eorum est ordo, qui ut in professione turbulenta clarescant, ad expugnandam veritatem ora mercenaria procudentes, per prostitutas frontes vilesque latratus, quo velint, aditus sibi patefaciunt crebros. ¶ 3. Est etiam propello. *Lucret.* 4. 246. Nam quum mittitur (*imago*), extemplo procudit, agitque æra. *Alii leg.* protrudit, *alii aliter.* Adde *eumd. ibid.* 280. eadem lectionis varietate.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiore paragr. 1. *Varro* apud *Non. p.* 156. 28. *Merc.* Legendo et scribendo vitam procudito. *h. e.* producito: vel quasi cudendo ornato, perpolito, perficito. *Cic.* 3. *Orat.* 30. 121. Non solum acuenda nobis, neque procudenda lingua est, sed onerandum complendumque pectus rerum plurimarum copia. ¶ 2. Procudo videtur etiam esse simpliciter cudo, ferio, *battere*, v. gr. nummos, qui feriendo signantur: hinc allegorice. *Horat. Art. P.* 58. licuit, semperque licebit Signatum præsente nota procudere nummum. *h. e.* feriendo signare. Alii leg. *producere nomen*; sed priorem lectionem *Bentlej.* acriter appositeque defendit. ¶ 3. Metaphorice. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 20. Hic mihi incus est: procudam ego hodie hinc multos dolos. *h. e.* effingam, inveniam, machinabor, excudam. *Lucret.* 3. 1081. Nec nova vivendo procuditur ulla voluptas. ¶ 4. Hinc et pro gignere, procreare, propagare usurpatur. *Lucret.* 2. 1114. Humor ad humorem, terreno corpore terra Crescit, et ignem ignes procudunt, æraque aer. *Id.* 5. 850. Ut propagando possint procudere sæcla. *et ibid.* 856. propagando procudere prolem.

PRŌCUL, adverb. Quod ad vocis etymon attinet, *Meursius* et *Vossius*, quibuscum consentiunt *Martinius* et *Döderlinius*, adv. *procul* deducunt a *procellere*, h. e. porro movere, ut sit vel loco proculsum demptâ ultimâ syllabâ, vel loco *procilis*, quemadmodum *facul* loco *facilis*: hinc *procul* esset quasi promote, remote. *Perizonius* vocem derivat ab antiquo *proco*, h. e. promoveo, provoco. Juxta *Forcellinum* vero *procul* est quasi *porro* ab *oculis*, ut ait *Servius* ad illud *Virg.* 3. *Æn.* 13. Terra procul vastis colitur Mavortia campis, vel quasi *præ oculis*, ut duplicem significationem habeat, et juxta, et longe, ut ait *Id.* ad illud 6. *Æn.* 10. horrendæque procul secreta Sibyllæ. Confirmat hunc posteriorem sensum ad illud 6. *Ecl.* 16. Serta procul tantum capiti delapsa jacebant. Modo, inquit, prope, idest juxta; nam ideo intulit: *tantum capiti delapsa*: ut ostenderet non longius provolutam comam, ut est (10. *Æn.* 835.) *procul ærea ramis Dependet galea.* Hæc *Servius.* Rectius tamen est si dicamus, *prŏcul* et parvam et magnam distantiam significare; juxta et prope numquam. Huc usque *Forcellinus.* — Ceterum *procul* est longe, porro, *πόρρω*, *ἄποθεν* (It. *lungi, da lungi, di lontano, lontano, discosto*; Fr. *de loin, loin, à quelque distance de, loin de*; Hisp. *lejos, lejos de*; Germ. *fern, in d. Ferne, v. fern, v. weitem, weit*; Angl. *far, far off, at or from a distance, aloef, a great way off*).

I.) Proprie. — *a*) Cum Ablativo et præp. *ab. Plaut. Mil. glor.* 2. 44. ego abs te procul recedam. *Lucret.* 2. 1109. unde Appareret spatium cæli, domus altaque tecta Tolleret a terris procul, et consurgeret aer. *Sall.* apud *Non.* p. 495. 33. *Merc.* Insulas decem stadium a Gadibus sitas. *Cæs.* 5. *B. G.* 17. Postero die procul a castris hostes in collibus constiterunt. *Virg.* 10. *Ecl.* 46. procul a patria. *Cic.* 3. *Orat.* 36. 145. Procul a terra abripi. *Id.* 2. *leg. Agr.* 32. 87. Esse procul a conspectu. *Id.* 15. *Fam.* 2. non procul a finibus. *Liv.* 2. 26. haud procul jam ab Aricia. *Id.* 2. 50. procul a Cremera. *Id.* 22. 39. procul ab domo, ab patria. *Nepos Pausan.* 5. 5. Procul ab eo loco infoderant, quo erat mortuus. *Curt.* 4. 2. 24. Procul a conspectu hostium. *Mela* 2. 4. 2. Procul a mari. — *b*) Cum Ablativo sine præp. *Ennius* apud *Cic.* 7. *Fam.* 6. Multi suam rem bene gessere, et publicam patria procul. *Liv.* 21. 7. Locus procul muro fuit. *Id.* 38. 16. Procul mari incolere. *Id.* 8. 8. Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis. *Id.* 3. 22. Haud procul oppido considere. *Ovid.* 1. *Pont.* 5. 73. Procul urbe. *Tac.* 4. *Hist.* 22. Haud procul castris. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 19. (28). Non procul Euripidis poetæ sepulcro. *Colum.* 7. *R. R.* 8. 3. Haud procul igne. — *c*) Cum aliis particulis *hinc, inde, alicunde, longe* etc. *Plaut. Truc.* 4. 1. 11. Procul hinc observabo, meis quid fortunis fuat. *Ter. Hecyr.* 4. 3. 1. Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi, uxor. *Id. Eun.* 4. 7. 16. Fundam tibi nunc nimis vellem dari, ut tu illas procul hinc ex occulto cæderes. *Juvenal.* 14. 45. I procul hinc. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 69. Illinc procul nos inspectabimus. *Id. Mil. glor.* 4. 4. 33. Istic te procul ita volo assimulare, quasi etc. — *Id. Rud.* 4. 4. 104. Tu istinc procul dicito, quid insit. *h. e.* istic procul adstans. *Cic.* 4. *Verr.* 20. 48. Non quæsivit procul alicunde, sed etc. *Ovid.* 3. *Amor.* 14. 18. stet procul inde pudor. *Liv.* 2. 52. Haud procul inde. *Plaut. Curc.* 2. 2. 10. In somnis visus sum viderier, procul sedere longe a me Æsculapium. *Sall. fragm.* apud *Charis.* 2. *p.* 191. *Putsch.* Nam procul et diversis ex regionibus. Ubi *Asper*: ergo *procul* e loco est. — *d*) Absolute. *Accius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 83. *Müll.* jamque Auroram rutilare procul cerno. *Plaut. Curc.* 1. 2. 18. Cuja vox sonat procul? *Id. Pœn.* 3. 3. 6. Ille quisnam est qui sequitur procul? *Id. Rud.* 4. 3. 82. ego qui inspectavi procul. *Cic.* 2. *Cat.* 13. 29. Non jam procul, sed hic præsentes sua templa dii defendunt. *Id.* 2. *Orat.* 36. 153. Subauscultando excipere voces eorum, et procul, quid narrent, attendere. *Liv.* 44. 35. Missilibus procul regia auxilia melius pugnabant. *Id.* 44. 46. (*Insula*) muro urbis conjuncta procul videtur. *h. e.* iis qui procul stant. *Id.* 37. 20. Nullo ab urbe, ne in stationes quidem qui procul jacularetur, excurrente. *h. e.* e longinquo. *Cæs.* 5. *B. G.* 34. Ambiorix pronunciari jubet, ut procul tela conjiciant, non propius accedant. *Id.* 2. *ibid.* 30. Ubi vineis actis turrim constitui procul viderunt. *Sall. Cat.* 20. Omnibus arbitris procul amotis. *Virg.* 6. *Æn.* 258. procul o, procul este, profani. *Id.* 3. *ibid.* 554. Tum procul e fluctu Trinacria cernitur Ætna. *Id.* 5. *ibid.* 124. Est procul in pelago saxum. *Id.* 4. *ibid.* 278. Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 199. procul absit. *Id.* 1. *ibid.* 7. 32. cui mustela procul ait. *Id.* 2. *ibid.* 2. 95. procul audi. *Ovid.* 1. *Met.* 666. ipse procul montis sublime cacumen Occupat. *Id.* 15. *ibid.* 587. procul, ah procul omina, dixit, Talia dii pellant. *Id.* 5. *ibid.* 114. Procul adstare. *et* 4. *ibid.* 648. vadere. *et* 6. *ibid.* 362. abscedere. *Id.* 2. *Art. am.* 35. abire. *Id. Heroid.* 17. 155. proficisci. *Lucan.* 4. 1. At procul extremis terrarum Cæsar in oris Martem agit. *Id.* 8. 755. Collecta procul laceræ fragmenta carinæ Exigua trepidus posuit scrobe. *Lucret.* 4. 397. Exstant usque procul medio de gurgite montes. *Martial.* 14. 164. Este procul, pueri. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 19. 79. (207). Folia, si procul intuearis, specimen passerum præbentia. *Id.* 27. *ibid.* 3. 2. (10). Aconitum procul et e longinquo odore mures necat. *Val. Flacc.* 4. 453. Jamque alis procul et sonitu mihi nota Celæno. *Curt.* 7. 2. 24. Polydamas procul veniens a Parmenione conspectus est etc.

II.) Translate. — *a*) Cum Ablativo et præp. *ab. Ter. Adelph.* 3. 2. 50. Conscia mihi sum a me culpam hanc esse procul. *Cic.* 5. *Tusc.* 14. 41. Procul ab omni metu. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 4. 15. Cælestia procul sunt a nostra cognitione. *Id.* 1. *de republ.* 1. Omitto innumerabiles viros, quorum singuli saluti huic civitati fuerunt; et qui sunt procul ab ætatis hujus memoria, commemorare eos desino etc. *Quintil.* 1. *proœm.* 4. Res procul ab ostentatione positæ. *Id.* 7. 1. 46. Quis tam procul a litteris, quin sic incipiat? *Id.* 6. 2. 14. Procul ab ira, procul ab odio. — *b*) Sine præp. *Horat. Epod.* 2. 2. 1. Beatus ille qui procul negotiis. *Id.* 1. *Sat.* 6. 52. procul ambitione. *et* 4. *ibid.* 101. quod vitium procul afore chartis, Atque animo prius, promitto. *Tac.* 2. *Hist.* 50. Conquirere fabulosa, procul gravitate cœpti operis crediderim. *Id.* 4. *Ann.* 62. Procul voluptatibus habere aliquem. *tenere lontano.* et 14. *ibid.* 31. Ratus domum suam procul injuria fore. *Liv.* 39. 40. Procul dubio. *fuor d'ogni dubbio, senza dubbio*, certe, profecto. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 21. 50. (187). et 9. *ibid.* 61. 87. (184).; *Quintil.* 1. 5. 14. et; 9. 11. 27.; *Sueton. Ner.* 3.; *Lucret.* 1. 812. Et *Flor.* 2. 6. et 7. Dubio procul. *Colum.* 1. *R. R. præfat.* § 33. Nam illud procul vero est, quod plerique crediderunt, facillimam esse rusticationem. *lontano dal vero.* — *c*) Absolute. *Cic. Amic.* 24. 89. Comitas adsit, assentatio vitiorum procul amoveatur. *Lucret.* 2. 740. procul avius erras. *Sall. Jug.* 85. Homines superbissimi procul errant. *h. e.* longe aberrant. *Tac.* 1. *Ann.* 1. Sine ira et studio, quorum causas procul habeo. *h. e.* prohibeo, arceo. *Plaut. Trin.* 2. 1. 30. Mille modis amor ignorandust, procul abdendust, abstinendust. *Quintil.* 12. 7. 11. Procul abominanda negotiatio. *h. e.* abominanda ut procul sit. — *d*) *Non procul est, quin*, parum abest, quin. *Liv.* 1. 5. Scisditandoque eodem pervenit, ut haud procul esset, quin Romam agnosceret. *Id.* 5. 4. *in fin.* Legatos nostros haud

procul abfuit, quin violarent. *Id.* 9. 2. Luceriam omnibus copiis circumsedere, nec procul abesse, quin vi capiant. *Sil. It.* 2. 335. Nec procul est, quin manes umbrasque pavescat. — e) Aliquando refertur ad tempus. *Stat.* 12. *Theb.* 810. Durabis ne procul, dominoque legere superstes, O mihi bissenos multum vigilata per annos, Thebai? *Id.* 1. *Silv.* 6. 98. quos ibit procul hic dies per annos. — f) Item ad æstimationem. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 2. 3. (8). Æs suo colore pretiosum, procul a Corinthio, longe tamen ante Ægineticum atque Deliacum, quæ diu obtinuere principatum, *h. e.* longe inferioris notæ, quam Corinthium. *Stat.* 2. *Silv.* 2. 83. Ante tamen cunctas procul eminet una diætas. — Hinc a poetis posterioris ætatis cum ipso comparativo conjungitur ad ejus vim augendam. *Id.* 2. *ibid.* 6. 34. Qualis erat procul ex cunctis puerisque virisque Pulcrior. Ita enim est scribendum. Vulgo legitur: Qualis erat (heu procul) cunctis etc. et 2. *ibid.* 6. 6. arcte tamen et procul intrat Altius-plaga minor. — g) *Procul* accusativo junctum nondum reperi: neque enim *procul urbem* dixisse *Curtium* credo, ut quidam, non indicato loco, existimant; neque *Livium* 21. 7. *procul muros*, quum plerique *muro*, alii *muris* legant.

PRŌCULCĀTĬO, ōnis, f. 3. conculcatio.

I.) Proprie. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 18. 26. (68). Obturbata proculcatione prius aqua. *Est qui leg.* conculcatione.

II.) Translate. *Seneca Tranquill.* 11. *a med.* Ruina et proculcatio.

PRŌCULCĀTOR, ōris, m. 3. Proculcatores in militia dicuntur, qui agmen præeuntes, itinera explorant et hostium progressus, *forieri. Ammian.* 27. 10. *a med.* Inveniri posse aliam viam, quam inspexere proculcatores. *Alii leg.* procursatores. *V.* EXCULCATOR et PROCURSO *in fin.*

PRŌCULCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌCULCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pro *et* calco). Part. *Proculcatus* I. et II. — Proculco est pedibus calco, conculco, *pestare coi piedi, calcare, conculcare,* καταπατέω.

I.) Proprie. *Virg.* 12. *Æn.* 532. (*hunc*) crebro super ungula pulsu Incita, nec domini memorum proculcat equorum. *Ovid.* 8. *Met.* 290. *de apro*, crescenti segetes proculcat in herba. *et* 12. *ibid.* 374. *de centauro*, pedibusque virum proculcat equinis. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 6. Ne jam pastinatum solum exportantium ramos ingressu proculcetur. *Id.* 12. *ibid.* 15. 3. Proculcantur ficus. *Id.* 2. *ibid.* 20. *extr.* Dum a pecudibus legumina proculcantur, *h. e.* pedibus in area exteruntur. *Id.* 12. *ibid.* 19. 3. Proculcatæ uvæ. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 50. 76. (201). Solertiam capræ Mucianus visam sibi prodidit in ponte prætenui, duabus obviis e diverso; quum circumactum angustiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate cæca, torrente rapido minaciter subterfluente, alteram decubuisse, atque ita alteram proculcatæ supergressam. *Phædr.* 1. 30. *de bove.* Et proculcatas (*ranas*) obteret duro pede. *Justin.* 38. 10. 3. Ut etiam gregarii milites caligas auro figerent, proculcarentque materiam, cujus amore populi ferro dimicant. *Tac.* 3. *Hist.* 81. Propellere et proculcare aliquem. *Curt.* 3. 11. 14. Una ala proculcata erat.

II.) Translate est contemnere. *Seneca Phœniss.* 193. Qui fata proculcavit, ac vitæ bona Projecit. *Tac.* 1. *Hist.* 40. Milites disjecta plebe, proculcato senatu, truces armis forum irrumpunt. *Sueton. Vesp.* 5. Proculcata respublica. *Gell.* 18. 4. *a med.* Verba proculcata vulgo, et protrita, *h. e.* passim usurpata et translaticia. *Id.* 17. 2. *ante med. Sole occaso* non insuavi venustate est, si quis aurem habeat non sordidam nec proculcatam, *h. e.* vulgaribus tantum vocabulis assuetam, et iis quasi protritam.

PROCULĪNANT, promittunt, ait significare Antistius de jure pontificali libro nono. *Festus p.* 259. 12. *Müll.* Alii et ipse *Müll.* leg. *proculiunt*, quod statim ibidem subjicit *Paulus p.* 252. 3. *Müll.*

PROCULĬUNT. *V.* voc. præced.

PRŌCŬLUS, a, um, adject. (procul *vel* pro) magnus, longus. *Dosith.* in *Art. Grammat. p.* 395. *Keil.* Alia (*nomina significant*) quantitatem, ut proculus, altus, magnus, etc. *Græca verba sunt*: ἄλλα ποσότητα, ὡς τὸ μακρός, ὑψηλός, *μέγας. Gloss. Labb.* Proculus, τηλεγονος. *Paul. Diac. p.* 225. 2. *Müll.* Proculum inter cognomina eum dicunt, qui natus est patre peregrinanti a patria procul. Proculos sunt qui credant ideo dictos, quia patribus senibus quasi procul progressis ætate nati sunt. Similiter *Gloss. Isid.* et *aliæ*, quas *V.* in *Prodrom. Corp. Glossar. Lat.* ed. *G. Löwe p.* 397.

PROCUMBO, cumbis, cŭbŭi, cŭbĭtum, cumbere, n. 3. (pro *et* cubo). Licet in exemplis infra allatis prima syllaba in *procumbo* producatur, corripitur tamen a *Lucret.* 4. 952. Brachia, palpebræque cadunt, poplitesque procumbunt. Hæc *Forcellinus.* At *Lachmannus*: Brachia palpebræque cadunt, poplitesque cubanti Sæpe tamen summittuntur viresque resolvunt. — Part. *Procumbens* I. 1. et II. — Procumbo est in anteriorem partem incumbo, inclinor, proclinor, prosternor, ἀναπίπτω, κατακλίνομαι (It. *inchinarsi, piegarsi colla faccia innanzi, prostrarsi*; Fr. *se pencher en avant, s'incliner*; Hisp. *inclinarse, encorvarse, acostarse*; Germ. *niederfallen, niederstürzen, niedersinken*; Angl. *to lean forward, bend towards, to lie down or along, fall down*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 167. Procumbunt dimidiati, dum appetunt, *h. e.* inhiant, et imminent mensæ, et incumbunt corpore in patinas. *Virg.* 1. *G.* 111. ne gravidis procumbat culmus aristis. *Id.* 5. *Æn.* 197. olli certamine summo Procumbunt, *h. e.* incumbunt remis. *Cæs.* 4. *B. G.* 17. Tigna non directa ad perpendiculum, sed prona ac fastigiata, ut secundum naturam fluminis procumberent. *Id.* 6. *ibid.* 42. Frumenta imbribus procubuerant. *Ovid.* 14. *Met.* 281. in terram toto procumbere vultu. *Lucret.* 6. 558. Præterea ventus quum per loca subcava terræ Collectus parte ex una procumbit et urget Obnixus magnis speluncas viribus altas, etc. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 31. 74. (316). Vindemiare incipito, quum ad palmitem pampinus procumbere cœperit. *Id.* 16. *ibid.* 32. 57. (132). Ulmus in aram ipsam procumbebat. *Id.* 4. *ibid.* 11. 18. (45). Mons Hæmus vasto jugo procumbens in Pontum. *Id.* 18. *ibid.* 6. 8. (47). Utilissimum est fossas supinis lateribus procumbere. *Curt.* 5. 4. 6. Planities sub radicibus montium spatiosa procumbit. *Val. Flacc.* 3. 556. utque artus et concita pectora sudor Diluerat, gratos avidus procumbit ad amnes. *Alfen. Dig.* 8. 5. 17. Si paries ita ventrem faceret, ut in vicini domo semipedem aut amplius procumberet. ¶ 2. Speciatim. — *a) Procumbere* est adorantium et rogantium, *prostrarsi. Cæs.* 7. *B. G.* 15. Procumbunt Gallis omnibus ad pedes Bituriges, ne pulcherrimam urbem succendere cogerentur. *Ovid.* 13. *Met.* 585. magni genibus procumbere non est Dedignata Jovis. *Tibull.* 1. 5. 41. procumbere templis. *Liv.* 25. 7. Sub hæc dicta ad genua Marcelli procubuerunt. *Petron. Satyr.* 30. Servus nobis despoliatus procubuit ante pedes, et rogare cœpit, ut etc. *Ovid.* 4. *Trist.* 2. 1. Jam fera Cæsaribus Germania, totus ut Orbis, Victa potes flexo procubuisse genu. *Id.* 1. *Met.* 375. Ut templi tetigere gradus, procumbit uterque Pronus humi. *Id.* 10. *ibid.* 414. Horret anus, tremulasque manus annisque metuque Tendit, et ante pedes supplex procumbit alumnæ. *Val. Flacc.* 3. 437. alte Phœbi surgentis ad orbem Ferre manus, totisque simul procumbere campis. *Sueton. Vitell.* 2. Primus C. Cæsarem adorare ut deum instituit; quum reversus ex Syria non aliter adire ausus esset, quam capite velato, circumvertensque se, deinde procumbens. — *b)* Est etiam decumbere, *porsi a giacere, coricarsi. Cæs.* 6. *B. G.* 26. Alces crura sine nodis articulisque habent, neque quietis causa procumbunt. *Virg.* 8. *Æn.* 30. Procubuit, seramque dedit per membra quietem. *Id.* 11. *ibid.* 149. feretro Pallanta reposto, Procumbit super, atque hæret lacrimansque gemensque. *Ovid.* 5. *Fast.* 456. in duro procumbere toro. *Virg.* 8. *Ecl.* 87. bucula viridi procumbit in ulva. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 226. Est in Romuleo procumbens insula Tibri, *h. e.* jacens, plana, humilis. — *c)* Est etiam pronum cadere, procidere, ruere, *cader boccone, rovinare, cadere. Cæs.* 2. *B. G.* 27. Ut etiam qui vulneribus confecti procubuissent, scutis innixi prælium redintegrarent. *Virg.* 11. *Æn.* 394. Euandri totam cum stirpe videbit Procubuisse domum. *Ovid.* 13. *Met.* 175. mea concussa putate Procubuisse solo Lyrnesia mœnia dextra. *Id.* 2. *ibid.* 347. e quis Phæthusa sororum Maxima, quum vellet terræ procumbere, questa est Diriguisse pedes. *Id.* 1. *Pont.* 9. 13. Quum domus ingenti subito mea lapsa ruina Concidit, in domini procubuitque caput. *Quintil.* 2. 16. 6. Numquam tecta subeamus: super habitantes aliquando procumbunt. *Curt.* 9. 5. *ante med.* Ramos complexus tentabat assurgere: sed ne sic quidem potens corporis, rursus in genua procumbit. — *d)* De iis qui moriendo cadunt. *Virg.* 2. *Æn.* 424. primusque Corœbus Penelei dextra, Divæ armipotentis ad aram Procumbit. *et* 11. *ibid.* 417. qui ne quid tale videret, Procubuit moriens, et humum semel ore momordit. *Val. Flacc.* 3. 270. vellem hac equidem me strage meosque Procubuisse magis. *et* 4. 753. bellove magis lætarer et armis Procubuisse meis. *Tac.* 1. *Ann.* 59. Sibi tres legiones, totidem legatos procubuisse, *h. e.* a se cæsos esse. *Virg.* 5. *Æn.* 481. Sternitur, exanimisque tremens procumbit humi bos. *Ovid.* 5. *Met.* 122. Procubuit terræ mactati more juvenci. *Est qui leg.* terra. — *e)* Poetice *procumbere in aliquem* est irruere, impetu incidere urgendi opprimendique gratia, *andar addosso. Martial.* 1. 61. *de leone et lepore.* Quod ruet in tergum, vel quos procumbet in armos?

II.) Translate. *Seneca Ep.* 18. Procumbere in voluptates. *abbandonarsi. et Vellej.* 2. 16. 5. Fluentem procumbentemque rempublicam restituere. *Ovid.* 3. *Trist.* 4. 1. O mihi care quidem semper, sed tempore duro Cognite, res postquam procubuere meæ.

PRŌCŬPĬDO, ĭnis, m. 3. amor anteceptus. *Minuc. Fel. Octav.* 26. *in fin.* Movet etiam in nos procupidinem amoris. *Alii aliter legunt.*

PRŌCŪRĀTĬO, ōnis, f. 3. (procuro) curatio, administratio, gubernatio, διοίκησις, ἐπιτροπή, *amministrazione, maneggio, governo.*

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 3. 11. Dum me reipublicæ non solum cura, sed quædam etiam procuratio multis officiis implicatum et constrictum tenebat. *Id.* 2. *Nat. D.* 16. 44. Deos omni procuratione atque actione privare. *Varro* 1. *R. R.* 2. 2. Ædituus arcessitus ab ædile, cujus procuratio hujus tempii est, nondum rediit. *Cic. Dejot.* 13. 36. Nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis utebatur. *Id.* 2. *Legg.* 26. 66. Super terræ tumulum noluit quid statui nisi columellam, aut mensam, aut labellum: et huic procurationi certum magistratum præfecit. *Id.* 15. *Fam.* 13. *sub fin.* Mearum rerum maximeque existimationis meæ procurationem susceptam velim habeas. *Id.* 4. *Att.* 1. *a med.* Vocare aliquem ad procurationem annonæ. *Seneca Brevit. vit.* 17. *a med.* Alienorum bonorum mercenaria procuratione consenuit. *Lentulus* ad *Cic.* 12. *Fam.* 14. Dare cuipiam procurationem Asiæ. *Plin.* 7. *Ep.* 25. Procuratione provinciæ integerrime fungi. *et ibid.* 31. Ad amplissimas procurationes promotus. *Quintil.* 7. 4. 35. Procuratio male gesta. *Liv.* 4. 8. Tribuni magis necessarium, quam speciosi ministerii procurationem intuentes. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 6. 33. (110). Fama est, Melam equestris ordinis, reum ex procuratione a Tiberio principe arcessitum, etc. ¶ 2. Speciatim de expiatione per sacrificia. *Cic.* 1. *Divinat.* 45. 101. Quum terræ motus factus esset, ut sue plena procuratio fieret. *Liv.* 7. 6.; et *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 35, *et* 38. Expiationes procurationesque prodigiorum. *Tac.* 12. *Ann.* 8. Pœnas procurationesque incesti exquirere.

II.) Translate. *Gell.* 17. 5. *ante med.* Quia natura sit benivolus, benignitasque eum per sese ipsa delectet, sine ulla recipiendæ gratiæ procuratione.

PRŌCŪRĀTĬUNCŬLA, æ, f. 1. parva procuratio. *Seneca Ep.* 31. *a med.* Quæ tamen omnia transisti procuratiunculæ pretio.

PRŌCŪRĀTOR, ōris, m. 3. *procuratore, amministratore, governatore, soprantendente, ἐπίτροπος, κηδεμών*, proprie est, qui curatoris vices agit, ut *prætor, proquæstor.* Unde *Frontin. Aquæd.* 105. curatori aquarum procuratorem subjicit. Alias idem est qui *curator.* Nam quem *Colum.* 9. *R. R.* 9. 1. curatorem alvearium dicit, mox § 2. *procuratorem* vocat. Sic *procurator aviarii* apud *Varron.* 3. *R. R.* 6. 3. est *curator* apud *Colum.* 9. *R. R.* 14. 3. Et curator rei frumentariæ *Paul. Diac. p.* 48. 19. *Müll.* procurator annonæ rectissimè dici potest. ¶ 1. Generatim est is qui aliena negotia mandatu domini administrat: et vel omnium rerum, vel unius rei esse potest constitutus vel coram, vel per nuncium, vel per epistolam: quamvis quidam non putent, unius rei mandatum suscipientem, procuratorem esse: sicuti nec is quidem, qui rem perferendam, vel epistolam, vel nuncium suscepit. Sed verius est, eum quoque procuratorem esse, qui ad unam rem datus sit. Hæc *Ulp. Dig.* 3. *tit.* 3. *qui* De procuratoribus et defensoribus *inscribitur*, 1. V. locum *Asconii* huc pertinentem in ADVOCATUS 1. *Cic. Cæcin.* 20. 57. Legitime procurator dicitur omnium rerum ejus, qui in Italia non sit, absitve reipublicæ causa, quasi quidam pæne dominus, hoc est alieni juris vicarius. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 14. Condus promus sum, procurator peni. *Ovid.* 1. *Art. am.* 587. Inde procurator nimium quoque multa procurat, Et sibi mandatis plura videnda putat. *Martial.* 5. 62. Procuratorem vultu qui præferat ipso. *Cic. Quinct.* 6. 17. Libellos Sex. Alphenus, procurator P. Quinctii dejicit: denunciat sese procuratorem esse. *Id.* 4. *Att.* 16. *sub fin.* Agere aliquid per procuratorem. *Ulp. loc. cit.* 29. Esse procuratorem in rem alicujus. *Paul. Ibid.* 42. dare ad rem aliquam. *Ulp. ibid.* 55. in rem suam. *Paul. ibid.* 4. 4. 24. facere. ¶ 2. Speciatim — *a)* Frequenter dicitur de servo, qui rationes domini ducit et pecuniam curat, *fattore, agente.* Huic in urbe sæpe dispensator, ruri villicus subjiciebatur. *Petron. Satyr.* 30. Procurator rationes accipiebat. *Seneca Ep.* 14. *in fin.* Rationes accipit, forum conterit, calendarium versat, fit ex domino procurator. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 6. Villico juxta januam fiat habitatio, ut intrantium exeuntiumque conspectum habeat: procuratori supra januam ob easdem causas. Adde *Cic.* 1. *Orat.* 58. 249. et 14. *Att.* 16. — *b) Procurator regni* apud *Cæs.* 3. *B. C.* 112. *sub fin.* est *vicerè, governatore, reggente,* qui, rege adhuc puero, regnum pro eo administrat. — *c)* In officiis domus Augustæ varia fuere procuratorum genera. Constituebantur enim ab imperatoribus, qui rei aut privatæ, aut publicæ suo nomine præessent: v. gr. ludis, fisco, vectigalibus, annonæ, rationibus, etc. *Plin. Paneg.* 36. Dicitur actori, atque etiam procuratori tuo: in jus veni, sequere ad tribunal. *Tac.* 11. *Ann.* 35. Sulpicius Rufus ludi procurator. *Inscript.* apud *Gruter.* 389. 7. TI. CLAVDIO ILO PRAEFECTO CLASSIS PRAETOR. MISENI PVB. PROC. LVDI MAGNI etc. *Alia ibid.* 376. 3. L. BOVIVS L. F. L. N. FAL. CELER PROC. LVDI FAMIL. GLAD. CAESARIS etc. *Alia ibid.* 575. 5. HERMAE AVG. LIB. A CVBICVLO DOMITIAE AVG. FORTVNATVS F. PROC. FISC. ASIATIC. PATRI PIISSIMO etc. *Alia ibid.* 359. *n.* 3. T. APPARO T. F. VEL. ALFINIO SECVNDO PROC. AVGVST. XX. HERED. etc. *h. e.* procuratori Augusti vicesimæ hereditatum. *Alia ibid.* 371. 2. T. AVRELIO AVG. LIB. APHRODISIO PROC. AVG. A RATIONIBVS. *et* 457. 10. M. PORCIO M. F. ANIENS. AFRO PROG. AVGVST. AB ALIMENTIS. Leguntur ibidem procurator a censibus accipiendis, a mandatis, ab epistolis, ab ephemeride, a patrimonio, ad bona damnatorum, ad alimenta, ad prædia Gallicana, etc. V. *ibid.* 355. 6., 474. 4., 61. 4., 58. 7. etc. — Postremis Augustorum temporibus hi procuratores appellati sunt rationales: *V.* hanc vocem. Etiam *procurator a muneribus* legitur in *Inscript.* in *Bullett. dell'Instit. archeol.* ann. 1840. *p.* 95. TI. CLAVDIVS AVG. LIB. BVCOLAS PROC. A MVNERIBVS. Item *procurator munerum* in *alia* in *eod.* ann. 1830. *p.* 123. M. AVRELIVS AVGG. LIB. PROSENES PROC. MVNERVM PROC. VINORVM ORDINATVS A DIVO COMMODO IN CASTRENSE. *scil.* qui curam habebat munerum principi oblatorum. — d) Præcipue vero procuratores provinciarum erant, qui ab imperatore eo mittebantur, ut proconsule, aut legato Augusti rem civilem et militarem administrante, ipsi tributa exigerent, et fisci rationes curarent; qui tamen, quoties proconsul, vel legatus Augusti defunctus ibidem esset, vel inde discessisset, ejus vices agere solebat. *Inscript.* apud *Spon. Miscell. antiq. p.* 148. C. FVRIO SABINIO AQVILAE TEMESITHEO PROC. PROV. ASIAE ITEMQVE VICE PROCOS. *etc.* Alia apud *Murat.* 907. 4. C. IVLIO SENECIONI PROC. PROV. GALAT. ITEM VICE PRAESIDIS EIVS PROV. ET PONTI *etc.* Alia apud *Marin. Frat. Arv. p.* 5. C. MINICIO C. FIL. VEL. ITALO PROC. PROVINCIAE ASIAE QVAM MANDATV PRINCIPIS VICE DEFVNCTI PROCOS. REXIT. *etc.* Hinc procurator Africæ, Asiæ, Cappadociæ, etc. sæpe apud *Tac.* Hujusmodi fuere, quibus Vespasianus vulgo dicebatur uti pro spongiis, quod quasi et siccos madefaceret, et exprimeret humentes, ut ait *Sueton. Vesp.* 16. — *e)* Ab his diversi sunt procuratores cum jure gladii, qui in minores provincias alteri majori et a proconsule, vel a legato Augusti administratæ mittebantur, quique sæpe *procuratores* et *præsides* sunt appellati: hinc Judæam, quæ Syriæ subjecta erat, procuratoris nomine, ut constat ex *Tac.* 15. *Ann.* 44., obtinebat Pontius Pilatus, dum a L. Vitellio Vitellii Aug. patre, et Syriæ legato Judæa expulsus est, et ad Tiberium Aug. Romam abire jussus: isque a *Vulgat.* interprete *Matth.* 27. 2. et alibi *præses* dicitur, immo *Luc.* 3. 1. *procurans* Judæam. Hinc *Inscript.* apud *Gruter.* 493. 6. PROC. ET PRAESIDI ALPIVM. *et ibid.* 7. PROCVRATORI ET PRAESIDI ALPIVM COTTIARVM.

PRŌCŪRĀTŌRĬUS, a, um, adject. ad procuratorem pertinens. *Ulp. Dig.* 3. 3. 31. Si quis, cum procuratorio nomine condemnatus esset, etc. *h. e.* quia procurator erat. *Id. ibid.* 57. et *Pompon. ibid.* 62. Procuratoria exceptio. *h. e.* quæ opponitur ei, qui tamquam procurator actionem intendit, dicendo vel procuratorem revera non esse, vel esse non posse, vel datum esse ab eo, cui procuratorem habere non licuit. V. *Quintil.* 4. 4. 6. et 7. 1. 19.

PRŌCŪRĀTRIX, īcis, f. 3. *procuratrice, ἐπίτροπος*, quæ procurat, gubernatrix. *Cic.* 4. *Fin.* 7. 17. Sed quum sapientiam totius hominis custodem et procuratricem esse vellent.

PRŌCŪRĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌCŪRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pro *et* curo. Part. *Procurans* 1. *a.* et 2. *a.*; *Procuratus* 1. *a.*; *Procurandus* 1. *a.* et 3. *a.* — Procuro est curo, curam gero, *κηδέω* (*It. aver cura, trattare, governare, curare*; Fr. *avoir soin de, soigner, s'occuper de*; Hisp. *cuidar, ocuparse*; Germ. *etwas besorgen, für etwas sorgen, abwarten, pflegen, warten*; Angl. *to take care of, see to, look after*). ¶ 1. Generatim de rebus et personis — *a)* Active. *Plaut. Truc.* 2. 4. 59. Nunc tu te interim, quasi pro puerpera, hic procuras. *Id. Pœn. prol.* 28. Nutrices pueros infantes minutulos domi ut procurent. *Virg.* 9. *Æn.* 258. læti bene gestis corpora rebus Procurate viri. *L. Accius* apud *Macrob.* 1. *Saturn.* 7. *extr.* Exercent epulis læti, famulosque procurant Quisque suos. *Gell. præf. sub fin.* Quantum a tuenda re familiari, procurandoque cultu liberorum meorum dabitur otii. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 7. 29. Prudentia quædam, procurans cælestia maxime. — *Procurare arbores*, excolere, *coltivare. Cato R. R.* 43. Si voles, vinea cito crescat, semel in mense sulcos fodere oportet. Eodem modo ceteras arbores procurato. *Pallad.* 7. *R. R.* 9. Procurare semina. *et* 12. *ibid.* 7. *circa med.* plantas. — Item curo, operam do, ut etc. *procurare. Sil. It.* 6. 329. stabulis procurans otia pastor. In foveam parco tectam velamine frondis Ducit nocte lupos positæ balatibus agnæ *Justinian. Cod.* 4. 1. 12. In his quæ ipse facienda procuravit. *Apul.* 1. *Dogm. Plat. extr.* Valetudo procurata salubriter. — Procurare sacra *Nepoti Themist.* 2. *extr.*, sacrificia *Cæsari* 6. *B. G.* 12. est sacrorum curam habere, eaque rite peragere. — *b)* Neutrorum more cum Dativo. *Plaut. Stich.* 1. 2. 36. AN. Non sedeo istic: vos sedete: ego sedero in subsellio. PI. mane pulvinum. AN. Bene procuras mihi: satis sic fultum est mihi. *Arnob.* 3. 25. Victa et Potua sanctissimæ victui potuique procurant. *h. e.* præsunt, curam gerunt. — *c)* Cum Infinito. *Cassiod.* 9. *Variar.* 9. Cui pro utilitate nostra jubenti parere procurato. *procura di obbedire.* — *d)* Sensu passivo *Ennod.* 3. *Ep.* 17. Quem tota humilitate commendans, rogo, ut per eum vicariis relevari procurer alloquiis. ¶ 2. Speciatim sæpe est administro, præsertim rem alienam, curam gero, guberno, *maneggiare, trattare, soprantendere, ἐπιτρέπω.* — *a)* Active. *Cic.* 12. *Fam.* 24. *ad fin.* Is procurat rationes, negotiaque Dionysii nostri. *Cæl.* ad *Cic.* 8. *Fam.* 4. *extr.* Quomodo regnum illud se habeat, quis procuret, diligenter mihi perscribas. *Cic.* 6. *Att.* 4. Procura, quantulacumque est, Præcianam hereditatem. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 16. 17. (76). Filius Cornelii Taciti Belgicæ Galliæ rationes procurantis. — *b)* Neutrorum more — Procurator sum, procuratorem ago. *Plin.* 3. *Ep.* 5. *ad fin.* Quum procuraret in Hispania. *Capitolin. Pertin.* 2. Alimentis dividendis in via Æmilia procuravit. *Jabolen. Dig.* 29. 2. 85. Quum in Cilicia procuraret. — Cum Dativo. *Tryphon. ibid.* 27. 1. 44. *ad fin.* Libertus, qui senatori patrono procurat. *Scævola ibid.* 32. 1. 33. Procurare patri. *Ulp. ibid.* 43. 8. 2. *ante med.* Si ædificium obstet publico usui, utique is, qui operibus publicis procurat, debebit id deponere. *h. e.* præest. ¶ 3. Item speciatim est verbum sacrorum, et significat curare et exsequi ea, quæ ad expianda et sacrificiis luenda prodigia, fulmina et hujusmodi pertinent. — *a)* Active. *Cic.* 1. *Divinat.* 2. 3. Magna vis videtur esse in monstris interpretandis ac procurandis in haruspicum disciplina. *et* 2. *ibid.* 63. 130. Procurare atque expiare signa, quæ a diis hominibus portenduntur. *Liv.* 1. 21. Ad hæc consultanda, procurandaque occupati erant. *Id.* 5. 18. Si sacra renovata rite, si procurata prodigia essent. Adde *eumd.* 27. 37. *et* 37. 3. *Phædr.* 3. 3. Procurare ostentum. *Ovid.* 3. *Fast.* 343. his, inquit, facito mea tela procures. *Sueton. Galb.* 4. Procurare fulgur. — *b)* Neutrorum more cum Dativo. In *vet. S. C.* apud *Gell.* 4. 6. Ut consul hostiis majoribus Jovi et Marti procuraret. — *c)* Sequente conjunct. *ne. Tibull.* 1. 5. 13. Ipse procuravi, ne possent sæva nocere Somnia, ter sancta deveneranda mola. — *d)* Impersonaliter. *Liv.* 40. 2. Simul procuratum est, quod tripedem mulum Reate natum nunciatum erat.

PRŌCURRO, curris, curri *et* cŭcurri, cursum, currere, n. 3. (pro *et* curro). Part. *Procurrens* II. 1. et 2. — Procurro est ante aut ultra curro, excurro, *προτρέχω* (It. *correre innanzi, avanzarsi correndo*; Fr. *s'élancer hors, s'avancer, courir*; Hisp. *abalanzarse fuera, adelantarse, correr*; Germ. *hervorlaufen, vorgehen, wohinlaufen*; Angl. *to run forwards, run forth or abroad*).

I.) Proprie. ¶ 1. Sæpe ad rem militarem pertinet. *Liv.* 25. 11. Si Romani ferocius procucurrissent. (Ita videtur legere etiam *Priscian.* 10. *p.* 902. *Putsch.* Alii *procurrissent.*) *Cæs.* 3. *B. C.* 93. Quum infestis pilis procucurrissent. *et* 1. *ibid.* 69. Milites, visendi causa, læti ex castris procurrebant. *et ibid.* 55. Cohortem, quæ temere ante ceteras extra aciem procurrerat, circumveniunt. *Id.* 6. *B. G.* 39. Calones in proximum tumulum procurrunt. *Id.* 2. *B. C.* 8. Ad repellendum et prosequendum hostem procurrere. *Val. Flacc.* 6. 697. Nunc levis infesto procurrit

in agmina curru. *Virg.* 9. *Æn.* 690. Et conferre manum, et procurrere longius audent. *et ibid.* 279. quos agmina contra Procurrunt Laurentum. *Liv.* 6. 12. Ne procurri quidem ab acie velim, sed obnisos vos stabili gradu impetum hostium excipere. — Similiter *Colum.* 7. *R. R.* 3. 4. Aries frequenter in pugnam procurrit. ¶ 2. Extra rem militarem. *Cæs.* 7. *B. G.* 26. Matresfamilias repente in publicum procurrerunt. Adde *Liv.* 34. 2. *Ovid. Heroid.* 2. 127. In freta procurro, vix me retinentibus undis. *Horat.* 1. *Sat.* 7. 20. in jus acres procurrunt. *Id. Epod.* 16. 29. In mare seu celsus procurrerit Apeninus. *Val. Flacc.* 3. 594. nunc ad ripas dejectaque saxis Flumina, nunc notas nemorum procurrit ad umbras. — Passive imperson. *Liv.* 4. 40. Ut et ex mœstis paullo ante domibus, quæ conclamaverant suos, procurreretur in vias.

II.) Translate. ¶ 1. *Procurrere* dicuntur, quæ protenduntur, prominent, exstant, *sporgersi in fuori, stendersi, spiccare.* — *a*) De locis. *Virg.* 5. *Æn.* 204. Infelix saxis in procurrenti bus hæsit. *Plin.* 6. *Ep.* 20. *circa med.* Nubes Miseni quod procurrit, abstulerat. *Ovid.* 4. *Fast.* 419. Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor Trinacris. *Colum.* 6. *R. R.* 27. 7. Mons, qui procurrit in occidentem juxta Oceanum. *Flor.* 2. 2. *a med.* Clypea a Punico litore, quasi arx et specula, procurrit. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (86). Procurrens per medium Euxinum promontorium. *Ovid.* 6. *Fast.* 281. Par facies templi (h. e. *rotundæ*): nullus procurrit in illa Angulus. *Val. Flacc.* 6. 702. Improba barbaricæ procurrunt tegmina plantæ. — *b*) De plantis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 13. 34. (130). Radix in longitudinem procurrens. ¶ 2. Morali significatione. *Cic.* 4. *Herenn.* 47. 60. Ut productus studio et viribus, ultra facile procurras. Cf. *Ammian.* 14. 1. *init.* Qui ex squalore imo miseriarum ad principale culmen insperato saltu provectus ultra terminos potestatis delatæ procurrens etc. *Seneca Ep.* 101. In ipso actu bene cedentium rerum, in ipso procurrentis pecuniæ impetu raptus est. *h. e.* affluentis.

PRŌCURSĀTĬO, ōnis, f. 3. (procurso) actus procursandi, procursio, ἐκδρομή. Vox est fere militaris. *Liv.* 28. 33. Ubi a velitibus per procursationem commissa pugna esset. *scorsa, l'avanzarsi correndo contra il nemico.* et 22. 44. Dirigit aciem, lacessitque Numidarum procursatione hostes. Adde *eumd.* 5. 19. *a med. Ammian.* 26. 7. *ad fin.* Inter reciprocantes missilia quasi procursatione hostem lacessens solus prorupit in medium.

PRŌCURSĀTOR, ōris, m. 3. qui procursat. *Liv.* 42. 64. Breve certamen levis armaturæ maxime cum procursatoribus fuit. *V.* PROCULCATOR. *Ammian.* 24. 6. *a med.* Præpilatis missilibus per procursatores principiis pugnæ tentatis.

PRŌCURSĬO, ōnis, f. 3. actus procurrendi.

I.) Proprie. *Quintil.* 11. 3. 126. *de gestu pedum.* Procursio opportuna, brevis, moderata, rara.

II.) Translate est digressio, quasi excursio extra ordinem. *Quintil.* 4. 3. 9. Non semper est necessaria post narrationem illa procursio.

PRŌCURSO, as, āvi, ātum, are, n. 1. frequentat. vel intensiv. a *procurro* Part. *Procursans* 1. — ¶ 1. In re militari est ante curso pugnæ incipiendæ causa, *correre innanzi, scaramucciare.* *V.* PROCURRO I. 1., PROCURSATIO et PROCURSATOR. *Liv.* 27. 2. Ibi per dies aliquot quum ab stationibus procursaretur. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 5. 5. (15). Procursantibus inter eos, qui lacesserent. *Ammian.* 27. 10. *ante med.* Velut quadam obice stetit, ductus procursantium relatione verissima, barbaros longe conspectos. *Id. ibid. mox* eosdem *proculcatores* appellat, quam vocem vide loco suo. ¶ 2. Extra rem militarem est progredi. *Ammian.* 27. 6. *a med.* In pulera facinora procursabit signis militaribus et aquilis adhæsurus.

PRŌCURSŌRĬUS. *V.* PRÆCURSORIUS.

PRŌCURSUS, us, m. 4. procursio, procursatio, ἐκδρομή, *il correre innanzi.*

I.) Proprie. ¶ 1. Vox militaris. *V.* PROCURRO I. 1. et PROCURSO 1. *Virg.* 12. *Æn.* 711. Procursu rapido, conjectis eminus hastis, Invadunt Martem. *Liv.* 22. 41. Tumultuario prœlio, et procursu magis militum, quam ex præparato, etc. *Tac. Agric.* 33. Jamque agmina et armorum fulgores, audentissimi cujusque procursu. ¶ 2. Extra rem militarem. *Lucret.* 2. 454. procursus in proclive volubilis exstat. *Stat.* 4. *Theb.* 787. puer faciles sternit procursibus herbas, In vultum nitens. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 38. 54. (113). Vultur, et feræ graviores, nisi ex procursu, aut altiore cumulo immissæ, non evolant. *Avien. Perieg.* 553. prolixaque longis Jugera producunt spatiis, præcincta duobus Æquoris infusi procursibus.

II.) Translate. ¶ 1. De locis est prominentia, exstantia. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 10. 11. (62). Alexandria ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato laciniosa, dextra lævaque anguloso procursu. ¶ 2. Item progressus. *Val. Max.* 3. 2. *init.* Nos quia jam initia procursusque virtutis patefecimus, actum ipsum prosequamur.

PRŌCURVO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *curvare*, idem quod curvo, curvum reddo. *Stat.* 6. *Theb.* 852. celsum procurrat Agyllea Tydeus. *Auct. carm. de Genesi* 14. Pomiferique simul procurvant brachia rami.

PRŌCURVUS, a, um, adject. *curvo*, καμπύλος, curvus, valde curvus. *Virg.* 2. *G.* 421. nec illæ Procurvam exspectant falcem. *Id.* 5. *Æn.* 765. Procurva litora.

PRŌCUS, i, m. 2. *Festus p.* 249. 3. *Müll.* Proci dicuntur, qui poscunt aliquam in matrimonium, Græce μνηστῆρες.

I.) Proprie. ¶ 1. Est qui nuptias alicujus ambit, qui poscit aliquam in uxorem (*V.* PROCO) μνηστήρ, *innamorato.* — *a*) In plur. num. *Virg.* 12. *Æn.* 27. Me natam nulli veterum sociare procorum Fas erat. *Horat.* 3. *Od.* 10. 11. Penelopen difficilem procis. *Id.* 2. *Sat.* 5. 7. apotheca procis intacta est. *et ibid.* v. 78. tam frugi tamque pudica, Quam nequiere proci recto depellere cursu. *Ovid.* 14. *Met.* 673. quum fugias averserisque petentes, Mille proci cupiant. *Id.* 4. *ibid.* 793. et 9. *ibid.* 10. clarissima formâ, Multorumque fuit spes invidiosa procorum Illa. — *b*) In sing. num. *Claudian. VI. consol. Honor.* 523. ora puellæ, Spe propiore tori, mater solertior ornat, Adveniente proco. *et Nupt. Honor. et Mar.* 32. fastigia supplex Deposui, gessique procum. *h. e.* petii uxorem. *Apul.* 6. *Met.* Si me parentibus et formoso proco reddideris. ¶ 2. Olim *proci* fuerunt proceres. *Festus p.* 249. 1. *Müll.* Procum patricium in descriptione classium, quam fecit Ser. Tullius, significat procerum. Huc pertinere quidam putant illud *Plauti Pœn.* 3. 1. 7. Nequicquam hos procos mihi elegi loripedes, tardissimos, et *Cic. Orat.* 46. 156. Jam, ut censoriæ tabulæ loquuntur, *fabrum* et *procum* audeo dicere, non *fabrorum* et *procorum.*

II.) Translate est qui ad aliquid adnititur, adspirat. *Cic. Brut.* 96. 330. Nos, quoniam post Hortensii mortem orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus, ignotos atque impudentes procos repudiemus.

PRŌCYŌN, ōnis, m. 3. Προκύων, signum cæleste, Latine *antecanis*: a πρὸ *ante* et κύων *canis*, quia Caniculæ, quæ major canis dicitur, ortum præcedit. *Cic.* in *Arat.* 221. et 2. *Nat. D.* 44. 114. hic Geminis est ille sub ipsis Antecanem (*alii* Antecanis), Procyon Grajo qui nomine fertur. *Horat.* 3. *Od.* 29. 18. jam Procyon furit, Et stella vesani Leonis. *Manil.* 5. 197. At Procyon oriens, quum jam vicesima Cancri, Septimaque ex undis pars sese emergit in astra, Venatus non ille quidem, verum arma creatis Venandi tribuit. Adde *Colum.* 11. *R. R.* 2. 52. et *V.* ANTECANIS et CANICULA.

PRŌDACTUS, a, um. *V.* PRODIGO.

PRŌDĒAMBŬLO, as, āvi, ātum, are, n. 1. *uscire al passeggio*, prodeo deambulatum, foras deambulo. *Ter. Adelph.* 5. 1. 3. Postquam intus sum omnium rerum satur, prodeambulare huc libitum est. προπεριπατεῖν. Quidam leg. *porro deambulare.*

PRŌDĔO, is, ĭi, ĭtum, ire, n. 4. anom. *Prodinunt* prisci dixere pro *prodeunt*, exeunt. *Ennius* apud *Festum p.* 229. 23. *Müll.* Prodinunt famuli: tum candida lumina lucent. Simile est *danunt* pro *dant*, *redinunt* pro *redeunt.* — *Prodient* pro *prodibunt* habet *Lactant.* 7. 16. *in fin. V.* EO, is init. Sic et *Capell.* 9. *p.* 316. Fidibusque luna Fescennina prodient. *Ita* Kopp. quem *V.*; et adde *Gargil. de re hortensi* 4. 11. — Part. *Prodiens* (si minus in recto casu, in obliquis frequenter adhibetur) I. 2. 3. et II. 2.; *Proditurus* I. 1. *a.* — Prodeo est in apertum eo, exeo, exsisto: a *pro* et *eo, is*, inserto *d* ad hiatum explendum; ut in *redeo, prodesse* etc. παρίημι (It. *uscire, uscir fuori, comparire, farsi avanti*; Fr. *s'avancer, aller, venir, se rendre*; Hisp. *adelantarse, salir, salir á fuera, paracer*; Germ. *hervorgehen, hervorkommen, vorwärts gehen*; Angl. *to go or come forth, go or come out, go out of doors, come abroad, show one's self, appear*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu — *a*) Absolute. *Plaut. Aulul.* 2. 6. 1. Heus Staphyla, prodi, atque ostium aperi. *Id. Cist. a.* 3. v. 8. Dic, me orare, ut aliquis intus prodeat propere ocius. *V.* INTUS. *Cic. Rosc. Am.* 35. 100. Quæ, si prodierit, atque adeo quum prodierit (scio enim prodituram esse) audiet. *Id.* 2. *Orat.* 86. 353. Paullo post ferunt nunciatum Simonidi, ut prodiret. *Liv.* 1. 41. Servius cum lictoribus ac trabea prodit. *Horat.* 3. *Od.* 14. 5. Unico gaudens mulier marito Prodeat justis operata sacris. — Et additis adverb. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 128.; et *Phædr.* 2. 4. Nunciate, ut prodeat foras. *Ter. Phorm.* 1. 2. 102. Puer heus, nemon' huc prodit? cape, dā hoc Dorcio. — *b*) Cum Accus. et præp. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 84. Pudet prodire me ad te in conpectum, pater. *Cæs.* 3. *B. C.* 86 Quo firmiore animo in prœlium prodeatis. *Id.* 5. *B. G.* 26. *in fin.* Prodire ad colloquium. *Auct. B. G.* 8. 8.; et *Cic.* 6. *Fam.* 1. in aciem. *Id.* 8. *Att.* 11. *sub fin.*; et *Justin.* 36. 4. 2. in publicum. *uscir di casa, lasciarsi vedere. Cic.* 1. *Off.* 35. 129.; et *Nepos præf.* in scænam. *Id. Themist.* 1. in contionem. *Seneca Ep.* 52. in turrem. *Lucan.* 7. 231. in hostem. — Huc referri possunt et illa *Cic. Mur.* 33. 68. Multi obviam prodierunt de provincia decedenti, consulatum petenti. Solet fieri. Eccui autem non proditur revertenti? Cf. *eumd.* 3. *Fam.* 7. Audivi te questum esse, quod tibi obviam non prodissem. *Cæs.* 1. *B. G.* 48. Si quo erat longius prodeundum. — *c*) Cum Ablativo, seu termino a quo quis prodit. *Ovid.* 1. *Fast.* 33. Prodire utero matris. *Id.* 3. *Amor.* 11. 13. foribus. *Id. Remed. am.* 253. tumulo. *Id.* 3. *Fast.* 305. ab antro. *Cæs.* 3. *B. C.* 7. *a med.* ex porta. *Auct. B. Afr.* 50. *ad fin.* de rupe. ¶ 2. Latiori sensu pro nasci, exsistere, *spuntare, nascere. Varro* 1. *R. R.* 45. 1. Exit hordeum diebus septem: legumina fere quatriduo, præterquam faba; ea enim serius aliquanto prodit seges. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 9. Nascentis anni clementia excipit prodeuntia semina. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 7. 37. (76). Folia ex radice prodeuntia. *At* Sillig. *optimis Codic. fretus omittit* prodeuntia. *Ovid.* 1. *Fast.* 154. Prodit et in summum seminis herba solum. ¶ 3. Item pro exstare, prominere. *Ovid.* 8. *Met.* 807. genuumque rigebat Orbis, et immodico prodibant tubere tali. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 25. 41. (80). Neque aspero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte. ¶ 4. Est etiam porro ire, progredi, procedere, *andar innanzi, progredire, avanzarsi. Virg.* 6. *Æn.* 199. illæ (*columbæ*) tantum prodire volando, Quantum acie possent oculi servare sequentum. *Cæs.* 3. *B. C.* 24. Naves ad fauces portus prodire jussit. *Plaut. Rud.* 2. 1. 6. Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ sumptâ a superiori paragr. 1. *Crassus* apud *Cic. Orat.* 66. 222. Missos faciant patronos: ipsi prodeant. *Horat.* 2. *Od.* 8. 7. juvenumque prodis Publica cura. *h. e.* viseris, pares, te præbes conspicien-

dam. Sic *Ovid.* 4. *Fast.* 309. Cultus et ornatis varie prodisse capillis Obfuit. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 21. 68. Si hæc consuetudo serpere ac prodire cœperit. *Id.* 1. *Off.* 39. 140. Cavendum est, præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas. *Id. Brut.* 19. 39. Vides, eloquentia quam sero prodierit in lucem. et *Plaut. Cas. prol.* 9. Nunc novæ quæ prodeunt comœdiæ, multo sunt nequiores. *Id. Amph. prol.* 93. Juppiter certo prodit in tragœdia. *scil.* est tragœdiæ persona. *Ovid.* 3. *Art. am.* 171. Quum tot prodierint pretio leviore colores. *h. e.* exierint, reperti sint in usum hominum. Sic 1. *Met.* 141. Jamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum Prodierant: prodit bellum, quod pugnat utroque. ¶ 2. Metaphorâ sumptâ a superiori paragr. 2. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 32. Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. *Id.* 2. *Sat.* 7. 54. prodis ex judice turpis. *Petron. Satyr.* 25. *ad fin.* Prodeuntibus annis. *h. e.* procedente ætate. — Et passive impersonaliter, de oratione. *Cic.* 1. *Invent.* 20. 28. Ne quam in aliam rem transeatur, ne ad extremum prodeatur.

PRŌDESSE. *V.* PROSUM.

PRŌDĪCĬUS, a, um, *et* proditius, a, um, adject. qui prodit, seu profert aliquid. *Tertull.* 1. *ad Nation.* 7. *ante med.* Sed bene, quod omnia tempus revelat, testibus sententiis et proverbiis vestris, ipsaque natura, quæ ita ordinata est, ut nihil lateat, etiam quod fama non prodidit. Videte, qualem prodiciam adversus nos subornastis, *etc.* Sic *Id.* in loco huic simili *Apolog.* 7. *ad fin.* Hanc (*famam*) indicem adversus nos profertis, quæ *etc.*

PRŌDĪCO, dīcis, dixi, dictum, dīcere, a. 3. (pro *et* dico). Part. *Prodictus* 1. et 2. — Prodico idem est quod prædico, *predire*. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 2. *Nat. D.* 3. 7. Hominibus ea, quæ sint, ostendi, monstrari, portendi, prodici: ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur. Adde 1. *Divinat.* 42. 93. ubi eadem verba repetit. Sed utrobique *alii leg.* prædici. — Prodicta dies : *giorno anticipatamente intimato. Id. Dom.* 17. 45. Ne, nisi prodicta die, quis accusetur. *Alii leg.* prodita. ¶ 2. Speciatim *Prodicere diem* est aliam diem dicere pro ea, quæ dicta fuit, differre, producere, prodere, *differire il giudizio ad altro giorno. Liv.* 2. 61. *a med.* Adeo constantia sua et tribunos obstupefecit et plebem, ut diem ipsi sua voluntate prodicerent. Ante tamen, quam prodicta dies veniret, morbo moritur. *Id.* 38. 52. Ultimus dies P. Scipioni illuxit, post quem, quum invidiam et certamina cum tribunis prospiceret, die longiore prodicta etc. Adde *eumd.* 3. 57. *et* 58. et 38. 51.

PRŌDICTĀTOR *et* pro dictātor, ōris, m. 3. *vicedittatore*, qui pro dictatore creatur, quum res urget, et dictatorem dicere non licet. *Liv.* 22. 8. Ad dictatorem dicendum civitas confugit. Et quia et consul aberat, a quo uno dici posse videbatur; nec dictatorem populus creare poterat: quod numquam ante eam diem factum erat, prodictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum. *Id. ibid.* 31. *in fin.* Eo decursum esse (*scribit*), ut a populo crearetur, qui pro dictatore esset: res inde gestas gloriamque insignem ducis, et augentes titulum imaginis posteros, ut, qui pro dictatore, dictator diceretur, facile obtinuisse.

PRŌDICTĬO, ōnis, f. 3. dilatio. *Fest.* in *fragm.* p. 253. 28. *Müll.* Prodicere diem est prodere (h. e. *differre*), prodictio namque proditio est, quæ, ut ait Verrius, in præsens valet. *Müllerus* aliter legit, sed vocem *prodictio* ex Cod. affert.

PRŌDICTUS, a, um. *V.* PRODICO.

PRŌDĪGĀLĬTAS, ātis, f. 3. *prodigalità*, prodigentia. *Auct. declam. in Catil.* 9. Omitto summum pecuniæ desiderium, summam simul prodigalitatem. *Boeth. Aristot. Topic.* 6. 6. *p.* 717. Si hic quidem temperantiam et timiditatem habet, ille autem fortitudinem et prodigalitatem. *et ibid.* Timiditas et prodigalitas erit.

PRŌDĪGĀLĬTER, adverb. prodigendo. *Ambros. Dignit. sacerd.* 5. Et qui novum prodigaliter regulam ac tempestatem peperisse deflentur.

PRŌDĪGĒ, adverb. *prodigamente*, ἀσώτως, prodigendo, effuse, nimis large. *Cic.* 11. *Phil.* 6. 13. Non possunt non prodige vivere, qui nostra bona sperant, quum effunduut sua. *Seneca Vit. beat.* 20. *a med.* Quidquid habeo, nec sordide custodiam, nec prodige spargam. *Id. Ep.* 88. 26. Clementia sui, homini non esse homine prodige utendum.

PRŌDĪGENTĬA, æ, f. 1. *prodigalità*, ἀσωτία, nimia largitas, prodigitas, profusio, effusio. *Tac.* 6. *Ann.* 11. Geminius prodigentia opum ac mollitia vitæ amicus Sejano. *Id.* 13. *ibid.* 1. Cujus vitiis per avaritiam ac prodigentiam mire congruebat. Adde *eumd.* 15. *ibid.* 37.

PRŌDĪGĬĀLĒ, adverbii more. *V.* voc. seq. in fin.

PRŌDĪGĬĀLIS, e, adject. *prodigioso*, ad prodigium pertinens. *Ammian.* 25. 10. Multa et dira visebantur, quorum eventus fore luctificos, gnari rerum prodigialium præcinebant. *Prudent. Hamartig.* 467. Quo tantum auxilii per prodigialia signa Effudit Dominus? *Plaut. Amph.* 2. 2. 107. Mulier, te prodigiali Jovi aut mola salsa, aut ture comprecatam oportuit. *h. e.* prodigiorum depulsori. *Claudian.* 2. *in Rufin.* 433. Pagrant elidere saxis Prodigiale caput. *h. e.* portentosum, mali ominis, monstrosum. — Hinc *Prodigiale*, adverbii ritu, in modum prodigii. *Stat.* 7. *Theb.* 402. nec monstra tenent, quæ plurima nectit, Prodigiale canens, certi fors prævia fati. *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 232. cometes Prodigiale rubens.

PRŌDĪGĬĀLĬTER, adverb. idem ac prodigiose. *Colum.* 3. *R. R.* 3. 3. Nam illa videntur prodigialiter in nostris Ceretanis accidisse. *Horat. Art. P.* 29. Qui variare cupit rem prodigialiter unam, Delphinum silvis appingit, fluctibus aprum.

PRŌDĪGĬĀTOR, ōris, m. 3. τερατοσκόπος. *Festus p.* 229. 29. *Müll.* Prodigiatores haruspices, prodigiorum interpretes.

PRODIGIOLUM, i, n. 2. *deminut.* prodigii. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 96.

PRŌDĪGĬŌSĒ, adverb. *prodigiosamente, miracolosamente*, τερατικῶς, præter morem, vel naturam. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 80. (204). Lien cum jecinore locum aliquando permutat, sed prodigiose.

PRŌDĪGĬŌSUS, a, um, adject. Comp. *Prodigiosior* — Prodigiosus est prodigium faciens, prodigii plenus, præter naturam et consuetudinem eveniens, stupendus, mirandus, *prodigioso, portentoso, mostruoso, miracoloso*, τερατώδης. *Stat.* 3. *Theb.* 32. Sed similes non ante metus, aut astra notavi Prodigiosa magis. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 30. 30. (98). Prodigiosi defectus solis. *Martial.* 5. 34. Oraque Tartarei prodigiosa canis. *Ovid.* 13. *Met.* 968. Prodigiosa petit Titanidos atria Circes. *et* 9. *ibid.* 726. Cognita quam nulli, quam prodigiosa, novæque Cura tenet Veneris! *Id.* 3. *Amor.* 6. 17. Prodigiosa loquor veterum mendacia vatum. *Quintil.* 1. 1. 9. Prodigiosa corpora et monstris insignia. *Tac.* 3. *Hist.* 56. Continuanti (prodigiosum dictu!) tantum fœdarum volucrum supervolitavit, ut etc. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 20. 19. (81). Prodigiosa (*virium*) ostentatio. *Id.* 13. *ibid.* 1. 2. (15). Prodigiosa cinnamomino (*unguento*) pretia. *Id.* 33. *ibid. prœm.* 2. (4). Heu prodigiosa ingenia! quot modis auximus pretia rerum! *At* Sillig. *legit* prodiga. *Trebell. in XXX. Tyrann.* 31. Quo nihil prodigiosius passa est respublica.

PRŌDĪGĬTAS, ātis, f. 3. profusio. *Lucilius* apud *Non. p.* 159. 31. *Merc.* Nequitia occupat hos, petulantia, prodigitasque.

PRŌDĪGĬUM, i, n. 2. De masc. gen. hæc *Cur. Fortun. Art. rhet.* 3. *p.* 91. Romani neutra multa masculino genere potius enunciant, ut hunc theatrum, hunc prodigium. — *Prodigium* pro *prodigiorum* est *Pacuvii* loc. infra cit. I. 2. — Prodigium, *prodigio, portento, miracolo*, τέρας, est portentum, monstrum, ostentum: res præter naturam, aut morem eveniens, et futurum aliquid significans, tum in bonam, tum in malam partem. Est a *prodico*, aut *prædico*, ut *Cic.* docet: quasi *prodicium*. *V.* PRODICO 1. Sic *Festus p.* 229. 14. *Müll.* Prodigia, quod prædicunt (*alii leg.* prodicunt) futura, permutatione *G* litteræ: nam quæ nunc *C* appellatur, ab antiquis *G* vocabatur. *Vossius* legit: nam quæ nunc *G* appellatur, ab antiquis *C* vocabatur. Quod est multo verius. *V.* initium litteræ *G. Non. p.* 44. 22. *Merc.* ducit a *porro* et *adigo*, quia sunt avertenda et averruncanda. Sed potior est *Ciceronis* et *Festi* sententia. Discrimen inter *monstrum, portentum, prodigium*, etc. *V.* in MONSTRUM.

I.) Proprie. ¶ 1. In bonam partem. *Accius* apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 26. 68. Adde (inquit) huc, quod mihi portento cælestum pater Prodigium misit regni stabilimen mei. *Id.* apud *Non. p.* 16. 10. *Merc.* Principio extispicium ex prodigiis congruens ars te arguit. *Virg.* 5. *Æn.* 638. jam tempus agi res: Nec tantis mora prodigiis. Ubi *Servius*: Ecce prodigium de bono. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 77. (197). Cæcinæ Volaterrano dracones emicuisse de extis læto prodigio traditur. ¶ 2. In malam. *Pacuvius* apud *Cic. Orat.* 46. 155. Postquam prodigium horriferum, portentum, pavos. *Ovid.* 11. *Met.* 410. Anxia prodigiis turbatus pectora Ceyx. *Cic.* 2. *Cat.* 1. 1. Nulla jam pernicies a monstro illo atque prodigio mœnibus ipsis intra mœnia comparabitur. *Id. Harusp. resp.* 2. 4. Quum his exitiosis prodigiis, ac pæne hujus imperii pestibus, bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum. *Id. Pis.* 4. 9. P. Clodius fatale portentum prodigiumque reipublicæ. *Id.* 5. *Verr.* 73. 171. Non mihi jam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur. *Virg.* 3. *Æn.* 365. Harpyia Celæno Prodigium canit et tristes denunciat iras. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 18. 20. (41). Ille avem protinus concerpsit; nec multo post prodigium implevit. *h. e.* mortuus est, quod prodigium illud significaverat. *Tac.* 5. *Hist.* 13. Piare prodigia. *Id.* 12. *Ann.* 43. Accipere aliquid in prodigium. *et* 13. *ibid.* 58. Prodigii loco habere. *Quintil.* 1. 10. 47. Prodigium divinitus factum. ¶ 3. Promiscue. *Cic.* 6. *Verr.* 49. 107. Mira tota Sicilia religio est Cereris Ennensis. Etenim multa sæpe prodigia vim ejus numenque declarant. *Id.* 1. de *republ.* 15. (*Lunam deficientem*) nullum esse prodigium, idque et tum factum esse, et certis temporibus semper futurum, quum sol ita locatus fuisset, ut etc. *Liv.* 1. 34. Perita cælestium prodigiorum mulier.

II.) Translate. De monstro, unde prodigium fit. *Ovid. Heroid.* 9. 91. Prodigiumque triplex, armenti dives Iberi Geryones. *Id.* 13. *Met.* 917. Non ego prodigium, non sum fera bellua, virgo; Sum deus, inquit, aquæ. Adde *Quintil.* 7. *præf.* 2. — Huc pertinet et illud *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 19. (54). Ecce altiles spectantur asparagi: et Ravenna ternis libris rependit. Heu prodigia ventris!

PRŌDĪGO, ĭgis, ēgi, actum, ĕgere, a. 3. (pro *et* ago) Part. *Prodigens* et *Prodactus* II. *a.*; *Prodigendus* I. — Prodigo est educo, abigo, foras aut procul ago, propello, a *pro* aut *porro* et *ago*, inserto *d* ut in *prodeo, prodesse*, προάγω, *menare, cacciar fuori o lontano.*

I.) Proprie de pecore. *Varro* 2. *R. R.* 4. 8. *de suibus.* Admissuras quum faciunt, prodigunt in lutosos limites ac lustra, ut volutentur in luto. *et ibid.* 7. 11. Prodigere in pabulum. *et* 3. *ibid.* 9. 14. Pulli prodigendi in solem et in sterquilinium, ut se volutare possint.

II.) Translate est immoderate rem effundere, largius, quam par est, impensas facere, quasi patrimonium foras agendo et perdendo, *consumare prodigamente, scialacquare, dissipare, spendere e spandere*, καταναλίσκω. — *a)* Fere semper in malam partem. *Festus p.* 229. 19. *Müll.* Prodegeris, consumpseris. perdideris. Fortasse respexit ad illud *Plauti Aulul.* 2. 8. 10. Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. *Id. Merc.* 5. 4. 60. Per nos quidem hercle egebit, qui suum prodegerit. *Sall. orat. Lepidi contra Sull.* Nisi aliena bene parata prodegerint. *Sil. It.* 15. 498. Mercandi dex-

tras largus, belloque parata Prodigere in bellum facilis. *Tac.* 1. *Hist.* 20. Sumptibus, quibus sua prodegerant. *Sueton. Ner.* 30. Laudabat mirabaturque avunculum Cajum, nullo magis nomine, quam quod ingentes a Tiberio relictas opes in brevi spatio prodegisset. *Tertull. Pudic.* 8. Judæus, prodacta substantia Dei, in aliena regione mendicat. *Id. Anim.* 48. Prodactus sopor. *h. e.* consumptus, discussus. *Lactant.* 6. 11. *a med.* Levissimorum hominum patrimonia in res supervacuas prodiguntur. *Apul. Dogm. Plat.* 2. Lascivia immoderatius fundendo patrimonii prodigit facultates. *Auct. Paneg. ad Constantin.* 14. *extr.* Fruimini, dissipate, prodigite. *Aurel. Vict. Cæsar.* 40. *a med.* Pecuniam conferre prodigenti. — *b*) Aliquando in bonam partem accipitur pro moderate consumere. *Modestin. Dig.* 1. 18. 18. Plebiscito continetur, ne quis præsidum munus donumve caperet, nisi esculentum potulentumve, quod intra dies proximos prodigatur.

PRŌDĪGŬÆ Hostiæ vocantur, ut ait Veranius, quæ consumuntur: unde homines quoque luxuriosi, prodigi. *Festus p.* 250. 9. *Müll.*

PRŌDĪGUS, a, um, adject. (prodigo) nimium in usu rei familiaris, profusus, effusus, luxuriosus, nepos, perditus, ἄσωτος, ἀκόλαστος (It. *scialacquatore, dissipatore, prodigo*; Fr. *qui prodigue, qui gaspille, qui dépense follement, prodigue*; Hisp. *prodigo, gastador*; Germ. *in s. Eigenthum verschwenderisch, verschwendend*; Angl. *prodigal, profuse, lavish, unthristy, wasteful, riotous, dissolute, extravagant, expensive*).

I.) Proprie. — *a*) Absolute. *Cic.* 2. *Off.* 16. 55. Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis, et viscerationibus, et gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut levem aut nullam omnino sint relicturi: liberales autem, qui suis facultatibus aut captos a prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adjuvant, aut opitulantur in re vel quærenda vel augenda. *V.* in fin. hujus litt. *a. Id.* 4. *Cat.* 5. 10. Lentulus largitor et prodigus. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 4. ne prodigus esse Dicatur metuens. *Id.* 2. *Ep.* 1. 238. idem rex ille poema Qui tam ridiculum tam care prodigus emit. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 2. 195. *Sueton. Vitell.* 7. Facilis ac prodigus animus. *Gell.* 7. 11. Luxus vitæ prodigus effususque. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 11. 13. (39). Prodigum et sagax ad luxuriæ instrumenta ingenium. *Id.* 11. *ibid.* 19. 21. (67). Apes prodigæ atque edaces. *Id.* 37. *ibid.* 2. 6. (15). Margaritæ, prodiga res. *h. e.* quæ ut emantur, multum prodigitur. *Mamertin. Grat. act. ad Julian.* 10. *extr.* Prodigere aliquid in prodigas cupiditates. *h. e.* quæ sumptibus non parcunt, ut expleantur. — *Prodigum* a *liberali* ita distinguit *Lactant.* 6. 17. *a med.* Ita liberalem distinguunt a prodigo, quod is liberalis sit, qui et bene meritis, et quum oportet, et quantum satis est, largiatur: prodigus vero, qui et non meritis, et quum opus non est, et sine respectu rei familiaris effundat. — *b*) Cum Ablativo rei, in qua emenda quis prodigus est. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 31. (67). Asinius Celer, hoc pisce (*mullo*) prodigus, unum mercatus octo millibus nummum. *h. e.* in hoc pisce emendo prodigus. — *c*) Cum Genitivo rei, cujus quis prodigus est. *Plaut. Most.* 4. 1. 19. Peculii sui prodigus. *Horat. Art. P.* 164. Utilium tardus provisor (*juvenis*), prodigus æris.

II.) Translate. ¶ 1. De hominibus et abstractis pertinentibus ad homines, qui in aliis rebus, præter rem familiarem, nimii sunt. — *a*) Generatim. *Cic.* 1. *ad Brut.* 15. Unum reprehendebas, quod in honoribus decernendis essem nimius, et tamquam prodigus. *Vellej.* 2. 48. 3. Suæ alienæque et fortunæ et pudicitiæ prodigus. *Stat.* 6. *Theb.* 767. noscendi Prodigus, incautusque sui. *Horat.* 1. *Od.* 18. 16. Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro. *Gell.* 11. 5. Homo non præceps, neque judicii sui prodigus. *et* 1. 15. *ad fin.* Quorum lingua tam prodiga infrenisque sit, ut fluat semper æstuetque colluvione verborum teterrima. *et* 19. 2. Libidines in cibos atque in Venerem prodigæ. *Quintil. declam.* 292. Prodigis oculis intueri. *h. e.* liberioribus et luxuriosis. — *b*) Speciatim. *Prodigus animæ, vitæ*, contemptor, eamque facile ac libenter in discrimen adducens. *Horat.* 1. *Od.* 12. 37. animæque magnæ Prodigum Paulum. *Ovid.* 3. *Amor.* 9. 64. Sanguinis atque animæ prodige, Galle, tuæ. *Stat.* 8. *Theb.* 406. At postquam rabies et vitæ prodiga virtus Emisere animos, etc. Adde 3. *ibid.* 69.; et *Sil. It.* 1. 225. Sic Prodigus lucis, *Claudian.* 2. *in Rufin.* 183. et Fides proprii cruoris prodiga, *Prudent.* 2. *περὶ στεφ.* 17. et Prodigus sui, *Auct. Paneg. ad Constantin.* 23. *extr.* ¶ 2. De rebus physicis ponitur pro abundanti, affluenti, copioso, largo. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 41. Non est aptus equis Ithacæ locus, ut neque planis Porrectus spatiis, nec multæ prodigus herbæ. *Ovid.* 15. *Met.* 81. Prodiga divitias alimentaque mitia tellus Suggerit. *Sil. It.* 6. 144. Hic studio laticum, quorum est haud prodiga tellus, etc. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 69. lætatur in antro Amnis, et undantem declinat prodigus urnam. *Id.* 2. *in I. cons. Stilich.* 461. madidæ nec prodigus urnæ Aquarius. *h. e.* nimios ferens imbres. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 3. 5. (25). Jam quidam etiam in potus addunt unguenta, ut odore prodigo fruantur ex utraque parte corporis. *h. e.* intus et foris largo odore perfundantur. *Auson. Edyll.* 10. 104. cui prodiga mutat Alvus, opimatoque fluens abdomine venter. *h. e.* laxa, ampla. *Virg. Mor.* 35. *de puella Afra.* Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta. *h. e.* æquo spatiosiorem pedem habens.

PRŌDĪNUNT. *V.* PRODEO init.

PRŌDĬORTHŌSIS, is, f. 3. Figura, de qua hæc *Aquil. Rom. de fig. sent. et eloc. p.* 187. ed. *Ruhnken.* Prodiorthosis, præcedens correctio. Hæc figura, ubi aliquid necessarium dictu, et insuave audientibus, aut odiosum nobis, dicturi sumus, præmunit. Exemplum apud Ciceronem frequens (*fragm.* apud *Orell. vol.* 4. *p.* 2.): *Quamquam sentio, quanta hoc cum offensione dicturus sim, dicendum est.*

PRODISPĔRO, as, are, a. 1. Prodisperare alvum pro solvere, laxare, quidam legunt apud *Plaut. Rud.* 2. 7. 31. Itaque alvum prodisperavit nobis salsis poculis. At plerique interpretes rectius *prodi speravit* (ut et *Fleckeisen.*) reponunt: *h. e.* corrumpi, solvi. V. *Taubmann.*

PRŌDĬTĬO, ōnis, f. 3. duo diversa significat: scilicet

A) *Proditio* a v. *prodere* est actus prodendi et divulgandi, indicium, ἀποκάλυψις, *divulgamento, manifestazione, dinunzia.* ¶ 1. Generatim. *Liv.* 4. 30. Legem de multarum æstimatione pergratam populo quum ab tribunis parari consules unius ex collegio proditione excepissent, ipsi præoccupaverunt ferre. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 45. 46. (150). Proditio arcanorum. *Flor.* 3. 18. *circa med.* Postquam id nefas proditione discussum est. *Mamertin. Grat. act. ad Julian.* 14. *in fin.* Quum proditionem futuri verborum ambago celaret. Adde *ibid.* 18. ¶ 2. Speciatim est perfidia, *tradimento*, προδοσία. *Liv.* 2. 3. Ceterum, id quod non timebant, per dolum ac proditionem prope libertas amissa fuit. *Cic.* 5. *Fam.* 12. *ante med.* Multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 9. 27. Amicitiarum proditiones et rerumpublicarum. *Virg.* 2. *Æn.* 83. quem falsa sub proditione Pelasgi Demisere neci. ¶ 3. Item speciatim est prodictio, dilatio in alium diem, *proroga, prolungamento, dilazione. Cato* apud *Festum p.* 242. 16. *Müll.* Te, C. Cæcili, diem prodidisse militibus legionis tertiæ, quum proditionem non haberent. *Alii leg.* haberes, b. e. jus proferendi diem et differendi. *V.* PRODO et alium *Festi* locum in PRODICTIO.

B) *Proditio* a v. *prodire* est actus prodeundi vel progrediendi, *comparsa, o progresso. Sidon.* 5. *Ep.* 13. *a med.* Quia dicitur hæc ipsa pernicies appropinquare (cujus proditionibus Deus obviet) præveni morbum, etc.

PRŌDĬTOR, ōris, m. 3. qui manifestat, index, *divulgatore, manifestatore.* ¶ 1. Generatim. *Ovid.* 2. *Amor.* 8. 25. index anteacta fatebor, Et veniam culpæ proditor ipse meæ. *et* 3. *ibid.* 12. 30. Proditor in medio Tantalus amne sitit. *h. e.* qui arcana deorum vulgavit. *V.* TANTALUS in ONOM. *Horat.* 1. *Od.* 9. 21. latentis proditor intimo Gratus puellæ risus ab angulo. ¶ 2. Speciatim, qui prodit, προδότης, *traditore. Cic.* 3. *Fin.* 19. 64. Nec magis vituperandus est proditor patriæ, quam communis utilitatis, aut salutis desertor. *Id.* 12. *Fam.* 3. Ea dixit de conservatoribus patriæ, quæ dici deberent de proditoribus. *Id. Sull.* 31. 88. Ne exstinctor patriæ, ne proditor, ne hostis appelletur. *Liv.* 2. 59. *sub fin.* Exercitus proditor militaris disciplinæ, desertor signorum. *Sall.* in *orat. Phil. contra Lepid. a med.* Nostri proditor, istis infidus, hostis omnium bonorum. *Ovid. Ib.* 371. Proditor ut sævi periit auriga tyranni. *V.* MYRTOUS.

PRŌDĪTRIX, icis, f. 3. quæ evulgat. ¶ 1. Generatim. *Prudent* 1. *περὶ στεφ.* 11. Fama nam terras in omnes percucurrit proditrix. ¶ 2. Speciatim, quæ perfide prodit, *traditrice. Lactant.* 1. 10. Patris proditricem in conjugium sibi vindicavit. *Servius* ad *Virg.* 8. *Ecl.* 30. Apollo divinationem eis concessit, adjecto, ne proditrices numinum esse vellent.

PRŌDĪTUS, a, um. *V.* PRODO.

PRŌDĬUS, adverb. interius, propius: a *prodeundo. Varro* apud *Non. p.* 47. 13. *Merc.* Primum venit in urbem, atque intra muros, deinde accedit prodius, atque introit domum. *h. e.* illuc procedit amplius, ut interpretatur *Lachmannus* ad *Lucret.* 4. 211.

PRŌDO, dis, dĭdi, dĭtum, dere, a. 3. (pro *et* do). *Produit* pro *prodiderit* dixerunt antiqui. *Festus p.* 229. 16. *Müll.* Produit, porro dederit, ut est in lege Censoria: «Porticum sartam tectamque habeto, produto». Alias prodiderit. Hæc *Festus.* — Part. *Prodens* 1. *a.* et *b.* et 3.; *Proditus* 1. *a.*, 2., 3. *a.* et 4. *a.*; *Proditurus* 5.; *Prodendus* 1. *a.*, 3. *b.*, 6. et 7. — Prodere est extra, aut ante, aut longe dare, ponere, emittere, producere. Unde *extra proditur aliquid* apud *Lucret.* 2. 933. quod quasi paritur et producitur, *si produce, si mette in essere.* Hæc *Forcellinus*: at *Lachmannus* apud *Lucret. loc. cit.* aliter omnino leg. Hinc ¶ 1. Generatim et sæpe est emittere, proferre, atque adeo edere, evulgare, palam facere, ἐκδίδωμι (It. *mettere fuori, dar fuori, pubblicare, far apparire, manifestare*; Fr. *faire sortir, émettre, publier, faire connaître*; Hisp. *poner fuera, sacar á luz, publicar, manifestar*; Germ. *hervorgeben, hervorbringen, zum Vorschein bringen, verrathend bekannt machen, anzeugen, entdecken, angeben*; Angl. *to draw forth, bring out, declare, disclose, manifest*). — 1.°) Stricto sensu pro extra ponere, foras emittere. *Lucret.* 3. 603. *de anima.* Quid dubitas tandem, quin extra prodita corpus Imbecilla foras, in aperto, tegmine dempto, etc. *Id.* 6. 562. Ad cælumque magis quanto sunt edita quæque (*tecta domorum*) Inclinata minent (*Lachmann.* meant) in eamdem prodita partem. *h. e.* extra perpendiculum deflexa. — 2.°) Latiori sensu pro edere, evulgare, palam facere; præsertim quum de iis agitur, quæ celari alicujus interest. — *a*) Universim. *Val. Flacc.* 5. 233. socerumque exterruit ingens Prodita vox: o qui patria etc. *Ovid.* 1. *Met.* 656. alto suspiria prodis Pectore. *et* 6. *ibid.* 80. Percussamque sua simulat de cuspide terram Prodere cum baccis fetum canentis olivæ. *et* 7. *ibid.* 600. Fibra quoque ægra notas veri, monitusque deorum Prodiderat. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 103. est Gaudia prodentem vultum celare. *h. e.* licet, ἔξεστι, celare. *Virg.* 10. *Æn.* 97. ceu flamina prima Quum deprensa fremunt silvis, et cæca volutant Murmura, venturos nautis prodentia ventos. *Ovid. Heroid.* 12. 33. Eminet indicio prodita flamma suo. *Id.* 1. *Art. am.* 326. partu proditus auctor erat. *Cic.*

Dom. 17. 45. Prodita dies. *h. e.* ante edicta. *Alii leg.* prodicta *eodem sensu*: *V. Prodictus* in PRODICO. Sic *Liv.* 25. 13. Alia prodita dies ad frumentum majore apparatu petendum. — *Prodere exemplum* est edere, quippiam facere, quod exemplo sit aliis. *Liv.* 1. 11. Prodendi exempli causa. Cf. *Cic. Flacc.* 11. 24. Ne periculosam imitationem exempli in posterum prodaretis. *Tac. 1. Hist.* 2. Non tamen adeo virtutum sterile sæculum, ut non et bona exempla prodiderit. *Vellej.* 2. 119. 3. E præfectis castrorum quam clarum exemplum L. Eggius, tam turpe C. Cejonius prodidit. Sic *ibid.* 6. 5. Id unum nefarie ab Opimio proditum, quod capitis civis R. pretium se daturum proposuit. — Ceterum *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*). 9. 27. Quum decretum proditur, lex veri rectique proditur. *Juvenal.* 13. 23. Quæ tam festa dies, ut cesset prodere furem, Perfidiam, fraudes, etc? *Plin.* 9. *Hist. nat.* 10. 12. (36). Testudines summa in aqua obdormiscere: id prodi stertentium sonitu. *Ovid.* 4. *Trist.* 4. 9. Nil ego peccavi: tua te bona cognita produnt. *Id.* 2. *Met.* 447. Heu quam difficile est, crimen non prodere vultu! *et* 4. *ibid.* 654. lævaque a parte Medusæ, Ipse retro versus, squalentia prodidit ora. *Alii leg.* protulit. — *b*) Speciatim est arcana detegere, *rivelare, scoprire, palesare*. *Val. Flacc.* 4. 479. Fata loquax, mentemque Jovis, quæque abdita solus Consilia, et terris subito ventura parabat, Prodideram, miserans hominum genus. *Cic.* 2. *Tusc.* 13. 31. Homine enunciante commissa, prodente conscios. *Plaut. Cist.* 4. 2. 75. Tibi nunc prodimus, et confitemur cistellam habere. *Juvenal.* 9. 115. Prodere arcanum. — *c*) Item proferre, promere, *cavar fuori*. *Ovid.* 5. *Fast.* 518. Prodit fumoso condita vina cado. Adde *ibid.* 508.; et *Val. Flacc.* 8. 17., ubi *alii leg.* promit. ¶ 2. Speciatim est partu edere in lucem, *partorire, dare in luce*. *Accius* apud *Apulej. de Deo Socrat. sub fin. de Ulysse*. Inclute, parra prodite patria, nomine celebri, etc. Translate *Lucret.* 4. 521. Jam ruere ut quædam videantur velle, ruantque Prodita judiciis fallacibus omnia primis. *concepite, e disegnate con false misure*. Affertur et *Ovid. Heroid.* 11. 107. Quid puer admisit tam paucis proditus horis? *Id.* 5. *Met.* 517. quod nostro est prodita partu. Adde 9. *ibid.* 677. Alii leg. ubique *editus*. ¶ 3. Item speciatim est mandare litteris, scribere, narrare, *scrivere, raccontare, insegnare*. — *a*) *Prodere* sine additis. *Varro* 5. *L. L.* 148. *Müll.* De eo triceps historia, nam et Procilius non idem prodidit, quod Piso. *Cic.* 1. *Tusc.* 13. 29. Si ea, quæ scriptores Græciæ prodiderunt, eruere conor. *Id. Planc.* 39. 94. Hæc de clarissimis viris monumenta nobis litteræ prodiderunt. *Liv.* 8. 18. In eo parvi refert, quid veri sit. Illud pervelim, (nec omnes auctores sunt) proditum falso esse, (*Flaccum Potitumque*) venenis absumptos. *Ovid.* 3. *Fast.* 291. Prodere ritum piandi fulminis. *Cæs.* 6. *B. G.* 18. Galli se omnes ab Dite patre prognatos prædicant: idque ab Druidibus proditum dicunt. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 43. 60. (124). Nunc quoque erat in Urbe Roma, hæc prodente me, equitis R. cornix e Bætica, etc. *Id.* 34. *ibid.* 7. 16. (33). Hercules ab Euandro sacratus, ut produnt, in foro boario. — Huc referri potest et illud *Cic. Rabir. Post.* 7. 17. Delectat amplissimus civitatis gradus, sella curulis, fasces,-denique imago ipsa ad posteritatis memoriam prodita. — *b*) *Memoriæ prodere* frequentius est. *Cic. Mil.* 3. 8. Non sine causa etiam fictis fabuiis doctissimi homines memoriæ prodiderunt, eum etc. *Cæs.* 6 *B. G.* 25. Quæ maxime memoriæ prodenda videntur, hæc sunt. *Nepos Themist.* 10. Thucydides ossa ejus clam ab amicis esse sepulta, memoriæ prodidit. *Id. Hann.* 13. Hujus bella gesta multi memoriæ prodiderunt. *Sil. It.* 3. 222. Prodite, Calliope, famæ, quos horrida cœpta Excierint populos. — *c*) *Prodere memoria* pro *memoriæ*. *Cæs.* 5. *B. G.* 12. Britannia ab iis incolitur, quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt. Ita edition. omn. tum antiquæ, tum recentes, quas habemus. *Cic.* 2. *de Rep.* (edente *A. Maio*) 31. Ut quod proditum memoria est. *Val. Max.* 2. 6. *n.* 10. Memoria proditum est, Gallos etc. — *d*) *Prodere literis* est *Cic. Arch.* 7. 15. Summorum virorum virtutes literis proditæ. — *e*) *Prodere memoriæ ac literis* est *ejusd.* 3. *Verr.* 18. 47. ¶ 4. Sæpissime ponitur pro perfide tradere, *tradire*, προδίδωμι. — *a*) De hominibus. *Cic.* 10. *Phil.* 3. 7. Si Brutum prodideritis et deserueritis. *Id. Flacc.* 33. 81. Quem ego sum secutus, is me deseruit ac prodidit. Sic *Id.* 3. *Verr.* 33. 84. Cur causam populi R. deseruisti ac prodidisti? *Id. post redit. ad Quirit.* 9. 21. Qui me per simulationem amicitiæ nefarie prodiderunt. *Id. Pis.* 24. 56. Prodebas caput et salutem meam una mercede provinciæ. *Id. Cæcin.* 18. 50. Rem, et causam, et utilitatem communem non relinquere solum, sed etiam prodere. *Id.* 3. *Fin.* 9. 32. Prodere patriam. *Id.* 7. *Verr.* 41. 106. classem prædonibus. *Sall. Jug.* 35. hosti rempubl. — Similiter Part. *proditus* est perfide traditus, *tradito*, προδιδόμενος. *Cæs.* 1. *B. C.* 30. *ad fin.* Queritur sese projectum ac proditum a Cn. Pompejo. *et* 2. *ibid.* 32. Non proditi per illum, Cæsaris beneficio estis conservati? *et* 3. *ibid.* 67. Cujus opera proditum exercitum demonstravimus. *Sall. Jug.* 36. Hosti acerrimo prodita senatus auctoritas, proditum imperium vestrum. *Cic.* 2. *Verr.* 4. 11. Nudatus ac proditus consul, desertus exercitus. *Id.* 3. *Att.* 15. *a med.* Ego proditus, inductus, conjectus in fraudem. *Id.* 11. *Phil.* 9. 22. Relictus, desertus, proditus. *Val. Flacc.* 7. 486. Te conjux natæque manent: ego prodita obibo. *Martial.* 8. 17. Prodita causa. — *b*) Poetice de equo, aut auriga vectorem fallentibus. *Virg.* 10. *Æn.* 592. Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum Prodidit. *Sil. It.* 17. 137. Corruit asper equus, confixaque cuspide membra Huc illuc jactans, rectorem prodidit hosti. *Claudian. Laud. Seren.* 168. Prodidit Œnomai deceptum Myrtilus axem. Adde *Senec. Œdip.* 144. — *c*) De rebus inanimis. *Ovid. Heroid.* 10. 5. In quo me somnusque meus male prodidit, et tu Per facinus somnis insidiate meis. *m'ingannò, mi tradì*. Loquitur Ariadne ad Theseum. *Lucret.* 6. 33. *de Averno*. Cujus ubi e regione loci venere volantes, Claudicat extemplo pinnarum nisus inanis, Et conamen utrinque alarum proditur omne. *h. e.* decipitur, non habens quo nitatur. *Sil. It.* 5. 570. sed vani frigentem in Marte senectam Prodebant ictus. *h. e.* destituebant, fallebant. *Id.* 15. 712. Occubuit clipei transfixo proditus ære. *h. e.* deceptus: nam impenetrabile putaverat. *et* 16. 433. ni successu nimio, lætoque pavore Proditus elapso foret inter verba flagello. ¶ 5. Item perdere, quasi porro dare, projicere, deserere. *Ter. Heaut.* 3. 1. 70. Prius proditurum te tuam vitam, et prius pecuniam omnem, quam abs te amittas filium. *Ennius* apud *Festum p.* 229. 32. *Müll.* Nœnum sperando cupide rem prodere summam. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 8. 23. Vir bonus statuit omnem cruciatum perferre, quam ut officium prodat, aut fidem. *mancar al suo dovere o di parola*. et *Ter. Hecyr.* 4. 4. 49. Quid dixti? eho! an non alemus, Pamphile? Prodemus, quæso, potius? Ubi *Donat.* deseremus, projiciemus, porro dabimus. *l'abbandoneremo*. et *Virg.* 1. *Æn.* 254. Nos, tua progenies, cæli quibus annuis arcem, Navibus (infandum!) amissis, unius ob iram Prodimur, atque Italis longe disjungimur oris. Ubi *Servius*: porro damur, scilicet ab Italia prohibemur. ¶ 6. Item longe dare, hoc est differre, protrahere. *Lucilius* apud *Non. p.* 363. 25. *Merc.* Possit ne elabi, an porro prodenda dies sit. *Ter. Andr.* 2. 1. 13. Credo, impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis prodat dies. Ubi *Donatus*: proferat, prolatet, differat: deinde subjicit verba *Lucilii* allata. *Festus p.* 242. 14. *Müll.* Prodidisse non solum in illis dicitur, qui patriam hostibus prodiderunt, sed etiam tempus longius fecisse, ut Cato: Te, C. Cæcili, diem prodidisse militibus legionis tertiæ, quum proditionem non haberent. ¶ 7. Item porro dare, id est tradere quasi per manus, propagare. *Cic.* 3. *Off.* 21. 84. Regnum, quod a Tantalo et Pelope proditum jure obtinebatur. *Id. Mil.* 30. 83. Qui sacra, qui cæremonias, qui auspicia et ipsi sanctissime coluerunt, et nobis, suis posteris, prodiderunt. *Id.* 7. *Verr.* 14. 36. Jus imaginis ad memoriam posteritatemque prodendam. Ita *Non. loc. cit.* et *Grœv.*: *alii leg.* prodendæ. *Virg.* 4. *Æn.* 230. qui Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri Proderet. Ubi *Servius*: protenderet, id est propagaret.

PRŌDŎCĔO, es, ere, a.2. palam, aut ante doceo. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 53. quærenda pecunia primum, Virtus post nummos: hæc Janus summus ab imo Prodocet. Ita recte ex multis MSS. *Lambin., Cruqu., Bentlej.*, nam pro in compositis, teste *Festo*, palam faciendi sensu adhibetur. Alii tamen *prædocet*, aut *perdocet* legunt.

PRŌDORMĪO, is, Ivi *vel* Ii, ire, n. 4. *dormicchiare*, plus, quam ægri conditio fert, dormio. *Fronto* 1. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 4. Quæ ego pro somno dixeram, tu multis et elegantibus argumentis refutasti ita scite, ut si vigilia tibi hoc acuminis et leporis adfert, ego prorsus vigilare te mallem. *et mox*. Quid si ego id postulo, ne exspergiscare? Quin postulo, ut dormias. Quo pacto ego magister appellor? qui unum hoc, quod te docere cupio, ut dormias, non impetro. Perge, ut libet, dummodo dì te mihi, sive prodormias, sive pervigiles, protegant. *M. Aurel.* apud *Front.* 4. *ad M. Cæs. Ep.* 6. Nos valemus. Ego aliquantum prodormivi propter perfrictiunculam, quæ videtur sedata esse. Ergo ab undecima noctis in tertiam diei partim legi, partim scripsi; minus mehercule, quam heri. *Id.* enim dixerat in *præced. Ep.* Nos valemus. Ego hodie ab hora nona noctis in secundam diei bene disposito cibo studivi. Ex quibus porro patet, hac nocte illum pervigilare, atque adeo studere cœpisse hora nona noctis; die vero sequenti hora undecima; itaque se prodormivisse narrat, quum, duabus horis plus quam pridie, dormiisset. *Fronto* postquam pridie scripserat, se laborare, ita incipit 5. *ad M. Cæs. Ep.* 22. Ego prodormii.

PRŌDRŌMUS, i, m. 2. *anticorriere, foriere*, προδρομος, vox Græca præcurrentem, præcursorem, prævium significans. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 1. *Att.* 12. Nam mihi Pompejani prodromi nunciant, aperte Pompejum acturum, Antonio succedi oportere. ¶ 2. Speciatim *prodromi* dicuntur etiam venti quidam Aquilonares octo ferme diebus exortum Caniculæ antecedentes, ut *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 47. (123). docet. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 52. Sext. Cal. Jul. prodromi flare incipiunt. *Cic.* 16. *Att.* 6. Magis commode, quam strenue navigavi, remis enim magnam partem: prodromi nulli. Quod autem *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 68. (270). (ubi *etesiarum prodromos* vocat, quæ ex *Colum. loc. cit.* Calendis Aug. incipiunt) alium diem his assignare videtur, nempe XIII. CAL. AUG., non eorum principium, sed tempus, quo constantius perflant, intelligit, ut ex *cit.* 2. *Hist. nat.* 47. 47. (123). apparet. *Gell.* 2. 22. *a med.* Præter hos sunt alii plurifariam venti commenticii *etc.*-, addidissemque eos, qui etesiæ et prodromi appellitantur, qui certo tempore anni, quam canis oritur, ex alia atque alia parte cæli spirant. *Ammian.* 22. 15. *n.* 7. Opinio est celebrior alia, quod spirantibus prodromis, perque dies quadraginta et quinque etesiarum continuis flatibus repellentibus ejus meatum, velocitate cohibita, superfusis fluctibus (*Nilus*) intumescit. Adde *Apul. de Deo Socrat.* ¶ 3. Item speciatim genus ficuum præcocium, qui ceterorum maturitatem anteveniunt. Ita enim eos Athenis appellant. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 26. 49. (113).

PRŌDŪCĪBĬLIS, e, adject. qui producit. *Hieronym. interpr. Orig.* in *Jerem. Hom.* 3. 1. Duo contraria sunt adamanti isti, malleus et incus producibilis. *Vulgati libri habent* improducibilis; *at paullo infra eadem* incus *dicitur* producibilis, *h. e. in qua confiat opus productile*: *V.* PRODUCTILIS.

PRŌDŪCO, cis, xi, ctum, cĕre, a. 3. *Produxe* syncop. pro *produxisse* sub *A.* I. 4.— Part. *Producens* I. *A.* 2. c. et *B.* 3. *b.*; *Productus* passim; *Producturus* I. *A.* 2. *c.*; *Producendus* I.

A. 4. *a*. et II. 1. — Producere est coram, ante, in medium, extra ducere, trahere, ἐκτείνω, ἐξάγω (*It. menar fuori, trar fuori o al cospetto, produrre*; Fr. *conduire en avant, faire avancer, mettre en présence*; Hisp. *conducir adelante, presentar*; Germ. *vor-, hervorführen, -bringen*; Angl. *to lead out, bring forth to draw out*).

I.) Proprie duo præcipue significat, scilicet

A) Est coram, ante, extra ducere, *condurre innanzi, menar fuori*. ¶ 1. Speciatim in re militari, de exercitu qui ad pugnam educitur. *Plaut. Amph.* 1. 1. 62. Amphitruo castris producit omnem exercitum. *Galba* ad *Cic.* 10. *Fam.* 30. In aciem suas copias de vico produxit. *Justin.* 11. 13. 1. Producere aciem. *h. e.* copias in aciem. *Cæs.* 1. *B. G.* 48. Cæsar pro castris suas copias produxit, et aciem instructam habuit. *Ovid. Heroid.* 13. 143. Producetque virum, dabit et mandata reverti. *h. e.* deducet, et prosequetur extra urbem ad pugnam. *Liv.* 2. 59. Productus in aciem turpi fuga petit castra. *Nepos Miltiad.* 5. In aciem peditum centum, equitum decem millia produxit, prœliumque commisit. ¶ 2. In judiciis et contionibus est coram ducere, adducere, *menare, condurre*. — *a*) Generatim. *Cic.* 3. *Verr.* 47. 122. Producere aliquem in conspectum populi R. *Id. Pis.* 6. 14. et 1. *Att.* 14. quempiam in contionem. *Liv.* 21. 10. ad populum. *Cic. post redit. in Senat.* 6. 13. in contionem. *Cæs.* 1. *B. C.* 14. in forum. *Sueton. Cæs.* 10. pro rostris. — Eodem sensu absolute. *Id. ibid.* 76. Centuriatim producti milites idem jurant. *Sall. Jug.* 38. Ubi silentium cœpit, producto Jugurtha, verba facit. — *b*) Speciatim produci dicuntur testes, auctores, qui sistuntur in judicio, etc. *produrre, presentare, far comparire*. *Cic.* 7. *Verr.* 50. 131. Harum rerum omnium auctores testesque produco. *et ibid.* 43. 113. Graviorem apud judices se fore ab inferis testem, quam si vivus in judicium produceretur. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 4. Quam testis productus esset in Sextium. *Juvenal.* 16. 32. Producere testem contra aliquem. *Quintil.* 11. 3. 174. Reos excitare, pueros attollere, propinquos producere, vestes laniare. *Cic.* 3. *Verr.* 5. 13. Equites R. qui ad vos antea producti testes dixerunt. *Id. Flacc.* 15. 35. Aliquid fortasse coram producti dicent, in quo reprehendantur. Adde *eumd.* 6. *Verr.* 9. 19. et *Rosc. Com.* 14. 42.; et *Liv.* 6. 20. et 2. 52. — *c*) Item speciatim oratores qui primum foro ostendebantur, et a consulari viro publice ducebantur, commendatione aliqua adjecta. *Plin.* 2. *Ep.* 14. Ante memoriam meam ne nobilissimis quidem adolescentibus locus erat, nisi aliquo consulari producente. *Id.* 6. *Ep.* 23. Est indolis optimæ, brevi producturus alios, si interim prorectus fuerit a nobis. ¶ 3. Produci dicuntur etiam — *a*) Histriones, *far andare in iscena*. *Cic.* 4. *Att.* 15. Is erat ante manumissus, quam productus. *Seneca præf.* 3. *Exeerpt. controv.* Pronunciatio, quæ histrionem posset producere. *Sueton. Ner.* 4. Equites R. ad agendum mimum produxit in scænam. *Quintil.* 3. 6. 18. Histrio, qui se prætori in hortis ostenderat, neque erat productus. *h. e.* in scænam et in publicum adductus. — Huc pertinet illud *Cic. Rosc. Com.* 10. 30. Quid sciret ille (*Panurgus Roscii discipulus*), pauci animadvertebant: ubi didicisset, omnes quærebant. Nihil ab hoc (*Roscio*) pravum et perversum produci posse arbitrabantur. — *b*) Gladiatores. *Lucan.* 4. 710. fatalis arenæ Muneribus non ira vetus concurrere cogit Productos. ¶ 4. Generatim est ducere, adducere, *menare, condurre*; ita tamen ut particularum *extra*, aut *longe*, aut *ante* vis aliqua insit. — *a*) Universim. *Ter. Adelph.* 4. 2. 22. Non tu eum rus hinc modo produxe ajebas? *syncop. pro* produxisse. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 52. Vasa majora specularibus integi debent, ut etiam frigoribus, serenis diebus, tuto producantur ad solem. *Id.* 6. *ibid.* 2. 8. Boves vacuo plostro subjungendi, et paullatim longius cum oneribus producendi sunt. *et ibid.* § 10. Bovem placidissimum cum indomito jungimus: is et procurrentem retrahit, et cunctantem producit. *Cæs.* 3. *B. C.* 100. Longius productam unam quinqueremem in angustiis portus cœpit. — *b*) Speciatim de reis, qui ducuntur e carcere ad supplicium. *Cic.* 7. *Verr.* 45. 120. Producuntur e carcere, et ad palum deligantur. *et ibid.* 60. 156. Capitibus obvolutis producebantur, ut securi ferirentur. *et ibid.* § 157. Producere aliquem ad necem. — *c*) Item de iis qui ad militandum mittuntur. *Propert.* 4. 1. 85. Dixi ego, quum geminos produceret Arria natos etc. — *d*) Item de iis qui deducunt, comitantur. *Ovid. Heroid.* 13. 141. Arma dabit; dumque arma dabit, simul oscula sumet: Hoc genus officii dulce duobus erit. Producetque virum; dabit et mandata reverti. *Alii aliter interpretantur. Val. Flacc.* 3. 381. Teque renodatam etc. Ad sua Caucaseæ producunt flumina Nymphæ. — *e*) Item de rebus venalibus, *esporre in vendita*. *Ter. Eun.* 1. 2. 53. Ancillam pretium sperans illico produxit, vendidit. *Id. Heaut.* 1. 1. 92. Servos omnes produxi et vendidi. *Sueton. Gramm.* 4. Quum familia alicujus venalis produceretur. ¶ 5. Pertinet etiam ad exsequias. *Lucan.* 2. 298. longum producere funus Ad tumulos jubet ipse dolor. *Virg.* 9. *Æn.* 486. nec te, tua funera, mater Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 20. nigræ solemnia pompæ et puerile feretrum Produxi. ¶ 6. Produci dicuntur sponsæ, quæ in nuptiis ad domum sponsi cum pompa deducuntur: item quæ turpiter perducuntur, prostituuntur. *Claudian. III. cons. Honor.* 156. sociaque nurum produxit ab aula. *Juvenal.* 6. 240. utile porro Filiolam turpi vetulæ producere turpem. Adde *Petron. Satyr.* 25. — Sic de iis, quæ turpiter prostituuntur. *Sueton. Vesp.* 22 Quum productæ pro concubitu sestertia quadringenta donasset. Adde *Ovid.* 3. *Amor.* 12. 11. Utrobique alii legunt *perductæ*. ¶ 7. Demum ponitur pro admovere, adducere, inducere, inferre. *Ovid.* 2. *Art. am.* 211. Nec dubita tereti scamnum producere lecto; Et tenero soleam deme, vel adde pedi. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 13. quis, Apolline merso, Frigida damnatæ produxit nubila menti?

B) Est etiam in longum ducere, atque hinc ¶ 1. Generatim usurpatur pro longum facere, extendere, trahere, ἐκτείνω, *slungare, allungare, stirare, tirar in lungo, o innanzi, prolungare*. *Varro* 9. *L. L.* 9. *Müll.* Ut qui triclinium constrarunt, si quem lectum de tribus unum imparem posuerunt, aut de paribus nimium, aut parum produxerunt, etc. *Martial.* 9. 75. *de sutore*. Dentibus antiquas solitus producere pelles. *Juvenal.* 15. 165. Ferrum incude producere. *Id.* 2. 93. Ille supercilium madida fuligine tactum Obliqua producit acu. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 31. (98). Lineas ex argento nigras produci, plerique mirantur. *At* Sillig. *leg.* præduci *etiam in proxime cit. loco*. Adde *ibid.* 3. 19. (60). ¶ 2. Speciatim de plantis est edere, proferre. *Pallad.* 4. *R. R.* 10. 30. Fici producere incipiunt folia. Huc pertinet et illud *Ovid.* 4. *Trist.* 6. 11. Tempus et in canas semen producit aristas. ¶ 3. Item speciatim est gignere, procreare, *produrre, procreare, generare*. — *a*) De hominibus. *Lucilius* apud *Non. p.* 373. 2. *Merc.* Ducunt uxores, producunt, quibus hæc faciant, liberos. *Plaut. Rud.* 4. 4. 129. Filia mea, salve: ego is sum, qui te produxi, pater. *Cic.* 3. *Verr.* 12. 32. Adolescentia qualis fuerit, ex eo, quem sui simillimum produxit, recognoscere potestis. *Sil. It.* 1. 112. partusque recusent, Te surgente, puer, Latiæ producere matres. *dar in luce, partorire*. et *Pers.* 6. 18. geminos, horoscope, raro Producis genio. Adde *Juvenal.* 8. 271.; et *Plaut. Bacch.* 3. 3. 51. *Seneca Œdip.* 746. Genitrixque suo reddi gremio Modo productas vidit alumnas. — *b*) De rebus. *Ovid.* 8. *Met.* 643. ignes Suscitat hesternos, foliisque et cortice sicco Nutrit, et ad flammas anima producit anili. *Cic.* 2. *Nat. D.* 26. 66. Datum est Neptuno maritimum omne regnum: nomenque productum, ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando. *Cels.* 8. 7. *n.* 7. *a med.* Puro jam ulcere, cibis utendum est carnem producentibus. ¶ 4. Syllabam producere, *fare o pronunziar lunga*; cui contrarium est corripere. *Cic.* 3. *Orat.* 47. 183. Pæon oritur a brevibus deinceps tribus, extrema producta atque longa, sicuti illa sunt, *domuerant, sonipedes*. *Ovid.* 4. *Pont.* 12. 12. Fiat ut e longa syllaba prima brevis: Aut producatur, quæ nunc correptius exit. Adde *Quintil.* 1. 5. 60. ¶ 5. Item pro elicere, extrahere, *cavar fuori*. *Ovid.* 13. *Met.* 322. Eloquioque virum, morbis iraque furentem Molliet, aut aliqua producet callidus arte. *Seren. Sammon.* 34. 647. *de lana succida*. Mortua quin etiam producit corpora partu. Adde *Senec. Octav.* 737.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro evehere, provehere, *promuovere, innalzare*. *Cic.* 3. *Fin.* 16. 52. et *Amic.* 20. 73. Quempiam producere ad aliquam dignitatem. *At* Orellius *secundo loco legit* perducere. *Augustus* apud *Sueton. Claud.* 4. Per eosdem articulos et gradus producendus est, per quos frater ejus productus fuit. *Liv.* 40. 56. Omni genere honoris producere eum non destitit. — Absolute. *Cic. Dom.* 9. 21. Quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras. *Juvenal.* 6. 607. *de Fortuna*. hos amat, his se Ingerit, atque suos ridens producit alumnos. *favorisce e prospera*. *Seneca* 2. *Benef.* 9. Beneficia, quæ non producunt, nec honestiorem faciunt. ¶ 2. Pro impellere, illicere, *indurre*. *Cic.* 1. *Herenn.* 3. 4. Quoniam una cum oratoris officio producti sumus, ut de orationis partibus loqueremur. *Id.* 4. *ibid.* 47. 60. Ut productus studio et viribus, ultra facile procurras. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 59. (122). Spontione productus ad aliquid faciendum. *Cæs.* 3. *B. C.* 104. Ab his liberaliter ipse appellatus, et quadam notitia Septimii productus. *Nepos Hann.* 5. M. Minucium Rufum magistrum equitum dolo productum in prœlium fugavit. *Alii leg.* perductum. ¶ 3. Item de abstractis est edere, proferre. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 119. Adsciscet nova, quæ genitor produxerit usus. *Juvenal.* 15. 31. accipe, nostro Dira quod exemplum feritas produxerit ævo. *Id.* 8. 266. Occulta ad patres produxit crimina servus. *h. e.* conjurationem de reducendis regibus, de qua *Liv.* 2. 3. et 4. ¶ 4. Metaphorâ sumptâ a superiori paragr. *B.* 1. — *a*) Producere aliquem, *tirarlo in lungo*, differre, detinere, deludere. *Cic. Quinct.* 8. 30. Conditionibus hunc, quoad potest, producit. *Ter. Andr.* 4. 1. 24. Lactare aliquem, et falsa spe producere. — *b*) De rebus. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 70. Prorsus jucunde cœnam producimus illam. *Cic. Senect.* 14. 46. Convivium ad multam noctem vario sermone producere. *Id.* 6. *de republ.* 1. sermonem in multam noctem. *Id. Brut.* 71. 251. sermonem longius. *Sueton. Aug.* 78. somnum ultra primam lucem. *Cæs.* 4. *B. G.* 30. rem in hiemem. *Plaut. Trin.* 2. 2. 59. pauperi vitam ad miseriam. *h. e.* ut miser diutius sit. *Ter. Andr.* 3. 5. 9. malo aliquam moram, *trovar qualche ritardo*. *Cic. Senect.* 17. 60. Ad centesimum annum vitam produxit. *Alii leg.* perduxit. *Id. Brut.* 15. 60. Varro vitam Nævii producit longius. *lo fa vivere più innanzi: scrive, ch'ei morì più tardi*. et *Lucan.* 4. 794. Curio fusas Ut vidit campis acies, *etc.* Non tulit afflictis animam producere rebus. *tirar innanzi la vita*. et *Tac.* 12. *Ann.* 8. Eo usque spem vitæ produxerat. *Ovid. Heroid.* 12. 5. quidquid ab illo Produxi vitæ tempore, pœna fuit. *Seneca Consol. ad Polyb.* 37. Producere scriptis memoriam alicujus. ¶ 5. Producere diem, tempus, *passare*. *Ter. Adelph.* 4. 2. 52. Cyathos sorbillans paullatim, hunc producam diem. *Martial.* 2. 89. nimio gaudes noctem producere vino. *Tibull.* 1. 4. 5. Nudus et hibernæ producis frigora brumæ, Nudus et æstivi tempora sicca canis. *Stat.* 8. *Theb.* 219. vario producunt sidera ludo Ante domos intraque. Verbum *tendere* hoc eodem sensu usurpat *Horat.* 1. *Ep.* 5. 11. ¶ 6. Ponitur et pro educare, *allevare, educare*. *Plaut. Asin.* 3. 1. 40. Audientem dicto, mater, produxisti filiam. *Ter. Adelph.* 3. 2. 16. Seni animam exstinguerem, qui illud produxit scelus. *Juvenal.* 14. 228. Et lævo monitu pueros producit avaros.

— Hinc Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus,

Productus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Productior,* et Sup. *Productissimus,* et est in longum ductus, extentus, prolatus, provectus, ἐκτεταμένος, προαχθείς, *allungato, prolungato, lungo. Cic. 4. Fin.* 12. 29. Non sunt in eo genere tantæ commoditates corporis, tamque productæ temporibus, tamque multæ. *Id. 5. Tusc.* 40. 117. Dolores longinquitate productivehementius torquent. *Tac.* 13. *Ann.* 40. Productiore cornuum sinistro per ima collium. *Colum. 3. R. R.* 10. 1. Productissimum flagellum. *Cic.* 2. *Orat.* 53. 213. In utroque genere dicendi (*leni, et vehementi*) et principia tarda sunt, et exitus tamen spissi et producti esse debent. *tirati in lungo.* et *Orat.* 53. 178. Animus aurium nuncio mutila sentit quædam et quasi decurtata, productiora alia et quasi immoderatius excurrentia. *Quintil.* 11. 3. 92. Gestus in narrando paullo productior. *Horat. Art. P.* 189. Neve minor, neu sit quinto productior actu Fabula. — Hinc

Producta, ōrum, n. 2. plur. absolute, substantivorum more, ut *promota, præposita, præcipua,* vertit *Cic. 3. Fin.* 4. 15. *et* 16. 52. *et* 4. *ibid.* 26. 72. τὰ προηγμένα Stoicorum. Sic enim vocabant illi bona quædam indifferentia, et ad bene beateque vivendum minime pertinentia, æstimabilia amen et quibusdam aliis anteponenda, ut valetudinem, integritatem sensuum, vacuitatem doloris, gloriam, divitias; hisque contraria, morbum, paupertatem, infamiam, etc. ἀποπροηγμένα, quæ *Cic. loc. cit.* et 5. *Fin.* 30. 90. *rejecta, reducta* et *remota.* V. etiam *Gell.* 12. 5. Verba *Cic.* sunt *cit.* 3. *Fin.* 16. 52. Ut enim nemo dicit, in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem (id enim est προηγμένον), sed eos, qui in aliquo honore sint, quorum ordo proxime accedit, ut secundus sit ad regium principatum: sic in vita non ea, quæ primario loco sunt, sed ea, quæ secundum locum obtinent, προηγμένα, id est producta nominentur. Quæ vel ita appellemus (id erit verbum e verbo), vel promota, et remota, vel, ut dudum diximus, præposita, vel præcipua; et illa rejecta. *Seneca Ep.* 74. *ante med.* Bona illa sunt vera, quæ ratio dat. Cetera opinione bona sunt: et nomen quidem habent commune cum veris, proprietas in illis boni non est. Itaque commoda vocentur, et, ut nostra (*Stoicorum*) lingua loquar, producta.

PRŌDUCTĒ, adverb. Comp. *Productius.* — Producte est idem ac producendo, *lungamente, ἀποτάδην. Cic. Orat.* 48. 159. Quæ in *sapiente* et *felice* producte dicitur, in ceteris omnibus breviter. *h. e.* syllabam producendo. *Gell.* 4. 17. Syllaba productius latiusque pronunciata. *Id.* 2. 17. *Proficisci* et *profundere* correpte dicimus: *proferre* et *profligare* producte. *Capell.* 3. *p.* 80. Tertia (*nominum*) species nominativum cum vocativo miscet, et genitivo easdem literas producte conservat, - ut senatus, fluctus, exercitus. *Ita leg.* Kopp.; *vulgati libri habent* producente.

PRŌDUCTĬLIS, e, adject. qui fusione vel malleo producitur, dilatatur. *Vulgat. interpr. Exod.* 25. 18. Duos quoque Cherubim aureos et productiles facies. Adde *eund. Eccli.* 50. 18.

PRŌDUCTĬO, ōnis, *f.* 3. actus producendi, *allungamento, ἀπότασις, ἔκταμα.* ¶ 1. Generatim *Cic.* 3. *Fin.* 14. 45. Opportunitas non fit major productione temporis. *Id. Topic. de voce* postliminium, 8. 36. In quo Servius noster nihil putat esse notandum, nisi *post*; et *liminium* illud productionem esse verbi vult. ¶ 2. Speciatim de longa quantitate syllabæ. *Cic.* 3. *Orat.* 50. 196. In his si paullum modo offensum est, ut aut contractione brevius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant. *Quintil.* 7. 9. 13. et 9. 3. 69. Voces aut productione, vel correptione mutatæ. *Terentian. p.* 2386. *Putsch.* Productio longis daret ut tempora bina, Correptio plus tempore non valeret uno. Adde *Macrob. p.* 2756. *Putsch.*

PRŌDUCTĪVUS, a, um, adject. *prodotto, produttivo,* qui productus est, et aliquid produxit. *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 14. *a med.* Videntur hæc nomina veluti temporum esse productiva. *Gloss. Placid.* edente *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 482. Lemniscata est nomen productivum, generis feminini. *h. e.* quod a v. *lemniscus* deductum est.

PRŌDUCTO, as, āre, a. 1. frequentat. a *produco.* In illo *Ter. Andr.* 3. 5. 9. Ut huic malo aliquam producam moram: *Donat.* adscribit ab *aliis legi* productem.

PRŌDUCTOR, ōris, m. 3. qui producit. *Gloss. Lat. Gr.* Productor, προαγωγός.

PRŌDUCTUS, a, um. *V.* PRODUCO.

PRŌDUCTUS, us, m. 4. productio. *Gloss. Cyrill.* Ἔκτασις, extentio, productus, prprogatio.

PRŌDŪUMVIR, vIri, m. 2. qui loco duumviri est, ut proconsul. *Inscript.* apud *Spon. Miscell. antiqu. p.* 193. et *Murat.* 626. 1. C. MEMMIO MACRINO PRAEFECTO PRO II VIRO Q. Q. *etc.* Rectius tamen separatim legendum est, ita ut sit *pro duumviro. V.* PRÆFECTUS.

PRŌDUX, ūcis, m. 3. id, quod ex alio producitur, idem ac tradux. *Tertull. Car. Chr.* 20. Quum quid extraneum extraneo agglutinatur, ita concarnatur et convisceratur cum eo, cui agglutinatur, ut, quum avellitur, rapiat secum ex corpore aliquid, a quo avellitur, quasi sequelam quamdam abruptæ unitatis, et producem mutui coitus.

PRŒBĬA, ōrum, n. plur. 2. *brevi,* ἀλεξίφθονα, amuleta: ita appellata a *prohibendo,* quasi *prohibea,* quia videlicet mala prohibeant, seu averruncent. V. *Festi loc. cit.* in PRÆBIA *sub fin. V.* et PRÆDIUM.

PRŒLIĀLIS, e, *et*

PRŒLIĀRIS *vel* prælIaris, e, adject. *da battaglia, μάχιμος,* ad prœlium pertinens. — *a)* Generatim. *Plaut. Curc.* 4. 4. 17. Meæ pugnæ prœliares obtritæ jacent. *h. e.* veræ pugnæ, non velitationes. — *b)* Speciatim *prœliares dies,* quibus fas est hostem lacessere, et prœlium inire. Erant enim quædam feriæ publicæ, quibus nefas fuit id facere. *Paul. Diac. p.* 226. 17. *Müll.,* et *Macrob.* 1. *Saturn.* 16., ubi non semel legitur *prœlialis.* Docet autem *Macrobius,* quibus diebus nefas sit prœlium sumere: scilicet Latinarum tempore, Saturni festo, patente mundo, diebus atris, feriis. Hæc intellige, si ipsi Romani bellum inferrent: nam si repellerent, nullus fuit, quo se defendere vetarentur. — *c)* Item speciatim *prœliaris dea* est Pallas, utpote bellipotens. *Apul.* 10. *Met.* Prœliaris deæ comites armigeri, Terror et Metus, nudis insultantes gladiis.

PRŒLIĀTOR *vel* prælIator, ōris, m. 3. *battagliere, combattitore, guerriero, bellicoso, μαχητης,* qui prœlia multa facit, bellator, pugnax, bellicosus. *Tacitus* Germanicum cum Alexandro comparans, 2. *Ann.* 73. Neque minus prœliator, etiam si temeritas abfuerit. *Justin.* 15. 4. 19. Elephantus, veluti domita mansuetudine, eum tergo excepit, duxque belli et prœliator insignis fuit. — Adjective. *Ammian.* 23. 5. *ad fin.* Ductoris gloria prœliator miles exsultans, speque prosperorum elatior.

PRŒLIĀTUS. *V.* PRŒLIOR.

PRŒLIO. *V.* vocem sequent.

PRŒLIOR *vel* prælIor, āris, ātus sum, āri, dep. 1. Olim et *prœlio, as,* dictum fuit, ut *Priscian.* 8. *p.* 799. *Putsch.* tradit. *Ennius* apud *Non. p.* 472. 30. *Merc.* Interea mortales inter sese pugnant, prœliant. — Part. *Prœlians* et *Prœliatus* I. — Prœlior est prœlium facio, manus consero, pugno, dimico, μάχομαι, *far battaglia, combattere, pugnare.*

I.) Proprie. *Cæs.* 2. *B. G.* 23. Legiones ex loco superiore, in ipsis fluminis ripis prœliabantur. *et* 4. *ibid.* 2. *et* 33. Equestribus prœliis sæpe ex equis exsiliunt, ac pedibus prœliantur. *Colum.* 9. *R. R.* 9. 5. Apes inter se tamquam civilibus bellis, et cum alteris, quasi cum exteris gentibus, prœliantur. *Cic.* 1. *Divinat.* 25. 53. Eudemum prœliantem ad Syracusas occidisse. *Cæs.* 2. *B. C.* 42. Atque ita prœlians interficitur. *Id.* 1. *ibid.* 78. Nullum intercedebat tempus, quin extremi cum equitibus prœliarentur. *Auct. B. Alex.* 44. Navibus actuariis magnitudo non satis justa ad prœliandum. *Cæs.* 8. *B. G.* 19. *extr.* Fortissime prœliando, compluresque vulnerando. *Justin.* 2. 11. 11. Hortatur Spartanos, meminerint qualitercumque prœliatis cadendum esse. — Passive impersonaliter. *Justin.* 19. 1. 9. Diu et varia victoria prœliatum fuit. *Paul. Diac. p.* 3. 13. *Müll.* Arma proprie dicuntur ab armis, id est humeris, dependentia, ut scutum, gladius, pugio, sica, et ea quibus prope prœliatur; sicut tela, quibus procul. *Ita vulgati libri et* Forcell., *at* Müllerus *rectius:* Arma etc. sica: ut ea, quibus procul prœliamur, tela.

II.) Translate. *Cic.* 1. *Att.* 16. Quæris ex me quid acciderit de judicio, quod *etc.* et simul vis scire, quo modo ego minus, quam soleam, prœliatus sim. Ego sic acriter et vehementer prœliatus sum, ut etc. — Item de Venerea congressione usurpatur. *Apul.* 2. *Met.* Tota enim nocte tecum fortiter et ex animo prœliabor. *Hic* loquitur ancilla cum *Apulejo. V.* PRÆLIUM. II. 3. *c.*

PRŒLĬUM *vel* prælium, ii, n. 2. Etiam *prelium* sine diphthongo legitur in *Inscript.* apud *Gruter.* 1026. 3. L. CORNELIO SEVERO ROM. VET. PRAEF. LEG. III. AVG. *etc.* POST PRAEL. ACT. HOSTIB. VBIQVE DEVICTIS *etc.* Hic lapis nunc deperditus est; at hæc scribendi ratio olim non obtinuit, et fortasse error fuit ejus, qui lapidem exscripsit, vel lapicidæ. Scriptionem vocis per *ae* adstruunt antiqui lapides apud *Gruter.* et *Manut.* non uni, et MSS. *Virgil.,* teste *Pierio* ad 6. *Ecl.* 3., confirmantque *Dausqu.* et *Cellarius.* Quin apud *Plaut. Men.* 1. 3. 3. (quem locum *V.* infra II. 3. *b.*) in vet. libris habetur *proilium,* tamquam sit προΐλιον, πρὸ τῆς ἴλης; *h. e.* ante agmen: ita ut deinceps, ut in aliis plerisque, *oi* in œ transierit. Sunt tamen qui scribunt per *œ,* nec destitui videntur lapidibus antiquis. Nam in *Monum. Ancyr. tab.* 4. legitur apud *Gruter.* 232. NAVALIS PRAELI SPECTACVLVM POPVLO DEDI *etc.*: at in eodem apud *Edm. Chishull.,* qui lapidem inspexit, legitur PROELI. Et *Inscript.* apud *Reines. cl.* 8. *n.* 27. M. BILLIENVS M. F. ROM. ACTIACVS LEGIONE XI. PRAELIO NAVALI FACTO *etc.* At eadem legitur apud *Don. cl.* 6. *n.* 14., ubi recte *prœlio* scribitur, atque ita in lapide, qui etiam num Vicetiæ exstat, insculptum esse meis ipsemet oculis vidi. — Notationem vocis alii aliunde ducunt: recentiores nonnulli volunt esse a *pro* et *ire,* unde *proilium,* h. e. *prœlium.* — Prœlium est pugna, dimicatio, conflictus, certamen armorum, *μάχη* (It. *fatto d'armi, battaglia, combattimento, pugna*; Fr. *combat, engagement, bataille*; Hisp. *combate, batalla*; Germ. d. *Treffen, d. Gefecht, d. entscheidende Zusammentreffen*; Angl. *a fight, battle, engagement, combat, conflict, contest*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. — *a)* Universim. *Ennius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 16. 38. res Argivum prœlio ut se sustinet. *Lucret.* 4. 967. Induperatores pugnare, ac prœlia obire. *Sall. Jug.* 58. Non prœliis, neque acie, sed alio more bellum gerere. *Cic.* 6. *Fam.* 4. Semper incerti exitus prœliorum sunt. *Id.* 15. *Fam.* 15., 4. *Tusc.* 19. 43. et 2. *Orat.* 67. 273. Prœlium facere. *Sall. Jug.* 61. manibus facere. *venir alle mani. Liv.* 25. 38. inire, edere. *Cic.* 1. *Divinat.* 35. 77.; et *Cæs.* 1. *B. G.* 15. committere cum aliquo. *attaccare.* et *Cæs. ibid.* 25. redintegrare. *Auct. B. G.* 8. 28. conficere. *Cæs.* 1. *B. G.* 53. restituere. *et ibid.* 15. Prœlio hostem lacessere. *et ibid.* 25. *extr.* ancipiti diu atque acriter pugnare. *et* 5. *ibid.* 15. acriter confligere. *Liv.* 38. 40. *a med.* inordinatum simul pluribus locis conserere. *Id.* 22. 9. Prœlium agere. *Id.* 2. 19. ciere. *Id.* 34. 5. sedare. *Id.* 31. 13. dirimere. *Cæs.* 1. *B. G.* 22. prœlio abstinere. *Propert.* 4. 1. 28. prœlium miscere. *Id.* 3. 9. 64. Admisso Decius prœlia rupit equo. *Tac. Germ.* 30. Ad prœlium ire. *Justin.* 2. 9. 9. In prœlium egredi. *Id.* 3. 7. 3. Provocare ad prœlium. *Liv.* 2. 63. elicere. *Justin.* 3. 6. 6. *et* 7. 11. et *Cic.* 2. *Nat. D.* 2. 6. Prœlio dimicare cum hoste. *Id. Prov. cons.* 13. 33. decertare. *Id. pro leg. Manil.* 9. 23. Noster exercitus prœliis usus erat secundis.

Auct. B. Afr. 29. Turmæ equitum quotidie minutis prœliis inter se pugnare non intermittunt. *Tac.* 5. *Hist.* 11. Crebra pro portis prœlia serebant. *Id.* 2. *ibid.* 42. Prœlium acriter sumpsere. *h. e.* iniere, subiere. *Sueton. Cæs.* 60. Prœlia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat. *Id. Aug.* 13. Bellum Philippense duplici prœlio transegit. *Liv.* 2. 26. *extr.* Prœlio uno debellatum est. *Cic.* 2. *Nat. D.* 2. 6. Maximo prœlio devincere hostem. *Liv.* 25. 40. *ad fin.* Prope justo prœlio compulit hostem intra munimenta. *et ibid.* 39. *circa med.* Atrox prœlium oritur. *Nepos Themist.* 3. Pari prœlio discedere. *con equal fortuna.* et *Pausan.* 1. Prœlio cadere. *morir in battaglia.* et *Eumen.* 4. Ex prœlio excedere. *uscire, ritirarsi.* et *ibid.* 10. Quum superior prœlio discessisset. *Plaut. Men.* 5. 6. *in fin.* Metuo, ne sero veniam, depugnato prœlio. (proverb. est μετὰ τὸν πόλεμον συμμαχία.) *Sall. Jug.* 58. *a med.* Prœlium male pugnatum ab suis regem terrebat. *Curt.* 8. 2. *ante med.* Ex improviso adorti prætorem, diu anceps prœlium fecerant. *Auson. perioch.* 7. *Iliad.* Prœlium singulare. *duello:* pugna inter duos. Quo sensu *Liv.* 1. 25. *a med.* Alter fessum vulnere trahens corpus victori objicitur hosti. Nec illud prœlium fuit. — *b*) Quotiescumque *Lucret.* conjunxit prœlia pugnasque, ut 2. 118. et 4. 1009., non tamquam diversa posuit, sed duo synonyma copulavit. — *c*) Quomodo a bello differat, *V.* in BELLUM. ¶ 2. Latiori sensu ponitur aliquando pro bello. *Justin.* 2. 6. 16. Erant inter Athenienses et Dorienses simultatium veteres offensæ, quas vindicaturi bello Dorienses de eventu prœlii oracula consuluerunt. *Id.* 5. 1. 4. Regem Lacedæmoniorum (*Alcibiades*) impellit turbatis Atheniensibus adverso Siciliæ prœlio ultro bellum inferre. *Id. dixit ibid.* § 1. Dum Athenienses in Sicilia bellum per biennium cupidius, quam felicius gerunt.

II.) Figurate. ¶ 1. De brutis animantibus et de ventis. *Virg.* 1. *G.* 318. Omnia ventorum concurrere prœlia vidi. *et* 3. *ibid.* 220. Illi (*tauri*) *alternantes multa vi prœlia miscent. et ibid.* 265. imbelles dant prœlia cervi. *Horat.* 3. *Od.* 20. 3. Dura post paullo fugies inaudax Prœlia raptor. *Id.* 3. *ibid.* 13. 4. Cui (*hœdo*) frons turgida cornibus Primis et venerem et prœlia destinat. ¶ 2. Apud Poetas metonymice *prœlia* pro prœliantibus. *Propert.* 3. 9. 9. Colchis, flagrantes adamantina sub juga tauros Egit, et armigera prœlia sevit humo. *Stat.* 1. *Theb.* 8. trepidum si Martis operti Agricolam infandis condentem prœlia sulcis Expediam. ¶ 3. Per metaphoram — *a*) Morali significatione. *Ovid.* 5. *Met.* 307. committunt prœlia voce. *Id. Heroid.* 18. 38. Quid mecum certa prœlia mente geris? *Id.* 1. *Amor.* 8. 96. Non bene, si tollas prœlia, durat amor. *rivalità, gara.* et *Cic.* 2. *Cat.* 11. In hujusmodi certamine ac prœlio, nonne, etiam si hominum studia deficiant, dii ipsi immortales cogent ab his præclarissimis virtutibus tot et tanta vitia superari? *Id.* 9. *Fam.* 11. *a med.* Quod scribis, prœlia te mea causa sustinere, non tam id laboro, ut si qui mihi obtrectent, a te refutentur, quam etc. — *b*) Parasiti prœlium vocant congressum in mensa cum patinis. *Plaut. Men.* 1. 3. 3. Ego istic mihi hodie apparari jussi apud te prœlium. In eo uterque prœlio potabimus. *Id. Pers.* 1. 3. 32. Sed quid cessamus prœlium committere? Dum mane est, omnes esse mortales decet. — *c*) *Prœlia* etiam dicuntur amantium Venereæ colluctationes. *Propert.* 2. 1. 45. Nos contra angusto versamus prœlia lecto. *Apul.* 5. *Met.* Maritus aderat, primisque Veneris prœliis velitatus. *Claudian.* 4. *Fescenn.* 28. Tum victor madido prosilias toro Nocturni referens vulnera prœlii. *Arnob.* 3. 10. Priapus inter deas virgines atque matres circumferens res illas prœliorum semper in expeditione paratas. *V.* PUGNA et RIXA et BELLUM.

PRŒMĬNEO, ēre, n. 2. eminere, *sporgere. Gloss. Gr. Lat.* Προκύπτω, proemineo.

PRŎFĀNĀTĬO, ōnis, f. 3. *profanazione,* actus profanandi, violatio, pollutio, βεβηλωσις. *Tertull. Idolol.* 18. Purpura idololatriæ dicata habet profanationis suæ maculam. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 4. 3. (7). Postquam civilium bellorum profanatione meritum cœpit videri, civem non occidere. Ita plerique libri, etiam antiqui A. 1470. et 1472. At antiquior A. 1469. *profanum.* In suis MSS. *Harduin.* reperit *profano,* subauditque *scelere;* quam lectionem probavit *Sillig.*

PRŎFĀNĀTOR, ōris, m. 3. *profanatore. Prudent. Apotheos.* 246. Cede, profanator Christi, jam sede Sabelli.

PRŎFĀNĀTUS, a, um. *V.* PROFANO.

PRŎFĀNĒ, adverb. *profanamente. Lactant.* 6. 23. Profane ac petulanter illudere. *Minuc. Fel. Octav.* 8. Consulte potius, quam profane de divinitate disputans.

PRŎFĀNĪTAS, ātis, f. 3. *Tertull. Pall.* 2. *a med.* Ut autumat superiorum profanitas. *h. e.* veteres auctores profani, seu Gentiles.

PRŎFĀNO, as, āvi, ātum, āre, a. 1. Part. *Profanatus* sub *A.* et *B.* I. et II.; *Profanandus* sub *A.* et *B.* II. 1. — Profanare duo diversa significat, scilicet

A) Est ante fanum statuere (*profanum* enim est quod ante fanum, id est conjunctum fano, ut ait *Varro* 6. *L. L.* 54. *Müll.*), dedicare, offerre, *offerire. Varro loc. cit.* Profanatum, quod est in sacrario pollutum (lege *polluctum*). Sic *Forcellinus;* at locus est corruptus: *V. Müll.* Et *Varro ibid.* Tum polluctum est, quum *profanatum* dicitur, id est proinde ut sit fani factum; itaque olim fano consumebatur omne quod profanum erat. *Festus p.* 237. 22. *Müll.;* et *Aurel. Vict. Orig. gent. R.* 6. Quum Herculem ad aram, quæ hodieque maxima appellatur, decimam boum profanasset. *Masur. Sabin.* apud *Macrob.* 3. *Saturn.* 6. Instituit mercaturam, et, re bene gesta, decimam Herculi profanavit. *Cato R. R.* 50. Ubi daps profanata, comestaque erit. *et ibid.* 132. Urna vini Jovi caste: profanato sine contagione. *Fronto de fer. Als.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. Inter liba et decimas profanandas ætatem egit Numa. *V.* PROFANUS init.

B) Profanare est etiam ex sacro humanis usibus promiscuum facere, religione aliquam rem spoliare, βεβηλόω, *dissagrare, profanare.*

I.) Proprie. — *a*) Stricto sensu. *Liv.* 31. 44. Plebesque scivit, ut dies festi, sacra, sacerdotes, quæ ipsius (*Philippi*), majorumve ejus honoris causa instituta essent, omnia profanarentur. *Ovid.* 3. *Amor.* 9. 19. Scilicet omne sacrum mors importuna profanat: Omnibus obscuras injicit illa manus. *Id.* 4. *Met.* 390. spernitque deum, festumque profanat. *Petron. Satyr.* 89. *a med.* Profanata sacra. — *b*) Latiori sensu. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 1. Summa deum Pietas, cujus gratissima cælo Rara profanatas inspectant numina terras. *Id.* 9. *Theb.* 8. Ergo profanatum Menalippi funus acerbo Vulnere.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro contaminare, polluere, violare. *Quintil.* 11. 1. 84. Ubi quis queritur os profanatum. *h. e.* illusum, præcisum turpiter. *Id. Declam.* 6. 10. Mater (quamquam hoc nomen profanari nefas est) si perseverat esse filii sui noverca, etc. *Curt.* 5. 1. *a med.* Profanare pudorem. *h. e.* prostituere. Sic *Ammian.* 31. 8. Adulta virginitas-mox profanandum pudorem optans morte, licet cruciabili, prævenire. ¶ 2. Speciatim, quum de secretis vel arcanis agitur, est patefacere, detegere. *Pallad.* 1. *R. R.* 35. 2. Interest etiam, ut res profanata non valeat. *Nonnulli hæc verba omittunt.* Et *Apul.* 5. *Met.* Hic uterus gestat nobis infantem alium: si texeris nostra secreta silentio, divinum; si profanaveris, mortalem.

PRŎFANS. *V.* PROFOR.

PRŎFĀNUS, a, um, adject. Qui *prophanus* scribere volunt, nihil, opinor, habent, quo se tueri possint. — Sup. *Profanissimus* legitur tantum apud *Ennod. Apolog. pro Syn. p.* 336. — Profanus *Varroni* 6. *L. L.* 54. *Müll.* dicitur, qui est ante fanum, id est conjunctus fano. Hinc profanatum, quod est in sacrario pollutum (*leg.* polluctum). *et mox.* Quum profanum dicitur, id est perinde, ut sit fani factum. *Müllerus* aliquanto aliter legit. Contra *Festus p.* 253. 26. *Müll.* Profanum est, quod fani religione non tenetur. *Id. p.* 250. 21. Profanum aurum, quod sacrum non est, et quod omni religione solutum. Neque tamen contraria docere censendi sunt. Nam proprie est *profanus,* qui sacer fuit, et Deo dicatus, et postea in usum hominum conversus, *dissagrato:* ut *Servius* docet ad *Virg.* 12. *Æn.* 778. et *Trebatius* apud *Macrob.* 3. *Saturn.* 3., dicturque ea ratione, qua a *festo profestus.* Romani, quum pollucebant, totam quidem victimam aut dapem diis offerebant: inde parte aliqua detracta et aræ imposita (quod erat *porricere*), reliquum rei divinæ adsistentibus consumendum distribuebant. Hoc erat proprie *profanum,* et *profanare,* secundum *Festum,* quia sacrum quidem erat, sed post distributionem tale esse desinebat, quum in usum hominum converteretur. *Varro* autem videtur illud ipsum appellasse *profanum,* quod primo diis oblatum sacrum erat, mox distributione profanandum: ita ut per synecdochen antecedentis pro consequente locutus sit. Lege integrum *Varronis* locum. *Virg. loc. cit.* colui vestros si semper honores: Quos contra Æneadæ bello fecere profanos. *Cic.* 6. *Verr.* 55. 122. Has tabulas Marcellus, quum omnia, illa victoria sua profana fecisset, tamen religione impeditus non attigit. *Id. Harusp. resp.* 5. 9. Loca sacra et religiosa, profana haberi. — Sed universim

I.) Proprie *profanus* est contrarius sacro, ἀτέλεστος, βεβηλος, ἀνιερος, κοινός (It. *profano, laicale, secolare, mondano, temporale;* Fr. *profane, qui n'est pas consacré;* Hisp. *profano;* Germ. *unheilig, nicht heilig, ungeweiht, gemein, profan;* Angl. *profane, not sacred, secular, worldly, temporal*). — *a*) De rebus. *Plaut. Merc.* 2. 3. 27. Nec sacrum, nec tam profanum quicquam est, quin ibi illico adsit. *Horat. Art. P.* 397. Publica privatis secernere, sacra profanis. *Ovid.* 6. *Fast.* 439. *de incendio Vestæ.* Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes, Mixtaque erat flammæ flamma profana piæ. *Cic. Partit. orat.* 10. 36. Loci consecrati, an profani. *Tac.* 13. *Ann.* 57. *extr.* Res profanæ, et usu pollutæ. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 40. (135). In profanis usibus pollui laurum et oleam fas non est. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 54. Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis. *h. e.* omnia tentabis, ut fallere possis: et est locutio proverbialis. Simile est *fas nefasque confundere,* et *mare cœlo miscere:* de quo in MISCEO. Nos dicimus, *far d'ogni erba fascio.* — *b*) *Profanus homo* est non initiatus, ἀμύητος, *laico. Virg.* 6. *Æn.* 258. procul o, procul este profani, Conclamat vates, totoque absistite luco. *Ovid.* 2. *Art. am.* 601. Quis Cereris ritus ausit vulgare profanis? *Id.* 3. *Met.* 710. Profanis oculis sacra cernere. *Horat.* 3. *Od.* 1. 1. Odi profanum vulgus, et arceo. *Gell. præf. ad fin.* Ea ne attingat, neve adeat profestum et profanum vulgus. *h. e.* quasi non initiatum Musarum sacris, atque adeo imperitum, indoctum.

II.) Translate. ¶ 1. Est impius, scelestus, ἀλιτρός. *Ovid.* 11. *Met.* 413. nam templa profanus Invia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbas. *et* 2. *ibid.* 833. Profana mens. *et* 3. *Trist.* 5. 48. verba. *Stat.* 1. *Theb.* 1. Fraternas acies, alternaque regna profanis Decertata odiis. — Absolute. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 4. 3. (7). Postquam civilium bellorum profano meritum cœpit videri, civem non occidere. *h. e.* scelere, impietate. *V.* PROFANATIO. *Id.* 2. *ibid.* 45. 44. (115). Rupes Austro sacra, quam profanum sit attrectari hominis manu. ¶ 2. Cum Genitivo est ignorans, expers. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 18. *ab init.* Non solum litterarum profanis, sed multis quoque doctrina initiatis abhorrere a fide judicatum est. Adde *Minuc. Fel. Octav.* 5. — Cum Ablativo. *Lactant.* 2. 15. 2. Qui profani sunt a sacramento veritatis. Adde *eumd.* 7. 24. 10. ¶ 3. De avibus, est mali ominis. *Ovid.* 15. *Met.* 431. tectoque profanus Incubuit bubo. *Id.* 5. *ibid.* 543. Ingemuit regina Erebi; testemque profanam Ferit avem. *h. e.* bubonem.

PRŌFĀTUM, i. *V.* PROFOR in fin.

PRŌFĀTUS, a, um. *V.* PROFOR.

PRŌFĀTUS, us, m. 4. (profor) tantum in Ablativo, est ipsum profari ac dicere, *il parlare o pronunziare. Stat. 5. Silv. 3. 101.* sive orsa libebat Aoniis vincire modis, seu voce soluta Spargere, et effreno nimbos æquare profatu. *h. e.* celeritate copiosa dicendi, et volubilitate verborum. *Seneca Apocoloc. 7.* Quid nunc profatu vocis incerto sonas? *Gell. 18. 11.* Voces, quæ mihi quidem neque abhorrere a poetica facultate visæ sunt, neque dictu profatuque ipso tetræ aut insuaves esse. *Capell. 3. p. 49.* Habitusque consequentur Atomato in profatu. *V.* integrum locum ibique Interpr.

PRŌFECTĬCĬUS, a, um, adject. (proficiscor) ab aliquo proficiscens et proveniens. *Dos profecticia* est, quæ a patre vel parente profecta est, de bonis ejus, vel facto ejus. Sive igitur parens dedit dotem, sive procurator ejus, sive jussit alium dare: sive, quum quis dedisset negotium ejus gerens, parens ratum habuit, profecticia dos est. Hæc, et alia multa *Ulp. Dig. 23. 3. 5.* et *Ulp. Reg. tit. 1. § 5.*

PRŌFECTĬO, ōnis, f. 3. (proficiscor) actus proficiscendi, πορεία, *partenza, andata, gita.*

I.) Proprie, de hominibus. *Cic. 1. Phil. 1.* Exponam vobis breviter consilium et profectionis et reversionis meæ. *Cæs. 1. B. C. 27.* Profectionem parare. *Id. 1. B. G. 6. extr.* Omnibus rebus ad profectionem comparatis. *et 5. ibid. 45.* Ex hibernis fugæ similem profectionem facere. *Cic. Sull. 25. 70.* Cethegi profectio in Hispaniam. Adde *Pacuvium* apud *eumd. 1. Divinat. 14. 24.* Et *Dict. Cret. 2. 10.* Conductos mercede duces profectionis ejus delegere. *h. e.* itineris.

II.) Translate de rebus. *Cic. Cluent. 30. 82.* Age, quoniam corrumpendi judicii causas ille multas et graves habuit, hic nullam: profectio ipsius pecuniæ requiratur.

PRŌFECTO, adverb. confirmandi, quasi pro facto, ut tradunt Grammatici; sed nonnulli putant *profecto* e partic. *profectus* ortum esse, sicut *merito, inopinato, subito,* ita ut *ex profecta re* sit id quod profectum aut effectum habet. — Profecto est idem ac certe, sane, ἀληθῶς (It. *certamente, per verità, di certo;* Fr. *à la vérité, assurément, sans doute, certainement, certes;* Hisp. *cierta y verdaderamente, sin la menor duda, seguramente;* Germ. *in d. That, wahrlich, wahrhastig, wirklich;* Angl. *certainly, surely, truly, in truth, indeed, doubtless, assuredly, really*). ¶ 1. Est sane, certe, ut diximus. *Pacuvius* apud *Non. p. 124. 75. Merc.* Profecto aut inibi est, aut jam potiuntur frugum. *Accius* apud *Macrob. 6. Saturn. 1.* Neque regunt dii, neque profecto deum summus rex omnibus curat. *Id.* apud *Non. p. 174. 13. Merc.* Profecto baudquaquam est ortus mediocri satu. *Liv. 2. 39.* Quæ (*discordia*) profecto orta esset, sed externus timor, maximum concordiæ vinculum, quamvis suspectos infensosque inter se jungebat animos. *Cic. 2. Cat. 1. 2.* Retorquet oculos profecto sæpe ad hanc urbem. *Id. Flacc. 22. 53.* Non est ita, judices, non est profecto. *Id. 4. Verr. 18. 44.* Profecto negare non potes. *Plaut. Pseud. 5. 1. 7.* Profecto edepol. *Id. Cas. 5. 2. 29.* Profecto hercle. *Cic. 1. Fam. 5.* et *6. Att. 5.* Nunc quidem profecto Romæ es. *Lumen. Paneg. Constant. 7.* Vere enim profecto illi Superum templa patuerunt. *Curt. 8. 3. 4.* Ille se prodi, non moneri ratus, et formæ profecto fiducia cupere eam quamprimum dedi Alexandro, acinacem strinxit. ¶ 2. Est etiam omnino, videlicet, haud dubie, δηλαδή, δηλονότι. *Plaut. Curc. a. 3. v. 56.* Quod istic scriptum est, id te orare jusserat, profecto ut faceres, suam si velles gratiam. *Id. Amph. 5. 1. 46.* Uxorem tuam neque gementem, neque plorantem audivimus. Ita profecto sine dolore peperit. *Horat. Art. P. 315.* ille profecto Reddere personæ scit convenientia cuique.

PRŌFECTOR, ōris, m. 3. qui profectus est, qui peregre ivit. *Gloss. Gr. Lat.* Ἐκδημος, profector.

PROFECTUS, a, um. *V.* PROFICIO et PROFICISCOR.

PRŌFECTUS, us, m. 4. (proficio). Licenter, ut videtur, primam syllabam corripuit *Auson. Edyll. 4. 70.* Mox pueros molli monitu, et formidine leni Pellæi, ut mites peterent per acerba profectus, Carpturi dulcem fructum radicis amaræ. — Profectus est progressus in re aliqua, utilitas, quæ ex re alicujus tractatione provenit, προκοπή, *profitto, progresso, avanzamento.* — *a)* Sæpissime in sing. num. *Varro 1. R. R. 2. 23.* Si quis propter agrorum profectus domino agri culturæ acceptum referre debet. *Ovid. 9. Met. 50.* Ter sine profectu voluit nitentia contra Rejicere Alcides a me sua pectora. *Id. 3. Pont. 9. 40.* Verbaque profectu dissimulata carent. *Quintil. 10. 3. 2.* Sic profectus non a summo petitus studiorum fructus effundit uberius. *Seneca Ep. 11.* Locutus est mecum amicus tuus bonæ indolis: in quo quantum esset animi, quantum ingenii, quantum etiam profectus, sermo primus ostendit. *et Ep. 20.* Te rogo, ut experimentum tui profectus capias, non oratione, nec scripto, sed animi firmitate et cupiditatum deminutione. *Quintil. 1. 2. 26.* Firmiores in litteris profectus alit æmulatio. *et 2. 3. 10.* Libentius se prima studia tenerosque profectus ad imitationem condiscipulorum erigere. *Plin. 3. Ep. 13.* Pertinet ad profectum tuum, a disertissimo viro discere, quid laudandum, quid reprehendendum. *Plin. alter 35. Hist. nat. 4. 7. (21).* Puer magni profectus in ea arte obiit. *Sueton. Ner. 20.* Blandiente profectu, prodire in scænam concupivit. — Speciatim in medicina est morbi declinatio. *Cæl. Aurel. 2. Acut. 9. ad fin.* Tunc viscellum tenue dat anseris, vel perdicis, aut gallinæ, et per profectum, oryzæ succum, vel ptisanæ ex hordeo. *V.* PROFICIO. — *b)* In plurali num. *Vellej. 1. 16. 2.* In similitudine et temporum et profectuum. — *c) Profectum facere* afferunt lexicographi ex *Plin.* in *Epist.*, sed locum non designant.

PRŌFĔRO, fers, tŭli, lātum, ferre a. anom. Part. *Proferens* I. *b.* et II. 1.; *Prolatus* passim; *Prolaturus* II. 4.; *Proferendus* II. 4. et 5. — Profero est idem ac promo, extra fero, effero, προφέρω (It. *portare, o mettere, o tirar fuori;* Fr. *porter en avant, faire avancer, faire mouvoir;* Hisp. *llevar y traer adelante, adelantar;* Germ. *hervorbringen, hervortragen;* Angl. *to carry or bring out, put, take, or draus out*).

I.) Proprie. — *a)* Universim. *Plaut. Amph. 2. 2. 137.* AL. Vin' proferri pateram? AM. proferri volo. AL. Fiat. tu, Thessala, intus pateram proferto foras. *V.* INTUS. *Petron. Satyr. 110.* Supercilia profert de pyxide. *Cæs. 2. B. C. 22. ad fin.* Massilienses arma tormentaque ex oppido proferunt. *Horat. 1. Ep. 12. 18.* Quid premat obscurum lunæ, quid proferat orbem. *Val. Flacc. 6. 752.* Nox simul astriferas profert mortalibus umbras. *Phædr. 1. 2.* Rana profert e stagno caput. *Cic. Rosc. Com. 10. 29.* Proferre nummos ex arca. *Plin. 21. Hist. nat. 17. 68. (110).* aliquid in solem. *Plaut. Asin. 4. 1. 50.* linguam in tussiendo. *Id. Pseud. 3. 2. 72.* Manum si protollet, pariter proferto manum. *stendi.* et *Cic. Cæcin. 25. 71.* Proferre digitum. *Id. 6. Verr. 16. 36.* Nonne te et prolatis, et non prolatis tabulis condemnari necesse est? *Id. 3. Cat. 5. 12.* Volturcius vero subito proferri litteras atque aperiri jussit. *Liv. 2. 52.* Laxior annona rediit, et advecto ex Campania frumento, et, postquam timor sibi cuique futuræ inopiæ abiit, eo, quod abditum erat, prolato. *Horat. 1. Sat. 8. 20.* has nullo perdere possum Nec prohibere modo, simul ac vaga luna decorum Protulit os. *Lucan. 4. 97.* Non deest prolato jejunus venditor auro. — *b) Proferre se* est exire, ostendere se, apparere. *Sueton. Ner. 6. ad fin.* Draco e pulvino se proferens. *Juvenal. 6. 569.* quo læta Venus se proferat astro. *Plin. 18. Hist. nat. 25. 58. (218).* Proferunt se stellæ. — *c) Proferre quippiam alicui* aut *ad aliquem* est *dare, presentare,* offerre. *Plaut. Asin. 3. 3. 60.* Servos tuos nos esse non negamus. Sed si tibi minæ viginti argenti proferentur, quo nos vocabis nomine? In *vet. formula juramenti* apud *Gell. 16. 4.* Uti tu ad C. Lælium consulem proferes aut profitebere quidquid inveneris sustulerisve. *Vopisc. Aurel. 1. ad fin.* Curabo autem, ut tibi ex Ulpia bibliotheca et libri lintei proferantur. — *d)* Et pro protendere, projicere, *stendere, allungare. Festus p. 242. 22. Mull.* Prolato ære adstitit, Ennius in Achille Aristarchi quum ait, significat clipeo ante se protento. *Quintil. 11. 3. 131.* Dextra paullum prolata extra sinum. *Plin. 2. Hist. nat. 47. 48. (128).* Iisdem ventis in contrarium navigatur, prolatis pedibus etc. *V.* PES. — *e)* Hinc *proferre gradum* vel *pedem* est *portar innanzi il piede, avanzar il passo,* progredi. *Plaut. Men. 5. 2. 22.* Gradum proferam, progredi properabo. *Quintil. 11. 3. 124.* Proferre longe pedem. *Lucret. 4. 875.* Nunc qui fiat, uti passus proferre queamus, Quum volumus, dicam. *stender il passo, camminare.* — Et translate. *Horat. Art. P. 134.* nec desilies imitator in arctum, Unde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex. *uscire.*

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis est gignere, promere, efferre, *produrre. Plin. 5. Ep. 6.* Cælum est bieme frigidum: myrtos, oleas aspernatur ac respuit; laurum tamen patitur, atque etiam nitidissimam profert. *Plin. alter 17. Hist. nat. 13. 20. (95).* Cyprus protinus floret, semenque profert. *Val. Flacc. 3. 708.* Quæ neque jam frondes virides, nec proferet umbras. — Sic est enunciare, *proferire, esprimere. Quintil. 11. 3. 33.* Plerisque extremas syllabas non proferentibus, dum priorum sono indulgent. — Et de pictore. *Plin. 35. Hist. nat. 8. 34. (56).* Articulis membra distinxit: venas protulit. *espresse e fe comparire.* ¶ 2. De inventis, *h. e.* de iis, quæ nova admodum sunt. *Horat. 1. Ep. 6. 24.* Quidquid sub terra est, in apricum proferet ætas. *Id. Art. P. 129.* Rectius Iliacum carmen deducis in actus, Quam si proferres ignota indictaque primus. *Id. 2. Ep. 2. 116.* Proferet in lucem speciosa vocabula rerum. *Id. Art. P. 57.* Sermonem patrium ditaverit, et nova rerum Nomina protulerit. *Id. 4. Od. 8. 5.* divite me scilicet artium, Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas. Adde *Plin. Paneg. 83. 2.* ¶ 3. *Proferre se* translate quoque usurpatur. *Seneca Ep. 52.* Has maxime laudat, quibus ex se impetus fuit, qui se ipsi protulerunt. *h. e.* qui ipsi per se et sine alterius adjutorio emerserunt e vitiis et ignorantia. *Plin. 1. Ep. 13.* Proferunt se ingenia hominum, et ostentant. ¶ 4. Est etiam edere, producere, *dare, o mandar fuori, mostrare, far vedere, produrre. Cic. 15. Att. 13.* Orationem tibi misi. Ejus custodiendæ et proferendæ arbitrium tuum. *Sueton. Tib. 52.* Quem mox hujus criminis reum putant quidam mandata prolaturum, nisi etc. *avrebbe sfoderato in sua difesa.* et *Aug. 101.* Testamentum depositum apud se virgines Vestales protulerunt. ¶ 5. Item palam facere, prodere, vulgare, *divolgare, pubblicare, manifestare, rivelare. Ter. Adelph. 3. 2. 41.* Palam proferre aliquid. *Petron. Satyr. 17. ad fin.* Proferret in populum deorum consilia. *Cic. Mil. 37. 103.* Quum illa indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, exstinxi. *Id. Cæl. 23. 57.* Domus in qua nihil geratur, quod foras proferendum sit. *Id. Arch. 6. 12.* Proferre aliquid in aspectum et lucem. *Id. 15. Fam. 2.* Se ante illud tempus eam rem numquam in medium, propter periculi metum, protulisse. *Plin. 14. Hist. nat. 22. 28. (141).* Proferre secreta animi. *Antonius* ad *Cic. post ep. 8. l. 10. ad Att.* Non extimuissem rumorem, qui de te prolatus est. *Cic. Mur. 13. 28.* Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque extra Romam usquam, neque Romæ, rebus prolatis, quidquam valet. *h. e.* postquam Cn. Flavius, qui rationem agendi in foro a JCtis data opera occultatam, fastis et notis eorum expositis, protulit, ut habetur *ibid. Id. 4. Acad. (2. pr.) 1. 2.* Ars, quæ tum primum proferebatur. *Tibull. 1. 10. 1.* Quis fuit horrendos primus qui protulit enses? ¶ 6. Item allegare, citare, afferre probandi causa, *citare, produrre, allegare. Cic. 1. Nat. D. 40.*

113. Proferrem libros, si negares. *Id. Balb.* 18. 41. Proferam testes, proferam legatos, excitabo laudatores. *Id.* 2. *Orat.* 71. 290. Quonjam tu Fabricios mihi auctores protulisti. *Id. Rosc. Am.* 16. 47. Quasi vero mihi difficile sit quamvis multos nominatim proferre vel tribules, vel vicinos meos, qui etc. *Nepos Timoth.* 4. Proferre testimonia. ¶ 7. Item narrare, commemorare, recitare, dicere, *rammemorare, dire, recitare. Cic.* 1. *Orat.* 2. 7. Belli duces præstantissimos pæne innumerabiles, in dicendo autem excellentes vix paucos proferre possumus. *Id.* 2. *Phil.* 39. 101. Quid prandiorum apparatus, quid furiosam vinolentiam tuam proferam? *Id.* 1. *Herenn.* 5. 8. In invidiam trahemus, si vim, si potentiam, factiones, divitias, clientelas, affinitates adversariorum proferemus. *Id.* 6. *Verr.* 52. 115. Commemorare aliquid, et in medium proferre. *Id.* 2. *Fin.* 23. 76. Quippiam profiteri, et in medium proferre. *Ter. Phorm.* 2. 3. 48. Memoriter proferre progeniem suam usque ab avo atque atavo. *Juvenal.* 4. 91. Libera animi verba proferre. *Plaut. Amph.* 2. 1. 41. Quæ neque fieri possunt, neque fando unquam accepit quisquam, profers, carnifex. *Cic.* 1. *Divinat.* 16. 103. Exempla ominum nota proferam. *Lucret.* 2. 656. Bacchi nomine abuti Mavolt, quam laticis proprium proferre vocamen. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 28. Qui istuc credam ita esse? dic mihi, Parmeno. PAR. Non est opus prolato: hoc percontarier desiste. *Cic.* 2. *Divinat.* 66. 136. Multa sunt a te ex historiis prolata somnia. *cavato e raccontato.* ¶ 8. Præterea sæpe ponitur pro differre, prorogare, producere, *portar innanzi, differire, prorogare, allungare. Cato* apud *Gell.* 7. 3. Suadeo, uti hæc res aliquot dies proferatur, dum etc. *Gell.* 1. 23. Proferre aliquid in diem posterum. *Justin.* 2. 15 6. Diem de die proferendo spatium consummando operi quærebat. *Cic.* 13. *Att.* 14. Auctionis diem laxius proferre. *Sueton. Cæs.* 81. Periculum, quod non ultra Idus Majas proferretur. *Cic.* 3. *Fin.* 22. 76. Beatam vitam usque ad rogum proferre. *h. e.* beatum esse tota vita usque ad mortem. *Virg.* 12. *Æn.* 395. ut depositi proferret fata parentis. *Macrob.* 1. *Saturn.* 14. Dies anni proferre, vel imminuere, *h. e.* per intercalationem addere, vel detrahere. *Horat.* 1. *Od.* 15. 33. Iracunda diem proferet Ilio Matronisque Phrygum classis Achillei. *Liv.* 4. 25. Ibi prolatæ in annum res, decretoque cautum, ne quod ante concilium fieret. *Id. ibid.* 58. Profertur tempus ferundæ legis. *Tac.* 3. *Ann.* 11. Drusus rediens Illyrico, quamquam patres censuissent, ob res priore æstate gestas ut ovans iniret, prolato honore Urbem intravit. — Hinc *res prolatæ* in foro dicuntur, quum justitium indictum est, et actiones forenses atque urbana munera intermittuntur ad tempus, *tempo di ferie*, ut affirmat etiam *Scholiast.* ad *Cic. Sext.* 62. apud *A. Maium* in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 154. *Cic.* 14. *Att.* 5. Meam stultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deserere videar hunc rerum tumorem. Adde *eumd.* 3. *ad Q. Fr.* 8. *a med.*; et *Auct. Paneg. ad Pis.* 74. — Festive *Plaut.* ex persona parasiti *Capt.* 1. 1. 10. Ubi res prolatæ sunt, quum rus homines eunt, simul prolatæ res sunt nostris dentibus. *V.* PROLATIO. Contrarium est *res redeunt. V.* REDEO. ¶ 9. Item pro extendere, protendere, *dilatare, stendere, ampliare. Cic. Mur.* 31. 65. Fines officiorum paullo longius, quam natura velit, proferre. *Juvenal.* 14. 141. quum rus non sufficit unum, Et proferre libet fines. *Cæs.* 1. *B. C.* 81. Quantum opere processerant et castra protulerant, tanto aberant ab aqua longius. *Virg.* 6. *Æn.* 793. super et Garamantas et Indos Proferet imperium. *Gell.* 13. 14. Proferre pomœrium. *Plin.* 5. *Ep.* 12. Gaudeo, quod memoriam soceri mei pulcherrimis operibus video proferri. *et* 2. *Ep.* 7. Vita ejus brevis et angusta debuit hac veluti immortalitate proferri. *Liv.* 1. 33. Usque ad mare imperium prolatum. ¶ 10. Singulare est illud *Lucani* 2. 493. Cæsar calida prolatus ab ira. *trasportato dalla collera.*

PRŎFESSĬO, ōnis, *f.* 3. actus profitendi, ἐπάγγελμα, ἐξομολόγησις.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 8. Non me præteribat, in tam perturbato statu civitatis fructuosissimam esse professionem bonæ voluntatis. *h. e.* promissionem, pollicitationem. *Vellej.* 2. 87. 3. Canidius timidius decessit, quam professioni ei, qua semper usus erat, congruebat. *h. e.* militaris vitæ instituto. *et* 89. 5. Nos memores professionis, universam imaginem oculis subjecimus. *h. e.* brevitatis, quam professi sumus. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 3. 2. (8). Majores, oculorum quoque medicamentis aconitum misceri saluberrime, promulgavere: aperta professione, malum quidem nullum esse sine aliquo bono. *Gell.* 7. 3. *ante med.* Quod erat procul dubio suæ opinionis professio, non Rhodiensium culpæ confessio. *h. e.* declaratio, manifestatio. *et ibid. a med.* Summa professio stultitiæ, non ire obviam sceleribus cogitatis, sed opperiri etc. *Tac.* 2. *Ann.* 85. Professio flagitii. *Id. Agric.* 3. *extr.* pietatis. *Pallad.* 3. *R. R.* 9. vitiorum. *h. e.* signum, indicium. ¶ 2. Speciatim est certa confessio et indicatio eorum, quæ quis possidet, census sui denunciatio, *deposizione, il dare in nota. Tabul. Heracl.* in *Hanbold. Monum. legal. p.* 101. *et seq.* SEI. COS. ATQVE (*i. e.* ad quem) HAC LEGE PROFESSIONES. FIEREI. OPORTEBIT. ROMAE. NON. ERIT. etc. IS. APVD. QVEM. EA. PROFESSIO. FIET. etc. *Cic.* 16. *Fam.* 23. Tu vero confice professionem, si potes. Etsi hæc pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat. *Liv.* 35. 7. Posteaquam professionibus detecta est magnitudo æris alieni per fraudem contracti. *Jabolen. Dig.* 49. 14. 2. Post professionem de fideicommisso factam. *et ibid.* Professionem implere. *Papinian. ibid.* 33. 8. 19. edere peculii. *Tertull. Apolog.* 42. Quantum vectigalibus pereat fraude et mendacio professionum.

II.) Figurate. ¶ 1. Est ipsa descriptio census, *descrizione, censo, registro. Cic.* 5. *Verr.* 47. 113. In Leontino jugerum subscriptio ac professio non est plus triginta millium. *Id. Arch.* 4. 9. Iis tabulis professus est, quæ solæ ex illa professione collegioque prætorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem. ¶ 2. Item ars, facultas, quam quis se callere, aut docere profitetur, et palam jactat exercetque, *professione. Cic.* 1. *Orat.* 6. 21. Vis oratoris professioque ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri videtur, ut omni de re etc. *Sueton. Gramm.* 8. Studio Epicureæ sectæ desidiosior in professione grammaticæ habebatur. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (112). Posidonius professione sapientiæ clarus. *Curt.* 7. 4. Magicæ artis magis professione, quam scientia celeber. *Cels. præf.* Et per hos maxime vitos salutaris ista nobis professio increvit. *h. e.* medicina. *Lamprid. Elagab.* 20. Promoturus omnes turpissimos et ultimæ professionis homines. *h. e.* vilissimi artificii. *Paul. Dig.* 2. 13. 9. Si pater, aut dominus argentarii ejusdem fuerunt professionis. *Quintil.* 2. 1. 2. Nam cetera, ut professione sua minora, despiciunt. *Colum.* 7. *R. R.* 12. 3. Nihil pertinet ad nostram professionem.

PRŎFESSIŌNĀRĬUS, ii, m. 2. videtur esse, qui merces advenientes publicanis profitebatur, earumque vectigal solvebat. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 151.; et *Hellerm. Vig. laterc. p.* 74. *in not.* PROFESSIONARIIS DE CICONIIS STATIM VT ADVENERIT VINVM IN VNA CVPA NVMM. CXX. *Lapis habet* ADVENRRIT; Mommsen. *legit* advenerit: Henzen. *vero* adveneret in *Inscript.* 5089.

PRŎFESSĬVUS, a, um, adject. qui profitetur, qui rem aperte fatetur vel affirmat. *Servius* ad *Virg.* 1. *Æn.* 1. Est poeticum professivum principium: *Arma virumque cano.*

PRŎFESSOR, ōris, m. 3. qui profitetur; et præsertim qui publice aliquam liberalem artem docet, σοφιστής, σχολάρχης, καθηγητής, *professore, maestro.* ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) Cum addito Genit. artis. *Cels. præf.* Ut quidam ex sapientiæ professoribus dixerunt. *Quintil.* 12. 11. 20. Geometræ et grammatici, ceterarumque artium professores. *Sueton. Rhet.* 5. Latinæ simul Græcæque eloquentiæ professor. *Ulp. Dig.* 50. 13. 1. Professores juris civilis. (Consule *eumd. Ulp. ibid.*, quibus professoris titulus sit tribuendus). *Colum.* 1. *R. R.* 1. 4. Consultissimus astrologiæ professor Hipparchus. *Inscript.* apud *Gruter.* 38. 14. et *Orell.* 367. APOLLINI SACRVM Q. POSTHVMIVS HYGINVS ET POSTHVMIVS HERMES LIB. MEDICIS ET PROFESSORIBVS D. S. D. — *b*) Absolute. *Quintil.* 2. 15. 36. Non obscurus professor atque auctor. *Id.* 1. 9. 3. Opus etiam consummatis professoribus difficile. *Sueton. Tib.* 11. Quum circa scholas et auditoria professorum assiduus esset. *Plin.* 4. *Ep.* 11. Fortuna facit ex professoribus senatores, ex senatoribus professores. *Imp. Justinian.* in *epist.* 2. præmissa *Digestor.* libris § 11. Quæ omnia obtinere sancimus ab omnibus tam professoribus, quam legum auditoribus et librariis, et ipsis et judicibus observanda. — *c*) Titulus quinquagesimus secundus *l.* 10. *Cod.* inscribitur *De professoribus et medicis*, quia medici professorum nomine non veniunt. Idem significatur etiam ab *Ulp. loc. cit.* ubi ait: Medicorum quoque eadem causa est, quæ et professorum: nisi quod justior, quum hi salutis hominum agant, illi studiorum curam. De philosophis quoque ita *Id. ibid.* An philosophi professorum numero sint? et non putem: non quia non religiosa res est, sed quia hoc primum profiteri eos oportet, mercenariam operam spernere. Itaque *professor* proprie est, qui et in re litteraria versatur, et id mercedis gratia facit, exceptis tamen *ludi* litterarii magistris, quos professores non esse, affirmat *Ulp. loc. cit.* § 6. Nihilominus *Celsus* tum 2. 6. *ad fin.*, tum 8. 4. medicum nomine professoris significat. *Impp.* vero *Honor.* et *Theodos. Cod.* 10. 52. 11. vocat *professores* et grammaticos et oratores, et philosophiæ præceptores, atque etiam medicos, quia scilicet eo tempore mercedem publicam omnes accipiebant. Hinc patet, nostris hisce temporibus eos omnes recte professores esse appellandos, qui publica mercede conducti docent. ¶ 2. Latiori sensu. *Ammian.* 30. 5. *med.* Ut philosophus veritatis professor, inquit etc. Sic *Id. Id.* 22. 4. *init.* Conversus post hæc princeps ad palatinos omnes-, non ut philosophus veritatis indagandæ professor. *Apul. de Mag. sub init.* Priusquam causa ageretur, facile intellectu cuivis fuit, qualisnam accusatio futura esset, cujus qui fuerat auctor et machinator, idem fieri professor timeret. *V.* PROFECTUS, us.

PRŎFESSŌRĬUS, a, um, adject. ἐπαγγελτικός, ad profitendum, vel ad professorem pertinens. *Tac.* 13. *Ann.* 14. Audiretur hinc Germanici filia, inde debilis rursus Burrhus, et exsul Seneca, trunca scilicet manu, et professoria lingua. *h. e.* quæ professoris, seu rhetoris modo meritoriam eloquentiam exerceret.

PRŎFESSUS, a, um. *V.* PROFITEOR.

PRŎFESTUS, a, um, adject. non festus, ἀνέορτος, *non festivo, di lavoro, di prosciolto.*

I.) Proprie. Profesti dies, inquit *Macrob.* 1. *Saturn.* 16., hominibus ob administrandam rem privatam, publicamque concessi. *Festus p.* 229. 25. *Müll.* Profesti dies dicti, quod sint procul a religione numinis. *Non. p.* 434. 3. *Merc.* Profesti dies a festivitate vacui. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 11. Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi pepercteris. *Liv.* 34. 3. *sub fin.* Ut carpentis, festis profestisque diebus, per urbem vectemur. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 8. (40). Malum patremfamilias, quisquis interdiu faceret, quod noctu posset: pejorem, qui profestis diebus ageret, quod feriatis deberet. *Horat.* 4. *Od.* 5. 25. Nosque et profestis lucibus et sacris, Inter jocosi munera Liberi, etc. *Id.* 2. *Sat.* 2. 116. Non ego temere edi luce profesta Quidquam præter olus. *Id. ibid.* 3. 143. Qui Vejentanum festis potare diebus Campana solitus trulla vappamque profestis, Quondam lethargo grandi est oppressus. *Varro* 1. *R. R.* 16. 4. Sic ceteros necessarios artifices (*habeant in villa*), ne de fundo familia ab opere discedat, ac profestis diebus ambulet feriata potius, quam opere faciun-

do agrum fructuosiorem reddat. *Auson. Edyll.* 4. 10. studium puerile fatiscit, Læta nisi austeris varientur festa profestis. — Horum alii sunt fasti, alii nefasti, item comitiales, prœliares, comperendini, etc. de quibus *V.* suis locis. — Profestum facere est tamquam profanum facere, id est facere, quod feriis facere non licet. *Festus p.* 253. 21. *Müll.*, qui aliter legit, eodem tamen sensu.

II.) Translate. *Gell. præf. ad fin.* Ut ne ea attingat, neque adeat profestum et profanum vulgus, a ludo Musico diversum. *h. e.* rude, indoctum, et Musarum seu litterarum sacris non initiatum.

PRŌFĬCĬENTER, adverb. cum profectu. *Augustin. Ep.* 80. (*al.* 199.) Quum se in hac dilectione cor nostrum proficienter extendit.

PRŌFĬCĬO, fēci, fectum, fĭcere, n. 3. (pro *et* facio). Part. *Proficiens* I. 1. *a. b.* et 2. *a. b.*; *Profectus* II. 1. *c.* et 2.; *Profecturus* II. 2. *a.* — Proficere est faciendo progredi, procedere.

I.) Proprie, raro admodum. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 1. 1. (4). Quum e tota classe quinqueremis sola non proficeret. *h. e.* non progrederetur, *non avanzava un passo.*

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est faciendo progredi, progressum facere, assequi, προκόπτω, ἐπιδίδωμι, ὠφελέομαι (It. *far profitto, profittare, avanzarsi in qualche cosa, acquistare*; Fr. *avancer, faire de progrès, effectuer*; Hisp. *adelanter, hacer adelantamiento, progreso, efectuar*; Germ. *fortschreiten, Fortschritte machen, bewirken, Ausgang-, Erfolg haben, Vortheil-, Gewinn haben, Nutzen haben, -ziehen, Fortgang haben, ausrichten*; Angl. *to profit, avail one's self, make progress, gain ground, obtain, effect*). Usurpatur — *a*) De personis. *Seneca Ep.* 108. Id et docenti, et discenti debet esse propositum: ut ille prodesse velit, hic proficere. *Cæs.* 7. *B. G.* 20. *ad fin.* Statuisse imperatorem, si nihil in oppugnatione oppidi profecisset, triduo exercitum deducere. *et* 3. *ibid.* 21. *ad fin.* Ubi diligentia nostrorum nihil his rebus profici posse intellexerunt, etc. *et* 7. *ibid.* 82. Dum longius aberant, plus multitudine telorum proficiebant. *Id.* 3. *B. C.* 23. *ad fin.* Adeo loci opportunitate profecit, ut etc. *et ibid.* 85. *ad fin.* Antesignani tantum profecere, ut, equestri prœlio commisso, pellerent omnes, compluresque interficerent. *Nepos Eumen.* 10. Callidum imperatorem vicit consilio: neque tamen multum profecit. *Cic.* 3. *Off.* 8. 37. Si modo in philosophia aliquid profecimus. *Flor.* 4. 9. Nondum ad pacis stabilitatem profecerat Cæsar. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 5. Si petcret per amicitiam patris atque suam, non Quidquam proficeret. *Id.* 2. *Ep.* 2. 23. Quid tum profeci, mecum facientia jura Si tamen attentas? — Proficientium in philosophia et studio sapientiæ tres sunt classes, inquit *Seneca Ep.* 75. Primi sunt, qui sapientiam nondum habent, sed jam in vicinia ejus constiterunt: tamen etiam quod prope est, extra est. Secundum genus est eorum, qui et maxima animi mala et affectus deposuerunt, sed ita ut non sit illis securitatis suæ certa possessio: possunt enim in eadem relabi. Tertium genus extra multa et magna vitia est, sed non extra omnia: effugit avaritiam, sed iram adhuc sentit, etc. — *b*) De rebus et abstractis. *Horat.* 3. *Od.* 24. 35. Quid leges sine moribus Vanæ proficiunt? *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 6. (57). Majus dispendium, non proficiente pretio. *h. e.* non crescente. *Colum.* 3. *R. R.* 20. 1. Sive siccus est annus, id (*vitis genus*) quod humore proficit, contristatur. *h. e.* provenit, crescit. *Pallad.* 10. *R. R.* 14. 3. Mirabiliter surculus proficit. — *c*) In re medica. *proficere* est ad sanitatem accedere. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 11. *ad fin.* Tunc proficienti ægroto pomorum quidquam damus, ut ficum recentem-; atque completo sanitatis officio *etc.* dabimus vinum tenue. — *d*) Passive impersonaliter. *Cic.* 7. *Att.* 13. Qui ut nihil aliud, hoc tamen profecit: dedit illi dolorem. Sed etiam ad summam profectum aliquid puto. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (123). Postquam nihil proficiebatur. *Stat.* 3. *Theb.* 720. Proficitur bello. ¶ 2. Sæpe sumitur pro conferre, prodesse, *giovare*, et occurrit cum præposit. *ad* aut *in* et Accusativo, vel Ablativo. — *a*) Universim. *Cic. Brut.* 37. 139. Ea suo quæque loco, ubi plurimum proficere et valere possent, collocabat. *et ibid.* 24. Nulla res tantum ad dicendum proficit, quantum scriptio. *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 138. Profectura aliquid tum tua verba puta. *Id.* 1. *Trist.* 4. 13. parum validus non proficientia rector Cervicis rigidæ frena remittit equo. *Liv.* 3. 61. *sub fin.* Parva certamina in summam totius profecerant spei. *Quintil.* 1. 1. 36. Prosequitur hæc memoria in senectutem, et impressa animo rudi, usque ad mores proficiet. *Id. Declam.* 3. 1. Vitia facillime in exemplum proficiunt. *Cic.* 2. *Orat.* 51. 205. Ut nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere possimus. *Id. Quinct.* 5. 22. Quum aliquantum temporis in ea re esset consumptum, neque quidquam profectum esset, venit ad vadimonium Nævius. *Alii leg.* perfectum esset. *Justin.* 2. 2. 15. Tanto plus in illis proficit vitiorum ignoratio, quam in his cognitio virtutis. *Pallad.* 1. *R. R.* 36. Sit circa hanc (*aream*) locus alter planus et purus, in quem frumenta transfusa refrigerentur et horreis inferantur: quæ res in eorum durabilitate proficiet. — *b*) Speciatim de iis, quæ vim, et utilitatem habent in medicina. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 150. fugeres, radice vel herba Proficiente nihil, curarier? *Plin.* 27. *Hist. nat.* 11. 72. (96). Radix adversatur omnium serpentum generibus, nec alia res celerius proficit. *Id.* 36. *ibid.* 20. 37. (145). Hæmatites proficit oculorum lacrimis. *Sillig.* vero aliter legit. *Id.* 28. *ibid.* 9. 37. (140). Axungia proficit ad strumas. *Id.* 23. *ibid.* 7. 62. (116). Pirorum ligni cinis contra fungos efficacius proficit. *Id.* 20. *ibid.* 23. 98. (260). Radix anethi vel in febribus proficit. ¶ 3. Pro simplici facere. *Capitolin. Pertin.* 1. Sed quum in ea (*grammatica*) minus quæstus proficeret.

PRŌFĬCĬSCOR, fĭcīscĕris, fectus sum, fĭcisci, dep. n. 3. Legitur et *proficisco*, is apud *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 19. Obsecro, licet complecti, priusquam proficisco? *Turpilius* apud *Non. p.* 471. 2. *Merc.* Hortatur hominem, quam primum proficisceret. — Part. *Proficiscens* I. 1. *a. b. d.*; *Profectus* et *Profecturus* I. 1. *a.* — In notatione etymologis aqua hæret. Est qui derivat a *pro* et *facio, facesso, faciscor.* — Ceterum proficisci est ire, vadere, πορεύομαι (It. *andare, fare o mettersi in viaggio*; Fr. *partir, s'en aller, se mettre en route*; Hisp. *partir ó partirse, ir, andar*; Germ. *sich auf den Weg machen, ziehen, gehen, reisen, marschiren, kommen, ausrücken, sich aufmachen, aufbrechen, weggehen, fortwegreifen*; Angl. *to set out on a journey or voyage, go*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu usurpatur raro de loco vel termino proximo, sæpissime de remoto. — *a*) Cum Accusativo et præposit. *in, ad, contra,* vel cum Accusativo tantum. *Cæs.* 7. *B. G.* 38. Quo proficiscimur, inquit, milites? *Sall. Jug.* 31. *extr.* Calpurnius Romam ad magistratus rogandos proficiscitur. *Ter. Adelph.* 2. 2. 16. Te ajunt proficisci Cyprum. *Id. Hecyr.* 1. 2. 11. Corinthum hinc sum profecta. *Id. Andr.* 3. 4. 21. Hinc in pistrinum recta proficiscar via. *Id. Phorm.* 5. 6. 20. Recta domum sumus profecti. *Cic.* 3. *Verr.* 27. 69. Omnes ad eam domum, in qua iste deversabatur, profecti sunt. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 31. 100. Si ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta. *Cæs.* 3. *B. C.* 99. Quod ille in pugnam proficiscens dixerat. *Nepos Alcib.* 4. Sed instabat tempus ad bellum proficiscendi. *Justin.* 26. 1. 7. Quum ad portam, quasi uno agmine profecturæ, convenissent. *Plaut. Amph.* 5. 2. 7. Quum profectus in exercitum. *subaudi* esses. *Cic.* 2. *Divinat.* 58. 119. Proficisci ad dormiendum. *andar a dormire.* et 1. *ibid.* 30. 62. ad somnum. *Nepos Eumen.* 3. *a med.* Ut militibus persuaderet, se contra quosdam barbaros proficisci. *Propert.* 3. 20. 1. Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas. *Cic.* 2. *Fam.* 6. Ex Asia domum versus profectus. *Liv.* 2. 30. Alter consul in Voscos profectus. *Id.* 2. 62. Valerius cum exercitu in Æquos profectus. — *b*) Cum Ablativo loci a quo quis proficiscitur, et est discedere, abire, ἀπορέυομαι, *partire. Cæs.* 1. *B. G.* 12. De tertia vigilia e castris profectus, ad eam partem pervenit. *Id.* 1. *ibid.* 7. Maturat ab urbe proficisci. *Id.* 1. *B. C.* 78. Ex castris proficiscuntur. *Nepos Miltiad.* 1. *sub fin.* Proficiscentes Athenis. *Cic.* 2. *Att.* 8. *a med.* Cal. Maji de Formiano proficiscemur. *Id.* 9. *ibid.* 9. Ille Idibus a me profectus est. *et* 13. *ibid.* 26. Proficiscar hinc, ne relictus videar. *et* 3. *Fin.* 22. 73. Ei proficiscendum est ab omni mundo, et ejus procuratione. *Id. Cluent.* 27. 74. Ipse e publico judicio ad privatum Staieni judicium profectus est. *Sall. Jug.* 72. Per inducias sponsionem faciunt, uti certo die legati domo proficiscerentur. *Liv.* 2. 26. Cum legatis simul exercitus Auruncorum domo profectus erat. *Virg.* 4. *Æn.* 110. Si Juppiter unam Esse velit Tyriis urbem Trojaque profectis. *Id.* 1. *ibid.* 344. Imperium Dido Tyria regit urbe profecta, Germanum fugiens. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 255. — *c*) Cum addito fine, quo quis proficiscitur. *Nepos Eumen.* 3. Ægyptum oppugnatum erat profectus. *Sall. orat. Lepid. contra Sull. a med.* Nisi forte tribuniciam potestatem eversurum profecti sunt per arma. *Nepos Iphicr.* 2. *ad fin.* Idem subsidio Lacedæmoniis profectus. — *d*) Absolute. *Cic.* 2. *Cat.* 7. 15. Quum sint homines, qui illum, quum profectus sit, ejectum esse dicant. *Cæs.* 6. *B. G.* 39. Milites, quos sub vexillo una profectos docuimus. *Liv.* 2. 19. Magnis copiis peditum equitumque profecti ad lacum Regillum in agro Tusculano agmini hostium occurrerunt. *Horat.* 1. *Ep.* 13. 1. Ut proficiscentem docui te sæpe diuque. *Id.* 2. *ibid.* 2. 20. Dixi me pigrum proficiscenti tibi. *Justin.* 18. 5. 9. Quo fessos longa navigatione socios, quoad proficisceretur, reficere posset. *Ulp. Dig.* 17. 2. 52. *a med.* Si quis ex sociis propter societatem profectus sit. — Cum opposito *iter facere* apud *Cic. Ligar.* 7. 22. Una est profectus cum iis, quorum erat una causa: tardius iter fecit. ¶ 2. Latiori sensu, vel translate, ut aliis placet, est velle ire, evadere, tendere. *Plaut. Aulul.* 1. 2. *in fin.* Nunc, quo profectus sum, ibo. *dove mi sono incamminato.* et *Rud.* 3. 6. 8. Etiam ne in ara sedebant, quum ad me profectu's ire? *quando ti sei mosso per venire da me.* Alii leg. *ires.* et *Trin.* 3. 2. 2. Potin'ut me ire, quo profectus sum, sinas? *Ter. Eun.* 2. 2. 49. Detineo te fortasse: tu profectus alio fueras. *tu eri incamminato per altrove.*

II.) Translate. ¶ 1. In oratione aliquando est pergere, transire. *Cic.* 5. *Verr.* 5. 10. Verum hæc dicentur alio loco: nunc proficiscemur ad reliqua, si pauca ante fuerimus a vobis, judices, deprecati. ¶ 2. Item in dicendo aut scribendo est incipere, *cominciare. Cic. pro lege Manil.* 2. 4. Ut inde oratio mea proficiscatur, unde hæc omnis causa ducitur. *Id.* 5. *Fin.* 8. 23. Quum omnis hæc quæstio ab eo proficiscatur, quod dicimus naturæ esse aptum et accommodatum. *Id.* 1. *Legg.* 6. 18. Doctissimis viris proficisci placuit a lege. *Id.* 2. *Orat.* 14. 58. A philosophia profectus. *h. e.* post philosophiæ studia Xenophon scripsit historiam. ¶ 3. Sæpissime de iis omnibus generatim, quæ alicunde ducuntur, aut proveniunt, et præcipue quæ alicunde principium aut originem habent. *Cic.* 2. *Nat. D.* 55. 139. Venæ et arteriæ, a corde tractæ et profectæ, in corpus omne ducuntur. *Id.* 1. *Invent.* 38. 68. Ut ex medicina nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis utilitatem spectet (*venire, uscire*); sic a legibus nihil convenit arbitrari, nisi quod reipublicæ conducat, proficisci. *Id.* 2. *Fam.* 19. Quæcumque a me ornamenta ad te proficiscentur. *et* 3. *ibid.* 1. Intelligo omnia, quæ a me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. *Nepos Att.* 9. P. Volumnio ea tribuit, ut plura a parente proficisci non potuerint. *Cic.* 3. *Fin.* 7. 23. Quum omnia officia a principiis naturæ proficiscantur, ab iisdem necesse est proficisci ipsam sapientiam. *Id.* 1. *ibid.* 21. 72. Quæ a falsis principiis profecta, vera esse non pos-

sunt. *Id.* 2. *ibid.* 14. 45. Ut, profectus a caritate domesticorum ac suorum, serpat longius. *h. e.* post caritatem suorum feratur ad amandos alios. *Brutus* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 4. *a med.* Unum hoc, grato animo liberalique profectum, cautiorem liberalitatem desiderat. *Grat. Cyneg.* 5. Post alia propiore via, meliusque profecti, Te sociam, Ratio, rebus sumpsere gerendis. *Cic.* 1. *Invent.* 35. 61. Partitio, quam omnes ab Aristotele profecti maxime secuti sunt. *i seguaci, gli scolari.* et 1. *Divinat.* 3. 5. Zeno et ii, qui ab eo essent profecti. *Ovid.* 3. *Met.* 35. Tyria de gente profecti. *Virg.* 8. *Æn.* 51. Arcades his oris, genus a Pallante profectum. *che viene, che discende.*

PRŌFĪCŪĒ, adverb. cum utilitate. *Plin. Valer.* l. 2. c. 37. *p.* 186. *retro* ed. *Ald.* Asparagi item radix teritur, et ex ea denarii tres ex vini cyathis tribus potui dantur proficue.

PRŌFĪCŪUS, a, um, adject. *proficuo*, utilis. *Cassiod.* 1. *Variar.* 39. Quibus mora potest esse proficua.

PRŌFĪLĬUS, ii, m. 2. qui ex filio progenitus est. *Inscript.* apud *Gruter.* 865. 9. CLAVDIVS ANTIPATRVS SIBI ET SVIS ET HEREDIBVS PROFILIISQVE SORVM. Ita *Gruterus*; sed *Apianus p.* 30. 6. et *Fabrett.* in emendat. habent *profiliisque*, probante *Orell. Inscript.* 4727.

PRŌFINDO, is, fĭdi, fissum, ere, a. 3. *fendere*, κατακόπτω, proscindo. *Stat.* 10. *Theb.* 512. quanta pariter service gementes Profindunt inarata diu Pangæa juvenci. *Alii leg.* profringunt, *alii* perfringunt.

PRŌFĪTĔOR, fĭtĕris, fessus sum, fĭteri, dep. 2. (pro et fateor: *Varro* 6. *L. L.* 55. *Müll.* Hinc (*a verbo fari*) fassi ac confessi, qui fati id quod ab his quæsitum. Hinc professi.) Part. *Profitens* 3. *c.*; *Professus* in omnibus paragr. et in fin.; *Professurus* 5.; *Profitendus* 1. et 3.— Profiteor est palam fateor, aperte affirmo, publice confiteor, præ me fero, jacto. Differt a *fateor*. Fatemur enim coacti, et rei: profitemur sponte et ultro, ὁμολογέω, ἐπαγγέλλομαι (It. *professare, confessare pubblicamente, dichiararsi, protestarsi, spacciarsi;* Fr. *declarer publiquement et librement, reconnaître hautement;* Hisp. *declarar publicamente y libremente, renocer, confesar*; Germ. *frei heraus-, frei-, öffentlich bekennen, gestehen*; Angl. *to profess, declare openly, own, acknowledge, avow*). ¶ 1. Generatim. *Cic. Cæcin.* 9. 24. Ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur. *Id. Rabir. perduell.* 5. 17. Quamobrem fateor, atque etiam profiteor, et præ me fero, etc. *Id.* 2. *Fin.* 23. 76. Profiteri, et in medium proferre aliquid. *Cæs.* 7. *B. G.* 2. Profitentur Carnutes, se nullum periculum recusare. *Cic.* 1. *Nat. D.* 5. 12. Cujus rei tantæ facultatem consecutum esse me, non profiteor; secutum esse, præ me fero. *Ovid. Heroid.* 21. 129. Cur me quum peteres, ea non profitenda putabas, Propter quæ nobis ipse petendus eras? *h. e.* significanda, jactanda, aut promittenda. *Sueton. Aug.* 45. Ingenue profiteri aliquid. *Id. Cæs.* 34. Professus ante inter suos, ire se ad exercitum sine duce, et inde reversurum ad ducem sine exercitu. ¶ 2. Speciatim *profiteri se amicum, grammaticum etc.* est declarare, aperte fateri se esse amicum, grammaticum etc., *darsi a conoscere per, dichiararsi per etc. Cic.* 2. *Tusc.* 4. *ad fin.* Si grammaticum se professus quisquam, barbare loquatur. *Poeta trag.* apud *Cic.* 2. *Herenn.* 26. 42. Quem ego me profiteor esse. *Cic. Orat.* 9. 30. Se Thucydidios esse profitentur. *Id. Mur.* 13. 28. Triduo me jureconsultum esse profitebor. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 2. professus amicum. *Sueton. Aug.* 4. Profiteri se candidatum consulatus. *Id. Galb.* se legatum. ¶ 3. Item speciatim *profiteri scientiam, artem* etc. est eam callere, atque adeo docere, exercere. — *a*) Cum Accusativo. *Cic.* 1. *Orat.* 10. 44. Quamobrem ista tanta tamque multa profitenda, Crasse, non censeo. *Id.* 2. *Tusc.* 4. 12. Profiteri scientiam (*musicæ*) et *ibid.* artem vitæ. *Id. Pis.* 29. 71. philosophiam. *Cels. præf.* medicinam. *Ovid.* 3. *Art. Am.* 531. jus. *Ammian.* 14. 6. artem tesserariam. — *b*) Absolute de iis, qui publice rhetoricam docent. *Plin.* 2. *Ep.* 18. Quum omnes qui profitentur, audiero, quid de quoque sentiam, scribam. *Id.* 4. *Ep.* 11. *ad fin.* Translatus est in Siciliam, ubi nunc profitetur, seque de fortuna præfatonibus vindicat. — *c*) Latiori sensu huc pertinent et illa, in quibus est præ se ferre, *mostrare. Ovid.* 3. *Art. am.* 433. Sed vitate viros cultum formamque professos. *h. e.* qui præ se ferunt. *Nemesian.* 5. *Ecl.* 22. Sola Jovem Semele vidit Jovis ora professum. *h. e.* ostendentem. *Albinov.* 1. 87. vultu profitente dolorem. *h. e.* præ se ferente, monstrante. Sic *Justin.* 8. 5. 11. Crescit dissimulatione ipsa dolor, hoc altius demissus, quo minus profiteri licet. ¶ 4. *Profiteri indicium*, exhibere se indicem ac revelatorem sceleris occulte ab se una cum aliis admissi, palam fateri complices facinoris: quod, quia qui faciunt, fere solent delicti veniam obtinere, nos dicimus *pigliare l'impunità. Sall. Jug.* 35. Sed ipse deprehensus, multis hortantibus indicium profitetur. *Tac.* 6. *Ann.* 3. *extr.* Summum supplicium decernebatur, ni professus indicium foret. Adde *Auct. B. Alex.* 55.; *Plin.* 3. *Ep.* 16.; et *Senec.* 10. *Excerpt. controv.* 6. ¶ 5. Item est palam ultroque polliceri, *esibire, promettere. Plaut. Capt.* 3. 1. 19. Salvete, inquam: quo imus una ad prandium? atque illi tacent. Quis ait hoc, aut quis profitetur? inquam: quasi muti silent. *Cic.* 5. *Fam.* 8. *circa med.* Ego vero tibi profiteor atque polliceor eximium et singulare meum studium in omni genere officii. *Id. Rosc. Am.* 53. 153. Si id vos suscipitis, et eadem in re operam vestram profitemini. *Id.* 1. *Orat.* 22. 103. Ut nulla sit res, de qua se non omnia, quæ dici possunt, profiteantur esse dicturos. *Cæs.* 3. *B. C.* 19. Varro profitetur se altera die ad colloquium venturum. *Id.* 5. *B. G.* 38. Se ad eam rem profitetur adjutorem. *Auct. B. Alex.* 59. Se Cæsaris causam professurum pollicetur. *Horat. Art. P.* 14. Inceptis gravibus plerumque et magna professis Purpureus, late qui splendeat, unus et alter Adsuitur pannus. *Id. ibid.* 27. professus grandia turget. *Ovid.* 5. *Fast.* 351. *de Flora.* Non est de tetricis, non est de magna professis. *et* 2. *ibid.* 198. *de Fabiis.* Sumunt gentiles arma professa manus. *h. e.* quæ pollicitæ sunt patriæ defensionem, et bellum gesturas cum Vejentibus. ¶ 6. Est etiam *profiteri* nomen et bona sua in censum referre; item publice et apud acta quippiam ultro denunciare, significare, deferre, *dare in nota. Cic. Arch.* 4. 7. Professus est apud prætorem Q. Metellum. *Id.* 5. *Verr.* 15. 38. Edixerat, ut aratores jugera sationum suarum profiterentur. *Id.* 2. *leg. Agr.* 22. 59. Ut quicumque de provincia decesserit, apud decemviros, quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarii, profiteatur. *Vet. Tab. æn.* apud *Murat.* 582. *init.* Iisdem diebus ad consulem profitemino. *h. e.* profiteatur. *V.* ANTESTOR. *Varro* 2. *R. R.* 1. 16. Greges ovium ad publicanum profitentur, ne si inscriptum pecus paverint, lege censoria committant. *Liv.* 4. 12. *ad fin.* Profiteri cogendo frumentum, et vendere quod usui menstruo superesset. *Id.* 26. 18. Ut qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. *si dichiarassero concorrenti*, palam significarent se petere: quod *Id. paullo post* integre dixit. Absolute eod. sensu *Vellej.* 2. 92. 3. Nam et quæsturam petentes, quos indignos judicavit, profiteri vetuit. *Sall. Cat.* 18. Catilina pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat petere consulatum, quod intra legitimos dies profiteri nequiverit. *legitimos dies* intellige trinundinum ante comitia, h. e. fere triginta dierum spatium. *V. Cic.* 16. *Fam.* 12. et *Liv.* 3. 35. Alii verba *Sallustii* de profitendo censu intelligi volunt, quod mos esset, ut candidati æs alienum profiterentur. Etenim *Seneca* 6. *Benef.* 20. Si quis patriæ meæ pecuniam credat, non dicam me illius debitorem, nec hoc æs alienum profitebor aut candidatus, aut reus. — Et in re turpi. *Ovid.* 4. *Fast.* 866. Multa professarum quæstibus aeta Venus. *h. e.* meretricum, quæ cogebantur profiteri apud ædiles, si vellent vulgare corpora; qua de re *Tac.* 2. *Ann.* 85. et *Sueton. Tib.* 35. — Passive. *Quintil. Declam.* 341. Rem non professam apud nos tenemus. *non data in nota.* Publicanorum verba sunt. — *Profiteri nomen* alio sensu *Ter. Eun. prol.* 1. Si quisquam est, qui placere se studeat bonis, In his poeta hic nomen profitetur suum. *h. e.* profitetur se esse unum ex his, qui bonis placere student. — Hinc Part. præter., cujus exempla et superius retulimus,

Professus, a, um, passive quoque usurpatur, et est vulgatus, testatus, manifestus, notus, *noto, manifesto, dichiarato. Ovid.* 3. *Amor.* 14. 6. Solaque deformem culpa professa facit. *Phædr.* 4. 7. 8. Nec ad professæ mortis audacem viam Fabricasset Argus opere Palladio vatem. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 24. Ergo dies aderat Parcarum conditus albo Vellere, quo stellæ, Violantillæque professus Clamaretur Hymen. *Justin.* 8. 4. 4. Orant ut professum adversus Phocenses ducem Græciæ exhibeat. *h. e.* præbeat se apertum ducem etc. *Quintil. Declam.* 3. 12. Non hic professus est furor? non aperta dementia est? — Hinc — *a*) *Ex professo,* non dissimulate, palam, et data opera, quasique profitendo, *apertamente, per professione, exprofesso. Seneca Ep.* 14. *ante med.* Pars securitatis est, non ex professo eam petere. *Quintil.* 11. 1. 33. Philosophiam ex professo ostentantibus parum decori sunt plerique orationis ornatus. *Macrob.* 2. *Saturn.* 9. Vir ex professo mollis. — *b*) *De professo* idem est. *Apul. de Mag. sub init.* Ac ne id quidem de professo audet.

PRŌFLĀMEN, ĭnis, m. 3. qui flaminis vice agit: ut proquæstor, proconsul. *Inscript. Fratr. Arval.* apud *Murat.* 341. *sub fin.* SACERDOTES PER CATILIVM SEVERVM PROFLAMINEM AGNAM OPIMAM IMMOLAVERVNT etc. Alia apud *Gruter.* 124. 1. IBIQVE SACERDOTES PER TI. IVLIVM IVLIANVM PROFLAMINE MAGNAS OPIMAS IMMOLAverunt. Corrige *proflaminem agnas opimas* etc.

PRŌFLĀTUS, a, um. *V.* PROFLO.

PRŌFLĀTUS, us, m. 4. perflatus, ventus, καταπνευμα, *soffio, aria.*

I.) Proprie. *Colum.* 5. *R. R.* 9. 7. In Favonium dirigi ordines convenit, ut æstivo proflatu refrigerentur. *At* Schneider. *leg.* perflatu.

II.) Translate. *Stat.* 10. *Theb.* 320. *de ebrio stertente.* Stratus humo gelida subter juga fida rotasque Proflatu terrebat equos. *russo.*

PRŌFLICTUS, a, um, part. a *profligo*, profligatus. *Gell.* 15. 5. Semper eo verbo (*profligo*) qui diligenter locuti sunt, ita usi sunt, ut profligare dicerent prodigere et deperdere: profligatasque res, quasi proflictas et perditas appellarent.

PRŌFLĪGĀTĬO, ōnis, f. 3. profligandi actus: hinc

I.) Proprie est certamen. *Novell. Theod. tit.* 26. Summam profligatione contentionis in posterum ab hujusmodi exactionis inquietudine liberamus.

II.) Translate est *scialacquo*, dispersio, dissipatio. *Auson. Perioch.* 2. *Odyss.* De contumelia domus, et bonorum profligatione conquestus. *Ennod. Agnell. p.* 632. Facies pudorem meum in statione esse si relegas, in profligatione maxima si transcribas. *h. e.* clade.

PRŌFLĪGĀTOR, ōris, m. 3. *scialacquatore*, καταναλίσκων, ῥαίστης, qui profligat, seu prodigit, consumit, decoctor.

I.) Proprie. *Tac.* 16. *Ann.* 18. Habebatur non ganeo et profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu.

II.) Translate. *Ennod. Dict.* 18. Jam dudum a te ista per audaciam præsumpta sunt, quum arcem justitiæ profligator intrasti.

PRŌFLĪGĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌFLĪGO, as, āvi, ātum, āre, a. 1. (pro *et* fligo). Part. *Profligans* II. 1.; *Profligatus* I. *a.*, II. 1. et 2. et in fin; *Profligandus* I. *a.*; *Proflictus V.* loco suo. — Profligare est aliquem in anteriori parte percutiendo ad terram sternere, affligere, dejicere, prosternere, a *fligo* percutio,

καταβάλλω (It. *gettare a terra, atterrare, abbattere, rovesciare*; Fr. *renverser, abattre, terrasser*; Hisp. *derribar, derrocar, abatir, echar por tierra*; Germ. *niederschlagen, über d. Haufen werfen, überwältigen, besiegen*; Angl. *to throw or dash to the ground, throw or cast down*).

I.) Proprie. — *a*) Quum de prœlio et bello est sermo, significat fundere, dejicere, *sconfiggere, sbaragliare, rovesciare, rompere*. *Cic. 14. Phil. 14. 37.* Quum C. Cæsar copias hostium profligarit. *Plaut. Mil. glor. 2. 2. 75.* Confidentia est, nos inimicos profligare posse. *Cæs. 3. B. C. 32.* Quod classem hostium primo impetu profligaverim. *Sil. It. 11. 399.* multoque mero soinnoquo virorum Profligauda acies, quam non perfregerit ensis. *Nepos Datam. 6. ad fin.* Tali consilio uno tempore et proditores perculit, et hostes profligavit. *Tac. 14. Ann. 36.* Profligare prœlia. *h. e.* prœliantes fundere. *Id. 12. ibid. 14.* Profligata acies. *Sueton. Cæs. 30.* Pharsalica acie cæsi profligatique adversarii. — *b*) Extra rem militarem. *M. Cœlius* apud *Quintil. 4. 2. 123.* Namque ipsum offendunt temulento sorupore profligatum, totis præcordiis stertentem, ctuosos spiritus geminare.

II.) Translate. ¶ 1. Est pessundare, prodigere, deperdere (ut ait *Gell. 15. 5.*), disperdere, labefactare, ruere, *ridurre a mal termine, rovinare, sconquassare*. *Cic. 3. Orat. 1. 3.* Quum suis consiliis rempublicam profligasset. *Nepos Pelop. 2.* Numquam ab tam tenui initio tantæ opes sunt profligatæ. *Liv. 33. 19.* Quamvis prope toto orbe terrarum, undique se suosque profligante fortuna, urgebatur. *Justin. 22. 8. 1.* Profligatæ in Africa res. *Gell. 15. 5.* Profligatas res, quasi proflictas et perditas appellarunt. *Id. 19. 5.* Valetudinem profligare. *rovinare, guastare la complessione, la sanità. Tertull. Apolog. 42.* Tura plane non emimus. Si Arabiæ queruntur, scient Sabæi pluris et carioris suas merces Christianis sepeliendis profligari, quam diis fumigandis. *h. e.* impendi, absumi. ¶ 2. Item est rem cœptam promovere, et prope finem adducere, *ridurre a buon o mal termine*. — *a*) Speciatim de bello. *Liv. 21. 40. extr.* Cum fœderum ruptore deos ipsos committere ac profligare bellum: nos, qui secundum deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere. *Sueton. Oth. 9.* Quamprimum decertare statuit, sperans, ante Vitellii adventum profligari plurimum posse. Reprehendit *Gell. 15. 5.* eos, qui hoc sensu usurpant, ignarus inter hos et *Ciceron.* et *Liv.* esse, et in monumento Ancyrano *Augustum*: ne *Tacitum* accenseam, *Florum* et alios. *Cic. 12. Fam. 50.* Profligatum bellum ac pæne sublatum. *Flor. 2. 15.* Primo tempore commissum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum est. — *b*) Generatim. *Cic. 5. Tusc. 6. 15.*; et *Seneca 7. Benef. 13.* Profligata jam hæc, et pæne ad exitum adducta quæstio est. In *monum. Ancyr.* apud *Gruter. 232.* Cœpta profligataque opera a patre meo perfeci. *Liv. 3. 50. a med.* Profligatam jam rem nunciando Romæ esse. *Seneca Ot. sap. 29. sub fin.* Profligatæ ætatis homo. *Arnob. 7. 36.* Ludis jam terminatis, profligatisque curriculis, non multi post temporis spatium civitatem occepisse pestilentia vastari. *h. e.* absolutis, confectis, *finiti, terminati*. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus,

Profligatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Profligatissimus 2.*, et ¶ 1. Est miser, infelix, dejectus. *Cic. 2. Cat. 1. 2.* Quanto illum mœrore afflictum esse et profligatum putatis? *abbattuto*. et 2. *Verr. 3. 8.* Usque eo senatoria judicia perdita profligataque esse arbitratur, ut etc. Ubi *Scholiast*: Perdita, ita ut nulla sint: profligata, violata, addicta. *malissimo esercitati, corrotti*. Etiam *Ascon.* adscribit, perditum esse, quod inveniri non potest, profligatum quod potest: Ciceronem tamen velle hoc loco, pejus esse profligata, quam perdita. ¶ 2. Refertur etiam ad mores, et dicitur de eo, qui adeo pravus et scelestus est, ut vix resipiscendi spem præbeat, et prope desperatus sit, *pessimo, scellerato, malvagio*. *Cic. Arch. 6. 14.* Numquam me in hos profligatorum hominum quotidianos impetus objecissem. *Id. 5. Verr. 26. 65.* Tu omnium mortalium profligatissime ac perditissime. *Id. Rosc. Am. 13. 38.* Mores feros, immanemque naturam, et vitam vitiis flagitiisque omnibus deditam, et denique omnia ad perniciem profligata atque perdita. *Sueton. Tib. 35.* Ex juventute utriusque ordinis profligatissimus quisque. *Ammian. 26. 8. ante med.* Profligato morem gerere nebuloni destituendo jam et casuro. ¶ 3. *In profligato esse*, prope absolutum et affectum esse, *esser quasi compito*: ratio loquendi usitata ætate *Gellii*. ut ipse testatur 15. 5., reprehenditque etiam, sed injuria, ut supra dictum est.

PRŌFLO, as, āvi, ātum, āre, a. 1. (pro *et* flo). Part. *Proflans* I.; *Proflatus* II. 1. et 2. — Proflo est idem ac flo, efflo, cum flatu emitto, ἐκπνεύω, *soffiare, spirare*.

I.) Proprie. *Val. Flacc. 6. 435.* Noctem tartaream proflantes pectore tauri. *Id. 7. 571.*; et *Ovid. 1. Fast. 573.* Taurus immani proflavit turbine flammas. *Stat. 11. Theb. 266.* Sanguineos proflantem pectore rivos. *Q. Cic. in carm. de vi signor. cœlest.* apud *Auson.* in *Eclogar.* Languificusque Leo proflat ferus ore calores. *Auson. epigr. 65.* Ærea bos steteram. Mactata est vacca Minervæ: Sed dea proflatam transtulit hinc animam.

II.) Translate. ¶ 1. Est inflare, flatu implere. *Apul. 7. Met.* Porrectis auribus, proflatisque naribus, rudivi fortiter. ¶ 2. Est etiam flando resolvere, *liquefare, struggere*. *Plin. 34. Hist. nat. 9. 20. (97).* Massa (*æris*) proflatur in primis; mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei. *et mox.* Miscentur et plumbi pondo duodena centenis proflati. ¶ 3. Poetice — *a*) *Proflare pectore somnum* est inter dormiendum ex pectore sonorum flatum emittere, stertere, *russare*. *Virg. 9. Æn. 326.* qui forte tapetibus altis Exstructus toto proflabat pectore somnum. Simile est illud *Statii 2. Theb. 76.* Serta inter vacuosque mero crateras anhelum Proflabant sub luce deum. *h. e.* Bacchum. — *b*) *Proflare iram* est flatu iram testari, ut solent feræ, *sbuffare*. *Plin. 8. Hist. nat. 4. 5. (9).* Subsistere ab olfactu, circumspectare, iras proflare.

PRŌFLŪENS, entis. *V.* PROFLUO.

PRŌFLŪENTER, adverb. Comp. *Profluentius*. — Profluenter occurrit translate tantum, et est expedite, facile. *Cic. 5. Tusc. 18. 53.* Sequitur, ut nihil pœniteat, nihil desit, nihil obstet. Ergo omnia profluenter, absolute, prospere. Igitur beate. *Gell. 14. 1. a med.* Latius ea, et amœnius, et splendidius, et profluentius exsequebatur. *h. e.* majori facilitate et volubilitate verborum.

PRŌFLŪENTĬA, æ, f. 1. *profluvio, abbondanza*, profluvium, abundantia. *Cic. Partit. orat. 23. 81.* Illam disputandi prudentiam imitatus concertatio captatioque verborum: et hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi.

PRŌFLŬO, flŭis, fluxi, fluxum, flŭere, n. 3. (pro *et* fluo). Part. *Profluens* I. et in fin. — Profluo est idem ac porro fluo, defluo, dimano, προρρέω (It. *scorrere, correre in giù*; Fr. *découler, couler*; Hisp. *fluir, gotear, manar, destilar*; Germ. *hervorfliessen-, strömen, fortfliessen*; Angl. *to flow or gush out, run down, stream or trickle down*).

I.) Proprie. *Cæs. 4. B. G. 10.* Mosa profluit ex monte Vogeso. *Colum. 6. R. R. 7. 4.* Si lacrimæ ab oculis, et pituita a naribus profluent. *Plin. 33. Hist. nat. 4. 21. (76).* Profluere per fossas. *Cic. 1. Divinat. 44. 100.* Si lacus emissus lapsu et cursu suo ad mare profluxisset. *Plaut. Asin. 4. 1. 51.* Gravedo profluit. *distilla*. et *Cels. 3. 6. a med.* Videndum est, an adstrictum corpus sit, an profluat. *et in fin.* Si venter profluit. *Plin. 5. Hist. nat. 29. 30. (110).* Pactolus ex Tmolo profluens. *Id. 29. ibid. 6. 35. (114).* Sanguis a cerebro profluens. *Justin. 15. 4. 17.* Sudorem profluentem detergere.

II.) Translate. *Cic. 4. Herenn. 33. 44.* Cujus ore sermo melle dulcior profluebat. *Varro 8. L. L. 62. Müll.* Ab hoc fonte quæ profluant, animadvertere est facile. *Cic. Cæl. 3. 6.* Equidem ab his fontibus profluxi ad hominum famam, et meus hic forensis labor dimanavit ad existimationem hominum. *h. e.* veni, exivi, emersi. *Tac. 11. Ann. 26.* Messalina ad incognitas artes profluebat. *h. e.* prolabebatur, ruebat. *Sueton. Rhet. 1. a med.* Quare magno studio hominibus injecto, magna etiam professorum ac doctorum profluxit copia, adeoque floruit, ut etc. — Hinc Part. præs., cujus exempla et supra retulimus,

Profluens, entis, adjective quoque usurpatur, et est qui profluit, profluus, *corrente, scorrente*, προρρέων.

I.) Proprie. — *a*) Adjective. *Cic. 3. ad Q. fr. 1. 2.* Vidi permultis locis aquam profluentem, et eam uberem. *Liv. 1. 4.* Pueros in profluentem aquam mitti jubet. — *b*) Absolute, substantivorum more, est aqua profluens, *la corrente*. *Cic. 2. Invent. 50. 149.* In culeum conjectus in profluentem deferretur. *Plin. 17. Hist. nat. 10. 11. (61).* In qualo pedibus in profluente deculcare aliquid. Adde *Flor. 1. 1. et 4. 12.*

II.) Metaphorice est fusus, liquidus, expeditus, facilis: et refertur ad orationem. *Cic. 2. Orat. 38. 159.* Genus sermonis affert non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum ac minutum. *et 3. ibid. 48. 185.* Rudis et impolita putanda est illa sine intervallis loquacitas perennis et profluens. *et ibid. 7. 28.* Profluens quiddam habuit Carbo, et canorum. *Id. Brut. 61. 220.* Orator proximus optimis numerabatur propter verborum bonitatem, et expeditam ac profluentem quodammodo celeritatem. *Tac. 13. Ann. 3.* Augusto prompta ac profluens, quæ deceret principem, eloquentia fuit. *Cic. 2. Orat. 15. 64.* Verborum autem ratio, et genus orationis, fusum atque tractum, et cum lenitate quadam æquabili profluens.

PRŌFLŪUS, a, um, adject. *scorrevole, corrente*, προρρέων, profluens.

I.) Proprie. *Plin. 19. Hist. nat. 4. 20. (60).* Hortos villæ jungendos, non est dubium, riguosque maxime habendos, si contingat, profluo amne. *Alii leg.* præfluo. *Colum. 8. R. R. 17. 9.* In ea parte litoris, quæ profluo recessu numquam destituitur. *Prudent. 10. περὶ στεφ. 843.* Venarum ut undam profluam manantium exciperet. *Sidon. 4. Ep. 23.* Lacrimæ profluæ, ubertimque manantes.

II.) Translate et active. *Claud. Mamert. 2. Stat. anim. 9. a med.* Ingenii subtilissimus, scientiæ plenus, eloquii profluus.

PRŌFLŪVĬUM, ii, n. 2. *flusso, corso, profluvio*, καταῤῥοή, fluxio copiosa, fluor, fluxus, cursus. *Lucret. 6. 1205.* Profluvium vero qui tætri sanguinis acre Exierat, tamen etc. *Colum. 6. R. R. 33. 2.* Profluvium sanguinis per nares. *Plin. 32. Hist. nat. 10. 42. (124).* narium sistere. *Id. 28. ibid. 6. 17. (61).* urinæ cohibere. *Colum. 9. R. R. 13. 2.* alvi. *soccorrenza*. Et absolute *Cels. præf. a med.* Si corpus adstrictum est, digerendum esse: si profluvio laborat, continendum. *M. Cæs.* inter *Fronton.* 3. ad *M. Cæs. 55.* De profluvio isto bene spero: nam etsi nunc te exhauserit, tamen, diis volentibus, confido salubriter sponte provenisse alvum tibi verno tempore, quum alii consulto movent et machinantur. *Plin. 7. Hist. nat. 15. 13. (63).* Profluvium mulierum. *h. e.* menses. *et ibid. 14. 12. (61).* genitale. *idem. et 22. ibid. 22. 40. (83).* genituræ. γονόῤῥοια.

PRŌFLŪVĬUS, a, um. adject. profluens, labilis. *scorrevole*. — *a*) Adjective et translate *Cæcilius* apud *Priscian. 6. p. 699. et 7. p. 772. Putsch.* Itane Antipho est inventus profluvia fide? *h. e.* fallaci, inconstanti, fluxa. *V.* IMMEMORIS. — *b*) *Atticus profluvius* (substantive, idem ac profluvium) apud *Veget. 1. Veterin. 17. et 38.* est morbi genus in jumentis, quum nempe de naribus pro muco humor defluit male olens et spissus, colore pallido: fortasse est, quod Galli *la monce*, Itali *il moccio dei cavalli* dicunt.

Hoc Atticum fuisse nominatum putat *Gesnerus* ad similitudinem signorum in peste Attica commemoratorum a *Thucyd.* *l.* 2. *c.* 49., ubi tamen hujus profluvii nulla fit mentio. Sed hæc nimis longe petita est ratio. Hinc *Schneiderus* arbitratur, hoc morbi genus ita fuisse appellatum, quod primum observatum fuerit ab Atticis scriptoribus. Fatendum tamen est, dubiam esse his in locis codicum lectionem.

PRŌFOR, fāris *vel* fāre, fātus sum, fāri, dep. 1. *Profarier* paragoge. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 939. — Part. *Profans.* 2.; *Profatus* 1. — Profari est effari, eloqui, dicere, ἔκφημι, *dire, parler.* Vox fere poetica. ¶ 1. Generatim. *Accius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 28. *Müll.* Veteres Casmenas, cascas res, volo profari. *Pacuvius* apud *Non. p.* 424. 4. *Merc.* quod mehe piget paternum nomen, maternum pudet profari. *Id.* apud *eumd. p.* 74. 31. Haud sinam quidquam profari. *Virg.* 1. *Æn.* 561. Tum breviter Dido vultum demissa profatur. *Id.* 4. *ibid.* 361. et sic accensa profatur. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 57. pudor prohibebat plura profari. *Ovid.* 11. *Met.* 289. moveat quæ tantas causa dolores, Peleusque comitesque rogant: quibus ille profatur: Forsitan etc. *Lucan.* 9. 251. sic ille profatus insiluit puppi. *h. e.* quum effatus esset. *Sil. It.* 2. 201. Dumque ea nequidquam non ulli læta profatur, etc. *Petron. Satyr.* 121. Si modo vera mihi fas est impune profari. — Part. *Profatus* passive legebatur olim apud *Lucret.* 6. 81. quamquam sunt a me multa profata, Multa tamen restant. *At* Lachmanni *Codices habent* profecta. ¶ 2. Speciatim est prædicere, *predire, profetizzare,* πρόφημι. *Livius Andron.* apud *Gell.* 3. 16. Quando dies adveniet, quem profata Morta est. *h. e.* prædixit, determinavit. *Lucret.* 1. 749. Pythia quæ tripode e: Phœbi lauroque profatur. *Petron. Satyr.* 89. Quum, Delio profante, cæsi vertices Idæ trahuntur. *Ulp. Dig.* 21. 1. 1. *a med.* Si Servus inter fanaticos non semper caput jactaret, et aliqua profatus esset. — Hinc

Prŏfātum, i, n. 2. ¶ 1. Generatim est effatum, dictum. *Gell.* 16. 8. Ἀξιώματα, quæ M. Varro alias profata, alias proloquia appellat. ¶ 2. Speciatim est oraculum. *Capell.* 1. *p.* 10. Quocirca officio decentiore Paret præcluibus libens profatis Arcas in thalamos venire jussus. *h. e.* Mercurius ab Apolline venire jussus nobili oraculo libens paret.

PRŌFRINGO. *V.* PROFINDO.

PRŌFŬGĬO, fŭgis, fūgi, fŭgere, 3. (pro *et* fugio). Primam producit *Juvencus* 2. 477. Profugite e tectis, quæ vos sectabitur, urbis. — Part. *Profugiens* sub *B.* — Profugere occurrit *A*) Neutrorum more, et *B*) Active.

A) Neutrorum more ¶ 1. Generatim est procul fugere, aufugere, diffugere, ἀποφεύγω (It. *fuggir lungi, scampare;* Fr. *s'enfuir, s'echapper, se sauver;* Hisp. *huirse, escaparse, acogerse;* Germ. *fort-, weg-, entfliehen, davonfliehen;* Angl. *to flee, fly, run away, escape*). Occurrit — *a*) Cum addito termino, a quo quis profugit, per Adverbia, vel per Ablativum et præpos. *ex, ab. Cic.* 5. *Verr.* 51. 120. Hinc centum patresfamilias extorres profugerunt. *Id. Senect.* 14. 47. Libenter istinc, tamquam a domino agresti ac furioso, profugi. *Cæs.* 7. *B. G.* 11. et 26. Cœperunt ex oppido profugere. *Vellej.* 2. 19. 3. Profugere e carcere. *Cic. pro leg. Manil.* 9. 22. ex Ponto. Sic *Sall. Jug.* 13. ex prœlio in provinciam. *Justin.* 22. 8. 8. a castris. *Cic. Brut.* 89. 306.; et *Liv.* 1. 59. domo. — Huc pertinet et illud *Petron. Satyr.* 90. extra templum. — *b*) Cum addito termino, ad quem quis profugit, per Adverb. vel Accus. et præp. *in. Ter. Adelph.* 3. 3. 31. Profugiet aliquo militatum. *Auct. B. G.* 8. 13. longius. *Cæs.* 2. *B. G.* 14. Profugere in Britanniam. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 6. 5. (13). in altum. *Cæs.* 2. *B. C.* 23. Appulsa ad litus trireme, pedibus Hadrumetum profugerat. *Justin.* 11. 12. 1. Profugere Babyloniam. *Cic. Dom.* 32. 86. in exsilium. — *c*) Absolute. *Lucret.* 3. 717. Sin ita sinceris membris ablata (*anima*) profugit, Ut etc. ¶ 2. Speciatim est confugere, *ricorrere, rifuggire. Cic.* 15. *Att.* 21. Scripsit filius, se profugere ad Brutum voluisse. *Cæs.* 5. *B. G.* 44. Qui a prima obsidione ad Ciceronem profugerat. *Sall. Jug.* 74. Jugurtha, amissis amicis, quorum plerosque ipse necaverat, ceteri formidine pars ad Romanos, alii ad regem Bocchum profugerant, etc. *Justin.* 13. 8. 5. Victus Neoptolemus ad Antipatrum et Polyperconta profugit, hisque persuadet, etc.

B) Active, seu cum Accusativo, est evitare, vel fugiendo evitare. *Accius* apud *Non. p.* 324. 2. *Merc.* Hostem profugiens. *Horat. Epod.* 16. 17. Phocæorum Velut profugit exsecrata civitas Agros atque lares patrios. *Suet. Cal.* 48. Vocatas itaque ad contionem inermes (*legiones*) equitatu armato circumdedit. Sed quum videret plerosque dilabi ad resumenda arma, profugit contionem. *Seneca Consol. ad Polyb.* 36. Conspectum conversationemque civium suorum profugit. *Colum.* 1. *R. R.* 3. 6. Ut propter injurias vicinorum sedes suas profugerint. *Id.* 10. *ibid.* 56. Sed trepidus profugit chelas et spicula Phœbus. *Manil.* 4. 577. in piscem sese Cytherea novavit, Quum Babyloniacas submersa profugit in undas Anguipedem alatis humeris Typhona furentem. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (14). Non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. *Seneca Herc. Fur.* 977. Profugit umbras Tityus. *Curt.* 10. 2. *a med.* Ne servi quidem uno grege profugiunt dominos. *Anton.* ad *Cic. post Ep.* 8. *l.* 10. *ad Att.* Contra, eum ne profugias, qui etc. *Alii delent* eum.

PRŌFŬGĬUM, ii, n. 2. *rifugio,* perfugium. Afferuntur *Ciceronis* loca 1. *Tusc.* 49. 118., *Cæcin.* 34. 100., 5. *Fam.* 15. *et* 7. *ibid.* 20., item *Sall. Jug.* 56. et *Cat.* 57., *sed ubique alii rectius* perfugium.

PRŌFŬGUS, a, um, adject. qui longe aliquo fugit, αὐτόμολος, φύξηλις, φυγάς (It. *fuggitivo, fuggiasco;* Fr. *fugitif, qui s'est enfui ou échappé;* Hisp. *fugitivo, el queanda huyendo, errante;* Germ. *fortflichend, flüchtig;* Angl. *fleeing, escaping by flight, fugitive*). ¶ 1. Generatim. — Stricto sensu — *a*) Cum addito termino, a quo quis profugit, per Ablativum sine præpos.; vel cum præpos. *ab, ex. Liv.* 1. 1. Profugus domo. *Tac.* 3. *Hist.* 56. Profugus altaribus taurus. *et* 4. *ibid.* 49. Urbe profugi. *et* 2. *ibid.* 46. e prœlio. *Flor.* 4. 2. *ad fin.* a prœlio. *Liv.* 1. 8. ex Peloponneso. — *b*) Cum Genitivo. *Tac.* 15. *Ann.* 1. Tiridates regni profugus. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 28. 29. (104). Bis ab Hannibale captus, bis vinculorum ejus profugus. *Flor.* 3. 22. Exsul et profugus feralis illius tabulæ. — c) Cum addito termino, ad quem quis profugit, per Accus. et præpos. *ad. Tac.* 15. *Ann.* 1. Profugus ad rebelles. — *d*) Absolute. *Ovid. Heroid.* 4. 155. Depuduit, profugusque pudor sua signa reliquit. *Colum.* 10. *R. R.* 104. et profugos vinctura papavera somnos. *Claudian.* 6. *B. Get.* 298. castra profuga. *h. e.* profugorum. ¶ 2. Latiori sensu est in fugam actus, *messo, cacciato in fuga. Sall. Jug.* 60. *extr.* Milites Jugurthini, postquam majore vi hostes urgent, paucis amissis profugi discedunt. *Val. Flacc.* 3. 57. profugi sternunt dumeta juvenci. *Claudian. B. Gild.* 12. Congressum, profugum, captum vox nunciat una. ¶ 3. Speciatim sæpe de iis dicitur, qui exsilio solum vertunt. *Sall. Cat.* 6. Trojani, qui, Æneа duce, profugi incertis sedibus vagabantur. *Val. Flacc.* 4. 556. profugi non sperat vellera Phrixi. *et* 8. 10. profuga Medea. *Propert.* 4. 1. 4. profugæ boves. *et ibid.* 39. profugos misisti, Troja, penates. *Ovid.* 13. *Met.* 627. *de Æneа.* profugaque per æquora classe Fertur ab Antandro. *et* 15. *ibid.* 506. profugo curru Trœzena petebam. *Lucan.* 4. 9. profugique a gente vetusta Gallorum Celtæ. *Liv.* 34. 60. Hannibal patria profugus pervenerat ad Antiochum. ¶ 4. Item speciatim de eo, qui errabundus huc illuc fertur, et domicilium crebro mutat, ut Scythæ. *Horat.* 1. *Od.* 35. 9. Te Dacus asper, te profugi Scythæ etc. ¶ 5. Absolute et substantivorum more est exsul, *bandito, esiliato, fuoruscito. Ovid.* 2. *Pont.* 9. 6. Quamque potes, profugo (nam potes) affer opem. *et* 3. *ibid.* 6. 39. An tu, quum tali populus sub principe simus, Alloquio profugi credis inesse metum?

PRŌFŬNDĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *profundo, as,* fundatus: ut Carina profundata, et bene statuta, *Plauto Mil. glor.* 3. 3. 43. sic legit *Taubmann.* ex MSS.; alii *probe fundata,* probante *Fleckeisen.*; alii minus recte *pro re fundata.*

PRŌFŬNDĒ, adverb. *profondamente,* βαθέως. — Comp. *Profundius* I.

I.) Proprie. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 66. (165). *de equis.* Quo quis acrior, in bibendo profundius nares mergit. *Prudent.* 5. περὶ στεφ. 119. Quod fixa non prŏfundius Intraret artus ungula. *Veget.* 1. *Veterin.* 17. Corpora mortuorum animalium exportanda sunt, et profunde obruenda sub terra.

II.) Translate. *Vulgat. interpr. Osee* 9. 9. Profunde peccaverunt, sicut in diebus Gabaa. Cf. *Cassiod. de anim.* 4. Cælestia profunde cogitat.

PRŌFŬNDĬTAS, ātis, f. 3. *profondità,* βαθύτης, altitudo, vorago.

I.) Proprie. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 6. *ante med.* Corporum tres sunt dimensiones, longitudo, latitudo, profunditas. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 2.

II.) Translate. *Hadrian. Imp.* apud *Vopisc. Saturnin.* 8. Civitas digna profecto sui profunditate, quæ totius Ægypti teneat principatum. *h. e.* amplitudine, opibus, multitudine civium. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 7. Nam illud (3. *Æn.* 379.), prohibent nam cetera Parcæ scire, Maronis est ex intima disciplinæ profunditate sententia.

PRŌFŬNDO, fundis, fūdi, fūsum, fundere. a. 3. (pro *et* fundo). Part. *Profundens* I. 1.; *Profusus* I. 1. et II. 1. 3., 5. et in fin.; *Profundendus* II. 2. — Profundo est idem ac large, aut extra fundo, effundo, καταχέω, προχέω (It. *spargere copiosamente, versare, mandar fuori*; Fr. *verser, épancher, répandre*; Hisp. *echar, derramar, verter*; Germ. *vorwarts od. nach vorn giessen, hingiessen, fliehen lassen*; Angl. *to shed copiously, pour forth or out*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic. Cluent.* 6. 18. Sanguinem suum profundere omnem cupit, dummodo profusum hujus ante videat. *Id.* 6. *de republ.* 14. Vim lacrimarum profudi. *Seneca Med.* 541. Liberos habere comites liceat, in quorum sinu lacrimas profundam. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (26). Aquas sub mensas profundere. *Virg.* 12. *Æn.* 154. lacrimas oculis Juturna profudit. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 60. 79. (164). Sanguinem ex oculis profundunt. *Claudian. Edyll.* 4. 13. *de Nilo.* fertur sine teste creatus, Flumina profundens alieni conscia cæli. *Ovid.* 8. *Met.* 764. abrupta cruor e cervice profusus. *et* 9. *ibid.* 679. lacrimis vultum lavere profusis. *et* 13. *ibid.* 636. Ture dato flammis, vinoque in tura profuso, etc. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 41. 96. (236). Profusum lac. — Similiter est etiam fundendo projicere, abjicere, *gettar via. Plaut. Aulul.* 2. 4. 29. Aquam hercle plorat, quum lavat, profundere. *Id. Curc.* 1. 1. 92. Profundis vinum; quæ te res agitant? ¶ 2. Speciatim de sepulcralibus profusionibus, de quibus *V.* PROFUSIO I. 2. *Inscript.* apud *Henzen.* 7336. ET TEMPORE ROSAE IVL. TERNAE EIS IONANTVR MICATAE DE X. SELECTIS EX X. L. PROFVNDANTVR.

II.) Figurate. ¶ 1. Est perfundere, vel rectius prosternere (ea ratione, qua *fundere humi aliquem* dicitur). *Lucret.* 4. 758. quum somnus membra profudit, Mens animi vigilat. *Id.* 6. 744. Præcipitesque cadunt, molli cervice profusa in terram. *Pacuvius* apud *Paul. Diac. p.* 228. 23. *Müll.* Profusus gemitu. *h. e.* abjectus, jacens, ut *Paul. Diac. ibid.* interpretatur. ¶ 2. Item edere, emittere, proferre. *Lucilius* apud *Non. p.* 217. 15. *Merc.* Non peperit, verum postica parte profudit. *Lucret.* 5. 225. quum primum in luminis oras Ex alvo matris puerum natura profudit. *Id.* 6. 400. Juppiter profundit sonitus. *tuona. et ibid.* 209. Profundere ignes. *Catull.* 64. 202. has mœsto profudit pectore voces. *Cic.* 2. *Tusc.*

23. 56. Profundenda voce omne corpus intenditur. *Id. Flacc.* 6. 15. Profundere clamorem. *Lucret.* 6. 6. *de Epicuro.* Omnia veridico qui quondam ex ore profudit. *Sueton. Tib.* 42. Cuncta simul vitia, male diu dissimulata, tandem profudit. *Seneca Hippol.* 526. prima quos mixtos deis Profudit ætas. *Cic.* 1. *Legg.* 8. 25. Ea, quæ frugibus atque baccis terræ fetu profunduntur. *Colum.* 5. *R. R.* 5. 17. Quum materia palmites profudit. — Sic de vita. *Sabin.* 1. 77. Animam per vulnera profudit. *Cic. pro Marcell.* 10. 32. Ut etiam ille sit melior, qui in acie cecidit, qui in causa animam profudit. Sic *Ammian.* 26. 10. *a med.* Quibus, si pateretur natura, vel denas animas profundere præstabat in pugna, quam etc. Adde *Val. Max.* 6. 3. 3. ¶ 3. *Profundere se* est erumpere, se proripere, efferre. *Cæs.* 3. *B. C.* 93. Omnis multitudo sagittariorum se profudit. *Cic.* 11. *Att.* 7. *ad fin.* Lacrimæ se subito profuderunt. *Id.* 2. *Orat.* 21. 88. Facilius sicut in vitibus revocantur ea, quæ se nimium profuderunt. *Colum.* 9. *R. R.* 3. 4. *de apib.* Observandum, quum se nova profundent examina, ut excipiantur. *Id.* 7. *ibid.* 24. 4. Profundit se supra modum numerus palmitum. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 10. (52). et *ibid.* 30. 33. (126). Profusus Nilus. *h. e.* qui se profudit. Similiter *Lucret.* 4. 539. sermo summo clamore profusus. *Id.* 5. 573. calor solis lumenque profusum Perveniunt nostros ad sensus. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 6. 12. (82). Insula profusa ab Ænaria. *h. e.* projecta, profecta, genita. *V.* PROCHYTA. *Val. Flacc.* 3. 3. It tectis Argoa manus, simul urbe profusi Ænidæ caris socium digressibus hærent. *h. e.* confertim egressi, et effusi. Sic *Id.* 6. 106. Insequitur Drancæa phalanx, claustrisque profusi Caspiadæ. ¶ 4. Est etiam abjicere, projicere, *gettar via.* — *a)* Generatim. *Cic.* 5. *Fam.* 5. *ad fin.* Quæ ego si non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo. *gettare indarno.* et *Lucret.* 4. 932. tu fac ne ventis verba profundam. — *b)* Speciatim de pecuniis et de re familiari est prodigere, immoderate insumere, *spendere e spandere, scialacquare. Cic.* 5. *Verr.* 67. 155. Ait, omnia pecunia effici posse: da, profunde, oppone, si velis vincere. *Ter. Adelph.* 1. 2. 54. Profundat, perdat, pereat: nihil ad me attinet. *Sall. Cat.* 21. Illis divitias superare, quas profundant in exstruendo mari, et montibus cœquandis. *Cic.* 2. *Cat.* 5. 10. Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt. *Id.* 2. *Off.* 16. 55. Pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem, aut nullam omnino relicturi sint. — *c)* In bonam partem. *Cic.* 1. *Off.* 24. 84. Qui non modo pecuniam, sed vitam etiam profundere pro patria parati essent. *Plin. Paneg.* 28. Quasi vero jam satis veneratus sim, quod tantam pecuniam profudisti. Adde *ibid.* 35. *in fin.* ¶ 5. Est etiam quasi rivum vel fluvium aliquid ex nobis emittere: sic — *a)* De animi affectibus. *Cic. Pis.* 7. 16. Omne odium, inclusum nefariis sensibus impiorum, in me profudistis. *h. e.* evomuistis, effudistis, *sfogaste, vomitaste.* et 1. *Att.* 18. Nactus locum coercendæ juventutis, vehemens fui, et omnes profudi vires animi atque ingenii mei. *mostrai, adoperai, impiegai.* et 4. *Acad.* (2. *pr.*) 27. 87. Res jam universas profundam, de quibus voluminа impleta sunt. *dirò, spiegherò.* — *b) Profundere se* est *riversarsi, trasfondersi. Cic. Cœl.* 31. 75. Voluptates quum inclusæ diutius, et prima ætate compressæ et constrictæ fuerunt, subito se nonnumquam profundant atque ejiciunt universæ. *Id.* 7. *Att.* 3. Si totum se ille in me profudisset. *h. e.* in me profusus ac liberalis fuisset. *Liv.* 23. 20. In questus flebiles sese in vestibulo curiæ profuderunt. *Ammian.* 19. 1. Profusus in iram. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla et supra retulimus,

Profusus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Profusior* I. et Sup. *Profusissimus* II.; et

I.) Proprie est longus, dependens. *Lucret.* 1. 87. Infula virgineos circumdata comptus Ex utraque pari malarum parte profusa. *Varro* 2. *R. R.* 5. 8. Boves caudam profusam usque ad calces ut habeant. *Pallad.* 4. *R. R.* 13. Equi coma et cauda profusior. *Lactant. Opif. D.* 5. *sub fin.* Os elephanti profusis dentibus armaverat.

II.) Translate. ¶ 1. Est supra modum sumptuosus. — *a)* De hominibus, ut ait *Festus* p. 229. 29. *Müll.*, est prodigus, effusus in sumptibus, *scialacquatore, prodigo, che spende e spande. Sall. Cat.* 5. Alieni appetens, sui profusus. *Cic. Quinct.* 12. 40. Perditus ac profusus nepos. *Id.* 3. *Verr.* 7. 20. Reus audax, pecuniosus, profusus, perditus. *Id. Quinct.* 30. 93. Profusis sumptibus vivere. *Vellej.* 2. 33. 4. Lucullus profusæ hujus in ædificiis convictibusque et apparatibus luxuriæ primus auctor fuit. — In bonam partem. *Stat.* 3. *Silv.* 1. 91. Tu ne, inquit, largitor opum, qui mente profusa Tecta Dicharchæi pariter, juvenemque repleti Parthenopen? Adde *Martial.* 8. 38. — *b)* De eo quod immodico sumptu fit. *Cic. Mur.* 36. 76. Amare profusas epulas. *Sueton. Tit.* 7. Convivia jucunda magis, quam profusa. ¶ 2. Item est nimis effusus, immoderatus, immodicus, *smoderato, eccessivo. Cic.* 4. *Tusc.* 7. 15. Lætitia efficit profusam hilaritatem. *Id.* 1. *Off.* 29. 103. Ipsum genus jocandi non profusum, nec immodestum, sed ingenuum et facetum esse debet. *Tac.* 1. *Hist.* 52. Profusa cupido et insignis temeritas. *Sueton. Claud.* 33. Profusissima libido. *Quintil. Declam.* 9. 2. Non ego profusus in vitia fortuna nostra male usus sum. ¶ 3. Item validus, vehemens. *Nigidius* apud *Gell.* 10. 4. Profuso intentoque flatu vocis pronunciare.

PRŌFUNDUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PRŌFUNDUS, a, um, adject. (pro et fundus). Comp. *Profundior* II. 2.; Sup. *Profundissimus* I. 1. et II. 1. — Profundus est fundum longe habens, ut ait *Paul. Diac.* p. 228. 20. *Müll.*, quocum cf. *Festus* p. 229. 22., βαθύς (It. *fondo, profondo, basso, alto*; Fr. *profond, élevé*; Hisp. *profondo, hondo*; Germ. *tief, bodenlos*; Angl. *deep, profound*).

I.) Proprie. ¶ 1. De iis, quæ valde depressa sunt, seu magnam habent deorsum altitudinem, quæ ima sunt. — *a)* Adjective. *Cic. Planc.* 6. 15. Mare profundum et immensum. *Horat.* 4. *Od.* 14. 21. Profundus Danubius. *Lucret.* 3. 978. Acheron. *Justin.* 24. 6. 9. Profundum terræ foramen. *Sall. fragm.* apud *Non.* p. 318. 28. *Merc.* Atque biavit humus multa, vasta et profunda. *Stat.* 10. *Theb.* 95. Profundæ valles. *Ovid.* 2. *Met.* 229. Profunda fornax. *Eumen. Paneg. Constantin.* 14. vulnera. *Cic. Sext.* 43. 93. Profundissimus gurges. *Apul.* 8. *Met.* In profundam ruinam se præcipitare. *Val. Flacc.* 7. 401. qualesve profundum Per chaos occurrunt cæcæ sine vocibus umbræ. *Virg.* 1. *G.* 243. Styx atra, Manesque profundi. *h. e.* in imis terræ incolentes. *Id.* 4. *Æn.* 26. et 6. *ibid.* 462. umbras Erebi, noctemque profundam. *h. e.* Inferorum tenebras. *Stat.* 1. *Theb.* 615. sua monstra profundo Reddit habere Jovi. *h. e.* Plutoni. (Adde *eumd.* 4. *Theb.* 459.) *V.* CERES in ONOM. *Tubero* apud *Gell.* 6. 4. In atras et profundas tenebras claudere aliquem. *Quintil. Declam.* 5. 15. Profunda carceris nocte membra claudantur. — *b) Profundum, i,* n. 2. *V.* in fin. ¶ 2. De altis et sublimibus. *Virg.* 4. *G.* 222. Terrasque tractusque maris, cælumque profundum. (Adde *eumd.* 4. *Ecl.* 51. et 1. *Æn.* 62.; et *Val. Flacc.* 7. 478.). *Liv.* 38. 23.; et *Tac.* 2. *Ann.* 61. Profunda altitudo.

II.) Translate. ¶ 1. Profundus est immensus, infinitus, immodicus, vehemens. *Cic. Pis.* 21. 48. Quum partim ejus prædæ profundæ libidines devorassent, partim etc. *Sall. Jug.* 83. Profunda avaritia. *Id. in ep. Mithrid. ad Arsac.* Cupido profunda imperii et divitiarum. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 2. 5. (14). Profunda animi vitia. *Vellej.* 2. 125. 1. Rabie quadam, et profunda confundendi omnia cupiditate. *Sueton. Vitell.* 7. *et* 13.; et *Apul. de Mag.* Profunda gula. *Apul.* 2. *Met.* Amoris profundi pedicis alligare aliquem. *et* 7. *ibid.* Insatiabilis profundusque venter. *Id. de Mundo.* Labor arduus et profundus. — Huc pertinent et illa *Horat.* 4. *Od.* 2. 7. immensusque ruit profundo Pindarus ore. *h. e.* abundanti, rerum verborumque profunda copia affluente. *Nazar. Paneg. Constantin.* 35. Placida rerum quies, et profundum otium. *h. e.* valde tranquillum: ducta metaphora vel a mari, quod eo placidius est minusque agitatur vento, quo est profundius; vel ab iis, quæ in imo jacent, quæ ideo tutiora et quietiora. Sic *Mamertin. Paneg. Maxim.* 14. *sub fin.* Profundissima pace florere. *Apul.* 2. *Met.* Me somnus profundus in imum barathrum repente demergit. *et ibid.* Injecta somni nebula, eoque in profundam quietem sepulto. *Gell.* 1. 15. Securitas multa et profunda. *h. e.* supina negligentia, velut dormientis. — *Profundam cædem* quum dixit *Stat.* 10. *Theb.* 837., intellexit cædem infinitam; sed secundum *Forcellinum* et alios, intellexit cædem depresso atque imo loco factam. *V.* integr. locum. ¶ 2. Item est densus, amplus. *Lucret.* 5. 42.; et *Curt.* 7. 7. Profundæ silvæ. *Solin.* 26. Ursi villis profundioribus. *h. e.* longioribus et densioribus. — *Auson. Grat. act. ad Gratian.* Instar profundæ grandinis ductor Ithacesius. — *Profundum merum,* multum, quo mens mergitur. *Stat.* 5. *Theb.* 262. si quando profundo Nubigenæ caluere mero. Adde *eumd. ibid.* 187. et 3. *Silv.* 3. 107.; et *Val. Flacc.* 5. 594. ¶ 3. Item arcanus, ignotus, obscurus. *Quintil. Declam.* 4. 17. Secreta et profunda ars. *h. e.* divinandi, hariolandi. — Hinc

Profundum, i, n. 2. absolute, substantivorum more usurpatur.

I.) Proprie ¶ 1. Generatim est fundus, profunditas, altitudo, *profondità, fondo, βάθος. Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 10. 32. Natura in profundo veritatem penitus abstrusit. *Id.* 3. *Fin.* 14. 48. Esse in profundo aquæ. *Ovid. Halieut.* 84. vastique maris tentare profundum. *Sil. It.* 7. 378. Trebiam, et Tusci stagna profundi. *h. e.* lacus Trasimeni. — Et in plur. num. *Tac. Agric.* 25. Silvarum et montium profunda. Sic *Ammian.* 27. 12. *a med.* Per silvarum profunda et flexuosos colles delitescentes. *Justin.* 41. 1. 11. Immensa ac profunda camporum. — *Altitudo* et *profundum* junguntur apud *Liv.* 31. 1. Jam provideo animo, velut qui proximis litori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur, quidquid progredior, in vastiorem me altitudinem ac velut profundum invehi, et crescere pæne opus, quod etc. ¶ 2. Speciatim hac ratione sæpe (et fere a poetis) de mari dicitur, *il mare. Virg.* 12. *Æn.* 263. petet ille fugam, penitusque profundo Vela dabit. *Val. Flacc.* 1. 585.; et *Stat.* 5. *Theb.* 283. latumque profundum. *Val. Flacc.* 8. 314. vastum. *Ovid.* 1. *Trist.* 11. 39. indomitum. *Stat.* 11. *Theb.* 524. imum. *Val. Flacc.* 2. 606. pater ipse profundi. *h. e.* Neptunus. Sic *Ovid.* 11. *Met.* 203. Cumque tridentigero tumidi genitore profundi *et ibid.* 197. Sigæum et Rhœtæum profundum. *et* 7. *ibid.* 65. Siculum. *Sil. It.* 11. 22. Ionium. *Colum.* 8. *R. R.* 16. 9. Helops Pamphylio profundo, nec alio pascitur. *Ovid.* 8. *Met.* 592. Propellere aliquem in profundum. *et* 5. *ibid.* 438. filia matri Omnibus est terris, omni quæsita profundo. — Singulare est illud *Ammian.* 26. 10. *ad fin.* Mareque dispulsum retro fluctibus evolutis abscessit, ut retecta voragine profundorum, species natantium multiformes limo cernerentur hærentes. ¶ 3. Ventrem videtur significare in illo *Plauti Capt.* 1. 2. 79. Profundum vendis tu quidem, haud fundum, mihi. *V. Apuleji loc. cit.* sub II. 1. ¶ 4. Interdum dicitur de cælo. *Manil.* 5. 719. Quæ (*stellæ*) neque per cunctas noctes, neque tempore in omni Resplendent alto cæli summota profundo.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphora sumpta a loco valde depresso. *Val. Max.* 2. 10. *n.* 6. C. Marius in profundum ultimarum miseriarum abjectus. *Id.* 6. *in fin.* Immergere aliquem miserabiliter profundo ciadium. *Id.* 9. 1. *n.* 2. *extern.* In profundum injuriarum et turpitudinis decidere. Cf. *Ammian.* 14. 11. *ad fin.* Qui ludunt

mortalitatem, nunc evehentes quosdam in sidera, nunc ad Cocyti profunda mergentes. — Huc referri potest illud *Martial.* 12. 57. Et in profundo somnus, et quies nullis Offensa linguis. — Item illud *Ammian.* 19. 9. *ad fin.* Rex vero, licet securitatem præferens vultu exsultansque specie tenus urbis excidio videbatur, profundo tamen animi graviter æstuabat. ¶ 2. Pro arcano, ignoto. *Martian. Dig.* 32. 15. Heres testatoris legata, quæ in profundo esse dicuntur, quandocumque apparuerint, præstat.

PRŌFŪSĒ, adverb. (profusus). Comp. *Profusius* 2.; Sup. *Profusissime* 1. — Profuse translate tantum occurrit, et significat ¶ 1. Profundendo pecuniam, large, magno sumptu, impense, ἀφειδῶς, *con grande spesa, largamente, scialacquatamente. Sueton. Aug.* 72. *ad fin.* Ædes profuse exstructa. *et ibid.* 75. Festos et solemnes dies profusissime celebrabat. ¶ 2. Item cupide, effuse, vehementer, ardenter, *smoderatamente, all'eccesso, appassionatamente*, ὀφόδρα. *Sall. Cat.* 13. *extr.* Eo profusius omnibus modis quæstui atque sumptui deditus erat. *Liv.* 10. 36. Consul obstitit profuse tendentibus suis in castra. *Gell.* 5. 1. Prolixe profuseque laudare. *Ammian.* 28. 4. *a med.* Præfecturas profusius largiri.

PRŌFŪSĬO, ōnis, f. 3. actus profundendi, πρόχυσις, *spargimento, profusione.*

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cels.* 2. 7. et 7. 21. Omentum forfice præcidere, potest profusionem sanguinis facere. *Id. cit.* 2. 7. *circa med.* Profusio alvi. *soccorrenza,* profluvium. ¶ 2. *Profusiones* vel *profusiones parentales* dicebantur libationes vel irrigationes vino, aqua arferia, lacte, unguentis, victimarum etiam sanguine, ceterisque liquoribus in sepulcra ingeri solitis; quare sæpius in sepulcralibus titulis pateræ, vel cyathi apparent insculpti, et foraminibus pertusi ad eas profusiones excipiendas. *Inscript.* mendosa apud *Gruter.* 803. 8., emendata apud *Marin. Frat. Arv. p.* 562. ET IN MEMORIAM EOR. ET SVI COLLegio NAUTARUM BENACENSIUM AD HOSAS ET PROFVSIONES QUOT ANNIS FACiendas HS. N. LX. MIL. DEDIT. Alia apud *Fabrett. p.* 147. *n.* 182. DEDIT COLL. VI. VIR. SOCIOR. HS. N. ∞ VT EX VSVRIS EORVM PROFVS. EI FIANT TAM PARENT. TAM ROS. ÇVOTANNIS CELEBRENT. Adde aliam apud *eumd. p.* 221. *n.* 587.; et cf. *Inscript.* apud *Orell.* 4414. et 4415. et apud *Henzen.* 7201. *V.* et ROSALIS.

II.) Translate est effusio copiosa, prodigentia, ὑπέρχυσις, *profusione, scialacquamento. Vitruv.* 10. *præf.* Infinitæ sumptuum profusiones. *Sueton. Ner.* 30. Divisiarum et pecuniæ fructum non alium putabat, quam profusionem. *Plin.* 2. *Ep.* 4. *in fin.* Liberalitas ita temperanda est, ne nimia profusione inarescat. *Tertull. Pœnit.* 8. Si non et alibi hanc clementiæ suæ profusionem demonstrasset.

PRŌFŪSOR, ōris, m. 3. *scialacquatore, prodigo,* qui profundit, prodigus. *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 24. Dispensator bonitatis, non profusor. *Paulin. Nolan.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 5. *p.* 372. Profusor proprii, plus aliena petens.

PRŌFŪSUS, a, um. *V.* PROFUNDO, is.

PRŌFŪTŪRUS, a, um. *V.* PROSUM.

PRŌGĂMUS, i, m. 2. προγαμος, sacrificium ante nuptias. Est titulus comœdiæ Cæcilii Statii, cujus meminit *Non. p.* 346. 13. *Merc.*

PRŌGEMMANS, antis, particip. ab inusit. *progemmo, germogliante,* gemmas emittens. *Colum.* 4. *R. R.* 27. 1. Si palmis incipientibus et progemmantibus fossorem immiseris.

PRŌGENER, ri, m. 2. maritus neptis: et refertur ad socerum magnum, seu prosocerum; et socrum magnam, seu prosocrum, qui sunt avus et avia uxoris meæ, *marito di mia nipote, bisgenero,* ἔγγονης. *Paul. Diac. p.* 228. 14. *Mull.* Progenerum appellat avus neptis suæ virum. *Modestin. Dig.* 38. 10. 5. *a med.* Socer dicitur UXORIS MEÆ PATER: ego illius sum gener. Secer magnus dicitur uxoris meæ avus: ego sum illius progener. Item prosocrus mihi uxoris meæ avia est: ego illius sum progener. *Sueton. Aug.* 19. Conjurationes compressit. Plautii Rufi, Luciique Pauli progeneri sui. *h. e.* mariti Juliæ filiæ Agrippæ, qui alteram Juliam Augusti filiam uxorem habebat. Adde *Senec. Ep.* 21.; et *Tac.* 6. *Ann.* 45. et 5. *Hist.* 9. — Ita etiam appellatur maritus neptis ex fratre. *Inscript.* apud *Gruter.* 412. 3. FL. STILICHONI ILLVSTRISSIMO VIRO etc. PROGENERO DIVI THEODOSII etc. Stilicho enim duxerat uxorem Serenam Honorii, fratris Theodosii, filiam, quam hic, antequam Stilichonis uxor esset, adoptaverat, ideoque Stilicho maritus ejus filiæ adoptivæ progener appellatur. Idem tamen *Claudiano* 1. *Laud. Stilich.* 78. dicitur *gener Augustis, olim socer ipse futurus,* nam primum fuit gener Theodosii et uxoris ejusdem, deinde etiam socer Honorii eorum filii, quippe qui Stilichonis filias Mariam et Thermantiam, unam post aliam, uxores duxerat.

PRŌGĔNĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. idem ac generatio. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 43. 68. (167). *de asinis.* Opera sine dubio generi mirifica, arando quoque, sed mularum maxime progeneratione. Adde *eumd.* 18. *ibid.* 28. 67. (263).

PRŌGĔNĔRĀTOR, ōris, m. 3. qui progeneravit. *Augustin. Serm.* 51. 27. Avos, et proavos, et alios superius progeneratores.

PRŌGĔNĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Progenerandus.* — Progenero est idem ac genero; et occurrit — *a*) Cum Accus. *Horat.* 4. *Od.* 4. 31. nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 16. 16. (41). *de apib.* Fetus quonam modo progenerarent, magna quæstio fuit. *Varro* 9. *L. L.* 28. *Müll.* Non bos ad bovem collatus, similis? et qui ex his progenerantur, inter se vituli? *Colum.* 7. *R. R.* 3. 12. Si res exigit, ut plurimi mares progenerandi sint. — Absolute. *Colum.* 3. *R. R.* 10. 15. Confiteor pampinarios quoque-tempore anni acquirere fecunditatem, et ideo in resecem submitti, ut progenerare possit. *Id.* 6. *ibid.* 28. 1. Marem putant minorem trimo non esse idoneum admissuræ, posse vero usque ad vigesimum annum progenerare.

PRŌGĔNĬCŬLO, as, āre, n. *et* progeniculor, aris, ari, dep. 1. genua flectere, ad pedes accidere. *Gloss. Philox. Progeniculo,* γουνοῦμαι. *et* Progeniculatur, γουπετεῖ.

PRŌGĔNĬES, ēi, f. 5. Genitivus *progeniei* non probatur *Quintiliano* 1. 6. 26. Apud *Gell.* 9. 14. et *Non. p.* 490. 6. *Merc. Pacuvius* dixit *progenii. V.* DIES init. In secundo itaque et tertio casu utriusque numeri non facile usurpaverim. *V.* aliquid simile in SPECIES. — In plur. num. habet *Seneca Consol. ad Polyb.* 30. Quid dicam duces, ducumque progenies, sorte defunctos inexorabili? — Progenies est origo, genus, stirps et series eorum, qui ab uno aliquo progeniti sunt, proles, soboles, familia, γενεά (It. *schiatta, razza, legnaggio, stirpe, prole, discendenza, figli, progenie*; Fr. *souche, race, famille, rejeton, progéniture, lignée, postérité, descendants*; Hisp. *raza, familia, descendencia, generacion, posteridad*; Germ. *d. Abstammung, d. Stamm, d. Geschlecht, Familie, d. Nachkommenschaft, d. Nachkommen, d. Spross, d. Abkommenlinge*; Angl. *a progeny, offspring, descent, a line, lineage, race, children, descendants*).

I.) Proprie. ¶ 1. Abstracte, ut ajunt, sensu. *Ter. Phorm.* 1. 3. 48. Progeniem vestram usque ab avo atque atavo proferens. *Cic.* 1. *de republ.* 24. ed. *A. Maio.* Ut a prima congressione maris et feminæ, deinde a progenie et cognatione ordiar. *Id.* 2. *ibid.* 12. Nostri illi etiam tum agrestes viderunt, virtutem et sapientiam regalem, non progeniem quæri oportere. *Id.* 1. *Tusc.* 12. 26. Antiquitas quo propius aberat ab ortu et divina progenie, hoc melius etc. *Virg.* 1. *Æn.* 23. progeniem sed enim Trojano a sanguine duci Audierat. ¶ 2. Concreto, ut ajunt, sensu. — *a*) De hominibus et diis. *Inscript. Scip.* apud *Orell.* 555. PROGENIEM GENVI.-STIRPEM NOBILITAVIT HONOR. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 31. 66. progeniem peperisti. *Accius* apud *Non. p.* 469. 18. *Merc.* nunc tuam progeniem ede ordine. *Pacuvius* apud *eumd. p.* 490. 4. pater supreme, nostræ progenii patris. *Lucret.* 2. 616. Significare volunt indignos esse putandos, Vivam progeniem qui in oras luminis edant. *Cic. Tim.* 11. Veteres, qui se progeniem deorum esse dicebant. *Id.* 9. *Phil.* 2. 5. Quæ (*statua*) multos per annos ejus progeniem honestaret. *Id.* 1. *Tusc.* 35. 85. Priamum tanta progenie orbatum hostilis manus interemit, *h. e.* quinquaginta filiis. *Id. Cæl.* 14. 34. Ne progenies quidem mea, Q. illa Claudia, æmulam domesticæ laudis esse admonebat? *Virg.* 10. *Æn.* 470. quin occidit una Sarpedon, mea progenies. *Id.* 7. *ibid.* 257. hinc progeniem virtute futuram Egregiam. *Ovid.* 4. *Met.* 3. Bacchum progeniem negat esse Jovis. *Id.* 2. *ibid.* 34. Progenies, Phaeton, haud infitianda parenti. *Horat.* 3. *Od.* 6. 48. Ætas parentum pejor avis tulit Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiorem. *Id.* 2. *Sat.* 3. 243. Quinti progenies Arri, par nobile fratrum. *Liv.* 1. 13. Ne parricidio macularent partus suos, nepotum illi, liberum hi progeniem. *Id. ibid.* 16. Pacem precibus exposcunt, uti volens propitius suam semper sospitet progeniem. *Quintil.* 3. 7. 8. Addunt diis honorem parentes, ut si quis sit filius Jovis-progenies quoque, ut Apollo ac Diana Latonæ. *Catull.* 34. 5. O Latonia, maximi Magna progenies Jovis. — *b*) De animalibus. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 6. *de ovib.* Cui primo quoque tempore occurrendum est, ne totam progeniem coinquinet. *et ibid.* 9. 1. In omni genere quadrupedum frequenter patri similior est progenies, quam matri. *Virg.* 1. *G.* 414. Progeniem parvam, dulcesque revisere nidos. *et* 4. *ibid.* 56. *de apib.* Progeniem nidosque fovent. — *c*) De plantis. *Colum.* 3. *R. R.* 9. 7. Quum sint ipsa duo jugera unius vitis progenies.

II.) Translate. *Ovid.* 3. *Trist.* 14. 13. Palladis exemplo de me sine matre creata Carmina sunt, stirps hæc progeniesque mea est. *Apul.* 11. *Met.* Rerum Natura parens, elementorum omnium domina, sæculorum progenies initialis. *h. e.* primum quod natum est initio temporum.

PRŌGĔNĬTĪVUS, a, um, adject. qui progignit. *Boeth.* in *Porphyr. dialog.* 1. *p.* 27. Genus enim quum unum sit, plurimarum specierum progenitivum est.

PRŌGĔNĬTOR, ōris, m. 3. *progenitore,* προγεννήτωρ, πρόγονος, προπάτωρ, qui est ante genitorem, ut avus, proavus, atavus, etc. *Accius* apud *Non. p.* 497. 2. *Merc.* Si tui veretur te progenitoris. *Ovid.* 11. *Met.* 319. Et forti genitore, et progenitore Tonante Esse satam, prodest. Dulcetur *Ovid.* de Chione filia Dædalionis filii Luciferi, quem Jove natum quidam tradunt. *Nepos Agesil.* 7. Domo eadem fuit contentus, qua Eurysthenes progenitor majorum suorum fuerat usus. Adde *Valer. Soran.* apud *Augustin.* 7. *Civ. D.* 11.

PRŌGĔNĬTRIX, ĭcis, f. 3. quæ est ante genitricem, *progenitrice,* προγεννητειρα. *V. Paul. Diac. p.* 232. 8. *Müll. loc. cit.* in POBLILIA. Sic *Isid.* 9. *Orig.* 6. Genitor, genitrix; progenitor, progenitrix.

PRŌGĔNĬTUS, a, um. *V.* PROGIGNO.

PRŌGERMĬNO, as, are, a. 1. idem ac germino. *Colum.* 4. *R. R.* 10. 1. Antequam surculus progerminet. Adde *eumd. ibid.* 15. 3.

PRŌGĔRO, gĕris, gessi, gestum, gĕrĕre, a. 3. (pro *et* gero). Part. *Progerens* 1. — Progero est idem atque extra gero, effero, exporto, profero, προχομίζω, ἐκχομίζω, *portar fuori.* ¶ 1. Generatim. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 18. 20. (63). *de apib.* Quum defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exsequias. *Id.* 18. *ibid.* 35. 88. (364). Formicæ ova progerentes. *Colum.* 1, *R. R.* 6. 22. Quidquid ovilibus, stabulisque conversum progesserunt. *Id.* 12. *ibid.* 52. 8. Urcei, quibus oleum progeritur, *h. e.* foras gestatur. ¶ 2. Specialim. *Apul.* 11. *Met.* Hujus alvei felicis nitens carbasus litteris votum ingentibus progerebat. *h. e.* præferebat. *Id. ibid.* Sacerdos animum, quique divinas effigies progerebant etc. *Hi paullo ante dicuntur* sacrorum geruli.

PRŌGESTO, as, āre, a. 1. frequentat. a *progero*, sed ejusdem fere significationis. *Apul.* 6. *Met.* sub *fin.* Sinu serico progestans nucleos.

PRŌGIGNO, gignis, gĕnŭi, gĕnĭtum, gignere, a. 3. (pro *et* gigno). Part. *Progenitus.* — Progigno est idem ac gigno, progenero, produco, *generare, produrre,* προγεννάω. *Plaut. Truc.* 4. 1. 1. Neque gnatus est, neque progignetur, cui factum melius velim. *Cic.* 1. *Divinat.* 56. 128. In seminibus vis inest earum rerum, quæ ex iis progignuntur. *Lucret.* 2. 80. novos rerum progignere motus. *et* 4. 670. Quæ penetrata queunt sensum progignere acerbum. *Ovid. Heroid.* 7. 38. te sævæ progenuere feræ. *Val. Flacc.* 5. 463. quos advena Phrixus Progenuit. *Catull.* 64. 89. Quales Eurotæ progignunt flumina myrtus. Olim *pergignunt* lectum fuit. *Virg.* 4. *Æn.* 178. Illam Terra parens ira irritata deorum Progenuit. *Claudian. IV. cons. Honor.* 148. Nec te progenitum Cybeleius ære canoro Lustravit Corybas. *Id.* 2. *Laud. Stilich.* 357. Progenitam Augustis, Augustorumque sororem. *Palliad.* 2. *R. R.* 15. Arbores ex pomis sponte progenitæ.

PRŌGNĀRE, adverb. aperte. *Paul. Diac.* p. 95. 11. *Müll.* Gnarus quum significet id, quod scius, peritus; tamen invenimus, prognare significare aperte.

PRŌGNĀRĪTER, adverb. (gnarus) multa cum arte, valde gnare, scite, perite. *Ennius* apud *Non.* p. 150. 6. *Merc.* Ut pro Romano populo prognariter armis Certando, prudens animam de corpore mitto. h. e. strenue, constanter, fortiter, ut ipse *Nonius* exponit; *Müll.* ad *Paul. Diac.* p. 95. 11. putat legendum *prognaviter*; *Forcellinus* vero *prægnaviter*: at cl. *Vahlen.* (*Enniance poes. reliq. pag.* 34.) recte vulgatam *Nonii* lectionem tuetur. *Plaut. Pers.* 4. 4. 39. Age, indica prognariter. *Lambin.* legit *prognaviter.*

PRŌGNĀTĬO, ōnis, f. 3. *nascimento,* nativitas. *Capell.* 6. p. 210. Oppidum Calydon Diomedis Tydeique prognatione notissimum. *At* Kopp. *ex optimis Codicib. legit* progeneratione.

PRŌGNĀTUS, a, um, Part. ab inus. *pronascor* inserta g per epenthesim, est originem trahens, descendens ab aliquo, ἀπόγονος, ἐκγονος; (It. *discendente, oriondo*; Fr. *né de, issu de, descendant de*; Hisp. *nacido, descendido, salido*; Germ. *geboren, erzeugt, entsprossen*; Angl. *descended or sprung from*). ¶ 1. Stricto sensu dicitur non de filio, sed de nepote, aut pronepote, etc. respectu avi, proavi, tritavi, etc. *Cic.* 3. *Tusc.* 12. 26. Qualis enim tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelope natus, qui etc.? h. e. Atreus, cui Tantalus avus, Pelops pater. *Cæs.* 2. *B. G.* 29. Ipsi erant ex Cimbris Teutonisque prognati. *et* 6. *ibid.* 17. Galli se omnes ab Dite patre prognatos prædicant. *Plaut. Cas.* 2. 6. 46. Herculei prognati. h. e. nepotes Herculis. V. *Plauti loc. cit.* in DELIQUEO. ¶ 2. Item natus, filius, *nato, figliuolo. Næv. Bell. Punic.* 2. 20. Sanctusque Delphis prognatus Pythius Apollo. *Id.* apud *Non.* p. 84. 32. *Merc.* Dryante regem prognatum patre Lycurgum. *Inscript. Scipion.* apud *Orell.* CORNELIVS LVCIVS SCIPIO BARBATVS GNAIVOD PATRE PROGNATVS. *et* PROGNATVM PVBLIO. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 20. 40. Earudica prognata, pater quam noster amavit, etc. *Liv.* 1. 40. Romulus deo prognatus, deus ipse. *Plaut. Amph.* 1. 1., 209. Sosiam vocant Thebani, Davo prognatum patre. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 78. Artes, quas docent quivis eques atque senator Semet prognatos. *et* 2. *ibid.* 1. 26. Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem Pugnis. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 35. Quali me arbitrare genere prognatum? *Id. Men.* 5. 9. 20. Tun' a meo patre ex prognatus? *Id. ibid.* 2. 3. 56. Moscho prognatus patre. *Ter. Phorm.* 1. 2. 64. Illam civem esse Atticam bonam bonis prognatam. ¶ 3. De rebus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 16. 23. (56). Arundines in palude prognatæ. *Catull.* 64. 1. Deliaco quondam prognatæ vertice pinus.

PRŌGNĀVITER. *V.* PROGNARITER.

PRŌGNŌSIS, is, f. 3. præscientia, πρόγνωσις. *Isid.* 12. *Orig.* 7. *ante med. de cygno.* Nautæ vero sibi hunc bonam prognosin facere dicunt. *Alii leg.* prognosium *vel* prognosiam. Certa est lectio apud *Cæl. Aurel.* 4. *Tard.* 8. *ante med.* Veteres medici præsciam significationem posuerunt, et appellaverunt prognosin. *Theod. Prician. lib.* 4. *ad fin.* p. 317. ed. *Ald.* Divisam esse dicimus medicinam in partes quatuor: regularem *etc.*; prænoscentiam, quam prognosin dicimus.

PROGNOSTICA, ōrum, n. plur. 2. *V.* voc. seq. in Lin.

PRŌGNOSTĬCUS, a, um, adject. προγνωστικός, facultate præsciendi, seu præsagiendi præditus: a προγινώσκω, ante cognosco. *Isid.* 4. *Orig.* 10. Prognostica præsisio ægritudinum a prænoscendo vocata. — Hinc

Prognosticum, i, n. 2. absolute est rei futuræ signum, divinatio, *pronostico, predizione.* Hinc *Prognostica* versu hexametro scripsit *Cicero* colligens naturalis signa, ex quibus rerum futurarum conjectura fieri potest. Horum aliquot tantummodo versus ætatem tulerunt, apud *eumd.* 1. *Divinat.* 7. 8. *et* 9.; et *Prician.* 6. p. 677. *Putsch.* 10. p. 882. *et* 16. p. 1034. De his *Id. Cic. loc. cit.* 8. 13. Atque his rerum præsensionibus Prognostica tua referta sunt. *et* 15. *Att.* 16. Equidem etiam pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt, ranæ enim ῥητορεύουσιν.

PRŌGRAMMĂ, ătis, n. 3. *editto, proclama,* πρόγραμμα, a πρό *ante, coram,* et γράφω *scribo,* significat scriptum publice propositum, ut ab omnibus legi possit. Hinc sumitur pro edicto principis, quippiam publice jubentis. *Vulcat. Avid. Cass.* 6. Ad signa edici jussit, et programma in parietibus fixit, ut si quis, etc. *Imp. Licinius* apud *Lactant. de mort. persec.* 4. 8. *ad fin.* Ut autem hujus sanctionis benevolentiæ nostræ forma ad omnium possit pervenire notitiam, prolata programmate tuo hæc scripta et ubique proponere et ad omnium scientiam perferre conveniet, ut hujus benevolentiæ nostræ sanctio latere non possit. *Imp. Theodos. et Valent. Cod.* 1. 14. 3. Leges per omnes populos judicum programmatibus divulgari. *Edict.* præfecti Urbis, quod pertinet ad ann. a Chr. n. XD., apud *Fabrett.* p. 529. n. 382. HOC PROGRAMMATE VNIVERSITATEM NOSSE DECERNIMVS FRVMENTA *etc.*

PROGRAXĔ *vel* procraxe, pro prograxisse, hoc est indicasse, effutisse, ab aor. 1. ἔκραξα verbi κράζω, clamo. *Lucret.* 5. 1158. Quippe ubi se multi per somnia sæpe loquentes, Aut morbo delirantes prograxe ferantur, Et celata diu in medium peccata dedisse. Alii et ipse *Lachmannus* leg. *protraxe* pro *protraxisse,* a *protraho,* palam traho, palam expono. Simplici usum *Plautum* quidam putant, *Asin. prol.* 5. Cave, ne graxis. *Sed alii rectius leg.* gratis.

PRŌGRĔDĬOR, grĕdĕris, gressus sum, grĕdi dep. 3. (pro *et* gradior). In Infinito est etiam 4. conjugat. *Plaut. Cas.* 5. 1. 9. Obtunso ore nunc pervelim progrediri senem. — Olim et *Progredio* activa positione dictum est, teste *Prisciano* 8. p. 799. *Putsch. Novius* apud *Non.* p. 473. 27. *Merc.* Age, move te, in navem primus progredi. — Part. *Progrediens* et *Progressus* I. et II.; *Progressurus* I. — Progredior est idem ac ante gradior, procedo, prodeo, exeo, προέρχομαι (It. *andare o farsi innanzi, inoltrarsi, avanzarsi*; Fr. *aller en avant, s'avancer, marcher*; Hisp. *ir ò andar adelante, adelantar*; Germ. *vorwärts schreiten,-gehen, vorrücken, fortgehen,-rücken*; Angl. *to come or go forth, go on or forward, advance, proceed*).

I.) Proprie. *Accius* apud *Non.* p. 534. 2. *Merc.* Eo ante nocte relia ut statuerem; Forte aliquanto solitus lembo sum progressus longius. *Varro* 2. *R. R.* 4. 11. Sus usque adeo pinguitudine crescere solet, ut se ipsa stans sustinere non possit, neque progredi usquam. *Cic.* 1. *Off.* 10. 33. Ut regredi, quam progredi mallent. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 70. Si quo hic gradietur, pariter progrediminor. *Cæs.* 1. *B. C.* 45. Milites temere insecuti fugientes, in locum iniquum progrediuntur. *et ibid.* 81. Neque ad explorandum, neque ad progrediendum data facultate. Adde *eumd.* 3. *B. C.* 94. *Lucret.* 5. 539. Pedetentim progrediens. *Plaut. Bacch.* 4. 2. 29. et *Men.* 1. 1. 33. Mnesilochus eccum mœstus progreditur foras. *Brutus* ad *Cic.* 11. *Fam.* 4. Progressus sum ad Inalpinos cum exercitu. *Cic. Cæl.* 24. 60. Ex domo progredi. *Cæs.* 2. *B. C.* 19. Ipse cum equitibus magnis itineribus progreditur. *Justin.* 1. 3. 4. Cum paucis et incompositis in bellum progreditur. *et* 2. 8. 7. Voluntariis verberibus domi affectus, in publicum progreditur. *Liv.* 7. 10 *ad fin.* Progredi obviam alicui. *Id.* 38. 15. Progredi ad urbem. *Virg.* 11. *Æn.* 608. intra teli jactum progressus uterque. *Cæs.* 4. *B. G.* 4. Tridui viam progressi rursus reverterunt. *Liv.* 7. 41. Quinctius ante signa progressus. — Et cum addito termino, a quo quis progreditur. *Cæs.* 7. *B. G.* 14. Romanos longius a castris progressuros. *Id.* 4. *ibid.* 23. *extr.* Millia passuum octo ab eo loco progressus. *Id.* 7. *ibid.* 66. Quis nemo eorum progredi modo extra agmen audeat. *Flor.* 3. 12. Populus Romanus Italia progredi ausus, orbe toto arma circumtulit. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (181). Adeo sani, ut de progrediendo cogitarent. *subaudi* domo, *di uscir di casa.*

II.) Translate. *Cic.* 3. *Orat.* 30. 119. Nunc ad reliqua progrediar, meque ad meum munus pensumque revocabo. *Id.* 2. *Phil.* 4. 9. Quid est minus hominis, quam id objicere adversario, quod ille si verbo negarit, longius progredi non possit qui objecerit? *non sappia che altro dire: non possa replicar parola. Id.* 11. *Phil.* 3. 6. Mihi quidem et ille pervenisse videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia. *Id.* 5. *Fin.* 15. 41. A primo quidem occulta natura est: progredientibus autem ætatibus, sensim nosmetipsos cognoscimus. *coll'avanzarsi degli anni.* et *Cæs.* ad *Cic. post ep.* 8. *l.* 10. *ad Att.* Scribendum ad te existimavi, ne quo progredereris, inclinata jam re, qua integra etiam progrediendum tibi, non existimasses. *Cic. Amic.* 11. 36. Videamus, quatenus amor in amicitia progredi debeat. *quanto innanzi andar debba.* et 1. *Divinat.* 14. 24. Divinatio conjectura nititur, ultra quam progredi non potest. *Id. Harusp. resp.* 26. 56. Repulsi sunt ii, quos ad omnia progredientes non solum alieni, sed etiam sui repulerunt. h. e. ad omnia projectos, omnia aggredientes, ut ad honores perveniant. *Id.* 4. *Fin.* 23. 64. Procedere et progredi in virtute. *far progresso. Id.* 5. *ibid.* 15. 43. Quum autem progrediens confirmatur animus, agnoscit ille quidem naturæ vim, sed ita, ut progredi possit longius. *Id.* 3. *Cat.* 5. 12. Quem in locum sis progressus, cogita. *Id. Senect.* 10. 33. Paullum ætate progressus. *avanzato in età. Liv.* 28. 27. Mihi ne hodie quidem scire videmini, quo amentiæ progressi sitis. *Flor.* 3. 16. Eo vesaniæ progressus est, ut etc. *Tac.* 3. *Ann.* 47. Absurdam in adulationem progressus. *Quintil.* 1. 1. 8. Qui paullum aliquid ultra primas litteras progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt. — *Sall.* in *orat. Philippi contra Lepid. sub init.* Nusquam etiam tunc lepidum progressum ajebant, quum privata arma opprimundæ libertatis cepisset. V. *Kritz.* ad *h. l.* — *Progressus* passive apud *Sueton. Claud.* 2. Adeo ut, ne progressa quidem ætate, ulli publico privatove muneri habilis existimaretur. Hinc Part.

Progressus, a, um, adjective quoque usurpatur, cujus Comp. *Progressior* apud *Tertull. Anim.* 31. Si decrescit foris anima retrograda ætate, quanto magis erat, ut progressior reverteretur mille post annis?

PRŌGRESSĬO, ōnis, f. 3. actus progrediendi, processio, progressus, πρόβασις, προοχή, *l'andare innanzi, avanzamento, progresso.* ¶ 1. Generatim. *Cic.* 5. *Fin.* 21. 58. Omnium rerum principia parva sunt, sed suis progressionibus usa augentur. *Id.* 4. *Tusc.* 1. 1. Quum tota res militaris divinitus esset constituta, tum progressio admirabilis incredibilisque cursus ad omnem excellentiam factus est. *Id.* 3. *Off.* 3. 14. Quæ et ingenii bonitate multi assequuntur, et progressione discendi. *et ibid.* 5. 17. et 4. *Fin.* 24.

16. Progressionem facere ad virtutem. *Ammian.* 8. 7. *med.* Quum hæc et hujus modi factu dictuque tristia vitare optimum quemque debere æcculi progressione discamus. ¶ 2. Specialim inter figuras verborum numeratur a *Cic.* 3. *Orat.* 54. 206., et fortasse est, quum in oratione semper aliquid priore majus insequitur, ut *Quintiliani* verbis utar 8. 4. 17., unde oratio progreditur quodammodo, et crescit. Exemplum ponit *Capperoner.* ex 7. *Verr.* 66. 170. Facinus est, vincire civem R.: scelus, verberare: prope parricidium, necare: quid dicam in crucem tollere? *et ex* 2. *Phil.* 25. 63. In cœtu vero populi Romani negotium publicum gerens, magister equitum, etc.

PRŌGRESSOR, ōris, m. 3. qui progreditur, et procedit. *Augustin.* 6. *Music.* 6. Vocentur ergo primi (*numeri*) judiciales, secundi progressores, tertii occursores, quarti recordabiles, quinti sonantes.

PRŌGRESSUS, a, um. *V.* PROGREDIOR.

PRŌGRESSUS, ūs, m. 4. (idem quod progressio, processus, *l'avanzarsi*.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Att.* 21. Quo se conferat, nescit: progressum præcipitem, inconstantem reditum videt. *Id.* 2. *Nat. D.* 20. 51. Stellæ, quæ falsc vocantur errantes. Nihil enim errat, quod in omni æternitate conservat progressus et regressus constantes et ratos. *Vitruv.* 5. 12. progressum appellat structuram, seu aggerem in mare projectum, quo pfogredi in aquam licet. *Cic.* 11. *Phil.* 2. 4. Alteri se Brutus objecit, impetumque furentis vitæ suæ periculo colligavit, progressu arcuit, a reditu refrenavit.

II.) Translate est profectus, *progresso, profitto.* ¶ 1. Generatim. *Cic.* 5. *Phil.* 17. 47. Progressum ætatis exspectare. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 28. 92. Quæ (*philosophia*) primo progressu se statim tradit elementa loquendi. *Id.* 1. *Nat. D.* 6. 15. Balbus, qui tantos progressus habebat in Stoicis, ut cum excellentibus in eo genere Græcis compararetur. *Id.* 4. *Tusc.* 19. 44. Philosophiæ principes numquam in suis studiis tantos progressus sine flagranti cupiditate facere potuissent. Adde *Nepot. Cat.* 3. ¶ 2. Specialim. *Cic.* 1. *Off.* 4. 11. Homo causas rerum videt, earumque progressus, et quasi antecessiones non ignorat. *lo sviluppo dei fatti od avvenimenti.*

PRŌGŪBERNĀTOR, ōris, m. 3. qui gubernatoris vices gerit. *Cæcilius* apud *Non. p.* 536. 11. *Merc.* Quum progubernator prope revortit prosumiam.

PRŌGYMNASMA, ătis, n. 3. προγύμνασμα, præexercitamentum. *Priscian.* in *epist.* præmissa libris *de fig. numer.* etc. *p.* 1344. *Putsch.* Præterea de Terentii metris, nec non etiam de præexercitamentis rhetoricis, quæ Græci progymnasmata vocant.

PRŌGYMNASTES, æ, m. 1. προγυμναστής, qui ante alium exercetur, qui præit exercitatione. *Seneca Ep.* 83. *ante med.* Progymnastas meos quæris? unus mihi sufficit Karinus, puer, ut scis, amabilis. *Alii perperam leg.* progymnasios eodem sensu.

PROH, interject. *V.* PRO.

PRŌHĒRES, ēdis, m. 3. qui pro herede se gerit. *Papiani Respons.* 1. *tit.* 1. *ad fin.* de donationibus dominorum (*h. e.* principum) proprietas accipientium etiam circa heredes et proheredes lege firmatur. *Isid.* 9. *Orig.* 5. 2. Proheres, qui loco heredis fungitur, quasi pro herede; est enim aut Institutus, aut substitutus.

PRŌHĪBEO, bes, bŭi, bĭtum, bēre, a. 2. (pro *et* habeo). *Prohibesso, is, it,* ἀρχαϊκῶς, prohibeam, vel prohibuerim. *Cato R. R.* 141. Mars pater, te precor, uti tu morbos, calamitates intemperiasque prohibessis, defendas, averruncesque. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 11. Misere miser sum, Pseudole! PSEVD. Id te Juppiter prohibessit. (Ubi notandus accusativus communis. Sic *Amph.* 4. 3. 17. Neque me Juppiter, neque dii omnes id prohibebunt, si volent, quin sic faciam, uti constitui.) *Cic.* 3. *Legg.* 3. 9. Quodque li prohibessint, ratum esto. *Ennius* apud *Probum* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 31. Inspice (*Juppiter*) hoc facinus prius quam fiat: prohibesseis scelus. — Synæresis est, vel syncope in illo *Lucret.* 1. 976. Nam sive est aliquid, quod prohibeat, officiatque. *Est qui leg.* probeat, ut *Lachmannus*, quem *V.* Putant enim quia *probi* quasi *prohibi* dicti sunt, teste *Festo p.* 22. 28. *Müll.*, etiam *probep* pro *prohibeo* dictum olim fuisse; vel potius *præbeat* legend. pro *prohibeat*, ut *præbia* dicuntur, quæ prohibent. *V.* PRÆBIA, PRÆDIUM et PRÆBIA. — Part. *Prohibens* 1. *e.* et 2. et in fin.; *Prohibitus* 1. *b., c., e., g.*; *Prohibiturus* 1. *g.*; *Prohibendus* 1. *b.* et *c.* — Prohibeo est idem ac procul teneo, arceo, submoveo, impedio, ne quid fiat; quasi porro habeo, κωλύω, εἴργω (It. *tener lontano, impedire*; Fr. *empêcher, retenir, détourner*; Hisp. *impedir, detener, desviar, estorvar*; Germ. *zurück-, entfernt-, abhalten, verhindern, abwenden*; Angl. *to Keep off or away, keep or ward off, debar, hinder, impede, stop, prevent, prohibit*). ¶ 1. Generatim. — *a*) Cum Accusativo personæ et Ablativo rei cum præp. *ab*. *Plaut. Epid.* 3. 3. 103. Ne te censeat filii causa facere, quo illum ab illa prohibeas. *Cæs.* 4. *B. G.* 34. Prohibere hostem a pugna. *et* 1. *ibid.* 11. ab oppidis vim hostium. *et* 2. *ibid.* 28. *extr.* Finitimis Imperavit, ut ab injuria *et* maleficio se suosque prohiberent. *h. e.* se abstinerent. *Cic.* 6. *Verr.* 64. 144. Quod prædones procul ab insula Sicilia prohibuisset Verres. *Id.* 2. *Phil.* 18. 46. Patri persuasi, ut eum a tua non modo familiaritate, sed etiam congressione, patrio jure et potestate prohiberet. *Sall. Jug.* 22. Populum Romanum neque recte, neque pro bono facturum, si ab jure gentium sese prohibuerit. *Id. ibid.* 45. Itaque prohibendo a delictis magis, quam vindicando exercitum brevi confirmavit. — *b*) Cum Accusativo personæ aut rei, et Ablativo rei sine præposit. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 105. Hæc atque alia damna multa mulierum me uxore prohibent. *Cæs.* 1. *B. G.* 10. Locis superioribus occupatis, itinere exercitum prohibere conantur. *et ibid.* 15. Hostem rapinis, pabulationibus, populationibusque prohibere. *et ibid.* 1. finibus suis. *et* 4. *ibid.* 11. pugna. *Cic. Ligar.* 5. 13. Nos jacentes ad pedes supplicum voce prohibebis? *h. e.* impedies, ne voce supplicum utamur? *Id. Sext.* 47. 101. Prohibere aliquem censu. *Id.* 4. *Herenn.* 24. 33. sepultura. *Id.* 12. *Fam.* 15. commeatu. *Id.* 5. *Verr.* 24. 60. Ab Apronio equitem Romanum scitote biduum cibo tectoque prohibitum. *Id.* 9. *Fam.* 6. Intelligit te non posse prohiberi republica diutius. *Nepos Hann.* 3. Alpicos conantes prohibere (*alii se*) transitu concidit. *Virg.* 4. *G.* 105. Instabiles animos Iudo prohibetis inani. *Ovid.* 2. *Met.* 528. gurgite cæruleo prohibete Trionas. *Id.* 6. *ibid.* 349. prohibere aliquem aquis. *Id.* 15. *ibid.* 600. urbe. *Justin.* 1. 8. 2. transitu. *Colum.* 6. *R. R.* 7. 2. Prohibendus erit bos potione per triduum. *Ulp. Dig.* 48. 22. 7. *sub fin.* Majoribus honoribus prohibitus minores petere non prohibetur. — *c*) Cum Accusativo tantum rei aut personæ. *Cic.* 2. *Cat.* 12. 26. Metellus aut opprimet hominem, aut omnes ejus motus conatusque prohibebit. *h. e.* coercebit, cohibebit, *reprimerà*. *Id.* 1. *Off.* 25. 89. Prohibenda maxime est ira in puniendo. *Virg.* 5. *Æn.* 195. hoc vincite, cives, Et prohibete nefas. *Ovid.* 14. *Met.* 636. accessus prohibet refugitque viriles. *Cæs.* 3. *B. C.* 44. Neque munitiones Cæsaris prohibere poterat. *Auct. B. G.* 8. 40. Aqua fluminis prohibebat oppidanos. *Liv.* 39. 45. Id eos ut prohiberet, quod ejus sine bello posset, prætori mandatum est. Si armis prohibendi essent, consules certiores faceret. *Justin.* 18. 7. 6. Prohibitis commeatibus obsessaque urbe. Passive *Pallad.* 1. *R. R.* 30. *sub init.* Large vagandi licentia prohibetur. — *Apul. de Deo Socrat.* Prohibitum ire aliquid. *h. e.* prohibere. — Prohibere comitia dicitur vitiare diem morbo, qui vulgo quidem *major*, ob id ipsum comitialis appellatur. Cato: Si servo aut ancillæ dormienti evenit, quod comitia prohibere solet etc. *Festus p.* 236. 27. *Müll.* — *d*) Raro admodum cum Dativo, aut cum Genitivo, aut cum Ablativo et præpos. *de*. *Plaut. Curc.* 5. 2. 7. Obsecro, parentes ne meos mihi prohibeas? *h. e.* impedias ne meos parentes noscam? Potest etiam subintelligi *nosse*. *Sil. It.* 6. 27. captæ prohibere nequiret Quum Pœnos aquilæ. *h. e.* quum nequiret prohibere Pœnos a capienda aquila legionis. *Lucilius* apud *Non. p.* 528. 10. *Merc.* Solus jam vim de classe prohibuit Vulcaniam. — *e*) Absolute. *Liv.* 2. 62. Valerius consul hostium castra oppugnare est adortus. Prohibuit fœda temperans. *Tibull.* 1. 3. 23. Aut sciat egressum se prohibente deo. *Ovid.* 15. *Met.* 616. Et dempta capiti, populo prohibente, corona, Exhibuit gemino præsignia tempora cornu. — *f*) Cum particulis *ut, ne, quin, quominus*. *Cic. Hosc. Am.* 52. 151. Dii prohibeant, ut hoc præsidium sectorum existimetur. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 10. 33. potuisti prohibere, ne fieret, et debuisti. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 19. has nullo perdere possum, Nec prohibere modo, simul ac vaga luna decorum Protulit os, quin oculos lædant herbasque nocentes. *Cic.* 12. *Fam.* 5. Hiemem credo adhuc prohibuisse, quo minus de te certum haberemus. *Lucret.* 2. 786. At varii rerum impediunt prohibentque colores Quo minus esse possit. *Id.* 1. 971. Prohibere et obstare, quo minus etc. *et* 1. 975. Prohibere et officere, quo minus etc. Adde *Colum.* 2. *R. R.* 4. 5. — *g*) Cum infinito. *Pacuvius* apud *Non. p.* 77. 25. *Merc.* Si ire conor, prohibet retere. *Cic.* 1. *Fam.* 9. Qui Bibulum exire domo prohibuissent. *Id.* 3. *Off.* 11. 47. Qui peregrinos urbibus uti prohibent. *Liv.* 4. 2. *sub fin.* Audeat Canulejus proloqui, se delectum haberi prohibiturum. *Id.* 4. 43. Coire patricios tribuni prohibebant. *Id.* 24. 46. Sonitoque primo largioris procellæ strepitum molientium portam exaudiri prohibuit. *Id.* 2. 34. Audeo dicere hoc malo domitos ipsos potius cultores agrorum fore, quam ut armati per secessionem coli prohibeant. *Cic. Sext.* 14. 32. Qui consul senatum ipsius decretis parere prohibuit? *Id. Ligar.* 8. 24. Prohibiti estis in provincia vestra pedem ponere. *Sall. Cat.* 18. Prohibitus erat consulatum petere. *Cæs.* 4. *B. G.* 24. Barbari nostros navibus egredi prohibebant. *Curt.* 3. 2. 9. Festinatio prohibebat accirl. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 51. (99). Aves corporis gravitate prohibitæ sublime petere. *Liv.* 3. 38. Jam se ad prohibenda circumdari opera Æqui parabant. *h. e.* ad prohibendum, ne opera circumdarentur. *Id.* 22. 60. Ibi quum sententiis variaretur, et alii redimendos de publico, alii nullam publice impensam faciendam, nec prohibendos ex privato redimi censerent. Adde *Martian. Dig.* 46. 3. 41. — *h*) *Dii prohibeant*, averruncent, avertant, ne siverint, *tolgæ Iddio*. *Ter. Andr.* 3. 3. 36. Si eveniat, quod dii prohibeant, discessio. Cf. *Cic. Hosc. Am.* 1. *c.* sub *f*. Pleniora sunt illa *Terentii Adelph.* 2. 4. 11. Deos quæso, ut istæc prohibeant. *et Hecyr.* 2. 1. 10. Dii mala prohibeant. *et Virg.* 3. *Æn.* 265. Dii prohibete minas: dii talem avertite casum. ¶ 2. Specialim est vetare, interdicere, *proibire, vietare*. Distant tamen *veto*, et *prohibeo*, quod vetamus dicti, prohibemus etiam facti. *Plaut. Curc.* 1. 1. 33. Nemo hic prohibet, nec vetat. *Cic.* 1. *Nat. D.* 14. 36. Lex recta imperans, prohibensque contraria. *Martial.* 6. 86. Quando ego vos, medico nón prohibente, bibam? *Liv.* 4. 4. Verum enim vero lege id prohiberi, et connubium tolli patrum ac plebis, id demum contumeliosum plebi est. — *Cæs.* 7. *B. G.* 78. At Cæsar, dispositis in vallo custodiis, recipi prohibebat. *Cic.* 4. *Herenn.* 22. 31. Eum sepelirl prohibuerunt. *alii* sepelire. *Horat.* 3. *Od.* 19. 14. Ternos ter cyathos attonitus petet Vates: tres prohibet supra Rixarum metuens tangere Gratia. *Id.* 1. *Sat.* 6. 57. Infans namque pudor prohibebat plura profari. *Quintil.* 5. 10, 104. Lex quæ prohibet adulteram sine adultero occidere. *Alii leg.* occidi. *Id.* 6. 1. 7. Athenis affectus movere per præconem prohibebatur orator. — Hinc *Prohibita, orum*, n. 2. absolute. *Seneca Ep.* 83. *a med.* Plures enim pudore peccandi, quam

bona voluntate prohibitis abstinent. ¶ 3. Item speciatim est defendere, tueri. *Varro* 2. *R. R.* 7. 10. In stabulis ab humore prohibere oportet humum. *Cic. pro lege Manil.* 7. 19. A quo periculo prohibete rempublicam. *Id. ibid.* 7. 18. Magnum civium numerum calamitate prohibere. *Id. Brut.* 96. 330. Ut adultam virginem ab armatorum impetu prohibeamus. *Id.* 2. *Off.* 12. 41. Tenuiores injuria prohibere. *Cæs.* 1. *B. C.* 23. Prohibere aliquem a conviciis alicujus. *Sall. Jug.* 107. ab injuria. *Cic.* 2. *Herenn.* 12. 17. detrimento. *Liv.* 31. 25. agros sociorum populationibus. *Horat.* 1. *Od.* 27. 3. Verecundumque Bacchum Sanguineis prohibete rixis. *Id.* 1. *Ep.* 1. 31. Nodosa corpus nolis prohibere chiragra. ¶ 4. Pro separare, dividere. *Ammian.* 28. 6. Angustiæ, quæ a Rubro prohibent Caspium mare. — Hinc Part.

Prohibens, entis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Prohibentior* apud *Boeth. Aristot. Topic.* 3. 4. *p.* 683. Nam et voluptatis prohibentior est ægritudo.

PRŌHĪBĪTA, ōrum, n. 2. plur. *V.* voc. præced. 2.

PRŌHĪBĪTĬO, onis, f. 3. *allontanamento, proibizione, ἀποκώρηξις. Cic.* apud *Quintil.* 9. 2. *ab init.* Quamquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit. *Id. Cic.* 5. *Verr.* 14. 37. Prohibitio tollendi, nisi pactus esset, vim adhibebat pactioni, non voluntatem. *Sic leg.* Orell. *et* Klotz.; *alii* cohibitio. *Ulp. Dig.* 48. 19. 8. Aut dignitatis depositionem, aut alicujus actus prohibitionem.

PRŌHĪBĪTOR, ōris, m. 3. *allontanatore, proibitore, κωλυτήρ*, qui prohibet, h. e. arcet, aut vetat. *Arnob.* 7. 41. Æsculapius valetudinum pessimarum propulsator, prohibitor, et exstinctor. *Ammian.* 21. 12. et 24. 4. *a med.* Occupatis prohibitoribus, patefactisque latebris. *i difensori.* et *Apul. de Deo Socrat.* Nullo adhortatore unquam indigebat, at vero prohibitore nonnumquam.

PRŌHĪBĪTŌRĬUS, a, um, adject. *allontanante, proibitivo, κωλυτικός*, ad prohibendum, seu arcendum, vel vetandum inserviens. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 14. 17. (37). Clitviam avem quidam clamatoriam dicunt, Labeo prohibitoriam. *Ulp. Dig.* 43. 26. 1. Interdictum prohibitorium. *Ammian.* 23. 5. *med.* Haruspices prolatis libris exercitualibus ostendebant signum hoc esse prohibitorium principique-contrarium.

PRŌHĪBĪTUS, a, um. *V.* PROHIBEO.

PRŌHINC, adverb. igitur, ergo, proinde. *Apul.* 3. *Met.* Prohinc tormentis veritas eruenda. *Id.* 5. *ibid.* Prohinc cubiculo te refer. Adde *eumd.* 11. *ibid.*

PRŌHŌMO, mmis, m. 3. quasi homo. *Seneca* 5. *Controv.* 34. *a med.* Hic est Craton venustissimus homo et prohomo et professus. *Ita cl.* Furlanetto *in Append.*; *alii aliter leg.*

PROIN. *V.* PROINDE.

PRŌINDE et proin. — *Proin* disyllabum est apud *Catull.* 20. 16. Proin viator hunc deum (*Priapum*) vereberis. Adde *Accium* apud *Non. p.* 257. 7. *Merc.* et apud *Cic.* 1. *Divinat.* 22. 44.; et *Poetam* apud *Censorin.* 14. Ceterum *proin* est monosyllabum apud *Plaut. Capt. prol.* 63. et 3. 4. 20., *Mil. glor.* 3. 1. 185. et *Stich.* 5. 2. 19.; *Ter. Eun.* 1. 1. 11. et 1. 2. 26.; et *Senec. Thyest.* 201. et *Agam.* 129. — Sunt qui *proin* (poeticum et fere comicum) et *Ciceroni* tribuunt 2. *Cat.* 5. 11.; sed *proinde* rectius ibi alii leg. *Lachmannus* (*V.* ad *Lucret.* 3. 159.) et alii leg. apud *Varron.* 2. *R. R.* 4. 10.; sed ibi *Schneiderus mavult proinde.* — Ceterum *proinde* vel *proin*

A) Est conjunctio idem valens, quod ideo, propterea, quapropter, ideoque, διό (It. *però, perciò, per questo*; Fr. *ainsi, donc, par conséquent*; Hisp. *pues, por consiguiente*; Germ. *demnach, demgemäss, daher, also, demzufolge*; Angl. *therefore, for that reason, on that account*). — *a*) Forma *proinde. Nævius* apud *Festum p.* 298. 29. *Müll.* Proinde aperto dice, quid sit, quod times. *Accius* apud *Non. p.* 227. 31. *Merc.* Proinde istæc tua aufer terricula. *Plaut. Asin.* 1. 1. 12. Proinde actutum istud quid sit, quod scire expetis, Eloquere. *Ter. Heaut.* 1. 2. 3. Proinde hinc vos amolimini. *C. ic.* 2. *Cat.* 5. 11. Proinde aut exeant, aut quiescant. *Id.* 12. *Fam.* 6. Proinde fac, animum tantum habeas, quanto, etc. *Sall. Jug.* 53. Proinde parati intentique essent, signo dato, Romanos invadere. *Cæs.* 7. *B. G.* 38. *ad fin.* Proinde si quid in nobis animi est, persequamur eorum mortem. *Virg.* 11. *Æn.* 383. Proinde tona eloquio, solitum tibi, meque timoris Argue. (disyllab. et ita semper *Lucret.*, itemque *Sil. It.* 2. 353. etc.). *Liv.* 1. 9. Proinde ne gravarentur homines cum hominibus sanguinem ac genus miscere. *Curt.* 3. 5. *ad fin.* Proinde, si quid opis, si quid artis in medicis est, sciant etc. *Justin.* 1. 6. 11. Denunciat suis, ni vincerent, non minus fortes post terga inventuros, quam a frontibus viros: proinde videant, fugientibus hæc. an illa pugnantibus acies rumpenda sit. *Quintil.* 3. 8. 38. Proinde intuenda sexus, dignitas, ætas. — *b*) Forma *proin. Plaut. Stich.* 5. 2. 19. Proin tu lavare propera. *Id. Mil. glor.* 3. 1. 185. Proin, Palæstrio, quam potes, tam verba confer maxime ad compendium. *Id. Capt. prol.* 63. Proin si quis pugnam exspectat, lites contrahat. *Ter. Andr.* 2. 4. 5. Proin tu fac, apud te sies. *Id. Eun.* 1. 2. 26. Proin tu, taceri si vis, vera dicito.

B) Aliquando est adverb. similitudinis, idem ac *perinde*, æque, pariter (It. *parimente, egualmente*; Fr. *comme, pareillement*; Hisp. *como, así que*; Germ. *gerade so, ganz auf glieche, dieselbe Weise, ebenso*; Angl. *just so, equally, all the same as*). — *a*) Cum particulis *atque*, vel *ac, ac si. Varro* apud *Gell.* 13. 12. Neque minus multi imperiti, proinde atque haberent ea, sunt usi. *Plaut. Trin.* 3. 2. 33. Tibi proinde ac merere, summas habeo gratias. *Lucret.* 3. 1053. Si possent homines, proinde ac sentire videntur Pondus inesse animo, quod se gravitate fatiget, Et quibus id fiat causis, cognoscere, *etc.* haud ita vitam agerent. *come. Id.* 3. 1035. Ossa dedit terræ, proinde ac famul infimus esset. *Nepos Lysand.* 2. Proinde ac si iidem firmissimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici. *Cic.* 3. *Att.* 13. Qua de re, quoniam comitia habita sunt tuque nihil ad me scribis, proinde habebo, ac si scripsisses nihil esse. *Cæs.* 3. *B. C.* 1. Nonnullos ambitus Pompeja lege damnatos-in integrum restituit, qui se illi initio civilis belli obtulerant, si sua opera in bello uti vellet, proinde æstimans, ac si usus esset. *Tac.* 12. *Ann.* 60. Decreta eorum (*procuratorum*) proinde haberi jusserat, ac si Magistratus Romani constituissent. *Gell.* 1. 18. Vocabulum Græcum vetus traductum in linguam Romanam, proinde atque si primitus Latine fictum esset, resolvit in voces Latinas. — *b*) Sequente *quasi, tamquam, quam, quam si. Plaut. Amph.* 2. 2. 53. Atque me nunc proinde appellas, quasi multo post videris. *Id. Pœn.* 4. 2. 23. Proinde habet hic orationem, quasi ipse sit frugi bonæ. *Cic.* 1. *Tusc.* 36. 86. Metelli sperat sibi quoque fortunam: proinde quasi aut plures fortunati sint, quam infelices, aut etc. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 34. 109. Proinde quasi sapiens nullum aliud decretum habeat, et sine decretis vitam agere possit. *Id.* 1. *de republ.* 5. Proinde quasi bonis et fortibus ulla sit ad rem publicam adeundi causa justior, quam ne pareant improbis, neve etc. *Ter. Phorm.* 2. 3. 35. Proinde expiscare quasi non nosses. (Ita legit etiam *Donat.*). *Id. Heaut.* 1. 1. 13. Proinde quasi nemo siet. Ita tute attente illorum officia fungere. *Lucret.* 4. 1004. Proinde quasi ignotas facies atque ora tuantur. *Sall. Jug.* 4. Proinde quasi prætura et consulatus, atque alia hujuscemodi per se ipsa clara, magnifica sient, ac non perinde habeantur, ut eorum, qui sustinent, virtus est. *come se. Gell.* 15. 29. Proinde est, tamquam si ego dicam, etc. *Plaut. Truc.* 2. 3. 3. Si proinde amentur mulieres, diu quam lavant, Omnes amantes balneatores sient. — *c*) Sequente *ut, sicut. Plaut. Amph.* 3. 3. 26. Hæc curata sint, fac, sis, proinde adeo ut me velle intelligis. *Id. ibid.* 1. 3. 18. Numquam edepol quemquam mortalem credo ego uxorem suam sic afflictim amare, proinde ut hic te afflictim deperit. *Varro* 3. *R. R.* 17. 4. Quos (*pisces*) proinde ut sacri sint ac sanctiores quam illi in Lydia-; sic hos pisces nemo cocus in jus vocare audet. *Id.* 1. *ibid.* 2. 19. Sic factum, ut Libero patri repertori vitis hirci immolarentur, proinde ut capite darent pœnas. — Notandum illud *Ter. Hecyr.* 2. 1. 21. Uti domi vos mi eritis, proinde ego ero fama foris. *Tertull. advers. Marcion.* 4. 24. Proinde per civitates abundaturam circumcidere, sicut et egituram per solitudinem struxerat. Absolute. *Justin.* 41. 3. 8. Proinde secunda, adversaque silentio tegunt. *Lucret.* 4. 647. Ut sunt dissimiles extrinsecus, *etc.* Proinde et seminibus distant, variantque figuris. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 24. Hunc filii loco non proinde habere, turpe mihi videtur. *Petron. Satyr.* 83. Senex canus, qui, *etc.* sed cultu non proinde speciosus. *Philippi* epist. ad *Aristotel.* apud *Gell.* 9. 3. Diis habeo gratiam, non proinde quia natus est, quam pro eo quod eum nasci contigit temporibus tuis. οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ παιδός, ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 68. Ut, sive dulcis esset sapor uvæ sive acidus, proinde æstimarent.

PROILIUM. *V.* PRŒLIUM init.

PROJECTĀTUS, a, um. *V.* PROJECTO.

PROJECTĒ, adverb. abjecte, cum contemptu, sine cura. *Tertull. Pudic.* 13. Apostolus vero eam sceleratam libidinem tam projecte ignovisset?

PROJECTĬCĬUS, a, um, adject expositicius.

I.) Proprie expositicius. *Plaut. Cist.* 1. 3. 43. Is amore projecticiam illam deperit, Quæ dudum flens hinc abiit ad matrem suam. Sic in *Argum. ejusd. Cist.*, quod quidam *Sidonio* tribuunt. Lemnique natam spondit adolescentulo Amore capto illius projecticiæ. *V.* PROJICIO.

II.) Translate est nihili habitus. *Ammian.* 28. 6. *a med.* Salutat Te Palladius projecticius, qui non aliam ob causam dicit se esse projectum, nisi quod in causa Tripolitanorum apud aures sacras mentitus est.

PROJECTĬO, ōnis, f. 3. actus projiciendi, extensio, προβολή. ¶ 1. Stricto sensu. *Cic. Orat.* 18. 59. Brachii projectio in contentionibus, contractio in remissis. *stendimento.* et *Festus p.* 352. 34. *Müll.* Tullios alii dixerunt esse silanos, alii rivos, alii vehementes projectiones sanguinis arcuatim fluentis: quales sunt Tiburi in Aniene. ¶ 2. Latiori sensu, seu ut aliis placet, translate *projectio* est etiam eadem ac projectura. *Ulp.* 43. 17. 3. § 5. Item videamus, si projectio supra vicini solum non jure haberi dicatur. *et* § 6. An, quo facilius possim retinere possessionem ejus projectionis, interdico tecum, sicuti nunc possidetis. *V.* PROJICIO.

PROJECTO, as, āre, a. 1. intensiv., vel frequentat. a *projicio*. — Part. *Projectatus* sub I.

I.) Proprie. *Ammian.* 13. 5. *a med.* Homines in aperta pericula projectare. *Isid.* 10. *Orig. litt. P.* Projectus, quasi porro ejectus et projectatus.

II.) Translate. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 33. Etiam ne ultro tuis me projectas probris? *h. e.* injuriis afficis. *Alii et ipse* Fleckeisen. *leg.* prolectas. *h. e.* provocas. *Ennius* apud *Rufinian. de figur. Syncris.* Ego projector, quod tu peccas. *h. e.* rejicior, damnor, arguor.

PROJECTŌRĬUS, a, um, adject. ejiciendi vim habens. *Theod. Priscian. de diæta* 15. Projectoriam vim participare. *Æmil. Macer* 4. 1. Herba projectoriæ virtutis.

PROJECTŪRA, æ, f. 1. *sporto, prominenza*, προβολή, projectum, prominentia, et veluti supercilium cujusque rei, ut coronarum in architectura, etc. *Vitruv.* 3. 2. Crepidines et projecturæ spirarum. *et ibid.* 3. Spirarum projecturæ non procedant extra solidum *et ibid.* Projectura cymatii. *V.* PROJECTIO 2.

PROJECTUS, a, um. *V.* PROJICIO.

PROJECTUS, us, m. 4. projectio. In sexto ca-

su sing. *Lucret.* 3. 987. Quamlibet immani projectu corporis exstet. *extensione.* et *Plin.* 17. *Hist. nat.* 12. 19. (92). Omnium, quæ projectu frondis ita defenduntur, ut per ipsas non defluant imbres, stilla sæva est.

PROJĬCĬO, jēcis, jēci, jectum, jĭcere, a. 3. (pro *et* jacio). — *Projectus* I. 1., 2., 4., 5., 6. et II. 1. *b.* et *d.* et in fin. — Projicio est idem atque ante, aut procul jacio, abjicio, προβαλλω, καταῤίπτω (It. *gettar innanzi, o via, o lontano;* Fr. *jeter en avant, jeter dehors, rejeter de son sein*; Hisp. *echar en adelante, echar fuera, echar lejos;* Germ. *vorwärts oder nach vorn hinwerfen, fortwerfen, -stossen, -jagen*; Angl. *to throw or fling forth or away*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu, vel generatim est ante, aut procul jacere, objicere. — *a*) Universim. *Horat. Epod.* 6. 19. *de cane.* Projectum odoraris cibum. Cf. *Apul.* 6. *Met.* Et frusto cibarii panis ei projecto, cubitum facessit. *Varro* 5. *L. L.* 25. *Müll.* Putescebant ibi cadavera projecta. *Ovid.* 7. *Met.* 601. Tristes penetrant ad viscera morbi. Ante sacros vidi projecta cadavera postes. *Cic.* 1. *Tusc.* 43. 104. Diogenes projici se jussit inhumatum. *Liv.* 29. 9. Nec satiatus vivorum pœna insepultos projecit. *Cic.* 1. *Divinat.* 27. 56. Simonides quum ignotum quemdam projectum mortuum vidisset, eumque humavisset etc. *Cæs.* 7. *B. G.* 81. Crates projicere, fundis, sagittis nostros de vallo deturbare. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 100. qui servos projicere aurum In media jussit Libya. *Cæs.* 4. *B. G.* 36. Aquilam intra valium projecit. *et* 7. *ibid.* 25. Projicere aliquid in ignem. *Propert.* 3. 6. 3. Dum furibunda mero mensam propellis, et in me Projicis insana cymbia plena manu. *Virg.* 5. *Æn.* 402. In medium geminos immani pondere cæstus Projecit. *et ibid.* 673. galeam ante pedes projecit inanem. *Id.* 12. *ibid.* 256. prædamque ex unguibus ales Projecit fluvio. *h. e.* in fluvium. — *b*) Speciatim et sæpe de armis, insignibus, vestibus etc. *Cæs.* 7. *B. G.* 40. et 3. *B. C.* 98.; *Auct. B. G.* 8. 29.; et *Auct. B. Alex.* 76. Projicere arma. *gettare, deporre.* Cf. *Virg.* 6. *Æn.* 836. Projice tela manu. *Cæs.* 2. *B. C.* 32. Projectis fascibus et deposito imperio. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 53. projectis insignibus, anulo equestri, Romanoque habitu. *Petron. Satyr.* 136. *a med.* Projectaque veste in aditu stet. *deposta, messa giù. Ovid.* 13. *Met.* 166. neque adhuc projecerat heros (*Achilles*) Virgineos habitus. *Id. Heroid.* 21. 165. Projicit ipse suas deducta fronte coronas. — *c*) Item speciatim de infantibus. *Plaut. Cist.* 2. 3. 74. Eam postquam peperit, jussit parvam projici. Ego projeci, alia mulier sustulit. *h. e.* exposui. *et ibid.* 1. 2. 5. Puellam projectam ex angiportu sustuli. *V.* PROJECTICIUS. ¶ 2. Latiori sensu, vel speciatim est abjicere, prosternere, *prostrare, coricare, distendere. Val. Flacc.* 7. 141. stratoque graves projecerat artus. *Stat.* 1. *Theb.* 387. hic artus imbri ventoque rigentes Projicit. — Sæpius hoc sensu Part. *projectus* usurpatur, et est abjectus, prostratus, quum se projecisset, *disteso, prostrato, coricato. Cæs.* 7. *B. G.* 26. Matresfamilias flentes, projectæ ad pedes suorum. *Id.* 2. *B. C.* 5. Ante simulacra projecti victoriam ab diis exposcerent. *et* 3. *ibid.* 98. Passis palmis, projecti ad terram, flentes ab eo petierunt salutem. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 63. 83. (174). Vulpes in latera projectæ. *distese in terra in fianco.* et *Virg.* 1. *Ecl.* 76. viridi projectus in antro. *Stat.* 12. *Theb.* 328. projectus cæspite nudo. *Sil. It.* 15. 309. Stramine projectus duro. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 112. Si quis ad ingentem frumenti semper acervum Projectus vigilet cum longo fuste. ¶ 3. Item speciatim, projicere se, *gettarsi. Curt.* 9. 4. Jam vestem detraxerat corpori, projecturus semet in flumen. *Cæs* 4. *B. G.* 25. Projicere se ex navi. *Cic. Sext.* 11. 26. ad pedes alicujus. *Liv.* 2. 23. se in forum. *h. e.* se proripere. *Virg.* 9. *Æn.* 444. Tum super exanimem sese projecit amicum. — Sic de jumento, quod podagra laborat, *Veget.* 3. *Veterin.* 53. *init.* Nec stare potest, nec ambulare, sed si cogatur, claudicat, et sæpe se projiciet. ¶ 4. Item est fundere, profundere, emittere. *Manil.* 4. 259. ille quoque, inflexa fontem qui projicit urna. *h. e.* Aquarius. *Auct. B. Alex.* 24. *ad fin.* Ut lacrimas, quas in colloquio projecerat, gaudio videretur profudisse. *Val. Flacc.* 8. 90. septem projectus in amnes Nilus. — Sic projectus est naufragio ejectus. *Virg.* 7. *Ecl.* 42. projecta vilior alga. *Lucret.* 5. 223. sævis projectus ab undis Navita nudus humi jacet. *Ovid.* 2. *Pont.* 3. 30. Vix duo projecto, tresve tulistis opem. *Id. Heroid.* 2. 135. Ad tua me fluctus projectam litora portent. — Huc referri potest et illud *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 3. *cum Infinito.* levibus projecerat auris Indociles errare comas. ¶ 5. Item est expellere, relegare, repellere. *Cic.* 2. *Cat.* 1. 2. Urbs lætari mihi videtur, quod tantam pestem evomuerit forasque projecerit. *Ovid.* 15. *Met.* 504. immeritumque pater projecit ab urbe. *Tac.* 1. *Ann.* 3. Ut nepotem unicum Agrippam in insulam Planasiam projiceret. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 71. — Similiter *Ammian.* 22. 7. *med.* Duo agentes in rebus ex his, qui projecti sunt, etc. *h. e.* qui a magistratu repulsi sunt. — Sic in re militari est repulsus, propulsus, *ributtato. Sisenna* apud *Non. p.* 363. 3. *Merc.* Romanos impetu suo protelant: projectos persequuntur. ¶ 6. Demum est etiam protendere, extendere, *stendere innanzi, sporgere in fuori*, quo sensu sæpe usurpatur Part. *projectus* et est protentus, procurrens, prominens, *steso innanzi, sporto in fuori. Q. Claudius Quadrigarius* apud *Gell.* 9. 13. Gallus sua disciplina scuto projecto cunctabundus, Manlius scutum scuto percussit, atque statum Galli conturbavit. *Nepos Chabr.* 1. Projecta hasta impetum excipere hostium. *Sisenna* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 4. Scutis projectis tecti. *Cic.* 3. *Orat.* 59. 220. Brachium procerius projectum, quasi quoddam telum orationis. *Virg.* 10. *Æn.* 587. projecto dum pede lævo Aptat se pugnæ. Sic *Sisenna* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 4. Arbor circum projectis ramis majorem partem loci summi tegebat. — Similiter de locis, quæ procurrunt, porriguntur, prominent. *Pacuvius* apud *Gell.* 4. 17. *extr.* Id promontorium, cujus lingua in altum projicit. *h. e.* projicit se, projicitur: ita rectius *Forcellinus* et *Heuz*; *alii* linguam. Cf. *Cic.* 6. *Verr.* 10. 21. Urbs erat ejusmodi loco, atque ita projecta in altum etc. *Virg.* 3. *Æn.* 699. projectaque saxa Pachyni Radimus. *Liv.* 22. 20. Continentis projectas oras prætervehi. — Sic de loco depresso, jacenti, porrecto, extento. *Lucan.* 8. 442. si regna times projecta sub austro. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 6. 12. (80). Insula a septentrione in meridiem projecta. *Sil. It.* 6. 646. ubi lætis Projecta in campis nebulas exhalat inertes, Et sedet ingentem pascens Mevania taurum. — Similiter *projicere* est etiam projectum facere, in illo *Caji Dig.* 8. 2. 1. Jus immittendi tigna in parietem vicini, projiciendi, protegendi, etc. Sic *Cic. Topic.* 4. 24. Id solum esse ambitus ædium, quod parietis communis tegendi causa tectum projiceretur. — Hinc *projectum* est membrum ædium prominens, ut mœnianum et subgrunda, *sporto. V.* IMMISSUS.

II.) Translate. ¶ 1. Est amittere, negligere, abjicere, *lasciar andare, abbandonare, disprezzare, gettar via.* — *a*) Generatim. *Cic.* 13. *Phil.* 3. 6. Nec pro his libertatem, sed pro libertate hæc projicias. *Plin.* 7. *Ep.* 27. Projicere spem salutis. *Cæs.* 2. *B. G.* 15. Accusare Belgas, qui se populo R. dedidissent, et patriam virtutem projecissent. *Horat. Art. P.* 97. Projicit ampullas, et sesquipedalia verba. *Ovid.* 6. *Met.* 544. ipsa pudore Projecto tua facta loquar. *Sil. It.* 10. 42. Per medios agitur, projecto lucis amore. — *b*) Speciatim de personis est rejicere, negligere, deserere, nullam earum rationem habendo. *Cæs.* 1. *B. C.* 30. Projectus ac proditus a Cn. Pompejo. *et* 2. *ibid.* 32. Nonne extremam fortunam sequi paratos projecit ille? *Sall. Ep. Pompej. ad Sen.* Quem contra ætatem projectum ad bellum sævissimum, cum exercitu optume merito, fame confecistis. *Liv.* 32. 44. Si quid projectis ac proditis ad inconsultam atque improvidam pugnam legionibus accidisset. *Virg.* 11. *Æn.* 360. Quid miseros toties in aperta pericula cives Projicis. *ubi V.* Servium. — Similiter *Tac.* 1. *Ann.* 42. Projecta senatus auctoritas. — *c*) Item speciatim de vita. *Virg.* 6. *Æn.* 436. lucemque perosi Projecere animas. *Lucan.* 4. 526. Projicere vitam. *Stat.* 2. *Theb.* 237. Projicere diem. *h. e.* luce se privare, oculos sibi eruendo. — Similiter *Seneca Ep.* 10. Repeto memoria, quam magno animo quædam verba projeceris, quanti roboris plena. *h. e.* proferis. — *Projicere*, inquit *Non. p.* 162. 7. *Merc.* effundere, honeste positum. *Sisenna ibid.* Tum postquam ad Perusinos ejus facti mentionem projecit. Hoc, opinor, *Sisenna* vult dicere, negligenter jecit, quasi aliud agens meminit. ¶ 2. Est etiam in pericula conjicere. *Cic.* 9. *Att.* 6. Epistolæ tuæ monent, et rogant, ne me projiciam. *et ipse Atticus ibid.* 10. Tum poterimus deliberare, non scilicet integra re, sed certe minus infracta, quam si una projeceris te. *projicere se* his locis est, sine consilio celeriter Urbem relinquere, et temere se fugæ dare, nullo certo loco constituto, quo confugias, et quasi in apertum exitium ruendo. *Sall. Jug.* 17. Cujus impio facinore in has miserias projectus sum. ¶ 3. *Projicere se* est se exserere, se effundere, erumpere. *Cic.* 2. *Fin.* 22. 73. Quod adulterium, quod stuprum, quæ libido non se protipiet ac projiciet, aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia? *h. e.* exseret, erumpet, effundet. *Id. Cæl.* 9. 22. Si qui se in hoc judicium forte projecerint, excluditote eorum cupiditatem. *h. e.* cupide ac temere se intromiserint. *Liv.* 25. 37. In muliebres et inutiles fletus se projicere. ¶ 4. Pro differre. *Tac.* 2. *Ann.* 36. Quantum odii fore ab his, qui ultra quinquennium projiciantur. — Hinc Part. præter., cujus plurima exempla retulimus,

Projectus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Projectior* I. et II. 3.; et Sup. *Projectissimus* II. 2.; et

I.) Proprie est exsertus, prominens, protentus. *Lucan.* 4. 755. Oraque projecta squalent arentia lingua. *h. e.* exserta. *Sueton. Ner.* 51. Statura fuit pæne justa, -cervice obesa, ventre projecto. *et Tit.* 3. Neque procera statura, et ventre paullo projectiore. *V.* plura sub

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ sumptâ a paragr. proxime super. *Cic.* apud *Non.* 4. *p.* 373. 24. *Merc.* (3. *de republ.* 7.) Justitia foras spectat, et projecta tota est, atque eminet. ¶ 2. Hinc est immoderatus, effrenatus, ad omnia se cupide projiciens, profligatus, impudens, *smoderato, audace, eccessivo, sfrenato, sfrontato. Cic.* 3. *Verr.* 1. 2. Homo ad audendum projectus. *Id. Dom.* 44. 115. Videte hominis intolerabilem audaciam cum projecta quadam et effrenata cupiditate. *Id. Cluent.* 65. 183. Quorum eminet audacia, atque projecta est. *Tac.* 5. *Hist.* 5. Projectissima ad libidinem gens. *Gell.* 1. 15. *extr.* Homines in verba projectos, loculutulejos, et blaterones, et lingulacas dixerunt. ¶ 3. Item vilis, abjectus, contemptus, *vile, avvilito, abbietto, dispregevole. Liv.* 2. 27. *a med.* Non esse desertam omnino rempublicam, neque projectum consulare imperium. *Tac.* 3. *Ann.* 65. *extr.* Etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tam projectæ servientium patientiæ tædebat. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 153. Quid esse vobis æstimem projectius? ¶ 4. Item demissus, abjectus. *Tac.* 3. *Hist.* 65. Vitellii vultus projectus, et degener. ¶ 5. *Projecta sacra* appellantur, quæ fulgurante cælo fiunt. Tunc enim projecta depellendorum fulgurum, vel procurandorum bonorum causa fiunt. Ita *Festus p.* 215. 29. *Müll.* Suspicor, inquit *Dacerius*, projecta inde dicta fuisse, quod in scrobe ea sacra fierent, ubi postea fulmen conderetur. Sic *Forcellinus*: at *Müllerus* legit *conjecta*: V. ibi et cetera. — Hinc

Projectum, i, n. 2. absolute, substantivorum more. *V.* supra I.

PRŌLĂBOR, lāberis, lapsus sum, lābi, dep. 3. (pro *et* labi). Part. *Prolabens* I.; *Prolapsus* I. et II. 1., 2. et 3. — Prolabor est idem quod la-

bor, delabor, vel in anteriorem partem labor, vel etiam labendo cado, procido, παρολισθέω, παρολισθάνω, *scorrere, scorrere innanzi, cadere*; Fr. *glisser ou se glisser en avant ou en bas, tomber, descendre*; Hisp. *deslizar, caer, descender*; Germ. *vorwärts gleiten oder rutschen, hingleiten, hinfallen, hinschlüpfen, sich fortbewegen, herabfallen*; Angl. *to run or glide forward*).

I.) Proprie. *Cic. in Arat.* 2. *Nat. D.* 44. At Canis ad caudam serpens prolabitur Argo. *Propert.* 1. 20. 47. *de Hyla.* Prolapsum leviter facili traxere liquore. *Liv.* 44. 5. Solido procedebat elephas in pontem: cujus priusquam in extremum procederet, succisis asseribus collapsus pons, usque alterius initium pontis prolabi eum leniter cogebat: alii elephanti pedibus insistentes, alii clunibus subsidentes prolabebantur. *Id.* 27. 27. Postquam Marcellum prolabentem ex equo moribundum videre. *Tac.* 14. *Ann.* 27. Laodicea tremore terræ prolapsa. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 8. 45. (69). Putator ex arbore alta prolapsus. *Ovid. Ib.* 223. matris prolapsus ab alvo. *Sueton. Gramm.* 2. Quum prolapsus in cloacæ foramen crus fregisset. *Mamertin. Grat. act. ad Julian.* 6. Prolapsum cælo excepere Palladium. *Liv.* 27. 32. Equus pilo trajectus, prolapsum per caput regem effudit. *Virg.* 2. *Æn.* 555. Trojam incensam, et prolapsa videntem Pergama.

II.) Translate. ¶ 1. Est sensim devenire, paullatim accedere. *Cic. Cœl.* 20. 47. Huc unius mulieris libido est prolapsa, ut etc. *Id.* 1. *Legg.* 20. 52. Libenter ad istam orationem tecum prolaberer. *Seneca Controv.* 15. Eo prolapsi sunt mores, ut nemo ad suspicanda adulteria nimium credulus videri possit. *Liv.* 30. 12. *a med.* In misericordiam prolapsus est animus victoris. *Tac.* 2. *Ann.* 10. Paullatim inde ad jurgia prolapsi. *Id.* 1. *ibid.* 31. Miles in rabiem prolapsus est. — Sic in oratione est longius provehi, excurrere. *Cic. Cœcin.* 35. 101. Me longius prolapsum esse, quam ratio vestri judicii postularit. Cf. *Ammian.* 23. 6. *init.* Res adegit huc prolapsa, ut in excessu celeri situm monstrare Persidis etc. ¶ 2. Item est elabi, excidere. *Cic. Fontej.* 9. 18. Ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum videatur. ¶ 3. Item est aberrare, errare, falli, in pejus ruere. *Cic. Quinct.* 24. 77. Cogitabam fore, uti permultis in rebus timore prolaberer. *Val. Max.* 2. 1. (*n.* 5.) Vini usus olim Romanis feminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur. *Cic.* 1. *Att.* 17. *a med.* Questi sunt Asiani, se cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 29. (118). Virum alias sagacem, nimio juvandi mortales studio prolapsum. *Cic.* 2. *Divinat.* 2. 4. His præsertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est (*juventus*), ut omnibus opibus refrenanda ac coercenda sit. — *Liv.* 23. 5. Prolapsum clade Romana imperium vestra fide, vestris viribus retentum et recuperatum esse. *Id.* 6. 22. Rem temeritate ejus prolapsam restituit. *Tac.* 3. *Ann.* 55. Dites olim familiæ studio magnificentiæ prolabebantur.

PRŌLAPSĬO, ōnis, f. 3, casus, πρόπτωσις, *caduta.*

I.) Proprie. *Sueton. Aug.* 30. Alveus Tiberis completus ruderibus, et ædificiorum prolapsionibus coarctatus. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 10. *ad fin.* Sed apparet chirurgia ad exitum puri faciendum, incisa membrana, quo corruptis liquoribus prolapsio præbeatur. — Et speciatim in re medica *Id.* 3. *Acut.* 2. *sub init.* Linguæ ultra dentes ad exteriora prolapsio. Adde *eumd.* 1. *Tard.* 4. *n.* 65.

II.) Translate est juventutis erratum, *aberrazione, sdrucciolamento. Cic. Cœl.* 17. 41. Interdum natura multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo ac prolapsione vix posset. *Ammian.* 20. 4. *a med.* Observans, ne post multas felicissimasque victorias agatur aliquid indecorum, neve intempestiva temeritas et prolapsio discordiarum materias excitaret.

PRŌLAPSUS, a, um. *V.* PROLABOR.

PRŌLAPSUS, us, m. 4. prolabendi actus, prolapsio. Est *Augustin.* in *Ps.* 109. 17.

PRŌLĀTĀTĬO, ōnis, f. 3. *dilazione, ἀναβολή, dilatio. Tac.* 3. *Hist.* 82. Sed omnem prolatationem, ut inimicam victoriæ, suspectabant. *Alii rectius leg.* (inter quos *Jac. Gronov.*) prolationem.

PRŌLĀTĀTUS, a, um. *V.* PROLATO.

PRŌLĀTĬO, ōnis, f. 3. (profero) proferendi actus; sed usurpatur translate tantum, et ¶ 1. Est narratio, expositio. *Cic. Orat.* 34. 120. Commemoratio antiquitatis, exemplorumque prolatio. *Liv.* 22. 13. Sed Punicum abhorrens os ab Latinorum nominum prolatione, pro Casino Casilinum dux ut acciperet, fecit. *proferimento, pronunzia.* Sic *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 6. *de linguæ paralysi.* Demonstrata tamen verbi intelligibili prolatione, nunc imperfecta, nunc ex omni parte motu carens. ¶ 2. Item est extensio, protensio, *estensione, dilatazione,* ὑπέρθεσις. *Liv.* 31. 5. Et prolationem finium, victoriamque et triumphum portendi. ¶ 3. Sumitur etiam pro dilatione, *dilazione. Cic. Rabir. perduell.* 3. 8. Quum alteri ad prolationem judicii biduum quæreretur. *Cæs.* 3. *B. C.* 32. Prolationem diei donationem esse dicebant. *Cic.* 7. *Att.* 12. Nec eum rerum prolatio, nec senatus discessus tardabit. *sospensione de' pubblici affari, tempo di ferie. Id.* 5. *Fam.* 16. Hæc prolatio temporum perditorum. — Absolute. *Tac.* 3. *Hist.* 82. Omnem prolationem, ut inimicam victoriæ suspectabant. (*V.* PROLATATIO). — In plur. num. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 95. Trecentæ possunt causæ colligi: non domi est; abiit ambulatum; dormit; quamtumvis prolationum 'st.

PRŌLĀTĪVUS, a, um, adject. qui profertur, vel prolatus est. *Ambros. de Fide* 4. 4. Quasi non intelligat quid intersit inter prolativum sermonem et in æternum permanens Dei Verbum.

PRŌLĀTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pro *et* lato). Part. *Prolatatus.* 2.; *Prolatandus* 1. et 2. — Prolato ¶ 1. Est dilato, extendo, *dilatare, ampliare,* παρεκτείνω. *Colum.* 1. *R. R. præf.* 19. Quibus, diuturna permittente pace, prolatare licuit rem rusticam. *Id.* 1. *ibid.* 5. 9. Si forte villam prolatare libuerit. *Tac.* 2. *Hist.* 78. Quidquid est, quod paras, seu domum exstruere, seu prolatare agros, sive ampliare servitia, etc. *Quintil. declam.* 3. 13. Non de prolatando tibi imperio res est. *Lucret.* 1. 981. Effugiumque fugæ prolatet copia semper. *h. e.* amplificet, longius faciat. ¶ 2. Est etiam producere secundum tempus, differre, protrahere, *differire. Cic.* 4. *Cat.* 3. 6. Id opprimi sustentando ac prolatando nullo pacto potest. *Sall. Cat.* 44. Dubitando et dies prolatando. *Tac.* 6. *Ann.* 42. Sed ubi diem ex die prolatabant. *Id.* 11. *ibid.* 37. Prolatare vitam. *Liv.* 21. 5. Nihil prolatandum ratus. *Sall.* in *ep. Mithrid. ad Arsac.* Pretio diem belli prolatat. *Id.* in *orat. Phil. contra Lepid. a med.* Ne prolatandis seditionibus inquies ipse, nos in sollicitudine retineas. *col tirar innanzi, allungare. Tac.* 13. *Ann.* 34. Mollibus adhuc initiis prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter sumitur. *Alii leg.* prolatum. Adde *Sil. It.* 3. 142.

PRŌLĀTOR, ōris, m. 3. qui profert. *Cyprian.* de *Singul. Cleric. post med.* Sed constitutionarios et prolatores (*legis*) ipsos ignorat.

PRŌLĀTUS, a, um. *V.* PROFERO.

PRŌLĀTUS, us, m. 4. prolatio. In sexto casu sing. habet *Tertull. advers. Valentinian.* 33., ubi alii *prolatum* legunt.

PRŌLECTATUS, a, um. *V.* PROLECTO.

PRŌLECTĪBĬLIS. *V.* PLECTIBILIS.

PRŌLECTO, as, āvi, ātum, āre, a. 1. (pro *et* lacto). Part. *Prolectans* et *Prolectatus* 1. — Prolecto ¶ 1. Est idem atque illecto, allicio: a lacto, qua notat blanditiis trahere, ἐπάγω, *allettare, lusingare. Cic. Flacc.* 8. 18. Egentes et leves spe largitionis, et viatico publico, privata etiam benignitate prolectat. *Alii leg.* perlectat. *Vitruv.* 5. *procem.* Versuum distincta pronunciatio prolectando sensus legentium, etc. *Ovid.* 4. *Fast.* 433. Præda puellares animos prolectat. *Apul.* 5. *Met.* Et illæ sedatæ lacrimæ postliminio redeunt, prolectante gaudio. *Id. de Mag.* Veneficiis aliquem prolectare ad nuptias. *Capell.* 8. *sub init.* Nuptialis gratiæ nomine prolectatus. ¶ 2. Pro lacessere, provocare. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 38. Etiamne ultro tuis me prolectas probris? *Alii leg.* projectas.

PRŌLĒGĀTUS, i, m. 2. *et* Pro legato, *prolegato,* legati vice fungens. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 119. 6. P. BAEBIO P. FIL. POB. TVTICANO TRIB. MIL. A POPVLO PRAEF. EQ.... PROLEG., PONTIFICI etc. Alia sub Nerone, apud *Donat.* 137. 1. L. TITINIVS L. F. GAL. GLAVCVS LVCRETIANVS FLAM. ROM. ET AVG. PRAEF. PRO LEGATO INSVLAR. BALIARVM etc. *V.* aliam in PENNINUS. Alia apud *Murat.* 697. 5. C. DILLIVS A. F. SER. VOCVLA PR. LEG. IN GERMANIA LEG. XXII. PRIMIGENIAE. V. *Noel des Vergers, Lettre à M.r Didot p.* 5. Adde aliam apud *Kellerm. Vig. laterc. p.* 60. *n.* 180.

PROLEPOS, otis, m. 3. idem quod pronepos. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 80. *V.* LEPOS, otis.

PRŌLĒPSIS, is, f. 3. πρόληψις, vox Græca, *præsumptio* et *occupatio* Latine dicta, a πρό *ante,* et λαμβάνω *capio, anticipazione.* ¶ 1. Significat figuram loquendi apud grammaticos, quum ante numerus verbo redditur, quam personæ definiantur, ut in illo *Virg.* 12. *Æn.* 161. Interea reges, ingenti mole Latinus Quadrijugo vehitur curru, *etc.* bigis it Turnus in albis, *etc.* Tum pater Æneas, *etc.* Et juxta Ascanius, *etc.* Procedunt castris. Ita *Diomed.* 2. *p.* 438. *Putsch.* A *Mario Plotio p.* 456. ed. *Krehl.* iisdem verbis definitur, sed appellatur PROLEMPSIS. ¶ 2. Item quum id, quod posterius accidit, ante tempus adscribitur, ut 1. *Æn.* 6. Lavinaque venit Litora. Nondum enim, inquit *Diomed. ibid. p.* 439., erat Lavinium, quum ad Italiam venit Æneas. Simile est illud 6. *Æn.* 366. portusque require Velinos. de quo *Gell.* 10. 16. et *Sall.* in *fragm.* apud *Diomed. loc. cit.* Montem sacrum atque Aventinum insedit. Qui mons, inquit *Diomed.*, ob hoc quod illum plebs insederat, postea sacer dictus est. *Ascon.* ad illud *Cic.* 3. *Verr.* 45. 117. *Ipse in Siciliensi edicto hoc non habet.* Figura prolepsis. non enim adhuc pervenimus ad Siciliam: cujus crimina in accusatione futura sunt, in tempore præterita. ¶ 3. Item figura oratoria sententiarum, de qua *V.* OCCUPATIO. ¶ 4. Denique anteceptam animo rei quandam informationem, πρόληψιν Epicurus, anticipationem vocat *Cic.* 1. *Nat. D.* 16. 43. *V.* ANTICIPATIO.

PROLEMPSIS, is. *V.* voc. præced. 1.

PRŌLES, is, f. 3. In Genit. plur. *prolum* habet *Capell.* 3. *p.* 78. — Proles ducit a *pro* et *oleo* cresco; ideoque prima syllaba longa est ex contractione, quarum e contrario secunda in *soboles* brevis sit; oritur enim ex *sub* et *oleo*: est autem progenies, soboles, liberi, γενεά (It. *prole, figliuoli, progenie*; Fr. *enfant, descendance, postérité, descendant, rejeton*; Hisp. *hijo, descendencia, posteridad, descendiente*; Germ. *der Sprössling, das Kind, der Nachkomme, das Geschlecht, d. Nachkommenschaft*; Angl. *an offspring, progeny, race, children*).

I.) Proprie de hominibus usurpatur. — *a*) De pluribus. *Cic.* 3. *Orat.* 38. 153. dicit esse vocem poeticam, non tamen omnino in prosa oratione vitandam. *Sall. in orat. Lepidi ad pop.* Præclara Brutorum, atque Æmiliorum proles, geniti ad ea, quæ majores virtute peperere, subvertunda. *Horat.* 4. *Od.* 5. 23. Laudantur simili prole puerperæ. *et* 3. *ibid.* 6. 37. rusticorum mascula militum Proles. *et Carm. sæc.* 19. Lex marita novæ prolis ferax. *et ibid.* 47. Dii Romulæ genti date remque prolemque. *Virg.* 1. *Æn.* 79. et pulcra faciat te prole parentem. *Val. Flacc.* 5. 384. Felix prole parens. *Tibull.* 1. 8. 55. At tibi subcrescat proles, quæ facta parentis Augeat, et circa stet venerata senem. *Lucret.* 5. 854. propagando procudere prolem. *Ovid.* 9. *Met.* 452. prolem est enixa gemellam. *Id.* 1. *Fast.* 622. prole novare viros. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 20.

24. (133). Rhætos Tuscorum prolem arbitrantur, *discendenti*. *Cic.* 6. *de republ.* 21. Si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes unius cujusque nostrum a patribus acceptas posteris tradere. — Sic etiam *proles* est gens, homines. *Virg.* 4. *Æn.* 236. Nec prolem Ausoniam, et Lavinia respicit arva. *Vet. Poeta* apud *Cic.* 2. *Nat. D.* 63. 159. Ferrea tum vero proles exorta repente est. *h. e.* ferreæ ætatis homines. Sic *Ovid.* 1. *Met.* 114. sublit argentea proles. *et ibid.* 125. Tertia post illas successit aenea proles. — *b*) De uno tantum. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 40. Haud male Telemachus, proles patientis Ulixei. *Ovid.* 7. *Met.* 477. et proles tertia Phocus. *Id.* 2. *ibid.* 19. Quo simul acolivo Clymeneia limite proles Venit. *h. e.* Phaeton. *Id. ibid.* 496. Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis Arcas adest. *Id.* 15. *ibid.* 533. Nec, nisi Apollineæ valido medicamine prolis Reddita vita foret. *h. e.* Æsculapii. *Virg.* 6. *Æn.* 322. Anchisa generate, deum certissima proles. *Id. ibid.* 25. prolesque biformis Minotaurus inest. *Id. ibid.* 763. Silvius, Albanum nomen, tua postuma proles. *et* 12. *ibid.* 830. Et germana Jovis, Saturnique altera proles. *Seneca Med.* 84. Proles fulminis improbi. *h. e.* Bacchus. *Tibull.* 1. 4. 7. Bacchi rustica proles. *h. e.* Priapus. *Val. Flacc.* 4. 213. egomet Neptunia proles.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochem manus, copiæ. *Cic.* 3. *Legg.* 3. 7. Equitum peditumque prolem describunto. *Virg.* 10. *Æn.* 429. Sternitur Arcadiæ proles, sternuntur Etrusci. ¶ 2. Dicitur etiam. — *a*) De bestiis. *Lucret.* 1. 259. Hinc nova proles Artubus infirmis teneras lasciva per herbas Ludit. *Id.* 2. 660. et equorum duellica proles. *Phædr.* 2. 3. Ubi esca se replevit et prolem suam. *Virg.* 3. *G.* 65. *de bobus.* Atque aliam ex alia generando suffice prolem. *la razza. et ibid.* 541. Jam maris immensi prolem, genus omne natantum. *et* 4. *ibid.* 281. *de apib.* si quem proles subito defecerit omnis. *Colum.* 7. *R. R.* 6. 7. *de capris.* Parit autem, si est generosa proles, frequenter duos. — *b*) De plantis. *Virg.* 2. *G.* 3. et prolem tarde nascentis olivæ. *h. e.* baccas oleæ. — In plur. num. *Colum.* 10. *R. R.* 163. Privignasque rogat proles. *V.* PRIVIGNUS. ¶ 3. Proles appellantur et testiculi in quibus est vis prolis generandæ. *Arnob.* 7. 24. Polimina sunt ea, quæ nos proles verecundius dicimus: a vulgaribus autem assolent cognomine testium nuncupari. *et* 5. 23. Circumjectas prolibus diripiens membranulas.

PRŌLĒTĀRĬUS, ii, m. 2. (proles)

I.) Proprie proletarii erant pauperrimi homines in plebe Romana, qui secundum *Dionys. Halic. l.* 4. *c.* 16-20. minus quam duodecim minas cum dimidia possidebant: secundum *Liv.* 1. 43. minus quam undecim millia æris: secundum *Gell.* 16. 10. non amplius quam mille quingentum æris in censum deferebant. Ita dicti sunt, quod fere immunes erant a militia, excepto si tumultus maximus exstitisset: solamque eam operam navabant reipublicæ, ut prolem procrearent. *Lex XII. Tab.* apud *Gell. loc. cit.* PROLETARIO CIVI QVOI QVIS VOLET VINDEX ESTO. *Ennius ibid.* et apud *Non. p.* 155. 21. *Merc.* Proletariu' publicitus scutisque, feroque Ornatur ferro. *Arnob.* 2. 29. Desinite hominem, proletarius quum sit, classibus, et capite quum censeatur, adscribere ordinibus primis. — Quamvis apud *Cic.* 2. *de Republ.* 22. (edente *A. Maio*) et apud *Paul. Diac. p.* 226. 13. *Müll.* cum capite censis iidem esse videantur; inquit enim ille, Eos qui aut non plus mille quinquentum æris, aut omnino nihil in suum censum præter caput attulissent, proletarios Servius Tullius nominavit; hic vero, Proletarium capite censum dictum, quod ex his civitas constet, etc.: differunt tamen. Nam capite censi minus honesta conditione erant, multoque pauperiores, ut qui aut nullo ære censerentur, aut minore certe, quam proletarii. *V.* CAPITE-CENSI, et *Gell. loc. cit.*

II.) Translate, *proletarius sermo* plebejus est, et vulgaris. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 157. Nam proletario sermone nunc quidem hospes utere.

PRŌLĔVO, as, are, a. 1. *sollevare*, sublevo, allevo, attollo. *Tertull. Pœnit.* 4. Hæc te peccatorum fluctibus mersum prolevabit. *ti porterà a galla.* Alii minus recte leg. *perlavabit.*

PRŌLĪBO, as, are, a. 1. *offerire*, idem quod libo. Verbum sacrorum. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 18. 22. (117). et *ibid.* 19. 23. (119). Prolibare diis vina. *Id.* 35. *ibid.* 12. 46. (158). Fictilibus prolibatur simpuviis. Adde *eumd.* 28. *ibid.* 4. 11. (46). *Inscript.* apud *Orell.* 4350. EX CVIVS REDITV OMNIS. ANNIS PROLIBARI VOLO NE MINVS (HS). XV.

PRŌLĪCĔO, ces, cŭi, cēre, n. 2. (pro *proliqueo*) *Gloss. Isid.* Prolicere, emanare, effluere. Varro: Demum ubi prolicuit dulcis unda.

PRŌLĪCĬO, lĭcis, (lexi), lĭcere, a. 3. Tantum in *Not. Tir. p.* 149. præteritum *prolixi* pro *prolexi* legitur: *V.* LICTOR. — Part. *Proliciendus.* — Prollcio est idem atque allicio, prolecto, trabo, *allettare, invitare,* ἑλκύω. *Plaut. Curc.* 1. 2. 1. Flos veteris vini meis naribus objectus est. Ejus amos cupidam me huc prolicit per tenebras. *Ovid.* 2. *Art. am.* 718. voluptas tarda prolicienda mora. *Tac.* 3. *Ann.* 73. Prolicere aliquem ad spem. *Ammian.* 14. *sub init.* Ut his illecebris alios quoque ad indicanda proliceret paria, vel majora.

PRŌLĬCĬTO. *V.* PROCITO.

PRŌLĪMEN, ĭnis, n. 3. spatium ante limen portæ. *Hieronym.* 12. in *Ezech.* 40. 8. Erat autem aliud prolimen portæ juxta vestibulum intrinsecus calamo uno.

PRŌLĬQUĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *proliquo*, eliquatus. *Apul. de Mag.* An, ut alii philosophi disputant, radii nostri medlis oculis proliquati, et lumini extrarlo mixti, etc.

PRŌLĬQUĔO. *V.* PROLICEO.

PRŌLĪTAS, ātis, f. 3. proles. Tribuunt perperam *Apulejo* 2. *Met. sub init.* En, inquit, sanctissimæ Salviæ matris generosa prolitas *Alii recte leg.* probitas.

PRŌLIXĔ, adverb. Comp. *Prolixius.* — Prolixe est admodum liberaliter, large, abundanter, cumulate, copiose. *largamente, ampiamente, benignamente, a larga mano,* ἐκτενῶς. *Cic.* 7. *Fam.* 5. Neque mehercule minus et prolixe de tua voluntate promisi. *Id. Flacc.* 36. 89. Prolixe cumulateque facere aliquid. *Ter. Eun.* 5. 9. 52. Accipit hominem nemo melius prorsus, nemo prolixius. *Sueton. Tit.* 7. Prolixius fovere aliquem. *Apul.* 4. *Met.* Arbores prolixe foliatæ. *et* 8. *ibid.* Prolixe consentire cuiplam de re aliqua. *Cic.* 7. *Att.* 14. Delectus, in quo parum prolixe respondent Campani coloni. *h. e.* rari et pæne inviti respondent ad nomina. *Id.* ad *Planc.* 1. *post Ep.* 16. *l.* 16. *ad Att. ad fin.* Ut hoc, quod te tua sponte futurum esse corto scio, honoris nostri causa libenter, prolixe, celeriter facias. *Gell.* 5. 1. Prolixe profuseque laudare. *et* 12. 1. Prolixius fabulari. *Id.* 19. 10. *sub fin.* ridere. *Id.* 1. 22. *a med.* Largius prolixiusque fluere.

PRŌLIXĬTAS, ātis, *et*

PRŌLIXĬTŪDO, ĭnis, f. 3. *lunghezza, abbondanza, prolissità,* μῆκος, longitudo. *Pacuvius* apud *Non. p.* 160. 11. *Merc.* Ne plectas fandi mi prolixitudinem. *Arnob.* 7. 43. Colubra prolixitatis immensæ. *Apul. de Mundo.* Terræ latitudo quadraginta, prolixitas septuaginta millia stadiorum tenet. *Ulp. Dig.* 36. 1. 22. *a med.* Prolixitas temporis. *Arnob.* 4. 17. Ne forte prolixitas fastidium audientiæ pariat, cessabimus ire per singula. Adde *Hieronym. Ep.* 140. *n.* 8.; et *Symmach.* 2. *Ep.* 8.

PRŌLIXO, as, are, a. 1. *allungare*, longum facio, extendo. *Colum.* 4. *R. R.* 24. 22. Monendus putator est, ut prolixet aciem ferramenti, et quantum potest, novaculæ similem reddat.

PRŌLIXUS, a, um, adject. Comp. *Prolixior* I. et II. 1.; Sup. *Prolixissimus* II. 1. — Prolixus est a *pro* et *laxus*, quasi in longitudinem laxus, protentus, ἐκτεινής, ἐκτανής, μακρός (It. *lungo, prolisso*; Fr. *étendu, allongé*; Hisp. *extendido, largo*; Germ. *weit ausgedehnt, weit, breit*; Angl. *long, big, large, high, tall*).

I.) Proprie de rebus physicis. *Ter. Heaut.* 2. 3. 49. Capillus passus, prolixus, circum caput rejectus negligenter. *Virg.* 8. *Ecl.* 34.; et *Liv.* 2. 23. Prolixa barba. *Alii utrobique leg.* promissa. *Ovid.* 4. *Trist.* 2. 34. Squalida prolixis qui tegit ora comis. *Hic quoque alii rectius* promissis. *Sueton. Claud.* 30. Nam et prolixo, nec exili corpore erat. *di alta statura.* et *Colum.* 1. *R. R.* 9. 3. Longissimum quemque aratorem faciemus, quod in re rustica nullo minus opere fatigatur prolixior, quia in arando stivæ pæne rectus innititur. *Id.* 7. *ibid.* 3. 7. Ovem eliges bimam vasti corporis, cervice prolixa, prolixi villi, nec asperi. *Varro* 2. *R. R.* 2. 3. Caudis observare ut sint oves in Italia prolixis, in Syria brevibus. *et* 1. *ibid.* 9. 5. Prolixæ arbores. *Sueton. Vesp.* 5. Ramus prævalidus ac prolixus. *Gell.* 7. 12. Tunicis uti prolixis ultra brachia, et usque in primores manus, ac prope in digitos. *Ammian.* 23. 4. *med.* Cujus (*abietis*) summitas duro ferro concluditur et prolixo. *Varro* 1. *R. R.* 6. 4. Quædam in montanis prolixiora nascuntur ac firmiora propter frigus, ut abietes ac sappini.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim de tempore et de abstractis, et est longus, diuturnus. *Callistrat. Dig.* 50. 6. 5. *ad fin.* Prolixæ ætatis homines, *Paul. ibid.* 49. 14. 45. *a med.* Prolixioris temporis spatium. *Ulp. ibid.* 33. 1. 13. Si cognitio prolixiorem tractatum habeat. *Lucret.* 4. 1245. non tam prolixo provolat ictu. *h. e.* non tam longe jacitur. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 1. 57. Sudor sane largus labor est, qui erit quem prolixissimus tibi quoque in rebus præsentibus, o rex. — Hinc *Prolixum* more adverbii idem est ac valde, diu. *Apul.* 8. *Met.* Puella, lactu redintegrato, prolixum ejulat. ¶ 2. Speciatim in oratione — *a*) Est longus. *Macrob.* 3. *Saturn.* 7. *in fin.* Cujus exemplum, ne sim prolixus, omisi. — *b*) Et uber in explicando, copiosus, efficax. *Gell.* 13. 28. Existimo longe esse amplius, prolixius, fortius in significanda totius prope civitatis multitudine, *mortales*, quam *homines*, dixisse. ¶ 3. Item speciatim de morali hominis charactere est liberalis largus, beneficus, propensus. *Cic.* 3. *Fam.* 8. Etsi de tua prolixa beneficaque natura limavit aliquid posterior annus. *Id.* ad *Capiton. post ep.* 16. *l.* 16. *ad Att. sub fin.* Plancum hoc animo libenti prolixoque facere. *Id.* 6. *Att.* 3. *circa med.* Ariobarzanes in Pompejum prolixior. ¶ 4. De externarum rerum rationibus est affluens, commodus, e sententia procedens, secundus, prosper. *Cic.* 1. *Att.* 1. Cetera spero prolixa esse, his dumtaxat urbanis competitoribus. *Cato* apud *Gell.* 7. 3. Scio solere plerisque hominibus rebus secundis, atque prolixis, atque prosperis animum excellere.

PRŌLŌCŪTĬO *vel* proloquutio, ōnis, f. 3. idem ac proloquium. *Claud. Mamertin.* 2. *Stat. anim.* 3. *a med.* Non te in hac prolocutione sollicitet ambulandi cura, sed agendi solertia. *Id. ibid.* 10. Intende, quæso, animum, ferque judicium, sine aliquod prolocutionum harum discrimen.

PRŌLŌCŪTOR *vel* proloquutor, ōris, m. 3. qui proloquitur. *Auct. declam. quæ inscribitur* Tribunus Marianus 3. Crimen, quod tribuno mendacissimus prolocutor objecit. *h. e.* orator, causidicus, advocatus, qui pro actore, aut reo apud judicem loquitur.

PRŌLŌGĬUM, ii, n. 2. *et*

PRŌLŌGUS, i, m. 2. Primam syllabam in *prologus* produxit *Ter. loc.* infra *cit.* — Ceterum ¶ 1. Prologium et prologus, *proœmio, principio, prologo,* προλόγιον, πρόλογος, proloquium, principium dicendi: et fere dicitur de principio fabulæ. Quidam volunt *prologium* esse fabulæ argumentum: *prologum* proœmium, in quo poeta excusatur, aut defenditur, vel fabula commendatur. Verius discrimen est, *prologum* in frequenti usu esse, *prologium* in raro. *Pacuvius* apud *Paul. Diac. p.* 226. 15. *Müll.* Quid est? nam me examinasti prologio tuo. *Ter. Phorm. prol.* 14. Nullum invenire prologum potuisset, quem diceret, nisi haberet, cui malediceret. Adde

eumd. *Andr. prol.* 5. et *Sueton. Vita Terentii.* et *Quintil.* 11. 3. 91. — Proverbii speciem habet illud *Spartian. Æl. Ver. procem. extr.* Et quoniam nimis pauca dicenda sunt, nec debet prologus enormior esse, quam fabula, de ipso jam loquar. Πρόλογος δράματος μακρότερος: *più la giunta, che la derrata.* — In plur. num. *Mar. Victorin.* 2. *p.* 2523. *Putsch.* Prologos itaque et primarum scænarum actus trimetris (*nostri*) comprehenderunt, deinde longissimos, id est tetrametros, subdiderunt, qui appellantur quadrati. ¶ 2. Est etiam *prologus* is ipse, qui prologum recitat, *chi fa il prologo. Ter. Hecyr. prol.* 2. 1. Orator ad vos venio ornatu prologi. *Id. Heaut. prol.* 11. Oratorem esse voluit me, non prologum.

PRŌLONGO, as, are, a. 1. *prolungare, allungare, ἀναβαλλομαι,* longius facio, prorogo, differo. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 3. 4. (20). Vestes prolongant tempus: unguenta illico exspirant. Ita edit. vet. 1469. 1470. et 1472. *Harduin.* et alii rectius *prorogant.* Eadem variantia est in illo *Senec.* 5. *Benef.* 17. *a med.* Ut prolongetur tibi dies mortis, nihil proficit ad felicitatem. At hoc verbo utitur profecto *Vulgat. interpr. Deuter.* 6. 2. Ut prolongentur dies tui. *Id.* alibi pluries. *Boeth. Aristot. Topic.* 8. 1. *p.* 725. Prolongare et interponere quæ nihil sunt usui ad orationem.

PRŌLŌQUĬUM, ĭi, n. 2. (proloquor). ¶ 1. Est principium dicendi. *Paul. Diac. p.* 226. 15. *Müll.* Prologium principium, proloquium. ¶ 2. Item Italice *sentenza, proposizione. Varro* apud *Gell.* 16. 8. Proloquium est sententia, in qua nihil desideratur. Est autem hujusmodi (subdit ipse *Gell.*): Hannibal Pœnus fuit; Scipio Numantiam delevit, etc. Addit præterea, a Cicerone dictum *pronunciatum*; a dialecticis ἀξίωμα appellari: duo ejus esse genera, disjunctum, et copulatum, etc. *V.* ibi reliqua. *Gell.* 5. 11. Proloquium disjunctivum. — Quod tamen discrimen interesse putant nonnulli inter *proloquium* et *eloquium, V.* apud *Capell.* 4. *p.* 119. ¶ 3. Item sententia judicialis. *Ammian.* 29. 1. *ad fin.* Quis omnibus perspicaciter inquisitis, imperator cognitorum consultationi respondens, sub uno proloquio cunctos jubet occidi. *Idem imperator* dicitur *mox ibid.* sententiæ lator. Sic *Id.* 28. 1. *ante med.* His ille cognitis efferatus, uno proloquio in hujusmodi causas, quas arroganter proposito majestatis imminutæ miscebat, omnes, quos etc. statuit tormentis affligi.

PRŌLŌQUOR, lŏquĕris, lŏcūtus *vel* loquutus sum, lŏqui, dep. 3. Part. *Prolocutus.* 1. — Proloquor ¶ 1. Generatim et sæpissime est idem ac loquor. *parlare, dire, spiegare, πρόφημι,* seu quod in animo habeo, loquendo effero, animi mei sensa claris apertisque verbis effero, ut patet ex *Varron.* 6. *L. L.* 56. *Müll.* Prolocutum dicimus, quum in animo quod habuit, extulit loquendo. — *a*) Cum Accusativo rei. *Ter. Andr.* 1. 5. 21. Censen', me ullum potuisse verbum proloqui? *Id. Phorm.* 2. 1. 53. Non potuit cogitata proloqui. *Plaut. Amph.* 1. 1. 92. Numquam quidquam adhuc verborum est prolocutus perperam. *Id. ibid. prol.* 50. Nunc quam rem oratum huc veni, primum proloquar. *Id. Capt. prol.* 6. Id ego apud vos proloquar, si operam datis. *Id. Aulul.* 2. 1. 18. Vera proloqui. *et* 3. 5. 45. falsum. *Id. Merc.* 1. 2. 96. Scelus videtur, me parenti proloqui mendacium. *Auct. B. Afr.* 44. *extr.* Quid sentiatis, proloquimini. *Cic. Orat.* 43. 147. Pervagatissimus ille versus, qui vetat Artem pudere proloqui, quam factites. *Ennius* apud *eumd.* 3. *Tusc.* 26. 63. Cupido cepit miseram nunc me, proloqui Cælo atque terræ Medeai miserias. *Alii leg.* prosequi. *Id.* apud *Non. p.* 232. 24. *Merc.* Te ipsum hoc oportet profiteri et proloqui Advorsum illam mihi. — *b*) Absolute, neutrorum more. *Plaut. Epid.* 3. 4. 28. Proloqui apud aliquem. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 23. nequeo satis, Quam hoc mihi videtur factum prave, proloqui. *Id. Phorm.* 5. 6. 21. AN. Quamobrem? GE. Omitto proloqui: nam nil ad hanc rem' st, Antipho. ¶ 2. Speciatim est prædicere, vaticinari. *Propert.* 3. 11. 59. Proloquar, atque utinam patriæ sim vanus haruspex.

PRŌLŌQUŪTĬO, ōnis, f. *et*

PRŌLŌQUŪTOR, ōris, m. 3. *V.* PROLOCUTIO et PROLOCUTOR.

PRŌLŌQUŪTUS *vel* prolocūtus, a, um. *V.* PROLOQUOR.

PRŌLŪBĬDO, Inis, f. 3. idem ac prolubium. *Varro* apud *Non. p.* 64. 16. *Merc.* Prolubium, et prolubidinem dici ab eo, quod lubeat.

PRŌLŪBĬUM, ĭi, n. 2. (pro *et* lubet). ¶ 1. Est cupiditas, libido, *capriccio, voglia, brama, prurito, ἐπιθυμία, προθυμία. Poeta* apud *Non. p.* 64. 7. *Merc.* Prolubium est petere amicitiam et fidem. *Accius ibid.* Muliebre ingenium, prolubium, occasio. *Novius ibid.* Et volo, et vereor, et facere in prolubio est. *Gell.* 16. 19. Feros et immanes navitas prolubium tamen audiendi subit. *Ter. Adelph.* 5. 9. 27. Quæ res tam repente mores mutavit tuos? quod prolubium? quæ istæc subita est largitas? Alii hic (inter quos *Non. p.* 493. 17. *Merc.* et *Servius* ad *Virg.* 3. *Æn.* 217.) leg. *proluvium,* h. e. effusio, profusio, liberalitas nimia: a *proluendo,* quasi tam multa quis donet, ut elavet bonis, ut *Plaut.* loquitur. *V.* ELAVO. Confirmant illo *Cæcilii,* unde *Terent.* hausisse videtur, apud *Non. p.* 16. 20. Quod proluvium, quæ voluptas, quæ te lactat largitas? *V.* PROLUVIUM. ¶ 2. Idem quod voluptas, *piacere. Gell.* 5. 10. *a med.* Majus mihi in ista victoria prolubium est, cum te non in causa tantum, sed in argumento quoque isto vicero. Est qui leg. *proludium,* sed perperam. *Apul.* 10. *Met.* Unguento fragrantissimo prolubium libidinis suscitaram.

PRŌLŪCĔO, lūces, luxi, lūcere, n. 2. ante luceo. *Seneca Ot. sap.* 32. *sub init.* Natura sublime fecit illi (*homini*) caput, et collo flexibili imposuit; deinde sena per diem, sena per noctem signa proluxit, ut per hæc, quæ obtulerat ejus oculis, cupiditatem facerēt etiam ceterorum. *Alii perperam omnino* produxit *pro* proluxit *legunt.*

PRŌLŪDĬUM, ĭi, n. 2. proludendi actus. Speciatim in re militari. *Ammian.* 14. 11. *sub init.* Per multiplicem armaturæ scientiam agilitatemque membrorum inter quotidiana proludia exercitus consulto consilio cogniti. *Id.* 16. 5. *a med.* Quum exercere proludia disciplinæ castrensis cogeretur ut princeps, etc. — Ceterum *V.* et PROLUBIUM.

PRŌLŪDO, dis, si, sum, dere, a. 3. (pro *et* ludo) *provarsi, προαγωνίζομαι,* est futurum certamen meditari, et exercendarum virium causa, confirmandique animi veluti simulacrum quoddam certaminis inire.

I.) Proprie. *Virg.* 3. *G.* 234. et sparsa ad pugnam proludit arena.

II.) Translate. *Cic.* 2. *Orat.* 80. 325. Sed ut ipsis sententiis, quibus proluserunt, pugnare possint. *Flor.* 3. 22. Prima per legatos habita certamina, quum hinc Domitius et Thorius, inde Hirtulei proluderent. *Juvenal.* 5. 26. Jurgia proludunt, sed mox et pocula torques. *Seneca Hippol.* 1060. seque prætentans satis Prolusit iræ. *Id. Herc. Fur.* 221. Et tumida tenera guttura elidens manu, prolusit hydræ. *Id. Med.* 907. Prolusit dolor per ista noster. — Passive imperson. *Seneca alter Ep.* 102. *a med.* Per has mortalis ævi moras illi meliori vitæ longioriqua proluditur. *Id.* 3. *Quæst. nat.* 28. Denique quum per ista prolusum est, crescunt maria. *V.* PRÆLUDO.

PRŌLŪGĔO, es, ere, n. 2. diu lugeo. *Paul.* ex *Festo:* Prolugere dicuntur, qui solito diutius lugent. *V.* LUGEO.

PRŌLŬO, lŭis, lŭi, lūtum, ĕre, a. 3. Part. *Prolutus* I. 2. et 3. — Proluere

I.) Proprie ¶ 1. Stricto sensu est madefacere, lavare, atque adeo aqua purgare, *lavare, bagnare, ἀποκλύζω. Virg.* 3. *G.* 541. genus omne natantum Litore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus Proluit. — *Proluere cloacam* est immissa aqua abstergere, purgare. Allegorice *Plaut.* de anu bibaci, *Curc.* 1. 2. 28. Age, effunde hoc cito in barathrum: propere prolue cloacam. — *Proluere ventrem* est ciere, fluentem reddere: *Colum.* 7. *R. R.* 3. 25. Pruinosa herba pecudi ventrem proluit. ¶ 2. Latiori sensu est lavando auferre, abripere, ut quum fluentis aquæ impetus secum trahit, quæ alluit. *Colum.* 2. *R. R.* 18. 5. Quoniam impetus aquarum proluit terram. *Virg.* 1. *G.* 481. Proluit insano contorquens vortice silvas Fluviorum rex Eridanus, camposque per omnes Cum stabulis armenta tulit. *Id.* 12. *Æn.* 684. Ac veluti montis saxum, de vertice præceps Quum ruit avulsum vento, seu turbidus imber Proluit. *Cæs.* 1. *B. C.* 48. Tempestas ex omnibus montibus nives proluit. *Apul. de Mundo.* Abruptis imbribus prolutas esse totas regiones. ¶ 3. Latissimo sensu est multum lavare. *Ovid.* 4. *Fast.* 778. in vivo prolue rore manus. *Stat.* 8. *Theb.* 712. jam saucia proluit ater Pectora permixtus sudore et sanguine torrens. *Sil. It.* 17. 300. Gracchusque cadens tibi proluit ensem. *h. e.* multo suo cruore tingit. *Albinov.* 1. 230. Ut posset toto proluere amne rogum. — Sic etiam pro bibere. *Virg.* 1. *Æn.* 743. impiger hausit Spumantem pateram, et pleno se proluit auro. *h. e.* probe madefecit. *Pers. prol.* Nec labra fonte prolui caballino. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 26. leni præcordia mulso Prolueris melius. *umetterai. Id.* 1. *ibid.* 5. 15. absentem cantat amicam Multa prolutus vappa nauta. *h. e.* qui multam vappam biberat.

II.) Translate. *Gell.* 2. 24. Quum plerique familiam pecuniamque suam prandiorum gurgitibus proluissent. *avendo scialacquato.*

PRŌLŪSĬO, ōnis, f. 3. *prova, saggio, προγύμνασμα,* actus proludendi, principium certaminis.

I.) Proprie. *Veget.* 2. *Milit.* 23. Milites ordines servare discunt, et vexillum suum in tantis permixtionibus in ipsa prolusione comitantur.

II.) Translate est præexercitamentum. *Cic.* 2. *Orat.* 80. 325. Atque ejusmodi illa prolusio debet esse, non ut Samnitum, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur; sed ut ipsis sententiis, quibus proluserunt, vel pugnare possint. Sic *Idem* Divinationem suam in Verrem, et primam concertationem cum Q. Cæcilio, qui accusator esse volebat, et contra Hortensium dicere, prolusionem vocat. Verba ejus sunt *Divin. in Q. Cæcil.* 14. 47. Sin mecum in hac prolusione nihil fueris, quem te in ipsa pugna cum acerrimo adversario fore putemus? *Alii* tamen *leg.* prælusione.

PRŌLŪSŌRĬUS, a, um, adject. *Ulp. Dig.* 49. 1. 14. Si prolusorio judicio actum sit adversus testamentum. *h. e.* per collusionem. Ita *Haloander:* at *Torrentin.* habet *perlusorio.*

PRŌLŪTUS, a, um. *V.* PROLUO.

PRŌLŪVĬES, ēi, f. 5. *scorrimento, o escrescenza d'acque, inondazione, diluvio, κατακλυσις, ἐπίῤῥοια,* aquarum redundantia, profluvium, alluvies, diluvium. — *a*) Generatim. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 7. Romæ, et maxime Appia ad Martis, mira proluvies. *Alii leg.* alluvies. *Lucret.* 5. 949. templa Nympharum, quibus exibant humori' fluenta Lubrica, proluvie larga lavere humida saxa. — *b*) Speciatim, *proluvies alvi,* fluxus, *flusso, soccorrenza. Lucret.* 6. 1200. Ulceribus tetris, et nigra proluvie alvi. Adde *Colum.* 6. *R. R.* 7. 1. et 12. *ibid.* 38. 1. Sic *Virg.* 3. *Æn.* 216. *de Harpyiis.* fœdissima ventris Proluvies. Ubi et ipsæ sordes, quæ in flŭxu ventris copiose egeruntur, intelligi possunt.

PRŌLŪVĬO, ōnis, f. 3. idem ac proluvies. *Apul. de Mundo.* In occidentis plagis scaturigines quædam ac proluviones easdem strages dederunt. *inondazioni, escrescenze.*

PRŌLŪVĬŌSUS, a, um, adject. *Q. Fabius Lucullus* apud *Fulgent. de prisco serm.* in *Ramentum.* Proluviosa pestis. *h. e.* proluvionis more se diffundens.

PRŌLŪVĬUM. *V.* PROLUBIUM. Legitur etiam apud *Ambros. 1. de virginib.* 4. 18. Exemplum taciturnitatis et proluviam castitatis, victa est cupiditatibus, quæ tormentis vinci nequivit.

PRŌLŸTÆ. *V.* LYTÆ.

PRŌMĂGISTER, tri, m. 2. *et* pro magistro, ut vetustiores scribere solebant, qui nempe vice magistri est. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 442. *n.* 49. MAGISTERIO C. MATIDII PATRVINI PROMAGISTRO L. VERATIO QVADRATO COLLEGII FRATRVM ARVALIVM NOMINE. *etc.* Alia apud *Gruter.* 607. 1. DECRETVM FIERI PLACET: IVBENTIVS CELSVS PROMAGISTER SVBSCRIPSI III. NON. NOEMB. *etc.* Alia apud *Gruter.* 426. 5. C. IVNIO C. F. QVIR. FLAVIANO PROMAGISTRO XX. HEREDITATIVM *etc.* Adde aliam 454. 8. Alia apud *Fabrett. p.* 720. *n.* 419. M. AVRELIO CONSIO PONTIFICI MAIORI PROMAGISTRO ITERVM *etc.* Alia apud *Murat.* 1019. 2. C. IVLIO RVFINIANO IN COLLEGIO PONTIFICVM PROMAGISTRO *etc. Cic.* 11. *Att.* 10. P. Terentius operas in portu, et scriptura Asiæ pro magistro dedit. *Id.* 13. *Fam.* 65. Cum P. Terentio Hispone, qui operas in scriptura pro magistro dat, mihi summa familiaritas. *Id.* 4. *Verr.* 70. 169. In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam L. Carpinatius. — Ex allatis exemplis patet, antiquiores Latinos divisim scripsisse *pro magistro*, ut et *pro consule*, et *pro prætore*, et *pro quæstore*; posteriores vero conjunctim *promagister*, ita ut ex præpositione et nomine, una tantum vox fieret, et ut nomen declinaretur.

PRŌMĂGISTĔRĬUM, ii, n. 2. dignitas illius, qui promagister est. *Inscript.* apud *Gruter.* 173. 5. MANSIONES SALIORVM PALATINORVM LONGA AETATE NEGLECTAS PECVNIA SVA REPARAVERVNT PONTIFICES VESTAE VV. CC. PROMAGISTERIO PORTII ACILII LVCILLII VITRASII PRAETESTATI VV. CC. *h. e.* dum essent promagistri Portius, Acilius, *etc.* V. vocem sequent. in fin. At hæc corrigenda sunt ex *Bullettin. Archeol. a.* 1842. *p.* 131. *et seqq.*

PRŌMĂGISTRĀTUS, us, m. 4. *vel* pro magistratu. *S. C. de Bacchanal.* apud *Fabrett. p.* 427. SACERDOS NE QVIS ESSET MAGISTER NEQVE VIR NEQVE MVLIER QVISQVAM ESSET NEVE MAGISTRATVM NEVE PRO MAGISTRATV NEQVE VIRVM NEVE MVLIEREM QVIQVAM FECISSE VELLET. *Vet. Tab.* apud *Gruter. p.* 629. *ad fin.* IIS VIATORIBVS PRAECONIBVS MAGISTRATVS PROVE MAG. MERCEDIS ITEM TANTVNDEM DATO. Alia apud *Murat.* 582. 1. NEI QVIS MAGISTRATVS PROVE MAGISTRATV LEGATVS NEIVE QVIS ALIVS *etc.* Vides itaque in his antiquioribus monumentis semper divisim *pro magistratu*; in inscriptione vero in voce præced. allata, quæ recentior est, *promagisterio* conjunctim scriptum fuisse. *V.* PROMAGISTER in fin.

PRŌMĂRĪNUS. *V.* PERMARINUS.

PRŌMĀTERTĒRA, æ, f. 1. *sorella di mia bisavola*, proaviæ meæ soror: quæ et matertera major dicitur. *Cajus Dig.* 38. 10. 1. et *Paul. ibid.* 10. *V.* MATERTERA.

PRŌMĔCES, is, adject. προμήκης, anteriore parte longior. V. *Boeth.* 2. *Arithm.* 31. *p.* 1037. *loc. cit.* in HETEROMECES.

PRŌMĔDĬO. *V.* PROMERITO.

PRŌMELLĒRE, litem promovere. *Paul. Diac. p.* 252. 8. *Müll.* a μέλλειν.

PRŌMĔNERVAT, monet: in Saliari carmine. *Festus p.* 205. 12. *Müll.*

PRŌMERCĀLIS, e, adject. *da vendere, o rivendere, venale, mercatantesco,* ὠνιος, venditioni expositus: et præcipue qui minoris emitur, ut pluris vendatur, venalis. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 34. Pecuniam domini neque in pecore, nec in aliis rebus promercalibus (*villicus*) occupet. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 8. 13. *Sueton. Cæs.* 54. Unde factum, ut auro abundaret, ternisque millibus nummum in libras promercale (*aurum*) per Italiam provinciasque divideret. *Id. Gramm.* 23. Officinas promercalium vestium exercere. *Gell.* 4. 1. *in fin.* Ex his, quæ promercalia, et usuaria essent, ea sola esse penoris putat, quæ sint usui annuo. In *epist.* apud *Henzen. Inscript.* 6429. Nihil mutari volumus. Retineant igitur quaqua ratione quæ tam sive possessam privilegii causam in promercalibus quoque rebus.

PRŌMERCĬUM, ii, n. 2. *negozio, mercatanzia,* ἀπεμπολησις, negotiatio, mercatura. *Martian. Dig.* 48. 8. 3. § 4. Qui hominem libidinis, vel promercii causa castraverit, pœna legis Corneliæ punitur. *Paul. ibid.* 30. 1. 41. *circa med.* Promercii causa habere aliquid. *V. eumd. ibid.* 33. 9. 4. § 2., ubi alia sunt, quæ promercii, alia, quæ sui usus causa quis habet. *V.* FORICULIARIUM.

PRŌMĔRĔO, es, ŭi, ĭtum, ēre, a. *et*

PRŌMĔRĔOR, ēris, ĭtus sum, eri, dep. 2. Part. *Promerens* 1. *b.*; *Promeritus* 1. *a.* et *b.*; *Promeriturus* 1. *b.*; *Promerendus* 1. *b.* et 2. — Promereri est idem ac mereri, tum in bonam, tum in malam partem, προσαγορεύω, ἀξιός εἰμι (It. *meritare*; Fr. *mériter*; Hisp. *merecer*; Germ. *etwas verdienen*; Angl. *to deserve, merite*). ¶ 1. Stricto sensu, vel generatim. — *a)* In malam partem. *Pacuvius* apud *Festum p.* 133. 23. *Müll.* Scit enim, quid promeruerit. *Plaut. Trin.* 3. 2. 15. Retineri nequeo, quin dicam ea, quæ promeres. *Id. Amph.* 5. 2. 12. Haud promeruit, quamobrem vitio vorteres. *Cic.* 2. *Invent.* 28. 83. Reus levius punitus, quam sit ille promeritus. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 61. Si quam promerui pœnam, me pendere vultis. *Plaut. Amph.* 2. 1. 20. Quid mali sum, here, tua ex re promeritus? — Sic Part. *promeritus* passive *meritato. Plaut. Men.* 5. 6. 23. Nam illi, qui nihil metuunt, postquam malum promeritum est, metuunt. — *b)* In bonam. *Ter. Andr.* 2. 1. 30. Neutiquam officium liberi esse hominis puto, Quum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi. *Id. Adelph.* 4. 5. 47. Ita velim me promerentem ames, dum vivas. *Plaut. Capt.* 5. 1. 12. Numquam referre gratiam possum satis, proinde ut tu pr meritus de me. *Id. Men.* 5. 9. 41. Promeruisti, ut ne quid ores, quin impetres. *Stat.* 1. *Theb.* 638. Iongumque in sæcula digne Promeriture diem Sic *Virg.* 4. *Æn.* 333. ego te, quæ plurima fando Enumerare vales, numquam, regina, negabo Promeritam. *h. e.* numquam nogabo, te multa in me beneficia contulisse. *Ovid.* 2. *Pont.* 3. 96. Tam bene promerito commoda mille precor. *Capitolin. Pertin.* 2. Bello Parthico industria sua promeritus in Britanniam translatus est ac retentus. Et passive *Plin. Paneg.* 58. An consularis viri filius, cum tertio consul creatur, ascendit? non debitum hoc illi? non vel sola generis claritate promeritum? — Cum adverbiis *bene*, aut *male*, beneficium aut injuriam facere, juvare aut obesse. *Ter. Adelph.* 2. 1. 47. Quando bene promeruit, fiat. *Cic.* 2. *Off.* 15. 53. Paratiores erunt ad bene de multis promerendum. *Plaut. Asin.* 1. 2. 2. Promerenti optime hoccine pretii redditur? ¶ 2. Latiori sensu, vel speciatim, *promereri aliquem*, aut *aliquid*, benefactis sibi conciliare, *farsi amico, conciliarsi, cattivarsi Cic. Mur.* 34. 70. Homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficii locum. *Sueton. Cal.* 3. Conciliandæ gratiæ, ac promerendi amoris studium. *Id. Tit.* 1. Ad promerendam omnium voluntatem. *Id. Aug.* 3. Imitetur in promerendis sociis suum Octavium. *Plin. Paneg.* 62. *a med.* Quisquis probatos senatui viros suscipit, hic maxime principem promeretur. *Arnob.* 7. 23. Ita nihil prodest promereri velle per hostias deos lævos. Adde *Scævol. Dig.* 40. 5. 41. § 1. — Hinc a Part. præter. pass.

Promeritum, i, n. 2. absolute, substantivorum more usurpatur tum in bonam tum in malam partem. — *a)* In malam est malefactum, injuria, *demerito. Plaut. Trin.* 5. 2. 49. Miserum est male promerita, ut merita, si mihi ulcisci non licet. *Auct. B. Afr.* 90. Metu exsangues, de vitaque ex suo promerito desperantes. — *b)* In bonam est meritum, benefactum, *merito, beneficio. Cic. post red. ad Quirit.* 4. 8. Hoc majus est vestrum in nos promeritum, quod, etc. *Lucret.* 2. 651. Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira. *Ovid.* 4. *Fast.* 394. Sponte deæ munus, promeritumque patent.

PRŌMERGO, is, ere, n. 3. emergere, prominere. *Ambros.* in *Luc.* 7. 13. Ut de medio duarum virgarum claviculo brevi erumpente promergant (*poma in ficu*), quo geminis tecta præsidiis, tamquam naturæ parentis gremio, succi fetu plenioris inolescant.

PRŌMĔRĬTO, præcipuum, præter ceteros meritum, ut promedio, hoc est participem, et pro indiviso dicimus. *Festus* ex lectione *Scaligeri p.* 205. 19. At *Müllerus* Promerion, præcipuum.

PRŌMĔRĬTUM, i, n. 2. *V.* PROMEREO in fin.

PRŌMĔRĬTUS, a, um. *V.* PROMEREO.

PRŌMĔSOZEUXIS, is, f. 3. est figura orationis, de qua ita *Marius Plotius p.* 456. ed. *Krehl.* Promesozeuxis, quæ constat de prozeuxi et mesozeuxi, fit hoc modo: verba necessaria ante et in medio posita nectunt secum orationem (*fortasse* nectuntur cum oratione), ut *Da propriam, Thymbræe, domum, da mœnia fessis.* Hic enim ideo promesozeuxis est, quod et ante et in medio verbum necessarium *da* sermonibus copulatur.

PRŌMĒTHEUS, ei *et* eos, m. trisyll. Προμηθεύς, filius Iapeti qui dicitur hominum ex luto formasse: *V.* plura in ONOM. — Hinc per synecdochen quivis figulus. *Juvenal.* 4. 133. Debetur magnus patinæ, subitusque Prometheus.

PRŌMĪCO, as, are, 1. (pro *et* mico). Part. *Promicans* sub *a.*; *Promicandus* sub *B.* — Promicare est extra micare, emicare, exilire, erumpere, prodire.

A) Neutr. *Ammian.* 20. 4. Exspectare coacti, dum lux promicaret. *Apul.* 3. *Met.* Promicant molles plumulæ, crescunt et fortes pinnulæ. *spuntano.* et *ibid.* Lacrimis promicantibus. *et* 10. *ibid.* Spirantes cinnameos odores promicarent rosæ.

B) Transitive. *Novius* apud *Non. p.* 65. 6. *Merc.* Si quidem loqui vis, non perdocere multa: longe promicanda oratio est. *h. e.* extendenda, porro jacienda, ut *Non.* explicat.

PRŌMĪLĪTE, m. 3. est *Sergii Explanat. in Donat.* 2. *p.* 543. *Krehl.* Ejusdem formæ sunt promilite, proconsule, proprætore, quum indivise pronunciantur: nam in pluralitate his proprætoribus his proconsulibus dicimus. *Sall.* apud *Servium* ad *Virg.* 2. *Æn.* 157. Neu quis miles, neve pro milite. ubi promilite vim habet substantivi nominativo positi; et est idem atque *evocatus*, ut ex *Servio loc. cit.* patet.

PRŌMĪNENS, entis. *V.* PROMINEO.

PRŌMĪNENTER, adverb. prominendo. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 11. *a med.* Paullo prominentius a lecto producendus æger. Adde *eumd.* 2. *Tard.* 4. et 5. *ibid.* 4.

PRŌMĪNENTĬA, æ, f. 1. *sporto, prominenza,* ἐξοχή, locus prominens, exstantia, proclinatio. *Vitruv.* 6. 11. Anterides procurrant, deinde contrahantur, ita uti summam habeant prominentiam, quanta operis est crassitudo. *Solin.* 27. Africa extenta in duas prominentias, quarum altera promontorium candidum dicitur, alteram Phucuntem vocant. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 10. *n.* 106. Sequitur etiam prominentia partium, hydropem fingens. *Id.* 3. *Acut.* 5. *sub init.* Præcordiorum prominentia.

PRŌMĪNĔO, nes, nŭi, nere, n. 2. Part. *Prominens* 1. 1. *a.* et *b.*, et in fin. — Prominere est extra, aut ultra eminere, extendi, exstare, ἐξέχω (It. *essere prominente, estendersi in fuori, sporgere*; Fr. *être saillant, proéminent*; Hisp. *ser saliente, eminente*; Germ. *hervorragen, -stehen, -treten*; Angl. *to stand or jut out, lean, bend, or stretch, out, be prominent, shoot forward, project, hang over*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. — *a)* De locis. *Liv.* 37. 23. In confinio Lyciæ et Pamphyliæ Phaselis est: prominet penitus in altum, conspiciturque prima terrarum Rhodum a Cilicia petentibus. *Ovid.* 13. *Met.* 778. Prominet in pontum cuneatus acumine longo Collis. *Ammian.* 14. 8. Hæ regiones, velut in prominenti terrarum lingua positæ, ab orbe Eoo monte Amano disparantur. V. *Prominens* in fin. — *b)* De animalis corporis partibus. *Ovid.* 6. *Met.* 673. Prominet immodicum pro longa cuspide rostrum. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 32. 50. (117). Non habent (*cervi in senecta*) in cornibus imis ramos, alioquin ante frontem prominere solitos junioribus. *et ibid.* 36. 54. (126). Ursis ungues prominent.

Id. 11. *ibid.* 37. 62. (165). Elephanto dentes intus ad mandendum quatuor, præterque eos, qui prominent. Cf. *Apul.* 9. *Met.* Digitos, qui per angustias cavi tegminis prominebant. *et* 10. *ibid.* Inter cumas aureæ pinnulæ prominebant. *Ammian.* 20. 3. *ad fin.* Figuram (*lunæ*) monstrat amphicyrti utrimque prominentibus gibbis. *Ovid.* 13. *Met.* 844. coma plurima torvos Prominet in vultus. ¶ 2. Latiori sensu, aut figurate, ut aliis placet, *prominere* dicitur, qui sursum versus eminet et in sublime erigitur. *Horat. Epod.* 5. 35. Quum promineret ore, quantum exstant aqua Suspensa mento corpora. *Claudian. B. Get.* 329. sublimis in Arcton Prominet Hercyniæ confinis Rhætia silvæ. *Val. Flacc.* 7. 30. Prominet, atque oculos longe tenet. *h. e.* capite super adstantes erigitur.

II.) Translate. *Liv.* 28. 43. Tamquam non longius, quam quantum vitæ humanæ spatium est, cupiditas gloriæ extendatur, maximaque pars ejus in memoriam ac posteritatem promineat. *si estenda.* — Hinc Part. præs.

Prominens, entis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Prominentior,* et est Ital. *sportato, prominente, che soprasta,* ἐξέχων, προπετής, προπαγής, exstans, eminens in anteriorem partem. *Liv.* 27. 48. Prominens collis. *Tac.* 3. *Hist.* 71. porticus. *Martial.* 5. 4. *de muliere bibaci.* Hanc tu rubentem prominentibus venis, etc. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 53. (141). Oculi prominentes, quos hebetiores putant. *Id.* 10. *ibid.* 3. 3. (7). Aquila prominentiore cauda. *Vitruv.* 6. 2 In scænis pictis videntur signorum figuræ prominentes, quum sit tabula sine dubio ad regulam plana. — Hinc

Prominens, entis, n. 3. absolute, substantivorum more. *Tac.* 1. *Ann.* 53. Milites invenere in prominenti litoris, nihil lætum opperientem. *sulla punta.* et 2. *ibid.* 16. Campus, ut ripæ fluminis cedunt, aut prominentia montium resistunt, inæqualiter sinuatur.

PRŌMĪNO, as, are, a. 1. *menare, condurre,* ἄγω, porro mino, h. e. ago. *V.* MINO *Apul.* 9. *Met.* Jumenta ad lacum proximum bibendi causa gregatim prominabat.

PRŌMĪNŪLUS, a, um, adject. *alquanto prominente,* aliquantum prominens, eminulus. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *ante med.* Quasi invitat in porticum latam et prominulam. *Solin.* 27. *sub fin.* Inter simias habentur et sphinges, villosæ comis, mammis prominulis. *Capitolin. Pertin.* 12. Fuit habitudine corporis pinguiore, ventre prominulo. *Capell.* 3. p. 58. Littera V. ore constricto labrisque prominulis exhibetur. *Alii leg.* promulis. *Ammian.* 23. 4. *a med.* Eligitur abies-, cujus summitas duro ferro concluditur et prolixo, arietis efficiens prominulam speciem.

PRŌMISCAM *et*

PRŌMISCĒ, adverb. idem quod promiscue. — *Paul. Diac. p.* 224. 8. *Müll.* Promiscam dicebant pro promiscue. *Plaut. Pseud.* 4. 5. 10. Nunc ego Simonem mihi obviam veniat velim, Ut mea lætitia lætus promiscam siet. *Varro* apud *Non. p.* 361. 25. *Merc.* Unam virtutem propriam mortalibu' fecit, Cetera promiscam voluit communia haberi. *Alii leg.* promiscue. — *Plaut. Pers.* 5. 2. 62. Promisce hunc volo ludificari. *Alii leg.* pro hisce. *Gell.* 7. 3. *ad fin.* Omnibus promisce tuendi atque propugnandi modis usus est. *Id.* 2. 24. Promisce atque indefinite largiri. *Id. præf.* Indistincte atque promisce adnotare. *V.* PROMISCUUS init. At *Mar. Victorin.* 1. *p.* 2457. *Putsch.* ait: *Promiscuus* etiam *promiscue* facit, non *promisce,* (u enim perduci non debet), sicut *assiduus assidue* facit.

PRŌMISCĔO, es, ere, a. 2. commisceo, permisceo. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 6. Nec aliter tam controversa sibi ac repugnantia promisceri, terram dico, et ignem, potuisse, nisi duobus mediis aeris et aquæ nexibus vincirentur. *Alii leg.* permisceri. *Gloss. Lat. Gr.* Promisceo, ἐπιμίγνυμι. Ceterum cf. derivata PROMISCUUS, PROMISCUE, PROMISCAM.

PRŌMISCŬĒ, adverb. *confusamente, alla rinfusa, indistintamente, indifferentemente,* μίγδην, ἀδιακρίτως, permixte, sine discrimine, confuse. *Cæs.* 6. *B. G.* 21. Promiscue (*mares et feminæ*) in fluminibus perluuntur. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 31. 85. Si campus Martius dividatur, et unicuique vestrum bini pedes assignentur; tamen promiscue toto, quam proprie parva frui parte malletis. *Id. Fontej.* 6. 12. Unum est, et simplex aurium judicium, et promiscue, et communiter stultis ac sapientibus a natura datum. *Id.* 3. *Orat.* 19. 67. Promiscue haurire ex aliquo fonte. *Sueton. Claud.* 21. Propria senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis. *Liv.* 5. 55. Promiscue urbs ædificari cœpta. *Id.* 1. 43. Suffragium promiscue omnibus datum. *Sall. Jug.* 28. In primis Adherbalem necat, dein omnes puberes Numidas, atque negotiatores promiscue, uti quisque armatis obvius fuerat, interficit. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 47. (130). In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus, jam quidem promiscue maribus ac feminis. *V.* PROMISCE.

PRŌMISCUS. *V.* PROMISCUUS init.

PRŌMISCŪUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. I. 1. *d.*

PRŌMISCŪUS, a, um, adject. (pro *et* misceo). Etiam *promiscus* olim dictum est. *Gell.* 11. 16. *sub fin.* Varia, promiscuaque, et non necessaria rerum cujuscemodi plurimarum cogitatio. *Id.* 16. 13. Opinionis tam promiscæ errores. — Legitur etiam ab eruditis in MSS. non unis *Plauti,* et *Taciti* non uno in loco, (ut *Weissenborn.* leg. apud *Liv.* 5. 13. Promiscoque usu.). Hinc adverbia *Promiscam,* et *Promisce.* — Promiscuus est permixtus, confusus, indiscretus, communis, συμμιγής, ἐπίκοινος (It. *rinfuso, confuso, comune, indistinto;* Fr. *commun, dont chacun a la jouissance avec les autres;* Hisp. *comun, lo que pertenece á todos;* Germ. *vermischt, nicht verschieden, gemeinschaftlich, nicht gesondert, ungesondert;* Angl. *promiscuous, confused, common, mingled, indistinct*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Universim. *Sall. Cat.* 12. Pudorem, pudicitiam, divina atque humana promiscua, nihil pensi atque moderati habere. *Plaut. Rud.* 4. 4. 138. Eamus intro omnes, quando operam promiscuam damus. *Tac.* 12. *Ann.* 7. Conglobatur promiscua multitudo. *h. e.* patrum simul, et plebis. *Liv.* 4. 2. Connubia promiscua. *h. e.* plebis et patrum. *Id.* 7. 21. Consulatum promiscuum patribus ac plebi facere. *Id.* 2. 30. *in fin.* Plus ibi sanguinis, promiscua omnium generum cæde, quam in ipsa dimicatione, factum. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 3. 5. (7). Hæc res in promiscuo usu est. *Id.* 14. *ibid. proœm.* (2). Omnia, quæ occulta ante fuerant, in promiscuo usu facta. *Tac.* 16. *Ann.* 16. *in fin.* Promiscua sepultura. *et* 4. *ibid.* 16. Promiscuum jus. *et* 14. *ibid.* 14. spectaculum. *h. e.* ad quod omnes sine discrimine admittuntur. — *b*) Cum Infinito. *Tac.* 1. *Hist.* 84. *ad fin.* Quid? vos pulcherrimam hanc urbem domibus et tectis, et congestu lapidum stare creditis? Muta ista et inanima intercidere ac reparari promiscua sunt. *h. e.* omnia sine discrimine ruinæ obnoxia sunt, et restitui possunt. — *c*) Opponitur privato et proprio. *Id. ibid.* 66. Vienenses privatis, et promiscuis copiis juvere militem. — *d*) Hinc *promiscuum, i,* n. 2. absolute, substantivorum more. In Abiat. sing. *Liv.* 29. 17. *a med.* Nunc omnes centuriones militesque vestros (adeo in promiscuo licentiam atque improbitatem esse voluit) Pleminios (*Q. Pleminius*) fecit. *Id.* 34. 44. Ludis Romanis, ædilibus curulibus imperarunt, ut loca senatoria secernerent a populo: nam antea in promiscuo spectabant. Adde *eumd.* 39. 13.; 7. 17., 34. 54. et 40. 51. Sic *Tac. Germ.* 44. Nec arma, ut apud ceteros Germanos, in promiscuo, sed clausa sub custode.

II.) Translate est vulgaris, solitus, ordinarius. *Tac. Germ.* 5. *extr.* Numerus argenteorum facilior usui est promiscua ac villa mercantibus. Adde *Gell.* 16. 13. *loc. cit.* init.

PRŌMISSĬO, ōnis, f. 3. *promessa, promissione,* ἐπαγγελία, pollicitatio, pactio. — *a*) Generatim. *Cic.* 8. *Att.* 9. *ad fin.* Promissio provinciæ. *Id.* 4. *Fam.* 13. auxilii. *Id.* 8. *Phil.* 3. 10. Scelerum promissio et iis, qui exspectant, perniciosa est, et iis, qui promittunt. — *Promissio* et *pollicitatio,* inquit *Donatus* ad *Ter. Andr.* 2. 3. 27., eamdem vim habent, sed pollicitatio majoris asseverationis est. — *b*) Specialim *promissio* inter figuras rhetoricas enumeratur a *Cic.* 3. *Orat.* 53. 205., ubi *Schütz.* leg. *permissio.*

PRŌMISSĬVĒ, adverb. promittendo, cum promissione. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 10. Portemus, inquit, non portabimus, præceptive, non promissive.

PRŌMISSĬVUS, a, um, adject. quo aliquid promittimus. *P. Consent. p.* 2061. *Putsch.* Et promissivum tempus. *h. e.* futurum. *Diomed.* 1. *p.* 328. Modos (*verborum*) quinque esse omnes fere grammatici consentiunt: nam qui sex voluerunt, vario judicio alii promissivum, quidam impersonalem conjungunt. Adde *Capell.* 3. *p.* 83.

PRŌMISSOR, ōris, m. 3. *promettitore,* ἐπαγγελτής, pollicitator. *Horat. Art. P.* 138. Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu? Adde *Quintil.* 1. 5. 6.

PRŌMISSUM, i, n. 2. *V.* PROMITTO in fin.

PRŌMISSUS, a, um. *V.* PROMITTO.

PRŌMISSUS, us, m. 4. promissio. In sexto casu sing. *Manil.* 5. 577. flentesque parentes Promissu vitæ recreat.

PRŌMĬTOR, ōris. *V.* IMPORCITOR.

PRŌMITTO, mittis, mīsi, missum, mittere, a. 3. (pro *et* mitto). *Promisti* syncope est pro *promisisti* apud *Ter. Adelph.* 5. 8. 17. et *Catull.* 110. 3. et *promisse* pro *promisisse* apud *eumd. ibid.* 5. — Part. *Promittens* II. 1. *b. g.*, 2. et 4.; *Promissus* I., II. 1. *a.* et 3., et in fin.; *Promittendus* II. 1. *c.* — Promittere est ante aut longe mittere, porro mittere, producere, proferre, προσβάλλω (It. *mandare o gettare innanzi o lontano, lasciar andare innanzi;* Fr. *laisser avancer;* Hisp. *dexar adelantar;* Germ. *vorwärts senden, -gehen lassen, loslassen, herablassen;* Angl. *to fling, hurl, or dart, forward, throw to a distance*).

I.) Proprie. *Colum.* 5. *R. R.* 6. 11. Ramos vel ferro compescunt, vel longius promittunt. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 26. 44. (107). *de pinu.* Nec ulla arborum avidius se promittit. *h. e.* profert, et in fructum effundit. — *Promittere barbam, capillum,* est longiorem fieri sinere, tonsore amoto, *lasciar crescere*: quod in luctu fiebat. *Liv.* 6. 16. Satis constat, magnam partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promisisse. *Tac.* 2. *Ann.* 39. Ignotis locis sese abdit, donec crinem barbamque promitteret. *V. Promissus* in fin. Similiter de cometis *Plin.* 2. *Hist. nat.* 25. 22. (89). Pogoniæ, quibus inferiore ex parte, in speciem barbæ longæ, promittitur juba. *Id.* 10. *ibid.* 29. 43. (81). *de cantu lusciniæ.* Nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur revocato. *si allunga.* Et figurate *Mela* 1. 3. Gallia est longe et a nostris litoribus huc usque promissa. — *Auct. B. G.* 8. 9. Quo tutior altitudine esset, hoc audacius, longiusque tela promitteret. Ita *Aldus* 1513. et vetus editio Romana, teste *Heins.*, editio Jansonii 1471. habet *pmitteret*: aliæ fere omnes *permitteret. V.* PERMITTO.

II.) Translate. ¶ 1. Fere adhibetur pro polliceri, spondere, recipere, profiteri, constituere, pacisci, *promettere, dar parola,* ὑπισχνέομαι, ἀναδέχομαι. Nam qui pollicetur, ante et in futurum quodammodo mittit eum, cui pollicetur, vel rem, quam pollicetur, ut qui non tam facit, quam facturum se aliquando, spondet, ut ait *Vossius.* — *a*) Cum Accusat. tantum. *Plaut. Most.* 1. 3. 28. Peristi: quod jam promiseram tibi domum, perdidisti. *Nepos Attic.* 15. Quidquid rogabatur, religiose promittebat. *Cic.* 13. *Fam.* 8. *a med.* Meque ea, quæ tibi promitto ac recipio, sanctissime esse observaturum. *Id.* 16. *Att.* 1. *ad fin.* Dii faxint, ut faciat ea, quæ promittit! *Virg.* 6. *Æn.* 346. en hæc promissa

fides est? *Horat.* 2. *Sat.* 6. 55. militibus promissa Triquetra Prædia Cæsar, an est Itala tellure daturus? *Id.* 1. *Ep.* 7. 80. Dum septem donat sestertia, mutua septem Promittit. *Id. Epod.* 14. 7. Promissum carmen. *Ovid.* 7. *Met.* 91. Promisitque torum. *Id.* 13. *ibid.* 325. auxilium promittet Achaia Trojæ. *Quintil. procem.* 14. Facere optima, quam promittere maluerunt. *Id.* 12. 1. 38. Multa non facturi promittimus. *Petron. Satyr.* 8. Ducem se itineris humanissime promisit. *si esibi, si offerse.* V. alia in *Promissus* in fin. sub II. — *Promittere sibi omnia,* credere, se omnia habiturum, *promettersi tutto. Lucan.* 7. 758. Quum sibi Tarpejas victor desponderit arces, Quum spe Romanæ promiserit omnia prædæ. *et* 2. 321. Hunc quoque totius sibi jus promittere mundi. — Cum adverbiis. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 101. Promittere firmiter. *Id. Stich.* 3. 2. 27. certo. *Catull.* 109. 3. vere. — *b*) Cum Accus. et Infinito — Futuro. *Plaut. Men.* 5. 4. 6. Sanum futurum, mea id promitto fide. *Cic. Mur.* 41. 90. Quem ego inimicissimum huic conjurationi futurum esse, promitto et spondeo. *Id.* 5. *Phil.* 18. 51. Promitto, recipio, spondeo, C. Cæsarem talem semper fore. *Id.* 3. *Fam.* 10. De me tibi sic, contestans omnes deos, promitto atque confirmo, me etc. *Horat.* 1. *Od.* 7. 28. Certus enim promisit Apollo Ambiguam tellure nova Salamina futuram. — Cum Infinitivo præsenti. *Plaut. Trin. prol.* 5. Si quidem dare promittitis. *Id. Cist.* 2. 2. 7. Quia ei promisi dolium vini dare. Adde *Bacch.* 4. 8. 79., *Merc.* 3. 4. 46. et *Rud.* 3. 4. *extr.* Sic *Ammian.* 22. 7. Eum adiere fidentius, promittentes latebras monstrare Florentii, si eis gradus militiæ redderetur. — Et passive. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 60. (167). Hammonis cornu (*gemma*) promittitur prædivina somnia repræsentare. — Cum Infinito Fut. simul et Præs. *Curt.* 3. 6. 2. Se remedium afferre tantamque vim morbi levaturum esse promisit. — *c*) Cum Ablat. et præpos. *de. Cic.* 7. *Fam.* 5. Neque minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri *Id.* 6. *ibid.* 1. Si mihi alterutrum de eventu atque exitu rerum promittendum esset, etc. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 103. ut si quid promittere de me Possum aliud vere, (*hoc*) promitto. — Et addito Infinito *Cic.* 3. *Fam.* 10. *V. loc. cit.* paullo sup. sub *b.* — *d*) Cum Genitivo. *Cic. Topic.* 4. 22. Si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit. *h. e.* promiserit nomine damni infecti. — *e*) Similiter ellipsis est in his *Cic.* 2. *Orat.* 7. 27. Quum ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat. *h. e.* se iturum ad cœnam apud fratrem. Sic *Plaut. Stich.* 4. 2. 16. Ad cœnam alio promisi foras. *Phœdr.* 4. 24. Ad cœnam mihi promitte. *h. e.* te venturum. Adde *Petron. Satyr.* 10. — *f*) In malam partem. *Plaut. Asin.* 5. 2. 80. Quin surrepturum pallam promisit tibi. *ti ha intimato.* Etiam illud *Virg.* 2. *Æn.* 94. huc trahit *Servius*: et me, fors si qua tulisset, Promisi ultorem. *h. e.* minatus sum. Quod verum est, si ad Ulyssem referatur; si ad Palamedem, non item. Ironia vero est in his *Ter. Heaut.* 4. 4. 6. Syrus mihi tergo pœnas pendet. CLIN. Satis scite promittit tibi. *et Plaut. Epid.* 1. 2. 18. Quem irrigatum plagis pistori dabo, nisi *etc.* EPID. Salva res est: bene promittit. — *g*) Pro affirmare, profiteri, affirmate prædicere. *Cic.* 9. *Att.* 7. Promitto tibi, si valebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum. *ti so dire, ti assicuro.* et *Plaut. Rud.* 2. 5. 58. Tu promittebas mihi, illic esse quæstum maximum meretricibus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 40. (124). Eas gemmas magorum vanitas resistere ebrietati promittit. *Id.* 20. *ibid.* 22. 89. (244). Vomices rumpere, purgare, persanare promittens. — *h*) *Promittere se talem,* dare certam spem, aut signum, se talem futurum. *Seneca* 4. *Controv.* 29. *a med.* Haterius, qui et promisit oratorem, et præstitit. *Quintil. declam.* 1. 6. Interrogabo, per quæ se parricidam scelera promiserit. — Et absolute, eodem sensu. *Jul. Exsuper.* 1. Ita se factis fortibus promiserat, ut hostibus terrori, Romano imperatori carus esset. — *i*) Commode tribuitur rebus inanimis. *Seneca Hippol.* 569. Et amica ratibus ante promittet vada Incerta Syrtis. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 28. (47). Terra ipsa (*aquas*) promittit, candicantibus maculis, aut tota glauci coloris. *Id.* 35. *ibid.* 10. 36. (68). *de pictura.* Ambire enim debet se extremitas ipsa, et sic desinere, ut promittat alia post se. ¶ 2. Speciatim pœnitur pro portendere. *Flor.* 1. 6. Clarum fore, visa circa caput flamma promiserat. *et ibid.* 7. *a med.* Nec dubitavere cuncti, monstrum pulcherrimum imperii sedem, caputque terrarum promittere. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 31. 74. (309). Stella, quæ Vindemitor appellatur, exoriri mane incipit, vindemiæ maturitatem promittens. *Val. Flacc.* 6. 730. promittunt omina pœnas. ¶ 3. Item pro vovere. *Cic.* 7. *Verr.* 72. 183. Donum Jovi dicatum atque promissum. *Petron. Satyr.* 88. Antequam limen Capitolii tangunt, alius donum promittit, si etc. *Flor.* 1. 11. Imperator pactus victoriam, templa promisit. *Tibull.* 3. 5. 33. nigras pecudes promittite Diti. *Juvenal.* 13. 233. Laribus cristam promittere Galli. ¶ 4. Et licitari, seu offerre pretium rei venalis. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Pro domo ejus sestertium millies identidem promittens. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla et supra retulimus,

Promissus, a, um, adjective usurpatur, et est productus, longus, prolixus, *allungato, lungo, steso innanzi,* ἐκτενής.

I.) Proprie. *Cæs.* 5. *B. G.* 14. Britanni capillo sunt promisso. *Nepos Datam.* 3. Capillo longo, barbaque erat promissa. *Varro* apud *Non. p.* 362. 32. *Merc.* et *Liv.* 38. 17. Promissæ, et rutilatæ comæ. *Justin.* 4. 4. 1. Sordida veste, capillo barbaque promissis. *Colum.* 6. *R. R.* 1. 3. Boves palearibus amplis, et pæne ad genua promissis. *Id.* 7. *ibid.* 9. Sues ventre promisso, clunibus vastis. *V.* PROLIXUS. — Pro ante, aut longe missus, præmissus. *Lucret.* 4. 681. tum fissa ferarum Ungula quo tulerit gressum, promissa canum vis Ducit. *At* Lachmannus Gronovium *et* Codd. *secutus legit* permissa.

II.) Translate est pollicitus, pactus, *patluito, promesso,* ἐπηγγελμένος. *Auct. B. Alex.* 34. Pecuniam promissam alicui persolvere. *Virg.* 12. *Æn.* 31. Promissam (*natam*) eripui genero. *Martial.* 7. 69. Hæc est illa tibi promissa Theophila, Cani. Rursus *Virg.* 4. *Æn.* 552. Non servata fides cineri promissa Sichæo. *et* 9. *ibid.* 107. Ergo aderat promissa dies. *Plaut. Asin.* 2. 2. 99. Operam promissam dare. — Hinc

Promissum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est promissio, *promessa, impegno, parola data,* ἐπάγγελμα. — *a*) In sing. num. *Cic.* 4. *Att.* 17. Constantiam promissi, et fidem miram! *Id.* 7. *Verr.* 53. 139. Satis est factum Siculis, satis officio, satis promisso nostro ac muneri recepto. *Id.* 1. *Off.* 10. 31. et 3. *ibid.* 25. 95. Promissum facere. *et* 3. *ibid.* 25. 94. exigere. *Varro* 2. *R. R.* 11. 1. absolvere. *Plin.* 2. *Ep.* 12. implere. *Cic.* 5. *Verr.* 49. 116. Summam promissi complere. *Id.* 3. *Fam.* 9. Persolvere alicui quod est promissi ac muneris. *Id.* 12. *Att.* 18. Voto quodam et promisso teneri. *Ovid.* 3. *Fast.* 685. Promisso inani aliquem ludere. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 99. (156). In promisso herbarum mirabilium occurrit aliqua dicere et de magicis. *h. e.* quum promiserim me acturum de herbis mirabilibus. — *b*) In plur. num. *Ter. Eun.* 2. 3. 19. Fac, sis, nunc promissa appareant. *Cic.* 3. *Off.* 24. 92. Pacta et promissa servare. *et* 1. *ibid.* 10. 32. Illis promissis standum non est, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiserit. (Sic *Virg.* 2. *Æn.* 160. manere promissis) *Id. Planc.* 42. 101. Alicujus promissa repetere. *Id.* 6. *Fam.* 17. expetere. *et* 3. *ibid.* 11. *a med.* flagitare ab aliquo. *Val. Flacc.* 7. 650. reposcere aliquem. *Ter. Andr.* 4. 1. 7. perficere. *Tac.* 14. *Ann.* 7. perpetrare. *Val. Flacc.* 7. 518. peragere. *Cic.* 12. *Fam.* 30. solvere alicui. *Catull.* 64. 139. dare alicui. *far delle promesse.* (Apud *Ovid.* 2. *Met.* 51. et *ibid.* 94. dare promissa, est solvere.) *Tac.* 13. *Ann.* 44. exuere. *disobbligarsi.* et 12. *ibid.* 14. alicujus sequi. *et* 15. *ibid.* 19. exspectare. *Id.* 4. *Hist.* 62. spernere. *Id.* 3. *Ann.* 16. Eludi ab aliquo per vana promissa. *Sall. Jug.* 82. Magnis muneribus et majoribus promissis quempiam ad studium sui perducere. *et ibid.* 12. Promissis onerare aliquem. *Tac.* 2. *Hist.* 8. ingentibus corrumpere. *et* 1. *ibid.* 74. *extr.* Promissis simul ac minis tentare aliquem. *et* 3. *ibid.* 24. Spe et promissis accendere. *et ibid.* 58. Largus promissis.

PRŌMO, mis, mpsi *et* msi, mptum *et* mtum, mere, a. 3. (a pro et *emo,* qua sumere significat). Part. *Promens* I. et II. 2.; *Promptus* I. et *V.* PROMPTUS loco suo; *Prompturus* II. 2.; *Promendus* II. 1. — Promere est proferre, efferre, in medium afferre, expromere, προχειρίζομαι, ἐκφέρω (It. *cavare o tirar fuori*; Fr. *tirer, retirer, faire sortir*; Hisp. *tirar, sacar à fuera*; Germ. *hervornehmen, -bringen, -helen*; Angl. *to draw or bring out, bring forth, produce*).

I.) Proprie. *Plaut. Cist.* 1. 1. 113. Accipias claves: si quid tibi opus erit promptu, promito. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 16. Promere aliquid in usus. *Plaut. Mil. glor.* 3. 2. 16. Prompsisti tu illi vinum? LV. Non prompsi. *Horat. Epod.* 2. 47. vina promens dolio. *Id.* 3. *Od.* 21. 8. Promere languidiora vina. *Id.* 1. *ibid.* 36. 11. Neu promptæ modus amphoræ. *Cic.* 5. *Verr.* 84. 195. Quum tibi senatus ex ærario pecuniam prompsisset. *Id.* 2. *Fin.* 7. 22. Medicamenta de narthecio promere. *Id.* 3. *Fin.* 2. 7. Quum vellem e bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris uti, veni in ejus villam, ut eos ipse, ut solebam, inde promerem. *Liv.* 3. 69. *ad fin.* Signa ex ærario prompta, delataque in campum. *Horat.* 3. *Od.* 20. 10. dum tu celeres sagittas Promis. *Tac.* 15. *Ann.* 54. Promptum vagina pugionem, vetustate obtusum increpans, asperari saxo, et in mucronem ardescere jussit. *Ovid.* 1. *Met.* 468. Eque sagittifera promsit duo tela pharetra. *Virg.* 2. *Æn.* 260. lætique cavo se robore promunt. *h. e.* exeunt. *Colum.* 3. *R. R.* 12. 1. Vites promunt se. *h. e.* pullulant, et crescunt. *Id.* 9. *ibid.* 13. 2. Sameram ulmi promunt. *danno fuori, producono.* et *Ovid.* 5. *Fast.* 379. Nocte minus quarta promet sua sidera Chiron. *Horat. Carm. sæcul.* 9. Alme sol, curru nitido diem qui Promis, et celas. *Martial.* 10. 80. gemitus imo de pectore promit. *Arnob.* 7. 38. Habent miraculi speciem ista, si ita ut sunt prompta, humanum veniant ad auditum. *cavate dai libri e raccontate.*

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Luccejus* apud *Cic.* 5. *Fam.* 14. Nihil potest esse jucundius animo erudito; qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet. *Cic.* 9. *Att.* 18. Nunc certe promenda tibi sunt consilia. *Id.* 1. *Orat.* 14. 59. Est aliquid, quod non ex usu forensi, sed ex obscuriore aliqua scientia sit promendum et assumendum. *Id. Topic.* 2. 7. Loci, e quibus argumenta promuntur. *Horat. Art. P.* 143. Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem Cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat Antiphaten Scyllamque etc. *Plin.* 1. *Ep.* 10. *ad fin.* Promere et exercere justitiam. *Id. Paneg.* 66. Jubes, quæ sentimus, promere in medium? proferemus. *Virg.* 5. *Æn.* 191. nunc illas promite vires, Nunc animos, quibus in Gætulis Syrtibus usi. ¶ 2. Speciatim et sæpe est eloqui, manifestare, palam facere, explicare. *Plaut. Asin.* 1. 1. 10. Ita me obstinate aggressus, ut non audeam profecto, percunctanti quin promam omnia. *Liv.* 30. 12. Neque quæ acta essent, promendo. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 104. reclusa Mane domo vigilare, clienti promere jura. *Vellej.* 2. 48. 5. Harum rerum ordo quum justis aliorum voluminibus promitur, tum, uti spero, nostris explicabitur. *Horat.* 1. *Od.* 34. 14. insignem attenuat Deus, Obscura promens. *Quintil.* 1. 1. 22. Cur improbetur, si quis ea, quæ domi suæ recte faceret, in publicum promit? *Id.* 8. *procem.* 32. Ea verba sunt maxime probabilia, quæ sensum animi nostri optime promunt. *Petron. Satyr.* 101. Jubet quemque suam sententiam promere. *dir il suo parere. Tac.* 2. *Hist.* 90. Postera die, tamquam apud alterius civitatis sena-

tum populumque, magnificam orationem de semetipso prompsit. et *Martial.* 8. 18. Promere vulgo epigrammata. *pubblicare. Apul. Florid. n.* 17. Qui pueris utile carmen prompturus est.

PRŌMŌNĔO, es, ere, a. 2. est porro monere. *Boeth.* in *Aristot. categor.* 1. *p.* 136. Ne forte cogamur aliquando partes substantiarum, quoniam sunt in subjecto, suspicari non esse substantias, sed accidentia, promonet. *Festus* p. 205. 12. *Müll.* Promenervat, promonet. *Divisim* Müllerus *leg.* pro monet; *at* Quicherat. *junctim* promonet.

PRŌMONSTRA, prodigia. *Paul. Diac. p.* 224. 9. *Müll.* nempe a *pro*, ante, et *monstro, as.*

PRŌMONTŌRĬUM, ii, n. 2 Legitur et *promuntorium* in opt. codicib., quam scriptionem tuentur præter alios *Turneb. l.* 13. *Advers. c.* 18. et *Voss.* ad *Melam loc. infra cit.* — Tertiam syllabam videtur corripere *Ovid.* 15. *Met.* 709. Inde legit Capreas, promontoriumque Minervæ: at hic quatuor syllabarum fit vox, nam binæ vocales *i* et *u* in unam contrahuntur, vel potius *i* naturam consonantis accipit, ut in *abiete, pariete,* quæ sæpe apud poetas trisyllabæ voces sunt. — Ceterum *promontorium* a v. *promineo,* ut videtur (*V.* sub 2.) est prominentia. ¶ 1. Generatim dicitur de qualibet prominentia, etiamsi ad mare non sit: ut de jugo eminenti in mediis Alpibus. *Liv.* 21. 35. Prægressus signa Hannibal, in promontorio quodam, unde longe ac late prospectus erat, consistere jussis militibus, Italiam ostentat, subjectosque Alpinis montibus Circumpadanos campos. ¶ 2. Speciatim et sæpe est Ital. *promontorio, capo, ἄκρα, λέπας, βίον,* eminentia in mare prominens: a *mons,* ut sit proprie mons, aut rupes in mare procurrens. Alii a *promineo* ducunt, ut sit prominentia litoris in mare procurrentis. Multa sunt enim promontoria, ubi nulli sunt montes: multi etiam montes mari incumbentes, ubi tamen nulla sunt promontoria, ut ait *Voss.* ad *Melam* 1. 13. *Pacuvius* apud *Gell.* 4. 17. *extr.* Id promuntorium, cujus lingua in altum projicit. *Cic.* 7. *Verr.* 56. 145. Illi, quos a poetis accepimus, sinus quosdam obsedisse maritimos, aut aliqua promontoria, aut prærupta saxa tenuisse dicuntur. *Id.* 1. *Phil.* 3. 7. Leucopetra, quod est promontorium agri Rhegini. *Cæs.* 3. *B. G.* 12. Erant ejusmodi fere situs oppidorum, ut posita in extremis lingulis promontoriisque, neque pedibus aditum haberent, quum ex alto se æstus incitavisset, etc. Adde *Plin.* 2. *Hist. nat.* 108. 112. (245). et 5. *ibid.* 1. 1. (2).

PRŌMŌTĬO, ōnis, *f.* 3. *promozione, προαγωγή,* actus promovendi. *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 3. *Verr.* 28. Accensus nomen est ordinis, et promotionis in militia. *Lamprid. Anton. Diadum.* 2. Macrinus imperator dixit: Habete igitur, commilitones, pro imperio aureos ternos, et solitas promotiones, sed geminatas. *h. e.* gradus et honores militares, et quod iis debetur stipendium. *Firmic.* 3. *Mathes.* 7. *n.* 5. Augmenta vitæ, promotionesque, sed cum maxima largitur infamia. *avanzamenti.*

PRŌMOTOR, oris. *V.* PROMOVEO II. 2.

PRŌMŌTUS, a, um. *V.* PROMOVEO.

PRŌMŌTUS, us, m. 4. promotio. *Tertull. Cor. mil.* 3. *sub fin.* Ad omnem progressum atque promotum.

PRŌMŎVĔO, mŏves, mōvi, mōtum, mŏvere, a. 2. (pro *et* moveo). *Promosset* syncop. pro *promovisset* I. 2.; *promorat* pro *promoverat* I. 1. et II. 3. — Part. *Promovens* II. 1.; *Promotus* I. 1., II. 2. et in fin.; *Promoturus* II. 2.; *Promovendus* I. 1. — Promovere est porro seu ultra movere, provehere, producere, προάγω, προςβιβάζω (It. *far avanzare*; Fr. *faire avancer, mouvoir en avant, pousser en avant*; Hisp. *promover, adelantar*; Germ. *vorwärts bewegen, weiterbringen, weiterschaffen*; Angl. *to move forwards, make to advance*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim, vel stricto sensu. — a) Universim. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 8. Aliqua sunt opera tantummodo virium, tamquam promovendi onera, portandique. *Cæs.* 2. *B. C.* 11. Saxa quam maxima possunt, vectibus promovent. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 23. (64). Pensiles hortos rotis in solem promovere. *Cels.* 8. 18. In palma quoque ossa interdum suis sedibus promoventur, modo in priorem partem, modo in posteriorem. *si slogano. Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 1. In balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi. *Tac.* 4. *Hist.* 30. Turrim portæ appropinquantem promoti contra validi asseres et incussæ trabes perfregere. *Quintil.* 11. 2. 38. Quum prior calculum promovisset, victusque esset. *avendo mosso la pedina. Plin.* 11. *Hist. nat.* 18. 20. (53). *de apib.* Ante fores in tepore solis promotæ. *Ter. Eun.* 5. 3. 3. CHRE. Move vero ocius te, nutrix. SO. Moveo. CHRE. Video, sed nihil promoves. *non ti avanzi punto.* et *Phædr.* 4. 24. Unum promorat vix pedem triclinio. *Quintil.* 11. 3. 113. Promovere manum ad sinistram intra humerum. *stendere.* — b) Speciatim in re militari. *Cæs.* 7. *B. G.* 27. Postero die Cæsar promota turri directisque operibus, quæ facere instituerat, etc. *Id.* 2. *ibid.* 31. Tantæ altitudinis machinationes tanta celeritate promovere. *Tac.* 15. *Ann.* 4. *in fin.* Quum promovere scalas et machinamenta inciperent, facile detrusi. *h. e.* admovere, *appressare. Justin.* 14. 1. 6. Exercitu in Ætoliam promoto. *Auct. B. G.* 8. 16. Cæsar legiones promovet, et turmas mittit ad insequendum. *Id. B. Afr.* 14. Equitatus subito sese extendere, et in latitudinem promovere cœperunt. *et ibid.* 59. Aciem longius ab adversariorum copiis promoverat. *Liv.* 28. 44. Promovere castra ad Carthaginem. Sic *Id.* 10. 4. Promovere castra in agrum Ruscellanum. et *Cæs.* 1. *B. G.* 38. Eodem die castra promovit, et millibus passuum sex a Cæsaris castris sub monte consedit. *Stat.* 1. *Achill.* 443. fervent portus, et operta carinis Stagna, suasque hiemes classis promota, suosque Attollit fluctus. — c) Singulare est illud *Apul.* 4. *et* 7. *Met.* Nox promota. *notte avanzata.* ¶ 2. Speciatim, vel latiori sensu pro extendere, amplificare, *stendere, ampliare. Ovid.* 2. *Amor.* 9. 17. Roma, nisi immensum vires promosset in orbem, Straminis esset nunc quoque densa casis. *Sueton. Ner.* 16. Ostia tenus promovere mœnia. *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 72. imperium.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est juvare, conferre, proficere, *giovare, profittare. Ter. Hecyr.* 4. 4. 81. Abibo hinc, præsens quando promoveo parum. *Horat.* 4. *Od.* 4. 33. Doctrina sed vim promovet insitam. *Gell.* 10. 22. *in fin.* Futilis meditatio argutiarum, nihil ad vitam tuendam promovens. *Id.* 5. 10. Quum in studio facundiæ abunde promovisset. *avendo fatto gran progresso. Justin.* 5. 10. 4. His vocibus tantum promotum est, ut reversus in urbem exercitus XXX. tyrannos emigrare Eleusina juberet, substitutis decem, qui etc. ¶ 2. Speciatim *promovere aliquem* est evehere, provehere ad gradum aliquem dignitatis, *promuovere. Lamprid. Elagab.* 20. Promoturus omnes turpissimos et ultimæ professionis homines. *Plin.* 10. *Ep.* 3.; et *Sueton. Oth.* 1. Promovere quempiam in amplissimum ordinem. *Plin. ibid. Ep.* 20.; et *Sueton. Vesp.* 16. ad præfecturam ærarii. Absolute. *Plin. Paneg.* 90. *sub fin.* Habuerat hunc honorem periculis nostris Nerva, ut nos etsi minus ut bonos, tamen promovere vellet. — Similiter Part. *promotus* est ad altiorem dignitatis gradum evectus, *promosso. Lucan.* 6. 147. ibi sanguine multo Promotus, Latiam longo gerit ordine vitem. *Plin.* 7. *Ep.* 31. Promotus ad amplissimas procurationes. *Inscript.* apud *Gruter.* 391. 4. TI. CLAVDIVS T. F. VITALIS VETER. PROMOTVS EX LEG. XX. VICT. IN LEG. IX. *Ammian.* 21. 1. Parvi habitis, quæ Constantius scripserat, nulloque arbitrio ejus promotorum suscepto, præter Nebridium. *h. e.* promotorum ab eo ad gradus honorum, ut videre est 20. 9. Unde male ex hoc loco quidam *Promotor, oris,* inter Latinas voces posuerunt. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 630. M. AVREL. FLACCIANO VET. AVG. N. QVI VIXIT ANNIS LXX. PRO. (*sic, h. e.* promotus) AN. XX. MIL. ANN. XXIII. ITEM POSMISSIONE (*sic*) VIX. ANN. XXIIII. M. III. D. XI. ¶ 3. Item speciatim est palam facere. *Horat. Epod.* 11. 13. Simul calentis inverecundus Deus Arcana promorat loco. *h. e.* prompserat, emiserat, ediderat. ¶ 4. Item de tempore, pro differre, in longum trahere, *portar innanzi, prolungare. Ter. Andr.* 4. 2. 27. Non satis habes, quod tibi dieculam addo, quantum huic promoveo nuptias? — Hinc a Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus,

Promota, ōrum, n. 2. absolute, substantivorum more: quid vero sint, *V.* in PRODUCO in fin.

PROMPTĀRĬUM. *V.* PROMPTUARIUS II.

PROMPTĔ *et* promte, adverb. Comp. *Promptius* et Sup. *Promptissime* 1. et 2. — Prompte ¶ 1. Est Ital. *prontamente, speditamente,* προθύμως, ἑτοίμως, libenter, alacriter, sine cunctatione, studiose. *Tac.* 15. *Ann.* 52. Prompte dare operam. *et* 16. *ibid.* 10. subire necem. *Val. Max.* 4. 3. *n.* 9. pecuniam legatis distribuere. *Auct. B. Afr.* 58. Quum tam magnis copiis essent præditi, promptiusque prosiluissent. *Tac.* 2. *Ann.* 38. Promptius adversari. *et* 4. *ibid.* 31. Solutius promptiusque eloqui. *et* 1. *Hist.* 55. Dirumpunt imagines Galbæ, quarta legio promptius, duodevicesima cunctanter. *Plin.* 4. *Ep.* 17. *sub fin.* Ego vero Corelliæ adero promptissime. *Cels.* 2. 1. Morbi leviores sunt, et promptius finiuntur. *più presto.* et *Tac.* 1. *Hist.* 74. Legati apud Vitellium remanserunt, promptius, quam ut retenti viderentur. *più prontamente e perciò più volentieri.* ¶ 2. Est facile. *Juvenal.* 10. 219. quorum si nomina quæras, Promptius expediam, quot amaverit Hippia mœchos. *più facilmente, più presto. Val. Max.* 6. 5. *n.* 1. Victoria promptissime licentiam subministrat.

PROMPTIM, adverb. prompte. *Tertull. carm. in Gen.* 98. dum dicit lumina promptim Affulsisse sibi.

PROMPTĬTŪDO, inis, *f.* 3. promptus animus. *Gloss. Lat. Gr.* Promptitudo, προθυμία.

PROMPTO, as, are, a. 1. frequentat. a *promo. Plaut. Pseud.* 2. 2. 33. Supremi promptes thesauro Jovis. *Id. Bacch.* 3. 3. 61. Illum meum malum promptare malim, quam peculium: quia malum si promptet, in dies faciat minus. *h. e.* frequenter depromere et prodigere: jocus.

PROMPTŬĀRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PROMPTŬĀRĬUS *et* promtuarius, a, um, adject. ad promendum pertinens.

I.) Proprie. *Promptuaria cella, armarium promptuarium,* ubi res conduntur, subinde promendæ in usum familiæ, *dispensa, magazzino,* ταμιεῖον. *Cato R. R.* 11. Arca vestiaria, armarium promptuarium. *Alii leg.* promptarium. *Apul. de Mag.* Præsertim quod conditum cumque, quod obsignatum, quod inclusum domi asservatur, id omne eodem argumento magicum dicetur; aut e cella promptuaria in forum atque in judicium proferetur. Adde *Ammian.* 19. 12. Joculariter *Plaut. Amph.* 1. 1. 3. Quid faciam nunc, si tresviri me in carcerem compegerint: inde cras e promptuaria cella depromar ad flagrum?

II.) Translate. *Auson. epist.* 21. *in fin.* Aliquid reportans interim munusculi De largitate musici promptarii. Ita pro *promptuarii* metri necessitate. Ita etiam *Paulin. Nolan. carm.* 18. 42. Qui locuplete manu promptaria ditia laxant. *Apul.* 1. *Dogm. Plat.* Os aliis animantibus ad explendam victus necessitatem, inferendasque ventri copias comparatum est: sed homini promtuarium potius rectæ rationis, et suavissimæ orationis. *Symmach.* 9. *Ep.* 67. (*al.* 72.) Ut ornatissimæ linguæ tuæ promptuario numquam desit materia talium nunciorum. — Hinc

Promptudrium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est cella promptuaria. *Apul.* 1. *Met.* Simul e promptuario oleum unctui, linteæ tersui, et cetera huic eidem usui profer ociter.

PROMPTŬLUS, a, um, adject deminut. aliquantum promptus. *Hieronym. in vet. præf.* ad *Daniel. ad fin.* Quidam e nostris satis ad loquendum promptulus.

PROMPTUS, a, um, est particip. a *promo*

(quam vocem *V.*), quod adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Promptior* II. 1.; et Sup. *Promptissimus* I. et II. 1., 2. et 3.

I.) Proprie est in aperto positus, expositus, patens, *esposto, patente, aperto*: quasi depromptus cuique ad usum. *Ennius* apud *Gell.* 19. 8. et apud *Non. p.* 129. 26. *Merc.* eo ego ingenio natus sum: Æque inimicitiam atque amicitiam in frontem promptam gero. *Lucret.* 6. 816. Hos igitur tellus omnes exæstuat æstus Exspiratque foras in apertum promptaque cæli. *Cic. Rosc. Am.* 40. 118. Tametsi hoc minime latet, quod ita promptum et propositum est, ut etc. *Id.* 1. *Fin.* 9. 30. Prompta et aperta indicari. *Id.* 3. *Orat.* 57. 215. Discutienda sunt ea, quæ obscurant, et ea, quæ sunt eminentia et prompta, sumenda. *Sall. Cat.* 10. Aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua habere. *Cic.* 6. *Verr.* 2. 7. Se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum promptissimumque esset. *Tac.* 2. *Ann.* 20. Nihil ex iis Cæsari incognitum: consilia, locos, prompta, occulta noverat.

II.) Translate. ¶ 1. Est qui in prompto est, *alla mano*; et — *a*) Absolute. — De rebus est paratus, expeditus, *pronto, apparecchiato, alla mano,* ἕτοιμος. *Accius* apud *Non. p.* 315. 10. *Merc.* Ferro prompto. *Cic.* 4. *Fam.* 13. *ad fin.* Cetera, quæ tibi a multis prompta esse certo scio, a me sunt paratissima. *Ovid.* 3. *Met.* 188. vellet promptas habuisse sagittas. *Tac.* 1. *Ann.* 71. Quod cuique promptum, arma, equos, aurum offerentes. *Id.* 15. *ibid.* 19. Gratiam, honores, cuncta prompta et obvia habere. *Cic. Cæcin.* 27. 78. Qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam populo R. promptam expositamque præbuit. *Sall. Cat.* 32. Quorum cognoverat promptam audaciam. *Tac.* 13. *Ann.* 3. Prompta et profluens eloquentia. — *Homo promptus,* paratus ad agendum, aggrediendum, in quo nulla mora est, alacer, expeditus, strenuus, erectus, paratus, *lesto, pronto, attivo, spedito, disposto, presto. Cic.* 6. *Verr.* 17. 37. Promptissimus homo, et experiens. *Cæs.* 1. *B. C.* 3. Laudat promptos, segniores castigat. *Justin.* 22. 2. 12. Cujus peracta cæde ex plebe quoque locupletissimos et promptissimos interficit. — *b*) Cum Accus. et præpos. *ad* apud optimos scriptores. *Cæs.* 3. *B. G.* 19. *in fin.* Ad bella suscipienda Gallorum alacer et promptus est animus. *Cic.* 3. *Fam.* 11. *a med.* Tuum promptum animum et alacrem perspexi ad defendendam rempublicam. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 13. Hilari animo esse et prompto ad jocandum. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 13. 41. Quo paratior ad usum forensem, promptiorque esse possim. *Id.* 2. *leg. Agr.* 30. 82. Homines acres, ad vim prompti, ad seditionem parati. *Id.* 1. *Off.* 24. 83. Promptiores esse debemus ad nostra pericula, quam ad communia. *Liv.* 31. 34. Quod promptiores ad subeundam omnem dimicationem videbatur facturum. id metum pigritiamque incussit. *Ovid.* 1. *Met.* 126. Sævior ingeniis, et ad horrida promptior arma. *Justin.* 23. 1. 3. Bruttii et fortissimi tum et opulentissimi videbantur, simul et ad injurias vicinorum prompti. — *c*) Cum Accus. et præpos. *in* apud serioris ævi scriptores. *Flor.* 4. 12. Dalmatæ in latrocinia promptissimi. *Tac.* 15. *Ann.* 25. *extr.* Promptus in pavorem. *et ibid.* 61. in adulationes. *Id. Agric.* 35. *extr.* Promptior in spem, et firmus adversis. — *d*) Cum Accus. et præpos. *adversus* apud *Tac.* 6. *Ann.* 48. *extr.* Balbus truci eloquentia habebatur, promptus adversus insontes. — *e*) Cum Ablat. et præpos. *in. Cic. Brut.* 42. 154. Prompta et parata in agendo et in respondendo celeritas. *Nepos Themist.* 1. Neque minus in rebus gerendis promptus, quam excogitandis erat. *Sueton. Tit.* 3. Vel in orando, vel in fingendis poematibus promptus. — *f*) Cum Ablat. tantum. *Sall. Jug.* 44. Promptior linguâ, quam manu. *Liv.* 2. 33. Juvenis consilio et manu promptus. *Id.* 4. 3. Non promptus ingenio tantum, sed usu etiam exercitatus. *et* 2. 56. Ætatis ejus haud quisquam manu promptior erat. *et ibid.* 45. *sub fin.* Lingua promptus. *Tac.* 2. *Hist.* 86. Strenuus manu, sermone promptus. *Id.* 1. *Ann.* 57. *et* 14. *ibid.* 40. audacia. *et* 58. animo. — *g*) Cum Genitivo pro Ablativo, Græca ratione. *Tac.* 2. *Hist.* 23. Promptus animi. *Gell.* 10. 22. Plato veritatis amicissimus, ejusque omnibus exhibendæ promptissimus. *Sall. fragm.* apud *Arusian. Mess.* Belli promptissumos delegebant. — *h*) Cum Dativo. *Tac.* 4 *Ann.* 46. Promptus libertati, aut ad mortem animus. *et* 1. *ibid.* 48. seditioni. *et* 11. *ibid.* 32. ultioni. *et* 15. *ibid.* 45. cuicumque flagitio. *et ibid.* 67. sceleribus faciendis. — *i*) Cum Infinito. *Lucan.* 9. 937. Jam promptum Psyllis vel gustu nosse venenum. *h. e.* facile. et 7. *ibid.* 105. fortissimus ille, Qui promptus metuenda pati. *h. e.* paratus. Sic Græci ἕτοιμος μάχεσθαι. *Stat.* 7. *Theb.* 209. promptæ superos incessere Thebæ. ¶ 2. Speciatim aliquando de iis dicitur, — *a*) Qui militari audacia et virtute præstant. *Tac.* 3. *Hist.* 69. Armatis occurrunt promptissimi Vitellianorum. *i più animosi.* et 2. *ibid.* 25. Promptissimos prætorianorum interfecere. — *b*) Item de iis, qui prudentia et constantia maxime valent *Sall. orat. Philippi contra Lepid.* Maxime vellem, rempubl. in periculis a promptissimo quoque defendi. *Tac. Agric.* 3. Multi fortuitis casibus, promptissimus quisque sævitia principis interciderunt. ¶ 3. Demum promptus est etiam facilis, expeditus, *agevole, facile. Cic.* 1. *Orat.* 56 237. Utriusque rei facilis est et prompta defensio. *Liv.* 23. 1. *in fin.* Ab urbe oppugnanda absterruere conspecta mœnia, haudquaquam prompta oppugnanti. *Tac.* 1. *Ann.* 68. Prompta expugnatio. *Id.* 2. *ibid.* 5. possessio. *et* 16. *ibid.* 17. At Mella, quæ promptissima mortis via, exsolvit venas. *et* 2. *ibid.* 2. *sub fin.* Prompti aditus, obvia comitas. — *Promptum est,* facile est. *Ovid.* 13. *Met.* 10. sed nec mihi dicere promptum, Nec facere est illi. *Tac.* 15. *Ann.* 41. Domuum et templorum, quæ amissa sunt, numerum inire haud promptum fuerit. *Quintil.* 12. 11. 12. Adeoque discere meliora volentibus promptum est. *Id.* 9. 1. 22. Quæ (*nomina*) fingere utique Græcis est promptissimum.

PROMPTUS *et* promtus, us, m. 4. In sexto casu singulari cum verbis *esse, habere, ponere, gerere, occupare* etc. et præposit. *in* frequentissimus est, *in pronto, alla mano,* παρὰ πόδας, πρόχειρος, προχείρως. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 2. 4. Ea dicam, quæ mihi sunt in promptu. *Liv.* 25. 29. *sub fin.* Omnia, quæ in promptu erant, diripuere. *quanto venne loro alla mano.* et *Cic.* 1. *Off.* 30. 105. Pertinet ad omnem officii quæstionem semper in promptu habere, quantum natura hominis pecudibus antecedat. *Ovid.* 1. *Pont.* 1. 23. Antonî scripta leguntur: Doctus et in promptu scrinia Brutus habet. *h. e.* in aperto, unde promi et legi ab omnibus potest. *Sall. Cat.* 7. Ea tempestate cœpere se quisque magis magisque extollere, ingeniumque in promptu habere. *far mostra del talento, far vedere l'ingegno,* promere, ostentare. *et Pseud-Sall. orat.* 2. *ad Cæs.* 7. Occulta pericula neque facere, neque vitare, bonis in promptu est. *è facile.* Sic *Ovid.* 2. *Met.* 84. Nec tibi quadrupedes animosos ignibus illis In promptu regere est. *et* 13. *ibid.* 160. Plura quidem feci, quam quæ comprendere dictis In promptu mihi sit. *Cic.* 1. *Off.* 27. 95. Decorum ad honestatem ita pertinet, ut non recondita quadam ratione cernatur, sed sit in promptu. *è aperto, chiaro, facile da conoscere.* Sic *ibid.* 35. 126. Natura formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu: quæ partes autem corporis adspectum essent deformem habituræ, eas contexit atque abdidit. *la pose sotto gli occhi,* sub adspectum, in aperto. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 33. Insipientia est, sic iram in promptu gerere. Quanto satius est adire blandis verbis? Sic *Colum.* 8. *R. R.* 11. 8. Tunc digitis loca feminarum (*pavonum*) tentanda sunt: nam in promptu gerunt ova, quibus jam partus appropinquat. *Accius* apud *Non. p.* 234. 24. *Merc.* Idque advorsum aptus alter in promptu occupat. *Ennius* apud *Gell.* 2. 29. Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm: Ne quid exspectes amicos quod tute agere possies. *Lucret.* 2. 868. Nec contra pugnant, in promptu cognita quæ sunt. *h. e.* quæ ex facili cognoscuntur, quæ cognitioni nostræ subjacent. *Id.* 3. 106. Sæpe itaque, in promptu corpus quod cernitur, ægret. *et ibid. v.* 185. Ante oculos quorum in promptu natura videtur. — Et cum Infinito *Id.* 2. 246. Namque hoc in promptu manifestumque esse videmus, Pondera, quantum in se est, non posse obliqua meare.

PRŌMULCUM *et* promulcus, i, n. *et* m. 2. idem ac remulcum. *Paul. Diac. p.* 224. 12. *Müll.* Promulco agi dicitur navis, quum scaphæ ducitur func.

PRŌMULGĀTĬO, ōnis, f. 3. *promulgazione, pubblicazione,* ἀναχήρυξις, editio, divulgatio: et fere de legibus dicitur. *Cic.* 5. *Phil.* 3. 8. Ubi promulgatio, trinum nundinum. *et* 1. *ibid.* 10. 25. Leges nulla promulgatione latæ. *Id.* 1. *Fam.* 5. Subito exorta est nefaria Catonis promulgatio. Adde *eumd.* 3. *Legg.* 19. 43.

PRŌMULGĀTOR, ōris, m. 3. *promulgatore,* qui promulgat. *Fronto de fer. Als.* (edente iterum *A. Maio*) 3. Numa cœnarum libator, feriarum promulgator. *Ennod. Ep.* 7. 12. Scio arctare paginam, cujus pretium promulgator intellige.

PRŌMULGĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌMULGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Promulgatus* I. *a. et b.*; *Promulgaturus* I. *a.* — Ratione habita etymi, haud recte *Paul. Diac. p.* 224. 11. *Müll.* Promulgari leges dicuntur, quum primum in vulgus eduntur, quasi provulgari. — Ceterum promulgare est in vulgus emittere, palam edere, proponere, divulgare. Fere dicitur de legibus, quum, antequam ferantur, per trinundinum proponuntur, ut perpendi vulgo possint, ἀναχηρύττω (It. *pubblicare, divulgare, promulgare*; Fr. *promulguer, publier*; Hisp. *promulgar, publicar*; Germ. *promulgiren, publiciren*; Angl. *to publish or spread abroad, proclaim, promulgate, divulge, promulge*).

I.) Proprie. — *a*) Stricto sensu de legibus. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 3. Cato legem promulgavit de imperio Lentuli abrogando. *Liv.* 3. 9. Dixit, se legem promulgaturum. *Cic.* 1. *Phil.* 10. 25. Leges promulgatæ. *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Sext.* 21. ab *A. Maio* edit. in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 139. Sæpe hanc ostendi promulgatæ legis et latæ differentiam: nam trinundino proponebantur, ut in notitiam populi pervenirent; quo exacto tempore ferebantur in juris validi firmitatem. *Sall. Jug.* 44. Mamilius rogationem ad populum promulgat, uti quæreretur in eos, quorum etc. *h. e.* rogationem ferendam ad populum. Sic *Cic.* 1. *Att.* 14. Rogatio promulgata. — Cum Ablat. et præpos. *de. Cic. post redit. in senat.* 2. 4. Tribuni promulgarunt de salute mea. *Id. Sext.* 33. 72. Ineunt magistratum tribuni plebis, qui omnes se de me promulgaturos confirmarant. — Et absolute *Cic.* 1. *Att.* 17. 8. Qui primum illud valde graviter tulerunt, promulgatum ex senatus consulto fuisse, ut de iis, qui ob judicandum pecuniam accepissent, quæreretur. — *b*) Latiori sensu de aliis. *Cic. Mur.* 14. 30. Prœliis promulgatis, pellitur e medio sapientia. *Id. Flacc.* 7. 15. Res multos dies promulgata et cognita. *Sueton. Ner.* 36. Conjurationes promulgatæ. *Alii leg.* pervulgatæ: *alii* provulgatæ. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 6. (17). Cn. Flavius dies fastos promulgaverat.

II.) Translate. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 3. 2. (8). Sed majores, oculorum quoque medicamentis aconitum misceri saluberrime, promulgavere.

PRŌMULSĪDĀRE, is, *et* promulsidarium, ii, n. 3. *et* 2. ferculum aptum sustinendo vasi, in quo promulsis, seu gustatio, h. e. initium cœnæ reponitur, ὑποδημα. *Ulp. Dig.* 34. 2. 20. *a med.* Si vasa sint legata, non solum ea continentur, quæ aliquid in se recipiant edendi bibendique causa paratum; sed etiam quæ aliquid sustineant: et ideo scutellas vel promulsidaria contineri. *Petron. Satyr.* 31. Ceterum in promulsidari asel-

lus erat Corinthius cum bisaccio positus, qui habebat olivas etc. In *Gloss. Isid.* Pransorium, promulsarium. *Alii leg.* promulsidarium.

PRŌMULSIS, idis, f. 3. *antipasti*, cibi, quibus ante primum haustum vescebantur, caput, sive initium cœnæ, non tam, uti volunt, quod vice mulsi apponebatur convivis ad provocandum appetitum, quam quod daretur ante mulsum. Nam, ut scribit *Turneb. l. 1. Adversar. c. 24.* et *Lips. l. 3. Antiq. Lection. c. 1.*, veteres primam sitim non aliter, quam mulso sedabant, idque quod putarent, ut ait *Horat. 2. Sat. 4. 25.* vaculs venis dulcem conducere potionem.

I.) Proprie. *Cic. 9. Fam. 20.* Quem tu es solitus promulside conficere, integram famem ad cœnam affero.

II.) Translate. ¶ 1. Turpem hinc metaphoram habet *Petron. Satyr. 24. in fin.* ea ratione, qua apud *Apul. 2. Met.* Veneris antecœnia. *V.* ANTECŒNIUM. ¶ 2. Pro promulsidario. *Tertull. Pall. 5. a med.* Drusillanus quingenariam promulsidem ædificat. *h. e.* lancem argenteam e quingentis libris.

PRŌMULSUS, a, um, particip. ab inusit. *promulceo. V.* REMULSUS.

PRŌMŪLUS, a, um, adject. V. *Capell. loc. cit.* in PROMINULUS *in fin.* Sed labantem hujus vocis auctoritatem obfirma exemplo *Ennod. 1. carm. 12. 9.* Impacta cornu spicula Sermone vincens promulo.

PRŌMUM, i, n. 2. *V.* PROMUS in fin.

PRŌMUNCTŌRĬUM, ii, n. 2. quidquid emungendo inservit, *emuntorio. Gloss. Lat. Gr.* Promunctorium, προμυκτήριον.

PRŌMUNTŌRĬUM, ii, n. 2. *V.* PROMONTORIUM.

PRŌMŪRĀLE, is, n. 3. munitio anterior. *Isid. 15. Orig. 2.* Promurale, eo quod sit pro munitione muri. *Gloss. Isid.* Promurale, murus ante murum. *Gloss. Lat. Gr.* Promurale, πρόβλημα τείχους.

PRŌMUS, a, um, adject. ad cibaria promenda pertinens. *Tertull. Resurr. carn. 27.* In cellis promis caro salita et usui reposita servatur. *Colum. 3. R. R. 2. 1.* Quum tam suburbanus est ager, ut ratio postulet inconditum fructum mercantibus, velut promum, vendere. *h. e.* uvas non repositas vendere tamquam conditas. Sed alii rectius leg. *pomum.* — Hinc

Promus, i, m. 2. absoluta, substantivorum more, apud optimos scriptores

I.) Proprie est Ital. *dispensiere, ταμίας*, cellarius: is, qui victum familiæ ex cella penaria promit: qui præest cibariis promendis. Differt a *condo*; nam condus est, qui penora in cellam penariam recondit. Ceterum hæc nomina conjungi sæpe solent, quia duo hæc officia fere ab eodem administrabantur. *Plaut. Pœn. 3. 4. 6.* Ædepol feciti prodigum promum tibi. *Id. Pseud. 2. 2. 14.* Condus, promus sum, procurator peni. *Varro 1. R. R. 16. 5.* Ne quis de fundo exeat præter villicum et promum. *Horat. 2. Sat. 2. 16.* Foris est promus. *Colum. 12. R. R. 3. 9.* Promis quoque et cellariis aliquid appendentibus, aut metientibus intervenire. *Id. ibid. 3. 4.* Quibus autem ad dies festos et ad hospitum adventum utimur et ad quædam rara negotia, hæc promo tradidimus. *Ita pro* primo Gesner. *probante* Schneider. *Auson. Epist. 22. 20.* Promusque, quam condus magis.

II.) Translate. *Plaut. Trin. 1. 2. 44.* Ne admittam culpam, ego meo sum promus pectori. *h. e.* custos et quasi cellarius. Sic *Apul. de Mag.* promum librorum appellat illum, qui libris promendis præest.

Promum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est cella promptuaria. *Tertull. 2. ad uxor. 4.* Si cui largiendum erit, horreum, proma præclusa sunt. *h. e. il granaio e la dispensa.*

PRŌMUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

PRŌMUSCIS, idis, f. 3. proboscis elephanti. *Plin. 8. Hist. nat. 7. 7. (19).* Promuscidem eorum facillime amputari, Pyrrhi prœliorum experimentis patuit. Ita vet. edit. 1469. et 1472.: *Harduin.* et alii *proboscidem.* At etiam in *Not. Tir. p. 174.* Elephas, promuscis; et apud *Veget. 3. Milit. 24.*, item *Cassiod. 5. Hist. Eccl. 45. a med.* et *10. Variar. 30.*

PRŌMŪTŬOR, āris, āri, dep. 1. *pigliare in prestanza anticipatamente*, mutuam pecuniam ante tempus accipio. *Gloss. Philox.* Promutuor, προδανείζομαι.

PRŌMŪTŬUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PRŌMŪTŬUS, a, um, adject. ut Promutua pecunia, quæ, antequam debeatur, mutua accipitur, *presa a prestito anticipatamente.* Hinc *Ulp. Dig. 19. 2. 15.* Quum quidam nave amissa vecturam, quam promutuam acceperat, repeteretur. *Cæs. 3. B. C. 32. sub fin.* Publicanis imperabatur insequentis anni vectigal promutuum. Hoc idem aliis verbis ita dixerat *Id. ibid. 31.* Ab eisdem publicanis insequentis anni mutuam pecuniam præceperat. *danaro anticipato a titolo di prestito. V.* PROMUTUOR. — Hinc

Promutuum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est pecunia promutua. *Scævola Dig. 40. 7. 40.* Item quæro, an eorum quoque nomine ratio haberi debeat, quod neque a conductoribus prædiorum, neque a villicis pensiones exegerit, et insuper etiam promutuum eis dederit.

PRONAON *et* pronaum. *V.* PRONAUS.

PRŌNĀTO, as, are, n. 1. idem quod enato, vel natando procedo. *Hygin. 2. Astron. 17. ad fin.* Delphines e toto mari pronatant ad Arionis cantum.

PRŌNĀTUS, a, um. *V.* PRONO.

PRŌNĀTUS pro *prognatus* est *Tertull. Anim. 2. ante med.*; et *Commodian. 73. 12.*

PRŌNĀUS *et* pronaos, i, m. 2. *Forcellinus* exhibet *Pronaon* vel *Pronaum, i*, n. 2. — Pronaus est Ital. *antitempio*, scil. porticus in anteriore templi parte columnis suffulta, supra quam fastigium quoque est: a πρὸ *ante* et ναός, *templum. Vitruv. 3. 1. sub fin.* Hypæthros decastylos est in pronao, et postico. Adde *4. 4.* et *7.* et *5. 1. ad fin. Inscript.* apud *Gruter. 27. 2.* MATRI DEVM ET ISIDI C. MENATIVS C. FIL. FAB. SEVERVS FANVM REFECIT ET PRONAVM DE SVO FECIT EX VOTO. Alia apud *eumd. 214. 1.* IN PRONAO AEDIS MARTIS.

PRŌNĒ, adverb. Comp. *Pronius* II. — Prone est demisse.

I.) Proprie. *Paulin. Petroc. Vit. S. Martin. 4. 546.* pronæque secantum Ora boum abstulerant late telluris amictum.

II.) Translate est propense. *Ammian. 30. 8. a med.* Ad exturbandos meliores pronius inclinati. *h. e.* propensiores.

PRŌNECTO, is, ere, a. 3. proprie est in longum nectere; sed occurrit figurate tantum, et est in longum tempus nectere, producere. *Stat. 4. Silv. 3. 145.* Vidi, quam seriem morantis ævi Pronectant tibi candidæ sorores.

PRŌNĒPOS, ōtis, m. 3. Licenter produxit primam et ultimam corripuit non imitandus *Sidon. carm. 11. in fin.* Cernat et in pronavo, sibimet quod pronepos optet. Idem fecit *Alcim. 1. 177.* et *4. 175.* — Pronepos, Ital. *pronipote, bisnipote, ἀπέγγονος*, est filius nepotis, vel neptis meæ: et refertur ad proavum, et proaviam. *Cajus Dig. 38. 10. 1.* et *Paul. ibid. 10. Ovid. 10. Met. 605.* Namque mihi genitor Megareus Onchestius: illi Est Neptunus avus: pronepos ego regis aquarum.

PRŌNEPTIS, is, f. 3. *pronipote, ἀπεγγόνη*, filia neptis, vel nepotis mei, et refertur ad proaviam, et proavum. *Cajus* et *Paul. loc. cit. in voce præced. Pers. 6. 52.* si mihi nulla Jam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis Nulla manet. *Sueton. Galb. 3.* Pater (*Galbæ*) uxores habuit Mummiam Achaicam, neptem Catuli, proneptem L. Mummii, qui Corinthum excidit; item Liviam Ocellinam etc.

PRŌNIS, e, adject. *V.* PRONUS init.

PRŌNĪTAS, ātis, f. 3. *inclinazione, καταφόρεια*, inclinatio, propensio. *Seneca præf. Declam.* Nescio qua iniquitate, et ad malum pronitate naturæ, eloquentia se retro tulerit. *Optimæ edit. non habent illa* et ad malum pronitate: *et videntur esse interpretatio vocis præcedentis.*

PRŌNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Pronatus.* — Pronare est inclinare, pronum facere. *Sidon. 8. Ep. 11. ad fin.* Ipsi latrones ad pavimentum defuncti ora pronaverant. *Id. 5. ibid. 17.* Per catastropham sæpe pronatus, ægre de ruinoso flexu se recolligeret.

PRŌNŒA, æ, f. 1. Πρόνοια, Stoicis erat mens mundi: a πρὸ *ante* et νοῦς *mens*: Latine prudentia, vel providentia, artifex, consultrix et provida rerum omnium. Apud *Cic. 1. Nat. D. 8. 20.* et *2. ibid. 22. 58.* et *64. 160.* modo Græce, modo Latine scripta legitur. Adde *Gell. 6. 1.*

PRŌNŌMEN, inis, n. 3. *vicenome, pronome, ἀντωνυμία*, pars orationis, quæ loco nominis ponitur, et personam determinatam significat, ut *ego, tu, ipse, is, idem*, etc. *Varro 8. L. L. 45. Müll.*; et *Quintil. 9. 4. 24.* et *1. 5. 47.*

PRŌNŌMĬNĀLIS, e, adject. ad pronomen pertinens, ut Pronominalis constructio. *Priscian. 17. p. 1069. Putsch.*

PRŌNŌMĬNĀTĬO, ōnis, f. 3. *ἀντονομασία*, figura, de qua *V.* ANTONOMASIA.

PRŌNŌMĬNĀTĬVUS, a, um, adject. qui loco propriorum nominum, vel per pronomen effertur. *Priscian. 17. p. 1053. Putsch.* Et quum a propriis quoque pronominativæ redditiones fiunt, ut *Quis est Trypho? Ego*, vel *ille.*

PRŌNŌMĬNO, as, are, a. 1. aliquem significo per pronomen. *Priscian. 17. p. 1064. Putsch.* Accidit pronomini relatio in tertia persona, per quam prædicta nomina per recordationem pronominantur, id est per pronomen significantur, ut *Juppiter postquam Troas et Hectora navibus appulit, ipse rejecit oculos claros*, nempe Juppiter secundo loco per pronomen *ipse* significatur.

PRŌNŪBA, æ, f. 1. *V.* PRONUBUS.

PRŌNŪBANS, antis, adject. pronubam agens. *Hieronym. Vita Malch. n. 6.* Pronubante nobis mœstitia. *h. e.* mœstitia oppleti, antequam nuptias hiremus.

PRŌNŪBUS, a, um, adject. a *pro* et *nubo*, sed mutata quantitate. — In masculino (ait *Forcellinus*) et neutro genere hujus adjectivi usum non invenio: quamvis *anulus pronubus* a quibusdam ex *Digest.* et *Cod.* adstruatur: at *V.* sub I. *d.* et II. *b.* — Ceterum

I.) Proprie — *a*) *Pronuba* dicebatur mulier, quæ præerat nuptiis ex parte sponsæ, ut *auspex* ex parte sponsi. Ad hoc officium adhibebatur, quæ spectatæ probitatis esset, et semel uni nupsisset, causa auspicii, ut matrimonio perpetuitas portenderetur, ut *Festus p. 242. 30. Müll., Varro* apud *Serv.* ad *Virg. 4. Æn. 166.* et *Tertull. Exhortat. ad cast. 13.* docent. Ejus munus erat sponsam ad mariti domum deducere, et in nuptiali lecto collocare. Hinc *Catull. 61. 186.* Vos bonæ senibus bonis Cognitæ bene feminæ, Collocate puellulam. *Stat. 1. Silv. 2. 11.* Ipsa manu nuptam genitrix Æneia ducit Lumina demissam, et dulci probitate rubentem: Ipsa toros et sacra parat. — *b*) Ipsam sponsæ matrem pronubæ sæpe munere functam, colligunt quidam ex illo *Senec. Phœniss.*, ubi et alia ejus officia significantur, 505. Non te duxit in thalamos parens Comitata primos: nec sua festas manu Ornavit ædes: nec sua lætas faces Vitta revinxit. — *c*) *Pronuba* præcipue dicitur Juno, quia nuptiis universim præest. *Virg. 4. Æn. 166.*; et *Ovid. Heroid. 6. 43.* — *d*) Infelici conjugio pronuba esse dicitur Furiarum aliqua. *Ovid. ibid. 45.* et *ibid. 2. 117.*; *Seneca Œdip. 644.*; *Lucan. 8. 90.*; et *Apul. 8. Met.* Nuptiis Laviniæ cum Ænea Bellonam pronubam fore, minatur Juno apud *Virg. 7. Æn. 319.*, quia belli et cædis causa futuræ erant. — *e*) Masculgen. est auspex, qui nuptiis adest ex parte sponsi, procus. *Paulin. Nol. 14. 152.* Tali lege suis nubentibus adstat Iesus Pronubus. *Ennod. Dict. 16.* His te Alecto pronubum sectatur insignibus. *Epigr. in Anthol. Lat. T. 2. p. 605.* Omnibus ac sponsis pronubus esse cupit. *Gloss. Placid. p. 494. ed. A. Mai.* Pronubos, procos.

II.) Figurate. — *a*) Poetice tribuitur aliis rebus ad nuptias pertinentibus. *Claudian. IV.*

cons. *Honor.* 642. Quum tibi prodiderit festas nox pronuba tædas. *Id.* 1. *Rapt. Pros.* 131. teneram jam pronuba flamma pudorem Sollicitat. *Id. epist.* 2. 53. Et mihi quam scriptis desponderat ante puellam Conjugiis eadem pronuba dextra daret. — *b*) *Pronubos* vocat *Tertull.* 1. *ad nation.* 2. canes, qui ab Ethnicis falso dicebantur in Christianorum nocturnis cœtibus ad candelabra alligati, offa injecta, eadem evertere, quo licentius exstinctis luminibus fœdissimæ virorum mulierumque commixtiones fierent. *Pronubi* itaque vocantur, quia quodammodo incestis illis nuptiis faces præferebant. V. *Tertull. loc. cit.* in INFANTARIUS 2. Porro hoc idem tangit *Id. Apolog.* 2. *ante med.* et 7. et 8.; et *Minuc. Fel. Octav.* 9. — *c*) Translate. *Claudian. carm. de magnete* 38. Pronuba fit natura deis, ferrumque maritat Aura tenax.

PRŌNŪMĔRO, as, are, a. 1. pernumero, adnumero. *Sidon.* 2. *Ep.* 10. Petis, ut si qui versiculi mihi fluxerunt, hos tibi pro quadam morarum mercede pronumerem.

PRŌNUNCĬĂBĬLIS *vel* pronuntiabilis, e, adject. ἀποφαντικός, ῥητός, enunciativus. *Apul.* 3. *Dogm. Plat. sub init.* Est una inter has (*orationis species*) quæ pronunciabilis appellatur, absolutam sententiam comprehendens sola ex omnibus veritati, aut falsitati obnoxia, quam vocat Sergius effatum, Varro proloquium, Cicero enuntiatum: familiarius dicetur propositio. *Gloss. Lat. Gr.* Pronunciabile, ῥητόν.

PRŌNUNCĬĀTĬO *vel* pronuntiatio, ōnis, f. 3. est actus pronunciandi, enunciatio, prolatio, φώνησις, ἐκαγγελία, ὑπόκρισις (It. *pubblicazione, intimazione, enunciazione*; Fr. *action d'énoncer, énonciation, publication, déclaration*; Hisp. *enunciacion, manifestacion, declaracion y expresion de alguna cosa*; Germ. *die öffentliche Bekanntmachung*; Angl. *a publication, proclamation, declaration, public intimation*). ¶ 1. Generatim. *Cic. Cluent.* 20. 67. Oppianico re et existimatione jam, lege et pronuntiatione nondum condemnato. *sentenza*. Similiter *Petron. Satyr.* 80. Fulminatus hac pronunciatione etc. De sententia judicis etiam *Martian. Dig.* 48. 16. 1. Quorum alterutrum ipsis verbis pronunciationis manifestatur. Nam si quidem ita pronunciaverit, non probasti, etc. *Cæs.* 2. *B. C.* 25. *ad fin.* Curio pronuntiari navibus jubet, se in hostium habiturum loco, qui *etc.* Qua pronunciatione facta, etc. *Val. Max.* 4. 8. *n.* 5. Præconis pronunciatio. *Id.* 7. 4. 1. Cujus opera, quia appellatione nostra vix apte exprimi possunt, Græca pronuntiatione strategemata dicuntur. *appellazione, vocabolo.* — Sic pro sermone, oratione *Paul. Dig.* 45. 1. 74. Stipulationum quædam certæ sunt, quædam incertæ. Certum est, quod ex ipsa pronunciatione apparet, quid, quale, quantum sit, ut, ecce aurei decem, fundus Tusculanus, etc. ¶ 2. Speciatim apud Rhetores est ipsa actio, h. e. moderatio vocis et corporis in agendo, *azione. Cic.* 1. *Herenn.* 2. 3. Pronunciatio est vocis, vultus, gestus moderatio cum venustate. *Id.* 1. *Invent.* 7. 9. Pronunciatio est, ex rerum et verborum dignitate, vocis et corporis moderatio. *Id.* 3. *Herenn.* 11. 19. Pronunciationem multi maxime utilem oratori dixerunt esse, et ad persuadendum plurimum valere. *Quintil.* 11. 3. (*quod totum de pronunciatione est.*) Pronunciatio a plerisque actio dicitur: sed prius nomen a voce, sequens a gestu videtur accipere. Namque actionem Cicero alias quasi sermonem, alias eloquentiam quamdam corporis dicit. Idem tamen duas ejus partes facit, quæ sunt eædem pronunciationis, vocem atque motum. Quapropter utraque appellatione indifferenter uti licet. *Sueton. Cal.* 53. Irato et verba et sententiæ suppetebant; pronunciatio quoque et vox, ut neque eodem loci præ ardore consisteret, et exaudiretur a procul stantibus. *Plin.* 2. *Ep.* 14. Fracta pronunciatione aliquid dicere. ¶ 3. Item speciatim apud Logicos est dictum, effatum, pronunciatum, *proposizione. Cic. Fat.* 11. *sub fin.* Quid est, cur non omnis pronunciatio aut vera, aut falsa sit, nisi etc.?

PRŌNUNCĬĀTĪVE *vel* pronuntiative, adverb. per modum pronuntiationis. *Donatus* ad illud *Ter. Phorm.* 1. 2. 7. Nescis, quo in metu: Pronunciative magis, quam percunctative efferendum est.

PRŌNUNCĬĀTĪVUS *vel* pronuntiativus, modus, quo aliquid pronunciamus, h. e. indicativus. *Diomed.* 1. p. 329. *Putsch.*

PRŌNUNCĬĀTOR *vel* pronuntiator, ōris, m. 3. qui pronunciat. ¶ 1. Stricto sensu est qui recitat, *recitatore. Fronto* 1. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 6. Meæ orationi M. Cæsar actor contigit, et pronunciator; tuaque ego opera ac voce audientibus placui. ¶ 2. Latiori sensu est qui narrat, vel scribit. *Cic. Brut.* 83. 287. Thucydides enim rerum gestarum pronunciator sincerus, et grandis etiam fuit.

PRŌNUNCĬĀTUM *vel* pronuntiatum, i, n. 2. *V.* PRONUNCIO in fin.

PRŌNUNCĬĀTUS *vel* pronuntiatus, a, um. *V.* PRONUNCIO.

PRŌNUNCĬĀTUS *vel* pronuntiatus, us, m. 4. pronunciatio, enunciatio. In sexto casu sing. *Gell.* 4. 17. Et numerus in versu, et ratio in pronunciatu manet. *Id.* 15. 3. Quo fieret vox pronunciatu audituque lenior.

PRŌNUNCĬO *vel* pronuntio, as, āvi, ātum, are, a. 1. De ratione scribendi *V.* in NUNCIUS init. — Part. *Pronuncians* II. 1.; *Pronunciatus* I. 1., 2 et II. 1.; *Pronunciaturus* I. 1. — Pronunciare est palam nunciare, enunciare, notum facere, in publicum efferre, proclamare (It. *far sapere, pubblicare, proclamare*; Fr. *prononcer, proclamer, publier, énoncer*; Hisp. *enunciar, pronunciar, proclamar, publicar*; Germ. *öffentlich bekannt machen, anzeigen, ankündigen, publiciren, sagen, erzählen, proclamiren*; Angl. *to pronounce, utter, speak*).

I.) Proprie latissime patet. ¶ 1. Speciatim pertinet ad judicem, aut magistratum edicentem aliquid, aut sententiam ferentem. *Cic.* 4. *Verr.* 38. 94. Palam de sella ac tribunali pronunciat, si quis absentem Sthenium reum facere vellet, sese ejus nomen recepturum. *Id. Brut.* 22. 86. Quum consules, re audita, *amplius* de consilii sententia pronunciavissent. *Id.* 3. *Off.* 16. 66. Is igitur judex ita pronunciavit. *Id.* 2. *Fin.* 12. 38. Pronunciare sententiam. *Sueton. Domit.* 11. Numquam tristiorem sententiam sine præfatione clementiæ pronunciavit. *Plin.* 6. *Ep.* 31. *a med.* Pronunciare de calumnia. *Tertull. Resurr. carn.* 16. Pronunciari ad bestias. Sic *Paul. Dig.* 40. 1. 23. Sejus servus pronunciatus, h. e. judicatus, damnatus. *Quintil.* 2. 10. 8. Quid enim attinet probationes adhibere causæ, de qua nemo sit pronunciaturus? — Urbane. *Quintil.* 10. 1. 26. Modeste, et circumspecto judicio de tantis viris pronuntiandum est, ne damnent quæ non intelligunt. *Plin.* 6. *Ep.* 18. Ego et tenor, et studeo: nec tamen adhuc possum pronunciare, utrum sit difficilius capere aliquid, an scribere. — Demum huc referri possunt et illa, in quibus pronunciare est declarare, judicare. *Sueton. Cæs.* 71. Masinthan nobilem juvenem, stipendiarium pronunciatum, occultavit apud se diu. *Id. Vesp.* 3. Flaviam Domitillam duxit uxorem, ingenuam et civem Romanam pronunciatam. ¶ 2. Item speciatim, præcipue in re militari, est edicere, ducis voluntatem, sive imperata nota facere, *intimare, pubblicare.* — *a*) Cum Accus. tantum. *Liv.* 24. 14. *sub fin.* Gracchus, prælio in posterum diem pronunciato, contionem dimisit. *Id.* 2. 59. Iter in insequentem diem pronunciari quum jussisset, etc. Sic *Id.* 30. 10. Igitur, omisso opere, pronunciatum iter signaque raptim ferri sunt cœpta. Huc pertinet et illud *Curt.* 10. 8. *extr.* Ipsum ad pronunciatam prædam sequebantur. At *Auct. B. G.* 8. 15. Fasces stramentorum, signo pronunciato, uno tempore incenderunt. *dato il segno.* — *b*) Cum Infinito, aut cum Conjunct. et part. *ut, ne*, apud *Cæs* 5. *B. G.* 31. Pronunciatur, prima luce ituros. *Id. ibid.* 35. Jusserunt pronunciari, ut impedimenta relinquerent, atque in orbem consisterent. *et ibid.* 34. Duces tota acie pronunciari jusserunt, ne quis ab loco discederet. — Cum Infinito simul et Conjunct. *Liv.* 27. 43. *sub fin.* Ipse de toto exercitu delegit sex millia peditum, mille equites: pronunciat, occupare se in Lucanis proximam urbem Punicumque in ea præsidium velle, ut ad iter parati omnes essent. — *c*) Passive *pronunciatum* (ut *pronunciatur* sub *a.*) apud *Sueton. Cal.* 8. E Germania revertenti prætorianas cohortes universas prodisse obviam, quamvis pronunciatum esset, ut duæ tantummodo exirent. — Hinc *pronunciatum* absolute, substantivorum more. *Liv.* 4. 59. Cogebantur itaque victi, quia cadentibus spei nihil erat, paguam inire: quum pronunciatum repente ne quis præter armatos violaretur, reliquam omnem multitudinem voluntariam exuit armis. ¶ 3. Item pertinet ad præcones, et qui palam aliquid prædicant, *pubblicare, proclamare, far sapere. Cic.* 5. *Fam.* 12. *ad fin.* Præcones victorum nomina magna voce pronunciant. *Id. Quinct.* 15. 50. Cui magistri fiunt, et domini constituantur, qui, qua lege et qua condicione pereat, pronuncient. *Sueton. Domit.* 10. Quod eum comitiorum consularium die perperam præco non consulem, ad populum, sed imperatorem pronunciasset. *Cæs.* 5. *B. G.* 51. Præconibusque circummissis pronunciari jubent, seu quis Gallus seu Romanus velit ad se transire, sine periculo licere. ¶ 4. Item indicare, aperire, *far sapere, manifestare. Cic.* 3. *Off.* 16. 66. Quum in vendendo rem eam scisset, et non pronunciasset, emptori damnum præstari oportere. ¶ 5. Item palam profiteri et denunciare se daturum, promittere. *Cic. Cluent.* 29. 78. Suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronuntiasset. *Id.* 1. *Att.* 16. *a med.* (et *Seneca Ep.* 118.) Novi est in lege hoc, ut qui nummos in tribu pronunciarit, si non dederit, impune sit. *Liv.* 2. 20. *sub fin.* Pronunciare militi præmia. *Sueton. Cæs.* 19. nummos de suo communi nomine per centurias. *Id. ibid.* 26. munus populo epulumque in filiæ memoriam. *Id. Galb.* 16. militibus donativum. Absolute *Cic. Planc.* 18. 45. Hæc doce, Laterensis, decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse, pronunciasse, divisisse, h. e. promisisse, divisisse pecuniam ad corrumpenda suffragia. — Ad hanc notionem et illa pertinent, *Sueton. Tib.* 38. Quamvis provincias quoque et exercitus revisurum se, sæpe pronunciasset, *et Ner.* 21. Nioben se canitaturum, per Claudium Rufum consularem pronunciavit. ¶ 6. Pro creare, dicere, nominare, quum de magistratibus sermo est. *Liv.* 24. 27. Victi consensu, ut seditionem metuentes, pronunciant eos prætores. *Sueton. Cæs.* 41. Comitia cum populo partitus est: ut, exceptis consulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur.

II.) Figurate. ¶ 1. Est dicere, proferre, *pronunziare, proferire.* — *a*) De legentibus et loquentibus. *Plin.* 3. *Ep.* 5. *a med.* Quum lector quædam perperam pronunciasset. *Gell.* 7. 7. Is *affatim*, ut *admodum*, prima acuta, non media, pronunciabat. *et ibid. Ad* particula satis commode accentu acuto pronunciatur. *et* 13. 30. Verba corrupte pronunciare. *Id.* 7. 10. *A* littera tractim pronunciata. — *b*) Sæpius est recitare, *recitare. Sueton. Gramm.* 2. *a med.* Q. Varguntejus annales Ennii certis diebus magna frequentia pronunciabat. *Cic.* 1. *Orat.* 61. 261. Conjectis in os calculis, summa voce versus multos uno spiritu pronunciare consuescebat. *Id. ibid.* 19. 88. Menedemus memoriter multa ex orationibus Demosthenis præclare scripta pronuncians. (Adde *eumd.* 2. *Divinat.* 5. 14.). *et* 2. *ibid.* 19. 79. Invenire quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, post memoriæ mandare, tum ad extremum agere ac pronuntiare. *V.* PRONUNCIATIO 3. et PRONUNCIATOR 1. *Quintil.* 11. 3. 93. Adhuc pejus aliqui transversum brachium proferunt, et cubito pronunciant. — *c*) Hinc pertinet ad histriones. *Varro* 8. *L. L.* 58. *Müll.* Ideo actores pronunciare dicuntur, quod proscænio pronunciant, poeta cogitante. *Plin.* 5. *Ep.* 19. Ars ejus et quasi in-

scriptio, comœdus, in qua plurimum facit: nam pronunciat acriter, sapienter, apte, decenter etiam. *Plin. alter* 7. *Hist. nat.* 48. 49. (158). Lucceja mima centum annis in scæna pronunciavit. *Cic.* 3. *Parad.* 2. 26. Histrio-,si versus pronunciatus est syllaba una brevior aut longior, exsibilatur et exploditur. ¶ 2. Item simpliciter palam dicere, narrare, *dire, raccontare. Cæs.* 4. *B. G.* 5. Mercatores in oppidis vulgus circumsistit: quibus ex regionibus veniant, quasque ibi res cognoverint, pronunciare cogunt. *et* 7. *ibid.* 38. Dolore prohibeor, quæ gesta sunt, pronunciare. *et ibid.* 20. *a med.* Sincere pronunciare aliquid. *et* 6. *ibid.* 36. Alius jam capta castra pronunciat. — Hinc a Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus,

Pronunciatum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, Ital. *proposizione*, *ἀξίωμα*, est enunciatio, propositio, oratio veri, vel falsi significativa. *Cic.* 1. *Tusc.* 7. 14. Omne pronunciatum, (sic enim mihi in præsentia occurrit, ut appellarem *ἀξίωμα*: utar post alio, si invenero melius) id ergo est pronunciatum, quod est verum, aut falsum. *Gell.* 16. 8. Quidquid dicitur plena atque perfecta verborum sententiâ, ut id necesse sit aut verum, aut falsum esse, id a dialecticis *ἀξίωμα* appellatum est, a M. Varrone proloquium, a Cicerone pronunciatum. — Alio sensu *V.* sub I. 2. *c.*

PRŌNŬPER, adverb. *νεωστί*, valde nuper, admodum nuper, a *pro* et *nuper*. *Plaut. Trin.* 2. 4. 26. Quas (*minas*) sponsione pronuper tu exactus es pro illo adolescente. Alii *pro* a *nuper* dirimunt, et præpositionem suo casui postponi ajunt, et *quas sponsione pro* legunt, ut sit recta constructio *pro sponsione nuper*. Hinc *Fleckeisen* verba (*Pro sponsione nuper quam tu exactus es*) uncis inclusit.

PRŌNŪRUS, us, f. 4. *seconda nuora*, *προυμφη*, nepotis mei uxor: et refertur ad prosocerum. *V.* PROSOCER. *Ovid. Heroid.* 17. 206. Pronurus et magni Laomedontis ero. *h. e.* uxor Paridis, qui nepos est Laomedontis. *Modestin. Dig.* 38. 10. 4. § 6. Pater meus uxoris meæ socer est, hæc illi nurus: et avus meus socer magnus est, illa illi pronurus. — Usurpari posse videtur etiam de uxore pronepotis, abnepotis, etc. ex *Ulp. Dig.* 23. 2. 14. § 4.

PRŌNUS, a, um, adject. (pro). Aliam formam *Pronis*, *e*, exhibet *Varro* apud *Non. p.* 494. 33. *Merc.* Trabs pronis in humum accidens, proximæ frangit ramos cadens. — Comp. *Pronior* I. et II. 1., 2. et 3.; Sup. *Pronissimus* II. 1. — Pronus est in anteriorem partem flexus, proclinatus, propendens, cernuus, deorsum vergens, declivis, *πρηνής* et *πρανής*, *προνεύων* (It. *chino, chinato, piegato all'ingiù*; Fr. *penché en avant, qui va en pente, incliné*; Hisp. *inclinado, encorvado*; Germ. *vorwärts gewendet oder geckekrt, sich vorwärts neigend, vorwärts hangend*; Angl. *inclined or bending forward, leaning forward, stooping or looking downward, hawing the face downward, headlong, prone*).

I.) Proprie. — *a*) Universim de animantibus et de rebus physicis. — Cum opposito *supinus* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 53. 120. Animal omne, ut vult, ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 4. 14. (54). Supini cubitus oculis conducunt, proni tussibus, in latera adversus destillationes. — Cum opposito *sublimis* apud *Ovid.* 1. *Met.* 84. Pronaque quum spectent animalia cetera terras, Os homini sublime dedit. — Ceterum *Sall. Cat.* 1. Quæ (*pecora*) natura prona atque ventri obedientia finxit. *Apul.* 8. *Met.* Senex pronus in baculum. *Varro* 2. *R. R.* 7. 12. Puerum imponere equo pronum in ventrem, postea sedentem. *Virg.* 10. *Æn.* 586. pronus pendens in verbera telo Admonuit bijugos. *et* 11. *ibid.* 485. ipsum Pronum sterne solo. *boccone*, vel *col volto innanzi*. et 1. *ibid.* 119. excutitur, pronusque magister Volvitur in caput. *Ovid.* 8. *Met.* 378. studioque incautus eundi Pronus ab arborea cecidit radice retentus. *Sall. Jug.* 98. Ilex paullum modo prona, dein flexa, atque aucta in altitudinem. *Cæs.* 4. *B. G.* 17. Tigna non sublicæ modo directa ad perpendiculum, sed prona ac fastigiata. *Plin.* 4. *Ep.* 30. Ampullæ pronæ atque vergentes. *Id.* 5. *Ep.* 6. *ante med.* Demissus pronusque pulvinus. *Ovid. Heroid.* 18. 121. et 2. *Met.* 67. Prona via. *declive*. et *Catull.* 68. 59. vallis. *Sil. It.* 13. 336. cautes in præruptum. *Liv.* 4. 59. Anxur urbs prona in paludes. *Tibull.* 3. 6. 6. I, nobis prona funde Falerna manu. *Stat.* 5. *Theb.* 255. Crateres proni. *h. e.* eversi, *rovesciati*. — *b*) Speciatim est versus, conversus, *voltato, volto. Colum.* 3. *R. R.* 2. 6. Campestria loca Aquiloni prona. *et* 1. *ibid.* 5. 8. Ædificii solum pronius orienti. *Id.* 2. *ibid.* 9. 3. Omne frumentum maxime campo patente et ad solem prono apricoque et soluto lætatur. — *c*) Dicitur etiam de eo, qui per declive decurrit. *Virg.* 1. *G.* 203. Pronus amnis. *Id.* 8. *Æn.* 548. pars cetera prona Fertur aqua, segnisque secundo defluit amni. *Ovid.* 5. *Met.* 423. icta viam tellus in Tartara fecit, Et pronos currus medio cratere recepit. *Catull.* 62. 51. Pronum pondus. — *d*) Absolute. *Cic.* 1. *Tusc.* 18. 42. Nihil habent hæc duo genera proni. *Seneca Ep.* 123. *ad fin.* Per pronum ire. *Sil. It.* 15. 235. per prona voluti. — *e*) Commode *sidus pronum, dies prona* dicitur, quum prope occasum est: tunc enim celerius, et per prona videntur decurrere. *Horat.* 3. *Od.* 27. 18. Pronus Orion. *Propert.* 1. 16. 23. Me mediæ noctes, me sidera prona jacentem, etc. *Ovid.* 11. *Met.* 257. Pronus erat Titan, inclinatoque tenebat Hesperium temone fretum. *Stat.* 2. *Theb.* 41. Prona dies. *Seneca Agam.* 461. In astra jam lux prona, jam præceps dies. — *f*) *Pronos* etiam dicimus, qui celeri cursu feruntur: inclinatur enim in cursu corpus in anteriora. *Ovid.* 10. *Met.* 652. quum carcere pronus uterque Emicat, et summam celeri pede libat arenam. *Id. Remed. am.* 201. leporem pronum catulo sectare sagaci. *Horat.* 4. *Od.* 6. 39. *de luna*. celeremque pronos Volvere menses.

II.) Translate. ¶ 1. Est animo proclivis, propensus, in utramque partem, *inclinato, propenso, portato, facile*. — *a*) Cum præpos. *ad. Plin. Paneg.* 84. Nihil est tam pronum ad simultates, quam æmulatio. *Sueton. Vitell.* 14. Pronus ad cujusque, et quacumque de causa necem atque supplicium. *Id. Ner.* 50. Ad poeticam pronus, carmina libenter ac sine labore composuit. *Varro* 1. *R. R.* 20. 2. Boves mansueti, et ad domandum proni. *Capitolin. Antonin.* 10. Ad indulgentias pronissimus fuit. — *b*) Cum Accus. et præpos. *in. Horat.* 1. *Ep.* 18. 10. in obsequium plus æquo pronus. *Flor.* 4. *in fin.* Pronum in omnia mala, et in luxuriam fluens sæculum. *Sueton. Cæs.* 50. Pronus et sumptuosus in libidines. — *c*) Cum Dativo. *Tac. Agric.* 41. *sub fin.* Pronum deterioribus principem exstimulabant. *Id.* 4. *Ann.* 29. *in fin.* Aures superbæ, et offensioni proniores. *Seneca Octav.* 868. Animus malo pronus. *Stat.* 2. *Theb.* 391. Pronus calori. *h. e.* proclivis ad iram. *Lucan.* 5. 693. In dubios casus, et prona pericula morti. *h. e.* quasi vergentia ad mortem, eique proxima. — *d*) Cum Genitivo. *Claudian.* 2. *in Rufin.* 400. Unus per medios audendi pronior ense Prosilit exserto. *Sueton. Galb.* 22. Libidinis in mares pronior. *Alii rectius leg.* libidinis in mares pronioris. *Lucan.* 1. 461. ruendi In ferrum mens prona viris. ¶ 2. Item favens, studiosus, *favoreggiante, affezionato*: et usurpatur cum Accus. et præpos. *in*, cum Dat., et absolute. *Tac.* 1. *Hist.* 13. *extr.* Faventibus plerisque militum, prona in eum aula Neronis. *Sueton. Galb.* 12. Germanorum cohortem remisit in patriam, quasi Cn. Dolabellæ proniorem. *Stat.* 4. *Silv.* 8. 61. Si modo prona bonis invicti Cæsaris adsint Numina. *Val. Flacc.* 8. 340. Prona sententia. *Vellej.* 2. 69. 5. Quos pronior fortuna comitatur. *Tac.* 2. *Ann.* 73. *sub fin.* Ut quis misericordia in Germanicum, aut favore in Pisonem pronior. *Id.* 1. *Hist.* 1. Pronis auribus accipere aliquid. *h. e.* libenter audientibus. *Lucan.* 5. 501. temeraria prono Expertus cessisse Deo. *h. e.* juvante, propitio. ¶ 3. *Pronum* etiam dicitur, quod nulla difficultate impeditur, *agevole*: quasi in declivi positum, et decursu facile. *Tac. Agric.* 33. Omnia prona victoribus, eadem victis adversa. *Sall. Jug.* 122. Omnia virtuti suæ prona esse. *Plin. Paneg.* 16. *sub fin.* Omnia hæc tam prona, tamque cedentia virtutibus tuis sentiès, ut etc. *Id.* 8. *Ep.* 10. Pronum ad honores iter. *Ovid.* 3. *Amor.* 14. 47. Prona tibi vinci cupientem vincere palma est. *Justin.* 1. 5. 9. Pronam ad regnum viam ingredi. *Liv.* 21. 28. Id pronius ad fidem est. *h. e.* credi facilius. — Et cum Infinito *Pronum est*, facile est. *Lucan.* 6. 606. Pronum erat, o juvenis, quos velles, inquit, in actus Invitos præbere Deos. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 140. Sit pronum vicisse domi: quid Achæa mereri Præmia? Adde *Juvenal.* 9. 43; et *Tac. Agric.* 1.

PROŌDĬCUS, a, um, adject. *προῳδικός*, dicitur versus minor, qui longiorem præcedit. *Mar. Victor.* 4. *p.* 2611. *Putsch.* Sic te diva potens Cypri et est nunc proodicon, id est antecantativum. Nam quoties majoribus metris minus aliquid subnectitur, epodos dicitur; quoties vero comma vel colon integro metro præponitur, proodicon appellatur. Adde *eumd. ibid.* 1. *p.* 2501., 4. *p.* 2613. *Putsch.*; et *de Metris Horat. p.* 176., 178. et 181. ed. *Krehl.*, qui corruptam *Putschii* lectionem emendavit.

PRŌŒCĂRĬUM, ii, n. 2. locus in ædibus, qui est ante œcon: a *πρό ante* et *οἰκάριον cellula. Petron. Satyr.* 30. Dispensatoremque in proœcario aureos numerantem deprecati sumus. Ita legend. putat *Fr. Oriolius* in *Opusc. lett. di Bologna T.* 1. *p.* 59. pro *precario*, quod habetur in omnib. editionibus. Nempe dispensator aureos numerabat ostentationis causa in propatulo, *h. e.* in porticu ad œcon admittente.

PRŌŒCŌNŌMĬA, æ, f. 1. *προοικονομία*, rei futuræ præparatio et dispositio: a *πρό ante* et *οἰκονομέω dispenso, dispono. Servius* ad *Virg.* 5. *Æn.* 858. et 9. *ibid.* 468. et alibi proœconomiam dicit esse, quum illa dicuntur a poeta, per quæ veri similiora, aut planiora fient, quæ aliquo post intervallo dicentur.

PRŌŒMĬOR, āris, āri, dep. 1. *cominciare, far l'esordio*, *προοιμιάζομαι*, proœmio, seu exordio utor. *Plin.* 2. *Ep.* 3. Proœmiatur apte, narrat aperte, pugnat graviter, colligit fortiter. *Sidon.* 4. *Ep.* 3. Dum ad meum nomen proœmiaris.

PRŌŒMĬUM, ii, n. 2. *προοίμιον*. ¶ 1. Est principium dicendi: a *πρό ante* et *οἴμη cantus*, vel *οἶμος via*: de qua notatione ita *Quintil.* 4. 1. 1. Quod principium Latine, vel exordium dicitur, majore quadam ratione Græci videntur *προοίμιον* nominasse: quia a nostris initium modo significatur, illi satis clare partem hanc esse ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostendunt. Nam sive propterea quod *οἴμη* cantus est, et citharœdi pauca illa, quæ, antequam legitimum certamen (al. *carmen*) inchoent, emerendi favoris gratia canunt, *proœmium* cognominaverunt: oratores quoque ea, quæ, priusquam causam exordiantur, ad conciliandos sibi judicum animos præloquuntur, eadem appellatione signarunt: sive quod *οἶμον* ildem Græci viam appellant, id, quod ante ingressum rei ponitur, sic vocare est institutum; certe proœmium est, quod apud judicem, priusquam causam cognoverit, prosit. Hæc *Quintilianus. Cic.* 2. *Orat.* 80. 325. Connexum autem ita sit principium consequenti orationi, ut non tamquam citharœdi proœmium affictum aliquod, sed cohærens cum omni corpore membrum esse videatur. *V.* PRINCIPIUM. *Id. Cluent.* 21. 58. Paucis verbis accusat Canutius. Incipit longo et alte petito proœmio respondere Cepasius. *Quintil.* 2. 20. *sub fin.* Proœmium et narrationem dicere. *Id.* 6. 5. Ubi proœmio utendum, et quali; narrandum ne sit, et quo modo, etc. *V.* INSINUATIO. — De principio libri, tractatus, et hujusmodi, *proemio, prefazione, introduzione. Cic.* 16. *Att.* 6. *sub fin.* De Gloria librum ad te misi: at in eo proœmium id est, quod in Academico tertio. Id evenit ob eam rem, quod habeo volumen proœ-

miorum: ex eo eligere soleo, quum aliquod σύγγραμμα institui. Itaque jam in Tusculano, qui non meminissem, me abusum isto proœmio, conjeci id in eum librum. Quum autem in navi legerem Academicos, agnovi erratum meum. Itaque statim novum proœmium exaravi: tibi misi. Tu illud desecabis, hoc agglutinabis. *Id.* 4. *ibid.* 16. In singulis libris utor proœmiis. *Id.* 2. *Legg.* 7. 16. Habes legis proœmium: sic enim hoc appellat Plato. ¶ 2. De quocumque initio, *principio*. *Juvenal.* 3. 288. miseræ cognosce proœmia rixæ.

PRŌPĀGĀTĬO, ōnis, f. 3. actus propagandi arbores et præcipue vites, καταθέσις, *propaginazione*.

I.) Proprie. *Cato R. R.* 133. *init.* Propagatio pomorum ceterarumque arborum. Adde *eund. ibid.* 51. *Cic. Senect.* 15. 53. Capitum jugatio, religatio, et propagatio vitium. *Colum. Arbor.* 7. Propagationum genera tria sunt in usu maxime: unum, quo virga edita a matre sulco committitur: alterum, quo ipsa mater prosternitur atque in plures palos per suas virgas dividitur: tertium, quo vitis scinditur etc. *Paul. Dig.* 19. 2. 24. Propagationes facere.

II.) Translate. ¶ 1. Est procreatio, *propagazione*. *Cic.* 1. *Off.* 17. 54. Quæ propagatio et suboles origo est rerum publicarum. ¶ 2. Item amplificatio, extensio, *estensione, allargamento*, ἔκτασις. *Cic. Prov. cons.* 12. 29. Finium imperii nostri propagatio. *Id.* 1. *Tusc.* 14. 31. nominis. *Id.* 5. *Fam.* 15. *a med.* Ea vita, in qua nihil insit, nisi propagatio miserrimi temporis. *h. e.* prolatio, productio, *prolungamento*. et 1. *Tusc.* 35. 86. Qui, si mortem tum obisset, in amplissimis fortunis occidisset, is propagatione vitæ quantas hausit calamitates!

PRŌPĀGĀTOR, ōris, m. 3. qui propagat. Translate. *Cic.* 8. *Att.* 3. Ille provinciæ propagator, ille absentis in omnibus adjutor. *Alii leg.* prorogator. *V.* PROPAGO, as II. 3. — Est epitheton Jovis imperii fines propagantis. *Apul. de Mundo, prope fin.* Est et Militaris, et Triumphator, et Propagator, et Tropæophorus: et multo plura ejusmodi apud haruspices et Romanos veteres invenies. — Insigni hoc titulo honoris decoratus est etiam Flavius Magnus Magnentius tyrannus, in *Inscript.* apud *Gruter.* 271. 4., in qua dicitur *propagator orbis ac Romanæ rei publicæ*, postquam anno a Chr. n. CCCL. adversus Constantium II. Aug. Augustoduni in Gallia, occiso Constante Aug., imperium arripuit, ut ostendit *Barpt. Borghesius* in *Dichiaraz. di una lapida Gruteriana* edita et interpretata in *Memorie delle scienze mor., stor. e filolog. della R. Accad. di Torino, T.* 38. *p.* 1.-58.

PRŌPĀGĀTUS, a, um. *V.* PROPAGO, as.

PROPĀGES, is, f. 3. *propaggine*, idem quod propago.

I.) Proprie. *Paul. Diac. p.* 227. 1. *Müll.* Propages, progenies a propagando: ut faciunt rustici, quum vitem vetulam supprimunt, ut ex ea una plures faciant. *Alii leg.* Propages, propagines a propagando *etc.*

II.) Translate est progenies, *razza, legnaggio*. *Pacuvius* apud *Non. p.* 64. 30. *Merc.* Salvete gemini, mea propages sanguinis. *Auson. Ephem. orat.* 19., sive *Paulin. Nolan. carm.* 5. 19. Stirpis adoptivæ meliore propage colendus.

PRŌPĀGĬNĀTĬO, ōnis, f. 3. propaginandi actio, propagatio. *Isid.* 17. *Orig.* 5. Vitibus, inter cetera, magis ista conveniunt: oblaqueatio, putatio, propaginatio, fossio.

PRŌPĀGĬNĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *propagino*, propagatus. *Tertull. Pall.* 2. *sub fin.* Quot populi propaginati. *V.* voc. seq.

PRŌPĀGĬNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. vineam propagare. Est *Isid.* 17. *Orig.* 5. Propaginare est flagellum vitis terræ submersum sternere, et quasi porro pangere.

PRŌPAGMEN, inis, n. 3. propagatio, productio. *Ennius* apud *Non. p.* 64. 32. et *p.* 221. 8. *Merc.* Nobis unde forent fructus, vitæque propagmen. *Ita legit cl.* Vahlen.; *alii aliter.*

PRŌPĀGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pro et pango). Prima syllaba anceps est. *Lucret.* 5. 850. Ut propagando possint procudere sæcla. *et ibid.* 856. Nec potuisse propagando procudere prolem. *Claudian.* 1. *Laud. Stilich.* 373. Hi propagandi ruerant pro limite regni. Idem fortasse dicendum est de *propago* nomine: quamquam quum translate sumitur, semper correpta fuisse reperiatur. — Part. *Propagans* II. 2.; *Propagatus* in omnibus paragr. *Propagandus* sub init. et II. 2. — Propagare est arborem, depresso in terram ramo, renovare et multiplicare, ut in voce sequenti dicetur, παραφύω (It. *propagginare*; Fr. *propager par bouture*; Hisp. *propagar por acodo*; Germ. *fortpflanzen*; Angl. *to propagate by layers*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 52. Quæ diligentius propagari voles, in aulas, aut in qualos pertusos propagari oportet. *Colum.* 4. *R. R.* 33. 3. Castanea melius ex vicino pertica declinata propagatur. *Id. Arbor.* 7. Hoc modo propagata vitis celerrime convalescet. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 13. 21. (97). Cato (*R. R.* 51.) propagari præter vitem tradit ficum, oleam, Punicam, malorum genera omnia, laurus, prunum, etc. *Id.* 21. *ibid.* 10. 34. (60). Abrotonum cacumine suo se propagat.

II.) Translate. ¶ 1. Est genus, stirpem, familiam procreando conservare. *Lucret.* 1. 194. Nec porro secreta cibo natura animantum Propagare genus possit vitamque tueri. Adde duo *ejusd. loc. cit.* sub init. *Cic.* 1. *Phil.* 6. 13. L. Brutus, qui et ipse regio dominatu rempublicam liberavit, et ad simile factum stirpem in prope quingentesimum annum propagavit. *et* 7. *Verr.* 70. 180. Quum ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni et propagari vellet. *Apul.* 5. *Met.* Propagare familiam. *Poeta* apud *Quintil.* 9. 3. 57. Propagatus Jove est Tantalus. ¶ 2. Dicitur etiam de rebus physicis, et præcipue de imperii finibus, et est extendere, proferre, amplificare, multiplicare, *dilatare, stendere, moltiplicare, prolungare, propagare*: ad rem *Cic.* 2. *Divinat.* 72. 149. Quamobrem, ut religio propaganda etiam est, quæ est juncta cum cognitione naturæ: sic superstitionis stirpes omnes ejiciendæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (115). Multitudo limi, qua amnis terras propagat. *Tac.* 12. *Ann.* 23. Iis qui protulere imperium, etiam terminos Urbis propagare datur. *Sueton. Ner.* 18. Augere et propagare imperium. *Cic.* 3. *de republ.* 12. Imperii fines propagare. *Gell.* 20. 10. *a med.* Italiæ fines propagati. *Vellej.* 1. 14. 1. Propagatæ civitates auctumque Romanum nomen communione juris. Similiter *Plin.* 4. *Hist. nat.* 16. 30. (102). Romanis armis notitiam Britanniæ non ultra vicinitatem silvæ Caledoniæ propagantibus. Huc referri potest et illud *Gell.* 2. 24. *in fin.* Quo edicto a trecentis sestertiis adusque duo sestertia sumptus cœnarum propagatus est, ut his saltem finibus luxuriæ æstus coerceretur. ¶ 3. Item usurpatur de tempore et est producere, proferre, *allungare*. *Cic.* 5. *Fin.* 11. 32. Propagare vitam aucupio. *Id.* 2. *Cat.* 5. 11 Meus consulatus non breve tempus, sed multa sæcula propagavit reipublicæ. *Id.* 3. *ibid.* 11. 26. Eamdemque diem intelligo et ad salutem urbis et ad memoriam consulatus mei propagatam. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 55. 56. (188). Eadem vanitas in futurum etiam se propagat. *Id.* 35. *ibid.* 2. 2. (4). Propagare aliquid in ævum. *Id.* 15. *ibid.* 14. 15. (49). cuipiam memoriam æternam. *Cic. Dom.* 32. 87. laudem alicujus ad sempiternam memoriam. *Id. Sext.* 48. 102. Mandare aliquid monumentis annalium et posteritati propagare. *Id. Prov. cons.* 8. 17. Annus est integer vobis exspectandus: quo interjecto, civium calamitas, sociorum ærumna, scelecto, civium calamitas, sociorum ærumna, scelectissimorum hominum impunitas propagatur. *Flor.* 3. 17. Tantum excitavit incendium, ut hereditarium in posteros suos bellum propagaret. — Item prorogare. *Sueton. Aug.* 23. Præsidibus provinciarum propagavit imperium. *Alii leg.* prorogavit. Eadem lectionis varietas est *Cal.* 29. Propagari sibi commeatum sæpius desiderans. *et Cæs.* 24. Ut in quinquennium sibi imperium propagaretur. Dubium pariter est illud *Liv.* 23. 25. *in fin.* Consuli propagari in annum imperium.

PRŌPĀGO, ginis, f. 3. de primæ syllabæ quantitate *V.* infra sub II. in fin. — Propago est ramus vitis vetulæ, aut alterius arboris, ab ea non recisus, sed in terram depressus, atque obrutus, vel per vas fictile pertusum terraque oppletum trajectus, ut radices agens renovetur, et fructum ferat. Rustici nostri vulgo vocant *refosso*: alii, ducto a Gallis vocabulo, *margotta*. Est a *pro* et *pago* pro *pango*. Duo hæc propaginum genera tradit *Plin.* 17. *Hist. nat.* 13. 21. (97). et describit: item *Cato R. R.* 51. *et* 133. Tres propagandi rationes docet *Colum. Arbor.* 7. cujus verba *V.* in PROPAGATIO I. Gr. μοσχεύμα, ἐπιφυάς (It. *propaggine*; Fr. *provin, marcotte, bouture*; Hisp. *acodo*; Germ. d. *Setzling, Absenker, Ableger, Senker*; Angl. *a layer*).

I.) Proprie. — *a*) Stricto sensu. *Colum. Arbor.* 7. Virgam quum a matre in terram deprimere voles, scrobem facito ita, ut propago non lædatur alterius radicibus. *Id.* 4. *R. R.* 6. 3. Ne vites pluribus flagellis emacientur: nisi si propaginibus futuris prospiciemus. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (10). Deprimere vitem in propagines. *Virg.* 2. *G.* 26. Silvarumque aliæ pressos propaginis arcus Exspectant. *et ibid.* 63. Sed truncis oleæ melius, propagine vites Respondent. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 10. 9. (58). Arbores aut semine proveniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut avulsione, aut surculo, aut insito, aut consecto arboris trunco. *et ibid.* 13. 21. (98). Sabina herba propagine seritur, et avulsione. *et ibid.* 20. 34. (149). Propagines nulli faciliores, quam castaneæ. Adde *Cic. Senect.* 15. 52. — *b*) Dicitur et de quovis longiore ramulo, sarmento, flagello, ex quo propago fieri potest. *Fabius Pict.* apud *Gell.* 10. 15. Propagines e vitibus altius prætentos non succidet. Ubi notand. masculin. genus. At *Martinus Hertz.* legit *retentas*. Hoc sensu accipiendum videtur et illud *Horat. Epod.* 2. 9. adulta vitium propagine Altas maritat populos.

II.) Translate est proles, progenies, *razza, schiatta, figliuoli, discendenza*. *Ovid.* 11. *Met.* 312. Alipedis de stirpe Dei versuta propago Nascitur Autolycus. *Virg* 6. *Æn.* 871. nimium vobis Romana propago Visa potens, Superi. *Lucret.* 4. 997. At consueta domi catulorum blanda propago Degere. *Porcius Licin.* apud *Gell.* 19. 9. Custodes ovium, teneræque propaginis agnum. *Nemesian. Cyneg.* 241. *de equis.* Cappadocumque notas referat generosa propago. — Hoc sensu prima syllaba corripitur tum in recto, tum in obliquis casibus: quum de plantis sermo est, producitur. Utrumque videre licet in allatis exemplis. *V.* tamen vocem præced. init.

PRŌPĀLA. *V.* PROPOLA.

PRŌPĀLAM, adverb. *apertamente, in palese*, ἐν τῷ φανερῷ, clare, aperte, in propatulo. *Cic.* 1. *Orat.* 35. 161. Neque tabulis et signis propalam collocatis. *Liv.* 34. 33. *sub fin.* Hæc propalam dicebat: illa tacita suberat cura, ne etc. *Plaut. Epid.* 1. 1. 10. Minus jam furtificus sum: rapio propalam. *Liv.* 22. 12. Concessum eis propalam de virtute et gloria esse. *Id.* 23. 14. Itaque ubi senatum metus cepit, si propalam tenderent, resisti multitudini concitatæ non posse: clam simulando dilationem mali inveniunt. Similiter *clam* et *propalam* opponuntur apud *Sueton. Ner.* 22. Ad omnes etiam minimos Circenses commeabat secessu, primo clam, deinde propalam. *Tac.* 6. *Ann.* 7. Quum primores senatus delationes exercerent, alii propalam, alii per occultum. *Id.* 2. *ibid.* 39. *sub fin.* Adire municipia obscuro dici, neque propalam aspici. *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 38. Timeo, ne hoc tandem propalam fiat nimis. — *Propalam est*, manifestum est. *Terentian. p.* 2435. *Putsch.* Spondeon esse post trochæum, propalam est.

PRŌPĀLĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PROPĀLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pro *et*

palam». Part. *Propalatus*. — Propalare est palam facere, *propalare, divulgare*. *Sidon.* 9. *Ep.* 11. *a med.* Quæ propalare dissimulat, excolere detrectat. *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 2. *sub fin.* Illud quod ista pagina propalatur, ejusdem auctor occultatur. *Oros.* 6. 5. Jam propalata et publica veritas. *Commodian.* 50. 14. Res infamis erit, si quis se propalat hosti.

PROPANSUS *et* propassus, a, um, particip. ab inusit. propando: *spiegato, aperto, disteso*, expansus. *Apul.* 6. *Met.* Propansis utrinque pinnis affuit rapax aquila. *Id. Florid. n.* 24. Ales. propassis utrisque pennis prælabitur.

PROPĂROXŸTŌNUS, a, um, adject. προπαροξύτονος, qui in antepenultima syllaba habet tonum acutum. *V.* PAROXYTONUS.

PRŌPĀTĬOR, ĕris, ātus, dep. 3. antea patior. Dictum de pathico, qui prius muliebria patitur, deinde fellat. *Vet. Scholiast.* ad illud *Juvenal.* 2. 50. Hispo subit juvenes, et morbo pallet utroque: Utriusque sexus inguina lambentis, et propatientis. *Alii* fortasse rectius legunt *et ore patientis*, cui simile est illud *Minuc. Octav.* 28. Qui medios viros lambunt, et libidinoso ore inguinibus inhærescunt.

PRŌPĀTOR, ōris. m. 3. προπάτωρ, avus, generis auctor. *Tertull. Præscript.* 49. Christum autem inquit missum ab illo propatore, qui est Bythos.

PRŌPĀTRŬUS, i, m. 2. *secondo zio*, proavi mei frater, qui et patruus major dicitur, h. e. patris, vel matris meæ patruus magnus. *Cajus Dig.* 38. 10. 1. et *Paul. ibid.* 10. *Caji* verba sunt: Quinto gradu sunt supra atavus, atavia: infra adnepos, adneptis: ex transverso fratris et sororis pronepos, proneptis: et convenienter propatruus, proamita, idest proavi frater et soror.

PRŌPĀTŬLUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PRŌPĀTŬLUS, a, um, adject. *aperto, scoperto*, προφανής, patens, apertus, sub dio positus. *Cic.* 6. *Verr.* 49. 110. Ante ædem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt. — Hinc *Propatulum*, i, n. 2. absolute, substantivorum more; et *in propatulo*, omisso *loco* ¶ 1. Significat sub dio, *allo scoperto*. *Id. fragm.* apud *Colum.* 12. *R. R. præf.* 2 Quum victus et cultus humanus non, uti feris, in propatulo ac silvestribus locis, sed domi sub tecto accurandus esset. *Liv.* 24. 16. *ad fin.* Apparata convivia omnibus in propatulo ædium fuerant. *Plin.* 1. *Ep.* 8. *ad fin.* Hunc sermonem non apud populum, sed apud decuriones habui, nec in propatulo, sed in curia. *Val. Max.* 2. 5. *n.* 5. Cœnare in propatulo, verecundiæ non erat. — Omissa præposit. *Mela* 1. 19. *circa med.* Mossyni notis corpus omne persignant, propatulo vescuntur. ¶ 2. Urbane est propalam, in oculis omnium, in media luce, *corampopolo, in pubblico*. *Sall. Cat.* 13. Pudicitiam in propatulo habere. *Nepos Hann.* 9. *ad fin.* Easque (*statuas*) in propatulo domi abjicit. *Gell.* 19. 14. Varronis monumenta in propatulo frequentique usu feruntur. *Id.* 18. 10. *a med.* In promptu et in propatulo esse. *Apul. de Mag.* Os, cujus in propatulo et conspicuo usus homini creberrimus. *Id. ibid.* Quid ego in propatulo et celebri agam, facile e tenebris tuis arbitraris.

PROPE est *A*) Adverbium, et *B*) Præpositio.

A) Adverbium *prope* habet Comp. *Propius* I. et II. 1, 2.; et Sup. *Proxime* in omnibus paragr. (unde Comp. *Proximius* II. 6.), et est idem ac juxta, in loco propinquo (It. *da vicino, da presso*; Fr. *près, proche*; Hisp. *acerca, cerca, al lado, junto*; Germ. *nahe, in der Nähe*; Angl. *near, nigh, by, beside, close, fast, or hard by*).

I.) Proprie de loco. — *a*) Cum opposito *procul, longe, remote*. *Cic. Senect.* 14. 48. Adolescentia voluptates prope intuens magis fortasse lætatur, sed delectatur etiam senectus procul eas spectans. *Id.* 2. *Fin.* 12. 36. Quid judicant sensus? dulce, amarum, lene, asperum, prope, longe. Cf. *Propert.* 2. 21. 58. Longius aut propius, mors sua quemque manet. *Cic.* 1. *Nat. D.* 31. 87. Aliæ (*stellæ*) propius a terris, aliæ remotius - eadem spatia conficiunt. — Ceterum — *b*) Absolute. *Plaut. Aulul.* 1. 2. 24. Ad ædes nostras nusquam adiit, quamquam prope est. *Id. Epid.* 5. 2. 9. Si prope adstas, æstu calefacit. *Id. Rud.* 1. 3. 32. Nec prope usquam hic quidem cultum agrum conspicor. *Id. ibid.* 1. 4. 10. Quænam vox mihi prope hic sonat? Quis hic loquitur prope? *Id. Cas.* 3. 5. 32. Nec quemquam prope ad se sinit adire. *Id. Most.* 2. 2. 16. Quis homo est, qui nostras ædes accessit prope? *Cic.* 9. *Fam.* 7. Volebam prope alicubi esse. *Cæs.* 6. *B. G.* 23. Hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere; neque quemquam prope audere consistere. *Liv.* 1. 58. Quum pavida ex somno mulier, nullam opem, prope mortem imminentem videret. *Seneca Ep.* 41. Prope est a te Deus: tecum est, intus est. *Ter. Adelph.* 3. 2. 11. Propius accedamus. *et ibid.* 4. 2. 41. Hic multo propius ibis. *Horat. Art. P.* 361. propius stare. *Id.* 1. *Ep.* 1. 67. propius spectare aliquid. *et ibid.* 16. 11. adductum propius frondere Tarentum. *Liv.* 2. 30. Ad conferenda propius castra. *Cic. Mil.* 22. 59. Proxime deos accessit Clodius, propius quam tum, quum ad ipsos penetraret. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 8. Omnes tamen quam proxime alter ab altero debent habitare. — *c*) Cum Ablativo et præpos. *ab. Cic.* 7. *Verr.* 2. 6. In Italia bellum tam prope a Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. *tanto poco lontano*. et *Pis.* 11. 26. Apud socrum tuam prope a meis ædibus sedebas. *Id.* 4. *Verr.* 3. 6. Tam prope ab domo detineri. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 25. 38. (244). Propius ab Urbe. *Id.* 5. *ibid.* 26. 21. (89). A Sura proxime est Philiscum oppidum Parthorum. *Auct. B. Hisp.* 15. Usque eo ut cædem proxime a vallo fecerint. — *d*) Cum Accusativo usurpantur gradus *Propius* et *Proxime*: cf. *Prope* sub *B. Cæs.* 4. *B. G.* 9. Ne propius se castra moveret, petierunt. *et* 28. Ad partem insulæ, quæ est propius solis occasum. *et* 5. *ibid.* 36. Quum propius Ambiorigem accessisset. *Cic.* 7. *Phil.* 8. 26. Nec propius urbem millia passuum ducenta exercitum admoverit. Adde *Liv.* 29. 5. *Sall. Jug.* 21. Nam hi propios mare Africum agitabant. *Liv.* 1. 27. In sinistro Fidenates propius montem consistunt. *Colum.* 4. *R. R.* 33. 4. Propius stirpem recisæ taleæ. *Varro* 1. *R. R.* 13. 1. Villici proxime januam celiam esse oportet. *Cic.* 6. *Att.* 5. *ad fin.* Exercitum habere quam proxime hostem. *et* 1. *ibid.* 14. Proxime Pompejum sedebam. Ita legit et *Diomed.* p. 405. *Putsch.* Rursus *Id.* 3. *ibid.* 14. Quam nihil esset necesse quam proxime Italiam esse. Similiter *Id.* 10. *Phil.* 11. 26. Operam det, ut cum suis copiis quam proxime Italiam sit. *Sall. Jug.* 22. Proxume Hispaniam Mauri sunt. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 23. 35. (206). Usitatum est quam proxume solum decidi. — *e*) Cum Dativo *prope* nusquam invenitur, sed *propius* et *proxime*; quamquam *Priscian.* p. 1172. *Putsch. Juxta* et *prope* et dativo et accusativo junguntur. *Virg.* 1. *G.* 355. propius stabulis armenta tenerent. *et* 4. *ibid.* 47. propius tectis. *Liv.* 44. 40. Flumen erat haud magnum propius hostium castris. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 9. 51. (75). Quo propius mari fuerit, salsa est. *Cic.* apud *Diomed.* 1. p. 405. *Putsch.* Propius grammatico accessi. *Nepos Hann.* 8. Propius Tiberi, quam Thermopylis. *At* Lambinus *leg.* Propius Tiberim, quam Thermopylas. *Cæs.* 1. *B. C.* 7. Quam proxime potest hostium castris castra communit.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr., h. e. a loco. *Tac.* 1. *Hist.* 10. Tam prope ab exsule fuit, quam postea a principe. *Id. Dial. de orat.* 23. Prope abest ab infirmitate, in quo sola sanitas laudatur. *è assai vicino ad infermarsi*. *Cic.* 4. *Fin.* 10. 24. Sed ut propius ad ea, Cato, accedam, quæ a te dicta sunt, pressius agamus. *per venir più al proposito*. et *Partit. orat.* 36. 124. Si propius accedat ad consuetudinem mentemque sermonis defensoris definitio. *Id. Flacc.* 10. 23. Propius accedo. Nego esse illa testimonia, quæ tu *etc.* Intrabo etiam magis. Qui gessit, etc. *Sall. Cat.* 11. Quod tamen vitium propius virtutem erat. *più simile*. Ita legit etiam *Priscian.* 18. p. 1172. *Putsch.* Sic *Liv.* 30. 12. Quum propius blanditias oratio esset, quam preces. Et *Virg.* 1. *Æn.* 530. Parce pio generi, et propius res aspice nostras. *h. e.* adsis, fave, propitia sis. *Virg.* 8. *Æn.* 556. propius periclo. Sic *Liv.* 21. 1. Ut propius periculo fuerint, qui viceruut. *Sil. It.* 1. 13. propiusque fuere periclo, Queis superare datum. — *Propius sobrino* quid sit, *V.* in SOBRINUS. — *Cic.* 1. *Tusc.* 12. 26. Antiquitas quo propius aberat ab ortu et divina progenie, hoc melius ea cernebat. *Tac.* 2. *Hist.* 76. A contumelia, quam a laude propius fueris, post Vitellium eligi. *Cic.* 11. *Fam.* 21. *a med.* Me tuæ virtuti proxime accedere. *Id.* 3. *Fin.* 16. 52. Ut enim nemo dicit, in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem, sed eos, qui in aliquo honore sint, quorum ordo proxime accedit, ut secundus sit ad regium principatum: sic etc. ¶ 2. Sæpe refertur ad tempus. *Ter. Adelph.* 3. 2. 9. Partus instabat prope. — *Prope est quum* etc. jam jam tempus est, quum. *Ter. Andr.* 1. 1. 125. Prope adest, quum alieno more vivendum est mihi. *è vicino il tempo, che* etc. *Plaut. Men.* 5. 6. 25. Prope est, quando herus pretium exsolvet. *Id. Aulul.* 2. 3. 9. Partitudo prope adest, ut fiat palam. *poco manca: poco ci vuole a scoprirsi*. et *Liv.* 40. 32. Jam prope erat, ut sinistrum cornu pelleretur. *ormai poco ci volea, che* etc. et 25. 21. Prope est factum, ut injussu prætoris signis convulsis in aciem exirent. *poco manco*. — Ut dicimus *prope est factum, ut* etc. h. e. parum abfuit, quin etc., sic *Cic. Cluent.* 21. 59. Nec quidquam propius est factum, quam ut illum persequeretur. *Id.* .. *ad Q. fr.* 2. 5. Propius nihil est factum, quam ut occideretur. Adde *eund.* 7. *Verr.* 36. 94. — Apud JCtos sæpe legitur *prope est, ut aliquid fiat*: quæ verba non, ut præferunt, dubitationem habent, sed affirmationem et definitionem; et significant, sequitur ut ita fieri debeat. *V. Papinian. Dig.* 35. 1. 69. *circa med.* et 45. 1. 118. et *Pompon. ibid.* 3. 18. et *Paul.* 2. *Sentent. tit.* 27. et alios, quos congessit *Brisson.* — *Proxime* refertur ad tempus præteritum, sed quod modo fuit, aut postremo factum est, *prossimamente, ultimamente, di fresco*. *Cæs.* 3. *B. G.* 29. Civitates, quæ proxime bellum fecerant. *Id.* 6. *ibid.* 32. Ex iis tribus (*legionibus*), quas proxime conscriptas ex Italia transduxerat. *Cic.* 5. *Fam.* 15. Litteræ, quas a te proxime accepi. *Id.* 1. *Nat. D.* 14. 37. Una cum eo, quem proxime nominavi. *Id.* 6. *Fam.* 10. Itaque et Postumulejo, et Sextio, et sæpissime Attico nostro, proximeque Theudæ liberto tuo totum me patefeci. *Id. Partit. orat.* 39. 137. Quæ paullo ante præcepta dedimus ambigui, quæque proxime sententiæ et scripti. *pur ora, testè*. et *Plin.* 4. *Ep.* 13. Proxime quum in patria mea fui. — *Proxime* refertur etiam ad tempus mox futurum. *Plin.* 5. *Ep.* 7. Velim ergo, quum proxime judices contrahentur, quid sit juris, indices. — Demum *proxime* refertur et ad ordinem temporis cum Accusativo. *Cels.* 3. 2. *a med.* Proximeque abstinentiam sumendus est cibus exiguus. *Pallad.* 9. *R. R.* 8. *a med.* Proxime solis occasum. ¶ 3. *Prope* nonnunquam ponitur pro ferme, quasi, pæne, propemodum, *quasi, per poco*. *Cic.* 4. *Verr.* 4. 10. Ut me prope de vitæ meæ statu dolore ac lacrimis suis deducerent. *Horat.* 3. *Od.* 8. 7. prope funeratus arboris ictu. *Cæs.* 5. *B. G.* 20. Trinobantes, prope firmissima earum regionum civitas. *Sall. Jug.* 64. Jam scalis egressi milites prope summa ceperant. *Id. Cat.* 57. His genus, eloquentia prope æqualia fuere. *Cic.* 3. *Verr.* 54. 146. Excludit eum solum, cui prope dicam soli potestatem faciam esse oportebat. *et* 5. *ibid.* 25. 62. Eques Romanus prope annos nonaginta natus. *Id.* 7. *Fam.* 28. Prope desperatis his rebus. *et* 4. *ibid.* 3. Sapientia præditus prope singulari. *Ter. Heaut.* 1. 1. 45. Ejus filiam ille amare cæpit perdite, prope jam ut pro uxore haberet. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (20). Vix prope est judicare, utrum etc. — Sic *proxime* est simillime, ferme: cum Accu-

sativo. *Liv.* 24. 48. Regi pedites conscripsit, ordinatosque proxime morem Romanum instruendo et decurrendo signa sequi et servare ordines docuit. *et* 30. 10. *circa med.* Erat res minime certamini navali similis, proxime speciem muros oppugnantium navium. — *Proxime atque*, similiter atque. *Cic.* 9. *Fam.* 13. Non possum ego non aut proxime atque ille, aut etiam æque laborare. ¶ 4. *Prope* pro omnino, admodum, *affatto*. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 32. insanis et tu, stultique prope omnes. Tractat hic *Horat.* quod *Cic.* 3. *Tusc.* 4. *et* 5. et *Parad.* 4., nempe Stoicorum sententiam, omnes stultos insanire, docentium. Etiam *ferme* interdum hanc vim habet. ¶ 5. *Proxime*, refertur etiam — *a*) Ad ordinem rerum. *Cic.* 2. *Off.* 3. 11. Proxime autem, et secundum deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. *Vellej.* 2. 124. 4. Quo tempore mihi fratrique meo, candidatis Cæsaris, proxime a nobilissimis ac sacerdotibus viris, destinari prætoribus contigit. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 12. 26. (45). *de nardo.* In nostro orbe proxime laudatur Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum. *h. e.* statim post Indicum. *Id.* 16. *ibid.* 40. 79. (218). A prædictis morus proxime laudatur. *Id.* 34. *ibid.* 14. 39. (138). Proxime indicari debent metalla ferri. — *b*) Ad ordinem qualitatis ac virtutis. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 8. 80. (158). Proxime valent cetera laurus genera. *Id.* 25. *ibid.* 8. 53. (93). Quidquid in Creta nascitur, infinito præstare ceteris ejusdem generis alibi genitis: proxime quod in Parnasso. *Id.* 23. *ibid.* 4. 39. (79). Utilissimum esse omphacium: proxime viride. ¶ 6. *Proxime* ponitur etiam pro apte et ad rem maxime convenienter. *Quintil.* 6. 2. 20. Et ut proxime utrinsque differentiam signem, illud (ἦθος) comœdiæ, hoc (πάθος) tragœdiæ simile. — Comp. *Proximius* est *Minuc. Fel. Octav.* 19. Quid Mantuanus Maro? nonne apertius, proximius, verius? *h. e.* congruentius, et magis ad veritatem accedendo. Alii leg. *proximius veris*. Addunt *Manil.* 3. 512., sed ibi lectio variat.

B) Præpositio *prope* Accusativum regit (*V. Propius* et *Proxime* sub *A.* et *B*). et est idem ac juxta, apud, ἐγγύς (It. *appresso, presso, vicino*; Fr. *près*; Hisp. *acerca, cerca*; Germ. *nahe, bei*; Angl. *near, nigh, by*).

I.) Proprie de loco. *Cæs.* 1. *B. G.* 22. Prope hostium castra. *et* 7. *ibid.* 36. Prope oppidum. *Virg.* 8. *Æn.* 597. Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem. *Cic.* 7. *Fam.* 23. *ad fin.* Ut non modo prope me, sed plane mecum habitare posses. *Liv.* 2. 12. Prope regium tribunal consistere. *Id.* 2. 46. Prope te dimicans cadam.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr., h. e. a loco. *Liv.* 1. 25. *sub fin.* Prope metum res fuerat. *Id.* 26. 48. Contentio quum prope seditionem veniret. *Tac.* 3. *Hist.* 21. Prope seditionem ventum est. et *Curt.* 10. 6. 12. Prope ad seditionem venerant. *Id.* 4. 10. 4. Jam prope seditionem res erat. *Ulp. Dig.* 17. 1. 29. Dissoluta negligentiâ prope dolum est. ¶ 2. Refertur etiam ad tempus. *Cic.* 3. *Fam.* 5. Prope cal. Sext. puto me Laodiceæ fore. *Sueton. Claud.* 44. Excruciatum doloribus nocte tota, prope lucem defecisse.

PRŌPĔDIĔM, adverb. (prope diem) post breve tempus, brevi, αὐτίκα, ἐν βραχεῖ (It. *in breve, fra poco*; Fr. *au premier jour, bientôt*; Hisp. *presto, dentro de poco*; Germ. *ehestens, nächstens, nächster Tage*; Angl. *shortly, after a while, within a few days, in a short time, presently, straightway*). Componitur tantum cum Futuro verborum et cum Imperativo. *Plaut. Asin.* 4. 2. 8. Ad illam hinc ibo, quam tu propediem, nisi quidem illa ante occupassit te, effliges scio. *Id. Pers.* 2. 4. 24. Te cruci ipsum propediem affigent alii. *Ter. Adelph.* 5. 5. 7. Hoc verum'st, et ipsa re experiere propediem. Ubi *Donatus.* Propediem, ὑφεν. Nam propediem adverbium est temporis, ut si diceret cito. *Cic.* 3. *Off.* 33. 121. Præsens tecum propediem loquar. *Id.* 16. *Fam.* 9. Asclapo medicus plane confirmat propediem te valentem fore. *Id.* 1. *Divinat.* 23. 47. Propediem te videbo. *Sall. Cat.* 56. Sperabat propediem magnas copias sese habiturum. Adde *Liv.* 1. 41. et 46., et 30. 8. *Cic.* 2. *Att.* 1. *ad fin.* Prognostica mea cum oratiunculis propediem exspecta.

PRŌPELLO, pellis, pŭli, pulsum, pellere, a. 3. (pro *et* pello). *Prŏpello* est *Lucret.* 4. 195. et 6. 1026. — Part. *Propellens* I. 3. et II. 3.; *Propulsus* I. 1., 2., 3. et 4.; *Propellendus* I. 3. et II. 3. — Propellere est ante aut procul pellere, promovere, procul amovere, ἀνείργω, ὠθέω (It. *spingere o cacciare innanzi o lontano*; Fr. *pousser en avant, faire avancer*; Hisp. *pujar, apretar en adelante*; Germ. *vor sich hintreiben, fort-weiter treiben, hervortreiben*; Angl. *to drive or push forwards, move or push on, drive out or forth, propel*).

I.) Proprie latissime patet; et ¶ 1. De armentis, equis, etc. est ante pellere. *Varro* 2. *R. R.* 2. 12. Oves potum propellunt. *et mox.* Propellunt in pabulum. *Liv.* 2. 51. Secuti dedita opera passim ad illecebras propulsa pecora, præcipitavere in insidias. — Huc referri potest et illud *Phædr.* 4. 17. Canes propulsi fustibus vadunt foras. ¶ 2. De hostibus est repellere, procul amovere, fugare. *Cæs.* 1. *B. C.* 55. Ut venientibus resistant, atque eos propellant. *Id.* 1. *B. G.* 25. Hostes propellere et submovere. *Curt.* 3. 10. 6. Totam aciem suo pavore fluctuantem umbonibus posse propelli. *Auct. B. G.* 8. 19. Hostes victi propulsique. *Pompej.* apud *Auct. B. Hisp.* 26. Adversarios adhuc propulsos habemus. *Tac.* 2. *Hist.* 43. Propulsa Quintanorum impetu quintadecima legio. *Liv.* 7. 24. Propellere hostem a castris. — Huc referri potest illud *Plaut. Rud.* 3. 3. 8. Qui scelestus sacerdotem anum præcipes Reppulit, propulit perquam indignis modis, Nosque ab signo intumo vi deripuit sua. ¶ 3. De inanimis est ante amovere, procul amovere. *Lucret.* 6. 1026. aer a tergo quasi provehit atque propellit. *Id.* 4. 286. Atque alium præ se propellens aera volvit. *Gell.* 2. 22. *a med.* Cæcias nubes non procul propellit. *Poeta* apud *Festum p.* 273. 29. *Müll.* Propellunt cæruleum rates salum. *Gell.* 2. 30. Fluctus ab austris, qui humiliores sunt, sursum propelli. *Id. ibid. a med.* Propulsæ in adversum aquæ. *Lucan.* 7. 789. cernit propulsa cruore Flumina. *Propert.* 3. 21. 11. Propellere remige flumen. *h. e.* remis pulsare. *Ovid. Heroid.* 21. 42. Boreas navem propellit in altum. *Cic.* 4. *Tusc.* 5. 9. Navem remis propellere. *Ovid.* 1. *Trist.* 10. 33. propulsaque (*navis*) fortibus Austris Transeat instabiles strenua Cyaneas. *spinta. Colum.* 2. *R. R.* 2. 28. Propellere in priorem partem jugum. *Cels.* 7. 5. *n.* 2. Ubi apparuit mucro, si ei arundo inhæret, propellenda est. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 65. (173). *de ranis coaxant.* Tunc attenti buccarum sinus perlucent, oculi flagrant labore propulsi. *spinti in fuori. Ovid.* 8. *Met.* 593. inque profundum Propulit e scopulo parituræ corpora natæ. *h. e.* depulit. *Sil. It.* 16. 571. vicinam metæ qui propulit hastam. *h. e.* conjecit, jaculatus est. ¶ 4. Hinc latiori sensu ponitur pro dejicere, prosternere. *Ovid.* 8. *Met.* 340. Sternitur incursu nemus, et propulsa fragonem Silva dat. *Val. Flacc.* 6. 383. ut montis latus, aut machina muri, Quæ scopulis trabibusque diu, confectaque flammis Procubuit tandem, atque ingentem propulit urbem. *et* 4. 311. labentem propulit heros. *Seneca Herc. Œt.* 162. Muros Œchaliæ corpore propulit.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphora ductâ a superiori paragr. 1. *Petron. Satyr.* 4. Quum ad vota properant, cruda adhuc studia in forum propellunt. ¶ 2. Item est morali ratione impellere, movere, compellere, incitare. *Lucret.* 3. 160. Esse animam cum animo conjunctam, quæ quum animi vi Percussa est, exin corpus propellit et icit. *Cic. Sull.* 23. 64. Dicerem fortasse, et facile et libenter dicerem, si paullo etiam longius, quam finis quotidiani officii postulat, pietas et fraternus amor L. Cæcilium propulisset. *V.* Halm. *ad h. l.*; Orellius *et vulgati libri* protulissent. *Tac.* 11. *Ann.* 2. Qui terrore carceris (*eam*) ad voluntariam mortem propellerent. *et* 6. *ibid.* 3. Rudes animos ad corrumpendum militiæ morem propellere. *Sil. It.* 7. 529. torquet totas in prœlia vires Pœnorum ductor, propellitque agmina voce. ¶ 3. Item est propulsare, prohibere. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 6. Frigus quo duramque famem propellere possit. *Liv.* 40. 11. *in fin.* Periculum vitæ propellere a me potes, puniendo eos, qui etc. *Propert.* 2. 22. 39. opposita propellens suavia dextra. *h. e.* arcens. *Colum.* 7. *R. R.* 12. 2. Canis eligitur propellendis injuriis hominum ac ferarum.

PRŌPĔMŎDO *et certius*

PRŌPĔMŎDUM, adverb. ea ratione formatum, qua *postmodum, præmodum, admodum.* Formam *propemodo* rectam esse negat *Handius, Tursell. v.* 4. *pag.* 601.; contra *Ritschelius* eam tuetur ad *Plaut. Trin. loc.* infra cit. — *Propemodo* et *propemodum* est quasi. pæne, prope, *quasi*, ὀλίγου δεῖν, σχεδόν. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 42. Scin', quid nos volumus? DV. Pol ego propemodo: ut male sit tibi. *Id. Trin.* 3. 3. 50. Tenes jam? CA. Propemodum. *Liv.* 24. 20. *circa med.* Quum propemodo muris accessisset. *Alii aliter leg. Plaut. Men.* 5. 2. 14. Propemodum jam scio, quid siet rei. *Id. Truc.* 4. 3. 2. Propemodum expertæ estis, quam ego sim mitis. *Ter. Phorm.* 1. 4. 24. AN. Satin' est sic? GE. Non. AN. Quid si sic? GE. Propemodum. AN. Quid si sic? GE. Sat est. Adde *eund. Heaut.* 5. 5. 20. et *Adelph.* 1. 2. 51. *Cic.* 2. *Divinat.* 41. 85. Quid enim sors est? idem propemodum, quod micare, quod talos jacere. *Id.* 1. *Fin.* 1. 2. Ut propemodum justioribus utamur illis, qui, etc. *Id. Orat.* 43. 147. Verba componere, et syllabas propemodum dinumerare. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 55. (177). Sandaracæ quoque propemodum dicta natura est. *s'è spiegata quasi abbastanza.*

PRŌPEMPTĪCUM Carmen, προπεμπτικόν, quo abeuntem aliquem honoris et benevolentiæ causa prosequimur, prosperaque omnia, itum, moram, reditum precamur: a προπέμπω *deduco prosequor, comitor.* Tale est apud *Virg.* 8. *Æn.* a v. 560. Euandri ad Pallantem filium: apud *Horat.* 1. *Od.* 3. ad Virgilium: *et Epod.* 1. ad Mæcenatem. *Propemptikon Aetio Celeri* inscribitur *Statii l.* 3. silva secunda: et *Propemptikon ad libellum*, carmen postremum *Sidonii.*

PRŌPENDENS, entis, particip. *V.* voc. seq.

PRŌPENDĔO, pendes, pendi, pensum, pendere, n. 2. (pro *et* pendeo). Part. *Propendens* I.; *Propensus* in fin. — Propendere est ante aut deorsum pendere, inclinare, vergere; ut quum altera e lancibus præponderans descendit, ἐπιρρέπω (It. *pendere, piegare*; Fr. *être penché en avant*; Hisp. *estar inclinado, pendiente*; Germ. *hervor-, herabhangen*; Angl. *to incline or lean forward or down, hang down, preponderate*).

I.) Proprie. *Cic.* 5. *Tusc.* 17. 51. Qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam lancem putat, ut terram et maria deprimat. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 7. 20. (36). Herba scandens arbores et ex ramis propendens. *Cæl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *ante med.* Quædam præ oculis quasi propendentia. *Colum.* 7. *R. R.* 12. 4. *de cane.* Dejectæ et propendentes aures. *h. e.* dependentes, demissæ. *Val. Flacc.* 7. 587. Incitat Esonides dextram, inque ardentia mittit Cornua, dein totis propendens viribus hæret. *h. e.* pendens. *Sueton. Galb.* 21. Excreverat etiam in latere ejus caro, propendebatque adeo, ut ægre fascia substringeretur. *h. e.* exstando pendebat. *V. Propensus* in fin. 1.

II.) Translate. ¶ 1. Est idem ac præponderare. *Cic.* 5. *Tusc.* 31. 86. Vita, non solum si undique referta bonis est, sed si multo majore et graviore ex parte bona propendent, beata recte dici potest. ¶ 2. Italice *aver propensione*, propensum animo esse erga aliquem. *Cic.* 2. *Orat.* 44. 187. Si se dant, et sua sponte, quo impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod datur. *et ibid.* 29. 129. Necesse est, ut is, qui nobis causam adjudicaturus sit, aut inclina-

tione voluntatis propendeat in nos, aut etc. — Hinc Part. præter.

Propensus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Propensior* I. et II. 1., 2., 3.; et Sup. *Propensissimus* II. 3. *c.*

I.) Proprie propensus est propendens, inclinatus, protentus, *pendente innanzi, piegato, inclinato, ἐπῤῥεπής. Pers.* 1. 57. Pinguis aqualiculus propenso sesquipede exstat. *Solin.* 20. Alces mulis comparanda adeo propenso labro superiore, ut nisi recedens pasci non queat. *Capitolin. Gordian.* 19. Ex quibus omnibus (*concubinis*) ternos et quaternos filios reliquit; appellatusque est sui temporis Priamus, quem vulgo jocantes, quod esset natura propensior, Priapum, non Priamum, sæpe vocitarunt. *h. e.* mentulatior.

II.) Translate sæpissime usurpatur. ¶ 1. Metaphorâ sumptâ a superiori paragr. de abstractis. *Cic.* 3 *Nat. D.* 40. 95. Disputatio Balbi mihi ad veritatis similitudinem videretur esse propensior. Sic *Id.* 1. *Divinat.* 5. 9. Cujus disputatio tibi ipsi-ad veritatem est visa propensior. ¶ 2. Omnia, et præcipue quæ infra sequuntur, a lancibus translata sunt, quarum quæ ponderosior, deprimitur ac propendet, seu deorsum inclinatur et vergit. *Cic.* 3. *Parad.* 2. 24. Causa igitur hæc, non natura distinguit: quæ quando utro accessit, id fit propensius; si utroque adjuncta est, paria fiant, necesse est. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 15. Verum, quam illa unquam de mea pecunia ramenta fiat plumea propensior, mendicum malim mendicando vincere. *h. e.* ponderosior ac ditior. Cf. *ibid.* 22. ¶ 3. Hinc sæpissime sumitur pro dedito, favente, *portato, dedito, propenso, favorevole.* — *a*) Cum Accusativo et præpos. *ad, in. Cic. Rosc. Am.* 30. 85. Non tam propensus ad misericordiam, quam inclinatus ad severitatem videbatur. *Id.* 4. *Tusc.* 37. 81. Ut quisque natura ad aliquem morbum proclivior, sic animus alius ad alia vitia propensior. *Id.* 1. *Off.* 30. 105. Si quis est paullo ad voluptates propensior. *Id.* 4. *Fam.* 13. Videor mihi prospicere ipsius animum propensum ad salutem tuam. *Id. Mur.* 31. 64. Non tu quidem vir melior esses, sed paullo ad lenitatem propensior. *Id.* 2. *Off.* 18. 62. Propensior benignitas esse debebit in calamitosos. *et ibid.* 20. 69. A quo expeditior et celerior remuneratio fore videtur, in eum fere est voluntas nostra propensior. *Id.* 8. *Att.* 3. *circa med.* Infimus quisque propensus in alteram partem. — *b*) Cum Ablativo et præpos. *pro. Justin.* 16. 1. 2. In divisione inter fratres regni propensior fuisse pro Alexandro videbatur. *Sic leg.* Jeep. *et alii;* Forcellinus *vero* Alexandro. — *c*) Absolute. *Cic.* 13. *Att.* 21. *sub fin.*, et *Liv.* 37. 54. Propenso animo aliquid facere. *con genio. Auct. B. Alex.* 26. Magnæ copiæ, quas celeriter et propensissima civitatum voluntate, et sua diligentia confecerat. *Ovid.* 14. *Met.* 706. Sollicita petiit propensum voce favorem. — *Propensa munera,* quæ propenso animo dantur, atque adeo magna, pretiosa, vel simpliciter ponderosa. *Auct. argum. Truc. Plautini.* Natique causa dat propensa munera.

PRŌPENDO, is. *V.* DEPENDO.

PRŌPENDŬLUS, a, um, adject. pendens in anteriorem partem, ut Propenduli crines, apud *Apul. Florid. n.* 3. *V.* locum in ANTEVENTULUS.

PRŌPENSĒ, adverb. Comp. *Propensius* I. et II. — Propense est idem atque extense, late, *estesamente.*

I.) Proprie. *Hygin. Gromat. p.* 4. *col.* 1. Ita fiet, ut pari numero dispositi decuriones, et reliqui principales eorum, binos equos possidentes propensius tendant. *h. e. si attendano più largamente.* — Fortasse huc pertinet et illud *Marcell. Empir.* 27. *p.* 126. *retro* ed. *Ald.* Id a jejuno manducari debet; quod eo plus proderit, quo propensius fuerit manducatum.

II.) Translate est ex animo, cum inclinatione, aut propensione, *di cuore, volentieri, ἐπῤῥεπῶς. Lentulus* ad *S. P. Q. R.* apud *Cic.* 12. *Fam.* 15. *circa med.* Ut hanc concordiam et conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propense non crederent esse factam. *Liv.* 37. 52. Propensius cumulatiusque, prout ejus merita sint, senatum facturum. *Apul. Florid. n.* 20. Eoque propensius laudandus est, quod etc.

PRŌPENSĬO, ōnis, f. 3. *inclinazione, ἐπῤῥοπη, προδυμία,* inclinatio. *Cic.* 4. *Fin.* 17. 47. Qui nulla in re, nisi in virtute, aut vitio propensionem, ne minimi quidem momenti, ad summum bonum adipiscendum esse diceret.

PRŌPENSUS, a, um. *V.* PROPENDEO in fin.

PRŌPĔRĀBĬLIS, e, adject. properans, celer. *Tertull. Anim.* 43. Dispensatio ciborum per somnum non facile procederet calore properabili, et rigore tardabili.

PRŌPĔRANS, antis, particip. *V.* PROPERO.

PRŌPĔRANTER, adverb. Comp. *Properantius* et Sup. *Properantissime.* — Properanter est celeriter, *presto, con velocità, in fretta. Lucret.* 5. 300. Usque adeo properanter ab omnibus ignibus ejus etc. *Sall. Jug.* 101. Beneficia invitus accipere: sed ea properantius, quam æs mutuum, reddere. *Tac.* 16. *Ann.* 24. Eos codicillos Nero properanter accepit, spe, exterritum Thraseam scripsisse. *con avidità e impazienza. Ovid.* 4. *Fast.* 673. Hanc quondam Cytherea diem properantius ire Jussit, et ætherios præcipitavit equos. *Sil. It.* 7. 746. mille hinc Cæspite de viridi surgunt properantius aræ. *Imp. Constantin. Cod. Theod* 11. 30. 8. Quæcumque ad instructionem pertinent causæ, ad comitatum nostrum properantissime volumus adferri.

PRŌPĔRANTĬA, æ, f. 1. idem ac properatio. *Sall. Jug.* 45. *extr.* Neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum, socordia magis, quam dolo, crederent. *Tac.* 12. *Ann.* 20. Tædium ex mora, periculum ex properantia.

PRŌPĔRĀTIM, adverb. idem ac proparato. *Cæcilius* apud *Non. p.* 153. 15. et 155. 3. *Merc.* Properatim in tenebris istuc confectum est opus. *Pomponius ibid.* Pergis properatim. Adde *Sisenn.* apud *Gell.* 12. 15.

PRŌPĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. *fretta, σπουδή, ἔπειξις,* actus properandi, festinatio. *Q. Cic.* ad *Tir.* 16. *Fam.* 27. Nam quæ parcius frater perscripserat, verecundia videlicet et properatione. *Cic.* 5. *ibid.* 12. Sed ad properationem meam quiddam interest, te non exspectare, dum etc. *Sall. fragm.* apud *Arusian. p.* 260. ed. *Lind.* Turmam equitum castra regis succedere, et properationem explorare jubet. *Ammian.* 31. 5. *a med.* Adversus quos Lupicinus properatione tumultuaria coactis militibus temere magis quam consulte progressus, etc.

PRŌPĔRĀTO, adverb. *frettolosamente, prestamente, ἐπειγομένως,* festinanter, celeriter. *Tac.* 13. *Ann.* 1. Neque minus properato Narcissus Claudii libertus ad mortem agitur.

PRŌPĔRĀTUS, a, um. *V.* PROPERO.

PRŌPĔRĔ, adverb. *presto, in fretta, in prescia, σπουδαίως, ἐπειγομένως,* properanter, studiose, celeriter, festinanter. *Ter. Andr.* 5. 6. 15. Propere arcesse. *Id. Hecyr.* 3. 3. 11. Propere præcurrere. *Sall. Jug.* 91. Ipse intentus propere sequi, neque milites prædari sinere. *Horat.* 3. *Od.* 19. 9. Da (*poculum*) lunæ propere novæ. *Nepos Epam.* 4. Egredere propere, ne alios corrumpas. *Liv.* 23. 36. Cumas se propere recepit. *Virg.* 9. *Æn.* 891. Sed manus e castris propere coit omnis in unum. *Plaut. Amph.* 5. 1. 10. Ut subito, ut propere, ut valide tonuit! *Id. Aulul.* 2. 2. 86. Sequere propere me ad macellum strenue. — Ad significandam summam festinationem sunt illa *ejusd. toid.* 2. 8. 23. Occidor, nisi intro huc propere propero currere. *et Cas.* 3. 6. 17. Propere, cito introite, et cito deproperate. *et Cist. a.* 3. *v.* 8. Ut aliquis intus prodeat propere ocius. *et Curc.* 2. 3. 4. Ita nunc subito, propere, et celere objectum est mihi negotium. *et Rud.* 5. 2. 36. Eloquere propere celeriter. *et Stich.* 2. 2. 13. Ita celeri curriculo fui propere a portu. *et Trin.* 4. 3. 1. Fac te propere celerem.

PRŌPĔRĬPES, ĕdis, adject. celeripes, velox. *Catull.* 63. 34. *de Aty.* Rapidæ ducem sequuntur Gallæ properipedem. Ita *Voss.* et *Lachmann;* alii *pede propero.*

PRŌPĔRĬTER, adverb. idem quod propere, sed antiquius. *Pacuvius* apud *Non. p.* 155. 6. *Merc.* Classem in altum properiter deducere. *Accius ibid.* et *p.* 307. 27. Properiter navem in fugam transdunt. *Catull.* (corrige *Serenus*) apud *eumd.* 11. 63. Animula miserula properiter abit. *corrige* abiit. Adde *Apul.* non semel, et *Auson. Parental.* 27.

PRŌPĔRO, as, āvi, ātum, are, 1. (*a* properus; *vel a* pro *et* paro, *quasi ante alia paro*). Part. *Properans* sub *B. a., c., d.* et in fin.; *Properatus* in fin.; *Properandus* sub *A.* — Properare occurrit *A*) Active; et *B*) Neutrorum more.

A) Active properare est maturare, accelerare, ἐπείγω, σπεύδω (It. *affrettare, accelerare, sollecitare;* Fr. *hâter, précipiter, presser, accélérer, apprêter;* Hisp. *apresurar, apretar, accelerar;* Germ. *beeilen, beschleunigen, eiligbesorgen, -thun, -machen;* Angl. *to make haste, hasten, make speed, get ready, be quick*). Usurpatur

A) Activa forma; frequenter enim, ait *Forcellinus*, Accusativus additur, sive malis Infinitivum subintelligere, sive non. *Plaut. Cas.* 2. 8. 55. Abi atque obsonia propera. *Accius* apud *Non. p.* 154. 2. *Merc.* Melius pigrasse, quam properasse est hoc nefas. *Virg.* 4. *G.* 17. lentis Cyclopes fulmina massis Quum properant. *Horat.* 3. *Od.* 24. 62. Indignoque pecuniam Heredi properat. *scil.* parare, conficere divitias. *Virg.* 9. *Æn.* 401. et pulcram properet per vulnera mortem. *scil.* adire, oppetere. *Tibull.* 4. 1. 205. Seu matura dies celerem properat mihi mortem. *scil.* parare. *Plaut. fragm.* apud *Servium* ad *Virg.* 4. *G.* 171. Properare prandium. *Propert.* 3. 20. 21. laborem. *Tac.* 3. *Hist.* 40. cœptum iter. *Id.* 2. *Ann.* 22. dedicationem. *et* 4. *ibid.* 69. accusationem. *et* 11. *ibid.* 37. cædem. *et* 2. *ibid.* 6. naves. *et* 3. *ibid.* 66. *extr.* Quod multos etiam bonos pessum dedit, qui spretis quæ tarda cum securitate, præmatura vel cum exitio properant. *Plaut. Aulul.* 2. 3. 3. Vascula intus pure propera atque elue. *h. e.* propera eluere. *Alii leg.* propere expedi, atque elue: *Alii aliter.* V. *Taubman.* — *b*) Passive. *Horat. Epod.* 12. 21. Muricibus Tyriis iteratæ vellera lanæ, Cui properabantur? *Virg.* 1. *G.* 260. Multa, forent quæ mox cælo properanda sereno, Maturare datur. *Ovid.* 3. *Amor.* 1. 69. teneri properentur amores, Dum vacat. *h. e.* canantur, scribantur. *Val. Flacc.* 4. 573. fuga nunc medio properanda recursu. *Plin. Paneg.* 51. Hinc porticus, inde delubra occulta celeritate properantur.

B) Neutrorum more est festinare, celeritate uti, *affrettarsi, far presto, in prescia.* — *a*) Absolute. *Plaut. Men.* 3. 3. 30. Propera, fer pedem, confer gradum. *Id. Curc.* 2. 2. 33. Properatin' ocius? *Sall. Jug.* 79. Neque in ullo loco amplius una die, aut una nocte moratus, simulabat sese negotii causa properare. *Ovid. Heroid.* 5. 31. Xanthe, retro propera. *Cæs.* 2. *B. C.* 20. Hoc magis properare Varro, ut cum legionibus quamprimum Gades contenderet. *et* 3. *ibid.* 39. Proinde ad prædam, ad gloriam properate. *Sall. Jug.* 22. De Carthagine silere melius puto, quoniam alio properare tempus monet. *Ovid.* 6. *Met.* 201. Ite sacris, properate sacris. *h. e.* festinate discedere a sacris. *Cic.* 12. *Fam.* 25. *circa med.* Ventis, remis in patriam omni festinatione properavi. *Id. Mil.* 19. 49. Quæ causa, cur Romam properaret? *Lucan.* 8. 658. properantem in fata tenetis. *h. e.* ruentem ad mortem. — *Properare* absolute, celeriter ire. *Martial. Spectac.* 25. Parcite, dum propero: mergite, dum redeo. *h. e.* ire festino. — *b*) In his semper Infinitus aliquis subintelligitur: qui sæpe etiam exprimitur. *Cic. Prov. cons.* 14. 35. Si in patriam, si ad deos penates redire properaret. *Plaut. Curc.* 5. 3. 10. Sta, sis, illico, atque argentum propere propera vomere. *Virg.* 4. *Æn.* 310. Et mediis properas aquilonibus ire per altum. *Sall. Jug.* 60. *ad fin.* Ni Marius signa infer-

re properavisset. *Id. Cat* 7. Quisque hostem ferire, murum ascendere, conspici, dum tale facinus faceret, properabat. *h. e.* studebat, *si studiava. Cæs.* 2. *B. G.* 11. Quum sibi quisque primum itineris locum peteret, et domum pervenire properaret. *Horat.* 1. *Od.* 8. 2. dic, Sybarin cur properes amando Perdere? *Id. Epod.* 12. 9. Indomitam properat rabiem sedare. — c) Cum Accusat. et Infinito. *Sall. Cat.* 7. Se quisque hostem ferire properabat. Cf. *Ammian.* 25. 7. Ferro properans miles, quam fame absumi. et *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 15. (52). Mala prima adventu, et decerpi properantia. — d) Cum Supino. *Sall. in orat. Macri Licin. ad pleb. circa med.* Ultro licentiam in vos auctum atque adjutum properatis. *Id.* apud *Priscian.* 18. *p.* 123. *Krehl.* Video indigentiam dona quæsitum gratiæ properantem. — e) Passive impersonaliter. *Cic. Sull.* 19. 54. Properatum vehementer, quum longe tempus muneris abesset. *Ammian.* 21. 12. *ante med.* Properabatur tamen nihilo minus etc. — Hinc

Properans, antis, part. præs., adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Properantior*; et est festinus, citus, celer, *chi s'affretta, frettoloso, σπείγων. Cic.* 4. *Att.* 4. Hæc properantes scripsimus. *Ovid.* 3. *Pont.* 5. 9. Lingua properante legere. *Seneca Herc. Fur.* 772. Siste properantem gradum. *Claudian.* 2. *in Rufin.* 337. Festinamque rotam solito properantior urget.

Properatus, a, um, part. præter., adjective usurpatur, unde Comp. *Properatior*; et est propere factus, festinatus, acceleratus, *fatto in fretta, accelerato, affrettato, σπευγόμενος. Sall. Jug.* 120. Properatum iter. *Virg.* 1. *G.* 196. quamvis igni exiguo properata maderent. *Tac.* 2. *Ann.* 6. Properatæ naves. *et ibid.* 80. Tela agrestia ad subitum usum properata. *Ovid. Heroid.* 18. 113. Properata oscula congerere. *Id.* 9. *Met.* 586. Properatæ tabellæ. *Id.* 2. *Pont.* 11. 1. brevi (*opus*) properatum tempore. *Id.* 3. *Trist.* 3. 34. properata mors. *Id.* 15. *Met.* 748. gloria rerum. *Martial.* 10. 50. meta curribus. *h. e.* propere decursa. — Comp. *Properatior* apud *Solin.* 26. Lucinæ illis (*ursis*) properatius tempus est, quippe uterum trigesimus dies liberat. — *Properato opus est*, properandum est. *Cic. Mil.* 19. 49. Erat nihil, cur properato opus esset. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 210. Ergo accurato et properato opus est.

Homonym. De discrimine inter *propero* et *festino*, *V.* FESTINO; inter *propero* et *maturo*, *V.* MATURO et MATURE.

PRŌPĒRUS, a, um, adject. *frettoloso, presto, sollecito*, σπουδαῖος, festinus, celer, velox: a *prope*. — a) Absolute. *Virg.* 12. *Æn.* 85. Circumstant properi aurigæ. *Ovid.* 7. *Met.* 647. Ecce venit Telamon properus. *Val. Flacc.* 4. 176. Terga sequi, properosque jubet conjungere gressus. *Tac.* 4. *Hist.* 79. Simul Cerialis propero agmine subvenit. *et ibid.* 68. Ille spe ac juventa properus, hic moras nectens. *Id.* 1. *Ann.* 65. Sibi quisque properus, et lentæ adversum imperia aures. — Properam pro celeri ac strenua dixisse antiquos, testimonio est Cato, quum ait in libro de re militari: Tertia e castris eductio celeris properaque est. *Festus p.* 253. 31. *Müll.* — b) Cum Infinito. *Tac.* 4. *Ann.* 52. Quoquo facinore properus clarescere. — c) Cum Genit. *Id.* 12. *ibid.* 66. Agrippina sceleris olim certa, et oblatæ occasionis propera. *sollecita di abbracciare* etc. *et* 4. *ibid.* 59. Liberti et clientes apiscendæ potentiæ properi. *et* 14. *ibid.* 7. Vindictæ propera. *et* 11. *ibid.* 26. Properus iræ. *presto all'iracondia.*

PRŌPES, pĕdis, m. 3. funis, quo pes veli alligatur, quasi prope pedes: de quo Turpilius: Quasi quum secundus ventus fert navim in mari, si quis propedem misit, si velis, (*al.* in veli) sinistrum. Hæc *Isid.* 19. *Orig.* 4., quem penes sit fides. *V.* adnotata ad PROPUDIUM.

PRŌPĒTRĀRE, mandare quod perficiatur. nam impetrare est exorare, et perpetrare perficere. *Paul. Diac. p.* 227. 2. *Müll.* Quidam lexicographi afferunt fragmentum ex *Accio*: Age vero propetra, quod cœpisti fieri.

PRŌPEXUS, a, um, particip. ab inusit. *propecto: pettinato a disteso*, in longum pexus. *Virg.* 10. *Æn.* 838. fusus propexam in pectore barbam. (Ubi *Servius*: *propexam* quis ante hunc? Respondeo ego: *Accius* apud te ipsum ad 12. *Æn.* 605. Nam florei crines, vide, ut propexi jacent! *h. e.* demissi, non collecti.) *Pierius*: Malunt nonnulli *perpezam*: sed *propexam* in antiquioribus habetur. *Ovid.* 1. *Fast.* 259. manu mulcens propexam ad pectora barbam. *Stat.* 2. *Theb.* 97. propexaque mento Canities. *Sil. It.* 13. 310. propexis in pectora barbis Verrere humum.

PRŌPHĒTA *et* prophetes, æ, m. 1. *indovino, profeta*, προφήτης, qui futura prædicit, a se primum intellecta, vates, divinus: a προφημι *prædico*. ¶ 1. *Propheta* apud Græcos et Latinos non quilibet fani alicujus antistes dicebatur, sed qui iis templis præpositus erat, ubi oraculum esset, cujus ille responsa interpretabatur. *Inscript.* apud *Oderic. Syllog. p.* 238. c. RVFIVS VOLVSIANVS V. C. PATER HIEROPHANTA PROPHETA ISIDIS PONTIFEX DEI SOLIS VOT. SOLVI. *Festus p.* 229. 9. *Müll.* Prophetas in Adrasto Julius nominat antistites fanorum, oraculorumque interpretes: Quum capita viridi lauro velare imperant Prophetæ, sancta caste qui putant (*al.* purant) sacra. *Apul. de Mundo sub init.* Veluti prophetæ quidam, deorum majestate completi, effantur ceteris, quæ divino beneficio soli vident. *Macrob.* 7. *Saturn.* 13. Verum est, ita Ægyptios opinari, ut ego sacerdotes eorum, quos prophetas vocant, quum vidissem, etc. Adde *Apul. Herb. omnib. fere capitib.*, ubi intelliguntur magi, qui religionem medicinæ admiscebant. Adde etiam alterum *Apul.* 2. *Met. p.* 158. *Oudend.* ubi Zachiam quemdam Ægyptium prophetam primarium nominat magiæ peritum et defunctorum animas ab Inferis excitantem. ¶ 2. In Sacris Litteris, et apud Christianos scriptores sunt prophetæ viri sancti, qui a Deo illustrati multa prædixerunt de Messia, de Hebræorum captivitate, de fine bonorum et malorum hominum, etc. *Lactant.* 1. 4. et 4. 11., *Tertull., Augustin., Hieronym.* etc.

PRŌPHĒTĀLIS, e, adject. *profetico*, προφητικός, ad prophetam pertinens. *Hieronym. Ep.* 54. *n.* 17. Prophetale os. *Id. Ep.* 68. *n.* 1. Spiritu prophetali longe post futura prospicere. Adde *Venant. Fort.* 5. 4. 48.; et *V.* PATRIARCHALIS.

PRŌPHĒTĀTUS, a, um. *V.* PROPHETO.

PRŌPHĒTĬA, æ, f. 1. *profezia, predizione, vaticinio*, προφητεία, prædictio, vaticinium. *Tertull. Anim.* 35. *sub fin., Hieronym., Augustin.*

PRŌPHĒTĬĀLIS, e, adject. ad prophetiam pertinens, ut Prophetiale patrocinium, *Tertull. advers. Valentinian.* 28.

PRŌPHĒTĬCĒ, adverb. *profeticamente*, προφητικῶς, divinando, prædicendo. *Tertull. Monog.* 4. Prophetice dictum est: Et erunt duo in unam carnem.

PRŌPHĒTĬCUS, a, um, adject. *profetico*, προφητικός, ad prophetam pertinens, prophetalis. *Tertull. Cor. mil.* 7. Moyses propheticus, non poeticus pastor. *Id. Anim.* 47. Prophetica somnia. *Prudent.* 7. *Cathemer.* 179. Prænunciatus ore qui prophetico Emmanuel est.

PRŌPHĒTIS, ĭdis, f. 3. προφῆτις, et

PRŌPHĒTISSA, æ, f. 1. *profetessa*, mulier divinans. *Tertull. Resurr. carn.* 11. De quibus luculenter Paracletus per prophetidem priscam *Id. Præscript.* 51. *sub fin.* Cujusdam puellæ, quam quasi prophetissam sequitur. Adde *Hieronym. Ep.* 54. *n.* 17.

PRŌPHĒTIZO, as, are, n. 1. προφητίζω, *profetizzare, indovinare*, prædicere. *Vulgat. interpr. Matth.* 26. 68. Prophetiza nobis, Christe, quis est, qui te percussit. *Id.* alibi.

PRŌPHĒTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Prophetatus*, et *Prophetaturus*. — Prophetare est prædicere, divinare, vaticinari, *profetizzare*, προφητεύω. *Tertull. Resurr. carn.* 28. Scimus autem, sicut vocibus, ita et rebus prophetatum. *Prudent.* 13. περὶ στεφ. 101. Disserit, eloquitur, tractat, docet, instruit, prophetat. *Tertull. Anim.* 47. Servi prophetaturi. *Id.* 3. *contra Marcion.* 19. *ad fin.* Nisi si nec mortem volet Christi prophetatam. *Inscript. christ.* apud *Orell.*, 4872., ubi legitur *prophetavit*, spuria est.

PRŌPĬĀTUS, a, um. *V.* PROPIO.

PRŌPĬLO. *V.* PRÆPILO.

PRŌPĪNA, æ, f. 1. *Isid.* 15. *Orig.* 2. *ad fin.* Popina Græcus sermo est, qui apud nos corrupte propina dicitur. Est autem locus juxta balnea publica, ubi post lavacrum a fame et siti reficiuntur, unde et propina et propinare dicitur: πεῖνα enim Græce famem significat, eo quod hic locus famem tollat. Ceterum fallitur hic *Isid.* qui putat *propinam*, locum nempe qui prius popina dicebatur, a πεῖνα derivandum, quum potius vulgus eum locum ita appellasse constet, quia ibidem non modo opipare esitare, sed etiam affatim bibere solebant ganeones illi; ideoque vulgus *propinam* a προπίνω, *poculo provoco*, eum locum appellasse. — Formam *propina* confirmat *Inscript.* apud *Marini, Pap. diplom. p.* 251. Hic requiescit in pace Jobannis VR. (*h. e.* vir honestus) ologrophus (*Marinius* recte putat legendum *logographus*) propinæ Isidori, qui vixit ann. M. (*h. e.* minus) XLV. dep. X. calen. Junias consulatu Vilisarii (*h. e.* Belisarii) VC. (*h. e.* viri clarissimi).

PRŌPĪNĀTĬO, ōnis, f. 3. *brindisi, invito a bere*, πρόποσις, actus propinandi, id est porrigendi prægustati poculi, et ad bibendum invitandi, vel denique ad salutem alicujus bibendi.

I.) Proprie. *Petron. Satyr.* 113. Nec Giton me aut tralaticia propinatione dignum judicabat, aut, quod minimum est, sermone communi vocabat. *Seneca* 2. *Ira* 33. *sub fin.* Propinationibus crebris aliquem lacessere. *Id.* 2. *Benef.* 21. Ego ab eo beneficium accipiam, a quo propinationem accepturus non sim?

II.) Translate. Sumi videtur pro comissatione. *Gell.* 10. 17. Sumptum plurimum, ἀσωτίαν τε, et propinationem adolescentis filii deplorantis. *M. Hertz. legit*: Sumptum plurimum asoticonque adulescentis viri deplorantis. In vet. *Inscript.* apud *Gruter.* 753. 4., quæ est apud *Henzen.* 7336. P. APPIVS P. F. EVTYCHES AD COLENDAM MEMORIAM ALBINIAE VETTII F. VALERIANAE CERTAM PECVNIAE SVMMAM LEGAT COLLEGIO DENDROPHOR. EX QVA PROPINATIONEM PRAEBEANT etc. Videtur itaque his comissatio seu cœna funebris significari.

PRŌPĪNĀTOR, ōris, m. 3. προποτής, qui propinat. *Ovid.* 1. *Art. am.* 587. Inde propinator nimirum multa propinet. *Alii leg. multo rectius*: Inde procurator nimium quoque multa procurat. Certa est lectio apud *Augustin. Serm.* 361. 7. Non vis respondere corruptori, quum faves propinatori.

PRŌPĪNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Pröpino primâ productâ legitur apud *Martial.* 1. 69., 3. 82. et 8. 6.; primâ vero correptâ apud *Juvenal.* 5. 127. et alios. — Part. *Propinans* I. 3.; *Propinandus* I. 2. *b.* — Propinare est præbibere, seu prægustato leviter vino poculum alteri offerre, προπίνω (It. *propinare*, *far brindisi, invitar a bere*; Fr *boire le premier, engager à boire*; Hisp. *beber primero, coacidar á beber*; Germ. *zutrinken*; Angl. *to drink to one, drink one's healt*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, præbibere, seu prægustato leviter vino poculum alteri offerre. Hæc consuetudo a Græcis originem habuit. Nam principes Græciæ solemni die, quem φιλοτησίαν vocabant, miscere aureis atque argenteis poculis vina solebant, quæ e manu gestantium sumentes, ori parumper admovebant, deinde alteri, quem vellent, offerebant, ingens hoc argumentum benevolentiæ existimantes. Exemplum habes apud *Virg.* 1. *Æn.* a *v.* 732. in convivio Didonis. *Martial.* 2. 15. *de homine fœtidi oris.* Quod nulli calicem tuum propinas, Humane facis, Herme, non superbe. *stil.* quia ore impuro es. *Id.* 8. 6. Hac propinavit Bytiæ pulcherrima Dido In patera. *Juvenal.* 5. 127. quando propinat Virro tibi, sumisque tuis contacta labellis Po-

cula. *Cic.* 1. *Tusc.* 40. 96. Quum venenum, ut sitiens, obduxisset, reliquum sic e poculo ejecit, ut id resonaret. Quo sonitu reddito, arridens, Propino, inquit, hoc pulcro Critiæ: qui in eum fuerat tæterrimus. Græci enim in conviviis solent nominare, cui poculum traditurі sunt. (*Val. Max.* 3. 2. *n.* 6. *extern.*) *Plaut. Curc.* 2. 3. 8. Propino poculum magnum: ille ebibit. *Martial.* 6. 44. At si ego non belle, sed vere dixero quiddam, Nemo propinabit, Calliodore, tibi. *h. e.* nemo prægustatum poculum tibi tradet impuri oris homini, ne postea, iterum bibere volens, eo uti cogatur. — Quum dixit parasitus apud *Plaut. Stich.* 3. 2. 15. Dii dent quæ velis. Propino tibi salutem plenis faucibus: voluit dicere, salvum te esse maxime cupió. Usurpavit autem formulam compotorum et parasitorum propriam. ¶ 2. Latiori sensu, videtur etiam adhiberi simpliciter pro dare bibere, vinum bibendum præbere. — *a*) Universim. *Martial.* 10. 49. Quum potes amethystinos trientes, Et nigro madeas Opimiano, Propinas modo conditum Sabinum, Et dicis mihi, Cotta, vis in auro? Quisquam plumbea vina vult in auro? *et* 3. 82. Ligurumque nobis saxa quum ministrentur, Vel cocta fumis musta Massilianis, Opimianum morionibus nectar Crystallinisque myrrhinisque propinat. — *b*) Speciatim de medicis pharmacum præbentibus. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 1. 2. (7). Artemon calvaria interfecti propinavit aquam e fonte noctu comitialibus morbis. *Id.* 20. *ibid.* 10. 42. (109). Quidam ad vulvæ dolorem radicem asparagi cum vino dulci propinant. *Id.* 25. *ibid.* 2. 5. (12). Nepenthes omnibus mortalibus propinandum. Adde *eumd.* 28. *ibid.* 16. 66. (229). *et* 21. *ibid.* 20. 84. (145). ¶ 3. Latissimo sensu refertur ad cibum. *Capitolin. M. Aurel.* 15. Ut parte cultri veneno lita vulvam inciderit, venenatam partem fratri edendam propinans, et sibi innoxiam reservans.

II.) Translate. *Ter. Eun. sub fin.* Hunc comedendum et deridendum vobis propino. *h. e.* trado vobis in manus et in potestatem. *Ennius* apud *Non. p.* 33. 7. *et p.* 139. 14. *Merc.* Enni poeta salve, qui mortalibus Versus propinas flammeos medullitus. *Apul.* 5. *Met.* Nec vitricum tuum, fortissimum illum bellatorem, metuis. Quidni? cui sæpius, in angorem mei pellicatus, puellas propinare consuesti. *h. e.* conciliare, prægustandas deducere, *V.* PRÆGUSTATOR. Verba sunt Veneris ad Cupidinem. — Huc referri potest et illud *Veget.* 5. *Veterin.* 54. 3. *Schneid.* Propterea quod stomachus eorum nimio rigore constrictus nec coquere potest, nec epati aliquid propinare, iu quo tota virtus ad nutriendum corpus per dispensationem ciborum et sanguinis præparatur. Item illud *Pelagon. Veterin.* 1. 9. Propinas ciconiam, quæ adhuc non stat, sed tamen quæ jam plumulas habet. *h. e.* paras.

PRŌPINQUĒ, adverb. *da vicino*, πλησίως, prope, in propinquo. *Plaut. Truc.* 2. 7. 21. At at eccam, adest propinque. Adde *eumd. ibid.* 2. 6. 18. *Fronto* 2. ad *Antonin. Imp.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 2. Atticis propinque thymum serpyllumque Hymettium ruminantibus viris. — Comp. *Propinquius* legitur apud *Boeth.* in *Aristot. Prædic* 1. *p.* 132. Si arborem dicat, propinquius designabit quid sit id quod definiat. Adde *eumd. ibid. p.* 285.

PRŌPINQUĪTAS, ātis, f. 3. *vicinanza*, ἐγγύτης, vicinitas, vicinia.

I.) Proprie et sæpissime de loco dicitur. *Cic.* 1. *Invent.* 26. 38. Loci opportunitas quæritur ex magnitudine, intervallo, longinquitate, propinquitate, etc. *Id.* 3. *Off.* 11. 46. Nimis imminebat propter propinquitatem Ægina Piræeo. *Id.* 3. *Phil.* 6. 15. Municipium propinquitate pæne finitimum. *Cæs.* 2. *B. G.* 21. Propter celeritatem et propinquitatem hostium. *Id.* 2. *B. C.* 16. Tormentorum usum spatio propinquitatis interire. *Id.* 2. *B. G.* 31. Ex propinquitate pugnare. *in vicinanza, da vicino*, ex propinquo. *et* 6. *ibid.* 29. Vitandi æstus causa plerumque silvarum ac fluminum petunt propinquitates.

II.) Translate. ¶ 1. De tempore. *Pacuvius* apud *Non. p.* 486. 3. *Merc.* Adgravescere propinquitate parti. ¶ 2. Significat sæpe conjunctionem sanguinis, affinitatem, cognationem, *attegnenza, parentela*, οἰκειότης, συνάφεια. Quomodo ab affinitate differat, *V.* AFFINITAS. *Cic. Quinct.* 6. 26. Si pietate propinquitas colitur, necesse est, iste, qui affinem spoliare conatus est, se impium esse fateatur. *Nepos Dion.* 1. Dion, præter nobilem propinquitatem, multa alia a natura habuit bona. *Id. Agesil.* 1. Proximum propinquitate esse alicui. *Plin.* 4. *Ep.* 4. Idem Calvisium amicum tuum arcta propinquitate complectitur: est enim sororis filius. *Sueton. Oth.* 1. L. Otho materno genere præclaro, multarum et magnarum propinquitatum. *Id. Ner.* 35. Interemit ceteros aut affinitate sibi, aut propinquitate conjunctos. *Tac. Germ.* 7. Nec fortuita conglobatio turmam, aut cuneum facit, sed familiæ et propinquitates. Sic in plur. num. *Cic.* 5. *Fin.* 24. 69. Quo modo igitur, inquies, verum esse poterit, omnia referri ad summum bonum, si amicitiæ, si propinquitates, si reliqua externa summo bono non continentur? — Sic abstractum pro concreto, uti ajunt, apud *Ammian.* 23. 6. *ad fin.* Abominandæ aliæ (*leges*), per quas ob noxam unius omnis propinquitas perit. Sic *Capell.* 1. *p.* 22. Vobiscum ergo dii, grata propinquitas, Conferre studium est vota propaginis. *h. e.* vota filii mei Mercurii. ¶ 3. Item familiaritatem, consuetudinem, amicitiam. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 59. Quam ad probos propinquitate proxime te adjunxeris, tam optimum est.

PRŌPINQUO, as, āvi, ātum, are, 1. (prope). Part. *Propinquans* sub *A.* I. et II. — Propinquare usurpatur *A*) Neutrorum more; et *B*) Active.

A) Neutrorum more *propinquo* est idem ac propinquus fio, prope accedo, appropinquo, *avvicinarsi, accostarsi, appressarsi, approssimarsi*, προσεγγίζω.

I.) Proprie. — *a*) De hominibus. — Cum Dativo. *Virg.* 5. *Æn.* 185. Sergestus capit ante locum, scopuloque propinquat *Id.* 6. *ibid.* 384. Ergo iter inceptum peragunt, fluvioque propinquant. *et ibid.* 410. Cæruleam avertit puppim, ripæque propinquat. — Cum Accusativo. *Sall. fragm.* apud *Arusian. Mess.* Tum vero Bithyni propinquantes jam amnem Tartanium. — Absolute. *Stat.* 10. *Theb.* 385. jam castra vident, armisque propinquant. *Alii leg.* animisque, h. e. animi cupiditate jam sibi videntur prope esse. *Ammian.* 14. 2. *a med.* Adventu cohortium, quæ casu propinquabant. — *b*) De rebus et de tempore. *Tac.* 15. *Ann.* 39. Non ante regressus est, quam domui ejus ignis propinquaret. *Virg.* 12. *Æn.* 150. Parcarumque dies et vis inimica propinquat. *Gell.* 2. 23. *a med.* Quum servus propinquare partum herili filiæ ignoraret.

II.) Translate *propinquantes* sunt familiares apud *Ammian.* 30. 4. *ante med.* Aut inter discordantes amicos, aut propinquantes vel affines odia struentes infesta.

B) Active *propinquo* est idem ac prope esse facio, maturo, expedio. *Virg.* 10. *Æn.* 254. Tu mihi nunc pugnæ princeps: tu rite propinques Augurium, Phrygibusque adsis pede, Diva, secundo. *Sil. It.* 2. 281. Haud tamen abstiterim, mortem licet arma propinquent.

PRŌPINQUUS, a, um, adject. (prope). Comp. *Propinquior* I. et II. 3. — Propinquus est prope positus, vicinus, proximus: et refertur ad locum, γείτων (It. *vicino*; Fr. *rapproché, voisin*; Hisp. *acercado, vecino*; Germ. *nahgelegen*; Angl. *neighbouring, near, at hand*).

I.) Proprie. — *a*) Adjective. *Cic. Rosc. Am.* 46. 133. Habet plura prædia, neque tamen ullum, nisi præclarum et propinquum. *Id.* 11. *Phil.* 13. 34. Propinquæ finitimæque provinciæ. *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 495. 33. *Merc.* Duæ insulæ propinquæ inter se. *Nepos Hann.* 5. In propinquis urbis locis. *Sall. fragm.* apud *Arusian.* C. Verres littora Italiâ propinqua firmavit. *h. e.* littora a parte Italiæ propinqua, sive ex Italia venientibus propinqua. — Similiter *Horat.* 1. *Od.* 22. 21. Pone sub curru nimium propinqui Solis. *Id.* 3. *ibid.* 29. 9. Fastidiosam desere copiam et Molem propinquam nubibus arduis. *Ovid.* 4. *Trist.* 4. 51. Mitius exsilium, paulloque propinquius opto. — *b*) Neutr. plur. *propinqua* absolute. *Sall. Jug.* 89. Nam, præter oppido propinqua, alia omnia vasta, inculta. *Ammian.* 14. 2. *ad med.* Milite per omnia diffuso propinqua. *et* 29. 6. *med.* Per omnia itaque propinqua malorum similium dispersa formidine. — *c*) Hinc *propinquum, i*, absolute, substantivorum more. *Liv.* 25. 13. *a med.* Ex propinquo cognoscere. *da vicino.* et 28. 44. *ante med.* Ex propinquo aspicio. *et* 24. 38. *in fin.* Consulis castra in propinquo sunt.

II.) Translate. ¶ 1. Refertur ad tempus. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 36. Propinqua partitudo cui appetit. *Cic.* 9. *Att.* 15. Erat enim spes propinqui reditus. *Id* 1. *Divinat.* 30. 65. Hector moriens propinquam Achilli mortem denunciat. *Liv.* 28. 25. Missi circa stipendiarias civitates exactores, stipendii spem propinquam fecerant. *Tac.* 15. *Ann.* 60. Illo propinqua vespera tribunus venit. ¶ 2. Est etiam proxime accedens, natura similis, *simile. Cic.* 2. *Orat.* 44. 185. Ut ad eos motus adducantur, si qui finitimi sunt et propinqui his ac talibus animi perturbationibus. *Id.* 2. *Invent.* 54. 165. Vitanda sunt non ea modo, quæ his contraria sunt, verum etiam illa, quæ propinqua videntur et finitima esse, at sunt autem longissime: quod genus, fidentiæ contrarium est diffidentia: audacia non contrarium, sed appositum est ac propinquum. *Gell.* 6. 16. *ad fin.* Quod Græci propinqua significatione παραπλησίως dicunt. ¶ 3. Item sanguine, affinitate, amicitia conjunctus, *parente, congiunto, prossimo, attegnente, famigliare*, προσηκων. *Cic.* 1. *Off.* 17. 53. Propior est societas ejusdem gentis, nationis, linguæ: multa sunt civibus inter se communia: arctior vero colligatio est societatis propinquorum. *Id. Rosc. Am.* 34. 96. Tot propinqui cognatique optime convenientes. *Id.* 1. *Off.* 18. 59. Si lis in judicio sit, propinquum potius et amicum, quam vicinum defenderis. *Id. Mur.* 35. 73. Virgo Vestalis hujus propinqua et necessaria. *Sall. Jug.* 10. Uti hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, caros habeas. *et* 16. Affines, amicos, propinquos ceteros meos, alium alia clades oppressit. *Gell.* 20. 1. *a med.* Sic clientem in fidem acceptum cariorem, quam propinquos, tuendumque esse contra cognatos, censuit. *Sueton. Cæs.* 1. Per propinquos et affines suos veniam impetravit. *Id. Ner.* 3. Quum ad Cassium Brutumque se, propinqua sibi cognatione conjunctos, contulisset. *con istretta parentela. et Virg.* 2. *Æn.* 86. comitem, et consanguinitate propinquum. *Seneca Œdip.* 690. Propinqui sceptri munera. *h. e.* regis affinitate juncti. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 218. ad sanos abeat tutela propinquos, *et* 1. *ibid.* 1. 82. medicum roget, ut te Suscitet ac reddat natis carisque propinquis. *Id.* 3. *Od.* 5. 51. Dimovit obstantes propinquos Et populum reditus morantem. — Huc pertinet et illud *Varron.* 10. *L. L.* 8. *Müll.* Propinquiora genere inter se verba similem sæpe faciunt errorem.

PRŌPĬO, as, āvi, ātum, are, 1. (prope). Part. *Propiatus* sub *b.* — Propio est idem ac prope fio, accedo, appropinquo, *avvicinarsi*, ἐγγίζω. — *a*) Neutr. *Paulin. Nolan. carm.* 23. 412. Nec domibus nostris propient mala. *Coripp.* 4. *Johann.* 589. Et qui dignus erat tali propiare magistro. — *b*) Pass. *Paulin. Nolan. carm.* 27. 405. *de vitula.* Verum ubi jam propiata jugo conspexit habenas.

PRŌPĬOR, ius, ōris, adject. Comparat. a *prope*, vel ab inusit. positivo *propis*, cujus Sup. *Proximus V.* in fine hujus vocis. — *Propior* est loco magis junctus, vicinior, propinquior, ἐγγύτερος (It. *più vicino*; Fr. *plus proche, plus voisin*; Hisp. *mas vecino, mas cercado*; Germ. *näher*; Angl. *nearer, nigher, closer*).

I.) Proprie de loco. — *a*) Cum Dativo. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 130. Ut propior patriæ sit fuga nostra, roga. — *b*) Cum Accusativo. *Sall. Jug.* 49. Ipse propior montem pedites collocat. *Alii leg.* monti. *Auct. B. G.* 8. 9. *in fin.* Alter, qui propior hostem, in ipso vallo collocatus esset. —

c) Cum Genitivo, ut nonnullis videtur, *Lucret.* 4. 314. quum propior caliginis aer Ater init oculos prior. Huc nonnulli referunt et illud *Tac.* 5. *Hist.* 16. Læva ac propiora fluminis Transrhenani tenuere. — *d*) Cum Ablativo et præpos. *ab. Seneca Ep.* 74. *de fulmine.* Quisquis ab igne propior stetit, percusso similis obstupuit. — *e*) Absolute. *Sall. fragm.* ex *Palimps. Tolet.* Fugientesque secuta ad Octavi domum, quæ propior erat, - pervenit. *Virg.* 3. *Æn.* 530. portusque patescit Jam propior. *Id.* 5. *ibid.* 167. et ecce Cloanthum Respicit instantem tergo et propiora tenentem. *Liv.* 22. 24. Propior inde ei, atque ipsis imminens Romanorum castris tumulus apparuit. *Id.* 2. 14. Pars perexigua, duce amisso, quia nullum propius perfugium erat, Romam - delati sunt.

II.) Translate. ¶ 1. Refertur ad tempus, *più recente.* — *a*) Cum Dativo. *Sall. in orat. Cottæ ad pop.* Atque ego, cujus ætati mors propior est, non deprecor etc. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 40. Septimus octavo propior jam fugerit annus. *Id.* 3. *Od.* 15. 4. Maturo propior desine funeri Intercludere virgines. — *b*) Absolute. *Virg.* 9. *Æn.* 275. spatiis propioribus ætas insequitur. *Cic.* 1. *Tusc.* 48. 116. Veniunt inde ad propiora. *Id.* 15. *Att.* 3. Accepi duas epistolas tuas: una erat XV. cal., altera XII. data. Ad superiorem igitur prius, *et post multa.* Venio ad propiorem. Adde *ibid.* 13. *Stat.* 5. *Theb.* 120. quod si propioribus actis Est opus, ecce etc. *Ovid.* 6. *Fast.* 83. Ad propiora vocor. *Proculus Dig.* 23. 4. 17. Propiore aut longiore tempore aliquid facere. — *c*) Cum Infinito. *Stat.* 12. *Theb.* 223. Et nimiis confusa malis, propiusque timeri. ¶ 2. Item ad propinquitatem sanguinis, affinitatis, consuetudinis, *parente più stretto, più attegnente.* Cum Dativo *Cic. Quinct.* 31. 97. Obsecravit per ipsius conjugem et liberos, quibus propior P. Quinctio nemo est. *Ovid. Heroid.* 3. 28. Ille gradu propior sanguinis, ille comes. *et* 20. *ibid.* 158. Sed propior certe, quam pater, ipsa sibi est. *Id.* 16. *ibid.* 325. sequar Ægidæ factum, fratrumque tuorum: Exemplo tangi non propiore potes. *Tac.* 2. *Ann.* 28. Flaccus, cui propior cum Tiberio usus erat. *più stretta pratica.* Adde *Ter. Phorm.* 5. 3. 25. ¶ 3. Item ad similitudinem, *più simile.* — *a*) Cum Dativo. *Virg.* 3. *G.* 57. *de vacca.* interdumque aspera cornu, Et faciem tauro propior. *Ovid.* 4. *Fast.* 801. et *Liv.* 4. 37. vero est propius. *Cic.* 6. *Verr.* 50. 112. In quibus erant omnia, quæ sceleri propiora sunt, quam religioni. *Tac.* 13. *Ann.* 34. *extr.* Armenii similitudine morum Parthis propiores. *Id. Germ.* 45. Gentes, quibus ritus habitusque Suevorum, lingua Britannicæ propior. *Id.* 3. *Hist.* 65. *extr.* Sabinus non insultans, et miseranti propior. *Liv.* 3. 35. Propior petendo, quam gerendo magistratui erat. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 49. 75. (199). Genus musmonum caprino villo, quam pecoris velleri propius. — *b*) Cum Accusativo. *Sall. Cat.* 11. Quod tamen vitium propius virtutem erat. Ita legit etiam *Priscian.* 18. *p.* 1172. *Putsch.* Sic *Liv.* 4. 17. Propius est fidem, obstringi Fidenatium populum voluisse. *et* 2. 41. Invenio apud quosdam, idque propius fidem est, etc. ¶ 4. Universim est junctior, conjunctior, magis pertinens, magis afficiens, *più stretto, più importante. Cic.* 3. *Off.* 17. 69. Societas est hominum inter homines, interior eorum, qui ejusdem gentis sunt, propior eorum, qui ejusdem civitatis. *Id. Sext.* 18. 40. Sua sibi propiora pericula esse, quam mea, loquebantur. *Ovid.* 13. *Met.* 578. Cura deam propior luctusque domesticus angit. *Id.* 4. *Pont.* 9. 71. ut a rerum cura propiore vacabit. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 28. Certius accipiet damnum propiusque medullis. *Plaut. Trin.* 5. 2. 30. Hunc priorem æquum est me habere. Tunica propior pallio est. *V.* PALLIUM et TUNICA. ¶ 5. Item paratior, accommodatior. *Cic.* 14. *Att.* 19. Nos autem alium portum propiorem huic ætati videbamus. *Liv.* 8. 11. Supplemento vel Latium propius esse, vel Volscos, quam Romam. *Tac.* 2. *Hist.* 8. Unde illi, super similitudinem oris, propior ad fallendum fides. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 4. 9. (26). Vir rusticitati propior, quam deliciis. — Hinc

Proximus et *proxumus, a, um,* Superl. a *prope. propior, propsimus* (unde Comp. *Proximior* II. 3), est valde vicinus, maxime propinquus, *vicin vicino, vicinissimo, prossimo,* ἐγγύτατος.

I.) Proprie usurpatur de locis et personis. — *a*) De locis. — Cum Dativo. *Cic.* 2. *Nat. D.* 20. 53. Huic proximum inferiorem orbem tenet πυροεις. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 15. Proxima Campano ponti villula. *Sall. Jug.* 75. Ex flumine, quam proximam oppido aquam esse supra diximus, etc. *et ibid.* 18. Proximos nostro mari locos occupavere. — Cum Accusativo. *Sall. Jug.* 49. In dextero latere, quod proximum hostes erat, - aciem instruxit. *Liv.* 35. 27. Ad depopulandam Tripolim Laconici agri, qui proximus finem Megapolitanorum est. Afferuntur præterea loca *Cæs.* 3. *B. G.* 7., *Livii* 8. 32. *a med.* et 29. 7., quæ omnia variam incertamque lectionem habent. — Cum Ablativo et præpos. *ab. Curt.* 10. 5. 18. Nec muris urbis luctus continebatur, sed proximam regionem ab ea, deinde magnam partem Asiæ cis Euphraten tanti mali fama pervaserat. Adde *Apul.* 4. *Met.* Huc referri potest illud *Cic. Orat.* 64. 217. Aut etiam dactylus, si est proximus a postremo. — Sine additis. *Cic.* 2. *Off.* 12. 43. Hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis esset. *la più corta.* et *Cæs.* 3. *B. G.* 12. Se in proxima oppida recipiebat. *Id.* 1. *ibid.* 10. Qua proximum iter in Galliam per Alpes erat. *Sall. Jug.* 23. Uti per hostium munitiones noctu ad proximum mare, dein Romam pergerent: *et ibid.* 54. *extr.* Numidæ in proximos colles discedunt. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 84. paries quum proximus ardet. *Id.* 2. *Od.* 18. 23. Quid? quod usque proximos Revellis agri terminos. — *b*) De personis, quæ loci ratione maxime propinquæ sunt. — Cum Dativo. *Cæs.* 1. *B. G.* 1. Belgæ proximi sunt Germanis. *Id.* 3. *ibid.* 11. In Treviros, qui proximi flumini Rheno sunt. *Curt.* 8. 1. 40. Qui proximi ei cubuerant. — Cum Accusativo. *Plaut. Pœn.* 5. 3. 1. Quis pultat? MIL. Qui te proximus est. *Cic.* 1. *Att.* 14. Proximus Pompejum sedebam. *At* Orellius *leg.* proxime. *Cæs.* 3. *B. G.* 7. Crassus proximus mare Oceanum in Andibus hiemarat. *Liv.* 8. 32. Qui proximi forte tribunal steterunt. *V.* dicta supra in *a. Sall. fragm.* apud *Arusian.* Qui proximi loca hostium erant. *V.* Kritz. 4. *Hist.* 67. ad h. l. — Cum Ablativo et præpos. *ab,* et *proximus ab aliquo* est qui post aliquem prope sequitur. *Ovid.* 1. *Art. am.* 139. Proximus a domina, nullo prohibente, sedeto. *Liv.* 37. 25. Philippum et Nabin expugnatos; se tertium peti. Ut quisque proximus ab oppresso sit, per omnes velut continens incendium pervasurum. Cf. *Juvenal.* 10. 120. divinæ Philippica famæ, Volveris a prima quæ proxima. — Sine additis. *Sall. Jug.* 57. Contra ea oppidani in proximos saxa volvere. *Curt.* 10. 6. 19. Recessit, et post eos, qui sederant proximi, constitit. *Tac.* 15. *Ann.* 64. Stagnum calidæ aquæ introiit, respergens proximos servorum. — *Vicinus proximus* quum leges, *vicinum* intellige, unum ex vicinia: *proximum,* qui valde prope habitat. *Plaut. Most.* 3. 1. 138. De vicino hoc proximo tuus emit ædes filius. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 49. Despondit ei natam hujus vicini proximi. *Ulp. Dig.* 50. 15. 4. Et quos duos vicinos proximos habeat. *Cic.* 2. *Att.* 14. Sed omitto vulgus. Post horam quartam molesti ceteri non sunt. C. Arrius proximus est vicinus: immo ille quidem jam conturbernalis. *è un vicino, che mi sta sempre addosso.* — *c*) *Proximum, i,* n. 2. absolute, substantivorum more, est proximus locus, vicinia. *Ter. Heaut.* 1. 1. 2. *et Hecyr.* 3. 2. 6. Non visam uxorem Pamphili, quum in proximo hic sit ægra? *qui vicino.* at *Cic. fil.* 16. *Fam.* 21. Huic locum in proximo conduxi. *Plaut. Rud.* 2. 3. 73. Aquam hinc de proximo rogabo. *Id. Aulul.* 2. 4. 11. Filiam vicini hujus Euclionis senis e proximo. *che sta qui da presso.* et *Nepos Pelop.* 2. Ut quemque ex proximo locum sors obtulisset, eo patriam recuperare niterentur. *Plaut. Mil. glor.* 2. 3. 16. Forte fortuna per impluvium huc despexi in proximum. *Ter. Eun.* 3. 5. 64. Eamus ad me: ibi proximum est, ubi mutes. *quivi è il luogo più vicino da mutar abito.* — In plur. num. *Ammian.* 20. 3. *circa med.* Offunditur densioribus tenebris cælum, ut crassato aere ne proxima quidem et adposita cernere queamus.

II.) Translate. ¶ 1. Refertur ad tempus, h. e. ad ea, quæ valde vicina sunt ratione temporis vel præteriti, vel futuri. *Cic.* 1. *Cat.* 1. 1. Quid proxima, quid superiore nocte egeris. *la notte prossima passata.* et *Amic.* 2. 7. His proximis Nonis, quum in hortos Bruti venissemus, tu non affuisti. *Id.* 1. *Fam.* 9. *a med.* Gabinius, quem proximis superioribus diebus acerrime oppugnasset. *Cæs.* 1. *B. G.* 40. *ad fin.* Se proxima nocte castra moturum. *prossima ventura.* et 2. *ibid.* 12. Quas legationes inita proxima æstate ad se reverti jussit. *Nepos Hann.* 3. Imperator factus, proximo triennio omnes gentes Hispaniæ bello subegit. *M. Cato* apud *Gell.* 10. 24. et apud *Non. p.* 153. 11. *Merc.* Die proximi. h. e. die proximo. *V.* CRASTINUS. *Sall. Jug.* 28. In proximis diebus decem Italia decederent. *Cic.* 4. *Tusc.* 30. 64. Eis de rebus primo et proximo die disputatum est. *Id.* 1. *Phil.* 13. 32. Proximo, altero, (*ita* Klotz.; *at* Ferrarius *et* Orellius *leg.* Proximo altero.) tertio denique reliquis consecutis diebus non intermittebas etc. *Ter. Eun.* 2. 3. 40. Illum liquet mihi dejerare bis mensibus Sex septem prorsus non vidisse proximis. *Cic. Mil.* 9. 24. Reliquit annum suum, seque in annum proximum transtulit. *Liv.* 2. 44. Proximo bello - consensu exercitus traditam ultro victoriam victis Æquis. *Sueton. Cæs.* 80. Reperta sunt proximis comitiis complura suffragia etc. *Cic.* 11. *Att.* 11. Ego tuis proximis (*litteris*), quas tamen jampridem accepi, nihil habeo quod rescribam. *ultime. Liv.* 2. 51. Post acceptam proximam cladem. *Cic.* 10. *Fam.* 26. Utrum hac petitione, an proxima prætor fias. *Id.* 1. *Off.* 30. 109. Qui præfectus classi proximus post Lysandrum fuit. *Id. Senect.* 12. 42. Illo, Tito, fratre suo, censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est. ¶ 2. Item refertur ad ordinem, similitudinem, gradum. — *a*) De ordine. *Cic.* 2. *Invent.* 58. 173. Summa necessitudo videtur esse honestatis: huic proxima incolumitatis: tertia ac levissima commoditatis. *Id.* 1. *Att. a med.* Observat L. Domitium maxime, me habet proximum *Ovid.* 3. *Met.* 232. Prima Melanchætes in tergo vulnera fecit; Proxima Theridamas. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 9. 6. (52). Aliqui columbaria (*stercora*) præferunt. Proximum deinde caprarum est, ab hoc ovium, dein boum, norissimum jumentorum. — *Proximus lictor* quis sit, *V.* LICTOR. — Cum Dativo. *Phædr.* 1. 10. Negabat se esse culpæ proximam. *Pallad.* 2. *R. R.* 13. Solum, quod raro proximum, quam denso fuerit. *ubi* proximum *vicem gerit Comparativi.* et *Ammian.* 27. 10. Cui (*periculo*) adeo proximus fuit, ut etc. — Cum Ablativo et præpos. *ab. Curt.* 6. 11. 28. Adjecit, se, sive auderemus duces esse, proximas a nobis partes vindicaturum, sive deesset animus, consilium silentio esse tecturum. *Plin.* 7. *Ep.* 20. Mihi, qui a te proximus sum. *Sueton. Aug.* 31. Proximum a dis immortalibus honorem memoriæ ducum præstitit. — *Proximum est, ut,* restat, sequitur. *Cic. Flacc.* 12. 27. Proximum est ergo, ut, opus fuerit classe, nec ne, quæramus. *Id.* 2. *Nat. D.* 29. 73. Proximum est, ut doceam, deorum providentia mundum administrari. Similiter *Id.* 2. *Fin.* 2. 4. Hoc positum in Phædro a Platone probavit Epicurus; sensitque, in omni disputatione id fieri oportere. Sed quod proximum fuit, non vidit. Negat enim definiri rem placere. — *b*) De similitudine, et *proximus* est similis, *somigliante. Horat. Art. P.* 338. Ficta voluptatis causa sint proxima veris. *Cic.* 2. *Legg.* 16. 40. Id habendum est antiquissimum, et Deo proximum, quod est optimum. *Virg. 1. Ecl.* 22. proxima Phœbi Versibus ille facit. *Seneca Ep.* 108. *ante med.* Ut quorum abstinentiam interrupi, modum servem, et quidam

abstinentiæ proximiorem. *Val. Max.* 2. 6. Proxima majorum gravitati Spartana civitas. *Quintil.* 10. 2. 16. Proxima virtutibus vitia. *Id. Declam.* 13. 11. Barbari, quos proxima belluis natura efferavit. *Grat. Cyneg.* 96. Deus illo, an proxima divos Mens fuit. *Alii leg.* divo, *alii* divis. — Et cum Genitivo. *Liv.* 1. 21. Ut fides ac jusjurandum proximo legum ac pœnarum metu civitatem regerent. — c) Universim *proximi* dicuntur quicumque alteri prope accedunt re qualibet. *Nepos Themist.* 9. Potissimum Thucydidi credo, quod ætate proximus erat. *Cic.* 1. *Att.* 20. Tibi amore nos proximi sumus. *Id. Cluent.* 55. 152. Equites ordini senatorio dignitate proximi. *Id. Dom.* 28. 74. Proximus est huic dignitati (*senatus*) ordo equester. — d) *Proximus* etiam dicitur, qui nec æquali, nec secundo loco est, sed quamvis longe remotus sit, minus tamen distat, quam ceteri. Re vera enim proximus est, qui ante se proprorem primo habet neminem. Itaque differt a *secundo*, qui post primum statim sequitur. *Quintil.* 10. 1. 53. Sed quamvis ei secundas fere grammaticorum consensus deferat, et affectibus et jucunditate et dispositione et omnino arte deficitur: ut plane manifesto appareat, quanto sit aliud proximum esse, aliud secundum. *Cic. Brut.* 47. 173. Duobus igitur summis, Crasso et Antonio, L. Philippus proximus accedebat, sed longo intervallo tamen proximus. (*Virg.* 5. *Æn.* 320.) Itaque eum, etsi nemo intercedebat, qui se illi anteferret, neque secundum tamen, neque tertium dixerim. *Horat.* 1. *Od.* 12. 18. Nec viget quidquam simile (*Jovi*) aut secundum: Proximos illi tamen occupavit Pallas honores. — e) *Proximus* est etiam idem ac præpositus: hinc *melloproximus*, qui anno insequenti præponendus est, et *exproximus*, qui jam eo munere functus est. *Imopp. Gratian. Valentin. et Theodos. Cod. Theod.* 6. 26. 4. Proximos memoriæ, epistolarum ac libellorum ita vicariorum honore cumulamus, ut etc. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 258. *n.* 86. T. AELIO AVG. LIB. TATIANO PROXimo A LIBRIS SACERDOTALibus, *etc.* Hinc est *Proximatus*, quam vocem vide suo loco. ¶ 3. De iis, qui cognatione, affinitate, amicitia junguntur, *parente, attinente, confidente. Ter. Adelph.* 4. 5. 17. Hic illi genere est proximus. *Nepos Agesil.* 1. Proximus propinquitate. *Cic.* 2. *Invent.* 49. 144. cognatione. *Petron. Satyr.* 116. Qui nec uxores unquam duxerunt, nec proximas necessitudines habent. *parenti stretti.* et *Ulp.* apud *Priscian.* 3. *p.* 607. *Putsch.* Si quis proximior cognatus nasceretur. Et absolute *Cic.* 1. *Off.* 14. 44. Injuriosi sunt in proximos: quas enim copias his et suppeditari æquius est et relinqui, eas transferunt ad alienos. *Cæs. fragm.* apud *Gell.* 5. 13. *extr.* Neque hominum morte memoria deleri debet, quin a proximis retineatur. *Quintil. Declam.* 3. 18. *extr.* Optimum fuerat non habuisse talem proximum, aut libenter perdidisse. Huc pertinet illud *Ter. Andr.* 4. 1. 12. Heus! proximus egomet mihi, *h. e.* maxime conjunctus, carior mihi sum, quam quisquam alius. Similem vim habet illud *Plauti Trin.* 5. 2. 30. Tunica propior pallio est. Et Græcorum, apud *Cic.* 16. *Fam.* 23. Γόνυ κνήμης: subaudi ἐγγύτερον. In illo *ejusd.* 7. *Verr.* 64. 165. Quum hæc omnia cumulate tuis proximis plana fecero: *proximi* sunt amici, advocati, defensores Verris, qui in judicio aderant, et in ejus subsellio fortasse sedebant. Similiter in illo *ejusd. Pis.* 32. 79. C. Cæsar me sui totius consulatus, eorumque honorum, quos cum proximis communicavit, socium esse voluit: *proximi* sunt familiares, qui circa sunt, qui lateri adhærent, *i suoi.* quod pluribus confirmat *Gronov. l.* 1. *Observat. c.* 23. Sic *Gell.* 3. 8. Ut a proximorum insidiis salutem tutaretur. *de' suoi famigliari e confidenti.* Loquitur de Pyrrho, quem veneno se sublaturos, amici ejus Romanis pollicebantur. *et Cic.* 1. *ad Q. Fr.* 4. Intimus, proximus, familiarissimus quisque sibi pertimuit. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 53. Accendis, quare cupiam magis illi proximus esse. ¶ 4. *Proximus*, absolute, *il prossimo*, ὁ πλησίον: ea nimirum ratione, qua dicitur *Matth.* 22. 39. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. *Val. Max.* 6. 9. Multum animis hominum et fiduciæ adjicere, et sollicitudinis detrahere potest morum et fortunæ in claris viris recognita mutatio, sive nostros status, sive proximorum ingenia contemplemur. *h. e.* sive aliorum. *Quintil. Declam.* 259. In illa omnium trepidatione, in qua pro sua quisque salute sollicitus nihil de proximo cogitabat. ¶ 5. Denique *proximum* dicimus, quod promptum atque obvium est, facile, proclive, evidens: nam quæ prope nos sunt, in promptu sunt. *Quintil. Declam.* 13. 10. Ut proximo utar argumento. *Gell.* 3. 14. *a med.* Quum obvium proximumque esset dicere, etc. *Apul. de Mag.* Næ tu nimium patiens vir es, et oppido proxima humanitate. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 651. Sed quia profunda non licet luctarier Ratione tecum, consulamus proxima.

PRŌPĪTĬĀBĪLIS, e, adject. *propizio, favorevole*, placabilis, qui facile flectitur. *Ennius* apud *Non. p.* 155. 31. *Merc.* Huic est animus propitiabilis. *Prudent.* 14. περὶ στεφ. 130. Purgabor oris propitiabilis Fulgore, nostrum si jecur impleas. *V.* PROPITIUS init. *Tertull. Jejun.* 15. Placabilis et propitiabilis Deo.

PRŌPĪTĬĀTĬO, ōnis, f. 3. placatio, sacrum ad placandum institutum. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 7. Quod apportant minæ, litatio propitiationis avertit. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 38. Expiationes propitiationesque prodigiorum. *Alii leg.* procurationes. Adde *Isid.* 15. *Orig.* 4.; et *Vulgat. interpr. S. S.* passim.

PRŌPĪTĬĀTOR, ōris, m. 3. *propiziatore*, qui propitium reddit. *Hieronym. Ep.* 21. *n.* 2. Habentes propitiatorem Dominum nostrum Iesum Christum.

PRŌPĪTĬĀTŌRĬUM, ii, n. 2. ἱλαστήριον, locus, aut instrumentum, quo Deus placari solet, tabula posita super arcam fœderis. *Isid.* 15. *Orig.* 4. Propitiatorium, quasi propitiationis oratorium: propitiatio enim placatio est. *Vulgat. interpr. Exod.* 25. 17. Facies et propitiatorium de auro mundissimo. *Et alibi* sæpe.

PRŌPĪTĬĀTŌRĬUS, a, um, adject. qui facile placatur et propitius est. *Ambros. Fug. sæc.* 3. 14. Bonitas Dei propitiatoria.

PRŌPĪTĬĀTRIX, ĭcis, f. 3. quæ propitiat. *Ambros. Laps. virg.* 4. *n.* 16. Immaculatam præmisissent virginem, hostiam vivam Domino, propitiatricem videlicet delictorum.

PRŌPĪTĬĀTUS, a, um. *V.* PROPITIO.

PROPITIETAS, ātis, f. 3. status propitiationis, quo quis nempe aliquem sibi propitium reddidit. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 92.

PRŌPĪTĬO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Propitians, Propitiatus, Propitiaturus* et *Propitiandus.* — Propitiare est propitium reddere, placare, *rendere propizio*, ἱλάσκομαι. — a) De diis et hominibus. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 120. Quid eo tu? ADELPH. Ut Venerem propitiem. *Sueton. Oth.* 7. Per omnia piaculorum genera Manes Galbæ propitiare tentasse. *Tac.* 15. *Ann.* 44. Propitiata Juno per matronas. *Prudent.* 3. περὶ στεφ. 214. Prospicit hæc, populosque suos Carmine propitiata fovet. *V.* PROPITIUS init. *Curt.* 4. 13. Ille in candida veste, capite velato, præibat preces regi, Jovem, Minervam Victoriamque propitianti. *Pacuvius* apud *Non. p.* 111. 20. *Merc.* Nos illum interea perliciendo propitiaturos facul remur. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 40. (135). Propitiandis numinibus accendi altaria. — b) De animi affectibus. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (25). Alius saliva post aurem digito relata sollicitudinem animi propitiat. *h. e.* ejus rei, quæ sollicitum habet animum, prosperum procurat eventum.

PRŌPĪTĬUS, a, um, adject. Primam in *propitius* corripiunt *Plautus* et *Seneca* in locis mox citandis; *Juvencus* vero vel vitio sæculi, vel ob metri necessitatem, ut plerique alii in *Italia* et similibus, producit, ut etiam *Prudentius* in *propitiabilis* et in *propitiatus.* — *Propitius* videtur esse a *prope*, vel ab inusit. *propis*, unde Comparativum *propior*, ita ut *propitius* sit is, qui suo favore et voluntate prope nos est, *h. e.* nobis præsens est, et favet. *V. Virg. loc. cit.* in PROPIUS. Hinc est placidus, placatus, favens, indulgens, secundus, præsens, amicus: cui *iratus* opponitur, ἵλαος, ἵλεως (It. *placato, placido, favorevole, propizio*; Fr. *propice, favorable, bienveillant*; Hisp. *propicio, favorable*; Germ. *geneigt, gnädig, gütig, gnädig gesinnt*; Angl. *appeased, kind, gentle, favourable, merciful propitious*). Dicitur autem — a) Fere de diis; interdum et de hominibus. *Cato R. R.* 141. Mars, te precor, ut sies propitius. *Plaut. Merc.* 5. 2. 112. Pacem componi volo meo patri cum matre; nam nunc est irata. CHA. Tam propitiam reddam, quam quum propitia est Juno Jovi. *Id. Curc.* 4. 4. 1. Cui homini dii sunt propitii, ei non esse iratos puto. *Cic. Cæl.* 17. 42. Huic homini ego fortasse deos propitios, plerique autem iratos putabunt. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 13. 41. Ita deos mihi velim propitios, ut commoveor animo, etc. *Id.* 8. *Att.* 16. Hunc propitium sperant, illum iratum putant. *Ter. Adelph.* 1. 1. 4. Evenire ea satius est, quæ in te uxor dicit irata, quam illa quæ parentes propitii. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 164. Faciam plorantem illum, nisi te facio propitiam. *Seneca Agam.* 403. Et si propitios, attamen lentos deos (*colamus*). *Juvenc.* 1. 16. Jam me propitius rerum pater unicus alto, etc. *Alii leg.* demissum. — b) De rebus et abstractis. *Plaut. Trin.* 4. 1. 18. Ni tua pax (*Neptune*) propitia foret præsto. *Nepos Dion.* 9. *extr.* Illi ipsi custodes si propitia fuissent voluntate, foribus effractis servare eum potuissent. *Seneca Suasor.* 1. *a med.* Propitiis auribus accipitur, quamvis incredibile est, quod excusatur, antequam dicitur. *Flor.* 3. 10. *a med.* Oceanus tranquillus et propitius. Cf. *Liv.* 2. 10. Hæc arma propitio flumine accipias.

PRŌPĬUS, adverb. comparat. *V.* PROPE.

PRŌPLASMA, ātis, n. 3. *modello*, πρόπλασμα, forma ex argilla ante opus facta, ad cujus rationem figulus justam postea figuram facit: a πρό *ante* et πλάσσω *fingo. Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 45. (155). Arcesilaus, cujus proplasmata pluris venire solita artificibus ipsis, quam aliorum opera. Hæc verba *Plinius* affert tamquam a *Varrone* prolata. *V. Plinii loc. cit.* in EXEMPLAR. — Translate, et Græca voce utitur *Cic.* 12. *Att.* 41. Hirtii epistolam si legeris, quæ mihi quasi πρόπλασμα videtur ejus vituperationis, quam Cæsar scripsit de Catone; facies me, quid tibi visum sit, si tibi erit commodum, certiorem. Sic pro ea voce Græca usus est Latina formula *forma operis Id.* 2. *Fam.* 8. Futura exspecto, ut ex tuis litteris, quum formam reipublicæ viderim, quale ædificium futurum sit, scire possim.

PRŌPNĪGĒUM, i, n. 2. locus in palæstra, aut balineo, ex quo ad sudationem transitur, calidior frigidario, sudatione ipsa minus calidum: a πρό *ante* et πνιγεύς *furnus. Vitruv.* 5. 11. et *Plin.* 2. *Ep.* 17. *ante med.* Sunt qui utrobique putent legendum *progymneum*, idem atque apodyterium, a γυμνός *nudus*, quia nempe ibidem, antequam lavarentur, nudabantur. Hanc vocem exhibent etiam *Not. Tir. p.* 184., ubi male *propineum.*

PRŌPŌLA, æ, m. 1. *rivenditore, rigattiere, rivendigliuolo, treccone*, προπώλης, negotiator, qui res minore pretio emptas majore postea dividit, dardanarius: a πωλέω *vendo. Lucilius* apud *Non. p.* 134. 27. *Merc.* Sicuti quum primos ficos propola recentes Protulit, et pretio ingenti dat primitu' paucos. (Hic licenter prima syllaba producitur.) *Cic. Pis.* 27. 67. Pistor domi nullus, nulla cella: panis et vinum a propola, atque de cupa. *Varro* 3. *R. R.* 14. 3. *de cochleis.* Ipsæ exgruminantes ad propolam vitam diu producunt. *h. e.* apud propolam: vel donec propolæ divendendæ tradantur. *Lamprid. Commod.* 2, *ad fin.* Imitatus est propolas circumforaneos. — Item adjectiverum more *piscator propola* est, qui Italice *pescivendolo* dicitur. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 731. *n.* 450. CN. SENTIO CN. F. TER. FELICI PATRONO PISCATOR. PROPOLAR. *etc.* — Sunt qui leg. ubique *propala*, inter quos *Turneb.*, ut dicatur is, qui merces velut ante palum, aut

de palo pendentes habeat in propatulo: tum quia ita legatur in optim. MSS. et editis: tum quia prima in *propola* brevis sit, quia Græcum, *Lucilius* autem produxerit. Sed contra hæc fuse disputat *Scalig.* in *not.* ad *Virg. Cul. in fin.*

PROPŌLA, æ, f. 1. mercatoris taberna. *Prudent. Hamartig.* 763. Balnea, propolas, meritoria, templa, theatra. *Thom. Thesaurus nov. Latinit.* (ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 8.) p. 432. Propola, domus unguentaria in civitate. Et *Prudentium* laudat.

PRŌPŌLIS, is, f. 3. πρόπολις, in apum operibus dicitur tertium ceræ fundamentum, ex crassiore tenacioreque constans materia, frigoris injuriæque omnes aditus obstruens, favosque stabiliens: ita translate vocatur, quia πρόπολις proprie est pars urbis, quæ in ipso statim aditu occurrit: a πρό *ante* et πόλις *urbs.* Est autem id, quod apes ante alveum faciunt. *Varro* 3. *R. R.* 16. 23. Propolin vocant, quod apes faciunt ad foramen introitus protectum in alvum, maxime æstate. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 7. 6. (16). Prima fundamenta commosin vocant periti, secunda pissoceron, tertia propolin, etc. *et mox*: E vitium, populorumque mitiore gummi propolis, crassioris jam materiæ, additis floribus: nondum tamen cera, sed favorum stabilimentum: qua omnes frigoris aut injuriæ aditus obstruuntur: odore et ipsa etiamnum gravi, ut qua plerique pro galbano utantur. Adde *eumd.* 22. *ibid.* 24. 50. (107). ubi varios recenset ejus usus in medicina: item *Cels.* 5. 3. *et* 4. *V.* FUCUS. *Marcell. Empir. c.* 25. *p.* 107. ed. *Ald.* Propolis, quam quidam ceram sacram vocant.

PROPOLLUO, is, ere, a. 3. (pro *et* polluo) valde polluere, dehonestare. *Tac.* 3. *Ann.* 66. Junio Othoni, litterarium ludum exercere, vetus ars fuit: mox Sejani potentia senator, obscura initia impudentibus ausis propolluebat. *Ita leg. nonnulli; vulgati libri* propellebat.

PRŌPŌMA, ātis, n. 3. πρόπομα, potionis genus ex vino condito vel absinthio, vel rosa, vel melle, quod ante cibum sumebatur: a πρό *ante* et πόμα *potio.* Legitur apud *Pallad.* 3. *R. R.* 32. *in lemmate*, ubi agitur, quomodo fieri possit, ut vites absinthiatum, vel rosatum, vel violatum vinum sponte ferant.

PRŌPOMPĬCUS, a, um, adject. idem ac pompicus, qui nempe pompis inservit. *Diomed.* 3. *p.* 476. *Putsch.* Huic (*bacchio*) contrarius est palimbacchius. Latius, qui et Saturnius, ultimibrevis, quem quidam propompicon, alii theseleon vocant. Constat ex duabus longis et brevi, temporum totidem, ut *natura*, dictus, quia contrarius est bacchio. Ceterum *palimbacchius* dicitur *pompicus* a *Mar. Victorin. p.* 2488. et προσοδιακὸς καὶ πομπευτικός a *Scholiasta Hæfestion. p.* 172. *Gaisf. ed. sec.*

PRŌPŌNO, pōnis, pŏsŭi, pŏsĭtum, pōnere, a. 3. (pro *et* pono). Præteritum *proposivi*, de quo nullum adhuc vidi exemplum, adstrui potest ex eo, quod in ceteris a pono compositis usurpatum invenitur, a comicis tamen præcipue. *V.* PONO init. — Part. *Proponens* II. 1; *Propositus* I. et II. 1., 2.; 4. et 6.; *Propositurus* II. 3. *c.* — Proponere est ante ponere, ob oculos ponere, exponere, palam constituere, προτίθημι (It. *metter fuori, esporre, presentare, proporre*; Fr. *placer, mettre, poser devant*; Hisp. *poner, meter, colocar delante*; Germ. *von Augen stellen, hinstellen, öffentlich hinstellen, - legen, - setzen, - hängen, aus - auf stellen, - setzen, - legen, vorlegen*; Angl. *to set out or expose to view, set forth or display, set before or up, offer, present*).

I.) Proprie — *a*) Generatim. *Cic.* 4. *Verr.* 32. 78. Proponere aliquid venale. *esporre in vendita.* Quo sensu absolute *Suet. Ner.* 16. In popinis nullum non obsonii genus proponere. *et Juvenal.* 4. 46. quis enim proponere talem, Aut emere auderet? *Cæs.* 7. *B. G.* 14. *sub fin.* Oppida Romanis proposita ad copiam commeatus. *Cic.* 1. *Orat.* 35. 161. Non explicata veste, neque proposito argento, neque tabulis et signis propalam collocatis. *Cæs.* 2. *B. G.* 20. Proponere vexillum. *Virg.* 5. *Æn.* 365. geminum pugnæ proponit honorem. *Propert.* 3. 22. 23. I puer, et citus hæc aliqua propone columna. *Plin. Paneg.* 83. Proponere atque explicare aliquid. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 264. neque ficto In pejus vultu proponi cereus opto. *Ovid.* 3. *Trist.* 9. 29. Neu pater ignoret, scopulo proponit in alto Pallentesque manus sanguineumque caput. *Cic. Sext.* 7. 17. Facilius facta eorum occurrent mentibus vestris, si ora ipsa oculis proposueritis. *Id. Pis.* 36. 88. Stipendium militibus, mensis palam propositis, numeratum. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 50. 71. (139). Antiquis cœnarum interdictis exceptum invenio, ne quid volucrum proponeretur, præter unam gallinam, quæ non esset altilis. *h. e.* in mensa apponeretur, inferretur. Ita edit. vet. 1469. 1470. 1472. et MSS. aliquot: *Harduin., Sillig.* et alii *ponerentur.* Rursus *Cic. Rosc. Am.* 40. 118. Tametsi hoc quidem minime latet, quod ita promptum et propositum est, ut etc. *Id.* 5. *Verr.* 41. 98. Est hic ordo quasi propositus atque editus in altum, ut ab omnibus ventis invidiæ circumflari posse videatur. *Sueton. Cæs.* 80. Libellus propositus. *Id. Cal.* 16. Rationes imperii ab Augusto proponi solitas. *et ibid.* 41. Vectigalia indicta, neque proposita. *h. e.* indicta per præconem, sed non exposita scripto, ut legerentur. — *b*) Hinc est etiam promulgare, *promulgare, pubblicare. Cic. Mur.* 11. 25. Singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit. *Id.* 2. *leg. Agr.* 5. 13. Lex in publicum proponitur. *Id.* 9. *Att.* 9. In publico proposuit epistolam illam, in qua etc. *et* 2. *ibid.* 21.; *et Auct. B. Afr.* 46. *extr.* Propchere gravissimum edictum in aliquem.

II.) Translate. ¶ 1. De mente et animo, ob quem aliquid ponitur. *Cic. Dejot.* 14. 40. Propone tibi duos reges, et id animo contemplare, quod oculis non potes. *Id. Tim.* 2. Aliquid sibi proponere exemplar. et *Mur.* 31. 66. Exemplar tam mihi, quam tibi propositum ad imitandum. et *Horat.* 1. *Ep.* 2. 17. Rursus quid virtus et quid sapientia possit, Utile proposuit nobis exemplar Ulixen. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 5. *a med.* Quæ aliis tute præcipere soles, tute tibi subjice, atque apud animum propone. *Id.* 2. *Orat.* 23. 93. Aliquem sibi proponere ad imitandum. *Id.* 4. *Phil.* 4. 9. sibi bona civium ad prædam. *Liv.* 30. 30. *a med.* Vim fortunæ, Martemque belli communem propone animo. *mettiti avanti gli occhi.* Similiter *Cic.* 5. *Verr.* 23. 58. Vos ante oculos animosque vestros, tota Sicilia decumanorum hos impetus, aratorum direptiones, hujus importunitatem, Apronii regnum proponite. *et Sall.* 26. 72. Ejus vitam, Judices, ante oculos vestros proponite. Sic *Justin.* 5. 7. 9. Sibi quisque ante oculos obsidionem, famem, victoremque hostem proponentes. ¶ 2. Est etiam objicere, subjicere, obnoxium facere, *soggettare, esporre. Cic. fragm.* apud *Augustin.* 2. *Civ. D.* 9. Judiciis, ac magistratuum disceptationibus legitimis propositam vitam, non poetarum ingeniis habere debemus. *Id.* 5. *Fam.* 16. Omnibus telis fortunæ proposita est vita nostra. *Id. Mil.* 21. 56. Vitam suam maximis præmiis propositam et pæne addictam sciebat. — Et in malam partem *Id.* 7. *Verr.* 13. 34. Mulier, nupta uni, proposita omnibus. — Nonnulli huc referunt illud *Liv.* 28. 2. *in fin.* Quoad continuisset exercitum, propositum bello se fore ratus. Ita cum vet. edit. Mediolan. 1480. et Aldina aliæ nonnullæ optimæ notæ: in aliis est *præpositus. Forcellino* vero *propositus* hoc loco est præpositus, præfectus. ¶ 3. Item est enunciare, exponere; quo sensu latissime patet. — *a*) Est præmittere, enunciare, innuere id, de quo dicturi sumus, *proporre. Cic. Orat.* 40. 137. Ut proponat, quid dicturus sit. *h. e.* propositionem orationis post exordium faciat. *Id. Brut.* 60. 217. Memoria ita fuit nulla, ut tria quum proposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quæreret. *Id.* 15. *Fam.* 14. Extremum illud est de iis, quæ proposueram, confirmatio nostræ amicitiæ. — *b*) *Proposui*, ante dixi. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 8. Quare, ut proposueram, qualitatem litoris nostri contemplemur. *come ho già detto, come ho premesso*, ut dixeram capite præcedenti. — *c*) Item exponere, enarrare, disserere, *dire, esporre, spiegare, mostrare. Cæs.* 1. *B. G.* 17. Quod ante tacuerat, proponit, esse nonnullos, quorum etc. *et ibid.* 20. Quæ ipse intelligat, quæ civitas quæratur, proponit. *et* 5. *ibid.* 50. Contione habita, rem gestam proponit. *et* 6. *ibid.* 10. Non alienum esse videtur, de Galliæ Germaniæque moribus, et quo differant eæ nationes inter se, proponere. *Id.* 1. *B. C.* 3. Legati ad Cæsarem mittuntur, qui voluntatem senatus ei proponant. *Tac.* 11. *Ann.* 25. Monendo, se motos senatu et excusatos propositurum. — *d*) Item offerre, dare, ferre, deferre. *Auct. B. G.* 8. 3.; et *Justin.* 1. 6. 6. Proponere conditionem. *esibire, proporre.* Sed *Jeep.* et alii leg. simplicem *ponere.* — *e*) Item asserere, affirmare. *Cels. præf. ante med.* Neque esse crudele, sicut plerique proponunt, hominum nocentium suppliciis remedia innocentibus quæri. *Tertull. Apolog.* 48. Qui proponimus, multo utique dignius credi, hominem ex homine redituram. ¶ 4. Item polliceri, promittere, pronunciare, *promettere.* — *a*) In bonam partem. *Cæs.* 5. *B. G. sub fin.* et 7. *ibid.* 27. et *Cic.* 5. *Tusc.* 7. 20. Proponere præmium alicui. *Vellej.* 2. 6. 5. Civis Romani pretium se daturum proposuit. *Sueton. Ner.* 7. Populo congiarium, militi donativum proposuit. Sic *Id. Aug.* 42. Propositum congiarium. *pubblicato e promesso. Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 3. Quid nunc putas, tanta abs te mihi mercede proposita? *Id.* 2. *Fin.* 17. 56. Scipioni magna gloria proposita, si Hannibalem in Africam retraxisset. *Id. Rabir. perduell.* 5. 15. Servi, si libertatis spem propositam non haberent, etc. — *b*) In malam partem. *Cic. Planc.* 41. 97. Cui quum omnis metus, publicatio bonorum, exsilium, mors proponeretur. *Id.* 1. *Fam.* 5. *ad fin.* Injuriis, quæ propositæ sunt a Catone, facile resistemus. *sono state minacciate.* Sic *Id.* 2. *Att.* 19. Minæ Clodii, contentionesque, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. *Id.* 2. *Fin.* 17. 57. Improbis pœnam proponere. *Horat.* 1. *Od.* 18. 3. siccis omnia dura Deus proposuit. ¶ 5. Item præbere quippiam quærendum, disputandum. *Cic.* 5. *Tusc.* 4. 11. Quinto autem die, quum eodem in loco consedissemus, sic est propositum, de quo disputaremus. *Nepos Att.* 20. Aliquam ei quæstionem poeticam proponeret. Adde *Sueton. Tib.* 56. In libris *Digestor.* sæpissime legitur, præsertim in responsis *Scævolæ*, illa formula, *secundum ea, quæ proponuntur*, scilicet ab iis, qui ad JCtos accedunt consilii accipiendi gratia. Crebra sunt etiam illa, *si proponas: proponamus: proponebatur*, etc. Et *nihil proponi* dicitur ibidem non semel, quum quis nihil affert, cur secundum se respondeatur. ¶ 6. Item statuere, deliberare, præfinire, *prescrivere, prefiggere, determinare, stabilire. Phædr.* 3. *epil.* Excedit animus, quem proposuit, terminum. *Cæs.* 7. *B. G.* 47. Consecutus id, quod animo proposuerat. *Sueton. Aug.* 72. Si quid secreto, aut sine interpellatione agere proposuisset. *Juvenal.* 3. 24. proponimus illuc Ire, fatigatas ubi Dædalus exuit alas. *Lucret.* 3. 184. quod mens fieri proponit, et inchoat ipsa. *Cic. Brut.* 6. 25. Propositum est mihi hoc facere. *et ibid.* 92. 318. Omni huic sermoni propositum est, non ut eloquentiam meam perspicias, sed ut laborem et industriam. *ha per iscopo. Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 6. Nescio quo pacto ad præcipiendi rationem delapsa est oratio mea, quum id mihi propositum initio non fuisset. Adde 1. *ad Brut.* 15. Huc referri potest et illud *Mamert. Genethl.* 5. *in fin.* Novam mihi propono dicendi legem. *h. e.* impono, statuo. — Ceterum *propositus* est animo præceptus, præstitutus, constitutus, susceptus, *prefisso, proposto, intrapreso. Cic. Ligar.* 9. 26. Quem de suscepta causa, propositaque sententia nulla vis posset depellere. *Id.* 1. *Off.* 31 112. Semper in proposito susceptoque consilio permansit. *Id. Sull.* 4. 11 Nondum ad propositum mihi finem honoris perveneram. *Id.* 1. *Fam.* 9. *a med.* Omnibus nobis in administranda republ. propositum

esse debet cum dignitate otium. *Auct. B. G.* 8. 49. Cæsar unum illud propositum habebat, continere in amicitia civitates. *Cic.* 1. *Divinat.* 15. 26. Quum ex itinere quodam proposito et constituto revertisset. *Ovid. Remed. am.* 40. Et mihi propositum perfice, dixit, opus. *Id.* 1. *Pont.* 6. 39. Hæc Dea (*Spes*) quam multos laqueo sua colla ligantes Non est proposita passa perire nece! *Cic.* 1. *Fam.* 9. *ad fin.* Neque mihi in omni vita res tam erit ulla proposita, quam ut quotidie vehementius, te de me optime meritum esse lætere. *non avrò mira ad altra cosa più, che di far sì, che tu ti rallegri* etc. — Hinc a Part. præter. pass., cujus plurima superius exempla retulimus,

Propositum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Generatim est id, quod propositum est, sententia animi, susceptum consilium, *proponimento, intenzione, disegno, προαίρεσις. Cæs.* 3. *B. C.* 84. Tentandum existimavit, quidnam Pompejus propositi, aut voluntatis ad dimicandum haberet. *Cic.* 1. *ad Brut.* 11. *sub fin.* Qui nulla re deterreri a proposito potest. *Liv.* 2. 8. *sub fin.* Nihil aliud ad eum nuncium a proposito aversus, quam ut etc. *Cic.* 3. *Fin.* 6. 22. Ut omnia faciat, quo propositum assequatur. *Sueton. Gramm.* 24. Nihilominus in proposito mansit. *Nepos Eumen.* 3.; et *Cæs.* 1. *B. C.* 83. Tenere uterque propositum videbatur; Cæsar, ut, nisi coactus, prælium non committeret: ille, ut opera Cæsaris impediret. *h. e.* persistere in capto consilio, tenere institutum. Sic *Ovid.* 2. *Met.* 104. Propositumque tenet. *scil.* Phaeton. *Horat.* 3. *Od.* 3. 1.; et *Ovid.* 10. *Met.* 405. Propositi tenax. *Id.* 3. *Trist.* 4. 32. memor. *Horat.* 1. *Ep.* 13. 11. victor. *h. e.* qui, quod facere proposuerat, perfecit. *Nepos Att. sub fin.* Tamen propositum nihilo secius peregit. *Ovid.* 3. *Amor.* 7. 14. Propositum destituere. *Phædr.* 2. *prol.* servare. *Plin.* 9. *Ep.* 19. *ad fin.* Non habeo propositum illum reprehendendi, sed hunc tuendi. ¶ 2. Speciatim id, quo impulsi aliquid agimus, et finem actionis vocamus, *fine, scopo. Seneca Ep.* 65. Quarta causa est faciendi propositum. Quid est propositum? Quod invitavit artificem: quod ille secutus fecit. Vel pecunia est hoc, si venditurus fabricavit: vel gloria, si laboravit in nomen: vel religio, si donum templo paravit. ¶ 3. Item id, quod dicere quis proposuit. *tema, proposito. Cic. Orat.* 40. 137. A proposito declinare aliquantulum. *far una breve digressione.* et *Brut.* 21. 82. Egredi a proposito ornandi causa. *Id.* 5. *Fin.* 28. 83. A proposito aberrare. *uscir di tema.* et *ibid.* 11. Redire ad propositum. (Sic *Forcellinus*: ipse locum minime inveni). *Id.* 3. *Off.* 9. 39. Sed jam ad propositum revertamur. *Horat. Art. P.* 104. neu quid medios intercinat actus, Quod non proposito conducat, et hæreat apte. *non faccia a proposito.* et *African. Dig.* 33. 8. 16. *a med.* Ibi enim propterea pretium deducendum, quod *etc.* at in proposito, etc. *ma nel caso nostro*, etc. *Quintil.* 8. 3. 15. Sed ad propositum. *scil.* veniamus, *aut* revertamur. *Phædr.* 1. 5. Numquam est fidelis cum potente societas. Testatur hæc fabella propositum meum. *la mia proposizione, il mio detto.* et *Cic.* 2. *Orat.* 53. 215. Demonstrando, id, quod concludere illi velint, non effici ex propositis, nec esse consequens. *dalle premesse.* ¶ 4. Refertur etiam ad institutum vivendi, *instituto di vivere, professione, disciplina, setta. Vellej.* 2. 2. 2. Vir vita innocentissimus, ingenio florentissimus, proposito sanctissimus. *Phædr. prol.* 3. Mutandum tibi propositum est et vitæ genus. *Justin.* 6. 8. 10. Neque ab hoc vitæ proposito mortis ratio dissensit. *Seneca Ep.* 68. Non est quod inscribas tibi philosophiam: atque etiam aliud proposito tuo nomen impone: valetudinem et imbecillitatem vocato et desidiam. *Juvenal.* 9. 21. flexisse videris Propositum, et vitæ contrarius ire priori. *et* 10. 325. quid profuit olim Hippolyto grave propositum? *Id.* 5. 1. Si te propositi nondum pudet, etc. ¶ 5. Denique quum duo sint quæstionum genera, alterum definitum, quod Græci ὑπόθεσιν, Latini causam vocant: alterum infinitum, quod θέσιν illi appellant; hoc nos, inquit *Cic. Topic.* 21. 79., propositum possumus nominare. ¶ 6. Est etiam programma, ἀπόδειμα. *Tab. alim. Bæb.* in *Ann. dell' instit. di corr. archeol. a.* 1845. *p.* 64. OBLIGARVNT PRAEDIA EX PROPOSITO LIGVRES BAEBIANI. In *Inscript. Gr.* apud *Boeck. Corp. Inscr. Gr. n.* 1625. *l.* 7. *et* 54. ἀπ' ἐκθέματος. *V.* et *Bullett. dell' Instit. di corr. archeol. Napol. a. V. p.* 135.

PRŌPORRO, adverb. *più oltre, di vantaggio, vie più*, quiddam amplius quam *porro*, ulterius, præterea, longius.

I.) Proprie. *Lucret.* 2. 279. Et sibi proporro, quæ sint primordia, quærunt. Adde *eumd.* 4. 890. et 5. 312. *Lucilius* apud *Non. p.* 140. 13. *Merc.* Sperans lactare me eamdem Hanc proporro posse et mansum ex me daturum. *Ita pro corrupto* proferro *legit* Lachmann.

II.) Translate, reddi potest prorsus, omnino. *Lucret.* 3. 275. Atque anima est animæ proporro totius ipsa. *et ibid.* 281. atque animai totius ipsa Proporro est anima, et dominatur corpore toto. *h. e.* in anima nihil est omnino, nisi anima, et ut porro et ulterius in ejus consideratione pergas, nihil prorsus invenies, nisi animam.

PRŌPORTĬO, ōnis, f. 3. *proporzione, ἀναλογία*, comparatio et respectus unius rei ad aliam: a *pro* et *portio*. Quia sæpe *pro portione* Latine dicebatur, paullatim coalescentibus usu frequenti duabus vocibus, *proportio* facta est. — *a*) Extra sextum casum. *Varro* 10. *L. L.* 1. *Müll.* Dicam de quatuor rebus, quæ continentur declinationibus verborum: quid sit simile ac dissimile; quid ratio, quam appellant λόγον; quid proportio, quod dicunt ἀνάλογον; quid consuetudo. *Festus p.* 253. 9. *Müll.* Penatis singulariter Labeo Antistius posse dici putat, quia pluraliter Penates dicantur: quum patiatur proportio etiam Penas dici, ut optimas, primas, Antias. *Cic. Tim.* 4. *in fin.* Sed vinculorum id est aptissimum atque pulcherrimum, quod ex se, atque de his, quæ adstringit, quam maxime unum efficit. Id optime assequitur quæ Graece ἀναλογία, Latine (audendum est enim, quoniam hæc primum a nobis novantur) comparatio, proportione dici potest. (Adde *Quintil.* 1. 6. 9.) et *ibid.* 7. *a med.* Ejus particulæ intervallo habebat numerus ad numerum eamdem proportionem comparationemque in extremis, quam habent CCLVI. cum CXLIII. *Id.* 6. *Verr.* 21. 46. Hæc autem omnia antiquo opere et summo artificio facta: ut hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos æqua proportione cetera. *Varro* 1. *R. R.* 41. 5. Ea, quæ laxiora, et fecundiora, ut femina, quam mas: et proportione in virgultis item. *Curt.* 7. 11. Servare proportionem. — *b*) Absolute in sexto casu. *Cic. Tim.* 5. Ut quemadmodum ignis animæ, sic anima aquæ: quodque anima aquæ, id aqua terræ proportione redderet. *a proporzione.* et *Colum.* 12. *R. R.* 41. 1. Si plus volueris facere, proportione, qua supra, mel adjicies. Adde *Plin.* 28. *Hist. nat.* 19. 80. (261).; et *Nazar. Paneg. Constantin.* 33. *in fin.* Sed ubique legi etiam divisim potest *pro portione*; *V.* PORTIO: et apud *Plin. loc. cit. Sillig.* legit tantum *portione.*

PRŌPORTĬŌNĀBĬLĬTER, adverb. idem ac proportionaliter. *Boeth.* 1. *Geometr. p.* 1206. Proportionabiliter aliæ ex aliis constituuntur circumferentiæ. Adde *eumd.* in *Porphyr.* 4. *p.* 88.

PRŌPORTĬŌNĀLIS, e, adject. ad proportionem pertinens, ut Proportionales termini, apud *Frontin. Colon. p.* 111. *et* 112. *Goesii.*

PRŌPORTĬŌNĀLĬTAS, ātis, f. 3. *proporzionalità*, conditio earum rerum, quæ inter se proportionem habent. *Boeth.* 2. *Arithm.* 40. Proportionalitas est duarum, vel plurium proportionum similis habitudo, etiam si non eisdem quantitatibus et differentiis constitutæ sint. Adde *eumd. ibid.* sæpe. *Cassiod. de geometr.* 6. *a med.* Proportionalitas in tribus, ut minimum, terminis invenitur, quum proportionales eidem ejusdem magnitudinis proportiones esse dicuntur, præcedentes consequentibus, et præcedentibus consequentes.

PRŌPORTĬŌNĀLĬTER, adverb. *proporzionalmente*, cum proportione. *Boeth. Music.* 3. 11. *p.* 1428. Superparticularis proportio scindi in æqua medio proportionaliter interposito numero non potest. Adde *eumd. ibid.* sæpe. *Cassiod. de geometr.* 6. *a med.* Quando tres magnitudines proportionaliter fuerint constitutæ.

PRŌPORTĬŌNĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *proportiono: proporzionato*, ut Corpus satis proportionatum, apud *Firmic.* 4. *Mathes.* 13.

PRŌPOSCO, is, ere, a. 3. *Gloss. Isid.* Proposcit, petit.

PRŌPŌSĬTĬO, ōnis, f. 3. actus proponendi, exponendi, exhibendi, *il metter fuori, il proporre, il mostrare*, πρόθεσις.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est actus proponendi. *Cic.* 3. *Tusc.* 18. 39. Hujus ne vitæ propositio et cogitatio aut Thyesten levare poterit, aut Ætam? *Id.* 2. *Invent.* 54. 163. Magnificentia est rerum magnarum et excelsarum, cum animi ampla quadam et splendida propositione, agitatio atque administratio. ¶ 2. *Propositio animi* apud *Tryphonin. Dig.* 50. 16. 225. est propositum, voluntas. ¶ 3. In argumentatione oratoria est prima pars syllogismi. *Cic.* 2. *Herenn.* 18. 28. Perfectissima argumentatio est ea, quæ in quinque partes est distributa, propositionem, rationem, rationis confirmationem, exornationem, complexionem. Propositio est, per quam ostendimus summatim, quid sit, quod probare volumus. *Id.* 1. *Invent.* 37. 67. Propositio est, per quam locus is breviter exponitur, ex quo vis omnis oportet emanet ratiocinationis. *V.* etiam *ibid. c.* 34. 35. 36.; et *Quintil.* 5. 14. 1., unde patet, propositionem esse in syllogismo *la maggiore*, quæ et intentio appellatur.

II.) Translate. ¶ 1. Propositio in oratione est, quum profitemur, qua de re dicturi simus, *proposizione. Cic.* 3. *Orat.* 53. 201. Propositio. quid sis dicturus, et ab eo, quod est dictum, sejunctio. (*V. Quintil.* 4. 4. 1.) *Seneca* 6. *Benef.* 7. Illo transeamus, an ei debeatur aliquid, qui nobis invitus profuit. Hoc apertius potui dicere, nisi propositio deberet esse confusior, ut distinctio statim subsecuta ostenderet, utrumque quæri, an etc. ¶ 2. Omnis etiam oratio, qua aliquid affirmatur, vel negatur, *propositio* est. *Quintil.* 7. 1. 9. Lex est, quæ jubet exheredem esse eum, qui patri proditionis reo non affuerit: tu autem non affuisti. Hanc propositionem necessario sequitur legis laudatio, et ejus, qui non affuerit, vituperatio. *et ibid.* 47. Propositio simplex aut conjuncta. *Gell.* 2. 7. *sub fin.* Non ergo integra est propositio dicenda: Aut honesta sunt, quæ imperat pater, aut turpia. Deest enim disjunctioni isti tertium: aut neque honesta sunt, neque turpia. ¶ 3. *African. Dig.* 16. 1. 19. speciem facti, seu casum, ut vocant, aut quæstionem *propositionem* appellat.

PRŌPŌSĬTĪVUS, a, um, adject. qui circa propositiones versatur. *Boeth. Aristot. Topic.* 8. *p.* 733. Maxime circa propositiones et instantias est dialecticis propositivus et instantivus. Est autem proponere quidem unum facere, quæ sunt plura; instare autem, quod unum est, facere plura.

PRŌPŌSĬTOR, ōris, m. 3. speciatim est qui quæstionem proponit. *Augustin. de duab. anim.* 8. 10. Nescio quomodo sæpe in altercando magnæ quæstionis propositor personam magni doctoris ostentat, plerumque ipse ipso, quem terret, in eo, de quo terret, inductior. *Id. in Johann. tract.* 19. 16. Ut ipse esset expositor, qui propositor.

PRŌPŌSĬTUM, i, n. 2. *et*

PRŌPŌSĬTUS, a, um, particip. *V.* PROPONO.

PRŌPŌTĀTĬO, ōnis, f. 3. propinatio. *Gloss. Cyrill.* Προπόσις, propotatio. *Gloss. Philox.* Perpotatio (*lege* Propotatio), πρόποσις.

PRŌPRÆFECTUS, i, m. 2. *et* præfecto, *et divisim* pro præfecto, *viceprefetto*, vices agens præfecti. *Inscript.* apud *Murat.* 17. 8. CLVS

TERENTIVS PVDENS VTTEDIANVS LEG. AVGG. PRO-PRAEF. PROVINCIAE RAETIAE. In eadem tamen apud *Maff. Mus. Ver.* 239. 1. rectius PROPRAET. legitur. Alia apud *Gruter.* 370. 3. L. AVR. AVIANIO SYMMACHO V. C. PRO PRAEFECTIS PRAETORIO IN VRBE ROMA FINITIMISQVE PROVINCIIS etc. *Ammian.* 28. 1. *ante med.* Valentinianus Maximiano præfecto annonæ, Romæ agere disposito pro præfectis, sociavit ad hæc cognoscenda Leonem notarium. *Imppp. Gratian., Valentin. et Theodos. Cod. Theod.* 6. 26. 4. Proximos memoriæ, epistolarum ac libellorum ita vicariorum honore cumulamus, ut inter eos merito dignitatis habeantur, qui pro præfectis diœceses sibi creditas temperarunt.

PRŌPRAETOR, ōris, m. *et* proprætore, indeclinabiliter, *et* pro prætore, ut de voce *Proconsul* dictum est, *vicepretore, ἀντιστράτηγος*, — *a*) Erat qui extraordinariam præturam gerebat, qui stante republica, quum uno anno prætor Romæ fuisset, sequenti cum imperio prætorio in provinciam mittebatur. *Cic.* 2. *Divinat.* 36. 76. Quam multi anni sunt, quum bella a proprætoribus et proconsulibus administrantur? *Id.* 13. *Phil.* 10. 22. Neque se imperatorem, neque Hirtium consulem, nec proprætore Cæsarem (*vocat*). *Liv.* 35. *sub init.* Idem proprætore Lusitanos aggressus, etc. — *b*) Duo fuere proprætorum genera: unum eorum, qui, exacta prius Romæ prætura, deinde provinciam administrabant: alterum eorum, quibus, licet prætores antea non fuissent, prætoria auctoritas et imperium mandabatur. His similia de proconsulibus supra in PROCONSUL dicta sunt. — *c*) Item stante republica *quæstor pro prætore* dictus fuit, qui loco prætoris absentis aliquam provinciam jure prætorio administrabat. *Sall. Jug.* 111. Ad Sullam (*quæstorem*) perfugiunt, quem consul (*Marius*) in expeditionem proficiscens pro prætore reliquerat. *Id. Cat.* 19. Piso in citeriorem Hispaniam quæstor pro prætore missus est, adnitente Crasso. Hinc *Inscript.* apud *Gruter.* 383. 5. CN. CALPVRNIVS CN. F. PISO QVAESTOR PRO PR. EX S. C. PROVINCIAM HISPANIAM CITERIOREM OPTINVIT. *Vellej.* 2. 45. 4. P. Clodius legem tulit, ut M. Cato quæstor cum jure prætorio, adjecto etiam quæstore, mitteretur in insulam Cyprum. Hinc apud *Cic.* 12. *Fam.* 15. P. Lentulus Spinther, qui quæstor in Asiam profectus erat cum Trebonio proconsule, in epistolæ titulo *proquæstor pro prætore* dicitur: scilicet *pro prætore*, quia, defuncto Trebonio, ejus locum assumpserat: *proquæstor* vero, quia quæstoris officium non intermiserat. — *d*) Sub Augustis aliter se res habuit. Nam in provinciis senatoriis quæstores, et legati proconsulum dicti sunt *quæstores* et *legati pro prætore*, licet simul adessent proconsules. Qui vero aliquando loco proconsulis vel absentis, vel defuncti provinciam administrabat, dicebatur esse *vice proconsulis*. *Inscript.* apud *Gruter.* 344. 8. L. ACILIVS RVFVS Q. PROPRAET. PROVINCIAE SICILIAE. Alia item Sicula apud *eumd.* 100. 10. CONCORDIAE SACRVM DEDICANTIBVS M. HATERIO CANDIDO PROCOS. ET L. CORNELIO MARCELLO Q. PR. PR. Alia apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 50. L. FABIO M. F. GAL. CILONI LEG. PR. PR. PROVINCIAE NARBONENSIS. Alia apud *Gruter.* 381. 3. L. CAESONIVS LVCILLVS LEGATVS PROV. AFRICAE EODEM TEMPORE VICE PROCONSVLIS. Alia apud *Marin. Frat. Arv. p.* 5. C. MINICIVS ITALVS PROC. PROVINCIAE ASIAE QVAM MANDATV PRINCIPIS VICE DEFVNCTI PROCOS. REXIT. — *e* Sub iisdem Augustis in provinciis Cæsareis harum rectores appellati sunt *legati Aug. pro prætore*. *V.* LEGATUS. — *f*) Aliquando etiam dicuntur *pro prætore* tantum; *h. e.* legati Augusti missi loco prætoris, qui stante republica eas provincias administrare solebant. *Tac.* 2. *Ann.* 66. Latinius Pandus pro prætore Mœsiæ eas litteras in Thraciam mittit. *Id.* 12. *ibid.* 31. P. Ostorium pro prætore turbidæ res excepere. *His Tac. locis alii conjunctim leg.* proprætore. — *g*) Rectum casum habent *Gloss. Cyrill.* Ἀντιστράτηγος, proprætor.

PRŌPRIASSIT. *V.* PROPRIO.

PROPRIĀTIM, adverb. singillatim, proprie. *Arnob.* 3. 43. Usque adeo res exigit propriatim deos scire, nec dubitare de uniuscujusque vi, nomine. *Lucret.* 2. 975. Quid? genus humanum propriatim de quibus actum est etc. *Alii leg.* proprietim, *alii plures* propritim: inter quos *Non. p.* 511. 14. *Merc.*

PROPRIĒ, adverb. Comp. *Proprius* legitur tantum apud *Fronton.* 1. *ad Amic.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 17. Varianis alumnis masculis feminisque sestertium deciens singulis reliquit usurarium proprius, quam proprium: nam quinquagena annua ab Augusta singulis dari jussit. *V.* USURARIUS. — Sup. *Propriissime* est *Boeth. Aristot. Topic.* 1. 6. *p.* 665. Solet autem et hoc assignari multipliciter, propriissime autem. *et ibid. p.* 719. Dicebatur autem propriissime idem quod numero unum. — Proprie ¶ 1. Est privatim, peculiariter: cui opponitur communiter, publice, promiscue, *κυρίως* (It. *particolarmente, in particolare, privatamente*; Fr. *en particulier, particulièrement, proprement, en propre*; Hisp. *particularmente, propriamente*; Germ. *eigenthümlich, eigen, insbesondere, vorzüglich, vorzugsweise*; Angl. *particularly, in particular, peculiarly, strictly*). *Cic.* 9. *Fam.* 15. Quod me amas, est tibi commune cum multis: quod tu ipse tam amandus es, tamque in omni genere jucundus, id est proprie tuum. *Cels.* 7. 26. *n.* 4. Hæ curationes in feminis quoque similes sunt: de quibus parum, proprie tamen, quædam dicenda sunt. *Liv.* 34. 5. *sub fin.* Quod in rebus ad omnes pariter viros feminasque pertinentibus fecisse eas nemo miratus est, in causa proprie ad ipsas pertinente miramur fecisse? *Cic.* 2. *leg. Agr.* 31. 85. Si campus Martius dividatur, et unicuique vestrum bini pedes assignentur; tamen promiscue toto, quam proprie parva frui parte malletis. *Liv.* 35. 48. Provectus deinde est intemperantia linguæ in maledicta, nunc communiter Romanorum, nunc proprie ipsius Quinctii. *Id.* 25. 28. Ut una omnium, qui obsiderentur, quique extra obsidionem essent, fortuna esset; neve alteri proprie sibi paciscerentur quidquam. *Cic. Sext.* 16. 37. Cujus causam neque senatus publice, neque ullus ordo proprie susceperat. *Id.* 5. *Att.* 2. Cui deposcenti mea mandata cetera universe mandavi; illud proprie, ne patereturprorogari nobis provincias. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 2. 7. (26). Herba et hæc sponte nascens, et quæ non queat seri, juncusque proprie aridi soli, uni terræ dato vitio. ¶ 2. Item ad rem maxime pertinendo, vere, legitime, *propriamente. Quintil.* 8. 2. 9. Proprie dictum id est, quo nihil inveniri potest significantius. *Cic.* 2. *Phil.* 31. 77. O hominem nequam! Quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere. *Id. Partit. orat.* 1. 3. Proprie in rebus, invenire; in verbis, eloqui, dicitur. *Id.* 3. *Off.* 3. 13. Illud quidem honestum, quod proprie vereque dicitur, id in sapientibus est solis. *Seneca* 2. *Benef.* 27. Hic quater millies sestertium suum vidit. Proprie dixi: nihil enim amplius quam vidit. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 22. 26. (144). Eo tractu fuere Labratæ, Sasæi, Grabæi proprieque dicti Illyrii. *Id.* 33. *ibid.* 6. 33. (101). In iisdem argenti metallis invenitur, ut proprie dicamus, spumæ lapis candidæ: stimmi appellant. *per parlar propriamente.* et *Suet on. Gramm.* 4. Proprie sic (*grammaticos*) appellandos poetarum interpretes. *Gell.* 2. 6. Qui fertur et raptatur, atque huc atque illuc distrahitur, is vexari proprie dicitur. *Id.* 7. 11. Qui proprie atque integre locuti sunt, leves dixerunt, quos nunc viles et nullo honore dignos dicimus. *Id.* 9. 1. *sub fin.* Uti aliquo verbo admodum proprie et Latine. *Id.* 16. 5. Id vocabulum non semper proprie, sed per quasdam translationes est dictum. *Id.* 19. 7. Proprie magis, quam usitate dictum. *Quintil.* 1. 4. 5. Eloquentia non mediocri est opus, ut de unaquaque earum rerum dicat proprie et copiose. *a proposito.*

PROPRIĒTĀRIUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

PRŌPRIĒTĀRIUS, ii, m. 2. *proprietario*, dicitur a JCtis, qui rei cujuspiam legitimum ac proprium dominium habet: et distinguitur a fructuario, cui usus, aut fructus rei tantummodo competit. *Ulp. Dig.* 7. 1. 15. et *ibid.* 15. 1. 13. et *ibid.* 47. 2. 47. et *Paul. ibid.* 39. 2. 22. et *Pompon. ibid.* 7. 8. 22. — Adjective *proprietaria res*, cujus dominium proprietarius habet. *Paul.* 5. *Sentent. tit.* 7. Sic *Cassiod.* 7. *Variar.* 44. Proprietarium jus.

PROPRIĒTAS, ātis, f. 3. *proprietà, natura, naturalezza, forza o qualità particolare e propria*, ἰδιότης, propria vis et natura cujusque rei, qualitas, facultas, qua ab aliis differt.

I.) Proprie. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 18. 56. Singularum rerum singulæ proprietates sunt. *Id. Partit. orat.* 12. 41. Definitio genere declaratur et proprietate quadam. *Liv.* 38. 17. Terræ proprietas cælique. *Id.* 45. 30. Pars prima Macedoniæ Bisaltas habet, et multas frugum proprietates. *h. e.* multa propria frugum genera. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 22. 41. (121). Coccygia proprietatem habet fructum amittendi lanugine. *Id.* 21. *ibid.* 15. 54. (91). Tribulo proprietas, quod et fructum spinosum habet. *Id.* 13. *ibid.* 1. 2. (13). Hujus unguenti proprietas, ut ventiletur in coquendo. *Id.* 15. *ibid.* 15. 17. (58). Pomis proprietates pirisque vini. *Id.* 35. *ibid.* 18. 59. (202). Sunt genera terræ proprietatis suæ: ex Galata insula scorpiones necat, Balearis serpentes. *Id.* 28. *ibid.* 3. 6. (30). Multæ animalium proprietates. *Seneca* 3. *Quæst. Nat.* 18. 6. Non tempero mihi, quin utar interdum temerariis verbis et proprietatis modum excedam. — *Proprietas mentis*, rectus mentis status, quo quis apud se est, et mentis compos. *Sisenna* apud *Non. p.* 58. 14. *Merc.* C. Titinius quidam, cui minus proprietas mentis a natura tradita videretur. *Alii leg.* proprietas metus, h. e. natura metuendi.

II.) Translate. ¶ 1. Apud JCtos est dominium ipsius rei, quo res propria cujusque est, nec communis cum aliis: et differt a dominio usus et fructus, *dominio di proprietà. Justin.* 2. 7. 7. De proprietate Salaminæ insulæ dimicatum fuerat. *Sueton. Galb.* 7. De proprietate jumenti quum quæreretur, ita decrevit, etc. *Ulp. Dig.* 4. 3. 33. Rei, quam venalem possessor habebat, Item proprietatis adversarius movere cœpit. — Hæc duplex est: plena, si ei ususfructus conjunctus sit: nuda, si ab ea abscessit. *Papinian. ibid.* 7. 4. 4. et *Triphonin. ibid.* 23. 3. 78. *ante med.* — *Proprietas* dicitur etiam ipsa res, quæ propria est. *Ulp. ibid.* 47. 2. 47. Quod interfuit ejus, proprietatem non esse subreptam. *Cajus ibid.* 7. 1. 6. *extr.* Legare alicui proprietatem, deducto usufructu. — *Proprietatis dominus*, proprietarius. *Ulp. ibid.* 7. 1. 13. 15. *et* 25. et *Paul. ibid.* 9. 2. 12. ¶ 2. *Proprietas verborum*, conjunctio illorum arta et apta cum rebus ipsis, quas significant. *Quintil.* 8. 2. 1. Proprietas verborum non simpliciter accipitur. Primus enim intellectus est, sua cujusque rei appellatio: qua non semper utimur; nam et obscœna vitabimus, et sordida, et humilia. Secundo modo dicitur proprietas, inter plura, quæ sunt ejusdem nominis, id, unde cetera ducta sunt: ut vertex est contorta in se aqua, vel quidquid aliud similiter vertitur: inde propter flexum capillorum, pars est summa capitis: et ex hoc quod est in montibus eminentissimum. Recte, inquam, dixeris hæc omnia vertices: proprie tamen unde initium est. Tertius est huic diversus modus, quum res communis pluribus, in uno aliquo habet nomen eximium, ut carmen funebre proprie nænia, et tabernaculum ducis, augurale. Item quod commune est aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, ut Urbem, Romam accipimus, et venales, novitios, quum sint urbes aliæ quoque, et venalia multa. At illud jam non mediocriter probandum, ut proprie dictum id sit, quo nihil inveniri possit significantius, ut Cato dixit, C. Cæsarem ad evertendam rempubl. sobrium accessisse, ut Virgilius (6. *Ecl.* 5.) deductum carmen, et Horatius (1. *Od.* 12.) acrem tibiam.

PROPRIĒTIM. *V.* PROPRIATIM.

PROPRIO, as, avi, are, a. 1. *far proprio*, proprium facio. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 11. *circa*

med. Etenim immisso liquore plurimo fluidantur accepta, atque caro mollitur, et digestione facile solidiora propriantur. *Id.* 1. *Acut.* 15. *sub fin.* Neque accepta per cibos impertiri corpori facile videantur, neque vel per tenues vias digestione soluta propriari, atque ad sui destinata pervenire. *h. e.* locis, quorum propria sunt, subministrari. Sic *Theod. Priscian. lib.* 4. *de semine p.* 316. *bis retro* ed. *Ald.* Corruptione sua neque sursum carnis vias accipere sinat nutrimentum, aut corpori propriare. — *Propriassit* (pro *propriaverit*) *Festus p.* 229. 6. *Müll.* docet esse, proprium fecerit.

PROPRĪTIM. *V.* PROPRIATIM.

PROPRĬUS, a, um, adject. Comp. *Proprior* habet *Seneca* 5. *Controv.* 33. *a med.* Uno verbo propriore usus. *Alii leg.* propiore. — Sup. est *Boethii Aristot. analyt. post.* 1. *p.* 532. Propriissimum est scire etc. *et Aristot. Topic.* 7. 1. *p.* 719. Secundum propriissimum eorum modorum. — Proprius (a *prope*, ut videtur) est peculiaris, præcipuus, privatus, suus cujusque, non communis, ἴδιος, κύριος (It. *particolare, proprio, privato;* Fr. *qui appartient en propre à, propre, particulier, qu'on ne partage pas avec d'autres;* Hisp. *particular, privado;* Germ. *eigenthümlich, eigen, besonders;* Angl. *peculiar, particular, special, private, propre, on's own, personal, sole*). ¶ 1. Generatim, proprius est, ut diximus, peculiaris, præcipuus, privatus, suus cujusque, non communis; atque ideo sæpe occurrit cum opposito *communis.* — *a*) Universim. *Cic.* 7. *Fam.* 30. Cujus quum proprium te esse scribis mancipio et nexu, meum autem usu et fructu, contentus isto sum. Id enim est cujusque proprium, quo quisque fruitur atque utitur. *Varro* apud *Non. p.* 361. 24. *Merc.* Nam virtutem propriam mortalibus fecit: cetera promiscue voluit communia habere. *Cic. Senect.* 11. 35. At id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. *Id. Prov. cons.* 1. 2. Præcipuum illum et proprium sensum doloris, quem vos tamen communem semper vobis mecum esse duxistis, a sententia dicenda amovebo. *Id. Sull.* 3. 9. Tempus agendi fuit mihi magis proprium, quam ceteris; doloris vero et timoris et periculi fuit illa causa communis. *Id. Sext.* 3. 8. Neque communem metum omnium, nec propriam nonnullorum de ipso suspicionem sedare voluisse. *Id.* 1. *Off.* 4. 13. In primis hominis est propria veri investigatio. *Id.* 3. *Phil.* 11. 29. Ut aut libertatem propriam Romani et generis et nominis recuperemus, aut mortem servituti anteponamus. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 25. 26. (93). Cæsari proprium et peculiare sit clementiæ insigne. *Id.* 14. *ibid.* 20. 26. (131). Proprium inter liquores vino, mucescere. *Cic. Rosc. Am.* 8. 21. Tria prædia Capitoni propria traduntur. *h. e.* ut sua ejus, et privata ac propria sint. *Virg.* 7. *Æn.* 331. Hunc mihi da proprium, virgo sata nocte, laborem. *h. e.* ut pro me tantummodo sit, mihique soli prosit. — *Facere proprium* opponitur τῷ *facere mutuum* apud *Plaut. Curc.* 1. 1. 46. PH. Ea (*ancillula*) me deperit. Ego autem cum illa facere nolo mutuum. PA. Quid ita? PH. Quia proprium facio; amo pariter simul. *h. e.* quia amo illam mea, non illius causa; seu amo illam amore, qui mihi semper proprius, nec auferri possit, non qui mutuus, ideoque aliquando auferendus. — *Proprium nomen* apud Grammaticos opponitur appellativo, quam vocem vide suo loco. — *b*) Jungitur cum pronominibus possessivis. *Cic. Rosc. Am.* 52. 150. Ut quum ademerit nobis omnia, quæ nostra erant propria, ne lucem quoque hanc, quæ communis est, eripere cupiat. *Id.* 1. *Orat.* 10. 44. Non id mihi videbitur orator, sed Crassus sua quadam propria, non communi oratorum facultate posse. *Luccejus* ad *Cic.* 5. *Fam.* 14. *ad fin.* Ut cedras ad consuetudinem vel nostram communem, vel tuam solius et propriam. *Cic.* 2. *ibid.* 17. *ad fin.* Quod meum erat proprium, ut alariis uti negarem, id etc. *Liv.* 8. 70. Ancipiti terrore dissipasset hostes, ni suo proprio cum prœlio equites Volscorum exceptum aliquamdiu tenuissent. *Cæs.* 3. *B. C.* 20. Calamitatem aut propriam suam, aut temporum queri. — *c*) Et pro iis etiam apte ponitur. *Liv.* 2. 53 *sub fin.* Non placebat, socios propriis viribus consiliisque bella gerere *h. e.* suis. *Id.* 7. 9. Quæsita ea propriæ familiæ laus leviorem auctorem Licinium facit. *h. e.* suæ. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 50. Adrasum quemdam vacua tonsoris in umbra Cultello proprios purgantem leniter ungues. *Id.* 1. *Sat.* 6. 22. Vel merito, quoniam in propria non pelle quiessem. *h. e.* mea. *Id.* 1. *Od.* 1. 9. Illum, si proprio condidit horreo Quidquid de Lybicis verritur areis. *Ovid.* 4. *Pont.* 7. 13. Atque utinam pars hæc tantum spectata fuisset, Non etiam proprio cognita Marte tibi. *h. e.* tuo. *Claudian. epigr.* 21. Hoc proprium vellet cingere Castor equum. — *d*) *Proprium* absolute res sua, propria cujusque, *il proprio, il suo. Phædr.* 1. 4. Amittit merito proprium, qui alienum appetit. *Martial.* 12. 78. Ante Jovis statuam crepuit satur histrio: pœnam Juppiter indixit, vivere de proprio. — Item proprietas, *proprietà, qualità particolare. Quintil.* 5. 10. 64. Proprium est, aut quod soli accidit, ut homini sermo, risus: aut quod utique accidit, sed non soli, ut igni calefacere. — *Ad propria, in propria* est idem, ac domum, πρὸς τὰ οἰκεῖα. *Trebell. Poll. Gallien.* 7. Per eadem tempora etiam Scythæ in Asia Romanorum ducum virtute ac ductu vastati ad propria recesserunt. *Ammian.* 17. 106. *ad fin.* Et hæc pollicitus ad propria remeare permissus est. *Id.* 21. 13. *med.* Nunciatur, regem cum omni manu, quam duxerat, ad propria revertisse. — *In propria,* eodem sensu, sed figurate. *Vulgat. interpr. Jo.* 1. 11. In propria venit, et sui eum non receperunt. ¶ 2. Speciatim est legitimus, germanus, certus, maxime pertinens, conjunctus. *Cic. Cæcin.* 18. 51. Res ut omnes suis certis ac propriis vocabulis nominentur. *Id.* 1. *Off.* 12. 37. Qui proprio nomine perduellis erat, is hostis vocabatur. *Id.* 3. *Orat.* 37. 149. Utemur verbis aut iis, quæ propria sunt et certa quasi vocabula rerum: aut iis, quæ transferuntur. — Huc pertinere videtur illud *Lucretii* 4. 1134. Atque in amore mala hæc proprio summeque secundo Inveniuntur: in adverso vero atque inopi sunt, etc. *h. e.* in amore legitimo, vero, et proprie dicto. ¶ 3. Item speciatim est extraordinarius, ab aliis abhorrens atque diversus. *Lentulus* apud *Cic.* 10. *Fam.* 35. Id vobis brevi probassem, nisi mihi fortuna proprium consilium extorsisset. *Liv.* 35. 33. *ad fin.* Huic tam superbo decreto addidit propriam contumeliam Democritus prætor eorum. *strana, originale.* ¶ 4. Item est aptus, accommodatus, *atto, proprio, a proposito. Plin.* 24. *Hist. nat.* 15. 86. (136). Chamæpeuce lumborum et spinæ doloribus propria est. *Scribon. Compos.* 200. Remedia propria ad singula sumere. ¶ 5. Item sæpe diuturnus, stabilis, firmus, perpetuus, *fermo, stabile, perpetuo. Accius* apud *Non. p.* 362. 2. *Merc.* Non facile sine deum opera propria humana sunt bona. *Lucilius* apud *eumd. ibid.* Quum sciam, nihil in vita proprium mortali datum esse. *Plaut. Most.* 1. 3. 67. Si tibi sat acceptum est, fore victum tibi sempiternum, atque illum amatorem tibi proprium futurum in vita. *Cic. pro leg. Manil.* 16. 48. Quod ut illi proprium sit atque perpetuum, optare debetis. *Id. post redit. in Senat.* 4. 8. Si illud de duobus consulibus perenne ac proprium manere potuisset. *Nepos Thrasyb.* 4. Parva munera diutina, locupletia non propria esse consueverunt. *Ter. Andr.* 5. 5. 3. Ego deorum vitam propterea sempiternam esse arbitror, quod voluptates eorum propriæ sunt. *Virg.* 1. *Æn.* 76. Deiopeam Conubio jungam stabili, propriamque dicabo. Adde *eumd.* 3. *ibid.* 85.; et *Ter. Andr.* 4 3. 1. Similiter *Horat.* 2. *Sat.* 6. 4. nil amplius oro, Maia nate, nisi ut propria hæc mihi munera faxis. *Id. ibid.* 3. 129. Nam propriæ telluris herum natura neque illum, Nec me, nec quemquam statuit. Cf. *eumd.* 2. *Ep.* 2. 171. tamquam Sit proprium quidquam, puncto quod mobilis horæ Permutet dominus et cedat in alteris jura. Sic quia perpetuus nulli datur usus etc. *Id.* 2. *Od.* 2. 21. regnum et diadema tutum Deferens uni propriamque laurum.

PROPTER, syncop. pro *propiter* a *prope*, ut *firmiter* et *firme*, est *A*) Adverbium; et *B*) Præpositio.

A) Adverbium *propter* est prope, juxta, in propinquo, *da vicino, da presso,* ἐγγύς. *Cato R. R.* 151. Serito in loco, ubi aqua propter siet. *Ter. Adelph.* 4. 2. 37. Ibi angiportum propter est. *Id. Eun.* 2. 3. 77. Interdum propter dormiet. *Lucret.* 2. 417. Araque Panchæos exhalat propter odores. *Cic. Rosc. Am.* 23. 64. Duo filii propter cubantes. *Id.* 6. *Verr.* 48. 107. Etenim propter est spelunca quædam etc. *Alii leg.* prope. *Id.* 2. *Nat. D.* 47. 120. Quin etiam a caulibus, si propter sati sint, refugere dicuntur. *Ita et* Orell.; *al.* prope. Eadem lectionis varietas est apud *eumd. Senect.* 14. 48., et *pro leg. Manil.* 5. 13. *et* 6. 16. *Phædr.* 2. 6. Venit per auras cornix, et propter volans etc. *Tac.* 4. *Ann.* 54. Quum propter discumberet.

B) Præpositio *propter* Accusativum regit. — Aliquando suo casui postponitur. *Accius* apud *Non. p.* 417. 12. *Merc.* Te propter tot tantasque habemus vastitates funerum. *Plaut. Amph.* 4. 1. 8. Quis fuerit, quem propter corpus suum stupri compleverit. *Cic. Senect.* 7. 22. Quod propter studium quum rem familiarem negligere videretur, etc. Adde *eumd. Pis.* 7. 15.; et *Virg.* 12. *Æn.* 177. Et *Plin.* 10. *Hist. nat.* 40. 56. (115). Caprarum uberibus advolant suctum propter lactis. *Tac.* 4. *Ann.* 48. Translata debino castra hostem propter. *et* 15. *ibid.* 47. Viam propter. Adde *Lucret.* 1. 316., 5. 622. et 4. 1023. — Propter est idem ac prope, juxta (It. *presso, appresso, vicino;* Fr. *près de, à côte de;* Hisp. *cerca, al lado, casi, junto;* Germ. *nahe bei, nahe an, neben;* Angl. *near, hard or fast by, close to*).

I.) Proprie refertur ad locum. *Plaut. Cure.* 4. 1. 14. In foro infimo boni homines-ambulant, in medio propter canalem, ibi ostentatores meri. *Id. Rud. prol.* 33. Illic habitat Dæmones in agro atque villa proxuma propter mare. *Sisenna* apud *Non. p.* 367. 32. *Merc.* Partem cohortium propter mare collocat in litora. *Cic. Brut.* 6. 24. In pratulo propter Platonis statuam consedimus. *Id.* 3. *Nat. D.* 22 55. Insulæ propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominabantur. *Liv.* 28. 46. Propter Junonis Laciniæ templum æstatem Hannibal egit. *Sall. Cat.* 59. Ipse cum libertis et colonibus propter aquilam adsistit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. *Lucret.* 2. 30.; et *Virg.* 8. *Ecl.* 87. propter aquæ rivum. *Virg.* 9. *Æn.* 679. Quales æriæ liquentia flumina circum, Sive Padi ripis, Athesin seu propter amœnum, Consurgunt geminæ quercus etc. *Justin.* 12. 9. 9. Ubi vero obrui multitudine se vidit, trunco se, qui tum propter murum stabat, applicuit. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 9. Stat propter virum fortem. *Ter. Adelph.* 2. 1. 15. Hic propter hunc assiste. *Cic.* 1. *Tusc.* 43. 104. Baculum propter me, quo abigam, ponito. *Id.* 1. *de republ.* 11. Eum quoque, ut salutavit, propter Tuberonem jussit assidere. *Id.* 2. *Invent.* 31. 97. Fluvius Eurotas is, qui propter Lacedæmonem fluit. *Ovid.* 8. *Met.* 258. Propter humum volitat. *Auct. B. Afr.* 73. *sub fin.* Propter hostium castra prætergressus.

II.) Translate significat causam, aut finem, ob quem fit aliquid, *per, per cagione.* — *a*) De abstractis et de rebus physicis. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 55. Hanc ubi dixti causam, te propter tuam matrem non posse habere hanc uxorem domi. *Cic.* 2. *Verr.* 5. 13. Homines nocentissimi propter pecunias judicio librati. *Id.* 1. *Fam.* 7. 13. Offensionem esse periculosam propter interpositam auctoritatem religionemque video. *Cæs.* 3. *B. G.* 2. Primum quod legionem propter paucitatem despiciebant, tum etiam quod propter iniquitatem loci-ne primum quidem posse impetum suum sustineri existimabant. *Ter. Andr.* 1. 1. 128. Si propter amorem uxorem nollet ducere. *Id. Heaut.* 1. 1. 59. In Asiam hinc abii

propter pauperiem. *Id. Adelph.* 5. 9. 35. Quæ vos propter adolescentiam minus videtis. *Cic. Rosc. Am.* 4. 10. Opprimi me onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere. *Quintil.* 11. 3. 28. Illud non sine causa est ab omnibus præceptum, ut parcatur maxime voci in illo a pueritia in adolescentiam transitu, quia naturaliter impeditur, non, ut arbitror, propter calorem -, sed propter humorem potius. *Cic. Brut.* 26. 100. Eam suspicionem propter hanc causam credo fuisse, quod etc. *Id.* 2. *Fin.* 26. 83. Amicitia ex se et propter se expetenda. *Id. Parad.* 5. 1. Parere legibus propter metum. *Cæs.* 1. *B. G.* 16. Nam, propter frigora, frumenta in agris matura non erant. *Nepos Dion.* 9. Hi propter notitiam sunt intromissi. *h. e.* quia noti erant. *Cic.* 7. *Att.* 5. Tironem propter humanitatem et modestiam malo salvum, quam propter usum meum. *Varro* 3. *R. R.* 2. 11. Quid enim refert, utrum propter oves, an propter aves fructus capias? *h. e.* ex ovibus, an ex avibus. *Pallad.* 12. *R. R.* 13. Ut sic tuta cubilia propter injuriam pretiosi velleris, humor reddat elabens. *h. e.* ad cavendam injuriam. Sic *Id.* 4. *ibid.* 10. *circa med.* Viva calce perfundendi, sed parcius propter arboris noxam. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 100. qui (*Aristippus*) servos projicere aurum In media jussit Libya, quia tardius irent Propter onus segnes. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 26. (79). Ægypto mire celebratur (*raphanus*) olei propter fertilitatem, quod e semine ejus faciunt. *Id.* 22. *ibid.* 20. 24. (50). Bibitur et propter spinam. *Id.* 21. *ibid.* 3. 7. (10). Serapio cognominabatur propter similitudinem suavii cujusdam negotiatoris. — *b*) Speciatim sacrificium *propter viam* est, quod fit proficiscendi causa, Herculi, aut Sanco, qui scilicet idem deus est, ut *Festus* p. 229. 12. *Müll.* docet. *Laberius* apud *Non.* p. 53. 26. *Merc.* Visus hac nocte bidente propter viam facere. In eo, ut ait *Macrob.* 2. *Saturn.* 2., mos erat, ut si quid ex epulis superfuisset, igne consumeretur. Hinc Catonis jocus de quodam Q. Albidio, qui sua bona comederat, et novissime domum, quæ ei reliqua erat, incendio perdiderat, eum *propter viam fecisse*, quod comedere non poterat, id combussisse. *Macrob. ibid.*, ubi male in quibusdam libris *proterviam*, vel *protervia* legitur. Huc pertinet illud *Plauti Rud.* 1. 2. 61. de iis, qui naufragium fecerunt: Ut mea est opinio, propter viam illi sunt vocati ad prandium, quia post cœnam laverunt heri: confracta navis in mari est illis. — *c*) Item speciatim, *propter hoc, propter quod, propter quæ*, propterea, ideo, *per questo, per ciò. Varro* 3. *R. R.* 16. 14. Propter hoc Siculum mel fert palmam, quod ibi thymum bonum et frequens est. *Quintil.* 7. 6. 6. Propter hoc proponunt quidam tale genus controversiarum, in quo nullum argumentum est, quod ex lege ipsa peti possit. *Id.* 8. 2. 24. Quare non ut intelligere possit, sed, ne omnino possit non intelligere, curandum. Propter quod etiam repetimus sæpe quæ non satis percepisse eos, qui cognoscunt, putamus. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 18. Propter quod torcular debet a meridiana parte illustrari, ne etc. *Quintil.* 2. 13. 14. Propter quæ mihi semper moris fuit etc. *Colum.* 6. *R. R.* 6. 1. Cruditatis signa sunt crebri ructus ac ventris sonitus, fastidia cibi, nervorum intentio, hebetes oculi. Propter quæ bos neque ruminat, neque lingua deterget. — *d*) De personis. *Ennius* apud *Priscian.* 7. *p.* 733. *Putsch.* Filiis (*Nerei*) propter te objecta sum innocens. *Ter. Eun.* 4. 6. 6. Scin' tu turbam hanc propter te esse factam? *Id. Phorm.* 5. 8. 34. Non est æquum me propter vos decipi. *Id. Heaut.* 2. 3. 18. Propter quam (*h. e.* propter te) in summa infamia sum. *Cic.* 1. *Cat.* 7. 18. Nunc vero me totam esse in metu propter te unum. *Id.* 7. *Fam.* 27. Me autem, propter quem ceteri liberi sunt, tibi liberum non vis.m demiror.

PROPTERĔĀ, adverb. *Eapropter* mutato ordine apud *Lucret.* legitur: *V.* hanc vocem. — Propterea est idem ac propter ea, propter hoc, ideo, idcirco, διὰ τοῦτο, διότι (It. *perciò, per questo;* Fr. *à cause de cela, en conséquence, c'est pourquoi, voilà pourquoi;* Hisp. *a causa de aquesto, por consequencia;* Germ. *deswegen, deshalb, darum;* Angl. *therefore, for that cause or reason, on that account*). Occurrit — *a*) Absolute. *Plaut. Stich.* 1. 3. 25. Per annonam caram dixit me natum pater: propterea, credo, nunc esurio acrius. *Ter. Andr.* 4. 1. 29. Et is nunc propterea tibi sua censet. *Id. Hecyr.* 4. 4. 89. Propterea hæc ira est. *Martial.* 7. 10. Non tu propterea, sed Matho pauper erit. — *Pleonasmus* est in illo *Ter. Andr.* 2. 5. 1. Herus me jussit Pamphilum hodie observare: id propterea nunc hunc venientem sequor. Item in illo *ejusd. Hecyr.* 1. 1. 6. Ergo propterea te sedulo et moneo et hortor, ne etc. — *b*) Sequente *quod, quia, quoniam. Ter. Andr.* 1. 1. 10. Feci, e servo ut esses libertus mihi, propterea quod serviebas liberaliter. *Cic.* 9. *Fam.* 18. Quum essem otiosus in Tusculano, propterea quod discipulos obviam miseram. *Cæs.* 7. *B. G.* 26. Id - sese effecturos sperabant, propterea quod neque longe ab oppido castra Vercingetorigis aberant, et palus etc. Adde *Lucret.* 2. 760. — *Plaut. Asin.* 2. 3. 5. At censebam attigisse, propterea huc quia habebas iter. *Id. Capt.* 1. 2. 71. Quia mihi natalis est dies, propterea te vocari ad cœnam volo. *Cic.* 2. *Divinat.* 22. 49. Mulæ partus res mirabilis propterea, quia non sæpe fit. *Id.* 1. *ibid.* 14. 24. Num propterea nulla est reipublicæ gerendæ ratio, quia etc.? — *Lucret.* 6. 374. Propterea freta sunt hæc anni nominitanda - Ancipiti quoniam bello turbatur utrimque. Adde *eumd.* 2. 963. Sic *Gell.* 3. 6. Propterea palmam signum esse placuit victoriæ, quoniam etc. — *c*) Sequente *ut. Plaut. Bacch.* 4. 7. 14. Propterea hoc facio, ut suadeas gnato meo, ut pergræcetur tecum. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 31. Haud propterea te rogo, ut hoc proferam, sed ut tacita mecum gaudeam. *Cic. Ligar.* 3. 8. Hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero ignosceret. Adde *eumd.* 13. *Fam.* 67.

PROPTŌSIS, is, f. 3. πρόπτωσις, prolapsio. *Marcell. Empir.* 8. *ante med.* Collyrium psittacinum a colore sic dictum, facit ad adustiones, quod quia loco interdum videtur propellere oculum, proptosin vocant.

PRŌPŪDĬĀNUS porcus dictus est, ut ait Capito Attejus, qui in sacrificio gentis Claudiæ velut piamentum et exsolutio omnis contractæ religionis est. *Festus p.* 238. 17. *Müll.*

PRŌPŪDĬŌSUS, a, um, adject. Sup. *Propudiosissimus.* — *Propudiosus* est *vergognoso, svergognato, turpe,* ἀναίσχυντος, propudii plenus, flagitiosus, turpis. *Plaut. Stich.* 2. 2. 10. Men' rogas, propudiose? Adde *eumd. Truc.* 2. 16. *Gell.* 2. 7. *ad fin.* Uxorem ducere infamem, propudiosam, criminosam. *Apul.* 9. *Met.* Propudiosa mulier. *Minuc. Fel. Octav.* 25. 9. Acca Larentia et Flora meretrices propudiosæ. *Arnob.* 5. 25. Propudiosi facinoris obscœnitas. *Rutil.* 1. *Itiner.* 387. Reddimus obscœnæ convicia debita genti, Quæ genitale caput propudiosa metit. *Sidon.* 9. *Ep.* 6. Ancilia propudiosissima.

PRŌPŪDĬUM, ii, n. 2. *cosa vergognosa, oscenità, turpitudine,* αἰσχύνη, res pudenda, flagitium, turpe facinus, insolens Venerea libido. *Paul. Diac.* Propudium dicebant, quum maledicto nudare turpitudinem volebant, quasi porro pudendum. Quidam propudium putant dici, a quo pudor et pudicitia procul sint. Hæc *Paul. Diac. p.* 227. 3. *Müll.* ¶ 1. Abstracte. *Plaut. Mil. glor.* 2. 4. 11. Ubi iste bonus servus, qui propudii me maxime innocentem falso insimulat? *At* Fleckeisen. *rectius leg.* qui probri me maximi etc. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 32. (122). Hoc cinere poto propudia virorum, ejusdem aspersu feminarum libidines inhiberi. ¶ 2. Concreto, uti ajunt, sensu est etiam convicium in hominem flagitiosum, turpem, impudicum, infamem. *Plaut. Curc.* 1. 3. 34. Quid ais, propudium? *Id. Bacch.* 4. 1. 7. Ut pulsat, propudium! *Cic.* 14. *Phil.* 3. 8. Quos interemit propudium illud et portentum L. Antonius. *Alii hic aliter leg. V.* PRÆLUDIUM. Adde *Apul.* 8. *Met.*

PRŌPUGNĀCŪLUM, i, n. 2. (propugno) locus munitus, unde pugnari potest defendendi causa, ut vallum, mœnia, arx, ἐπιτείχισμα, προβολή (It. *fortezza, forte, riparo, bastione, difese;* Fr. *retranchement, rempart, boulevard, ouvrage de défense;* Hisp. *atrinchieramiento, terraplen, defensa;* Germ. *die Vormauer, Schutzwehr, d. Schutz;* Angl. *a fortresse, fort, bulwark, rampart, bastion*).

I.) Proprie. *Virg.* 9. *Æn.* 170. portas Exploraut, pontesque et propugnacula jungunt. *Cic. Fontej.* 1. 3. Narbo Marcius, colonia nostrorum civium, specula populi R. ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum et objectum. *Id.* 5. *Verr.* 80. 186. Classis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum præsidiumque provinciæ *Tac.* 3. *Hist.* 34. Cremona propugnaculum adversus Gallos. *Cic.* 7. *Verr.* 34. 89. Navis ita magna, ut propugnaculo ceteris posset esse. *Tac.* 2. *Hist.* 19. Solidati muri, propugnacula addita, auctæ turres. *et* 3. *ibid.* 84. Multi semianimes super turres et propugnacula mœnium exspiravere. *Id.* 4. *Ann.* 51. Barbari scalas inferre propugnaculis, eaque prensare, detrahere. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 101. propugnacula æquoris. *h. e.* moles fluctibus oppositæ, aut portus, ubi statio navibus tuta. *Horat. Epod.* 1. 1. Ibis Liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula. *h. e.* turribus et tabulatis excelsioribus in naves impositis. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Classes imponunt sibi turrium propugnacula, ut in mari quoque pugnetur, velut e muris. Adde *Flor.* 2. 2. *ad fin.*; et *Tac.* 12. *Ann.* 56. — De privatis ædibus. *Cic.* 14. *Fam.* 13. *sub fin.* Domus ut propugnacula sit præsidium habeat, Philotimo dicetis.

II.) Translate. *Cic.* 1. *Parad.* 2. 12. Cn. et P. Scipiones, duo propugnacula belli Punici; qui Carthaginensium adventum corporibus suis intercludendum putaverunt. *Id. Pis.* 4. 9. Lex Ælia et Fufia eversa est, propugnacula murique tranquillitatis atque otii. *Id.* 5. *Verr.* 16. 40. Si prius illud propugnaculum, quo contra omnes meos impetus usurum se putat, ex defensione ejus dejecero. *Liv.* 34. 61. Vocatus Aristo purgare sese, et firmissimo propugnaculo uti, quod literarum nihil ad quemquam attulisset. *Gell.* 7. 3. *a med.* Ne disparilitas collationis evidens fieret, pluribus id propugnaculis defensat. *Nepos Timol.* 3. Tyrannidis propugnacula demoliri.

PRŌPUGNĀTĬO, ōnis, f. 3. *pugna, combattimento in difesa,* ὑπεράσπισμος, pugna defendendi causa inita.

I.) Proprie. *Val. Max.* 5. 1. *n.* 4. *extern.* Quum Pyrrhus Argivorum invasisset urbem, abscisumque caput ejus Alcyoneus ad patrem propugnatione laborantem lætus attulisset, etc. *Capitolin. Maximin. duob.* 21. *extr.* Post hoc Aquilejam venit, quæ contra eum armatis circa muros dispositis portas clausit, nec propugnatio defuit Menofilio et Crispino consularibus viris auctoribus.

II.) Translate. *Cic.* 5. *Fam.* 8. Suscepi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. *et* 1. *ibid.* 7. Nostra propugnatio ac defensio dignitatis tuæ etc. *Id. Sext.* 2. 3. Aggredior ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur.

PRŌPUGNĀTOR, ōris, m. 3. *difensore,* προασπιστής, qui pro aliquo defendendi causa pugnat, defensor.

I.) Proprie. *Cic.* 7. *Verr.* 33. 86. Classis inops et infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum. *Cæs.* 7. *B. G.* 25. *in fin.* Nec ille prius est propugnatoribus relictus locus, quam etc. *Tac.* 13. *Ann.* 39. Nudati propugnatoribus muri, obices portarum subversi, capta escensu munimenta. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 7. 7. (22). Vigenti elephanti turriti cum seragenis propugnatoribus. Adde *Nepot. Eumen.* 13.; et *Ammian.* 20. 6.

II.) Translate. *Cic. Mil.* 7. 16. Domi suæ nobilissimus vir, senatus propugnator, atque, illis quidem temporibus, pæne patronus, M. Drusus etc. *Id.* 1. *Orat.* 57. 244. Mucius paterni juris defensor, et quasi patrimonii propugnator sui. *Id. post*

rodit. in Senat. 15, 38. Propugnator meorum fortunarum et defensor assiduus. *Justin.* 8. 2. 10. Propugnatores sceleris. *Sueton. Cæs.* 16. Tribuno plebis turbulentissimas leges ferenti auctorem se propugnatoremque præstitit. — Est epitheton Jovis. *Inscript.* apud *Gruter.* 300. 2. F. MARCIVS VERVS IMP. COMMODO VI. ET PETRONIO SEPTIMIANO COS. KAL. DECEM. IN PALATIO IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS. — Item Martis, ut videre est in nummis aliquot Gordiani III. apud *Mediobarb.* p. 337. — Item Apollinis, ut in nummis Valeriani senioris apud *eumd.* p. 365.

PRŌPUGNĀTRIX, icis, f. 3. *difenditrice*, quæ propugnat et defendit. In fragmento orationis funebris, Augusti ætatem saplentis, ut putat *Fabrett.* p. 169. *extr.* et *Marin. Iscriz. Alb.* p. 136., quæ est apud *Orell.* 4859. SPECVLATRICEM ET PROPVGNATRICEM MEORVM PERICVlorum.

PRŌPUGNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌPUGNO, as, āvi, ātum, are, 1. (pro *et* pugno). Part. *Propugnans* et *Propugnatus* II.; *Propugnaturus* I. 2. et II. — Propugnare

I.) Proprie. ¶ 1. In re militari est erumpendo pugnare. *Cæs.* 5. *B. G.* 9. Ipsi ex silvis rari propugnabant, nostrosque intra munitiones ingredi prohibebant. *Id.* 2. *ibid.* 7. Quorum adventu Remis cum spe defensionis studium propugnandi accessit. *Id.* 2. *B. C.* 8. Huc (*in turrim*) se referebant; hinc, si qua major oppresserat vis, propugnabant; hinc ad repellendum et prosequendum hostem procurrebant. ¶ 2. In re militari et in aliis, de hominibus et bestiis, est defendendi causa pugnare. — *a*) Absolute *Cæs.* 3. *B. C.* 45. Neque erat facile nostris propugnare et munire. — *b*) Cum Ablativo et præpos. *pro. Cic.* 5. *Tusc.* 37. 79. Bestiæ pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant. *Varro* 3. *R. R.* 9. 5. Animalia, quæ nocent gallinis, non modo non pertimescunt (*galli*), sed etiam pro gallinis propugnant. — *c*) Cum Dativo, *propugnare alicui* pugnare pro aliquo. *Apul.* 9. *Met.* Ceteri fratres accurrunt mœsti suppetias, et lapidum crebris jactibus propugnare fratri, atque abigere canes aggrediuntur. Sic *Ammian.* 25. 1. *sub init.* Machameus cecidit ductor unius agminis nostri. Cui propugnaturus Maurus frater - quum germani trucidasset interfectorem etc.

II.) Translate. — *a*) Cum Ablativo et præpos. *pro. Cic.* 1. *Off.* 19. 62. Fortitudo est virtus propugnans pro æquitate. *Id.* 11. *Fam.* 16. Quum pro mea salute acerrime propugnarct. *Id. Rabir. perduell.* 10. 30. Propugnare pro alicujus fama, gloria, memoria, non secus ac pro patriis fanis atque delubris. — *b*) Cum Accusat. *Sueton Cæs.* 23. Qui sibi recepissent, propugnaturos absentiam suam. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 19. 42. (85). Casiam circa paludes propugnante unguibus diro vespertilionum genere. *Stat.* 2. *Theb.* 584. propugnant pectora parma. *coprendo.* et 4. *ibid.* 110. Omnibus æratæ propugnant pectora crates. *h. e.* protegunt, muniunt. — Et passive *Gell.* 9. 11. *ad fin.* Et sua virtute nisus, et opera alitis propugnatus. — *c*) Cum Dativo. *Ammian.* 28. 6. *ad fin.* Flaccianus autem ante legatorum interitum quum a vicario audiretur et comite, constanter saluti suæ propugnans, etc. *Id.* 18. 8. *a med.* Egere me præcipitem iniqui flagitatores, quorum avaritiæ ne tua quidem excelsa illa fortuna propugnans miseriis meis potuit refragari.

PRŌPULSĀTĬO, ōnis, f. 3. *ributtamento, altontanamento*, ἐξώθησις, actus propulsandi, depulsio. *Cic. Sull.* 1. 2. Cum hujus periculi propulsatione conjungam defensionem officii mei. *Tiro* apud *Gell.* 7. 3. Propulsatio et translatio criminis. Adde *Ammian.* 15. 5.

PRŌPULSĀTOR, ōris, m. 3. διακρουστής, qui pulsat. *Val. Max.* 7. 8. *n.* 7. Auctorem barum rerum benevolentia, propulsatorem odio insecutus. *Arnob.* 7. 41. Valetudinum pessimarum propulsator.

PRŌPULSO, as, āvi, ātum, are, a. 1. frequentat., vel potius intensiv. a *propello.* Part. *Propulsans* I.; *Propulsaturus* et *Propulsandus* II. — Propulsare est procul pellere, depellere, repellere, propellere, defendere, prohibere, ἐξωθέω, *ributtare respingere, scacciare, allontanare.*

I.) Proprie. *Varro* 2. *R. R.* 9. 2. Taurus cornibus facile propulsat lupos. *Cæs.* 1. *B. G.* 49. Duas acies hostem propulsare, tertiam opus perficere jussit. *Sall. Jug.* 51. Dispersi a suis, pars cedere, alii insequi, - ubi quemque periculum ceperat, ibi resistere ac propulsare. *Curt.* 9. 4. *sub fin.* Clipeo incidentia tela propulsans. *Cic.* 5. *Phil.* 4. 9. Ab ingressione fori populum propulsari. *Colum.* 3. *R. R.* 15. 4. Et aquas hiemis et vapores æstatis propulsare radicibus.

II.) Translate. *Cæs.* 6. *B. G.* 14. Aut ipsi injurias inferrent, aut illatas propulsarent. *Curt.* 10. 8. Præsidio vim propulsaturus. *Liv.* 3. 69. Ut uno animo bellum ab urbe ac mœnibus propulsari vellent. *Cic.* 4. *Fin.* 25. 69. Frigus, famem propulsare. *Id. Cluent.* 52. 144. periculum a capite præsidio legum. *Id.* 5. *Verr.* 60. 140. omnem suspicionem a se. *Colum.* 6. *R. R.* 5. 2. Pestiferi morbi exquisitis remediis sunt propulsandi. *Gell.* 1. 2. caloris incommoda lucorum umbra. *Id.* 20. 1. *ante med.* luxuriam civium. *Id.* 15. 2. *a med.* violentiam vini.

PRŌPULSOR, ōris, m. 3. qui propellit. *Venant.* 3. *Vit. S. Martin.* 301. Cornigeri pecudis propulsor mulio tristis Exagitatur iners.

PRŌPULSUS, a, um. *V.* PROPELLO.

PRŌPULSUS, us, m. 4. *spinta*, impulsus. *Seneca* 5. *Quæst. nat.* 14. Aera onerari, oneratumque incumbere, et ventum propulsu suo concitare.

PRŌPUNGO, is, ere, a. 3. ante pungo. *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 1. *a med.* Tum partium propungentibus pilis capitis. *Alii leg.* tum prærasis prominentibus pilis, capiti *etc.*

PRŌPURGO, as, are, a. 1. ante purgare. *Vulgat. interpr. Eccli.* 7. 33. Propurgate cum brachils. — Hæc vox occurrit etiam in *Not. Tir.* p. 120.

PRŌPUS, ŏdis, adject. omn. gen. πρόπους, ita appellatur stella ante pedes Geminorum. *Vet. Scholiast.* ad *Germanici Arat.* 146. Geminorum alter habet in sinistro pede ultimæ distantiæ unam (*stellam*), quæ vocatur Propus.

PRŌPŸLÆON *et*

PRŌPŸLÆUM, i, n. 2. *antiporto*, προπύλαιον, locus ante januam, aut portam, vestibulum, porticus: a πρό *ante* et πύλη *porta. Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (101). Quum Protogenes Athenis celeberrimo loco Minervæ delubri propylæon pingeret. *Cic.* 2. *Off.* 17. 60. Phalereus Demetrius Periclem vituperat, quod tantam pecuniam in præclara illa propylæa conjecerit. *h. e.* vestibulum ante arcem Athenarum. *Id.* 3. *de republ.* 32. Num aut vetus gloria civitatis (*Atheniensium*), aut species præclara oppidi, aut theatrum, gymnasia, porticus, aut propylæa nobilia, aut arx - rem publicam officiebat?

PRŌQUÆSTOR, ōris, m. 3. *et* proquæstore, *et* pro quæstore, indeclin. (ut in PROCONSUL dictum est; *V.* et PROMAGISTER et PROMAGISTRATUS) *vicecamerlingo*, ἀντιταμίας, — *a*) Est qui quæstoris auctoritate in Urbe functus, in aliquam deinceps provinciam eadem functurus cum proconsule mittitur. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 4. 11. Quum Alexandriæ pro quæstore essem. *Id.* 2. *Verr.* 4. 11. Quum eum (*Cn. Dolabellam*), cui legatus et pro quæstore fuisset (*Verres*), in invidiam suis maleficiis adduxit. *et* 3. *ibid.* 15. 41. Quem Cn. Dolabella pro quæstore habuit. *et* 10. *Phil.* 11. 26. Senatui placere, Q. Hortensium proconsulem cum quæstoribus, prove quæstoribus et legatis suis provinciam Macedoniam obtinere. *P. Lentulus ad Coss.* 12. *Fam.* 15. Quum his navibus, quas comparaverat Patiscus proq., Rhodum revertl. Hinc etiam *P. Sextius*, pro quo exstat *Ciceronis* oratio, Romæ primum ann. u. c. DCXCI. quæstor fuit C. Antonii consulis, anno vero insequenti ejusdem Antonii Macedoniæ proconsulis *proquæstor* dicitur in epistolæ titulo apud *Cic.* 5. *Fam.* 6. — *b*) Proquæstores vel a præside provinciæ eligebantur, quum primum provinciam inibat: idque vel ut in comitatu ejus esset honoris causa: vel in adjutorium legitimi quæstoris ad omnia non sufficientis: vel denique eo mortuo, aut decedente adsciscebantur, donec alius mitteretur. *Cic.* 3. *Verr.* 15. 41. ibique *Ascon.*, et 36. 90. — *c*) Quum vero Augustus omnes quæstores, quorum plures ideo eligebantur, ut, duobus urbanis exceptis, proconsules in provincias sequerentur, Romæ aut in Italia variis distentos muneribus detinuisset, et anno tantum insequenti eis quæstoris officium in provinciis exercendum concederet, factum est, ut *proquæstoris* nuncupatio omnino tolleretur; quum nempe nullum amplius esset discrimen eorum, qui prius Romæ, deinde in provinciis quæstores erant, et eorum, qui, nulla prius urbana quæstura functi, proconsules in provincias comitabantur. Quo autem nomine appellati postea fuerint hi quæstores in provinciis senatoriis, dictum fuit in PROPRÆTOR; in Cæsareis procuratores erant loco quæstorum, nam ait *Cajus* 1. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 6. In provinciis Cæsaris omnino quæstores non mittuntur. *V.* PROCURATOR. — *d*) Etiam in coloniis et municipiis aliquando proquæstor erat. *Inscript.* Grumentina apud *Murat.* p. 291. *n.* 1. X. BRVTTIVS C. F. SER. AED. PRO. Q. MVR. P. CC. DE SVA PEQ. FACIVNDVM COER. L. CORNEL. Q. CAECIL. COS. *h. e.* a U. C. DCLXXXXIV. — *e*) Casum rectum exhibent *Gloss. Cyrill.* ἀντιταμίας, proquæstor. *et Gloss. Philox.* Proquæstor, ἀντιταμίας.

PROQUAM. *V.* in PRO sub *A.*

PRŌQUĪRĪTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌQUĪRĪTO, as, ātum, are, a. 1. Part. *Proquiritatus.* — Proquiritare est clamare, exclamare, coram Quiritibus vociferari. *Apul. de Mag.* Turbabat impurus hic in medio foro bacchabundus: epistolam sæpe aperiens proquiritabat: Apulejus magus: dicit ipsa, quæ sentit et patitur. *Sidon.* 8. *Ep.* 6. *ante med.* Per ipsum fere tempus, ut decemviraliter loquar, lex de præscriptione triennii fuerat proquiritata. *h. e.* coram populo edicta, promulgata. *V.* PERQUIRITATUS.

PRŌRA, æ, f. 1. Accus. sing. num. *prorim* vel *prorem* habet *Accius* apud *Non.* p. 200. 33. *Merc.* — Prora, πρῶρα, anterior pars navis, sicut *puppis* posterior: vox Græca ἀπὸ τοῦ προορᾶν, vel παρὰ τὸ πρώτως ῥεειν. (It. *prora, prua*; Fr. *proue*; Hisp. *proa*; Germ. *d. Schiffsvorderthel*; Angl. *the prow or forepart of a ship*).

I.) Proprie. — *a*) Universim. *Lucret.* 2. 553. Disjectare solet magnum mare transtra, guberna, Antemnas, proram, malos, tonsasque natantes. *Cæs.* 3. *B. G.* 13. Proræ admodum erectæ, atque item puppes, ad magnitudinem fluctuum tempestatumque accommodatæ. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 30. 49. (94). Conchain esse acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata. *Id.* 6. *ibid.* 22. 24. (82). Ob id navibus utrinque proræ, ne per angustias alvei circumagi sit necesse. *Liv.* 24. 34. Archimedes, suspensa prora navim in puppim statuebat. *Curt.* 4. 3. 15. Inde missilia in propugnantes ingerebantur tuto, quia proris miles tegebatur. *Ovid.* 3. *Met.* 617. proræ tutela Melanthus. *h. e.* proreta. *Virg.* 4. *G.* 117. et 7. *Æn.* 35. terris advertere proram. *Id.* 5. *ibid.* 775. Stans procul in prora pateram tenet, extaque salsos Porricit in fluctus. — *b*) Navis quum portum intrat, prora intrat: quum vero retiganda est, convertitur, et puppi religatur, prora autem mare spectat. *Id.* 3. *ibid.* 277. et 6. *ibid.* 902. Ancora de prora jacitur: stant litore puppes. *Id. ibid.* 3. Obvertunt pelago proras, et litora curvæ Prætexunt puppes. — *c*) *Prora et puppis*, Græcum proverb. πρῶρα καὶ πρύμνη, summa ratio, tota causa alicujus rei faciendæ, totum id, quo res aliqua constat, quemadmodum a prora et puppi pendet tota navis. Græci, si dicere vellent, rem aliquam perire funditus, dicebant, τὰ ἐκ πρώρας καὶ τὰ ἐκ πρύμνης ἀπολυται, ut ex *Philostrato Erasmus* refert. *Cic.* 16. *Fam.* 24. Mihi prora et puppis, ut Græcorum proverbium est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes nostras explicares.

II.) Translate, per synecdochen est ipsa navis. *Virg.* 10. *Æn.* 223. Quot prius æratæ steterant

ad litora proræ. *Ovid.* 14. *Met.* 163. cur barbara Grajum Prora vehit?

PRŌRĒPO, pis, psi, ptum, pere, n. 3. (pro *et* repo). Part. *Prorepens* II. 2. — Prorepere est sensim et rependo exire, prodire, ἐξέρπω, *uscire, o strascinarsi fuori, sbucare.*

I.) Proprie. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 36. *de formica.* Quæ, simul inversum contristat Aquarius annum, Non usquam prorepit. *et ibid.* 3. 99. Quum prorepserunt primis animalia terris. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 39. 59. (140). Cochleæ prorepunt e cavis terræ. *Apul.* 4. *Met.* Thrasyleon (*latro*) prorepit cavea. — Huc referri potest et illud *Plin. Paneg.* 22. Ægri quoque, neglecto medentium imperio, ad conspectum tui, quasi ad salutem sanitatemque prorepere.

II.) Translate. ¶ 1. Est aliquo rependo procedere. *Sueton. Claud.* 10. Rumore cædis exterritus prorepsit ad solarium proximum, interque prætenta foribus vela se abdidit. ¶ 2. De rebus physicis, et præcipue de plantis et humoribus, est exire, prodire, procedere, fluere. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 7. Ut mota æqualiter humus novelli seminis radicibus, quamcumque in partem prorepserint, molliter cedat. *Id.* 4. *ibid.* 22. 4. Ubi unius aut alterius folii pampinus prorepsit e duro. *et ibid.* 17. 8. In omnem partem jugum porrigendum est, ut prorepentes undique pampini jungantur. *Id.* 5. *ibid.* 5. 13. Ne palmites libero excursu in luxuriam prorepant. *Id.* 2. *ibid.* 17. 5. Si quis supervenit humor, lente prorepit. *Claudian. Nupt. Honor. et Mar.* 96. Tardaque sudanti prorepunt balsama ligno. *h. e.* stillant, defluunt. Rursus *Colum.* 7. *R. R.* 12. 14. Nervus qui per articulos spinæ prorepit usque ad ultimam partem caudæ.

PRŌRĒTA, æ, m. 1. πρωρατης Polluci, πρωρήτης aliis, *prodiero, pedoto,* proreus, qui in navis prora sedet, ibique ventos captat, et de eorum conversionibus gubernatorem monet, docet etiam, rupes et scopuli ubi sint, ut is converso clavo eos declinet. *Rutil.* 1. *Itiner.* 455. Despectat proræ custos, clavumque sequentem Dirigit, et puppim voce monente regit. *Ovid.* 3. *Met.* 617. tutelam proræ vocat. *Plaut. Rud.* 4. 3. 75. Si tu proreta isti navi es, ego gubernator ero. *Paul. Dig.* 39. 4. 11. Quod si, absente domino, id a magistro, vel gubernatore, aut proreta, nautave aliquo factum sit.

PRŌREUS, i, m. 2. disyllab. idem ac proreta, πρωρευς. *Ovid.* 3. *Met.* 634. Pone metum, proreus, et quos contingere portus, Ede, velis, dixit.

PRORIGA. *V.* PERORIGA.

PRŌRĪPIO, ripis, rīpui, *reptum,* ripere, a. 3. (pro *et* rapio). Part. *Proripiens* I. 2. — Proripere est extra per vim et cito rapere, extrahere, detrahere, corripere, ἀναρπάζω (It. *tirar fuori per forza e presto*; Fr. *entraîner, tirer dehors avec effort*; Hisp. *arrastrar, llevar alguna cosa con violencia*; Germ. *herrorreissen*; Angl. *to take away by force, force or drag along, hurry away, snatch away*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cic.* 7. *Verr.* 62. 161. Repente hominem proripi, atque in medio foro nudari ac deligari jubet. *Ovid.* 3. *Amor.* 7. 81. Nec mora: desiluit tunica velata recincta: Et decuit nudos proripuisse pedes. *Alii leg.* prærripuisse. *Tibull.* 1. 7. 75. ductoque capillis Immerito, pronas proripiarque vias. ¶ 2. Speciatim et latiori sensu, *proripere se,* raptim et celerrime se subducere, erumpere, prosilire, *cavarsi fuori con impeto, balzar fuori, uscire in fretta. Cic. Harusp. resp.* 1. 2. Exsanguis atque æstuans se ex curia repente proripuit. Sic *Sueton. Aug.* 54. Interdum ob immodicas altercationes disceptantium e curia per iram se proripiens. *et Sall. Cat.* 33.; et *Liv.* 8. 30. *ad fin.* Dein se ex curia domum proripuit. *Cæs.* 2. *B. C.* 12. Inermes cum infulis sese porta foras universi proripiunt, ad legatos supplices manus tendunt. *Val. Flacc.* 5. 269. Ille furens ira solio se proripit alto. *Petron. Satyr.* 95. De cella se proripere. *Liv.* 29. 9. se domo. *Id.* 8. 28. se in publicum. *Sueton. Cal.* 51. se e strato. *balzar di letto.* — *Apul.* 7. *Met.* se cursu. et 4. *ibid.* concito gradu. *et* 9. *ibid.* fuga. *Tac.* 4. *Ann.* 45. Eo nisu proripuit se custodibus, ut etc. *baizò, scappò di mano delle guardie.* — Et absolute. *Cæs.* 1. *B. C.* 80. Ubi Cæsaris castra posita animadvertere, sese subito proripiunt hora circiter VI. Cf. *Plaut. Capt.* 3. 4. 1. Quo illum nunc hominem proripuisse foras se dicam ex ædibus? — Et omisso Accusativo *Virg.* 5. *Æn.* 741. Æneas, quo deinde ruis? quo proripis? inquit, Quem fugis?

II.) Translate. *Cic.* 2. *Fin.* 22. 73. Quod adulterium, quod stuprum, quæ libido non se proripiet ac projiciet, aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia? *Horat.* 1. *Od.* 8. 13. Quid latet, ut marinæ Filium dicunt Thetidis sub lacrimosa Trojæ Funera, ne virilis Cultus in cædem et Lycias proriperet catervas?

PRŌRĪTO, ās, āvi, are, a. 1. *irritare, provocare,* παροξύνω, irrito, provoco.

I.) Proprie. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 58. (90). Anagallidum cærulea procidentiam sedis retro agit, e diverso rubens proritat.

II.) Translate ponitur pro allicere, invitare. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 17. Nisi magnus est ejus in ea regione, quam colis, proventus, et pretium proritat. Adde *eumd.* 10. *ibid.* 116. *Seneca Ep.* 23. Quem spes proritat. *Id. Tranquill.* 12. *a med.* Ne illi quidem sine aliqua spe moventur: proritat illos alicujus rei species. *Scribon. Compos.* 104. Varietate apta ciborum stomachum proritate. *h. e.* orexim excitare. Sic *Marcell. Empir.* c. 20. *p.* 113. ed. *Ald.* Atque ita, varietate ciborum et perunctionis, stomachum proritare. *Arnob.* 5. 29. Proritare aliquem ad furias. *Capell.* 9. *p.* 303. Incertos mortalium sensus primum in spem opis superæ proritavit.

PRŌRŌGĀTIO, ōnis, f. 3. *proroga, dilazione, prorogazione, prolungamento,* παρελκη, ὑπερημερία, actus prorogandi, prolatio, dilatio. *Cic.* 13. *Att.* 43. Ego vero utar prorogatione diei. *Liv.* 8. 26. *extr.* Duo singularia hæc ei viro primum contigere, prorogatio imperii non ante in ullo facta, et acto honore triumphus. (*V. ibid.* 23.). *Cic. Mur.* 23. 47. Confusionem suffragiorum flagitasti, prorogationem legis Manliæ. *h. e.* dilationem legis promulgandæ.

PRŌRŌGĀTIVUS, a, um, adject. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 47. Prorogativa fulmina sunt, quorum minæ differri possunt, averti tolliique non possunt.

PRŌRŌGĀTOR, ōris, m. 3. *dispensiere,* qui erogat: *V.* PROROGO II. 5. *Cassiod.* 10. *Variar.* 28. Arcarii prorogatores tritici, vini et olei. *Vet. Scholiast.* ad *Persii* 2. 59. Dispensatores dicti prorogatores. *Gloss. Isid.* Prorogator, dispensator.

PRŌRŌGĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌRŌGO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pro *et* rogo). Part. *Prorogans* II. 2. et 5.; *Prorogatus* I. et II. 1. — Prorogare proprie est nova rogatione seu lege proferre, protrahere, ἀναβάλλομαι (It. *prorogare*; Fr. *prolonger, proroger*; Hisp. *prolongar, prorogar*; Germ. *verlängern*; Angl. *to prorogue, continue*).

I.) Proprie. *Cic.* 3. *Fam.* 10. Illud pugna et enitere, ne quid nobis temporis prorogetur. *Id.* 5. *Att.* 11. Ne provincia nobis prorogetur, per fortunas, dum ades, quidquid provideri potest, provide. Sic *Vellej.* 2. 45. 2. Cæsari lege, quam Pompejus tulit, prorogata in idem spatium temporis provinciæ. *Cf. Cic.* 2. *Phil.* 42. 109. Numerum annorum provinciis prorogavit. Rursus *Cic. ibid.* 10. 24. Ne quinquennii imperium Cæsari prorogaretur. *et* 1. *ad Q. fr.* 1. 1. *a med.* Quod si tibi bellum aliquod magnum et periculosum administranti prorogatum imperium viderem. Adde *Liv.* 9. 42. et 26. 1.; et *Sueton. Tib.* 30. Et *Frontin. Aquæd.* 7. Spatium prætura in alterum annum prorogare.

II.) Translate. ¶ 1. De tempore est differre, *differire. trasportare in altro tempo. Cic.* 2. *Phil.* 29. 74. Paucis ad solvendum prorogatis diebus. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 41. qui recte vivendi prorogat horam, etc. *Seneca* 5. *Benef.* 47. Prorogare diem mortis. ¶ 2. Generatim est producere, differre, extendere, *allungare, differire, prolungare. Cic.* 12. *Phil.* 6. 13. Nec solum prorogare bellum, sed concedere etiam victoriam. *Alii leg.* propagare. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 22. 34. (83). Prorogare moras in hiemes. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 57. spem militi in alium diem. *Id. Pseud.* 3. 2. 38. vitam hominibus. *Horat. Carm. sæc.* 67. Alterum in lustrum, meliusque semper Proroget ævum. *Plin.* 2. *Ep.* 20. *a med.* Medicos rogare, quoquo modo spiritum homini prorogarent. *Id.* 7. *Ep.* 31. Cujus memoriam tam grata prædicatione prorogat et extendit. *et* 9. *Ep.* 19. Victuri nominis famam supremis etiam titulis prorogare nituntur. *Plin. alter* 2. *Hist. nat.* 8. 6. (36). Sidus Veneris ab occasu refulgens nuncupatur vesper, ut prorogans lucem vicemque lunæ reddens. *Id.* 13. *ibid.* 3. 4. (20). Margaritæ ad heredem transeunt, vestes prorogant tempus, unguenta illico exspirant. ¶ 3. Pro diu servare, *conservare per lungo tempo. Plin.* 22. *Hist. nat.* 23. 37. (79). Quippe etiam conditum prorogatur ad urinam ciendam. *Id.* 19. *ibid.* 8. 39. (129). Inventum omnes thyrsos et folia lactucarum prorogare urceis conditos. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 41. Multis etiam locis vivacitatem suam usque in annos decem (*lepidium*) prorogat. ¶ 4. Pro amplificare, propagare. *Val. Max.* 3. 4. *n.* 6. Aucta majestas senatus, prorogata familia. *Cod.* 1. 42. 1. Prorogare sobolem. ¶ 5. Significat etiam prærogare, erogare, *sborsare. Ulp. Dig.* 40. 1. 4. Sive ex peculio, sive ex adventicio lucro, vel prorogante eo, vel repromittente redemptus sit. *Id. ibid.* 19. 2. 19. *a med.* Qui pensionem integram prorogavit. *Id. ibid.* 2. 14. 53. Sumptus prorogare litiganti, honestum est. Ita *Haloand.* et *Torrentin.* (Alii ubique leg. *prærogare.*) *V.* PRORŌGATOR.

PRŌRŌSTRUM, i, n. 2. *Thesaur. nov. Latin*, ed. *A. Maio p.* 473. Prorostrum, prominens pars navis, vel locus in foro. *Isid.* 15. *Orig.* 2. Hæc loca (*h. e.* forum) et prorostra vocantur. Adde *eumd.* 18. *ibid.* 15. Hanc vocem videtur, quamvis alio sensu, improbare *Caper de orthograph. p.* 2245. *Putsch.* Rostra voca, non prorostra: nam *pro rostris* quod dicimus *ante rostra* significat, ut *pro muris.*

PRORSUM, adverb. *Prosum* pro *prorsum* scribi docet *Lachmannus* ad *Lucret.* 3. 44.; et *prosum* legit *Ritschel.* et *Fleckeisen.* apud *Plaut. loc.* infra *citt.* — Prorsum ¶ 1. Est idem atque ante, in anteriorem partem. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 35. Trepidari sentio, et cursari rursum prorsum. Ubi *Donat.* Rursum proprie *retro,* prorsum *ante* significat. *innanzi, e indietro. V.* RURSUM. *Donatus* ad *Ter. Eun.* 2. 3. 14. Prorsum est porro versum, id est ante versum. ¶ 2. Item est recta, *diritto, dirittamente. Plaut. Pers.* 4. 5. 5. Simulato, quasi eas prorsum in navem. *Id. Mil. glor.* 4. 4. 56. Prorsum Athenas protinam abibo tecum. ¶ 3. Item omnino, *affatto, del tutto. Cato fragm.* apud *Charis.* 2. *p.* 189. *Putsch.* Prorsum quodcumque videbat fecisse, neque quemquam observavisse. *Plaut. frag. ibid.* Ita sunt prædones, prorsum parcunt nemini. *Id. Pers.* 4. 3. 8. Ita prorsum credebam nemini. *Ter. Heaut.* 4. 5. 28. Prorsum nihil intellige. *Lucret.* 6. 1156. Atque animi prorsum tum vires totius, omne Languebat corpus, leti jam limine in ipso. *Gell.* 17. 3. Prorsum irritatus. *Id.* 18. 2. Saturnalia agitabamus hilare prorsum et modeste.

PRORSUS, adverb. *Prosus* sunt qui leg. in *Ennio* apud *Non. p.* 165. 11. *Merc.* et in *Plauto.* — Prorsus ¶ 1. Est idem ac porro versus, prorsum, recta in anteriorem partem. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 45. Non prorsus, verum ex transverso cedit, quasi cancer solet. *Lucilius* apud *Non. p.* 303. 17. et *p.* 402. 6. *Merc.* Quid sibi vult? quare fit, ut intro versus et ad te Spectent atque ferant vestigia se omnia prorsus? ¶ 2. Item est recta via progrediendo, et de loco usurpatur, *subito. Cato* apud *Festum p.* 234. 25. *Müll.* Quum Romam veniebant, prorsus devertebantur pro hospitibus ad amicos suos. *Ter. Adelph.* 4.

2. 11. Ne illuc prorsus se irruat. *Gell.* 16. 19. *a med.* Tunc Arionem prorsus ex eo loco Corinthum petivisse. ¶ 3. Sæpissime est omnino, penitus, plane, utique, *affatto, del tutto, totalmente,* καθόλου. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 27. Prorsus perii. *Id. Asin.* 1. 3. 83. Nec quemquam interea alium admittet prorsus, quam me, ad se vivum. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 51. Prorsus tacere nequeo. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 70. Prorsus jucunde cenam produximus illam. *Cic.* 5. *Fin.* 28. 85. Tibi liber ille placet de beata vita? — Prorsus, inquam, Piso, si ista mala sunt, placet. *Id.* 2. *Tusc.* 5. 14. Ita prorsus existimo. *Id.* 3. *Nat. D.* 8. 21. Nullo modo prorsus assentior. *Id.* 13. *Att.* 45. Prorsus ex his litteris non videbatur esse dubium, quin etc. *Id.* 2. *Orat.* 14. 61. Verbum prorsus nullum intelligo. *Id.* 4. *Fam.* 10. Venies exspectatus non solum nobis, sed prorsus omnibus. *Id.* 16. *Att.* 1. Affatim prorsus. *et ibid.* 15. Prorsus vehementer et severe. *Id.* 6. *Fam.* 20. Hoc mihi prorsus valde placet. *Cic.* 1. *Tusc.* 5. 9. M. Nemo ergo non miser. A. Prorsus nemo. *Gell.* 20. 5. *extr.* Amavi prorsus in epistola brevitatis elegantissimæ filum tenuissimum. — Et cum ironia junctum *Curt.* 5. 5. 13. Grati prorsus conjugibus, quas juvenes duximus, revertemur. — *Prorsus quasi* apud *Justin.* 2. 12. 9. Prorsus quasi cum diis immortalibus bellum gereret. *Id.* 1. 7. 16. Prorsus quasi silentium damnum pulcritudinis esset. Adde *eumd.* 8. 1. 6. — *Prorsus ut* apud *Justin.* 2. 2. 14. Prorsus ut admirabile videatur, hoc illis naturam dare, quod etc. *Flor.* 1. 11. *in fin.* Qua velocitate! intra quindecim dies cœptum peractumque bellum: prorsus ut festinasse dictator ad relictum opus videretur. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 5. 7. (58). Prorsus ut jure dici possit, etc. *Gell.* 2. 23. Comœdiæ lepide et venuste scriptæ, prorsus ut melius posse fieri nihil censeas. — Ut nonnullis placet, est etiam certe, vere, recte, ut ad illud *Ter. Adelph.* 5. 3. 58. Eo pacto prorsum illic alligaris filium: *Donatus* docet. Sic *Gell.* 5. 9. Adolescens loqui prorsum deinceps cœpit. Addunt et *Cic.* 13. *Att.* 45. Sed hæc omnia commode ad superiorem notionem reducuntur ¶ 4. Item est commode, ad rem, *precisamente, appuntino, nè più nè meno. Varro* 6. *L. L.* 16. *Müll.* Ut jussit vinum legere, agna Jovi facit: inter cujus exta cæsa et porrecta flamen prorsus vinum legit. *h. e.* in ipso intervallo cædendi et porriciendi, non prius, neque postea. *Sall. Cat.* 16. *extr.* Tranquillæ res omnes: sed ea prorsus opportuna Catilinæ. ¶ 5. Item in summa, uno verbo, *in una parola, insomma:* vel revera, *in fatti. Sall. Cat.* 26. *extr.* Ingenium ejus haud absurdum: posse versus facere, jocum movere, sermone uti vel modesto, vel molli, vel procaci. Prorsus multæ facetiæ multusque lepos inerat. *et ibid.* 15. *extr.* Igitur colos exsanguis, fœdi oculi: citus modo, modo tardus incessus. Prorsus in facie vultuque vecordia inerat. Adde *eumd. ibid.* 24. et *Jug.* 79.

PRORSUS, a, um, adject. porro versus, rectus, *diritto.*

I.) Proprie. — *a*) *Festus p.* 234. 1. *Müll.* Prorsi limites appellantur in agrorum mensuris, qui ad orientem directi sunt. Cf. *Paul. Diac. p.* 235. 1. Hinc *Hygin. p.* 151. *Goes.* Limites, qui spectabant in orientem, prorsos, qui ad meridianum, transversos appellaverunt. — *Prorso tramite* est recto tramite. *Fl. Avian.* 3. *de cancro.* Innocuos prorso tramite siste gradus. *Alii leg.* proso *eod. sensu.* — *b*) Prorsa dea, recti partus præses, sicuti perversi Postverta. *Varro* apud *Gell.* 16. 16., ubi alii leg. *Prosa,* quod idem est.

II.) Translate. *Donatus.* ad *Ter. Eun.* 2. 3. 14. Prorsum est porro versum, id est ante versum. Hinc et prorsa oratio, quam non inflexit cantilena. Hæc *Donat.* Alii *prorsam* orationem, et frequentius, extrito *r, prosam* ideo dici ajunt, quod magis recta verborum constructione, quam versus, in quo metri causa multo plures transpositiones conceduntur: vel quod in legendo non recurritur ad initium, ut post singulos quosque versus fit. *Apul. Florid. n.* 18. Ac jam et prorsa, et versa facundia veneratus sum. *h. e.* et soluta oratione, et carmine. Sunt alia scriptorum loca, in quibus *prorsa oratio* pro *prosa* in quibusdam codicib. legitur. Ceterum *V.* PROSA loco suo.

PRŌRUMPO, rumpis, rūpi, ruptum, rumpere, 3. (pro *et* rumpo). Part. *Prorumpens* sub *B.* II.; *Proruptus* sub *A.* I. et II.; *Prorupturus* sub *B.* II. — Prorumpere usurpatur *A*) Cum Accus., seu Active; et *B*) Neutrorum more.

A) Active prorumpere est impetu emittere, effundere, evomere, (It. *mandar fuori, fare uscir con violenza*; Fr. *pousser avec violence, arrancher*; Hisp. *pujar con violencia, arrancar*; Germ. *hervorbrechen, -stürzen lassen, hervordringen lassen*; Angl. *to send forth, cast out*).

I.) Proprie. *Virg.* 3. *Æn.* 571. horrificis tonat Ætna ruinis, Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem. *h. e.* impetu emittit, effundit, evomit. — Dicimus etiam *prorumpere se. Gell.* 15. 22. Cerva in fugam sese prorupit. Ita usurpantur etiam *rumpo, erumpo, irrumpo.* V. Hinc passive *Lucret.* 6. 436. hinc prorumpitur in mare venti vis. — Hinc Part. *Proruptus* est qui impetu erumpit, prorumpens, profluens, profusus, effusus. *Virg.* 7. *Æn.* 458. ossaque et artus Perfundit toto proruptus corpore sudor. *Stat.* 2. *Theb.* 626. Intercepta natat prorupto in sanguine lingua. *Val. Flacc.* 4. 507. proruptus Vesevus. *h. e.* effusus in ignes. *et* 6. 632. hiberno proruptus ab arcu Imber. — *NB.* Pro procedendo seu progrediendo rumpere, perrumpere, effringere, perfringere affertur illud *Cæs.* 3. *B. G.* 26. Proruptæ munitiones. *Sed alii, inter quos* Dinter., *leg.* prorutæ. Sic apud *Tac.* 1. *Hist.* 86. Inundatione Tiberis proruptus pons. *plerique leg.* prorutus. et apud *Curt.* 4. 13. 26. Proruptum vallum. *plerique leg.* prorutum. — *Stat.* 11. *Theb.* 639. prono vix pectore ferrum Intravit tandem et venas prorupit anules Vulnus. In MSS. est *prupit.* unde et *perrupit* legi potest. — Apud *Virg.* 1. *G.* 97. Et qui, proscisso quæ suscitat æquore terga, Rursus in obliquum verso prorumpit aratro. *alii leg.* perrumpit.

II.) Translate. *Cic. Rosc. Am.* 24. 68. Prorupta audacia. *h. e.* projecta, temeraria, effrenis.

B) Neutrorum more, sæpissime est cum impetu ferri, exire, erumpere, sese proripere, et veluti objices quosque perrumpendo vadere, et se aliquo immittere, irruere, *farsi strada per forza, uscire con impeto, entrare con furia, e senza ritegno,* ἐξορμάω, ἐφορμάω.

I.) Proprie cum Acc. termini, quo quis prorumpit, aut cum Abl. termini, a quo quis prorumpit. *Cic. Mur.* 39. 85. Illa pestis immanis, importuna (Catilinæ) prorumpet, qua poterit. *Cæs.* 5. *B. G.* 15. Per medios audacissime proruperunt, seque iude incolumes receperunt. *Virg.* 10. *Æn.* 379. medius densos prorumpit in hostes. *Nepos Att.* 21. Subito tanta vis morbi in unum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fistula putris eruperit. *Seneca Troad.* 1156. Subitus prorupit cruor per vulnus ingens. *Val. Flacc.* 7. 102. et infida præceps prorumpit ab aula. *Claudian.* 1. *Laud. Stilich.* 246. alio prorumpit ab axe Tempestas. *Auct. Paneg. ad Constantin.* 16. Prorumpere ex latebris. *Tac.* 4. *Hist.* 34. *sub fin.* Obsessi omnibus portis prorumpunt. *Id.* 15. *Ann.* 40. Prædiis Tigellini incendium proruperat. *Plin.* 3. *Ep.* 16. Quum diu cohibitæ lacrimæ vincerent, prorumperentque. — Pro simplici erumpere, exire, *uscire,* a *Forcellino* afferuntur *Virg.* 7. *Æn.* 32. fluvio Tiberinus amœno In mare prorumpit. *Auct. B. G.* 8. 41. Sub ipsius oppidi murum magnus fons prorumpebat. *Tac.* 4. *Hist.* 55. Ante Flacci Hordeonii cædem nihil prorupit, quo conjuratio intelligeretur. In locis *Virgilii* et *Auct. B. G.* 8. non quidem vis et impetus, sed copia aquarum significatur.

II.) Translate cum Accus. et præpos. *in, ad. Cic. Rosc. Am.* 5. 12. Eo prorumpere hominum cupiditatem et scelus et audaciam, ut etc. *Justin.* 24. 1. 3. Omnes Græciæ civitates in bellum prorumpunt. *Quintil. declam.* 19. 9. Prospiciebam, in grande quandoque facinus prorupturum. *Tac.* 3. *Ann.* 52. Severitas adversum luxum, qui immensum proruperat ad cuncta, queis pecunia prodigitur. *et* 6. *ibid.* 51. *extr.* Postremo in scelera ac dedecora prorupit, postquam remoto pudore et metu, suo tantum ingenio utebatur. *et* 2. *Hist.* 73. Ipse exercitusque, ut nullo æmulo, sævitia, libidine, raptu, in externos mores proruperant. *et* 11. *Ann.* 35. Incensus, et ad minas prorumpens. *prorompendo. et ibid.* 2. Ad quod victo silentio prorupit reus. *proruppe in queste parole.* Similiter *Apul.* 6. *Met.* Prorumpere in vocem subitam. *et Lamprid. Comm.* 4. in hæc verba.

PRŌRŬO, rŭis, rŭi, rŭtum, rŭere, 3. (pro *et* ruo). Part. *Proruens* sub *B.* 1.; *Prorutus* et *Proruendus* sub *A.* — Prorŭere est *A*) Activum; et *B*) Neutrum Verbum.

A) Active *proruo* est idem ac cadere facio, diruo, demolior, everto, dejicio: et de iis fere dicitur, quæ lapsa multifariam franguntur, καθαιρέω, καταβάλλω (It. *far cadere, rovinare, abbattere, rovesciare, diroccare*; Fr. *renverser, jeter bas, entemer, culbuter*; Hisp. *derribar, derrocar, abatir, echar por tierra, hacer caer*; Germ. *vornweg einveissen, viederreissen, niederwerfen*; Angl. *to cast or beat down violently, overthrow, overturn, pull down, throw down, fell, demolish*). *Horat.* 1. *Od.* 35. 13. Injurioso ne pede proruas Stantem columnam. *Liv.* 26. 13. *a med.* Albam a fundamentis proruerunt. *Tac.* 3. *Hist.* 22. Hostem profligare ac proruere. *Horat.* 4. *Od.* 4. 66. Luctere: multa proruit integrum Cum laude victorem. *Liv.* 9. 14. Quum pars fossas explerent, pars vellerent vallum atque in fossas proruerent. *et ibid.* 37. Dolabræ ad vallum proruendum. *Id.* 22. 5. *in fin.* Terræ motus montes lapsu ingenti proruit. *Tac.* 3. *Hist.* 23. Ballista ingentibus saxis hostilem aciem proruebat. *Festus p.* 262. 10. *Müll.* Proruere ignem. *sbraciare.* — Similiter Part. præter. *Cæs.* 3. *B. G.* 26. Celeriter ad munitiones pervenerunt, atque his prorutis, prius in hostium castris constiterunt, quam etc. *Alii minus recte leg.* proruptis *vel* præruptis. *Liv.* 4. 29. et 9. 37. *a med.*; et *Vellej.* 2. 63. 1. Prorutum vallum. Apud *Liv.* alii leg. *proruptum,* alii *perruptum. Tac.* 12. *Ann.* 43. Crebris terræ motibus prorutæ domus. *et* 2. *ibid.* 17. *extr.* Prorutæ arbores. *Stat.* 4. *Theb.* 819. toros riparum et proruta turbant Gramina. *Seneca Troad.* 648. Prorutus tumulo cinis. *Lucan.* 9. 490. Saxa tulit penitus discussis proruta muris. Adde *Plin.* 8. *Ep.* 17. *ad fin.* — *Proruere se,* prorumpere, proripere se. *Ter. Eun.* 3. 5. 51. Foras simul omnes proruunt se, abeunt lavatum. *escono prestamente.*

B) Neutr. *proruere* (ut *ruo*) est ¶ 1. Impetu ferri, irruere, *correre addosso. Liv.* 25. 39. Ubi ab cohorte et equitibus ex occulto proruentibus circumventi sunt. *Alii leg.* procurrentibus. *Gell.* 1. 11. Impetus militum, ne sparsi dispalatique proruerent, cohibebatur. *Curt.* 4. 16. 6. Subditis calcaribus proruere in hostem. — Huc referri potest et illud *Varron.* 1. *R. R.* 13. 5. Id (*ædificium*) secundum aream faciundum, ubi triturus sis frumentum, quo in trituram proruere facile possis. ¶ 2. Est etiam cum impetu decidere. *Val. Flacc.* 7. 600. ille fatiscens, In caput inque humeros ipsa vi molis et iræ Proruit. *Tac.* 15. *Ann.* 22. Motu terræ oppidum magna ex parte proruit.

PRŌRUPTIO, ōnis, f. 3. *sortita*, actus prorumpendi, eruptio. ἐξέλαυσις. *Aurel. Vict. Cæsar.* 33. Simulata proruptione hostium. *Capell.* 6. *p.* 201. Undarum proruptio.

PRŌRUPTOR, ōris, m. 3. qui prorumpit. *Ammian.* 24. 5. Proruptores alii jumenta intercipiunt. *h. e.* qui eruptionem et excursionem fecerant.

PRŌRUPTUS, a, um. *V.* PRORUMPO.

PRŌRUTUS, a, um. *V.* PRORUO

PRŌSA Oratio, prosa, πεζὸς λόγος, oratio soluta, cui opponitur versus. Dicta est primum *prorsa*: postea extrito *r*, ut *rusus* pro *rursus*,

susum pro *sursum*. Et sunt qui negant, *prosa* dici, quia in antiq. codicib. semper *prorsa* legatur. Sed utrumque rectum est, inquit *Voss.* in *Etymol.* Cur autem sic dicatur, dictum est in PRORSUS adject. *Seneca* apud *Gell.* 12. 2. Apud Ciceronem invenies, etiam in prosa oratione quædam, ex quibus etc. καταλογάδην. *Vellej.* 1. 17. 3. Oratio ac vis forensis, perfectumque prosæ eloquentiæ decus sub principe operis sui erupit Tullio. *Colum.* 11. *R. R.* 1. 1. Cultus hortorum prosa oratione componere. *Quintil.* 10. 1. 81. Plato multum super prosam orationem, et quam pedestrem Græci vocant, surgit. *et* 11. 2. 39. Sicut facilius versus edidicimus, quam prosam orationem; ita prosam vinctam, quam solutam, *h. e.* ligatam oratorio numero. *Gell.* 19. 7. *ad fin.* Verba nimium poetica, et prosæ orationis usu alieniora. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (112). Cadmus Milesius, qui primus prosam orationem condere instituit. *Id.* tamen 7. *ibid.* 56. 57. (205). *et Apul. Florid.* 15. hanc laudem tribuunt Pherecydi Syrio. Quæ ita conciliat *Harduin.*, ut Cadmus ille primus res gestas et historiam, Pherecydes res philosophicas prosa oratione primus conscripserit. *Auson. Profess. n.* 3. 3. seu lege metrorum Condita, seu prosis conderet orsa modis. — Absolute *Quintil.* 9. 4. 52. Nihil est prosa scriptum, quod non redigi non possit in quædam versiculorum genera. *Gell.* 10. 18. *in fin.* In tragœdia eum magis, quam in prosa placuisse, Hyginus refert. *Priscian.* 14. *p.* 979. *Putsch.* Rarissime apud prosam scribentes præpostere proferuntur præpositiones. — Prosa Dea. *V.* PRORSUS adject. — Alio sensu *V.* in PROSARIUS.

PROSACINES, um, m. 3. πρὸς *ante* et ἀκίνητες, idem quod, ἀκίνητος *immobilis*, ut videtur, sunt animalia, de quibus hæc *Theod. Priscian.* 4. 2. *ante med. p.* 316. ed. *Ald.* Occulte plurima animalia sine sanguine, ut puta pulpas, sepias, lollia, ostrea, spondylos, pernecas (*sic*), prosacines, qui sua virtute navim velificantem opposito ore vel mordente immobilem retinent. *Prosacines* igitur videntur esse piscis, qui Latinis *remora*, Græcis ἐχενηΐς dicebatur. Quid vero sit illud *pernecas*, ignoro; nisi legendum est *pernas*, ut apud *Plin.* 32. *Hist. nat.* 11. 54. (154).

PRŌSÆPTUM, i, n. 2. sæptum. *Ambros. in Luc.* 6. 9. Desidia quadam mentis (*nos*) intra prosæptum carnis inclusi.

PRŌSĂĪCUS, a, um, adject. *prosaico*, πεζός, ¶ 1. Est prosa oratione constans. *Venant.* 7. *carm.* 11. 1. Prosaico quoties direxit scripta relatu. ¶ 2. Item prosæ orationis scriptor. *Id.* 2. *Vit. S. Martin. ad fin.* Cujus prosaicus cecinit prius acta Severus. *scil.* Sulpicius Severus.

PRŌSĀLIS, e, adject. idem ac prosaicus. *Cassiod. Inst. liber. litt.* 1. Officium ejus (*grammaticæ*) est sine vitio dictionem prosalem metricamque componere.

PRŌSĂPĬA, æ, f. 1. — Alia forma *prosapies*, ēi, f. 5. est *Nonii p.* 67. 27. *Merc.* Legitur etiam a nonnullis apud *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 180. Et tot stuprorum sordidam prosapiem. *Gloss. Philox.* Prosapies, γένους καταγωγή. *Cassiod.* 9. *Variar.* 25. *ante med.* Tetendit se etiam in antiquam prosapiem nostram. — Primam et secundam syllabam producit, et quidem recte *Prudent. Apoth.* 1006. Quid peccatorum prosapia corpore in illo? — Ratione habita etymi *Paul. Diac.* ait *p.* 225. 14. *Müll.* Prosapia, progenies: id est porro sparsis et quasi jactis liberis: quia supare significat jacere et disjicere. *Non. loc. cit.* vult dici a prosupando aut proferendo. Nimirum *supare* et *prosupare*, prisca verba, idem esse videntur. — Ceterum *prosapia* est progenies, genus per multos posteros longe productum, γενεά, γένος (It. *discendenza, legnaggio, prosapia, stirpe*; Fr. *parenté, race, famille*; Hisp. *raza, casta, origen, linage, descendencia, familia*; Germ. *d. Stamm, d. Geschlecht, d. Abstammung*; Angl. *a race, lineage, stock, progeny, pedigree, descent, ancestry*). *Cato* apud *Non. loc. cit.* Veteres prosapias etc. *Plaut. Curc. a.* 3. *v.* 23. De Coclitum prosapia te esse arbitror: nam ii sunt unoculi. *Id. Merc.* 3. 4. 49. Rogitares, quis esset, aut unde esset, qua prosapia. *Sall. Jug.* 87. *sub fin.* Homo veteris prosapiæ ac multarum imaginum. — Tempore *Ciceronis* vetus verbum erat. Sic enim ille *Tim.* 11. 35. Jovem, atque Junonem, et eorum, ut utamur veteri verbo, prosapiam. *Quintil.* quoque 1. 6. 40. inter ea recenset, quæ ab ultimis et jam oblitteratis sunt repetita temporibus. *et* 8. 3. 26. insulsum esse dicit. Nihilominus postea usurparunt *Sueton. Galb.* 2. Galba haud dubie nobilissimus, magnaque et vetere prosapia. *et Justin.* 14. 6. 11. Pro gloria veteris prosapiæ. Adde *Apul.* non semel.; *Ammian.* 23. 5., 26. 7. et 29. 1.; et *Capitolin. Ver.* 2.

PRŌSĂPĬES, ēi, f. 5. *V.* voc. præced. init.

PRŌSĂPŌDŌSIS, is, f. 3. προσαπόδοσις, figura rhetorica, qua pluribus propositis sententiis, singulis ratio statim subjicitur. Vox Græca est, et Græcis litteris scribitur a *Quintil.* 9. 3. 94., ubi hujusmodi exemplum affert ex *C. Antonio*: Sed neque accusatorem eum metuo, qui sum innocens: neque competitorem vereor, qui sum Antonius: neque consulem spero, qui est Cicero. Latinis litteris apud *Rutil. de fig. sentent. p.* 1. *Capper.* et apud *Capell.* 5. *p.* 175.

PRŌSĂRĬUS, a, um, adject. prosaicus. *Sidon.* 3. *Ep.* 14. Meas nugas confectas opere prosario. *Id.* 9. *Ep.* 13. Prosarium loquendi genus. — *Prosaria ars*, qua villi pectuntur, et complanantur in tunicis, aut togis: nam in *Gloss. Philox.* prosa, exponitur pexa tunica, πεξὸν ἱμάτιον. *Inscript.* apud *Gruter.* 649. 7. Negotiatori artis prosariæ. *Alii aliter leg.*

PRŌSĂTOR, ōris, m. 3. qui proserit, procreat. *Jul.* apud *Augustin. resp. Jul.* 1. 90. Alterum (*Abraham*) esse prosatorem carnis innocuæ, alterum (*diabolum*) seductorem miseræ voluntatis.

PRŌSĂTRIX, īcis, f. 3. quæ proserit, procreat. *Gloss. Isid.* Prosatrix, genitrix.

PRŌSĂTUS, a, um. *V.* PROSERO.

PROSCĒNĬUM *et rectius* proscænium, ii, n. 2. In omnib. fere editionibus semper scribitur *proscenium*, perperam vero *proscœnium* in *Inscript.* apud *Reines.* in *Append. n.* 41., at rectius *proscœnium* in alia apud *Gruter.* 168. 8., quam refert etiam *Manut.* in *Orthogr.*, et ex ipsius lapidis fragmento *Adamius* in *Stor. di Volseno T.* 1. *p.* 255.; ita etiam scribitur in alia apud *Murat.* 126. 1. *V.* SCÆNA; et cf. *Inscript.* apud *Orell.* 3302. et 5047. — Proscænium, *proscenio*, προσκήνιον, locus ante scænam, h. e. inter scænam et orchestram, ubi erat pulpitum, seu tabulatum, in quo stabant histriones fabulas acturi: unde et pro ipso pulpito ponitur. Erat scæna depressius, orchestra altius. *Vitruv.* 5. 6. Parallelos linea ducatur, quæ disjungat proscænii pulpitum et orchestræ regionem. (Adde *ibid.* 8.) *Plaut. Amph. prol.* 91. Etiam histriones anno in proscænio hic Jovem invocarunt. *Apul. Florid. n.* 18. Pavimenti marmoratio, proscænii contabulatio, scænæ columnatio. *Virg.* 2. *G.* 381. veteres ineunt proscænia ludi. *vanno in iscena.* Ubi *Servius*: Proscænia sunt pulpita ante scænam, in quibus ludicra exercentur. *Philargyrius*: Proscænium proculdubio pulpitum dicit. Etiam *Flav. Caper de Orthogr. p.* 2245. *Putsch.* pulpita ait vocari proscænia. *Sueton. Ner.* 12. Hos ludos spectavit e proscænii fastigio. *h. e.* ex editiore pulpiti loco: quandoquidem non fabulæ solum, sed alia ludicra in iis ludis acta sunt: quo quidem tempore pulpitum vacuum erat ab histrionibus. Ceterum etiam quando histriones agerent, locum fuisse alicui ex spectatoribus sedendi in proscænio, apparet ex *Plaut. Pœn. prol.* 17. Apud *Liv.* 40. 51. M. Æmilius Lepidus censor, inter alia opera, theatrum et proscænium ad Apollinis locasse legitur. Etiam in *Inscript.* apud *Reines. cl.* 2. *n.* 89., item apud *Orell.* 3303. theatri et proscænii refecti mentio fit.; et in alia apud *Orell.* 5047. proscænii tantum. — De ipso theatro. *Claudian.* 2. *Laud. Stilich.* 403. Pompejana dabunt quantos proscænia plausus!

PROSCHOLIUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq.

PROSCHŌLUS, i, m. 2. πρόσχολος, *sotto maestro*, idem qui subdoctor: a schola. Legitur in titulo *epigr. Ausonii Profess. n.* 22., ubi *Scalig. l.* 1. *lect. Auson. c.* 15. docet, et qui moribus puerorum ad scholam itantium præesset, et qui sub magistro eorum studia litterarum curaret, proscholum dictum esse. Sed hæc apud Græcos. *Augustin. de serm. Apostol. serm.* 178. *n.* 8. Tam pauper, ut proscholus esset grammatici. *Vot. Tir. p.* 163. Proscolis (*lege* Proscholus), proscolium (*scribe* proscholium.) *h. e.* locus, in quo immoratur proscholus.

PROSCINDO, scindis, scidi, scissum, scindere, a. 3. (pro *et* scindo). Part. *Proscindens* I. 1.; *Proscissus* I. 1. 2. et II. 2.; *Proscindendus* II. 2. — Proscindere est scindere, discindere, exscindere, προσχίζω, καταχόπτω (It. *fendere, tagliare, rompere*; Fr. *déchirer, ouvrir, fendre*; Hisp. *desgarrar, rasgar, hender, romper, rajar*; Germ. *vorn aufreissen, zerreissen, zerschneiden, aufreissen*; Angl. *to split, cut, cut or hew down*).

I.) Proprie. ¶ 1. Universim. *Lucan.* 3. 433. primus raptam librare bipennem Ausus, et aeriam ferro proscindere quercum. *Apul. de Mag.* Proscindere piscem. *h. e.* incidere, concidere, *tagliare, far la notomia.* et *Sil. It.* 3. 449. Spumanti Rhodanus proscindens gurgite campos. *Stat.* 10. *Theb.* 439. magno proscissum vulnere pectus. *et* 3. *ibid.* 330. sic nota in pascua taurus Bellator redit, adverso cui colla, suoque Sanguine, proscissique natant palearibus armi. *Justin.* 44. 3. 6. Si quando fulgure terra proscissa est, detectum aurum velut dei munus colligere permittitur. ¶ 2. Speciatim *proscindere terram* est vomere scindere: et proprie est prima vice solum perfringere cæspiten invertendo, herbas proruendo, radices confringendo, *romper la terra*: secunda rice dicitur *offringere*: tertia *lirare*. *V.* LIRO. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 19. 49. (176). Vi omni arato: priusquam aras, proscindito. Hoc utilitatem habet, quod, inverso cæspite, herbarum radices necantur. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 4. Ut more novalium terra transversis adversisque sulcis proscindatur. Adde *Varron.* 1. *R. R.* 27. 1.; et *Colum.* 11. *R. R.* 2. 46. Similiter *Id. Colum.* 2. *ibid.* 10. 5. Prius tamen jaciemus semina (*fabæ*), deinde proscindemus terram, proscissamque in liram revocabimus. *Virg.* 1. *G.* 97. Et qui proscisso quæ suscitat æquore terga. — Hinc *Proscissum*, terra proscissa. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 25. Bubulcum autem per proscissum ingredi oportet. *h. e.* per sulcum ambulare. ¶ 3. Generatim est arare, terram colere, *arare, lavorar la terra. Accius* apud *Non. p.* 395. 24. *Merc.* Ut rorulentas terras ferro fumidas Proscindant, glæbasque arvo ex molli exsuscitent. *Virg.* 2. *G.* 237. validis terram proscinde juvencis. *Lucret.* 5. 210. terram pressis proscindere aratris. *Ovid.* 7. *Met.* 219. ferro proscindere campum.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis, h. e. de mari et aere. *Catull.* 64. 12. Quæ (*carina*) simul ac rostro ventosum proscidit æquor. *Sil. It.* 8. 662. Quique gravi remo, limosis seguiter undis, Lenta paludosæ proscindunt stagna Ravennæ. *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 92. I, celeres proscinde Notos. *fendi l'aria, e vola.* ¶ 2. Sæpe etiam significat dictis lacerare, contumeliis afficere, insectari, *oltraggiare, lacerare, dare il cardo*, διαχερτομεῖν. *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 47. Ergo submotum patria proscindere, livor, Desine. *Sueton. Cal.* 30. Equestrem ordinem, ut scænæ arenæque devotum, assidue proscidit. *Id. Aug.* 13. Hunc fœdissimo convicio coram prosciderunt. *Id. Vita Lucan.* Famoso carmine aliquem proscindere. *Auson. epist.* 4. 13. aliquem risu. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 3. (6). Aurum proscissum conviciis ab optimis quibusque. *Id.* 36. *ibid.* 6. 7. (48). Mamurra Catulli carminibus proscissus. *Lactant.* 3. 28. Fortunæ nomen acerrimis accusationibus prosciderunt. *Val. Max.* 8. 5. *n.* 2. M. Scaurus C. Flavium repetundarum accusatum testis proscidit. *Id.* 5. 3. *n.* 3. Ingrata facta ulteriore indignatione proscindenda sunt.

PROSCISSĬO, ōnis, f. 3. *il rompere la terra*,

actus proscindendi, aratio. *Colum.* 2. *R. R.* 13. 6. Sesami sextarii sex tribus jugis a proscissione coluntur. *Id.* 6. *ibid.* 2. 8. Ne adhuc tenera colla dura proscissione terræ contundant.

PROSCISSUM, i, n. 2. *et*

PROSCISSUS, a, um. *V.* PROSCINDO.

PROSCRĪBO, bis, psi, ptum, bere, a. 3. (pro *et* scribo). Part. *Proscriptus* I. 1., 2. et 4.; *Proscribendus* I. 3. — Proscribere est aliquid scribere et proponere, scripto aliquid publicum facere, edicere, *ἀναγράφω, ἀπογράφω* (It. *esporre o pubblicare in iscritto, metter fuori un cartello*; Fr. *écrir sur, publier, publier par une affiche*; Hisp. *escribir sobre, publicar, pegar un cartapel*; Germ. *vorschreiben, aufschreiben*; Angl. *to post up in writing, publish any thing to be sold*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Petron. Satyr.* 107. Servitia in frontibus cernitis, et vultus ingenuos voluntaria pœnarum lege proscriptos. *h. e.* frontem habentes servili inscriptione notatam, ut dicitur *ibid.* 103. *Cic.* 7. *Verr.* 69. 177. Lex, quam non is promulgavit, cujus nomine proscriptam videtis, sed etc. *Id.* 4. *ibid.* 52. 129. Eximi jubet non diem ex mense, sed ex anno unum dimidiatumque mensem, ut quo die, verbi causa, esse oporteret idus Januarias, eo die calendas Martias proscriberet. *Id.* 9. *Att.* 17. Senatum calendis velle se frequentem adesse, etiam Formiis proscribi jussit. *Justin.* 2. 12. 3. Symbolos proponi et saxis proscribi curat: Quæ vos, Iones, dementia tenet? etc. *Cic.* 16. *Att.* 4. Venationem proscribere III. Id. Quintil. *Tac.* 13. *Ann.* 51. Edixit princeps, ut leges cujusque publici, occultæ ad id tempus, proscriberentur. *Sueton. Ner.* 39. Carmina proscripta, aut vulgata. *Id. Cæs.* 49. Missa facio edicta Bibuli, quibus proscripsit collegam suum Bithynicam reginam. *Gell.* 15. 4: *ad fin.* Ut vulgo per vias versiculi proscriberentur: Concurrite omnes etc. ¶ 2. Præcipue locum habet in auctionibus, et locationibus, et hujusmodi, quum quis tabella proposita, quid, et quanti venditusus, aut locaturus sit, palam facit. *Ulp. Dig.* 14. 3. 11. Proscribere palam sic accipimus, claris litteris, ut de plano recte legi possint, ante tabernam scilicet, vel ante eum locum, in quo negotiatio exercetur, nec in loco remoto, sed in evidenti. *Cic. Quinct.* 4. 15. Auctionem se facturum esse proscribit earum rerum, quæ etc. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 6. Racilius tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum. *Id.* 3. *Off.* 16. 66. Claudius proscripsit insulam, vendidit: emit P. Calpurnius. *Id.* 3. *leg. Agr.* 4. 15. Ital , Siciliæ possessiones venales ac proscriptas [illegible] lege video. *Id.* 3. *Verr.* 54. 141. Locare inc t non proscripta, neque edicta die. ¶ 3. Ita quum alicui bona aut per vim, aut ex lege au untur, *confiscare*, δημεύω. Itaque *proscribere aliquem*, est eum suis bonis spoliare, eaque v ia scripto proponere, ac vel divendere aliis, vel sibi ipsi addicere. *Cic. Dom.* 17. 44. Hanc tribuno plebis potestatem dabitis, ut proscribere possit, quos velit? Quæro enim, quid sit aliud proscribere. Velitis, jubeatis, ut M. Tullius in civitate ne sit, bonaque ejus ut mea sint. *Id.* 3. *leg. Agr.* 4. 14. Quos fundos in Casinati fructuosissimos continuavit, quum usque eo vicinos proscripsit, quoad etc. *et* 2. *ibid.* 36. 99. Cn. Pompejum proscribere. *h. e.* prædam, manubias, vectigales agros ab eo reipublicæ partos. *Plin.* 8. *Ep.* 18. Ut patris eorum bona proscribenda curaverit. ¶ 4. Sævissimum proscribendi genus civile bellum atque odium L. Cornelio Sullæ suggessit, quum devictis Cinna et Mario, tabulam illam feralem proposuit, qua multa millia civium R. cædi destinavit, constituto publice præmio iis, qui conquisitos jugulassent, (quo factum est, ut ferarum more ab inimicis conquirerentur) scilicet vel pecunia ex ærario, ut est apud *Sueton. Cæs.* 11., vel eorum bona interfectoribus addicendo. Quod si evasissent, nihilominus fortunas et patriam amittebant; *bandire con pena capitale, taglia, e confiscazione*: qua de re *Vellej.* 2. 28. 3., *Flor.* 3. 21., *Epit. Liv.* 88. et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 43. 43. (134). De ea *Cic. Rosc. Am.* 6. 16. Posteaquam victoria constituta est, ab armisque recessimus, quum proscriberentur homines, atque ex omni regione caperentur ii, qui adversarii fuisse putabantur, etc. — Sullæ exemplum secutis postea triumviris Augusto, Antonio, Lepido, majori etiam crudelitate et avaritia in rempubl. sævitum est. V. *Flor.* 4. 6., *Vellej.* 2. 66., *Sueton. Aug.* 27. et *Epit. Liv.* 120. Hinc illud apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 4. *a med.* Temporibus triumviralibus Pollio, quum fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait: At ego taceo: non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere V. *Val. Max.* 6. 8. *n.* 5. 6. 7. — Ceterum *Sall. in orat. Philippi contra Lep.* 6. Quum Etruriam conjurare, proscriptos arcessi, largitionibus rempublicam lacerari videbam, etc. *Id. in orat. Lepidi contra Sullam* 18. At objectat mihi possessiones proscriptorum. *Id. Cat.* 51. In proscriptorum numero esse. *Cic.* 3. *Verr.* 47. 123. Facturos, quod contra legem Corneliam esset, quæ proscriptum juvari vetat. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (116). Proscriptorum liberos honores petere puduit. *Id.* 22. *ibid.* 6. 6. (12). Ipse tamen obsessis in toto orbe proscriptis hac corona Sertorio cessit.

II.) Translate. *Petron. Satyr.* 106. *extr.* Cujus pudoris dignitas in contione proscripta sit.

PROSCRIPTĪO, ōnis, f. 3. *pubblicazione, proscrizione, ἀναγραφή, προγραφή*, actus proscribendi. ¶ 1. Est actus proscribendi et aliquid venale proponendi. *Cic. Quinct.* 18. 56. Postulatio et proscriptio bonorum. *Id.* 2. *Cat.* 10. 21. Vadimoniis, judiciis, proscriptionibus bonorum defatigati. *Id. Flacc.* 30. 74. Emptiones falsas, prædiorum proscriptiones-fecisti. *Id. Rosc. Am.* 44. 128. Opinor enim esse in lege, quam ad diem proscriptiones venditionesque fiant. ¶ 2. De proscriptione Sulliana, et triumvirali dictum est in voce præced. I. 4., *bando con pena capitale, taglia e confiscazione de' beni. Cic. Dom.* 17. 43. Proscriptionis miserrimum nomen illud, et omnis acerbitas Sullani temporis. *Id. Sext.* 30. 65. De capite civis et de bonis proscriptionem ferre. *Id.* 2. *Cat.* 9. 20. Proscriptiones et dictaturas cogitare. *Sall. in orat. Lepidi contra Sullam* 17. Nisi approbaritis omnes proscriptionem innoxiorum ob divitias. *Sueton. Cæs.* 11. Eos quoque sicariorum numero habuit, qui proscriptione ob relata civium R. capita, pecunias ex ærario acceperant, quamquam exceptos Corneliis legibus. Adde *Plin.* 22. *Hist. nat.* 6. 6. (12).; et *Vellej.* 2. 28. 3.

PROSCRIPTOR, ōris, m. 3. *proscrittore, προγραφεύς*, qui proscribit. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 12. 10. (56). *de M. Antonio triumviro.* Ut ille proscriptor animus, modo et contumelia furens, non aliud in censu magis ex fortuna sua duceret. *h. e.* proscriptione gaudens. *V.* PROSCRIBO I. 4.

PROSCRIPTURA, æ, f. 1. idem fere ac proscriptio. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 11.

PROSCRIPTURĪO, is, ire, n. 4. desideriativ. proscribere cogito et cupio. *Cic.* 9. *Att.* 10. *a med.* Hoc turpe Cnæus noster biennio ante cogitavit: ita Sullaturit animus ejus et proscripturit diu. *V.* PROSCRIBO I. 4. *Quintil.* 8. 6. 32. vix permitti hujus verbi usum monet.

PROSCRIPTUS, a, um. *V.* PROSCRIBO.

PRŌSĔCO, sĕcas, sĕcŭi, sectum, sĕcare, a. 1. (pro *et* seco). Sunt qui *prosico* legunt apud *Plaut. loc.* infra *cit.* — Part. *Prosectus* 1. et 2. — Prosecare est idem ac secare, et ¶ 1. Est proprium sacrorum verbum, quum victima mactata, et foco imposita, partem ejus, postquam cocta esset, secabant, et aræ imponebant, adolebantque: partem vescebantur qui sacrificio intererant. *Cato R. R.* 134. Ubi exta prosecta erunt, Jano struem commoveto. *Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 8. Vetui exta prosecarier. *Liv.* 5. 21. Qui ejus hostiæ exta prosecuisset. *Sueton. Aug.* 1. Semicruda exta rapta foco prosecuit. *Paul. Diac. p.* 78. 18. *Müll.* Exta dicta, quod ea diis prosecentur, quæ maxime exstant eminentque. *Val. Flacc.* 3. 439. Tum piceæ mactantur oves, prosectaque partim Pectora, per medios partim gerit obvius Idmon. — Hinc est etiam sacrificare, immolare. *Tertull. Apolog.* 46. Æsculapio gallinaceum prosecare. ¶ 2. Extra sacra, generatim, *Apul.* 2. *Met. sub fin.* Prosectis naso prius, ac mox auribus. ¶ 3. Speciatim idem est ac proscindo. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *ante med.* Tantis glæbis tenacissimum solum, quum primum prosecatur, assurgit, ut nono demum sulco perdometur. — Hinc a Part. præter. pass.

Prosectum, i, n. 2., quod *V.* loco suo.

PRŌSĔCRO, as, are, n. 1. obsecro; vel sacrum facio. *Lactant.* 4. 27. Instigantibus iisdem dæmonibus, quibus prosecrarant. *Alii aliter leg.*

PRŌSECTA, æ, f. 1. idem quod proxime sequens verbum. *Lucilius* apud *Non. p.* 220. 22. *Merc.* Cœnam nullam, neque divo prosectam ullam. *Alii leg.* prosiciem, quod idem est.

PRŌSECTA, ōrum, n. plur. 2. *V.* voc. seq. sub *b.*

PRŌSECTUM, i, n. 2. (proseco) *διατμητα.* dicuntur viscera, quæ in sacrificiis prosecuissent. Qui enim sacrificarent, extis coctis sectisque, partem eoliti sunt adolere, partem sacerdotibus dare, partem mensis suis reservare. *V.* PROSECO 1. — *a*) In sing. num. *Varro* 5. *L. L.* 110. *Müll.* Insicia ab eo, quod insecta caro, ut in carmine Saliorum est: quod in extis dicitur nunc prosectum. — *b*) In plur. num. *Ovid.* 12. *Met.* 152. Cujus ut imposuit prosecta calentibus aris. *Id.* 6. *Fast.* 163. Sic ubi libavit, prosecta sub æthere ponit. Adde *Stat.* 5. *Theb.* 641.; et *Licinium Macr.* apud *Non. p.* 220. 20. *Merc.* — *c*) Aliam formam *V.* in PROSECTA, æ.

PRŌSECTĪO, ōnis, f. 3. idem ac prosectus, actus prosecandi. *Salvian.* 6. *Guhern. D.* 16. Optimi ac peritissimi medici aliis adhibent duram ferri prosectionem, aliis blandam infundunt olei lenitatem.

PRŌSECTOR, ōris, m. 3. *incisore, anatomico,* qui prosecat. *Tertull. Anim.* 25. *a med.* Majorum quoque prosector Herophilus. (de medicis loquitur).

PRŌSECTUS, a, um. *V.* PROSECO.

PRŌSECTUS, us, m. 4. *taglio,* actus prosecandi. *Apul.* 8. *Met.* Prosectu gladiorum, ictuque flagrorum. *Id. ibid.* Ferri vulnera similia futura prosectu dentium. *pro* prosectui, *ut* aspectu *pro* aspectui *Virgilius* dixit.

PRŌSĔCŪTĬO *et* prosequutio, ōnis, f. 3. ¶ 1. Generatim est actus prosequendi, *l'andar dietro, l'accompagnare, ἀκολουθία. Imppp. Valentinian., Theodos. et Arcad. Cod. Theod.* 8. 5. 47. Prosecutoribus, vel susceptoribus non licebit alios mercede subvehendos conducere, exceptis his, quos necessitas prosecutionis adjunxerit. *Symmach.* 7. *Ep.* 59. Largitas jucundior erit, si ei commendationem prosecutio opportuna præstiterit. ¶ 2. Speciatim est continuatio orationis. *Claud. Mamert.* 3. *Stat. an.* 7. Necessarium profecto erit, ut tute cedas tibi, et partem prosecutionum tuarum parte supplodas, falsumque vero diluas. *V.* PROSEQUOR.

PRŌSĔCŪTOR *et* prosequutor, ōris, m. 3. *accompagnatore,* qui custodiæ causa aliquem prosequitur, et deducit. *Macer Dig.* 48. 3. 7. Ut rei cum prosecutoribus ad se remittantur. *guardie. Imppp. Gratian., Valens et Theodos. Cod.* 12. 51. 9. Quos in transmissionem publicarum functionum prosecutores viderint constitutos. *h. e.* qui animalia atque equos sacro usui necessarios prosequuntur, ut habetur tit. sequenti. Hos vocamus *mulattieri, cavallari, condottieri.* Adde *Cod. Theod.* 12. 6. 12. Sic *Impp. Honor. et Theodos. Cod.* 10. 72. 1. Auri prosecutores partim nulla præmissa, ut assolet, prosecutoria, aurum præsumunt, partim diutius retentant, quod statim fuerat assignandum. *h. e.* qui aurum ad principem transvehendum deducunt, prosequuntur, comitantur. *Cassiod.* 4. *Variar.* 7. Prosecutores frumentorum. *h. e.* qui navibus frumenta ex uno in alium locum transvehunt. In loco *Digestor.* et *Cod.* alii leg. *persecutores,* sed contra *Cujacium,* et meliores libros. *Veget.* 3.

Milit. 3. Coactis per idoneos prosecutores possessoribus ad castella idonea conferendum est quidquid in pecore, vel quacumque fruge, vinoque hostis inferens bellum ad victum suum poterit occupare. — De eo, qui jus suum persequitur. *V.* PERSECUTOR. — De eo, qui prosequitur et deducit officii causa. *Sidon.* 4. *Ep.* 8. Tenax caterva prosecutorum.

PRŌSĒCŪTŌRĬUS *vel* prosequutorius, a, um, adject. *Prosecutoria*, absolute, substantivorum more (subaudi *epistola*), est licentia aut præceptum auri publici prosequendi. *Impp. Honor. et Theodos. Cod.* 10. 72. 1., ubi alii leg. *persecutoria*. V. vocem præced.

PRŌSĒCŪTUS *et* prosequutus, a, um. *V.* PROSEQUOR.

PRŌSĔDA, æ, f. 1. quæ ante sedet. *Paul. Diac. p.* 226. 2. *Müll.* Prosedas meretrices Plautus appellat, quod ante stabula sedeant. Eædem et prostibulæ. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 53. An te ibi vis inter istas versarier prosedas, pistorum amices, reliquias alicarias, miseras, cœno delibutas, servilicolas sordidas? *V.* PROSEDEO.

PROSEDĂMUM, i, n. 2. Videtur esse vox Sarmatica. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 10. 63. Satyrion a Sarmatis dari equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu: quod vitium prosedamum vocant.

PRŌSĔDĔO, es, ere, a. 2. ante sedere. *Isid.* 10. *Orig. litt. P.* Prosedæ (*sic enim legendum est, non* Prostitutæ) meretrices, a prosedendo in meritoriis, vel in fornicibus.

PRŌSEGMĪNA, um, n. plur. 3. eadem ac prosiciæ. *Gloss. Isid.* Alegmina (*lege* Ablegmina), partes extorum, quæ prosegmina dicuntur. *V.* ABLEGMINA.

PRŌSĒLŸTUS, a, um, adject. προσήλυτος, advenitius: a προσελεύθω *advenio*. A Judæis proselyti dicebantur quicumque ex Gentilibus Judaicam religionem amplectebantur, vel qui inter Judæos domicilii positis versabantur. *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 21. Proselyti per Christum accessuri ad Deum. *Hieronym. Ep.* 64. *n.* 8. Transcendens proselytos, præteris Israelitas. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 465. *n.* 101., quæ est apud *Orell.* 2522. PROSELITA ANN. XVI. NOMINE SARA. *Proselita* vitio sæculi scribitur pro *Proselyta*.

PRŌSĒMĪNĀTOR, ōris, m. 3. qui proseminat, vel procreat. *Tertull.* 2. *ad nation.* 13. *ante med.* Si enim proseminatoribus suis morata plebs eadem, *etc.*

PRŌSĒMĪNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌSĒMĪNO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Proseminatus* II. — Proseminare est disseminare, διασπείρω, *seminare*.

I.) Proprie. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 216. 18. *Merc.* Solertiamque eam, quæ posset vel in tegulis prosceminare ostreas.

II.) Translate. *Cic.* 3. *Orat.* 16. 58. Quum essent plures orti fere a Socrate, quod ex illius variis disputationibus alius aliud apprehenderat, proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se. *Manil.* 1. 90. Semper enim ex aliis alios proseminat usus. *Lactant.* 6. 10. 10. Homines tamquam ex draconis alicujus dentibus proseminati.

PRŌSENTĬO, tis, si, tire, a. 4. *presentire, venir in cognizione*, præsentio. *Plaut. Mil. glor.* 4. 4. 16. Si prosenserit miles, nihil hinc ferri poterit. *h. e.* si miles porro senserit. Sic *provideo* pro prævideo, *prodico* pro prædico. At *Ritschel.* et *Fleckeisen.* leg. *præsenserit*.

PRŌSEPTUM. *V.* PROSÆPTUM.

PRŌSĒQUENS, entis, particip. et adject. *V.* PROSEQUOR.

PRŌSĒQUĬUM a prosequendo, obsequium ab obsequendo dicuntur. *Paul. Diac. p.* 226. 1. *Müll.*

PRŌSĒQUOR, sĕquĕris, sĕcūtus *vel* sĕquūtus sum, sĕqui, dep. 3. (pro *ot* sequor). Part. *Prosequens* I. 1. 1.°, II. 2. et in fin.; *Prosecutus* I. 1. 1.° et 2.°, II. 2. et 3. *b.*; *Prosecuturus* I. 1. 1. et 2.; *Prosequendus* I. 1. 1.° et 2.°, II. 1. et 2. — Prosequi est porro aut ultra sequi, subsequi, deducere, καταχολουθέω, περιέπομαι (It. *seguitare, andare o tener dietro, accompagnare*; Fr. *accompagner, suivre*; Hisp. *acompañar, seguir*; Germ. *Jemanden nach vorwärts begleiten, geleiten, begleiten*; Angl. *to follow after, follow, pursue, go with, accompany, set on the way, wait upon*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — 1.°) In bonam partem. *Plaut. Cas.* 4. 2. 3. Novum maritum volo rus prosequi. *Cæs.* 3. *B. C.* 91. Primus ex dextro cornu procurrit: atque eum milites electi circiter CXX. sunt prosecuti. *et* 2. *ibid.* 44. Ipse equo in oppidum vectus, prosequentibus compluribus senatoribus. *Ovid.* 1. *Amor.* 4. 62. lacrimis ego mœstus obortis, Qua licet, ad sævas prosequar usque fores. *Gell.* 18. 1. *extr.* Prosequi aliquem in domum. *Cic.* 6. *Verr.* 35. 77. Dianam, quum exportaretur, ture odoribusque incensis usque ad agri fines prosecutæ sunt. *Id.* 6. *Att.* 3. *a med.* Is me nec proficiscentem Apameam prosecutus est. *Sueton. Aug.* 97. *de eod.* Tiberium igitur Beneventum usque prosecuturus. *Liv.* 29. 26. *ad fin.* Legationes, quæ ad prosequendum Scipionem officii causa convenerant. *ad accomiatarlo, a dargli il buon viaggio.* et *Id.* 21. 46. Servis dominos prosecutis libertatem proponit. *Justin.* 19. 3. 11. Ut ad limina domus suæ venit, prosequutam multitudinem dimisit. — Similiter in re militari *Liv.* 29. 26. Legiones ad prosequendos commilitones processerant. *Id.* 27. 15. Speculatores, qui prosequerentur agmen, missi. *Curt.* 3. 13. 9. At illi, qui sub oneribus erant, omissis per metum, capessunt fugam: armati quoque, qui eos prosequebantur, eodem metu arma jactare cœperunt. *Id.* 3. 3. 24. Pecuniam regis sexcenti muli et trecenti cameli vehebant præsidio sagittariorum prosequente. *Liv.* 30. 25. Petierunt a magistratibus, ut naves mitterent, quæ se prosequerentur. *Tac.* 2. *Hist.* 9. Datæ e classe Misenensi duæ triremes ad prosequendum. *per accompagnarlo, per iscortarlo.* — De brutis animalibus. *Justin.* 1. 4. 11. Puerum defert ad stabula, eadem cane anxie prosequente. — Et de oculis. *Ovid. Heroid.* 12. 55. oculis abeuntem prosequor udis. *et Stat.* 5. *Theb.* 481. Illos e scopulis et summo vertice montis Prosequimur visu: donec lassavit euntes Lux oculos. *tenghiamo loro dietro con l'occhio.* Rursus *Ovid. Heroid.* 5. 55. Prosequor infelix oculis abeuntia vela, Qua licet; et lacrimis humet arena meis. Et absolute *Virg.* 6. *Æn.* 475. Nec minus Æneas, casu percussus iniquo, Prosequitur (*Didonem celerrime abeuntem*) lacrimans longe, et miseratus euntem est. — 2.°) Hactenus in bonam partem: deinceps in malam, *perseguitare, incalzare, essere addosso.* Atque hac etiam ratione pro *persequor* adhibetur, et in libris sæpe unum pro altero promiscue legitur. *Cæs.* 2. *B. C.* 41. Sed neque longius fugientes prosequi poterant. *Id.* 2. *B. G.* 11. Ili novissimos adorti et multa millia passuum prosecuti magnam multitudinem eorum fugientium conciderunt. *Petron. Satyr.* 90. Te populus lapidibus prosequitur. *Cæs.* 2. *B. C.* 8. Hinc ad repellendum et prosequendum hostem procurrebant. *et* 1. *ibid.* 69. Contumeliosis vocibus prosequi aliquem. *Cic.* 4. *Verr.* 29. 73. Iste iratus hominem verbis vehementioribus prosequitur, atque ei gravius minari cœpit. ¶ 2. Specialim, prosequi exsequias, funus, defunctum, *accompagnare il funerale, vel alla sepoltura. Cic. Cluent.* 71. 201. Mater exsequias illius funeris prosecuta etc. *avendo accompagnato alla sepoltura. Ovid.* 1. *Trist.* 8. 14. neque exsequias prosequerere meas. *Id.* 4. *Met.* 151. Prosequar (*al.* Persequar) exstinctum: letique miserrima dicar Causa comesque tui. *Petron. Satyr.* 111. In conditorium etiam prosecuta est defunctum. Absolute *Seneca Ep.* 30. *ante med.* Bassus noster videtur mihi prosequi se, et componere, et vivere tamquam superstes sibi.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis et de abstractis, quæ aliquem porro vel ultra sequuntur. *Virg.* 3. *Æn.* 130. Prosequitur surgens a puppi ventus euntes. *Tac. Germ.* 30. Gattos suos saltus Hercynius prosequitur simul, atque deponit. *h. e.* tantum extenditur, quantum Cattorum regio; et una cum ea desinit. *Cic. Quinct.* 31. 99. Quæ existimatio Quinctum usque ad senectutem perduxit, eadem usque ad rogum prosequatur. *Id. Amic.* 7. 23. Mortui vivunt: tantus eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum. *Id.* 15. *Fam* 17. Mirabilis eum virorum bonorum benevolentia prosecuta est. *Id.* 3. *Att.* 7. Quid enim est, quod me retineat, præsertim si spes ea non est, quæ nos proficiscentes prosequebatur? — Similiter de iis, quæ nobis imitanda proponimus. *Id. Brut.* 36. 137. Quum verbis, tum etiam ipso sono quasi subrustico prosequebatur atque imitabatur antiquitatem. *seguitava.* et 2. *Orat.* 15. 64. Genus orationis fusum atque tractum prosequendum est. ¶ 2. De hominibus, varios habet usus pro variis ablativis, qui ei adjunguntur. Fere autem ponitur pro ornare, honestare, cumulare. *Cæs.* 2. *B. G.* 5. Rhemos cohortatus, liberaliterque oratione prosequutus. *licenziatili con esibizioni cortesi. Auct. B. Alex.* 15. Cæsar illum adhortatus, atque omnibus laudibus prosecutus etc. Sic *Liv.* 9. 8. *ad fin.*; et *Colum.* 12. *R. R.* 3. 11. Prosequi aliquem laudibus. *Cic.* 3. *Fam.* 13. 6. ominibus optimis. *Vellej.* 2. 92. 5. Præsentia invidia, præterita veneratione prosequimur. *Cic. Brut.* 1. 4. Benevolentia, aut misericordia prosequi aliquem. *Id. Planc.* 10. 26. lacrimis et votis. *Id.* 14. *Phil.* 11. 30. grata memoria virtutem alicujus. *et* 4. *ibid.* 1. 3. Grato animo nomen alicujus. *et* 10. *ibid.* 4. 8. memoriam cujuspiam clamore et plausu. *Quintil.* 5. 11. 38. fletibus natos, lætitia defunctos. *Cic.* 5. *Verr.* 41. 94. aliquem beneficiis ac liberalitate. *Id.* 10. *Fam.* 15. omnibus officiis. *Id.* 2. *Cat.* 1. 1. egredientem verbis. *Horat.* 1. *Od.* 5. 33. Te multa prece, te prosequitur mero Defuso pateris. *Sueton. Oth.* 1. honore rarissimo, statua in Palatio posita. *Tac.* 13. *Ann.* 35. delictum venia. *et* 4. *ibid.* 38. Ut cum laude et bonis recordationibus facta atque famam nominis mei prosequantur. *Liv.* 25. 26. Prosequi justo comploratu mortuos. *Justin.* 43. 5. 9. Quam rem domi nunciatam publico funere Massilienses prosecuti sunt. *onorarono, celebrarono.* et *Plin.* 10. *Ep.* 17. Maximum, libertum et procuratorem tuum, probum et industrium, libenter apud te testimonio prosequor. *accompagno con questo mio scritto di testimoniale. Apul.* 10. *Met.* Satis genialiter gratissimum illum calicem uno haustu perhausi. Clamor exsurgit consona voce cunctorum salute recepta prosequentium. *V.* SALUS. *Plin.* 1. *Ep.* 8. *a med.* Medici, salubres, sed voluptate carentes cibos blandioribus alloquiis prosequuntur. *accompagnano e condiscono.* — Et absolute *Sueton. Tib.* 21. Præsertim quum (*Tiberium*) ut peritissimum rei militaris, unicum populi Romani præsidium, (*Augustus*) prosequatur. Cf. *Nepos Att.* 4. *extr.* Tranquillatis autem rebus Romanis, remigravit Romam: quam diem sic universa civitas Atheniensium prosecuta est, ut lacrimis desiderii futuri dolorem indicaret. Huc referri potest et illud *Inscript.* apud *Gruter.* 408. 1. *fin.* 40. TAM FELICITER DESIDERIVM PVBLICVM APVD EVM (*Antoninum Aug. Pium*) SIT PROSECVTVS IMPETRANDO VT etc. — Ad liberalitatem etiam et dona refertur. *Sueton. Domit.* 9. Omnes circa se largissime prosecutus. *et Aug.* 66. Virtutes ac merita cujusque digne prosecutus. *avendo riconosciuto. Id. Cæs.* 27. Vel invitatos vel sponte ad se commeantes prosequi uberrimo congiario. *Id. Claud.* 6. legato. *Id. Aug.* 49. Ut sumptus ad tuendos milites, prosequendosque supperet. *per mantenerli e premiarli.* et *Liv.* 39. 55. Et exceperunt, et prosecuti cum donis legatos sunt. — Huc pertinet et illud *Colum.* 8. *R. R.* 16. 3. Improbum factum dicto prosecutus. *h. e.* improbo facto atque improbum dictum adjungens. ¶ 3. Significat etiam verbis, aut scriptis de aliqua re tractare, agere, dicere, *trattare, parlare, dire, raccontare*: quo sensu etiam *persequor* dicimus, et in libris utrumque promiscue legitur. — *a*) Cum additis. *Cic.* 1. *Herenn.* 9. 14. Rem breviter narratio proferimus,

si summatim, non particulatim narrabimus: et si non ad extremum, sed usque eo, quo opus erit, prosequemur. *Id. Rosc. Am.* 30. 83. Non prosequar longius, quam mea fides postulabit. *Virg. G.* 340. quid pascua versu Prosequar? *Plin.* 3. *Ep.* 8. Munificentiæ rationem stilo prosequi. *et. Ep.* 10. Neque enim affectibus meis uno libello carissimam mihi memoriam prosequi satis est. *Flor.* 3. 12. *in fin.* Hos omnes domesticos motus, separatos ab externis bellis, ordine prosequemur. In quodam SC. apud *Plin.* 8. *Ep.* 6. Cum summo honore mentionem alicujus prosequi. *Cic.* 2. *Legg.* 24. 62. Honoratorum virorum laudes cantu ad tibicinem prosequi. *Id.* 2. *Tusc.* 25. 61. honorificis verbis aliquem. *parlar ad alcuno con espressioni di rispetto e di stima.* — *b*) Absolute pergere in dicendo, sermonem continuare, *proseguire. Virg.* 2. *Æn.* 107. Prosequitur pavitans, et ficto pectore fatur. *Phædr.* 3. 5. Assem deinde illi dedit, sic prosecutus etc. *h. e.* quum sic orationem continuasset, *avendo continuato a parlare.* — Hinc Part. præs., cujus plura exempla retulimus,

Prosequens, entis, adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Prosequentissimus* cum Genit. apud *Porc. Latr.* in *Catil.* 34. Si demonstravimus, spem perficiendi sceleris homini prosequentissimo inimicitiarum exstitisse. *che quant'altri mai andava in cerca d'inimicizie, che vivea d'inimicizie.* Rectius fortasse legendum est *persequentissimus.*

PRŌSĔRO, sĕris, sĕrŭi, sertum, sĕrere, a. 3. (pro *et* sero, serui) est exserere, emittere. *Plaut. Asin.* 4. 1. 50. Ne sic tussiat, ut linguam in tussiendo proserat. *Alii leg.* proferat. *Sil. It.* 3. 447. *de Rhodano.* Aggeribus caput Alpinis et rupe nivali Proserit in Celtas. *Alii leg.* procidit. *Avien. Arat.* 1111. proserit hydra caput. *Id. Perieg.* 711. Cererique Thasus dilecta, profundo Proserit albenti se vertice. *et ibid.* 341. procul illinc agmina cogit In Boream, scissusque vagis anfractibus æquor (*Nilus*) Proserit, et ponto septem ferus explicat ora. *et* 580. Et matutinus qua lucem proserit ortus. *et* 995. In qua vitiferæ Tmolus juga proserit arcis.

PRŌSĔRO, sĕris, sēvi, sātum, sĕrere, a. 3. (pro *et* sero, sevi). Part. *Prosatus* II. — Proserere est seminando, vel per sementem proferre, producere.

I.) Proprie. *Lucan.* 4. 411. non proserit ullam Flava Ceres segetem. *Tertull.* 1. *advers. Marcion.* 6. *in carm. v.* 9. Prosevit fruges.

II.) Translate. ¶ 1. Part. *Prosatus* est Ital. *seminato, generato, prodotto,* satus, genitus, natus. *Nemesian.* 3. *Ecl.* 63. *de Baccho.* Quin etiam deus ille, deus Jove prosatus ipso. *Alii leg.* natus ab ipso. *Auson. Edyll.* 7. *init.* Bissula trans gelidum stirpe et lare prosata Rhenum. *Apul.* 1. *Dogm. Plat. sub init.* Plato augustiore conceptu prosatus. *Id. de Mundo.* Ornithiæ venti Aquilonum genus ex aere prosati. *Solin. fragm.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 384. *Burmann.* placido dea prosata mundo. *Prudent.* 6. *περὶ στεφ.* 46. Christus Patre prosatus perenni. ¶ 2. Metaphorice *Grat. Cyneg.* 9. contiguas ex artibus artes Proserere. Cf. *Terentian. p.* 2436. *Putsch. v.* 2390. Sic ergo versus ex iambis prosatus.

PRŌSERPĪNĀCA, æ, f. 1. herba eadem ac polygonon, eximii adversus scorpiones remedii. Facit etiam ad anginas, ad lassitudines, et ad purgandum vomitione stomachum. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 12. 104. (127).; et *Apul. Herb.* 18.

PROSERPĪNĀLIS Herba, Græce dracontium, valet contra profluentem e naribus sanguinem. *Marcell. Empir.* 10. *a med.* Adde *eumd.* 15. *p.* 106. ed. *Ald.*

PRŌSERPO, is, ere, n. 3. (pro *et* serpo). Part. *Proserpens* I. et II. — Proserpere est idem ac serpere, ut *Varro* 5. *L. L.* 68. *Müll.* docet, vel serpendo procedere, prorepere.

I.) Proprie. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 74. et *Pers.* 2. 4. 28. Quid huc advenisti nos captatum, bisulci lingua, quasi proserpens bestia? *come una biscia.* Sic *Asin.* 3. 3. 105. Fac proserpentem bestiam me, dupliceum ut habeam linguam. *h. e.* ut eo osculo osculemur, quod Græci vocant *καταγλώττισμα. Apul. de Mag.* Vipera, exeso matris utero, in lucem proserpit. *Id.* 4. *Met.* Quidam servulus, strepitu scilicet inquietus, proserpit leniter, visaque bestia, etc. *et* 7. *ibid.* De specu, vastum attollens caput, funesta proserpit ursa. *h. e.* egreditur.

II.) Translate. *Arnob.* 3. 33. Sata in lucem proserpunt. *Seren. Sammon.* 14. 251. proserpit ad intima vulnus. *Ammian.* 15. 8. Malo proserpenti occurrere. *Apul.* 6. *Met.* Fontes proserpunt cotibus cavatis.

PRŌSEUCHA, æ, f. 1. *sinagoga da Ebrei, oratorio,* προσευχή, locus religiosus, in quem Judæi oraturi conveniebant, et fere extra Urbem: a Græca voce aliata, quæ orationem significat. De Judæis enim per contemptum videtur locutus *Juvenalis* quum ait 3. 296. Ede, ubi consistas: in qua te quæro proseucha? Alii interpretantur locum secretum atque abditum, ubi orabant Christiani, qui tunc temporis, non minus ac Judæi, vilissimi habebantur. Alii locum, ubi mendici stipem orabant: et de Judæis itidem esse sermonem, qui mendicissimi illis temporibus vagabantur. — *Inscript.* apud *Gruter.* 651. 11. P. CORFIDIO SIGNINO POMARIO DE AGGERE A PROSEVCHA Q. SALLVSTIVS HERMES AMICO BENEMERENTI. Illa *de aggere a proseucha* videntur designare locum, ubi Corfidius iste degebat.

PROSFĔRĀRI, impetrari. *Lucilius* apud *Non. p.* 158. 11. *Merc.* Nec minimo, et prosferatur pax, quod Cassandram signo deripuit. Sed verba *Lucilii* longe aliter alii legunt; *L. Müll.* leg.: Nec minima ei prosperatur pax, quod Cassandram deæ signo deripuit.

PRŌSĪCĬÆ, ārum, f. plur. 1. partes hostiæ in sacrificio coctæ, et dissectæ, quæ et *prosecta* dicuntur. *Arnob.* 6. 25. Quod si omnes has partes, quas prosicias dicitis, dii amant. *At* Orellius *legit* præsicias. *Solin.* 5. *a med.* Quum prosicias intulerint. Alii rectius leg. *porricias* eodem sensu. *V. Capellæ loc. cit.* in FISSICULO.

PRŌSĪCĬES, ēi, f. 5. idem ac prosecta: a *prosecando.* Nam veteres in compositis a *seco* mutabant *e* in *i. Varro* apud *Non. p.* 220. 23. *Merc.* Prosiciem extorum vel in mensam porricere. *Lucilius ibid.* Cœnam, inquit, nullam, neque divo prosiciem ullam. *Ita legit* Scaliger, *alii* prosectam; *et* L. Mull. *leg.* proseciam.

PRŌSĪCĬUM, ĭi, n. 2. idem ac prosicies. *Paul. Diac. p.* 225. 15. *Müll.* Prosicium, quod prosecatum projicitur. *Vossius* legere mavult *prosiciæ.*

PRŌSĪDENS, entis, particip. ab inusit. *prosideo,* unde est et proseda: idem ac præsidens. *Inscript.*, quæ pertinet ad ann. a Chr. n. CLXXXIV., quamque se vidisse testantur *Spon. Miscell. antiq. p.* 4. et *Fabrett. p.* 367. *n.* 127. ARAM EX VISO POSVIT PROSIDENTIBVS VICTORINO PATRE ET IANVARIO.

PRŌSIGNĀNUS, i, m. 2. Prosignani sunt milites, qui pro signis in acie locantur: videnturque ab antesignanis distingui, quod hi in prima acie erant, prosignani in secunda. *Frontin.* 2. *Strateg.* 3. *n.* 17. Tunc prosignanis, qui in secunda acie erant, imperavit, ut densos numerososque palos in terram defigerent. *Alii leg.* præsignanis, *alii rectius* postsignanis, *quam vocem vide suo loco.*

PRŌSĪLĬO, silis, sĭlŭi *et* sĭlīvi *et* silĭi, sĭlĭtum, sĭlire, n. 4. (pro *et* salio). In futuro *prosilibo* pro *prosiliam* non est insolens in quarta conjugatione. *Quintil. declam.* 4. 19. *ad fin.* Prosilibo fortasse, tamquam sequar classici vocantis instinctum. — Part. *Prosiliens* II. 1. *Prosiliturus* II. 2. — Prosilire est extra, aut ante salire, exsilire, prorumpere, emicare, erumpere, cum saltu et festinatione prodire, *ἐκπηδάω, προσάλλομαι* (It. *saltare o balzar fuori, o innanzi*; Fr. *sauter en avant, sauter hors, s'élancer, sortir avec violence*; Hisp. *saltar en adelante, saltar fuera, abalanzarse*; Germ. *hervorspringen, aufspringen*; Angl. *to leap or jump forth, bound, jump out, sally or burst forth, spring forth start*).

I.) Proprie. *Ter. Eun.* 5. 7. 6. Quidnam hic properans prosilit? *Cic. Cœl.* 26. 62. In balneis delituerunt, deinde repente prosiluerunt. *Liv.* 28. 14. Ex tabernaculo prosiluit. *Alii leg.* prosilivit. *Petron. Satyr.* 106. Concitatus iracundia prosiliit Lycas. *Lucan.* 8. 55. prosiluit puppe. *Val. Flacc.* 1. 310. pavens prosiluit stratis. *Curt.* 7. 4. 20. E convivio prosilivit haudquaquam potens mentis. *Justin.* 11. 5. 10. Armatusque de navi, tripudianti similis, prosiluit. *et* 24. 8. Certatim in prælium prosiliunt *Seneca Œdip.* 1004. rapido sæva prosiluit gradu Iocasta vecors. *Liv.* 2. 12. *ad fin.* Quum rex ab sede una prosiluisset. *Propert.* 2. 22. 40. Prosiliit in laxa nixa pedem solea. *Sueton. Cæs.* 32. Prosiluit ad flumen. *Petron. Satyr.* 82. Prosilire in publicum. *Liv.* 5. 2. In contionem prosiliunt, sollicitant plebis animos. *Ovid.* 6. *Met.* 656. quærenti iterumque vocanti, Sicut erat sparsis furiali cæde capillis, Prosiliit. *Id.* 12. *ibid.* 390. Prosiluit, terrâque ferox sua viscera traxit. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 21. donec cerebrosus prosilit unus etc.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis. *Ovid.* 3. *Fast.* 481. *de Minerva.* de capitis fertur sine matre paterni Vertice cum clipeo prosiluisse suo. *h. e.* nata esse, in lucem prodiisse. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 3. 4. (8). Bœotiæ oppidum Pagæ, unde Peloponnesi prosilit cervix. *h. e.* incipit Isthmus, et e Græcia in Peloponnesum protenditur. — Sæpe de plantis. *Colum.* 7. *R. R.* 6. 1. Iligni querneique frutices, qui in altitudinem non prosiliunt. *h. e.* crescunt, extolluntur, exsurgunt: qua ratione etiam 2. *ibid.* 11. 5. *et* 18. 6. et 3. *ibid.* 3. 4. *et* 5. 1. et 11. *ibid.* 3. *ibid.* 3. 5. *et* 5. 6. et 11. *ibid.* 3. 24. locutus est. Sic *Plin.* 15. *Hist. nat.* 23. 25. (93). Castanea, quæ balanitis vocatur, purgabilis maxime, et sponte prosiliens. *h. e.* ex echino suo exiens. *Pallad.* 11. *R. R.* 12. 5. Ut virgulta ex ceraso pro adminiculis per vineam posita in arborem prosiluisse confirmem. — Item de liquidis. *Martial.* 1. 34. Amissum non flet, quum sola est Gellia, patrem: Si quis adest, jussæ prosiliunt lacrimæ. *Seneca Œdip.* 355. Prosilit venis cruor. *Ovid.* 6. *Met.* 259. seque ejaculatus in altum (*sanguis*) Emicat, et longe terebrata prosilit aura. *Id.* 4. *Fast.* 795. quum saxis pastores saxa terebant, Scintillam subito prosiluisse ferunt. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 10. (52). Nilus prosilit fonte. ¶ 2. De hominibus. *Plaut. Trin.* 1. 2. 179. Prosilui amicum castigatum innoxium. *h. e.* præcipiti festinatione cucurri ad castigandum. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 73. tolle periclum, Jam vaga prosiliet frenis natura remotis. *Id.* 1. *Ep.* 19. 8. numquam (*Ennius*) nisi potus ad arma Prosiluit dicenda. *Seneca* 1. *Benef.* 25. Prosilire ad certamen. *Ulp. Dig.* 48. 2. 7. Ne facile quis ad accusationem prosiliat. *Trebell. Poll. XXX. Tyr.* 10. Fati publici fuit, ut Gallieni tempore quicumque potuit ad imperium prosiliret. — *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 404. *n.* 306. HOC AVTEM NOMINE RELEVATI IMPENDIIS FACILIVS PROSILITVRI HI QVI AD MVNVS AVGVSTALITATIS COMPELLERENTVR.

PRŌSĪMŪRĬUM esse, ait Antistius in commentario juris pontificalis, pomœrium: id est locum proximum muro. *Festus p.* 249. 28. *Müll.*; ubi alii leg. *posmurium*; sed *Müllerus* legit *posimerium. V.* POMŒRIUM.

PRŌSISTENS, entis, particip. ab inusit. *prosisto,* ante stans, prominens. *Apul.* 11. *Met.* Caput corona cinxerat, palmæ candidæ foliis in modum radiorum prosistentibus.

PRŌSĪTUS, propositus. *Paul. Diac. p.* 226. 5. *Müll. Ennod.* 1. *Ep.* 24. Ego te oro parentis stimulo, quia tibi et pro prosito meo debeo vocem castigantis.

PRŌSĪVUS, a, um, adject. videtur esse, qui mature seritur. *Macrob.* 2. *Saturn.* 15. Malum punicum, persicum, quirianum, prosivum, rubrum, scandianum etc. *Sunt qui legendum putant* rosium.

PROSLAMBĀNŌMĒNOS, προσλαμβανόμενος, Græcum nomen est cujusdam toni musici, qui videtur esse idem cum eo, qui a recentioribus musicis *A re* appellatur. *Vitruv.* 5. 4. — *Cen-*

sorin. fragm. de metris p. 2723. *Putsch* Organum quondam habuit tres intentiones, gravem, mediam et acutam: inde Musæ quoque tres olim existimatæ, Hypate, Mese, Nete. Nunc in ampliore numero soni considerantur, ut sit proslambanomenos, hypate hypaton, deinde parhypate hypaton, etc. — Ita etiam vocatur chorda citharæ duodecima, quæ undecimæ a Timotheo Milesio repertis superaddita est. *Boeth.* 1. *Music.* 20. Sed addita est (*citharæ*) una chorda, quæ dicitur proslambanomenos, ab aliquibus autem prosmelodos. *V. Boethii loc. cit.* in CITHARA.

PROSMĔLŌDOS, a, um, adject. προσμελῳδος, melodiæ additus. *V. Boethii loc. cit.* in voc. præced.

PRŌSŎCER, ĕri, m. 2. *avo di mia moglie*, ἀντικανθερός, uxoris meæ avus, qui et *socer magnus* dicitur: cui respondet *progener*: et refertur ad pronurum. *V.* PROGENER. *Ovid. Heroid.* 3. 73. Digna nurus socero Jovis Æginæque nepote, (*socero*, Peleo patre Achillis, de quo *Ovid.* loquitur. Idem Peleus est Jovis Æginæque nepos, quia est filius Æaci, filii Jovis et Æginæ.) Cuique senex Nereus prosocer esse velit. (*prosocer*, nempe quia Nereus pater est Thetidis, quæ ex Peleo genuit Achillem, qui hujus novæ uxoris, de qua *Ovid.* loquitur, maritus futurus est. Nereus itaque erit hujus novæ uxoris prosocer: hæc erit illi pronurus.) *Ulp. Dig.* 25. 2. 15. Uxor, et nurus, et pronurus, viro, et socero, et prosocero furtum facere possunt. Adde *Plin.* 5. *Ep.* 15. et 8. *Ep.* 2.

PRŌSŎCRUS, us, f. 4. *ava di mia moglie*, uxoris meæ avia, quæ et *socrus magna* dicitur: cui respondet *pronurus*: et refertur ad progenerum. *Modestin. Dig.* 38. 10. 4. *a med.* Prosocrus mihi uxoris meæ avia est: ego illius sum progener. *et mox.* Avia mea socrus magna est (*uxoris meæ*): uxor mea illi pronurus.

PRŌSŌDĬA, æ, f. 1. *accento*, προσῳδία, τόνος, tenor, accentus, seu modulatio, quæ vocibus in loquendo adhibetur: lex et ratio acuendi vel deprimendi, aut circumflectendi syllabas. *Quintil.* 1. 5. 22. Adhuc difficilior observatio est per tenores (quos quidem ab antiquis dictos tonores comperi, ut videlicet declinato a Græcis verbo, τόνους dicunt) vel accentus, quas Græci προσῳδίας vocant, quum acuta et gravis alia pro alia ponitur, ut in hoc *Camillus*, si acuitur prima. *Gell.* 13. 6. Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant. *Varro* apud *eumd. Gell.* 18. 12. In priore verbo graves prosodiæ, quæ fuerunt, manent: reliquæ mutant. *V.* ACCENTUS.

PRŌSŌDĬĂCUS, a, um, adject. προσῳδιακός, qui canitur in supplicationibus deorum, ac præcipue Apollinis, quæ Græce προσῳδια dicuntur. *Mar. Victorin.* 3. *Gramm.* p. 2580. *Putsch.* Dimetro anapæstico catalectico si phalæcii colon, idest partem e tribus trochæis, seu syzygiam ejus adjunxeris, prosodiacum metrum efficies, quod semper a disyllabo quolibet (incipit), ut Heu heu date nunc sonitus, date bella tela. *Capell.* 9. p. 334. Numeri prosodiaci.

PRŌSŌNŌMĂSĬA, æ, f. 1. προσονομασία, figura est, quæ fit ex aliqua vocum similitudine, ut: Deligere oportet quem velis diligere. Vox Græca et Græce usurpanda. *V.* AGNOMINATIO.

PRŌSŌPIS, idis, *et* prosopītis, itidis, f. 3. προσωπίς, et προσωπῖτις, herba, quæ a Latinis dicitur personacia, teste *Apul. Herb.* 36. *V.* PERSONATA.

PRŌSŌPON, i, n. 2. πρόσωπον, est nomen papáveris silvestris apud *Apul. Herb.* 53.

PRŌSŌPŌPŒĬA, æ, f. 1. προσωποποιΐα, sermocinatio, conformatio ¶ 1. Est figura sententiarum, per quam personæ, vel aliæ res loquentes inducuntur vel ad suadendum, vel ad objurgandum, vel ad querendum, vel ad laudandum, vel ad movendam miserationem, etc. a πρόσωπον *persona, facies*, et ποιέω *facio*. *Quintil.* 6. 1. 25.; 9. 2. 31. et 11. 1. 41., quibus locis modo Græce, modo Latine utitur.; *Rutil. Lup. de fig. sent. et eloc.* 2. 6.; *Aquil. de fig. sent. et eloc.* 3.; et *Rufinian. de schem. dianoeos* 14. ¶ 2. Sic etiam dicitur oratio integra, in qua ex persona alterius dicimus, et verba ac sententias qualitati ejus per continuatam prosopopœiam accommodamus: cujusmodi sunt pulcherrimæ apud *Livium*, et alios historicos. *Quintil.* 2. 1. 2. Ad prosopopœias usque, et ad suasorias, in quibus onus dicendi vel maximum est, irrumpunt. *V. eumd.* 3. 8. 49., ubi de his plura.

PRŌSŌPŌPŒĬCUS, a, um, adject. ad prosopopœiam pertinens, ut Prosopopœicus sermo, apud *Firmic. de error. prof. relig.* 8. *a med.*

PROSPĂRĂLEPSIS, is, f. 3. προσπαράληψις, figura eadem, quæ Paragoge, quam vocem vide suo loco.

PROSPECTĔ, adverb. (prospicio). Sup. *Prospectissime*. — Prospecte occurrit translate tantum, et est Ital. *con antividenza, prudentemente, ἐσκεμμένως*, consulte, prudenter. *Tertull. Apolog.* 6. *circa med.* Circa deos quæ prospecte decreverant patres vestri, vos rescidistis. *Augustin. Ep.* 55. *ad Macedonium a med.* Dicatur hæc et prudentia, quia prospectissime adhærebit bono, quod non amittatur: fortitudo, quia firmissime adhærebit: temperantia, quia castissime.

PROSPECTĬO, ōnis, f. 3. inspectio. *Cod. Theod.* 7. 4. 15. Sicut fieri per omnes limites salubri prospectione præcipimus.

PROSPECTĪVUS, a, um, adject. *Imp. Zeno Cod.* 8. 10. 12. Fenestras fabricare, tam quæ prospectivæ dicuntur, quam quæ luciferæ. *h. e.* quæ prospectus tantum causa fiunt, *che fan prospettiva*.

PROSPECTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. frequentat., vel rectius intens. a *prospicio*. — Part. *Prospectans* I. et II. 1. 2. — Prospectare est ejusdem fere significationis, ac prospicere, προβλέπω (It. *vedere o mirare innanzi, o di lontano*; Fr. *regarder en avant; regarder au loin*; Hisp. *mirar en adelante, mirar a lo lejos*; Germ. *vor sich hinsehen, hervorsehen, hinblicken, hinsehen auf etwas*; Angl. *to view, behold, see afar off, look often upon, take a view of, gaze upon*).

I.) Proprie. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 2. Sinite me prius prospectare, ne uspiam insidiæ sient. *Ovid.* 3. *Met.* 651. e puppi pontum prospectat adunca. *et* 15. *ibid.* 841. ut semper Capitolia nostra, Forumque Divus ab excelsa prospectet Julius æde. *Liv.* 24. 21. *a med.* Multitudo, pars procurrit in vias, pars ex tectis fenestrisque prospectant. Sic *Virg.* 7. *Æn.* 812. Illam (*Camillam*) omnis tectis agrisque effusa juventus Turbaque miratur matrum et prospectat euntem. *Catull.* 63. 52. Namque fluentisono prospectans litore Diæ Thesea cedentem celeri cum classe tuetur. *Sall. Jug.* 64. Qui mœnia defensabant, intenti prælium equestre prospectabant. *Horat. Epod.* 2. 11. Aut in reducta valle mugientium Prospectat errantes greges. — Passive impers. *Tac.* 3. *Ann.* 1. Complentur mœnia ac tecta, quaque longissime prospectari poterat.

II.) Translate. ¶ 1. Usurpatur de locis, unde prospectus est aliquo, *aver vista*. *Phædr.* 2. 5. Villa, quæ monte summo posita Prospectat Siculum, et prospicit Tuscum mare. *Tac.* 14. *Ann.* 9. Villa, quæ subjectos sinus editissima prospectat. *Id.* 5. *Hist.* 6. A meridie Ægyptus objacet; ab occasu Phœnices, et mare: septentrionem a latere Syriæ longe prospectant. *Plin.* 2. *Ep.* 17. Triclinium a lateribus, a fronte quasi tria maria prospectat. *Tac.* 3. *Hist.* 60. Locus late prospectans. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 6. 8. (64). Massica e monte Gauro Puteolos Bajasque prospectantia. Adde *Sil. It.* 3. 418. Huc referri potest et illud *Gell.* 9. 4. Vestigia pedum habens retro porrecta, non, ut cæterorum hominum, prospectantia. *h. e.* in anteriorem partem conversa. ¶ 2. Per metaphoram est considerare, animo perpendere, sperare. *Cic.* 7. *Verr.* 17. 43. Eam navem nuper vidi Veliæ: quæ quidem omnibus, qui eam aspexerant, prospectare jam exsilium, atque explorare fugam domini videbatur. *Id. fragm pro C. Cornel.* apud *Ascon.* Prospectat videlicet Cominius, quid agatur. *sta a vedere.* et *Liv.* 5. 48. Diem de die prospectans, ecquod auxilium ab dictatore appareret. *stando a vedere, aspettando da un giorno all'altro.* et *Virg.* 10. *Æn.* 739. non me, quicumque es, inulto Victor, nec longum lætabere: te quoque fata Prospectant eadem. *ti hanno in mira.* et *Stat.* 5. *Silv.* 1. 122. vel Appula conjux Agricolæ parci, vel solæ infecta Sabino, Quæ videt emeriti, jam prospectantibus astris, Tempus adesse viri. *h. e.* apparentibus, et quasi prospicientibus. ¶ 3. Est etiam providere, prævidere, prospicere, *prevedere*. *Apul.* 2. *Dogm. Plat.* Non solum in prospectandi cognitione, verum etiam agendi opera, sequi quæ diis atque hominibus sint probata.

PROSPECTOR, ōris, m. 3. qui longe prospicit. *Tertull. Orat.* 1. Deus prospector humanarum necessitatum. *Apul. de Deo Socrat.* Deus in rebus incertis prospector, dubiis præmonitor, periculosis tutator. Adde *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 34. *ante med.* *V.* PERSPECTOR.

PROSPECTUS, a, um. *V.* PROSPICIO.

PROSPECTUS, us, m. 4. (prospicio) est aspectus longe et in anteriorem partem, ἄποψις, πρόσοψις (It. *veduta, vista di lontano*; Fr. *action de regarder devant soi, au loin, vue, perspective*; Hisp. *el acto de mirar en andelante, a lo lejos, vista, perspectiva*; Germ. *d. Aussicht, d. Fernsicht, d. Hinblick*; Angl. *a looking forward, a sight afar off, view, prospect*).

I.) Proprie. *Ennius* apud *Non.* p. 518. 19. *Merc.* Ecce autem caligo oborta est, omnem prospectum abstulit. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 15. Sterilis hinc prospectus usque ad ultimam plateam est probe. *non si vede alcuno.* et *Cæs.* 2. *B. G.* 22. Quum sæpibus densissimis interjectis prospectus impediretur. *et* 7. *ibid.* 81. Prospectu tenebris adempto, multa utrimque vulnera accipiuntur. *Sall. Jug.* 57. Nam prospectum ager arbustis consitus prohibebat. *Virg.* 8. *Æn.* 253. involvitque domum caligine cæca, Prospectum eripiens oculis. *Sil. It.* 5. 34. Tum super ipse lacus, densam caligine cæca Exhalans nebulam, late corruperat omnem Prospectum miseris. *Curt.* 4. 9. 10. Ne stirpes quidem et brevia virgulta operiunt solum, liberque prospectus oculorum etiam ad ea, quæ procul recessere, permittitur. *Liv.* 10. 32. Non prospectu modo extra vallum adempto, sed propinquo etiam congredientium inter se conspectu. *Virg.* 1. *Æn.* 185.; et *Catull.* 64. 241. Prospectum petere. *h. e.* prospectare, aciem oculorum longe mittere. Sic *Pacuvius* apud *Non.* p. 467. 16. *Merc.* aucupare. *Virg.* 2. *G.* 284. auimum uti pascat prospectus inanem. *la vista diletti.* et *Cæs.* 5. *B. G.* 10. Quum jam extremi essent in prospectu. *h. e.* eo loco essent, ut a procul stantibus prospici possent. *Tac.* 1. *Hist.* 4. Agebatur huc illuc Galba vario turbæ fluctuantis impulsu, completis undique basilicis ac templis, lugubri prospectu. *h. e.* aspectu, facie. *Quintil.* 10. 7. 10. Non minus prospectu procedamus, quam gradu. *con l'occhio innanzi.* et *Cic.* 3. *Verr.* 47. 122. Quum eum, quem virgis iste ceciderat, in prospectum populi R. produxit. *in luogo da poter essere veduto.* et *Ovid. Heroid.* 10. 28. atque ita late Æquora prospectu metior alta meo. *scorro con l'occhio.*

II.) Translate. ¶ 1. Prospectus est locus editus et apertus ad longe prospiciendum. *Cic.* 14. *Att.* 13. Quæris, utrum magis tumulis prospectuque, an ambulatione ἀλιτενεῖ delecter. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 19. (59). Præfigi prospectus omnes coegit multitudinis innumera sæva latrocinatio. *Auct. B. Alex.* 15. *in fin.* Altissima tecta petere, atque ex omni prospectu locum spectaculo capere. *Liv.* 1. 18. *a med.* Prospectum in urbem agrumque capere. *prendere il sito, donde si può vedere la città e la campagna.* et *Plin.* 6. *Hist. nat.* 9. 10. (28). Ab læva regio Medorum est, et prospectus Caspii maris. *Cic. Dom.* 44. 116. In Palatio, pulcherrimo prospectu, porticum concupiverat. *luogo di bellissima vista.* et 4. *Acad.* (2. *pr.*) 25. 80. O præclarum pro-

spectum! Puteolos videmus, etc. *o bella vista!* — In ædibus quid sit prospectus, *V.* LUMEN. ¶ 2. Per metaphoram est respectus, *riguardo. Gell.* 5. 11. *sub fin.* Cujus rationem prospectumque Bias non habuit. *Val. Max.* 5. 1. *n.* 3. *extern.* Ut officii prospectum in iis deponeret, qui tum maxime armis cum eo dissidebant. Possis etiam intelligere speciem, externum signum, *apparenza, esterna dimostrazione.* ¶ 3. Item providentia. *Tertull. Spectac.* 1. *sub fin.* Ut hoc humano prospectu, non divino præscripto definitum existimetur.

PROSPĔCŪLOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. *osservare di lontano,* longe speculor, prospecto. — *a*) Active. *Liv.* 33. 1. Multitudo e muris adventum imperatoris R. regisque prospeculabatur. — *b*) Neutrorum more. *Id.* 3. 43. L. Siccium prospeculatum ad locum castris capiendum mittunt. *a spiare, a scoprire innanzi. Auct. B. Afr.* 31. At hæc non ipse per se coram, quum de vallo prospecularetur, sed mirabili peritus scientia bellandi, in prætorio sedens, per speculatores et nuncios imperabat.

PROSPER *et usitatius* prospĕrus, a, um, adject. Utraque positio recti casus auctores habet. *Domitian.* apud *Priscian.* 6. *p.* 693. Ut prosper dicendi successus ostenderet, etc. *Cic.* 6. *de republ.* 17. Hominum generi prosperus et salutaris. Ita leg. *Priscian. ibid.* et sic habent omnes lib. vet. *Sil. It.* 10. 202. immoriens magnis non prosperus ausis. *Alii leg.* prosper in ausis. *Val. Max.* 3. 7. *n.* 1. Nec minus animosus, minusve prosperus in Africam transitus. *Alii leg.* prosper. — Comp. *Prosperior* et Sup. *Prosperrimus* sub *a.* — Ratione habita etymi, *Nonius* ait *p.* 171. 25. *Merc.* Sperem veteres pro spe dixerunt, unde et prospere dicimus, hoc est pro spe. — Ceterum *prosper* et *prosperus* est secundus, felix, favens, ad voluntatem nostram fluens, commodus, amicus: cui *adversus, incommodus* opponitur. εὐήμερος (It. *favorevole, prospero, felice*; Fr. *heureux, prospère, désiré*; Hisp. *dichoso, próspero, feliz, deseado*; Germ. *glücklich, erwünscht, günstig*; Angl. *favourable, prosperous, benign, happy, successful, lucky, fortunate*). Usurpatur — *a*) Cum suo Substantivo. *Cic.* 3. *Nat. D.* 37. 89. Ut ad prosperam adversamve fortunam, qualis sis, nihil intersit. *Id. ad Quirit.* 1. 2. Homini nihil est magis optandum, quam prospera, æquabilis, perpetuaque fortuna, secundo vitæ sine ulla offensione cursu. *Id. Brut.* 3. 12. Prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt. *Id.* 9. *Att.* 6. Prosperos exitus consequi. *Justin.* 12. 10. 4. Prosperum in patriam reditum precatus. *Plin.* 10. *Ep.* 1. Precor, ut tibi, et per te generi humano prospera omnia contingant. *Liv. præf. extr.* Ut orsis tanti operis prosperos successus darent. *Ovid.* 6. *Fast.* 202. Bellona Latio prospera semper adest. *Val. Flacc.* 3. 184. si fata sinant, si prospera Junc. *Sil. It.* 16. 598. frigens animis, nec bello prospera turba. *h. e.* favens. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 8. 9. (21). Prosperrimum augurium. *Virg.* 3. *Æn.* 362. omnem cursum mihi prospera dixit Relligio. *h. e.* auspicia secunda. *Vellej.* 2. 51. 3. Prælium longe magis Pompejanis prosperum. *Sil. It.* 16. 609. nec egent tam prospera laude Facta nova. *imprese tanto felici per la repubblica.* et *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (22). Prospera nomina. *h. e.* boni ominis. *Ovid.* 4. *Pont.* 4. 38. verba. *et* 3. *ibid.* 7. 30. terra prosperiore frui. *Id.* 3. *Art. am.* 50. Mox cecinit laudes prosperiore lyra. *Id.* 3. *Fast.* 614. prosperius fatum. *Vellej.* 2. 122. 3. Prosperrimo rerum eventu. *Sueton. Vesp.* 20. Prosperrima valetudine usus est. *Tac.* 6. *Ann.* 51. Drusus prosperiore civium amore erat. *Id.* 14. *ibid.* 51. *extr.* Prospera fama. *h. e.* integra, inviolata. — *b*) Cum Genitivo. *Horat.* 4. *Od.* 6. 37. *de luna.* Rite crescentem face noctilucam, Prosperam frugum. *h. e.* amicam frugibus, fruges prosperantem. Sic *Prudent.* 9. *περὶ στεφ.* 4. Spes est obortа, prosperum Christum fore. *h. e.* propitium. — *c*) *Prospera, ōrum,* n. plur. absolute, substantivorum more. — Cum Genit. *Lucan.* 5. 782. Prospera belli, *et* 7. 107. rerum. — Absolute. *Lucan.* 7. 708. Tam mala Pompeji, quam prospera mundus adoret. *Tac.* 5. *Hist.* 15. Germani prosperis feroces. *Plin. Paneg.* 7. Nec te læta et prospera stationis illius, sed aspera et dura ad capessendam eam compulerunt. *Pacuvius* apud *Non. p.* 84. 23. *Merc.* O multimodis varium et dubium et prosperûm copem diem. *h. e.* diem copiosum prosperorum.

PROSPĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. idem ac prosperitas. *Gloss. Cyrill.* Prosperatio, κατευόδωσις.

PROSPĔRĀTUS, a, um. *V.* PROSPERO.

PROSPĔRĔ, adverb. Comp. *Prosperius* et Sup. *Prosperrime.* — Prospere est feliciter, ex voto, *felicemente, prosperamente, fortunatamente, con buon successo,* εὐτυχῶς, εὐδαιμόνως, δεξιῶς. *Varro* 3. *R. R.* 16. 29. Quum examen exiturum est, quum (*apes*) adnatæ prospere sunt multæ etc. *Sall. Jug.* 93. Marius anxius trahere cum animo suo, omitteretne inceptum, quoniam frustra erat, an fortunam opperiretur, qua sæpe prospere usus fuerat. *Cic.* 5. *Tusc.* 18. 53. Omnia profluenter, absolute, prospere. *Id.* 12. *Fam.* 9. Ut omnia (ut spero) prospere procedant. *Id.* 2. *Nat. D.* 66. 167. Magnis viris prospere eveniunt semper omnes res. *Nepos Alcib.* 7. Ut omnia minus prospere gesta ejus culpæ tribuerent. *Id. Datam.* 1. Quæ prospere ei cesserunt. *et ibid.* 6. Hæc minus prospere succedebant *Tac.* 2. *Ann.* 46. Prospere cadere. *Colum.* 4. *R. R.* 32. 9. Arundo prosperius resoluto, quam denso solo deponitur. *Gell.* 6. 6. Aves, quæ prosperius evolant. *h. e.* meliori augurio. *Festus p.* 333. 24. *Müll.* Respublica populi R. prosperius geri cœpta est. *Vellej.* 2. 97. 1. Omnia geruntur prosperrime. *Sueton. Cæs.* 36. Prosperrime dimicare. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 17. 18. (55). pugnare. *Ammian.* 16. 12. *a med.* Quæ ubi satis evenere prosperrime, validius instante victore etc.

PROSPERGO, is, ere, a. 3. *aspergere,* aspergo. *Tac.* 15. *Ann.* 44. Hausta aqua, templum et simulacrum deæ prospersum est. *Apul.* 2. *Met.* Coroilis revinctus ac flore prospersus. *Alii leg.* perspersus.

PROSPĔRĬTAS, ātis, f. 3. *prosperità, felicità,* εὐτυχία, secundus rerum cursus, res secundæ, commoditas, felicitas — *a*) In sing. num. *Cic.* 3. *Nat. D.* 36. 86. Omnem commoditatem prosperitatemque vitæ a diis habere. *Id. fragm.* apud *Ammian.* 21. 16. Neque aliud est felicitas, nisi honestarum rerum prosperitas. *Nepos Att.* 21. Tanta prosperitate usus est valetudinis, ut etc. *Sueton. Cal.* 31. Queri solebat suo (*principatui*) oblivionem imminere prosperitate rerum. *Apul.* 11. *Met.* Prosperitas ventorum. — *b*) In plur. num. *Cic.* 3. *Nat.* 36. 88. Improborum prosperitates secundæque res. *Ammian.* 17. 4. *ante med.* Antiqui reges bello domitis gentibus, aut prosperitatibus summarum rerum elati. Adde *eumd.* 20. 8. *sub init.*

PROSPĔRĬTER, adverb. idem ac prospere. *Ennius* apud *Priscian.* 15. *p.* 1010. *Putsch.*

PROSPĔRO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Prosperans* 1.; *Prosperatus* 1. et 2. — Prosperare ¶ 1. Est prosperum facere, secundare, *prosperare, felicitare,* ὀλβιόω, εὐδαίμονα ποιῶ. — *a*) Cum Accusativo. *Liv.* 8. 9. Uti populo R. Quiritium vim victoriamque prosperetis. *Horat. carm. sæc.* 17. Diva, producas sobolem, patrumque Prosperes decreta super jugandis Feminis. *Tac.* 3. *Ann.* 56. Ut consilia sua reipubl. prosperarent. *Plaut. Cas.* 5. 4. 26. Propter eam rem hanc tibi nunc veniam minus gravate prospero, ne etc. *h. e.* ex animi tui sententia largior. *Tertull. Apolog.* 6. Prosperata felicitas. *Ammian.* 15. 8. *ante med.* Adolescens ad honorem prosperatum exsurgat. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 27. At si salutaribus prosperata signis passio cœperit in melius vergere, etc. — *b*) Absolute. *Plaut. Pers.* 2. 3. 11. Nunc et amico meo prosperabo, et genio meo multa bona faciam. *h. e.* prosperitatem afferam, fortunam ei prosperam reddam. *Val. Max.* 7. 2. *n.* 5. Pullarius, non prosperantibus avibus, ementitus, etc. Sic *Ammian.* 18. 7. *init.* Hostiis cæsis extisque prosperantibus transiere lætissimi. ¶ 2. Est etiam prosperum et propitium facere. *Prudent.* 10. *περὶ στεφ.* 365. Prosperatus Deus.

PROSPERSUS, a, um. *V.* PROSPERGO.

PROSPĔRUS. *V.* PROSPER.

PROSPEX, icis, m. 3. qui prospicit. *Tertull. Testim. anim.* 5. Recogita in præsagiis vatem, in omnibus augurem, in eventibus prospicem.

PROSPĬCĬENS, entis, particip. præs. *V.* PROSPICIO sub *A.* I. 1.

PROSPĬCĬENTER, adverb. *con antivedenza, προνοίως,* circumspecte. *Gell.* 2. 29. Res salubriter ac prospicienter animadversas etc.

PROSPĬCĬENTĬA, æ, f. 1. (prospicio). ¶ 1. Est cura, providentia, *πρόνοια. Cic.* 7. *Phil.* 7. 19. Vigilia et prospicientia. *Alii leg.* providentia. *Ambros.* 1. *Off.* 21. Unius prospicientia totius Ægypti per quinquennium famem repulit. *Id.* 3. *Hexæm.* 9. Prospicientia Creatoris. *Gloss. Lat. Gr.* Prospicientia, *πρόνοια.* ¶ 2. Alio sensu *Tertull. advers. Valentinian.* 26. Volunt illum prospicientias earum substantiarum induisse. *h. e.* prospectum, speciem, formam. *Alii aliter leg.*

PROSPĬCĬO, spicis, spexi, spectum, spicere, 3. (pro *et* specio). Part. *Prospiciens* sub *A.* I. 1. et 2., *B.* I. et II. 1., 2., 4.; *Prospectus* sub *B.* I. et II. 5.; *Prospecturus* sub *A.* II. *a.*; *Prospiciendus* sub *B.* II. 5. — Prospicere usurpatur *A*) Neutrorum more; et *B*) Active.

A) Neutrorum more prospicere est ante et procul videre, aut aspicere, προορᾶω (It. *vedere o mirar da lontano, o innanzi;* Fr. *regarder de loin, voir devant soi*; Hisp. *mirar en adelante*; Germ. *vorwärts, in die Ferne schauen, blicken, hinaus schauen, hinschauen*; Angl. *to look forward, view, behold from a distance*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Varro* apud *Non. p.* 443. 2. *Merc.* Neque post respiciens, neque ante prospiciens. *Ter. Phorm.* 5. 1. 8. Nisi me animus fallit, aut parum prospiciunt oculi, meæ nutricem gnatæ video. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 23. 30. (58). Grues volant ad prospiciendum alte. *Virg.* 2. *Æn,* 733. per umbram Prospiciens. *Cæs.* 2. *B. C.* 5. Facile erat ex castris et superioribus locis prospicere in urbem. *Virg.* 12. *Æn.* 353. Longe prospicere. *et* 11. *ibid.* 909. procul. *Seneca Ep.* 110. ultra mundum. *Cic.* 7. *Fam.* 20. Domus habet lucum, a quo etiam advenæ teneri solent: quem tamen si exciderís, multum prospexeris. *avrai una bella e lunga veduta.* et *Auct. B. Hisp.* 8. Propter altitudinem longe lateque prospiciunt. *Ovid.* 14. *Met.* 761. Veneris quoque nomine templum Prospicientis habet. *Ambros.* 5. *Hexæm.* 8. Ut appetens cibi, ita prospiciens periculi. ¶ 2. Speciatim ponitur pro servare, *stare in osservazione, in guardia. Phædr.* 2. 4. Pavorem simulans prospicit toto die. *Nepos Hann.* 12. Puer ab janua prospiciens Hannibali dixit, plures præter consuetudinem armatos apparere.

II.) Translate est consulere, providere, cavere, *provvedere, avere per tempo o anticipatamente cura di qualche cosa.* — *a*) Cum Dativo. *Ter. Adelph.* 4. 2. 50. Ego jam prospiciam mihi. *Cic.* 3. *Fam.* 2. Ut quibuscumque rebus poteris, prospicias, et consulas rationibus meis. *Id.* 4. *Cat.* 2. 3. Consulite vobis, prospicite patriæ. (*prospicere* est solum cogitare cum animo suo, et videre, quid juvet; *consulere,* adhibere in id aliorum consilium: quamquam hoc discrimen non est perpetuum. *Cæs.* 7. *B. G.* 50. *a med.* Prospicere saluti alicujus. *et* 1. *ibid.* 23. rei frumentariæ. *Cic.* 5. *Verr.* 55. 127. fidelissimis sociis. *et ibid.* 128. vectigalibus in decumis et in re frumentaria. *Plin.* 1. *Ep.* 17. immortalitati alicujus. *Cic. Harusp. resp.* 26. 56. Huic malo populus R. ipse, nullo haruspicum admonitu, sua sponte prospexit. *Ter. Heaut.* 5. 2. 8. Prospicere stultitiæ alicujus. *Colum.* 4. *R. R.* 6. 3. Nisi si propaginibus futuris prospiciemus. *Claudian. IV. cons. Honor.* 235. hanc (*animam*) alta capitis fundavit in arce Mandatricem operum prospecturamque labori. — *b*) Sequente *ut, ne. Cic.* 3. *Verr.* 58. 153. Habemus liberos parvos: incertum est, quam longa nostrûm cujusque vita futura sit: consulere vivi ac prospicere debemus,

ut illorum solitudo et pueritia firmissimo præsidio munita sit. *Id. Fontej.* 17. 39. Prospicite, ut plus apud vos preces virginis Vestalis, quam minæ Gallorum valuisse videantur. *Cæs.* 5. *B. G.* 7. Statuebat prospiciendum, ne quid sibi nocere posset. *Ulp. Dig.* 40. 9. 12. Prospexit legislator, ne mancipia per manumissionem quæstioni subducantur. — *c*) Absolute: cf. *Cic.* 3. *Verr.* 8. 22. Quod ad vestram famam pertinet, prospicite atque consulite. *Ter. Phorm.* 5. 2. 17. Plagæ crescunt, nisi prospicis. *Id. Eun.* 4. 6. 24. Malo nos prospicere, quam ulcisci. *Varro* 1. *R. R.* 23. 3. Prospicere in annum. — *d*) Passive impersonaliter. *Paul.* 4. *Sentent. tit.* 2. Senatus consulto Trebelliano prospectum est, ne solus heres hereditatis actionibus oneretur. *Ter. Heaut.* 2. 4. 11. Nisi si prospectum interea aliquid est, desertæ vivimus. *Id. Heaut.* 3. 5. 25. Quam bene abs te prospectum est.

B) Active prospicere est ante et procul videre, aut aspicere, *vedere dinanzi, o da lungi.*

I.) Proprie: *Virg.* 6. *Æn.* 357. Prospexi Italiam summa sublimis ab unda. *Horat.* 3. *Od.* 2. 6. illum (*militem Rom.*) ex mœnibus hosticis Matrona bellantis tyranni Prospiciens et adulta virgo Suspiret. *Lucan.* 1. 195. qui mœnia prospicis urbis Tarpeja de rupe. *Curt.* 3. 8. 26. Alii in jugum montis evaserant, ut hostium agmen inde prospicerent. *Id.* 7. 6. 4. Ex edito monte cuncta prospexerant. *Id.* 9. 4. 21. Jam prospicere se Oceanum, jam perflare ad ipsos auram maris. *Plin.* 2. *Hist.* 67. 67. (167). Immensum mare prospectum, aut fama cognitum. *h. e.* longe visum.

II.) Translate. ¶ 1. Usurpatur de locis, unde prospectus est, *aver la veduta. Horat.* 1. *Ep.* 10. 23. Laudaturque domus, longos quæ prospicit agros. *Ovid.* 11. *Met.* 150. Nam freta prospiciens late riget arduus alto Tmolus in adscensu. *Id.* 8. *ibid.* 329. Silva frequens trabibus - Incipit a plano, devexaque prospicit arva. *Plin.* 2. *Ep.* 17. Cœnatio latissimum mare, amœnissimas villas prospicit. *Plin. alter* 5. *Hist. nat.* 16. 15. (72). Prospicit lacum ab oriente Arabia Nomadum. Adde *Phædr.* 2. 5.; et *Melam* 2. 7. 8. ¶ 2. Refertur ad animum. *Seneca Ep.* 66. *a med.* Aliquis infans decessit, cui nihil amplius contigit, quam prospicere vitam. *Id. Ep.* 33. *a med.* Turpe est seni, aut prospicienti senectutem, ex commentario sapere. *Plin. Paneg.* 15. Jam tunc præmonente fortuna, ut diu penitusque perdisceres quæ mox præcipere deberes. Neque enim prospexisse castra brevemque militiam quasi transisse contentus, ita egisti tribunum, ut etc. ¶ 3. Pro simplici aspicio, intueor, *vedere, mirare. Plaut. Stich.* 4. 2. 55. Numquam edepol me vivum quisquam in crastinum prospiciet diem. *Id. Amph.* 5. 1. 7. et *Curc.* 2. 3. 38. Caput dolet, neque audio, neque oculis prospicio satis. *Nepos Datam.* 3. Quem quum omnes prospicerent propter novitatem ornatus ignotamque formam etc. — Sic de rebus *Sil. It.* 5. 540. Occubuere femur Fontanus, Buta canorum Transfixi guttur, pressoque e vulnere cuspis Prospexit terga. *h. e.* cuspis impressæ sagittæ a tergo exstabat. ¶ 4. Sæpe est ante videre, prævidere, providere, præsentire, *prevedere, antivedere, presentire,* προβλέπω. *Cic. Harusp. resp.* 3. 4. Tum vidi, ac multo ante prospexi, quanta tempestas excitaretur. *Id.* 4. *Fam.* 3. Multo ante, tamquam ex aliqua specula, prospexi tempestatem futuram. *Id. Divinat. in Q. Cæcil.* 13. 42. Jam nunc mente et cogitatione prospicio, qui concursus futuri sint. *Id. Amic.* 12. 40. Eo loco locati sumus, ut nos longe prospicere oporteat futuros casus reipublicæ. *Id. Quinct.* 10. 35. Ut jam ante animo prospicere possis, quibus de rebus auditurus sis. *Id. Dom.* 5. 12. Neque id conjectura prospiciebamus, sed jam experti videbamus. *Id. Mur.* 28. 59. Sapientes, ac multum in posterum prospicientes. *Virg.* 1. *G.* 393. ex imbri soles et aperta serena Prospicere. ¶ 5. Demum est comparare, *far provvisione, provvedere.* — *a*) Activa forma. *Petron. Satyr.* 10. Habitationem mihi prospiciam. *Liv.* 4. 49. *sub fin.* Qui sedem senectuti vestræ prospiciunt. *Lucan.* 9. 234. justas sibi nostra senectus Prospiciat flammas. *Plin.* 1. *Ep.* 14. Ut fratris tui filiæ prospiciam maritum. — *b*) Et passive. *Cic. Sull.* 19. 55. Munere servili obtulit se ad ferramenta prospicienda. *et Val. Max.* 5. 1. *n.* 1. Naves ut prospicerentur, quibus in Africam tuto trajiceret. *Liv.* 44. 16. Et ibi, et ex aliis locis commentus a prætore prospectos in hiemem habere. *Pacat. Paneg. Theodos.* 2. Diu meditati longeque prospecti. — *NB.* Pro inspicere, considerare, animadvertere. *Forcellinus* attulit illud *Varron.* 8. *L. L.* 47. *Müll.* His dictis partibus, singulas prospice, quo facilius etc.

PROSPĪCŪĒ, adverb. et translate est prospicienter, provide. *Apul.* 1. *Met.* Benigne et prospicue in me consuluit. *et* 11. *ibid.* Quippe quum mihi familiares, quo ad cultum sumptumque largiter succederet, deferre prospicue curassent. *Alii tamen aliter leg.*

PROSPĪCUS. *V.* DESPICUS.

PROSPĪCŪUS, a, um, adject. qui procul prospicitur.

I.) Proprie. *Stat.* 12. *Theb.* 15. prospicuæ scandentem limina turris.

II.) Translate. *Apul.* 6. *Met.* Sic turris illa prospicua vaticinationis munus explicuit. Hic *prospicua* videtur esse provida, et futura prospiciens. *Sunt tamen qui leg.* velut propitia.

PROSPĪRO, as, āvi, are, n. 1. ἀποπνέω, ultra, seu longe spiro, extra spiro. *Apul. de Mag.* Ea namque tabes si foras corporis prospiravit, majore dedecore, quam noxa diffunditur. Lexicographi addunt aliud exemplum *Catonis,* quod *V.* in PERSPIRO.

PROSPISSO, adverb. tarde, valde sero. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 47. Si quid boni promittunt, prospisso evenit. *Rectius tamen divisum legas* pro spisso.

PROSPŌLOS, i, m. 2. πρόσπολος, famulus, minister sacrorum. *Inscript.* Tergestina apud *Murat.* 174. 7. EX RESPONSO ANTISTITVM PROSPOLOIS C. LVCANVS SEVERVS PRO L. LVCANO FILIO. Hic *prospolois* scribitur Græca terminatione προσπόλοις pro *prospolis,* quibus nempe templi alicujus ministris C. Lucanus Severus pro L. Lucano filio vel peregre absente, vel morbo decumbente, ex antistitum a se consultorum responso, donum aliquod se dedisse hoc titulo testatur. V. *Bimardi* præf. ad *Murat. Inscript.* p. 66.

PROSTANS, antis, particip. *V.* PROSTO.

PROSTAS, ădis, f. 3. πρόστας, vestibulum, porticus. *Vitruv.* 6. 10., sed Græce in plerisque libris.

PROSTĂSĬA, æ, f. 1. προστασία, *preminenza,* primus dignitatis locus inter aliquos, principalitas: *V.* PRINCIPALIS. *Impp. Dioclet. et Maxim. Cod.* 10. 41. 8., *ubi alii leg.* protostasia *eod. sensu:* quæ vox legitur etiam in *Cod. Theod.* 11. *tit.* 23. (*qui* De protostasia *inscribitur*) *l.* 1. 3. *et* 4., ejusque munus occupabatur circa collationem et exactionem tributorum per Orientem. V. *Gothofred.* ad *loc. cit. l.* 11. *Cod. Theod.*

PROSTERNO, sterno, strāvi, strātum, sternere, a. 3. (pro *et* sterno). Part. *Prosternens* I. 2.; *Prostratus* I. 2., II. 2. et 3. et in fin.; *Prostraturus* I. 2.; *Prosternendus* II. 2. — Prosternere est prius sternere, consternere, substernere, στρώννυμι, *sternere, sottoporre.*

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu pro prius sternere, consternere. *Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 31. Viscum legioni dedi, fundasque: eo prosternebant folia farferi, ne ad fundas viscus adhæresceret. ¶ 2. Latiori sensu et multo sæpius est in terram dejicere, ad terram dare, affligere, evertere, καταβάλλω (It. *atterrare, gettare a terra, prostrare*; Fr. *jeter bas, renverser, abattre, terrasser*; Hisp. *derribar, derrocar, abatir, echar por tierre*; Germ. *hinwerfen, hinstrecken, vorstrenen, niederwerfen*; Angl. *to strew beforehand, spread or place under*). *Ter. Adelph.* 3. 2. 21. Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem et prosternerem. *Ovid.* 8. *Met.* 776. adductaque funibus arbor Corruit, et multam prostravit pondere silvam. *Sil. It.* 3. 213. tantoque fragore Eruta convulsis prosternes oppida muris. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 21. *de allio.* Antequam caulem faciant, omnem viridem superficiem intorquere, et in terram prosternere conveniet, quo vastiora capita fiant. *Curt.* 8. 5. Prostraturus humi corpus. Sic *Liv.* 9. 6. Circa viam corpora humi prostraverunt. *Cic. Planc.* 20. 50. Prosternere se, et supplicare alicui. *Id.* 2. *Phil.* 18. 45. Filius se ad pedes meos prosternens, lacrimans te mihi commendabat. *Lucan.* 7. 372. Credite, grandævum, vetitumque ætate senatum Arma sequi, sacros pedibus prosternere canos. *abbassar la canuta chioma a' piedi di Cesare.* et *Val. Flacc.* 6. 508. densa Strage cadit legio, et latis prosternitur arvis. *Cic.* 14. *Phil.* 10. 27. Hostem prostravit, fudit, occidit. *abbattè.* Similiter *Nepos Miltiad.* 5. Nulla enim unquam tam exigua manus tantas opes prostravit. *Justin.* 6. 2. 16. Agros hostiles vastat, urbes expugnat et quasi tempestas quædam cuncta prosternit. *et* 22. 6. 5. Quum omnia, quacumque ingrederentur, prosternerent. *Sil. It.* 10. 99. Postquam hominum satiata nece est (*phalanx*), prostraverat ictu Innumero cum turre feram (*elephantum*), facibusque sequutis Ardentem monstri spectabat læta ruinam. et *Val. Flacc.* 3. 185. Prostravitque virum celeri per pectora telo. *Martial.* 5. 42. Prosternet patrios impia flamma lares. — Sic Part. *Prostratus* est Ital. *gettato a terra, abbattuto, atterrato, prostrato,* καταβεβλημένος, ad terram datus, dejectus, eversus, profligatus, afflictus. *Cic. Ligar.* 5. 13. Quod nos domi petiimus precibus et lacrimis, prostrati ad pedes. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 43 ante lares passis prostrata capillis. *Tac.* 4. *Hist.* 34. *in fin.* Lapsu equi prostratus. *Lucan.* 4. 357. campis prostrata jacere Agmina. *Lucret.* 6. 1262. Multa siti prostrata viam per, proque voluta Corpora, silanos ad aquarum strata jacebant. *Id.* 5. 1191. prostrati in gramine molli. *Auct. B. Afr.* 23. Subito eruptione facta, prostratos perterritosque Pompejanos in mare passim navesque compulerunt. *Petron. Satyr.* 104. quum prostrata sopore Urget membra quies. *Sueton. Vesp.* 5. Arbor radicitus evulsa atque prostrata. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 7. 18. (41). Simulacrum terræ motu prostratum. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 5. *circa med.* Oppida prostrata et diruta. *Sueton. Cal.* 32. Mirmillonem prostratum confodit sica. — De prostratis piscibus, *V.* JACENS. — In mensuris *pes prostratus* (qui et *constratus*) est, quum longitudinem per latitudinem metimur. *Frontin. in exposit. formar. p.* 30. *Goes.*

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 1. *Plin. Paneg.* 31. Nonne manifestum est, si quid adversi cadat, tuis laudibus, tuis virtutibus materiam campumque prosterni? *h. e.* aperiri, parari. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a superiori paragr. 2., est evertere, subvertere. *Cic.* 2. *Cat.* 1. 2. Jacet ille nunc prostratus, et se perculsum atque abjectum esse sentit. *Id.* 2. *Orat.* 52. 211. Afflicta et prostrata virtus. *Id.* 2. *Legg.* 17. 42. Religiones scelere prostratæ afflictæque. *Id. Cluent.* 26. 70. Præcipitantem impellamus, et perditum prosternamus. *et ibid.* 6. 15. Perfregit ac prostravit omnia cupiditate ac furore. *Id. fragm. orat. pro Scauro* (edente *Peyronio*) *n.* 20. Tota est acies illa (*accusatorum*) uno impetu prosternenda. *Vatinius* ad *Cic.* 5. *Fam.* 9. Malevolorum obtrectationes et invidias prosternere, atque obterere. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (113). Cujus ædilitas maxime prostravit mores civitatis. *Tac. dial. de Orat.* 11. Detrectare poetas atque carminum studium prosternere. *Cic.* 1. *Parad.* 3. 14. Sic te ipse abjicies atque prosternes, ut nihil inter te atque quadrupedem aliquam putes interesse? *ti avvilirai?* ¶ 3. Est etiam prostituere. *Sueton. Cæs.* 2. Non sine rumore prostratæ regi pudicitiæ. Adde *eumd. Cal.* 24. et *Tib.* 35.; *Justin.* 12. 7. 11.; et *Arnob.* 2. 42. — Hinc Part. præter. pass.

Prostratus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Prostratissimus,* quem *V.* in PROSTITUO in fin.

PROSTHĒSIS *et* prothesis, is, f. 3. πρόθεσις, et πρόθετις, additio, figura, qua littera, vel syllaba voci alicui in principio, aut in medio apponitur, ut *gnatus* pro *natus, tetuli* pro *tuli, reddilus* pro *datus, Mavortis* pro *Martis.* Vox Græca, et Græce adhibenda. *Charis.* 4. p. 248., *Diomed.* 2. p. 435. *Putsch.* et *Servius* ad *Virg.* 12. *Æn.* 817.

PROSTĪBĬLIS, e, adject. qui prostat, seu prostituitur: a *prosto. Plaut. Pers.* 5. 2. 56. Hic faceret te prostibilem propediem. *h. e.* ut prostares. *Aliqui leg.* prostibulam. *Id. Stich.* 5. 6. 4. Prostibile est stantem stanti savium dare amicum amicæ. *h. e.* prostibuli, vel meretricis proprium. *Alii rectius leg.* prostibuli.

PROSTĪBŬLA, æ, f. 1. idem ac prostibulum, meretrix. *Plaut. Clitell.* apud *Non. p.* 423. 18. *Merc.* Intro abeo: nam meretricem adstare in via solam, prostibulæ sane est. Ita recte *Bothe* legit, et edidit. *Tertull. Apolog.* 6. Inter matronas et prostibulas nullum discrimen relictum. Addit *Non. loc. cit.* discrimen esse inter meretricem et prostibulam, quod meretrix honestioris loci et quæstus sit, et copiam sui tantummodo noctu faciat; prostibula vero ante stabulum sedeat quæstus diurni et nocturni causa. *V.* PROSEDA et ALICARIUS.

PROSTĪBŬLUM, i, n. 2. *meretrice,* ἑταίρα, meretrix, quæ prostat quæstus corpore faciendi causa.

I.) Proprie. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 6. Bellum et pudicum vero prostibulum popli! *Ammian.* 28. 4. *sub init.* Si apparuisse subito compererint oppidanæ quondam prostibulum plebis, vel meritorii corporis veterem lupam. — Discrimen inter prostibulum et meretricem *V.* in voce præced.

II.) Translate. ¶ 1. De masculo usurpavit *Arnob.* 6. 13. ¶ 2. Significat etiam ipsum lupanare. *Isid.* 18. *Orig.* 42. Idem vero theatrum, idem et prostibulum, eo quod post ludos exactos meretrices ibi prostarent: idem et lupanare vocatum ab eisdem meretricibus.

PROSTĪTŪO, tŭis, tŭi, tūtum, tŭere, a. 3. (pro *et* statuo). Part. *Prostitutus* II. et in fin.; *Prostituturus* I. 2. — Prostituere est ante statuere, aut collocare, *collocare o porre innanzi,* προίστημι.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est ante statuere. *Arnob.* 5. 28. Viam comiter Prosumnus (*Libero*) edisserit, atque in limine ipso prostituit inferorum. *h. e.* statuit, sistit ante limen. ¶ 2. Frequenter significat *prostituire,* corpus suum, vel alienum quæstui exponere, corporis potestatem facere, pudicitiam venalem habere, se, vel alium meretriciæ arti dedere, quasi ante, vel publice statuere. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 45. Cras populo prostituam vos. *Catull.* 110. 7. plusquam meretricis avaræ, Quæ sese toto corpore prostituit. *Seneca* 1. *Controv.* 2. *circa med.* Servavit te leno, quam prostituturus erat in libidinem populi? *Sueton. Ner.* 20. Pudicitiam suam prostituere. *Ovid.* 1. *Amor.* 10. 41. Turpe, tori reditu census augere paternos, Et faciem lucro prostituisse suam. *Petron. Satyr.* 126. Formam prostituis, ut vendas.

II.) Translate significat publicare, *diffamare. Cato* apud *Gell.* 17. 13. Neque satis habuit, quod eam in occulto vitiaverat, quin ejus famam prostitueret. *Ovid.* 3. *Amor.* 14. 11. Tu tua prostitues famæ peccata sinistræ, Commissi perages indiciumque tui? — *Id.* 1. *ibid.* 15. 5. Non me verbosus leges ediscere, nec me Ingrato vocem prostituisse foro. *h. e.* exhibuisse in communem usum litigantium. *Tertull. Cult. fem.* 9. Prostituere gratiam decoris. *ostentare la bellezza col lusso del vestito.* et *Ammian.* 30. 4. *med.* Ad expugnandam veritatem ora mercenaria procudentes, per prostitutas frontes vilesque latratus, quo velint, aditus sibi patefaciunt. — Hinc Part. præter. pass.

Prostitutus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Sup. *Prostitutissimus* I.; et

I.) Proprie est ad turpia propositus, *prostituito,* προαχθείς. *Martial.* 9. 7. Prostitutus infans. *Tertull. Apolog.* 25. Prostitutissima lupa Larentina. *Alii leg.* prostratissima. — Hinc *prostituta, æ,* f. 1. absolute, substantivorum more, est prostibula. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 2. 5. (15). Lupanaribus atque prostitutis mandare aliquid.

II.) Translate. *Sidon.* 3. *Ep.* 13. *sub fin.* Sermones prostituti ac theatrales.

PROSTĪTŪTA, æ, f. 1. *V. Prostitutus* I. in fin. v. PROSTITUO.

PROSTĪTŪTĬO, ōnis, f. 3. *prostituzione,* προαγωγή.

I.) Proprie. *Arnob.* 2. 16. In libidinem publica venalium corporum prostitutione damnari. Adde *Tertull. Pudic.* 6.

II.) Translate. *Tertull. Apolog.* 27. Prostitutio imaginum. *h. e.* dehonestamentum, dedecus.

PROSTĪTŪTOR, ōris, m. 3. qui prostituit, προαγωγεύς.

I.) Proprie. *Tertull. Cult. fem.* 9. Lenones et prostitutores.

II.) Translate. *Tertull. Pudic.* 10. *a med.* Prostitutor Christiani sacramenti.

PROSTĪTŪTŪS, a, um. *V.* PROSTITUO.

PROSTO, stas, stĭti, stātum, stare, n. 1. (pro *et* sto). Part. *Prostans* I. 1. et 4. — Prostare

I.) Proprie ¶ 1. Est exstare, eminere. *Lucret.* 2. 426. Sunt etiam quæ jam nec levia jure putantur Esse, neque omnino flexis mucronibus unca; Sed magis angellis paullum prostantibus, æque Titillare magis sensus, quam lædere possunt. ¶ 2. Item est ante stare, et palam stare, *stare in vista,* προίσταμαι; ut ii, qui merces vendendi gratia, aut negotii gerendi exponunt se, ac præbent omnibus. *Plaut. Curc.* 4. 2. 21. Hi (*lenones*) saltem in occultis locis prostant, vos in foro ipso. Vos fenore, hi male suadendo, etc. ¶ 3. *Prostare* item dicuntur res venales, quæ oculis omnium expositæ sunt. *Horat.* 1. *Ep.* 20. 1. Vertumnum, Janumque, liber, spectare videris, Scilicet ut prostes Sosiorum pumice mundus. ¶ 4. Et sæpius qui pudicitiam suam prostituunt, ut meretrices, *prostituirsi. P. Syrus* apud *Petron. Satyr.* 55. *extr.* Palam prostare nudam in nebula linea. *Seneca* 1. *Controv.* 2. Si mater tua prostitisset, tibi noceret. *Juvenal.* 9. 24. quo non prostat femina templo? *et* 3. 65. ad Circum jussas prostare puellas. *Id.* 1. 47. spoliator pupilli prostantis. *Sueton. Tib.* 43. *in fin.* Prostantes per antra et cavas rupes ex utriusque sexus pube.

II.) Translate. *Ovid.* 2. *Pont.* 3. 19. Illud amicitiæ quondam venerabile numen Prostat, et in quæstu pro meretrice sedet. *h. e.* venale est, et pretio comparatur.

PROSTŌMIS, idis. *V.* POSTOMIS.

PROSTRĀTĬO, ōnis, f. 3. actus prosternendi, dejectio, καταστρωσις.

I.) Proprie. *Ammian.* 18. 7. *a med.* Prostratione vili transmissa. *V.* integrum loc.

II.) Translate. *Tertull. Præscript.* 41. Simplicitatem volunt esse prostrationem disciplinæ.

PROSTRĀTOR, ōris, m. 3. qui prosternit, eversor. *Firmic. de error. prof. relig.* 21. *ad fin.* Eminentes prostratores estis omnium hostium vestrorum.

PROSTRĀTUS, a, um. *V.* PROSTERNO.

PROSTRO, as, are, a. 1. pro prosternere est *Isid.* 18. *Orig.* 56. Homines consecutos prostrare amictos umbone pelliceo.

PROSTŸLOS, i, m. et f., *vel rectius* Prostylos, on, adject. πρόστυλος. Ædes prostylos dicitur, quæ habet in fronte columnas. *Vitruv.* 3. 1. et 7. *præf. ad fin. V.* AMPHIPROSTYLOS.

PROSTŸPUM. *V.* PROTYPUM.

PRŌSŬBĬGO, sŭbĭgis, sŭbēgi, sŭbactum, sŭbigere, a. 3. (pro *et* subigo) καταπρίβω. Part. *Prosubigens* affertur a *Priscian.* 14. p. 996. *Putsch.* nullo tamen auctore laudato. — Prosubigo est idem atque ante subigo, valde subigo. *Virg.* 3. *G.* 256. *de sue.* Et pede prosubigit terram. *h. e.* fodit, et pedibus impellit alternis: quod pugnaturi sues facere consueverunt, ad acquirendum robur, ut *Servius* ait. *Prudent.* 3. περὶ στεφ. 129. impositamque molam Turibulis pede prosubigit. *h. e.* calcat, proterit. *Val. Flacc.* 4. 288. et fulmina Cyclops Prosubigit. *h. e.* malleo domat, tractat.

PRŌSUM, des, fŭi, desse, anom. (pro *et* sum). Inseritur *d* quotiescumque ipsum verbum a vocali incipit, ad hiatum vitandum. — Part. *Profuturus* 1. *a.* et *c.* — Prosum est idem ac juvo, quasi *pro* aliquo *sum:* cui opponitur *noceo, obsum:* ὠφελέω (It. *giovare, essere utile, conferire;* Fr. *être util, servir;* Hisp. *ser util;* Germ. *nützlich sein, nützen;* Angl. *to do good, profit, be profitable or serviceable, advantage, avail, conduce*). Usurpatur ¶ 1. Generatim. — *a*) Absolute. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 31. 66. Men' obesse, illos prodesse? *Ter. Adelph.* 5. 9. 10. Hic adjutor fuit, hic curavit: prodesse æquum est. *fargli del bene* (quod supra dixerat 5. 8. 25. Bene nos aliquid facere illi decet.). *Cic.* 3. *Fin.* 21. 69. Et emolumenta et detrimenta-communia esse voluerunt: quorum altera prosunt, nocent altera. *Sall. Jug.* 1. Aliena ac nihil profutura multaque etiam periculosa (*homines*) petunt. *Liv.* 2. 52. Magis tamen Menenianum profuit judicium. *Horat.* 1. *Ep.* 8. 11. Quæ nocuere sequar, fugiam quæ profore credam. *Ovid.* 13. *Met.* 365. tu tantum corpore prodes, Nos animo. — *b*) Cum Infinito. *Horat. Epod.* 17. 60. Quid proderat ditasse Pelignas anus, Velociusve miscuisse toxicum? Adde *eumd.* 1. *Sat.* 2. 113. et *Colum.* 7. *R. R.* 9. 7. Id fecisse maxime per æstatem profuit. — *c*) Cum Accus. *ad aliquid, in aliquid. Liv.* 2. 1. Id mirum quantum profuit ad concordiam civitatis. Adde *Sall. loc. cit.* infra sub *d.* Et *Quintil.* 8. 3. 9. Sed protinus in id quoque prodest, ut terræ succum æqualiter trahant. *Id.* 6. 1. 7. Si aliter obtineri vera et justa et in commune profutura non possint. — *d*) Cum Dativo personæ. *Ennius* apud *Cic.* 7. *Fam.* 6. Qui ipsus sibi sapiens prodesse non quit. *Lucret.* 1. 93. Nec miseræ prodesse in tali tempore quibat etc. *Sall. Jug.* 89. Litteræ Græcæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt. *Cic.* 2. *Off.* 10. 36. Contemnuntur ii, qui nec sibi, nec alteri prosunt, ut dicitur. *non sono buoni nè per sè, nè per altri.* At *Orellius* illud *prosunt* rectius omittit. et 2. *Fam.* 17. Nihil tibi litteræ meæ proderunt. *Tibull.* 2. 4. 15. Ite procul, Musæ, si nil prodestis amanti. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 25. quod Æque pauperibus prodest, locupletibus æque. *Id.* 1. *Od.* 28. 4. nec quidquam tibi prodest Aerias tentasse domos. — *e*) Quid prodest? *a che serve? che giova? Ovid. Heroid.* 18. 173. Quid mihi, quod lato non separor æquore, prodest? *Id.* 13. *Met.* 935. sed quid mihi fingere prodest? *Seneca* 4. *Benef.* 28. Satius est prodesse etiam malis propter bonos, quam bonis deesse propter malos. ¶ 2. Speciatim de iis, quæ habent vim salutarem in medicina. *Plin.* 7. *Ep.* 21. Balineum assumo, quia prodest: vinum, quia non nocet. *Ovid. Medic. fac.* 91. Profuit et marathros bene olentibus addere myrrhis. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 69. (141). Fabam voci prodesse, auctor est Varro. *Id. ibid.* 63. (131). Panicum prodest ad tormina. *Id.* 20. *ibid.* 7. 25. (59). Isatis contra ignem sacrum radice, vel foliis prodest. *Id.* 19. *ibid.* 6. 34. (111). Allium ad multa, ruris præcipue, medicamenta prodesse creditur.

Homonym. *Prosum* differt a *juvo,* quia hoc ad delectationem refertur, *prosum* ad utilitatem. *Horat. Art. P.* 333. Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ, Aut simul et jucunda et idonea dicere vitæ. *Seneca Ep.* 106. Quæ sint hæc, interrogas? quæ scire magis juvat, quam prodest: sicut hoc quod quæris, an bonum corpus sit. *Martial.* 5. 15. Quid tamen hæc prosunt, quamvis venerantia multos? Non prosint: sane me tamen ista juvant. — Hoc tamen discrimen scriptores fere non servant. *V.* JUVO.

PROSUMĬA, æ, f. 1. genus navigii speculatorium parvum, teste *Paul. Diac. p.* 226. 4. *Mull. Cæcilius* apud *Non. p.* 536. 11. *Merc.* Quum progubernator propere vortit prosumiam. *Id. ibid.* De nocte ad portum sum profectus prosumia. *V.* GESORETA, et *Gell.* 10. 25.

PRŌSŪMO, sūmis, sumpsi, sumptum, sūmere,

a. 3. insumo, fruor. *Plaut. Trin.* 5. 2. 6. Beneficium, homini proprium quod datur, prosumpserit: nam quod datum est utendum, id repetundi copia est. *Alii leg.* proprium sumpserit. At *Ritschel.* et *Fleckeisen.* legunt *prosum perit.* Addit *Pareus* in *Lex. Crit.* alia duo loca *ejusd. Plaut. Mil.* et *Pseud.*, sed frustra.

PRŌSUS, a, um. *V.* PRORSUS, a, um *et* PROSA.

PRŌSYLLŎGISMUS, i, m. 2. προσυλλογισμός, syllogismus, in quo præmissa est alterius syllogismi conclusio. *Boeth. Aristot. analyt. prior.* 1. *p.* 489. Quando autem per prosyllogismos concluditur, etc.

PRŌTĂGĬON, ii, n. 2. vini genus, quod Italicis proximum fecerant Asclepiadis scholæ, ut ait *Plin.* 14. *Hist. nat.* 7. 9. (76). *Harduinus* putat, ita esse appellatum διὰ τὰ πρῶτα ἄγειν, *h. e.* quia præcipuæ est auctoritatis.

PRŌTĂSIS, is, f. 3. πρόταασις, propositio, seu id quod ad disputandum proponitur: item prima propositio syllogismi apud *Gell.* 5. 11. et *Apul.* 3. *Dogm. Plat. sub init.* quam ipse, verbum e verbo reddens, *protensionem* vertit; est enim a προτείνω *protendo.* Item prior periodi pars; cui respondet apodosis: item prima pars fabulæ. *Donatus* in *Ter. Andr. præf.* Hic protasis subtilis, epitasis tumultuosa, catastrophe pæne tragica.

PRŌTĂTĬCUS, a, um, adject. ad protasim pertinens, προτατικός. Protatica persona ea intelligitur, quæ semel inducta in principio fabulæ, in nullis deinceps partibus adhibetur, ut Sosia in Andria Terentii. *Donatus* in *Ter. Andr. præf.*

PRŌTAULES, æ, m. 1. qui tibia primo loco sonat: a πρῶτος *primus* et αὐλός *tibia. Not. Tir. p.* 173. Protaules, plagiaules. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 530., quæ est apud *Orell.* 2783. P. LVCILIVS D. L. CROESVS PROTAVLES.

PRŌTĒA, æ, f. 1. herba, alias nymphæa, et alga palustris. *Apul. Herb.* 67.

PRŌTECTĬO, ōnis, f. 3. actus protegendi, *protezione.*

I.) Proprie et speciatim est actus protegendi ædes, h. e. protectum faciendi. Unde *Digestor. l.* 39. titulus secundus inscribitur: De damno infecto, et de suggrundis et protectionibus. *V.* PROTECTUM.

II.) Translate est defensio. *Tertull. Fug. in persecut.* 2. Protectio fidei. Adde *Auct. declam. pro Trib. Mar.* 8.

PRŌTECTOR, ōris, m. 3. ¶ 1. Speciatim est Ital. *guardacorpo, guardia,* σωματοφύλαξ, qui latus tegit, custos corporis, stipator, domesticus. *Spartian. Carac.* 7. Quum inter protectores suos, conjuratos cædis, ageret. Adde *Ammian.* 14. 7.; et *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod.* 6. *tit.* 24. qui *De domesticis et protectorib.* inscribitur *l.* 9. Hinc præfectus protectorum, *capitan della guardia,* in *Inscript.* apud *Gruter.* 1028. 2. L. PETRONIO L. F. SAB. VOLVSIANO PRAEFECT. PROTECT. AVGG. NN. etc. — Non modo Augusti, sed primarii etiam magistratus suos habebant protectores. *Inscript.* apud *Marin. Iscriz. Alb. p.* 70. AVRELIVS SEVERVS PROTECT. PR. PR. *h. e.* PRAEFECTI PRAETORIO. *Ammian.* 18. 5. *init.* Antoninus quidam ducis Mesopotamiæ protector. ¶ 2. Generatim est qui quocumque modo defendit, *protettore. Tertull. Apolog.* 6. Legum et paternorum institutorum protectores et ultores. Adde *Coripp.* 4. *Laud. Justin.* 324.

PRŌTECTŌRĬUS, a, um, adject. ad protectores pertinens, ut Protectoria dignitas. *Imp. Constantin. Cod. Theod.* 7. 20. 5. et *Cod. Justin.* 12. 47. 2.

PRŌTECTUM, i, n. 2. est pars tecti prominens, extremitas tecti projecta ad removendam pluviam, *sporto del tetto*; quæ et *projectura* et *projectum* dici potest: quamquam differt protectum a projecto, quia illud dicitur de projectura tecti, hoc de quacumque alia. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 448. 2. et apud *Murat.* 1755. et apud *Orell.* 4545. 2. PROTECTVM ANTEA OLLARIA SVA IMPENSA DIS MANIB. FECER. *Alia* apud *Orell.* 4517. COLVMELLAM SVB HOROLOGIO TIBVRTINA PROTECTVM ANTE PORTICVM TRVTINAM ET PONDERA D. D. S. POSVERVNT. *Ulp. Dig.* 9. 2. 29. Si protectum meum, quod supra domum tuam, et nullo jure habebam, recidisses. *et ibid.* 3. 5. *sub fin.* Neque in subgrunda, neque in protecto tabula fuerat picta (*sed in pergula*). *Cajus ibid.* 47. 7. 6. Protectum immissum habere. *et Pompon. ibid.* 43. 25. 15. Precario habere immissa, vel protecta. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 12. 18. (89). Protecta vinearum. *h. e.* pergulæ vitium. *Varro* 3. *R. R.* 16. 23. De his propolin vocant, e quo faciunt ad foramen introitus protectum in alvum maxime æstate.

PRŌTECTUS, a, um. *V.* PROTĔGO.

PRŌTECTUS, us, m. 4. *sporto del tetto*, pars tecti prominens, ut in voce PROTECTUM dictum est. *Scævola Dig.* 8. 2. 41. Quatenus stillicidii rigor, et tignorum protectus competebat.

PRŌTĔGO, tĕgis, texi, tectum, tĕgere, a. 3. (pro *et* tego). Part. *Protegens* I. 1. et II. 3.; *Protectus* I. 1., II. 3. et in fin; *Protecturus* II. 2.; *Protegendus* I. 1. et 2. — Protegere est idem quod in anteriori parte tegere, vel simpliciter tegere, operire, contegere, σκεπάζω (It. *coprire dinanzi, coprire*; Fr. *couvrir devant, couvrir*; Hisp. *cubrir en adelante, cubrir*; Germ. *vorn bedecken, bedachen*; Angl. *to cover, shelter*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Virg.* 2. *G.* 489. ingenti ramorum protegit umbra. Sic *Seneca Agam.* 937. virenti protegat ramo caput. *Cæs.* 1. *B. C.* 25. *sub fin.* Rates ab utroque latere cratibus ac pluteis protegebat. *et* 3. *ibid.* 42. Portus naves a ventis protegit. *Id.* 5. *B. G.* 43. Scuto aliquem protegere. *Curt.* 7. 9. 3. Remigem scutorum testudine protegere. *Id.* 9. 5. 4. Rami (*arboris*) velut de industria regem protegentes. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 11. 47. (131). Protegere caput contra solem. *Justin.* 33. 2. 4. umbone se. *Gell.* 17. 11. Ἐπιγλωττὶς inter edendum bibendumque operit atque protegit τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν. *Id.* 7. 12. Vestis diffusa ad ulnas cruraque adversus oculos protegenda. *Ovid.* 2. *Art. am.* 613. Ipsa Venus pubem, quoties velamina ponit, Protegitur læva semireducta manu. κατὰ pubem. — Similiter Part. *Protectus* apud *Ovid.* 12. *Met.* 273. Tempora perfringit fulvo protecta capillo. *et ibid.* 351. immissa protectus pectora barba. *Colum.* 9. *R. R. præf.* 2. Protectæ porticus. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 22. 24. (86). nuces gemino operimento. *Virg.* 10. *Æn.* 800. Dum genitor nati parma protectus abiret. *et* 8. *ibid.* 662. scutis protecti corpora longis. *Cic. Planc.* 30. 72. Non quo turpe sit, protectum in acie, hostium manibus eripi. *Cæs.* 5. *B. G.* 96. Tabernacula protecta hedera. *Lucan.* 9. 627. arva nemorum coma. ¶ 2. Speciatim et absolute *protegere* est tectum projicere, seu projecturam in tecto ædium facere. *fare uno sporto nel tetto. V.* PROTECTUM. *Cic. Topic.* 4. 24. Ex quo in tectum ejus, qui ædes protexisset, aqua defluueret. *Ulp. Dig.* 9. 2. 29. Hic in suo protexit, ille in alieno fecit. *Cajus ibid.* 8. 2. 1. Jus projiciendi, protegendive.

II.) Translate. ¶ 1. Est defendere, tueri. *difendere, guardare, proteggere. Cic. Sull.* 18. 50. Tu ornatus exuviis hujus, venis ad eum lacerandum, quem interemisti: ego jacentem et spoliatum defendo et protego. *Plin.* 3. *Ep.* 9. *sub fin.* Protexi viros optimos, eosdemque gratissimos. Mihi certe debere se prædicant, quod illum turbinem evaserint. *Juvenal.* 11. 32. seu tu magno discrimine causam Protegere affectas. *Tac.* 1. *Ann.* 13. *extr.* Donec Halterius Augustam oraret, ejusque curatissimis precibus protegeretur. *Id.* 2. *Hist.* 60. *extr.* Trachalum adversus criminantes Galeria uxor Vitellii protexit. *Lucan.* 2. 85. non ille favore Numinis ingenti Superum protectus ab ira. Adde *Impp. Dioclet. et Maximian. Cod.* 7. 21. 7. ¶ 2. Item prohibere, arcere, *tener lontano. Stat.* 3. *Silv.* 1. 120. coquitur pars uvida terræ Protectura hiemes, atque exclusura pruinas. ¶ 3. Item est celare, *nascondere, coprire. Vellej.* 2. 100. 5. Singularem nequitiam supercilio truci protegens. *Justin.* 38. 1. 10. Atque ita risu protectis insidiis, sevocatum ab amicis interficit. *Quintil. declam.* 8. 1. Parricidii immanitatem metu majore protegere. — Hinc Part. præter. pass., cujus plurima exempla retulimus,

Protectus, a, um, adjective, unde Comp. *Protectior* apud *Cic.* 13. *Phil.* 3. 6. Sapientia cautioribus utitur consiliis, in posterum providet, est omni ratione protectior. *Alii et præcipue recentiores leg.* tectior. — Hinc

Protectum, i, n. 2. *V.* loco suo.

PRŌTĔLĀTĬO, ōnis, f. 3. protelandi, h. e. propellendi actio. *Jul. ep. novell. c.* 104. § 366.

PRŌTĔLĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌTĔLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Protelatus* II. — Protelo. Ital. *cacciar via, o lontano,* est idem quod propello, longe pello, abigo, propulso. *Paul. Diac. p.* 235. 5. *Müll.* Protelare longe propellere, ex Græco videlicet τῆλε, quod significat longe. *Donatus* ad *Ter. Phorm.* 1. 4. 36. ducit a πρό et ἑλεῖν *ante trahere*: alii a *pro*; et *telum*: quasi assiduo telorum jactu prohibere, fugare. *Non. p.* 362. 33. *Merc.* interpretatur percutere, perturbare.

I.) Proprie. *Sisenna* apud *Non. loc. cit.* Duæ cohortes de subsidio procedunt, atque equites protelant. *Id. ibid.* Romanos impetu suo protelant: projectos prosequuntur. *Turpilius ibid.* Propter peccatum pauxillum indignissime patria protelatum esse sævitia patris. *Ter. loc. cit.* Ne te iratus suis sævidicis dictis protelet. *Apul.* 8. *Met.* Hanc ipsam cladem de vestris protelamus manibus. Adde *eumd.* 9. *ibid.*; et *Auct. argum.* 2. *Merc. Plautini.*

II.) Translate. ¶ 1. Est in longum trahere, protrahere, producere, extendere, *portar in lungo, differire, tirar innanzi. Avien. Descript. orb.* 483. mediam secat Apenninus Ausoniam. Nam qua boreali vertice ad ethram Concrescunt Alpes, surgit caput Apennino: Et qua Sicanii tellus madet æquoris æstu, Ut protelatæ molis juga gurgite condit. *h. e.* juga in longum tracta. Cf. *Lucret.* 2. 531. — *Ulp. Dig.* 39. 2. 4. Dies cautioni præstitutus si finietur, prætoris erit ex causa vel renovare, vel protelare eam. *Id. ibid.* 5. 1. 2. *sub fin.* Protelare admonitionem. *Imp. Justin. Cod.* 3. 1. 13. invito judice litem. *Tertull.* 4. *advers. Marcion.* 21. Annis quadraginta de manna cælesti sexcenta millia hominum protelavit. *h. e.* vitam eorum produxit ac prorogavit. ¶ 2. Item perducere, pertrahere. *Tertull. Pœnit.* 4. Hæc te in portum divinæ clementiæ protelabit. *ti guiderà salvo in porto. Id. Spectac.* 1. Tanta est vis voluptatum, ut et ignorantiam protelet in occasionem, et conscientiam corrumpat in dissimulationem.

PRŌTĔLUM, i, n. 2. *tirata continua e non interrotta di giumenti sotto il giogo*, tractus jumentorum sub jugo continuatus sine interruptione: tenor trahendi: æquabilis progressus, et conatus jugatorum boum non strigantium.

I.) Proprie. *Gloss. Philox.* Protelum, ἑξάμπον. ἅμπον est funis per jugum tentus, cui alligantur onera trahenda: quod et *helcium* et *cohum* dicitur: item ipsum jugum.). *Plin.* 9. *Hist. nat.* 15. 17. (45). *de siluro pisce.* In Mœno Germaniæ amne protelis boum et in Danubio marris extrahitur. *Id.* 18. *ibid.* 18. 48. (173). Protelis binis ternisque sic arant. — Adhibetur præcipue in ablativo sing., habetque vim similem τῷ *protinus*, qua continuitatem significat. *Lucilius* apud *Non. p.* 363. 6. *Merc.* Quem neque Lucanis orundi montibu' tauri Ducere protelo validis cervicibu' possent. *Cato ibid.* Sed protelo trini boves unum aratrum ducent. *Lucilius ibid.* Hunc juga mulorum protelo ducere centum Non possunt.

II.) Translate. *Lucret.* 2. 531. Undique protelo plagarum continuato. *h. e.* impulsu, tenore: *continuato lo stesso tenore. et* 4. 190. Et quasi protelo stimulatur fulgure fulgur. *h. e.* perpetua et continua serie unus splendor excitat alium. *Catull.* 56. 6. hunc ego, si placet Dionæ, Protelo rigida mea cecidi. *h. e,* in continenti, protinus, unoque tenore. συντόνως: alii leg. *pro telo. V.* RIGIDUS.

PRŌTENDO, tendis, tendi, tensum *et* tentum, tendere, a. 3. (pro *et* tendo). Part. *Protendens* I.; *Protentus* I. et II. *Protensus*. II. et in fin.; — Protendere est ultra tendere, in anteriorem partem extendere, proferre, προτείνω (It. *stendere innanzi, protendere*; Fr. *tendre, étendre, allonger*; Hisp. *tender, extender, alargar, parar*; Germ. *hervorstrecken, ausstrecken*; Angl. *to stretch forth or out, hold out, extend*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Petron. Satyr.* 17. *sub fin.* Protendo ad genua vestra supinas manus; petoque et oro, ne etc. *Catull.* 64. 127. Protendere aciem (*oculorum*) in æstus pelagi. *Virg.* 11. *Æn.* 606. hastasque reductis Protendunt longe dextris. Sic *Tac.* 14. *Ann.* 37. Eques protentis hastis perfringit quod obvium et validum erat. *Ovid.* 14. *Met.* Brachia in mare protendens. *Tac.* 15. *Ann.* 67. Fortiter protendere cervicem. *Id.* 3. *Hist.* 68. Filium protendens, modo singulis, modo universis commendans. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 32. 51. (101). Cochleæ bina ceu cornua protendentes, contrahentesque. *Virg* 1. *G.* 171. pedes temo protentus in octo. — *b*) *Protendi* est idem ac se protendere. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 43. 99. (224). Inter digitos medius longissime protenditur. *Id.* 6. *ibid.* 16. 18. (47). Ab hujus excelsis per juga Caucasi protenditur ad Bactros usque gens Mardorum. *Plaut. frag.* apud *vet. Interpr. Horat.* ad 1. *Sat.* 6. 22. Anus hæc in pellis periculum protenditur. *h. e.* inflatur, distenditur vino. *Lucan.* 9. 673. Defendunique caput protenti cribus hydri. — *c*) Specialim de montium jugis et terris. *Seneca Phœniss.* 12. prærupta protendit juga Cithæron. *Ammian.* 22. 8. *init.* Athos-, dextra, qua late protenditur, etc. *Id.* 21. 7. Oram Siciliensem, a Lylibæo protentam ad Pachynum, multitudo servabat armata. Adde *eumd.* 14. 8.

II.) Translate. — *a*) De tempore. *Ammian.* 29. 5. *ad fin.* A sole orto usque ad diei extimum pugna protenta. *Sil. It.* 6. 595. Jovis illa ruenti Ausoniæ atque Italis tempus protendere regnis Cura fuit. — Protendere comitia in mensem Januarium. *Cic.* 10. *Fam.* 26. *extr.*, ubi plerique alii leg. *protrudere*. — *b*) De sermone. *Apul.* 3. *Dogm. Plat.* Licet autem, eadem vi manente, utramvis partem in plura verba protendere, ut si pro Apulejo dicas philosophum Platonicum Madaurensem. *Boeth. Aristot. Topic.* 1. 8. *p.* 666. Ea quæ probabilius sunt contraria, secundum contradictionem protensa. — *c*) Significat etiam quantitatem syllabæ producere. *Gell.* 2. 17. *In* et *con* præpositiones tunc produci atque protendi, quum etc. Adde *eumd.* 4. 17. — Hinc Part. præter. pass.

Protentus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Protentior* apud *Avien. Perieg.* 597. Delphica quin etiam miscet confinia Phocis, Lucis in exortum protentior. *Solin.* 30. Dimidio eorum protentior, quam nostra vita est. — Hinc

Protentum, i, n. 2. *V.* loco suo.

PRŌTENSIO *et* protentio, ōnis, *V.* PROTASIS. Ceterum ¶ 1. Est extensio. *Hieronym. Ep.* 3. 1., *Vit. Paul. erem.* Dextræ protensione manus cupitum indicat iter. ¶ 2. Item productio, dilatatio, longitudo. *Ennod. Vit. S. Epiph. p.* 413. Nulla protensione libelli, nullis dilatationibus promulgatæ laudis. *Boeth. Geom.* 2. *p.* 1520. Stadia, milliaria, fluminum latitudines, et alia quamplura longa protensione directa. *et ibid.* Quinque millia pedum protensione habet.

PRŌTENSUS, a, um. *V.* PROTENDO.

PRŌTENTĀTUS, a, um, particip. a *protento*, pertentatus, exploratus. *Avien. Arat.* 285. ceu Siriaco torretur spica calore, Protentata manu.

PRŌTENTO *vel* pretempto, as, are, a. 1. ante tento. *Gloss. Cyrill.* Προπειράζω. protempto.

PRŌTENTUM, i, n. 2. (protendo) pars vocabuli, quæ post legitimos pedes superest. *Pompej. Comment. art. Donat.* 6. *ad fin.* Ut puta: Arma virumque cano. Ecce post duos pedes superest syllaba; ecce hoc appellatur comma. Si dicas: Tytire maxime, duo sunt dactyli, ecce nihil superest, sed ipsi pedes finiunt ipsam elocutionem, quæ appellatur colon. Apud oratores incisum dicimus et protentum. Protentum dicimus, quoties post pedes legitimos superest syllaba; incisum dicimus, quoties ibi finit sensus, ubi pes finit.

PRŌTENTUS, a, um. *V.* PROTENDO.

PRŌTĒNUS. *V.* PROTINUS.

PRŌTERMĪNO, as, āvi, are, a. 1. παρεκτείνω, propago, fines promoveo. *Apul.* 9. *Met.* Fines usque et usque proterminaveris. *Sidon.* 3. *Ep.* 1. *sub fin.* Possessionis metas in Rhodanum Ligerimque proterminant.

PRŌTĔRO, tĕris, trīvi, trītum, tĕrere, a. 3. (pro *et* tero). Part. *Proterens* I. et II.; *Protritus* I., II. et in fin.; *Proterendus* I. et II. — Proterere est pedibus calcare, obterere, conculcare; et sæpe cum v. *conculcare* jungitur, καταπατέω (It. *pestare sotto i piedi, calpestare, conculcare*; Fr. *fouler, écraser, broyer*; Hisp. *hollar, pisar, tupir, machacar, majar, moler*; Germ. *zertreten, niedertreten, zerreiben, zerstampfen*; Angl. *to tread underfoot, tread or trample upon, tread down, crush, squeeze, bruise*).

I.) Proprie. *Plaut. Truc.* 2. 2. 13. Nisi abis actutum, ego hic te, mulier, quasi sus catulos, pedibus proteram. *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 128. vitula, quæ nondum pedibus proterit arva. *Stat.* 12. *Theb.* 656. virides gravis ungula campos Mutat, et innumeris peditumque equitumque catervis Exspirat protritus ager. *Tac.* 2. *Hist.* 70. Protritis arboribus ac frugibus, dira vastitas. *Val. Max.* 2. 7. *n.* 14. Ejusdem culpæ homines elephantis proterendos substravit. *Id.* 1. 7. *extern. n.* 1. Proterens quidquid obvium fuerat. *Val. Flacc.* 6. 522. Proterit impulsu gravis agmina, corporaque atris Sternit equis. *Virg.* 12. *Æn.* 330. agmina curru Proterit. *Sil. It.* 2. 175. Adversum late stridens rota proterit agmen. *Ovid.* 2. *Met.* 791. *de Invidia.* Quacumque ingreditur, florentia proterit arva, Exuritque herbas. *Cæs.* 2. *B. C.* 41. Equitatus hostium circuire aciem nostram, et aversos proterere incipit. *Horat.* 4. *Od.* 7. 9. Ver proterit æstas. *calca e distrugge. Stat.* 8. *Theb.* 547. ulmus labens proterit uvas. *Liv.* 34. 26. Quod maturi erat circa, demessum et convectum est: viride, ne hostes haberent, protritum et corruptum. *Colum.* 2. *R. R.* 20. 3. *Schneid.* Quod si falcibus seges cum parte culmi demessa sit, protinus in acervum, vel in nubilarium congeritur, et subinde opportunis solibus torrefacta proteritur. *h. e.* prolata teritur. *Plaut. Merc.* 1. 1. 9. Tum compediti januam lima proterunt. *h. e.* exterunt, *raschiano.*

II.) Translate. *Cic. Flacc.* 22. 53. Sin istum semper ipsi domi proterendum et conculcandum puta erunt, etc. *Id.* 4. *Herenn.* 53. 66. Eam urbem patiemini nunc ab homunculis deterrimis proteri atque conculcari? *Ovid.* 3. *Trist.* 11. 25. quid inanem proteris umbram? Quid cinerem saxis bustaque nostra premis? *Horat.* 3. *Od.* 5. 34. Et Marte Pœnos proteret altero. *disfarà in altra battaglia.* Sic *Tac.* 2. *Hist.* 26. Protrita hostium acies. *disfatta.* et *Auct. B. Hisp.* 14. Aliquot turmæ loco sunt dejectæ et protritæ. *Ammian.* 16. 2. *med.* Alios occupatis habilibus locis decursu facili proterens. *Justin.* 24. 4. 6. Hortante deinde successu, divisis agminibus, alii Græciam, alii Macedoniam omnia ferro proterentes petivere. *Al* Jeep. *legit* prosternentes. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla retulimus.

Protritus, a, um, adjective usurpatur, et translate (a nummis fortasse ductâ metaphorâ) est usitatus, translaticius, vulgo frequentatus, *volgare, triviale. Gell.* 5. 21. Qui perpauca, eademque a vulgo protrita legerat. *h. e.* usurpata sæpius, nota, vulgata. *Id.* 12. 2. Senecæ oratio videtur vulgaris et protrita. *Id. ibid.* 4. *a med.* Verba proculcata vulgo et protrita.

PRŌTERRĔO, res, rŭi, rĭtum, rere, a. 2. (pro *et* terreo). Part. *Proterritus*. — Proterrere est terrendo abigere, fugare, absterrere, *cacciare spaventando*, διαφοβέω. *Plaut. Trin.* 3. 2. 77. Mea opera hinc proterritum te autument. *Ter. Heaut.* 3. 1. 37. Filium proterruisti hinc. *Cæs. B. G.* 58. Proterritis hostibus atque in fugam conjectis. *Cic.* 1. *de republ.* 3. Themistocles patria, quam liberavit, pulsus atque proterritus. *Id. Cæcin.* 9. 24. Ferro te rejeci atque proterrui. *et ibid.* 11. 31. Qui armis proterritus, fugatus, pulsus est. *et ibid.* 13. 37. Tu solus prohibitus, et a tuis ædibus vi atque armis proterritus. *Virg.* 12. *Æn.* 291. Tyrrhenum Aulesten adverso proterret equo. *Stat.* 2. *Theb.* 645. jaculo parmaque Menœten Proterrebat agens. *Apul.* 3. *Met.* Latrones fugare atque proterrere. *et* 8. *ibid.* Ardentibus facibus proterrere feras.

PRŌTERRĪTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PRŌTERVĒ, adverb. Comp. *Protervius* et Sup. *Protervissime* 1. — Proterve ¶ 1. Est Ital. *con protervia, insolentemente, baldanzosamente, con petulanza, sfacciatamente, ἀσελγῶς, ἀκολάστως*, petulanter, superbe, immoderate, improbe. *Plaut. Truc.* 2. 2. 1. Quis illic est, qui tam proterve nostras ædes arietat? *Ter. Hecyr.* 3. 5. 53. Tu quoque proterve iracundus es. Ubi *Donat.* Immoderate, superbe: dictum est ideo, quod proterat alium qui protervus est. *Id. Heaut.* 4. 4. 1. Satis pol proterve me Syri promissa huc induxerunt. *Cic.* 1. *de republ.* 44. Dux audax, impurus, consectans bene sæpe de re publica meritos. *Ovid.* 1. *Amor.* 4. 45. Multa miser timeo, quia feci multa proterve. *Id.* 1. *Art. am.* 599. Ut, quidquid facies, dicesve protervius æquo, Credatur nimium causa fuisse merum. *Ammian.* 24. 4. *ante med.* Inferens se protervius miles et pugnam posceus. *Augustin.* 5. *Civ. D.* 22. In nostram religionem protervissime insiliunt. ¶ 2. Videtur quodammodo in bonam partem sumi in illo *Plauti Amph.* 2. 2. 206. Qua non deliquit, decet audacem esse, confidenter pro se et proterve loqui. *parlar alto, con franchezza.*

PRŌTERVĬA, æ, f. 1. *petulanza, insolenza, protervia, sfacciataggine, ἀκολασία, ἀσελγεια*, petulantia, improbitas, protervitas. *Auson. Edyll.* 10. 172. Capripedes agitat quum læta protervia Panas. *Id. Perioch.* 22. *Odyss.* Procorum protervia. — *NB. Proterviam facere. V.* PROPTER.

PRŌTERVĬO, is, ire, n. 4. *ἀκολασταίνω*, petulanter ago, lascivio. *Tertull. Patient.* 12. *ad fin.* Dilectio non inflatur, non protervit.

PRŌTERVĬTAS, ātis, f. 3. idem ac protervia, sed magis usitatum: petulantia, procacitas, lascivia, insolens impudentia. *Cic. Cæl.* 12. 29. De corruptelis, de adulteriis, de protervitate, de sumptibus immensa oratio est. *Horat.* 1. *Od.* 19. 7. Urit me Glyceræ nitor, Urit grata protervitas. *Ter. Heaut.* 4. 6. 10. Quam pæne tua me perdidit protervitas. Ubi *Calpurn.* Protervitas est levior quædam contumelia; procacitas, major; petulantia, maxima. *Pacuvius* apud *Non. p.* 121. 15. *Merc.* et apud *Festum p.* 270. 31. *Müll.* Nisi coerceo protervitatem. Apud *Festum* legitur *protervitates.*

PRŌTERVĬTER, adverb. idem ac proterve. *Ennius* apud *Non. p.* 513. 11. *Merc.* Quis est, qui nostris foribus tam proterviter? *subaudi* insultat. *Priscian.* quoque 15. *p.* 1010. *Putsch.* hujus adverbii facit auctorem *Ennium.*

PRŌTERVUS, a, um, adject. Comp. *Protervior* 1. — Protervus ¶ 1. Est petulans, procax, improbus, et qui lasciviæ causa neminem veritus, quæque sibi obstantia quasi pedibus *proterit*: ut faciunt tauri (inquit *Donatus* ad *Ter. Hecyr.* 3. 5. 53.) ruentes in admissuram. Includit itaque in lascivia et petulantia superbiam et contemptum aliorum. Alii ducunt a *pro* et *torvus*, quod a *terreo* esse videtur. At recentiores, duce *Bergkio* (*Actorum Soc. philol. Lipsiens. T.* II. *p.* 468. *et seq.*), *propterpus* formam e *propetervus* contractam esse putant; quod confirmant *Gloss. Philox.* Proterbitas, προπέτεια. Eædem *Gloss.* Proterbus, προπητής, θρασύς. *Gloss. Cyrill.* Προπέτεια, protervia, protervitas. *et* Προπητης, protervus. Gr. ἀσελγής, ἀκόλαστος (It. *petulante, sfacciato, insolente, protervo*; Fr. *hardi, pétulant*; Hisp. *atrevido, desvergonzado, petulante*; Germ. *keck, frech, schaamlos, muthwillig*; Angl. *petulant, sancy,*

wanton, pert, malapert, froward, insolent, impertinent). *Pacuvius* apud *Festum* p. 330 23. *Müll.* Rubicundo colore et spectu protervo feros. *Plaut. Bacch.* 4. 3. 1. Petulans protervo, iracundo animo sum. *Cic.* 5. *Fin.* 12. 35. Flexi fractique motus, quales protervorum hominum esse solent, contra naturam sunt. *Id Cæl.* 16. 38. Si vidua libere, proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viveret. *Justin.* 30. 2. 2. Meretrix protervior. *Ovid. Heroid.* 5. 136. Satyri, turba proterva. *Horat.* 1. *Od.* 25. 2. Parcius junctas quatiunt fenestras Ictibus crebris juvenes protervi. *et* 3. *ibid.* 14. *in fin.* Ilixæ protervæ. *et* 2. *ibid.* 5. 15. proterva fronte petet Lalage maritum. *Ovid. Heroid.* 17. 77. me spectas oculis, lascive, protervis. *Stat.* 5. *Silv.* 5. 67. doctumve sui convicia Nili Infantem, linguaque simul salibusque protervum. *Ovid. Remed. am.* 362. Musa proterva. *h. e.* lasciva. *Seneca Hippol.* 200. *de Cupidine.* Proterva tenera tela molitur manu. *Id. ibid.* 268. Protervus furor. *h. e.* amor novercæ in privignum. ¶ 2. Dicitur et de aliis rebus, ubi nulla est turpis libido. *Horat.* 1. *Od.* 26. 2. et *Epod.* 16. 22.; et *Ovid. Heroid.* 11. 14. Venti protervi. *Ovid.* 2. *Amor.* 16. 4. Et micet Icarii stella proterva canis. *Id.* 5. *Met.* 671. Protervas manus intentare. *scil.* pulsandi causa. *Id. de nuce* 116. me Missa petunt avida saxa proterva manu. *Martial.* 11. 54. Proterva manus. *h. e.* furax. *Id.* 10. 9. Sal protervum. *h. e.* facetiæ mordaces. Sic *Ovid. Ib.* 524. Proterva lingua. *h. e.* maledica. *et* 5. *Trist.* 6. 26. Proterva dicta dicere in aliquem.

PRŌTESTĀTIO, ōnis, f. 3. *protesta*, actus protestandi. *Symmach.* 1. *Ep.* 56. Alia est enim protestatio amoris, alia linguæ ostentatio.

PRŌTESTĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌTESTOR, āris, ātus sum, ari, dep. 1. — Olim et *protesto, as*, activa positione dictum est, teste *Priscian.* 8. p. 799. *Putsch.* Hinc Part. *Protestatus* passiva significatione apud *Cassiod.* 5. *Hist. Eccl.* 42. *a med.* Post hujusmodi vesanos superbosque sermones a commorato Serra de Aetio protestatos, etc. — Part. *Protestans* 1.; *Protestatus* 1. et supra — Protestari ¶ 1. Est Ital. *testimoniare, esser testimonio, provare manifestamente*, διαμαρτύρομαι, testis sum, palam testor. *Macrob.* 1. *Saturn.* 17. *sub fin.* Floris species florem rerum protestatur. *Justinian. proœm. Institut.* Bellicos sudores nostros innumeræ provinciæ ditioni Romanæ additæ protestantur. *Ennod. Dict.* 5. Actio nostra, si de bonis suis fuerit elata, sordescet, protestantibus divinis eloquiis: Qui vos laudant, seducunt vos. Et *Apul.* 10. *Met.* Mulier magno fidem præsidis protestata clamore. Sic *Ammian.* 24. 2. *extr.* Fidem Romanam pansis manibus protestantes vitam cum venia postulabant. ¶ 2. Est etiam profiteri, *protestare. Quintil. declam.* 4. 21. Prædico, protestor: non ego parricidium faciam. *Fronto de nep. am.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 2. *a med.* Quæ mihi conscius sum, protestabor: nihil in longo vitæ meæ spatio a me admissum, quod dedecori, aut probro, aut flagitio foret. *Ulp. Dig.* 11. 7. 14. *a med.* Quippe protestantur, pietatis gratia id se facere. Adde *Paul. ibid.* 3. 5. 33. *a med.*

PRŌTHEŌRĒMA, ātis, n. 3. προθεώρημα, prævium theorema. *Capell.* 2. p. 35. In aliis (*voluminibus*) circuli, lineæque, hemisphæriaque cum trigonis et quadratis, multiangulæque formæ protheorematum vel elementorum diversitate formatæ.

PRŌTHESIS, *V.* PROSTHESIS.

PRŌTHȲMĒ, adverb. προθύμως, libenter, prompto alacrique animo. Vox Græca. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 23. Hoc ego modo, atque herus minor hunc diem sumpsimus prothyme. *con tutto il piacere, di buona voglia.*

PRŌTHȲMĬA, æ, f. 1. προθυμία, libentia, alacritas, prompta voluntas. Vox Græca. *Plaut. Stich.* 4. 2. 52. Vides, ut annona est gravis! Vides, benignitates hominum ut periere et prothymiæ! *et* 5. 2. 9. O dii immortales, quot ego voluptates fero! quot risiones, quot jocos, quot savia, saltationes, blanditias, prothymias! *M. Aurel.* ad *Front.* 2. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 5. *ante med.* At ego quamquam superatus, nihil de mea prothymia decessero, aut defecero.

PRŌTHŸRIS, idis, f. 3. *V.* ANCON, onis, m.

PRŌTHŸRUM, i, n. 2. πρόθυρον. *V.* DIATHYRUM.

PRŌTĬNAM (*quod legitur et* protenam), adverb. idem ac protinus, teste *Varron.* 7. *L. L.* 107. *Müll. Ter. Phorm.* 1. 4. 13. Aliquid convasassem, atque hinc me conjicerem protinam in pedes. Ubi *Donat.* monet, etsi in vulgatis sit *protinus*, tamen rectum esse *protinam*, ac sic legisse *Nigidium.* Citat et hoc pacto *Paul. Diac.* p. 226. 20. *Müll.* qui et ipse *protinus* exponit. *Plaut. Curc.* 2. 3. 84. Ostium ubi conspexi, exinde me illico protinam dedi. (V. PROTINUS.) Adde *eumd. Cas.* 5. 3. 13., *Bacch.* 3. 1. 7.; *Pers.* 4. 5. 8. et *fragm.* apud *Non.* p. 376. 8. *Merc.*; item *Nœvium ibid.* et apud *Varron. loc. cit.*

PROTINEO, es, ere, a. 2. ante teneo. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir.* p. 10.

PRŌTĪNIS *et* protenis, protinus. *Afranius* apud *Non.* p. 376. 7. *Merc.* Comissatum protinis recta domum digredimur.

PRŌTĪNUS *et* protenus, adverb. Alias formas *protinam* et *protinis V.* loco suo. — Scribitur et *protenus*; quod a *Servio* ad *cit. loc. Virg.* et a *Capro de Orthogr.* p. 2243. *Putsch.* ita distinguitur a *protinus*, ut per e referatur ad locum, per i ad tempus. Verum id discrimen non observatur in antiquis et optimæ notæ codicibus, ut *Pier.* quoque agnoscit ad *cit. Ecl.* 1. *V.* et *Ritschel., Prolegom.* ad *Plaut. Trin.* p. XCVII. — *Protinus*, a *pro* ac *tenus*, progressum et continuum motum significat, quasi tensionem, ut idem fere sit quod *porro*; ideoque et continuitatem significat, quod docet *Varro* 7. *L. L.* 107. *Müll.*, teste ipso *Non.* p. 376. 14. *Merc.*: itaque *protinus* generatim est continuate et sine ullius rei interpositione, συνεχῶς (It. *continuatamente, senza interrompimento di cos'alcuna, immediatamente*; Fr. *immédiatement, sans interruption, sans intervalle*; Hisp. *immediatamente, sin interrupcion*; Germ. *vorhin, vorwärts, fort, in ununterbrochener Reihe, in einem fort, stetig, gleich darauf*; Angl. *immediately, directly, continuedly, uninterruptedly, without the interposition of any thing*).

I.) Proprie. ¶ 1. Quum *protinus* significet progressum et continuum motum, componitur cum verbis movendi, eundi, fugiendi, nec refert, utrum longior sit progressus, an non. *Forcellinus* hæc ita distinxit — *a*) *Protinus*, porro tenus, prorsum ante: cui opponitur *retro*. Ita videtur adhiberi a *Cic.* 1. *Divinat.* 24. 55. Præcepisse, ut pergeret protinus: quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret. *seguitasse ad andar innanzi.* — *b*) Item porro, longe, procul, *lontano, lungi, lontano di qui*: quemadmodum *hactenus* sonat *sin qui. Virg.* 1. *Ecl.* 13. ipse capellas Protinus æger ago. *h. e.* ante me ago procul hinc. Eadem ratione et *protinam* adhibetur. *Plaut. Curc.* 2. 3. 84. Ostium ubi conspexi, exinde me illico protinam dedi. *Non.* p. 375. 10. *Merc.* hunc locum afferens, subdit: quasi in longam fugam. *Nœvius ibid.* Ubi vidi, exanimabiliter timidis pedibus protinam me dedi. *h. e.* longius fugi, inquit *Nonius*: qui similiter intelligendum putat illud *Virg.* 7. *Æn.* 513. cornuque recurvo Tartaream intendit vocem, qua protinus omne Contremuit nemus. *h. e.* longe porro. ¶ 2. Refertur ad ordinem, quum una res post aliam sine ulla interpositione succedit, deinceps, *successivamente, immediatamente dopo. Virg.* 4. *G.* 1. Protinus aerii mellis cælestia dona Exsequar. *Horat.* 2. *Ep.* 18. 67. Protinus ut moneam. *h. e.* ut porro pergam monere. *per proseguire.* Sic *Cels.* 2. 33. De quibus protinus dicturus sum. ¶ 3. Item ad locum, quum scilicet duæ res nihil habent intermedium, et se contingunt. *Virg.* 3. *Æn.* 414. Hæc loca vi quondam et vasta convulsa ruina Dissiluisse ferunt, quum protinus utraque tellus Una foret. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *ante med.* A capite porticus triclinium excurrit: valvis xystum desinentem, et protinus pratum, multumque ruris videt fenestris. *Tac. Germ.* 43. *sub fin.* Trans Lygios Gothones regnantur, *etc.* protinus deinde ab Oceano Rugii et Lemovii.

II.) Translate. ¶ 1. Refertur ad tempus. *Sisenna* apud *Non.* p. 376. 30. *Merc.* Ut protinus procedundo, posset intra fines Salapiorum pervenire. *Id. ibid.* Postero die per incertas vias Æserniam, inde Romam protinus profugerant. *Tubero ibid.* Si quid a parentibus acceptum protinus antiquæ memoriæ tradiderunt. *Virg.* 10. *Æn.* 339. trajecto missa lacerto Protinus hasta fugit, servatque cruenta tenorem. *senza fermarsi.* et 9. *ibid.* 337. felix, si protinus illum Æquasset nocti lucem, in lucemque tulisset! *et* 8. *ibid.* 157. Nam memini Hesionæ visentem regna sororis Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem, Protinus Arcadiæ gelidos invisere fines. *Cic.* 2. *Invent.* 2. 8. Disciplinorum autem atque eorum, qui protinus ab hac sunt disciplina profecti, multa de arte præcepta reperimus. *Horat.* 1. *Ep.* 12. 7. Si forte in medio positorum abstemius herbis Vivis et urtica, sic vives protinus, ut te Confestim liquidus Fortunæ rivus inauret. *Liv.* 27. 4. Protinus et alios Africæ regulos jussi adire. *Sueton. Aug.* 38. Liberis senatorum, quo celerius reipubl. assuescerent, protinus virilem togam, latum clavum induere, et curiæ interesse permisit. *tutt' in un tempo.* Alii leg. *protinus virili togæ latum clavum* etc.: alii *virilem togam, ac latum* etc.: quidam *protinus a virili toga latum* etc. *Plaut. Pseud.* 2. 1. 13. Ad hoc ego oppidum vetus continuo legiones meas Protinus adducam. *pleonasmus.* ¶ 2. Universim est statim, illico, *incontanente, tosto, immantinente*, αὐτίκα. — *a*) Absolute. *Cæs.* 2. *B. G.* 9. Hostes protinus ex eo loco ad flumen contenderunt. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 21. tu protinus, unde Divitias ærisque ruam, dic, augur, acervos. *Manil.* 1. 811. ignes euntes protinus et raptim. *Cic.* 1. *Invent.* 15. 20. Principium est oratio perspicue et protinus conficiens auditorem benevolum. *h. e.* statim a principio. Sic *Vellej.* 2. 94. 2. Qui protinus quantus est, sperari potuerat. *Ovid.* 3. *Met.* 696. Protinus abstractus solidis Tyrrhenus Acœtes Clauditur in tectis. Adde *eumd.* 15. *ibid.* 136. *Quintil.* 1. 1. 11. Si qua erunt ab his præsente alumno dicta vitiose, corrigat protinus. *Id.* 9. 4. 78. Et initium hexametri statim invenias, et Anacreontion protinus colon efficias. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 25. 40. (95). Protinus fructum pro flore gignunt. *Id.* 19. *ibid.* 8. 53. (169). Planta flore rufo et protinus deciduo. *Scribon. Compos.* 193. Ephemeron potum protinus totum os prurire facit. — *b*) Cum part. *ex, ab, post*, statim post. *Cæs.* 5. *B. G.* 17. Ex hac fuga protinus, quæ undique convenerant, auxilia discesserunt. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 21. 84. (226). Protinus a partu. *immantinente dopo.* et *Vellej.* 2. 104. 3. Protinus ab adoptione. *Cels.* 7. 26. *n.* 5. Id protinus ab ipsa curatione faciendum est. *Id.* 5. 26. Protinus post cibum. *Quintil.* 1. 1. 35. Protinus post interpretationem linguæ secretioris. *Alii aliter leg.* — Huc pertinet et illud *Plin.* 7. *Hist. nat. sect.* 1. (2). Protinus vitæ principio. et *Cels.* 2. 7. *extr.* Protinus initio dolor et tussis fuit. *et* 3. 2. Primo die protinus. — *c*) Sequente *ut, quum, ubi, quam*, statim post, statim ac. *Cels.* 5. 26. *n.* 26. Protinus ut percussus est aliquis. *tosto che.* et *Val. Max.* 5. 4. *n.* 4. Protinus ut e Capitolio descendit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 17. 44. (151). In flore, aut protinus quum defloruere. *Id.* 33. *ibid.* 8. 43. (126) His scoticuli periti, quum e vena ut lima rapuerunt experimentum, protinus dicunt, quantum auri sit in ea. *Cels.* 3. 6. Id potius eligendum est, adeo ut, ubi accessiones continuantur, protinus danda cibus sit. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 28. 40. (75). Protinus intereunt quam litatum est ei Deo. *Id.* 15. *ibid.* 17. 18. (67). Protinus quam detra-

xere vitibus. — d) *Protinus ac, atque,* statim ac, *tosto che. Solin.* 46. *ad fin.* Protinus atque poma ejus deciderunt maturitate. — e) *Non protinus,* non continuo, non ideo. *Quintil.* 10. 1. 3. Non autem, ut quidque præcipue necessarium est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 2. 3. (17). Tertium tempus est, quum educant poma, nec protinus, sed jam valido fetu. ¶ 3. Refertur etiam, apud ICtos, ad personam, quum qui, non per alium, sed per se quippiam facit, *αὐτοπρόσωπος, Ulpian.* Etenim parvi refert, protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpositam fidejussoris, vel rei personam. Ita *Thes. L. L.* ex *Budæo, Scardius,* et alii. *Id. Dig.* 14. 6. 9. Videri pecuniam a donatore profectam protinus ad creditorem, et fieri nummos accipientis.

PRŌTŌCŌMĪUM, ii, n. 2. πρωτοκόμιον, prima coma, vel locus ubi coma incipit. *Veget.* 2. *Veterin.* 11. *ad fin.* Caput et tempora sub ipso protocomio inuris. Alii rectius leg. *procomio,* a πρόκομιον, anterior coma.

PRŌTŌGĒNES, is, adject. πρωτογενής, primogenitus, a πρῶτος *primus* et γενος *genus: V.* MONOGENES. — *NB.* De nom. proprio *V.* ONOM.

PRŌTŎLAPSUS, a, um, adject. qui prior lapsus est: vox hybrida. *Commodian.* 35. 1. Adam protolapsus, ut Dei præcepta vitaret, etc.

PRŌTOLLO, is, ere, a. 3. est ultra tollere, sive extendere.

I.) Proprie. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 71. Manum si protollet, et pariter proferto manum. *Avien. Arat.* 567. Pleiadas femoris pariter sub line sinistri Perseus protollit. *h. e.* attollit, extollit.

II.) Translate. ¶ 1. Est differre, protrahere. *Plaut. Cas.* 2. 8. 11. Protollo mortem mihi. *et* 3. 5. 43. Neque viri vitam sinere in crastinum protolli. *Lucilius* apud *Non. p.* 159. 23. *Merc.* Si non amplius, ad lustrum hoc protolleret unum *Gell.* 3. 16. *a med.* Neque ultra decimum mensem fetura mulierum protolli potest. *V.* aliud in MAGMENTUM. ¶ 2. Item in altum efferre, *innalzare. Ammian.* 31. 7. *a med.* Et Romani quidem voce undique Martia concinentes, a minore solita ad majorem protolli, quam gentilitate appellant barritum, vires validas erigebant.

PRŌTŌMĂGISTER, tri, m. 2. primus magister: vox hybrida. Habetur in Tab. Fratrum Arvalium apud *Gruter.* 121. 2.; at ibi legendum est *promagister:* ita enim ibidem legitur, teste *Marin. Frat. Arv. p.* 495., qui lapidem vidit.

PRŌTŌMĒDĪA, æ, f. 1. πρωτομηδία, nomen herbæ, de qua *Plin.* 24. *Hist. nat.* 17. 102. (165). Hestiatoridæ a convictu in Perside nominari, quoniam hilarentur illa: eamdem protomediam, qua primatum apud reges obtineat.

PRŌTŌMYSTA, æ, m. 1. πρωτομύστης, primus mysta, præcipuus inter mystas. *Sidon.* 2. *Ep.* 9. *circa med.* Cur a quibusdam protomystarum improbaretur.

PRŌTŌNAT, abat, impers. 1. προβροντᾷ, ante tonat. *Val. Flacc.* 4. 205. sed tali protonat ira.

PRŌTŌPLASMA, ătis, n. 3. a πρῶτος *primus* et πλάσμα *creatum,* prima creatura, protoplastus. *Venant. Fortun.* 2. 4. 5. Exsiluit protoplasma solo. *ubi* primam male corripuit.

PRŌTŌPLASTUS, a, um, adject. πρωτόπλαστος. qui primo fictus, seu formatus est: a πρῶτος *primus* et πλάσσω *fingo. Protoplasti* (scilicet *homines*) dicuntur primi parentes Adam et Heva a *Tertull. Exhort. ad castit.* 2. *ad fin.* et *advers. Jud.* 13. *a med.* — Perperam primam vocalem corripiunt *Orient. Commonit.* 2. Per pomum, protoplaste, cadis. *et Alcim.* 2. 35. His protoplastorum sensum primordia sacra Continuere bonis.

PRŌTŌPRAXĪA, æ, f. 1. πρωτοπραξία, prima actio, hoc est jus exigendi ante alios pecunias a debitoribus, privilegium, quo quis ceteris creditoribus anteponitur: a πρᾶτος *primus* et πρᾶξις *exactio. Plin.* 10. *Ep.* 109. Ego inveni a plerisque proconsulibus concessam eis protopraxiam, eamque pro lege valuisse. *V.* PRIVILEGIUM.

PRŌTŌSĔDĔO, es, ere, n. 2. *sedere in primo luogo,* vox hybrida, a Græco πρῶτος *primus,* et Latino *sedeo. Tertull. Cor. mil.* 15. Protosedent et presbyteri coronati. *Lectio vitiosissima: plerique rectius leg.* Alius (*angelus*) Iridis ambitu ornatur cælesti prato. Sedent et presbyteri coronati.

PRŌTOSTĂSĬA. *V.* PROSTASIA.

PRŌTŌTŌMUS, a, um, adject. *di prima taglata,* πρωτότομος, qui est primæ sectionis: a πρῶτος *primus* et τομή *sectio. Caules prototomi,* qui primi in brassica vere secantur: teneriores proinde et suaviores, qui et *cymæ* vocantur. De his *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 41. (137). Brassica cymas a prima sectione præstat proximo vere. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior teneriorque cauliculus, *etc.* Post cymam ex eadem brassica contingunt æstivi auctumnalesque cauliculi, mox hiberni, iterumque cymæ. *Colum.* 10. *R. R.* 129. *de brassica.* Frigoribus caules, et veri cymata mittit. *et ibid.* 369. Sed jam prototomos tempus decidere caules. *Martial.* 14. 101. cujus lemma *Boletarium.* Quum mihi boleti dederint tam nobile nomen, Prototomis, pudet heu! servio coliculis. — Et absolute, substantivorum more, *Id.* 10. 48. Et faba fabrorum, prototomique rudes.

PRŌTŌTŸPĬA, æ, f. 1. πρωτοτυπία, vox Græca, a πρῶτος *primus* et τυπος *forma:* cujus mentio fit ab *Imp. Constantin. Cod. Theod.* 6. 35. 3. et ab *Imp. Julian. ibid.* 11. 23. 2. Munus fuit et officium, quod occupabatur circa tironum præstationem, ita quidem ut qui eo fungeretur, æstimaret, seu pretium statueret, quod loco tironum inferendum erat, atque ita formam daret. V. *Gothofredi* adnot. ad postremum hunc *loc. cit.*

PRŌTŌTŸPUS, a, um, adject. πρωτότυπος, primitivus. *Marius Victorin.* 2. *p.* 2514. *Putsch.* Nunc ad novem prototypa, id est primiformia omnium metrorum genera, e quorum et origine derivata innumerabilis metrorum profluit copia, stylum nostri operis convertam. *Id. p.* 2552. Hæc sola duo metra (*dactylicum* et *iambicum*) possunt prototyporum prototypa dici, et omnium metrorum elementa. *Diomed.* 2. *p.* 428. *Putsch.* Monosyllaba quæcumque sint verba prototypa, o litteram tam versu, quam etiam prosa similiter productam habent.

PRŌTRACTĬO, ōnis, f. 3. *allungamento,* actus protrahendi, productio. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 12. A puncto nascitur linea, et in longum ex individuo procedit: ibique a puncto suo, quod est monas, venit in dyadem, quæ est prima protractio. *Theod. Priscian. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 10. *p.* 300. *retro* ed. *Aid.* Spasmus appellatus est ex tensione, vel protractione nervorum et vicinorum musculorum.

PRŌTRACTUS, a, um. *V* PROTRAHO

PRŌTRACTUS, us, m. 4. idem ac protractio. *Inscript.* apud *Amadut. Anecd. litt. T.* 2. *p.* 480. ET LONGIS PROTRACTIBVS . . . . MALORVM VICI. Ita mutilam vocem ex lapidis vestigiis supplet *Marin. Frat. Arv. p.* 61. Sed longis protractibus arte malorum Vici *etc.;* ibi autem sermo est de quadam lite forensi malevolorum hominum artificio protracta.

PRŌTRĂHO, trăhis, traxi, tractum, trăhere, a. 3. *Protraxtis* syncop. pro *Protraxistis,* apud *Sil. It.* 16. 84. protraxtis ad arma Quod profugos, satis est. *Protraxe* pro *protraxisse, V.* in PROGRAXE. — Part. *Protrahens* I.; *Protractus* I. et II. 1., 2., 3.; *Protracturus* et *Protrahendus* I. — Protraho est in medium traho, pertrabo, produco, παρελκύω (Ital. *tirare, tirar fuori, condurre per forza, trascinare:* Fr. *tirer en avant, tirer de, faire sortir, trainer;* Hisp. *tirar en adelante, tirar fuera, arrastrar;* Germ. *vorwärtsziehen, hervorziehen, hervorbringen aus etwas, worhinziehen;* Angl. *to draw or dragh forth, bring forward or out, force out, drag along*).

I.) Proprie. *Accius* apud *Non.* p. 16. 22. *Merc.* tantum ut frustrando, lactans, vanans protrabas. *Lucret.* 6. 564. Protractæque trabes impendenti ire paratæ. *Id. ibid.* 1264. multa siti protracta corpora. *Virg.* 2. *Æn.* 122. Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medium, *et* 8. *ibid.* 265. *de Caco.* pedibusque informe cadaver Protrahitur. *Propert.* 3. 16. 25. Ille licet ferro cautus se condat et ære, Mors tamen inclusum protrahit inde caput. *Cic.* 6. *Verr.* 10. 24. Hinc in convivium Sex. Cominium protrahi jussit. *Id.* 1. *Phil.* 9. 22. Ad operas mercenarias statim protrahi. *Plaut. Merc.* 4. 4. 58. Me istam capillo protracturum esse in viam, nisi etc. *che la trascinerò per li capelli sulla strada.* et *Tac.* 4. *Hist.* 27. Protrahere aliquem e tentorio. *Sueton. Ner.* 53. Si qua paria (*athletarum*) longius recessissent, in medium manibus suis protrahens. *Ammian.* 24. 4. Cujus (*turris*) ruina muri contiguum latus secum immani fragore protraxit. — Est etiam in aliquam partem trahere. *Cels.* 7. 21. 2. Deinde si inguen incisum est, eo protractis tunicis, humor effundi debet. *tirate a quella parte le tuniche.* — Item pro extrahere, *cavar fuori. Id.* 7. 12. *n.* 1. Specillo conquirenda est testa, quæ recessit, et vulsella protrahenda est.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim. *Lucret.* 4. 1182. Quippiam protrahere in lucem. *et* 5. 1387. quidquid paullatim protrahit ætas In medium, ratioque in luminis eruit oras. *et ibid.* 1030. ipsa videtur Protrahere ad gestum pueros infantia linguæ. *tirarli e costringerli a far dei cenni.* Sic *Liv.* 33. 28. *a med.* Quem indicem Pisistratus timens, eo ipso timore ad indicium protraxit. *lo tirò, e quasi sforzò a scoprire. Plaut. Trin.* 1. 2. 7. Nam postquam hic ejus rem confregit filius Videtque ipse ad pauperiem protractum esse se, etc. *Quintil. declam.* 4. 14. Vultus ex rudi caligine protractus. *Val. Max.* 3. 8. *n.* 6. Portentum tenebris protractum. ¶ 2. Speciatim est revelare, patefacere, publicare, prodere, *manifestare, scoprire. Liv.* 45. 5. *a med.* Suberat et ille metus, ne damnatus auctorem se nefandi facinoris protraheret. *Ovid.* 3. *Trist.* 4. 71. Nec meus indicio latitantes versus amicos Protrahet. *Liv.* 27. 3. Novum in occulto gliscens per indicium protractum est facinus. *Vellej.* 2. 92. 2. Quum protraxisset publicanorum fraudes, punisset avaritiam. *Val. Max.* 2. 5. *n.* 3. Matronæ unius ancillæ indicio protractæ. ¶ 3. Item differre, *prolungare, differire, tirar innanzi,* o *in lungo,* ἀναβάλλεσθαι. *Sueton. Ner.* 32. Stipendia militum protrahere ac differre. *Id. Cæs.* 52. Convivia in primam lucem protrahere. *Id. Ner.* 27. epulas a medio die ad mediam noctem. *et ibid.* 33. *ad fin.* Venenum in hædo expertus, is quinque horas protraxit. *scil.* vitam. *Id. Aug.* 17. In serum dimicatione protracta. ¶ 4. Item augere. *Val. Max.* 1. 4. *n.* 8. Ut rapacissimi victoris insolentiam dicti tumore protraheret. *Alii leg.* pertraheret. ¶ 5. Item extendere. *Ulp. Dig.* 45. 1. 1. *ad fin.* Utrum hoc usque ad Græcum sermonem tantum protrahimus, an vero et ad alium, Pœnum forte, vel Assyrium, dubitari potest.

PROTREPTĬCON *et*

PRŌTREPTĬCUM, i, n. 2. *esortazione, istruzione,* προτρεπτικόν, tractatus, syntagma, liber, carmen exhortationem et monita continens: a προτρέπω *adhortor, monitis impello.* Ita *Protrepticon* inscribitur apud *Statium* silva 2. libri quinti. *Trebell. Salonin. Gall.* 2. Nec ignota esse arbitror quæ dixit M. Tullius in Hortensio, quem ad exemplum protreptici scripsit. *Auson. epist. præfixa Edyll.* 4. Libellus, quem ad nepotuium meum instar protreptici luseram. Adde *Sidon.* 1. *Ep.* 25. (*al.* 31.).

PROTRICO, as, are, a. 1. porro tricare. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 150.

PRŌTRĪMENTUM, i, n. 2. σίτριμμα, edulium minutim tritum concisumque, qualia etiam hodie in pulmentariis plurima concinnant ex carnibus frustillatim concisis, intrimentum: a *proterendo. Apul.* 8. *Met. in fin.* Et accuratius in protrimentis sapidissime coctum.

PRŌTRĬTUS, a, um. *V.* PROTERO.

PRŌ TRĬUMVĪRŌ, m. qui fuit triumvir. *Inscript. Afric.* ed. *Rénier.* 2189. C. CARCILIVS . . . . PRO TRIVMVIRO QVATER.

PROTRŌPĒ, es, f. 1. figura, de qua hæc *Jul. Rufinian. de fig. sent. et eloc.* 35. ed. *Ruhnken.* Protrope, adhortatio ad aliquam rem est, et pallilogia. Virgilius (5. *Æn.* 189.): nunc, nunc insurgite remis, Hortor vos (*at vulgati libri* Hectorei) socii.

PRŌTRŌPUM, i, n. 2. προτροπον, genus potus, idest mustum, antequam uvæ calcentur, a προτρέπω *prævertο*, quod calcaturam et prelum prævertat sponte effluendo. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 9. 11. (85). Sed inter hæc genera potuum ponere debeo et protropum: ita appellatur a quibusdam mustum sponte defluens, antequam calcentur uvæ. *V.* LIXIVUS et PROTYRUM. *Marcell. Empir. c.* 20. *pag.* 113. *retro* ed. *Ald.* Dantur (*pastilli*) jejunis ex aquæ cyathis tribus, aut ex protropo musto, quod est passi genus.

PRŌTRŪDO, dis, si, sum, dere, a. 3. (pro *et* trudo). Part. *Protrusus* I. — Protrudo est idem ac porro, sive ultra trudo, propello, sensim promoveo, προσωθέω, *spingere innanzi.*

I.) Proprie. *Cic. Fat.* 19. Ut igitur, qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, etc. *Phædr.* 5. 7. Ab universis capite est protrusus foras. *Lucret.* 4. 890. atque ita tota Paulatim moles protruditur atque movetur. *Id. ibid.* 279. Sic ubi se primum speculi projecit imago, Dum venit ad nostras acies, protrudit agitque Aera, qui inter se cumque 'st oculosque locatus, Et facit ut etc. Cf. *eumd. ibid. v.* 246. *Horat.* 1. *Ep.* 20. 14. ut ille Qui male parentem in rupes protrusit asellum Iratus. *Vitruv.* 2. 8. Coagmenta inter se sedentia non protrudent opus. *Ammian.* 29. 1. *circa med.* Protrudi penatibus. *h. e.* proturbari, ejici.

II.) Translate. *Cic.* 10. *Fam.* 26. *extr.* Comitia, quantum facere possumus, in Januarium mensem protrudimus. *andiamo cacciando innanzi, e differendo. V.* PROTENDO.

PRŌTRŪSUS, a, um. *V.* voc. præced.

PRŌTŪBĔRO, as, are, n. 1. *gonfiarsi,* extubero, excresco in formam tuberis. *Solin.* 45. *de bucephalo.* De fronte ejus quædam exstantium corniculorum protuberabant minæ. *et ibid.* 46. *ad fin.* Protinus atque poma ejus deciderunt maturitate, alia protuberant.

PRŌTŪMĬDUS, a, um, adject. in anteriorem partem tumidus, ut Protumida luna, apud *Apul. de Deo Socrat. sub init.,* ubi est qui leg. *pertumida.*

PRŌTURBĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌTURBO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pro *et* turbo). Part. *Proturbans* II.; *Proturbatus* I. et II. — Proturbo est idem ac porro, sive ultra, sive extra turbo, id est repello, abigo, arceo, *scacciare,* ἀπωθέομαι.

I.) Proprie. — *a)* Stricto sensu. *Cæs.* 2. *B. G.* 19. *ad fin.* His facile pulsis ac proturbatis, ad flumen decucurrerunt. *Virg.* 10. *Æn.* 801. Telaque conjiciunt, proturbantque eminus hostem. *Id.* 9. *ibid.* 441. Quem circum glomerati hostes, hinc comminus atque hinc Proturbant. *Liv.* 5. 47. Telis missilibusque saxis proturbare hostes. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 19. 21. (67). Apes pigras et ignavas proturbant. *Colum.* 9. *R. R.* 15. 2. Extra tecta proturbantur. *Claudian.* 2. *in Eutrop.* 513. Proturbare aliquem laribus. *Apul.* 9. *Met.* quempiam de domo. *Quintil. declam.* 17. 6. e domo filium. *Tac.* 2. *Hist.* 85. Proturbatis, qui de Othone nunciabant, etc. *Justin.* 3. 4. 12. Dux eorum Phalantus per seditionem in exsilium proturbatus Brundisium se contulit. — *b)* Poetice pro dejicere. *Ovid.* 3. *Met.* 79. *de angue.* nunc impete vasto Fertur, et obstantes proturbat pectore silvas. — Item pro emittere *mandar fuori. Sil. It.* 5. 604. Iraque anhelatum proturbat pectore murmur.

II.) Translate est valde turbare. *Tac.* 1. *Hist.* 60. Militum conviciis proturbatus, et desertus. *Val. Flacc.* 1. 597. Nuncius hunc (*Æolum*) solio Boreas proturbat ab alto. *h. e.* sedentem in solio turbat rei novitate et magnitudine. *Id.* 6. 230. Fulmineumque viris proturbans ingerit ensem.

PRŌTŪTĔLA, æ, f. 1. *vicetutela,* munus ejus, qui pro tutore negotia gerit. *Ulp. Dig.* 27. 5. 1. *init.* Protutelæ actionem necessario prætor proposuit. Adde *eumd. ibid.* § 6. et 8. *Paul. ibid.* 3. 24. Neque tutelæ, neque protutelæ judicio tenetur.

PRŌTŪTO, as, are, a. 1. idem ac tutari. *Gloss. Cyrill.* Προασφαλίζομαι, protuto.

PRŌTŪTOR, ōris, m. 3. *vicetutore,* quasi tutor, tutoris munus exercens. Apud *Ulp. loc. cit.* in PROTUTELA semper in ablativo usurpatur, *pro tutore:* in recto vero *quasi tutor* dicitur. Apud *Ammian.* 29. 5. non *protutoribus* in dativo plur., sed *protectoribus* legendum est.

PRŌTŸPUM, i, n. 2. *originale, primo esemplare, o modello, prototipo,* πρότυπον, primum exemplar, ad cujus rationem cetera formantur: a πρό *ante* et τύπος *forma, exemplar impressum. Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 43. (152). Primus personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia protypa vocavit. *V.* ECTYPUS. Alii rectius leg. *prostypa,* et intelligunt figuras, quæ parum exstant et prominent, *di basso rilievo.*; quam *Salmasii* conjecturam confirmant optimi Codices: *V. Sillig.* ad *h. l.* Hoc vero unice probandum, ait cl. *Furlanetto* in *Append.,* nam πρότυπος est inusit., pro quo πρωτοτυπος usurpatur; itaque *prostypa* scribendum a πρόστυπος, eminentes figuras habens; falsam porro vocis locique hujus interpretationem hausit *Forcellinus* ex *Harduino.*

PRŌTŸRUM, i, n. 2. πρότυρον, genus vini in insula Lesbo, apud *Vitruv.* 8. 3. *a med.,* ubi alii leg. *protropum.* Aliud est *prothyrum:* de quo *V.* in DIATHYRUM.

PROUT. *V.* PRO.

PRŌVECTĪBĬLIS, e, adject. qui proficere et provehi in melius potest. *Fulgent. Contin. Virgil. p.* 747. *Stav.* Ita et ingenio natum est provectibile.

PRŌVECTĬO, ōnis, f. 3. *promozione,* προαγωγή, actus provehendi, promotio. *Lactant.* 5. 11. Non honor ille, aut provectio dignitatis fuit, sed hominis damnatio ad carnificinam.

PRŌVECTUS, a, um. *V.* PROVEHO.

PRŌVECTUS, us, m. 4. provectio. *Aurel. Vict. Cæsar.* 39. *ad fin.* Honestiorum provectu, et contra suppliciis flagitiosi cujusque, virtutum studia augebantur. *Sidon.* 4. *Ep.* 4. Provectu ætatis. *h. e.* progressu. *Pallad.* 1. *R. R.* 6. Præsentia domini provectus est agri. *profitto, vantaggio.* et *Dictys Cret. B. Troj.* 6. 11. Insula in provectu frugum redundatura. *Al. leg.* proventu. — In plur. num. legitur apud *Ammian.* 28. 4. *a med.* — Est etiam promotio, Italis *promozione,* ad dignitatem aliquam. *Cassiod.* 8. *Variar.* 11. Confido, agendas optimo regi gratias, quando provectum meum excogitatum, P. C., noscitis pro utilitate cunctorum. Adde *ibid.* 22.

PRŌVĔGĔO, es, ere, a. 2. moveo, profero, promoveo, excito. *Pacuvius* apud *Non. p.* 154. 5. *Merc.* Aut me occide, illinc si usquam provegeam gradum. *Alii leg* provigeam, *alii perperam* provideam. *V.* PROVIDEO.

PRŌVĔHO, vĕhis, vexi, vectum, vĕhere, a. 3. (pro *et* veho). Part. *Provehens* II. 2. *a.*; *Provectus* I. *b.*, II. 1. *b.* et 2. *b.* et in fin. — Proveho est idem atque ultra aut ante veho, ultra duco, promoveo, præsertim si navi, aut curru, aut jumento id fiat. προάγω (It. *portare, o condurre, o innanzi*; Fr. *porter en avant, faire avancer, transporter*; Hisp. *llevar, traer en adelante, hacer adelantar, transportar*; Germ. *vorwärts führen, -bewegen, -bringen, -fahren, -schaffen, fortbringen, -führen*; Angl. *to carry forth or forward, carry on or along, conduct, convey*).

I.) Proprie. — *a)* Activa forma. *Plaut. Rud.* 3. 6. 24 PL. Eam hinc abduxisti. LA. non avexi. PL. cur negas? LA. quia pol provexi: avehere non quivi miser. *h. e.* navi quidem impositam porro vexi, sed avehere nequivi tempestate impeditus. *Accius* apud *Non. p.* 534. 2. *Merc.* Ante noctem extenta retia ut proveherem et statuerem. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 13. 43. (73). In Hispania alvos apum mulis provehunt. *Plin. alter* 6. *Ep.* 31. *sub fin.* Ingentia saxa latissima navis provehit. *Val. Flacc.* 4. 421. juvet nostros nunc ipsa labores, Immissisque ratem sua per freta provehat Euris. *spinga innanzi. et Lucret.* 6. 1025. aer a tergo quasi provehit atque propellit. — *b)* Passiva voce, vel Mediorum apud Græcos more, sæpius adhibetur, *avanzarsi, inoltrarsi. Plin.* 6. *Hist. nat.* 31. 36. (199). Navigantes in eam insulam non posse ultra quasdam columnas provehi. *Virg.* 3. *Æn.* 72. Provehimur portu: terræque urbesque recedunt. *Cæs.* 2. *B. C.* 3. L. Nasidius cum classe freto Siciliæ provehitur. *Virg.* 2. *Æn.* 24. Huc se provecti deserto in litore condunt. *Liv.* 23. 47. Provectus ante stationes equo, Tauream compellavit. *Cæs.* 3. *B. C.* 8. Serius a terra provectæ naves. *et* 4. *B. G.* 28. *extr.* naves in altum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 17. 21.(124). Boji Transalpibus provecti Laudem Pompejam condidere.

II.) Translate. ¶ 1. Est promovere, evehere, *portare innanzi, promuovere, innalzare.* — *a)* Activa voce. *Sueton. Cæs.* 72. Quosdam etiam infimi generis ad amplissimos honores provexit. *Plin.* 8. *Ep.* 12. Colit studia, studiosos amat, fovet, provehit. *Id.* 9. *Ep.* 14. Provehere aliquem in lucem et famam. *Vellej.* 2. 128. 2. aliquem in consulatus, censuras, et triumphos. *Cic.* 13. *Phil.* 11. 24. Ecquo te tua virtus provexisset? ecquo genus? *Horat.* 3. *Od.* 4. 66. vim temperatam dii quoque provehunt In majus. — *b)* Passiva voce, vel Mediorum apud Græcos more. *Quintil.* 6. *procem.* 10. Esse nescio quam, quæ spes tantas decerpit, invidiam, ne videlicet ultra, quam homini datum est, nostra provehantur. *et Vellej.* 2. 69. 1. A quo ipse in consulare provectus fastigium fuerat. *Tac.* 13. *Ann.* 20. Ut Burrum demovere præfectura destinaret, tamquam Agrippinæ gratia provectum. *promosso. Id.* 2. *ibid.* 75. E gregario ad summa militiæ provectus. *Id.* 1. *Hist.* 1. Dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius provectam non abnuerim. ¶ 2. Item est abripere, longius impellere, progredi facere, *trasportare, far andar innanzi*: ductâ metaphorâ a ventis, qui navim impellunt. — *a)* Activa voce. *Cic. Dom.* 12. 32. Vestra in me audiendo benignitas provexit orationem meam. *Id. Harusp. resp.* 20. 43. Sulpicium longius quam voluit, popularis aura provexit. *Liv.* 2. 50. Hæc spes provexit, ut ad conspecta procul pecora decurrerent. *Id.* 40. 14. *sub init.* Quo lusu apud me celebratum convivium sit, illo etiam (forsitan pravo) gaudio provehente, quod etc. *Propert.* 2. 12. 19. Quin etiam si me ulterius provexerit ira, Ostendes matri brachia læsa tuæ. *Lucret.* 5. 1433. Idque minutatim vitam provexit in altum. *h. e.* paullatim deduxit in multas calamitates, ceu in altum mare. — *b)* Passiva voce, vel Mediorum apud Græcos more, est progredi, procedere, rapi, ferri. *Cic.* 3. *Fin.* 22. 74. Sentio me esse longius provectum, quam proposita ratio postularet. *Id.* 8. *Phil.* 3. 9. Inani spe ad aquas usque et Puteolos provehuntur. *s'avanzano coi disegni e colle brame.* et 4. *Tusc.* 18. 42. Ipsa sibi imbecillitas indulget, in altumque provehitur, nec reperit locum consistendi. *Id.* 1. *ad Brut.* 15. Sed provehor amore. *mi lascio trasportare. Liv.* 35. 48. *ad fin.* Provectus deinde est intemperantia linguæ in maledicta Romanorum. *Tac.* 4. *Hist.* 7. Paullatimque, per altercationem, ad continuas et infestas orationes provecti sunt. *Quintil.* 1. 3. 4. Audacia provecti. *Tac.* 4. *Ann.* 10. Eo audaciæ provectus, ut etc. *Id.* 2. *ibid.* 55. Eo usque corruptionis provectus, ut etc. *Plin.* 9. *Ep.* 19. Semel omnino, me audiente, provectus, ut de rebus suis hoc unum referret, etc. *avanzatosi a tanto di* etc. Alter *Plin.* 26. *Hist. nat.* 4. 9. (20). Huc usque provecta credulitas antiquorum. *At* Sillig. *nulla prorsus allata var. lect.* profecta. Speciatim de tempore. *Tac.* 3. *Hist.* 46. Bellum longius provectum. *h. e.* protractum. *Cic. Senect.* 4. 10. Eum colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen jam ætate provectum. Sic *Nepos*

Timol. 4, Hic quum ætate jam provectus esset, sine ullo morbo lumina oculorum amisit. *Cic.* 1. *Tusc.* 39. 94. Provecta ætate mortua est. *in tà avanzata. Tac. Ann.* 1. 4. Senectus provecta. *Id.* 13. *ibid.* 20. Provecta nox erat. *Apul.* 8. *Met.* Die jam provecto. — *Provehere vitam in periculum*, est exponere, apud *Cic. Mil.* 21. 56., ubi tamen *alii leg.* projicere. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla retulimus,

Provectus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Provectior* apud *Ammian.* 26. 9. Provectior natu. *Arnob.* 6. 10. Senectute provectior. *Auson. epigr.* 19. Nestore sim quamvis provectior. *Pallad.* 4. *R. R.* 13. *in fin.* Equis provectioribus tempora cavari incipiunt, supercilia canescere.

PRŌVENDO, is, ĕre, a. 3. *Afranius* apud *Donat.* ad *Ter. Adelph.* 3. 4. 34. Is, ut servorum captus est, facillime domo atque nostra familia provenditur. Alii divisim leg. *pro venditur*, ut sit constructio: *venditur pro domo atque* etc. *Lachmanno* ad *Lucret.* 2. 829. certum est vox *venditur Afranio* minime convenire; et *Ribbeckius, Comicor. fragm. pag.* 204. legendum conjicit *protruditur*, vel *provertitur*.

PRŌVĔNĬO, vēnis, vēni, ventum, venire, n. 4. (pro *et* venio) Part. *Proveniens* I. 2. *b.* et II. 2. *b.*; *Proventurus* II. 2. *a.* et *b.* — Provenio est idem atque extra venio, prodeo, exorior, exeo, προέρχομαι (It. *comparire, uscir fuori*; Fr. *venir en avant, s'avancer, paraître, se montrer*; Hisp. *venir en adelante, adelantarse, parecer, mostrarse*; Germ. *hervorkommen, hervortreten*; Angl. *to proceed or come forth, come out, appear*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 155. Nam qui in scænam provenit novo modo, novum aliquid inventum afferre addecet. *Nævius* apud *Cic. Senect.* 6. 20. Proveniebant oratores novi, stulti, adolescentuli. *Alii leg.* proventabant, *eod. sensu.* et *Sall. Cat.* 8. Quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur. *Cels.* 2. 7. *ante med.* Quibus feminis menstrua non proveniunt. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 23. 21. (85). Altitudo, in qua nubila ac venti nubesque proveniant. *Alii leg.* in quam perveniant. ¶ 2. Specialim. — *a*) Est nasci, *nascere. Tac.* 4. *Hist.* 65. Deductis olim, et nobiscum per connubia sociatis, quique mox provenere, hæc patria est. *h. e.* quique ex his nati sunt. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 53. 74. (150). *de ovis.* Post solstitium nata non implent magnitudinem justam: tantoque minus, quanto serius provenere. *et ibid.* 54. 75. (152). Incubationi datur initium post novam lunam, quia prius incubata non proveniant. *Id.* 17. *ibid.* 20. 34. (148). *de castanea.* Seri nuce diximus: sed, nisi ex maximis, non provenit, nec nisi quinis acervatim satis. *Id.* 9. *ibid.* 10. 12. (38). Neque aliud ibi animal provenit. *Id.* 4. *ibid.* 16. 30. (104). Insula, in qua candidum plumbum provenit. *Id.* 37. *ibid.* 10. 56. (152). Catoptritis (*gemma*) in Cappadocia provenit. *viene. Ovid.* 4. *Fast.* 772. in stabulo multa sit agna meo, Lanaque proveniat nullas læsura puellas. *Id.* 3. *Amor.* 1. 43. *de Elegia.* Rustica fit sine me lascivi mater Amoris: Huic ego proveni lena comesque deæ. *h. e.* nata sum, inventa sum, ut essem lena etc. *Colum.* 7. *R. R.* 8. 5. *de caseo.* Sic neque fistulosus, neque salsus, neque aridus provenit. *riesce, diventa.* — *b*) Item nasci simul et crescere, *allignare, provare, crescere, provenire. Colum.* 3. *R. R.* 18. 2. Nulla stirps antequam deponatur vexatur et infracta melius provenit, quam quæ integra et inviolata sine injuria deposita est. *Id.* 4. *ibid.* 30. 6. Virgas roscidas si recideris, parum prospere proveniunt. *Id.* 1. *ibid.* 2. 4. Segetes modice siccis campis melius, quam præcipitibus locis proveniunt. *Id.* 5. *ibid.* 6. 14. Quæ ulmus a positione bene provenerit, etc. *Cæs.* 5. *B. G.* 24. Frumentum propter siccitates angustius provenerat. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (155). Hoc pro senescendi celeritate attributum huic arbori, ut citissime proveniat. *Id.* 19. *ibid.* 7. 36. (120). Ocimum cum maledictis ac probris serendum præcipiunt, ut lætius proveniat. *Id.* 17. *ibid.* 1. 1. (1). Arbores sponte sua provenientes. *Pallad.* 4. *R. R.* 3. Nec in sabulone solum, sed in arena quoque (*panicum et milium*) proveniunt. *et ibid.* 10. 16. Gaudent assidua fossione: hinc proveniunt poma majora.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est extra venire, exire. *Plaut. Capt.* 2. 1. 26. Doli non doli sunt, nisi astu colas: Sed malum maximum, si id palam provenit. ¶ 2. Speciatim est evenire, contingere. — *a*) Universim. *Ovid.* 1. *Trist.* 1. 39. Carmina proveniunt animo deducta sereno. *Plin.* 8. *Ep.* 19. *extr.* Ut ex studiis gaudium, sic studia hilaritate proveniunt. *Cic.* 1. *Fin.* 14. 47. Nec, quid proventurum sit, provident. *Alii leg.* eventurum. *Tac.* 2. *Hist.* 20. *in fin.* Guarus, ut initia belli provenissent, famam in cetera fore. *Plaut. Most.* 2. 1. 68. Tranquille cuncta, et ut proveniant sine malo. *Sueton. Aug.* 94. Quod uni olim Magno Alexandro simile provenisset ostentum. *Colum.* 4. *R. R.* 29. 2. Non quid casu fiat, sed quid certa ratione plerumque proveniat, præcipere debemus. — *b*) Speciatim est bene, aut male cedere, *avvenire, accadere, andar bene o male*, quod e additis adverbiis patet. *Lucilius* apud *Non.* p. 521. 3. *Merc.* Adeo male me excipiunt decimæ, et proveniunt male. *Justin.* 7. 6. 10. Quibus rebus feliciter provenientibus. — Passive impersonaliter. *Plaut. Men.* 5. 5. *in fin.* Nimis proventum est nequiter. — Is etiam, cui quid bene succedit, aut secus, *provenire* dicitur. *Plaut. Truc.* 2. 6. 34 Mars peregre adveniens salutat Nerienem uxorem suam. Quum tu recte provenisti, quumque es aucta liberis, gratulor. *Id. Rud.* 3. 5. 57. Edepol proveni nequiter multis modis. Adde *Stich.* 2. 2. 73. Eadem ratione *Ter.* dixit *Adelph.* 5. 9. 22. Syre, processisti hodie pulcre. — Absolute pro succedere, *andar bene. Tac.* 3. *Hist.* 41. Non ignavum, et si provenisset, atrox consilium iniit. *et* 4. *ibid.* 18. Si destinata provenissent. *Id.* 1. *Ann.* 19. Cetera mandaturos, ubi prima provenissent. *Id.* 4. *ibid.* 12. Ferox scelerum, et quia prima provenerant, volutare secum etc. Adde *eumd.* 4. *Hist.* 34. et 14. *Ann.* 25. *Sueton. Vesp.* 5. Consulentem confirmavere sortes, ut quidquid cogitaret volveretque animo, quamlibet magnum, id esse proventurum pollicerentur.

PRŌVENTO, as, are, n. 1. frequentat. *V.* in voce præced. I. 1.

PROVENTUS, a, um. *V.* PRÆVENTUS.

PRŌVENTUS, us, m. 4. (provenio) est quidquid nascitur, et alicunde provenit, et fructum affert, ut partus animalium, fruges, vina, poma, et hujusmodi, τὰ γιγνόμενα, φορά, πρόσοδος (It. *venuta, raccolta, rendita, entrata, nascita*; Fr. *venue, naissance, croissance, production, récolte, moisson*; Hisp. *natio, nacimiento, crecimiento, producion, cosecha de frutos*; Germ. d. *Hervorkommen,-wachsen, Gedeihen, Wachsthum, Entstehen*; Angl. *increase, produce, yearly profit or income, revenue*).

I.) Proprie. — *a*) In singul. num. *Virg.* 2. *G.* 518. Proventuque oneret sulcos, atque borrea vincat. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 25. 57. (209). Sunt qui certissimum veris indicium arbitrentur, ob infirmitatem animalis, papilionis proventum. Id eo ipso anno, quum commentaremur hæc, notatum est, proventum eorum ter repetito frigore exstinctum. *Id.* 11. *ibid.* 11. 10. (26). *de apib.* Domos primum plebi exædificant, deinde regibus. Si speratur largior proventus, adjiciuntur contubernia et fucis. *Id.* 13. *ibid.* 24. 47. (134). Cytisus inventus in Cythno insula, mox translatus in urbes Græcas, magno casei proventu. *scil.* quia lactis plurimum præbet ovibus, ut *Colum.* 5. *R. R.* 12. 1. scribit. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 12. 48. (123). Ocimum exstinguit lactis proventum. *Sueton. Claud.* 16. *in fin.* Uberi vinearum proventu. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 12. 19. (93). In Africa miliarias vocari multas (*oleas*) a pondere olei, quod ferant annuo proventu. *Id.* 21. *ibid.* 5. 11. (22). Lilium maxime rosas decet, medio earum proventu incipiens. *Id.* 15. *ibid.* 18. 19. (71). Ficus trifario proventu. *Justin.* 43. 2. 4. Amulius, multiplicato metu proventu duorum, pueros exponi jubet. — *b*) In plur. num. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 12. 62. (189). Hortensium proventus tantum adhuc tractavimus. *et ibid.* 5. 24. (74). Cucumis servatur usque ad alios pæne proventus.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim de proventu uberi, abundantia, copia, *abbondanza. Plin.* 10. *Hist. nat.* 65. 85. (187). Proventus murium siccitatibus. *Id.* 8. *ibid.* 55. 81. (218). Certum est, Balearicos adversus proventum cuniculorum auxillum militare a divo Augusto petiisse. Alter *Plin.* 1. *Ep.* 13. Magnum proventum poetarum hic annus attulit. *Justin.* 13. 1. 12. Neque unquam ante Macedonia tam clarorum virorum proventu floruit. Cf. *Quintil.* 12. 10. 11. Tum efflorescat oratorum ingens proventus. *Seneca Tranquill.* 7. Ille Socratici fetus proventus. *Lucan.* 2. 60. tanto ne novorum Proventu scelerum quæruntur, uter imperet Urbi? ¶ 2. Speciatim est prosperus exitus, successus, *buon esito, buon successo. Cæs.* 7. *B. G.* 29. Omnes secundos rerum proventus exspectare. *Id.* 2. *B. C.* 38. Multum ad hanc rem probandam adjuvat adolescentia, magnitudo animi, superioris temporis proventus, fiducia rei bene gerendæ. *Liv.* 45. 41. Multarum secundarum rerum velut proventus. *Plin.* 9. *Ep.* 13. *a med.* Tanta conversio vel negotii dignitatem, vel proventum orationis, vel actoris constantiam subsecuta est. *Val. Max.* 5. 10. *n.* 2. In maximo proventu felicitatis nostræ. *Id.* 3. 2. 5. Excellentissimos virtutis proventus miserabilis lapsus sequitur. ¶ 3. Item eventus, *evento, avvenimento. Apul.* 2. *Met.* Mihi proventum hujus peregrinationis anquirenti, multa respondit. ¶ 4. Item utilitas, *utilità. Apul. de Mundo.* Cultus agrorum, artificum solertia, proventus artium.

PRŌVERBĬĀLIS, e, adject. *proverbiale. Gell.* 2. 22. *a med.* Ex quo versum istum proverbialem factum ait.

PRŌVERBĬĀLĬTER, adverb. *proverbialmente*, per modum proverbii. *Ammian.* 29. 2. *ad fin.* Proverbialiter dici solet. *Sidon.* 7. *Ep.* 9. *in conc.* Ut proverbialiter loquar. Adde *Donat.* ad *Ter. Eun.* 2. 2. 37.; et *vet. Scholiast.* ad *Horat.* 1. *Sat.* 4. 120.

PRŌVERBĬUM, ii, n. 2. Primam syllabam produxit *Ovid.* 4. *Fast.* 489. Hac quoque de causa (si te proverbia tangunt) Mense malas Majo nubere vulgus ait. At licenter corripuit *Alcim.* 6. 387. Pacificus quidquid lata inter sceptra Salomon Obscurum sensu per clara proverbia dixit. — Proverbium, Ital. *proverbio*, παροιμία, adagium, sententia, dictum, quod longa experientia probatum in ore omnium versatur, et sæpe consilii, aut præcepti utilis loco est. *Varro* 1. *R. R.* 2. 2. Vultis interea vetus proverbium, quod est, Romanus sedendo vincit, usurpemus, dum ille venit? *Cic.* 3. *Off.* 19. 77. A quibus natum est id, quod jam contritum (*al.* tritum) est vetustate, proverbium, etc. *et* 1. *ibid.* 10. 33. Ex quo illud factum est jam tritum sermone proverbium. *et* 2. *ibid.* 15. 55. Quod jam in proverbii consuetudinem venit. *Id.* 4. *Tusc.* 16. 36. Ita pervulgatum illud est, ut jam proverbii locum obtineat. *Liv.* 40. 46. *a med.* Vulgatum illud, quia verum erat, in proverbium venit. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 23. (41). In proverbium cessit, sapientiam vino obumbrari. *Cic.* 13. *Phil.* 12. 27. Quod proverbii loco dici solet. *Id.* 3. *Verr.* 20. 53. Quod est Græcis hominibus in proverbio. *Id. Orat.* 71. 235. Sed, ut in proverbio est, scopas mihi videntur dissolvere. *Id.* 10. *Fam.* 20. Culpa illa vulgari reprehensa proverbio est. *Id. Senect.* 3. 7. Pares cum paribus, veteri proverbio, facillime congregantur. *secondo l'antico proverbio.* et *Amic.* 22. 85. Acta agimus, quod vetamur veteri proverbio. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 41. (89). Veteres salem cum pane esitasse, proverbio apparet. *Gell.* 2. 6. Hic versus vice proverbii celebratus est. *Colum.* 5. *R. R.* 9. 15. Nam vetus est proverbium. — In plur. num. *Cic.* 3. *Verr.* 46. 121. Istius

nequitiam in ore vulgi atque in communibus proverbiis esse versatam. *Quintil.* 6. 3. 97. Proverbia opportune aptata. Adde *Ovid.* et *Alcim.* allat. init.

PRŌVERSUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌVERTO, tis, sum, tere, a. 3. Part. *Proversus* et *Provorsus* (a quo factum est per syncopen *prorsus*). — Proverto est idem ac recta eo tendo, quo versus sum. *Plaut.* apud *Varron.* 7. *L. L.* 81. *Müll.* Ut transversus, non proversus cedit, quasi cancer solet. Simile est illud *ejusd. Pseud.* 4. 1. 45. Non prorsus, verum ex transverso cedit, quasi cancer solet. *Festus p.* 229. 1. *Müll.* Provorsum fulgur appellatur, quod ignoratur noctu, an interdiu sit factum, itaque Jovi Fulguri et Summano fit, quod diurna Jovis, nocturna Summani fulgura habentur. Hæc *Festus.* Putant eruditi *provorsum* perperam hic positum fuisse pro *controvorsum*, h. e. *controversum*: recte enim controversa ea dici possunt fulgura, de quibus controversia est, quo tempore ceciderint, diluculo nempe, sive crepusculo. Suspicatur (ait *Gesnerus* in *Thesauro* ad V. *Provorsus*) *Scaliger*, ex errore hoc esse vel *Festi*, vel *Pauli*, pro *controversum*. Et sane *con* et *contra* sic solent contrahi in scriptura Longobardica, ut in *pro* facile mutari possint. Hæc cl. *Furlanetto*: at *Müllero* provorsum fulmen est ex nocte in diem, vel ex die in noctem proversum. Præterea *Müllerus* Codicis lectionem tuetur *Jovi Fulguri*, ut *Juppiter Lapis*; et rejicit *Furlanetti* ac *Lindemanni* conjecturam, qui leg. *Fulguritori*. Ceterum verbum *proverto* legitur tantum in *Not. Tir. p.* 46. Vertit, pervertit, provertit.

PRŌVĪDĒ, adverb. *con prudenza, providamente, ἐκ προνοίας*, prudenter, caute, diligenter. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 50. (97). Tabulata ramorum sustinendo nido provide eligere.

PRŌVĪDENS, entis. *V.* PROVIDEO.

PRŌVĪDENTER, adverb. Sup. *Providentissime.* — Providenter est Ital. *con prudenza, e cautela, avvedutamente, προνοητικῶς*, caute, prudenter. *Sall. Jug.* 95. Pro copia satis providenter exornare aliquid. *Cic.* 3. *Nat. D.* 40. 95. Invectus es in eam Stoicorum rationem, quæ de providentia deorum ab illis sanctissime et providentissime constituta est. *Ulp. Dig.* 47. 3. 1. Quod providenter lex effecit, ne etc. *Plin. Paneg.* 1. Nihil recte, nihilque providenter homines sine deorum ope auspicari. *Id.* 10. *Ep.* 69. Tu quidem providentissime vereris, ne etc. *et Ep.* 81. Providentissime fecisti, quod etc.

PRŌVĪDENTĬA, æ, *f.* 1. (provideo). ¶ 1. Est simplex prænotio, *πρόγνωσις, preconoscenza.* Hinc est una e tribus prudentiæ partibus, quam sic definit *Cic.* 2. *Invent.* 53. 60. Providentia est, per quam futurum aliquid videtur, antequam factum sit. *Seneca Ep.* 5. *extr.* Multa bona nostra nobis nocent: timoris enim tormentum memoria reducit, providentia anticipat. ¶ 2. Est prudentia, consilium, cura, cautio, *πρόνοια, antivedimento, cautela, prudenza. Sall. Jug.* 7. Et bello strenuus erat, et bonus consilio: quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem afferre plerumque solet. *Cic.* 1. *Nat. D.* 8. Anus fatidica, Stoicorum *πρόνοιαν*, quam Latine licet providentiam dicere. *et* 2. *ibid.* 22. 55. Talis igitur mens mundi quum sit, ob eamque causam vel prudentia, vel providentia appellari recte possit, (Græce enim *πρόνοια* dicitur) hæc potissimum providet et in his maxime est occupata, primum ut mundus quam aptissimus sit ad permanendum, deinde ut nulla re egeat, maxime autem ut in eo eximia pulcritudo sit atque omnis ornatus. *Id* 1. *Divinat.* 51. 117. Esse deos, et eorum providentia mundum administrari. *Plin.* 3. *Ep.* 19. *in fin.* Quum in omnibus rebus, tum in disponendis facultatibus plurimum tibi et usus et providentiæ superest. *Id. Paneg.* 10. 4. Jam te providentia deorum primum in locum provexerat. *Liv.* 1. 51. Moram velut deorum quadam providentia illatam. *Quintil.* 11. 1. 23. Id providentiæ deorum immortalium assignat. — Cum Genitivo. *Tac.* 4. *Hist.* 29. Strepitus dissoni, casus incerti, neque feriendi, neque declinandi providentia. *Pompon. Dig.* 33. 1. 7. *sub fin.* Magis est ut providentia filiorum suorum hoc fecisse videatur. *h. e.* ut filiis suis provideret. — In plur. num. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 4. *extr.* Agnosce bonitatem Dei ex providentiis et legibus, ex præmonitionibus bonis et benignis. ¶ 3. Absolute de providentia divina, h. e. ratione qua Deus ea, quæ condidit, tuetur ac regit: seu de ipso Deo, cujus consilio huic mundo providetur, ut inconfusus est, et actus suos explicet, ut *Senecâ* 2. *Quæst. nat.* 45. loquitur, *la Provideuza. Id. ibid.* Vis illum (*Deum*) providentiam dicere? recte dices. *Cic. Tim.* 3. *extr.* Quam ob causam non est cunctandum profiteri hunc mundum esse-divina providentia constitutum. *Quintil.* 1. 10. 7. Oratio, qua nihil præstantius homini dedit providentia. *Id.* 10. 1. 109. *de Cicerone.* Dono quodam providentiæ genitus, in quo totas vires suas eloquentia experiretur. *Id.* 6. *proœm.* 4. Nullam terras despicere providentiam tester? *Id.* 7. 2. 2. An mundus providentia regatur. Adde *Gell.* 6. 1. Et *Boeth.* 4. *pros.* 6. *ante med.* Hæc divina mens in suæ simplicitatis arce composita, multiplicem rebus gerendis modum statuit: qui modus quum in ipsa divinæ intelligentiæ puritate conspicitur, providentia nominatur; quum vero ad ea, quæ movet atque disponit, refertur, fatum a veteribus appellatum est. V. *ibid.* plura huc pertinentia. ¶ 4. *Providentia* a Græcis et Romanis tamquam dea culta fuit. Ejus mentio frequentissima est in nummis Augustorum, in quibus præcipue globus orbem terrarum ipsis deorum providentia permissum fuisse significat. *Macrob.* 1. *Saturn.* 17. In insula Delo ædes Providentiæ, quam *ναὸν Προνοίας Ἀθηνᾶς* appellant, apta religione celebratur.

PRŌVĪDĔO, vides, vīdi, vīsum, vidēre, a. 2. (pro *et* video) Part. *Providens* sub *B.* II. 1. et in fin.; *Provisus* sub *A.* II. *b., c., d., B.* I. et in fin.; *Provisurus* sub *A.* II. 2. *b.* et II. 1. et 2.; *Providendus* sub *A.* II. 2. *c.* et *B.* 2. — Usurpatur — *A*) Neutrorum more *et* — *B*) Active.

A) Neutrum *providere* est ante videre, procul videre.

I.) Proprie. *Liv.* 44. 35. Jacula et sagittas et cetera missilia in tenebris, ubi, quid petatur, provideri nequeat, inutilia esse.

II.) Translate. ¶ 1. Est prævidendo cavere-præcavere, ne sequatur malum quod timetur. *Cic. Rabir. Post.* 1. 1. Cui bene quid processerit, multum illum providisse. *Id.* 9. *Fam.* 18. Actum de te est, nisi provides. *Id.* 3. *Verr.* 56. 157. Nisi providisses, tibi ipsi pereundum fuisset. ¶ 2. Item est curare, ante comparare, ante consulere, prospicere, *provedere*; et occurrit. — *a*) Absolute. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 33. 91. Multum in posterum providerunt, quod etc. *h. e.* posteris consuluerunt, posteritatis bono prospexerunt. Loquitur de Capua servata, quæ opportunissimam se præbuit Romanæ reipubl. in iis bellis, quæ post eam devictam secuta sunt, ut paullo ante dixit. *Sall. Jug.* 90. Nam contra tantas difficultates consilio satis providere non poterat. *Liv.* 2. 34. Ventumque ad interitum servitiorum utique et plebis esset, ni consules providissent, dimissis passim ad frumentum coemendum etc. — *b*) Sequente part. *ut, ne*, præcipue passive impersonaliter. *Ter. Phorm.* 5. 2. 14. Provisum est, ne in præsentia hæc hinc abeat. *Liv.* 36. 17. *a med.* Satis undique provisum atque præcautum est, ne quid etc. *Id.* 44. 34. Se, quod sit officium imperatoris, provisurum, ut etc. *Cæs* 7. *B. G.* 20. Ne qua civitas suis finibus recipiat, a me provisum est. *Cic.* 1. *Fam.* 2. *extr.* Et ut quam rectissime agantur omnia, mea cura, opera, diligentia, gratia providebo. *Id.* 2. *Cat.* 12. 26. Mihi, ut urbi satis esset præsidii, a me consultum atque provisum est. *Id.* 11. *Att.* 3. *extr.* Omnibus rebus cura et provide, ne quid ei desit. *Id.* 1. *Tusc.* 32. 78. Id igitur si acciderit, simus armati. A. Sane quidem: sed, ne accidat, providebo. *Tac.* 3. *Ann.* 69. Quanto fore mitius in ipsos, melius in socios, provideri, ne peccaretur? — *c*) Cum Ablat. et præpos. *de. Cæs.* 3. *B. G.* 3. Quum neque de frumento reliquoque commeatu satis esset provisum, etc. *Id.* 3. *B. C.* 34. Eos de re frumentaria ut provideren, hortatus est. *Cic.* 11. *Phil.* 11. 26. Est autem de Brundisio atque illa ora Italiæ providendum. — *d*) Cum Dativo. *Plaut. Most.* 2. 2. 93. Nihil me curassis, inquam: ego mihi providero. *Cic.* 3. *Cat.* 2. 4. Ut tum demum animis saluti vestræ provideretis, quum oculis maleficium ipsum videretis. *Id.* 1. *Nat. D.* 2. 4. A diis vitæ hominum consuli et provideri. *Id.* 1. *ad Q. Fr.* 1. 10. *extr.* Ut consulas omnibus, ut medeare incommodis hominum, provideas saluti. *Id. Cæl.* 9. 22. Contra hominum potentias conditioni omnium civium providere. *Cæs.* 5. *B. G.* 8. Rei frumentariæ providere. *Colum.* 3. *R. R.* 3. 6. Nec provident futuro tempori. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 6. 14. (30). In ea quoque re ambitioni providebant. *At* Sillig. *ex optimis Codd. leg.* ambitionem.

B) Active *providere* est aliquid porro vel procul videre, iquid ante videre, *vedere di lontano, antivedere, prevedere, προοράω, προείδω.*

I.) Proprie. *Sueton. Tib.* 14. Affirmavit, nave provisa gaudium afferri. *Id. Domit.* 14. E cujus splendore per imagines, quidquid a tergo fieret, provideret.

II.) Translate. ¶ 1. Est futurum aliquid videre, prævidere, præsentire. *Plaut. Capt.* 3. 4. 110. Quin exploratum dico et provisum hoc tibi. *Pacuvius* apud *Gell.* 14. 1. 34. Si qui, quæ eventura sunt, provideant. *Cæs.* 7. *B. G.* 30. Plus animo providere et præsentire existimabatur. *Cic.* 2. *Divinat.* 6. 16. Medicus morbum ingravescentem ratione providet, insidias imperator, tempestates gubernator. *Id. Vatin.* 2. 4. Quod ego, priusquam loqui cœpisti, sensi atque provīdi. *Id.* 1. *Att.* 1. Petitionis nostræ hujusmodi ratio est, quod adhuc conjectura provideri possit. *Id. Mur.* 2. 4. Est boni consulis, non aoſum videre quid agatur, verum etiam providere, quid futurum sit. *Alii leg.* prævidere. *Id.* 3. *Phil.* 14. 36. Nobis vigilantibus, et multum in posterum providentibus. *Plaut. Asin.* 2. 4. 44. Non hercle te provideram: quæso ne vitio vertas: ita iracundia obstitit oculis. (Adde *Horat.* 1. *Ep.* 7. 69.) *Lucret.* 4. 881. neque enim facere incipit ullam Rem quisquam, quam mens provīdit, quid velit, ante. At, quod provīdet, illius rei constat imago. *h. e.* antequam mens provīdit. *Cic.* 1. *Fin.* 14. 47. Nec quid eventurum sit, provident. *Alii vero legunt* proventurum. *Id.* 1. *Divinat.* 36. 78. Ita futura eloquentia provisa in infante est. *Id.* 2. *Phil.* 10. 24. Quæ ego multo ante provideram. *Id.* 3. *Tusc.* 22. 52. Maris subita tempestas, quam ante provisa, terret navigantes vehementius. Cf. *Veget.* 3. *Milit.* 6. *circa med.* In necessitate subita quæ terrent, provisa non solent esse formidini. Rursus *Cic.* 3. *Verr.* 6. 15. Ratio explorata atque provisa. *Justin.* 36. 2. 9. Adeo ut sterilitatem agrorum ante multos annos provideret. ¶ 2. Est etiam curare, ante comparare. *Varro* 3. *R. R.* 10. 3. Eas cellas provident, ne habeant in solo humorem. *ἀναστροφή*, ut illud *Virg.* 1. *Æn.* 577. Urbem quam statuo, vestra est. *Cic.* 6. *Fam.* 10. *extr.* Quæ sunt in fortuna, temporibus regentur, et consiliis nostris providebuntur. *Id.* 2. *Att.* 1. *a med.* Quod a me ita præcautum atque provisum est, ut etc. *Augustus* apud *Sueton. Aug.* 42. Satis provisum a genero suo Agrippa, perductis pluribus aquis, ne homines sitirent. *Plin.* 3. *Ep.* 9. Provisum hoc legibus. *h. e.* cautum, sanctum. *Cic.* 14. *Fam.* 21. Quod opus erit, ut res tempusque postulat, provideas atque administres. *Id.* 2. *Nat. D.* 22. 58. Providentia hæc potissimum providet, et in his maxime est occupata, ut etc. *Id. Amic.* 2. 6. Multa provisa prudenter. *Id.* 10. *Att.* 16. Quæ consilio provideri poterunt. *Id. Rabir. perduell.* 2. 4. Rem nullam ab omnibus magis providendam. *Id. pro leg. Manil.* 8. 20. Quæ a

vobis providenda sunt. *Sall. Cat.* 60. Catilina laborantibus succurrere, integros pro sanctis arcessere, omnia providere. *Id. Jug.* 49. Quæ ab imperatore decuerint, omnia suis provisa. *Cæs.* 3. *B. G.* 9. Ea, quæ ad usum navium pertinerent, providere instituunt. *Id.* 6. *ibid.* 9. Rem frumentariam providet. *Id.* 4. *ibid.* 29. Frumentum non provisum erat. *Liv.* 6. 6. L. Horatius arma, tela, frumentum, quæque belli alia tempora poscent, provideat. *Cæs.* 2. *B. G.* 2. Re frumentaria provisa. *Id.* 6. *B. G.* 44. Frumento exercitui proviso, in Italiam profectus est. *Colum.* 9. *R. R.* 8. 1. Atque hæc de pabulationibus, domiciliis, etc. quibus provisis, sequitur, ut etc. *Tac.* 12. *Ann.* 5. et 15. *ibid.* 4. Inerant milites, et provisi ante commeatus. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 109. Sit bona librorum, et provisæ frugis in annum Copia. *Id Art. P.* 311. Verbaque provisam rem non invita sequentur. *Justin.* 34. 2. 1. Exercitu deportato et omnibus strenue provisis, pugnandi copiam hostibus fecit. — Et cum Accus. et Infinito. *Ammian.* 28. 6. *ante med.* Magistrum officiorum petit Remigium -, ut provideret imperatoris arbitrio cognitionem hujus negotii vicario sibique deferri. *et* . 6. *sub init.* Mandarat, ut - si subsidia rei Romanæ languisse sensisset, imperatorem ipse se provideret ocius nuncupari. Adde *eumd.* 28. 1. *ad fin.* — *NB.* Quod habet *Non. p.* 154. 5. *Merc.* Providere, movere et ferre; critici monent legendum *prourgere:* et in testimonio *Pacuvii,* quod ibi ille recitat, *prourgeam gradum,* non *provideam.* Sed profecto legendum *provegeam. V.* PROVEGEO. -- Hinc Part. præs.

Providens, entis, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Providentior* et Sup. *Providentissimus*; et est prævidens, prudens, prospiciens, providus, cautus, *antiveggente, provido, prudente, cauto,* προορῶν, πρόνοος. *Sall. Jug.* 28. Patiens laborum, acri ingenio, satis providens, belli haud ignarus. *Liv.* 25. 34. Dux cautus et providens Scipio. *Cic.* 6. *Fam.* 6. *a med.* Homo est valde acutus, et multum providens. *Id.* 3. *ibid.* 1. Ille tibi omnia explanabit. Id et ad brevitatem est aptius, et ad reliquas res providentius. *h. e.* cautius, et consultius, quia prævideo, alia me in hac epistola scribere debere, quæ mea magis interest. *Tac.* 1. *Hist.* 85. Providentissimus quisque. *Plin.* 9. *Ep.* 13. Quem providentissimum ætatis nostræ, sapientissimumque cognovi.

Provisum, i, n. 2. absolutè, substantivorum more, est quod prudenter cautum est. *Cassiod.* 1. *Variar.* 10. O inventa prudentium, o provisa majorum.

Proviso, Ablativus absolute positus, re ante provisa. *Tac.* 12. *Ann.* 39. Crebra hinc prælia, ut cuique fors, aut virtus; temere, proviso; ob iram, ob prædam.

PRŌVĪDUS, a, um, adject. (provideo) ¶ 1. Est prævidens, *antiveggente. Cic.* 2. *Divinat.* 57. 117. Mens provida rerum futurarum, ut ea non modo cernat multo ante, sed etiam numero versuque pronunciet. *Liv.* 23. 36. Nec eum provida futuri fefellit opinio. *Ovid.* 12. *Met.* 18. at veri providus augur Thestorides: Vincemus, ait: gaudete Pelasgi, Troja cadet. *Tibull.* 2. 5. 11. Tu procul eventura vides: tibi deditus augur Scit bene, quid fati provida cantet avis. Adde *Senec. Ep.* 66. ¶ 2. Item prudens, cautus, *prudente, cauto,* πρόνοος. *Cic. Rosc. Am.* 40. 117. Illi homines honestissimi propter istius insidias parum putantur cauti providique fuisse. *Id.* 1. *Legg.* 7. 22. Animal hoc providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis et consilii, quem vocamus hominem. *Id. Partit. orat.* 5. 15. Orator prudens et providus. *Val. Flacc.* 4. 271. Pollux sic providus ictus Serrat. *Stat.* 6. *Theb.* 769. sed providus astu, Et patria vigil arte Lacon, hos rejicit ictus, Hos cavet. *Plin.* 2. *Ep.* 10. Dispice, ne sit parum providum, sperare ex aliis, quod tibi ipse non præstes. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 19. multorum providus (*Ulixes*) urbes Et mores hominum inspexit. *Id.* 3. *Od.* 5. 13. Hoc caverat Mens provida Reguli etc. ¶ 3. Item qui curat, qui curam habet. *Cic.* 2. *Nat. D.* 51. 128. Hæc omnia esse opera providæ solertisque naturæ. *Id. ibid.* 22. 58. Natura consultrix et provida utilitatum opportunitatumque omnium. *Tac.* 4. *Ann.* 38. Rerum vestrarum providus, constans in periculis. *Ovid.* 2. *Fast.* 60. provida cura ducis.

PRŌVĪGĔO. *V.* PROVEGEO.

PRŌVINCĬA, æ, f. 1. est regio armis a populo R. devicta, aut quomodocumque in potestatem redacta, et imperio ditionique ejus adjecta, et Romanis legibus ac magistratibus subjecta. Dictæ sunt provinciæ, inquit *Paul. Diac. p.* 226. 19. *Müll.* quod populus R. eas provicit, id est ante vicit: sed, ut *Voss.* in *Etymol.* ait, *pro* hic non tam ante significat, quam procul, vel foris. ἐπαρχία, *paese di conquista, provincia.*

I.) Proprie. — *a*) Proprie provinciæ dictæ sunt extra Italiam. Hujusmodi fuit illa Galliæ Narbonensis pars, quæ interno mari alluitur, Braccata ante dicta, amne Varo ab Italia discreta, Alpiumque jugis; a reliqua vero Gallia, latere septentrionali, montibus Cebenna et Juribus: agrorum cultu, virorum morumque dignatione, amplitudine opum nulli provinciarum postferenda, breviterque Italia verius, quam provincia: quæ sunt verba *Plinii* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (31). Nomen *provinciæ* huic regioni hæsit adeo, ut hodieque a Gallis *Provence,* a nostris *Provenza* dicatur. Similiter *provincia* dicta est Africæ pars olim Carthagini subjecta, postquam, devictis Carthaginiensibus, eorum ditionem P. Scipio in formulam redegit provinciæ, ut est apud *Vellej.* 2. 38. 3.: item Macedoniæ regnum, subacto Perseo ab Æmilio Paulo, et postea Pseudophilippo; qua de re *Liv.* 45. 29. *et seqq., Flor.* 2. 14. et *Vellej.* 1. 11. 1.: item Hispaniæ, Bithynia, Sicilia, Sardinia, etc. *V. Manut.* de legib. R., ubi omnes reipubl. provincias enumerat. *Sall. Jug.* 13. *de Adherbale Numidiæ rege.* Victus ex prœlio profugit in provinciam, ac deinde Romam contendit. *h. e.* in eam Africæ partem, de qua modo est dictum. *Cic.* 4. *Verr.* 1. 2. Omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam fidemque populi R. applicuit: prima omnium, id quod ornamentum imperii est, provincia est appellata. *Id.* 15. *Fam.* 2. Bellum a Parthis in provinciam Syriam illatum. — *b*) In provinciæ formam redigere erat, leges et magistratus adimere devicto populo, Romanis legibus ac magistratui subjicere, et vectigalem facere. Fere itaque instituebatur vir consularis, aut prætorius, qui jus diceret, et quæstor, qui publicam pecuniam exigeret curaretque: idque fere a senatu, qui consulatu, aut prætura functos aut mittebat ipse quos vellet, in quam vellet provinciam; aut comparare inter se, vel sortiri jubebat, quæ cuique obvenirent: eratque eorum imperium modo annuum, modo biennii, aut triennii, aut etiam longioris temporis. Sed hæc omnia varie mutata sunt tum libera republica, tum præcipue sub imperatoribus. Quæ a consulari viro regebantur provinciæ, *consulares*; quæ a prætorio, *prætoriæ* dictæ sunt: quæ appellatio nulli provinciæ affixa erat, sed modo huic, modo illi tribuebatur pro conditione ejus, a quo administraretur. — *c*) *Cic. Fontej.* 1. 2. Provinciæ Galliæ M. Fontejus præfuit. *Id. Flacc.* 34. 85. Provinciam Asiam consulari imperio obtinere. *Id.* 2. *Fam.* 15. Provinciæ aliquem præponere. *et ibid.* præficere. *et ibid.* De provincia decedere. *Id. Pis.* 21. 50. Provinciam Lentulus, quum et auctoritate senatus et sorte haberet, deposuit. *rinunziò il governo.* et 1. *Phil.* 8. 19. *de lege a Julio Cæsare lata.* Ne prætoriæ provinciæ plus quam annum, neve plus quam biennium consulares obtinerentur. *Id.* 3. *Verr.* 13. 34. Quæstor ex senatusconsulto provinciam sortitus es: obtigit tibi consularis, ut cum consule Cn. Carbone esses, eamque provinciam obtineres. *Id.* 3. *Fam.* 3. Provinciam alicui tradere. *consegnare al successore il governo.* et *ibid.* 2. accipere. *et ibid.* In provinciam cum imperio proficisci. *et* 15. *ibid.* 4. Æquitate et continentia provinciam administrare. *et* 5. *Att.* 2. *et ibid.* 11. prorogare. *prolungare il governo.* et 3. *ibid.* 24. ornare. *V.* ORNO. *Sueton. Cæs.* 25. Omnem Galliam - in provinciæ formam redegit. *Vellej.* 2. 38. 1. Haud absurdum videtur - paucis percurrere, quæ, cujusque ductu, gens ac natio, redacta in formulam provinciæ, stipendiaria facta sit. *Flor.* 2. 17. Stipendiariam nobis provinciam fecit. — *d*) Interdum non regionis, sed populi nomen additur. *Liv.* 30. 1. Censuerunt Patres, ut consules inter se compararent, sortirenturve, uter Bruttios adversus Hannibalem, uter Etruriam ac Ligures provinciam haberet. *et* 31. 12. Litteræ deinde in senatu recitatæ sunt Q. Minucii prætoris, cui Bruttii provincia erat. Cf. *Curt.* 3. 10. 5. Macedones omnibus gentibus imposituros jugum: Macedonum provincias Bactra et Indos fore. — *e*) In plur. num. *Cic. Prov. cons.* 1. 1. Si quis vestrum, Patres conscripti, exspectat, quas sim provincias decreturus, consideret ipse secum, qui mihi homines ex provinciis potissimum detrahendi sint. *Liv.* 30. 1. Quum consules de republica belloque et provinciis ad senatum retulissent, etc. — *f*) Pro quacumque regione dixit *Justin.* 44. 5. 1. Post regna deinde Hispaniæ primi Carthaginienses imperium provinciæ occupavere. *V.* integrum locum. — *g*) Et pro ipsius provinciæ incolis *Ammian.* 14. 8. *sub init.* Hæ duæ provinciæ (*Cilicia et Isauria*) bello quodam piratico catervis mixtæ prædonum a Servilio pro consule missæ sub jugum factæ sunt vectigales.

II.) Translate est quodlibet negotium, munus, opus, partes, *faccenda, negozio, cura, impiego, impegno. Plaut. Capt.* 3. 1. 14. Ipsi obsonant: quæ parasitorum ante erat provincia. *Ter. Phorm.* 1. 2. 21. Abeuntes hinc senes me filiis relinquunt quasi magistrum. DA. O Geta, provinciam cepisti duram! *Cic. Sull.* 18. 52. Illam sibi officiosam provinciam depoposcit, ut quum prima luce consulem salutatum veniret, me in meo lectulo trucidaret. *Id. Cæl.* 26. 63. Qui eam provinciam susceperint, ut in balneas contruderentur. *Plaut. Cas. a.* 1. *v.* 15. Abi rus: abi dierectus in tuam provinciam. *Id. Mil. glor.* 4. 4. 23. Hanc tibi impero provinciam, militem lepide ludificarier. *Id. Pseud.* 1. 2. 15. Heri ante dixeram omnibus, dederamque eas provincias. (Verba sunt heri ad servos.) et *ibid.* 25. Te cum securi caudicali præficio provinciæ. — Similiter de publicis officiis. *Liv* 44. 1. C. Marcius Figulus prætor, cui classis provincia evenerat, Brundisium venit. *a cui era toccato il comando della flotta.* et 37. 2. Prætores provincias sortiti: M. Auruncolejus urbanam (*h. e.* præturam), Cn. Fulvius peregrinam, L. Æmilius Regillus classem, P. Junius Tuscos. *et* 8. 20. Extemplo igitur consules novi - eo ipso die, quo magistratum inierunt, comparare inter se provincias jussi; et Mamercinus, cui Gallicum bellum evenerat, scribere exercitum sine ulla vocationis venia. Sic *Id.* 3. 57. Iisdem auctoribus cognitum est, Æquos Volscosque summa vi bellum apparare. Itaque partiti provincias consules jussi. Horatio Sabini, Valerio Æqui Volscique evenere. — Hoc sensu intelligenda sunt illa *Auct. B. G.* 8. 35. Ipsi inter se provincias partiuntur. *Liv.* 2. 40. *extr.* Consules T. Sicinius et C. Aquilius. Sicinio Volsci, Aquilio Hernici (nam hi quoque in armis erant) provincia evenit. *Id.* 26. 22. Quum ambo consules Apuliam provinciam haberent. Adde *ibid.* 28. et 33. 43.; quibus locis negotium et munus significatur belli administrandi. Hinc *Lucan.* 1. 338. Ultima Pompejo dabitur provincia, Cæsar. *h. e.* vincendus, tamquam sit ille provincia aliqua debellanda. Quæ vero hic habet *Vet. Scholiast. ibid.*, meræ nugæ sunt et pura mendacia. — Huc pertinet et illud *Cic.* 1. *Fin.* 6. 20. Nam omnes atomi declinabunt, nullæ unquam cohærescent; silvæ aliæ declinabunt, aliæ suo nutu recte ferentur: primum erit hoc quasi provincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique ferantur; deinde etc. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PRŌVINCĬĀLIS, e, adject. ¶ 1. Est ad provinciam pertinens, *di provincia.* — *a*) Adjective. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 15. Mihi casus urbanam ad-

ministrationem, tibi provincialem dedit. *et ibid.* 7. Provincialis scientia. *h. e.* provinciæ regendæ. *Id.* 2. *Fam.* 7. molestia. *h. e.* quæ oritur ex administratione provinciæ. *Id. Sext.* 3. 7. abstinentia. *et ibid.* 5. integritas. *h. e.* in tractandis rebus hominum provincialium. *Id.* 6. *Att.* 2. *circa med.* Aditus ad me minime provinciales; nihil per cubicularium. *h. e.* difficiles, quales esse solent ad eos, qui provinciis præsunt. *Id. post redit. in Senat.* 14. 35. Provincialia ornamenta et commoda. *h. e.* quæ sunt magistratus provinciam regentis. *Cæs.* 7. *B. G.* 7. Præsidia in Ruthenis provincialibus, Tolosatibus, circumque Narbonem constituit. *h. e.* qui in provincia Romana Galliæ Narbonensis erant. *Sueton. Cæs.* 51. Provincialia matrimonia. *h. e.* inita cum feminis provinciarum. *Tac.* 1. *Hist.* 89. Provinciale bellum. *Id. Agric.* 4. Provincialis parsimonia. *h. e.* quæ in provinciis servari consuevit: cui opponitur luxus urbanus. *Id.* 4. *Ann.* 20. *extr.* Provincialia crimina. *h. e.* quæ in provinciis admittuntur. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 37. 56. (135). Provinciales querimoniæ. *h. e.* provincialium. *et* 36. *ibid.* 15. 24. (116). rapinæ. *h. e.* de bonis provincialium actæ. *Tertull. Cor. mil.* 13. Sunt et provinciales coronæ aureæ, imaginum, jam non virorum, capita majora quærentes. — *b)* Absolute substantivorum more, provinciales, ἐπαρχιῶται, *provinciali*, qui sunt in provinciis Romano imperio subjectis. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 5. Possunt multi esse provinciales viri boni. *Sueton. Cal.* 39. Compererat, provincialem locupletem ducenta HS. numerasse vocatoribus, ut *etc. Ulp. Dig.* 50. 16. 190. Provinciales, eos accipere debemus, qui in provincia domicilium habent, non ecs, qui ex provincia oriundi sunt. ¶ 2. Præcipue ita dicti sunt reliqui Italiæ populi præter Romanos, Latinos et Italicos, qui habitabant inter sinum Adriaticum, Rubiconem fl. a mari supero, Arnum a mari infero, Varum ab Alpibus Ligustinis, Formionem a Carnicis. Hi fuere Ligures, Galli (in quibus Boji, Insubres et Cenomani recensentur), Veneti, Carni. Causa appellationis est, quia more provinciarium regebantur. Hinc — *a)* Adjective. *Colum.* 3. *R. R.* 3. 11. Sic modo non provincialis, sed Italicus ager est. Si apud *eumd.* 5. *ibid.* 4. 1. vineæ *provinciales Italicis* opponuntur. — *b)* Absolute, substantivorum more. *Plin.* 9. *Ep.* 23. Italicus es, an provincialis? *Sueton. Vesp.* 9. Submotis indignissimis, et honestissimo quoque Italicorum ac provincialium allecto. — Similiter *provinciales* militibus opponuntur: nam provinciales sunt indigenæ, milites, qui in præsidiis sunt. *Plin.* 10. *Ep.* 52. Præiimus et commilitonibus jusjurandum more solemni præstantibus, et provincialibus, qui eadem certarunt pietate, jurantibus.

PRŌVINCĬĀTIM, adverb. κατ' ἐπαρχίας, per singulas provincias. *Sueton. Aug.* 49. Ex militaribus copiis legiones et auxilia provinciatim distribuit. *Ammian.* 31. 4. *sub init.* Pro militari supplemento, quod provinciatim annuum pendebatur.

PRŌVINCO, vincis, vīci, vincere, a. 3. est verbum a *Paul. Diac.* effictum, ad vocem *provincia* illustrandam: *V.* PROVINCIA init.

PRŌVINDĔMĬĀTOR, ōris, m. 3. προτρυγητήρ, et προτρυγητής, stellæ cujusdam nomen. *Vitruv.* 4. 6. Non longe est Virgo, cujus supra humerum dextrum lucidissima stella nititur, quam nostri provindemiatorem, Græci προτρυγητὴν vocitant. *Alii leg.* provindemiam. *Hygin.* 3. *Astron.* 24. Quarum una stella, quæ est in dextra penna (*Virginis*) ad humerum defixa, προτρυγητὴρ vocatur. *V.* VINDEMIATOR.

PRŌVISĬO, ōnis, f. 3. (provideo). ¶ 1. Est actus providendi, præsensio, *previsione, antivemento*, πρόγνωσις, προοψις. *Cic.* 3. *Tusc.* 14. 30. Multum potest provisio animi ad minuendum dolorem. — ¶ 2. Est etiam cautio. *Cic. Orat.* 56. 186. Vitiosum genus, et longa animi provisione fugiendum. ¶ 3. Item præcautio, remedium, comparatio, *provisione, provedimento. Cic. Amic.* 21. 78. Omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio est atque una provisio, ut ne nimis cito diligere incipiamus. *Id. Partit. orat.* 20. 69. Provisio posteri temporis. *Inscript.* apud *Murat.* 720. 2. OB EIVS TEMPORIBVS DIFFICILLIMIS EGREGIAS AC SALVTARES PROVISIONES. *Inscript.* apud *Henzen.* 6904. HYMETII IVLIO FESTO HYMETIO C. V. CORRECTORI TVSCIAE ET VMBRIAE - OB INSIGNIA EIVS IN REMPVBLICAM MERITA ET OB DEPVLSAM AB EADEM PROVINCIA (*Africa*) FAMIS ET INOPIAE VASTITATEM CONSILIIS ET PROVISIONIBVS etc. *Alia* apud *eumd.* 5795. FORTVNAM VICTRICEM CVM SIMVLACRIS VICTORIARVM *ex* INFREQVENTI ET INCVLTO LOCO IN ISTA SEDE PRIVATA *proconsvlatv* QVARTO INSIGNI AVRELI ARISTORVLI ET ORNATA PROVISIONE GLORIOSI MACRINI - IVLIVS RVSTICIANVS - LOCAVIT. — Et speciatim de annona. *Trebell.* in *XXX. Tyrann.* 18. In expeditionibus clarus, in provisione annonaria singularis. *et Valerian. in quadam epist. ibid.* Nec est ulla alia provisio melior, quam ut in suis locis erogentur, quæ nascuntur, ne aut vehiculis, aut sumptibus rempubl. gravent. Adde *Ammian.* 17. 3. Sic *Inscript.* apud *Oderic. Syllog. p.* 166. PROVISIONIBVS CONFOTIS OMNIBVS.

PRŌVĪSO, adverb. *V.* PROVIDEO in fin.

PRŌVĪSO, is, ĕre, 3. frequentat. a *provideo*, est idem ac video, vel ad videndum eo et procedo, πρὸς τὸ ὁρᾶν προέρχομαι. — *a)* Neutrorum more. *Plaut. Men.* 5. 1. 4. Provisam, quam mox vir meus redeat. *Ter. Andr.* 5. 5. 1. Proviso, quid agat Pamphilus. *Id. Eun.* 3. 1. 4. Huc proviso, ut, ubi tempus siet, deducam. *sto qui a vedere.* et *Adelph.* 5. 6. 1. Hera, ego hinc ad hos provisam, quam mox virginem arcessant. Ubi *Donat.* Proviso, duas res significat, procedo, et video. — *b)* Active cum Accusativ. *Plaut. Stich.* 5. 1. 2. Si quem hominem exspectant, eum solent provisere: qui hercle illa causa nihil ocius venit. *andargli incontro.*

PRŌVĪSOR, ōris, m. 3. est ¶ 1. Qui providet et ante cognoscit, *antiveditore. Tac.* 12. *Ann.* 4. Igitur Vitellius, nomine censoris seviles fallacias obtegens, ingruentiumque dominationum provisor, quo gratiam Agrippinæ pararet etc. ¶ 2. Hinc qui aut cavet, aut adsciscit et comparat. *Horat. Art. P.* 164. *de morib. juven.* Utilium tardus provisor, prodigus æris. *Inscript.* apud *Visc. Mus. Pio-Clem. T.* 1. *p.* 35. ANICIO AVCHENIO BASSO PROCONSVLI CAMPANIAE PROVISORI EIVSDEM PROVINCIAE *etc.* Hæc *Inscript.* est apud *Orell.* 105. *Alia* apud *Orell.* 3766. et apud *Mommsen. Inscr. Nup.* 3607. POSTVMIO LAMPADIO V. C. ET INLVSTRI CONS. CAMPANIAE - ORDINIS PROVISORI POPVLI SVBVENTORI etc.

PRŌVĪSUM, i, n. 2. *V.* PROVIDEO in fin.

PRŌVĪSUS, a, um. *V.* PROVIDEO.

PRŌVĪSUS, us, m. 4. idem ac provisio. In Ablat. sing. *Tac.* 3. *Hist.* 22. Nihil animus aut manus, ne oculi quidem provisu juvabunt. *Id.* 2. *ibid.* 5. Dispositu provisuque civilium rerum peritus. *Id.* 1. *Ann.* 27. Provisu pericli. *Id.* 15. *ibid.* 8. Nullo rei frumentariæ provisu. *Id.* 12. *ibid.* 6. Quod provisu deùm vidua jungeretur principi. *h. e.* providentia. *Id.* 12. *ibid.* 12. Cura, provisu perinde agere, ac si hostis ingrueret.

PRŌVĪVO, vīvis, vixi, vīvere, n. 3. *prolungare la vita*, ulterius, vel amplius vivo, vitam protraho. *Tac.* 6. *Ann.* 25. Quam interfecto Sejano spe sustentatam provixisse reor.

PRŌVŌCĀBĬLIS, e, adject. qui provocari potest. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 21. Provocabiles liquidorum fluxionibus motus.

PRŌVŌCĀBŬLUM, i, n. 2. pars orationis, quæ pro vocabulo ponitur, ut *pronomen*, quod pro nomine proprio. *Varro* 7. *L. L.* 45. *Müll.* Appellandi partes sunt quatuor: e queis dicta a quibusdam provocabula, quæ sunt ut *quis, quæ*: vocabula, ut *scutum, gladius*: nomina, ut *Romulus, Remus*: pronomina, ut *hic, hæc.*

PRŌVŌCĀTĬCĬUS, a, um, adject. qui evocari, seu extra vocari potest. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* 3. Bonitas Dei, apparituri boni negotiatrix, non utique repentina, nec obventiciæ bonitatis, nec provocaticiæ animationis.

PRŌVŌCĀTĬO, ōnis, f. 3. ¶ 1. In re bellica vel militari est actus provocandi, seu lacessendi, invitatio ad certamen, *diffida, sfidamento*, ἐρεθισμός, προκλησις. *Vellej.* 1. 12. 4. Ex provocatione hostem interemit. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 20. 19. (81). Hostem ab eo ex provocatione dimicante, inermi dextera, uno digito superatum. *et ibid.* 28. 29. (101). Octies ex provocatione victor. *Id.* 33. *ibid.* 1. 4. (13). Sortiri contra provocationem. *h. e.* quis dimicatum prodire debeat contra provocantem. ¶ 2. In re judiciali sæpius est appellatio, *appellazione, appello*, ἔφεσις, quum ab uno ad alium judicem appellamus: præsertim quum de effugienda pœna agitur. Romæ sub regibus nulla provocatio fuit. Iis exactis, eorumque loco constitutis consulibus, latum est ut ab his provocatio esset ad populum, ne regiam potestatem per omnia sibi vindicasse viderentur. Ea sublata per decemviros, rursus post eorum abdicationem, restituta est, ut *Liv.* docet 3. 55. Fuerunt tamen sub libera republica dictatores, adversus quos nulla provocatio erat: et post C. Cæsarem imperatores, quos penes summum jus populi fuit. (Hinc *Fronto ad L. Ver. imp.* 1. Denique provoco audacter conditione vetere. *Ex quo Fronto*nis loco patet, provocationem jamdiu fuisse sublatam). *Liv. loc. cit.* eam vocat unicum præsidium libertatis. *Cic.* 2. *Orat.* 48. 199. Neque provocationem, patronam illam civitatis, ac vindicem libertatis, populo R. dari sine nobilium dissensione potuisse. *Id.* 2. *leg. Agr.* 13. 33. Gentium omnium datur cognitio sine consilio, pœna sine provocatione, animadversio sine auxilio. *Id.* 3. *Legg.* 3. 6. Ad populum provocatio esto. *et mox.* Militiæ ab eo, qui imperabit, provocatio ne esto. *Flor.* 1. 9. Dare populo jus provocationis adversus consules. *Cic.* 2. *de republ.* 31. Publicola legem ad populum tulit, ne quis magistratus civem Romanum adversus provocationem necaret, neve verberaret. Provocationem autem etiam a regibus fuisse declarant pontificii libri etc. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 36. et 3. *ibid.* 32. *Liv.* 1. 26. Si a duumviris provocarit, provocatione certato. *et mox.* Tum Horatius: Provoco, inquit. Ita de provocatione certatum ad populum est. *Id.* 8. 33. Provocationi cedere. *Modestin. Dig.* 49. 1. 18. Provocationem interponere. *Liv.* 3. 56. *extr.* Appellatio, provocatioque adversus injuriam magistratuum. Differunt hæc vi et significatione: re sunt idem. *Appellatio* est nuncupatio judicis alterius, ad quem transferri judicium petimus: *provocatio*, adversariorum evocatio ad alium judicem. *V.* PROVOCO I. 3. — In plur. num. *Cic.* 1. *de republ.* 40. Tum demissi populo fasces, tum provocationes omnium rerum, tum secessio plebis etc. ¶ 3. In re medica. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 2. *sub init.* Præfocatio pro tumoris modo, spirationis difficultas et nausearum provocatio.

PRŌVŌCĀTĪVUS, a, um, adject. ¶ 1. Est idem ac provocaticius. *Tertull. Anim.* 37. *extr.* Animæ crementa non substantiva, sed provocativa. *h. e.* evocata, elicita. ¶ 2. Item qui provocat. in re medica. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 4. *a med.* Unguentis acrioribus utitur, et provocativis et apertivis, quæ anastomotica appellant.

PRŌVŌCĀTOR, ōris, m. 3. ¶ 1. Generatim est Ital. *sfidatore, provocatore*, ἐρεθιστής, qui provocat ad certamen. *Justin.* 10. 3. 3. Quum adversus provocatorem processisset. *et* 33. 4. 12. Adversus provocatores sæpe pugnavit. *Gell.* 9. 13. Insolens provocator. Adde *Epit. Liv.* 48. *a med.*; et *Aurel. Vict. vir. illustr.* 28. et 29.; item *Flor.* 2. 17. 11. ex *O. Jahni* conjectura. ¶ 2. Speciatim est genus gladiatorum, qui adversarium primi lacessendo provocabant. Cum Samnitibus componit *Cic. Sext.* 64. 134. Quum ex ergastulis emptos nominibus gladiatoriis ornarit, et sortito alios Samnites, alios provocatores fecerit. Adde *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 234. *n.* 614. *et* 615., quæ sunt apud *Orell.* 2566. et 2568.; adde aliam apud *Henzen.* 6173.; et *V.* PROVOCO I. 2.

PRŌVŌCĀTŌRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

PRŌVŌCĀTŌRĬUS, a, um, adject. προκλητικός, ἐρεθιστικός, ad provocandum pertinens. *Gell.* 2. 11. *de L. Sicinio Dentato.* Populi militaria dona

habuit multijuga: in bis provocatoria pleraque. *h. e.* ob cæsum ex provocatione hostem. Octies eum ex provocatione victorem fuisse, tradit *Plin.* 7. *Hist. nat.* 28. 29. (101). Ceterum apud *Gell.* pro *populi militaria dona habuit* rectius edidit *Alb. Lion.* ex plurimis variantibus lectionibus inter se comparatis *Spolia militaria habuit*, probante *Mart. Hertz.* — Hinc

Provocatorium, *ii*, n. 2. absolute, substantivorum more, est medicamentum quod provocando, h. e. purgando inservit. *Plin. Valerian.* 2. 25. *pag.* 182. *in lemmate.* Provocatorium ventris. *Provocare* hoc sensu in re medica sæpe legitur apud *Cæl. Aurel.*, ut 2. *Acut.* 19. *n.* 115.

PRŌVŎCĀTRIX, īcis, f. 3. *provocatrice*, quæ provocat, et lacessit. *Lactant.* 6. 18. *circa med.* Provocatrix improbitas.

PRŌVŎCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌVŎCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pro *et* voco). Part. *Provocans* et *Provocatus* I. 2. et II. 2.; *Provocaturus* et *Provocandus* I. 3. — Provoco est idem ac foras voco, evoco, accio, elicio, προκαλέω (It. *chiamar fuori*; Fr. *appeler dehors*; Hisp. *llamar fuera*; Germ. *hervor-, herausrufen, -fordern, ausfordern*; Angl. *to call forth or out*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, foras vocare, evocare, accire, elicere. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 43. Herus si tuus domi est, quin provocas? *Id. Mil. glor.* 4. 3. 28. Tu hic ante ædes interim speculare, ut, ubi illæc prodeat, me provoces. *Phædr.* 4. 24. cuidam servulo, Mandant, ut ad se provocet Simonidem. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 40. Provocatur pædagogus: eho senex minimi pretii, ne attigas puerum ista causa. *Tibull.* 1. 10. 62. Dum rota Luciferi provocet orta diem. *scil.* quia sol Luciferum antecedentem sequitur. Similiter *Ovid.* 1. *Fast.* 456. Nocte deæ Nocti cristatus cæditur ales, Quod tepidum vigili provocat ore diem. *et* 1. *Pont.* 4. 57. Memnonis hanc utinam, lenito principe, mater Quam primum roseo provocet ore diem! ¶ 2. Latiori sensu, et sæpissime est ad certandum invitare, lacessere, tentare, excitare, *invitare, provocare, tentare, sfidare, eccitare*: tum in bonam, tum in malam partem. *Plaut. Curc.* 2. 3. 75. Talos poscit sibi in manum: provocat me in aleam, ut ego ludam. *Macrob.* 1. *Saturn.* 10. *ante med.* Provocare aliquem tesseris. *Ter. Eun.* 3. 1. 52. Pamphilam cantatum provocemus. *Id. Adelph.* 5. 4. 23. Experiamur, quid ego possiem blande dicere, aut benigne facere, quando eo provocat. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 14. Crispinus minimo me provocat: accipe, si vis, Accipiam tabulas; detur nobis locus, hora, Custodes; videamus uter plus scribere possit. *h. e.* minimo digito me provocat. *Seneca Ep.* 95. Non minus potant, et oleo et mero viros provocant. *Vopisc. Firm.* 4. Nam quidam Burburus nomine, de numero vexillariorum, notissimus potator, quum ad bibendum eumdem provocasset, etc. Sic fortasse legendum apud *Petron. Satyr.* 23. Refectum igitur est convivium, et rursus Quartilla ad bibendum provocavit. *ubi vulgati libri habent* revocavit. *Cic.* 1. *ad Brut.* 1. Respondere in amore iis, a quibus provocere. *Virg.* 3. *G.* 193. *de equo.* cursibus auras Provocet. *Plaut. Epid.* 5. 1. *extr.* Provocatus pedibus. *h. e.* ad cursuram. *Accius* apud *Non. p.* 261. 16. *Merc.* Primores procerum provocavit nomine, si quis esset, qui secum armis vellet cernere. *Cic.* 4. *Tusc.* 22. 48. Provocare aliquem ad pugnam. *Liv.* 24. 8. Provocatus ad certamen. *Id.* 8. 7. Provocatus equestria hæc spolia capta ex hoste cæso porto. *Cic.* 2. *Fin.* 22. 73. Depugnavit provocatus. *Sil. It.* 17. 522. hostem clamore provocat. *Curt.* 9. 5. 13. Manu provocans hostes. *Lucan.* 9. 883. qui nuda fusus arena Excubat atque omni fortunam provocat hora. — *Provocans* etiam dicitur gladiator, qui sæpius *provocator* appellatur. *Inscript.* abhinc paucis annis Patavii reperta, et in *Giorn. dell' Ital. letter. T.* 50. *p.* 106. illustrata. D. M. PVBRICINA IVVENI PROVOCANTI COIVGI BENE. MERENTI FECIT, QVI VIXIT ANNIS XXI., IN LVDO ANNIS IIII., PVGNAS (*tulit*) V. *Vide* PROVOCATOR 2. Similiter *Liv.* 28. 21. Gladiatorium spectaculum fuit non ex eo genere hominum, ex quo lanistis comparare mos est, servorum, quive venalem sanguinem habent. Voluntaria omnis et gratuita opera pugnantium fuit. Nam alii missi ab regulis sunt ad specimen insitæ genti virtutis ostendendum; alios æmulatio et certamen, ut provocarent, provocatique haud abnuerent, traxit. — Provocare sponsione. *V.* SPONSIO. — *Provocatus est*, provocavit, ut *punitus est*, punivit; *multatus est*, multavit, etc. *Flor.* 2. 17. De quibus Scipio ille posterior, singulari certamine; quum rex fuisset provocatus, opima retulerat. *Al* Haim. *leg.* provocator. ¶ 3. In jure est vocare accusatorem suum ad alium judicem, *appellarsi, rivocare*: *V.* dicta in PROVOCATIO 2. *Cic.* 1. *Phil.* 9. 21. Ut de majestate damnati ad populum provocent. *Liv.* 1. 26. et 3. 56. Arreptus a viatore, Provoco, inquit. *Id.* 1. 26. Si a duumviris provocarit, provocatione certato. *et* 3. 56. Quem enim provocaturum, si hoc indemnato indicta causa non liceat? *Id.* 2. 27. Ille, quum a lictoribus jam traheretur, provocavit. *Id.* 2. 29. Ubi ad eos, qui una peccaverint, provocare liceat. *Cic.* 2. *de Republ.* 31. 54. Item ab omni judicio pœnaque provocari licere. *Papinian. Dig.* 26. 7. 38. et *Modestin. ibid.* 48. 2. 18. Provocare adversus sententiam. — Cum Accusat. *Liv.* 3. 56. *a med.* Ait, se provocare populum. *Alii rectius leg.* ad populum. *Ulp. Dig.* 28. 8. 6. Si nulli sint debitores, aut judicem provocent. *Id. ibid.* 49. 3. 1. Si præfectus urbi judicem dederit, vel prætorio, ipse erit provocandus, qui eum judicem dederit. — *Provocare* et *appellare* re idem sunt: sed proprie *provocare* ad adversarium, seu accusatorem refertur, qui evocatur ad alium judicem: *appellare* respicit ipsum judicem, quem nuncupamus invocamusque, ut opem ferat et iterum judicet. *Liv.* 8. 33. Tribunos plebis appello, et provoco ad populum. *Val. Max.* 8. 1. *n.* 1. Horatius a Tullo damnatus, ad populum provocato judicio, absolutus est.

II.) Translate. ¶ 1. Metaphorâ ductâ a super. paragr. 1. *Colum.* 3. *R. R.* 15. 5. Vinacea permixta stercori depositis seminibus in scrobem provocant, et eliciunt novas radiculas. ¶ 2. Metaphorâ ductâ a super. paragr. 2. *Plin.* 2. *Ep.* 7. Tanta ei sanctitas, gravitas, auctoritas etiam, ut posset senes illos provocare virtute. *Quintil.* 10. 1. 93. Elegia Græcos quoque provocamus. In quodam S. C. apud *Plin.* 8. *Ep.* 6. *a med.* Exemplo studium honestæ æmulationis provocare. *Id.* 10. *Ep.* 7. Bonam conscientiam civium ad usum indulgentiæ principis provocare et attollere. *Tac.* 5. *Hist.* 1. Comitate et alloquiis officia provocans. *Sueton. Cal.* 27. et *Claud.* 21. Omni comitate ad hilaritatem et jocum provocare. *Id. Aug.* 74. ad communionem sermonis. *Plin. Paneg.* 49. Sermones provocare et reddere. *et ibid.* 51. Immensum latus Circi templorum pulcritudinem provocat. *Plin. alter* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (94). Pinxit et heroa nudum: eaque pictura naturam ipsam provocavit. *Id.* 16. *ibid.* 8. 12. (32). Omnes tamen has ejus (*roboris*) dotes ilex solo provocat cocco. — Similiter Part. *Provocatus*, ut apud *Cic.* 1. *Fam.* 7. Qui mecum sæpissime, non solum a me provocatus, sed etiam sua sponte, de te communicare solet. *Id.* 1. *Fin.* 3. 8. Provocatus gratissimo mihi libro, quem ad me de virtute misisti. *Id.* 1. *Off.* 15. 48. *et Anton. ad eumd. post ep.* 13. *l.* 14. *ad Att.* beneficio. *Cic. pro leg. Manil.* 6. 14. injuriis. *Cæs.* 1. *B. C.* 74. sermonibus. *Tac.* 3. *Hist.* 24. minis et verbis. *et* 4. *ibid.* 17. bello. *Id.* 14. *Ann.* 49. injuria. *Justin.* 34. 4. 2. Ut crudelitate patris provocatus, occupet insidias. *Id.* 5. 4. 11. Excusantes, iratum provocatumque fecisse. — Cum Infinito. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 30. (66). Apicius e jecore mullorum alecem excogitare provocavit. Sic *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 11. *extr.* Nulla inesse videtur causa, quæ tussire provocet ægrotantes. — Pro irritare, *irritare, stuzzicare. Plin.* 19. *Hist. nat. proœm.* (5). Tot modis provocare mortem. *Id.* 6. *ibid.* 33. 38. (207). Inermes et pacata audacia fortunam provocantes homines. *Tac.* 2. *Hist.* 61. Provocare arma Romana ausus est. *Id. Germ.* 35; et *Plin. Paneg.* 16. bellum. *Eumen. Paneg. ad Constant.* 7. odium. *Lucan.* 4. 725. iratas aspidas. *Cic.* 2. *Phil.* 18. 46. aliquem maledictis. *Vellej.* 2. 118. 1. injuria. — Pro extorquere, impetrare, obtinere, elicere, *cavare, ottenere. Horat. Epod.* 8. 19. Provocare quippiam ab aliquo. ¶ 3. Metaphorâ ducta a super. paragr. 3. *Cic.* 6. *Att.* 1. 7. Quam id rectum sit, tu judicabis: ne ad Catonem quidem provocabo. *Apul. de Mag.* Ad litteras Prudentillæ provocastis: litteris vinco: quarum si vultis extremam quoque clausulam audire, non invidebo. — *Plin.* 7. *Ep.* 9. *sub fin.* Qui sint hi, adeo notum provocatumque est, ut demonstratione non egeat. *h. e.* compertum exploratumque; nam causæ provocatæ et sæpius actæ melius intelliguntur: vel apertum, et quasi foras vocatum elicitumque: nam *provocare* elicere est. Verum omnis difficultas tollitur, si legas *probatumque*, quod facit ex MSS. *Cortius*, et nuperrime cl. *Henr. Keil.*; alii leg. *provulgatumque.* — *NB. Provocare in integrum*, revocare. *Brut.* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 16. *a med.* De Cæsare vero quod fieri potuit ac debuit, transactum est, neque jam provocari in integrum potest. Alii et *Orell.* leg. *revocari*: sed neutram lectionem habuerim pro genuina, inquit *Gruter.*

PRŌVŎLO, as, avi, ātum, are, n. 1. (pro *et* volo). Part. *Provolans* I. et II. — Provolo est idem atque ante, aut ultra, aut longe volando feror, *volar fuori, o innanzi, od oltre, o lungi*, ἐκπέτομαι.

I.) Proprie. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 58. 79. (160). *de columbis.* Inter pullos sæpe ova inveniuntur, et alii provolant, alii erumpunt. *Id.* 11. *ibid.* 18. 19. (62). *de apib.* Rubetæ veniunt ultro, adrepentesque foribus per eas sufflant: ad hoc provolant, confestimque abripiuntur. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 14. *med.* Animalia minuta provolantia.

II.) Translate est celeriter procurrere, ferri. *Lucret.* 6. 294. Tantus dissidio nubis ventique procella Mittitur, ardenti sonitus quum provolat ictu. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 31. 36. (111). Indi furantur aurum æstivo fervore, conditis propter vaporem in cuniculos formicis: quæ tamen odore sollicitate provolant, crebroque lacerant. *Liv.* 2. 46. *in fin.* et 3. 62. *sub fin.* In primum infestis hastis provolant duo Fabii, *h. e.* ad primam aciem procurrunt. Eodem modo locutus est *ibid.* 20.; et 10. 14. succedere in primum, dixit. Sic 1. 12. Ipse ad primores Romulus provolat. *et* 7. 7. Clamores ingenti provolant ante signa. *et* 3. 18. Ipse in locum vicemque consulis provolat. *Ovid.* 6. *Fast.* 443. Provolat in medium, et magna, Succurrite, voce, Non est auxilium flere, Metellus ait. *Alii leg.* prævolat; *alii* pervolat. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* 2. 19. Eorum parentes cum propinquis capillo passo in viam provolarunt. *Cæs.* 2. *B. G.* 19. *a med.* Subito omnibus copiis provolaverunt, impetumque in nostros equites fecerunt. — A *Pseudo-Ascon.* in *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 15. tabulata prominentia extra parietem, *provolantia* dicuntur. Ejus verba sunt: Mænius quum domum suam venderet Catoni et Flacco censoribus, ut tibi basilica ædificaretur, exceperat jus sibi unius columnæ, supra quam tectum projiceret ex provolantibus tabulatis. *V.* MÆNIA et SUBVOLAMEN.

PRŌVOLVO, volvis, volvi, vŏlūtum, volvere, a. 3. (pro *et* volvo). Part. *Provolvens* I. 1.; *Provolutus* I. 1., 2. et II. — De tmesi apud *V.* I. 1. — Provolvo est idem ac porro volvo, volvendo protrudo, ruere facio, devolvo, προκυλίω (It. *voltolare, rivoltare, far cadere voltoloni*; Fr. *rouler en avant, faire rouler devant soi*; Hisp. *rodar en adelante, hacer rodar*; Germ. *vorwärts walzen, vorsich hinwalzen, -rollen, hinrollen, hinwälzen, hinkollern*; Angl. *to roll or tumble forwards, roll along, roll down*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim *Ter. Andr.* 4. 4. 37. Nisi puerum tollis, jam ego hunc in mediam viam provolvam, teque ibidem pervolvam in luto. *Auct. B. G.* 8. 42. Cupas sevo, pice, scandulis complent: eas ardentes in opera pro-

volvunt. *Tac.* 4. *Ann.* 51. Miles contra deturbare velis, pellere umbonibus, congestas lapidum moles provolvere. Adde *eumd.* 2. *Hist.* 22. et 3. *ibid.* 27. *Virg.* 10. *Æn.* 555. deturbat (*caput*) terræ, truncumque tepentem Provolvens, super hæc inimico pectore fatur. *Ovid.* 8. *Met.* 585. *de amne tumido.* Cumque loco Nymphas *etc.* In freta provolvi. *Id. Halieut.* 57. Fœdus Lucanis provolvitur ursus ab antris. *Virg.* 12. *Æn.* 532. hunc lora et juga subter Provolvere rotæ. *Lucret.* 6. 551. ubi magnas in aquæ vastasque lacunas Glæba vetustate e terra provolvitur ingens. *Tac.* 1. *Hist.* 41. Trepidatione ferentium Galba projectus e sella ac provolutus est. *Curt.* 8. 11. 13. Ingentia saxa in subeuntes provolventibus barbaris. — Tmesis est in illo *Lucretii* 6. 1262. Multa siti prostrata viam per, proque voluta Corpora, silanos ad aquarum strata jacebant. ¶ 2. Speciatim de iis, qui adoraturi, aut aliquid petituri procumbunt, et se prosternunt. *Liv.* 6. 3. Cui quum se mœsta turba ad pedes provolvisset, etc. *Id.* 34. 11. Fientes ad genua consulis provolvuntur. Orant, ne etc. *Justin.* 11. 9. 14.; et *Tac.* 12. *Ann.* 18. Genibus ejus provolutus. *prostrato.* et *Curt.* 3. 12. 11. Mater et conjux provolutæ ad pedes orare cœperunt, ut etc.

II.) Translate. *Tac.* 6. *Ann.* 17. Copiam vendendi secuta vilitate, quanto quis obæratior, ægrius distrahebant: multique fortunis provolvebantur. *cadevano in miseria, fallivano.* Sic exerti bonis, *Cic. Flacc.* 5. 11. devolutus fortuna, *Apul. de Mag.* Ceterum *Gell* 1. 26. Provolutus effususque in iram. *et Tac.* 14. *Ann.* 2. Usque ad libita Pallantis provoluta. *abbassatasi, avvilitasi ad ogni piacere.*

PRŌVŌLŪTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PRŌVŌMO, is, ere, a. 3. evomo, emitto. *Lucret.* 6. 447. Turbinis imminanem vim provomit atque procellæ.

PRŌVORSUS, a. um. *V.* PROVERTO.

PRŌVULGĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PRŌVULGO *et* provolgo, as, āvi, ātum, are, a. 1. (pro *et* vulgo). Part. *Provulgatus.* — Provulgo est idem ac pervulgo, spargo in vulgus, *divulgare. Sueton. Ner* 36. Duabus conjurationibus provulgatis. *Alii leg.* promulgatis, *alii* pervulgat s. *Apul. de Mag.* Provulgari eas litteras. *Alii leg.* promulgari. *Sidon.* 9. *Ep.* 11. Thematis inauditi operam provulgat. Adde *Tertull.* 4. *adv. s. Marcion.* 21 ; et *Sulpic. Sever.* 2. *Hist. sacr.* 5.

PRŌURGĒO. *V.* PROVIDEO.

PROUT. *V.* PRO.

PROX, bona vox, velut quidam præsignificare videtur, ut ait Labeo de jure pontificio L. XI. *Festus p.* 253. 7. *Müll.* Prox, bona vox, ut æstimo, quasi proba vox. *Paul. Diac. p.* 252. 2. *Müll.* Sunt qui *Plauto* tribuunt *Pseud.* 5. 1. 33., sed alii rectius *pax* reponunt.

PROXĔNĒTA, æ, m. 1. *mezzano, sensale,* προξενητής, conciliator, interpres duorum inter se stipulantium, aut spondentium, aliumve quemvis contractum conventumque incuntium: a voce Græca allata. *Martial.* 10. 3. Quæ sulphurato nolit empta ramento Vatiniorum proxeneta fratrum. *Seneca Ep.* 119. Ut alienum facias oportet, sed nolo, per intercessorem mutueris; nolo, proxeneæ nomen tuum jactent. Adde *Ulp. Dig.* 50. *tit.* 14. *qui* De Proxenetis *inscribitur.*

PROXĔNĒTĬCUM, i, n. 2. *senseria,* merces, quæ proxenetæ datur. *Ulp. Dig.* 50. 14. 1. Proxeneticum jure licito petuntur. *et ibid.* 3. De proxenetico quamquam est sordidum solent præsides cognoscere. *V.* PHILANTHROPIA.

PROXĪMĀTUS, a, um. *V.* PROXIMO, as.

PROXĪMĀTUS, us, m. 4. dignitas ejus, qui in sacris Palatii scriniis militans proximus erat magistro libellorum. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod.* 6. *tit.* 26. *qui* De proximis comitib. dispositionum *inscribitur, l.* 11. et 17. *V.* PROXIMUS.

PROXĪMĒ *et* Proxume, adverb. *V.* PROPE.

PROXĪMĪTAS, ātis, f. 3. vicinitas, ἐγγυτης *vicinanza.*

I.) Proprie. *Vitruv.* 2. 9. *ante med.* Quæ pars est proxima terræ, per radices excipiens ex proximitate humorem enodis efficitur. *Ovid. de nuce* 56. Meque ream nimiæ proximitatis agi. *Apul. de Deo Socrat.* Nunc (*nubes*) pendulæ et mobiles huc atque illuc vice navium in aeris pelago ventis gubernantur, paullulum immutantes proximitate et longinquitate.

II.) Translate. ¶ 1. Est similitudo, *somiglianza. Ovid.* 2. *Art. am.* 661. Dic habilem, quæcumque brevis; quæ turgida, plenam: Et lateat vitium proximitate boni. Adde *Sidon. Ep.* 1. 5. ¶ 2. Item propinquitas sanguinis, cognatio, *parentela stretta. Quintil.* 3. 6. 95. Quum hic testamento, ille proximitate nitatur. *Ovid.* 10. *Met.* 339. ipsaque damno Est mihi proximitas. ¶ 3. Item conjunctio. *Apul.* 2. *Dogm. Plat.* Est amoris tertia species, quam diximus mediam, divini atque terreni proximitate collectus, nexuque et consortio pari copulatur.

PROXĪMO, adverb. *V.* PROPE.

PROXĪMO, as, are, n. 1. Part. *Proximans* et *Proximatus.* — Proximo est idem ac proximus sum, appropinquo, *essere vicino. approssimarsi, avvicinarsi.* ἐγγιζω. *Cic.* 2. *Nat. D.* 44. 112. Capiti autem Equi proximat Aquarii dextra, totusque deinceps Aquarius. *At* Orellius *legit* proxima. *Solin.* 18. Proximat ei Margiane regio. *Apul.* 2. *Met. sub fin.* Dum in vicum proximamus. *et* 11. *ibid.* Paullatim progressi, jam ripam maris proximamus. *et* 6. *ibid.* Sacratis foribus proximat. *et* 5. *ibid.* Lucæ proximante. *Cassiod.* 11. *Variar.* 6. Miles ad secreta judicis proximatus, præsulis sui famam aut ornat, aut maculat.

PROXĪMUS *et* proximus, a, um, adject. *V.* PROPIOR.

PROZEUSIS, is, f. 3. est nomen schematis, de quo hæc *M. Claud. Sacerd.* 1. *p.* 456. *Keil.* Prozeusis, quæ est contraria hypozeusi, fit hoc modo, quum antea verbum ponitur, quod omnia posteriora conjungat, ut (*Virg.* 7. *Æn.* 359.): Dat tibi præterea fortunæ parva prioris Munera reliquias Troja ex ardente receptas.

PRŪDENS, entis, adject. Comp. *Prudentior,* Sup. *Prudentissimus.* — Prudens (per syncopen idem ac *providens*) proprie est qui futurum prævidet.

I.) Proprie. *Cic.* 1. *Divinat.* 49. 111. Alii in re publica exercitati, orientem tyrannidem multo ante prospiciunt: quos prudentes possumus dicere, id est providentes, divinos nullo modo possumus. — Sæpius usurpatur, a senioris ævi scriptoribus, cum Infinito. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 38. 57. (136). Ille contra urinam spargit, prudens, hanc quoque leoni exitialem. *ben sapendo, che* etc. et *ibid.* 31. 49. (111). Ob ea se peti, prudens. *Curt.* 7. 1. 4. Horum cogitatio subibat exercitum, seditiosæque voces referebantur ad regem. Quis ille haud sane motus, satisque prudens otii vitia negotio discuti, edicit, ut omnes in vestibulo regiæ præsto sint.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe est peritus, doctus, sciens, gnarus, *pratico, perito, dotto.* — *a*) Cum Genitivo. *Ennius* apud *Gell.* 12. 4. Multarum veterum legum divumque hominumque Prudens. *Cic. Quinct.* 3. 11. Ceterarum rerum prudens et attentus. *Sall.* apud *Arusian. Mess.* Prudens omnium, quæ senatus consuerat. *Horat.* 4. *Od.* 9. 34. est animus tibi Rerumque prudens et secundis Temporibus dubiisque rectus. *Ovid. Heroid.* 5. 149. Me miseram, quod amor non est medicabilis herbis! Deficior prudens artis ab arte mea. *Nepos Con.* 1. Prudens rei militaris. *Sall.* in *epist. Mithrid. a med.* Milites belli prudentes. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 15. Non solum agricolationis, sed universæ naturæ prudens. *Id.* 7. *ibid.* 3. 16. Veterinariæ medicinæ prudens esse debet pecoris magister. *Juvenal.* 3. 86. adulandi gens prudentissima. *Liv.* 34. 28. *ad fin.* Achæi locorum prudentes. *pratici dei siti. Tac. Agric.* 19. Animorum provinciæ prudens, simulque doctus per aliena experimenta. *Id.* 3. *Ann.* 69. moderandi. *Id.* 2. *Hist.* 25. Celsus doli prudens reprensit suos. *Gell.* 14. 2. *circa med.* Peto, ut faceret me, ut earum rerum essem prudentior, *più informato, più pratico.* — Hinc *juris prudentes* juris periti, jureconsulti, *giureconsulti:* qui et prudentes absolute dicuntur. *Ulp. Dig.* 38. 15. 2. *extr., Pompon. ibid.* 1. 2. 2. et *Papinian. ibid.* 1. 1. 7. et 40. 7. 36. *Justinian.* 1. *Institut. tit.* 2. *a med.* Responsa prudentum sunt sententiæ et opiniones eorum, quibus permissum erat de jure respondere. — *b*) Cum Ablativo et præposit. *in. Cic. Amic.* 2. 6. Quia prudens esse in jure civili putabatur. — *c*) Absolute; Genitivus enim ex contextu facile patet. *Sall. Jug.* 49. Ut prudentes cum imperitis-manum consererent. *h. e.* prudentes locorum. *Id. Cat.* 8. At populo Romano numquam ea copia fuit, quia prudentissimus quisque maxime negotiosus erat. *Petron. Satyr.* 88. Consulere prudentiorem cœpi ætates tabularum. — *d*) Prudens quippiam facere dicitur, qui rem videns, data opera aliquid facit. *Ennius* apud *Non. p.* 150. 6. *Merc.* Ut pro Romano populo prognariter armis Certando, prudens animam de corpore mitto. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 87. Complures alios, doctos ego quos, et amicos Prudens prætereo. *a bella posta.* et 2. *ibid.* 7. 66. Ibis sub furcam prudens. *Id. Art. P.* 462. an prudens huc se dejecerit. *Ovid.* 8. *Met.* 364. Illa deam longo prudens sermone tenebat. — Et cum opposito *imprudens, Gell.* 20. 1. 34. Neque ejus, qui membrum alteri rupisset-, tantam esse habendam rationem arbitrati sunt (*decemviri*), ut, an prudens imprudensve rupisset, spectandum putarent. — *e*) Eleganter cum *sciens* jungitur. *Poeta* apud *Cic.* 6. *Fam.* 6. *ante med.* Ut in fabulis Amphiaraus, sic ego, prudens et sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus. *Ter. Eun.* 1. 1. 27. Prudens, sciens, vivus, vidensque pereo. Ubi *Donatus:* prudens, qui intelligentia sua aliquid sentit: sciens, qui alicujus indicio rem cognoscit. Ergo prudens per sese, sciens per alios. *Cic. Marcell.* 5. 14. Prudens et sciens tamquam ad interitum ruerem voluntarium. *Cæltus* ad *Cic. post ep.* 9. *l.* 10. *ad Att. sub fin.* Nec te sciens prudensque eo demittas, unde exitum vides nullum esse. ¶ 2. Generatim est prudentia præditus, multarum rerum peritus, providus, sapiens, *prudente, provido,* σώφρων, φρόνιμος. — *a*) Sæpissime de hominibus cum Ablativo et præpos. *in,* aut cum Accusativo et præpos. *ad,* aut absolute. *Cic. Brut.* 31. 117. Ut omnes fere Stoici in disserendo prudentissimi sunt. *Id. ibid.* 68. 239. Elegans in dicendo, in existimando admodum prudens. *Id. Fontej.* 15. 33. Vir ad labores belli impiger, ad usum ac disciplinam peritus, ad consilia prudens. *Id. Amic.* 1. 5. Quo (*Catone*) nemo fere senior temporibus illis, nemo prudentior. *Id.* 1. *de republ.* 46. Vos homines amicissimi ac prudentissimi. *Id.* 1. *Orat.* 9. 36. Prudentium consiliis compulsus. *Id. Partit. orat.* 5. 15. Orator prudens et providus. *Id. Orat.* 5. 18. Vir natura peracutus et prudens. *Id. Cluent.* 38. 107. Quis P. Octavio ingenio prudentior, jure peritior? *Sueton. Tib.* 21. Circumspectissimus et prudentissimus princeps. *Id.* 1. *Legg.* 16. 45. Quis prudentem, et, ut ita dicam, catum, non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa judicet? *Horat.* 1. *Ep.* 16. 32. Vir bonus et prudens dici delector ego ac tu. *Id. Art. P.* 445. Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes etc. *Id.* 2. *ibid.* 2. 155. si divitiæ prudentem facere possent. *Justin.* 9. 8. 13. Prudentior ille consilio, hic animo magnificentior. *Petron. Satyr.* 112. *in fin.* Usus est miles ingenio prudentissimæ feminæ. — Cum Ablat. et præpos. *de. Pseudo-Sall. init. orat.* 2. *ad Cæs.* Neque de futuro quisquam satis callidus satisque prudens est. — *b*) De abstractis. *Cic.* 5. *Fin.* 21. 58. Prudens, temperata, fortis, justa ratio. *Nepos Lumen.* 3. Hoc ejus fuit prudentissimum consilium, ut etc. *Ovid. Heroid.* 21. 137. Prudens animi sententia. *Auct. B. Alex.* 24. *extr.* Prudentissimo consilio facere aliquid. ¶ 3. Est etiam circumspectus et cautus. *Cic.* 4. *Fam.* 14. 2. Qui me hæc prædicentem, atque optime consulentem saluti suæ malebant nimium timidum, quam satis prudentem existimari.

PRŪDENTER, adverb. Comp. *Prudentius* 1.; Sup. *Prudentissime* 2. — Prudenter ¶ 1. Est provide, sapienter, *prudentemente, φρονίμως. Cic. Amic.* 1. 1. Multa ab eo prudenter disputata. *Id.* 3. *de republ.* 9. *in fin.* Quod quum faciamus, prudenter facere dicimur. *Id.* 2. *Divinat.* 5. 12. Aut belli administrationem prudentius quam imperator conjectura adsequetur. *Id.* 5. *Fin.* 6. 15. Facit igitur Lucius noster prudenter, qui audire de summo bono potissimum velit. *Id. Amic.* 2. 6. Multa provisa prudenter. *Augustus* apud *Sueton. Tib.* 21. Non potuisse quemquam prudentius gerere se, quam tu gesseris. ¶ 2. Perite, docte. *Cic.* 2. *Divinat.* 72. 150. Acutissime sententias suas prudentissimeque defendere. *Val. Max.* 3. 3. *n.* 4. *extern.* Totius mundi naturam prudentissime et facundissime exprompsit.

PRŪDENTĬA, æ, *f.* 1. idem ac providentia (ex qua per syncopen facta est), b. e. facultas prævidendi futura, *πρόνοια, il prevedere, antivedimento.*

I.) Proprie. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 41. 31. *Merc.* Id enim est sapientis providere: ex quo sapientia appellata est prudentia. *Id. Senect.* 21. 78. Quum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum, futurorumque prudentia. Ita legit *Non.*, alii *providentia.* et 6. *de republ.* apud *Non. ibid.* Totam igitur exspectas prudentiam hujus rectoris, quæ ipsum nomen hoc nacta est ex providendo.

II.) Translate. ¶ 1. Est scientia peculiaris alicujus rei, peritia, facultas. *Cic.* 2. *de republ.* 36. Qui (*decemviri*) quum x. tabulas summa legum æquitate prudentiaque conscripsissent, etc. *Id.* 5. *Fin.* 6. 16. Ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudentia. *Id.* 2. *Divinat.* 4. 11. Physicorum est ista prudentia. *Nepos Cim.* 2. Habebat enim magnam prudentiam cum juris civilis, tum rei militaris. *Cic.* 1. *Orat.* 60. 256. Prudentia juris publici. *Juvenal.* 12. 32. nullam prudentia cani Rectoris conferret opem. *la pratica del canuto piloto.* — Hinc etiam intelligentia, vis cognoscendi, peritia, *intendimento, sapere, ingegno, cognizione, capacità. Cic.* 1. *Orat.* 36. 165. Hano omnem scientiam et copiam rerum in tua prudentia sciebam inesse. *Id. Partit. orat.* 8. 29. Facillime auditor discit, et, quid agatur, intelligit, si definias, si dividas, si neque prudentiam ejus impedias confusione partium, nec memoriam multitudine. *Id. Orat.* 8. 24. Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia. Adde *Juvenal.* 10. 48. *Colum.* 12. *R. R.* 57. 6. Nec tamen canis natura dedit cunctarum rerum prudentiam. *Id.* 1. *ibid.* 1. 1. Prudentia rei. ¶ 2. Quia vero ex hac prævidendi facultate oritur recta agendi ratio; sumitur fere pro scientia bene agendi et vivendi, *prudenza, senno, savièzza, φρόνησις. Cic.* 3. *Nat. D.* 15. 38. Prudentia constat ex scientia rerum bonarum et malarum, et nec bonarum nec malarum. *Id.* 1. *Off.* 43. 153. Prudentia, quam Græci *φρόνησιν*, est rerum expetendarum fugiendarumque scientia: sapientia autem, quam principem dixi, rerum est divinarum atque humanarum scientia. *Id.* 5. *Fin.* 23. 67. Prudentia cernitur in delectu bonorum et malorum. *Id. Partit. orat.* 23. 81. Prudentiam malitia, fortitudinem audacia imitatur. *Id.* 2. *Invent.* 53. 160. Prudentiæ partes sunt memoria, intelligentia, providentia. *Id. Senect.* 6. 20. Temeritas est florentis ætatis, prudentia senescentis. *Id. Partit. orat.* 22. 76. Prudentia in suis rebus, domestica; in publicis, civilis appellari solet. *Id.* 4. *Fin.* 27. 76. Omnibus artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia. *Virg.* 1. *G.* 416. rerum fato prudentia major. *Val. Flacc.* 4. 622. sæpe acri potior prudentia dextra. *Cic.* 12. *Att.* 4. *extr.* Ad omnes res adhibere prudentiam. *Fronto* 1. *ad M. Cæs.* 2. Ratio consiliorum prudentia dicitur, vatum impetus divinatio appellatur. *Capell.* 3. *p.* 33. Intenta circumspectione cautissima, et omnia rerum vigili distinctione discriminans, dicebatur Prudentia vocitari.

PRŪGNUM pro privignum, per syncopen. *Paul. Diac. p.* 226. 22. *Müll.*

PRŪĪNA, æ, *f.* 1. Sunt qui vocem deducunt a *πρωϊνός matutinus. Paul. Diac. p.* 226. 21. *Müll.* Pruina dicta, quod fruges ac virgulta perurat. — Ceterum *pruina* est ros frigore concretus: non enim fit, nisi hiemali tempore et sereno, *πάχνη* (It. *brina, brinata*; Fr. *gelée blanche, givre, frimas*; Hisp. *escarcha*; Germ. *d. Reif*; Angl. *a frost, a hoar frost, rime frost, rime*).

I.) Proprie. *Varro* 2. *R. R.* 2. 5. Hiberno ac verno tempore, pruina jam exhalata, propelliunt oves in pabulum. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 21. (33). Rore nimio scabiem fieri, pruina uredinem. *Id.* 2. *ibid.* 60. 61. (152). Pruinam gigni ex rore gelido. *Seneca* 4. *Quæst. nat.* 3. *extr.* Quod inter aquam et rorem interest, hoc inter pruinam et glaciem; nec non inter nivem et grandinem interesse. *Cic.* 2. *Nat. D.* 10. 26. Aqua congliciat frigoribus, et nive pruinaque concrescit. *Id.* 2. *Cat.* 10. 23. Quo pacto illi Apenninum, atque illas pruinas ac nives perferent? *Lucret.* 2. 520. rigidis insessa pruinis. *Val. Flacc.* 2. 287. canis urebat (*ratem*) luna pruinis. *Horat.* 1. *Od.* 4. 4. prata canis albicant pruinis. *Ovid.* 3. *Fast.* 357. Mollis erat tellus rorata mane pruina. *et* 5. *ibid.* 215. Roscida quum primum foliis excussa pruina est. *et* 6. *ibid.* 730. e pratis uda pruina fugit. *Id. Heroid.* 10. 7. Tempus erat, vitrea quo primum terra pruina Spargitur. *Id.* 3. *Met.* 487. ut intabescere flavæ Igne levi ceræ, matutinæve pruinæ Sole tepente solent. *Stat.* 3. *Theb.* 468. madidos ubi lucidus agros Ortus, et algentes laxavit sole pruinas.

II.) Translate. ¶ 1. De nive, frigore, et glacie. *Virg.* 3. *G.* 363. Interea toto non secius aere ningit: Intereunt pecudes, stant circumfusa pruina Corpora magna boum. *Val. Flacc.* 8. 210. Hyperboreæ pruinæ. *Gell.* 12. 5 *ad fin.* Cur aut in ardoribus solis æstuet, aut in pruinis immanibus obrigescat. *Lucret.* 3. 20. nix acri concreta pruina. *Petron. Satyr.* 123. fluctus stupuere pruina. ¶ 2. Metonymice. *Virg.* 1. *G.* 230. Ad medias sementem extende pruinas. *h. e.* hiemes. ¶ 3. Significat etiam crassum aliquem et pinguem humorem. *Gargil.* 2. *de re hortens.* (edente *A. A. Scottio*) 7. *de amygdalis.* Fiunt dulcia ex amaris, si circumfosso stipite tribus a radice digitis latior caverna ponitur, qua pruina decurrat. De ead. re loquentes *Plin.* 17. *Hist. nat.* 27. 43. (252). et *Pallad.* 2. *R. R.* 15. *a med.*, ille *pituitam*, hic *noxium humorem* vocat.

PRŪĪNŌSUS, a, um, adject. pruinis abundans, *παχνώδης, abbondante di brina.*

I.) Proprie. *Ovid.* 2. *Amor.* 19. 22. Longa pruinosa frigora nocte pati. *et* 1. *ibid.* 6. 65. et *ibid.* 13. 2. Pruinosus axis. *Id.* 1. *Pont.* 2. 56. Sive pruinosi Noctis aguntur equi. *Id* 4. *Met.* 82. Solque pruinosas radiis siccaverat herbas. *Colum.* 4. *R. R.* 23. 2. Cæli status frigidus et pruinosus. *Auson. Edyll.* 14. 13. Rara pruinosis canebat gemma frutetis, Ad primi radios interitura die. Adde *Gargil. Mart. p.* 402. *ed. A. Maio.*

II.) Translate. *Petron. Satyr.* 83. *extr.* Sola pruinosis horret facundia pannis. *h. e.* hirtis, tritis, squalentibus, minime nitidis aut comptis: vel ea ratione loquitur, qua *Martial.* 12. 36. et 14. 137. algentes togas dixit: vel demum *pruinosi panni* dicuntur, quia orator facundus et pauper tecto carens sub dio et pruinis degere neglectus cogitur.

PRŪNA, æ, *f.* 1. *carbone acceso, bragia, brace, ἀνθραξ ἡμμένος, ἀνθρακίς*, carbo vivus. Videtur esse a *πυρινος igneus*, unde per syncop. *purna*, mox *pruna. Virg.* 11. *Æn.* 787. medium freti pietate per ignem Cultores multa premimus vestigia pruna. Ubi *Servius*: Pruna, quamdiu ardet, dicitur. Horatius (1. *Sat.* 5. 36.): Prætextam, et latum clavum, prunæque batillum. Quum autem exstincta fuerit, carbo nominatur. Terentius (*Adelph.* 5. 3. 63.): Tam excoctam atque atram reddam, quam carbo est. *Virg. Mor.* 9. Et cinis obductæ celabat lumina prunæ. *Id.* 5. *Æn.* 103. Subjiciunt veribus prunas, et viscera torrent. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 6. 23. (54). Allium sub pruna coctum. *Id.* 29. *ibid.* 3. 11. (45). Putamina exusta in pruna. *Id.* 32. *ibid.* 7. 25. (78). Aceti cyathum in calice novo leni pruna decoquere. *Id.* 13. *ibid.* 4. 9. (39). E palmis prunæ vivaces ignisque lentus.

PRŪNĒTUM, i, n. 2. locus prunis consitus. *Gloss. Lat. Gr.* Prunetum, κομμυμηλών.

PRŪNĔĬUS, a, um, adject. jam pruna factus. *Ovid.* 12. *Met.* 271. Ecce rapit mediis flagrantem Rhætus ab aris Prunicium torrem. *Alii perperam leg.* primitium.

PRŪNŪLUM, i, n. 2. deminut. pruni. Translate. *Fronto de oration.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 1. *ab init.* Confusam eam ego eloquentiam partim igneis (*fortasse legend.* ligneis) nucibus Catonis, partim Senecæ mollibus et febriculosis prunuleis insitam, subvertendam censeo radicitus. *Prunuleis ἀρχαικῶς* pro *prunulis* scribitur.

PRŪNUM, i, n. 2. *prugna, susina*, κοκκύμηλον, fructus pruni arboris: ita fortasse vocatur ab igneo colore. *V.* PRUNA *sub init.* Hujus varia sunt genera, Armenia, Ægyptia, cereola, Damascena, onychina, purpurea, præcoqua, silvestria, versicoloria, nigra, bordearia, asinina, etc., quæ præter *Colum.* et *Pallad.* enumerat *Plin.* 15. *Hist. nat. c.* 13. *Ovid.* 13. *Met.* 817. Prunaque non solum nigro liventia succo, Verum etiam generosa, novasque imitantia ceras. *Martial.* 13. 29. *de Damascenis.* Pruna peregrinæ carie rugosa senectæ Sume: solent duri solvere ventris onus. *Id.* 7. 53. cana vocat, quæ *Virg.* 2. *Ecl.* 53. cerea, *Colum.* 10. *R. R.* 404. cereola. — Ceterum *Virg.* 4. *G.* 145. Eduramque pirum (*distulit*), et spinos jam pruna ferentes. *h. e.* quibus jam prunus insita erat. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 8. quid, si rubicunda benigni Corna vepres et pruna ferant? *Propert.* 4. 2. 15. Hic dulces cerasos, hic auctumnalia pruna Cernis, et æstivo mora rubere die.

PRŪNUS, i, *f.* 2. *prugno, susino, προύνη*, arbor pruna ferens. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 20. Ebulum, rubi, pruni silvestres. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 10. 19. (64). Prunus Ægyptia. *Pallad.* ejus colendæ rationem tradit. 3. *R. R.* 25. *ad fin.* et 12. *ibid.* 7. *circa med.*, inserendæ 2. *ibid.* 15. *in fin.* et *de Insit.* 113.

PRŪRĪGĬNŌSUS, a, um, adject. ¶ 1. Est prurigine laborans, *ξυσίλος, ὀδαξητικός, stizzoso. Paul. Dig.* 21. 1. 3. Gibberosi, vel curvi, vel pruriginosi, vel scabiosi (*morbosi non sunt*). ¶ 2. Item turpi pruritu laborans. *Auct. Priap.* 64. quæ tot figuris, quot Philenis enarrat, Non editis, pruriginosa discedit.

PRŪRĪGO, inis, *f.* 3. idem quod pruritus, *κνησμός, ὀδαξησμός, pizzicore, prurito, stizza*: et ¶ 1. Præcipue dicitur de morbo cutis. *Cels.* 2. 8. *a med.* Ubi torpor atque prurigo pervagantur, modo per totum caput, modo in parte. *Martial.* 14. 23. cujus lemma *Auriscalpium.* Si tibi morosa prurigine verminat auris, Arma damus tantis apta libidinibus. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 8. 81. (154). Cutis pruriginem succus baccarum lauri emendat. *At* Sillig. *legit* porriginem. *Id.* 27. *ibid.* 4. 5. (18). Aloe sanat prurigines et scabritiem genarum. *Id.* 25. *ibid.* 11. 87. (136). Hyssopum resistit prurigini in capite. ¶ 2. De pruritu turpi. *Juvenal.* 6. 326.; et *Martial.* 4. 48. et 11. 73. *V.* vocem seq. II. 3.

PRŪRĬO, is, ire, n. 4. Part. *Pruriens* II. 4. — Prurio est libidine scalpendi laboro, pruritum habeo, excrementis acribus per poros cutis exitum quærentibus, quasi *peruror* et ad scabendum invitor, *κνήθομαι* (It. *mi pizzica, ho pizzicore, o prurito, o stizza*; Fr. *éprouver une démangeaison*; Hisp. *concomerse, tener gana de rascarse*; Germ. *jucken*; Angl. *to itch, have theitch*).

I.) Proprie. *Scribon. Compos.* 193. Ephemeron potum protinus totum os prurire facit.

II.) Translate. ¶ 1. Facete *Plaut. Pœn.* 5. 5. 36. Num tibi, adolescens, malæ, an dentes pruriunt, qui huic es molestus? *h. e.* an tibi vis malas et dentes pugnis perfricari? Id autem erat

in superstitione Gentilium, ut si quod puriret membrum, boni aliquid aut mali ominarentur. Quo pertinent illa *ejusd. Mil. glor.* 2. 4. 44. Timeo quid rerum gesserim hic: ita dorsus totus prurit. *et Amph.* 1. 1. 139. Perii! dentes pruriunt. Adde *Bacch.* 5. 2. 75. Simile est illud *Pseud.* 1. 1. 104. Atque id futurum unde? PS. unde dicam nescio, nisi quia futurum est: ita supercilium salit. *et Asin.* 2. 2. 49. Scapulæ gestibant mihi. *et Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 5. (24). Quin et absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se, receptum est. *et* Græcum proverb. apud *Erasm.* ex *Theocrit. Eidyll.* 3. *v.* 37. Ἄλλεταί ὀφθαλμος μευ ὁ δεξιός· ἀραγ' ἴδηαι Αὐτάν. Unde *Juvenal.* 6. 577. si prurit frictus ocelli Angulus, inspecta genesi, collyria poscit. ¶ 2. Est gestire, vehementer cupere. *Martial.* 3. 58. Vitulusque inermi fronte prurit in pugnam. ¶ 3. *Prurire* etiam dicuntur, qui obscœna libidine tentantur. *Catull.* 88. 2.; *Plaut. Pers.* 1. 1. 32. et *Stich.* 5. 5. 15.; *Martial.* 14. 203., 3. 93., 6. 37., 9. 91., 10. 67. et 11. 81.; et *Juvenal.* 11. 163. ¶ 4. Est etiam excitare libidinem. *Martial.* 1. 36. Lex hæc carminibus data est jocosis, Ne possint, nisi pruriant, juvare. *h. e.* nisi libidinem excitent. *Id.* 12. 96. Musæi pathicissimos libellos, Et tinctas sale pruriente chartas. Apud *Catull.* 16. 9. similem habes sententiam.

PRŪRĬĪNOSUS, a, um, adject. qui pruriginem excitat. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *n.* 33. Squilla, quam vulgo bulbum pruriosum vocant.

PRŪRĪTĪVUS, a, um, adject. pruritum faciens, ut Pruritiva ulcera, *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 45. (157). Ita legit *Harduin.* et *Sillig.* ex MSS.; alii perperam *provenientia.*

PRŪRĪTUS, us, m. 4. ¶ 1. Est sensus in cute leviter mordens, ex humore acri exitum quærente, κνησμός, *pizzicore, prurito, prudore, stizza. Plin.* 9. *Hist. nat.* 45. 68. (146). *de urticis.* Vis pruritu mordax. *Id.* 23. *ibid.* 1. 16. (26). Pruritum afferre. *Id.* 30. *ibid.* 3. 8. (26). intolerabilem facere. *Id.* 23. *ibid.* 1. 9. (13). fovere. *Id.* 27. *ibid.* 7. 28. (51). sanare. *Id.* 24. *ibid.* 6. 14. (23). tollere. *Id.* 32. *ibid.* 10. 40. (119). scabiemque sedare. *Id.* 9. *ibid.* 45. 68. (147). attritu petræ scalpere. *Seren. Sammon.* 6. 87. Pruritus autem salsos levat humor aceti. ¶ 2. Item est titillatio Venerea circa pudenda. *Capell.* 1. *p.* 3. Venus pruritui subscalpentem circa ima corporis Psyches apposuerat voluptatem.

PRYMNA, æ, f. 1. πρύμνη, et Ionice πρύμνα, puppis. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim solummodo in *Not. Tir. p.* 177.

PRYMNĒSĬUS, a, um, adject. a πρύμνα *puppis*, est ad puppim pertinens. *Paul. Diac. p.* 224. 16. *Müll.* Prymnesius palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alii tonsillam dicunt. *Isid.* 19. *Orig.* 4. 6. Prymnesius funis, quo navis in litore religatur ad palum. *V.* PRIMNESIUS.

PRŸTĀNES *et* Prytanis, is, m. πρύτανις, εως, præfectus, administrator, custos, summus magistratus Athenis, cui reipublicæ administrandæ cura incumbebat. *Seneca Tranquill.* 3. Non enim vis, nisi consul, aut prytanes, aut ceryx, aut sufes, administrare rempublicam. — Etiam Rhodii summum eorum magistratum prytanin vocabant, teste *Liv.* 42. 45.

PRŸTĀNĒUM, i, n. 2. Πρυτανεῖον, locus Athenis in arce, in quo prytanes judicia exercebant, et in quo viri bene de republ. meriti publicis sumptibus alebantur. *Cic.* 1. *Orat.* 54. 232. Et ut ei victus quotidianus in prytaneo publice præberetur: qui honos apud Græcos maximum haberetur. — In aliis quoque urbibus fuisse liquet. *Liv.* 41. 20. Cyzici in prytaneum, id est penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur, vasa aurea mensæ unius posuit. *Cic.* 6. *Verr.* 53. 119. Altera est urbs Syracusis, cui nomen Achradina: in qua forum maximum, pulcherrimæ porticus, ornatissimum prytaneum, amplissima curia. *Inscript.* apud *Gruter.* 174. 7., quæ est apud *Orell.* 3838., suum et Rhegii in Calabria prytaneum fuisse, ostendit. (*V. Morcell. T.* 1. *p.* 246., qui post *Morisanum* eamdem interpretatur). *Casaubon.* in *animadversionib. in Athen. l.* 15. *c.* 19. satis probat in omnibus Græciæ urbibus suum prytaneum fuisse et Vestæ sacrum. Hinc *Suidas* vult dictum esse, quasi πυρός ταμεῖον, h. e. locus, in quo ignis perpetuus asservabatur, ut Romæ in templo Vestæ. Alii quasi πυροῦ ταμεῖον, quia ibi asservabatur frumentum, et distribuebatur alendis bene de republica meritis. Alii tandem rectius derivant a πρό, ita ut πρύτανις idem sit ac πρῶτος *primus*: cf. Sanscr. *purâtana* et Lat. *pristinus.*

PS

PSALLO, lis, li, lĕre, n. 3. Part. *Psallens* 1. — Psallo ¶ 1. Stricto sensu est instrumentum aliquod musicum pulso, tango, leni motu percutio, fidibus cano, ψάλλω, *suonare. Sall. Cat.* 25. Litteris Græcis atque Latinis (*Sempronia*) docta, psallere et saltare elegantius, quam necesse est probæ. *Horat.* 4. *Od.* 13. 7. Chia docta psallere. *Gell.* 19. 9. Qui canerent voce, et qui psallerent. *Cic.* 2. *Cat.* 10. 23. Qui non solum amare et amari, neque psallere et saltare, sed etiam sicas vibrare et spargere venena didicerunt. *Plerique alii leg.* saltare. *Sueton. Tit.* 3. Cantare et psallere jucunde. *Spartian. Hadrian.* 14.; et *Aurel. Vict. Epit.* 14. Psallendi et cantandi scientia. *Apul. Florid. n.* 15. Læva distantibus digitis nervos molitur: dextera psallentis gestu pulsabulum citharæ admovet. Adde *Horat.* 2. *Ep.* 1. 33. ¶ 2. Est etiam cantare ad citharam. *Cæsius Bassus* apud *Priscian.* 10. *p.* 897. *Putsch.* Calliope princeps sapienti psallerat ore. *Aurel. Vict. Cæsar.* 5. *de Nerone.* Qui dum psallere per cœtus, Græcorum invento, in certamen coronæ cœpisset. (*V. Sueton. Ner.* 20. *et* 21.) *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 837. docta mulier psallere Hymnum canebat carminis Davidici. *Horat.* quoque *loc. cit.* et *Sall.* hac eadem significatione usurpasse, plerique volunt. ¶ 3. Apud *Hieronym. Ep.* 107. *n.* 10. et *alibi*; et *Augustin. in Psalm.* 46. *et* 65. et *alibi*, psallere est, Psalmos David, quæ sunt laudes Dei, canere, sive adhibito psalterio, sive assa voce fiat.

PSALLŎCĬTHĂRISTA. *V.* CHOROCITHARISTA.

PSALMA, ătis, n. 3. ψάλμα, cantus citharæ: item carmen ipsum, quod ad citharam canitur. *Augustin. in Psalm.* 4. *ante med.* Psalma est, quod psallitur: diapsalma interpositum in psallendo silentium: sympsalma vocum copulatio in cantando. Alii apud *Hieronym. Ep.* 28. putant, *diapsalma* esse commutationem metri: alii pausationem spiritus: alii alterius sensus exordium, etc. *Hieronymus* ipse docet *ibid. n.* 3. esse copulationem superiorum et inferiorum. *V.* ibi plura; et *Isid.* 6. *Orig.* 19.

PSALMĬCEN, inis, m. 3. qui psalmos canit, ut Psalmicines clerici, apud *Sidon.* 5. *Ep.* 17.

PSALMĬSŌNUS, a, um, adject. qui psalmis resonat. *Alcim. Homiliar. fragm.* 7. Quum ad præsens psalmisonum solemne perventum est.

PSALMISTA, æ, m. 1. *salmista*, ψαλμιστής, qui psalmos facit, et cantat. *Hieronym.* 1. *advers. Pelag. n.* 2. et 3. *ibid.* 2. et 11. *in Isaj.* 38.

PSALMIZO, as, are, a. et n. 1. psallere. *Gloss. Cyrill.* Ψάλλω, nabilizo, psalmizo.

PSALMŌDĬA, æ, f. ψαλμῳδία, psalmorum cantus. *Hieronym. Ep.* 86. Ut, in opere et cibo separatæ (*virgines*), psalmodiis et orationibus jungerentur. *Cassiod. Rhet. in fin.* Vocis diligentiam in psalmodiæ decantatione custodiet.

PSALMŌGRĂPHUS, i, m. 2. qui psalmos facit, ψαλμογράφος, *salmista. Sidon.* 7. *in contione post Ep.* 9. Sicut psalmographus ait. *h. e.* rex David. *Tertull. carm.* 3. *advers. Marcion.* 130. Psalmographus David, magnus rex atque propheta. *Venant.* 8. *carm.* 7. *p.* 21. Psalmographi plectro cantata est ista virago. *h. e.* Maria Virgo.

PSALMUS, i, m. 2. sonus citharæ seu fidium, et carmen quod ad sonum fidium canitur, ψαλμός, *salmo.* A Christianis scriptoribus dicitur per antonomasiam de sacris hymnis, seu canticis David regis, quia ad psalterium ea cantare mos fuit, quod et ipse auctor fecisse dicitur. *Tertull. advers. Prax.* 11. etc.; *Lactant.* 4. 8. *et* 12.; *Hieronym.*; *Augustin.* etc.

PSALTĔRĬUM, ii, n. 2. Antepænultimam licenter corripit *Arator. præf.* 1. 14. Psalterium lyrici composuere pedes. — Psalterium est instrumentum musicum fidibus instructum, simile citharæ, differens tamen, ψαλτήριον, *salterio, arpa.*

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Augustin. in Psalm.* 56. *a med.* Psalterium et organum, quod quidem manibus fertur percutientis, et chordas distentas habet: sed illum locum, unde sonum accipiunt chordæ, illud concavum lignum, quod pendet, et tactum resonat, quia concipit aerem, psalterium in superiori parte habet: cithara autem hoc genus ligni concarum et resonans in inferiore parte habet. Itaque in psalterio chordæ sonum desuper accipiunt, in cithara in inferiore parte. Eadem fere habet *in Psalm.* 32. 70. 80. *et* 150. Similiter *Cassiod. in Psalm.* 150. Psalterium est in modum citharæ conversa positio. Buccas enim quasdam sonoras ligni gestat in capite, ubi ab imo venientes chordarum sonos in altum rapit, et gratissima, quantum dicitur, modulatione respondet. *Id. præf. in Psalter.* 4. Psalterium est, ut Hieronymus ait, in modum Δ litteræ formati ligni sonora concavitas, habens ventrem in superioribus habens, ubi chordarum fila religata, disciplinabiliter plectro percussa suavissimam dicuntur reddere cantilenam. Huic citharæ positio videtur esse contraria, dum quod ista in imo continet, illud conversa vice gestat in capite. Adde *Isid.* 3. *Orig.* 22. *Varro* apud *Non. p.* 215. 16. *Merc.* In psalterio tendamus nervias. *Virg. Cir.* 178. Non arguta sonant tenui psalteria chorda. *Quintil.* 1. 10. 31. Apertius profitendum puto, non a me præcipi psalteria et spadicas, etiam virginibus probis recusanda; sed *etc.* ¶ 2. Latiori sensu significat etiam musicum quodlibet instrumentum fidibus constans, ut est lyra et cithara, quæ Musis tribuuntur. *Arnob.* 6. 25. Deum Mater cum tympano: cum tibiis et cum psalteriis Musæ.

II.) Translate. ¶ 1. Carmen quod ad psalterium canitur. De carmine maledico, et dicteriis (quæ ad psalterium Græci canebant: unde illud *Varron.* ὄνος λύρας apud *Non. p.* 101. 3. *Merc.* Atque orthophallica attulit psalteria, Quibus sonant in Græcia dicteria.) *Paul.* 5. *Sentent.* 4. *a med.* Psalterium, quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compositum, et publice cantatum, tam in eos, qui cantaverint, quam in eos, qui composuerint, extra ordinem vindicatur. ¶ 2. Apud Ecclesiæ scriptores est liber Psalmorum Davidicorum. *Hieronym. Ep.* 53. *n.* 8. et *Ep.* 125. *n.* 11. et *alibi.*

PSALTES, æ, m. 1. qui instrumentum aliquod musicum pulsat; item qui voce canit, ψάλτης, *suonatore, o cantore. Quintil.* 1. 10. 18. Rationem impendiorum exponens, psaltis se et geometris multa dicit dedisse. *Sidon.* 8. *Ep.* 9. *in carm.* Chorda, voce, metro stupende psaltes. *Capell.* 9. *p.* 313. Psaltas, chordacistas, sambucos, hydraulas inveni. *Inscript.* apud *Gruter.* 331. 2. STRATONE COMOEDO IBYCO PSALTE. Hic *psaltē* est dativus Græcæ positionis, ψάλτη, positus pro ablativo, ut ait *Priscian.* 7. *p.* 731. *Putsch.*, ut etiam illud *Virg.* 1. *Æn.* 312. ipse uno graditur comitatus Achate.

PSALTRĬA, æ, f. 1. mulier, quæ instrumentum aliquod fidibus instructum pulsat, citharistria, ψάλτρια, *suonatrice, cantatrice.* Vox Græca a ψάλλω *fidibus cano*: Latina appellatione *fidicina.* Neque aliud inter has discrimen esse videtur, nisi quod psaltriæ Græcæ erant, et plerumque meretrices, quæ externo ritu, et non solum fidium cantu, sed et voce ac mollioribus

gesticulationibus oblectabant, adhibebanturque præcipue in conviviis deliciarum causa, invectæ Romam, inter alias peregrinæ luxuriæ illecebras, ab exercitu Asiatico post devictum Antiochum et Gallogræcos, circa ann. U. C. DLXVI., ut *Liv.* 39. 6. narrat. *Macrob.* 2. *Saturn.* 1. Sub illorum supercilio non defuit, qui psaltriam intromitti peteret, ut puella ex industria supra naturam mollior, canora dulcedine et saltationis lubrico exerceret illecebris philosophantes. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 465. 15. *Merc.* Tu vero festivus, tu elegans, tu solus urbanus, quem decet muliebris ornatus, quem incessus psaltriæ. *Aurel. Vict. Epit.* 76. *de Theodosio.* Prohibuit lege ministeria lasciva, psaltriasque comissationibus adhiberi. Adde *Ter. Adelph.* 3. 3. 34. — Etiam in sacris ut accinerent, paullatim intromissas fuisse, colligimus ex *Cic. Sext.* 54. 116. et *Juvenal.* 6. 336., ubi de Clodio sermo est, qui cultu psaltriæ in Bonæ Deæ sacellum stupri patrandi causa se immiserat

PSALTRĬUS, ii, m. 2. *suonatore*, ψαλτήρ, ψάλτης, qui fidibus canit, psaltes. *Cic. Harusp. resp.* 21. 44. P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis purpureisque fasciolis, a strophio, a psaltrio, a flagitio, a stupro est factus repente popularis. *Est qui leg.* a psaltria: *Garatonius* et *Orellius* cum *Ernestio* rectius *a psalterio.* V. hanc vocem.

PSĂRĂNUS, a, um. *V.* voc. seq.

PSĂRŌNĬUS, a, um, adject. ψαρώνιος, qui sturni colorem refert: a ψάρ, ἀρός *sturnus.* Hinc psaronius appellatur lapis variegati coloris apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 43. (151.) qui et Thebaicus, et pyrrhopœcilus, et syenites, Italice vero nunc *granito bigio* dicitur. *V.* ZEROS. At *Sillig ex Cod Bamberg.* legit *psaranus*

PSĒCAS, ădis, f. 3. *gocciola*, ψεκάς gutta stilla. *Apul. de Mundo* ex *Aristotele* ψεκάδας interpretatur stillicidia. — Ancillæ, quæ delicatarum matronarum capillos medicato fuco conspergunt hoc nomine appellatæ sunt. Ita porro ornatricem nominat *Juvenal.* 6. 491. Nuda humeros Psecas infelix, nudisque mamillis. Sic etiam unam ex Dianæ nymphis. *Ovid.* 3. *Met.* 171. Eripiunt laticem Nepheleque, Hyaleque, Rhanisque, Et Psecas, et Phiale. *Inscript.* mendosa apud *Reines. cl.* 1. *n.* 89., *Fabrett. p.* 714. *n.* 359. et *Murat.* 57. 8., quæ tamen hodieque Vicetiæ exstans ita legitur: VENERI SACRVM CASSIA O. L. PSECHAS. Postrema hæc vox perperam aspiratur. Ita appellata videtur fuisse hæc ancilla, antequam manumitteretur, quia ejus officium erat comas dominæ suæ levibus fuci, aut unguenti guttis aspergere; quod ψεκάζειν Græce est. Vel potius videtur esse derivanda vox a Gr. ψηχάς a ψήχω *frico*, quasi ea fuerit fricatrix. Hinc *Psecade natus* dicitur, qui humili et servili est genere. *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 15. *extr.* Vellem, Venere prognatus tantum animi habuisset, quantum Psecade natus in hoc habuit. — Etiam viri, qui delicatiorum comas ornabant, *psecades* dicti. *V.* COSMETA et ORNATOR. *Inscript.* apud *Gud.* 211. 2. ARCELAVS PSECAS DE PORTICV. Fuse hac de re *Koolius*, et *Hesselius* in *Indice Inscript. Gudianar. c.* 8., ubi tamen multa ἀπροσδιόνυσα afferuntur.

PSEGMĂ. *V.* SPEGMA.

PSĒPHISMA, ătis, n. 3. ψήφισμα, decretum, vel plebiscitum per suffragia factum. Vox Græca a ψῆφος *calculus*, quo suffragia ferre solebant veteres. *V.* CALCULUS. *Cic. Flacc.* 6. 15. Sic sunt expressa ista præclara, quæ vocant psephismata, non sententiis, nec auctoritatibus declarata. Adde *ibid.* 7. 17. et 8. 19. et 10. 23. et *Plin.* 10. *Ep.* 52.

PSĒPHŌPÆCTA, æ, m. 1. ψηφοπαίκτης, præstigiator, ut in *Gloss. Philox.* exponitur. (Sic *Grammat. incert. p.* 100. *n.* 143. *Eichenf.* Hæc præstigia, unde præstigiatores, ψηφοπαίκται). Est a ψῆφος *calculus* et παίζω *ludo*: ut qui calculis ludunt et decipiunt. *Firmic.* 3. *Mathes.* 8. Libra facit etiam aut calculi, aut musicæ, aut notarum, aut difficilium litterarum inventores; reddit quoque, socio in hoc loco Mercurio, psephopœctas sæpe. *Vides hic mentionem fieri de præstigiatoribus, de quibus vide* Senecæ loc. cit. *in* PRÆSTIGIATOR.

PSETTA, æ, f. 1. ψῆττα, piscis idem qui Latine rhombus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 16. 24. (57). et *Athen. sub fin. l.* 7. Alii scrib. *psitta.*

PSEUDANCHŪSA, æ, f. 1. herba anchusæ similis, lanuginosior et minus pinguis, tenuioribus foliis et languidioribus: a ψηύδης *falsus, fictus, simulatus*, vel a ψεῦδος *mendacium*: quæ est notatio omnium dictionum sequentium. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 20. 24. (50).

PSEUDĂPOSTŎLUS, i, m. 2. ψευδαπόστολος, *falso apostolo. Tertull. Præscript.* 4. Qui pseudapostoli, nisi adulteri euangelizatores? Adde *eumd. Resurr. carn.* 24. et 4. *advers. Marcion.* 3.; et *Vulgat. interpr.* 2. *Cor.* 11. 13.

PSEUDĒNĒDRUS, i, m. 2. *insidiatore occulto*, ψευδένεδρος, fictus insidiator. *Firmic.* 3. *Mathes.* 8. *n.* 7. *extr.*

PSEUDĬSŌDŎMUS, i. *V.* ISODOMUS.

PSEUDŌBAPTIZĀTUS, a, um, adject. male baptizatus. *Cyprian. Sent. Novat. in Concil. Carth.* Qui pseudobaptizati videntur, debere eos in fonte perenni baptizare.

PSEUDŌBŪNION, ii, n. 2. ψευδοβούνιον, *navone bastardo*, herba napi folia habens, fruticans palmi altitudine. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 16. 96. (153). *V.* BUNIAS.

PSEUDŌCĂLĬDUS, a, um, qui videtur calidus, calorem mentiens. *Marcell. Empir. c.* 8.

PSEUDŌCŌMĪTĀTENSES, ium, m. plur. falsi comitatenses. *Cod. Theod.* 8. 1. 10. Pseudocomitatensium etiam quaternæ annonæ.

PSEUDŌCĀTO, ōnis, m. 3. qui falso Cato videri cupit, Catonis falsus imitator. *Cic.* 1. *Att.* 14. *ad fin.* Bonis utimur tribunis plebis, Cornuto vero pseudocatone. *h. e.* C. Cæcilio Cornuto, qui trib. pleb. fuit an. U. C. DCXCIII., prætor an. DCXCVII. ex *Cic. post red. in senat.* 9. 22. et proprætor Bithyniæ an. DCXCVIII. ex nummo apud *Morell. Thes. Fam.* e G. Cæcilia *tab.* 1. *B.*

PSEUDŌCHRISTUS, i, m. 2. Ψευδόχριστος, *Anticristo, falso Cristo.* Habet *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 3.; et *Vulgat. interp Matth.* 24. 24. *et Marc.* 13. 22

PSEUDŌCŸPĔRUS *et*

PSEUDŌCŸPRUS, i, ψευδοκύπερος. frutex cypero similis, celerrime proveniens. *Plin.* 17. *Hist nat.* 13. 20. (95). et 34 *ibid* 13. 35. (133).

PSEUDŌDĔCĪMĬĀNA Pira, decimianis piris similia, apud *Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 16. (54) *V.* DECIMIANUS.

PSEUDŌDĬĀCŌNUS, i, m. 2. ψευδοδιάκονος, falsus diaconus. *Hieronym. Ep.* 143. *n.* 2

PSEUDŌDICTAMNUM, i, n. 2 *et* pseudodictamnos, i, f. 2. (Fem. gen. legitur apud *Apul. Herb.* 62.). Est herba dictamno similis, ψευδοδάκταμνον, *dittamo bastardo. Plin.* 25. *Hist. nat.* 8. 53. (92). Pro eo (*dictamno*) est et pseudodictamnum, multis in terris nascens, folio simile, ramulis minoribus, a quibusdam chondris vocatum. Adde *eumd.* 26. *ibid.* 15. 90. (154).; et *Cœl Aurel.* 3. *Tard.* 5.

PSEUDŌDIPTĔROS, a, um, adject. ψευδοδίπτερος, ita ædes dicitur a *Vitruv.* quæ dipteros quidem videtur, sed vere non est, aliquo columnarum ordine sublato. V. *eumd.* 3. *præf.* et 3. 1. *et* 2. *V.* DIPTEROS

PSEUDŌEPISCŌPUS, i, m. 2. ψευδοεπίσκοπος, falsus episcopus. *Cyprian. Ep.* 55. *post med.*

PSEUDŌFLĀVUS, a, um, adject. color, a flavo degenerans, quasi leoninus. *Marcell. Empir.* 8. *a med.*

PSEUDŌFŌRUM, i, n. 2. idem ac pseudothyrum: vox hybrida; a ψεῦδος *mendacium* et foris, *h. e.* janua. *Sulpic. Sev. Dial.* 3. 14. Vidi postea ad pseudoforum monasterii ipsius adductum energumenum. *Venant. Vit. S. Martin.* 4. 388. Namque ad pseudoforum cellæ dum accederet æger. *Ubique tamen rectius legendum* pseudophorum, *quod est Gr.* ψευδόφορον, *eodem sensu.*

PSEUDŌGRĀPHĬA, æ, f. 1. ψευδογραφία, falsa descriptio. *Boeth. Aristot. Topic.* 5. *p.* 698. Non enim est proprium, quod positum est esse pro prium, ut, quia de geometra non verificatur indeceptibilem esse ab oratione (nam decipitur geometer quum pseudographiam facit) non erit hoc scientis proprium non decipi ab oratione. Adde *eumd. ibid. p* 741.

PSEUDŌGRĀPHUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ψευδόγραφος, *h. e.* falso inscriptus. *Cassiod. Instit. divin. litter.* 5. *a med.* Sæpe dictus Hieronymus asserit, Sapientiæ librum non a Salomone, ut usus habet, sed a Philone doctissimo quodam Judæo fuisse conscriptum, quem pseudographum prænotavit, propterea quod usurpationem nominis portat alterius. *Hieronym.* enim hæc habet in *Comment.* in *Zachar.* 12. 9. Unde et in Sapientia, quæ Salomonis inscribitur (si cui tamen placet librum recipere) scriptum reperimus etc. ¶ 2. Item est ψευδογραφος, *h. e.* falsa describens. *Boeth. Aristot. Topic. l.* 1. *p.* 662. Syllogismus pseudographus. *et ibid. p.* 742. Contentiosa (*oratio*) sic se habens ad dialecticam, ut pseudographa ad geometriam.

PSEUDŌLĪQUĬDUS, a, um, adject. *mezzo liquido*, liquido similis. *Marcell. Empir.* 16. *ante med.* Mellis adjicitur, quantum sufficiat, ut sit pseudoliquidum. *et paullo post.* Hæc trita permiscentur, ut pseudoliquida sint, et per cochleare dantur.

PSEUDŌLUS *et* Pseudŭlus i, m. 2. servi veteratoris, et fraudulenti nomen: a ψευδής *falsus, mendax.* Titulus est unius ex Plautinis comœdiis, quam laudat *Cic. Senect.* 14. 50.

PSEUDŌMĀGISTER, tri, m. 2. falsus magister; est *Hieronym.* in II. *Ephes.* 4. 11.

PSEUDŌMĒNOS *et* pseudŏmĕnus, i, m. 2. ψευδόμενος, mentiens, captiosus, falsus, fictus. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 48. 147. De oculorum, sensuumque reliquorum mendaciis, et de sorite, aut pseudomeno. Adde *Hortensii fragm.* apud *Non. p.* 329. 19. *Merc.* Est autem captiosum quoddam genus syllogismi, quo facile adversarii in disputando captantur; cujus meminit etiam *Seneca Ep.* 45. *a med.* Cf. *Gell.* 9. 16.; et *V.* MENTIENS et CERATINÆ *ad fin.* — Græce habet *Cic.* 2. *Divinat.* 4. 11.

PSEUDŌMŌNĂCHUS, i, m. 2. ψευδομόναχος, falsus monachus. *Hieronym. Ep.* 57. *n.* 2. Quidam pseudomonachus vel accepta pecunia, vel gratuita malitia, compilatis chartis ejus et sumptibus, Judas factus est proditor.

PSEUDŌNARDUS, i, f. 2. ψευδοναρδος, *nardo bastardo. Plin.* 12. *Hist. nat.* 12. 26. (43). *de nardo.* Adulteratur et pseudonardo, herba, quæ ubique nascitur, crassiore atque latiore folio, et colore languido in candidum vergente.

PSEUDŌPĂTUM, i, n. 2. ψευδόπατον, falsum, seu fictum tabulatum, vel pavimentum in ædificiis: a ψευδής *fictus* et πατέω *calco. Imp. Zeno Cod.* 8. 10. 12.

PSEUDŌPASTOR, ōris, m. 3. falsus pastor, est *Hieronym.* in II. *Ephes.* 4. 11.

PSEUDŌPĔRIPTĔRUS, a, um, *et rectius* pseudoperipteros, on, adject. falsos ordines, seu latera habens, ψευδοπερίπτερος, ut Genus figuræ pseudoperipterum, *Vitruv.* 4. 7. *ad fin.*

PSEUDŌPHĬLIPPUS, i, m. 2. Ψευδοφίλιππος, fictus Philippus. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 33. 90.; *Vellej.* 1. 11 1., *Flor.* 2. 14.; *Val. Max.* 7. 5. *n.* 4.; *Epit. Liv.* 49.; et *Lamprid. Elagab.* 8. *V.* ANDRISCUS et MACEDONICUS in ONOM.

PSEUDŌPHŌRUM, i, n. 2. ψευδοφορον. *V.* PSEUDOFORUM.

PSEUDŌPORTĬCUS, i, f. 2. *falso portico.* Vox hybrida: a ψευδής *falsus*, et *porticus. Plin.* 6. *Hist nat* 27 31. (140). Oppidum maritimum etiam inde pseudoporticus habuit. *Harduinus leg.* maritimum etiam ipsa inde portum habuit: *alii aliter. Locus corruptus est, et conjecturarum, quæ hucusque prolatæ sunt, nulla satisfacit.*

PSEUDŌPRESBŸTER, tĕri, m. 2. ψευδοπρεσβύτερος, falsus presbyter. *Ambros. Serm.* 50. Susannam pseudopresbyteri arguunt.

PSEUDŌPRŌPHĒTA, æ, m. 1. *falso profeta*, ψευδοπροφήτης. *Tertull. advers. Hæret.* 4.; et *Vulgat interpr. Zach.* 13. 2., *Matth.* 24. 11., *Marc.* 13. 22. et alibi sæpe.

PSEUDŎPRŎPHĒTĪA, æ, f. 1. *falsa profezia*, ψευδοπροφητεία. *Tertull. Jejun.* 11.

PSEUDŎPRŎPHĒTĪCUS, a, um, adject. ficte propheticus, prophetico similis, ut Pseudopropheticus spiritus, apud *Tertull. Pudic.* 21.

PSEUDŎPRŎPHĒTIS, idis, f. 3. *falsa profetessa*, ψευδοπροφῆτις. *Tertull. Anim.* 57. Eumdem spiritum in pseudoprophetide mentiri.

PSEUDŌSĔLĪNUM, i, n. 2. ψευδοσέλινον, herba, pentaphyllon, quinquefolium. *Apul. Herb.* 2.

PSEUDOSERICUS, a, um, adject. qui sericum imitatur, idem fortasse ac subsericus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 159.

PSEUDOSMĂRAGDUS, i, m. 2. ψευδοσμάραγδος, lapillus smaragdo similis, h. e. ex dimidia parte smaragdus, ex dimidia iaspis, ut ait *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 19. (75).

PSEUDOSPHEX, ēcis, f. 3. ψευδόσφηξ, vespa quædam, quæ singularis volitat. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 11. 30. (98).

PSEUDŌSŸNŎDUS, i, f. 2. ψευδοσύνοδος, non legitima synodus. *Augustin.* in *Psalm.* 56. Qui pseudosynodum habuere in caverna Susis.

PSEUDŌTHŸRUM, i, n. 2. ostium occultum et tectum in postica ædium parte, *h. e.* janua fictitia (*V.* PSEUDOFORUM), ψευδοθυρον, *l'uscio di dietro della casa, porta secreta. Virg.* 2. *Æn.* ita explicat *v.* 453. Limen erat, cæcæque fores postesque relicti A tergo. *V.* POSTICUS.

I.) Proprie. *Ammian.* 14. 1. Per Palatii pseudothyrum introducta.

II.) Translate est modus secretus. *Cic.* 4. *Verr.* 20. 50. Numerantur illa HS. CCL. Syracusanis. Ea quemadmodum ad istum postea per pseudothyrum revertantur, tabulis vobis et testibus planum faciam. *Id. post red. in Senat.* 6. 14. Idem domi quam intemperans! non janua receptis, sed pseudothyro intromissis voluptatibus.

PSEUDŌURBĀNUS, a, um, adject. *Pseudourbana ædificia* apud *Vitruv.* 6. 8. *sub fin.* sunt in villa ea pars ædium, quæ in usum domini rusticantis exstructa est, quod urbani ædificii elegantiam imitetur. Villa enim omnis, ut ait *Colum.* 1. *R. R.* 6. 1., dividitur in tres partes, urbanam, rusticam et fructuariam.

PSĬATHĬUM, ii, n. 2. ψιάθιον, tegeticula, parva storea: a ψιάθος *storea. Hieronym. præf.* in *Reg. S. Pachom. n.* 4. Nihil habent (*monachi*) in cellulis præter psiathium, et duo levitonaria. *et n.* 88. Præter psiathium, id est mattam, in loco cellulæ ad dormiendum nihil aliud omnino substernet.

PSĪLA, æ, f. 1. ψιλή, *velluto*, a ψιλός *rasus, lævis*; vestis est, seu pannus, una parte villosus, altera rasus. *Lucilius* apud *Non. p.* 540. 26. *Merc.* Psilæ, atque amphitapæ, villis ingentibus molles. *V.* AMPHITAPA.

PSĪLE, es, f. 1. ψιλή (*scil.* γραμμή) linea, seu signum spiritus lenis in prosodia. *V.* DASIA; et adde *Priscian. de accent. p.* 1287.; et *Phocam p.* 1724. *Putsch.*

PSĪLŌCĪTHĂRISTA. *V.* CHOROCITHARISTA.

PSĪLŌGRAMMUS, a, um, adject. ψιλόγραμμος, qui leviter scriptus est. *Frontin. de colon. p.* 112. *Goes.* Si psilogrammus fuerit terminus. *At* Lachmann. *rectius legit* tysilogramus.

PSĪLŌTHRO, as, are, a. 1. pilos e corpore per psilothri medicamentum exstirpo. *Plin. Valer.* 3. 52. Hoc peruncti psilothrantur.

PSĪLŌTHRUM, i, n. 2. ¶ 1. Est unguentum pilis detrahendis aptum, quo mulieres virique molliores utebantur, ut corpus glabrum et læve redderent, ψίλωθρον, *merdocco. Martial.* 6. 93. Psilothro nitet, aut acida latet oblita creta. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 10. 47. (79). Lacrima hederæ psilothrum est. *et ibid.* 9. 37. (58). Amerinæ nigræ semen cum spuma argenti pari pondere, a balneo illitum, psilothrum est. *Id.* 32. *ibid.* 9. 47. (135). et (136). varia psilothri genera enumerat. *Lamprid. Elagab.* 30. Barbam psilothro accurans. ¶ 2. *Psilothrum* præterea dicitur vitis alba, quod ejus semen et uva vitis cutis in facie detergeat, et quasi faciem depilet. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 16. (21). Vitis alba est, quam Græci ampeloleucen, alii psilothrum, alii madon appellant.

PSIMMŸTHĬUM, ii, n. 2. cerussa, ψιμμύθιον: a ψίμμυθος, *cerussa, biacca. Plin.* 34. *Hist. nat.* 18. 54. (175). Psimmythium quoque, hoc est cerussam, plumbariæ dant officinæ, laudatissimam in Rhodo. Fit autem ramentis plumbi tenuissimis super vas aceti asperrimi impositis atque ita destillantibus. Quod ex eo cecidit in ipsum acetum, arefactum molitur et cribratur, iterumque aceto admixto in pastillos dividitur et in sole siccatur æstate. Fit et alio modo: addito urceos aceti plumbo obturatos per dies decem, derasoque ceu situ, ac rursus rejecto, donec deficiat materia. Quod derasum est, teritur et cribratur, et coquitur in patinis, misceturque rudiculis, donec rufescat, et simile sandaracæ fiat: dein lavatur dulci aqua, donec nubeculæ omnes eluantur. Siccatur similiter postea, et in pastillos dividitur. Vis ejus ad candorem feminarum. *V. Vitruv.* 7. 12.; et adde *Marcell. Empir. c.* 19. *p.* 112. *retro* ed. *Ald.*

PSĪTHĬA. *V.* PSYTHIA.

PSĪTTA. *V.* PSETTA.

PSITTĂCĪNUS, a, um, adject. a psittaco, ut Psittacinum collyrium, a colore ita dictum, *Scribon. Compos.* 27. et *Marcell. Empir.* 8.

PSITTĂCĬUM, ii, n. 2. idem ac pistacium. Videtur vox corrupta illa fuisse a vulgo, cadente Latinitate, ex imitatione Græcorum; nam etiam *Athenæus, l.* 1. *c.* 17. eod. sensu ψιττάκια habet. *Edict. Dioclet. p.* 17. Nuclei pinei purgati psittaciorum, zizuforum.

PSITTĂCUS, i, m. 2. *pappagallo*, ψίττακος, avis Indica, ab urbe, unde oriunda est, nomen habere videtur, nam legitur apud *Stephan. Byzant.* Ψιττακή, πόλις παρὰ τῷ Τίγριδι. De ipsa ita *Plin.* 10. *Hist. nat.* 42. 58. (117). Super omnia humanas voces reddunt psittaci quidem etiam sermocinantes. India hanc avem mittit, sittacen vocat, viridem toto corpore, torque tantum miniato in cervice distinctam. Imperatores salutat, et quæ accipit verba, pronunciat: in vino præcipue lasciva. Capiti ejus duritia eadem, quæ rostro. Hoc, quum loqui discit, ferreo verberatur radio: non sentit aliter ictus. Quum devolat, rostro se excipit, illi innititur, levioremque se ita pedum infirmitati facit. Hæc *Plin.* Etiam a *Solin.* 52. 43.-45. et ab *Apul. Florid. n.* 12. accurate describitur. *Pers. prol.* 8. Quis expedivit psittaco suum χαῖρε? — De morte psittaci est *Statii* silva quarta *l.* 2., et *Ovidii* elegia sexta *l.* 2. *Amor.*

PSŌĂDĬCUS, a, um, adject. *Cœlii Aurel.* 5. *Tard. c.* 1. inscribitur *De ischiadicis, et psoadicis*, h. e. bis, qui clunium dolore laborant. Nam musculos clunium sub spinæ finem ex interioribus atque exterioribus adhærentes, psoas vocaverunt, ut *ibid.* dicitur. ψόας, et ψοιάς Græci vocant.

PSŌE. *V.* vocem præced.

PSŌALGĬCUS, a, um, adject. ψοαλγικός, ad clunium dolores pertinens. *Theod. Priscian.* 2. 34. Hæc etiam psoalgicis rite conveniunt, quibus lumbi (Gr. ψόαι) dolore consueverunt.

PSŌLĒOS, ei, m. 2. *V.* voc. seq.

PSŌLŌIS, entis, adject. ψολοεις, εντος, fumidus, ardens: a ψόλος *fumus, flamma. Auct. Priap.* 69. Psoleon ille (*Homerus*) vocat, quod nos psoloenta vocamus. Sed, quum apud *Homerum* nusquam occurrat vox ψώλεον, nec Græca quidem sit, probanda est lectio *Gronovii* ex MSS. ita legentis: *Ille vocat, quod nos psolon, psoloenta ceraunon.* Nimirum ex *Odyss. l.* 24. *v.* 539. ubi Καὶ τότε δὴ Κρονίδης ἀφιεὶ ψολόεντα κεραυνόν. *Psolon* autem est a ψωλός *titio*, quæ quidem vox ejusdem fere est pronunciationis ac ψωλή *mentula*, quæ quamdam cum fulmine, toties in antiquis monumentis repræsentato, similitudinem habet. — Sequitur alter versiculus *ibid.* Id, quod nos culum, culeon ille vocat. *Culeon* vero est κουλεὸν *vagina* in illo *Homer. Iliad. l.* 1. *v.* 221. Ἀψ δ' ἐς κουλεὸν ὦσε μεγα ξιφος: ubi κουλεὸν translatum et obscænum sensum habet, ut vagina in illo *Plauti Pseud.* 4. 7. 85. Conveniebat ne in vaginam tuam machæra militis? Itaque videtur obscænus hic poeta priore quidem versiculo sub imagine fulminis mentulam pædiconis, sub vaginæ vero pudicam pueri patrici satis aperte adumbrasse; quod nimirum patet etiam ex distícho sequenti, cujus interpretationem habes in *V.* SMERDALEOS. — Recentiores tamen multi vulgatam lectionem tuentur.

PSŌLOS, i, m. 2. ψωλός, titio. V. vocem præced.

PSŌRA, æ, f. 1. *tigna*, ψώρα, scabies, asperitas cutis: a ψάω *scalpo, rado. Plin.* 20. *Hist. nat.* 1. 2. (4). Arida cum resina impetiginem et scabiem, quæ psoram et lichenas vocant, parotidas et panos sanat. *et ibid.* 5. 20. (41). Alopecias fricuere et psoras tusis cæpis. *Id.* 22. *ibid.* 22. 32. (72). Lichenas, psoras, lepras radice in aceto decocta tolli.

PSŌRANTHĒMIS, idis, f. 3. ψωρανθεμίς, herba quædam, rorismarini species, infructuosa. *Apul. Herb.* 79.

PSŌRĪCUS, a, um, adject. ψωρικός, ad psoram pertinens, ut Psoricum medicamentum, *Plin.* 34. *Hist. nat.* 12. 29. (119). collyrium, *Scribon. Compos.* 32. h. e. quod scabrosis palpebris, aut oculorum angulis medetur. *Cels.* 6. 6. *n.* 31 Nulla per se materia est, quæ psoricum nominetur: sed chalcitidis aliquid et cadmiæ dimidio plus ex aceto simul conteruntur, idque in vas fictile inditum, et contectum ficulneis foliis sub terra reponitur diebus viginti, et rursus sublatum teritur: et sic appellatur psoricum. *V.* XEROPHTHALMIA.

PSŸCHĪCUS, a, um, adject. ψυχικός, animalis: a ψυχή *anima. Psychici* vocantur homines animales et carnales, qui non capiunt ea, quæ spiritus sunt, secundum illud *Pauli* 1. *Cor.* 2. 14. ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ. *Tertull. Monog.* 1. *init.* Hæretici nuptias auferunt, Psychici ingerunt. Illi nec semel, isti non semel nubunt. *et mox.* Verum neque continentia ejusmodi laudanda, quia hæretica est, neque licentia defendenda, quia Psychica est. *Id. de jejunio* adversus eosdem scripsit, quem consule sis.

PSŸCHŌMĂCHĬA, æ, f. 1. ψυχομαχία, h. e. pugna animi, seu animæ: a ψυχή *anima* et μάχη *pugna*. Ita inscribitur a *Prudentio* carmen, in quo pugnam virtutum et vitiorum describit.

PSŸCHŌMANTĪUM *et* **psȳchŏmantēum**, ii, n. 2. ψυχομαντεῖον, a ψυχη *anima* et μαντεία *divinatio*, erat locus, ubi Manium fiebat evocatio, ad sciscitandum de statu mortuorum. *Cic.* 1. *Tusc.* 48. 115. Quum graviter filii mortem mœreret, venisse in psychomantium, quærentem etc. *Id.* 1. *Divinat.* 58. 133. Testabor, me non sortilegos, neque eos, qui quæstus causa hariolentur, ne psychomantia quidem agnoscere. Est qui leg. *psychomantiam*, h. e. vaticinationem ex Manibus evocatis.

PSŸCHŌPHTHŌROS, i, m. 2. ψυχοφθόρος, animicida: a ψυχή *anima*, et φθείρω *occido*. Ita appellatur a *Justiniano Cod.* 1. 1. 6. *sub fin.* Apollinarius hæreticus, qui in Christo humanam animam non admittebat.

PSŸCHŌTRŌPHON, i, n. 2. ψυχότροφον, herba, alio nomine vettonica, et serratula. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 8. 46. (84).

PSŸCHRŌLŪSĬA, æ, f. 1. ψυχρολουσία, lavatio in aqua frigida. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 6. *a med.* Convenit etiam psychrolusia, nullis obstantibus, quæ eam prohiberi permittant, *h. e.* adhiberi prohibeant. *Id.* Græcis litteris 5. *ibid.* 7. *a med.* Facienda consuetudo frigidi lavacri, quod Græci ψυχρολουσιαν appellant.

PSŸCHRŌLŪTA, æ, *et* **psȳchrōlūtes**, æ, m. 1. ψυχρολούτης, qui frigida lavat: a ψυχρός *frigidus* et λούω *lavo. Seneca Ep.* 53. Frigidæ cultor mitto me in mare, quomodo psychrolutam decet, gausapatus. *Id. Ep.* 83. Ille tantus psychrolutes, qui in Euripum saltabam. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 11. *n.* 134. Denique psychrolutarum corpora densa sentiuntur.

PSYLLĬON. *V.* CYNOMYIA.

PSŸTHĬA *et* Psithia vitis, et uva, ψυθία, et ψιθία, genus vitis externi soli, h. e. non Itali, ex qua passum optimum fiebat. *Columellæ* 3. *R. R.* 2. 34. est species uvæ Græculæ. *Virg.* 2. *G.* 93. Et passo psythia utilior. *et* 4. *ibid.* 269. vel psythia passus de vite racemos. *Stat.* 4. *Silv.* 9. 38. Vel passum psythiis suis recoctum. *Plin.* docet 12. *Hist. nat.* 27. 60. (130). ex ea et optimum omphacium fieri, detractis acinis, quum sunt ciceris magnitudine. — Hinc

Psythium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est passum e psythia uva. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 9. 11. (80). Psythium et melampsythium passi genera sunt, suo sapore, non vini.

PSŸTHĬUM, ii, n. 2. *et*

PSŸTHĬUS, a, um, adject. *V.* voce præced.

PT

PTARMĬCUS, a, um, adject. πταρμικός, *starnutatorio*, qui sternutamenta excitat. *Theod. Priscian.* 2. 3. Lethargicos frequentibus sternutamentis releves: tunc acerbis adjutoriis ptarmicis imminere nos conveniet. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 15. *a med.* Vexat etiam ptarmicum, quod credidit adhibendum. Adde *eumd. ibid.* 7. et 2. *Tard.* 1.

PTĔ, adjectio syllabica, ut *met, piam, ce, te,* per se quidem nihil significans, aliquid tamen addens voci, cui apponitur. Adjungitur autem ablativis pronominum *meus, tuus, suus, noster, vester*, ut *Priscian.* 12. *p.* 947. *Putsch.* docet: item aliis. *Plaut. Truc.* 2. 5. 18. meapte malitia. *h. e.* mea ipsius. *Id. Pseud.* 3. 2. 14. meopte ingenio. *Cic.* 1. *Nat. D.* 25. 69. Si atomi ferrentur in locum inferiorem suopte pondere. *Id.* 3. *Orat.* 3. 10. Propinquus suus suapte manu interfectus. *di sua propria.* et 2. *ibid.* 23. 98. Suapte natura facere aliquid. *Ter. Phorm.* 5. 2. 1. Nostrapte culpa. *Plaut. Capt.* 2. 3. 11. Tuopte ingenio. In veteri decreto tribunor. pleb. apud *Gell.* 7. 19. Quo minus suapte potestate uti liceat. *Plaut. Men.* 5. 8. 10. Certissimum est, mepte potius fieri servum, quam te unquam emittam manu. *Id. Mil. glor.* 2. 4. 38. Quum osculata esset suumpte amicum. *Catull.* 6. 12. Nam ni istapte, valet nihil tacere. *Alii aliter leg.*

PTĔRIS, idis, f. 3. πτερίς, species filicis, sic dicta a πτερὸν *ala*, quod folia expansa habet in alarum similitudinem. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 9. 55. (78). Pterin Græci vocant, alii blachnon, cujus ex una radice complures exeunt filices, bina etiam cubita excedentes, non graves odore. Adde *Apul. herb.* 76.; et *Marcell. Empir. c.* 25. *p.* 121. *retro* et *c.* 28. *p.* 128. *retro* ed. *Ald.*

PTERNIX, icis, f. 3. πτέρνιξ, caules rectus cacti fruticis: nam alii idem ac frutex nomen habent. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 16. 57. (97). Unum caulem rectum habent, quem vocant pternica. *Pternica* est Accusativus Græcæ positionis.

PTĔRŌMĂ, ătis, n. 3. πτέρωμα, in ædificiis est veluti ala (πτερὸν enim ala est) utrinque in fronte ædis apposita ex columnis, aut pariete. *Vitruv.* 3. 2. et 4. 4. *et* 7.

PTĔRON, i, n. 2. πτερόν, idem quod pteroma, in voce præced. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (30). ubi agit de Mausoli opere. *et ibid.* 13. 19. (88). ubi de labyrintho Cretæ et ædificiorum molibus circa adjectis.

PTĔRŌNITHĪCUS. *V.* PENTETHRONICUS.

PTĔRŌTUS, a, um, *et* ptĕrōtos, on, adject. πτερωτός, alatus. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 26. 66. (195). Calices duos, quos appellabant pterotos. *h. e.* duobus utrinque ansis, quasi alis instructos. *At* Sillig. *legit* petrotos.

PTĔRŸGĬUM, ii, n. 2. πτερύγιον, Græce parvam alam, vel pinnulam significat, deminut. a πτέρυξ. ¶ 1. Significat morbum oculorum, qui Latine *unguis* appellatur, h. e. membranula nervosa, quæ oriens ab angulo, nonnunquam ad pupillam quoque pervenit, eique officit. Sæpius a narium, interdum etiam a temporum parte nascitur. Ita *Celsus* 7. 7. *n.* 4., ubi ejus etiam curandi, excidendique rationem tradit. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 10. 23. (105). Cadmia pterygia et sordes oculorum purgat. Adde *eumd.* 32. *ibid.* 7. 24. (72). ¶ 2. Item digitorum, quum ab unguibus caruncula recedit magno cum dolore, ut ait *Cels.* 6. 19., recedit, inquam, hoc est excrescit, et ab ungue diducitur, ejusque partem aliquando operit. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 12. 37. (111). Reduvias, et quæ in digitis nascuntur pterygia, tollit canini capitis cinis. Adde *eumd.* 24. *ibid.* 4. 5. (9). et 26. *ibid.* 5. 14. (26). et 27. *ibid.* 4. 5. (20). etc. ¶ 3. In beryllis sunt nubeculæ instar pterygiorum in unguibus. *Id.* 37. *ibid.* 5. 20. (79).

PTĔRŸGŌMĂ, ătis, n. 3. πτερύγωμα, pegma quoddam in modum alæ constans transversis et arrectis lignis, continensque nervos, quibus brachia machinæ continentur. *Vitruv.* 10. 17. *a med.*, ubi alii aliter leg.

PTĬSĂNA, æ, f. 1.

I.) Proprie est hordeum, quum tundendo a cortice spoliatum est, πτισάνη et πτισσάνη: a πτίσσω *tundo, decortico. Cels.* 2. 18. *a med.* Quum panificia omnia firmissima sint, elota tamen quædam genera frumenti, ut alica, oryza, ptisana, vel ex iisdem facta sorbitio, vel pulticula, imbecillissimis annumerari potest. *Martial.* 12. 72. Frumentum, milium, ptisanamque, fabamque solebas Vendere. Adde *Cels.* 2. 24. Et *Tertull. Apolog.* 50. *ante med.* Anaxagoras quum in exemplum ptisanæ pila contunderetur etc.

II.) Translate est Italice *orzata*, succus ex oryza, vel hordeo pisto, et a cortice purgato confectus, cujus usus validissimus saluberrimusque tantopere probatur, inquit *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 15. (75)., ut Hippocrates unum laudibus ejus volumen dicaverit. *Id. ibid.* 13. (71). Indi maxime oryza gaudent, ex qua ptisanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo. Adde *Varron.* apud *Non. p.* 550. 19. *Merc.*

PTĬSĂNĀRĬUM, ii, n. 2. deminut. ptisanæ, *decotto, o sugo d'orzo, o riso*, sorbitio, vel pulticula ex ptisana, vel oryza. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 155. Tu cessas? agedum, sume hoc ptisanarium oryzæ.

PTŌCHĒUM *et*

PTŌCHĪUM, ii, n. 2. πτωχεῖον, *et*

PTŌCHŌTRŌPHĒUM *vel*

PTŌCHŌTRŌPHĪUM, ii, n. 2. *spedale da poveri*, πτωχοτροφεῖον, locus in quo degunt et aluntur pauperes: a πτωχός *pauper* et τρέφω *nutrio. Imp. Zeno Cod.* 1. 2. 15. et *Imp. Justinian. ibid.* 19.

PTŌCHŌTRŌPHUS, i, m. 2. *spedaliere di poveri*, πτωχοπρόφος, qui pauperes alit: a πτωχός *pauper* et τρέφω *nutrio.* Inscribitur in *Cod.* 1. *tit.* 3. De Episcopis, et clericis, orphanotrophis, brephotrophis, ptochotrophis, etc.

PTŌLĔMÆUM, i, n. 2. πτολεμαῖον, Ptolemæorum sepulcrum. *Sueton. Aug.* 18. Consultusque, num et ptolemæum inspicere vellet, regem se voluisse ait videre, non mortuos.

PTŸAS, ădis, f. 3. πτυάς, genus aspidis venenum in oculos hominum exspuentis, ut ait *Plin.* 28. *Hist. nat.* 6. 18. (65). a πτύω *exspuo.* Adde *eumd.* 31. *ibid.* 6. 33. (65).

PTYGMA, ătis, n. 3. πτύγμα, sinus rei complicatæ, a πτύσσω *plico. Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *n.* 110. Tunc imponenda ptygmata multiplicia. *h. e.* panniculi complicati. *Id.* 2. *ibid.* 13. Erunt apponenda ptygmata ex supradictis liquoribus infusa.

PU

PŪBĒDA, æ, m. 1. pubescens puer, pubes. *Capell.* 1. *p.* 12. et 9. *p.* 308. et in *Gloss. Isid.*, ubi et *pubeda*, et *pubeta* ponitur. At unice legendum *bupœda*, nempe a βουπαις, αιδος *grandis puer*; a βοῦ particula intentiva (*V.* BŪ), et παῖς *puer*. Hæc cl. *Forcellinus.* At *Capell. loc. cit.* ait: Pubeda vixdum vel paterna contremens præcepta. et *Gloss. Isid.* et *Gloss. Pith.* Pubeta vel pubeda, adolescens. *Thom. Thes. novæ Latinit.* ed. *A. Maio.* Hic pubeta, æ, juvenis; quod etiam Hic pubeda dicitur (et priorem *Capellæ* locum citat). Itaque rectius videtur *pubeda* a *pube* derivandum.

PŪBENS, entis, particip. a *pubeo.*

I.) Proprie qui pubem emisit, pubes, adolescens, ephebus, ἡβῶν, *chi è nella pubertà. Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 142. Sunt mihi pubentes alto de semine fratres, Pignora cara Probi. *Auson. Edyll.* 12. *in monosyllab. de membr.* 2. Pubentes annos robustior anticipat vox.

II.) Translate, lanuginem emittens: quod in herbis signum maturitatis est. *Virg.* 4. *Æn.* 514. et 3. *G.* 126. Pubentesque secant herbas. *Auson. Epist.* 2. 14. pubentes salicum frondes. *Id. Edyll.* 10. 203. Stringunt attonsis pubentia gramina pratis. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 129. Pubentesque rosæ primos moriuntur ad Austros. *h. e.* jam expansæ et suam pulcritudinem ostentare incipientes.

PŪBĔO, es. *V.* PUBESCO init.

PŪBER. *V.* PUBES, eris.

PŪBĔRĀLE, is, n. 3. os quod dicimus pubis. *Gloss. Cyrill.* Εφηβαιον, puberale. Aliter *Gloss. Philox.* Puberale, εφήβειον. *forte* εφηβεῖον.

PŪBĔRESCO, is, ere, n. inchoat. 3. puber fio. *Gloss. Lat. Gr.* Puberesco, ἡβάζω.

PŪBERTAS, ātis, f. 3. (pubes).

I.) Proprie ætas, in qua pubes enascitur: quæ in maribus decimusquartus est annus, duodecimus in feminis, ut præter alios *Macrob.* 7. *Saturn.* 7. et *Festus p.* 250. 6. *Müll.* docent. *Sueton. Domit.* 1. Pubertatis et primæ adolescentiæ tempus. *Justin.* 9. 6. 5. Primis pubertatis annis. *Id.* 23. 1. 8. Ab initio pubertatis. *et* 35. 2. 2. Annos pubertatis egressus. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 95. (154). Circa pubertatem. *Modestin. Dig.* 1. 7. 40. Utique plena pubertate, id est decem et octo annis, præcedere debet.

II.) Translate. ¶ 1. De hominibus est ipsa pubes, ἥβη, *pubertà. Cic.* 2. *Nat. D.* 33. 86. Ut si qui dentes et pubertatem natura dicat exsistere, ipsum autem hominem, cui ea exsistant, non constare natura. Adde *Plin.* 7. *Hist. nat.* 16. 17. (76). et 21. *ibid.* 26. 97. (170). ¶ 2. Similiter de arboribus. *Plin.* 23. *Hist. nat. proœm.* 4. (7). Omphacium qua fieret ratione, incipientis uvæ pubertate, docuimus. *h. e.* in prima lanugine, ut *Id.* loquitur 12. *ibid.* 27. 60. (131). ¶ 3. Item ipsi puberes, *gioventù. Val. Max.* 2. 1. *sub fin.* Pubertas canis suum honorem reddebat. ¶ 4. Item generandi facultas, quæ cum pubertate incipit. *Tac. Germ.* 20. Sera juvenum venus, eoque inexhausta pubertas. ¶ 5. *Pubertas animalis* est pudor, qui oritur pubertatis tempore; *carnalis*, quæ est ipsa pubes. *Tertull. Anim.* 38. Pubertatem quoque animalem eam carnali dicimus convenire, pariterque et illam suggestu sensuum, et istam processu membrorum exsurgere a quartodecimo anno. *et mox.* Ab his autem annis et suffusior et vestitior sexus est. *h. e.* pudore magis obnoxius, et pube magis vestitus est.

PŪBES *et* PUBER, ĕris, adject. Pro altera positione recti casus *puber Festus p.* 250. 6. *Müll.* Pubes et puber, qui jam generare potest. *Catull.* 63. 63. Ego puber, ego adolescens, ego ephebus, ego puer. Ita leg. *Scalig.* Alii apud *Fest.* omittunt τὸ *puber*, et apud *Catull.* leg. *Ego mulier, ego adolescens.* Nihilominus quidam apud *Priscian.* 6. *p.* 707. *Putsch. puber* agnoscunt: *Cæsar* autem *ibid.* non *pubes*, neque *puber*, sed *pubis, puberis* declinat: quo modo usurpasse aliquoties *Prudentium*, observat *Nicol. Heins.* ex MSS. — Pubes est qui pubem in inguinibus habet, qui generare potest, et arma ferre, ἡβῶν, ἡβητης, ἔφηβος, *chi è nella pubertà.* Talis est puer ab annis quatuordecim, inquit *Festus p.* 250. 6. *Müll.*, femina a duodecim.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Crassus* apud *Cic.* 2. *Orat.* 55. 224. Quod nisi puberem te jam haberet, etc. *Nepos Dion.* 4. Nam puero, priusquam pubes esset, etc. *Liv.* 1. 3. Id imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit.

¶ 2. Latiori sensu *puberes* interdum dicuntur adolescentes, juvenes, arma ferre qui possunt, *gioventù*. *Cæs.* 5. *B. G.* 54. Hoc more Gallorum est initium belli, quo lege communi omnes puberes armati convenire coguntur. *Id.* 3. *B. C.* 9. Ad extremum auxilium descenderunt, servosque omnes puberes liberaverunt. *Tac.* 13. *Ann.* 39. Capta escensu munimenta, omnesque puberes trucidati sunt: et imbelle vulgus sub corona venumdatum. ¶ 3. Interdum significant quoscumque pueritiam egressos et pube vestitos, sive juvenes sint, sive senes. *Sall. Jug.* 26. Dein omnes puberes Numidas, et negotiatores promiscue, uti quisque armatis obvius, interfecit. *Cæs.* 2. *B. C.* 13. Ne gravius permoti milites et defectionis odio, et contemptione sui, omnes puberes interficerent.

II.) Translate. *Virg.* 12. *Æn.* 413. *de dictamno.* Puberibus caulem foliis, et flore comantem. *h. e.* lanuginosis. *Servius* exponit adultis. *h. e.* maturis. *Fronto* 4. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *ep.* 4. Istas uvas multo commodius passas, quam puberes manducare.

PŪBES, is, f. 3. *Pubis* in recto sing. *Prudent.* 7. *Cathemer.* 162. Jejuna mensas pubis omnis liquerat. *Alii leg.* pubes. — Pubes est lanugo et pili, qui in pueris anno decimoquarto, in puellis duodecimo circa inguina enascuntur: est a φοίβη *rutilus crinis*. Etenim *Etymol. M.* Φοῖβαι, αἱ καθαραὶ, καὶ λαμπραὶ τρίχες παρὰ τὸ φοῖβος. *V.* PHŒBUS in ŌNOM. Latini vero sæpissime Græcorum diphthongum οι in u longum mutant, ut a μοῖρα est *murus*, ἥβη (It. *pubertà*; Fr. *poil follet, poil, puberté*; Hisp. *bozo vello, pelo, pubertad*; Germ. *d. Zeichen der Mannbarkeit, d. Barthaare, d. Mannbarkeit*; Angl. *the down or soft hair which begins to grow on young people when they come to the age of puberty*).

I.) Proprie. *Cels.* 7. 19. Si inguen incidendum est, idque jam pube contegitur. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (58). *de Myrone statuario.* Capillum quoque et pubem non emendatius fecisse videtur, quam rudis antiquitas instituisset.

II.) Translate. ¶ 1. De pilis aliorum locorum in corpore. *Capell.* 2. *p.* 34. Deosculata Philologiæ frontem, illic ubi pubem ciliorum discriminat glabella medietas. ¶ 2. Item ipse locus in quo pubes enascitur, inguen, pecten, *pettignone*. *Virg.* 3. *Æn.* 426. Prima hominis facies, et pulcro pectore virgo Pube tenus. *Ovid.* 3. *Amor.* 12. 21. *de Scylla.* Pube premit rabidos inguinibusque canes. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 83. (208). Arteriæ ad pubem tendentes. *Id.* 28. *ibid.* 15.60.(215). Ciet urinam vesica suis imposita pubi. ¶ 3. Item ipsi adolescentes, juventus, juvenum multitudo, pueris ac senibus exceptis, *gioventù*. *Cic. Mil.* 23. 61. Cui senatus totam rempublicam, omnem Italiæ pubem, cuncta populi R. arma commiserat. *Virg.* 8. *Æn.* 518. equites bis centum, robora pubis Lecta dabo. *Tac.* 6. *Ann.* 1. An ego tantum Romanæ pubis, tot egregios exercitus sterni patiar? *Virg.* 5. *Æn.* 573. Cetera Trinacriis pubes senioris Acestæ Fertur equis. *Liv.* 1. 9. Ægre id Romana pubes passa, et haud dubie ad vim spectare res cœpit. ¶ 4. Quamvis pubes propria hominis sit: solus enim pubescit, ut ait *Plin.* 11. *Hist. nat.* (229). 39. 94., poetice tamen et de brutis dicitur, ut de juvencis *Virg.* 3. *G.* 174. pubi indomitæ non gramina tantum etc. ¶ 5. Universim homines, populus, plebs, *popolo, gente, uomini*. *Virg.* 7. *Æn.* 219. Ab Jove principium generis: Jove Dardana pubes Gaudet avo. *Id.* 1. *G.* 343. Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret. Adde *Horat., Catull., Ovid., Tibull.* Hinc *pube præsente*, populo præsente, ut *Paul. Diac. p.* 252. 7. *Müll.* docet, συνεχῶς ab iis, qui puberes sunt, omnem populum significans. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 123. Nunc ne quis dictum sibi neget, dico omnibus, pube præsenti, in contione, omni populo, etc.

PŪBESCO, bescis, bŭi, bescere, n. inchoat. 3. Sunt qui perfectum *pubui* a præsenti *pubeo* deducunt. — Part. *Pubescens* I. et II. 1. 2. — Pubesco est pubem emittere incipio, pubes fio, pubertatem ingredior, ἡβάω, ἡβάσκω (It. *comincio ad essere nella pubertà*; Fr. *se couvrir de poil follet, être pubère*; Hisp. *ser adolescente, entrar en pubertad*; Germ. *mannbar werden*; Angl. *to begin to have the first down or soft hair, arrive at the age of puberty*).

I.) Proprie. *Liv.* 8. 8. Flos juvenum pubescentium ad militiam. *Cic.* 1. *Off.* 32. 118. Herculem, quum primum pubesceret, exisse etc. *Petron. Satyr.* 119. male pubescentibus annis Subripuere viros. *Virg.* 3. *Æn.* 491. Et nunc æquali tecum pubesceret ævo. *Lucret.* 5. 672. et impubem molli pubescere veste. *Sil. It.* 16. 678. puer vix pubescente juventa. *Id.* 3. 79. ubi flore novo pubescet firmior ætas, Emicet in Martem. *Ulp. Dig.* 37. 10. 3. *a med.* Si duo impuberes patiantur status controversiam, et alter eorum pubuerit, exspectari alterius quoque pubertas debet. Adde *Sueton. Tib.* 6. — De lanugine primæ barbæ. *Val. Flacc.* 7. 340. Pubescunt dulces malæ. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 11. et nati modo pubescentia ora. *Capell.* 1. *p.* 3. *de Mercurio.* Ac jam pubescentes genæ seminudum eum incedere non sinebant.

II.) Translate. ¶ 1. De herbis et plantis, quæ adolescunt, et maturitatem assequi incipiunt: quo tempore quædam et lanuginem emittunt. *Ovid.* 3. *Trist.* 12. 7. Prataque pubescunt variorum flore colorum. *Cic.* 1. *Nat. D.* 2. 4. Cæli mutationes, quibus omnia, quæ terra gignit, maturata pubescunt. *et* 2. *ibid.* 19. 50. Pubescunt, maturitatemque assequuntur, quæ oriuntur e terra. *Virg.* 2. *G.* 390. largo pubescit vinea fetu. *Colum.* 4. *R. R.* 28. 1. Medium eorum dierum spatium, quo acini formantur, vinearum nobis aditum negat; quippe florentem fructum movere non expedit: pubescentem vero et quasi adolescentem convenit religare, etc. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 2. 4.(24). Apianis (*vitib.*) apes dedere nomen: ex iis duo genera: lanugine et ipsæ pubescunt. (Hinc *lanatæ* dictæ.) *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 79. nunc omnia fetu Pubescant virgulta. ¶ 2. De aliis rebus. *Id. ibid.* 49. Invalidum dextro portat Titana lacerto Nondum luce gravem, nec pubescentibus alte Cristatum radiis. *h. e.* jam adultis, et plenum fulgorem emittentibus. *Id. de Phœnice* 51. qui sæpe renasci Exitio, proprioque soles pubescere leto. *h. e.* juvenescere. *Macrob.* 7. *Saturn.* 7. Vinum quum in infantia est, dulce; quum pubescit, magis suave, quam dulce. *Ammian.* 27. 5. Pubescente vere. *Id.* 21. 13. Antequam pubescat validius bellum. *Id.* 31. 4. Pubescente jam fide gestorum.

PŪBĒTA. *V.* PUBEDA.

PŪBĒTĒNUS, adverb. idem significat ac divisim pube tenus. *V.* VERTEBROTENUS.

PŪBIS. *V.* PUBES, eris, et PUBES, is.

PŪBLĪCĀNUS, a, um, adject. qui vectigalia, et alios populi, principumve reditus (quæ *publica* absolute dicuntur) exigendos certo constituto pretio redimit, τελώνης, *gabelliere, pedaggiere*. ¶ 1. Adhibetur. — 1.°) Adjective. *Cic.* 5. *Verr.* 34. 78. Mulierculæ publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare. *V.* DECIMANUS. — 2.°) Fere semper substantive, *publicanus*, i. — *a*) Erant publicani equites Romani, qui tributa, et publica vectigalia populi Romani quæstus sui causa conducebant. Adde *Plin.* 33. *Hist. nat.* 2. 8. (23)., *Cic. Planc.* 9., *Rabir. Post.* 2. 73. (ubi tamen alii aliter legunt et quidem rectius). *Dom.* 28. 3.; et *Liv.* 43. 16. — De origine vocis ita *Ulp. Dig.* 39. *tit.* 4. De publican. et vectigal. *l.* 1. Publicani autem sunt, qui publico fruuntur. Jam inde nomen habent, sive fisco vectigal pendant, vel tributum consequantur. Et omnes, qui quid a fisco conducunt, recte appellantur publicani. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 11. Non esse autem leniores in exigendis vectigalibus Græcos, quam nostros publicanos, hinc intelligi potest. *Id. Planc.* 9. 23. Flos enim equitum R., ornamentum civitatis, firmamentum reipubl. publicanorum ordine continetur. — *b*) Neque vero solum publicani vectigalia publica redimebant, sed alia quoque præterea multa, quæ proprie ultro tributa dicuntur. *Val. Max.* 5. 6. *n.* 8. Quum secundo bello Punico exhaustum ærarium ne deorum quidem cultui sufficeret, publicani ultro aditos censores hortati sunt, ut omnia sic locarent, tamquam respublica pecunia abundaret, seque præstituros cuncta; nec ullum assem, nisi bello confecto, petituros polliciti sunt. *Liv.* 25. 3. Item Cethego et Tuditano censoribus redemerunt reficienda, quæ circum forum incendio consumpta erant, septem tabernas, macellum, atrium regium. *Id.* 27. 11. *extr.* Item Catone et Flacco censoribus conduxerunt lacus sternendos lapide, et cloacas detergendas, qua opus esset, in Aventino, et faciendas in aliis partibus, qua nondum erant. *Id.* 39. 44. — *c*) Ex publicanis alii *mancipes* erant, alii *prædes*, alii *socii*. Mancipem ita definit *Paul. Diac. p.* 151. 9. *Müll.* Quis quid a populo aliquid emit, conducitve, quia manu sublata significat se auctorem emptionis esse. *Asconius* in *Divinat. Verr.* 10. Mancipes principes publicanorum esse ait, qui quæstus sui causa exigenda a sociis suo periculo exigant, et reipubl. repræsentent. Præs, teste *Paul. Diac. l. c.*, est qui populo se obligat, interrogatus a magistratu, videlicet pro mancipe, qui conducit. Dictus est a præstando, quia, si manceps non solvisset, debebat præstare, quod ab eo promissum fuerat. Manceps etiam præs est, quia tam debet populo præstare, quod promisit, quam is, qui pro eo præs factus est. Socii erant, qui in partem quæstus et jacturæ a mancipibus et prædibus vocabantur. *Sigon. l.* 2. *de ant. jure C. R. c.* 4. — *d*) Deinde publicanorum alii erant *decumani*, alii *pecuarii*, seu *scripturarii*, alii *portitores*. *Ascon.* in *Divinat. Verr.* 10. Decumani erant illi, qui decumas redimebant, idest vectigalia, quæ capiebantur ex agris. Pecuarii, sive e pastione pecorum. Portitores, qui portoria redimebant, idest vectigalia, quæ capiebantur ex rerum importatione et exportatione. *Sigon. l. cit.* ex *Cic. Manil.* 6., *Flacc.* 8. etc.

PŪBLĪCĀRĪUM, ĭi, n. 2. teloneum. *Gloss. Cyrill.* Δημόσιον τελώνιον, publicarium.

PŪBLĪCĀRĬUS, a, um, adject. qui tacenda facile publicat, seu evulgat. *Firmic.* 3. *Mathes.* 8. *a med.* Mercurius faciet in omnibus actibus publicarios.

PŪBLĪCĀTĬO, ōnis, f. 3. *pubblicazione, confiscazione*, δήμευσις, actus publicandi, h. e. in publicum redigendi, proscriptio. *Cic.* 4. *Cat.* 5. 10. Adjungit etiam publicationem bonorum. *Id. Planc.* 41. 97. Proponere publicationem bonorum.

PŪBLĪCĀTOR, ōris, m. 3. *chi pubblica e divulga*. *Sidon.* 3. *Ep.* 13. Publicator occulti.

PŪBLĪCĀTRIX, īcis, f. 3. quæ publicat. *Arnob.* 1. 36. Venus publicatrix intestini dedecoris. *At* Orellius *leg.* decoris.

PŪBLĪCĀTUS, a, um. *V.* PUBLICO.

PŪBLĪCĒ *et* ἀρχαϊκῶς poplice, adverb. ad rem publicam et populum refertur, et significat publico nomine, publica auctoritate: cui *privatim* opponitur, δημοσία, δημοσίως (It. *per ordine o a nome pubblico, per autorità pubblica*; Fr. *pour l'Etat, au nom de l'Etat, de la ville*; Hisp. *publicament, por el Estado*; Germ. *auf Staatskosten, von Staatswegen, in Auftrage d. Staates, öffentlich*; Angl. *publicly, in the name or behalf of the public, by public authority*). ¶ 1. Generatim. *Cœcilius* apud *Non. p.* 468. 25. *Merc.* Magistratus publice quando auspicant. *Titinius* apud *Charis.* 2. *p.* 189. *Putsch.* Ut hic legatus abiit peregre publice. *Tab. Bantin. lin.* 9. VT BONA EIVS POPLICE POSSIDERANTVR FACITO. *Cic.* 3. *de republ.* 12. Quoniam de re publica loquimur, sunt illustriora, quæ publice fiunt. *Id. ibid.* 4. Nullam (*Disciplinam puerilem*) certam aut destinatam legibus aut publice expositam. *Id. Brut.* 62. 224. Is prætor eodem die quo Saturninus tribunus plebis-publice interfectus est. *Id.* 5. *Tusc.* 4. 10. Qui (*Pythagoras*) quum in Italiam venisset, exornavit eam Græciam, quæ Magna dicta est, et privatim et publice, præstantissimis et institutis et artibus. *Id.* 13. *Fam.* 37. Ejus bona publice possidentur alieno nomine. *Id.* 5. *Verr.*

34. 80. Quum Philinus de calamitate aratorum et de fuga publice diceret, animadvertistis gemitum populi R. etc. *Ter. Eun.* 2. 2. *in fin.* Miror quid ex Piræeo abierit: nam ibi custos publice est. *Cæs.* 1. *B. G.* 16. Quotidie Cæsar Æduos frumentum, quod essent publice polliciti, flagitare. *Id.* 2. *B. C.* 21. *ad fin.* Privatim ac publice quibusdam civitatibus honores habiti. *Auct. B. Alex.* 65. Præmia benemeritis et viritim et publice tribuit. *Sall. Cat.* 11. Signa, tabulas pictas, vasa cælata mirari: ea privatim ac publice rapere. *Liv.* 4. 13. Minucius eamdem publice curationem agens, quam Mælius privatim agendam susceperat. *Cæs.* 4. *B. G.* 3. Publice maximam putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacare agros. *per massima di governo. Sall. Jug.* 8. Monuit, uti potius publice, quam privatim amicitiam populi R. coleret. ¶ 2. Item in publicum, *al pubblico. Ter. Adelph.* 3. 4. 78. Homo antiqua virtute ac fide: haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice. *Cic.* 16. *Att.* 11. *ad fin.* et 15. *Fam.* 9. Publice tamen scripsi. *Nepos Timoth.* 3. Litteras Athenas publice misit. *Vellej.* 2. 3. 1. Quidquid publice salutare non esset, privatim alienum existimans. ¶ 3. Sumptu publico, *del pubblico, a spese del pubblico. Nepos Dion.* 10. In urbe, celeberrimo loco elatus publice. *Id. Arist.* 3. Ut filiæ ejus publice alerentur. *Liv.* 5. 55. Tegula publice præbita est. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 4. (11). Legatis anuli publice dabantur. *Cic.* 3. *Verr.* 6. 16. Nemini meus adventus labori, aut sumptui neque publice, neque privatim fuit. *Liv.* 3. 26. Navis publice parata. *Id.* 3. 17. Publice statuas ponere. *Id.* 41. 20. vesci. *Tac.* 1. *Hist.* 51. donari. *Id.* 1. *ibid.* 66. armis multari. *Id.* 4. *ibid.* 9. restituere Capitolium. *Id. Agric.* 21. adjuvare. ¶ 4. *Publice signare* est signo seu forma publica metallum in monetam cudere, *batter moneta pubblica. Cic.* 3. *Legg.* 3. 6. Æs, argentum, aurumve publice signanto. Huc pertinet illud *Legis Vellejatis* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 109. *col.* 2. *l.* 25. Præter pecuniam certam, creditam, signatam forma P. P. R. *h. e.* publica populi Romani. ¶ 5. Vulgo, omnes. *Liv.* 5. 53. *sub fin.* Exsulatum publice ire. *Ulp. Dig.* 39. 2. 24. Fluminum publicorum communis est usus, sicuti viarum publicarum et litorum. In his igitur publice licet cuilibet ædificare. *Gell.* 13. 10. Labeo consulentibus de jure publice responsitavit. *h. e.* omnibus, promiscue. ¶ 6. Palam, coram omnibus, *pubblicamente. Gell.* 17. 21. Sophista ille ἀπαιδευτος, qui publice nuper disserens, Carneadem cum superiore Africano vixisse dixit. *Apul.* 10. *Met.* Jamque rumor publice crebuerat.

PŪBLĪCĪTER pro *publicitus* legunt nonnulli in *Pomponii loc. cit.* in voc. seq.

PŪBLĪCĪTUS, adverb. idem ac publice. *Ennius* apud *Gell.* 16. 10. et apud *Non. p.* 155. 21. *Merc.* Proletariu' publicitus scutisque feroque Ornatur ferro. *Titinius* apud *Charis.* 2. *p.* 190. Statui statuam publicitus. *Ter. Phorm.* 5. 7. 85. Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras? Ubi *Donat. Publicitus*, publica cura et consilio. *Plaut. Amph.* 1. 1. 8. Hospitio publicitus accipiar. *h. e.* carcere publico. *et* 4. 2. 7. An fores censebas nobis publicitus præberier? *dal pubblico.* (Sic *Pomponius* apud *Non. p.* 513. 9. *Merc.* dare alicui publicitus cibaria, *a spese pubbliche.* ubi alii legunt *publiciter.*) et *Pers.* 4. 3. 40. Auctionem publicitus facere. *Id. Bacch.* 2. 3. 79. Aurum in æde Dianæ publicitus servant. Adde *Lucilium* et *Cæcilium* apud *Non. p.* 513. 3. *Merc. Apul.* 3. *Met.* Publicitus esse perinfamem. *Id.* 6. *ibid.* Præmium investigationis publicitus edicere. *Id. Florid.* 2. Atque ego me dilectorem tuum profiteor: nulla tibi privatim, sed omni publicitus gratia obstrictus. *Gell.* 6. 14. Peccata prohiberi publicitus interest.

PŪBLĪCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Publicatus* 1., 2., 3., 4. et 5.; *Publicandus* 1. — Publicare ¶ 1. Est publicum facere, in reipublicæ ditionem potestatemque redigere, præconi publico subjicere, proscribere, δημοσιόω (It. *confiscare, far pubblico*; Fr. *adjuter au trésor public, confisquer*; Hisp. *aplicar al fisco ó erario publico, confiscar*; Germ. z. *Staatseigenthum machen, d. Staate zueignen, einziehen, confisciren*; Angl. *to confiscate, make public proprety of, proscribe*). *Liv.* 3. 58. Bona Claudii Oppiique tribuni publicavere. *Id.* 31. 13. Aliis ex aliis orientibus bellis quid aliud quam publicatam suam pecuniam fore? *Nepos Thrasyb.* 1. Quum tyranni plurimorum bona publicata inter se divisissent. *Cic.* 3. *leg. Agr.* 3. 12. Sunt multi agri lege Cornelia publicati. *Id.* 2. *ibid.* 21. 57. Privata publicare, publica liberare. *Id. Dom.* 8. 20. Quum lege nefaria Ptolemæum regem Cypri, causa incognita, publicasses. *Cæs.* 2. *B. C.* 25. Tribunus plebis legem tulerat, qua lege regnum Jubæ publicaverat. *Id.* 5. *B. G.* 54. Cingetorigem hostem judicandum curat, bonaque ejus publicat. *Sall. Cat.* 52. *et* 55. Censeo publicanda eorum pecunias, ipsos in vinculis habendos. *Tac.* 6. *Ann.* 19. Aurarias ejus, quamquam publicarentur, sibimet Tiberius seposuit. *h. e.* reipublicæ addicerentur, fisco suo reservavit. *Inscript.* apud *Gruter.* 200. 1. ID QVOD INTRA CIPPOS AD CAMPVM VERSVS SOLI EST CAESAR AVGVSTVS REDEMPTVM A PRIVATO PVBLICAVIT. *h. e. rese di pubblico uso e diritto.* ¶ 2. Item edere, publici juris facere, *pubblicare, dar fuori. Tac.* 16. *Ann.* 4. Flagitante vulgo, ut studia sua publicaret. *Sueton. Claud.* 3. Disciplinis liberalibus non mediocrem operam dedit, ac sæpe experimentum cujusque etiam publicavit. *Plin.* 1. *Ep.* 1. Hortatus es, ut epistolas si quas paullo accuratius scripsissem, colligerem publicaremque. *et* 5. *Ep.* 13. Recitaturus orationculam, quam publicare cogito. ¶ 3. Item copiam alicujus rei omnibus facere, utendum aliquid, aut spectandum præbere. *Sueton. Ner.* 21. Non cessavit identidem se publicare. *farsi sentire in pubblico.* et *Aug.* 43. Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quid dignum cognitu advectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare. *Id. Cæs.* 44. Bibliothecas Græcas et Latinas, quas maximas posset, publicare destinabat. *aprire per uso di tutti.* Sic *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. 115). Bibliotheca, quæ prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubiis publicata Romæ est. *Sueton. Aug.* 29. Forum publicatum. *Id. Tib.* 5. Fundis simulacrum Felicitatis publicatum. *h. e.* publice dedicatum. *Vellej.* 2. 114. 2. Lectica ejus (*Tiberii*) publicata. *esposta all'uso di tutti.* ¶ 4. In re turpi est *prostituire*, prostituere. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 22. Illa, quæ corpus publicat vulgo suum. (*Publicare aliquam*, ad quæstum meretricium damnare. Unde illud ambiguum apud *Quintil.* 7. 9. 4. Inde αὐλητρὶς illa vulgata, quum quæritur, utrum aula, quæ ter ceciderit, aut tibicina si ceciderit, debeat publicari. Græce αὐλητρὶς πεσοῦσα, an παῖς οὖσα. *h. e.* utrum αὐλὴ τρὶς (aula ter) prolapsa, aut αὐλητρὶς (tibicina) spectatoribus improbata, debeat publicari). *Tac. Germ.* 19. Publicatæ pudicitiæ nulla venia. ¶ 5. Aliquando etiam significat manifestare, palam facere, *far sapere a tutti, rivelare. Justin.* 1. 7. 15. Reticenda publicare. *Id.* 2. 15. 17. Quum proditionis dolum publicatum videret. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 6. (17). Dies fasti publicati.

PŪBLĪCUS, a, um, adject. Sup. *Publicissimus* II. 2. — Publicus est a *populus* quasi *poplicus*; *V. Poplicus*; hinc *Cic.* 1. de *republ.* 25. Est igitur, inquit Africanus, res publica res populi. — Publicus est ad rem publicam pertinens, communis, totius populi ditioni subjectus: cui *privatus* opponitur, δημόσιος (It. *comune, pubblico, del pubblico*; Fr. *propre à l'État, public*: Hisp. *publico, comun*; Germ. z. *Volk*, z. *Staate gehörig, was von Staatswegen, - auf Staatskosten geschieht, Staats-, Volcks-*; Angl. *common, public, ber longing to the public*).

I.) Proprie. — 1.°) Adjective. — *a*) Universim ad *publicus* propria notione pertinent hæc. *Ennius* apud *Cic.* 7. *Fam.* 6. Multi suam rem bene gessere et publicam patria procul. *Cæs.* 6. *B. G.* 12. Sacrificia publica ac privata procurant. *et* 1. *ibid.* 12. Non solum publicas, sed etiam privatas injurias ultus est. *Sall. Cat.* 38. Juventus privatis atque publicis largitionibus excita. *Cic. Mur.* 36. 76. Odit populus R. privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. *Id.* 5. *Verr.* 31. 74. Cognoscite Agyrinensium publicas litteras, deinde testimonium publicum civitatis. *Id. Mil.* 27. 73. Ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam exstingueret. *nelle pubbliche scritture, ne' libri pubblici.* hujusmodi erant, in quibus census populi, senatusconsulta, nomina recens natorum, virilem togam sumentium, vita functorum perscribebantur. *V.* TABULARIUM. — *b*) Speciatim *publica judicia* et *causa publica*, quum agitur de iis, quæ ad rem publicam pertinent, v. gr. de crimine majestatis, annonæ, repetundarum, quæ universam rempublicam lædunt: item parricidii, adulterii, peculatus, et aliis, quæ *Ulp.* enumerat *Dig.* 48. *tit.* 1. *qui* De publicis judiciis *inscribitur*, *l.* 1. De his enim leges publicæ constitutæ sunt, eorumque coercitio ad universorum exemplum pertinet. *Sueton. Aug.* 29. Cautumque, ut separatim in eo (*foro Augusti*) publica judicia et sortitiones judicum fierent. *Cic. Rosc. Am.* 21. 59. Antea causam publicam nullam dixi. — *c*) Item speciatim *publica sacra* quæ publico sumptu pro populo fiunt, quæque pro montibus, pagis, curiis, sacellis. At privata, quæ pro singulis hominibus, familiis, gentibus fiunt. *Festus p.* 245. 28. *Müll.* — 2.°) Absolute, substantivorum more. — *a*) *Publicus, i*, est magistratus, *persona pubblica. Cæs.* 6. *B. G.* 12. Si quis aut privatus, aut publicus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. — *b*) *Publicus, i*, est etiam servus publicus. *Juvenal.* 10. 41. Quippe tenet sudans hanc publicus, et sibi consul Ne placeat, curru servus portatur eodem. Potest tamen *publicus* cum *servus* jungi. *Inscript.* apud *Don. cl.* 4. *n.* 48. PVBLICVS PONTIFICVM. *Alia* apud *Gruter.* 1087. 7. PVBLICVS AVGVRVM. et 21. 11. SVCCESSVS PVBLICVS MVNICIPII ASISINATIVM SER. AMOENIANVS. Adde aliam apud *eumd.* 305. 5. *et* 6., 306. 4. *et* 307. 3. et apud *Fabretti. p.* 336. *n.* 504. *et* 505. — *c*) *Publicum, i*, est publicus ager, publica regio. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 30. 82. Ut privatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemeret. — *d*) *Publicum* est etiam ipsa res publica, *il comune, lo stato. Liv.* 39. 44. Cato atria duo Mænium et Titium in lautumiis, et quattuor tabernas in publicum emit. *Id.* 26. 27. Qui (*servi*) in publicum redempti ac manu missi sunt. *Id.* 39. 18. Si nemo erat idoneus supplicii exactor, in publico animadvertebatur. *Plin.* 9. *Ep.* 13. *ad fin.* Consulere in publicum. — *e*) *Publicum* et *publica* sunt vectigalia reipublicæ; seu potius loca aut res, ex quibus vectigal pro republica exigitur, τὸ τέλος, *i pubblici dazi o gabelle*, aut etiam ærarium publicum τὸ δημόσιον, τὰ δημόσια, τελωνεία, *l'erario o denaro del pubblico. Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 11. Ut et publicanis satisfacias (præsertim publicis male redemptis), et socios perire non sinas. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 77. Pars hominum gestit conducere publica. *Cic. Prov. cons.* 5. 12. Si qui frui publico non potuit, hic tegitur ipsa lege censoria. (Eodem sensu *Id. Harusp. resp.* 28. 60. Vectigalibus non fruuntur, qui redemerunt.) *Sueton. Cal.* 40. Ut tenerentur publico et quæ meretricium, et qui lenocinium fecissent. *Id. Vesp.* 1. Publicum qua dragesimæ in Asia egit. *Jabolen. Dig.* 4. 6. 34. Qui operas in publicum quod vectigalium causa locatum est, dat, reipublicæ causa non abest. *Seneca Ep.* 119. *ante med.* Circumspiciebam, in quod me mare negotiaturus immitterem, quod publicum agitarem. Adde *Plaut. Truc.* 1. 2. 41. — Hinc translate. *Seneca Const. Sap.* 14. Illi quoque, qui hoc salutationum publicum exercet, donabit, *h. e.* hoc tamquam vectigal pro admissione ad salutandum. quod fiebat a magnarum domuum ianitoribus. Unde illud *Juvenal.* 3. 184. quid das, ut Cossum aliquando salutes? *Liv.* 4. 15. Bona alicujus vendere. et in publicum redigere *Cic.* 5 *Verr.* 44. 105. Quotidie so-

litus non modo in publico, sed etiam de publico convivari. *a spese pubbliche. Nepos Timoth.* 1. Mille et ducenta talenta prædæ in publicum retulit. *h. e.* in ærarium publicum. — *f) Publicum* est etiam tabularium publicum, *il pubblico archivio. Varro* 2. *R. R.* 11. 10. Ut scriptum in publico Ardeæ in litteris exstat. — *g) Publicum* est etiam balneum publicum. *Trebell. Poll. Claud.* 13. Lavetur in publico. — *h) Pessimum publicum* est publicum detrimentum vel damnum. *Liv.* 2. 1. Neque ambigitur quin Brutus idem, qui tantum gloriæ Superbo exacto rege meruit, pessimo publico id facturus fuerit.

II.) Translate. ¶ 1. *Publicus* est, qui ab universis utsumque fit, et ad populum utcumque pertinet. — 1.°) Adjective. *Horat.* 2. *Od.* 8. 7. Juvenumque prodis Publica cura. *Ovid.* 4. *Pont.* 14. 56. Publicus favor. *Id.* 3. *Amor.* 7. 12. et 1. *Art. am.* 144. Publica verba. *h. e.* quibus omnes utuntur, tam vulgus, quam docti, et quæ velut formulæ sunt honoris, aut benevolentiæ, aut urbanitatis, *parole da complimento, di cerimonia. Seneca Ep.* 3. Ita eadem epistola illum et dixisti amicum, et negasti. Itaque sic priore illo verbo, quasi publico usus es, et sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos bonos viros dicimus; quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus. *Id. Ep.* 59. Magnam ex epistola tua percepi voluptatem: permitte enim mihi uti verbis publicis; nec illa ad significationem Stoicam revoca. — 2.°) Absolute, substantivorum more — *a) Publica, æ,* pro meretrice usurpari videtur apud *Senec. Ep.* 88. *a med.* In his libris (*Dulymi grammatici*) quæritur, libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit: in his, an Sappho publica fuerit, et alia quæ erant dediscenda, si scires. — *b) Publicum* est locus publicus, publica lux, conspectus hominum. *Cic.* 7. *Verr.* 35. 92. In publico esse non audet; includit se domi. *lasciarsi veder in pubblico.* et 2. *leg. Agr.* 5. 13. Lex in publicum proponitur. *et* 8. *Att.* 9. Epistolam in publico proponere. *et ibid.* 11. *in fin.* et 3. *Verr.* 31. 80. Prodire in publicum. *comparire in pubblico, uscir di casa.* et *Tac.* 4. *Hist.* 49. *a med.* egredi. *et* 15. *Ann.* 59. *a med.* Paullulum in publico versatus, post domi secretus. Contra *Cic. Harusp. resp.* 23. 49. et *Mil.* 7. 18. Carere publico. *starritirato.* et *Sueton. Claud.* 36. abstinere. *Id. Ner.* 9. Lectica per publicum vehi. ¶ 2. Est etiam vulgaris, plebejus, translaticius. *Ovid.* 4. *Pont.* 13. 3. Unde saluteris, color hic tibi protinus index, Et structura mei carminis esse potest. Non quia mirifica est, sed quod nec publica certe. *ordinaria, triviale.* et *Juvenal.* 7. 53. Sed vatem egregium, cui non sit publica vena, Qui nihil expositum soleat deducere, etc. *Petron. Satyr.* 3. Sermo non publici saporis. — Huc pertinere videtur illud *Boeth. Aristot. Topic.* 8. *p.* 731. Oratio est manifesta uno quidem modo et publicissimo, si sit concludens sic, ut nihil oporteat interrogare.

Homonym. *Publicus* differt a *communis,* quia *communia* sunt, quorum usus omnibus conceditur, et proprietas occupanti, ut aer, aqua, mare, litus, venationes, etc., vel quæ sunt duorum aut plurium simul utentium, ut paries, domus: hisque opponuntur *propria.* At *publica,* quæ communi populi alicujus aut civitatis usu et dominio sunt, nec occupari a privato possunt, ut campus Martius, fora, theatra, viæ, etc., hisque opponuntur *privata.* Sic jus commune dicitur jus gentium, h. e. quo omnes gentes utuntur: publicum, quod populus quisque sibi constituit. *Cic.* 1. *Invent.* 27. 40. Publicum est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat, ut ludi, dies festus, bellum: commune, quod accidit omnibus eodem fere tempore, ut messis, vindemia, calor, frigus. Nihilominus aliquando pro *communi* adhibetur. *Pers.* 5. 98. Publica lex hominum naturaque continet hoc fas. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 50. (97). Jam publicum quidem omnium (*avium*) est tabulata ramorum sustinendo nido provide eligere. Sic *commune* pro *publico* non raro ponitur. *V.* COMMUNIS.

PŬDĔFACTUS, a, um, particip. ab inusit. *pudefacio: vergognatosi,* quem puduit. *Gell.* 15. 17. de *Alcibiade.* Traditas sibi tibias quum ad os adhibuisset, inflassetque, pudefactus oris deformitate abjecit, infregitque. — Verbum *pudefio* legitur in *Gloss. Lat. Gr.* Pudefio, *αἰσχυνομαι.*

PŬDĔFĪO, is, ieri, p. *V.* voc. præced.

PŬDENDUS, a, um, *et*

PŬDENS, entis. *V.* PUDEO.

PŬDENTER, adverb. Comp. *Pudentius* et Sup. *Pudentissime.* — Pudenter est cum pudore, verecunde, *αἰδημόνως, con verecondia. Horat.* 1. *Ep.* 17. 44. distat, sumasne pudenter An rapias. *Id. Art. P.* 51. licentia sumpta pudenter. *Cic. Vatin.* 2. 6. Pudenter vivere. *Gell.* 12. 11. Si sciant homines, nihil omnium rerum diutius posse celari, suppressius pudentiusque precabitur. *Afranius* quod *Charis.* 2. *p.* 190. *Putsch.* Pudenter mentiens. *Cic. Quinct.* 11. 39. Eum tum pudenter appellare nolebas? *Id.* 2. *Orat.* 89. 364. Quem paullo sciebam vel pudentius, vel invitius ad hoc genus sermonis accedere. *Id.* 16. *Att.* 15. *ad fin.* Pudentissime hoc Cicero petierat.

PŬDENTĬA, æ, f. 1. pudor. *Hieronym. Ep.* 48. Ubi pudentiæ et pudicitiæ sanctitas? *Sic vett. edd.; alii vero leg.* Ubi pudicitiæ sanctitas, ibi frugalitas est? *Thom. Thesaur. novæ Latinit.* ed. *A. Maio.* Pudet: unde pudenter et hæc pudentia, æ.

PŬDĔO, des, dŭi *et* dĭtum est, dere, 2. Part. *Pudens* et *Pudendus* in fin.; *Puditurus* sub *B. a.* — Pudeo est pudore afficior, verecundor, *αἰσχύνομαι* (It. *vergognarsi, aver rossore;* Fr. *rougir, avoir honte;* Hisp. *hermejear, roxear, avergonzarse;* Germ. *sich schämen;* Angl. *to be ashamed, be bashful*). Est *A)* Verbum finitum; et *B)* Impersonale.

A) Verbum finit. *a)* In sing. num. *Plaut. Cas.* 5. 2. 3. Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo. *Priscian.* 11. *p.* 922. *Putsch.* docet ex *Capro,* in usu veterum fuisse *pigeo, pudeo, tædeo, pœniteo.* — Figura est zeugma in illo *Gell.* 5. 1. Quisquis ille est, qui audit, nisi ille est plane deperditus, inter ipsam philosophi orationem et perhorrescat necesse est, et pudeat tacitus, et pœniteat, et gaudeat, et admiretur. — *Cœcilius* apud *Non. p.* 84. 2. *Merc.* Pudebat commemoramentum stupri. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 30.; et *Ter. Adelph.* 1. 2. 4. Siquidem te quidquam, quod facis, pudet. *Plaut. Epid.* 1. 2. 4. Idne pudet te, quia captivam es mercatus? *Id. Cas.* 5. 2. 4. Pudet, quod prius non puditum unquam est. — Et Gerund. *Cic.* 1. *Orat.* 26. 120. Non enim pudendo, sed non faciendo id, quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus. *Id. Brut.* 50. 188. Gaudet, dolet, ridet, plorat, ad misericordiam inducitur, ad pudendum, ad pigendum. — *b)* In plur. num. *Turpilius* apud *Non. p.* 21. 27. *Merc.* Num illum illæc pudent? *Ter. Adelph.* 4. 7. 36. Non te hæc pudent? *Lucan.* 8. 495. semper metuet, quem sæva pudebunt. *h. e.* quem pudebit sæva facere.

B) Imperson. — *a)* Cum Accusativo personæ et Genit. rei, aut Infinito. *Plaut. Epid.* 2. 1. 1. Quos, quum nihil refert, pudet: ubi pudendum est, ibi eos deserit pudor, quum usus est, ut pudeat. *Id. Bacch.* 3. 1. 12. Neque mei, neque tui intus puditum est, factis, quæ facis. *Cic.* 2. *Verr.* 12. 35. Sunt homines, quos infamiæ suæ neque pudeat, neque tædeat. *Nepos præf. ad fin.* Quem Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? *Ter. Heaut.* 5. 4. 19. Pudet dicere hac præsente verbum turpe: at te id nullo modo facere puduit. *Tibull.* 2. 3. 30. Servire æternos non puduisse deos. *Cic.* 1. *Nat. D.* 39. 109. Puderet me dicere non intelligere, si vos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 41. spissis indigna theatris Scripta pudet recitare et nugis addere pondus. *Cic. Arch.* 6. 12. Ceteros pudeat, si qui *etc.* Me autem quid pudeat? *Ter. Adelph.* 2. 2. 36. Nihil pudet: omnes dentes labefecit mihi. *Cic. Flacc.* 22. 52. Nonne esset puditum, legatum dici Mæandrium? *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (108). Quum puderet vivos, tamquam puditurum esset exstinctos. — *b)* Cum Supino. *Tac. Agric.* 32. Nisi si Gallos, et Germanos, et (pudet dictu) Britannorum plerosque fide teneri putatus. — Hinc

Pudens, entis, particip. præs., adjective quoque usurpatur; unde Comp. *Pudentior* et Sup. *Pudentissimus.* — Pudens, Italice *verecondo, modesto, vergognoso, αἰδημων,* quem facile pudet, (quod probitatis signum est), verecundus, pudicus, probus, adhorrens a flagitio atque dedecore. *Lucret.* 4. 1157. Balba loqui non quit, traulizi: muta, pudens est. *Cic.* 5. *Verr.* 69. 161. Esset ex inerti atque impuro et improbo parente navus et pudens et probus filius. *Id.* 3. *Phil.* 11. 28. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. *Id.* 3. *Herenn.* 13. 23. Risus pudens et liberalis. *Id.* 3. *Verr.* 1. 2. Impudentiæ suæ pudentem exitum quærere. *Ter. Heaut.* 1. 1. 78. Animi est pudentis signum. *Catull.* 15. 2. Veniam peto pudentem. *una grazia, un favore onesto e ragionevole. Cic. Pis.* 17. 39. Te videri pudentiorem fuisse, quam soles. *Id.* 3. *Verr.* 37. 94. Pudentissimæ lectissimæque feminæ. *Id. Flacc.* 20. 48. Pudentissimus atque optimus vir. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

Pudendus, a, um, particip. pass. ¶ 1. Generatim est Italice *da vergognarsi, vergognoso, αἰσχρός, αἰσχυντηλός,* qui ejusmodi est, ut illius nos pudere debeat, turpis, inhonestus. *Virg.* 11. *Æn.* 55. at non, Euandre, pudendis Vulneribus pulsum aspicies. *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 107. Nec mea, si tantum peccata novissima demas, Esse potest domui vita pudenda tuæ. *Id. Heroid.* 5. 98. Causa pudenda tua est: justa vir arma movet. *Quintil.* 1. 2. 8. Pudenda dictu spectantur. *Sueton. Vesp.* 16. Negotiationes vel privato pudendas exercere. *Id. Tib.* 65. Criminari aliquem pudenda miserandaque oratione. *Id. Vitell.* 2. Sive ille stirpis antiquæ, sive pudendis parentibus atque avis. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 39. (140). *de blatta.* Hoc quoque animal inter pudenda est. *Sil. It.* 11. 90. proh cuncta pudendi! *h. e.* plane et in cunctis probrosi. Ἐλληνισμός. — *Pudendum* interjectio, ut *nefas, miserabile,* et hujusmodi. *Sil. It.* 17. 141. tum vincla viro manicæque (pudendum!) Addita. *Alii leg.* pudendæ. ¶ 2. Speciatim de genitalibus; quo sensu absolute *pudenda* occurrunt. *Auson. Edyll.* 6. 85. quod pube pudenda Hellespontiaci ridetur forma Priapi. *Id. Perioch.* 6. *Odyss.* Foliorum oppositu pudenda velatus. *Augustin.* 14. *Civ. D.* 17. Omnes gentes usque adeo tenent insitum pudenda velare, ut quidam barbari illas corporis partes nec in balneo nudas habeant. *Seren. Sammon.* 36. 681. Dicendum est quæ sit membris medicina pudendis. *Ovid.* 2. *Art. am.* 617. Conveniunt thalami furtis et janua nostris: Parsque sub injecta veste pudenda latet. ¶ 3. Item speciatim et absolute de podice. *Minuc. Fel. Octav.* 28. *a med.* Strepitus per pudenda corporis expressi.

Homonym. *Pudet* differt a *piget,* quia hoc est doloris et pœnitentiæ, *pudet* verecundiæ et ruboris: *piget* rei damnum, *pudet* rei dedecus afferentis. *V.* PIGET, ubi multa hac de re exempla.

PŬDESCIT, descere, n. inchoat. 3. idem quod pudet, aut pudere incipit. *Prudent.* 2. *Cathemer.* 26. Piget, pudescit, pœnitet. *Minuc. Fel. Octav.* 28. *extr.* Quos prius tædescit impudicitiæ suæ, quam pudescit.

PŬBET, debat, dŭit, etc. *V.* PUDEO.

PŬDĪBĬLIS, e, adject. *vergognoso,* pudendus. *Lamprid. Elagab.* 12. Ad honores reliquos promovit commendatos sibi pudibilium enormitate membrorum.

PŬDĪBUNDUS, a, um, adject., quod usurpatur *A)* Active; et *B)* Passive.

A) Active est Italice *pien di rossore, verecondo, modesto, αἰδημων,* multo pudore suffusus, valde pudens. *Horat. Art. P.* 232. Ut festis matrona moveri jussa diebus, Intererit Satyris paullum pudibunda protervis. *Justin.* 38. 8. 10. Quæ omni studio occultanda pudibundo viro erant. *Ovid.* 2. *Fast.* 819. Illa diu reticet, pu-

dibundaque celat amictu Ora. *Id.* 3. *Amor.* 7. 69. Pudibunda jaces. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 20. 22. (44). *de pavone.* Cauda amissa, pudibundus ac mœrens quærit latebram. Adde *Colum.* 10. *R. R.* 360. — Huc pertinet et illud *Stat.* 5. *Theb.* 295. Exoritur pudibunda dies. *h. e.* in qua pudenda facta revelanda erant: quorum vel ipsam diem pudere oportebat. Quidam putant referendum esse ad auroram rubescentem. *Forcellinus* hunc locum translate accepit.

B) Passive est pudendus, *vergognoso. Auct. Paneg. ad Pis.* 114. ut pudibundos Exercere sales inter convivia possit. *Justin.* 23. 4. 5. Maternum illi genus sordidum, atque adeo pudibundum fuit. *Alii leg.* pudendum. — Est etiam indecoris, inhonestus, infamis, *vergognoso. Val. Flacc.* 1. 809. date indecori pudibunda senectæ Exitia, indecoresque obitus.

PŬDĬCĒ, adverb. Comp. *Pudicius.* — Pudice, *pudicamente, onestamente, castamente,* σωφρόνως, ἁγνῶς, αἰδημόνως, est cum pudore, caste, verecunde. *Catull.* 15. 5. Conserves puerum mihi pudice. *Ter. Andr.* 1. 5. 39. Ingenium bene et pudice doctum atque eductum. (*Plaut.* etiam toties fere, quoties *pudice* usurpat, cum *bene* conjungit.) *et* 1. 1. 47. Pudice vitam, parce ac duriter agere. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 51. Ut pudice verba fecit! cogitate, et commode! ut modeste orationem præbuit! *Id. Merc.* 4. 3. 15. Pudicius faciunt illi, quam etc. *Plin.* 4. *Ep.* 13. Ubi pudicius continerentur, quam sub oculis parentum? *Apul. De Mag.* Versus tanto sanctiores quanto apertiores: tanto pudicius compositi, quanto simplicius professi. *Alii perperam leg.* pudicitius.

PUDĬCĬTĬA, æ, f. 1. metus, et abstinentia ab obscœnis Venereisque flagitiis, præsertim quæ ab aliis inferuntur, et pudori sunt patienti (V. *Cic. Cœl.* 3. *et seqq.* et *Val. Max.* 6. 1.), σωφροσύνη, ἁγνεία (It. *pudicizia, onestà, castità*; Fr. *pudicité, chasteté, pudeur, vertu*; Hisp. *pudicicia, castidad, pudor*; Germ. *Schaamhaftigkeit, Keuschheit, Züchtigkeit, Sittsamkeit*; Angl. *chastity, modesty, discreetness, virtue, pudicity, pudency*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Plaut. Amph.* 2. 2. 209. Non illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur, sed pudicitiam, et pudorem, et sedatum cupidinem, etc. *Cic. Cluent.* 5. 12. Ita inflammata cœpit ferri libidine, ut eam non pudor, non pudicitia, non pietas a cupiditate revocaret. *Id. Harusp. resp.* 5. 9. Pudorem pudicitiamque defendere. *Sall. Cat.* 26. Ei cariora semper omnia, quam decus atque pudicitia fuit. *Ovid. Heroid.* 16. 288. Lis est cum forma magna pudicitiæ. *Seneca* 3. *Benef.* 16. Argumentum est deformitatis pudicitia. *Cic. Rabir. perduell.* 3. 8. Nec suæ, nec alienæ pudicitiæ parcere. *Id. Mil.* 4. 9. Pudicitiam alicui eripere. *Id. Cœl.* 20. 49. alicujus expugnare. *et ibid.* 18. 42. alienam spoliare. *Plaut. Cist.* 1. 1. 90. imminuere. *Id. Epid.* 3. 3. 24. filiæ suæ servare. *Petron. Satyr.* 112. alicujus aggredi. *Sueton. Aug.* 68. delibare. *Id. Ner.* 29. prostituere. *Sall. Cat.* 13. in propatulo habere. *et ibid.* 14. parum honeste habere. *Justin.* 12. 7. 11. prosternere. *Id.* 10. 2. 4. perpetuam ab omnibus viris mulieri imperare. *Plaut. Epid.* 1. 2. 7. Vim aut vitium afferre pudicitiæ cujuspiam. *Gell.* 5. 11. *extr.* Pudicitia incolumi esse. — *b*) Speciatim de fide conjugi servanda. *Plaut. Stich.* 1. 2. 43. Pudicitia est eos magnificare, qui nos socias sumpserunt sibi. *Liv.* 10. 23. Spectatæ pudicitiæ matrona. Ex *eod. ibid.* colligitur, eas præcipue matronas pudicitiæ laude gloriari solitas, quæ uni viro nupsissent. Adde *Festum* laudandum sub *d.*; *Macrob.* 2. *Saturn.* 5. Et *Catull.* 61. 221. Sit suo similis patri, Et pudicitiam suæ Matris indicet ore. — *c*) In lege Julia de adulteriis caput etiam *De pudicitia* fuit (V. *Sueton. Aug.* 34.), quo puniebantur alienam pudicitiam violantes, aut prodigentes suam. *Val. Max.* 6. 1. *n.* 7. Pudicitiæ quæstionem peragere. — Rescriptum *Anton. Caracallæ* apud *Augustin. lib.* 2. *de conjugis adulter.* in *Schulting. Jurisprud. antijustin. p.* 705. Periniquum mihi videtur esse, ut pudicitiam ab uxore exigat (*maritus*), quam ipse non exhibet. — *d*) Pudicitiæ signum in foro Bovario est, inquit *Festus*, ubi Æmilianæ ædis est Herculis. Eam quidam Fortunæ esse existimant. Item via Latina ad milliarium IV. Fortunæ muliebris; nefas est attingi, nisi ab ea, quæ semel nupsit. Hæc *Festus p.* 242. 31. *Müll.* quæ ad pudicitiam conjugalem referuntur, de qua modo dictum est. Narrat autem *Liv.* 10. 23. sacellum Pudicitiæ patriciæ in foro Boario fuisse, ad ædem rotundam Herculis, in quo quum patriciæ matronæ supplicarent, et Virginiam Auli filiam, patriciam illam quidem, sed plebejo nuptam, sacris arcuissent, iratam eam Pudicitiæ plebejæ aram in vico Longo statuisse, et plebejis matronis convocatis celebrem æque atque illam alteram effecisse. Quod confirmat *Festus p.* 237. 32. *Müll.*

II. Translate. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 34. 52. (104). *de columbis.* Pudicitia illis prima, et neutri nota adulteria.

Homonym. *Pudicitia,* ut diximus, est metus, et abstinentia ab obscœnis Venereisque flagitiis, præsertim quæ ab aliis inferuntur, et pudori sunt patienti. In hoc enim proprie a castitate differt, quod *castitas* etiam quæ in se admittere quis potest, porro amovet; *pudicitia,* quæ ab aliis pati: quod significare videtur *Non. p.* 440. 1. *Merc.* Pudor vero in animo est, pudicitia in corpore. *Sall. Cat.* 12. Pudorem, amicitiam, pudicitiam, divina atque humana promiscua, nil pensi, neque moderati habere. et *Pseudo-Sall.* 2. *de republ. ordin.* 7. Ubi divitiæ claræ habentur, ibi omnia bona vilia sunt, fides, probitas, pudor, pudicitia. *Cic. Dejot.* 10. 28. Quod si saltatorem avum habuisses, neque eum virum, unde pudoris pudicitiæque exempla peterentur, tamen etc. *V.* et *Plaut. Amph.* et *Cic. Cluent.* cit. sub I. *a. init.*

PŬDĬCĬTĬES, ēi, f. 5. idem ac pudicitia. *Prudent. Psychom.* 98. Diverat hæc, et læta Libidinis interfectæ Morte, Pudicities gladium Jordanis in undis Abluit infectum. Vulgati libri leg. *Pudicitia,* ultima licenter producta. Sed vetus declinatio (ut recte docet cl. *Quicherat.*) *amicities, avaritics, blandities* etc. apud istos poetas frequens.

PŬDĬCUS, a, um, adject. *Pudicabus* dixit *Cn. Gell.* apud *Charis.* 1. *p.* 39. *Putsch.*, ut *deabus, puellabus, portabus* etc., de quibus *V.* in ASINA. — Comp. *Pudicior* et Sup. *Pudicissimus* sub *c.* — Pudicus is dicitur et est, quem flagitiorum obscœnæque libidinis pudorem afferentis præcipue pudet. neque se turpi injuria contaminari patitur: cui *impudicus* et *mollis* opponitur, σώφρων, ἁγνός (It. *casto, onesto, verecondo, pudico*; Fr. *pudique, pudibond*; Hisp. *casto, honesto, puro*; Germ. *züchtig, schaamhaft, sittsam, keusch, verschämt*; Angl. *chaste, modest, honest, virtuous, discreet*). — *a*) Stricto sensu. *Plaut. Trin.* 4. 2. 104. Pudicum neminem esse oportet, qui abs terra ad cælum pervenerit. *Cic.* 1. *Legg.* 19. 51. Quid? Possumus eos, qui a stupro arcentur, infamiæ metu, pudicos dicere? *Id.* 3. *Phil.* 11. 28. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. *et* 2. *ibid.* 3. 6. Quum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes. *Horat.* 4. *Od.* 7. 25. Pudicus Hippolytus. *Id.* 1. *Sat.* 6. 82. quid multa? pudicum (Qui primus virtutis honos) servavit ad omni Non solum facto, verum opprobrio quoque turpi. *Plaut. Curc.* 1. 1. 51. Tam a me pudica est, quasi soror mea sit. *Stat.* 1. *Theb.* 697. seu rore pudico Castaliæ flavos amor est tibi mergere crines. *h. e.* quæ virgo fuit, pudicitiam ab Apolline servans, et in fontem sui nominis versa. Vel Musas respicit, quæ virgines sunt, et in eo fonte lavant. — *b*) *Pudica uxor* est unico gaudens mulier marito, ut ait *Horat.* 3. *Od.* 14. 5., et quam tori fidem violare plane pudet. *Id.* 2. *Sat.* 5. 76. *de Penelope.* tam frugi, tamque pudica, Quam nequiere proci recto depellere cursu. *Ovid.* 2. *Fast.* 794. *de Lucretia.* nupta pudica. *Id.* 4. *Pont.* 13. 29. Pudicæ matres. *Id.* 3. *Amor.* 14. 13. saltemve imitere pudicas. *Propert.* 3. 11. 9. Hæc etiam clausas expugnant arma pudicas. *Id.* 2. 23. 111. lectum servare pudicum. — *c*) Universim. *Ovid. Heroid.* 1. 85. Pudicæ preces. *Id.* 3. *Trist.* 7. 13. Pudici mores. *Id.* 3. *Pont.* 3. 51. crines. *Id. Heroid.* 6. 134. Me tibi, teque mihi tæda pudica dedit. *Id.* 7. *Met.* 720. donisque pudicam Sollicitare fidem. *Id.* 3. *Pont.* 1. 107. Æmula Penelopes fieres, si fraude pudica Instantes velles fallere nupta procos. *Id. Ib.* 351. Nec tibi contingat matrona pudicior illa. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 33. 35. (120). Pudicissima femina. *Capell.* 2. *p.* 42. Pudicissima puellarum. *Petron. Satyr.* 2. *a med.* Grandis, et, ut ita dicam, pudica oratio non est maculosa, nec turgida, sed naturali pulcritudine exsurgit. — *d*) Pudens, verecundus, et a negligentia officii abhorrens. *Plaut. Trin.* 3. 2. 71. Is est bonos homini pudico, meminisse officium suum.

PŬDĬMENTUM, i, n. 2. pudor. *Gloss. Gr. Lat.* Αἰδοῖον, pudimentum.

PŬDOR, ōris, m. 3. est metus ignominiæ, φόβος ἀδοξίας, ut Zeno Stoicus definit apud *Laert. l.* 7. *sect.* 112. vel, ut alii apud *Gell.* 19. 6., φόβος δικαίου ψόγου, timor justæ reprehensionis: quem rubor consequitur, ut ait *Cic.* 4. *Tusc.* 8. 19., sicut terrorem pallor. Est affectus animi redundans in corpus, et in vultu se prodens, quum quis, vel quod peccavit, erubescit et dolet: vel quod ad peccandum impellitur; et refugit abhorretque fuga turpitudinis: quæ sunt signa animi a virtute non alieni. Differt a *pudicitia,* ut *impudens* ab *impudico*: ille enim ab animo laborat, hic a corpore. Contrariam habet *petulantiam. Cic.* 2. *Cat.* 11. 25. Ex hac parte pugnat pudor, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum. Gr. αἰσχύνη, αἰδώς (It. *timore d'infamia, vergogna, verecondia, riguardo*; Fr. *sentiment de pudeur, pudeur, chasteté, vertu*; Hisp. *pudor, honestidad, modestia, verguenza*; Germ. *d. Schaam, d. Schaamgefühl, Scheu, Ehrbarkeit, Züchtigkeit, Sittsamkeit, Achtung, Gewissenhaftigkeit*; Angl. *shame, bashfulness, modesty, discreetness*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cic.* 2. *Fin.* 34. 113. Moderator cupiditatis pudor. *Id.* 2. *Tusc.* 21. 48. Sæpe videmus fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur. *Id. Planc.* 11. 27. Adolescentuli modestissimi pudor. *Id.* 2. *Orat.* 3. 10. Pudore a dicendo et timiditate ingenua refugisti. *Charis.* 1. *p.* 76. *Putsch.* Parsimoniæ causa uno igni duplex balineum calfaciebant veteres, pariete interjecto, ut pudor viris mulieribusque constaret. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 24. Quem paupertatis pudor et fuga tenet. *Ovid.* 14. *Met.* 18. pudor est promissa precesque, Blanditiasque meas, contemptaque verba referre. *mi vergogno a riferire.* et *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 43. (152). Res maximi quæstus, non sine pudore dicenda. *Id.* 36. *ibid.* 15. 24. (108). Pudor, Romani nominis proprius, qui sæpe res perditas servavit in prœliis, tunc quoque subvenit. *Ovid.* 3. *Amor.* 2. 23. Tu quoque, qui spectas post nos, tua contrahe crura, Si pudor est, rigido nec preme terga genu. *se hai creanza, o discrezione.* Adde *Martial.* 2. 37., 10. 90. et alibi. Sic *Id.* 12. 95. quis enim pudor, omnia velle? — *Pudor candidus* etiam dicitur, licet pudoris color sit purpureus, sed candidus a candore et ingenua simplicitate non inscite appellatur, qualis nempe pueros puellasque decet. *Apul.* 8. *Met.* Quod de pudore, candido scilicet, suo tam deformiter triumphassem. — Sequente Infinito. *Sil. It.* 4. 330. Spes virtusque cadunt, trepidaque a mente recedit Vertere terga pudor. Cf. *Ovid.* 14. *Met.* 18. supra *cit.* — *b*) Speciatim, *pudor alicujus rei,* metus, ne res aliqua lædatur, *riguardo, rispetto. Cic. Prov. cons.* 6. 14. Homo, in quo aliquis si non famæ pudor, at supplicii timor est. *Ennius* apud *Non. p.* 160. 5. *Merc.* Dein senis me facere pietas, civium porcet pudor. *Ter. Andr.* 1. 5. 25. Tot me impediunt curæ, amor, misericordia hujus, tum patris pudor, qui

me tam leni passus est animo usque adhuc. Adde *Liv.* 6. 46. *a med.* — Sequente part. *ne. Sueton. Aug.* 94. *ad fin.* Reticere ipse genituram suam, nec velle edere perseverabat, metu ac pudore, ne minor inveniretur. *Ammian.* 21. 12. *ante med.* Munitores, licet pavore discriminum anxii, pudore tamen, ne secordes viderentur et segnes, etc. — c) *Sit pudor*, modum in rebus præcipientis. *Martial.* 8. 3. Sit pudor et finis. *et ibid.* 64. Sit tandem pudor et modus rapinis. *et* 11. 50. Sit pudor et tandem veri respectus et æqui. — Simile est illud *Virg.* 7. *Ecl.* 44. Ite domum pasti, si quis pudor, ite juvenci. *Val. Max.* 2. 9. *n.* 1. Parentes, vos alendo, nepotum nutriendorum debito, si quis est pudor, alligaverunt. — d) De modestia et moderatione animi. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 6. *a med.* Sint hæc fundamenta dignitatis tuæ, tua primum integritas et continentia, deinde omnium, qui tecum sunt, pudor; delectus in familiaritatibus; familiæ disciplina. — e) Pro reverentia, cultu et observantia. *Martial.* 8. 78. Quos cuperet Phlegræa suos victoria ludos, Indica quos cuperet pompa, Lyæe, tuos, Fecit Hyperborei celebrator Stella triumphi: O pudor, o pietas! et putat esse parum. — f) Pro existimatione, fama, *riputazione, fama, onore. Plin.* 2. *Ep.* 4. Magnum habes facilitatis meæ pignus, cujus fiducia debes famam defuncti pudoremque suscipere. *Id.* 5. *Ep.* 1. Neque enim aderat alius, qui defunctæ pudorem tueretur. Adde *Papinian. Dig.* 3. 2. 20.; et *Ulp. ibid.* 3. 25. et *ibid.* 47. 10. 1. *circa med.*

II.) Translate. ¶ 1. De probro, dedecore pudorem afferente, metonymice. *Ovid. Heroid.* 11. 79. Irruit, et nostrum vulgat clamore pudorem. *Id.* 8. *Met.* 157. Destinat hunc Minos thalamis removere pudorem. *h. e.* Minotaurum. *Liv.* 34. 58. Amicitia, quæ impetrata gloriæ sibi, non pudori sit. *Justin.* 3. 4. 7. Ob notam materni pudoris. — Sequente Infinito. *Ovid.* 3. *Art. am.* 203. Nec pudor est oculos tenui signare favilla. *Liv.* 40. 27. Quantus pudor esset edocens ab Liguribus exercitum obsideri. — *Pro pudor!* exclamatio rem valde pudendam improbantis, *o gran vergogna! Petron. Satyr.* 81. Reliquit veteris amicitiæ nomen, et, pro pudor! tamquam mulier secutuleja etc. *Flor.* 1. 11. Coriolos quoque, pro pudor! victos adeo gloriæ fuisse, ut etc. *Seneca Consol. ad Polyb.* 36. Pro pudor imperii! principis Romani lugentis sororem alea solatium animi fuit. Adde *Stat.* 10. *Theb.* 874.; et *Martial.* 10. 68. Simile est *o pudor!* apud *Val. Flacc.* 8. 267. qua libuit, remeat cum virgine: nobis, O pudor! et muros et stantia tecta reliquit. ¶ 2. Pro rubore cutis. *Claudian. Nupt. Honor. et Mar.* 268. miscet justa pudorem Temperies, nimio nec sanguine candor abundat. — Hinc etiam pro rubore. *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 77. Quid moror? en digitis designor adultera vulgi. Desit famosus, qui notet ora pudor. ¶ 3. *Pudor* per metonymiam est etiam ipsum pudendum muliebre. *V. Tertull. loc. cit.* in OBSOLEFACTUS.

PUDŌRĀTUS, a, um, adject, αἰσχυντηρός, verecundus. *Vulgat. interpr. Eccli.* 26. 18. Mulier sancta et pudorata. Agnoscitur etiam ab auctore *Thesauri Latinit.* ab *A. Maio.* edit. in *Class. Auct. T.* 8. *p.* 474. Pudoratus, pudibundus.

PŪDŌRĬCŎLOR, ōris, adject. colorem pudoris, h. e. purpureum, seu rubentem habens, ut Pudoricolor aurora, *Lævius* apud *Gell.* 19. 7.

PUDŌRŌSUS, a, um, adject. pudore plenus, pudore abundans. *Gloss. Gr. Lat.* Αἰδήμων, pudorosus.

PUELLA, æ, f. 1. *deminut.* pueræ *pro* puerula. — *Puellabus* dixit *Cn. Gell.* apud *Charis.* 1. *p.* 39. *Putsch.* pro *puellis. V.* ASINA. — Puella est femina in tenera ætate, κόρη (It. *fanciulla*; Fr. *jeune fille*; Hisp. *muger joven, moza*; Germ. *das Mädchen*; Angl. *a girl, damsel, wench, young woman*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Plaut. Cist.* 2. 3. 77. Eam nunc puellam filiam ejus quærimus. *Ter. Heaut.* 4. 1. 14. Si puellam parerem. *Afranius* apud *Priscian.* 10. *p.* 890. *Putsch.* Satis fortiter, puellæ, vestras sciscidistis colus. *Cic.* 1. *Att.* 5. De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usucapi potest. *Virg.* 4. *G.* 475. Matres atque viri, defunctaque corpora vita Magnanimum heroum, pueri innuptæque puellæ. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 84. omnes Vicini oderunt, noti, pueri atque puellæ. *Id. carm. sæc.* 34. Supplices audi pueros, Apollo; Siderum regina bicornis audi, Luna, puellas. *Id.* 2. *Ep.* 1. 99. Sub nutrice puella velut si luderet infans. — Adjective. *Colum.* 12. *R. R.* 1. 1. Ea (*villica*) juvenis esse debet, id est non nimium puella. ¶ 2. Speciatim Augusteo sæculo, gliscente morum depravatione, apud Poetas præsertim, *Catull., Horat., Ovid., Propert., Tibull.*, ac deinceps apud *Martial.* aliosque passim *puella* dicitur quæcumque mulier virorum amoribus inservire potest.

II.) Translate. ¶ 1. *Puella* est magis viridioris ætatis nomen, quam virginitatis. Nam puellæ quoque dicuntur, quæ jam maritum habent, immo et gravidæ sunt, atque adeo eæ etiam, quæ pepererunt. Sane *Horat.* 3. *Od.* 22. 2. dixit, laborantes utero puellas. *Propert.* 3. 13. 21. *et* 34. puellam vocat Antiopam, quæ mater erat filiorum grandium Zethi et Amphionis. *Ovid.* 2. *Fast.* dixit puellam etiam Lucretiam *v.* 810. Succubuit famæ victa puella suæ. *et ibid. v.* 557. viduæ cessate puellæ. *h. e.* abstinete maritorum complexibus. Apud *eumd. Heroid.* 1. 115. Penelope se puellam vocat, quæ jam Telemachum Ulyssi pepererat. *Statius* quoque 1. *Silv.* 2. 163. puellam vocat, quæ vidua erat, et post alteri nupta. *et Gell.* 12. 1. puellam vocat puerperam. ¶ 2. *Puellam* de catella *Martial.* 1. 110. nec invenimus Dignum tam tenera virum puella. Sic *Virg.* 7. *Ecl.* 7. Vir gregis ipse caper.

PUELLĀRIS, e, adject. *da fanciulla*, κορασιώδης, ad puellam pertinens. *Ovid.* 4. *Fast.* 433. *de filia Cereris.* Præda puellares animos prolectat inanis. *et* 5. *ibid.* 611. *de Europa.* Sæpe puellares subducit ab æquore plantas. *Plin.* 5. *Ep.* 16. Suavitas puellaris. *Quintil.* 6. *procem.* 5. ætas. Sic *Tac.* 14. *Ann.* 2. Puellares anni. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 55. 76. (154). Puellare augurium. *puerile.*

PUELLĀRĬTER, adverb. *da fanciulla*, κορασιωδῶς, more puellarum. *Plin.* 8. *Ep.* 10. Dum se prægnantem puellariter nescit. *Capell.* 1. *p.* 21. Rapiens his comas puellariter, caput illis virga comminuens. *strappando i capelli, come far sogliono i fanciulli.*

PUELLĀRĬUS, a, um, adject. puellaris. *Petron. fragm. Tragur.* 43. *Burmann.* Immo etiam puellarius erat. *Alii leg.* pullarius. *V.* PULLARIUS.

PUELLASCO, scis, scere, n. inchoat. 3. puella fio, effeminor, θηλύνομαι. *Varro* apud *Non. p.* 154. 8. *Merc.* Quod non solum innubæ fiunt communes, sed etiam veteres puellascunt, et multi pueri puellascunt.

PUELLĀTŌRĬUS, a, um, adject. ad puellas pertinens. *Solin.* 5. *a med.* Puellatoriæ tibiæ, quibus a sono clariore vocamen datur. *h. e.* παρθένιοι αὐλοί. nam puellarum, quam puerorum, vox clarior est et acutior.

PUELLĬTOR, āris, ari, dep. 1. rem Veneream habere. *Laberius* apud *Non. p.* 490. 22. *Merc.* Quænam mens, quæ deliritas vos suppilatores facit cum cano eugio puellitari? *h. e.* cum vetulis, tamquam cum puellis rem habere? *Alii leg.* velitari. Alii interpretantur κλειτορίζειν, quemadmodum ὀρχιπεδᾶν est puerorum testiculos contrectare.

PUELLŬLA, æ, f. 1. *deminut.* puellæ, *fanciulletta, garzonetta, pulzelletta*, κόριον, κορίδιον, parva puella. *Catull.* 61. 57. Florida puellula. *Id.* 57. 9. Rivales socii puelliularum. Adde *Ter. Phorm.* 1. 2. 31.; et *Pompon.* apud *Non. p.* 75. 27. *Merc.*

PUELLUS, i, m. 2. *deminut.* pueri *pro* pueruli, parvus puer, *fanciullino*, παιδίον. *Ennius* apud *Festum p.* 249. 17. *Müll.* et apud *Non. p.* 158. 20. *Merc.* Pœni suos soliti dis sacrificare puellos. *Lucret.* 4. 1252. unde puellos Susciperi et partu possint ditescere dulci. Adde *Plautum* apud *Festum loc. cit.*; *Varronem*, et *Lucilium* apud *Non. loc. cit.*; *Sueton. Cal.* 8.; *Apul.* 7. *Met.*; et poetam æqualem *Gellii* 19. 11. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PŬER, ri, m. 2. Vocativum *puere* (ab obsoleto *puerus*, ut videtur) habet *Plaut. Asin.* 2. 3. 2. et 5. 2. 42. et *Merc.* 5. 2. 71., *Cæcilius* et *Afranius* apud *Priscian.* 6. *p.* 697. *Putsch.* — *Puer* tres habet significationes, ut *Paul.* docet *Dig.* 50. 16. 204., unam, quum omnes servos pueros appellamus: alteram, quum puerum contrario nomine puellæ dicimus: tertiam, quum ætatem puerilem demonstramus. *Id. ibid.* 161. Pueri appellatione etiam puella significatur. *Varro* apud *Censorin. de die nat.* 14. pueros dicit esset usque ad annum XV. (V. dicta in ÆTAS) quasi *puros*, quod sint impubes. Alii putant dictum a *por*, quod olim eadem significatione fuit. *V.* POR. — Ceterum proprie *puer* est homo in tenera ætate, παῖς (It. *fanciullo, garzonetto*; Fr. *enfant, garçon*; Hisp. *niño varon, garzon*; Germ. *d. Kind*; Angl. *a male child, man child, boy, lad, stripling*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est homo in tenera ætate. — a) Secundum *Priscian.* 6. *p.* 697. *Putsch.* est communis generis. Unde *Livius Andronicus* in *Odyss. ibid.* Sancta puer Saturni filia, regina. *Nævius ibid.* Prima incedit Cereris Proserpina puer. *h. e.* filia. In vet. *carm.* apud *Charis.* 1. *p.* 64. Mea puer, mea puer, quid verbi ex tuo ore audio? Adde *Æl. Stilon.* et *Asin. ibid.* Sed hoc jam obsoletum est. — b) Hinc *pueri*, h. e. *i fanciulli dell'uno e dell'altro sesso. Plaut. Pœn. prol.* 28. Pueri infantes minutuli. *Cic. Rosc. Am.* 53. 153. Infantium puerorum incunabula. *Id.* 16. *Att.* 11. *extr.* Atticæ, quoniam, quod optimum in pueris est, hilarula est, meis verbis suavium des. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 7. Dum pueris omnis pater et matercula pallet. *Id. ibid.* 2. 44. pueris beata creandis uxor. *Id.* 4. *Od.* 9. 24. excepit ictus pro conjugibus puerisque. *et* 3. *ibid.* 3. 68. uxor Capta virum puerosque ploret. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 3. 8. (22). Pueri tarde dentientes. — c) Speciatim *puer* est *fanciullo maschio. Plaut. Truc.* 2. 5. 1. Puero isti date mammam. *Ter. Adelph.* 4. 1. 21. Homini ilico lacrimæ cadunt quasi puero. *Cic.* 1. *Tusc.* 24. 57. Respondet ut puer. *Id. Orat.* 34. 120. Nescire, quid antea, quam natus sis, acciderit, id est semper esse puerum. *Ovid.* 4. *Pont.* 12. 20. Pæne mihi puero cognite pæne puer. *Horat. Art. P.* 173. laudatur temporis acti Se puero. Adde *Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 52. (146). *Poeta* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 39. 94. Modo pueros, modo adolescentes, in cursu a tergo insequens, nec opinantes assecuta est senectus. *Sueton. Aug.* 41. Ne minores quidem pueros præteriit, quamvis nonnisi ab undecimo ætatis anno accipere (*congiaria*) consuessent. — d) *A puero* cum nominibus sing. numeri: *a pueris*, cum plur. *da fanciullo, sin da fanciullo*, ab ætate puerili, ab ineunte ætate, ἐκ νέων παίδων, παιδόθεν, ἐκ παιδός, ἐκ παίδων. *Cic.* 4. *Acad.* (2. pr.) 36. 115. Diodoto quid faciam Stoico, quem a puero audivi? *Id.* 13. *Fam.* 16. Doctum hominem cognovi, idque a puero. (Adde *Horat.* 1. *Sat.* 4. 97.) *Id.* 1. *Orat.* 1. 2. Ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus. *Id.* 1. *Tusc.* 24. 57. Ut a pueris tot notiones haberemus. — Similiter *Id. Arch.* 3. 4. Ut primum ex pueris excessit Archias. *usci dalla fanciullezza.* — e) Interdum *puer* dicitur distinguendi sexus gratia. *Ovid.* 9. *Met.* 711. Cultus erat pueri: facies, quam sive puellæ, Sive dares puero, fieret formosus uterque. *Catull.* 62. 42. Multi illum pueri, multæ optavere puellæ. *Auson. epigr.* 107. Dum dubitat natura, marem, faceretne puellam, Factus es, o pulcher, pæne puella, puer. — f) Interdum lenem objurgationem continet. *Virg.* 9. *Ecl.* 66. Desine plura, puer. *Ter. Adelph.* 5. 8. 17. Promisi ego illis. MI. Promisti autem? de te largitor, puer. Hoc videtur esse quod Itali dicimus *fraschetta.* ¶ 2. Latiori sensu. — a) Aliquando etiam qui

XV. annum excessit, *puer* dicitur, nempe etiam post sumptam virilem togam, quod primæ adolescentiæ tempus est: qua de re *Manut.* ad illud *Cic.* 2. *Fam.* 1. *sub fin.* Nisi meis puer olim fidelissimis consiliis paruisses. *Id.* 12. *ibid.* 25. Puer egregius præsidium sibi primum et nobis, deinde summæ reipublicæ comparavit. *h. e.* Cæsar Octavianus, qui exercitum collegerat privato consilio, et pecunia, annos natus XIX., ut ex *Tacito* 13. *Ann.* 6. et *Vellej.* 2. 61. 1. constat. De eodem rursus *Cic.* 4. *Phil.* 1. 3. Laudo vos, Quirites, quum gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis, vel pueri potius. Adde *Vellej.* 2. 59. 3.; et *Sil. It.* 13. 704. et 15. 33. *et* 46., quibus locis puerum vocat Scipionem Africanum, quem *ibid.* 10. *et* 18. juvenem diverat, nempe post patrem et patruum vite functos, at nos jam natum prusquam viginti, ut ex *Liv.* 26. 18. apparet. — *b* Refertur etiam in eis, quæ subjicio, ad vigorem corporis, simplicitatem animi morumque innocentiam, et festivitatem laudis appellatione designat. *Virg.* ad Augustum jam rerum potientem, *Cul.* 25. Octavi venerande, meis allabere cœptis Sancte puer. *Catull.* 12. 9. est enim leporum Disertus puer et facetiarum. *Plin.* 6. *Ep.* 26. Gaudeo et gratulor, quod (*Pedanio*) Fusco Salinatori filiam tuam desponsti. Ipse est studiosus, litteratus, etiam disertus: puer simplicitate, comitate juvenis, senex gravitate. ¶ 3. Item latiori sensu pro virgine et cælibe. *Ovid.* 4. *Fast.* 225. *de Aly.* Et dixit, semper hac puer esse velis.

II.) Translate. ¶ 1. *Puer* ponitur pro filio patris. *fi'ziolétto*, παῖς. *Plaut. Amph.* 5. 1. 72. Eumque illum, suum esse, alterum tuum esse divit puerum. *Virg.* 2. *Æn.* 597. superet conjunxe Creusa, Ascaniusque puer? *et* 4. *ibid.* 94. Tuque, puerque tuus, *h. e.* tu Venus, et Cupido hinc tuus. *Horat.* 1. *Od.* 19. 1. Mater sæva Cupidinum Thebanæque jubet me Semeles puer etc. *h. e.* Venus et Bacchus. *Id. ibid.* 12. 25. Pueros Ledæ. *Id.* 2. *ibid.* 18. 32. æqua tellus Pauperi recluditur Regumque pueris. *Id. Art. P.* 185. Ne pueros coram populo Medea trucidet. ¶ 2. *Puer* est etiam servus, *servo, serviteur, valletto, ragazzo*, παῖς, quacumque ætate sit. *Cic. Rosc. Am.* 28. 77. Unus puer, victus quotidiani administer ex tanta familia Sex. Roscio relictus non est. *Plaut. Most.* 1. 3. 159. Cedo equum mihi bonum puer. Adde *Varron.* apud *Non.* p. 153. 3. *Mart.* 5. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 10. *Propert.* 3. 22. 23. *Juvenal.* 11. 59. etc. Apud *Liv.* 45. 6. Pueri regis apud Macedonas vocabantur principum liberi, ad ministerium electi regis, *paggi, faggetti, Curt.* 5. 2. Unus ex regiis pueris mensam subtilibus pedibus *Alexandri M.* ¶ 3. *Puer* est Cupido apud *Propert.* 1. 19. 5. Non adeo leviter nostris puer hæsit ocellis, Ut meus oblito pulvis amore vacet.

PUERA, æ, occurrit *A)* Substantivorum more; et *B)* Adjective.

A) Substantivum *puera* est idem ac puella, apud *Cicer.* a *puerus*. *Lic. Andron. Odyss.* apud *Priscian.* 6. *p.* 697. *Putsch.* Mea puera, mea puera, quid verbi ex tuo ore profugit? *Plaut. Truc.* 1. 2. 47. Non arvus hic, sed pascuus est agri: si arationes habituris, quæ arari solent, ad puellas ire melius. *Afranius* apud *Non.* p. 393. 14. *Merc.* Delaborat cum puera statim. *Titinius* apud *Priscian.* 10. *p.* 898. *Putsch.* Sinunt ut puellas hæc nocte suspirari crevi. *Varro* apud *Non.* p. 156. 14. *Merc.* Properate vivere, pueræ, quis sinit ætatula ludere et amare et Veneris tenere leges. Adde *Suetonii loc. cit.* in PUERPERIUM.

B) Adjective. *V.* PUERUS ad fin.

PUERARIUS, ii, m. 2. puerorum amator. *Gloss. Cyrill.* Φιλοπαις, puerarius. *Gloss. Philox.* Puerarius, παιδεραστης.

PUERASCO, is, ere, n. inchoat. 3. Part. *Puerascens* i. — Puerascere est exacta infantia puritiam inchoare, νηπιαζω.

I.) Proprie. *Sueton. Cal.* 7. Novem liberos tulit, quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam puerascens insigni festivitate.

II.) Translate. *Auson. Edyll.* 4. 55. Obductosque senis facies puerascere sensus. *ringiovenire. Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 1. In senectute puerascunt.

PUERASTER, tri, m. 2. adolescens. *Gloss. Gr. Lat.* Ἀντιπαις, puerastor.

PUERCULUS, i, m. 2. deminut. pueri, *fanciullino*, puerulus, puellus. *Arnob.* 2. 24. Ex puerculo se scitari. Adde *eumd.* 4. 13. et 7. 39.

PUERIGENUS, a, um, adject. qui puerum gignit. *Fulgent. Mythol. præf. p.* 613. *Stac.* Non inquirimus olorinis reptantem adulterum plumis ova puligera virginibus inculcantem, (*potius*) quam semina puerigena visceribus infundentem. *Alii leg.* puerigera, ut sit a *Pueriger, a, um.* Lo jubet hic *Fulgentius* de Jove in cygnum mutato, et cum Leda concumbente. *V.* PULLIGER.

PUERILE, is, n. 3. *V.* voc. seq. sub I. 2.

PUERILIS, e, adject. Comp. *Puerilior* II. — Puerilis est ad puerum pertinens, puerorum proprium, *da fanciullo, fanciullesco, puerile*, παιδικος.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Ter. Andr.* 2. 6. 17. Est quod succenset tibi. SI. Quid est? DA. Puerile est. *Cic. Arch.* 3. 4. Puerilis ætas. *Id.* 2. *Divinat.* 23. 50. Puerili specie, senili prudentia. *Id.* 1. *Fin.* 21. 72. Delectatio puerilis. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 44. Una opera puerilis jugerum vineti pampinabit. *Stat.* 5. *Silv.* 2. 66. Ostrum puerile. *h. e.* prætexta. *Liv.* 1. 3. regnum. *h. e.* in quo rex est puer. *Virg.* 5. *Æn.* 548. agmen. *h. e.* puerorum. *Ovid.* 6. *Met.* 719. tempus. *h. e.* pueritia. *et ibid.* 626. Miscuique blanditiis puerilibus oscula junxit. — Ad distinctionem sexus. *Ovid.* 8. *Met.* 323. facies, quam dicere vere Virgineam in puero, puerilem in virgine possis. ¶ 2. Speciatim, *puerile* absolute idem est ac παιδεραστεια, quod nempe, ut ait *Hygin. fab.* 189., pueri dare solent amatoribus suis. *Martial.* 9. 68. Fessus mille modis illud puerile popposci. Hoc idem *Apul.* 3. *Met.* vocat *puerile corollarium.* V. hanc vocem, et *Martial.* 2. 60. *puerile supplicium*, et *Plaut. Cist.* 4. 1. 5. *puerile officium. V.* hanc vocem et *Val. Max.* 9. 12. 8. puerili vepre. Huc etiam speciat locus *Senecæ* allatus in HABITUS. *V.* præterea LOCUS et LUDO. *Ovid. Heroid.* 16. 160. Vel mihi virginitas esset libata. vel illud, Quod poterat salva virginitate rapi. Hinc *Lucian. Iacer.* 17. de adolescente cum statua Veneris Gnidiæ coeunte ait: παιδικως τῳ λιθῳ παρομιλησας. βουλεσθαι μηδε παρθενον εἰναι τὴν Ἑλλην.

II.) Translate est stultus, levis, inconsultus, vanus, qualia sunt, quæ a pueris fiunt. *Cic.* 14. *Att.* 21. Acta illa res est animo virili, consilio puerili. *Ovid.* 3. *Trist.* 8. 11. Stulte, quid o frustra votis puerilibus optas. Quæ non ulla tibi fertque, feretque dies? *Ter. Phorm.* 5. 7. 75. Quid me sic ludificamini, inepti, vestra puerili sententia? nolo, volo: nolo rursum: cedo, cape. *Gell.* 1. 2. Nugalia theoremata, et puerilis isagogæ. *Id.* 19. 8. Insubidæ res, inertes, puerilesque. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 256. Si puerilibus his ratio esse evincet amare.

PUERILITAS, ātis, f. 3. ¶ 1. Est ætas puerilis, pueritia, *fanciullezza, puerizia*, παιδια. *Varro* apud *Non.* p. 494. 19. *Merc.* Puerilitatis formulam audire. *Val. Max.* 5. 4. *n.* 2. Vix dum annos puerilitati egressus. ¶ 2. Item mores pueriles, *puerilità, fanciullaggine. Seneca Ep.* 4. Adhuc non puerilia in nobis, sed, quod est gravius, puerilitas remanet.

PUERILITER, adverb. puerorum more, *fanciullescamente, puerilmente*, παιδικως.

I.) Proprie. *Phædr.* 3. 8. Puerititer ludentes. *Liv.* 21. 1. Fama etiam est, Hannibalem, annorum fere novem, puerititer blandientem patri Hamilcari, ut duceretur in Hispaniam, etc.

II.) Translate est leviter, inconsulte, stulte *Plaut. Pers.* 4. 4. 42. Nimis tu quidem homo stultus es puerititer. *Cic.* 1. *Fin.* 6. 19. Quæ quum res tota ficta sit puerititer, etc. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 11. 33. Quum dicunt, hoc se unum tollere, faciunt puerititer. *et ibid.* 17. 54. Quippiam puerititer consectari. *Tac.* 4. *Hist.* 86. Vana puerititer cupiens.

PUERINUS, a, um. adject. idem ac puerilis. Est cognomen Herculis. *Inscript.* apud *Marin. Inscriz. Alb. p.* 49., quæ est apud *Orell.* 1546. T. FL. EROS HERCVLEM PVERINVM CVM BASI DEANAE D. D. Hinc *Martial.* 3. 47. memorat *fanum Herculis pusilli*, h. e. Herculis Alcmenæ filii, qui *puerinus* et *pusillus* appellari cœptus est, post quam Domitianus prope rusticum fanum Herculis, in via Appia, octavo ab Urbe lapide sitam, statuam sibi sub Herculis imagine posuit, qui idco per summam adulationem Hercules major dictus est, ut constat ex *eod.* 9. 65., 66. *et* 102. Fum vero Herculis puerini statuam Dianæ dedicavit T. Flavius Eros, qui in *Inscript.* apud *Murat.* 903. 1. dicitur *Domitiani Cæsaris servus a cellariis*, h. e. eisdem præpositus.

PUERITAS, ātis, f. 3. idem ac pueritia. Translate. *Tertull. ad nation.* 9. Immo silva cædenda, quæ undique conceptis superstitionum seminibus, vitii puerititatem obumbravit. *h. e.* vitii originem. *V.* voc. sequent. II. 2.

PUERITIA, æ, f. 1. *Puertia* syncope. *Horat.* 1. *Od.* 36. 7. memor Actæ non alio rege puertiæ. — Pueritia est ætas puerilis, de qua *V.* ÆTAS, παιδια (It. *fanciullezza, puerizia*; Fr. *enfance*; Hisp. *infancia, niñez*; Germ. d. *Knabenalter*, d. *Kindheit, Jugend*; Angl. *boyhood, childhood*).

I. Proprie. — *a)* Generatim. *Cic. Senect.* 2. 4. Quid enim? citius adolescentiæ senectus quam puerititæ adolescentia obrepit? *Id. pro leg. Manil.* 10. 28. E ludo atque puerititæ disciplina ad patris exercitum profectus est. *Id.* 1. *Fam.* 7. *a med.* Gneria, ad quam a puerititæ ineunte inflammatus visti. *Sall. Jug.* 67. Omnem puerititam Arpini altus. *Tac.* 12. *Ann.* 8. (De Domitii puerititia tali magistro adolescentis.) 1. 3. Exactæ puerititæ. *et ibid.* 55. Præcepta puerititam alicujus fovere. *Id.* 1. *Hist.* 13. Puerititam incuriose, adolescentiam petulanter egerat. *Id.* 1. *ibid.* 14. *de Batavis.* Est pleriique procera puerititia. *h. e.* statura in puerititia. — *b)* Speciatim. *A puerititæ* ab ætat. puerili, ab ineunte ætate. *Ter. Heaut.* 1. 2. 9. Nam mihi magna cum eo jam inde a puerititia fuit semper familiaritas. Adde *Cic.* 1. *de republ.* 6., 9. *ibid.* 24. et 2. *Tusc.* 11. 27. *Inscitia*, vero dixit 31. 2. A prima puerititia. — *In puerititia*, ætate puerili. *Afranius* apud *Non. p.* 502. 10. *Merc.* Male metentur de nobis heri, Qui nos tantopere insultent in puerititia. Adde *Cic.* 3. *Fin.* 18. 47.; et *Plin.* 2 *Hist. nat.* 107. 111. (244.). — *De brutis animalibus. Colum.* 7. *h. R.* 6. 3. Caper immatura veneris copiditate primi pueritiæ temporibus exhaustus est.

II.) Translate. ¶ 1. Est ætas *puerilis*, qualis in pueris esse solet, et *Cicer.* apud *Non. p.* 156. 8. *Merc.* Quæ puerititia est incorrupta pollutaque. *Alii leg.* puriti. Qui non extemplo pii afferunt alium *Virgilius* locum his verbis: Ea erat matrona simplicitate et pueritia et honestate. ¶ 2. Item est idem atque iterum. *Pomponius princ. hist.* (edente iterum *A. Maio*) *p.* 314. Cato primam Latini nominis solemnem, et Italicarum originum puerititiam inlustravit.

PUERITIES, ēi, f. 5. pueritia. *Auson. Profess.* 10. 15. Huic meæ principio credita puerities. *puc* per synæresin una syllaba est.

PUEROSUS, i, m. 2. puerorum amator. *Gloss. Cyrill.* Παιδικος, puerosus.

PUERPERA, æ, f. 1. (puer *et* pario) mulier, quæ recens peperit, vel mox paritura est sive puerum, sive puellam. *Isid.* 11. *Orig.* 2. vult esse eam, quæ puerilibus annis peperit: et *Hieronym.* 1. in *Jerem.* 4. 31. quæ primos parit fetus. At rectius *Donatus* ad *Ter. Andr.* 3. 2. 10. omnis, quæ peperit, puerpera: πρωτοτοκος, quæ primum. Gr. λεχω, λοχευτρια. It. *donna di parto*, a sept. *puerpera*. Fr. *femme en couches, jeune mere*; Hisp. *muger de parto*; Germ. e. *Wöchnerin, Kindbetterin, die geboren hat*; Angl. *a woman in labour or in the straw, a woman latel delivered).*

A) Substant. *Plaut. Amph.* 5. 1. 40. Ibi utero exorti dolores, ut solent puerperæ. *Catull.* 34. 13. Tu Lucina dolentibus Juno dicta puerperis. *Horat. Epod.* 17. 52. Utcumque fortis exsilis puerpera. *Id.* 4. *Od.* 5. 23. Laudantur simili prole puerperæ. *Ter. Adelph.* 5. 7. 23. Multo rectius est, quam illam puerperam nunc duci huc per viam ægrotam. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 4. 3. (37). Editis geminis, ratam esse aut puerperæ, aut puerperio vitam.

B) Adjective. *Ovid.* 10. *Met.* 511. Admovitque manus, et verba puerpera dixit. *Seneca* 4. *Benef.* 35. *ad fin.* In rem præsentem venturus fui. sed æger filius, sed puerpera uxor tenet.

PUERPERIUM, ii, n. 2. *parto, dolori, o tempo del parto*, λοχεία, nixus et dolores parturientis: item tempus quo parit, vel quo post partum cubat.

I.) Proprie. *Sueton. Cal.* 8. Qualiscumque partus, sine ullo sexus discrimine, puerperium vocatur; quod antiqui etiam puellas pueras, sicut et pueros puellos dictitarent. *Plaut. Truc.* 2. 5. 22. Eum gero ornatum, ut gravida quasi puerperio cubem. *Tac.* 15. *Ann.* 23. Natam sibi ex Poppæa filiam ultra mortale gaudium accepit. Locus puerperio colonia Antium fuit. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 25. 41. (79). Echeneis partus continet ad puerperium. *Id.* 28. *ibid.* 8. 29. (114). Pericula puerperii tollere. *Gell.* 12. 1. Percunctatus est, quam diutinum puerperium et quam laboriosi nixus fuissent. — De terra. *Colum.* 3. *R. R.* 21. 3. Alma tellus annua vice, velut æterno quodam puerperio læta, mortalibus distenta musto demittit ubera.

II.) Translate est ipsa proles, *prole, parto. Varro* 2. *R. R.* 1. 26. In villis mulieres quidam habent, quo facilius ad greges pastores retineant, et puerperio familiam faciant majorem. *Tac.* 12. *Ann.* 6. Deligi oportere feminam nobilitate, puerperiis, sanctimonia insignem. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 11. 9. (48). Uno abortu duodecim puerperia egesta. *Stat.* 4. *Theb.* 279. quercus laurique ferebant Cruda puerperia, ac populos umbrosa crearit Fraxinus. *Gell.* 10. 2. Numerus puerperii, *h. e.* puerorum uno partu editorum.

PUERTIA. *V.* PUERITIA init.

PUERULUS, i, m. 2. deminut. pueri, *fanciullino, vallettino*, parvus puer, aut servulus. *Cic. Topic.* 4. 18. Ut secundum puerulorum tabulas possessio videatur ex edicto dari. *Id. Rosc. Am.* 41. 120. Ut inter suos omnium deliciarum atque omnium artium puerulos, ex tot elegantissimis familiis lectos, velit hos versari, homines pene operarios, ex Amerina disciplina patrisfamilias rusticani. *Val. Max.* 8. 1. *damn.* 8. Non suppriminenda illius quoque damnatio, qui puerili sui nimio amore correptus, *etc.* Hunc eumd. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 45. 70. (180). vocat *concubinum. Poeta* apud *Apul. de Mag.* Odi puerulos præcoci sapientia. Adde *Apul. ibid.* sæpe.

PUERUS, i, m. 2. idem quod *puer*, agnoscitur a *Prisciano.* 6. *p.* 697. *Putsch.*, unde vocativus *puere* apud *Cæcil. et Afran. ibid.* et apud *Plaut.* plus decies. — Feminin. est *puera*, quam voc. *V.* loco suo. Adjective. *Paulin. Nolan. carm.* 25. 217. In pueram faciem veterana reflorait ætas.

PŪGA, æ, f. 1. πυγή, *natica*, natis. De deprensis in adulterio *Horat.* 1. *Sat.* 2. 133. Ne nummi pereant, aut puga, aut denique fama. *h. e.* ne grandem pecuniam solvere, aut stuprum vel ραφανίδωσιν pati cogantur. *Varius* apud *Non. p.* 39. 28. *Merc.* Pati dum poterunt, antequam pugæ pilant. — Scribitur et *pyga. Acron* ad illud *Horatii* 1. *Sat.* 2. 92. Depygis: Id est sine natibus; pyga enim pars corporis posterior. *V.* CALLIPYGIS, DEPYGIS et NOCTILUCA.

PUGIL, gilis, m. et f. 3. (a πύξ adverb. *pugno*, vel *pugnis. Varro* 8. *L. L.* 15. *Müll.* a pugnando derivat; et *Donatus* in *Ter. Hecyr. prol.* 2. 25. a pœna). Primam syllabam male produxit *Prudent.* 2. *contra Symmach.* 516. oleoque et gymnadis arte Unctis pugilibus miles pugnabat Etruscus. — Pugil est qui pugnis, aut cæstu decertat, pycta, athleta, πύκτης, *athleta.*

I.) Proprie. *Gell.* 3. 15. Tres filios habuit, unum pugilem, alterum pancratiastem, tertium luctatorem. *Cic.* 2. *Tusc.* 17. 40. Pugiles cæstibus contusi ne ingemiscunt quidem. *et ibid.* 23. 56. Pugiles, etiam quum feriunt adversarium, in jactandis cæstibus ingemiscunt. *Id. Brut.* 69. 243. Pugiles inexercitati, etiam si pugnos et plagas Olympiorum cupidi ferre possunt, solem tamen sæpe ferre non possunt. *Ter. Eun.* 2. 3. 23. Si qua est habilior paullo, pugilem esse ajunt: deducunt cibum. *scil.* studebant pugiles habitudini et pinguedini corporis, quo et ictus inferrent graviores, et illatos levius sentirent. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 6. *p.* 39. *Bip.* Quinta hebdomas annorum omne virium, quantæ esse unicuique possunt, complet augmentum: nulloque modo jam potest quisquam se fortior fieri: inter pugiles denique hæc consuetudo servatur, ut quos jam coronavere victoriæ, nihil de se amplius in incrementis virium sperent; qui vero expertes hujus gloriæ usque illo manserunt, a professione discedant. — Celebris pugil fuit Pollux Ledæ filius (ut ejus frater Castor auriga, ejusque pugnam cum Amyco describit graphice *Val. Flacc. l.* 4. *V.* CESTUS. Aurigarum, seu agitatorum, et pugilum nomine omnis ludicra exercitatio in publicis Græcorum ludis continetur: jungunturque hæc duo apud *Horat.* 4. *Od.* 2. 18. *et ibid.* 3. 4. et *Art. P.* 84. Adde 1. *Od.* 12. 25. et 2. *Sat.* 1. 26.; et *Ovid.* 3. *Amor.* 2. 54. et 5. *Fast.* 700., quibus locis de Castore et Polluce sermo est. Sic apud Romanos quadrigæ et gladiatores in Circi spectaculis. Quamquam et ad hos aliquando pugilum certamen transiit. *Sueton. Aug.* 45. Spectavit studiosissime pugiles, et maxime Latinos: non legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Græcis solebat; sed et catervarios oppidanos inter angustias vicorum pugnantes temere ac sine arte. Ex hoc *Suetonii* loco patet, pugiles Latinos alios fuisse a Græcis, qui in *Inscript.* citata in PYCTA *pictæ* dicuntur, atque una cum pugilibus nominantur. Hinc apud *eumd. Cal.* 18. habentur catervæ Afrorum Campanorumque pugilum ex utraque regione electissimorum. *Horat. Art. P.* 185. media inter carmina poscunt Aut ursum, aut pugiles; his nam plebecula gaudet. — Etiam in illo *Ammian.* 14. 7. Vetitis certaminibus pugilum vicissim se concidentium, specie ut lucratus ingentia, lætabatur: *Lipsius* gladiatores intelligit, nec absurde: quamvis et cæstibus pugnantes cruentis ictibus se concidere-rent.

II.) Translate, *os pugilis*, in *epigr. Asinii Galli* apud *Sueton. Gramm.* 22. est durum, et omnem contameliam perferre paratum. Quo pertinere videtur illud *Martial.* 2. 72. Os tibi præcisum, quantum non ipse Latinus Vilia Panniculi percutit ora sono.

PUGILĀTIO, ōnis, f. 3. πυγμαχία, pugilum exercitatio. *Cic.* 2. *Legg.* 15. 38. Jam ludi publici sint corporum certationes cursu, et pugilatione, luctatione, curriculisque equorum.

PUGILĀTOR, ōris m. 3. ¶ 1. Est qui pugilatu certat. *Arnob.* 1. 36. Tyndaridæ Castores, equos unus domitare consuetus, alter pugilator bonus. *Boeth.* in *Aristot. Prædicam.* 3. *p.* 183. Secundum potentiam pugilatoriæ artis pugilatores vocantur. *Gloss. Isid.* Pugilones, pugilatores. ¶ 2. Est etiam fur, teste *Isid.* 10. *Orig. litt. P.* Pugilator, qui de manu in manum nummorum aliquid substrahit. Verbum a *v. pugnus* deductum videtur, ut *manuarius* a *manu* eodem sensu.

PUGILĀTORĬUS, a, um, adject. ad pugilatorem, seu pugilem pertinens. *Plaut. Rud.* 3. 4. 16. Ego te follem pugilatorium faciam, et pendentem incursabo pugnis. *Alii leg.* pugillatorium. *h. e.* qui pugillis, seu pugnis feritur. *V.* FOLLIS. et PUGILATOR 1.

PUGILĀTUS, us, m. 4. πυγμή, πυγμαχία, pugilum certamen, pugilatio. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 24. Exercere se cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila, saliendo. Adde *eumd. Capt.* 4. 2. 13.; et *Plin.* 8. *Hist. nat.* 22. 34. (82).

PUGILĪCĒ, adverb. ἀθλητικῶς, firmiter, valenter. Summam enim pugiles atque athletæ corporis robori curam impendebant. *Plaut. Epid.* 1. 1. 18. Quid herilis noster filius valet? T. Pugilice atque athletice.

PUGILLAR, āris, n. 3. idem ac pugillares. *Iuson. epigr.* 146. Bipatens pugillar expedi. *Catull.* 42. 4. En negat mihi vestra reddituram pugillaria. *Gell.* 17. 9. *a med.* Pugillaria nova nondum cera illita. Adde *Laberium* apud *Charis.* 1. *p.* 75. *Putsch. V.* PUGILLARIS in fin.

PUGILLĀRES, ium, m. plur. 3. *V.* voc. seq. in fin.

PUGILLĀRIS, e, adject. ad tabellas scriptorias pertinens. *V.* infra *Pugillares* init. *Prudent.* 9. περὶ στεφ. 15. Unde pugillares soliti percurrere ceras. *Ammian.* 28. 4. Tabulæ pugillares. *Juvenal.* 11. 156. Nec pugillares defert in balnea raucus Testiculos. *h. e.* grandiores, et pugnum implentes. Alii tamen rectius leg. *pugillares*, quum hic prima vocalis producenda sit. *V.* PUPILLARIS. — Hinc

Pugillares, ium, m. plur. 3. absolute, substantivorum more (subaudiuntur enim *tabellæ*, aut *codicilli*, aut *libelli*) sunt tabellæ ligneæ, vel ex alia materia simul complicatæ, ita ut pugillo facile tenerentur: in quibus cera illitis stilo scribere mos fuit, codicilli, tabellæ, *tavolette da scrivere, libretto, miglietto*, πινάκιον, ἐγχειρίδιον. Citreus, eburneus, membraneus memorat *Martial.* 14. 3., 5. *et* 7. a materia. Alii duplices, δίπτυχα; triplices alii dicti, τρίπτυχα; quadruplices alii, τετράπτυχα, aut quincuplices, πενταπτυχα, apud *eumd. ibid.* 4. *et* 6. a tabellarum numero, quibus constabant. Fuere et *Vitelliani*, de quibus *Id. ibid.* 8. *et* 9. et 2. 6. amatoriis præcipue nuncis mittendis apti, *viglietti d'amore. V.* VITELLIANUS in ONOM. In *Inscript.* opt. notæ apud *Gruter.* 174. 7. memorantur pugillares membranacei operculis eboreis. — Nomen habent ex eo, quod pugillo contineri poterant: quum libri crassiores essent, et tota manu continendi. *Martial.* 14. 3., cujus lemma *pugillares citrei.* Secta nisi in tenues essemus ligna tabellas etc. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 16. 27. (68). Pugillares ex tubere aceris. *Seneca Ep.* 15. Neque ego te jubeo semper immiscere libro, aut pugillaribus. Dandum et aliquod intervallum animo. *et Ep.* 108. Aliqui et cum pugillaribus veniunt (*in philosophi scholam*), non ut res excipiant, sed verba. *Plin.* 1. *Ep.* 6. Ad retia sedebam: erant in proximo stilus et pugillares. *et* 9. *Ep.* 6. Omne hoc tempus inter pugillares ac libellos jucundissima quiete transmisi, *h. e.* in studiis. *Sueton. Ner.* 52. Venere in manus meas pugillares libellique cum quibusdam notissimis versibus ipsius chirographo scriptis. *Plin.* 6. *Ep.* 5. *sub fin.* Celsus Nepoti ex libello respondit, et Celso Nepos ex pugillaribus. (*libelli* hic orationem meditatam et compositam significant: *pugillares* brevem commentarium et summa capita orationis recitandæ). *Sueton. Aug.* 39. Levissimum genus admonitionis fuit traditio coram pugillarium, quos taciti (*equites in transvectione*) et ibidem statim legerent. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 11. 21. (69). Pugillarium usum fuisse etiam ante Trojana tempora, invenimus apud Homerum. Et apud *Herodot.* 7. 339. sermo est de tabulis ceratis a Demarato Spartanorum rege missis an. D. U. C. Simile quidam narrat *Gell.* 17. 9. 16.; quis vero is fuerit, fatetur se non retinere. *V.* et *Justin.* 2. 10. 13. *et seqq.*

PUGILLĀRĬĀRĬUS, ii, m. 2. pugillarium artifex. *Inscript.* apud *Murat.* 984. 2., quæ est apud *Orell.* 4270. M. CAECILIO HILARO PYGILLARIARIO. Apud *Morcelli, Dello scrivere presso i Romani p.* 12., pro *Cæcilio* legitur *Cælio.*

PUGILLĀTOR, ōris, m. 3. qui pugillares fert, tabellarius. *Sidon.* 9. *Ep.* 14. *ante med.* Igitur interrogas per pugillatorem, quos recurrentes asseram versus.

PŪGILLĀTŌRĬUS, a, um, adject. *V.* PUGILATORIUS.

PŪGILLOR. *V.* PUGILOR.

PŪGILLUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. init.

PŪGILLUS, i, m. 2. *Pugillum, i,* n. exhibent *Gloss. Lat. Gr.* Pugillum, δραξ χειρός. — Pugillus, deminut. pugni, est parvus pugnus, et quantum eo comprehendi potest, *pugnetto, pugnello,* δραξ, αχός. *Cato R. R.* 158. Eo addito cochleas sex, et lentis pugillum. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 22. 89. (242). Sunt qui marrubii semen, quantum duobus digitis capiant, cum farris pugillo decoctum, etc. *Prudent.* 10. *Cathemer.* 152. minimi mensura pugilli. *Auct. carm. de Paschate* 69. Indignum est, cujus clauduntur cuncta pugillo, Ut tegat inclusum rupe vetante lapis. — *Asinius* apud *Charis.* 1. p. 75. *Putsch.* docet, *pugillum* esse, qui plures tabellas continet in seriem sitas. Hinc *pugillaria* et *pugillares.* — *Salmas.* ad *Trebell. Gallien.* 8. in *Gloss. Philox.* invenit *pugillos* et *pugilla,* Græce *ἐπισφαιρα* et *ἐπισφαιρια,* quæ putat fuisse veluti globos ex molli materia factos, quibus, pro duris cæstibus, pugiles induerent manus, quum ludicro et innoxio pugilatu certabant, quemadmodum gladiatores per ludum se exercentes præpilatis gladiis, aut plumbeis utebantur.

PŪGĬLO, ōnis, m. 3. idem ac pugilator. *V.* PUGILATOR 1.

PŪGĬLOR *vel* pūgillor, āris, ari, depon. 1. Apud *Apul.* loc. infra cit. alii ubique leg. *pugillor* duplicata liquida, tamquam sit a *pugillus:* sic *Herm. Peter.* apud *Trebell.* infra cit. — Part. *Pugilans* 1. — Pugilari est pugnis cædere, pugilatu certare.

I.) Proprie. *Apul. de Deo Socrat.* Si velis perniciter currere, pedes curandi sunt: itidem si pugilari valide velis, brachia vegetanda sunt, quibus pugilatur. *Trebell. Gallien.* 8. Pugiles sacculis, non veritate pugilantes. *h. e.* non duris cæstibus et vulnus facientibus pugnantes, sed quibusdam veluti sacculis arena aut alia re molli fartis ad ictus innoxios inferendos. *Salmas.* ex conjectura legit *flacculis,* h. e. pilis seu sphæris, vel globulis flaccidis, et ad ictum cedentibus: ipse *Peter.* eddidit *flacculis.*

II.) Translate. *Apul.* 7. *Met.* Hic (*equus*) elatis in altum vastis pectoribus, arduus capite et sublimis vertice, primoribus in me pugilatur unguibus.

PŪGĬO, ōnis, m. 3. brevis gladius et qui veste facile tegi potest: a *pungo, pupugi. Paul. Diac.* p. 235. 2. *Müll* Pugio dictus est, quod eo punctim pugnatur. Gr. *ἐγχειρίδιον, ξιφιδιον, παραζωστρίς* (It. *pugnale*; Fr. *poignard, stylet*; Hisp. *puñal, almarada*; Germ. *d. kurze Waffe zum Stechen, der Dolch*; Angl. *a dagger, dirk, poniard, skean, stiletto*).

I.) Proprie.— *a*) Generatim. *Sall. fragm.* apud *Non.* p. 553. 33. *Merc.* Veste tectum pugionem expedire conatus. *Cic.* 2. *Phil.* 12. 28. Cæsare interfecto, statim cruentum alte extollens M. Brutus pugionem etc. *et ibid.* § 30. Qui stillantem præ se pugionem tulit etc. *Sueton. Cæs.* 82. Ut animadvertit, undique se strictis pugionibus peti, etc. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 12. Pugione percussus. *Tac.* 4. *Hist.* 29. *extr.* aliquem fodere. *Auct. B. Alex.* 52. ferire. *Aurel. Vict. Epit.* 39. Acto per costas pugione. *Martial.* 14. 33. Pugio, quem curvis signat brevis orbita venis, Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis. — *b*) Speciatim *pugio* fuit insigne imperatoriæ potestatis, a juris vitæ necisque civium. *Sueton. Galb.* 11. Iter ingressus est paludatus, ac dependente a cervicibus pugione ante pectus. *Id. Vitell.* 15. *ad fin.* Solutum a latere pugionem consuli primum, deinde, illo recusante, magistratibus ac mox senatoribus singulis porrigens, nullo recipiente, quasi in æde Concordiæ positurus abscessit. Adde *Tac.* 3. *Hist.* 68. — *c*) Hoc imperatoriæ potestatis insigne præfectis prætorio imperatores tradere solebant. Unde illud celebre Trajani dictum, quum præfectum prætorio crearet: Tibi istum ad munimentum mei committo, si recte agam; sin aliter, in me magis. Rem narrat *Aurel. Vict. Cæsar.* 13. Hinc sub Commodo quum tres simul præfecti prætorio essent, unus ex iis qui libertinus erat, a pugione appellatus est, quod ei potissimum Commodus pugionem tradiderat. *Lamprid Commod.* 6. *extr.* — *d*) Fuit etiam gestamen dignitatum militarium, ut tribunorum, centurionum. Colligitur hoc ex *Tac.* 1. *Hist.* 43. et *Val. Max.* 3. 5. *n.* 3.; atque huc pertinere videtur illud distichon *Martial.* 14. 32., cujus lemma *Parazonium.* Militiæ decus hoc, et grati nomen honoris: Arma tribunicium cingere digna latus. — *e*) In secretis C. Caligulæ reperti sunt duo libelli diverso titulo: alteri Gladius, alteri Pugio index erat, ut est apud *Sueton. Cal.* 49.: nempe priori continebantur eorum nomina, quos publice et per carnificem; altero, quos clam et per sicarios morti destinaverat.

II.) Translate. *Cic.* 4. *Fin.* 18. 48. O plumbeum pugionem! *h. e.* argumentum invalidum: sunt enim argumenta quædam veluti tela, quibus adversarium petimus.

Homonym. *Pugio* differt a *sica,* quæ a *secando* ducitur: et fortasse *pugio* solo mucrone valebat ad pugnandum; *sica* et acie ad cædendum. Præterea hæc tecta fere gestabatur, et a privatis hominibus; ille etiam aperte, et a constitutis in honore militari.

PŪGĬUNCŬLUS, i, m. 2. deminut. pugionis, *pugnaletto,* parvus pugio. *Cic. fragm. contra C. Anton.* apud *Ascon.* Posteaquam illo Hispaniensi pugiunculo nervos incidere civium R. non potuerunt, duas uno tempore conantur in republ. sicas destringere. *Id. Orat.* 67. 225. Nam in iis, quibus, ut pugiunculis, uti oportet.

PUGNA, æ, f. 1. est prœlium, certamen, dimicatio: a *pugnus,* quia ante reperta arma pugnis et calcibus et morsibus et corporum luctatione homines confligebant, ut ait *Horat.* 1. *Sat.* 3. 101., item *Donatus* ad *Ter. Hecyr. prol.* 2. 25.; et *Cassiod.* 1. *Variar.* 30. *μάχη* (It. *pugna, combattimento, zuffa, battaglia, fatto d'arme, giornata*; Fr. *combat, engagement, lutte, bataille*; Hisp. *combate, contienda, lucha, batalla*; Germ. *Gefecht, Treffen, Kampf*; Angl. *a battle, fight, encounter, engagement, combat fray*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu. *Cæs.* 3. *B. G.* 4. Diuturnitate pugnæ defessi prœlio excedebant. *Tac.* 5. *Hist.* 18. Legiones pugnam excipiunt, suppressaque hostium ferocia prœlium æquatur. *Ovid.* 12. *Met.* 180.; et *Lucret.* 4. 841. Certamen pugnæ. *Quintil.* 5. 12. 22. Pugna certaminis. *Cic.* 7. *Verr.* 11. 28. Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam veniebat. *Id. Mur.* 16. 34. Cujus (*Pompeji*) ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quæ cum rege commissa est, et summa contentione pugnata. Qua ex pugna quum ille se eripuisset etc. *Id. Mil.* 21. 56. Adde incertos exitus pugnarum Martemque communem. *Id.* 6. *Verr.* 55. 122. Pugna equestris in tabulis picta præclare. *Virg.* 11. *Æn.* 709. pedestris. *Macrob.* 5. *Saturn.* 2. *ad fin.* singularis. *duello.* Absolute *pugnam* de singulari dixit *Liv.* 7. 10. *extr.*) *Sueton. Aug.* 45. gladiatorum. *Nepos Arist.* 2. Pugna navalis, quæ facta est prius quam etc. *Ammian.* 16. 9. Pugnæ concursatoriæ. *Id.* 20. 8. stataria. *Id.* 26. 8. murales. *Horat.* 1. *Od.* 15. 25. Pugnæ sciens. *Id.* 4. *ibid.* 4. 12. Amor pugnæ. *Cæs.* 3. *B. G.* 23. *in fin.* Non cunctandum existimavit, quin pugna decertaret. *Justin.* 2. 11. 2. Pugnam capessere. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 93.; et *Tac.* 12. *Ann.* 30. conserere. *Id.* 3. *ibid.* 41. ciere. *Quintil.* 12. 1. 28. inire. *Liv.* 4. 38. *sub fin.* restituere. *Tac.* 5. *Hist.* 18. Pugna ardescit. *Ovid.* 6. *Fast.* 187. In pugna cadere. *Liv.* 29. 34. Hostem ad pugnam elicere. *Cæs.* 5. *B. G.* 58. evocare. *Liv.* 22. 7.; et *Virg.* 12. *Æn.* 34. Pugna magna victi sumus. *Cic.* 2. *Divinat.* 25. 54; et *Sall. Jug.* 6. Pugna mala. *h. e.* adversa. *Sueton. Cal.* 35. prospera. *Val. Flacc.* 6. 32. Voxque Dei pariter pugnas audita per omnes. *h. e.* per utrumque exercitum et omnes ejus partes. *Ovid.* 3. *Trist.* 5. 34. Pugna suum unem, quum jacet hostis, habet. *Liv.* 22. 28. Jam justam expleverat aciem, ac totis utrimque viribus certabatur: peditum acies inter perculsos impavida sola erat, videbaturque, si justa aut si recta pugna esset, haudquaquam impar futura. ¶ 2. Latiori sensu pro bello. *Justin.* 5. 4. 17. Non Siciliæ illis adversa pugna in ore est, sed Græciæ victoria; non classes per illum (*Alcibiadem*) amissæ, sed acquisitæ. ¶ 3. Concreto, uti ajunt, sensu. *Liv.* 1. 25. Forte is (*Horatius*) integer fuit, ut universis solus nequaquam par, sic adversus singulos (*Albanos Curiatios*) ferox. Ergo, ut segregaret pugnam eorum, capessit fugam, ita ratus etc.

II.) Translate. ¶ 1. Interdum pro pugnantium militum agmine vel globo ponitur. *Liv.* 22. 45. *extr.* Consules cornua tenuerunt; Terentius lævum, Æmilius dextrum Gemino Servilio media pugna tuenda data est. *Curt.* 3. 2. 14. Quod imperatur, omnes (*ex Macedonum phalange*) exaudiunt: obsistere, circumire, discurrere in cornu, mutare pugnam non duces magis, quam milites callent. ¶ 2. De quocumque certamine et contentione, *contrasto*: ad rem *Cic.* 1. *Att.* 16. *sub init.* Certe me in illa causa admiratus esses. Quum enim ille ad contiones confugisset, in iisque meo nomine ad invidiam uteretur, dii immortales! quas ego pugnas et quantas strages edidi! quos impetus in Pisonem, in Curionem, in totam illam manum feci! quo modo sum insectatus levitatem senum, libidinem juventutis! *Id.* 2. *Divinat.* 51. 105. Hic vero quanta pugna est doctissimorum hominum, negantium etc? *Quintil.* 5. 12. 22. Initurus forensium certaminum pugnam. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 38. 38. (102). Rerum naturæ pugna secum. ¶ 3. De Venerea colluctatione. *Martial.* 10. 38. O quæ prœlia, quas utrinque pugnas Felix lectulus et lucerna vidit! *V.* PRŒLIUM II. ¶ 4. *Pugna* pro fallacia. *V.* PUGNO.

PUGNĀBĬLIS, e, adject. qui pugnari potest. *Pompej. Comment. art. Donat.* § 16. p. 193. Ceterum jam compositiones, jam simplices sunt. Puta *pugnabilis, expugnabilis.* Idem est: *ille locus est pugnabilis,* hoc est, qui possit pœne dirui; *ille locus est expugnabilis,* hoc est, qui possit pœne dirui. *Inexpugnabilis* non videatur tertia esse compositio, sed secunda.

PUGNĀCĬTAS, ātis, f. 3. studium, ardor et vis pugnandi, *voglia di combattere.*

I.) Proprie. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 51. (101). *de perdicib.* Capiuntur quoque pugnacitate ejusdem libidinis, contra aucupis inlicem exeunte in prœlium duce totius gregis.

II.) Translate. *Quintil.* 4. 3. 2. Ne, si pressæ illi narrationis gracilitati conjuncta argumentorum pugnacitas fuerit, dilatis diutius dicendi voluptatibus oratio refrigescat. *Seneca* 1. *Controv.* 2. Accusatoris usus pugnacitate.

PUGNĀCĬTER, adverb. Comp. *Pugnacius* et Sup. *Pugnacissime.* — Pugnaciter translate occurrit, et est pugnando, pertinaciter, instanter, constanter, *combattendo, contrastando, con calore, con impeto, ἐναντικως. Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 3. 9. Plerique errare malunt, eamque sententiam, quam adamaverunt, pugnacissime defendere. *et ibid.* 20. 65. De omni statu consilioque vitæ certare cum aliis pugnaciter. *Seneca* 1. *Quæst. nat.* 2. *extr.* Sidera collectum aera luce levi non pugnaciter, nec aspere feriunt. *Quintil.* 9. 4. 126. Ubicumque acriter erit et instanter pugnaciterque dicendum, membratim cæsimque dicemus. *et paullo post* § 130. Quis dubitat, alia lenius, alia concitatius, alia sublimius, alia pugnacius, alia gravius esse dicenda? *Est qui leg.* pugnantius.

PUGNĀCŬLUM, i, n. 2. *forte, fortezza, προμαχών,* locus munitus, unde pugnatur, seu ex quo hostilis vis arcetur, propugnaculum. *Plaut. Mil. glor.* 2. 3. 63. Deturbabo jam ego illum de pugnaculis. Adde *Ammian.* 21. 12.

PUGNANS, antis, particip. *V.* PUGNO.

PUGNANTER. *V.* PUGNACITER in fin.

PUGNĀTOR, ōris, m. 3. *combattitore, com-*

battente, μαχητής, qui pugnat, prœliator. *Liv.* 24. 15. Fortissimus quisque pugnator esse desierat. *Sueton. Cæs.* 39. *ad fin.* Tyriæ et Ægyptiæ classes magno pugnatorum numero confluxerunt. *Sil. It.* 15. 598. Floruerat primo clarus pugnator in ævo. — De brutis animantibus. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 15. 49. (142). Pugnator gallus.

PUGNĀTŌRĬUS, a, um, adject. *da combattere, μάχιμος*, ad pugnandum idoneus.

I.) Proprie. *Sueton. Cal.* 54. Batuebat pugnatoriis armis. *h. e.* ad feriendum aptis: cui opponitur *ibid.* 32. Rudibus batuens. *Charis.* 1. *p.* 59. *Putsch.* Pugnatorius clipeus. *h. e.* quo utuntur pugnatores.

II.) Translate. *Seneca* 2. *Controv. præf.* Deerat illi oratorium robur et ille pugnatorius mucro.

PUGNĀTRIX, icis, f. 3. quæ pugnat. — *a)* Adjective. *Ammian.* 23. 6. Pugnatrix natio et formidanda. — *b)* Substantivorum more, *Prudent. Psychom.* 681. Intulit hoc vulnus pugnatrix subdola.

PUGNĀTUS, a, um. *V.* PUGNO.

PUGNAX, ācis, adject. omn. gen. (pugno). Comp. *Pugnacior* I. et II. 1. et 2.; Sup. *Pugnacissimus* I. — Pugnax est pugnandi cupidus, valide pugnans, bellicosus, *μαχγμων, πληκτης* (It. *bellicoso, armigero, feroce*; Fr. *qui aime le combat, avide de guerre, belliqueux*; Hisp. *belicoso, avido de guerra*; Germ. *kampflustig, streitbar, kriegerisch*; Angl. *fond of fighting, warlike, ferocious, pugnacious*).

I.) Proprie. *a)* De hominibus. *Cic.* 5. *de republ.* 8. Marcellus ut acer et pugnax; Maximus ut consideratus et lentus. *Id.* 8. *Phil.* 9. 26. Centuriones pugnaces et lacertosi. *Ovid.* 3. *Trist.* 9. 7. Minerva pugnax. *Tac. Agric.* 17. Validam et pugnacem gentem armis subegit. *Propert.* 3. 7. 25. pugnaces ire per hostes. *Horat.* 3. *Od.* 3. 26. nec Priami domus Perjura pugnaces Achivos Hectoreis opibus refringit. *et* 4. *ibid. c.* 6. quamvis (*Achilles*) Dardanas turres quateret tremenda Cuspide pugnax. *Tac.* 4. *Hist.* 60. Pugnacissimus quisque in vestigio; multi palantes occubuere. *Asinius Pollio* apud *Cic.* 10. *Fam.* 31. Hac legione noli pugnacius quidquam putare. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 49. Quis circum pagos et circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia, cui etc? — Cum Infinito. *Sil. It.* 3. 363. tenui pugnax instare veruto. — *b)* De brutis animantibus. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 6. Pugnacem arietem mitigari terebra foratis cornibus. *Petron. Satyr.* 86. Gallos gallinaceos pugnacissimos duos. — *c)* De rebus. *Ovid.* 5. *Trist.* 7. 48. Victaque pugnaci jura sub ense latent.

II.) Translate. ¶ 1. De oratione et verbis. *Plin.* 2. *Ep.* 19. Oratio pugnax et contentiosa. *et Cic. Brut.* 31. 121. Hujus oratio in philosophiam translata, pugnacior, ut ita dicam, videtur, et illorum in judicia pacatior. *Id.* 2. *Orat.* 78. 317. Exordium dicendi vehemens et pugnax non sæpe esse debet. *Id. Pis.* 28. 90. Græcus facilis et valde venustus, nimis pugnax contra senatorem populi R. esse noluit. *h. e.* noluit nimis contraire et adversari. ¶ 2. Est etiam pertinax, obstinatus. — *a)* De hominibus. *Cælius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 13. Non est pugnax in vitiis, neque hebes ad id, quod melius sit, intelligendum. — *b)* De rebus: — Et est contrarius, pugnans. *Ovid.* 1. *Met.* 432. Quumque sit ignis aquæ pugnax, etc. — Item resistens. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 16. 25. (126). Quid ferri duritia pugnacius? Pedes ei impertivit et mores. Trahitur magnete, etc. *Id.* 15. *ibid.* 3. 4. (13). Oleæ callosæ, contra humorem pugnaces. — *Pugnacia musta* apud *eumd.* 14. *ibid.* 20. 25. (125). sunt vehementia, valida, et quæ lenia fieri recusant.

PUGNĒUS, a, um, adject. a pugnis, hoc est ictibus manus. Joculariter *Plaut. Rud.* 3. 4. 57. Si attigeris ostium, jam hercle tibi mossis in ore fiet mergis pugneis. *V.* MERGÆ.

PUGNICŪLA, æ, f. 1. levis pugna. Usurpavit *Cato*, si credere volumus *Perotto* ad *Martial.* 7. 9. Quo sensu etiam *pugnariolam* ab illo dictam fuisse, idem alibi testis est. Sed *Festus p.* 242. 9. *Müll.* suit *punctatoriolam.*

PUGNĪTUS, adverb *co' pugni*, est *Cæcilii* apud *Non. p.* 514. 9. *Merc.* Nisi idem, qui sese malit pugnitus pessumdari.

PUGNO, as, āvi, ātum, are, n. 1. (pugna). *Pugnavit* pro *pugnatum est* apud *Plin.* 15. *Hist. nat.* 18. 20. (78). Ara inde sublata gladiatorio munere divi Julii, quod novissime pugnavit in foro. — Part. *Pugnans* I. 1.° et II. 1.; *Pugnatus* I. 2.°; *Pugnaturus* I. 1.° — Pugnare est dimicare, certare, confligere, congredi, *μαχομαι* (It. *combattere, pugnare, contrastare, azzuffarsi*; Fr. *combattre, se battre, se mesurer, lutter*; Hisp. *combatir, pelear, luchar*; Germ. *kämpfen, fechten, streiten, eine Schlacht-, ein Treffen liefern*; Angl. *to fight, combat, engage, contend*).

I.) Proprie. — 1.°) De hominibus. — *a)* Generatim *Tac.* 2. *Ann.* 80. Consisterent in acie, non pugnaturis militibus. *Sall. Jug.* 108. Postquam barbari male pugnaverant. *aveano combattuto con la peggio. et ibid.* 61. Eminus lapidibus pugnare. *Id. Cat.* 9. Qui contra imperium in hostem pugnaverant. Adde *ibid.* 56.; et *Liv.* 8. 6. *extr.* et *ibid.* 7. *Nepos Thrasyb.* 2. *extr.* Quum Critias adversus Thrasybulum fortissime pugnaret. *Cic. Balb.* 9. 23. Qui cum hoste nostro comminus in acie sæpe pugnarit. *Cæs.* 2. *B. G.* 8. Ne, quum aciem instruxisset, hostes a lateribus suos pugnantes circumvenire possent. *et* 3. *ibid.* 25. Auxiliares telis subministrandis speciem atque opinionem pugnantium præbebant. *Ovid. Heroid.* 20. 171. Pugnare pro causa iniqua. *Cic.* 1. *Invent.* 1. 2. Pugnare pro commodis patriæ. *At* Orellius *legit* propugnare. *Petron. Satyr.* 108. Illis pro ultione, nobis pro vita pugnantibus. *Ter. Hecyr. prol.* 41. Tumultuantur, clamant, pugnant de loco. *Gell.* 12. 5. De possessione hominis pugnantes. *Cic.* 2. *Nat. D.* 2. 6. Pugnare ex equo. *Seneca Provid.* 2. de genu. *Quintil.* 2. 8. 14. Nicostratus luctando pugnandoque, quorum utroque certamine iisdem diebus coronabatur, invictus. Hinc *Pausan.* 5. 21. 5. *Νικόστρατος ἐπὶ ἡμέρας ἀνείλετο τῆς αὐτῆς παγκρατίου καὶ πάλης νίκην.* — *b)* Cum Accusativis *pugnam, prælium, bellum.* *Ἀττικισμός. Horat.* 4. *Od.* 9. 19. pugnavit Dicenda Musis prœlia. *Lucilius* apud *Donatum* ad *Ter. Eun.* 5. 2. 60. et *Adelph.* 5. 3. 57. *et* 5. 4. 5. Vicimus, o socii, et magnam pugnavimu' pugnam. Adde *Plaut. Amph.* 1. 1. 97., *Pseud.* 1. 5. 110.; *Nep. Hannib.* 5.; *Gell.* 3. 8. et 15. 18. *Sic Cic. Mur.* 16. 34. Pugna summa contentione pugnata. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 15. Si quis bella tibi terra pugnata marique Dicat. *Id.* 3. *Od.* 19. 4. Et pugnata sacro bella sub Ilio. *Sall. Jug.* 58. Prœlium male pugnatum ab suis. — *c)* Impersonaliter more passivorum. *Sall. Jug.* 115. Sæpe ante paucis strenuis adversus multitudinem bene pugnatum est. *Cæs.* 7. *B. G.* 84. Pugnatur uno tempore omnibus locis. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Armatæ classes imponunt sibi turrium propugnacula, ut in mari quoque pugnetur, velut e muris. *Cæs.* 1. *B. G.* 52. Comminus gladiis pugnatum est. Sic *Virg.* 7. *Æn.* 553. Stant belli causæ: pugnatur comminus armis. — 2.°) De brutis animantibus. *Varro* 2. *R. R.* 3. 8. Capræ inter se cornibus pugnant.

II.) Translate. ¶ 1. Cum Dativo poetice est adversari, repugnare, resistere, pertinacem esse. *Catull.* 62. 64. noli pugnare duobus. *Virg.* 11. *Æn.* 600. tremit æquore toto Insultans sonipes, et pressis pugnat habenis. *et* 4. *ibid.* 38. placitone etiam pugnabis amori? *Ovid.* 1. *Met.* 19. Frigida pugnabant calidis, humentia siccis. *Stat.* 8. *Theb.* 289. ne pugnet vulgus habenis. *Sil. It.* 10. 284. Nostris pugnavit monitis furor. — Huc pertinent illa *Cic.* 1. *Tusc.* 7. 13. Pugnantia te loqui non vides? quid enim tam pugnat, quam non modo miserum, sed omnino quidquam esse, qui non sit? *ripugna, è contradditorio.* et 2. *Phil.* 8. 18. Tam eras excors, ut tota in oratione tua tecum ipse pugnares; ut non modo non cohærentia inter se diceres, sed maxime disjuncta atque contraria. — Similiter Part. *pugnans* est contrarius, repugnans, dissidens, *contradditorio, ripugnante, opposto, ἐναντίος, μαχόμενος. Cic.* 1. *Fin.* 18. 58. Pugnantibus et contrariis studiis consiliisque semper utens. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 102. pergis pugnantia secum Frontibus adversis componere? *Id. ibid.* 2. 73. At quanto meliora monet, pugnantiaque istis Dives opis natura suæ! *Plin.* 28. *Hist. nat.* 7. 23. (81). Quæque alia nuncupavere monstrifera, aut inter ipsas (*mulieres*) pugnantia. — *Pugnans* est pertinax apud *Propert.* 4. 7. 89. Pelle hederam tumulo, mihi quæ pugnante corymbo Mollia contortis alligat ossa comis. ¶ 2. Significat etiam conari, contendere, eniti. *Cic.* 3. *Fam.* 10. *ante med.* Illud pugna et enitere, ne quid nobis temporis prorogetur. *Id. Rosc. Am.* 3. 8. Hoc solum hoc tempore pugnatur, ut ad illam prædam damnatio Sex. Roscii accedat. *Ovid.* 7. *Met.* 772. jamdudum vincula pugnat Exuere ipse sibi. *et* 1. *ibid.* 685. Ille tamen pugnat molles evincere somnos. — De rebus inanimis. *Lucret.* 2. 205. quamquam Pondera, quantum in se est, deorsum deducere pugnent. *Petron. Satyr.* 123. Prima quidem glacies, et cana vincta pruina Non pugnavit humus. — *Non pugnare*, non laborare. *Cic.* 3. *Nat. D.* 1. 3. Mihi videtur Epicurus de diis non magnopere pugnare. *non prendersi gran travaglio, non interessarsi molto.* ¶ 3. *Pugnare*, et *pugnam dare* apud comicos interdum est dolum, fallaciam comminisci, machinam excogitare ad fallendum et fraudandum. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 110. Priusquam istam pugnam pugnabo, ego etiam prius dabo aliam pugnam claram et commemorabilem. *Id. Epid.* 3. 4. 57. Epidice, frugi es: pugnasti: homo es, qui me emunxisti etc. Sic *Id. Capt.* 3. 4. 53. Profecto jam aliquid pugnæ edidit. *Id. Bacch.* 4. 9. 43. Pugnam conserui seni. Ego eum adeo uno mendacio devici. Adde *eumd. ibid.* 2. 3. 39.; et *Ter. Eun.* 5. 3. 60. Huc pertinet illud *Ter. Adelph.* 5. 3. 56. Istam psaltriam una illuc mecum hinc abstraham. MI. Pugnaveris. *Donatus* interpretatur, magnam rem feceris: quod fere eodem recidit.

PUGNUS, i, m. 2. Ratione habita etymi *Paul. Diac. p.* 219. 2. *Müll.* Pugnus a punctione, id est percussu dicitur. Cf. *πύξ, πυγμή, pungo, pugno, pugna, pugil.* — Ceterum *pugnus* est manus contracta et clausa ad capiendum, vel feriendum: cujus ictus *colaphus* etiam dicitur, *πυγμή, κόνδυλος* (It. *pugno*; Fr. *poing*; Hisp. *puño*; Germ. *d. Faust*; Angl. *a fist, neif*).

I.) Proprie. — *a)* Generatim. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 47. 145. Manum plane comprimere, pugnumque facere. *Id.* 5. *Tusc.* 27. 77. Certare pugnis, calcibus, unguibus. *Id.* 5. *Verr.* 23. 56. Quum pugnis et calcibus conscissus esset. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 46. Pugnis aliquem contundere. *Id. Pœn.* 1. 2. 145. pectere. *Id. Amph.* 1. 1. 172. cnerare. *et* 2. 1. 59. obtundere. *Id. Truc.* 4. 2. 55. (et *Horat.* 1. *Sat.* 2. 66.) cædere. *Id. Pœn.* 4. 1. 3. incursare. *Id. Rud.* 3. 4. 5. Pugnum alicui in os impingere. *Paul. Dig.* 47. 10. 4. ducere alicui. *tirare un pugno. Ter. Phorm.* 5. 7. 95. Pugnos in ventrem ingerere. *Id. Adelph.* 2. 1. 17. Ne mora sit, si innuerim, quin pugnus continuo in mala hæreat. *Ovid.* 6. *Met.* 626. Is mihi, dum resto, juvenili guttura pugno Rupit. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 100. glandem atque cubilia propter Unguibus et pugnis, dein fustibus, atque ita porro, Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus. — *b)* Speciatim de pugilatu: ad rem *Cic. Brut.* 69. 243. Sed et pugiles inexercitati, etiamsi pugnos et plagas, Olympiorum cupidi, ferre possunt, solem tamen sæpe ferre non possunt. *Horat.* 3. *Od.* 12. 8. neque pugno, Neque segni pede victus. *Id.* 1. *ibid.* 12. 26. puerosque Ledæ. Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem. *Cf. eumd.* 2. *Sat.* 1. 26. Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem Pugnis.

II.) Translate de mensura. *Cato R. R.* 82. Sphæras pugnum altas facito. *Marcell. Empir.* 8. *circa med.* Rosæ siccæ pugnos duos.

PUILIA saxa esse ad portum, qui sit secun-

dum Tiberim, ait Fabius Pictor, quem locum putat Labeo dici, ubi fuerit Ficania via Ostiensi ad lapidem undecimum. Hæc *Festus p.* 250. 31. *Müll.*

PULCELLUS, PULCER et similia. *V.* PULCHELLUS. PULCHER, etc.

PULCHELLUS *et* pulcellus a, um, adject. deminut. pulcri, *vaghetto, bellino, belluccio*, venustulus. *Crassus* apud *Cic.* 2. *Orat.* 65. 262. Audiamus pulcellum puerum. *scil.* ironice; deformis enim erat P. Ælius Lamia, qui contra Crassum dicebat apud M. Perpennam judicem in causa adversus Aculeonem. *Cic.* 7. *Fam.* 23. Bacchæ pulchellæ. *h. e.* Baccharum signa. *Id.* 1. *Att.* 16. et 2. *ibid.* 1. *et* 22. *pulchellum* vocat P. Clodium inimicum suum, tum quod cognomine *Pulcher* erat, tum etiam ironice, quod facie illiberali esset, ut constat ex *Cic. fragm. orat. in P. Clod.* 4. ejusque *Scholiast. ibid.* ab *A. Maio* editis: nec audiendus *Manutius*, qui ex locis perperam interpretatis *Plutarchi* in *Cæsar.* et in *Cicer.* credere videtur, Clodium pulchrum revera fuisse. *V. ejusd. Maii adnot.* ad *loc. cit.* et *p.* 209. *edit.* 3.ᵉ, h. *e. Class. Auct. T.* 2.

PULCHER *et* pulcer, cra, crum, adject. — Veteres, teste *Cic. Orat.* 48. 160., *Varron.* apud *Charis. p.* 56. *Putsch.* et *Scauro de Orthogr. p.* 2256., sine aspiratione scribebant, excepto si vocalis sequeretur, ut in recto singulari, et in superlativo. Etsi *Ciceronis* aspiratio ubique adhibebatur. Paullatim deinde extrita est ubique: et non solum *pulcra, pulcrum*, sed etiam *pulcer, pulcerrimus, pulcellus*, quæ in MSS. (teste *Pier.* ad *Virg.* 2. *G.* 534.) et lapidibus non unis reperiuntur. Sed usus frequentior videtur in his retinuisse, in ceteris reliquisse. *Scaur. de Orthogr. p.* 2256. *Putsch.* Pulchrum quamvis in consuetudine aspiretur, nihilominus tamen ratio exiliter enuncianda et scribendum esse persuadet, ne una omnino dictio, adversus Latini sermonis naturam, in media adspiretur: quamvis Sanctra a Græcis putet esse translatum, quasi πολύχροα. — Etiam *polcer* et *polcrum* aliquando scriptum fuit, sive quod a Græco πολύς, sive quod a Latino *polio* duci creditum est. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 48. 107. Romulus polcer in alto Quirit Aventino. *Id. ibid.* 20. 40. Nam me vivus bonus polcer per amœna salutat. Et ripas repetare. Sic *polcerrimus*, *ibid.* 48. 108. Et, Venus pulcra dearum, *Id.* apud *Prob.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 31., ubi notandus genitivus Græco more. Alii tamen ubique per a scribunt. *Inscript.* apud *Gruter.* 556. 1. PATRIAE PVLCRAE QVAE VIXIT ANN. VIIII. etc. — Ratione habita etymi, *pulcher*, ut nonnulli volunt, est a πολυχρους *multum coloris nitorisque habens*; vel a πολυχαρις; multum habens gratiæ; vel a πολυσις. Alii a *polio*, alii aliunde ducunt. — Comp. *Pulcrior* et Sup. *Pulcherrimus* I. et II. 1. — *Pulcher* est formosus, venustus, decorus, elegans, καλός (It. *bello, vago, avvenente*; Fr. *beau, d'un aspect agréable*; Hisp. *hermoso, bello, agradable á la vista*; Germ. *schön*; Angl. *fair, beautiful, beauteous, handsome*).

I.) Proprie refertur ad corpus, formam et speciem rerum. — *a)* De hominibus. *Cic.* 1. *Off.* 40. 144. Quum casu formosus puer præteriret, dixisseque Sophocles, O puerum pulcrum, Pericle! *Phædr.* 2. 2. Animoque ejusdem pulcra juvenis ceperat. *Sueton. Domit.* 18. Fuit pulcher ac decens, maxime in juventa. *Virg.* 1. *Æn.* 590. Regina ad templum formâ pulcherrima Dido Incessit. *et* 7. *ibid.* 179. quo pulcrior alter Non fuit Æneadum. *Horat.* 1. *Od.* 16. 1. O matre pulcra filia pulcrior. *Id.* 1. *Ep.* 1. 106. Ad summam, sapiens uno minor est Jove, dives, Liber, honoratus, pulcher. *et* 2. *ibid.* 2. 4. Candidus et talos a vertice pulcher ad imos. *Virg.* 9. *Æn.* 684. et pulcher Aquicolus armis. *h. e.* pulcris armis instructus. — Ad illud *Virg.* 3. *Æn.* 119. taurum tibi, pulcher Apollo: *Servius* hæc adnotat: Quidam epitheton datum Apollini reprehendunt. *Pulcros* enim a veteribus exoletos dictos: nam et apud Lucilium Apollo *pulcher* dici non vult. — *b)* De rebus physicis et brutis animantibus. *Cic. Senect.* 15. 53. *de vite et uva.* Qua quid potest esse tum fructu lætius, tum aspectu pulcrius? *Virg.* 2. *G.* 463. varios pulcra testudine postes. *Id.* 9. *ibid.* 358. pulcrosque tapetas. *Cæs.* 7. *B. G.* 15. Pulcherrima prope totius Galliæ urbs. *Ovid.* 14. *Met.* 260. perque atria marmore tecta Ad dominam (*Circen*) ducunt: pulcro sedet illa recessu Sublimis solio. *Id.* 1. *Pont.* 8. 37. Pulcri horti. *Lucret.* 4. 1027. *et* 1087. pulcher color. *Virg.* 2. *G.* 137.; et *Val. Flacc.* 5. 486. fluvius. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 89. Pulcherrimus panis. *Id.* 1. *Ep.* 18. 33. Pulcræ tunicæ. *Id.* 1. *Sat.* 2. 89. clunes. *Festus p.* 238. 16. *Müll.* Pulcher bos appellatur ad eximiam pinguitudinem perductus. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (59). Praxiteles fecit ex ære pulcherrima opera.

II.) Translate ¶ 1. Universim, morali ratione usurpatur de abstractis et de rebus physicis, et est bonus, excellens, magnus, honestus, etc.: hinc latissime patet. — *a)* Dicitur *pulcher* bonus in quocumque genere. *Cæs.* 7. *B. G.* 77. Pulcherrimum exemplum. *Sall.* in *epist. Mithrid. ad Arsac.* Pulcherrima classis. *Id. Cat.* 5. *extr.* Respublica paullatim immutata, ex pulcherrima pessima ac flagitiosissima facta est. *Cic.* 1. *Off.* 32. 118. Quæ majori parti pulcherrima videntur, ea exoptant. *Virg.* 5. *Æn.* 728. pulcherrima consilia. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 6. pulcra poemata. *Alii leg.* pura. *Gell.* 19. 8. Poetarum pulcherrime. *Petron. Satyr.* 88. Pulcherrimæ artes. *Cato R. R.* 104. Acetum acerrimum et pulcherrimum. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 4. 10. (19. unguentum. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 41. quum sit obeso Nil melius turdo, nil vulva pulcrius ampla. — *b)* Item carus, gratus. *Virg.* 1. *Æn.* 822. pulcra pro libertate. — *c)* Item pretiosus. *Id.* 9. *ibid.* 253. pulcherrima præmia. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 95. Virtus, fama, decus, divina, humanaque pulcris Divitiis parent. — *d)* Item clarus, nobilis. *Virg.* 2. *Æn.* 290. Nascetur pulcra Trojanus origine Cæsar. — *e)* Item fœtus, faustus. *Horat.* 1. *Od.* 36. 10. Cressa ne careat pulcra dies nota. *Flor.* 2. 2. *ante med.* Pulcherrimus exitus. — *f)* Item gloriosus, honoratus, honestus, laude dignus. *Flor.* 2. 12. *ad fin.* Pulcherrimus triumphus. *Lucret.* 5. 1233. pulcros fasces, sævasque secures. *Sall. Cat.* 20. Maximum et pulcherrimum facinus. *Virg.* 4. *G.* 218. pulcramque petunt per vulnera mortem. *Val. Flacc.* 1. 40. Hanc mihi militiam, veterum quæ pulcrior actis, Annue. *et ibid.* 498. pulcherrima cœpta. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 91. Miscetur decori virtus, pulcherque severo Armatur terrore pudor. *Ovid.* 13. *Met.* 695. Pro populo cecidisse suo, pulcrisque per urbem Funeribus ferri, celebrique in parte cremari. — Cum Genit. *Sil. It.* 11. 365. pulcherrimus iræ, Et dignus heri compos memorabilis ausi. *h. e.* valde gloriosus et laudandus ob justam iram conceptam. — *g) Pulcrum est*, laude dignum est, honestum, decorum est, *è una bella cosa. Virg.* 2. *Æn.* 318. pulcramque mori succurrit in armis. *Propert.* 2. 2. 14. Pulcrius hac fuerat, Troja, perire tibi. *Lucan.* 9. 391. pati vel quæ tristissima, pulcrum, Romanumque putant. *Quintil.* 1. 2. 22. Turpe ducet cedere pari: pulcrum superasse majores. *Horat.* 1. *Ep.* 2. 30. Cui pulcrum fuit in medios dormire dies. *stimò una bella cosa: tenne per un gran bene.* ¶ 2. De hominibus est fortis (ut καλός Græce) quasi πολυχειρ, manu multum valens. Sic enim *Servius* interpretatur illud *Virg.* 7. *Æn.* 656. satus Hercule pulcro Pulcher Aventinus. Quo pertinere volunt illud *Flori* 2. 19. Hactenus populus R. pulcher, egregius, pius, sanctus, atque magnificus. *et* 4. 4. *in fin.* Tum quidem etiam manu pulcher apparuit. ¶ 3. Item de hominibus. *Cic. Mur.* 12. 26. Prætor interea ne pulcrum se ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, et quoque carmen compositum est. Simile est illud, *ne sibi valde placeret.* — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

Homonym. *Pulcher* plus est quam *venustus*. Nam *pulcher* ad formam dignitatem addit *et* quamdam majestatem; et est virorum: *venustus* specie constat; et est feminarum. *Sueton. Ner.* 51. Fuit vultu pulcro magis, quam venusto. *più bello, che graziato.* Non est tamen id perpetuum.

PULCRĀLĬA *vel* pulchralia, ium, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, a *pulcralis*, quod idem est ac pulcher. Pulcralibus atque cupediis, *Cato* dixit in ea oratione, quæ est de fundo oleario, teste *Festo p.* 242. 8. *Müll.*: *h. e.* bellariis.

PULCRĒ *vel* pulchre, adverb. Comp. *Pulcrius* sub *b.*; Sup. *Pulcherrime* sub *a.* — Pulcre est probe, bene, optime, præclare, recte, belle, καλῶς It. *bene, benissimo, eccellentemente, pulitamente*; Fr. *bien, joliment, très-bien, à merveille*; Hisp. *bien, lindamente, muy bien, perfectamente*; Germ. *schön, vortrefflich, sehr, wohl*; Angl. *well, very well, excellently, neatly, finely*). — *a)* Generatim. *Cato R. R.* 74. Pulcre subigere aliquid. *Plaut. Merc.* 5. 2. 61. Ædes probæ, pulcreque ædificatæ. *Ter. Adelph.* 3. 4. 16. Salsamenta hæc fac macerentur pulcre. *Plaut. Pers.* 4. 4. 6. Oppidum pulcre munitum. *Martial.* 1. 78. Pulcre valere. *Nepos Att.* 13. aliquid facere. *Cic. Orat.* 68. 227. Nihil est aliud, pulcre et oratorie dicere, nisi optimis sententiis verbisque lectissimis dicere. *Ter. Eun.* 3. 1. 26. Pulcre mehercle dictum, et sapienter. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 23. Lepidum pulcre noram. *Ter. Adelph.* 4. 1. 17. Ego illius sensum pulcre calleo. *Phædr.* 4. 20. intelligo. *et* 3. *epil. extr.* meminero. *et* 5. 10. Hoc cur, Philete, scripserim, pulcre vides. *Sulpicius* ad *Cic.* 4. *Fam.* 5. *sub fin.* Secundam pulcherrime ferre fortunam. *Cic.* 2. *Divinat.* 15. 36. Quum tristissima exta fuerunt, proxima hostia litatur sæpe pulcherrime. *Plaut. Epid.* 3. 4. 36. Conciliavisti pulcre. *hai comperato con vantaggio.* (Sic pulcre vendere, *Id. Pers.* 4. 4. 31. *et* 38.) et 5. 1. 18. Signum pictum pulcre. *Id. Bacch.* 9. 145. Hoc est incepta efficere pulcre. *Ter. Heaut.* 3. 1. 41. Pulcre instructa ad perniciem. *Cic.* 2. *Nat. D.* 32. 81. Omnia subjecta esse naturæ, et ab ea pulcherrime regi. *Ovid.* 3. *Amor.* 8. 5. Quum pulcre nostri dominæ placuere libelli. *Plaut. Most.* 1. 1. 51. Decet me victitare pulcre, te miseris modis. *passarmela bene, godere.* et *Lucret.* 5. 173. Pulcre degere ævum. *Plaut. Mil. glor.* 2. 6. 56. Pulcre admonuisti. *Id. Rud.* 5. 3. 9. Istæc tibi res ex sententia pulcre evenit. *Id. Men.* 3. 2. 7. Pulcre ulcisci injuriam. *Cic. Cluent.* 26. 72. Pulcre asseverat, se esse ab Oppianico destitutum. *h. e.* scite, callide, et simul affirmate. Sic *Phædr.* 1. 10. *extr.* Te credo surpuisse, quod pulcre negas. — *b)* Speciatim est large, copiose. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 6. Neque ligna ego usquam gentium præberi vidi pulcrius. — *c)* Item valde, aut prorsus, in malam partem. *Plaut. Curc.* 1. 3. 58. Jamne ego relinquor? pulcre occidi. *Id. Mil. glor.* 2. 4. 50. Si ad herum hæc res pervenerit, periisti pulcre. — *d)* De eo, cui dolus bene processit. *Plaut. Merc.* 3. 4. 19. Pulcre os sublevit patri. *Id. Pœn.* 4. 2. 9. 11. Veneri pulcre adii manum. — *e)* Est interjectio applaudentis, approbantis. *Ter. Eun.* 4. 7. 3. THR. Primum ædes expugnabo. GN. recte. THR. Virginem eripiam. GN. probe. THR. Male mulcabo ipsam. GN. pulcre. *Id. Heaut.* 2. 3. 92. Assimulabimus, tuam amicam hujus esse amicam. CLIT. pulcre. Adde *Horat. Art. P.* 428. — *f) Pulcre est mihi*, præclare mecum agitur, omnia mihi ex sententia procedunt. *Cic.* 1. *Nat. D.* 41. 114. Propone ante oculos Deum, nihil aliud, nisi, Mihi pulcre est, et Ego beatus sum, cogitantem. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 18. sed queis cœnantibus una, Fundani, pulcre fuerit tibi, nosse laboro. *Catull.* 23. 5. Est pulcre tibi cum tuo parente, *te la passi bene*: jucunde vivis. Sic *ibid.* 15. Quare non tibi sit bene ac beate? — *g) Pulcre esse*, belle habere, pulcre victitare, genio indulgere. *Plaut. Merc.* 3. 3. 21. Quin ergo imus, atque obsonium curamus, pulcre ut simus? Simile est illud *ejusd. Men.* 3. 2. 20. Minore nusquam bene fuit dispendio.

PULCRESCO *vel* pulchresco, is, ere, n. inchoat. 3. pulcher fio. *Seren. Sammon.* 44. 824. At succis hederæ pulcrescit fœda cicatrix. *Augustin. serm.* 35. *inter homil.* 50. *sect.* 3. (*nunc in supposit. num.* 315. *Appendic.*). Quidquid pulcrescit visu, quidquid dulcescit gustu. *Cassiod.* 5. *Variar.* 40. Unius rei facies de addita venustate pulcrescit.

PULCRĬFĬCO *vel* pulchrifico, as, are, a. 1. pulcrum facere. *Isid.* 17. *Orig.* 8. Unde et splendorem cutis (*mastix*) pulcrificat.

PULCRĬTAS *vel* pulchritas, ātis, f. 3. idem ac pulcritudo. *Cæcilius* apud *Non. p.* 155. 18. *Merc.* Dii boni, quid illud est pulcritatis?

PULCRĬTŪDO *vel* pulchritudo, ĭnis, f. 3. venustas, decor, elegantia, κάλλος (It. *bellezza*; Fr. *beauté*; Hisp. *beldad, lindeza, hermosura*; Germ. *d. Schönheit, Vortrefflchkeit*; Angl. *beauty, fairness, comeliness, pulchritude*).

I.) Proprie de corporibus. *Cic.* 4. *Tusc.* 13. 31. Ut corporis est quædam apta figura membrorum cum coloris quadam suavitate, eaque dicitur pulcritudo. *Id.* 1. *Off.* 28. 98. Ut enim pulcritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos, et delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt, etc. *et ibid.* 36. 130. Pulcritudinis duo genera sunt, quorum in altero venustas est, in altero dignitas: venustatem muliebrem ducere debemus; dignitatem, virilem. *Id.* 1. *Divinat.* 25. 52. Vidisse se in somnis pulcritudine eximia feminam. *Plin.* 10. *Ep.* 46. *de aquæductu.* Utilitas operis et pulcritudo. *et Gell.* 15. 31. *de imagine.* Operis pulcritudo et præstantia. *Id.* 3. 9. *sub fin.* Pulcritudo equi. *Flor.* 2. 6. urbis. *Cic.* 3. *Orat.* 25. 98. colorum. *Sueton. Ner.* 38. flammæ. *Plin.* 3. *Ep.* 19. Prædia agris meis vicina venalia sunt. In his me multa sollicitant, aliqua deterrent. Sollicitat ipsa pulcritudo jungendi. *Plin. alter* 37. *Hist. nat.* 9. 46. (129). Nomen per alienas pulcritudines jactatum. *h. e.* pulcras gemmas.

II.) Translate, morali ratione. *Cic.* 3. *Orat.* 19. 71. Præclara et eximia species oratoris perfecti et pulcritudo. *Id.* 2. *Fin.* 15. 49. Honestum sua pulcritudine specieque laudabile. *Id.* 2. *Off.* 10. 37. Quis non admiretur splendorem pulcritudinemque virtutis? *Petron. Satyr.* 2. Pulcritudo orationis. *Quintil.* 3. 7. 12. Pulcritudo roburque verborum.

PŪLEGĬUM, ĭi. *V.* PULEJUM.

PŪLEJĀTUM, i, n. 2. vinum pulejo conditum apud *Lamprid. Elagab.* 19., quod glechonites vocatur a *Colum.* 12. *R. R.* 35. 1. Sic pulejata posca, *Veget.* 5. *Veterin.* 75. 2.

PŪLEJĀTUS, a, um. *V.* voc. præced.

PŪLEJUM *vel* pulegium, ĭi, n. 2. Quæ scriptio *g* exterit, videtur frequentior esse in MSS., teste *Rhodio* in *Lex. Scribon.* et aliis. — Pulejum, *puleggio*, γλήχων,

I.) Proprie est herba hortensis odorata duorum generum, sativi et silvestris. Utraque et mas est, et femina: illa florem habet candidum, hæc purpureum. Silvestris minoribus est foliis, quam sativa, et vi efficaciore ad varios usus in medicina, quos *Plin.* 20. *Hist. nat.* 14. 54. (152). recenset. Dicitur etiam odore necare pulices: unde et nomen ei factum putant. Rustici utuntur et viridi, et siccata ac reposita cibis condiendis. *Cic.* 2. *Divinat.* 14. 33. Pulejum aridum florescere dicitur ipso brumali die. *Martial.* 12. 32. Quadrima nigri nec corona puleji. *Colum.* 12. *R. R.* 35. 1. condiendo vino: *Pallad.* 12. *R. R.* 22. condiendis olivis pulejum memorant. *Seren. Sammon.* 1. 18. Pulegiumque potens una super aure locabis. Adde *eund.* 32. 599. ubi, ut etiam apud *Marcell. de medic.* 40., *pulejum potens* dicitur ob efficaciam virtutis. Sic *Virg.* 7. *Æn.* 19. Quos hominum ex facie dea sæva potentibus herbis Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

II.) Translate. *Cic.* 16. *Fam.* 23. *extr.* Cras exspecto Leptam: etenim ad cujus rutam pulejo mihi tui sermonis utendum est. *h. e.* ad tristia illa et ingrata Leptæ suavitate sermonis tui uti debeo. Ruta amara est, pulejum suave: miscenturque sæpe in condimentis temperandi causa.

PŪLEX, lĭcis, m. 3. Qui primam corripi posse putant, auctorem habent incerti, aut potius nullius ponderis, in *carm. de Pulice*, 1. Parve pulex, et amare, lues inimica puellis. — Pulex, φύλλα (It. *pulce*; Fr. *puce*; Hisp. *pulga*; Germ. *d. Floh*; Angl. *a flea*) est insecti minuti genus, homines, canes, gallinas etc. infestans. A *Plinio* 9. *Hist. nat.* 47. 71. (154). dicitur æstivum animal, pernici saltu molestum. *Plaut. Curc.* 4. 2. 13. Item genus est lenonium inter homines, ut muscæ, culices, cimices, pedesque, pulicesque. *Martial.* 14. 83. cujus lemma *Scalptorium.* Defendet manus hæc scapulas mordente molesto Pulice, vel siquid pulice sordidius. *Cels.* 6. 7. (*n.* 9.) Si pulex intus est (*in aure*), compellendum eo lanæ paululum est. *Varro* 3. *R. R.* 9. 8. Pulices et cetera nasci solent, quæ gallinam conquiescere non patiuntur. Sic *Colum.* 8. *R. R.* 5. 3. *de gallinis.* Pulicibus aliisque similibus animalibus replentur (*cubilia*), quæ secum affert avis etc. *Pallad.* 1. *R. R.* 35. *circa med.* Culices galbano infuso fugantur: pulices amurca. — Sunt etiam oleribus innascentes pulices, eaque erodentes. *Colum.* 10. *R. R.* 320. Exurat sata ne resoluti pulveris æstus, Parvulus aut pulex irrepens dente lacessat. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PŪLĬCĀRĬA, æ, f. 1. herba eadem ac psyllion, φύλλιον. Ejus meminit *Theod. Priscian.* 1. 10. *V.* CYNOMYIA. *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 37. *ante med.* Linteola tenuia tingentes similiter aut succo plantaginis, aut polygoni, aut portulacæ, aut herbæ pulicariæ. — Etiam *pulicaris, e*, scribitur. *Id.* 3. *ibid.* 8. *ad fin.* Ut herba pulicaris, quam psyllium vocant. Adde *Isid.* 17. *Orig.* 9. 54.

PŪLĬCĀRIS, e, *et*

PŪLĬCĀRĬUS, a, um, adject. *V.* PULICARIA.

PŪLĬCO, as, are, n. 1. pulices edere. *Gloss. Gr. Lat.* Ψυλλίζειν, pulicare.

PŪLĬCŌSUS, a, um, adject. φυλλώδης, pulicibus plenus. *Colum.* 7. *R. R.* 13. 2. Pulicosæ cani remedia sunt.

PULLĀRĬUS, a, um, adject. ad pullos pertinens. ¶ 1. Est ad pullos equorum pertinens, ut Pullaria collectio, *Veget.* 3. *Veterin.* 25. *init.*, et est tumor in dentitione inter gingivas et maxillas generatus. ¶ 2. Item ad pullos gallinaceos pertinens. *Inscript.* apud *Fea Fram. di Fast. cons. p.* 32. TI. CLAVDIO FESTO LICTORI IDEM DECVRIALI DECVRIAE PVLLARIAE. Alia apud *Donat.* 166. 3. DECVRIALES PVLLARII. Ex his patet, etiam pullarios in decurias fuisse divisos. Alia apud *Gruter.* 447. 2. M. AVRELIO EVRETO M. AVR. EVRETVS ET M. AVR. PVDENTIANVS FILII NEGOTIANTI PVLLARIO PATRI FECERVNT. ¶ 3. Item ad pullum, qua puerum notat. *Pullaria* enim *feles* dicitur ab *Auson. epigr.* 70. qui instar felis sorices venantis, pueros captat et corrumpit. Hinc *pullariam* dixit *Plaut.* apud *Paul. Diac. p.* 243. 3. *Müll.* manum dexteram ἀναφλῶσαν τοὺς παῖδας. *Turneb. l.* 3. *Adversar. c.* 11. Simile est illud *Auson. loc. cit.* in voce PULLIPREMA. — Hinc

Pullarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est qui e pastu pullorum gallinaceorum captat auspicia. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 12. Pullariorum admonitu, non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse. *Cic.* 2. *Divinat.* 34. 72. Attulit in cavea pullos is, qui ex eo ipso nominatur pullarius. *Liv.* 10. 40. Consul pullarium in augurium mittit: pullarius auspicium mentiri ausus tripudium solistimum consuli nunciavit. *Inscript.* apud *Gruter.* 557. 6. M. POMPEIO M. F. ANI. ASPRO . LEG. XV. APOLLINARIS ATIMETVS LIB. PVLLARIVS FECIT. Alia apud *Murat.* 788. 4. L. AVILLIVS L. F. ASPERINVS PVLLARIVS LEG. VI. CLAVDIAE. (unde discimus, suum cuique legioni pullarium fuisse.) Alia apud *Gruter.* 627. 5. C. CALPETANVS C. L. GLYPTVS VIATOR PVLLARIVS. *scil.* qui magistratui augurio per pullarios captanti præsto erat. — *Pullarii* adhuc erant apud Romanos anno a Chr. n. CCCCLV., quo hæc scribebat *Salvian.* 6. *Gub. D.* 2. Numquid non consulibus et pulli adhuc gentilium sacrilegiorum more pascuntur, et volantis pennæ augurium quæruntur, ac pæne omnia fiunt, quæ etiam illi quondam pagani veteres frivola atque irridenda duxerunt? ¶ 2. Item *pullarius* est puerorum corruptor. *Gloss. Philox.* Παιδεραστής, pullarius. *V.* supra sub 3.

PULLĀRĬUS, ii. *V.* voc. præced. in fin.

PULLASTER, i, adject. juvenis. *Gloss. Lat. Gr.* Pullaster, πῶλος. *V.* voc. seq.

PULLASTRA, æ, f. 1. *pollastra*, gallina adolescens. Suapte natura adjectivum est. Nam subintelligitur gallina. *Varro* 3. *R. R.* 9. 9. Et ea quæ subjicies potius vetulis, quam pullastris. *Scaliger* aliter legit. Hæc enim habet: Vetus lectio *pullitris*, quod verum est. Nam *pullastræ* non ad ætatem refertur, sed ad magnitudinem. Pullastri enim in genere gallinaceo, qui pumiliones hominibus. *Pullitra* autem, vel *pulletra* (nam utroque modo scribebant) quæ adhuc effeta non est. Deinde *Turnebum* reprehendit, qui *pullinis* legendum conjiciebat. *Pullitris* probat etiam *Pontedera in not. ad Varron.*, sed *Schneiderus* putat *pullastris* retinendum. *V.* voc. præced.

PULLĀTĬO, ōnis, f. 3. πωλοτροφία, fetura pullorum gallinaceorum. *Colum.* 8. *R. R.* 5. 9. Plerique tamen etiam ab æstivo solstitio non putant bonam pullationem.

PULLĀTUS, a, um, adject. *vestito di nero*, μελανείμων, atratus, pulla veste indutus. ¶ 1. Pullatus est lugubrem habitum ferens ex parentum morte, vel alia quavis ratione. *Juvenal.* 3. 212. Si magna Asturici cecidit domus, horrida mater, Pullati proceres: differt vadimonia prætor. *Ammian.* 29. 2. *circa med.* Funus ejus per vespillones elatum pullati præcedere honorati complures, inter quos et fratres jussi sunt consulares. *Sidon.* de iis qui omnia præpostere agunt 5. *Ep.* 7. Albati ad exsequias, pullati ad nuptias. ¶ 2. *Pullati* etiam dicebantur infimæ plebis homines, quod sive togati, sive pænulati, sive tantum tunicati essent, ipso suæ artis usu, tum angustia rei familiaris impedirentur albas ac nitidas semper vestes habere. *Plin.* 7. *Ep.* 17. Illos quoque sordidos pullatosque reveremur. *Quintil.* 6. 4. 6. Imperitis ac pullatæ turbæ relinquunt. *Id.* 2. 12. 10. Jam collidere manus, terræ pedem incutere, frontem cædere, mire ad pullatum circulum facit. *Sueton. Aug.* 44. Sanxit, ne quis pullatorum media cavea sederet.

PULLEJĀCEUS, a, um, adject. idem ac pullus. Hoc vocabulo utebatur Augustus, ut in ejus vita scribit *Sueton.* 87. Nempe, ut recte *Casaubonus* monet, ad aliorum colorum exemplum, quadam ingenii lascivia, id verbum formabat. Sic enim dicimus *violaceus, hederaceus, herbaceus*, etc.

PULLESCO. *V.* PULLULASCO. Legitur etiam in *Gloss. Lat. Gr.* Pullesco, βλαστάνω.

PULLĬCĒNUS, i, m. 2. deminut. pulli, *pulcino*, qui ex gallinæ ovo nascitur, pullus gallinaceus. *Lamprid. Alex. Sev.* 41. Qui eos (*palumbos*) ex ovis ac pullicenis ac pipionibus alerent. *h. e.* ex pecunia, quæ iis venditis colligebatur.

PULLĬGER, ra, rum, adject. qui pullum gerit, parturit. V. *Fulgent. loc. cit.* in PUERIGENUS, in quo si *puerigena* legas, videtur etiam *pulligena* pro *pulligera* legendum.

PULLĬGO, ĭnis, f. 3. idem ac pullus color. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 73. (191). Nigri velleris oves præcipuas habet Pollentia juxta Alpes: Asia rutili: Canusium fulvi: Tarentum et suæ pulliginis.

PULLĬNĀCEUS, a, um, adject. ad pullos pertinens. *Plin. Valerian.* 3. 30. Anthracas, quod alii dicunt oculum pullinaticium (*lege* pullinaceum), alii carbunculum.

PULLĬNĀTĬCĬUS, a, um. *V.* voc. præced.

PULLĬNUS, a, um, adject. ¶ 1. Est πωλικός, qui est pulli, ut Pullini dentes, quos primum equi jaciunt, et indices ætatis sunt. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 44. 69. (172). Priusquam dentes, quos pullinos appellant, jaciat. ¶ 2. Item ad pullum

gallinaceum pertinens. *Marcell. Empir. c.* 31. *p.* 132. *retro* ed. *Ald.* Sordes intra pullinum ventrem repertas contundes. *Id. c.* 18. *init. p.* 111. Adipis pullinæ libra. *Veget.* 4. *Veterin.* 2. 14. Lixivium quoque ex arbore ulmi-adversus stercus pullinum prodest. Ita *Schneiderus* edidit; alii perperam pro *pullinum* scribunt *plurimum*. *Id.* 5. *ibid.* 14. 9. Aliquando et stercus pullinum, vel alia noxia in cibo sumpta, quum inflationem fecerint, impediunt minctionem.

PULLĬPRĔMA, æ, m. 1. παιδεραστής, παιδοφθόρος, pullarius. *Auson. epigr.* 70. Lucili vatis subulo pulliprema *Alii leg.* pullipremo *eodem sensu.*

PULLĬTĬES, ēi, f. 5. pullatio, fetura avium. *Varro* 3. *R. R.* 7. 6. *de columbis.* Altera de causa propter pullitiem; ipsæ enim propter pullos, quos habent, utique redeunt. *Colum.* 8. *R. R.* 9. 4. *de turturib.* Itaque circa messem, quum jam confirmata est pullities, eligitur. *Id.* 9. *ibid.* 11. 1. *de apib.* Quum primo vere in eo vase nata est pullities. Adde *eumd.* 8. *ibid.* 14. 11.

PULLĬTRA. *V.* PULLASTRA.

PULLO, as, are, n. 1. idem ac pullulo, germino. *Calpurn.* 5. *Ecl.* 19. Tunc etenim toto vernanti gramine silva Pullat, et æstivas reparabilis inchoat umbras.

PULLŬLASCO, is, ere, n. inchoat. 3. *germogliare, βλαστάνω*, pullulans fio, germino, germen emitto. *Colum.* 4. *R. R.* 21. 3. Et ita ex novello palmite vitis pullulascit. Est qui leg. *pullescit* eodem sensu. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 882. Utrum renatis pullulascat artubus.

PULLŬLĀTĬO, ōnis, f. 3. actus pullulandi.

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Hieronym. Orig. in Ezech.* 11. 5. Pullulationes-exaruerunt in tantum, ut (*arbor*) radicitus evulsa sit. — *b*) Speciatim est Gr. τὸ ἀειθαλές, conditio plantæ, quæ semper viret. *Priscian. Præexercitat. rhet.* 7. *p.* 1338. *Putsch.* Hic non ignores, quomodo etiam deos debeas laudare. Similiter arbores a loco, in quo gignuntur. Dices autem, quomodo de corpore, staturam, pulcritudinem, pullulationem, quomodo de mali arbore. Hic *Hermogenes*, quem *Priscianus* interpretatur, habet τὸ ἀειθαλές, ὡς ἡ ἐλαία. *h. e.* perpetuam viriditatem, ut oliva arbor.

II.) Translate. *Cyprian. Prædest.* 2. Pullulatio peccatorum.

PULLŬLO, as, āvi, ātum, are, 1. (pullus). Part. *Pullulans* sub *A.* I. — Pullulare est pullos emittere, id est stolones, sive germina, fetificare, *pullulare, germogliare*, παραφυάω, βλαστάνω.

A) Neutrorum more.

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de arboribus dicitur, quum a radicibus novæ plantæ surgunt. *Virg.* 2. *G.* 17. Pullulat ab radice aliis densissima silva. *Colum.* 4. *R. R.* 27. 1. Quam altissime fodiendæ vineæ sunt, quo lætius atque hilarius pullulent. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 10. 12. (65). Natura et plantaria demonstravit multarum radicibus pullulante subole densa et parente matre, quas necet. ¶ 2. Latiori sensu de brutis animantibus. *Virg.* 7. *Æn.* 329. Tam sæva facies, tot pullulat atra colubris. *Apul. de Mundo.* Sorsque nascentium, obitorum loco pullulat, et occidentium numerus nascentibus locum pandit.

II.) Translate. *Nepos Cat.* 2. Pullulare incipiebat luxuria. *Ammian.* 22. 4. Unde fluxeris vitæ initia pullularunt.

B) Active est generare. *Apul.* 4. *Met.* Terras Venerem aliam virginali flore præditam pullulasse.

PULLŬLUS, a, um, adject. deminut. aliquantum pullus, subniger. *Colum.* 2. *R. R.* 19. 2. Ista non tam vera possunt videri, quam si sit pullula terra, quæ melius proventu frugum approbatur.

PULLŬLUS, i, m. 2. deminut. a *pullus*, parvus pullus. ¶ 1. Est parvulus puer. — *a*) Generatim. *Æmil. Macer de pulegio v.* 8. et *seqq. p.* 232. ed. *Ald.* Ut nondum natus testa circumdatur ori Pullus, sic infans matris vestitur in alvo Quadam pellicula matris de semine facta, Quam nascens rumpit quasi testam pullulus ovi. Istas pelliculas medici dixere secundas. — *b*) Speciatim est puerulus amabilis, delicium, amasius. *Fronto* 1. *ad Antonin. imp.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 3. Vidi pullulos tuos tam simili facie tibi, ut nihil sit hoc simili similius. — Joculariter de asino *Apul.* 8. *Met.* Cave, ne solus exedas tam bellum pullulum, sed etc. ¶ 2. Item stolo, aut germen, quod ex arboris radice nascitur, *germoglio. Plin.* 17. *Hist. nat.* 10. 12. (65). Nullis vero tales pulluli proveniunt, nisi quarum radices amore solis atque imbris in summa tellure spatiantur. *V.* PULLUS, i, II. 3.

PULLUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. sub *C.* I. *b.*

PULLUS, a, um, adject. tria diversa significat: scil.

A) *Pullus*, fortasse Osca vox, videtur esse juvenilis, tener. Quod ait *Cato R. R.* 151. Semen cupressi per ver serito in loco, ubi terra tenerrima erit, quam pullam vocant: *et Plin.* 17. *Hist. nat.* 5. 3. (36). Cato terram optimam judicat, teneram, quæ vocetur pulla: venit in mentem *Gesnero*, non tam a colore *pullam* dici, quam a teneritudine, quæ juventutis quoddam robur fecundum declarat, ut terram quamdam *anum* dici *Plin. loc. cit.* docet, quam *cariosam* appellat *Cato* 5. Sunt etiam qui putant (ut *Aug. Fick, Vergleichendes Vörterbuch der indogerman. Sprachen. Göttingen*, 1870.) *pullum* hoc sensu esse per syncopen pro *putrulus* a *putris*. Sane *Colum.* ait 2. *R. R.* 10. 18. Putre solum, quod Campani pullum vocant. *et* 3. *ibid.* 11. 6. Humus resoluta, quam diximus pullam vocitari. *V.* tamen sub *C.* I. *a.*

B) *Pullus*, deminut. a *purus*, pro *purulus* (*cf.* dicta sub *C.* init.), est mundus. *Varronis fragm.* apud *Non. p.* 368. 28. *Merc.* Ubi nitidi ephebi veste pulla candidi, modeste amicti pascunt pecora. *pulla* enim hic pura est: et fortasse togam puram, seu virilem significat.

C) *Pullus* est color medius inter rubrum et nigrum, ater, subniger. Volunt esse quasi *purus*, ut ab *unus* est *ullus*: quia nativus est, et qualis in lana fusca, et nulla arte dealbata, aut in terra recens aratro proscissa: vel a πελλός, pro πελός, quod idem significat. Gr. φαιός, ορφνινος (It. di *color fosco, scuro o tanè*; Fr. *malpropre, noir, noirâtre, brun, foncé*; Hisp. *moreno, obscuro, negrillo, negrusco, amusco*; Germ. *dunkelfarbig, graulich, schwärzlich, schwartzgrau*; Angl. *blackish, of a dusky colour, dun, russet, brown, tawny*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Varro* 3. *R. R.* 12. 5. Lepus superiore parte pulla, ventre albo. *Colum.* 1. *R. R. præf.* 24. In aliis regionibus nigra terra, quam pullam vocant, ut in Campania, est laudabilis. *Id.* 7. *ibid.* 2. 4. Color lanæ pullus atque fuscus, quos præbent in Italia Pollentia, in Bætica Corduba. *Pullus* ad nigrum videtur magis, quam *fuscus* accedere. Poetæ tamen latius hæc accipiunt. *Horat. Epod.* 16. 46. Suamque pulla ficus ornat arborem. *Id.* 1. *Od.* 25. 18. Pulla myrtus. *Virg.* 3. *G.* 386. Illum autem, quamvis aries sit candidus ipse, Nigra subest udo tantum cui lingua palato, Rejice, ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum. *Tibull.* 1. 2. 62. Concidit ad magicos hostia pulla deos. *Ovid.* 2. *Amor.* 4. 41. pendent nivea pulli cervice capilli. — *b*) Speciatim *pulla vestis*, sive toga, sive tunica, etc. ex nativo lanæ fuscæ colore, gestabatur ab artificibus et tenuioribus, qui sumptum in ea dealbanda ferre non poterant. *Calpurn.* 7. *Ecl.* 26. Venimus ad sedes, ubi pulla sordida veste Inter femineas spectabat turba cathedras. *et ibid.* 80. sed mihi sordes, Pullaque paupertas. *Cic.* 6. *Verr.* 24. 54. præstringit Verrem, quod prætor Siciliæ, deposito senatorio cultu, in officina, ubi vasa cælata sibi conficienda curabat, majorem partem diei cum tunica pulla sedere solebat et pallio, tamquam vilis quidam artifex, aut infamis plebis homuncio. — Usus ejus fuit præcipue in exsequiis, et luctu. *V.* PULLATUS. *Varro* apud *Non. p.* 549. 33. *Merc.* Ut, dum supra terram esset, riciniis lugerent (*feminæ*), funere ipso pullis pallis amictæ. *Ovid.* 11. *Met.* 48. obscuraque carbasa pullo Naides et Dryades, passosque habuere capillos. *pullo* substantivi more, pullo colore: quemadmodum dicitur *album, nigrum.* (Sic *Flor.* 4. 2. *ante med.* Dux mane cum pullo ante principia conspectus. *h. e* cum veste pulla: quod erat mali ominis exitu luctum. Cf. *Liv.* 45. 7. Pullo amictus.). Loquitur autem de lugentibus Orphea a Bacchis discerptum. An aliquando albatæ mulieres in luctu fuerint, V. *Kirchmann. de funerib. l.* 2. *c.* 17. — Quando epulum in funere civium potentiorum publice dabatur, in eo pullis vestibus non utebantur. Ita enim illud erat funebre, ut munus esset funeris, epulum dignitatis, ut ait *Cic. Vatin.* 12. 30., ubi Vatinium reprehendit, quod in epulo Q. Arii cum toga pulla accubuisset. Quod autem subdit *ibid.* 13. 31. Quis usquam in luctu domestico, quis in funere familiari cœnavit cum toga pulla? cui de balneis exeunti, præter te, toga pulla unquam data est? id significat, *togam pullam*, ne in funere quidem familiari, fuisse unquam vestem cœnatoriam seu accubitoriam et mensæ aptam, sed synthesim, aut lænam, aut hujusmodi. — *c*) *Non possum togam prætextam sperare, quum exordium pullum videam*: proverb. apud *Quintil.* 5. 10. 71. h. e. non possum sperare prosperum meis ausis et conatibus exitum, quum initia parum fausta sint.

II.) Translate. *Martial.* 6. 58. Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores Stamina. *h. e.* funesta, et vitæ miseræ indicia. Sic *Ovid. Ib.* 246. *de Clotho.* Nevit et infecta stamina pulla manu. — Hinc

Pullum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est pulla vestis. *V.* sub *C.* I. *b.*

PULLUS, i, m. 2. (puer) nomen est generale (ut *catulus*) recens natorum ex animalibus.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Si esset a πῶλος, pullus equinus, proprie de his diceretur. *Virg.* 3. *G.* 75. Continuo pecoris generosi pullus in arvis Altius ingreditur. — *b*) Sed dicitur etiam de aliis. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 44. 69. (175). Pulli onagrorum. *Id.* 11. *ibid.* 41. 96. (237). asinarum. *Varro* 3. *R. R.* 15. 2. glirium. — *c*) De pullo equino, *polledro*, absolute *Juvenal.* 6. 615. Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli Infudit. — *d*) Frequentius dicitur de iis, qui nascuntur ex ovis. *Cic.* 2. *Nat. D.* 48. 124. Ex ovis pulli orti aluntur ab iis, a quibus exclusi fotique sunt. *Id.* 9. *Fam.* 18. Pulli columbini. *Liv.* 32. 1. gallinacei. *Varro* 3. *R. R.* 9. 10. pavonini. *Id. ibid.* 8. 3. *de turturib.* Pulli plurimi gignuntur. *et ibid.* 10. 6. Pulli anserum. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 49. (92). hirundinum. *Juvenal.* 14. 74. ciconiæ. *Apul.* 1. *Dogm. Plat. sub init.* cygni. *Id. Florid. n.* 12. psittaci. *Pallad.* 1. *R. R.* 28. pavonis. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 16. 16. (49). apum. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 314. ranæ. *Solin.* 52. § 44. Dum psittacus in pullo est atque adec intra alterum ætatis suæ annum, quæ monstrata sunt, et citius discit et retinet tenacius; major pullo, est et obliviosus et indocilis. ¶ 2. Speciatim de gallinaceis, *pollo, pulcino, pollastro, pollame*, absolute *Horat.* 2. *Sat.* 2. 120. non piscibus urbe petitis, Sed pullo atque hædo. *et* 2. *Ep.* 2. 163. accipis uvam, Pullos, ova, cadum temeti. Adde *eumd.* 1. *Sat.* 3. 192.; et *Senec.* 4. *Quæst. nat.* 6.

II.) Translate. ¶ 1. Tribuitur hominibus (quasi *puellus*). Docet enim *Festus p.* 245. 26. *Müll.* puerum, quem quis amabat, pullum vocari solitum. Hinc Q. Fabium, cui Eburno propter candorem cognomen fuit, pullum Jovis appellatum esse, quod ejus natis icta esset fulmine. (*V.* AMBUSTUS.) Adhibetur itaque in blanditiis. *Plaut. Cas.* 2. 1. *v.* 50. Meus pullus passer, mea columba, mi lepus. *Alii leg.* meus pullus, meus passer. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 44. strabonem Appellat pætum pater; et pullum, male parvus Si cui filius est. *Sueton. Cal.* 13. *extr.* Lætissimo obviorum agmine incessit, super fausta nomina sidus, et pullum, et pupum, et alumnum appellantium. *M. Aurel.* apud *Fronton.* 1. *ad An-*

tonin. imp. (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 1. Pullus noster Antoninus aliquo lenius tussit. ¶ 2. Rapacem hominem *pullum milvinum* vocat *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 2. 2. ¶ 3. Denique in arboribus *pulli* sunt germina aut stolones ab radicibus enascentes, *germogli, polloni, messe. Cato R. R.* 51. Abs terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito. (*Plin.* 17. *Hist. nat.* 10. 12. (65). vocat *pullulos.*) Adde *Pallad.* 4. *R. R.* 9. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PULMENTĀRIS, e, adject. ad pulmentum pertinens. Pulmentaris cibus, apud *Plin.* 18. *Hist. nat.* 12. 30. (118). est pulmentarium.

PULMENTĀRĬUM, ĭi, n. 2. quicumque cibus cum pulte edebatur (It. *companatico, camangiare;* Fr. *mets qu'on mange avec un autre;* Hisp. *manjar, guisado, plato;* Germ. *d. Zukost, das zum Brode Gegessene, bes. Obst, Gewürze, Salz;* Angl. *any food that was eaten with puls, and afterward with bread*).

I.) Proprie, *pulmentarium* est appellatio iis orta temporibus, quibus usus panis nondum erat, sed pro eo pulte utebantur. Quidquid igitur præter pultem (quæ proprie ex leguminibus coctis fit) et invento pane, post hunc (excepto pisce aut carne) obsonii vice in cœna adjiciebant, *pulmentarium* dictum est. Proprie autem dicitur de iis, quæ coquuntur, et condiuntur: deinde de simplicibus et siccis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 8. 19. (83). Pulte, non pane vixisse longo tempore Romanos, manifestum, quoniam et pulmentaria hodieque dicuntur. *Varro* 5. *L. L.* 108. *Müll.* et apud *Charis.* 1. *p.* 56. *Putsch.* Pulmentum, quod id cum pulte essent: et inde pulmentarium dictum. *Cato ibid.* Laserpitium pro pulmentario suo habet. *Id. R. R.* 58. Pulmentarium familiæ, oleæ caducæ quamplurimum condito. Postea oleas tempestivas, unde minimum olei fieri poterit, eas condito, parcito, uti quam diutissime durent. *Phædr.* 3. 7. de mensa sua Dat ossa dominus: frusta jactat familia, Et quod fastidit quisque, pulmentarium. *Pers.* 3. 102. Uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris. *Juvenal.* 7. 185. venit qui pulmentaria condit. *h. e.* coquus. *Seneca Ep.* 87. Caricæ, si panem habeo, pro pulmentario sunt: si non, pro pane. *Plin.* hoc illustrat, quum ait 15. *Hist. nat.* 19. 21. (82). Fici panis simul et obsonii vicem siccatæ implent. *Id.* 31. *ibid.* 7. 41. (89). *de sale.* Varro etiam pulmentarii vice usos veteres, auctor est: et salem cum pane esitasse eos, proverbio apparet. *Id.* 15. *ibid.* 15. 17. (58). Pira et poma vino et aqua coquuntur, atque pulmentarii vicem implent: quod non alia, præter cotonea et struthia. *Id.* 19. *ibid.* 8. 54. (171). *de sinapi.* Usus ejus etiam pro pulmentario, in patellis decocto.

II.) Translate. ¶ 1. De cibis avium. *Colum.* 8. *R. R.* 10. 5. *de turdis.* Semper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur: quæ est firmissima esca. Nam illa quæ supra diximus, pulmentariorum vice dantur. ¶ 2. De quocumque cibo, per synecdochen. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 19. non in caro nidore voluptas Summa, sed in te ipso est: tu pulmentaria quære Sudando.

PULMENTUM, i, n. 2. (fortasse per syncopen pro *pulpamentum*) ¶ 1. Stricto sensu est idem quod pulmentarium (*V. Varronis* verba in voc. præced. sub I.), hoc est quidquid cum pane simul esitatur. *Apul.* 4. *Met.* Estur ac potatur incondite, pulmentis acervatim, panibus ageratim, poculis agminatim ingestis. *et* 9. *ibid.* Vina pretiosa defæcat, pulmenta recentia tucetis temperat. *et* 10. *ibid.* Sapidissimis intrimentis succuum pulmenta condita. *Justin.* 3. 3. 7. *de Lycurgo.* Pueros puberes nihil somni causa substernere, et vitam sine pulmento degere statuit. *h. e.* sola pulte aut pane sine aliis ferculis. ¶ 2. Latiori sensu — *a*) Est idem fere quod puls, vel alius cibus ad modum pultis factus: et dicitur de viliore, ac tenuioribus usitato. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 84. Num ipso ego pulmento utor magis unctiusculo? *Id. Aulul.* 2. 4. 37. Pulmentum pridem ei eripuit miluus. — *b*) Universim quivis cibus. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 48. Cœnes ut pariter pulmenta laboribus empta. *Id.* 2. *Sat.* 2. 33. laudas, insane, trilibrem Mullum, in singula quem minuas pulmenta necesse est. *h. e.* offas, partes, *fette, bragiuole.* Videri tamen potest *pulmentum* dici etiam de pisce, qui obsonii nomine præcipue significatur. Nam piscis profecto intelligitur in illo *Apul. de Mag.* In maleficio ille venenum nominat, tu pulmentum: ille herbas et surculos, tu squamas et ossa: ille pratum decerpit, tu fretum scrutaris.

PULMO, ōnis, f. 3. viscus spongiosum, corporis totius secundum cor nobilissimum, ad ungulæ bubulæ similitudinem dissectum, follis modo spiritum attrahens et reddens, caloremque nativum leniter refrigerans, πνεύμων (It. *polmone;* Fr. *poumon;* Hisp. *pulmon, bofes;* Germ. *d. Lunge;* Angl. *the lungs or lights*)

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cic.* 2. *Nat. D.* 55. 136. In pulmonibus autem inest raritas quædam et assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima; qui tum se contrahunt adspirantes, tum respiratu dilatant. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 72. (188). Sub corde pulmo est, spirandique officina, attrahens ac reddens animam: idcirco spongiosus, ac fistulis inanibus cavus. (Adde *Cels.* 4. 1.) *Pers.* 1. 14. Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelat. *Plaut. Curc.* 2. 1. 21. Renes dolent, pulmones distrahuntur, cruciatur jecur. *Ovid.* 1. *Pont.* 3. 19. Cernis, ut e molli sanguis pulmone remissus Ad Stygias certo limite ducat aquas. φθίσις. *Lucan.* 4. 326. nulloque humore rigatus Aeris alternos angustat pulmo meatus. (Hoc ex eorum opinione, qui putarunt poculenta in pulmonem descendere, ut est apud *Gell.* 11. 11. Sic et *Juvenal.* 4. 138. quum pulmo falerno arderet.) *Id.* 10. 33. Perpetuo risu pulmonem agitare solebat Democritus. *Pers.* 3. 27. pulmonem rumpere ventis. *h. e.* inflari, efferri, superbire. — *b*) Habet locum in extis ab haruspice inspiciendis. *Cic.* 1. *Divinat.* 39. 85. Quid enim habet haruspex, cur pulmo incisus, etiam in bonis extis, dirimat tempus et proferat diem? *Juvenal.* 6. 548. calidæ pulmone columbæ Tractato. *Lucan.* 1. 622. pulmonis anheli Fibra latet. Adde *Cic.* 2. *Divinat.* 12. 29.; et *Senec. Œdip.* 368.

II.) Translate pulmo est genus marini piscis, *polmone marino,* idem atque balipleumon: memoratur a *Plin.* 9. *Hist. nat.* 47. 71. (154)., item 18. *ibid.* 35. 85. (359)., ubi quum apparet in pelago, plurium dierum hiemem portendere, scribit: item 32. *ibid.* 9. 32. (102)., ubi decoctum in aqua calculosis prodesse tradit: *et ibid.* 36. (111). emendare perniones: *et ibid.* 10. 46. (130). alligatum purgare profluvia.

PULMŌNĀCĔUS, a, um, adject. *Veget.* 1. *Veterin.* 12. Radicula, quam quidam consiliginem vocant, quidam pulmonaceam. *V.* vocem sequent. 2.

PULMŌNĀRĬUS, a, um, adject. πνευμονικός, ad pulmones pertinens. ¶ 1. Est pulmonis inflammatione laborans, quam et febris acuta et difficultas anhelitus solent comitari. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 14. Ovem pulmonariam similiter, ut suem, curari convenit, inserta per auriculam, quam veterinarii consiliginem vocant. *et ibid.* 10. 7. *de suibus.* Aquis nisi affatim satientur, pulmonariæ fiunt. ¶ 2. Item qui pulmonis inflammatione laboranti prodest. *Veget.* 4. *Veterin.* 3. 12. *Schneid.* Radiculam herbæ consiliginis (quam alii pulmonariam vocant, alii tantum radiculam) sinistra manu ante ortum solis collige etc. *V.* voc. præced.

PULMŌNĔUS, a, um, adject. πνευμονικός, ad pulmones pertinens.

I.) Proprie. *Plaut. Rud.* 2. 6. 26. Perii! animo male fit: contine, quæso, caput. CHARM. Pulmoneum edepol nimis velim vomitum vomas.

II.) Translate est pulmonum speciem referens. *Plaut. Epid.* 5. 1. 21. Otiose isse admiror. Pedibus pulmoneis qui perhibetur, prius venisset, quam tu advenisti mihi. *h. e.* exossibus et teneris instar pulmonum, atque adeo ineptis ad ingrediendum. — *Pulmonea mala* apud *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 15. (52). ita dicta sunt, quia stolide tument.

PULMUNCŬLUS, i, m. 2. deminut. parvus pulmo. A similitudine *pulmunculi* dicuntur carnosæ, molles et tumidæ quasi offæ (σαρκία πνευμονώδη) in vestigio pedis camelorum, quibus insistunt. *Solin.* 49. *a med.* Sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 45. 105. (254). vestigium carnosum appellat. — In jumentis sunt excrescentia carnosa in pede, item in dorso, instar pulmonis parvi. *Veget.* 2. *Veterin.* 56. *et* 61.

PULPA, æ, f. 1. μυών (It. *polpa;* Fr. *chair, partie charneux du corps des animaux;* Hisp. *carne;* Germ. *d. Fleischige am Thierkörper, d. derbe Fleisch;* Angl. *the pulp or juius part of meat, flesh without bone*). est caro musculosa in animali sine osse et pinguedine, quæ manducatur; ita appellatur a *palpo* seu *palpito,* quia mollis et tremula est: *pulpa* usurpatur de carnosis partibus externis, viscus de internis. *Isid.* 11. *Orig.* 1. *a med.* Pulpa est caro sine pinguedine, dicta quod palpitet; resilit enim sæpe. V. alias minus probabiles notationes apud *Voss.* in *Etymol.*

I.) Proprie. *Cato R. R* 83. Votum pro bubus. Farris libras III. et lardi P. IIII. S. et pulpæ P. IIII. S., vini sextarios tres. *Martial.* 3. 77. Et pulpam dubio de petasone voras. *Apul.* 2. *Met.* Quæ suis dominis parabat viscum fartim concisum, et pulpam frustatim consectam. *et* 8. *ibid.* Ossa viduata pulpis, nitore nimio candentia. — Obscœno sensu *pulpam* videtur usurpasse *Cic.* 9. *Fam.* 22. pro mulierum natibus, mammis, etc.; *culpam* vero legentibus nullam profecto obscœnitatis significationem in ea voce deprehendere licebit.

II.) Translate. ¶ 1. De hominibus. *Pers.* 2. 62. Quid juvat hoc, templis nostros immittere mores, Et bona dis ex hac scelerata ducere pulpa? *h. e.* carne flagitiis et corruptis moribus contaminata. Hoc sensu dicitur *Vulgat. interpr. Gen.* 6. 12. Omnis caro corruperat viam suam super terram. Non absimile est illud *Auson. Epist.* 4. 96. Nec fas est mihi regio magistro Plebejam numeros docere pulpam. *h. e.* hominem crassi et hebetis ingenii. ¶ 2. De plantis. — *a*) De carne pomorum. *Scribon. Compos.* 74. Caryotarum recentium pulpas medias, detracta exteriore cute, interioribusque venis. — *b*) De carne ficorum. *Pallad.* 4. *R. R.* 10. *ad fin.* Ficorum coria siccentur, et pulpæ tunc duplicatæ in cistellis serventur aut loculis. — *c*) In ligno seu materie sic dicitur pars ejus enodis, sine venis. Sunt enim corpori arborum, ut reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nervi, venæ, ossa, medullæ, adipes, ut est apud *Plin.* 16. *Hist. nat.* 38. 72. (181). *Id. ibid.* 73. (184). In quarumdam arborum carnibus pulpæ venæque sunt. Discrimen earum facile: venæ latiores candidioresque, pulpæ fissilibus insunt.. *et mox* (186). Quibusdam pulpa sine venis, mero stamine et tenui constat. Hæc maxime fissilia. Alia frangi celeriora, quam findi, quibus pulpa non est: ut oleæ, vites. Sic *Marcell. Empir. c.* 25. *p.* 125. *retro* ed. *Ald.* Palmarum pulpa. *V.* et PULPUS.

PULPĀMEN, Inis, n. 3. pulpamentum, pulpa. *Epit. Liv.* 48. *extr.* Masanissa sine pulpamine mandere, et gustare panem tantummodo solitus.

PULPĀMENTUM, i, n. 2. *polpetta,* cibus e pulpa concisa factus. — *a*) Stricto sensu. *Plaut. Curc.* 1. 1. 90. Voltis ne olivas, aut pulpamentum, aut capparim? *Id. Stich.* 5. 4. 31. Nimis vellem aliquid pulpamenti. *Id. Mil. glor.* 3. 1. 59. Pulpamentum præripere. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 15. 18. (48). Thynni membratim cæsi cervice et abdomine commendantur: cetera parte plenis pulpamentis sale asservantur. *fette, bragiuole.* — *b*) De proverb. *pulpamentum quærere. V.* LEPUS. — *c Ego semper apros occido, sed alter semper ultur pulpamento,* est aliud proverb. usurpatum a Diocletiano, teste *Vopisc. Numer. sub fin.,* quum strenuus venator esset aprorum, et præfectum prætorio, nomine Aprum, occidisset. Affectabat autem imperium, ad quod

evehi subinde alios, hoc proverbio facete querebatur. — d) Accipitur etiam pro quovis cibo lautiore, quemadmodum et pulmentum. *Cic.* 5. *Tusc.* 32. 90. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra, pulpamentum fames; lacte, caseo, carne vescor. *Alii leg.* pulmentum.

PULPĬTO, as, are, a. 1. asseribus, aut trabibus in modum pulpiti ædifico, fulcio. *Sidon.* 8. *Ep.* 12. *a med.* Hic pandi carinarum ventres abiegnarum trabium textu pulpitabuntur.

PULPĬTUM, i, n. 2. Seriori ævo et *pulpitus, i,* m. 2. usu venit. *Isid.* 18. *Orig.* 43. Qui pulpitus orchestra vocabatur. Adde *eumd. ibid.* 44. et *Gloss. Philox.* Pulpitus et pluteus, θυμέλη. — Pulpitum ¶ 1. Generatim est It. *palco, tavolato, pergamo, pulpito,* βῆμα, ἀναβαθρον, tabulatum alte exstructum, suggestus, unde vel sermo habetur, vel prospicitur. *Sueton. Ner.* 13. Tiridatem per devexum pulpitum subeuntem admisit ad genua. *Id. Gramm.* 4. *ad fin.* Repeto, quemdam, Principem nomine, alternis diebus declamare, alternis disputare: nonnullis mane disserere, post meridiem, remoto pulpito, declamare solitum. *la cattedra.* Sic *Horat.* 1. *Ep.* 19. 39. Non ego nobilium scriptorum auditor et ultor Grammaticas ambire tribus et pulpita dignor. — ¶ 2. Sæpissime dicitur de eo suggestu, qui in morem aræ in proscænio excitabatur, et inserviebat histrionibus recitantibus, ut ex editiore illo loco facile a spectatoribus conspicerentur, λογεῖον, θυμελη. *V.* PROSCÆNIUM. *Horat. Art. P.* 278. personæ pallæque repertor honestæ Æschilus, et modicis instravit pulpita tignis. *et ibid.* 174. Quam non adstricto percurrat pulpita socco. *Propert.* 4. 1. 15. Nec sinuosa cavo pendebant vela theatro: Pulpita solemnes non oluere crocos. *Juvenal.* 3. 174. tandemque redit ad pulpita notum Exodium. *Id.* 7. 93. Haud tamen invideas vati, quem pulpita pascunt. *h. e.* qui scribendis tragœdiis ac vendendis vitam tolerat. *Id.* 14. 256. Monstro voluptatem egregiam, cui nulla theatra, Nulla æquare queas prætoris pulpita lauti. *h. e.* ludos scænicos a prætore divite datos. (Adde *eumd.* 8. 195.) *Plin.* 4. *Ep.* 25. Ludibria scæna et pulpito digna. Adde *Ovid.* 2. *Trist.* 517. et 1. *Art. am.* 104.; et *Vitruv.* 5. 6. *et* 8. ¶ 3. De iis, quæ erigebantur ludicri alicujus exhibendi causa. *Juvenal.* 6. 78. Longa per angustos figamus pulpita vicos, Ornentur postes, etc.

PULPITUS, i, m. 2. *V.* voc. præced. Init.

PULPO, as, are, n. 1. vox exprimens cantum vulturis carnem et cadavera veluti poscentis. *Auct. carm. Philom.* 27. Dum clangunt aquilæ, vultur pulpare probatur.

PULPŌSUS, a, um, adject. *polposo,* pulpa abundans, carnosus. *Apul.* 7. *Met.* Terga (*equorum*) pulposis torulis obesa.

PULPUS, i, m. 2. piscis e genere mollium. *Theod. Priscian.* 4. 2. Omitto plurima et a plurimis animalia sine sanguine memorari, ut puta pulpos, sæpias, ostreas, etc. *Alii leg.* pulpas.

PULS, pultis, f. 3. πολτος, *minestra,*

I.) Proprie est cibi genus ex farre, aut leguminibus in aqua coctis. A quibusdam definitur cibus ex aqua et farina, additis interdum ovis, melle, caseo. Verum hoc pacto confunditur cum placenta. Itaque prima descriptio verior est: neque enim credibile fit, priscos illos homines et pauperes et rusticos tot condimenta in quotidianis cibis adhibuisse. Scribit autem *Plin.* 18. *Hist. nat.* 8. 19. (83). et *Val. Max.* 2. 5. *n.* 5. pulte, non pane vixisse longo tempore Romanos. — *a*) Generatim. *Varro* 5. *L. L.* 105. *Müll.* De victu antiquissima puls: hæc appellata vel quod ita Græci, vel ab eo unde scribit Apollodorus, quod ita sonet, quum aquæ ferventi insipitur. *Juvenal.* 11. 58. pultes Coram allis dictem puero, sed in aure placentas. *Id.* 14. 170. A scrobe, vel sulco redeuntibus altera cœna Amplior, et grandes fumabant pultibus ollæ. *Pers.* 6. 140. Fœnesecæ crasso vitiarunt unguine pultes. *scil.* quæ olim simplices erant, et sine condimentis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 8. 19. (84). Et hodie sacra prisca atque natalium pulte fritilla conficiuntur: videturque tam puls ignota Græciæ fulsse, quam Italiæ polenta. *V.* FRITILLA et POLENTA. Quam *pultem niveam* memorat *Martial.* 5. 78. et 13. 35., videri potest illa, de qua *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 24. (100). Milio Campania præcipue gaudet, pultemque candidam ex eo facit. Sed melius dicemus esse eam, quæ ex farre Clusino fiebat, quod erat candoris nitidi, teste *Colum.* 2. *R. R.* 6. 3. Unde idem *Martial.* 13. 8. Imbue plebejas Clusinis pultibus ollas. — *b*) Pulte nutriebant pullos, ex quibus auspicia erant captaturi: quibus si inter vescendum aliquid ore excidisset, tripudium erat, auguriumque faustum. *Cic.* 2. *Divinat.* 35. 73.; *Fest. p.* 245. 33. *Müll.*; et *Val. Max.* 2. 5. *n.* 5. *V.* TRIPUDIUM. — *c*) De pulte Punica hæc habet *Cato R. R.* 85. Pultem Punicam sic coquito. Libram alicæ in aquam indito, facito uti bene madeat. Id infundito in alveum purum: eo casei recentis P. III., mellis P. S., ovum unum: omnia una permisceto bene. Ita insipito in aulam novam. — *d*) Ex *Ausonio* discimus, pultem ex farre multa aqua dilutam potionis vice Romanis rusticis olim fuisse. Sic enim *Edyll.* 12. *c. de cibis* 5. Mox ador, atque adoris de polline pultificum far. Instruxit mensas quo quondam Romulidum plebs. Hinc cibus, hinc potus, quum dilueretur aqua puls.

II.) Translate. *Sidon.* 9. *Ep.* 16. *in carm. ad fin.* Ut, per abruptum bove concitato, Spargeret cursus lacerum cadaver, Cautibus tinctis calida soluti Pulte cerebri. *Id.* 1. *Ep.* 5. *pultem cloacalem* vocat limum fossarum urbis Ravennæ, qualis nunc est *il fango de'rii di Venezia.*

PULSĀBŬLUM, i, n. 2. plectrum, instrumentum, quo fides pulsantur. *Apul. Florid. n.* 15. Dextera psallentis gestu pulsabulum citharæ admovet, ceu parata percutere.

PULSĀTĬO, ōnis, f. 3. actus pulsandi, *battimento,* χροῦσις.

I.) Proprie. *Plaut. Bacch.* 4. 2. 1. Pulsatio ostii. *Liv.* 31. 39. Et majore cum sonitu, quam vulnere ullo, pulsatio scutorum parumper succedentes Romanos tenuit. *Cic. Cœl.* 10. 23. De Alexandrinorum pulsatione Puteolana. *h. e.* qua Alexandrini Puteolis verberati sunt. *Id.* 2. *Herenn.* 26. 41. Falsæ sunt hujusmodi (*definitiones*), ut si quis dicat, injuriam esse nullam, nisi quæ ex pulsatione, aut convicio constet. — Inter pulsationem et verberationem hoc interest, ut Ofilius scribit: verberare est cum dolore cædere; pulsare sine dolore. *Ulp. Dig.* 47. 10. 5. *Sine dolore* inquit, quia si propriam *pulsandi* vim spectemus, significat sæpe pellere, impellere, repellere, quum sit frequentativum a *pello*; hoc autem sine dolore fieri potest. Ceterum discrimen *Ofilii* extra legem Corneliam (de qua ibi is loquitur) in Latina consuetudine nullum est. V. *Ducker. de Latinit. JClorum c.* 47.

II.) Translate. Apud *Paul.* 5. *Sentent. tit.* 4. pulsatio pudoris est stuprum vi illatum. *V.* PUDOR.

PULSĀTOR, ōris, m. 3. χρουστής, qui pulsat.

I.) Proprie. *Val. Flacc.* 5. 694. citharæ pulsator Apollo.

II.) Translate est idem ac litigator. *Cassiod.* 1. *Variar.* 18. Quod si ante designatum tempus rem videtur ingressus præsumptor barbarus, quoniam præscriptio probatur obviare tricennii, petitionem jubemus quiescere pulsatoris.

PULSĀTUS, a, um. *V.* PULSO.

PULSIM, adverb. pellendo, ut *cursim* currendo. Videtur agnosci a *Nigidio* apud *Non. p.* 104. 32. *Merc.*, ubi *Mercerus* recte legit *expulsim.* — *Pulsim* agnoscitur ab auctore *Thesauri Latinit.* ab *A. Maio* edito in *Class. auct. T.* 8. *p.* 478.

PULSĬO, ōnis, f. 3. actus pellendi, impulsio. *Arnob.* 4. 4. Partibus si Pellonia utrisque favorem ac suffragium commodarit, nominis sui vim perdet, quod partis unius in pulsione formatum est. *Alii minus recte leg.* ex impulsione. *Priscian.* 8. *p.* 837. *Putsch. Compello* et *appello.* ad pulsionem attinens, *compellis* et *appellis*; ad compellationem vero et appellationem, *compellas* et *appellas.*

PULSO, as, āvi, ātum, are, a. 1. frequentat. a *pello.* Part. *Pulsans* I. 1. 2. et II. 2. 4.; *Pulsatus* I. 1. 2. et II. 2. 3.; *Pulsandus* I. 2. — Pulsare significat sæpe pellere, impellere, protrudere, agitare, quatere: quia vero ictu et verbere id maxime fit, ponitur sæpius pro percutere, verberare, cædere, τύπτω, χρούω (It. *spingere, respingere, battere, percuotere, bussare, picchiare*; Fr. *pousser, chasser en poussant, frapper, battre, heurter, choquer*; Hisp. *pujar, empujar, cascar, herir, golpear, achocar*; Germ. *stossen, schlagen, fortstossen, -treiben, klopfend anschlagen, anklopfen, Stösse geben, in Bewegung setzen*; Angl. *to beat often, strike, knock at, batter*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu significat sæpe pellere, impellere, protrudere, agitare, quatere. *Virg.* 4. *G.* 313. *de apib.* ut æstivis effusus nubibus imber, Erupere, aut ut nervo pulsante sagittæ. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 30. tu pulses omne, quod obstat. *Val. Flacc.* 3. 93. Notus pulsat nubem. *Festus p.* 154. 13. *Müll.* Matronæ a magistratibus non summovebantur, ne pulsari, contrectarive viderentur, neve gravidæ concuterentur. *Claudian. Nupt. Honor. et Mar.* 184. adventu Veneris pulsata recedunt Nubila. *h. e.* repulsa. ¶ 2. Quia vero ictu et verbere id maxime fit, ponitur sæpius latiori sensu pro percutere, verberare, cædere, *battere, percuotere, bussare, picchiare. Cic.* 1. *Nat. D.* 41. 114. Nec video quomodo non vereatur iste deus beatus, ne intereat, quum sine ulla intermissione pulsetur agiteturque incursione atomorum sempiterna. *Id.* 7. *Verr.* 54. 142. Sex lictores eum circumsistunt valentissimi, et ad pulsandos verberandosque homines exercitatissimi. *et* 5. *ibid.* 26. 66. Videtis pendere alios ex arbore, pulsari alios et verberari. (*V.* VERBERO). *Id. Cœl.* 8. 19. Fore testem senatorem, qui se pulsatum a Cœlio diceret. *Virg.* 6. *Æn.* 608. Hic quibus invisi fratres, dum vita manebat, Pulsatusque parens. *Juvenal.* 3. 289. Si rixa est, ubi tu pulsas, ego vapulo tantum. *Claudian.* 1. *Laud. Stilich.* 238. acie pulsare rebelles. *Petron. Satyr.* Os hominis palma excussissima pulsat. *Quintil.* 5. 10. 122. Pulsare ostiatim. *Plaut. Bacch.* 4. 1. 7. ostium. *Ovid.* 5. *Met.* 448. fores. *Id.* 3. *Trist.* 2. 23. nostri toties pulsata sepulcri Janua. *Id.* 6. *Met.* 692. Pulsare terram grandine. *Id.* 1. *Art. am.* 112. et 6. *Fast.* 330. ter humum pede. *Horat.* 1. *Od.* 37. 1. pede libero tellurem. *ballare.* et *Claudian.* 2. *Laud. Stilich.* 381. prata pulsare choreis. *Virg.* 12. *Æn.* 706. pulsabant arlete muros. *Sil. It.* 16. 696.; et *Ammian.* 20. 11. et 28. 6. ariete turres. *Sil. It.* 6. 643. mœnia Romæ. *Id.* 1. 270. Capitolia. *Id.* 12. 565. cuspide portas. *Seneca Troad.* 135. bis pulsata Dardana Grajo mœnia ferro. *h. e.* oppugnata et capta. *Virg.* 10. *Æn.* 216. curru Phœbe medium pulsabat Olympum. *et* 4. *ibid.* 249. montis caput vento pulsatur et imbri. *Sil. It.* 17. 136. equus elatis pulsans calcibus auras. *Claudian. B. Get.* 352. Pulsare equum. *h. e.* calcaribus et verbere agitare. *Ovid.* 11. *Met.* 529. pulsant acres latera (*navis*) ardua fluctus. *Virg.* 3. *Æn.* 555. Saxa pulsata fluctu. Rursus *Ovid.* 3. *Amor.* 10. 31. pulsant arva ligones. *Id.* 6. *Met.* 218. campus Assiduis pulsatus equis. *Id.* 3. *Pont.* 1. 1. Æquor Iasonio pulsatum remige. *Lucret.* 4. 586. tibia digitis pulsata canentum. *Val. Flacc.* 1. 139. pulsatque chelyn post pocula Chiron. *Virg.* 6. *Æn.* 647. chordas digitis pectine eburno. *Sil. It.* 5. 463. pectine nervos. *Juvenal.* 9. 62. cymbala pulsans. — Et neutrorum more *Plin.* 2. *Hist. nat.* 80. 82. (193). Sonus alias murmuri similis, alias mugitibus, aut clamori humano, armorumve pulsantium fragori. — Sic pro pinsere. *Id.* 19. *ibid.* 8. 46. (158). Seritur apium, semine paullum in pila pulsato. *h. e.* pinsito. — *Virg.* 9. *Æn.* 415. longis singultibus ilia pulsat. *batte il fianco.* et *Val. Flacc.* 4. 149. vasto qui vertice nubila pulsat. ὑπερβολῆ de procero homine, quam de Cyclope usurpat etiam *Virg.* 3. *Æn.* 619. Simi-

lis est illa *Silii* 5. 394. clamor vario discrimine vocum Fert belli rabiem ad Superos, et sidera pulsat. Sic *Virg.* 5. *Æn.* 451. It clamor cælo. *Claudian. B. Get.* 625. Ululatus pulsat aures. *Virg.* 9. *Æn.* 149. vocemque inclusa volutant Litora: pulsati colles clamore resultant.

II.) Translate. ¶ 1. Est movere, impellere. *Cic.* 2. *Divinat.* 58. 120. Utrum censemus dormientium animos per se ipsos in somniando moveri, an externa et adventicia visione pulsari? *Papinian. Dig.* 34. 1. 8. *extr.* Pulsare verecundiam. — Est etiam propulsare, depellere. *Claudian. VI. cons. Honor.* 465. et nostra pericula tendit Posthabitis pulsare suis. ¶ 2. Sæpius est vexare, perturbare, agitare. *Plaut. Epid.* 4. 1. 3. Multa in unum locum confluunt, quæ meum pectus pulsant. *Ovid.* 12. *Met.* 228. quæ te vecordia, Theseus, Euryte, pulsat, ait, qui me vivente lacessas Pirithoum? *Virg.* 3. *G.* 105. exsultantiaque haurit Corda pavor pulsans. *Val. Flacc.* 3. 390. varia meritos formidine pulsant. *Seneca Agam.* 134. Invidia pulsat pectus. *Petron. Satyr.* 123. pulsata tumultu Pectora. *h. e.* curarum mole agitata. — *Pulsare rumoribus urbes* apud *Petron. fragm. p.* 679. *Burmann.* est implere, agitare, et turbare quodammodo: quo sensu *quatere rumoribus* dixit *Val. Flacc.* 5. 274. et motis linguis quatere, *Id.* 2. 122. de Fama loquens. ¶ 3. Item est lædere. *Virg.* 12. *Æn.* 285. fugit ipse Latinus Pulsatos referens infecto fœdere divos. *h. e.* læsos, violatos fractis fœderibus. *Ammian.* 13. 7. *ante med.* Serenianus, cujus ignavia populatam in Phœnice Celsen ante retulimus, pulsatæ majestatis imperii reus jure postulatus ac lege etc. ¶ 4. Pertinet interdum ad judicia, et accusare, aut convenire significat. *Ulp. Dig.* 11. 1. 11. *a med.* Qui interrogatus responderit, sic tenetur, quasi ex contractu ejus obligatus, pro quo pulsabatur. *Id. ibid.* 5. 1. 2. *circa med.* Non imponitur necessitas aliis pulsantibus respondere. *Claudian. B. Gild.* 170. pulsari crimine falso. *esser travagliato con false accuse.* — Incusandi vim quamdam habent et illa *Statii* 5. *Silv.* 5. 77. nonne horridus ipsos Invidia Superos, injustaque Tartara pulsem? *Seneca Herc. Œt.* 1671. Superos, et ipsum vocibus pulsans Jovem. *Stat.* 8. *Theb.* 249.; et *Claudian.* 2. *in Eutrop. prol.* 51. astra pulsare querelis.

PULSŬOSUS, a, um, adject. qui per pulsus fit, ut Pulsuosus dolor, *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 14. et 5. *ibid.* 10.; et Pulsuosus fervor, *Id.* 4. *Tard.* 7. *sub init.*

PULSUS, a, um. *V.* PELLO.

PULSUS, us, m. 4. (*pello*) actus pellendi, motus, agitatio, impulsio, ictus, *spingimento, impulso, urto, battimento,* ὠθισμος, κρούσις.

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cic.* 1. *Tusc.* 23. 54. Inanimum est omne, quod pulsu agitatur externo. *Id.* 1. *Orat.* 33. 153. Impetus pulsusque remorum. Sic *Cæs.* 3. *B. G.* 13. Una celeritate et pulsu remorum præstabat. Adde *Liv.* 22. 19. *Sil. It.* 14. 487. Ipse adeo senis ductor Rhœteius ibat Pulsibus. *h. e.* hexeri ferebatur, quæ sex remorum ordines habet. Sic *Lucan.* 3. 535. prætoria puppis Verberibus senis agitur. *Virg.* 12. *Æn.* 445. pulsuque pedum tremit excita tellus. *Ammian.* 23. 1. *ad fin.* Constantinopolis terræ pulsu vibrata. *dal tremuoto.* — *Pulsus lyræ,* pulsatio. *Ovid.* 5. *Fast.* 667. ad *Mercurium.* Læte lyræ pulsu, nitida quoque læte palæstra. — *b*) Speciatim est motus et impulsio arteriarum, *polso,* σφυγμος, σφυξις. *Nlin.* 11. *Hist. nat.* 37. 88. (219). Arteriarum pulsus in cacumine maxime membrorum evidens, index fere morborum, stabilis, aut citatus, aut tardus, observatione crebri aut languidi ictus gubernacula vitæ temperat. *Id.* 29. *ibid.* 1. 5. (6). Herophilus in musicos pedes venarum pulsu descripto per ætatum gradus, etc. *Tac.* 6. *Ann.* 50. Is (*medicus Charicles*), velut propria ad negotia digrediens, et per speciem officii, manum (*Tiberii Aug.*) complexus, pulsum venarum attigit. *Apul. Florid. n.* 22. Medicus juxtim consedit, manum hominis prehendit, eam pertractat, venarum pulsum et momenta captat.

II.) Translate. *Cic.* 2. *Divinat.* 61. 126. Sive externus et adventicius pulsus animos dormientium commovet, sive per se ipsi animi moventur. *Gell.* 9. 13. Animus quatitur et afficitur motibus pulsibusque (*quum legitur*). Rursus *Cic.* 2. *Divinat.* 67. 137. Nulla enim species cogitari potest, nisi pulsu imaginum.

PULTĀRIS, e, adject. ad pultem pertinens. Affertur a *Charis.* 1. *p.* 100. *Putsch.*, nullo tamen auctore laudato.

PULTĀRĬUS, ii, m. 2. olla, vas, in quo puls coquitur, vel infertur, figura inversi infundibuli, h. e. lato ventre, ore angusto.

I.) Proprie. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (185). Calidam potionem in pultario poposcit. *Petron. fragm. Tragur.* 42. *Burmann.* Quum mulsi pultarium obduxi, etc. Hinc patet usus *pultarii* etiam ad bibendum: in tenuioribus tamen et servis: quem confirmat *Martial.* 13. 8. cui lemma *Far.* Imbue plebejas Clusinis pultibus ollas, Ut satur in vacuis dulcia musta bibas. *scil.* in vase, in quo puls cocta fuisset, dulcis potio mulsi, aut musti jucundior habebatur. *Marcell. Empir. c.* 35. *p.* 138. ed. *Ald.* Herbam urceolarem madidam in pultarium novum mittes, et ad prunas, donec se remittat, excoques. Sic *Theod. Priscian.* 4. *p.* 313. *retro* ed. *Ald.* Hoc in pultarium mittis, et coques usque dum spissum sit. *Pallad.* 7. *R. R.* 7. *de castrandis alveur.* Fumus admovetur ex arido fimo bubulo, quem in pultario factis carbonibus convenit excitare: quod vas ita figuratum sit, ut velut inversi infundibuli angusto ore fumum possit emittere. *Colum.* 9. *R. R.* 15. 2. hoc vas *ollam* vocat, describitque his verbis: Idque vas ansatum simile angustæ ollæ figuratur, ita ut altera pars sit acutior, per quam modico foramine fumus emanet: altera latior, per quam possit afflari. Est ergo *pultarius* hic *Palladii* similis ei, in quo puls coquitur, sed qua parte latior est, fundum non habet. — De ollis, in quibus uvæ conduntur et servantur. *Colum.* 12. *R. R.* 43. 7. Sed uvæ dependentes a matre sic in pultarios condi debebunt, ne quæ partes vasa contingant. *vasa fictilia* dixerat paullo supra. Hæc autem oris angusti esse non possunt, si uvas a vite pendentes excepturæ sunt.

II.) Translate alium usum *pultarii* habemus ex *Celso* 2. 11. *de cucurbitulis.* Si cetera defecerunt, caliculus quoque, aut pultarius, oris compressioris, ei rei commode aptatur.

PULTĀTĬO, ōnis, f. 3. idem ac pulsatio. *Plaut. Truc.* 2. 2. 3. Quid tibi ad hasce accessio est ædes, aut pultatio?

PULTĬCŬLA, æ, f. 1. πολτάριον, deminut. pultis. *Cels.* 2. 30. Pulticula vel ex alica, vel ex panico, vel ex milio; itemque ex iisdem sorbitio, et magis, si hæc ante fricta sunt, alvum adstringunt. *Colum.* 8. *R. R.* 11. 14. Pulli pavonini alantur ex quolibet frumento cocta pulticula. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 37. (58). Radix cum pulticula coquitur ad alvum solvendam. *Arnob.* 7. 51. *de sacris Gentilium.* Nam pulticulæ, tura cum carnibus rapacium alimenta sunt ignium. *h. e.* molæ salsæ. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 18. *n.* 108. Deinde dabitur pulticula, sed constrictior (*h. e.* spissior), vel panis ex aqua calida etc. Sic *Id.* 3. *ibid.* 21. *n.* 202. Dabimus ova ἁπαλὰ aceto prius infusa et pulticulam sicciorem.

PULTĬFĬCUS, a, um, adject. ut Pultificum far, *h. e.* ex quo fit puls. *Auson. Edyll.* 12. *c. de cibis. V.* PULS.

PULTĬPHĂGONIDES, æ, m. 1. (est vox hybrida, et scribitur etiam sine aspiratione. *V.* vocem sequent.) idem ac pultiphagus. *Plaut. Pœn. prol.* 53. Carchedonius vocatur hæc comœdia; Latine Plautus, Patruus pultiphagonides. *h. e.* Patruus Pœnus: quasi multa pulte educatus. Nam Pœnos pultiphagos fuisse, inde colligimus, quod genus quoddam fuit pultis, quæ *Punica* dicebatur, de qua *V.* in PULS.

PULTĬPHĂGUS (*et* pultifagus), a, um, adject. qui pulte vescitur: vox hybrida, ex Latino *puls,* et Græco φαγεῖν *vesci. Plaut. Most.* 3. 2. 143. Pultiphagus opifex. *h. e.* Pœnus aliquis faber, ut putat *Scalig.* in *Conjectan.* ad *Varron.* 3. *R. R.* 7. 3. Nam multa fabricæ ligneæ opera ab his nominata, ut Punicanæ fenestræ, apud *Varron. ibid.* lecti Punicani, apud *Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 51. (144). et *Cic. Mur.* 36. 75. plostellum Pœnicum, apud *Varron.* 1. *R. R.* 52. 1. Punicana coagmenta, apud *Caton. R. R.* 18. *sub fin.*

PULTO, as, are, a. 1. *battere, bussare, picchiare,* idem quod *pulso.* Olim in usu frequenti fuit, ut *Quintil.* indicat 1. 4. 14., paullatim hæsit apud comicos, et præcipue quum de pulsando ostio sermo est: usurpatur autem cum Accusativo, et absolute quoque neutrorum more. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 47. Pectus digitis pultat. *Ter. Heaut.* 2. 3. 34. Ubi ventum ad ædes est, Dromo pultat fores. *Id. Adelph.* 4. 5. 3. Quis ostium hoc pultavit? *Plaut. Asin.* 2. 3. 2. I puere, pulta, atque atriensem, si est intus, evocato huc. *Id. Men.* 1. 2. 65. Placide pulta. PE. metuis, credo, ne fores Samiæ sient. *Id. Most.* 2. 1. 56. Neu quisquam responset, quando hasce ædes pultabit senex. *Id. ibid.* 2. 23. Pultando pedibus pæne confregi hasce ambas. *scil.* fores. *Id. Pœn.* 3. 4. 30. Pultato januam hanc.

PULVER, ĕris. *V.* PULVIS init.

PULVĔRĀRĬUS, a, um, adject. *polveroso,* ad pulverem pertinens, pulverulentus. Hinc Vicus pulverarius in *Inscript.* apud *Gruter.* 250., qui fuit Romæ in regione prima.

PULVĔRĀTĬCA, æ, f. 1. *et*

PULVĔRĀTĬCUM, i, n. 2. donativum, quod pro opere datur, quasi pro pulvere ac labore: et videtur significare illud, quod donatur alicui non mercedis, sed corollarii loco. Vox est cadentis Latinitatis, qua primum merces significata est, quæ agrimensoribus pro pulvere et labore; mox quæ servis militiæ sese offerentibus; postremo etiam quæ judicibus pro corollario dabatur. Progressu vero temporis factum etiam vulgare *pulveragium,* quod pro quovis tributo usurpatum est. V. *Ducang. Glossar. med. et inf. Latin.*; unde fortasse est Italorum *beveraggio. V.* PULVIS. *Constitutio Impp. Theodos. et Valentiniani* apud *Auct. de re agr. p.* 343. *Goes.* Præcipimus agrimensoribus, ut pro laborum vicissitudine geometricæ artis, a fundo cui, *etc.* tres aureos accipiant absque sua pulveratica. *Imppp. Arcad., Honor. et Theodos. Cod. Theod.* 7. 13. 16. Servos etiam exhortamur, ut quum primum se bellicis sudoribus offerant, præmium libertatis, si apti ad militiam arma susceperint, pulveratici etiam nomine binos solidos accepturi, etc. *Cassiod.* 12. *Variar.* 15. *in fin.* Pulveratica quoque judicis funditus amputantes.

PULVĔRĀTĬO, ōnis, f. 3. fossura terræ circa vineas, quum uva maturescere incipit. Tunc enim sereno cælo et sicco sole, ante meridiem, priusquam calere incipiat et quum desierit, post meridiem terra foditur, et pulvis excitatur: ea res et a sole et a nebula maxime uvam defendit, inquit *Colum. Arbor.* 12., qui rursus 4. *R. R.* 28. 1. Pubescentem (*uvam*) et quasi adolescentem convenit religare, foliisque omnibus nudare, tum et crebris fossionibus implere: nam fit uberior pulverationibus. *Id.* 11. *ibid.* 2. 60. Frigidioribus regionibus pulverationem faciunt, quam vocant rustici occationem, quum omnis glæba in vineis refringitur, et resolvitur in pulverem. Adde *Pallad.* 4. *R. R.* 7. *Servius* ad illud *Virg.* 2. *G.* 418. Sollicitanda tamen tellus, pulvisque movendus: Genus, inquit, ipsum culturæ pulveratio vocatur, quo imminutæ glæbæ vitibus applicantur. *V.* PULVERO.

PULVĔRESCO, is, ere, n. inchoat. 3. pulvere cooperior. *Gloss. Lat. Gr.* Pulveresco, κονιορτοῦμαι.

PULVĔRĔUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad pulverem pertinens, κονιαλέος, κόνις. *Virg.* 8. *Æn.* 593. oculisque sequuntur Pulveream nubem. *h. e.* pulverem in modum nubis excitatum ab agmine. *Ovid. Medic. fac.* 61. Pulverea farina. *Claudian. B. Get.* 458. Pulvereus turbo. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 61. (170). Indica gemma can-

dida, pulverea aspectu. ¶ 2. Item pulverem excitans. *Val. Flacc.* 4. 607. ludo volitans quum turma superbo Pulvereis exsultat equis. *Ovid.* 6. *Met.* 705. *de Borea.* Pulvereamque trahens per summa cacumina pallam, Verrit humum. ¶ 3. Item pulverulentus, pulvere plenus, *pien di polvere, polveroso. Ovid.* 7. *Met.* 114. Pulvereumque solum pede pulsavere bisulco. *Stat.* 6. *Theb.* 7. Pulvereumque fera crinem detersit oliva. *Id.* 11. *Theb.* 403. Pulvereum æquor. *h. e.* campus ubi pugnatur. *et* 6. *ibid.* 493. Pulvereus Circus. *Pacat. Paneg. Theodos.* 34. Ut erat ex longissimo itinère anhelus atque pulvereus.

PULVĔRIZĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PULVĔRIZO, as, ātum, are, a. 1. *polverizzare,* in pulverem redigo. Unde particip. *Pulverizatus* apud *Veget.* 1. *Veterin.* 54. Turis pulverizati drachma.

PULVĔRO, as, are, *a.* et n. 1. Part. *Pulverans* 1. 1.° *b.* — Pulverare ¶ 1. Est pulvere conspergere, *polverizzare,* κονίζω. — 1°) Generatim. — *a)* Neutrorum more. *Plaut. fragm.* apud *Gell.* 18. 12. Exi tu, Dave: age, sparge. mundum esse hoc vestibulum volo. Venus ventura est nostra: non hoc pulveret. Ubi *Gell.* Plautus *pulveret* dicit, quod non pulvere impleat, sed ipsum pulveris plenus sit. — *b)* Active. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 33. 39. (114). *de pediculis.* Hoc quidem et aves infestat: phasianas vero interimit, nisi pulverantes sese. — 2.°) Speciatim est verbum rusticum, quo significatur glæbas circa vitem, quum sole siccæ sunt, comminuere, et in pulverem resolvere, ipsas etiam uvas eo aspergendo. *V.* PULVERATIO. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 9. 5. (49). Sunt qui pulvere quoque uvas ali judicent, pubescentesque pulverent; et vitium arborumque radicibus aspergant. Quod certum est Narbonensi provinciæ, et vindemias certius sic coqui, plusque pulvis ibi, quam sol, confert. — Universim glæbas refringere circa radices arborum quocumque tempore, *pulverare* dicitur a *Pallad.* Sic enim habet 4. *R. R.* 7. Hoc mense novella vinea incipit pulverari: quod nunc ac deinceps per omnes calendas usque ad Octobres faciendum est, non solum propter herbas, sed ne tenera adhuc semina solidata terra constringat. Adde *eumd.* 8. *ibid.* 1.; et *Colum.* 11. *R. R.* 2. 60. ¶ 2. Item in pulverem redigere. *Calpurn.* 5. *Ecl.* 88. et fragiles nimius sol pulverat herbas. *h. e.* adeo siccat, ut tactæ in pulverem abeant.

PULVĔRŬLENTUS, a, um, adject. Olim *polverulentus* scribebant. — Pulverulentus est pulvere plenus, *polveroso,* κονιοαλεος.

I.) Proprie. *Cic.* 5. *Att.* 14. Iter conficiebamus æstuosa et pulverulenta via. *Virg.* 1. *G.* 66. Æstas pulverulenta. *Id.* 4. *Æn.* 154. agmina cervi Pulverulenta fuga glomerant. *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 95. *de torrente.* Aut lutulentus agis brumali tempore cursus, Aut premis arentem pulverulentus humum. *Propert.* 3. 12. 7. Pulverulentaque ad extremas stat femina metas. *h. e.* multo pulvere conspersa. *Lucret.* 5. 740. sequitur calor aridus, et comes una Pulverulenta Ceres. *h. e.* quæ æstate pulverulenta provenit.

II.) Translate. *Ovid.* 1. *Amor.* 15. 4. Præmia militiæ pulverulenta sequi. *h. e.* quæ sine multo labore et pulvere non consequimur. Sic *Seneca Vit. beat.* 7.

PULVILLUS, i, m. 2. *primacciolo,* deminut. pulvini. *Horat. Epod.* 8. 15. Quid, quod libelli Stoici inter sericos Jacere pulvillos amant? *h. e.* serico panno obductos. *Apul.* 10. *Met.* Pulvillis compluribus ventose tumentibus terrestre nobis cubitum præsternunt. *Fronto ad Verum imp.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 1. *a med.* Adeo ut equos pulvillis instratos animadverteret. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PULVĪNAR *et* polvinar, ăris, n. 3. pulvinus). *Scalig. in Conjectan.* ad *Varron.* 5. *L. L.* 167. *Müll.,* ubi docet pulvinar dictum a plumis, vel a pel'ulis; putat legendum a *polulis*: (quam lectionem probavit *Müllerus*): polulas fuisse pilas exaluta, molli tomento fartas, quibus datatim lude bantin foro: unde *polüit,* pila ludit, ut *Paul.Diac. p.* 243. 4. *Müll.* tradit. His quoque se tuentur, qui *polvinar* scribi malunt. — Pulvinar ¶ 1. Sæpissime et stricto sensu in re sacra usurpatur. Erant autem *pulvinaria* (*V.* et infra sub 6.) in templis lectuli pluma, aut tomento farti, qui diis sternebantur, decreta supplicatione, iisque simulacra imponebantur, cibis appositis. *V.* LECTISTERNIUM. Quidam volunt fuisse tabulata, in quibus signa deorum stabant: eaque in lectisterniis ornata fuisse lectulis et pulvinis, quæ iisdem signis jacentibus supponebantur. *Cic.* 2. *Phil.* 43. 110. Quem Cæsar majorem honorem consecutus erat, quam ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem? *Ovid.* 14. *Met.* 827. *de Romulo deo facto.* Pulcra subit facies, et pulvinaribus altis Dignior, et qualis trabeati forma Quirini. *Cic. Dom.* 53. 136. Licinia virgo Vestalis aram et ædiculam et pulvinar sub sacro saxo dedicavit. *Id.* 3. *Cat.* 10. 23. Ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est. *Liv.* 30. 21. Decretum, ut quinque dies circa omnia pulvinaria supplicaretur. *Tac.* 14. *Ann.* 12. Decernuntur supplicationes apud omnia pulvinaria. *Cass. Hemina* apud *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 10. (20). Ut convivia publica et privata, cœnæque ad pulvinaria facilius comparentur. *Horat.* 1. *Od.* 37. 3. Saliaribus dapibus Ornare pulvinar deorum. — *Pulvinar suscipere,* apud *Liv.* 5. 52. *V.* SUSCIPIO. — In Circo *pulvinar* erat locus, in quo stratis pulvinaribus deorum simulacra, quibus ludi sacri erant, collocabantur: qui locus, quia omnium erat honoratissimus, ex eo imperatores aliquando spectare solebant. *Morcellius* tamen *de Stil. Inscript. T.* 1. *p.* 139. *edit. Pat.* rectius putat, *pulvinar* fuisse in Circo mænianum, unde Augustus et tota Cæsarum domus ludos spectabant; dictumque pulvinar, quod Augusti, tamquam numinis, sedes esset, vel quia ipsa Augusti sedes pulvinaris formam imitaretur. *Inscript.* ex *Odericio* ab *eod.* allata *ibid.* D. M. S. TI. CLAVDIO SABINO SODALES AERARII A PVLVINARI B. M. F. *h. e.* æreorum operum artifices, quorum officinæ, fortasse etiam collegii schola, mænianum Augusti quam proxime spectabant, sive in Circo ipso, sive extra eumdem; nam et utrobique tabernæ erant, et utrinque mænianum ipsum exstabat ac prominebat ingenti mole. *Festus p.* 364. 10. *Müll.* Tensam ait vocari Capito vehiculum quo exuviæ deorum ludicris Circensibus in Circum ad pulvinar vehuntur. *Sueton. Aug.* 45. Ipse Circenses ex amicorum fere cœnaculis spectabat: interdum e pulvinari, et quidem cum conjuge et liberis sedens. *Augustus* apud *eumd. Cal.* 4. Spectare eum (*Caligulam*) Circenses e pulvinari, non placet nobis. ¶ 2. Hinc ponitur etiam pro templis. *Cic. Harusp. resp.* 5. 8. Hominemque eum (*Clodium*), qui pulvinaribus Bonæ deæ stuprum intulerit, etc. Cf. *eumd. Mil.* 27. 72. Eum (*occidi*), cujus nefandum adulterium in pulvinaribus sanctissimis nobilissimæ feminæ comprehenderunt. *Apul.* 6. *Met. init.* Et, prospecto templo quodam in ardui montis vertice, inquit etc. *et mox.* Jamque gnaviter emensis celsioribus jugis, pulvinaribus sese proximam intulit. ¶ 3. Pulvinar dicitur etiam de cervicali plerumque pluma farto, quo cubantium capita fulciuntur (quam primam esse vocabuli significationem ait *Forcellinus*), *guanciale, cuscino, capezzale, origliere, primaccio,* πρόσκρανον, προσκεφάλαιον. *Petron. Satyr.* 134. Obscuratum dextra caput super pulvinar inclinavi. *Alii leg.* pulvinum. Est autem sermo de lectulo in cella mulieris sacerdotis, h. e. ubi ea degit, et cubat. ¶ 4. De lecto triclinari. *Apul.* 7. *Met.* In summo pulvinari locatus, cœna poculisque magnis inauguratur. *Seneca* 3. *Ira* 37. *ad fin.* Irasci cœpisti convivatori, *etc.* Demens, quid interest, quam lecti premas partem? honestiorem te, aut turpiorem potest facere pulvinar? *Alii leg.* pulvinus. ¶ 5. De eo, quod sedendi causa substernitur. *Ovid.* 1. *Art. am.* 159. fuit utile multis Pulvinar facili composuisse manu. *Alii leg.* pulvinum. ¶ 6. Est enim discrimen, quia *pulvinar* est, quod dormituri capiti supponimus: *pulvinus,* quo in sedendo utimur. *V.* tamen PULVINUS. Præterea *pulvinus* privatorum est: *pulvinar* augustius, et deorum, aut imperatorum R. qui vel dii haberi volebant, vel habebantur. Significat autem non cervical tantummodo, sed per synecdochen ipsum lectum. — *a)* Ad deos quod attinet. *Catull.* 64. 47. Polvinar vero Divæ geniale locatur Sedibus in mediis, Indo quod dente politum, etc. *h. e.* nuptialis lectus Thetidis. Notat superbiam Domitiani *Sueton.* 13. quod in edicto de reducenda post divortium uxore his usus sit verbis, *revocatam* eam *in pulvinar suum,* deum scilicet se haberi volens: quod et aliis rebus affectavit. — *b)* Hinc etiam de lecto conjugali imperatorum R. *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 71. *de Livia ux. Aug.* Incolumis conjux sua pulvinaria servat. *Juvenal.* 6. 131. *de Messalina ux. Claud.* lupanaris tulit ad pulvinar odorem. *Seneca Consol. ad Polyb.* 35. *ad fin.* Potest hæc (*fortuna*) adversus privatas domos ullam æquitatem nosse, cujus implacabilis sævitia toties ipsa funestavit pulvinaria? *h. e.* domos Cæsarum.

PULVĪNĀRIS, e, adject. ad pulvinum pertinens. *Petron. fragm. Tragur.* 37. *Burmann. de Fortunata ux. Trimalchion.* Est tamen malæ linguæ, pica pulvinaris: quem amat, amat, etc. *h. e.* garrula instar picæ, quæ ubi in pulvino consedit, tolutiloquentia sua enecat auscultantes. Ita locum interpretatur *Fr. Oriolius* in *Opusc. lett. di Bologna T.* 1. *p.* 61.

PULVĪNĀRĬUM, ii, n. 2. idem ac pulvinar.

I.) Proprie. *Liv.* 21. 62. Et corvum in ædem Junonis devolasse, atque in ipso pulvinario consedisse.

II.) Translate. *Plaut. Cas.* 3. 2. 27. Ibo intro, ut subducam navim rursum in pulvinarium. *h. e.* uxorem meam, quæ instar navis instructa et parata est, ut prodeat, in conclave et thalamum reducam.

PULVĪNĀRĬUS, a, um, adject. pulvinaris. *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 1056. macellum pingue pulvinarium. *h. e.* copia victimarum, quæ mactantur ad pulvinar et aras deorum. At fortasse rectius quis putet, hic *pulvinarium* esse genit. plur. a *pulvinar.*

PULVĪNĀTUS, a, um, adject. ad instar pulvini convexus et mollis. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 22. 24. (86). *de nucib. juglandib.* Honor his naturæ peculiaris, gemino protectis operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis. *Id.* 17. *ibid.* 22. 35. (168). Clivosa altiores poscunt scrobes, præterea pulvinatis a devexitate labris. *h. e.* accumulata terra in modum pulvini, qua parte vergit in devexitatem clivus. *Id.* 13. *ibid.* 4. 7. (32). *de semine palmæ.* Præterea cæsum a dorso pulvinata fissura. — *Capitula* columnarum *pulvinata* apud *Vitruv.* 1. 2. *a med.* et 3. 3. *ante med.* sunt quæ in modum pulvini turgent, ut in Ionicis ea pars, quæ est inter echinum et abacum, unde voluta pendet. Eodem modo intelligendæ videntur *pulvinatæ columnæ* apud *eumd.* 4. 1. *extr.,* h. e. pulvinatum capitulum habentes.

PULVĪNENSIS, e, adject. a *pulvinar.* Bellona Pulvinensis, quæ memoratur in *Inscript.* apud *Gruter.* 313. 1. (quæ est apud *Orell.* 2317.), *Fabrett. p.* 492. *n.* 14. *et* 540. et *Don. p.* 135. *tab.* 8., et *Murat.* 179. 1., sic dicta est, quia in illo ejus templo, de quo ibi agitur, ejusdem statua pulvino seu pulvinari supposito inniteretur cubito: neque enim in omnibus templis, ut *Servius* docet ad *Virg.* 3. *G.* 533., sed in plerisque pulvinar ponebatur.

PULVĪNŬLUS, i, m. 2. deminut. pulvini. *Colum. Arbor.* 10. *a med.* Quæcumque arbores in clivis erunt positæ, ita ablaqueandæ sunt, ut a superiore parte secundum codicem lacusculi fiant; ab inferiore autem pulvinuli altiores excitentur, quo plus aquæ limique contineant.

PULVĪNUS, i, m. 2. lectulus brevis pluma vel tomento, aliave re molli fartus, quem sedendi, aut quocumque modo fulciendi corporis causa supponimus. Quomodo a *pulvinari* differat, ibi dictum est (It. *cuscino*; Fr. *coussin, chevet*; Hisp. *almohada de cama, almohadilla, coxin, coxinete, traversero*; Germ. *Kissen, Ruhekissen, Sitzkissen*; Angl. *a cushion, squab*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Stich.* 1. 2. 37. AN. Non sedeo istic: vos sedete: ego sedero in subsellio, PI. mane pulvinum. AN. be ne procuras: satis sic fultum est mihi. *Cic.* 1. *Orat.* 7. 29. Tum Crassum. Immo vero commodius etiam: pulvinosque poposcisse, et omnes in iis sedibus, quæ erant sub platano, consedisse. *Id.* 7. *Verr.* 11. 27. Lectica octophoro ferebatur, in qua pulvinus erat perlucidus, Melitensis, rosa fartus. *Seneca Consol. ad Marc.* 16. Equestri insidens statuæ — Cloëlia exprobrat juvenibus nostris pulvinum escendentibus, in ea illos urbe sic ingredi, etc. *h. e.* lecticam, in qua pulvinus. *Cic.* 9. *Fam.* 18. *extr.* Sella tibi erit in ludo, tamquam hypodidascalo, proxima: eam pulvinus sequetur. *h. e.* honoris causa, et ut mollius sedeas, sellæ addetur pulvinus. *Nepos Pelop.* 3. Quæ *(epistola)* quum jam accubanti in convivio esset data, sicut erat signata, sub pulvinum subjiciens, etc. *Martial.* 3. 82. Effultus ostro sericisque pulvinis. *Juvenal.* 3. 154. exeat, inquit, Si pudor est, et de pulvino surgat equestri. *h. e.* de gradibus pulvino stratis, et equestri ordini in theatro assignatis. *Sueton. Tib.* 73. et *Cal.* 12. Pulvinum alicui injicere. *scil.* suffocandi causa. ¶ 2. Speciatim dicitur de pulvinari, h. e. cervicali, quod capiti dormientes supponimus, *capezzale. Sall. Jug.* 74. Dormiente illo, epistolam, super caput in pulvino temere positam, perlegit. Adde *Cels.* 3. 18.; *Plin.* 26. *Hist. nat.* 11. 69. (111). et 28. *ibid.* 19. 79. (260).; *Catull.* 6. 9. et *Curt.* 3. 6. 7.

II.) Translate. ¶ 1. A similitudine *pulvinus* dicitur ab agricolis parvus terræ elatæ tumulus, in modum dorsi convexus utrinque, ut aqua facile defluat: cujusmodi sunt in agris liræ inter sulcos, aut scrobes, et in hortis areolæ, seu pars areolæ elatior et tumentior. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 21. 35. (159). Male pastinatum deprehendunt scamna inæqualia. Metienda est et ea pars, quæ interjacet, pulvini. *Id.* 19. *ibid.* 4. 20. (60). Terram areis distinguere, easque resupinis pulvinorum toris. *Id.* 22. *ibid.* 22. 34. (76). Herba crepidines marginum assurgentiumque pulvinorum toros vestiens. *Varro* 1. *R. R.* 35. 1. Violaria in fundo facere non est utile, ideo quod necesse est terra adruenda pulvinos fieri, quos irrigationes et pluviæ abluunt, et agrum faciunt macriorem. *Pallad.* 3. *R. R.* 23. *ad fin.* Terra fossa et subacta, excitatis ad lineam pulvinis. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 20. Spicæ (ulpici) liratim seri debent, ut in pulvinis positæ minus infestentur hiemis aquis. ¶ 2. Apud *Plin.* 5. Ep. 6. *ante med.* sic dicitur locus ex terra arte devexus in villa, sedendi causa. Ejus verba sunt: Ante porticum xystus concisus in plurimas species, distinctusque buxo; demissus inde pronusque pulvinus, cui bestiarum effigies invicem adversas buxus inscripsit. ¶ 3. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 13. *de horreo.* Pavimenta testacea supersternuntur, et magna vi paviculis inculcantur atque expoliuntur: omnesque parietum et soli junctura testaceis pulvinis fibulantur. *h. e.* taris, seu prominentiis instar pulvini tumentibus, in longitudinem productis, qua imus paries pavimento jungitur; is enim locus rimas agere solet, et muribus viam ac latebras præbere. ¶ 4. A nautis inquit *Servius* ad illud *Virg.* 10. *Æn.* 302. sed non puppis tua, Tarchon. Namque inflicta vadis dorso dum pendet iniquo, etc.) pulvinus vocatur durior arena *(eminens instar pulvini in hortis)*, quæ remeantibus fluctibus et euntibus plerumque densatur, et in modum saxi indurescit. *banco.* ¶ 5. *Vitruv.* 5. 12. vocat *pulvinum* congestum arenæ, vel cæmenti, in morem pulvini excitatum, super quem pila struitur in mare præcipitanda. *V.* integr. loc. — *Id.* 10. 15. *de catapulta.* Supra minorem columnam chelonium, sive pluvinus, etc. *V.* CHELONIUM.

PULVIS, *olim* polvis, vĕris, m. sæpius quam f. 3. Vi cæsuræ secunda syllaba producitur in illo *Virg.* 1. *Æn.* 482. et versa pulvis inscribitur hasta. *V.* SANGUIS init. — *Pulvis* in Genitivo pro *pulveris* antiquum est. *Catull.* 61. 206. Ille pulvis Erythrii - Subducat numerum prius. *Est qui malit* pulveris ætheri: *alii* pulveris Africi, *quod probat* Lachmannus. — Caret plurali num., ut *Diomed.* 1. *p.* 314. *Putsch.* et alii notant. *Gell.* tamen 19. 8. *a med.* docet, *pulvis,* et *ventus,* et *fumus* non semper ἐνικῶς dici. *et Plin.* 11. *Hist. nat.* 24. 28. (82). *de araneorum telis.* Age, firmitas quando rumpentibus ventis, qua pulverum mole degravante! Adde *Horat. Epod.* 17. 48.: et *Ammian.* 23. 6. — Feminino gen. *pulvis* legitur in *Ennio* apud *Non. p.* 217. 11. *Merc.* et in *Propert.* 1. 22. 6. et 2. 13. 35. — Alia forma *pulver, veris,* est *Apul. Herb.* 35. Herbæ pulver in vino exhibitus. Adde *Theod. Priscian.* 1. 30. et 2. 32. teste *Reinesio.* Agnoscitur etiam a *Prisciano* 6. *p.* 707. *Putsch.* — Ceterum *pulvis* est terra minuta et arida, κόνις (It. *polvere;* Fr. *poussière, poudre, sable très-fin;* Hisp. *polvos, polvillo, polvito;* Germ. *d. Staub;* Angl. *dust, powder).*

I.) Proprie. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 4. 28. (51). Quædam terræ imbribus sicciores fiunt, velut in Narniensi agro, quod Admirandis suis inseruit M. Cicero, siccitate lutum fieri prodens, imbre pulverem. *Cic.* 1. *Invent.* 30. 47. Si multus erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat. *Ovid.* 1. *Trist.* 5. 47. Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent, Parvaque quot siccus corpora pulvis habet. *Propert.* 5. 10. 35. qui nunc jacet horrida pulvis. *(Charis.* 1. *p.* 69. *Putsch.* leg. *arida). Ennius* apud *Non. p.* 217. 11. *Merc.* polvis fulva volat. *Id. ibid.* polvis vasta. *Virg.* 11. *Æn.* 909. fumantes pulvere campos Prospexit longe, Laurentiaque agmina vidit. *et ibid.* 877. Volvitur ad muros caligine turbidus atra Pulvis. *Lucret.* 5. 252. terra perusta Solibus assiduis, multa pulsata pedum vi, Pulveris exhalat nebulam, nubesque volantes. *Virg.* 12. *Æn.* 444. tum cæco pulvere campus Miscetur. *et* 9. *ibid.* 33. subitam nigro glomerari pulvere nubem Prospiciunt. *Phædr.* 4. 24. Juvenes sparsi pulvere, Sudore multo diffluentes corpora. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 94. pulvere turpi Fœdati crines. *Id.* 4. *Fast.* 238. Longaque in immundo pulvere tracta coma est. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 60. Glæbas in pulverem resolvere. *Id. Arbor.* 12. Pulverem excitare. *Quintil.* 5. 10. 81. movere. *Phædr.* 2. 5. sedare. *scil.* humum conspergendo. *Ovid.* 1. *Art. am.* 150. excutere. *Horat.* 1. *Od.* 4. colligere. *h. e.* contrahere, conspergi.

II.) Translate. ¶ 1. Pulvis dicuntur mortuorum reliquiæ ex rogo collectæ. *Horat.* 4. *Od.* 7. 14. Nos ubi decidimus Quo pater Æneas, quo Tullus dives et Ancus, Pulvis et umbra sumus. *Id. Epod.* 17. 47. Neque in sepulcris pauperum prudens anus Novendiales dissipare pulveres. ¶ 2. Metonymice est serenitas. *Virg.* 1. *G.* 101. hiberno lætissima pulvere farra. ¶ 3. Quem *eruditum pulverem* nominat. *Cic.* 2. *Nat. D.* 18. 48., mathematicorum studium intelligit; quod mathematici in pulvere formas suas describere solebant, ut si quid esset emendandum, delere possent, et rursus inscribere: et notum est illud Archimedis, quem intentum formis, quas in pulvere descripserat, ab ignaro milite, quis esset, interfectum, in direptione Syracusarum, narrat *Liv.* 25. 31. Adde *Cic.* 5. *Tusc.* 24. 64. Huc pertinet illud *Pers.* 1. 131. Nec qui abaco numeros, et secto in pulvere metas Scit risisse vafer. *et Rhemn. Fann. de ponderib. et mensur.* 53. Nam quæ dimidium superat, pars esse negatur, Ut docuit tenui scribens in pulvere Musa. *et Apul. de mag.* Abaco et pulviculo se dare. Adde *Sil. It.* 14. 677.; et *Claudian. Cons. Mall. Theod.* 126. ¶ 4. De solo, et terra universim. *Propert.* 1. 22. 6. Sis mihi præcipue pulvis Etrusca dolor. Tu projecta mei perpessa es membra propinqui, etc. ¶ 5. De terra figulari. *Martial.* 14. 102. Accipe non vili calices de pulvere natos *et ibid.* 114. Cumano rubicundam pulvere testam. ¶ 6. De metallica. *Pers.* 2. 66. stringere venas Ferventis massæ crudo de pulvere jussit. ¶ 7. De forma aliarum rerum. *Ovid.* 3. *Trist.* 3. 69. Atque ea cum foliis et amomi pulvere misce. *Id.* 3. *Art. am.* 628. Carbonis pulvere quippiam tangere. ¶ 8. *Pulvis coctus* apud *Stat.* 4. *Silv.* 3. 53. est idem ac Puteolanus, quam vocem vide. ¶ 9. *Sulcos in pulvere ducere,* proverb. oleum et operam perdere, *seminare in sabbia. Juvenal.* 7. 48. ¶ 10. *Pulvis belli* est ipsum bellum, prælia, pugnæ. *Horat.* 2. *Od.* 1. 21. Audire magnos jam videor duces Non indecoro pulvere sordidos. *Martial.* 8. 65. formosus pulvere belli. *Ammian.* 21. 16. *sub init.* Nonnisi pulvere bellico indurati præficiebantur armatis. *et* 16. 1. In secessu Minervæ nutritus ex academiæ umbraculis, non e militari tabernaculo, in pulverem Martium tractus. *et* 23. 6. *circa fin.* Natio audax et ad pulveres Martios erudita. ¶ 11. Per synecdochen est campus, in quo exercitatio, labor, aut pugna fit, acies, arena, *campo. Cic.* 3. *Legg.* 6. 14. Doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit. *Virg.* 7. *Æn.* 163. Exercentur equis, domitantque in pulvere currus. *Martial.* 12. 83. Colliget, et referet lapsum de pulvere follem. *Val. Flacc.* 1. 451. Canthus, in Æso volvet quem barbara cuspis Pulvere. *Id.* 7. 645. qualis Getico de pulvere Mavors Intrat equis, utrique gravem sudoribus Istrum. *Quintil.* 10. 1. 33. Nec versicolorem illam vestem bene ad forensem pulverem facere. ¶ 12. Item labor, difficultas, negotium: unde *sine pulvere,* sine labore, ἀκονιτί, *senza fatica. Horat.* 1. *Ep.* 1. 51. Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmæ. *V.* ACONITI. Cf. *Ammian.* 19. 11. *med.* Negotium, quod rebatur inexplicabile, sine ullo pulvere consummare.

PULVISCŬLUM, i, n. 2. *et sæpius*

PULVISCŬLUS, i, m. 2. deminut. pulveris. — In neutro genere *Vigilantius* apud *Hieronym. advers. Vigilant. n.* 4. Pulvisculum nescio quod. — Pulvisculus est pulvis minutissimus, *polvere minuta,* κονίσαλος.

I.) Proprie. *Solin.* 15. *ad fin.* Auratilis pulvisculus. *Apul.* 9. *Met.* Pugiles, qui pulvisculo perspersi dimicant. *Id. de Mag.* Si abaco et pulvisculo te dedisses. *V.* PULVIS II. 3. Rursus *Id. ibid. in carm.* Misi ut petisti, mundicinas dentium, Nitelas oris ex Arabicis frugibus, Tenuem, candificum, nobilem pulvisculum. *scil.* ad dentifricium. *Cæl. Aurel.* 5. *Tard.* 1. *n.* 18. Ejus *(salicis)* corticem inurentes atque ex ejus cinere pulvisculum facientes, in umbra siccari scimus. *et paullo post.* Quum enim fuerint humectati pulvisculi, cutis superficiem pustulabunt.

II.) Translate, *cum pulvisculo* dicimus, quoties omnia sic tolluntur, ut nihil sit reliqui, ne pulvis quidem. *Plaut. Rud.* 3. 6. 7. Converret jam hic me totum cum pulvisculo. *Id. Truc. prol.* 19. Quo citius rem ab eo auferat cum pulvisculo.

PŪMEX, mĭcis, m. *perraro f.* 3. Feminino genere extulit *Catull. infra cit.,* non tam quod ita ferret usus, quam quia male sonabat *arido modo* etc. Similia exempla congessit *Gell.* 13. 20. ex *Virg.* 2. *Æn.* 554. Hæc finis Priami fatorum. *et* 1. *ibid.* 245. quem das finem, rex magne, laborum? Ex *Ennio,* rectosque cupressos. *et,* aere fulva, etc. Ceterum *arido* legitur in *Catull. loc. cit.* apud *Vet. interpr. Virgilii* ab *A. Maio* edit. *p.* 4., in Ambrosianis Codicib. ejusd. *Catulli.* — Pumex, κίσσηρις (It. *pomice;* Fr. *pierre ponce;* Hisp. *piedra pomez;* Germ. *d. Bimsstein;* Angl. *a pumice-stone).*

I.) Proprie est genus lapidis cavernosi, friabilis, in mari crescentis, et aquis innatantis: cujus usus præcipuus levigandæ cuti, et membranis librorum. Laudatissimus in Melo, Nisyro, et Æolis insulis. Probatio in candore, minimoque pondere, et ut quam maxime spongiosus aridusque sit, ac teri facilis, nec arenosus in fricando. Hæc *Plin.* 36. *Hist. nat.* 21. 42. (154)., ubi adjicit etiam quasdam ejus vires in medicina. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 18. Pumex non æque est aridus atque hic est senex. *Auct. Priap.* 33. Uvis aridior puella passis. *etc.* Quæ succo caret, ut putrisque pumex. *Alii leg.* atque putris pumex *Scalig.* atque petra pumex. *Catull.* 1. 1. Quo.

dono lepidum novum libellum, Arida modo pumice expolitum? *et* 22. 6. chartæ regiæ, novi libri, Novi umbilici, lora rubra, membrana Directa plumbo, et pumice omnia æquata. *Martial.* 8. 72. liber aspero Morsu pumicis aridi politus. *Ovid.* 1. *Trist.* 1. 11. Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes. Hinc translate *Propert.* 3. 1. 8. Exactus tenui pumice versus eat. *h. e.* summa cura politus et limatus. — Cutem pumice deglabrare et levigare, mollium et effeminatorum erat. *Ovid.* 1. *Art. am.* 506. Nec tua mordaci pumice crura teras. *Juvenal.* 8. 16. tenerum attritus Catinensi pumice lumbum. Adde *eumd.* 9. 95.; et *Martial.* 14. 205. Cur vero Catinensem pumicem nominet *Juvenal. V.* in CATINENSIS. — *Aquam a pumice postulare,* proverb. ab eo quid petere, qui omnino caret, *voler cavar dalla rapa sangue,* apud *Plaut. Pers.* 1. 1. 42. Nam tu aquam a pumice nunc postulas, qui ipsius sitiat.

II.) Translate a poetis solent viva saxa cavernulis plena, et pumicem imitantia, hoc nomine appellari. *Ovid.* 8. *Met.* 561. *de antro et sede Acheloi.* Pumice multicavo, nec levibus atria tophis Structa subit. *Albinov.* 1. 252. *de tecto Tiberis.* Structaque pendenti pumice tecta subit. (Adde *Virg.* 4. *G.* 374.) *Ovid.* 3. *Met.* 159. *de antro nemorali.* nam pumice vivo Et levibus tophis nativum duxerat arcum. Sic 2. *Fast.* 315. Antra subit, tophis, laqueataque pumice vivo. *et* 4. *ibid.* 495. Est specus exesi structura pumicis asper. *Virg.* 4. *G.* 43. *de apib.* penitusque repertæ Pumicibusque cavis, exesæque arboris antro. *Id.* 5. *Æn.* 213. Qualis spelunca subito commota columba, Cui domus et dulces latebroso in pumice nidi. *Horat.* 1. *Od.* 11. 5. Quæ (*hiems*) nunc oppositis debilitat pumicibus mare. *h. e.* scopulis et rupibus salo exesis. *Claudian.* 6. *Edyll.* 15. conclusaque subter anhelo Pumice limosas personat unda vias. — *Veget.* 6. *Veterin.* 1. 2. vocat *pumicem ungulæ* solum ungulæ in equo.

PŪMĬCĀTOR, ōris, m. 3. qui pumicat, qui polit et levigat. *Gloss. Cyrill.* Pumicator, ἁμιγκτής.

PŪMĬCĀTUS, a, um. *V.* PUMICO.

PŪMĬCĔUS, a, um, adject. *di pomice,* κισσηρώδης, qui est ex pumice. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 73. Quin fles? PSEUD. pumiceos oculos habeo: non queo lacrimam exorare ut exspuant unam modo. *Stat.* 3. *Silv.* 1. 144. Ipsæ pumiceis virides Nereides antris Exiliunt ultro. *Sil. It.* 7. 418. medio surgunt qua regna profundo, Pumiceæque procul sedes. *Martial.* 4. 57. Et quæ pumiceis fontibus antra calent. *h. e.* pumice manantibus. *Ovid.* 6. *Fast.* 318. Et quæ pumiceas versat asella molas. *V.* PUMEX II.

PŪMĬCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Pumicatus.* — Pumicare est pumice polire, levigare, *impomiciare, polire, lisciare,* καταχισσηρίζω. *Lucilius* apud *Non. p.* 95. 18. *Merc.* Rador, subvellor, desquamor, pumicor, ornor. *Catull.* 39. 19. Dentem atque russam pumicare gingivam. Ita *Apul. de Mag.* Alii *defricare.* Sic *Martial.* 5. 41. et pumicata pauperes manu monstras. *Id.* 1. 67. Sed pumicata fronte si quis est nondum, Nec umbilicis cultus atque membrana. *Plin.* 2. *Ep.* 11. *ad fin.* Qui titulus a vita hominis compti semper et pumicati non abhorrebat. *h. e.* delicati, mollis, effeminati: hujusmodi enim cutem pumice polibant. *Sidon.* 8. *Ep.* 3. *ad fin.* Satrapæ myrrhati, pumicati, malobathrati. *et* 1. *Ep.* 7. *a med.* Paullo ante detonsus, pumicatusque.

PŪMĬCŌSUS, a, um, adject. Comp. *Pumicosior.* — Pumicosus, κισσηρώδης, est pumicis naturam, vel similitudinem habens, rarus, fistulosus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 5. 3. (35). Vitia terræ aridæ, fistulosæ, scabræ, canescentis, exesæ et pumicosæ. *Id.* 36. *ibid.* 19. 34. (141). Lapis pumicosus. *Id.* 32. *ibid.* 8. 27. (86). Halcyoneum pumicosius, spongiæque putri simile. Adde *Vitruv.* 2. 3. *sub fin.*

PŪMĬLĬO, ōnis, m. 3. Alia forma *pūmĭlo, onis,* legitur apud *Stat.* 1. *Silv.* 6. 57. Hic audax subit ordo pumilonum, Quos natura, brevi statu peracto, Nodosum semel in globum ligavit. — Pumilio, *nano, pigmeo,* νάνος, est nanus, homo staturæ perquam brevis. Videtur esse corruptum a πυγμαλίων, (quod idem significat, a πυγμή, mensura a cubito ad pugnum) ut *Alumento* a *Laomedonte,* et *Catamitus* a *Ganymede,* etc. *V.* CATAMITUS.

I.) Proprie. *Lucret.* 4. 1162. *de puella.* Parvula, pumilio, χαρίτων ἔτα, tota merum sal. *Seneca Ep.* 76. *ad fin.* Non est magnus pumilio, licet in monte constiterit. *Martial.* 14. 213. cui lemma *Parma.* Hæc quæ sæpe solet vinci, quæ vincere raro, Parma tibi, scutum pumilionis erit. Adde *Gell.* 19. 13.

II.) Translate. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 56. 77. (156). et *Colum.* 8. *R. R.* 2. 14. etiam de gallinis usurpant. Quin pumillonum genus in omnibus animalibus est, atque etiam inter volucres, ut ait *Id. Plin.* 11. *ibid.* 49. 108. (260). Etiam in plantis, justo humilioribus in suo genere, pumiliones esse *Id.* 12. *ibid.* 2. 6. (13). et 17. *ibid.* 22. 35. (176). satis ostendit. Hæ Græcis adverbio χαμαὶ apposito propriis nominibus designantur, ut χαμαιπλάτανος, χαμαιπεύκη, etc.

PŪMĬLIS *et*

PŪMĬLĬUS. *V.* PUMILUS.

PŪMĬLO, ōnis. *V.* PUMILIO.

PŪMĬLUS, a, um, adject. Alia forma *Gloss. Philox.* Pumilis, νάνος. — Comp. *Pumilior.* — Pumilus est qui statura est perbrevis, nanus. *Apul.* 5. *Met.* Maritum sortita sum cucurbita glabriorem, et quovis puero pumiliorem. — Hinc

Pumilus, i, m. 2. absolute, substantivorum more, est idem ac pumilio. *Stat.* 1. *Silv.* 6. 64. Casuræque vagis grues rapinis Mirantur pumilos ferociores. (nota hic primam syllabam corripi, quam in *Pumilo* produxit.) *Sueton. Aug.* 83. Nam pumilos et distortos et omnes generis ejusdem, utludibria naturæ malique ominis abhorrebat. *Est qui legit* pumilios.

PŪMŬLA, æ, f. 1. genus vitis, in agro Amiternino præcipue nascentis. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 3. 4. (37).

PUNCTA, æ, f. 1. *colpo di punta,* ictus, qui punctim infertur. *V.* CÆSA. — In aquæductibus quid sit, *V.* PUNCTUM

PUNCTĀRIŎLAS. *V.* PUNCTATORIOLAS.

PUNCTĀRĬUS. *V.* PONTARIUS.

PUNCTĀTIM, adverb. per puncta, concise, breviter, ut Punctatim sub mentis oculos redigere, *Claud. Mamert.* 3. *Stat. anim.* 14.

PUNCTĀTŌRĬŎLAS, leves pugnas appellat Cato in ea, quam dixit de re Histriæ militari. *Festus p.* 242. 9. *Müll.* Apud *Paul. Diac. p.* 243. 9. legitur *punctariolas.*

PUNCTILLUM, i, n. 2. *deminut.* puncti. *Solin.* 15. *sub fin.* Cyaneus e Scythia est optimus, si cærulo coruscabit: cujus gnari in marem et feminam genus dividunt. Feminis nitor purus est: mares punctillis ad gratiam interlucentibus auratilis pulvisculus variat. Adde *Not. Tir. p.* 131.

PUNCTIM, adverb. *puntone, di punta,* per punctiones infixionesque gladii, sive pungendo, ut *cæsim,* cædendo. *Liv.* 22. 46. Hispano punctim magis, quam cæsim, assueto petere hostem. *Pacat. Paneg. Theodos.* 36. Miles urgere eminus comminus, gladiis hastis punctim cæsim ferire. *Veget.* 1. *Milit.* 12. Præterea non cæsim. sed punctim ferire (*antiqui Romani*) discebant. *V.* CÆSIM.

PUNCTĬO, ōnis, f. 3. *puntura,* στίξις, actus pungendi. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 15. 44. (151). Contra dolores laterum pectorumque subitos, qui punctionem afferant. *Id.* 25. *ibid.* 13. 94. (150). Bibitur et contra serpentes, et ante sectiones punctionesque, ne sentiantur. *Cels.* 8. 9. *sub fin.* Punctiones in eo sentiuntur, quia necesse est ea fragmenta spinosa esse. Adde *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 3. *et* 6., *et* 1. *Tard.* 4.

PUNCTISTĬTĬUM, ii, n. 2. *V.* PUNCTUM.

PUNCTĬUNCŬLA, æ, f. 1. *punturetta,* levis punctio. *Seneca Vit. beat.* 15. *circa med.* Ad voluptatum dolorumque punctiunculas concitari. *Id. Ep.* 53. *ante med.* Articuli punctiunculas sentiunt.

PUNCTŌRĬUM, ii, n. 2. *foraterra, piuolo,* ἔμβολον, instrumentum ad pungendum, paxillus, quo solum perforatur. *Gargil.* 4. *de re horte nsi* (edente *A. A. Scottio*) 5. Moris est *plantam persici*) fimo oblitam, et inferioribus foliis deputatam subacto solo, et præcedente punctorio, sicuti olera, demergere.

PUNCTŬLUM, i, n. 2. deminut. puncti, punctiuncula.

I.) Proprie. *Apul.* 6. *Met.* Psychen innovio punctulo suæ sagittæ suscitat.

II.) Improprie de brevi punctiuncula mentulæ Cupidinis, quam Psyche in concubitu experta prægnans facta fuerat. *Apul.* 5. *Met.* Miratur de brevi punctulo tantum incrementulum locupletis uteri.

PUNCTUM, i, n. 2. (pungo). Etiam *punctus* gen. mascul. usurpatu apud *Boeth.* in *Categor Aristot.* 1. *p.* 117. Principium in numeris est unitas, in linea punctus. *Id.* 2. *Arithm* 30. *p. p.* 1344. Illius puncti, qui eminus fixus est. *Auct.* in *Gromat. vet. p.* 266. *Goes.* Punctos habet litteris Græcis. *Isid.* 1. *Orig.* 19. Punctusque ad unam litteram ponitur. *et* 5. *ibid.* 25. Cujus tam brevis est temporis punctus. Adde *Capell.* 9. *p.* 318.; et *Isid.* 3. *Orig.* 12. *sub fin.* A *Forcellino* affertur etiam illud *Plin.* 2. *Hist. nat.* 68. 68. (174). Hæ tot portiones terræ, immo vero mundi punctus (neque enim est aliud terra in universo) etc. *At ibi legendum* puncta. *V.* integrum locum ibique adnotata a *Sillig.* et PUNCTUS, us. — Ceterum *punctum* est punctio, et acumen ipsum tenue, quo fit, νυγμα, στιγμή (It. *puntura, punta;* Fr. *piqûre;* Hisp. *picadura, punta*: Germ. *das Eingestochene, der Punct das kleine Loch*; Angl. *a point, prick, puncture*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est exiguum foramen. *Martial.* 11. 46. Punctaque, lasciva quæ terebrantur acu. ¶ 2. Latiori sensu et sæpius est punctio. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 50. 76. (201). Oculos suffusos capra junci puncto sanguine exonerat, caper rubi. *Harduin.* mallet *punctu*: a *punctus, us*: ut 29. *ibid.* 6. 38. (131). Mustelæ etiam oculis punctu erutis ajunt visum reverti. Ad utramque positionem pertinere potest illud *Phædr.* 5. 3. punctum volucris parvulæ Voluisti morte ultisci. *et Plin.* 11. *Hist. nat.* 28. 34. (100). Quibusdam aculei hebetes, neque ad punctum, sed ad suctum, ut muscarum generi. — Ad *punctum* neutr. gen. certius reducuntur sequentia. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 13. 56. (199). Fimum acus æreæ punctis tolli jubent. *Id.* 30. *ibid.* 15. 47. (136). Sanies punctis emissa e cerebro viperæ. *Id.* 11. *ibid.* 21. 24. (73). Ter novenis crabronum punctis interfici hominem.

II.) Translate significat *A*) Punctionis signum, et *B*) Partem alicujus rei minimam.

A) Est punctionis signum. ¶ 1. Generatim. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 52. 74. (144). Ovorum alia sunt candida, alia pallida, alia punctis distincta. *Id.* 37. *ibid.* 8. 34. (113). Gemma sanguineis punctis. *Plin. alter Paneg.* 35. Exsanguem illam et ferream frontem convulnerandam præbeant punctis. *h. e.* notis servilibus. ¶ 2. Speciatim in scriptione — *a) Punctum* est nota distinctionis inter litteras et verba. *Auson. epigr.* 35. 1. Lucius una quidem, geminis sed dissita punctis Littera: prænomen sic nota sola facit. *scil.* L; ita enim veteres Latinos scribere solitos fuisse litteras singularias, quæ prænominis loco erant, apparet ex palimpsestis, in quibus *A. Mai* in *præf.* ad *Cic. de rep. p.* 36., itemque ad *ejusd. fragm. orat. p.* 40. *edit.* 2.$^{\text{da}}$, affirmat, se invenisse scriptum 'A' pro *Aulus,* 'L' pro *Lucius,* 'M' pro *Marcus,* 'P' pro *Publius* etc., atque adeo ita ubique ille idem edidit. Idem affirmat locum habere in Cod. Pompei Festi *Müllerus* in *præfat. p. IV.* Id tamen immerito negat locum habuisse *Orsatus* in *Marm. erud. T.* 2. *p.* 45. — *b*) Item nota, qua cola et commata in scribendo legendoque distinguebantur. *Diomed.* 2. *p.* 432. *Putsch.* Distinctio quidem est

apposito puncto nota finiti sensus, vel pendentis mora, quod locis ponitur tribus: summo, quum sensum terminat, et vocatur finalis: medio, quum respirandi spatium legenti dat, et dicitur media: imo, quum lectionis interruptum tenorem aliud adhuc illatura suspendit, et vocatur subdistinctio. Adde *Donat.* 1. *p.* 1742. Hinc patet, veteres Latinos usos fuisse puncto ad summam litteram positō, ut illud significarent, quod nunc Itali *punto*; ad mediam, ut illud quod nunc *virgola;* ad imam, ut illud, quod nunc *due punti* vel *punto e virgola* vocant. — *c)* Item nota minuta instar puncti, qua utebantur notarii ad scribendi celeritatem. *Auson. epigr.* 146. 4. Cui multa fandi copia punctis peracta singulis. *V.* NOTARIUS, ii. ¶ 3. Item speciatim apud Mathematicos est signum in magnitudine individuum, vel minima et individua lineæ pars, nullam neque longitudinem habens, neque latitudinem, neque profunditatem, *punto, στιγμή. Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 36. 116. Illa initia mathematicorum: punctum esse, quod magnitudinem nullam habeat. ¶ 4. Item speciatim in comitiis creandorum magistratuum distribuebantur laturis suffragium tabellæ ceratæ, inscripta habentes nomina candidatorum per singularias litteras expressa, ex. gr. M. T. C. *h. e.* Marcus Tullius Cicero, ut patet ex *Cic. Dom.* 43. 112. Diribitores, quot quisque suffragia tulisset, puncto apposito notabant, ut constat etiam ex *Festo p.* 347. 31. *Müll.* Hinc puncta accipiuntur pro suffragiis, quia illis hæc indicabantur: Itali *voti, fave, ballotte* dicunt. *Cic. Planc.* 22. 53. Nonnullas tribus punctis pæne totidem tulerunt. *et paullo post.* Questus es, plures te testes habere de Voltinia, quam quot in ea tribu puncta tuleris. *Id. Mur.* 34. 72. Recordor, quantum hæ quæstiones punctorum nobis detraxerint. Adde *eumd.* 2. *Tusc.* 26. 62. Ita *Sidon. carm.* 2. 19. te castra tubis, te curia plausu, Te punctis scripsere tribus. *et Horat.* 2. *Ep.* 2. 99. Discedo Alcæus puncto illius. *Id. Art. P.* 343. Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. *h. e.* probatur ab omnibus. *Auson. Grat. act. ad Gratian.* 5. Consul ego munere tuo, non passus sæpta, neque campum, non suffragia, non puncta, non loculos. ¶ 5. Item in ludo talorum, vel tesserarum punctum significat numeri unitatem, *punto. Martial.* 14. 17. Hic mihi bis seno numeratur tessera puncto. ¶ 6. Item ipsum jactum. *Sueton. Ner.* 30. Quadringenis in punctum HS. aleam lusit. *h. e.* in singulos jactus. Sic *Auson. Profess.* 1. 29. Narrantem fido per singula puncta recursu, Quæ data, per longas quæ revocata moras.

B) Est pars alicujus rei minima. ¶ 1. *Punctum* in trutina, seu statera, signum unciarum, aut librarum. *Pers.* 5. 100. Diluis helleborum, certo compescere puncto Nescius examen: vetat hoc natura medendi. *non sapendo, qual dose sia buona.* ¶ 2. *Puncta* in aquæductuum fistulis erant exigui moduli, per quos aqua in privatos usus, sive ex concessione principis, sive aquariorum fraude, et lucri causa, erogabatur: quam significationem *Forcellinus* a super. § I. 1. recta deduxit. *Frontin. Aquæd.* 25. Quinque antiqui moduli exiles, et veluti puncta, quibus olim aqua, quum exigua esset, dividebatur, etc. *et ibid.* 115. Etiam ille aquariorum tollendus est reditus, quem vocant puncta (*male quidam leg.* punctam). Longa ac diversa sunt spatia, per quæ fistulæ tota meant Urbe, latentes sub silice. Has comperi per eum, qui appellabatur a punctis, passim convulneratas omnibus in transitu præbuisse peculiaribus fistulis aquam: quo efficiebatur, ut exiguus modus ad usus publicos perveniret. Hæc *Frontinus.* — In illo *Sidon. carm.* 2. 251. et majoris luminis usum Perspicua in puteis compensant puncta profundis: *puncta* sunt oculi exigui introrsus in cavis, quasi puteis profundis, reconditi. ¶ 3. Sæpe transfertur ad tempus, et partem illius minimam, momentumque significat, *momento, punto, attimo,* ἀκαρὴς χρόνος. *Cic. Sext.* 24. 53. Illo ipso die. Die, dico? immo hora, atque etiam puncto temporis eodem. *Id.* 1. *Nat. D.* 24. 67. Omnibus minimis temporum punctis. *et ibid.* 20. 52. Nullo puncto temporis intermisso. *Id.* 1. *Tusc.* 34. 82. Animi discessus a corpore fit ad punctum temporis. *in un istante.* et 4. *Cat.* 4. 4. Eos punctum temporis frui vita non putat oportere. *Cæs.* 2. *B. C.* 14. *a med.* Ita multorum mensium labor puncto temporis interiit. *et ibid.* 25. *extr.* Temporis puncto omnes Uticam relinquunt. *Ter. Phorm.* 1. 4. 7. Temporis mihi punctum ad hanc rem est. *Cic.* 8. *Phil.* 7. 20. Ne punctum quidem temporis oppugnatio respiravit. *Lucret.* 4. 200. hæc (*lux et vapor*) puncto cernuntur lapsa diei Per totum cæli spatium diffundere sese. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 172. tamquam Sit proprium quicquam, puncto quod mobilis horæ Permutet dominos. — Et absolute *Apul.* 2. *Met.* Minus morigeros in saxa, in pecua puncto reformat. *et* 9. *ibid.* Puncto brevissimo dilapsæ domus fortunam miseratus. *Arnob.* 5. 12. In puncti spatio poma extulit mitia. *Alii leg.* in punctistitio, *atque ita edidit* Orellius. — Brevius est, quam momentum. *Plin. Paneg.* 56. Quod momentum, quod immo temporis punctum aut beneficio sterile, aut vacuum laude? *Apul.* 10. *Met.* Momento modico, immo puncto exiguo pater repente factus est. — *Puncto tempore* pro *puncto temporis* est *Lucretii* variis in locis, ut 2. 263. patefactis tempore puncto Carceribus. *et ibid.* 455. Omnia postremo, quæ puncto tempore cernis Diffugere, ut fumum, nebulas, etc. *Id.* 4. 214. Jam ne vides igitur, quam puncto tempore imago Ætheris ex oris ad terrarum accidat oras? Et addita præposit. *Id.* 6. 228. *de fulmine.* transit per saxa, per æra, Et liquidum puncto facit æs in tempore et aurum. ¶ 4. Dicitur etiam de spatio, et commoda hyperbole est in his. *Cic.* 6. *de republ.* 16. Ipsa terra ita mihi parva visa est, ut me imperii nostri, quo quasi punctum ejus attingimus, pœniteret. *Manil.* 4. 924. Sic adamas, punctum lapidis, pretiosior auro est. *Seneca* 1. *Quæst. nat. proœm. a med.* Punctum est, istud, in quo navigatis, in quo bellatis, in quo regna disponitis. ¶ 5. Metaphorice, de oratione, est breve et acutum dictum. *Cic. Parad. proœm.* 2. Minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit, efficit. *Id.* 2. *Orat.* 41. 177. Puncta argumentorum plerumque ut occulas, ne quis ea numerare possit, ut re distinguantur, verbis confusa esse videantur. *Auson. Edyll.* 12. *proœm. init.* Monosyllaba sunt quasi puncta sermonum.

PUNCTŪRA, æ, f. 1. *puntura, στίξις*, punctio. *Veget.* 2. *Milit.* 5. Puncturis in cute punctis milites scripti. *Alii rectius leg.* victuris. *V.* STIGMA. *Firmic.* 8. *Mathes.* 21. *ante med.* Viri punctura teli morientur. *Æmil. Macer de spica v.* 8. *p.* 246. ed. *Ald.* Punctura aufert et morsus interiorum.

PUNCTUS, a, um. *V.* PUNGO et PUNCTUM II. *B.*

PUNCTUS, i, m. 2. *V.* PUNCTUM init.

PUNCTUS, us, m. 4. *puntura, στίξις*, punctio, punctura. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 38. (131). Mustelæ oculis punctu erutis. *Apul.* 7. *Met.* Spinæ acerrime, et punctu venenato virosæ. *Scribon. Compos.* 206. *sub fin.* et 208. *et* 209. Punctus nervorum, qui periculosissimi sunt, quos νύγματα Græci dicunt. *V.* PUNCTUM. I. 2. — Fortasse locus aliquis ex allatis in voce PUNCTUM sub init. forma *punctus, i,* huc referendus est, et *punctus* est idem ac *punctum.*

PUNGENS, entis, particip. *V.* voc. seq.

PUNGO, pungis, pŭpŭgi, punctum, pungere, a. 3. Secundam in præterito syllabam licenter produxit *Prudent.* 9. περὶ στεφ. 59. Major tortor erat, qui summa pupugerat, infans, Quam qui profunda perforarat viscera. — *Pepugi* pro *pupugi,* ut *memordi* pro *momordi,* antiquum est. *Alta* apud *Gell.* 7. 9. Sed si pepugero, metuet. — *Diomed.* 1. *p.* 369. etiam *punxi* in præterito agnoscit: et *Not. Tir. p.* 131. exhibent *pupungi.* — Part. *Pungens* et *Punctus* I. — Pungere est cuspide, vel aculeo ictum inferre, στίζω, νύσσω (It. *pungere;* Fr. *piquer, percer;* Hisp. *picar, punzar, herir de punta;* Germ. *stechen;* Angl. *to prick, sting*).

I.) Proprie. *Cic. Sext.* 10. 24. Qui per se pungere neminem potuissent. *Id. Mil.* 24. 65. Vulnus, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari. *Petron. Satyr.* 103. Stigmate puncti. *Alii leg.* puniti. *Id. ibid.* 21. Acu comatoria mihi malas pungebat. *Nævius* apud *Priscian.* 10. *p.* 894. *Putsch.* Stilo mihi in manum pupugit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 57. 82. (221). Mures herinaceorum genere, pungentibus pilis. *Id.* 16. *ibid.* 24. 38. (91). Pungentia folia pino, piceæ, abieti.

II.) Translate. ¶ 1. Est mordere. *Varro* apud *Priscian.* 10. *p.* 894. *Putsch.* Ei admovent, ut pungat, colubram: quum pupugerit, etc. ¶ 2. Item penetrare, intrare. *Lucret.* 2. 459. Pungere uti possint corpus, penetrareque saxa. *V.* integr. loc. ¶ 3. Item vellicare. *Id.* 4. 626. At contra pungunt sensum, lacerantque coorta. *Petron. Satyr.* 87. *sub fin.* Pungere me manu cœpit. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 10. 46. (114). Nitrum deprehenditur gustu: sincerum enim facile resolvitur; adulteratum pungit. ¶ 4. Metaphorice est stimulare, ægritudine afficere, lædere, cruciare. *Cic. Rosc. Am.* 2. 6. Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesque stimulat ac pungit, ut evellatis, postulat. *Id.* 2. *Att.* 16. Epistola illa ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit: sed id cogitatione magis, quam molestia. *Plaut Trin.* 4. 2. 158. Jamdudum meum ille pectus pungit aculeus, quid illi negotii fuerit ante ædes meas. *Cic.* 7. *Fam.* 15. Moleste ferebam antea, te invitum istic esse: pungit me rursum, quod scribis, esse te istic libenter. *Id.* 3. *Tusc.* 34. 82. Si paupertas momordit, si ignominia pupugit. *Propert.* 3. 6. 27. Odi ego, quos numquam pungunt suspiria, somnos. *Apul.* 10. *Met.* Suspicio non exilis fratrum pupugit animos.

PŪNĪCANS, antis, adject. *rosseggiante,* idem ac puniceus. *Apul.* 3. *Met. sub init.* Commodum punicantibus phaleris Aurora roseum quatiens lacertum cælum inequitabat. *Id.* 1. *ibid.* Faciem punicantem præ pudore obtexit. *et* 4. *ibid.* Floris inodori porrectos calyculos modice punicantes.

PŪNĪCE *et* Pœnice, adverb. *alla Cartaginese,* lingua aut more Punico. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 22. Adibo hosce, atque appellabo Punice. *et ibid.* 23. Punice loqui. *et ibid.* 40. salutare.

PŪNĪCĔUS *et* pœniceus, a, um, adject. Puniceus color est, qui ad purpureum proxime accedit, nempe rubeus, rubicundus, sed dilutus, *rosseggiante.* Differt tamen, quia pulpureus proprie est magis rutilus, et splendens, et nigro propior, *rosso carico.* Lege quæ dicemus in PURPURA. *Plaut. Men.* 5. 5. 19. Purpureum panem, an puniceum soleam esse, an luteum. *Tibull.* 2. 6. 39. Illi selectos certent præbere colores, Africa puniceum, purpureumque Tyros. *Ovid.* 5. *Fast.* 318. Puniceus crocus. *Virg.* 5. *Æn.* 269. Puniceis ibant evincti tempora tæniis. *h. e.* vittis roseis, ut *Servius* exponit. Sic 5. *Ecl.* 17. Punicea roseta. *et* 12. *Æn.* 77. Puniceis invecta rotis Aurora rubebit. *Lucan.* 1. 214. Puniceus Rubicon. *scil.* de glarearum puniceo colore originem nominis mutuatus, ut ait *Sidon.* 1. *Ep.* 5. — Confunditur tamen cum purpureo. *Ovid.* 2. *Met.* 607. Candida puniceo perfudit membra cruore. Sic *Virg.* 9. *Æn.* 349. Purpuream vomit ille animam. *h. e.* sanguinem. *Plaut. Rud.* 4. 3. 61. Tu nisi caves, fiet tibi puniceum corium, postea atrum denuo. *h. e.* flagris cruentum.

PŪNĪCA, æ, f. 1. *et*

PŪNĪCUM, i, n. 2. *V.* voc. seq.

PŪNĪCUS *et* Pœnicus, a, um, adject. Pœnus, Carthaginiensis. *V.* ONOM. — Hinc ¶ 1. *Punicum malum* et *Punicum* absolute, granatum, *pomo granato, melagranata, melagrana,* ῥοά, σίδη: ita dictum quia in Africa circa Carthaginem plurimum proveniebat: vel quia corticem habet, florem et grana intus colore puniceo: constat cortice, seu corio rubenti, quum ad maturitatem accedit: intus habet grana plurima suis vasculis inclusa, et succo vinoso referta. In novem genera distribuit *Plin.* 13. *Hist. nat.* 19.

34. (112)., 15. *ibid.* 11. 11. (39)., *et ibid.* 28. 34., (112)., 23. *ibid.* 6. 57. (106)., 58. (108). 59. (110). et alibi — *Punica malus,* quæ hoc pomum fert. *Id.* 13. *Hist. nat.* 22. 38. 118. et 15. *ibid.* 11. 11. (39). etc. *Colum.* 10. *R. R.* 243. Mox ubi sanguineis se floribus induit arbos Punica. ¶ 2. *Punica cera,* candidissima aqua marina ter coquebatur, addito nitro, siccabaturque sole: eratque medicinis utilissima. V. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 14. 49. (83). ¶ 3. De pulte Punica *V.* PULS. ¶ 4. Ulpicum quidam allium Punicum vocant, quia præcipue in Africa celebratum, Græci ἀφροκόρδον, *h. e.* Africanum allium. *Colum.* 11 *R. R.* 3. 20.; *Plin.* 19. *Hist. nat.* 6. 34. (112). ¶ 5. *Punicum lutum* apud *Colum.* 9. *R. R.* 7. 4. et 11. *ibid.* 3. 54. quod *impensa Punica* dici videtur a *Pallad.* 1. *R. R.* 13., genus luti imbrium patientissimi, in Africa usitati, quo utebantur ad craticios parietes sub dio illinendos: quidquid operis luto cum paleis, frondibus, cannis *etc.* mixto, facere a Pœnis didicerant Romani opifices, impensa Punica, vel Punicum lutum ideo appellabatur. Ejus rationem, tacito nomine, describit *Vitruv.* 7. 3. *sub fin.* ¶ 6. *Punicus color* idem, qui puniceus. *Horat. Epod.* 9. 28. punico lugubre mutavit sagum. *Ovid.* 2. *Amor.* 6. 22. *de psittaco.* Tincta gerens rubro punica rostra croco. Adde *Propert.* 3. 2. 32. *de columbis.* ¶ 7. *Punicum,* genus libi, translatum a Pœnis. Id etiam appellabant *probum,* quia erat ceteris suavissimum. *Paul. Diac. p.* 228. 12. *Müll.* Item vestis nomen, teste *eod.* (ut ait *Forcellinus*; ipse tamen locum minime inveni) et fortasse tunicam intelligit. *tunicatus homo* apud *Plaut. Pœn.* 5. 3. 2. est Carthaginiensis. V. etiam *ibid.* 5. 2. 15. Sic *Ennius* probro Carthaginiensium tunicatam juventutem voluit dicere, inquit *Non. p.* 536. 31. *Merc.* ¶ 8. *Punica fossa* opponitur fastigatæ, V. *Hygini loc. cit.* in FOSSA. ¶ 9. *Punica, æ,* genus piscis marini. *Colum.* 8. *R. R.* 16. *a med.* Arenosi gurgites melius pascunt Punicasque et indigenas, umbras. *Alii vero leg.* phycidasque, et iulidas, umbrasque.

PŪNĬO *vel* pœnio, is, īvi *vel* ii, ītum, īre, a. *et*

PŪNĬOR *vel* pœnior, īris, ītus sum, īri, dep. 4. (pœna). Part. *Puniens* 1. *c.*; *Punitus* 1. *a.*; *Puniendus* 1. *a.* et 2. — Punire (ab antiquo *pœnire*) ¶ 1. Stricto sensu est pœna afficere, plectere, castigare, mulcare, κολάζω (It. *punire, castigare*; Fr. *punir, châtier*; Hisp. *punir, castigar*; Germ. *Jemanden strafen, bestrafen, mit Strafe belegen*; Angl. *to punish, chastise, castigate*). Occurrit — *a)* Activa forma. *Cic.* 1. *Off.* 24. 82. Punire sontes. *Id. Cæcin.* 2. 6. maleficia. *Liv.* 3. 55. *sub fin.* tergo ac capite aliquem. *Sueton. Cæs.* 74. Philemonem non gravius, quam simplici morte puniit. *Apul.* 5. *Met.* Te vero tantum fuga mea punivero. *Quintil. Declam.* 270. *a med.* Ipsa sua manu vitam misera punivit. *h. e.* sibi ademit. — Et absolute. *Quintil.* 7. 5. 5. Lex omnis aut punit, aut jubet. *Plin.* 8. *Ep.* 14. *ante med.* Et qui morte puniebant, et qui relegabant, una sedebant. — Passive, *esser punito,* κολάζομαι, pœnas luo, do, persolvo, vel dependo. *Ovid.* 9. *Met.* 778. Quod videt hæc lucem, quod non ego punior ipsa, Consilium monitumque tuum est. *h. e.* quod non privor vita. *Cic. Mil.* 7. 18. Quum P. Clodius M. Papirium occidisset, non fuit illud facinus puniendum. *Id.* 2. *Invent.* 28. 83. Levius demonstrando reum punitum, quam sit ille promeritus. *Sueton. Tib.* 61. *a med.* Nemo punitorum non et in Gemonias abjectus. — *b)* Est etiam verbum deponens, idem significans ac *punio. Cic. Mil.* 13. 33. Cujus tu inimicissimum multo crudelius etiam punitus es, quam erat humanitatis meæ postulare. *Id.* 2. *Invent.* 27. 80. Peccatum, quod sponte sua reus punitus sit. *Id.* 1. *Off.* 25. 89. Neque ad ejus qui punitur aliquem, sed etc. Ita *Non. p.* 471. *et* 479. *Merc.* Alii *punit.* et *Cic.* 1. *Tusc.* 44. 107. Quum mult. inimicos etiam mortuos puniantur. Ita *Non. ibid.* Alii *pœniantur,* quod idem est. *Apul.* 8. *Met.* Punita sum funestum prædonem. *Quintil.* 9. 3. 6. Fiunt figuræ et in verbis, ut Fabricatus est gladium, et Inimicos punitus est. Quod minus mirum est, quod in natura verborum est et quæ facimus, patiendi modo sæpe dicere, ut arbitror, suspicor; et contra faciendi, quæ patimur, ut vapulo. — *c)* Incertum est, quam ad formam referenda sint sequentia. *Cic.* 1. *Off.* 25. 89. Prohibenda in puniendo maxime ira est. *et ibid.* Qui præsunt rei publicæ, legum similes sint, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur. *Id.* 3. *Tusc.* 27. 65. Quid ille Terentianus ipse se puniens? *V.* HEAUTONTIMORUMENOS. ¶ 2. Latiori sensu est ulcisci, vindicare. *Cic.* 1. *Orat.* 51. 220. Iracundia est cupiditas puniendi doloris. *Id. Harusp. resp.* 8. 16. Meam domum senatus ex ærario ædificandam, a pontificibus liberandam, a magistratibus defendendam, a judicibus puniendam putavit. *Id.* 3. *de republ.* 9. Quod (*Alexander*) vellet Græciæ fana (*in Persas*) punire. — Et deponens forma *Id.* 8. *Phil.* 2. 7. Ut clarissimorum omnium crudelissimam puniretur necem.

PŪNĬOR, ōris, adject. comparat., magis Pœnus, h. e. magis peritus linguæ Punicæ. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 30. MI. Vin appellem hunc Punice? AG. an tu scis? MI. nullus me est hodie Pœnus Punior. *Alii leg.* Pœnior, atque ita edidit *Bothe.*

PŪNĪTĬO, ōnis, f. 3. *castigo, punizione,* κόλασις, actus puniendi. *Val. Max.* 8. 1. *n.* 1. Ita forti punitione liberata fratris dextera, etc. *V.* alia in PŒNIO.

PŪNĪTOR, ōris, m. 3. ¶ 1. Est qui punit, *punitore,* κολαστής. *Val. Max.* 6. 1. *n.* 8. Stuprosæ mentis acer punitor exstitit. ¶ 2. Item *vendicatore,* ultor. *Cic. Mil.* 13. 35. Fuit ultor injuriæ, punitor doloris sui. *Val. Max.* 3. 4. *n.* 5. Crassianæ stragis punitor exstitit.

PŪNĪTUS, a, um. *V.* PUNIO.

PŪPA (*quod legitur et* puppa), æ, f. 1. *fanciulla, παιδισκάριον, κοράσιον, κόρη, κορίδιον,* puella.

I.) Proprie. *Martial.* 4. 20. Dicit se vetulam, quum sit Cærellia pupa, Pupam se dicit Gellia, quum sit anus. *Auson. Edyll.* 7. *de Bissula,* 2. 2. Barbara, sed quæ Latias vincit alumna pupas, Bissula nomen teneræ rusticulum puellæ. Adde *Inscript.* apud *Orell.* 2449.

II.) Translate dixere *pupas* imagunculas quasdam puellares, ex lineo insutas, tomento infarctas, vestibus amictas, quibus virgines in prima pueritia lusitare solebant, quas pubertati vicinæ tamquam virginitatis suæ insignia Veneri offerebant, ut fauste futurum matrimonium cederet: Itali *bambole,* nostrates vero vulgo *pue* vocant. *Varro* apud *Non. p.* 156. 20. *Merc.* Magna pars in desiderium puparum et sigillorum veniebat. *Pers.* 2. 70. Nempe hoc quod Veneri donatæ a virgine pupæ. *Hieronym. Ep.* 128. *n.* 1. *de infantula.* Quod vernat in floribus, quod rutilat in gemmis, quod blanditur in pupis, acceptura festinet. — *NB.* De nomine servili *V.* ONOM.

PŪPILLA, æ, f. 1. *deminut. a* pupula, parva pupa, puellula; et

I.) Proprie ¶ 1. Plerumque significat filiam orbam parentibus, et sub tutore agentem. *Cic.* 3. *Verr.* 50. 131. Pupillos et pupillas certissimam prædam esse prætoribus. *et ibid.* 58. 153. Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit. Adde *eumd. Topic.* 11. 46. Sic *Plin.* 8. *Ep.* 23. *ad fin.* Orbam matrem, viduam uxorem, filiam pupillam ignaram avi, patris reliquit. — *NB.* Pro puella generatim affertur illud *Horat.* 2. *Sat.* 3. 216. Pupam, aut pupillam appellet. *At alii legunt* Rufam aut pusillam; *alii rectius* Rufam, aut Posillam. ¶ 2. Præterea pupilla dicitur foramen unius ex tunicis, quæ in oculis sunt, per quod species rerum ad visum transmittuntur, *la pupilla degli occhi,* κόρη. *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 142. Acies ipsa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parva est, ut etc. *Sic Codd. aliqui; alii, et Orellius,* pupula. *Lucret.* 4. 249. Et quasi perterget pupillas, atque ita transit. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 55. (148). Media eorum (*oculorum*) cornua fenestravit pupilla, cujus angustiæ non sinunt vagari incertam aciem, ac velut canali dirigunt, obiterque incidentia facile declinant, aliis nigri, aliis ravi, aliis glauci coloris orbibus circumdatis *etc.* Adeoque iis absoluta vis speculi, ut tam parva illa pupilla totam imaginem reddat hominis. *Id.* 7. *ibid.* 2. 2. (16). Esse familias in Triballis et Illyriis, qui visu quoque effascinent, interimantque quos diutius intueantur. Notabilius esse, quod pupillas binas in oculis singulis habeant. *et mox.* (18). Feminas omnes ubique visu nocere, quæ duplices pupillas habeant, Cicero quoque apud nos auctor est.

II.) Translate pupillæ dicuntur pro ipsis oculis. *Apul.* 3. *Met.* Defrictis adeo diu pupillis, an vigilarem scire quærebam. *et mox.* Per istas tuas pupillas. Adde *eumd.* 10. *ibid.*

PŪPILLĀRIS, e, adject. ὀρφανικός, ad pupillum, vel pupillam pertinens. — *a)* Generatim. *Liv.* 24. 18. *ad fin.* Pecuniæ quoque pupillares primo, deinde viduarum cœptæ conferri. *Sueton. Aug.* 66. *sub fin.* Legata a quibuscumque parentibus relicta sibi, aut statim liberis eorum concedere, aut si pupillari ætate essent, die virilis togæ, vel nuptiarum, cum incremento restituere consueverat. — *b) Pupillaris substitutio* apud *Justinian.* 2. *Institut. tit.* 16. est, qua pater liberis suis impuberibus, quos in potestate habet, et pupillos post mortem suam relicturus est, alium heredem testamento substituit, si adhuc impuberes mortui fuerint. Et *pupillare testamentum* apud *Ulp. Dig.* 28. 6. 2. quo ea substitutio fit: quæ et *pupillares tabulæ* dicuntur a *Paulo ibid.* 36. *extr.* Et *substitutus pupillaris* apud *Ulp. ibid.* 8. *a med.* qui tali testamento pupillis substitutus est. — *c) Pupillares testiculi* apud *Juvenal.* 11. 156. sunt, ut ait *Vet. Scholiast.* ad *hunc loc.,* quales habent hi, qui patres non habent, scilicet tumentes in licentia pueritiæ. *Alii perperam leg.* pugillares, h. e. qui pugnum seu manum impleant. *V.* PUGILLARES.

PŪPILLĀRĬTER, adverb. *Justinian. Cod.* 6. 30. 20. Pupillariter substituere aliquem. *V.* vocem præced. sub *b.*

PŪPILLĀRĬUS, a, um, adject. idem ac pupillaris. *Vet. Scholiast.* ad *Pers.* 2. 19. Stajus tutor pupillarius fuit.

PŪPILLĀTUS, us, m. 4. *età pupillare,* ætas pupillaris. *V. Inscript.* in MAMMA.

PŪPILLO, as, are, n. 1. vocem pavonis exprimens verbum. *Auct. carm. Philom.* 26. Pupillat pavo, trinsat hirundo vaga.

PŪPILLUS, i, m. 2. *deminut. a* pupulus, *pupillo,* ὀρφανός, parvus puer, et speciatim impubes, qui desiit esse in patris potestate vel morte, vel emancipatione, ut *Pompon. Dig.* 50. 16. 239. definit. *Cic.* 3. *Verr.* 50. 130. Is mortuus est: reliquit pupillum parvum filium. *Id.* 3. *Orat.* 41. 165. Si vereare, ne paullo durior translatio esse videatur, mollienda est præpositio sæpe verbo: ut si olim M. Catone mortuo, *pupillum* senatum quis relictum diceret, paullo durius; sin, *ut ita dicam, pupillum,* aliquanto mitius. *Juvenal.* 6. 628. Vos ego, pupilli, moneo, quibus amplior est res, Custodite animas, et nulli credite mensæ. Adde *Horat.* 2. *Ep.* 1. 123.; *Senec. Ep.* 4.; et *Sueton. Galb.* 9. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

PŪPPIS, is, f. 3. In quarto, et frequentius in sexto casu, etiam in e desinit. *Lucan.* 3. 545. In puppem rediere rates. Ita legit *Priscian.* 7. *p.* 758. *Putsch.*, et reperitur in MSS. non unis: alii *puppim.* Quod idem dicendum de alio loco ejusdem poetæ 4. 132. parvam Texitur in puppem. quod *Priscian. ibid. p.* 761. refert. *Puppe* habent *Ovid., Lucan., Val. Flacc.* aliquoties, *Claudian.* sæpe: item *Stat.* 3. *Theb.* 29., *Sil. It.* 14. 525., *Juvenal.* 12. 79., *Pers.* 6. 30. — Puppis est pars navis posterior, altior, ornatior et honoratior, ubi gubernaculum et clavus, πρυμνη (It. *poppa*; Fr. *arrière d'un vaisseau, poupe*; Hisp. *popa*; Germ. *der Hintertheil des Schiffes*; Angl. *the poop*).

I.) Proprie. *Cic.* 13. *Att.* 21. Inhibitio remigum motum habet, et vehementiorum quidem

remigationis, navem convertentis ad puppim. *Horat.* 1. *Od.* 14. 14. Nil pictis timidus navita puppibus Fidit. *Virg.* 3. *Æn.* 130. Prosequitur surgens a puppi ventus euntes. *Id.* 4. *ibid.* 554. Æneas celsa in puppi, jam certus eundi, Carpebat somnos. *Ovid.* 3. *Met.* 651. e puppi pontum prospectat adunca. *Cic.* 1. *Divinat.* 50. 112. Ex Taygeto extrema montis quasi puppis avulsa est. Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 79. 81. (191). Et ἀλληγορικῶς *Cic.* 9. *Fam.* 15. *circa med.* Sedebamus enim in puppi, et clavum tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochen sæpe est ipsa navis, poetice tamen: nam prosa, ut ait *Quintil.* 8. 6. 20., ut *mucronem* pro gladio, et *tectum* pro domo recipiet; ita non *puppim* pro navi, nec *abietem* pro tabellis. *Virg.* 1. *Æn.* 403. Haud aliter puppesque tuæ, pubesque tuorum Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo. *Ovid. Heroid.* 13. 97. Inter mille rates tua sit millesima puppis. ¶ 2. Comice, pro parte hominis posteriore, h. e. pro tergo dixit *Plaut. Epid.* 1. 1. 69. Hæccine ubi scibit senex, puppis pereunda est probe.

PŬPŬLA, æ, f. 1. *deminut.* pupæ, ¶ 1. Puellam significat. *Inscript.* apud *Gruter.* 627. 9., quæ est apud *Orell.* 3031. A PVPVLA ANNIS VIGINTI OBTINVI DOMVM OMNEM. — Interdum vox est blandientis. *Apul.* 6. *Met.* Sed adhuc istud, mea pupula, ministrare debebis. *Hic* Venus loquitur ironice ad Psychen. ¶ 2. Est etiam idem ac pupilla, *pupilla degli occhi*, κόρη. *Cic.* 2. *Nat. D.* 57. 142. Palpebræ aptissime factæ et ad claudendas pupulas, et ad aperiendas. *Horat. Epod.* 5. 39. Interminato quum semel fixæ cibo Intabuissent pupulæ. *Varro* apud *Non. p.* 172. 5. *Merc.* Non umbrantur somno pupulæ. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 15. *de saga.* oculis quoque pupula duplex Fulminat, et gemino lumen ab orbe venit. *V.* loc. *Plinii* in PUPILLA I. 2.; et adde *Catull.* 65. 46.; et *Manil.* 4. 529.

PŬPŬLUS, i, m. 2. *deminut.* pupi.

I.) Proprie est idem ac puer, puerulus. *Catull.* 56. 5. Deprendi modo pupulum puellæ Trusantem. — De homine adulto per contemptum dixit *Seneca Ep.* 12.

II.) Translate est imaguncula, *fantoccino. Arnob.* 7. 8. Dii passerculos, pupulos, equuleos, panes accipiunt, quibus avocare se possint. *V.* PUPA II.

PŬPUS, i, m. 2. (puer). ¶ 1. Est puer parvulus et tenellus, *fanciullo*, παιδάριον. *Varro* apud *Non. p.* 156. 22. *Merc.* Ac mammam lactis sugentem pascere pupum. Apud *Sueton. Cal.* 13. *extr.* est vox et appellatio blandientis. *V.* PULLUS. ¶ 2. Est etiam idem ac pupilla et pupula, *la pupilla degli occhi. Paulin. Nolan. carm.* 20. 179. qui luminis intima servans Sub vitrea nigri latet albus imagine pupi. — *NB.* De prænom. Rom. *V.* ONOM.

PŬRĔ, adverb. (purus). Comp. *Purius* I.; Sup. *Purissime* I. et II. 3. — *Purime* pro *purissime V.* suo loco. — Pure est idem ac nullis admixtis sordibus, munde, nitide, puriter, καθαρῶς (It. *nettamente, mondamente, puramente*; Fr. *proprement, purement*; Hisp. *puramente, limpiamente*; Germ. *rein, unbefleckt, unvermischt*; Angl. *neatly, cleanly, purely*).

I.) Proprie. *Plaut. Aulul.* 2. 3. 3. Pure eluere vasa. *Festus p.* 249. 5. *Müll.* Pure lautum antiqui dicebant aqua pura lavatum. *Cato R. R.* 66. Quam mundissime purissimeque fiat. *Horat.* 1. *Od.* 19. 5. Urit me Glyceræ nitor, Splendentis Pario marmore purius. *h. e.* nitidius, clarius.

II.) Translate. ¶ 1. Refertur — *a*) Ad abstinentiam a rebus Venereis. *Liv.* 27. 37. *a med.* Pure et caste a matronis sacrificatum. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 10. 12. (27). Radix caste pureque collecta discutit strumas. *Plaut. Asin.* 4. 1. 61. Si forte pure velle habere dixerit, etc. *h. e.* sola cubare: quod fiebat a feminis in casto Isidis, per decem dies. V. *Propert.* 2. 24., *Tibull.* 1. 3. a v. 23., *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 74. etc. — *b*) Item ad mores universim. *Cic. Senect.* 5. 13. Est etiam quiete et pure et eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus. *Id.* 1. *Nat. D.* 2. 3. Pure et caste deos venerari. ¶ 2. Item ad nitorem sermonis. *Cic. opt. gen. orat.* 2. 4. Pure et emendate loqui: quod est Latine. ¶ 3. Est etiam clare, aperte, *chiaramente, schiettamente. Gell.* 9. 13. Cuimodi fuerit pugna decertatum. Q. Claudius primo annalium purissime atque illustrissime descripsit. *Id.* 2. 20. Scipio omnium ætatis suæ purissime locutus. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 100. Plurima quæ invideant pure apparere tibi rem. ¶ 4. Item sincere, *sinceramente. Id.* 1. *Ep.* 18. 102. Quid pure tranquillet, honos, an dulce lucellum. ¶ 5. Item simpliciter, absolute. *Ulp. Dig.* 18. 2. 4. *a med.* Quum igitur tunc recedatur ab emptione, ubi pure contrahitur; vel tunc non impleatur, ubi sub conditione fit, etc. *Papinian. ibid.* 8. 2. 35. Nec interest, pure utrisque, an sub conditione alteri ædes legatæ sint. *Paul. ibid.* 39. 2. 22. *ad fin.* Si ab eo, quem dominum esse negarem, vellem sub exceptione satisdari: ab eo vero, quem dominum dicerem esse, pure repromitti. *V.* PURUS II. 5.

PŪRĔFĂCĬO, is, ere, a. 3. *purgare, nettare. Non. p.* 114. 19. *Merc.* Februare positum pro purgare, purefacere.

PURGĂBĬLIS, e, adject. qui facile purgatur. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 23. 25. (93). Rotundior (*castanea*), quæ balanitis vocatur, purgabilis maxime, et sponte prosiliens.

PURGĀMEN, ĭnis, n. 3. ¶ 1. Est purgamentum, sordes, *immondezze*, συρφετός. *Ovid.* 6. *Fast.* 227. Donec ab Iliaca placidus purgamina Vesta Detulerit flavis in mare Tibris aquis. Adde *ibid.* 712., ubi designat diem: de quo *Festus p.* 344. 13. *Müll.* Stercus ex æde Vestæ XVII. cal. Julias defertur in angiportum medium fere clivi Capitolini; qui locus clauditur porta stercoraria. Hic dies notabatur in Fastis sic, Q. S. D. F. h. e. Quando stercus delatum, fas: ab eo appellatus (ut ait *Varro* 6. *L. L.* 32. *Müll.* et *Festus p.* 258. 25. *Müll.*) quod eo die ex æde Vestæ stercus everritur, et per Capitolinum clivum in locum defertur certum. Quum id factum sit, tunc prætori fas. ¶ 2. Item id quod purgandi et expiandi causa in sacris lustralibus adhibetur, lustramen, piaculum. *Ovid.* 2. *Fast.* 35. Omne nefas omnemque mali purgamina causam Credebant nostri tollere posse senes. *Id.* 11. *Met.* 409. Sumere purgamina cædis, *et* 15. *ibid.* 327. mentis mittere in aquas. *Id.* 2. *Fast.* 23. capere domibus, torrida farra cum mica. ¶ 3. Item est munditia, splendor. *Prudent.* 7. *Cathemer.* 80. *de œre.* Polito prænitens purgamine.

PURGĀMENTUM, i, n. 2. (purgo),

I.) Proprie ¶ 1. Est id quod ex re aliqua immunda tergetur, immunditiæ, quas rem aliquam purgantes ejicimus, sordes, purgamen, *immondezze, bruttura, lordura, spazzatura, mondiglia*, συρφετός, περίψημα, κάθαρμα. *Liv.* 1. 56. Cloacam maximam, receptaculum omnium purgamentorum urbis, sub terram agendam. *Seneca Const. Sap.* 2. *extr.* Purgamentis oris aliquem aspergere. *Tac.* 11. *Ann.* 32. Purgamenta hortorum. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 25. 60. (184). cœnæ in pavimento. *Id.* 20. *ibid.* 5. 20. (41). cæparum. *Id.* 18. *ibid.* 10. 23. (99). milii, et panici, et sesamæ, apludam vocant. *Id.* 37. *ibid.* 2. 11. (35). Succinum esse concreti maris purgamentum. *et* 11. *ibid.* 37. 74. (192). Fel nihil aliud est, quam purgamentum pessimumque sanguinis. *Colum.* 1. *R. R.* 6. 21. Sterquilinia quoque duo sint: unum quod nova purgamenta recipiat et in annum conservet; alterum, ex quo vetera vehantur. *et* 2. *ibid.* 14. 6. *Schneid.* Licet filicem-decidere et permiscere cum purgamentis cortis. *et* 8. *ibid.* 17. 12. Salsamentorum omnium purgamenta, quæ cetariorum officinis everruntur. — *Curt.* 8. 9. 19. Æstimantur purgamenta exæstuantis freti pretio, quod libido constituit. *h. e.* gemmæ et margaritæ. ¶ 2. Interdum est id, quo in sacris lustralibus utebantur ad quippiam noxium expiandum: quo in flumen, aut trivium ab aversis projecto, credebant, omne scelus et nefas procul amoveri, transferrique in eos, qui casu calcassent, aut attigissent. *Petron. Satyr.* 134. Quæ striges comederunt nervos tuos? aut quod purgamentum nocte calcasti in trivio, aut cadaver?

II.) Translate, metaphorâ sumptâ a super. I. 1., dicitur — *a*) De homine vili, abjecto, nihili. *Petron. fragm. Tragur. c.* 74. Maledicere Trimalchionem cœpit, et purgamentum dedecusque prædicare. *Curt.* 6. 11. 2. Purgamenta servorum. *la feccia.* et 10. 2. 7. Omnia potius toleraturi, quam purgamenta quondam urbis suæ, tunc etiam exsilii, admitterent. Adde *eumd.* 8. 5. 8. — *b*) De herbis. *Seneca Ep.* 73. Curat purgamenta pro frugibus. *h. e.* lolium, zizania pro frugibus.

PURGĀTĒ, adverb. pure. *Non. p.* 60. 5. *Merc.* Enucleate dicitur purgate, exquisite, et sine asperitate aut duritia.

PURGATICIUS, a, um, adject. idem ac purgativus. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 120.

PURGĀTĬO, ōnis, f. 3. actus purgandi, *purgamento, purga*, καθάρσις.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Trajan.* ad *Plin.* 10. *Ep.* 41. *in fin.* Purgationes cloacarum. *Cic.* 3. *Nat. D.* 22. 57. Qui primus alvi purgationem invenit. *Id.* 2. *ibid.* 56. 126. Vomitione canes, purgatione autem alvos ibes Ægyptiæ curant. *Alii leg.* purgatu. *Id.* 16. *Fam.* 10. Inedia et purgationibus et vi ipsius morbi consumptus es. ¶ 2. Speciatim *purgationes* sæpe sunt menstrua mulierum, *i flori. Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 46. (132). Cancri in jure cocti menstruas purgationes expediunt. *Id.* 20. *ibid.* 14. 53. (148). Purgationes feminarum inhibere. *Id.* 30. *ibid.* 14. 44. (129). adjuvare. *et* 35. *ibid.* 15. 51. (182). elicere. — In singulari num. *Id.* 20. *ibid.* 9. 34. (86). Hippocrates ubertatem puerperis hoc cibo fieri judicans, et purgationem feminis. *Id.* 24. *ibid.* 13. 72. (116). Baccæ prosunt purgationi feminarum. Adde *Senec.* 3. *Quæst. nat.* 16. ¶ 3. Abstractum pro concreto, uti ajunt, est idem ac purgamentum. *Theod. Priscian.* 1. 1. *p.* 291. *ed. Ald.* Ferri purgationem et rasuram plumbi unclas senas in sextariis tribus aceti viscidi coques. *Id.* 1. 6. *sub fin. p.* 292. *retro.* Nam etiam ferri purgatio cum aceto-siccare potest. *Id.* 1. 9. Ferri purgamenta, *et* 1. 20. Eris purgamentum *dixit.*

II.) Translate. ¶ 1. In re sacra est expiatio. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 40. (135). Laurus suffimentum cædis hostium et purgatio. ¶ 2. Est etiam excusatio, *scusa, giustificazione. Cic.* 1. *Invent.* 11. 15. et 2. *ibid.* 31. 94. Purgatio est, quum factum conceditur, culpa removetur. Hæc partes habet tres, imprudentiam, casum, necessitatem. *Ter. Heaut.* 4. 1. 12. Nescio quid peccati portat hæc purgatio.

PURGĀTĪVUS, a, um, adject. purgandi vim habens, *purgante*, καθαρτικός.

I.) Proprie. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 19. et 1. *Tard.* 1. et 2. *ibid.* 1. Purgativa medicamina.

II.) Translate idem est atque excusatione depulsus. *Cur. Fortunatian. Schol.* 1. *p.* 64. *Capper.* Venia omnis aut purgativa, aut deprecativa. *V.* DEPRECATIVUS

PURGĀTOR, ōris, m. 3. qui purgat, ut Purgator cloacarum, *Firmic.* 8. *Mathes.* 20. Hercules purgator ferarum, *Apul. de Mag.* Adde *Augustin.* 10. *Civ. D.* 10.

PURGĀTŌRĬUS, a, um, adject. *purgativo*, purgandi vim habens, καθαρτικός, ut Purgatorium medicamentum, *Symmach.* 6. *Ep.* 65. (*al.* 64.). Purgatoriæ virtutes, quæ animum hominis a corporis contagione purgant, *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 8. — Purgatoriæ pœnæ, quibus rei coerciti corriguntur. *Augustin.* 21. *Civ. D.* 16. Nulla quidem post mortem purgatoria tormenta patiatur. Purgatorias autem pœnas nullas futuras opinetur, nisi ante illud ultimum tremendum judicium. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 7. — Hinc

Purgatorium, ĭi, n. 2. absolute, substantivorum more, est medicamentum purgationi inserviens. *Seren. Sammon.* 29. 547. Si cedant medica data purgatoria dextra. *Theod. Priscian.* 2. 19. *p.* 307. ed. *Ald.* Aliud majus purgatorium.

Cf. *Marcell. Empir.* c. 30. p. 131. *bis retro ad fin.* ed. *Ald.* Malagma purgatorium ad parvulos, si ob infirmitatem potionem purgatoriam bibere, aut sustinere non possunt.

PURGĀTRIX, icis, f. 3. quæ purgat. *Tertull. Baptism.* 5. Purgatrice aqua se expiare.

PURGĀTŪRA, æ, f. 1. actus purgandi animalia, *V.* PURGO et PURGATIVUS. *Edict. Dioclet.* p. 20. Mulomedico deplecoræ (*videtur legend.* depleturæ), et purgaturæ capitis per singula capita ✠ viginti.

PURGĀTUS, a, um. *V.* PURGO.

PURGĀTUS, us, m. 4. idem ac purgatio. *V.* banc vocem.

PURGĬTO, as, are, a. 1. *frequentat. a* purgo. — Part. *Purgitans* I.

I.) Proprie. *Plaut. fragm.* apud *Non. p.* 190. 10. *Merc.* Quasi carnifici angiporta purgitans.

II.) Translate. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 23. Non mihi homines placent, qui, quando male fecerunt, purgitant. *h. e.* excusant se.

PURGO, gas, gāvi, gātum, gare, a. 1. (*videtur esse pro* purigo, *a* purus *et* ago). Part. *Purgans* I. 1. *a.*, et II. 2, *b.* et 3.; *Purgatus* I. 1. *a.* et *b.* et 2., II. 2. *a.* et 3., et in fin.; *Purgandus* I. 1. *a.* et 2., et II. 3. — Purgare est purum facere, admixtas alicui rei sordes, aut inutilia detrahere, expurgare, mundare, καθαρίζω, καθαίρω (It. *nettare, purgare, mondare*; Fr. *nettoyer*; Hisp. *limpiar, pulir*; Germ. *rein machen, reinigen*; Angl. *to make clean, clean, cleanse, purge, purify*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a)* Stricto sensu. *Cic.* 5. *Tusc.* 23. 65. Immissi cum falcibus multi purgarunt et aperuerunt locum. *h. e.* dumos excidendo et amovendo. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 59. longis purgare ligonibus arva. *Petron. Satyr.* 135. Partem leguminis super mensam effudit, jussitque me diligenter purgare. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 51. Cultello proprios purgantem leniter ungues. *Cato R. R.* 65. Oleam, si inquinata erit, lavito, a foliis et stercore purgato. *Pallad.* 5. *R. R.* 8. *sub fin.* Purganda sunt alvearia sordibus. *Phædr.* 1. 22. Molestis muribus purgare domum. *Ter. Adelph.* 3. 4. 12. Purgare pisces. *Martial.* 9. 28. Purgentque sævæ cana labra volsellæ. *h. e.* pilos barbæ evellendo. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 64. (236). Fossas purgare, aut novas facere. *et ibid.* 65. (241). Purgare segetes. *et ibid.* Levi sarculo purgare verius, quam fodere. *Vet. Tab. æn.* apud *Murat.* 582. *sub fin.* Magistratus, qui viis locisque publicis purgandis præerunt. *Ulp. Dig.* 43. 10. 1. Purgare viam proprie dicitur, ad libramentum proprium redigere, sublato eo quod supra eam esset Similiter Part. præter. apud *Liv.* 28. 29. Purgatus locus. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 21. (70). Purgata vipera. *h. e.* capite et cauda truncatis, et interaneis exemptis. *Id.* 37. *ibid.* 12. 74. (194). Purgatam puramque glæbam. *et* 24. *ibid.* 19. 120. (186). Purgatum nasturtium. *et* 34. *ibid.* 8. 20. (95). Purgatis igni vitiis (*æris*) excoctisque. *Id.* 13. *ibid.* 10. 19. (64). Purgatum prunum. *h. e.* nucleo extracto. *Pallad.* 3. *R. R.* 25. *ante med.* Pira purgata granis. — *b)* Latiori significatione, *purgare aliquid*, ejicere, expellere. *Sueton. Vesp.* 8. Purgare rudera. *Pallad.* 4. *R. R.* 10. Clavo æneo si vermes purges, difficile nascentur. *h. e.* eneces et destruas. *Id.* 3. *ibid.* 6. Ager, purgatis lapidibus, diligenter occandus. *Claudian.* 1. *Eutrop.* 383. Non alius lanam, purgatis sordibus, æque Præbuerit calathis. — Hinc *purgatus* est etiam decorticatus, *sgusciato. Edict. Dioclet.* p. 15. Echini recentis purgati. *et p.* 16. Fabæ viridis purgatæ *et p.* 17. Amygdalarum purgatarum, nucium Avellanarum purgatarum, nuclei pinei purgati pondo, *etc.* ¶ 2. Speciatim et sæpe ad usum medicinæ pertinet, quum medicamento alvus subducitur, aut vis noxia utcumque corpore expellitur. *Cels.* 2. 12. Si is, qui sæpe purgatus est, subito habet alvum suppressam. *Horat. Art. P.* 302. Qui purgor bilem sub verni temporis horam. *Id.* 2. *Sat.* 3. 27. Et miror morbi purgatum te illius esse. *Cato R. R.* 157. *a med.* Qui hac purgatione purgandus erit, sic eum curato. *Val. Max.* 8. 7. *n.* 5. *extern.* Purgare se helleboro. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 39. (64). vomitione, et alvco soluta. (quod *Id.* dicit *ibid.* 46. (73). purgare utraque parte.) *Id.* 25. *ibid.* 5. 21. (51). per inferna. *Id.* 19. *ibid.* 3. 15. (43). corpora a vitiis omnibus. *Id.* 20. *ibid.* 17. 73. (188). pituitas. *Id.* 8. *ibid.* 27. 41. (101). fastidium lauri folio. *Id.* 23. *ibid.* 1. 16. (24). suppurationes. *Id.* 21. *ibid.* 19. 75. (129). vulnera. *Id.* 20. *ibid.* 2. 6. (12). faciem. *et* 23. *ibid.* 8. 75. (145). cutem. et *ibid.* 2. 28. (59). Acetum gargarizatione tarditatem aurium purgat. *Id.* 27. *ibid.* 12. 85. (109). Succus purgat cicatrices et nubeculas (*oculorum*), et quidquid obstet.

II.) Translate. ¶ 1 Generatim. *Lucret.* 6. 23. Veridicis igitur purgavit pectora dictis. *Cic.* 1. *Cat.* 5. 10. Educ tecum omnes tuos: purga urbem. *Sueton. Vesp.* 9. Amplissimos ordines et exhaustos cæde varia, et contaminatos veteri negligentia, purgavit. *Id. Cal.* 29. Decimo quoque die numerum puniendorum ex custodia subscribens, rationem se purgare dicebat. (*Alii leg.* rationes.) *h. e.* expedire, æquare, *liquidare, saldare.* Similem locum *V.* in PERPURGO. ¶ 2. Speciatim est excusare, et — *a) Purgare se*, se excusare, factum confitendo, sed in eo peccatum a se non esse ostendendo, *scusarsi, giustificarsi, render buon conto di sè. Plaut. Amph.* 3. 2. 28. Et id huc revorti, ut me purgarem tibi. *Cic.* 12. *Fam.* 25. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. *Id.* 13. *Att.* 10. Brutus per litteras purgat Cæsarem de interitu Marcelli. *Q. Cic. Petit. cons.* 9. 35. Si quis tibi se purgare volet, quod suspectum esse arbitretur, etc. *Cæs.* 1. *B. C.* 8. Velle Pompejum se Cæsari purgatum, ne ea, quæ reipubl. causa egerit, in contumeliam vertat. *Id.* 1. *B. G.* 28. Quorum per fines ierant, his, uti conquirerent, et reducerent, si sibi purgati esse vellent, imperavit. *Cic.* 14. *Phil.* 6. 17. Male mecum ageretur, si parum vobis essem sine defensione purgatus. *Id.* 1. *Att.* 17. *a med.* Ea pars epistolæ tuæ, per quam te ac mores tuos mihi purgatos ac probatos esse voluisti. — *b) Purgare factum*, ostendere quippiam, quod feceris, recte, et sine ullius injuria esse factum, *scusare, giustificare, difendere. Liv.* 1. 9. *extr.* Accedebant blanditiæ virorum factum purgantium cupiditate atque amore. *Ovid.* 3. *Pont.* 2. 24. Purgari factum me quoque teste suum. *Ter. Hecyr.* 2. 2. 11. Si quid est peccatum a nobis, profer: aut ea refellendo, aut purgando, vobis corrigemus. Ubi *Donat.* Refellit, qui negat: purgat, qui fatetur, et sic defendit. *Sil. It.* 7. 510. purget miles, quod vicerit hostem. — Et cum Accus. et Infinito *Liv.* 42. 14. Laborare regem, ut purganti se nihil hostile dixisse, aut fecisse, fides habeatur. *et* 41. 19. Qui purgarent, nec accitos ab eo Bastarnas, nec auctore eo quidquam facere. — Hinc ponitur pro diluere. *Liv.* 8. 23. Negligentius ea, quæ ipsis objicerentur, purgabant. *Tac.* 4. *Ann.* 42. Purgare probra. *Curt.* 7. 5. *ad fin.* facinus. *Cic. Cluent.* 1. 3. crimina. *confutare, ributtare. Claudian. B. Get.* 591. leto purgare fidem male suspectam. *h. e.* ostendere incorruptam fuisse. *Tac.* 3. *Ann.* 17. Adolescentem crimine civilis belli purgavit. *h. e.* absolvit. — Cum Genitivo. *Liv.* 37. 28. Oratores purgantes civitatem omnis facti dictique hostilis adversus Romanos. ¶ 3. In re sacra est expiare, lustrare. *Ovid.* 4. *Fast.* 640. Luce Palis populos purget ut ille cinis. *Id.* 13. *Met.* 952. Et purgante nefas novies mihi carmine dicto. *Tibull.* 2. 1. 17. Dii patrii, purgamus agros, purgamus agrestes. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 9. 59. (105). Verbenaca Jovis mensa verritur, domus purgantur lustranturque. *Lucan* 1. 593. Pontifices festo purgantes mœnia lustro. *et* 8. 518. crimen habemus Purgandum gladio. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 29. 36. (119). Myrtea verbena Romanos Sabinosque, depositis armis, purgatos in eo loco, etc. Adde *Lucan.* 7. 777. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla supra retulimus,

Purgatus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Purgatior* 1. et 2. et Sup. *Purgatissimus* 1.; et translate ¶ 1. Est abstersus, purus factus. *Horat.* 1, *Ep.* 1. 7. Est mihi purgatam crebro qui personet aurem. *Pers.* 2. 57. Somnia pituita qui purgatissima mittunt. *Augustin.* 2. *Doctr. Chr.* 16. Purgatissima Ecclesia. *Id. Ver. Rel.* 1. Purgatissima pietas. *Id.* 6. *Confess.* 2. Plenum purgatioribus votis pectus. ¶ 2. Item est excusatus. *Sall. fragm.* apud *Non. p.* 310. 22. *Merc.* et *Donat.* ad *Ter. Phorm.* 1. 4. 23. Ita fiducia, quam argumentis, purgatiores dimittuntur. *h. e. più giustificati per l'ardire che mostravano, che per le prove che apportavano.*

PURIFICALIS, e, adject. qui purificat. *Inscript.* apud *Gruter. p.* 1165. SVMPSISTI MERITVS PVRIFICALE DECVS.

PŪRĬFĬCĀTĬO, ōnis, f. 3. expiatio, lustratio. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 40. (138). Laurus purificationibus adhibetur. *Martial.* 8. in *epist. extr.* Religionis purificatione lustratus. *Sever. Sanct.* 119. Sed simplex animi purificatio Optatis fruitur bonis. *Gloss. Cyrill.* Purificatio, καθαρμός.

PŪRĬFĬCĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

PŪRĬFĬCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (purus *et* facio). Part. *Purificans* I.; *Purificatus* I. et II.; *Purificandus* I. — Purificare est purum facere, purgare, *purificare, purgare,* καθαρίζω.

I.) Proprie. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 1. 1. (2). Ad quemdam amnem greges eorum (*elephantorum*) descendere, ibique se purificantes solemniter aqua circumspergi. *et* 11. *ibid.* 37. 54. (147). Tenuibus membranis oculos natura composuit, callosis in extimo tunicis, quas subinde purificat lacrimationum salivis. *Id.* 30. *ibid.* 11. 28. (93). Gallina si sit luteis pedibus prius aqua purificatis, deinde collutis vino. Adde *eumd.* 21. *ibid.* 14. 49. (83). *Gell.* 19. 12. *ad fin.* Frutecta atque virgulta simul omnia, cum sentibus et rubis, purificandi agri causa, convellit.

II.) Translate est lustrare, expiare. *Lamprid. Elagab.* 7. Posteaquam se apud tria flumina circa Hebrum ex responso purificavit, etiam Orestam condidit civitatem. *Sueton. Aug.* 94. Illam experrectam quasi a concubitu mariti purificasse se. *Lamprid. Alex. Sev.* 7. Quod ille infamavit, tu purifica. *Paulin. Nolan. carm.* 6. 72. Ipse in se nihilum, quo purificetur, habebit. — Huc pertinent et illa *Plin.* 30. *Hist. nat.* 10. 24. (82). Fel canis nigri masculi amuletum esse magi dicunt domus totius, suffitæ eo purificatæve, contra omnia mala medicamenta. *Justin.* 10. 3. 2. Regiam cognatorum cæde et strage principum replet: atque ita, velut purificato regno, bellum Cadusiis infert. *et Plin.* 10. *Hist. nat.* 41. 57. (116). Villaribus gallinis et religio inest. Inhorrescunt edito ovo, excutiuntque sese, et circumactæ purificant, aut festuca aliqua sese et ova lustrant.

PŪRĬFĬCUS, a, um, adject. purum faciens. *Claudian. VI. cons. Honor.* 328. purificumque Jovem, Trivlamque precatus. *Alii leg.* terrificum *Lactant.* 4. 15. Purifici roris perfusio. Est qui legit *purificati*; sed minus recte, et contra quam plurium MSS. fidem.

PŪRĬFLŪUS, a, um, adject. qui purus fluit. *Ambros* in *Inscript.* apud *Gruter.* 1166. 8. *de fonte baptismi.* Confessosque reos maculoso crimine solvens Fontis puriflui diluit irriguo.

PŪRĬMĒ tetinero (positum est pro) purissime tenuero. *Paul. Diac. p.* 252. 9. *Müll.* Illud *purime* est pro *purrime*, quod idem est ac *purissime.*

PURI MENSTRIO. *V.* PURUS II. 3.

PŪRĬTAS, ātis, f. 3. duc diversa significat; scilicet

A) A voc. *purus* est idem ac munditia, integritas, puritie, *nettezza, mondezza,* καθαρότης, καθαρότης, *αγνεία. Pallad.* 11. *R. R.* 14. *a med.* Vinum fæculentum statim limpidum reddi, si *etc.*; mox sumere puritatem, colarique debere, et in usum referri. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 11. *sub fin.* Simplex et absolutissima puritas. *Capitolin. Ver.* 3. Amavit simplicitatem ingenii puritatemque vivendi. *h. e. eleganza di vita.* Et

Hieronym. Ep. 57. *n.* 2. Quum docti pariter et indocti mirarentur eam (*epistolam*) pro doctrina et puritate sermonis, cœpit etc. *h. e.* eleganti genere dicendi. Adde *Arnob.* 5. 11. (*ubi in plur. num.* Aquarum innoxiæ puritates.); et *Symmach.* 3. *Ep.* 29.

B) A voc. *pus, puris*, est purulentia. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 4. *ante med.* Attestante sanguinis puritate.

PŪRĬTER, adverb. *nettamente, puramente*, καθαρῶς, munde, pure.

I.) Proprie. *Cato R. R.* 112. Aquam transfundito in alterum dolium puriter et leviter. Adde *Ennium* apud *Priscian.* 15. *p.* 1010. *Putsch.* Sic *Novius* apud *Non. p.* 516. 20. *Merc.* Puriter volo facias. *Pomponius* apud *eumd. ibid.* Puriter fac ut rem tractes. *Catull.* 39. 14. Puriter lavit dentes.

II.) Translate. *Catull.* 76. 19. si vitam puriter egi.

PŪRĬTĬA, æ, f. 1. *Non. p.* 156. 8. *Merc.* Puritia, id est puritas. Varro Rerum Divinarum lib. 1.: Quæ puritia est infrequens polluta. Sic cl. *Quicherat. Mercerus* haud recte leg.: Pueritia, id est etc.

PŪRĬTĬES, ēi, f. 5. *vel* **puritia**, æ, f. 1. puritas, munditia. *V.* PUERITIA.

PŪRO, as, are, a. 1. duo diversa significat; scilicet

A) Ab adject. *purus* est *purificare*, καθαρίζω, purum facio, purgo. *Plaut. Aulul.* 2. 3. 3. Vascula intus pura propere. *Alii leg.* pura propera, *vel* pure propera. *Festus p.* 229. 12. *Müll.* Casta qui purant sacra.

B) A nomine *pus, puris*, est idem ac suppurare. *Marcell. Empir. c.* 14. *p.* 104. *retro* ed. *Ald.* Protinus tumorem faucium tollunt; verum si purare fauces videbuntur, oportebit sæpius gargarizare aquam-mulsam.

PURPŪRA, æ, f. 1. πορφύρα,

I.) Proprie est concha marina (ut conchylium, et murex, seu buccinum) alio nomine *pelagia*, ejusque succus *pelagium*, quam *Plin.* 9. *Hist. nat.* 36. 60. (125). scribit, vivere annis plurimum septenis: celerrime crescere, et anno magnitudinem implere: latere, sicut murices, circa Canis ortum tricenis diebus: congregari plurimas ejus generis verno tempore, mutuoque attritu lentorem cujusdam ceræ salivare: rostrum habere cuniculatim procurrens, et cuniculi latere introrsus tubulato, qua proferatur lingua: hanc esse longitudine digitali, tantæque duritiæ, ut reliquas conchas perforet pascendi causa: in mediis faucibus candidam venam habere, qua pretiosus ille liquor continetur, tingendis expetitus vestibus, nigrantis rosæ colore sublucens: contendere piscatores, ut vivas capiant, quia cum vita succum eum evomant: et e majoribus quidem purpuris detracta concha auferre: minores cum testa vivas frangere, ita demum florem eum exspuentes. *Id. ibid.* 37. 61. (131). varia purpurarum genera enumerat, pabulo, et solo discreta: lutense, algense, taniense, calculense, dialutense: quæ *V.* suis loc. Mox *ibid.* 38. 62. (133). fusc rationem tradit, qua purpurarum succus et color vestibus indebatur. Captis enim evisnebatur vena, quam diximus, et addito sale macerabatur triduo: deinde in cortina plumbea decoquebatur. Lana immissa quinis horis potabat, rursusque immergebatur, ut totam saniem ebiberet, indueretque colorem illum, qui tanto in pretio quondam fuit. Quia vero sola purpura nimiæ nigritiæ erat, admiscebatur ei sanies buccini seu muricis, ex qua fiebat illa austeritas et nitor cocco similis, qui tantopere quærebatur. Ratio mixturæ erat, ut in quinquaginta libras vellerum buccini quidem ducenæ, purpuræ vero centum et decem impenderentur. Speciatim vero Tyrius color primum purpura satiabatur, mox buccino permutabatur: eratque ejus summa laus similem esse concreto sanguini, aspectu nigricantem, in suspectu refulgentem. Unde et Homero purpureus dicitur sanguis (αἷμα πορφύρεον). Hæc *Plin.* Conchyliata vestis alia ratione fiebat, nempe sola purpura admixto lotio et aqua, ut in MUREX jam diximus. Alia multa huc pertinentia *V.* apud *Plin. loc. cit. et ibid.* 41. 65. (140). et *Vitruv.* 7. 13., ubi docet, purpuram non habere in omnibus locis, quibus nascitur, unius generis colorem: alibi enim atrum esse, alibi lividum, alibi violaceum, alibi rubrum, ut in OSTRUM dictum est. Præterea etiam in eadem regione colorum varietas exsistit. *Seneca* 1. *Quæst. nat* 3. *ad fin.* Sic et purpura eodem conchylio non in unum modum exit. Interest, quamdiu macerata sit; crassius medicamentum, an aquatius traxerit; sæpius mersa sit et excocta, an semel tincta. *Purpura* hic est lana, seu vestis infecta purpura. *Virg.* 4. *G.* 274. *de quodam flore.* Aureus ipse, sed in foliis, quæ plurima circum Funduntur, violæ sublucet purpura nigræ. A *Cassiod.* 1. *Variar.* 2. color ordinarius purpuræ dicitur obscuritas rubens, nigredo sanguinea. Narrat etiam originem ejus, cane in Tyrio litore conchylia morsu frangente, unde rictus ejus mirabili colore infectus hominum artificio tingendæ lanæ occasionem dedit. — Scriptores passim et conchylium, et buccinum, et purpuram, eorumque varios gradus: item ipsas vestes aliquo eorum imbutas, *purpuram* appellare solent: quod et in CONCHYLIUM et in MUREX adnotavimus. *Ulp. Dig.* 3 . 68. *sub fin.* Purpuræ appellatione omnis generis purpuram contineri puto: sed coccum non continebitur, buccinum et ianthinum continebitur. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 39. 63. (136). Nepos Cornelius, qui divi Augusti principatu obiit, Me, inquit, juvene violacea purpura vigebat, cujus libra denariis centum venibat: nec multo post rubra Tarentina. *Horat. Epod.* 2. 20. Certantem et uvam purpuræ. *Val. Flacc.* 1. 427. Illis Tænario pariter tremit ignea fuco Purpura. *Cic. Cluent.* 40. 111. Usque ad talos demissa purpura. *h. e.* toga prætexta (ut est apud *Quintil.* 5. 13. 39.), de qua et *Horat. Epod.* 5. 7. Per hoc inane purpuræ decus precor. *et Cic.* rursus *Sext.* 8. 19. Vestitus aspere nostra hac purpura plebeja ac pæne fusca, *h. e.* violacea, qua primo usi Romani in prætextis: postea rubram Tarentinam adhibuere, pretiosiorem, cujus libra denariis centum venibat: denique Tyria, pretiosissima, successit, et quidem sæpe dibapha, cujus libra denariis mille non poterat emi, ut *Plin. cit.* 9. *Hist. nat.* 39. 63. (137). tradit. *Virg.* 2. *G.* 495. Illum non populi fasces, non purpura regum Flexit. *Quintil.* 8. 5. 28. Afferunt lumen clavus et purpuræ in loco insertæ. *h. e.* segmenta e panno purpureo. *clavus et purpuræ*, ἓν διὰ δυοῖν. h. e. clavus purpureus, qualis tunicis clavatis assuebatur. *V.* CLAVUS. *Sueton. Cæs.* 84. Lectus eburneus, auro ac purpura stratus. — Fuit etiam ex aliis rebus purpuræ color, ut ex creta, rubiæ radice et hysgino infecta, ut est apud *Vitruv.* 7. 14., item ex cocco, ut est apud *Plin.* 9. *Hist. nat.* 41. 65. (140)., ex vaccinio Gallicis, apud *eumd.* 16. *ibid.* 18. 31. (77). — De purpuræ generibus, coloribus, præparatione et usu accuratissime egit *Pasch. Amatius* in opere, cui titulus *De restitutione purpurarum*, et *Mich. Rosa, Dissert. delle porpore* etc., quos consule sis.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice magistratum significat, quia præter pueros, olim soli magistratus et imperatores ea utebantur: quamquam procedente tempore ad matronas transiit, et ad viros etiam ditiores nobiliores que. Qua de re *Liv.* aliquid 34. 7. docere potest: item *Val. Max.* 2. 1. *n.* 5. Narrat *Sueton. de Neron.* 32. interdixisse eum aliquando usum purpuræ, non quidem omnis, sed amethystinæ et Tyriæ: quod idem ante fecerat de conchyliata Jul. Cæsar, teste *eod. ibid.* 43., exceptis certis personis, et ætatibus, perque certos dies. *Ovid.* 1. *Fast.* 81. Jamque novi præeunt fasces, nova purpura fulget. *Martial.* 8. 8. Purpura te (*Jane*) felix, te colat omnis honos. *Trebell.* in XXX. *Tyrann.* 18. in *Eutrop.* 9. 8. Purpuram sumere. *h. e.* tyrannidem occupare. *Lucan.* 7. 228. omnis Latio quæ servit purpura ferro. *h. e.* omnes reges. ¶ 2. *Adorare*, aut *contingere purpuram*, est ad imperatorem accedere, eumque adorare, *presentarsi, baciar la porpora del principe.* Legitur apud *Ammian.* 21. 9. *sub fin.* et in *Cod.* 2. 8. 6. et *ibid.* 12. 3. 4. et in *Cod. Theod.* 6. 24. 3. ¶ 3. De marmore porphyrite, seu porphyretico (quem *purpureum lapidem* appellat *Lucan.* 10. 116.) *Stat.* 1. *Silv.* 5. 36. Sola nitet Nomadum flavis excisa metallis Purpura. *Sidon. carm.* 5. 34. Consurgit solium saxis, quæ cæsa rubenti Æthiopum de monte cadunt, ubi sole propinquo Nativa exustas afflavit purpura rupes. ¶ 4. Apud *Ovid.* 8. *Met.* 80. *purpura* est capillus purpureus in capite Nisi Scyllæ patris. Apud *Martial.* 9. 77. est barba rufa. In illo *Statii* 3. *Silv.* 3. 130. Aut uti verna novis exspirat purpura pratis: *purpura* videtur esse ipse herbarum viror et pulcritudo, qua prata vere ornantur, sicut purpura homines. *V.* integr. loc. Simile est illud *Sidon.* 2. *Ep.* 2. *ante med.* Nec pilæ sunt mediæ, sed columnæ, quas architecti peritiores ædificiorum purpuras nuncupavere. *h. e.* ornamenta, ut clavi purpurei in tunica ornatus sunt. *et Ep.* 10. Omnes nobilium sermonum purpuræ per incuriam vulgi decolorabuntur. Eod. sensu dici videtur a *Cic. Orat.* 58. 196. Quos autem numeros, cum quibus tamquam purpuram, misceri oporteat, nunc dicendum est. ¶ 5. Denique hoc adnotandum, adeo rem caram fuisse purpuram, ut ad significandas res pretiosas una cum auro in sermone jungi soleat. *Plaut. Most.* 1. 3. 128. Amator meretricis mores sibi emit auro et purpura. *Lucret.* 5. 1422. nunc aurum et purpura curis Exercent hominum vitam, belloque fatigant. *Horat.* 2. *Od.* 16. 7. Otium non gemmis, neque purpura venale, nec auro.

PURPŪRANS. *V.* PURPURO.

PURPŪRĀRĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

PURPŪRĀRĬUS, a, um, adject. πορφυρευτικός, ad purpuram pertinens. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 6. 27. (46). Purpurariæ officinæ. *Paul. Dig.* 32. 1. 89. Taberna purpuraria. *Inscript.* apud *Gruter.* 649. 10., quæ est apud *Orell.* 4250. NEGOTIATOR ARTIS PVRPVRARIAE. — *Purpurariæ insulæ*, in quibus purpuram Juba rex Mauritaniæ tingere instituit, nominantur a *Plin.* 6. *Hist. nat.* 32. 37. (201)., et sunt, quas hodie *Madera* et *Porto Santo* appellamus sub rege Lusitaniæ, nunc *del Portogallo.* — Hinc

Purpurarius, ii, m. 2. absolute, substantivorum more, est qui purpura tingit, vel negotiator. πορφυρεύς. *Inscript.* apud *Gruter.* 621. 4. C. VARIVS PHILADELPHVS PVRPVR. DE VICO CORNELII. Adde alias apud *eumd.* 649. 9., apud *De Lama, Iscriz. Ant. p.* 98., apud *Bertoli, Ant. di Aquileja p.* 257. *n.* 361., aliam denique *V.* in BAPHIUM, in qua *collegii purpurariorum* mentio est. Postremus autem hic lapis cl. *Henzenio* valde suspectus est. Adde et *Inscript.* apud *Henzen.* 5176. et 7271.

Purpuraria, æ, f. 1. absolute, substantivorum more. ¶ 1. Est mulier, quæ purpureo colore inficit. *Vulgat. interpr. Act. Ap.* 16. 14. Lydia purpuraria civitatis Thyatirenorum. ¶ 2. Item officina purpuraria. *Inscript.* apud *Gruter.* 474. 4., quæ est apud *Orell.* 2952. THEOPHEPES AVG. LIB. RAT. PVRPVRAR. *h. e.* rationalis purpurariarum.

PURPŪRĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

PURPŪRASCO, is, ere, n. 3. πορφυρίζομαι, purpureus fio. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 162. 31. *Merc.* Quid mare? nonne cæruleum? at ejus unda, quum est pulsa remis, purpurascit. *Vopisc. Florian.* 4. Vitis, quæ Amineas uvas albas ferebat, eo anno, quo ille (*Tacitus*) imperium meruit, purpurascere plurima purpura cœpit.

PURPŪRĀTA. *V.* PURPURATUS.

PURPŪRĀTŌRĬUS, a, um, adject. ad purpuratos viros pertinens. *Sidon.* 1. *Ep.* 7. *a med.* Qui non affectasset habitum purpuratorium. *Alii rectius leg.* purpuratorum.

PURPŪRĀTUS, i, m. *et* purpurata, æ, f. particip. a *purpuro*, purpura indutus, ornatus, *vestito di porpora, porporato*, ὁ ἐν πορφύρᾳ. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Most.* 1. 3. 131. Purpurata mulier. *Trebell. Poll. XXX. Tyr.* 27. Zenobia rem publ. obtinuit, parvulos (*filios*) Romani impe-

ratoris habitu præferens purpuratos. ¶ 2. Speciatim *purpurati* dicuntur, qui circa reges sunt, et apud eos dignitate et gratia antecellunt. *Cic.* 1. *Tusc.* 43. 102. Istis, quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis! *Liv.* 30. 42. Sopatrum ex purpuratis et propinquis regis esse. *Flor.* 1. 10. *de Mucio Scævola.* Sed ubi frustrato circa purpuratum ejus ictu tenetur, etc. Adde *Liv.* 37. 23.; et *Curt.* 3. 2. 10., 3. 6. 4., 3. 13. 13. et alibi.

PURPŪRĒTĬCUS, a, um, adject. idem ac purpuriticus et porphyreticus. *Purpuretica, æ, f.* 1. absolute, videtur esse porticus Ulpia columnis purpureticis fulta, cujus *Sidon. carm.* 8. 8. meminit. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 522. *n.* 361. TENE ME NE FVGIAM ET REVOCA ME IN FORO TRAIANI IN PVRPVRETICA AD PASCHASIVM DOMINVM MEVM.

PURPŪRĔUS, a, um, adject. Antique et more suo *Lucret.* 2. 51. Nec clarum vestis splendorem purpurei. *pro* purpureæ. — Purpureus est purpuræ colorem habens, puniceus, ostrinus. Purpuræ color quis fuerit, in PURPURA dictum est: nempe in aspectu nigricans, in suspectu refulgens: item rubeus, vel absolute, vel ad nigrum inclinans, vel dilutus, ut in rosa: item violaceus: item alicui ex his proximus, aut similis, præsertim apud poetas. πορφύρεος (It. *di porpora, porporino*; Fr. *de couleur pourpre, de pourpre*; Hisp. *de purpura*; Germ. *purpurn, purpurfarbig, bunt*; Angl. *of purple, of a purple colour, purple*).

I.) Proprie. *Propert.* 1. 20. 38. Purpurea papavera. *Sueton. Ner.* 25. vestis. *Virg.* 9. *Æn.* 349. Purpuream vomit ille animam. *h. e.* sanguinem. *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 12. Purpureus lunæ sanguine vultus erat. *Id.* 2. *ibid.* 5. 34. Conscia purpureus venit in ora pudor. *et* 4. *Trist.* 3. 70. Purpureus molli fiat in ore rubor. *Stat.* 1. *Achill.* 161. niveo natat ignis in ore Purpureus. *Ovid.* 3. *Met.* 184. Purpurea aurora. *Id.* 1. *Amor.* 13. 10.; et *Albinov.* 2. 126. manus Auroræ. ῥοδοδάκτυλος. *Ovid.* 1. *Trist.* 2. 27. purpureo vires capit Eurus ab ortu. *h. e.* quia inde aurora surgit. *Id.* 3. *Fast.* 518. *de Sole.* Purpureum rapido qui vehit axe diem. *h. e.* cujus initium est aurora purpurea. *Id.* 1. *Amor.* 4. 22. Purpureæ genæ. *et* 3. *ibid.* 14. 23. Purpurea labella. *Martial.* 12. 17. Purpureus torus. *h. e.* purpura stratus. *Virg.* 1. *G.* 405. Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. *purpureum* vocant etiam *Tibull.* 1. 4. 57., *Propert.* 3. 17. 22. et *Ovid.* 1. *Art. am.* 331. et splendidum ostro *Id.* 8. *Met.* 8. et purpuram *ibid.* 80. et *Remed. Am.* 68. (Unde purpureum senem *Stat.* dicit ipsum Nisum 1. *Theb.* 334.). At *Virg. Cir.* 122. roseum appellat. Fortasse flavus, seu rutilus fuit, sed quum inter canos esset, rubeus videbatur. *Propert.* 5. 3. 54. Purpureus pluvias cur bibit arcus aquas. *h. e.* Iris, cujus inter varios colores et rubeus, seu roseus est, ut et *Seneca* 1. *Quæst. nat.* 3. *ad fin.* docet. *Horat.* 3. *Od.* 15. 15. flos purpureus rosæ. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 3. (15). Uvæ hic purpureo lucent colore, illic fulgent roseo. *Ovid.* 2. *Art. am.* 316. Plenaque purpureo subrubet uva mero. *Propert.* 3. 15. 17. Purpureum mustum. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 18. 19. (69). Purpureæ ficus. *Id.* 32. *ibid.* 6. 21. (61). Ostreorum purpureus crinis. *h. e.* lividus cirrus, ut eum *Martial.* 7. 20. vocat. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 37. 69. (177). Viminalis salix, eademque purpurea. *Id.* 21. *ibid.* 11. 38. (64). *et ibid.* 19. 76. (130). Purpurea viola. *Ovid.* 4. *Fast.* 780. sapa. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 38. (126). lactuca. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 26. Sunt autem complura lactucæ genera, *etc.* earum quæ fusci, et veluti purpurei, aut etiam viridis coloris, etc. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 33. 105. Mare illud, quod nunc Favonio nascente purpureum videtur, modo cæruleum videbatur, mane ravum. *h. e.* nigrescens, quale apparet quum vento aut remis agitatur. Sic *Propert.* 2. 20. 5. purpureis agitatam fluctibus Hellen. *et Homer. Odyss. l.* 11. *v.* 243. πορφύρεον κῦμα, et in *Batrachom. v.* 73. ὕδατι πορφυρέοισιν. *V.* PURPURASCO et PURPURO. Eadem ratione *sale purpureo,* h. e. aqua marina, dixit *Val. Flacc.* 3. 422.

II.) Translate. ¶ 1. *Purpureus* dicitur, qui purpura indutus est, purpuratus, *porporato. Horat.* 1. *Od.* 35. 12. Purpurei tyranni. *Ovid.* 7. *Met.* 102. medio rex ipse resedit Agmine purpureus. *Id.* 2. *Pont.* 8. 50. Purpureus niveis filius instet equis. *Martial.* 6. 11. Vis, te purpureum, Marce, sagatus amem? *Virg.* 10. *Æn.* 722. Purpureus pennis. *h. e.* pennas habens in galea purpureas. ¶ 2. Poetice *purpureus* est nitidus, purus, splendidus, aspectu pulcher, cujuscumque coloris sit, *bello, vago,* ἀγλαός. *Horat.* 4. *Od.* 1. 10. Purpurei olores. *Albinov.* 2. 62. Brachia purpurea candidiora nive. Huc trahit *Servius* illud *Virg.* 1. *Æn.* 593. namque ipse decoram Cæsariem nato genitrix, lumenque juventæ Purpureum, et lætos oculis afflarat honores. Alii illud *Stat.* 7. *Theb.* 148. *de Baccho.* Purpureum tristi turbatus pectore vultum. Nam, ut ait *Ovid.* 4. *Met.* 18., formosissimus alto conspicitur cælo, estque ei inconsumpta juventus et æterna pueritia. Alii illud *Ovid.* 6. *Fast.* 251. cælestia numina sensi, Lætaque purpurea luce refulsit humus. *et Virg.* 6. *Æn.* 490. *de Elysio.* Largior hic campos æther et lumine vestit Purpureo. *et Val. Flacc.* 3. 178. en frigidus orbes Purpureos jam somnus obit. *h. e.* pulcros oculos. Huc pertinet et illud *Colum.* 10. *R. R.* 256. Jam ver purpureum, jam versicoloribus anni Fetibus alma parens cingi sua tempora gaudet. *h. e.* variis florum herbarumque ornatibus pulcrum. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

PURPŪRILLA, æ, f. 1. *Gloss. Isid.* Purpurilla, locus extra portam, quo purpurea veste uterentur. Cui loco lucem attulit cl. *Quicherat.* ex *Gloss. Vatic. T.* 6. *p.* 542., ubi legitur: Purpurilla, locus extra portam, ubi scorta prostabant. Dictum est isto vocabulo, quod matronæ stola, libertinæ toga, prostitutæ purpurea veste uterentur.

PURPŪRĬO, ōnis, m. 3. gallinæ aquatilis genus. *Gloss. Cyrill.* Πορφυρίων, purpurio.

PURPŪRISSĀTUS, a, um, particip. ab inusit. *purpurisso: imbellettato,* purpurisso infectus.

I.) Proprie. *Plaut. Truc.* 2. 2. 35. Quia istas buccas tam belle purpurissatas habes. *Apul. de Mag.* Genæ purpurissatæ.

II.) Translate *purpurissatos fastos* vocat *Sidon.* 8. *Ep.* 8. fastos consulares, quia purpura consulum insigne fuit.

PURPŪRISSUM, i, n. 2. *Purpurissus* masculino gen. *Hieronym. Ep.* 54. *n.* 7. Quid facit in facie Christianæ purpurissus et cerussa? — Purpurissum, *sorta di colore o belletto,* ἀνδρείκελον, genus coloris floridi, facticii, purpurei, quo tum pictores utebantur, tum mulieres genis tingendis. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 6. 12. (30). Sunt autem colores austeri, aut floridi. Utrumque natura, aut mixtura evenit. Floridi sunt, quos dominus pingenti præstat, minium, Armenium, cinnabaris, chrysocolla, Indicum, purpurissum. *et ibid.* 6. 26. (44). E reliquis coloribus, quos a dominis dari diximus, propter magnitudinem pretii, ante omnes est purpurissum. Creta argentaria cum purpuris pariter tingitur, bibitque eum colorem celerius lanis. Præcipuum est primum, fervente abeno rudibus medicamentis inebriatum: proximum egesto eo, addita creta in jus idem. Et quoties id factum est, elevatur bonitas pro numero, dilutiore sanie. *et mox.* (45). Pingentes sandice sublita, mox ovo inducentes purpurissum, fulgorem minii faciunt. Si purpuram facere malunt, cæruleum sublinunt, mox purpurissum ex ovo inducunt. Hæc *Plin.* — De usu ejus fucandæ cuti *Plaut. Most.* 1. 3. 104. Cedo purpurissum. SCA. non do. scita es tu quidem: nova pictura interpolare vis opus lepidissimum. *V.* vocem præced. I. Adde *Afran.* et *Nœvium* apud *Non. p.* 218. 30. et 31. *Merc.*

PURPŪRĪTES, æ, m 1. subaudi *lapis,* est idem ac porphyrites. *Isid.* 16. *Orig.* 5. Purpurites ex Ægypto est, rubens, candidis intervenientibus punctis: Dominis ejus causa, quod rubeat, ut purpura.

PURPŪRĪTĬCUS, a, um, adject. Latina forma est idem ac porphyreticus. *Inscript.* apud *Gruter.* 128. 5. et *Visc. Mus. Pio-Clem. T.* 6. *p.* 231. *edit. Mediol.* TI. CLAVDIVS TI. F. FAB. MESSALLINVS (*ædiculam*) VETVSTATE CORRVPTAM ADAMPLIAVIT COLVMNIS PVRPVRITICIS VALVIS AERIS MARMORE ET OMNI ORNAMENTO A NOVO EX PECVNIA FVRFVRARIA ⁊. (*h. e.* centuriæ) SVAE. Hæc *Inscript.* pertinet ad ann. a Chr. n. CLVI. *V.* PURPURETICUS.

PURPŪRO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Purpurans* sub *B.* II. — Purpurare est

A) Verbum activum, et significat purpureum facere, *tingere di porpora.*

I.) Proprie. *Furius* apud *Gell.* 18. 11. Spiritus Eurorum virides quum purpurat undas. *h. e.* nigrantes reddit. *Gell.* interpretatur, nitefacit. Sed *V.* PURPUREUS I. ad fin.

II.) Translate. *Apul.* 6. *Met.* Vulcanus cœnam coquebat: Horæ rosis et ceteris floribus purpurabant omnia. *h. e.* ornabant: nam *purpura* ornatum aliquando significat, ut ibi dictum est.

B) Verbum neutrum *purpuro* est purpureus fio, *diventar porporino.*

I.) Proprie. *Vopisc. Aurel.* 4. Vitulus candidus, sed purpurantibus maculis. *Ammian.* 20. 11. *ad fin.* Quarta (*pars*) ideo purpurat, quod intermicante asperginum densitate etc. *Apul.* 10. *Met.* Labias modicas ambrosio rore purpurantes. et *Perviail. Ven.* 12. purpurantem pingit annum floribus. *Arnob.* 5. 7. Purpurantes in violas cruor interemptæ. Adde *Prudent.* 6. *Cathemer.* 82.

II.) Translate. *Colum.* 10. *R. R.* 101. Tum quæ pallet humi, quæ frondes purpurat auro, Ponatur viola. Alii leg. *quæ frondent purpura et auro, Ponantur violæ.* Alii *quæ frondens purpurat auro, Ponatur,* etc. h. e. ornatur, pingitur, coloratur. *purpura* pro ornatu, ut dictum est.

PŪRŪLENTĀTĬO, onis, f. 3. purulentia. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 3. *et* 10.

PŪRŪLENTĒ, adverb. πυωδῶς, cum pure, sive sanie. *Plin.* 23. *Hist. nat. procem.* 4. (7). Cicatricibus marcidis, ossibus purulente limosis plurimum confert.

PŪRŪLENTĬA, æ, f. 1. τὸ πυῶδες, puris collectio, aut copia.

I.) Proprie. *Hieronym.* 1. in *Isaj.* 1. 6. Linteola, quæ ad exsiccandam saniem et purulentias extrahendas injiciuntur vulneribus.

II.) Translate. *Tertull. Pall.* 5. *extr.* Haud facile has purulentias civitatis quis eliciet et exvaporabit.

PŪRŪLENTUS, a, um, adject. *marcio, pieno di marcia,* πυώδης, pure sive sanie plenus. *Cato R. R.* 157. *ante med.* Cancer albus purulentus est. *Cels.* 2. 8. *a med.* Sputum mixtum purulentum. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 11. 13. (28). Stœbe decocta in vino præcipue auribus purulentis medetur. *Id.* 27. *ibid.* 12. 105. (130). Purulentæ excreationes. Adde *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 2.; et *Marcell. Empir. c.* 30. *p.* 131. ed. *Ald.* — Hinc *purulenta* absolute, substantivorum more. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 2. 5. (10). Purulenta exspuentibus auxiliatur. *et ibid.* 4. 13. (26). Purulenta præcordiorum.

PŪRUS, a, um, adject. Comp. *Purior* I. et II. 2.; Sup. *Purissimus* I. et II. 1. — Purus dicitur et est qui nihil sordidum, aut alienum admixtum habet, mundus, integer, liquidus, καθαρός, ἀμιγής (It. *netto, mondo, puro, schietto, pretto*; Fr. *sans tache, sans souillure, sans mélange, pur*; Hisp. *puro, libre y exento de toda mezcla, acendrado*; Germ. *rein, d. h. ohne irgend eine andere befleckende, fremdartige Beimischung*; Angl. *pure, clean, fine, neat, clear*).

I.) Proprie. *Cic. Cæcin.* 27. 78. Ut quidquid inde haurias, purum liquidumque te haurire sentias. *Tibull.* 2. 1. 14. Et manibus puris sumite fontis aquam. *Id.* 1. 1. 30. Pura fictilia. *Propert.* 3. 1. 3. purus fons. *Ovid.* 2. *Met.* 856. Cornua magis pura perlucida gemma. *Id.* 15 *ibid.* 243. aere purior ignis. *Virg.* 4. *Æn.* 163. purissima mella. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 29. 69. (282). Purus atque mitis aer. *Id.* 10. *ibid.* 54.

75. (151). Purus et unius modi perlucet color. *Martial.* 4. 22. Purum vitrum. *trasparente.* et *Plaut. Truc.* 2. 7. 6. Puræ ædes. *h. e.* sine sordibus. *Propert.* 2. 20. 56. Purus et Orion, purus et Hædus erit. *h. e.* ab omni nube, aut tenebris liber. *Tibull.* 4. 1. 10. Purum cælum. *h. e.* serenum. Sic *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 2. Nondum pura dies. *non ben chiaro.* et *Horat.* 3. *Od.* 29. 45. Sol purus. *Id.* 1. *ibid.* 34. 7. absolute *purum* pro aere puro et sereno dixit. Sic *Virg.* 2. *G.* 364. palmes laxis per purum immissus habenis. *Stat.* 11. *Theb.* 450. puræque nefandi Sanguinis, obliquis ceciderunt ictibus hastæ. *h. e.* nullo imbutæ fraterno sanguine. *Tibull.* 1. 11. 27., et *Virg.* 12. *Æn.* 169. Pura vestis. *h. e.* non obsita, neque funesta, (ut ait *Servius* hic, et *Festus p.* 249. 9. *Müll.*) neque fulgurita, neque maculam habens: qualis erat sacra facientium. Apud *Festum p.* 250. 20. *Müll.*, purum aurum est quod in usu spurco non fuit. Apud *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 25. (84). *et ibid.* 6. 32. (99). est purgatum, et sine sordibus. — *Purus putus, V.* in PUTUS.

II.) Translate. ¶ 1. De rebus physicis, quæ nihil alienum admixtum habent, quæ sunt meræ, sinceræ. *Lucret.* 1. 506. Esse utramque sibi per se, puramque necesse est. *Tibull.* 2. 2. 7. Illius puro destillent tempora nardo. *h. e.* mero, sincero. *Cic. Senect.* 17. 59. Terra subacta atque pura. *h. e.* a saxis, vepribus herbisque inutilibus vacua. *Colum.* 12. *R. R.* 4. 4. Pura vasa. *h. e.* non picata. *Propert.* 4. 3. 68. hasta pura. *h. e.* sine ferro. Cf. *Vopisc. Prob.* 5. Publice in contione donatus est hastis puris quatuor. *V.* HASTA. *Phædr.* 3. 10. Toga pura. *h. e.* sine purpura prætexta. Sic *Lamprid. Alex. Sev.* 40. Boni linteaminis appetitor fuit, et quidem puri, dicens: Si lineæ idcirco sunt ut nihil asperum habeant, quid opus est purpura in linea? *Vopisc. Prob.* 5. Vexilla pura. *h. e.* sine argento et auro. Apud *Juvenal.* 9. 141.; et *Plin.* 3. *Ep.* 1. purum argentum est non cælatum, *schietto, liscio.* Sic *Vitruv.* 7. 3. Coronarum aliæ sunt puræ, aliæ cælatæ. *et Paul. Dig.* 6. 1. 6. Utrum lana pura, an cælata sit. Sic apud *Cic.* 6. *Verr.* 22. 49. *et* 23. 52. argentum purum est sine emblematis, aut crustis. *Seneca Hippol.* 648. Puræ genæ. *h. e.* imberbes. *Liv.* 21. 14. Purus ac patens campus. *h. e.* purus ab arboribus, spectabilis undique campus, ut ait *Ovid.* 3. *Met.* 709. Sic *Liv.* 1. 44. *ad fin. de pomœrio.* Ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, et extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. *et Auct. B. Afr.* 19. *in fin.* In campis planissimis purissimisque. *Varro* 5. *L. L.* 38. *Müll.* Loca in urbe pura, areæ. *h. e.* in quibus nullum est ædificium. *Inscript.* apud *Minervini Lap. Napol. p.* 31. TERRA PVRA MACERIA CLVSA. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 71. Puræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstet. *Scævola Dig.* 13. 7. 43. Locum purum obligavit, et quum eum locum inædificare vellet, etc. *Sil. It.* 13. 370. pura serpentum tellus. *h. e.* serpentibus carens. *Ulp. Dig.* 32. 1. 50. Nec chartæ puræ, libris legatis: nec chartis legatis, libri debebuntur. *h. e.* in quibus nihil est scriptum. — *Tibull.* 1. 5. 11. Purum sulphur. *h. e.* purificans. ¶ 2. Morali ratione, generatim. *Cic. Senect.* 22. 80. Animus omni admixtione corporis liberatus, purus et integer. *Id.* 1. *Tusc.* 20. 46. Ea multo puriora et dilucidiora cernentur, quum etc. *Id. Harusp. resp.* 6. 11. Domus a religionis suspicione vacua atque pura. *Prætor* apud *Ulp. Dig.* 11. 7. 2. Ossa hominis mortui in locum purum illata. *h. e.* ut *Ulpian.* explicat, neque sacrum, neque sanctum, neque religiosum. *Ovid.* 2. *Fast.* 558. Exspectet puros pinea tæda dies. *h. e.* ab omni religione vacuos, cujusmodi non erant atri, aut fasti. *Seneca Med.* 901. Vindicta est levis, quam ferunt puræ manus. *h. e.* quæ non sæviunt nisi in hostes, vel supplicium meritos. Sic *Liv.* 1. 32. Purum piumque duellum. *h. e.* bellum, quod in hostem infertur. *Sueton. Tit.* 9. Pontificatum maximum ideo se professus accipere, ut puras servaret manus, fidem præstitit, nec auctor posthac cujusquam necis, nec conscius. *Lucan.* 7. 486. Vulnera pars optat, pars terræ figere tela, Et puras servare manus. *h. e.* innoxias, nulla cæde imbutas. Sic *Seneca Herc. Œt.* 1561. Purum ferrum. *h. e.* incruentum. *Horat.* 1. *Od.* 22. 1. Integer vitæ, scelerisque purus. *Id.* 1. *Sat.* 6. 64. placui tibi, Non patre præclaro, sed vita et pectore puro. *h. e.* moribus et fide integra. *et ibid.* 69. purus et insons. *Ennius* apud *Gell.* 7. 17. Ea libertas est, qui pectus purum et firmum gestitat. *h. e.* a vitiis liberum. *Cic. Rosc. Com.* 6. 18. Estne quisquam, qui tibi purior, pudentior, humanior, officiosior, liberaliorque esse videatur? *più sincero.* — *Pura familia* apud *Cic.* 2. *Legg.* 22. 57. est, quæ justa defuncto propinquo persolverat, et funestæ opponitur, quæ funere adhuc polluta est. *V.* FUNESTUS. ¶ 3. Sæpe refertur ad abstinentiam a turpibus voluptatibus (unde *impurus* contrarium), *casto, pudico, onesto. Cic.* 5. *Verr.* 58. 134. Qui non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram conservare potuisset. *Plin.* 4. *Ep.* 11. Fœdum contactum a casto puroque corpore rejecit. *Propert.* 4. 5. 34. Fac simules puros Isidis esse dies. (*V.* PURE). *Tibull.* 1. 3. 26. puro secubuisse toro. Adde *Plaut. Asin.* 4. 1. 62. et *Pœn.* 1. 2. 137.; et *Martial.* 6. 66., 9. 64., 11. 62. et 14. 69. Huc pertinet illud *Festi p.* 253. 4. *Müll.* Purimenstrio esse dicuntur, qui sacrorum causa toto mense in cærimoniis sunt, idest puri sint certis diebus carendo. ¶ 4. Item ad orationem. *Cic. Orat.* 16. 53. Elaborant alii in lenitate et æquabilitate, et puro quasi quodam et candido genere dicendi. *naturale, semplice, schietto,* sine ornatu, res aperte, dilucide et Latine dicendo, propriis verbis, usitatis, non translatis. *Quintil.* 1. 11. 6. Nec, quod minime sermoni puro conveniat, simplicem vocis naturam pleniore quodam sono circumlinire. *Cic. Brut.* 75. 262. Nihil est in historia, pura et illustri brevitate dulcius. *Plin.* 7. *Ep.* 9. Pressus sermo purusque ex epistolis petitur. Adde *Cic.* 4. *Herenn.* 8. 11. ¶ 5. Apud JCtos *pura* sunt, quæ simpliciter et absolute fiunt, nulla exceptione, aut conditione adjecta. *Cic.* 2. *Invent.* 20. 60. Hic is, qui agit, judicium purum postulat: ille, quicum agitur, exceptionem addi ait oportere. *Justinian.* 3. *Institut. tit.* 15. Omnis stipulatio aut pure, aut in diem, aut sub conditione fit. *Paul. Dig.* 35. 2. 45. In lege Falcidia non habetur pro puro, quod in diem relictum est. *Scævola ibid.* 40. 4. 59. Puram et directam libertatem domini sui testamento Stichus acceperat. Adde *Ulp. ibid.* 46. 3. 5.

PŪS, pūris, n. 3. De quantitate casus recti hæc *Capell.* 3. *p.* 66. *Us* finitus brevis est, ut *doctus*; sed longus fit, si genitivus syllaba creverit, et ante ultimam I aut V productam habuerit, ut *virtus,* et in uno inflexibili, ut *pus.* — Ceterum *pus* est humor in corpore corruptus ex vulnere, aut ulcere, πύον (It. *marcia*; Fr. *pus, humeur blanche et molle*; Hisp. *pus, materia corrupta*; Germ. *d. weisse, zähe Eiter*; Angl. *the corrupta matter of any sore, matter, corruption, pus*).

I.) Proprie. *Cels.* 5. 26. *n.* 20. Sanguis omnibus notus: sanies est tenuior hoc, varie crassa et glutinosa et colorata: pus crassissimum, albidissimumque glutinosius et sanguine et sanie. Exit autem sanguis ex vulnere recenti, aut jam sanescente: sanies est inter utrumque tempus: pus ex ulcere jam ad sanitatem spectante. *V.* ibi alia huc pertinentia. *Id. ibid.* 28. *n.* 8. Expresso pure, nulla ultra curatio necessaria est. *et ibid.* 3. Pus concoquere et movere. *et ibid.* 18. *n.* 7. maturare. — In plurali num. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 16. 92. (145). Pura exscreantes. *Id.* 35. *ibid.* 6. 21. (38). Eretria utilis ad deprehendenda pura.

II.) Translate dicitur de homine improbo, odioso, et quasi puris pleno. *Horat.* 1. *Sat.* 7. 1. Proscripti Regis Rupili pus atque venenum Hybrida quo pacto sit Persius ultus, etc. Eadem ratione Augustus filias suas, vomicas appellabat, et carcinomata, apud *Sueton. Aug.* 65. *extr.* Quin a *Lucil.* apud *Non. p.* 2. 31. *Merc.* odiosus homo appellatur febris, senium, vomitus, pus.

PŪSA, æ, f. 1. puella, apud veteres. *Papinius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 28. *Müll.* Ridiculum est, quum te Cascam tua dicit amica, Casea Philotonis, ipsa senex puerum (*Müllerus* vero leg. Fili Potoni, sesquisenex puerum). Dic tu illam pusam: sic fiet mutua muli.

PŪSILLĂNĪMIS, e, *et* pusillanimus, a, um, adject. *pusillanimo,* μικρόθυμος, qui est pusilli animi. *Tertull. Fuga in persecut.* 9. Pusillanimes consolari. *Sidon.* 7. *Ep.* 17. *sub fin.* Spernere aliquem tamquam imperitum, vel pusillanimem. Adde *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 20. — Alteram formam exhibet *Vulgat. interpr. Isai.* 35. 4. Dicite pusillanimis: Confortamini.

PŪSILLĂNĪMĬTAS, ātis, f. 3. *pusillanimità,* μικροψυχία, animi abjectio. *Lactant. Ira D.* 5. *sub init.* Favorabilis admodum ac popularis oratio, non cadere in Deum hanc animi pusillanimitatem.

PŪSILLĪTAS, ātis. f. 3. parvitas animi. *Tertull. advers. Hermog.* 14. Quæcumque potestas ei, quam pusillitas, competit. *Lactant. Opif. D.* 1. *a med.* Quantum pusillitas intelligentiæ meæ pervidet. Adde *Hieronym. Ep.* 152.

PŪSILLŬLUS, a, um, adject. deminut. pusilli. *Varro* apud *Non. p.* 214. 25. *Merc.* Pueri pusilluli, nigri. *Id. Non. p.* 133. 18. hunc eumdem locum recitans, habet *pusilli.*

PŪSILLUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. I. ad fin.

PŪSILLUS, a, um, adject. deminut. pusi, perparvus, exiguus, τυτθός, μικρός, *picciolino, pochettino.*

I.) Proprie. *Cato R. R.* 157. Pueri pusilli. *Cic.* 4. *Verr.* 75. 185. Pusilli et contempti libelli. *Petron. Satyr.* 29. Pyxis aurea non pusilla. *Plaut. Truc.* 4. 4. 15. Mus pusillus. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 103. (162). Herba pusillis foliis. *Cic.* 6. *Att.* 1. *a med.* Pusilla epistola. *et* 5. *ibid.* 2. Habuimus in Cumano pusillam Romam: tanta erat in his locis multitudo. *et* 12. *ibid.* 27. Villula sordida, et valde pusilla. *Id.* 2. *Orat.* 60. 245. Pusillus testis processit. *Martial.* 3. 47. Hercules pusillus. *V.* PUERINUS. *Juvenal.* 15. 70. Terra malos homines nunc educat atque pusillos. *Quintil.* 11. 3. 32. Pusilla vox. *Colum.* 5. *R. R.* 11. 7. arbor. *Juvenal.* 14. 29. Pusillæ ceræ. *h. e.* brevis epistola. — Brevis dies dicitur, non pusillus. Brevis enim in natura, pusillus in corpore rerum animalium, ut ramus in silva, alvus in corpore. *Charis.* 1. *p.* 69. *Putsch.* — Hinc *Pusillum, i,* absolute, substantivorum more. *Trebon.* ad *Cic.* 12. *Fam.* 16. *a med.* Nactus pusillum lamenti. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 5. 21. (38). Aphaca pusillo altior lenticula est. *Quintil.* 7. 6. 28. Pusillum a veritate discedere. — Adverbium est in illo *Caton. R. R.* 90. Primum pusillum, postea magis depses (*far*) etc. *pochettino.*

II.) Translate. *Cic.* 2. *Fam.* 17. *sub fin.* Illud vero pusilli animi, et ipsa malevolentia jejuni atque inanis, quod etc. *vile, basso, debole.* Simile est illud *Martial.* 3. 62. Hæc animo magno credis te, Quincte, parare? Falleris: hæc animus, Quincte, pusillus emit. *h. e.* qui res nihili valde suspicit, et liberalitatem, quæ virtus est splendida, interim negligit. Alio sensu *Horat.* 1. *Sat.* 4. 17. Di bene fecerunt, inopis me quodque pusilli Finxerunt animi, raro et perpauca loquentem. *h. e.* minime audentis. *Ovid. Rem. am.* 730. infirmis causa pusilla nocet. *h. e.* vel levissima. *Juvenal.* 10. 121. nec unquam Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli. *h. e.* qui exiguo ingenio et fama sit. *Martial.* 9. 51. Pusillum ingenium. *Id.* 4. 43. Quod dixi tamen, hoc leve et pusillum est. *è cosa di pochissima importanza.*

PŪSIO, ōnis, m. 3. (pusus) parvus puer, *fanciulletto,* παιδάριον. *Cic.* 1. *Tusc.* 24. 57. In illo (*Platonis*) libro pusionem quemdam Socrates interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati. Ad ea sic ille respondet, ut puer. *Hieronym. Ep.* 54. *n.* 4. An vereris, ne proles Furiana deficiat et ex te parens tuus non habeat pusionem, qui reptet in pectore? *Prudent.* 11. *Cathemer.* 13. Emerge dulcis pusio, Quem matris edit castitas. — Interdum vero impudicum quid

sapit apud *Cic. Cœl.* 15. 36.; *Juvenal.* 6. 34.; *Apul.* 9. *Met.*; et *Arnob.* 5. 31. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

PŪSĬŎLA, æ, f. 1. deminut. pusæ, parva puella. *Prudent.* 3. περὶ στεφ. 19. Ipsa crepundia repulerat Ludere nescia pusiola.

PUSTELLA *et*

PUSTILLA, æ, f. 1. deminut. idem ac pustula. *Plin. Valerian.* 3. 40. Trociscus ad pustellas volaticas. Adde *eumd.* 4. 10. Et *Id.* 3. 31. Porcinum fel siccabis in fumo, et exinde tantam partem præcides, quantum spatii ipsa pustilla tenet in capite. *et* 3. 36. Oleum addito sale pustillas reprimit.

PUSTŬLA, æ, f. 1. ¶ 1. In re medica est papula, pusula, tuberculum in summa cute: qualia sunt quæ urticarum, aut ignis contactu, aut frigore, aut medicamentis, aut sanguine effervescente excitantur: a *pus,* quia pus continet: quamquam et de iis dicitur, quæ pure carent, φλύκταινα, πέμφιξ, ἐξάνθημα (It. *bollicola, cosso, enfiatello, bolla, pustola*; Fr. *pustule, vésicule, ampoule sur la peau, cloche*; Hisp. *pústula, vexigula, ampolla, bolsica;* Germ. *Blatter, Pustel*; Angl. *a blister, blain, push, pimple, pustule*). *Cels.* 5. 28. *n.* 15. varia earum genera recenset, et rationem curandi tradit. *Id. ibid.* Pustulæ lividæ sunt, aut pallidæ, aut nigræ, aut aliter naturali colore mutato: subestque illis humor. Ubi hæ ruptæ sunt, infra quasi exulcerata caro apparet. *Id. ibid.* Ex pustulis nonnunquam etiam ulcuscula fiunt, aut aridiora, aut humidiora: et modo tantum cum prurigine, modo etiam cum inflammatione ac dolore: exitque pus, aut sanies, aut utrumque. Maxime id evenit in ætate puerili, raro in medio corpore, sæpe in continentibus partibus. *Seneca Ep.* 72. *circa med.* Pustularum eruptiones, et ulcuscula. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 22. 87. (238). Sinapi illitum caustica vi pustulas facit. *et ibid.* 13. 51. (141). Pustulas epinyctidas curant. *Sillig.* in omnibus *Plinii* loc. hic et infra allatis *pusula* leg. *Tibull.* 2. 3. 9. Nec quererer, quod sol graciles exureret artus, Læderet aut teneras pustula rupta manus. *Martial.* 11. 98. Non ulcus acre, pustulæve lucentes. *h. e.* rubentes, igneæ. ¶ 2. A similitudine dicitur de bullis in aliis rebus. *Vitruv.* 7. 2. Calx non penitus macerata, quum fuerit inducta, pustulas emittit. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 18. 76. (203). Sinceri opii experimentum est in aqua, quoniam in nubecula innatat; fictum in pustulas coit. *Id.* 37. *ibid.* 7. 26. (98). Carbunculi facticii deprehenduntur, pustulis argenti more lucentibus. *Martial.* 8. 51. Et niveum felix pustula vincit ebur. *h. e.* argentum probe excoctum: vel emblema, tamquam pustula illi affixa.

PUSTŬLĀTĬO, ōnis, f. 3. pustularum emissio, vel copia. *Cœl. Aurel.* 3. *Acut.* 16. Cucurbitas affigit usque ad partium pustulationem. *Id.* 5. *Tard.* 1. *a med.* Pustulationem locorum facere.

PUSTŬLĀTUS, a, um, adject. φλυκταινωτός, pustulis plenus. *V.* PUSULATUS.

PUSTŬLESCO, is, ere, n. inchoat. 3. pustulosus fio. *Cœl. Aurel.* 5. *Acut.* 1. *a med.* Quo superficies cutis pustulescat.

PUSTŬLO, as, āvi, ātum, are, 1. Part. *Pustulatus V.* in PUSULĀTUS. — Pustulare est pustulas facere; et usurpatur — *a*) Active. *Cœl. Aurel.* 5. *Tard.* 1. *a med.* Ne vicinantia usta pustulentur. *Id.* 2. *ibid.* 4. Prætegenda vicina sunt, lana præmissa, ne facile pustulentur. *et* 5. *ibid.* 1. *n.* 18. Humectati pulviculi cutis superficiem pustulabunt. — *b*) Neutrorum more. *Tertull. Habit. mul.* 6. Si concha aliquid intrinsecus pustulat, vitium ejus magis debet esse, quam gloria: et licet margaritum vocetur, non aliud tamen intelligendum, quam conchæ illius aliqua dura et rotunda verruca.

PUSTŬLŌSUS, a, um, adject. idem ac pustulatus. *Cels.* 5. 26. *n.* 31. Ulcus in locum pustulosum serpit.

PŪSŬLA, æ, f. 1. fortasse a φυσαλή, quod a φυσάω *inflo,* vel a *pus,* est idem quod pustula. I.) Proprie. ¶ 1. In re medica. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 6. 21. (44). Pusulæ liventes. *Id.* 21. *ibid.* 15. 55. (92). Pruritus et pusulæ confestim adusto similes exsistunt. *Martial.* 14. 167. Fervida ne trito tibi pollice pusula surgat, Exornent docilem garrula plectra lyram. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 109. (173). Ranunculus pusulas, ut ignis, facit. *Id.* 27. *ibid.* 9. 54. (77). Pusulas excitare. *et* 35. *ibid.* 17. 57. (195). cohibere. *et* 31. *ibid.* 9. 45. (103). reprimere. *V.* et PUSTULA 1. et 2. ¶ 2. A similitudine *Paul. Diac. p.* 99. 16. *Müll.* Pusula, quæ in coquendo pane solet assurgere. Est ea, quam Itali *bolla* vocant.

II.) Translate, sacer ignis, seu erysipelas hoc nomine appellatur a pastoribus, teste *Colum.* 7. *R. R.* 5. 16.

PŪSŪLĀTUS, a, um, adject. pusulis plenus, pustulatus. Argentum pusulatum, quomodo legitur in *Pandectis Florentinis,* sive pustulatum, prout legitur apud *Sueton.*, est argentum purgatissimum et excoctissimum: ita dictum a pusulis, seu pustulis, quas ex coctura argentum accipit, et asperior tactu fit, vel quas cælatura ipsa et recens impressio excitavit. *Sueton. Ner.* 44. Exegitque ingenti fastidio et acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum ad obrussam. *Martial.* 7. 86. nulla venit a me Argenti tibi libra pustulati. In quibusdam *Suetonii* codicibus pro *pustulatum* legitur *postulatum* per o uti et apud *Martialem.* Itaque et nonnulli a *postulando* deducunt, eo advocantes illud *Juvenal.* 7. 243. Accipe, victori populus quod postulat aurum. Sed omnino est a *pustulis*: eoque per u scribendum. Quamquam, etsi per o scribitur, eadem futura notio est. Nam veteres in multis o et u promiscue usurpabant. *Alfen. Dig.* 19. 2. 31. Veluti quum argentum pusulatum fabro daretur, ut vasa fierent, aut aurum, ut anuli. Hæc fere omnia *Voss.* in *Etymol.*: *Haloander* habet *pustulatum,* at *Torrentin. pusulatum.*

PŪSŪLŌSUS, a, um, adject. φλυκταινώδης, qui pusulis laborat, pustulosus. *Colum.* 7. *R. R.* 5. 17. Vivam pecudem, quæ fuerit pusulosa, resupinam obruamus, etc.

PŪSUS, i, m. 2. parvus puer, pusio, idem ac potus. *Papinius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 28. *Müll.* Nam vere pusus tu; tua amica senex.

PŬTĂ, secunda persona n. sing. præs. Imperat. verbi *puto, V.* in PUTO. — De Puta dea, quæ putationi præerat, *V.* in ONOM.

PŬTA pro puella, *V.* in PUTILLUS.

PUTAGŌNON, i, n. 2. idem ac heliotropium. *Apul. Herb.* 49.

PŪTĀMEN, ĭnis, n. 3. *scorza, guscio, mallo,* λέπισμα, κέλυφος, rei cujuslibet purgamentum. *Non. p.* 157. 28. *Merc.* Putamina non solum arborum sunt, verum omnium rerum purgamenta. Nam quicquid ex quacumque re projicitur, putamen appellatur. *Cic.* 5. *Tusc.* 20. 58. Instituitque, ut candentibus juglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. *Varro* 1. *R. R.* 7. 3. Nucum putamina. *Plaut. Capt.* 3. 4. 122. Nucleum amisi: reliquit pigneri putamina. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (240). Putamen fabæ, vel ervi. *Id.* 22. *ibid.* 25. 70. (143). mali Punici. *Id.* 30. *ibid.* 7. 19. (55). cochleæ. *Id.* 9. *ibid.* 11. 13. (39). testudinum. Adde *Petron. Satyr.* 135. — Speciatim et sæpius de ovis. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 3. 11. (43). et 30. *ibid.* 7. 19. (55). Putamina ovi. Et absolute *Colum.* 8. *R. R.* 5. 14. Animadvertat, an pulli rostellis ova pertud rint, et auscultetur, si piplant. Nam sæpe propter crassitudinem putaminum erumpere non queunt.

PŪTĀTĬO, ōnis, f. 3. putandi actio.

I.) Proprie est resectio inutilium ramorum, *putagione, potamento,* κλάσις, κλάδευσις. *Varro* 1. *R. R.* 6. 5. Putatio arborum. *Cic.* 1. *Orat.* 58. 249. Ut quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, omnino nesciat. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 20. 32. (142). Salices trimæ pedibus binis a terra putatione coercentur. Adde *Plin. alter* 10. *Ep.* 24.; et *Colum.* 4. *R. R.* 9. 1. *et* 10. 1.; et *Pallad.* 12. *R. R.* 4. — In plur. num. *Arnob.* 4. 7. Putationibus arborum Puta præsto est.

II.) Translate. ¶ 1. Est computatio, *conto, computo. Macrob.* 1. *Saturn.* 13. Unus mensis pari numero institutus universam putationem imparem facit. ¶ 2. Item existimatio, *stima. Paul. Dig.* 47. 10. 18. *a med.* Quum aliquis filiumfamilias patremfamilias putat, non potest videri injuriam patri facere, quia transferri personæ putatio non potest.

PŪTĀTĪVĒ, adverb. putando, opinando. *Hieronym. advers. Johann. Hierosol. n.* 24. Audit vulgus indoctum mortuos et sepultos; audit resurrectionem mortuorum, veritate et non putative; audit etc. Adde *eumd. Ep.* 61. Et *Cassiod.* 1. *Hist. Eccl.* 14. *a med.* Dominus noster Iesus Christus carne vera indutus, et non putative, ex Dei genitrice Maria.

PŪTĀTĪVUS, a, um, adject. *immaginario, finto, apparente,* qui id esse putatur, quod non est. *Tertull.* 3. *advers. Marcion.* 8. Putativus habitus, putativus actus, imaginarius operator. Adde *eumd. Car. Chr.* 1.

PŪTĀTOR, ōris, m. 3. *potatore,* κλαδευστήρ, κλάστης, qui vitium aliarumve arborum inutiles ramos amputat. *Varro* 6. *L. L.* 63. *Müll.* Antiqui purum, putum appellarunt. Ideo putator, quod arbores puras facit. *Plin.* 27. *Hist. nat.* 8. 45. (69). Putator ex arbore alta prolapsus. *Ovid.* 14. *Met.* 649. Falce data frondator erat, vitisque putator. *Colum.* 10. *R. R.* 228. Quæ (*carmina*) canat inter opus musa modulante putator Pendulus arbustis. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 24. 21.; *Pallad.* 1. *R. R.* 6.; et *Martial.* 3. 68.

PŪTĀTŌRĬUS, a, um, adject. ad putatorem pertinens, ut Putatoria falx, *Pallad.* 1. *R. R.* 43.

PŪTĀTUS, a, um. *V.* PUTO.

PŪTĒAL, ālis, n. 3. *Puteale* pro *puteal* legitur in *Inscript.* apud *Orell.* 4517. Puteal, περιστόμιον φρέατος, ut est in *Gloss. Philox.*, et περίβολον φρέατος, ut est in *Inscript. Gr.* apud *Letronne, Recueil. T.* 1. *p.* 99. (It. *bocca di pozzo*; Fr. *clôture d'un puits, margelle*; Hisp. *clausura, y lo que sirve á cerrar un pozo;* Germ. *steinern Brunneneinfassung;* Angl. *the cover of a well or pit*).

I.) Proprie, ut est in *Gloss. Philox.*, significat sæptum marmoreum, plerumque rotundum, et puteo circumdatum, ne incautius accedentes in præceps ruant. Puteal hujusmodi videre est in *Mus. Bononiens.* cum hac *Inscript.* APOLLINI GENIOQVE AVGVSTI CAESARIS L. APVSVLENVS L. L. EROS MAGISTER PVTEVM PVTEAL LAVRVS SACRVM D. P. S. *Cic.* 1. *Att.* 10. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere, et putealia sigillata duo. *h. e.* parvis sigillis seu imaginibus exornata. *V.* PUTEUS.

II.) Translate. Quia vero ejusdem erat formæ, ita appellatum etiam fuit sæptum loco sacro circumjectum, ne humus consecrata irreligiosis prætereuntium pedibus conculcaretur. Hinc *Puteal Libonis,* locus erat in foro Romano, ad arcum seu fornicem Fabianum, ubi feneratores conveniebant, et usuræ exercebantur. Dictum est *puteal,* quia eo loco olim sacellum fuisset, idque fulgure tactum conflagrasset; ignoraretur autem, ubinam fuisset fulgur conditum, puteal ibi Scribonius Libo imposuit, cui a senatu negotium datum fuerat, ut sacella attacta conquireret, justisque cerimoniis procuraret. Ita colligitur ex *fragm. Festi,* post *Sceleratus.* Ejus figuram præfert nummus apud *Morell. Fam. R.*; et de eodem agitur in *Annali dell' Istituto archeol.* a. 1846. *p.* 244.-252. Itaque quum ad illud puteal congregari solerent, qui pecunias vel occupabant, vel sub usuris sumebant, pro negotiis feneratoriis usurpari cœptum est. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 8. forum, putealque Libonis Mandabo siccis. *Id.* 2. *Sat.* 6. 35. Roscius orabat, sibi adesses ad puteal cras. *Cic. Sext.* 8. 18. Puteali ac feneratorum gregibus infestatus atque perculsus. *Ovid. Remed. am.* 561. Qui puteal, Janumque timet, celeresque calendas. *Pers.* 4. 49. Si puteal multa cautus vibice flagellas. *h. e.* urges et persequeris obæratos tuos, ut solvant, vel quæris, quibus credas pecuniam, et per multa aliorum detrimenta rem tuam augere studes. *V.* SCRIBONIANUS. — Erat et puteal in comitio, sub quo defossa Attii Navii novacula, quæ cotem discidit temporibus regis Tarquinii Prisci,

non longe ab ejusdem Navii statua, quæ erat in gradibus ipsis, ad lævam curiæ, prope Ruminalem ficum. *Cic.* 1. *Divinat.* 17. 33. Cotem autem illam et novaculam defossam in comitio, supraque impositum puteal accepimus. — Non desunt qui putant, ex *Dionys. Halic.* *l.* 3. *p.* 204., puteal hoc Atii idem esse cum illo Libonis. Contra multis disputat *Salmas.* in *Solin.* *p.* 1139.

PŪTĒĀLIS, e, *et*

PŪTĒĀNUS, a, um, adject. *di pozzo*, φρεατίας, ad puteum pertinens. *Ovid.* *Ib.* 391. Ut quos dux Pœnus mersit putealibus undis. *Lucret.* 6. 1172. puteales lymphæ. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 8. Locus, qui, si non sit fluens aqua, fonte puteali possit irrigari. *Ammian.* 21. 12. Putealis aqua. *Id.* 22. 16. limus. *Juvenc.* 2. 259. *de Jesu ad puteum cum muliere Samaritana.* putealia pocula poscat. — *Colum.* 12. *R. R.* 26. 1.; et *Plin.* 14. *Hist. nat.* 9. 11. (81). Puteana aqua.

PŪTĒĀRĬUS, ii, m. 2. φρεατώρυχος, qui puteos fodit. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 28. (49). Depressis puteis sulphurata, vel aluminosa occurrentia putearios necant.

PŪTĒFACTUS, a, um. *V.* PUTREFACIO.

PŪTĔO, es, ere, n. 2. Part. *Putens.* — Putere, a πύθω *putrefacio*, est fœtere, mali odoris esse, μυδάω (It. *puzzare, putire*; Fr. *puer, sentir mauvais*; Hisp. *heder, oler mal*; Germ. *stinken*; Angl. *to have a very ill smell, stink, be nauseous*). ¶ 1. Stricto sensu. *Pers.* 3. 73. quod multa fidelia putet in locuplete penu. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 11. Putere mero. *Id.* 2. *Sat.* 2. 42. Putet aper; rhombusque recens. *Cic. fragm.* apud *Non.* *p.* 545. 16. *Merc.* Quibus etiam alabaster unguenti putere videatur. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 11. Nocturno certare mero, putere diurno. *Id.* 2. *Sat.* 4. 65. miscere mero muriaque decebit Non alia, quam qua Byzantia putuit orca. Ita *Bentlej.*, *Cruq.*, *Torrent.*, alii *putruit*. *Scribon. Compos.* 186. Illoti pisces, aut etiam putentes. ¶ 2. Latiori sensu est putredine, vel carie exedi. *Plaut.* *Most.* 1. 2. 67. Hæc tigna humide putent. *Alii leg.* putrent.

PŪTER. *V.* PUTRIS.

PŪTESCO *et* putisco, is, ere, n. inchoat. 3. *puzzare, putrefarsi*, putens fio, putresco, corrumpor. In vet. lib. legitur et *putisco*. *Cic.* 5. *Fin.* 13. 38. *et* 2. *Nat. D.* 64. 160. Animam illi pecudi datam pro sale, ne putisceret. Ita legit præter alios *Non.* *p.* 161. 21. *Merc.*, alii *putresceret* utrobique. *Cato R. R.* 3. Si in terra olea nimium diu erit, putescet, oleum fœtidum fiet. *Varro* 1. *R. R.* 34. 1. Putescere semina solent. *Alii leg.* putrescere. *Cels.* 2. 30. Aqua dura, id est ea, quæ tarde putescit. *Alii leg.* putrescit. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 193. Cur Ajax heros ab Achille secundus Putescit, toties servatis clarus Achivis? *Alii leg.* putrescit. *Arnob.* 7. 17. Et quid hoc eb illo differt, quum et ipsa si nondum, mox tamen futura sunt stercora, et exigui temporis contracta interjectione putescant? *V.* et PUTRESCO.

PŪTĔUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. init.

PŪTĔUS, i, m. 2. *Puteum* n. gen. *Varro* apud *Non.* *p.* 217. 4. *Merc.* Ut sunt lacus et stagna, et putea, et maria. Addunt *Ulp. Dig.* 19. 1. 17. § 8., ubi pro *putea* alii leg. *putealia*. — Ratione habita etymi, *Varro* 5. *L. L.* 25. *Müll.* Unde sumi pote puteus, nisi potius quod Æolis dicebant, ut πύταμον τὸν ποταμόν, sic πύτεον a potu, non ut nunc φρέαρ. Et 6. *ibid.* 84. Ab eadem lingua quod πότον potio, unde poculum, potatio, repotia. Indidem puteus, quod sic Græcum antiquum, non ut nunc φρέαρ dictum. Cf. *eumd. Varron.* apud *Gell.* 1. 18. Secundum recentiores *puteus* est a *putus*, ut *alveus* ab *alvus*, quasi puræ aquæ fons. — Puteus est locus, qui perpetuas habet aquas ex terræ venis manantes, non tamen fontium more foras erumpentes. Differt a cisterna, quæ aquam pluviam collectam servat. φρέαρ (It. *pozzo*; Fr. *puits, source*; Hisp. *pozo*; Germ. *d. gegrabene Brunne, Born*; Angl. *a well or pit*).

I.) Proprie. — *a*) Universim. *Cic.* 2. *Nat. D.* 9. 25. Ex puteis jugibus aquam calidam trahi. *Id.* 1. *Divinat.* 50. 112. Quum vidisset haustam aquam de jugi puteo, terræ motum dixit instare. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 15. Collectosne bibant imbres, puteosne perennes. *Id.* 2. *ibid.* 2. 135. puteum vitare patentem. *Cic. Prov. cons.* 3. 6. Nobilissimas virgines se in puteos abjecisse. *Plin.* 5. *Ep.* 6. *circa med.* Si natare latius, aut tepidius velis, in area piscina est: in proximo puteus, ex quo possis rursus adstringi, si pœniteat teporis. *Id.* 2. *Ep.* 17. *ad fin.* Hæc amœnitas deficitur aqua salienti: sed puteos, ac potius fontes habet; sunt enim in summo. *Juvenal.* 3. 226. Hortulus hic, puteusque brevis, nec reste movendus, In tenues plantas facili diffunditur haustu. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 25. 41. (80). Putei altissimi. *Id.* 37. *ibid.* 9. 43. (127). Crystallum ad libramentum aquæ depressis puteis erui. *Id.* 17. *ibid.* 8. 4. (45). In centenos pedes acti putei. *Id.* 19. *ibid.* 8. 55. (172). Puteorum parietes. *et* 33. *ibid.* 4. 21. (69). latera. *Id.* 7. *ibid.* 56. 57. (195). Puteos invenit Danaus ex Ægypto advectus in Græciam, quæ vocabatur Argos Dipsion. δίψιον, siticulosa. — *b*) Fodiendi, exstruendique putei rationem tradunt *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 28. (47).; *Vitruv.* 8. 7. *ad fin.*; et *Pallad.* 9. *R. R.* 8. *et* 9. — *c*) *Puteos* olim puteali ornatos fuisse, ne prætereuntes, aut aquam haurientes in illos prolaberentur, monet ea *Inscript.*, quæ circa puteal abhinc paucis annis Ostiæ effossum legitur, et edita a *Fea Framm. di fast. cons. n.* 40. HIC PVTEVS FACTVS OMNI SVMPTV MONITV SANCTISSIMAE CEREREIS ET NYMPHARVM HIC PVTEVS FACTVS OMNI SVMPTV C. CAECILI ONESIMI PATRO ET Q. Q. P. P. *corporis* MENSORVM ADIVTORVM ET L. HORTENSI GALLI Q. Q. NAVTICARIORVM ET N. TREBONI EVTYCHETIS Q. Q. II. ACCEPTORVM. DED. X. K. SEPT. LATERANO ET RVFINO (Cos. *h. e.* anno a Chr. n. CLXXXXVII. *V. Inscript.* 7205. apud *Henzen.*, qui vidit et correxit. — *d*) Proverb. est illud *Plauti* de iis, qui nimis sero cogitant, quæ parata ante oportebant: *Most.* 2. 1. 32. Miserum est opus, igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet. — *Conjicere aliquid in puteum*, apud *Petron. fragm. Tragur.* 43. *Burmann.* proverbio dici videtur pro omnino abjicere, projicere, perdere, ut nulli usui amplius esse possit. — *Thales in puteum* apud *Tertull. Anim.* 6. *ad fin.*, quia cælestia contemplans in puteum decidit.

II.) Translate. ¶ 1. Puteus dicitur etiam profunda scrobs. *Virg.* 2. *G.* 230. atteque jubebis In solido puteum demitti. *h. e.* scrobem profundam, ad explorandam terræ naturam. ¶ 2. *Puteus* fuit etiam servandis frugibus aptus. *Varro* 1. *R. R.* 57. 2. Quidam granaria habent sub terris, puteos ut in Hispania citeriore in agro Carthaginiensi et Oscensi. ¶ 3. Puteus in aquæductibus est foramen, quo respirare possit profluens aqua et vis spiritus relaxetur, ne conclusus aer cursum aquæ moretur: *sfiatatoio, sfogatoio* Itali vocant. *Frontin. Aquæd.* 89. Quarum (*aquarum*) splendor nihil aut minimum pluvia inquinatur, si putei exstructi objecti sint. *V. Poleni adnotat.* ad *h. l.* ¶ 4. Videtur fuisse genus supplicii servilis, quo peccantes servi in puteum conjiciebantur: sive fuerit verus puteus, in quo suspensi in aqua detinerentur; sive potius locus putei modo depressus: quique dicitur a *Colum.* 1. *R. R.* 6. 3. vinctis servis subterraneum ergastulum. *Plaut.* *Aulul.* 2. 5. 20. Dicant, coci abstulerunt: comprehendite, vincite, verberate, in puteum condite. *et* 2. 7. 1. Intervisam, quid faciant coqui: quos pol ut ego hodie servem, cura maxima est. Nisi unum hoc faciam, ut in puteo cœnam coquant. Inde coctam sursum subducemus corbulis. ¶ 5. De naturali terræ cavo dixit *Ammian.* 23. 6. 17. In his pagis hiatus quoque conspicitur terræ, unde halitus letalis exsurgens quodcumque animal consumit. Quæ lues oriens a profundo quodam puteo, quum os ejus excesserit latum, etc.

PŪTĬCŬLI, ōrum, m. plur. 2. cavernæ terræ extra portam Exquilinam, in quibus antiquitus sepeliebantur: a *puteus*, per deminutionem. *Festus* *p.* 216. 6. *Müll.* Ælius Gallus, teste eodem, voluit ita dicta ea loca fuisse, quod ibi homines putiscerent, seu putrescerent. *Varro* 5. *L. L.* 25. *Müll.* utrumque etymon docuit: et *Puticulos*, et *Puticulas* posuit.

PŪTĬDĒ, adverb. Comp. *Putidius.* — Putide translate tantum occurrit, et est *affettatamente, nojosamente, sgraziatamente*, nimis diligenter, moleste, fastidiose, insuaviter. *Seneca Ep.* 75. Putide loqui. *Cic. Brut.* 82. 284. Qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide. *Id.* 3. *Orat.* 11. 41. Nolo exprimi litteras putidius, nolo obscurari negligentius.

PŪTĬDĬUSCŬLUS, a, um, adject. deminut. aliquantum putidus, diligentior, blandior, quam par est. *V. loc. Ciceronis* in IMPUDENTIUSCULUS.

PŪTĬDŬLUS, a, um, adject. deminut. putidi. *Martial.* 4. 20. Dicit se vetulam, quum sit Cærellia pupa: Pupam se dicit Gellia, quum sit anus. *etc.* Altera ridicula est, altera putidula. *h. e.* Cærellia, quæ quum sit pupa, affectat anus videri; atque adeo molestiam et fastidium creat. *Capitolin. Macrin.* 14. Quum hominem putidulum in imperio ferre non possent.

PŪTĬDUS, a, um, adject. (puteo). Comp. *Putidior* II. 1. et 2.; Sup. *Putidissimus* II. 2. — Putidus dicitur et est qui est mali odoris, putens: idem putris, putridus, quia quæ putrescunt, putere solent, δυσώδης, μυδαλέος (It. *puzzolente, putrido, marcio*; Fr. *pourri, puant, infect*; Hisp. *pudrido, pudendo, fetido, hediondo, infecto*; Germ. *faul, stinkend*; Angl. *stinking, of a bad smell, fetid, foul, frousy, rank, filthy, nasty, unsound, rotten, corrupt, putrid*).

I.) Proprie. *Cato R. R.* 157. Putida ulcera. *Cic. Pis.* 9. 19. Putida caro. *Martial.* 3. 50. Putidus aper. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 23. fungus. *Cato R. R.* 37.; et *Plin.* 17. *Hist. nat.* 9. 6. (55). Putidam frondem substernere. *Plaut. Trin.* 2. 4. 125. Vinum, priusquam coactum est, pendet putidum. *h. e.* uvæ ante vindemiam in ipsa vite putrescunt. *Varro* apud *Non.* *p.* 152. 23. *Merc.* Putidæ uvæ. *Cæcilius* et *Cato ibid.* Naves putidæ et sentinosæ. *Afranius ibid.* Et fallaci aspectu paries pictus putidus.

II.) Translate. ¶ 1. *Putidus homo*, ineptus, *affettato, odioso*: quasi puteat. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 44. Tun', homo putide, amator istac fieri ætate audes? *Horat. Epod.* 8. 1. Rogare longo putidam te sæculo, Vires quid enervet meas? Utroque loco respicitur ad ætatem longævam, qua res fere corrumpi solent ac putere. Cf. *Catull.* 43. 11. Mœcha putida, redde codicillos, Redde, putida mœcha, codicillos. Rursus *Horat.* 2. *Sat.* 3. 75. Putidius multo cerebrum est (mihi crede) Perilli Dictantis, quod tu numquam rescribere possis. *h. e.* insanius, et quasi corruptius. ¶ 2. De oratione *putidum* dicitur quidquid offendit aures, ut putor nares, insuave, austerum, rancidum, inquit *Non.* *p.* 450. 19. et *p.* 460. 26. *Merc.*, ut *orator putidus*, qui orationem affectat, nimis diligens, inèptus et anxius, nimisque exquisita stultaque cura dicens, *affettato, pien d'affettazione*, et *oratio putida, sermo putidus*, etc. *Cic. Orat.* 8. 27. Quonam igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, quem etiam Demosthenes exagitetur ut putidus? *scil.* quia diligenter examinabat verborum omnium pondera, ut *Id. paullo sup.* § 26. dicit. *Id.* 3. *Orat.* 13. 51. Quoniam hæc satis spero, vobis quidem certe majoribus, molesta et putida videri. *Id.* 1. *Off.* 37. 133. Sonus (*vocis*) erat dulcis: litteræ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset, aut putidum. *h. e.* quod dicit 3. *Orat.* 11. 41. Nolo exprimi litteras putidius, nolo obscurari negligentius. *et ibid.* 12. 45. non aspere, non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse, et æquabiliter, et leniter loqui. *Id.* 1. *Att.* 14. Vereor, ne putidum sit scribere ad te, quam sim occupatus. *Petron. fragm. Tragur.* 73. *Burmann.* Ac ne sic quidem putidissimam ejus jactationem licuit effugere. Nam nihil melius esse dicebat, quam sine turba lavari.

PŪTILLUS, i, m. 2. *et* Putilla, æ, f. 1. deminut. a *putus*, vox blandientis. *Plaut. Asin.* 3. 3. 104. Dic igitur me tibi anaticulam, columbam, vel catellum, hirundinem, monedulam, putillum, passerculum. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 216. Putam, aut putillam appellat. Alii aliter leg. utroque loco,

et rectius. *Putillum* autem putat *Jos. Scalig.* in *Catalect.* dici a *putus*, et id a πόσθη, pudendum, a quo *præputium*. *V.* POTUS, I. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM

PŪTIS, e, adject. qui malî odoris est, a *puteo*. Usus *Lucret.* 3. 585., si quibusdam libris vulgatis habenda fides. Atque ideo tanta mutatum pute ruina Conciderit corpus. In aliis libris *putre* legitur.

PŪTISCO. *V.* PUTESCO.

PŪTĬTĬUM Plautus dixit pro stulto, *Paul. Diac. p.* 217. 26. *Müll.* Quidam putant *Potitium* legendum esse. Locum autem *Plauti* esse *Bacch.* 1. 2. 15. Stultior es barbaro Potitio, qui etc. *V.* PINARII in ONOM.

PŪTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. *Putaram* syncop. pro *putaveram* habet *Cic. loc. cit.* II. 5. *a.* Sic *putaramus* pro *putaveramus* est apud *eumd.* 9. *Att.* 18. — Part. *Putans* II. 4.; *Putatus* I. 1., 2. et II. 1.; *Putandus* II. 3. — *Puta* et *ut puta*, *V.* in fin. — Putare est purgare, mundare. *Paul. Diac. p.* 108. 20. Imputatum nondum purgatum. Putum enim est purum. *Gell.* 6. 5. Putare veteres dixerunt, vacantia ex quaque re ac non necessaria, aut etiam obstantia et aliena auferre et excidere, et quod esse utile ac sine vitio videretur, relinquere. Sic namque arbores, et vites, et sic etiam rationes putari dictum (It. *purgare, mondare, nettare*; Fr. *nettoyer, éplucher, laver*; Hisp. *limpiar, arrancar, sacar, quitar lo malo de entre lo bueno*; Germ. *putzen, reinigen*; Angl. *to clean*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cato R. R.* 39. Si dolia bene putaveris. *Alii leg.* picaveris. *Titinius* apud *Non. p.* 369. 22. *Merc.* Pensam lanam reddet putatam recte. *Varro* 2. *R. R.* 2. 18. Quo minus lana vel infici recte possit, vel lavari ac putari. *Alii leg.* parari. Cf. *Tibull.* 1. 6. 80. Tractaque de niveo vellere ducta putat. *Paul. Diac. p.* 216. 8. *Müll.* Aurum quoque putatum dici solet, id est expurgatum. ¶ 2. Speciatim *putare* est falsa, superflua, infructifera in arboribus, fructibus et quacumque alia re, a veris et fertilibus purgare et resecare. *Paul. Diac. p.* 108. 20. *Müll.* Putum est purum: unde putare vites dicimus, hoc est detrahere, quæ impedimento sunt ad fructum. *Id. p.* 216. 8. *Müll.* Putatæ vites quæ recisis impedimentis remanent puræ. It. *potare, tagliare*, κλαδεύω. *Cato R. R.* 33. Vineam putatam circumfodito. *Id. ibid.* 32. Vineas arboresque mature face incipias putare. *et ibid.* 44. Putare olivetum. *Virg. G.* 2. 407. Persequitur vitem attondens, fingitque putando. *Colum.* 4. *R. R.* 24. 21. Parcendum vitibus, et ideo anguste putandum. *Pallad.* 1. *R. R.* 6. 4. Arborem latius putare.

II.) Translate. ¶ 1. Putare rationem, *fare, aggiustare, liquidare i conti*. *Varro* 6. *L. L.* 63. *Müll.* Antiqui purum, putum appellarunt: ideo ratio putari dicitur, in qua summa sit pura. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 52. Cedit mites, æs petit; itur; putatur ratio cum argentario. *Cato R. R.* 5. Villicus rationem cum domino crebro putet. *Cic.* 4. *Att.* 11. Rationes putare cum publicanis. *Paul. Diac. p.* 216. 9. *Müll.* Ratio putata, id est pura facta. *conti aggiustati e liquidati*. *Cato R. R.* 14. Sic numerabitur regula: integra quæ non erit, unde quarta pars aberit, duæ pro una: coniciares quæ erunt, pro binis putabuntur. *si conteranno.* — Hinc translate *Plaut. Cas.* 3. 2. 25. Verum altrovorsum quum eam mecum rationem puto, etc. *Ter. Andr.* 1. 1. 2. Dictum puta. *fa conto, che sia detto*: et *Ovid.* 4. *Met.* 476. Facta puta quæcumque jubes. *tieni per fatto quanto comandi.* et *Juvenal.* 5. 7. hoc tamen ipsum Defecisse puta, quod inani sufficit alvo. *fa conto, diamo che* etc. ¶ 2. Frequenter est æstimare, *stimare*. *Cic.* 6. *Verr.* 7. 13. Si denariis quadringentis Cupidinem illum putasset. *Id* 12. *Att.* 21. *ad fin.* Quum unum te pluris, quam omnes illos, putem. *Id. Planc.* 4. 11. Magni putare honores. *Ovid.* 10. *Met.* 618. tantique putat connubia nostra. *Catull.* 23. 25. Parvi putare aliquid. ¶ 3. Hinc latiori sensu est existimare, judicare: et usurpatur — *a*) Cum præpos. *in* et Ablat. *Sall. Cat.* 43. *extr.* Natura ferox, vehemens, manu promptus erat; maximum bonum in celeritate putabat. *Ter. Heaut.* 1. 1. 4. Tamen vel virtus tua me vel vicinitas, Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto, Facit ut etc. *Cic. Pis.* 19. 44. In fortuna quadam est illa mors, non in pœna putanda. *Id. pro leg. Manil.* 13. 37. Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, etc.? — *b*) Cum præpos. *præ. Cic. Rosc. Am.* 46. 135. Videtis, ut omnes despiciat, ut hominem præ se neminem putet. — *c*) Cum præpos. *supra. Cic.* 2. *Nat. D.* 13. 34. Ratio recta constansque, quæ supra hominem putanda Deoque tribuenda. — *d*) Cum præpos. *pro. Cic.* 11. *Phil.* 11. 27. Si ad nos nihil referretur de Dolabella persequendo, tamen ego pro decreto putarem. *et ibid.* 5. 11. Bestia consulatum in Bruti locum se petere profitetur. Quam absurdum autem, qui prætor fieri non potuerit, eum petere consulatum! nisi forte damnationem pro prætura putat. *scil.* is in petitione prætoræ de ambitu accusatus et damnatus fuerat. *Matius*, et *Trebat.* ad *Cic. post Ep.* 15. *l.* 9. *ad Att. in fin.* Hoc pro certo putamus. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 7. 24. Contemnere aliquem, ac pro nihilo putare. — *e*) Cum duplici Accus. *Ter. Adelph.* 1. 2. 19. Qui nisi quod ipse fecit, nil rectum putat. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 167. Sed turpem putat inscite metuitque lituram. *et ibid.* 1. 84. Vel quia turpe putant parere minoribus, et, quæ Imberbes didicere, senes perdenda fateri. Adde *eumd.* 1. *Sat.* 10. 21. et 2. *ibid.* 7. 4. ¶ 4. Est etiam cogitare, attente considerare, *pensare, considerare. Cic. Planc.* 4. 10. In quo primum illud debes putare, comitiis, præsertim ædiliciis, studium esse populi, non judicium. *Ter. Eun.* 4. 2. 4. Dum hæc puto, præterii imprudens villam. *Virg.* 6. *Æn.* 332. Multa putans, sortemque animo miseratus iniquam. — Putare argumentis cum aliquo, est disputare, rem examinare, perquirere. *Plaut. Amph.* 2. 1. 45. Quo id, malum, pacto potest (nam mecum argumentis puta) fieri, nunc uti tu hic sis, et domi? *discorriamola un poco seriamente.* ¶ 5. Sæpe est opinari, existimare, conjicere, *stimare, pensare, aver opinione*, νομίζω, οἶμαι. *Gell.* 6. 5. Verbum ipsum *puto*, quod declarandæ sententiæ causa dicimus, non signat profecto aliud, quam id agere nos in re dubia obscuraque, ut decisis amputatisque falsis opinionibus, quod videatur esse verum et integrum et incorruptum, retineamus. — *a*) Universim. *Ter. Andr.* 5. 5. 1. Aliquis forsan me putet non putare hoc verum. *Id. ibid.* 1. 1. 114. Rectè putas. *Id. Phorm.* 4. 5. 6. Rem ipsam putasti. *hai toccato il punto: hai trovato il vero.* et *Cœlius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 2. In theatrum Hortensius introiit, puto, ut suum gaudium gauderemus. *Cic.* 1. *Off.* 23. 81. Nec committere, ut aliquando dicendum sit, non putaram. οὐκ ἂν ᾠόμην. (Adde *Senec.* 2. *Ira* 31.; et *Val. Max.* 7. 2. *n.* 2.) *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 18. 56. Ut quos numquam putassemus a nobis internosci posse, etc. *Id. Amic.* 2. 6. Atilius, quia prudens esse in jure civili putabatur. *Id.* 6. *Att.* 1. Noli putare, me quicquam maluisse, quam etc. *Cæs.* 2. *B. C.* 31. Illos etiam iniquo loco dimicandum putare. *Cic.* 3. *Orat.* 44. 173. Versus enim veteres nobis esse adhibendos putaverunt. *Id. pro leg. Manil.* 1. 1. Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. *Id.* 1. *Cat.* 7. 17. Quo animo tibi hoc ferendum putas? *Laberius* apud *Non. p.* 208. 19. *Merc.* Utrum tu hunc gruem Balearicum, an hominem putas esse? *Ovid. Remed. am.* 243. Nec satis esse puta discedere: lentus abesto. — *b*) Putes, putares, *crederesti, diresti*, diceres. *Ovid.* 11. *Met.* 113. demptum tenet arbore pomum: Hesperidas donasse putes. *Id.* 5. *Trist.* 10. 5. Stare putes: adeo procedunt tempora tarde. *Id. Heroid.* 11. 85. Vagitus dedit ille miser: sensisse putares. *Petron. Satyr.* 22. *ad fin.* Ut putares hoc convenisse. — *c*) *Puto* sermoni interjicitur, ut *opinor, credo. Propert.* 2. 20. 17. Sed tibi subsidium delphinum currere vidi, Qui, puto, Arioniam vexerat ante lyram. *Martial.* 1. 100. Atque intra, puto, septimas calendas. *Seneca Ep.* 92. Puto, inter me teque convenit, externa corpori acquiri, corpus in honorem animi coli. — Nonnumquam et tunc dicitur, quum res certo ita esse creditur. *Ovid.* 3. *Amor.* 1. 7. Venit odoratos Elegeia nexa capillos: Et, puto, pes illi longior alter erat. *et ibid.* 11. 24. Hac amor, hac odium: sed, puto, vincit amor. — Inservit ironiæ. *Id. ibid.* 7. 2. At, puto, non votis sæpe petita meis. — Et prolepsi. *Id. de nuce* 57. Sed, puto, magna mei est operoso cura colono. Invenias, qui det nil mihi præter humum. *et* 1. *Pont.* 2. 43. At, puto, quum requies medicinaque publica curæ, Somnus adest, solitis nox venit orba malis. Somnia me terrent, etc. Adde *eumd.* 3. *Met.* 266., 11. *ibid.* 425. et 3. *Fast.* 493. — *d*) *Ut puto*, ut mihi videtur. *Sueton. Vesp.* 23. *extr.* Ut puto, deus fio. *Ovid.* 1. *Art. am.* 370. Ut puto, non poteris ipsa referre vicem. — *e*) Ellipsis est in illo *Cic.* 15. *Fam.* 20. Oratorem meum (sic enim inscripsi) Sabino tuo commendavi. Natio me hominis impulit, ut ei recte putarem. *h. e.* recte commendari crederem. — Hinc

Puta, secunda persona n. sing. præsentis imperativi verbi *puto*, qua vulgus utitur adverbialiter, pro scilicet, exempli gratia, etc. *per esempio, verbi grazia.* — *a*) *Puta* interseritur. *Pompon. Dig.* 28. 5. 23. Si ille, puta, consul factus fuerit. Adde *ibid.* 7. 8. 12. et 9. 2. 27.; et *Pers.* allatum sub *c.* — *b*) *Ut puta* frequenter usurpatur. *Cels.* 5. 26. Ut, puta, in fronte. *Colum.* 5. *R. R.* 2. 4. Sin autem cuneatus ager fuerit, ut puta longus pedes centum, etc. *Seneca* 2. *Quæst. nat.* 2. Illa constat aut nexu aut acervatione, ut, puta, funis, frumentum, navis. Adde *Auct. Priap.* allatum sub *c.*; et *Dig.* 18. 1. 9. — *c*) Secundam syllabam corripit, quamvis verbum sit, quia usu in verum adverbium transiit: quod et *Priscian.* 15. *p.* 1007. *Putsch.* et *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 651. observarunt. *Auct. Priap.* 38. Ut Phœbo, puta, filioque Phœbi. *Pers.* 4. 9. Hoc, puta, non justum est, illud male, rectius istud. Ita leg. *Priscian.*, alii *puto*. Corripuerunt etiam *Ennius* et *Pacuvius*, teste *Serv. loc. cit.*

PŪTOR, ōris, m. 3. *puzza, puzzore*, δυσωδία, fœtor, malus odor. *Varro* 5. *L. L.* 25. *Müll.* Puteoli a putore, quod putidus odor ibi sæpe ex sulphure et alumine. *Cato R. R.* 157. Ea omnem putorem adimet. Adde *Lucret.* 6. 1101.; *Stat.* 4. *Silv.* 3. 86.; *Apul.* 4. *Met.*; *Marcell. Empir. c.* 27. *p.* 126. ed. *Ald.*; et *Veget.* 2. *Veterin.* 44. 2. — In plur. num. *Arnob.* 7. 16. Sint illis putores in voluptate. *V. Servii loc. cit.* in ME-PHITIS.

PŪTRĀMEN, inis, n. 3. collectio rerum putrium, putredo. Est *Cypriani* in *lib. de Laps.* 12.

PŪTRĒDO, inis, f. 3. *putredine*, σαπρότης, corruptio, putror. *Ovid.* 1. *Pont.* 1. 69. Estur ut occulta vitiata putredine navis. *Alii rectius leg.* teredine. *Apul.* 9. *Met.* Cervix cariosa vulnerum putredine. *Prudent.* 9. *Cathemer.* 31. Viscerum putredines abluantur. Adde *Veget.* 2. *Veterin.* 44. 2.

PŪTRĒDŪLUS. *V.* PUTRIDULUS.

PŪTRĒFĂCĬO, făcis, fēci, factum, făcere, a. 3. (putris *et* facio). Part. *Putrefactus* et *Putrefaciendus*. — *Putefactus* pro *putrefactus* est *Prudent.* 10. περὶ στεφ. 1035. — Putrefacere est putrem facere, corrumpere, *putrefare, guastare*, σήπω. — *a*) Activa forma. *Colum.* 3. *R. R.* 12. 1. Humor putrefacit deposita semina. *Liv.* 21. 37. Ar lentia sava infuso aceto putrefaciunt. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 4. 28. (90). Stellionem in oleo putrefaciunt. — *b*) Part. *Liv.* 42. 3. *a med.* Nudatum tectum patere imbribus putrefaciendum. *Lucret.* 2. 898. Et tamen hæc quum sunt quasi putrefacta per imbres, Vermiculos pariunt. *Varro* 2. *R. R.* 5. 5. Ex hoc bove putrefacto nasci dulcissimas apes mellis matres. *Ovid.* 15. *Met.* 389. Sunt, qui, quum clauso putrefacta est spina sepulcro, Mutari credant humanas angue medullas. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 58. (120). Fit collyrium ex vipera in olla putrefacta. — *c*) *Putrefio* pass. anom. *Pallad.* 1. *R. R.* 33. Humor hoc præstabit, ut si qua insunt spinarum semina, putrefiant. *Id.* 10. *ibid.* 9. Lupinus ubi creverit, vertitur

vomere, ut putrefiat excisus. *Theod. Priscian.* 1. 4. *p.* 291. *retro* ed. *Ald.* Vespertiliones in vas cum cedria infundas, quamdiu illo tempore putrefieri possint.

PŬTRĔFACTĬO, ōnis, f. 3. *putrefazione,* corruptio. *Augustin. Ep.* 147. *n.* 5. Vulnerum putrefactione etiam dolorem perdidimus, quo solet medicus implorari. *Cœl. Aurel.* 3. *Tard.* 4. *n.* 52. Præterea oris fœtor ægrotantes afficit cum gingivarum putrefactione et defluxione.

PŬTRĔFACTUS, a, um. *V.* PUTREFACIO sub *b.*

PŬTRĔFĬO, fis, factus sum, fieri, pass. anom. *marcire, putrefarsi,* σήπομαι, putris fio, putresco. *V.* PUTREFACIO sub *c.*

PŬTRĔO, es, ere, n. 2. putridus sum, *essere putrido,* σήπομαι.

I.) Proprie. *Pacuvius* apud *Non. p.* 159. 19. *Merc.* Annis et ætate hoc corpus putret. *Accius ibid.* Exsangue est mihi corpus, atque annis putret. *Plaut. Most.* 1. 2. 67. Hæc tigna humide putrent. *Alii vero rectius leg.* putent.

II.) Translate. *Pers.* 5. 57. hunc alea decoquit: ille in Venerem putret. *Alii leg.* est putris. *V.* PUTEO.

PŬTRESCĪBĬLIS, e, adject. idem ac putribilis. *Hieronym.* in *Job* 17. Adam corruptione factus putrescibilis.

PŬTRESCO, is, ere, n. inchoat. 3. (putris). Part. *Putrescens* I. — Putresco est idem ac putris fieri incipio, putridus fio, *putrefarsi, marcire,* πύθομαι.

I.) Proprie. *Varro* 2. *R. R.* 5. 16. *de vaccis.* Lapides substernendi, ne ungulæ putrescant. *Cic.* 1. *Tusc.* 43. 102.; et *Val. Max.* 6. 2. *exter.* Theodori quidem nihil interest, humi ne, an sublime putrescat. *At* Orellius *in Cic. loc. cit. legit* putescat. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 119. cui stragula vestis, Blattarum ac tinearum epulæ, putrescat in arca. *Al.* putescat. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 9. 45. (101). Dentes non erodi, nec putrescere, si etc. *Id.* 35. *ibid.* 15. 52. (189). Strongyle putrescentia ulcerum compescit. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 61. Multi etiam, si pluvius est status cæli, pampinis vitem spoliant, ut percoqui fructus possint, nec putrescere imbribus. *Pallad.* 3. *R. R.* 25. 15. Felle si tangantur cacumina, (*malus*) non putrescit. *Prudent.* 4. *περὶ στεφ.* 131. Putrescentes medullas tenuat tabidus humor. *Cœl. Aurel.* 4. *Tard.* 3. *n.* 39. Putrescens vena.

II.) Translate de terra dicitur, quæ facile solvitur et fit flaccida, mollis, licet minime puteat: *V.* PUTRIS II. *Colum.* 2. *R. R.* 11. 3. (10. 26. *Schneid.*). Locum, in quo Medicam proximo vere saturus es, proscindito circa Calendas Octobris, et eum tota hieme putrescere sinito. *Id.* 3. *ibid.* 11. 7. Quis enim vel mediocris agricola nesciat, etiam durissimum tophum vel carbunculum, simul atque sunt confracti-, tempestatibus et gelu, nec minus æstivis putrescere caloribus ac resolvi? *et* 11. *ibid.* 3. 56. Ex Calendis Novembribus proscindi solum debet, ut hiemis frigoribus et gelicidiis putrescat.

PŬTRĬBĬLIS, e, adject. qui putrescere potest. *Paulin. Nolan. Ep.* 8. (*al.* 30.) *n.* 6. Imagines nostras non in tabulis putribilibus, neque ceris liquentibus pinxit. *Augustin.* 21. *Civ. D.* 7. Ut carbones imputribiles de putribilibus fiant.

PŬTRĬCĀVUS, a, um, adject. putredine, aut carie exesus. *Lucret.* 2. 860. Mollia, lenta, fragosa, putricava, corpore raro. *Alii rectius leg.* Molli lenta, fragosa putri, cava corpore raro.

PŬTRĬDŬLUS, a, um, adject. deminut. putridi. Translate. *Ammian.* 22. 16. *a med.* Didymus Chalcenterus Tullium reprehendit, ut immania frementem leonem putridulis vocibus canus catulus longius circumlatrans. *Alii leg.* putredulis.

PŬTRĬDUS, a, um, adject. *putrefatto, marcio,* σαπρώδης, putris, putrefactus, corruptus.

I.) Proprie. *Cic. Pis.* 1. 1. Non enim nos color iste servilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 4. 45. (88). Si quid in nucleo putridi fuerit. *At* Sillig. *leg.* putidi. *Seneca Ep.* 58. *sub fin.* Ædificium putridum et ruens.

II.) Translate est flaccidus, mollis, solutus. *Catull.* 63. 347. Putridaque infirmis variabunt pectora palmis. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 47. (161). In putridis et calidis maxime locis cuminum serendum. *At* Sillig. *leg.* putribus.

PŬTRĬLĀGO, inis, f. 3. *Non. p.* 21. 23. *Merc.* Caries est vetustas, putrilago, unde cariceum veteres dixerunt.

PŬTRĬMORDAX, ācis, adject. omn. gen. σηψιδακής, qui res putridas mordet. V. *Boethii loc. cit.* in OSSIGENIUS.

PŬTRIS, e, *et* pŭter, tris, tre, adject. Caret gradibus Comparativi et Superlativi. — Est autem flaccidus, marcens, putrefactus, putridus; a *puteo:* et dici proprie videtur de iis, quæ resoluta, et a naturali statu dejecta putorem emittunt, σηπτός, σαπρός, εὐρώεις (It. *fracido, putrefatto, marcio, guasto;* Fr. *pourri, gâté, puant, corrumpu;* Hisp. *pudrido, gastado, corrompido;* Germ. *faul, morsch, stinkend;* Angl. *putrid, rotten, putrefied, fetid, filthy, nasty, nauseous*).

I.) Proprie. *Varro* 1. *R. R.* 8. 4. Palus puter everitur. *Propert.* 2. 19. 43. Putris et in vacua requiescit navis arena. *Ovid.* 1. *Fast.* 379. fervent examina putri De bove. *et* 15. *Met.* 365. de putri viscere passim Florilegæ nascuntur apes. *et* 7. *ibid.* 585. putria motis Poma cadunt ramis. *Cels.* 5. 26. *n.* 33. Si ulcus magis putre est. *Juvenal.* 13. 95. Et phthisis, et vomicæ putres. *Sil. It.* 13. 487. cadavera putri liquentia tabo. *Curt.* 9. 3. 10. Corpora cicatricibus putria. *Val. Max.* 6. 9. *n.* 5. *extern.* Putres artus, et tabido cruore manantia membra. *Martial.* 3. 77. putri cæpas halece natantes.

II.) Translate et sæpe de iis dicitur, quæ facile solubilia sunt, vel soluta, flaccida, mollia, licet minime puteant. — *a*) De terra et similibus: *V.* PUTRESCO II. *Virg.* 1. *G.* 44. Zephyro putris se glæba resolvit. *h. e.* aere, sole et imbribus soluta, quæ antea gelu adstricta fuerat. *Propert.* 4. 3. 39. Quæ tellus sit lenta gelu, quæ putris ab æstu. *h. e.* sicca et arida. Similiter *Stat.* 4. *Theb.* 728. *de siccitate.* tellus sole et pulvere putris Exhalat calidam nubem. Eadem ratione *putrem arenam,* aridam nempe, et minime cohærentem, atque adeo sterilem, dixere. *Id.* 4. *Silv.* 3. 126.; et *Lucan.* 8. 830. Sic *Stat.* 6. *Theb.* 234. putres cineres. *et Plin.* 10. *Ep.* 48. Lapis gracilis et putris. *h. e.* friabilis. Alia ratione *Colum.* 2. *R. R.* 2. 5. Ager pinguis ac putris. *h. e.* qui modico humore madet, et facilis culturæ est. *Id.* 2. *ibid.* 10. 22. Solum putre ac solutum. *cui opponitur* densum. *Virg.* 8. *Æn.* 596. Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. *Id.* 1. *G.* 215. putres sulci. *h. e.* imbribus et cultione probe macerati ac molles. *et ibid.* 392. putres concrescere fungos. *h. e.* qui ex putri terra exsistunt, et qui facile putrescunt. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 49. fanum putre Vacunæ. *h. e.* vetustate dissolutum, et semirutum. *Lucan.* 7. 403. stat tectis putris avitis, In nullos ruitura domus. *Petron. Satyr.* 136. Fracta est nutris sella. *Martial.* 9. 101. Trita quidem nobis togula est, vilisque, putrisque. — *b*) De humanis corporis partibus. Translate. *Horat. Epod.* 8. 7. mammæ putres, Equina quales ubera. *h. e.* flaccidæ et deciduæ. *Id.* 1. *Od.* 36. 17. omnes in Damalin putres Deponent oculos. *h. e.* vino et libidine marcentes. *Pers.* 5. 57. hunc alea decoquit: ille in Venerem est putris. *V.* PUTREO II. *Propert.* 4. 5. 67. Atque animam in tegetes putrem exsputare paternas. *h. e.* senilem, quasique corruptam. Sic *Pacuvius* apud *Non. p.* 159. 19. *Merc.* Annis et ætate hoc corpus putret.

PŬTRŌR, ōris, m. 3. putredo. *Lucret.* 2. 872. putrorem quum sibi nacta est Intempestivis ex imbribus humida tellus. *et ibid.* 929. vermesque effervere, terram Intempestivos quam putror cepit ob imbres. *Arnob.* 5. 14. Ne putrore corpus dissolveretur.

PŬTRŌSUS *et*

PŬTRŪOSUS, a, um, adject. putrore, seu putore plenus, ut Putruosum ulcus, *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 14. *ante med.* Et *Id. ibid.* Sordes si fuerit putrosa, quam Græci δυσώδην appellant, etc.

PŬTUS, a, um, adject. Sup. *Putissimum.* — Putus est purgatus, purus, *puro,* καθαρός. *Paul. Diac. p.* 216. 8. *Müll.* Putus antiqui dicebant pro puro: unde putatæ vites et arbores, quod decisis impedimentis remanerent puræ. *Varro* 6. *L. L.* 63. *Müll.* Putare valet purum facere. Ideo antiqui purum, putum appellarunt: ideo putator, quod arbores puras facit.

I.) Proprie. — *a*) Absolute. *Varro* 2. *R. R.* 2. 10. Sole exorto puto, propellunt. Alii leg. *puro:* alii censent *puto* esse verbum interjectum, ut *opinor,* etc. *V.* PUTO II. 5. *c. Lucret.* 4. 1068. Nunc certe puta est sanis magis inde voluptas. *Alii leg.* pura. *Cic.* 2. *Att.* 9. Quam bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit. — *b*) Jungitur cum *purus,* et purissimum sincerissimumque significat, *puro e pretto. Alfenus* apud *Gell.* 6. 5. In fœdere, quod inter populum R. et Carthaginienses factum est, scriptum invenitur, ut Carthaginienses quotquot annis populo R. darent certum pondus argenti puri puti. *Varro* apud *Non. p.* 27. 28. *Merc.* Amicula pura puta.

II.) Translate. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 31. Polymachæroplacides purus putus est ipsus. *h. e.* verus germanus: ipsus omnino est, non alius prorsus, non suppositicius. *et ibid.* 7. 103. Purus putus hic sycophanta est. *Varro* apud *Non. p.* 27. 24. *Merc.* Mea igitur hecatombe pura ac puta.

PŪTUS, i, m. 2. De etymo *V.* in PUTILLUS. — Putus est vulgi vocabulum, quo puer significatur: Cf. *putto* Italorum. *Virg. Catal.* 9. 2. Dispeream nisi me perdidit iste putus. Sin autem præcepta vetant me dicere, sane Non dicam; sed me perdidit iste puer. *Gloss. Philox.* Puti, μικροί. Putus, μικρός.

PUVIRE ferire est. Sic *Paul. Diac. p.* 244. 12. *Müll.* ad explicandam vocem *terripuvium,* b. e. tripudium. *Cic.* 2. *Divinat.* 34. 72. *terripavium* a *paviendo* dicit, sed *u* pro *a,* præcipue in compositis, usurpatur.

PUXIS. *V.* PYXIS.

PY

PYCNĪTIS, idis, f. 3. πυκνῖτις, verbascum, herba: a πυκνος *densus, spissus,* quia adstringendi vim habet. *Apul. Herb.* 71.

PYCNOCOMON, i, n. 2. πυκνοκομον, herba apud *Plin.* 26. *Hist. nat.* 8. 36. (57). erucæ foliis crassioribus et acrioribus, radice rotunda, lutei coloris, terram olente, caule quadrangulo modico, tenui, flore ocymi. Recentioribus botanicis incognita est, teste *Matthiolo.* Dicta est a πυκνός *densus* et κομη *coma.*

PYCNŌMA. *V.* PYGNOMA.

PYCNOSTŸLOS. *V.* DIASTYLOS. — Dicitur etiam pycnostylon, n. g. *Vitruv.* 3. 3.

PYCTA *et* pyctes, æ, m. 1. πυκτης, Græca appellatione est idem qui pugil.

I.) Proprie. *Seneca* 1. *Controv.* 3. *a med.* Hoc male mihi facit ille, qui aut athleta, aut pyctes est. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 47. 48. (152). Consecratus est vivus sentiensque Euthymus pycta, semper Olympiæ victor et semel victus. *Phædr.* 4. 24. Victoris laudem cuidam pyctæ ut scriberet. Adde *Tertull. anim.* 46. et *adv. Gnost.* 6. *V.* PUGIL. — Quod *pyctas* et *pugiles catervarios* distinguit opt. mss. *Inscript.* apud *Gud.* 106. 1., teste *Burmanno.* ad *Sueton. Aug.* 45., quæ est apud *Orell.* 2530., ubi *pugiles Latini* a *Græcis* distinguuntur, hoc significare videtur, *pyctas* fuisse, qui Græco more pugnarent, *pugiles,* qui Romano. Distinguit etiam *Tertull. Jejun.* 17. *ad fin.* Sagmentur pugiles et pyctæ Olympici. *et Not. Tir. p.* 174. Podiarius, pycta, pancratiastes, pugil.

II.) Translate de gallis gallinaceis ad pugnæ spectaculum invicem commissis. *Colum.* 8. *R. R.* 2. 5. Rixosarum avium lanistæ totum plerumque patrimonium, pignus aleæ, victor gallinaceus pyctes abstulit. *V.* LANISTA.

PYCTĂCĬUM. *V.* PITTACIUM.

PYCTĀLIS, e, adject. ad pyctam pertinens.

Servius ad *Virg.* 5. *Æn.* 373. Amycus, qui a Polluce victus est pyctali certamine.

PYCTŌMĂCHĂRĬUS, ii, m. 2. idem qui pycta: a πυκτομάχομαι, pugilatu certo, *Firmic.* 8. *Mathes.* 8.

PŸĔLUS, i, m. 2. πύελος, labrum balneatorium, in quo lavatur, solium. *Plaut. Stich.* 4. 1. 62. Postea ibo lautum in pyelum. Sic *Lambinus* et *Salmas.* legendum pro *pilum* recte putarunt, atque ita edidit *Bothe.* Ipse *Fleckeisen.* legit *puelum.*

PŸGA! *V.* PUGA.

PŸGARGUS, i, m. 2. πύγαργος, ¶ 1. Est genus aquilæ: a πυγή *nates, clunes* et ἀργός *albus*: nam non tantum anus ei albis vestitur plumis, quod pluribus aquilis commune, sed tota cauda pennas habet albicantes. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 3. 3. (6). Secundi generis pygargus in oppidis mansitat et in campis, albicante cauda. ¶ 2. Est et capræ silvestris genus, quod ab albis clunium pilis idem nomen adeptum est. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 53. 79. (214). Sunt et damæ nec pygargi, et strepsicerotes, multaque alia haud dissimilia. *Juvenal.* 11. 138. apud quem Sumine cum magno lepus, atque aper, et pygargus, Et Scythicæ volucres. *V.* RETRIOR.

PŸGĬĂCUS, *vel*

PŸGĬSĬĂCUS, a, um, adject. qui ad nates pertinet: a πυγή *nates*, vel πυγίζω *nates ferio. Petron. Satyr.* 140. Non distulit puellam invitare ad pygiaca sacra. *Alii leg.* pygisiaca. *h. e.* ad concubitum, qui *Venus pendula* dicitur. *V.* PENDŪLUS.

PYGMĒ, es, f. 1. πυγμή, certamen gymnicum, qui et pugilatus Latine dicitur. *Inscript.*, quæ pertinet ad IV. a Chr. n. sæculum, apud *Fabrett.* p. 100. n. 226. et apud *Orell.* 2588., quam vide in PAMMACHIUM.

PYGNŌMA, ătis, n. 3. πύκνωμα. *Diomed.* 3. p. 475. *Putsch.* Tribrachys, tribrevis, teuthasius, quem quidam brachysyllabum, alii triorcheon, nonnulli pygmona, plerique chorium nuncupant. Sic *Cæsius Bassus* p. 2666. *pygmona*; at *Mar. Victorin.* 1. p. 2487. *pygnomus.* Cf. *Diomed.* p. 481., *Schol. Hephæst.* p. 131. ed. *Vestph.* et *fragm. Ambros.* p. 254. ed. *Nauck.* Verum esse videtur πύκνωμα, quo nomine de multitudine similium sonorum usus est *Plato* 7. *rei publ.* p. 531.: sed Latini grammatici Græcum nomen corruperunt. Hæc *Keil.* ad *Mar. Victorin. loc. cit.*

PŸLŌRUS, i, m. 2. πυλωρός, *piloro*, meatus inferior ventriculi. *Cœl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. Pyloro paralysi vitiato, cibus nulla digestione mutatur, sed tamquam per infundibulum ad inferiora descendit. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 6.

PŸRA, æ. f. 1. *pira, rogo,* πυρά, ignis rogi, vel strues lignorum ad cremanda cadavera: a πῦρ *ignis. Servius* ad *Virg.* 11. *Æn.* 185. Pyra est lignorum congeries. Rogus, quum jam ardere cœperit, dicitur. Bustum vero jam exustum vocatur. Quem ordinem servat poeta dicens, Constituere pyras. Item, Subjectisque ignibus atris ter circum accensos decurrere rogos. Item postea, Semustaque servant busta. Hæc *Servius*, cujus tamen observatio perpetua non est: dicitur enim pyra et de rogo accenso. *Auct. B. Afr.* 91. Maximam in medio foro pyram construxerat. *Ovid. Ib.* 36. Quem vetus accensa separat ira pyra. Adde *eumd.* 2. *Fast.* 534. — *NB.* De nomine propr. *V.* ONOM.

PŸRĂLIS, is, *vel rectius* Idis, f. 3. πυραλίς, parvum animal pennatum, al. pyraustes, magnitudine muscæ, ex igne proveniens: ἀπὸ τοῦ πυρός. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 36. 42. (119). ex *Arist.* Siquidem in Cypri ærariis fornacibus et medio igni majoris muscæ magnitudinis volat pennatum quadrupes: appellatur pyralis, a quibusdam pyrausta. Quamdiu est in igni, vivit; quum evasit paullo longiore volatu, emoritur. Hæc *Plin.*

PŸRĂMĬDĂLIS, e, adject. in pyramidis modum formatus. *Boeth.* 2. *Arithm.* 4. *sub init.* De solidis, id est de cubicis, et sphæricis, vel pyramidis (*lege* pyramidalibus), laterculis etiam, vel etc. Sic cl. *Furlanetto* in *Append.* At cl. *Quicherat.* rectius legendum conjecit *pyramidicis*, Gr. πυραμιδικός.

PŸRĂMĬDĀTUS, a, um, adject. πυραμιδωτός, πυραμιδοειδής, factus in formam pyramidis. *Cic.* 1. *Nat. D.* 24. 66. Esse corpuscula quædam lævia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, et quædam pyramidata, curvata quædam, et quasi adunca. Quædam exemplaria omittunt hæc verba, *et quædam pyramidata.*

PŸRĂMĬDĬCUS, a, um, adject. *V.* PYRAMIDALIS.

PŸRĂMIS, idis, f. 3. πυραμίς, *piramide.*

I.) Proprie est moles, quæ ex basi lata paullatim in acutum fastigium desinit: a πῦρ *ignis*, quia ejus figuram imitatur, ut habet *Ammian.* 22. 15. *ad fin. Etymol.* vero *M.* et *Steph. Byz.* deducunt a πυρός *triticum*, quia nempe rex Pharao, Josephi monitu, undique congestum triticum in pyramidibus conservaverit: sed *Zoegæ*, aliorumque potius sententia amplectenda videtur, quam refert *Wagnerus* ad *Ammian. loc. cit.*, scilicet vocem esse ex Hebr. et Arab. רוּם *rum* eminuit, præfixo Ægyptio articulo *pi*, a Græcis deinde in πυ converso, et Græca terminatione ις addita, ita ut πυραμίς significet domum altam et æternam, quæ sepulcri loco fuerit regibus, quos cum *Plin.* 36. *Hist. nat.* 12. 16. (75). recte dixeris *tantæ vanitatis auctores.* V. plura huc pertinentia apud *Orell.* ad *Philon. Byz. lib. de VII. orbis spectac. p.* 80. *Cic.* 2. *Nat. D.* 18. 47. Conum tibi ais, et cylindrum, et pyramidem pulcriorem, quam sphæram, videri. — Hujusmodi moles in Ægypto usitatæ fuerunt. Erant quadrangulares, ab imo latissimæ, et assurgebant ultra omnem omnino altitudinem, quæ humanis manibus confici potest. Hinc inter septem orbis miracula recensentur. Excogitatæ primum a regibus fuerunt, ne pecuniam successoribus, aut æmulis insidiantibus præberent, aut ne plebs esset otiosa. Multa de his *Plin.* 36. *c.* 12. *Martial. Spectac.* 1. Barbara pyramidum sileat miracula Memphis. Adde *Propert.* 3. 1. 55.; *Melam* 1. 9.; *Lucan.* 9. 155.; et *Tac.* 2. *Ann.* 61. — *Servius* ad *Virg.* 11. *Æn.* 849. Apud majores, nobiles aut sub montibus altis, aut in ipsis montibus sepeliebantur; unde natum est, ut super cadavera aut pyramides fierent, aut ingentes collocarentur columnæ.

II.) Translate. ¶ 1. Est τὸ αἰδοῖον ἀρρενικόν. *Auct. Priap.* 64. Libidinoso tenta pyramis nervo. ¶ 2. Est etiam idem ac germen rosæ, quod et calathus, et papilla, et obeliscus, et Italice *bocciuolo, bottone* dicitur. *Auct. epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 1. p. 701. *Burmann.* una dies ostendit spicula florum, Altera pyramidas nodo majore tumentes, Tertia jam calathos, totum lux quarta peregit Floris opus.

PŸRAUSTES *et* pyrausta, æ, m. 1. πυραύστης, insectum, de quo *V.* in PYRALIS.

PŸREN, ēnis, f. 3. πυρήν, genus gemmæ. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 73. (188). Pyren ab oliveæ nucleo dicta est (Græce enim πυρήν *nucleum* significat): huic aliquando inesse piscium spinæ videntur.

PŸRĔTHRON *vel*

PŸRĔTHRUM, i, n. 2 πύρεθρον, herba, quam alii salivarem vocant, alii draconem, foliis et caule dauco silvestri et fœniculo similibus, linguam adurens et mordicans. Ejus folia in acetariis probantur, radice utuntur pigmentarii. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 42. (151).; *Scribon. Compos.* 9. 55. etc.; *Cels.* 5. 4. etc.; et *Apic.* 4. 5. *et* 7. 5. *Ovid.* 2. *Art. am.* 418. Tritaque in annoso flava pyrethra mero.

PŸRĔUM, i, n. 2. πύρειον, sacrarium Vestæ. *Cassiod.* 10. *Hist. Eccl.* 30. Pyrea, id est focum eorum, seu Vestam destruxit. Pyrea namque pagani vocant templa, in quibus ignem servant.

PYRGIS, is, f. 3. nomen herbæ, quæ et lingua canis, et cynoglosson dicitur. *Apul. Herb.* 96.

PYRGŌPŌLĪNĪCES, æ, *et* is, m. 1. *et* 3. Πυργοπολινίκης, nomen militis gloriosi apud *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 56. *et* 4. 2. 9. a πύργος *turris*, πόλις *urbs* et νίκη *victoria*, h. e. turrium et urbium victor. *Sidon.* 1. *Ep.* 9. *ad fin.* Volo paginam glorioso, idest quasi Thrasoniano, fine concludere. Plautini Pyrgopolinicis imitator.

PYRGUS, i, m. 2. a v. Græca πύργος *turris*, est genus vasis cavitate sessili, quo conjecti tali agitantur, antequam in alveolum emittantur: ita dictus a turriculæ figura. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 16. qui pro se tolleret, atque Mitteret in pyrgum talos. *V.* PHIMUS. *Sidon.* 8. *Ep.* 12. *a med.* Hic te tessera frequens eboratis resultatura pyrgorum gradibus exspectat. — *NB.* De nomine proprio *V.* ONOM.

PŸRĬO, as, are, a. 1. calefacio, a πυριάω *foveo. Petron. fragm. Tragur.* 73. *Burmann.* In solio quod Trimalchioni pyriabatur. *Alii aliter leg.*

PŸRĪTES, æ, m. 1. ¶ 1. Est πυρίτης λίθος, lapis molaris, a πῦρ *ignis*; quia plurimus ignis illi insit, vel quia ægerrime quidem ignem accipit, semel tamen acceptum diutissime conservat, vel quia igni resistit, ideoque focis idoneus est. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 19. 30. (137). Molarem quidam pyritem vocant, quoniam plurimus sit ignis illi. ¶ 2. Item lapis quidam, a quo æs conflatur. *Plin. ibid.* Sed est alius etiamnum pyrites, similitudine æris. In Cypro eum reperiri volunt, metallis, quæ sunt circa Acamanta, unum argenteo colore, alterum aureo, etc. ¶ 3. Item lapis ille, quem nos igniarium dicimus, quidam etiam vivum silicem vocant, qui percussus ferreo instrumento, vel altero lapide scintillas edit; a πῦρ *ignis*, quia plurimum habet ignis, *pietra focaja. Plin. ibid.* (138). ¶ 4. Denique gemma eadem, quæ *pyritis*: de qua in voce sequenti. *Priscian. Perieg.* 987. Nec non pyrites, digitos qui strictus adurit. Hic licenter prima syllaba producitur.

PŸRĪTIS, is, *vel rectius* Idis, f. 3. ἡ πυρῖτις λίθος, gemma nigri coloris. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 72. (189). Pyritis nigra quidem est, sed attritu digitos adurit.

PYROBOLARII, ōrum, m. plur. 2. qui πυροβόλους, h. e. ignita tela, jaculantur: a πῦρ *ignis*, et βάλλω *jacio. Firmic.* 8. *Mathes.* 10. Sub sidere Caniculæ nascentur venatores, arenarii, pyrobolarii, et qui in populi conspectu cum feris per caveas pugnent. Ita legit *Heroaldus* in notis ad *Apul.* 4. *Met.*; sed apud *Firmic. loc. cit.* deest vox *pyrobolarii*, nec ea quidem hic locum habet.

PŸRŌCŌRAX *vel rectius* pyrrhocorax, ăcis, m. 3. πυροκόραξ, avis alpina, nigro colore, rostro luteo. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 48. 68. (133).

PŸRŌIS *vel* Pyroeis, entis, m. 3. Πυρόεις, sidus Martis, ita dictus ab igneo colore. *Colum.* 10. *R. R.* 290. Sic micat et rutilus Pyrois, et rore corusco etc. Adde *Auson. Edyll.* 18. 12.; *Capell.* 8. p. 287. — Alteram formam *Pyroeis* exhibet *Apul. de Mundo.* — Habet etiam *Cic.* 2. *Nat. D.* 20. 53., sed Græce. — Ceterum *V.* ONOM.

PŸRŌMANTĬA, æ, f. 1. πυρομαντεία, ignispicium. *Isid.* 8. *Orig.* 9. 10.; et adde *loc. cit.* in ŒROMANTIA.

PŸRŌMANTIS, is, m. 3. qui ex igne eventura prædicit. *V.* ŒROMANTIS.

PYROMENUS, a, um, adject. πυρώμενος, inflammatus, qui inflammatione, *h. e.* φλογώσει laborat: particip. pass. a πυρόω *accendo.* Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir.* p. 180.

PŸRŌPŒCĬLOS Lapis, πυροποικίλος, genus lapidis igneis velut punctis distinctum: a πῦρ *ignis* et ποίκιλος *varius*, idem ac Syenites et Thebaicus lapis, nunc *granito rosso. Plin.* 36. *Hist. nat.* 8. 13. (63). et *ibid.* 22. 43. (157).

PŸRŌPUS, i, m. 2. πυρωπός, mixtura quatuor partium æris, et quintæ auri. Sic dicitur, quia habet πυρὸς ὤπα, hoc est ignis faciem. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 20. (94). Æs in uncias additis auri scrupulis senis, prætenui pyropi bractea ignescit. *Lucret.* 2. 803. Namque alias fit uti claro sit rubra (*pluma columbarum*) pyropo, Interdum etc. *Ovid.* 2. *Met.* 2. flammasque imitante py-

ropo. *Propert.* 4. 10. 21. Picta nec inducta fulgebat parma pyropo.

PYRŌSACHNĒ, es, f. 1. πυρὸς ἄχνη, frutex: ita appellatus a πυρὸς *triticum* et ἄχνη *gluma*. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 21. 35. (114). Frutex, in quo nascitur granum Gnidium, quod aliqui linum vocant. Fruticem vero thymelæam, alii chamelæam, alii pyrosachen, alii cnestron, alii cneoron. *V.* COCCUM *et* CNEORON. *Sillig.* vero divisim legit.

PYRŌSĂGRĬOS, ĭi, m. 2. πυρὸς ἄγριος, herba quæ et chelidonia: ita appellata a πυρὸς *triticum* et ἄγριος *agrestis*. Ejus meminit *Apul. Herb.* 73.

PYRRHĪCHA, æ, *et* pyrrhiche, es, f. 1. *moresca*, πυρρίχη, saltatio in armis, quæ Lacedæmoniorum juventuti loco bellicæ exercitationis erat, ut Aristoxenus scripsit: apud quos a quinto statim ætatis anno pueri incipiebant saltare armati, accinente interim aliquo carmen ὑπορχηματικόν, ad cujus numeros motus componebant. Dicta est a Pyrrhicho Cretense, ex urbe Cydone, qui primus Cretenses sub armis saltare ad pyrrhichii pedis sonum instituit. Alii esse vocatam volunt a Pyrrho Achillis filio, quem dicunt primum in tumulo patris sui armatum honoris gratia saltavisse. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (204). Saltationem armatam Curetes docuere, pyrrhichen Pyrrbus, utramque in Creta. *Ubi* pyrrhichen a saltatione in armis distinguit, non quasi sit plane diversa, sed quia rudior illa a Curetibus, ex arte a Pyrrho, vel potius Pyrrhicho Cretense. Alii ita distinguunt, ut pyrrhica fuerit equitum, saltatio armata peditum. Unde *Solin.* 11. *de Creta.* Pyrrho repertore, equestres turmas prima docuit lascivas vertigines implicare: ex qua disciplina bellicæ rei ratio convaluit. *Sueton. Cæs.* 39. Pyrrhicham saltaverunt Asiæ Bithyniæque principum liberi. *Id. Ner.* 12. Exhibuit item pyrrhichas quasdam e numero epheborum. *Apul.* 11. *Met.* Pueri puellæque virenti florentes ætatula, forma conspicui, veste nitidi, incessu gestuosi, Græcanicam saltantes pyrrhicam, dispositis ordinationibus decoros ambitus inerrabant, nunc in orbe rotarum flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi, et in quadrati patorem cuneati, et in catervæ discidium separati. *Fronto* 1. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 4. Enimvero omnia istæc inter Græcos versus, Latina ita scite alternata sunt a te et interposita, ut est ille in pyrrhicha versicolorum discursus, quum amicti cocco alii, alii luteo, et ostro, et purpura alii aliique cohærentes concursant. Adde *Spartian. Hadrian.* 19.; *Terentian. p.* 2413. *Putsch.*; et *Ammian.* 18. 7. Et *Auct. epigr.* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.*626. *Burmann.* Femineam maribus nam confert pyrrhicha classem, Et velut in morem militis arma movet. *V.* CATENOPLIUM. De *pyrrhicha* multa habet docte disputata *Visc. Mus. Pio-Clem. T.* 4. *p.* 57.—70. *ed. Mediol.* — *Pyrrhiche* est etiam ipsa saltatrix. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 302. 8., quæ est apud *Orell.* 2639. NAIDI CAESARIS VERNAE EX NVMERO PYRICHE ONESIMVS CONIVGI etc. *h. e.* saltatrici in ludo pyrrhiches.

PYRRHĪCHĀRĬUS *seu* purrhicharius, ĭi, m. 2. πυρρίχιστής, qui armatus saltat. *Ulp. Dig.* 48. 19. 8. *ad fin.* Quod instituuntur venatores, aut pyrrhicharii, aut in aliam quam voluptatem gesticulandi, vel aliter se movendi gratia.

PYRRHĪCHĪŌĂNĂPÆSTUS, Pes ea brevibus quatuor et longa, temporum sex. *Diomed.* 3. *p.* 477. *Putsch.*

PYRRHICHISTA, æ, m. 1. πυρρίχιστής, qui pyrrhicham saltat. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim solummodo in *Not. Tir. p.* 172.

PYRRHĪCHĬUS, a, um, adject. πυρρίχιος. *Pyrrhichius pes*, vel absolute *pyrrhichius*, est pes metricus constans ex duabus syllabis brevibus, ut *furor, age*. Dictus est a pyrrhicha, quia hoc sono milites sub armis per ludum utebantur. *Quintil.* 9. 4. 80.; *Diomed.* 3. *p.* 471. *Putsch.*; et *Capell.* 9. *p.* 328. — *Pyrrhichius versus*, pluribus pyrrhichiis pedibus constans, decurrit quidem, sed quantum celeritatis habet, tantum gravitatis amittit: ut illud *Ter. Eun.* 1. 1. 1. Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem. *Quintil.* 9. 4. 140. Aliud hujus carminis exemplum *V.* apud *Auson. Parental.* 27.

PYRRHĪCHUS, a, um, adject. ad pyrrhicam saltationem pertinens. *Sidon.* 9. *Ep.* 15. 7. Resonetque mixtus ille pes celerrimus, Bene nuncupatus quondam ab arte pyrrhica.

PYRRHŌCŌRAX. *V.* PYROCORAX.

PŸRUM *et* pyrus. *V.* PIRUM et PIRUS.

PYSMA, ătis, n. 3. quæsitum, interrogatio: πύσμα a πύθω *interrogo*. Differt ab erotemate, cui una voce responderi potest: pysmati autem, quum plura simul quærendo complectatur, non nisi pluribus satisfieri potest. Hæc *Capell.* 5. *p.* 171.

PŸTHĂGŌRISSO, as, are, n. 1. πυθαγορίζω, Pythagoricus sum. *Apul. Florid. n.* 15. Noster Plato pythagorissat.

PŸTHAULA *et* pythaules, æ, m. 1. πυθαύλης, tibicen, qui Pythium carmen tibia canit, h. e. Apollinis Pythii laudes. Inde enim nomen primo habuit, quasi *Pythiaules*.

I.) Proprie. *Hygin. fab.* 273. His quoque ludis pythaules, qui Pythia cantaverat, septem habuit palliatos, qui voce cantaverunt: unde postea appellatus est choraules.

II.) Translate. Ad illos etiam appellatio translata est, qui in comœdiis tragœdiisque canebant, præsertim in canticis, et ubi alicujus laudes persequi contingeret. *Diomed.* 3. *p.* 489. *Putsch.* Quando chorus canebat, choricis tibiis, id est chorauliciis, artifex concinebat: in canticis autem, pythaulicis responsabat. *Id. ibid.* Primis autem temporibus, sicuti dserit Tranquillus, omnia quæ in scæna versantur, in comœdia agebantur. Nam et pantomimus et pythaules et choraules in comœdia canebant. *Varro* apud *Non. p.* 166. 11. *Merc.* Priusquam in orchestra pythaules inflet tibias, domi suæ ramices rumpit. *Seneca Ep.* 76. Ingenti studio, quis sit pythaules bonus, judicatur: habet tibicen quoque Græcus et præco concursum. *Vopisc. Carin.* 19. Exhibuit et centum camptaulas, choraulas centum, etiam pythaulas centum. *Salmas.* hic eos refellit, qui *pithaules* scribunt, et a πίθος *dolium*, deducunt: ut pithaules fuerit, qui doliolo aere pleno tibias inflaret, quemadmodum ascaules utre. *Voss.* quoque *l.* 2. *Institut. poet. c.* 37. eos reprehendit, qui πειθαύλης esse putant, a cantus dulcedine et suadela, quæ Græcis Πειθώ.

PŸTHAULĬCUS, a, um, adject. ad pythaulen pertinens. *V.* vocem præced.

PŸTHĬA, ōrum, n. plur. 2. Πύθια, sacrum certamen in Apollinis Pythii honorem. Instituta dicuntur ob cædem Pythonis serpentis, et inde nominata. *Ovid.* 1. *Met.* 446. Instituit sacros celebri certamine ludos, Pythia, perdomitæ serpentis nomine dictos. *Horat. Art. P.* 414. qui Pythia cantat Tibicen, didicit prius extimuitque magistrum. Adde *Lucan.* 6. 109., et *Apul. Dogm. Plat. sub init.* — Victores hujus certaminis, teste *Luciano*, lauro coronabantur. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 9. 35. (58). Phidias certavit cum Timagora Chalcidense, superatus ab eo Pythiis.

PŸTHĬON, ĭi, n. 2. genus bulbi, πύθιον. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 30. (95). *At* Sillig. *rectius leg.* opition, *collato* Theophr. 7. Hist. plant. 13. 9.

PYTHIONICES, æ, m. 1. πυθιονίκης, qui Pythiis ludis vicit: a Pythia, et νίκη *victoria*. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim solummodo in *Not. Tir. p.* 174.

PŸTHON, ōnis, m. 3. Πύθων, ingens quidam draco ab Apolline sagittis interfectus, de quo *V.* in ONOM. — *Python* dicitur etiam ventriloquus, qui Apolline inspirante loqui putabatur: *V.* PYTHONISSA. *Arator* 2. 384. bacchata puella Sub stimulo Pythonis ait. Nempe ex *Vulgat. interpr. Act. Apost.* 16. 16. Factum est, puellam quamdam habentem spiritum pythonem obviare nobis.

PŸTHŌNĪCUS, a, um, adject. ad Pythonem, vel ad Apollinem pertinens. *Tertull. Anim.* 28. *sub fin.* Scimus, etiam magos elicere explorandis occultis per Pythonicos spiritus. Adde *Vulgat. interpr. Levit.* 20. 27.

PŸTHŌNĪON, ĭi, n. 2. πυθώνιον, herba, alio nomine dracontea. *Apul. Herb.* 4. *et* 14.

PŸTHŌNISSA, æ, f. 1. πυθωνίσσα, mulier fatidica, quæ et ventriloqua erat. *Vulgat. interpr.* 1. *Paral.* 10. 13. *V.* PYTHON et VENTRILOQUUS.

PŸTISMA, ătis, n. 3. *sputo*, πύτισμα, sputum: a *pytisso*, de quo infra. *Vitruv.* 7. 4. *in fin.* In conviviis quod poculis et pytismatis effunditur, simul atque cadit, siccescit. *Alii perperam leg.* sputismatis. *Juvenal.* 11. 173. Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem. *h. e.* mensam e marmore Lacedæmonio (alii intelligunt pavimentum) spuendo, vel saliva ex ore effundente se ex crebro potu, madefacit, et lubricam reddit. Alii leg. *pedemate*, h. e. saltatione: a πηδάω *salio*. Alii *petteumate*, h. e. crebro talorum usu (nam πεττός calculum lusorium significat) terit quodam modo et levigat mensam e marmore Lacedæmonio. Alii *pityrsmate*, h. e. trocho e pinu, quæ arbor Græce est πυτίς. Alii denique alia comminiscuntur. *V.* LACEDÆMONIUS in ONOM.

PŸTISSO, as, are, n. 1. πυτίζω, a πτύω *exspuo*. Significat leviter vinum degustare explorandi gratia, et degustatum exspuere, ut *Donat.* docet ad illud *Ter. Heaut.* 3. 1. 48. Nam ut alia omittam, pytissando modo mihi quid vini absumpsit! sic hoc, dicens, asperum, pater: aliud lenius, sodes, vide. Alii scrib. *pitisso*, h. e. modice et per intervalla gustandi gratia bibo, *bere a centellini, sorsare, centellare*: a πύω, seu πίνω *bibo*. *Diomed.* 2. *p.* 417. *Putsch.* Pro hac (h. e. littera z) veterum quidam i vocalem, nonnulli duas *s* ponere solebant, unde *jugum* dictum est velut *zugon-*: item *Messentius* et *pytissare* et *tablissare* et cetera hujus modi usum veterem declarabant. *Id.* 1. *p.* 335. Sunt item deminutiva a perfecta forma, ut *sorbillo*: sunt sine origine perfectæ formæ, ut *pytisso, vacillo*.

PYXĂCANTHUS *et* pyxacanthos, i, m. *et* f. 2. πυξάκανθος, frutex spinosus, cubitalibus ramis, foliis buxi: a πύξος *buxus* et ἄκανθα *spina*. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 7. 15. (31). et 24. *ibid.* 14. 77. (125). Spinam ipsam in Græcia quidam pyxacanthum Chironium vocant.

PYXĂGĂTHUS *et* pyxagathos, i, m. 2. πυξ ἀγαθός, pugnis vel pugno strenuus, bonus pyctes. *Martial.* 7. 57. Castora de Polluce Gabinia fecit Achillam: Pyxagathus fuerat, nunc erit Hippodamus. Respicit ad illud *Homeri Iliad. l.* 3. *v.* 237. Κάστορα θ' ἱππόδαμον, καὶ πυξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα. locus autem quæritur in ambiguitate vocis πυξ, quæ adverbium est, et *pugnis* significat, quæque etiam pro πυγῇ *nates*, usurpatur. Ita Achillas, qui prius πυξ ἀγαθός, h. e. puer strenue pathicus erat et pædiconibus suis gratificari solitus, nunc repente ἱππόδαμος, *h. e.* equorum domitor factus Gabiniam inequitat.

PYXĬDĀTUS, a, um, adject. in modum pyxidis formatus. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 31. (57). *de aquæd.* Ceterum a fonte duci fictilibus tubis utilissimum est, crassitudine binum digitorum, commissuris pyxidatis, ita ut superior intret. *Vitruv.* de eadem re verba faciens, 8. 7. Sed ita ut hi tubuli ex una parte sint lingulati, ut alius in alium inire convenireque possint. *et Pallad.* 9. *R. R.* 11. Fictilibus tubis quum ducitur, duobus digitis crassi, et ex una parte reddantur angusti, ut palmi spatio unus in alterum possit intrare. Illustrat hæc illud *Plin.* 9. *Hist. nat.* 10. 12. (37). Dentes non sunt testudini, sed rostri margines acuti, superna parte inferiorem claudente pyxidum modo.

PYXĬDĬCŬLA, æ, f. 1. *bossoletto*, πυξίδιον, deminut. pyxidis. *Cels.* 6. 6. *n.* 5. Liquidum collyrium pyxidicula servatur.

PYXĪNUM, i, n. 2. πυξινον, nomen collyrii, quod describitur a *Cels.* 6. 6. *n.* 25. et fortasse ex eo nomen habet, quia buxeo vase seu pyxide servatur. *V.* TRIPUXINUM.

PYXĬŌNOS, i, f. 2. herba eadem, quæ aristolochia. *Apul. Herb.* 19.

PYXIS, ĭdis, f. 3. πύξις. Latino more scribitur et *puxis*, ut *Sulla* pro *Sylla*, et *mus* pro μῦς. *Scribon. Compos.* 228. Medicamentum pu-

xide nigri plumbi reponere. — Pyxis proprie est vasculum e buxo excavatum, teres, et operculo in ipsum vas intrante (*V.* PYXIDATUS) clausum: a πύξος *buxus*: sed translate accipitur pro vase parvo ex quacumque materia, ut ait *Quintil.* 8. 6. 35.; et *Seneca* 5. *Benef.* 13. *a med.* ad continenda ea, quæ plurimum interest bene clausa servari, ne corrumpantur, ut medicamenta, venena, odores, et hujusmodi (It. *bossolo, vasetto, alberello*; Fr. *boite, coffret à serrer des onguents*, etc.; Hisp. *caxa, caxa de unguentos*, etc.; Germ. *d. Büchse, d. Büchschen*; Angl. *a box, a gallipot or other small vessel*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cic. Cæl.* 25. 61. Pyxidem veneni alicui tradere. *Sueton. Ner.* 47. Venenum in auream pyxidem conditum. *Juvenal.* 13. 25. partos gladio, vel pyxide nummos. *h. e.* veneno. metonymia. *Sueton. Ner.* 12. Barbam primam posuit, conditamque in auream pyxidem Jovi Capitolino consecravit. Adde *Petron. Satyr.* 29. *Seneca Ep.* 95. *ante med.* Nihil opus erat tam magna medicorum supellectile, nec tot ferramentis atque pyxidibus. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 18. 76. (245). Ærea pyxide medicamentum condere. *et* 29. *ibid.* 6. 38. (125). In argentea pyxide servare. *et ibid.* 2. 10. (35). In stannea pyxide condere. *Id.* 21. *ibid.* 20. 81. (137). Crocum asservatur cornea pyxide. *Id.* 32. *ibid.* 10. 47. (135). Psilothrum plumbea pyxide asservatur. — *b*) Pertinet ad instrumentum mundi muliebris. *Martial.* 9. 38. Quum sis ipsa domi, mediaque ornere Suburra, Fiant absentes et tibi, Galla, comæ: Nec dentes aliter, quam serica, nocte reponas, Et jaceas centum condita pyxidibus. *Petron. Satyr.* 110. Ancilla corymbio dominæ pueri adornat caput, immo supercilia profert de pyxide, sciteque jacturæ lineamenta secuta, totam illi formam suam reddidit. *h. e.* ad similitudinem superciliorum quæ prius tonsor deraserat, alia ficticia apponit. *Paul.* 3. *Sentent. tit.* 7. *ad fin.* Mundo muliebri legato ea cedunt, per quæ mundior mulier lautiorque efficitur, velut speculum, conchæ, situli: item pyxides, unguenta et vasa, in quibus ea sunt.

II.) Translate. ¶ 1. A similitudine pyxidem ferream ponit *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 29. (112). in primori parte pili, quo zeæ granum in pila lignea tunditur ad alicam faciendam: et videtur significare ferrum teres et cavum instar pyxidis, quodque *Id. ibid.* 10. 23. (97). fistulam serratam, et *Cato R. R.* 10. fistulam farrariam vocant. *V.* FISTULA. ¶ 2. Item acopon. *Plin. Valerian.* 3. 14. *sub fin. p.* 195. ed. *Ald.*

De Littera Q

Q Est *A*) Littera; et *B*) Nota.

A) Littera — *a*) Est sexta decima Latini alphabeti, et in mutis numeratur. Hanc veteres ignorabant. Unde scribebant *oblicus*, non *obliquus, loquntur*, non *loquuntur*, ut testantur vetustissimi codices. Postquam vero inventa fuit, nonnulli putaverunt, non litteram, sed notam esse duas in se litteras continentem, C et U, quare haud recte scribere instituerunt *qis, qid, qæret*, absque *u*, ut *Velius Longus* ait p. 1219. *Putsch.*, quod alii *cuis, cuid, cuæret* scribere malebant. Sic *acuæ* pro *aquæ* apud *Gruter.* 593. 5.; *cuod* pro *quod* apud *Orell.* 3883. et similia. V. *Priscian.* 1. *p.* 543. et *Scaur. p.* 2262. *Putsch.* Contra alii pro C aut K ponebant Q, ut *qum moiro* pro *cum muro* in *Inscript.* apud *Orell.* 566., *pequnia* et *pequdes* in *Leg. Thoria v.* 19. *et* 14., *in oquoltod* pro *in occulto* in *Senatuscons. de Bacchanal., quoquirca* pro *quocirca* in *Leg. Jul. munic.*, sic QACTUM, QAGLATOR et QUAXO (quæ *V.* suis locis) et alia quæ leguntur apud *Velium Longum var. in locis.* Supervacanea dicitur, sicut et K, quoniam C potest implere earum vicem, et propter nihil aliud scribenda videtur, nisi ut U vocalem, semper post se sequentem, in eadem syllaba cum altera vocali conjungat, quæ alioqui conjungi non posset; obliquioremque et pinguiorem efficiat sonum. *Quintil.* 12. 10. 30. Duras et illa syllabas facit, quæ ad conjungendas demum subjectas sibi vocales est utilis: alias supervacua, ut equos hac et equum scribimus, quum etiam ipsæ eæ vocales duæ efficiant sonum, qualis apud Græcos nullus est, ideoque scribi illorum litteris non potest. — Ceterum sonum obliquiorem pinguioremque facit *u* etiam post litteras *d, g*, et *s*, ut *in perduellis, duis* (h. e. *bis*), *urgueo, tinguo, suadeo, suavis* etc. — *b*) Apud antiquissimos Græcos hæc eadem littera erat media inter Π et P, ut nunc apud Latinos est inter P et R; et numerum nonaginta apud eosdem etiam num significat; ejus vero forma erat Q, quæ similis profecto est Latinorum Q. Id patet ex *Quintil.* 1. 4. 9. Et Q, cujus similis effectu specieque, nisi quod paullum a nostris obliquatur, Koppa apud Græcos nunc tantum in numero manet. V. *Eckhel. D. N. V. T.* 4. *p.* 390. — Hinc littera *q*, non modo pro *c*, verum etiam pro *p* ponebatur, ut apud Græcos ipsos π et κ: sic πωῖ, κοῖ, *qua*, ποσος, κόσος *quotus*, (cf. *quotidie* et *cotidie*), πέντε, πέμπε, *quinque*, ἵππος ἵκκος, *equus*, ἕπομαι, *sequor* etc. Hoc idem confirmant antiquissimæ dialectus Italicæ, ut Oscum *nep* et Latinum *neque*, Osc. *pat pis dat* et Lat. *quod quis dat*, Osc. *pitpit* et Lat. *quidquid*, Osc. *petora* et Lat. *quatuor* etc.

B) Q nota — *a*) In prænominibus sola ponitur, et valet *Quintus*, ut Q. Fabius Maximus, Q. Cæcilius Metellus. — *b*) Est etiam nota honoris, *Quæstorem* indicans: nec minus populum, quum ea notamus *Quirites. Diomed.* 2. *p.* 419. *Putsch.* Sic Q. A. *quæstor ærarii*, Q. AER. P. ET ALIM. *quæstor ærarii publici et alimentorum*, Q. ARG. PVB. *quæstor arcæ publicæ*, Q. K. *quæstor kandidatus*, Q. P. P. *quæstor pecuniæ publicæ*, Q. PR. PR. *quæstor pro prætore*. — *c*) Q. et sæpius QQ. vel Q. Q. est *quinquennalis*, sic Q. Q. C. P. quinquennalis censoria potestate, Q. Q. P. P. *quinquennalis perpetuus* etc. — *d*) Nonnumquam est nota particulæ *que*, ut quum scribimus S. P. Q. R. *senatus populusque Romanus*: et D. N. M. Q. E. *devotus numini majestatique ejus*, in antiq. Inscriptionib. — *e*) Haud raro est etiam *qui, quæ, quod* etc.: sic Q. D. A. *qua de agitur*, Q. D. E. R. F. P. *quod de ea re fieri placuit*, Q. F. *quæ est*, Q. F. *quod factum* est, Q. HH. S. S. *qui heredes scripti sunt*, Q. I. S. E. *quæ infra scripta sunt*, Q. S. P. P. S. *qui sacris publicis præsto sunt*, Q. M. *quo minus*, Q. Q. V. *quoquo versus.*

QOEPPE et coeppe, quippe. Legitur in *Pandect. Florent.* apud *Torrentin.* 37. 4. 8. *ad fin.* et *ibid.* 41. 2. 18., ut monuit *Brisson. in* Πραεπρ. *n.* 2.

QUĀ, adverb. qua via, per quem locum, qua parte: et est ellipsis pro *qua via*, motui per locum inserviens, πῆ, ἦ, ἤχι, ὅπη (It. *per dove, per qual luogo o parte, dove, da quella banda o parte che, da dove*; Fr. *par où, à l'endroit où, de côté que*; Hisp. *por adonde, de la parte que*; Germ. *aus oder nach welcher Seite, Stelle, aus welchem Wege, an welchem Orte oder Punkte, in welcher Granze, wo*; Angl. *which way, by or through which way*).

I.) Proprie. — *a*) Est idem ac qua via, per quem locum. qua parte; et motui per locum inservit. *Cic. Cæcin.* 8. 21. Iste ad omnes introitus, qua adiri poterat in eum fundum, armatos opponit. *Nepos Miltiad.* 3. Pontem fecit in Istro flumine, qua copias traduceret. *et Eumen.* 8. Duæ erant viæ, qua ad hibernacula posset perveniri. *Ovid.* 5. *Met.* 290. Quaque via est vobis, erit et mihi, dixit eadem. *Cic.* 3. *Phil.* 8. 20. In templum ipse nescio qua, per Gallorum cuniculum adscendit. — *b*) Notat etiam statum in loco, et significat qua parte, ubi, *dove, da quella banda, o parte, che*, etc. *Nepos Cim.* 2. *extr.* His ex manubiis arx Athenarum, qua ad meridiem vergit, est ornata. *Cæs.* 1. *B. G.* 38. Reliquum spatium, qua flumen intermittit, mons continet. *Ovid. Heroid.* 2. 113. Qua patet umbrosum Rhodope glacialis ad Hæmum. *Id.* 14. *Met.* 361. Plurima qua silva est. — *c*) Item ex quo loco, unde, *da dove. Tac.* 3. *Ann.* 1. Complentur non modo portus et proxima muris, sed mœnia ac tecta, quaque longissime prospectari poterat. *Virg.* 2. *Æn.* 752. muros obscuraque limina portæ, Qua gressum extuleram, repeto. — *d*) Item quacumque parte, *dovunque. Ovid.* 1. *Met.* 241. qua terra patet, fera regnat Erinnys. *Sall. Jug.* 101. Omnia, qua visus erat, constrata telis, armis, cadaveribus. *Cic.* 1. *Orat.* 16. 70. Quo minus ei liceat vagari, qua velit. — Ita *Forcellinus* distinxit: ceterum generatim. *Ennius* apud *Festum p.* 363. 24. *Müll.* Ingenti vadit cursu qua redditus termo est. *Id.* apud *Non. p.* 418. 4. *Merc.* Qua murum fieri voluit, urgentur in unum. *Plaut. Men.* 2. 1. 12. Orasque Italicas omnes qua adgreditur mare. *Id. Aulul.* 2. 4. 22. De tigillo fumus si qua exit foras. *Id. Cist.* 1. 3. 35. Jubet-persequi, si qua queat reperire quæ sustulerit. *Accius* apud *Non. p.* 347. 15. *Merc.* Nixi properiter navem in fugam transdant, subter sara ad lævam, qua mons mollibat mare. *Poeta vetus* apud *Senec. Ep.* 80. et apud *Cic. Orat.* 49. 163. Regna mihi liquit Pelops qua ponto ab Helles atque ab Ionio mari urgetur Isthmos. *Cic. Cæcin.* 8. 22. Quo loco depulsus Cæcina, qua potuit, ad eum fundum profectus est. *et ibid.* 29. 82. Sum e proximo vicini fundo dejectus, qua adibam ad istum fundum. *Id.* 1. *Divinat.* 54. 123. Eadem, qua ceteri, fugere noluit. *Id. pro leg. Manil.* 9. 22. Quam (*Medeam*) prædicant in fuga, fratris sui membra in iis locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse. *Liv.* 1. 44. Est autem (*pomœrium*) magis circa murum locus, quem in condendis urbibus quondam Etrusci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant. *Id.* 6. 24. Qua modo simulato metu cesserant, ea in veram fugam effusi. *Virg.* 1. *Æn.* 401. Qua te ducit via, dirige gressum. *Horat.* 3. *Od.* 3. 45. nomen in ultimas Extendat oras, qua medius liquor Secernit Europen ab Afro, Qua tumidus rigat arva Nilus. *et ibid.* 30. 10. Dicar, qua violens obstrepit Aufidus Et qua pauper aquæ Daunus agrestium Regnavit populorum. *Ovid.* 1. *Met.* 187. Nunc mihi qua totum Nereus circumsonat orbem, Perdendum est mortale genus. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 17. 15. (73). Ab occidente litora Esseni fugiunt, usque qua nocent. *Quintil.* 10. 7. 5. Quo sit et qua perveniendum.

II.) Translate. ¶ 1. Est — *a*) Qua ratione, quomodo, *in qual modo. Ter. Adelph.* 4. 5. 50. Num quid tute prosperi tibi, quid fieret, qua fieret? *Virg.* 1. *Æn.* 680. Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem. Alii leg. *quo*, teste *Pierio. Cic.* 6. *Phil.* 3. 5. Ante prædico, M. Antonium delectus, qua possit, habiturum. *Ovid.* 2. *Pont.* 4. 33. Constantique fide veterem tutare sodalem, Qua licet, et quantum non onerosus ero. *Id. Heroid.* 16. 235. Qua licet et possum, luctor celare furorem. *Virg.* 11. *Æn.* 292. coeant in fœdera dextræ, Qua datur. — *b*) Item in quantum, quatenus, *in quanto. Liv.* 39. 48. *extr.* Statui non ultra attingere externa, nisi qua Romanis cohærent rebus. *Quintil.* 4. 1. 17. Aut assumere in causam naturas eorum, qua competent, aut mitigare, qua repugnabunt, oportebit. *Paul. Dig.* 35. 2. 63. In præsentia non qua filius alicujus, sed qua homo æstimatur. Ita *Torrentin.* Alii leg. *quasi. Seneca* 3. *Quæst. nat.* 12. 2. Aerem marem judicant, qua ventus est, feminam, qua nubilosus et iners. - Ignem vocant masculum, qua ardet, et feminam, qua lucet innoxius tactu. *Tac.* 6. *Ann.* 10. Qua occupandæ rei publicæ argui non poterant, ob lacrimas incusabantur. — In illo *Colum.* 11. *R. R.* 2. 54. His diebus messis conficitur, et intra triginta dies, qua desecta est, etc. Jensoniana editio habet *quam*: quod planius et exploratius est. ¶ 2. Sæpe geminatum significat qua parte, vel partim, vel quum tum. *Plaut. Trin.* 4. 3. 37. Mores rapere properant qua sacrum, qua publicum. *Id. Mil. glor.* 4. 2. 20. Qui consectare qua mares, qua feminas. *et ibid.* 4. 9. 15. Quem omnes oderunt qua viri, qua mulieres. *Poeta vetus* apud *Frontin.* 1. *ad M. Cæs.* 11. Omninode amas qua joco, qua

serio. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 2. *ad fin.* Ita omnia convestit hedera, qua basim villæ, qua intercolumnia ambulationis. *parte*, etc. *parte*, etc. vel *qui*, etc. *quivi*, etc. *Plin.* 6. *Ep.* 33. Ex superiore basilicæ parte qua feminæ, qua viri, et audiendi et visendi studio imminebant. *qua uomini, là donne. Cic.* 2. *Att.* 19. Nam gladiatoribus, qua dominus, qua advocati sibilis conscissi. *et* 15. *ibid.* 18. Intelligo, te distentissimum esse, qua de Buthrotiis, qua de Bruto. *Liv.* 2. 35. Usi sunt qua suis quisque, qua totius ordinis viribus. *et ibid.* 45. Nihil movebant qua consules ipsos, qua exercitum increpando. *Plin. Paneg.* 33. Satisfaciam qua civium, qua sociorum utilitatibus. — Ter usus est *Plaut. Asin.* 1. 1. 93. Qua me, qua uxorem, qua tu servum Saurcam potis, circumduce aufer. *et Cic.* 9. *Att.* 12. Quam expedita tua consilia, quam evigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua navigationis, qua congressus sermonisque cum Cæsare!

QUAAD. *V.* QUOAD.

QUACTUM quasi coactum et quasi coagulatum. *Isid.* 20. *Orig.* 2. 35. *V.* QUAGLATOR.

QUĀCUMQUE *et* quacunque, adverb. — *a*) Est Italice *per qualunque parte, ὅπῃ ἄν*, per quamcumque viam, locum, partem: adverbium est motus per locum. *Cic.* 3. *Verr.* 16. 44. Quacumque iter fecit, ejusmodi fuit, etc. *Id.* 5. *Fin.* 2. 5. Quacumque ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus. *Id.* 14. *Att.* 17. *in fin.* Quacumque nos commovimus, ad Cæsaris acta revocamur. *Virg.* 11. *Æn.* 762. Qua se cumque ferox medio tulit agmine virgo. tmesis. — *b*) Est etiam ubicumque, *dovunque. Lucret.* 1. 507. Nam quacumque vacat spatium, quod inane vocamus, Corpus ea non est: qua porro cumque tenet se Corpus, ea vacuum nequaquam constat inane. tmesis. *Liv.* 24. 2. *sub fin.* Quacumque custodiant plebis homines, ea patere aditum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (51). Romani omnia hæc maria duobus nominibus appellant: Macedonicum, quacumque Macedoniam, aut Thraciam attingit; Græciense, qua Græciam alluit. Adde *eumd.* 17. *ibid.* 12. 18. (90). — *c*) Item undecumque, *da qualunque parte. Id.* 35. *ibid.* 10. 37. (120). *de Amulio pictore.* Hujus erat Minerva spectantem spectans, quacumque aspiceretur. *Id.* 2. *ibid.* 2. 2. (5). Mundus convexus, mediusque quacumque cernatur.

QUĀDANTĒNUS, adverb. (quadam *et* tenus) *in parte, fino a un certo segno, alquanto, μέχρι τινός*, usque ad quamdam partem, aliquatenus, aliquantum.

I.) Proprie de loco. Tmesis est in illo *Horatii* 1. *Ep.* 1. 32. Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. Alii leg. *quodam*, alii *quoddam*: sed *quadam* a *Bentlejo* defenditur.

II.) Translate. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 28. 33. (100). Citreis odor acerrimus, sapor asperrimus: quadantenus et cotoneis. *At* Sillig. *leg.* quidam tenuis et cotoneis. *Id.* 24. *ibid.* 14. 76. (124). Alterum rhamni genus est silvestre, nigrius, et quadantenus rubens. *Id.* 37. *ibid. proœm.* 2. Quæ fuerit origo gemmarum, diximus quadantenus in mentione auri anulorumque. Adde *Gell.* 17. 21.

QUĀDRA, æ, f. 1. (proprie est adject. a *quadrus*, absolute, substantivorum more usurpatus, subauditur enim *forma*). ¶ 1. Stricto sensu est Italice *un quadrato, una figura quadrata*, quadrata forma vel figura. *Festus p.* 262. 7. *Müll.* Qui locus gradibus in quadram formatus est. ¶ 2. Hinc generatim est res quælibet quadrata figura, *un quadrato*, τετρωγάνον. *Hygin. Gromat. de limit. constit. p.* 207. ed. *Lachmann.* His deinde quartis quadrarum angulis lapides ejus generis ponemus sub hac inscriptione. *et mox.* Nunc quadrarum angulis lapides inscriptos inspiciamus. *Vitruv.* 3. 3. Uti quadræ, spinæ, trunci, coronæ, lysis, ad ipsum stylobatam conveniant. *h. e.* plinthi, ut *Philand.* et *Barbar.* interpretantur, *zoccoli*, vel *dadi. Id. ibid. paullo post.* Una pars sit inferior torus, altera pars cum suis quadris, scotia. *h. e.* cum suis regulis, quibus scotia clauditur, ut *Bald. in Lex.* interpretatur. *Id.* 10. 2. In quadris lignorum posterioribus figuntur chelonia. *nei piani posteriori dei travi*; tigna enim ad quadratum sunt dolata. ¶ 3. Speciatim *quadra* est quarta pars panis vel placentæ; ait enim *Virg. Mor.* 47. Jamque subactum Format opus palmisque suum dilatat in orbem, Et notat impressis æquo discrimine quadris; Infert inde foco. *Ex his* patet, non formam panis fuisse quadratam, quum rotunda fuerit, sed ipsum panem quadrifida incisione decussatum, postea in quatuor partes dividendum, quarum unaquæque quadra dicebatur, non quod quadratam figuram referret, sed quod quarta pars panis totius esset. Hinc *Hesiod.* Ἔργ. καὶ ἡμ. 442. Ἄρτον δειπνήσας, τετρᾶτρυφον, ὀκταβλωμον, *panem cœnatus quadrifidum, octo buccellarum.* Cf. et *Polluc. Onomast.* 1. 223. *Quadra* igitur est quarta pars, et universim, frustum, fragmentum cujusque rei edulis. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 49. Et mihi dividuo findetur munere quadra. *Martial.* 9. 92. Secta plurima quadra de placenta. Adde 3. 77. et 6. 75. *Id.* 12. 32. quadra casei Tolosatis. *Seneca* 4. *Benef.* 29. Quis beneficium dixit quadram panis, aut stipem æris abjecti? — Hinc *aliena vivere quadra* apud *Juvenal.* 5. 2. est parasitorum, qui aliorum mensas sordide sectantur, cœnasque foris assidue captant. — Huc pertinent et *patulæ quadræ* apud *Virg.* 7. *Æn.* 114. Et violare manu malisque audacibus orbem Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris: Heus! etiam mensas consumimus? etc. *mensas* appellaverat etiam 3. *ibid.* 257. *et* 394.; intelligit autem mensas paniceas, seu aurea liba, h. e. latas placentas ex farre, quas per herbam subjecerant epulis, ut *ibid.* 109. loquitur. Itaque *patulæ quadræ* pro mensa erant, cujus olim forma quadrata fuit, teste *Varron.* 5. *L. L.* 118. *Müll.* Mensam escariam cillibam appellabant: ea erat quadrata, ut etiam nunc in castris est. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

QUĀDRĀGĒNĀRĬUS, a, um, adject. qui in se continet quadraginta. — *a*) *Dolium quadragenarium* apud *Caton. R. R.* 105. fortasse est quadraginta congiorum. — *b*) *Quadragenaria fistula* apud *Vitruv.* 8. 7. et *Frontin. Aquæd.* 50. *et* 65. in aquæductibus est, quæ habet areæ, idest luminis in rotundum coacti, digitos quadraginta. Meminit etiam *Pallad.* 9. *R. R.* 12. — *c*) Quadragenarius pupillus, apud *Senec. Ep.* 25., idest quadraginta annorum. — Sic *quadragenarius* absolute. *Arnob.* 2. 24. Quadragenarium istum ad te voca. τεσσαρακοντούτην.

QUĀDRĀGĒNĀRĬUS, ii, m. 2. absolute, substantivorum more. *V.* voc. præced. sub c.

QUĀDRĀGĒNI, æ, a, *quaranta*, adject. distributivum, ut terni, bini. *Cato R. R.* 148. Vini in culleos singulos quadragenæ et singulæ urnæ dabuntur. *Cic.* 3. *Verr.* 56. 147. Columnæ singulæ sestertiis quadrageniis millibus locatæ. *Id.* 4. *Att.* 18. Uti ambo HS quadragena consulibus darent. *Liv.* 1. 43. Octoginta confecit centurias, quadragenas seniorum, ac juniorum. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 8. 14. (65). Obelisci quatuor quadragenum octonum cubitorum longitudine. *quarantotto per uno. et* 17. *ibid.* 23. 35. (202). Intervallum justum arborum, si aretur solum, quadrageni pedes in terga frontemque. *quaranta per parte. Colum.* 12. *R. R.* 20. 6. Ex hac compositione quantum in sextarios musti quadragenos octonos adjiciendum sit, incertum est. *in ogni quarantotto sestari. Liv.* 38. 38. *ad fin.* Obsides annorum quinum quadragenum. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (87). Pyramides complures quadragenarum ulnarum. *Sueton. Gramm.* 23. Luxuriæ ita indulsit (*Remmius Palæmon*), ut sæpius in die lavaretur; nec sufficeret sumptibus, quamquam ex schola quadragena annua caperet. — Ponitur et pro cardinali quadraginta, *quaranta. Colum.* 5. *R. R.* 2. 3. Centies vicies duceni quadrageni fiunt viginti octo millia et octingenti. *h. e.* numerus bis centum quadraginta multiplicatus per centum viginti efficit summam 28,800. Hæc *Forcellinus.* At hic quoque est distributivum: cf. *eumd. Colum. ibid.* § 8.; et *Auct. Epit. Iliad.* 185. Bisque quadragenas onerarunt millite puppes. *et ibid.* 202. Hi quadragenas omnes duxere carinas.

QUĀDRĀGENNĀLIS, e, adject. τεσσαρακοντατὴς, ad quadragesimum annum pertinens, ut *Quadragennalia vota*, quæ boni ominis causa nuncupabantur ob imperatorum incolumitatem, ut scilicet ad quadragesimum imperii annum, Deo favente, pervenirent. Hinc in nummis Constantini junioris et Constantii II. legere est VOT. XXX. MVLTIS XXXX. *h. e.* votis tricennalibus, multis quadragennalibus.

QUĀDRĀGĒSĪMA *et* quadragensuma, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

QUĀDRĀGĒSĪMUS, a, um, adject. *quarantesimo*, τεσσαρακοστος, qui post triginta novem proxime sequitur. *Varro* apud *Gell.* 3. 10. Nono et quadragesimo die totus homo in utero absolvitur. *Cato R. R.* 23. Partem quadragesimam addito defruti in culeum. *Cic.* 2. *de republ.* 15. Anno fere centesimo et quadragesimo. Sic *Tac.* 12. *Ann.* 27. *extr.* Aucta lætitia, quod quosdam e clade Variana quadragesimum post annum exemerant. *et* 1. *ibid.* 64. Quadragesimum id stipendium Cæcina parendi aut imperitandi habebat. — Hinc

Quadragesima et *quadragensuma* (V. sub 2.), æ, f. 1. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Generatim est pars quadragesima, *la quarantesima parte*, apud *Sueton. Cal.* 40. Pro litibus atque judiciis exigebatur quadragesima summæ, de qua litigaretur. ¶ 2. Speciatim de vectigali, quo quadragesima pars pendebatur. *Tac.* 13. *Ann.* 51. Manet tamen abolitio quadragesimæ, quinquagesimæque, et quæ alia exactionibus illicitis nomina publicani invenerunt. *Sueton. Vesp.* 1. Publicum quadragesimæ in Asia egit. *V.* PUBLICUS. *Quintil. declam.* 359. in *lemmate.* Præter instrumenta itineris, omnes res quadragesimam publicano debeant. *Inscript.* apud *Maff. Mus. Ver.* 462. 2. C. ATIVS ALCIMVS FELICIANVS PROC. QVADRAG. GALLIARVM. — *Quadragensuma ἀρχαίως* (ut *undevicensimus. V.* UNDEVICESIMUS.) pro quadragesima habetur in Galbæ nummo apud *Eckhel. D. N. V. T.* 6. *p.* 296. Quadragensuma remissa. *h. e. levata la gabella della quarantesima.* In aliis vero nummis apud *eumd. ibid.* legitur: Quadragens. remissa, *vel* XXXX. remissa, *vel* R. XXXX. ¶ 3. Item de jejunio quadraginta dierum ante Pascha Christianis usitato, *quaresima. Hieronym. Ep.* 41. *n.* 3. Nos unam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum jejunamus, illi (*hæretici*) tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint Salvatores. *Id. Ep.* 107. *n.* 10. Secularis homo in quadragesima ventris ingluviem decoquit, et in cochlearum morem succo victitans suo dapibus ac saginæ aqualiculum parat. *Alcim. Ep.* 67. Peto Paschales nobis dies felici reditu faciatis: quia quum in absentia vestra quædam nobis quadragesimæ perduret austeritas, etc. *V.* JEJUNIUM.

QUĀDRAGESSIS, is, m. 3. quadraginta asses. Est *Priscian. de ponder. p.* 1356. *Putsch.*

QUĀDRĀGIES *et* quadragiens, adverb. numer. *quaranta volte*, τεσσαρακοντάκις, quater decies. *Aurel. Vict. Vir. illustr.* 47. *de Catone.* Ipse quadragies quater accusatus gloriose absolutus. — Quum de pecunia sermo est, per ellipsin adhibitum significat quadragies centena millia. *Cic. Flacc.* 13. 30. Sestertium ter et quadragies. Adde *Liv.* 38. 55. — In antiqu. Inscriptionib. legitur etiam *quadragiens*, ut in *Monum. Ancyr. n.* 2. apud *Gruter.* 230. et apud *Th. Mommsen, Res gestæ divi Augusti* etc., *Berolini* MDCCCLXV.

QUĀDRĀGINTA, adject. indeclin. numerale, cardinale, *quaranta*, τεσσαράκοντα, quater decem. *Cic. Rosc. Am.* 14. 39. Annis magis quadraginta. *Id.* 2. *de republ.* 52. His enim regiis quadraginta annis et ducentis etc. *Catull.* 115. 1. habet instar triginta jugera prati, Quadraginta arvi; cetera sunt maria. *Plaut. Most.* 3. 1. 102. *et* 120. Quatuor quadraginta minæ. *h. e.* XXXXIV. *Colum.* 5. *R. R.* 2. 10 Quæ consummata efficiunt duo millia trecenteni et quadraginta. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 8. 6. (38). Partes sex atque quadraginta.

QUĀDRANGŪLĀRIS, e, adject. *quadrangola-*

re, idem ac quadrangulus. *Boeth. Aristot. analyt. prior.* 2. 25. *p.* 520. Si *d* sit quadrangulare, in quo autem *e* rectilineum, in quo *f* circulus; si ergo ejus, quod est *e f*, unum solum sit medium, per lunares figuras æquales fieri rectilineum circulum, propinquius erit scientiæ.

QUĂDRANGŪLĀTUS, a, um, adject. *quadrangolare*, ut Quadrangulata turris, *Tertull. Anim.* 17.

QUĂDRANGŪLUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

QUĂDRANGŪLUS, a, um, adject. *quadrangolare, quadrangolo*, τετράγωνος, quatuor angulos habens. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 22. 38. (118). Intus granum quadrangula figura. *Id.* 25. *ibid.* 6. 27. (63). Herba quadranguio caule. *Vet. Gromat. p.* 362. ed. *Lachmann.* Laterculos quadrangulos pro terminis invenies. — Hinc

Quadrangulum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est figura quatuor angulos habens, *il quadrangolo, il quadrato. Gloss. Lat. Gr.* Quadrangulum, τὸ τετράγωνον. Legitur et apud *Priscian. de ponder. p.* 1358. *Putsch.* ¶ 2. Item est idem ac numerus quadratus, vel planus. *Capell.* 7. *p.* 248. Planum numerum esse Græci dicunt, qui a duobus numeris continetur. Id ejusmodi est: in ratione mensurarum tantum de norma contineri, quantum a toto quadrangulo, cujus pars in ea norma sit, existimant.

QUĂDRANS, antis, proprie est Part. præs. a verbo *quadro*, ita ut subaudiatur *numerus*; hinc quarta pars alicujus rei: et usurpatur *A)* Adjective; *B)* Absolute, substantivorum more.

A) Adjective. In usuris est quarta pars centesimæ quotannis solvenda. *Scævola Dig.* 33. 1. 21. *a med.* Pro ea pecunia computari cum eo usuras quadrantes. *tre per cento. V.* CENTESIMUS.

B) Absolute, substantivorum more. ¶ 1. Generatim est quarta pars alicujus rei. Sic — *a)* Quadrans operæ, est quarta pars diei operaril, *un quarto di giornata. Colum.* 2. *R. R.* 4. 8. Jugerum proscinditur duabus operis, una iteratur, proscinditur dodrante, in liram satum redigitur quadrante operæ. — *b)* Quadrans diei, sex horæ. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 25. 57. (207). Ad CCCLXV. adjiciunt etiam num intercalarios diei noctisque quadrantes. ¶ 2. Speciatim de hereditate, quando as totam hereditatem significat, aut aliquam totam summam, *quadrans* est ejus quarta pars. *Sueton. Cæs.* 83. Instituit heredes sororum nepotes, C. Octavium ex dodrante, et L. Pinarium et Q. Pedium ex quadrante reliquo. *Plin.* 5. *Ep.* 7. Saturninus, qui nos reliquit heredes, quadrantem rei publicæ nostræ dedit. *Dig.* 44. 4. 17. § 2. Ex quadrante heres scriptus. — *Vellej.* 2. 23. 2. Turpissimæ legis auctor, qua creditoribus quadrantem solvi jusserat. ¶ 3. Item speciatim, in ponderibus sunt tres unciæ, *un quarto, tre oncie*, quarta libræ pars. *Martial.* 11. 105. Mittebas libram: quadrantum, Garrice, mittis. *Colum.* 12. *R. R.* 20. 5. Myrrhæ quincunx, calami pondo libram, casiæ selibram, amomi pondo quadrans, croci quincunx, cripæ pampinaceæ libram. (τὸ *libram* et *selibram* minus conveniunt cum rectis casibus, *quincunx* et *quadrans*: sed *V.* dicta in PONDO) *Plin.* 23. *Hist. nat.* 8. 80. (156). Quadrantem pondo baccarum decoqui in aquæ sextariis tribus. *Id.* 28. *ibid.* 9. 37. (137). Axungia decoquitur quadrantis pondere in vini cyathis tribus. — Hujus quadrantis nota constat ex tribus lineolis hoc modo ⚌ vel ⚍ (*V. Gronov. de pecun. Vet. l.* 1. *c.* 6. *et* 85. et *Marin. Frat. Arv. p.* 228.) *Cato R. R.* 81. Mellis P. ⚌ *h. e.* pondo seu libra, et quadrans seu tres unciæ. ¶ 4. Item quarta pars pedis, quo mensuramus, h. e. digiti quatuor: nam pes sexdecim continet. Hæc mensura dicitur etiam *palmus minor. V.* PALMUS. *Cato R. R.* 18. 2. Foramina longa P. III. S. ⚌. *h. e.* pedes tres, semissem et quadrantem. *et ibid.* Arbores P. I. ⚌. *et ibid.* § 6. Canalem facito latam P. IIII. S. ⚌. *Gell.* 3. 10. *a med.* Oresti corpus cubita longitudinis habens septem: quæ faciunt pedes duodecim et quadrantem. Adde *eumd.* 9. 4. *a med.* ¶ 5. Item in agris est quarta pars jugeri, *un quarto di campo. Colum.* 5. *R. R.* 1. 10. Pars quarta (*jugeri*) pedes septem millia et ducentos, hoc est quadrans. ¶ 6. In mensuris liquidorum et aridorum est quarta pars sextarii, h. e. cyathi tres: nam sextarius duodecim cyathos continet. *Martial.* 9. 94. Addere quid cessas, puer, immortale Falernum? Quadrantem duplica de seniore cado. *h. e.* porge mihi sex cyathos, quot nempe in nomine *Cæsar* sunt litteræ. *Cels.* 3. 15. Modicum cibum sumere, vini quadrantem. *h. e.* tres cyathos, ut *Id. ibid.* 18. *a med.* loquitur. *Varro* 3. *R. R.* 14. 4.; et *Plin.* 9. *Hist. nat.* 56. 82. (174). Ut octoginta quadrantes caperent singularum (*cochlearum*) calices. ¶ 7. Quum sermo est de pecunia, quadrans est tertiæ pars assis, h. e. tres unciæ. Et quia asses, h. e. nummi, olim librales fuere, quadrans fuit moneta ærea trium unciarum, nota ratis impressa. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (45). Nota æris (h. e. assis) fuit ex altera parte Janus geminus, ex altera rostrum navis: in triente vero et quadrante rates. Quadrans antea teruncius vocatus a tribus unciis. *Festus p.* 274. 16. et *Paul. Diac. p.* 275. 3. *Müll.* Ratitum quadrantem dictum putant, quod in eo et triente ratis fuerit effigies, ut navis in asse. *Varro* 5. *L. L.* 171. *Müll.* Sextans ab eo quod sexta pars assis, ut quadrans quod quarta, et triens quod tertia pars. Adde *eumd. ibid.* § 174. *Liv.* 3. 18. *extr.* In consulis domum plebes quadrantes, ut funere ampliore efferretur, jactasse fertur. — De minima summa. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 91. quoad vixit, credidit ingens Pauperiem vitium et cavit nihil acrius, ut, si Forte minus locuples uno quadrante perisset, Ipse videretur sibi nequior. *di un solo quattrino.* Sic *Juvenal.* 7. 8. Nam si Pieria quadrans tibi nullus in arca Ostendatur etc. et *Martial.* 2. 44. Et quadrans mihi nullus est in arca. *non ho un quattrino in cassa.* et 7. 10 Quadrantem nemo jam tibi credet. — *Petron. fragm. Tragur.* 43. *Burmann.* Paratus quadrantem de stercore mordicus tollere. *proverb.* de avaro sordido. — Erat merces consueta balneatoris. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 136. dum tu quadrante lavatum Rex ibis. Adde *Juvenal.* 6. 447. Quæ merces videtur constituta Sullæ temporibus a Ti. Veturio Burro quæstore Urb. aut IIIviro monetali: *Bullettin. dell' Instit. archeol. a.* 1841. *p.* 30. — Centum quadrantes, h. e. asses XXV. erant sportula pauperiorum clientum, quum loco cœnæ pecunia dabatur. *Juvenal.* 1. 120. densissima centum Quadrantes lectica petit. *Martial.* 10. 75. Sportula nos junxit quadrantibus arida centum. Adde *eumd. ibid.* 70., 1. 60., 3. 7. et 6. 88.

QUĂDRANTAL, ālis, n. 3. ¶ 1. Generatim est Italice *un quadrato, un quadro*, κυβος, figura ex omni parte quadrata, quales sunt cubi, et tesseræ, quibus in alveolo luditur. In quamcumque enim partem incubuerint, immotam habent stabilitatem. *Gell.* 1. 20. ¶ 2. Speciatim est mensuræ genus, pedem quaquaversum quadratum habens, continens octo congios, sextarios quadraginta octo, idem atque amphora, ut testatur *Festus p.* 258. 20. et *p.* 246. 5. *Müll.* quocum cf. *Priscian. de pond. et mens.* 59. Græce χαράμιον. *Cato* apud *Festum l. c.* Vinum redemisti, prædia pro vini quadrantalibus sexaginta in publicum dedisti, vinum non dedisti. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 14. 16. (95). Censores ediderunt, ne quis vinum Græcum Amineumque octonis æris singula quadrantalia venderet. *Cato R. R.* 10. Aenum, quod capiat quadrantalia XXX., aenum quod capiat quadrantalia V. *Id. ibid.* 57. *extr.* Eos (*servos*) non est nimium, in annos singulos vini quadrantalia decem ebibere. *Plaut. Curc.* 1. 2. 14. PHAE. Sitit hæc anus. PA. quantillum sitit? PHAE. Modica est: capit quadrantal. PA. Pol, ut tu prædicas, vindemia hæc huic anui non satis est soli. *Varro* 1. *R. R.* 57. 1. Quadrantal amurcæ.

QUĂDRANTĀLIS, e, adject. quadrantem continens. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 15. 29. (93). Mensa quatuor pedum et semipedis per medium ambitum, crassitudine quadrantali. *idest* pedis quartæ partis.

QUĂDRANTĀRĬUS, a, um, adject. τεταρτημοριαῖος, qui est ex quadrante. — *a) Res quadrantaria* est balneum, quia quadrans fuit præmium balneatoris. *Seneca Ep.* 86. *circa med.* Olim et pauca erant balnea, nec ullo cultu exornata. Cur enim ornaretur res quadrantaria, et in usum, non in oblectamenta reperta? — *b)* Quadrantaria Clytæmnestra (apud *Quintil.* 8. 6. 53.) dicta est a Cœlio Clodia uxor Metelli Celeris, quia vili mercede corporis sui copiam faciebat. Ideo autem Clytæmnestra vocata est, quia quemadmodum illa Agamemnonem, ita hæc maritum sustulerat. Alii quadrantariam dictam putant, quia a quodam callido amatore pro numinis argenteis quadrantes ærei quondam in ejus loculos immissi fuissent; quam rem narrat *Plutarch.* in *Cicer.* Fortasse huc pertinet illud *Cic. Cœl.* 26. 62., ubi de eadem Clodia loquens, Nisi forte, inquit, mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. *h. e.* vel propter corporis prostitutionem, quæ in balneis præcipue a meretricibus fiebat, vel quia balneatori pro quadrante mercedem stupri dabat, familiaris illi esse potuit. Sed quod tempore *Quintiliani* ænigma erat, neque nisi quis interpretaretur, intelligi poterat; multo minus nunc sperare licet, clare evolvi posse. *V. Bullettin. dell' Instit. archeol. a.* 1841. *p.* 30. — *c) Quadrantariæ tabulæ* sunt, in quibus ratio habebatur de quadrante a debitoribus solvendo, quo totius assis debitum creditoribus satisfactum ex lege Valeria fuit. *V.* DODRANTARIUS.

QUĂDRĂRĬI, æ, a, adject. quaterni. *Cato R. R.* 18. Vasa quadraria. Alii rectius ex MSS. *quadrina* legunt, itaque edidit *Schneiderus.*

QUĂDRAS, ădis, f. 3. τετράς, numerus quaternarius. *Hieronym.* 1. *Comm. in ep. ad Galat.* 1. Quapropter Valentini deliramenta et tabulæ contemnendæ sunt, qui triginta αἰῶνας suos affinxit, dicens esse animalia, et per quadradas et ogdoadas, decadas quoque et duodecadas tot edidisse numeros sæculorum, quot Æncia fetus scropha generarit.

QUĂDRĀTĀRĬUS, a, um, adject. ad quadratum pertinens. *Inscript.* apud *Murat.* 2012. 2., quæ est apud *Orell.* 4239. OPVS QVADRATARIVM AVGVSTORVM CATVLLINVS D. S. P. D. *h. e.* opus tessellatum, seu quadratis lapillis constans. — Hinc

Quadratarĭus, ĭi, m. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est, qui litteras quadratas in marmore insculpendas curat. *Sidon.* 3. *Ep.* 12. *a med.* Carmen hoc quod consequetur, nocte proxima feci. Sed vide, ut vitium non faciat in marmore lapidicida; quod factum sive ab industria, seu per incuriam, mihi magis, quam quadratario, lividus lector adscribat. *V.* QUADRATUS. ¶ 2. Item qui marmora ad amussim quadrat, *scarpellino. Imp. Constantin. Cod.* 10. 64. 1. Quadrigarii, vel quadratarii, quos Græco vocabulo πήκτας appellant. *Cujac.* pro πήκτας reponit λιθοξόους. *Vet. Auct. de limitib.* apud *Goes. p.* 294. Vertices agrorum, qui sunt in montibus lapideis tantummodo, inductis quadratariis, ut firmius esset, quod naturaliter dulantes in montibus terminum eminentem constituerent.

QUĂDRĀTĒ, adverb. *Manil.* 2. 295. Ternaque bis senis quadrate fingere signis. *h. e.* quum duodecim sint Zodiaci signa, in tria quadrata, seu in tres partes, quæ singulæ quatuor contineant, ea dividere. At nuper *Fr. Jacob* rectius legit *quadrata effingere.*

QUĂDRĀTIM, adverb. quadrate. Agnoscitur a *Charis.* 2. *p.* 168. *Putsch.*, sed sine exemplis. At Codicum auctoritate *Lindemannus* et *Keibliius* ediderunt *quadratim.*

QUĂDRĀTĬO, ōnis, f. 3. quadratura, figura quadrata. *Vitruv.* 4. 3. *sub fin.* Agatur linea rotundationis, quæ quadrationis angulos tangat.

QUĂDRĀTOR, ōris, m. 3. idem ac quadratarius apud *Cassiod.* 2. *Ep.* 7.

QUĂDRĀTUM, i, n. 2. *V.* QUADRO in fin.

QUĂDRĀTŪRA, æ, f. 1. τετραγωνισμός. ¶ 1.

Concreto, uti ajunt, sensu est — *a)* Figura, vel res quadrata, ut Quadraturæ vitreæ, laminæ vitreæ quadratæ et pellucidæ, quas loco tectorii parietibus inducebant ad ornatum. *Vopisc. Firm.* 3. Vitreis quadraturis bitumine aliisque medicamentis insertis domum induxisse perhibetur. — *b)* Item terræ spatium in agris quadrata figura, seu quatuor lineis parallelis clausum, h. e. quod *in quadro jacet*, ut ait *Vet. Auct. de limit. p.* 282. *Goes.* Hinc *Hygin. de limit. p.* 203. Limitem quemque diligenter agi oportet, et præcedere mensura cardinem, ut quadraturæ diligenter cludi possint. *Id. Gromat. p.* 8. *col.* 2. Si latiora (*castra*) fuerint, proxima quadraturæ sequens est dictatio. ¶ 2. Abstracte est ratio definiendæ circularis superficiei ad quadrati dimensionem, quam Itali etiam num *quadratura del circolo* vocant. *Apul.* 3. *Dogm. Plat. a med.* Non quod demonstrari nequeant, ut universitas maris, quæ demonstrabilis non est, et ut circuli quadratura. — De circuli quadratura disputat *Boeth. p.* 166. ¶ 3. Item est pars quarta circuli, seu 90 gradus. *Capell.* 8. *p.* 299. Mars utpote soli conjunctus de proximo etiam in quadratura ejus positus radios sentit, quippe in nonagesima parte ex utroque ejus latere remoratur. Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 15. 12. (60). Martis stella, ut propior etiam ex quadrato sentit radios a nonaginta partibus, unde et nomen accepit motus primus et secundus nonagenarius dictus ab utroque.

QUĂDRĀTUS, a, um. *V.* QUADRO in fin.

QUĀDRESSIS, is, n. 3. quatuor asses. Est *Prisciani de ponder. p.* 1356. *Putsch.*

QUĀDRĒ, adverb. ita ut omnia apte congruant. *Terentian. p.* 2403. *Putsch.* Versus ut quadre resistat, nec propaget terminum.

QUĀDRĬANGŬLUS, a, um, adject. idem ac quadrangulus. *Auson. epigr.* 128. Muliebre membrum quadriangulum cernit.

QUĀDRĬBACCĬUM *et* quadribacium, ĭi, n. 2. gemmarum plexus ex quatuor baccis vel bacis constans, ut *tribacca margarita*, quæ tribus margaritis constat. *Inscript.* apud *Murat.* 139. 1.; quæ est apud *Orell.* 2510. IN COLLO QVADRIBACIVM MARGARITIS N. XXXVI., ZMARAGDIS N. XVIII., IN CLVSVRIS DVO. *h. e. collana a quattro rosette composte di trentasei perle, e di diciotto smeraldi, nel fermaglio due (smeraldi).*

QUĀDRĬCEPSOS. *V.* BICEPSOS et QUARTICEPS.

QUĀDRĬCHORDUM, i, n. 2. idem ac tetrachordon. *Boeth.* 1. *Music.* 20. Musica mundana ex quatuor constat elementis, cujus quadrichordi Mercurius dicitur inventor.

QUĀDRĬCŪBĬTĀLIS, e, *et*

QUĀDRĬCŪBĬTUS, a, um, adject. τετράπηχος, qui quatuor cubitorum est. *Boeth. Aristot. Topic.* 6. 2. *p.* 707. Animal gressibile, bipes, quadricubitale. *Id. Aristot. Elenchor. Sophist.* 2. 5. *p.* 753. Putasne quadricubitum tricubito majus? Fieri enim potest ex tricubito quadricubitum secundum longitudinem.

QUĀDRĬDENS, entis, adject. *di quattro denti*, quatuor dentes habens. *Cato R. R.* 10. *et* 11. Rastros quadridentes duos.

QUĀDRĬDŪĀNUS, a, um, adject. *et*

QUĀDRĬDŬUM, ūi, n. 2. *V.* QUATRIDUANUS et QUATRIDUUM.

QUĀDRĬENNIS, e, adject. *di quattro anni*, quatuor annos habens. *Flor.* 2. 6. Post primum Punicum bellum vix quadriennis requies. *Alii leg.* quadriennii. *Aurel. Vict. Epit.* 45. *extr.* Valentinianus adhuc quadriennis creatus est imperator.

QUĀDRĬENNĬUM, ii, n. 2. *quattr'anni*, τετραετία, quatuor annorum spatium. *Cic. Cæcin.* 7. 19. Fundus, quem quadriennium possedit Cæsennia. *Id. opt. gen. orat.* 7. 22. Quadriennio ante Philippi mortem. *Id. Senect.* 4. 10. Quæstor deinde quadriennio post factus sum. *Dig.* 23. 1. 17. Non solum annum vel biennium, sed etiam triennium et quadriennium et ulterius.

QUĀDRĬĒRIS, is, f. 3. quadriremis, ut *trieris* triremis. *Inscript.* apud *Murat.* 876. 3. EX CLASS. PR. MIS. QVADRIERE FIDE. — In *Not. Tir. p.* 177. legitur *quatrieris.*

QUĀDRĬFĂRĬAM, adverb. *in quattro parti*, τετραχῶς, in quatuor partes, quadripartito.

I.) Proprie. *Varro* apud *Non. p.* 92. 15. *Merc.* Et ea, quæ ad mortales pertinent, quadrifariam dispertierim, in homines, in loca, in tempora, in res. *Liv.* 38. 1. Conjurati quadrifariam se diviserunt: pars una Heracleam, altera Tetraphyliam, petit, etc. *Sueton. Vitell.* 13. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in jentacula, et prandia, et cœnas, comissationesque. *Inscript.* apud *Orell.* 3322. M. M. LARTIENI SABINI PATER ET FILIVS QVINQVENNALES AQVAM IN FANVM SVA IMPENSA PERDVXERVNT. SALIENTES (*aquas*) QVADRIFARIAM SVO LOCO RESTITVERVNT.

II.) Translate. *Dig.* 38. 10. 10. § 16. Quadrifariam accipere aliquid. *h. e.* a quatuor partibus, sive hominibus.

QUĀDRĬFĂRĬTER, adverb. quatuor modis. *Paul. Dig.* 38. 10. 10. *ante med.* Proavus quadrifariter intelligitur. Est enim avi paterni, aut materni pater: item aviæ paternæ, aut maternæ pater. *et infra.* Pronepos et proneptis quadrifariter intelliguntur. Ita *Torrentin.* et *Haloand.*, alii *quadrifariam.*

QUĀDRĬFĂRĬUS, a, um, adject. quadruplex. *V.* BIFARIUS. *Cassiod.* 3. *Variar.* 51. Colores (*aurigarum*) in vicem temporum quadrifaria divisione funduntur. *V.* FACTIO. *Id.* 1. *ibid.* 45. Quadrifariæ mathesis januæ. *h. e.* quatuor artes matheseos. *Id. Instit. div. litt.* 35. Julius orator maria, insulas, montes, provincias, civitates, flumina etc. quadrifaria distinctione complexus est.

QUĀDRĬFĪDUS, a, um, adject. duo diversa significat: scilicet

A) A *quatuor* et *findo* est *fesso in quattro parti*, qui in quatuor partes fissus est, vel findi potest, fissilis.

I.) Proprie. *Virg.* 2. *G.* 25. Quadrifidasque sudes et acuto robore vallos. *Val. Flacc.* 1. 662. *de Salmoneo.* quum fingeret alti Quadrifida trabe tela Jovis. *Virg.* 7. *Æn.* 509. Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis Scindebat. *Colum.* 4. *R. R.* 33. 4. Taleæ quadrifidas ridicas subministrant.

II.) Translate. *Claudian. Cons. Prob. et Olybr.* 268. Incipe quadrifidum Phœbi torquere laborem. *h. e.* solis cursum in quatuor anni tempora divisum. Sic *Claud. Mar. Victor. de Genesi* 1. 104. Tempora quadrifidi mensurans (*luna*) quattuor anni.

B) A *quatuor* et *fides*, χορδή, est qui quatuor fidibus constat. *Capell.* 9. *p.* 323.-324. Sed quum tetrachordorum, quos quadrifidos appellamus, divisiones innumerabiles sint, sex sunt notæ.

QUĀDRĬFĪNĀLIS, e, adject. a quadrifinio, ut Quadrifinalis arca, *Innocent. de Casis litterar.* apud *Goes. p.* 222.

QUĀDRĬFĪNĬUM, ii, n. 2. terminus, qui quatuor possessionum fines adstringit, ut definit *Isid.* 15. 14. Legitur etiam in *excerpt. Innocent. rei agrar. p.* 221. *et* 227. *Goes.*

QUĀDRĬFĪNĬUS, a, um, adject. ad quadrifinium pertinens. *Var. Auct. de limitib. p.* 250. *Goes.* Si tamen cursorius terminus non eo lapide aut colore fuerit, quo et trifinius aut quadrifinius, duo lapides invenies finales.

QUĀDRĬFLŬVĬUM, ii, n. 2. sectio in quatuor partes: ex *quatuor* et *fluvius. Vitruv.* 2. 9. Ima abietis pars, quum excisa quadrifluviis disparatur, ejecto torulo ex eadem arbore, ad intestina opera comparatur, et sapinea vocatur. Id aliis verbis *Plin.* 16. *Hist. nat.* 39. 76. (195). Communia his (*larici et abieti*) pinoque, ut quadripartitos venarum cursus, bifidosque habeant, vel omnino simplices. Ad fabrorum intestina opera medulla sectilis, optima quadripartitis materiis et mollior, quam ceteræ. Abietis quæ pars a terra fuit, enodis est: hæc, qua diximus ratione, fluviata decorticatur, atque ita sapinus vocatur. *V.* DIFFLUVIO.; et *Plinii loc. cit.* in QUIES.

QUĀDRĬFLŬUS, a, um, adject. qui per quatuor partes fluit. *Prudent.* 3. *Cathemer.* 103. *de Paradiso.* Ver ubi perpetuum redolet, Prataque multicolora latex Quadrifluo celer amne rigat.

QĂDRĬFŌRIS, e, adject. τετράθυρος, quatuor fores, sive foramina habens. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 21. 24. (74). Vespæ nidos vere faciunt fere quadrifores. — *Quadrifores januæ* dicuntur a *Vitruv.* 4. 6., quarum singulæ fores, seu tabulæ dupliciter plicantur, *porte di quattro partite.*

QUĀDRĬFORMIS, e, adject. *quadriforme*, quatuor habens formas. *Gloss. Cyrill.* Quadriformis (*lege* Quadriforme), τετράμορφον. Habent et *Not. Tir. p.* 110.

QUĀDRĬFRONS, ontis, adject. quatuor habens frontes: ut Janus quadrifrons apud *Augustin.* 7. *Civ. D.* 4.; et *Servium* ad *Virg.* 7. *Æn.* 607.

QUĀDRĬFURCUS, a, um, adject. qui quatuor furcas seu cuspides habet. Est *Prisciani de ponder. p.* 1358. *Putsch.*

QUĀDRĪGA, æ, *et sæpius* quadrigæ, ārum, *f.* 1. In sing. num. usurpavit *Pacuvius* apud *Isidor. Differ.* 47. volucri currit ale quadriga. *Varro in lib. satyr.* qui inscriptus est *Exdemetricus*, teste *Gell.* 19. 8. *extr.*, quamvis *Cæsar in lib. de Analog.* negaverit. Sed præter *Pacuvium* et *Varronem* etiam *Propert.* 2. 25. 39. Amphiaraeæ nil possunt fata quadrigæ. *Id.* 3. 7. 17. Eleæ concurrit palma quadrigæ. *Sueton. Vitell.* 17. Femur subdebile impulsu quadrigæ. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (36). Lysiæ opus quadriga currusque. *h. e.* quatuor equi cum curru. Equos intelligit etiam *Martial.* 6. 46. Vapulat assiduo Veneti quadriga flagello. *et Grat. Cyneg.* 228. Thessalium quadriga decus. Adde *Plin.* 7. *Hist. nat.* 21. 21. (85). et alibi; *Val. Max.* 1. 8. *n.* 9. *extern.*; *Papinian. Dig.* 31. 1. 67. et *Ulp. ibid.* 45. 1. 29. His ergo ac tot auctoribus *quadrigam* usurpare poteris quum libuerit. — Quod ad vocabuli compositionem attinet, *Fronto* apud *Gell.* 19. 8. Quatuor simul equi juncti quadrigæ, quasi quadrijugæ, vocantur. *Hinc* patet, *quadriga* habere pænultimam longam, quia contracta vox est ex *quadrijuga*, ut *biga* ex *bijuga*, *triga* ex *trijuga.* Ceterum *quadriga* sunt quatuor equi ad currum trahendum apti; item currus a quatuor equis tractus, τέθριππον, τετρωρον (It. *muta di quattro cavalli; carro o carretta a quattro cavalli*; Fr. *attelage de quatre chevaux, char attelé de quatre chevaux, quadrige*; Hisp. *tiro de quatro caballos*; Germ. *d. Viergespann, sowohl mit als ohne Wagen*; Angl. *a team of four horses, a car or chariot drawn by four horses yoked together abreast*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu de quatuor equis ad currum trahendum aptis, aut de curru a quatuor equis tracto. — *a)* Generatim. *Isid.* 17. *Orig.* 35. Quadrigarum currus duplici temone olim erant, perpetuoque, et qui omnibus equis injiceretur jugo. Primus Clisthenes Sicyonius tantum medios jugavit, eosque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicuit, quos Græci στεραφορους, Latini funarios vocant. *Colum.* 3. *R. R.* 3. 5. Unde sacrorum certaminum studiosi pernicissimarum quadrigarum semina diligenti observatione custodiunt. *Festus p.* 181. 8. *Müll.* Rhodii quotannis quadrigas Soli consecratas in mare jaciunt. *Virg.* 3. *G.* 267. Glauci Potniades malis membra absumpsere quadrigæ. Adde *Liv.* 1. 28. *sub fin.*; *Martial., Plin., Grat.* supra citatos; *Manil.* 1. 471.; et *Sidon. carm.* 22. 162. — *b)* Præcipue de iis dicuntur, quibus cursu certabant in Circo. *Cic.* 2. *Divinat.* 70. 144. Curru quadrigarum vehi. *Virg.* 1. *G.* 512. quum carceribus sese effudere quadrigæ. *Sueton. Cæs.* 39. Quadrigas agitare. Adde *Cic. Brut.* 47. 173., *Orat.* 47. 157. et *Mur.* 27. 57.; *Colum.* 3. *R. R.* 8. 5.; et *Sueton. Claud.* 21. et *Domit.* 4. — Earum inventorem *Virg.* 3. *G.* 113. et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (202). Erichthonium faciunt. Arcades apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 59. eam inventionem Minervæ quartæ tribuunt. — *c)* Item speciatim in re militari. *Auct. B. Alex.* 75. Falcatæ regiæ quadrigæ permixtos milites perturbant. *Liv.* 37. 41. Falcatæ quoque quadrigæ, quibus se perturbaturum hostium aciem Antiochus crediderat, in suos terrorem verterunt. Adde *Curt.* 4. 9. 4. — *d)* Item Jovi tribuebantur. *V. Plaut. Amph.* 1. 1. 294. *cit.* sub II. 1. Hinc *quadrigæ fictiles* fuerunt in fastigio Capitolii, ornatus gra-

tia, currum Jovis referentes. Ferunt, eas, quum in fornace coquerentur, adeo crevisse, ut eximi, nisi fornace diruta, non possent. Itaque quum illud omen ad incrementum imperii pertinere crederetur: negarentque Vejentes, apud quos eæ factæ fuerant, se Romanis tradituros, bello recuperatæ sunt. Rem narrat *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 4. (16).; *Festus p.* 274. 15. *Müll.*; et *Plutarch.* in *Poplic.* Eæ postea ex marmore, vel ære refectæ sunt. V. *Liv.* 10. 23. *ad fin.* — *e*) Poetice tribuuntur Soli, Auroræ, etc. *Plaut. Amph.* 1. 1. 266. Cum quadrigis Sol exoriens. *Virg.* 6. *Æn.* 535. roseis Aurora quadrigis Jam medium ætherio cursu trajecerat axem. *Tibull.* 3. 4. 17. Nox ætherium nigris emensa quadrigis Mundum. — *f*) Quadrigis eburneis in abeco, inter initia imperii, quotidie ludebat Nero, teste *Sueton. Ner.* 22., h. e. *nello scacchiere.* — *g*) Quadriga fuit aposphragisma in anulo *Plinii* junioris; ipse enim ait 10. *Ep.* 16. (*al.* 74.) *extr.* Signata est anulo meo, cujus est aposphragisma quadriga. ¶ 2. Latiori sensu dicitur et de aliis jumentis. *Varro* 2. *R. R.* 1. 14. Ut mea memoria asinus venierit sestertiis millibus LX., et unæ quadrigæ Romæ constiterint quadringentis millibus. *Sueton. Ner.* 11. Circensibus commisit etiam camelorum quadrigas.

II.) Translate. ¶ 1. Ponuntur sæpe ad significandam celeritatem atque impotentiam; quia in Circo quadrigæ quam celerrime et effrenate ferebantur. — *a*) *Ennius* apud *Servium* ad *Virg.* 12. *Æn.* 499. irarumque effunde quadrigas. *Virgil. ibid.* moderatius dixit: irarumque omnes effundit habenas. *Plaut. Amph.* 1. 1. 294. Quadrigas si nunc inscendas Jovis, atque hinc fugias, ita vix poteris effugere infortunium. *Id. Aulul.* 4. 1. 13. Servus herile imperium ediscat, ut quod jubeat, citis quadrigis citius properet persequi. *Id. Pœn.* 1. 2. 155. Discrucior miser, nisi illum jubeo quadrigis cursim ad carnificem rapi. *Id. Asin.* 2. 2. 14. Nam si huic occasioni tempus se subterduxerit, numquam edepol quadrigis albis indipiscet postea. *h. e.* quadrigis Jovis, ut quidam interpretantur: et *albis* dici putant, h. e. citis, quia Græce ἀργὸς tum album, tum citum significat. (V. horum *Plauti* locorum interpretationem apud *De-Vita Antiq. Benev. p.* 234.). Huc pertinet illud *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 15. Quoniam in isto homine colendo tam indormivi diu, te mehercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum vero (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari) quadrigis poeticis. — *b*) Proverb. est illud *Petron. fragm. Tragur.* 64. *Burmann* Jam quadrigæ meæ decucurrerunt, ex quo podagricus factus sum. ¶ 2. Translate dicuntur etiam de numero quaternario cujusvis rei. *Vopisc. Prob. in fin.* Nunc de Firmo, et Saturnino, et Bonoso, et Proculo dicemus. Non enim dignum fuit, ut quadrigæ tyrannorum bono principi miscerentur. *Varro* 5. *L. L.* 12. *Müll.* Initiorum quadrigæ locus, et corpus, tempus, et actio. — *NB.* De nom. propr. *V.* ONOM.

QUĂDRĪGĀLIS, e, adject. ad quadrigas pertinens, ut Quadrigales equi, *Paul. Diac. p.* 49. 14. *Müll.*

QUĂDRĪGĂMUS, i, m. 2. qui quater uxorem duxit, τετράγαμος. Vox hybrida ex Latino *quadrus*, et Græco γάμος *nuptiæ*. *Hieronym.* 1. *advers. Jovinian. n.* 15. Erubescant (*mulieres*) alterum (*maritum*) accipere, ne trigamis et quadrigamis comparentur.

QUĂDRĪGĀRĬUS, a, um, adject. (*V.* voc. seq.) pertinens ad circenses quadrigas. *Sueton. Cal.* 19. Postridie quadrigario habitu, curriculoque bijugi famosorum equorum, etc. (Qualis fuerit *quadrigarius habitus*, scire licet ex aurigæ figura, quam habes apud *Visc. Mus. Pio-Clem. T.* 3. *tab.* 31., unde illustratur locus *Cod.* 11. 40. 4. Agitator rugosis sinibus.) *Inscript.* apud *Gruter.* 339. 5. QVADRIGARIA FAMILIA. *h. e.* servi operam dantes equis et quadrigis Circensibus. *Veget.* 1. *Veterin.* 56. et 4. *ibid.* 13. Quadrigarii pulveris uncias tres. *h. e.* qui ex diverso pigmentorum genere mixtus, et per se adjuvat animalia, et aliis potionibus pro modo vel curæ ratione miscetur, ut *Id. ibid.* 13. loquitur. Habet autem inde nomen, quod quadrigariis equis præcipue medetur.

QUĂDRĪGĀRĬUS, ii, m. 2. τετριππηλάτης, ἡνίοχος, qui quadrigas agit, auriga: et is præcipue, qui quadrigas in Circo agitat. *Varro* 2. *R. R.* 7. 15. Peritus belli alios (*equos*) eligit atque alit ac docet: aliter quadrigarius ac desultor. *Cic. fragm. orat. in toga cand.* apud *Ascon.* In eo exercitu prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium. Ubi *Ascon.* De Antonio dici manifestum est, quod quum Sulla post victoriam Circenses faceret, ita ut honesti homines quadrigas agitarent, fuit inter eos C. Antonius. *Arnob.* 2. 38. Cursores, pugiles, quadrigarii, desultores. Adde *Sueton. Ner.* 16. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

QUĂDRĪGĀTUS, a, um, adject. τεθριππωτός, quadrigis signatus, ut Nummus quadrigatus, *h. e.* denarius, cui quadrigarum imago impressa est. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (45). Notæ argenti fuere bigæ atque quadrigæ, et inde bigati quadrigatique dicti. *Liv.* 22. 58. Pretium fere in capita, equiti quingenos quadrigatos, trecenos pediti, servo centum. *Id. ibid.* 52. In capita Romana trecenis nummis quadrigatis, in socios ducenis, in servos centenis persolutis. *Paul. Diac. p.* 98. 3. *Müll.* Item nummi quadrigati et bigati a figura cælaturæ dicti.

QUĂDRĪGĔMĪNUS, a, um, adject. τεταπλοῦς, τετράδυμος. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 23. 35. (85). Cerastis corpore eminere cornicula sæpe quadrigemina. *h. e.* quatuor. Cf. *Isid.* 12. *Orig.* 4. Sunt autem illi quadrigemina cornicula.

QUĂDRĪGĔNI. *V.* QUADRINGENI.

QUĂDRĪGŌNUS, a, um, adject. τετράγωνος, tetragonus. Vox hybrida, a *quadrus* et γώνος *angulus*. *Claud. Mamert. Ep.* 1. *a med.* Numquam erit, ut figura circuli ex duabus aut tribus lineis fiat, aut quadrigona ex tribus, aut trigona ex quatuor.

QUĂDRĪGŬLA, æ, f. 1. deminut. a quadriga. — *a*) In plur. num. *Cic. Fat.* 3. Aut Philippus hasce in capulo quadrigulas vitare monebatur? — *b*) In sing. num. *Plin.* 34. *Hist nat.* 8. 19. (22). Læva tribus digitis quadrigulam tenuit. *h. e.* quatuor equulos junctos.

QUĂDRĪGŬLĀRĬUS, a, um, adject. ad quadrigulam pertinens, ut Quadrigularius pictor, qui nempe quadrigas pingebat, *pittore, o verniciatore di carrozze. Inscript.* apud *Donat.* 317. 6., quæ est apud *Orell.* 4262. TI. CLAVDIVS SOTER PICTOR QVADRIGVLARIVS.

QUĂDRĪJŪGIS, e, *et*

QUĂDRĪJŪGUS, a, um, adject. a *quatuor* et *jugum*. — *a*) Quadrijuges equi, et absolute quadrijuges, vel quadrijugi sunt equi quaterni uno jugo ad currum alligati. *Virg.* 10. *Æn.* 571. Quadrijuges in equos adversaque pectora tendit. *Stat.* 12. *Theb.* 532. niveis victorem cernere vectum Quadrijugis. *Ovid.* 2. *Met.* 167. tritumque relinquunt Quadrijugi spatium. *h. e.* equi Solis. *Sil. It.* 4. 438. frenisque operata regendis Quadrijugos atro stimulat Bellona flagello. — *b*) Quadrijuges, vel quadrijugi currus, qui quatuor equis trahuntur. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 44. 105. et apud *Varron.* 10. *L. L.* 70. *Müll.* Vidi Hectorem curru quadrijugo raptarier. *Virg.* 12. *Æn.* 162. Quadrijugo invehitur curru. *Apul. Florid. n.* 16. Quadrijuges et sejuges currus ponere alicui. — Quadrijugum certamen, quod quadrijugis, seu quadrigis fit. *Stat.* 6. *Theb.* 370. — Hinc

Quadrijugi, ōrum, m. plur. 2. absolute, substantivorum more. *V.* supra sub *a*.

QUĂDRĪLĂTĔRUS, a, um, adject. qui quatuor latera habet, *quadrilatero. Capell.* 6. *p.* 231. Extra has formas, quidquid quadrilaterum est, τραπέζιον vocatur. *Boeth. Geometr.* 1. *p.* 1489. Quadrilatera (*figura*) est, quæ sub quatuor rectis lineis continetur. *Balb.* in *Gromat. vet. p.* 106. *Goes.* Quadrilatera forma est quatuor laterum totidemque angulorum. Adde *Isid.* 3. *Orig.* 12.; et *V.* TRILATERUS.

QUĂDRĪLĪBRIS, e, adject. τετραλίτρος, qui est pondo quatuor librarum. *Plaut. Aulul. a.* 5. *v.* 2. Quadrilibrem aulam auro onustam habeo.

QUĂDRĪLINGUIS, e, adject. qui quatuor linguas callet. *Gloss. Lat. Gr.* Quadrilinguis, τετράγλωσσος.

QUĂDRĪMĀNIS, e, *et*

QUĂDRĪMĀNUS, a, um, adject. qui quatuor habet manus. *Jul. Obseq. de prodig.* 111. C. Lælio, L. Domitio Coss. puella biceps, quadripes, quadrimana, gemina feminea natura, mortua nata. *Id. ibid.* 73. alia positione. Pueri quadrupedes et quadrimanes nati. *Alii leg.* quadripedes et quadrumanes.

QUĂDRĪMĀTUS, us, m. 4. τετραετία, ætas quatuor annorum. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 11. 58. (181). Sed ex his, quæ sunt fortissima, nullum extra quadrimatum utile est. Adde *eumd.* 8. *ibid.* 45. 70. (176). *Colum.* 7. *R. R.* 9. 2. Dum quadrimatum agant. Adde *eumd.* 9. *ibid.* 1. 7.

QUĂDRĪMEMBRIS, e, adject. qui quatuor habet membra, seu qui quatuor pedibus ambulat, more bestiarum. *Capell.* 8. *p.* 272. *in carm.* Donec, jubente Baccho, Satyrus rapit jacentem (*Silenum*), Scapulisque dat supinum, Uvidumque quadrimembrem, Colloque complicatum, Utribus parem reportat. *Alii leg.* hiantimembrem. *Gloss. Lat. Gr.* Quadrimembris, τετραμερής.

QUĂDRĪMENSTRŬUS, a, um, *et*

QUĂDRĪMESTRIS, e, adject. *di quattro mesi*, τετραμηνιαῖος. *Impp. Arcad. et Honor. Cod.* 1. 32. 1. Breves etiam quadrimenstruos ad officium palatinum noverint dirigendos. *Varro* 2. *R. R.* 2. 17. Sic nutricantur agni, quoad facti sunt quadrimestres. *Sueton. Ner.* 14. Consulatus quatuor gessit; primum bimestrem, tertium quadrimestrem.

QUĂDRĪMŬLUS, a, um, adject. deminut. quadrimi. *Plaut. Pœn. prol.* 85. Altera quinquennis, altera autem quadrimula, cum nutrice una periare. *Id. Capt.* 5. 3. 4. Quadrimulus parvulus.

QUĂDRĪMUS, a, um, adject. *di quattr'anni*, τετραετής, qui habet quatuor annos: *V.* etymon in BIMUS. *Cic.* 16. *Fam.* 22. Una omnino interpositio difficilior est, de quadrimo Catone. *h. e.* de re gesta a Catone Uticense in ætate quatuor annorum. *Horat.* 1. *Od.* 9. 7. Quadrimum merum. *Liv.* 27. 37. Infantem natum esse quadrimo parem. *Varro* 1. *R. R.* 20. 1. Quadrimi boves. *Colum.* 4. *R. R.* 16. 1. Quadrima vitis. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 44. 69. (171). Quadrimæ equæ. *Id. ibid.* 45. 70. (176). Quadrimi tauri. *Dig.* 23. 4. 19. Dies annua, bima, trima, quadrima.

QUĂDRINGĒNĀRĬUS, a, um, adject. qui quadringentos continet. *Cic.* 6. *Att.* 1. *a med.* Dejotarus habet cohortes quadringenarias nostra armatura triginta. *Liv.* 7. 7. Quadringenariæ octo cohortes scribuntur. *Alii leg.* quadringentariæ. — *Quadringenarius* seu *quatringenarius judex* dicitur, cui equestris census erat quadringentorum milliam sestertiorum, ut *ducenarius* est appellatus, cui ducenta tantum millia sestertiorum. *V.* DUCENARIUS. Hinc *Inscript.* apud *Murat.* 1048. 4. *C. Vallio Quir.* POSTVMO IVDICI INTER QVATRINGENARIOS ADLECTO A DIVO ANTONIO PIO *etc.* Alia apud *Gruter.* 431. 7. L. LVCCEIO L. F. TER. RIBERO IVDICI CCCC. SELECTO *etc.*

QUĂDRINGĒNI *et* quadrigeni, æ, a, adject. *quattrocento*, nomen distributivum. *Varro* 2. *R. R.* 8. 3. In Reatino trecenis ac quadrigenis millibus admissarii aliquot venierunt. *Sueton. Vitell.* 13. Singuli apparatus quadringenis millibus nummum constiterunt. *Liv.* 8. 11. *extr.* Denarios nummos quadringenos quinquagenos vectigal populus jussus pendere quotannis in singulos.

QUĂDRINGENTĀRĬUS. *V.* QUADRINGENARIUS.

QUĂDRINGENTĒNĀRĬUS, a, um, adject. idem ac quadringentarius, teste *Priscian. de ponder. p.* 1355. *Putsch.*

QUADRINGENTENI, æ, a, adject. Est falsa lectio: *V.* QUADRINGENTI.

QUĂDRINGENTĒSĪMUS, a, um, adject. *quattrocentesimo*, τεσσαρακοσιοστός, quater centesimus. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 6. 6. (16). Anno Urbis

quadringentesimo septuagesimo secundo. *Liv.* 6. 45. Quadringentesimus annus.

QUĂDRINGENTI, æ, a, adject. numeri cardinalis, *quattrocento*, τετρακόσιοι, quater centum. *Cic.* 1. *de republ.* 37. 58. Videsne igitur minus quadringentorum annorum esse hanc urbem, ut sine regibus sit? *Id. Pis.* 5. 10. Centum prope annos legem Æliam et Fufiam tenueramus, quadringentos judicium rationemque censoriam. *Id.* 2. *Divinat.* 21. 48. Dixisti multa de casu, ut, Venerium jaci posse casu, quatuor talis jactis; quadringentis, centum Venerios non posse casu consistere. *Juvenal.* 1. 105. quinque tabernæ Quadringenta parant. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 17. 24. (64). Primus autem Scaurus ædilitate sua centum quinquaginta pantheras misit, dein Pompejus Magnus quadringentas decem, divus Augustus quadringentas viginti. *Id. ibid.* 43. 68. (170). Singulas (*asinas*) quadringenta millia nummum enixas. *h. e.* prolem enixas, quæ ita præstaret, ut tot nummorum millibus venderentur. *Alii et ipse* Forcellinus *leg.* quadringentena; *sed* quadringenta *vel* quadringena legendum esse viderat jam *Drakenborg.* ad *Liv.* 45. 16. Similiter *Vitruv.* 10. 14. Quadringentis versationibus imi tympani. *Alii minus recte* quadringentenis. *Martial.* 5. 23. Quadringentorum nullæ sunt, Basse, lacernæ. *h. e.* equitum Romanorum, quorum census sunt quadringenta millia sestert.

QUĂDRINGENTĬĒS *vel* quadringentiens, adverb. *quattrocento volte*, τετρακοσιάκις, quater centies, vel quater centum. *Cic.* 4. *Verr.* 10. 26. HS quadringenties accepisse te arguo contra leges. *h. e.* quadringenties centena millia. Adde *eumd.* 2. *Phil.* 37. 93. et *Rabir. Post.* 8. 21.

QUĂDRĪNI, æ, a, adject. *quattro*, idem ac quaterni, vel quatuor. *Varro* 8. *L. L.* 55. *Müll.* Sicut est ab uno uni, a tribus trini, a quattuor quatrini, sic a duobus duini, non bini dicerentur. *Sic* Müllerus *ex Codd.*; Forcellinus *ex vulg. libris* quatrini. *Cato R. R.* 18. 1. *et* 3. Quadrina vasa. *Pomponius* apud *Non. p.* 483. 25. *Merc.* Plus quæsti facerem, quam quadrinas si haberem molas. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 36. 43. (120). Trinis, aut quadrinis diebus. *Id.* 7. *ibid.* 50. 51. (170). Febris quadrini circuitus. *quartana. Arnob.* 6. 5. Quadrini cardines. *Id.* 7. *p.* 24. Una commixtio quadrinis copulata de frugibus. *Apul. Dogm. Plat.* 1. Quadrinæ temporum vices.

QUĂDRĪNOCTĬUM, ĭi, n. 2. *quattro notti*, quatuor noctium tempus. Agnoscitur a *Priscian. de fig. num. p.* 1357. *Putsch.*, sed nullum affert scriptoris exemplum. *Gloss. Lat. Gr.* Quadrinoctium, τετρανυκτια.

QUĂDRĪPARTĬO, is, ire, a. *et*

QUĂDRĪPARTĬOR *vel* quadripertior, īris, ītus sum, īri, dep. 4. Part. *Quadripartitus* in fin. — Quadripartire, vel quadripartiri est in quatuor partes dividere. — *a*) Depon. legitur tantum in *Gloss. Lat. Gr.* Quadripartior, τετραχῶς *μερίζω*, et *Not. Tir. p.* 109. — *b*) Passive. *Dictys Cret.* 1. 19. Per æquationem numeri atque partium quadripartitur exercitus. — Hinc Part. præter. pass.

Quadripartitus et sæpius in novis edition. *quadripertitus, a, um*, τετραμερής. *quadripartito*, divisus in quatuor partes. *Cic.* 3. *Verr.* 12. 34. Quare hæc eadem erit quadripartita distributio totius accusationis meæ. *Id.* 1. *Tusc.* 28. 68. Commutationes temporum quadripartitæ. *Varro* 5. *L. L.* 12. *Müll.* Quare fit, ut ideo fere omnia sint quadripartita. *Id.* 9. *ibid.* 31. An non vides, ut Græci habeant eam (*orationem*) quadripartitam? *Quintil.* 1. 5. 38. Quadripartita oratio. *et* 5. 14. 5. ratiocinatio. *Tac.* 13. *Ann.* 39. Quadripartito exercitu, hos subruendo vallo inducit; alios scalas mœnibus admovere; multos etc. *Id.* 5. *Hist.* 20 Præsidia modicis vicis quadripartita Civilis invasit. V. *Plin. loc. cit.* in QUADRIFLUVIUM.

QUĂDRĪPARTĪTĬO *vel* quadripertitio, ōnis, f. 3. divisio in quatuor partes. *Varro* 5. *L. L.* 11. *Müll.* Quadripartitio magis sic apparebit. *Id.* 7. *ibid.* 5. Si quid excidit ex hac quadripartitione.

QUĂDRĪPARTĪTŌ *vel* quadripertito, adverb. in quatuor partes dividendo. *Colum.* 4. *R. R.* 26. 3. Brachia quadripartito locabimus.

QUĂDRĪPARTĪTUS, a, um. *V.* QUADRIPARTIO in fin.

QUĂDRĪPĔDUS. *V.* QUADRUPEDUS.

QUĂDRĪPERTĪTĬO, ōnis, f. 1. *et*

QUĂDRĪPERTĪTŌ, adverb. *et*

QUĂDRĪPERTĪTUS, a, um, particip. *V.* QUADRIPARTITIO, QUADRIPARTITO et QUADRIPARTITUS.

QUĂDRĪPES. *V.* QUADRUPES.

QUĂDRĪPLĀTOR, ōris. *V.* QUADRUPLATOR.

QUADRIPLICATUS, a, um, adject. idem ac quadripartitus. Legitur in quibusdam MSS. apud *Varron.* 9. *L. L.* 31., ubi alii et ipse *Müllerus* leg. *quadripartitus.*

QUĂDRĪRĒMIS, is, f. 3. τετρήρης, navis, quæ quatuor remorum ordines habet; quam quater surgens exstructi remigis ordo commovet, ut *Lucan.* 3. 530. ait. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (207). ex Aristotele tradit, primos Carthaginienses quadriremem fecisse. *Cic.* 7. *Verr.* 33. 86. Egreditur Centuripina quadriremi Cleomenes e portu. *V.* dicta in DECEMREMIS. *Cæs.* 3. *B. C.* 24. Has (*triremes*) quum audacius progressas Libo vidisset, sperans intercipi posse, quadriremes v. ad eas misit. *Liv.* 24. 33. Et ab Appio legati per portum missi forte in quinqueremi erant. Præmissa quadriremis, quum intrasset fauces portus, capitur. — Etiam adjectivi more usurpatur. *Paulin. Nolan. carm.* 21. 73. Scapham sequacem quadriremis machinæ Ad hanc opem paraverat.

QUĂDRĪSĒMUS, a, um, adject. qui quatuor syllabarum est; idem ac tetrasemus. Vox hybrida: a *quatuor*, et σῆμα *signum. Capell.* 9. *p.* 331. Proceleusmaticus, qui ad numeros aptatur, quadrisemo (*numero*) exordium debet accipere.

QUADRISEXTIUM, ii, n. 2. quadruplex sextarius. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 147.

QUĂDRĪSŌMUS. *V.* BISOMUS.

QUĂDRĪSULCUS, a, um, adject. τετραγλώχιν, *di quattro punte*, quatuor cuspides habens. *Lactant.* ad illud *Stat.* 3. *Theb.* 320. volat ignea moles Sæva dei mandata ferens cælumque trisulca Territat omne coma: *hæc habet*: Pro quadrisulca, quia fulmen ex quatuor constat, aqua, igni, nube, vento.

QUĂDRĪSYLLĂBUS, a, um, adject. qui quatuor syllabas habet. *Augustin. Music.* 3. 11. Fac igitur hoc idem in ionico quolibet, vel alio quolibet quadrisyllabo sex temporum.

QUĂDRĪVĬUM, ĭi, n. 2. *Quadruvium* pro *quadrivium* scriptum est in Latino Lapide, quem in CREPIDO retulimus. Ut enim *quadripes*, et *quadripedans* in *Virg.* 5. *Ecl.* 26. et 11. *Æn.* 614. et in *Varr.* apud *Non. p.* 69. 25. et in *Accio* apud *eumd. p.* 144. 18. *Merc.*, testibus *Pierio* et *Dausquio*, in optim. MSS. legitur: sic contra *quadruvium* scribi potuit. Adde aliam *Inscript.* apud *Henzen.* 6614. — Ceterum *quadrivium*, Ital. *crocicchio, quadrivio*, τετραοδον, locus publicus, ubi quatuor viæ concurrunt.

I.) Proprie. *Catull.* 58. 4. Nunc in quadriviis et angiportis. *Juvenal.* 1. 63. Nonne libet medio ceras implere capaces Quadrivio?

II.) Figurate. Apud *Boeth. Arithmet.* 1. 1. quadrivium appellantur quatuor artes mathematicæ, *h. e.* aritmetica, musica, geometria et astronomia.

QUĂDRĪVĬUS, a, um, adject. ad quadrivium pertinens. *Dii quadrivii* sunt quadriviorum præsides. *V.* BIVIUS.

QUĂDRO, as, āvi, ātum, are. 1. Part. *Quadrans* V. loco suo; *Quadratus* in fin.; *Quadrandus* sub *A.* II. — Quadrare

A) Active est in quadrum redigere, τετραγωνίζω (It. *squadrare, quadrare*; Fr. *équarrir*; Hisp. *quadrar*; Germ. *vierfach oder viereckig machen*; Angl. *to square, make square*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu in re physica. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 13. Sexagenum pedum abies atque populus singulis operis ad unguem quadrantur. *Boeth. p.* 741. Quadrare circulum est circuli continentiam in quadratum extendere. ¶ 2. Latiori sensu de numero. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 34. Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro et Tertia succedant, et quæ pars quadrat acervum. *h. e.* quaternum facit, sive 4000 talenta constituit.

II.) Translate. *Cic. Orat.* 58. 197. Sic minime animadvertetur delectationis aucupium, et quadrandæ orationis industria. *h. e.* oratorio numero componendæ, construendæ, perficiendæ.

B) Neutrorum more sæpe adhibetur, et significat ex omni parte congruere, convenire, consentire, apte cadere, *quadrare, star bene, adattarsi, confarsi*: quemadmodum quadrati lapides in structura facile componuntur, et apte sedent.

I.) Proprie. *Virg.* 2. *G.* 277. nec secius omnis in unguem, Arboribus positis, secto via limite quadret. Ubi *Servius*: consentiat, congruat. Translatio a quadris lapidibus, qui sibi invicem bene conveniunt.

II.) Translate. ¶ 1. Sæpe de iis, quæ sibi invicem conveniunt. *Cic.* 3. *Orat.* 44. 173. Versus in oratione si efficitur conjunctione verborum, vitium est: et tamen eam conjunctionem, sicuti versum, numerose cadere et quadrare et perfici volumus. *Quintil.* 9. 4. 60. Præcipuum in hoc opus est, scire, quod quoque loco verbum maxime quadret. *Cic.* 4. *Att.* 18. *sub fin.* Visum est hoc mihi ad multa quadrare. *Id. Brut.* 11. 43. Quoniam tibi ita quadrat, omnia fuisse in Themistocle paria et Coriolano. *h. e.* placet, veri simile videtur, credibile fit. — *Id. Cœl.* 29. 60. Nisi omnia, quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam (*Clodiam*) quadrare apte viderentur. *V.* QUADRANTARIUS. ¶ 2. De numero. *Cic.* 3. *Verr.* 36. 92. Quomodo ex decies HS. sexcenta facta sint; quomodo sexcenta eodem modo quadrarint, vos existimabitis. Ubi *Pseudo-Ascon.* solida facta sint, ut neque plus quidquam, neque minus inveniatur in summa. Ubi enim ratio sine fraude est, difficile est sexcenta, detractis quadringentis, quadrare et solidari, vel solida fieri, quin aut minus, aut plus aliquid reperiatur. Hæc *Pseudo-Ascon.* — Hinc Part. præter. pass.

Quadratus, a, um, adjective usurpatur, et est quadrus, quadruus, in quadrum redactus, τετράγωνος, *quadro, quadrato, ridotto in quadro.*

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) *Quadratus* est quatuor lineas rectas æquales habens, et totidem rectos angulos. *Frontin. in exposit. formar. p.* 30. *Goes.* Longitudinem per latitudinem metimur, deinde totam per crassitudinem, et sic efficiemus pedes quadratos, seu solidos. *Varro* apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (91). Quadrata basis. *et* 17. *ibid.* 11. 16. (80). Quadrati anguli. *h. e.* recti. *Id.* 33. *ibid.* 4. 21. (75). Emissaria quina pedum quadratorum ternum. *di tre piedi per ogni verso.* — *b*) *Quadratus* est etiam, qui quatuor lineis parallelis continetur, licet hæ inæquales sint, et tantummodo ad angulum rectum dispositæ, *rettangolo. Coripp. Laud. Justin.* 4. 37. quadratâ cæsa bipenni Fraxinus. Hinc via, vel aliud opus lapide vel saxo quadrato structum opponitur ei, quod constat ex silice, qui multilaterus et multangulus est. *Liv.* 10. 23. Semitam saxo quadrato a Capena porta ad Martis straverunt ædiles curules. *Id.* 6. 4. *extr.* Capitolium saxo quadrato substructum est. *Frontin. Aquæd.* 124. Ductus, qui lapide quadrato consistunt. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (89). Fornices quadrati lapidis. — *c*) Quadrata littera, *majuscola*, major, et rectis quadratisque lineis deformata. *Petron. Satyr.* 29. Canis ingens in pariete erat pictus, superque quadrata littera scriptum, CAVE CANEM. — *d*) *Quadratum pallium*, τετραγωνον *ἱματιον*, ex duobus plagulis confectum, quarum utraque quadrata est, h. e. quatuor angulos habet: fibula in humeris nectitur, a lateribus utrinque apertum: cujusmodi sunt diaconorum in Ecclesia operantium. Ita *Ferrar. de re vest. var. in loc.* Nam aliter *Salmas.* ad *Tertull. Pall., Ruben.* etc. ut in re satis obscura, opinantur. *V.* PALLA et ROTUNDUS. *Petron. Satyr.* 135. Anus incincta quadrato pallio. — *e*) *Quadratus numerus*, planus, apud mathematicos

est, qui ex ductu unius numeri in se nascitur, ut *quatuor*, quæ fiunt ex multiplicatione binarii: quadratus undique, seu cubus est, qui fit ex radice in quadratum planum rursus ducta, ut si binarius ducatur in quaternarium, fit octonarius, qui est cubus. Hujus posterioris mentio fit a *Gell.* 1. 20. ¶ 2. Speciatim *quadrata Roma* (apud *Festum p.* 258. 5. *Müll.*) locus in Palatio ante templum Apollinis dicitur, ubi reposita sunt, quæ solent boni ominis gratia in urbe condenda adhiberi: quia saxo munitus est initio in speciem quadratam. Ejus loci Ennius meminit, quum ait: Et quis exstiterit (*corrige* cum cl. *Vahlen.* Et qui sextus erat) Romæ regnare quadratæ. *Solin.* 1. dicit, Romam primum dictam esse quadratam, quod ad æquilibrium foret posita. Quibus verbis significat totam Urbem, non locum in Urbe. et hoc videtur significare Ennii versus, quem alii ita leg. Et quis se sperat Romæ regnare quadratæ? Fuse tamen *Salmas.* errore lapsum *Solinum* conatur ostendere: sed *Roma quadrata* videtur ideo recte dici potuisse tempore Romuli, quia tota urbs Palatino monte continebatur, qui quadratam figuram habet. ¶ 3. Item speciatim, quadratum agmen, *ordinanza in quadro*, acies ita disposita, ut quadratam quasi formam habeat, directis ordinibus, et ab omni parte milite firmatis, in medium receptis impedimentis, ut quacumque hostis incurrerit, facile et sine tumultu resisti possit: *V.* ORBIS. *Tibull.* 4. 1. 100. Tunc tibi non defit faciem componere pugnæ: Seu sit opus, quadratum acies consistat in agmen, Rectus ut æquatis decurrat frontibus ordo: Seu etc. *Varro* apud *Serv.* ad *Virg.* 12. *Æn.* 121. Duo genera agminum: quadratum, quod immixtis etiam jumentis incedit, ut ubivis possit considere: pilatum alterum, quod sine jumentis incedit, sed inter se densum est, quo facilius per iniquiora loca transmittatur. *Auct. B. G.* 8. 8. Pæne quadrato agmine instructo, in conspectum hostium exercitum adducit. Hinc agmine quadrato incedere, *marciare in ordine di battaglia*, paratum ad pugnam, tamquam si hostis sit in conspectu. *Sall. Jug.* 105. Neque tamen socors victoria, aut insolens factus; sed pariter atque in conspectu hostium, quadrato agmine incedere. *Seneca Ep.* 59. *ante med.* Ire quadrato agmine exercitum, ubi hostis ab omni parte suspectus est, pugnæ paratum. Adde *Cic.* 2. *Phil.* 42. 108. et 5. *ibid.* 7. 20. et 13. *ibid.* 8. 18., quibus locis, ad augendam in Antonium invidiam, quadrato agmine isse dicit in curiam, etc. quasi cives suos hostes judicaret. ¶ 4. Item, statura quadrata, *ben complessa, ben formata*, media, neque procera, neque humilis. *Sueton. Vesp.* 20. Statura fuit quadrata, compactis firmisque membris. *Cels.* 2. 1. Corpus habilissimum quadratum est, neque gracile, neque obesum. *Colum.* 6. *R. R.* 1. 3. Parandi sunt boves novelli, quadrati, grandibus membris, cornibus proceris, etc. *Id.* 7. *ibid.* 2. 3. Pinguis situs proceras oves tolerat, gracilis quadratas. *et ibid.* 12. 4. *de cane villatico.* Probatur quadratus potius, quam longus, aut brevis. *Id.* 7. *ibid.* 9 1. Quadratus verres. *Id.* 8. *ibid.* 2. 8. Quadratæ gallinæ. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (56). Quadrata signa, *h. e.* statuæ. *Id. ibid.* (65). Lysippus statuariæ arti plurimum traditur contulisse, capillum exprimendo, capita minora faciendo, quam antiqui, corpora graciliora siccioraque, per quæ proceritas signorum major videretur. Non habet Latinum nomen symmetria, quam diligentissime custodivit, nova intactaque ratione quadratas veterum staturas permutando; vulgoque dicebat: Ab illis factos, quales essent homines; a se quales viderentur esse. ¶ 5. *Quadratus versus*, iambicus octonarius, qui quatuor habet combinationes vel mensuras. *Terentian. p.* 2434. *Putsch.* Sed hic trimetrus quando duplicem pedem A capite sumet, tunc quadratus dicitur, Idemque dictus est et octonarius. Ergo ante versum collocabo iambicum, Phaselus ille, quem videtis hospites. Quadratus iste talis effici potest: Adest celer phaselus ille, quem videtis hospites. *Gell.* duos ex *Ennio* tales refert versus 2. 29. *extr.* Alium ex eodem recitat 4. 7. quem quadrato numero factum dicit, ex septem, non octo iambis constantem.

II.) Translate. *Oratio quadrata*, in qua verba apte congruunt, ut quadrati lapides in structuris. *Quintil.* 2. 5. 9. Lenis et quadrata, sed virilis tamen compositio. *Diomed.* 2. *in fin.* structuram quadratam vocari ait, si in fine periodi pænultimus pes fuerit pyrrhichius, et pæon primus successerit, v. gr. *fugit vaniloquus.* — Hinc

Quadratum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est figura quadrata, corpus quadratum, *un quadrato.* ¶ 1. Generatim. *Cic.* 1. *Tusc.* 24. 57. Pusionem quemdam Socrates interrogat de dimensione quadrati. *Id.* 1. *Nat. D.* 10. 24. At mihi (*forma*) vel cylindri, vel quadrati, vel coni, vel pyramidis videtur esse formosior. *Id.* 2. *Fin.* 13. 36. Quid judicant sensus? Dulce amarum; lene asperum; prope longe; stare movere: quadratum rotundum. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 100. Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. *Quintil.* 1. 10. 41. Illa circumcurrens linea si quadratum paribus oris efficiat. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 22. 51. (189). Quaterna cubita soli in quadratum quaternis denariis venundantur. *in quadro.* ¶ 2. Speciatim apud astrologos *quadratum* est, quum planeta, v. gr. sub quo quis nascitur, eo tempore distat ab alio sidere, puta a sole, quarta signiferi parte, h. e. trium signorum spatio: *triangulum*, quum tertia, h. e. quatuor signorum spatio. *Cic.* 2. *Divinat.* 42. 89. Sic *Plin.* 2. *Hist. nat.* 18. 16. (80). Luna in quadrato solis dividua est, in triquetro seminani ambitur orbe, impletur autem in adverso. *Id. ibid.* 79. 81. (191). vocat hæc *quadrata mundi.*

Quadratus, i, m. 2. (subaudi *lapis*) absolute est marmor quadratum. *Cassiod.* 2. *Variar.* 7. Marmorum quadrati, qui passim diruti negliguntur, etc.

QUĂDRŬLA, æ, f. 1. parva quadra. *Solin.* 37. *a med. de quadam gemma.* Nunc bractearum, nunc pulveris habet quadrulas.

QUĂDRUM, i, n. 2. *V.* QUADRUS in fin.

QUĂDRŬPĒDANS, antis, particip. a *quadrupedo* (quod *V.* loco suo), vel adject. quatuor pedibus incedens. *Ennius* apud *Diomed.* 1. *p.* 336. *Putsch.* sublimiter quadrupedantes flammam halitantes. *Plaut. Capt.* 4. 2. 34. Quadrupedanti crucianti canterio advehuntur. *Virg.* 8. *Æn.* 596. Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum: *Plin.* 8. *Hist. nat.* 45. 70. (182). Equo juxta quadrupedante. *Ovid.* 12. *Met.* 450. Ampyca quid referam? qui quadrupedantis Echetli (*Centauri*) Fixit in adverso cornum sine cuspide vultu. — Hinc

Quadrupedans, antis, m. 3. absolute de equis. *Virg.* 11. *Æn.* 614. perfractaque quadrupedantum Pectora pectoribus rumpunt.

QUĂDRŬPĒDĀTIM, adverb. more quadrupedantis. Agnoscitur a *Charis.* 2. *p.* 163. *Putsch.*

QUĂDRŬPĒDĬA *vel* quadripedia. *V.* QUADRUPES.

QUĂDRŬPĒDŌ, adverb. *V.* QUADRUPEDUS sub *b.*

QUĂDRŬPĒDUS *et* quadripedus, a, um, adject. qui per quatuor pedes fit. — *a*) Usurpatur de hominibus, qui quadrupedum ritu ambulant, *carponi. Ammian.* 14. 2. Per ancoralia quadrupedo gradu repentes. — *b*) *Fronto* 2. *ad M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) *Ep.* 1. Nam etsi æque pernicitas equorum exercetur, sive quadrupedo currant atque exerceantur, sive tolutim. Hinc apparet, hac voce *quadrupedo*, scilicet *gradu*, significari citatum equorum cursum, quem nos *galoppo* dicimus. *Id.* vero plenius *de oration. Ep.* 1. Verum sententias ejus tolutares video, quamquam quadripedo concito cursu terere nusquam, pugnare nusquam. Hic *quadripedo* est pro *quadrupedo*, atque etiam translato sensu. Ceterum *quadrupedo* nonnullis adverbium est.

QUĂDRŬPES *et* quadripes, pĕdis, omn. gen. 3. *Quadripes* legitur in quibusdam antiquis codicibus, v. gr. *Virg.* 5. *Ecl.* 25. nulla neque amnem Libevit quadripes: *Pierio* teste. *et* 11. *Æn.* 614. quadripedantum: teste eod. *V.* et QUADRIMANUS. — Quadrupes est quatuor pedes habens, τετράπους, *che ha quattro piedi, quadrupede*: et usurpatur

A) Adjective. — *a*) De brutis animalibus. *Ennius* apud *Gell.* 18. 5. et *Macrob.* 6. *Saturn.* 9. Denique vi magna quadrupes eques atque elephanti Projiciunt sese. *h. e.* equus. *V. Gell. loc. cit., Non. p.* 106. 31. *Merc.*, et *Philargyr.* ad *Virg.* 3. *G.* 116. Ceterum *Apul.* 6. *Met.* Equestri celeritate, quadrupedi cursu solum replaudens. — *b*) De hominibus. *Ter. Andr.* 5. 2. 24. Cura asservandum, atque audin'? quadrupedem constringito. *h. e.* ita vincito, ut demisso capite et corpore quadrupes esse videatur. *Ovid.* 15. *Met.* 221. Editus in lucem jacuit sine viribus infans; Mox quadrupes, rituque tulit sua membra ferarum. *Sueton. Cal.* 27. Multos honesti ordinis ad bestias condemnavit, aut bestiarum more quadrupedes cavea coercuit. *costrinse a star in gabbia carponi*: h. e. genibus simul et manibus nitentes. Sic *Ner.* 48. Ita quadrupes per angustias effossæ cavernæ receptus.

B) Absolute, substantivorum more — *a*) Fem. genere, et subintelligitur *bestia*, vel *bellua. Nævius* apud *Non. p.* 9. 24. *Merc.* Ducite eo cum argutis linguis mutas quadrupedes. *Cato R. R.* 102. Si bovem, aut aliam quamvis quadrupedem serpens momorderit. *Ennius* apud *Non. p.* 407. 22. *Merc.* Adducit quadrupedem invitam, indomitam, injugem. *Pacuvius* apud *Cic.* 2. *Divinat.* 64. 133. Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera. *Cic. ibid.* 44. 114. quadrupes qua vasta tenetur. *Varro* 7. *L. L.* 39. *Müll.* Quum (*nostri*) maximam quadrupedem, quam ipsi haberent, vocarent bovem, et in Lucanis Pyrrhi bello primum vidissent apud hostes elephantos, id est quadrupedes cornutas, etc. *Virg.* 5. *Ecl.* 25. nulla neque amnem Libavit quadrupes. Adde *Plin.* 8. *Hist. nat.* 17. 23. (62). et 10. *ibid.* 33. 50. (96). — *b*) Masc. gen.: cf. *Quintil.* 8. 6. 20. Pro equo (*dixerunt*) quadrupedem. *Plaut. Asin.* 3. 3. 11. Jam calcari quadrupedem agitabo advorsum clivum. *Accius* apud *Non. p.* 495. 20. *Merc.* Reprime parumper vim citatum quadrupedum. *Cic.* 2. *Nat. D.* 60. 151. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones, quorum celeritas atque vis nobis ipsis affert vim et celeritatem. *Varro* 1. *R. R.* 20. 1. De omnibus quadrupedibus prima est probatio, qui idonei sint boves, etc. *Virg.* 11. *Æn.* 714. Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat. *Id.* 7. *ibid.* 500. Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit. *h. e.* cervus. — Sic de hominibus per contumeliam. *Cic.* 1. *Parad.* 3. 14. Ut nihil inter te atque quadrupedem aliquem putes interesse. *At* Orellius *legit* aliquam; *alii hanc vocem omittunt. et Id. Dom.* 18. 48. Hoc ministro omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimo. *Apul.* 7. *Met.* Quadrupes nequissime. — *c*) Neutr. gen., et subintelligitur *animal* vel *pecus. Plin.* 8. *Hist. nat.* 25. 37. (89). Crocodilum habet Nilus, quadrupes malum, et terra pariter ac flumine infestum. *Id.* 11. *ibid.* 36. 43. (120). Pennatum quadrupes. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 33. Pecus lanatum, ceteraque quadrupedia tempus idoneum est castrandi. *Vulgat. interpr. Act. Ap.* 10. 12. In quo erant omnia quadrupedia. *Augustin. de morib. Manich. c.* 9. Volatilia in ventis, quadrupedia in igne, bipedia in fumo. *Isid.* 12. *Orig.* 1. Quadrupedia vocata quia quatuor pedibus gradiuntur. — Cum apposito *homines*, *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 10. (50). Et in tritici genere pars aliqua pabuli est quadrupedum causa sati, ut farrago, et in leguminibus, ut vicia; at commune quadrupedum hominumque usui lupinum.

QUĂDRŬPLĀRIS, e, adject. quadruplus. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 19. *a med.* Numerus duplaris, triplaris, quadruplaris. *Alii rectius leg.* quadruplus. Certa est lectio apud *Boeth. Music.* 2. 8. *p.* 1090. Numeri quadruplares omnes et diagonii I., IV., XVI., LXIV.

QUĂDRŬPLĀTOR *et* quadriplator, ōris, m. 3. ¶ 1. Generatim dicitur *quadruplator*, qui quip-

piam auget in quadruplum, ut apud *Apul. de Mag.* — Hinc figurate *Seneca* 7. *Benef.* 25. Male istis improbis et importunis beneficiorum suorum quadruplatoribus eveniat, qui tam bellam rem, admonitionem inter amicos, sustulerunt. *h. e.* qui beneficia sua ultra modum extollunt, et quasi in quadruplum sibi reddi postulant. ¶ 2. Speciatim est Ital. *accusatore pubblico,* ἐνδείκτης, συκοφάντης, delator criminis: a *quadruplum,* sive quia hujusmodi homines pro delationis præmio quartam partem in bonis damnatorum consequebantur: sive quod deferrent crimina publica, quorum convicti damnabantur quadrupli, ut aleæ, aut pecuniæ gravioribus feneratæ usuris, quam per leges liceret. Posteriorem nominis causam adducit *Paul. Diac. p.* 259. 3. *Müll.*: utramque *Pseudo-Ascon.* quum in *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 7. *ad fin.,* tum in 4. *Verr.* 7. *extr.,* sed priori suffragatur hic *Taciti* locus 4. *Ann.* 20. M. Lepidus quartam partem accusatoribus, secundum necessitudinem legis, cetera liberis concessit. *Cic.* 4. *Verr.* 8. 22. Petit Nævius Turpio quidam, istius excursor et emissarius, homo omnium ex illo conventu quadruplatorum deterrimus. *Liv.* 3. 72. Populus R. quadruplatoris personam laturus. Adde *Plaut. Pers.* 1. 2. 18. ¶ 3. Item apud *Sidon.* 5. *Ep.* 7. quadruplatores sunt, qui portoria conducunt, unde quartam partem lucrantur.

QUĂDRŬPLĀTUS, a, um. *V.* QUADRUPLO.

QUĂDRŬPLEX *et* quadriplex, ĭcis, adject. ¶ 1. Generatim est quatuor continens, quadruplus, *quadruplo, quadruplicato, quadruplice,* τετραπλοῦς. *Plaut. Curc.* 5. 2. 21. Quam ego pecuniam quadruplicem abs te auferam. *quattro volte tanta.* et *Liv.* 30. 10. Onerariarum quadruplicem ordinem pro muro adversus hostem opposuit. *Auson. de Urbib.* 11. 1. Quis Catinam sileat? quis quadruplices Syracusas? *h. e.* quæ ex quatuor urbibus constare dicuntur. (V. *Cic.* 6. *Verr.* 53. 118). *Plin.* 15. *Hist. nat.* 21. 23. (85). Sorbis quadruplex differentia. *Id.* 27. *ibid.* 8. 38. (60). Circæa radice semipedali triplici ferme, aut quadruplici. *Cic. Arat.* 92. Delphinus jacet haud nimio lustratu' nitore, Præter quadruplices stellas in fronte locatas. *quattro stelle.* et *Quintil.* 11. 3. 151. Rei quadruplex observatio. *Id.* 9. 3. 75. Similium fere quadruplex ratio. Cf. *eumd.* 5. 8. 7. ¶ 2. Speciatim *quadruplex judicium,* centumvirale. *V.* CENTUMVIRI. ¶ 3. *Quadruplex* etiam dicitur, qui quater aliquid perficit. *Auct. Priap.* 83. 33. Tereris usque, donec, ah miser, miser, Triplexque quadruplexque compleas specum. *h. e.* terque quaterque.

QUĂDRŬPLĬCĀTĬO *et* quadriplicatio, ōnis, f. 3. τετραπλασιασμός, repetitio quater facta alicujus rei. *Capell.* 7. *p.* 258. Quadruplicatio numeri. *V.* TRIPLICATIO. *Ulp. Dig.* 44. 1. 2. Illud tenendum est, omnem exceptionem, vel replicationem exclusoriam esse. Exceptio actorem excludit, replicatio reum. Sed et contra replicationem duplicatio, et contra duplicationem solet dari triplicatio, et contra triplicationem rursus quadruplicatio: et ita deinceps multiplicantur nomina, dum aut reus, aut actor objicit. Ita *Haloander*: sed apud *Torrentin.* τὸ *quadruplicatio* non habetur.

QUĂDRŬPLĬCĀTŌ, adverb *quattro volte tanto,* quater multiplicando. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 17. 14. (76). Saturni et Jovis stellæ duplicato degrediuntur a sole; Martis etiam quadruplicato. *Id.* 14. *ibid.* 4. 5. (51). Emptis quadruplicato vineis illis intra decimum fere curæ annum. *h. e.* pretio quater majore, quam prius constiterant.

QUĂDRŬPLĬCĀTUS, a, um. *V.* QUADRUPLICO.

QUĂDRŬPLĬCĬTER, adverb. *quadruplicatamente,* quadruplicato. *Boeth. Aristot. Topic.* 2. 3. *p.* 676. Quoniam contraria connectuntur quidem sibi invicem sex modis, contrarietatem faciunt quadrupliciter complexa. *Id. in Aristot. Prædicam.* 4. *p.* 192. Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter. *Isid.* 3. *Orig.* 7. Continet in se inferiorem numerum tripliciter, aut quadrupliciter.

QUĂDRŬPLĬCO, as, āvi, ātum, are, a. 1. (quadrus *et* plico). Part. *Quadruplicatus.* — Quadruplicare est augere in quadruplum, *quadruplicare, raddoppiar quattro volte,* τετραπλασιάζω. *Plaut. Stich.* 3. 1. 4. Qui me in mercimoniis juvit, lucrisque quadruplicavit rem meam. *Paul. Dig.* 38. 10. 10. *a med.* Quadruplicatur is numerus, qui geminatus erat. *Boeth.* 2. *Arithm.* 44. *p.* 1048. Si sint III. XII. XLVIII. termini quadruplices, triplicato minore termino major terminus a minore distabit: si quintupli, quadruplicato: et si sextupli, quintuplicato, et una minus multiplicatione quam est ipsa minorum ad majores comparatio terminorum, minorem numerus major exsuperat.

QUĂDRŬPLO, as, āvi, ātum, are, a. 1. Part. *Quadruplatus.* — Quadruplare est in quadruplum augere, quadruplicare. *Ulp. Dig.* 4. 2. 14. Quadruplabitur omne, quodcumque restitui oportuit. *Paul. ibid.* 38. 10. 10. A nepote numerus quadruplatus in se efficit triginta duo.

QUĂDRŬPLOR, āris, ari, dep. 1. quadruplator esse. *Plaut. Pers.* 1. 2. 10. Neque quadruplari me volo. *h. e.* neque volo me quadruplatorem esse (τὸ *me* redundat), et accusando lucrari quartam partem ex bonis damnatorum. Sequitur enim *ibid.* neque enim decet, sine meo periculo ire aliena ereptum bona. Nam *quadruplator,* nihil ipse periclitans quartam bonorum accusati partem acquirit.

QUĂDRŬPLUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

QUĂDRŬPLUS, a, um, adject. *quattro volte tanto, quadruplo,* τετραπλοῦς, τετραπλάσιος, quater continens eam quantitatem, sive summam, de qua agitur. *Sueton. Tib.* 34. *extr.* Consueverat et quadruplam strenam et de manu reddere. *Apul.* 10. *Met.* Dominus, vocatis servis emptoribus meis, jubet quadruplum restitui pretium. *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 19. Quadruplus numerus. — Hinc

Quadruplum, i, n. 2. absolute, substantivorum more. *Cato R. R. procem.* Furem dupli condemnari, feneratorem quadrupli. *h. e.* ut si duo v. gr. plus justo pro usura feneratæ pecuniæ exegerit, octo cogatur solvere. *Cic.* 5. *Verr.* 13. 34. Qui in decumanos octupli judicium se daturum edixit, idem habuit in edicto, se in aratorem in quadruplum daturum. *h. e.* ut arator, qui imperatum frumentum non solverit, cogatur quadruplicatum dare. *Ulp. Dig.* 4. 2. 14. Actio quadrupli. *h. e.* qua petitur quadruplum. *et ibid.* Experiri in quadruplum. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 48. 49. (153). Hesiodus cornici novem nostras attribuit ætates, quadruplum ejus cervis, id triplicatum corvis. *Id.* 11. *ibid.* 37. 79. (203). Elephanto pulmo quadruplo major bubulo.

QUĂDRURBEM, Athenas Attius appellavit (τετράπολιν), quod scilicet ex quatuor urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleusine, Pireæo, Sunio. *Festus p.* 258. 10. *Müll.* — *Festum* hic graviter errare docent *Meursius* alique: quippe neque ex urbibus olim Athenas constitutas, neque Athenas denique ipsas Attium notare, sed *tetrapolim Atticam,* quam Latino nomine efferre *quadrurbem* ita voluit. Fuit autem hæc Œnoe, Marathon, Probalinthus et Tricorythus, ut constat ex *Strabone l.* 8. *p.* 388. *edit. Amstel.*

QUĂDRUS, a, um, adject. τετράγωνος, quadratus, ut Quadra possessio, *Vet. Auct. de limitib.* apud *Goes. p.* 281., *h. e.* quæ in quatuor partibus aquam pro termino habet. Sic Quadrus terminus, *ibid. p.* 253. *Hieronym.* 12. *in Ezech.* 40. 13. Invenit latitudinis viginti et quinque cubita, qui et ipse numerus licet quadrus sit, tamen refertur ad sensus. *Oros.* 7. 7. Horrea quadro structa lapide. Hoc est quod apud *Sueton. Ner.* 38. Horrea saxeo muro constructa. *Vet. auct.* in *Anthol. Lat. T.* 2. *p.* 386. *Burmann.* Quatuor a quadro consurgunt limite venti. *V.* et locum *Caton.* in DEPUGNATIO. — Hinc

Quadra, æ, f. 1. (subaudi *forma*). *V.* QUADRA loco suo.

Quadrum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est idem ac quadratum, scilicet figura, quæ quatuor æquales lineas quatuorque angulos rectos habet.

I.) Proprie. *Colum.* 8. *R. R.* 3. 7. Perticæ dolantur in quadrum.

II.) Translate, *in quadrum sententias redigere* est æqualiter fundere, et suo numero servato æqualiter disponere, seu in periodum perfectam redigere. *Cic. Orat.* 61. 208. Quin redigeret omnes fere in quadrum numerumque sententias. Adde *ibid.* 70. 235.

QUĂDRUSSIS, is, m. 3. ¶ 1. Stricto sensu est idem ac quatuor asses. *Priscian. de figur. numer. p.* 1356. *Putsch.* Duo asses, dussis, dupondius: tressis, quadressis (*corrige* quadrussis), decussis, centussis. *Volus. Mœcian. de asse* § 51. Quadrussis hac nota scribas ☧, vocesque quadrans; sedecim enim quadrantes quadrussis efficiunt. ¶ 2. Latiori sensu accipitur pro simplici numero quaternario. *Capell.* 7. *p.* 241. Senarius quadrato et solido quaternario sociatus horas diei noctisque dimetitur; nam quater seni vicessis quadrussis faciunt. *h. e.* numerus quatuor, qui est quadratus ex duobus, cum sex, qui est numerus solidus, multiplicatus facit viginti quatuor.

QUĂDRŬUS, a, um, adject. *quadro, quadrato. Auson. Edyll.* 14. 5. Errabam riguis per quadrua compita in hortis. *h. e.* per semitas in quadrum, inter areolas, dispositas. *Id. de Urbib.* 14. 12. Quadrua murorum species sic turribus altis Ardua, ut aerias intrent fastigia nubes. *Prudent. Psychom.* 842. Quaque hominis natura viget, quam corpore toto Quadrua vis animat. *h. e.* quatuor hominis ætates, vel quatuor elementa, ignis nempe, aer, terra, aqua.

QUĂDRŬVĬUM, ii. *V.* QUADRIVIUM init.

QUÆ. *V.* QUI et QUIS.

QUÆRĬTO, as, āvi, ātum, are, a. 1. frequentat. a *quæro.* Part. *Quæritans* 1. *a.* — Quæritare est sæpe vel summa cura scrutari, indagare, perquirere, *cercare spesso o ansiosamente.* ¶ 1. Generatim. — *a*) Cum Accus. *Plaut. Men.* 2. 1. 15. Hominem inter vivos quæritamus mortuum: nam invenissemus jamdiu, si viveret. *Id. Pœn. prol.* 105. Aliquem mari terraque usquequaque quæritare. *Ter. Adelph.* 2. 4. 2. Ehem opportune: te ipsum quærito. *Plaut. fragm.* apud *Non. p.* 44. 29. *Merc.* Medium quæritare. *Catull.* 58. 13. Defessus tamen omnibus medullis Et multis languoribus peresus Essem te mihi, amice, quæritando. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 5. neque ille triste Quæritat sinapi, neque cæpe mæstum. *Ter. Andr.* 1. 1. 47. Pudice vitam, parce ac duriter agebat, lana ac tela victum quæritans. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 37. Num tibi, adolescens, malæ, aut dentes pruriunt, qui huic es molestus? an malam rem quæritas? *Id. Rud.* 3. 4. 61. Ibo hercle aliquo quæritatum ignem. *Id. Pœn.* 3. 3. 77. Quæritare hospitium ab aliquo. *Pomponius* apud *Non. p.* 476. 1. *Merc.* Cœnam quæritat: si eum nemo vocat, revortit mœstus ad menam. — *b*) Absolute. *Plaut. Amph.* 4. 1. 4. Apud emporium atque in macello, in palæstra atque in foro, in medicinis, in tonstrinis, apud omnes ædes sacras sum defessus quæritando; nusquam invenio Naucratem. *Id. Cist.* 4. 2. 19. Sed pergam, ut cœpi tamen: quæritabo. ¶ 2. Speciatim est interrogare, sciscitari, *dimandare. Plaut. Rud.* 1. 2. 22. Isticcine vos habitatis? scr. quid tu id quæritas? Adde *Ter. Eun.* 3. 3. 17.

QUÆRO, ris, sīvi *et* sĭi, sītum, rere, a. 3. Apud veteres QVAERO scribebatur, ut in *Inscript.* apud *Orell.* 555.; item *quæso* pro *quæro, V.* QUÆSO loco suo. — Part. *Quærens* 1. *a.* et *d.*; *Quæsitus* 1. *a.*, 2. *a.*, 5., et in fin.; *Quæsiturus* 4. *c.* et 6.; *Quærendus* 1. *a.* et 6. — Quærere est dare operam, ut res amissa, vel qua utcumque caremus, recuperetur, inveniatur: scrutari, indagare, perquirere. Hæc enim prima est et propria hujus verbi notio, ut ex *Varron.* 6. *L. L.* 79. *Müll.* apparet. Differt a *requiro,* quod diu quærere significat, ut *Non. p.* 434. 14. *Merc.* docet. *Afran. ibid.* Proin tu, quum quæram, ne requiram te, vide. Gr. ζητεω (It. *andare in cerca, cercare, sforzarsi di trovare;* Fr. *chercher, être à la recherche de, rechercher, aspirer à;* Hisp. *buscar, inquirir;* Germ. *nach etwas gehen, es zu*

finden streben, etwas suchen; Angl. *to seek, seek after, look for, go in search of, desire to have or find).* ¶ 1. Generatim est dare operam, ut res, qua utcumque caremus, inveniatur: scrutari, indagare, perquirere, *cercare, sforzarsi di trovare e procacciarsi.* — *a)* Pro scrutari, indagare, perquirere. — Sæpissime cum Accus. *Plaut. Pseud.* 1. 4. 9. Quærit quod nusquam est gentium, reperit tamen. *Phædr.* 3. 12. In sterquilinio pullus gallinaceus Dum quærit escam, margaritam repperit. *Cic.* 4. *Verr.* 74. 182. Scrutatus sum quæ potui, et quæsivi omnia. *Ter. Heaut.* 4. 8. 3. Te ipsum quærebam, Chreme. *Cæs.* 8. *B. G.* 38. Gutruatus omnium cura quæsitus, in castra perducitur. *Virg.* 7. *Æn.* 758. Marsis quæritæ montibus herbæ. *et* 10. *ibid.* 650. tellus quæsita per undas. *Cic. Cluent.* 9. 27. Quærere sibi remedium ad rem aliquam. *Ll. Sext.* 24. 54. Vexabatur uxor mea, liberi ad necem quærebantur. *Id.* 3. *Verr.* 1. 2. Impudentiæ suæ pudentem exitum quærere. *Ter. Adelph.* 3. 2. 2. alicui malo salutem. *Id. Heaut.* 2. 3. 74. In mea vita tu tibi laudem is quæsitum, scelus. *Sidon. carm.* 2. 123. namque horum quæsiit unus Cinyphia sub Syrte patrem. *Plaut. Capt.* 4. 2. 109. Liberorum quærundorum causa ei uxor data est. *Cic.* 7. *Att.* 17. Quærere fugam. *Id. Rabir. Post.* 17. 46. invidiam in aliquem. *Liv.* 1. 14. Id quod quærebat, tumultuoso et minaci genere pugnæ hostem excivit. *quel che appunto ei cercava.* Et *Tac.* 1. *Ann.* 5. Exstincto Maximo, dubium an quæsita morte etc. *h. e.* voluntaria, sibi illata. — Absolute. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 48. 107. At Romulus pulcher in alto quærit Aventino. *Ter. Eun.* 2. 3. 3. Ubi quæram, ubi investigem? quem perconter? quam insistam viam? *Ovid.* 5. *Met.* 643. quærenti defuit orbis. — *b)* Pro invenire, comparare, acquirere, *procacciarsi, trovare.* Invenit enim, qui sedulo quærit. *Sall.* in *ep. Pomp. ad sen.* Ductu meo hostes fusi, vobis salus quæsita est. *Id. Jug.* 89. Hæ sunt meæ imagines, hæc nobilitas: quæ ego plurimis meis laboribus et periculis quæsivi. — In malam partem. *Liv.* 25. 6. Tantum abfuit ab eo, ut ulla ignominia iis exercitibus quæreretur, ut etc. Sunt qui leg. *inureretur,* sed frustra. Sunt etiam qui τὸ *quæreretur* interpretantur, excogitaretur. Nam et hoc sensu interdum ponitur, et ad mentem pertinet. *Ter. Heaut.* 3. 1. 83. Somnum hac nocte oculis non vidi meis, dum id quæro, tibi qui filium restituerem. *Propert.* 1. 7. 6. Atque aliquid duram quærimus in dominam. *Sall. Cat.* 34. *extr.* Ut quæramus, quonam modo maxime ulti sanguinem nostrum pereamus. — *c)* Hac significatione *quærere* plurimis jungitur nominibus. *Virg.* 9. *Æn.* 58. aditum per avia. *Tibull.* 2. 4. 19. aditus ad aliquem per carmina. *Liv.* 4. 12. causam seditionis. *Plaut. Cist.* 4. 2. 42. cistellam. *Juvenal.* 11. 15. conjugium. *Cic.* 5. *Fin.* 25. 74. diverticula. *Id. Orat.* 3. 9. effigiem eloquentiæ auribus. *Id.* 12. *Att.* 29. excusationem ad aliquem. *Ovid.* 2. *Pont.* 9. 40. favorem arte. *Id. Remed. am.* 143. fidem amori. *Horat.* 1. *Ep.* 6. 29. fugam morbi. *Cic.* 1. *Off.* 13. 28. gloriam bello. *Liv.* 36. 40. gloriam sibi. *Id.* 6. 34. gratiam alicui ad vulgum. *Cic.* 9. *Phil.* 1. 1. honores mortuo. *Liv.* 25. 6. ignominiam alicui. *Cic.* 2. *Tusc.* 8. 20. immortalitatem sibi. *Plaut. Men.* 4. 3. 1. inimicitias. *Cic.* 3. *Off.* 29. 106. latebram alicui. *Liv.* 5. 9. locum injuriæ. *Id.* 35. 14. locum insidiis. *Id.* 25. 16. locum gratiæ apud aliquem. *Id.* 3. 49. locum seditionis. *Plaut. Cist.* 1. 2. 23. malum sibi. *Ovid.* 1. *Art. am.* 49. materiam amori. *Cic.* 7. *Verr.* 64. 165. moram supplicio. *Ovid.* 11. *Met.* 462. moras. *Ennius* apud *Festum* p. 330. 11. *Müll.*; et *Plaut. Men.* 2. 1. 22. nodum in scirpo. *Ovid.* 1. *Met.* 368. numen et auxilium per sacras sortes. *Cæs.* 2. *B. C.* 14. occasionem. *Cic.* 8. *Att.* 9. offensiones. *Ovid.* 5. *Trist.* 7. 2. opem. *Horat. Art. P.* 167. opes et amicitias. *Ovid.* 2. *Met.* 565. periculum voce. *Cic.* 8. *Att.* 9. plausus. *Id.* 2. *Tusc.* 19. 46. remedia doloris. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 79. requiem sibi. *Ter. Adelph.* 3. 2. 2. salutem alicui malo. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 27. seria amoto ludo. *Ter. Eun.* 3. 3. 10. sermonem. *Cic.* 5. *Phil.* 7. 19. sitim. *Cels.* 3. 18. somnum multa frictione. *Cic. Cluent.* 44. 125. venenum privigno suo. *Ovid.* 10. *Met.* 504. viam. *Cic. Cæcin.* 15. 44. viam tutam fugæ. *Id.* 1. *Fin.* 10. 32. voluptatem magnam labore et dolore. — *d)* Cum Infinito est dare operam, conari, curare, studere, cupere, qua ratione apud Græcos ζητεῖν. *Virg.* 6. *Æn.* 614. ne quære doceri, Quam pœnam, aut quæ forma viros fortunaque mersit. *Horat.* 3. *Od.* 27. 56. speciosa quæro Pascere tigres. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 16. 26., 3. *ibid.* 4. 36. et *Epod.* 16. 16. Similiter *Phædr.* 3. *prol.* qui magnas opes Exaggerare quærit omni vigilia. *cerca di etc. Id.* 4. 8. Homo, simul ac venit in magnum periculum, Effugium reperire alterius quærit malo. *Ovid.* 5. *Trist.* 4. 7. Tristitiæ causam si quis cognoscere quærit. *Id. Heroid.* 12. 175. stultæ dum te jactare maritæ Quæris, et injustis auribus apta loqui. *Id.* 1. *Amor.* 8. 51. Æra nitent usu: vestis bona quærit haberi. *Tac. Germ.* 2. Classibus advehebantur, qui mutare sedes quærebant. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 53. 79. (211). Ibex (*capra*) — vastis cornibus gladiorumque vaginis, in hæc se librat ut tormento aliquo rotatus in petras, potissimum e monte aliquo in alium transilire quærens. — *e)* Etiam duplicem habet Accusativum, ut *posco,* etc. *Varro* 1. *R. R.* 15. *init.* Fines prædii notis arborum tutiores fiunt, ne familiæ rixentur cum vicinis, ac limites ex litibus judicem quærant. *Alii rectius leg.* ac lites ex limitibus etc. *Schneiderus* vulgatam lectionem tuetur: ceterum et *limites* et *lites* possunt regere τὸ *quærant.* ¶ 2. Speciatim *rem quærere,* et *quærere* absolute, conari rem familiarem augere, studere lucris, *cercare di far roba.* — *a)* Cum Accus. *Plaut. Capt.* 3. 1. 1. Miser homo' st, qui ipsus sibi quod edit, quærit, et id ægre invenit. Sed ille est miserior, qui et ægre quærit et nihil invenit. *Ter. Eun.* 2. 2. 29. Ubi videt me esse in tanto honore, et tam facile victum quærere etc. *Novius* apud *Gell.* 17. 2. 8. Quod magno opere quæsiverunt, id frunisci non queunt. *Cic. Quinct.* 3. 13. Nec mirum, si is, qui vocem venalem habuerat, ea, quæ voce quæsierat, magno sibi quæstui fore putabat. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 32. Quidquid quæsierat, ventri donabat avaro. — Sic etiam Part. *quæsitus* est quærendo partus, comparatus, acquisitus, *acquistato. Cic.* 6. *Parad.* 2. 46. Iis, qui honeste rem quærunt mercaturis faciendis, intelligimus opus esse quæsito. *et ibid.* Cui quæsito opus sit, quis hunc vere dixerit divitem? *Virg.* 4. *G.* 156. *de apib.* hiemis memores æstate laborem Experiuntur, et in medium quæsita reponunt. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 82. attentus quæsitis. *Ovid.* 7. *Met.* 656. parcumque genus, patiensque laborum, Quæsitique tenax. — *Quæsitus ab asse. V. AS.* — *b)* Absolute. *Ter. Adelph.* 5. 3. 27. Conserva, quære, parce, fac plurimum illis relinquas. *et* 5. 4. 15. Contrivi in quærendo vitam atque ætatem meam. Adde *eumd. Heaut.* 1. 1. 87. *Virg.* 1. *G.* 127. in medium quærebant; ipsaque tellus Omnia liberius, nullo poscente, ferebat. *Horat.* 1. *Sat.* 1. 92. Denique sit finis quærendi, quumque habeas plus Pauperiem metuas minus. *Inscript.* sepulcr. apud *Henzen.* 7402. QVAERERE CESSAVI NVNQVAM, NEC PERDERE DESI. MORS INTERVENIT. NVNC AB VTROQVE VACO. ¶ 3. Item, eleganter dicuntur *quærere,* qui non vident, qui non inveniunt, et qui frustra circumspectant et optant. — *a)* De personis. *Propert.* 1. 17. 17. ignotis circumdata litora silvis Cernere, et optatos quærere Tyndaridas. *Tibull.* 2. 3. 25. Quisquis inornatumque caput, crinesque solutos Adspiceret, Phœbi quæreret ille comam. *Lucan.* 9. 964. Circuit exustæ nomen memorabile Trojæ, Magnaque Phœbei quærit vestigia muri. *Stat.* 4. *Theb.* 703. deceptum margine ripæ Stat pecus, atque amnes quærunt armenta natatos. *Cic.* 5. *Verr.* 18. 47. Ætnensis ager sic erat deformis atque horridus, ut in uberrima Siciliæ parte Siciliam quæreremus. Sic *Id. Mil.* 1. 1. Oculi, quocumque inciderint, veterem consuetudinem fori, et pristinum morem judicorum requirunt. Hæc et alia congessit *Broukus.* ad *loc. Tibull* cit. Sic *Liv.* 9. 19. Ne ille sæpe-Persas et ludos et imbellem Asiam quæsisset. *Id.* 3. 34. Jam plebs ne tribunicium quidem auxilium-quærebat. — *b)* De rebus. *Ter. Eun.* 3. 5. 10. Quid sibi hic vestitus quærit? *Cic.* 3. *Verr.* 10. 29. Nego esse quidquam a testibus dictum, quod-cujusquam oratoris eloquentiam quæreret. *Liv.* 4. 14. Qui tumultus, quod bellum repens, aut dictatoriam majestatem, aut Quinctium post octogesimum annum rectorem reipublicæ quæsisset. *Quintil.* 11. 3. 26. Ut assueta gymnasiis et oleo corpora-, si militare iter imperes, deficiant, et quærant unctores suos nudumque sudorem. ¶ 4. Item de inquisitione, quæ animo seu cogitatione fit, *ricercare con l'animo, col pensiero.* — *a)* Cum Accus. *Ter. Andr.* 4. 2. 19. Consilium quæro. *Accius* apud *Non.* p. 467. 17. *Merc.* Nunc in consilio id reges Argivum aucupant, id quærunt. *Lucret.* 2. 1044. Quærit enim rationem animus, quum etc. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 36. 116. Non quæro rationes eas, quæ ex conjectura pendent-: non quæro ex his illa initia mathematicorum etc. *Id.* 2. *Orat.* 34. 146. Si verum quæritis, quod mihi quidem videatur etc. *Id.* 12. *Fam.* 8. Si verum quæris. *e se vuoi che ti dica il vero.* — *b)* Absolute. — *Si quæris,* si scire cupis, *se vuoi sapere. Cic.* 7. *Fam.* 1. Omnino, si quæris, ludi apparatissimi. *Id.* 3. *Off.* 20. 80. Et ea res, si quæris, ei magno honori fuit. *Id.* 2. *ad Brut.* 7. *a med.* Hoc cogere volebat, falsas litteras esse: et, si quæris, probabat. *Id.* 2. *Orat.* 62. 254. Et, si quæritis, is, qui appellatur dicax, hoc genere maxime excellet. et *Senect.* 18. 65. At sunt morosi et anxii et difficiles senes: si quærimus, etiam avari. — *Noli quærere,* et *quid quæris?* formulæ, quibus utimur, quum rem ejusmodi dicturi sumus, quæ exspectatione major futura est: quasi dicamus, ne plura quæras: sit hoc satis, quod jam dicam. *Cic.* 4. *Fam.* 4. *a med.* Noli quærere: ita mihi pulcher hic dies visus est, etc. *et* 3. *ibid.* 1. *a med.* Quid quæris? biduo factus est mihi familiaris. *vuoi di più?* Adde *eumd.* 7. *Fam.* 3., 2. *Att.* 1. *bis,* 4. *ibid.* 18. *extr.,* 12. *ibid.* 51. et 3. *ad Q. fr.* 2. *bis;* et *Horat.* 1. *Ep.* 10. 8. — *c)* Sequente Relativo, et est quæstionem seu disputationem instituere, *piantare o muovere una questione, una disputa. Cic.* 9. *Fam.* 25. Ille baro te putabat quæsiturum, unum cælum esset, an innumerabilia. *Id.* 1. *Orat.* 2. 6. Ac mihi quidem-quærendum esse visum est, quid esset, cur plures in omnibus rebus, quam in dicendo admirabiles exstitissent. *Scævola Dig.* 33. 7. 28. Idem quæsiit, an fructus fideicommisso cedant. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 21. (31). Quæritur inter medicos, cujus generis aquæ sint utilissimæ. *Horat. Art. P.* 409. Natura fieret laudabile carmen, an arte, Quæsitum est. ¶ 5. Item, sæpe est scisciari, percontari, interrogare, *dimandar per sapere, interrogare:* et usurpatur *quærere aliquid, aliquid ab aliquo, aliquid ex aliquo, aliquid de aliquo. Plaut. Amph. prol.* 127. Ut ne qui essem, familiares quærerent. *Cic. Cluent.* 52. 144. Quæret fortasse quispiam, displiceatne mihi legum præsidio a capite periculum depulsare. *Id. Rosc. Am.* 2. 5. Forsitan quæratis, qui iste terror sit etc. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 2. Te puto sæpe habere, qui num quid Romam velis, quærant. *Hirt.* ad *Cic. post ep.* 6. *l.* 15. *ad Att.* Rure jam redierim, quæris. *Alii leg.* an redierim. *Ovid. Heroid.* 19. 30. quæro si quis Abydon eat. *Id.* 5. *Fast.* 1. Quæritis, unde putem, etc. *Id. Remed. am.* 161. Quæritis, Ægisthus quare sit factus adulter? *Cic. Orat.* 48. 159. Quære, cur? ita se dicent juvari. *Tac.* 2. *Ann.* 9. Quæsito, an Cæsar venisset, etc. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (182). Quum a puero quæsisset horas. *Accius* apud *Non.* p. 15. 5. *Merc.* Tu mihi autem, quod quæro abs te, enoda, et qui sis, explica. *Ter. Heaut.* 4. 1. 5. Nescio, nisi ut ex ipsa quæras unde hunc habuerit. *Cic.* 3. *Fam.* 6. Quæsivi ex Phania, quam in partem provinciæ putaret te velle ut venirem. *Cæs.* 1 *B. G.* 18. Liscum retinet: quærit ex solo ea, quæ in conventu dixerat. *et ibid.* 32. Quum ab iis sæpius quæreret, neque ullam omnino vocem exprimere posset. *Cic.* 5. *Verr.* 83. 191. Quæro nunc a te, Hortensi cum otris istius factum

collaturus es? *Nepos Epam.* 4. *a med.* A quo quum quæsisset, quo se duci vellet, etc. *Id. Dion.* 2. Quæsivit a medicis, quemadmodum se haberet. *Liv.* 4. 40. *a med.* Sexte Tempani, quæro de te, arbitreris, ne etc. *Cic. Pis.* 9. 18. Quærebat paullo ante de me, quid suo mihi opus fuisset auxilio. *mi dimandava.* et *Vatin.* 4. 10. De te ipso quæro, Vatini, utrum tandem putes, etc. *Ovid.* 4. *Pont.* 3. 18. Cura tibi de quo quærere nulla fuit. *di domandar di lui.* — *Quærere aliquid in aliqua re, aliquid apud aliquem, aliquid inter aliquos, aliquid circa aliquid* apud *Quintil.* 7. 10. 1. Et in finitione, quæ sit voluntas nominis, quæritur, et in syllogismo-spectatur quid voluerit scriptor. *et* 2. 4. 37. In verbis quæritur, an satis significent. *Id.* 2. 16. 11. Hæc apud eos fortasse quærantur, qui summam rhetorices ad persuadendi vim retulerunt. *et* 7. 1. 37. Scio apud quosdam esse quæsitum, quomodo inveniremus, utra pars deberet prior dicere. *Id.* 10. 1. 67. Uter sit poeta melior, inter plurimos quæritur. *et* 7. 4. 39. Si inter propinquos de idoneo (*marito*) quæratur. *Id.* 7. 2. 6. Quæritur per conjecturam et qualitatem circa modum, speciem, numerum. *et* 7. 1. 54. Aliquid circa patrem quærimus. ¶ 6. Est etiam quæstionem habere, inquirere, *informarsi, inquerire, inquisire, far processo. Ter. Adelph.* 3. 5. 36. Hunc abduce, vinci, rem quære. *Cic.* 2, *Verr.* 9. 27. Alterum esse quæsiturum de pecuniis repetundis. *Id. Rosc. Am.* 41. 119. Quærere de morte alicujus. *Id. Mil.* 22. 59. et *Dejot.* 1. 3. De servo in dominum ne tormentis quidem quæri potest. Sic *Sueton. Tib.* 58. Quærere aliquid per tormenta. *Liv.* 33. 36. Ad conjurationem servorum quærendam opprimendamque prætor missus. *Cic. Mil.* 6. 14. Decernebat-, ut veteribus legibus tantum modo extra ordinem quæreretur. *et ibid.* § 15. Quid ergo tulit? nempe ut quæreretur. Quid porro quærendum est? factumne sit? si constat. *V.* QUÆSITOR et QUÆSTIO. — *Legibus quærere* dicitur is, qui in judicando non indulget causarum patronis, sed legum sanctiones unice intuetur. *Plin.* 5. *Ep.* 21. Causa dilationis Nepos prætor, qui legibus quærit. — Hinc Part. præter. pass., cujus exempla et supra retulimus,

Quæsitus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Quæsitior* et Sup. *Quæsitissimus.* Sic *Cic. Orat.* 26. 89. Vitabit etiam quæsita, nec ex tempore ficta, sed domo adlata, quæ plerumque sunt frigida. *cose ricercate, studiate.* et *ibid.* 65. 219. Ut numerus non quæsitus, sed ipse secutus esse videatur. *Tac.* 6. *Ann.* 50. Quæsita interdum comitate quamvis manifestam defectionem tegebat. *affettata, ricercata.* Sic 5. *ibid.* 3. Verba inerant (*in epistola*) quæsita asperitate. *et* 3. *ibid.* 57. Præceperant animis orationem patres: quo quæsitior adulatio fuit. *Id. ibid.* 26. Atheniensibus leges quæsitiores Solon perscripsit. *più studiate:* quum Minos et Lycurgus simpliciores et pauciores tulissent. *et* 2. *ibid.* 53. Excepere Græci quæsitissimis honoribus. *Id.* 15. *ibid.* 44. Nero subdidit reos, et quæsitissimis pœnis affecit. *squisitissimi tormenti.* et *Sall. fragm.* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* 9. Epulæ quæsitissimæ. *Alii leg.* exquisitissimæ. — Hinc

Quæsitum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est quærendo partum, parta, comparata, *ciò che si è acquistato. V.* supra sub 2. *a.* ad fin. ¶ 2. Item id quod quæritur, *dimanda, quesito,* ζητημα. *Ovid.* 4. *Met.* 793. quoniam scitaris digna relatu, Accipe quæsiti causam. *Id.* 1. *Fast.* 278. Nec mora: quæsiti reddita causa mihi.

QUÆSĪTĬO, ōnis, f. 3. (quæro). ¶ 1. Generatim est actus quærendi, quæstio, *cercamento, cerca,* ζητησις. *Apul.* 5. *Met.* Psyche quæsitioni Cupidinis intenta, populos circuibat. Addunt quidam et *Plaut. Capt.* 2. 2. 3., *Cist.* 2. 3. 48. et *Pers.* 1. 1. 52.; sed pierique alii *quæstio* reponunt. ¶ 2. Speciatim de quæstione per tormenta. *Tac.* 4. *Ann.* 45. Quum postero ad quæsitionem retraheretur, proripuit se custodibus. *Inscript.* apud *Bertol. Antiqu. Aquil. p.* 300. *n.* 419. c. APPVLLEIVS M. F. TAPPO IVDEX QVAESITIONIS REIVM CAPITAL. *giudice al criminale.*

QUÆSĪTOR, ōris, m. 3. *cercatore,* ζητητης, qui quærit. ¶ 1. Generatim. *Pacat. Paneg. Theod.* 28. Aurum, quod de montium venis quæsitor Bessus, aut scrutator Callaicus eruisset. *Gell.* 11. 5. Quos Pyrrhonios philosophos vocamus, ii Græco cognomento σκεπτικοι appellantur. Id ferme significat quasi quæsitores et consideratores: nihil enim decernunt, nihil constituunt, sed in quærendo semper considerandoque sunt. *Prudent. Hymn. ante somn.* 89. Quæsitor ille solus (*Christus*) animæque corporisque. ¶ 2. Speciatim et præcipue est judex, qui judicio publico, seu capitali quæstioni cum aliis judicibus præest, qui quum quæstionem habeat, id est inquirendum curet de crimine, de eoque judicium exercendum, sedet pro tribunali, judicibus sedentibus in subselliis, *giudice, o capo del criminale, o del maleficio.* Dicitur etiam *judex quæstionis.* Ad eum pertinet dimittere judices, aut retinere, urnasque custodire sententiis judicum recipiendis, quæstionem regere, tormenta moderari, etc. *Cic.* 2. *Verr.* 10. 29. Duo igitur consules et quæsitor erunt ex illius voluntate. Ubi *Pseudo-Asconius:* Prætor, de pecuniis repetundis quæstionem exercens. nam proprie quæsitores dicuntur criminalium quæstionum: ut Virgilius (6. *Æn.* 432.) Quæsitor Minos urnam movet: ille silentum Conciliumque vocat, vitasque et crimina discit. Ex hoc loco discimus, *quæsitorem* dici etiam prætorem, quum cuicumque judicio exercendo præest: proprie autem eum, qui præest quæstionibus criminalibus, sive prætor sit, sive non. Interdum enim ex eo ordine, quem penes erant judicia, eligebatur qui quæstionem exerceret loco prætoris, vel quia huic non vacabat, vel quia lex aliqua sic jubebat: idque præcipue factum est, antequam perpetuæ quæstiones constituerentur, h. e. antequam certæ quæstiones, v. gr. de peculatu, de majestate, de ambitu, prætori quotannis mandarentur. *Cic. Vatin.* 14. 34. Numquis reus in tribunal sui quæsitoris ascenderit, eumque vi deturbarit, subsellia dissiparit, urnas dejecerit. *Id. Fontej.* 6. 11. Si, quia Galli dicunt, idcirco Fontejus nocens existimandus est, quid mihi opus est sapiente judice? quid æquo quæsitore? *Id. Sull.* 28. 78. Tamen tormenta illa gubernat dolor, regit quæsitor, flectit libido, etc. *Sall. Jug.* 44. Quum ex Mamiliana rogatione tres quæsitores rogarentur. *Cic. Planc.* 17. 43. Quæsitorem edere. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 53. Q. VARIO Q. F. GEMINO LEG. DIVI AVG. II PROCOS. PR. TR. PL. Q. QVAESIT. IVDIC. *etc.* Alia apud *eumd. ibid. p.* 63. P. CLAVDIVS P. F. AP. N. AP. PRON. PVLCHER Q. QVAESITOR PR. AVGVR. — Item qui inquirendo aliquid maleficii detegit. *Cic.* 4. *Cat.* 5. 10. Qui reo custodiam, quæsitori gratulationem, indici præmium decrevit. *h. e.* mihi gratulationem, qui inquirendo conjurationem detexi. *Alii perperam leg.* quæstori.

QUÆSĪTUM, i, n. 2. *V.* QUÆRO in fin.

QUÆSĪTŪRA, æ, f. 1. idem quod quæstura. *Tac.* 3. *Ann.* 29. Ut quinquennio maturius, quam per leges, quæsituram peteret. *Alii rectius leg.* quæsturam.

QUÆSĪTUS, a, um. *V.* QUÆRO.

QUÆSĪTUS, us, m. 4. *cercamento,* quæsitio. In sexto casu sing. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 10. (51). *de Nilo.* Fama tantum, inermi quæsitu, cognitus, sine bellis etc. *At* Sillig. *leg.* Famæ tantum inermi quæsitus sine bellis etc. *Codices enim variant.* Et *Macrob.* 7. *Saturn.* 8. Admoneor rei, quam semper quæsitu dignam putavi.

QUÆSO, sis, sīvi *et* sii, sītum, sere, a. 3. Præteritum *quæsivi* commune est cum *quæro,* pro quo *quæsi* agnoscit *Priscian.* 10. *p.* 902. *Putsch.,* sed hoc usus non recepit. — Part. *Quæsens* 1. et 2.; *Quæsendus* 1. — *Quæso,* Ital. *cercare,* ζητεω, idem quod quæro: quemadmodum dicebant, *arbosem, casmen, Valesii, asa,* etc. pro *arborem, carmen, Valerii, ara,* etc. *V.* et *Festi loc. cit.* sub 1. ¶ 1. Pro scrutari, inquirere. *Ennius* apud *Cic.* 1. *de republ.* 18. Astrologorum signa in cælo quæsit, observat. *Plautus* apud *Non. p.* 44. 30. *Merc.* Quæse adveniente morbo nunc medicum tibi. *Festus p.* 258. 13. *Müll.* Quæso, ut significat idem, quod rogo; ita quæsere ponitur ab antiquis pro quærere, ut est apud Ennium libro secundo: Ostia munita est: idem loca navibu' pulcris Munda facit, nautisque mari quæsentibu' vitam. Et in Cresphonte: Duxit me uxorem liberorum sibi quæsendum gratia. ¶ 2. Item pro orare, petere, *pregare, chiedere,* δεομαι: quia qui orat, quærit. — *a*) Cum Accus. personæ — Et particula *ut. Nævius* apud *Donat.* ad *Ter. Adelph.* 4. 1. 5. Deos quæso, ut adimant et patrem et matrem meos. *Cato R. R.* 141. Mars pater, te precor quæsoque, uti sies volens propitius mihi, domo familiæque nostræ. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 1. Mirum est, me, ut redeam, te tanto opere quæsere. Adde *eumd. Amph.* 3. 2. 52., *Rud.* 4. 7. 30. et alibi. *Ter. Adelph.* 2. 4. 11. Deos quæso, ut istæc prohibeant. *Sall.* apud *Priscian.* 10. *p.* 902. *Putsch.* Curionem quæsivit, uti adolescentior ætati concederet Mamerci. *Liv.* 40. 46. Has ut hodie finiatis simultates, quæsumus vos universi. — Omissa *ut* particula. *Brut. et Cass.* ad *Anton.* 11. *Fam.* 3. *in fin.* Deos quæsumus, consilia tua reipubl. salutaria sint, ac tibi. *Apul.* 4. *Met.* Multis nos affatibus multisque precibus quæsens. *Alii leg.* quærens. — *Quæso tecum* est archaismus pro *quæso te* apud *Fronton. ad Antonin. Pium* 7. Quamobrem tecum quæso, ne quid obsit amicitia nobis. *Gell.* 20. 1. 21. Sed, quæso tecum tamen, degrediare paullisper curriculis istis disputationum vestrarum academicis, etc. Sic *tecum oro* apud *Plaut. Rud.* 3. 4. 68. Scin' quid tecum oro, senex? Ut illas serves, vim defendas, dum ego herum adduco meum. — *b*) Cum Abl. personæ et præpos. *ab. Cic. Arch.* 2. 3. Quæso a vobis, ut mihi detis hanc veniam, ut etc. *Id.* 3. *Fam.* 2. A te maximo opere etiam atque etiam quæso et peto, ut etc. — *c*) Omissa persona, cum part. *ut* vel *ne. Nævius* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *G.* 266. Quod tu, mi gnate, quæso ut in pectus tuum demittas. *Ter. Eun.* 3. 2. 13. Quæso hercle, ut liceat, pace quod fiat tua, dare huic etc. *Cæcilius* apud *Non. p.* 154. 13. *Merc.* Quæso, ne ad malum hoc addas malum. *Cic.* 5. *Fam.* 4. Peto quæsoque, ut etc. *Id. post red. in senat.* 1. 1. Quæso obtestorque, ne etc. *Liv.* 28. 39. *a med.* Id uti permittatis, quæsumus. — Et omissa particula. *Liv.* 10. 13. *sub fin.* P. Decium quæso mecum consulem faciatis. *Phædr.* 1. 22. Quæso, parcas mihi. — *d*) Cum Accus. rei tantum. *Lucret.* 5. 1229. Non divom pacem votis adit et prece quæsit. *Virg.* 3. *Æn.* 358. Iis vatem aggredior dictis et talia quæso. *Sil. It.* 16. 250. non ardua regnis Quæsumus, aut inbonora tuis. (*quæsumus* pro *quæsimus,* ut *optumus* pro *optimus.* et est in usu frequenti). Etiam *Cicer.* dixisse *quæsere,* auctor est *Phocas* in *Arte p.* 1718. *Putsch.* Fortasse significat illud in *Arat.* 18. si quæsere perges. Sed alii leg. *quærere.* ¶ 3. *Quæso* frequentissime interseritur sermoni, ut *opinor, amabo,* etc. *deh vi prego, di grazia:* et est orantis, blandientisque. *Cic.* 6. *Verr.* 47. 105. Ad ea, quæ dicturus sum, reficite vos, quæso, judices, per deos immortales. *Id.* 7. *Att.* 10. Tu, quæso, crebro ad me scribe. *Id.* 3. *Fam.* 7. *circa med.* Quæso, etiamne tu has ineptias? *Plaut. Most.* 4. 2. 33. Quæso, quoties dicendum est tibi? *Ter. Hecyr.* 4. 4. 49. Quid dixti? eho, an non alemus, Pamphyle? prodemus, quæso, potius? *Id. Heaut.* 3. 1. 21. Ubinam est, quæso? *Id. Andr.* 1. 2. 33. Bona verba, quæso. *Id. Heaut.* 1. 1. 40. Hui! tam graves hos (*rastros*) quæso? *Cæcilius* apud *Gell.* 2. 23. Sed tua morosane uxor, quæso, est? *Turpilius* apud *Non. p.* 429. 19. *Merc.* Quæso, cogita ac delibera. *Cic.* 1. *Legg.* 2. 6. Quamobrem aggredere, quæsumus, et sume ad hanc rem tempus. *Arnob.* 1. 59. Quid enim officit, o quæso, aut quam præstat intellectui tarditatem? — Post multa verba. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 1. 2. Omitte ista, quæ nec percontari, nec audire sine molestia possumus, quæso, inquit: et quære potius, etc.

QUÆSTĬCŬLUS, i, m. 2. *picciol guadagno,*

κερδάριον, parvum lucrum, lucellum: deminut. a *quæstus*. *Cic.* 2. *Divinat.* 14. 34. Aut fissum jecoris cum lucello meo, aut meus quæsticulus cum cælo, terra, rerumque natura? Adde *eumd.* 9. *Fam.* 16. *a med.*; et *Apul.* 11. *Met.*

QUÆSTĬO ōnis, *f.* 3. *cercamento, cerca*, ζήτησις, actus quærendi, investigatio, quæsitio. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Pers.* 1. 1. 52. Recipe te, quam primum potes: cave, fuas mihi in quæstione. *guarda di non ti far cercare.* et *Capt.* 2. 2. 3. Tibi ne quæstioni essemus. Sic *Afranius* apud *Non. p.* 111. 14. *Merc.* Cave ne pendeas, si fuas in quæstione. ¶ 2. Speciatim est interrogatio, disputatio, controversia, dubitatio, *questione, disputa*, ζήτημα, πρόβλημα. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 8. 26. Quæstio est appetitio cognitionis; quæstionisque finis inventio. *Id.* 3. *Orat.* 32. 129. De omni re, quæcumque in disceptationem quæstionemque vocatur, copiosissime dicere. *Id. Topic.* 21. 79. Quæstionum duo sunt genera: alterum infinitum, alterum definitum. Definitum est, quod ὑπόθεσιν Græci, nos causam: infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propositum possumus nominare. *et paullo post* 81. Quæstionum, quæcumque de re sint, duo sunt genera: unum cognitionis, alterum actionis. *Id.* 1. *Nat. D.* 1. 1. Perdifficilis et perobscura quæstio est de natura deorum. *Id. Orat.* 20. 68. Id nec dubium est, et si quid habet quæstionis, hoc tamen etc. *Id. Cluent.* 58. 159. Res in quæstione versatur. *Quintil.* 5. 14. 16. Res in quæstionem venit. *Plin. 7. Hist. nat.* 28. 29. (101). Fortitudo in quo maxime exstiterit, immensæ quæstionis est. *Id.* 10. *ibid.* 22. 27. (52). In quæstione est, quis tantum bonum invenerit. *et ibid.* 7. 8. (20). Sanqualem avem augures Romani in magna quæstione habent. *h. e.* valde quærunt, et disputant, quænam avis sit. *Quintil.* 7. 1. 13. Quæstionem instituere. *Cic.* 5. *Fin.* 6. 17. habere de finibus bonorum et malorum. ¶ 3. Apud rhetores est id, circa quod totius causæ cardo vertitur, et ex quo controversia nascitur, *il punto della causa*. Nam in singulis causis considerantur constitutio sive status, genus causæ, quæstio, ratio, judicatio, firmamentum. *Cic.* 1. *Invent.* 13. 18. Quæstio est quæ ex conflictione causarum gignitur controversia, hoc modo: Non jure fecisti: Jure feci. Causarum autem hæc est conflictio, in qua constitutio constat; ex ea igitur nascitur controversia, quam quæstionem dicimus, hoc modo: Jurene fecerit. *Id.* 1. *Herenn.* 16. 26. videtur cum judicatione confundere. *V.* JUDICATIO. Ceterum *Seneca* 1. *Controv.* 1. Latro illas quæstiones fecit, divisit in jus et æquitatem, an abdicari possit, an debeat. — Hoc in has quæstiones divisit. *Quintil.* 2. 4. 30. Vix ullus est tam communis locus, qui possit cohærere cum causa, nisi aliquo propriæ quæstionis vinculo copulatus. ¶ 4. Sæpissime dicitur de investigatione criminis, quæ fit interrogando reum ac testes, adhibito sæpe tortore ac tormentis, *esame, processo, inquisizione, tortura*, ἐξέτασις, βασανισμός. *Ulp. Dig.* 29. 5. 1. *a med.* Quæstionem sic accipimus, non tormenta tantum, sed omnem inquisitionem, et defensionem mortis. *Cic.* 2. *Fin.* 16. 54. Quum prætor quæstionem inter sicarios exercuisset. *Id.* 11. *Phil.* 2. 5. Verberibus ac tormentis quæstionem habuit pecuniæ publicæ. *Id. Rosc. Am.* 28. 78. Mortis paternæ de servis paternis quæstionem habere filio non licet. *Id.* 1. *Orat.* 53. 227. Quæstionem ferre in aliquem. *Liv.* 33. 28. habere ex his, qui simul fuerunt. *Cic. Cluent.* 64. 181. de furto constituere. *et ibid.* instituere de morte alicujus. *et ibid.* 65. 182. de morte viri habere. *et ibid.* habere de servis in caput filii. *et ibid.* 33. 89. Ad quæstionem abripi. *et ibid.* 64. 181. Alicui servum in quæstionem ferre. *et ibid.* Postulare servum in quæstionem. *Id. Rosc. Am.* 41. 120. dare. *Plaut. Most.* 5. 1. 38. Servos dare quæstioni. *et ibid.* 14. accipere. *Curt.* 4. 10. *sub fin.* corpus offerre. — *Quæstionem facere alicui*, in aliquem inquirere. *Modestin. Dig.* 34. 3. 20. referens testatoris verba: Quæstionem curatoribus meis nemo faciet; rem enim ipse tractavi. *niuno dimanderà conto*, *chiamerà a conto.* — *Quæstiones perpetuæ* dicebantur quæstiones publicis criminibus, ut *repetundarum, de parricidio, majestatis, peculatus*, etc. Dictæ sunt *perpetuæ*, quia iis exercendis præerat suus quæsitor perpetuus et ordinarius, non vero novus et extra ordinem. Etenim antequam hujusmodi quæstiones instituerentur, hoc est ante ann. U. C. DCIV., quotiescumque publicum aliquod crimen admissum esset, novus ei quæsitor eligebatur: postea vero suus singulis est datus, qui quotiescumque opus esset, de hujusmodi sceleribus cognosceret; is autem erat unus ex prætoribus. *Cic. Brut.* 27. 106. Quæstiones perpetuæ hoc adolescente (*C. Carbone*) constitutæ sunt, quæ antea nullæ fuerunt. Sunt qui pro *perpetuæ* putant *publicæ* legi oportere: alii qui *pecuniariæ*, quia in aliquibus MSS. *Quæstiones P.* habetur. — *Judex quæstionis*, dictus videtur ceterorum judicum princeps, qui datam a prætore actionem exercebat, judices sortiebatur, testes audiebat, quæstiones habebat, tabulas inspiciebat. *Sigon. de Judiciis, l.* 2. *c.* 5. contendit, magistratum fuisse a prætore omnino distinctum, quod in multis causis et prætor et judex quæstionis interfuerit. At aperte adversatur hic locus *Cic. Cluent.* 33. 89. Condemnatus est C. Junius, qui ei quæstioni præfuerat, quum esset judex quæstionis. Quis enim nescit, qui in magistratu essent, in judicium vocari non potuisse? Ceterum plerumque post ædilitatem et ante prætoram hoc munere potius, quam magistratu, functos fuisse, patet ex *Sueton. Cæs.* 11. Cæsar post ædilitatem fuit judex quæstionis de sicariis. *et* ex *Inscript.* apud *Gruter.* 225. 7. C. OCTAVIVS C. F. AED. PL. IVDEX QVAESTIONVM FR. PRO COS. etc. ¶ 5. Translatum pro concreto, uti ajunt, *quæstio* dicitur — *a*) De ipsis judicibus, qui quæstionem habent. *Cic.* 4. *Verr.* 30. 74. Si dimisisset eo tempore quæstionem, post illis adhibitis, quos ablegarat, absolutum iri Sopatrum videbat. *Val. Max.* 8. 1. *n.* 6. Totam quæstionem a severitate ad clementiam transtulit. — *b*) De ipso quæstorio, seu quæstoris tabernaculo in castris, apud *Hygin. Gromat p.* 7. *col.* 2. Quæstorium minori esse debet latitudine, quam prætorium, ut strigæ ad posticium prætorii proximæ sint, in quo maxime legati hostium et obsides et si qua præda facta fuerit, in quæstione ponitur.

QUÆSTĬŌNĀLĬTER, adverb. per quæstionem seu interrogationem. *Fulgent. de prisc. serm. n.* 16. Problema est propositio in capite libri quæstionaliter posita.

QUÆSTĬŌNĀRĬUS, ii, m. 2. ¶ 1. Est carnifex, qui in quæstione reos torquet ad confessionem exprimendam. *Inscript.* apud *Gruter.* 545. 6. IVLIO FLAVINO COMMANIPULARI, LEG. VII. C. F. QVAESTIONARIO HERENNIVS ROGATVS. Adde *Hieronym.* in *Joel.* 2. 21.; *Imppp. Valentin. Theodos. et Arcad. Cod. Theod. tit. extrav. l.* 3.; et *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 6. 480. — Allata superius exempla ad sequioris Latinitatis tempora pertinent; antea vero Is, qui postea *quæstionarius*, videtur appellatus fuisse *a quæstionibus*. Hinc *Inscript.* apud *Gruter.* 543. 6. Q. GAVIVS Q. F. ARN. CLEMENS CLVSIO EVOCATVS AVG. A QVAESTIONIBVS. *et* 560. 1. M. SALLVSTIVS MARTIALIS MIL. COH. X. VRB. A QVAESTION. PRAEF. VRBIS. Alia apud *De-Vita Antiq. Benev. p.* 31. *n.* 10. A QVAESTIONIBVS FACTVS PER ANNVM VERVM PRAEF. VRBIS. ¶ 2. Item is, in quo quæstiones sunt. *Boeth. Geometr.* 2. *p.* 1520. Hic liber quasi quæstionarius.

QUÆSTĬŌNĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

QUÆSTĬŌNO, ās, ātum, are, a. 1. Part. *Quæstionatus.* — Quæstionare est quæstionem habere de reo aliquo, *processare, torturare. Auct. summarior. Cod. Theod.* e pervet. Codice ab *A. Maio* edito in *Fragm. jur. civ. antejustin. p.* 109. Commemorat, ut dum adulterii causæ perquirantur, si domi fuerit familia, omnes quæstionari. *V. Cod. Theod.* 9. 7. 4. Sic *Cyprian. Ep.* 69. *n.* 6. Tot confessores quæstionati et torti.

QUÆSTĬUNCŬLA, æ, f. 1. deminut. *questioncella*, brevis aut levis quæstio. *Cic.* 1. *Orat.* 22. 102. Mihi nunc vos, tamquam alicui Græculo otioso et loquaci, quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis. *Id.* 2. *Legg.* 20. 51. His propositis, quæstiunculæ multæ nascuntur. *Sueton. Gramm.* 24. *extr.* Nimis pauca et exigua de quibusdam minutis quæstiunculis (*M. V. Probus*) edidit. *Quintil.* 1. 3. 11. Positis invicem cujuscumque generis quæstiunculis. *Capell.* 5. *p.* 183. Nam si fuerit per incidentes quæstiunculas derivata, onerabitur ipsa partitio.

QUÆSTOR, ōris, m. 3. QVAISTOR antiqua scribendi ratione legitur in *Inscript.* apud *Orell.* 556. — *Quæstor*, Ital. *questore*, ταμίας, est qui rei alicui quærendæ præest, ut criminibus publicis, vel pecuniæ publicæ: per syncop. a *quæsitor*, et idem fere significans. Est tamen discrimen, quod quum de pecuniarum administratore sermo est, *quæstor*, non *quæsitor*, dicimus; ut patet ex *Varron.* 5. *L. L.* 81. *Müll. loc. cit.* sub 2. — Ut genus quærendi non unum, ita nec unum genus quæstorum. Fuere enim quæstores rerum capitalium sive parricidii, quæstores urbani seu quæstores ærarii, quæstores militares, quæstores provinciales, quæstores principis sive Augusti, alio nomine *Candidati principis.* ¶ 1. *Quæstores rerum capitalium*, Italice *giudici criminali*, qui et citra syncopen *quæsitores* sæpe dicuntur, erant magistratus, qui quæstionibus criminum capitalium præerant. Dicti sunt *rerum capitalium*, quia non creabantur, nisi in causis, in quibus de morte, vel exilio alicujus civis ageretur. Iidem dicebantur *quæstores parricidii*. Nam parricidium apud veteres significabat quodcumque homicidium, ut *Paul. Diac. p.* 221. 15. *Müll.* docet. *Quæstores* dicebantur, quod quærerent de rebus capitalibus. *Varro* 5. *L. L.* 81. *Müll.* Quæstores a quærendo, qui conquirerent publicas pecunias et maleficia, quæ triumviri capitales nunc conquirunt: ab his postea, qui quæstionum judicia exercent, quæstores dicti. *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. *ante med.* Et quia de capite civis R. injussu populi non erat lege permissum consulibus jus dicere, propterea quæstores constituebantur a populo, qui capitalibus rebus præessent: hique appellabantur quæstores parricidii, quorum etiam meminit lex XII. tabularum. Adde *Vetus commentarium anquisitionis* apud *Varron.* 6. *L. L.* 90. *Müll.* — Officium horum quæstorum fuit, judices congregare, dimittere, crimina cognoscere, judicibus præcipere, ut sententias ferrent. *V.* QUÆSITOR 2. His adjungebantur judices quæstionis, de quibus *V.* QUÆSTIO 4. Seriori ævo hujusmodi quæstores rursus exstiterunt Constantinopoli, ut ex *Jul. Ep. nov. c.* 74. § 268. patet. ¶ 2. *Quæstores urbani* seu quæstores ærarii, *camarlinghi, tesorieri*, erant magistratus minores, qui præerant ærario, quod in æde Saturni erat: ita dicti a quærendis pecuniis publicis. *Varro* 5. *L. L.* 81. *Müll.* Quæstores a quærendo, qui conquirerent publicas pecunias. — *a*) Distinguebantur a tribunis ærariis, quia quæstores curabant pecuniam, quam in ærarium inferrent, tribuni ærarii curabant pecuniam, quam ex ærario sumptam quæstori proconsulis atque exercitui maxime erogarent. *Pseudo-Ascon.* in *Cic.* 3. *Verr.* 13. — *b*) De quæstorum origine hæc *Tac.* 11. *Ann.* 22. Sed quæstores regibus etiam tum imperantibus instituti sunt, quod lex curiata ostendit ab L. Bruto repetita. Mansitque consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret, creatique primum Valerius Potitus et Æmilius Mamercus tertio et sexagesimo anno post Tarquinios exactos, ut rem militarem comitarentur. Dein gliscentibus negotiis duo additi, qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus stipendiaria cum Italia et accedentibus provinciarum vectigalibus. Post lege Sullæ XX. creati supplendo senatui, cui judicia tradiderat. Et quamquam equites judicia reciperavissent, quæstura tamen ex dignitate candidatorum aut facilitate tribuentium gratuito concedebatur; donec sententia Dolabellæ velut venumdaretur. *Cf.* et *Ulp. Dig.* 1. *tit.* 13. — *c*) Munus urbanorum quæstorum fuit pecuniam publicam accipere et expendere; prædam ex hostibus captam vendere; signa militaria in ærario asservare, et consulibus

in bella ituris mittere; legatos, qui Romam venerant, excipere, deducere, iis hospitium curare; ægrotantium curam gerere, mortuisque e publico funus facere. V. *Liv.* 7. 23., 26. 47. et 35. 1.; et *Val. Max.* 5. 1. *n.* 1. — *d*) Quæstor unus ex urbanis rem frumentariam curabat. *Cic. Haruspic. resp.* 20. 43. Saturninum in annonæ caritate quæstorem a frumentaria procuratione senatus amovit. Hinc *quæstor Ostiensis* dicitur ab *eod. Sext.* 17. 39. Nec mihi res erat cum Saturnino quæstore Ostiensi. *Id. Mur.* 8. 18. Tu habuisti quæsturam illam, cui, quum quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, Ostiensem, non tam gratiosam et illustrem, quam negotiosam et molestam. *Id. Fatin.* 5. 12. In eo magistratu (*quæstura*) quum tibi aquaria provincia sorte obtigisset, *h. e.* cura importandarum et exportandarum mercium in portu Ostiensi et Puteolano. *Sueton. Claud.* 24. Collegio quæstorum detracta Ostiensi et Gallica provincia, *h. e.* Ostiensi et Gallica circa Padum; Arimini nempe sedes quæstoris erat. — *e*) Ut ex iis patet, quæ sub *c* allata sunt, quæstores urbani peculiare aliquod munus atque officium sortiebantur, quemadmodum provinciales provinciam. ¶ 3. *Quæstores militares,* erant magistratus minores, qui mittebantur cum imperatoribus, cum consulibus, vel cum prætoribus, in militiam ad administrandam rem pecuniariam, et prædam ac manubias in rationes publicas referendas. *Cic. Senect.* 10. 32. Aut quæstor in eodem bello, aut consul in Hispania fuerim V. *Liv.* 26. 47., 27. 19. et 35. 1.; et *Plaut. Capt.* 1. 2. 2. ¶ 4. Quæstores provinciales ejusdem fere generis erant, hoc est qui una cum proconsule, vel propræture in provinciam exibant. Munus eorum erat pecuniam ex ærario attributam in usus provinciæ expendere, vectigalem in ærarium inferre. *Cic.* 2. *Fam.* 19. Mihi quæstor optatior obtingere nemo potuit. *Pseudo-Ascon.* in *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 10. Hæc erat prima senatoris administratio, quæstorem fieri, et in provincia curam gerere pecuniæ publicæ in usus diversos erogandæ. — Quæstores singuli in singulas provincias mittebantur, excepta Sicilia, quæ duos habuit, unum Lilybæi, alterum Syracusis, ut *Pseudo-Ascon.* docet in *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 1. Unum tamen habuit quæstorem sub Augustis, ut patet ex *Inscript.* apud *Murat.* 364. 2. et 434. 4. Habebant autem scribas ad conficiendas publicas rationes; et lictores, togamque prætextam, ad majestatem magistratus tuendam. *Cic.* 5. *Verr.* 78. 181. et 4. *ibid.* 4. 11. et *Planc.* 41. 98. — De ratione autem, quæ inter prætorem et quæstorem intercedebat, hæc *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 19. 61. Sic a majoribus accepimus, prætorem quæstori suo parentis loco esse oportere: nullam neque justiorem, neque graviorem causam necessitudinis posse reperiri, quam conjunctionem sortis, quam provinciæ, quam officii, quam publici muneris societatem. et *Planc.* 11. 28. Qui (*mos*) præscribit in parentum loco quæstoribus suis prætores esse oportere. — Hinc translate *Cic.* (*post redit.*) *in Senat.* 11. 35. Qui (*Cn. Plancius*) si mihi quæstor imperatori fuisset, in filii loco fuisset; nunc certe erit in parentis, quum fuerit quæstor non imperii, sed doloris mei. — Ex Augusti vero institutione quæstores mittebantur in provincias populi R., quum in Cæsareas procuratores mitterentur. *Cajus* 1. *Institut.* (edente iterum *Goeschenio*) § 6. Ædilium curulium jurisdictionem in provinciis populi R. quæstores habent; nam in provinciis Cæsaris omnino quæstores non mittuntur. *V.* PROCURATOR. ¶ 5. *Quæstores candidati principis,* sive Augusti (qui seriori ævo et *quæstores palatii* dicti sunt, ut in *Cod.* 7. 62. 32. *pr.*, et *quæstores intra palatium,* ut in *Inscript.* apud *Orell.* 1188.) erant magistratus sub Cæsaribus, de quibus *V.* in CANDIDATUS. Ii autem non mittebantur in provincias. *V. Borghesi, Dec.* 14. *oss.* 1. p. 3. ¶ 6. Quodlibet etiam collegium artificum in municipiis et coloniis suum habebat quæstorem ad conficiendas ejus rationes et impensas faciendas. *Inscript.* Comensis apud *Gruter.* 358. 6. L. APICIO BRYTTIDIO SOTERICHO VI. VIR. VRB. QVAESTORI ANNI PRIMI CENTVRIA CENTONAR. DOLABRAR. SCALARIAR. *Alia* item Comensis apud *eumd.* 471. 5. T. TADIVS T. F. OVF. CATIANVS VI. VIR. VRB. Q. COLLEGII ANNI QVO CVRIA DEDICATA EST. *Alia* Regiensis apud *Murat.* 563. 1. IN TEMPLO COLLEGII FABRVM ET CENTONARIORVM REGIENSIVM QVOD REFERENTIBVS P. SAENIO MARCELLINO ET C. AVFIDIO DIALOGO QVAESTORIBVS etc.

QUÆSTŌRĬCĬUS, a, um, adject. ad quæstorem pertinens. *Quæstoricius vir,* quæstura functus. *Vet. Tabula Canus.* apud *Fabrett. p.* 599. *col.* 1., quæ est *Inscript.* apud *Orell.* 3721. — *Inscript. Afric.* ed. *Rénier. n.* 1869. Q. FVLVIVS TRIVMVIR AEDILIS QVAESTORICIAE POTESTATIS. — *Caper* vero hanc vocem damnat; ait enim *de Orthogr. p.* 2244. *Putsch.* Vir prætorius et quæstorius, non prætoricius aut quæstoricius dicendum.

QUÆSTŌRĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

QUÆSTŌRĬUS, a, um, adject. ad quæstorem pertinens. — *a*) Universim *Cic.* 2. *Fam.* 17. *a med.* Quod ego officio quæstorio adductum reticere de prætore tuo, non moleste ferebam. (*scil.* quia quæstor in provincia erga prætorem suum ita se gerere debebat, ut filius erga patrem, ut constat ex *Cic. Divinat. in Q. Cæcil.* 19. 61. et 13. *Fam.* 10.) *Id.* 3. *Verr.* 21. 56. Legatus quæstorius. *h. e.* legatum in militia ex quæstore agens, ut *Pseudo-Ascon.* interpretatur. *Id.* 2. *ibid.* 4. 11. Quæstorium scelus. *h. e.* a quæstore factum. *Id.* 7. *Fam.* 30.; et *Liv.* 4. 54. *extr.* Quæstoria comitia. *Sueton. Domit.* 10. Quæstorii scribæ. *h. e.* qui quæstoribus operam præbent in conficiendis pecuniæ publicæ rationibus. *Id. Vit. Horat.* Scriptum quæstorium comparavit. *h. e.* munus scribæ quæstorii. *Id. Claud.* 28. *extr.* Quæstoria ornamenta. *Id. Domit.* 4. munera. *h. e.* gladiatores. V. *eumd. Claud.* 24.; et *Tac.* 11. *Ann.* 22. — *b*) Specialim *quæstoria porta,* in castris, quæ prope eum locum, ubi tendebat quæstor militaris. *Liv.* 34. 47. Alius tumultus ex aversa parte castrorum est exortus. In portam quæstoriam irruperant Galli. Adde *eumd.* 40. 27. — *c*) *Quæstorium forum* apud *eumd.* 41. 2. *sub fin.* eodem loco in castris: ibi enim ex cura quæstoris exponebantur cibaria militibus coemenda. — *d*) *Quæstorii agri* apud *Auct. rei Agrar. Sicul. Flaccum p.* 2. *et* 14. *Goes.* et *Hygin. p.* 205. dicuntur, quos populus R. devictis pulsisque hostibus possedit, mandavitque quæstoribus, ut eos venundarent. — *e*) *Quæstoria bractea auri,* apud *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 19. (61). dicitur, quæ crassitudine Prænestinæ tantum cedit (*V.* PRÆNESTINUS); quemadmodum quæstor prætori suo cedere solebat. *V.* supra sub *a.* — Hinc

Quæstorius, ii, m. 2. (subaudi *homo*) absolute, substantivorum more, apud *Cic. Brut.* 76. 263. et 13. *Phil.* 14. 30. et *Liv.* 24. 18. est quæstura functus. Sic *Inscript.* apud *Orell.* 3990. D. M. FL. MARTIO SEN. IN *colonia* CARVETIOR. QVESTORIO FILIA ET HERES PONEND. CVRAVIT. — In illo *Sueton. Oth.* 3. *extr.* Provinciam administravit quæstorius per decem annos: *quæstorius* quibusdam videtur esse, qui re ipsa quæstor est. Verum editiones nonnullæ habent *quæstoribus,* *h. e.* per quæstores.

Quæstorium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, est quæstoris tabernaculum, vel ædes. *Liv.* 10. 32. *extr.* Captum quæstorium. quæstorque ibi L. Opimius Pansa occisus. *Cic. Planc.* 41. 99. Thessalonicam me. in quæstoriumque perduxit. *Vet. Scholiast.* ab *A. Maio* editus in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 85. ad *h. Cic. l.* ait: Hospitium quæstoris significans proprie secundum vocabulum magistratus, loco ipsi nomen dedit. Nunc autem omnia, in quibus variæ dignitatis præsides habitent, prætoria nominantur.

QUÆSTŌRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

QUÆSTŪĀRĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

QUÆSTŪĀRĬUS, a, um, adject. χερδαλέος, ad quæstum pertinens, meritorius. *Ulp. Dig.* 3. 2. 4. Lenocinium facit, qui quæstuaria mancipia habet. *Id. ibid.* 23. 2. 43. Quæstuaria mulier. *Tertull. Apolog.* 13. Quæstuaria majestas. — Hinc

Quæstuaria, æ, f. 1. (subaudi *mulier*) absolute, substantivorum more, est quæ corpore quæstum facit. *Seneca* 6. *Benef.* 32. Ex adultera in quæstuariam versa.

Quæstuarius, ii, m. 2. (subaudi *homo*) absolute, substantivorum more, est *artigiano,* qui artem quamlibet exercet. *Tertull. Spectac.* 30. Hic est ille (dicam) fabri aut quæstuarii filius, sabbati destructor, Samarites, et dæmonium habens. *h. e.* Christus filius Josephi fabri.

QUÆSTŪĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præced. in fin.

QUÆSTŪŌSĒ, adverb. *con guadagno,* χερδαλέως, cum quæstu, lucrose. Comp. *Quæstuosius* apud *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 19. (56). Compertumque, non aliter quæstuosius censum haberi, aut tutius. Sup. *Quæstuosissimus* apud *Senec.* 4. *Benef.* 3. Istud non beneficium, sed fenus est, circumspicere, non ubi optime ponas, sed ubi quæstuosissime habeas.

QUÆSTŪŌSUS, a, um, adject. (quæstus). Comp. *Quæstuosior* et Sup. *Quæstuosissimus* sub *a.* — Quæstuosus de rebus et de hominibus usurpatur, et est lucrosus, quæstum afferens, quæstui deditus, quæstui serviens. — *a*) De rebus est quæstum afferens, lucrosus, *lucroso, utile, da guadagno,* χερδαλέος. *Cic.* 5. *Tusc.* 31. 86. Ut quæstuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur. (nihilominus *quæstuosum agrum* pro *fructuoso* dixit *Cato R. R.* 1. et ex eo *Plin.* 18. *Hist. nat.* 5. 6. (29). *Id.* 2. *Phil.* 14. 35. Cujus domus quæstuosissima est falsorum chirographorum officina. *Id.* 4. *Verr.* 19. 46. Illa res calamitosa Heraclio, quæstuosa Verri, etc. *et* 2. *ibid.* 14. 40. Uberrimus et quæstuosissimus annus. *Id.* 2. *leg. Agr.* 25. 67. Hoc multo est quæstuosius, quam, etc. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 5. 6. (29). Quæstuosissima vitis. *Id.* 6. *ibid.* 25. 28. (110). Insula quæstuosa margaritis. *Cic.* 5. *Verr.* 14. 36. Edictum uberrimum quæstuosissimumque. *Id.* 14. *Att.* 9. Ea ratio ædificandi initur-, ut hoc damnum quæstuosum sit. *Id.* 1. *leg. Agr.* 4. 10. Benignitas quæstuosior. *Id.* 2. *Phil.* 4. 8. Scientiam quæstuosam habere. *Colum.* 6. *R. R. præfat.* 4. Ratio pascendi quæstuosissima. — *Sumptuoso* opponitur apud *Caton. R. R. loc. cit.* Scito idem agrum, quod hominem, quamvis quæstuosus sit, si sumptuosus erit, relinquere non multum. Sic *Cic.* 6. *Parad.* 3. 49. Non intelligunt homines, quam magnum vectigal sit parsimonia. Venio enim jam ad sumptuosos: relinquo istum quæstuosum. — *b*) De homine, qui quæstum instituit. *Cic. l. mox cit.* Quæstuosus homo. *dato al guadagno, avido, vantaggioso.* et *Plaut. Mil glor.* 3. 1. 90. Dum modo des eam (*mulierem*), quæ sit quæstuosa, quæ alat corpus corpore.

QUÆSTŪRA, æ, f. 1. ¶ 1. Est Ital. *questura, camarlingato,* ταμεία, quæstoris dignitas et munus. — *a*) Universim. *Cic.* 2. *Verr.* 4. 11. Quæstura primus gradus honoris, quid aliud habet in se, nisi etc. *Liv.* 32. 7. Ex quæstura consulatum petere. — *b*) De variis quæsturæ generibus, *V.* in QUÆSTOR. — *c*) Ætas ejus petendæ nulla legitima fuit annali lege definita, secundum *Manut. de legib.* At *Lipsio* in *Tac.* 3. *Ann.* 29. *Excurs. D.* fuit annus vigesimus quintus. Sane certam aliquam fuisse, indicat illud *Quintil.* 12. 6. 1. Calvus, Cæsar, Pollio, multum ante quæstoriam omnes ætatem, gravissima judicia susceperunt. (Illustrat hunc locum illud *Tac. Dial. de Orat.* 34. *extr.* Nonodecimo ætatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno et vicesimo Cæsar Dolabellam, altero et vicesimo Asinius Pollio C. Catonem, non multo ante ætate antecedens Calvus Vatinium, iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus.) et *Tac. loc. cit.* Ut quinquennio maturius, quam per leges, quæsturam peteret. *et Sueton. Cal.* 1. Quæsturam quinquennio ante, quam per leges liceret, gessit. Hinc in *Inscript.* apud *Orell.* 3714. IPSE VT DEVOTISSIMVS IMPERATORI COMMODO AVG. PIO FELICI OBIECTO HONORE QVAE-

STOR DESIGNATVS EST ANNORVM XXIIII. — *d*) Translator quæsturæ apud *Cic.* 7. *Verr.* 58. 152. quid sit, *V.* in TRANSLATOR. — *e*) In municipiis et coloniis etiam collegia artificum suam habebant quæsturam: *V.* QUÆSTOR 6. Hinc *Inscript.* Comensis apud *Gruter.* 468. 8. COLLEGIVM FABRVM P. SEXTILIO P. F. PRIMIANO OB QVAESTVRAM FIDELITER AC LIBERALITER GESTAM. ¶ 2. *Quæsturam* pro *quæstu*, h. e. præda, dictam esse conjecit cl. *Henzen.* in *Inscript.* 6719., quam vide sis.

QUÆSTUS, us, m. 4. (quæro). Habet etiam *quæsti* in Genitivo, præsertim apud comicos. *Plaut. Aulul.* 1. 2. 5. Nam hic apud nos nihil est aliud quæsti foribus. *Id. Pœn. prol.* 95. Leno huc commigravit sui quæsti causa. *Ter. Hecyr.* 5. 3. 38. Numquam animum quæsti gratia ad malas adducam partes. Adde *Titin., Pompon., Turpil., Cæcil.* apud *Non. p.* 483. 18. et *p.* 492. 18. *Merc.* — Item *quæstuis. V.* FRUCTUS init. *Varro* apud *Non. p.* 453. 31. *Merc.* Nam liberti quæstuis causa diribebant res suas pueris. *Novius ibid.* Per deam sanctam Lavernam, quæ cultrix quæstuis sit. — *Quæstus* proprie (at *Forcellino* metonymice) est lucrum compendiumque, quod negotiatione, professione et similibus sibi quisque parat, κέρδος (It. *guadagno, vantaggio, profitto*; Fr. *gain, bénéfice, profit*; Hisp. *ganancia, provecho, utilidad*; Germ. *die Erwerbung, Gewinnung einer Sache, der fortgesetzte Erwerb*; Angl. *gain, profit, advantage, lucre, interest*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, lucrum, *guadagno.* — *a*) Universim. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 40. 88. Qui sui quæstus causa licitas suscitant sententias. *Cato R. R. proœm.* § 4. At ex agricolis et viri fortissimi gignuntur, maximeque pius quæstus stabilissimusque consequitur minimeque invidiosus. *Ter. Eun.* 2. 2. 15. Olim isti fuit generi quondam quæstus apud sæclum prius. *Nepos Attic.* 9. Pecuniam sine fenore credidit, maximum existimans quæstum, memorem gratumque cognosci. *Cic.* 4. *Verr.* 3. 6. Quos illa mercibus suppeditandis cum quæstu compendioque dimittit. *Id.* 5. *ibid.* 44. 106. Tantum de quæstu ac lucro dicam unius agri et unius anni. *Cels.* 3. 4. *circa med.* Medici, qui quæstui serviunt. *Sall. Cat.* 13. *extr.* Quæstui deditum esse. *Id. Jug.* 34. Quibus fides, decus, pietas, postremo honesta atque inhonesta omnia quæstui sunt. *h. e.* venalia sunt. *V. Frontonis loc. cit.* in SUMPTUS, us. *Quintil. proœm.* 13. Ut primum lingua esse cœpit in quæstu. *h. e.* homines eloquentia uti cœperunt ad lucrum. *Cic.* 2. *Off.* 22. 77. Quæstui habere rempublicam. *Cæs.* 6. *B. G.* 16. Mercurium ad quæstus pecuniæ mercaturasque habere vim maximam arbitrantur. — *b*) Γνῶμαι sunt illa *Plauti Pœn.* 1. 2. 74. Non potest quæstus consistere, si eum sumptus superat. *et Truc.* 2. 4. 62. Ad suum quemque æquum est quæstum esse callidum. *et a.* 5. *v.* 40. Omnes homines ad suum quæstum callent et fastidiunt. — *c*) *Is vel Herculi contenere quæstum possiet*, proverb. apud *Plaut. Most.* 4. 2. 68. in hominem, maxime sumptuosum et prodigum. Hercules enim maximos quæstus quotidie facere creditur, quum ei decimæ voveantur. ¶ 2. Latiori sensu (qui *Forcellino* proprius est) Ital. *negozio, mestiere, professione, interesse*, ἐμπόρευμα, ἐργασία, est negotiatio, professio, artificium rei quærendæ et augendæ causa, opera in aliqua re præbita ob lucrum. Differt a *mercatura*, quæ permutandis distrahendisque mercibus constat: *quæstus* vero vel ex pecunia vel ex opera lucrum pecuniarium spectat. — *a*) Universim. *Cic. Pis.* 35. 86. Sestertium centies et octogies, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæstu reliquisti. *Id.* 1. *Off.* 42. 150. Jam de artificiis et quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint, hæc fere accepimus. Primum improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum: illiberales autem et sordidi quæstus mercenariorum omnium etc. *Plaut. Rud.* 2. 1. 2. Omnibus modis qui pauperes sunt homines, miseri vivunt, præsertim quibus nec quæstus est, nec didicere artem ullam. *et* 4. 3. 50. Non enim tu hic quidem occupabis omnes quæstus, quos voles. Et victorem et piscatorem te esse, impure, postulas. *Id. Pœn.* 5. 2. 127. Suum quæstum colere. *attendere al suo interesse.* et *Most.* 3. 2. 92. Quæstum non malum instituere. *et Capt.* 1. 2. 26. Facere quæstum carcerarium. — *b*) Sæpissime dicitur de professione meretricia et lenonia. *Ter. Heaut.* 4. 1. 27. Nempe anni illi prodita abs te filia est planissime, per te vel uti quæstum faceret, vel uti veniret palam. *Id. Andr.* 1. 1. 52. Accepit conditionem, dein quæstum occipit. *Id. Hecyr.* 5. 1. 30. Quod pol si esset alia ex hoc quæstu, haud faceret. *di questo mestiere, di questa mia professione.* meretrix loquitur. *Ovid.* 4. *Fast.* 866. Multa professarum quæstibus apta Venus. *Plaut. Pœn.* 5. 3. 2. Corpore quæstum facere. *Id. Asin.* 1. 3. 63. *loquitur lena.* Hic noster quæstus aucupii simillimus est, etc. Adde *eumd. Cist.* 1. 2. 2., *Rud.* 5. 2. 58. etc. Sic *Turpilius* apud *Non. p.* 483. 26. *Merc.* Mulier meretrix, quæ me quæsti causa cognovit sui. *Inscript.* apud *Orell.* 4404. QVI QVAESTVM SPVRCVM PROFESSI ESSENT. *V.* SPURCUS. — *c*) De artificio parasitico. *Plaut. Pers.* 1. 2. 1. Veterem atque antiquum quæstum meum alimoniæ servo atque obtineo, et magna cum cura colo.

II.) Translate. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 12. Istic est thesaurus stultis in lingua situs, ut quæstui habeant male loqui melioribus. *Cic.* 15. *Fam.* 14. M. Fabium quod mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quæstum. Multi enim anni sunt, quum ille in ære meo est. *Id. Pis.* 12. 27. Uter eorum perisset, tamquam lanista in ejusmodi pari lucrum fieri (*populus Rom.*) putabat: immortalem vero quæstum, si uterque cecidisset. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 19. Auctumnusque gravis Libitinæ quæstus acerbæ.

QUAGLĀTOR, ōris, m. 3. videtur idem esse ac coagulator (*V.* QUACTUM) in *Inscript.* apud *Henzen.* 5650. IOVI TVTORI Q. VETVRIVS SECVNDVS A. LIBIVS HILARIANVS QVAGLATOR ET CVRATOR DONV DARDER. CVLTORIBVS.

QUALIBESCIT, adverb. idem ac qualibet. Vox a Lexico expungenda; occurrit enim tantum in *Not. Tir. p.* 35. Qualibet, qualibuit, qualibescit.

QUĀLIBET *vel* qualubet *et divisim* qua lubet, *per qualunque luogo*, per quemcumque locum, adverb. motus per locum.

I.) Proprie. *Plaut. Most.* 2. 2. 122. Qualubet perambula ædes oppido tamquam tuas. *Id. Aulul.* 4. 4. 18. EV. Quid abstulisti hinc? ST. Di me perdant, si ego tui quidquam abstuli. EV. Agedum, excutedum pallium. ST. Tuo arbitratu. EV. ne inter tunicas habeas. ST. Tenta qualubet. *Tibull.* 1. 2. 27. eat tutusque sacerque Qualibet. *Quintil.* 5. 13. 13. Si vel maxima flumina in rivos deducantur, qualibet transitum præbent.

II.) Translate est quacumque ratione. *Catull.* 40. 6. Qualubet esse notus optas? *Id.* 76. 13. Difficile est longum subito deponere amorem: Difficile est: verum hoc qualubet efficias.

QUĀLIS, e, adject. cujusmodi, cujus generis, pronomen qualitatis, alicujus rei naturam et proprietatem significans, ποῖος, οἷος (It. *quale, di che sorta, di che fatta*; Fr. *quel, quelle, de quelle sorte, de quelle maniere, de quelle espèce ou nature*; Hisp. *que, qual*; Germ. *wie beschaffend, in welchem Zustande befindlich, welcher Art oder Beschaffenheit, wie*; Angl. *of what kind or sort, what manner of, what*).

A) *Qualis* est pronomen interrogandi et exclamandi, et usurpatur — *a*) Recta oratione. *Ennius* apud *Servium* ad *Virg.* 2. *Æn.* 274. Hei mihi qualis erat! et *Virg. loc. cit.* Hei mihi qualis erat! quantum mutatus ab illo Hectore etc. Rursus *Ennius* apud *Cic.* 1. *de republ.* 11. O Romule, Romule die, Qualem te patriæ custodem dî genuerunt! *Plaut. Trin.* 4. 4. 3. O Callicles! quali ne amico mea commendavi bona? CALL. Probo et fideli et cum magna fide. *Cic. Fontej.* 10. 21. Quali fide, quali pietate existimatis eos esse, qui etc.? *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 14. 44. Qualis est istorum oratio, qui omnia non tam esse, quam videri volunt? *Id.* 2. *Orat.* 12. 51. Age vero-, qualis oratoris, et quanti hominis in dicendo putas esse historiam scribere? *Val. Flacc.* 3. 177. quem te qualemque videbit Attonitus, Crenæe, parens! — *b*) Obliqua oratione. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 40. Quoniam tu me, et ego te, qualis sis, scio. *Id. Capt.* 3. 5. 54. Nam cogitato, si quis hoc gnato tuo tuus servus faxet, qualem haberes gratiam. *Ter. Eun.* 4. 6. 20. Ab metuo, qualem tu me esse hominem existimes. *Nepos Attic.* 20. *a med.* Hoc quale sit, facilius existimabit is, qui, etc. *Cæs.* 1. *B. G.* 21. Qualis esset natura montis, et qualis in circuitu ascensus, qui cognoscerent, misit. *Id.* 2. *B. C.* 32. *a med.* Eventus belli qualis sit futurus, ne vos quidem dubitatis. *Cic.* 1. *Nat. D.* 23. 65. Doce me, unde sint dii, ubi sint, quales sint corpore, animo, vita. *Id.* 2. *Fin.* 28. 90. Si negaret quidquam interesse ad beate vivendum, quali uteretur victu, concederem. *Id. Brut.* 86. 297. Hi fuerunt certe oratores: quanti autem et quales, tu videris. *Id.* 3. *Tusc.* 23. 56. Aut ipsius rei natura qualis et quanta sit, quærimus. *Id.* 2. *Invent.* 59. 177. Contraria quoque, quæ et qualia sint, intelligentur. *Ovid.* 5. *Fast.* 460. Cernite, sim qualis, qui modo qualis eram!

B) Item est pronomen relativum, et ¶ 1. Generatim usurpatur — *a*) Cum respondente pron. *talis. Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 26. 85. Stoicum est quidem-, nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius. *Id. Rosc. Am.* 4. 11. Ut, qualem te jam antea populo R. præbuisti, talem te et nobis impertias. *Id.* 2. *Invent.* 58. 176. Ut res non tales, quales ante habitæ sint, habendæ videantur. *Virg.* 5. *Ecl.* 45. Tale tuum carmen nobis, divine poeta, Quale super fessis in gramine, quale per æstum Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo. — *b*) Absolute. *Liv.* 27. 17. *ad fin.* Quales ex hac die experiundo cognorit, perinde operæ eorum pretium faceret. *Virg.* 12. *Æn.* 889. Vix illud lecti bis sex cervice subirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus. *Cic.* 2. *Phil.* 7. 17. Haberet ducem, qualis si qui nunc esset, tibi idem-contigisset. *Liv.* 8. 39. Equitum acies, qualis quæ esse instructissima potest, invecta in hostes, cæde omnia replet. *Cic.* 3. *Cat.* 10. 25. In hoc uno post hominum memoriam maximo crudelissimoque bello, quale bellum nulla unquam barbaria cum sua gente gessit, etc. ¶ 2. *Qualis* relative usurpatur ad exemplum significandum rei prædictæ, ut Italice dicimus, *quale è appunto. Cic.* 2. *Divinat.* 66. 135. Ad aperta et clara (*somnia*) veniamus, quale est de illo interfecto a caupone Megaris, quale de Simonide. *Quintil.* 9. 2. 58. Et ipsi nosmet rogamus: quale est illud Terentianum: Quid igitur agam? *Id. paullo post.* Quod fit et multis et variis figuris, quum aut aliud exspectasse nos, aut majus aliquid timuisse simulamus, aut plus videri posse ignorantibus; quale est proœmium pro Cælio. ¶ 3. *Qualis* et *quale*, poetice pro *qualiter*, sicut, quemadmodum, velut, in comparationibus, *siccome, quale, in quella guisa che. Virg.* 4. *G.* 511. Qualis populea mœrens philomela sub umbra Amissos queritur fetus. *Id.* 1. *Æn.* 596. Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo Argentum Pariusve lapis circumdatur auro. *Ovid.* 2. *Amor.* 5. 34. Conscia purpureus venit in ora pudor: Quale coloratum Tithoni conjuge cælum Subrubet. *Id.* 3. *Met.* 681. falcata novissima cauda est, Qualia dividuæ sinuantur cornua lunæ.

C) Est etiam pronomen indefinitum, et *qualia* absolute sunt qualitate prædita. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 7. 28. Materiam ipsam totam penitus commutari putant, et ita effici quæ appellant qualia. Sic *Seneca Ep.* 117. *a med.* Prius aliquid esse debet, deinde quale esse.

D) *Qualisqualis* vel *qualis qualis*, qualiscumque. *Triphonin. Dig.* 20. 5. 12. Quali quali obligatione interposita. *Ulp. ibid.* 47. 10. 15. *ad*

fin. Multum interest, qualis servus sit, bonæ frugi, ordinarius, dispensator; an vero vulgaris, vel mediastinus; an qualis qualis. *Inscript.* in *Bullettin. archeol. a.* 1847. *p.* 94. ID QVALE QVALE 'ST CHARTIS MANDATVM DIV.

QUĀLISCUMQUE, lĕcumque, *et* qualiscunque, lecunque, adject. Per tmesin aliquando inter *qualis* et *cumque* alia vox interseritur. *V.* sub 1. — Qualiscumque, *qualunque, chiunque*, οἵᾳ περ, ὁποῖος δή, quicumque, quislibet, cujuscumque modi. — *a*) Cum Verbo junctus. *Cic.* 14. *Att.* 14. *ad fin.* Sed homines benivolos, qualescumque sunt, grave est insequi contumelia. *Id.* 3. *Legg.* 14. 31. Licet videre, qualescumque summi civitatis viri fuerunt, talem civitatem fuisse. *Liv.* 29. 16. Quod qualescumque sumus, tamen hæc, quæ passi sumus, pati non debuimus. *Ovid.* 4. *Pont.* 13. 6. Qualis enim cumque est, non latet esse meam. (*tmesis.*) Sic *Cic.* 2. *Nat. D.* 30. 76. Quale id cumque est. — *b*) Sine Verbo. *Cic.* 4. *Fam.* 8. Si libertatem sequimur, qui locus hoc dominatu vacat? sin qualemcumque locum, quæ est domestica sede jucundior? *Tac.* 4. *Hist.* 8. Bonos imperatores voto expetere, qualescumque tolerare. *Manil.* 2. 856. Omne quidem signum sub qualicumque figura etc. *Ovid.* 2. *Art. am.* 283. carmina lector Commendet dulci qualiacumque sono.

QUĀLISLÍBET, lĕlĭbet, *et* qualislubet, lĕlubet, adject. *qualunque. Cic.* 2. *Nat. D.* 37. 95. Formæ litterarum vel aureæ, vel qualeslibet. *Rectius tamen alii* quales libet. *Apic.* 4. 2. *a med.* Pisces qualeslibet rades, et curatos mittes. *Augustin. Ep.* 48. Nisi forte cariorem putas esse hominibus pecuniam, vel qualemlibet possessionem. *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 21. *ad fin.* Quidquid autem qualelibet corpus est, dici potest levius corpus, tenuius corpus, habilius corpus, subtilius corpus, clarius corpus, non tamen potest dici nisi corpus. *Servius* ad *Virg.* 10. *Æn.* 668. Qualislibet sit syllaba, quæ præcedit, sive brevis, sive longa.

QUALISNAM, lĕnam, adject. interrogativ. quisnam. *Apul. sub init. de Mag.* Facile intellectu cuivis fuit, qualisnam accusatio futura esset.

QUĀLISQUĀLIS, quālĕquālĕ, adject. indefinit. *V.* QUALIS sub *D.*

QUĀLĪTAS, ātis, f. 3. *qualità, ποιότης*, id quo res quales dicuntur, ut virtus, albedo, etc. *Cic.* 1. *Acad.* (*post.*) 6. 24. Quod ex utroque, id jam corpus, et quasi qualitatem quamdam nominabant: dabitis enim profecto, ut in rebus inusitatis, quod Græci ipsi faciunt, utamur verbis interdum inauditis *et ibid.* 7. 25. Qualitates igitur appellavi, quas ποιότητας Græci vocant; quod ipsum apud Græcos non est vulgi verbum, sed philosophorum. Cf. *eumd.* 2. *Nat. D.* 37. 94. — Ceterum vocabulum hoc usuvenit apud sequioris ævi scriptores. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 8. Qualitatem littoris nostri contemplemur. *Quintil.* 5. 9. 15. Qualitas cæli. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 80. 82. (193). materiæ excipientis. *Id.* 36. *ibid.* 22. 44. (159). Qualitatum differentia. *Colum.* 2. *R. R.* 2. 17. Frumentarius ager aliis qualitatibus æstimandus est. *Justin.* 1. 2. 2. Lineamentorum qualitas matri ac filio similis. *Cajus* 4. *Instit.* 66. Ejusdem naturæ qualitatisque vinum. *Cod. Theod.* 14. 20. 1. Primæ qualitatis piscis.

QUĀLĪTĀTĪVUS, a, um, adject. qui qualitatem significat. *Cassiod. Complex. in Psalm.* 21. Hæc est tertia definitionis species, quæ Græce ποιότης, Latine qualitativa dicitur. *Isid.* 2. *Orig.* 29. hæc eadem iisdem fere verbis habet.

QUĀLĪTER, adverb. quemadmodum, qua ratione, *qualmente, come, in qual maniera*, οἷον, οἷα. — *a*) Stricto sensu. *Colum.* 1. *R. R.* 4. 6. Refert, villa qualiter ædificetur, et quam utiliter disponatur. *Id.* 8. *ibid.* 2. 6. Consideret, qualiter gallinas debeat tueri et pascere. *Martial.* 1. 104. Qualiter o vivam! quam large! quamque beate! — *b*) Latiori sensu est idem ac sicuti, *siccome. Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 73. (193). Antiquis torus e stramento erat, qualiter etiam nunc in castris. *Id.* 21. *ibid.* 18. 70. (117). Cyperos juncus est, qualiter diximus, angulosus, etc. — *c*) In comparationibus, *in quella guisa, che. Val. Flacc.* 5. 305. Qualiter ex alta quum Juppiter arce coruscat. *Martial. Spectac.* 7. Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus Assiduam nimio pectore pascit avem; Nuda Caledonio sic pectora præbuit urso Non falsa pendens in cruce Laureolus. *Id.* 5. 7. Qualiter Assyrios renovant incendia nidos, Una decem quoties sæcula vixit avis; Taliter exuta est veterem nova Roma senectam. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 52. 53. (139). Fulmina cremantia a Martis sidere profici putant, qualiter quum Volsinii oppidum Tuscorum totum concrematum ex fulmine. *Ovid.* 1. *Amor.* 7. 57. lacrimæ fluxere per ora, Qualiter abjecta de nive manat aqua. — *d*) *Qualiter qualiter*, vel junctim *qualiterqualiter*, qualitercumque, utcumque. *Ulp. Dig.* 4. 4. 7. Gestum sic accipitur, qualiter qualiter, sive contractum sit, sive quid aliud contigerit. *Id. ibid.* 50. 16. 63. *Penes te* amplius est, quam *apud te.* Nam apud te est, quod qualiter qualiter a te teneatur: penes te est, quod quodam modo a te possidetur. Adde *ibid.* 26. 7. 4. *extr.* et 43. 19. 1. *ante med.*; et *Cels. ibid.* 8. 6. 12.

QUĀLĪTERCUMQUĔ, adverb. *in qualunque modo*, ὁποιωσοῦν, quomodocumque, utcumque. *Colum.* 2. *R. R.* 10. 2. Et, qualitercumque obruas, sustinet coloni negligentiam. *Id.* 11. *ibid.* 3. 34. Potest (*apium*) etiam citra hanc operam fieri crispum qualitercumque satum. *Justin.* 2. 11. 11. Meminerint, qualitercumque prœliatis (*al.* prœliantibus) cadendum esse.

QUĀLĪTERQUĀLĪTER. *V.* QUALITER sub *d.*

QUĀLUM, i, n. *et sæpius*

QUĀLUS, i, m. 2. *vaso di vinchi, cesta, corba, paniere*, ἠθμός, λικμητηρίς, cistæ genus, ut ait *Paul. Diac. p.* 65. 6. *Müll.*, h. e. genus vasis viminei, metæ inversæ similis, per quod vinum guttatim defluit, quum calcatur uva, reliqua vero materia exire prohibetur. Sed et aliis usibus inservit. *Virg.* 2. *G.* 241. tu spisso vimine qualos, Colaque prelorum fumosis deripe tectis. Ubi *Servius*: Qualos, per quos vinum defluit: qui et ipsi a *colando* dicti sunt. *Cato R. R.* 11. *sub fin.* Corbulas Amerinas viginti, quala sataria (al. *satoria*) septem. *et ibid.* 23. Quala parentur, sarciantur. *et ibid.* 52. Quæ diligentius propagari voles, in aulas, aut in qualos pertusos propagari oportet. *Pallad.* 4. *R. R.* 10. *ante med.* Insiti surculi qualo desuper omnino muniendi sunt, vel fictili vasculo. *Colum.* 9. *R. R.* 15. 12. Saligneus qualus vel tenui vimine rarius contextus saccus, inversæ metæ similis, qualis est quo vinum liquatur, obscuro loco suspenditur: in eum deinde carptim congeruntur favi. *Ulp. Dig.* 33. 7. 8. Quali vindemiatorii, exceptoriique, in quibus uvæ comportantur. *Id. ibid.* 7. 1. 15. Si librarium rus mittat, et qualum et calcem portare cogat. *Colum.* 8. *R. R.* 3. 4. *de cubilibus gallinar.* Palis in parietes vehementer actis, vimineus qualos superimponant. *Horat.* 3. *Od.* 12. 4. Tibi qualum Cythereæ puer ales, tibi telas, Operosæque Minervæ studium aufert, Neobule, *h. e.* calathum, in quo pensa puellæ reponunt. *Apul.* 4. *Met.* (*loquitur asinus*). Jam ferme tertium qualum (*panis*) rumigabam. *Prudent.* 9. *Cathemer.* 58. Ferre qualis ter quaternis ferculorum fragmina.

QUAM, adverb. vel conjunctio. De antiqua forma *quamde* (ut *tamde* pro tam), hæc *Festus p.* 261. 4. *Müll.* Quamde pro quam usos esse antiquos, quum multi veteres testimonio sunt, tum Ennius in primo: Juppiter, ut muro fretus magi', quamde manus vi. Idem in secundo: Quamde tuas omnes legiones ac popularis. Et Lucretius (1. 641.) Clarus ob obscuram linguam magis inter inanes, Quamde gravis inter Grajos, qui vera requirunt. *Nævius* apud *Festum p.* 352. 9. *Müll.* Namque nullam pejus macerat homonem quamde mare sævum. (*Forcellinus* addit: *Quande* etiam pro *quando* adhibuisse, idem (*Festus*) in *Quando* (h. e. *p.* 258. 31. *Müll.*) testimonio *Ennii* confirmat. Sed *Müllerus* et recentiores ferme omnes ibi aliter legunt.). — *Quam* est adverbium vel conjunctio facta a quantum per apocopen, ut *tam*, quæ illi respondet, a *tantum*; et significat quantum, quantopere, ὅσον (It. *quanto*; Fr. *combien, à quel point*; Hisp. *quanto*; Germ. *bis zu welchem Grade, wie weit, wiesehr*; Angl. *how, how much*). ¶ 1. Generatim absolute positum, *quam* inservit exclamationi, et propositionibus relativis. — 1.°) Cum Verbis. *Ter. Phorm.* 3. 3. 2. hei mihi, Quam timeo, adventus hujus quo impellat patrem! *Id. Heaut.* 5. 1. 61. Ah nescis, quam doleam! *Cic.* 2. *Fin.* 22. 61. Ut se accusari nolunt! quam cupiunt laudari! *Id. Sull.* 11. 33. Attende jam-quam ego defugiam auctoritatem consulatus mei. *Id.* 3. *Fam.* 6. Perspexisse mihi videbar, quam festinares decedere. — Præcipue cum Verbis *velle, posse. Ter. Andr.* 2. 1. 25. CH. Ah, Pamphile, NIL. PA. Quam vellem! *Id. Hecyr.* 4. 4. 12. Dum ne reducam, turbent porro quam velint. *Cic.* 10. *Fam.* 28. Quam vellem ad illas pulcherrimas epulas Idibus Mart. me invitasses! *Id.* 1. *Divinat.* 26. 56. Quam vellet, cunctaretur; tamen eodem sibi leto esse pereundum. *Id.* 2. *Nat. D.* 17. 46. Hic quam volet Epicurus jocetur. *Virg.* 6. *Æn.* 436. Quam vellent æthere in alto Nunc et pauperiem et duros perferre labores! *Ovid.* 3. *Trist.* 4. 75. Et, quam quisque potest, aliqua mala nostra levate. *Id.* 3. *Met.* 302. Quam tamen usque potest vires sibi demere tentat. *Alii leg.* qua. *Curt.* 7. 7. 25. Tibi quam potest, denuncio, ipse mihi indices, quid etc. *V.* et infra sub 2.° et 3.° — 2.°) Cum Adjectivis — *a*) Positiv. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 9. Meretricem commoneri, quam sane magni referat, mihi clam 'st. *Ter. Heaut.* 3. 3. 7. Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse! *Id. Eun.* 2. 2. 44. Vel heri in vino quam immodestus fuisti! *Id. Phorm.* 2. 2. 30. Hæc cum ratione ineas, quam sint suavia et quam cara sint. *Pacuvius* apud *Non. p.* 407. 32. *Merc.* Quam te post multis tueor tempestatibus! *Turpilius* apud *eumd. p.* 116. 9. Nosti quam sit gracili corpore. *et p.* 262. 13. Quam est confidens! *et p.* 78. 30. Heja quam ferocula est! *Titinius* apud *eumd. p.* 102. 2. Quam ego hodie extorrem hanc domo faciam! *Cic.* 11. *Fam.* 24. Quam multa, quam paucis! *Id.* 7. *ibid.* 15. Quam sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest. — *b*) Sic omisso *tam. Liv.* 35. 49. Homo non, quam isti sunt, gloriosus. *Tac.* 4. *Ann.* 61. Claris majoribus, quam vetustis. *Virg.* 6. *Æn.* 305. Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat, Quam multa in silvis lapsa cadunt folia, quam multæ glomerantur aves etc. — *c*) Et cum Verbo *posse. Plin.* 20. *Hist. nat.* 24. 100. (264). Tusa cribrataque, vino quam possit excellenti. *Quintil.* 1. *procem.* 8. In his libris erunt omnia compositiora et, quam nos poterimus, elaborata. — *d*) Sæpissime cum *possum* et Superlativo. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 190. (*Volo*) Quam lepidissimam potis quamque adulescentem maxume. *Ter. Eun.* 1. 1. 29. Te redimas captum quam potes minimo. *Cic. Dom.* 36. 95. Quam maxima possum voce dico. *Liv.* 31. 18. Quam plurimis locis possent, ignes subjicerent. *Ovid.* 4. *Pont.* 8. 37. Sed qui quam potuit, dat maxima, gratus abunde est. — *e*) In his verbum *possum* aliquando subticetur, et subintelligitur. *Cic.* 13. *Fam.* 6. *extr.* Ut ex hac commendatione mihi Cuspius quam maximas, quam primum, quam sæpissime gratias agat. *le maggiori che può, più presto e più spesso che può.* — *f*) Cum Superlativo tantum. *Ennius* apud *Non. p.* 268. 11. *Merc.* Quam mihi maximum hodie hic contigerit malum. *Ter. Andr.* 5. 1. 16. Quibus id maxime utile est illum esse quam deterrimum. *Id. Adelph.* 5. 3. 27. Fac quam plurimum illis relinquas. *Cic.* 3. *Off.* 12. 50. Quæstio est, dicturus ne sit id Rhodiis, an silentio suum (*frumentum*) quam plurimo venditurus. — 3.°) Cum Adverbiis, vel locutionibus adverbialibus. — *a*) Cum Adv. positiv. *Plaut. Trin.* 3. 1. 7. Quam dudum istuc, aut ubi actumst? *Id. Pseud.* 1. 7. 70. Quam mox mi operam das! *Ter. Heaut.* 4. 6. 10. Quam pene tua me perdidit protervitas! *Id. Phorm.* 1. 1. 7. Quam inique comparatumst, ii qui minus habent, ut semper aliquid addant divitioribus! *Id. Andr.* 3. 2. 40. Nam omnes nos quidem scimus, quam misere

hanc amavit. *Id. Eun.* 8. 3. 43. Continuo accurrit ad me quam longe. *Afranius* apud *Non. p.* 515. 30. *Merc.* Quam perspicue, quam benigne, quam cito, quam blande, quam materno visast pectore! *Cic.* 7. *Verr.* 16. 41. Memoria tenetis, quam valde universi admurmurarint. *Id.* 9. *Att.* 2. Quam nihil prætermittis in consilio dando! quam nihil tamen, quod tibi placeat, explicas! *Cæsar* apud *Cic.* 9. *Att.* 7. c. § 1. Gaudeo mehercule vos significare litteris, quam valde probetis ea, quæ apud Corfinium sunt gesta. — *b*) Cum Verbo *possum. Val. Max.* 4. 1. *n.* 5. Quam potuit, constanter cum populo egit, ut etc. *Lactant.* 3. *Inst. div.* 17. Dixi de philosophia ipsa quam breviter potui. — *c*) Sæpius cum Verbo *possum* et Superlat. *Plaut. Men.* 5. 2. 81. Concede huc ab isto, quam potest, longissime. *Cic.* 2. *Nat.* 1. 3. Agam quam brevissime potero. *Id.* 2. *Nat. D.* 52. 129. Aves nidos quam possunt mollissime substernunt. *Id. Senect.* 16 46. Quod (*convivium*) ad multam noctem, quam maxime possumus, vario sermone producimus. *Cæs.* 1. *B. G.* 37. Re frumentaria quam celerrime potuit comparata. *Sall. Cat.* 18. De Catilina quam verissime potero, paucis dicam. *Liv.* 1. 23. Is ducit exercitum quam proxime ad hostem potest. — *d*) Cum Superlativo tantum. *Ter. Hecyr. prol. alt.* 43. Et eum esse quæstum in animum induxi maximum, Quam maxime servire vostris commodis. *Liv.* 21. 27. Jubet-quam occultissime, trajecto amne, agmen circumducere. — *e*) Interdum *quam* auget, et est valde, multum, *molto assai. Brutus* ad *Cic.* 11. *Fam.* 13. Nam suos valde quam paucos habet. *Ter. Andr.* 1. 1. 109. Rejecit se in eum flens quam familiariter. *Cic.* 5. *Verr.* 88. 206. Fecerunt alii alia quam multa. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 6. *a med.* Nam quod de Pompejo Caninius agit, sane quam refrixit. *Plin.* 7. *Ep.* 27. Perquam velim scire. *V.* PER. *Cic.* 1. *Att.* 11. *ad fin.* Mire quam illius loci cogitatio delectat. *Alii leg.* quantum. *Gell.* 17. 12. Favorinus oppido quam libens. *Id.* 19. 9. *a med.* Voce admodum quam suavi. *Plaut. Amph.* 1. 3. 43. Admodum quam sævus est. *Id. Most.* 2. 2. 79. Nimis quam formido, ne etc. *Id. Capt.* 1. 2. 17. Nimis quam cupio. *Id. Trin.* 2. 1. 15. Qui ab eo, quod amat, quam extemplo sariis sagittatis percussus est. (Sunt qui in his, et hujusmodi aliis latentem admirationis sensum agnoscunt: atque adeo *quam* pro *quantum* simpliciter poni.) ¶ 2. Speciatim jungitur aliis orationis partibus. — 1.°) Cum part. *tam.* — *a*) *Tam-quam* simpliciter. *Plaut. Men.* 5. 9. 4. Tuast imago: tam consimili 'st, quam potest. *Id. Bacch.* 4. 5. 7. Tam frictum ego illum reddam, quam frictum 'st cicer. *Id. Pœn.* 1. 2. 143. Nisi illam mihi tam tranquillam facis, quam mare olim est, quum etc. *Ter. Eun.* 3. 1. 5. THR. Ain tu, læta 'st? GN. Non tam ipso quidem dono, quam abs te datum esse. *Id. ibid.* 4. 4. 50. Parmenonis tam scio esse hanc technam, quam me vivere. *Id. Adelph.* 4. 1. 17. Tam placidum, quam ovem reddo. *Cic.* 1. *de republ.* 33. Tam esse clemens tyrannus, quam rex importunus potest. *Id.* 1. *Divinat.* 6. 10. Quorum neutrum tam facile, quam tu arbitrare, conceditur. *Id.* 2. *Verr.* 2. 5. Quod si quam audax est ad conandum, tam esset obscurus in agendo, etc. *Id.* 1. *Att.* 15. Nihil mihi nunc scio tam deesse, quam hominem eum, quicum omnia communicem. *Id. Orat.* 30. 108. Nemo tam multa scripsit, quam multa sunt nostra. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 18. Tam teneor dono, quam si dimittar onustus. — *Quam* pro quam si. *Catull.* 10. 32. Utor tam bene, quam mihi pararim. — *b*) *Quam magis-tam magis, quam magis-tanto magis, quam magis-magis, quam magis-tam, quam magis-minus* apud Comicos et Poetas. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 5. Magis quam id reputo, tam magis uror. *Poeta* apud *Quintil.* 9. 3. 15. Quam magis ærumna urget, tam magis ad male faciendum viget. *Virg.* 7. *Æn.* 787. Tam magis ulla fremens et tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ. *Plaut. Men.* 1. 1. 19. Quam magis extendas, tanto adstringunt magis. *Lucret.* 6. 460. Quam sint quoque magis, tanto magis edita fument. *Plaut. Bacch.* 4. 10. 1. Quam magis in pectore me foveo,-magis curæ 'st, magis aformido etc. *Virg.* 3. *G.* 309. Quam magis exhausto spumaverit ubere mulctra, Læta magis pressis manabunt flumina mammis. *Plaut. Asin.* 1. 3. 6. Quam magis te in altum capessis, tam æstus te in portum refert. *Id. Trin.* 4. 2. 19. Quam magis specto, minus placet mi hæc hominis facies. — *c*) Interdum habet comparativum loco positivi. *Cic. Dejot.* 3. 8. Per dexteram te istam oro non tam in bellis et in prœliis, quam in promissis et fide firmiorem. — *d*) *Quam-tam* cum Superlat. *Cato R. R.* 65. Quam acerbissima olea oleum facies, tam oleum optimum erit. *con quanto più acerbe olive farai l'olio, tanto sarà migliore.* et *Varro* 2. *R. R.* 9. 12. Quam paucissimos reliqueris, tam optimi fiunt. *quanti meno ne lascierai*, etc. *Sall. Jug.* 34. Quam quisque pessume fecit, tam maxume tutus est. *Ter. Heaut.* 5. 2. 44. Adolescens quam minima in spe situs erit, tam facillime patris pacem in leges conficiet suas. Adde *eumd. Adelph.* 3. 4. 56.; et *Caton. R. R.* 64. et 157. — *Quam maxime-tam* est *Plaut. Merc.* 1. 2. 12. Quam maxime resisto, tam res in periclo vortitur. — 2.°) *Quam* post Comparativa, *che, di quello che, ϗ.* — *a*) Post unum Comparativ. *Liv. Andronicus* apud *Non. p.* 473. 31. Mitte ea, quæ tua sunt magis, quam mea. *Nævius* apud *Charis.* 2. *p.* 188. *Putsch.* Ego semper pluris feci potioremque habui libertatem multo, quam pecuniam. *Cato R. R.* 5. Ne plus censeat sapere se, quam dominum. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 22. Perjuriorem hoc hominem si quis viderit, aut gloriarum pleniorem, quam illic est, me sibi habeto. *Id. Curc.* 2. 2. 6. Meliorem, quam ego sum, suppono tibi. *Id. Most.* 4. 2. 51. Vide sis ne meliuscule, quam sat fuerit, biberis. *Ter. Eun.* 3. 3. 21. Thais, quam ego sum, majuscula est. *Id. Phorm.* 4. 2. 1. Ego hominem callidiorem vidi neminem, quam Phormionem. *Accius* apud *Festum p.* 343. 24. *Müll.* Si forte paullo, quam tu, veniam serius. *Cic.* 2. *Divinat.* 9. 23. Ignoratio futurorum malorum utilior est, quam scientia. *Id.* 7. *Att.* 9. Nobis nihil est timendum magis, quam ille consul. *Id.* 2. *Divinat.* 16. 37. His igitur, quam physicis, potius credendum existimas? *Cassius* ad *Cic.* 15. *Fam.* 19. Non mehercule quidquam libentius facio, quam ad te scribo. *Cic.* ad *Pompej. post ep.* 11. *l.* 8. *ad Att.* Ea cognovi commodiora esse multo, quam ut erat nobis nunciatum. *Id. Pis.* 26. 62. Hoc inferius est, quam ut avo tuo dignum esse videatur. *Id.* 3. *Orat.* 4. 16. Crassus fuit plenior, quam quomodo a nobis inductus est. *Id.* 13. *Att.* 1. Ad Ciceronem ita scripsisti, ut neque temperatius scribi potuerit, nec magis, quam quemadmodum ego maxime vellem. *Id.* 4. *Verr.* 29. 70. Majorem pecuniam prætori polliceri, quam quantam hic dedisset. *Id.* 1. *Orat.* 36. 167. Iniquum putabat plus secum agi, quam quod erat in actione. *Liv.* 35. 12. *a med.* Qui plures milites eorum occidisset, quam quot superessent. *Id.* 21. 59. Major, quam pro numero, jactura. *Id.* 30. 23. Quum de re majore, quam quanta ea esset, consultatio incidere non posset. *Cæs.* 5. *B. G.* 13. Hibernia dimidio minor, ut æstimatur, quam Britannia. *Tac. Agric.* 4. Agricolæ-ingenium pulcritudinem ac speciem excelsæ magnæque gloriæ vehementius, quam caute appetebat. — *b*) Eleganter conjungit duo comparativa. *Cic. Mil.* 29. 78. Ne libentius hæc in illum evomere videar, quam verius. *Liv.* 31. 35. Non acrior, quam pertinacior impetus Romanorum. Adde *eumd.* 4. 52., 5. 43., 22. 38. et 32. 37.; *Cic. Sext.* 32. 70. et *Opt. gen. orat.* 2. 6.; et *Tac.* 2. *Hist.* 24. — *c*) Post verba, quæ comparandi vim habent, cujus modi sunt *malo* et *præsto. Ennius* apud *Varron.* 6. *L. L.* 81. *Müll.* Nam ter sub armis malim vitam cernere, quam semel modo parere. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 16. Sed autem quam illa de meis opulentiis ramenta fiat, plumea propensior, mendicum malim mendicando vincere. *Ter. Andr.* 2. 1. 32. Nuptias effugere ego istas malo, quam tu adipiscier. *Cic. Sext.* 32. 70. Tamen rem talem per alios citius, quam per se tardius confici malebat. *Id. Partit. orat.* 1. 1. An est, quod ego malim, quam etc? *Plaut. Bacch.* 3. 2. 12. Nimio præstat impendiosum te, quam ingratum dicier. *Cic.* 14. *Att.* 9. Mori millies præstitit, quam hæc pati. *Cæs.* 1. *B. G.* 17. Quod præstare dicant-Gallorum, quam Romanorum imperia perferre. — *d*) Post quædam adverbia temporis (*ante, antea, postea,* item *postridie, pridie*) et post definitionem temporis, quo exacto aliquid evenit. *Cic.* 2. *Orat.* 5. 21. Sæculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in his philosophi garrire cœperunt. *Id.* 5. *Fam.* 2. 11. Postea vero quam profectus est, velim recordere, quæ etc. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 3. 9. Quum eo postridie venissemus, quam apud Catulum fuissemus. *Id.* 3. *Att.* 8. Hæc epistola est pridie data quam illa. *Id.* 2. *Orat.* 3. 12. Postero die quam illa erant acta. *Cic. fil.* ad *Tiron.* 16. *Fam.* 21. Tabellarii venerunt post diem sextum, quam a vobis discesserant. *Liv.* 6. 29. *extr.* Die vicesima, quam creatus erat, dictatura se abdicavit. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 43. 66. (165). Terram attingere ore triduo proximo, quam sit genitus, negant posse. — *e*) Post *æque, juxta, perinde, contra, secus, alius, aliter, supra, ultra,* et nomina diversitatis. *Liv.* 28. 26. *ad fin.* Nihil æque eos terruit, quam robur ac color imperatoris. *Id.* 10. 6. Ceterum, quia de plebe adlegebantur, juxta eam rem ægre passi patres, quam quum consulatum vulgari viderent. *Tac.* 11. *Ann.* 10. Si perinde amorem inter populares, quam metum apud hostes quæsivisset. *Cic.* 2. *Legg.* 5. 11. Contra faciunt, quam professi sunt. *Plaut. Capt.* 2. 1. 50. Ne me secus honore honestes, quam ego te. *Liv.* 44. 27. *sub fin.* Nil aliud agens, quam ut etc. *Id.* 45. 25. Ob nullam aliam causam, quam ne etc. *Cic.* 3. *Verr.* 9. 24. Ne aliter, quam ego velim, meum laudet ingenium. *Colum.* 4. *R. R.* 2. 2. Nec aliter, quam si etc. *Cic. Orat.* 40. 139. Sæpe supra feret, quam fieri possit. (Adde *eumd. Topic.* 9. 39.) *Id.* 1. *Invent.* 18. 26. Ultra, quam satis est, producitur. *Tac.* 6. *Ann.* 44. Nec ultra moratus, quam dum Scytharum auxilia conciret. *Quintil.* 1. 4. 29. *Pransus* quoque atque *potus* diversum valent, quam indicant. — *f*) Post adjectiva quantitatis, seu numeri. *Plaut. Capt.* 2. 3. 62. Pol istic me haud centesimam partem laudat, quam ipse meritu 'st ut laudetur laudibus. *Colum.* 1. *R. R.* 8. 8. Ferramenta duplicia, quam numerus servorum exigit. *Liv.* 7. 8. Multiplex, quam pro numero, damnum est. *Id.* 45. 18. *sub fin.* Dimidium tribuit, quam quod regibus ferre soliti erant, populo R. pendere. *Alii omitt.* quam, ut *ibid.* 26. *et* 29. — *g*) Post superlat. *Liv.* 34. 32. Bellum gerere cum tyranno, quam qui unquam, sævissimo et violentissimo in suos. *quanto altri mai.* Sunt tamen qui aliter legunt. — *g*) Post positivum, licet comparatio fiat. *Plaut. Trin.* 2. 4. 7. Confit cito, quam si tu objicias formicis papaverem. pro *citius quam.* Alii leg. *quasi tu objicias*: alii omitti *tam* volunt, et sententiam esse: conflt tam cito, quam si etc. At *Fleckeisen.* Conflt cito; Non hercle minus evorsi sunt nummi cito, Quam si etc. — Similiter omittitur in his comparationis particula. *Ennius* apud *Festum p.* 356. 13. *Müll.* Ferro se cædi, quam dictis his, toleraret. *Plaut. Merc.* 5. 6. 4. Ut absente hero rem sui heri diligenter tutetur, quam si ipse adsit, aut rectius. *Id. Rud.* 4. 4. 70. Tacita bona est mulier semper, quam loquens. *Fleckeisen.* melior *pro* bona *legit. Sall. Cat.* 9. Quod beneficiis, quam metu imperia agitabant, et acceptæ injuriæ ignoscere, quam persequi malebant. *Nepos Datam.* 8. Hæc etsi videbat, tamen statuit congredi, quam cum tantis copiis refugere etc. *Liv.* 3. 68. Tribuni plebis malæ rei se, quam nullius turbarum ac seditionum duces esse volunt. *Id.* 25. 15. Non militum, quos perpaucos habebat, fiducia, quam juventutis Thurinæ,

Curt. 7. 7. *a med.* Nec mea ars, quam benevolentia me perturbat. *Tac.* 1. *Ann.* 58. Pacem, quam bellum, probabam. *V.* POTIUS. — Sic cum verbis desiderium significantibus. *Vet. poeta* in *Anthol. Lat. T.* 1. *p.* 628. *Burmann.* optas Admissarius esse, quam patronus. — Et pro *nisi*, vel τῷ *aliud* omisso. *Tertull. advers. Prax.* 29. Quid est compati, quam cum alio pati?

QUAMDĒ. *V.* voc. præced. init.

QUAMDIŪ *et* quandiu *et divisim* quam diu, adverb., cui *tamdiu* respondet. ¶ 1. Interrogative est quam dudum, quanto tempore, quoad, *quant'è che, per quanto tempo, fino a quando*, ἐφ' ὅσον χρόνον, καθόσον. *Plaut. Capt.* 5. 3. 3. Quam diu id factum est? STA. Hic annus incipit vicesimus. *quant'è che ciò seguì? Cic.* 1. *Cat.* 1. 1. Quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? *Id. Rosc. Am.* 32. 89. Hæc tu tot et tanta si nactus esses in reo, quam diu diceres! *quanto a lungo!* et 6. *de republ.* 20. Ipsi autem, qui de vobis loquuntur, quam diu loquentur? ¶ 2. *Quandiu* relativum est quanto tempore, *quanto a lungo. Cic.* 12. *Fam.* 19. Qui se oppido munitissimo tamdiu tenuit, quamdiu in provincia Parthi fuerunt. *Id.* 9. *Att.* 3. Ego tamdiu requiesco, quamdiu ad te scribo. *Id.* 7. *Verr.* 43. 112. Homo, quamdiu vixit, tota Sicilia clarus et nobilis. Interjecto verbo. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 1. 7. Quoties quisque voluit, dixit, et quam voluit diu. *Cæs.* 1. *B. G.* 17. *extr.* Quamdiu potuit, tacuit. *Cic. Qinct.* 9. 33. Ut nobis tempus, quamdiu diceremus, præstitueres. *Id.* 1. *Off.* 1. 2. Disces, quamdiu voles: tamdiu autem velle debebis, quoad etc. *Colum.* 12. *R. R.* 50. 13. Ut neque fumus, neque fuligo, quamdiu viride oleum conficitur, in torcular admittatur. ¶ 3. Raro admodum est interea dum, tantisper dum, *sin che. Lamprid. Elagab.* 29. *ad fin.* Jubebat, ut semper id comesset, quamdiu tamen melius invenisset. — Comp. *Quamdiutius* et Sup. *Quamdiutissime V.* in QUAMDIUTINUS.

QUAMDIĪCUMQUĒ, conjunct. per omne tempus quo, donec. *Augustin. De don. Persever.* 10. Quod teneri et amitti potest, dicimus eum habere quamdiucumque habet.

QUAMDIUTINUS, a, um, adject. *quanto da lungo tempo.* Vox a Lexico expungenda; occurrit enim solummodo in *Not. Tir. p.* 35. Quamdiu, quamdiutius, quamdiutinus, quamdiutissime.

QUAMDUDUM *et rectius* Quam dudum. *V.* DUDUM et QUAM.

QUAMLĪBET *et* quamlubet, *et divisim* quam libet *vel* lubet, adverb. *quanto ti piace, quanto si vuole, per quanto,* quantum libet, quantum vis. *Phædr.* 1. 25. Quamlibet lambe otio. *Lucret.* 1. 292. flamina venti Quamlibet in partem trudunt res. *Ovid.* 1. *Amor.* 7. 66. Quamlibet infirmas adjuvat ira manus. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 45. (160). Lapis specularis finditur in quamlibet tenues crustas. *Quintil.* 1. 1. 18. Quamlibet parum sit, quod contulerit ætas prior, majora tamen etc. *Lucret.* 2. 541. quamlubet esto Unica res. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 2. 8. (29). Rursus quam libeat vetustum novo miscetur. *Ovid.* 1. *Trist.* 10. 5. *de navi celeri.* Occupat egressas quamlibet ante rates. *Plin. Paneg.* 61. Accidit quidem, ut corpora quamlibet ardua et excelsa procerioribus admota decrescant. — Hinc pro quamvis vel quamquam hæc a nonnullis afferuntur. *Lucret.* 3. 987. Quamlibet immani projectu corporis exstet, Non tamen æternum poterit perferre dolorem. *Quintil.* 1. 12. 5. Quamlibet multa egerimus, quodam tamen modo recentes sumus ad id. *Claud. Mamert.* 1. *Stat. anim.* 27. *sub fin.* Quamlibet multa brevitatis studio missa fecerim, non tamen omnibus pro causæ excellentia supersedi. Adde *Prudent.* 8. *Cathemer.* 53.; et *Veget.* 4. *Veterin.* 34. Sic pro quamvis, *se bene, benchè,* κἂν εἰ, καὶ τοι. *Solin.* 9. *ad fin.* Philippus Magnum procreat: quamlibet Olympias Alexandri mater nobiliorem ei patrem acquirere affectaverit. Potes etiam vertere, *per quanto abbia procurato.*

QUAM MOX. *V.* MOX.

QUĂMŌBREM *et* quam ob rem, adverb. quam ob causam, quare, *perchè,* πρὸς τί. ¶ 1. Interrogando, *perchè? per qual cagione?* διὰ τί. *Plaut. Amph.* 2. 1. 2. AMPH. Scelestissimum te arbitror. SO. Nam quamobrem? AMPH. Quia etc. *Ter. Andr.* 1. 5. 14. Repudiatus repetor: quamobrem? *et ibid.* 4. 3. 12. Quamobrem id tute non facis? *Cic.* 7. *Verr.* 29. 74. Piratam vivum tenuisti: quem ad finem? dum cum imperio fuisti: quamobrem? quam ob causam? quo exemplo? cur tamdiu? *Id.* 1. *Fin.* 5. 15. Quamobrem tandem non satisfacit? — Et in obliqua interrogatione *Cæs.* 1. *B. G.* 50. Quum ex captivis quæreret, quamobrem Ariovistus non decertaret. ¶ 2. Est relativum utriusque generis, et numeri. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 6. Quid ego de te merui mali, quamobrem ita faceres? *Cic. Rosc. Am.* 3. 6. Si vel minima res reperietur, quamobrem videantur illi etc. *per cui.* et *Ter. Hecyr.* 3. 3. 32. Abs te quamobrem hæc abierit, causam vides. *Cic.* 3. *Fam.* 10. Multa mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore. *per credere che* etc. *Ter. Eun.* 1. 2. 65. Multæ sunt causæ, quamobrem cupio abducere. *per le quali.* et *Adelph.* 3. 3. 71. Ego vero hinc abeo, quando is, quamobrem hoc veneram, rus abiit. *Cic.* 6. *Verr.* 60. 135. Verum illud est, quamobrem hæc commemorarim. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 11. Hoc est homini, quamobrem vitam amet. *Ter. Eun.* 5. 6. 30. Jamdiu aliquam causam quærebat senex, quamobrem insigne aliquid faceret his. *Cic. Cæcin.* 33. 96. Deinde nihil rationis affers, quamobrem, si libertas adimi nullo modo possit, civitas possit. ¶ 3. In principiis, *che però, laonde, per la qual cosa,* διότι. *Cic. Flacc.* 27. 70. Quamobrem quæso a vobis, Asiatici testes, etc. *Id.* 2. *Fam.* 4. *a med.* Quamobrem quoniam, etc. utar ea clausula, etc.

QUAMPLŪRES, a, adject. plur. *molti assai, moltissimi,* valde plures, complures. *Plaut. Stich.* 1. 3. 45. Curiosi sunt hic quamplures mali, alienas res qui curant studio maximo. *Petron. Satyr.* 21. Intraverunt palæstritæ quamplures. Afferuntur etiam ex *Cicer., Cæs.* et aliis loca, in quibus *alii leg.* complures. — Superlat. *quamplurimus,* et *quam plurimus, a, um. Cato* apud *Festum p.* 369. 9. *Müll.* Veternosus quam plurimum bibit, tam maxime sitit. *Id. R. R.* 157. *circa med.* Quam plurimum brassicæ ederit, tam citissime sanus fiet ex morbo. *Cæs.* 3. *B. C.* 45. Ut quamplurimos colles quam maximo circuito occuparet. *più colline che si potesse.* et *Cic.* 3. *Off.* 12. 50. Frumentum quam plurimo vendere. *a più caro prezzo che sia possibile.* et *Plin.* 17. *Hist. nat.* 18. 29. (126). Radices quamplurimas cum terra ferre. *Plin. alter* 10. *Ep.* 85. *ad fin.* Quamplurimis diebus expectati. *Id.* 5. *Ep.* 10. Hortor, ut quamplurima proferas, quæ imitari omnes concupiscant, nemo, aut paucissimi possint. *V.* PLURIMUS.

QUAMPLŪRĪMĒ, adverb. quammaxime. *Auct.* in *Gromat. vet. p.* 365. *Goes.* Stagnum constituimus, et quamplurime contra tertiam horam.

QUAMPLŪRĪMUS, a, um. *V.* QUAMPLURES.

QUAMPRĪDEM. *V.* PRIDEM.

QUAMPRĪMUM *et* quam primum, adverb. *quanto prima, quanto più tosto, più presto che sia possibile,* ὅσον αὐτίκα, primo quoque tempore, sine mora. *Plaut. Capt.* 2. 3. 88. Ut quamprimum possis, redeas. *subito che potrai.* et *Truc.* 1. 2. 68. Quam primum expugnari potis est amator, optimum est. *quanto più presto.* et *Ter. Adelph.* 2. 4. 18. Obsecro hercle, hominem istum impurissimum quamprimum absolvitote. *Cic.* 3. *Fam.* 18. Gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quamprimum veneris. *Id.* 2. *ibid.* 6. Quum has quam primum ad te perferri litteras magnopere vellemus. *Cæs.* 4. *B. G.* 21. Huic mandat, ut ad se quamprimum revertatur. *Virg.* 4. *Æn.* 631. Invisam quærens quamprimum abrumpere lucem.

QUAM PRIUS. *V.* PRIUS.

QUAMQUAM *et* quanquam, adverb. etsi, quamvis, licet, καίπερ (It. *sebbene, benchè, quantunque*; Fr. *quoique, bien que, encore que, quand même*; Hisp. *aunque, noobstante que*; Germ. *wie sehr immer, wie sehr auch, obschon, obgleich, wiewohl*; Angl. *although, though*). ¶ 1. *Quamquam* uni propositionis parti, et sæpissime antecedenti præmittitur, altera vero ejusdem pars per *tamen* effertur, quod interdum omittitur. — *a*) Cum Indicativo. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 20. 41. Nec sese dedit in conspectum corde cupitus, Quamquam multa manus ad cæli cærula templa Tendebam lacrumans et blanda voce vocabam. *Plaut. Mil. glor.* 4. 8. 44. Quamquam alios fideliores semper habuisti tibi quam me, tamen tibi habeo magnam gratiam rerum omnium. *Id. Pers.* 3. 1. 8. Amabo, mi pater, quamquam libenter escis alienis studes, tuin' ventris causa filiam vendis tuam? *Ter. Adelph.* 2. 1. 5. Quamquam est scelestus, non committet hodie unquam, iterum ut vapulet. *Id. Heaut.* 1. 1. 1. Quamquam hæc inter nos nuper notitia admodum 'st-, tamen vel virtus tua me-facit, ut etc. *Cæcilius* apud *Gell.* 6. 17. Quamquam ego mercede hac conductus tua advenio, ne tibi me esse ob eam rem obnoxium reare. *Cic.* 1. *Off.* 3. 7. Ea quamquam pertinent ad finem bonorum, tamen minus id apparet. *Id.* 1. *de republ.* 26. Vel ipse populus, quamquam id est minime probandum, tamen etc. *Sall. Jug.* 17. Quamquam tibi immaturo, et unde minime decuit, vita erepta est, tamen lætandum magis, quam dolendum puto casum tuum. *Virg.* 2. *Æn.* 533. Hic Priamus, quamquam in media jam morte tenetur, Non tamen abstinuit. *Horat.* 1. *Od.* 28. 35. Quamquam festinas, non est mora longa; licebit Injecto ter pulvere curras. — Et in obliqua oratione cum Conjunct. *Cic.* 5. *Tusc.* 33. 95. Omniaque jucunda (*putet*), quamquam sensu corporis judicentur, ad animum referri tamen. *Id.* 2. *Orat.* 1. 1. Erantque multi, qui quamquam ita se rem habere arbitrarentur, tamen-prædicarent etc. — *b*) Cum Conjunctivo. *Liv.* 38. 57. Hæc de tanto viro, quamquam et opinionibus et monumentis litterarum variarent, proponenda erant. *Virg.* 6. *Æn.* 394. Nec vero Alciden me sum lætatus euntem Accepisse lacu, nec Thesea Pirithoumque, Dis quamquam geniti atque invicti viribus essent. *Sueton. Galb.* 14. Majore adeo favore et auctoritate adeptus est, quam gessit, imperium, quamquam multa documenta egregii principis daret. *Quintil.* 1. 3. 13. Cædi vero discentes, quamquam receptum sit et Chrysippus non improbet, minime velim. ¶ 2. Venustatem habet, quum quis per adverbium *quamquam* novam propositionem inducit, vel se ipsum corrigit. *Cic.* 1. *de republ.* 4. Quamquam nostri casus plus bonoris habuerunt, quam laboris. *Id.* 2. *Phil.* 16. 42. Quamquam hoc maxime admiratus sum, mentionem te hereditatum ausum esse facere. *Id.* 15. *Fam.* 16. Quamquam quicum loquor? *et* 1. *Cat.* 9. 22. Quamquam quid loquor? *Id. Flacc.* 27. 64. Quamquam quis ignorat, qui etc? *Id. Planc.* 22. 53. Quamquam ne id quidem suspicionem coitionis habuerit. *Id.* 3. *Orat.* 26. 101. Quamquam illa ipsa exclamatio: Non potest melius! sit velim crebra. *Id.* 3. *Nat. D.* 16. 41. Quamquam, quem potissimum Herculem colamus, scire sane velim. *Virg.* 5. *Æn.* 194. Non jam prima peto Mnestheus, neque vincere certo. Quamquam o! sed superent, quibus hoc, Neptune, dedisti. — Et in oratione obliqua cum Acc. et Infinito. *Tac.* 12. *Ann.* 65. Quamquam ne impudicitiam quidem nunc abesse Pallante adultero.

QUAMVIS, adverb. ¶ 1. Est quantum vis; atque adeo multum, valde, admodum, ὅσον βούλει: (It. *quanto vuoi, quanto ti piace, quanto si vuole, molto assai*; Fr. *autant que tu voudras, quelque-que*; Hisp. *quanto tu deseas*; Germ. *so sehr du willst, so sehr auch, so sehr immer, immerhin*; Angl. *as much as you will, as much as you please*). *Cic.* 2. *Fam.* 16. Eo si onere carerem, quamvis parvis Italiæ latebris contentus essem. *Id. Rosc. Am.* 16. 47. Quasi vero mihi difficile sit quamvis multos nominatim proferre. *Id.* 4. *Verr.* 54. 134.

Quidvis facere in ejusmodi rebus, quamvis callide, quamvis audacter, quamvis impudenter. *Id.* 1. *Tusc.* 21. 47. Quamvis copiose hæc diceremus, si res postularet. *Catull.* 12. 5. Quamvis sordida res et invenusta est. *quanto si può dire.* et *Plaut. Men.* 2. 2. 43. Quamvis ridiculus est, ubi uxor non adest. *Id. Pseud.* 4. 7. 79. Quamvis pernix hic est homo. *Varro* 2. *R. R.* 5. 1. Homo quamvis humanus et jocosus. *Colum.* 7. *R. R.* 8. 4. Caseus ut formis exemptus est, quamvis mundissimis tabulis componitur. *Cic.* 3. *Legg.* 10. 24. Et præter eos quamvis enumeres multos licet. *tu puoi contarne quanti ne vuoi.* et 3. *Orat.* 26. 101. Quare *bene* et *præclare* quamvis nobis sæpe dicatur; *belle* et *festive* nimium sæpe nolo. *Lucret.* 6. 601. Proinde licet quamvis cælum terramque reantur Incorrupta fore, æternæ mandata saluti; Et tamen etc. *h. e.* quantum vis incorrupta. *Liv.* 1. 4. Posse quamvis languida mergi aqua infantes. ¶ 2. Est idem atque etsi, licet, quamquam, etiamsi (qua significatione a nonnullis appellatur Conjunctio), *se bene, quantunque, benchè, ancorchè, εἰ καί περ.* — *a*) Cum Conjunctivo. *Varro* 1. *R. R.* 2. 23. Quæ (*tabernæ diversoriæ*) quamvis sint fructuosæ, nihilo magis sunt agriculturæ partes. *Cic.* 16. *Att.* 7. Etsi, quamvis non fueris suasor et impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti. *Id.* 2. *Phil.* 16. 39. Verumtamen homines, quamvis in turbidis rebus sint, tamen interdum animis relaxantur. *Id. Rosc. Am.* 8. 22. Quamvis ille felix sit, sicut est, tamen etc. *et* 12. *Att.* 37. Quamvis prudens ad cogitandum sis, sicut es, tamen nisi etc. *Forcellinus* postremum hunc locum ad superiorem paragr. retulit. *Virg.* 4. *G.* 206. *de apib.* Ergo ipsas quamvis angusti terminus ævi Excipiat, *etc.* At genus immortale manet. Adde *Cels.* 1. *præf. a med.* et 2. *præf.* — *b*) Cum Indicativo. *Nepos Miltiad.* 2. Erat inter eos dignitate regia, quamvis carebat nomine. *Liv.* 2. 40. Quamvis infesto animo et minaci perveneras. *Virg.* 3. *Ecl.* 84. Pollio amat nostram, quamvis est rustica, Musam. *Id.* 1. *G.* 38. Quamvis Elysios miretur Græcia campos. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 6. Me quamvis Lamiæ pietas et cura moratur Fratrem mœrentis-, tamen etc. *Ovid.* 2. *Met.* 782. quamvis tamen oderat illam, Talibus affata est breviter Tritonia dictis. *Cels.* 1. *præf. a med.* Quamvis ne hæc quidem sic præteriri debent, quasi etc. *Colum.* 2. *R. R.* 9. 1. Nam quamvis de mensura minus auctoribus convenit, tamen etc. — *c*) Sine Verbo. *Cic.* 2. *Phil.* 45. 116. Res bello gesserat, quamvis reipublicæ calamitosas, attamen magnas. (Potes, ait *Forcellinus*, Italice vertere etiam hoc modo: *per quanto siano state calamitose*, etc. Facile enim hæc notio ad superiorem paragr. 1. reducitur.) *Id.* 5. *Verr.* 97. 22. Utinam posset aliqua ratione hoc crimen, quamvis falsa, modo humana atque usitata defendere. *Id.* 7. *Fam.* 3. Si me audissent, quamvis iniqua passi, honeste tamen viverent. *Colum.* 9. *R. R.* 14. 14. Et quamvis porticu protecta vasa, nihilo minus congestu culmorum supertegemus. *et ibid.* § 15. Nec quamvis amantissimas munditiarum offendunt odore suo.

QUĀNAM, adverb. qua via, *per quale strada.*

I.) Proprie. *Liv.* 5. 34. Quum circumspecta rent, quanam per juncta cælo juga in alium orbem transirent.

II.) Translate est quanam ratione, *in qual maniera. Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 50. (137). Delphini quanam audiant, mirum.

QUANDĬU. *V.* QUAMDIU.

QUANDO, adverb. et conjunct. *Quandod* in *Leg. XII. Tab.* legebatur, teste *Festo p.* 258. 3. *Müll.* — Ex *Festo p.* 258. 32. et ejus breviatore *Paul. Diac. p.* 259. 7. *Müll.* habemus discrimen inter *quando* pro *quum*, et pro *quoniam.* Docent enim priore notione accentu acuto pronunciari; posteriore, gravi. Quæ pertinent ad Latinam pronunciandi rationem, quæ jamdiu perilt. Monent autem eruditi, *Festi* locum esse corruptum, et contra omnino se rem habere: scilicet *quando* adverbium temporis gravi accentu efferri; conjunctionem acuto. *V.* BREVIS. — *Quando* est *A*) Adverbium, et *B*) Conjunctio.

A) Adverbium *quando* est idem ac quo tempore, ὅτε, ποτε (It. *quando, in qual tempo*; Fr. *quand, en quel temps*; Hisp. *quando, en que tiempo*; Germ. *wann*, z. *welcher zeit*; Angl. *when*). — *a*) Interrogando. *Ter. Heaut.* 2. 2. 9. Jam aderunt. CL. Quando istuc erit? *Cic. Dom.* 27. 72. Quando igitur est turpe? re vera, quando est pœna peccati. Adde *eumd. Pis.* 21. 49. et *Horat.* 2. *Sat.* 6. 60. O rus, quando ego te aspiciam? quandoque licebit, etc? *Id.* 1. *Od.* 24. 6. cui Pudor et Justitiæ soror, Incorrupta Fides, nudaque Veritas Quando ullum inveniet parem? *Martial.* 5. 58. Dic mihi, cras istud, Postume, quando venit? — Cum Genit. *gentium.* In *suppos. Amph. Plauti*, sc. Dii vostram fidem, 59. AM. Quis te misit, furcifer? so. qui me rogat. AM. Quando gentium? so. dudum. *quando mai?* — *b*) Relativum est in iis et similibus. *Cic. Senect.* 11. 38. Semper in his studiis-viventi non intelligitur, quando obrepat senectus. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 69. Quæres, quando iterum paveas iterumque perire Possis. *Quintil.* 11. 3. 159. Dextra velut exspectans, quando incipiendum sit. — *c*) Pro aliquando, cum particulis *num, ne, si, ποτέ. Cic. Amic.* 19. 66. Exsistit hoc loco quæstio, num quando amici novi veteribus sint anteponendi. *se mai.* et *Rosc. Am.* 50. 145. Ne quando liberis proscriptorum bona patria reddantur. *acciò che in alcun tempo non*, etc. *ἵνα μή ποτε. Id. ibid.* 13. 37. Ut, si quando auditum sit, prodigii simile numeretur. *se mai alcuna volta, si ποτε. Ovid.* 2. *Art. am.* 15. Nunc mihi, si quando, puer et Cytherea, favete. *se mai in altro tempo.* Et plenius *Liv.* 10. 14. *circa med.* Ut si quando unquam equestri ope adjutam rempublicam meminerint, illo die adnitantur, ut etc.

B) Conjunctio *quando* ¶ 1. Est temporalis, et significat quum, ubi, *allorchè, quando, ove. Livius Andron.* apud *Gell.* 3. 16. Quando dies adveniet, quem præfata Morta est. *Plaut. Men.* 5. 5. 27. Ubi satur sum, intestina nulla crepitant: quando esurio, tum crepant. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 16. 41. Tum, quando legatos Tyrum misimus. *allora che. Id.* 2. *Off.* 21. 75. Utinam tum essem natus, quando Romani etc. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 41. quamquam Putet aper rhombusque recens, mala copia quando Ægrum sollicitat stomachum. *Id. Epod.* 16. 27. Neu conversa domum pigeat dare lintea, quando Padus Matina laverit cacumina. ¶ 2. Sæpe est conjunctio causalis, et significat quoniam, quandoquidem, siquidem, *già che, ἐπεί, ἐπειδή, ὁπηνίκα. Plaut. Cist.* 1. 1. 118. Quando ita tibi lubet, vale atque salve. *Ter. Adelph.* 2. 4. *in fin.* Quando hoc bene successit, hilarem hunc sumamus diem. *Id. Eun.* 1. 2. 116. Meus fac sis postremo animus, quando ego sum tuus. *Id. Adelph.* 5. 1. 116. Quando ego tuum non curo, ne cura meum. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 93. terrestria quando Mortales animas vivunt sortita. *Id. ibid.* 7. 4. libertate Decembri (Quando ita majores voluerunt) utere. *Sall. Jug.* 102. 9. *Kritz.* Nunc, quando per illam (*Fortunam*) licet, festina atque, uti cœpisti, perge. *et ibid.* 111. Id omitto, quando vobis ita placet. *Id.* in *orat. Philipp. contra Lep.* Qui quando talis es, maneas in sententia et retineas arma te hortor. *Id.* in *Ep. Cn. Pompeji ad sen.* Quid prælia enumerem, quando res plus valent, quam verba? *Liv.* 7. 10. Volo ego illi belluæ ostendere, quando adeo ferox præsultat hostium signis, me ex ea familia ortum. *et* 9. 8. Ego tamen, quando neque de nova nostra, neque de pœna retulistis, omissa defensione, sententiam paucis peragam. Adde *eumd.* 2. 15. et 29., 4. 45., 5. 13. et alibi; *Tac.* 1. *Ann.* 44., 2. *ibid.* 26., 3. *ibid.* 18., 4. *ibid.* 64., 12. *ibid.* 6. et alibi; *Varron.* 2. *R. R.* 1. 21.; *Horat.* 3. *Od.* 17. 2.; *Virg.* 6. *Æn.* 106.; *Plin. Paneg.* 54.; et *Quintil.* 12. 8. 5. — Totum tamen hunc usum *Ciceroni* (cui et *Forcellinus* tribuit 5. *Fin.* 23. 67. et *Topic.* 5. 26.) prorsus abjudicat *Ed. Wunderus* in *præf.* ad *Varr. Lect.* e *Cod. Erfurt.* enotatas p. LXXV. et *seq.*, *quando* ubique ex *quoniam* corruptum contendens, probantibus *Madvigio, Orellio* et *Ottone.* — Post relativum. *Virg.* 10. *Æn.* 366. Aspera queis natura loci demittere quando Suasit equos, etc. — Cum Conjunctivo. *Liv.* 22. 8. *extr.* Ad penates pro urbe dimicandum esse, quando Italiam tueri nequissent. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 4. 3. (28). Nec fluminibus aggesta (*terra*) semper laudabilis, quando senescant sata quædam aqua. *h. e.* quandoquidem senescunt; vel quum senescant.

QUANDŌCUMQUĔ, adverb. Secunda syllaba corripitur apud *Terentian. de syllab. p.* 2404. *Putsch.* Ast enim Grajus locabit quandocumque hanc ultimam. ¶ 1. Quandocumque est quocumque tempore, *in qualunque tempo*, ὁποτεοῦν. *Cato* apud *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 7. (14). Quandocumque ista gens (*Græca*) suas litteras dabit, omnia corrumpet. *At* Sillig. *leg.* quandoque, *laudatque* Gronov. *ad Liv.* 1. 31. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 16. scis, me discedere tristem, Quandocumque trahunt invisa negotia Romam. *ogni volta che.* et *Auct. B. Alex.* 22. Quandocumque fors obtulerat. — Cum Conjunctivo. *Propert.* 2. 1. 81. Quandocumque igitur nostros nox claudet ocellos, Accipe quæ serves funeris acta mei. *Curt.* 9. 6. 26. Si Olympias mater immortalitati consecretur, quandocumque excesserit vita. Adde *eumd.* 10. 8. 10. ¶ 2. Item aliquo tempore, aliquando, *in alcun tempo, quando che sia, una volta. Ovid.* 6. *Met.* 543. si non perierunt omnia mecum, Quandocumque mihi pœnas dabis. *Id.* 3. *Trist.* 1. 57. Quandocumque, precor, nostro placata parenti Isdem sub dominis adspiciare domus. *Horat.* interjecto verbo 1. *Sat.* 9. 31. Hunc neque dira venena, nec hosticus auferet ensis, *etc.* Garrulus hunc quando consumet cumque. Adde *Cels.* 4. 19.

QUANDŌLĪBET, adverb. *quando vuoi*, quo tempore libet, quandocumque, aliquando. *Lactant. Opif. D.* 4. Necesse est, ut mortem recipiat quandolibet, quoniam corporalis est.

QUANDŌNE, adverb. idem est ac quandocumque. *Inscript.* sub T. Antonino Pio, apud *Gruter.* 607. 1. et *Murat.* 572. VT QVANDONE EGO ESSE DESIERO PARITER CVM EIS PONAR.

QUANDŌQUĔ, adverb. Mediam corripuit *Venant.* 4. *carm.* 27. 22. Ut merear claudi quandoque clave Petri. Idem fit in *quandoquidem* (V. exemplum in voce sequent.): sed in hac quædam metrica necessitas est, in *quandoque* nulla. — *Quandoque*

A) Est quando. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 60. O rus! quando ego te aspiciam, quandoque licebit Ducere etc. *At V.* QUANDO sub *A. a. Manil.* 2. 744. In quocumque igitur stellæ, quandoque locatæ, Dodecatemorio fuerint, spectare decebit.

B) Est etiam adverbium ¶ 1. Relativum et significat quandocumque, vel quando, *in qualunque tempo, allora che, qualora. Cic.* 6. *de republ.* 22. Quandoque eadem parte sol eodemque tempore iterum defecerit, tum-expletum annum habeto. *Liv.* 9. 10. Quandoque hice homines injussu populi Romani Quiritium fœdus ictum iri sponderunt, atque etc. *Curt.* 7. 10. 9. Interrogatique, quo pignore fidem obligaturi essent, vitam, quam acciperent, pignori futuram esse dixerunt: redditurosque, quandoque repetisset. *Horat.* 4. *Od.* 2. 33. Concines majore poeta plectro Cæsarem, quandoque trahet feroces Per sacrum clivum merita decorus Fronde Sicambros. *Petron. Satyr.* 133. Et quandoque mihi fortunæ arriserit hora, Non sine honore tuum patiar decus. *Sueton. Cæs.* 81. Quandoque ossa Capyis detecta essent, fore, ut etc. *et Horat. Art. P.* 359. Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus. *h. e.* quandocumque peccat aliquid poeta doctissimus. Addi possunt alia loca, præsertim ex *Colum.* 2. *R. R.* 4. 5. *et* 10. 16., 4. *ibid.* 24. 1. et 7. *ibid.* 4. 7. et in *libr. Digest.* sæpe: ut videre est apud *Brisson. de V. S.*, in quib. *alii leg.* quandocumque, sed plerisque invitis criticis. ¶ 2. Item est adverbium indefinitum et significat aliquo tempore, aliquand olim, *una volta,*

ἐνεστι. *Cic.* 6. *Fam.* 19. Ego me Asturæ diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat. *Liv.* 11. 3. *extr.* Istum juvenem domi tenendum censeo, ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens exsuscitet. *Tac.* 6. *Ann.* 20. Et tu, Galba, quandoque degustabis imperium. *Sueton. Claud.* 3. Soror Livilla, quum audisset quandoque imperaturum etc. *Id. Cæs.* 1. *ad fin.* Scirent, eum quandoque optimatium partibus exitio futurum. *Macrob.* 2. *Somn. Scip.* 10. Quis non hinc existimet, mundum quandoque cœpisse? *Paulin. Nolan.* 8. 259. Ceu quandoque feræ circumjacuere prophetam. *h. e.* olim. ¶ 3. Item interdum, *alle volte. Cels.* 6. 6. *sub init.* Nonnumquam per duos menses durat: quandoque brevius finitur. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 13. Submitti tamen in vicinia urbis quandoque oportebit. *Seneca* 1. *Quæst. nat.* 1. *extr.* Quandoque fiunt trabes, quandoque clipei, et vastorum imagines ignium.

QUANDOQUĬDEM, adverb. *poichè, già che,* ἐπειδή, siquidem, quoniam, conjunctio causalis. *Ter. Andr.* 3. 2. 7. Deos quæso, ut sit superstes, quandoquidem ipse 'st ingenio bono. *et ibid.* 3. 5. 2. Quandoquidem tam iners, tam nulli consilii sum. Adde *eumd. Eun.* 2. 3. 83., *Adelph.* 4. 5. 6., *Phorm.* 2. 3. 58. et *Hecyr.* 3. 5. 42. *Cic.* 5. *Fin.* 13. 37. In eoque summum bonum poni necesse est, quandoquidem id tale esse debet, ut etc. *Id. Brut.* 44. 163. Quandoquidem tu istos oratores tantopere laudas. *Liv.* 8. 33. Quandoquidem apud te nec auctoritas senatus, nec ætas mea valet. *Virg.* 3. *Ecl.* 55. Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba. Adde *Juvenal.* 1. 111., 10. 146. et 13. 129. *Cic.* 5. *Verr.* 80. 187. Quando tu quidem in prælio etc. *Tmesis.* Sed τὸ *quidem* insititium censet *Orellius*, quem *V.*

QUANDŌDUM. *V.* DUDUM.

QUANQUAM. *V.* QUAMQUAM.

QUANTILLUS, a, um, adject. *quanto picciolo, quanto poco,* deminut. quantuli. *Plaut. Pœn.* 5. 3. 47. Hæcine sunt meæ filiæ? Quantæ e quantillis jam sunt factæ! *Id. Truc.* 2. 8. 7. Quantillo mihi opere nunc persuaderi potest, ut ego hisce suffringam talos! *con quanto poco.* — et *Capt.* 1. 2. 90. Subducam ratiunculum, quantillum argenti mihi apud trapezitam siet. — Interrogando de re parva, vel quam parvam credimus. *Id. Most.* 3. 1. 95. TRA. Huic debet Philolaches paullum. THEV. quantillum? TRA. quasi quadraginta minas. *Id. Curc.* 1. 2. 14. PHOE. Sitit hæc anus. PA. quantillum sitit? PHOE. modica est: capit quadrantal. *Id. Pseud.* 4. 7. 95. Quantillo argento te conduxit?

QUANTISPER, adverb. *per quanto tempo,* quanto tempore. *Cæcilius* apud *Non. p.* 511. 30. *Merc.* Velim paullisper opperiri te. Quantisper? non plus triduum. *Pomponius ibid.* Possum exorare te, ut recedas a me paullisper modo? Quantisper sat habes. *V.* TANTISPER.

QUANTĬTAS, ātis, f. 3. magnitudo, extensio rei cujuspiam, vis, numerus, copia, ποσότης (It. *quantità, grandezza, numero*; Fr. *grandeur, quantité, nombre*; Hisp. *quantidad, grandeza, número*; Germ. *d. Grösse, Zahl, Anzahl, Menge, Quantität*; Angl. *quantity, bigness, extent*). ¶ 1. Stricto sensu. *Vitruv.* 1. 2. Quantitas est modulorum ex ipsius operis sumptione, singulisque membrorum partibus, universi operis conveniens effectus. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 24. 37. (219). Laborant (*arbores*) et fame et cruditate: quæ fiunt humoris quantitate. *Id.* 34. *ibid.* 10. 22. (101). Tenuissima pars materiæ cameris fornacium, pro quantitate levitatis, applicata. *Quintil.* 7. 4. 3. Quantitas modi seu numeri. *Id.* 11. 3. 14. vocis. *Id.* 7. 2. 6. Quæritur per conjecturam et quantitas et qualitas circa modum, speciem, numerum. *Aprul. de Mag.* prætii. ¶ 2. Apud JCtos usurpatur fere de iis rebus, quæ pondere, numero, mensura continentur, *quantità, misura*: et separatur a corpore et specie. *Ulp. Dig.* 30. 1. 34. Si non corpus sit legatum, sed quantitas. *Paul. ibid.* 31. 1. 89. Respondi, pretium tesseræ frumentariæ præstandum, quoniam tale fideicommissum magis in quantitate, quam in corpore consistat. *Id. ibid.* 12. 1. 6. Certum est, cujus species vel quantitas qualis, quantave sit, ostenditur. ¶ 3. Sæpe autem dicitur de summa pecuniæ, *somma. Ulp. Dig.* 16. 2. 11., *Julian. ibid.* 45. 1. 65., et *Paul. ibid.* 49. 14. 17 etc. ¶ 4. *Quantitas propositionis* apud logicos est illius vis ac sententia, quæ vel universa complectitur, vel particularia, etc. *Apul.* 3. *Dogm. Plat.*

QUANTO, adverb. *V.* QUANTUS in fin.

QUANTŌCĬUS *et* quantocyus, adverb. *quanto più presto si può,* quanto ocius, quam citissime. *Mamertin. Grat. act. ad Julian.* 2. *extr.* Ut quantocyus ad ea, quæ propria sunt, perveniat oratio. *Licin. Imp.* apud *Lactant. Mort. persecut.* 48. *a med.* Eadem similiter iisdem Christianis quantocius reddant. *Sulpic. Sever.* 3. *dial.* 4. *ad fin.* Discede quantocius, ne etc.

QUANTŌPĔRĔ, adverb. *quanto,* quanto opere seu labore, cura, quantum, quam. *Cic.* 5. *Verr.* 87. 201. Perspicere vos certo scio Siculis quantopere hoc expediat. *Id.* 1. *Orat.* 35. 164. Neque enim tantopere hanc a Crasso disputationem desiderabam, quantopere ejus in causis oratione delector. Adde *eumd.* 3. *Tusc.* 3. 6. et 14. *Att.* 6., quib. locis alii rectius leg. *quanto opere.* nam et vox aliquando interseritur. *Cic.* 13. *Fam.* 7. Quantoque opere ejus municipii causa laborarem *et* 2. *Nat. D.* 49. 126. Quanto sè opere custodiant bestiæ. *V.* OPUS.

QUANTŬLUM, adverb. *V.* QUANTULUS in fin.

QUANTŬLUMCUMQUĔ, adverb. *V.* QUANTULUSCUMQUE in fin.

QUANTŬLUS, a, um, adject. deminut. quanti, *quanto picciolo, quanto poco,* quam exiguus. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 86. Nescio quantulum attulerit: verum haud permultum attulit. *Lucret.* 3. 378. Quantula priva queant nobis injecta ciere Corpora sensiferos motus in corpore. *Cic. Divin. in Q. Cæcil.* 17. 57. Nam ex illa pecunia magnam partem ad se vertit: mulieri reddidit quantulum visum est. *quel poco che gli parve.* et 4. *Acad.* (2. *pr.*) 26. 82. Sol, quem mathematici amplius duodeviginti partibus confirmant majorem esse, quam terram, quantulus nobis videtur! mihi quidem quasi pedalis. *Id.* 2. *Legg.* 19. 47. Id autem quantulum est? *Horat.* 2. *Sat.* 3. 124. Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum, Si etc? *Cic.* 2. *leg. Agr.* 25. 65. Quantulum interest, utrum etc? *Juvenal.* 10. 172. mors sola fatetur, Quantula sint hominum corpuscula. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 5. 4. (12). Quantulum tamen esse in tantulis potest! *Gell.* 17. 10. Carmen Pindari, quantulum est mihi memoriæ, dicam. — *Quantulus quantulus,* quantuluscumque. *Apul.* 9. *Met.* Aderant tres illi fratres cladibus amici quantulum quantulum ferentes auxilii. *V.* QUANTUS 1. *d.* — Hinc

Quantulum, adverb. *quanto poco,* deminut. a *quantum. Cic.* 5. *Verr.* 1. 3. Nos, qui jam, et quid facere, et quantulum judicare possemus, ostendimus.

QUANTŬLUSCUMQUĔ, lăcumque, lumcumque, adject. ὁπηλικοσοῦν, quam minimus, quantumvis parvus. *Augustus* apud *Sueton. Vit. Horat.* Libellum tuum ego, ne accusem brevitatem, quantuluscumque est, boni consulo. *Cic.* 1. *Orat.* 30. 133. De hac mea, quantulacumque est, facultate quæritis. *per quanto ella sia poca.* et *Seneca Ep.* 85. *ante med.* Non sequuntur, non audiunt affectus, quantulicumque sint. *per piccioli che siano.* et *Colum.* 8. *R. R.* 3. 9. Quantulumcumque aquæ vel ciborum inest, pedibus (*gallinarum*) everritur. *Martial.* 11. 14. Nam terra est illi quantulacumque gravis. *Juvenal.* 13. 183. Quantulacumque adeo est occasio, sufficit ire. *Cic. Orat.* 30. 106. Aures civitatis nos primi, quicumque eramus, et quantulumcumque dicebamur, ad hujus generis studia convertimus. *e per quanto poco fosse il concetto e la stima che s'avea di me.* Interjecto verbo, *Id.* 2. *Orat.* 23. 97. Quantulum id cumque est. — Hinc

Quantulumcumque, adverb. *Val. Max.* 1. 5. 6. Quæ vox spem ejus, quæ quantulumcumque restabat, comminuit. *per quel pochissimo che gliene restava.* V. *Krempf.* ad *h. l.*

QUANTŬLUSLĪBET, lăbet, lumlibet, adject. quamvis exiguus. *Ulp. Dig.* 21. 1. 4. *extr.* Non denique febriculam quantulamlibet ad causam hujus edicti pertinere.

QUANTŬLUSQUISQUE, lăquæque, lumquodque, adject. idem est ac quantuluscumque. *Gell. præf. sub fin.* Progredietur igitur numerus librorum, diis bene juvantibus, cum ipsius vitæ, quantuliquique fuerint, progressibus.

QUANTUM, adverb. *V.* QUANTUS in fin.

QUANTUMCUMQUĔ. *V.* QUANTUSCUMQUE.

QUANTUMLĪBET. *V.* QUANTUSLIBET.

QUANTUMVIS, adverb. *quanto tu vuoi, assai,* quantum vis, quamvis, multum, valde. *Cic. Amic.* 20. 73. Quantumvis licet excellas. *alii vero et ipse* Orellius *legunt* quamvis. *Plaut. Truc.* 2. 7. 17. Hoc saltem servat mare, quod illi subest, apparet: meretrici des quantumvis, nusquam apparet. *Seneca Apocoloc. circa med.* Janus, homo quantumvis vafer, qui semper videt ὁμοῦ πρόσσω καὶ ὀπίσσω *Sueton. Cal.* 53. E disciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit, quantumvis facundus et promptus. *Id. Claud* 21. *a med.* Illud quoque plane quantumvis salubriter et in tempore. — Tametsi, licet, quamquam, *se bene, benchè. Horat.* 2. *Ep.* 2. 39. ille cetus, quantumvis rusticus. *Seneca Ep.* 85. *ante med.* Ista, quantumvis exigua sint, in majus excedunt. Hæc et ad priorem notionem referri possunt: ut de *Quamvis* dictum est.

QUANTUS, a, um, adject. quam magnus; cui *tantus* respondet, ὅσος, et interrogative πόσος (It. *quanto grande, quanto*; Fr. *que grand, que*; Hisp. *quanto*; Germ. *wie gross*; Angl. *how great, how much, as great as*). ¶ 1. Generatim est quam magnus. — *a*) *Quantus* adject. sine relativo *tantus* — De rebus physicis et abstractis. *Ennius* apud *Non. p.* 292. 8. *Merc.* Quantis cum ærumnis illum exanclavi diem. *Ter. Andr.* 4 1. 25. Quantis in malis verser. *Cic. Amic.* 1. 2. Quanta esset hominum vel admiratio, vel querela. *Id.* 3. *Tusc.* 19. 44. ut scias, quanto e loco, Quantis opibus, quibus de rebus lapsa fortuna accidat. *Id.* 1. *ibid.* 35. 86. Is propagatione vitæ quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates! *Virg.* 12. *Æn.* 701. Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse, coruscis Quum fremit ilicibus, quantus, gaudetque nivali Vertice se attollens pater Apenninus ad auras. *Liv.* 8. 25. Cogitaret potius, cum quanto studio reditum esset. *Nepos Datam.* 5. Reminiscens, a quanto bello ad quam parvam rem principem ducum misisset. *Horat.* 1. *Sat* 5. 43. O qui complexus et gaudia quanta fuerunt! *Id.* 4. *Od.* 14. 17. Spectandus in certamine Martio Devota morti pectora liberæ Quantis fatigaret ruinis *Cæs.* 2. *B. G.* 4. Quantam quisque multitudinem pollicitus sit. *Ovid. Heroid.* 12. 58. Acta est per lacrimas nox mihi, quanta fuit. *tutta quanta.* et *Vellej.* 2. 129. 2. Quanta cum gravitate causas audit! *et mox* 3. Quanto cum honore Germanicum suum misit in provincias! *Plin.* 8. *Hist. nat.* 25. 37. (89). Crocodilus parit ova, quanta anseres. *tanto grandi, quanto l'oche.* Sic *Liv.* 9. 37. Quantus non unquam antea, exercitus. *Plin. Paneg.* 79. Præstabitque gaudium, quantum ipse percipiet. et *Plaut. Stich.* 1. 2. 62. Quanta mea sapientia est. *per quanto io so.* — Et neutr. absol. *Ovid. Heroid.* 7. 144. Hectore si vivo, quanta fuere, forent. — De hominibus, præcipue ratione habita potentiæ. *Virg.* 3. *Æn.* 641. Nam qualis quantusque cavo Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes, atque ubera pressat, Centum alii curva hæc habitant ad litora vulgo Infandi Cyclopes. *Cic.* 2. *Orat.* 12. 51. Qualis oratoris et quanti hominis in dicendo putas esse historiam scribere? *Tibull.* 3. 6. 23. Quales his pœnas qualis quantusque minetur, Cadmeæ matris præda cruenta docet. — Sequente Infinito. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 149.

Quantus equos pugnasque virum decurrere versu Mæonides. — *b) Tantus-quantus* sibi invicem respondent. *Cic.* 7. *Att.* 1. Videre mihi videor tantam dimicationem, quanta numquam fuit. *Virg.* 6. *Æn.* 577. Tartarus ipse Bis patet in præceps tantum tenditque sub umbras, Quantus ad ætherium cæli suspectus Olympum. Rursus *Cic. Fontej.* 14. 30. Si, quantam voluntatem habent, tantum haberent animi. *Liv.* 2. 9. Quanta vi exspectant, tanta regna reges defendant. *Cic.* 18. *Fam.* 4. Quantam diligentiam contuleris, tanti me fieri existimabo. *Ovid.* 3. *Met.* 283. Nec tamen esse Jovem satis est: det pignus amoris, Si modo verus is est; quantusque et qualis ab alta Junone excipitur, tantus talisque rogato Det tibi complexus. *Val. Max.* 8. 5. 3. Tantus apud judices, quantus apud patres conscriptos Æmilius Scaurus. *V.* et sub *c.* — *c)* Cum Superlativo. *Cic. Amic.* 20. 74. Tanta est inter eos, quanta maxima esse potest, morum studiorumque distantia. *Id. Senect.* 12. 41. Tanta voluptate, quanta percipi posset maxima. *Liv.* 9. 24. Quanto maxime poterat cum tumultu. *Plin.* 3. *Ep.* 21. *in fin.* Dedit mihi quantum maximum potuit. *Il.* 6. *Ep.* 12. Vectio Prisco, quantum plurimum potuero, præstabo. *Liv.* 27. 43. *extr.* Consul quantis maximis itineribus poterat, ad collegam ducebat. *Curt.* 4. 8. 10. Quanta maxima celeritate potuit. *Id.* 3. 8. 16. Quanto maximo cursu posset. *Apul. de Mag.* Quantas maximas possum gratias ago. — *d) Quantus quantus,* quam magnus, tantus quantus, quantuscumque, totus, ὅσος ὅσος. *Plaut. Pœn.* 3. 4. 28. Denegabit quantum quantum ad eum erit delatum. *Ter. Adelph.* 3. 4. 30. Tu, quantus quantus, nihil nisi sapientia es. *Id. Phorm.* 5. 7. 10. Quanta quanta hæc mea paupertas est, tamen adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi esset fides. *V.* QUANTULUS. — *e) Quantum* neutrum more substantivi. *Ter. Phorm.* 4. 5. 10. Quantum is voluit, datum est, dotis. *Cæs.* 4. *B. G.* 21. Volusenus perspectis regionibus omnibus, quantum ei facultatis dari potuit, etc. *Sall. Jug.* 31. *ad fin.* Nam illis, quantum importunitatis habent, parum est impune male fecisse, nisi etc. *h. e.* qua importunitate sunt, ut sunt maxime importuni et impotentes, ut interpretatus est *Forcellinus* qui h. locum ad adverbium *quantum* retulit. *Ovid. Heroid.* 12. 19. Quantum perfidiæ tecum, scelerate, perisset! *Plin.* 6. *Ep.* 7. Hujus sermonibus quantum dulcedinis inest! *Phædr.* 2. 8. Tollere hæc aranea, quantum est laboris? *che gran fatica è ella mai?* — *f) Quanti* Genitivus cum verbis pretii et æstimationis. *Cato R. R.* 144. Si non præbuerit, quanti conductum erit, aut locatum erit, deducetur. *Ter. Eun.* 5. 6. 14. Quanti emit? PAR. viginti minis. *Plaut. Epid.* 2. 2. 110. Quanti emi potest minimo? EPID. ad quadraginta minas. *quant'è il suo minor prezzo? Cic.* 9. *Phil.* 7. 16. Quanti locaverint tantam pecuniam redemptori solvendam. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 2. 4. *in fin.* Noli spectare, quanti sit homo: parvi enim pretii est. *Id.* 1. *Nat. D.* 20. 55. Quanti hæc philosophia æstimanda est? *Ter. Heaut.* 1. 1. 103. Tu illum numquam ostendisti, quanti penderes. *Cic.* 2. *Fam.* 16. *a med.* Quum scias quanti Tulliam meam faciam. *et* 7. *ibid.* 19. Vide, quanti apud me sis. *Ter. Eun.* 4. 7. 21. Quanti est sapere! *quanto vale, quanto vuol dire il saperne!* et *Ulp. Dig* 43. 18. 3. Examinatur, quanti ejus intersit, via non prohiberi. *Lex Aquilia* apud *Cajum Dig.* 9. 2. 2. Qui servum alienum, vel pecudem injuria occiderit, quanti id eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas esto. Adde *Ulp. ibid.* 23. Huic contrarium est *quanto minoris.* — *Quanti quanti,* quanticumque. *Cic.* 12. *Att.* 23. *a med.* De Drusi hortis heri ad te scripseram: sed quanti quanti, bene emitur quod necesse est. — *g) In quantum* idem quod quantum, quatenus, *quanto. Ovid.* 11. *Met.* 71. pedum digitos, in quantum quæque secuta est, Traxit. *Seneca* 6 *Benef.* 23. Vide, in quantum corporibus vagari liceat. *Juvenal.* 14. 318. In quantum sitis atque fames et frigora poscunt. *Vellej.* 1. 9. 3. Vir in tantum laudandus, in quantum intelligi virtus potest. *Plin.* 10. *Ep.* 75. *extr.* A me, in quantum potuerit, requirentur. *Inscript.* apud *Gruter.* 417. 6., quæ est apud *Orell.* 4039. MORVM TVORVM MODESTIA SINGVLARIS REVERENTIA INSIGNIS NECESSARIO NOS COMPVLIT VT TANDEM PAREM TIBI GRATIAM IN QVANTVM POTEST DVM IGNORAS REFERAMVS. — *h) Quanto opere. V.* QUANTOPERE loco suo. ¶ 2. Speciatim, refertur etiam ad numerum. *Ter. Heaut.* 4. 6. 6. (et *Plaut. Aulul.* 4. 10. 55.) Ut te quidem omnes dii deæque, quantum est, perduint. *quanti ve n'ha.* et *Phorm.* 5. 6. 14. O omnium, quantum est qui vivunt, homo hominum ornatissime! *di quanti vivono.* et *Plaut. Pseud.* 1. 3. 117. Quid ais, quantum terra tegit, hominum perjurissime? *Catull.* 3. 2. Et quantum est hominum venustiorum. *Cic.* 5. *Verr.* 18. 45. Quantum est frumenti hornotini, exaraverunt. — Et in plurali non raro *quanti* pro quot, *quanti. Seneca* 5. *Controv.* 33. Quanti ex his fortes viri? quanti tyrannicidæ? quanti futuri sacerdotes? *Lucret.* 5. 46. Quantæ conscindunt hominem cuppedinis acres Sollicitum curæ! quantique periode timores! *Propert.* 1. 5. 10. At tibi curarum millia quanta dabit! *Val. Flacc.* 3. 261. Heu socii quantis complerunt litora monstris! *Stat.* 4. *Silv.* 3. 49. O quantæ pariter manus laborant! *et ibid.* 152. Et quantos (*annos*) ego Delium poposci. *Pallad.* 4. *R. R.* 9. *a med.* Semina asparagi quanta tribus digitis comprehendere possis. *Lamprid. Elagab.* 25. Quum sermo esset ortus, quanti berniosi esse possent in urbe Roma. Adde *Claudian. III. cons. Honor.* 126. et 2. *Rapt. Pros.* 308. Sic etiam *tanti* pro *tot* interdum adhibetur. ¶ 3. *Quantus,* quam parvus, *quanto picciolo. Plaut. Capt. prol. extr.* Homunculi quanti sunt, quum recogito. Adde *eumd. Rud.* 1. 2. 66. Sic *Sall.* in *orat. Æmil. Lepidi* § 20. ed. *Kritz.* Nec jam quid existumetis de illo, sed quantum audeatis vereor. *h. e.* quam parum. *Ovid.* 2. *Met.* 560. Quantum est, quod desit! *h. e.* quantillum, quam parum est, quod deest ad explendum amorem nostrum. Similiter *Id.* 15. *ibid.* 468. quantum est, quod desit in istis Ad plenum facinus! *Tac. Agric.* 15. Quantum enim transisse militum, si sese Britanni numerent? *Cic.* 6. *de republ.* 23. Quocirca si reditum in hunc locum desperaveris, in quo omnia sunt magnis et præstantibus viris; quanti tandem est ista hominum gloria, quæ pertinere vix ad unius anni partem exiguam potest? — Hinc

Quantum, adverb. *quanto,* ὅσον, quam. — *a)* Generatim cum Verbis. *Accius* apud *Non. p.* 485. 15. *Merc.* Quantum obfueris, si victus sies. *Varro* 1. *R. R.* 10. 3. Id habet scripula CCLXXXVIII: quantum as antiquus noster ante bellum Punicum pendebat. *Cæs.* 4. *B. G.* 17. Hæc utraque insuper bipedalibus trabibus immissis, quantum eorum tignorum junctura distabat. *Cic.* 2. *Att.* 9. Etenim, quantum conjectura auguramur, si etc. *Id.* 13. *ibid.* 26. Credibile non est, quantum scribam die. *Liv.* 9. 38. Quantum Romæ terrorem fecerat, tam etc. *Plin. Paneg.* 35. Timeantque, quantum timebantur. — *b)* Speciatim, *quantum possum* aut *potest,* quamprimum fieri potest, et quantum fieri potest. *Plaut. Aulul.* 1. 2. 40. Domum me rursum, quantum potero, tantum recipiam. *Id. Bacch.* 2. 3. 114. At ego hinc ad illum, ut conveniam quantum potest. *Id. Pœn.* 3. 1. 61. Propera jam quantum potest. *Ter. Phorm.* 5. 1. 26. Comprendi jube, quantum potest. *Cic.* 4. *Att.* 13. *a med.* Rescribas ad me, quantum potest. *Id.* 9. *ibid.* 7. *sub fin.* Perge ut facis, et scribe, quantum potes. *Ter. Eun.* 5. 2. 5. Ubi vidi, ego me in pedes quantum queo. *Tac.* 4. *Ann.* 6. Infecunditati terrarum-obviam iit, quantum impendio diligentiaque poterat. — *c)* Item, quantum audio, intelligo, suspicor, *per quanto io sento,* etc. *Ter. Andr.* 2. 5. 12. Herus, quantum audio, uxore excidit. *Id. Eun.* 1. 2. 62. Ego quantum suspicor, ad virginem animum adjecit. Adde *eumd. Andr.* 4. 4. 17. *Pacuvius* apud *Non. p.* 20. 18. *Merc.* Sermonem hic nostrum ex occulto clepit, quantum intelligo. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 46. 140. De quo Chrysippo fuit, quantum ego sentio, non magna contentio. — *d) Quantum in,* aut *ad me, te,* etc. ὅσον ἐπ' ἐμοί. *Cic.* 3. *Nat. D.* 7. 15. Non igitur adhuc, quantum quidem in te est, intelligo deos esse. *Id. Flacc.* 25. 61. Græci nomen civium R., quantum in ipsis fuit, sustulerunt. *Ovid.* 3. *Art. am.* 35. Quantum in te, Theseu, volucres Ariadna marinas Pavit, in ignoto sola relicta loco. *et* 1. *ibid.* 744. Quantum ad Pirithoum, Phædra pudica fuit. — *e) Quantum-tantum,* ut in *Ennio* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 16. 38. Non potes ecfari tantum dictis, quantum factis suppetit. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 17. Quum mihi non tantum furesque feræque suetæ Hunc vexare locum curæ sunt atque labori, Quantum carminibus quæ versant atque venenis Humanos animos. *Petron. Satyr.* 123 Quantum quisque timet, tantum fugit. — *f)* Sequente *ita* pro *tantum. Flor.* 2. 18. Numantia, quantum Carthaginis opibus inferior, ita virtutis nomine et honore par. — *g)* Cum Comparativis pro *quanto. Liv.* 3. 15. Quantum juniores patrum plebi se magis insinuabant, eo acrius contra tribuni tenebant. *Sall. Jug.* 88. Quantum vita illorum præclarior, tanto horum socordia flagitiosior. *Colum.* 12. *R. R.* 21. 4. Aqua liquidior et purior est, quantum altiori mari hausta est. — Et *quantum* pro quanto magis, *Liv.* 5. 10. Quantum autem augebatur militum numerus, tanto majore pecunia in stipendium opus erat. *Id.* 32. 5. Philippum quantum ab assiduis laboribus itinerum pugnarumque laxaverat annus, tanto magis intentum in universum eventum belli curæ anguut. *Virg.* 12. *Æn.* 19. quantum ipse feroci Virtute exsuperas, tanto me impensius æquum est Consulere. — *h)* Cum Superlativo. *Liv.* 39. 13. Tum, quantum quisque plurimum posset, magnitudini Syphacis, famæ gentis, addebat: illum esse regem etc. *Plin.* 6. *Ep.* 12. Vellio Prisco quantum plurimum potuero præstabo. *Id.* 2. *ibid.* 13. In primis ama hominem: nam licet tribuas ei quantum amplissimum potes, nihil tamen amplius potes amicitia tua. — *i)* Cum Positivo pro quam. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 26. Tantum tibi boni di immortales duint, Quantum tu tibi optes: nam si exoptem quantum dignus es, Minus sit nihilo: neque ego hoc homine quemquam vidi magis malum. *Virg.* 2. *Æn.* 274. Hei mihi qualis erat! quantum mutatus ab illo Hectore, qui etc. — *l) Incredibile quantum* apud *Justin.* 8. 2. 5. Incredibile quantum ea res apud omnes nationes Philippo gloriæ fuit. — Sic *mirum, nimium, immane quantum* etc. *V.* MIRUS, NIMIUM, IMMANE etc. — *m) In quantum. V.* QUANTUS 1. *g.*

Quanto, It. *quanto,* idem ac *quantum:* ablativus adverbii more positus, cui respondet *tanto:* et — *a)* Nominibus comparativis jungitur. — Cum *tanto. Accius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 2. Quanto magis te istius modi esse intelligo, tanto magis par est tibi consulere. *Ter. Heaut.* 3. 1. 15. Quanto diutius abest, magis cupio tanto. ὅσῳ. *Cæs.* 5. *B. G.* 44. Quanto erat gravior oppugnatio, tanto crebriores etc. *Cic.* 1. *Nat. D.* 22. 60. Quanto diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior. — Omisso *tanto. Tac.* 3. *Hist.* 18. *extr.* Propinqua mœnia quanto plus spei ad effugium, minorem ad resistendum animum dabant. *Liv.* 21. 53. *ad fin.* Multitudinem sciebat segnius secuturam, quanto longius ab domo traherentur. *Colum.* 2. *R. R.* 21. 6. Frumenta quanto sunt expolitiora, minus a curculionibus exeduntur. *et* 7. *ibid.* 9. 3. Sus femina quanto fecundior est, celerius senescit. *Plin. Paneg.* 73. Non, quanto magis a te reprimebatur, exarsimus? — Interdum *tanto* non habet locum. *Cic.* 2. *Off.* 16. 55. Quanto Aristoteles gravius nos reprehendit, qui etc.! *Id.* 1. *Nat. D.* 44. 121. Quanto Stoici melius, qui etc! *Id.* 1. *Acad* (*post.*) 3. 10. Quanto magis philosophi delectabunt, si etc.? πόσῳ. — Pro *tanto* reperitur et *tantum. Liv.* 6. 38. Quum quanto jure potentior intercessi o

erat, tantum vinceretur favore legum. *Tac.* 2. *Ann.* 24. Quanto violentior cetero mari oceanus, tantum illa clades magnitudine excessit. — *Quanto mage-tam magis, quanto-eo,* apud *Lucret.* 4. 81. Et quanto circum mage sunt angusta theatri Mœnia, tam magis hæc intus perfusa lepore Omnia conrident. *Pompej. ad Domit.* 1. *post ep.* 12. *l.* 8. *ad Att.* Quanto magis appropinquare adversarius cœpit, eo tibi celerius agendum erat. *Liv.* 3. 8. Itaque hostes-quum circumacto agmine redirent, quanto longius ab urbe hostium abscederent, eo solutiore cura in Lucretium incidunt consulem. — *b*) Cum verbis comparationem significantibus. *Metellus Numid.* apud *Gell.* 12. 9. Quanto universi me unum antistatis, tanto etc. *Nepos Hann.* 1. Hannibalem tanto præstitisse ceteros imperatores prudentia, quanto populus R. antecedebat fortitudine cunctas nationes. *Cæs.* 2. *B. C.* 31. *a med.* Quanto hæc dissimulare, quam per nos confirmari præstat? *Stat.* 3. *Theb.* 286. ah, mea quanto Sithonia mallem nupsisset virgo sub Arcto! — *c*) Cum aliis vocibus. *Cic. Sext.* 3. 8. Quo minus exponam, quam multa ad me detulerit, quanto ante proviserit. *Cato* apud *Charis.* 2. *p.* 192. *Putsch.* Videtote, quanto secus ego fecerim. *Quintil.* 10. 1. 53. Ut manifesto appareat, quanto sit aliud proximum esse, aliud secundum. — *d*) Cum positivis. *Tac.* 6. *Ann.* 45. Tanto acceptius in vulgum, quanto modicus privatis ædificationibus. *et* 12. *ibid.* 11. Quanto gnara barbaris, tanto tolerantia. *Id.* 1. 68. Hosti-sonus tubarum, fulgor armorum, quanto inopina, tanto majora effunduntur. *Vellej.* 2. 72. 2. Fuit autem dux Cassius melior, quanto vir Brutus. *Justin.* 39. 3. 10. Sed quanto Grypus abnuit, tanto soror muliebri pertinacia accenditur. *Cf. Ovid.* 8. *Met.* 749. nec non et cetera tanto Silva sub hac, silvâ quanto jacet herba sub omni.

QUANTUSCUMQUÉ, tăcumque, tumcumque, adject. ¶ 1. Stricto sensu est It. *quanto egli è*, ὁπηλικοσοῦν, ὁποσοσοῦν, quam magnus, tantus quantus. *Cic.* 2. *Orat.* 28. 123. Atque ego is, qui sum, quantuscumque sum ad judicandum, sic statuo, etc. *Id.* 5. *Phil.* 8. 22. Quotum bona, quantacumque erant, statim comitibus suis descripsit. *Id. Marcell.* 2. 7. Totum hoc, quantumcumque est, quod certe maximum est, totum est, inquam, tuum. *Liv.* 30. 10. *ad fin.* Major quam pro re lætitia, sed eo gratior, quod inter assiduas clades et lacrimas unum quantumcumque ex insperato gaudium adfulserat. *Id.* 27. 30. Celebritatem quantæcumque, de Romanis tamen, victoriæ partæ fama auserat. *et* 32. 5. Data quantacumque quiete temporis, simul animos corporaque remiserant. — Neutr. absolute. *Cic.* 3. *Fin.* 10. 34. Nam quum æstimatio neque in bonis numerata sit, neque rursus in malis: quantumcumque eo addideris, in suo genere manebit. — *Quanticumque,* pretii. *Seneca Ep.* 80. *circa med.* Tu non concupisces quanticumque ad libertatem pervenire? *a qualunque prezzo.* ¶ 2. Latiori sensu, *quanticumque,* quotcumque. *Imp. Constant. Cod. Theod.* 13. 5. 5. Naves eorum, quantæcumque fuerint, ad aliud munus teneri non convenit. — Hinc

Quantumcumque, adverb. *Cic.* 1. *Fin.* 4. 11. Debeo profecto, quantumcumque possim, in eo quoque elaborare. *Ovid.* 1. *Trist.* 6. 35. Quantumcumque tamen præconia nostra valebunt, Carminibus vives tempus in omne meis.

QUANTUSLÍBET, tălibet, tumlibet, adject. *quanto grande tu vuoi, quanto grande ti piace,* ὁποσοσοῦν, quantuscumque, quantusvis. *Liv.* 9. 18. Quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo, tamen etc. *Ovid.* 6. *Fast.* 669. quantolibet ordine dignus. *Colum.* 8. *R. R.* 17. 11. Quantalibet hiemis sævitia. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 23. 35. (87). In quantolibet populi agmine. *Id.* 16. *ibid.* 40. 79. (219). Asinus quantilibet oneris patiens. *Id.* 20. *ibid.* 6. 23. (56). Quantaslibet suppurationes sanat. *Juvenal.* 7. 81. Gloria quantalibet quid erit, si gloria tantum est? *Tac. Agric.* 6. Quantalibet facilitate. — Hinc

Quantumlibet, adverb. *Eumen. Paneg. Constant.* 10. Te quantumlibet oderint hostes, dum perborrescant. *Vopisc. Bonos.* 14. Ipse quantumlibet bibisset, semper securus et sobrius et adhuc in vino prudentior.

QUANTUSVIS, tăvis, tumvis, adject. *grande quanto tu vuoi,* ὁποσοσδήποτε. *Cæs.* 5. *B. G.* 28. Quantasvis magnas copias sustineri posse. *Liv.* 26. 42. Super portum satis amplum quantăvis classi. *Lucret.* 4. 1164. quantovis oris honore. *Ter. Andr.* 5. 2. 15. Quum faciem videas, videtur esse quantivis pretii. *Gell.* 14. 1. Quantovis hominis ingenio. — Et neutrum cum Genitivo, *Nazar. Paneg. Constant.* 19. *extr.* Quantumvis fiduciæ et spiritus capias. — Hinc

Quantumvis, adverb. *V.* QUANTUMVIS loco suo.

QUĀPROPTER, adverb. *V.* et QUIAPROPTER loco suo. — Tmesis est in illo *Ter. Hecyr.* 3. 3. 4. Qua me propter exanimatum citius eduxi foras. ¶ 1. Est relativum, *per qual cosa, perchè,* διὸ, παρ' ὅ, propter quam rem, quamobrem, cur, quare; et usurpatur cum Indicativo et Conjunctivo. *Ter. Hecyr.* 5. 1. 6. Credo te non nihil mirari, quid sit, quapropter te huc foras puerum evocare jussi. *Plaut. Men.* 5. 1. 14. Non tu scis, mulier, Hecubam quapropter canem Graji esse prædicabant? Adde *eumd. Bacch.* 5. 2. 25. et *Id. Pseud.* 1. 5. 83 Animum adverte nunc jam, Quapropter gnati amore te expertem habuerim. *Val. Max.* 9. 14. *extern.* 3. Mirari se, quapropter sui tam similis esset. ¶ 2. Interrogando, *perchè?* διὰ τί; *Plaut. Most.* 2. 2. 52. Quapropter id vos factum suspicamini? *Ter. Andr.* 4. 2. 31. Parumper opperire me hic. MY. quapropter? Adde *Heaut.* 1. 2. 14. et *Hecyr.* 3. 1. 31. ¶ 3. In principiis, *per la qual cosa, che però, perciò,* διό, διὰ τοῦτο. *Ter. Heaut.* 2. 2. 116. Quapropter hæc res neutiquam neglecta 'st mihi. *Id. Adelph.* 3. 2. 44. Quapropter quoquo pacto tacito 'st opus. *Sall. Cat.* 61. Quapropter vos moneo, uti forti animo sitis. *Phædr.* 3. 6. Quapropter aufer frivolam insolentiam. *Cic. Cæcin.* 27. 78. Quapropter hoc dicam, numquam ejus auctoritatem nimium valere, cujus prudentiam populus R. in cavendo, non in decipiendo perspexerit. *Val. Max.* 8. 7. 7. Quapropter non ludicra ars Roscium, sed Roscius ludicram artem commendavit. Nota et illud *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 41. (139). Est hæc res inter opera ganeæ, quapropter non pigebit verbosius persequi.

QUĀQUĀ, adverb. *per,* vel *in qualunque parte, dovunque,* ὁπουπερ ἄν, per quamcumque partem, vel in quacumque parte. — *a*) Sine addito. *Plaut. Mil. glor.* 2. 1. 14. Is deridiculus est, quaqua incedit, omnibus. *Id. Epid.* 5. 2. 9. Quaqua tangit, omne amburit. *Apul.* 6. *Met.* Te, quaqua decideris, membratim dissipabunt. *Ammian.* 14. 6. *a med.* Ut quaqua incesserit quisquam cernens hominum agmina etc. — *b*) Quaqua versus, in omnem partem, *per ogni parte, dappertutto.* *Cic.* 9. *Phil.* 7. 16. Circumque eam statuam quaqua versus pedes quinque habere. *Alii aliter leg. V.* QUAQUAVERSUM QUAQUE. *Apul.* 4. *Met.* Convalles spinetis aggeratæ, et quaqua versus repositæ.

QUĀQUAM, adverb. motus per locum, *per qualche luogo. Lucret.* 1. 427. haud usquam sita corpora possent Esse, neque omnino quaquam diversa meare. *Alii leg.* quoquam, *probante* Lachmann. *At* Quicherat. *leg.* quaquam, *quasi auctor scripserit:* Et nequaquam diversa. *Huc addit* illud *Charis.* 2. *p.* 192. *Putsch.* Quaquam. Sallustius: Tametsi haud quaquam par gloria sequitur scriptorem et actorem rerum. Pomponius: Quaquam negas nuptam.

QUĀQUĀVERSUM, adverb. in quamcumque partem. *Isid.* 15. *Orig.* 16. Iter vel Itus est via, qua iri ab homine quaquaversum potest. Apud *Cic.* 9. *Phil.* 7. 16. alii leg. *quaquaversus,* probante *Quicherat.*; alii, ut *Orellius,* leg. *quoquo versus*; alii *quaqueversus.* Sic *Gloss. Lat. Gr.* Quaquaversus, πανταχόσε.

QUĀQUĀVERSUS. *V.* voc. præcd.

QUĀQUĒ, adverb. Idem quod quaqua, quoquo, quacumque. *Manil.* 5. 313. Non ullo careat digito, quaque iverit, hasta. *h. e.* ubicumque hasta auctionis instituetur, non careat licitantibus. — *Quaque versus,* quaqua versus. *Cic.* 9. *Phil.* 7. 16. Eam statuam quaque versus pedes quinque habere. *et* § 17. Pedes triginta quaque versus adsignet. *Alii utrobique rectius leg.* quoquo. *V.* vocc. præcedd. — *Quaque usque* pro usquequaque legitur in *Inscript. Gruter. p.* 611. ET INDE QVAQVE VSQVE AD VIAM PVBLICAM CAMPANAM.

QUĀQUĒ USQUĒ, adverb. *V.* voc. præced.

QUĀRĒ, adverb. ¶ 1. Est idem ac propter quem, quam, quod, quam ob rem, qua de causa, quapropter, cur, *per qual cagione, perchè,* διὰ ὅ, παρ' ὅ. *Cic.* 2. *Off.* 19. *ad fin.* Utendum est excusatione adversus eos, quos invitus offendas, quare id, quod feceris, necesse fuerit. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 46. nunc accipe, quare Desipiant omnes. *Pompej. ad Domit. post ep.* 12. *l.* 8. *ad Att.* Miror, quid causæ fuerit, quare consilium mutaris. *Nepos Cat.* 2. Multas res novas in edictum addidit, quare luxuria reprimeretur. *h. e.* quibus. *Cic. Rosc. Am.* 14. 41. Quæramus, quæ tanta vitia fuerint in unico filio, quare is patri displiceret. *h. e.* propter quæ. *Id. Quinct.* 19. 60. Commissum nihil esse, quare ad istam rationem perveniretur. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 53. accendis, quare cupiam magis illi Proximus esse. ¶ 2. Interrogative, διὰ τί; *Cic.* 1. *Orat.* 16. 71. Namque illud quare, Scævola, negasti te fuisse laturum? *Plaut. Mil. glor. a.* 5. *v.* 12. Quare ausus? *Horat.* 2. *Sat.* 2. 103. Quare templa ruunt? *et ibid.* 3. 126. quare perjuras, surripis, aufers? ¶ 3. Pro ut, *affinchè, per,* ὥστε. *Cæs.* 5. *B. G.* 30. Omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneatur, etc. *Plancus* ad *Cic.* 10. *Fam.* 21. Omnia feci, quare perditis resisterem. *Cic. Rosc. Am.* 33. 94. Permulta sunt, quæ dici possunt, quare intelligatur, summam tibi facultatem fuisse maleficii suscipiendi. ¶ 4. Item quomodo, qua ratione, *in qual modo, come,* πῶ, πῶς. *Ter. Eun.* 2. 3. 77. Quid si nunc tute fortunatu lias? CHAE. quare, Parmeno? responde. Alii rectius leg. *qua re* divisim. ¶ 5. *Nec quid, nec quare* proverbium. *Petron. fragm. Tragur.* 37. *Burmann.* Modo qui fuit? Ignoscet mihi Genius tuus: noluisses de manu illius panem accipere. Nunc, nec quid, nec quare, in cælum abiit. *non si sa come, o perchè.* ¶ 6. *Nescio quare,* nescio causam, cur etc. *non so perchè. Plaut. Merc.* 2. 3. 31. Sollicitus mihi, nescio quare, videtur. *Cic.* 6. *Att.* 3. *a med.* Fuit aperte mihi, nescio quare, non amicus. ¶ 7. Sæpe est conjunctio, ut *quapropter, quamobrem:* et locum habet in principiis, *che però, per la qual cosa, perchè, laonde, perciò,* διὰ τοῦτο, δῆτα. *Cic.* 13. *Fam.* 71. Quare sic tibi eum commendo, ut etc. *Id.* 1. *ad Q. Fr.* 1. 13. Quare, quoniam in eam vitæ rationem nos fortuna deduxit, caveamus, ne etc. *Sall. Cat.* 56. Quare quum de P. Lentulo statuetis, pro certo habetote, etc. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 176. Quare, per divos oratus uterque Penates, Tu cave, ne minuas, tu ne majus facias id, etc. *Justin.* 21. 1. 4. Quare paullisper dissimulatum animum prius ad favorem popularium conciliandum intendit.

QUARTA, æ, f. 1. *V.* QUARTUS in fin.

QUARTĀDECIMĀNI, ōrum, m. plur. 2. milites legionis decimæquartæ, apud *Tac.* 2. *Hist.* 16. *et alibi.*

QUARTĀNA, æ, f. 1. *la quartana,* τεταρταῖος πυρετός, febris quarto quoque die rediens. Subintelligitur *febris:* et interdum exprimitur. *Febrim quartis diebus recurrentem, et biduo medio intervallatam* appellat *Gell.* 17. 12., ejusque laudes a Favorino philosopho, itemque a Platone compositas, tradit. *Cels.* 2. 3. Quartanæ simpliciores sunt. Incipiunt fere ab horrore, deinde calor erumpit: finitaque febre biduum integrum est: ita quarto die revertitur. *Cic.* 16. *Fam.* 11. In quartanam conversa vis est morbi, *Horat.* 2. *Sat.* 3. 290. Frigida si puerum quartana reliquerit. *Martial.* 10. 77. Sæva nocens

febris saltem quartana fuisses! *Plin.* 7. *Hist. nat.* 50. 51 (166). Quartana febri liberatus est in acie. *Id.* 22. *ibid.* 25. 72. (150). Horrorem tertianæ et quartanæ minuere. *Id.* 20. *ibid.* 6. 23. (56). Quartanas excutere. *Id.* 28. *ibid.* 7. 23. (82). lenire. *et ibid.* 8. 25. (90). Quartanis mederi. *Theod. Prisc.* 4. *ab init.* Hinc est quod et Romani Febri ædem statuerunt, et quod quartanas Saturni filias affirmavit antiquitas. *Spartian.* in *Caracall.* 5 Damnati sunt et qui remedia quartanis tertianisque collo annexa gestarent. *V.* TERTIANUS.

QUARTĀNĀRĬUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad quartam aliquam partem pertinens. *Pallad.* 21. *R. R.* 11. Tabulas autem pro domini voluntate, vel loci ratione faciemus, sive integrum jugerum continentes, seu medium, seu quartanariam tabulam, quæ quartam jugeri partem quadrata conficiet. *Alii rectius leg.* quaternariam. ¶ 2. Item qui febri quartana laborat. *Vet. Scholiast.* ad *Juvenal.* 9. 16. Ita macer et decolor, tamquam quartanarius.

QUARTĀNI, ōrum, m. plur. 2. milites legionis quartæ, de qua *Tac.* 1. *Hist.* 55. *Id.* 4. *ibid.* 37. Mutati in pœnitentiam primani quartaniqua Vocilam sequuntur. *Inscript.* apud *Gruter.* 1081; quæ est apud *Orell.* 3118. et 3681. DIVI AVGVSTI DILIGENTISSIMI ET INDVLGENTISSIMI ERGA QVARTANOS SVOS PRINCIPIS EPISTOLA VEHEMENTER ME MOVET QVA COMMONVIT EOS VT OMNIA SVBSECIVA SVA COLLIGERENT ET VENDERENT.

QUARTĀRĬUS, ii, m. 2. ¶ 1. Generatim est Ital. *quarta, quarteruola,* quarta pars sextarii, seu mensuræ tum aridorum, tum humidorum. *Cato R. R.* 95. In vas ahenum indito amurcæ congios duos. Postea sumito bituminis tertiarium, et sulphuris quartarium. *Colum.* 12. *R. R.* 5. 1. Salis sextarium cum quartario mellis. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 3. (9). Dona amplissima, quartarii farris aut heminæ, conferente populo. *Liv.* 5. 47. Cui universi selibras farris et quartarios vini ad ædes ejus contulerunt. *Plutarch.* in *Camillo* hac eadem de re loquens, habet Σίτου μὲν ἡμίλιτρον, οἴνου δὲ κοτύλης, Ἑλληνικῆς τέταρτον. ¶ 2. Speciatim, *quartarius* dictus etiam fuit nummus aureus, qui erat quarta pars integri et solidi aurei. *Lamprid. Alex. Sev.* 39. Quartarios jam formatos in moneta detinuit, ut, si vectigal contrahere potuisset, et eosdem ederet: sed quum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos jussit, et tremisses tantum solidosque formavit. ¶ 3. Præterea *quartarios* appellabant antiqui muliones mercenarios, quod quartam partem quæstus capiebant. *Lucilius:* Porro homines nequam, malus ut quartarius', cippos Colligere omnes. Hæc *Festus* p. 258. 28. *Müll.*; ubi *Scalig.* pro *colligere* rectius leg. *collisere,* probante *Müllero.*

QUARTĀTO, adverb. *in quattro volte,* quatuor vicibus. *Cato* apud *Servium* ad *Virg.* 3. *Æn.* 314. Verba tertiato et quartato quempiam dicere præ metu.

QUARTE et Quarti. *V.* DIES.

QUARTĬCEPS. *V.* BICEPSOS.

QUARTO, adverb. *V.* QUARTUS in fin.

QUARTŌCĔRĬUS, ii, m. 2. qui ad quartum gradum, vel ordinem pertinet. *Cod.* 12. 24. 7.

QUARTŌDĔCĬMĀNUS, a, um, adject. ad quartam decimam diem pertinens. Ita appellati sunt Christiani, qui Pascha celebrabant quartodecimo die lunæ post æquinoctium vernum, ut olim et etiamnum Judæi solent, quum e contrario plurimi Christianorum olim, nunc autem omnes, idem celebrent die Dominica post quartumdecimum diem lunæ. Concilium vero Nicænum anno a Chr. n. CCCXXV. statuit, ab universis Christianis hac postrema ratione Pascha celebrandum, quod adhuc apud nos usuvenit. *Cassiod.* 9. *Hist. Eccl.* 38. Plurimi circa minorem Asiam antiquitus quartumdecimum diem observabant, non respicientes sabbati diem. Et hoc facientes non tamen segregabantur ab illis, qui aliter celebrabant, donec Romanæ Ecclesiæ Victor episcopus excommunicationem quartodecimanis misisset in Asiam.

QUARTUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

QUARTUS, a um, adject. *quarto, τέταρτος,* nomen numerale ordinis, quo significatur is, qui post tertium sequitur. *Plaut. Pers.* 4. 4. 7. Perfidia et peculatus ex urbe et avaritia si exsulant, quarta invidia, quinta ambitio, etc. *Cæs.* 1. *B G.* 12. Quartam partem copiarum citra flumen esse. *et* 7. *ibid.* 35. Reliquas copias misit, demptis quartis quibusque cohortibus. *Id.* 1. *ibid.* 21. Ipse de quarta vigilia eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit. Adde *Liv.* 4. 9. *Gell.* 17. 12. Febris quartis diebus recurrens. *h. e.* quartana. *Tac.* 13. *Ann.* 15. Quartum decimum ætatis annum explebat. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 23. quarta vix demum exponimur hora. *et ibid.* 6. 122. Ad quartam jaceo. *subaudi* horam. *Cic.* 1. *Invent.* 53 102. Quartus locus est, per quem demonstramus etc. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 6. 16. Carneades, qui est quartus ab Arcesila. *Ovid. Heroid.* 16. 328. Quartus in exemplis adnumerabor ego. *Virg.* 10. *Æn.* 619. Pilumnusque illi quartus pater. *h. e.* abavus. — *Die quarto* refertur ad tempus præteritum, et est nudius quartus, *quattro giorni fa. Cn. Matius* apud *Gell.* 10. 24. *extr.* Nuper die quarto, ut recordor, etc. Dicebant etiam *die quarte,* et *die quarti,* sed de futuro, εἰς τετάρτην, ut *Gell. ibid.* docet. *Pompon. ibid.* Die quarte moriar fame Sic *die quinte,* et *quinti. V.* DIES. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM. — Hinc

Quarta, æ, f. 1. absolute (subaudi *pars*) frequens in jure civili, significat quartam partem alicujus rei, ut *quarta hereditatis, agnatorum, liberorum, curiæ,* etc. de quibus. V. JCtos. Exempla habes apud *Ulp. Dig.* 5. 2. 8. *ad fin.* et *Paul. ibid.* 4. 3. *extr.* etc., quæ omnia collegit *Hotoman. de verb. Jur.* In plurali num. *Quintil.* 8. 5. 19. Placet hoc ergo, decimas uxoribus dari, quartas meretricibus? *h. e.* decimas, et quartas partes hereditatium.

Quartum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est quarta pars, *il quarto. Colum.* 3. *R. R.* 3. 4. Nam frumenta, majore quidem parte Italiæ, quando cum quarto responderint, vix meminisse possumus.

Quartum, adverb. *la quarta volta, τέταρτον* quarta vice. *Quarto* et *quartum* inter se differunt. Nam *quarto consul* significat locum consulum, vel ordinem hoc modo, *Marcus fuit quarto consul,* idest tres consules ab origine et institutione consulatus ante fuerunt, quam Marcus esset consul, qui quarto anno a primis consulibus factus est consul; *quartum* autem *consul* dicitur ratione ejusdem personæ, quæ tribus consulatibus jam perfuncta quartum gerit. *Liv.* 3. 67. T. Quinctio quartum consule. Sic *Ennius* apud *Gell.* 10. 1. Quinctus pater quartum fit consul. *et Cic. Senect.* 4. 10. Cum eo quartum consule adolescentulus miles ad Capuam profectus sum. *V. Quarto* infra. Neque tamen hoc semper scriptores religiose observarunt. Nam *Q. Claud.* apud *Gell.* 10. 1. C. Marium creatum *septimo* consulem, dixit, pro *septimum. V.* SECUNDUM.

Quarto, adverb. *in quarto luogo, τετάρτως,* quarto loco, vel ordine. *Ovid.* 2. *Fast.* 823. Ter conata loqui, ter destitit, ausaque quarto. *Id.* 9. *Met.* 50. Ter sine prospectu voluit nitentia contra Rejicere Alcides a se mea pectora; quarto Excutit amplexus adductaque brachia solvit. — *Varro* apud *Gell.* 10. 1. Aliud est quarto prætorem fieri, et quartum, quod quarto locum adsignificat et tres ante factos, quartum tempus adsignificat et ter ante factum. Igitur Ennius recte, qui scripsit: Quintus pater quartum fit consul. *V.* TERTIO et QUARTUM. Eadem cum *Gell.* habet *Non. p.* 435. 8. *Merc.*

QUARTUSDĔCĬMUS, quartădĕcĭma, quartumdĕcĭmum, adject. num. *decimoquarto. Vitruv.* 4. 6. Contrahuntur crassitudinis quartadecima parte. *Tac.* 1. *Ann.* 70. Quartadecima legio. *Colum.* 5. *R. R.* 2. 9. Quartamdecimam partem ducere. — Scribitur et divisim *quartus decimus.* Sic *Cic.* 1. *Invent.* 54. 105. Quartus decimus locus est, per quem petimus etc.

QUASE. *V.* voc. seq. sub init.

QUĂSĬ, adverb. Quum in vetustissima *Tab. ænea* apud *Daniel. Numism. Capuan. p.* 95. *l.* 8. et in alia apud *Gruter.* 628. *l.* 40. (quæ est apud *Orell.* 2488.) *quasei* insculptum sit, et apud *eumd.* 629. *l.* 4. *quaesei,* et 203. *l.* 21. *quassei;* ideo secunda syllaba longa esse natura videtur, nec nisi elisione prioris vocalis e correpta fuisse. Hinc eamdem producit *Lucret.* 5. 729. Proinde quasi fieri nequeat, quod pugnat uterque. At *Lachmannus* pro *quăsĭ* legit *quasi id* et hoc in loco et 2. 291. — *Quase,* inquit *Quintil.* 1. 7. 24., scriptum in multorum libris est: sed an hoc voluerint auctores, nescio: T. Livium ita his usum, ex Pediano comperi, qui et ipse eum sequebatur: hæc nos i littera finimus. *Lachmannus* ad *Lucret.* 2. 291 apud *Plaut. Stich.* 5. 1. 8. qua senex tabescit dies. *legendum putat* quase nix etc. et apud *Varron.* 7. *L. L.* 76. *Müll.* Jubar dicitur stella Lucifer, quase (*non* quæ) in summo, quod habet lumen diffusum ut leo in capite jubam. — Quasi est tamquam, velut, perinde ac si, ὡσεί, ὡσπαρανεί (It. *come, come se;* Fr. *comme si;* Hisp. *como, como si;* Germ. *als wenn, wie wenn, als ob, gleich wie, gleichsam;* Angl. *as, as is, as it were, in a manner*).

I.) Proprie. — *a)* Absolute. — Generatim. *Ennius* apud *Cic.* 1. *Off.* 16. 51. Homo, qui erranti comiter monstrat viam, Quasi lumen de suo lumine accendat, facit. *Nævius* apud *Non. p.* 191. 34. *Merc.* Sed quasi amnis rapida tamen inflexu flectitur. *Cato R. R.* 156. Indito salis micam quasi ervum. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 45. Ex transverso cedit, quasi cancer solet. *Ter. Eun.* 3. 2. 8. Assimulabo, quasi nunc eveam. *Cæs.* 5. *B. G.* 42. Hostes maximo clamore insecuti, quasi parta jam atque explorata victoria, vallum adscendere cœperunt. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 10. 32. Illos, qui omnia incerta dicunt, quasi desperatos relinquamus. *Plaut. Mil. glor.* 2. 4. 37. Cum alieno adolescentulo, quasi nunc est. *come appunto.* Rursus *Cic.* 2. *Fin.* 10. 30. Sic enim has suaves et quasi dulces voluptates appellat. *Id.* 4. *ibid.* 15. 41. Primos suos quasi cœptus appetendi fuisse, ut se (*homo*) conservaret in ea natura, in qua ortus esset. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 4. 17. Quum Speusippum, sororis filium, Plato philosophiæ quasi heredem reliquisset, etc. *Severus Cassius* apud *Senec.* 2. *Controv.* 12. *p.* 173. *Bip.* Quasi disertus es, quasi formosus es, quasi dives es, unum tantum es non quasi, vappa. *Justin.* 39. 1. 5. Composita fabula, quasi per adoptionem Antiochi regis receptus in familiam regiam esset. *Tac.* 1. *Ann.* 35. Tum vero, quasi scelere contaminaretur, præceps tribunali desiluit. — Speciatim, pro quemadmodum, sicut, *siccome. Plaut. Aulul.* 4. 1. 9. Quasi pueri qui nare discunt, scirpea induitur ratis, qui laborent minus, facilius ut nent et moveant manus; eodem modo servum ratem esse amanti hero æquum censeo. *et* 4. 1. 6. Qui amanti hero servit, quasi ego servio, etc. — Servit interdum leniendæ translationi, quæ duriuscula videatur. *Cic.* 1. *Orat.* 3. 9. Philosophia laudatarum artium omnium procreatrix quædam et quasi parens. *et ibid.* 59. 251. Vocem ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipere et quasi quodam modo colligere. *Id.* 3. *Fam.* 2. *a med.* Facilior erit mihi quasi decursus mei temporis. — Apponitur iis, quæ talia re vera non sunt, qualia appellamus. *Plin.* 8. *Ep.* 16. Permitto servis quoque quasi testamenta facere, eaque, ut legitima, custodio. *et mox.* Nam servis respublica quædam et quasi civitas domus est. Hinc illa apud JCtos *quasi pignus, quasi dos, quasi possessio, dominus, filius,* etc. quod est simile pignoris, dotis, possessionis, etc. *Ulp. Dig.* 19. 1. 13. *ante med.* et *ibid.* 23. 3. 39. et *ibid.* 43. 15. 3. *ad fin.* etc. — *b) Quasi* et *quasi vero,* perinde ac si, *quasi che,* et ironiam sæpe continet. *Ter. Andr.* 5. 2. 9. Modo introii. st. quasi ego, quam dudum, rogem. *Cæs.* 2. *B. G.* 31. Quasi non felicitas rerum gestarum exercitus benevolentiam imperatoribus, et res adversæ odia concilient. *Ter. Eun.* 4. 4. 14. PY. ille erat Honesta facie et liberali. PA. Ita visus est Dudum, quia varia veste exornatus fuit: Nunc tibi videtur fœdus, quia illam non habet. PA. Tace, obsecro:

quasi vero paullum intersiet. *Sall. Cat.* 52. Quasi vero mali atque scelesti tantummodo in urbe et non per totam Italiam sint. *Cic.* 2. *Fam.* 3. 7. Quasi vero me pudeat, inquit, istorum, aut non possim, quemadmodum ea dicantur, ostendere. *Id.* 3. *ibid.* 7. Quasi vero ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. *Cæs.* 7. *B. G.* 38. Quasi vero consilii sit res, et non necesse sit nobis Gergoviam contendere. *Justin.* 5. 10. 8. Quasi vero aliorum libertas sua servitus esset. — *c*) Cum aliis particulis, h. e. *sic, ita, tantidem, tantumdem, haud secus, ut, itidem, item, proinde, perinde, si, prorsus, quippe. Cic. Senect.* 8. 26. Græcas litteras sic avide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. *Id. Quinct.* 2. 9. Qui, quasi sua res aut bonos agatur, ita diligenter Sex. Nævii studio et cupiditati morem gerunt. *Ennius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 32. *Müll.* Tantidem, quasi feta canes, sine dentibu' latrat. *Plaut. Merc.* 2. 2. 42. Decrepitus senex tantumdem est, quasi sit signum pictum in pariete. *Alii leg.* tantidem. *Id. Trin.* 4. 1. 16. Ita jam quasi canes, haud secus circumstabant navem turbines venti. *Id. Merc.* 1. 1. 90. Servum una mittit, quasi uti mihi foret custos. *Id. Asin.* 1. 3. 26. Quasi piscis, itidem est amator. *Id. Rud.* 3. 4. 27. Quasi murteta juncis, item vos virgis circumvinciam. *Cic. Mil.* 31. 84. Proinde quasi nostram ipsam mentem videre aut sentire possimus. Sic *Junt.*; ceteri et *Orellius* perinde. *Id. Quinct.* 26. 83. Atque hæc perinde loquor, quasi debueris etc. *Plaut. Cas. prol.* 45. Educavit magna industria, quasi si esset ex se nata. *Justin.* 2. 12. 9. Prorsus quasi non cum Græcis tantum, sed et cum diis immortalibus bellum gereret. *Id.* 3. 7. 14. Inducias, quas proprio nomine condixerant, ex sociorum persona rumpebant, quippe quasi minus perjurii contraherent, si ferrent sociis auxilia, potius quam si ipsi aperto prælio dimicassent. — *d*) Cum Infinito. *Cic.* 1. *Fam.* 9. 17. Illud vero non obscure queruntur in meis sententiis, quibus ornem Cæsarem, quasi desciscere me a pristina causa. *Sic* Orellius; *alii aliter leg.*

II.) Translate. ¶ 1. Significat ferme, circiter, fere, pæne, prope, *quasi, circa. Ter. Heaut.* 1. 1. 93. Quasi talenta ad quindecim coegi. *Cic.* 2. *Verr.* 8. 22. Ex his quasi decem fiscos ad senatorem illum relictos esse. *Id. Orat.* 13. 41. Est enim quasi in extrema pagina Phædri his ipsis verbis loquens Socrates. *Sall. Jug.* 50. Præsidio quasi duum millium peditum montem occupat. *Id. fragm.* apud *Non. p.* 138. 3. *Merc.* Quasi par in oppido festinatio et ingens terror erat. *Id. fragm.* apud *eumd. p.* 282. 20. et *p.* 530. 30. Sertorius per calonum corpora ad medium quasi, dein super adstantium manibus in murum attollitur. *Tac.* 1. *Ann.* 68. Rarus miles, et quasi ob metum defixus. *Sueton. Cal.* 58. Hora quasi septima. ¶ 2. *Quasi, quasi* item significat ac *partim, partim. Spartian. Get.* 4. Qui quum diceret quasi joco, quasi serio, omnes cum liberis occidendos partium diversarum. *Casaubonus* legendum putat *qua-qua*; *Jordan.* prius *quasi* delevit.

QUĂSILLĀRĬA, æ, f. 1. ancilla infimæ domus: ita dicta, quia pensa in quasillis reposita habet. *Petron. Satyr.* 132. *Burmann.* Convocat omnes quasillarias, familiæque sordidissimam partem, ac me conspui jubet. *Inscript.* apud *Gruter.* 648. 5. MVSA QVASILLARIA VIX ANN. XXX. GRATINVS LANIPEND. DE SVO.

QUĂSILLUM, i, n. (teste *Priscian.* 3. *p.* 618. *Putsch.* Hic qualus, hoc quasillum.) *et*

QUĂSILLUS, i, m. 2. *cestello, canestrino,* ταλαρος, καλαθιον, κυρτιδιον, parvus qualus. — *a*) Generatim. *Cato R. R.* 133. In arboribus radices uti capiant, calicem pertusum sumito tibi, aut quasillum: per eum ramulum transerito, eum quasillum terra impleto, calcatoque, in arborem relinquito. — *b*) Præcipue vero dicitur de calatho, in quo mulieres anciliæ pensum lanæ reponunt et fusos et reliqua ad lanificium pertinentia. *Paul. Diac. p.* 47. 6. *Müll.* Calathos Græci, nos dicimus quasillos. *Festus p.* 351. 27. *Müll.* Talassionem in nuptiis Varro ait signum esse lanificii, ταλαρον, id est quasillum inde enim solitum appellari Talassionem. *Cic.* 3. *Phil.* 4. 10. Nihil humile de Tarquinio, nihil sordidum accepimus: at vero hujus domi inter quasilla pendebatur aurum, numerabatur pecunia. Alii aliter leg. *Tibull.* 4. 10. 3. Si tibi cura toga est potior, pressumque quasillo Scortum. *h. e.* ancilla quasillaria, vel scortum pauperrimum et lanam faciens vitæ tolerandæ causa. *Propert.* 4. 7. 37. Et graviora rependit iniquis pensa quasillis.

QUASSĂBĬLIS, e, adject. — *a*) Passive est qui quassari potest. *Lucan.* 6. 22. Sed munimen habet nullo quassabile ferro, Naturam sedemque loci. — *b*) Active est qui quassat, h. e. vexat. *Cœl. Aurel.* 2. *Acut.* 6. *sub init.* Debinc probabilior atque magis eligenda erit quassabili et noxiâ vigilantiâ quieta pressura.

QUASSĂBUNDUS, a, um, adject. qui multum quassatur. *V.* CASABUNDUS.

QUASSĀTĬO, ōnis, f. 3. σεισμός, actus quassandi, concussio. *Liv.* 22. 17. Capitum irrita quassatio excitans flammam, hominum passim discurrentium speciem præbebat. *dimenamento.* et *Macrob.* 7. *Saturn.* 15. Si quando casu aliquid paullo densius in pulmonem, violentia spiritus trahente, deciderit, mox nasci tussim nimis asperam et alias quassationes usque ad vexationem salutis. *sbattimento. Theod. Priscian.* 4. *p.* 316. ed. *Ald.* Hinc quassat membranam et totam matricem, qua ex quassatione generatur tumor. Adde *eumd. ibid. paullo post*; et *Cœl. Aurel.* 1. *Tard.* 4. *Arnob.* 7. 31. Etiam ne dii coronis affiuntur et floribus? etiam ne æris tinnitibus et quassationibus cymbalorum? — In re medica est vexatio. *Cœl. Aurel.* 1. *Acut.* 11. *sub init.* Sic enim cucurbitæ quassatio mitigatur. Adde *eumd.* 2. *ibid.* 6.

QUASSĀTĬPENNAS Anates, *h. e.* pennas quassantes, vel pennas quassas habentes, dixit *Varro* apud *Non. p.* 460. 8. *Merc.* Nec quassatipennas anates, remipedes, buxeis rostris pecudes, paludibus nocte nigra ad lumina lampadis sequens. *Alii perperam leg.* quassagipennas. *V.* QUERQUEDULA.

QUASSĀTŪRA, æ, f. 1. *sbattimento,* quassatio. ¶ 1. Abstracte. *Plin. Valer.* 4. 5. Malva cum axungia veteri pulcherrime quassaturas fovet. *h. e.* læsionem ex quassatione. ¶ 2. Abstractum pro concreto, uti ajunt. *Vegel.* 1. *Veterin.* 28. *a med.* Quassaturas, emota, vel extorta, vel ejecta de locis suis uri non debere. *h. e.* ipsa membra quassata ac læsa.

QUASSĀTUS, a, um. *V.* voc. seq.

QUASSO, as, āvi, ātum, are, 1. intens. a *quatio. Casso* pro *quasso* legit *Ritschl.* apud *Plaut. Bacch.* 2. 3. 71. *V. Casans* et quæ dicta sunt de littera Q. — Part. *Quassans* sub *A.* I. 1. et *B.*; *Quassatus* sub *A.* I. 3. et II.; *Quassandus* sub *A.* I. 1. — Quassare est verbum *A*) Activum; et *B*) Neutrum.

A) Active *quassare* est sæpe quatere, concutere, commovere, agitare, ἀνασείω, διασαλεύω, διακραδαίνω (It. *squassare, crollare, dibattere, sbattere, dimenare*; Fr. *secouer fortement, agiter*; Hisp. *sacudir, golpear, agitar*; Germ. *heftig schütteln, erschüttern, hin und her schwingen*; Angl. *to shake often or much, toss about, agitate, shatter*).

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est, ut diximus, sæpe quatere, concutere, commovere, agitare. *Gell.* 2. 6. *Quassare,* quam *quatere,* gravius violentiusque est. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 3. Equus sæpe jubam quassat. *Plaut. Merc.* 3. 4. 13. Tristis incedit, quassat caput. Sic *Virg.* 7. *Æn.* 291. Stetit acri fixa dolore; Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta. Rursus *Plaut. Epid.* 3. 3. 55. Suam qui undantem chlamydem quassando facit. *Virg.* 12. *Æn.* 94. quassare hastam trementem. Sic *Ovid.* 1. *Art. am.* 696. Quassanda est ista Pelias hasta manu. *Seneca Herc. Œt.* 1878. Nunc Curetes, nunc Corybantes Arma Idæa quassate manu. *Val. Flacc.* 7. 577. galeamque minantem Quassat. *Sil. It.* 2. 609. feralis Erynnis Lampada flammiferis tinctam Phlegetontis in undis Quassat. *Virg.* 9. *Æn.* 521. horrendus visus quassabat Etruscam Pinum et fumiferos inter Mezentius ignes. *Val. Flacc.* 8. 275. te, Græcia fallax, Persequor atque tuis hunc quasso mœnibus ignem. ¶ 2. Latiori sensu usurpatur de timore, vel alia causa, qua hominum membra concutiuntur et agitantur. *Seneca Phœniss.* 530. membra quassantur metu. *Id. Troad.* 68. Artus horridus quassat tremor. *Catull.* 44. 13. Hic me gravedo frigida et frequens tussis Quassavit. *Petron. Satyr.* 91. Singultibus crebris pectus quassaverat. ¶ 3. Latissimo sensu est quassando perrumpere, labefacere, frangere: ad rem *Plin.* 10. *Hist. nat.* 12. 14. (30). Cornices nucem volantes in altum in saxa tegulasque jaciunt iterum ac sæpius, donec quassatam perfringere queant. *Lucret.* 3. 435. quassatis undique vasis Diffluere humorem. *Ovid.* 2. *Trist.* 83. Quum cœpit quassata domus subsidere. *Liv.* 23. 17. Quassata muri relicere. *Plin.* 6. *Ep.* 20. 6. Jam quassatis circumjacentibus tectis magnus et certus ruinæ metus. *Id.* 8. *ibid.* 17. Proruta opera, quassata atque etiam decussa monumenta. *Liv.* 23. 34. Alvei navium quassati erant. *Virg.* 1. *Æn.* 555. Quassatam ventis liceat subducere classem. διασαλευθεῖσαν. *Id.* 4. *ibid.* 53. Quassataque rates. *Pallad.* 12. *R. R.* 17. Olivam mola fortiore quassare. *h. e.* frangere. Sic *Id.* 13. *ibid.* 2. Myrti baccas quassare. *Apul.* 7. *Met.* Hordeum frictum et sub mola meis quassatum ambagibus. *Petron. Satyr.* 134. Nisi primo ictu arundo quassata verberantis impetum minuisset. ¶ 4. Est etiam pulsare. *Virg.* 5. *Æn.* 854. ramum Lethæo rore madentem super utraque quassat tempora. *sbatte. Martial.* 13. 1. Non mea magnanimo depugnat tessera talo: Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.

II.) Translate, est perturbare, vexare, corrumpere, debilitare. — *a*) Generatim. *Cic. Sext.* 34. 73. et *Marcell.* 8. 24. Vim fuisse illam, flammam quassatæ reipublicæ perturbatorumque temporum. *Sil. It.* 11. 425. *de Capua.* intactumque secundæ Fortunæ ingenium vitia adlatrantia quassant. *Sueton. Aug.* 81. Quare quassato corpore, neque frigora, neque æstus facile tolerabat. *h. e.* gravedine vexato et affecto. *Sil. It.* 7. 202. *de ebrio* Tempora quassatus. Sic *Ovid. Remed. am.* 146. multo tempora quassa mero. *Ammian.* 24. 5. Exercitus labore nimio quassatus. — *b*) De locis. *Sil. It.* 8. 593. quassata Placentia bello. — *c*) De morbis. *Ammian.* 14. 5. Ægrum corpus quassari etiam levibus solet offensis. Adde *eumd.* 19. 4. et 27. 6. — *Inscript.* apud *Gruter.* 697. 4. Parce tuam, conjux, fletu quassare juventam. *h. e.* nimio luctu conficere.

B) Neutrorum more, absolute usurpatur Part. *Quassans.* Sic *Plaut. Asin.* 2. 3. 23. Quassanti capite incedit. *h. e.* agitat caput: quod est irati, aut tristis. (Adde *Bacch.* 2. 3. 71. et *V.* CASANS.) *Cœcilius* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *G.* 74. Quassante capite tristes incedunt. *Virg. ibid.* lætum siliqua quassante legumen Sustuleris.

QUASSUS, a, um. *V.* QUATIO.

QUASSUS, us, m. 4. frequens motio, concussio. *Pacuvius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 21. 50. Nam attractatu et quassu sævum amplificatis dolorem.

QUĂTĔFĂCIO, fācis, fēci, factum, fācere, a. 3. *sbattere, squassare, crollare, ἀνασείω,* concutio, commoveo, labefacio. *Cic.* 1. *ad Brut.* 10. *a med.* Romam perveni, nulloque præsidio quatefeci Antonium. *Alii leg.* patefeci.

QUĂTĔNUS *et* quatenos *et* qualinus, adverb. (qua *et* tenus: *V.* EATENUS). Antiqui *quatenos* dicebant (pro *quoniam*), ut Scipio Africanus in ea oratione, quam scripsit, postquam ex Africa rediit: Uti negotium natum erat: quatenus castra nostra ita munita erant, ut posses partem exercitus abducere. Hæc *Festus p.* 258. 34. *Müll.* qui et *qualinus* scriptum fuisse ait: cum discrimine tamen, quia *quatenus,* inquit, significat qua fine: at *qualinus* et *quatenos* quoniam. Sic *Mar. Victorin. de orthograph.* 1. *p.* 2461. *Putsch.* Qualinus est ut quoniam; quatenus autem significat finem loci cujusdam, velut qua fine Adde *Caprum de orthograph. p.* 2243. *Putsch.* Sed hoc

discrimen nullum est. Frequenter enim apud antiquos commutabantur *e* et *i*, item *o* et *u*, ut *protenus protinus, consol consul.* — Quatenus est usque ad quem finem, quantum, ἕως καθότι (It. *fino a qual segno o fine, sino a quanto*; Fr. *jusqu'où, jusqu'à quel point*; Hisp. *hasta donde, hasta á que punto*; Germ. *bis wie weit, wie weit*; Angl. *how far, how long, to what lenght or extent, as far as*).

I.) Proprie. *Cic. Orat.* 22. 36. In omnibus rebus videndum est, quatenus: etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum. *Id. Amic.* 11. 36. Quatenus amor in amicitia progredi debeat. *Liv.* 2. 55. *ad fin.* Consules in curiam compelluntur, incerti, quatenus Volero exerceret victoriam.

II.) Translate. ¶ 1. Est idem atque in quantum, qua ex parte, vel quod attinet ad, *in quanto. Cic.* 2. *Orat.* 87. 355. Sciant, quid, et quatenus, et quomodo dicturi sint. *et ibid.* 58. 237. Quatenus sint ridicula tractanda oratori, perquam diligenter videndum est. *Id.* 3. *Off.* 17. 68. Aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias: leges, quatenus manu tenere possunt; philosophi, quatenus ratione et intelligentia. *Id.* 1. *Fam.* 2. Quatenus de religione dicebat, cui rei jam obsisti non poterat, Bibulo assensum est; de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. *Id.* 4. *ibid.* 4. *init.* Accipio excusationem tuam, qua usus es, cur sæpius ad me litteras uno exemplo dedisses: sed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum, qui epistolas accipiant, fieri scribis, ne ad nos perferantur: illam partem excusationis, qua te scribis *orationis paupertate* iisdem verbis epistolas sæpius mittere, nec nosco, nec probo. *Quintil.* 1. 10. 31. Satis est manifestum, quæ mihi et quatenus musice placeat. *Gell.* 1. 3. Quatenus quæque fini dari venia amicitiæ debeat. Cf. *Cic. Amic.* 17. 61. Est enim quatenus amicitiæ dari venia possit. ¶ 2. Refertur ad locum. *Liv.* 28. 39. *sub fin.* Petentibus Saguntinis, ut quatenus tuto possent, Italiam spectatum irent. *Colum.* 9 *R. R.* 8. 11. Præciditur superior pars (*arboris*), quæ ab apibus vacat, deinde inferior, quatenus videtur inhabitari. Adde *Cels.* 5. 28. *n.* 12. ¶ 3. Item ad tempus. *Cic.* 14. *Phil.* 5. 14. Quibus auspiciis istos fasces acciperem? quatenus haberem? cui traderem? ¶ 4. Pro quoniam, quandoquidem, *già che, posciachè. Horat.* 3. *Od.* 24. 30. Clarus posgenitis: quatenus, heu nefas! Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quærimus invidi. *Id.* 1. *Sat.* 1. 63. jubeas miserum esse, libenter Quatenus id facit. *et ibid.* 3. 76. Denique, quatenus excidi penitus vitium iræ, Cetera item nequeunt stultis hærentia, cur non etc.? *Ovid.* 5. *Trist.* 5. 21. Quatenus et non est in caro conjuge felix, Pars vitæ tristi cetera nube vacet. *Plin.* 3. *Ep.* 7. *sub fin.* Quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur. Adde *Juvenal.* 12. 101.; *Tac.* 3. *Ann.* 16.; *Quintil.* 6. 2.; et *Sueton. Claud.* 26. ¶ 5. In illo *Frontini Aquæd.* 7. Eidem mandatum a senatu est, ut curaret, quatenus alias aquas, quas posset, in Urbem perduceret. *quatenus* est *ut.* Alii leg. ut curaret, quaterus alias aquas posset, in Urbem perduceret. Pro *ut* poni videtur etiam ab *Ulp. Dig.* 4. 2. 14. *a med.* Pro eo autem, qui in fuga esse dicitur, cautio extorquenda est, quatenus et persequatur et omni modo eum restituat. et a *Paul ibid.* 19. 2. 55. *in fin.* Ad solvendas totius temporis pensiones ex conducto conveniri potest, quatenus locatori in id, quod ejus interest, indemnitas servetur. *Macrob.* 2. *Saturn.* 5. Præceperat ei pater, quatenus moderaretur profusos sumptus. ¶ 6. Pro quomodo. *Lactant.* 4. 27. Quanto terrori sit dæmonibus hoc signum, sciet qui viderit, quatenus adjurati per Christum, de corporibus fugiant. Adde *eumd. Mort. persecut.* 26 6.

QUĀTER, adverb. num. quatuor vicibus, *quattro volte*, τετράκις. — a) *Quater* absolute. *Virg.* 2. *Æn.* 242. quater ipso in limine portæ Substitit, atque utero sonitum quater arma dedere. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 1. Sic raro scribis, ut toto non quater anno Membranam poscas. *Varro* 3. *R. R.* 10. 3. Quater in anno pariunt. *Ovid.* 2. *Art. am.* 447. O quater, et quoties numero comprendere non est, Felicem! *Colum.* 5. *R. R.* 2. 9. Viginti ducto quater, fiunt octoginta. — b) Ter et (*vel* aut) quater, *tre e quattro volte. Horat.* 1. *Od.* 31. 13. ter et quater Anno revisens æquor. *Virg.* 1. *G.* 410. corvi presso ter gutture voces Aut quater ingeminant. *et* 2. *ibid.* 399. Terque quaterque solum scindendum. — c) Cum aliis nominibus numeralibus. *Horat.* 1. *Ep* 20. 27. Me quater undenos sciat eplevisse decembres. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 111. Quater quinis minis. *Ovid.* 7. *Met.* 293. Anni quater deni. *Auct. B. Afr.* 19. Petrejano auxilio adhibito, equitibus CIOC, peditum ac levis armaturæ quater tanto. *Vitruv.* 10. 14. Quater centies. *Cic.* 3. *Verr.* 39. 100. Quater decies. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (15). Ante annos quatet milie sexcentos.

AUĀTERNĀRĬUS, a, um, adject. *di quattro*, τετραδικός. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 28. Scrobes quaternarii, hoc est quoquoversus pedum quatuor, si est commodum terrenum, quatuordecim ab uno fiunt: ternarii autem decem et octo. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 6. 17. (64). Numerus quaternarius. τετρὰς. De hoc numero *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 2. fuse agit. *Priscian.* 18. *p.* 1168. *Putsch.* Iambus quaternarius. — Hinc

Quaternarius, ii, m. 2. absolute, *scil.* nummus, videtur esse idem ac sestertius, quarta nempe pars denarii. V. *Vet. Scholiast. loc. cit.* in THEONINUS.

QUĀTERNI, æ, a, adject. plur. In genit. *quaternum* usitatius est: quod dicendum de aliis similibus dispertitivis, *duceni, triceni*, etc. *Colum.* 5. *R. R.* 5. 2. Quaternum pedum spatia. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 3. 2. (4). Balænæ quaternum jugerum, prisies ducenum cubitorum. — Quaterni. ¶ 1. Est numerus dispertitivus, *quattro. Horat.* 1. *Sat.* 4. 86. Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos. *quattro per letto. Cic. Fontej.* 5. 9. Quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse. *Nepos Att.* 18. Facta magistratusque eorum non amplius quaternis quinisque versibus descripsit. Adde *Plin.* 11. *Hist. nat.* 43. 99 (244). *Cic.* 5. *Att.* 21. *a med.* Interim quum ego in edicto tralaticio centesimas me observaturum haberem cum anatocismo auniversario, ille ex syngrapha postulabat quaternas. *il quarantotto per cento.* Adde *eumd.* 6. *ibid.* 1. 5. *V.* CENTESIMA. ¶ 2. Sumitur etiam pro cardinali. *Manil.* 3. 596. Hoc sexagenos tribuit, duplicatque quaternos. *Cæs.* 1. *B. C.* 83. Primam aciem quaternæ cohortes ex V. legione tenebant. *Alii leg.* ex V. legionibus. *Auson. Epigr.* 2. Annis undecies centum conjunge quaternos. *Id. Edyll.* 11. 60. Bisque quaternorum secernitur omphalos idem.

QUĀTERNĬO, ōnis, m. 3. ¶ 1. Est τετρὰς, quaternarius numerus, ut *ternio* ternarius. *Capell.* 7. *p.* 255. Quaternioni duos adjiciendo fecit superdimidium. Adde *p.* 268. *V.* QUATRIO. Item *Vulgat. Interpr. Act. Apost.* 12. 4. Misit in carcerem tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum. *a quattro quartine di soldati.* ¶ 2 Est etiam chartarum fasciculus, in quo scribi solet; Itali nunc *quaderno* vocant. *Rufin.* 2. *Invect.* in *Hieronym. n.* 8. Fratres in meis cellulis manentes in monte Oliveti quamplurimos ei Ciceronis dialogos descripserunt, quorum et ego quaterniones, quum scriberent, frequenter in manibus tenui et relegi. *Cassiod. Instit. div. litt.* 2. Cui codici etiam puros quaterniones adjunxi, ut, quod de præfato opere adhuc repertum fuerit, prædictis expositionibus aggregetur.

QUĀTERNĬTAS, ātis, f. 3. *numero quaternario*, numerus quatuor continens. *Boeth. de duab. nat. et una pers. Christ. p.* 955. Fides catholica continet, eumdem Christum hominum esse perfectum, eumdem Deum, eumdemque, qui homo sit perfectus atque Deus. Unum esse Deum ac Dei Filium, nec quaternitatem Trinitatis astrui, dum homo additur supra perfectum Deum, sed unam eamdemque personam numerum Trinitatis explere. *Augustin. De don. Persever.* 67. Neque enim homine assumpto quaternitas facta est, sed Trinitas mansit.

QUĀTĬNUS. *V.* QUATENUS init.

QUĀTĬO, quātis, quassum, quātere. a. 3. Part. *Quatiens* I.; *Quassus* in fin. — Quatere est cum violentia et crebro movere, quatefacere, concutere, agitare, pulsare, σείω, κραδαίνω, τινάσσω (It. *sbattere, crollare, dimenare, scuotere*; Fr. *secouer, agiter*; Hisp. *sacudir, golpear, agitar*; Germ. *schütteln, erschüttern*; Angl. *to shake, move or toss about violently, agitate, beat*).

I.) Proprie. *Festus p.* 261 13. *Müll.* Quatere suspensum et vicinum rei alicujus motum significat, non, ut Verrius putat, ferire, (adde, ait *Müllerus*: ut interdum concutere, quum id ipsum verbum, concutere, ex præpositione, quæ est con, et quatere sit compositum: quassare autem est sæpe quatere. — *Petron. Satyr.* 124. ingentem quatiens Mavortius hastam. *et ibid.* Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra. *Ovid.* 6. *Fast.* 400. Quatere caput. *Id.* 12. *Met.* 329. Quercum quatere huc illuc. *Petron. Satyr.* 89. *ad fin.* Quadrupes altas quatit ad excursum jubas. *Horat.* 3. *Od.* 29. 52. Si celeres quatit pennas. *Virg.* 3. *Æn.* 226. Harpyiæ magnis quatiunt clangoribus alas. *Tac.* 2. *Hist.* 22. Super humeros scuta quatere. *Virg.* 4. *G.* 64. Quatere cymbala. *Id. Cul.* 218. verbera alicui. *h. e* flagella quatefacere ad aliquem verberandum. *Id.* 11. *Æn.* 656. securim. *Sil. It.* 1. 429. ensem. *Id.* 12. 336. ægida. *Ovid. Heroid.* 14. 40. Populeas quatit aura comas. *Id. ibid.* 18. 48. Ventus quatit aquas. *Plin.* 7. *Ep.* 27. Manibus catenas gerebat, quatiebatque. *Ovid.* 12. *Met.* 521. quatitur terræ motibus Ide. *Id.* 15. *ibid.* 71. Quid quateret terras. *Sil. It.* 535. Hic subitus scisso densa inter nubila cælo Erupit quatiens terram fragor. — *Virg.* 3. *Æn.* 29. mihi frigidus horror Membra quatit. *et* 5. *ibid.* 199. tum creber anhelitus artus Aridaque ora quatit. *Sil. It.* 14. 601. Aspera pulmonem tussis quatit. *Id.* 2. 254. quatit hortantum præcordia terror, Ne etc. — *Virg.* 11. *Æn.* 875. Quadrupedumque putrem sonitu quatit ungula campum. *et ibid.* 512. equitum levia improbus arma Præmisit: quaterent campos. *battessero la campagna.* Sic *Sil. It.* 1. 296. castra (*admovet*), et latos quatit agmine campos. *Horat.* 4. *Od.* 1. 28. pede candido In morem Salium ter quatient humum. *et* 1. *ibid.* 4. 6. Gratiæ decentes Alterno terram quatiunt pede. *Sil. It.* 16. 322. quatitur certamine circus Certantum. — *Ter. Eun.* 2. 3. 66. Quatere aliquem foras. *h. e.* quatiendo ejicere. *Virg.* 3. *G.* 132. Cursu quatere equum. *h. e.* agitare, ad cursum impellendo fatigare. Sic *Cic.* in *Arat.* 2. *Nat. D.* 42. 109. Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes, Quod quasi temone adjunctam præ se quatit Arcton. *Sil. It.* 12. 254. Immitem quatiebat equum, spumantia sævo Frena cruentantem morsu. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 84. Quatere risu populum. *fare scomporre dalle risa.* — *Virg.* 2. *Æn.* 610. Neptunus muros, magnoque emota tridenti Fundamenta quatit. *Liv.* 21. 10. *a med.* Urbis mœnia ariete quatere. *Id.* 38. 7. muros arietibus. *Horat.* 4. *Od.* 6. 6. quamvis (*Achilles*) Dardanas turres quateret tremenda Cuspide pugnax. *Sil. It.* 2. 300. Externas arces quatit. *et* 13. 36. miles quateret quum Teucria bello Pergama. *Lucret.* 6. 96. tonitru quatiuntur cærula cæli.

II.) Translate. ¶ 1. Generatim est commovere, turbare, percellere. *Cic.* 3. *Tusc.* 6. 12. Est in animis tenerum quiddam atque molle, quod ægritudine, quasi tempestate, quatiatur. *Horat.* 1. *Od.* 16. 5. adytis quatit Mentem sacerdotum incola Pythius. *Val. Flacc.* 1. 743. quatiuntque truces oracula Colchos. *Id.* 2. 122. *de Fama*, et motis quatit oppida linguis. *Id.* 5. 273.; et *Sil. It.* 7. 7. Terrificis quatit attonitas rumoribus arces. *Seneca Herc. Œt.* 1993. Quatiet populos terrore gravi. *Stat.* 2. *Achill.* 55. fama trucis belli, quod nunc Europamque Asiamque quatit. *Horat.* 3. *Od.* 3. 4. Quatere aliquem mente solida. *h. e.* de statu mentis dejicere. *Id.* 1. *Ep.* 10. 30. Quem res plus nimio delectavere secundæ, Mutare quatient. *h. e.* de statu jacient. *Plin. Paneg.* 94. Quum

altissima quæque quaterentur, hic, qui omnibus excelsior erat, inconcussus stetit. ¶ 2. Speciatim est afficere, commovere. *Gell.* 9. 13. Animus quatitur et afficitur non minoribus motibus pulsibusque, quam si ipse coram spectaret. *Seneca Thyest.* 260. Fateor: tumultus pectora attonitus quatit, Penitusque volvit. *Tac.* 1. *Hist.* 52. *extr.* Quatiebatur his segne ingenium, ut concupisceret magis, quam speraret. ¶ 3. Item speciatim est vexare, infestare. *Virg.* 9. *Æn.* 608. quatere oppida bello. *Tac.* 4. *Hist.* 28. Mosam transire jubet, ut Menapios et Morinos et extrema Galliarum quateret. — Hinc

Quassus, a, um, particip. præter. est quassatus, concussus, labefactatus, fractus, σεσεῖός, *sbattuto, crollato, agitato, smosso, maltrattato, rotto.*

I.) Proprie. *Ovid. Heroid.* 11. 77. Sic mea vibrari pallentia membra videres: Quassus ab impositio corpore lectus erat. *Horat.* 4. *Od.* 8. 31. Clarum Tyndaridæ sidus ab infimis Quassas eripiunt æquoribus rates. *Liv.* 25. 3. Quassæ naves. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 64. (236). Dolia quassa sarcire. *Petron. fragm. Tragur.* 69. *Burmann.* Arundinibus quassis choraulas imitatus est. *h. e.* fissis, rimosis, *fesse.* Sic *Ovid.* 3. *Met.* 508. et 5. *Fast.* 508. Quassæ faces, *h. e.* ligna fissa et scissa in usum facum. *Martial.* 9. 58. Neo pigri rota quassa mulionis. *Seneca Thyest.* 568. situ quassas stabilire turres. *Liv.* 26. 51. Refectis, qua quassi erant, muris. *Plaut. Curc. a.* 3. *v.* 26. Oculus aula quassa cum cinere effossus. *Placidi Gloss.* ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *p.* 458. Vasa, quæ quassa et rimosa non tenent quæ injeceris.

II.) Translate. *Ovid. Remed. am.* 146. multo tempora quassa mero. *V. Quassatus* in v. QUASSO sub II. *a. Quintil.* 12. 10. 29. *de litt. F.* Quæ etiam quum vocalem proxima accipit, quassa quodam modo, utique quoties aliquam consonantium frangit, multo fit horridior. *h. e.* fracta. *V.* FRANGO. *Curt.* 7. 7. 20. Hæc quassa adhuc voce subdeficiens, vix proximis exaudientibus, dixerat. *fiacca. Sil. It.* 15. 7. Anxia turba patrum quasso medicamina mœsti Imperio circumspectant. *Seneca Hippol.* 996. Sors aggravat quassam domum. *Id. Herc. Fur.* 1308. Anima fessa senio, nec minus quassa malis. *afflitta.* et *Thyest.* 239. Imperii quassa est fides.

QUĂTRĪDŬĀNUS *vel* quadriduanus, a, um, adject. *di quattro dì*, τετραήμερος, quatridui tempus habens. *Hieronym. Ep.* 108. *n.* 24. Lazarus quatriduanus mortuus cum ipso (*Iesu*) scribitur inisse convivium, ne resurrectio eorum phantasma putaretur.

QUĂTRĪDŬUM *et* quadriduum, ŭi, n. 2. Quod ad scriptionem attinet, optimi veterum scriptorum Codices *quadriduum* exhibent; *quatriduum* sero usuvenit. *Quattriduum* duplici *tt* legitur in vet. lap. apud *Manut.* in *Orthogr.* in voce *Bætica*, 4 *n.* quam tamen *Gruter.* 101. 3. referens, simplici *t* scribit. *V.* QUATUOR. — Quatriduum est quatuor dierum spatium, *spazio di quattro giorni*, τετραήμερον. *Plaut. Pers.* 1. 1. 37. Mihi des nummos trecentos, quos continuo tibi reponam in hoc triduo aut quatriduo. *Cato R. R.* 65. Triduum aut quatriduum post oleum facito. *Id. ibid.* 113. Ne plus quatriduum in sole siveris. Post quatriduum in culleum componito. *Cic. Rosc. Am.* 7. 20. Quatriduo, quo hæc gesta sunt, res ad Chrysogonum defertur. *Id.* 1. *ad Brut.* 3. Triduo, aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimam. *Liv,* 3. 3. *a med.* Sic finem justitio, quod quatriduum fuit, reditus consulis fecit. *Lentulus ad senat.* apud *Cic.* 12. *Fam.* 15. *extr.* Cassium quatridui iter Laodicea abfuisse. *quattro giornate.* Sic *Plin.* 6. *Hist. nat.* 22. 24. (86). Proximum esse Indiæ promontorium quatridui navigatione. *Curt.* 4. 7. 15. Quatriduum per vastas solitudines absumptum est.

QUĂTRĪĒRIS. *V.* QUADRIERIS init.

QUĂTRINGĒNĀRĬUS. *V.* QUADRINGENARIUS.

QUĂTRĪNI. *V.* QUADRINI.

QUĂTRĬO, ōnis, m. 3. τετρᾶς, idem ac quaternio, et dicitur de jactu tesserarum, qui quatuor punctis constat. *Isid.* 18. *Orig.* 65. Jactus quisque apud lusores veteres a numero vocabatur, ut unio, binio, trio, quatrio, quinio, senio. Postea appellatio singulorum mutata est, et unionem canem, trionem suppum, quatrionem planum vocabant.

QUĂTRĪRĒMIS. *V.* QUADRIREMIS.

QUATRISEXTIUM, ii, n. 2. quadruplex sextarium. Vox a Lexico expungenda; legitur enim solummodo in *Not. Tir. p.* 147. Sextarium, bisextium, trisextium, quatrisextium.

QUĂTŬOR *et* quattuor, *quattro*, τέσσαρες et τέσσαρα, nomen numeri cardinale, unum ad tria addens. *Cic. Tim.* 5. Ab iis rebus numero quatuor mundi est corpus effectum. *Id. Amic.* 4. 15. Ex omnibus sæculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum. *Id.* 2. *de republ.* 22. Quibus ex centum quatuor centuriis (tot enim reliquæ sunt) octo solæ si accesserunt, confecta est vis populi universa. *Virg.* 1. *G.* 258. Temporibusque parem diversis quatuor annum. *Alii leg.* quattuor. Atque ita scribi volunt, quotiescumque prima apud *eumd.* pluries producitur, quæ ceteroquin brevis esse videtur, ut in *quater*: Unde *Ennius* apud *Cic.* 1. *Divinat.* 48. 108. Cedunt ter quatuor de cælo corpora sancta. *Id.* apud *Charis.* 1. *p.* 114. *Putsch.* Jamque fere quatuor partum. *Auson.* quoque in *VII. Sap. de Cleob.* 5. Gradibus propinquis in quatuordecim sedes. Ceteri poetæ omnes semper producunt. Vult autem *Manut.* in *Orthogr.* non solum in versu, quum prima producitur, sed etiam in prosa oratione ubique *tt* geminari, quod ita habeatur in Virgilio Carpensi, in Pandectis, in lapidibus permultis et apud poetas. Addit *Gesner.* etiam *MS.* Palladii, *Polenus* Frontini, in quibus semper *quattuor* scriptum est, ut et in *Cod. Palimps. Gargilii p.* 37. *tab.* 6. *lin.* 13. Contra simplex *t* præferunt *Dausq., Cellar.* in *Orthogr.* et alii: ajuntque primam esse longam, quamvis sit a *quater*, ut *sedes* a *sedeo, mobilis* a *moveo, lucerna* a *luceo, quasillus* a *qualus*, et alia originis quantitatem mutant. In allatis autem *Ausonii* locis recurrunt ad synæresim, et *quatuor* faciunt disyllabum: itaque legunt (ut cl. *Vahlen.*) priorem vers. *Ennii*: Cedunt de cælo ter quatuor corpora sancta. Ego neutram scribendi rationem damnaverim: primam syllabam vix corripuerim. — Sunt etiam qui *quattor* disyllabum scribant: V. *Vahlen., Ennian. poes. reliq. p.* 15.

QUĂTŬORANGŬLĀTĬLIS, e, adject. qui quatuor angulos habet, quadrangulus. *Var. auct. de limit. p.* 303. *Goes.* Terminus si rotundus fuerit et brevis, et de una parte in latus punctum habuerit, in frontem quatuorangulatilem descendet.

QUĂTŬORDĒCIĒS *et* quattuordecies, adverb. τεσσαρεσκαιδεκάκις, idem ac quater decies. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 7. 13. (84). A Gadibus quatuordecies centena.

QUĂTŬORDĔCIM *et* quattuordecim, *quattordici*, τεσσαρεσκαίδεκα, nomen numerale cardinale indeclin. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 14. 11. (58). Quatuordecim partes. *Flor.* 2. 18. Per quatuordecim annos. *Colum.* 12. *R. R.* 23. 2. Quod tamen non amplius diebus quatuordecim a conditura patiendum est. — *Sedere in quatuordecim* in theatro, est inter viros equestris ordinis sedere, quibus quatuordecim gradus assignati fuerant post orchestram, ex qua magistratus senatoresque spectabant. *Sueton. Cæs.* 39. Donatus quingentis sestertiis et anulo aureo, sessum in quatuordecim e scæna per orchestram transiit. Adde *Asin. Poll.* ad *Cic.* 10. *Fam.* 32. *Seneca Ep.* 44. Eques Romanus es, et ad hunc ordinem tua te perduxit industria: et mehercule multis quatuordecim sunt clausi. V. et *Ausonii loc. cit.* in QUATUOR. Additis *ordinibus* dixit *Cic.* 2. *Phil.* 18. 44. Illud tamen (*est*) audaciæ tuæ, quod sedisti in quatuordecim ordinibus, quum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quamvis quis fortunæ vitio, non suo decoxisset. Cf. *Juvenal.* 3. 154.-159.

QUĂTŬORPRĪMI *et* quattuorprimi, ōrum, m. plur. 2. quatuor viri principes ex decurionibus. *V.* DECEMVIRI et DECURIO. *Inscript.* apud *Visc. Op. var. T.* 1. *p.* 80. K. AVG. HONOREM EDIDERVNT LVDOS PER IIII (*quatriduum*) FECERVNT IIII. PRIMI. Adde aliam apud *Gruter.* 506., in qua ter *IIII. primi* leg.

QUATUORSIGNANI. *V.* SEX SIGNANI.

QUĂTŬORVĪRĀLIS *et* quattuorviralis, e, adject. ad quatuorviros pertinens, ut *Quatuorviralis* absolute dicitur, qui aliquando quatuorviratu functus est. *Inscript.* apud *Gruter.* 426. 3. C. IVLIANVS IVLIVS DEC. MVN. IIII. VIRALIS SIBI *etc.*

QUĂTŬORVĪRĀTUS *et* quattuorviratus, us. m. 4. τετραδαρχία, magistratus, seu dignitas quatuorvirorum. *Asin. Poll.* ad *Cic.* 10. *Fam.* 32. Quatuorviratum (*Gadibus*) sibi prorogavit. *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arv. p.* 402. T. ELVFRIO T. F. STELL. MELIORI QVOD ANNO IIII. VIRATUS SVI ANNONAM SVFFICIENTEM CIVITATI PECVNIA SVA PRAESTITERIT *etc.*

QUĂTŬORVĪRI *et* quattuorviri, ōrum, m. plur. 2. — *a*) Erant magistratus quatuor virorum Romæ institutus post ædiles curules, cui viarum intra Urbem curandarum provincia data est, ut *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. *circa med.* docet. *Inscript.* apud *Gruter.* 403. 1. CN. DOMITIO SEX. F. VEL. AFRO IIII. VIR. VIARVM CVRAND. *etc.* Alia apud *Reines. cl.* 2. *n.* 26. P PLOTIVS ROMANVS IIII. V. V. CVR. — *b*) In municipiis *quatuorviri* fuerunt summus magistratus, qui ex decurionibus eligebantur; item *quatuorviri juri dicundo*; item *quatuorviri ædiles* seu *ædilicia potestate*; item *quatuorviri ab ærario*, seu *ad ærarium*, qui omnes annui erant; fuerunt denique *quatuorviri quinquennales*, qui quinto quoque anno creabantur, et quorum munus idem erat ac Romæ censorum. *Cic. Cluent.* 8. 25. Oppianicus Larinum cum armatis advolavit: quatuorviros, quos municipes fecerant, sustulit: se a Sulla, et alios præterea tres, factos esse dixit. Exstat *ejusd.* epistola 13. *Fam.* 25. ad quatuorviros et decuriones Fregellanus missa. *Cic.* 5. *Att.* 2. Erat rumor de Transpadanis, eos jussos IIII. viros creare. *Inscript.* Patavina apud *Gruter.* 72. 9. P. OPSIDIVS P. F. RVFVS IIII. VIR TR. MIL. LEG. IIII. SCYTHIC. PRAEF. FABR. Alia item Patavina apud *eumd.* 366. 4. C. ASCONIO C. F. FAB. SARDO IIII. VIR. I. D. PRAEF. FABR. *etc.* Alia Spoletina apud *eumd.* 167. 12. P. MARCIVS T. F. HISTER C. MAENIVS C. F. RVFVS IIII. VIR. EX S. C. FACIEND. COERARVNT EIDEMQ. PROBARVNT. Alia indidem apud *Fabrett. p.* 675. *n.* 21. P. MARCIVS T. F. HISTER C. MAENIVS C. F. RVFVS IIII. VIR. I. D. S. C. FAC. CVR. PROBAVERVNTQ. Hinc liquet, *IIII. vir.* unum idemque esse ac *IIII vir. I. D.* Alia apud *Marin. Frat. Arv. p.* 576. C. VOLVSIO VICTORI QVAESTORI OCRICVLANORVM IIII. VIRI AEDILES IIII. VIRI IVRE DIC. IIII. VIRI QVINQ. CIVES STATVAM POSVERVNT *etc.* Alia Patavina apud *Fabrett. p.* 485. *n.* 160. M. IVNIVS SABINVS IIII. VIR AEDILICIAE POTESTAT. E LEGE IVLIA MVNICIPALI *etc.* Alia apud *Don. cl.* 4. *n.* 22. L. LVSIO MODESTO QVATTVORVIRO AEDIL. POTESTAT. *etc.* In hac eadem apud *Fabrett. p.* 700. *n.* 219. pro *quattuorviro* mendose legitur *quatuviro.* Alia Nemausensis apud *Gruter.* 470. 6. Q. SOLONIO Q. F. VOL. SEVERINO IIII. VIR. AB AERAR. PONTIFIC. *etc.* *pontifici* hic legitur apud *Grasserum*, qui lapidem vidit. Alia indidem apud *eumd. Gruter.* 413. 8. C. FVLVIO C. F. VOL. LVPO SERVILIANO IIII. VIR. AD AERARIVM PONTIFICI *etc.* Alia Gabina apud *Visc. Mus. Pio-Clem. T.* 6. *p.* 240. *ed. Mediol.* REFERENTIBVS L. VIPSTANO L. F. GL. PVBLICOLA MESSALLA L. SETRIO L. F. PAL. PRISCO IIII. VIR. Q. Q. *etc.* — Quatuorvirorum sæpe duo tantum in vet. monumentis nominantur, quia fortasse duo tantum fuerant, qui onerosum magistratum inire voluissent. *Visc. Mon. Gab. p.* 93. — De quatuorviris in municipiis V. *Theod. Mommsen.* in *Bullett. Archeol. a.* 1847. *p.* 95.

QUATUS pro *cyathus* legitur in quibusdam MSS. apud *Pallad.* 1. *R. R.* 27. et 11. *ibid.* 14. *etc.*

QUAXĀRE, idem quod *coaxare*, a quo contractum est. *Festus p.* 258. 27. *Müll.* Quaxare ranæ dicuntur, quum vocem mittunt. *V.* quæ dicta sunt de littera Q.

QUE

QUE, copula. Apud Poetas interdum longa est in arsi. *Virg.* 3. *Æn.* 90. Vix ea fatus eram: tremere omnia visa repente, Liminaquĕ laurusque dei. *Ovid.* 1. *Met.* 192. Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Nymphæ, Fauniquĕ Satyrique et monticolæ Silvani. *Id.* 3. *ibid.* 529. Turba ruunt: mistæque viris matresque nurusque Vulgusquĕ proceresque ignota ad sacra feruntur. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 10. et 7. *ibid.* 265. — *Que* copula valet et, ac, atque; et dictioni semper postponitur, ut τε Græce (It. *e, ed;* Fr. *et;* Hisp. *y, ó, é;* Germ. *und;* Angl. *and*). ¶ 1. Generatim particula *que* vocem vel rem sequentem cum antecedente conjungit. — *a*) *Que* una, sine aliis partic. *Cic. Amic.* 23. 86. Multi divitias despiciunt, quos parvo contentos tenuis victus cultusque delectat. *Id.* 15. *Att.* 13. *ad fin.* Nos hic φιλοσοφοῦμεν, et τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnifice explicamus προσφωνοῦμενque Ciceroni. *Horat. carm. sæc.* 33. Condito mitis placidusque telo Supplices audi pueros Apollo. *Id.* 1. *Ep.* 13. 1. Ut proficiscentem docui te sæpe diuque, Augusto reddes signata volumina, Vinni, Si etc. — Sic *que* usurpatur, quum res inter se diversas mente seu cogitatione conjungimus. *Cæs.* 2. *B. G.* 17. Exploratores centurionesque præmittit. *et ibid.* 4. Qui maxime feri inter ipsos habeantur longissimeque absint. *Horat. carm. sæc.* 53. mari terraque. *Id.* 2. *Ep.* 1. 230. belli domique. *Id. Epod.* 5. 87. fas nefasque. *Liv.* 2. 1. pace belloque. *Id. ibid.* 5. deorum hominumque. — Etiam post monosyllaba. *Cels.* 7. 27. Exque eo fieri, ut neque retineatur etc. *Nepos Datam.* 7. Ab hoc Sysinas desciit, adque regem transiit. *Alii leg.* ad regemque. *Virg.* 7. *Ecl.* 13. eque sacra resonant examina quercu. *et* 4. *G.* 347. Eque Chao etc. Ita legit etiam *Servius:* alii *aque,* ut apud *Ovid.* 2. *Amor.* 14. 30. Aque sua cæsum matre queruntur Ityn. *Id. Heroid.* 6. 156. A totidem natis orba sit, aque viro. *Utroque loc. alii leg.* atque. *Sall. Cat.* 48. Conclamant indicem falsum esse, deque ea re postulant uti referatur. *Id. ibid.* 6. Trojani, qui Ænea duce profugi sedibus incertis vagabantur, cumque his Aborigines, genus hominum agreste. *Id. Jug.* 58. Lacrumans per amicitiam perque rempublicam obsecrat, ne etc. Sic *ibid.* 71. Lacrumans obtestatur per amicitiam perque sua antea fideliter acta, ne etc. — Post duas voces. *Lucilius* apud *Non.* p. 21. 25. *Merc.* Ne auriculam obsidat caries, ne vermiculique. *Nepos Cat.* 1. Romam demigravit, in foroque esse cœpit. *Cic.* 1. *Off.* 26. 92. Quod earum administratio latissime pateat, ad plurimosque pertineat. (Adde *ibid.* 39. 140.) *Id.* 1. *Fin.* 1. 2. In reque eo meliore, quo major sit, mediocritatem desiderent. *Id.* 2. *Fam.* 16. A meque ipse deficerem. *Cæs.* 2. *B. G.* 11. Tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt, quantum fuit diei spatium, sub occasumque solis desiterunt. — Poetæ etiam post plures. *Tibull.* 1. 3. 55. Hic jacet immiti consumptus morte Tibullus, Messalam terra dum sequiturque mari. (Plura ex eo congessit *Broukus.* ad 3. 6. 48.) *Propert.* 2. 16. 11. In te ego et æratas rumpam, mea vita, catenas, Ferrataın Danaes transiliamque domum. *Ovid.* 2. *Fast.* 315. Antra subit tophis laqueataque pumice vivo. *Alii leg.* laqueata et. — *b*) *Que* bis, ter vel quater usurpatur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 59 147. Singulasque res definimus, circumscripteque compl ctimur. *Ovid.* 5. *Met.* 393. Dumque puellari studio calathosque sinumque Implet. *Id.* 3. *Fast.* 21. visamque cupit potiturque cupitam. *Id.* 10. *Met.* 386. Seque ferit, scinditque sinus ereptaque cælo Vincula dilaniat. *Ter. Adelph.* 3. 2. 3. Quod mihique heræque filiæque herili est. *Horat.* 3. *Od.* 4. 46. regnaque tristia divosque mortalesque turbas Imperio regit unus æquo. *Virg.* 3. *G.* 343. omnia secum Armentarius Afer agit tectumque laremque Armaque Amyclæumque canem Cressamque pharetram. Sic *Sil. It.* 2. 442. omnia Pœnum Armenti vigilem patrio de more sequuntur Gæsaque latratorque Cydon, tectumque, focique In silicis venis. — *c*) *Que-et* apud *Plaut. Capt.* 2. 2. 63. Est profecto Deus, qui quæ nos gerimus auditque et videt. *Cic.* 2. *Phil.* 29. 72. Ego arma contra deos patrios arasque et focos tuli. *Sall. Jug.* 27. Adherbali suadent, uti seque et oppidum Jugurthæ tradat. *et ibid.* 89. Id ibique et in omni Africa, quæ procul a mari incultius agebat, eo facilius tolerabatur, quia etc. *Horat.* 4. *Od.* 9. 34. est animus tibi Rerumque prudens et secundis Temporibus dubiisque rectus. *Ovid.* 4. *Met.* 737. resoluta catenis Incedit virgo pretiumque et causa laboris. *Curt.* 3. 7. 11. Donisque et omni honore cultus. *Justin.* 11. 5. 9. Obliti omnes conjugum liberorumque et longinquæ domo militiæ. — *d*) *Et-que, que-ac, que-et-et, que-ac-et, que-et-ac, que-atque, atque-que* occurrunt, sed raro. *Cic. Quinct.* 9. 33. Nisi tu, quod esset tuum jus et officium partesque, docuisses. *Brutus* apud *Cic.* 11. *Fam.* 13. Paratissimi et ab exercitu reliquisque rebus. *Liv.* 4. 2. Id et singulis universisque bonori fuisse.— *Tac.* 3. *Hist.* 63. Si, positis armis, seque ac liberos suos Vespasiano permisisset. — *Id.* 12. *Ann.* 37. Ad ea Cæsar veniam ipsique et conjugi et fratribus tribuit. — *Id.* 4. *ibid.* 3. Illa-seque ac majores et posteros municipali adultero fædabat. — *Liv.* 35. 41. Item de provinciis prætorum decretum est: prima ut sors duæ, urbanaque et inter cives ac peregrinos jurisdictio esset. — *Tac.* 4. *Ann.* 34. Uterque opibusque atque honoribus perviguere. — *Curt.* 3. 12. 27. Tribus aris in ripa Panari amnis Jovi atque Herculi Minervæque sacratis. ¶ 2. Speciatim duæ *que* frequenter æqualia conjungunt, et significant *egualmente che, così-come, tanto-quanto. Sall. Cat.* 9. Duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat æquitate seque remque publicam curabant. *Id. Jug.* 10. Reliens Numantiam meque regnumque meum gloria honoravisti. *et ibid.* 5. Imperii vitæque ejus finis idem fuit. Adde *eumd. Cat.* 36. et *Jug.* 21., 79. *et* 85. Sic *Horat. Art. P.* 73. Res gestæ regumque ducumque. *et ibid.* 11. Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim. *Tac.* 2. *Ann.* 3. Ejus filius Artaxias-Arsacidarum vi seque regnumque tutatus est. *Quintil.* 2. 13. 11. Figuræ quæque in sensibus, quæque in verbis sunt. *et* 12. 11. 8. Conscius sum mihi, quæque antea scierim, quæque potuerim inquirere.— Huc referri potest et illud *Justin.*, in quo *pariter* et *que* junguntur, 8. 1. 3. Victos pariter victoresque subire servitutem coegit. ¶ 3. Item speciatim *que* ponitur pro *vel,* aut *an. Virg.* 4. *Æn.* 143. Qualis ubi hibernam Lyciam, Xanthique fluenta Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo. Ita *Servius,* qui et illud addit 2. *Æn.* 36. Aut pelago Danaûm insidias, suspectaque dona Præcipitare jubent, subjectisque urere flammis. *Alii leg.* subjectisve. *et* 6. *ibid.* 616. Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum Districti pendent. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 58. Quid refert, uri virgis ferroque necari Auctoratus eas, an etc.? *Ovid.* 13. *Met.* 918. Sum deus, inquit, aquæ: nec majus in æquora Proteus Jus habet, aut Triton, Athamantiadesque Palæmon. Rursus *Virg.* 7. *Æn.* 163. Exercentur equis, domitantque in pulvere currus; Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis Spicula contorquent, cursuque ictuque lacessunt. - Hinc etiam *que* pro iterato pronomine *alius,* ut apud *eumd.* 1. *ibid.* 701. Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris Expediunt, tonsisque ferunt mantelia villis. *h. e.* alii Cererem expediunt, alii mantelia ferunt. *et* 10. *ibid.* 130. Hi jaculis, illi certant defendere saxis, Molirique ignem, nervoque aptare sagittas. *h. e.* alii moliri ignem, alii nervo aptare sagittas certant. ¶ 4. *Que* interdum est explicativa. *Cæs.* 6. *B. G.* 15. Eorum (*equitum Gallorum*) ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque habet. *h. e.* ambactos, id est clientes. *Cic.* 2. *Orat.* 67. 270. Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus præstitisse. *h. e.* in hac ironia, quam nostro vocabulo dissimulantiam vocamus. *Id.* 5. *Fin.* 23. 66. Qualis est igitur omnis hæc, quam dico, conspiratio consensusque virtutum, tale est illud ipsum honestum. ¶ 5. Item, præcipue post negativam sententiam, *que* est adversativa et valet *sed, autem. Sall. in orat. M. Lepidi extr.* Tamen non fuit consilium privatas opes facere, potiorque visa est periculosa libertas quieto servitio. *h. e.* sed potior visa est etc. *Cic.* 2. *Fin.* 5. 16. *et* 17. Tu autem inter hæc tantam multitudinem hominum interjectam non vides nec lætantium, nec dolentium? Non prorsus, inquit: omnesque, qui sine dolore sint, in voluptate, et ea quidem summa,esse dico. *h. e.* sed omnes. *Brutus* apud *Cic.* 11. *Fam.* 13. *ad fin.* Nihil remittere debetis, dareque operam, ut quam paratissimi-confligamus. *Cic.* 1. *leg. Agr.* 8. 24. Nullam alteram Romam, neque aliam sedem imperii, nobis consulibus, futuram, summamque tranquillitatem pacis atque otii. — Huc pertinere videtur et illud *Cic.* 1. *Off.* 7. 22. Non nobis solum nati sumus: ortusque nostri partem patria vindicat, partem parentes, partem amici. Quibusdam, ut ait *Porcellinus* ad h. l., videtur etiam poni (*que*) pro quia, nam, quoniam. ¶ 6. Item aliquando *que* indicat id, quod additur, ex præcedentibus consectarium esse, *e perciò, e per conseguenza. Sall. fragm.* apud *Augustin.* 3. *Civ. D.* 17. Remoto metu Punico-plurimæ turbæ, seditiones et ad postremum bella civilia orta sunt, dum pauci potentes-sub honesto patrum aut plebis nomine dominationes affectabant, bonique et mali cives appellati non ob merita in rempublicam, sed etc. *e perciò si dissero cittadini buoni e malvagi* etc. *Id. Cat.* 3. *extr.* Ac me, quum ab reliquis malis moribus dissentirem, nihilominus honoris cupido eademque quæ ceteros fama atque invidia vexabat. *h. e.* et propterea eadem quæ ceteros etc. *Id. ibid.* 48. Tarquinii Indicium falsum videri, eumque in vinculis retinendum. *et Jug.* 9. Rex Jugurtham beneficiis vincere aggressus est, statimque eum adoptavit. Adde *Vellej.* 1. 17. 6. et 2. 62. 1. ¶ 7. Item pro etiam, quoque: quod apparet ex his, quæ subjicio: in quibus tamen omnibus dubia est lectio. *Plin.* 4. *Ep.* 19. *sub fin.* Nam quum matrem meam parentis vice dilexeris, meque a pueritia statim formare solebas. *Tac.* 6. *Ann.* 19. Ac ne dubium haberetur, pecuniæ magnitudinem malo vertisse, aurariasque ejus, quamquam publicarentur, sibimet Tiberius seposuit. *Vellej.* 1. 8. 2. Is eos ludos, mercatumque instituit ante annos CMIV. *Aurel. Vict. Cæsar.* 3. *extr.* Mortalium conatus vacuos a Fortuna, cassosque esse. Recentiores addunt etiam *Tac.* 2. *Ann.* 37. et 14. *ibid.* 28. Sic *hodieque,* hodie quoque, *V.* suo loco.

In compositione *que* conjunctionis vim amittit, enclitiæ naturam servat, ut in *uterque, plerique, quisque, undique, itaque,* videre est.

QUEI? qui? hoc est, quomodo? *Plaut. Mil. glor.* 2. 4. 12. Quei dixti tu, te vidisse in proximo hic, sceleste, me osculantem? *Alii rectius leg.* quem dixti. *Fleckeisen.* aliter omnino legit. — Est etiam dativus singularis pro *cui,* a *quis.* Vet. *Tab. æn.* apud *Murat.* 582. *lin.* 17. Ne quei eorum, quorum nomina, etc. *et mox.* Eorum quei frumentum dederit. — Ab hoc est *queis,* dativ. plur. *V.* QUES.

QUEIS. *V.* QUES.

QUĔMADMŎDUM *et divisim* quem ad modum, adverb. quo modo, qua ratione, ὡ (It. *in qual modo, come*; Fr. *de quelle manière, comment*; Hisp. *como, de que manera*; Germ. *auf welche Art, wie*; Angl. *in what manner, after weth manner, in what way, how*). ¶ 1. Generatim pro quo modo, qua ratione, usurpatur — *a*) Interrogative, πῶς; *Cic. Dom.* 27. 71. Sed isti, qui Clodii leges timuerunt, quemadmodum ceteras observarunt? *Id. Rosc. Com.* 18. 55. Si non reliquit quemadmodum ab eo postea exegisti? *Plaut. Pers.* 1. 1. 36. Facere amicum tibi me potis es sempiternum. EA. quemadmodum? Adde *Plin.* 3. *Ep.*

2. et 4. *Ep.* 18. et 7. *Ep.* 2. — *b*) Relativ. *Cæs.* 1. *B. G.* 36. Si ipse populo R. non præscriberet, quemadmodum suo jure uteretur, non oportere se a populo R. in suo jure impediri. *et* 3. *ibid.* 16. Neque, quemadmodum oppida defenderent, habebant. *Cic.* 3. *Cat.* 1. 3. Semper vigilavi et providi, quemadmodum salvi esse possemus. *Id.* 14. *Fam.* 2. P. Valerius scripsit, quemadmodum a Vestæ ad tabulam Valeriam ducta esses. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 69. Ego omnem rem scio, quemadmodum est. ¶ 2. Speciatim est sicut, *siccome, così come*, καθάπερ, οἷον, ὥσπερ. — *a*) Ei respondet *sic, ita, eodem modo, item, adæque. Cic. Amic.* 4. 16. Pergratum mihi feceris, si, quemadmodum soles de ceteris rebus, Quum ex te quæruntur; sic de amicitia disputaris, quid sentias. *Id.* 2. *ad Q. fr.* 15. *circa med.* Tu, quemadmodum me censes oportere esse in republica, ita et esse et fore auricula infima scito molliorem. *Id.* 2. *Fin.* 26. 83. Ut quemadmodum sint in se ipsos animati, eodem modo sint erga amicos. *Id* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 34. 110. Non enim, quemadmodum, si quæsitum ex eo sit, stellarum numerus par, an impar sit; item si multis aliis de rebus, in quibus versatus exercitatusque sit, nescire se dicat. *Liv.* 4. 45. Ut, quemadmodum tribunis consulari potestate creandis usi sunt, adæque in quæstoribus liberum esset arbitrium populi. — *b*) Absolute in sequentibus formulis. *Cic. Arch.* 2. 3. Mihi detis hanc veniam, accommodatam huic reo, vobis, quemadmodum spero, non molestam. — Præcipue in exemplis afferendis. *Quintil.* 2. 5. 20. Quemadmodum supra dixi. *Id.* 6. 3. 75. Quemadmodum C. Cæsar inquit. *Id.* 2. 5. 20. Quemadmodum Livius præcipit.

QUEO, is, īvi *et* ii, itum, īre, n. anom. Etiam *Priscian.* in præterito *quii* pro *quivi* agnoscit 10. *p.* 905. *et* 907. *Putsch.* — Supini *quitum* primam syllabam brevem esse vult *Id.* 9. *p.* 867., *quitum* tamen omittit editio *Krehlii* ex MSS. — Part. *Quiens, queuntis* sub *a.* — Queo est idem ac possum, valeo, δύναμαι (It. *potere*; Fr. *pouvoir*; Hisp. *poder*; Germ. *können*; Angl. *to be able*). A nonnullis inter defectiva enumeratur. Quare omnia ejus tempora ac personas subjiciemus. — *a*) Activâ formâ. *Cic.* 14. *Fam.* 1. *ad fin.* Non queo reliqua scribere. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 92. liber sum, dic age: non quis. *Lucret.* 3. 647. non quit sentire dolorem. *Ter. Andr.* 4. 5. 10. Ut quimus, ajunt, quando, ut volumus, non licet. *Arnob.* 3. 8. Quod vos dicere non quitis. *Plaut. Trin.* 2. 2. 10. Quod manu non queunt tangere. *et* 3. 2. 31. Facere non quibam miser. *Id. Rud.* 3. 1. 8. Nec eas eripere quibat inde. *Virg.* 6. *Æn.* 463. nec credere quivi. *Ter. Andr.* 4. 1. 30. Nec te quivit hodie cogere. *Accius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. *a med.* Nam si a me regnum fortuna atque opes Eripere quivit, at virtutem non quiit. *Juvenc.* 2. 679. Hujus enim vocem numquam comprendere quistis. *Quadrigarius* apud *Gell.* 15. 1. Numquam quiverunt incendere. *Plaut. Mil. glor.* 4. 6. 25. Si non quibo impetrare. *Arnob.* 7. 10. Validius premere opinionem istam quibunt. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 2. quibus amissas reparare queam res Artibus. *et ibid.* 10. qua ratione queas ditescere. *Sall. Cat.* 61. *ad fin.* Ne circumvenire queat. *Virg.* 10. *Æn.* 19. quod jam implorare queamus. *Justin.* 5. 4. 15. Si queant. *Plaut. Merc. prol.* 55. Quod quirem. *Tac.* 1. *Ann.* 66. Quum neque precibus, neque manu retinere militem quiret. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 60. nec Orpheæ quirent avertere leges. *Varro* 5. *L. L.* 5. *Müll.* Velocior ideo, si quivero. Sic Terentian. v. 110. *p.* 2386. *Putsch.* Ut quivero, versu blaterabo Sotadeo. *Liv.* 4. 24. *in fin.* Ut vis a censoribus nullius auctoritate deterreri quiverit. *Lucret.* 6. 855. Non quierit calidum supera de reddere parte. *Arnob.* 5. 9. Quum ab Jovis maledictis nullam pausam facere quiveritis. *Hieronym.* 8. *in Isaj.* 24. 13. Qui manus quiverint persequentis effugere. *Auson. epigr.* 139. Thebas quissent partirier ipsas. *Gell.* 11. 9. Loqui non quire. *Lucret.* 5. 1421. neque in fructum converlere quisse. *Apul.* 6. *et* 9. *Met.* Nec ullum reperire quiens saluti subsidium. Ablat. *queunte* legitur in *Cod.* 1. 3. 46. — *b*) Passive, seu deponentis forma. *Cæcilius* apud *Diomed.* 1. *p.* 380. *Putsch.* Si non sarciri quitur. *Accius ibid.* Neque vi impelli, neque prece quitus sum. *Id. ibid.* Unde omnia perdisci ac percipi queuntur. *Lucret.* 1. 1043. Dum veniant aliæ, ac suppleri summa queatur. *Plaut. Pers.* 2. 2. 12. Nec subigi queantur unquam. *Ter. Hecyr.* 4. 1. 57. Forma in tenebris nosci non quita est. Sic *Gell.* 20. 1. *extr.* Sævitia contemni non quita est. *Apul. de Mag.* Quum eum jussisses accusationem sustinere, pollicitus ita facturum, ne sic quidem quitus est.

QUERCERUS. *V.* QUERQUERUS.

QUERCĒTUM *et* querquetum, i, n. 2. *querceto*, δρυμών, locus quercubus consitus. *Varro* 1. *R. R.* 16. 6. Si ad limitem quercetum habet. *Horat.* 2. *Od.* 9. 6. Aquilonibus Querceta Gargani laborant. *Claudian.* 1. *in Rufin.* 383. Rorabunt querceta favis. — Aliam formam *querquetum* exhibet *Festus p.* 261. 17. *Müll.* Querquetulanæ Nymphæ præsidentes querqueto virescenti. Ita etiam habent Codd. *Varronis loc. cit.*

QUERCEUS, a, um, adject. quernus. *Tac.* 2. *Ann.* 83. Ut super eas (*sellas*) quercea coronæ statuerentur. Adde *Aurel. Vict. Epit.* 3. *sub fin. V.* QUERQUEUS.

QUERCĪCUS, a, um, adject. quernus. *Suet on. Cal.* 19. Insignis quercica corona. *Lips.* malebat *quercina*. Alii rectius leg. *quernea*. *V.* voc. seq.

QUERCĪNUS, a, um, adject. idem ac quernus. *Tertull. Cor. mil.* 13. Superferuntur Etruscæ coronæ, quas gemmis et foliis ex quercinis ob Jovem insignes ad deducendas thensas cum palmatis togis sumunt. *Gloss. Cyrill.* Δρύινος, quercinus. Apud *Sueton. Cal.* 19. Codices exhibent *quercica corona*; unde *Lips.* conjecit *quercina*; editi vero libri *quercea* vel *quernea*. Ceterum *Marcell. Empir. c.* 27. *p.* 125. *retro* ed. *Ald.* Glandes quercinæ tres, aut quatuor. *et c.* 35. *p.* 138. Quercini ligni combusti cinis.

QUERCUS, i. *V.* voc. seq. init.

QUERCUS, us, f. 4. Reperitur et *quercus*, i. *Cic. fragm.* apud *Priscian.* 6. *p.* 717. *Putsch.* Ibi quercorum rami ad terram jacent. *Pallad.* 4. *R. R.* 7. Cinis sarmenti, vel querci. *et ibid.* 8. Pini, vel querci palos in foramen conjicies. — Quercus, δρῦς (It. *quercia*; Fr. *chêne*; Hisp. *encina, roble*; Germ. *d. Eiche, bes. d. Sommereiche*; Angl. *an oak, oak tree*).

I.) Proprie est arbor glandifera, procera, ramosa, annosa, crassi caudicis, ligni præduri, et si aquis obruatur, firmissimi, corticis asperi. Hæc ex *Plin.* 16. *Hist. nat.* 6. 8. (22). et *ibid.* 40. 79. (218). Habita est Jovi sacra, et in ejus tutela, ut est apud *Phædr.* 3. 17., ejusque fructus fuit primus priscorum mortalium cibus, qui nunc suum. *Paul. Diac. p.* 259. 1. *Müll.* Quercus dicitur, quod id genus arboris grave sit ac durum, tum etiam in ingentem evadat amplitudinem: querqueram enim gravem et magnam quidam putant dici. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 9. quid, si quercus et ilex Multa fruge pecus, multa dominum juvet umbra? *Virg.* 3. *G.* 332. Sicubi magna Jovis antiquo robore quercus Ingentes tendat ramos. *Id.* 3. *Æn.* 680. quales cum vertice celso Aeriæ quercus, aut coniferæ cyparissi Constiterunt, silva alta Jovis, lucusve Dianæ. *Cic.* 1. *Legg.* 1. 2.; et *Lucret.* 5. 937. Glandifera quercus. *Plin.* 16. *Hist* 6. 8. (20). Glans optima in quercu atque grandissima, mox esculo. *Ovid.* 13. *Met.* 798. sævior indomitis Galatea juvencis. Durior annosa quercu. *Virg.* 6. *Ecl.* 28. tum rigidas motare cacumina quercus. *Seneca Herc. Œt.* 1474. Quercus fatidica. *V.* DODONA.

II.) Translate. Synecdoche est in his: *Val. Flacc.* 5. 65. Erginum fato vocat ipsa monenti Quercus. *h. e.* Argo navis e quercu. *Id.* 6. 243. impacta latus inter et ilia quercu. *h. e.* hasta e quercu. *Sil. It.* 7. 190. quercu in cratera cavata. *h. e.* poculum. *Juvenal.* 14. 183. gratæ post munus aristæ Contingunt homines veteris fastidia quercus. *h. e.* quernæ glandis. *Id.* 6. 386. Capitolina quercus. *h. e.* corona querna. *V.* CAPITOLINUS. Porro corona e quercu dabatur ei, qui cæso hoste civem servasset: unde et *civica* dicta est. *V.* CIVICUS. *Virg.* 6. *Æn.* 772. Atque umbrata gerunt civili tempora quercu. *Lucan.* 1. 357. Servati civis referentem præmia quercum. *Ovid.* 4. *Fast.* 953. State Palatinæ laurus, prætextaque quercu Stet domus. *Val. Max.* 2. 8. *in fin.* Ad quercum pronæ manus porriguntur, ubi ob cives servatos corona danda est, qua postes Augustæ domus sempiterna gloria triumphant. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM.

QUERĒLA, æ, f. 1. (*a* queror, *ut* tutela *a* tueor). Quod ad scriptionem attinet, in *Inscript.* infra laudata apud *Gruter.* 480. 5. et in aliis quindecim apud *Fabrett. p.* 256. legitur *querela*, itemque in aliquib. lib. *Phædr.*, et alibi. Probatur hoc a *Manut.* in *Orthogr.* allatis octo lapidibus aliisque monum., idemque de *loquella* sentiendum putat. Dissentiunt *Dausq.* cum aliis, item *Cellar.* qui totidem lapides e *Gruteri* opere affert simplicem *l* præferentes. *Pier.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 360. in usu esse ait *querela*, antiquos codd. variare. *Papinian. p.* 2290. *Putsch.* paullo recentiorem consuetudinem scribendi per duas *ll* testatur. Huc spectat locus *Cassiod. de orthogr.* 4. *p.* 2290. *Putsch.* Querela apud Latinos per unum *l* scribebatur, sic ut suadela, tutela, candela, corruptela; quamvis usus sibi etiam apud eos indicaret, ut aliqua in figura deminutivorum per duo *ll* scriberetur, ut capella, facella, tabella. Nunc autem etiam querella per duo *ll* scribitur. *Lachmannus* vero ad *Lucret.* 3. 1014. docet, *l* simplici scribi, in quibus *e* litteram longa syllaba præcedit; *l* geminari, ubi prima brevis est, ut in *loquella, querella, sequella.* — Querela est querimonia, conquestio, μομφή (It. *lamento, querela, lamentanza*; Fr. *plainte, grief*; Hisp. *queja*; Germ. *d. Klage, Beschwerde, d. Klagen*; Angl. *a lament, complaint, plaint, lamentation, moan*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Cic. Amic.* 1. 2. Meministi profecto, quum is tribunus plebis (*P. Sulpicius*) capitali odio a Q. Pompejo, qui tum erat consul, dissideret, quocum conjunctissime et amantissime vixerat, quanta esset hominum vel admiratio, vel querela. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 2. 1. Intervenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur. *et* 3. *ibid.* 8. Epistola plena stomachi et querelarum. *Id. Pis.* 1. 1. Jamne vides, bellua, quæ sit hominum querela frontis tuæ? *h. e.* quid querantur de tua fronte, quæ eos fefellit. *Id. Senect.* 3. 7. Sæpe interfui querelis meorum æqualium, quæ deplorare solebant etc. *Alii leg.* quas, *alii* queis. *Phædr.* 1. 9. *extr.* Qui modo securus nostra irridebas mala, Simili querela fata deploras tua. *Virg.* 4. *Æn.* 360. Desine meque tuis incendere teque querelis. *Lucret.* 3. 968. Aufer ab hinc lacrumas, balatro, et compesce querelas. *Ovid.* 4. *Fast.* 84. tam longas sed supprime, Musa, querelas. *Id.* 7. *Met.* 711. siste tuas, ingrate, querelas. *Cic.* 10. *Fam.* 24. Vestrum illud divinum in rempublicam beneficium nonnullam habet querelam. *h. e.* habet aliquid, de quo homines queruntur. *Id. Sext.* 30. 64. De tot tantisque injuriis consulum querela esse debuit. *h. e.* debuerunt consules queri. *Horat.* 2. *Od.* 17. 1. Cur me querelis exanimas tuis? *Id.* 3. *ibid.* 21. 2. Seu tu (*testa*) querelas, sive geris jocos. *Id.* 1. *Ep.* 12. 3. tolle querelas. *Catull.* 63. 223. Sed primum multas expromam mente querelas. — Cum Infinito rei, qua de quis queritur. *Quintil.* 1. 1. 1. Falsa est querela, paucissimis hominibus vim percipiendi, quæ tradantur, esse concessam. ¶ 2. Speciatim dicitur sæpe de querimonia, quæ amice et inter amicos fit. *Cic. Dejot.* 3. 9. Cui sunt inauditæ cum Dejotaro querelæ tuæ? numquam tu illum accusavisti, ut hostem, sed ut amicum officio parum functum. *Inscript.* apud *Gruter.* 1145. 8. CONIVGI OVLCISSIMO CVM QVO ADVIXIT SINE QVERELA PER ANNOS VIGINTI. Alia *ibid.* 480. 5. QVI VIXIT SINE VLLA QVERELA CVM CONIVGE. *Apul.* quoque *Florid.* n.

14. querelam de jurgio inter conjuges dixit. Porro formula frequens est in lapidib. ad significandam concordiam conjugum, *cum qua vixit sine querela:* habeturque in omnib. Inscript. init. ex *Manut.* et *Cellario* citatis. ¶ 3. Item speciatim de querimonia, quæ cum accusatione conjuncta est. *Justin.* 1. 5. 2. Quum per lasciviam contumaces flagellis cecidisset, a parentibus puerorum querela est regi delata. *Virg.* 10. *Æn.* 94. nunc sera querelis Haud justis assurgis, et irrita jurgia jactas. *Val. Flacc.* 8. 158. Sed quid ego quemquam immeritis incuso querelis? *et* 6. 433. Increpat et sævis Vulcanum mœsta querelis. *Lucan.* 2. 44. Effundunt justas in numina sæva querelas. ¶ 4. Apud JCtos *querela* dicitur expostulatio ad judicem facta de testamento inofficioso. *Ulp. Dig.* 5. 2. 1. Sciendum est, frequentes esse de inofficioso querelas. *et ibid.* 6. *extr.* Querelam inofficiosi movere. *et ibid.* 8. et *Paul. ibid.* 21. instituere. *Paul. ibid.* 17. et *Ulp. ibid.* 27. accusationem vocant. ¶ 5. De quacumque controversia judiciali, in qua quis se damnum pati queritur. *Petron. Satyr.* 15. Advocati flagitabant, uti apud se utraque deponerentur, et postero die judex querelam inspiceret.

II.) Translate. ¶ 1. De cantu nugatorio, quo nutrices infantibus somnum conciliant. *Stat.* 5. *Theb.* 615. quoties tibi Lemnon et Argo Sueta loqui, et longa somnum suadere querela? ¶ 2. Tribuitur et brutorum quibusdam vocibus, quibus queri creduntur. *Virg.* 1. *G.* 378. Et veterem in limo ranæ cecinere querelam. *h. e.* rege crudeli ab Jove iis dato, de quo *Phædr.* 1. 2. narrat. *Id.* 8. *Æn.* 215. Discessu mugire boves atque omne querelis Impleri nemus. *Martial.* 1. 54. Improba Cecropias offendit pica querelas. *h. e.* cantum Philomelæ, quæ fuit Atheniensis. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 34. 52. (104). *de columbis.* Plenum querela guttur. *Lucret.* 4. 547. *de cycnis.* tollunt lugubri voce querelam. *Ovid.* 3. *Met.* 239. *de cervo.* mœstisque replet juga nota querelis. *V.* QUEROR II. 1. ¶ 3. De cantu libiæ, qui vocibus querentium quodammodo similis est. *Lucret.* 4. 585. Chordarumque sonos fieri, dulcesque querelas, Tibia quas fundit digitis pulsata canentum. *V.* QUEROR II. 2. ¶ 4. De labore ex morbo. *Seneca* 3. *Quæst. nat.* 1. *extr.* Quædam aquæ pulmonis ac viscerum querelas levant. *Trajanus* apud *Plin.* 10. *Ep.* 29. Cuperem sine querela corpusculi tui et tuorum pervenire in Bithyniam potuisses. *Cæl. Aurel.* 3. *Acut.* 5. Capitis querela. *h. e.* dolor. *et* 1. *Tard.* 3. *ad fin.* Si plurima stomachi, vel capitis, vel colli fuerit querela, etc.

QUĔRĔLANS, antis, particip. ab inusit. *querelor:* idem ac querens. *Servius* in *argum.* ad *Bucol.* Hinc est, quod, quum in prima Ecloga legimus eum recepisse agrum, postea eum querelantem invenimus.

QUĔRĔLOSUS, a, um, adject. *quereloso*, querulus. *Cassiod.* 7. *Variar.* 14. Ut, quum res querelosas sine querimoniis egeris, majora de nostro examine merearis.

QUĔRĪBUNDUS, a, um, adject. *lamentevole, μεμψίμοιρος*, lamentabilis. — *a)* De personis. *Val. Flacc.* 7. 126. totos lustrat queribunda penates. — *b)* De rebus. *Cic. Sull.* 10. 30. De supplicio P. Lentuli, de carcere, magna et queribunda voce dicebat. *Sil. It.* 13. 583. Curæque, insidiæque, atque hinc queribunda senectus.

QUĔRĪMŌNĬA, æ, f. 1. *lamento*, idem quod querela. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 5. *Verr.* 57. 132. Romæ querimoniæ de tuis injuriis habebantur. *Nepos Att.* 17. Nulla unquam inter eos querimonia intercessit. *Liv.* 7. 9. Quum multæ querimoniæ ultro citroque jactatæ essent. *Horat. Art. P.* 75. Versibus impariter junctis querimonia primum, Post etiam inclusa est voti sententia compos. *Id.* 3. *Od.* 24. 33. Tristes querimoniæ. *Id.* 2. *ibid.* 20. 22. Absint inani funere neniæ Luctusque turpes et querimoniæ. *Colum.* 1. *R. R. præf.* 1. Querimonias mitigare. *Gell.* 1. 26. Querimonias, aut gemitus ejulatusque facere. *Seneca* 2. *Benef.* 29. jacere in deos. ¶ 2. Specialim de querelis conjugum. *Horat.* 1. *Od.* 13. 19. nec malis Divulsus querimoniis Suprema citius solvet amor die. *V.* QUERELA I. 2.

QUĔRĪMŌNĬŌSUS, a, um, adject. querimonia plenus. *Isid.* 10. *Orig. litt. Q.* Questuosus, querimoniosus.

QUĔRĪMŌNĬUM, ii, n. 2. querimonia. *Venant. Fortun. Vit. S. Martin.* 2. 401. Judicis in vultus inopum querimonia pandens.

QUĔRĪTOR, āris, ari, dep. 1. frequentat. vel rectius intens. a *queror*, sæpe queror. *Plin. Paneg.* 29. Perituræque in horreis messes, nequicquam queritantibus sociis, auferuntur. *Paulin. Nolan. carm.* 10. 147. Quare gratandum magis est tibi, quam queritandum. Adde *Tac.* 16. *Ann.* 34. Igitur flentes queritantesque qui aderant, etc. *Alii aliter leg.* et *Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 31. (67). Qui, in conquestione luxus, coquos emi singulos pluris quam equos, queritabantur. *Sic cl.* Quicherat. *emendavit; editi libri et Codices* quiritabant.

QUERNĔUS *et*

QUERNUS, a, um, adject. *di quercia, δρύϊνος, δρυώδης*, qui est e quercu, querceus, quercicus. *Cato R. R.* 5. Frondem populneam, ulmeam, querneam cædito. *Colum.* 7. *R. R.* 6. 1. Ilignei querneique frutices. *Id.* 6. *ibid.* 3. 7. Quernea folia. *Virg.* 1. *G.* 305. quernas glandes tum stringere tempus. *Id.* 11. *Æn.* 65. feretrum Arbuteis texunt virgis et vimine querno. *Ovid.* 4. *Fast.* 333. querno religant a stipite funem. *Id.* 3. *Trist.* 1. 36. Augurium menti querna corona dabat.

QUĔROR, quĕrĕris, questus sum, quĕri, dep. 3. Part. *Querens* I. 1.° *c.*; *Questus* I. 1.° *a., b., c.* et 2.° *a.*; *Questurus* I. 2.° *c.*; *Querendus* I. 1.° *a.* — Queri est querelam habere, expostulare, lamentari, conqueri: et proprie est voce aut verbis dolorem significare, remedii quærendi gratia, *μέμφομαι, μεμψιμοιρέω* (It. *lamentarsi, dolersi, lagnarsi, querelarsi*; Fr. *plaindre, exprimer ses plaintes*; Hisp. *quejarse, lamentarse, querellarse;* Germ. *klagen, sich beklagen, beschweren, klagend vorbringen*; Angl. *to lament, bewail, bemoan, complain, plain*).

I.) Proprie de hominibus. — 1.) Addita re quam quis queritur — *a)* Per Accusat. *Plaut. Asin.* 3. 2. 12. Ego meas queror fortunas. *et Ovid.* 15. *Met.* 493. neque enim fortuna querenda Sola tua est. *Cic. Flacc.* 24. 57. At queritur. Impudenter facit. Non enim omnia, quæ dolemus, eadem jure queri possumus. *Cæs.* 1. *B. G.* 39. Suum fatum querebantur. *Sall. Jug.* 24. *a med.* Nam ego quidem vellem et hæc, quæ scribo, et illa, quæ antea in senatu questus sum, vana forent. *Liv.* 4. 16. Indignam necem Mælii queri non destiterant. *Horat.* 1. *Od.* 2. 6. Sæculum Pyrrhæ nova mostra questæ. *Cic.* 5. *Att.* 8. Milo queritur per litteras injuriam meam. *Stat.* 4. *Silv.* 8. 32. Sed queror haud faciles, juvenum rarissime, questus. — *b)* Per Ablativum et præpos. *de. Cic.* 1. *Fam.* 4.; et *Cæs.* 4. *B. G.* 8. Queri de injuriis alicujus. *Cic.* 9. *Att.* 17. Queritur de Milone per vim expulso. *Sall. Cat.* 27. Conjurationis principes convocat-, ibique multa de ignavia eorum questus, docet etc. *Sueton. Cal.* 31. Queri etiam palam de conditione temporum suorum solebat. *Plin. Paneg.* 46. Nemo de severitate tua queritur. *Inscript.* in *Bullett. archeol. Nap. a.* V. *p.* 72. DEQVE EIVS CASTITATE NVNQVAM QVESTVS. — *c)* Cum Infinito. *Cic.* 5. *Tusc.* 5. 14. Virtutes autem noli vereri, ne expostulent et querantur se relictas esse. *et* 3. *ibid.* 28. 69. Querebantur se tum, quum illa videre cœpisset, exstingui. *et* 13. *Att.* 2. Queritur, a discipulis abesse tamdiu. *Ovid.* 10. *Met.* 76. Esse deos Erebi crudeles questus, etc. *Val. Flacc.* 3. 328. thalamis modo questa morari. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 48. Dum redit atque foro nimium distare Carinas Jam grandis natu queritur. *et* 2. *Sat.* 3. 55. Ut rupes fluviosque in campo obstare queratur. *Seneca Med.* 623. Portubus lentis retinet carinas stare querentes. — *d)* Per part. *quod. Cic. Flacc.* 6. 14. Queri cogimur, quod sermo est tota Asia dissipatus. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 25. 81. Neque tam quereretur cum deo, quod parum longe, quam quod falsum videret. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 24. quereris super hoc etiam, quod Exspectata tibi non mittam carmina mendax. *Nepos Chabr.* 3. Legatos miserunt Athenas questum, quod bellum gereret. *Liv.* 35. 8. Consul questus est cum patribus conscriptis, quod non esset habitus diis immortalibus honos. — 2.°) Addita persona, cui quis queritur — *a)* Per Ablat. et præpos. *cum. Cic.* 3. *Fam.* 10. *circa med.* Quererer tecum, atque expostularem, etc. *Ovid.* 10. *Met.* 724. Questaque cum fatis. *Id.* 1. *ibid.* 733. Cum Jove visa queri. *Tibull.* 2. 6. 34. cum muto fata querar cinere. — *b* Per Accus. et præpos. *apud* vel *ad. Plaut. Pseud.* 1. 3. 79. Quod nunc lamentare, non esse argentum tibi, apud novercam querere. *et Cas.* 2. 1. 14. Nunc hinc meas fortunas eo questum ad vicinas. *Vellej.* 2. 130. 3. Apud aures deorum de his queri. — *c)* Per Dativ. *Horat. Epod.* 11. 11. Contrane lucrum nil valere candidum Pauperis ingenium, querebar applorans tibi. *Stat.* 11. *Theb.* 495. dejectam in lumina pallam Diva trahit, magnoque fugit questura Tonanti. Adde *Plin.* 3. *Ep.* 4. *Juvenal.* 2. 131. Nec quereris patri. *Ovid.* 5. *Fast.* 233. Ibat, ut Oceano quereretur facta mariti. Adde *Stat.* 12. *Theb.* 215. — 3.°) Absolute. *Cic.* 3. *Verr.* 9. 25. Nisi omni tempore abusus ero, querere: deum atque hominum fidem implorabis. *Albinov.* 2. 375. Regna deæ immitis parce irritare querendo. Huc pertinet et illud *Plin. Paneg.* 68. Queri libet, quod in secreta nostra non inquirant principes, nisi quos odimus. — 4.°) Nota illud *Priscian.* 8. *p.* 792. *Putsch. Reor* quoque, *queror* et *solor* in significatione passiva inveniuntur.

II.) Translate. ¶ 1. Tribuitur brutis. *Ovid.* 14. *Met.* 100. *de simiis.* Posse queri tantum rauco stridore reliquit. *Virg.* 4. *Æn.* 463. Solaque culminibus ferali carmine bubo Visa queri et longas in fletum ducere voces. *Horat. Epod.* 2. 26. Queruntur in silvis aves. *V.* QUERELA II. 2. ¶ 2. De lyræ, aut tibiæ sono. *Ovid.* 11. *Met.* 52. Flebile nescio quid queritur lyra. *V.* QUERELA II. 3. ¶ 3. *Queritur vesica. V.* VESICA.

QUERQUĔDŬLA, æ, f. 1. *farquetola*, avis altilis, tum in terra, tum in aqua vivens, ut anates. *Varro* 3. *R. R.* 3. 3. *et* 11. 4.; et *Colum.* 8. *R. R.* 15. 1. Dicta est a Græco κερκερίς, ut *Varro* docet 5. *L. L.* 79. *Müll.*, vel a κερκεδαλλίς, ut *Voss.* et *Jos. Scalig.* mallent. *Alii ducunt a* querquerus, tremorem incutiens, gelidus, quia gelido et hiberno tempore maxime apparet. Quidam putant eamdem esse atque ardeam: alii atque erodium. *Varro* (fortasse *Atacin.*) apud *Non. p.* 91. 4. *Merc.* Aut frigidos imbres aquæ caduciter ruentis Præinnuerint aquatiles querquedulæ natantes. *V.* QUASSATIPENNAS.

QUERQUĔRA, æ, f. 1. *vel minus recte* Querquĕrum. i, n. 2. absolute. *V.* voc. seq. in fin.

QUERQUĔRUS *et* quercerus, a, um, adject. *Querquera febris* est frigida et cum horrore tremens, teste *Aurelio Opilio* apud *Paul. Diac. p.* 256. 11. *Müll.* duciturque a *Santra ibid.* ex Græco, quia *κάρκαρον* Græci tremorem febrilem vocant. A quo etiam *carcer* dictus videtur. Unde *καρκαίρω vibro, tremo, mico.* Alii *querqueram febrem*, gravem et magnam dici volunt: a *quercus*, quia hæc arbor et gravis est ac dura, et in ingentem evadit altitudinem. Sed prior notatio aptior videtur. *Lucilius* apud *Paul. Diac. p.* 256. 11. *Müll.* ducturque a *Santra ibid.* ex Græco, quia *κάρκαρον* Græci tremorem febrilem vocant. A quo etiam *carcer* dictus videtur. Unde *καρκαίρω vibro, tremo, mico.* Alii *querqueram febrem*, gravem et magnam dici volunt: a *quercus*, quia hæc arbor et gravis est ac dura, et in ingentem evadit altitudinem. Sed prior notatio aptior videtur. *Lucilius* apud *Paul. Diac. p.* 256. 11. *Müll.* Jactans me, ut febris querquera. *et ibid.* Querquera consequitur febris capitisque dolores. *Plaut. fragm. ibid.* et apud *Priscian.* 6. *p.* 719. *Putsch.* Is mihi erat bilis, aqua intercus, tussis, febris querquera. *Gell.* 20. 1. *circa med.* Ægrotatio gravis cum febri rapida et quercera. — Hinc

Querquera, æ, f. 1. vel *querquerum*, i, n. 2. absolute, substantivorum more, est febris querquera. *Apul. de Mag.* Posse dicitis ad res Venereas sumpta de mari spuria et fascina, propter nominum similitudinem: qui minus possit ex eodem litore calculus ad vesicam, testa ad testamentum, cancer ad ulcera, alga ad querqueram.

h. e. febrim: qua ratione *Arnob.* 1. 48. Christus scitur vitiligines, querqueras atque intercutes morbos omniaque alia valetudinum genera sanare. Porro *Apul.* ludit in *alga* et *querquera*, quia *alga* cum *algeo* similitudinem habet, et querquera febris algorem inducit. *Sunt tamen qui apud* Apul. l. c. *pro* querqueram *legunt* querquerum.

QUERQUĔTŪLĀNUS, a, um, adject. ad querquetum seu quercetum pertinens. — *a) Festus p.* 261. 17. *Müll.* Quèrquetulanæ viræ putantur significari Nymphæ præsidentes querqueto virescenti: quod genus silvæ indicant fuisse intra portam, quæ ab eo dicta sit Querquetularia. Sed feminas antiqui, quas nunc dicimus, viras appellabant: unde adhuc permanent virgines et viragines. Hæc *Festus.* *V.* LARISCOLUS et infra sub *d.* — *b) Querquetulanum sacellum* apud *Varron.* 5. *L. L.* 49. *Müll.* videtur earum Nympharum fuisse. — *c) Querquetulana porta* fuit Romæ antiquitus inter Cœlium et Esquilinum colles, de qua mentio est apud *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 15. (37). Item a *Festo loc. cit.* sub *a.*, ubi fortasse perperam *Querquetularia* dicitur. — *d)* Cœlius mons olim Querquetulanus cognomento fuit, quod talis silvæ frequens fecundusque esset, ut ait *Tac.* 4. *Ann.* 65. — Sic *Querquetulani, orum,* Κερκετουλανοί, populi in Latio apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (69)., fortasse inde nomen habuere, quod querquetum incolerent.

QUERQUĔTŪLĀRĬUS. *V.* vocem præced. sub *a.* et *c*,

QUERQUĔTUM. *V.* QUERCETUM.

QUERQUĔUS, a, um, adject. querceus (ut *querquetum* et *quercetum*). *Inscript.* apud *Rénier.* 1890. Coronam argenteam querqueam.

QUĔRŬLŌSUS, a, um, adject. *queruloso*, querulus. *Vulgat. interpr. ep. Jud.* 16. Sunt murmuratores querulosi. *Cassiod.* 9. *Variar.* 14. Percelli non potest jure, cui mavult querulosus ignoscere.

QUĔRŬLUS, a, um, adject. qui sæpe queritur, querelarum plenus, queribundus: vox est plerumque poetica, μεμψίμοιρος (It. *querulo, queruloso, lamentevole*; Fr. *plaintif, gémissant*; Hisp. *lamentable, lamentoso*; Germ. *klagend, kläglich thuend*; Angl. *full of complaints, querulous, plaintive*).

I.) Proprie de hominibus et de rebus ad homines pertinentibus. *Ovid.* 4. *Pont.* 9. 21. Nec querulus, turba quamvis eliderer, essem. *Horat. Art. P.* 173. *de sene.* Difficilis, querulus, laudator temporis acti. *Martial.* 4. 44. Querulus cliens. *Plin.* 9. *Ep.* 15. Tam multis undique rusticorum libellis et tam querulis inquietor *Curt.* 5. 5. Calamitas querula est et superba felicitas. *Propert.* 3. 4. 18. Rettulit et querulo jurgia nostra sono. *Ovid.* 3. *Trist.* 8. 32. Et numquam queruli causa doloris abest. *Id. Heroid.* 5. 73. Implevique sacram querulis ululatibus Iden. *Id.* 2. *Art. am.* 308. Querula vox. *Martial.* 12. 75. Queruli fastus. — Neutrum absol. *Id.* 2. 26. Quod querulum spirat, quod acerbum Nævia tussit, etc.

II.) Translate. ¶ 1. Poetis est canorus, stridulus, resonans, *sonoro, risonante. Virg.* 3. *G.* 328. Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. *Horat.* 3. *Od.* 7. 30. Querula tibia. *Propert.* 4. 3. 20. Et struxit querulas rauca per ossa tubas. *Ovid.* 2. *Amor.* 4. 27. querulas agili percurrit pollice chordas. *Id.* 6. *Fast.* 642. querulas impulit aura fores. *Petron. Satyr.* 131. *de amni.* et querulo versabat rore lapillos. ¶ 2. Tribuitur et quorumdam animalium vocibus, ut de *Querela* (*V.* QUERELA II. 2.), et *Queror* (*V.* QUEROR II. 1.) dictum est. *Martial.* 7. 31. Et fetum querulæ rudem capellæ. *Colum.* 10. *R. R.* 12. querulæ convicia ranæ. *Ovid. Medic. fac.* 77. querulus volucrum nidus. *Seneca Thyest.* 728. Cervice cæsa, truncus in pronum ruit: Querulum cucurrit murmure incerto caput. *Petron. Satyr.* 133. Querulæ suis fetus.

QUES pro *qui*, in recto plurali dixere antiqui (a recto *quis*) *Festo* teste p. 261. 23. *Müll. Ennius* apud *Varron.* 7. *L. L.* 71. *Müll.* Decem coclites, ques montibu' summis Riphæis fodere. *At cl.* Vahlen. *legit* queis. *Pacuvius* apud *Charis.* 1. *p.* 70. *Putsch.* et apud *Priscian.* 13. *p.* 960. Ques sunt isti ignoti? nescio ques ignobiles. *Cato* apud *Servium* ad *Virg.* 1. *Æn.* 99. Si ques sunt populi. *At* Jordan. *scripsit* queis. — Ab hoc sunt Dativi *queis* et *quibus: Virg. ibid.* Queis ante ora patrum Trojæ sub mœnibus altis Contigit oppetere. *Id.* 1. *G.* 21. Diique deæque omnes, studium quibus arva tueri. — Pro *queis* scribitur etiam *quis* producta *i*, et facta synæresi. *Plin.* 12. *Hist. nat* 1. 2. (4). Mille sunt usus arborum, sine quis vita degi non possit. — Recentiores legunt *quis* etiam apud *Virg.* loc. paullo supra laudato, et apud *Horat.* 1. *Sat.* 1. 74. adde Quis humana sibi doleat natura negatis.

QUESCUMQUE, quicumque, in plur. num. a *ques. Cato* apud *Charis.* 1. *p.* 70. et *Priscian.* 13. *p.* 960. *Putsch.* Quescumque Romæ regnavissent. — Ceterum *V.* QUICUMQUE.

QUESDAM, quidam, in plur. num. a *ques. Accius* apud *Priscian* 13. *p.* 960. *Putsch.* — Ceterum *V.* QUIDAM.

QUESTŬŌSUS, a, um. *V.* QUERIMONIOSUS.

QUESTUS, a, um, particip. *V.* QUEROR.

QUESTUS, us, m. 4. (queror) lamentatio, querela, μέμψις, *lamento, querela.*

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. *Accius* apud *Cic.* 2. *Tusc.* 14. 33. Quod ejulatu, questu, gemitu, fremitibus. Resonando mutum flebiles voces refert. *Cic. Quinct.* 30. 94. Qui questus, qui mœror dignus inveniri in calamitate tanta potest? *Tac.* 3. *Ann.* 36. Exin promptum, quod multorum intimis questibus tegebatur. *Virg.* 9. *Æn.* 480. cælum questibus implet. *Id.* 4. *ibid.* 553. Tantos illa suo rumpebat pectore questus. *Catull.* 64. 170. Fors etiam nostris invidit questibus aures. *Val. Flacc.* 2. 402. tali compellat Iasona questu. *Id.* 4. 117. tales evolvit pectore questus. *Ovid.* 9. *Met.* 370. tales effundit in aera questus. *Sil. It.* 16. 438. lacrimæ simul et questus ad sidera fusi. *Tac.* 1. *Ann.* 11. In questus, lacrimas, vota effundi. *et ibid.* 7. Lacrimas, gaudium, questus, adulationes miscebant. *Val. Flacc.* 7. 311. questu Superos, questuque fatigat Tartara. *et* 3. 639. magnoque implorat numina questu. *Phædr.* 1. 9. Questu vano clamitare. *Seneca Herc. Œt.* 1965. Questibus parcere. *Id. ibid.* 1837. Sedare questus. *et ibid.* 176. comprimere. *et Phœniss.* 387. flebiles ciere. ¶ 2. Speciatim est querela accusationi mixta. *Val. Flacc.* 5. 624. questuque Jovem testatur acerbo. *et* 1. 112. quos talibus amens Insequitur, solitosque novat Saturnia questus.

II.) Translate tribuitur brutis animalibus, ut *querela* II. 2. et *queror* II. 1. *Virg.* 4. *G.* 515. *de philomela.* mœstis late loca questibus implet.

QUI

QUI, quæ, quod, pronomen est *A)* Relativum, *B)* Interrogativum, et *C)* Indefinitum.

A) Qui, quæ, quod est pronomen relativum, notans rem aut personam paullo ante memoratam. — *a)* Ejus obliqui casus sunt Genit. *cujus*, Dat. *cui*, Accus. *quem, quam, quod*, Ablat. *quo, qua, quo.* In plurali Nominativ. habet *qui*, et *quæ* tam femin. quam neutrum: Genitivus est *quorum* mascul. et neutr. et *quarum* femin.: Dativus et Ablat. *quibus*, et *queis*: Accusat. *quos, quas, quæ.* Hæc singula firmare exemplis, supervacaneum est, quum passim occurrant. — *b)* Ἀρχαϊκῶς vero Gen. *quojus*, Dat. *quoi, quoei, quoiei* (*V.* QUOJUS et QUOI loco suo), Abl. *quoi* et *qui*: in plur. Dat. et Ablat. *quois* et *quis* (*V.* QUES). — *c)* In Ablativo sing. pro *quo, qua*, adhibetur et *qui*, etiam addita *cum* præposit. *Virg.* 11. *Æn.* 822. Accam et æqualibus unam, Quicum partiri curas. *Pier.* monet, in antiquis plerisque exemplarib. *quacum* legi. *Ter. Eun.* 4. 6. 21. Quicum res tibi est, peregrinus est. *Plaut. Amph.* 1. 1. 104. Patera, qui Pterela potitare rex solitus est. *V.* QUI sub *B.* — *d)* Dicitur tamen etiam *quocum. Ter. Phorm.* 1. 3. 19. Si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est. *Id. Eun:* 3. 5. 26. Essem una, quacum cupiebam. — *e)* Cum *quo*, et *qua* præpositio interdum præponitur. *Liv.* 4. 5. *extr.* Cum quibus nec in re publica honorum, nec in privata connubii societas est. *Id.* 7. 33. *a med.* Et cum quo forte contulit gradum, obtruncat. Adde *eumd.* 4. 24. *V.* CUM præpos. — *f) Qui* pro quomodo *V.* in dictione sequent. — *g) Quicum* pro quibuscum. *Plaut. Capt.* 5. 4. 5. Patriciis pueris aut monedulæ, aut anates, aut coturnices dantur, quicum lusitent. — *h) Cui* a poetis vel monosyllabum producitur, vel disyllabum utraque correpta adhibetur. Produsit secundam *Paulin. Nolan. carm.* 35. 347. Fas etenim, ut Judæa, cui suus hostia Christus. *Priscian.* 7. *p.* 741. *Putsch. Cui* quoque inveniuntur quidam disyllabe protulisse per diæresim, ut *Albinus rerum Romanarum* 1. Ille cui ternis Capitolia celsa triumphis Sponte deûm patuere, cui freta nulla repostos Abscondere sinus, non tutæ mœnibus urbes. — *i)* Hoc pronomen quibusdam præpositionibus postponitur, ut in *quocum* apud *Cic.* 4. *Att.* 10., *quibuscum* apud *eumd. Brut.* 58. 210., *quicum* apud *eumd.* 7. *Verr.* 52. 136., *quas contra* apud *eumd. Vatin.* 7. 18., *quem propter* apud *eumd. Cœl.* 22. 54., *quam circa* apud *eumd.* 6. *Verr.* 48. 107., *quem penes* apud *Horat. Art. P.* 72., *quem ultra* apud *Cic.* 4. *Tusc.* 17. 38., *quo de* apud *eumd. Cæcin.* 19. 55., *quos inter* apud *eumd.* 5. *Verr.* 20. 50., *qui pro* apud *Plaut. Asin.* 2. 3. 14., *quo in summo* apud *Cic.* 6. *Verr.* 48. 107. — *l)* Interdum postponitur uni aut alteri verbo. *Cic.* 4. *Verr.* 16. 39. Quum diceret, jus esse certum Siculis, inter se quo jure certarent. *et* 5. *ibid.* 81. 188. Multos sæpe viros bonos cum aratoribus frumentum, in cellam quod sumi oporteret, æstimasse. — *m) Quiscum* pro *quibuscum* apud *Fronton.* 1. *ad Amic.* 5. Ut non temere quemquam eorum, quiscum mihi hospitii jura sunt, Montano meo anteponam. — Ceterum pronomen relativum *qui, quæ, quod*, notans rem aut personam paullo ante memoratam, est Gr. ὅς, ἥ, ὅ, (It. *il quale, la quale, che*; Fr. *qui, lequel, laquelle*; Hisp. *quien, el qual, la qual*; Germ. *welcher, welche, welches, der, die, das*; Angl. *who, which, that*). — 1.°) Generatim concordat cum uno præcedenti substantivo, ad quod refertur. *Livius Andronicus* apud *Festum p.* 181. 20. *Müll.* Sed qui sunt hi, qui ascendunt altum ocrim? *Io.* apud *Non. p.* 475. 10. *Merc.* Da mihi hasce opes, quas peto, quas precor. *Nævius* apud *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 28. 89. Pestem abige a me, flammiferam hanc vim, quæ me excruciat. *Ennius* apud *Cic.* 7. *Fam.* 6. Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, necquidquam sapit. *Plaut. Mil. glor.* 2. 1. 6. Comœdiai, quam modo acturi sumus, et argumentum et nomen vobis eloquar. *Id. Curc.* 4. 1. 6. Commonstrabo quo in quemque hominem facile invenietis loco. *Cic.* 5. *Fam* 12. Quum scribas et aliquid agas eorum, quorum consuesti. *h. e.* quorum aliquid agere consuesti. *Liv.* 1. 29. Raptim, quibus quisque poterat elatis, quum larem ac penates tectaque, in quibus natus quisque educatusque esset, relinquentes exirent. *Id.* 6. 26. Eventum senatus, quem videbitur, dabit. — *Ter. Heaut.* 1. 1. 35. Hac quidem causa qua dixi tibi. *pro* quam dixi *Græco more per attractionem.* Sic *Horat.* 1. *Sat.* 6. 14. notante Judice quo nosti populo. — Interdum, si duo præcedunt substantiva, pron. *qui* ad remotius refertur minime vero ad proximum. *Cic.* 1. *Tusc.* 1. 3. Annis enim fere DC. post Romam conditam Livius fabulam dedit C. Claudio Cæci filio M. Tutidano coss. anno ante natum Ennium: qui (*scil.* Livius) fuit major natu, quam Plautus et Nævius. *Id.* 3. *Cat.* 5. 10. Est vero notum signum, imago avi tui, clarissimi viri, qui amavit unice patriam et cives suos: quæ

quidem (*scil.* imago) te a tanto scelere etiam muta revocare potuit. *Liv.* 21. 26. C. Atilium prætorem cum una legione Romana et v. millibus sociorum delectu novo a consule conscriptis auxilium ferre Manlio jubent: qui (*scil.* C. Atilius) sine ullo certamine-Tanetum pervenit. — 2.°) Quum in oratione ponuntur duo substantiva diversi generis, relativum sæpe concordat cum sequenti, quod est in oratione præcipuum. *Ennius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* 1. Est locus, Hesperiam quam mortales perhibebant. *Cic.* 1. *Legg.* 7. 22. Animal fugax, quem vocamus hominem. *Id.* 7. *Verr.* 55. 143. Carcer ille, qui est a crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis, quæ lautumiæ vocantur. *Sall. Cat.* 58. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. *Id. Jug.* 21. Numidæ possedere ea loca, quæ proxume Carthaginem Numidia appellatur. *Cic. Brut.* 33. 127. Exstat ejus peroratio, qui epilogus dicitur. *Id. Pis.* 24. 57. Justa gloria, qui est fructus virtutis honestissimus. *Id. Sext.* 42. 91. Domicilia conjuncta, quas urbes dicimus. *Liv.* 4. 59. Antur fuit, quæ nunc Tarracinæ sunt. *Colum.* 12. *R. R.* 21. 3. Genus poculi ejus, quæ est quarta pars cyathi. Adde *Cic.* 3. *Nat. D.* 11. 28., *Pis.* 39. 95., 6. *de republ.* 3., *Fat.* 1. et 13. *Fam.* 1. *in fin.*; et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 16. 13. (68).; item quæ multa ex Livio congessit *Drakemborch.* ad 32. 30. et quæ ex aliis *Rhodius* in *Indice Scribon.* v. Quod vocant. Etiam apud Græcos hic loquendi modus invenitur. *Athenæus l.* 14. *c.* 21. *sub fin.* Πετασῶνος μέρος, ἣν πέρναν καλοῦσι. *Gretserus* etiam *Luciani* et *Platonis* similia loca affert. — 3.°) Sæpe etiam concordat cum præcedenti. *Cic. Topic.* 7. 30. Formæ, quas Græci εἴδη appellant. *Id.* 2. *Off.* 5. 18. Cohibere motus animi turbatos, quos Græci πάθη nominant. *Varro* 2. *R. R.* 9. 15. Imponuntur his collaria, quæ vocantur mellum. *Liv.* 8. 23. Quod coloniam in Samnitium agro imposuerit, quam coloni eorum Pregellas appellent. *Colum.* 11. *R. R.* 3. 61. Semina omnia succo herbæ, quæ sedum appellatur, medicare. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 25. 54. (116). Succus manat, quem opobalsamum vocant. *Id.* 18. *ibid.* 28. 68. (272). Sidere illo, quod Caniculam appellavimus. — 4.°) Nonnunquam cum voce, quæ subintelligitur. *Cic. Mil.* 4. 9. Si tempus est ullum jure hominis necandi, quæ multa sunt. *h. e.* quæ tempora. *Varro* 2. *R. R.* 6. 3. *de asinis.* Horum genera duo: unum ferum, quos vocant onagros. *h. e.* quos asinos. *Sall. Cat.* 18. Sed antea item conjuravere pauci contra rempubl., in quibus Catilina: de qua quam verissume potero, dicam. *h. e.* de qua conjuratione, ut monet etiam *Diomed.* 2. *p.* 440. *Putsch.*, et anaphoram vocat. Alii leg. *de quo*: alii *de qua re. Id. ibid.* 59. Interea servitia repudiabat, cujus initio ad eum magnæ copiæ concurrebant. *h. e.* cujus servitii, vel cujus generis hominum, vel cujus rei. *Colum. Arbor.* 29. Arundo seritur, quos alii bulbos, alii oculos vocant. *h. e.* iis, quos. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 77. (197). Quæ *al.* Quam) præcordia appellant, quia cordi prætenditur: quod Græci appellaverunt φρένας. *Ennius* apud *Priscian.* 6. *p.* 712. *Putsch.* Arcus ubi adspicitur, mortalibu' quæ perhibetur. *h. e.* Iris; de ea enim sermo est. *Varro* 3. *R. R.* 5. 1. Dicam de hoc ornithone, quod fructus causa faciunt. *h. e.* aviarium; id enim *ornithon* significat. — 5.°) Interdum refertur non ad verba præcedentia, sed ad sensum verborum. *Varro* 1. *R. R.* 1. 11. Hoc libro circumcisis rebus, quæ non arbitror pertinere ad agriculturam. *et* 2. *ibid.* 1. 4. Quum viverent homines ex iis rebus, quæ inviolata ultro ferret terra. *Sall. Jug.* 45. Abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt. *Cic.* 2. *Fam.* 8. Cum Pompejo nullis in aliis, nisi de republica, sermonibus versatus sum: quæ nec possunt scribi, nec scribenda sunt. *Auct. B. Afr.* 78. *a med.* Cæsar alteram alam mittit, qui satagentibus occurrerent. *Cic. Senect.* 3. 7. Quærelis, quæ homines deplorare solebant. *Id.* 16. *Fam.* 4. Illud, mi Tiro, te rogo, sumptui ne parcas ulla in re, quod ad valetudinem opus sit. *et Ter. Eun.* 3. 3. 10. Ut illum dii Deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est. Ubi *Donat.* Nec miretis post *senium* additum *qui*, ideo quia declinationem ad intellectum retulit, ut alibi (*Eun. prol.* 32.) *in Eunuchum suam.* Adde *Liv.* 32. 29. — Similiter post pronomina possessiva. *Plaut. Asin.* 1. 3. 74. Tua ista culpa 'st, quæ discipulum semidoctum abs te amoves. *Cic.* 1. *Fam.* 9. 13. Illud quidem certe nostrum consilium jure laudandum est, qui meos cives-servis armatis objici noluerim. — Sic neutrum *quod* in propositione, quæ aliis interseritur. *Cic. Senect.* 7. 21. Nec sepulcra legens vereor, quod ajunt, ne perdam memoriam. *Liv.* 8. 36. Cornelius, quod manu, quod voce poterat, monstrabat, vexilla se suorum parmasque cernere equitum. — Denique interdum hoc pronomen ad plura præcedentia refertur. *Cic.* 1. *Tusc.* 17. 40. Persuadent mathematici, terram in medio mundo sitam-quasi puncti instar obtinere: eam porro naturam esse quatuor omnia gignentium corporum, ut *etc.* Quæ quum constent, perspicuum debet esse, animos, quum e corpore excesserint, sublime ferri. *Id. ibid.* 49. 117. Quæ quum ita sint, etc. *et* 2. *ibid.* 1. 5. Quam ob rem etc. — 6.°) *Qui* quum initio ponitur, est ille qui, *colui il quale, chi, ὅ, ὅστις. Phædr.* 1. 8. Qui pretium meriti ab improbis desiderat. *Cels.* 1. 8. Stomachum infirmum indicant pallor, macies, *etc.* quæ in quo non sunt, is firmi stomachi est. *le quali cose in chi non sono, colui* etc. Plena locutio esset, *in illo, in quo non sunt, is* etc. *Cic. Rosc. Com.* 15. 45. Quod si facit, qua impudentia est, eum ne testem improbabit, quem etc? *stante la sfacciataggine, di cui è pieno.* et *Dom.* 32. 84. Pater tuus si viveret, qua severitate fuit, tu profecto non viveres. *come ei fu di molta severità.* et *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 21. Quæque tua est pietas in totum nomen Iuli, Te lædi, Quum quis læditur inde, putas. *Id. Heroid.* 17. 29. Quæ tua nequitia est, non bis contenta fuisset. *Id.* 5. *Met.* 373. Et tamen in cælo (quæ jam patientia nostra est) Spernimur. *Quintil. declam.* 9. 21. Hoc si scisses, pater, cujus pietatis es, nemo te antecessisset. — Cum particula *ne* interrogationis. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 9. MIL. Sed ubi Artotrogus? ART. hic est: stat propter virum fortem, *etc.* MIL. quem ne ego servavi in campis Gurgustidoniis? *h. e.* an ille, quem etc? *Ter. Andr.* 4. 4. 29. Quem ne ego heri vidi ad vos adferri vesperi? *quello eh, che* etc. *Plaut. Rud.* 1. 5. 13. Ad hoc fanum ad istunc modum non veniri solet. PA. quæ ne ejectæ e mari sumus ambæ, obsecro, unde nos hostias agere voluisti huc? *h. e.* an nos, quæ ejectæ etc. *Id. Truc.* 2. 6. 52. Pœnitet te, quot ancillæ sunt jam? qui ne etiam superadducas, quæ mihi comedint cibum? *h. e.* tu ne ille, qui etc? *Horat.* 1. *Sat.* 10. 21. o seri studiorum, qui ne putetis Difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti Contigit? *h. e.* an vos estis illi, qui putatis etc? Adde *Catull.* 64. 180. *et* 183. — Et omisso *ne. Plaut. Mil. glor.* 4. 1. 25. Cupio hercle equidem, si illa vult. PA. quæ cupit? *h. e.* dubitas an illa velit, quæ maxime cupit? — 7.°) *Qui* ut qui, utpote qui, *come colui che. Cic.* 5. *Att.* 9. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissime navigassemus. *Id. Quinct.* 3. 11. C. Quinctius sane ceterarum rerum paterfamilias et prudens et attentus, una in re paullo minus consideratus, qui societatem cum Sex. Nævio fecerit. *Virg.* 11. *Æn.* 218. Ipsum armis ipsumque jubent decernere ferro, Qui regnum Italiæ et primos sibi poscat honores. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 66. Ita ne ajebat tandem? AR. quæ me ambæ obsecraverint, ut te hodie quasi pompam illac præterducerem? *Id. Bacch.* 1. 1. 58. Sum ne autem nihili, qui nequeam ingenio moderari meo? — Sequente Indicativo. *Cic.* 5. *Att.* 20. Ephesum ut venerim, nosti, qui etiam mihi gratulatus es illius diei celebritatem. *Ter. Phorm.* 3. 1. 7. Nos jam dudum hic te absentem incusamus, qui abieris. — 8.°) Jungitur cum primis et secundis personis. *Plaut. Amph.* 1. 1. 217. Tun' te audeas Sosiam esse dicere, qui ego sum? *Id. Epid.* 3. 1. 8. Quid illum ferre vis? qui, tibi cui divitiæ domi maximæ sunt, is nummum nullum habes. — 9.°) *Ex quo*, ex quo tempore, *da che. Horat.* 3. *Od.* 3. 21. ex quo destituit deos Mercede pacta Laomedon, mihi castæque (*Ilion*) damnatam Minervæ. *At* Lachmannus *conjecit* ex qua. *Juvenal.* 10. 77. ex quo suffragia nulli Vendimus. Adde *eumd.* 1. 81. — 10.°) *Qui* pro *quæ. Plaut. Asin.* 3. 1. 2. An ita tu es animata, ut qui expers matris imperii sies? — Ceterum *V.* QUI in dictione sequent. — 11.°) *Qui* interdum redundat. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 50. Adeon' me fuisse fungum, ut qui illi crederem? — 12.°) *Quod idem*, quod ipsum, aut quod etiam. *Cic. Harusp. resp.* 7. 13. Quod idem in judicio capitis durum atque iniquum est. — 13.°) *Quod* ponitur aliquando pro *quicquid. Cic. Dom.* 43. 111. Ornamentorum quod superfuit in fanis et communibus locis, tota e Græcia, sane frugaliter, domum suam deportavit. — 14.°) Item pro *in quo. Ter. Andr.* 4. 3. 23. Sed, si quid est, quod mea opera opus sit vobis. — 15.°) Item pro *quantum. Cic. Rosc. Am.* 42. 122. Ego in Chrysogono, quod ad me attinet, nihil ejusmodi suspicor. *Ter. Eun.* 2. 1. 8. Munus nostrum ornato verbis, quod poteris, et istum æmulum, quod poteris, ab ea pellito. — 16.°) *Quod ad illud*, omisso verbo *pertinet* vel *attinet. Cælius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 1. Quod ad Cæsarem, crebri et non belli de eo rumores. — 17.°) Usurpatur etiam *quod* ut Accusativus communis, etsi aliqui dicant, præpos. *propter* subintelligi. *Ter. Hecyr.* 2. 3. 3. Nam (ita me ament dii) quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam. *Plaut. Epid.* 3. 4. 20. Ut quod ego ad te venio, intelligas. *Id. Stich.* 1. 2. 70. Hoc est, quod ad vos venio, quodque esse ambas conventas volo. *Ter. Adelph.* 5. 3. 49. Quod illos ætas sat amet. *h. e.* qua in re. *Liv.* 5. 34. Alpes visæ insuperabiles, nulla dum via (quod contineus memoria sit) superatas. Ita *Forcellinus:* at recentiores in plerisque τὸ *quod* interpretantur *quia, quare.*

B) Qui, quæ, quod, est etiam pronomen interrogativum et valet *qualis, quale.* — 1.°) In recta interrogatione, vel exclamatione. *Ennius* apud *Priscian.* 10. *p.* 891. *Putsch.* O cives, quæ me fortuna ferocem contudit! *Id.* apud *Charis.* 1. *p.* 70. Ilia dia nepos, quas ærumnas tetulisti! *Plaut. Amph.* 1. 1. 1. Qui me alter est audacior homo, aut qui me confidentior? *Id. Pers.* 4. 4. 88. Sed tamen, virgo, quæ patria tua 'st? *Id. Rud.* 3. 3. 4. Quæ illæc est oratio? *Ter. Heaut.* 5. 2. 20. Quæ istæc pravitas, quæve amentia est? *Id. Andr.* 1. 5. 5. Miseram me, quod verbum audio? *Id. Adelph.* 5. 6. 3. O qui vocare? CE. Geta. *Cic.* 1. *Divinat.* 25. 52. Xenophon Socraticus, qui vir et quantus! *Id.* 2. *Orat.* 8. 34. Qui enim cantus moderata oratione dulcior inveniri potest, quod carmen artificiosa conclusione aptius, qui actor imitanda, quam orator suscipienda veritate jucundior? *Id. Quinct.* 30. 94. Qui deus appellandus est? cujus hominis fides implorauda est? qui denique questus, qui mœror dignus inventri-potest? *Id. Dom.* 28. 75. Adventus meus in urbem qui fuit? *et ibid.* 11. 27. Quod enim par amicitiæ consularis fuit unquam-conjunctius? *Id. pro leg. Manil.* 10. 28. Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna reipublicæ? *Id.* 2. *Fin.* 21. 67. Nunc vero-suppeditabit nobis Atticus noster e thesauris suis quos et quantos! *Id. Rosc. Com.* 18. 56. Qua, malum, stultitia fuit Roscius, ut etc? *Id.* 5. *Att.* 20. Qui, malum, isti Pindenissæ? qui sunt? inquies. *Liv.* 3. 68. Quid tandem? res vestræ quo statu sunt? *Id. ibid.* 67. Qui finis erit discordiarum? *Virg.* 1. *Æn.* 371. Quæ quibus anteferam? *h. e.* quæ prima, aut ultima ponam? Alii tamen aliter interpretantur: V. *Heyne. Phædr.* 1. 13. O qui tuarum, corve, pennarum est nitor! Sunt qui putant *quis* ad substantiam referri, *qui* ad qualitatem: ex illo *Ter. Eun.* 5. 1. 7. TH. Quis fuit igitur? PYTH. iste Chærea. TH. Qui Chærea? PYTH. ille ephebus, etc. Hoc tamen non semper servatur. Hæc *Forcellinus.* — 2.°) In obliqua interrogatione. *Plaut. Trin.* 4. 2. 7. Quem ego, qui sit homo, nescio. *Id. Capt.* 2. 1. 51. At-

que ut qui fueris et qui nunc sis, meminisse ut memineris. *Ter. Andr.* 5. 2. 14. Nescio qui senex modo venit. *Id. Eun.* 2. 3. 16. Nunc, Parmeno, te ostendes qui vir sies. *Cic. Mur.* 15. 32. Si diligenter, quid Mithridates potuerit, et qui vir fuerit, considerabis. *Id.* 1. *Fam.* 7. 10. Quod scribis te velle scire, qui sit rei publicæ status, etc. *Id. Divin. in Q. Cæcil.* 6. 20. Te non novimus; nescimus qui sis. *Varro* 1. *R. R.* 69. 2. Quem qui esset, animadvertere in turba non potuit. *Virg.* 9. *Æn.* 722. Pandarus, ut fuso germanum corpore cernit, Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res, etc. *Id.* 1. *G.* 3. quæ cura boum, qui cultus habendo Sit pecori, Hinc canere incipiam. *Phædr.* 5. 7. Is forte ludis (non satis memini quibus) concidit casu gravi.

C) Qui, quæ, quod est demum pronomen indefinitum, præsertim post particulas *si, ne, num*, et est forte aliquis, It. *alcuno o alcuna cosa per avventura o per caso. Afranius* apud *Festum p.* 182. 10. *Müll.* Sic est orator, si qui oritur. *Cic. Cæcin.* 3. 8. Ac si qui mihi judex recuperatorve dicat, etc. *Id. ibid.* 13. 37. Alia (*actio*) si quæ forte est, quæ nos fugerit, dic quæ sit. *Id.* 3. *Fam.* 8. 6. Quod si qui me astutiorem fingit, quid potest esse callidius, quam etc. *Id.* 1. *ibid.* 4. Si quæ conabuntur agere, satis mihi provisum est, ut ne etc. *Plin.* 4. *Ep.* 14. *ad fin.* Sive epigrammata, sive idyllia, sive eclogas, sive quod aliud vocare malueris. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 36. Intro abite atque hæc celerate, ne mora quæ sit, coquus quum veniat. *Pacuvius* apud *Non. p. p.* 246. 3. *Merc.* Custodite istunc vos, ne vim quis attulat, neve attigat. *Lucret.* 5. 1209. Ne quæ forte deûm nobis immensa potestas Sit. *Cic.* 7. *Att.* 10. Subito consilium cepi, ut, antequam luceret, exirem; ne qui conventus fieret, aut sermo. *Id.* 11. *Fam.* 12. Sed tamen providendum, ne quæ justa querela esse possit. *Varro* 3. *R. R.* 7. 3. Neve quæ serpens, aliudve quod (*alii leg.* quid) animal introire queat. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 9. Nam quæ advenienti ægritudo objecta est? *Cic.* 1. *Orat.* 9. 37. Num quod eloquentiæ vestigium apparet? *Cæcilius* apud *Non. p.* 514. 8. *Merc.* Nisi quidem qui se malit pugnitus pessumdari.

QUI, Ablativus omnis generis, qui apud veteres usu venit, pro *quoi*, est adverbium *A*) Interrogativum, et *B*) Relativum.

A) *Quî* adverbium interrogativum. ¶ 1. Est quomodo? qua ratione? *come?* πῶς; — *a*) In recta interrogatione. *Plaut. Merc.* 2. 3. 60. DE. Vidi: verum non ex usu nostro est. CH. qui vero? DE. quia etc. *Pers.* 1. 56. Qui pote? *h. e.* quomodo fieri potest? *Plaut. Bacch.* 1. 1. 19. Qui, amabo? *Id. ibid.* 2. 2. 13. Qui scire possum? *et ibid.* 4. 4. 31. Qui in mentem venit tibi istuc facinus facere tam malum? *Ter. Andr.* 1. 1. 123. Ne hæc quidem satis vehemens causa ad objurgandum. so. Qui, cedo? *Id. Adelph.* 2. 2. 7. Qui potui melius? *Cic.* 1. *Nat. D.* 10. 25. Deum, nisi sempiternum, intelligere qui possumus? *et ibid.* 30. 84. Qui potest esse in ejusmodi trunco sapientia? *Id.* 2. *Fin.* 4. 12. Qui fit, ut ego nesciam, sciant omnes? *Liv.* 28. 49. Qui ego minus in Africam trajicerem? *Horat.* 2. *Sat.* 2. 18. unde putas aut Qui partum? — Est etiam cur? quare? *perchè? Ter. Andr.* 5. 4. 50. PAM. Davo istuc dedam negotii. SI. non potest. PAM. qui? SI. quia habet illud etc. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 45. qui non? *perchè no?* — *Qui dum?* quare? cur igitur? *Ter. Eun.* 2. 2. 41. GNA. Numquidnam hic, quod nolis, vides? PAR. te. GNA. credo: at num quid aliud? PAR. qui dum? GNA. quia tristis es. Adde *Hecyr.* 3. 1. 39.; et *Plaut. Men.* 3. 1. 51. etc. — *b*) In obliqua interrogatione. *Plaut. Amph.* 2. 2. 133. Nimis demiror, qui illæc me donatum esse aurea patera sciat. *Ter. Phorm.* 5. 6. 15. Qui istuc credam ita esse, mihi dici velim. *Id. Hecyr.* 2. 3. 6. Nec, qui hoc mihi eveniat, scio. *Horat.* 1. *Ep.* 16. 63. Qui melior servo, qui liberior sit avarus, Non video. Adde *Liv.* 42. 50. ¶ 2. Ponitur etiam pro *quanti*, quod est Genitivus pretii. *Plaut. Pers.* 4. 4. 41. Indica, minimo daturus qui sis, qui duci queat. *et ibid.* 100. Quî datur, tanti indica. *Id. fragm.* apud *Festum p.* 306. 13. *Müll.*, et *Men.* 3. 3. 25. Præco ibi adsit cum corona, quique liceat, veneat. ¶ 3. Et pro *utinam*, ut Græcum πῶς; sic enim recentiores philologi putant. *Ennius* apud *Non. p.* 342. 14. *Merc.* Quî illum dî deæque magno mactassint malo! *Plaut. Men.* 5. 5. 31. Quî te Juppiter, dique omnes, percontator, perduint. *Cic.* 4. *Att.* 7. De Apollonio quod scribis, quî illi dii irati, homini Græco, qui conturbare quidem putat sibi licere. *Ter. Phorm.* 1. 2. 72. Est parasitus quidam Phormio, homo confidens: quî illum dii omnes perduint. Nonnulli, ait *Forcellinus*, qui his locis interpretantur, *ut*, vel *utinam*. Fortasse non absurde ellipsin quis esse putet, ut scilicet commotus ira incipiat quidem recta constructione *qui*, sed præpediente affectu abrumpat sermonem, subjiciatque quod ira suggerit, exsecrationem et diras.

B) *Quî* relativum ¶ 1. Ponitur pro *quo, qua, qua re. Ennius* apud *Non. p.* 474. 30. Date ferrum, quî me anima privem. *Plaut. Curc.* 4. 2. 9. Quibus sui nihil est nisi una lingua, qui abjurant si quid creditum' st. *Id. Capt.* 1. 1. 33. Homines captivos commercatur, si queat aliquem invenire, suum quî mutet filium. Adde *eumd. ibid.* 3. 4. 24. et 4. 2. 48. *Cic.* 13. *Att.* 23. Magis enim doleo me non habere qui tradam, quam quî utar. *Nepos Arist.* 3. In tanta paupertate decessit, ut qui efferretur, vix reliquerit. — Etiam præcedente plurali num. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 26. Mihi æquum est purpuram atque aurum dari, ancillas, pedissequos, vehicula, quî vehar. *Ter. Andr.* 3. 2. 31. Multa concurrunt simul, quî conjecturam hanc nunc facio. ¶ 2. Item pro *ut*, æque ac Græcum ὅπως. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 30. Censen' talentum magnum exorari potesse ab istoc sene, ut det qui liamus liberi? *Id. Pseud.* 1. 1. 86. CA. Restim volo mihi emere. PS. quamobrem? CA. quî me faciam pensilem. *Id. Rud. prol.* 9. Juppiter nos per gentes hic alium alia disparat, Hominum quî facta, mores, pietatem et fidem Noscamus. *Ter. Andr.* 2. 1. 34. Invenite, efficite, qui detur tibi: ego id agam, mihi quî ne detur.

QUĬĂ, conjunctio. Secundam syllabam in *quia* corripuit semper *Virgil.*, at produxerunt *Phædr.* 1. 5. Ego primam tollo, nominor quia leo. et *Auson. Profess.* 8. 7. sed quia nostro docuere in ævo. *Terentian.* vero ex pravo suorum temporum more vocem banc unica syllaba pronunciat, seu in unam contrahit, *p.* 2405. *Putsch.* Quia mutas ita conjungi natura recusat. *et p.* 2409. Nec modo quia verbo finem facit unde, putato Sic cecidisse, *etc.* et alibi sæpissime. — *Quia* est conjunctio causalis, quæ significat ob eam causam, ea de causa, quod, ἐπειδή, ὅτι (It. *perchè*; Fr. *parce que, puisque*; Hisp. *porque, pues que, ya que*; Germ. *weil*; Angl. *beiause*).— 1.⁰) Generatim. *Cic.* 6. *Verr.* 53. 119. Urbs, quæ quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur. *Id.* 5. *Tusc.* 33. 95. Voluptatem ipsam per se, quia voluptas sit, optandam putat. *Id.* 13. *Fam.* 70. Quia non est obscura tua in me benevolentia, sic fit, ut etc. *Ter. Heaut.* 3. 1. 99. An eo fit, quia in re nostra aut gaudio sumus præpediti nimio, aut ægritudine? *Id. Hecyr.* 2. 1. 21. Ideo, quia, ut vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. *Plaut. Truc.* 2. 2. 34. Quia fores nostras ausa es accedere, quiaque istas buccas etc. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 50. nil mi officit, inquam, Ditior hic, aut est quia doctior. *Id.* 4. *Od.* 13. 10. refugit, te quia luridi Dentes, te quia rugæ Turpant et capitis nives. — 2.⁰) *Quia enim* pleonasmus est apud *Plaut. Amph.* 2. 2. 34. Qui tibi nunc istuc in mentem venit? so. quia enim sero advenimus. Adde *eumd. Capt.* 4. 2. 104.; *Ter. Heaut.* 1. 2. 14.; et *Turpilium* apud *Non. p.* 2. 32. *Merc.* — 3.⁰) *Quia nam* et *quianam* pro quare? et cur? *perchè mai?* Positum apud antiquos, ut Nævium in carmine Punici belli: Summe deum regnator, quianam genuisti? Et in satyra: quianam Saturnium populum pepulisti? Et Ennium in libro septimo: quianam dictis nostris sententia fleta est? Hæc *Festus p.* 257. 27. *Müll.* Rursus *Ennius* apud *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 6. quianam legiones cædimu' ferro? *Plaut. Truc.* 1. 2. 34. Nimis otiosum arbitror hominem esse te. DI. quianam arbitrare? *Virg. loc. cit.* Cælicolæ magni quianam sententia vobis Versa retro? Adde *eumd.* 5. *ibid.* 13. et V. OLLUS. — 4.⁰) *Quiane?* an quia? *forse perchè? Plaut. Pers.* 5. 2. 69. DO. tu nunc me irrides? LE. quiane te voco, bene ut tibi sit? *Virg.* 4. *Æn.* 538. quiane auxilio juvat ante levatos? Adde *Stat.* 10. *Theb.* 592. — 5.⁰) *Quia* pro *quod*, vel loco infinitivi, quod sequi debebat. *Plaut. Cist.* 1. 1. 103. Mater irata est mihi, quia non redierim domum. *Pallad.* 3. *R. R.* 13. *in fin.* Hoc autem noveris, quia palmes, quod extra ligaturam pendens habuerit, fructu induet.

QUĬĂNAM? *V.* vocem præced. 3.

QUĬĂNĔ? *V.* vocem præced. 4.

QUĬĂPROPTER, adverb. idem ac quapropter. *Lælius* apud *Cic. Mil.* in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 106. edit. ab *A. Maio* Quiapropter nec tanta dis immortalibus gratia haberi potest. *Vet. Scholiast.* ad *Cic. Arch. ibid. p.* 239. Quiapropter utitur deprecatione, ne minus civiliter loqui existimetur. Consule *eumd. A. Maium ibid* p. 387. *col.* 1.

QUICQUAM. *V.* QUISQUAM.

QUICQUĔ. *V.* QUISQUE.

QUICQUID. *V.* QUISQUIS.

QUĪCUM. *V.* QUI pronomen sub *A. c.*

QUĪCUMQUĔ, quæcumque, quodcumque pronom. *Quæcumque* plur. pro *quicumque*. *V.* loco suo. — De tmesi *V.* infra sub 1. *b.* — Quicumque est idem ac quisquis, quivis, omnis qui, ὅστις ἄν (It. *chiunque, qualunque*; Fr. *quel qu'il soit, quelconque*; Hisp. *qualquier, qualquiera*; Germ. *wer, -was nur immer, jeder welcher, jede welche, jedes welches, alles was*; Angl. *whosoever, whoever, whatsoever*). ¶ 1. Stricto sensu. — *a*) Universim. *Cic.* 10. *Fam.* 31. *circa med.* Quicumque is est, ei me profiteor inimicum. *Id.* 1. *ad Q. Fr.* 2. 2. Quoscumque de te queri audivi, quacumque potui ratione placavi. *Id.* 2. *Orat.* 11. 45. Non omnia, quæcumque loquimur, ad artem sunt revocanda. Sic *Id.* 2. *ibid.* 2. 5. Omnia, quæcumque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt et dicenda, qui etc. et *Liv.* 30. 31. Omnia, quæcumque agimus, etc. *Cæs.* 1. *B. G.* 31. *ad fin.* Fortunam, quæcumque accidat, experiantur. *Val. Flacc.* 3. 684. queiscumque virum perquirere silvis. *Nepos Datam.* 10. Ut quodcumque vellet, liceret impune facere. *Propert.* 1. 8. 34. Et quocumque modo maluit esse mea. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 130. sanus ab illis, Perniciem quæcumque ferunt. *Id.* 3. *Od.* 3. 53. Quicumque mundo terminus obstitit, Hunc tangat armis. *Id. Epod.* 15. 17. Et tu, quicumque es felicior etc. *Ovid.* 9. *Met.* 312. Et, Quæcumque es, ait, dominæ gratare. *et* 11. *ibid.* 378. Et, quæcumque es, ait, non sum tuus; altera captum Me tenet. *Dig.* 32. 1. 78. *pr.* Argentum omne et supellectilem, quodcumque habeo. — *b*) *Quodcumque* interdum augendi gratia ponitur, et magnum aliquid notat. *Propert.* 4. 1. 1. Hoc quodcumque vides, hospes, qua maxima Roma est, Ante Phrygem Æneam collis et herba fuit. *Virg.* 1. *Æn.* 82. Tu mihi quodcumque hoc regni, tu sceptra Jovemque Concilias (*Servius* minuendi causa dictum putat.) *Stat.* 11. *Theb.* 80. Nec pretium deforme morte, cassique labores: Hoc quodcumque madent campi, quod sanguine fumant Stagna, quod innumero Lethæa examine gaudet Ripa, meæ vires, mea læta insignia. — *c*) Cum Genitivo pro quantuscumque. *Pompej. ad Marcell. et Lentul. post ep.* 12. *l.* 8. *ad Att.* Ut quodcumque militum contrahere poteritis, contrahatis. *Phædr.* 5. 6. Eia, in commune, quodcumque est lucri. — *d*) Cum Conjunctivo. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 75. tibi dî, quæcumque preceris, Commoda dent. *et ibid. v.* 11. et alter (*puer*) Sublegit quodcumque jaceret inutile quodque Posset cœnantes offendere. — *e*) Sæpe, interjecto verbo, dividitur. *Ter. Andr.* 1. 1. 35. Facile omnes perferre, cum quibus erat cumque una. *Id. ibid.* 1. 5. 28. Quæ meo cumque animo lubitum est fa-

cere. *Cic.* 3. *Orat.* 16. 60. Quam se cumque in partem dedisset. *Id.* 4. *Fin.* 25. 69. Quod erit cumque visum, ages. (Adde 2. *Divinat.* 2. 7). *Plaut. Pers.* 2. 2. 28. Cui male dico? so. cui pol cumque occasio est. *Virg.* 12. *Æn.* 61. Qui te cumque manent isto certamine casus. *Lucret.* 4. 868. Humor item discedit in omnia quæ loca cumque Poscunt humorem. *Sall. Cat.* 52. 10. *Kritz.* Nunc vero non id agitur,-quantum aut quam magnificum imperium populi Romani sit, sed cujus hæc cumque modi videntur, nostra, an etc. *Horat.* 1. *Od.* 9. 14. Quem fors dierum cumque dabit, lucro Appone. Adde *Martial.* 2. 61; *Gell. præf. init.* etc. *Lucret.* interdum plures voces interjicit, ut 2. 404. At contra quæ amara atque aspera cumque videntur, Hæc magis hamatis inter se nexa teneri. *et* 5. 1131. Invidia quoniam, ceu fulmine, summa vaporant Plerumque, et quæ sunt aliis magis edita cumque. — *Cuicumque* quadrisyllabum. *Seneca Troad.* 851. Quolibet tristis miseras procella Mittat et donet cuicumque terræ. — *f*) Notandum et *vis* additum a *Seneca* 3. *Quæst. nat.* 25. 2. Quamcumque vis rem expende. ¶ 2. Latiori sensu est qualiscumque. *Cic. Orat.* 30. 106. Easque nos primi, quicumque eramus, et quantulumcumque dicebamus, ad hujus generis studia convertimus. *Id. Rabir. Post.* 8. 21. Quæcumque mens illa fuit, Gabinii fuit. *Liv.* 45. 23. Qui de quacumque causa tum aspernati nostra auxilia estis. *qualunque ne sia stata la cagione.* Similiter locutus est *Plin.* 8. *Hist. nat.* 32. 50. (113). ¶ 3. Item *quicumque* absolute pro omnis, *ogni. Cic.* 2. *Fam.* 19. *extr.* Quamobrem, quæcumque a me ornamenta in te proficiscentur, ut omnes intelligant, a me habitam esse rationem tuæ dignitatis. *Id.* 2. *Cat.* 5. 11. Quæ sanari poterunt, quacumque ratione sanabo. *Id.* 12. *Att.* 29. Si quid erit, magnum est adjumentum; sin minus, quacumque ratione contendamus. Hæc *Manut.* ad 2. *Fam. in fin.*, quibus addit 1. *Orat.* 3. 9., 3. *Att.* 21. et 1. *Tusc.* 1.; et *Virg.* 3. *Æn.* non indicato versu: quæ tamen vereor, ut nos cogant, ut a prima hujus vocis significatione discedamus, quum facile sit in omnibus verbum *possum*, aut aliud simile per ellipsin subintelligere. Hæc *Forcellinus*: recentiores vero de significatione minime dubitant, et addunt multa, ut *Sall. Jug.* 103. Agendarum rerum et quocumque modo belli componendi licentiam ipsis permittit. Sic *Horat.* 1. *Ep.* 1. 65. rem facias, rem, Si possis, recte, si non, quocumque modo rem. *Ovid.* 15. *Met.* 411. Id quoque, quod ventis animal nutritur et aura, Protinus assimulat tactu quoscumque colores. *Sueton. Claud.* 33. Cibi vinique quocumque et tempore et loco appetentissimus. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 14. 87. (147). Quibuscumque uiceribus prodest.

QUID. *V.* QUIS.

QUĬDAM, quædam, quoddam *et* quiddam, est idem atque certus aliquis, unus; et præcipue post adjectiva, vocabulorum itemque metaphoræ lenit significationem ac vim, *ὁ δεῖνα, τὶς* (It. *un certo, uno*; Fr. *un certain, quelque, quelqu' un*; Hisp. *un cierto, alguno*; Germ. *ein gewisser, einer, eine, eines, jemand, etwas*; Angl. *a certain one, one*). — *a*) Generatim. *Cic. Cluent.* 63. 177. Quidam ex advocatis, homo et honoribus populi ornatus et summa virtute præditus, intelligere se dixit, etc. *Id.* 14. *Fam.* 21. Quidam de collegis nostris. *Cæs.* 7. *B. G.* 25. Quidam ante portam oppidi Gallus picis glæbas in ignem projiciebat. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 31. Quidam notus homo. *et ibid.* 9. 3. Accurrit quidam notus mihi nomine tantum. *et ibid.* 3. 21. heus tu, Quidam ait, ignoras te, an etc. *Cic.* 2. *Orat.* 3. 10. Pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisti. *et ibid.* 74. 298. Crassi responsum excellentis cujusdam est ingenii ac singularis. *et* 1. *ibid.* 60. 254. Adstrictus certa quadam numerorum moderatione. *et* 3. *ibid.* 12. 44. Quum sit quædam certa vox Romani generis urbisque propria. *Id.* 5. *Fin.* 2. 4. Scis, me quodam tempore Metapontum venisse tecum. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 7. Ergo non satis est risu diducere rictum Auditoris: et est quædam tamen hic quoque virtus. *Ovid.* 1. *Met.* 403. naturaque mitior illis Contigit, ut quædam, sic non manifesta, videri Forma potest hominis; sed uti de marmore cæpto Non exacta satis rudibusque simillima signis. *Justin.* 7. 4. 1. Quum Græciam veluti tempestas quædam occupasset. *Id.* 36. 3. 2. Est namque vallis, quæ continuis montibus velut muro quodam ad instar castrorum clauditur. — *b*) In distributionibus aut repetitur, aut similia subjiciuntur. *Cic. Topic.* 21. 79. Quibusdam quæstionibus alios, quibusdam alios esse aptiores locos. *Liv.* 45. 10. Excesserunt urbe quidam, alii mortem sibi consciverunt. *Colum.* 12. *R. R.* 19. 1. Quidam quartam partem, nonnulli tertiam decoquunt. *Cic.* 1. *Nat. D.* 24. 66. Corpuscula quædam lævia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curvata quædam. Sic *Justin.* 38. 4. 11. Assidue per omnes annos pro libertate alios, quosdam etiam pro vice imperii bellis continuis perseverasse. — *c*) Cum Genit. *Tac.* 1. *Ann.* 49. Quidam bonorum cæsi, postquam pessimi quoque arma rapuerant. — *Quiddam* cum Genit., *V.* in fin. — *d*) Cum nominibus numeralibus, V. in ALIQUIS.

Homonym. Inter *quidam* et *aliquis* hoc interest, quod *quidam* dicitur de re aut persona certa et definita: *aliquis* de indefinita et incerta: ut si dicam, *est quidam qui me amat*, designo unum certum amantem mei: si dicam, *est aliquis qui me amat*, illud significo, esse nonnullos, qui me amant, non designando, quinam ii sint. Interdum tamen promiscue usurpantur. *Cic.* 2. *Orat.* 10. 40. Hesterno sermone remigem aliquem, aut bajulum, nobis oratorem descripseras, inopem quemdam humanitatis atque inurbanum. — *Quoddam* et *quiddam* differunt, ut *quod* et *quid*: nempe illud adjectivum est, hoc substantivum. *Cic.* 1. *Invent.* 2. 2. Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines vagabantur. *Id.* 3. *Legg.* 10. 23. Fateor in ista ipsa potestate inesse quiddam mali. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 9. 33. Ut in his quiddam divinum esse diceret.

QUĬDEM, adverb. certe, profecto, sane, *μέν, γε* (It. *certamente, di vero, per verità, in vero, bensì*; Fr. *il est vrai, à la vérité, je l'avoue, sans doute, assurément*; Hisp. *en verdad, sin duda, aseguradamente, ciertamente*; Germ. *zwar, nämlich*; Angl. *indeed, truly, in truth, certainly, assuredly*). ¶ 1. Generatim. — *a*) Absolute, h. e. sine aliis particulis. *Cæs.* 1. *B. C.* 40. Sibi quidem persuaderi, eum neque suam, neque populi R. gratiam repudiaturum. *Cic.* 2. *Att.* 19. Tantum doleo, ac mirifice quidem. *Plaut. Stich.* 1. 1. 10. Salvene, amabo? PH. spero quidem et volo. *Cic.* 2. *Divinat.* 44. 93. In his locis, quæ nos incolimus, post solstitium Canicula oritur, et quidem aliquot diebus: apud Troglodytas ante solstitium. *Id.* 11. *Phil.* 4. 9. Cruciatus est a Dolabella Trebonius: et quidem a Carthaginiensibus Regulus. *e sì veramente. Id.* 2. *ibid.* 17. 43. Duo millia jugerum assignasti, et quidem immunia. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 1. 3. Nam mihi uno die tres (*tuæ litteræ*) sunt redditæ, et quidem, ut videbantur, eodem abs te datæ tempore. *Id.* 14. *Att.* 11. Modo venit Octavius et quidem in proximam villam Philippi. *Id.* 9. *Att.* 26. Epulamur una non modo non contra legem, si ulla nunc lex est, sed etiam intra legem, et quidem aliquanto. — *b*) Post *ne* interjecto verbo, vehementius negat. *Cæs.* 1. *B. G.* 38. Ne obsidibus quidem datis pacem redimere potuisse. *nè meno. V.* NĔ. — *c*) Sequente *sed, sed tamen, sed etiam, sed non*, etc. *Cic. Fat.* 2. Oratorias exercitationes non tu quidem reliquisti, sed certe philosophiam illis anteposuisti. *Id.* 6. *Fam.* 2. Misera est illa quidem consolatio, sed tamen necessaria. *Id.* 1. *ad Brut.* 3. *ad fin.* Consules duos, bonos quidem, sed dumtaxat bonos, amisimus. *da bene sì, ma* etc. *Curt.* 6. 9. 26. Repente non reum quidem, sed etiam damnatum, immo vinctum intuebantur. *Ovid.* 15. *Met.* 73. primus quoque talibus ora Docta quidem solvit, sed non et credita, verbis. *Justin.* 5. 1. 8. Et erat hic quidem titulus cum Græcis coeundi: re autem vera timebat, ne etc. *Curt.* 5. 4. 23. Et cetera quidem haud ægre præterit: ceterum-ingens vorago-iter ruperat. *Id.* 3. 8. 7. Itaque Græcis nunciare jubet, ipsum quidem benevolentiæ illorum gratias agere, ceterum, si retro ire pergat, haud dubie regnum hostibus traditurum. — *d*) Jungitur cum aliis particulis affirmativis. *Cic.* 1. *Nat. D.* 21. 57. Nisi tu aliquid dixisses, nihil sane ex me quidem audire potuisses. *Id.* 6. *Att.* 5. Nunc quidem profecto Romæ es. *Plaut. Asin.* 3. 1. 39. Te quidem edepol nihil est impudentius. *Id. Rud.* 5. 2. 13. Hoc quidem pol e rubigine factum est. *et ibid.* 5. 3. 12. Benigne facis. LA. immo tu quidem hercle vero. *Lucret.* 5. 899. Flamma quidem vero, etc. — Præsertim cum *certe*: et in principio si ponatur, *quidem* subjicitur; si post aliquod verbum (quod frequentius est), præponitur. *V.* CERTE. *Cic.* 1. *Tusc.* 29. 70. Ubi ubi sit animus, certe quidem in te est. *Id.* 4. *Verr.* 74. 183. Hoc quidem certe manifestum erit. — Et interposito verbo. *Id.* 6. *Att.* 3. *ante med.* De quo ipso nihil cupide agemus: sine tuo quidem consilio certe nihil. *Id. Prov. cons.* 17. 41. Quam sapienter, non disputo: constanter quidem et fortiter certe. *Id. Brut.* 3. 13. Volui id quidem efficere certe. ¶ 2. Habet præterea varios usus, servata semper affirmandi vi. Nam interdum ponitur pro *autem*, aut *vero. Cic. Marcell.* 9. 29. Vagabitur modo nomen tuum longe atque late: sedem quidem stabilem non habebit. *Alii omitt.* quidem. *Nepos Con.* 2. Hunc adversus Pharnabazus habitus est imperator: re quidem vera exercitui præfuit Conon. *Id. Hannib.* 2. *sub fin.* Quare si quid amice de Romanis cogitabis, non imprudenter feceris, si me celabis: quum quidem bellum parabis, te ipsum frustraberis, si non me in eo principem posueris. ¶ 3. Item pro *saltem. Cic.* 9. *Att.* 2. *circa med.* Non video causam, cur ita sit, hoc quidem tempore. *Plaut. Stich.* 3. 2. 26. Unum quidem hercle certe promitto tibi: Lubens accipiam certo. ¶ 4. Pro *etiam. Plaut. Bacch.* 1. 2. 3. Ita me dii ament, ut Lycurgus mihi quidem videtur posse hic ad nequitiam adducier. *Ter. Hecyr.* 4. 2. 119. PA. Pergam quo cœpi hoc iter. PH. Et quidem ego: nam constitui cum quodam hospite me esse illum conventurum. *Colum.* 1. *R. R.* 1. 10. Nam quidem Diophanes Bithynius Uticensem totum Dionysium, per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscripsit. ¶ 5. Ut Græcorum *μέν*, ita *quidem* distributioni servit et connectendo sermoni. *Cic.* 8. *Att.* 11. Atque hoc nostra gravior est causa, quam illorum, quod illi quidem alterum metuunt, nos utrumque. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 5. 13. P. Crassum et P. Scævolam ajunt Ti. Graccho auctores legum fuisse: alterum quidem, ut videmus, palam; alterum, ut suspicantur, obscurius. *Id.* 1. *Tusc.* 22. 51. Dicæarchus quidem et Aristoxenus nullum omnino animum esse dixerunt. ¶ 6. Habet et alios usus, qui quum vix designari possint, lectione tamen multa deprehendi possunt. *Nepos Att.* 11. Non florentibus se venditavit, sed afflictis semper succurrit: qui quidem Serviliam Bruti matrem, non minus post mortem ejus, quam florentem coluerit. *come colui che* etc. Hic habet vim τοῦ *nam. et ibid.* 14. Quod nos quidem jucundissimum arbitramur. *il che io, quanto a me*, etc. *Id. Cat.* 2. Neque hoc per senatum efficere potuit: quum quidem Scipio in civitate principatum obtineret. *ancorchè. Virg.* 2. *G.* 124. ubi aera vincere summum Arboris haud ullæ jactu potuere sagittæ: Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris. *e pure certamente.* Plura observari poterunt, præsertim apud comicos, in sermone familiari.

QUIDNAM. *V.* QUISNAM.

QUIDNI *et*

QUIDNISI. *V.* QUIS, quid.

QUI DUM? *V.* QUI adverb.

QUIQUID. *V.* QUISQUIS.

QUĬĒO, es, ēvi, ētum, ere, n. 2. *riposare*, in quiete sum, unde *quiesco* inchoativum derivat. *Pompej. Comment. art. Donat. sect.* 20. Majores dicebant *quieo* et *seneo* et *aneo*. Sed verba ipsa sublata sunt de usu, et remanserunt partes

aliquæ de forma inchoativa, partes aliquæ de forma perfecta. Quod ergo dicimus *quievi, senui,* totum hoc de perfecta est; quia dicimus *quiesco, senesco,* partes sunt inchoativæ.

QUĪES, ēi. *V.* voc. seq. sub *A.* init.

QUIES, ētis, est *A*) Substantivum; et *B*) Adjectivum.

A) Substantivum *quies, etis,* f. 5. Vetustissimi *quies, ei,* declinarunt, teste *Priscian.* 6. *p.* 703. *Putsch.* unde *requiei. Afran. ibid.* Sollicito corde corpus non potitur nunc quie. *Nævius ibid.* Suavi quie. — *Quies* est requies, cessatio, vacatio, otium, remissio, lasamentum, ἡσυχία, παῦσις (It. *quiete, riposo;* Fr. *repos, cessation d'affaires ou de peine;* Hisp. *reposo, descanso, quietud, intermission al trabajo;* Germ. *d. Ruhe;* Angl. *rest, repose, ease, quiet, peacefulness*).

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim est cessatio, vacatio ab opere, labore, molestiis, etc. *Cic.* 1. *Orat.* 1. 2. Qui locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maximæ moles molestiarum et turbulentissimæ tempestates exstiterunt. *Id. Dejot.* 13. 38. Omnem tranquillitatem et quietem senectutis acceptam refert clementiæ tuæ. *Id. Cœl.* 17. 39. Quem non quies, non remissio delectarent. *Id.* 4. *Cat.* 4. 7. Mors laborum ac miseriarum quies est. *Sall. Jug.* 70. Vulgus quieti et otio advorsum. *Plin. Paneg.* 79. *a med.* Labores otio et quiete recreare. *Sall. Jug.* 108. Multi, vulneribus acceptis, neque fugere posse, neque quietem pati. *Lucret.* 4. 846. fessum corpus mandare quieti. *Cæs.* 2. *B. C.* 14. Ex diutino labore quieti se dare. *et* 5. *B. G.* 39. *in fin.* Ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquebat. *et* 7. *ibid.* 41. Tribus horis noctis exercitui ad quietem datis. *et* 6. *ibid.* 26. Quietem capere. *Sueton. Tib.* 15. Totum se ad quietem conferre. *Horat. carm. sæc.* 46. Di, senectuti placidæ (*date* quietem. *Id. Epod.* 17. 65. Optat quietem Pelopis infidi pater. *Cels.* 3. 2. Omnium optima sunt quies et abstinentia. *Justin.* 2. 13. 11. Quotidiano labori (neque enim ulla est metuentibus quies) etiam fames accesserat. — In plur. num. *Cic.* 1. *Off.* 29. 102. Ludo et joco uti licet, sicut somno et quietibus ceteris. ¶ 2. Speciatim (aut metaphorice, ut ait *Forcellinus*) ad rem publicam refertur, et est abstinentia ab armis et a partibus, pax. *Nepos Att.* 7. Attici quies tantopere Cæsari fuit grata, ut etc. *h. e.* abstinentia ab armis et a partibus. *Sall. Cat.* 32. Ex summa lætitia atque lascivia, quæ diuturna quies pepererat, repente omnes tristitia invasit. *h. e.* pax. Sic *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 77. Adde triumphatos modo Pœonas, adde quieti Subdita montanæ brachia Dalmatiæ. Sic *Tac. Germ.* 14. Ingrata genti quies, et facilius inter ancipitia clarescunt. ¶ 3. Item speciatim ad inanima refertur. *Virg.* 2. *G.* 344. Si non tanta quies iret frigusque caloremque Inter. *h. e.* veris tranquillitas. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 26. 62. (23). Quies ventorum. *Stat.* 2. *Silv.* 2. 26. pelagi. *Ammian.* 15. 4. Pigra undarum quies. — Singulare est illud *Plinii* 16. *Hist. nat.* 16. 28. (70). In primis vero materies honorata buxo et raro crispanti, nec nisi radice: de cetero lenis quies est materia silenti et quadam duritia ac pallore commendabilis. *h. e.* æquabilis venarum cursus lævis, enodis et instar amnis per plana decurrentis, lene et quiete fluens. *V.* QUADRIFLUVIUM. ¶ 4. Sæpe de somno dicitur, quæ vera est quies corporis, *sonno:* item de visis, quæ in somno obveniunt, *sogno. Cic.* 2. *Divinat.* 66. 135. Alexander somno est consopitus: tum secundum quietem visus ei dicitur draco, etc. *Plaut. Curc.* 2. 2. 22. Malum, quod in quiete tibi portentum est. *Sueton. Cæs.* 81.; et *Tac.* 4. *Hist.* 83. Per quietem. *Virg.* 5. *Æn.* 857. jacentem Dulcis et Vix primos inopina quies laxaverat artus. *et* 6. *ibid.* 521. pressitque alta quies, placidæque simillima morti. *et* 12. *ibid.* 908. velut in somnis, oculos ubi languida pressit Nocte quies. *Seneca Octav.* 116. membra quum solvit quies. *Ovid.* 1. *Fast.* 205. Nec pudor, in stipula placidam cepisse quietem. *Petron. Satyr.* 104. quum prostrata sopore Urget membra quies. *Val. Flacc.* 8. 80. dare permissæ ora quieti. *Cic.* 1. *Divinat.* 29. 60. Ire ad quietem. *et ibid.* 61. Quieti se tradere. — In plur. num. *Sall. Cat.* 15. Animus neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat. ¶ 5. De sopore letali. *Virg.* 10. *Æn.* 745. *et* 12. *ibid.* 309. Olli dura quies oculos et ferreus urget Somnus. — De ipsa morte. *Propert.* 2. 21. 27. Quod si forte tibi properarint fata quietem, etc. — Hinc in sepulcralibus monumentis *quieti corporis sacrum, quieti æternæ, dis Manibus et quieti æternæ,* ut in *Inscript.* apud *Orell.* 4551., 4631., 2780., 3344. et apud *Henzen.* 5121. et 7383. ¶ 6. De somnio: ad rem *Vellej.* 2. 70. 1. Ipse Cæsar, etiamsi infirmissimus valetudine erat, obibat munia ducis, oratus etiam ab Artorio medico, ne in castris remaneret, manifesta denunciatione quietis territo. *Stat.* 10. *Theb.* 205. vanæ nec monstra quietis, Nec somno comperta loquor. *et ibid.* 324. præsaga quies.

II.) Translate. ¶ 1. Metonymice est locus, ubi quies capitur. *Lucret.* 1. 404. Namque canes ut montivagæ persæpe ferai Naribus inveniunt intectas frunde quietes. *h. e.* cubilia. ¶ 2. Poetice *Quies* dicitur a *Stat.* 10. *Theb.* 89. servare una cum Obliviis limen antri, ubi Somnus cubat. Quin ipsa habita est dea, et a Romanis culta: habuitque fanum extra Urbis portam Collinam via Labicana, ut ex *Livio* constat 4. 41. V. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 16. et QUIETATOR.

B) *Quies, etis,* adjective usurpatum fuit ab antiquis, et est quietus. *Nævius* apud *Priscian.* 6. *p.* 704. *Putsch.* Jamque ejus mentem fortuna fecerat quietem. *h. e.* quietam. *Licin. Macer ibid.* Non minimo opere milites quietes volebant esse. Hinc *inquies.*

QUĪESCENTĬA, æ, f. 1. quies. *Firmic.* 1. *Mathes.* 3. *a med.* Post quiescentiam calamitatibus implicatus.

QUĪESCĪTUS, a, um, particip. *V.* voc. seq. init.

QUĪESCO, escis, ēvi, ētum, escere, n. 3. Quidam grammatici apud *Gell.* 6. 15. pugnant inter se, utrum *e* littera in hoc verbo correpta esse debeat, an producta: *h. e.* utrum exili augustoque sono efferenda sit, an pleniore et latiore. *V.* BREVIS. — Particip. *Quiescitus* (unde *quietus* per syncopen) exhibet *Inscript.* non opt. notæ apud *Don. cl.* 10. *n.* 11. ABLIAE ROMANAE FILIAE BENE QVIESCITAE. *etc. h. e.* quæ quievit. — *Quierim* syncop. pro *quieverim, quiessem* pro *quievissem,* et *quiesse* pro *quievisse* V. infra. — Part. *Quiescens* sub *A.* I. 1. et 7. *Quietus* V. QUIETUS loco suo; *Quieturus* sub *A.* I. 2. — *Quiesco* est idem atque in quiete sum, conquiesco, cesso a labore, in otio sum, ἡσυχάζω (It. *riposare, riposarsi*; Fr. *reposer, se reposer de ses occupations, prendre du repos*; Hisp. *reposarse, descansarse, dar intermision á la fadiga, al trabajo*; Germ. *ruhen, ausruhen, sich ruhig werhalten*; Angl. *to rest, repose, take rest, be quiet, be at rest*). Usurpatur *A*) Neutrorum more; et *B*) Active.

A) Neutrorum more.

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim. — *a*) Refertur ad corpus. *Plaut. Mil. glor.* 2. 2. 59. Numquam hodie quiescet, priusquam id, quod petiit, pertulit. *Titinius* apud *Non. p.* 98. 25. *Merc.* Nec noctu, nec diu licet fullonibus quiescant. *Cic.* 6. *de republ.* 11. Renovat pristina bella, nec potest quiescere. *Id. Planc.* 37. 90. Quæ (*tela*), si viginti quiessem dies, in aliorum vigiliam consulum recidissent. *Id.* 1. *Cat.* 8. 21. De te autem, Catilina, quum quiescunt, probant; quum patiuntur, decernunt; quum tacent, clamant. *Seneca Ep.* 3. *in fin.* Et quiescenti agendum, et agenti quiescendum est. *Val. Flacc.* 2. 43. Ac velut ignota captus regione viarum, Noctivagum qui carpit iter, non aure quiescit, Non oculis. — *b*) Refertur ad animum. *Plaut. Mil. glor.* 3. 3. 52. Potin' ne, ut hominem mihi des? quiescas cetera. *h. e.* de ceteris ne sollicitus sis. *Id. Men.* 3. 2. 1. Potin' ne ut quiescas, si ego tibi hanc hodie probe concinnatam referam temperi? *Ter. Phorm.* 4. 3. 64. Nihil do: impuratus me ille ut etiam irrideat. CHR. Quæso, ego dabo: quiesce. *acquetati. Cic.* 4. *Herenn.* 54. 67. Quiesce tu, cujus pater cubito se emungere solebat. *sta cheto, taci.* — *c*) Impersonaliter. *Ter. Andr.* 4. 2. 8. Quibus quidem quam facile potuerat quiesci, si hic quiesset. ¶ 2. Speciatim in re publica est abstinere a partibus, a civilibus contentionibus. *Cic.* 9. *Att.* 10. *ad fin.* Scribis Peducæo quoque nostro probari, quod quierim. *h. e.* bello et partibus me non miscuerim. *Sueton. Cæs.* 16. Dimissis lictoribus abjectaque prætexta, domum clam refugit, pro conditione temporum quieturus. *Curt.* 10. 8. 16. Nihil, inquit, seditione est opus. Nam inter se certantium præmia, qui quieverint, occupabunt. ¶ 3. Item speciatim est abstinere a petulantia, inquietum, insolentem non esse. *Ter. Andr. prol.* 22. Dehinc ut quiescant, porro moneo. *Cic. Cæcin.* 25. 71. Nimia ista, quæ dominatur in civitate potentia, in hoc solo genere quiescit. — Huc pertinet formula illa magistratus, aut imperatoris, imperium inhibentis, et comminantis. *Liv.* 3. 48. Proinde quiesse erit melius. *Id.* 4. 49. *a med.* Malum quidem militibus meis, nisi quieverint. ¶ 4. Item per metalepsin sumitur pro dormire. *Cic.* 6. *Verr.* 14. 32. Eo quum venio, prætor quiescebat. *Plaut. Amph.* 2. 2. 100. et *Merc.* 2. 3. 36. Quievi in navi noctem perpetem. *Apul.* 9. *Met.* Somnum humanum quievi. *Curt.* 4. 13. 18. Somno quiescere. — Supinum. *Dictys Cret.* 4. 16 Dein ad sua quisque tentoria quietum abeunt. *vanno a dormire.* et 5. 1. Ita unito convivio quietum discedit ur. ¶ 5. De mortuis. *Petron. fragm. Tragur.* 39. *Burmann.* Patrono meo ossa bene quiescant. *Inscript.* apud *Gruter.* 569. 12. ARCADI OSSA BENE QVIESCANT. *Virg.* 1. *Æn.* 249. placida compostus pace quiescit. *Ovid. Ib.* 305. Nec tua, quam Pyrrhi, felicius ossa quiescant. ¶ 6. Et pro tacere. *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 27. Jamque quiescebant voces hominumque canumque. *Val. Flacc.* 3. 358. tandemque quiescunt Dissona pervigili planctu juga. ¶ 7. Tribunitur et rebus inanimis pro jacere, stare, non moveri. *Virg.* 10. *Æn.* 835. procul ærea ramis Dependet galea, et prato gravia arma quiescunt. Sic *Sil. It.* 7. 253. His dictis fractus furor, et rabida arma quierunt. *et ibid. v.* 296. At clipeus circa loricaque et ensis et arcus Et telum Baliare simul tellure quiescunt. Rursus *Virg.* 6. *Æn.* 226. Postquam collapsi cineres, et flamma quievit. *et* 7. *ibid.* 6. postquam alta quierunt Æquora. *Petron. Satyr.* 123. Non pugnavit bumus, mitique horrore quievit. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 11. 22. (71). Quiescentes Nili aquæ. *h. e* decrescentes: vel non amplius crescentes. *Id.* 17. *ibid* 5. 3. (40). Terra utilior intelligitur, quoties, intermissa cultura, quievit. *et ibid.* 22. 35. (170). Quiescere ventos sationis die, utilissimum.

II.) Translate. ¶ 1. Per synecdochen est omittere, desinere, *lasciare, omettere. Horat. Art. P.* 380. Indoctusque pilæ, discive, trochive, quiescit. *Plaut. Most.* 5. 2. 51. Quiesce hanc rem modo petere. *Gell.* 2. 28. Statuere atque edicere quiescebant. — Cum gen. Ἑλληνισμός est. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* 9. 12. Manu significare cœpit, utrinque quiescerent pugnæ: facta pausa est. Simile est *τῷ abstineto irarum,* et *desine querelarum,* quæ *Horatii* sunt. Quidam tamen leg. *quiescerent pugnare.* Recentiores vero rectius: *utrinque quiescerent. Pugnæ facta pausa* est. ¶ 2. Pro permittere, *permettere. Cic.* 7. *Att.* 9. Aut si per tribunos plebis non patiatur, tamen quiescat, rem adduci ad interregnum.

B) Active positum reperitur pro quiescere facio. *Seneca Herc Œt.* 1584. Ante descendet glacialis Ursæ Sidus, et ponto vellto fruetur, Quam tuas laudes populi quiescant. *Potest tamen subaudiri* dicere *vel* prædicare. Nonnulli lexicographi afferunt et illud ex *Plauto Most.* Quiesce hunc tumultum, qui est ante ostium. Sed vereor ut hæc *Plauti* sint, quæ adhuc reperire non potui. *Servius* ad *Virg.* 8. *Ecl.* 4. *Quiesco* duplicem habet significationem: et aliter dico *quiesco ego,* et aliter *quiesco servum. V.* REQUIESCO.

QUĪĒTĀLIS ab antiquis dicebatur Orcus. *Festus p.* 257. 34. *Müll.* Alii leg. *quietalus.*

Est autem a *quiete* dictus, quia mortui quiescunt.

QUĬĒTĀTOR, ōris, m. 3. quietem afferens. In duobus nummis Diocletiani apud *Mediob. p.* 428. in aversa parte Juppiter dicitur *Quietator Augg.*, quasi nempe eo favente quietem a laboribus post imperii abdicationem ille obtinuerit. Hinc in nummis ejusdem, et Maximiani post eorum abdicationem cusis sæpissime legitur *Quies Aug.* vel *Quies Augg.* cum ejusdem deæ effigie. *V.* QUIES.

QUĬĒTĒ, adverb. Comp. *Quietius*, et Sup. *Quietissime.* — Quiete, It. *quietamente, posatamente, chetamente, pacificamente*, ἡσύχως, tranquille, pacate, placide. *Cic.* 1. *Fin.* 16. 52. Quod aptissimum est ad quiete vivendum. *Id. Senect.* 5. 13. Est etiam quiete et pure et eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus. *Liv.* 27. 12. Quietius deinde tranquilliusque hostem bellaturum, multis verbis adhortatus milites. *Cæs.* 3. *B. C.* 4. *in fin.* Nostri quietissime se receperunt.

QUĬĒTO, as, a. 1. *et* Quietor, aris, dep. 1. quietum facio, paco, tranquillo. Agnoscitur a *Priscian.* 8. *p.* 799. *Putsch.*, ubi ea verba recenset, quæ tam activa, quam passiva positione idem significant, ut *mereo mereor, partio partior*, etc.

QUĬĒTŌRĬUM, ii, n. 2. *sepolcro*, sepulcrum, in quo mortui quiescunt, ἀμφιαυστήριον. *Inscript.* apud *Gruter.* 810. 2. M. AVR. MYTIVS NOLANVS QVIETORIVM HOC SIBI VIVENS PARAVIT *etc.* Adde aliam apud *eumd.* 1131. 11.

QUĬĒTŪDO, inis, f. 3. quies. *Gloss. Cyrill.* Ἡρεμία, otium, quietudo, quies. Ἡσυχία, otium, quietudo, silentium.

QUĬĒTUM, i, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

QUĬĒTUS, a, um, particip. a verbo *quiesco*, quod adjective usurpatur, unde Comp. *Quietior* sub *B.*; et Sup. *Quietissimus* sub *A.* 1. et 3. et sub *B.* — Quietus est a labore aut cura vacuus, tranquillus, compositus, placidus, ἥσυχος (It. *quieto, tranquillo, posato, pacifico*; Fr. *qui est en repos, qui jouit du repos, tranquille, pacifique, calme*; Hisp. *tranquilo, quieto, pacifico, calmado*; Germ. *Ruhe haltend,-geniessenden, ruhig*; Angl. *quiet, calm, tranquil, peaceable, still, undisturbed, unruffled, contented, composed, easy*). Usurpatur

A) De hominibus. ¶ 1. Generatim. *Ter. Eun.* 2. 2. 46. Sex ego te totos, Parmeno, hos menses quietum reddam, ne sursum deorsum cursites, neve usque ad lucem vigiles. *Cic.* 2. *Tusc.* 1. 2. Animo quieto vivere. *et* 5. *ibid.* 6. 16. Animi quietus et placatus status cernitur, quum perturbatio nulla est, qua moveri queat. *Id. Rosc. Com.* 15. 43. Soluto et quieto animo esse. *Id.* 2. *leg. Agr.* 28. 77. Integri, quieti, otiosi homines. *Id.* 6. *Verr.* 19. 40. Homo quietissimus. *Vellej.* 2. 117. 2. Vir ingenio mitis, moribus quietus. *Plaut. Curc.* 4. 2. 6. Meminero: de istoc quietus esto. *h. e.* securus, nihil sollicitus: quo modo etiam *Ter. Phorm.* 4. 5. 1. locutus est. ¶ 2. Speciatim de his, qui bello abstinent, et qui in discidiis civilibus neutri parti adhærent. *Sall. orat.* 1. *ad Cæs. de Republ. ordin.* 2. Homines concurrere in castra tua, et aperte quietis mortem, rapinas minitari. *Nepos Pelop.* 4. Hoc jam turbido tempore, quoad cum civibus dimicatum est, domi quietus fuit. *Justin.* 7. 6. 13. Non contentus submovere bella, ultro etiam quietos lacessit. ¶ 3. Et qui ab ambitione et studio contendendi ad honores sunt alieni. *Plin.* 10. *Ep.* 7. Ad quam spem (*præturæ*) alioqui quietissimum hortatur et natalium splendor et summa integritas. *Id.* 7. *Ep.* 31. Vir rectus, integer, quietus ac pæne ultra modum verecundus. *Tac.* 1. *Hist.* 52. Ipsa vitia (*Vitellii*) pro virtutibus interpretabantur multi in utroque exercitu sicut modesti quietique, ita mali et strenui. ¶ 4. *Quietus* dicitur etiam qui quieti, seu somno indulget. *Tac.* 1. *Ann.* 49. Quos simul vescentes dies, simul quietos nox habuerat. ¶ 5. *Quieti*, mortui. *Nemesian.* 1. *Ecl.* 38. si sentire datur post fata quietis.

B) De brutis animantibus, de rebus physicis et de abstractis. *Varro* 2. *R. R.* 7. 15. Equi demptis testiculis fiunt quietiores. *h. e.* mansuetiores. *Colum.* 12. *R. R.* 50. 19. Videtur plus olei quieta, quam recens bacca reddere. *h. e.* quæ in tabulato aliquandiu jacuit. *Horat.* 3. *Od.* 29. 40. Quum fera diluvies quietos Irritat amnes. *h. e.* leniter placideque fluentes. *Id. Epod.* 10. 11. quietiore æquore ferri. *Virg.* 5. *Æn.* 216. columba aere lapsa quieto Radit iter liquidum. *Cic.* 2. *Cat.* 9. 19. Honores, quos quieta republica desperant, perturbata consequi se posse arbitrantur. *Id.* 1. *Fin.* 21. 71. Placata, tranquilla, quieta, beata vita. *Id. Senect.* 23. 82. Otiosam ætatem et quietam sine ullo labore et contentione traducere. *Id. ibid.* 9. 28. Est decorus sermo senis, quietus et remissus. *Auson. perioch. od.* 13. In Ithacam quietissima navigatione devehi. *Cæs.* 5. *B. G.* 58. *extr.* Paulloque habuit post id factum Cæsar quietiorem Galliam. *Liv.* 33. 19. Nihilo quietiores postea res habuit. *Sall. Jug.* 106. *extr.* Interim equites, exploratum præmissi, rem, uti erat, quietam nunciant. — *NB.* De cognom. Rom. *V.* ONOM. — Hinc

Quietum, i, n. 2. absolute, substantivorum more, usurpatur pro aere quieto apud *Petron. Satyr.* 131. Premebat illa resoluta marmoreis cervicibus aureum torum, myrtoque florenti quietum verberabat. *sventolavasi con un ramoscello di mirto.*

QUĪLĪBET (*vel* quilubet), quælibet, quodlibet *et* quidlibet. Neutrum *quodlibet* est adjectivum, quidlibet substantivum. — Quilibet est quivis, quicumque, *h. e.* quemcumque ex multis libet eligere, vel capere, ὁστισοῦν (It. *qualunque ti piace, chiunque si sia, qualsivoglia*; Fr. *celui qu'on voudra, quel qu'il soit, quelconque*; Hisp. *qualquier, qualquiera*; Germ. *jeder wer will, der erste Beste, jeder ohne Unterschied, alle*; Angl. *whosoever will, any one whom you please, it matters not who, any one, any*). ¶ 1. Generatim. *Cic. Rosc. Am.* 3. 8. Si aut causa criminis, aut facti suspicio, aut quælibet denique vel minima res reperietur, quamobrem etc. *Id.* 4. *Acad.* (2. *pr.*). 43. 132. Ad vos nunc refero: quem sequar? modo ne quis illud tam ineruditum absurdumque respondeat: Quemlibet, modo aliquem. *Lucret.* 1. 291. Quæ (*venti flamina*) veluti validum quum flumen procubuere Quamlibet in partem, trudunt res ante etc. *Horat.* 3. *Od.* 3. 38. qualibet exsules In parte regnanto beati, Dum etc. *Id.* 1. *Sat.* 3. 126. do nomen quodlibet illi. *Id.* 1. *Ep.* 6. 53. Cuilibet hic fasces dabit. *Id.* 2. *Ep.* 2. 7. idoneus (*puer*) arti Cuilibet. *Id.* 1. *ibid.* 15. 30. Quælibet in quemvis opprobria fingere sævus. *et* 1. *Sat.* 4. 73. Non recito cuiquam nisi amicis, idque coactus, Non ubivis, coramve quibuslibet. *Liv.* 2. 49. Quibuslibet temporibus. *Plaut. Pœn.* 4 2. 38. Quem ament igitur? SY. alium quemlibet: nam nostrorum nemo dignus est. *Quintil.* 1. 4. 7. An cujuslibet auris est exigere litterarum sonos? — *Quidlibet* subst. *Afranius* apud *Cic.* 4. *Tusc.* 20. 45. Dummodo doleat aliquid, doleat quidlubet. *Horat. Art. P.* 9. pictoribus atque poetis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. *Id.* 1. *Ep.* 17. 27. Alter purpureum non exspectabit amictum: Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet. — Jungitur cum *unus. Liv.* 9. 17. *ad fin.* Id vero erat periculum, ne solertius, quam quilibet unus ex iis, quos nominavi, castris locum caperet. *Id.* 42. 42. Queratur unus quilibet militis mei injuriam. ¶ 2. Speciatim, urbane dicitur de iis, in quibus nullus est delectus, nihil singulare, aut eximium: et contemptum quendam significat. *Cic.* 3. *Fin.* 7. 24. Ut enim histrioni actio, saltatori motus, non quilibet, sed certus quidem est datus: sic vita agenda est certo genere quodam, non quolibet. *Id.* 2. *Divinat.* 34. 71. Hic (*in auspiciis captandis*) apud majores nostros adhibebatur peritus, nunc quilibet. *Ovid.* 2. *Met.* 388. Quilibet alter agat portantes lumina currus. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 28. 29. (104). Bis ab Hannibale captus: neque enim cum quolibet hoste res fuit. *Liv.* 6. 40. Si Claudiæ familiæ non sim, nec ex patricio sanguine ortus, sed unus Quiritium quilibet. *Cajus Dig.* 2. 8. 5. Sane non quælibet injuria est, duci in jus eum, qui satis idoneum fidejussorem det. *h. e.* non vulgaris, non levis.

QUĪLON, i, n. 2. pro *cylon* legitur apud *Veget.* 2. *Veterin.* 66. 4. *Schneid. V.* CYLON.

QUĪMĀTUS, us, m. 4. πενταετία, ætas quinque annorum. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 45. 70. (178). *de bobus.* Feminis vita quindecim annorum (*Sillig.* quindenis annis) longissima, maribus viginti: robur in quimatu. In MSS. *Harduini* legitur *quinquennatu*, probante *Silligio.* Vetus quoque editio anni 1469. habet *V. natu.*

QUIN, conjunctio, ex *quine* per apocopen, ut *seu* a *sive*; *ne* pro *non* posito. Hæc conjunctio numquam locum habet in historicis propositionibus, sed semper in judiciis subjectivis et de rebus, quarum eventus est admodum incertus. ¶ 1. Ut particula relativa, *quin* significat *quo minus, ut non*, It. *che non.* — *a*) Post quodlibet verbum et particulam negantem. *Cic.* 12. *Att.* 27. Facere non possum, quin ad te mittam. *Ter. Eun.* 5. 2. 2. Ut nullo modo introire possem, quin me viderent. *Cic.* 11. *Att.* 15. *ad fin.* Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. *Id.* 2. *Invent.* 28. 85. Ut de his non modo non necesse sit, sed ne utile quidem, quin mox judicium fiat, exspectare. *At* Orellius *pro* quin *legit* quam. *Id. Quinct.* 9. 32. Quum causæ nihil esset, quin secus judicaret. *Id.* 3. *ad Q. fr.* 3. De aqua et via nihil prætermisi, quin enucleate ad te scriberem. *Virg.* 2. *G.* 516. Nec requies, quin aut pomis exuberet annus, Aut fetu pecorum, etc. *Liv.* 32. 21. *ante med.* Quid recusare potest, quin et socii sibi consulant. *Cæs.* 7. *B. G.* 11. Perpaucis ex hostium numero desideratis, quin cuncti caperentur. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 23. Vix tamen eripiam, posito pavone velis quin Hoc potius, quam gallina tergere palatum. *Plaut. Cas.* 2. 8. 68. Tribus non conduci possim libertatibus, quin ego illis hodie comparem magnum malum, quinque hanc omnem rem meæ heræ jam faciam palam. — Tacite subest præmissa negatio in his *Quadrigarii* apud *Gell.* 17. 13. Romam venit: vix superat, quin triumphus decernatur. *h. e.* parum abest, quin. *et ibid.* Pæne factum est, quin castra relinquerentur. *V. Gell.* — *Quin ut* pro quo minus, τοῦ *ut* redundante. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 12. Neque æquum est, occultum id haberi, neque per metum mussari, quin participem ego te, et tu me ut facias. — *b*) Post verba dubitandi et similia, *che non. Cic. Dom.* 26. 69. Non quod dubitaret, quin ab isto nihil jure esset actum, sed ne quis etc. *Id.* 5. *Fam.* 20. *a med.* Illud cave dubites, quin ego omnia faciam, quæ interesse tua, aut etiam velle te existimem. *Cæs.* 1. *B. G.* 4. *extr.* Non esse dubium, quin totius Galliæ plurimum Helvetii possent. *et ibid.* 4. Neque abest suspicio, quin ipse sibi mortem consciverit. *Cic. Flacc.* 27. 64. Quis ignorat, quin tria Græcorum genera sint? *et ibid.* 17. 40. Dubitabitis, quin nobilissimum civem vindicetis? — *c*) Post *mirum* apud *Plaut. Amph.* 2. 2. 118. Mirum, quin te adversus dicat. *et Rud.* 5. 3. 36. LA. Nempe pro meo jure oras? DÆ. Mirum, quin tuum jus meo periclo abs te expetam. Adde *eumd. Trin.* 4. 2. 125. — *d*) Est etiam *qui non. Cic.* 5. *Verr.* 59. 136. Quum nemo esset, quin hoc se audisse liquido diceret. *et* 6. *ibid.* 4. 7. Messanam nemo venit, quin viderit. *et* 7. *ibid.* 22. 57. In qua quam multa sint vulnera, quis est vestrum, judices, quin intelligat? — Et *quo non*, nam *qui* est etiam Ablativus casus. *Id.* 1. *Att.* 1. *a med.* Dies fere nullus est, quin hic Satrius domum meam ventitet. — Refertur et ad alios casus relativi. *Id.* 6. *Verr.* 1. 1. Nego ullum vas fuisse, ullam gemmam, quidquam ex auro, signum ullum; nego ullam picturam fuisse, quin conquisierit, inspexerit, quod placitum sit, abstulerit. *Ter. Phorm.* 4. 4. 16. Nihil est, quin male narrando possit depravarier. *Cato* apud *Gell.* 17. 13. Haud eos eo postremum scribo, quin populi et boni et strenui sint. *h. e.* non ideo scribo, quod non sint etc. ¶ 2. Ut particula interrogativa, significat cur non, *perchè non?*

τι μή; — *a)* In recta interrogatione. *Cic. Rabir. perduell.* 6. 18. Quin continetis vocem, indicem stultitiæ vestræ, testem paucitatis? *Liv.* 1. 57. Quin conscendimus equos, invisimusque præsentes nostrarum ingenia? *Ter. Heaut.* 4. 7. 4. Quid stas, lapis? quin accipis? *Virg.* 4. *Æn.* 99. Quin potius pacem æternam pactosque Hymenæos Exercemus? *Curt.* 5. 7. 4. Quin igitur ulciscimur Græciam, et urbi faces subdimus? *Cic.* 2. *Orat.* 61. 249. Verecundanti in publicum prodire, mater dixit: Quin prodis, mi Spuri? *Sall. Cat.* 20. *ad fin.* Quin igitur expergiscimini? *Ovid.* 5. *Met.* 539. Quin animam hanc (ne quod facinus tibi, perfide, restet) Eripis? — *b)* Extra interrogationem est *quia non. Cic.* 4. *Fam.* 7. *init.* Non quin ipse dissentiam, sed quod etc. *Liv.* 2. 15. *sub init.* Non quin breviter reddi responsum potuerit, ideo *etc.* sed ut, etc. ¶ 3. Præterea particula *quin* auget ac vehementer affirmat, et valet immo, immo etiam, *anzi, anzichè*; qua significatione usurpatur non modo *quin*, sed *quin etiam, quin et, quin potius, quin immo, quin contra. Ter. Heaut.* 3. 3. 20. Credo: neque id injuria: quin mihi molestum est. *Id. Andr.* 1. 1. 18. Quin tu uno verbo dic, quid est, quod me velis. *Cic.* 7. *Fam.* 30. Te nec hortor, nec rogo, ut domum redeas: quin hinc ipse evolare cupio. *Id. Mil.* 29. 79. Quin sic attendite, judices, etc. *Liv.* 26. 19. *circa med.* His miraculis numquam ab ipso elusa fides est: quin potius aucta. *Cic.* 1. *Att.* 13. *ante med.* Quin immo leviter inter se dissident. *Alii leg.* qui nunc. *Plin.* 4. *Ep.* 9. *a med.* Placuit sententia Cæpionis: quin immo consurgenti ei acclamatum est. (Scribitur et *quinimmo* conjunctim.) *Cic.* 13. *Att.* 26. Credibile non est, quantum scribam die: quin etiam noctibus; nihil enim somni. *et* 14. *ibid.* 21. Quin etiam hoc ipso tempore multa ὑποσλοικα. *Virg.* 2. *Æn.* 768. Ausus quin etiam voces jactare per umbram, Implevi clamore vias. (Sunt qui conjunctim scribunt *quinetiam.*) *Horat.* 2. *Od.* 13. 37. Quin et Prometheus et Pelopis parens Dulci laborum decipitur sono. Adde *eund.* 1. *ibid.* 10. 13. et 3. *ibid.* 11. 21. *Liv.* 35. 26. *in fin.* Nihil ea res animum militaris viri imminuit: quin contra plus spei nactus, etc. — *Quin tamen,* nihilominus tamen. *Lucret.* 2. 29. Quin tamen inter se prostrati in gramine molli, Propter aquæ rivum, jucunde corpora curant. *Alii leg.* attamen: alii *quum tamen:* in his *Macrob.* 6. *Saturn.* 2. probante *Lachmanno.*

QUĪNAM. *V.* QUISNAM.





QUĪNĀRĬUS, a, um, adject. *di cinque,* πεντάδικος, quinque continens. — *a)* Generatim. *Frontin. Aquæd.* 25. Modulus appellatus quinario nomine. *et mox.* Quinaria (*fistula*) dicta a diametro quinque quadrantum. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 31. (58). Fistulæ, si quinariæ erunt, sexagena pondo pendere; si octonariæ, centena. *V.* DENARIUS.— *b) Quinarius nummus,* et *quinarius* absolute, argenteus fuit, dimidium denarii. *V.* VICTORIATUS. *Varro* 5. *L. L.* 173. *Müll.* Denarii, quod denos æris valebant: quinarii, quod quinos. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. (44). Placuit denarium pro decem libris æris valere, quinarium pro quinque. — *c)* Quinarium numerum *Servius* ad *Virg.* 1. *G.* 277. tradit Minervæ esse consecratum, quia sterilis est: unde etiam omnia sterilia quinta luna nata esse dicuntur. Ob aliam causam laudat hunc numerum *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 6. *ante med.*


QUĪNĀRĬUS, ii, m. 2. absolute, substantivorum more. *V.* voc. præced. sub *b.*

QUINGENTI. *V.* QUINGENTI.

QUINCTĪLIS. *V.* QUINTILIS.

QUINCUNCIĀLIS, e, adject. ad quincuncem spectans. — *a)* Generatim. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 48. 72. (155) Quincuncialis magnitudo. — Sic *quincuncialis herba,* quæ mensuram quincuncis unius pedis habet, h. e. septenos fere digitos. *Id.* 27. *ibid.* 11. 74. (98). *de lithospermo.* Herba quincuncialis fere, folils duplo majoribus, quam rutæ. — *b)* Speciatim, quincuncialis figura, quæ quincuncem refert, πενταστιχος. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 11. 15. (78). In disponendis arboribus arbustisque ac vineis quincuncialis ordinum ratio vulgata et necessaria, non perflatu modo utilis, verum et aspectu grata, quoquo modo intueare, in ordinem se porrigente versu. *V.* vocem sequent.

QUINCUNX, uncis, m. et f. 3. ¶ 1. Stricto sensu est quinque unciæ, vel quinque habens uncias. *Horat. Art. P.* 327. si de quincunce remota est Uncia, quid superat? *Frontin. Aquæd.* 28. *et* 40. Senaria fistula capit quinariam unam quincuncem, sicilicum. *Colum.* 12. *R. R.* 28. 1. Irim cribratam, quæ sit instar pondo quincuncem et trientem. ¶ 2. Est etiam mensuræ genus, capiens quinque cyathos, h. e. quasi dimidium sextarii, uno cyatho minus. Sextarius enim duodecim cyathos continet: ejus dimidium sunt sex cyathi, quæ est hemina; si unum demas, quincunx. *Martial.* 1. 28. Hesterna tibi nocte dixeramus, Quincunces, puto, post decem peractos, Cœnares hodie, Procille, mecum. *h. e.* post epotos cyathos quinquaginta a multis simul convivis. *Id.* 11. 36. Quincunces et sex cyathos bessemque bibamus, Caius ut fiat, Julius et Proculus. *h. e.* quinque cyathos, deinde sex, postea octo: totidem enim litteras habent ea nomina. qua de re *v.* 1. 72. et 8. 51. *V.* etiam BIBO. ¶ 3. *Quincunx hereditatis* apud *Plin.* 7. *Ep.* 11. sunt quinque partes hereditatis in duodecim divisæ. ¶ 4. De usura, qua ex singulis centenis assibus quinque unciæ, seu quinque unius assis partes quolibet mense, seu quotannis quinque asses percipiuntur, *cinque per cento. Pers.* 5. 149. Quid petis? ut nummi, quos his quincunce modesto Nutrieras, pergant avidos sudare deunces? — *V.* et *Frontini* locum in USURARIUS; *Scævol. Dig.* 46. 3. 102. § 3.; *Tab. Alim.* Vellej. *De Lama p.* 29.; et *Inscript.* apud *Gruter.* 753. 4. — Adjective. *Scævola Dig.* 46. 3. 102. *ad fin.* Titius mutuam pecuniam accepit, et quincunces usuras spopondit. *Inscript.* in *Giorn. Arcad. T.* 28. *p.* 356. L. FABIO HERMOGENI FLAMINI DIVI HADRIANI QVI OB HONORES EI HABITOS HS $\overline{L}$. $\overline{M}$. $\overline{N}$ DEDIT EX QVORVM VSVRIS QVINCVNCIBVS QVOTANNIS XIII. KAL. AVG. DIE NATALI FIVS *etc.* ¶ 5. *Quincunx jugeri* apud *Colum.* 5. *R. R.* 1. 11. est, respectu jugeri, quod quinque unciæ respectu assis aut libræ. ¶ 6. *Quincunx* etiam dicitur ordo, quo arbores ita disponuntur, ut quinque unciarum figuram referant; olim enim quinque unciæ sic scribebantur  vel  vel  : hinc etiam triens sic  ; quadrans vero sic  vel . V. *Marin. Frat. Arv. p.* 227. et 259. Figura autem quincuncis est hujusmodi



Quintil. 8. 3. 9. Quid illo quincunce speciosius, qui, in quamcumque partem spectaveris, rectus est? *Cic. Senect.* 17. 59. Proceritates arborum, et directi in quincuncem ordines. *Colum.* 3. *R. R.* 13. 4. Nonnulli omnem vitem per denos pedes in quincuncem disponunt, ut more novalium terra transversis adversisque sulcis proscindatur. Adde *Varron.* 1. *R. R.* 7. 2.; et *V. Plin. loc. cit.* in voc. præced. sub *b.* — *Cæs.* 7. *B. G.* 73. Ante hos (*cippos*) obliquis ordinibus in quincuncem dispositis scrobes fodiebantur.

QUINCŪPĒDA, æ, f. 1. *pertica, passo,* regula, seu pertica quinque pedum longitudine, notis pedum et unciarum distincta, qua metiendis ædificiis utebantur. *Martial.* 14. 92., cujus lemma est *Quincupeda.* Puncta notis ilex et acuta cuspide clausa Sæpe redemptoris prodere furta solet. *h. e.* pertica ex ilice. *V.* DECEMPEDA. Sunt tamen qui apud *Martial.* legunt *Quincupedal.*

QUINCŪPĒDAL, ālis. *V.* voc. præced.

QUINCŪPLEX, icis, adject. πενταπλοῦς, quinquies multiplicatus, ut *Quincuplices,* scilicet pugillares quinque tabellarum. *Martial.* 14. 4., cujus lemma est *Quincuplices.* Cæde juvencorum domini colet area felix, Quincuplici cera quum datur altus honor. *h. e.* victimæ immolantur, quum Domitianus novum consulatum init, et pugillares quinque tabellis ceratis constantes distribuuntur. *V.* PUGILLARES. *Auson. epist.* 24. 81. Utque duplex Arelas Alpinæ tecta Viennæ Narbonemque pari spatio sibi conserit, et mox Quincuplicem socias tibi, Martie Narbo, Tolosam; etc. *Vopisc. Florian.* 3. Imago ejus posita est in una tabula quincuplex, in qua semel togatus, semel clamidatus, semel armatus, semel palliatus, semel venatorio habitu.

QUINCŪPLUS, a, um, adject. idem ac quinquiplus. *Boeth.* 1. *Arithm.* 23. *p.* 1355. Nam duplex unum intermittit, triplus II., quadruplus III., quincuplus IIII. *V.* alium *Boethii loc. cit.* in SEXCUPLUS; et QUINTUPLUM.

QUINDĒCENNĀLIS, e, adject. πενταδεκαετής, qui quindecim annorum est. *Quindecennalia vota* non ελογραμματως, sed per siglas numerales scribitur in nummis Constantini M., aliorumque subsequentium imperatorum, nempe VOT. XV. *V.* QUADRAGENNALIS.

QUINDĒCENNĬUM, ii, n. 2. *quindennio,* spatium quindecim annorum. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod.* 12. 1. 171. (*ann.* 409.). Placuit, principales viros a curia in Galliis non ante discedere, quam quindecennium in ordinis sui administratione compleverint.

QUINDĒCĬĒS, adverb. *quindici volte,* δεκαπεντάκις, quindecim vicibus. *Cic.* 4. *Verr.* 25. 61. Ad illa sestertia quingenta millia hereditaria accessit ipsius antiqua sestertium quindecies pecunia. *Martial.* 7. 10. Dicere quindecies poteram: quid pertinet ad te?

QUINDĒCIM, *quindici,* δεκαπέντε, nomen numeral. cardinale indeclin. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 51. Quindecim miles minas dederat. *Cæs.* 1. *B. G.* 15. Dies circiter quindecim. Adde *Martial.* 12. 59.; et *Apul. de Mag. V. Horat.* loc. in QUINDECIMVIRI sub *a.*

QUINDĒCIMPRĪMI, ōrum, m. plur. 2. quindecim viri principes ex decurionibus. *V.* DECEMPRIMI et DECURIO. *Cæs.* 1. *B. C.* 35. Evocat ad se Cæsar Massiliensium quindecimprimos; cum iis agit, ne initium inferendi belli ab Massiliensibus oriatur. Docet *Strabo l.* 4. *p.* 271. *ed. Amst.* optimates Massiliensium fuisse sexcentos, bis præfuisse quindecim, his rursus tres. *Inscript.* apud *Murat.* 626. 1. C. MEMMIO MACRINO $\overline{Q}$. $\overline{N}$. VIR. MASSIL. Q. $\overline{II}$. VIR. $\overline{Q}$. $\overline{Q}$. ITEM PRAEFECTO PRO $\overline{II}$. VIRO $\overline{Q}$. $\overline{Q}$. *etc.* Fortasse hic pro $\overline{Q}$. $\overline{N}$. legendum $\overline{XV}$.

QUINDĒCIMVIR, i, m. 2. *V.* QUINDECIMVIRI.

QUINDĒCIMVĪRĀLIS, e, adject. ut Sacerdotium quindecimvirale, *h. e.* quindecimvirorum sacris addictorum, apud *Tac.* 11. *Ann.* 11.

QUINDĒCIMVĪRĀTUS, us, m. 4. dignitas quindecimvirorum. *Lamprid. Alex. Sev.* 49.

QUINDĒCIMVĪRI, ōrum, m. plur. 2. Qui scribunt *quindecemvir* falluntur similitudine τοῦ *decemvir.* Nam *decem* quidem dicimus: *quindecem* non dicimus. Ceterum quum apud *Front. loc. cit.* in DADUCHUS, et in *Inscript.* apud *Gruter.* 433. 4. et 1102. 2., quæ ad IV. a Chr. n. sæculum pertinent, *quindecemvir* scriptum sit, videtur sequiori Latinitatis tempore ita scribi et pronunciari cœpisse. — De num. sing. *V.* sub *b.* — Quindecimviri erat magistratus quindecim virorum. ¶ 1. Quindecimviri Sibyllini, seu quindecimviri sacrorum faciundorum, erant quindecim sacerdotes, qui libris Sibyllæ legendis carminibusque interpretandis præerant. Ad hos etiam ludorum sæcularium procuratio pertinebat. Insigne hujus sacerdotii fuit tripus Apollinis, ut videre est in nummis apud *Eckhel. D. N. V. T.* 6. *p.* 316., et in lapidibus apud *Ignarr. de*

phratr. p. 154 Primum a Tarquinio Superbo duo viri ad hoc sacerdotium creati sunt (*Dionys. Halic.* l. 4. c. 62.; et *Liv.* 10. 8.); deinde quum plebs in partem magistratuum et sacerdotiorum venire vellet, decem, quinque ex patribus, totidem ex plebe, anno U. C. CCCLXXXVII: (*Liv.* 6. 37. *et* 42.; et *Cic.* 1. *Divinat.* 2. 4.); tandem a L. Sulla quindecim (*Serv.* ad 6. *Æn.* 73.). — Si *Servio* habenda est fides, ad 6. *Æn.* 73., etiam ante Sullæ tempora quindecimviri fuerunt: postea is numerus usque ad LX. auctus est, retento tamen quindecimvirum nomine. *Alii pro* LX. *leg.* XL. — *a*) In plur. num. *Horat. Carm. sæc.* 70. Quæque Aventinum tenet, Algidumque Quindecim Diana preces virorum Curet. *Tac.* 6. *Ann.* 12. *extr.* Notioni quindecimvirum is liber subjicitur. *Apul. de Mag.* Quindecimviri sacris faciundis. — In veterib. libris fere hoc modo scribitur *XV. viri.* Sic et Decemviri *X. viri.* Septemviri *VII. viri.* Sexviri, aut Seviri *VI. viri,* etc. — *b*) In sing. num. *Sueton. Cæs.* 79. L. Cottam quindecimvirum sententiam dicturum. *Tac.* 6. *Ann.* 12. *init.* Caninius Gallus quindecimvir postulaverat. *Gell.* 1. 12. Flamen, aut augur, aut quindecimvir sacris faciundis. — Sunt qui putant, etiam cum singulari nomine in omnibus casibus *quindecimvirum,* quod sit genitivus pluralis, dici debere. Itaque legunt apud *Tac. loc. cit.* Caninius Gallus quindecimvirum. *h. e.* unus e quindecimviris: similiter apud *Gell.* Idem videtur dicendum de aliis hujus positionis, *duumvirum, decemvirum, septemvirum,* etc., quæ si aliquando singularia legantur *duumvir, decemvir,* per compendium scripta esse censeri possunt. Deficit hoc tamen, quotiescumque aliquod ex his nominibus absolute ponitur, non adjecta persona, ut apud *Liv.* 3. 48 Decemvir, alienato ad libidinem animo, negat etc. *et ibid.* 49. Lictor decemviri. *et mox.* Decemviro obstrepitur. *Plin.* 2. *Ep.* 11. *circa med.* Stabat modo consularis, modo septemvir epulonum, jam neutrum. *Inscript.* opt. notæ apud *Gruter.* 403. 1. SEPTEMVIRO EPVLONVM. *Alia ibid.* 442. 6. SODALES A. NOVIO A. L. PLECONTI SEVIRO AVGVSTALI. ¶ 2. *Quindecimvir* agris dividundis, seu dandis fuit alius magistratus extraordinarius. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 43. 45. (139) Supremis laudibus patris sui L. Metelli, pontificis, bis consulis, dictatoris, magistri equitum, quindecimviri agris dandis.

QUINDĒCĬMUS, a, um, adject. quintus decimus. Est *Marcelli Empir.* 36.

QUINDĒNI. *V.* QUINIDENI.

QUINGĒNĀRĬUS, a, um, adject. *di cinquecento,* πενταχοσιοστός, quingena continens. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 20. 19. (83). Quingenario thorace indutus. *h. e.* quingentarum librarum pondo. Sic 33. *ibid.* 11. 52. (145). Quingenaria lana. *h. e.* quingentas babens argenti libras. *Curt.* 5. 2. 3. Quingenariæ cohortes. *h. e.* quingentorum militum. *Caj. Instit.,* (edente *Goeschenio*) 4. § 14. Pœna autem sacramenti aut quingenaria erat, aut quinquagenaria: nam de rebus mille æris plurisve quingentis assibus, de minoribus vero quinquaginta assibus sacramento contendebatur. Hinc *Id. ibid.* § 5. Quingenarium sacramentum.

QUINGĒNI, æ, a, nomen numerale distributiv. *cinquecento,* πενταχοσιοι, idem quod quingenteni, per syncopen. ¶ 1. In distributione est quingenteni. *Cic.* 16. *Att.* 8. Quingenos denarios dat. *Alii leg.* quingentos *minus recte. et* 12. *ibid.* 15. Apud eum HS. quingena deposuerunt. *Alii leg.* quinquagena. *Sueton. Cæs.* 38. Non ultra quingenos sestertios remisit. *Id. Aug.* 101. Legavit cohortibus urbanis quingenos nummos. *Ulp. Dig* 38. 1. 15. *extr.* Si communis libertus patronis duobus operas mille daturum se juraverit, quingenas potius deberi, quam singularum operarum dimidias. Adde *Sueton. Ner.* 10. et *Vesp.* 17.; et *Curt.* 5. 1. 45. ¶ 2. Extra distributionem, quingenti. *Colum.* 5. *R. R.* 2. 6. Horum pars dimidia duo millia quingeni.

QUINGENTĀRĬUS, a, um, adject. quingenta continens, quingenarius: ut Quingentaria cohors, apud *Veget.* 2. *Milit.* 6., ut quidem ibi legendum esse et *Stewech.* monet et res ipsa postulat. Habet enim pedites DLV.

QUINGENTĒNI, æ, a, nom. numerale distributiv. idem ac quingeni. *Vulgat. interpr.* 2. *Machab.* 8. 22. Subjectis unicuique millenis et quingentenis. Adde *Priscian. de ponder.* p. 1353. *Putsch.*

QUINGENTĒSĬMUS, a, um, adject. *cinquecentesimo,* πενταχοσιοστος, qui ordine est post quadringenta nonaginta novem. *Cic. Flacc.* 1. 1. Prope quingentesimo anno. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 1. 1. (2). Urbis anno quingentesimo quinto.

QUINGENTI, æ, a, nomen numerale. *Quincenti* legitur apud veteres. *Festus* p. 254. 19. *Müll.* Quincentum et producta prima syllaba et per C litteram usurpabant antiqui. — *Quingenti* sunt quinquies centum, *cinquecento,* πεντακόσιοι. *Virg.* 10. *Æn.* 204. Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat, Quos etc. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 42. si me stultior ipso Quingentis empto drachmis deprenderis. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 52. Quingentos uno ictu occidere. *Sueton. Galb.* 5. Tiberio legatum ad quingenta revocante. *Varro* 6. *L. L.* 37. *Müll.* Quingentum millium verborum. *Gell.* 7. 14. *a med.* Multa talentum fere quingentum. *Justin.* 2. 11. 15. Sexcenti viri castra quingentorum millium irrumpunt.

QUINGENTĬES, adverb. *cinquecento volte,* πενταχοσιάκις, quinquies centum. *Vitruv.* 1. 6. *a med.* Orbis terræ circuitio est inventa ducentorum quinquaginta duum millium stadiorum, quæ faciunt passus semel et tricies millies mille et quingenties mille. *Budæus* et *Schneiderus* hæc postrema corrupta esse probant, legendumque ita ex *Plin.* 2. *Hist. nat.* 108. 112. (247. *quæ fiunt passus trecenties quindecies centena millia.* — Sæpissime *quingenties* absolute dicitur pro *quingenties centena millia. V.* DECIES. *Cic.* 4. *Verr.* 38. 93. HS. quingenties Veneri Erycinæ de Sthenii bonis exacturus. *Alii leg.* quindecies. *Sueton. Aug.* 101. Nec plus perventurum ad heredes suos, quam millies et quingenties, professus, *h. e* 150,000,000 *sesterzi. Id. Galb.* 5. Liviæ Augustæ testamento pæne ditatus est. HS. namque quingenties quum præcipuum inter legatarios habuisset, quia notata, non perscripta erat summa, berede Tiberio legatum ad quingenta revocante. ne hæc quidem accepit. *h. e.* 50,000,000. ad 50,000. revocante.

QUINGĒSĬMUS pro *quingentesimus* dici, ait *Priscian. de ponder.* p. 1352. *Putsch.*

QUĪNI, æ, a, *cinque,* πεντε, nomen numerale dispertitivum: a *quinque.* ¶ 1. In distributione. *Cic. Pis.* 27. 67. Græci stipati, quini in lectulis, sæpe plures. *cinque per letto.* et *Colum.* 4. *R. R.* 30. 15. Quinum pedum interordinia esse, abunde est. *ogni spazio cinque piedi.* et *Cæs.* 7. *B. G.* 73. *a med.* Perpetuæ fossæ, quinos pedes altæ, ducebantur. *cinque piedi l'una.* et *Nepos Att.* 18. *in fin.* Ita ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum, non amplius quaternis, quinisve versibus, descripserit. *quattro o cinque per una.* et *Liv.* 8. 8. *a med.* Scribebantur quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus trecenis. *Julian. Dig.* 40. 9. 5. *in fin.* Quum uterque earum quinum aureorum sit. ¶ 2. Extra distributionem pro quinque. *Ovid.* 3. *Met.* 351. ter ad quinos unum Cephisius annum Addiderat. *Virg.* 5. *Æn.* 96. credit quinas de more bidentes. *et* 7. *ibid.* 538. Quinque greges illi balantum, quina redibant Armenta. *Liv.* 28. 26. Quina nomina principum seditionis edita sunt. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 110 CA. Meam tu amicam vendidisti? BA. valde: viginti minis. CA. Viginti minis? BA. utrum vis, vel quater quinis minis. *Auson. Edyll.* 11. 87. Quos (*libros Sibyllinos*) ter quinorum servat cultura virorum. *h. e.* quindecimvirorum sacris faciendis. — In sing. num. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 69 Lex me perdit quina vicenaria. *h. e.* quæ vetat minorem viginti quinque annis stipulari. *V.* LÆTORIUS, et VICENARIUS. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 11. 16. (80). Scrobes non altiores quino semipede. *h. e.* quinque dimidiis pedibus, qui duos pedes et semis efficiunt. *At* Sillig. *legit* semisquipede. — *Quinus vicenarius. V.* VICENARIUS.

QUĪNĪDĒNI *et* quini deni *et per syncop.* Quindeni, æ, a, nomen numerale dispertitivum, *quindici,* quindecim. ¶ 1. In distributione. *Liv.* 35. 40. *a med.* Quina dena jugera agri data in singulos pedites sunt. *Quintil.* 1. 10. 43. Si quinideni pedes per latera. quini in fronte sint. *Alii leg.* quindeni. *Vitruv.* 6. 9. Latitudines pedum quindenum. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 63. 83. (178). Vivunt Laconici (*canes*) annis denis: cetera genera quindenos annos, aliquando et vicenos. *Sueton. Claud.* 10. *extr.* Promisit singulis quinadena HS. ¶ 2. Extra distributionem. *Plaut. Most.* 2. 1. 11. Quindenis hastis corpus transfigi.

QUINIMMO. *V.* QUIN.

QUĪNĪO, ōnis, m. 3. *cinquina,* πεντας, numerus quinarius, ut Quinionem filiorum eniti, *Tertull. Anim.* 6. *sub fin.* et Quinio voluminum, *Id. ibid.* 46. *a med.* — In ludis tesserarum est jactus quinarius, ut *senio* senarius. *Isid.* 18. *Orig.* 65. *V.* BINIO et SENIO.

QUĪNĪVĪCĒNI *et* quini viceni, æ, a, nomen numerale distributiv. *venticinque,* vigintiquinque. *Liv.* 37. 59. *sub fin.* Militibus quiniviceni denarii dati.

QUINQUĀGĒNĀRĬUS, a, um, adject. *di cinquanta,* πεντηκονταδικος, quinquaginta continens. ¶ 1. Generatim. *Varro* 2. *R R.* 10. 11. Ad equarum gregem quinquagenarium bini homines. *Cato R. R.* 69. Quinquagenarium dolium. *h. e.* capiens quinquaginta quadrantalia, vel congios. *et ibid.* 10. Urna quinquagenaria. *h. e.* quinquaginta sextariorum. *Vitruv.* 8. 7. *de aquæd.* Quæ lamna fuerit digitorum quinquaginta, quum fistula perficietur ex ea lamna, vocabitur quinquagenaria: similiterque reliquæ. *Quintil.* 9. 2. 85. Homo quinquagenarius. *h. e.* annos natus quinquaginta. *Ammian.* 18. 2. Auxiliarii milites-quinquagenarias longioresque materias vexere cervicibus. ¶ 2. Speciatim *quinquagenarii* munus proprium militiæ. *Hieronym.* 2. *in Isaj.* 3. 3. Quomodo centuriones vocantur, qui centum præsunt militibus; chiliarchi, qui mille, quos nos tribunos appellamus, ab eo, quod præsint tribui: sic in Israelitico exercitu quinquagenarii vocabantur, qui in capite erant quinquaginta militum. *V.* PENTACONTARCHUS.

QUINQUĀGĒNI, æ, a, nomen numerale distributiv. *cinquanta,* πεντηκοντοι, quinquaginta. ¶ 1. In distributione. *Cic.* 5. *Verr.* 28. 69. In singulos HS. quinquagenis millibus damnari mavultis? *cinquanta mila ogni uno.* et *Sueton. Oth.* 5. Omnibus dena sestertia repræsentata et quinquagena promissa. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 24. 28. (99). Arbores quinquagenum cubitorum altitudine. *Vitruv.* 9. 1. Area quinquagenum pedum. — In sing. num. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 5. 3. (41). Centena quinquagena fruge fertilis campus. *Id.* 19. *ibid.* 1. 2. (11). Singula stamina centeno quinquageno filo constare. ¶ 2. Extra distributionem. *Manil.* 3. 603. Per quinquagenas complet sua munera brumas. *Martial.* 12. 66. Bis quinquagenis domus est tibi millibus empta.

QUINQUĀGĒSĬES, adverb. idem ac quinquagies. *Plaut. Men. in fin.* Vix credo tota auctione capiet quinquagesies. *Alii leg.* quinquagies, *et quidem rectius.*

QUINQUĀGĒSĪMA, æ, f. 1. *V.* voc. seq. in fin.

QUINQUĀGĒSĪMUS, a, um, adject. numeral. ordinis, *cinquantesimo,* πεντηκοστός. *Cic.* 2. *de republ.* 35. Quarto circiter et quinquagesimo anno post primos consules. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 16. Sic *Plin.* 7. *Hist. nat.* 8. 6. (45). Quinquagesimo uno raptus anno. *Martial.* 10. 24. Quinquagesima liba, septimamque Vestris addimus banc focis acerram. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 8. 6. (31). Quinquagesima Olympiade. — Hinc

Quinquagesima, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Est vectigal, quo penditur quinquagesima pars alicujus rei. *Cic.* 5. *Verr.* 49. 116. Ab omnibus enim ternæ præterea quin-

quagesimæ exigebantur. *Id. ibid.* 78. 181. Scribæ nomine de tota pecunia binæ quinquagesimæ detrahebantur. *Tac.* 13. *Ann.* 51. Manet tamen abolitio quadragesimæ quinquagesimæque, et quæ aliis exactionibus illicitis nomina publicani invenerant. Cf. *Symmach.* 5. *Ep.* 62. ¶ 2. A Scriptoribus Eccles. *quinquagesima* dicitur dies Pentecostes, quia quinquagesimo die post Pascha celebratur. *V.* MISSIVUS.

QUINQUĀGESSIS, is, m. 3. quinquaginta asses. Affertur a *Priscian. de ponder. p.* 1356. *Putsch.*

QUINQUĀGĬES, adverb. πεντηκοντάκις, *cinquanta volte*, quinquaginta vicibus. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 25. 25. (92). Idem signis collatis quinquagies dimicavit. *Id.* 6. *ibid.* 9. 10. (27). Universæ Armeniæ magnitudinem Aufidius quinquagies centena millia prodidit. *Cels.* 2. 14. *ad fin.* Quinquagies perfricare. *V.* et QUINQUAGĒSIES.

QUINQUĀGINTA, indeclin. numerale, *cinquanta*, πεντήκοντα. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 35. Nam equidem haud sum annos natus præter quinquaginta et quatuor. *Virg.* 1. *Æn.* 703. Quinquaginta intus famulæ. *Cic.* 4. *Att.* 2. Ducenta quinquaginta millia. *Inscript.* poetica apud *Fea, Relaz. di un viaggio ad Ostia p.* 11. QVINQVAGINTA MEIS MILLIBVS VT VOLVI HANC AEDEM POSVIT.

QUINQUĀGINTĀVĪRI, ōrum, m. plur. 2. magistratus quinquaginta virorum. *Frontin. de colon. p.* 139. *Goes.* Prænestе, oppidum. Ager a quinquagintaviris pro parte in jugeribus est assignatus culturæ. *At* Lachmann. *legit* a quinque viris.

QUINQUANGŪLUS, a, um, adject. Scribitur etiam *quinqueangulus*. V. *Cassiod. loc. cit.* in SUPERFICIALIS. — Quinquangulus, It. *di cinque angoli*, πενταγωνος, quinque habens angulos. Agnoscitur a *Priscian. de ponderib. p.* 1358. *Putsch. Boeth.* 1. *Geom. p.* 1513. Quinquangulum æquilaterum atque æquiangulum designare. Adde *Isid.* 3. *Orig.* 7.

QUINQUĀTRUS, ūum, f. plur. 4. *et* Quinquatria, orum, et ium, n. plur. 2. et 3. *Charis.* 1. *p.* 20. *Putsch. et Priscian.* 7. *p.* 773. agnoscunt etiam *Quinquatres, ium.* — Negat *Charis.* 1. *p.* 61. *Quinquatria* dici pro *Quinquatrus*: contra stat *Priscian.* 7. *p.* 744. et locus allatus *Sueton. Domit.* 4., si modo constans ea lectio est. Nam quod quidam afferunt ex *Ovid.* 1. *Amor.* 8. 65. mendosum certe est. — Ceterum *Quinquatrus*, Πανάθηναια — *a*) Sunt Minervæ festum XIV. Kal. April. celebrari solitum: a *quinque*, quia post diem quintum Idus Martias ageretur, sed deinde ad quinque dies prolatum: vulgus putavit id nominis habuisse a numero quinque dierum. *Varro* 5. *L. L.* 14. *Müll.* Quinquatrus, dies unus, a nominis errore observatur proinde ac sint quinque. Dies ab Tusculanis post diem sextum Idus similiter vocatur Sexatrus, et post diem septimum Septimatrus; sic hic, quod erat post diem quintum Idus, Quinquatrus. Adde *Festum*, qui *p.* 149. 24. *Müll.* his similia habet. *Gell.* 2. 21. adjicit, *atrus* in hac voce supplementum esse et nullam habere significationem. — *b*) Hæc festa celebrabantur in honorem diei natalis Minervæ. *Ovid.* 3. *Fast.* 812. Sed *Festus* causam affert, quod eo die ædes ejus in Aventino consecrata est. Sunt qui putant, hanc diem munusculorum quoque fuisse, quo tempore matronæ inter se invicem munera missitabant, et cœnas ancillis apponebant, ut viri Saturnalibus. Eodem die Salii in comitio, ut legitur in Kal. Prænestino apud *Foggin.* ad *Verrii Flacc. Fast.*, publice saltabant. (*V.* QUINQUO.) *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 97. Da, quod dem Quinquatribus præcantatrici, conjectrici, etc. (*Novius* apud *Non. p.* 508. 22. habet *quinquatribus*). *Cic.* 12. *Fam.* 25. Quinquatribus frequenti senatu causam tuam egi non invita Minerva. *Id.* 9. *Att.* 13. Fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempestas. *Liv.* 44. 20. Legati ex Macedonia Quinquatribus ultimis venerunt. *Augustus* apud *Sueton. Aug.* 71. Nos, mi Tiberi, Quinquatrus satis jucunde egimus, lusimus enim per omnes dies. *Sueton. Domit.* 4. Celebrabat et in Albano quotannis Quinquatria Minervæ, cui collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur, rederentque eximias venationes et scenicos ludos, superque oratorum ac poetarum certamina. *Id. Ner.* 34. Solemnia Quinquatrium simul celebranda. *Alii leg.* Quinquatruum: ut apud *Tac.* 14. *Ann.* 4. Quando Quinquatruum festos dies apud Bajas frequentabat. — *c*) In *Kalend. Prænestino loc. cit.* Quinquatria dicuntur *opificum dies*, quod nempe, ut ait *Lactant.* 1. 18., Minerva est, quæ omnes artes reperit, ideoque illi artifices supplicant. Hinc etiam *Ovid. loc. cit.* plurium artium cultores ad hæc sacra celebranda invitat. — *d*) Quæ hactenus descripta sunt, majora Quinquatria dicebantur. Erant etiam Quinquatria minora, sive Quinquatrus minusculæ, quæ celebrabantur Idibus Junii. *Ovid.* 6. *Fast.* 651. Et jam Quinquatrus jubeor narrare minores. *Varro loc. cit.* Quinquatrus minusculæ dictæ Juniæ Idus ab similitudine majorum, quod tibicines tum feriati per Urbem vagantur, et conveniunt ad ædem Minervæ. *Festus p.* 149. 22. *Müll.* Minusculæ Quinquatrus appellantur Idus Juniæ, quod is dies festus et tibicinum, qui colunt Minervam. — Hujus autem festi origo est repetenda a tibicinibus, qui, quum Romæ sacrificiis præcinere solerent, ann. U. C. CCCXLII. ab App. Claudio Cæco censore anni superioris prohibiti sunt in æde Jovis vesci; hinc ægre id ferentes Tibur uno agmine omnes abierunt, unde auctore C. Plautio Proculo Venoce ejusdem Claudii collega per fraudem vino sopiti, somno vincti, et in plaustra conjecti Romam deportati sunt, ubi, quum mane crapulæ plenos lux eos oppressisset, impetrato, ut remanerent, datum ipsis est, ut quotannis eodem cultu ornati per Urbem vagarentur, restitutumque iis in æde Jovis vesci jus est. *V. Liv.* 9. 30.; *Val. Max.* 2. 5. *n.* 4.; *Censorin.* 12.; et *Plutarch. quæst. Rom. c.* 55. Hujus festi institutionem repræsentat nummus gentis Plautiæ apud *Eckhel. D. N. V. T.* 5. *p.* 276., in cujus parte antica est persona muliebris intextis capillitio aliquando serpentibus, in postica vero Aurora alata quatuor equos junctos ducens, cum inscriptione L. PLAVTIVS PLANCVS.

QUINQUE, *cinque*, πέντε, nomen numerale cardinale indeclin. *Lucret.* 3. 626. quinque eam (*animum*) faciendum est sensibus auctam. *Virg.* 1. *G.* 233. Quinque tenent cælum zonæ. *Cic.* 1. *Nat. D.* 8. 19. Unde vero oriæ illæ quinque formæ? *Id.* 1. *Legg.* 21. 55. Quinque pedes. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 108. prætorem quinque sequuntur Te pueri. *Id.* 1. *Ep.* 6. 43. scribit sibi millia quinque Esse domi chlamydum. *Ovid.* 8. *Met.* 748. mensuraque roboris ulnas Quinque ter implebat. *Colum.* 12. *R. R.* 23. 1. Sextarios quinque et quadringenta.

QUINQUĒFASCĀLIS, adject. m. legatus provinciæ, quem quinque fasces præcedunt. *Inscript.* (*Marbre de Thorigny*) apud *Rénier, Mém. de la Soc. des Antiq. de France*, a. 1855. *p.* 52. IN PROVINCIA LVGDVNESS. QVINQVEFASCALIS *dum* AGEREM. *V.* SEXFASCALIS: et *Th. Mommsen* in *Epigr. Anall.* 22. in *Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852. *p.* 235.

QUINQUĒFŎLĬUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. in fin.

QUINQUĒFŎLĬUS, a, um, adject. *di cinque foglie*, πενταφύλλος. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 4. 10. (20). Rosæ pallidæ, spinosæ, quinquefoliæ. — Hinc

Quinquefolium, ii, n. 2. absolute, substantivorum more, πενταφύλλον, est herba, quæ quinque foliis constat. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 9. 62. (109). Quinquefolium nulli ignotum est, quum etiam fraga gignendo commendetur. Adde *Cels.* 2. 33. *extr.*

QUINQUĒGENTĬĀNUS. *V.* voc. seq.

QUINQUĒGENTĀNUS, a, um, adject. a *quinque* et *gens*. Apud *Aurel. Vict. Cæsar.* 39., *Eutrop.* 9. 22. *et* 23. et *Oros.* 7. 25. nationes Quinquegentanæ sunt Pentapolitani in Libya. *V.* PENTAPOLIS in ONOM. *Alii leg.* Quinquegentianus. V. *P. Mazzucchelli* adnotat. ad *Coripp.* 1. *Johann.* 480.

QUINQUĒGĒNUS, indeclin. quinque generum. *Auson. Edyll.* 12. *in monosyll. de cibis*, 10. Et duplici defensa putamine quinquegenus nux. *h. e.* juglans, avellana, castanea, pinea nux, et amygdalum.

QUĪNQUĒJŪGUS, a, um, adject. quinque habens juga. *Jul. Valer. Res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 1. 18. Præsidet et numen (*Serapis*) cui Dite potentius ipso, Vertice quinquejugo rerum secreta gubernans.

QUĪNQUĒLĪBRĀLIS, e, adject. πενταλιτραῖος, qui est quinque librarum. *Colum.* 3. *R. R.* 15. 3. Qui singuli lapides non excedant quinquelibrale pondus.

QUĪNQUĒLĪBRIS, e, adject. quinquelibralis. *Vopisc. Prob.* 5. Donatus est patera quinquelibri.

QUĪNQUĒMESTRIS, e, adject. πενταμηνιαῖος, quinque menses natus. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 75. (198). Castrati agnos, nisi quinquemestres, præmaturum existimatur. *Varro* 2. *R. R.* 7. 11. Quinquemestres pulli.

QUINQUENNĀLĬA, ium, n. plur. *V.* QUINQUENNALIS in fin.

QUINQUENNĀLĪCĬUS, a um, adject. ¶ 1. Est ad quinquennalem pertinens. *Inscript.* apud *Gruter.* 126. *col.* 2. A. AEGRILIVS AVGVSTAL. QVINQVENNALIC. *h. e.* quinquennalitate functus. Alia apud *Marin. Frat. Arv. p.* 400. c. IVLIO REGINO DECVRIONI KARTHAG. AED. IIVIR. QVINQVENNALICIO *etc.* Adde *Tab. Canus.* apud *Fabrett. p.* 598. *col.* 2.; et cf. easdem *Inscript.* apud *Orell.* 3720., 3721. et 3890. ¶ 2. Non modo *quinquennalicius* vocatur vir, qui quinquennalis jam fuerit, sed etiam *duumviratus quinquennalicius* dicitur ipsa dignitas quinquennalitatis in *Inscript.* Pompejana apud *Gud. p.* 106. *n.* 1.

QUINQUENNĀLIS, e, adject. ¶ 1. Est πενταετηρικός, hoc est qui fit quinto quoque anno. *Cic.* 3. *Orat.* 32. 127. Quum Olympiam venisset maxima illa quinquennali celebritate ludorum. *V.* infra in *Quinquennalia.* ¶ 2. Item qui quinque annos durat, ut Quinquennalis magistratus. *Liv.* 4. 24. Alios magistratus annuos esse, quinquennalem censuram, grave esse, *etc.* — Hinc

Quinquennalia, ium, n. plur. 3. absolute, substantivorum more, hoc est ludi vel certamina quinto quoque anno celebrari solita, *h. e.* quarto quoque anno completo, et quinto incipiente, cujus certaminis exemplum sumpsisse Nero videtur a Neapolitanis, qui (teste *Sueton. Aug.* 98.) in honorem Augusti illud primum instituerant, more nempe Græcorum, qui Olympicos ludos quarto quoque anno celebrare consueverant. Hæc *Quinquennalia* etiam Augustalia dicebantur. *V.* AUGUSTALIS. *Inscript.* apud *Gruter.* 116. 3. Quinquennalibus Neronis. *Sueton. Ner.* 12. Instituit et quinquennale certamen primus omnium Romæ, more Græco, triplex, musicum, gymnicum, equestre: quod appellavit Neronia. *Tac.* 14. *Ann.* 20. Nerone quartum, Cornelio Cosso Coss. quinquennale ludicrum Romæ institutum est, ad morem Græci certaminis, varia fama, ut cuncta fere nova. *Sueton. Domit.* 4. narrat, hujusmodi ludos quinquennales a Domitiano in Capitolio fuisse celebratos, unde *Agon Capitolinus* vocati sunt. *V.* AGON. — Alia erant *quinquennalia*, quæ imperatores celebrabant post quintum imperii annum. *V.* DECENNALIS. *Eumen. Gratiar. act. ad Constantin. Flav. nom.* 13. Quinquennalia tua nobis etiam perfecta celebranda sunt; illa enim quinto incipiente susceptа omnibus populis communia, nobis hæc propria, quæ plena sunt. *Id.* enim supra dixerat: Quinque annorum nobis reliqua remisisti.

Quinquennalis, is, m. 3. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Cui sæpe *IIII. vir*, vel *II. vir*, vel *Præf.* præmittitur, fuit magistratus in municipiis et coloniis, quatuor aut duobus viris constans, cujus quidem potestas censoriæ similis per quinquennium, unde ei nomen, durabat;

titulo tamen tenus, quia reapse annua tantum fuisse videtur; quemadmodum Romæ censura, quæ primum quinquennalis fuerat (*Liv.* 4. 8.), mox ex quinquennali facta est annua et semestris (*Id. ibid.* 24.), quam tamen postea Ap. Claudius per integrum quinquennium pervicacius retinuit (*Id.* 9. 33). Duplex hujus magistratus tempus constat ex *Inscript.* mendosa apud *Fabrett. p.* 597. *n.* 1., emendata apud *Oliver. Marm. Pisaur. n.* 28. ABBIENAE C. F. BALBINAE ANNO QVINQVENNALITATIS PETINII APRI MARITI EIVS PLEBS VRBANA PISAVRENSIVM etc. Alia abhinc paucis annis reperta Æclani et edita a *R. Guarin. Spicil. Eclan. p.* 5. TI. CLAVDIO TI. FIL. COR. MAXIMO Q. IIVIR. QVINQ. IN QVO HONORE HIC SEPVLTVS EST CVIVS MATER GEMINIA NV. FIL. SABINA OB HONOREM EIVS IN VIA DVCENTE HERDONIAS TRIA MILLIA PASSVVM EX D. D. INTRA LVSTRVM HONORIS EIVS REPRAESENTATA PECVNIA STRAVIT. *Spartian. Hadrian.* 19. Per Latina oppida dictator et ædilis et duumvir fuit, apud Neapolim demarchus, in patria sua quinquennalis. *Apul.* 10. *Met.* Thiasus oriundus patria Corintho, ut ejus prosapia ac dignitas postulabat, gradatim permensis honoribus, quinquennali magistratui fuerat destinatus. *V.* PRÆFECTUS. Hinc *quinquennalis censoria potestate* habetur in *Inscript.* allata in voc. PONTIFEX. ¶ 2. *Quinquennalis* etiam fuit in collegio Augustalium, aliorum sacerdotum et plurium artificum, qui eodem munere per quinquennium fungebatur. *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 408. *n.* 332. L. CARVLLIVS EPAPHRODITVS VI. VIR AVG. IDEM Q. Q. HVIC VI. VIRI AVG. POST CVRAM QVINQVENNALITATEM OPTVLERVNT QVI EGIT ANNIS CONTINVIS IIII. *Apul.* 11. *Met. ad fin.* In collegium me pastophororum suorum, immo inter ipsos decurionum quinquennales adlegit. *Inscript.* apud *Gruter.* 358. 1. L. ANTONIVS PECVLIARIS Q. Q. COLLEGII FABRVM OSTIENSIVM LVSTRI XXV. EGIT *etc.* Alia apud *Orell.* 2675. COLLEGIVM FABRVM PATRONO ET QVINQVENNALI OB EXIMIAM EIVS ERGA SE LIBERALITATEM CVIVS DEDICATIONE CVM COLLEGA SINGVLIS HS. N. L. ADIECTO PANE ET VINO DED. Hinc patet, in collegiis duos fuisse quinquennales, ut Romæ censores.

QUINQUENNĀLIS, is, m. 3. *V.* voc. præced. in fin.

QUINQUENNĀLĪTAS, ātis, f. 3. dignitas et munus quinquennalis. *Inscript.* apud *Gruter.* 175. 8. TI. CLAVDIVS CHRESIMVS OB HONOREM QVINQVENNALITATIS COLLEGIO DENDROPHOR. ROMANOR. etc. *Inscript.* apud *Henzen.* 6086. VT QVISQVIS QVINQVENNALITATEM GESSERIT INTEGRE etc. *V.* aliam in QUINQUENNALIS primo loco in fin. 2.

QUINQUENNĀTUS. *V.* QUIMATUS.

QUINQUENNIS, e, adject. *di cinque anni, πενταετής*, qui est quinque annorum. *Ovid.* 4. *Pont.* 6. 5. In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est. *h. e.* quæ quinto quoque anno incipiente celebrabatur. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 48. Vinum quinquenne. *Plaut. Pœn. prol.* 85. Filia quinquennis. *Colum.* 7. *R. R.* 3. 6. Ovis post bimatum maritari debet, juvenisque habetur quinquennis *Id.* 4. *ibid.* 21. 1. Vinea quinquennis.

QUINQUENNĬUM, ii, n. 2. *spazio di cinque anni, quinquennio, πενταετία*, quinque annorum spatium. *Cic.* 3. *Legg.* 3. 7. Censores magistratum quinquennium habento. *Tac.* 2. *Ann.* 36. Censuit, in quinquennium magistratuum comitia habenda. *Ovid.* 12. *Met.* 584. Jamque fere tracto duo per quinquennia bello. *Id.* 4. *ibid.* 292. Is tria quum primum fecit quinquennia, montes Deseruit patrios. *h. e.* quindecim explevit annos. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 113. Quum stata laudato caneret Quinquennia versu. *h. e.* Quinquennalia.

QUINQUĒPARTES versus sunt, qui quinque partes orationis liberas possident, ut *Ora citatorum cursu delorsit equorum.* Hæc *Diomed.* 3. *p.* 498. *Putsch.* Cf. *eumd. p.* 497.

QUINQUĒPARTĪTO, adverb. *πενταμερῶς*, in quinque partes. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 6. 29. (65). Foliis per ambitum incisis quinquepartito.

QUINQUĒPARTĪTUS, a, um, particip. ab inusit. *quinquepartior, πενταμερής*, divisus in quinque partes. *Cic.* 1. *Invent.* 34. 59. Quinquepartitam igitur hoc pacto putant esse argumentationem. *Alii leg.* quinquepertitam.

QUINQUĒPĔDĀLIS, e, adject. qui est quinque pedum *Hygin. de limitib. p.* 212. *Goes.* Terminus egregius dicitur quinquepedalis.

QUINQUĒPLEX, plicis, adject. pro *quincuplex Gloss. Cyrill.* Πενταπλοῦς, quinquepiex. Πενταπλῆ, quinquepiex.

QUINQUĒPLICO. *V.* QUINQUIPLICO.

QUINQUĒPLUM, i, n. *πενταπλοῦν, quintuplo*, legitur in *Gloss. vett.* Et *Gloss. Philox.* Quinculum (*male* Quadruplum), *πενταπλοῦν.*

QUINQUĒPRĪMĀTES. *V.* voc. seq.

QUINQUĒPRĪMI *et* quinque primi, *πενταπρωτοι*, quinque viri principes in aliquo senatu. *Cic.* 5. *Verr.* 28. 68. Magistratus et quinqueprimi accitu istius evocantur. *V.* DECURIO. Iidem ab *Imp. Theodos. et Valentin. Cod.* 10. 31. 57. appellantur quinque summates ordinis; et in *Cod. Justin.* 12. 1. 190. quinque primates ordinis.

QUINQUĒRĒMIS, is, f. 3. *πεντήρης*, navis, quæ habet quinque ordines remorum. *Cic* 6. *Verr.* 46. 103. Certos homines in quinqueremi misisse. *Liv.* 42. 48. Præmissus a prætore cum quinquereme una. *Id.* 28. 30. Quinqueremis seu pondere tenacior, seu pluribus remorum ordinibus scindentibus vortices, quum facilius regeretur, duas triremes suppressit. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (207). Quadriremem Aristoteles auctor est Carthaginienses fecisse; quinqueremem Mnesigiton Salaminios. — Adjective. *Liv.* 41. 9. Decem quinqueremes naves. Adde *eumd.* 26. 24. *V.* DECEMREMIS.

QUINQUĒRES, is, f. 3. eadem ac quinqueremis, ac penteres: vox hybrida: a *quinque*, et *ἐρεσσω remigo.* Vox a Lexico expungenda; occurit enim tantum in *Not. Tir. p.* 177. Bieris, trieris, quatrieris, quinqueris, hexeris, hepteris, penteris. Hic semper ultima syllaba per *is* vitio sæculi effertur, quum per *es* efferenda esset.

QUINQUERTĬO, ōnis, m. 3. *πένταθλος*, qui quinque artibus, seu quinquertio se exercet. *V. Festi loc. cit.* in voce seq.

QUINQUERTĬUM, ii, n. 2. *πένταθλον*, exercitatio quinque artium, quibus ingenuorum puerorum institutio constabat: a *quinque* et *ars.* Artes eæ erant apud Græcos, cursus, saltus, disci seu jaculi projectio, lucta, pugilatus. Latini natationem et equitationem adjecere. *Auson. Grat. act.* 27. hæc exercitationum genera enumerat, sed pugilatum omisit. *Festus p.* 257. 8. *Müll.* Quinquertium vocabant antiqui, quod Græci *πένταθλον*, ut indicat versus hic: Omnes æquales vincebat quinquertio. *Livius* quoque (*Andron.*) ipsos athletas sic nominat: Quinquertiones præco in medium vocat. (Hic metri causa *præcod ἀρχαϊκῶς* est legendum). Similia habet *Paul. Diac. p.* 256. 1. *V.* PENTATHLUM.

QUINQUESSIS, is, m. 3. quinque asses, ut *centussis*, centum. *Apul.* apud *Priscian.* 6. *p.* 708. *Putsch.* Sed tum sestertius dipondium semissem, quinarius quinquessis, denarius decussis valebat. Hic *Apuleji* locus ita corrigendus est ex *Thesauro Latinit.* edit. ab *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 8. *p.* 35. Sed tum sestertius dipondium semissem, quinarius quinquessem, denarius decussem valebat.

QUINQUĒSUMMĀTES. *V.* QUINQUEPRIMI.

QUINQUĒVERTEX, tĭcis, adject. omn. gen. quinque habens vertices, quinquejugus *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (edente *A. Maio*) 1. 29. Urbs quinquevertex.

QUINQUĒVIR, vĭri, m. 2. *V.* QUINQUEVIRI.

QUINQUĒVĪRĀLĬCĬUS, a, um, adject. ad quinqueviros pertinens. *V.* QUINQUEVIRI *Inscript.* PHILIPPENSIS apud *Gruter.* 395. 4. P. CORNELIVS ASPER EQVO PVBLICO HONORATVS ITEM ORNAMENTIS DECVRIONATVS ET II. I RALICIIS. Fortasse IIII *ralicitis* legendum est.

QUINQUĒVĪRĀLIS, e, adject. ad quinqueviros pertinens. *Imppp. Val., Gratian. et Valentin. Cod. Theod.* 9. 1. 13. Præfecto Urbis cognoscente de capite senatorum, spectatorum maxime virorum judicium quinquevirale sociabitur, et de præsentibus et administratorum honore functis licebit adjungi sorte ductos, non sponte delectos. *Imppp. Honor. et Theodos. ibid.* 2. 1. 12. In criminalibus causis senatus, statuta jamdudum quinqueviralis judicii forma servabitur. *Cassiod.* 4. *Variar.* 23. Eos (*Basilium atque Prætextatum senatores*) te præcipimus ubicumque repertos ad judicium quinquevirale ducere, quod in præsenti negotio nostra delegavit auctoritas. *Id.* enim *ibid.* dixerat: Præsenti auctoritate decernimus, ut quinque senatoribus hanc causam legitima examinatione pensetis.

QUINQUĒVĪRĀTUS, us, m. 4. *πενταδαρχία*, magistratus quinquevirorum. *Cic. Prov. cons.* 17. 41. Me ille, ut quinqueviratum acciperem, rogavit.

QUINQUĒVĪRI, ōrum, m. plur. 2. *Quinqueviri* quoque appellantur in *Tab. æn.* apud *Gor. Inscr. Etr. T.* 2. *p.* 384. *n.* 15. et apud *Vermiglioli, Iscriz. Perug. p.* 429. *n.* 20. *edit.* 2. extraordinarius magistratus quinque civium, non unius generis. — *a*) Erant enim *Quinqueviri coloniæ deducendæ*, qui plebem in aliquod oppidum et agrum habitandi gratia deducebant. Hi etiam interdum tres viri fuere, interdum decem, etc. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 7. 17. Toties legibus agrariis curatores constituti sunt triumviri, quinqueviri, decemviri. *Liv.* 6. 21. Quinqueviros Pomptino agro dividendo creaverunt. — *b*) Præterea *quinqueviri mensarii*, qui ad mensas sedebant et pecuniam dispensabant. Quum improbitate feneratorum plebs Romana magnitudine æris alieni pæne obruta esse videretur, eique difficultati principes plebis succurrere sæpe tentassent, inclinatis tandem ad concordiam omnium animis, qui tum consules erant, fenebrem quoque rem quod distinere animos hominum videbatur, levare aggressi, solutionem æris alieni in publicam curam verterunt. Quinque ergo viri creati sunt, qui huic muneri præessent, de quibus V. *Liv.* 7. 21. — *c*) Item *quinqueviri cis et ultra Tiberim* erant qui se gerebant pro magistratibus. Constituti sunt, quia inconveniens erat magistratus vespertinis temporibus in publico esse. *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. *circa med.* De his intelligendum videtur illud *Livii* 39. 14. *in fin.* Utque ab incendiis caveretur, adjutores triumviris quinqueviri dati, uti cis Tiberim suæ quisque regionis ædificiis præessent. — *d*) Reperiuntur etiam *quinqueviri muris turribusque reficiendis* apud *Liv.* 25. 7. Item *minuendis publicis sumptibus* apud *Plin.* 2. *Ep.* 1. *ad fin.* Narrat etiam *Liv.* 3. 9. latam a C. Terentillo Arsa trib. pleb. legem de quinqueviris creandis, qui leges scriberent imperio consulari moderando: quamvis perlata non fuerit. — *e*) In sing. num. *Cic.* 4. *Acad.* (2. *pr.*) 44. 136. Neminem esse consulem, prætorem, imperatorem, nescio an ne quinquevirum quidem unquam, nisi sapientem. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 56. Scriba ex quinqueviro. *V.* QUINDECIMVIRI. — *f*) Etiam in municipiis et coloniis *quinqueviri* erant. *Inscript.* Nucerina abhinc paucis annis reperta, et Neapoli a. 1826. edita a *F. A. Pellicano.* M. VIRTIO M. F. MEN. GERAVNO AEDILI II. VIR. IVRE DICVNDO PRAEFECTO FABRVM V VIR. CVI DECVRIONES OB MVNIFICENTIAM EIVS *etc.* Est qui putat, hunc M. Virtium fuisse V. virum coloniæ Nuceriæ deducendæ, quæ, teste *Tac.* 13. *Ann.* 31., deducta est ann. a Chr. n. LVIII. Hanc conjecturam confirmare videntur binæ perticæ seu decempedæ, quas manu tenent duo viri togati, in eodem marmore sculptæ. *V.* QUINQUEVIRALICIUS. — *g*) *Quinqueviri* etiam, qui de finibus cognoscerent statuerentque inter Pisanos et Lunenses, missi dicuntur a senatu apud *Liv.* 45. 13.

QUINQUĬES, adverb. *cinque volte, πενταχις*, quinque vicibus. *Cic.* 11. *Phil.* 5. 11. At hic me defendente quinquies absolutus est. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 23. 21. (85). Quinquies millies. *Id.* 6. *ibid.* 13. 15. (36). Quinquies mille quadringenta stadia. *Id.* 18. *ibid.* 7. 17. (76). Aqua

quinquies in die mutata. *Cato R. R.* 156. Quinquies quinque numerare.

QUINQUIESDĒCIES, adject. *quindici volte.* Agnoscitur a *Priscian. de ponder. p.* 1355. *Putsch.*, nullo tamen allato scriptoris exemplo.

QUINQUĪFĪDUS, a, um, adject. in quinque partes fissus, seu divisus: a *quinque* et *findo. Venant.* in *epist.* præm. *carm.* 6. *l.* 5. *a med.* Hæc tela velut plumis illitis quinquifida viscata tendebat. *et mox.* Habes igitur opus sic uno textu quadratum, ut sit legendum quinquifidum.

QUINQUĪPLĪCO, as, are, a. 1. *raddoppiare cinque volte,* quinquies duplico. *Tac.* 2. *Ann.* 36. Superbire homines etiam annua designatione; quid, si honorem per quinquennium agitent? quinquiplicari prorsus magistratus, subverti leges. *Alii leg.* quintuplicari, *alii* quinqueplicari.

QUINQUĪPLUS, a, um, adject. *quintuplo,* πεντα-πλάσιος, alicujus rei quantitatem quinquies continens. *A. Maius* in *præf.* ad *Cic. de Republ. p.* XL. se legisse testatur in *Cod.* palimpsesto bibliothecæ canonicor. Veronensium, qui continet fragmenta operis cujusdam mathematici sub n.° XXXVIII. Ad quinquiplum veniet.

QUINQUO, as, are, a. 1. lustro, purgo. *Charis.* 1. *p.* 62. *Putsch.* Quinquatrus a quinquando, idest lustrando, quod eo die arma ancilia lustrari sint solita.

QUINTĀDĒCĪMĀNI, ōrum, m. plur. 2. milites legionis decimæquintæ, apud *Tac.* 4. *Hist.* 36.

QUINTĀNENSIS, e, adject. ad quintum pertinens. *Inscript.* in *Giorn. Arcad.* T. 28. *p.* 350. AVRELIVS CHRYSOMALLVS QVINTANENSIS LEG. *h. e.* miles legionis quintæ, cujus milites etiam Quintani appellantur. *V.* vocem seq. — *NB.* De Labicanorum cognom. *V.* in ONOM.

QUINTĀNA, æ, f. 1. *et*

QUINTĀNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq. in fin.

QUINTĀNUS, a, um, adject. *πεμπταῖος,* a *quintus,* ut *primanus* a *primus, tertianus* a *tertius.* Dicitur de iis, quæ quinto loco, die, etc. fiunt. Hinc — *a) Varroni* 6. *L. L.* 27. *Müll.* Nonæ quintanæ dicuntur, quæ quinto mensis die veniunt: sicut septimanæ, quæ septimo. *Macrob.* 1. *Saturn.* 15. Pontifex minor quintanas quidem dicto quinquies verbo καλῶ, septimanas repetito septies prædicabat. Adde *Censorin. de die nat.* 20. *a med. V.* CALO et CALENDÆ. — *b) Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (7. Vineas semper quintanis semitari (al. *seminari*), hoc est ut quinto quoque palo singulæ jugo paginæ includantur. Hic *Plinius* vocat *quintanos* quos *Colum.* 3. *R. R.* 20. 4. vocat *semitas.* Porro *quintani* (*h. e.* limites) dicuntur viæ minores, Italice *i sentieri,* ut *decumani* viæ majores. — *c) Festus p.* 257. 17. *Müll.* quintanam classem ait Verrius dicere fuisse eam, in qua erant capitecensi; sed errare videtur, nam classis, in qua erant capitecensi, fuit sexta. *V.* CENTURIA. Hæc *Forcellinus* ex *A. Aug.* et *Urs.* supplementis, quæ aperte falsa continent: *Festi* vero locus mutilus est. — Hinc

Quintana, æ, f. 1. absolute, substantivorum more, ¶ 1. Subaudi *via.* Quintana, inquit *Paul. Diac. p.* 256. 10. *Müll.*, appellatur porta in castris post prætorium, ubi rerum utensilium forum fuit. *Lipsius* vult omitti *porta,* quia quintana fuit potius via lata, seu platea in castris, in qua utensilia prostabant. Ad cujus similitudinem narrat *Sueton. de Neron.* 26. assuevisse eum tabernulas effringere et expilare, quintana domi constituta, ubi partæ et ad licitationem divendendæ prædæ pretium assumeretur. *Liv.* 41. 2. *ad fin.* Prætorio dejecto, ad quæstorium forum quintanamque hostes pervenerunt. Ibi quum omnium rerum paratam expositamque copiam et stratos lectos in quæstorio invenissent, etc. *Hygin. Gromat. p.* 7. *col.* 1. Per cujus (*prætorii*) rigorem utraque parte quum major exercitus est, hoc est, quinque legiones et supra, pedatura cohorti primæ dari solet. *et mox.* Si portæ ibidem datæ fuerint, L. pedes accipient, et cognominantur etiam quintanæ causa copiarum. *Lipsius* putat, vocem *portæ* delendam esse, sed *Schelius* recte nihil mutandum censet. ¶ 2. *Isid.* 15. *Orig.* 2. de ædificiis publicis verba faciens, quintanam definit partem plateæ quintam, qua carpentum progredi potest.

Quintani, ōrum, m. plur. 2. apud *Tac.* 1. *Hist.* 55. *et* 4. *ibid.* 36. sunt milites legionis quintæ.

QUINTĀRĬUS, a, um, adject. quinque continens. *Vitruv.* 3. 1. Quintarius numerus. πεντάμοιρος. *V.* dicta in AS. — In re agrar. *Hygin. de limit. p.* 158. *Goes.* Sic et de limitibus quintariis, quintum quemque quintarium volunt. Porro autem inter quintum et quintarium interest aliquid. Quintus est, qui quinto loco numeratur: quintarius, qui quinque centurias cludit.

QUINTĪCEPS, cĭpĭtis, adject. habens quinque capita, h. e. cacumina. *Vet. formula* apud *Varron.* 5. *L. L.* 50. *Müll.* Cespius mons, quinticeps cis lucum Pœtelium. Adde *ibid.* 52. *et* 54. *Editiones vett. legunt* quinticepsos. *V.* BICEPSOS.

QUINTĪLIS *et* quinctilis, is, m. 3. De scriptione lis est non parva, aliis *ct* tum in hac, tum in cognatis vocibus *Quinctilius, Quinctilianus,* et quæ omnium origo est, *quinctus* acriter defendentibus: aliis *c* omnino exterentibus. In illis sunt *Manut., Anton. Augustinus, Voss.* in *Etymol.* in *Quinque, Lipsius,* et alii, secuti lapides Capitolinos aliasque Inscriptiones apud *Gruter.* etc., item etymologiam, quia putant *quinctus* esse a *quinque* ea ratione, qua a *relinquo* est *relictus,* a *coquo coctus.* In his *Dausquius,* et *Turneb.* secuti non pauciores lapides, quorum quinque ipse *Manut.* affert. Adde his, quod Græci κοΐντος, et κοΐντιος sine κ scribunt: adde quod *quintus* numerale nomen vix cum *c* in libris et marmoribus invenies. *Cellar.* utramque scriptionem ex æquo usitatam fuisse existimat. — Quintilis, *Luglio,* quintus mensis a Martio, ut est apud *Varron.* 6. *L. L.* 34. *Müll.* et *Ovid.* 3. *Fast.* 249., qui postea in honorem C. Julii Cæsaris (qui eo mense a. d. IV. Idus natus erat), legem ferente M. Antonio consule, *Julius* est appellatus, ut *Sueton. Cæs.* 76. et *Macrob.* 1. *Saturn.* 12. narrant. *Cic.* 14. *Att.* 7. Volo mense Quintili in Græciam. *Auct. B. Afr. in fin.* Ante diem tert. cal. Quint. naves conscendit. *Liv.* 9. 46. *extr.* Ut equites Idibus Quintilibus transveherentur. *Id.* 27. 23. Nonæ Quintiles.

QUINTO, adverb. *la quinta volta,* quinto loco. Ordinem designat, et quatuor ante facta. *Liv.* 8. 25. Eodem anno lectisternium Romæ, quinto post conditam Urbem, habitum est. *V.* QUARTO et TERTIO.

QUINTUM, adverb. *la quinta volta,* quinta vice. Tempus designat, et quater ante factum. *Liv.* 27. 6. Declarati consules Q. Fabius Maximus quintum, Q. Fulvius Flaccus quartum. *V.* QUARTUM. *Id.* 6. 42. Fama repens belli Gallici allata perpulit civitatem, ut M. Furius dictator quintum diceretur. *Vellej.* 1. 14. 6. At quintum Fabio Quinto, Decio Mure quartum, consulibus, quo anno Pyrrhus regnare cœpit, etc.

QUINTŪPLEX, ĭcis, adject. omn. gen. 3. pro *quincuplex* legitur a nonnullis apud *Vopisc. Prob.* 7. Satarium quintuplex fecimus.

QUINTŪPLĪCĀTUS, a, um, particip. a *quintuplico,* in quintuplum auctus, *quintuplicato. V. Boethii loc. cit.* in QUADRUPLICATUS.

QUINTŪPLĪCĪTER, adverb. quinque vicibus. *Boeth.* 1. *de Numer. p.* 101. Dupliciter, tripliciter, quadrupliciter, quintupliciter.

QUINTŪPLICO. *V.* QUINQUIPLICO.

QUINTUS, a, um, adject. numerale ordinis, *quinto,* πέμπτος. *Liv.* 31. 7. Non quinto inde mense, quemadmodum a Sagunto Hannibal, sed quinto inde die, quam ab Corintho solverit naves, in Italiam perveniet. *Cic.* 1. *Invent.* 53. 102. Quintus locus est, per quem ostendimus, etc. *Horat. Art. P.* 189. Neve minor, neu sit quinto productior actu Fabula quæ etc. *Colum.* 8. *R. R.* 11. 15. Post quintum et trigesimum diem. — *NB.* De prænom. Rom. *V.* in ONOM.

QUINTUSDĒCĪMUS, a, um, adject. *decimoquinto. Cic.* 1. *Invent.* 56. 109. Quintusdecimus (*locus est*), per quem etc. *Gell.* 1. 16. In libro quintodecimo ita dicit. *Liv.* 45. 33. *extr.* Quintusdecimis castris Passaronem pervenit. *in quindici marcie. V.* CASTRA. *Colum.* 11. *R. R.* 2. 88. Quintodecimo Cal. Dec. *et* 8. *ibid.* 5. 9. Quintadecima luna.

QUIPPE, adverbium, vel conjunctio, confirmans. ¶ 1. Est conjunctio confirmans, qua rationem reddimus ejus, quod præcessit, ut *quum, quia, nam, nempe, ἄτε,* οἷον, γοῦν, *essendochè, attesochè, perciocchè.* — *a)* Usurpatur absolute, sine aliis particulis. *Cic. Dom.* 48. 126. Jam fateor, inquit, in Gabinio me nefarium fuisse. Quippe vides, pœnam illam a te in alium institutam, in te ipsum esse conversam. *Sall. Cat.* 13. Quibus mihi ludibrio videntur fuisse divitiæ. Quippe, quas honeste habere licebat, per turpitudinem abuti properabant. *Tibull.* 4. 1 156. Sed durata (*unda*) riget densam in glaciemque nivemque. Quippe ubi non unquam Titan superingerit ortus. (Adde *Propert.* 2. 1. 75.; et *Virg.* 1. *G.* 505.) *Ovid.* 14. *Met.* 524. Arbore enim succoque licet cognoscere mores. Quippe notam linguæ baccis oleaster amaris Exhibet; asperitas verborum cessit in illas. *Horat.* 1. *Od.* 31. 13. Diis carus ipsis: quippe ter et quater Anno revisens æquor Atlanticum impune. *Phædr.* 3. 2. Alii onerant sarcis: quidam contra miseriti, Perituræ quippe, quamvis nemo læderet, Misere panem. *Justin.* 1. 7. 8. Hæc clementia non minus victori, quam victo utilis fuit: quippe ex universa Græcia, cognito quod illatum Græco bellum esset, auxilia confluebant. *Liv.* 3. 67. Non illi (*hostes*) vestram ignaviam contempsere, nec suæ virtuti confisi sunt; quippe toties fusi fugatique, castris exuti, et se et vos novere. — Servit ironiæ. *Virg.* 1. *Æn.* 41 mene incepto desistere victam, Nec posse Italia Teucrorum avertere regem? Quippe vetor fatis. *Cic. Mil.* 12. 33. Me et me quippe lumen curiæ! Adde *Plaut. Epid.* 5. 1. 12. — *b)* Cum aliis particulis causam reddentibus, *enim, etenim, quia, quod, quoniam, quando. Cic.* 2. *Orat.* 54. 218. Leve nomen habet utraque res: quippe leve enim est hoc totum, risum movere. (Alii melius ita distinguunt, *quippe; leve enim* etc. et sic valet certe, sane. Quod faciunt etiam in illo 4. *Æn.* 3. 7. Ista ipsa a te quidem apte ac rotunde: quippe; habes enim a rhetoribus.) *Lucret.* 6. 617. Quippe videmus enim vestes bum re adentes Exsiccare suis radiis ardentibus solem. *Id.* 1. 104. (*et alibi sæpe*) Quippe etenim quam multa tibi me fingere possum etc. *Ter. Heaut.* 3. 2. 27. Quippe quia magnarum sæpe id emelium ægritudinum est. *Cic.* 1. *Fam.* 9. *ante init.* Ibi multa de mea sententia questus est Cæsar; quippe quod etiam Ravennæ Crassum antea visisset, ab eoque in me esset incensus. *Alii leg.* cui *Plin.* 26. *Hist. nat.* 10. 64. (100). Insanabilis non est credendus, quippe quoniam in multis sponte desiit. *Plaut. Capt.* 4. 2. 106. Quippe quando mihi nihil credis. — *c) Quippe quum* idem quod *quum* cum unctio, vel *utpote quum,* sequente Conjunctivo. *Cic.* 10. *Att.* 3. Visum te ajunt in regia: nec reprehendo: quippe quum ipse istam reprehensionem non fugerim. *Nepos præf.* Neque animoni fuit turpe, sororem habere in matrimonio, quippe quum cives ejus eodem uterentur instituto. *Liv.* 26. 39. Raro alias tantis animis justæ concurrerunt classes: quippe quum in majoris discrimen rei, quam ipsæ erant, pugnarent. — *d) Quippe ubi,* quippe quum, nam quum, quippe quia. *Lucret.* 1. 610. Quippe ubi dimidiæ partis pars semper habebit Dimidiam partem. *et ibid.* 988. Quippe ubi materies omnis cumulata jaceret. Adde *Propert.* 2. 1. 75., ubi alia ex *Lucret.* congerit *Broukus.* — *e) Quippe quasi,* sequente Conjunctivo, *come se, non altrimenti che,* apud *Justin.* 3. 7. 14. Inducias, quas proprio nomine

conditerant, ex sociorum persona rumpebant, quippe quasi minus perjurii contraherent, si ferrent sociis auxilia, quam si ipsi aperto prælio dimicarent. ¶ 2. *Quippe qui, quæ, quod,* utpote qui, *come colui che.* — *a*) Cum Conjunctivo. *Cic. Rosc. Am.* 18. 52. Convivia cum patre non inibat: quippe qui ne in oppidum quidem, nisi perraro, veniret. *Nepos Dion.* 2. Quum a tyranno crudeliter violatus esset, quippe quem venundari jussisset; tamen etc. *Cic. Invent.* 15. 131. Quum semel causa consideretur, nihil attinet eam ex lege considerare, quippe quæ in lege scripta non sit. *Id.* 3. *Nat. D.* 40. 95. Quippe, inquit Vellejus, qui etiam somnia putet ad nos mitti ab Jove. — *b*) Cum Indicativo. *Plaut. Epid.* 3. 2. 30. Dicat, argenti minas se habere quinquaginta: quippe ego qui nudiustertius meis manibus dinumeravi. *stante che io* etc. *Id. Bacch.* 3. 1. 1. et *Amph. prol.* 22. His autem *Plauti* locis Indicativus post *quippe qui* ponitur pro Subjunctivo. Hæc *Forcellinus.* At *Sall. Cat.* 48. Incendium vero crudele, ac sibi maxime calamitosum, putabat; quippe cui omnes copiæ in usu quotidiano et cultu corporis erant. *Id. Jug.* 14. Læti pacem agitabamus; quippe quis hostis nullus erat. Adde *eumd. ibid.* 1., 7., 20. et alibi. — *c*) Huc pertinet et *quippe* cum *quo* adverb. *Plaut. Bacch.* 3. 1. 1. Pandite atque aperite januam hanc Orci, obsecro: Nam equidem haud aliter esse duco: quippe quo nemo advenit, Nisi quem etc. ¶ 3. Pro utpote. *Cic.* 1. *Fin.* 6. 20. Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito in geometriaque perfecto. *Horatii locus cit.* sub 1. a recentioribus huc refertur. ¶ 4. Pro certe. — *a*) Cum part. *etiam, et,* simul servit jungendæ orationi, ut *necnon, item, præterea. Virg.* 1. *G.* 268. Quippe etiam festis quædam exercere diebus Fas et jura sinunt. *Propert.* 4. 5. 11. Quippe et collinas ad fossam moverit herbas, Stantia currenti diluerentur aqua. *quippe et,* necnon. — *b*) In responsionibus quoque affirmat, ut *quippini. Cic. Cæcin.* 19. 55. Recte igitur diceres te restituisse? quippe. — *c*) *Quippe ut,* prorsus ut, certe ut. *Justin.* 4. 3. 2. Quippe ut Rheginis melius fuerit vinci, quam vincere. — *d*) Habet vim τοῦ *certe* etiam in his. *Virg.* 1. *Æn.* 6. celsa sedet Æolus arce Sceptra tenens mollitque animos et temperat iras. Ni faciat, maria ac terras cælumque profundum Quippe ferant rapidi (*venti*) secum, verrantque per auras. (*Possis tamen et ita intelligere,* quippe ni faciat, *nam ni faciat.*) *Id.* 4. *ibid.* 218. nos munera templis Quippe tuis ferimus, famamque fovemus inanem. *et* 12. *ibid.* 420. Fovit ea vulnus lympha longævus lapyx Ignorans: subitoque omnis de corpore fugit Quippe dolor, omnis stetit imo vulnere sanguis. ¶ 5. Quod *Festus* p. 257. 21. *Müll.* docet testimonio *Ennii* 11. *et* 16. *Annal. quippe* significare quid ni, eruditis non probat.

QUIPPĬAM. *V.* in QUISPIAM.

QUIPPĪNI? (quippĕni?) *perchè no? τί γὰρ οὔ; πῶς οὔ;* quid ni? cur non? adverbium affirmandi comicum. *Plaut. Men.* 5. 9. 50. MEISS. Es ne tu Syracusanus? MEN. SVR. certo. MEISS. Quid tu? MEN. SO. quippini? *Id. Bacch.* 4. 7. 41. Quid illam? meretricem ne esse censes? NI. quippini? *Id. Pœn.* 3. 4. 29. Diespiter vos perduit. AD. et quippini? *et ibid.* 30. Ibo et pultabo januam hanc. AD. te quippini? *Apul.* 9. *Met.* Apponebat ei propere (*mensam*), quamvis invita, mulier: quippini? destinatam alii. Quidam omitt. notam interrogationis, et *quippini* exponunt, quippe, utpote quam, vel nempe. — Tmesis est in illo *Plauti Pseud.* 4. 1. 10. PS. Nimis tandem abs te contemnor. ST. Quippe ego te ni contemnam, Stratiotius homo qui cluear?

QUĬQUI, *chiunque,* idem quod quisquis, quicumque, qualiscumque: ut enim *qui* pro *quis* dicitur, ita *quiqui* pro *quisquis. Plaut. Aulul.* 4. 10. 44. Neque partem tibi ab eo, quiqui est, inde posces. *Cic.* 16. *Att.* 8. Veteranos, quiqui Casilini et Calatiæ sunt, perduxit ad suam sententiam. *h. e.* quicumque, vel quotquot. *Plaut. Men.* 5. 9. 97. Omnia venibunt, quiqui licebunt, præsenti pecunia. *Id. Pœn.* 3. 2. 11. Quiqui tamen (*estis*), et bene et benigne facitis, quum hero amanti operam datis. *Liv.* 41. 8. *a med.* Liberos suos quibusquibus Romanis, in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant.

QUĪRE. *V.* in QUEO.

QUIRĪNA Mala. *V.* QUIRINIANA.

QUĪRĪNĀLĬA, ĭum, n. plur. 3. *V.* voc. seq.

QUĪRĪNĀLIS, e, adject. ad Quirinum pertinens. *V.* in ONOM. — Hinc

Quirinalia, ium, n. plur. absolute, substantivorum more, erant dies, quo sacra fiebant in honorem Quirini, qui dies erat XIII. cal. Mart. Mentio eorum fit apud *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 3. *et* 13. V. *Ovid.* 6. *Fast.* a *v.* 475. — Eadem dicta sunt etiam *festa stultorum,* quia hoc die sacrificium fiebat ab iis colonis, qui statum diem Fornacalium per ignorantiam prætermiserant. *Ovid.* 2. *Fast.* 527. Curio legitimis nunc Fornacalia verbis Maximus indicit, nec stata sacra facit. Inque foro, multa circum pendente tabella, Signatur certa curia quæque nota. Stultaque pars populi, quæ sit sua curia, nescit: Sed facit extrema sacra relata die. *Festus p.* 317. 12. *Müll.* ita de hac re docet: Stultorum ferias appellari Quirinalia, qui est dies festus Quirini, quod eo die Quirino sacrificent ii, qui aut non potuerunt, aut ignoraverunt suorum Fornacalium sacrorum diem: et sic commissum moræ piaculum expiare, atque quod suis non fecerant, quibus permittitur feriis sacra facere. Adde *eumd. p.* 254. 3.

QUĪRĪNĬĀNA Mala laudant *Cato R. R.* 7.; et *Varro* 1. *R. R.* 59. 1. His adde *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. (15).; et *Macrob.* 2. *Saturn.* 15. apud quos alii leg. *Quiriana.* Harum appellationum causa et origo quæ sit, ignoratur.

QUĪRIS pro *curis,* h. e. hasta, legitur a nonnullis in illo *Ovid.* 2. *Fast.* 477. Sive quod hasta quiris priscis est dicta Sabinis. — Ceterum *Quiris, itis, V.* in ONOM.

QUĪRĪTĀTĬO, ōnis, f. 3. *grido, accorruomo,* humanæ divinæque opis imploratio. *Liv.* 33. 28. Fuga comitum et quiritatio facta.

QUĪRĪTĀTUS, us, m. 4. idem quod quiritatio, clamor, vociferatio, auxilii imploratio. *Plin.* 6. *Ep.* 20. Audires ululatus feminarum, infantium quiritatus, clamores virorum. *Sunt qui legunt* queritatus. *Val. Max.* 9. 2. *n.* 1. Quarum lamentabiles quiritatus trepidæ civitatis aures receperunt. Adde *eumd.* 6. 2. *n.* 8.

QUĪRĪTO, as, are, 1. — Part. *Quiritans* sub 1.° — Quiritare est Ital. *chieder ajuto, gridare accorruomo,* σχετλιάζω, Quiritium, seu populi R. fidem imploro, ut ait *Liv.* 2. 23. et 3. 41. opem, auxilium peto, clamo, vociferor: inde factum, quod opem implorantes *porro Quirites* clamare solebant. — 1.° Neutrorum more. *Varro* 6. *L. L.* 68. *Müll.* Quiritare dicitur is, qui Quiritium fidem clamans implorat. *et mox.* Ut quiritare urbanorum, sic jubilare rusticorum. *V.* JUBILO. *Lucilius* apud *Non. p.* 21. 21. *Merc.* Concursans uti arenarius clareque quiritans. *Liv.* 39. 8. *extr.* Nulla vox quiritantium exaudiri poterat. *Est qui leg.* queritantium. Eadem lectionis varietas est apud *Plin. Paneg.* 29. et *Tac.* 16. *Ann.* 34. Rursus *Liv.* 40. 9. Tamquam si voce et comploratione nocturna excitus mihi quiritanti intervenisses. — Sic speciatim de oratore. *Quintil.* 3. 8. 54. Rogatus sententiam, si modo est sanus, non quiritet, sed, quam maxime potest, civili et humano ingressu mereri assensum deliberantis velit. — 2.°) Active. *Asinius Poll.* ad *Cic.* 10. *Fam.* 32. Quum illi misero quiritanti, civis Romanus natus sum responderet: abi nunc, populi fidem implora. *Apul.* 8. *Met.* Insana voce casum mariti quiritat. *et ibid.* Amorem uxoris quiritabat. — Cum Accus. et Infinito. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 17. 31. (67). Qui, in conquestione luxus, coquos emi singulos pluris quam equos quiritabant. — 3.°) Deponentis forma *Varro* apud *Diomed.* 1. *p.* 377. *Putsch.* De Fenestella quiritatur. *Arnob.* 4. 11. Hoscine a nobis deos violari et negligi sacrilego clamitatis quiritaminique contemptu? *Priscian.* 8. *p.* 799. *Putsch. Quirito* et *Quiritor.*

QUĪRĪTOR, āris, ari, dep. 1. *V.* voc. præced. sub 3.°

QUIRRĪTO, as, are, n. 1. est vocem edere verris. *Auct. carm. Philom.* 55. Quirritant verres, pardus rudit, oncat asellus.

QUIS, quid, pronomen interrogativum, a Græca voce τίς, quæ idem significat (It. *chi, che cosa,* Fr. *qui, quoi*; Hisp. *que*; Germ. *wer? was?*; Angl. *who, which, what*). ¶ 1. *Quis* hominem, *quid* rei naturam significat. — 1.°) In recta interrogatione. — *a*) Generatim. *Nævius* apud *Macrob.* 3. *Saturn.* 18. Quis heri apud te? *Turpilius* apud *Non. p.* 357. 23. *Merc.* Sed quis est, qui interrumpit sermonem meum? *Pomponius* apud *eumd. p.* 456. 1. Quis hic est? *Cic. Amic.* 12. 42. Quis clarior in Græcia Themistocle? quis potentior? *Id.* 1. *Tusc.* 36. 87. Quis est, qui id dixerit? *Sall. Jug.* 10. Quis autem amicior, quam frater fratri? *Id. Cat.* 31. Quis non factum ejus laudabat? *Horat.* 2. *Od.* 7. 3. Quis te redonavit dis patriis? *Id.* 1. *Ep.* 3. 7. Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit? *Ovid.* 15. *Met.* 607. Quis ille est? *et ibid. v.* 613. Quis credere possit? *Propert.* 2. 9. 21. Quam si perdideris, quis erit, qui talia cantet? — Et in cas. obliquis. *Plaut. Truc.* 2. 7. 44. Unde es? cujus es? *Catull.* 1. 1. Cui dono lepidum novum libellum Arido modo pumice expolitum? Corneli, tibi: namque tu etc. *Val. Max.* 9. 13. *n.* 1. Quem ne aliquis merito dixerit Pontico supplicio, quam Romano imperio digniorem? *h. e.* ecquem. — *Cæcilius* apud *Non. p.* 484. 33. *Merc.* Quid hoc futurum obsonio'st? *Cic. Amic.* 3. 11. Quid dicam de moribus facillimis? de pietate, etc? *et ibid.* 14. 49. Quid enim tam absurdum, quam delectari multis inanibus rebus? *Id.* 5. *Tusc.* 9. 26. Quid melius, quam fortunam exiguam intervenire sapienti? *Id.* 2. *Verr.* 10. 28. Quid est, quæso. Metelle, judicium corrumpere, si hoc non est? *Id.* 1. *Tusc.* 31. 75. Quid aliud agimus, quum a voluptate sevocamus animum, nisi etc? *Id. Cluent.* 62. 172. Quid huic cum Avito? nihil. *Id.* 5. *Fam.* 15. Quid enim? ad amicos ne confugiam? quam multi sunt? *Id.* 6. *Att.* 2. *ad fin.* Quid opus equitatu? *Sall. Jug.* 14. Quid agam? *et ibid.* 31. Quid igitur censes? *Id. Cat.* 51. Quid enim in tales homines crudele fieri potest? *Horat.* 1. *Od.* 31. 1. Quid dedicatum poscit Apollinem Vates? *et* 3. *ibid.* 6. 45. Damnosa quid non imminuit dies? — *b*) Speciatim, *quis* utrique generi inserviens. *Vet. Poeta* apud *Varron.* 6. *L. L.* 60. *Müll.* Quis tu es mulier, quæ me insueto nuncupasti nomine? *Non. p.* 197. 33. *Merc. Pacuvio* tribuit. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 48. Quis ea est, quam vis ducere uxorem? *Id. Epid.* 4. 1. 6. Quis illæc est mulier, quæ ipsa se miseratur? *Ennius* apud *Non. p.* 198. 3. *Merc.* Et quis illæc est, quæ lugubri succincta est stola? Adde *Plaut. Epid.* 4. 2. 4., *Cist.* 4. 2. 27. *et* 79. et *Truc.* 1. 1. 76. Sic *Ulp. Dig.* 50. 16. 1. Verbum hoc, *si quis,* tam masculos, quam feminas complectitur. *Cæcilius* apud *Gell.* 2. 23. Quis vestrarum facit integra ætatula, Quæ hoc idem tum a viro impetrarit suo? — *c*) Cum neutro genere. *Plaut. Pœn. prol.* 17. Scortum exoletum ne quis in proscenio sedeat. Quoddam MSS. habet *quid.* — *d*) *Quid* cum Genitivo. *Ter. Hecyr.* 4. 4. 2. Quid mulieris uxorem habes? *che razza di donna hai tu per moglie?* *Plaut. Rud.* 1. 2. 60. Quid illuc est hominum secundum litus? *che uomini sono coloro là sul lido? Cæcilius* apud *Cic.* 2. *Orat.* 64. 257. Quid hoc clamoris? — 2.°) In obliqua interrogatione. — *a*) Generatim. *Sall. Cat.* 44. Quis sim, ex eo, quem ad te misi, cognoscas. *Cic.* 11. *Att.* 21. Ad ea, quæ scribis de testamento, videbis, quid, et quo modo. *Id. Mur.* 15. 32. Si diligenter, quid Mithridates potuerit, consideraris. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 55. Vergilius, post hunc Varius dixere quid essem. *Id.* 1. *Ep.* 18. 68. Quid de quoque viro et cui dicas, sæpe videto. *Id. ibid.* 2. 3. Qui (*Homerus*) quid sit pulcrum, quid

turpe, quid utile, quid non, Plancius ac melius Chrysippo et Crantore dicit. — *b*) Speciatim *quis quem*, et simlia. *Cic. Orat.* 58. 196. Quoe autem numeros cum quibus misceri oporteat, nunc dicendum est. *Id. Rosc. Com.* 7. 21. Considera, quis quem fraudasse dicatur. *Quintil.* 1. 6. 16. Notatum in sermone, quid quo modo caderet. — *c*) *Quid* cum Genitivo. *Cic.* 4. *Verr.* 54. 134. Exponam vobis breviter, quid hominis sit. *Id.* 16. *Fam.* 4. Non video sciturum me, quid ejus sit, ni etc. *h. e.* quid de ea re sit. *Cæcilius* apud *Non. p.* 177. 2. *Merc.* Vide hominis quid fert morum similitas. ¶ 2. *Quis* pro *uter*, sed specie tantum. *Liv.* 1. 56. Cupido incessit animos juvenum (*Titi et Arruntis*) sciscitandi, ad quem eorum regnum Romanum esset venturum. *Curt.* 3. 12. 17. Ergo reginæ illum (*Hephæstionem*) esse regem ratæ suo more venerate sunt. Inde ex captivis spadonibus, quis Alexander esset, monstrantibus, Sisygambis advoluta est pedibus ejus, ignorationem numquam antea visi regis excusans. ¶ 3. *Quis* ponitur interdum pro qualis. *Cic. Amic.* 5. 17. Quis ego sum? aut quæ in me est facultas? *Ter. Andr.* 4. 2. 19. Quis videor? CHA. miser æque, atque ego. *Id. Heaut.* 2. 3. 121. At hoc demiror, qui tam facile potueris persuadere illi, quæ solet quos spernere! *h. e.* quales quantosque amatores! *Alii leg.* quosque, *sublata admirationis nota.* ¶ 4. *Quid* cum Genitivo pro quantum. *Cic. Rosc. Am.* 46. 133. Quid præterea cælati argenti? quid stragulæ vestis? quid pictarum tabularum? quid signorum? quid marmoris apud illum putatis esse? *Plaut. Epid.* 2. 2. 26. Tum captivorum quid ducunt secum! pueros, virgines, binos, ternos: alios quinque *Ter. Andr.* 4. 4. 6. Quid turbæ est apud forum! quid illic hominum litigant! *Alii leg.* litigat: *alii etiam* quot illic. ¶ 5. *Quid* sæpe causam designat, et finem: et ponitur etiam pro *cur*. *Cic.* 2. *Verr.* 13. 38. Cognoscet ex me populus R. quid sit, quamobrem *etc.* quid sit, quod judiciis etc. *et* 4. *ibid.* 20. 49. Quid est, quod tu alios accuses? *Seneca* 4. *Benef.* 13. Mundus in quid vices suas absolvit? in quid sol diem extendit et contrahit? *Plaut. Amph.* 1. 1. 221. Eloquere, quid venisti? so. ut esset, quem tu pugnis cæderes. *Ovid.* 11. *Met.* 622. Quid veniat (cognorat enim) scitatur. *Cic.* 2. *Cat.* 6. 13. Quæsivi, quid dubitaret eo proficisci, quo etc. *Ter. Andr.* 2. 2. 3. Lætus est nescio quid, *non so perchè, non so di che.* et *Colum.* 1. *R. R. præf.* 13. Satis mirari non possum, quid ita seligant etc. *h. e.* cur. et *Cic.* 1. *Nat. D.* 35. 99. Quam molestum est, uno digito plus habere! quid ita? quia etc. *Id. Mil.* 16. 44. Sed quid ego argumentor? Quid plura disputo? ¶ 6. *Quid ni?* cur non? *perchè no? πῶς οὐ;* vehementer affirmantis est. *Cic.* 2. *Orat.* 67. 273. Quum rogaret eum, ut meminisset, quidni, inquit, meminerim? *Ter. Heaut.* 5. 1. 34. Clinia hæc fieri videbat? ME. quid ni? — Et interposito verbo. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 57. Quid ego ni teneam? *Ter. Adelph.* 4. 5. 28. Quid illam ni abducat? Adde *Plaut. Mil. glor.* 4. 3. 27. *et* 4. 8. 1. — Et addita negatione. *Seneca Ep.* 52 *a med.* Ut feratis de meliore suffragium, quid ni non permittam? — Videtur etiam idem significare ac *quomodo?* et esse valde admirantis cum quadam ironia. *Cic.* 3. *Fam.* 7. *a med.* Quid ni? Appius Lentulo, Lentulus Appio processit obviam: Cicero Appio noluit. *Petron. Satyr.* 127. Quid ni? inquit illa: donos mihi eum, sine quo non potes vivere? — *Quidnisi?* idem ac quidni? *Festus p.* 257. 31. *Müll.* Quidnisi usurpasse antiquos, testis est Afranius in epistola: Me auctore mater abstinebis: quidnisi? ¶ 7. *Quid* frequentem usum habet in transitionibus, pro *præterea, jam vero*, et hujusmodi. *Cic.* 2. *Nat. D.* 51. 128. Quid loquar, quanta ratio in bestiis appareat? *Id. pro leg. Manil.* 5. 12. Quid, quod salus sociorum in discrimen vocatur? *Id.* 4. *Verr.* 59. 144. Quid vero? modum statuarum haberi nullum placet? — Similiter *quid ergo?* quod sæpe ironiæ servit. *Cæs.* 7. *B. G.* 77. Quid ergo? Romanos in illis ulterioribus munitionibus animine causa quotidie exerceri putatis? Adde *Cic.* 2. *Divinat.* 63. 130. et 9. *Fam.* 15. *ad fin.* ¶ 8. *Quid* absolute taciturn prolepsin habet, et est urgentis. *Cic.* 2. *Fam.* 8. Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut etc? *che mi dici tu?* et 2. *Phil.* 38. 99. Quid? eumdem in septemviratu nonne destituisti? *et Dejot.* 7. 21. Quid? ille signa aenea in insidiis posuerat, quæ etc? *Cæcin.* ad *Cic.* 6. *Fam.* 4. Quid si hoc muto? *che sarà, che dirà egli?* et *Cic. Senect.* 7. 22. Quid jurisconsulti? quid pontifices? quid augures? quid philosophi senes? quam multa meminerunt! *che dirò de' giureconsulti,* etc. *Id.* 2. *Phil.* 31. 77. O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere. — *NB. Ques* in plurali numero *V.* loco suo. — De pron. indefinito *quis, quid, V.* voc. seq.

Homonym. Differunt *quod* et *quid*. Illud a *qui* est, hoc a *quis*: illud ad præcedens substantivum refertur, vel substantivum conjunctum habet, hoc ad nullum refertur et absolute ponitur: illud enim adjectivum est, hoc substantivum. *Cels.* 5. 26. Quum quid extrinsecus læsit, ut in vulneribus: quum quid corruptum est, ut in cancro: quum quid innatum est, ut calculus in vesica, etc. Videtur tamen *quid* pro *quod* poni in illo *Plauti Amph.* 1. 1. 208. et *Pseud.* 2. 2. 41. Quid ais? quid tibi nomen est? et *Most.* 3. 1. 131. Nomen domini quæro quid sit. *Id. Pseud.* 2. 4. 54. Quid nomen esse dicam ego isti servo? CHA. simia. *et Rud.* 4. 4. 116. In ensiculo quid nomen est paternum? (Dixi *videri*: neque enim hæc me cogunt, ut *quid* pro *quod* accipiam.).

QUIS, qua, quid, pronomen indefinitum, pro *aliquis*, It. *alcuno*. — *a*) Generatim. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 37. Aperite, heus! Simoni me adesse, quis nunciate. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 63. Simplicior quis et est, *etc.* Alii leg. *at*, et per interrogationem efferunt. *Id.* 2. *Ep.* 1. 262. Discit enim citius meminitque libentius illud Quod quis deridet, quam quod probat et veneratur. *et ibid.* 2. 158. Si proprium est quod quis libra mercatus et ære est, etc. *et* 1. *Sat.* 10. 59. si quis pedibus quid claudere senis amet etc. *Cic.* 3. *Fin.* 21. 71. Alienum est a sapiente non modo injuriam cui facere, verum etiam nocere. *Lambin.* leg. *cuiquam. Liv.* 6. 40. Omnia semper, quæ magistratus ille dicet, secundis auribus; quæ ab nostrum quo dicentur, adversis accipietis? Sunt qui leg. *aliquo*, invitis sanioribus criticis. *Cic.* 2. *Nat. D.* 44. 115. Aut vero alia quæ natura mentis et rationis expers hæc efficere potuit, etc. *Colum.* 4. *R. R.* 25. 2. Vinitor quum in adversum pressa manu desecare quid debet, cultro utitur. *Tac.* 2. *Ann.* 26. Addidit munificentiam Cæsar, quantum quis damni professus erat, exsolvendo. *Id.* 3. *Hist.* 58. Amicorum ejus quanto quis clarior, minus fidus. *Forcellinus* in his *Taciti* locis *quis* pro *quisque* usurpatum ait. Adde *Tibull.* 1. 10. 3. *et ibid.* 11. 13. et 4. 3. 1.; et *Edict. prætoris* apud *Ulp. Dig.* 43. 8. 1. — *b*) Præsertim post particulas *si, ne, num*, et hujusmodi. *Cic.* 2. *Phil.* 14. 35. Si te in Judicium quis adducat. *Id.* 3. *Fin.* 21. 72. Ne cui falso assentiamur. Sic *Pomponius* apud *Non. p.* 118. 14. *Merc.* Si cui quid boni evenit. *Cæs.* 6. *B. G.* 20. Si quis quid de republica a finitimis rumore aut fama acceperit, uti etc. *Propert.* 1. 3. 30. Neve quis invitam cogeret esse suam. — Similiter post dubitativas particulas *num, si, ne*, et verba quærendi, dubitandi et similia, *quid* est *aliquid*. *Ter. Hecyr.* 5. 4. 25. Harum rerum num quid dixti patri? *Id. Andr.* 1. 1. 34. Ne quid nimis. *Cic.* 3. *Att.* 15. *ante med.* Si quid in te peccavi, ignosce. *et* 13. *Fam.* 73. Nisi quid existimas in ea re violari existimationem tuam. *Varro* 3. *R. R.* 13. 1. Quum apris effunderetur glans, capreis vicia, aut quid aliud. *Plin.* 4. *Ep.* 30. Anulum, seu quid aliud ponis in sicco, alluitur sensim. — *c*) Quum pro *aliquis* ponitur, in recto feminino habet etiam *qua. Lex vet. de aquæduct.* apud *Frontin.* 129. Quominus eæ aquæ, earumve qua in urbem Romam ire, cadere, fluere, duci possint. *V.* SIQUIS.

QUISNAM *et* quinam, quænam, quodnam, *et* quidnam, *chi mai, τίς*, idem quod *quis*, nisi quod illud *nam* vim addit. — 1.°) In recta interrogatione. — *a*) *Quisnam* pro *quis*. *Cic.* 6. *Verr.* 36. 80. Quisnam igitur tuebitur P. Scipionis memoriam mortui? *Plaut. Aulul.* 4. 9. 17. Quinam homo hic ante ædes ejulans conqueritur? *Accius* apud *Charis.* 1. *p.* 70. *Putsch.* Quinam Tantalidarum internecioni modus sit? *Ter. Heaut.* 5. 2. 3 Quodnam ob facinus? *Cic.* 6. *Verr.* 3. 5. Sed earum artificem quem? quemnam? Recte admones. Polycletum esse dicebant. *Plaut. Trin.* 5. 2. 45. Cruciatur cor mihi, et metuo. CA. quidnam id est? *Id. Pseud.* 1. 3. 7. Quonam pacto possim vincere animum? *Ter. Adelph.* 3. 2. 7. Quidnam est, quod sic video timidum et properantem Getam? *Id. Andr.* 1. 4. 7. Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? Vereor, quid siet. Opperiar, ut sciam, quidnam hæc turba tristitiæ afferat. — *b*) *Quisnam*, quispiam, aliquis, ut *Forcellinus* docet. *Cic. Rosc. Am.* 37. 107. Qui sunt in istis bonis? duo Roscii. Num quisnam præterea? nemo est. *Id.* 2. *Orat.* 3. 13. Num quidnam, Crassus inquit, novi? *Ter. Andr.* 2. 1. 25. Num quidnam amplius tibi cum illa fuit? — *c*) Interdum, interjecto verbo, dividitur. *Cic.* 1. *ad Brut.* 2. Quinque cohortibus quid se nam facturum arbitratus est? *Plaut. Iulul.* 2. 1. 16. Quis ea est nam optuma? (Ubi *quisnam* pro *quænam*: ut *quis* pro *quæ*. *V.* QUIS.) *Id. ibid.* 3. 2. 13. In ædibus quid tibi meis nam erat negotii? *Id. Rud.* 4. 3. 8. Quid tu, malum, nam me retrahis? — *d*) Interdum invertitur. *Virg.* 4. *G.* 445. Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras Jussit adire domos? *Ter. Phorm.* 5. 1. 5. Nam quæ hæc anus est? *Donat.* ἀναστροφήν vocat, aptamque figuram esse dicit commotis aliqua re nova. — 2.°) In obliqua interrogatione. *Ter. Eun.* 5. 4. 1. Reviso, quidnam Chærea hic rerum gerat. *Cic.* 2. *Invent.* 1. 2. Quæsivit ab eis, quasnam virgines formosas haberent. *Cæs.* 2. *B. G.* 20. Quibusnam manibus, aut quibus viribus tanti oneris turrim moturos esse confiderent. *Nepos Themist.* 2. Miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Adde *Liv.* 5. 21.

QUISPIAM, quæpiam, quodpiam *et* quidpiam *seu* quippiam, *alcuno*, aliquis, quidam. *Festus p.* 254. 28. *Müll.* Quispiam quin significet aliquis, et quæpiam aliqua, similiterque alia ejusdem generis, ut dubium non est, ita unde sequens pars ejus cœperit, inveniri non potest. *V.* PIAM. — *a*) In sing. num. *Cic. Quinct.* 15. 49. Si cuipiam pecuniam fortuna ademit. *Id.* 3. *Nat. D.* 35. 86. Si grando quippiam nocuit. *Id.* 5. *Fin.* 11. 30. Ut ea vis ad aliam rem quampiam referatur. *Id.* 3. *Tusc.* 9. 19. Aliud quodpiam membrum. *Alii aliter leg.* et *Id.* 3. *Legg.* 8. 18. Jam illud apertum est profecto, nihil esse turpius, quam quempiam legari, nisi rei publicæ causa. *Ter. Eun.* 5. 9. 36. Quid si hoc voluit quispiam Deus? *Cæs.* 5. *B. G.* 35. Quum quæpiam cohors ex orbe excesserat. *et* 6. *ibid.* 17. Ut neglecta quispiam religione auderet etc. *Justin.* 38. 7. 3. Neque Alexander, nec quispiam successorum ejus. *Gell.* 5. 4. Grammaticus quispiam de nobilioribus. *Id.* 2. 21. Tum quispiam ex iis, qui se ad litteras dediderant, etc. *Ter. Andr.* 2. 6. 7. Num illi molestæ quidpiam sunt hæ nuptiæ? *Nævius* apud *Charis.* 2. *p.* 192. *Putsch.* Num non vis te moneam unum, si videtur quippiam? *Plaut. Curc.* 1. 1. 51. Tam a me pudica est, quasi soror mea sit: nisi si est osculando quippiam impudicior. *h. e.* paullulum. — *b*) In plur. num. *Cic.* 9. *Fam.* 8. *ad fin.* Aliæ quæpiam rationes. *Apul. Florid. n.* 18. Quum proferre ad quospiam cœperis.

QUISQUAM, quæquam, quidquam *et* quicquam. — *Quiquam* pro *quisquam* legitur in *Senat. cons. de Bacchan.* — Quamvis *Diomed.* 1. *p.* 321. *Putsch.* agnoscit in feminino *quæquam, quamquam, quaqua*, non facile usurpa-

verim, antequam exempla videam. Idem dic de neutro *quodquam*, et de pluralibus in omni genere *quisquam, quæquam, quorumquam, quibusquam, quasquam*: his enim aures nostræ non assuevere. De *Plauti* loc. *Mil. glor. V.* infra sub *h.* — Quisquam est aliquis, ullus, τις, *alcuno.* — *a*) Generatim. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 62. An invenire postulas quemquam coquum, nisi milvinis aut aquilinis ungulis? *Id. Bacch.* 4. 3. 5. Nemo est indignior, quem quisquam homo aut amet, aut adeat. *Ter. Hecyr.* 3. 1. 13. An quisquam usquam gentium est æque miser? *Cic. Rosc. Com.* 6. 18. Est ne quisquam omnium mortalium, de quo melius existimes tu? *Id. Amic.* 2. 9. Aut enim nemo, quod quidem magis credo, aut, si quisquam, ille (*Cato*) sapiens fuit. *Id. ibid.* 15. 54. Quamquam miror, illâ superbiâ et importunitate, si quemquam (*amicum*) habere (*Tarquinius*) potuit. *Id.* 9. *Att.* 15. *ad fin.* Te moveri arbitror oportere injuriâ, quæ mihi a quoquam facta sit. *et ibid.* 4. *sub fin.* Quidquam tu illa putas fuisse præ his de victoria gratulationibus? *Sall. Jug.* 14. Aut quisquam nostri misereri potest? *Id. Cat.* 52. 11. Hic mihi quisquam mansuetudinem et misericordiam nominat. *Nepos Agesil.* 6. Si animadversum esset, quemquam ad hostem transfugere conari. *Virg.* 10. *Æn.* 65. Æneam hominum quisquam divumque subegit Bella sequi? *Horat.* 2. *Ep.* 1. 76. Indignor quidquam reprehendi, non quia crasse Compositum illepideve putetur, sed quia nuper. *Aurel. Vict. Epit.* 11. Percontanti cuidam, quisquam ne in palatio esset, responsum, ne musca quidem. — *b*) Speciatim, sæpissime *nec quisquam* usurpatur. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 29. Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior. *Ter. Eun.* 5. 4. 13. nil videtur mundius, Nec magis compositum quidquam, nec magis elegans. *Cæs. 7. B. G.* 75. *extr.* Neque se cujusquam imperio obtemperaturos. *Sall. Cat.* 32. Neque loco, neque homini cuiquam satis credere. *et ibid.* 34. Neque cuiquam nostrum licuit lege uti. *Id. ibid.* 37. *extr.* Neque ex castris Catilinæ quisquam omnium discesserat. *Cic.* 3. *Orat.* 4. 15. Neque enim quisquam nostrûm, quum libros Platonis legit, etc. *Virg.* 5. *Æn.* 378. nec quisquam ex agmine tanto Audet adire virum. *et* 6. *ibid.* 876. Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos In tantum spe tollet avos. Adde *Horat.* 3. *Od.* 9. 2., 1. *Sat.* 3. 138. et *ibid.* 4. 73. et alibi sæpe. — Similiter *Nepos Eumen.* 11. *sub fin.* Non enim cum quoquam arma contuli, quin is mihi succubuerit. *Horat.* 1. *Ep.* 14. 37. Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Linat. *Id.* 1. *Sat.* 9. 26. est tibi mater, Cognati, quis te salvo est opus? Haud mihi quisquam. Omnes composui. *Nævius* apud *Charis.* 2. *p.* 186. *Putsch.* Numquam quisquam amico amanti amica nimis siet fidelis. *Liv.* 2. 9. Nec quisquam unus malis artibus postea tam popularis esset, quam tum bene imperando universus senatus. Adde *eumd.* 28. 37. et *Id.* 32. 20. Hæc adhortatio prætoris non modo quemquam unum elicuit ad suadendum, sed etc. *Ter. Hecyr.* 1. 1. 10. Nemo illorum quisquam ad te venit, quin ita paret sese, etc. — Et præcedente *quis* apud *Fronton.* 1. *ad M. Cæs.* 4. Nec video quis veterum scriptorum quisquam me beatior fuerit. — *c*) *Nihil quidquam* per pleonasmum. *Ter. Andr.* 1. 1. 63. Comperiebam nihil ad Pamphilum quidquam attinere. *Cæcilius* apud *Cic. Senect.* 8. 25. Edepol, senectus si nil quidquam aliud viti Apportes tecum, quum advenis; unum id sat est, etc. *Cic.* 1. *Orat.* 30. 134. Sine quo (*amoris ardore*) quum in vita nihil quidquam egregium, tum certe hoc, quod tu expetis, nemo unquam assequetur. — *d*) *Quidquam* cum Genit. *Liv.* 5. 4. Nec satis quidquam justi doloris est. *Seneca Troad.* 490. Vix spei quidquam est super. — *e*) *Quisquam unus*, est unus aliquis. *Liv.* 3. 55. *extr.* Quia nondum in quemquam unum sæviebatur. *V.* alia sub *b.* in fin. — *f*) De re inanimata. *Lucret.* 1. 1075. Nec quisquam locus est, quo corpora quum venere, etc. Adde *eumd.* 4. 690. — *g*) Pro quivis, quilibet. *Cic. Fam.* 7. Nisi vos fortiores cognossem, quam quemquam virum. *Flor.* 2. 18. *a med.* Quod nemo visurum se unquam speraverat, factum est, ut fugientes Numantinos quisquam videret. — *h*) In femin. gen. *Plaut. Cist.* 1. 1. 68. Quod neque habeo, nec quisquam alia mulier. *Id. Rud.* 2. 3. 75. Neque digniorem censeo vidisse anum me quemquam. *Ter. Eun.* 2. 3. 82. Quandoquidem Illarum neque te quisquam novit, neque scit, qui sies. Adde *eumd. ibid.* 4. 4. 11. *V.* QUIS, QUISNAM et QUISQUE hoc modo usurpata. *Plaut. Mil. glor.* 4. 2. 67. Nisi huic verri affertur merces, non hic suo seminio quamquam porcellam imperturbat est. At *Ritschl.* et *Fleckeisen.* ex melioribus MSS. leg. *quemquam.*

QUISQUE, quæque, quodque *et* quidque *vel* quicque. — *Quidque* an *quicque* scribendum sit, *V.* in QUISQUIS. — *Quisque* est omnis, unusquisque, singuli: *que* est adjectio syllabica, ut in *absque.* Dicitur tum de personis, tum de rebus: usurpaturque in utroque numero. Differt ab *omnis*, quod cunctos simul significat: *quisque* distributionem quamdam continet. ἕκαστος, πᾶς τις, ὁστισοῦν (It. *ognuno, ciascuno, ogni*; Fr. *qui que ce soit, chaque, chacun*; Hisp. *cada, cada uno, cada una, cada qual*; Germ. *wer es nur sei, jeder, jede, jedes*; Angl. *every man, every one, each, all*).

I.) Proprie. — *a*) Generatim. *Cic.* 1. *Orat.* 28. 130. Ut in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. *Id.* 6. *de republ.* 8. Nec enim tu is es, quem forma ista deciarat, sed mens cujusque is est quisque. *Ter. Hecyr.* 4. 2. 27. Non tute incommodam rem, ut quæque est, in animum inducas pati? *Lucret.* 1. 562. quoniam refici rem quamque videmus. *Cic.* 1. *Off.* 7. 21. Quod cuique obtigit, id quisque teneat. *et* 3. *ibid.* 17. 70. Magni est judicis statuere, quid quemque cuique præstare oporteat. *Liv.* 21. 33. Plus inter ipsos (sibi quoque tendente, ut periculo prius evaderet) quam cum hostibus, certaminis erat. *Cic.* 2. *Divinat.* 42. 89. Ut ejus orbis unaquæque pars alia alio modo moveat immutetque cælum, ut quæque stellæ in iis, finitimisque partibus sint quoque tempore. *Id.* 1. *Orat.* 15. 67. Ut quamcumque rem a quoque cognorit, de ea multo dicat ornatius. *At* Orellius *leg.* quamquam rem a quoquo. *Horat.* 2. *Od.* 13. 13. Quid quisque vitet numquam homini satis Cautum est in horas. *Id.* 2. *Sat.* 6. 67. prout cuique libido est. *Id. Art. P.* 156. Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. (167). Scrobes ternorum pedum in quamque partem. *Id.* 18. *ibid.* 34. 77. (332). Quæ ratio semel in quoque agro ineunda erit. *Tac.* 1. *Ann.* 59. Fama deditî Segestis, ut quibusque bellum invitis aut cupientibus erat, spe vel dolore accipitur. *Flor.* 1. 9. *extr.* Proximis quibusque correptis, totam Italiam sub se redegerunt. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 15. (52). Annis quibusque sorte reges singulos e subjectis jungere ad currum solitus. *ogni anno. Sueton. Cæs.* 42. *a med.* Per æstimationem possessionum, quanti quasque comparassent. *Id. Tib.* 8. Archelaum, Trallianos et Thessalos, varia quosque de causa, defendit. *Id. Aug.* 89. Prout quique monitione indigerent. — *b*) Cum Genit. *Cic.* 1. *Fam.* 9. *ad fin.* Ego, quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 124. Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum, Si etc? *Id.* 2. *Sat.* 3. 1. Sic raro scribis tu, ut toto non quater anno Membranam poscas, scriptorum quæque retexens. *Cæs.* 7. *B. G.* 36. Quid in quoque esset animi ac virtutis suorum, perspiciebat. — *c*) Jungitur cum Comparativis et Superlativis. *Cic. Rosc. Com.* 11. 31. Quo quisque est solertior, hoc docet laboriosius. *Cels.* 2. 18. *a med.* Quo majus quodque animal, eo robustior ex eo cibus est. *Quintil.* 9 4. 83. Ut quique pedes sunt temporibus pleniores, hoc graviorem faciunt orationem. *Plin.* 1. *Ep.* 20. Bonus liber melior est quisque, quo major. *Cic.* 2. *Off.* 21. 75. Postea tot leges et proximæ quæque duriores. *Id.* 2. *Fin.* 25. 81. Optimum quidque rarissimum est. *Id.* 1. *Acad.* (*post.*) 4. 13. Recentissima quæque sunt correcta et emendata maxime. *Id.* 2. *Orat.* 77. 313. Ut in quoque eorum (*patronorum*) minimum putant esse, ita eum primum volunt dicere. *Id.* 1. *Tusc.* 31. 77. Doctissimus quisque. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 8. 20. (85). Gravissima quæque grana serere. *Id.* 35. *ibid.* 9. 36. (64). Quinque virgines elegit, ut quod in quaque laudatum esset, pictura redderet. — *d*) Et cum iis, quæ vim Superlativi habent. *Cic.* 9. *Fam.* 14. *a med.* Severitas cum bonis omnibus, tum infimo cuique gratissima. *Sueton. Oth.* 2. Invalidum quemque obviorum corripere. Adde *Tac.* 12. *Ann.* 43. — *e*) Et cum iis, quæ ordinem significant. *Cic.* 3. *Nat. D.* 3. 7. Primum quidque videamus. *Id. Rabir. Post.* 12. 34. Tertio quoque verbo excitabatur, *ad ogni terza parola.* et 8. *Phil.* 11. 33. Uti de ejus honore primo quoque die ad senatum referant. *il primo giorno che si potra.* et *Liv.* 42. 48. Ut exercitui diem primam quamque diceret ad conveniendum. *Colum.* 12. *R. R.* 48. 4. Tertio quoque aut quarto die. *ogni tre o quattro di.* et *Cic.* 3. *Phil.* 15. 39. Primo quoque tempore. *Id.* 4. *Verr.* 56. 139. Quinto quoque anno Sicilia tota censetur. *ogni cinqu' anni.* et *Plin.* 17. *Hist. nat.* 22. 35. 169). Quinto quoque palo singulæ jugo paginæ includantur. (*V.* QUINTANUS). *Plaut. Pseud.* 4. 2. 17. Vix decimus quisque est, qui ipsus esse noverit. *ogni dieci uno.* — *f*) Cum verbis pluralis numeri. *Plaut. Capt.* 3. 2. 2. Ubi quisque vident, eunt obviam. *Id. Curc.* 1. 3. 24. Sibi habeant quisque quod suum est. *Sall. Cat.* 7. Sed ea tempestate cœpere se quisque magis extollere. *Liv.* 1. 44. Equites peditesque in suis quisque centuriis adessent. *Id.* 2. 59. *extr.* Cetera multitudo sorte decimus quisque ad suppliciun lecti. Plura ex eodem *Livio* congessere *Gronov.* et *Drakemborch.* ad 7. 19. et ex *Ovid. Heinsius* ad 2. *Amor.* 11. 21. — *g*) Cum pronominibus *sui* et *suus. Cic.* 1. *leg. Agr.* 9. 26. Huic pro se quisque nostrum mederi, atque hoc omnes sanare velle debemus. *Id.* 3. *Verr.* 27. 68. Pro se quisque, ut in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur. *Id.* 3. *Nat. D.* 1. 1. Quum suo cuique judicio sit utendum. *et ibid.* 34. 84. Edixit, ut quod quisque a sacris haberet, id in suum quidque fanum referret. *At* Orellius *pro* quidque *legit* quodque. *Id.* 5. *Fin.* 17. 46. Cujusque partis naturæ et in corpore et in animo sua quæque vis est. *Id. Amic.* 16. 56. Ut quanti quisque se ipse facit, tanti fiat ab amicis. *Auct. B. Afr.* 31. Edicit, uti quisque suo loco paratus esset. *Colum.* 12. *R. R.* 3. 4. Cuique sua annumeravimus *At* Schneider. *leg.* et omnia annumeravimus. *Ovid.* 3. *Amor.* 2. 58. Vincamus dominæ quisque favore suæ. *Id.* 3. *Trist.* 4. 64. Dicere quos cupio nomine quemque suo. *Plaut. Merc.* 4. 5. 51. Suam quisque homo rem meminit. *Virg.* 6. *Æn.* 743. Quisque suos patimur Manes. *Tac.* 2. *Hist.* 44. Suum quisque flagitium aliis objectantes. *Catull.* 64. 277. Ad se quisque vago passim pede discedebant. — Simliter cum Ablat. *Sall. Jug.* 18. Exercitus, amisso duce ac passim multis sibi quisque imperium petentibus, brevi dilabitur. *Justin.* 29. 1. 8. His regibus pueris, etsi nulli senioris ætatis rectores erant, tamen in suorum quisque majorum vestigia nitentibus, magna indoles virtutis enituit. — Huc pertinet et illud *Sall. Jug.* 84. Tanta lubido cum Mario eundi plerosque invaserat. Sese quisque præda locupletem fore, victorem domum rediturum, alia hujuscemodi animis trahebant. *et Liv.* 26. 29. Circumibant enim senatum cum veste sordida, affirmantes, se non modo suam quisque patriam, sed totam Siciliam, relicturos, si etc. — Et cum nominibus collectivis. *Liv.* 6. 15. Hinc senatus, hinc plebs, suum quisque intuentes ducem, velut in acie constiterant. *Sall. Cat.* 38. *ad fin.* Quicumque reipublicam agitavere, alii sicut populi jura defenderent, pars quo senati auctoritas maxima foret, bonum publicum simulantes pro sua quisque potentia certabant. *et ibid.* 52. *a med.* Ubi vos separatim sibi quisque consilium capitis, ubi etc. — *h*) De duobus pro *uterque. Ovid.* 2 *Fast.*

715. Oscula quisque suæ matri properata tulerunt. *h. e.* duo fratres Titus et Aruns, Tarquinii Superbi filii. *Id. Heroid.* 19. 169. Atque ita quisque suas iterum redeamus ad urbes. *Liv.* 2. 44. *a med.* Duas civitates ex una factas: suos cuique parti magistratus, suas leges esse. Adde *eumd. ibid.* 7.; et *Sueton. Aug.* 26. — *i)* In femin. gen. *Plaut. Pœn. prol.* 107. Omnes meretrices, ubi quisque habitant, invenit. *Ter. Hecyr.* 2. 1. 19. Quo quisque pacto hic vitam vestrarum exigat. — *l) Unus quisque.* *V.* UNUSQUISQUE loco suo.

II.) Improprie ponitur pro quisquis, quicumque, *chiunque,* ὅστις ἄν. *Plaut. Merc.* 1. 1. 20. Quemque attigit, magno multat infortunio. *Id. Mil. glor.* 2. 2. 5. Quemque videritis hominem in nostris tegulis extra unum Palæstrionem, huc deturbatote in viam. *Id. Asin.* 1. 3. 47. Cetera quæque volumus uti, Græca mercamur fide. Adde *eumd. ibid.* 2. 3. 24. et *Capt.* 4. 2. 17. Sic *Auson. VII. Sap. sentent. in Pittaco,* 5. Pareto legi, quisque legem sanxeris. *Sidon.* 4. *Ep.* 11. *in carm. ad fin.* At tu, quisque doles, amice lector, Udis parce genis rigare marmor.

QUISQUĒQUOMQUE, quæquequomque, quodquequomque, adject. ἀρχαϊχῶς pro quicumque, quæcumque, quodcumque. *Tav. legisl. della Gallia Cisalp.* a *De-Lama* edita, *init.* QVODQVE QVISQVEQVOMQVE D. E. R. *(h. e.* de ea re) DECERNET INTERDICETQVE.

QUISQUĪLIA, ōrum, n. 3. *V.* voc. seq. init.

QUISQUĪLIÆ, ārum, f. plur. 1. *Quisquilia* neutr. gen. *Petron. fragm. Tragur.* 75. *Burmann.* Coricillum est, quod homines facit: cetera quisquilia omnia. *Gloss. Philox.* Quisquilia, σκύβαλα. *V.* CUSCULUM. — *Müllerus* ad *Paul. Diac. p.* 256. 3. ait *quisquilias* esse sine dubio Græcorum κοσκυλμάτια — *Quisquiliæ* dici putantur quidquid ex arboribus minutis surculorum foliorumve cadit. Ita *Festus p.* 257. 17. *Müll.* Similiter *Isid.* 17. *Orig.* 6. *extr.* Quisquiliæ, stipulæ immixtæ surculis et foliis aridis: sunt autem purgamenta terrarum. Eadem fere habet *Servius* ad illud *Virg.* 1. *G.* 84. Sæpe etiam steriles incendere profuit agros, Atque levem stipulam, etc. *Festus* ducit a *quidquid:* alii a *quisque,* ut proprie sint quidquid obvium et pedibus incidens, τὸ τυχόν. *Gloss. Philox.* Quisquiliæ, σκύβαλα, φρυγάνων χαῖται, *stoppia, spazzatura, mondiglia, pattume,* παρυφήματα.

I.) Proprie. *Cæcilius* apud *Festum loc. cit.* Quisquilias, volantis venti spolia, memoras: i modo. *Apul. de Mag.* Nugas marinas et quisquilias litorales quærere.

II.) Translate dicitur de homine minimi pretii, nihili, fæce plebeculæ. *Cic. Sext.* 43. 94. Omitto Numerium, Serranum, Ælium, quisquilias seditionis Clodianæ. (Adde *eumd.* 1. *Att.* 16.) *Novius* apud *Festum p.* 257. 16. *Müll.* Deturba te saxo, homo non quisquiliæ. *Alii leg.* quisquilia *singulari num.* — *Apul.* 1. *Met. sub fin.* quisquilias vocat pisces frivolos et viliores.

QUISQUIS, quæque, quodquod *et substant.* quidquid *et* quicquid. — Utrum per *d,* an per *c* scribenda sint *quidquid, quidquam, quidque,* quæruntorthographi. *Manut.* et *Dausq.* præferunt *d:* quibus accedit *Cellar.* Sunt pro his etiam Inscriptiones apud *Gruter.* 411. 3. et 691. 8. Contra *Priscian.* 1. *p.* 559. et *Mar. Victorin.* 1. *art. Gramm. p.* 2460. *Putsch.* et alii apud *Quintil.* 1. 7. 6. tuentur *c:* quod *Cellar.* ipse non improbat. *Quintil.* frigidam quæstionem putat. At *Cassiod. Instit. divin. litter.* 15. *Quicquam:* magis in prima syllaba *c* ponendum est, quam *d,* propter euphoniam, quam præcipimus sequi. — Quisquis est omnis qui, quicumque: et dicitur tum de personis, tum de rebus ὅστις (It. *chiunque, ciascuno che, qualunque*; Fr. *quel....que, qui que ce soit qui, quelque....que, quiconque, quelconque*; Hisp. *qualquier, qualquiera, quienquiera*; Germ. *wer nur immer, jedweder, jeder, alle, alles*; Angl. *whoever, whosoever, whatever, whatsoever).* — *a)* Generatim. *Cic. Brut.* 73. 255. Quisquis est ille, si modo est aliquis, qui genuit in hac urbe dicendi copiam. *Ennius* apud *Cic. Balb.* 22. 51. Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis, Quisquis it. *chiunque si sia.* et *Propert.* 3. 12. 6. omnes pariter pereatis avari, Et quisque fido prætulit arma toro. *Plaut. Amph.* 1. 1. 153. Quisquis homo huc venerit, vapulabit. *Tibull.* 2. 2. 1. Quisquis ades, faveas: fruges lustramus et agros. *Virg.* 10. *Æn.* 493. Quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est, Largior. (Sic *Plaut. Men.* 5. 2. 60. Quidquid tibi nomen est. *et Cato R. R.* 48. Suum quidquid genus talearum serito. *Alii leg.* quodque: et *Forcellinus* hunc *Catonis* locum retulit sub *e). Plin.* 18. *Hist. nat.* 34. 77. (339). Quisquis erit ventus. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 66. Quisquis erit vitæ, scribam, color. *Plaut. Men.* 5. 2. 60. Quisquis es, quidquid tibi nomen est, senex, etc. *Id. Pseud.* 4. 1. 17. Quisquis ille est, qui adest a milite. *Id. Men.* 5. 1. 17. Omnia mala ingerebat, quemquem aspexerat. *Id. Truc.* 5. 1. 17. Quemquem hominem attigerit, etc. *Tac.* 6. *Ann.* 7. Quaqua de re locuti incusabantur. *Ulp. Dig.* 47. 5. 1. Si quid a quoquo eorum, quos quasve ibi habebunt furtum factum esse dicetur. *Cic. Dom.* 10. 25. Dicam ipso audiente, quod sentio, quoquo animo me auditurus est. *Id. Rabir. Post.* 8. 21. Quoquo consilio fecit, fecit certe suo. *Id.* 9. *Att.* 2. *a med.* Confido adventum nostrum illi, quoquo tempore fuerit, ἀσμενιστὸν fore. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 2. 4. *ad fin.* Tu, quoquo modo est, hominem investiges velim. *Alii omitt.* est. *Id.* 1. *Fam.* 5. Quoquo modo se res habeat. *Id. Rosc. Am.* 42. 122. Quidquid maleficii, sceleris, cædis erit, proprium id Rosciorum esse debebit. *V.* infra sub *c. Plaut. Rud.* 4. 2. 20. Hoc ego in mari, quidquid inest, reperi. *Id. Men.* 5. 2. 22. Sed quidquid id est, jam sciam. *Tac.* 14. *Ann.* 55. Quidquid illud et qualecumque tribuisset. *illud* redundat. *Cic. Sext.* 45. 97. Esto ut hi sint, quiqui integri sunt et sani. *At* Orellius *leg.* qui et integri, *alii aliter. Liv.* 41. 8. *a med.* Liberos suos quibusquibus Romanis mancipio dabant. — *b)* Cum verbis pluralis numeri. *Ovid.* 1. *Art. Am.* 267. Quisquis ubique, viri, dociles advertite mentes. *Propert.* 4. 5. 75. Quisquis amas, scabris hoc bustum cædite saxis. *Tibull.* 1. 7. 45. Tunc procul absitis, quisquis colis arte capillos. — *c)* Cum Genit. *Horat. Epod.* 5. 1. At o deorum quidquid in cælo regit, etc. *Id.* 2. *Od.* 1. 25. Deorum quisquis amicior Afris. *Liv.* 23. 9. Per quidquid deorum est. *Id.* 21. 32. Quidquid adjecissent ipsi terroris, satis ad perniciem fore rati, etc. *Colum.* 12. *R. R.* 48. 4. Quidquid amurcæ inest. *Quintil.* 6. *procem.* 3. Quidquid hoc est in me infelicium litterarum. — *d)* Cum femin. gen. *Plaut. Cist.* 2. 3. 66. Conteris tua me oratione mulier, quisquis es. *Id. Rud.* 4. 4. 102. Tibi deos iratos esse oportet, quisquis es, quæ parentes in tam angustum tuos locum compegeris. Adde *eumd. Pers.* 4. 3. 76.; et *Liv. Andron., Cæcil., Pacuv.* apud *Non. p* 197. 31. *Merc.* — *e) Quidquid* absolute, et adverbii more. *Liv.* 31. 1. Jam provideo animo, quidquid progredior, in vastiorem me altitudinem invehi. *quanto mi vo avanzando.* et 7. 32. Quidquid ab urbe longius proferrent arma, magis magisque in imbelles gentes eos prodire, *quanto più lungi* etc. *Gell.* 12. 1. *sub fin.* Quidquid ita educati liberi amare videntur, non naturalis ille amor est, sed civilis. *Catull.* 56. 3. Ride, quidquid amas, Cato, Catullum. *h. e.* quantum. — *f)* In illo *Horatii* 3. *Od.* 24. 25. O quisquis volet impias Cædes et rabiem tollere civicam! *Bentlejus* recte monet, scribendum esse divisim *O quis, quis:* ut sit repetito similis illius *Epod.* 7. 1. *Quo, quo, scelesti, ruitis?* et aliis, quæ ibi refert. — *g) Quiqui* pro *quisquis V.* supra suo loco. — *h)* Aliquando *quisquis* ponitur pro *quisque,* unusquisque, omnis. *Cic.* 6. *Fam.* 1. Quocumque in loco quisquis est, idem est ei sensus ex interitu rerum suarum. *Id.* 6. *Verr.* 13. 31. Ita odorabantur omnia et pervestigabant, ut, ubi quidquid esset, aliqua ratione invenirent. *Alii leg.* quidque. *Id.* 5. *Tusc.* 34. 98. Bestiæ, ut quidquid objectum est, quod modo natura non sit alienum, eo contentæ non quærunt amplius. *Lucret.* 2. 957. Inque suos quidquid rursus revocare meatus. *Plaut. Amph.* 2. 1. 52. Ordine omnia, ut quidquid actum est, edissertavit. Alii et ipse *Fleckeisen.* leg. *quidque.* Adde *Catull.* 68. 28.

QUISQUISLĪBET, quæquelibet, quidquidlibet, *chiunque si voglia,* quivis. *Salvian.* 3. *Avar.* 18. *ad fin.* Quidquidlibet dederis pro te, vile est.

QUĪTUS. *V.* QUEO.

QUĪVIS, quævis, quodvis *et* quidvis, *chiunque tu vuoi, qualunque, qualsivoglia, ognuno.* ὅστις, ὁστισοῦν, quem vis, quilibet, quisque, omnis: tum de personis, tum de rebus. — *a)* Generatim. *Cic. Quinct.* 27. 84. Omnia sunt ejusmodi, quivis ut perspicere possit, in hac causa improbitatem cum veritate contendere. *Plaut. Amph. prol.* 27. Juppiter non minus, quam vostrum quivis, formidat malum. *Id. Mil. glor.* 4. 7. 10. Quævis alia mora. *Cæs.* 4. *B. G.* 2. Ad quemvis numerum ephippiatorum equitum quamvis pauci adire audent. *Cic.* 5. *Verr.* 18. 45. Ut homines quivis perpeti, quam non de istius pravitate conqueri mallent. *Plaut. Mil. glor.* 3. 1. 152. Commodulum obsona, ne magno sumptu: mihi quidvis sat est, *ogni poca cosa.* et *Asin.* 3. 3. 81. Quidvis egestas imperat. *ogni gran cosa.* et *Pœn.* 1. 3. 28. et *Truc.* 4. 4. 31. Dicere hic quidvis licet. *tutto quel che mai si vuole. Plin.* 28. *Hist. nat.* 9. 37. (139). Contra scabiem quivis adeps. *Id.* 2. *ibid.* 71. 73. (181). Nec non diesque quævis eadem toto orbe simul est. *At* Sillig. *legit* quamvis *ex bonis Codd. Horat.* 1. *Sat.* 3. 65. quivis sermone molestus. *Ter. Adelph.* 2. 3. 1. Ab quivis homine beneficium accipere gaudens. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 4. 5. (24). Quibusvis potius, quam agricolis. *Cic.* 1. *Invent.* 53. 100. Ex iis rebus quævis amplificationes nasci possunt. *Horat.* 1. *Sat.* 4. 87. E quibus unus avet quavis aspergere cunctos, Præter eum, qui præbet aquam. *h. e.* quavis ratione. *V.* AQUA. — Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest, γνώμη *P. Syri* apud *Senec. Tranquill.* 11. — *b)* Interjective verbo. *Cato R. R.* 52. *extr.* Hoc modo quod genus vis propagabis. — *c)* Eleganter jungitur cum *unus:* et fere in contemptu quodam ponitur. *Cic. Cæcin.* 22. 62. Si tu solus, aut quivis unus, cum gladio impetum in me fecisset. *Id. Brut.* 93. 320. Quantum non quivis unus ex populo, sed existimator doctus et intelligens possit cognoscere. *Liv.* 9. 17. Ne solertius, quam quivis unus ex iis, quos nominavi, castris locum caperet. *Alii leg.* quilibet. *Ter. Andr.* 5. 4. 1. Mitte orare: una harum quævis causa me ut faciam, monet, Vel tu, vel quod verum' st, vel quod ipsi cupio Glycerio. — *d) Quodvis,* quodque. *Cic. Opt. gen. orat.* 1. 1. Poematis enim tragici, comici, epici, *etc.* genus suum quodvis est diversum a reliquis. *Sed locus est corruptus: V.* Orell. — *e) Quidvis anni,* quovis anni tempore, bis legitur apud *Caton. R. R.* 17.

QUĪVISCUMQUE, quæviscumque, quodviscumqua, idem ac quicumque. *Lucret.* 3. 389. Nec repentis itum cujusviscumque animantis Sentimus. *Martial.* 14. 1. Quoviscumque loco potes hunc finire libellum.

QŪLĪNA pro *culina* legitur in *Inscript.* apud *Orell.* 3302.

QUO

QUO, proprie est Dativus et Ablativus ab antiqua communi forma *quoi* efformatus, et adverbii more adhibetur, multasque habet significationes.

A) Qua Dativum repræsentat, adverbium *quo* significat ad, vel in quem locum, ποῖ (It. *dove, in quale luogo*; Fr. *où*; Hisp. *adonde, donde;* Germ. *wohin;* Angl. *whither, to what place, where).*

I.) Proprie. ¶ 1. Stricto sensu est ad, vel in quem locum — *a) Quo* interrogativum. — De loco. *Ennius* apud *Non. p.* 506. 2. *Merc.* Quo nunc me ducis? *Horat.* 4. *Od.* 13. 17. Quo fugit

Venus? *Id. Epod.* 7. 1. Quo, quo, scelesti, ruitis? *Id.* 1. *Sat.* 9. 62. consistimus. Unde venis? et Quo tendis? rogat. *et ibid. v.* 16. quo nunc iter est tibi? — De persona, quæ loci rationem habet. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 13. Quo illæ nubent? — *b) Quo* relativum. — De loco. *Cæs.* 2. *B. G.* 16. *extr.* Mulieres in eum locum conjecit, quo exercitui aditus non erat. *et ibid.* 21. Non longius hostes aberant, quam quo telum adjici potest. *Cic.* 3. *Fam.* 5. Me ad eam partem provinciæ esse venturum, quo te velle arbitrarer. *Sall. Jug.* 110. Proficiscitur obsessum turrim regiam, quo Jugurtha perfugas omnes præsidium imposuerat. *Cæs.* 2. *B. G.* 7. Omnibus vicis, quo adire poterant, incensis. *Cato R. R.* 10. Dolia, quo vinaceos condat, decem. *Cæs.* 1. *B. G.* 6. Iter angustum et difficile, quo vix singuli carri ducerentur. *Ovid.* 10. *Met.* 37[illegible] saucia trabs Quo cadat, in dubio est, omnique a parte timetur. *Varro* 1. *R. R.* 29. 2. Et sulcant fossas quo pluvia aqua delebatur. *Cic.* 1. *Tusc.* 19. 44. Et oræ ipsæ locorum, quo pervenerimus, - majorem cognoscendi cupiditatem dabunt. *Horat.* 3. *Od.* 24. 45. Vel nos in Capitolium, Quo clamor vocat et turba faventium, etc. *et* 4. *ibid.* 7. 14. Nos ubi decidimus, Quo pater Æneas, etc. *Id.* 2. *Ep.* 2. 40. Ibit eo, quo vis qui zonam perdidit, inquit. — De personis. *Plaut. Stich.* 1. 3. 79. Dabo parasitum inanem, quo recondas reliquias. *Id. Aulul.* 3. 5. 13. Quo lubeat, nubant. *Cic.* 6. *Verr.* 18. 38. Homo apud eos, quo se contulit, gratiosus. *Pomponius* apud *Non. p.* 508. 4. *Merc.* Hominem beatum, quo illæ pervenibunt divitiæ! Adde *Cæs.* 5. *B. G.* 14. — *c)* Cum Genit. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 33. Non hercle, quo hinc nunc gentium aufugiam, scio. *Liv.* 39. 54. Sese tacitos abire, quo terrarum possent, in animo habuisse. — Et per metaphoram *Id.* 28. 27. *a med.* Ne hodie quidem scire videmini, quo amentiæ progressi sitis. *a qual segno di pazzia.* ¶ 2. *Quo* dativum pro *cui,* quidam esse putant in illo *Varron.* 2. *R. R.* 1. 21. Quo etiam ipse pastor diligens mederi possit. *Alii leg.* quoi. V. *Voss. l.* 6. *de Grammat. c.* 6. qui Dativum esse putat etiam quum dicimus *quo mihi, quo tibi hoc,* vel *illud?* pro *cui* rei. — Sunt qui addunt illud *Cæs.* 4. *B. G.* 1. Non longe a mari, quo Rhenus influit. ¶ 3. Latiori sensu pro *aliquo,* post particulas dubitandi. *Liv.* 38. 30. *a med.* Si quando Romam, aliove quo mitterent legatos. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 5. Si quo tu me ire vis, operam dabo. *Cæs.* 2. *B. G.* 48. Si quo erat longius prodeundum, etc. *Cic.* 8. *Att.* 5. *in fin.* Ipse ne quo inciderem, reverti Formias.

II.) Translate. ¶ 1. *Quo* est ad quam rem, finem, usum, scopum, cur. — *a)* Generatim. *Cic. Sext.* 13. 29. Quid hoc homine facias? aut quo civem importunum, aut quo potius hostem tam sceleratum reserves? *Id.* 4. *Verr.* 55. 137. Primum quo tantam pecuniam? deinde quamobrem censores ad statuam tibi conferebant? *Id. Cœl.* 21. 53. Dixit profecto, quo vellet aurum. *per qual uso.* et 8. *Att.* 2. *a med.* Quo igitur hæc spectat oratio? *Petron. Satyr.* 97. *a med.* Quo secures attulisti? *Cic.* 2. *Divinat.* 64. 132. Quo pertinent ænigmata somniorum? *Horat.* 1. *Sat.* 1. 73. Nescis, quo valeat nummus, quem præbeat usum? — *b) Quo mihi, quo tibi?* quid mihi, tibi prodest, cui bono, quorsum? *Cic.* 7. *Fam.* 23. *circa med.* Martis vero signum quo mihi pacis auctori? *Phædr.* 3. 18. Quo mi, inquit, mutam speciem, si vincor sono? *Horat.* 1. *Ep.* 5. 12. Quo mihi fortunam, si non conceditur uti? *Ovid.* 3. *Amor.* 4. 41. Quo tibi formosam, si non nisi casta placebat? *et ibid.* 8. 47. Quo tibi turritis incingere mœnibus urbes? Quo tibi discordes addere in arma manus? *Propert.* 4. 3. 51. Nam mihi quo, Pœnis si purpura fulgeat ostris? — *c) Quo bonum est?* cui rei utile est? *a che serve? a che è buono?* Est JCtorum. *Cajus Dig.* 16. 1. 13. *in fin.* Quo enim bonum est exspectare conditionem? *Ulp. ibid.* 37. 4. 3. *ad fin.* Quo bonum est, si contra tabulas dari? Adde *ibid.* 10. *a med.* Eod. sensu *quo bono?* dixit *Id. ibid.* 7. 1. 13. Omnibus autem his loc. *Haloander* edidit *quod.* ¶ 2. Usurpatur etiam vice conjunctionis, et *ut* valet, *affinchè, acciocchè.* — *a)* Generatim. *Ovid. Heroid.* 18. 203. sed quo mare finiat iram, Accedant, quæso, fac tua vota meis. et *ibid.* 20. 23. Fraus mea quid petiit, nisi quo tibi jungerer uni? *et Remed. am.* 517. Ne sibi tam placeat, quod te contemnere possit. Alii aliter leg. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 30. An vero non justa causa est quo curratur celeriter, ubi bibas, edas de alieno? *Id. ibid. prol.* 39. Neve ambitionis causa extrudantur foras, Quo deteriores anteponantur bonis. *Ter. Andr.* 3. 1. 14. Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant. *et Eun.* 1. 2. 70. Id adjuta me, quo id fiat facilius. *Cic.* 2. *Fin.* 24. 77. Quod si vultum tibi, si incessum fingeres, quo gravior videre, non esses tui similis. *Pollio* apud *Cic.* 10. *Fam.* 33. *init.* Quo tardius certior fierem de præliis apud Mutinam factis, Lepidus effecit, qui etc. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 112. Quo magis his credas, puer hunc ego parvus Ofellum Integris opibus novi non latius usum, Quam nunc accisis. — *b) Quo ne,* pro *ut ne* videtur accipi in illo *Cic.* 7. *Fam.* 2. Sed eo vidisti multum, quod præfinisti, quo ne pluris emerem. *et Liv.* 34. 6. *a med.* Cautum erat, quo ne plus auri et argenti facti, quo ne plus signati argenti et æris domi haberemus. Alii dicunt, *quo* a *plus* pendere, et esse ablativum. Certius videtur illud *Horat.* 2. *Sat.* 1. 36. Missus ad hoc... Quo ne per vacuum Romano incurreret hostis. *Bentlej.* addit ex *Ulp. Dig.* 2. 1. 17. *ante med.* Si celandi causa, quo ne ad dominum reverteretur, fugisset, fugitivum esse. *Torrentin.* habet *causa quo, ne* etc. *Haloand.* omittit *quo,* male. Sed et in verbis *Horatii* est qui suspicatur, metathesim esse verborum, et *quo ne* dictum esse pro *ne quo.*

B) Qua repræsentat Ablativum, particula *quo* significat quo loco.

I.) Proprie. *Quo loci,* quo loco, ubi, *in qual luogo, dove:* sed huc non pertinet. *Cic.* 8 *Att.* 10. Respondit, se nescire, quo loci esset. *Id.* 2. *Divinat.* 66. 135. Visus est dicere quo illa *(radicula)* loci nasceretur. Huc pertinet et illud *Horat.* 1. *Od.* 38. 3. Mitte sectari, rosa quo locorum Sera moretur.

II.) Translate. ¶ 1. Ponitur pro quare, vel ideo, propter quod, quamobrem, *però, per questo, perciò. Cic.* 2. *Orat.* 6. 25. Quo etiam scripsit: Persium non curo legere, Lælium Decimum volo. *Varro.* 1. *R. R.* 54. 1. Miscella *(uva),* quam vocant nigram, multo ante coquitur; quo prior legenda. *et* 3. *ibid.* 10. 5. Anseres voraces sunt natura: quo temperandum iis. *Ter. Andr.* 2. 5. 18. Quo æquior sum Pamphilo, si etc. *Cic.* 3. *Fin.* 2. 4. Quo magis hoc philosopho faciendum est. *Id. Amic.* 23. 86. Quo etiam magis vituperanda est rei maxime necessariæ tanta incuria. *Nepos Themist.* 6. *extr.* Quo factum est, ut Atheniensium muri ex sacellis sepulcrisque constarent. Adde *eumd. ibid.* 3. et *Miltiad.* 7. ¶ 2. Item pro quia, quod, *perchè.* — *a)* Generatim. *Plaut. Amph.* 3. 2. 32. Non edepol quo te impudicum crederem. *Cic.* 10. *Att.* 1. *circa med.* Quod scribis, non quo ipse audieris, sed te ipsum putare, me etc. *Id.* 2. *Orat.* 75. 305. Non quo libenter male audiam, sed quia ego causam non libenter relinquo. Adde *eumd.* 5. *Fam.* 19. — *b)* Cum *eo. Cic. Quinct.* 2. 5. Non eo dico, C. Aquilli, quo mihi veniat in dubium tua fides, aut quo non in his etc. *Alii leg.* quod. *Ter. Heaut.* 3. 2. 43. Neque eo nunc dico, quo quidquam illum senserim. *Id. Eun.* 1. 2. 16. Non pol, quo quemquam plus amem, eo feci, sed etc. ¶ 3. *Quo,* cum *eo, hoc, tanto* cum Comparativis est quanto, tanto. *Cic.* 3. *ad Q. fr.* 1. 5. Litteræ quo erant suaviores, eo majorem dolorem ille casus afferebat. *V.* EO adverb. *Id.* 1. *Off.* 19. 64. Quo difficilius, hoc præclarius. *Ter. Phorm.* 2. 2. 14. Quo magis novi, tanto sæpius. — Et omissa altera particula. *Liv.* 2. 51. *a med.* Quo plures erant, major cædes fuit. *Cic. Quinct.* 1. 4. Quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparavi.

QUÔAD, adverb. In carmine monosyllabon est. *Lucret.* 2. 849. Quoad licet et potis ex reperire inolentis olivi etc. Adde *eumd.* 5. 1219. *et* 1432.; *et Horat.* 2. *Sat.* 3. 91. — *P. Victorius* initio castigationum suarum in libros *Varron. de R. R.* scribit, invenisse se in multis locis libri 1. et 2. *quaad.* Hinc in *Inscript.* apud *Fabrett. p.* 641. *n.* 347. et in alia apud *Cavedon. Marm. Moden. p.* 243. legitur *quaad vixit,* quod quidem magis consentaneum est, quam *quoad:* scribitur enim similiter *eatenus, quatenus.* — *Quoad,* ex *ad* et *quo,* sed ordine inverso, ut in *hactenus, quatenus* fit, est idem atque donec, quousque, usque dum, quamdiu, μέχρις οὗ, ἐπὶ τοσοῦτον (It. *sino che, sino a quando, sino a tanto che*; Fr. *jusqu' à quand, jusqu' à ce que;* Hisp. *hasta quando;* Germ. *wie lange, so lange als, bis dass, bis, so lange bis*; Angl. *as long as, whilst, till, until).*

I.) Proprie dicitur tum de tempore, tum de loco. — *a)* Generatim. *Ter. Phorm.* 1. 2. 98. Senem quoad exspectatis vestrum? *Cic.* 15. *Att.* 23. Quousque, inquies? quoad erit integrum. Erit autem, usque dum ad navem. *Id.* 1. *leg. Agr.* 2. 5. Videte nunc, quoad fecerit iter, apertius, quam antea. Alii aliter leg. *Liv.* 22. 6. In aquam progressi, quoad capitibus humerisque exstare possunt. *Nepos Epam.* 9. *a med.* Ferrum usque eo retinuit, quoad renunciatum est vicisse Bœotios. *et ibid.* 2. *sub fin.* Exercebatur plurimum currendo et luctando ad eum finem, quoad stans complecti posset atque contendere. *Cic.* 1. *Off.* 1. 2. Tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit. *Id.* 1. *Legg.* 4. 14. Jus civile eatenus exercuerunt, quoad populum præstare voluerunt. *Id.* 4. *Fam.* 3. *circa med.* Hactenus existimo, consolationem recte adhibitam esse, quoad certior fieres etc. *Cæs.* 2. *B. G.* 11. *extr.* Mittit, qui nunciarent, ne hostes prœlio lacesserent et, si ipsi lacesserentur, sustinerent, quoad ipse cum exercitu propius accessisset. *et* 5. *ibid.* 17. Neque *(nostri)* finem sequendi fecerunt. quoad subsidio confisi - præcipites hostes egerunt. Adde *Sall. Jug.* 41. *ad fin.; Sueton. Cæs.* 14.; et *Justin.* 12. 9. 11. *Gell.* 6. 4. Ut viveret quidem tantisper, quoad fieret permutatio. — *b) Quoad vivet* quum dicitur, item *quoad morietur,* videntur quidem duæ res dici contrariæ, idem tamen sunt. Tempora enim duo cohærentia significantur, quia alterius finis alterius initium est. Ita *Gell.* 7. 21.

II.) Translate. ¶ 1. Significat facultatem, vel commoditatem, et ponitur pro quantum, *quanto, per quanto.* — *a)* Generatim. *Varro* 9. *L. L.* 1. *Müll.* Verborum inclinationes sequi jubet, quoad patiatur consuetudo. *Plaut. Asin.* 2. 2. 30. Jubeo te salvere voce summa, quoad vires valent. *Id. Men.* 5. 2. 19. Est modus tamen, quoad pati uxorem oportet. *sino a qual segno. Cic. Amic.* 1. 1. A patre ita eram deductus ad Scævolam, ut, quoad possem et liceret, a senis latere numquam discederem. *Id.* 5. *Verr.* 33. 77. Liciti sunt usque eo, quoad se efficere posse arbitrabantur. *Id.* 4. *Tusc.* 38. 82. Cognitis, quoad possunt ab homine cognosci, bonorum et malorum finibus. — *b) Quoad ejus facere poteris,* quantum facere in ea re potes: quasi dicatur, usque ad id, quod de, vel in ea re fieri licet. *Cic.* 11. *Att.* 12. *sub fin.* Tu tamen velim, ne intermittas, quoad ejus facere poteris, scribere ad me. *Id.* 3. *Fam.* 2. Vides provinciam esse habendam. Si eam, quoad ejus facere potueris, quam expeditissimam mihi tradideris, facilior erit etc. *et* 5. *ibid.* 8. *in fin.* et 2. *Invent.* 6. 20. Ut quoad ejus fieri possit, præsentiæ tuæ desiderium meo labore minuatur. *Liv.* 39. 45. Id eos ut prohiberet, quoad ejus sine bello posset, prætori mandatum est. Sunt qui ubique lectionem sollicitant, vel *quod* subjiciendo, vel τὸ *ejus* mutando. ¶ 2. *Quoad hoc,* quod ad hoc pertinet, quantum ad hoc, secundum hoc, nullo verbo sequente. *Varro* 8. *L. L.* 46. *Müll.* Hæc singulatim triplicia esse debent, quoad sexum, multitudinem, casum. *Liv.* 42. 6. Regem excusavit, quod stipendium serius, quoad diem præstaret. *Cajus Dig.* 41. 1. 3. Nec interest, quoad feras bestias et volucres, utrum in suo

quisque fundo capiat, an in alieno. Apud *Varron.* alii leg. *quod:* apud *Liv. quam ad:* apud *Cajum* quoque habetur *quod* in edit. *Torrentini.* Videntur autem librarii *quoad* his locis ex *quod ad* perperam exscripsisse. Itaque auctor sim, ut, quoad certiora invenias, *quoad* hac ratione usurpare abstineas. Nam quod addunt ex *Petron.* Experientia in arte illis, quoad nos, nihil profutura: vel hic quoque *quod ad* corrigendum est; vel potius totus locus in suspicione habendus, quum in opt. edit. *Burmanni* non appareat.

QUŌĂDUSQUE *et* quoad usque, *sino che,* quoad, usque dum. *Varro* 5. *L. L.* 15. *Müll.* Ubi quidquam consistit, locus. Ab eo præco dicitur locare, quoadusque id emitur, quoad in aliquo consistit pretium. *At* Müllerus *leg.* quod usque id emit. *Sueton. Cæs.* 14. Ac ne sic quidem impedire rem destitit, quoadusque manus equitum R. necem comminata est. *At* C. L. Roth *legit* quoad. *Vulg. interpr. Matth.* 18. 34. Quoadusque redderet universum debitum. Adde *ibid.* sæpius.

QUŌCIRCA, adverb. *per la qual cosa, che però,* ὅτ' ὅ, quamobrem, itaque, quare: quasi *circa quod.* — *a)* Generatim. *Varro* 9. *L. L.* 102. *Müll.* Quocirca non si genus cum genere discrepat, sed si etc. *Cic.* 1. *Divinat.* 41. 92. Quocirca bene apud majores nostros senatus decrevit, ut etc. *Id. Senect.* 12. 41. Quocirca nihil esse tam detestabile tamque pestiferum, quam voluptatem. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 135. quocirca vivite fortes, Fortiaque adversis opponite pectora rebus. *Virg.* 1. *Æn.* 677. Quocirca capere ante dolis, et cingere flamma Reginam meditor. *Val. Flacc.* 2. 101. Quocirca struit illa nefas, Lemnoque merenti Exitium furiale movet. *Horat.* 2. *Sat.* 6. 65. quo, bone, circa, Dum licet, in rebus jucundis vive beatus. *Tmesis.* — *b)* In *Tab. æn. Heracl.* apud *Mazoch. p.* 452. *n.* 43. Quive judicio publico Romæ condemnatus est, erit, quocirca eum in Italia esse non liceat. *per la qual condanna.*

QUŌCUMQUE, adverb. *in qualunque lungo, dovunque.* ὅποι ἄν, in quemcumque locum. *Cic.* 7. *Verr.* 65. 167. Quocumque venerint, hanc sibi rem præsidio sperant futuram. *Id. Mil.* 1. 5. Oculi, quocumque inciderunt, veterem consuetudinem fori requirunt. *Horat. Epod.* 16. 21. Ire, pedes quocumque ferent, quocumque per undas Notus vocabit. *Seneca Ep.* 12. Quocumque me verto, argumenta senectutis meæ video. *Virg.* 3. *Æn.* 682. Præcipites metus acer agit, quocumque rudentes Excutere. *Cic. Orat.* 10. 52. Oratio ita flexibilis, ut sequatur quocumque torqueas. *Horat. Art. P.* 99. dulcia sunto *(poemata),* Et quocumque volent, animum auditoris agunto. — *b)* Tmesis est in illo *Horat.* 1. *Od.* 7. 25. Quo nos cumque feret melior fortuna parente, Ibimus. *Virg.* 2. *Æn.* 709. Quo res cumque cadent. *Cic.* 2. *Tusc.* 5. 15. Ut enim heri feci, sic nunc rationem, quo ea me cumque ducet, sequar. Adde *eumd.* 2. *Divinat.* 72. 149.

QUOD, conjunct. ¶ 1. Est quia, quoniam, ὅτι (It. *perchè*; Fr. *pour que, pourquoi*; Hisp. *para que, porque*; Germ. *dass, weil*; Angl. *because, since, in that)*; et conjunctionis causalis vice ponitur, cum Indicativo quoties agitur de iis, quæ evenerunt ac facta sunt: cum Conjunctivo quoties de hominum sententiis agitur. *Cic.* 8. *Att.* 3. Quum tibi agam gratias, quod me vivere coegisti. *Id.* 2. *Divinat.* 24. 51. Mirari Cato se ajebat, quod non rideret haruspex, haruspicem quum vidisset. *Id.* 2. *Att.* 4. Fecisti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me misisti. *et* 1. *ibid.* 17. Hoc me ipse consolabar, quod non dubitabam, etc. *Id.* 5. *Verr.* 46. 109. Propter hanc causam, quod Leontini non sane me multum adjuverunt. *Cæs.* 2. *B. G.* 1. Conjurandi has esse causas: primum, quod vererentur, ne - ad eos exercitus noster adduceretur; deinde, quod ab nonnullis Gallis sollicitarentur etc. *et* 6. *ibid.* 14. Id mihi duabus de causis instituisse videntur, quod neque in vulgum disciplina efferri velint, neque etc. *Curt.* 4. 14. 2. Nullum desperationis illorum majus indicium esse, quam quod urbes, quod agros suos urerent. *Tac. Agric.* 4. Arcebat eum ab illecebris peccantium -, quod statim parvulus sedem ac magistram studiorum Massiliam habuerit. — *Propterea quod, V.* in **PROPTEREA.** — Nota et illud *Ter. Hecyr.* 3. 3. 6. Postquam me adspexere ancillæ advenisse, omnes illico Lætæ exclamant venit, id quod me repente aspexerant. *Cf. eumd. Heaut.* 5. 3. 17. ¶ 2. Ponitur etiam pro *cur,* seu *quamobrem. Cic.* 14. *Fam.* 12. In viam quod te des hoc tempore, nihil est. *non v' è motivo, per cui* etc. *Plaut. Aulul.* 1. 2. 14. Ne causæ quid sit, quod te quisquam quæritet. *Ter. Heaut.* 4. 7. 5. Tu hic nos, dum eximus, interea opperibere: Nam nil est illic quod moremur diutius. *Cic.* 16. *Att.* 5. Etsi magis est, quod gratuler tibi, quam quod te rogem, etc. — Similiter *Plaut. Stich.* 1. 2. 70. Hoc est, quod ad vos venio. *Cf. eumd. Epid.* 3. 4. 20. Ex *Horat.* 2. *Ep.* 1. 29. si Romani pensantur eadem Scriptores trutina, non est quod multa loquamur. *Liv.* 30. 31. Proinde si quid ad ea, in quæ tum pax conventura videbatur, - adjicitur, est, quod referam ad consilium. ¶ 3. Item pro *quare,* vel *ideo, propterea. Ter. Hecyr.* 3. 2. 2. Male metuo, ne Philumenæ magis morbus aggravescat. Quod te, Æsculapi, et te, Salus, ne quid sit hujus, oro. Ubi *Donat.* deest *propter:* ut sit *propter quod.* ¶ 4. Et pro *quamvis. Ter. Eun.* 5. 8. 33. Miles, edico tibi: si te in platea offendero hac post unquam, quod dicas mihi, alium quærebam, iter hac habuit: periisti. *Propert.* 3. 1. 49. Quod non Tænariis domus est mihi fulta columnis, etc. *Auct. Priap.* 6. Quod sim ligneus, ut vides, Priapus, Prendam te tamen. Adde *Lucret.* 6. 313.; et *Ovid.* 1. *Art. am.* 261. quæ congessere *Broukus., Burmann.* et alii. ¶ 5. Item pro *quoad. Cæs.* 1. *B. G.* 35. Senatus censuit, uti, quicumque Galliam provinciam obtineret, quod commodo reipublicæ facere posset, Æduos ceterosque amicos populi Romani defenderet. Sic *Cic.* 4. *Fam.* 2. *extr.* Tu, quod tuo commodo fiat, quam primum velim venias. ¶ 6. Item pro *quantum ad illud quod. Cic.* 14. *Fam.* 3. *a med.* Quod scribis, te, si velim, ad me venturum; ego vero te istic esse volo. Adde *eumd.* 5. *ibid.* 2. et alibi in *epist.* frequentissime. Sic *Plaut. Aulul.* 1. 2. 13. Quod quispiam ignem quærat, exstingui volo, ne causæ quid sit, quod te quisquam quæritet. *Id. Mil. glor.* 2. 2. 7. Quod ille gallinam, aut columbam se sectari, aut simiam dicat, disperistis, ni usque ad mortem male mulcassitis. Rursus *Cic.* 1. *Orat.* 56. 237. Quod vero impudentiam admiratus es eorum patronorum, qui aut *etc.* -; utriusque rei facilis est et prompta defensio. *Cæs.* 1. *B. G.* 13. Quod improviso unum pagum adortus esset, - ne id suæ magnopere virtuti tribueret. ¶ 7. Item pro *quum,* de tempore. *Plaut. Trin.* 2. 4. 1. Minus quindecim dies sunt, quod pro hisce ædibus minas quadraginta accepisti. *che, da che.* Alii leg. *quom,* seu *quum.* et *Plin.* 4. *Ep.* 27. Tertius dies est, quod audivi recitantem Sentium. *Alii leg.* quo. *Plaut. Amph.* 1. 1. 146. Jam diu est, quod vi- ctum non datis. ¶ 8. Item pro *ut* cum Conjunctivo. *Varro* 2. *R. R.* 10. 6. Facile est, quod habeant conservam in villa. *Vitruv.* 10. *præf.* Utinam dii immortales fecissent, quod ea lex etiam populo R. esset constituta. ¶ 9. Sæpe fulciendo sermonis principio inservit, et continuandæ orationi, similem vim habens τοῦ *autem,* aut *sed, verum:* jungiturque particulis, *si, nisi, utinam, ne, ubi, quum, ut, contra, nunc. Nepos Eumen.* 8. Quod si quis illorum legat facta, paria horum cognoscat. *che se. Cic.* 1. *ad Q. fr.* 1. 9. Quod si te fors Afris præfecisset, tamen *etc.* Quum vero etc. *et ibid.* 14. Quod si in mediocri statu prædicationis nostræ res essent, nihil abs te eximium postularetur: nunc vero etc. *Nepos Hann.* 1. Quod nisi domi civium suorum invidia debilitatus esset, Romanos videtur superare potuisse. *che se non* etc. *Cic. Harusp. resp.* 11. 22. Quod ni tu Megalesia illo die spectare voluisses, haud scio, an vivere nobis liceret. *Id.* 14. *Fam.* 4. Quod utinam minus vitæ cupidi fuissemus! certe nihil in vita mali vidissemus. *h. e.* utinam autem. *Sall. Jug.* 17. Quod utinam illum eadem hæc simulantem videam. *Colum.* 5. *R. R.* 11. 13. Quod ne longiore exordio legentem fatigemus, unum quasi exemplum subjiciemus. *h. e.* ne autem. *Cic.* 3. *Verr.* 26. 67. Quod ubi ille intellexit, id agi, ut filiæ suæ vis afferretur, servos suos ad se vocat. *Id.* 2. *Orat.* 49. 200. Quod ubi sensi me in possessione judicii *etc.* tunc *etc. Cæs.* 3. *B. C.* 68. Quod quum esset animadversum, conjunctam esse flumini, protinus etc. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 23. 53. (194). Quod ut hanc quoque curam determinemus, justum est singulas vehes fimi denario ire. *Lucret.* 1. 80. Illud in his rebus vereor, ne forte rearis, Impia te rationis inire elementa, viamque Indugredi sceleris; quod contra sæpius olim Religio peperit scelerosa atque impia facta. *anzi per lo contrario.* et *Cic. Amic.* 24. 90. Peccasse se non anguntur, objurgari moleste ferunt: quod contra oportebat delicto dolere, correctione gaudere. *Id. Qvinct.* 28. 87. Reliquum est, ut eum nemo judicio defenderit: quod contra copiosissime defensum esse contendi. *Lucret.* 1. 217. Nam si quid mortale e cunctis partibus esset, Ex oculis res quæque repente erepta periret: - Quod nunc, æterno quia constant semine quæque, etc. ¶ 10. Interdum simpliciter præcedentis verbi significationem determinat, et usurpatur ad resolvendum infinitum, *che,* ὅτι: præcipue post verba significantia opinionem, desiderium, aut scientiam. *Cato* apud *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 7. (14). Quod bonum sit illorum litteras inspicere, non perdiscere, vincam. *Plaut. Asin.* 1. 1. 37. Scio jam, filius quod amet meus istanc meretricem. *Vitruv.* 9. *præf.* Admiror, quod ita non scriptoribus iidem honores sint tributi. *Sueton. Tit.* 8. Recordatus quondam super cœnam, quod nihil cuiquam toto die præstitisset. *Justin.* 2. 5. 13. Dein cognito, quod Athenienses Ioniis contra se auxilium tulissent, omnem impetum belli in eos convertit. Sic *Id.* 1. 7. 9., 27. 3. 8. et 32. 3. 14. Cognito, quod etc. *Id.* 8. 2. 11. Immemores prorsus, quod in dubiis rebus suis illo deo - usi fuerant. *Id.* 40. 1. 2. Itaque quum pars Mithridatem Ponticum, pars Ptolemæum ab Ægypto arcessendum censeret, occurreretque, quod rex Mithridates implicitus bello Romano esset. etc. *Ulp. Dig.* 25. 3. 1. Sufficit mulieri notum facere, quod sit prægnans. *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 223. Nec credit, quod bruma rosas innoxia servet. *Pallad.* 3. *R. R.* 24. *ante med.* aliqui semen ejus non obruunt, opinantes, quod a nulla ave tangatur. *et* 5. *ibid.* 3. *ad fin.* Rem miram de ocimo Martialis affirmat, quod modo purpureos, modo albos flores pariat. Alia ex *Cicer., Horat., Senec., Martial., Plin. jun.* affert *Voss. de Grammat. l.* 7. *c.* 20. *et* 62. Nos certissima quæque afferre studuimus. — Similia his sunt, quæ *Manut.* congessit ad *Cic.* 7. *Fam.* 28., ex quibus quædam subjicimus. *Varro* 1. *R. R.* 7. 9. Cato alium alio agrum meliorem dicit esse in novem discriminibus, quod sit primus, ubi vineæ possint esse bono vino et multo: secundus, ubi hortus irriguus, etc. *Cic.* 2. *Off.* 20. 70. Videndum illud, quod, si opulentum fortunatumque defenderis, in illo uno manet gratia; sin autem inopem, etc. *Cælius* ad *Cic.* 8. *Fam.* 7. Illud mihi occurrit, quod inter postulationem et nominis delationem uxor a Dolabella discessit. *Liv.* 42. 33. Consul senatusconsultum recitari jussit: primum quod bellum senatus Perseo jussisset: deinde quod veteres centuriones ad id bellum scribi censuisset. *V.* etiam **PRÆMONEO.** — Et cum Indicativo, ut etiam in aliquot modo allatis. *Tac.* 3. *Ann.* 54. At, hercule, nemo refert, quod Italia externæ opis indiget, quod vita populi Romani per incerta maris et tempestatum quotidie solvitur. *Justin.* 25. 1. 7. Ignarus, quod, quibus ostentatione virium metum se injicere exstimabat, eorum animos ut ad opimam prædam sollicitabat. *Ammian.* 14. 7. Assidue replicando, quod invicto rectore nullus egere poterit victu.

QUOD, vox neutra pronominis *qui*. *V.* QUI quæ, quod.

QUOD pro *quot*. *V.* QUOT init.

QUŌDAMMŎDO *et* quodam modo, adverb. *in certo modo, in qualche maniera,* πω et πως enclitic., quodam modo, aliquo pacto. *Nepos Eumen.* 7. *extr.* Quodammodo latebat, quum tamen per eum unum gererentur omnia. *Cic. Brut.* 75. 261. Voce, motu, forma etiam magnifica et generosa quodammodo. *Id.* 1. *Orat.* 59. 251. Vocem recipiunt et quasi quodam modo colligunt. Adde *eumd.* 1. *Cat.* 7. 18. *et Amic.* 8. 28. Et *Id. Amic.* 2. 6. Tribuebatur hoc modo M. Catoni: scimus, L. Atilium apud patres nostros appellatum esse sapientem; sed uterque alio quodam modo. — Interjecto verbo *Quintil.* 1. 12. 5. Quamlibet multa egerimus, quodam tamen modo recentes sumus ad id, quod incipimus.

QUŌDANNIS. *V.* QUOT init.

QUODSĔMĔLARRĪPĪDES, m. 1. is qui aliquid semel arripit: vox joculariter efficta a *Plaut. Pers.* 4. 6. 22. *V.* **NUMQUAMPOSTEAERIPĪDES.**

QUOI, antique pro *cui*, et Quojus pro *cujus:* unde *quoiquam, quojusque, quoique, quoivis,* pro *quiquam, cujusque,* etc. habentur apud *Lucret., Plaut., Catull.* et alios. *Quintil.* 1. 7. 27. Illud nunc melius, quod *cui* tribus, quas proposui, litteris enotamus: in quo pueris nobis, ad pinguem sane sonum, *qu* et *oi* utebantur, tantum ut ab illo *qui* distingueretur. Hoc dicit *Quintil.* cum *littera q* in multis pro *c* uterentur, scribebant etiam *qui* in Dativo pro *cui*. Ut igitur illud *qui* a recto distingui posset, placuit aliis *quoi* scribere. — Etiam apud *Virg.* 4. *Ecl.* 62. cui non risere parentes: *Pier.* in aliquot MSS. invenit *quoi*. Idem alii apud *Tibull.* 1. 11. 64., *Cic.* 13. *Att.* 42., *Virg.* 4. *Eccl.* 62. et 3. *G.* 6. et *Propert.* 2. 3. 7.

QUOIQUOIMŎDI. *V.* CUICUIMODI.

QUŌLĪBET, *verso qual luogo ti piace, dovunque,* adverb. motus ad locum. *Ovid.* 3. *Trist.* 8. 22. Ex his me iubeat quolibet ire locis. *Lucret.* 4. 902. manus Una gubernaclum contorquet quolibet.

QUOM, pro *quum* antiquum est. *V.* QUUM.

QUŌMĪNUS. *V.* **MINUS** in voc. **PARUM.**

QUŌMŎDO *et* quo modo, adverb. Ultima brevis est apud *Horat.* 1. *Sat.* 9. 42. ego, ut contendere durum est Cum victore, sequor. Mæcenas quomodo tecum? Hinc repetit. Adde *Manil.* 3. 415.; et *Martial.* 3. 15. *et* 10. 16. — Interjecto vocabulo *Curt.* 6. 4. 14. Nec dubitavit Alexander fidem, quo Persæ modo accipiebant, dare, inviolatum, si venisset, fore. Adde *Plaut. loc.* infra *cit.* sub 3.° — *Quomodo* est quo modo, quo pacto, qua ratione, quemadmodum, πῶς, τίνα τρόπον (It. *in qual modo, in che maniera, come;* Fr. *de quelle manière, comment, comme, de la manière que;* Hisp. *como, de que manera ;* Germ. *auf welche Art, auf welche Weise, wie;* Angl. *in what manner, in what may, after what fashion, how, as).* — 1.°) Servit interrogationi. *Cic.* 5. *Verr.* 10. 25. Primum, edictum audite: quantum decumanus edidisset, ut tantum arator dare cogeretur. Quomodo? quantum poposcerit Apronius, dato. *Id.* 8. *Att.* 3. *med.* Incerto cursu, hieme maxima navigandum est. Age jam, cum fratre, an sine? cum filio, aut quomodo? In utraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor. *Plaut. Aulal.* 1. 1. 8. Quomodo se res habet tibi? — 2.°) Item admirationi. *Cic.* 8. *Att.* 16. Quomodo se venditant Cæsari! *Id. Amic.* 2. 6. Quomodo mortem filii tulit! — 3.°) Frequenter est relativum, sæpe cum Conjunctivo usurpatur, et particulis *ita, sic* respondet. *Cic.* 2. *Orat.* 4. 18. Ut enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, non reperies. *Id.* 2. *leg. Agr.* 1. 3. Me consulem ita fecisti, quomodo pauci nobiles in hac civitate consules facti sunt, novus ante me nemo. *Id.* 5. *Tusc.* 7. 18. Et quo modo hoc est consequens illi, sic illud huic. *Id.* 8. *Att.* 15. *a med.* Consules certe transeunt: vel, quomodo nunc est, transierunt. *Plaut. Cist.* 1. 1. 48. Necesse est, quo tu me modo voles esse, ita esse, mater. *Liv.* 23. 48. Si ærarium inops esset, se aliquam rationem inituros, quo modo ab Hispanis sumant. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 54. Non meminisse nos ratus, quomodo trecentos Philippos villico dederis, quos deferret etc. *Cic.* 2. *Fam.* 5. Hæc negotia quomodo se habeant, ne epistola quidem narrare audeo. *et* 7. *ibid.* 5. *a med.* Quo modo homines non inepti loquuntur. *Id.* 2. *Orat.* 32. 140. Quomodo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum.

QUŌMŎDŎCUMQUE, adverb. *in qualunque modo,* ὁπωσοῦν, quocumque modo, quoquo pacto, qualitercumque. *Cic.* 5. *Fin.* 11. 30. Quomodocumque dicitur, intelligi tamen, quicquid dicatur, potest. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 33. Sed tamen quomodocumque, quamquam sumus pauperculi, est domi quod edimus. *Flor.* 3. 23. Expediebat ergo quasi ægræ suciæque reipublicæ requiescere quomodocumque, ne vulnera curatione ipsa rescinderentur.

QUŌMŎDŎLĪBET, adverb. *in qual si voglie maniera,* quocumque modo libuerit. *Augustin.* 21. *Civ. D.* 19. Qui quomodolibet vixerint, in quacumque hæresi vel impietate fuerint.

QUŌMŎDŎNAM, adverb. idem ac quomodo. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 16. *ad fin.* Quomodonam, mi frater, de nostris versibus Cæsar?

QUŌNAM, *in qual luogo, dove,* idem ac *quo* adverb. ¶ 1. De loco. — *a)* Stricto sensu. *Cic.* 8. *Att.* 3. *circa med.* Eam si nunc sequor, quonam? *Plaut. Trin.* 4. 3. 71. Quo tu te agis? CHAR. quonam, nisi domum? *Id. Merc.* 5. 2. 16. Cogito, quonam ego illum curram quæritatum. — *b)* Latiori sensu, vel metaphor. *Gell.* 1. 3. *circa med,* Quæro, quid et quantum et quonam usque id fieri debuit. *sino a qual segno.* et *Cæs.* 1. *B. C.* 9. Quonam hæc omnia, nisi ad suam perniciem pertinere? ¶ 2. De tempore. *Stat.* 1. *Theb.* 215. quonam usque nocentum Exigar in pœnas? *fino a quando?* et 9. *ibid.* 511. quonam miseros, sator inclite divum, Inachidas, quonam usque premes? *et* 1. *Achill.* 624. quonam timidæ commenta parentis Usque feres?

QUONDAM, adverb. In *Inscript.* apud *Reines. p.* 543., ut in antiquissimis MSS., legitur *condam.* — *Quondam* est olim; quasi quodam tempore, πάλαι (It. *una volta, tempo fa, già*; Fr. *à une certaine époque, un jour, une fois*; Hisp. *otras veces, en otro tiempo*; Germ. *zu einer gewissen Zeit, einstmals, ehemals, einst*; Angl. *in time past, formerly, heretofore, once).*

I.) Proprie. — *a)* Generatim. *Cic. Rosc. Am.* 53. 151. Populus Romanus, qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborat. *Id.* 1. *Orat.* 42. 187. Omnia fere, quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt. *Id. Cluent.* 66. 188. Cujus illa quondam socrus, paullo ante uxor fuisset. *Id.* 1. *Orat.* 30. 135. Ratio consuetudinis meæ, qua quondam solitus sum uti, quum mihi in isto studio versari adolescenti licebat. *Ovid.* 2. *Fast.* 547. At quondam, dum longa gerunt pugnacibus armis Bella, parentales deseruere dies. Non impune fuit. *Plaut. Truc.* 2. 4. 29. Verum tempestas, memini, quondam fuit, quum inter nos sorderemus unus alteri. *Ter. Eun.* 2. 2. 15. Olim isti fuit generi quondam quæstus apud sæclum prius. *pleonasmus.* — *b)* Speciatim, quod nos Itali dicimus *quondam* de vita functis, confirmat *Inscript.* quæ pertinet ad ann. a. Chr. n. CCXXXVII., apud *Gruter.* 389. 8. LOCUS AD STATVAM PONENDAM OPTIMAE MEMORIAE VIRO QVOND. FILIO AELII AVG. LIB. ANATELLONTI AMANTISSIMO REIPUBLICAE NOSTRAE. Alia apud *eumd.* 1090. 14. HIC CONSECRATA EST SEX. AELII TERTII CONIVNX SERGIA SYNTYCHE SERGII PAVLI QVONDAM PRAEF. VRB. Hic autem *Sergius Paulus* fuit præfectus Urbi ann. a. Chr. n. CLXX. Sic *Imp. Antonin. (Caracalla) Cod.* 6. 21. 3. Valeriani quondam centurionis testamentum. *Imp. Gordian. ibid.* 8. 57. 2. Intestata mortua quondam nuru tua. *Impp. Diocl. et Maxim. ibid.* 7. 33. 8. Matris tuæ quondam mancipia. *Iidem ibid.* 4. 29. 14. Si marito quondam suo heres non exstitit.

II.) Translate. ¶ 1. Significat quandoque, interdum, *alle volte, qualche volta.* — *a)* Generatim. *Cic.* 1. *Divinat.* 43. 98. Quid, quum sæpe lapidum, sanguinis nonnumquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber defluxit? (*V. Jul. Obseq. c.* 73. 90. 91. 96. 99. 100. 101. etc.) *Horat.* 2. *Od.* 10. 18. quondam cithara tacentem Suscitat Musam, neque semper arcum Tendit Apollo. *Virg.* 2. *Æn.* 367. Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. — *b)* Speciatim hoc sensu de iis etiam dicitur, quæ fieri solent. *Lucret.* 6. 108. Carbasus ut quondam magnis intenta theatris Dat crepitum, malos inter jactata trabesque. *Albinov.* 1. 101. Liquitur, ut quondam Zephyris et solibus ictæ Solvuntur teneræ, vere tepente, nives. *Virg.* 4. *G.* 261. Frigidus ut quondam silvis immurmurat Auster. *Ovid.* 9. *Met.* 170. Ipse cruor, gelido ceu quondam lamina candens Tincta lacu, stridet. ¶ 2. Item aliquando: et quum futurum tempus respicit, tum præteritum. — *a)* Futurum *Horat.* 2. *Sat.* 2. 82. Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam. *quando che sia. Virg.* 6. *Æn.* 877. nec Romula quondam Ullo se tantum tellus jactabit alumno. — *b)* Præteritum *Sueton. Cæs.* 24. Adeo ut senatus quondam legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos decreverit. *una volta.* et *Domit.* 7. Ad summam quondam ubertatem vini edixit, ne etc. — *c)* Pro *nuper. Ovid.* 12. *Met.* 241. Certatimque omnes uno ore, Arma, arma loquuntur. Vina dabant animos; ut primâ pocula pugnâ Missa volant, fragilesque cadi curvique lebetes; Res epulis quondam, nunc bello et cædibus aptæ.

QUŌNĬAM, adverb. ex *quom* pro *quum* et *jam,* quia, siquidem, quando, quandoquidem, ἐπεί, ὅτι (It. *già che, poichè, stante che*; Fr. *puisque, parce que, après que*; Hisp. *pues que, supuesto que, ya que porque*; Germ. *da nun, da doch, da einmal, weil, indem, nachdem*; Angl. *seeingh that, since). Quoniam* est conjunctio causalis, certam fere causam cognitamque significans; vel particula, quæ locum habet in propositionibus deliberativis, et quâ non vera causa exponitur, sed talis, quæ in rebus factis certumque eventum habentibus posita est. — 1.°) Cum Conjunctivo. *Cæs.* 5. *B. G.* 3. De suis privatim rebus ab eo petere cœperunt, quoniam civitati consulere non possent. *Id.* 6. *ibid.* 7. Loquitur in consilio palam, quoniam Germani appropinquare dicuntur, sese postero die castra moturum. Adde *eumd.* 1. *ibid.* 35., 6. *ibid.* 1. et 40. et alibi sæpe. *Cic.* 3. *Verr.* 9. 24. Utar oratione perpetua: non quoniam hoc sit necesse; verum ut experiar, utrum etc. *Sall. Jug.* 32. *ad fin.* At Cassius ad Jugurtham proficiscitur, eique timido et ex conscientia diffidenti rebus suis persuadet, quoniam se populo Romano dedisset, ne vim, quam misericordiam ejus experiri mallet. *Nepos Miltiad.* 7. Eo tempore æger erat vulneribus, quæ in oppugnando oppido acceperat. Itaque quoniam ipse pro se dicere non posset, verba pro eo fecit frater ejus. *Justin.* 17. 3. 9. Per ordinem deinde regnum ad Tharybam descendit: cui, quoniam pupillus et unicus ex gente nobili superesset, tutores constituuntur. *Id.* 39. 1. 9. Alter ex filiis, Seleucus, quoniam sine matris auctoritate diadema sumpsisset, ab eadem interficitur. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 14. 14. (34). Alii ex nullo minus apibus relinquunt, quoniam magna sequatur ubertas. — 2.°) Cum Indicativo. *Cæs.* 6. *B. G.* 11. Quoniam ad hunc locum perventum est, non alienum esse videtur etc. *et* 7. *ibid.* 50. Quoniam, inquit, me una vobiscum servare non possum, vestræ quidem certe vitæ prospiciam. *Sall. Jug.* 3. Magistratus et imperia - minime mihi hac tempestate cupiunda videntur, quoniam neque virtuti honos datur, neque etc. Adde *eumd. ibid.* 31. *et* 85. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 301. Quam me stultitiam (quoniam non est genus unum) Insanire putas? *Virg.* 2. *Ecl.* 55. Sic positæ quoniam suaves miscetis odores. *Cic. Planc.* 33. 82. In eo ipso, in quo nihil potest esse nimium, quoniam ita vis,

nimium me gratum esse concedam. *Id. Rosc. Am.* 11. 30. Id quod in hac causa est satis, quoniam quidem suscepi, non deest profecto. *Id.* 3. *Phil.* 11. 29. Quapropter, quoniam res in id discrimen adducta est, aliquando patrium animum virtutemque capiamus. — 3.º) Significat etiam postquam, *dopo che. Festus p.* 261. *Müll.* Quoniam significat non solum id quod quia, sed etiam id quod postquam: hac scilicet de causa, quod Græcum ἐπεί utriusque significationem obtinet. *Plaut. Asin.* 3. 3. 121. Quid nunc? quoniam ambo, ut est libitum, nos delusitis, datis ne argentum? Adde *eumd. Aulul. prol.* 9.; et *V.* POSTQUAM.

QUŌPIAM, adverb. in aliquem locum. *Ter. Eun.* 3. 2. 9. Itura ne, Thais, quopiam est? *Plaut. Most.* 4. 2. 50. Ne forte ad merendam quoniam devorteris.

QUŌQUAM, adverb. *ad alcun luogo,* ποῖ, aliquo, ad aliquem locum, seu partem. — 1.º) Stricto sensu de loco. *Ter. Hecyr.* 4. 1. 50. Ibo intro atque edicam servis, ne quoquam efferri sinant. *Sall. Jug.* 14. An quoquam mihi adire licet, ubi non majorum meorum hostilia monumenta plurima sint? *Cic.* 4. *Verr.* 21. 52. O Verrea præclara! quoquam si accessisti, quo non attuleris tecum istum diem! *Nepos Att.* 7. Neque te quoquam movit ex Urbe. *Plaut. Asin.* 3. 3. 45. Ut hanc ne quoquam mitteret, nisi ad se. *Liv.* 34. 16. *in fin.* Priusquam inde quoquam procederet. *Lucret.* 5. 841. Nec facere ut possent quidquam, nec cedere quoquam. — 2.º) Latiori sensu, vel metaphor. *Lucret.* 1. 1055. neque quoquam posse resolvi. *h. e.* in aliquam rem.

QUŌQUĒ, conjunctio, quæ semper postponitur, neque uni solum, sed pluribus etiam vocabulis, et significat etiam, ἔτι, καί (It. *ancora, eziandio*; Fr. *aussi*; Hisp. *tambien*; Germ. *auch*; Angl. *also, likewise, too, as well).* ¶ 1. Stricto sensu usurpatur — *a)* Absolute. *Ter. Eun.* 2. 2. 20. Quidquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque. *Cæs.* 1. *B. G.* 1. Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute præcedunt. *Cic. Rabir. Post.* 12. 33. Me scilicet maxime, sed proxime illum quoque fefellissem. *Virg.* 3. *G.* 1. Te quoque, magna Pales, et te memorande, canemus, Pastor ab Amphryso. *Horat.* 2. *Od.* 16. 20. patriæ quis exsul Se quoque fugit? *Curt.* 9. 6. 4. Mos erat - custodibus corporis excubare ante prætorium, quoties adversa regi valetudo incidisset. Hoc tum quoque more servato, universi cubiculum ejus intrant. *Quintil.* 8. 2. 23. Erunt dilucida et negligenter quoque audientibus aperta. *Id.* 8. 4. 29. Scio posse videri quibusdam speciem amplificationis hyperbolen quoque. — *b)* Per pleonasmum jungitur *et, etiam* particulis. *Ter. Hecyr.* 5. 1. 8. Ego pol quoque etiam timida sum. *Lucret.* 5. 518. Est etiam quoque, uti possit cælum omne manere, etc. *Plaut. Merc.* 2. 2. 56. Quin mihi quoque etiam est ad portum negotium. (Adde *Pers.* 4. 9. 7.) *Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 21. (56). Sunt vero et fortuita eorum *(leonum)* quoque clementiæ exempla. *V.* ET. — *c)* Respondet aliis particulis. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 83. pudicum servavit ab omni Non solum facto, verum opprobrio quoque turpi. *Gell.* 17. 12. Non sophistæ solum, sed philosophi quoque. *Curt.* 4. 5. 13. Ceterum non ipse modo rex obibat urbes adhuc jugum imperii recusantes, sed prætores quoque ipsius - pleraque invaserant. *Id.* 10. 1. 38. Hic fuit exitus nobilissimi Persarum, nec insontis modo, sed eximiæ quoque benignitatis in regem. *Id.* 7. 2. 6. Moveratque jam regem quoque, non contione modo. *Liv.* 5. 48. Postremo, spe quoque jam, non solum cibo, deficiente, etc. *Id.* 9. 38. Legatos consularium numero mittendos ad eum senatus censuit: qui sua quoque eum, non publica solum, auctoritate moverent, ut etc. *Curt.* 9. 8. 20. Sed non, ut prima specie læta victoria, ita eventu quoque fuit. *Liv.* 8 17. Ea, sicut ab aliis regibus gentibusque, ita ab hoc quoque, facile præstant invictum Romanum imperium. ¶ 2. Pro *quantem. Q. Claud.* apud *Gell.* 17. 2. *a med.* Se ne id quoque, quod tum sunderet, facturum esse. Ubi *Gellius: ne id puoque* dixit pro *ne id quidem,* infrequens nunc in loquendo, sed in libris veterum celeberrimum. ¶ 3. *Quŏquĕ* pro *et quo,* prima longa. *Liv.* 38. 38. Ne qua arma efferto ex iis oppidis: si qua extulit, quæ, quoque oportebit, recte restituito. *Ovid.* 1. *Trist.* 6. 37. Quoque magis faveas, etc. *Id.* 3. *ibid.* 14. 27. Quod quicumque leget, (si quis leget) æstimet ante, Compositum quo sit tempore, quoque loco.

QUŌQUĔVERSUS. *V.* QUOQUOVERSUS init.

QUŌQUO *et divisim* quo quo, adverb. *in qualunque luogo, dovunque,* ὁποιοῦν, ad quemcumque locum. — *a)* Absolute. *Cic.* 2. *Divinat.* 9. 24. Ita, quoquo sese verterint Stoici, etc. *Plaut. Aulul.* 3. 3. 1. Quoquo ibo, mecum erit, *et* 3. 5. 31. Quoquo venias. *Id. Curc.* 5. 3. 22. Jampridem, quoquo posset, mitteret. *Id. Pseud.* 3. 2. 69. Quoquo hic spectabit, eo tu spectato simul. — *b)* Cum Genit. *Plaut. Merc.* 5. 2. 17. Quoquo hinc abducta est gentium. *Ter. Phorm.* 3. 3. 18. Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum 'st pesequi, aut perire.

QUŌQUŌMŎDO *et divisim* quoquo modo, adverb. *in qualunque maniera, comunque,* quocumque modo, quomodocumque, ὁπωσοῦν. *Cic.* 1. *Fam.* 5. Quoquomodo se res habeat. *Id.* 1. *ad Q. fr.* 2. 4. Tu quoquomodo hominem investiges velim. *Id.* 7. *Verr.* 37. Tu quum esses prætor renunciatus quoquo modo. Sic Forcellinus *ipse locum non* inveni.

QUŌQUORSUM, adverb. idem ac quoquoversum. *Solin.* 38. Mons Taurus quoquorsum mari alluitur, procedit in prominentias. *Alii leg.* quoquoversus.

QUŌQUŌVERSUS *et* quoquoversum *vel* quoquovorsum, adverb. *Quoqueversus* ter scribitur in *Inscript.* opt. notæ apud *Gruter.* 207. *lin.* 19. 21. *et* 26., quæ quidem Neapoli adhuc exstat, et perpetuo commentario est abhinc paucis annis illustrcta a *Raym. Guarinio* et *Jo. Bapt. Zannonio;* ita etiam in *Cenotaph. Pisano,* et in *Inscript.* quæ hodieque Patavii exstat, edita vero apud *Gruter.* 801. 12., ubi tamen mendose *quoquouers.* pro *quoquevers.* legitur. Item in alia Patavii reperta a. 1839. PEDES DECEM SEXS QVOQVE VERSVS. — Ceterum *quoquoversus* est versus quemcumque locum, versus omnes partes, *verso ogni parte,* παντοχόσε. *Cæs.* 3. *B. G.* 23. Legatos quoquoversus dimittere. *Id.* 7. *ibid.* 14. Vicos atque ædificia incendi oportere hoc spatio *(a Boja)* quoquoversus, quo pabulandi causa adire posse videantur. *Cic.* 9. *Phil.* 7. 17. Pedes triginta quoquoversus. Adde *Colum.* 5. *R. R.* 5. 2., 8. *ibid.* 3. 2., 11. *ibid.* 2. 28., *Arbor.* 4. 3. et 27. 2. — *Cato R. R.* 15. Pedes decem quoquovorsum. *Lucret.* 2. 1053. Quum quoquovorsum spatium vacet infinitum. *Alii et ipse* Lachmann. *leg.* Undique quum vorsum.

QUORSUM *et* quorsus, adverb. (quo *et* vorsum, versum). *Quorsus* habetur apud *Cic. Brut.* 85. 292.; *Senec.* 2. *Ira* 2.; *Plin.* 6. *Ep.* 8. etc. — *Quorsum* est idem ac quem locum versus, ποῖ; (It. *verso qual parte o luogo, verso dove*; Fr. *vers quel lieu, de quel côté, où*; Hisp. *hácia que lugar, adonde, donde*: Germ. *wohinwärts, wohin*; Angl. *toward what place or side, whitheward, which way, whither).*

I.) Proprie. *Ter. Eun.* 2. 3. 13. Nescio hercle, neque unde eam, neque quorsum eam. *Apul. Florid.* Quorsus potissimum in prædam sese ruit.

II.) Translate est ad quam rem, ad quem finem, exitum, *a che fine, a che proposito,* πρός τί. *Pseudo-Sall. orat.* 2. *ad Cæs. de Rep. ordin.* 11. Quod in certamine dubium est, quorsum accidat, id per inertiam in se, quasi victi, recipiunt *Ter. Hecyr.* 1. 2. 118. Sane curæ est, quorsum eventurum hoc siet. *Id. Andr.* 1. 2. 5. Mirabar, hoc si sic abiret: et heri semper - lenitas verebar, quorsum evaderet. *Cic.* 1. *Legg.* 24. 62. Sed quorsum hæc pertinent? *dove vanno a parare*? et *ibid.* 1. 4. Quorsum tandem, aut cur ista quæris? *a che proposito*? et *Horat.* 2. *Sat.* 7. 21. Non dices hodie, quorsum hæc tam putida tendant, Furcifer? Ad te inquam. *chi vadano a ferire.* et *ibid.* 116. Quorsum est opus? *a che fine? a che fare?* et *Cic. Rosc. Com.* 15. 43. Quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. et *post red. ad Quirit.* 2. 5. Quorsum igitur hæc disputo? quorsum? ut intelligere possitis, etc. *et* 3. *Orat.* 24. 91. Quorsum igitur hæc spectat tam longa et tam alte repetita oratio? et *Plaut. Pers.* 1. 2. 81. Tenes, quorsum hæc tendant, quæ loquor?

QUOT, nomen numerale indeclin. Scribitur et *quod* pro *quot.* Initio *Cenotaphii Pisani C. Cæsaris.* QVOD ADSVNT. In *Tab. ærea* sub *Claudio Imp.* apud *Gruter.* 502. *sub init.* IN QVOD FORMAS STATVSQVE RESP. NOSTRA DIDVCTA SIT. Hinc *quodannis,* et divisim *quod annis,* pro *quotannis* habetur in cit. *Cenotaph. Pis.* et in Inscriptionib. apud *Gruter.* 228. 8., 378. 1. et alib. At *Cassiod. Instit. divin. litter.* 15. *Quod,* quum pronomen est, per *d,* non per *t* litteram, quum vero adverbium numeri est, per *t* litteram, non per *d* scribendum est. — *Quot* est idem ac quo numero, πόσοι (It. *quanti*; Fr. *combien de, en quel nombre*; Hisp. *quanti*; Germ. *wie viele, wie viel*; Angl. *how many, as many as).* — 1.º) Generatim. *Plaut. Rud.* 2. 7. 6. Quot sunt? SCIL. totidem, quot ego et tu sumus. *Ter. Phorm.* 2. 4. 14., et *Cic.* 1. *Fin.* 5. 15. Quot homines, tot sententiæ. *Horat.* 2. *Sat.* 1. 27. quot capitum vivunt, totidem studiorum Millia. Adde *Pers.* 5. 53. *Cic.* 2. *Orat.* 32. 140, Quot homines, tot causæ. *Id.* 1. *Tusc.* 49. 119. Cras et quot dies erimus in Tusculano, agamus hæc. *Id. ibid.* 35. 86. Is propagatione vitæ quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates! *Id. Orat.* 16. 53. Quot orationum genera esse diximus, totidem oratorum reperiuntur. — Similiter *Id.* 4. *Att.* 8. Quid enim hoc miserius, quam eum, qui tot annos, quot habet, designatus consul fuerit, fieri consulem non posse? *Ovid.* 1. *Trist.* 4. 47. Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent. *Cic. Brut.* 96. 328. Idque declarat totidem, quot dixit, scripta verbis oratio. — Singulare est illud *Livii* 2. 13. Subeunda dimicatio toties, quot conjurati superessent. — 2.º) Speciatim de tempore, *quot,* singuli, ut *quot annis, quot mensibus, quot diebus,* singulis annis, etc. *ogni anno,* etc., quæ et conjunctim scripta leguntur *quotannis, quotmensibus,* etc. *Cic.* 4. *Verr.* 53. 131. Omnes Siculi ex censu quotannis tributa conferunt. *Virg.* 1. *Ecl.* 43. Hic illum vidi juvenem, Melibœe, quot annis. Ubi *Pierius:* Multi *quotannis* una dictione scribendum contendunt. In antiquis tamen omnibus exemplaribus, quotquot versare contigit, *quot annis* distincte scribitur: idque plurimum in marmoribus et tabulis æreis. Idem confirmat ad 7. *Ecl.* 33. et ad 5. *Æn.* 59. Habetur *quot annis* etiam in vet. monum. apud *Gruter.* 506. *lin.* 15. *Cato R. R.* 43. Circum capita oleagina quot mensibus fodere oportet. (Adde *Vitruv.* 9. 4. *ad fin.* et 10. 7. *extr.;* et *Ulp. Dig.* 2. 15. 8. *ad fin.) Plaut. Stich.* 1. 2. 3. Vos meministis quot calendis petere demensum cibum. *Ulp. Dig.* 36. 2. 12. *ad fin.* Pomponius scribit, nihil interesse, utrum in annos singulos, vel quot annis; an in singulos menses, vel quot mensibus; an in singulos dies, vel quot diebus legatur. *(quot diebus* habet etiam *Quintil.* 1. 7. 6.) *Apul.* 11. *Met.* Sedulum quotdies obibam culturæ sacrorum ministerium. *Jabolen. Dig.* 33. 1. 17. Vini Falerni, quod domi nascetur, quotannis in annos singulos binos culleos heres meus Attio dato. *h. e.* singulis annis, per omnes annos. Sic *Ulp. ibid.* 6. 13. Ex eo vino heres meus amphoras decem quotannis in annos singulos dato. Nam *quotannis* continuationem temporis, *in annos singulos* intervalla significat. Tametsi *Pomponius* paullo supra allatus nihil interesse putat, quod ad legantium voluntatem pertinet. Similem locum *Ciceronis* V. infra in QUOTIDIE. Verba tamen *Jaboleni* ita distinguit *Hercules Dandinus,* publicus in Gymnasio Pat. Pandectarum interpres: Vini Falerni, quod domi nascetur quotannis, in annos singulos, etc. Locum autem *Ulpiani* ita legendum putat: Ex eo vino, quod in illo fundo nascetur quotannis, heres

meus amphoras decem in annos singulos dato.

QUŌTANNIS. *V.* voc. præced. init. et 2.°

QUOTCUMQUE, adverb. idem ac quot. *Cic.* 3. *Legg.* 3. 8. Quotcumque senatus creverit populusve jusserit, tot sunto. *Catull.* 64. 280. quotcumque *(flores)* ferunt campi. *Manil.* 4. 315. Totque dabit vires, dominos quotcumque recepit. *Alii leg.* quotquotque, *eodem sensu.*

QUŌTĒNI, æ, a, adject. plur. numerale distribut. ποσόστις, usque ad quem numerum. *Cic.* 12. *Att.* 33. Is, opinor, ita partes fecit in ripa, nescio, quotenorum jugerum. *Venant. præf. carm.* 6. *libr.* 5. *circa med.* Quotenus suæ ætatis annos Christus absolverit. — In sing. num. *Prisc.* 17. *p.* 1046. *Putsch.* Ut quis, qualis, uter, quantus, quot, quotus, quotenus, cujus, cujas.

QUŌTENNIS, e, adject. *di quanti anni,* quot annorum. *Augustin. de quantit. anim.* 19. *sub fin.* Quo lacu piscis captus sit, vel quotenne vinum sit, nosse dicere, quædam est miseranda peritia.

QUŌTĪDIĀNO, adverb. *V.* voc. seq.

QUŌTĪDIĀNUS *et* cotidianus *et* quottidianus, a, um, adject. De scribendi ratione *V.* voc. seq. init. — Quod ad quantitatem attinet, quia tres priores syllabæ breves sunt, poetae modo unam, modo aliam producunt, metri gratia. *Catull.* 68. 139. Conjugis in culpam flagravit quotidiana. *(Sunt qui scrib.* quottidiana, quod habetur etiam in *Inscript.* apud *Gruter.* 214. *lin.* 8.) *Martial.* 11. 1. Cultus sindone non quotidiana. *h. e.* non vulgari, aut trita. Quotidianus est qui quotidie fit, καθημερινός (It. *d' ogni giorno, quotidiano;* Fr. *de tous les jours, quotidien, journalier;* Hisp. *quotidiano:* Germ. *täglich, alltäglich;* Angl. *daily, happening or coming every day, quotidian).*

I.) Proprie. — *a)* De rebus et abstractis. *Cæs.* 3. *B. G.* 17. Quotidianus labor. *Id.* 3. *B. C.* 85. Extra quotidianam consuetudinem. *Id.* 4. *B. G.* 34. Usus quotidianus et exercitatio. *et* 7. *ibid.* 12. Nostrarum turrium altitudinem, quantum has quotidianus agger expresserat, adæquabant. *Cic.* 1. *Fam.* 1. Quotidianus sermo. *Id.* 1. *Orat.* 54. 232. Quotidianum victum alicui præbere. *Id. Pis.* 26. 64. In hac quotidiana, assidua urbanaque vita. *Nepos Dion.* 7. Quum quotidiani maximi fierent sumptus. *Cels.* 1. 3. *ante med.* Quotidianum cubiculum. *h. e.* cui quis diu assuevit. *Brut.* ad *Cic.* 1. *ad Brut.* 16. Non solum usitatum, sed etiam quotidianum est, aliquid audire de te. *Ter. Hecyr.* 3. 2. 22. Quotidiana febris. *Martial.* 11. 65. Lævis dropace tu quotidiano. — *Quotidianis diebus* est idem ac quotidie. *Cæl. Aurel.* 2. *Tard.* 1. *a med.* Praxagoras jubet adhiberi quotidianis, aut alternis diebus. Sic *Id. alibi.* Diurnis diebus. *V.* DIURNUS. — *b)* De hominibus, *quotidianus* et qui quotidie certum opus facit. *Plaut. Capt.* 3. 5. 66. Nisi quotidianus sesquiopus confeceris, sexcentoplago nomen indetur tibi. — *c) Quotidiano,* more adverb. quotidie. *Cic. fragm.* apud *Non. p.* 561. 27. *Merc.* Ut quotidiano in forum mille hominum cum pallis conchylio tinctis discederent. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 56. (154). Palpebræ mulieribus infectæ quotidiano. Adde *Afran.* et *Fronton.* apud *Charis.* 2 *p* 177. *Putsch.*

II.) Translate, h. e. metaleptice est vulgaris, usitatus. *Ter. Eun.* 2. 3. 6. Tædet quotidianarum harum formarum. *Cic.* 9. *Fam.* 21. Epistolas quotidianis verbis texere solemus. *Id. Cæcin.* 31. 91. Quotidianum interdictum. *et ibid.* 32. 92. In illa vi quotidiana non satis est, posse docere se dejectum, nisi etc. Adde *Martial.* 11. 1. allatum sub init. — Hinc

Quotidiano, absolute, adverbii more. *V.* sub I. *c.*

QUŌTĪDIĒ *et* cotidie, adverb. temporis. *Manut.* in *Orthogr.* ducit a *quoto die:* alii a *quot diebus* (de quo V. in QUOT 2.°): alii a *cotinenti die,* extrito priore *n,* ut in *cojux* pro *conjux.* Hi maxime sunt, quibus placet *cotidie* scribere: quæ ratio scribendi repetitur in probatis MSS. *Ciceronis. Catonis,* etc. *Mar. Victorin.* 1. *art. Gramm. p.* 2460. *Putsch.,* licet a *quotus* ducat, tamen per c *rectius* scribi censet. Hoc obtinebat apud multos etiam ante *Quintil.,* qui quæstionem frigidam in medio relinquit 1. 7. 6. *Manut.* et *Cellar.* et *Dausq.* præferunt *quotidie:* a quibus videtur stare usus frequentior. — De quantitate priorum syllabarum *V.* in voce præced. init. — *Quotidie* est Ital. *ogni di, quotidianamente,* δσημέραι, καθημέραν, καθ' ἑκάστην, singulis diebus, quot diebus. *Ter. Hecyr.* 1. 2. 82. Ibat ne ad Bacchidem? PA. cotidie. *Cic.* 1. *Phil.* 2. 5. Quum quotidie magis magisque perditi homines minarentur. *Id.* 5. *Att.* 7. Quotidie, vel potius in dies singulos breviores litteras ad te mitto, quotidie enim magis suspicor te in Epirum profectum. *h. e.* quotidie, vel potius in dies singulos, quibus ad te scribo. *V.* QUOT sub 2.° *Id. Cæl.* 1. 1. Quum audiat esse legem, quæ de seditiosis civibus quotidie quæri jubeat. *h. e.* quovis die.

QUŌTĪDIO *et* cotidio, quotidie. *Q. Cæpio* apud *Charis.* 2. *p.* 174. *Putsch.* Quum ab isto viderem cotidio hostes consiliis adjuvari. Videtur esse *cotidio tempore,* h. e. cotidiano: nempe ab inusit. *cotidius, a, um.*

QUŌTĪES *et* quotiens, adverb. Pro utraque scriptura sunt et lapides et antiq. MSS. et grammaticor. sententiæ. *Manut., Cellar., Dausq.* liquidam exterunt. — *Quoties* est quot vicibus, *quante volte,* δσάκις, ποσάκις. *Ter. Hecyr.* 1. 1. 3. Vel hic Pamphilius jurabat quoties Bacchidi - Numquam illâ vivâ ducturum uxorem domum! *Cato* apud *Gell.* 2. 28. Non lubet scribere, quod in tabula apud pontificem maximum est quoties annona cara, quoties lunæ aut solis lumine caligo aut quid obstiterit. *Horat.* 4. *Od.* 9. 34 Est animus tibi *(Lolli)* - Vindex avaræ fraudis et abstinens Ducentis ad se cuncta pecuniæ, Consulque non unius anni, Sed quoties bonus atque fidus Judex honestum præstulit utili. *Virg.* 3. *Ecl.* 72. O quoties et quæ nobis Galatea locuta est! *Cic.* 4. *Verr.* 59. 145. Quoties et quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? *Id.* 7. *Fam.* 7. Illud soleo mirari, non me toties accipere tuas litteras, quoties a Quinto mihi fratre afferuntur. *Virg.* 12. *Æn.* 483. quoties oculos conjecit in hostem, Aversos toties currus Juturna retorsit. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 55. Ambigitur quoties, uter utro sit prior, aufert Pacuvius docti famam senis, Accius alti.

QUŌTĪESCUMQUE, adverb. *ogni volta che, qualora,* δποσακισοῦν, idem ac quoties. *Cic. Cluent.* 18. 51. Quotiescumque dico, toties mihi videor in judicium venire, non ingenii solum, sed etiam virtutis atque officii. *Id.* 3. *Tusc.* 34. 84. Cetera, quotiescumque voletis, parata vobis erunt. *Id.* 5. *Phil.* 8. 21. Quid vero, quod in contione dicere ausus est, se - ad urbem futurum cum exercitu? introiturum, quotiescumque vellet? *Nepos Eumen.* 5. Quotiescumque voluit, apparatum et munitiones Antigoni alias incendit, alias disjecit.

QUŌTĪESLĪBET, adverb. quotocumque numero. *Boeth.* 1. *Music.* 4. *p.* 1375. Major numerus habet in se minorem numerum vel bis, vel ter, vel quotieslibet. Adde *eumd.* 1. *Arithm.* 29. *p.* 1317.

QUŌTĪESQUE, pro quotiescumque quidam leg. apud *Colum.* 6. *R. R.* 17. 8. Sed quotiesque mel remediis adhibetur, etc.

QUOTLĪBET, adverb. idem ac quotcumque. *Hygin.* 1. *Astrom.* 6. *extr.* Si non in triginta partes unumquodque hemisphærium dividatur, sed in alias quotlibet finitiones, tamen *etc.*

QUOTQUOT, adject. indeclin. *quanti,* δσοι ἄν, quotcumque.

I.) Proprie. *Cic.* 2. *Invent.* 49. 145. Si leges duæ, aut si plures, aut quotquot erunt, conservari non possint. *Catull.* 42. 1. Adeste hendecasyllabi, quot estis Omnes undique, quotquot estis omnes. *tutti quanti, quanti mai siete.* et *Horat.* 2. *Sat.* 7. 14. Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis. *Id.* 2. *Od.* 14. 5. quoquot sunt dies. *h. e.* quot diebus, quotidie.

II.) Improprie ponitur pro singuli, ut *quot Varro* 5. *L. L.* 40. et 9. *ibid.* 24. *Müll.* et *Alfen. JCtus* apud *Gell.* 6. 5. Quotquot annis. *Id. Varro* 5. *ibid.* 47. Quotquot mensibus. *Alii leg.* quot mensibus: *et in loco* Alfen. *supra cit.* Hertz. *leg.* quotannis.

QUOTQUOTQUE. *V.* QUOTCUMQUE.

QUŌTŪMUS, a, um, adject. πόσος, idem ac quotus. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 7. Quotumas ædes dixerit, ego incerto scio. *Id. ibid.* 4. 7. 77. Quotumo die huc pervenisti? HAR. altero ad meridiem.

QUŌTŪPLEX, icis, adject. *di quante maniere. Gloss. Lat. Gr.* Quotuplex, δσαπλάσιος.

QUŌTŪPLĪCĪTER, adverb. *quante volte,* ποσαχῶς, quot modis. *Boeth. Aristot. elench. Sophist.* 2. 1. *p.* 746. Quotupliciter quodque dicitur. Adde *eumd.* 1. *Aristot. Topic.* 11. *p.* 667., 668., 671. et alibi.

QUŌTUS, a, um, adject. πόσος, cujus numeri, sive in quo numero, aut ordine; nomen interrogativum, vel relativum numeri ordinalis. — *a)* Generatim. *Cic.* 5. *Verr.* 94. 220. Quotus erit iste denarius, qui non sit ferendus? *Horat.* 2. *Ep.* 1. 35. Scire velim, chartis pretium quotus arroget annus. *Id.* 2. *Sat.* 6. 44. hora quota est? *che ora fa?* et 3. *Od.* 19. 7. Quo præbente domum, et quota Pelignis caream frigoribus, taces. *h. e.* quota hora. *Martial.* 9. 36. Scis, quota de Libyco litore puppis eat. *h. e.* quot naves. *Seneca Herc. Œt.* 95. quota est mundi plaga Oriens subactus? aut quota est Gorgon fera? — *b)* Interdum ponitur pro *quot. Horat.* 1. *Ep.* 5. 30. Tu, quotus esse velis, rescribe. *h. e.* tertius ne, an quartus, sextus, nonus, etc. quod est, quot convivas habere tecum velis, quum apud me cœnabis. Sic *Martial.* 14. 217. Dic quotus es, quanti cupias cœnare. — *c)* Significat etiam quantitatem continuam, et ponitur pro *quantus:* præsertim quum parvitatem aut paucitatem significare volumus. *Lucret.* 6. 652. Et quota pars homo sit terrai totius unus. *Ovid.* 2. *Amor.* 12. 9. Pergama quum caderent bello superata bilustri, Ex tot, in Atrida pars quota laudis erat? *Id.* 9. *Met.* 68. ut vincas alios, Acheloe, dracones, Pars quota Lernææ serpens eris unus Echidnæ? — Hac ratione sæpe cum *quisque* jungitur: et *quot* significat. *Cic.* 2. *Tusc.* 4. 11. Quotus enim quisque philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ut ratio postulat? *quanto pochi sono i filosofi, che* etc.? *Id. Planc.* 25. 62. Quotus enim quisque disertus? quotus quisque juris peritus est? *Ovid.* 3. *Art. am.* 103. forma quota quæque superbit? *Quintil. Declam.* 335. Quotamquamque partem habeo viventis? *et Declam.* 320. *extr.* Quotum quodque damni genus est, cui non applicari reprehensio possit? *Plin.* 3. *Ep.* 20. Nam quoto cuique eadem honestatis cura secreto, quæ palam? *Tac. Dial. de Orat.* 29. Quotum quemque inveneris, qui etc.? *Quintil. Declam.* 341. *a med.* Quotaquæque res est, quæ deprehendatur? — *d)* Alia est ratio in illo *Cic.* 3. *Herenn.* 17. 30. Ne impediamur, quo secius quoto quoque loco libebit, etc. *h. e.* quo minus quocumque loco libebit. — *e) Quotus quidem* est *Curt.* 8. 7. 4. Quota pars Macedonum sævitiæ tuæ superest? quotus quidem non e vilissimo sanguine?

QUŌTUSCUMQUE, quotacumque, quotumcumque, adject. quotus quisque. *Tibull.* 2. 6. 54. Moverit e votis pars quatacumque deos. *h. e.* pars vel exigua votorum. *Ovid. Heroid.* 13. 60. Et sequitur regni pars quotacumque sui. *h. e.* quam exigua pars. *Alii leg.* quotaquæque. *Hygin. de limit. p.* 204. *Goes.* Ut sciant, qui primo aut quotocumque loco exeant.

QUŌTUSLĪBET, quotalibet, quotumlibet, adject. *quanto vuoi,* quotus tibi placet. *Claud. Mamert.* 1. *Stat. an.* 18. Granum papaveris aut quotalibet pars grani ipsius.

QUŌTUSQUISQUE. *V.* QUOTUS sub *c.*

QUŌVIS, adverb. *dove tu vuoi, in qualunque luogo,* πάνταχόσε, δποι ἄν, in quemvis locum, quolibet, quocumque, in quamvis partem. — *a)* Absolute. *Plaut. Most.* 4. 2. 7. Qui parasitus sum? SER. ego enim dicam: cibo perduci poteris quovis. *Id. Asin.* 2. 1. 11. Impetritum, inauguratum est: quovis admittunt aves. — *b)* Cum Genit. *Ter. Heaut.* 5. 1. 55. Immo abeat quovis gentium.

QUŌUSQUE, adverb. Interjecto verbo *Martial.*

2. 64. Eja age, rumpe moras, quo te spectabimus usque? — *Quousque* usurpatur

I.) Proprie. ¶ 1. De tempore, et est usque ad quod tempus, *sino a quando,* ἕως ἄν. *Cic.* 6. *de republ.* 17. Quæso, quousque humi defixa tua mens erit? *Id.* 15. *Att.* 23. Quousque? inquies. Quoad erit integrum: erit autem, usque dum ad navem. *Plaut. Asin.* 1. 1. 27. LI. Age, age, usque excrea. — DE. nam quousque? LI. usque ad mortem volo. *Cic. Planc.* 31. 75. Quousque ita dicis? *h. e.* quamdiu. *Id.* 1. *Cat.* 1. 1. Quousque tandem abutere patientia nostra? *Sall. Cat.* 20. *med.* Quæ quousque tandem patiemini, fortissimi viri? *Plin.* 3. *Ep.* 20. *ad fin.* Et hercule quousque illa vulgaria: quid agis? ecquid commode vales? ¶ 2. De fine vel termino. *Plin.* 33. *Hist. nat. procem.* 1. (3). Quousque penetratur avaritia. *h. e.* usque ad quem locum aut terminum. *Gell.* 1. 3. *circa med.* Quum decessero de via, quousque degredi debeo? ¶ 5. Est etiam relativum pro quoadusque, usque dum. *Aurel. Vict. Cæsar.* 38. Quum dolo occultaretur ipsius *(Numeriani)* mors, quousque Aper invadere posset imperium, fœtore cadaveris scelus est proditum. *Theod. Priscian.* 4. *p.* 312. ed. *Ald.* Locis tumentibus - spisse imponis tamdiu, quousque ad limpidam sanitatem patientia loca perducas. *Marcell. Empir.* 36. *p.* 140. ed. *Ald.* Quod oportet tamdiu coqui, quousque ad olei mensuram liquor omnis veniat. Adde *Plin. Valerian.* 1. 6. et 2. 3.

II.) Translate. *Martian. Dig.* 20. 3. 1. Quousque ei permissum videatur peculium administrare. *sino a qual segno,* quatenus.

QUU

QUUM *et* cum, *olim* quom, adverb. Ad scriptionem quot attinet, placet *Cellario* et aliis discrimen servatum ab antiquis multis, teste *Vel. Long. de Orthogr. p.* 2231. *Putsch., Capro p.* 2241. et *Terent. Scaur. p.* 2261., ut quando est adverbium temporis, seu conjunctio, *quum* seu *quom* scribatur; *cum* vero, si sit præpositio. Id confirmare etiam *Quintilianum* 1. 7. 5., probat *Spaldingius,* quum antea *ibid.* locus ita legeretur, ut *quom* scribendum doceret pro adverbio temporis, *quum* pro conjunctione causali, *cum* pro præpositione. In veteribus quidem, quæ exstant, monumentis non facile *quum* inveneris, inquit *Cellarius.* Nam *quom* satis apparet antiquum esse. At *Mar. Victorin. de Orthogr.* 1. *p.* 2469. *Putsch. Cum,* adverbium temporis, antiqui quatuor litteris scribebant: tam his *quum* apud Catonem, quam rursus *quom*: sed antiqui quum ita scriberent, pronunciabant tamen perinde ac si per *cum* scriptum esset. *et mox.* Non enim aliud per *quum* scripta, aliud per *cum* sonat. — Quoad vero vocis etymon, *Scheidius ad Sanctii Minervam p.* 241. putat, *quum,* seu rectius *quom,* quoties est adverbinm temporis, vel conjunctio causalis, compositum fuisse ex κ' ὅν, id est κὰ ὅν, sive κατὰ ὃν χρόνον, vel λόγον: quoties autem est præpositio, *cum* scribendum, quod contractum sit ab Ablativo *cume* inusitati nominis *cumis* pro *cumus,* unde deminut. *cumulus,* et illud esse a κέκυμαι præter. pass. verbi κύω *tumeo, cresco.* Ita ut prioris significationis exemplum habeas apud *Cic.* 10. *Fam.* 3. Scis fuisse quoddam tempus, quum *(sive* quom) homines existimarent etc. Alterius vero, quando dicimus *cum illo;* tunc enim idem est ac si dixeris: *illo, tamquam cumulo, adjecto.* — *Quum* ¶ 1. Est adverbium temporis et significat quando (It. *quando, allorché, mentre che, nel tempo che, dopo che;* Fr. *quand, lorsque, comme, après que; depuis que, dès que, aussitôt que;* Hisp. *quando, en el tiempo que, luego que;* Germ. *wann, wann, als, da;* Angl. *when).* Usurpatur 1.°) Sæpissime cum Indicativo, et — *a)* Inducit propositionem præcedentem, vel appositam. — Ac frequenter vocibus *nunc, olim, tum, tunc, tum demum, statim, continuo, protinus* etc. respondet. *Ter. Heaut.* 3. 1. 39. Nunc, quum sine magno intertrimento non potest haberi, quidvis dare cupis. *Plaut. Mil. glor.* 1. 1. 1. Curate, ut splendor sit clarior, quam solis radii esse olim, quum sudum 'st solent. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 13. 28. Ego quum genui, tum morituros scivi et ei rei sustuli. Præterea ad Trojam quum misi ob defendendam Græciam, Scibam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere. *Id.* apud *eumd.* 1. *Divinat.* 20. 40. Excita quum tremulis anus attulit artubu' lumen, Talia tum memorat lacrimans etc. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 37. Quum videbis, tum scies. *Cic.* 14. *Fam.* 3. Quum inimici nostri venire dicentur, tum in Epirum ibo. *Id. pro leg. Manil.* 6. 15. In ceteris rebus, quum venit calamitas, tum detrimentum accipitur. *Id.* 16. *Fam.* 12. *extr.* Si valebis, quum recte navigari poterit, tum naviges. *Id.* 2. *Orat.* 24. 104. Quum rem penitus causamque cognovi, statim occurrit animo, quæ sit causa ambigendi. *Id.* 14. *Att.* 17. A. § 1. Qui omnes, quum te summis laudibus ad cœlum extulerunt, mihi contiuuo maximas gratias agunt. *dopo che* etc. *Id. Rosc. Am.* 37. 105. Soletis, quum aliquid hujuscemodi auditis, continuo dicere etc. *Cels.* 6. 9. Id, quum dolorem levavit, protinus submovendum est. — Absolute, h. e. sine voce alia, cui respondeat. *Cato R. R.* 1. Prædium quum parare cogitabis, sic in animo habeto. *Plaut. Amph.* 2. 2. 34. Gravidam ego illam hic reliqui, quum abeo. *Cic.* 15. *Fam.* 14. Multi anni sunt, quum ille in ære meo est. *h. e.* ex quo, *da che. Id.* 16. *ibid.* 12. *extr.* Tu, q um eo tempore mecum esse non potuisti, quo operam desideravi tuam, cave festines *già che, poscia che* etc. Si. *Id.* 14. *Phil.* 11. 30. Quam *(fidem)* quum difficillimo reipublicæ tempore secuti sunt, eos numquam oportebit consilii sui pœnitere. — Et pro dum, *mentre. Nepos Lataru.* 10. Hæc diu faciendo persuasit homini, et quum nihilo magis, ne quam suspicionem ill' præberet insidiarum, neque colloquium ejus pe ivit, neque in conspectum venire studuit. — Et sequente infinito, quod in priore membro præcesserat. *Liv.* 6. 27. Fugere senatum testes, tabulas publicas, etc. quum interim obæratam plebem objectari aliis atque aliis hostibus. *mentre intanto* etc. Adde *eumd.* 4. 51. — E pro *quando* adversativo. *Martial.* 7. 84. Casibus hic nullis, nullis delebilis annis Vivet, Apelleum quum morietur opus. — Cæterum *Cic.* 1. *Invent.* 1. 2. Fuit quoddam tempus, quum in agris homines bestiarum more vagabantur. *Id.* 3. *Fam.* 7. Quum ea consecutus nondum eram, quæ sunt hominum opinionibus amplissima, tamen ista vestra nomina numquam sum admiratus. *h. e.* etsi, quamvis, *sebbene.* — *b)* Propositionem principalem inducit. *Cic. Cluent.* 9. 28. Dies nondum decem intercesserant, quum ille alter filius infans necatur. *Id.* 1. *de republ.* 12. Dixerat hoc ille, quum puer nunciavit, venire ad eum Lælium. *Id.* 9. *Att.* 12. Legebam tuas epistolas, quum mihi epistola affertur a Lepta. *Id. Sext.* 37. 79. Itaque - venit in templum Castoris, obnunciavit consuli, quum subito manus illa Clodiana - exclamat, incitatur, etc. *Cæs.* 6. *B. G.* 8. Vix agmen novissimum extra munitiones processerat, quum Galli - iniquo loco committere prœlium non dubitant. *Nepos Eumen.* 9. Dimidium fere spatium confecerat, quum ex fumo castrorum ejus suspicio allata ad Eumenem, hostem appropinquare. *Liv.* 4. 33. Concusserat primo statim congressu hostem, quum repente - nova erumpit acies. — 2.°) Cum Conjunctivo adverbium *quum* unum tempus designat in obliqua tantum oratione. *Cato R. R.* 2. Quum servi ægrotarint, cibaria tanta dari non oportuisse. *Lælius Felix* apud *Gell.* 15. 27. Quum ex generibus hominum suffragium feratur, centuriata comitia esse. *Cic.* 10. *Fam.* 3. Scis profecto fuisse quoddam tempus, quum homines existimarent, te nimis servire temporibus. *Colum.* 6. *R. R.* 30. 3. Plerumque jumenta morbos concipiunt lassitudine et æstu: vel quum diu steterint, subito ad cursum æstimulata sunt *dopo che* etc. ¶ 2. *Quum* est etiam conjunctio causalis. — 1.°) Cum Indicativo, dum propositionem præcedentem, vel appositam induci., tempus quidem significat, sed causam simul, et vale eo, *quod. Plaut. Bacch.* 2. 3. 44. Istuc sapienter sultem fecit filius, quum diviti homini id aurum servandum dedit. *Ter. Andr.* 4. 4. 32. Dis pl habeo gratias, quum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ. *Cic. Rabir. perduell.* 6. 18. Me clamor iste - consolatur, quum indicat sse qu sdam cives imperitos, sed non multo . *Id.* 3. *Fin.* 2. 9. Præclare facis, quum et orum tenes memoriam, et puerum diligis. *Id.* 4. *Herenn.* 50. 63. Bene facitis, quum venitis. *Id.* 4. *Verr.* 64. 155. Hi quum de tuis factis publice conqueruntur, nonne hoc indicant, tantas esse injurias, ut etc.? — 2.°) Cum Conjunctivo conjunctio *quum* — *a)* Interdum et tempus et occasionem rei faciendæ designat. *Cic.* 1. *Nat. D.* 21. 59. Zenonem, quum Athenis essem, audiebam frequenter. *Id.* 10. *Fam.* 12. Quum magna multitudo civium me de domo deduceret, feci continuo omnes participes meæ voluptatis. *Nepos Themist.* 7. Quum Lacedæmonii quererentur, opus nihilo minus fieri, interim reliqui legati sunt consecuti. — *b)* Haud raro *quum* cum Conjunctivo est re vera conjunctio causalis: et sæpe reddit nostrum *essendo che, conciossiachè Cic.* 6. *de republ.* 9. Quum in Africam venissem *etc.* nihil mihi potius fuit etc. *essendo io venuto. Id. Flacc.* 11. 25. Quum L. Flacci res agatur *etc.* quumque ab hac virtute non degenerarit *etc.;* in hoc ego reo ne quod perniciosum exemplum prodatur, pertimescam? *trattandosi di L. Flacco* etc., *e conciossiachè egli non ha degenerato* etc. *Id.* 1. *Fin.* 20. 66. Quum solitudo et vita sine amicis insidiarum et metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare. *Id.* 2. *ibid.* 30. 97. Quum - gravi vulnere se exanimari videret *(Epaminondas),* ut primum dispexit, quæsivit, salvusne esset clipeus. *Id.* 2. *Nat. D.* 31. 79. Quum sint in nobis consilium, ratio, prudentia, necesse est Deum hæc ipsa habere majora. *Id.* 5 *Tusc.* 20. 59. Quum in communibus negotiis consistere non auderet, contionari ex turri alta solebat. — Hinc est etiam etsi, quamvis, *sebbene. Cic.* 5. *Tusc.* 20. 58. Qui quum esset bonis parentibus, - abundaretque et æqualium familiaritatibus et consuetudine propinquorum, haberet etiam more Græciæ quosdam adolescentes amore conjunctos, credebat eorum nemini etc. Sic sequente *tamen. Id. Mil.* 35. 98. Quum omnes e meis inimicis faces invidiæ meæ subjiciantur tamen omni in hominum cœtu celebramur. *et* 2. *Orat* 5. 21. Hoc ipso tempore, quum omnia gymnasia philosophi teneant, tamen eorum auditores discum audire, quam philosophum malunt. Adde *Nepos. Eumen.* 10. bis. — Et particula *quidem* adjecta *Nepos Cat.* 2. Neque hoc per senatum efficere potuit, quum quidem in civitate principatum obtineret. ¶ 3. Speciatim, *quum primum* est primo quoque tempore, *tosto che subito che. Cic.* 14. *Fam.* 1. Quum primum sapere cœpit, acerbissimos dolores percepit. *Id.* 25. 29. Quum primum arbitrii nostri esse cœpimus, extemplo venimus ad tradenda arma. *Seneca Ep.* 72. Quum primum longiorem eodem loco speravero moram, tunc istud in manus sumam. ¶ 4 Item speciatim, *quum* adverbio *maxime* junctum vim superlativi auget. *Plaut. Mil. glor.* 4. 4. 17. Nunc quum maxume opus est dolis. *Ter. Andr.* 5. 1. 4. Immo enim nunc quum maxime abs te postulo atque oro. *Id. Hecyr.* 1. 2. 40. Hanc Bacchidem amabat, ut quum maxime, tum Pamphilus. *Cic.* 2. *ad Q. fr.* 6. 6. Bonus celebratur ita, ut quum maxime. *Id. Cluent.* 5. 12. Quæ nunc quum maxime filium interfectum cupit. ¶ 5. Item, frequenter post *quum* in eadem constructione *tum* sequitur; ita tamen plerumque, ut in *quum* sit quiddam minus, in *tum* quiddam majus: *non solamente, ma ancora, si, si molto più:* quare sæpe post *tum* alia particula additur, quæ rem augeat. Junguntur autem vel cum diversis nominibus sub eodem verbo, vel cum duobus verbis, quæ ambo sint Indicativi modi, vel alterum Conjunctivi, alterum Indicativi. *Nepos Miltiad.* 7. Erat in Miltiade quum summa humanitas, tum mira omnibus in

Eumen. 8. Phalanx inveterata quum gloria, tum etiam licentia. *Cic. Rosc. Am.* 25. 69. Quum multis ex rebus intelligi potest, tum ex hac re vel maxime. *Id. Brut.* 87. 298. Volvendi sunt libri quum aliorum, tum in primis Catonis. *Id.* 3. *Cat.* 5. 13. Quum illa certissima sunt visa, tum multo illa certiora etc. *Cæs.* 3. *B. C.* 68. Fortuna quum in reliquis rebus, tum præcipue in bello plurimum potest. *Cic.* 7. *Att.* 5. Ex victoria quum multa mala, tum certe tyrannis exsistet. *Id. Marcell.* 1. 3. Quum summo consensu senatus, tum præterea judicio tuo gravissimo et maximo. *Id.* 3. *Att.* 8. Itaque quum meus me mœror quotidianus lacerat et conficit, tum vero hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit. *Id. Dejot.* 1. 1. Quum in omnibus causis gravioribus, C. Cæsar, initio dicendi commoveri soleam vehementius, tum in hac causa ita me multa perturbant, etc. — Interdum *tum* iteratur. *Cic.* 9. *Fam.* 13. Velisque me hoc muneris quum ipsis amicis, tum municipio Caleno, tum Leptæ dare. Sic *Forcellinus*, probante *Orellio*: at *Cod. Med.* quum municipio Caleno. Quod confirmat *Cic. Rabir. perduell.* 1. 2. Quum amicitiæ vetustas, quum dignitas hominis, tum meæ vitæ perpetua consuetudo ad C. Rabirium defendendum est adhortata. *Id. Balb.* 12. 29. Quum omnibus civitatibus via sit in nostram, quumque nostris civibus pateat ad ceteras iter civitates, tum vero videtur etc. — Notandus est locus *Livii*, in quo post *quum* sequitur *simul*, 3. 50. Et immixti turbæ militum togati, quum eadem illa querendo docendoque, quanto visa, quam audita, indigniora potuerint videri, simul profligatam jam rem nunciando Romæ esse etc. perpulerunt, ut etc. — Item locus *Cicer.*, in quo sequitur *ac*, 15. *Fam.* 11. Facturusque sum quum studiose, ac libenter. Sed *alii* tum *legunt*. — *Tum tum* pro *quum tum*. *V.* in **TUM**.

FINIS TOMI TERTII